TRACTATVS

ILLVSTRIVM

332

IN VTRAQVE

TVM PONTIFICII, TVM CÆSAREI

iuris facultate Iuriſconſultorum,

De Cenſuris Eccleſiaſticis.

EX MVLTIS IN HOC VOLVMEN CONGESTI,

additis plurimis, etiam nunquam editis, hac * nota deſignatis;

& multò, quàm antea, emendatiores redditi;

Summarijs ſingulorum Tractatuum locupletiſſimis illuſtrati.

INDICES ACCESSERE ITA LOCVPLETES,

vt omnes materiæ, quæ ſparſim leguntur, facillimè diſtinctæ Lectoribus appareant.

TOMVS XIIII.



Cornelius Conali I. V. D.

VENETIIS, M D LXXXIIII.

Bibliotheque de l'Ecole de Droit
aug dis parisi

Source : BIU Cujas

INDEX AVTHORVM
huius voluminis.

De Fide catholica,Franciſci Epiſcopi Squillacenſis. 2
De reprobatione ſententiæ Pilati,Ludouici Montalti. 8
Contra Iudæos,Iſidori Epiſcopi Hiſpalenſis. 23
* De Iudæis, & alijs infidelibus,Marguardi de Suſanis. 27
De ſacramentis, & eorum adminiſtratione, Nicolai Ploue. 77
De ſacrificio Miſſæ eiuſdem Authoris. 91
De ſanctorum canonizatione, Troyli Maluitij. 97
De religioſis ſectis, eorumq; Authoribus Remũdi Fraguier. 103
* De cœlibatu ſacerdotum non abrogando, Marguardi de Suſanis. 104
De oblationibus,Mariani Socini Senioris. 122
De oblationibus Troyli Maluitij. 136
De indulgentijs,Ludouici Bologni. 141
De indulgentijs,Antonij Roſelli. 147
De indulgentia plenaria,Felini Sandæi. 157
De ieiunio,Iacobi Zocchi. 160
De hoſpitalitate, Lapi de Caſtelliono. 162
De diſpenſationibus,Ioannis Randæi eiuſdem formulæ diſpenſationum. 167
De diſpenſationibus,Bonaguidæ de Aretio. 173
De mutatione ſtatus Eccleſiarum,Petri de Peruſio. 175
De mutatione ſtatus perſonarum,eiuſdem Authoris. 177
De viſitationibus,Ioan. Franciſci de Pauinis. 178
* De ſpoliis Eccleſiaſt. Gulielmi Redoani. 213
* De ſpolio,Ioan. Baptiſtæ Pontani. 270
De cenſura eccleſiaſtica,Ioannis de Lignano. 307
De interdicto eccleſiaſtico,Ioannis Calderini. 325
De interdicto eccleſiaſtico,Nicolai Puluei. 333
De interdicto eccleſiaſtico,Ioannis de Lignano. 335
Tabula remiſſoria,eiuſdem Authoris. 336
De interdicto,Beati Antonini Archiepiſcopi. 338
De ſuſpenſione,eiuſdem Authoris. 342
De interdictis ciuitatis,Ioan. Andreæ de Bononia. 344
De excommunicatione,Franciſci de Platea. 347
De excommunicatione,Nicolai Puluei. 363
De excommunicatione,Beati Antonij Archiepiſcopi. 366
De excommunicatione,Iacobi de Beluiſo. 387
De excommunicatione,Beati Ioannis à Capiſtrano. 388
De canone pœnitentiali,eiuſdem Authoris. 398
De irregularitate,Nicolai Puluei. 400
De irregularitate,Beati Antonini 403

Source : BIU Cujas

TRACTATVVM CELEBERRIMORVM IN VTRAQVE TVM PONTIFICII, TVM CAESAREI IVRIS facultate Iurisconsultorum.

Tomus Decimusquartus.

FRANCISCI EPISCOPI SQVILLACENSIS

De Fide Catholica, Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Augustinus multa de dictis suis retractauit.*
2 *Negans corpus beatæ Mariæ in cœlo assumptum fisse, proximus est hæresim.*
3 *Papa solus determinat quæstiones fidei.*
4 *Paratus corrigi, veritate comperta, non est inter hæreticos computandus.*
5 *Contradictio, quid sit.*
Contraria non sunt, quæ ad eundem finem tendunt.
6 *Diuisus qualiter quis dicatur ab Ecclesia.*
7 *Beatus Hieronymus falso de hæresi fuit infamatus.*

PROEMIVM.

FRANCISCVS Dei, & Apostolicę sedis gratia Episcopus Squillcen. vniuersis, & singulis nostræ diœcesis & charitatem in Domino perpetuã. Scire vos volumus, ꝙ nonnulli Cerretani vulgariter nuncupati, & alij in eorum sermonibus, seu prædicationibus quæstus gratia verba hæretica, vel hæresim sapientia prœferre temerariè non verentur. Vnde ad nostri, & eorum doctrinam considerandum est, ꝙ dictis sanctorum Petrutij, vel aliorum ab Ecclesia receptorum stare licet: & qui dicit ꝙ ipsi dicunt, non potest de temeritate redargui, nisi ea diceret, quæ retractanda sunt, sicut Augustin. † multa retractauit de dictis suis, vel nisi per Ecclesiã correcta sunt, vt patet 27. dist. c.j. & 2. & 32. dist. §. in fi. Si verò Sãcti diuersas opinio. hñt inter se, vt de corpore beatæ Marię assumpto in cœlum, vel de Salomone damnato, dictum est cuiquam dicere quod vult. Si verò nulla diuersitas inter Sanctos inuenitur, necesse est vsque ad vnum iota seruare, quod ipsi dicunt. 15. distin. c. fi. postquam opuscula eorum à sancta Ecclesia sunt authentica. Verba sunt Innocen. de constitutio. c. ne innitaris. quæ sequuntur Docto. ibidem. verum dicit Hostien. ꝙ hodie est communis opin. meritò approbata, ꝙ corpus Dominæ nostræ sit assumptum, vt ibi recitat Dominus Franciscus de Zabarellis. hinc dicit ibi Bald. ꝙ hodie tenendum est, ꝙ si paradiso, quia Ecclesia facit solennissimũ festum de assumptione gloriosissimę virginis Mariæ. alias † dicens cõtrarium esset proximus hæresi. Si verò est diuersitas inter dicta Sanctorũ, & dicta Romanorũ Pontificũ, dicit Abbas Sicul. ꝙ in decisionibus causarũ stat ur dicto Papę, qa Petro, & suis successoribus fuit data potestas legis condendæ, & interpretandæ, vt patet per c. per venerabilẽ. qui fil. sint legi. nisi dictum Sãctorũ iuuaretur auctoritate noui, vel veteris testi, seu alicuius cõsilii papalis. In expositione verò sanctarum scripturarum staret potius dicto sanctorũ & alle. gl. in summa. in c. de libellis. 20. dist. nisi tractaret de expositione necessaria super sacramentis, vel articulis fidei, fm Abb. bid. vnde dicit Franciscus de Zaba. in cle. vna. de sum. Tri. ver. nos igitur. ꝙ ad Romanam Ecclesiam pertinet determinare ea, quæ concernunt articulos fidei, † quia quęstiones fidei determinat solus Papa, vel si fieri potest reducuntur ad concordantiam: nec dicitur eius opinionibus derogari, vel præiudicari, quando reducuntur ad concordantiam, vt dicunt Moder. in cap. literas. de restituti. spolia. qui enim assentit alicuius magistri opinioni contra manifestum scripturæ testimonium, siue contra id quod publicè tenetur, secundùm Ecclesiæ auctoritatem, non potest ab erroris vitio excusari, secundùm beatũ Augusti. lib. 3. de doctrina Christiana, & sic quando error est contra manifestam sententiã scripturæ, vel Ecclesiæ, sed in dubiis non generatur aliquod præiudicium veritati inter diuersas magistrorum opiniones, vt prædicitur post Inno. & scribitur in summa Confessorum, lib. 3. tit. 32. q. 18. Hinc est, ꝙ beatus Thomas 2.2.q.11.art.2. ait sic. Ad tertiũ dicendum, ꝙ sicut Augustinus dicit, & habetur in decretis. 24. q. 3. dicit Apostolus, si qui sententiam suam, quamuis falsam, atque peruersam nulla pertinaci animositate defendunt, quærũt autem cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati cum inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos † computandi, ꝙ scilicet non habent electionem contradicentem Ecclesiasticæ doctrinæ, sic igitur aliqui Doct. dissensisse vñr, vel circa ea quorũ nihil interest, vtrũ sic, vel aliter teneat, vel ẽt in quibusdã ad fidẽ pertinentibus, quæ nondum erant per Ecclesiã determinata. Postq̃ aũt essent auctoritate Ecclesiæ determinata, si quis tali determinationi pertinaciter repugnaret, hæreticus censeretur. Quæ quidem auctoritas determinandi principaliter residet in summo Pontifice, secundùm eundem Tho. ibidem. insuper secundùm eum ibidem ait. Ad secundum dicẽdum, ꝙ ille dicitur aliter exponere sacram scripturam. q̃ spiritussanctus efflagitat, qui ad hoc expositionem sacræ scripturæ retorquet, ꝙ contrariatur ei, quod est per Spiritumsanctũ reuelatum. sed pẽsandum est, ꝙ contraria sunt in eodem subiecto, fm beatum Tho. 2.2.q.10.ar. 2. circa medium: ꝙ est verum, qñ subiectũ ęqualiter se habet ad vtrunq;, & ipse idem 2.2.q.24. arti. 10. in responsione ad primũ argñ. † Inde dicitur, ꝙ contradictio non est, nisi fm idem respectu eiusdem, secundum Io. And. in mercurialibus, in reg. possessor. ver. 3. quærebatur. & Do. de Ro. in nouis, 485. Ideo dicitur ꝙ illa sunt contraria, quæ sese non compatiuntur, & no. de pęn. di. j. c. resuscitatus. & sic si se compatiuntur non sunt contraria, sed diuersa, quæ non dicuntur contraria, vt legitur de his quæ fiunt à præla. cum Apostolica. Nam illa, quæ tendunt ad eundem finem, non sunt contraria, secundum glo. in ver. teneris. de appellatio. c. si à iudice. lib. 6. & in regula, nullus. in fi. eo. lib. qui enim ad finem veritatis inueniendæ opinatur, corrigi paratus, non dicitur ab Ecclesia separatus. Ad hoc igitur vt quis dicatur ab Ecclesia in aliquo † diuisus, est necesse, vt pertinaciter sequat opinio. manifestè contrariam sacræ scripturæ, secundùm Ecclesiæ auctoritatem, vt prædicitur, non autem si talis opi. potest ex iusta causa excusari, & paratus sit corrigi audita veritate, vt præmittitur, vel ex alia iusta causa excusabili, vt quia vnum ex contrariis est multiplex intelligibile, cũ ꝓtrarietas ipsa debet esse manifesta, euidens, notoria, & non excusabilis, iuxta ea, quę habẽtur in c. cum in positionibus. iuncta gl. cum dictis Doct. de iureiur. in 6. vnde cautè dicit bea. Tho. ꝙ contrariatur ei, quod per Spiritumsanctum reuelatum. caueat itaq; quispiam, ne cõtra nostra synodalia hæreticos persequentia contraire præsumat, sed subiciat se in omnibus sententiæ sacrosanctę Romanę Ecclesiæ. vnde beatus Hieron. † de hæresi apud sedem Apostolicam infamatus scripsit Papæ, ut habetur 24. q. j. hæc est fides, Papa beatissime, quam in catholica didicimus Ecclesia, in qua si minus peritè, aut parum cautè fortè aliquid positum est, emẽdari cupimus à te, qui Petri fidem, & sedem tenes: si autem hæc nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur, quicunq; me culpare voluerit, se imperitum, vel maliuolum, vel etiam non catholicũ, sed hæreticum cõprobabit. Simil ter Abb. Ioachin scribẽs contra magistrum sententiarũ hanc submissionẽ amplexus est, vt scribitur in c. damnamus. in fi. de summa Tri. & fide catho. licet eius sententia fuerat ab Ecclesia reprobata. vt autem ad notitiam quoruncunq; hoc edictum perueniat, mãdauimus affigi in ualuis nostræ maioris Ecclesiæ, & ibidem persistere diebus tribus. Datũ Squillatij anno Domini 1474. die 26. mẽsis Ianuarij, 7. indictionis. Sub põtificatu sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri, Domini Sixti diuina prouidentia Papæ quarti, anno quarto feliciter, amen.

Source : BIU Cujas

Franc. Squillacen. De fide catholica.

SVMMARIVM.

1 *Diuinationibus vacandum non est: & de pena eorum, qui eis vacant.*
2 *Clerici diuinationibus dedit, officio, & beneficio priuantur.*

CAPIT. I.

QVONIAM plurimi circa diuinationes vacant, eorum conſcientiam deturpantes, quia non dęmonum eſt diuinatio, ſed Dei iudicium, vt legitur Ezechiel 20. vnde ſciẽ
1 dum eſt, † ꝙ vtentes aliquibus rebus ad diuinationes faciendas, puta ſortibus, notis, ſiue caracteribus, incantationibus, & quibuſcunque magicis artibus, alij aut per inſpectionem quaruncunque ſcripturarum, vel qualitercunque futura promittunt, docent, vel conſulunt, vt alios magos, puniẽ di ſunt. nam ſi ſunt laici, excommunicantur, & turpiter de hone ſtati eijciuntur de parochijs ſuis, & à teſtimonio repelluntur, &
2 ſunt infames: ſi verò ſunt clerici, officio † & beneficio priuantur, vt legitur, & no. in c.j. & 2. de ſortile. & 26.q.5.c. epiſcopi. & c. non oportet. c. ſi quis epiſcopus. & c. aliquanti. & ca. ſi quis ariolos. & ea.q.2.c. illud. cum ſi. & no. Doct. in alle. c.j. & 2. de ſorti. & tam clerici, quàm laici perpetuò carceri mancipantur, vt in alleg. c. ſi quis epiſcopus. & ea.q.5.c. quicunque ſacerdotium. in fi. & c. contra idolorum. Idem ſi inuocantur dęmones ad perniciẽ inimicorum, vt in alleg. c. quicunq; ſacerdotiũ. & ea.q.5. nec mirum, poſt prin. ibi, dęmonibus autem accitis.

SVMMARIVM.

1 *Incantatores, & diuinatores ad malum esse non debent.*
2 *Prouocans mulieres ad libidinem per incantationem, vel artem magicam, punitur seueriſſimè.*

CAPIT. II.

1 AD malum enim incantatores, & diuinatores † eſſe non debent, & contrafacientes grauiſſime puniuntur, vt C. de malefi. & math. l.2. & 3. nec ire debent ad domum alterius, nec aliquis debet eos vocare ad domum ſuam, vt in alle. l. 3. ſimiliter puniuntur conficientes imagines ceræ, & pungendo vt vitas hominum & inimicorum ſuorum labefaciant per magicas incantationes conuocatis dęmonibus, vt eo. tit. l. multi. & infra dicetur. vnde ſi quis per incantationem, ſeu artem magicam cõtra ſalutem hominis, vel ad pro-
2 uocandum mulieres ad libidinem † operatur, punitur ſeueriſſimè, vt eo. ti. l. 4. & ex his patet, ꝙ eodem modo malefici puniuntur, qui intẽdunt ad ligandum homines per ſortiarias, & maleficas artes, ne valeãt vxores cognoſcere, de quibus loquitur ti. de frigi. & malefic. nam tale maleficium fit operatione dęmonũ ad impediendum actum matrimonij, & permiſſione diuina datur poteſtas Diabolo, vt propter aliquod peccatum homines ſic vexet, vt 24.q.j. ſi per ſortiarias, & ꝑ bea. Tho. in quarto, diſ. 33. ar. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dæmones vera dicendo solent allicere homines ad incantationes, & diuinationes.*
2 *Sortes non sunt malæ de sui natura, sed ab Ecclesia prohibentur, ne quis ad idolatriam propter ignorantiam labatur.*
Idololatriæ genus est, sortes exercere.
3 *Diuinandi curiositas omnibus perpetuò sileat.*
4 *Scientia astrologiæ in aliquibus sui partibus reprobatur.*
5 *Actus hominum, qui requiruntur ad sortes, non subduntur dispositioni stellarum.*

CAPIT. III.

1 SOlent enim † dęmones, qui intendunt perditionem hominũ, de ſuis reſponſionibus, etiam ſi aliquando vera dicãt, eos aſſuefacere, ad hoc vt eis credatur, & ſic intẽdunt eos perducere ad aliquid, quod ſit naturæ humanæ nociuum, ſecundum beatum Tho. 2.2.q.95.ar.4. ſortes enim reprobantur, quæ per magicas incantationes fiunt, vel fiunt ad exercẽdas vanitates aliquas, vel quæ fiunt ad inquirenda futura, ſiue alia illicita, vt in alle. c.j. & 2. no. Doct. & gl. 26.q.j. in ſum. ſecus ſi fiunt ad nõ diuinandum, ſed ad ſubeundum ſe iudicum fortunæ circa tẽporalia, vnde electiones officialium ſecularium poſſunt fieri ꝑ iudicium ſortis, vt eligantur ad fortunam per fabas, vel pallot-
2 tas, vel taxillos, vt no. Doct. in alle. c.j. & 3. Sortes enim † de ſui natura non ſunt malæ, ſed prohibentẽ ab Eccleſia, ne propter aſſiduitatem labatur quis ad idololatriam, vt no. in alleg. c.j. & 25.q.j.c. ſors. nam genus idolatriæ eſt talia exercere, vt patet ea. q. 2. c. ſed illud. & §. his ita. & q.5.§. ꝙ autem. tales enim excommunicantur, vt prædicitur, & hoc ſi exercent artem talem, quę non ſapiat manifeſtè hęreſim: aliàs ſi exerceat artem aliquam, quæ nõ ſapiat manifeſtè hæreſim, quod quando fit, infra dicetur, eſt excommunicandus tanquam hæreticus, quem volunt iura eſſe excommunicatum ipſo iure, vt patet in c. excommunicamus. de hæret. lo j. Sortilegium, & diuinatio non tendunt ad diuerſa, vt no. Doc. de hæreti. c. accuſatus. §. ſanè. lib. 6. quia ad diuinare tendunt, quod eſt prohibitum, & in malam partem accipitur, ſecũdùm Tho. 2.2.q.95. art.j. ad fi. & q.j.c. nunquam. Hinc eſt ꝙ dicit,
3 ſileat † omnibus perpetuò diuinandi curioſitas, etiam ſub prætextu ſomniorum, vt C. de malefi. & math. l.4. coniuncta l.6. nec ignorantia, & bonus zelus nabet excuſare faciẽtem talia, ex quo ſunt prohibita, vt patet in alleg. c. 2. de ſortil. & 26.q.5. ſortes. de ſimo. c. per tuas. lo 3. & de ma. an talia excuſant, habetur in c.j. de præſump. & C. de iniur. ſi non conuicii. & C. de Sicar. l.j. & l. plagij. C. de pla. per Doct. ſcus ſi aliquod fiat, quod non ſit à iure prohibitum, ſiue illicitum, vt in eiſdem iuribus, & de accuſa. cũ diſci. & de reg. iur. c.2. vnde iſto vltimo caſu præſumitur quis in dubio habere animum ſciendi rid, quod non cadit in delictum, vt no. Bar. ff. de no. ope. nunci. l. non ſolum. §. ſed vt probari. & Bal. C. de prob. l. matrem. per Pet. de Ancha. in c. fin. de accuſa. in 6. & per Anto. de But. in clem. fi. de reſcrip. nam vt volunt Docto. & concludit idem Anto. in alleg. c.2. de ſortile. dicens ꝙ ſciẽtia Aſtrologię, vt patet 2.q.2. §. his reprobatur, inquantum ho-
4 mo † exercens illam adiudicandum euentus particulares, & futuros, vel futuras, vel pæteritas hominum operationes, datur in talibus, fidem quaſi neceſſario ponat veritatem ad id quod intendit, quia in talibus immiſcere eſt occulta operatio dęmonũ, ſecus ſi ponat neceſſariò fidem in talibus, ſed quaſi præſumptionem, & coniecturam inducat, maximè circa conſiderationem temporis ſeminandi, vel potionum, medelæ, vel minutionum ſanguinis, ſecundùm eos, de quo per bea. Tho. in ea. q. ar. j. & 5. dicens, quòd quædam ſunt artes ad præcognoſcendum futuros euentus, qui ex neceſſitate, vel frequenter proueniunt, quod ad diuinationem non pertinent, vt in aſtrologia, puta cirta ſiccitates, & pluuias, & ſimilia, non erit illicita diuinatio, nec ſuperſtitioſa, ſed ad alios futuros euentus cognoſcendos non ſunt aliquæ veræ artes, ſeu diſciplinæ, ſed fallaces, & vanæ, & deceptione dęmonum introductæ, vt dicit beatus Auguſti. in 21.c. de ciuita. & in his operatio dęmonum ſe immiſcet. vnde erit diuinatio ſuperſtitioſa, ſecundùm Tho. in alle. ar.j. in fi. & ar.7. & ibi ponit triplicem denominationem ſortium, videlicet diuiſoriam,
5 conſultoriam, & diuinatoriam. † Actus autem hominum, qui requiruntur ad ſortes, non ſubduntur diſpoſitioni ſtellarũ, nec etiam euentus ipſorum: vnde ſi quis eam intentione ſortibus vtatur, quòd huuſmodi actus humani qui requiruntur ad ſortes ſortiantur effectum, ſecundùm diſpoſitionem ſtellarum, vana, & falſa eſt opi. & per conſequens non caret dęmonum ſuggeſtione, & ſic talis diuinatio erit ſuperſtitioſa, & illicita, de quo ibi plenè per Thomam.

SVMMARIVM.

1 *Obseruandum non est aliquid ad cognoscendum fortunia, vel infortunia.*

CAPIT. IIII.

1 SImiliter † non eſt licitum obſeruare aliquid ad cognoſcendum fortunia, vel infortunia: quia cum homines incipiũt in huiuſmodi obſeruationibus animum ſuum implicare, multa ſecundùm huiuſmodi obſeruationes eueniunt propter deceptionem dęmonum, vt his obſeruationibus homines implicati curioſiores fiant, & ſe magis inferant multiplicibus laqueis pernicioſi erroris, vt Auguſti. dicit in 2. de doctri. Chriſtiana, ſecundùm Thomam, 96.q.ar.3.

SVMMARIVM.

1 *Astrologia est iure generaliter reprobata, sicut & aliæ diuinationes.*
2 *Vsurarius præsumitur, qui bis fecit contractum vsurarium.*
Binus actus inducit deliberatam voluntatem.
3 *Geminata culpa depositionem inducit in leuibus.*
Frequentia delicti inducit contemptum.

CAPIT. V.

1 INde dicens, † ꝙ non habebat firmam ſpem in talibus, quod ſibi non prodeſt, non probet propter iura allegata etiam in ſcientia aſtrologiæ, ex quo aſtrologia eſt à iure generaliter reprobata, ſicut & alię diuinationes, vt patet in all. §. his ita. 26.q.2. niſi in artibus aſtrologiæ non pertinentibus ad diuinationem, vt prædicitur etiam hic, niſi perſona quæ infamatur ſit perſona honeſta, quia tunc præſumitur factum illud illicitum eſſe erroneum vt no. in gl. de ſent. excommu. ſacro. & ibi dicit Ant. de But. no. ꝙ malefactum in honeſto potius preſumitur factum illud illicitum eſſe erroneum, vt no. in gl. erroneum, quàm doloſum, ſecus in non honeſto, & idem *vult* Innocen. de ſciſma. c. j. in glo. in fi. quod eſt intelligendum pro prima vice, non tamen ſi ſecundauit poſt monitionem illud maleficium, nam
2 † qui bis fecit contractum vſurarium, præſumitur vſurarius, vt no. Domi. de S. Gemi. de pigno. illo vos, nam præſumitur deliberatè illud facere, cum binus actus inducat deliberatam voluntatem, ſecundùm eundem, de regu. vidua. idem dicit Ioan. de Imo. de iu. iur. & ſi Chriſtus. dicens ꝙ ſermo duplicatus dicitur fieri cum maiori deliberatione. Itẽ qui bis furatur, dicitur cõſuetus furari, ſm Bal. C. de epi. aud. nemo. Quinimmo bis delinquẽs dr̃ incorrigibilis, vt no. ibidẽ Domi. ĩ c.j. de vi. & hone. cler. & eo. tit. vt clericorũ, & iteratio actus inducit mẽtis perditionem, ſm Io. And. in addi. Spe. de fide inſtr. §. porro. ver. donatio aũt. Inſuper confeſſio extraiudicialis, ſi bis eſt emanata præiudicat, quæ non præiudicaret, ſi ſemel eſſet emanata, ut no. Bar. C. de agric. &
3 cenſi. l. cũ ſcimus. inde dicit Hoſt. de capel. mona. c.j. in 6. † quòd geminata

Source : BIU Cujas

geminata culpa in leuibus inducit depositionem. pro hoc facit quod legitur de hæret.lib.6.accusatus. & c. super eo. & frequentia delicti inducit contemptum, secundum Matt. de Imo de sepul. clem. j. in versic. sciente.alle.ad hoc beatum Augusti. de doctri.Christiana.

SVMMARIVM.

1 *Artem diuinandi, seu sortilegiorum bis exercens, idololatra præsumitur. Diuinationis triplex est genus.*
2 *Imagines cum caracteribus effectum habent ex operatione dęmonum.*

CAPIT. VI.

1 QVo fit, † vt præsumatur idololatra, qui exercet bis arte diuinandi, seu sortilegiorum, vt non possit se excusare sub prætextu ignorantiæ, & boni zeli, quia propter talem binam assiduitatem labitur in idololatria, vt prædicitur, etiam si sit persona honesta exercens talem artē, & tanquam hæreticus est euitandus, post primam & secundam correptionē, si pertinaciter persistit in errore, vt j. dicetur. nam triplex est genus diuinationis, quorum primum est per manifestam dęmonum inuocationem, quod pertinet ad nigromantem. Secundnm est per solam considerationem dispositionis, vel motus alterius rei, quod pertinet ad augures. Tertium est, dū facimus aliquid, vt nobis manifestetur aliquod occultum, quod pertinet ad sortes, & in his est eadem ratio peccandi in genere, sed non in specie, quia primo casu grauius est peccare inuocando dęmones, quàm in duobus aliis casibus, in qbus aliqua fiunt, propter quæ dęmones se ingerant ad illa, secundùm beatū Tho.
2 2.2.q.4. Hinc est, † qꝑ imagines cum caracteribus ex operatione dęmonum habent effectum, cuius signum est, quòd est necesse in eis inscribi quasdam figuras, & caracteres, quæ naturaliter ad nihil operantur, per quos videtur quædam tacita pacta fieri cum dęmonibus, secundum eundem Tho. secunda secundæ, q. 4.art.2.circa finem.

SVMMARIVM.

1 *Diuinationis præsumptio fit circa figuras, vel signa, quæ apparent in rebus inanimatis.*
2 *Diuinatores, & sortilegi videntur contra primum articulum fidei sentire.*
3 *Attribuere creaturæ id, quod est Dei proprium, est dicere eandem creaturā esse ipsum Deum.*
4 *Sortilegia exercens, videtur pacisci cum dęmone.*

CAPIT. VII.

1 SImiliter † circa figuras, vel signa apparent in rebus inanimatis, vel in lineamentis, manuum vel quæ prouenit ex plumbo liquefacto in aquam proiecto, vel per quasdam scedulas scriptas, vel non scriptas in occulto positas, dum quis considerat qꝑ accipiat, vel in festucis inæqualibus propositis quis maiorem, vel minorem accipiat, vel etiam ex taxillorū proiectione quis plura puncta proiiciat, vel etiam dum consideratur quid aperienti librum occurrat, quæ omnia sortium nomen habent, & ad diuinationem pertinent, secundùm eūdem Tho in alle.q.5.artic 8. & similiter in collectionibus herbarum, etiam quæ medicinales sunt, non liceat attendere aliquas obseruantias, aut incantationes, nisi tantum in symbolo diuino, aut oratione dominica, vt tātum Deus creator omnium, & Dominus honoretur, vt 26.q.5 non liceat. & no. Tho. in alle. 4.q.art. 4. ait enim Apostolus, Siue manducabitis, siue bibetis, siue aliud facietis, in nomine Domini nostri Iesu Christi facite. 26. q. nō ob-
2 seruetis, secundùm Augu. Hinc est, quòd † tales delinquentes videntur contra primum articulum fidei sentire, scilicet credere in vnum Deum solum omnipotentem, qui est primus articulus fidei, vt patet de sum. Tri. c.j. & alibi, videte quòd ego sum solus, & non sit alius Deus præter me, ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam, & ego sanabo. & alibi. Non erit vltra te Deus recens, nec adorabis Deum alienum. & alibi, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Et alibi, Honorem meum nemini dabo. & alibi, Non est vestrum, scire tempora, vel momenta. nam attribuit creaturis illud, quod est solius Dei, scilicet prædicere futura, vel adorari, vel reuereri, vel omnia posse quod qs debet impendere, & attribuere Deo, & non alteri, vt 26. q. 5. §.
3 quod autem sorti. Attribuere ergo † id, quod est Dei propriū, alicui creaturæ, est dicere eandem creaturam esse ipsum Deum: quia quicquid est Deo proprium, est ipse Deus, secundùm Tho. 2.2.q.13.art.j.in fi. & contra hunc articulum committunt idololatræ, sortilegi, diuinatores, augures, & spem ponentes, & confidentes in sternutationibus, in cantu auium, in experimentis magicis, & inuocationibus dæmonum, & in carathulis ad collum, vel obseruatione cursus Solis, vel in aliquibus verbis dicēdis in collectione herbarum, & similibus. Nā licet fm beatum Augusti. qui talibus credit, sciat se fidem Christianam, & baptismū prę uaricasse, & esse paganum, vt hr̄ 26.q.5.non obseruetis. coniuncto, c. illud. ea. q. 5. & per consequens hæreticus dicitur largo sumpto vocabulo, seu non manifestè, per c. generali decreto. 26. q. j.
4 † nam talia exercens videtur pacisci cum dæmone, aliquando tacitè, aliquādo expressè, vt dicit Aug. & habetur in alle. c. illud. & qꝑ talia sint ab Ecclesia prohibita, plenè ponit Tho. 2.2. q. 5. c. verum. beatus Tho. ibi non declarat, an talia sint hæretica, vnde ponderādus est effectus, ad quem tendit inuocans dęmonē: quia si inuocat ad prouocandum amorem mulieris, non est hæreticus, nisi sit vitium in adoratione: si vero ad sciendum futura, & tunc est hæreticus, vt ponunt nonnulli alij Theologi, secundum Io. And. in addi. Spec. de sor. & infra dicetur.

1 *SVMMARIVM.*

Inquisitores hæreticę prauitatis non possunt inquirere de occultis diuinationibus, & sortilegijs, nisi sapiant manifestè hæresim.
2 *Pocula sumere, vel dare ad amorem mulieris prouocandum, an hęresim manifestè sapiat.*
3 *Creaturæ attribuere, quod est proprium creatoris, manifesta est hęresis.*
4 *Sortilegia simplicia manifestè non sapiunt hęresim.*
Consanguineam cognoscens alteri nuptam, dicitur adulter, & incestuosus.

CAPIT. VIII.

1 ITem notādum, qꝑ licèt Episcopus † possit inquirere de occultis diuinationibus, & sortilegijs etiam sapientibus hæresim, tamen inquisitores hæreticæ prauitatis de his non possunt, nisi sapienti manifestè hæresim, vt de hæret. accusatus. §. sanè. lib. 6. nam istorum sortilegiorum, & diuinationum aliqua sapiunt hæresim, aliqua non, quia primo casu aliqua sapiunt hæresim manifestè, & tunc possunt inquisitores se intromittere. Secundo casu non, vt in alleg. c. accusatus. fm Io. An. in alleg. addi. de sorti. istud ergo verbum manifestè determinat verbum hęresis, & ad eius qualificationem venit, prout in simili dicit Bart. ff. de iniur. item apud labeonem. §. cōuitium. cum apponitur alicui, qꝑ interfecit proditorię. vnde dicit in alleg. c. accusatus, Petr.
2 de Anc. qꝑ sumere; vel dare † pocula, vel exercere sortilegia simplicia ad amorem mulieris prouocandum, vel propter conscięntiam sumere hostiam non consecratam pro consecrata, non sapit hæresim manifestè, quia alia est pęna talia facientium, quàm hæresis. & qꝑ sint delicta diuersa, patet ex diuersitate rubricarū, quia rubrica de hæreticis, ponitur separatè à rubrica de sortileg. de poculis ponitur. ff. de pęn. si quis aliquid. §. qui abortionis. hostia ponitur de celebra. missa. ab homine. similiter imagines facere, & dęmones inuocare, & incantare ad amorem mulierum prouocandum, magis est superstitiosum, quàm hæreticum, quia tunc vocatur dæmon ad id, quod est proprium eius, scilicet ad temptandum. vnde Saluator in Euangelio vocat eum temptatorem, licet hæc facere sit fętidum, & peccatum mortale, non tamen hæreticum, sed facere quæ dicit gl. ibi in alle. §. sanè. videlicet nefarias preces emittere, sacrificia offerre, dęmones consulere, eorum responsa suscipere, vel associare sibi propter sortes exercendas hæreticos, vel faciunt prædicta cum corpore, & sanguine Iesu Christi, vel ut possint habere responsa puerum baptizant, & his similia: ex quo enim ad scientiam, & prouidentiam
3 futurorum pertinet, sapiunt hæresim manifestè, † quia attribuitur creaturæ, quod est proprium creatoris, iuxta illud Esaię, Annunciate quæ futura sint in futurū, & sciemus quia dii estis vos, secundùm eundem Pet. qui ad hæc alleg. Oldr. in contestem, in consi. 209. quod incipit, regularis habet traditio. ad hoc est præalle. §. qꝑ autem sortileg. & c. non obseruetis. ibi, qui autem talibus credunt. & idem tenet Dominicus in alleg. §. sanè. in addi. nā aut inuocat ad finem, vt sciat futura, & sapit hæresim manifestè: aut ad temptandum, & non sapit hæresim manifestè, secūdùm eum. quod dicit verum, si hoc facit per modum Imperii, videlicet præcipiendo dęmoni, sed si faceret vt illum adoraret, & tūc sapit hæresim manifestè propter vitium in adoratione, ut ibi sentit gl. alleg. eundum Oldr. in contestem. secundum quem di-
4 cit, qꝑ sortilegia † simplicia non sapiunt hęresim manifestè, quia alius est titu. de sor. & alius de hæret. vt prædixi. aliàs si sapiunt hęresim manifestè, ut supra proximè. dicitur associando propter hoc sibi hæreticos, uel similia ad diuinandum, uel inuocandum dęmones, potest procedi contra talem exercentē, tanquam sortilegium, uel tanquam diuinatorem, & sic habito respectu ad diuinationem dicitur hæreticus, ar. ff. de adul. l. si adulterium cum incestu. cum no. per Doct. ibidem. nam cognoscens consanguineam alteri nuptam, dicitur adulter per respectum ad nuptam, & dicit incestuosus per respectum ad consanguineum, & utroque modo puniri potest, ut ibidem patet per Doct. nam sortilegi dicuntur hæretici, ut prædicitur, & patet in alleg. c. episcopi. in princ. & qꝑ per modum Imperii licet inuocare dęmonem, dictum est supra post prin.

SVMMARIVM.

1 *Dęmonem inuocare, licet sit graue ad futura cognoscenda: tamen dęmoni inuocato, si sacrificium exhibeatur, grauius est.*
Adorare, & reuerentiam facere, an sit idem.

CAPIT. IX.

1 ET licèt inuocare Dęmonem ad futura † cognoscenda sit graue, tamen grauius est si sacrificium, uel reuerētiā dęmoni inuocato exhibeat. dęmon enim, qui intendit pditionē hoīs, ēt si aliqn̄ uera dicat, intēdit hoīem assuefacere, ad hoc ut ei credat, ut ponit Tho. in alleg. q. 90. art. 4. & sic adorare, & reuerētiā facere, idē sunt. hinc est qđ dicit Old. ubi s. post Io. Mo. qꝑ si adorare hr̄ticū, sit hæreticū, uel hæresim sapiat

Source : BIU Cujas

manifeſtè,multo magis adorare dęmonem.idem dicit Io. And. in addi.Spec.in tit.de ſortil.ſequendo opi.Oldr.licet ipſum non alleget,& nedum inuocare dęmonem ad futura ſciendum, ſed etiam ad poſtulandum auxilium ab eo,dicitur, hæreſim ſapere, vt ſequitur.

S V M M A R I V M.

1 *Inuocans dęmones,putans illos poſſe facere illud,ad quod inuocat ex eorũ poteſtate actiua,hareticus eſt.*
2 *Hæretici,qui dicantur.*
3 *Hæreſis,eſt ſpecies infidelitatis.*

CAPIT. X.

1 ITem malle. §. ſane. quærit idem Domi. quòd † ſi aliquis inuocauit dæmonem per modum,qui ſapit hæreſim manifeſtè.vt ad poſtulandum aliquid,non autem ſimpliciter, quo caſu nõ diceretur ſapere hęreſim manifeſtè, licet peccaret, vt dicitur infra.§.item conſiderandum.ver.8.adde.j.§.item. And de Iſer.ver. j.& demũ propter hoc citatus ab inqſitore abiurauit hæreſim,& promiſit nunquam inuocare eum,ſi poſtea inuocauit ſit dicendus relapſus, & poſſit relapſi pęna puniri, & refert, Lapum Abbatem tenere ꝙ ſic, ſed alios contradicere. vnde ipſe diſtinguit ſaluando vtranq; opi.d.ꝙ qui inuocat dęmones,putans illos poſſe facere illud,ad quod inuocat ex eorum poteſtate actiua,& procedit opi.Lapi,vt taliter inuocans dicatur hæreticus,cum illi attribuat,quod eſt Dei,& in alleg. epiſcopi.vbi expreſſe tex. appellat † hæreticos illos qui petunt auxilia à Diabolo,Deo derelicto,aut qui inuocat non credit illos poſſe operare ex ſua potentia actiua totaliter,ſed ad id quod eſt natura eorum, ſcilicet ad tentandum, puta mulierem ad concupiſcẽtiam cum aliquo, & tunc non eſſet hæreticus, licet malè faciat, quia Saluator appellat eum tentatorem,ſecundùm eum ,& idem tenet Petr.vt prædixi.vnde dicit lex,Ne quis mortalium tentet explorare veritatem præſentium,vel futurarum rerum ſub execrabili conſultatione,vt C.de paga.& ſara.ne quis.ſed cui incumbat ꝓ-
3 batio,vide infra verſi.3.& in §.item pertinaciter aſſerere.† vnde hęreſis eſt ſpecies infidelitatis,ſed idololatria eſt ſpecies ſuperſtitionis,ſecundum Tho.2.2.q.94.ar.j.in reſponſione primi arg. in fi.licet ea,quæ hæreſis ſunt,ad ſuperſtitionem pertinent, inquantum ſuperſtitio proteſtatur peruerſitatem fidei,ſecundùm eundem in 4.diſt.13.ar.j.& ſic quantum ad peruerſitatem fidei ſuperſtitio,& idololatria hæreſis,paria ſunt.

S V M M A R I V M.

1 *Religioni opponitur ſuperſtitio.*
2 *Homini non licet vti auxilio dæmonum.*

CAPIT. XI.

1 SVperſtitio enim opponitur † religioni,& importat indebitum cultum diuinitatis, & ideo ad eam pertinet non ſolũ cum ſacrificium dęmonibus offertur, ſed etiam cum aliquis aſſumat eius auxilium ad aliquid faciendum, vel cognoſcendum.omnis enim diuinatio ex dęmonum operatione peruenit, vt quia expreſsè dęmones inuocantur ad futura manifeſtanda:vel tacitè,quia dęmones ſe ingerunt vanis inquiſitionibus futurorum, vt mentes hominum implicent vanitate. vana enim eſt inquiſitio futurorũ, quando homo tentat præcognoſcere futurum,vnde præcognoſci non poteſt.& ſic diuinatio eſt ſpecies ſuperſtitionis,quantum ad modum operationis:ſed quãtum ad finem intentum,qui eſt præcognitio futurorum, ſed ſpecies curioſitatis,ſecundùm eundem Tho.in alle.q.95.art. 2.ad fi.
2 & 26 q.& illud.non enim † licet homini vti auxilio dęmonum etiam circa imagines caracteratas per pacta cum eis tacita, vel expreſſa,ſecundùm eundem Tho.in alleg.q. 96. art.2.in fin. vnde licet nõ poſſet dici manifeſtè hæreticus,quando cauſa amoris inuocat: tamen puniendus eſt pœna arbitraria, vel pecuniaria,vt infra dicetur,vel pęna ſortilegij ſi ſortibus ad hoc vſus eſt, & ſecundùm legem ſeueriſſimè puniendus eſt per l.4.C.de malef.& Math. vt prædixi. Ex quibus concluditur ꝙ in iſtis ſortilegijs, & diuinationibus ſapientibus hæreſim manifeſtè habet inquiſitor cognitionem,dummodò pertineat ad ſciẽtiam,& prouidentiam futurorum,& ſint munifeſta per euidentiam facti,vt quia publicè prædicat,vel faciat,aut confitetur,vel quia conſtat per teſtes,quia per hoc dicitur hæreſis manifeſta,vt no.de hær.c. ad abolendam.& tunc dicitur conſtare per teſtes,ſi eos reprobare non potuerit,vt no.D.And.de Iſer.in auth.gazaros.j.col.& in ti. de ſtat.contra liber.Eccl.quę poſita eſt.C.de hære.alle. ad hoc Hoſtien.in ſum. de hæret. ſub §. qualiter deprehenditur. verſic. aduerte.

S V M M A R I V M.

1 *Sortilegiorum,& diuinationum vſus,dicitur ſapere hæreſim manifeſtè.*
2 *Adulterium, fornicatio, & huiuſmodi peccata mortalia, non ſapiunt hæreſim.*
Sortilegiorum quædam ſapiunt hæreſim,quædam non.

CAPIT. XII.

1 ET eſt conſiderandum, ꝙ † viſus ſortilegiorum, & diuinationum,dicitur ſapere hæreſim manifeſtè,quando ille vſus eſt manifeſtus ad præſumendum, ꝙ vtens malè ſentiat de fide,ſeu aliquo eius articulo, vt quia per exercitationem illius vſus aſſociat ſibi hęreticos.nam propter talem conuerſationem præſumitur manifeſtè talis, qualis eſt ille,cum quo conuerſatur, vt patet de hæreti. c. accuſatus. §.ille quoque. lib.6. & in Auth. de mona.§.ſi verò his.& ibi per ſciben. vel ad talem vſum inuocat dęmonem ad diuinandum, vel poſtulandum aliquod ſuffragium, quia tunc ratione inuocationis præſumitur hæreſis manifeſta,& idem in ſimilibus caſibus,vt prædicitur. non autem dicitur talis vſus manifeſtè, ſi ſimpliciter quis vtitur ſortilegiis,& diuinationibus etiam publicè, ſicut etiam ſi publicè peccaret adulterando,fornicando,vel alia peccata mor-
2 talia committendo, † quia non ſapiunt iſta hæreſim, cum propter hoc contra fidem manifeſtè non aſſerat, vel ſentiat, vt infra.§.proxi.ver.fi.& §.item An.de Iſer.ver.ex quibus. niſi frequẽtaret,ac ſi eſſet hæreticus, & diffamatus, nedũ pro ſortilego, vel diuinatore,ſed etiam pro hæretico,vt infra proxi.§.dicitur.nam ſortilegiorum quædam ſapiunt hæreſim, quædam non : ſed ea quæ ſapiunt hæreſim, aliquando ſapiunt manifeſtè, aliquando non,vt prædixi poſt Ioan.Andr. Item quia diuerſi ſunt titu. eorum,vt præmittitur . Item quia ſimplicia ſortilegia non ſapiunt hæreſim manifeſtè, ſecus ſi eſſent duplicia,ſeu mixta cum participatione hæreticorum, ſeu inuocatione dęmonum. Item notañ.quòd dixi ſupra proxi.

S V M M A R I V M.

1 *Hæreticus manifeſtus,quis dicatur.*
2 *Diuinam,quàm humanam grauius eſt offendere maieſtatem.*
3 *Hæreticorum conuerſatio ſi facit quem hæreticum, multo magis conuerſatio dæmonum.*
Diabolus nocendi voluntatem habet à ſeipſo,ſed effectum non,niſi ex diuina voluntate,vel permiſſione.

CAPIT. XIII.

1 VNde dicit Dominicus de hære.in fidei.poſt princi. † ꝙ hæret.dicitur manifeſtus,ſi poteſt probari hæreſis per teſtes.11.q.3.eorum.licet quando dicatur occultum, quòd quinque fiunt, vt ibi. vnde concluditur, quòd qui aliter quàm ad tentandum inuocat Diabolum in ſuum ſuffragium dicitur hæreticus, ſeu ſapit hæreſim manifeſtè. adde ſupra in §.item in alleg. §. ſanè. qui enim contrahit amicitiam, & pacta fœderata tacita,vel expreſſa, cum inimicis Principis,maximè contra Principis voluntatem dicitur infidelis & proditor, ac præuaricari fidem Principi datam, vt plenè per And. de Iſer. titu.quæ ſit prima cau.bene.ami.§.rurſus.in col. 2. & 3. & per ea, quæ ſequntur,& no.92. diſtin. ſi inimicus eſt iſte ſic ſi contrahat
2 cum inimicis Dei, immo multo magis, † quia grauius eſt diuinam,quàm humanam offendere maieſtatem:ſed conſtat quòd dæmon eſt Dei inimicus, eius conuerſatio prohibita eſt nobiſcum, ergo &c. quo fit vt inuocans præſumatur credere illum, poſſe præſtare illud, ad quod inuocatur ex ſua poteſtate, tum quia agit rem prohibitam, & de genere malorũ, ut patet ex his, quæ dicit And.de Iſer.in alleg.§.colla.2.ibi.ſed an Dominus probabit,tum quia ita operatur,ac ſi ita crederet verè ea, quæ ſupra dicta ſunt in verſi.3.& infra in §.item conſiderandum quòd pluribus.Item infidelis,& rebellis dicitur ille, qui facit publicè, aut operatur contra honorem Principis, vt in 10. colla. qui ſint rebelles.ſic qui facit contra honorem Dei multo magis, vt ſupra. Item ſi conuerſatio hæreticorum facit quem hæreticum, vt in
3 alleg.c.accuſatus. §.ille quoque.multo magis † conuerſatio dęmonum ; nam licet proprium dęmonis ſit tentare, non tamen eſt eius proprium alia facere,quamuis aliquando inducat homi nibus mala,illud tamen non eſt eius proprium, ſed Dei permiſſione,ut dicit Augu.16.q. 5.c.ſciendum.& c.nec mirum & 7.q.j. ſciſcitaris.& Tho.ſuper Iob.c.2.& ſuper 4.diſtin.34.artic. 3. & illud, vide quòd ego ſum ſolus, &c. vt prædixi. uoluntatem enim nocendi habet Diabolus à ſe ipſo,ſed effectum non, niſi ex diuina voluntate, uel permiſſione, ſecundum Tho. ſuper Iob. c. 4. quod contingit ꝑ malitiã creaturæ rõnalis,quæ primo in Diabolo eſt inuẽta, & ꝑ eius ſuggeſtionẽ ad hoies deriuata,ut ibidẽ.

S V M M A R I V M.

1 *Hæreticus quis dicitur pluribus modis.*
2 *Decretis,decretalibus,& epiſtolis ſummorum Pontificum contradicens, eſt hæreticus.*

CAPIT. XIIII.

1 ITem conſiderandum,ꝙ † pluribus modis dicitur quis hæreticus, ſcilicet ſtricto modo, uidelicet ut qui aliter ſentit de articulis fidei, quã Romana Eccleſia. Itẽ ſacris Eccleſiæ. Itẽ q nõ recipit quatuor ꝯſilia.Itẽ q aduerſat̃ fidei catholicę, ẽt ſi ex leui arg. circa hoc erraret. itẽ in 30.ſectis, uel modis poſitis in c.quidã.24.q.3.unde in quacũq; hæreſi aliq̃d crederet̃,uel fieret,qđ eſſet ꝯ articulos fidei,uel ſacr̃a Eccleſiæ, uel impugnaret̃ catholica fides aliter q̃ ſicut Romana Eccleſia credit, & tenet, uel ſi in hr̃ſi illa facto,uel dicto incideret̃,uel in aliis hr̃ſibus,oẽs

tales

Source : BIU Cujas

tales hæretici dicuntur, & perdunt bona, vt plenè ponit Host. in sum. de hæret. §. qua pena. & And. de Iser. in alleg. auth. gazaros. item † qui contradicit decretis, decretalibus & epistolis summorum Pontificum, est hęreticus, vt 20. dis. de libel. in fi. ſm eũdem And. vbi supra per Host. & de hac materia no. 24. q. 3. §. qa no. de hæret. in 3 & eo. ti. cle. 3. & idem probatur per c. accusatus. §. j. de hær. in 6. vbi dicit, ꝙ qui committit in vna specie, seu secta hæresim, aut errat in vno articulo fidei, seu sacramento Ecclesiæ est hæreticus. vnde clarius, & breuius ponit gl. in cle. vna, de vsur. gl. pe. dicens, ꝙ non solum est hæreticus malè sentiens de articulis fidei, vel sacramẽtis Ecclesię, sed etiam qui peruersum habet dogma, vel gignit nouas opin. falsas, vel iam inductas falsas opi. sequitur, vt probatur de hære. ad abolendam. & 24. q. 3. c. inter hæresim. & c. hæreticus. & ita tenẽt Doct. in alle. c. finis. Proximus hæresis est adhęrere falsæ sententiæ proprię, secundum Tho. 2. 2. q. 11. ar. j. & intellige, si pertinaciter repugnat, secũdùm Cald. in consi. 4. sub tit. de hæreti. & dicitur infra.

SVMMARIVM.

1 *Verbo nedum quis in hæresim incidit, sed etiam facto.*
2 *Contrahens legitimè matrimonium cum aliqua per verba de presenti, & postea illa viuente contrahat auctoritate propria cum alia, nunquid inquirendus qualiter sentiat de matrimonio.*
3 *Simoniaci expresè, an errent in fide.*
Factis demonstrare plus est, quàm verbis.
4 *Auaritia est idolorum seruitus.*

CAPIT. XV.

1 ET quod supra dixi, nedum † quis incidit in hæresim verbo, sed etiam facto, tenet expresè Lap. Abb. An. de But. & Io. de Imo. in alleg. cle. de vsur. dicens, ꝙ si quis in verbis asserat ptinaciter, exercere vsuras nõ esse peccatum, sed factis, puta inhumaniter tractando eos quibus mutauit, vel simile quid agendo, ꝙ tũc si ex hoc grauata sit eius opi. ita ꝙ dici posset ex hoc diffamatus, tunc procedi poterit contra eum de hæresi. 11. q. 3. existimant. & c. non solum. vbi hr̃ ꝙ nõ solum verbis, sed etiam factis Deum negamus. ſm eos. ad hoc. 25. q. j. violatores. ibi, aut proteruè agunt, aut loqui præsumunt, & in alleg. c. accusatus. §. ille quoq; vbi ponunt certi casus, propter quos quis incidit in hæresim facto, & opere, licet nihil afferat, & per ꝑns manifestè hęreticus dici potest, inquantum sunt signa infidelitatis, vt infra versi. ex quibus patet.
2 Hinc est, ꝙ † si aliquis contrahat cum aliqua legitimè matrimonium per verba de præsenti, & postea illa viuente cõtrahat propria auctoritate cum alia, inquisitor potest contra talem sic cõtrahentem inquirere, qualiter sentiat de sacramento matrimonij ſm eundem Dom. post Lap. in alleg. c. accusatus. §. sanè. & ita dicit ibi, ꝙ fuit consultum. nam facere dicitur iste contra sacramentum matrimonii, quod habet de substãtia, vt quis retineat vitam indiuiduam, cum illa cum qua contraxit, vt in c. fi. de cõdict. app. quare contrahendo cum duabus viuentibus committit contra illud sacramentum, ſm eundem Do. ibi. vnde Bal. in l. nemo clericus. C. de sacrosan. Eccle. dicit ꝙ si professus egreditur de monasterio, & accipit vxorem de facto palam, ꝙ hæreticus est, cum faciat contra sacramentum matrimonii, & potest inquisitor eum punire de heresi, si velit errorem suum pertinaciter defendere, allegãdo ꝙ sit licitum illud quod fecit, vt ibi, vel proteruè agit, vt supra, & per ꝑns licet nõ dicat verbo hoc non esse ꝛ sacramẽtũ, vt vel non esse peccatum, tñ facto hoc asserit.
3 facit qđ scribit Tho. in 4. dist. 13. art. 15. post medium, dicens † ꝙ simoniaci expresè non errãt in fide, tñ qñq; per similitudinem dr̃ hæretici: quia sicut hæreticus dr̃ qui contra fidem sentit, ita simoniacus operatur, ac si contra fidem sentiret, dum precio sacramẽta vult adipisci, vel dare, ac si existimaret posse donũ spiritussancti pecunia posse dari, ſm eundẽ. nam plus, vel tñ valet renunciatio, quæ fit ipso facto, sicut verbo, de his quæ fiunt à ma. par. capi. ex ore. & de vi. & hone. cle. c. fi. ff. de legi. l. de quibus. circa fi. plus est factis demonstrare, q̃ verbis dicere, vt no. de app. dilec. fili. lo j. vnde licet verbo quis dicat simoniam non esse peccatum, tñ ex quo dicit facto, seu opere, idem est, licet simoniaci nõ sint propriè, & per se loquendo hæretici, cum nõ habeant aliquam falsam opi. tñ dicuntur per similitudinem actus, quia ita operantur, ac si existimarent donũ spiritussancti pecunia posse possideri, quæ existimatio esset hæretica, vt Greg. in registro dicit, cũ oĩs † auaritia sit idolorũ seruitus, quisquis hãc in Ecclesiasticis dignitatibus dandis nõ præcauet, infidelitatis ꝓditioni subijcit, ẽt si fidẽ quã negligit, tenere videat̃, ſm Tho. in 4. dist. 25. ar. 10. cum hęreticus sit infidelis, vt ibi, in arg. & 2. q. fidẽ. q. 85. art. j. in prin. post med. & hæreticus dicitur, qui fidem Christi cõfitetur, sed eius dogma corrumpit, vt infra dicitur. & 24. q. 3. qui in Ecclesia. vnde dicitur. 25. q. j. violatores, ꝙ si aliquid proteruè agit̃, aut loqui præsumitur contra canones, aut facere volentibus spõtè consentit, dicitur blasphemari spiritussanctus.

SVMMARIVM.

1 *Blasphemus, an dicatur hæreticus.*
2 *Antiquitus blasphemi opprimebantur lapidibus.*
3 *Deus negari dicitur verbis, & factis.*

CAPIT. XVI.

1 ET ex hoc patet, ꝙ blasphemus in Deum, † dr̃ hæreticus, quia blasphemus dr̃ infidelis: nam ſm Tho. 2. 2. q. 13. artic. j. ante med. blasphemia pertinet ad infidelitatem, & opponitur cõfessioni fidei, & derogat diuinæ bonitati, & honori. & ideo dicit Tho. ibi, in art. 2. circa fi. blasphemia prohibetur per illud. Non assumes nomen Dei tui in vanum. nam magis assumit nomen Dei in vanũ, qui aliquid falsum de Deo asserit, q̃ qui per nomen Dei aliquid falsum affirmat, ſm eum: quia ſm eundem in art. 3. ibidem, qui periurat non sentit, aut dicit aliquod falsum de Deo, sed Deum adhibet testem falsitati. vnde cum periurium sit maximum peccatũ, ſm genus suũ, conueniẽs est, ꝙ blasphemia sit peccatũ maximũ, ad idem genus pertinẽs, & ipsam aggrauans, ſm eũ, & ibi. Præterea ſm leges ciuiles, anima & corpus blasphemi perditur, & per blasphemiam Deus prouocatur ad iracundiam, vt mittat terræmotus, pestilentias, & famen, vt in Auth. vt non luxuri. cõtra naturã. coll. 6. Præterea, ſm legẽ antiquã † blasphemi opprimebant̃ lapidibus, vt patet Num. c. 4. hinc est ꝙ tunc hoĩs audiẽtes blasphemiã in Deũ obturabãt aures suas, & vestimẽta scindebant in signũ doloris, vt patet Actuum. c. 6. & Matt. c. 26. Præterea Iudæi dr̃ blasphemi, vt in c. j. & 2. cũ sicut. & Iudęi, & hęretici sunt blasphemi, vt dicit Tho. in 4. dist. 13. ar. 17. vñ qa blasphemus dr̃ proprie infidelis, sequit̃ ꝙ non strictè, sed largè blasphemus dicat̃ hęreticus, sicut quilibet infidelis dr̃ largè hęreticus, vt 24. q. 3. §. quia verò. vnde blasphemus non vr̃ in Deũ credere: & si cum hoc non sapiat hæresim manifeste, non põt inquisitor se intromittere, & sic manifestè non dr̃ peccare contra primũ articulũ fidei, nisi expresè, vel per similitudinẽ actus ita operat̃, ac si existimaret Deũ, non esse Deũ oĩpotentẽ, honorandũ, & laudandũ, & hoc maximè si nõ solũ blasphemaret Deũ, sed ẽt alia
3 verba turpia ꝯ Deum ꝓferret, vel appropriaret, † nam verbis, & factis Deus negari dr̃, vt in alle. c. existimãt. cum se. 11. q. 3. vbi additur, ꝙ quotiescũq; vincimur vitiis, atq; peccatis, toties Deum negamus. nam blasphemia directè pertinet ad contemptũ Dei, ſm Tho. 2. 2. q. 7. ar. 2. Si. n. violator canonum, & dogmatum dr̃ blasphemus, & hęreticus, vt prædicitur, multo magis qui falsum asserit de Deo, cuius dono canones editi sunt, dicitur hæreticus manifestus. similiter idem est blasphemare Sanctos, secundùm eundem Tho. vbi supra art. j. dicentem, ꝙ sicut Deus in Sanctis suis laudatur inquantum laudantur opera, quæ Deus in Sanctis suis efficit: ita etiam blasphemia, quæ fit in Sanctos ex consequẽti in Deum redundat, ſm eum: sicut qui committit in consiliarios Principis, in ipsum Princpem cõmittere videtur, quia pars corporis ipsius sunt. C. ad leg. Iul. maie. quisquis.

SVMMARIVM.

1 *Scripturã factã q intelligit aliter, q̃ spũssanctus flagitat, hæreticus censetur.*
2 *Fidem Christi qui confitetur, & eius dogma corrumpit, hęreticus est.*

CAPIT. XVII.

1 ITEM quicunque aliter scripturam † sanctã intelligit, q̃ spiritussanctus flagitat, à quo scripta est, hęreticus põt appellari, licet de Ecclesia non recesserit. s. corporaliter, vt in alle. c. quidam. in fi. 24. 3. & c. hæresis Græcè. & dr̃ quis aliter exponere sacram scripturã, q̃ spiritussanctus flagitat, q̃ expositionẽ sacræ scripturæ retorquet ad illud, quod ꝛriatur ei, quod est per spiritũsanctũ. s. reuelatũ. vnde dr̃ Ezec. 13. de falsis Prophetis, qui ꝓseuerauerũt confirmare sermonẽ. s. per falsas expositiones scripturę. Similiter ẽt per uerba, quę quis loquitur, suam fidem profiteẽ. est enim confessio actus fidei, & ita si sit inordinata locutio, circa ea, quæ sunt fidei sequi põt corruptio fidei, & ita declarat beatus Tho. 2. 2. q. 11. ar. j. circa med. Hinc est,
2 ꝙ hęreticus † est, qui fidem Christi confiteẽ, sed eius dogma corrumpit, ut idẽ ibi ponit ar. j. circa med. nam hæreticus dicitur, q̃ aliter exponit scripturã, q̃ exponunt canones à sanctis patribus editi, quia instinctu, & dono spiritussancti sunt dictati, & reuelati, ut 25. q. j. uiolatores, & sic qui non assentit determinationi Ecclesię, uel illius determinationi nõ se submittit, est hęreticus. 24. q. j. hæc est fides, ſm Tho. ibidem in fi. & in j. parte. q j. arti. 5. in fi. & hoc est, quod dicitur de sum. Trin. & fide catholi. c. damnamus. circa finem, ibi, firmiter confitetur illam fidem tenere, quẽ firmiter tenet Romana Ecclesia.

SVMMARIVM.

1 *Asserens pertinaciter, quòd vsus diuinandi non sit improbatus ab Ecclesia, an dicatur hæreticus.*
2 *Dubius in fide, si determinatè in tali dubitatione persistit, infidelis est.*

CAPIT. XVIII.

1 VO fit, ut si quis dicat, ꝙ † usus diuinandi non sit improbatus ab Ecclesia, uel si contra hoc pertinaciter facit, est hæreticus, cum dicat uel faciat contra illud, quod Romana Ecclesia tenet; nã tenet ꝙ solius Dei est pronunciare futura, & qđ q exercet eo modo, quo supra usum diuinandi, cẽsetur hæreticus & præuaricans fidẽ Christianã, ut prędicet̃. Similiter si quis diceret uerbũ hæreticum, puta ꝙ fornicatio non sit peccatum mortale, vel ꝙ

Source : BIU Cujas

prẽlati Eccleſiarum non habent poteſtatem ligandi vel ſoluendi,vel ſimile verbum:ſiquidem correctus pertinaciter defendit errorem,quem aſſerit,ſiue id gignit,ſiue ſequatur, hæreticus eſt
2 cenſendus.24.q.3.qui in Eccleſia.& c.hęreticus.Item dubius † in fide,infidelis eſt,ſi determinatè in tali dubitatione perſiſtit,vt in c.j.de hære.& ideo oportet credere, quod ſancta Romana Eccleſia & ſancti Doctores Eccleſiæ determinãt,aliàs hæreticus eſſet magiſter erroris,qui nõ vult eſſe diſcipulus veritatis, & huic nõ eſt cõicandum, ſed vitandus eſt poſt primam & ſecundam correctionem.24.q.3.c. quid autem. niſi eſſet damnatus de hæreſi, tunc poſt vnam monitionem vitabitur, vt ibi in gl. vbi verò dixit aliquis verbum hæreticum, ſed pertinaciter poſt correctionem illud non defendit,nec reſiſtit,vel dicit ſe non dixiſſe,& paratus eſt ſtatim corrigi,ꝙ audiuit veritatem,ſi eſt hæreticus,nec hæreticus computandus,quia vt in c.dixit Apoſtolus.24.q.3. ſecundum Hoſt.in ſum.de hęre.§.qualiter comprehẽditur, & per And.de Iſer.in alleg.auth.gazaros.hic eſt, ꝙ beatus Tho. ſecunda 2.q.5.ar.3.dicit, ꝙ hæreticus qui pertinaciter diſcredit vnum articulum, non eſt paratus ſequi in omnibus doctrinam Eccleſiæ: ſi enim non pertinaciter,iam non eſt hæreticus, ſed ſolùm eſt errans,ſecundùm eum.

SVMMARIVM.

1 *Vſuras non eſſe peccatum,pertinaciter aſſerens,hæreticus dicitur.*
2 *Pœna relapſi,qui poſſint puniri.*
3 *Relapſus,quis dicatur.*

CAPIT. XIX.

1 VNDE aſſerens † pertinaciter,exercere vſuras non eſſe peccatum, dicitur hæreticus, vt patet in cle.j. de vſuris. cum hoc ſit contra doctrinam Eccleſiæ, vt eo.tit.c.3.& c.cum tu, vt no. per gl.& per Doct. in alleg.cle.& idem dicitur de fornicatione in cle. 3.de hęre.& ibi gl.hoc probat,& dicũt Zenze.Mat.& Io.de Imo. ꝙ proſequens errores,de quibus ibi,punitur pœna hęreticorum: & hoc ideo, quia iſti errores, de quibus ibi, ſunt per Eccleſiã dãnati,niſi ſe corrigant audita veritate,quia tunc nõ debent haberi pro hæreticis.fatentur tñ ꝙ aliqualis pœnitẽtia eſt eis imponẽda.addẽtes,ꝙ ſi poſt correctionem,& reuerſionem,& hæreſim abiuratam non implent pœnitentiam eis iniunctam,hñr,pro re-
2 lapſis,† & ſic pœna relapſi pñt puniri,& idem tenet Fede. de Sen. in conſ.156.quod incipit,Alexander Eps,& circa hoc Io. Cal.in alleg.c.literas.de præſump.recitat quæſtionem de facto cuiuſdã Seneñ.qui fuit deprehenſus in hæreſi,& correctus,& poſtmodũ fuit ſibi in pœnitentia iniunctum,ita vt non intraret ciuitatẽ per ſex menſes.iſte ante tps intrauit ciuitatem, & ſic non obſeruauit pœnitentiam:quærebatur vtrum eſſet relapſus, & condemnandus, vt hæreticus,& multa conſilia ſuper hoc emanauerint,& p fi illius c.literas.aliqui dicebant ꝙ ſic, ſed durũ eſt.vnde dicit ipſe ꝙ quandoq; imponitur pœnitentia, quæ directè eſt contra hęreſim,vt.ſ.deteſtetur hæreſim,& prædicet contra ipſam. Item ꝙ non conuerſetur cum hæreticis,& ſimilia,& hoc caſu ſi nõ obſeruat tale mandatum,iudicabitur tanquã hæreticus: quandoq; imponitur pœnitentia quæ non eſt cõtraria directè hæreſi, vt ieiunare,peregrinari,& ſimilia,ſi modo nõ obſeruat, non pro tãto dicitur relapſus,& ſic fuit conſultum ſm eũ,qui ad hoc alleg. 30.diſt.c.fi.& de purga.cano.c.inter ſollicitudines.breuiter dico,
3 † tunc dicitur relapſus,qñ facit contra pœnitentiam illud, quod non ſit dubium feciſſe ex conſcientia, & loquela approbati à ſe erroris,vt probatur in alleg.c.accuſatus.§. ille quoq;. & hoc vñr dicere Doctor.in alleg.c.vt cõmiſſi.dicẽtes, quia carcer datur in pœnitentiam ne noceat alijs,vel eos inficiat, vt appareat, an ambulet in tenebras, vel in lucem. & pñt propterea damnari pœna pecuniaria ſi bona hñt,vt quia fuerunt reſeruata.Inſuper. in cle. de vſuris. etiam quærit ipſe Io. poſt Lapum Abbatẽ, ꝙ ſi aliquis non pertinaciter, ſed fortè aliter ex lubrico linguæ aſſerit, non eſſe peccatum exercere vſuras,quod nõ punietur niſi ſaltem, vt in his verbis hæreticis ex ordinario arbitrio ep̃i vel inquiſitoris, & imponitur ei ſaltẽ aliqualis leuis pœnitentia ſalutaris, vel etiã in nullo punietur.idem tenet ibi Ant.de But.poſt Lapum.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticum verbum ſemel dicens, & ſtatim ſe corrigens, an cenſeatur hæreticus.*
2 *Delinquens plus, plus punitur.*
3 *Diſpenſari ſuper pœna non poteſt cum vero hæretico & relapſo.*

CAPIT. XX.

1 ITEM And.de Iſer. quærit, vbi ſupra an † qui ſemel dixit verbum hæreticum, & ſtatim requiſitus paratus eſt ſe corrigere, debeat puniri. dicit primo ſm Hoſt.vbi ſupra, ꝙ cõſiderandum eſt quid locutus eſt, ſicut de illo qui maledixit Principi, & ſic iſte qui maledixit Deo de ueritate & vnitate fidei,vnde C.de his qui impe.male.l.j. dicitur ꝙ ex perſonis hominum ſunt huiuſmodi maledicta penſanda. nam ex leuitate vel errore hoc dicit,non ꝙ id credat:& contemnendum eſt tale dictum verbũ, & quia verè pœnitet, venia dignus eſt.lubricum quidem linguæ ad pœnam facilè trahendum non eſt. ff. ad leg.Iul.ma.famoſi.ſed dicit idem Ant. ego hoc caſu pœnã aliquam & pœnitentiam leuem imponerem, vt iteratò ſit memor, ꝙ non labatur laſciuè talia dicere pp exempla aliorum, & quia deliquit hæc erronea proferendo,ergo puniendus eſt,& quia lõgè grauius eſt diuinam,quàm humanam offendere maieſtatẽ,& hoc ſit pp correctionem malè loquẽtis & fatuè.ſed ſi ex inſania dixit, tũc eſt miſeratione digniſſimũ,quia non dẽt addi afflictio afflicto:ſinautẽ ex aĩo verba hęretica dixit & paratus eſt corrigi licet non ſit hęreticus,tñ puniẽdus eſt pluſquam in primo caſu, qñ ex leuitate vel errore. nam hoc caſu Princeps iniuriã ſibi dictam puniret ex qualitate perſonæ, ſic iudex, aut inquiſitor ex qualitate perſonæ,& dicti ſtatuet pœnam:quia cum ſit puniẽdus ex quo deliquit, nec ſit expreſſa pœna, ergo arbitraria eſt imponenda.de offi.dele.de cauſis.conſtat enim plus delinquere hunc ex animo loquentem mala quàm primum, qui ex leuitate, ſeu errore hoc protulit, ergo plus punitur,& maior tunc pœna arbi
2 traria,quia † qui plus deliquit, plus punitur. ff. de pœn.capitaliũ. §.ſolent,ſm eundem An. & hanc opi. ſequitur Io.de Imo.poſt Matt.in cle.3.de hær. dicens ꝙ aliqui proferunt verba hæretica, quæ nullam habent excuſationem,& proferunt ludendo & iracundè,vel ex fatua ſimplicitate, & tunc talibus taliter delinquẽtibus pñt inquiſitores imponere pœnas pecuniarias. nam has pœnas ſolet imponere Eccleſia.24.diſt.quanquam.de Iudæ.& ad liberandum.& de rapto.in Archiepatu.ad hoc, quia inquiſitores ſunt tales iudices,qui poſſunt pœnas imponere hæreticis conuerſis & cõmutare,vt de hæreti.vt cõmiſſi.§.& illorum.lib.6. & hãc pœnam pecuniariam non debet imburſare,ſed dare pauperibus, vel ad aliud opus pium, vel applicare corũ officio, ſm eos, poſt gl.ibi.de hoc per Fran.& Zab.in cle.j.de ſum.Tri.§.nos igitur.vbi diſputat allegando pro & contra.quæ intelligenda ſunt, & limitanda,ſm ea quę prędicuntur,ſed alio caſu non pñt inquiſitores pœnas pecuniarias inferre:nam aut inquiſiti de hæreſi conuincũtur,& tunc omnia eorum bona ſunt confiſcata,vt de hære.cum ſm.lib.6.aut non conuincuntur, & tunc nulla pœna eſt imponẽda.vnde non eſt tale crimẽ,ex quo poſſet imponi pœna pecuniaria,ſed perſonalis & cõfiſcatio bonorum, vt eo.tit.excõicamus. & c.ad abolendam.& quaſi per totum. Similiter non eſt tale cri
3 men,in quo poſſit diſpenſari,qñ fuit relapſus, quia † cum vero hæretico & relapſo non poteſt diſpenſari ſuper pœna, licet velit redire ad fidem,vt in alleg.c.accuſatus.de hære.& eo.tit.excõicamus.lo j.§ illos. ſm eos.niſi fuerint bona ex miſericordia relaxata, & tunc poteſt imponi pœna pecuniaria, ex quo tunc habet bona,quando non fuit relapſus,ſed debet hæreſim abiurare, vt prædicitur,& infra dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Sentiens aliter de articulis fidei quàm Romana Eccleſia, an hereticus ſit habendus.*
2 *Hæreſis eſt duplex.*

CAPIT. XXI.

1 IT quia ſupra dictum eſt, ꝙ † qui aliter ſentit de articulis fidei q̃ Romana Eccleſia,dicitur ſtricto modo hæreticus,& patet in alleg.c.accuſatus. §. j.eſt intelligendũ, qñ explicite & ptinaciter hoc ſentit, non aũt qñ ex leuitate, vel errore, vel ex ira:qa tunc largo modo intelligũtur hæretici,vt ex prædictis patet,& ſic intelligit gl.24.q.3. §. quia verò. quæ dicit ꝙ largo modo dicitur hęreticus, qui malè ſentit de articulis fidei,& ſic Iudæus & infidelis dñr hæretici, vt ibi.& hæreticus dr̃ infidelis,ſm Tho.2.2.q.10.art.3 & ſimiliter qñ implicitè & indirectè verba proferuntur, vel aliquid ſit,quod põt dici hęreticũ, vel tolerari non eſſe hæreticum,& hoc vr̃ tentire Tho.2.2.q.11. art.2.circa med.dicens ꝙ circa falſam opinionem, quantum ad fidem pertinet,aliqua pñt pertinere fidei dupliciter, vno modo directe & principaliter, ſicut articuli fidei: alio modo indirectè & ſecũdario,ſicut ea ex q̃bus ſequitur corruptio alicuius articu-
2 li,& circa vtrũq; p̃t hæreſis eſſe eo modo,quo & fides, † & ſic hęreſis alia grauis,alia leuis,& hoc eſt qđ vult l.2.C.de hęre.ibi,vel leui argumẽto.ſimiliter in conſultatione dęmonũ,nam dñr fieri quædã pacta fęderata,ſeu expreſſa,dum expreſsè dęmones inuocant,vt ſi quis vacat in auguriis,& caracteribus,& ſimilibus, in his nõ vr̃ intantũ peccare, vt primo caſu dicat quis hæreticus ſtricto modo, ſecundo caſu dicatur hæreticus largo modo, vt prędicitur,& ſimiliter dici poteſt de ſimoniaco,vt infra dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Pœnã alterare p̃t inquiſitor ſecũdùm perſonarũ qualitatẽ & delicti modum. Hæreticus non dicitur,omnis mortaliter peccans.*

CAPIT. XXII.

1 EX quibus patet, ꝙ inquiſitor † poteſt alterare pœnam ſm qualitatem perſonarum & modum delicti. Item ꝙ procedere non poteſt contra aliquem tanquam ſuſpectum & infamatum de hæreſi largo modo dicta.non.n.oĩs mortaliter peccãs,dr̃ hęreticus: nõ.n.à fide recedit repugnãs obedire p̃ceptis Dei, ſed cũ diſcedit à fide,vel aliquo eiꝰ articulo,tũc vr̃ oĩno à Deo retrocedere.nã ad fidẽ ptinet nõ ſolũ credulitas cordis, ſed ẽt ꝓteſtatio exterioris

Source : BIU Cujas

exterioris fidei per verba exteriora vel facta, & per hunc modū quædam exteriora verba vel opera ad infidelitatem pertinet figura infidelitatis, ſecundum Beatum Thom. ſecunda ſecundę, q.12.art.j.& ſup.in ver.& eſt conſiderandum quod vſus.

SVMMARIVM.

1 *Hęreticus omnis non perdit bona.*
2 *Contumax hæreticus dicitur & infidelis.*
3 *Hæreſis eſt de foro canonico.*

CAPIT. XXIII.

1 ITEM attendendum,quòd † non omnis hæreticus perdit bona: quia aut ſtricto modo eſt hęreticus,& perdit:aut largo modo, & non pdit, quod ex hoc ſequeretur, quia multi clerici deberent perdere bona poſt ſententiam ratione ſimoniæ,quæ prima & præcipua hæreſis eſt, & omnia crimina in comparatione illius,quaſi pro nihilo reputātur. 1.q. ult. c.fi.Verius videtur de magnis hæreticis hoc intelligendum.vnde ſi ſimoniacus ſacramenta peruertendo, ordines & dignitates vendendo, crederet gratiam ſpiritusſancti nō eſſe a Deo,ſed a virtute quadam ſuperna & creata, talis diceretur ſimoniacus a Simone mago,& perdere debet bona, & memoria eius damnatur.Si verò hoc non crederet, nihilominus cōmiſit
2 delictum ſimoniæ. † Item contumax dicitur hæreticus & infidelis § 1.diſt.ſi qui presbi.29.diſt.nulli fas erat.n.ille contumax in non faciendo quod iuuabat eccleſia,& ſic poteſtati Dei & eccleſiæ,quæ a Deo eſt,reſiſtit:ſed non ſic ſi eſſet contumax in nō veniendo,quia pœna contumaciæ ſtatuta eſt a iure ſcripto vel cōſuetudine in ſuis caſibus,abſurdum eſſet,vt pro qualibet contumacia ſi ſic vocatus non veniret eſſet hæreticus.& ſic deſtruerētur omnes tit.de requir.reis.Vnde oportet intelligi in contumace,quando non venit,quia vilipendebat iudicem in opprobriū fidei,credens non eſſe poteſtatem a Deo, vt dicit Apoſtolus ad Rom.13.c.23.q.j.quid culpatur.ſpernēdo claues eccleſiæ & Romanam eccleſiam & eos miniſtros & prelatos,qui omnes ab ea ſunt.22.diſt.omnes.ſecundum eundem And.vbi ſup. cuius ſunt hæc omnia verba in effectu,licet diffuſè loquatur. ſed hęc pro-
3 cederent in foro ciuili, quantū ad hæreticos illius iuris: ſed † in foro canonico,in quo hodie de hæreſi eſt cognoſcēdum & iudicandum, cum ſit tale crimen eccleſiaſticum,& ipſo iure bona perdantur, tamen ipſa bona non capiuntur per poteſtatem ſecularem antequam ſit lata ſententia per iudicem eccleſiaſticū, vt in alleg.c.cum ſecundum,de hære.non eſt de hoc inſiſtendū, quia hodie qualiſcunq; ſit hæreticus, non auferuntur ab eo bona, niſi verbo vel opere, ſiue facto pertinaciter aſſerat vel ſentiat contra fidem,& ob hoc permittat ſe clamari, nec poſtea ſtatim reuertitur ad fidem, vt iam dictum eſt ſup.& inf.

SVMMARIVM.

1 *Hęreticorum magnorum bona confiſcantur, etiam ſi habeant filios catholicos.*

CAPIT. XXIIII.

1 ITEM permittendum, quod bona hæreticorū † magnorum confiſcantur, etiam ſi hæreticus habeat filios catholicos,tam in terris eccleſiæ,q̄ imperij,vt plenè no.de hęre.vergētis.licet aliud dixit ibi Ioan.And. ſecundum Ant. de Butr. ibi poſt Doc.alios.& probatur in alleg. c.cum ſecūdum.iuncta gl.in ver.ipſo iure.in fi.& idē tenet Domi. poſt eundem Ant.in c.accuſatus.§.ſi verò.de hæreti.in 6. quoniam moritur poſt damnationem.

SVMMARIVM.

1 *Obſtinatus, dicitur pertinaciter affirmare.*
2 *Pertinax quis dicatur.*
Hæreſis inquantum importat pertinaciam, eſt ſpecies peccati in ſpiritum ſanctum.
3 *Mandata eccleſię non pertinaciter tranſgrediens, hęreticus non dicitur.*

CAPIT. XXV.

1 ITEM dicitur pertinaciter affirmare ille, qui † eſt obſtinatus, vel quoquo modo non vult ſe remouere de opin. ſua, ſecūdum Io. de Imo.in cle.j.de vſur.& ibi addit,ꝙ licet nō affirmet vel neget,ſed taceat,tamen pertinaciter credit nō eſſe peccatum committere vſuras,dicitur hæreticus ex mente,facit quod dicit Beatus Thom.2.2. q.3.art.fi.ibi, ſi quis interrogatus de fide taceret,ex hoc crederetur, vel ꝙ non haberet fidem,vel ꝙ fides non eſſet vera.Item dicitur pertinax, ſecundum Ant.de But.ibidem ille, qui valde imprudēter tenet aliquid hęreticum.hinc eſt ꝙ dicit Tho.ſecunda ſecundę.q.138.
2 arti.2. ꝙ pertinax † dicitur eo,ꝙ in propoſito ſuo ad victoriam perſeuerat pluſquam oportet,ſecundum eum.Vnde hæreſis inquantum importat pertinaciam, eſt ſpecies peccati in ſpiritumſanctum,quia eſt impugnatio agnitæ veritatis, ſecundum eundē in 4.diſt.13.art.16.in fi.Item dicit Bart.ff.de ſuſpe.tut.l.tutor.§.tutor qui repertorium,ꝙ ille dicitur pertinaciter reſiſtere, qui iudici præcipienti non obedit,& ſic facit ꝙ ille poſſit condemnari vt hæreticus pertinax, qui inquiſitori aliquid aſſerenti nō credit.Vnde dicitur in c.cum contumacia.de hære.in 6.animo pertinax.nam illo caſū propter contumaciam,& excommunicationem præſumitur in dubio pertinacia, niſi aliud appareat, puta quia inquiſiuit de iudice,vel inſtabat pro abſolutione,vel offerebat ſatisfactionem,& his ſimilia.Alibi verò non præſumitur pertinacia,niſi de illa ꝓſtet,vt in cle.j.§.porrò.de ſum.trini.& de vſuris.cle.ex graui.§.ſane.ſecundum Doc.in alleg.c.cum contumacia.Sed ſi quis † non pertinaciter mādata eccleſiæ traſgreditur,
3 non dicitur hæreticus licet peccet, vt prædicitur, & ſic intelligi debet quod legitur & no.20.diſt.nulli fas eſt.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus vel inquiſitor, quomodo procedat in inquiſitione hereſis.*
Inquiri poteſt contra aliquem de hereſi ex leui & modica preſumptione.

CAPIT. XXVI.

1 ITEM in hac materia ſic eſt † procedendum p eūm & inquiſitorem uel diuiſim,videlicet,primò inquiratur de veritate infamiæ,nam ex leui & modica p̄ſumptione inquiri poteſt cōtra aliquem de hæreſi, vt probatur de hæreti.c.accuſatus.§.j.lib.6. & ſic infamia debet præcedere: aliàs ſi inquiſitus exciperet ꝙ infamia non præceſſit,non valeret inquiſitio, vt de accuſa.c.j.& 2. & ibi per gloſ.& Doct.etiam ſi iure ordinario epiſcopus procederet hoc caſu,ſm Ant.de But.poſt Lapum in cle.j.de vſur.Sed ſi non exciperet,ſed confiteretur, non poteſt poſtea apponere ꝙ infamia non præceſſit, vt in alleg.c.j.& 2.de accu.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Infamia reperta vel non, an procedendum ad inquiſitionem.*
2 *Proceſſus ſuper crimine hereſis, quando poſsit fieri ſummariè, ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij.*
3 *Audiri debet ſtatim poſt lapſum redire volens ad ſanctam matrem eccleſiā.*
4 *Hereſis qualiter debeat abiurari.*
5 *Deus facilius ignoſcit quàm eccleſia.*
Durius agitur cum lege, quàm cum miniſtro legis.

CAPIT. XXVII.

1 VNDE reperta infamia, vel nō † reperta,quando nō eſt appoſitum, proceditur ad inquiſitionē, & inq̄ſitus monebitur,citabitur,& examinabitur, & ſi cōfiteatur,bene quidem,ſinautem neget, debet incarcerari,non ꝙ vinculetur,ſed committitur cuſtodibus, vel fideiuſſoribus qui promittant ꝙ ille non recedet de loco ſtatuto,& hoc ſi crimen hæreſis non ſit graue, alias debet teneri in carcere cuſtodiali.poteſt enim poni in compedibus, vt in cle.j. de hære.& c.vt inquiſitionis.eo.tit.in 6.per Anch. & eſt ſpeciale in cauſa hæreſis.vt iudex eccleſiaſticus poſſet incarcerare laicū, vt patet in c.vt commiſſi.de hære.lib.6.& cle.j.eo.tit.ſm Dñi. de offi.ord.cum eps.lib.6.& poſtea fiēda eſt inquiſitio ſuper crimi-
2 ne hæreſis,& dabuntur capitula & † proceſſus, qui fieri poteſt ſummariè ſimpliciter & de plano,ſine ſtrepitu & figura iudicij, vt in c.fi.eo.tit.lib.6.& accuſatoris & teſtium nomina, prout de iure,debent publicari ſecundum ꝙ patet in cle. ſępe. de verbo. ſig.niſi fortè immineret graue periculum ipſis accuſatori & teſtibus,quia tunc nomina eorum non ſunt publicanda niſi corā perſonis,videlicet,vt ſi inquiſitor procedat, & tunc coram ēpo vel eius vicario,ſed quando procedit epiſcopus, & tunc coram inquiſitore ſi haberi poſſit commodè copia ipſius,ut patet eod. c.fi.demum facto proceſſū conſiderandum eſt, aut eſt plenè p̄batum,aut ſemiplenè,aut ī nihilo.primò caſu omnia bona ipſo iure ſunt confiſcata,& ipſo iure eſt excommunicandus, ut eod. titu.c.uergentis & c.excommunicamus.lo j. & c. cum ſecundū.
3 lib.6.Si tamen talis ſtatim † uult redire ad ſanctam matrem eccleſiam,audiri debet,ſi abiuret hæreſim & cōgruam ſatisfactionem exhibeat,ut eo.tit.c.ad abolēdam & c.excommunicamus. & c.uergentis.& epiſcopus uel inquiſitor eorum abſoluere pōt ab excommunicatione,iuxta formam eccleſiæ,& etiam a ſentētiis excommunicationum, quas ter ī anno profert Papa diebus ſolēnibus contra hæreticos,ſecundum Ancha.eo.tit.ut officiū. in prin.lib.6.& debet poni in carcerem perpetuum pœnale, ſed hodie poteſt talis pœna mitigari & commutari etiam poſt ſententiam condemnationis, ſecundum eundem Ancha. ut patet eo.tit.c.ut cōmiſſi §.& illorum. & ibi de hoc per eundem Anch. & Doc.in cle.multorum.eo.tit. Vnde iſto caſū iudex nō habet ferre ſententiam diffinitiuam,ſed interlocutoriè declarare,uide licet,quia te inuenimus per tuam confeſſionem uel probationes legitimas incidiſſe in hæreſim,nunc autem ſanioris uſus cōſilio uis,& aſſeris,ad unitatem eccleſiæ de corde puro,& fide nō ficta redire,idcirco te in primis abiurata omni hæretica pratica, iuxta formam eccleſiæ ab excōicationis uinculis quibus teneberis aſtrictus,auctoritate qua fungimur in hac parte abſoluimus, ſi tñ ad eandem eccleſiam corde puro,& iniuncta tibi mandata ſeruaueris,& quia in Deum & ſanctam eccleſiam modo prædicto temere deliquiſti ad condignam pnīam peragendam in perpetuum carcerē te recludi uolumus, & præcipimus ibi ꝑpetuò permanere,uel ad aliam pœnam arbitrariam cum poſſet illam mutare,ut prædicitur, & cautè fertur hæc ſnīa ſub conditione, quod fieri pōt,iuxta ea quæ ſequntur & notā. per Doct. de ſent. excom.

Source : BIU Cujas

excom.eos.in 6.quia si sponte recederet postea a carceribus sibi datis in pnīam & pęnam appareret non absolutus, & posset per talem fugam damnari vt hæreticus,quia fingeretur fictè cōuersus secundum Doct.in alleg. c.vt commissi.vt prædixi. & debet
4 † hæresis abuiare secundum formam.c.ego Berengarius.de ꝑse. dist.2.& 1.q.7.quantus.& de purga.canoni.inter.nam debet anathematizare & maledicere illam hæresim in quam inciderat, & prædicare contra illam,& firmiter profiteri se tenere,quod sancta mater ecclesia tener & sentit,& nunq̄ in hæresim illam incidere,nec in illos actus in quibus fuerat suspectus & diffamatus, vt patet in allegatis iuribus.postquàm abiurationē hæresis,bona debent ei restitui,vt in allega.c.vergentis.si tū post abiuratio nem hæresis rediret in hæresim illam vel aliam, qñ simpliciter vel generaliter iurauit,vel pœnitentiam non fecit,tunc debet talis,vt relapsus relinqui curiæ seculari sine vlla audientia, vt eod. titu.c.ad abolendam.§.illos.& c.excommunicamus.lo 2.& c.accusatus.lib.6.dummodo prius condemnetur,vt relapsus per ecclesiam, aliàs iudex secularis non potest extendere manus quo ad illum vel eius bona,vt patet de hæret.cum secundum,lib.6.& infra dicitur in versi.secundo casu.& tunc non dabitur illi venia quo ad pęnam temporalem, sed tantum quo ad sacramentum pœnitentiæ,vt eo.titu.c.super eo.vnde idem Pet.de Anch.ibi di
5 cit,colligę† ꝙ Deus ignoscit facilius q̄ ecclesia,quæ non nisi semel vt hic.Deus autē septuagesies septies,vt de iureiur. c.quemadmodum.quia durius agitur cum lege, q̄ cum ministro legis, vt ff.de arbi.Celsus, secundum eum. dicendum secundū beatū Thom.2.2.quęst.11.arg.4.ꝙ in iudicio Dei recipiuntur super redeuntes,quia Deus scrutator est,& cognoscit verè reuertentes: sed hoc ecclesia imitari non potest,nam præsumitur eos nō verè reuerti,qui cum recepti fuissent, sunt iterū relapsi, & ideo eis viam salutis non denegat, sed a periculo mortis eos nō tuetur. vnde quantum ad contrarium dicit, ꝙ Dominus loquitur Pet. de peccato in eo commisso, quod est semper dimittendum, vt redeunti parcatur,non autem intelligitur de peccato in Christū vel in Deum commisso, quia non est nostri arbitrij dimittere, vt Hieronymus dicit,secundum eum.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitus si non vult redire ad ecclesiam, sed persistit in hæresi, an sit condemnandus.*

2 *Clericus conuictus de hæresi,an possit per episcopum reconciliari ecclesiæ.*

CAPIT. XXVIII.

1 SI verò inquisitus non vult † redire ad ecclesiā, sed persistit pertinaciter in hæresi,& tūc est cōdemnandus, dummodo fiat condemnatio de cōsilio aliquorum Iurisperitorū honestorū, videntium totum processum,vt eod.tit.c.fin.& deinde est relaxandus curiæ seculari,sed si clericus est,debet prius degradari per suum episcopum a suis ordinibus,& bona ipsa possunt per fiscum occupari,vt in alleg.c.excōmunicamus.§.i.& c.cum secundum coniuncto c.j. eod.tit in 6. nisi statim post condemnationem talem reuertatur ad fidem,
2 & pœniteat † quia tunc ep̄s & inquisitor possunt eum reconciliare ecclesiæ & parcere sibi vitam,verum ttadi debet perpetuo carceri, & sic pœnam mortis commutare in pœnam carceris, & pœnam carceris commutare possunt, vt prædicitur, in pecuniariam:secus si ex interuallo reuertuntur post sentētiam, quia tunc non reconciliatur sine auctoritate Papæ, ar.d.c.excommunicamus.§.sanè secundum Doc. in alleg. c.excommunicamus. 1.& 2.& And.de Iser.in auc.gazaros.in tit.de sta. contra liber.ecle.sed si iterum relabitur in hæresim abiuratam, caret omni venia,nisi quo ad pœnitentiam, ut dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Deprehensus in hæresi, sed nōdamnatus an possit statim redire ad ecclesiā.*

2 *Ecclesia dilationem dat his, quos constat esse hæreticos, & eos admonet vt reuertantur.*

Relapsus, quis propriè dicatur.

CAPIT. XXIX.

1 ET idem si non sit damnatus per sententiam,sed deprehensus in hæresi,vt redire statim posset,sed perpetuo carceri tradetur, vt d. c.excommunicamus. el 2.† quia timendus est, ne alios corrumpat: vel dummodo sit reprehensus in actu notorio per rei euidentiam, puta quia publicè hæreses prædicabat: sed quando deprehenditur per confessionem, aut per testes, quos nō potuit reprobare & vult abiurare hæresim,& redire, si iudex videat eū contritum & sperat de sua reuersione, imponat pnīam salutarē ad suum arbitrium,vel perpetui carceris, vel aliam pœnam, secundum Host.in sum.de hære.§.qualiter deprehēditur. & And. de Iser.in d.auc.gazaros.ꝙ hodie est expeditum, quia pœna carceris potest mutari, vt prædicitur, & quanquā dixerim ꝙ post condemnationem,& defensionem si statim reuertitur est recōciliandus,& non ex interuallo,vt videtur dici in alleg.c.ad abolendam.ibi,continuo,& confestim.non est ita amare intelligendum,vt verba sonant hoc casu,nisi intelligamus de his, ꝑ quos condemnationis sententia lata erat, & qui abiurauerunt hære-
2 sim.facit de hære.c.super eo.lib.6.Hinc est,† ꝙ ecclesia his,quos constat esse hæreticos,dilationem dat & eos admonet,ut reuertatur.ita dicit Cal.in consi.2.in fi.sub tit. de hære. & ibi dicit ꝙ ille proprie dicitur relapsus, qui lapsus conuersus recidiuauit, vel post abiurationem incidit in hæresim, vt in alleg. c.ad abolēdā. & c.accusatus,de hære.in 6. secundum eum. Vnde hoc casu pōt inquisitor pœnam etiam ex interuallo mitigare, & misericordiam & gratiam facere,vt prædicitur, & etiam satisfacere ecclesiæ debet inquisitus, & errorem suum ad arbitrium episcopi regionis publicè abiurare,& satisfactionem congruam exhibere, alias non dr̄ verè pœnitens,secundum Abba.Sicul.in alleg.c.ad abolendam.& per dños de Rot. in antiquioribus decisionibus. in tit.de hæreti.decisis per domi.Bertaldum.

SVMMARIVM.

1 *Bona damnatorum,& reconciliatorum, an debeant confiscari, vel confiscata debeant restitui.*

2 *Crimen hæresis, est iuris ecclesiastici.*

CAPIT. XXX.

1 SED an bona,istorum condemnatorum † & recōciliatorum debeant confiscari:vel si sunt confiscata,debeant restitui, cum talia dicantur cōfiscata a die cōmissi criminis, licet occupatio fieri non posset ante latam sentētiam super crimē, vt in alle.c.cum secundum.& certè gl.23. q.3.vi. sum.tenet ꝙ sunt restituenda,etiam si sunt occupata, & hoc de misericordia:& si non sunt occupata, non sunt occupanda, ſm Paul.in cle.j.de hære.quod dictum est de occupatis, est intelligē dum nisi sint in alium translata & alienata, arg.auc.de Nestorianis.C.de hære.& not.in l fi.C.de sen.pas.per Cyn.& Bar.secundū Io.de Imo.in alle.cle.de hære.& hoc est intelligendum de dam-
2 natis,vel deprehensis in hæresi & reuersis statim,quia cum † crimen hæresis sit ecclesiasticum,vt eo. tit.c.vt inquisitionis.lib.6. Potest eis facere gratiam, & secum indulgere potest eis uitam, quando statim redeunt,vt prædicitur,& sic bona,ut not. Pet.de Anch.eo.tit.& li.c.accusatus.§.sanè.in 4.nota.sed aliud ī relapsis, ut præmittitur.Sed hodie secundum quandam papalem constitutionem,bona hæreticorum diuiduntur in tres partes, una attribuitur iudici seculari: alia officialibus,qui negocia inquisitionis peregerunt: tertia ecclesiæ Romanæ pro tuitione officij, ut dicunt Docto.in alleg.c.cum secundum.

SVMMARIVM.

1 *Crimine hæresis semiplenè probato,si quis eam negat, supponendus est torturæ.*

2 *Hæresim debet abiurare quilibet suspectus de hæresi,siue sit leuis, siue vehemens suspitio.*

3 *Præsumptio vehementissima requiritur in condemnatione hæresis.*
Probationes luce meridiana clariores requiruntur in crimine hæresis.

CAPIT. XXXI.

1 SECVNDO casu,quando reperitur † semiplenè probatum,puta fortè per unum testem, uel grauē infamiam & inquisitus inficiatur seu negat, tunc debet tormentari,ut in alleg.cle.j. de hære.& ibi p Io.de Imo.& hoc ad instar criminis maiestatis. C. ad leg.Iul.maie.quisquis.& tunc siquidem confiteatur & persistat in hæresi,est puniendus ut confessus,uel conuictus.2.q.j.nos in quem q̄.Si uerò non cōfiteatur, tunc si est diffamatus, indicēda est ei purgatio,& si defecerit in ea, punietur. Nam si p̄p hoc est citatus,ut ueniat de fide respōsurus, & quia non uenit est excommunicatus,& persistit in excommunicatione p̄ annum, ꝙ postea est uelut hæreticus condemnandus,ut in alleg.c.excōicamus.§.qui autem.& eo.tit.cum contumacia.in 6.Si uerò se purgauit,& tunc si adest uehemens pręsumptio contra eum,potest imponi temporalis pœna.de præsump.c.literas. Si uerò est leuiter suspectus,tunc nō imponitur pœna,sed leuis pnīa sibi iniungitur,& nihilominus abiurauit hæresim, quia † qlibet suspectus
2 de hęresi siue sit leuis,siue uehemens suspitio,debet adiurare hęresim,ut in alleg.c.accusatus.in prin.& 2.respon.& si post talem abiurationem labitur in hæresim, tunc si fuerit antea uehementer s. pectus,iudicabitur relapsus, & condemnabitur de hæresi, & pœna relapsorum puniendus est, nam tradendus est curiæ seculari sine spe alicuius audientiæ,ut in alleg.c.ad abolendam.§. illos.nisi quo ad sacramenta ecclesiæ,per alleg.c.super eo.ut prędicitur.Si uerò erat leuiter suspectus,tunc non iudicabitur ut relapsus,licet grauiter sit puniendus: quod si tunc non abiurasset hæresim,sed non pęna relapsorum, quia si uult reuerti ad fidem est audiendus,ut in alle.c.accusatus.ibi per Doc. & hoc est uerū, nisi tunc post deprehensionem cōstaret plenè de illo crimine, de quo prius erat leuiter suspectus, quia tunc est puniendus pęna relapsorum,ut plenè no.Anc.ibidē, & ista abiuratio est fienda in iudicio, ut ibi. Hinc est, ꝙ licet quis continuaret hęresim multo tempore,nunq̄ posset ut relapsus puniri:sed si quis p̄ modicum temporis spacium fuisset deprehensus in hæresi,& abiurasset eā,& iterum postea esset deprehēsus, censeretur relapsus, & sic talis abiuratio media aggrauat deprehensum in hæresi,ſm
3 cundē Pet.de Anch,ibi. Vnde tenet,ꝙ † quo ad condēnationem

de hæ-

Source : BIU Cujas

de hæresi,requi ritur præsumptio vehemẽtissima: sed quo ad pur gationem sufficit præsumptio vehemẽs.hinc est,ꝙ in crimine hæresis requirũtur probationes luce meridiana clariores. & ita dicunt Moder.in c.excommunicamus. lo j.de hæreti.& per Cal der.& infra sequitur.

SVMMARIVM.

1 *Forma purgationis canonicæ per inquisitum præstandæ.*
2 *Pecunia recepta, cancellatur processus.*

CAPIT. XXXII.

1 ET purgatio † hoc modo est fienda, vt habetur de pur.c. per totum,maxime in c. fi.quia infamatus debet corpo raliter iurare coram iudice crimen hæresis, de quo est infamatus,minime commisisse : & compurgatores infamati corporaliter iurabunt,ꝙ credunt eum verum iurasse, vt patet in alleg.c.fi.& est in arbitrio iud.quot & quales debeãt esse compurgatores,vt eo.tit.c.inter.per gl.& Doc. hæc sunt notãda
2 contra nonnullos iudices,† quia pecunia recepta cancellatur ꝓ cessus,quia malè faciunt.sed ꝓcedere debent,vt est præmissum. Insuper sunt tales processus vtiles ad probandum aliquem esse relapsum,& puniri pœna relapsorum,si fortè per illos processus probari potest de hæresi abiurata. ex his patet ꝙ ad condemnationem de hæresi requiritur præsumptio violentissima, sed ad purgationem sufficit præsumptio vehemẽs.Hinc est,ꝙ in crimi ne hæresis requiruntur probationes luce meridiana clariores, & ita dicunt Abb.Sic.& Doc. alij Moder. in c.excõmunicamus. el j.de hære.& per Cald.in consi.5.sub eod.titu.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitore non probante, absoluendus est inquisitus.*

CAPIT. XXXIII.

1 TErtio † modo, quando nihil est probatum, non restat nisi absolutio.

SVMMARIVM.

1 *Habilitas & inhabilitas testium, an consideranda in causa hæresis.*
2 *Testes singulares, an probent in causa hæresis.*

CAPIT. XXXIIII.

1 INsũper est sciendum,ꝙ in causa hæresis inhabiles & excom municati criminosè & ĩfames, & socij & participes criminis inducuntur in testes,vt de hæreticis, in fidei.lib.6. & ibi per Doc.hinc est ꝙ dicit Anch.ibi.& in c.vt officium. eo.ti.& li. ꝙ licet leuia argumenta sufficiant ad conuincendum quem de hæresi,illa tamen debent plenè probari,& sufficit ꝙ probetur ꝑ duos testes,secundum eundem Pet.de Anc.ibidem, & plenius ibi per Dñicum & Ant.de But.de hære. excõicamus. el j.circa fi. qđ est intelligend ũ,quo ad condemnationem pœnarum,secus quo ad cõdemnationẽ pnĩæ, quia tunc sufficiunt testes singulares.& sic intelligitur quod no.Inno.& communiter omnes. de accu.c.qualiter.† Secundò ꝙ in causa hæresis probant testes sin-
2 gulares,licet Host.teneat contrarium.quæ opin. Host. habet locum quo ad primum casum condemnationis pœnarum, sed opin.Innoc.quo ad secundum.s.pnĩam.ad hoc facit, quod not. Io.de Imo.post Guil.in alleg.cle.2. dicens, ꝙ licèt in alijs criminibus in dubio tutius sit nocentem absoluere q̃ innocentem cõ demnare,tamẽ in hoc crimine in dubio præsumendum est pro hæresi quo ad effectum pnĩæ imponendæ.de præsump.literas.& sic intelligitur quod no.Inn.de Simo. sicut. vbi dicit, quòd licèt in alijs criminibus requirantur probationes luce meridiana cla riores,tamen in crimine hæresis sufficiunt minores, secundum eundem Imolam.

SVMMARIVM.

1 *Forma examinandi testes in causa hæresis.*
2 *Inquisitor, vel eius substitutus, non potest quis esse,nisi quadragesimum attigerit annum.*
3 *Casus, in quibus procedere non potest episcopus sine inquisitore, & econtra.*

CAPIT. XXXV.

1 ITem in causa hæresis † circa examinationem testium debẽt adesse duæ personæ discretæ & religiosæ non seculares cleri ci,præter inquisitorem & notariũ,vel præter duos viros idoneos loco notarij,quæ personæ tenentur parere hoc casu in quisitori,vt alleg.c.vt officium.§.verum.& ibi per Doc. qđ non procedit,quando episcopus inquirit, quia non habet necesse p-sonas religiosas conuocare,sed tantum notarium, per regulam c.quoniam.contra de proba.quę non debet dici mutata, nisi expresse dicatur de episcopo. Vnde, cũ hic de inquisitore loquat, non est intelligendum de Episcopo.ad hoc facit gl. in verbo,cõ missariis.eo.tit.cle.nolentes.quæ dicit de pœna,de qua ibi, nõ ha bet locum in Episcopo,quia de eo non loquitur,& similiter tẽpore 40.annorum.non habet locum in episcopo,quia de inqsitore,& non episcopo loquitur,præalle.cle.nolentes. nam qs nõ
2 † potest esse inqsitor,seu substitutus eius,nisi attigerit 40. annũ, vt ibi dicitur,& ibi per Doc.Non obst.c.per hoc.in fi.de hære.in 6.ubi dicitur ꝙ episcopus in procedendo debet seruare illũ modum,quem inquisitores ab apostolica sede deputati seruare debent,quia habent locum,quando ambo communiter ꝓcedunt. Hinc est,ꝙ dicit ibi Anch.ꝙ propter communionem, quam ha bent insimul in procedendo, debent episcopi seruare constitutiones,quas seruare debent inquisitores, nam aliud dicendo sequeretur ꝙ si solus episcopus procederet inquirẽdo secundum iura communia, & non obseruaret modum datum inquisitori suę diœc.forte per eum ibi cognitum non valeret professus, cũ quotidie plures formæ procedendi limitantur inquisitoribus in literis,quod non est dicendum,maximè quia tex.alleg.c.ut officium,loquitur de religiosis non secularibus, qui conueniunt in religione cum ipsis inquisitoribus,sed non episcopis,qui vt plu-
3 rimum sunt clerici seculares.† Item quia episcopus sine inquisitore vel econtra,non potest procedere in tribus casibus, de quibus inf. & hic.casus examinationis testium non est de illis, ergo cessat alleg.cap.per hoc in alijs casibus quam tribus.

SVMMARIVM.

1 *Testes qui cogantur in causa hæresis.*

CAPIT. XXXVI.

1 ITem in hac causa † & dependentibus ab ea possunt testes, qui se subtrahunt,cogi ad examinationem,quia qui celat ve ritatem,peccat mortaliter,& etiam si necesse sit possunt repeti,si confusè deposuerunt,vel non dixerunt de causa sciẽtiæ,vel de alijs,vt not.Doc.maximè Dominicus in alleg.c.vt officium.post Ioan.And.quinimmo post ꝓpublicatas attestationes possunt testes alij recipi,ex quo ex officio nõ ad petitionem partis alterius iudex procedit,& possunt ex interuallo corrigere dictum eorum,vt in alleg.c.accusatus.§.licet.Insuper debet inquisitor inquirere de inimicitia testium contra partem,contra quã inquiritur,ex quo nõ traduntur nomina testium tali inquisito, nec eorum notitia, secundum eosdem ibidem. & hoc casu ad hoc vt testis repellatur requiritur,quòd ꝓbet de inimicitia grauí & capitali, vt dicit Frider.in consi.245.quod incipit,Reuerendo in Christo patri.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi, qui dum essent in seculo erant notarij, possunt admitti vt notarij in causa hæresis.*

CAPIT. XXXVII.

1 ITem licet religiosi,† & alii clerici seculares existentes in sacris,non possunt exercere officiũ tabellionatus, q̃uis antea fuerũt notarij etiam in causis uertentibus coram iudicibus ecclesiasticis,tamẽ in causa hæresis possiunt exercere tale officium,vt in alleg.c.vt officium.§.ad conscribendas.& ibi ꝑ prę factos Doc.Pet.& Dominicum, post Io.And.

SVMMARIVM.

1 *Inuocari potest brachium seculare pro expeditione negotij hæresis.*

CAPIT. XXXVIII.

1 ITem inquisitores † possunt inuocare brachiũ seculare,sicut ipsi pro expeditione negotij hæresis fauore fidei, & q̃dictores compescere per censuram ecclesiasticam, vt in alle.c.vt officium.§.pen.& ibi per Doc.& similiter omnes domini & eorum officiales & alij impedientes processum seu sententiam directè vel indirectè in causa hęresis,sunt ipso iure excommuni cati,& si animo indurato per annum institerint in eadem excõmunicatione,sunt cõdemnandi tanquam hæretici,vt de hæret. vt inquisitionis.& ibi per Doc.maximè Dominicum.

SVMMARIVM.

1 *Potestatem habent inquisitores conuocandi peritos, vt eis assistant.*

CAPIT. XXXIX.

1 ITem inquisitores † habent potestatem committendi alijs citationes ac cõuocandi peritos, clerum & populum vt eis assistant,& repetendi libros & processus ꝓsupra causa hęresis iam factos,de hæret.vt commissi.lib.6.nec in hac causa possunt peti exigere precium sui laboris, nisi liberaliter aliter aliqd fuerit datum,vt ibi no.Doc.maximè Domini. ac etiam possunt substituere & alios actus iudiciales committere, cum sint iudices delegati principis,secundum Docto. ibidem,& per glos. & Doc.eod.tit.cle.2.

SVMMARIVM.

1 *Casus,in quibus episcopus & inquisitor tenentur simul procedere.*
2 *Episcopus & inquisitor si procederent diuisim contra suspectum de hæresi,tamen in fine processus sibi communicabunt.*

CAPIT. XL.

1 ITem considerandi sunt† tres casus,in quibus eps sine inquisitore vel eius substituto,vel inquisitor sine episcopo vel eius vicario,seu substituto nõ potest procedere in causa hęresis. Primus casus est,si velit suspectum de hæresi ponere in carcere duro & arcto,qui esset magis ad pœnam q̃ ad custodiam. Secundus,si velit ponere ad tormenta. Tertius, si velit procedere ad sniam:& hæc vera,si adinuicem sui copiam habere valeãt intra dies octo,postq̃ se adinuicem requisiuerũt,unica ad minus requisitione,nisi vnus alteri cõmittat vices suas uel consensum, alias carceratio,tortura,vel snĩa,est ipso iure nulla. hæc oĩa probantur de hereti.cle.j.nec validatur aliquis actus ex his tribus, si post octo dies consensus superueniat, secũdum Pau. & Ioan.de
2 Imo.ibi.Insuper, † si ambo procederent ꝑ suspectum de hæresi licet diuisim,communicabunt sibi processus in fine, cum non

restat

reſtat niſi ferre ſententiam,vt ibi dicit glo.in verbo, ad ſentētiā, & Doct. vel etiam ſi vnus procedat altero prædictorum nullo modo procedente:tunc ſi epiſcopus poteſt habere copiam inq-ſitoris, vel inquiſitor de epiſcopo quādo vult procedere ad carcerandum vel ad tormentandum vel ſententiandum, & debēt requirere & expectare per octo dies, & elapſo termino a die req ſitionis poterit per ſe procedere: ſinautem non poterit habere copiam,tunc procedere poteſt etiam nulla facta requiſitione, nec etiam iſto caſu requiri debet Capitulum viuente epiſcopo, ſecundum Io.Imo.ibi,poſt Mat.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunium, an indicendum loco tormenti.*

CAPIT. XLI.

1 EX præmiſſis videtur, † q̄ licet carcer ſit durus, tamē ſi ſit non ad pœnam, ſed ad cuſtodiam, ex quo alius carcer pro cuſtodia reperiri ibi nō poteſt, q̄ ſeparatim ad carcerandum poteſt procedi ſecūdum eos. Et ſimiliter colligitur, quōd inquiſitus non compellitur ad ieiunādum ab vno ipſorum pro veritate eruenda, cum tale ieiuniū dicitur tormētum,ſecundum glo.& eoſdem ibidem.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitor,an poſſit cōmutare, vel mitigare pœnam inflictam ſiue epiſcopo.*

CAPIT. XLII.

1 ITem additur quartus caſus,videlicet in commutatione pœnæ,quia † inquiſitor non poteſt commutare, vel mitigare pœnam inflictam ſine epiſcopo,vt patet in alleg. c.vt commiſſi.§.& illorum.ibi per Pet. de Ancha.qui dicit,q̄ eſt ſpeciale in hac cauſa.poſſet fieri iſta alteratio, vel mitigatio etiam poſt ſententiam, fortè iſte quartus caſus poteſt comprehendi ſub tertio,videlicet ſententiæ reſpectu finis, ad quem tendunt ſententia,& mitigatio,ſiue mutatio.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi vel inquiſitoris pœna,ſi aliquem catholicum faciunt ſuſpectum de hæreſi propter odium, vel propter fauorem, & contra ſuſpectum de hæreſi, omittunt procedere.*

CAPIT. XLIII.

1 CAeterum ſi ep̄s,†vel inquiſitor,vel eorum ſubſtituti, cā vexandi,vel pecuniam extorquendi, vel alia cauſa iniuſta aliquem faciunt de hæreſi ſuſpectum qui non ſit, vel ſuum officium impedientem qui nō impedit,vel omittendo aliquem de hæreſi ſuſpectum, vbi procedendū ſit neglexerit,ſunt inquiſitor & eius ſubſtitutus & ſubſtitutus ep̄i ipſo iure excōicati.Sed ep̄s eſt per trienniū ſuſpenſus ipſo iure, vt patet in ca.cle.j.de hær.ad.j.in §.item inquiſitores.

SVMMARIVM.

1 *Forma ſententiæ in hæreticum ferendæ.*

CAPIT. XLIIII.

1 ITem in hac cauſa †quo ad ſententiam ferendam dat practicam Pet.de Anch.eo.tit.c.vt commiſſi.& iudex dicat, pronunciamus talem fuiſſe & eſſe hæreticum & puniendū pœnis,quæ a iure contra hæreticos ſunt ſtatutæ: quia facti q̄ſtio eſt pœnis arbitrium iudicantis,ſed perſecutio pœnæ non eius voluntati mandatur,ſed legis auctoritati reſeruatur,& iſto caſu iudex ſecularis habet ſtare actis iudicātis inquiſitoris, cum eius ſnīam exequitur,ſecundum eundem Pe.ibi.& eo.ti.& li.c. vt inquiſitionis.in 2.notab.

SVMMARIVM.

1 *Caſus,in quibus ſit appellari & non appellari. Et de validitate teſtium in cauſa hæreſis.*

CAPIT. XLV.

1 ITem ſciendum, q̄ a ſententia † diffinitiua ſuper hæreſi non poteſt appellari,vt in alle.c.vt inquiſitionis.Vnde executioni poteſt demandari intra dies decem,ſecundum eundē Pe. & alios ibi,qui dicunt verum eſſe in ſententia diffinitiua. Secus in ſententia interlocutoria,vt ſi in proceſſu inquiſitionis inquiſitus ſentiat ſe aggrauari in aliquo per inquirentem, quia a tali grauamine poteſt appellari,ſecundum eos. Item teſtes ſingulares in hoc crimine non probant,niſi vt vnus teſtis dicit,q̄ audiuit illum dicere,q̄ Chriſtus non venit ad crucem, & alius dicit q̄ perſonæ trinitatis non fiunt æquales, quia per hoc non ꝓbabitur ille hæreticus,licèt aliqui teneant contrarium,ſecundum Doct.Anto.de But.Io.de Imo.& Abb.Sic. in c.cum oporteat.de accu.& per eund.Abb.in ſuo conſilio 53.ſi intra. vt ſupra in §. inſuper.in fine.

SVMMARIVM.

1 *Iudæorum recipientium Chriſtianos ad eorum iudaiſmum pœna,vel eos vendentium Iudæis aut Saracenis.*

2 *Iudęi, hęretici an dicantur.*

CAPIT. XLVI.

1 ITem inquiſitor contra Iudæos, †qui Chriſtianos denegātes fidem & deſcendentes ad eorum ſectam recipiunt & occultant,vel perſuadent & fugere faciunt, ne de crimine hæreſis contra eos inquiratur,vel verbis & factis defendūt, vt perſiſtāt in iudaiſmo,vel vendunt Chriſtianos Iudęis aliis vel Saracenis, de quibus conſtat eis q̄ faciunt negare Chriſtianos fidem Chriſtianam,poteſt procedere tanquam contra receptores hæreticorum,& exiſtentes cauſa erroris illorum Chriſtianorū,vt plene probat Oldr.in conſil.36.q̄ incipit,infra ſcripti ſunt articuli inquiſitoris.& ratio eſt, quia inquiſitor poteſt procedere cōtra omnes receptores,defenſores,& fautores, ſiue ſint hæretici,ſiue non,vt patet de hæretici.c.accuſatus. §.ſi verò. & etiam ſunt excommunicati,vt dicunt Doct.eod.tit. & li.c.contra Chriſtia-
2 nos.ita procedi poteſt † contra Iudæos, licèt hæretici non dicā tur.& ibi dicunt Doct.poſt Ioan.An.q̄ Iudæi introducentes ad eorum ritum Chriſtianos,licèt non puniantur tanquàm hæretici,quia non fuerunt Chriſtiani:tamen puniendi ſunt alia pœna tanquàm fautores hæreticorum,ex quo ſic trahunt baptizatos ad iudaiſmum,vt ibi plenè.& ſunt pœna arbitraria puniendi,ex quo pœna certa non eſt ſtatuta per regulam ca. de cauſis. in fi.de offi.deleg.etiam ſunt publicis flagellis deputandi, vt patet 28.q.j.ſępe.ſed aliter coram ſeculari puniuntur, vt C.de Iud. l.fi.& l.Iudæis.hoc caſu inquiſitor non poteſt illos punire,& ſententiare ſine ep̄o,vel econtra.per cle.j.eo.tit.& quia poteſtas inquiſitoris participatur ep̄o,vt eo.ti.& li.6.c.per hoc,ſecundū Dominicum poſt Io.An.in alleg.c.cōtra chriſtianos. niſi poſt dies octo,vt præmittitur.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitor,an poſſit ſe intromittere contra Iudęos agnum crucifigentes in paraſceue,aut contra conſpuentes in crucem.*

CAPIT. XLVII.

1 ITem Inquiſitor non poteſt procedere†contra Iudęos,qui in paraſceue crucifigunt agnum ſiue ouem,crucem conſpuūt, & pedibus conculcant in vituperium fidei:quia licet ex hoc fiat iniuria fidei Chriſtianæ, tamen per hoc error contra fidem non inducitur.Vnde non ſpectat ad eius officium, quod eſt limitatum,quamuis propter hoc per ordinarios ſeculares & eccleſiaſticos ſaltem indirectè coerceri poſſunt, ſecundum eundem Oldr.vt ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Permiſſa & denegata Iudæis & Saracenis.*

2 *Priuilegia Iudęis conceſſa per Romanos Pontifices,ſunt ſeruanda.*

3 *Epiſcopus an poſſit punire infideles delinquentes in ſua diœceſi pœna pecuniaria,an corporali.*

CAPIT. XLVIII.

1 ITem ſciendum †eſt etiam, q̄ Iudæis inter catholicos aliqua permittunt̄,videlicet primò obſeruare ſynagogas antiquas, & eas reparare,non autem nonas conſtruere, vt l.fi.C.de Iudæ.& in c.Iudæi in ciuitate. de Iudæ.& c.conſuluit.Secundò p-mittitur Iudæis pacificè & quietè celebrare feſtiuitates ſuas, & officia conſueta in ſynagogis eorum publicis.45. diſt. qui ſincera.Tertiò permittitur Iudæis comititia comitialis catholicorū cauſa,tamen aliquando interdicitur,de vſu. c. quanto.& c.poſt miſerabilem.Quartò Iudæi obedientes legibus, non ſunt molestandi a Chriſtianis.23. q.8. diſpar. Quintò Iudæi non ſunt per violentiam ad fidem compellendi.45.diſt.qui ſincera.& c.de Iudæis.Sextò Iudæi ſine iudicio terrenæ poteſtatis non vulnerantur,nec occiduntur,nec pecuniis ſuis ſpoliantur. de Iudæ. ſicut Iudæi.Septimò,q̄ de cemiterijs eorum non eximantur corpora eorum defunctorum,vt alle.c.ſicut. Octauò in omnibus ritibus eorum tolerantur, dummodò non fiant in opprobrium fidei catholicæ,& contra formam canonum,vt patet 23.q.4.5.& 6.& per totum.& ea.q.8.diſpar.28.q.j & 2.per totum.41.diſt.c.1. & 4.56.diſt.Iſmael.54.diſt.c.1.2.& 3.& 11.q.3.ad menſam.& de
2 Iudæ.per totum.Inſuper ſi aliqua alia † priuilegia ſunt eis ꝓceſſa per Romanos Pontifices,ſunt ſeruanda.de priuileg.c.porro. & c.accipimus. Vnde coerctio Iudęorum tranſgredientiū hos canones non ſpectant ad inquiſitores.nam ritus Iudæorū non propriè ſapit hæreſim,ſed notat infidelitatem reſpectu diſpoſitionis legis gratię.hęreticus ſcripto ſumpto vocabulo differt ab infideli & ſciſmatico, quia q̄libet infidelis Iudæus vel Paganus largè dici poſſunt hæretici,vt no.24.q.3.§.quia vero.& cap.inter ſciſma.Si ergo Iudæus ſeruat ritus ſuorum antiquorum, nō eſt propriè hæreticus,immo permittitur eis ſeruare ſecundum formā canonum,vt prædicitur:ſinautem obſeruat contra formā canonum,non eſt ſtrictè hæreticus, ſed eſt canonum violator, & ſic ad ep̄m ordinarium principaliter ſpectat eorum coerctio, qui eſt cuſtos canonum.25.q.j.nulli fas. & c. violatores.9.q.3.in prin.vt patet.de Iud.c.& ſi Iudæos.& c.poſtulaſti. & pōt eos punire per indirectum prohibendo Chriſtianis, ne habeant commercium cum eis,vel pœna pecuniaria,vt in alle.c.& ſi Iudęus.
3 & c.nonnullis.Item pōt ep̄s†ordinariorum punire infideles delinquentes in ſua diœceſi pecuniaria pœna, an corporali citra ſanguinis effuſionem,vt eſt caſus de rapto. in archiepiſcopatu, cum ſit cuſtos canonum,& ita in effectu conſuluit Do.Ioā.de Lig.& ſe ſubſcripſerunt Laur.de Pinu.Aegid.de presby. Gaſpar de Cald.& Ioā.de Fantu. Et incipit conſi. In Chriſti nomine & beatæ Virginis,& vtriuſque Io.quia ſępe reuocat̄ in dubiū, &c. Et hoc,quod hic dī q̄ Iudæus vel Paganus non ſtrictè,ſed largè dicitur

Source : BIU Cujas

dicitur hęreticus,eſt verum,niſi recepiſſet baptiſmum,& poſtea præuaricaſſet,vt patet eo.tit.lib.6. c.contra Chriſtianos. nã tunc ſtricto modo dicitur hæreticus , vt ibi , & C. ne ſanctum baptiſ. & per totum.& C.de apoſta.l.j.& per totum.& adde quod prædicitur poſt Oldr.in conſi.36.& per Cald.ſuper tit.de Iudæis,conſilio ſecundo,& tertio.

SVMMARIVM.

1 *Aſſerere, quòd anima ſimul cum corpore moriatur & ſimilia, ſapit manifeſtè hæreſim.*

CAPIT. XLIX.

1 ITem pertinaciter aſſerere,† ꝙ anima ſimul cũ corpore moriatur,vel quod homines viuant & gubernentur per conſtellationes ſuperiores,vel ꝙ non ſit paradiſus nec infernus, vel quod inceſtus non ſit peccatum,ſapiunt hæreſim manifeſtè, ſecundum Fede.de Sen.in conſi.260.quod incip. Reuerendo in Chriſto patri. Nam credendum eſt, eum qui talia pluries pertinaciter aſſeruit,corde geſſiſſe,& credidiſſe:quia nemo eſtimandus eſt dicere,quod mente non agitauit.22.q.5. humanæ aures. ff.de ſupel.leg.l.Labeo.& propterea hæreticus eſt cenſendus talia proferẽs , & eius bona a die commiſſi criminis ſunt ipſo iure confiſcata,ſecundum eum ibi , multa iura ad hoc allegantẽ. per verba.n.quæ quis loquitur,ſuam fidem profitetur ſecundũ beatum Tho.ſecunda ſecundæ,q.11.art.2.circa med.

SVMMARIVM.

1 *Frangere imagines eccleſiæ ſimpliciter in vilipendium fidei Chriſtianæ, an ſapiat manifeſtè hæreſim.*

CAPIT. L.

1 ITem frangens† iconas vel imagines eccleſiæ vilipendio ac iniuriam faciendo,non dicitur hęreticus,ſed alia grauiſſima pœna ſit puniendus:ſed ſi faceret illud,putans eas eſſe ſimulachra,& ꝙ ſit peccatum adorare in eis id quod repręſentatur per eas,eſſet hæreticus & memoria dãnabitur , quia diceret ſanctam eccleſiam non potuiſſe condere illa decreta , quæ dicũtur venerari imagines,ſecundum And.de Iſer.in alle. auc. qui allegat in conteſtem Hoſt.in ſum.de hæreti.§. qua pœna . ibi plene per eos,quod eſt intelligendum primum dictum , niſi in hoc eſſet eius opinio grauata , & propter hoc diffamatus ,pteruè id faciens ac ſi exiſtimaret non eas eſſe venerandas, per ea quæ dicta ſunt ſup.in ſimoniaco & vſurario .

SVMMARIVM.

1 *Inimicus capitalis poteſt accuſare de hæreſi ſtricto modo ſumpta , ſecus in alijs criminibus .*

CAPIT. LI.

1 ITem inimicus † capitalis de iure canonico non poteſt accuſare in criminibus exceptis.fallit ĩ hæreſi ſtricto mõ ſumpta. nam tunc dicitur proſequi ſuam vel ſuorum iniuriam , quia quod committitur in religionem diuinam , in omnium infertur iniuriam. C.de hære.l.Manichęos.ſecundum eundẽ And. vbi ſup.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitor nõ ſe intromittit de cauſa vſuraria,licet iniungat hæreticis ut uſuras reſtituat in foro pœnitentiæ .*

CAPIT. LII.

1 ITem inquiſitor non † habet ſe intromittere & cognoſcere de cauſis vſurarum,licet poſſit iniungere hæreticis in foro pę nitentiali vt vſuras reſtituant,ſecundum ꝙ patet in alle.c.accuſatus.§.de quæſtionibus.& ibi per Docto. ſed non poſſunt ad eas reſtituendas compellere,ſed bene vt agant pœnitentiam iniunctam,ſi eſt notorium pœnitentiam non fuiſſe peractã,pœnam pecuniariam imponere, vt patet ex his quæ not. Felyn.in conſi.152.prælleg.& Lap.ibi, in addi. vel tanquam relapſos de hæreſi condemnare,vt dicitur ſupra.§. item conſiderandum qđ pluribus.verſi.vnde aſſerens pertinaciter .

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitorum pœnam, qui prætextu officij inquiſitionis illicitis modis pecunias extorquent,uel bona eccleſiarum ob delicta clericorum ſcienter confiſcant .*

CAPIT. LIII.

1 ITem inquiſitores, † qui prætextu officij inquiſitionis illicitis modis pecunias extorquent,vel ob delicta clericorum ſcienter confiſcant bona eccleſiarum, ſunt ipſo facto excommunicati,& abſolui non poſſunt,niſi in articulo mortis, ſi prius non ſatisfecerint, vt patet de hæreti.clem.nolentes. Vnde ſi inqſitor ſciẽter applicat ſibiipſi ratione officij libros, quos quidam frater minor habebat ad vſum propter delictum ipſius fratris, cuius punitio ad officium ipſius inquiſitoris pertinebat, eſt ipſo facto excommunicatus:hoc ſaluo,ꝙ ſi ille frater cuius libri fuerunt ablati,& inquiſitor cui facta fuit applicatio, eſſent eiuſdẽ conuentus,ita quod propter hanc applicationem nullum factũ eſt præiudicium conuentui,cuius re vera erant libri , nec ab eius dominio,vel poteſtate facta eſt aliqua diſtractio , vel alienatio per huiuſmodi applicationem, ſed illam habet poteſtatem in illis libris quam prius ipſe conuentus habebat libris extantibus apud illum fratrẽ , nam caſu iſto dictus inquiſitor non eſt excõmunicatus, quia præſupponendo hoc nulla facta eſt cõfiſcatio bonorum dicti conuentus,quia tunc propriè dicitur cõfiſcatio, quando dominium rei de vno ad alium transfertur, de hæret.c. penult.lib.6.& facit quod legitur,& not.de his quæ ſi. a præla.cũ apoſtolica,& quod not.Innoc.& Hoſtien.de prob.ex literis.circa prin.de duobus canonicis eiuſdem eccleſiæ adinuicem litigantibus,ſm Frid.de Sen.in conſi.132.qđ incipit, In Chriſti nomine amen, viſo & examinato. & pro intelligentia remitto ad conſilium primum Calde.ſub tit.de hære.quia aliter dicit.

SVMMARIVM.

1 *Inquiri poteſt contra hæreticum defunctum,ſi in uita non fuit inquiſitus .*
2 *Inquiſitores elapſo quinquennio non poſſunt procedere ad inquirendum poſt mortem hæretici ad finem publicationis bonorum .*

CAPIT. LIIII.

1 ITem ſciendum,† ꝙ ſi hæreticus non fuit in vita inquiſitus, & damnatus, tamen inquiri & damnari poteſt eius memoria poſt mortem, ad ſimilitudinem criminis lęſę maieſtatis, vt no.do.Ange.de Peru.C.ad leg. Iul. maie. l.penult.& And. de Iſer.in alleg.auc.gazaros.& 24.q.2.ſanè.2. de hære. ſi quis epiſcopus.nam poſt mortem hæretici poteſt ipſe declarari hæreticus ad finem confiſcandi bona,cum ex eius morte crimen non extinguitur,vt patet de hære.accuſatus.§.in eo vero, lib.6.& ibi per Dominicum.Hinc eſt ꝙ dicit Bar.in l.j.de apoſtat. ꝙ leges & canones afferentes ꝙ de crimine hæreſis poteſt cognoſci poſt mortem , debet intelligi intra quinquennium. Vnde inquiſitores † ad finem publicationis bonorum non poſſunt procedere ad inquirendum poſt mortem hæretici elapſo quinquennio,ſecundum eum ibi. ſed glo. in alleg.§.in eo verò,tenet ꝙ requirit lapſus annorum 40.allegat de pręſcrip.c.fi.§.fin.lib.6.vbi eſt caſus,quòd etiam intra annos 40.a morte hæretici computandos poſſit memoria damnari.& hoc tenet Petr.de Anch.in alle.c.fi. de quo ibi per eum , & hoc niſi probetur de eius reuerſione ad fidem ante mortem, iuxta ea quæ habentur,& notantur de hęretic.c.4.in 6.& ſupra dixi.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatis non prohibetur defendere ſuſpectos de hæreſi , antequam conſtet eos eſſe hęreticos .*

CAPIT. LV.

1 ITem ſciẽdum, † ꝙ aduocati poſſunt defendere ſuſpectos de hæreſi,quouſque nõ conſtat illos eſſe hæreticos vel inter hæreticos computandos, vt no.de hære.ca.ſi aduerſus, & ibi per Ant.de But.poſt Io.And.& eo.tit.c.fi.in prin. lib.6. ubi patet, ꝙ in cauſa hære.poteſt procedi ſine ſtrepitu aduocatorũ. Vnde dicit ibi Do.ibi patere, ꝙ non prohibetur intereſſentia aduocatorum,ſed eorum ſtrepitus.ad hoc eſt ꝙ legitur in ca. ſtatutum. lo 2.& reſpon.2.de hæreti.lib.6.& quæ ibi not.Doct.nam ius, ꝙ aliquid præſupponit,ſupponit illud tanq̃ in eſſe ſuo perfecto & vero,vt no.de elec.Cumana.& per Innoc de libel.obla.c.fi.cum ergo ius prohibet aduocato præſtare auxilium hæretico,intelligẽdum eſt de hæretico qui verè dicatur hæreticus, vel inter eos habeatur manifeſtè,vt ſupra,& cautum eſt aduocato proteſtari, ſicut fecit Abb.Ioachim,vt ſupra in prin.dicitur , & in fine.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitori incumbit probare,quòd ſortilegia & diuinationes ſapiant manifeſtè hæreſim, ad hoc ut poſsit ſuper eos procedere .*
2 *Conſtare manifeſtè de contumacia aliud eſt, & aliud eſt conſtare de manifeſta contumacia .*
3 *Procedendum qualiter ſit in caſu notorio .*
4 *Hominem dicere impeccabilem eſſe , eſt hæreticum .*

CAPIT. LVI.

1 ITem attendendum, † ꝙ in iſtis ſortilegijs & diuinationibus ad hoc ut inquiſitor poſſit procedere , habet prouidere ante omnia,an illa pertineant ad ſuam iuriſdictionem, ſcilicet an ſapiant hæreſim manifeſtè:cũ enim datur ſibi iuriſdictio cognoſcendi ſuper manifeſtis , ſi reuocatur in dubium de hoc, ꝙ tunc non poteſt cognoſcere,an ſua ſit iuriſdictio, vt not.gloſ.in alleg.c.accuſatus.§.ſanè.ꝙ declarat Do.ibi dicẽs, ꝙ ſi manifeſtè apparet ꝙ ſapiãt hæreſim,& ſuper iſto ꝙ ſit manifeſtum uel nõ, reuocatur in dubium:ꝙ ſi inquiſitori liqueat ꝙ ſit manifeſtum, iudicialiter poterit pronunciare ſe iudicem.ſi verò non apparet ꝙ ſit manifeſtum,ſe non intromittet ibi dicit glo.ſecundum eũ ad hoc alle.Ant.de But.ibidem in conteſtem,vnde diuerſitas cõ ſiſtit,an dubium ſit in iure an in facto,quia in primo caſu nõ poteſt cognoſcere,ſecundo ſic : ſicut in ſimili dicit Ant. de But.in
2 cle.j.de dolo & contu. ꝙ aliud † eſt conſtare manifeſtè de cõtumacia,& aliud eſt conſtare de manifeſta contumacia. Vnde iſta ſimul ſtant,ꝙ manifeſtè conſtet de crimine vel cõtumacia alicuius,& tamen dictum crimen vel contumacia non fuerint manifeſta ſeu manifeſtè commiſſa,vt ibi per eum,& etiam ſic,vt in ſimili dicit Bar.ff.ſol.mat.l.Titia.quem communiter ſequuntur Canoniſtæ,quãdo dubitatur ſup matrimonio vel vſura & alijs, vbi facit differẽtiam an dubitetur in iure vel in facto, & plenius per Dominicum de foro compe.c.fi.in lib.6.Quæritur,ſi inquiſitori conſtat per teſtes qui reprobari non poſſunt, quod de tali

vſu

Source : BIU Cujas

vſu ſapiente hæreſim manifeſtè ſit manifeſtum ſeu notorium, vel etiam per confeſſionem vel notorietatem, quod pronũciare poterit ſe iudicem,& hoc caſu inquiſitor debet in ſua inquiſitione exprimere ꝙ illa,de quibus infamia eſt orta,ſapiunt hęreſim manifeſtè,& ſufficit ꝙ talis qualitas deducatur expreſſe, vel comprehẽdi poſſit ſub generalibus verbis inquiſitioni, ſicut in ſimilibus caſibus dicũt Doctores, maximè Ant.de But.& Ioannes de Imo. de Iudęis. c.cæterum. & per Doctores in l.2.ff.ſi qs in ius voc.nõ ierit. Et eſt vtile talia declarari ſapere hęreſim manifeſtè,ſicut in ſimili de eo qui in caſu notorij habet procedere.

3 nam † primò debet declarare, illud eſſe notorium, non tamen eſt neceſſarium,licet ſit vtile: quia ſi procederet tanquam ſuper notorio,& non eſſet, retractaretur ſententia, niſi præcederet in hoc declaratio,quia ſibi imputet pars ſi non appellauit, cum ſit lata contra ius litigatoris,ſecundũ Anto.de But.Franciſ.de Zab. & Ioannem de Imol. in cle.j.§.j.de re iudica. Similiter dicitur in archiepiſcopo viſitante prouinciam intendente punire crimina,quæ aſſerit notoria,quia ſi dubium eſt an ſint notoria, debet pronunciare,vt in c.j.de cenſi.lib.6.de quo ibi per Docto. Hinc eſt quòd ſi iudex procedit ex officio,& reuocatur in dubium an ſua ſit iuriſdictio,poteſt pronunciare an ſit iudex, vt no.ibi.Domi.poſt Anto.de But.& Ioannem de Imo. de reſcrip. ſuper literis.& per Ange.ff.ſi qui in ius voc.non ierit.l.2. ſed in cauſa hęreſis diſtinguitur, an in iure, an in facto dubitatur, vt prædicitur. Adde ſecundum Abb.Sicu.de hære.cle.ad noſtrum.quod †dice

4 re,hominem eſſe impeccabilem, eſt hæreticum. Inſuper in hac uita non poteſt haberi perfectiſſima charitas, & dicere ℨriũ eſt hæreticum. Præterea mulieris oſculum ex cauſa libidinoſa, eſt peccatum mortale, & dicere contrarium eſt hæreticum. ſic in fornicatione, ꝙ ſimplex fornicatio eſt peccatum mortale:vnde dicere contrarium, eſt hæreticum,de quibus ibidem per eũdem Abb.ibi, in concluſionibus gloſarum.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitor licèt poſſit procedere contra Iudæum occultantem Chriſtianum fidem negantem, non tamen contra Iudæum tranſeuntem ad ſectam Saracenorum.*

CAPIT. LVII.

1 ITem inquiſitor † poteſt procedere cõtra Iudæum,qui Chriſtianum negantem fidem, & ad condeſcendentem ad ſectã Iudæorum recipit & occultat: ſimiliter contra facientẽ aliquid in vituperium domini noſtri Ieſu Chriſti, de quo habetur per Oldra.in conſi. 36. ſed non poteſt procedere contra Iudæũ tranſeuntem ad ſectam Saracenorum, vt per eundem in conſi. 2.ſupra dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Dicere quòd peccator non poſſit ſaluari quacunque pœnitentia interueniente, vel quòd peccata non remittuntur, niſi a ſolo Deo, non ab eccleſia Romana, vel alia catholica, eſt hęreticum.*

CAPIT. LVIII.

1 ITem dicere, ꝙ peccator †non poteſt ſaluari quantuncunq; pœniteat,dicitur hæreticum. ſic etiam ſi diceret ꝙ Romæ, vel alibi non dimittuntur peccata per eccleſiam, vel ꝙ peccata non dimittuntur, niſi a ſolo Deo ſecundum eundem in conſi.271.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitor an poſſit procedere contra periurum, qui iurauerat amplius nõ exercere vſuras,vel non dicere,neque facere ea quę ſunt contra fidem.*

CAPIT. LIX.

1 ITem inquiſitor†poteſt procedere contra periurum, ꝙ prius iurauerat non exercere vſuras, vel non dicere vel facere ea quæ ſunt contra fidem: nam procedere poteſt contra eum, tanquam hæreticum, vel malè ſentientem de fide, ſecundum Cald.in conſi.2.ſub ti.de hære.nam aliud eſt procedere contra aliquem tanquam hæreticum,& aliud contra eum tanquam ſuſpectum de hæreſi, ſecundum Cald.in conſi.5.

SVMMARIVM.

1 *Decretum citationis contra ſuſpectum de hæreſi cum commination e, quòd niſi in termino compareat procedetur ad vlteriora, eius contumacia non obſtante.*

CAPIT. LX.

1 P &c.†Salutem in domino,quia percepimus ex fama publica & clamoroſa inſinuatione in ſcandalũ plurimorum,ꝙ talis pertinaciter affirmare præſumat exercere vſuras non eſſe peccatum, vel tale quid, ꝙ ab eccleſia eſt damnatum vel ſapit hæreſim manifeſtè, propter ꝙ meritò de fide poteſt ſuſpectus reputari, verum nos volentes cum eo ſcire an ambulet in lucem vel tenebras, & de eo iuſtitiam miniſtrare,& ſaluti ſuæ animæ prouidere, Cupientes in his iuridicè procedere vt tenemur, eapropter tibi mandamus quatenus ex parte noſtra cites peremptorie dictum talem de fide dñi noſtri Ieſu Chriſti meritò ſuſpectum,vt die tali, hora cauſarum in noſtra curia perſonaliter compareat coram nobis de articulis noſtræ fidei Chriſtianæ, & an ambulet in luce vel in tenebris reſponſurus & facturus in & ſuper præmiſſis ac dicturus ꝙ fuerit rationis cum intentione, ꝙ niſi dictus die, & hora corã nobis compareat prædicta facturus, contra eundem tanquam de fide ſuſpectum per iuris remedia ad excommunicationem, & alia ſecundum canonicas ſanctiones procedemus iuſtitia mediante,ipſius abſentia vel contumacia in aliquo non obſtante. Datum &c. Verum ſi non comparuit excommunicetur, & ſi poſt excommunicationem in eadem perdurauerit per annum animo indurato pertinaciter, extunc velut hæreticus condemnetur,vt patet de hære.cum contumacia. lib.6.& eſt neceſſe ꝙ in citatione ponatur,ꝙ veniat de fide reſponſurus, vt no.in alle ga.c.cum contumacia.adde ea,quæ dicit Spe. in tit.de hære.hoc addito,ꝙ hodie iudex ſecularis non poteſt cognoſcere de hoc crimine,vt prædicitur,ſalua correctione ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ,cuius determinationi me, omnia & ſingula præmiſſa ſubiicio.

SVMMARIVM.

1 *Forma inquiſitionis contra hęreticum.*
2 *Articuli inquirendi contra hæreticum, & de circunſtantijs eorum.*

CAPIT. LXI.

1 HAec inquiſitio† eſt,quam reuerendus in Chriſto pater talis, vel inquiſitor,&c.ex ſuo mero officio facere intẽdit contra talem de tali loco,de infraſcriptis criminib. & exceſſibus hæreſis ſeu ſapientibus hæreſim manifeſtè, de quibus habetur ex veriſimilibus & legitimis coniecturis ſuſpectus, quem ſi de his culpabilem inuenerit, intendit corrigere & punire iuſtitia mediante,cum illius ſanguis de ſuis manibus requiratur, & ad corrigendum ſubditorum exceſſus teneatur procedere, ne damnabiles eorum offenſas deſerere videat, intendens iuſtitiam miniſtrare, iuxta merita probandorum.

2 ¶† In primis inquirendum eſt ex officio dictæ curiæ, ſi olim in anno primo indictionis Mcccliij. de menſe tali, præſidente in ſummo officio domino noſtro do.Nico.Papa V.ſummo Põtifice, in platea tali, talis ſuæ ſalutis immemor publicè affirmauit animo pertinaci,exercere vſuras non eſſe peccatum,vel fornicationem non eſſe peccatum mortale,vel exercuit ſortilegia diuinationis hæreticos propter hoc ſibi aſſociando, dicendo ꝙ ſortes exercuit ſuper tali facto,& diuinabat talẽ feciſſe, vel ſubtraxiſſe, ſeu pro certo cõmiſiſſe, vel in ſuum ſuffragium dęmones inuocauit,vel ad habendum reſponſa, vel contra Deum,vel articulos, uel ſacramenta eccleſię tale quid aſſeruit pertinaciter in opprobriũ fidei Chriſtianæ, vel tale quid operatus fuit, quod creditur contra fidem ſentire, &c.

¶ Item inquirendum eſt,vt ſupra, ſi dum talia diceret & exerceret fuit in aliquo reprehenſus,& non curauit de reprehenſione,ſed magis dicebat & affirmabat, ſeu exercebat affirmando ꝙ non eſt peccatum, &c. & nolebat applaudere tali correctioni animo indurato, ſeu pertinaci.

¶ Item inquirendum eſt vt ſupra,ſi confeſſus fuit publicè vel occultè ea exercuiſſe,talia dixiſſe, vel feciſſe.

¶ Item inquirendum eſt vt ſupra de loco,tempore,& de alijs circunſtantijs.

¶ Item inquirendum eſt vt ſup. ſi de prædictis omnibus & ſingulis eſt publica vox & fama, & notorium in ciuitate tali inter homines,& per homines eiuſdem, & maior & ſanior pars hominum prædictorum, ita tenet credit,& ſentit, quando inter eos de talibus narratur.

¶ Et hæc omnia acta & commiſſa fuerunt per præfatum talẽ doloſè, ſcienter, appenſatè, animo,& intentione contemnendi fidem Chriſtianam diabolico ſpiritu inſtigatum, in ciuitate tali ſeu loco intra tales fines contra ius,& ſanctam matrem eccleſiam catholicam, ſuper quibus omnibus & ſingulis cõnexis & dependentibus ab eiſdem,& prorſus extraneis dictus talis epiſcopus, & inquiſitor inquirunt,& inquirere intendunt,cõdemnare & punire ſecundum formam iuris, & conſtitutiones ſanctæ Roma.eccleſiæ, prout erit probandum coniunctim uel diuiſim, non aſtringens ſe, &c.& aliàs omni via,iure & mõ, &c. ſalua correctione,vt ſup.

Source : BIU Cujas

TRACTATVS PVLCHERRIMVS

ac multa refertus eruditione ſuper reprobatione ſententiæ Pilati, Ingenioſiſſimi ac maximi nominis Doct. D. Ludouici Montalti Syracuſij.

Ludouicus Montaltus ex Syracuſis, Siculus, vtriuſque iuris Doctor, ad generoſum Iacobum Caracholum, illuſtrem Auillini Comitem.

SOlent nonnulli, qui grauem illam componendi prouinciam ſuis humeris adiunxerint, excellētiſſime Comes, lucri quadam non ſatiabili auaritia admodum rapi, vt illam, qnaſi leuem, non dubitent ſubire. Nonnulli cōi ſępe gloriæ dulcedine moti, vt immortales quaſi prædicari nō modo, verum & admirari poſſint. Quo fit, vt magnum præſidium, ac beatam vitam, ſubijpſis cōparent, ad hoc quam maximè aſpirant. Multi verò, & hoc fore laudabilius iudico, vt ſua quidem opera, in rem publ. cęterosq; ciues, beneficia conferentes, antidoralem prorſus, qua patriæ, ſuisùe patriotis fuerint obnoxij, obligationem elidere valeant. Perpauci deniq;, vt miſeriam, qua ocium oppreſſum facile cernitur, effugiant. Me autem huius oneris minime aptum (cum vix pubeſcere cępimus) prima non cauſa, nec aliæ quidem, ad tantam temeritatis audaciam, tanquam ſtimuli reddiderunt promptiorē, vt aliqua, in tanta ſcientia & difficili (cuius ſplendor diſertiſſimorū, omniumq; rerum peritorum intuitus excęcat) voluerim ꝑtractare. Solum alijs ex curis, ad hanc grauē, ſubtilē, omniq; materiam viro dignā, fuerim reuocatus, vt illi, minorū ordinis, Io. Griglot, eminentiſſimi, ac ſacrę theologiæ, in Pariſienſi alma vniuerſitate, Doctor eis inſignijs decorato, morē gererem. Cuius nomē (vt p̄ cęteris, pace eorū dixerim, excellet) ita factu, dictuq;, ipſe virtutibus admodum pollet, vt in earū narratione vel Hortēſij & Ciceronis vires deſudarent. Qua ex re, ſibi obtemperando, longe magis errare deliberaui, q̄ renuendo laudari, quod libentius efficiendum curaui, vt illius ſceleris audacia, nouęq; crudelitatis ſupplicium, quo iudęi, ac Pilatus ille periniquus, redemptorem noſtrum pijſſimum Ieſum, q & Dei, & hominis ꝑfectam obtinuerit naturam, affecerunt, iuridica ſine maledictione minime inuenirentur. Quis. n. poſſet, & ſi elinguis foret, tanta eorum q̄ oēm pietatis rorē exſiccat ingratitudinem, in rigoroſam vocē non erumpere, vt q tot, tantaq;, in eos contulit beneficia, quive eorum gratia ſalutis, ęterneq; vitę, vt eis ſuo ſanguine gloriā pararet, in mundū venerit, moriturus, illum verberibus durius laceratū, ita crudeliſſima morte donauerunt, vt parē, ne dicam crudeliorē, inueniret nemo. Nec me ab incępto, grauis Vlpiani ſnīa reuocauit, in tutorū excuſatione, affirmantis, ne qs ſuis virib. onus capiat impar. Nec qdem in legis Aqui. tractatu, idē ſentientis Caij, me mouet auctoritas. Cū noſtra materia notoria tanquā nō dicendi ornatū, non pronunciandi gratiam, nō inuentionis aciem, nec deniq; iuris copiam expoſtulat, ſolū, vt alibi dixerit gl. cle. ſimplicē vtiq; allegationē peteſcit. Si. n. omni in loco tuā, Vlpiane, ſnīam, robur voluiſſes obtinere. Cur in 4. ff. lib. reſtōnis edictū, negaſti egere commendatione, tanquā ex ſeipſo nōderet? Nonue & ꝑmptiori facie, tractatus noſtri ſubiectum idē facit. Ad quod ergo q̄rīt auctor, ne appareat ſufficiēs, cū Quint. inſtōnis oratoriæ, 8. lib. aptius dixerit, inuentionē rerū, & ſi verborū blāditijs deſtituta ſit, ſui tū naturam ſatis ornatā? vanūq; eſſet ſolē velle facibns illuſtrare. Quap̄p, & opus maximo aīo incępi, alacrioriq; fronte ꝑfeci. Cūq; ꝑgerim, nulla vnquam fuit mihi hæſitatio, cui illud adſcriberē. Cur. n. in rerā luce clariori dubitaſſem, cū ipſe mihi non tm̄ debeo, q̄tū tibi obligationis nexu, tuis in me collatis gratijs aſtringor? Quoue pacto, erga me tuorū meritorū magnitudinē, potuiſſem (vt ita dixerim) lenire, ſi meas paruas lucubratiōes tuo nomini negaſſem? Quæ deniq; mihi via expeditior foret atq; celerior, q̄ illud ingratitudinis vitiū, quo nihil impenſius viro ingenuo, nilq; indignius eſſe arbitror, toto pectore fugarem? nec tuo mihi aptius, quiſpiā nomē, & tacitis beneficijs, potuiſſet oñdere, vt opuſculum noſtrum, quaſi radijs legendo illuſtraret, minimoque verbo, a mordaci, & petulanti lingua, defendent. Has quidem vires, in tua ſolum auctoritate inuenio, q̄ tanquam col. quædā, omni circundata virtute, ſolidaq; prudentia, maximo, puberta ti noſtræ, erit adiutorio. Quid tuas virtutes incipiam enarrare, cum & in minima earum particula ſtilus quilibet, & grādiloquus ſubmergeretur? Non minus eſt mihi curæ, tuam antiquiſſimam proſapiam, haud aperire, cum quia ex ſe, tuorumque maiorum glorioſa fama, ita ſe habet, vt omnes mundi laudes, ei non ſatisfacerent? Videtur nanq; in cęlum ferè euolare, tum ne ſi inciperem, tanquam materiæ impar, in ipſo conatu ſuccumberem. Quare ſi labores noſtros, tuo titu. impendere indicaui, vel mei, tuiq; inſecatores beniuoli, non ſolum rectè feciſſe, fateri coguntur. Accipe igitur, non papyrum, nec alia quę hunc libellum peragunt, ſed cor. Quod ſi intueri dignaberis, quolibet in caractere, exclamās, pro te mortem ſubiturum inuenies. Vale vt vis, cum animi tui motus non infirmantur.

CVm omnem hominis capacem nemo imbecillem eſſe ignoret, perfectique nihil incipit, nec perfici poſſit niſi operi mundi creator ſuæ gratiæ donum tribueret. Quis enim dicere foret audax, ſuo ex ingenio, vnquam bonum peregiſſe? Cum diuus ille Hieron y. in c. reuertimini. 15. q. 1. apertè dixerit, Eruditum ſi quid ei homini ſit, non proprię eruditioni, ſed gratiæ Dei debere aſſignare. Nec ab hoc diſcrepat tex. 26. q. 2. ī c. qui ſine Saluatore ſalutem vult habere. Et qui ſine vera ſapīa exiſtimat ſe prudentem poſſe fieri, non ſanus ſed ęger; non prudēs ſed ſtultus, aſſidua ægritudine laborabit, & in cęcitate noxia ſtultus ac demens permanebit. Dixit alibi text. in c. cum Paulus. 1. q. 1. quod vbi Chriſtus non eſt fundamentum, ibi nullius boni operis ſupereſt ædificium. Meritò vnà cum imperatore in Auc de armis, & in Auc. de quæſtore, in prin. noſtri redemptoris piè auxilium inuoco, vt ſua quidem clementia, mei ingenioli aptitudinem, diuinis radijs illuminet, vt ea dicere valeam, quæ ad eius honorem, meiq; ſalutem reſurgere poſſent, mihiq; dicat vt ad Moyſem dixerit? Perge igitur & ego ero in ore tuo, docebo qd loqueris. hoc pacto antequam intrem materiam, ne illotis dixerim manibus pertranſire videar, iuxta text. in l. 1. ff. de origi. iur. præludia aliqua in medium adducam. quid ſim facturus in hoc tractatu. Primo enim quæſtionem diſputandā ponam. ſecundò dubia quæſtionis ex articulis eliciam. tertiò ſingulorū dubiorum primam deciſionem faciam. Vltimo ad veram quęſtionis concluſionem, & confutationem deciſionis iam factæ me conuertam. Nec aliquis me iudicet, velim toto niſi opere lecto, cum inciuile eſt cuiquam tota niſi perfecta lege iudicare, dixit tex. in l. inciuile. ff. de iuſti. & iu. Dicentur enim aliqua in prin. quæ vt patebit in fine tractatus falſa erunt, & nunc affirmauerim arguendo. Iſtud enim feci vt magis veritas eluceſceret, volo tandem & ſine iracundia paratus ſum in erroribus refelli, cum vltra verum, probabileve, aut ſaltem veriſimile, progredi nolo. Nunc capio primum, videlicet ipſam quæſtionem.

QVAESTIO.

QVm ianua paradiſi multos per annos primorum parentum pecato, fuiſſet clauſa, multiq; ex Sāctis, qui nō in cęlo, diuino frūtur aſpectu, delicto non proprio, ſed aliena labe, omni luce, omni fuiſſent priuati, quod videns illa ęterna clementia, indiuiduaq; virtus, ac huic peſtifero morbo, ſalutiferum volens adhibere remedium, filium vnum, ex ipſius ſummę Tri. perſona, miſit in mūdum, vt noſtra fragili veſte grauaretur, ſuaq; humanitate, noſtris pro peccatis, mortem innocens guſtaret, qui cum factus fuiſſet homo, ſicut venerit ad redimendum, ita verbis factisq; voluit redimere. fecit enim & tanta miracula, quę tanquam ex ſe nota, non referam. Sermones non minimos fecit, vt mortales eorum ſaluti conſulerent. Cumq; in hoc tertium & 30. annum expleuiſſet, perfidi Iudęorum Principes, qui iam aliàs, lapidibus in eum proiectis, odium oſtenderant, cognoſcentes tandem eorum iniquitatis finem, quod amplius nec munera, ſanctitatem, fingendo, nec honorem aſſequi potuiſſent, cum iam, venerat veritas in mundum qui erat Xp̄s, ipſam veritatē credētes tollere Pilato, vt eū vita priuaret, Xp̄m accuſare, quatuor ſibi crimina īputantes, videlicet, qa filium Dei ſe fecerat. Scđo, qa ꝓmouit vniuerſum populū a Galilea vſq; huc. Itē qa ꝓhibebat tributū dari Cæſari. Vltimò, qa faciebat ſe Regē Iſta fuere, q̄ ꝺ Redēptorē nr̄m Ieſum Xp̄m, a Iudæis illata, clamando p̄p hoc eū p̄ legē mori debere, qđ videre licet p̄ Euāgelia. & iſta eſt qō, in qua verſabit̄ tractatus nr̄. Te itaq; humiliter rogo, pijſſimè Ieſu, vt mihi p̄ſtes auxiliū, illā Pilati ſnīam fortifica re, vt in fine poſtmodū lucidi⁹ cadat. Nūc venio ad dubia qōnis. Et qa vt poſſimus diſputare, dēmus p̄ſupponere illud falſitate lōgè falſius, qđ allegata p̄ Iudæos ꝺ Xp̄m in oībus fuiſsēt vera. Et capio primā allegationē, quia hic filiū Dei ſe fecit. In qua allegatione, ſi vnus q nō fuiſſet, hoc dixiſſet, fuiſſent duo crīa grauiſſima. Primū fuiſſet crimē blaſphemiæ, qa eēt attribuere Deo illud, qđ nō fuiſſet. Scđm eſſet crimē ſacrilegij, cū p̄ hoc offenderet̄ ſanctitas diuina facit tex. in l. j. C. de crīe ſacrileg. & latius patebit j̄. ex diffinitionib. iſtorum criminum.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemia id eſſe diffinitur, cum quòd Deo non conuenit, ei attribuitur, vel ſibi proprium adimitur.*

2 *Blaſphemia*

Source : BIU Cujas

2 *Blaſphemia eſt crimen mixtum, a nemine diſſimulandum, ſed ab omnibus traducendum.*
3 *Blaſphemiam Sanctis irrogans, perinde ac ſi Deo irrogaſſet punitur.*
4 *Facta in calore iracundiæ, an valeant.*
Ebrietas a culpa non excuſat, quamuis pœnam leniat.
5 *Iurans per Dei membra, tanquam blaſphemus eſt grauiter puniendus.*
6 *Blaſphemia nedum verbis, ſed & factis committi poteſt.*
7 *Imagines verberantes vel alias ignominioſè tractantes, capite plecti debẽt.*
8 *Facta non minus quàm verba loquuntur.*
9 *Blaſphemus, an ſit ad mortem puniendus.*
10 *Periurium ſicut & blaſphemia principaliter contra Deum dirigitur.*
11 *Clericus iurans per membra Dei deponitur, laicus verò anathematizatur.*
12 *Pœnæ molliendæ ſunt, non autem aggrauandæ.*
13 *Iniuria Deo facta, mitius ī hoc mũdo, quàm ea q̃ ſit principi terreno, puniẽ.*
14 *Iniuriã Principi inferens, an debeat mortis pœnam ſubire.*
15 *Blaſphemia qualiter puniatur iure canonico.*
Pœnæ nomine non venit pecuniaria, ſed tantum corporalis.
16 *Sacrilegium in perſonam committens, excommunicatione punitur, non autem ſi in rem committatur.*
Patrimonium ob id hominis vita dicitur, quòd ex eo viuatur.
17 *Blaſphemus eſt ſodomitæ aſſimilandus.*
18 *Sodomita ab ordinis executione eſt repellendus.*
19 *Mors intelligitur nomine ſupplicij vltimi.*
Clauſula, quæ in fine diſpoſitionis ponitur, ad omnia præcedentia refertur.
20 *Blaſpemia punitur mortis pœna.*
21 *Peccata hominum notitiam latentia ſolum Deum habent vltorem.*
22 *Illatio ſeu conſequentia in caſibus diuerſis non valet de vno ad aliud.*
Argumentum a ſimili, reprobatur, ſi de legum correctione tractetur.
23 *Periurium adulterio & homicidio voluntario eſt æquiparandum.*
24 *Degradatio duplex eſt, & an morti æquiparetur.*
25 *Degradatio de iure canonico ſi ponat, de iure ciuili mors naturalis ītelligit.*
26 *Depoſitio pro latrocinijs & alijs crimĩib. atrociſſimis ponit canonico iure.*
27 *Excommunicatio pro quibus imponatur criminibus.*
Mors naturalis de iure ciuili imponitur, vbi de iure canonico quis excommunicatur.
28 *Pœna mortis in iure canonico dicitur excommunicatio.*
29 *Excommunicationis effectus, qui ſint.*
30 *Diabolus ſic excommunicato vti dicitur, quemadmodum ruſticus iumẽto.*
31 *Anathema a Deo quandam denotat ſeparationem.*
32 *Creatio mundi, qualiter hic recitetur.*
33 *Eccleſia gladium temporalem, quare non habeat.*
34 *Miniſter noui teſtamenti, manſuetudinis cenſetur miniſter.*
Imperator non eſt Papæ vicarius, ab ipſo enim reuocari non poteſt.
35 *Excommunicatio dicitur gladius eccleſiaſticus.*
Eccleſia, quas poſſit imponere pœnas.
36 *Eccleſia poteſt bona delinquentis publicare.*
37 *Mors naturalis dicitur mitior excommunicatione.*
38 *Iure ciuili cum canonico concurrente, vtrum eorum ſit eligendum.*
39 *Dictum ambiguum interpretari debet contra reum, niſi ſit eccleſia.*
40 *Priuilegium eccleſiæ non competit ei, qui in eccleſiam deliquit.*
41 *Puniri debet quis in his, in quibus deliquit.*
42 *Venia facilius a Deo obtinetur quàm ab homine.*
43 *Pœna delicto debet conformari.*
44 *Commiſſum ſceleratius dicitur, quod grauius vindicatur.*
45 *Iudicium Papæ debet iudicio Dei eſſe conforme.*
46 *Eccleſia eſt miſericors & pia in ſpiritualibus.*
47 *Blaſphemans ex conſuetudine poteſt ad mortem damnari.*
48 *Blaſpemia, quando dicatur publica.*
49 *Blaſphemiæ grauitas tanta eſt, vt nec etiam maledictione dignos blaſphemare debemus.*
50 *Sacrilegium dicitur, quaſi lædens ſeu legens ſacrum.*
51 *Sacrilegus dicitur, qui Deo mentitur.*
Sacrilegium eſt crimen mixtum.
52 *Sacrilegium pœna temporali & ſpirituali poteſt puniri.*
53 *Sacrilegium eſt crimen publicum & ab omnibus accuſandum.*
54 *Sacrilegus an poſſit ad mortem puniri.*
55 *Homo non eſt dominus membrorum ſuorum.*
56 *Homicidium, quotuplex ſit.*
Detractio, eſt homicidium ſpirituale.
57 *Detractores ſunt infames & ab eccleſia extorres.*
58 *Gloria hominis, teſtimonium conſcientiæ ſuæ.*
59 *Pœna, quæ p delicto in iure non exprimitur, iudicis arbitrio relinquitur.*
60 *Pœna damnationis ad beſtias, qualis.*
61 *Iudex non pōt aliam pœnam imponere, vbi certa eſt a iure impoſita.*
62 *Pœna mortis cum alia concurrente, ſemper quæ minor eſt, prius imponitur, ne alia ſit fruſtratoria.*
63 *Sacrilegus inſignis, eſt morti tradendus.*
64 *Sacrilegum grauius eſt in crimine læſæ maieſtatis.*
65 *Sacrilegus, homicidæ & venefico eſt æquiparandus.*
Sacrilegium eſt adulterio grauius.
66 *Continens eſſe nemo poteſt, niſi ex ſpeciali dono Dei.*
67 *Sacrilegium eſt quoddam furtum, nam quod maius eſt, vtique tanti eſt.*
68 *Pœna extraordinaria poteſt eſſe ad mortem.*
69 *Munera extraordinaria exigens ab eccleſia, deportaci debet.*
70 *Occupans ſibi templum, crimen læſæ maieſtatis incurrit.*
71 *Sacrilegus etiam dicitur, qui res clericorum patrimoniales inuadit.*
72 *Aliena tenere iniuſtè & ea inuadere, coram Deo patria ſunt.*
Familia ſacrilegi à ſacris eſt arcenda.

Primum dubium.

1  Vero pro clariori deciſione primi dubij, quid ſit blaſphemia. † Et inuenio, qđ eſt attribuere Deo, qđ nõ eſt in eo, vel qđ ſuũ eſt adimere, aliquave verba in eius Sanctos contumelioſè ꝓferre. Hæc quidem diffinitio ꝓbatur in c. ſi qs p capillũ. 22. q. 1. & in c. ſtatuimus. & ibi Doct. de maledi. Et ꝓpea illi hæretici Baſillidiani inter cęteras blaſphemias Deũ blaſphemabãt, quod Chriſtũ paſſum eſſe negabant, vt hr̃ in c. qdã. in prin. 24. q vlt.
2 † Et eſt crimen mixtũ tã iure ciuili puniendũ, quã cano. & ibi Doct. in c. ſtatuimus, ꝑalleg. Et eſt crimen, qđ nullus debet diſſimulare. Immò debet ipſum blaſphemantẽ nuntiare, vt eſt tex. in c. nonnulli. & ibi no. Docto. de Iudę. & voluit Bar. & Ang. in l. quod Senatus. ff. de iniur. quod in hoc crimine quilibet admittat̃ ad accuſandũ. & eſt rõ: Nam cũ hoc delictum principaliter non reſpicit offenſam priuatæ ꝑſonæ, nimirũ ſi quilibet admittat̃ ad accuſandum, p doctrinam Bar. in l. 1. circa medium. ff. de publi. iud. vbi ēt in terminis dictã regulam exemplificat in blaſphemia.
3 † Immò plus, qđ q nõ accuſaret blaſphemantem, tanquã malefaciens puniret̃, vt ꝓbat tex. in d. c. ſi qs p capillũ. ibi, ſi qs aũt talẽ hoĩem manifeſtauerit. Non eſt dubiũ, qn diuina cõdemnatione coerceat̃. Item eſt notandũ, qđ non minus puniẽ blaſphemans Sanctos q̃ blaſphemans Deũ, vt ꝓbat tex. in c. ſi. in prin. de maledi. Ibi, ſi qs ⁊ Deum, vel aliquẽ Sanctorũ ſuorũ. Nec blaſphemantẽ excuſat aliqua iracundia vel ebrietas. Nã licet quodã calore ꝓuocata iracundia minuat pœnã delicti, nõ tñ facit qn ſit delictũ p ea q no. in l. ſi nõ conuitij. C. de iniur. in c. ſi qs iratus. p Doc. ibi, 2. q. 3. & quod hr̃ in l. 2. C. de reb. credi. & in l. qđ calore. ff. de reg. iur. licet alibi gl. in c. ex literis, de diuor.
4 † teneat, confeſſionẽ eſſe nullã factã calore iracundiæ, p quam gl. dixerunt Doct. cõiter in c. de multa. de ꝓben. qđ ceptatio ſcdi beneficij facta calore iracundiæ, non priuat accęptantem primo beneficio, qđ antea hẽbat. Pro iſtis facit, nã mulier mittẽs diuortiũ calore iracũdię, licet illud ſit nullius momẽti, tñ grauiſſimè peccat ita tex. iũcta gl. ī c. diuortiũ. de pœnitẽ. diſt. 1. Ebrietas. n. pariformiter nõ excuſat delictũ, licet diminuat pœnã, vt ꝓbat tex. in l. oẽ delictũ. ff. de re mili. Ipſis p vinũ aut laſciuiã lapſis capitalis pœna remittẽda ẽ & militię mutatio ẽ irrogãda. & tex. ī c. inebriauerũt. 15. q. j. dixit inebriauerũt Loth filiæ eius, & ſe neſciẽti miſcueiuerũt, quap̃ culpãd⁹ ẽ, & illũ tex. voluit allegare Bal. ī l. q data opa. ī 4. col. C. q accuſa. nõ pñt. vbi p hoc dixit, delinquẽtẽ ī ebrietate eẽ ī lata culpa. & ꝓpea Doc. ī c. a crapula. de ui. & hone. cler. & ī clc. 1. de homic. qđ cõmittẽs homicidiũ, licet ebri⁹, irregularis efficit̃.
5 † Itẽ ẽ notãdũ, qđ nõ mõ ẽ blaſphemãs, q iratè ꝓtumelioſa verba in Deũ ꝓtulerit, ſed ēt q p mẽbra Dei iurauerit, vt ꝓbat tex. ī d. c. ſi qs p capillũ. & voluit Bar. ī auth. vt nõ luxuriẽ. ⁊ naturã. p illũ tex. vbi plus dixit, q talis iurãs ẽ dignus pœna mortis, ſicut qlibet alio mõ blaſphemãs. Qđ dictũ ītelligit̃, ſm qđ no. Hoſt. in ſua ſũma, de maledicis. eẽ verũ, qñ noĩatio mẽbrorũ diceret̃ vituperãdo & deteſtãdo, ſecus ſi aliq d ſic affirmãdo fuerit iuratũ p talia membra, vt multi faciũt. & ita voluerũt. Moder. ſequẽdo Hoſt. ī c. ſtatuim⁹. eo. tit. Pro qb. facit, qđ dicã ⁊. ī ꝯclone iſtius dubij. Itẽ no. qđ q nõ vult facere pœnitẽtiã blaſphemiæ publicã, mortuo denegabit̃ ſepultura, vt ꝓbat tex. d. c. ſtatuimus.
6 † Itẽ ẽ ſciẽdũ, q nõ mõ verbis, ſed ēt facto cõmittit̃ blaſphemia, Puta Sãctorũ imagines ſeriò verberãdo, ſcindẽdo, vel in terrã ꝓijciẽdo. Pro hoc allego tex. a ⁊rio ſenſu, ī l. nõ ⁊hit. ff. ad leg. Iuliã maieſta. ibi, nec lapide iactato ſtatuã fortuitò attigerit, crimẽ maieſtatis cõmiſerit. Ergo ſi ſeriò feciſſet, & nõ fortuito, bñ cõmiſiſſet, arguẽdo a ⁊rio ſenſu, qđ argm̃ ī iure ẽ fortiſſimũ, p tex. & ibi plenè hr̃ ī l. j. ff. de offõ eius. & latius Bal. ī l. cõuẽticulã. C. de epiſ. & cle. immo plus ꝓbat tex. in c. ſi canonici. in §. cęterũ. de offi. ordi. ī 6. q ꝑcutiẽs tales imagines ẽt nõ ſeriò, grauiter puniẽ. Ita reprehendit p hæc verba. Cęterũ deteſtabilẽ abuſum, horrẽdęq; ĩdeuotionis illorũ, q crucis, beatæ Marię virginis, aliorũve ſanctoũ imagines ſeu ſtatuas irreuerẽti auſu tractãtes, eas ī aggrauatione ceſſationis huius ꝓſternũt ī terrã, vrticis & ſpicis ſupponũt penitus reꝓbãtes, ne qd fiat tale de cętero ſtrictius ꝓhibemus, ſtatuẽtes vt ī eos q ⁊fecerīt, vltrix ꝓcedat dura ſnĩa, q̃ delīquẽtes ſic grauiter puniat, qđ alios a ſiℓiũ p̃ſumptione cõpeſcat. & ibi gl. declarat qđ tales imagines debemus adorare & qua oratione. ibi ēt Dñicus de S. Gemi. referẽs Lapũ, qđ tãta imaginib. reuerẽtia, quãtũ illis p imagines deſignatis deberem⁹ adhibere.
7 † Vnde dicerẽ qđ ſeriò ſic imagines tractãtes, puta verberãdo, vel ſimilia faciẽdo, morte fore dignos, p tex. ī l. ſenat⁹. ff. ad leg. corneliam. de Sica. dixit tex. ex Senatuſconſũ. eiuſdẽ. i. pœna

damnari

Source : BIU Cujas

damnari iubebit,qui mala ſacrificia fecerit,quod ſatis uerificat̃ in illo meo iudicio,qui tali modo res ſacras tractauerit, quo ſup. dixi.immo ibi Ang.expreſsè per illum text.tenet, tale delictum debere morte puniri,licet referat alias in facto ſolum manū delinquentis fuiſſe abſciſam.& idem Ang.in ſua diſputatione,quę incipit,refulgenti delitiorum.fol.9. dixerit ꝙ ad euitandā ſupradictam pœnam nulla hominum dignitas quidquàm operatur. alibi Imperator idem ſtricta pœna verbisque aſperrimis prohibet in l.vnica,& in rubr.C.nemini liceat ſignum &c.Et ibi Sali. contra religioſos hoc permittentes. Ex iſtis videndum, ꝙ blaſphemia non modo dicto,verum & facto poteſt committi. pro quo facit,quod dicitur,†non minus verba quàm facta loquuntur.l.Paulus.ff.rem ratam habe. & dixit gl. per illum text.in c.cū ſuper.de officio delegati.ꝙ ſicut ex uerbo, ita ex factis poſſumus confiteri.facit tex.11.q.3. in c.exiſtiment quidem in eo tantum Deum negari ſi in perſecutione agentibus comprehenſus confiteri renuerit eſſe Chriſtianum.ecce apud Apoſtolum,quę peruerſa ſunt,factis Deum aſſerit negari. Item ſicut verbo & factis mentimur.12.quæſt.quinta,in c.cauere fratres mendacium,filij ſunt diaboli non ſolum in falſis verbis, ſed etiā in ſimulatis operibus eſt mendacium.quod eſt notandum contra hypocritam. Item vltimò præſuppono,nā aliqua iura inf.alleganda loquuntur in maledicis,aliqua in blaſphemantibus, quæ iura non ſunt diuerſa.nam idem blaſphemās & maledicus, vt voluit Barto.in l.item apud.§.ait prætor.ff.de iniurijs. q̃ inuenio Ioanē de Anaſequi in c.fi.de maledicis.†Nunc decidendo,an pro blaſphemia quis debuiſſet mori. Pro parte negatiua videtur quod non.

¶Primo ſic.Qui in Deū aliquid perpetrat,Deum habeat vltorem,& non hominem.ita dixit tex.in l.ſecunda.C. de reb.credi. per hæc verba iuriſiurandi contempta religione Deum habeat vltorem,periculum autem corpori minimè inferri placet. Præſuppoſito quòd periurus Deum principaliter offendit. Nā cum fregerit iuramentum,per quod principaliter promittitur Deo, vt probatur in c.debitores.de iureiur. dicit enim ibi text. ꝙ qui iurat,cogitur dño reddere iuramentum.Et dixit Panor.in cap.2. de ſponſali.ꝙ obligatio primaria iuramenti acquiritur Deo.vñ tex in c.ſi pct̃m.22.quæſt.j.referens legem veterem dixit.Reddite dño iuramēta veſtra.Et propterea dubitatur, an eps, vel Papa poſſit remittere iuramentum.de quo latius in c.quanto.& ī d.c. debitores.de iureiurādo. Aliquid per Panormitanum in c.cum ſit generale.in prin.antepenult.col.de foro competenti.

10 **Modò ſic,** cum per blaſphemiam † principaliter offenditur Deus,vt ſentit Barto. in l.2.circa medium.de publi.iudi.& Panor.poſt Hoſtien.in c. ex parte.1.de verb.ſig.dum offenſam factam ſoli Deo exēplificat in blaſphemia,ergo cum ſolus Deus offendatur, ſolus Deus ſit vltor, facit tex.iuncta glo.leg.nam ſufficit diuina vltio. ff.de dolo. & qđ voluit glo.in §.item ſi poſtulante.Inſtitut.de actionib. & §.j. in verbo,religionem.Inſtitu.de pœna temere litigantium.

Secundò pro eadem parte alleg.tex.in c.ſi quis per capillum.
11 22.q.j.†ſi quis per capillum.dixit tex.Dei vel caput alioq; modo blaſphemia contra Deum vſus eſt,ſi in eccleſiaſtico ordine eſt, deponatur: ſi laicus anathematizetur. ergo non eſt pœna mortis.nam cum ibi ita accuratè tex.loquens talem pœnam nō impoſuit,nec nos debemus imponere, cum ſint odioſę & reſtringendæ.l.cum quidam. ff.de liberis & poſthumis.in cap.odia. de reg.iur.in 6.c.quod dilecto.de conſanguinita.& affinitate.in ca.
12 ſtatutum,de elec.lib 6.& eodem lib.cap.j.de filijs presbyte.† Pœnæ enim ſunt molliendæ & non exaſperandæ,dixit tex.in l.præſes.ff.de pœn.& in §.pœnę.de pœnitentia,diſtinct.j.Item preſuppoſito quòd dubitaretur,an eſſet pœna mortis pro blaſphemia, in dubio deberemus dicere quòd non, cum in dubijs benigniora ſunt ſequenda,in l.ſemper in dubiis.ff.de regu.iur. facit tex.in c.allegant.26.quæſt.vltima,in fine.ibi,ſi erramus modicam pœnitentiam imponentes.Nōne melius eſt propter miſericordiā, quàm propter crudelitatem reddere rationem, facit textus.in l.abſentem.ff.de pœn.circa principiū.ibi,ſanctius enim eſſe impunitum relinqui facinus nocentis,quàm innocentem damna-
13 re.† Tertiò pro eadem parte facit,nam mitius punitur iniuria facta Deo in hoc mūdo,quàm facta homini, per l.ſi duo patroni. in fine.ff.de iureiur.Nam iurans per Principem & nō obſeruās, punitur in corpore,vt ibi in tex.per hæc verba. Si quis iurauerit in re pecuniaria per geniū Principis, & periurauerit Imperator noſter reſcripſit fuſtibus caſtigatum eum dimittere,& tamen iurans per Deū & non obſeruans,non in corpore punitur,vt dixi ſupra in primo argu. iſtius partis. Iſtam maiorem adhuc probo per notata per Panor.poſt Hoſt.in ca.ex parte,præallega.Nā ibi habetur ꝙ excommunicatus ratione cōtumacię, uel ex offenſa facta homini, ad minus non debet abſolui, niſi præſtita ſatiſdatione,qñ offenſa eſt dubia.Si eſt certa,tenetur ſatisfacere, vt poſſit abſolui.Quod non ita ſeuerius agitur in excommunicato pp offenſam factam Deo,vt ibi p eos.Iſto ſic præſuppoſito, arguo
14 ſic.† Per iniuriam illatam homini,ēt per illam,quæ eſt facta Imperatori, quæ quidem etiam a l.diuina prohibetur, vt habetur c.paratus.23.quæſt.prima,quis non debet mori, ergo non debet pro iniuria illata Deo.Quod non debebat mori eſt text.in l.j.C. ſi quis imperatori maledixerit,verba tex. Si qs modeſtię neſcius & pudoris ignarus,improbo petulantique maledicto noſtra nomina crediderit laceſſenda, cum penè nolimus ſubiugari, nec durum quicquam, nec aſperum ſuſtinere.ſubiungit. Si ex leuitate, contemnendum: ſi ob inſaniam, miſeratione dignum; ſi ob iniuriam,remittendum. Nec etiam quis ſimile fecerit in Papam,debet mori,vt habetur in c.j.de maledicis.

15 †Quartò pro eadem parte allego tex.in cap.ſtatuimus.de maledicis,vbi ſolum blaſphemanti imponitur quòd per ſeptē dies præ foribus eccleſiæ,dum ſolennia celebrentur,debeat ſtare,pileo & calciamētis carens,habens corrigiam in collo, aliquibus diebus ieiunet pauperesque duos reficiat. Et contra eum tēporaliter agetur, vt condemnetur in 40.ſolidis. ergo non eſt pęna mortis,cum non ſit aliqua comparatio de pecuniaria pœna ad mortem, cum ſolus ictus fuſtium grauior eſt quacunque pecuniaria pęna.Ita probat tex.in l.ſeruorum.in fi.ff.de pœn.Immo pœna pecuniaria non dicitur propriè pęna. Nam appellatione pęnę ſolùm corporalis venit,vt eſt tex.in c.inter alia, & ibi Pan. in 4 nota.de immunitate eccle.facit quod notat gl. in c.dilecto. de ſenten.excommu.in 6.quod non licet nobis ita ſęuire p tuitione rerum noſtrarum, ſicut pro tuitione perſonæ. Vnde Canoniſtæ in c.ſi perfodiens, & in c.ſuſcipimus. per illa iura, extra de homicid.determinat quòd nō licet de iure canonico interficere furem nocturnum, etiam quando alio modo non poſſumus ſaluare res noſtras,& tamen pro ſaluatione perſonæ,de eodem iure licet interficere,vt patet in clement.de homic.

16 † Item videmus quod ſacrilegium commiſſum in perſonā, ipſo iure patitur pœnam excommunicationis,ut eſt tex. in ca.ſi quis ſuadente.17.q.4.& tamen ſi eſt commiſſum in re, non eſt ipſo iure excommunicatione illaqueatum,ut eſt tex.in c.ſi quis contumax.glo.in c.ſacrilegium.in 4.quæſtione.præallega.

Nec habet obſtare,quod notat glo.l.aduocati. in fine.in verbo,vita,& ibi clarius Bald.C.de aduoca. diuerſo. iudic. quod patrimonium ſit vita hominis, quia illud eſt impropriè dictum p ſupradicta, & poteſt dici vita, quia ex eo viuimus. Et iſta ſufficiant pro parte negatiua.

Quibus non obſtantibus affirmatiuam partem, videlicet ꝙ pro blaſphemia quis poſſit ad mortem condemnari, puto eſſe veriorem, pro qua.

17 **Primò arguo** ſic,Blaſphemans,† & ſodomita equiparantur, ut probatur in rubro & nigro,in Authentico,ut non luxurientur contra naturam. ſed ſodomita debet mori.l.cum vir.C.de adul.ibi, armentur iura,& in ſurgant leges,vt pęnis eos puniant exquiſitis,& in §.item lex.Inſtitu.de publi.iudi.vt voluit gloſ.c.clerici.de exceſ. prælato.quid enim tali crimine grauius poſſit perpetrari, cū tres ciuitates ratione vicinitatis propter hoc perierint,vt dicit tex.in d. c.clerici. Non enim Deus ſic fecit homines, vt ſe illo vterentur modo: violatur quippe ipſa ſocietas,quæ cum Deo nobis eſſe dēt, cum ea natura, cuius ipſe autor eſt libidinis peruerſitate polluitur, ita dixit tex.in c.flagitia.32.q.7.grauius eſt iſtud facere quàm cū matre concūbere.Nam longè tolerabilius eſt, in conceſſis modum excedere,quā in eis quæ non ſunt conceſſa,vnus vel rarus exceſſus.Iſta ſunt verba tex.32.q.7.c.adulterij. vnde text.eadem q.in c.vſus naturalis, & licitus eſt, ſicut in coniugio, & illicitus ſicut in adulterio.Contra naturam verò ſemper illicitus & proculdubio flagitioſior q̃ ſanctus Paulus,& in maſculis & fęminis arguebat, damnabiliorem, volens intelligi q̃ ſi in vſu naturali adulterando vel formicando peccauerint. Et pp eius grauitatē dicunt Doc.in c.maritis.de adulter. quòd vxor poteſt relinquere maritum,& idem voluit gl.in c.cauſationes.32.q.8.

18 **Præterea** tale crimen impedit † ordinis executionem, etiam poſt peractam pnīam, vt tenuit Anto. de But.in cap.niſi cum ſit pridem.ad finem principij.de renunc. Item in tali crimine eccleſia ſe interponit etiam contra infideles,vt voluit Innoc.in c.quod ſuper his.de voto. Panormi.& alij in c.in archiepiſcopatu.de raptor.modò cum blaſphemia equipararetur,ita crimini enormi,pro quo imponitur pęna mortis vt ſupra,ergo pro blaſphemia, cum pœna adiecta in vno de eqparatis habet locum & in alia,ut eſt tex.nota.cum glo in capit.ſi poſtquàm,de elec.lib.6.& voluit glo.quam ibi commendat, & pro notabili ſequitur Panor.in ca.de multa. in verbo,in eadem eccleſia de præbend.facit text.in l.2.in princi.ad Tertul.

Secundò pro eadem parte, ne vadam per mendicata ſuffragia,dico quod eſt tex.in dicto Auc.ut non luxurientur cōtra naturam. in fi.vbi poſtquā narrauit enormitatem iſtorū criminū, ſubiungit,Præcipimus eīn & glorioſa preſecto regiæ ciuitatis in prædictis impijs actibus permanentes comprehendere & ultimis ſubdere ſupplicijs.† Quæ verba,ſecundum glo. intelligūtur
19 de morte.& eſt text.in l.ultimū ſuppli. mortem interpretamur. ff.de pœnis. Et ſi dicatur, quod ſolùm ille uerſiculus refertur ad ſodomitam, quia uerum eſt dicere ꝙ ipſe debet mori,ſed nō ad blaſphemantem.dico quod iſtud tollitur. Nam cum ſupra in dicto titu. fuerit locutus Imperator tam in ſodomita, quàm de

Source : BIU Cujas

blasphemante,ille versiculus postmodum in fine positus debet referri ad vtrunque.Nam clausula in fine posita,refertur ad præcedentia, vt voluit Barto. in l. fi.de rebus dub. ff. & in l. prætor. 2.ff.vi bono.rapt.Abbas in cap.secundo,requiris.de appellat.gl. & Docto.in c.cum dilecti.de donat.Abbas in cap.cauſam.de rescriptis.Immo plus voluit Barto.in l.talis scriptura. de legat.j.q̃ refertur ad præcedentia,etiam si sit clausula onerosa.facit quod notat Abbas per glo.ibi notabilem,in c.de multa.in quinta colum.de præbend.dicens quòd si post constitutionem aliqd adijciatur, omnia supradicta habent locum in illo vltimatim adiecto.faciunt quæ habentur in l.si pepercerit.ff.de liber.& posthu.
20 & l.si seruus plurium.§.fi.de leg.primo. † Item adhuc pondero, quòd dicta pœna vltimi supplicij habeat locum in blasphemia in d.auc.circa medium.ibi,si iniuriæ illatæ contra hominem impunitæ non relinquuntur, multomagis qui ipsum Deũ blasphemant digni sunt supplicio.subiungẽdo postmodum circa finẽ, ne ex contemptu talium inueniantur ciuitas & res publica per hos impios actus lędi. & pro illa ęquiparatione de homine ad Deum,facit tex.in simili in cap.secundo,quod incipit,viduas.in versi.hę verò 27.quæst.prima,si enim dixit text. ibi, inter homines solent bona fide contractus nulla ratione dissolui, quanto magis illa pollicitatio,quam cum Deo peregerit,solui sine vindicta non poterit.ad idem in eadem quæst.c.j. Nam si adulterij, dixit text. coniuges rei sunt si suis obnoxiæ vires non fuerint, quantomagis viduę quæ Dei religiositatem mutauerunt, crimine adulterij notabuntur,si deuotionem quam spõte,nõ coacte Deo attulerint,libidinosa voluptate corruperint.facit tex.in ca. vergentis. de hæretic. vbi grauius est ęternam quàm temporalẽ lędere maiestatem. De primo ergo ad vltimum infertur ex supradictis,q̃ blasphemans dignus est mortem sustinere. Pro istis facit,nam constitutio quòd blasphemans Deum,moriatur, put facit Nabuchodonosor,reputatur iusta & ꝑ veritate, vt est text. in c.Imperatoris.11.q.3.Nunc restat respondere, tenendo istam partem affirmatiuam,ad argumẽta facta in contrarium. Primo
21 ad tex.l.2.allegatum in primo argumento. † Respondeo quòd ibi illud delictum,id est contemptus religionis, latebat humanam notitiam,nec mirum si Deum solum habeat vltorem. pro ista solutione facit text.in c.porro.de pœni.distinct.j. Porro illi, quorum peccata humanam notitiam latent,non ab ipsis cõfessa,nec alijs publicata,si ea confiteri vel emẽdari noluerint, Deũ quem habent testem, ipsum habituri sunt & vltorem.Vel secũdò respondeo quòd ibi loquitur, quando per obseruantiam iuramenti alius non lędit̃, nisi Deus, vt voluit glo.in d.l.2.Sed per blasphemiam lęderetur res publica, vt dixi in 2. arti. parte affirmatiuè, ergo d.l.2.non loquitur in casu nostro.

Præterea non obseruans iuramentum offendit Deum omittendo, & blasphemans offendit faciendo,ergo non valeret ꝯsequentia,non punitur omittendo, ergo non faciendo, cum grauius est delictum in faciendo q̃ in omittendo,vt voluit glo.no.& ibi communiter per Docto.approba-
22 tur,in l.si mora.ff.solu.matri. † cum ergo casus sint diuersi, non possum de vno ad aliud inferre.l.fi. ff.de calumnia. c.2.de trãsla. præla.& dixit glo.in c.nihil.in verbo, suspendatur. in fi.extra de elect.q̃ diuersitas impedit contradictionem.

Præterea, posito quòd blasphemia & periurium essent omnino similia, adhuc dico quòd ille text. non facit contra partem affirmatiuam. Nam cum in dicta auc. expresse probatur,vt sup.dixi pro blasphemia esse pœnam mortis,non debemus arguendo a simili,inducere contrarium, cum in correctione legum argumentum a simili reprobatur,per doctrinam omnium.l.si verò.§.de viro,& in l.si constante.sol.matri.ff.per glo.in c.primo,in verbo,compressus. de feudi cognit. in vsib.feud.& dixit pulchrè Frid.de Senis,in suo consi.14.& Io. Andr.in mercu.in cap.quæ a iure.de reg.iur.in 6. quòd dispensatio in vno casu concessa non trahitur ad casum similem .idem voluit Panor.in cap.at si clerici.in versi.adul.in 3. col.de iudic.
23 † Et facit magis strictè loquendo. Nam periurium ęquiparatur adulterio & homicidio voluntario,vt probat tex. in cap.prædicandum.22.quæst.prima,prædicandum est enim, dicit text.vt a periurio fideles caueant,scientes hoc grande scelus esse in lege, in prophetis & Euangelio prohibitum,& inf.subiungit.qui etiã nosse debent, talem de periurio debere pœnitentiam imponi, qualem de adulterio,& fornicatione,& homicidio spõte commisso,& tamen licet sunt ita ęquiparata pœnæ,non sunt vniformis. Nam pro homicidio & adulterio est pœna mortis vel alia similis.li.eiusdem.l.in fine. ff.ad leg. Corn. de Sicar.de adulterio est tex.in l.quamuis.in fi.ca.de adul. sacrilegos autem dicit text. nuptiarum,gladio puniri oportet.& ibi glo.& tamen pro periurio non est aliqua de istis pœnis,vt probat text. in dic.l.secunda, de reb. cred. ita & si essent ęquiparata delictum blasphemiæ & delictũ periurij,nõ esset dicẽdũ q̃ pęnę essent ęquales,cũ exp̃sse habemus casum in ꝑiũ.Et ex istis sublata est d. l.2. alięq; leges, quę ad idẽ tendũt,allęgatæ in primò argumẽto partis negatiuę.

Ad secundum argumentum de c.si quis per capillum.Respondeo, q̃ si rectè consideretur ille text.non solùm non est parti affirmatiuæ cõtrarius, immo probat eam. Nam,vt vidistis sup.recitatum,ibi laicus ꝓp blasphemiam excommunicatur & clericus deponitur.ergo tacitè denotatur ibi,quòd crimen est morte naturali dignum.qđ probo. Nam capiendo depositionem pro actuali, quod alias dicitur degradatio,vt habetur in cap.degradatio. de pœn. in 6. & per Docto.in cap.at si clerici,vbi Panor. ad 17. colum. de iudic.
24 vbi inter cætera,† quòd duplex est degradatio actualis & verbalis. Sed verbalis propriè dicitur depositio. quæ degradatio non modo cadit in habentes sacros ordines, sed etiam in habentes minores,vt clarè habetur in cap.si quis episcopus. 37. quæst. prima,cum etiam minores ordines sacri sint, licet solum maiores vocentur sacri per excellentiam,vt est glos.magistra.in summa, trigesimasecunda distinc.Et voluit Panor.in cap.clericus si tonsuram.de vita & hone. cleric.& in ca.clericis.de cleri.vel mona. Quæ degradatio non est dubium,quòd non imponitur,nisi vbi & multomagis grauitas delicti exposturaret mortem naturalẽ. Pro quo est doctrina Innocen.in cap. qualiter & quando. extra
25 de excusat. † vbi pulchrè differit,quòd vbi de iure canonico est degradatio, ibi de iure est mors naturalis.Immo videmus quòd tanta est grauitas pœnę degradationis, quòd multoties de iure imponitur mors, & tamen de iure canonico non est degradatio,nisi quando delinquens circa illud delictum fuisset incorrigibilis,vt in cap.cum non ab homine.& ibi Docto.de iudi.quasi degradatio sit maior morte naturali. Idem voluit Panor.in d.c. at si clerici in 12.colum.& sic ex hoc patet, quod si dictum ca.si quis per capillum.loqueretur in actuali degradatione, probaret partem affirmatiuam quęstionis nostræ.Aut vis quòd loquatur in depositione, & tunc eadem pars ibi probatur per text.in d.c. at si clerici.ubi ponit depositionem pro adulterio vel homicidio,in quibus de iure ciuili est pęna mortis,vt dixi sup.in responsione ad primum argumentum partis contrariæ,& uolũt Doct. in d.cap.at si clerici.Idem probatur in d.c.cum non ab homine. Quia in primo casu loquitur de verbali depositione. Patet per illud,quod subiungit in fine loquendo, si est incorrigibilis quòd degradetur, ergo principium non loquitur de degradatione actuali.Item pro hoc etiam facit text.in cap.tuæ discretionis. de
26 pęn.vbi pro latrocinijs † & criminibus atrocissimis imponitur depositio,& tamen pro illis criminibus est pęna mortis de iure ciuili,vt est tex.in l.capitaliũ.§.famosos.ff.de pœn.& sentit Bart. in l.sacrilegij.ad legem Iul.peculat.ff.dum dixerim quòd casus illius tit.sunt capitales, & in illo titu. ponitur de latrocinio.l.3.§. mandatis.eod.titu.Et si dicatur, text. in d.cap.tuæ.non loquitur de verbali depositione, quia indistinctè loquitur. Ad hoc respõdeo,quòd ibi text.se declarat,dum dicit, quòd depositus detinetur per ecclesiam.& ibi tenet glo. Nam si esset actualiter degradatus,non detinetur per ecclesiam,cum statim ademptus est ab omni foro & priuilegio ecclesiastico,vt probat text.in cap.2.de pœn.in 6.Et voluit Panor.in d.cap.cum non ab homine. Et ex istis tam quantum ad actualem, quàm ad verbalem depositionem,mea sententia,constat dictum cap.si quis per capillum,nõ obstare partis affirmatiuæ,immo eam probat. Nec etiam obstat dum loquitur de excommunicatione laici blasphemantis,cum ad adhuc probat quòd delictum nõ possit esse quasi grauius eo. & quod est dignum morte,vt inf.patebit. Nam excommunicatio non imponitur pro delictis leuibus,sed pro crimine grauissimo.vnde tex.in c.nullus.11.q.3.ibi,non enim pro paruis & leuibus causis aliquem excommunicari deberi placet, sed solum in casibus,in quibus antiqui patres arceri ab ecclesia iusserunt. facit quod dicit text.in c.nemo.ea.q.ibi, quomodo.n.debet interponi nisi pro mortalibus, cum anathema sit ęternę mortis damnatio.& alibi dicit Panor.in c.clericis ne cle.vel mon.in vltimo nota.q̃ eo ipso q̃ quis excommunicatur, sequitur. ergo erat in mortali delicto,de quo latius per eundem in c. ex parte.post gl. ibi.de verb.signif.& in ca.j.in 10.nota.de iudic. sed magis stricte eundo,dico q̃ ubicunque de iure canonico imponitur excommunicatio,ibi de iure ciuili est mors naturalis, vt probat text. iuncta glo.in c.tua nos.de senten.excom. uerbo, incendia. facit tex.melior de corpore iuris, secundum Abb.in ultimo notabi.
27 in c.per uenerabilem. qui filii sint leg. † ubicunque inuenietur pœna mortis in iure canonico, intelligitur de excommunicatione.& uolunt Doc.in c.j.de homic. licet de iure ciuili ĩ dubio appellatione mortis ueniat naturalis,ut ꝑ Doc. in l.ex ea parte.ĩ §.insulam.de uerb.obli.pro istis facit quod no.Abb.ĩ d.c.ex parte.in secundo notabili.Nam ęquiparat excõicationem gladio, cum de uno ad aliud argumentatur. & est ratio pro supradictis: nam ecclesia non hẽt maiorem pęnam ipsa excõicatione,ut est tex.in c.corripiantur.24.q.3.& uoluit Abb. in c.clericos.in 2.notab.de cohabita.clerico.& mulier.& in c.postulasti. post mediũ. de ludęis.& in c.cum sit generale.in 3. col.de foro comp.uoluit
28 glo.in c.sacro.de senten.excommunic.† Et est ratio. Nam excõmunicatio non solũ percutit animas,ut est tex. in c.audi deniq;. 11.q.3.& ibi glos. Immo priuat eam custodia Dei & eius gratia absq; cõmunione hominis,ut uoluit Innoc. & ibi Panor.in c.si quis.de uita & honest.cleric.in prin.immo si aliquis cum excõi-

cato

Source : BIU Cujas

cato cõicaret,quia contemneret claues eccleſiæ,poſſet crimina liter puniri,vt voluit Bal.in l.nullus.C.de malefi.& mathem.per Docto.in c.poſtulaſti.de homic. & in c.excommunicamus. per Ioan.de Ana.de hæret.Quid grauius excõicatione? cum text. in c.nouit.de iudic. eos infidelibus ęquiparat.ibi, ſit tibi ethnicus & publicanus.immo quantum ad vnum,ſunt deterioris conditionis ipſis infidelibus. Nam cum infidelibus licet loqui in c.ad menſam.11.q.3.ꝙ nõ licet cum excõicato in c. dum excõicato. eadem q.Vnde notanter dicit text.in d.q.in ca.omnis.ꝙ omnis Chriſtianus a ſacerdotibus excõicatus traditur ſathanæ,quia diabolus extra eccleſiam eſt.nec Angelus bonus ad hominis cuſto
29 diam poſitus in excõicato aliquid operatur. † Malus autẽ,quod eſt diabolus maiorem potẽtiam in eo habet. Nã ita vtitur excõicato,ſicut ruſticus aſino, vel iumento.Ita dicit Hoſtien. & Pan. in c.ita quorundam.vbi bona glo.extra de Iudęis.Eſt enim excõmunicatus ab eccleſia ſequeſtratus in c.2.ibi, tam diu ſit frequẽtatus.de fo.competen.Quid aliud ſignificat anathema,niſi a noſtro creatore quandam ſeparationem,vt eſt tex.in c.certum.24.q.3.& ideo excõicatus dẽt a limine eccleſiæ repelli, vt habetur ĩ c.clericos.in verbo,infideles.21.diſtinct.& in c.perlectis.25.q.diſtinc.Et voluit Abb.in d.c.2.de foro compe.facit tex.per locum a ſpeciali,in 2.reſponſo.de ſent.excommunic.licet tamen ſit tã tę grauitatis excommunicatio,non timuit dicere Hoſtien.in titu.de maledic.in ſumma,& Ioan.de Ana.in c.ſtatuimus. eodem titu.ꝙ hodie magis timetur pœna quinq; ſolidorum,q̃ excõicatio.tu tamen dic quòd ille,qui contemneret excõicationẽ, non modo eſſet quantum ad eccleſiam in ſupradictis pęnis,ſed etiã deberet puniri per brachium ſeculare,vt per Doct. in c.poſtulaſti.de homici.immo ſi ſtaret per annum, præſumeretur hæreticus,vt ibi,& in c.excommunicatus.de hæreti. per Doct. moder-
30 nos.† Quid plus? ab actibus ciuilibus excluditur,nec aliquo modo admittitur agendo,ẽt ſi reconueniret,immo ẽt ſi pars nõ opponeret,iudex ex officio ſuo dẽt excõicatum a iudicio agendo repellere,in c.cum inter.& latius in c.exceptionem. de excep.in antiquis,& in c.pie.vbi dicit,ꝙ pium eſt iſtud facere. de excep.in 6.de primis ergo ad vltimum concludendo, vidimus ꝙ licet ille tex.in c.ſi quis per capillum.loquatur in excommunicatione, non tamen propter hoc probat, ꝙ crimen blaſphemiæ non ſit
35 dignum morte naturali,immo ex ſupradictis probatur contrarium. Et ſi opponatur, ſi erit blaſphemia tam enorme crimen vt merebatur mortem,cur ibi non imponitur, cũ pœna debeat eſſe conformis delicto.l.reſpiciendum.ff.de pœn. quia ad hoc reſpondeo pro clariori intelligentia,præſumendo certa verba. In nocentij in c.licet ex ſuſcepto.de foro cõpeten.altius exordien-
31 do.† Nam a principio Deus creauit cęlum & terram, & omnia quæ in eis ſunt Angelicum & humanum genus,ſpiritualia & tẽporalia,quæ per ſeipſum rexit ſicut factor rem ſuam,gubernare ſolet,& quem fecit homini præcepta dedit, impoſuitque pœnã trãſgredięti,& per ſeipſum Cain puniuit, & Lamech & quoſdã alios,vt Gen.4.& 5.legitur,& ſic Deus rexit mundum p̃ ſeipſum *vſque ad Noe,tempore Noe cępit Deus creaturas ſuas per miniſtros regere,primus* quorum fuit Noe, de quo quod populi fuit rector ex eo apparet,ꝙ Dominus ſibi arcę gubernationem dedit,vt patet Gene.5.& 6.& Gen.9. vbi Noe & filiis rectoriam & legem Dominus dedit. In hac autem vicaria ſucceſſerunt patriarchæ,iudices,reges,ſacerdotes, & alij qui pro tempore p̃fuerunt in regimine Iudęorum populi,& hoc vſque ad Chriſtũ,qui fuit naturalis Dominus,& rex noſter. de quo Pſalmus, Deus iudicium tuum regi da.Et Eſaię 33.Dominus iudex noſter, dominus legifer noſter.dominus rex noſter, qui Chriſtus cõſtituit vicarium ſuum Petrum,& ſucceſſores eius,in omnimodam pote
32 ſtatem,dum dixit,Paſce oues meas.† Sed quia fore iniquum videbat,quod miniſter vnitatis habuiſſet exercere gladium tẽporalem,ſibi iſtud exercitium ademit,dum dixit, pone gladiũ tuũ in vaginam. Nam cum eſſet miniſter altaris, & ſic vnitatis repreſentatę per altare,cum eius ſacramentum, vnionem Chriſti, & ecclęſiæ repręſentat,quam ſignificat vnio animæ & corporis,qa ſicut anima viuificat corpus, ita Chriſtus per huiuſmodi ſacramentum viuificat eccleſiam. Et ideo gladij temporalis exercitium,cum diuidat vnitatẽ animæ & corporis,non dẽt eſſe apud miniſtrum vnitatis. Iſta vltima ratio fuit Panor.in ca.nouit.poſt Ioan.Andr.extra de iudic.pro quibus ego allego, quod notatur per gloſſam magnam in c.debitum.de bigam. vbi reddit rõnẽ, quare bigamus non poſſit ordinari,cum non ſeruauit vnitatem ergo non poteſt eſſe miniſter vnitatis. Vnde conſtitutum fuit, ꝙ in mundo eſſent duo luminaria. vnum quod haberet omnimodam poteſtatem,ſed nõ exercitium gladij temporalis, aliud qui vocatur imperator quod haberet hmõi exercitium, de quo in c.ſolitæ.de maioritate & obed.hr̃ in c.cum ad verum. 86.diſt. cum ad verum.dicit tex deuẽtum vltra ſibi nec Imperator iura pontificatus arripuit,nec Pontifex nomen Imperators vſurpauit.hr̃ in c.ſi Imperator.eadem diſtinct.& in c.cauſam. 2. qui filij ſint leg.& eſt communis cõcluſio omnium in c.nouit.de iudic.
33 nec oportet,dixit Apoſtolus,epiſcopum eſſe percuſſorẽ.† miniſter noui teſtamenti,eſt miniſter manſuetudinis, immo tenent Doctores,& ibi latius Panor.in prin. in d.c.licet ex ſuſcepto. ꝙ Imperator in exercitio iſtius gladij temporalis non dicitur indiſtinctè habere iuriſdictionem a Papa, nec in hoc eſſe eius vicarius,cum non poſſit Papa reuocare Imperatorem ad libitũ ſuę voluntatis, ne exerceat talem iuriſdictionem, vt probatur in d. c.licet ex ſuſcepto.quod poſſet ſi ĩdiſtinctè diceretur habere iuriſdictionem ab ipſo Papa,per l.iudicium ſoluitur vetante eo,q iudicare iuſſerit.ff.de iudic.& per c.ſuper quæſtionem.de officio deleg.idem ſi eſſet eius vicarius,quantũcunque generalis. Nam prohibente Papa deſijſſe t eſſe vicarius,vt eſt gl.in cle.& ſi principalis.de reſcrip & voluit Innoc.in c.Ro.de appellationib.in 6.& ex iſtis patet,quare in iure cano.pro blaſphemia non fuit pœna mortis inducta,cum autor iuris canonici iſtud non poterat facere,vt eſt Papa,ſed impoſuit maiorem pœnam omnibus, quas ipſe habuerit,vt ex ſupradictis patet. Pro quo etiam facit text.in
34 c.dilecto.de ſent.excommunic.in 6.† vbi eccleſiaſticus gladius eſt excommunic.facit quod alibi dixerit Ambr.in c.conuenior. 23.q.8.quod arma eccleſiæ ſunt lachrimæ & munimenta ſacerdotis,nec aliis armis debet reſiſtere. Ad idem eſt text. forte melior in c.non pila.eadem quæſtione. & allegauit gloſ. illa iura in d.cap.dilecto.verbo,eccleſiaſtico & Panor.in ca.ſignificaſti.ĩ fi. de offic.deleg. facit text.in c.pono.16.quæſt.3.ibi, eccleſiæ ſecula res neſcientes arma, Deum ſolum pro pugnatore, ſi placuerit miſereri, patienter expectant.

Ex iſtis patet,qđ eccleſia non hẽt pœnã mortis.quas aũt hẽat,vide gl.plenã ĩ c.ad reprimẽdam. de off.ord. & vltra eam adde ꝙ eccleſia hẽt verberũ caſtigationem, vt voluit glo.in ſumma,& in c.j.5.q.j. & in c.illi qui. 5.q.5.& eſt tex.in c.j.23.q.ea tñ moderatione habita, ꝙ flagella ĩ ſanguinis vindictã trãſire minime videat. ita declarat tex.in c.in archiepatu. de rap. Item eccleſia poteſt imprimere caracterem in facie cum aliqua bulla ignea. vt tex.in c.ad audientiam.de crim.falſi.Item poteſt imponere pœnam ſeruitutis.tex.eſt & ibi Doct.in cap.ita quorundam,de Iudæis. Item poteſt imponere pœnam ignominioſam,vt ſcindere capillos & pannos ante & retro, vt eſt text. & ibi gl.in c.de benedictione.32.q.j.& voluit Abb. in c.cum ſit generale.in prin.pen.col.de fo. compe. Item habet pœnã exilij.
35 in c.de calumniato.& in c.accedens.eod.tit.† Item habet pęnã publicationis bonorum omnium delinquentis ipſius,in ca.pro humani.& ibi Ioan.Andr.plenè,de homic.in 6.Nec obſtat in ſupradictis,ſi dicatur,quòd cum ſit pœna in blaſphemante ſolùm excommunicato de iure canonico, & mors de iure ciuili, cur in iſtis pœnis non eligimus mitiorem? Item cur non præferatur pœna iuris canonici tanquàm dignioris,cum eius ſubiectum ſit dirigere hominem ad bonum humanum & diuinum, quod nõ eſt in iure ciui.cũ ſolũ dirigat ad bonũ humanũ, ut uoluit Abb. in proę.decr.ad finẽ,& ĩ c.clerici.in prin. de iudic. ergo in cano. tanquàm dignus iure ciuili debuiſſet præferri.l.j.ff.de Senato.

36 Adiſta reſpõdeo,& primò ad illud, ꝙ † mitior pœna eſt eligenda,põt dici ꝙ immo eligendo mortem naturalẽ,eſt eligere mitiorẽ pœnã ipſa excõicatione,per ea quæ ſ̃. dixi in grauitate excõicationis.Vel ſecundò põt dici,ꝙ qñ multæ pęnę imponuntur a diuerſis iuribus,ego poſſum eligere quã pœnam voluero.eſt verũ,ꝙ vnius iuris pœna condẽnatus, non põt cõdẽnari pęna alterius,qñ pęnę reddunt ad uindictã, p̃ doctrinam Bar.in l.j.vi bo.rapt.ff.& Io.And.in c.felicis. de pęn.ĩ6. Quã opinionẽ Panor.poſt alios in c.de cauſis.de offi deleg.affirmat eſſe ueram & cõem,pro qua opinione allego text.in l.quoties.de actio.& oblig.quoties.dicit tex.in l.quis obligationem induxit,niſi noĩatim cauerit, vt ſola ea actione utamur eo nomine ẽt actiones ueteres cõpetũt.Et ſi dicat̃,ꝙ ille text.loquitur in cã ciuili & non criminali p̃ uerbũ, ea actione.Rñdeo ꝙ de cã ciuili ad criminalẽ arguitur.l.abſentẽ.uerſi.aduerſus.ibi,ſm morẽ priuatorũ iudiciorum.Põt qs defendere hæc non eſſe ꝟia.ff.de pœn.Ad ſm,dum dicebatur, quare non eligimus pœnam iuris
37 cano.† Reſpondeo,ꝙ cum iſtud ſit indifferens crimẽ tam pertinens ad ius ciuile,q̃ ad cano.ut dixi ſup.in diſſi. quodlibet ius ſeruari debet in foro ſuo.ita uoluit gl.in c poſſeſſor. & ibi Io.And. in mercuria.de reg.iu.in 6.& in c.2.de arbi.eo.lib.per Doc.in c.j. de oper.noui nunc.Panor.in c.cleri.de iudi.j.nota.

Præterea cum ius ciuile ſit nunc magis in fauorem religionis,cum maiori pœna coerceat delicta facta ꝟ Deũ, nimirũ ſi ius ciui. magis q̃ aliud in hoc debet p̃cedere. Nã quoties ſunt nobis duo itinera ad ſequendũ, iura uolunt quo magis religioni fauetur,ut probat̃ per l.ſunt perſonæ.§.pen. de religio.& ſumpti fun.& dicit Panor.in c.quapp. circa mediũ. 2.col.in materia illius.c.de ele.ꝙ fauorabilior eſt diſpoſitio,qua magis conſulit eccleſiæ & ſic religioni.vñ pp hoc multa priuilegia ꝟ rigorẽ iuris ſunt ſtatuta,ut patet tex.in c.ſi. ſm unũ intellectũ & ibi Doc.Inno.Hoſt.Io.And.& alij,in antiquis. de iudicijs. ubi tpe uindemiarũ uel meſſiũ eccleſia põt agere ꝟ aliũ, qđ de rigore iuris nemo tali tpe poſſet agere.l.j.ff.de ferijs.c.ſi.in fine.a ꝟio ſenſu,extra eo.tit.facit tex ad idem in c.j.de dolo & contu. ubi apertè dixit,in eccleſiaſticis cauſis non ſeruari rigorem, &
38 qđ dixit gl.in c.in præſentia.de probat.† quod licet aliàs dictum

Source : BIU Cujas

ambiguum interpretatur in iudicio ꝯ reum. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudic. & ī c. cū ad eum. de rescrip. istud nō habet locū ꝯ ecclesiam. Præterea ad materiā nostrā redeundo, cū isti blasphemantes Dei misericordia se fecerint indignos, non debent aliquo ecclesiastico remedio adiuuari, sed subijci. ll. tormētis. Pro hoc facit text. in Auc. vt non luxurientur ꝯ naturā. in §. sinautē. præsupposito ꝙ facit ꝯ ecclesiam, qui venit contra inducta per eam, vt voluit Panor. in c. cum sit generale. de foro competet. ergo frustra auxiliū ecclesiæ inuocat. c. bonæ memoriæ Magun. Archidian. de electione. ibi, frustra legis auxiliū inuocat, q̄ in legem committit. vnde tex. in ca. sacerdotibus. ne clerici vel monachi. dicit, indignum esse ab ecclesia subueniri, per quos in
39 ea constat scandalum generari. † Et p̄p hoc delinquenti in ecclesia non competit priuilegium ecclesiæ, vt in ea sit tutus. c. fin. de immunitate eccles. Non enim debent hmōi personæ iuris canonici aliquid consequi fauoris, quod ipsi per proprium scelus despexerint, vt in simili de ecclesia loquendo dixi tex. in §. quia vero. ita comperiuntur in Auct. vt liceat matri & auiæ. & tanto magis dicuntur despicere, quanto ius canonicum plus in se hēt iuris diuini q̄ ius ciuile, naturale ius large vocatur ius diuinū in c. nimis. de iure diuino. de iureiur. in antiquis. in c. j. de iuramento. calum. declarat Abbas, vbi bonus tex. in c. non debet. de consang. & affin. & in ca. qualiter & quando in 2. notabi. de accusat. Pro istis facit, quod dicit text. in c. ftater. 17. q. quarta, ibi, nec ad supplicandum debet admitti, qui committere tale sacrilegium non dubitauit. Alibi tex. frustra enim in eo applaudimus, cuius mandata nō custodimus. ita in c. sicut enim inquit, de pœniten. distinc. 2. vnde dicitur, quòd veniens contra legem, eam ad suū fauorem non poterit allegare. cap. j. & ibi Doct. de eo, qui duxit in matrimonio, quam polluit per adul. c. inter dilectos. de donationib. Cum ergo iste blasphemans ita grauiter Deum offendēdo contra ius diuinum, vt est ius canonicum, dicitur deliquisse,
40 nimirum si fauore ipsius iuris priuetur. † Nam in quo quis deliquit, in eo puniri patiatur, vt dixit tex. in c. pastoralis, in fine, de iure patronatus. in c. ad liberandam. de Iudæis. ibi, ęquo iudicio, in quo deliquit puniatur. & in c. cum olim magister. de offic. de legati. ibi, ut in eo saltem puniatur, in quo peccauerit. & in c. literas. de temp. ordina. & in c. quanto. de transla. prælat. facit quod dicit text. cap. secundo, de rebus eccl. alienan. ibi, a communione ecclesiæ, cuius facultatem auferre cupiunt excludantur. facit. Nam qui iniuriam perpetrat in ecclesiam, ipsius communione priuatur. ita dicit text. in c. sicut antiquitus. 17. quæst. quarta, alibi tex. in capit. de viro nephando. 12. quæst. 2. pulchrè dixerit vno anno extra ecclesiam Dei consistere debere eos, cuius sacratissima vasa extra ritum Christianæ fidei diripiendo non dubitarūt auferre. & per ista puto responsum ad secundum argumentum partis aduersę. de c. si quis per capillum.

41 **Ad tertium** argumētum partis † eiusdem negatiuæ, quòd mitius agitur cum Deo, &c. Respondeo quòd loquitur quantum ad cōsequendam veniam ab ipso Deo, quod facile possumus assequi. pro hoc text. loquens in persona Christi, de pœni. distinc. prima, c. libēter ignosco. promptè indulgeo, misericordiam magis volo q̄ sacrificium, quia per sacrificium iustus commendatur, per *misericordiam* peccator remittitur. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. in lege enim commendatur sacrificium, in euangelio misericordia. lex per Moysen, per me gratia data est, non autem loquitur dicta regula quòd mitius agitur, &c. quantum ad hoc illud delictum erga Deum, vt est blasphemia, minus puniatur a iudicibus mundi, immo tale delictum grauius est animaduertēdum. Quod probo. nam quanto dignior est persona, in quā cōmittitur delictum, tāto grauius est delictum, vt legitur & not. in c. j. de calum. tex. glo. & Panor. in c. cum illorum est. episcopum aut abbatem. de sent. excom. text. in §. atrox. Insti. de iniurijs. Aliter enim deliquit qui in dominum parentes ve ausus est quam qui in extraneum in magistratum vel in priuatum. Ita dicit tex. in l. aut facta. §. persona. ff. de pœn. cum ergo grauius est delictū in Deum quàm in quemcunque hominem, vt in supradictis patet, & est tex. in c. vergentis. de hæret. ergo grauius quolibet delicto debet puniri. & sic tollitur illud, qudd mitius, &c. Quod aūt
42 grauius debet puniri, probatur. † Nam pœna debet delicto esse conformis, vt per hæc verba dicit tex. in l. respiciendum. in prin. ff. de pœn. respiciendum est iudicanti, ne quid aut durius, aut remissius constituatur, quàm causa deposcit. Nec enim aut seueritatis vel clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso iudicādo, prout res expostulat statuendum est. & dicit text. in c. felicis. de pœn. in 6. post multa verba proportionetur delicto pęna ita, ꝙ vindicta equo excessu respondente ab offensa nostrorum cohibeantur deinceps. nec. n. delictum non delictum vel non crimē facere debemus. vnde tex. in c. si quis dixerit. 11. q. 3. dicit, ꝙ si qs enuntiauerit iustum iniustum, & iniustum iustum, abominabilis est vterq; apud Deum, nec enim dulce amarum, nec amarū dulce facere debet iudex, vt ibi in seq. vnde tex. in c. non afferamus. 24. q. j quod non debemus afferre stater as dolosas, vbi pro arbitrio qđ volumus appendamus. & post multa in fine subiun-
43 git. † Quis n. dubitauerit id esse sceleratius commissum, qđ grauius est vindicatum. facit quod dixit text. in c. firmissimè. 15. q. j. in fine. ibi. homines verò. quia rationabiles sunt facti & de se & de oībus rebus, quas in vsu præsenti vitę cęperunt, sunt rōnem Deo reddituri, & pro suorum actuū qualitate recipient aut gloriam aut pœnam. quasi vult dicere, ꝙ qui plus boni plus glorię, qui plus mali plus pœnæ consequentur. immo notanter dicit Host. & ibi eum sequitur Panor. in c. de causis. ad fin. de offic. deleg. ꝙ iudex efficitur infamis, qñ mitiorem vel grauiorem pœnam, q̄ delictum expostulat statuet. de quo est text. in l. seruos. C. ad legem Iuliam de vi publica seu priuata. ibi, iudicem verò nos se oportet, ꝙ graui infamia sit notādus, si violentiæ crimē apud se probatum distulerit, seu omiserit vel impunitate donauerit aut molliorem q̄ præstituimus pœnā protulerit. Ex quibus verbis etiam constat eadem pœna puniri mitius statuentem, & illum qui nullo modo statuit cum deberet. nō enim iudex debet esse mitior lege, dixit tex. in §. oportet. in Authen. de iudic. illud est, quod dicimus quod mitius agitur cum lege quàm cū homine in l. Celsus. ff. de arbit. cum simili. & hæc sufficiant, quantum ad responsionem tertij argumenti.

Ad quartum & vltimum argumentum partis negatiuæ de c. statuimus, rñdeo, ꝙ loq̄t in pœnitentia ad placandum Deum in foro conscientiæ, qui fa
44 cillimè placatur, vt sup. dixi. † Nimirum si Papa ibi tanq̄ Dei minister eodem modo placetur, quia iudiciū dēt Dei iudicio esse conforme. c. vt nostrum. vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. qui tex. ad hoc fuit allegatus per Panor. in c. de multa. de prębend. in 2. col. facit quod dicit tex. in c. alligāt. 26. q. 6. in fi. ibi, vt paterfamilias largus est, dispensator non dēt esse tenax. Si Deus benignus, ad quid sacerdos austerus vult apparere. Non autē ille text. loquitur quantū ad pœnam tpalē, immo ibi vltra alias pœnas excōicationis vel depositionis ponit tpaliter agendo adhuc pęnam pecuniariā, vt strictius delictū blasphe
45 mię coerceretur. Et prō ista dria, † ꝙ ecclesia est pia spiritualiter agendo nō autē tpaliter, facit illud qđ dr, quod ecclesia nō claudit gremium redeunti, vt dixit tex. in epistola, inter claras. C. de summa trini. & fide catholi. Nā istud est verum in spiritualibus, non autē in tēporalibus, vt hr in c. super eo. de hæreti. in 6. & in c. penult. eo. tit. in antiquis. & in c. sedes. de rescrip. Pro istis facit text. in c. duo. 23. q 4. ibi, nulli enim misericordia claudenda est. quod est quantū ad spiritualia. Non enim Papa debet velle mortem peccatoris, cum principalis suus, vt est Deus, hoc non vult. facit tex. in Auth. vt non luxur. ꝯ natu. in princ. Et ex istis satis vr
46 responsum ad argumēta omnia facta pro parte negatiua. † Nūc concludo ꝙ si quis ceciderit in hmōi delictum si hoc habeat in consuetudine intantum ꝙ blasphemia sit publica, ꝙ potest iure optimo ad mortem damnari. Ista concludunt Doct. in c. fina. de maledic. post Cyn. & Petr. in l. 1. C. de rebus cred. & Bal. & Salic. in l. 2. C. ad legem Iuliam maiesta. nec semel vel bis id faciendo dēt puniri pœna mortis, sed alia graui pœna non tam magna, vt ibi hr in dictis iuribus. *pro quo facit, nam licet alias sit reseruata ēpo absolutio blasphemiæ, vt voluit glo. c. si episcopus. de pęni. & remissionib. in 6.* & est tex. in c. fi. de maledic. tn istud intelligitur de blasphemia publica & non simpliciter, vt hr in dictis
47 iuribus. † Et dr publica, qñ est vulgarissima & quod multæ personæ sunt scandalizatæ, quia frequens hoc commiserit. de quo est tex. in c. fi. 23. q. 6. ibi publicum & vulgarissimum crimen est, quod vniuersam commouerit vrbem, & quod hr in l. 3. in prin. C. de summa tri. & in l. palam. ff. de verb. signi. uel alio modo pōt dici publicum, qñ est notorium iuris vel facti, iuxta notata in c. uestra. de cohabit. cleric. & mulier. Isti conclusioni iam factæ de blasphemia, facit quod uoluit Ioan. de Ana. in d. c. fin. post Bald. alibi, quod licet episcopus non possit facere pacem de blasphemia, istud est uerum qñ illa blasphemia facta est animo indurato, aliàs bene posset per iura, de quibus ibi per eum. † Grauitatē
48 autem huius delicti ultra supradicta possumus percipere, quod etiam maledictione dignos nos non debemus blasphemare, ut est text. in c. hi igitur. 24. q. 3. si igitur. dixit text. Michael non fuit ausus diabolo & certe maledictione digniſſimo iudicium inferre, quanto magis ab omni maledicto puri esse debemus. Merebatur diabolus maledictū, sed p os Angelorū blasphemia ire nō debuit. Et nota illum tex. qui probat opin. Bald. quā sup. retuli in euidentialib. blasphemiæ, qđ idem est blasphemia & maledictū. Item in abominatione istius delicti facit, qđ hr in dialogo diui Gregorij, ubi ipse recitat puerum quinq; annorū ex sinu patris fuisse p̄p blasphemiā raptū a diabolo. res quidem miserabilis, cū in hmōi ętate homo qcqd uidet ignorat, *ut dixit text. in l. j. C. de falsa moneta.* Nec cōmittēs in tali ętate homicidiū aliquā irregularitatē incurrere, nec homicidiū posset noīari, ut plenè hr in cle. j. de homic. est uerum ꝙ Doc. in c. j. de delict. puer. recitantes illud diui Gregorij, dubitant an raptus ille culpa pueri uel patris, eum non corrigentis accidit, de quo uide ibi. Vltimo pro complemento uide certa uerba sancti Petri in ca. generalis. 54. distinctio. magis quippe studiis, dixit ibi text. ꝙ cauendum est, ne fides, aut doctrina, neq; dominus blasphemetur. & ex supradictis

Source : BIU Cujas

dictis humano more loquendo, sñiam Pilati videri põt fuisse iu
stã, si in Christo fuisset blasphemia, qđ in fine falsum esse oñdã.

¶ Secundum dubium.

Nunc capio secundum caput resultans ex illo arti
culo, quod filium Dei se fecit. Nam ali
quis qui filium Dei non esset, se faceret, cum rem sacram sibi ap
propriaret, committeret crimen sacrilegij, quod ex.inf. dicendis
49 latius apparebit. † Et præsuppono, quod sacrilegium dicitur qua
si lędens sacrum, siue ratione rei, siue ratione personæ, siue rõne
loci, vt plenè notatur per Bal. in l. si nondum, C. de fur. vbi ẽt ha
betur post gl. ibi, quod duo ad hoc vt sit sacrilegium requirunt̃
de iure ciuili, & vnum de iure cano. alibi dixit gl. in c. sacrilegiũ.
17. q. 4. sacrilegium esse violationem sacræ rei, & est tex. in l. 1. C.
de crimine sacrileg. dixit sacrilegium esse offendere diuinã san-
ctitatem. Multa exempla sacrilegij ponit tex. in c. quisquis. 17. q.
4. & in l. sacrilegij. ff. ad leg. iul pecula. In materia vide plenè per
Innoc. in c. cum pro causa. de sen. excommunic. per Doct. in cle.
50 j. de pęn. † Item omnis ille, qui mentitur Deo, sacrilegus dr̃, vt
est tex. in c. serpens. ibi, quam sacrilegij. de pœni. dist. 1. Et ibi glo.
idem dicit in mentiente Papæ, & quod sacrilegium tanto ma-
ius, quanto digniori personæ committitur. Item est sciendum,
q̃ crimen sacrilegij est crimen mixtum tam iuris ciuilis, quàm
iuris canonici, & non modo ecclesiasticus iudex, sed secularis
etiam se debet in hoc impedire, vt est tex. & ibi gl. in verbo, adi-
mimus. de pœn. in 6. & in l. placet. C. de sacrosan. eccl. vbi Bal. di
cit, quod sacrilegus punitur pęna temporali & pęna ecclesiæ. ad
idem est tex. in c. sunt quædam. 24. q. 5. Et est tex. in c. cum sit ge-
51 nerale. de foro compe. & ibi Panor. in 2. notabili. † Item est sciẽ-
dum pro clariori doctrina proximè dictorum, q̃ pro tali crimi
ne potest agi ad pęnam corporalem, tunc non se interponit ec-
clesia. l. si quis in hoc genus. C. de episco. & cler. Item potest agi
ad pęnam spiritualem, videlicet ad excommunicationem, iux-
ta gl. in c. sacrilegium. 16. q. 4. & tunc solum iudex spiritualis se
interponit, cum secularis non habet excommunicationem. Itẽ
pro tali crimine potest agi ad pęnam pecu. de qua in c. quisquis.
in præalleg. q. 4. Item potest agi ad rem substractam, quando sa-
crilegium esset commissum ratione rei. Et in istis vltimis duo-
bus casibus indifferenter possumus adire pro tali crimine tam
secularem quàm ecclesiasticum iudicem. & est in electione agẽ
tis. Ita Panor. per illum tex. in d. c. cum sit generale. per c. cõque-
52 stus. de foro compet. Et habetur in c. fęlicis de pęn. in 6. † Idẽ præ
suppono, q̃ istud crimen est crimen publicum, vbi quilibet ad-
mittitur ad excusandum. de quo est tex. clarus in d. l. si quis ĩ hoc
genus. Et est delictum ita grauissimum, quod homicidio ęquipa
ratur, vt probat tex. in c. qui abstulerit. 12. q. 2. Per hæc verba, qui
abstulerit patri, vel matri aliquid dicetq́ue hoc peccatum non
esse, homicidæ particeps est. Pater noster sine dubio Deus est, q̃
nos creauit, mater vero nostra est ecclesia, quę nos in baptismo
regenerauit. Qui ergo Christi pecunias rapit, aufert vel fraudat,
homicida est. Et hæc pro euidentialibus sufficiant.

53 Nunc quæro, an incidens in tale delictum † iure 58
possit ad mortem damnari. In quo
arguitur primò, quòd non, per tex. in c. sacrilegium. vbi gl. 17. q.
4. Nam quãdo committitur in persona ecclesiastica, excommu-
nicatur ipso iure. Si in rebus post trinam admonitionem. c. quis
quis. eadem causa & qõ. Item imponitur pęna pecuniaria, vt ha
betur in d. loco in c. si quis contumax. Ibi, porrò ipsum sacrile-
gium duplicem pęnam pecuniariã, & excõicationis meretur.
Cum ergo non sit pęna mortis in dictis iuribus determinata,
nos eam ponere non debemus, quoniam membrorum homi-
num minime domini sumus, etiam membrorum nostrorum. l.
54 liber homo. ff. ad legem Aqui. † Intantum, quod nõ modo aliũ,
immò nec seipsum homo potest interficere. c. non est nostrũ.
23. q. 5. facit. l. non tantum. ff. de appel. Et quod no. Panor. in c. fi.
de pact. vt igitur ille, qui tanta, & quidem horrenda inhumani-
tate detestãdaq́ue sęuitia rapitur, vt mortem illorum sitiat, pro
quorum vita Dei filius Christus hominis formã accipiens, mor
tem subire non dubitauit. ita tex. in c. j. de homicidijs. in 6. hẽat
homo in memoria illa horrenda verba annuntiata Dauid per
Deum: Non ędificabis mihi templum, quia vir sanguinis es. de 59
quo habetur in c. si quis omnem. j. q. 7. & de consec. dist. 1. in cap.
qualiter. in prin. De grauitate autem homicidij potes te certio-
rem reddere per ea, quæ leguntur, & notantur in c. quæsitum. de
tempo. ordin. vbi in grauissimis criminibus, occultis tamen, qs
non impeditur post peractam pęnitentiam in ordinibus susce-
ptis, vel suscipiendis, & tamen in homicidio impeditur propter
55 eius enormitatem. † Et est notandum, quod non modò homici
da dicitur, qui proximum interfecit, sed etiam qui odit vel ei de
trahit, & propterea Hostien. in summa, de homicidio. & Io. de
Ana. in rub. eod. tit. dixerunt, duplex esse homicidium. alterum 60
spirituale, quod multis modis fit; alterum corporale, vt est occi
sio hominis ab homine facta, vt ibi per eos. Et dixit tex. de pœn.
dist. 1. c. homicidiorum, tria genera dicebat esse beatus Petrus pę
nam eorum parilem. sicut igitur homicidas fratrum interfectо
res, ita detractores quoque eorum eosque odientes homicidas
esse manifestat. & in c. seq. ibi ponitur aliud genus homicidij spi
ritualis. Vide ergo tu, qui detrahis, quale delictum ĩcurris. vnde
tex. bellissimè dicit. 3. q. 4. in c. detractores. qui diuina auctorita-
te eradicandi sunt auctores inimicorum ab episcopali submoue
mus accusatione, & testimonio, & tex. in c. deteriores. 6. q. 1. di-
cit, dęteriores sunt qui hominum vitam ac mores corrumpunt
his, qui substantiam aliorum prædiaq́ue diripiunt. Ipsi enim ea,
quæ extra nos sunt, licet nostra sint auferunt, nostri autem detra
ctores ac morum corruptores siue qui aduersus eos armantur
56 nosipsos propriè diripiunt. † Ideò iustè infames sunt, & meritò
ab ecclesia extorres. & eadem q. in c. summam materiam conti-
nuando dicit, summa iniquitas est fratres detrahere vel accusa-
re. Vnde scriptum est, omnis qui detrahit, homicida est, & om-
nis homicida non habet partem in regno Dei. & est text. in c. ac-
cusatores. quadragesimasexta. distinc. dicit, accusatores, idest de-
tractores fratrum episcopus excommunicat, & si emẽdauerint
victum recipiet eos ad communionem, non tamen ad clerum.
De tertio autem mea sententia, nisi ab homunculo omni pro-
bitate denudato non procedit. sępius enim vidi alienam virtu-
tem eos molestè ferre ac ei detrahere, qui maximè a virtute ab-
sunt. Et in hoc dilataui fimbrias, tibi loquor detractor, vt si iu-
stè forte mihi quidpiam posses imponere acerbitate vitij ex su-
pradictis iam notoria, tuam naturam compescas. quibus addo
Ciceronem in inuectiua contra Sallustium in fine suæ oratio-
nis. ibi, sæpe enim vidi grauius offendere animos auditorũ eos,
qui aliena flagitia apertè dicere, q̃ eos qui commiserunt. neq ue
credas excusari si non specialiter loqueris, sed sub velamine al-
teri detrahis, cum tua circumlocutio vim habet specialis loque
læ, vt in materia nostra dicit glo. in cle. j. in verbo, detrahunt. de
priuil. vt tandem finem imponam huic odiosæ materiæ, vos q-
bus detrahitur, consoletur verbum veritatis dum dixerit, sinite
illos, cæci sunt & duces cæcorum. & hoc in simili dicit text. in c.
magnæ. ante finem. de voto. quid. n. obest homini q̃ ex illa tabu
la vult delere humana ignorantia si de libro viuentium eũ nõ
deleat iniqua conscientia. ita dicit tex. in c. quid obest. 11. q. 3. ea-
dem quæst. 10. in c. sentit. dicit text. senti de Augustino quicquid
libet, sola me in oculis dei q̃scĩa nõ accusat. Idẽ dicit text. ĩ c. seq.
57 † Vltimò addas text. in c. inter verba. eadem q. 3. ibi, gloria no-
stra hæc est testimoniũ conscientiæ nostræ. testis in cœlo meus
est. si ergo nobis est testis in cœlo & corde, dimittamus stultos
foris loqui, quod volunt. subiungit, quid enim aliud detrahẽtes
faciunt, nisi quod in puluerem sufflant, & in suos oculos terrã
excitant, vt vnde plus detractionis perflant, inde minus veritatẽ
videant. Et hæc sufficiant quantum ad ea, quæ acciderunt ad
primum argumentum partis negatiuæ articuli nostri, quod pro
sacrilegio non sit pœna mortis.

Pro qua parte secundò facit text. in l. 3. in §. mandatis. ff. ad le-
gẽ Iuliam peculatus. ibi, Et sic constõnibus cauetur, vt sacrilegi
extra ordinem digna puniantur pœna. Et sic non est pęna mor
tis, sed est quædam pœna arbitraria. i. arbitrio iudicis imponen-
da. † Nam vbi non est in iure certa pœna expressa, illud relinqui
tur arbitrio iudicis, vt est glo. in c. super his. in verbo, arbitrium.
de accusation. facit quod legitur & notatur in cap. de causis. de
officio deleg. & melius pro hoc facit tex. in terminis nostris, in
§. penul. Institu. de public. iudic. dicit ibi tex. quòd lex Iulia pecu
latus eos punit, qui publicam pecuniam, rem sacram vel religio
sam furati fuerint. subiungit, si iudices tempore administratio-
nis substraxerunt, capitali adnimaduersione puniuntur, alii ve-
rò qui in hanc legem inciderint, pœnæ deportationis subijcien-
tur. Ergo cum loquatur de sacrilegio & non imponit pœnam
mortis, nos imponere debemus, cum istis pœnalibus ei multo-
fortius satis est dicere non dicit lex. l. vnica. §. finautem ad defi-
ciendis. C. de cad. tol. l. si seruum. in §. si quis suus. ibi, non dicit p̃-
tor. ff. de acqui. hæred.

Tertiò ad idem facit tex. in l. sacrilegij. ff. ad legem Iuliã pecu-
lat. Sacrilegii pęnam dicit tex. debitam dabit proconsul ꝑ qua-
litate personæ, proq; rei cõditione, & tpis, ętatis, & sexus, vel cle-
mentius vel seuerius statuere, & scio multos etiam ad bestias dã
nasse sacrilegos, nonnullos viuos exussisse, sed moderanda est
pęna ad bestiarũ dãnationẽ vsq;. † Et sic ad plus videtur pęnam
sacrilegij esse, vt sacrilegus subijciatur bestijs, quę pęna est, vt cũ
eis comedat & ea deducat aliaq́ue bestialia faciet, vt declarat
glo. in §. pęnę. Insti. quibus modis ius pa. pote. sol. licet aliter sen
serit glo. in l. qui vltimo. ff. de pęn. vbi sentit quòd in tali pęna
sit mors. hodie tamen nulla est dubitatio, cum in loco istarum
antiquarum pęnarum, vt est ista & pęna aquæ & igni succesit
deportatio, vt habetur in l. Gallus. in §. & quid si tantum, per gl.
Doct. ff. de liber. & posthu. Cum ibi non sit pęna mortis, sed est
pro sacrilegio determinata alia pęna, non debet iudex pœnam
mutare, & mortem imponere. † Nam vbi est certa pęna statu-
ta, non est alia de potestate ordinaria imponenda, vt voluit glo.
& ibi Panor. in pen. colum. in c. bonæ. vlti. de elec. facit quod
not. glo. in c. super his. de accusatio. & sentit Abba. in c. cum ve-
nissent. post principium. pe. col. de iudic. & in c. j. super gl. j. fi. in
discursu secundi membri suæ distinctionis. eo. titu.

Source : BIU Cujas

Quartò & vltimò pro hac eadem parte stringit text. in l.placet. in fi.C.de sacrosan.eccle.vbi postquàm loquitur ꝙ ecclesia non dēt subiici muneri extraordinario,subiūgit, si quis ⁊ fecerit post debitę vltionis acrimoniam,quæ ⁊ sacrilegos iure promouēda est,ꝑpetuo deportationis exilio subdat.ergo ꝙ sacrilegio nō est pęna mortis,patet,quia si ꝙ sacrilegio esset mors,nō imponeret ibi post pœnam sacrilegij deportatio. quomodo.n.mortuus deportaretur? † Istis facit,nam quoties in eodem imponūtur duæ 1
pęnæ,vna est pœna mortis & alia non,& deberent concurrere, 68
nunq̄ imponitur prius pœna mortis,quia tunc alia esset frustratoria,sed imponitur pœna minor morte & postmodum pœna mortis.ita Doct.post gl.ibi,in l.omnes.C. de delatori.lib.10.quā glo.pro singulari allegat Ang.in l.nunquam. ff.de priuat.delict. & Io.de Ana.in c.fin.post medium.6.col.de collusio.detegen.& hoc non est nisi,ꝙ post mortē punire esset frustra imponere legem,loquor de pęna ipsius corporis, de qno latius Bal.ī d.l.oēs. Addas tamen istis,quod in ⁊rium facit tex. reputatus singularis in l.vnica in § fi.ff.nil nouari appellatione pēdente.& quod voluit Barba.per illum tex.in l.2.in §.fi.ff.de custo.reo. & Roma.in suis singularib.in 16.charta,singulari incipiente,suscipe vnā cautelam.ī quibus locis habetur,ꝙ si quæritur de grauiori delicto, retardatur pœna minoris delicti,nisi diceres quod retardat quātum ad cognitionem, sed cognitio de grauiori delicto prius debet imponi minor pęna,maximè in c.su.in quo si prius imponeretur maior, minor esset frustratoria, per supradicta. Istis non
62 obstātibus,puto ⁊riam opinionem iure esse veriorem. † Quod immo sacrilegus insigni sacrilegio dignus est mortem substinere,quod primo probo per tex.clarum & apertum in l. si quis in hoc genus.C.de episco. & cleri.dixit ibi tex.Si quis in hoc genus sacrilegij proruperit,vt in ecclesias catholicas irruens sacerdotibus & ministris vel in ipso cultu loco aliquid importet iniuriæ, qđ geritur a ꝑsidibus prouinciarū aīaduertatur. & post subiūgit circa mediū illius tex.diuini cultus iniuriam capitali coniūctos seu confessos reos sententiam esse vindicandam. Cum ergo ille qui se fecisset filium Dei,sit offensor diuini cultus,& in tali sacrilegio, quod maius nō posset inueniri,ergo debuisset ad mortem condemnari.Secundo idem probo per tex. in l.sacrilegij.ff. ad leg.Iul.pecu.Sacrilegi, dicit ibi text. capite puniuntur. Et ibidem hoc tenuit glo.& Bart.idem voluit Bald.in c.j. in §.iniuria. de pace iu.fir.in 2.colum.in vsib.feud.

63 Tertiò pro eadem parte facit text. † in l. j. in prin.ff.ad legem Iul.maiest.dicit ibi tex. proximum sacrilegio crimen est,quod maiestatis dicitur, quasi vult dicere text. quòd plus est sacrilegium quàm crimen lęsę maiestatis. & in veritate grauius est & acerbius fore iudico diuinam quàm temporalem lędere maiestatem, vt dixi sup.per tex.in c.vergentis.de hæreti. Modò cum pro crimine lęsę maiestatis sit pœna mortis, ergo pro sacrilegio. Cum grauius sit sacrilegium crimine lęsę maiestatis, vt dixi. Quod autem pro crimine lęsę maiestatis sit pœna mortis,dicam latius in illo articulo, quia hic se regem fecit.

65 Quartò ad idem arguo sic,† sacrilegus & homicida,& venenarius ęquiparantur,quantum ad pœnā effusionis sanguinis,vt probat tex.in c.homicidas sacrilegas & venenatios puniri nō est effusio sanguinis, sed legum ministerio.23. q. 5. sed pro homicidio & venenatione est effusio sanguinis ad mortem, vt sup.dixi, ergo pro sacrilegio. Nam illa determinatio,de qua in dicto c.homicidas,cum respiciat plura determinabilia,debet pariformiter determinare.l.nam hoc iure. ff.de vulgari & pupillari.l.quamuis.C.de impuberum & alijs substit.cum similibus.

Quintò ad idem arguo sic, grauius est sacrilegium q̄ crimen 70
adulterij, vt voluit glo.in ca.at si clerici, in verbo. maiora.circa medium,extra de iudic.Et potest esse ratio, nam non ita excusa
66 tur sacrilegus sicut adulter, † cum adulterium sit crimen carnale & aliquo modo in eo homo excusatur, cum sine eo pauci inueniuntur,vt dixi lex.& ibi glo.in c.quia sanctitas.50.distinctio. modo cū saltem hodie in masculo pro adulterio sit pœna mortis,vt tenuit glo.in l.quamuis.C. de adulter.ergo multomagis ꝙ sacrilegio cum pœnam grauitate delicti metitur, vt latius dixi sup. de respiciendum.ff.de pœn.

Sextò pro eadē parte facit tex.in l.aut facta.ī §.locus.ff.de pęn. dicit ibi tex.locus facit, vt idem furtum vel sacrilegium capite luendum vel minori supplicio sit.quando ergo dicit, capite, refertur ad sacrilegium, cum ad furtum de illo iure non poterat referri,cum pro eo non sit pœna capitalis, vt legitur & notatur in auc.sed nouo iure.C.de feru.fugi.

Septimò a fortiori facit text. in l. siquis non dicam rapere. C. de episco.& cleri.vbi non modò pro sacrilegio perpetrato, sed etiam pro attentato est pœna mortis.

Octauò & vltimò arguo sic, omnis pœna, quæ posset habere locum pro quocunq; furto,debet habere locum pro sacrilegio,
67 ista est doctrina Bald.in l.si nōdum.C.de furt.Et est ratio.† Nam cum sacrilegium sit maius furto, ergo furtum est: nā qđ maius est,vtiq; tanti est l.cū furti ff.de in litem iur.Modò sic,posset esse tale furtum,in quo ēt de iure cōi esset pęna mortis, vt dicit Bal. in 3.cap.in §.iniuria, de pace iuramento firmanda, in vsib.feud. post Cyn.in Auth. sed nouo iure. C. de seruis fug. pro quo facit tex.in l.pen.ff.de cōd.ob caus.in l.capitalium. in §.famosos. ff.de pœn.Ergo ꝙ sacrilegio est pęna mortis.Et hæc sunt, quæ tacitis friuolis satis probant partem affirmatiuam articuli nostri. Restat rndere ad deducta in ⁊rium.Et primò ad c.sacrilegium, allegatum in j.arg.rndeo ex his,quę dixi sup.in articulo blasphemię rndendo ad c.si quis per cap.22.q.j.Item ad secundum argumē-
tum,quod fec. de §.mandatis, † rndeo ꝙ non sequitur,est pęna extraordinaria,ergo non est mors, qa istud est ⁊ glo. reputatam singularem in §. in summa, in verbo, extraordinario, institu.de iniur.quæ vult pœnam extraordinariam posse continere mortem,& idem voluit Bal.in d.§.iniuria,& in l.j.ad finem. C.de his, qui latro.occult. Ioan.de Anania in c.inquisitioni,de accusatio. Ioan.de Imo.vbi latius in l.2.ff.de pub.iudi. Sed ideo in d.§.mandatis,relinquitur arbitrio iudicis tale sacrilegium, quia aliquod posset esse ita leue, quod non esset morte animaduertendum, vt inf. subijciam.nec mirum, quod sacrilegij aliud leue & aliud graue.Nam sunt aliquæ qualitates sacrilegium aggrauantes,puta persona in quam committitur, & aliæ, vt dixi sup. in euidentialibus, & facit glo.in d.c.sacrilegium.17.quæst. quarta. Meritò in dic.§.mandatis,iudex debuit discernere, cuius qualitatis erat sacrilegium, & propter hoc nos dicimus omnes pœnas esse arbitrarias,quia multæ qualitates aggrauant uel minuunt delictū & pœnam, vt voluit Florianus & Ioan. de Ana.in c. fi. de male. per c.sicut dignum,de homi.facit text. in c.Deus. de pœni.& remissio.Et quod habetur in d. c.de voto, & in c.mulieres de sent. excom.& in c.medicinæ, de pœni.dist.j.

Ad tertium argumentum, quod feci de lege sacrilegij, respondeo quòd loquitur in capite sacrilegij minimi,in quo ego fateor quòd non esset pœna mortis.Puta si quis surripuerit priuata sacra, vel sepulchrum vel sacratas per Principem.Secus si fuisset sacrilegium graue cōtra sacra publica uel contra Deum directe,vt est in casu nostro,& ita loquuntur iura pro ista vltima & vera parte allegata, ita voluit glo.in d.l.sacrilegij,pro qua facit glo.in l.felicis, in verbo,sacrilegij,de pœn.in 6.Ad quartum & vltimum argumentum rndeo, quod ibi loquitur de pœna imponenda sacrilego per ecclesiā, & istud voluit dicere tex.in verbo, acrimoniam, quasi ꝑueniēs a latere matris ecclesiæ,& ita sentit ibi glos.sensus ergo illius literę est talis,quòd vltra pœna excommunicationis,quæ de iure
69 can.imponitur sacrilegis.c.sacrilegium,sępius allegato,† dēt cogens ecclesiam ad munera extraordinaria deportari,& sic patet ꝙ ille tex.non loquitur de pœna sacrilegij iuris ciui. & isto modo non obstat parti affirmatiuę,& ꝙ iste intellectus sit verus ad istam l.probo per Ioan.de Ana.in c.significasti,in prin.de homi. vbi dicit,excommunicationem esse approbatam de iure ciuili, & probauit hoc per d.l.placet, quasi senserit ꝙ illud verbū, acrimonia,de quo in d.l.placet,intelligatur de pœna iuris canonici, & sic de excommunicatione, ex quo ipse ibidem infert per d.c. significasti,quòd exceptio excommunicationis potest opponi in foro ciuili etiam coram iudice laico, quod vltimum voluit glo.in l.j.C.de iuris & fac.igno.Et ex istis videtur posse prima facie concludi,sententiam Pilati fuisse iustam. Nam ex illo crimine,ꝙ filium Dei se fecit,si esset aliquis qui non fuisset, potuisset merito iure quàm optimo ad vltimum supplicium damnari tā ex capite blasphemiæ, q̄ ex capite sacrilegij. Et ex ambobus potuisset accusari.Nam quoties ex vno facto plura sequuntur delicta,ex oībus procedere potest accusatio, vt voluit Pan. in c.at si clerici.in 11.col.de iudic.de quo videas pulchram glo.in c.virginibus.27.q.j.Et pro ista conclusione adhuc facit † Nam qui occupat sibi templum,incidit in crimē lęsę maiestatis. l.j. ff.ad legē Iuliam maiest.cuius criminis pęna,vt latius inf dicam,est mors: ergo multo magis in illo,qui occupauit sibi religionem, ut si esset simplex homo qui fecisset se filium Dei, ex quo eriam capite resultaret hæresis.sed quia est crimen per se notum,de eius pęna habetur in c.super eo.& in multis aliis similibus iuribus, de hæreti.in 6.in c.excommunicamus,co.tit.in antiquis, alirer ipsum explicare non curo. Item pro complemento istius materiæ sacrilegij accedat tex.in l.3.C.de episc.& cleri.vbi dixit,ꝙ relaxare sacrilegos die paschæ, vbi alij relaxantur, esset turbare lętitiam festiuitatis,quis enim,subiunxit text. sacrilego diebus sanctis indulgeat. Et nota illum tex.pro confirmatione supradictorum, ꝙ sacrilegium patricidio & alijs grauissimis criminibus antepo
nit,quasi sentit sacrilegium esse illis grauius.

71 Item nota, ad cognoscendum, † quando quis est sacrilegus,quod non modò de iure canonico est inuadere res ecclesiæ,sed etiam patrimoniales clericorū, vt uidetur uelle Abb.in c.cæterum,in 5.colum.de iudic. gl.in c. similiter,per illum text.16.quæstio.j. pro quo facit quod uoluit gl.in c.quamq̄,de censi.in 6.ubi eodē priuilegio gaudent clerici in suo patrimonio,sicuti in pr̄imonio ecclesiæ.ibi de hoc alle. alia iura. Item est sacrilegium non modò adimere res ecclesiæ sed etiā turbare ecclesiā possidentem,ut probat tex.in c.cōquestus, & ibi Abb.in 3.notabi. de foro competen. & Lap. allegatione

Source : BIU Cujas

tione 166.istud declarar,quando per violentiam turbat, secus si sine violētia.Abb.tī in loco proximè allegato,vltra supradicta, tenet ꝙ quilibet tenens res ecclesiæ etiam sine violentia,si non habet volūtatem ecclesiæ,est sacrilegus,per tex. in c.si quis prin
72 cipum 16.q.vlti.Et potest esse ratio,quia † quantum ad Deum, non est differentia tenere iniustè alienum, vel inuadere alienū, vt est tex.in c.sępe.de resti.spo.& in c.decimę.16.q-j.& ibi glos.in verbo,inuadunt,& propterea dicimus,ꝙ inueniens res alterius & non restituēs tenetur furti,sicut si ab alio subtraxisset. l.falsus. §.qui alienum.ff.de fur.in c.si quid.24.q.5. si quid inuenisti. dicit tex.& non reddidisti,rapuisti: quātum potuisti fecisti, quia plus nō inuenisti,qui alienum negat si posset & tolleret, Deus enim cor interrogat & non manum.Vltimo est sciendum, ꝙ sacrilegus non modo ipse,sed etiam familia eius in detestatione crimi nis prohibetur a sacris,vt est text. & ibi glo. in c.miror.17.q.4.& est glo.in c.venerabilem,in verbo,sacrilegium,de elect.vbi plus dicit notāter, ꝙ etiam repellitur ab omnibus actibus legitimis, videlicet a testimonio, vel iudicare & similia facere. Et hæc suffi ciant,quantum ad illud caput,quia filium Dei se fecit, & etiam explicationem duorū articulorum,s. blasphemiæ & sacrilegij.

SVMMARIVM.

1 *Seditio, quid proprie dicatur & vnde.*
Conspirator & seditiosus non potest esse testis.
2 *Episcopus in omni delicto iurisdictionem habet.*
Seditiosus an possit ad mortem damnari.
3 *Clericus de homicidio damnatus,non est beneficijs priuatus.*
4 *Seditiosus, quando morte plecti possit.*
5 *Delictum alibi commissum pœnā aggrauat,etiam si primum fuerit punitū.*
6 *Emens pluries res furtiuas,furti particeps esse præsumitur.*
7 *Pœna mortis non imponitur,vbi ex seditione schisma oritur.*
8 *Delictum minimum graue censetur in homine posito in dignitate.*
9 *Seditiosus lege Iulia de vi publica tenetur.*
10 *Generale dictum, generaliter debet intelligi.*
11 *Collegium illicitum faciens, vt seditiosus punitur.*
12 *Inuentus cuncta sine consilio adoritur.*
13 *Conatus seu affectus,quando punitur effectu non sequuto.*
14 *Opus, ex quo seditio oritur. destrui debet.*
15 *Dignior magis nocere potest reipublicæ quàm indignior.*
16 *Legi contradicere quis dicatur.*
17 *Seditiosus iure ad mortem damnari potest.*

¶Articulus Secundus.

CAPIO secundum illatum cōtra Christum, videlicet,Hunc inuenimus cōmouentem vniuersum populum, &c. Et quia istud erat seditio quædā est
1 quærendum,quid est seditio.† Dic ꝙ est quædam concitatio populi ad aliquid illicitum perpetrandum,etiam si non fiat directè ꝺ rempublicam,per text. in l.3.in §.quis editione,vbi gl.ff.de re militari. & dī a sedeo ꝑ ꝺrium, qa populus non sedit in vnū,vel qa sedendo machinatur. Et nota in materia & enormitate istius criminis,seditionis, conspiratio nis & conuenticulæ,ꝙ & si aliqñ fieri pñt licitè, vt videbimus infin vera conclusione quæstionis nostræ,quam faciam ꝺ Pilatum,tñ ille qui fecerit eā,repellitur a testimonio, vt voluit Inn. in c.cum l.& A.de re iudic.& eū sequitur Bal. in c.j.in §.cōuenti culas,de pace iuramento firmand.qđ intellige, nisi produceret in testimonium,vt detegeret conspirationem,est tex.in c.fin.de testib.cog.& hoc est etiam in odium istius delicti. Nam alias socius criminis non admittitur, & tñ secus est in conspirationib. vt dixi.de vtroque hī in c.veniens,primo,& ibi bona gl.de testi.
2 † Item nota ꝙ in omni delicto episcopus habet iurisdictionem etiam de iure ciuili,vt probat tex.in d.§.cōuenticulas,& ibi sentit Bal.& expresse Ioan.de Anania,in c.cum ex iniuncto,de hæreti.aliàs in rub.de schisma. Item dicit alibi Bald.in vlib.feud.in tit.de phibi.feud.alienatione per Frede.in §.propterea, in princ, quòd tanta est malitia istius criminis, quòd non est tam magna res, quòd per seditionem non fiat parua per duo iura ibi p eum allegata, & istis breuibus pro euidentialibus sum contentus. Nūc quæro,an seditiosus possit ad mortem damnari. Primo vī, quòd non,& dico,si mors est priuatio vitæ,quæ priuatio nō habet locum nisi in casibus expressis: sed talis casus quod seditiosus debeat vita priuari non est expressus,ergo cum priuatio non habeat locum nisi in expressis,est text.in §.cum igitur,in auc.de non eli.secun.nub.& facit quod idem Panor.dicit post Io.And. in c.bonæ memoriæ,vlt.in 2.col.de electio. volens ꝙ pœna priuationis,de qua in cap.quia propter,de electio.non habet locū, quando in electione vnus est contentus qui non est expressus, facit quod notat Inno.in c.cum nostris,de concess. præbend.& Bald.in l.cum fratrem,vbi latius. C.de his quibus vt indignis, & l.athletas. §. calumniator.ff.de his, qui notantur infa. Docto.in
3 c.fi.de homic. † quòd clericus etiam damnatus de homicidio non est priuatus beneficijs,nisi ipsa priuatio sit expressa, facit qđ dicit Bald. in sua margarita, in verbo, homicida.quod quilibet homicida & irregularis iustè tenet beneficium & dignitatem vsquequo deponatur,facit quod voluit Inno.in c.inter dilectos, de excess.b.prælat.sequitur Bald.in dicta margarita,in verbo,cri men probatum,quod nullum crimen probatum per exceptionem inducit priuationem. Et hæc sufficiant,quantum ad primū argumentum.Secundo arguo sic per tex.in l.capito. §. solent.ff. de pœn.vbi ex sola seditione non est pœna mortis,sed solum ꝙ seditiosus virgis cędatur.Cum ergo ex illa commotione, quam dicebatur Christum commisisse, nihil vltra seditionem euenit, ergo & pro clariori intelligentia istius argumenti audi verba illius §.solent,quidem qui vulgò se iuuenes appellant in qbusdā ciuitatibus turbulentis se a clamationibus accommodare, qui si nihil amplius commiserit, nec ante sint a Præside admoniti, fustibus cęsi dimittuntur,aut spectaculum eis interdicitur,quod si ita conuicti in eo deprehendantur,exilio puniendi sunt,non-
4 nunq̄ capite plectendi,† ergo ad hoc vt seditiosus debeat mori, requiritur ꝙ non vna vice fuerit seditiosus,sed ꝙ sępius istud cō suetudinariè perpetrauerit,& quòd prima vice in pœna clemen tius cum eo fuit actum,ergo simplex seditio non est digna mor te,istis facit. Nam ideo talis reiteratio & misericordia in prima vice seditionis facit seditionem dignam morte, quia delictum reiteratione,vbi alias cum delinquente misericorditer fuit actū aggrauatur,neque cum illo amplius clementius est agendum, vt est tex.in l.3.ī fi.C.de episcopa.audien. & ibi Bal. post Guiliel. de Cun.no.quod qui geminat delicta, non debet sperare veniā, adde tex.ibi moderni in c.ad abolendam,de hæreti.vbi Ioan.de Anania intulit, ꝙ gratia Principis facta delinquenti si alias fuit facta indulgentia non valet,nisi habeatur mentio de prima gratia eidem facta,& in istis facit, qđ in materia nostra delictorum loquitur glo.in c.scriptura,de consecra. dist.2. ꝙ non modo semel habita venia facit concedi de cętero misericordiam, sed ēt simplex admonitio ab ipso delicto,pro qua gl.tex. in c.indignè. 12.q.2.Supradictis facit qđ dicit Inno.in c.nouit,de iudi. & seqt̄ Bal.in marga.sua in verbo,crimini.ꝙ multiplicatio actuū auget delictum,facit l.si diutiuo.ff.de pœn.& quod not. Bart.in l.sicut,
5 in §.fin.in fin.ff.de accus.& Ioan.de Ana.in cap.primo, de rapt. † Quod delictum alibi commissum aggrauat pœnam delicti aliunde commissi,etiam si primū delictum, vbi fuerit ꝰmissum, fuit punitum.Ita notanter dicit Salic.in l.seruos.C.ad leg.Iul.de vi.& illam doctrinam Bar.in d.§.fi.cōiter sequuntur Doct. ut ibi per Alex.in apostil.Istis facit,quod not.Bald.in l.quicūque,in fi. de ser.fugi.& dicit glo.in c.quod si pœnitentiam,in verbo,aduer se.27.q.j.per illum tex.ꝙ reiteratio peccati aggrauat pœnam.vi demus enim in simili ꝙ reiteratio est tanti effectus, ꝙ confessio licet non habeat omnia sua substantialia, facit idem si est reiterata,per tex.& ibi Bart.in l.cum satis.C.de agri.& censi. lib.11.Et quod habetur in c.per tuas,de proba.& voluit Panor.in suo ꝰsil. 82.incip. conditoris omnium. Item facit, nam licet aliàs quis eundo semel ad sermones hæreticorum non præsumatur hæreticus,secus si idē reiterauit in doctores,in c.excōicamus.in §.cre-
6 dentes,vbi Ioan.de Ana.in fi.penult.col.de hæreti. † Itē qui geminat emptionem rerum furtiuarum,præsumitur particeps furti,qđ aliàs nō præsumeretur,vt est glo.in l.inciuilem. C.de furt. Ioan.de Anan.in c.qui cum fure.extra eo.tit. & in materia geminationis hī in l.balista.ff.ad Trebel. per gl.in c. ita quorundam, vbi de sententia excommunicationis reiterata, extra de Iudæis. Et hæc sufficiant,quantum ad secundum argumentum.

Tertiò ad idem arguo sic.ex tali seditione, quā dicebant Iudęi Christum commisisse, nullus fuit sequutus effectus,ergo talis seditio non est punibilis, ar.text.in l.j. in fi.ff. quod quisque iur.ibi,& ideo cum vellet statuere prohibitus sit neque effectum decretum habuit,cessat edictum subijciędo, qd obfuit conatus cum iniuria nullum habuerit effectum,ad idem text.in l.vulgaris,in §.furti.ff.de fur.qui furti faciēdi causa, dicit tex.conclaue intrauerit, nondum fur est, quamuis furandi animo intrauerit,ad idem in c.cum in cunctis,in versi. cle. de elec. & in c.perpetuè,eod.titu.in 6. per quæ iura dicit Ioan Andr.in mercu.in regula,odia.de regu.iur.in 6.quod ubi lex imponit pœnam ipso iure ex aliquo facto, non habet locum nisi factum sit consummatum,& sequutus sit effectus, idem voluit Abb.in dicto versic.cleri.in 3.not.& in d.cap.fin.& in c.j.in 3.col.de eo,qui mittitur in posses.causa rei seruan.

Quartò pro eadem parte arguo sic.Ista ęquiparantur,ꝙ aliquis facit opus,ex quo veniat seditio,vel ꝙ fa ciat opus quod publicis ciuitatis opibus coniungatur,vt probat tex.in l.opus.ff.de ope.pub.per hæc verba opus nouum agere licet priuato etiam sine Principis auctoritate prætereq̄ si ad emulationem alterius ciuitatis pertineat vel materiam seditionis præbeat vel circūteatrum vel amphyteatrum sit.modo sic,qui ędifi cat iuxta publica ędificia,non debet mori.l.ędificia, de ope.public.ergo nec qui dat causam seditionis.

Quintò ad idem arguo sic, † vbi ex seditione sequitur scisma, non imponitur pœna mortis, ergo multo minus pro seditione simplici. antecedens patet per text

Source : BIU Cujas

in c.in nomine Dñi,post medium.23 dist.ibi, si quis contra hoc decretum nostrum sinodali sententia promulgatum, quasi per seditionē fuerit electus vel ordinatus & inthronizatus ꝑpetuo anathemate a limine ecclesiæ abijciatur. Consequentia patet ex doctrina Bal.per ibi notata in l.transigere,in princip.3.col.C.de transact. Nam statutum in vna specie, intelligitur statutum in eius simili,& multo magis in maiori, vt ibi.

Sextò ad idem arguo sic,propter seditionem saltem nobilis sine aliqua difficultate non debet mori,sed Christus erat nobilis vt omnibus patet:traxit enim originem ex nobili prosapia,ergo ex tali causa Christus non debebat mori.Maior patet per l.si quis aliquid,in §.auctores.ff.de pœ.& si dicatur, dignitas aggrauat delictum, equidem maiori reatu delinquit q̄ potiori honore fruitur: grauiora enim facit peccatorum vitia sublimitas peccantium,ita dicit tex.in c.nulli fas.25.q.j.facit tex. in l.omne.§.j.ff.de re mili.ibi,augetur autem petulantiæ crimen nobilitate præpositi.ad idem tex.in c.qui viderit.32.q.5. Et dicit tex.in c.cum quidam,de iureiuran.ꝙ tanto grauior iudicandus est periurus,quanto maiori præeminet dignitate. vnde propter hoc dicimus,ꝙ homo Christianus propter altitudinem dignitatis baptismi grauius peccat,in c.homo Christianus.40.dist.Cum ergo dignior grauius peccat,quare dicis iure leuius puniri, cum pœna ęqualis deber esse delicto, vt latius dixi sup.per l.respiciē-
8 dum,cum si.ff.de pœ.† Ad hoc rñdeo, ꝙ sicut in homine in dignitate posito quodlibet delictum minimum censetur grauius, ita quęlibet pœna in eo iudicatur ponderosior, ita dicit glos.Io. And.& alij in c.j.de cle.vena.glo.in c.2.de offi. delega.in 6. Et ita faciebant antiqui nostri, cū ꝑp hoc in omni supplicio seuerius seruos q̄ liberos famosos q̄ famæ ītegrę hoīes acrius puniuerūt. l.capitolium. § fi.ff.de pęn.l.in seruorum.ff.eo. & rōnem de hoc reddit gl.in c.p tua,magno.in verbo, excellentiores, vbi bonus tex.de simo.in materia facit tex.in c.qui ꝫ ecclesiæ.24.q.j.& qđ not.Bal.in l.presbiteri.C.de episco.& cleric. & longè melius vbi distinguit,quando crimen aggrauat delictum vel pœnam, in l. nemo.C.de sum.trini.de quo etiam videas Bart. in l.quædam.ff. de pœn.vbi inter cætera notanter decidit per illum text. quòd quoties delictum est in derogationem dignitatis, grauius punit in dignitate positus quàm alius,pro quo facit text.in dicta l. presbiteri.& in §.lex Iulia peculatus, Institu.de publi.iudi.

Septimò pro eadē parte facit. Nā auctor seditionis punitur leg. Cornelia, de sicar.l.3.§.item hi.ff.ad leg.Cor. de sica. sed legis Corn. de sica. pœna est in hoīe nobili solum deportatio, vt dicit tex.in d.l.3.in §. fi.ergo Christus, cum esset nobilis,vt dixi sup.non debebat ex hoc morte damnari.

9 Octauò seditiosus † tenetur. l. Iulia. de vi publi. l.Iul. in penult ff.ad legem Iul.de vi publi.ibi, in eadem causa sunt,qui turbæ faciendæ seditionis interfunt, & ibi in eadē causa sunt,qui pessimo exemplo mota seditione villas expugnauerint.& in eod.tit.in l.qui cętu conuersō turba seditione incēdium fecerit,sed pœna illius legis hodie non est nisi deportatio. Nam antiquitus erat interdictio aquę & igni, ergo hodie est deportatio,cum ea hodie in locum dictæ pœnæ successerit.l.3.§.j. ff.de pęn.ibi constat postquam deportatio locū in aquę & igni interdictionis successerit,& in l.3.ff.ad leg.Iuliam pecula.ibi peculatus pœnam aquę & igni interdictionem in quam hodie successit deportatio continet,idem voluit gl. in l. Gallus,in §.& qd si tantum.ff de liber.& posthu.Ergo ex hoc infertur de primo ad vltimum,ꝙ seditiosus solum hodie debeat deportari. Istis facit tex.in c.j.in verbo,conuenticulas,de pace iura.firman. in vsibus feud.vbi punitur solum seditiosus in vna libra auri, ergo nō pœna mortis.Et ista sunt,quę ita coloratè firmant istam partem negatiuam.Quibus non obstantibus,prout verè non obstant, credo contrariū de iure verius, ꝙ seditiosus potest ad mortē damnari. Primò per tex.in l.denunciamus,C.de his qui ad eccle.confug.vbi postquam prohibuit seditionem, in fine subijcit, si quis supradicta mouere tentauerit vltimo supplicio subiacebit. nec obstat si dicatur ꝙ ibi loquitur in seditione facta ī ecclesia,ergo non est trahenda ad aliam,quia ratione loci grauior efficitur seditio,sicut quodlibet aliud delictum. l. aut facta, in §. locus.ff.de pę.& latius in gl.in cap.homo.40. dist. quia ad hoc rñdeo ꝙ ille tex.iō magis se specificauit in seditione facta in ecclesia q̄ in alia ꝑp naturam tituli,ad quem leges meritò adaptantur,per l.Imperatores.ff.de in diem ad die.nō tñ negasset idem esse in alia seditione,immò ille tex.si rectè ponderetur, in duobus locis probat
10 idem esse in qualibet seditione.† Primò in fine,dum generaliter loquitur,ergo generaliter debet intelligi.vulgata. l.de pretio.ff. de publi.nec huic ponderationi habet obstare ibi text. in princ. dum se exemplificat ad seditionem factam in ecclesia. Nam nō restringit dicta generalitatem,quia exemplum non restringit regulam. l. damni infecti stipulatio. ff. de dam. infec. & ibi voluit Bar.vel strictius facit text.ibi,in medio, vbi expresse loquitur de seditione & tumultu facto in omni parte ciuitatis. & si dicatur, ꝙ in medio dum loquitur de qualibet parte ciuitatis, non facit mentionem de seditione, ad hoc respondeo quòd immo facit ibi, in verbo, conclamationibus, nam intelligitur pro seditione,vt probat text.in l.aut facta.in §.solent.ff.de pœn. Quod autē iste intellectus ad istam l.denuntiamus,sit verus, tenuit expresse Ioan.de Ana.insignis Doctor,in ca.cum ex iniuncto.de hæreti. generaliter loquendo.Quod siue seditio sit facta in ecclesia,siue extra, est digna pœna mortis.

11 Secundò pro eadem † parte arguo sic,qui facit collegiū illicitū,put & multomagis facit seditiosus,est in pœna leg.Iuliæ maiestatis,cuius pœna est mors,vt inf.dicam. quòd autem sit in tali pœna,patet per tex.in l.2.de colle.illicitis. vbi tales ęquiparātur illis, qui occupant templa vel loca publica, qui vt sup.dixi, sunt in crimine lęsę maiestatis. Tertiò,ne in multis morer,pro ista parte allego text. in l.j.ff.ad legem Iuliam maiesta.vbi post multa delicta,quę sunt criminis lęsę maiestatis subiungit, quòd ille etiam est in tali crimine, qui homines ad seditionem vocauit. Ergo nulli dubium est, vt ex istis constare potest,seditiosum posse morte damnari. Restat ad ꝫria respondeamus,& primò ad primum arg.sup. factum respondeo, ꝙ cū in casu nostro sit mors expressa, vt ex primis dictis patet, nō procedit primū argūm, dum eius fundamentum erat mortē in casu nostro nō fuisse expressam. Et ista est vera & secura responsio. coloratè tñ pōt dici,ꝙ regula de qua in primo argumento ꝫriæ partis, videlicet ꝙ priuatio nō̄ hēt locū, nisi in casibus expressis,nō est indistinctè vera.qđ patet ꝑ doctrinā gl.in §.in summa, de qua sup.dixi.Insti.de iniu.vbi cū mors sit priuatio vitæ,tñ hēt locum ēt in casibus non expressis,vt in arbitrarijs,vt ibi. Ad ſm arg.de §. solent, rñde ꝙ ille text.non loquitur in casu nostro, ut inf.patebit.loquitur n.ille tex.in seditione simplici ad aliqd non tenēdo,sed ad perpetrata lasciuia quadā & iuuenili calore, nec aliqua maturitas consilij,vbi fuit,vt sentit ille text.in verbo, qui
12 iuuenes appellantur quasi voluit loqui in seditione sine aliqua maturitate consilii perpetrata.† Cum quicquid agit iuuenis, de raro ibi est consilium uel grauitas,vt probat tex.in c.quorundā. 34.dist.nimirum.si in d.§.solent, talis seditio ibi mitius punitur. ar.l.qđ calore.ff.de reg.iur.quod enim ex leuitate procedit, facilè est contēnendum,vt dicit text.in l.j. C.si quis Imperatori maledi.noster autem casus procedit, quando seditio non mansit, quasi leuitate constituta in puris terminis, immo transibat ad aliud,quod erat dignum morte, nam illa seditio Christi ad hoc erat vt faceret se regem & negabantur tributa Cæsari,vt dicebāt Iudæi.ergo ille text.non procedit, immo facit pro nobis in illo verbo,si nihil amplius admiserint, arguendo a contrario sensu. ergo si admiserint amplius non loquitur ille text. quod arg. valet in iure.l.j.§ ibi huius rei.ff.de offic.eius.immo est coniectura valens,vt dicit glo.not.in l.apud antiquos, in prin.C.de fur.facit tex.in c.cum inter.§.inter sacrum.ff.de pact.dot.& latius Abb.in c.publi.de elec.moderni in d.l.j. Abb. in ca. cum apostoli de his, quæ fiunt a præla.& Bal.in l.conuenticulam. C.de episco.& cle. Secundò adhuc tex.in d.§.solent,facit pro illa parte,quando dicit ꝙ si plusquam semel inciderint ꝙ non procedit, immo sunt capite plectendi, quasi tunc videtur actum moderato consilio, nec debemus habere oculū ad iuuentutem, cum illud qđ plusq̄ semel fit, vī deliberato & toto animo fieri, sicut dicimus in geminato pacto nudo,& de hæretico qui reincidit in cap.super,de hære.in sexto,& latius dixi sup.de potentia geminationis.

Ad tertium. qđ non punitur conatus, nisi sequat̄ effectus.† Rñdeo ad oīa dicta iura, ꝙ loquuntur in delictis non grauissimis, sicut est casus noster. Nam 13
in talibus delictis solus conatus est dignus morte, ut in sacrilegio.l.si quis non dicam rapere.C.de epis & cle.Si quis nō dicam rapere,sed attentare tantūmodo iungendi cā matrimonij sacratissimas virgines ausus fuerit,capitali pœna feriatur.Item in homicidio.l.is qui cum telo.C.ad leg.Cor.de sicar. qui cum telo.dixit tex.ambulauerit hominis necandi causa,sicut is q̄ hominem occiderit,uel cuius dolo malo factum erit cōmissum.leg.Corn. de sica.pœna coercetur,& facit qđ voluit glo.nota.in c.j.ad finē, in verbo,mandauerit,vbi in materia bonus text. de homi. in 6. vbi punitur homicidiū,licet non sequutū. immo plus ꝙ mādās fieri & nō facto homicidio pęniteat,& reuocet mandatū tenet, vt voluit gl. & eā sequitur Abb.in c.magno.ne cleri.vel mona. facit, nam monachus visitans curiam Principis cā damnificādi monasteria, licèt non damnificauerit,est ipso iure excommunicatus,ac si damnificasset, vt est tex.in cle.j.§. quia verò, & ibi gl. in verbo,ipso facto, de statu mona.

Ad quartum. dum dicebatur, quòd † opus iuxta muros ciuitatis,& opus ex quo veniat seditio, &c. Respondeo, fatendo quòd opus ex quo venit seditio, debet destrui, nec per hoc infertur, quòd si quis fecerit seditionem,ꝙ non debeat mori,sed ne possit uenire seditio destruitur opus,sicut ne possit ciuitas ledi destruitur opus, quod est iuxta muros ciuitatis. Ad quintum respondeo, ꝙ ibi loqtur de iure cano.de cuius determinatione non est executio gladij, vt latius dixi in articulo,an pro blasphemia sit mors.sup. Rñdeo ad c.si quis per capillos. Ad sextum argu.quòd illi qui sunt in dignitate,non debent pro seditione mori. respōdeo ꝙ cum ista seditio,in quam Iudęi dicebāt licēt falsè Christū incidisse, fuit cō-
14

tra

tra Imperium, cum tendebat ad faciendum ſe Regem & ad tributa Cæſari neganda, quanto magis homo eſt in dignitate, tanto magis debet mori, cũ de eo magis timeatur: nam in materia tributi magis punitur dignus, q̃ non dignus, nam dignus nõ ſoluens ſtatim fundus ſuus applicatur fiſco. l. ſi diuina, ſm vnã opi. quã ibi retulit Bar. C. de exac. trib. lib. 10. ſecus eſt in illo, qui nõ eſt in dignitate, qui habet terminum ad purgandum moram. l. obſiſtere. C. de anno. & trib. li. 10. & quia iſtud poteſt tolli per doctrinam cõmu. quæ eſt, ꝙ dignus grauior punitur pecuniariter, q̃ indignus, vt vult gl. & ibi Doct. in c. cum quidam, de iureiu. & per Bal. in l. nemo. C. de ſum. Trin. & caſus noſter loquitur de pẽna corporali, ergo dicta ratio non facit. ideo reſponde ſecundo modo ſic, ꝙ ratio quare dignus mitius puniatur reddita per gl. in c. per tuas, de ſimo. quæ erat, ne veniret ſcandalum, in caſu noſtro ceſſat, immò ſi non puniretur dignus eo modo, quo nõ dignus, eſſet venturum ſcandalum longè grauius. † nam magis pt nocere reipu. in ſeditione dignitate maior q̃ minor. ergo cũ ceſſat ratio dictæ regulæ, ꝙ in dignitate poſitus mitius puniatur, debet & ipſum dictum ceſſare. l. ꝙ dictum, ff. de pac. l. adigere. §. q̃uis. ff. de iu. pat. in c. cum ceſſante. ff. de app. ratio enim magis declarat dictum, q̃ ipſa declaretur per dictum. l. cum pater. §. dulciſſimis. de leg. 2. & voluit Pan. vbi plene in c. nihil. ſuper glo. in ver. vltra Italiam, de elec. verba, dici ſolet, magis deſeruiunt intẽtioni, q̃ econtra, ita Pan. in c. qm̃, de offi. dele. in 4. col. Et propterea dicimus, ꝙ licet dictũ ſit ſpãle, ſi tm̃ ratio eſt generalis, dictũ gñaliter dẽt intelligi, tex. eſt & ibi Bar. in l. reg. in §. fi. ff. de iur. & fac. igno. Cũ ergo in caſu nr̃o illa ratio gl. de qua in d. c. per tuas, faciat in contrarium, non debemus curare de de determinatione Doctorum cum, cum rationem tenere aſtringimur, etiam ſi verba offendantur, ita dicit Abb. in c. quia inſulis, ante medium,
16 de reg. † Contra enim legem dicitur facere qui eius verba complectens vult contra mentem agere, ita dicit tex. in c. fi. de regu. iur. lib. 6. facit quod not Bar. in l. item quæritur, in §. qui impleto. ff. loca. Iſtis addas quod no. Bal. in d. l. nemo. circa medium, vbi ꝙ quoties dignitas auget delictum, ibi dignus magis quàm non dignus punitur. Sed in caſu noſtro dignitas auget delictum, quia grauior eſt ſeditio & periculoſior dignorum quàm aliorum, vt ſupra dixi, ergo &c. Et ex iſtis poteſt reſponderi etiam ad ſeptimum argumentum.

Ad octauum argumentum reſpondeo, ꝙ licèt per leg. Iul. de vi publi. non imponatur pẽna mortis, non tamen ſequitur ꝙ per alias leges non debeat ad mortem damnari ſeditioſus, vt clarè patet in argumentis partis affirmatiuæ. bene tamen fateor ꝙ ſi talis accuſaretur per leg. Iul. de vi publi. non deberet mori, cum punitus vna lege ad vindictam tẽdente, non poteſt alia ſimiliter ad vindictam puniri. l. prętor edixit. §. j. ff. de iniu. Senatus enim cenſuit, ne quis ob idẽ crimẽ pluribus legibus reus fieret. l. Senatus. ff. de accu. Et voluit Abb. in c. de cauſis, de offi. delega. poſt Legiſtas in l. j. ff. vi bono. rapto. & in d. l. Senatus. Et ſi dicat, quare lex Iul. de vi, debuiſſet ponere pẽnam morte mitiorem, cum per alias leges erat mors conſtituta in ſeditioſis, & ſic leges legibus non concordarent, ℈ l. vnicam, C. de inff. do. cum ſimilib. quia ad hoc reſpondeo, hoc non eſſe inconueniens, vnum delictum puniri diuerſis pẽnis diuerſarum legum. Nec propter hoc leges dicũtur diſcordare, qa oẽs conueniunt ad delictum puniẽdum, licet diuerſimodè. Pro quo facit, ne incendarius per leg. Iuliam de vi publica, vbi non eſt pẽna mortis, poteſt puniri: & tm̃ ſi accuſetur alia lege, quando ſcienter hoc fecerit, debet comburi. de primo eſt tex. in l. qui cẽtu. ibi, incendium poſuerit. ff. ad leg. Iul. de vi publica. De ſecundo eſt text. in l. qui ædes. ff. de incen. rui. nauf. & habetur in c. tua nos, de ſen. excom. Et ex iſtis poteſt etiam reſpõderi ad nouum & vltimum argumentum, pro cuius ſolutione etiam facit tex. in 1
l. qui nomine. ff. ad leg. Cor. de falſis.

17 **Concludo** ergo ex ſupradictis, ſeditioſum † iure poſſe ad mortem damnari: graue enim delictum eſt, cuius enormitatem probat tex. in c. ſeditionarios. 16. diſt. dicit ibi tex. ſtatuimus nunq̃ ordinandos & clerici vel monachi contra epiſcopum vel contra alios cadant omnino à gradu ſuo, in c. qui iurationum. 11. q. j. & dicit tex. in c. principatus. j. q. j. principatus, quem aut ſeditio aut ambitus occupauit, etiã ſi moribus aut actibus non offendit, ipſius tamen initij ſui eſt pernitioſus exemplo. Itẽ in materia vide tex. in c. conſpirationum. 11. q. j. cum talibus ſequentib. per quæ iura dicit gl. in c. fi. de teſti. cogẽ. ꝙ ſacerdotes contra epiſcopum inſectantes degradandi ſunt, laici excommunicandi. Et dicit Io. de Ana. in rub. de ſchiſmaticis, quod ſectantes contra prælatos ſunt ſchiſmatici. & hæc ſufficiãt quantum ad ſecundum articulum quæſtionis noſtræ.

SVMMARIVM.

1 *Tributum quid propriè ſit, & vnde dicatur.*
2 *Fiſcum qui habere dicantur, & qui non.*
3 *Collectas imponere ſolus Princeps poteſt.*
4 *Vectigal principaliter propter obedientiam non datur.*
5 *Commoda ſentire debet, qui & incommoda.*
6 *Tributum vnde dicatur.*
7 *Crimen peculatus, in quibus locum habeat.*
8 *Fiſcus, camera imperialis dicitur, cui &c.*
9 *Conſiliarius ex ſolo non tenetur conſilio.*
10 *Argumentum à communiter accidentibus, eſt in iure validum.*
11 *Res fiſci poſſunt præſcribendo acquiri.*
12 *Seruus in acquirendo præiudicare poteſt Domino.*
13 *Prælatus legatum Eccleſiæ factum repudiare poteſt.*
14 *Tributa non ſoluens, qualiter puniatur.*
15 *Subtrahens captum pro tributis ſoluendis, ad quid teneatur.*
16 *Litigare poſſumus cum fiſco.*
17 *Tributum ſeu cenſum præſtare, eſt ſpecies ſeruitutis.*
18 *Decimas non ſoluens, non punitur morte.*
Mutuum faciens de pecuniis tributorum, debet morte puniri.
19 *Effectu prohibito, prohibetur cauſa.*
20 *Matrimonium illicitum contrahens plus punitur quàm qui ſponſalia.*
21 *Argumentis de acquiſitis ad acquirenda, eſt nullum in iure.*
22 *Obedientia debita, & honor ac etiam pecunia perditur per tributi denegationem.*
23 *Fidelitas & obedientia oſtenditur per tributi ſolutionem.*
24 *Tributa negans, cenſetur obedientiam negare.*
25 *Contumacia de iure canonico punitur excommunicatione.*
26 *Inobediens ad mortem damnari poteſt.*
27 *Tributum negans debere dari, poteſt morte puniri.*
28 *Clericus ex ſolo conſilio irregularis efficitur.*
29 *Pœna arbitraria ad mortem quandoque extendi poteſt.*
30 *Superindictum quid ſit, & pro quibus imponatur rebus.*
31 *Contemptus delictum aggrauat.*
32 *Actio non datur emptori vectigalium ad pœnam contra fraudantem publica vectigalia, ſed datur fiſco.*
33 *Contemnere non dicitur, qui iuris auctoritate aliquid operatur.*
34 *Princeps pœnam parti applicabilem remittere poteſt.*
35 *Princeps non præſumitur velle contra ius.*
36 *Principi non creditur in cauſa ſui vaſalli.*
37 *Princeps ſi ex conceſſione aliqua pecunias acceperit, nec ipſe, nec ſucceſſores reuocare poſſunt.*
38 *Excepio eiuſdem excommunicationis bis tantum opponi poteſt.*
Legi non conſtitutæ reſiſti poteſt, non autem poſt conſtitutionem.
39 *Correctio etiam iniuſta, eſt patienter ferenda.*
40 *Multitudo peccantium non præſtat patrocinium errantibus.*
41 *Argumentum de præſcriptione ad negationem tributi, non valet.*
42 *Compenſatio non admittitur in tributo.*
43 *Eccleſia non negat Imperatori tributum.*
44 *Imperatori quilibet obedire tenetur & in annona præſtanda, & tributo ſoluendo.*
45 *Tributum negans Imperatori poteſt pecuniariter & corporaliter puniri.*
46 *Fiſcus non tenetur creditoribus de bonis tanquam ſuum intereſſe habitis.*
47 *Litigare poteſt quis cum fiſco, vt ius ſuum tueatur, non autem vt obedientiam neget.*
48 *Vim facere non dicitur, qui ordinaria iuriſdictione contendit in iudicio.*
49 *Libertatem ſuam, quando quis etiam contra Imperatorem defendere poſſit.*
50 *Decimas ex contemptu ſoluere recuſans, eſt ipſo facto excommunicatus.*
51 *Conſulens, tributum non eſſe ſoluendum, incidit in crimen læſæ maieſtatis.*
52 *Contemnere non dicitur, qui legis auctoritate ambulat.*
53 *Crimen læſæ maieſtatis incurrit, qui tributa negans contra honorem Principis facit.*
54 *Priuilegium tributi, quale ſit.*

¶ Articulus Tertius.

APIO alium articulum videlicet, hunc inueni mus tributum prohibentem dari Cæſari. Et antequam perueniam ad deciſionem iſtius articuli, eſt ſciendum, † ꝙ tributum eſt quicquid in auro, argento vel ære tribuitur Principi ordinariè & vniformiter propter obedientiam principaliter, ſiue ratione perſonæ, ſiue rei annuatim. Nunc reſtat examinare ſingula poſita in iſta diffinitione. Et primo dixi, quicquid in auro, argento, vel ære, ad differentiam annonæ, quæ conſiſtit in rebus comeſtibilibus, vt voluit gl. in rubri. C. de annonis in tributis. lib. 10. Item. quod Principi, dixi quia ſi alij inferiori ſolueẽ, non eſſet tributum, quod probo, nam tributum tribuitur fiſco: quicquid enim in pecuniario cõmodo cõſiſtit attineus ad rem publicam, fiſco applicatur, vt voluit Bal. in rubrica, C. de iure fiſci. lib. 10. ſed inferiores Principes non habent fiſcum, cum idem eſt fiſcus, quod res publica totius mundi, vt voluit Barto. in d.
2 rubr. ergo &c. † Et propterea Domini particulares non habent fiſcum, ſed dicuntur habere communem burſam, vt voluit Bal. in Reſpon. C. de priuilegiis fiſci. per l. primam. C. de bonis vacan. lib. 10. Eccleſia tamen bene dicitur habere fiſcum, vt volunt Docto. in c. excommunicamus, in princi. de hæret.

Pro ſupradictis facit tex. in c. cõuenior. 23. q. 8. ante finem. ibi, tributum Cæſaris eſt & propterea dicit text. in l. j. C. de ſuperindicto. lib. 10. ꝙ ſolus Princeps imponit tributa pro publi. vtilitate. Vnde dicit Abb. in c. ex parte. j. de decim. ꝙ non ſunt munera ordinaria, niſi ſint inducta à lege, Sena. conſul. vel à Principe, &

idem

Source : BIU Cujas

idem voluit Bar. in l. licitatio. §. mercatores. ff. de publican. & in l. hi qui. ff. de iure immunit. Panor. in c. licet, de cenſib. & latè per eundem in c. non minus, de immunit. Eccleſ. aliquid per Bal. in fi. l. C. ſine cenſu vel reliq. Facit, nam collectæ ſemper dñr illicitæ, niſi per legem Senatuſcon. vel Principem ſint inductæ, vt eſt tex. in l. vnica. C. de vacar. publici mun. & voluit Abb. vbi latius, in 3. col. in c. 2. de immunit. Eccleſ. vbi hoc limitat, & vbi per eũ. Iſtis facit, quod not. Io. de Anan. poſt antiquos, in c. in ciuitate,
3 in princ. 6. col. de vſur. † vbi dicit, nullum poſſe, Principe excepto, generalem collectam imponere, licet particularem quælibet vniuerſitas poſſet, de quo per gl. in l. j. § pen. ff. ℔ quiſq; vniuerſit. nomine, quod no. Bar. in l. 3. §. actor. ff. de re iudi. Itẽ, quod autem dixi, ordinariè & vniformiter, fuit ad differentiam collectè, quæ eſt munus extraordinarium, non vniforme, & voluit Bal. in l. placet, quicquid ibi ſentiat de tributo. C. de ſacroſ. Eccl. per Spe. in tit. de cler. coniugat. §. contingit, verſ. ad huius autem. & per Io. And. in nouella, in c. j. de immunit. Eccleſ.

4 Quod autem dixi, ℔ obedientiam, fuit ad differẽtiam vectigalis, † quod principaliter non præſtatur ℔ obedientiam, ſed ℔ tranſitum vſum alicuius publici ſoli. Et propterea dicit gl. in l. j. §. j. ff. de publi. quod vectigal. ſoluitur ratione ſoli publici, vbi apportant̃ merces, ſi nõ ℔ obedientiam, ſed ℔ vtilitatem, quam quis ex publico nanciſcitur. Pro iſtis facit, quod notat Bart. in l. competit. C. de præſcrip.
30. anno. quod tributum præſtatur in ſignum obedientiæ & recognitionis, & ibi cuius idem affirmat. de quo eſt tex. in verbo, deuotionis dilatio, in l. mediterraneæ. C. de annonis & tribu. lib.
10. Item quod dixi, principaliter, dixi quia ſecundariò præſtatur in recompenſationem laborum, quos pro nobis capit Imperator. Nam cum totus mundus ſit in eius cura & ſollicitudine nimirũ ſi hoc habeat priuilegium. facit quod in ſimili dicit tex. in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcri. in fi. qui enim dicit tex. Prò toto terrarum orbe die noctuq; laborant, cur non habeant dignam ſua prærogatiuam fortuna? alibi tex. de Imperatore dicit hęc verba, Noctes eñ ducit inſomnes, vt ſubiecti ſub oĩ quiete conſiſtant: per oẽm namq; curioſitatem ſubtilemq; inquiſitionem diſcurrunt, illa agere quærẽtes, quæ vtilitatem ſubiectis introducendo omni eos ruere liberent, ita tex. in Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant, in princi. & nota quod ſubiũgit ibi tex. ℔ liberat ſubditos oĩ damno extrinſecus illato citra publicum cenſum, quaſi talem cenſum vult capere pro laboribus ſuis. Et dicit Imperator in Auth. vt diuinæ iuſſiones, in prin. ideo nanq; voluntarios labores appetimus, vt ſubiectis quietem prę-
11 paremus. & idem dicit Papa in c. j. de reſti. ſpo. in 6. meritò ergo ℔ tot labores ſecundario fortè dabuntur tributa, facit l. ſecũdũ
5 naturam de reg. iur. † Nam qui ſentit tot incõmoda, debet ſentire & cõmoda. facit ad idem. l. manifeſtiſſimè. §. de mul. in fi. C. de furt. c. j. & c. de his, de Eccleſiis edifican vel reparan. ſic ergo, cum Princeps cõiter pro omnibus vigilet, ſi ab omnibus aliquid habeat, rationi conſentaneum eſſe vr̃. Et propterea dr̃ præſtari tributum ℔ vtilitatem cõem, vt Imperator poſſit reſiſtere hoſti, & per hoc conſulere ſuis populis. l. nemo carcerem, in fi. de exactor. tribu. lib. 10. verum eſt tñ, ℔ magis præſumitur data in honorem q̃ in præmium, ſicut dicit gl. in decimis, quæ ſunt tributa egentium in c. decimæ. 16. q. j. in verbo, præmium. per illum tex. Item, quod dixi annuatim, dixi recẽs auctoritate Bar. in l. placet. C. de ſacroſan. Eccle. ſed poteſt eſſe ad differẽtiam ſuperinducti, quod non datur annuatim, ſed ℔ neceſſitatem accidentem & fertilitatem anni, vt voluit gl. in rubr. C. de ſuperindicto. lib. 10. quod de iure cano. poteſt vocari moderatum auxilium, quod non imponitur, niſi ex cauſa rationali & manifeſta, vel charitatiuum ſubſidium, de quo per tex. & ibi Abbas. in 2. no. in c. cum
12 Apoſtolus, in §. prohibemus, de cenſib.

Quod autem dixi, ſiue ratione perſonę, ſiue rerum, dixi quia vniformiter ad vtrũq; im-
6 ponitur. l. fi. ff. de cenſib. l. j. C. de anno. & tribu. lib. 10. † Et no. ℔ dr̃ tributum à contributione, quia ex eo militibus contribuit̃. l. ager. § j. de verb. ſigni. Item adhuc, quia infra aliquando faciã mẽtionam de fiſco, aliquando de re publica & Imperatore, ne videar æquiuocare, prę ſuppoſito ℔ fiſcus Imperator & reſpublica vniuerſalis ſunt ſynonyma. l. inter publi. §. fi. ff. de verb. ſigni. glo. in l. non eſt ambigendum. ff. de bonor. poſſe. Et propterea procurator fiſci & procurator reipublicæ idem eſt, in l. 2. C. de modo mulct. facit. l. fi. C. de offi. aſſeſſo. & hoc, quando accipimus rẽ publicam pro vniuerſali, alias contra. l. ſciendum. ff. de legationib. & ff. de iure fiſci. l. non intelligitur. §. ſi in locis. Et propterea in omnibus alijs, quas hodie nominamus res publicas, vocabulo abũtimur, non impropriè ſunt reſpubli. vt eſt tex. & ibi gl. clara, in l. eum qui. de verb. ſig. ff. & gl. in §. rurſus, Inſti. de actio. idem voluit gl. in Auct. de triente & ſemiſſe, in princ. col. 3. & fa-
7 cit quod voluit Azo in ſumma. C. ad legem Iuliam pec. † quod crimen peculatus, quod cõmittit̃ per ſurripientem pecuniã publicam vel contaminantem, immiſcendo ferrum, vel aliud, nõ habet locũ, niſi in republica vniuerſali, vt eſt Romana. Nam in aliqua particulari republica cõmittitur furtum, & ita etiã tenet Io. de Ana. in rub. extra de furt. nec aliqua reſpublica habet fiſcũ propriè loquendo, niſi reſpubli. Romana, quæ eſt vniuerſalis, & dixi ſupra in diffinitione tributi. Item in materia dicit Bar. vltra aliqua ex proximis dictis, ℔ reſpublica & fiſcus ſe habent vt genus & ſpecies. Nam fiſcus eſt ſpecies, quo prę ſuppoſito actu, prę ſupponitur & genus, quod eſt reſpublica, & non econtra. Nam poteſt eſſe reſpublica, licet impropriè, quæ non haberet fiſcum,
8 vt particularis reſpubli. † Et no. ℔ fiſcus dr̃ camera Imperialis, cui applicatur quicquid ad commodum pecuniarium Imperij pertinet: quæ uerò ad iuriſdictionem & honorem pertinent, nõ in nomine fiſci, ſed reipublicæ applicantur. Et ſic in effectu idẽ eſt fiſcus quod reſpublica. Iſta probant̃ in l. ſed & Celſus, in prin. ff. de contrahen. empt. & in l. 2. §. hoc interdicto. ne quid in loco publi. Item, quod idem ſit Imperator & reſpublica, patet per illã legẽ regiã, qua reipublicæ poteſtas ad Imperatorẽ fuit tranſlata. l. j. ff. de conſtit. Principum. l. digna uox. C. de legib. §. quod Principi. Inſti. de iure natu. gentium & ciuili. fiſcus autem & Imperator, an ſint idem, clare patet: non enim eſt aliud fiſcus, niſi burſa Imperatoris, cui Imperij pecuniæ applicantur, vt uoluit Bald. in rub. C. de priuilegio fiſci. per iura, de quibus ibi per eum. Et hæc ſufficiant pro euidentialibus. Nunc condeſcendo ad examinationem articuli, an Chriſtus ſi fuiſſet uerum ℔ contra eum de negatione tributi dicebãt Iudęi, potuiſſet morte puniri? & omittendo multa friuola, quæ hincinde adduci poſſent, ſubſtãtialia
9 tangendo, uidetur ℔ non. † Et primò ſic. Chriſtus, ſecundũ Iudæos ſolum negari tributum Cæſari conſulebat, modo ſic. ex ℈ſilio nemo tenetur. l. conſil. ff. de reg. iur. in §. tua tm̃. ibi, magis ℈ſilium q̃ mandatum eſt, & ob id non eſt obligatoriũ, Inſti. mandati. Ergo ratione talis conſilii Chriſtus nõ erat puniendus per dicta iura. Pro quibus facit, nam aliàs conſulendo eſt licitum illud, quod agendo non eſſet, ut in materia electionis dicit Panor. in c. bonæ circa medium ultimæ col. de ele. adde ℔ licèt actus eligendi non poſſit per capitulum cõicari extraneis ſolum uno diſcrepãte, nec ſufficit in hoc maior pars, ut habetur in c. ſcriptũ. ibi, communi cõſenſu. Et ibidem notat Cõpoſtellanus de elec. & habetur in c. in cauſis, eo. tit. tamẽ ſecus eſt in cõmunicando extraneis, quantum ad conſilium, ita Abbas in d. c. ſcriptum, in j. col. facit pro hoc text. in c. obeuntibus. 63. diſtin. Ex iſtis clarè patet, quòd licèt negatio tributi fortè eſt illicita, conſilium negandi non debet eſſe.

10 Secundò pro eadem parte arguo ſic. † A cõiter accidẽtibus ualet argumentum, ut habetur per gl. & Doc. in l. neq; natales. C. de proba. & in l. ſiue poſſidetis, eo. tit. immò plus uoluit Panor. per gl. ibi in fi. in c. 2. de elect. & eſt tex. in c. j. de cler. non reſiden. quod iſtud eſt uerum, etiam in malo præſumendo: ſed nos uidemus quotidie, ℔ ſemper ſubditi reſiſtunt maioribus uolentibus imponere tributum, & non puniũtur animaduerſione mortali, ergo &c.

11 Tertiò ſic, Nos † poſſumus res fiſci nobis præſcribẽdo acquirere, ut habetur in l. omnibus. ff. de diuerſis & temporal. præſcrip. habetur in l. omne. C. de præſcrip. anno. 30. Si ergo res incorporatas ipſius fiſci nobis poſſumus acquirere, longè magis debemus poſſe de incorporãdis & acquirendis bonis ipſum defraudare. quod argumentum probatur per l. debitorẽ. ff. quæ in fraudem cred. ubi licèt debitor non poſſit fraudare creditorem in acquiſitis, poteſt tamen in acquirẽdis. ad idem facit l. patrem, eo. tit. quod dicimus de ſeruo. Nam licèt non poſſit in acquiſitis Dño generare præiudiciũ. l. pen. ff. depoſi. ibi, quia ſeruus in deponendo tuum ius deterius facere non potuiſſet, & in l. quanto magis. ff. de iureiu. ibi, ipſi autem deferentes conditionem eorum, quibus ſubiecti ſunt, nõ faciunt deteriorem, ad idẽ.
12 l. ſeruus. C. de pac. † Tamen in acquirendis bene poteſt Dño generare præiudicium, ut habetur in l. fi. ubi hæc differentia etiam probatur in aliis perſonis. C. de acquirenda poſſ. & in l. cum proponas. C. de hæred. inſtitu. facit tex. in l. ſed ſi unius. §. j. ff. de iniur. & quod habetur in l. pactum curatoris. C. de pact. ubi licèt tutor non poſſit facere, ℔ actio acquiſita pupillo amittatur, poteſt tamen impedire ne actio naſcatur, idem dicimus in prælatis. Nam licèt in acquiſitis non præiudicent Eccleſiæ etiam cõtemplatione Eccleſiæ delinquendo, maxime quando delictum eſt in prælato formaliter punibile, ut uoluit gl. ĩ c. ſi eẽm. 16. q. 6. q̃ ita intelligitur per Ant. de But. & Pan. in c. in medio. 3. col. de dolo & cõtumacia. ſecus eſt in acquirendis, quia præiudicat, vt uoluit gl. in c. illud, in præalleg. q. 6. & Doct. in d. c. facit, ℔ uoluit Bar. in l. iubemus. nulla. C. de ſacroſan. Eccle. & quod uoluit Inno. in c. 2. de donat. Et quod habetur in c. qm̃. de decim. ubi prælatus ſolus donat decimas noualium, quæ uidelicet non ſunt acquiſitæ Eccle. Iſtis addas, quod uoluit Fridericus de Senis in conſi. 9. & eum uidetur ſequi Panor. in c. tua nuper. in fi. de his, quę fiunt à prælatis ſine conſenſu ca. ℔ licèt prælatus non habito tractatu & capi℈ſenſu, nõ poſſit alienare res immobiles, ut habetur in d. c. tua nuper. & plenè in c. de rebus Eccleſiæ non alienan. in 6. & per totũ
13 in antiquis, † poteſt tñ repudiare legatum Eccleſiæ factum: quia licèt à morte teſtatoris ſit dñium trãſlatum rei legatæ. l. Attilio. ff. de furt. l. cum pater, in §. fundo. de legat. 2. uerè tñ non eſt acquiſitum,

Source : BIU Cujas

quiſitum,ut ibi per eum.Vltimò facit,nam nõ eſt par ratio damni & lucri non faciendi,vel lucra capere & acquiſita perdere.l.ſi ſponſus,in §.maritus.ff.de don.inter virum & vxo.l.fi.in fi. C.de codicil.& hæc ſufficiant,quantum ad 3.arg. Quartò ad idem arguo ſic, contra fraudantem annonam ad plus pęna eſt ad opus publicum, puta ad fodiendum metallum, vel in opere metalli, aut in ſeruitium metalli, inter quas pęnas eſt differentia, vt per gl.in §.pęnę,in verbo,in metallum.Inſti.quibus modis ius patrię poteſtatis ſoluitur. quod autem ad plus ad opus publicum ſit pęna,eſt tex.in l.annonam.ff. de extraordi. criminib.ibi,pęna autẽ in eos variè ſtatuitur. Nam plerunq; ſi negociantes ſunt, eis tm̃ negocium interdicitur.interdum & relegari ſolent, humiliores autem ad opus publicum damnantur. Cum ergo inter annonã & tributum non ſit differentia,niſi ꝙ alterum in metallicis,alterum in comeſtionibus ſpeciebus conſiſtit, vt dixi ſupra in diffinitione tributi, & in vno ſicut in alio ſit eadem ratio,idẽ ius debet ſtatui.l.illud.ff.ad leg. Aquil.in c.tranſla. & in c. nam concupiſcentiam,de conſtitut.in c. inter corporalia. de tranſla. præla. in c.cum dilectus,de cõfir.vtili.vel inuti.& in l.fi.C.ad leg.Aquil. tex.& ibi gl.in c.pen.de paroch.

Quintò ad idem arguo per tex. in l.ſi diuina domus.C. de exacto.tribut.lib.10.† vbi pęna non ſoluen
14 *tis tributa*,ſolum eſt amittere rẽ tributariã.ad idem in l.nemo carcerem.eo.tit.vbi, quod plus eſt, ſolum obſtinatorum ad non ſoluendum capiuntur bona.Modo,cum ille qui negat, nõ debet ad mortem condemnari, ergo nec conſulẽs negandum fore tributum,per ea quę dixi in primo arg.iſtius partis.Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ dicta iura fortè loquũtur in tributo ratione rei, in quo ſatis eſt ꝙ habeatur ipſa res obnoxia: ſed cum eſſemus in tributo ratione perſonæ,deberet eſſe pro tributo ſicut eſt res,& ſic perſona deberet mori.Quia ad hoc rñdeo,ꝙ eſt quędam diuinatio dicere, ꝙ dicta iura loquuntur magis in tributo rõne rei, q̃ ratione perſonæ, quod facere non debemus. non enim cogimur diuinare.ca.vt noſtrum,extra vt Eccleſiaſt.benefic.facit.l.ſi putator.ff.ad leg. Aquil.per glo.& ibi allegat concordantia in c. exceptionem,de exceptionib.in antiquis. Vel ſecundò reſpondeo,ꝙ licet iſtud poſſit dici ad d.l.ſi diuina,dicendo ꝙ eũ ibi prius capiatur res,inferri poteſt,ꝙ perſona non erat obligata, ſed ſolũ res.tm̃ quantum ad d.l.nemo.nõ procederet, nam ibi cum prius capiatur perſona, infertur ꝙ nulla res erat obligata, ſed tributũ erat ratione perſonæ:quia ſi fuiſſet tributum ratione rei, vt erat in d.l.ſi diuina fuiſſet prius res capta,vt ibi.

Sextò arg. ſic. † Si quis ſubtraxerit debitorem captum pro tributis, ſolum tenetur ad ſolutionem illius tributi,
15 pro quo ille fuit captus.Modò,ſi iſte qui nõ modo verbo,immò facto per violentiam tractauit tributa non eſſe ſoluenda,nõ debet mori, quantominus & qui ſolum cõſuluit. antecedens probo per l.quoties.C.de exactor.trib. li.10. Per hæc verba,quoties quis vel priuati debitor inuenitur,vel fiſci abreptus ab vno officiali teneatur ad vniuerſi debitis ſolutionem : qui enim abſtulerit coerceatur ac totius ſummę exactionis in ſe ſuſcipiat;qui eũdem auellendum crediderit. & illum tex. ad hoc allegauit Bald. cum aliis,& vbi per eum in l.addictos,ad fi. C. de epiſcopali audi.& nota,ꝙ ſi aliquis diceret,ꝙ ille tex. nõ loquitur in tributo', reſpondeas ꝙ natura ti.in quo eſt poſitus, declarat eum in tributo loqui,arg.l.Imperatores.ff.de in diem addic.

16 Septimò ad idem facit,† Nam nos poſſumus litigare cũ fiſco,vt habẽ in tit.C. vbi cauſę fiſcales.immò in dũbio contra fiſcum debet iudex ſententiare.l. non puto delinquere eum,qui in dubiis quæſtionibus cõtra fiſcum facile reſponderit.ff.de iure fiſci.& iſtum tex. pro valde ſingulari ad hoc allegauit Matth.de Mateſillanis,vbi latius declarat,in ſuis notabilib.52.incip.Nota vnam regulam mirabilem.facit,nam fiſcus nullum habet priuilegium,niſi in caſibus expreſſis,vt eſt gl.j. C. de petit.hæreditа.Modo ſic,poſſumus litigare cũ fiſco,ergo poſſumus negare res fiſci : nam iudicium incipit à litis conteſtatione,vt habetur in l.amplius non peti.ff.rem ratam hab.& in l. iudicium ſoluitur.ff.de iudic.& in rub.C.de edendo.Quæ litis cõteſtatio,licet affirmando fieri poſſit ſæpius,ſic & negando,vt hr̃ per gl.& Doct.in l.j.C.de litis conteſtat.& in c.vnico.extra eo.ti. cum ergo contra fiſcum negare nobis à iure permittatur, vt ex prædictis apparet,ſequitur ꝙ non eſt delictum,cum in iure non permittatur delictum,arg.l.meminerint.C.vnde vi. & l. conuenire.ff.de pac.dotal.c.qui peccat.23.q.4. Si ergo non eſt delictũ, non debet eſſe pęna. l. aliud eſt fraus. ff. de verb.ſignifi. vt patet, pęnam non eſſe ſine delicto, vel ad minus non debet eſſe ſine cauſa,vt habetur in c.tua nos,de cle.ægro.& c. quoniam frequẽter,in §.ſi verò aliter, in fi. vt lite non conteſta. plenè in c. antiqua,de priuileg.

17 Octauò † faciunt,nam præſtare tributũ vel cenſum, eſt ſpecies ſeruitutis, vt voluit Panor.in cõſ.102.incipiente,Omnipotentis Dei, in caſu qui vertitur inter monaſterium ſan.Crucis.arguit enim ſolutio tributi ſubiectionẽ,vt probat tex & ibi Pan.in c.oĩs,de cenſib. & concludit notanter Bald. in l.ſolent.ff.de officio proconſul. & lega. Quod ſi vnus præſtat cenſum alteri,præſumitur ei ſubiectus,facit tex.in c.fin.de cauſa poſſeſſ.& propriet. qui probat fm̃ cõem lecturam Doctorũ ibi, ꝙ per probationem perceptionis cẽſus probatur poſſeſſio ſubiectionis, facit quod dixi ſupra in diffinitione tributi. modo ſic, Negando tributum videtur affirmare libertatem,& ſic illud qđ à iure præſumitur, quia quælibet res præſumitur in iure libera, vt notatur per gl.& Bar.in l.j.§.2.ff.de itinere actuq́; priuato. per Cy.& alios in l.j.C.de ſeruitutib.& aqua,habetur in c. ſi diligenti.de foro compe.modo, cum iſte qui negat tributum, affirmat illud,quod à iure præſumitur,nõ video quare debeat puniri, cũ eorum quæ ſunt iuris,cuilibet permittitur allegatio, per ea quæ habenť in l.vnica.C.vt quæ deſunt aduoc.& in l.4 §. hoc autem iudicium.ff.de damno infec.iſtis facit,nam litigare pro libertate vnicuiq; permittitur,non modo contra priuatum verum & cõtra Imperatorem,in cle.paſtoralis,de re iudicata,& voluit Abb. in c.ſignificauit,de pęniten.& remiſ.

18 Nonò arguo ſic,Decimæ † licèt ſint tributum Dei', vt probat tex.in c.decimæ.16.q.j. & ſint magis q̃ tributũ priuilegiatæ,patet quia prius debẽt ſolui,vt voluit San.Thomas. 2.2.q.87.art.2.in fi.ergo magis priuilegiatę,arg.§.plus autem.Inſtit.de actio.cum ſimil.tamen eas non ſoluens non inuenitur ꝙ debeat mori,ergo nec pro tributo.Et iſta ſunt, quæ faciunt pro parte affirmatiua,reſecatis ſuperfluis, q̃bus nõ obſtantibus ↄtrarium mihi de iure eſſe perſuadeo per rationes proximè dicẽdas.

Et primò arguo ſic. Si aliquis de pecunijs tributorum mutuum feciſſet, debet mortis animaduerſione puniri,vt eſt text. in l. 2. C.de his qui ex publicis rationib. mutuo pecu.acceper. ibi, qui ex memoratis theſauris ſub ſpecie publici creditoris aurum cuiq̃ mutuauit,capitalis ſñia pęnæ plectetur.& eſt ratio, ne tẽpore neceſſitatis ſine pecunijs ærario inuento periculo res publica efficiatur. ſed per negationẽ tributi nos venimus ad illud ꝙ ærarium erit ſine pecuniis, ergo eadem pęna debet puniri iſte caſus,ſicut caſus d.l.2.arg.l.illud,cum ſim.
19 ad leg. Aquil.† Facit,nam quoties vnum prohibetur,eiuſdẽ prohibitionis cenſetur oẽ illud, quod illius prohibiti foret cauſa. l. oratio.ff.de ſponſa.& facit,Nam quoties duo ſic ſe habent,ꝙ de vno peruenitur ad aliud,quod dicitur in vno ẽt in materia pęnali,habet locum & in alio,vt probat tex.iuncta gl.in c.ſi poſtq̃, in fi.de elect.in 6.facit tex.in c.tuæ, de procurato. & quod notat gl. per illum tex.in c.præterea,de officio deleg.Modo,cum per negationem tributi nos peruenimus ad illud,propter quod fuit facta d.l.2.ergo eodem modo prohibetur,ſicut caſus dictæ l.2.Et ſi dicatur ad ſupradicta, quod fateor eodem modo prohiberi, ſed non ſequitur ꝙ eadem pęna,per gl.ſingularem in cle. vnica, de conſangui.& affi.in verbo,contrahere, & ibi pro ſingulari eam ſequitur Panor.& in c.j.in prin.vltimæ col.de poſtu.præla. Nam ad hæc reſpondeo,ꝙ ſi non eſſet eadem pęna, non eodem modo prohibetur contra ſupradicta.Nam ſi eadem eſt ratio delicti & eadem prohibitio, ergo eadem debet eſſe pęna,nec glo.in d. cle.vnica,nobis obſtat,quia caſus in quo loquit̃,nõ habet
20 ęqualem rationẽ ad caſum, propter quem peruenitur ad illud. † Nã plus vr̃ delinquere contrahens matrimonium illicitum, q̃ ſponſalia.nimirum ergo ſi durior in eo ſit pęna.quod autem grauius delinquit,probat illud quod voluit Panor.in rubr.de ſpon.in fi. vbi ſtatutum priuans maritatam à ſucceſſione, nõ priuat deſpõſatã.facit tex.& ibi gl.in ſimili,Inſti.de nupt.in §. & ſi qua.Sed in caſu noſtro non eſt minus delictum in illo, qui ſubtrahit pecuniam de ærario,& in illo qui negando tribuat dat cauſam,ne pecuniæ ad ærarium deueniant, immo mea ſententia in iſto vltimo caſu eſt grauius delictum,quod patet.Nã ille,qui ademit pẽcuniam de ærario mutuando,nõ per hoc videtur reipublicę negare obedientiam,quod videtur facere,qui non vult ſoluere tri
21 buta,vt dicam infra in 4. arg. iſtius partis. † Item ſi dicatur quod arguere de d.l. 2. ad caſum noſtrũ, eſſet arguere de acquiſitis ad acquirenda,quod argumentum non valet per ea, quæ dixi in 3. arg.partis contrariæ.Nam ad hoc reſpõdco ꝙ in caſu noſtro eſt maior rõ in acquirendis q̃ in acquiſitis, cum in acquirendis eſt amiſſio honoris.Negando enim tributa, & ſic illud quod debet acquiri, vr̃ negari honor,qui Imperatori debet exhiberi,cũ tributa dentur in obedientiam & honorem,vt dixi ſupra in diffinitione eius. Ergo magis delinquit ille,qui negauit tributũ, & ſic pecunias acquirendas,q̃ ille qui de ærario publico mutuauit pecunias acquiſitas,cum in iſto vltimo caſu non eſt honor, qui eſt in primo,præſuppoſito vno ꝙ periculum honoris æquiparat̃ periculo vitę,argumento eorũ,quæ no.Bart.in l. vt vim.ff.de iuſtitia & iure,vt ibi per eum,cui addas gl.in §.ſuſpectus,in verbo,obculpam, Inſti.de ſuſpe.tuto.vbi dicit, ꝙ ſicut culpa non æquiparat̃ dolo,vbi arguit̃ de periculo vitæ, ita vbi agit̃ de periculo honoris,facit tex.in l.Iulianus.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtamen.

22 Vltimo facit, † Nam per negationem tributi nõ ſolũ honor,& obedientia amittitur,ſed ẽt pecunia,vt clarè patet:qđ non eſt in mutuo facto ex pecuniis erarij publici,vbi ẽt pecunia nõ amittit̃. Nã text. in d.l.2.dicit, ꝙ fuit factũ mutuũ ſub ſpecie publici creditoris.Itẽ dicit, reipublicæ redditurus.Et hæc ſufficiant,quantum ad primũ argumentũ.

Secun·

Source : BIU Cujas

Secundo arguo sic, Tributa sunt constituta pro tuitione reipublicæ. ꝑbat tex. in l. 2. in fi. C. de peti. bono. subla. lib. 10. & in l. obsistere. ibi, commodis publicis & statutis necessitatibus. C. de annonis & tribu. eo. lib. facit tex. in l. si diuina. de exactor. trib. eo. li. ibi, publicis necessitatibus per tributarias functiones videtur esse cõsultum. modo sic, qui negat tributa, videtur facere contra rempublicam, cum negat sibi auxilium debitũ, ergo est in crimine læiæ maiestatis. l. j. ff. ad leg. Iul. maie. cuius pena est mors, vt infra dicam insequenti art. Istis facit, Nam per nõ solutionem tributi minuitur fiscus, & sic respubli. vt vult tex. in Auth. de mandatis Principum, in §. necessariũ

23 Tertio † arguo sic, Per solutionem tributi ostẽditur fidelitas & obediẽtia, pro quo vltra ea quæ dixi in eius diffinitione, facit tex. in l. oẽs. 2. C. de annonis & tribu. li. 10. dicit ibi tex. oĩs omnino oblationum publicarum vigeri oportet, quę solenniter à prouincialibus deuotissimis, id est fidelibus deferẽdæ sunt, & est tex. ad idem in l. mediterraneæ. eo. tit. ibi, deuotionis illatio. Ille ergo, q̃ docet negari tributa, docet negari fidelitatẽ & obediẽtiã, quę ꝑ tributa denotantur, ergo est dignus morte, facit qđ no. Pan. in cõs. 103. vbi per no. in c. fi. de causa poss. & ꝑprietatis, pulchrè dixerit, ꝙ per præscriptionem census præscriberetur subiectio, quæ denotantur per ipsum censum, facit l. illud. ff. de acqui hære. cum simili. & quod voluit Pan. per gl. ibi, in c. non debet, in fi. pen. col. de consangui. & affini. vbi dicit ꝙ mutato antecedenti, mutatur omne id, quod sequitur ex eo.

24 Ex istis † ergo patet, ꝙ qui negat tributa, videtur negare obedientiam, ergo debet mori. pro quo facit, Nã non modo non obediens generali Imperatori debet mori, sed etiam qui non obedit particulari, puta capitaneo belli, etiã qđ plus est, rem bene gerendo, tex. in l. 3. in §. in bello. ff. de re milit. in bello, dicit tex. qui rem à duce prohibitam fecit, aut mandata non seruauerit, capite punitur, etiam si res bene gesserit, & legitur in antiquorum monimentis, Victorẽ filium contra eius mãdatum bellantem, Torquatum interfeciſſe, ne plus mali esset in exemplo Imperij contempti, q̃ boni in occisi gloria. quod autẽ delictum sit in obediẽtia, ex eo videre licet, quod dicit text. in c. j. de postu. præla. ibi, nos igitur prõpti sumus oẽm vlcisci inobedientiam. & subiungit, quid meriti obedientibus esset, si inobedientibus suus contemptus nõ obesset. facit tex. in c. qui resistit. 11. q. 3. vbi dicit, qui nõ obedit potestati, Dei ordinationi resistit. Et propter hoc mortaliter peccat, & debet ad mortem cõdẽnari, vt probat tex. iuncta gl. in c. 2. de maio. & obed. facit quod dixit Boetius in 2. de militari disciplina. quod, cum Imperator nomẽ Augusti acceperit tanq̃ præsenti & corporali Deo fidelis est ei prẽstanda deuotio, & peruigil impendendus famulatus. Deo enim vel priuatus, vel militans seruit, cum fideliter eum diligit, qui Deo regnat auctor. hoc eadem verba inuenio retulisse Bal. in c. in prin. in tit. de pace tenenda. in vsib. feu.

25 Istis facit, † Nam de iure canonico quælibet minima pertumacia, cum sit inobediẽtia, est digna excõicatione, vt dicit gl. in c. duo sunt. 86. dist. quam pro singulari refert, & sequitur Pan. in c. ex parte, in princ. 2. col. de verb. signi. & in c. in 10. notab. de iudic. Istis facit, Nam contumax & inobediens dicitur infidelis, text. est in c. si quis presbyter. 81. dist. quid multis morer? inobedientia est peccatum idololatriæ, vt est tex. in cap. sciendum. 8. q. j. & in d. c. si quis presbyter. plenè per gloss. 4. q. j. in summa.

26 Vltimo, quòd inobediẽs † debet mori, allego tex. in c. absit. 11. q. 3. ibi, in veteri quidẽ lege habetur, quicunq; maioribus non obtemperasset, aut extra castra positus lapidabatur, aut gladio ceruice subiecta contemptũ expiabat. Ex istis ergo videtur inferri humano more loquẽdo, ꝙ cum Christus consulebat negari tributa, vt Iudæi dicebãt, licer falsè, erat in tali delicto ꝙ debuisset mori, cum erat in delicto inobedientiæ & criminis læsæ maiestatis, cum volebat adimere Cæsari obedientiam, quæ denotatur per tributa.

Vltimo in materia facit tex. in c. qđ culpat. 23. q. j. vbi dicit, ideo statutum esse tributum, vt milites propter bella, stipendia consequantur, & in c. sequenti subiũgit tex. ꝙ ideo datur militibus, ne dum miles sumptus quæreret, non habendo alia stipendia, prędo efficiatur. vide ergo quid faceret Imperator, si tributum ei non solueretur: quomodo eĩ hostibus resisteret, aut militibus satisfaceret, quid deniq; agerẽt

27 milites, nisi quod latrones existerent? † Et ex hoc, cum laude Dei, concluditur negantis tributum tanquam rebellis posse vitam ex hoc mundo deleri.

Nec obstant adducta in contrariũ. Et primo rñdeo ad primum argumentum, ꝙ nemo ex consilio tenetur, faciendo istud esse verum, quando in tali consilio nulla fuit fraus, secus vbi fuisset fraus, vt in casu nostro. Nam fortificando causam Iudæorum penitus falsam, vt infra constabit, põt dici, ideo Christum consuluisse negationem tributorũ, vt fraude faceret se Regem. Nam tũc cum consilium sit cũ fraude est, punibile, probat tex. in l. consilij. de reg. iur. cum simil. facit tex. in l. maiestatis. ff. ad leg. Iul. maiesta. vbi in crimine læsæ maiestatis, vt est casus noster, eadem pena punitur consulens, sicut faciens. ita probat ille tex. per hæc verba, maiestatis crimen accusari potest, cuius ope consilio dolo malo prouincia, vel ciuitas prodita est, ergo idem est in tali crimine consulere sicut facere, vel opem præstare, facit quod no. Host. & ibi eum sequitur Pan. in c. j. de offi. deleg. tex. in c. sicut dignum, in §. qui verò. de homi. & in l. in furti. §. ope. ff. de furt. & in l. non solum. §. qui mandato. ff. de iniur. Nec dicatur, ꝙ dictus §. qui mandato, nõ loquitur in consilio, sed in mandato, quia respondeo, ꝙ plus est fraude consulere & persuadere, q̃ non modo mandare, sed etiam compelle

28 re. l. j. in §. persuadere. ff. de seruo corrup. † Item videmus, ꝙ clericus ex solo consilio, sicut ex facto efficitur irregularis, tex. est in c. si quis viduam. 50. dist. ibi, similiter si homicidij, aut facto, aut præcepto, aut consilio per aliquam surreptionem ad clericatum venerit deijciatur, & in fine vitæ suæ laicam cõionem tantummodo accipiat, idem voluit Pan. in c. clericis, circa medium, ne clerici vel monachi. istud extendens etiam si consuleret iudici in sententias sanguinis, & latius in c. audientiam, post antiquos, de homic. vbi alia in ista materia. Et sic videri põt, ꝙ tantum tenetur in istis maximis delictis consulens, sicut faciens.

Et si dicatur, quod cõtra hoc est tex. in c. felicis, ver sic. illud, de pẽn. in 6. qui tex. loquendo in crimine læsæ maiestatis, cuius criminis pena in perpetrãte est mors, subiungit post multa ille tex. in ista uerba. Illud autem nõ ducimus omittendo, ꝙ si quis fuerit in præmissis nudo consilio aut simplici fauore culpatus, iudex talem pẽnã metiatur ex culpa, & secũdum quod excessus exegerit vindicta procedat. quasi sentiat ille tex. ꝙ pro tali consilio non fit mors. quia ad hoc re-

29 spõdeo, † ꝙ licèt tali casu pena relinquatur arbitrio iudicis, nõ tñ sequitur, quod non sit mors, sed relinquitur, sicut fit ordinariè in omnibus delictis in pectore ipsius iudicis, vt non solũ cõsideret qualitatem ac delicti quantitate, verum & ętatem, sexum, necnon & delinquentis conditionem, tempus non minus & locum, in quo delictum est perpetratum, vt notãter dicit tex. in c. sicut dignum, de homi. Nec propter hoc excluditur mors, quia præsuppositò ꝙ talis pena oĩno fuisset arbitraria, bene potuisset comprehendere mortem, vt latius dixi supra, per gl. in §. in summa. Insti. de iniur. Vel secundò respõdeo, quod tex. in d. c. felicis, loquitur quando consilium erat nudũ, quod non est in casu nostro. Nam consilium Christi, ſm Iudęos, non erat nudum, cum ideo consulebat negari tributum Cæsari vt faceret se Regem. Et sic ipse erat magis principalis auctor delicti, q̃ simplex consulẽs. Meritò, vt auctor puniri debuit, & nõ minus tanquam faciens, per tex. in l. in hoc iudicio, & ibi gl. ff de seruo corru. tex. in l. qĩn. C. ad leg. Iul. de vi publi. ibi, alterutri causam malorum præbuit. Vel tertiò dic, ibi canonicæ loqui, cuius iuris determinatione non est mors naturalis, vt sępius dixi.

Ad secundum arg. partis aduersæ, dum arguebat à consuetis. † Respondeo ꝙ illi, q̃ hodie renuunt soluere impositum à principe, istud faciunt qñ

30 istud est superdictum & extraordinarium munus, quod solet imponi pro necessitatibus superuenientibus, vt hĩ in tit. de superindicto. C. li. 10. & aliquid dixi sup. in diffinitione tributi de munere extraordinario. non aũt tale munus præstatur ad denotandam obedientiam vt tributum, ergo argumentum nõ obstat in materia tributi, cum casus sint diuersi, & maior rõ est in tributo q̃ in munere extraordinario. Nam illud, quod ita acriter faceret puniri negantem tributum, est ipsa inobedientia & cõtemptus, cum vĩ Principem contemnere non soluẽdo ipsum tributum, quod solet ab obedientibus & deuotis præstari, vt pluries dixi. Et propterea licet negare vtilitatem, vt est in munere extraordinario, non fit crimen morte dignum: ipse tamen contemptus, qđ maxime est in tributũ nõ soluente, facit crimẽ ipsum grauissimum & pena qualibet dignissimum. † Cõtemptus enim est il-

31 le, quo fit delictum fore grauius, vt voluit gl. in c. cum quidã, de iureiur. facit. l. relegati. de pẽ. Iustum est eĩ vt qui in paternis iussionibus contemptores existunt, seuerioribus corrigãtur vindictis. Ita dicit tex. in c. iustum. 23. q. 3. facit tex. in c. si quis seruũ. 17. q. 4. vbi si quis occasione religionis docet seruum contemnere Dñm excõicatur, & in c. sequenti dicit, durissimè in oĩbus arguatur. tanta enim grauitas contẽptus, ꝙ statutum imponens pẽnã mortis pro vera contumacia, & sic pro contemptu aliter nõ cõstito de delicto, valet. Ita determinat Io. And. post Spec. in tit. de fideiuss. in c. veritatis, de dolo & contu. & voluit Bal. in c. j. in §. iniuria. in prin. 3. col. de pace iurõ firman. Facit, nam licèt aliàs in actionibus stricti iuris non iuretur in litem, vt plene habetur in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. tñ ꝓp contemptam auctoritatem iudicis in eis iuratur, vt voluit gl. in l. pen. in §. in eum. ff. ne quis in eum, qui in ius vocatus est, vi eximat. addas ꝙ in electione infirmanda plus facit contemptus vnius q̃ contradictio multorũ. immò plus, ꝙ nisi ille qui fuit cõtemptus tacite vel expressè confirmauerit electionem, talis quidem electio ẽt post electi consecrationem cassari potest. vide ergo quantæ abominationis in iure habeatur contemptus. hæc notantur per Doct. per illum tex. in c. quod sicut, de electione, & rõnem posuit gl. quam

uideas

videas in c.2.in verbo,ciuilis,de arbitr.in 6. Ex iſtis ergo patet,ꝙ negans tributum non ita grauiter punitur ratione pecuniarum, ſed ratione quia videtur Principem contemnere ei non obediẽ do.quis enim dicit alibi Imperator,tantæ ſuperbię faſtidio tumi dus eſt,vt regalem cenſum contemnat?

32 Et pro iſtis facit,quod determinauit Ang.in l. ſi quis id qđ. ff.de id,iuriſd.om.iud.† ꝙ ꝑtra fraudantem vectigalia publica non datur actio emptori vectigaliũ ad pœnam, ſed datur fiſco, & tñ hic nulla erat vtilitas, nec dānũ fiſci,ſed conſideratur ꝙ ille offendit fiſcum contemnẽdo illud fraudando,& ſic in materia noſtra parui cõſideratur vtilitas pecuniaria,quod dictũ Ang.inuenio ſequi Io.de Ana.in c.fin.in 3. col.de maledi.quicquid dixerit Bal.in c.j.in §.ſciendum, de feudi cognit.& ſi dicatur, nonne ille, qui non vult ſoluere iſtas extraordinarias collectas,vꝝ contemnere? dico ꝙ non. Nam cum illæ non debeantur, niſi in caſu fertilitatis maximæ & Principis neceſſitate vrgente, ius permittere vꝝ abſolutè negare ad tuen-
33 das res ſuas,ergo non vꝝ contemnere.† Nam qui iuris auctorita te facit,nõ contemnit.voluit Abb.in c.2.de paroch.immo plus, ꝙ qui ſe mouet ex aliqua cauſa, licèt in iuſta non contemnit, vt eſt gl.clara in l.ſatis.de in ius vocan.& in l.vnica. ff. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit. & facit, nam tunc non eſt dolus qui facit contemptum,vt eſt gl.in l.j.ff.de abig. quælibet enim iniuſta cauſa excuſat à dolo,vt eſt tex.in l.igitnr.§.j.ff.de libe.cauſa.& eſt gl.in l.plagii.C.ad leg.Fauiam,de plagia.

Pro iſtis facit,Nam cum iſtud ſit extraordinarium & ſuperindictum eſt reſtringendum, nec tm̃ fauemus habenti poteſtatem imponendi quantũ ad iſtud,ſicut quãtum ad tributum,cum ſit ordinarium, ſicut in ſimili dicit Abb. de poteſtate legati,ꝙ licèt ſit ordinaria, tñ quia eſt extraordinario iure ſuperinducta,cenſetur odioſa & reſtringenda,ita per eũ dem in c.ſi quis contra gl.in ſua repeti.in 2.notab. de foro compe.& eſt iniuncta gl.in cle.2.de offi.ordi.Et ſi dicatur, nonne lex in Principe præſumit cauſam,vt eſt gl.in l.relegati.& ibi Bart. ff.
34 de pœn.† Et propterea dicimus, ꝙ Princeps poteſt remittere pœnam etiam applicabilem parti,quia ſolus motus Principis habe tur pro legitima cauſa,vt voluit Cy.& Bar.in l.ſcripta. C. de precib.Imperatori offeren.& Doct.in c.quæ in Eccleſiarum, de cõſti.& Abb.in c.niſi ſpecialis,de offi.lega.& dicit pulchrè Inn. in c.ad aures,de temporib.ornat.& eum cõmendat Abb.in c.ſi qſi, de reſcrip.in fi. ꝙ vani capitis eſſe exiſtimatur, ſuperiorem non poſſe præcipere ſine oĩ cognitione, & ſine cauſæ expreſſione.

35 Supradictorum † poteſt eſſe ratio, qa Princeps non præſumitur velle,niſi illud quod ius vult,vt voluit Panor. per illum tex. in c.cum veniſſet, in primo nota.de iudi. Si ergo in Principe præſumitur cã, ergo creditur ꝙ imminet illa neceſſitas, pro qua poteſt imponi illud extraordinarium munus. Et ſic cum debeatur non debet poſſe reſiſti, quia ad hoc reſpondeo primò ꝙ iuſta cauſa præſumitur in Principe, niſi lex requireret cãm, vt facit in caſu nr̃o, ex qua Princeps poſſet illud facere.Iſtud probo à ſimili per gl.in l.ſuſpecti.ff.de procu.ad quid enim,dicit illa gl.lex requireret cãm, ſi p̃ ſumeretur pro allegante?ſed quia d.gl.non vꝝ eſſe tuta,quia cõtrarium ſentit gl.in c.paſtoralis,de offi.deleg.ideo do aliam ſolutionem,& dico ꝙ præſumitur pro Principe ꝙ ſubeſt cauſa, niſi in cauſa ſubiectionis,vt eſt in materia noſtra.

36 † Nam non crederetur Principi in cauſa ſui vaſalli, quãtum ad feudũ,ratione cuius eſt ſibi ſubiectus. & propterea ſi eſt quæſtio de feudo,vel de cenſu ſoluendo, Dñs non debet eſſe iudex, ſed 42 partes curiæ,qñ hoc eſt inter Dñm & vaſallum quaſi Dño, tunc non crederetur,vt latè habetur in c.cæterum,de iudic. ¶ Præterea inter Dñm & ſubditos eſt quidam contractus in ipſa ſubiectione & eſt reciprocus.Multa enim tenetur facere Dñs,& multa ſubditi,vt plenè habeẽ per Doct.in præludiis feudo. ſed in his, quæ ſunt contractus,non creditur Principi, quia de facili poſſet eludere contractum,quo eſt obligatus, vt ad ſaturitatem habeẽ in c.quæ in Eccleſiarum,de conſtĩ.& in l.digna vox.C. de legib. faciũt q̃ hñr in c.j.de probationib. & dicit Io.de Ana. poſt alios, 43 de quibus ibi per eum,in c.fi. ne prælati vices ſuas. ꝙ ex cõtractu Principis non modò ipſe,verum & eius ſucceſſores,ſi cõtractus eſt rationabilis,obligantur.& dicit Bal.ad propoſitum noſtrum
37 pulchra verba in l.qui ſe patris,in 10.col. C. vnde liberi. † ꝙ vbi Princeps ex ꝓceſſione aliqua accepit pecunias nec ipſe,nec eius ſucceſſores illud poſſunt reuocare. Item illud, quod præſumitur pro Principe,poteſt alio modo tolli,fatendo iſtud.Sed cum nũc agitur de alterius pręiudicio,non ſufficit præſumptio,ſed debet fieri plena probatio,per ea quæ hñr in c.cum à nobis, de teſti. & voluit gl.in c.ſicut,de ſent.excõ.& Panor.in c.licet,de offi. dele. Et ſi ad hoc dicatur, ꝙ iſtud vltimum non habet locum in præſumptione Principis,cum ſit tantę potentiæ ꝙ ꝫ eã non admitti 44 tur probatio in contrarium,vt voluit Cy.in l.reſcripta. C.de precib.Imperat.offeren.& Doct.in d.c.quæ in Eccleſiarum. quia ad hoc rñdeo ꝙ ſaltem ille, qui negaret iſtam præſumptionẽ Principis,admitteretur ad probandum incontinẽti,cum nulla ſit ita violenta preſumpto,contra quam non admittatur oblatio probationis incontinenti, pro hoc allego tex. in c. literas, in verbo, præterea,de reſtit. ſpol. & in terminis voluit Pan. in c.ſuſcitata. ſuper gl.in verbo effectus,de reſti.in integrum.facit quod no.gl. in l.j.ff.de tabu.exhiben.& in c.venient.2.de teſtib. pulcher text.
38 in c.pia,de excep.in 6.† vbi exceptio excõicationis eiuſdem,nõ poteſt niſi bina vice proponi, niſi ex promptu offeratur probatio.facit tex.in l.is à quo.ff. vt in poſſeſ.leg. & ſic reſoluendo dico, ꝙ pro iſtis collectis extraordinariis Principi reſiſtimus ſine aliqua pœna,quia ad huc non debentur:ſed in tributis non impoſitis poſſumus reſiſtere,cum iam ſint debita ſtatuta, immo reſiſtẽdo negaremus obedientiẽ & eſſemus rebelles per ea, q̃ ſ.dixi.

Iſti reſolutioni facit, quod in ſimili dicimus de lege,cui ante conſtitutionem poſſũ mus reſiſtere.poſtq̃ autem eſt conſtituta non poſſumus,vt habetur in c.erit autem lex 3.diſt.lex enim quantuncunq; dura, poſt eius conſtitutionem,ſeruanda eſt.l.proſpexit.ff. qui & à quibus. ſed quia iſtud poſſet euacuari forte dicendo, ꝙ quicquid Cæſar præcipit,ferendum eſt,& quicquid imperat tolerandum:intelligendo, niſi offenderetur Deus,cui magis debemus obedire.Iſta ſunt verba tex.in c.militare.23.q.j.& ibi gl.extẽdit,licèt quod im
39 peraret eſſet iniuſtum.alibi tex.in c.contra.100.diſt.dicit, † ꝙtra morem quippe Eccleſiaſticum eſt,ſi non patientiſſimè tolerat, quod à nobis abſit,etiam iniuſta correctio.ad idem tex.in c.ante triennium.31.diſt.& habetur per gl.in c.ex parte.2.de offi. deleg.& licèt ad hoc pôt dici ꝙ iſtud eſt quantum ad ius diuinum, cuius iuris cõſilio etiam verbera debemus tolerare, realiter tolle totum illud argumentum quod feci à conſuetis,vltra ſupradictas ſolutiones,iſto modo fatẽdo,quod multi & plures reſiſtũt.
40 ergo non eſt punibile.conſequentia eſt mala, † quia multitudo & mala conſuetudo non excuſat peccatum, immo dat cauſam, vt grauius puniatur,vt eſt tex.in c.quia in omnibus, de vſur. nec gaudeant mali,quia plures inueniũt eis ſimiles. Nam propterea non minus ardebunt,quia cũ multis cruciabuntur, ita dicit tex. in c.multi.23.q.j.immò plus,quod ſi oẽs faceret, nõ propter hoc delictum excuſatur,eſt tex.in c.flagitia.32.q.7. Et hæc ſufficiunt ad rationem ſecundi argumenti.

Accedat nunc tertium, dum dicebatur quod poſſumus præſcribere res Principis,puta præſcribẽdo res fiſci.Nam ad hoc primò rñdeo ꝙ qñ eſt elapſum tempus præſcriptionis, ille contra quem eſt præſcriptum,fingitur conſentire,quod præſcribens habet illam rem,vt voluit Bar.in l.fi.C.in quibus caſib.in integrum
41 reſti.non eſt neceſſaria,& eſt tex.in l.3.C.de poſtu.† merito non poſſumus arguere de præſcriptione ad negationẽ tributi, cũ in præſcriptione eſt ſaltem conſenſus fictus, qui nõ eſt in tributo.

Præterea & ſecundò rñdeas, ꝙ licèt poſſimus præſcribere res fiſci,iſtud non habet locum in tributo, in l competit. C. de præſcriptio.30.ann.ibi, nec huic parti cuiuſcunq; temporis præſcriptionẽ oppoſitam admitti.ad idem eſt tex.in l.vltima.C. de fundo publico.li.11.Et in c.placuit.2.in verſi.ꝙ ſi priuatus,cũ ſequẽti verſi.ad hæc. 16. q.3.ſicut ĩ ſimili dicimus in decimis,q̃ cũ ſint tributa egentium animarum,in c.decimæ.16.q.j. & propriè dñr tributum,vt tenuit Panor.quicquid ibi dixerit gl.per falſa fundamenta,in c.tua nobis.de decim.tales decimæ non p̃ſcribũtur,vt habetur in c.cauſas.de præſcrip.Doct.in c.cum hoĩes. de decim. patet ergo,ꝙ illud arg.de præſcriptione, quantum ad caſum noſtrum,non procedit,cum tributum ſit alterius naturæ, q̃ aliæ res fiſci, cum in eo non tantum conſideratur pecunia, quantum obedientia, ut dixi ſupra in reſponſione proxima ad fm argm̃.

42 † Facit,nam licet in aliis rebus fiſci admittatur cõpenſatio, in tributo non admittitur, textus eſt in l.aufertur.in §.qui ut debitoribus.ff.de iure fiſ.quid plus,ꝙ remedium iuris æquiſſimum,ut eſt appellatio, qua nos à grauamine releuamus, noſtram innocentiam fouemus,in c.ſuggeſtum.in fi.& in c.ad noſtram.de appell.corrigit enim iniquitatẽ hoĩum.l.j.in prin.ff. eo. tit. & tñ in tributis non admittitur,uoluit gl.in d.c.decimæ.& in d.c.tua nobis.& ibi Abb.& eſt tex.in §. quoties.2. q. ut quaſi non modò in facto,ſed nec etiam in iure debemus reſiſtere in tributo.

43 Addas quoad Eccleſiam,& fatetur † in hoc non eſſe Imperatori reſiſtendum,dicit Amb.in c.ſi tributum. 11.q.j. ſi tributum petit Imperator non negamus, agri Eccleſiæ ſoluant tribum,dicit ibi tex.de quo ẽt eſt tex.in l.ſi diuina domus.C.de exacto. tribu. lib. 10. latius per Doct.in c.non minus. de immu.Eccle.Pan.in conſ.3.incip.caſus, ſuper quo conſilium petitur,quidam potens &c.& in conſ.5.inci.caſus,ſuper quo fuerunt petitæ allegationes.

Ad quartum arg.partis aduerſæ, ꝙ contra fraudantem annonam non eſt pœna mortis, rñdeo ꝙ illa iura loquuntur qñ quis faceret fraudem,ut annona carius uenderetur,non autẽ loquũtur,prout loquitur caſus noſter,qñ quis negaret ſoluere annonã Imperatoris.† nam tũc cum uellet ſe liberare à ſubiectione Imperatoris,rõne cuius,& in ſignum præſtatur annona,& tributũ incideret in crimen læſæ maieſtatis,ut ſæpius dixi non obediendo Imperatori,cui quilibet tenetur obedire.c.quo iure 8. diſtin. Imperator enim, & Papa in terra ſunt duo maxima luminaria, ſicut Sol,& Luna & in cęlo.c.ſolitę.de maiori.& obed. eſt enim

Imperator

Source : BIU Cujas

Imperator in temporalibus Dominus totius mundi. l.deprecatio.ff.ad l.Rho.de iactu,& in l.bene à Zenone.C. de quadriē.pſc.

Ad quintum arg.dum dicebaṫ, ꝙ pęna non ſoluentis tributa, eſt amittere rē. Rñdeo primò, ꝙ illa iura,de quib. in dicto quinto arg.loquuntur in non ſoluente, non aũt in negante, qđ grauius eſt.nam,vt dixi ſępius,pęna negantis tributum, ideo eſt magna,quia eſt in contemptu,& vī negare obedientiam : ille aũt q non ſoluit,non debet pati talem pęnam, cum nō ſequitur ꝙ nō ſoluit,ergo negat obedientiam,quia fortaſſe nō ſoluit, quia nō poteſt, arg.l.non hoc.C.vnde cog.ſecus eſt in illo, qui negat tributa,quia ibi non eſt aliud,niſi velle negare non eſſe ſubditum, nec aliqua ratio eſſe poteſt,vt propriis cuiuſq; vſibus applicentṫ, quod pro cōi vtilitate eſt ſtatutum.iſta ſunt verba tex. in c.ratio nulla.17.q.3.& in c.ratio.de præben.

Vel ſecundò ſolue dictū quintū argīn,ꝙ licet illa iura loquãtur de bonis amittendis,non tñ ſequitur, ergo nō eſt pęna mortis.† nam in tributo eſt ipſa pecunia,& negans ſoluere debet puniri pecuniariter,quia in eo in quo quis peccat debet puniri, vt latius dixi ſupra,facit tex.in l.ſancimus.C.de pę.& tali modo punitur in dictis iuribus.Item in tributo eſt honor, & obedientia, & tunc negans ſoluere cum tangit honorē Principis, & ſic eius vitam,cum honor vitæ æquiparetur vt ſupra dixi, ratione iſtius ſecundi capitis debet mori negans tributa,& ita loquuntur iura alleg.ſupra pro parte affimatiua quæſtionis noſtræ.facit, nam ꝙ quolibet delicto publico poteſt agi ciuiliter actione in factum, & criminaliter.l.qui nomine.ff.de falſ.

Et ſi iſtis opponatur, ꝙ fiſcus potuiſſet agere ad pęnam mortis, tanꝙ negās tributa incidiſſet in crimē læſę maieſtatis. ad quid ergo fuiſſet ei neceſſarium agere ciuiliter ad rem,cum contra eum criminaliter agendo habuiſſet etiā oīa eius bona,& ſic vno iudicio potuiſſet conſequi vindictā cōtemptus,& intereſſe pecuniarum, cum omnia bona fide incidētis in crimine læſæ maieſtatis applicatur fiſco, vt dicam.infra in ſeq.articulo,ponendo pęnam criminis læſę maieſtatis.

Ad hoc rñdeo, ꝙ licèt fiſcus potuiſſet habere dicta bona ratione pęnæ,ſua tñ intereſt habere, vt proprium intereſſe,quod probo,† Nam fiſcus de bonis habitis tanquam ſuum intereſſe non tenetur creditoribus,ſecus eſt de bonis habitis ratione pœnæ,vt habetur in l.j.in §.an bona.ff.de iure fiſ.

Ad ſextū argīn, quod feci ſupra pro parte aduerſa, videlicet, qñ quis extraxit debitorem captum pro tributis, quod tenetur ſolum ad debitum. Rñdeo eo modo, quo ſupra proximè . nam vtraq; reſponſio poteſt ad iſtud adaptari, & quod ibi ſolum agiṫ ratione intereſſe,facit ille tex.dum præpoſuit ꝙ fuit illata vis. ſi ergo ibi conſideraretur vindicta,potuiſſet ad minus agi,per leg. Iul.de vi publ. ſi fuit cū armis,vel de vi priuata, ſi fuit ſine armis, vt habetur in §.item lex.Inſti.de publ. iudi. §. qui autem . niſi de interdictis.Cum ergo ibi nullum verbum de hoc, ergo patet ꝙ ſolum intereſſe ibi conſideratuit.

Ad ſeptimum argīn, dum dicebatur, ꝙ litigamus cum fiſco, † rñdeo ꝙ illud fit, vt tueamur ius noſtrum, & hoc à iure nobis permittitur,non aũt vt negemus obediētiam Principi, ſicut eſt in negante ſoluere tributa,cum ibi nō ſit illud quod tueatur ius ſuum cum ſit ius ordinarium iam conſtitutum, & debitum ipſi Principi,vt ſupra dixi. Cum ergo fundamentū dicti ſeptimi arg. habeat diuerſam rōnem,quantum ad caſum noſtrum, argīn eſt ſublatum.nam ibi ille,qui litigat cum fiſco,cū vtamur iure ſuo, nemini facit iniuriam.l.iniuriarū.§.j.ff.de iniu.& c.bonæ. de appell.l.illud.in fi.j.reſponſi.ff.de pe.hær. & in c. quod debetur. 14. q.1.& 8.q.5.in c.non ſanè.& in c.cum Eccleſia Vulterana.de elecṫi. & ibi plus dixit Panor. ꝙ hoc licitum eſt etiam contra ſuperiorē,vt ibi not.ex illo tex.† Nec.n.videtur vim facere,qui ordinaria in iudicio actione contendit. ita dicit text. in l. non videtur.ff.de reg.iur.

Ad octauum argīn,quod feci de ſeruitute: Reſpondeo ꝙ iſta ſeruitus denotata per tributū, eſt vna ſpecies ſeruitutis, cui quilibet debet eſſe ſubiectus.Oīs.n.anima in iſto mundo debet eſſe ſubiecta,& vnum recognoſcere ſuperiorem, nec aliquis p̄t eſſe à Cæphalus,vt volunt Doc.per illum tex.in c.omnis.de cenſi.

Nec obſtat, quod dicebatur in dicto octauo argu. ꝙ cuilibet licitum eſt defendere libertatē etiam contra Imperatoram,† quia reſpondeo ꝙ loquitur de illa libertate, quam quilibet de iure debet habere : non autem de illa quam nullus debet habere,vt eſt caſus noſter.nec clementi. paſtoralis,ibi alleg.obſtat,quia loquitur, qñ Imperator volebat adimere defenſionem Regis Roberti, qui nō erat ſibi ſubditus, ſed Papę ratione ſui regni.Meritò Papa ibi dixit,ꝙ licitum eſt illi Regi aduerſus Imperatorem ſe defendere,nec potuiſſet Imperator tollere defenſionem iuris naturalis,vt ibi, ſed caſus noſter loquitur de negandis tributis,vbi nulla eſt defenſio negationis, cum omnis anima debet eſſe ſubiecta,vt dixi,& omnes,tempore quo Chriſtus fuit accuſatus, erant Imperatori ſubditi, cum non erat Papa.

Ad nonum argu.rñdeo, ꝙ Deus, neq; Eccleſia vult mortem peccatoris, vt ſæpius dixi:nimirum ſi pro negatione decimarū non eſt ſtatuta mors.† Eſt bene verum,ꝙ ſi quis eſt in contēptu nolendi ſoluere decimas, excōicationis ſnīa innodatur, quæ vt plenè ſupra dixi,morti æquiparatur.iſte eſt tex.in c.peruenit. de decim. & ibi Doct. immò prædicatores proferentes aliqua verba,quibus auditorę poſſint ſubtrahi à decimarū ſolutione,ſunt ipſo facto excōicati:& confeſſores ſi propoſito omittūt penitētibus de decimis facere conſcientiam grandem,equidem incurrunt pęnam.Hæc duo vltima probantur in cle.cupiētes.de pęn. & voluit Pan. in rub. de decim. & in materia decimarum dicit pulchrè tex.in c.decimæ.16.q.j. hæc verba ad terrorem non ſoluentium decimas.hæc eſt enim Dei iuſtiſſima conſuetudo, ꝙ ſi tu illi decimas non dederis,tu ipſe ad decimam reuoceris,dabiſque impio militi quod noluiſti dare ſacerdoti. Ex iſtis infertur, quòd dictum argumentum nonum non obſtat,immo magis ſi conſideretur probat iſtam partem affirmatiuam, cum non ſoluens decimas excōmunicatur, ergo delictum eſt dignum morte naturali,vt ſupra dixi.

Et nota, ꝙ Deus non minus remunerat populum ſoluēdo tributum Cæſari,q̄ ſibi decimas, ita probat tex.in c.maiores.16. q. 6. per hæc verba. maiores noſtri iō copiis omnibus abundabant,quia omnino decimas dabant,& cenſum Cæſari reddebant. † Et ex iſtis patet, ꝙ conſulens non eſſe ſoluendum tributum,vel negans ſoluere ex contemptu, cum hoc tendat ad amiſſionem Imperii, & ad negandam Principi obedientiam, eſt in crimine læſæ maieſtatis, quod delictum morte lui debet,vt ſæpius dixi.

Nec obſtat, ſi iſti concluſioni opponatur iſto modo, tributa pſūt remitti per Principē, vt patet in multis caſibus,in to.ti. ff. de cenſi. & aliquid habetur in l.fi.C.fine cenſu,& reliq.ergo non ſoluere tributa non eſt crimē læſæ maieſta.cum ſi eſſet crimen,ante factū non poſſet per Principem remitti,cum eſſet dare viam ad delinquēdum, arg.l.iuris gentium.§.ſi ob maleficium.ff.de pac.& l.conuenire. ff. de pact. do.nec à Principe,à quo iura ſumunt fundamentū,iniquitas debet oriri,arg.l.meminerit.C.vnde vi.Ad hoc reſpondeo, ꝙ licet remittentur tributa à Principe, non tñ negatur obedientia ipſi Principi,cum Princeps iſtud voluerit,& volenti nō fit iniuria.l. j.§.adeo.ff.de iniur.cum ſimi. Nam omnis conſideratio in negāte ſoluere tributa eſt ipſe contemptus inobedientiæ.quando ergo Princeps remiſit,non eſt in contemptu,ergo nō eſt in crimine lęſę maieſtatis,cū nō ſit inobedientia.† Non.n.contemnit,q legis auctoritate ambulat,vt voluit Panor.in c.2.de paroch.

Item nec prædictæ cōcluſioni obſtat, ſi dicatur, quoties perſona Principis,vel reſpublica principaliter non licet in conſequentia offendatur,non eſt crimen lęſæ maieſt. l.ſi quis ingenuam.§.fi.ff.de cap.& poſtli.reuer.ibi,in ciuilib. diſſenſionibus,quamuis ſæpe per eas reſpublica lædatur.Non tñ in exitium reipublicæ contemnitur,idem probat tex.in c.j.de eo,q interfecit fratrem Dñi ſui. in vſib.feu.ſicuti ēt dicimus in ſimili, ꝙ ſacerdos malè obſeruans diuina, ad iram Deum prouocat cōtra populum,vt no.Pan.in c.ſanè.de celebr.miſſa.per illū tex. & tñ licèt lædat populū,nemo dicet eū incidere in crimē læſæ maieſta.cum illud principaliter ipſe ſacerdos nō agit populū offendere.Modò ſic,Cum ex negatione tributi,vel ex conſilio negandi non offenditur principaliter perſona Principis,ſed eius res,ergo non eſt crimen læſæ maieſtatis,per ſupradicta.

Ad hoc rñdeo negādo minorem,immo in caſu noſtro principaliter læditur perſona Principis, nam iſta negatio tributi tendit contra honorem,& ſecuritatem Principis, ratione quarum rerum ſoluitur tributum, vt ſępius dixi. † Ex iſtis ergo infertur, ꝙ eſt crimen læſæ maieſtatis: nam qui facit contra honorē Principis,in hoc incidit,per tex.in extrauag.qui ſunt rebelles,in prin. ibi,contra honorem noſtrum.

Præterea per hoc ēt lędituṙ ſecuritas ipſius Principis,cū ſi non haberet tributa, nō ſolueret militibus, nec hoſtibus poſſet reſiſtere, vt ſępius dixi.ergo eſt crimen læſæ maieſta.vt in d.extrauag. qui ſunt rebelles.& in l.j.ff. ad leg. Iul. maie.ibi, quive cōtra ſecuritatem, &c. & in hoc finem impono tertio articulo illato contra redemptorem noſtrū Ieſum Chriſtum,qui ex iſta allegatione falſa videbatur potuiſſe ad mortem damnari per Pilatum. vnum pro complemento in materia articuli noſtri,notando, † ꝙ tributum eſt tanti priuilegii, ꝙ ſi quis noluerit adire hæreditatem alicuius debitoris fiſcalis occaſione tributi,amittit omnes res,quas habuerit ab ipſo debitore,etiam inter viuos,& quocunq; ti.tex.eſt in l. hæredes. C. de omni agro deſer.lib.11.quem pro unico in iure alleg.Rom.in repe. auct. ſimiliter.in 14.q.ſpeciali circa contractus.C.ad leg.Falci.

SVMMARIVM.

1 *Rex cum regno eſſe poteſt,& ſine.*
Regnum non dicitur, quod non habet decem dioceſes, & vnum metropolitanum.
2 *Rex olim per electionem,hodie fit per ſucceſſionem.*
3 *Imperator Reges coronare debet ſibi ſubditos.*
4 *Rex quilibet in regno ſuo pacificus eſſe debet,tanquam hæres Chriſti.*
5 *Rex,in quibus Eccleſiæ ſubijciatur.*

Source : BIU Cujas

6 *Laicus ſpectantibus ad clericos ſe immiſcere non debet.*
7 *Regi in tribus caſibus datur curator.*
8 *Regem ſe aſſereus, cum non ſit, in crimen incidit læſæ maieſtatis.*
9 *Monſtrum dicitur id, in quo plura capita reperiuntur.*
10 *Iuriſdictionem ſibi occupans, crimen læſæ maieſtatis incurrit.*
11 *Cupiditas dominandi, quanta mundo ingerat mala.*
12 *Primatum in terra ambiens, confuſione induetur in cęlo.*
13 *Cupiditas eſt omnium radix malorum, quare & qui cupidus eſt ordinari non debet.*
14 *Delicti grauitas iuxta qualitatem pęnæ ſibi correſpondentis attenditur.*
15 *Filius grauatur iniquitate patris in crimine læſæ maieſtatis.*
16 *Rebellem non reuelans pęna relegationis punitur.*
17 *Feſtinantia nimia etiam in actu licito reprobatur à iure.*
18 *Ordo iuris non attenditur in crimine læſæ maieſtatis.*
19 *Sententia cum maxima deliberatione ferri debet.*
20 *Seditioſus, & rebellis ſtatim puniri debet, ne cæteri contaminentur.*
21 *Mora nulla adhiberi debet, quando de animæ agitur periculo.*
22 *Periculo in mora exiſtente, à iuris regulis receditur.*
23 *Iudex ex officio ſuo accuſatorem illegitimum repellere poteſt.*
24 *Ira eſt maximè iudici vitanda, malos enim fructus facit.*
25 *Contractus ſeu actus quiuis alius calore iracundiæ factus, tanquam ſine cõſenſu eſt nullus.*
26 *Votum calore iracundiæ emiſſum eſt nullum. Et quæ in voto requirantur.*
27 *Crimen læſę maieſtatis incurrens iram contra ſe, & vindictam prouocat.*
28 *Pęnæ plures quando imponi poſſint.*
29 *Maleficia non debent remanere impunita.*
30 *Delicta in Deum ſine dilatione ſunt punienda.*
31 *Iudex negligens in puniendis, delictis, qua pœna plectatur.*
32 *Contemnere non dicitur, qui legis auctoritate facit.*

¶Articulus quartus.

ACCEDAT vltimò quartus articulus principalis, de quo à perfidis Iudæis Pilato Chriſtus fuit accuſatus, videlicet quia ſe Regem faciebat: in quo articulo, ne ſtatim portum egrediens velam pandere deciſionis videar, aptius mihi fuit paululum remigrare.

1 & eſt ſciendum † ꝙ Rex poteſt eſſe vno modo cum regno, alio modo ſine regno. pro quibus declarandis præſuppono, ꝙ non dicitur regnum aliquod, niſi in eo ad minus ſint decẽ dioceſes, & vnus metropolitanus, vt probat tex. in c. ſcitote. 6. q. 3. Cum ergo aliquis habẽt vnam prouinciam, in qua non ſint tot dioceſes, & diceretur Rex, eſſet ſine regno, & hoc eſt, quod dicit Hoſt. & poſt eum Pan. in c. conſtitutis. in prin. de teſtib. ꝙ rex Boemiæ non erat Rex, ſed erat Dux. & ſi hodie eſt rex, eſt tñ ſine regno, quia in illa prouincia non eſt niſi vnus epiſcopatus. Rex autem cum regno quid ſit, ex iſtis clarè videre licet, ideo non inſiſto.

2 † Secundò eſt ſciendum, ꝙ licet antiquitus Rex electione cõſtituebatur, hodie tñ per ſucceſſionem fit, & no. gl. in c denique. 7. q. j. & quod no. c. imperialem. in §. præterea. de prohi. feu. alien. per Fed. per Pan. in c. licet. de voto. & nota, ꝙ licet hodie ſic creatur Rex, nõ tñ ꝓpter hoc quicquid vult poteſt agere de regno. non. n. illius conditionem poteſt facere deteriorẽ, nec illud ſeruituti ſubiicere, vt voluit Bal. in prælud. feudo. in col. 3. quartę. fa cit quod dicit Pan. in c. intellecto. circa prin. de iureiu. vbi dicit, ꝙ Rex non poteſt regni bona alienare.

3 Item addas, † ꝙ licet hodie Reges per ſucceſſionem fiant oẽs, tñ coronabit Imperator, vt dicit gl. j. in c. in apibus. 7. q. j. niſi fortè in illis Regibus, qui non cognoſcũt Imperatorem in ſuperiorem, quod tñ aliis decidendũ relinquo. ſunt enim aliqui Reges, in quorum numero dicitur eſſe Chriſtianiſſimus Rex Franciæ, in cuius patria, Deo volente in præſentiarum, videlicet Pariſii, dego. Itẽ inuictiſſimus ille Hiſpaniæ Rex, cuius ex origine tanquam Syracuſanus vaſſallus natus ſum, ac ẽt lector. Quis enim (aliorum pace dixerim) temporibus noſtris tantam infidelium victoriam aſſecutus fuerit, vt ipſe fecerit, ita admodum pro fide hucuſq; bellauit, vt eũ glorioſiſſimo illi magno Carolo comparem. Primo enim hæreticis, qui Hiſpanico idiomate Marrani vocantur, partem eorum igni tradẽdo, partemq; perpetua donando fuga, ſuam patriam mundauit. Non minus, & deuotè Iudæorũ cauſam tractauit, eos exules ſuis ex regnis nunciando. Taceam illam non prius ab aliquo habitam victoriam illius infidelium regni, ꝙ Granata nuncupatur. Verè quidem & Franciæ Rex, ipſeq; ſimul tanq̃ duo fidei luminaria venerari debent, & merito ab Imperatoris ſubiectione dñr eſſe liberati. ꝙ autem an ſit de iure, quia trita eſt quæſtio, & prolixa, eã non tangam, ſed plenè hr̃ in c. venerabilem. de elect.

4 & in c. per venerabilem. qui fil. ſint legiti. † Item eſt notandum, ꝙ qlibet Rex in regno ſuo eſt hęres Chriſti, & ꝓp hoc debet eſſe pacificus, vt voluit Pan. in proem. decretal. in verbo, Rex pacificus. Item Rex debet defendere Eccleſiam, & ſi non faceret poſſet à regno deponi, volunt Cano. vbi bon. tex. in d. c. venerabilẽ. & dixit tex. in c. Principes. 23. q. 5. hæc vera cognoſcant Principes ſeculi Deo ſe debere eſſe reddituros rõnem propter Eccleſiam, quã Chriſto tuendam ſuſcipiunt, facit tex. in c. ſi. 96. diſt.

5 Item eſt ſciendum, † ꝙ licèt Rex quantum ad ſpiritualia, ſit priuata perſona, tenetur tñ ſoluere decimas, tam perſonales, q̃ prædiales, & eſt confiteri Epiſcopo propriæ parochiæ. Item in cauſis ſpiritualibus coram Epiſcopo litigare, hæc habentur per gl. & Doct. in c. omnes Principes. de maiori. & obed. Item & ſi clerici habeant temporalia ab eo, ſi tñ non in feudum, non ſubiiciuntur ipſi Regi. c. nouerint. 10. q. j. c. aduerſus. & c. minus. de immu. Eccleſ. per Pan. clarè in c. ſolitæ. de maio. & obe. Item non habet poteſtatẽ eligendi prælatum ipſe Rex, vt plenè habetur in c. Maſſana. & in

6 c. ſacroſan. de elect. in c. ſi quis deinceps. 16. q. 7. & eſt ratio, † nã laicus non debet aliquid facere de ſpectantibus ad clericos, niſi in expreſsè ſibi permiſſis, ita voluit glo. in c. fin. 24. q. j. Imo. & & poſt eum Pan. ibi. in c quanto, in vlt. col. de conſuetud. & quã do laicus in iſtis poteſt ſe exercere, latè proſequitur gl. in c. Principes. 23. q. 5. tamen licèt Rex non poſſit in iſtis ſe mouere, poteſt tamen ſe interponere contra promouendum, quando dubitat de eius proditione, ita voluit Innoc. in c. ſuper his. de accuſa. quod dictum pro notabili ſequitur Panormi. in c. ex parte, in prin. 4. col. de teſtib.

Item in materia ſupradictis vnũ addo, ꝙ aliquãdo Regibus ſolet dari curator, & hoc propter tres cauſas.

7 † Primò ſi neſcit regnum ſuum defendere. Item ſi in eo non ſeruat bene iuſtitiam, & pacem. Item quod plus eſt, ſi perdita neſciat recuperare. hæc habentur per Innoc. in c. grandi. de ſupplẽ. negli. prælat. vbi etiam habetur, quis debet dare talem curatorem, & illam doctri. Innoc. ſequitur Bald. in ſua margari. in verbo, rex. in 3. quæſtio.

Nunc condeſcendo ad examinationẽ articuli noſtri, & q̃ro, An ſi aliquis faceret ſe Regem, cum non eſſet, incideret in tale crimẽ, cuius pęna eſſet mors? & dimiſſis, q̃ hinc inde ad partes dici poſſent. Pro parte affirmatiua, & vera, videlicet ꝙ eſt delictum, di-

8 gnũ morte duobus argu. ero contentus. † Et primò ſic, ſi aliquis faceret ſe Regem, adimeret in illo loco, cuius ille ſe Regem fecerit, Dñium regis, vel Imperatoris illius regni, in quo ipſe ſe fecit regem. Ergo incidit in crimen lęſæ maieſta per tex. in extrauag. ſint rebelles. immò plus voluit Bart. ꝙ incidit in tale crimen ẽt ſi non vellet ſubiugare regnum odio regni, ſed perſonæ tãtum, quæ nunc regit. Nam qui non obedit Principi, etiam ſi contra regnum hoſtilia non faciat proditor, & rebellis eſt, ita per Bart. in dicto loco. Iſtis facit, nam duo non poſſunt eſſe Reges eiuſdem regni, argu. tex. in l. ſi vt certo. in §. ſi duobus vehiculum. ff. commo. l. quod. §. vni duo. ff de reg iu & facit quod in materia noſtra dicit Oldr. in cõſ. 94. in 6. col. vbi dicit, ꝙ vt ſeruetur pax, inductum eſt, vt vni regno vnicum caput præſit, vt populum, & multitudinem regat, & dirigat pacem, & vnitatem nutriat inter ipſos, & conſeruet. vnde dicit Caſſiod. ꝙ in pluribus requiritur quædam vnitas ad hoc, vt modo debito regi poſſit. vniri verò dicũtur plura per applicationem ad vnũ ſicut in natura videmus, quam ars imitatur, vt habetur in §. minorem. Inſti. de adopt. qđ

9 in pluritate membrorum eſt vnum caput, † & ſi plura in eodẽ corpore eſſe reperiatur, dicitur eſſe monſtrum. l. nõ liberti. ff. de ſta hom. Itẽ in toto vniuerſo vnus Deus oĩum factor, & rector, hæc Old. in præalle. loco, pro quo facit text. in c. in apibus. 7. q. j. dicit ibi tex. In apibus Princeps vnus eſt, & grues vnã ſequunt̃, ordine ſeruato, Imperator vnus, vnusq; iudex vnius ꝓuinciæ. ſ. Rex. ſubiungit ibi tex. Roma. aũt cãdida duos fratres ſimul habere non potuit in parricidio dedicatur, in Rebeccæ verò vtero Eſau, & Iacob ſimul bellum geſſerũt, ſinguli Eccleſiarũ Epiſcopi, ſinguli Archiepi, ſinguli Archidiaconi, &c. ad idem facit tex. & ꝙ ibi no. Bal. in c. imperialem. § præterea. 2. de prohi. feu. alien. per Fede. & hæc quantum ad primum argumentum.

10 Secundò ad idem arguo † ſic, q̃ occupat ſibi iuriſdictionem, in crimen lęſę maieſta. incidit. l. 3. ad fi. ff. ad leg. Iul. maie. ſed ille qui facit ſe Regem occupat ſibi iuriſdictionem, immò maximam, cum Reges ſint de maioribus magiſtratibus, vt per Bar. in l. oẽs populi. ff. de iuſti. & iur. ergo &c. Et nota cõtra illos, qui ſunt cupidi dominãdi. facile enim incidunt in rebellionem, talisq; cupiditas nõ minus in hoĩum actibus crudelitate, & vindicta damnat̃, vt probat tex. in c. quid culpatur. 23. q. j. quid culpatur in bello. dicit ibi tex. nam quia moriuntur, quando mortui, vt dominentur in pace victuri hoc reprehendiſſe timidorum eſt, non religioſorum nocendi cupiditas vlciſcendi crudelitas implacatus, atque implacabilis animus feritas rebellandi libido dominandi, & ſi qua ſimilia. hęc ſunt, quæ in bello iure culpantur. vide ergo quantam in ſe grauitatem habet dominãdi cupiditas, vt delictis ita grauiſſimis reputatur ſimilis.

11 Iſta enim cupiditas † eſt tãtæ rapacitatis, ꝙ hoĩes ad oĩa ferè mala attrahit. Eſt quædam oĩum virtutũ prodiga, pacis ęmula, litium mater, materiaq; iurgiorum, & tot quotidie noua litigia generat, vt niſi iuſtitia ei⁹ conatus ſua virtute reprimeret, ac ſimplicitas ipſi⁹ qõnes explicaret, ius humani

ſęde

Source : BIU Cujas

ni fœderis vsus litigatorum extingueret, & dato repudij libello concordia extra mũdi terminos exularet. hæc dicit tex. in proœ. Decretal. in princ. alibi dicit tex. ad terrorem cupidorũ in c. mul
12 ti. 40. dist. † ꝙ quicunq; desiderauit primatum terra, inueniet cõ fusionem in cœlo, nec inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit, nec aliquis festinet, quomodo talis maior esse appareat, sed qũo oĩbus inferior videatur, qm̃ non qui maior fuerit ĩ honore, ac inter hoĩes in dignitate ille est iustior, sed qui fuerit iustior, ille est maior, alibi tex. in c. virum. 47. dist. dicit hæc verba. Virum enim catholicum, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari, dicit sancta scriptura, post concupiscentias tuas ne eas. mens. n. potentiæ auida, nec abstinere nouit à vetitis, nec gaudere concessis piecati, neq; adhibere processum facit quod dicit tex. in c. quia radix. de pœ. dist. 2. in Auth.
13 vt iudex sine quoquo suffrag. in §. cogitatio. † ꝙ cupiditas est radix oĩum malorum. Cupidi enim ordinari prohibentur tanq̃ à iusto deuiantes, ita tex. 47. dist. in summa. Mens. n. visco cupiditatis alligata citò deuiat à vero, de quo in c. vero. 96. dist. & in c. nihil. 73. dist. & no. ꝙ in tantam mentis caliginem rapiuntur cupidi, ꝙ rabie quadam, & insania rapacitate cõmoti Diabolicis laqueis se irritare, haud dubitant, & se contra fidem fidelesq; Christi inimicis quouismodo opem ferre non differũt. hœc dicit tex. in c. ita quorundam. de Iudæ. vide ergo, si ille qui non esset Rex, & vellet se facere, si incideret in vitium grauissimum, ẽt quantũ ad Deum, non modò quantum ad mundum, cum incideret in
14 crimẽ læsæ maiesta. vt dixi, † ꝙ delictum an sit grauissimum, ex pœna in eo imposita, facilè cerni põt. pœna autem talis criminis est, vt delinquens ipso facto ea quæ sunt iuris ciuilis perdat.

Nam cum patiatur mediam capitis diminutionem. l. amissione. & ibi gl. ff. de capi. dimi. non debet ea, quæ sunt iuris ciuilis, retinere. §. minor. Insti. eo. tit. & istud imponitur à lege.

Item est alia pœna imponenda à quolibet hoĩe, nam põt tanq̃ hostis impunè occidi. l. 3. § fi. ff. ad leg. Cor. de sica. & in l. prodito
rem. ff. de re mili. & voluit glo. in l. transfuga. ff. de acq. re. domin.

Item põt capi, & detineri, vt serui, vt habetur in d. l. transfuga.

Item si veniunt in fortiam curiæ sunt omnino damnandi ad mortem. l. si quis aliquid. §. transfugæ. ff. de pœn.

Et nota vnum, ꝙ inter istum casum, & illum, quem proximè dixi, ꝙ põt interfici à quolibet, est differentia. nã in isto casu iudex cogitur istud facere tanq̃ minister legis, priuatus aũt nõ cogitur, potest tñ si voluerit impune occidere. hæc habentur per Bal. argu. vnius gl. ibi in l. accusationis. C. quod me. cau.

Item incidens in tale delictum amittit omnia bona sua, quæ applicantur fisco, vt habetur in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiesta. immò plus, ꝙ etiam mortuo delinquente potest incipi iudiciũ, vt bona applicentur fisco. l. ex iudiciorum. ff. de accusa.

15 † Item tanta est enormitas istius delicti, ꝙ filius grauatur iniquitate patris contra oẽs regulas: efficiuntur nanq; filii insuccessibiles, nullumq; honorem consequi possunt, vitaq; admodum fruuntur, ꝙ mores esset eis solatium, vt d. l. quisquis. immò plus ibi probatur, ꝙ rogans pro eo, ipso iure efficitur infamis.

Item adde, quòd in tali crimine nulla habita distinctione psonarũ, deueniendum est ad torturam. l. si quis. C. ad leg. Iul. maiest. & voluit gl. 15. q. 6. in summa.

Item plus, in tali delicto se interponit, non modo iudex secularis, sed etiam Ecclesiasticus, vt habetur in c. felicis. in fi. de pœn. in 6. & l. placet. C. de sacrosan. Eccle. & si dicatur ꝙ dicta iura loquuntur, quando sunt rebelles contra Ecclesiam. Respondeo ꝙ idem, & si essent contra dominos temporales. Nam Papa debet tales dños cõtra rebelles adiuuare, & eos domare, arg. c cum ad verum. 96. dist. Pan. post Inn. in c. licet ex suscepto. in prin. 3. col. de fo. comp. & in c. nouit. in 2. no de iudi.

16 Vltimò pro nunc addas, † ꝙ non reuelãs rebellem, punitur pœna ad minus relegationis. l. Metrodorum. ff. de pœn. quem tex. pro not. ad hoc alleg. Roma. in vlt. char. suorum singularium, in versi. inci. nunquid teneatur. Et hæc sufficiant ad examinationem eorum, quæ fuerunt contra Christum illata, ex qua examinatione prima facie videretur Pilatum iuridicè processisse ad Christi condemnationem. sed vt infra luce clarius patebit, istis non obstãtibus, cũ verè in causa Christi non obstant, Pilatũ iniquissimi iudicis fuisse functum officio, volo tamen adhuc magis fortificare causam ipsius Pilati, vt videar non tanquam affectionatus, sed vt verus
17 iustitiæ cultor, istam causam examinasse, & procedo sic. si dicere tur contra Pilatum, ꝙ non rectè causam Christi tractauerit, nã & si poterat recte Christum condemnare, non tamen debebat, vt fecit in hoc tantum festinare, † cum festinantia in actu etiam licito, & in iure concessis omnino inueniatur reprobata, vt volunt Doct. vbi Bal. in l. Gracchus. C. de adult. facit tex. in l. j. C. de secun. nupt. vbi licet matrimonium sit actus legitimus triplicij; iure concessum, vt habetur in §. j. Insti. de iu. na. gen. & ciui. tamẽ mulier post mortem mariti, si festinauerit ad hoc efficitur infamis, & patitur alias pœnas, vt ibi.

Istis facit, nam ex breuitate præsumitur contra iudicem, quãdo nõ diu detinuit processum, vt no. in c. præterea. de æta. & quali. vbi ẽt habetur, in quo cõsistat breue tempus. Cum ergo Pilatus vix Christũ per diem detinuit, ergo vĩ male fecisse, nec valeret
18 responsio huic oppositioni. si difendendo Pilatũ diceretur, † ꝙ cum causa Christi fm Iudæos erat criminis læsæ maiest. non cõsideratur ordo iuris, cum in eo procedatur de plano, summariè, sine strepitu, & figura iudicii, si hoc videatur iudici, vt est tex. in extrauag. ad reprimen. in prin. quia ac hoc respõdeo, ꝙ illud verbum, de plano, cum causa criminis læsæ maiest. sint ardua, ita ꝙ nemo arduiorem inueniret, intelligitur ꝙ non agitur plenè & solenniter, bene tamen ordinariè. Nam tunc ideo dicitur procedi de plano, quia ratione causæ stilus nõ dicitur altus, in c. olim. per Inn. de accus. & voluit Bar. in dicta extrauag.

Nec etiam verbũ, summariè, obstat: nã illud nõ tollit substantialia iudicij. datur enim libellus ita bene formatus, sicut in ordinariis. l. 3. in prin. ff. ad exhib. l. tigni. §. si quis non possideat. eo. tit. Item diffinitiuè sententiatur. l. 3. in §. præterea. eo. ti. & Bar. in dicta extrauag. in ver. summariè. immò plus no. voluit Bar. in l. 2. C. de edi. diui Adria. tollen. ꝙ in iudicio summario debet prius, & plenè legitimari persona, sicut in ordinario.

¶ Nec illud verbum, sine strepitu, obstat. nam sicut verbum, de plano, nõ fuit nobis obstaculo, ita nec istud, cũ istud cõtinet, in verbo de plano, vt voluit Bar. in dicta extraua. in ver. sine strepitu. & in dicto loco declarat etiam verbum, sine figura. nam licet gl. & ibi Panor. in apostil. in clem. sæpe. de verb. sign. teneant, ꝙ per hoc videantur sublata substantialia iudiciorum, illud tñ intelligitur fm Bar. in loco præalleg. de solennitate iuris ciuilis, non autem de solennitate iuris gentium naturali ratione inducta, & sic non infertur ex hoc ꝙ ita repente quis condemnetur, ꝙ amittat defensiones suas, quæ sunt ratione naturali inductæ. l. ut uim. ff. de iusti. & iu. facit cle. pastoralis. de re iudic. & sic adhuc fortis illa oppositio, quæ nimis festinauit in condemnatio-
19 ne Christi, præcipue, † cum in dandis sententiis propter difficultatem reuocandi celeritas maximè reprobatur. Deus enim omnipotens, ut nos à præcipitandæ sentẽtiæ prolatione compesceret, cum omnia nuda, & aperta sint oculis eius, mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare priusquàm manifestè cognosceret, quæ uidebantur. unde ipse ait, descendam, & uidebo utrum clamorem, qui uenit ad me, opere compleuerint, an non est ita, ut sciam. hæc dicit tex. in c. Deus. 2. q. j. subiungendo adhuc non, ut ea ignoraret, sed ut nobis exemplũ daret, ne præcipites in discutiendis, & iudicãdis negociis essemus, &c. & hæc maximè in ista sententia criminali debent habere locum, in qua iudex lento passu procedere debet, in tantum ꝙ debet retardare executionem admittendo appellationem cuiuslibet extranei, etiã qm̃ sua non interesset. Et ꝙ plus est, etiam si condemnatur appellationi resisteret, de hoc est tex. in l. non tantum. ff. de appella.

Et hæc sunt, quantum ad oppositionem contra Pilatum, ad quæ tamen adhuc eum non iustè defendendo possumus respõdere stante illo falsissimo fundamento, ꝙ allegata per Iudæos contra Christum, fuissent uera,
20 & transiuissent in delictum. Et respondeo isto modo, † ꝙ cum Christus secundùm Iudæos erat in crimine seditionis, & rebellionis, si diu fuisset retentus in uita, ex eo multi potuissent contaminari, meritò quam celeriter in eo fuit procedẽdum, hoc probo per text. in c. mala consuetudo. 8. distinctio. mala consuetudo, dicit text. non minus quàm periculosa corruptela euitanda est, quæ nisi citius radi citùs euellatur, in priuilegiorum ius ab impiis assumitur, &c.

21 ¶ † Item facit, nam quoties agitur de periculo animæ, ibi nullã debemus adhibere morã, sed secundùm Iudæos in Christo erat blasphemia, & sic ne alii eum sequentes in illud inciderent, uidetur non iniuria Pilatum eum citius condemnasse, pro hoc alle. tex. in c. baptizari. 5. dist. ibi, ne interueniẽte paululum mors, inueniri tamen ualeat qui redimatur, & propter hoc dicimus in tali casu posse procedi etiam in feriis inductis in honorem Dei, ut legitur, & no. in c. fi. de fer. per Io. And. & Pan. in c. fi. in prin. ulti. col. de iudi. Vel tertiò adhuc Pilatum defendendo potest rñderi, ꝙ cum ille qui humiliter fuit obediẽs usq; ad mortem, ut fuit Christus, fuisset fm perfidos Iudæos in delictum inobediẽtiæ ꝙtra Imperatorẽ, ut fuit supra monstratũ, præsuppositis falsis eorum allegationibus. Nimirum si contra eum fuit celeriter processum. hoc probo per c. qui & humanis. 12. q. 2. & latè gl. in c. fi.
22 de elec. lib. 6. Facit, † nam cum periculum in nostro casu fuisset in mora, debemus à iuris regulis recedere. l. j. ff. de glande legem. unde dicimus ꝙ in tali casu, uidelicet ubi est periculum in mora, non debemus seruare ferias etiam inductas in honorem Dei, ut patet p gl. not. in l. fi. in uerbo, fideiussoris. ubi uideas. C. de fer. Item tali casu contemnenda est auctoritas iuris, ut probatur in l. de pupillo. in §. qui riuos. ff. de oper. no. nun. ibi, præterea prætor generaliter cætera quoq; opera excipit, quorum mora periculũ aliquod est allatura. in his enim contemnendam putauit noui operis nunciationem, & edictum prætoris. facit text. in l. j. ff. de dam. infec. Secundò nec obstat, si contra Pilatum adhuc diceretur, ꝙ si bene processit contra Christum, non debeat tñ se mouere ex

uere ex iniqua accuſatione Iudæorum,ſed cos a iudicio expel-
23 lere† iudex enim ſuo officio illegitimum accuſatorem expellere debet,ita vŏluit gloſſ.per multa iura,de quibus ibi per eam in capitulo nulli. de accuſa. & Panor. in capitulo prima ante fina.eodem titulo cum ergo Iudæi mouebantur ex ira contra Chriſtum, ergo non erant legitimi accuſatores. ira enim facit, vt quod iuſtum eſt,non diſcernatur.capitulo illa.in fi.xj. quæſt. ſecunda ibi, nam commotionis tempore iuſtum putat omne, quod facit, & in eadem cauſa, & quæſtione, in capitulo ira.ſecundò dicit ira, ſæpe enim innocentes ad crimen adducit, & ibi etiam in capitulo ira. primò dicit. ira enim viri Dei iuſtitiã non operatur.Iſtis adde text.in capitulo relatum.v. quæſtione
24 ſecunda in fin. vbi in accuſatione loquendo ait.† Curandum quoque eſt,ne ira cuique ſurrepat,faciatque citius omne,quod non licet,ex quo not. quòd ibi cum locutus fuit text. paulo antea neminem debere ſine accuſatione procedere, & ſubiungit poſtmodum,curandum,&c. quaſi expreſsè ſentit accuſatorem moueri ex ira nemine debere,& propter hoc dicimus, quòd in accuſatione generali inimici non ſunt accuſatores, vt habetur in capitulo primo,& in cap.cũ P.manconella. de accuſ. Iſtis fa-
25 cit,nam vbi eſt ira, ibi deficit conſenſus,† vnde dicimus quod calore iracundiæ factus contractus,tanquam deficiente cõſenſu valet.leg.licitatio.ff.de pub.& leg.iij.ff. de diuor.Licet fauore pie cauſæ aliud ſit, vt eſt text.in capitulo ſunt qui opes.xvij. q.4. dicit text.ſunt, qui opes ſuas tumultuario mentis impulſu non iudicio perpetuo, vbi eccleſię contulerit poſt eas reuocandas putauerint,cui nec prima merces grata eſt,nec ſecunda.Prima, quia iudicium non habuit;nec ſecunda,quia habuit ſacrilegiũ. ſubiungit, ſunt quos pænitet opes ſuas diuiſiſſe pauperibus,ſic eos qui pęnitentiam agunt, hoc ſolum timere oportet, ne ipſius pęnitentiæ agant pęnitentiam.

26 **Supradictis addas,** †Quod votum factum calore iracundiæ non valet, gloſſ.eſt ſing.in capitulo dudum. de conuerſio. coniugatorum. & eam pro ſingulari ſequitur Roma.in ſingula. ſuis, ſingulari, incip.volo commentare.vbi inter alias alleg.ſanctum Tho.qui dicit,quòd in voto requiruntur tria, deliberatio, propoſitum voluntatis, & promiſſio ſubſequens. ſed in caſu noſtro non eſt deliberatio,ergo &c.pro hoc allego gloſſ. pulchram in capitu. neque viduas. xxvij. quæſtione prima,quam Romanum in dicto ſingulari miror non allegaſſe. Et hæc ſufficiant ad fortificationem oppoſitionis contra Pilatum.

27 † Ad quam reſpondeo humano more loquendo, quòd cũ Chriſtus ſecundum Iudæos incidiſſet in crimen læſæ maieſtatis,nimirum ſi Iudæi ira mouebantur,qui enim in tale crimen incidit,in ſe iram,& vindictam prouocat.leg.& ſi certus.§.ſi appetitus.ff.ad Sillan.l.omne delictum.in §. contumacia. ff. de re mil.arg.leg.liberi.ad fin.C.de inoffici.teſta.& idem clarè voluit Bald.in leg.prima in fin.iiij.columna in ſolutione. v. oppoſ. C. de ſer.fugi.ita ad propoſitum noſtrum, & ſi Iudæi fuerint moti ira,videtur quòd fuerit iuſta contra rebellem, contra quem ẽt rigor non debet ſilere,ita text.in capitulo felicis. in verſi. ſi verò.de pę.in vj.vel poteſt dici, quòd illi qui non admittuntur ad accuſandum,vt plenè habetur in leg. qui accuſare.ff. de accuſ. & in capitulo primo,eodem titulo in antiq.cum ſim.iſtud non intelligitur de accuſatione,qua prętenditur ſua ſuorumque iniuria,per text.in l.hi tamen ff. e.ti.& per ea,quæ not.Bartol.in d. l.qui accuſare.ſed in ipſa accuſatione ipſorum Iudæorum contra Chriſtum erat proprium intereſſe dictorum Iudæorum, ergo,&c.Iſtam tamen ſolu.vltimam bene conſidera, quia omnino non videtur tuta, teneas alias. Nec adhuc ob.ſi contra Pilatum dicatur,quòd non debebat Chriſtum multiplici pœna punire,contra leg.Senatus.ff.de accuſ.cum eum ita crudeliter verberari fecerit,non debebat poſtmodum eum morte donari,vel malè fecerit,cum iuſſerit eum verberari: eo quidem maximè, cum verbera ab ingenuis hominibus, vt Chriſtus erat, aliena iudicantur,arg.text.In l.conſenſu,poſt prin. C.de repud. & dicti Apoſtoli.de quo in capitulo paratus.xxiij.queſt.prima ibi, percutiat te Deus paries dealbate,ſedes me iudicare,ſecundum le-
28 gem,& cõtra legem iubes me percuti.ad hoc rñdeo,† qp plures pęnas poteſt quis pati,qñ peruenĩũt ex eadẽ lege.l.j.C.de ſepul. viol.in c.felicis.de pę.in 6.c.ſtatuimus.16.q.j.n c.ad falſariorum. de fall.cum ſimil. & eſt cõis Doctrina Doctorum,de qua ſupra dixi,in c.de cauſis.de offi.deleg.& ſi dicatur qp in caſu noſtro nõ eſt pęna verberum,& mortis ex eadem lege,ergo &c.

Ad hoc reſpondeo, quòd cum delictum impoſitum a Iudęis Chriſto, ſecundum falſas allegatio. ſit criminis læſæ maieſt. ex quo quis efficitur ſeruus,vt ſupra dixi.Ergo nimirum ſi ſeruus virgis cædatur,& poſtmodum occidatur,immo plus quòd in tali delicto etiam accuſator corporeis cruciatibus afficitur,etiam quacunque dignitate præditus, vt probat tex.in l. ſi quis. C. ad leg. Iul. maie.& latius proſequitur glo.xv.quæſt. vj.in ſumma. immo & in alijs criminibus non ita magnis,ſicut eſt iſtud,homines morte,& verberibus puniuntur, vt eſt tex. in l. qui eges. ff. de incen. rui.nau.Item hodie etiam clerici corporeis cruciatibus afficiuntur,vt probat gl.in d.ſumma. & v.q.iij.c. illi qui. & ſic ex hoc videtur ſublatum illud,quod dicebatur per d.l.Senatus.& per d.l. conſenſus. addendo vnum,qđ ſi inueniatur delictum, in quo ſit pœna verberum, & mortis ſimul, non eſt inconueniens qp in delicto criminis lęſæ maieſt.iſtud imponatur, per ea quæ dicit Bart.in extraua.qui ſint rebelles.in glo.in ver.creſcit, vt not. dicit,quòd in iſto delicto pœna debet eſſe ita magna, quòd maiorem nemo valeat inuenire. Ex iſtis ergo videtur, quòd & ſi Chriſtus fuiſſet criminis innocens,prout erat per probata,& allegata per Iudæos Pilatum recte feciſſe iudiciũ, & non iniuria eum morte damnauiſſe.nam illa delicta erant ita grauiſſima,qp culpa in his erat relaxare vindictam, iuxta tex.in ſimili in c. j.ad
29 fin.de poſtu.præla.& in c. quia.xxvij. diſt.† non enim maleficia debent impunita remanere,& hoc ne fiat, rei publicæ intereſt, iuxta tex.in l.ita vulneratus.in fin primi.reſpon.ff.ad leg. Aquili.& in l.Stichum.§.fin.ff.de ſol.& de iudi. l. ſi longius. §. j. facit tex.in l.ſi operis.C.de pęn.& in cap.vt fame.extra de ſent.excõ. & iſtud eſt,ne ad malitiam quiſque proſiliat.l. capitalium. §. famoſos.ff.de pę.& in d.l.ſi operis.facilitas enim veniæ animum ad delinquendum incitat.c.vt cleticorum.de vi.& hone. cle.alibi text.in c.loci.xl.q.ix.dixerit, quòd ſi ea quæ male vſurpantur omittimus, viam malis exceſſus proculdubio aperimus, facit text.in l.ij.in fin.C.de indi. vid.tol. & in l. meminerint. C. vnde vi. & in c. peruenit. xciij. diſt. & quod dicit text. in capitulo eſt iniuſta.xxiij.quæſt.iiij.ibi,Saul contraxit offenſam, quia miſeratus eſt Agag hoſtium regem.ſubiungit itaque,ſi quis latronem filijs deprecantibus motus,& lachrimis coniugis eius inflexus ad ſoluendum putat, cui adhuc latrocinandi aſpirat affectus, nonne innocentes tradet exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem?Ad idem tex.in c.ſi quos.eadem cauſa, & quæſtio. ſi quos igitur.dicit tex.violentos, ſi quos adulteros, ſi quos fures,& alijs prauis actibus cognoſcitis ſtudere, Deum Deorum correctione placare,feſtinare,& ibi etiam in capitulo ſi ea.† di
30 cit,ſi ea,de quibus vehementer Deus offenditur inſequi, vel vlciſci:differimus, ad iraſcendum vtique diuinitatis patientiam prouocamus,& propter hoc tex.in leg.prima in fin.C.de deſer. libr. xij. determinauit iudicem debere puniri amiſſione bonorum,& nota infamiæ,qui delinquentes digna pœna non puniuit.per hæc verba loquitur text.ſinautem præſes prouincię præpoſitam ſeueritatem,vel gratia,vel ſimulatione diſtulerit patrimonijve æſtimationis damno ſubijciatur,immo plus debet puniri iudex ea pœna,qua debebat puniri delinquens, ita probat text.in l.fin.in fin.C.ne ſanc.baptiſ. iteretur. quem pro ſingulari alleg.Roma.in ſuis ſing.in char.ij.incip.ſing.veni, quà tu, &c. & aliquid vltra iſta.ſupra tetigi.addas text.in cap. felicis. ſæpius
31 allega.† vbi iudici negligenti punire delicta grauior pœna,quã habeat eccleſia,imponitur,videlicet excommunicatio.Intererat ergo Pilatum conſiderare,ne ex ſua negligentia puniretur, ſicut dicit glo.in cap.nihil.de elec.Et ſic videtur rectè proceſſiſſe in dicta cauſa:debuit enim conſiderare potius factum ſuum, quàm alienam vtilitatem,cum ſi non puniuiſſet ipſe fuiſſet punitus, per ſupra dicta. & propterea excuſari videtur, ſi puniuit, cum prima,& perfecta charitas cum ordine procedens a ſeipſo debet incipere, durum eſt enim, & crudelitate proximum, ex tuis prædijs aquæ agmen ortum ſitientibus agris tuis alienum ad vſum propagari, ita text. in l. præſes. & ibi gl. C. de ſeruit.& aqua.facit tex.in c.ſi non licet.in princi.xxiij.q.v. ſi non licèt. dicit ibi tex priuata poteſtate alicui hominem occidere innocentem,cui occidendi licentiam lex concedit nulla, profecto etiã qui ſe ipſum occidit homicida eſt, & tanto nocentior, cum ſe occiderit,quaſi fecerit, voluit dicere tex. ꝺ maiorẽ charitatem.

Addas iſtis Illud, quod diximus, qp prius quis debet ſibi, quàm proxima miniſtrare elemoſinã.vnde tex.de pę.diſt.iij.in c.qui vult ordinatè dare elemoſinã, a ſeipſo debet incipere. Alibi habemus, qp derapina holocauſtũ offert,q tpaliũ bonorũ,ſiue ciborũ nimia egeſtate,vł mãducãdi penuria corpus ſuũ affligit, ita tex. in c. nõ mediocriter errãt.d e ꝺſecratio.di. 5. facit c. nõ ſatis. 86. di. qui enim circa ſuos negligens eſſe præſumitur,& multo magis circa extraneos,per tex.& ibi gl.& in §. neceſſe.xlvij.diſtinc.

Quid mirũ,ſi ſalutẽ alijs negatis,ſi veſtrã recuſatis, ita tex. in c.is ptãtis.de pę.di.j.facit tex.in l.cũ aũt.ĩ §.excipiť.ff.de ędil.edic. cũ ergo Pilatus iſtud fecerit auctoritate legis,vt ex p̃dictis vł inferri,qp hoc nõ debet pęnã aliq̃ incurrere,p̱ tex. in l. fi.ff. qp qsq; iur.ibi,ne aliàs incidamus in pęnã legẽ defendẽdo,ad idẽ tex.in l.Gracchus.C.de adul. & ꝓpterea dicit Pan. in c.ij.circa med.de paroch.† qp q legis auctoritate facit,nõ vł cõtẽnere:vñ dicimus
32 qp filia,quæ ꝺtrahit matrimoniũ ſine ꝺſenſu patris,nõ incurrit vitiũ ingratitudinis,cũ iſtud fecerit permiſſione canonica, ita Pan.in c.j.de deſpõ.impu.q. n. facit auctoritate legis nõ peccat, ita gl.in c.cũ ſit.de ſimo. & eſt text. in c. qui peccat. auctoritate legis nõ peccat,ſed cõtra legẽ.xxiij.q. iiij. alibi tex. in c. quæſitũ. eadem q. dicit, quis reprehenderet factum, quod auctore domino videretur eſſe conceſſum,facit gl.in ſumma. xx.q.ij. in fi.

Source : BIU Cujas

Lud.Montal.De reprob.ſent.Pilati.

SVMMARIVM.

1 *Euangelium dicitur fidei fundamentum.*
2 *Accuſator legitimus non dicitur, qui ex inuidia mouetur.*
3 *Iudex criminoſum condemnare non poteſt, niſi confeſſum, aut per innocentes teſtes conuictum.*
4 *Iudex tanquam perſona publica iudicat, & officio fungitur publico.*
5 *Iudex & ſi ſecundum propriam conſcientiam iudicare non debet, contra conſcientiam tamen iudicare non debet.*
6 *Homo idem quandoque duas conſcientias habere poteſt.*
7 *Iudex calumnioſos accuſatores a limine iudicij repellere debet.*
8 *Accuſare non poſſumus nobis coniunctos coniunctione maxima.*
9 *Conſpiratio ad rem licitam non meretur pœnam.*
10 *Pax eſt veritatis vinculum.*
11 *Regi pacem non ſeruanti debet curator dari.*
Pax verè eſt laudabilis. & omnibus deſiderabilis.
12 *Pace ſemota facilè perit vtilitas.*
13 *Iudex ad pacem poteſt cogere partes.*
14 *Pacem cuncta bona ſequuntur.*
15 *Pacem, quæ dicantur impedire.*
16 *Diuitiæ corpora, & animæ perduntur bellorum tempore.*
17 *Chriſtus non fuit ſeditioſus, ſed verè pacificus, cuius præcepta ſeruare, eſt pacificè viuere.*
18 *Societas malorum, eſt corruptela quædam bonorum.*
19 *Chriſtus tributa reddi iuſſit Cæſari.*
20 *Chriſtus ſi voluiſſet licitè, & iuſtè tributa Cæſari denegari, iuſſiſſet.*
21 *Iniuriam nemini irrogare dicitur, qui ſuo iure vtitur.*
22 *Iudex non debet moueri timore ad iudicandum iniuſtè.*
23 *Bonum per timorem factum, non eſt meritorium.*
24 *Coactus iurare, poteſt iuſte petere relaxari, etiam quòd iuſte tenebatur facere.*
25 *Iudex tacens, cenſetur iuſtitiam denegare.*
26 *Fœmina pro perſonis miſerabilibus oppreſſis poſtulare poteſt.*
27 *Iudex debet malle cuncta mala tolerare, quàm innocentem condemnare.*
28 *Occidens aliquem iuſſu alterius, quem ſi non occidiſſet a iubente interfectus fuiſſet, an ſit puniendus.*
29 *Irregularitas, quid propriè dicatur.*
30 *Irregularitas multis incurritur modis.*
31 *Obligati ad publica ratiocinia, ſunt irregulares.*
32 *Irregularis eſſe poteſt quis ſine peccato.*
33 *Irregularitas ex difformitate corporis tripliciter contingit.*
34 *Irregularitas cauſatur ſi in loco interdicto celebretur.*
35 *Irregularitas, quare & vnde dicatur.*
36 *Bonum eſſe præſumitur, cuius finis bonus eſt.*
37 *Malum ſemper eſt puniendum, licèt ex eo ſequatur bonum.*
38 *Adulterium non eſt committendum cauſa prolis habendæ.*
39 *Laborare die Dominico, quando liceat ruſtico.*
40 *Deus non nominum, ſed aduerbiorum eſt remunerator.*
41 *Iudex, qui remunerationis expectat præmium, fraudem in Deum perpetrat.*
42 *Iudex ad mortem iniuſtè condemnans, ſeipſum eadem pœna inuoluit.*
43 *Inceſtum committere dicitur, qui cum moniali carnaliter copulatur.*
44 *Corpus Pilati, quomodo de Rhodano fuerit extractum.*
45 *Verba, quare fuerint inſtituta.*
46 *Interitus rei non imputatur, quando etiam per ſe peritura erat.*
47 *Homicidium non punitur in bello iuſto factum.*
48 *Occidens eum, qui ad mortem ducitur, pœna mortis punitur.*
49 *Mors etiam violenta Dei iudicio accidere dicitur.*
50 *Iudex non debet indicare ad clamores populi.*
51 *Voces vanæ populi non ſunt audiendæ.*
52 *Iudex non debet accuſatoribus iudicandi poteſtatem tradere.*
53 *Imperium merum dicitur, cum de vita hominis agitur.*
54 *Sententia à iudice ſuſpecto lata, eſt retractanda.*
55 *Delictum in ciuitate commiſſum, grauius punitur, quàm ſi in rure committatur.*
56 *Præſidi conuenit, pacatam tenere prouinciam.*
57 *Regum, quale ſit officium.*
58 *Iudices noſtri temporis, quàm corrupti ſint, lippis etiam, & tonſoribus notum eſt.*
59 *Precibus poteſt alicuius ad ordines promotio impetrari.*
60 *Iudices noſtri temporis ſunt funditus dediti diuitijs.*
61 *Iudicium iuſtum etiam vendere non licet.*
62 *Iudicaturus, quid conſiderare debeat in negocijs.*
63 *Adminiſtratio iniqua iuſtitiæ ex defectu fidei procedit.*
64 *Iuſtitia eſt omnium virtutum perfectiſſima.*
65 *Iuſtitia, quare non regnet noſtra tempeſtate.*
66 *Iudex malus propter populi peccata datur, & tamen ſi malefecerit non excuſatur.*
67 *Ignorantia non excuſabit iudicem.*
68 *Turpitudinem propriam nemini licet allegare ad ſuam excuſationem.*
69 *Reſtitutio in integrum non conceditur Doctori, licet minor ſit anno. xxv.*
70 *Iudex negligens litem ſuam facit, & eſt excommunicandus.*
71 *Prælati mali, in quibus aberrent.*
72 *Prælati noſtræ ætatis, venatores potius ſunt in ſiluis, quàm docti in ſacris ſcripturis.*
73 *Epiſcopo prohibetur venatio.*
74 *Prælati multi ſunt ſubditorum oppreſſores.*
Prælati non Doctores, ſed adulatores habent hodie commenſales.
75 *Fornicator publicus eſt ab officio ſuſpendendus.*
76 *Fornicatio quælibet in clerico, inceſtus dici poteſt.*
77 *Sacerdos in graue adulterium labitur, qui cum filia ſpiritualia fornicatur.*
78 *Prædicatio quando inutilis, & indebita dicatur.*
79 *Prælati debent eſſe humillimi, quales fuerunt Apoſtoli.*
80 *Superbia, ſeu arrogantia, qualiter fugiatur.*
81 *Prælati vitam malam, quæ ſequantur mala.*
82 *Negligentia eſt eruditionis nouerca, omnium verò artium mater diligentia.*
83 *Doctrina ſana eſt, vbi vera obedientia.*
84 *Infirmitas ex peccato quandoque prouenit.*
85 *Prælatus malus a Deo datur propter ſubditorum peccata.*
86 *Prælatis bonis detrahi non debet.*
87 *Prælati mali ſunt reprehenſione ſociali arguendi.*
88 *Promotio indigni præiudicat eccleſiæ.*
89 *Facta prælatorum de facili a ſubditis trahuntur in exemplum.*
90 *Sanguis ſubditorum requiretur de manibus prælatorum.*
91 *Parochiani poſſunt malum prælatum accuſare, vt remoueatur.*
92 *Orationes malorum, quando noceant eis, pro quibus orant.*
93 *Vita prælatorum, qualis eſſe debeat.*
94 *Officium, vel dignitatem acceptans peccat, ſi ſufficiens non ſit ad ea adminiſtranda, quæ illi officio incumbant.*
95 *Prælati, quaſi ſignum ad ſaggitam ſunt poſiti.*
96 *Epiſcopus non debet propter ſua priuilegia malus effici.*
97 *Prælatus non efficitur dignior ex diuitijs, aut redditibus.*
Epiſcopi noſtri temporis ſunt bonorum eccleſiæ dilapidat ores.
98 *Sua quærere qui dicantur, & non quæ Chriſti ſunt.*
99 *Paſtore luporum laudibus gloriante, nil miſerius.*
100 *Epiſcopus eccleſiam Chriſti, quam ſuo ſanguine redemit, regere, & non deſtruere debet.*



Thæc ſufficiant quantum ad ea, quæ diſputãdo pro Pilato dici potuiſſent, quibus non obſtantibus eum tanquam iniquum iudicem condemnandum puto. & licet iſtud tanquam veritas ex ſe ipſo oſtendatur: tamen vt clarius, prout mea intentio eſt, ab omnibus cognoſcatur, & malitia Iudæorum, & iniquitas Pilati, aliquid iuridicè loqui ſtat ſententia.

Et primo præſuppono, quòd Pilatus perfectè cognoſcebat
1 Iudæos, Chriſtum ſibi per inuidiam tradidiſſe, † vt videre licet per fundamentum fidei, videlicet per euangelia, non debebat ergo maculare vitam innocentis perinde accuſatorem. cap. dignum. tertia quæſtione nona, immo ſanctius eſt nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare. leg. abſentem. ff. de pœn. cum ergo clarè conſtabat nulla cauſa, nec bono zelo Iudæos Chriſtum accuſaſſe, ſed ſolum quadam inuidia moti, quemadmodum homines rapit, quod omne peruertit iudicium, vt voluit Anto. de But. per illum text. in capitulo fin. de offic. cuſto. ideo Pilatus non debebat tales accuſatores odio
2 motos admittere, † cum ille qui mouetur odio etiam in crimi nibus exceptuatis non eſt legitimus accuſator, vt habetur in c. licèt Heli, & in capitulo per tuas. de ſimo. & voluit gloſſ. vbi latius, in capitulo. in primis. in verſicu. ſi quis in hoc genus. ſecunda quæſtione prima, facit tex. in capitulo iudex, in ea quæſtio.
3 vbi dicit, † iudex criminoſum diſcutiens non antea proferat ſententiam, quàm aut reum ipſe ſe confiteatur, aut per innocẽtes teſtes conuincatur, quod eſt contra Pilatum, qui ſolum falſos teſtes recipiendo Chriſtum condemnauit.

Nec iſtis habet obſtare, ſi dicatur, quòd licet Pilatus ſciuerit inuidiam Iudæorum, iſtud cognouit tanquam perſona priuata, ergo ex iſta ſententia non debebat ſe mouere, quia iudex tenetur, ſecundum allega. & probata, & non ſecundum ſuam conſcientiam cauſas pertractare. l. illicitas, in §. veritas. & ibi Bartol. hoc tenet. ff. de offic. præſi. & voluit gloſſ. in capitulo j. de offic. ordi. & in capitulo paſtoralis. in §. quia verò de offic. deleg. Ioan. And. in addi. Specu. in titulo de allega. & diſpu. §.
4 fin. ante fin. ſuper verſicu. licet autem. pro qua opi. facit. † Nam iudex fungitur officio publico. & tanquam perſona publica iudicat. l. munerum. in §. iudicandi. ff. de mune. & hono. & tanquam perſona publica habet vnam conſcientiam, quæ cauſatur ex allega. & probatis ſibi, tanquam iudici præſentatis, & ſecundum hoc debet iudicare, nec conſideratur quòd aliud ſciat, tanquam priuata perſona, quia tanquam priuata non iudicat. Et propterea dicimus, quòd iudex de facto nõ debet ſupplere, vt videtur in l. j. C. vt quę deſunt ad uoc. & in l. iiij. in §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infe. Iſtis facit, qđ dicit Bal. in l. fi. circa prin. C. de pœna iud. qui malè iudi. vbi fecit triplicem cõſcientiam.

Source : BIU Cujas

tiam vna est rebus visis ligata. Alia est rationibus legum nutrita. Tertia est conscientia motiua,& adhærens quibusdam imaginationibus proprij intellectus,& dicit Bal. quòd faciens contra istam vltimam,non obligat animam suam.

5 **Istis respondeo,** † quod & si iudex non debeat iudicare secundum propriam conscientiam,non tamen debet aliquem cõdemnare ad mortem contra suam conscientiam, quod probatur ex dictis per Pan.in d.§.quia verò.vbi etiam Ioan.Calde.tenet, quòd immò debet iudicare secundũ cõscientiam,per c.per tuas.ij. de simo. & per c.litteras.de resti.spol.Facit, nam si iudex scit vt priuatus vnum,non potest in cõtrarium informari,vt iudex, ergo acta contraria non probant aliquid ipsi iudici. Antecedens probo, nam conscientia iudicialis ineſt homini tanquam in subiecto, cum ergo vt homo habet vnam conscientiam,non posset cõtrariam recipere vt iudex,cum in eodem subiecto non possint esse duę contrariæ scientiæ.ista fuit ratio Ioan.Cald. quam simpliciter retulit Panor. in d. §.quia verò. pro quo facit text. in l. eum qui ædes.ff.de vsucapio. Istis facit quod dicit Bald.in d.l.fi. per not.in l.bonorum.C.qui admi.quòd iudex debet sequi cõscientiam,quæ nemini nocet,& quod dicit Ioan. de Ana. in c. licèt Heli.de simo.quòd iudex in præiudicium tertij non debet facilè credere,ergo cum liberare aliquem non videtur alij nocere in causa capitali, sicut condemnare, videtur quòd iudex debeat sequi suam conscientiam. Et quia ista responsio habet diuersas opi.& maximè contra illam rationem subtilem Ioã. Calde.videlicet quòd quis non potest habere duplicem conscientiam,ego pondero tex.in c.si quis iusto.ver.porrò.de elec. in vj.vbi in electione,quæ debet esse libera,& secundum conscientiam eligentis, vt plenè Panor. in c. licet de cuitanda. in pen.colum.de elec.& glo.in c.quia propter.eo.titu. facit tex.in c.ne pro defectu.ibi,Deum præ oculis.eo.titu.in ea quis potest 10 habere duas conscientias,puta quando in electione est sibi cõmissum de eligenda certa persona, nam secundum propriam conscientiam potest dare vocem suam vni,& secundum alterius conscientiam potest dare alteri,ita probat text in d.c. si qs
6 iusto.† ergo idem homo inuenitur habere duas conscientias. ita dicamus in iudice. & si dicatur quòd ibi text.loquitur, qñ erat certum de conscientia alterius,& sic ille eligens non dicitur habere aliam conscientiam, cum solummodò impedit nudum ministerium.ad hoc respondeo quòd idem est in ipso iudice,nam quantum ad conscientiam allegatorum,cum illa sit fortificata,iuris dicitur solum minister,habetur per glos.in l.ac cusationis.C.quod met.cau.

Item talis conscientia semper est certa, cum ius sit certum, vt legitur,& not.in l.ornamentorum. ff. de auro & arg. leg. & ex istis ista prima solutio redditur dubia.

Quare secundò respondeo, quòd immò Pilatus veram Christi innocentiã, & Iudęorum perfidiam,& calumniam tanquam iudex cognouerat, & ipsemet attestatus est, dum examinando huiusmodi causam,dixit in Christo non inuenire causam alicuius delicti, & sic ex illo percepit calumniosam Iudæorum inuidiam,ergo sine causa solum motus accusatione inuidia Iesum innocentẽ
7 condemnauit,ex cuius ore nunquam exiuit dolus. † Debebat tandem Pilatus, vt boni iudicis est, Iudæos a limine iudicij expellere,cum eos in manifesta calumnia esse videbat, per glos. not.in l.qui cum maior.§.si patris.ff.de bon.lib.pulchrè per Abba.in c.super eo.in fi.de offic.deleg. accusatio enim iudęorum cum non erat pro bono pacis,' nec zelo iustitiæ, non est iusta, immò repellenda,cũ solum ex dictis causis reputatur iusta, vt probat tex.& ibi not.Ioan.de Ana.in capitu.accusasti.de accusa.nec debebat Pilatus ex alia causa Iudæos admittere,cum accusabant eorum patrem vniuersalem, qui est Christus, in cap.
8 qui abstulerit,decima quæstione secunda † & humano more loquendo nobis coniunctos maxima coniunctione non possumus accusare,immò accusando debemus puniri, vt est text.in l.si magnum.C.qui accu.non pos.latius per Specula. in titu.de accusatio.in §.primo.versi.item quod es frater.

Secundò contra Pilatum facit, nã omnia quæ fuerunt contra Dominum nostrum Iesum Christum allegata per Iudæos,erant longè falsitate falsiora: ergo allegationes supra dictæ non militant ad casum nostrum,nam quòd ipse faciebat se filium Dei,non propter hoc blasphemabat,nec sacrilegium committebat verè, & veritate verius Dei vnigenitus erat, ꝙ perfidis Iudæis poterat clarè constare ex figuris veteris testamẽti,quæ omnes in eo verificatæ fuerunt ex tot miraculis,ex eius doctrina verè homini solum non apta.Non minus, & ex gloriosa eius vita omnibus virtutibus corroborata. & denique si aliud nostram veram fidem a pijssimo Iesu institutam non approbaret sola honestas, ac in ea contenta moralitas illam iam reddit approbatam.debebant insuper inuidi Iudæi Iesu Christi diuinitatẽ cognoscere ex morte sua,vbi non naturaliter Sole obscurato dies ad noctis tenebras redactus fuit,mortui quoque multi resurrexerunt,templique velum scissum fuit, vt ostẽderet verum tẽpli reformatorẽ in mũdum venisse, & mortuũ fuisse.Taceam eius mirabilẽ resurrectionem cum hominibus sepulchrum custodientibus, a quo grauissimo lapide cooperto,& sigillato tertio die resurrexit,multaque postmodum miracula fecit, quæ induratis animo ad lumen nostrę verę fidei proficerent.& sic patet quòd in eo,nec fuit blasphemia,neque sacrilegium læsit,immo conseruauit,venitque in mundum,vt nobis sui patris gloriam aperiret.

Nec secundum contra ipsam veritatem iniectum erat crimen.nam humano more loquendo.& si non fuisset seditio,& conspiratio, cum erat ad salutem animarum nostrarum, erat ad rem ita licitam,quod nihil ita licitum inueniri posset, ergo
9 non erat crimen,† cum quælibet coniuratio,& conspiratio ad rem licitã non est punibilis,immò est honesta. in c. sanè. & ibi glo.xvj. q. vij. & Panor. post Hostien. in capitulo exhibita.in ij. colum.de iudi.

Vel secundò, cum indignatione respondeo. Quomodo enim, & qua facie dicebant perfidi Iudæi Regem pacificum, qui vt pacem, & concordiam doceret venerat in mundum, voluisse discordias populum commouendo seminare, facit text. in cap. nisi bella.xxiij.quæst.j. nisi bella ista carnalia figuram spiritualium gererent,nunquam,vt opinor, Iudæi earum historiarum libri discipulis Christi,qui venit pacem docere,&c. subiũgit ibi tex. quomodo enim bellorum eis proficeret descriptio,quibus dicitur a Iesu,pacem meam do vobis,pacem meam relinquo vobis?& in Marco habetur in persona Christi.in c. sit rector.circa med.xliij. distin.talem in vobis,& pacem inter vos habete,nec est perfectò rationi consentaneum dicere,ipsam charitatem,vt est Christus,vt habetur in cap.charitas est aqua. de pęnit.distin. 10 ij.voluisse discordias hortari,cum cõtra seipsum feciſſet. † Nil enim aliud est pax,nisi vinculum charitatis.in c.nouit.de iudi. Et propterea dicimus, quòd ecclesia circa obseruationem pacis se interponit;nam cum sit vinculum charitatis, & sic dilectionis Dei,& proximi,& sic illius spiritualis virtutis, qua saluamur, vt in d.c.charitas.meritò cum tangat animam, ecclesia se interponit,vt in d.c.nouit.quid multis morer?Nonne Christus beatos prædicauit pacificos, vt vnicuique est compertum per euangelia:& habetur in c.noli.xxiij. q.j. & dicit Pan.in proem. Decretal.in verbo,Rex pacificus,quòd cum Rex sit hæres Christi,sicut Christus est pacificus, ita & ipse debet esse,alias non esset eius successor: ĩmò vt dixi.supra in pęmio illius articuli, &
11 Regem se fecit,† quòd Regi pacem non custodienti debet dari curator,tanquam ipse non sit dignus administrare.

Magnæ enim sunt laudes tuæ venerãda pax,cũ nihil aliud est,nisi multitudinis vnitas, bonum in te, & salus populi consistit,omni quippe regno desiderabilis esse debes,in te & populi proficiunt,vtilitasque gentium custoditur, tu quidẽ bonarum artium es decora mater,tu mortalium genus multiplicas,facultates protendis,mores denique extollis.

Et congruit legislatori bono,ac graui pręsidi tibi semper ad
12 hærere, vt quietem possit suam habere prouinciã,† te enim semota,vitę facile perit vtilitas,hæc Old.in consi.xciiij. in vj.col. Et dicit Imperator in titulo de pace tenenda, in vsibus feudor. hæc verba in laudem pacis. Pacem desideratam, & toti terræ necessariam per vniuersas regni partes habendam regia inducimus auctoritate.

Et propterea dicit Bar. ĩ l.ꝯgruit.ff.de offi. prælid. † quòd
13 iudex in causa criminali propter bonum pacis potest cogere partes ad ipsam pacem,licet idem Barto. in leg. furti. in §. quo iussu.per glos.ibi.ff. de his, qui notan. infamia. strictius fuerit locutus.

14 † Ex pace tandem,nil aliud sequitur, nisi bonum, vt probat text.in capitulo quod sicut.circa med.vbi, propter bonum pacis,extra de electi.facit text.in leg. creditor.§. primo ff. manda. qui text. secundum vnum intellectum, potest probare quod facere pacem, est quædam necessitas, & propter hoc ibi non datur actio negociorum gestorum,quæ in gestis voluntatibus solet dari.l.si communes.ff.de neg.gest.habetur in leg.tertia eodem titulo.Bartol.in leg.secunda.§.ex his.ff.de verborum obligatio.Item pro bono pacis aliquid conceditur,quod aliàs non concederetur, text.est ibi, glos. & Panor. in capitulo secundo de desponsa.impube.

Vltimò pro nunc ad vtilitatem pacis facit,nam ex eius contrario,vt est bellum,multa mala sequuntur, vt habetur in text. & ibi glos.in Auc.de armis.in princip.& de hoc hactenus.

Redeo ad materiam Domini nostri Iesu Christi, & pro fortificatione supra dictorum,videlicet quòd ipse nolebat discordias,dico quòd hoc,& pacis exilium venit ex causis,quas homo rectè considerat,uel omnes, vel plures ex eis sunt contra verba eiusq;institutum Domini nostri Iesu Christi, quomodo ergo ipse volebat facere seditionem?

Source : BIU Cujas

15 Prima cauſa eſt, † propter quam pax exbānitur, quia non puniuntur maleficia, vt patet Eccleſiaſtes viij ibi, quia non profertur contra malos ſententia, quæ punitio quòd fit mandato Dei, memini ſupra latè dixiſſe, facit text. in cap. j. de offic. leg. in vj. dicit text. officij noſtri debitum remedijs inuigilat ſubditorum, quia dum eorum excutimus onera, dum ſcandala remouemus, nos in eorum quiete quieſcimus, & fouemur in pace.

Secunda cauſa eſt abundantia temporalium, vt patet Geneſis xiij. ibi facta eſt rixa inter paſtores Abraam, & Loth.

Tertia cauſa eſt, quia non occupamur in pugna cōtra dęmones. v. ad Epheſi. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & Eſaiæ xxviij. percuſſimus fędus cum morte, & cum inferno.

16 † Quarta cauſa eſt, quia non conſideramus damna guerræ, in qua diuitias, animas, & corpora perdimus. Hiere. xlvj. ibi, fortis incidit in fortem.

Quintò, quia non conſideramus dubium euentum belli. Regum xij. ibi, varius eſt euentus belli.

Sextò, & vltimò ferè in hoc omnia ſuprà dicta concludūtur, quia non ſeruamus Dei præcepta. Hieremię iij. ibi, vtinam attendiſſent mandata mea, facit text. in c. reuertimini. xvj. quæſt. j. & propterea cum nolumus ſoluere decimas, mandato Dei veniunt bella, & quòd non accipit Chriſtus rapit fiſcus, in cap. maiores xvj. quæſt. vj. Iſta fuerunt dicta per Archidia. in cap. noli. xxiij. quæſtione j. per gloſſ. in cap. ad apoſtolicæ. de re iudica. in vj. Panormita. in capitulo fin. in ſecunda colum. de reſtitutione ſpoliatorum.

17 Et ſic ex iſtis concluditur, † quòd ſeditio illata cōtra Chriſtum nō erat vera, cum auctor pacis, vt ipſe erat, nolebat diſcordias: immo diſcordia, vt proximè dixi, venit propter non obſeruātiam ſuorum præceptorum. Nec obſtat, ſi contra hoc allegatur illud Lucæ xj. dum dicit, Non veni dare pacem in terram, ſed ſeparationem: quia ad hoc reſpondeo, quòd loquitur de illa pace, quæ in veritate non meretur dici pax, neque concordia, vt eſt vnio malorum. Nam tunc inter iſtos ponere pacem eſt, ſicut inter bonos ponere diſcordiam. pax enim inter malos procuranda non eſt, ſed diuiſio, & diſſenſio, vnde diuus ille Gregor. in moralibus ait. Sicut noxium eſt, ſi vnitas deſit bonis, ſic pernitioſum eſt, ſi non deſit malis: peruerſos nanque vnitas corroborat, dum concordat, & tantomagis incorrigibiles,

18 quantum vnanimes facit. alibi dicit tex. in c. ſæpe. xxviij. q. j. † ꝙ conſortia malorum, ſæpe bonos corrumpunt: ergo quanto magis eos qui ad vitia proni ſunt, deteriores reddunt. Et ideo Paulus dicit ſe Phariſæum, & in Phariſcos, & in Saduceos facta eſt diuiſio, & liberationem vtique conſequutus eſt. Eſaiæ lviij. diſſolue colligationes impietatis, & faſciculos deprimentes. hæc vltima videas per Oldra. in conſi. lxxj. pro quo allego. tex. in l. nullus. C. de malefi. & mathem. vbi dicit tex. ſpernendam eſſe amicitiam malorum, & ibi Saly. & Io. de Ana. in c. j. de ſortileg. Et ex iſtis clarè conſtat, contra Pilatum de iure non potuiſſe Chriſtum ad mortē dānare ex illo capite cōmotionis populi.

Item nec tertium, quod contra Chriſtum fuit allegatum, videlicet quod ipſe conſulebat tributa negari Cæſari, erat aliquo

19 modo verum, † immò ipſe populos hortabatur, vt ea quæ Cæſaris eſſent, Cæſari darentur, vt eſt mihi per euangelia exploratum, & habetur in c. militare. xxiij. q. j. immò, quod plus eſt, licèt non deberet, ipſemet ſoluit tributa, vt alij ſoluēdi præberet exēplum, vt in c. iam nunc. xxviij. q. j. ibi. vnde ipſe dominus prior cum ſe tributum non debere ſoluere demōſtraret, ſoluit tamē vt non ſcandalizaret eos, quibus ad æternam ſalutem morem gerens conſulebat. ad idem textum in c. magnum. xj. q. j. ibi, ſi enim cenſum filius Dei ſoluit, quis tandem tantus eſt, qui non putat eſſe ſoluendum. vnde dicit Bald. in l. fin. C. ſine cenſu, vel reliq. quòd minus ordinarium, vt eſt tributum, non eſt contra ius diuinum, quia Chriſtus permiſit.

20 Propterea præſuppoſito † illo falſo, quòd Chriſtus denegabat tributa dari Cæſari, quid tum poſtea, an propter hoc mori debuiſſet? certè non, immò iſtud iure potuiſſet facere. Nam cum ipſe eſt diſtributor dignitatum, ex eo enim proueniunt poteſtates in terris, vt habetur in c. quæſitum. xxiij. q. iiij. & in Auc. quomodo oporteat epiſcopos. in prin. & in c. ſolitæ. de maiori. & obed. latius per Docto. in c. nouit. de iudic. quid ergo iniquitatis ageret, ſi a Cæſare non modò tributum, ſed omne quidem imperium voluiſſet adimere? nonne quilibet in re ſua eſt moderator, & arbiter? facit tex. in c. precariæ. x. q. ij. & glo. in c. non licet. xj. q. iiij. quare ergo tu proteruè Deum inculas, quòd alijs, & non tibi aliquam dederit gratiam, cum ipſe omnium dominus omnia iura poteſt ad ſui libitum diſtribuere. l. in re mandata. C.

21 manda. † qui autem ſuo iure vtitur, alijs non facit iniuriam, dūmodò illud principaliter non faciat ad alterius ęmulationem. l. fluminum. §. fin. ff. de dam. infec. Nec quartum, & vltimum ad ductum per Iudæos contra Chriſtum erat delictum, dum dicebatur quòd ſe Regem faciebat: nam qui cęlorum Rex erat, & eſt, vt dominus noſter Ieſus Chriſtus, nonne meritò dici poteſt & Rex terræ? omnia enim ſunt ſua, iuxta illud Pſalmiſtæ relatū per Panormi. in c. ij. de cenſi. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, & c. & illud, Domini eſt terra, & plenitudo eius, &c. Præterea nonne Chriſtuſinet negauit Pilato, regnum ſuum eſſe de hoc mundo? & merito, cum celeritas iſtius mūdi talem Regē haud merebatur. quid ergo te mouit iniuſte Pilate, dū morti Chriſti

22 præbuiſti conſenſum? † Cum allegata contra eum non erant delicta, ſolum fuiſti motus timore verborum Iudæorum, dum dixerunt tibi, non eris amicus Cæſaris. quod quantum a iudicibus, maximè ſit abhorrendum, docet tex. in c. quiſquis. xj. q. iij. per hæc verba, Quiſquis metu cuiuſlibet poteſtatis veritatem occultat, Dei iram ſuper ſe prouocat, quia magis timet hominē, quàm Deum. & dicit text. in c. ſit rector. xliij. diſtinc. Sæpe nanque rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes rectè liberè loqui pertimeſcunt, & iuxta veritatis vocem nequaquam gregis cuſtodiam paſtorum ſtudio, ſed mercenariorum vice deſeruiunt.

23 Iſtis addas, † nam etiam ſi bonum, & iuſtitiā ex timore feciſſet, fuiſſet in culpa. vnde dicit text. qui ex timore facit præceptum, aliter quàm debeat facit. Et propterea qui timore pęne ſeruit. & nō amore iuſtitiæ, (loquor de timore ſeruili, vt erat in Pilato,) nō ducitur ſpiritu Dei. Nec vbi talis timor eſt, ibi charitas habitare poteſt, vt habetur in §. ex hoc. xxiij. q. vj. & dicit Bald. in l. fina. ad finem. C. de pœna iudicis, qui malè iudica. quis iuſtè iudicans per metum annullat ſuā ſentētiam, cum voluntas iudicis debeat eſſe libera. l. qualem. cū ſimilib. ff. de arbitr. quando autem ſententia lata per metum valeat, ibi videas, & latius per eundem in l. j. C. de ſentēt. ex pericu. recitan. & in l. fina. in §. j. in vltim. colum. C. communia de lega. Roma. ibi multa allegat in ſuo ſingu. incip. quæro an. in ſecunda char. & vltra eum aliquid per Bald. in l. decernimus. ad finē. C. de ſacroſanc. eccle.

24 Supradictis addas, † nam coactus iurare, etiam illud quod ipſe tenebatur facere, poteſt iuſtè petere relaxari in iuramento, quaſi illud nō debeat obſeruari. ita determinat Io. And. in c. ad noſtram. in no uel. de iureiuran. & Roma. in ſuis ſingu. in xv. char. ſingulari, incip. iurat quis.

Item conſtitutio procuratoris eodem modo facta eſt nulla, text. eſt ſingula. in c. accedens. de procurat. quem ad hoc allegant Docto. in c. quoniam abbas. de reſcrip. & Romanus in ſuis ſingular. char. xxij. ſingulari, incipien. conſtitutio. Et ex iſtis clarè videtur iniquitas Pilati, cum ſolùm timore motus Chriſtum condemnauit, quem non modò non debebat morti condemnare, ſed nec tacere.

25 Nam iudex, qui obmuteſcit, † videtur iuſtitiam denegare. iſte eſt tex. & ibi And. de Iſer. & Bald. in cap. j. in princi. de milite vaſallo, qui contumax eſt. in vſib. feudo. debebat tandem alta voce clamare ipſe Pilatus, tanquam iudex innocentiam Chriſti, & in hoc ipſum adiuuare, & eo maxime videndo perſonam miſerabilem oppreſſam, vt erat Chriſtus, qui erat pauper, & omni adiutorio iſtius mundi expoliatus, quo caſu in tantum prouidet ius in cauſa merè ad iudices laicos pertinente, poteſt iudex eccleſiæ adiri per pauperem ſine aliqua negligentia ſui iudicis, vt voluit Inn. vbi bo. tex. in c. ſignificantibus. de offic. dele. Pan. in c. licet ex ſuſcepto. in prin. in ij. colum. de fo. compe.

26 Et propterea dicimus, † ꝙ ī tali caſu fęmina poteſt ꝓ talibus perſonis poſtulare, in c. fina. de procur. & in c. ſunt autem. iij. q. vj. & l. petitiones. §. licentiam. C. de aduoc. diuer. iudi. & in l. ſeruum quoq; ff. de procur. Nec ēt ipſe Pilatus debebat in tam grauiſſimo delicto, prut erat Chriſtum innocentem morte donare Iudæis aſſentire, etiam ſi omnia mundi mala ei minati fuiſſent,

27 pro hoc facit tex. in c. ita ne. xxxij. q. v. ibi, † Poiius quælibet mala tolerare decernat, quàm malo conſentire. Nec enim occiſores corporis ſunt timendi contra iuſtitiam homines impellentes, & reprehēſibilis ſe oſtendlt, cum Dei amorem poſtpoſuit amori mundi. hæc dicit text. in c. Lotharius. xxxj. quæſt ij. facit text. in cap. ex literis. de diuor. & in c. nolite. xj. quæſtio. iij.

Et per hoc fortè non redditur tuta illa doctri. Doctor. videlicet Cy. Bald. & Saly. in l. prima. C. vnde vi. Bald. in cap. j. §. iniuria. de pace iura. firman. circa finem. Moder. in cap. ſecundo. de homicid. vbi dicunt, quòd qui interfecit aliquem iuſſus ab illo, cui ſi non paruiſſet ab eo ipſe fuiſſet interfectus, quòd talis interficiens non punitur, per gl. ordinariam in l. ſi familia. ff. ſi famil. fur. feciſſe dica. Bald. tamen in di. §. iniuria. iſtud intelligit quantum ad pœnam tenporalem, non autem quantum ad irregularitatem. Et ſic non obſtaret ſupradictis.

Tamen non eſſet ponere os in cęlum, dicere quòd prædicta doctrina non eſt omnino vera.

28 Nam licet non debeat † mori cū nō dolo illud fecerit, alia tñ

pęna

Source : BIU Cujas

pœna puniri debet, per ſupradicta iura generaliter loquentia. Et ſi opponatur de metu. Reſponde quòd ad hoc ut metus operetur ſuum effectum, requiritur quòd ſit immediatus. text. eſt in l. metum. in §. ſed licet. ff. quòd met. cauſ. & facit ibi text. in uerſicul. niſi hanc uim ipſe tibi ſummiſi. Cum ergo quantum ad interfectum non fuit metus immediatus, quia non fuit interfectus per metum ſuum, nec ipſe vim ſummiſit, ergo &c. Hoc tamen penſius alijs relinquo cogitandũ. Et quia proximè memini de irregularitate, ne videar tam vtilem materiam, ac in iſto loco penè neceſſariam conuenientibus oculis pertranſire, fuit mihi conſentaneum aliquid declarare.

29 **Et eſt ſciendum** †qđ irregularitas eſt repulſio executionis diuini officij, ac eius impedimentum. c. fi. de tempo. ordi. per Io. de Ana. in c. fi. de homi. & impedit non modò in ordinibus ſuſceptis, etiam in ſuſcipiendis, vt plenè no. in cle. j. de homi. Et nota, quòd multis modis euenit irregularitas.

30 **Primo enim modo** † ex effectu ſacramenti, vt eſt in bigamo, in c. debitum. de biga. c. Acurtius. xxvj. diſt. & latè habetur in c. ij. eo. ti. de bigamis.

Quædam eſt irregularitas, quæ cauſatur ex defectu ſtatus, vt eſt in ſeruo, vt habetur in c. de ſeruorum. & in c. j. & ferè per totum. 4. diſt. in. immò ſi eſſet ordinatus deponeretur, & domino reſtitueretur, vt eſt tex. in c. 2. de ſeruis non ordinan.

31 † Itẽ de obligatis ad publica ratiocinia, in c. nõ confidat. 50. diſt. & in c. vnico, de oblig. ad ratioci. eſt verũ q̃ in hoc vltimo caſu non eſt ſtricta regularitas, cum non impedit in ordinibus ſuſpectis, nec propriè in ſuſcipiendis, quia valeret ordo, licet ecclesia (vt in dixerim) infamaretur, vt habetur in dicto c. vnico.

Itẽ quædã eſt, quæ cauſatur ex defectu natiuitatis, vt eſt in natis illegitimè, de quo habetur in c. cum in cunctis. de elect. & in c. j. de fil. presby. nec in hoc aliquis diſpenſat, niſi ſolus Papa, & hoc ſolet facere quando macula eſt occulta, & ordinem ſuſcepit propter vtilitatem eccleſiæ, vt habetur in c. niſi cum pridẽ. in §. perſonæ. de renun.

32 **Et ex iſtis clarè patet,** †q̃ ſine peccato põt eẽ irregularis, ꝑ quo facit. Nã clericus, quãdo nõ poteſt aliter ſeruare vitam proximi, licitũ eſt ei occidere aggreſſorẽ ſine peccato, & tñ efficitur irregularis, vt habetur per Doc. in c. 2. de vita & hon cleri. ſicut dicimus in iudice, teſte, aduocato, & notario in cauſa ſanguinis. Nã omnes ſunt irregulares, & tñ non peccant, vt plenè hr̃ in c. j. 51. diſtin. & in c. ſi quis viduam. vbi etiam de bigamo. 50. diſt. & voluit Panor. in d. c. ij.

Item quædã eſt irregularitas ex difformitate corporis proprij, de qua in toto ti. de corpore vitiatis, & hoc quando vitium eſt tale q̃ generaret ſcandalum in ſolenniter celebrando, vt habetur in c. j. eo. titu. & latius lv. diſt. per totum.

33 **Quædam eſt** irregularitas †ex difformitate corporis alieni, & hoc tripliciter contingit, q̃ñ q̃; ex morte per eum illata vel ex mutilatione membri, aut denique ex conſilio ad iſta perpetranda hęc probantur in cle. j. de homi. & in c. periculosè. de pęniten. diſt. j.

Quædã aũt irregularitas eſt, quę cauſatur ex adminiſtratione facta ſuſpenſione durante, quę a ſolo Papa abſoluitur, vt habet̃ in c. j. de re iudi. in vj. & in c. j. de ſenten. excommu. eod. lib. Iſtud intelligas in ſuſpenſione ſtricta, nõ autem in ea, quæ largo modo dicitur, vt habetur per Pano. poſt alios, in c. dilecta. de maio. & obedi. ad fi. qđ etiã intellexit do. An. de But. in c. niſi cũ pridẽ. in §. perſonæ. de renun. in ſuſpenſione ab officio, non autem a beneficio. vt ibi per eum.

34 † Itẽ quędã eſt irregularitas, quæ cauſatur ex cauſatur ex celebratione ſcienter facta in loco interdicto. tex. eſt in c. is, qui. de ſen. excõ. in vj.

Quædã verò eſt irregularitas nõ ita grauis, ſicut ſupradictæ, cum in ea quàm facilè abſoluitur, & eſt illa quæ cõtrahitur ex omni peccato mortali, vt habetur in §. nomine autem criminis. xxv. diſt. & in c. ſicut ex literarum. de homi. Et ꝑterea gl. in c. 41 periculosè. de pęnit. diſt. j. dicit q̃ ſola voluntate homicidij incurritur irregularitas, qđ intelligitur de irregularitate quę cauſatur ex quolibet peccato mortali, quæ facilè, vt dixi, abſoluit̃. Non autem de illa irregularitate magna & indiſpenſabili.

Nam in eam ex ſola homicidij voluntate homo non incideret, vt voluit gl. in c. ſi aliqui. & per iura, de quibus in ea, de homicidio, & ibi Doc. facit tex. in c. ſi quis non iratus. xv. q. j. immò plus tenet Io. And. in c. fi. ne cleri. vel mona. li. vj. & Doct. in c. in archiepiſcopatu. de raptori. & in c. 2. de cleri. pugnan. in duello. qđ etiã effuſione ſanguinis, ſi non eſt membrũ mutilatũ, non incurritur illa maxima irregularitas, niſi fuiſſet animus occidendi cũ effuſione ſanguinis, & ille fuiſſet occiſus, licet ab alio, in c. ſignificaſti. el. 2. de homicid.

35 †Item nota, quòd dicitur irregularitas, quaſi extra regulam aliorũ in ordinibus. ita interpretati ſunt Docto. in c. fi. de homi. Inno. & Anto. de But. in d. c. niſi cum pridem. in d. verſi. perſonę. vbi etiam præfati Doc concludunt, irregularitatem eſſe iuris poſitiui. Nam iure diuino nemo perpetuo irregularis, ſed pro tempore officiebatur, vbi per eos. pro quibus facit tex. in c. is qui. de ſenten. excommu. lib vj. ibi, Cum non ſit expreſſum in iure, & c. vide tamen Panor. in c. clericis. in vlti. col. ne cler. vel mona. vbi in hoc ſtricte loquitur. Et hæc incidenter de irregularitate iſto cum ordine collecta ſufficiant.

Redeo ad materiam propriam & procedo ſic. Nec obſtat ſi dicatur fatendo q̃ Pilatus male fecit interficere Chriſtum, ſed cum finis Chriſti mortis fuerit ſalutifer admodũ, vt ita bonum, ne dicam meliorem, nemo inuenire poſſet. Ergo illud principium mortis per Pilatum perpetratum non eſt malum, vel ſaltem non eſt punibile. † Nam cuius finis bonus eſt, ipſum quoq; 36 bonum eſſe dicitur, vt voluit Panor. in c. ſuper Specu. in fi. ne cleri. mona. pro quo facit tex. in l. multi. ff. de libe. & poſthu. vbi exhæredatio non eſt mala, quando pater fecit illud ad bonũ finem, ergo &c.

Ad hoc reſpondeo, quòd finis Pilati non fuit ille, vt mors Chriſti fuiſſet tantæ vtilitatis.

Et propterea bonus finis, qui ſequutus fuit, non facit principium bonũ. Mala enim voluntas, vt fuit in Pilato, eſt punibilis, licet ex ea bonum ſit ſequutum, cum illud non ſit ſequutum voluntate ſua, vt voluit 37 gl. in c. vulgaris. in verbo, ſegetem. de pœnit. diſtin. j. † Malum inquam ſemper puniendum, licet ex eo ſequeretur bonum. ita Panor. in c. nouit. circa med. viij. col. de iudi. & eſt tex. cum gl. in c. rele gentes. xxiij q v. Facit, nam licet quis caſtrando puerum eũ antiquitus reddebat meliorem, tamen debebat puniri. l. ſi quis ſeruum. §. & ſi puerum. ff. ad legem Aquil. Item ſi quis contra mandatum Principis rem geſſerit & bene, tamen punitur. l. 3. §. qui in bello. ff. de re milita. Nec enim malum eſt cõmittendum propter bonum, ita probat tex. in c. non eſt putanda. j q. j. ibi, q̃a hac intentione mala accipit vt bene diſponet, grauatur potius quàm iuuetur. vnde dicit tex. in c. forte. xiij. q. v. fortè aliquis cogitat, & dicit, multi ſunt Chriſtiani diuites, auari, cupidi, non baheo pecatum ſi ſuum illis abſtulero & pauperibus dedero. vnde enim illi nil boni agunt, mercedem habere potero, ſed huiuſmodi cogitatio a diaboli caliditate ſuggeritur. Nam ſi totum tribuat pauperibus quod abſtulerit, addit potius peccatum quàm minuat, facit text. in c. ſignificauit, de penit. & remiſſ. & in c. no- 38 ſce. xxx. q. j. † Non ſunt enim facienda adulteria ad illũ bonum finem generandi filios, in c. ſicut non ſunt. xxxij. quæſtione 4.

Iſtis addas, nam ſeruare vineas & ſegetes, eſt bonus finis. patet, quia propter talium conſeruationem permittitus clerico vel monacho, vt poſſint eſſe venatores, vt notat Ioan. de Ana. in c. j. colum. penulti. de clerico venatore. quod alias non permitteretur, vt ibi. † Item permittitur 39 die Dominico propter hoc etiam ruſtico laborare. l. 3. de ferijs. ibi, ne occaſione momenti pereat commoditas cęleſti prouiſione conceſſa, & tamen ad huiuſmodi bonum finem non licet vti incantationibus, & illa ſortilega arte damnata, & voluit Saly. in l. nemo. C. de malefi. & mathem. & Io. de Ana. in c. j. de ſortileg. immò plus, q̃ ẽt ſi Pilatus feciſſet actum licitum, non modò homicidim, cum tamen fuiſſet ſine charitate honeſtatis, actus non eſt alicuius conſiderationis, vt etiam eſt in illo qui caperet martyrium pro nomine Chriſti ſine charitate, tamen vt habetur in c. neque. xc. diſtin. & in c. firmiſſimè. in gloſſ. j. xv. quæſt. j. cum ſimi. † facit iſtis, quod dici ſolet, Deum non nomi- 40 num, ſed aduerbiorum eſſe remuneratorem, vt habetur in c. j. de colluſione deteg. per gloſam. Nec conſiderant̃ quæ fiunt, ſed quo animo fiunt, vt habetur in cap. primo in fine. decimaquinta quæſtione ſexta. facit tex. in cap. ſi quid. xiij. quęſtione quinta, & quæſtione ſexta. in cap. fur.

Videre denique quiſpiam ex iſtis poteſt, ſi Pilatus Chriſtum ad mortem ſine cauſa damnauit. quid enim aliud niſi ſua mala voluntate, vel Iudæorum gratia acquirenda ad hoc ipſum incitauit? quod a iudice alienum eſſe debet, cum tali modo etiam 41 iuſtè iudicans fraudem commiſiſſet. † qui enim rectè iudicat & præmium remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat. tales quippe ad veritatem non iuſtitiæ defenſio, ſed amor præmij prouocant. ita tex. in c. qui rectè. xj. quæſtione tertia. immò nec ipſa veritas cauſa placendi hominibus enuncianda foret, per text. in c. primum eſt. circa medium. xxij. quæſtione ſecunda. & in ſimili dicit text. in cap. in ſancta. xcij. diſtin. ibi, vn de fit plerunque vt in ſacro miniſterio, & ſi in geſtis licitis, dum blanda vox quæritur, congrua vita negligatur, &c.

Si autem Pilatus non gratia Iudæorum, ſed ſua peruerſa voluntate redemptorem noſtrum damnauerit, adhuc peius eſt. quid aliud eſt denique voluntas, niſi iuſtitiæ nouerca, vt belliſſimè dicit text. in c. paſtoralis. de rr iud. non enim in actibus noſtris debemus ſequi uoluntatem noſtram, ſed quod iuſtum eſt operari. Cum ergo Pilatus ſolùm ſuam uoluntatem ſequendo ſine cauſa hominem interfecerit, eum homicidam iudico uocandum. pro

Source : BIU Cujas

hoc allego tex. in c. ille. xxiij. q. iiij. vbi dicit, ille malè gladio vtitur, qui nulla superiori ac legitima potestate vel iubente, vel cõcedente in sanguinem alicuius armatur, immò tex. in c. omnis. de pœnit. distin j. omnem iustitiam vocat homicidiũ, licèt large.

Et propter hoc ipse Pilatus debebat dari ad pœnam similem, qua ipse innocentem cõdemna
42 uit.† Iudex namque iniustè aliquem ad mortem sententiando, eadẽ pœna seipsum inuoluit. l. pe. §. fi. ad l. Iul. repe. quẽ text. pro mirabili allegat Ioan. de Ana. in c. accusati. de accusation. contra iudices, qui sine consideratione proferunt sententiam mortis. facit tex. in l. j. ff. ad legẽ Cornel. de sica. in l. iij. C. de episc. & cleri. ibi, homicida quod fecit expectet. immo plus uidetur mihi Pilatum commisisse illud delictum grauissimum paricidij, cum interfecerit patrem suum & omnium vniuersalem, vt est Christus, qui ex parte patris est perfectus Deus & nobis vniuersalis patet, in c. qui abstulerit. xij. q. ij. ibi, pater noster. sine dubio Deus est qui nos creauit, pro quo facit ꝙ voluit gl. not. in c. de virginibus. xxvij. q. j. quæ propter istam causam, quia Deus
43 est pater noster,† intulit eum committere incestum, qui haberet rem cum moniali, quasi cũ coniuge Dei patris sui, pœna autẽ interficientis patrẽ nullos latet grauissimam debere imponi, & a iure est imposita, vt insutus culeo cum cane, gallo gallinacio, vipera, & simia. & inter eas feriales angustias comprehensus, secundũ ꝙ religionis qualitas tulerit in vicinum mare vel flumẽ proijciatur, vt omni alimentorum vsu carere viuus incipiat, eique superstiti cœlũ mortuoque terra auferatur. Ita tex. in § alia deinde lex. Insti. de publi. iudi. & in l. pœna. ff. ad Pompe. de parici. & per Doc. in c. j. de his, qui fil. occide. Et hæc quidem pœna longè fortius haberet locum in interficiente patrem spiritualẽ, vt fecit Pilatus, vt pulchrè voluit gl. in § sed hęc quatuor. in verbo, parentem. de pœnit. dist. i. Ergo Pilatus licitè, ſm qđ est mihi cõpertũ, & nõ iniuria, clausus in vna arca in Rhodanũ fuit proiectus, quem locum ego ipse volui videre, dum per Dalphinatum equitarem, qui est prope ciuitatẽ Viẽnensem, cuius patrię dicitur fuisse Pilatus, eiusque domus mihi fuerunt demõstrata vestigia. laudabilis verè fuit illa sententia & diuina quadã prouidentia promulgata. Dixerunt adhuc mihi colentes illam patriam, corpus Pilati, nunc non esse in Rhodanũ, sed eũ tenere lacus quidã in monte positus, qui mõs ex eius corpore sumpsit nomen, vocaturque mons Pilati, & est ex latere Rhodani regni Francię, fumatque quotidie lacus ille. fuit mihi dictũ ꝙ si lapis ibi proijceretur, nõ cũ interuallo, in illo loco haberetur pluuia, extractũque fuit eius corpus a flumine Rhodani propter nauium submersionẽ; submergebantur. n. tot tãtęque naues, quot per illas partes transibant, & hoc ex diabolorũ furore corpus illud custodientem euenire dicebant.

Habeas memoriæ Pilate, ꝙ corpus Christi hominibus custodiendum iussisti, ne a discipulis suis furtim acciperetur: tu autẽ in diabolica custodia posita fuisti, ne corpus tuum nõ modò anima ad quie
44 tem raperetur.† modus autem, quo extractũ fuit dictũ corpus Pilati, diuina inspiratione fuit inuẽtus a quodã Archiepiscopo Viẽnensi, qui communi fama sanctus reputabatur, qđ per duos siluestres bones, nec aliquo homine ducente ad prædictum lacũ fuit adductũ adhuc in aqua, vt miraculosè ostẽderetur tanq̃ ex paricidio ei terrã meritò auferri debere, nec aliquo modo boues illi verberibus expulsi a dicto loco volebãt recedere, & ad maiorẽ demonstrationẽ grauitatis tui delicti, inique Pilate, fuit vt illi duo boues tãm ex peccatis grauabãt reliquiæ corporis tui, qđ vix te poterant portare: immo vnus eorum cadendo in illo lapideo monte fixit genu suum admodum in lapide, qđ adhuc restat foramẽ ferè per vnũ palmũ, curruque vbi dictum corpus positum erat, ita pondere grauatus vehebatur, qđ in dicto mõte in durissimo lapide ad modum rotarum relinquebat vestigia, qđ adhuc tpe nostro facilè videntur. Et ex istis miraculis, nullo alio modo tuam iniquitatem probarẽ, sceleste Pilate, satis eam iudico probatam.

Et si dicatur pro Pilato, ꝙ ipse interfecit illum, qui vt interficeretur venit in mundum, quid ergo mali fecit, cum re ad vsum destinatũ vsus fuit arg. eorũ, quæ habentur in l. Sabinus. ff. cõmuni diui. vtẽdum est enim aliquo ad eum vsum, ad quem fuit institutum. c. ad nostram. & ibi not. de appel. vnde dicit tex. in c. is autem. xxij. q. ij. is autem, q mentitur cõtra id, qđ animo sentit, loquitur volũtate fallendi:
45 † nõ vtiq; verba propterea instituta sunt, vt per ea seinuicẽ homines fallant, sed vt eis quisq; in alterius notitiam cogitationes proferat. verbis ergo vti ad fallaciam, nõ quo sunt instituta, peccatum est. ergo a contrario sensu vtẽdo re, ad qđ est facta, nõ est peccatum: sed Pilatus ita vsus fuit Christo, ergo &c. Istis facit qđ dicit sanctus Augu. in c. quid culpatur. xxiij. q. j. quid culpatur in bello, an quia moriuntur morituri, vt dominẽtur in pace victuri. hoc reprehendisse timidorum, & non religiosorum est.

Ergo cum factum Pilati in mortem Christi causauit alios viuere in pace, cum mors Christi nobis æternæ pacis portam aperuit. Ergo factum Pilati non est religiosorum reprehendere. alibi dicit tex. in c. qui diuina. xiij. q. vlt. qui diuina vocatione ab hac vita decedunt cum psalmis tantummodo & psallentium vocibus debent ad sepulchrum deferri, &c. Quid erat ergo amplius quęrendum de morte Christi, an Pilatus malè fecerit, vel nõ, cũ illud diuina vocatione præcedebat.

Istis addo tex. in l. si alius. i. §. est & alia. ff. qđ vi aut clã. ibi, quoniam nullã iniuriam aut damnum dare videtur æquè perituris ędibus. & text. in l. nauis onustæ. §. si nauis. ibi, eorum. enim merces non possunt, &c. ff. ad leg. Rhod. de iactu.

46 † Nec interitus alicuius rei imputatur alicui, quando illa res omnino sine eo fuisset peritura, sed Christus omnino mori debebat etiam absque Pilato, ergo talis interitus non debet Pilato imputari. maiorem probo per tex. in simili, in l. si plures. in §. fi. ff. de posi. ibi, quia æquum est interitum ad actorem pertinere vtrique, cum interitura esset res, & si actori foret restituta ad talem tex. in l. item si verberatum. ff. de rei vend. & in l. si pecuniã. §. fi. ff de condi. ob. cau. ibi, decedere enim et si non accepisset vt manumitteret.

Ad hæc omnia respondeo, ꝙ procedunt, quãdo illa mors in re omnino moritura fuit sine delicto alicuius, vt est in casibus supradictis, qui loquuntur in morte naturali, vbi non est delictũ, nec c. quid culpatur. præalleg. nobis obstat. Nam licet loquatur in morte violenta, loquitur tamen in illa, in qua non cadit delictum, vt est
47 in bello iusto, de quo loquitur ille tex. videlicet † ꝙ quando bellum est iustum, non debemus mortem reprehendere, sed qñ esset in morte alicuius dolus, vt fuit in Pilato, & delictum quod supra probaui, non consideratur an res esset eodem modo peritura vel ne, qđ patet in illo qui hominem ad mortem omnino vulneratum interfecerit. tenetur namque de homicidio, vt est tex. in l. ita vulneratus. in prin. ff. ad leg. Aquil. facit qđ dicit Bal.
48 post alios, in l. addictos. ante fi. C. de epis. audi† ꝙ si aliquis occiderit illum, qui ducebat ad mortẽ, debet puniri pœna mortis, ẽt si officiales extra locũ & ordinẽ datũ istud fecissent. Idẽ voluit Roma. in suis sing. in pen. col. singulari incip. Bal &c. per tex. in l. fi. C. de malefic. & mathemati. Adde qđ voluit Bal. in l. fideicõmissa. §. si quis. de lega iij. qđ voluit Bar. in l. iij. § fi. ff. ad leg. Corne. de sica. & pro illa. l. fi. facit qđ dicit Bar. in l. j. §. accusationem. ad fi. in duabus quæstionibus. ff. ad Turpil. ꝙ imponere pœnã & cognoscere ptinet ad iudicem ẽt in notorijs culpis. vbi Alex. de Imo. in apostil. alle. multa cõcordãtia. facit qđ dicã infra in proxima carta contra Pilatum committendo Christum sententiandum per Iudæos.

Supradictis adde, Nam qui fuit in delicto alicuius rei, & illa res perierit, ẽt sine facto delinquentis tenetur de interitu rei, vt est in fure & prædone, per tex. in l. pen. in fi. ff. de vi, & vi ar. ibi, subtractis tãm mortalitate seruis aut pecoribus alijsve rebus intercedentibus tuum tñ onus in eis restituendis esse, ga ex ipsos delicti tẽpore plusquã frustrator constitutus est, & latius hoc cõcludit gl. in d. l. itẽ si verberatũ. in §. fi. in gl. magna. & in l. qđ te. ff. si cer. peta. ad idẽ est tex. in l. j. C. qđ met. cau. dicit ibi tex. persequutionẽ eorum, quę vi vel furto ablata sunt ẽt si postea interciderit, integra esse iura responsum est.

Istis facit quod dicit tex. in l. dum res. in fin. ff. de lega. j. quod multa potuissent accidere, ne res periret.

Nec etiam obstat, qđ dicebatur de morte veniente ex iudicio Dei, quia dicta iura loquuntur, quantum ad hoc ne debeamus mortem plorare, cum sit res naturalis, & per eã vt ita dixerim soluimus debitum iam natiuitate contractum, non tamen loquuntur dicta iura quod mors per aliquem violenter illata non sit per iu-
49 dices vindicanda, vt delicta minuantur. † videmus namque ꝙ quælibet mors etiam violenta Dei iudicio accidere dicitur, vt est gloss. Insti. de capi. dimi. in princ. & eam sequitur Bald. in tit. de pace Constan. in iij. car. colum. iiij. ibi. diuina vocatione. & tamen non malè faciunt propter hoc iudices homicidium punire, immo Deo dicuntur placere, vt latius dixi supra per text. in c. si quos. xxiij. quæst. iiij. cum multis simi.

Item nec obstat, si in fauorem Pilati dicatur quòd ipse quicquid fecit, quia populus clamabat & quasi per vim Christi mortem postulabat, cui Pilatus non potuit resistere, immo accepta aqua, vt per euangelia constat, lauit manus, quod satis est ad eum excusandum, cum ita se excusauerit Apostolus, vt habetur in c. Ephesijs. xliiij. dist. dicit text. Ephesijs Paulus dicit, mundæ sunt manus meæ a sanguine omnium vestrum. non enim subterfugi quominus Dei omne consilium vobis annunciarẽ, &c. modò cum Pilatus fecerit, non enim cessauit Iudæis dicere Christum non debere mori, ac in hoc manus suas mundauit, ergo sanguinis Christi effusio non deberet sibi quoquo modo imputari.

Ad ista respondeo, quòd hæ excusationes non iuuant Pilatum.

Primum

Source : BIU Cujas

50 Primum enim dictum† ꝙ populus inſtabat, non eſt alicuius effectus, cum populus ſit docendus & non ſequendus. immo plus quòd Pilatus admonitionibus populum nō poterat corrigere, ne Chriſti mortem calumnioſè quereret, debebat ſecūdū ſuam poteſtatē caſtigare, vnde tex. in c. docendus. lxij. diſt. pulchrè dicit, docendus eſt & non ſequendus populus. Nos quoque, ſi neſciunt, eos, qd liceat, quidve non mouere, & non conſenſum prębere debemus, &c. poſtmodum ſubiungit tex. quæ enim ſola admonitionis auctoritate non corrigimus, neceſſe eſt vt per ſeueritatem congruentem regulis vindicemus. Alibi valde aptè dicit text. in c. miramur. lxj. diſt. miramur tantum apud vos propter occaſionem temporis impacati, aut ambientium præſumptionem, aut tumultum popularem valuiſſe, vt indignus quibuſlibet, & longè extra ſacerdotale meritum conſtitutis paſtorale faſtigium & eccleſiæ gubernatio crederetur. non enim eſt hoc cōſulere populo, ſed nocere, nec præſtare regimen, ſed augere diſcrimen, ſubiungendo, integritas autem præſidētium, ſalus ſubditorum eſſe dicitur.

Modò ſic ad propoſitū noſtrum, quantomagis deberet eſſe miratione dignum, ſi popularem tumultum operatur, vt iudex indigne ad mortem aliquem condemnaret, aut condemnari pateretur. pro hoc facit, qđ probat tex. in l. decurionum. C. de pęn. vbi clarè conſtat circa voces populi ſapientis etiam ſimulare ſurditatem, per hæc verba decurionum filij non debēt beſtijs ſubijci, cumque populo exclamatum eſt, Iterum dixerunt, ſupple Imperatores, †
51 næ voces populi non ſunt audiendæ, nec enim vocibus eorum credi oportet, quoniam aut noxium crimine abſolui, aut innocentem condemnari deſiderauerit, & ibi gl. no. illum tex. in terminis contra Pilatum. Adde tex. in l. ſi priuatus. ibi exclamatione populi, & c. ff. qui & a quib. manu. libe. non fiunt. & in l. ſi cōſtat. ff. de appellat. ſolet autem ſæpe populus clamoribus, aut gratia pretiove excitatus moueri. ita dicit text. in capitulo ſi ergo. in prin. viij. q. j. immo plus, ꝙ iudex non modò clamoribus populi aliquem mortali ſententia non debet damnare, ſed nec etiam liberare, ſi inſignis quoque perſona fuerit, quæ poſſit populo ſe exhibere neceſſariam, ſed reſcribere debet ad Principem, ita notanter dicit tex. in l. ad beſtias. ff de pęn.

Quid poſt fecit ille Pilatus, ꝙ non ſolum ſequendo clamores populi, vt facere debebat haud Chriſtum innocentem excuſauit, immo contra omnia iura Iudæis ad pœnam tradidit, & ſic priuatis perſonis, vt ad eorum arbitrium Chriſtum punirent, & tamen non debet pœna inferri, niſi a iudice, in §. in hoc. xxxiij. q. ij. & voluit glo. in c. porro. de diuor. facit tex. in l. nulli. C. de iudi. & Panor. in c. cum ſit generale. in 3. col. de foro cōpe. vbi etiam dicit, ꝙ requirīr cauſæ cognitio, per tex. in c. nemo. ij. q. j. de vtroque bonus tex. in c. j. de ſenten. excom. lib. vj. aliquid tetigi. ſ. in proxima car.

52 Nec debeat ipſe Pilatus accuſatoribus officium iudicandi dare, dum dixit, † Accipite eū vos, & ſecundum legem veſtram iudicate eum, fecit enim contra ius, vt patet per tex. in c. multi. circa prin. ij. q. i. & contra tit. C. vt nemo ius ſibi dicat. immò fortius, ꝙ aduocato non licet iudicare in cauſa, in qua fuit aduocatus. l. fi. in fi. C. de offi. aſſeſ. vt habetur in l. quiſquis. C. de poſtulan. & voluit gloſ. in l. prætor. & ibi Docto. ff. de iuriſdi. om. iudi.

Iſtis facit, quod dicit Bart. poſt multa iura, in ſua quæſtione incipiente, iudex maleficiorum. circa principium. vbi dicit, qđ hoc repugnaret, aliquem eſſe iudicem & partem.

Nec valeret excuſando Pilatum, dicere ꝙ cauſam ipſis Iudęis delegauit, & ſic pœna fuit a iudice impoſita ſaltem delega-
53 to, quia ad hoc reſpondeo, † ꝙ cum cauſa Chriſti erat de vita hominis, & ſic meri imperij. ff. de iuriſ. omni. iudi. l. imperium. non potuit de iure ciuili iſtud facere. l. j. in prin. ff. de offi. eius, cui manda. eſt iuriſdi.

Præterea & ſi fuiſſet ſimplicis iuriſdictionis, adhuc nō debebat Pilatus eam ſuſpectis delegare, vt erant Iudæi, cum cordi nobis eſt lites ſine ſuſpectione procedere. l. apertiſſimi. C. de iud. facit tex. in ratione ſui, in c. quod ſuſpecti. iij. q. v. ibi, nam quid grauius & amabilius inimico dare quis poteſt, quàm ſi ei ad puniendum commiſerit, quem lædere fortè voluerit.

Iſtis adde tex. in c. cum inter. de excep. ibi, cum ſit periculosū coram ſuſpecto iudice litigare. nec ſuſpectis iudicibus cauſam ſedes apoſtolica de certa ſcientia committit. & ibi gl. notanter
54 probat, † ꝙ ſententiia lata a ſuſpectis, cognita ſuſpitione, etiā poſtea retractabitur, quam gl. cum ſuis concor. refert & ſequit Panor. in c. ſi quis contra. in fi. v. col. de foro compe. Et hæc ſuffi ciant, quantum ad illud de clamore populi.

Nec etiam valet illud, ꝙ dicebatur, populū Pilato feciſſe metum, cum hoc non ſit verum, nec veriſimile, vt homini in dignitate conſtituto, & præcipuè tāto magiſtratui, vt Pilatus erat; & pro tanta republica, vt fuit Romana; & in tanta vrbe, vt erat Hieruſalem, fuiſſet illatus me-
55 tus, arg. tex. in l. non eſt veriſimile. ff. qđ met. cauſ. † vnde propter hoc aliàs dicimus, grauius eſſe delictum in ciuitate perpetratum, quàm rure cōmiſſum, quaſi in ciuitate ſit contra maiorem præſumptionem iuris, & ex grauiori cōtemptu. ita voluit Bald. per tex. & ibi glo. in l. cum ancillis. C. de inceſt. nup.

Nec quoque lauare manus priuat Pilatū grauiſſima culpa, in qua fuit circa mortem Chriſti. Licēt. n. hoc Paulum excuſauerit, iſtud fuit, quia fecit qđ in ſe erat, vt ipſemet ibidē atteſtatur. Non. n. Paulus poterat aliud facere, quā verbū Dei enunciare, ꝓut fecit, ſed Pilatus nō fecit, qđ debuit. Nā cū erat magiſtratus, debebat nō ſolùm ſe a malo abſtinere, ſed ēt ne mala fierent totis viribus prohibere, vt probat tex. in d. c. docendus. & in c. nō ſatis. lxxxvj. diſt. dicit non ſatis eſt bene velle, niſi iſtud etiam bene facere, & gl. in §. iuris præcepta. per illum tex. Inſti. de iuſti. & iure. dicit ꝙ non
56 ſufficit abſtinere a malo, niſi fiat quod bonum eſt. † Congruebat enim Pilato tanquam bono & graui pręſidi, vt pacata quieta ve prouincia fuiſſet, quam regebat, qđ non difficile obtinuiſſet, ſi ſolicitè egiſſet, vt malis hominibus prouincia caruiſſet, coſq; conquiſiuiſſet. arg. tex. in l. congruit. ff. de offi. præſi. Nec. enim ſolum Pilatus debebat prohibere, ſed etiā Iudęos punire, pro hoc tex. in c. exigit. de cenſi. in vj. bel liſſimè dicit, Exigit puerſorum audacia, vt non ſumus ſola delicti prohibitione cōtenti, ſed etiam pœnam delinquentibus imponamus. facit vltra prædicta, nota. tex. in c. Regum. xxiij. q. v. dum dicit, Regum.
57 i. temporalium officialium, † eſt officium proprium facere iudicium atque iuſtitiam, & de manu calumniantium vi oppreſſos liberare, peregrinisve pupillis ac viduis, qui facilius opprimuntur a potentibus, præbere auxilium. & cætera ſubiungit, nolite contriſtari, vt non ſolum eripiatis, ſed ne patiamini quidem, vt veſtra conuenientia eueniat eos ab illis contriſtari. facit tex. in c. fina. xxiij. q. iij.

Et ſic patet ꝙ Pilatus debebat Chriſtū Dominum noſtrum a manibus Iudęorum calumniantium liberare, nec permittere eum Iudæis ad mortem tradere. & pro hac concluſione vltra predicta facit. Nā nō modò iudici licet propulſare iniuriā faciendā alteri, vt erat illa, quæ fiebat Chriſto, ſed etiā priuatę perſonę, & qđ plus etiā clerico, licet vſque ad homicidiū incluſiuè, ſi aliter mortem proximi nō poſſit euitari. hæc eſt communis ſententia cano. in c. ij. de vita & hone. cleri. per tex. generaliter loquentem in c. delicto. de ſenten. excom. lib. vj. ibi, & quidem cum liceat vnicuique ſuo vicino vel proximo pro repellenda ipſius iniuria ſuum imparti auxilium, immò ſi pōt & negligit videtur iniuriantem fouere ac eſſe particeps eiuſdem culpę. ad idem tex. in c. Maximianus. & in c. qui poteſt. xxiij. q. iij.

Stat ergo ex ſupradictis corroborata cōcluſio, Pilatum in cā Chriſti iniquius ſe habuiſſe, & non ſolùm quantum ad Deum, ſed etiam quantum ad gladium temporalem dignus erat grauiſſimo ſupplicio puniri.

58 Et hæc omnia ſunt notanda contra † iudices noſtri temporis, qui ſicut Pilatus fecit, & ſemel, illud ipſi quotidie faciunt, qui magis propria volū-tate, & odio, vel amicitię gratia, aut cōſanguinitatis affectione, & vt deteriora taceam, pecuniarū cupiditate corrupti, iuſtitiā, vt ita dixerim, contaminatam reddunt, quam recte rationis libramine reuocati iudicant. vnde tex. in c. j. de re iudi. libr. vj. grauiter dixerit.

Caueant iudices & prudenter attendāt, vt in cauſarum proceſſibus nihil vendicet odium, vel fauor vſurpet, timor, exultet præmiū vel præmij expectatio iuſtitiam ne euertat, ſed ſtateram geſtant in manibus, & lances æquo libramine appendant. ſubiungit, & in omnibus quæ in cauſis agenda ſunt, præſertim in concipiēdis ſententijs, & ferendis, præ oculis habeāt ſolum Deum, &c. Nō enim voluntate nr̄a debemus iudicare, immò ſi hoc facimus nos dignos tali poteſtate degimus, ꝓ hoc tex in c. ipſe. xj. q. iij. Ipſe. n. dicit tex. ligandi & ſoluendi poteſtate ſe priuat, qui eam pro ſuis voluptatibus, & non ſubditorū moribus exercet. & in c. ſeq. ibidem pulchrè dicit. Iudicare dignè de ſubditis nequeūt in ſubditorum cauſa ſua, vel odia, vel gratia ſequentes. & nota, ꝙ dicunt Doct. in c. conſuluit. de uſur. ꝙ iudex dicitur uędere iuſtitiam, licet nihil habeat, dumtamen ſperat principaliter ſibi alium pro hoc fore obligatum. de quo eſt bonus tex. in c. qui rectè. xj. q. iij. ſicut in ſimili dicimus ꝙ tali modo dati ordines, ut falſi reprobantur, per text. in c. ordines. j. q. j. unde dicūt Doc. in c. tuam. de ęta. & quali. & Io. de Ana in c. conſuluit. & in c. cū eſſemus. in fi. de ſimo. & Ang. in l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de
59 peti. hęre. † ꝙ licet poſſumus effundere preces, ut quis promoueatur ad beneficium, iſtud tamen nō eſt uerum quādo effundimus preces, ut nos ab aliqua antidorali liberemus obligatione, uel ut alios ſic nobis obligaremus. Et hęc incidenter dicta ſufficiant pro corroboratione ſupradictorum.

Source : BIU Cujas

Redeo ad malos iudices, quibus trado text. legendumin cap.omnis.xlv.distinct. ibi, timeant quidem iudices aliquem iudicio impenso iudicare, sed oculis suis Dei iustitiam præponat,& tremens & timens in omni negocio formidet ne de tramite iustitiæ deuians,cadat,vnde non iustificetur,sed cõdemnetur, &c. Ita etiam iudex tu debes iudicare magnũ sicut paruum,nec apud te sit acceptio personarũ,in c. nouit. de iudi.

De pecunijs autem non loquor,

60 † cum iudices nostri temporis solum causas ex eis tractare volunt, earumque cupiditate longe magis quam ex alijs mouentur causis,& propter hoc tex. in c.pauper.xj.q.iij.ait, pauper dũ non habet qđ offerat in indicio,non modo audiri contemnit, sed etiam contra veritatem opprimitur.subiungit, cum violat auro iustitia,nullam reus pertimescit culpam, quam nũmis redimere existimat. Videas tu, male iudex, quid agis mali, dum
61 inique profers sententias propter pecunias, † cum etiam tibi iustum iudicium vendere non licèt,vt est tex.in c.non licèt.eadem cau.& q. & non immeritò omni virtute ornati ac moralitatis luminaria legumlatores in huiusmodi iudices maximis pœnis animaduerterunt huic quoque crimini repetundarum, nomen imposuerunt,vt patet in l.j & penul. ad fi. ff ad leg.Iul. repetun.Item caueat iudex,ne cũ alios iudicat, in seipsum proferat sententiam,& propterea iudicet ille, qui ad pronunciandum nullo odio nullave offensione, ac denique nulla leuitate ducatur.hæc text.in c.iudicet.iij.q.vij. subiungendo bonum iudex nihil ex arbitrio suo facit,& proposito, domesticæ voluntatis,sed iuxta leges & iura enunciat, statutis iuris obtemperat, non indulget propriè voluntati.nilque ex domo parentum ac meditatum defert,sed sicut audit,ita iudicat,sicut sc habent oĩa decernit, obsequitur legibus non aduersatur, examinat causæ merita & non mutat. discite iudices seculi in iudicando cordis magis custodiam veritatis, quam voluntatis obedientiam adhibere.vnde tex.in c.multis.ante fi.j. q.j. hoc cõfirmat,dum ibi dicit, noluit hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspectionis,vel etiam extraordinario vsurpato iudicio, sed ex lege Dei secundum ordinem ecclesiæ.

62 † Debet enim iudex considerare in omni negocio, quid liceat secundum æquitatem, quid deceat secundum honestatẽ, & quid secundum vtilitatem expediat, vt dicit text. in c. magnæ.de voto.Et in fine omnibus istis consideratis debet moderatè iudex absoluere vel condemnare,nec in reos excandescere crudeliter calamando.debet etiam corde plorare in condẽnatione,vultu autem talem animi motum non ostendere. vnde tex.in l.obseruandum.ff.de offi præsi. Aptè facit in materia ibi,sed in cognoscendo neque excãdescere aduersus eos,quos malos putat, nec precibus calamitosorũ illachrimari oportet. Id enim non est ꝓstantis & recti iudicis,cuius animi motũ vultus detegit.subiũgit postea & summatim.ita ius reddi oportet vt suo ex ingenio dignitatis artem augeat.Alibi tex.in c.est iniusta.xxiiij.q.iij.dicit, iudicem nõ debere mouere preces filiorum,nec lachrimæ coniugis delinquentis.

Et nota tu iudex, qui malè administras,

63 † iustitiam,ꝙ hoc tibi euenit ex defectu fidei. sana fides vbi nõ est,ibi nõ potest esse iustitia,& vbi etiam charitas deficit,ibi iustitia moritur.dilectio enim proximi malum, vt est in iustitia, non operatur.hæc dicit tex.in c.vbi xxiiij.q.j. vnde non iniuria tex.in l.si seculi.& ij. q.ij. dicit, summum bonum in rebus esse iustitiam colere,ac sua cuique iura seruare,& in subiectos non
64 qđ potestatis est fieri, sed quod æquum est custodire. † Alibi Imperator aperta fronte dicit vnam omnium perfectissimam virtutem arbitrandam esse ab hominibus, quæ iura omnibus distribuit,est hæc ex causa cognominata iustitia;etenim vnam quamque aliarum omnium virtutum,nisi huius lumen subsequatur ex eis,quæ competunt,fiet nihil.itaque nec fortitudinẽ in qua non est iustitia laudabimus. hæc habentur per text.in Auc.vt omnes obed.iudi.prouin.in prin.vnde fons ille Romanæ eloquentiæ Cicero, iustitiam humanæ societatis vitæque communitatis conseruatricem laudauit. Et propter hoc inuenimus iustitiam populos ad inopiam contulisse, vt ad nouissimam vtique penuriam venire fluctuarentur.ita tex. in Auc.vt iudices sine quoquo suffrag.in prin.

Causas autẽ,quare hodie in mũdo suffocat iustitia,Cipria.in lib.de xij. abusionibus enarrat, videlicet sapiẽs sine opibus,senex sine religione,adolescẽs sine obediẽtia,diues sine elemosina,fœmina sine pudicitia,dominus sine virtute,christianus contentiosus,pauper superbus,Rex iniquus, Episcopus negligens, plebs sine disciplina, populus sine lege. & hæc refert glo. in c.j. in §.quia verò.de statu mona.in vj.

Ego autem in vnum claudẽdo,

65 dico peccata nostra illa esse, quę reddũt exulẽ iustitiã. † Non enim peccatorũ domus põt esse habitaculũ iustitię ꝓ hoc text. in c.nõ est.ij.q.vij. dicit, nõ est a plebe aut aut a vulgaribus hominibus arguendus vel accusandus prelatus,licet sit inordinatus,quia pro merito subditorũ adeo disponitur victa rectorũ, & ĩc.audacter.vij.q.j.ibi,nõ semper Princeps populo,vel iudex ecclesię per Dei arbitriũ dat, sed ꝓut merita nostra deposcũt, si mali sunt actus nr̃i, operant maligna in cõspectu Dei, nobis vtiq; dãtur Principes ꝓm cor nostrũ.alibi tex.vi.q.in c. ex merito.dicit,ex merito plebis nõnũquã rectores deprauantur,quatenus ꝓcliuius cadãt.capite.n.lãgueſcente cætera corporis mẽbra inficiãtur qũo.n. vbi nõ sunt virtutis, ibi possit regnare iustitia,cũ vbi solũmodo deficit vna virtus,deficiũt oẽs,arg.text. in c.cõsideret.de pœni.dist.v.& voluit.glo. in c.citius.eo.tit. dist. ij.in verbo amittere.

66 † Nec tñ ꝓꝓ hoc excusatur malus iudex, qđ dat ꝓpter peccata populi.immò sicut iudicat iudicabitur aliũde,per tex.in l.rẽ nõ nouã.C.de iudi. vbi scituri iudices qđ nõ magis alios iudicãt q̃ ipsi iudicabunt, cũ & ipsis magis q̃ partibus iudicium terribile est.& si quidem litigatores sub hoĩbus,ipsi verò de inspectore adhibito causas proferant trutinãdas.& tex.in c.ex eo. de pœni. & remis.timende dixerit.Stabimus autem ante tribunal Christi recepturi, ꝓut in corpore gessimus.subiũgit, qui parce metet

67 † Nec te excusabit,inique iudex,tua vitiosa ignorãtia,cũ turpe sit ignorare ea,in qbus homo versat,ꝓ que verba fuit reprehẽsus Seruius Sulpitius a Quinto Mutio,vt hr̃ in l.ij. ff.de origiiur.in vij.col illius legis.facit tex.in c.cũ sis.de cõuer.cõiug.& in l.ij.ff.qđ cuiusq; iuris.vbi bona gl.alibi in Tusculanorũ libro ad ꝓpositũ nostrũ dicit Cicero hæc verba,qđ vr̃ mihi esse turpissimũ, vt enim si grãmaticũ se qspiã ꝓfessus barbarè loquat, aut si absurdè canat q se velit haberi musicum, hoc turpior sit qđ in eoipso peccet,cuius profiteatur scientia.

Addas supradictis tex.in c.cauete.xxij. q. v.vbi mẽdaciũ est, ep̃m,sacerdotẽ,vel clericũ se ꝓfiteri, & huic ordini ꝟria opari, facit qđ no.Doc.post Inn.in c.tua nos. de homici. ꝙ medicus,q asserit se peritũ,qñ accepit officiũ, si omittat aliqđ necessariũ,
68 & infirmus ꝓ hoc moriat,efficit irregularis & peccat.† Nec auderet allegare ignorãtiã,cum proponeret turpitudine suã, qđ nõ licet ad suã excusationẽ,vt hr̃ in l.transactione C.de trãsac. ꝓ eis facit tex in l.Iulianus.§.qđ aũt.ff.de actio.emp.ibi, nõ debuit facilis esse ad temerariam indignationem.

De cuius.§.intellectu videas ꝓ Bal.in l.ij.C.de rescin .ven.im mò strictius dicit Do.An.de.Bu.& Io.de Ana.in d.c.tua nos.qđ licet Doctor fecerit oẽm diligentiã, nõ ꝓꝓ hoc excusat in damno,qđ sequit ꝓꝓ ignorãtiã,vt ibi ꝓ eos facit qđ no. gl.inl. ꝓfessio.C.de mu.patrimo. li. x. quę dicit † qđ nõ cõcedit Doctori,
69 licèt sit minor xxv.annorũ, restitutio in integrũ, qa nõ dẽt allegare suã facilitatẽ.& eã pro nobilitati sequtur Nico.de Neapo. in l.sed reprobari.ff.de excusa.tuto.Bal.q alios refert in l. j. C.q & aduer.quos Ange.in l.j.§.pueritiã.ff.de postul.vbi adhuc dixerit,ꝙ Doctor qui allegat se in iure esse deceptum, allegat se in iure non esse Doctorem,sed iuris dolorem.

Istis addo, qđ dixerit,gl. in c.de multa, in verbo, lr̃as. de præben. vbi dicit, ꝙ si vis appellari philosophus facere contra philosophiam de quo est bonus tex.in d.l.,ꝓfessio. vbi dicit, professio & desiderium tuum inter te discrepãt.Nam cum te philosophum esse proponas,vinceris auaritia & rapacitate. quomodo ergo te excusabit ignorantia, cũ text.in l.j.ff.de vari.& extraor. cogni. dixerit, iudicem ratione ignorantiæ facere litem suam.

Vltimò,vt te relinquam scelerate iudex tanq̃ nõ dignũ ampliori memoria,noto vnũ, † ꝙ licet iudex nõ malè iudicaret,si
70 tñ est negligens administrare iustitiam,facit litem suam,& põt excõmunicari.de quo videas glo.plenã in c.cũ sit generale. de fo.cõpe.per Doct in l.Paulus.ff de re iudi.gl.& alij in c.j.§.iudices de pace iura.firmã.in vsib.feud talis.n.negligẽtia aliqñ ęqparat dolo,vt habet in c.ab eo de appel.in vj.& in c.si compromissarius.de elec.eod li.& in l.fi.in fi.C.de magistrati.ꝙuenien. aliquando æquiparatur latæ culpæ,qđ tamen pendet a text. in l.j.circa fi.ff.si mensor falsum mo.dixe. Et ex istis de malis iudicibus,qui non iuris ratione, sed voluntate, gratia, affectione, vel denique auaritia mouentur,hactenus.

Quid nũc dicã de reuerend. † Dominis prælatis? loquor de malis, qui admodũ in omnibus
71 gestis ecclesiasticis prædictis iniquis causis rapiũtur,vt vix dicerẽ in eis aliq̃ esse iuris cõsiderationẽ:faciũt. n. de bñficijs ac dignitatibus ecclesiasticis ꝓpriã hęreditatẽ.Et vt peiora relinq̃,sicut tẽporalia nõ verẽtur ea venũdare.vñ ꝟ eos tex.ĩ c.Moyses. iij.q.j.aptè dixerit Moyses amicꝰ Dei, cui facie ad faciẽ loquutꝰ ẽ Deꝰ,potuit vtiq; successores ꝓncipatus filios suos facere & potuit eis ꝓpriã relinq̃re dignitatẽ, sed extraneus de alia tribu eligit Iesus.i.Ioſue,vt sciremꝰ principatũ in populo nõ sãguini deferẽdũ esse,sed vitę subiũgit,ac nũc cernimꝰ hãc rẽ beneficio facere,vt nõ quęrat eos in ecclesia colũnas exigere, quos plus agnoscãt eccl̃ę ꝓdesse,sed quos vel ipsi amãt,vl quorũ sunt ob

sequio

ſequio deliniti, vel pro quibus maiorum quiſpiam rogauerit,
& vt deteriora taceam, qui vt clerici fierent, muneribus impe-
72 trant, &c. † Prælati autem noſtri temporis quamplures ſæpius
longè magis conſiderant, quomodo poſſint canes & falcones
ad venandum aptos habere quàm animarum curam habentes
cogitant, quomodo eas ad vitam æternam poſſint lucrari. Et
tamen text. in cap. j. hoc diſtinctè prohibet clerico venatore p
hæc verba. Epiſcopum, presbyterum, aut diaconum, canes, ac-
cipitres, vel huiuſmodi, ad venandum habere non licèt, quòd
si quis talium perſonarum in hac voluptate ſępius detẽtus fue-
rit, ſi epiſcopus eſt, tribus menſibus à communione; ſi presby-
ter duobus, ſi Diaconus omni ab officio ſuſpendatur, immo
ibi gloſſ. & Doct. tenent epiſcopo nullo modo fore licitam ve-
*73 nationem. † Et propterea text. in ca. quorundam. 34. diſtinctio.
Epiſcopum vocat vere iuuenem & iuuenilibus deſideriis dedi-
tum, qui venationi incumbit, ſubdendo, ſecundùm ſanctum
Hieronymum nunquam venatorem fuiſſe ſanctum. Et quod
hoc vitium plurimum apud Gallos & Germanos regnat, im-
mo plus ꝙ prælati non modò ſunt contenti contra dicta iura
ſimpliciter inſiſtere venationibus, immo tali tẽpore ad venan-
dum vadunt, quo laici etiam non deberent ire. Diebus enim
feſtis, quibus tu Prælate, venatione delectaris, hoc laicis deter-
minatur eſſe interdictum per Docto. vbi notat Ioan. de Anã in
d. cap. j. Et eſt ratio, quia tali tempore ſolum diuinis debemus
occupari. c. j. & cap. fina. de feriis. immo, quod deterius eſt, non
modò ipſi contentantur incidere in venationis errorem, im-
mo diluculo ſeruitores vel clericos, vel laicos vocãtes ad hoc
dixerim incitant, qui fortaſſe illo tẽpore aliquid boni peregiſ-
ſent, & hoc eſt, quod dicit text. in cap. an putatis. 86. diſtin. An
putatis illum ieiunare fratres, qui primo diluculo nõ ad eccle-
ſiam vigilat, non beatorum martyrum ſancta loca perquirit,
ſed ſurgens congregat ſeruos, diſponit retia, canes ꝓducit, ſal-
tus, ſyluas perluſtrat, ſeruos inquam ſecum protrahit, fortaſſe
magis ad eccleſiam feſtinantes, voluptatib. ſuis peccata cumu-
lat aliena neſciens reum ſe futurum tam deſuo delicto quàm
de perditione ſeruorum, & c. hæc quidem aliis comparãdo, vix
74 eſſe videntur crimina. † Nam deterioribus venationibus inten-
dunt, vt eſt venatio oppreſſiua hominum, quæ quantum ſit illi-
cita, neſcirem alio modo exprimere, cum ex ſeipſa iniquiſſima
omnibus oſtendatur, & de hac venatione loquitur gloſſ. in d.
cap. j. in §. his itaque. 6. diſtin. & gloſſ. in capitu. qui de venatori-
bus. 86. diſtinctione.

Quid etiam dicam de adulato-

ribus. Nam quamplures hodierni Prælati, quorum aliqui non
ſunt mihi incogniti, potius hiſtriones quàm doctos nutriunt,
eisque magis fauẽt quàm honeſtis viris: quod an ſit peccatum,
vide text. in ca. donare. in proximè allegata diſtin. dicit ibi text.
donare res ſuas hiſtrionibus, vitium eſt inane & non virtus, &
ſciris de talibus quàm ſit frequens fama cum laude, quia lauda-
tur peccator in deſiderio animæ ſuæ, & qui iniqua gerit bene-
dicetur. in capi. ſeq. dicit text. Qui dant hiſtrionibus & meretri-
cibus quare donant, nunquid vt ipſa hominibus donantur. nõ
tamen naturam ibi attendunt operis Dei, ſed nequitiam ope-
ris humani, & c. Et in tãtum hoc vitium adulationis irripſerit,
vt dicit Bea. Hieronymus ad Euſ[illegible]chium, ꝙ à naturali duci
mur malo, vt adulatoribus noſtris libenter fauemus. nulla enim
eſt tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tanguntur.

Et dicit belliſſimè Seneca, quòd cum nolumus, adulatori-
bus noſtris fauemus.

Alibi idem Hieronymus, ꝙ hoc vitium regnat in tantum,
ꝙ adulari neſciens, aut inuidus, aut ſuperbus reputatur.

Et de hoc hactenus, vt veniam ad ea, quæ frequẽter accidũt,
tibi loquor moroſe prælate, q vltra ſupradictas venationes ad-
huc te aptas habere venatores puellarum, quo fit vt videaris pu
blicus fornicator. Nõne fœtor huiuſmodi peccati te mordet?
nõne grauitas dignitatis te ad ipſius dignitatis ęqualia ſtimulat?
75 † Et tanto magis hoc, vt tuam mortem deberes abhorrere,
cum te non lateat, publicum fornicarium ab officio eſſe ſuſpẽ-
ſum, vt eſt text. iuncta gloſſ. in capitu. cum dilectus. de accu. &
habetur in §. verum. 32. diſtin. Et dicit Ioann. de Ana. in dicto
c. cum dilectus. quòd ſi poſtmodũ adminiſtret efficitur irregu-
laris. de quo memini ſupra dixiſſe in materia irregularitatis.

Multas autẽ pœnas fornicatio-

nis in clerico poſuit Ioan. de Imo in cap. vt clericorum. de vi-
76 ta & honeſt. cle. † Et inter alia notanter dicit, ꝙ quælibet mini-
ma fornicatio non ſolum in prælato, ſed etiam in ſimplici cle-
rico in ſacris exiſtente, eſt incæſtus. de quo eſt glo. & ibi Barto.
Bald. & Ange. in l. 2. in fin. C. de epiſcop. & cler. & licèt Ioan. de
Ana. in d. cap. cum dilectus appellauerit eam periculoſam: ta-
men mea ſententia propter auctoritatem virorum viuorum
eam ſequẽtium, eius opinio videtur eſſe tuta, pro qua vltra eos
facit Ioan. And. in cap. virginibus. 27. quæſt. j. ea igitur exiſtente
vera, eſt ſciendum, ꝙ à ſimplici fornicatione talium perſonarũ
non poteſt abſolui, niſi ab epiſcopo, quod patet. Nam ab incę-
ſtu ſimplex ſacerdos non poteſt abſoluere, vt eſt gloſſ. in ca. 2.
de pœni. & remiſ. libro 6. & ad illam gloſſ. in d. l. 2. vide Bald. in
l. ſi quis. C. de inceſt. nup.

Et ex iſtis poſſumus conſiderare, quid graue committit, qui
cum ſua filia ſpirituali, vel cum moniali ſe libidinosè implicat,
ſi propter ſimplicem fornicationem ſolum exiſtens in ſacris
committit inceſtum. pro hoc vide text. in cap. ſi quis ſacerdos.
77 30. quæ. j. vbi dicit valde timenda verba. † Si quis ſacerdos cum
filia ſpirituali fornicatus fuerit, ſciat ſe graue adulterium com-
miſiſſe. Idcirco fœmina ſi laica eſt oĩa derelinquat, & res ſuas
pauperibus tradat, & conuerſa in monaſterio, Deo vſque ad
mortem ſeruiat: ſacerdos autem ab omni officio deponatur,
& peregrinando 12. annos pœniteat, poſtea verò ad monaſte-
rium vadat, ibique cunctis diebus vitæ ſuæ Deo ſeruiat.

Item de monialibus ſe iungentibus eſt text. in capitu. ſi quis
epiſcopus. 27. quæſtione j. dicit laicos anathematizari & cleri-
cos deponi.

Item caueas prelate, ne ſis percuſſor, nec credas ſolum eum
eſſe qui alium verberat, ſed illum etiam dici poſſe, qui cũ prę-
dicat ſubiectis ſuis, non facit prout debet, & hoc quando præ-
dicatio eſt inutilis, indebita & non aptè prolixa, & quando tu
taces illud quod non deberes, & profers quod tacendum eſſet:
taliter enim facientes Doct. in rub. de cleri. percuſ. eum percuſ-
ſorem vocant. facit text. in capi. ſi rector diſcretus. 43. diſtin. &
in capitu. diſpenſando. eadem diſtin. Et dicit Ioan. de Ana. in d.
78 rub. † quòd prędicatio poteſt dici inutilis, & indebita, ſi prę-
latus fabulas Iouis etiam moralizando exponit. quid enim com-
mune habẽt Iouis fabulę cùm laudibus Chriſti? pro hoc quod
legitur & notatur in capitu. cum multa 86 diſtin. debet autem
prelatus ſua prędicatione conſilium Dei pronunciare, in capi.
Epheſijs. 43. diſtinctione.

Item proponere Dei iuſtitiam, terrere cruentas conſciẽtias,
& pœnitentiam ſuadere, Dei miſericordiam magnificiendo.
capitu. ſi peccauerit. circa med. 2. quæſt. j. qua diſcretione ſi ca-
uerit prælatus, quaſi torto naſo ſacerdotali dignitate iudicabi-
tur indignus. ita text. in §. fin. in proxi. allega. diſtin.

Quid dicam de eorũ ſuperbia,

79 † cum tanta grauitate iſtius vitii oneratur, vt vix eorũ pondus
terra ſuſtinet. nunc debent conſiderare, maxime de epiſcopis
loquor grauitatem iſtius criminis, & pręcipuè cum ſint conſti-
tuti in loco Apoſtolorum, vt dicit text. in cap. in nouo. 21. diſt.
& in c. quorum. 68. diſt deberent eſſe ſicut Apoſtoli fuere hu-
millimi, argu. text in l. ſi eum. in §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau-
tio. Non deberet enim epiſcopus aliam gloriam quęrere, niſi
pauperum opibus prouidere, vt dicit text. in cap. gloria 12. q. 2.
Et de ſuperbia epiſcopi aptè dicit text. in capi. diaconi. el gran-
de. ante med. 93. diſtin. ibi, videant ſibi epiſcopi, qui ſuperbi sũt,
diacones anteponi. Si humilitatem diligunt & diaconi maio-
res ſe eſſe in eo quod humiles ſunt recognoſcant, &c. & in cap.
illud. 8. q. j dicit tex illud inſerendũ eſt aduerſus eos, qui de epi-
ſcopatu intumeſcunt, & putant ſe nõ diſpenſationem Chriſti,
ſed imperium conſecutos, quia non ſtatim omnibus hi ſunt
meliores, qui cum epiſcopi ordinati fuerint, & ex eo ꝙ epiſco-
pi electi ſunt ſe magis exiſtiment comprobatos, ſi autem pec-
cata filiorum ab epiſcopatu iuſtum prohibent, quanto magis
ſe vnuſquiſque conſiderans & ſciens, quia potens potẽter tor-
menta patietur, retrahit ſe ab hoc non tam honore quàm
onere aliorumve locum qui magis digni ſunt non ambit oc-
cupare, &c.

80 † Ne tandem vitium iſtud ſine remedio relinquam, accedat
text. in capit. ſi quis. de pœnit. diſtin. 2. ibi, oportet ergo eum per
contraria atque aduerſa curari, ideſt per humilitatis exercitiũ
ſubiungit, exercitia verò humilitatis ſunt, vt ſe vilioribus offi-
ciis ſubdat & miniſteriis indignioribus tradat. Ita namque ar-
rogantiæ & vanę gloriæ vitium euitari, vel poterit curari, vt in
conſuetudinem humilitatis affectus vltra iam non incidat in
arrogantiæ delictum, &c.

Et ſic confirmatur illud, quod contraria contrariis curanṫ.

Et nota tu prelate, quod ex corruptela tuorum morum mul
ta mala ſequuntur.

81 † Primo enim ſequitur inobedientia, pro hoc text. in capit.
vnde. in fin. 61. diſtin. ibi, quis quem paulo ante iacẽtem vide-
rat, veneretur antiſtitem proferens memorandi criminis labẽ,
non habet lucidam ſacerdotii dignitatem.

Secundum eſt,

quod ſequitur ex mala vita prælatorum, quia non poterit capere
vitia, quæ deberet reprehendere. Non enim poſſet legem aliis
imponere, quam ipſe negligit obſeruare, vt dicit text. in ſimili,
in capi. pro illorum. de præben. vnde text. in cap. vlti. 25. diſtin.
ait, quomodo enim poteſt prę[illegible]es eccleſię auferre malũ de me-
dio eius, qui in delictum ſim[illegible] corruit, aut qua libertate peccã-
tem arripere poteſt, cum tacitus ſibi reſpondeat eadem ipſe ſe
audiuiſſe, quæ corrigit, &c.

Et ex

Source : BIU Cujas

Et ex hoc ſequitur,quod dicit text,83.diſt.c. error. error, cui non reſiſtitur, approbatur. & veritas eum minimè defenſatur, opprimitur negligere quippe,cum poſſis reprobare peruerſos, nil aliud eſt quàm fouere:nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ,qui manifeſto facinori deſinit obuiare, quod vltimum dicit text.in capitu.ſicut dignum. de homicid.facit text.pro confirmatione iſtorum,in capitu.nihil.in proximè allegata diſtin.
82 ibi,ſicut † autem artium in ſuo quoque opere inuenitur mater inſtantia,ita nouerca eruditionis eſt negligentia, &c. vnde diximus,ꝙ quælibet prẹlati negligentia eſt peccatum mortale,vt voluit glo.not.in c.ea quæ.de offi.archi.Et tex.in c. dictum. 81. diſtin.& voluit Parnormi.in c.peruenit.de deci. immo propter negligentiam remouetur,vt plenè habetur in dictis locis, & in cap.de officio cuſtodis.ſicut dicitur in iudice in l. ſi quis. de offic.præfec.ori.& in l.carceri.ff.de cuſto.reo.immo plus diſſimulatio prælati eſt peccatum mortale,vt voluit gloſſ.in capit. clerici.de immu.eccle.libro 6.

83 Item etiam ex hoc ſequitur deficientia ſanæ doctrinæ. † Nã vbi eſt obedientia,ibi eſt ſana doctrina: ergo vbi non eſt,amittitur ſana doctrina,in capi.miramur.61.diſtin.

Item ex hoc ſequitur occiſio ſubditorum. Nam prælatus, ꝙ non corrigit ſubditos ſuos,dicitur eos occidere, in capi. Epheſijs.43.diſtin.ibi, Quia cum increpare delinquentes noluerunt eos proculdubio,paſtor tacendo occidit,de quo plenè in capit. irrefragabili.de offi.ordin.

Item ex hoc etiam ſequitur, ꝙ non modò punitur æternaliter in alio ſeculo,ſed etiam in iſto. pro hoc text.in capitu.cum infirmitas. de pœni.& remiſ.

84 † Pulchrè dicit,infirmitatem ex peccato venire per hæc verba. Cum infirmitas nonnunquàm ex peccato proueniat,dicẽte Domino languido quem ſanauerat, Vade & amplius noli peccare,ne deterius aliquid tibi contingat, &c. Et illud Eſaiæ, viri ſanguinum non dimidiabunt dies ſuos. vide ergo quanti ponderis eſt prælatorum officium,quod tamen nõ modo honeſtè mortales hodie obtinere cupiunt,verum & precibus, & quod peius eſt,pecuniis non dubitant quærere, eo maximè cũ videant huiuſmodi officio tot iniuncta onera,quibus grauiora nõ facile,nec maiora inuenirẽt.facit tex.ĩ c.ꝙ epiſcopatũ. 8.q.j.

Caue tamen,tu laice,ne propter hoc prælatos vituperio ha-
85 beas,† cum & ſi maius exiſtat prælatus,tamen eſt ſicut in malo iudice, & quod datur propter peccata populi ſupra proximè contra iudices dicimus. facit text.in §.quamquàm.83. diſt. vbi dicit,quamquàm ſacerdotem tam à ſuis quàm alienis criminibus immunem eſſe oportet,ſi tamen ſe aliorſum habuerit, nõ ideo verba ſuæ prædicationis debent contemni.ſicut enim ait Hierony.vt lixiuium per cinerem humidum fluens lauat & nõ lauatur:ita bona doctrina per malum Doctorem animas credentium lauat ſordibus peccatorum. & text.in c. Dominus.93. diſt. dicit, Dñs noſter Ieſus Chriſtus rex & iudex ac Deus noſter vſque ad paſſionis diem ſeruauit honorem pontificib. & ſacerdotibus,quàmuis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Chriſti ſeruaſſent, & multa alia videas ibi.

Quibus addas text.in ca. cum ex iniuncto.de hereti.ibi,non eſt ſacerdotibus ignorantibus,licèt ſcire deberent à ſcholaſticis detrahendum,cum in eis ſacerdotale officium debeat honorari. Et ibi Doct. arguunt cõtra malè tractantes ſacerdotes,& inter alios Domi.Anto.de Bu.& Io. de Ana.dicunt,ꝙ ſuſpendentes ſacerdotes, videntur humano more loquendo ſuſpendere Deum.

86 † Iſtis addas tex,in cle.j.de priuileg. vbi detrahentes prælatis videntur excommunicari,quod tamen pendet ab intellectu illius text.in verſi. quibus,&c.vnde Hierony. ad Ruſtichum monachum in c.ſi clericatus.16.q.j.dicit, nõ eſt humanitatis meę, neque menſurę iudicare de cæteris,& de miniſtris eccleſiarum ſiniſtrum quidpiam dicere, habeant illi ordinem ſuum & gradum,&c.addas tex.in c.multi.j.qui dicit, multi ſecularium hominum cum plus ſacerdotis vitam quàm ſuam diſcutiant in magnum contentionis ſacramentorum crimẽ incurrunt.magna enim trabe vulneratos habentes oculos feſtucam tenuem in aliorum conſpiciunt oculis,quam dũ incautè feſtinant auellere,erroris in foueam dilabuntur. minus quidem eos vita ſacerdotum læderet, ſi ipſi humiliter bonis ſacerdotum admonitionibus aurem accommodarẽt. ſed dum hypocritarũ more plus illorum famam quàm propriam vitam vel vitæ negligentiam diijudicant facta monita & ſpiritualia dona ſpernant, vnde fit vt non ſolum ab eis vitam reſpuant,ſed quod eſt deterius,diuina etiam miniſteria contemnant, vt neq; corporis cõmunionem,neque ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti eorũ miniſterio confectam aſſumant,putantes hanc minus eſſe ſanctificatam,& illorum fiat officio, quorũ vita eorum oculis videtur eſſe ignobilis.heu inquam magnum laqueum incidunt, 92
vt diuina & occulta myſteria plus ab aliis ſanctificata poſſe fieri credant,cum vnus idemque ſpiritus ſanctus in eccleſia diffuſa per totum orbem terrarum incomprehenſibiliter ea myſteria & occulta atque inuiſibiliter & operando ſanctificat,& benedicendo benedicat.facit tex.in capi.verbum. de pœn.diſtin. j.& in capi.panis.de conſecra.diſtin.2.&c.

Et iſta intelligas, nẽ ex reprehenſionib. malorum prælatorũ ſupra factis, quod bene eſt licitum reprehendere,neminem ſpecialiter tangendo,ſicut ego feci,de quo per glo.in d.cle.j.de priuileg.

87 † Item adhuc ſpecialiter reprehendere poſſumus reprehenſione tamen ſociali,vt voluit gloſſ.faciendo tres ſpecies reprehenſionum in capi.nolite.21.diſtin.& Panor.in cap. nouit. circa princip.11.colum.de iudic.

Et hæc ſufficiant,quantum ad detractionem prẹlatorum, ꝙbus addas ea quæ dixi de generali detractione ſupra in articulo ſacrilegii,in j.argumento partis negatiuę.

Reuertor nũc ad principale noſtrum.Et dico, ꝙ tertiũ principale eſt,quod ſequitur ex mala vita prælati. Nã licèt aliàs delictum prælati non præiudicat eccleſiæ,regula,delictũ de regu. iur.lib.6.& 16.q.6.c.ſi epiſcopum.& in ca.cum venerabilis. de excep.eſt tamen ex hoc præſumptio contra eccleſiam, quæ eũ tolerauit. pro hoc tex.in c.qualiter & quando.2.in princi. iuncto fi.de accu.& in capit. cum I.& A.de re iudi.tex. & ibi Pano. in j.not.in c.per inquiſitionem.de elec.& propter hoc dicit tex.
88 in capitu.nihil.eodem titu. † quòd nil tantùm nocet eccleſiæ quàm illorum,qui indigni ſunt,promotio.

Facit,quod dicimus non modò ĩ prælatis, ſed etiã in minimis clericis,ꝙ actus inhoneſtè geſtus ab vno redundat in totius ordinis vituperium, vt eſt text. in capitu. Ioannes. in fin.& ibi Panormi.in not.de cle.coniu.bonus text.in capitu. ad ſupplicationem de renun.

Quartũ eſt,qđ ſequitur ex mala vita p̃lati, peccatũ mnltorũ
89 † Nam facilè prælati factum à ſubditis trahitur in exemplum. ſunt enim prælati ſubditorum oculi,vnde ipſis cęcis ꝓpter malam vitam verificatur euangelium,Si cęcus cęcum ducit, ambo in foueam cadunt pro hoc tex.in cap.magnę.de voto.circa med.ibi.Iuxta ꝙ Dominus ad Moyſem inquit in Leuiti.ſi ſacerdos,ꝙ eſt vnctus,peccauerit,faciet delinquere populũ, &c. membra enim ſolent caput ſequi.dicit tex.in ca. rogamus. 24. q.j.Alibi tex.in c.noſce,de conſec.diſt.3.dicit, nos non debere à capite quoquo modo diſcedere.facit gloſſ.in c.ſi.de conſecr. diſt.vlt.quæ dicit,diſcipulum ſimilem fore magiſtro.& text. in c.cũ beatiſſimus.ĩ d.j.q.pulchrè in materia multa dicit ĩter alia ꝙ ordinatus,nec aliud tradere potuit ꝙ ab ordinatore ſũpſerit.

Addo glo.per illum tex. in ca. in ſynodo. 63.diſt. † Et pro-
90 pter hoc à vobis prælate,quæritur ratio de factis ſubditorum, cum ſanguis eorum à vobis quærendus eſt.dicit tex.in c.fin.de reg.facit c.cum ad monaſteriũ.de ſtatu.reg.ibi, abbas verò cui omnes in omnibus reuerenter obediant, quanto frequentius poterit,ſit cum fratribus in conuentu, vigilẽ curam & diligentem ſolicitudinem gerens,vt de officio ſibi cõmiſſo Deo condignam poſſit reddere rõnem. Ad idẽ in c. irrefragabili de offi. ord.nec põt eſſe paſtoris excuſatio apud Deum, ſi ludus comedit oues,& paſtor neſcit.ita dicit tex in ca.quamuis. de reg.iur.

Quintum eſt,quod ſequitur ex mala adminiſtratione prælati, Dei ira.vnde licèt Heli ſummus ſacerdos in ſe bonus exiſteret,quia tamen filiorum exceſſus efficaciter nõ corripuit, in ſe pariter & in ipſis animaduerſionis diuinæ vindictam recepit. ita tex.in c.licèt Hely.de ſimo. Et propterea alibi dicitur in ca. ſanè.& ibi no.Pan.de cele.miſ.Quis ſacerdos malè adminiſtrãs diuinam iram prouocat. quo fit vt contra populum Deus ar-
91 deſcit. facit ꝙ dicit Abb.poſt alios in c.ex parte.de teſti.† Quia licèt parochianis tanꝙ prætendentibus proprium intereſſe accuſare eorum prælatum,vt remoueatur.Et iſtud poteſt eſſe, ne ex eius mala vita vltra alia damna prouocetur contra eos ira Dei, vt proximè dixi.

Sextum eſt,quod ſequitur ex mala prælatorum vita, ꝙ illud quod pro peccatis populorum facere deberẽt,vt puta orare, vt peccata remitterentur,quæ ſæpius oratiõe delentur.c. remittũtur.23.q.5.Iſtud non eſt acceptum à malo prẹlato apud Deum. pro hoc tex.in c.fertur.j.q.j.ibi, vulnerato nanq; paſtore, quis curandis ouibus adhibet medicinam; aut quomodo populum orans clipeo tueatur? quis iaculis hoſtium ſeſe feriendum exponit? aut qualem fructum producturus eſt, cui graui peſte radix eſt infecta. ſubiungit paulopoſt,qui magis iram Dei prouocant,quàm per ſemetipſos placeant.ad idẽ tex.in c.in grauib. 3. q.7.dum dicit,in grauibus peccatis quis poſitus, dum ſuis premitur,aliena nõ diluit.cunctis enim liquet, quia cum is diſplicet qui ad intercedendum mittitur, irati animus produldubio ad deteriora prouocabitur. ſcriptum eſt enim, victimæ impiorum abominabiles ſunt Deo.& ibi gl.dicit, † ꝙ tales orationes
92 nocent his,pro quibus orant, quod intellige, quando elegerũt illum malum ex certa ſcientia,per gloſ.49. diſtin.in ſum.& ita voluit Pan.in c.extirpandę.in repeti. §.qui verò.ad fin.j. col.de prębẽ.

Source : BIU Cujas

prębendad idē. 24.q.j.in c.odi,& ꝓpieci feſtiuitates veſtras, & nō capiā odorē cętuum veſtrorū,&c.vnde p̄latus vt ſapiens medicus & perfectus ſua qdē peccata delere prius ſciat, vt poſſit poſtea aliena detergere,in quo vt facilis ſit tibi via,qua vitā moratè regere poſſis,videas qđ debeas facere in c. his igitur. 23. diſt.
93 his igitur lege patrum cauetur,vt † à vulgari vita ſeculi, à mūdi voluptatib.ſe abſtineant,non ſpectaculis,non pompis interſint,conuiuia publica fugiant,priuata non tantum publica, ſed ſobria colant,vſuris nequaq̄ incumbat, neq; turpium occupationibus lucrorū nō fraudis cuiuſcunque ſtudium appetant, amorem pecuniæ quaſi materiā cunctorū criminū fugiant, ſecularia negocia officiaq; abiiciant,honoris gradum per ambitionem non ſuſcipiant. & multa alia dicit ille tex. vt ibi videas.

Et vltra, tu prelate,non debes ignorare,ꝙ teneris habere ſex alas, q̄ exponuntur ꝓ ſex ſciētiis, vt habetur in c.ſcriptum eſt.& ibi Doc.& in c.cum in cunctis.de elect.
94 vbi Imo.& poſt eū Pan.dixerunt, † ꝙ acceptans dignitatē,vel officiū,peccat ſi ſufficientē ad ea adminiſtrāda ſcientiā nō habeat,q̄ illa officio vel dignitati incūbāt. Et iſtud ēt eſt ꝯ illos, q petunt,ſe ad doctoratū,vel ad licētiā promoueri, cū vix ſcolaſtici dici poſſent,quorū numerus ita viget,vt plures q̄ cāæ inueniantur aduocati,& Deus ſcit ſi ſcirēt ſeipſos, nō modò alienas cauſas tueri.de quo videas glo.& Doc.in cle. 2. de magiſtris.

Supradictis eſt addendum, ꝙ prælati noſtra dicuntur omnes,qui habent curā animarum,ſicut capitur in c.tua.de cleri.ęgro.& in c.cum ab eccleſiarum. ſm vnū intellectum.de offi.ordi.licèt ſtrictè nō dicant̄ p̄lati,niſi qui iuriſdictionē ordinariā habeāt,vt probat tex.& ibi gl. & Doct. in
95 c.2.de iudi. † Item prælati,vt ſciant ſe à malo abſtinere,debent conſiderare,ꝙ ſunt poſiti quaſi ſignum ad ſagittam, vnde ſit ꝙ vnuſquiſque ſuper factis ſuis conſideret,vt dicit tex.in c.qualiter & qñ.el 2.de accuſa.& ꝙ ſi iudicium Dei & mala adminiſtratio te nō auertit,ad hoc nō reuocet,ad minus infamia, qua apud homines notaris, quę quidem & ad corpus & ad animā nocere ſolet,vt probat Panormi.in c.nouit,in 12. col. de iudi.

Item ad hoc te aduertat obligatio tuorum oīum bonorū, quę tacitè de tua mala adminiſtratione eccleſiæ ꝯhitur,vt voluit glo.in c. ex literis. de pigno.& in c. ſimiliter.16.q.j.& voluit Pan.in c.cum ſit gñale.in prin.2.col.de foro compet.
96 † Nec te malum facere dēt loquor nūc de epō,ꝙ de raro deponi pōt,videlicet ſolum in tribus caſib.vt per Doct. vbi Io.de Ana.in c.cū dilectus.de accuſatio.nec etiā iſtud operari debet tuum aliud priuilegium, ꝙ in te non habet locum pœna fuſtigationis propter eminentiam dignitatis,vt voluit Archid.in c. j.q.j.& Io.de Ana.in c.j.de calum.Nam quāto maiorib.honoribus Dei gratia eſt ornata,tāto minus malè deberes perpetrare. facit tex.in ſimili,in c.j. de pace tenen. ibi, dignum eſt enim vt cuius præcellimus munere,illi omnino in opere pareamus. Non debet prælatus ſe Deo opponere,à quo tot recepit beneficia,vt dicit gl.per illum tex.in cap. Dominus. 93 diſtinctio.facit tex.in c.fin.de poſtulando.& in l.ſi pars.in fin.ff.de inoffic.teſta. cum ſimili.& propter hoc belliſſimè dicit text.in ca. viliſſimus. j. quęſtio.j. viliſſimus eſt reputandus, niſi pręcellat ſcientia & ſanctitate,qui eſt honore præſtantior, &c.
97 † Nec digniorem credas te eſſe ex redditibus & diuitiis. Nā dicit Pan.in c.j.in fi.de cle.nō reſciden. ꝙ redditus beneficii debēt facere p̄latum humiliorē,& nō excellentiorē. cōſideranda eſt.n.dignitas, neq; epatus deſiderādus eſt ꝓp redditus lucrifaciēdos,ſed ꝓp onus & curā habendā,vt multis proficere poſſit.

An autem noſtri tēporis epiſcopi ꝓp lucrum vel ꝓp onus epiſcopatū optare credas, ex eo ſcire poſſumus ꝙ non ſolum bonorum eccleſię ſunt dilapidatores,immo quaſi raptores,pœnas omnes pecuniarias non dubitant ſuæ cameræ applicare, ꝙ tamen de iure non poſſent, nec facere deberent,vt voluit Bald.in auct. bona damnatorum. in princ.C.de bon.damna.& loā.de Ana. in c. excōmunicamus. in prin.de hęre.facit quod not.idem Bal.in rub.C.de priui.fiſci. facit tex.& quod not.ibi Doct.in capit.licèt.de pœnis.

Et contra vos,qui optatis beneficia propter auaritiam, videte quid dicit Auguſt. 8.q.j.in c.ſunt in eccleſia quidam præpoſiti. de quibus Apoſto.dicit,ſua quærentes, non quæ Ieſu Chriſti,
98 quid eſt † ſua quærentes? eſt Chriſtum gratis non diligentes, ſed Deum non propter Deum quærentes temporalia commoda ſequentes,& inter alia ſubiungit, quiſquis eſt talis mercennarius,inter filios eius non computetur, &c.

Taceā ne illos prelatos, quorū tꝑibus noſtris quāplurimos viderim nō ſacerdotes honeſtos,non moratos laicos domi tenētes,ſed peruerſorum vita admodū delectant̄,vt malis hominibus quaſi pane fruunt̄,eosq; intantum fouēt,vt domorū ſuarum minimū angulum tali hominum genere haud vacuū videre poſſunt:iſtud licèt taceā,nō tñ tacet tex.in c.nihil. 83. diſt.
99 † Nihil illo paſtore miſerius,dicit text. q luporum laudib. gloriat̄,q̄bus ſi placere voluerit,atq; ab his amari elegerit,erit hinc ouibus maxima pernicies. nullus igitur paſtor lupis & gregib. ouium placere poteſt:perdit enim memoriam labiorum,ideſt neſcit vitia redarguere mens terrenis obligata carceribus, &c.

Vltimò,vt reſtringam multa, quæ ſupradictis addi poſſent, eſt videndum qualis debet eſſe epiſcopus,de quo per tex. in c.
100 leg.94.diſt.vbi dr̄, † ꝙ eps regere & nō deſtruere eccleſiā Dei dēt,quā ſuo ſanguine acquiſiuit,& ꝙ oportet eum eſſe ſine crimine,quaſi Dei diſpenſatorem,nec aliud niſi Deū curare dēt. Iſtis adde text.in c.cui porrò.12.q.j. Et hæc ſufficiant, quantum ad materiam prælatorum,in quibus ſi quoquo modo à ſolito ordine deuiauerim, velim me excuſet eorum inordinata vita, quæ nullo, vt ita dixerim,ordine complecti poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Occaſionem mortis præbens,interficere dicitur.*
2 *Auctoritas iudicis,quando excuſare cenſeatur.*
3 *Homicidia dicitur nedum is,qui manu occidit,ſed & is qui conſilio.*
4 *Iudæi ſunt omni libertate & dominio priuati.*
5 *Priuilegium perditur propter peccatum.*
6 *Iudæus nulla dignitate poteſt in eccleſia gaudere.*
7 *Iudæi non poſſunt ad doctoratum promoueri.*
8 *Iudæus nec aſſeſſor,nec notarius eſſe poteſt.*
9 *Iudæus inter Chriſtianos non poteſt eſſe medicus.*
10 *Chriſtianus Iudæo relinquens in teſtamento, eſt excōmunicādus ēt mortuus.*
11 *Securitas Chriſtiano conceſſa & eius ſocijs,an cenſeatur concedi Iudæis in eius ſocietate exiſtentibus.*
12 *Iudæi Chriſtianorum tutores ac curatores eſſe non poſſunt.*
13 *Iudæus viuens filio ſuo Chriſtiano legitimam conferre tenetur.*
14 *Iudæi in eorum verecundiam habitum à Chriſtianorum habitu differentem deferre debent.*
15 *Iudæi immunitate eccleſiaſtica non gaudent.*
16 *Eccleſia rogans Deum pro Iudæis genua non flectit.*
17 *Ignorantia,in quibus non excuſet.*



OS inquam, perfidi ac duræ ceruicis Iudæi, ad timendum iudicium voco tanq̄ homicidas & paricidas, cum Chriſti mortis non modò occaſionem,immo principalem cauſam præbuiſtis. † Nam qui occaſionem proximam mortis alicuius dat,eum interficere dicit̄.l. ita vulneratus.in prin.& in l.qui occidit.§. pen.vbi glo.allegat multas concordan.ff.ad legem Aquil.tex.in c.decætero. de homi. qui declaratur per c.fin.in fin.de iniur.ad idē text.in l. nihil. ad leg. Corne.de Sica.facit quod volunt Doc.in c.3.de cleri. percuſſo. vbi determinant,ꝙ auctor conflictus tenetur ad omnia damna,quæ ſequuntur ex eo,tanquàm dederit cauſam.
1
Iſtis adde tex.in c.ſicut dignum.de homic.ibi, qui verò ſe aſſerunt animū quidē Regis ad odium inflammaſſe,vnde homicidium fuit ſecutum durè & aſperè, ſed non ita ſeuerè, ſupple ſicut perpetrans,puniendi ſunt, niſi forſan Regem ad illud ſuis ſuggeſtionibus prouocaſſent,&c. Sed Iudæi ſic fecerunt, immo ſæpius Pilato reſiſtente clamabant, Chriſtum eſſe reum mortis,vt videre licèt per dicta euangelica.

Cum ergo ex veſtra mala accuſatione, Chriſtus innocens paſſus eſt mortē,vos in delictū incidiſtis,facit tex.in c. infames. 6.q.j.neq; eritis excuſati ꝓp auctoritatē iudicis Chriſtū ſententiantis,per tex.in l.& generaliter.de noxa. † Quia ille tex.loquitur,quando erat bona fides,quæ in vobis non erat, cum doloſè per inuidiam illud faciebatis.Item declarationem ad illam l. & generaliter. inuenio feciſſe Io.de Ana.in c.accuſaſti. de accuſa.
2
Et ꝙ vos in homicidiū incidiſtis,clarè ꝓbat tex.in c.fi.23.q.3. dum allegando prophetam oſtendit ꝓpheta,nec illos à ſcelere immunes eſſe,q ꝓmiſerunt Chriſtū principib. interficere, &c.

Et ꝓp hoc vnus Euāgeliſtarū dicit,hora tertia Chriſtū mortuum fuiſſe,quod intelligebat de occiſione Iudæorum, quādo clamabant,crucifige eum. pro hoc videas pulchrum tex. in ca.
3 periculoſè.de pœniten.diſt.j. qui dicit, † periculoſè decipiunt̄ qui exiſtimant eos tātùm homicidas eſſe, qui manibus homines occidunt,& non potius eos quorum conſilio,& fraude exhortationeve homines extinguuntur.Nam Iudæi nequaquàm propriis manib.Chriſtum occiderunt,ſicuti ſcriptum inuenit̄, Nobis nō licèt interficere quenq̄, ſed tamē illis mors Domini imputatur,qa ipſi lingua eū interfecerunt, dicentes,crucifige crucifige eū.vñ vnus Euāgeliſta dicit,eū eſſe crucifixū hora tertia,alii hora ſexta,qa Iudæi lingua hora tertia,milites aūt ſexta manib. crucifixerūt. ſubiungit,qa ergo hoīem tradidit, ille eū interfecit,dicente Dño,maius peccatū hēt, q me tradidit, &c.

Præterea & ſi non eſſent ſupradicta iura,quibus iudicamini homicidę, nonne quas Deus vobis de-
4 derit ex aduerſitatibus facilè cognoſci poteſt? † Primo enim ꝙ omnibus aliis hominum generibus conceſſit, vobis ademit. Nulla eſt autem vobis dominandi, nec iuriſdictionis poteſtas, qua etiam à fidei veritate penitus deuiantes, vt ſunt Macometani,non ſunt vacui. hoc autem non ſunt iniuria à diuina prouidentia fuit ſtatutum,cum voſmet iſtud optaſtis, dum verum Regem vniuerſalē,vt erat Chriſtus,ꝓ Rege habere negaſtis, dicentes alium Regem non habere, niſi Cæſarē. Patiamini ergo

ſent en-

Source : BIU Cujas

ſententiam,quam voſmet pronunciaſtis argu.tex.in l.j.in prin. ff.quod quiſque iur.bonus tex.& ibi glo.in cap. cum omnes.de
5 conſti. † Iſtis facit,nam illud priuilegium dominationis, & dignitatis,digni eſtis amittere,cum eo abuſi fuiſtis,per tex.in cap. priuilegium.11.q.3.Et dicit aptè pro confirmatiõe ſupradictorum Panor.in c.2.ad fi.pen.colum.de foro competen. ℭ priuilegium ꝓp peccatum amittitur,quid mirum ergo, ſi vos amiſiſtis,cum veſtro crimine nihil grauius inueniri poſſet. alibi gloſ. in c.j.de pur.cano.multa dicit,& inter alia,ℭ priuilegium nobi-
6 litatis amittit,qui ingenii mores abiicit.† Non enim dignitatẽ, honorem vel aliquã eminentiam Iudæus habere poteſt, cũ abſurdum eſſet,vt Chriſti blaſphemus,vt eſt Iudęus,publicis præferretur officiis,vt dicit tex.in c.cum ſit.de Iudę. vnde Papa in c.ex ſpeciali.eodem titu.dicit,mandamus quatenus ipſum Regem ſollicitè inducatis,ne Iudæos publicis officiis præficiat.Ad idem tex.in c.nulla.54.diſt.& in c.conſtituit. 17.q. 4. vnde text. in l.fi.C.de Iudæ.pulcherrimè dicit, hac valitura lege in omne æuum ſancimus,neminem quibus omnes dignitates & adminiſtrationes interdictæ ſunt, nec defenſoris ciuitatis ſaltem iũgi officio,quod eſt minimus magiſtratus, nec patriæ honorem arripere concedimus,&c.Et illud fuit ꝓpter mortẽ Chriſti. Nã 12
& ſi antiquitus Iudæi erant ſub Romanorũ poteſtate, poterant tñ honores cõſequi.l.gñaliter.§.fi.ff.de decu.Et propterea dicit Bart.& ibi Saly.in d.l.fin.& Bar.in j.conſti.C. † ℭ Iudæi nõ poſ-
7 ſunt doctoreum gradum adipiſci,cum iſtud ſit quædam dignitas,& idem voluit Panor.in capitu.nonnullis. & in capitu.j.de Iudæ. quicquid dixerit gloſ.in l.omnes.C.de decur.libro 10.

8 † Item non poteſt eſſe aduocatus,cum aduocatus mereꝰ honorem.l.fin.C.de aduo.diuer.iudic.pro quo facit.Nam cum Iudæi prohibentur habere dignitatem, vt dixi ſupra ergo prohibentur habere omne illud, ex quo poſſent peruenire ad dignitatem.l.oratio.ff.de ſpon.ſed per officium aduocati dimiſſo eo deberent habere aliquam dignitatem, vt dicit text. in l.j.de aduo.diuer.iud.ergo &c.

Item Iudæus non poteſt eſſe aſſeſſor,vt probat tex. in princ. iuncta rub in Auct.iuſiurandum quod præſtatur ab his. & ibi expreſsè gloſſ.in verbo, Chriſtum.

Item non poteſt eſſe notarius Papæ,vel Principis, cum talis dicatur habere dignitatẽ,per l.j.C.de emã. lib. & iſtud expreſsè voluit Io.de Ana.in rub.de Iudæis.aliquid per Fran. Tigri. in d. l.generaliter.bene tamen poteſt eſſe notarius alterius inferioris,vt voluit Ioan.de Ana.in d.rub.& eſt ratio,quia nunc eſt vile officium,& eſt tex.in l.vniuerſos.C.de decu.lib. 10. vnde ꝓp hoc dicimus,ℭ aduocatus non poteſt tale officium exercere, vt eſt gl.in d.l.vniuerſos.& iſto caſu loquitur tex.ĩ l. non enim. ff.de adop.& habetur in §.cum autem.Inſtitu.eod.titu. vbi notarius appellatꝰ ſeruus publicus. Iſtis adde Bar.in l.2. C. ſi ſeruus vel liber.ad decu.aſpira. Lud.Roma.in ſuis ſingu.in 20.car. ſingu.incipiente,nunc veniamus.vbi in diſcurſu videtur tenere, ℭ Iudæus nullo modo poteſt eſſe tabellio.

† Item non poteſt eſſe medicus Papæ, vel Principis Iudæus,
9 cum talis dicitur hñe dignitatem,vt eſt tex.& ibi no.Doct. in l. vnica,C.de comiti.& archiatr.ſacri palatii.li.12. Item poteſt dici de procuratore Principis,cum iſte habeat dignitatem,vt voluit Roma.in ſuis ſingu.ſingulari incipiẽ.tu habes officium.vbi generaliter innuit,ℭ omne officium, quantũcunque aliàs vile,dicitur dignitas,quando fit Principe mandante, per tex.ſing. in l.nemo perfectus. C.de digni.lib. 12. ex quo idem poteſt dici de coco Principis,vt voluit idem Roma.in dictis ſing. car. 19. in 2.colum.ſingu.incip.nunquid eſt e cocus.

Item tantæ ſeruitutis eſtis vos Iudæi,ℭ nouas vobis ſynagogas ædificare, nec antiquas reficiendo ampliare minimè poteſtis,vt eſt tex.& ibi Doct.in c.Iudæi.de Iudæis.

Item ex teſtamento clericorum etiam ſi eſſent veſtri conſanguinei,non poteſtis aliquid conſequi.c.in eos.& ibi volunt Doc.de hęre.Quid autem ex teſtamento laicorum,habetur in l.j.C.de Iudæ.de quo glo.in capi.Iudæi.§.de Iudæis.tenet, † ℭ ſi
10 Chriſtianus relinquat Iudæo,venit excommunicandus, etiam poſt mortem,quam pro ſingulari allegat Roma. in ſuis ſingu. ſingu.incipien.Chriſtianus non poteſt. vbi multa allegat.

Item prohibentur Chriſtiani habere veſtram familiaritatẽ, veſtra ne lepra inficiamur: vnde tex.belliſſimè in ca.nullus.28. quæſtio.j dicit,nullus eorum qui in ſacro ſunt ordine, aut laicus azima eorum manducet, nec cum eis habitet, aut aliquem ipſorum ĩ ſuis infirmitatibus vocet, aut medicinam ab eis percipiat,aut cum eis in balneo lauet. Si verò quiſquàm hoc fecerit,& clericus eſt,deponatur: Si laicus eſt, excommunicetur.

Et nota tu Chriſtiane,qui hoc facis, ℭ peccas mortaliter,cum aliàs, non poſſes communicari.c.nullus.& c.nemo.11.q.3.

Supradictis addas,quod voluit Panor.in cap.j. de Iudæis. per text.in capitu. ſæpe.28.quæſt.j.quod de rigore & veritate iuris Iudæus ad Chriſtianorum literarum ludum non poteſt ad diſcendum ire.

Et ex iſtis poteſt inferri ad id,de quo Barto.dubitauit in l.j,ff. ad leg.Iul.maie.videlicet,an ſecuritas conceſſa Chriſtiano, & ſuis ſociis,intelligatur cõceſſa Iudæis, qui ibant in ſocietate illius Chriſtiani. Per ſupradicta videtur,ℭ nõ, cum nulla eſt ſocietas inter Chriſtianos & Iudæos.de quo tamen videndum eſt per Bal.in l.ſpadonem.in §.idem autem.ff.de excu.tut. pulchrè per Ange.in l.vtimur.ff.de ſepul.viol.

Item Iudæi 11 ſunt in Chriſtianorum ſeruitute † propter mortẽ Chriſti,& iſtud Chriſtianiſſimus ille Conſtantinus Imperator iudicauit, vt voluit Panor. poſt glo.in c.conſuluit.in fi.& in c.ad hęc.de Iudæ.& eſt text. in c.& ſi Iudęos.& ibi omnes.eo.tit.& ex hoc inferunt Doct.inter quos eſt Io.And.ℭ Iudęi non habent filios in poteſtate. Nam cum ipſi ſint in aliorum poteſtate,non poſſunt alios ĩ poteſtate habere,ꝓ hoc allego text.in l.ſic euenier.ff.de adul.ibi, in ſua enim poteſtate non videtur habere qui ſuę poteſtatis minimè regnat. & alibi dicitur,nec poſſidere intelligitur, qui ipſe poſſidetur,in c.liber homo.ff.de acquir.rerum domi.cui enim ferẽdum eſt,eundem eſſe tutorem,& ſub tutela cõſtitui, & iterum eundem eſſe tutorem,& ſub cura agere. hęc certè & nominũ & rerum fœda confuſio eſt.ita tex.in l.fin.C.de legi.tutel. & ita
12 † propter hoc dicere poſſumus, Iudæos Chriſtianorum tutores & curatores eſſe non poſſe: cum namque ipſi ſerui ſint, vt ſupra dixi,ergo non poſſunt in dominos ſuos habere poteſtatem,quam haberent,ſi poſſent eſſe tutores,argum. tex. in §. eſt autem.Inſtitu.de tut.& iſtud in terminis tenuit Barto.in rub. ff. de iuſt.& iure pro quo facit text.in c.& ſi.Iudæos. prędalleg. ibi, nec filii liberè filiis famulantur ancillę.licèt idem Bar.in l.ſpadonem.ff.de excuſa.tuto.aliud ſenſerit,vide Rom.in l.pactum. C. de collatio.

13 † Item in odium Iudæorum eſt inductum, vt teneantur in ſua vita legitimam dare filio ſuo Chriſtiano, hoc dico per tex. generaliter loquentem in c.ſi Romanorum.19.diſtin.& in terminis inuenio hoc tenere Io.de Ana.in d.c.Iudæi. ſecundò per illum tex.in verbo,melioris conditionis,&c. ℭ aliàs contrariũ eſſet,cum filius in vita patris non debet habere legitimam, per Barto.& alios in l.is poteſt.ff.de acqui.hęred.& in l.fin.de liber. agno.& in l.j.in §.impuberi.vbi bonus tex.ff.de colla.bon.Doc. in capit.Raynutius.de teſtamen.

Item Iudæi debent in collectis inſolidis grauari. vnde tex.in c.iam verò. 23.q.6.dicit, tã verò ſi ruſticus tandę perfidiæ & obſtinationis fuerit inuentus,vt ad Dominum Deum minimè venire conſentiat. tanto pẽſionis onere grauandus eſt,vt ipſa ſuę exactionis pœna compellatur ad rectitudinem feſtinare,vt ibi gloſſ. Doct. intelligunt loqui de Iudæis, vt ibi per eos.

14 † Item Iudęi tenentur in eorum verecundiam talem deferre habitũ, vt tam maſculi quàm fœminę à Chriſtianis diſcernantur. Et in die paraſceue Domini noſtri Ieſu Chriſti nõ debent in publicum progredi,ita text.& ibi Doct.in capi.in nonnullis.de Iudę. Nec tali die feneſtras apertas,vel oſtia tenere debent. in capitu.quia ſuper his.eodem titu.

Item non poſſunt eſſe teſtes inter Chriſtianos, per Doct. in capitu. Iudæi ſiue Saraceni. de teſtibus.

Item ſi Iudæorum cauſis rigor & iuris ſeueritas ſeruanda eſt, & ſic in eorum perniciem legum ſubtilitate vti debemus. Nec ius,vt alias deberemus erga eos ciuilitate temperamus. iſtud ꝓbat glo.in fin.in c.2.de Iudæ. ex quo excellentiſſimus vtriuſq; iuris monarcha Dominus & præceptor meus obſeruãdus, Iaſo.Maynus,dum Patauii me audiente primam. ff. vete. partem legebat,in l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis cautio.in ſcriptis poſuit, Iudæos nõ poſſe purgare moram:quia vbi ceſſat æquitas, ibi ceſſat purgatio moræ,cum ſit inducta ex bono & ęquo. l. ſi ſeruũ. in §.de illo.ff.de verbo.oblig.Sed in Iudæis ceſſat ęquitas,vt dixi,ergo &c.Et licèt poſſet dici glo.in d.c.2.illud generaliter nõ probare,cum Iudæi pro humanitate debent à Chriſtianis foueri.capit.Iudæi.de teſti.ergo humanitas non operatur rigorem. Sunt enim Iudæi noſtræ naturę participes, ideo non debemus iſtam duritiem in eorum cauſa inducere.facit text. & quod ibi notanter voluit glo.in §.proximos.de pœniten.diſtinc. 2.tamẽ propter tanti viri authoritatem ac Iudęorum odium penè eſſet contra ſtimulum calcitrare. Ideo ſupradictæ opinioni aſſentio,pro qua opinione faciũt quę dixi ſupra in multis dictis, & maximè in collectis extraordinariis, quæ debent contra Iudæos imponi,vt vexati rectitudinem cogantur feſtinare.

15 Item Iudæi non habent eccleſiaſticam † immunitatem. Nam licèt ad eccleſiam fugiens ſit tutus,iſtud non eſt in Iudęis in eorum odium, vt eſt text. & ibi gloſſ.clarè in libro primo.C.de his qui ad eccle.confug.immo plus,quod ratione pręſumptionis malè contra Iudæos, ẽt ſi vnus diceret ſe velle eſſe Chriſtianus, non admittitur ad immunitatem eccleſiarum. ita voluit Panormi.in capi. inter alia. in j.q.quicquid ibi dicant alii de immunitate eccle. & iſta ſunt in odium Iudęorum, quantum ad mundum.

Quid autem ſit in iudicio Dei,patet ex text.in capi.nouem.j. q.j.vbi dicit, nonne Sodomæ Ethnici & gentiles erãt peiores,

ergo

Source : BIU Cujas

ergo, Iudæi quibus Dominus dicit, Tolerabilius erit Sodomis in die iudicii quàm vobis, quib. propheta dicit, Iustificatis Sodomam. i. comparatiõe vestra iusta facta est, &c. Et sic Prophe-
ta videns redemptori nostro mortem per vos inferendam, cõparatione vestri delicti non dubitauit grauissimos peccatores iustos nominare. Quid multis morer? lõge peior Machometa-
16 nea facta est vestra perfidia. † quod probari potest ex rogationibus ecclesiæ, dum rogans in die veneris sancti pro omnibus flectit genua & non pro vobis. & propter hoc Oldr. consi. 50. & Rom. in singulari suo incip. cras Christus. in 110. charta. tenent Iudæum non debere puniri, qui trãsiuerit ad sectam Machometi, cũ elegerit viam minus malam. Addo in hoc Doct. idem tenentes in capi. penulti. de Iudæ. Et hæc sunt, quæ propter mortem Christi non iniuria sustinere debetis. Nec vos in hoc excusat dicere, non credebamus Christum fuisse, nec sciebamus filiũ Dei. ergo ignorantes fuimus, & adhuc sumus. Nec fecissemus, si illud non fuisset nobis incognitum. nam contra vos est tex. in §. ecce. j. quæst. 4. Ecce dixit text. cp vocatũ ad cœnã non oportet scire carnes sibi appositas idolis fuisse immolatas, quod oportuit eum scire ignorantia Iudæorum & reliquorum infidelium, qui ea quæ à Prophetis de Christo fuerunt pnuntiata, adhuc ignorant esse completa. vnde à Iudæis adhuc expectatur venturus. hæc ignorantia neminem excusat: cadit enim in negligentiam, de quo in capitu. quæsitum. de pœnit. &
17 remis. & in capit. fin. de iniur. † facit, nam in his in quibus deberet præcedere diligens inquisitio, vt est in casu nostro, non excusat ignorantia, immo præsumitur dolus, vt tenent Doct. per glos. ibi in capitu. ad falsariorum. de fal. faciunt quæ habentur in capitu. innotuit. de elect.

Et hæc sunt, quæ in causa iniqui Pilati scelestorum vc Iudæorum mihi Ludouico de Mõtalto Syracusano inter Doctores minimo in præsentiarũ occurrunt, quæ sine præiudicio rectioris sententiæ, iuxta text. in l. Claudius. in fin. ff. qui pot. in pigno. habean. iudico esse vera eaque affirmo eatenus quatenus à veritate sacrosanctæ ecclesiæ non abhorrent.

Verum & si corrigi errorem meum sine iracundia sum paratus, attamen me facilè potest excusare, cum impeditus quotidianis lectionibus, & auditoribus meis satisfacerem, in hoc admodum vacaui, vt vix tempus ad scribendum supererat, non minus me à mordaci lĩgua defensabit (& si alios libros habuerim) propriorum librorum deficientia, qui quidem quantum aliis nunquàm visis libris in facultate nostra præualent, expertus quàm maximè scire potest.

Vltimò causam nostram tuetur auctoritas Ioan. And. in prooemio. libro 6. in nouel. & Panor. in cap. ex parte. in princi. de testi. qui dicunt, neminem posse esse Iob. vt in suis dictis nõ erret. Et in hoc tractatui nostro cum laude Dei eiusque glorioßissimæ matris beatæve Virginis ac martyris Syracusanæ Luciæ, & totius celestis curiæ finem impono.

TRACTATVS,
SIVE LIBER D. ISIDORI Episcopi Hispalen.

Contra Iudæos, validißimè eorum errores confutans.

SVMMARIVM.

1 *Christus, quòd sit Dei filius & à Deo patre genitus.*
2 *Christus sine tempore ineffabiliter à patre ab æterno genitus est.*
3 *Christus est verus Deus & Dominus.*
4 *Christus filius est in patre, & econuerso, scilicet pater in filio, cum sint vnus essentiæ.*
5 *Personæ tres sunt in Deo in vnitate essentiæ.*
6 *Christus Dei filius, homo factus est.*
7 *Redemptor noster secundùm scripturas vocari debuit, Christus Iesus.*
8 *Christus Dominus secundùm carnem de semine Abrahæ originem duxit.*
9 *Originem Christus traxit ex tribu Iuda.*
10 *Dauid ex stirpe Christus est natus.*
11 *Christus debuit nasci de virgine, non ex virili sanguine.*
12 *Nasci debuit Christus in Bethleem, secundùm scripturas.*
13 *Stella demonstrante Christi natiuitas claruit, secundùm prophetas.*
14 *Reges vel magi tres Christum natum adorare debuerant.*
15 *Spiritusancto Christus à Deo vnctus est, non oleo materiali.*
16 *Pauper pro nobis factus est Christus*
17 *Virtutes & miracula operatus est Christus, secundùm prophetas.*
18 *Christus Deus visibilis in corpore hominibus apparuit.*
19 *Iudæi Christum erant negaturi.*
20 *Iudæi conuenerunt ad interficiendum Christum.*
21 *Venumdatus fuit Christus.*
22 *Traditus fuit Christus.*
23 *Morti pro nobis sponte se obtulit Christus.*
24 *Captus Christus debuit esse.*
25 *Iudicandus erat Christus ad mortem.*
26 *Condemnandus erat Christus per falsos testes.*
27 *Iudæi clamaturi erant contra Christum, crucifige.*
28 *Gens Iudæorum propter peccata mortis Christi destructa fuit.*
29 *Conspuendus & flagellandus erat Christus.*
30 *Corona spinea coronandus erat Christus.*
31 *Christus sanguinem pro nobis fundere debuit.* 32.
33 *Crux à Christo erat baiulanda.*
34 *Mansuetus ad passionem venit Dominus.*
35 *Perforandus erat Christus in manibus & pedibus.*
36 *Christus in cruce ponendus erat inter duos latrones.*
37 *Spoliatus fuit Christus, & super vestem sors missa.*
38 *Christus aceto potari debuit.*
39 *Patiendo Christus peccata mundi tulit.*
40 *Titulus triumphalis super crucem ponendus erat.*
41 *Christus pro suis crucifixoribus orauit.*
42 *Ductus est Christus ad mortem, sicut prophetatum fuerat.*
43 *Mori debuit Christus, secundùm prophetas.*
44 *Tenebræ factæ sunt super terram in morte Christi.*
45 *Os aliquod Christi non fuit fractum.*
46 *Lancea corpus Christi debuit perforari.*
47 *Sanguis & aqua de latere Christi processerunt.*
48 *Christus sepeliri debuit.*
49 *Lapis poni debuit super sepulchrum Christi.*
50 *Christus ad inferos descendit.*
51 *Christus Dominus eduxit de inferno patres nostros.*
52 *Christus resurrexit, vt fuerat prophetatum.*
53 *Tertia die debuit Christus resurgere.*
54 *Piscatores debuit Christus mittere in mundum.*
55 *Cœlos ascendere debuit Christus, secundum prophetas.*
56 *Christus ad dexteram Dei patris sedet.*
57 *Regnum Christi est æternum & incorruptibile.*
58 *Christus vt debuit, spiritumsanctum misit.*
59 *Venturus est Christus in fine mundi iudicare viuos & mortuos.*
60 *Iudæi excæcati debuerunt Christum negare.*
61 *Cæcitas Iudæorum in suo Thalmud contenta.*

¶Quod Christus est Dei filius, à Deo patre genitus.

1 IVdæi nefaria † credulitate Christum abnegantes Dei filium impii, duri corde, prophetis veteribus increduli, nobis obtrusi, aduentum Christi malunt ignorare quàm credere. quem enim venturum accipiunt, venisse iam nolunt: quem resurrecturum legunt, resurrexisse non credũt. sed ideo ista non intelligere se fingunt, quia sacrilegio sic hæc impleta esse non cognoscunt. Hi ergo quærunt à nobis dicentes, Eum Christum quem colitis esse Dei filium prædicatis, quibus talia respondemus. Ideo Christum filium Dei esse credimus, quia genitum ineffabiliter ab omnipotente patre esse credimus, ipso testante, Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te. Ex vtero itaque, idest ex illa intima & incomprehensibili patris substantia, siue ex illo diuino atque immenso paterni pectoris archano, quo pater genitor de corde bonum eructat verbum, sicut ipse aliàs ait, Eructauit cor meum verbum bonum: si quidem & ipse pater sic dicit ad Christum, filius meus es tu, ego hodie genui te. Nam & ibi additur, pete à me & dabo tibi gẽtes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ, quod neque dicendum Dauid, neque genti Hebræorum concessum est, nisi tantummodo Christo, cuius nomen per omnes gentes est diffusum, cui & Reges obediunt, & gentes seruiunt, sicut de eo scriptum est, Adorabunt eum omnes Reges, omnes gentes seruient ei. Item Salomon, cum mysterum natiuitatis Christi secundùm deitatem vellet agnoscere, his verbis intonat in Prouerbiis. 30. capitu. dicens. Quis ascendit in cœlum, aut quis descendit, quis conclusit aquas, quasi in vestimento, quis suscitauit omnes terminos terræ, quod nomen est eius, aut quid filii eius? Si nescis hunc filium Dei in Daniele. 3. capit. Rex ille impius dixit, Ecce ego video viros quatuor solutos & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis est filio Dei, quem fideliter credimus, nec vllatenus dubitamus Dominum saluatorem. Sed obiicitur, quòd in Daniele, Iste filius Dei superius esse Angelus dicitur. Sicut enim propheta Malachias. 3. capitu. ait de ipso. Venit ad templum sanctum suum dominator, quem vos quæritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis. Christus enim in eo quia à patre genitus est, filius Dei vocatur. in eo verò quòd sæpe à patre missus ad annuntiandum patribus legitur, Angelus nominatur, de quo & ipse pater ad legislatorem Moysen. Exod. 23. protestatur dicens, Ecce ego mitto Angelum meum, qui præcedat & custodiat te in via, & introducat te in locum quẽ paraui.

obserua

Source : BIU Cujas

obserua eum & audi vocem eius, ne contemnendum putes, qđ non dimittet cum peccaueris,, & est nomẽ meum in illo: quis est ergo ille Angelus? cui Deus est potestas sua & nomen aliqđ, potestas Angelicos hoc nefas est credere, quis enim in nubibus æquabitur domino? Psalm. aut quis similis domino in filij Dei? Qui enim non æquabitur natura, non potest adæquari & nomine, ipse enim est filius, qui semper a patre missus visibiliter apparebat hominibus. Ex ipsa ergo missione recte Angelus nuncupatur. Esaias autem vltimo, filium a Deo genitum confirmans ita annunciat, Vox domini reddentis tribulationem inimicis suis, ipsis videlicet qui non crediderunt iudæis, antequã parturiret peperit, & antequam veniret partus eis, peperit masculum ac si aperte diceret, antequã Christum virgo parturiret in carne, genuit filium pater in diuinitate. Et antequam tempus virginis pariendi veniret, genuit eum pater sine tempore. Vnde inferius ait, Quis audiuit vnquam tale, aut quis vidit huic simile? Reuera, quia nihil tale in hominibus accidit, aut cuipiam simile. & post hæc subiungit, Nunquid ego qui alios parere facio, ego non pariam? dicit dominus. Quibus omnibus testimonijs cogendus est infidelis, vt eligat sibi de duobus vnum, aut Christum filium Dei credere, aut mendaces putare prophetas, qui ista concinnuerunt.

¶ Quod sine tempore ineffabiliter Christus a patre ab æterno genitus est.

2 Quia si quæritur, quando vel quo modo† pater filium genuerit. Respondetur ei, quæritur tempus quo sit Dei filius genitus dum sit natiuitatis æternus, sicut scriptum est de eo per Michęam 5. capit. Egressus eius a princ. a diebus æternitatis. & iterum Dauid, ante Solem permanet nomen eius, & ante Lunam sedes eius a prin. a diebus æternitatis. Sed pater eũdem ante luciferum, id est ante omnia tempora genuisse testatur, sicut ipse filius Dei verbũ & sapientia de sua natiuitate confirmat, dicens Prouerbiorum octauo. Necdum abyssi erant, & ego iam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant, necdum montes graui mole constiterant, ante colles ego parturiebar, adhuc terra nõ fecerat flumina & cardines orbis terræ, quando præparabat cœlos aderam, quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cũcta cõponens. Tali igitur auctoritate oĩa secula filius a patre genitus esse declaratur, quando cum patre esse noscuntur cuncta per illum creata. Illud etiam Deo scire, quem quando ipse idem sic genitus, dũ sacra natiuitate eius archana, nec apostolus didicit, nec propheta comperit, nec angelus sciuit, nec creatura cognouit. Esa testante, qui ait. 53. c. In humilitate iudiciũ eius sublatum est, generationem eius quis enarrabit? Et idcirco si eius natiuitas a propheta non potest enarrari, quis profitebit nosce, quando potuit a patre filius generari? tũc est illud in libr. Iob. Sapientiam Dei patris vnde inuenies, latet ab oculis hominum, & a volucribus cęli absconsa est, id est etiam ipsis Angelis incognita. Item ibi radix sapientiæ cui reuelata est, id est origo, scilicet filij Dei. sed si gignendi filij quærant rationem, dices: filius non nisi ex duobus nascitur, habeat iniquam huiusmodi genus ortum conditio caduca mortalium. Christus enim ex patre ita emicuit, velut splẽdor a lumine, velut verbũ ab ore, velut sapientia ex corde.

¶ Quod Christus sit verus Deus & Dominus.

3 Sed hunc isti Christum non reputant † esse Deũ eo, quod in montem Synai audierũt vocem Domini intonantis, Audi Israel inquit, Dominus Deus tuus vnus est. Et iterum, Ego sum Deus, & præter me non est alius. Et illud, Ego dominus & non mutor, gloriam meam alteri non dabo. Cum ergo legunt perfidiæ errore cæcati, Christũ Deum esse non credunt. ergo agnoscant proinde illis eo tempore ea prædicta fuisse, ne fortè a veritate fidei recedentes in multos fictos deos transissent, atque idola gentilitatis colerẽt, quod etiam fecerunt. Nam specialiter Christi testimonium ꝓphetarum apparet esse Deum, vt cum dicitur in psal. Sedes tua Deus in seculum seculi, virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deꝰ tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Quis est ergo iste Deus vnctus a Deo? respondeant nobis iudæi. Ecce Deus a Deo vnctus dicitur, & verticem Christus ipse vnctione declaratur, cũ Deus vnctus insinuatur. Cum enim audis Deum vnctum, intelige Christũ. Christus enim a chrismate, id est ab vnctione vocatur. Hunc Christum sub persona Ciri per Esaiã 45. patet Deũ & dominum, ita testatur dicẽs Christo meo Ciro, cuius apprehendi dexteram, & subijciam ante faciem eius gentes & dorsa regum vertam, & aperiam ante eum ianuas, & porte non claudentur. Ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo, portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam, & dabo tibi thesauros absconditos & archana secretorum, vt scias quia ego dominus qui inuoco nomen tuum Deus Israel. in persona enim Ciri Christus est prophetatus, cui subiugatæ sunt gentes & regna in fide prospera. quia nullus in regno Israel Cirus dictus est, quod si de Ciro Persarum Rege quis hoc crediderit, absurdum & prophanum esse cognoscas, vt homo impius & idololatriæ deditus, Christus Deus & dominus nũcuparetur. Audiat adhuc incredulus, si Christus Dominus non est, dicat nunc quem sit affatus in Genes. cum diceret, Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinem nostram. sic enim subiungit, & creauit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creauit illũ. Quærat ergo, quis deus creauit, aut ad cuius imaginem cõdidit. quem creauit, quod si respondeat, an Angelorũ: Nunquid Angelus æqualem habet cum Deo imaginem, dum multũ distat imago creaturæ ab eo, qui creauit? Aut nunquid Angelus cum Deo potuit facere hominem, quod ita æstimare magna demẽtia est. Cum ergo dicitur ita ad cuius imaginem homo creatur, nisi ad eius, cuius persona & imago vna cum Deo est, & vnicũ nomen diuinitatis est. Adde alium. adhuc si Christus Dominus non est, quis Dominus pluit ignem a domino in Sodomis. Sic enim ait in Genes. & pluit dominus super Sodomã & Gomorrã sulphur & ignem a domino, qua sentẽtia nemo dubitat secundam esse personam. Nam quis est ille dominus a domino, nisi proculdubio filius a patre, qui semper ab eodem patre missus descendere, solitus est ascẽdere, quo testimonio deitatis & distinctio seu distractio personarum patris & filij luce clarius demonstratur. Si Christus dominus non est, de quo dicit Dauid in psalmo, Dixit dominus dño meo, sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. quæ dũ idẽ Christus ſm carnem sit filius Dauid, in spiritu tamen dominus eius & Deus est, si Christus dominus non est Deus, quærant Dauid in lib. 2 Regum. Dixit vir, cui cõstitutum est de Christo Dei Iacob, egregius psaltes Israel. spiritus domini loquutus est per me, & sermo eius per linguam meam. si Christus dominus nõ est, quis est ille dominus exercituum, qui a domino exercituũ post gloriam mittitur, ipso dicente in Zacharia 2. Hæc dicit dominus exercituum, post gloriam misit me ad gentes quæ spoliauerunt nos. qui enim tetigit vos, tanget pupillam oculi eius in via. Ecce leuabo manum meam super eos, & erit præda his, qui seruiebant sibi, & cognoscetis, quia dominus exercituũ misit me. Age nunc, cuius sit hæc vox, nisi saluatoris, qui omnipotens deus a patre omnipotẽte missus esse testatur. Missus est autem ad gentes post gloriam diuinitatis, quam habuit apud patrem, quando idem Saluator seipsum & formam serui accipiẽs factus est obediens vsque ad mortem, qui etiam sequẽtibus loquitur dominus Zachariæ 2. Lauda & lætare filia Sion, quia etiam ego veniam & habitabo in medio tui, dicit dominus. Et applicabuntur gentes multæ ad dominum in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui, & scies quia dominus exercituum misit me ad te. dic ergo, quis est iste dominus exercituum a domino missus?

¶ Quod filius est in patre & econuerso, scilicet pater in filio Christo, cum sit vnius essentiæ.

4 Sed † contra hoc obijcit pernicioſa iudæorum perfidia, dicens: Si pater deus & filius est, ergo duo dij sunt, & non est vnus Deus. Proinde ergo audite Esaiã 45. vtrãq; personã deũ tenentem. Tu es deus & in te est deus, filium declarauit, sed tamen vt eundem patrem & filium vnum deum ostenderet subiecit, non est absque te deus, verè deus absconditus est deus Israel Saluator, alias quoq; vnicum nomen patris & filij comprobatur ipso patre ad legislatorem Moysen, ita testante Exod. 23. Attende illi, & ne inobediẽs ei fueris, & est nomen meum in illo.

¶ Quod in Deo sunt tres personæ in vnitate essentię.

5 Quod verò tres personas patris † & filij, & Spiritus sancti sub vnitate diuinitatis pronũtiamus, Audi Esa. 48. Ego primus & ego nouissimus, manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cęlos. Non a princi. locutus est in abscondito, sum ex tempore, antequam fierent, ibi erã. Et nunc dominus deus misit me, & spiritus eius qui mittitur, & tertia persona eiusdem domini qui mittitur, sicut est & illud Genes. in prin. Fecit deus cœlum terram, & spiritus Dñi ferebat sup aquas. in dei enim vocabulo, patrem intellige. In prin. cognosce filiũ q dicit, in capite libri scriptũ est de me. in eo vero, qui superferebat aquis, intellige spiritũ sanctũ. Item in Psalmo, verbo domini cęli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. In persona enim domini patrem accipimus. In verbo filium credimus. In spiritu oris eius, spiritum sanctum intelligimus. Quibus testimonijs & trinitatis numerus & commemoratio cooperationis ostenditur. Cuius etiam trinitatis sacramentum & Aggeus propheta 2. ostendit ex persona dñi dicẽs. Spũs meus erit in medio vestri. ecce qđ Deus loqt̃ ecce spũs eius post hæc. De tertia ꝑsona, id est de filio ita subiecit, quia ecce cõmouebo cęlum, & terrã, & veniat desiderat̃us cunctis gentibus. Nam & cum dominus dicit, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, in eadem locutione vel operatione patens cognitio trinitatis est. Pater enim dicit, filius facit. Spititus verò sanctus ea quæ facta sunt sanctificatione sua benedicit. Idem cum dicit ipse deus, ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis in ipsa pluralitate personarum

Source : BIU Cujas

narum patet trinitatis mysterium.hoc quidem de trinitate breuitatis causa notauimus,dum copiosissimè plura in voluminibus scripturarum pandantur.

¶ Quod Christus filius Dei homo factus est.

6 Hucusque mysterium natiuitatis† Christi, secundum diuinitatem notauimus vel prædiximus, deinceps de corporali eius natiuitate dicamus,manifestantes primum, quia idē filius Dei propter nostram salutem incarnatus est, & homo factus. Sic enim de eo prædicatur Esaiæ 10.Paruulus, inquit natus est nobis,& filius datus est nobis,& factus est principatus super humeros eius,& vocabitur nomen eius admirabilis Deus fortis, pater futuri seculi Princeps pacis.Paruulus enim Christus,quia hic homo & natus est nobis non sibi, quod Deus homo factus est pro nobis profecit,& ideo natus est nobis,quia datus est nobis nisi Dei filius & principatus eius super humeros eius, siue quia crucem ipse proprijs humeris portauit, siue quia titulum regni super humeros & caput eius Pilatus scripsit. Erubescant itaque impij & agnoscant vocati Deum filium spiritu natum per assumptionem corporis periculum factum. De cuius etiā natiuitate in psalmo Spiritussanctus dicit. Pater nunquid Sion dicet homo,& homo factus est in ea, & ipse fundauit eam excelsus. Et ipse qui in ea natus est homo,& altissimus nuncupatus,Homo.quia ipse in ea natus est humillimus,altissimus autē, quia ipse fundauit eā.excelsus,de quo iterū Esaias 2.cita.Quiescite ab homine,cuius spiritus in naribus eius est, quia excelsus reputatus est iste,verum etiam quoties impij omnem hāc prophetiam de natiuitate Christi agnoscunt,concluſi dum non habeant quid proponant argumentantur dicentes, nec dum venisse Christum,de quo hæc omnia ex ore prophetarum annūtiata sunt.Audiant & Danielem,quia etiam non solum venturum prædicat Christum, quod est conueniens cum cæteris ꝓphetis,sed etiam tempus aduentus eius ostendit, & annos enumerat,& manifesta eius signa pronuntiat.Sic enim ait ad eum Angelus 9.c. Daniel. Animaduerte sermonem & intellige visionem,septuaginta ebdomadæ abbreuiatæ sunt super populū tuum,& super vrbem sanctam tuam, vt consumetur præuaricatiọ,& finem accipiat peccatum & deleatur iniquitas,& adducatur iustitia sempiterna,& impleatur visio & prophetia,& vngatur sanctus sanctorum. Quæ scilicet septuaginta ebdomadæ si a tempore Danielis enumerentur,proculdubio Sanctus Sanctorum, qui est Christus olim venisse cognoscitur. Ebdomada namque in sacris eloquijs septem annis terminatur,testante domino ad Moysen, Leuitici 25. numerans ergo tibi ter septem ebdomadas annorum,ideſt septies septenas, quæ simul faciunt annos 49.quadringentos nonaginta.A tempore itaque Danielis prophetæ vsque ad Christum plusquàm 100.ebdomadæ numerantur.Ideo nanque natus est Christus, quando annuntiabit sermo propheticus,sed duritia cordis iudaici,quia ipsi Christum interemerunt.Inde eum adhuc venisse non crediderunt. & adhuc vt plenius patefiat,notādum quòd debemus computare a primo anno Darij vsque ad euentum Christi.Darius regnauit 18.annis.Archarius 6.Othus qui & Thirus 24.annis,ideſt ante alius Darius,qui & Melas 21. Alexan. Macedo.12.post eum Sothar in Alexandria 35.succedens Philadelphus 38.post hunc Euergeus 25. Philopater. 16. Epiphanes 24. Alius Euergeus 27. Cleopater 20. & sex mensibus.iterum Cleopater Sother 28. post Tholomeus 27. Augustus 13. post Cleopatrem Augustus 43. annis. nam omnes anni Augusti 55. Scimus 40.anno imperij Augusti,qui post mortem Cleopagæ regnauit.Natus est Christus anno 15. Probamus filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum secundum carnem iam natum fuisse.Sed adijcit,cur natus est,audiat ergo tamen. Deus cū hominem fecisset summa beatitudine productum, & diuinæ imaginis decore honoratum,posuit eum in Paradiso,vt esset Deo subiectus & cęteris creaturis.Prælatus ille autem rebellis effectus concepta diuinitate interdum violauit præceptum. Quem proiectum Deus non occidit,sed exulem a Paradiso fecit, expectans vt per pœnitentiam reuocari posset ad veniam. & cum ille non reuocaretur ad viam veritatis, dedit ei legem per Moysen, vt vel per ipsam reuerteretur ad amorem Dei & ad rationem iustitiæ.Sed cum nec hanc quidem contumax & incredulus custodiret, venit filius Dei & corpus humanæ fragilitatis assumpsit,vt dum videretur sic quod tandem mundus conuerteretur.Omissisque dęmonum simulachris reconciliaretur gratia conditoris,hæc est causa natiuitatis Christi.nam & a principio mundi hominem Deus ad sui imaginem fecit, cūque præsentia sui ex omnibus creaturis pulcherrimè decorauit.sciens profectò quod futurus esset in corpore & ipsam imaginem indueret,quæ proxima Deo facta in mundi creatione, ne conditione iam deinceps sequamur debitum ordinem & cuius demonstrata est natiuitas, demonstretur genus, & patria.

¶ Incipiamus de eius nomine loqui,quòd Christus Iesus vocari debuit, secundùm scripturas.

7 Prima enim appellatio nominis † Iesu inuenitur in figura Domini nostri Iesu Christi a Naue prædicta. Nam Auses quidam,qui Naue filius nominabatur a Moyse Iesus cognominabatur.Sic enim post obitum Moysi dux effectus obtinuit & nostram promissæ hæreditatis distribuit mutatio nominis. quod significauit,nisi quia defuncto Moyse, ideſt defuncta lege, & legali præcepto cessante, dux nobis dominus Iesus Christus erat futurus,qui ad terram nos cęlestis repromissionis per Iordanis fluenta,ideſt per gratiam baptismi sanctificatos perduceret omnibus vitiorum generibus expulsis, vel Angelorū hostibus effugatis.

¶ De generatione Christi secundum carnem,quòd de semine Abrahæ originem duxit.

8 Quod autem ex semine Abrahæ futurus † esset Dominꝰ Iesus Christus, his verbis Abrahæ primo facta promissio est a domino,Gen.12 in semine,inquit tuo benedicentur omnes gētes,ideſt in Christo.de quo psal.ait, & benedicentur in eo omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum. Audi me Iacob,& Israel,quoniā ego feci, ego sum Dominus Deus tuus primus & nouissimus, & ea quæ ventura sunt nouissima ego facio Iterum ibi,Ego sum Deus, qui te creaui & audiui, & tenui dextera mea,vt vnitatem patris & filij assignauit. adiecit dominus,ego testis vester,dicit dominus Deus,& puer meus quem elegi,vt sciatis & credatis,quia ego sum,& ante me nō est alius & post me non erit. & in Salomone. Miserere nostri Deus & respice nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum, & immittet timorem tuum super gentes,quæ non exquisierūt te,& agnoscant quia non est alius Deus nisi tu. Item in Psalm. Quoniam quis Deus præter dominum, aut quis Deus præter Deum nostrum?Contrariè autem asserit sacrilegus iudæus, dicens. Si patrem & filium vnum Deum creditis, quomodo iterum tres personas patris & filij & spiritussancti, sub vnitate deitatis,pronuntiatis?Respon.iterum , audi ergo diuinam trinitatem,Esaia protestante,vj.c.Vidi,inquit,dominum super solium excelsum & eleuatum,& ea quæ sub ipso erat replebant templū,Seraphim stabant subter illud,sex alę vni, & sex alteri,duabus velabant:faciem,& duabus velabant pedes eius, & duabus volabant:& clamabant alter ad alterum & dicebant, Sanctus, sanctus,sanctus,Dominus Deus Sabaoth,plena est terra maiestate eius.Vnde si Deus trinitas nō est, quare sanctus tertio interauerunt. Cuius tamen Trinitatis vnitas commendetur sub eadem trina repetitione vnum Deum, aut Dominum iteraue runt.Item si trinitas vnus Deus non est,cur Abraham sub vertice mambræ tribus occurrens vnum Dominum dixit & non tres plurali numero salutauit, nisi quia vnitatis mysteriū in trinitate esse cognouit. Si trinitas non est Deus, cur ad Moysen tertio dr,Deus Abrahā,Deus Isaac, & Deꝰ Iacob,Rn.ad hæc,q es infidelis, qui Christum & Deum & Angelum Dei non credis.Quis ergo ille Angelus Domini est, q apparuit Agar, qui ēt & Dominus vocatur. Gen.itaque testatur 16.c. Et dixit Angelus Dñi ad Agar,Reuertere Dñam tuā,& humiliare sub manibus eius.Et rursū, Multiplicās, inqt, multiplicabo semē tuū,& nō numerabitur prę multitudine,inuocauit aūt Agar nomen Domini, qui loquebatur ad eum. Tu Deus, qui exaudisti me. Et simile huic illud, quod sequitur in Genes.xij.Tentauit Deus Abraham,& dixit,Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac.& post paululum sequitur,Ecce Angelus Domini clamauit de cęlis dicens,Abraham.cui rndit,adsum.Dixit Dominus,Ne extendas manum tuam super puerum, neq; facias quicquam,nunc cognoui quia times Dominum,& non pepercisti vnigenito tuo propter me.item ille Gen.31.dixit Angelus Domini in somnis ad Iacob,& respondens adsum, cui ait:vidi omnia,quæ fecisti in Labam, Ego sum Dominus Bethel, vbi vnxisti lapidem & notum dedisti mihi. adhuc prętera si Christum Deum & Dominum nō creditis,quis est iste Angelus & Deus, quem Dominus præmittit ante Moysen?Exodi 23. ita dicens. Ecce ego mitto Angelum meum, qui præcedat & custodiat te in via,& introducat ad locum, quē præparaui, obserua eum ne contemnendum eum putes, quia cum peccaueris, non dimittet te,& nomen meum est in illo.

¶ Quod ex tribu Iuda traxit originem Christus.

9 Secundum carnem Christus ex tribu † Iuda expectandus erat. Iacob patriarcha signāt dicens Ge. xlix.c. Non deficiet Princeps ex Iuda, nec dux de femoribus eius,donec veniat qui mittendus est,& ipse erit expectatio gentiū.Certum enim est vsque ad ortum Christi non defuisse principem ex populo Iudæorū,& ex genere iudæorum, nec dux de femoribus

Source : BIU Cujas

tribus eius vsque ad Herodem alienigenam Regem, qui per ambitionem regni irrepserat, quem gens & populi expectabant Iudæi perui cacia impudicę frontis dicent, Nondum esse tempus impletum, mentientes nescio quem Regem ex genere iudæorum in extremis orientis partibus regna tenere, neque debent menti cęcati simulationis suæ mendaciū detenti, qui iam nunc sine sacerdote, ita sine Rege & Principe sunt. Neque enim mendax esse potest Oseæ Propheta, qui dicit, Sedebūt filij Israel sine Rege, sine Principe, sine sacrificio, sine altari, sine copoli, idest sine sacerdotio, sine taranthim, idest sine manifestationibus, q̄ omnia quis non videat nunc in ipsis esse completa. Ecce ex qua tribu nasciturus esset Christus docemur.

¶Quod ex stirpe Dauid Christus sit natus.

10 Ex Dauid autem semine secundum carnem † futurū esse per spiritum sanctum ita pronuntiabatur in psalmo, Iurauit dominus Dauid veritatem & non frustrabitur eam, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Semel iurauit in sancto meo si Dauid mētiar, semē eius in ęternum manebit, & thronus eius sicut Sol, &c. Item in primo libr. Paralipomenon. 17. & factum est verbum Domini ad Nathā, dicens, Vade & dic seruo meo Dauid. Hæc dicit dominus. Nō ędificabis tu mihi domum ad habitādum, sed cum impleti fuerint dies tui & dormieris cum patribus tuis, suscitabo post te semen tuum, quod erit de vtero tuo, & firmabo regnum eius, hic ædificabit domum nomini meo, & erigam thronū eius in secula. Ego ero illi in patrem, & ipse mihi in filium, & fidelis erit domus eius vsque in seculum in conspectu meo, & thronus eius erit firmissimus iugiter. Hæc omnia quisquis in Salomone putat fuisse impleta, multum errare videtur: nam qualiter in Salomone intelligendum est cum dictum est, postquam dormieris cum patribus tuis suscitabo semen tuum post te, absit. Ille enim viuente patre incępit regnare. Nam hic dicitur, quia cum impleti fuerint dies tui, & dormieris cū patribus, suscitabo semen tuum. Ex quo intelligitur esse alius promissus, qui nō ante mortem eius pronuntiatus fuerat suscitandus, qui ædificatet domū Deo, non de parietibus manu factis, sed de lapidibus pretiosis, & viuis. i. sanctis & fidelibus. Nam & illud quod subiecit. Fidelis erit domus, & regnū eius vsq; in æternum corā me. Attēdat & aspiciat prius, q̄ non de Salomone pronuntiat. Salomonis nūquid domum plenam fuisse mulieribus alienigenis colentibus idola legimus, & ipse ab eis rex in eadē idololatria seductus est atque defectus, qui dum bonus fuisset in initio, malum exitum habuit. Ergo quis est iste, cuius domus fidelis est in perpetuū, q̄ post mortem Dauid promittebatur suscitādus, ille est vtiq; de quo ipse Dauid existimans proclamat dicens, Tu verò distulisti Christum tuū. non est ergo Salomō ille, sed nec iste Dauid, sed dilectus est Christus. ergo apparet promissiones nō in Salomone, sed in Christo Domino nostro, qui ex Dauid genere ortus est, fuisse completum. De quo ipse dns alibi dicit. Hiere. 23. Ecce dies veniunt, & suscitabo Dauid germen iustū, & regnabit Rex & sapiēs erit, faciet iudiciū & iustitiā in terra. in diebus illis saluabitur Iuda & Israel habitabit confidenter. & hoc est nomen, quod vocabunt eū dns iustus nr promissum nāq; & alts ex semine Dauid Christū per Esa. prophetā 11. ita pronuntiat. Egredięt virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascēdet. hęc virga de radice Iesse virgo est Maria de Dauid radice exorta, quæ genuit florē Dm saluatorē, de quo etiam sequitur, & requiescet super eum spūs, Dni, spūs sapientiæ & intellectus, spūs consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eū spūs timoris dni. Ideo tanta dona spiritus sup eū p̄dicant, qa in eū non ad mensura spūs inhabitabat sicut in nobis, sed tāta inest plenitudo deitatis. & iste est qui non fm visionem oculorū iudicabit, neq; fm auditū auriū arguet, &c. Sed erit iustitia cingulum lūborū eius, & fides cinctorium renū eius. in cuius eccle sia vtique habitat lupus cū agno, ille solebat ab ea predā cape, ad eā conuertitur & cū innocentibus cōmoratur, in cuius ouili pardus cū hædo accubat permixtim. s. subdoli cū pctōribus, etiam vitulus de circuncisione, leo de sæculi potestate, ouis de populari ordine simul morantur, quia in fide cōmunis est omnium condictio. Puer autem paruulus minans eos vtiq; quia humiliauit se pro nobis vt paruulus, bos autem & leo comedent ibi paleas, quia Princeps cum subiectis plebibus cōem habet doctrinā: delectatur quoq; infans ab vbere super sacramine aspidis, dum gentes quæ solebant venena prædicare cōuersis ēt Christi fidē paruuli delectantur audire. cauerna. n. regali corda sunt infideliū, in qbus serpens ille tortuosus requiescebat, quē ablactatus cōprehensis ex me captiuū traxit, vt in mōte sancto eius, quod est ecclesia non noceret. Ad hæc idem Esa. de Chro 11. c. q̄ de semine Dauid natus est fm carnē. sic in p̄phtibus dicit. In die illa erit radix Iesse, qui stat in signū populorū, ipsum gentes prædicabūt, & erit sepulchrū eius glorioſum, insignū populorū stat radix Iesse, qñ Christi signaculū crucis exprimenti frōtibus eorū ipsum gētes deprecabunt, q̄d iam cernit dudū fuisse cōpletū. Sepulchrū aūt eius inquātū est glorioſum, vt excepto q̄ redempti p̄ mortē eius gloriā ei exhibemus, etiā locus ipse coruscans miraculis ad se oēm p̄hit mundū gloriæ suæ cā. iam verò q̄ ore prophetico ad Moab nascentis Christi perhibetur testimoniū Esa. 15. Ponā. n. super his qui fugerunt de Moab leonem & reliquijs terræ. Emitte agnū dne dnatorē terræ de petra deserti ad montē filiæ Sion. de hac gēte Moabitarū egressus est agnus immaculatus, qui tollit peccata mundi, dnatur in orbē terrarū. Petra aūt deserti Ruth signat, quæ destructa morte mariti d̄ Boos genuit Obed. Deinde Iesse Dauid, & de Dauid Christum, montem autem filiæ Sion aut historialiter ipsam vrbem Hierusalem, dicit, aut iuxta Tropologiam ecclesiam in secula, idest in virtute sublimitate locatam.

¶Quod de virgine nasci debuit, non ex virili semine.

11 Hactenus de noīe & gratia & genere † Dni nostri Iesu Christi veteris fidē perstrinximus. Dehinc gnationē eius fm carnē ex virgine ostendamus. Esa. plenissimè p̄docente. sic enim dicit, Et adiecit dns loqui ad Achaz dicens. Pete tibi signum a Dno Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra & subiecit. audite ergo domus Dauid genus Dauid. Nam bene dnm loquebatur. i. ad stirpē regiā, de qua descendit Maria, & adiecit propter hoc dabit Dns ipse nobis signū. ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod est interpretatū, nobiscum Deus. erubescant itaq; impij & gratia Christi sua colla subijciant. Ecce. nequē virgo peperit nobiscum Deus appellat. Obijciūt aūt nobis mentientes iudæi, q̄ in hoc loco non virginem, sed iuuenculā oñdit sermo propheticus pariturā. Quibus rndet nō esse signū si iuuencula pariat, quod est ætatis. & hoc est signū ad rei nouitatem, quod si virgo pariat, quod est integritatis, Dns dabit nobis signum, insinuat quoddā insigne miracula, virginē. s. parituram, quod procul dubio signum non esset, nisi nouū existeret. Oportebat enim Christum propter insigne miraculū fm carnē nasci de virgine. Sequit de eo, butirū & mel comedet, butirū fructus est ecclesiæ venientis ex circuncisione, quasi nobis origo. i. sub lege positæ. Mel verò ecclesiæ venientis ex gētibus, cuius fructu. i. opera pascitur Christus. Sequitur q̄d dicit, priusq̄ sciat puer vocare patrē aut matrē. quod enim dixit priusquam cognoscere se faciat Deum haberi, se & virginem matrē, iuxta illud, q̄d in Gen. scribitur conducente domino ad Abrahā, nūc cognoui, quia times dnm. i. nūc cognoscere te feci. Absit enim apud Deū esse ignorantiā, vt tunc cognosceret q̄d ante nesciret. Sed iam ad propositum redeamus, atque audiamus ad hæc de sacra virgine natiuitatis Christi mysterium eodem Esa. aliter præcinente 45. c. Rorate cęli desuper & nubes pluant iustū, apēriatur terra & germinet Saluatorem, & iustitia oriat simul, ego Dns creauit eum, cœli ipsi qui nubes. i. prophetæ, p̄ quos Christus veniens prophetabatur terra Maria, quæ fide aperta nō corruptione genuit Saluatorē, quia solus dns eam creauit, nō virilis cōmixtione seminis. Sicut enim Daniel 2. Propheta. de eodē virginali necessitate figuraliter dns prædixit, scidi lapidē de mōte absciſſum sine manibus prçscindētiū, & cum peruenisset in terrā repleuit orbē terræ, sic lapis Christus intelligitur. vnde per Esaiā Deus loquitur, Ecce mitto in fundamentis Sion lapidem pretiosum electum angularem & qui crediderit in eum, non confundetur. hunc enim vidit Daniel absciſſum de mōte & de populo iudęorū sine manibus, sine cōmixtione virili natū ex virgine Maria, quā sine dubio virginē fuisse credimus ante partū, Ezechiele propheta testante, 44. Conuerti me ad viā portæ sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad orientem, & erat clausa, & dixit ad me dominus, Porta hæc clausa est & non aperiet, & vir non transiet per eam, quia dominus Deus ingressus est per eam eritque clausa. quo testimonio sanctam Mariam Virginem concepisse & permansisse virginem cōfitemur. Genitalia nāq; fęminarum, pro eo q̄d clausura aperiunt, portæ dicunt. Sicut ait Iob 3. quia non clausit portas ventris, qui me portauit. Dominus enim nr Iesus Christus mirabiliter & potentialiter natus, tanquam sponsus processit de thalamo suo. i. de virginis vtero. post cuius ortum nullum cum Maria cōuenisse, nullum ex eius vtero genitum alias gentium extitisse.

¶ De loco, in quo nasci debuit in Bethleem, secundum prophetas.

12 Prædiximus natiuitatem Domini † nostri Iesu Christi ex virgine, locumq̄; originis suæ ostendamus. Nā in Bethleē natus est. Ad quam dicitur per Michæam prophetam 6. Et tu Bethleem terra Iuda domus effrata, nequaquā parvula es similibus Iuda, ex te. n. egredietur qui sit dominator Israel. & egressus eius ab initio a diebus æternitatis. propter hoc dabit eos vsque ad tempus in quo parturiens pariet. & sic postquam locus originem prædixit, deinde regimen eius futurum in toto orbe subiecit dominus, stabit & videbit ac pascet gregem suū in virtute Domini, vel fortitudine, vel in sublimitate ad honorē nominis de sui & conuertentur quominus tunc magnificatur vsque ad terminos orbis terræ, & erit iste pax. De hoc loco natiuitatis Christi, & Abacuc propheta sic dicit, Deus ab austro venisse scribitur, qui a Bethleem venturus esse prævidebatur.

¶Quod

Source : BIU Cujas

¶Quod ſtella demonſtrante claruit eius natiuitas, ſecundum prophetas.

13 In numeris diuinis. 24. Ille Balaam † ſic cecinit. Orietur ſtella ex Iacob, & exiet homo de Iſrael. Magi enim ab orientibus venientes primum partibus Chriſti natiuitatem ſtella indice renunciauerunt, ſi vt quem Princeps pacis eorum prædixerat, illi in ipſo ſideris demonſtrarent.

¶Quod tres Reges vel Magi Chriſtum natum adorare debuerant.

14 Et hoc prophetæ nobis narrant † ſic enim Eſaias ait. In tempore illo deferetur munus Domino exercituum à populo diuulſo & dilacerato, & à populo terribili poſtquam non fuit alius. Hoc autem dicit propter Perſarum robuſtiſſimam gentem, ad cuius tunc potentiam nullus populus cõparabat. de quibus Magi venientes Chriſto munera obtulerunt. Et iterum ipſe. 60. Omnes, inquit, de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Dño annunciantes. De his muneribus & Dauid præcinit dicens, & dabitur ei de auro Arabiæ. Et rurſus. Reges Tharſis & inſulæ munera offerent Regi Domino materiali, & Saba dona adducent.

¶Quod non oleo materiali, ſed ſpiritu ſancto Chriſtus à Deo vnctus eſt.

15 Eſaias lxj. ex perſona eiuſdem † Chriſti ſic canit dicẽs. Spiritus Dñi ſuper me, pp quod vnxit me, euangelizare pacem miſit me, prædicare captiuis remiſſionem, & cęcis viſum. Simili modo Pſalmographus afflatus ſpiritu ita ex eodem loquitur dicens, ſedes tua in ſeculũ ſeculi, &c. propterea vnxit te Deus tuus. in qua ſententia prima, propheta natiuitatẽ Chriſti ac perpetuitatem demõſtrat ſequẽtis per ęqtatis virgã. i. ſcriptũ ptãtis eius regnũ denũciat. poſtremò, qđ idẽ Deus à Deo vnctus ſit, indicat: Non quidem oleo communi ſicut & cęteri participes ſui. i. Principes, qui immaginario præceſſerant, ſed oleo letitiæ quo miſticè demonſtratur tempus. ſ. cuius cęleſti infuſione & virtute Chriſtus eſt conſecratus.

¶Quod pauper pro nobis factus eſt Chriſtus.

16 Zacharias ix. ſic indicat dicens, Dicite † filiæ Siõ, Ecce rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluans pauper, ſedens ſuper aſinum indomitum. Ecce intelliget ſeruus meus & exaltabitur, & eleuabitur, & ſublimis erit valde, ſicut ſuper te multi, ſic glorioſus erit inter viros aſpectus eius & forma eius inter filios hominum. Iſte aſperget multas gentes, ſup ipſum ꝓtinebunt Reges os ſuum, quia quibus nõ eſt narratũ de eo videbunt, & qui non audierunt contẽplati ſunt, quis reddidit auditui noſtro, & brachium Dñi cui reuelatum eſt. Et aſcendit ſicut virgultũ coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti, & nõ eſt ſpecies ei neq; decor, & vidimus eũ & nõ erat aſpectus, & deſiderauimus eũ deſpectũ & nouiſſimũ virorum, virũ dolorũ & ſcientẽ ferre infirmitatem, & quaſi abſcõditus vultus eius & deſpectus, vnde nec reputauimus eum, vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, & nos reputauimus eũ quaſi leproſum & percuſſum à Deo & humiliatum. Ipſe aũt humiliatus eſt pp iniquitates nras, & attritus eſt pp ſcelera noſtra, & diſciplina pacis noſtræ ſup eũ, & liuore eius ſanati ſumus oẽs. quaſi oues errauimus, vnuſquiſq; in viã ſuam declinauit, & Dñs poſuit in eo iniqtates oĩum noſtrũ. oblatus eſt, qa ipſe voluit & nõ aperuit os ſuũ, de anguſtia & de iudicio ſublat⁹ eſt, gnationẽ eius qs enarrabit? qa abſciſſus eſt de terra viuentiũ, pp ſcelus populi mei ꝑcuſſi eũ, & dabit impios p ſepultura, & diuites p morte ſua, eo q iniqtatẽ nõ fecit, neq; dolus fuerit in ore eius. & Dñs voluit ꝓterere eũ in infirmitate eius, ſi poſuerit p peccato aĩam ſuã, videbit ſemẽ lõgeuũ, & volũtas Dñi in manu eius dirigẽt, p eo q laborauit aĩa ei⁹ videbit & ſaturabit, in ſcĩa ſua iuſtificabit & ipſe iuſtus ſeruos multos & iniqtates eorũ ipſe portauit. Iõ diſpertiã ei plurimos, & fortiũ diuidet ſpolia, p eo qđ tradidit in morte aĩam ſuã & cũ ſceleratis deputat⁹ eſt, & ipſe peccata multorũ tulit & p trãgreſſorib. orauit. In qua electione nõ ſolũ qa abiectus apparuit, ſed ẽt ibi gnatio cęleſtis exprimit. infirmitas quoq; ſuſceptę carnis eius manifeſtat, ꝓtumelia quoq; paſſionis eius, crux, mors, ſepultura ibi mõſtrat, eo q innocẽs dãnat & tacẽs ibi pẽdit. Deus. n. ſuſcipiẽs carnẽ & pauperis formã ſe humiliare dignatus eſt nri cã, vt ſalus pditis redderet, & vſq; ad mortẽ obediẽs factus eſt. Qđ alibi Eſaias pfatus eſt. Nõ clamabit neq; audiet quis in plateis vocẽ eius, calamũ caſſatũ non conteret & lignũ fumigãs nõ extinguet, ſed in veritatẽ p ferret iudiciũ quo aduſq; in terra ponat iudiciũ, & in noĩe eius ſperabunt gẽtes. & Hiere. 14. quod veniet Deus Rex vt abiectus & humilis. ita pdixit, Dñe fac miſericordiã tuã pp nomẽ tuũ, qm̃ multæ ſunt auerſiones nræ, tibi peccauimus expectator Iſrael Saluator eius in tpe tribulationis. quare quaſi colonus futurus es in terra & quaſi viator declinãs ad manẽdũ? quare futurus es quaſi vacuus & fortis q nõ põt ſaluare? tu aũt in nos es Dñe & nomẽ ſanctũ tuũ inuocatũ eſt ſup nos, ne derelinquas nos. Cũ. n. dicit, tibi peccauimus, exprimit Iudæorũ pſonã, qui in Deũ peccauerũt, qm̃ veniẽtẽ in forma hoĩs crucifixerũt: obtulit enim ſe aſpectibus hoĩum & inquilinum. illi autem putantes hoc tantum eſſe, quod videbatur, occidunt hominem, quaſi qui non poteſt ſaluare.

¶De virtutibus Chriſti & miraculis, ſecundùm prophetas.

17 Genera quoq; & virtutes curationũ † tanto ante præſcripta ſunt per Eſaiã prophetam dicẽtẽ. 25. Ecce nunqd Deus noſter veniet & ſaluabit nos, tunc aperientur oculi cęcorũ, & aures ſurdorũ audient, tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & clara erit lingua mutorũ. Et iterum. 65. Spiritus Dñi ſuper me, eo q vnxit me ad annunciandum miſit me, vt mederer contritis corde, & prędicarẽ captiuis remiſſionẽ, & cęcis viſum. hæc oĩa ſanitatũ ſigna in aduẽtũ Chriſti facta ſunt. n. vt eſt natus p̃cedẽte ſtella adorauerũt Magi & obtulerũt munera. Deinde varia aduentus repręſentant miracula: cęci. n. vt Deũ agnoſcerẽt, pfundę noctis caligo detegit, defunctus redi uiuæ lucis gratia reddit, vt animæ viuificarent, ſurd. vt auditũ fidei reciperent audire cęperũt, claudi vt ad Deũ currerẽt inceſſu alacri vegetant. Muti vt Deũ cõfiterẽtur, alacris vocibus clamauerunt. Leproſi parabolantes cõtagiis animæ lucida mẽbra depoſuerunt. affectu. n. maieſtatis ſuæ multa facit, quæ prætereũda non ſunt, dum cuncta legant. Nã excellentiæ ſuæ virtute dubiis pedibus greſſibus timẽtes æquoris fluctus calcauit & maris magni pcellas ſuo Imperio mitigauit. Iã verò paſſionis ſuæ obitũ & elementa tremuerunt, dũ Sol fugit, dũ tellus conterit, ſaxaq; ſępe illidentia diſſoluuntur, ſi quidẽ & ipſa mors eum tenere nõ potuit, nam die tertia ad ſedem paternam eum reuocauit, myſteriiſq; Angelorũ reducitur à terris ad cęlum. Plura quoq; & his ſimilia eius omnipotentia facta ſunt. Sed dixit incredulus, quod prophetæ miracula multa fecerunt. Nullus tamen vt Chriſtus mortuus reſurrexit, & in cęlum aſcendit.

¶Quod Chriſtus Deus viſibilis in corpore hominibus apparuit.

18 Per Eſaiam teſtatur dicẽs, Propter † hoc ſciet populus meus nomen meũ in die illa, qa ego qui loquebar, ecce adſum. & Dauid, ambulabunt de virtute in virtutẽ, videbit Deus Deorũ in Siõ. Et iterũ, viſi ſunt ingreſſus tui Deus Dei mei Regis vtiq; q venit in mundũ, & qbus reuelatus eſt occurſus aduentus eius, quẽ Iudæi ſi cognouiſſent, nunq̃ Dñm glorię crucifixiſſent. De cuius ẽt corporali viſione ẽt Eſaias ſupradictus ita annũciauit: Glorioſus, inquit, erit inter viros aſpectus eius, & forma eius inter filios hoĩum, quibus non eſt annunciatum de eo viderunt & qui audierunt contẽplati ſunt. Et Hieremias in lib. Baruth. 3. Hic eſt Deus noſter & nõ æſtimabit alius ab eo, qui inuenit oẽm viã prudentiæ, & oſtendit eã Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cũ hoĩbus conuerſatus eſt. Et Abacuc 3. Dñe audiui, inquit, auditũ tuũ, & timui, & in medio duorũ animaliũ cognoſceris, dum appropinquarent anni tui agnoſceris, dũ aduenit tẽpus oſtẽderis. item ipſe, Videbũt gentes & dolent populi. i. Iudæi. Si quidem Eſaiæ 62. de ipſo ſic cecinit. pp Sion non tacebo, & pp Iſrael nõ quieſcam, donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius, & Saluator eius vt lampas accendatur, & videbunt gentes iuſtum tuum. & iterum. 6. vox ſpeculatorum tuorum leuauerunt vocem, ſimul laudabunt. & infra, Brachium ſanctum ſuũ & in conſpectu omnium gentium, & videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei.

¶Quod Iudæi Chriſtum negaturi erant.

19 Sic prædixerat ex perſona Domini † Hiere. Prævaricatio eſt in medio dom⁹ Iudæ, ait Dñs. negauerũt me & dixerũt, nõ eſt ipſe. Hoc eſt nũc vſq; Iudęi p Chriſto dñt, nõ eſt ipſe, expectantes aliũ q Antichriſtus eſt. & Eſa. 54. Nõ eſt ei ſpes, neq; decor; & vidim⁹ eũ & nõ erat aſpect⁹, & deſiderauimus eũ deſpectũ, & nouiſſimũ virorũ, virũ dolorũ & ſciẽtẽ ferre infirmitatẽ & quaſi abſcõditus vultus eius & deſpectus, vñ nec reputauimus eũ. Quibus verbis incredulitatẽ illorũ ſignificabat Iudæorũ, à qb. viſus eſt Chriſtus nõ hre ſpẽm neq; decorẽ, vñ nec reputatus eſt eſſe Deus, quẽ tñ qa nõ erant cognituri neq; recepturi, idẽ Eſa. j. alias approbat dicens, audite cęli & auribus pcipe terra, qa Dñs locutus eſt filio, enutriui & exaltaui, ipſi aũt ſpreuerũt me: cognouit bos poſſeſſorẽ ſuũ & aſinus pſepe Dñi ſui, Iſrael aũt me nõ cognouit, & popul⁹ meus nõ me intellexit. auditionẽ audietis & nõ ĩtelligetis & cernetis, videbitis & nõ ſcietis: incraſſatũ eſt. n. cor ppli huius. vñ Mich. 12. factus ẽ ſeruo Dñi ad me dicens; Fili hoĩs in medio domus exaſperantis tu habitas, q oculos hñt ad videndũ & non vidẽt, & aures ad audiendũ & nõ audiunt. Sic. n. excęcati ſunt, vt Saluatorẽ nõ recognoſcerẽt, nec ſuſciperẽt, cuius die Abrahã vidit & lætatus eſt, & cuius aduentũ pphetæ magno cũ deſiderio expectauerunt. Iſti eũ viderũt & cognouerũt, inſup & blaſphemauerunt clamantes. Non habemus regẽ niſi Cæſarẽ, & quæ ſequunt̃, cuius populi duritia ſic nõ mutat qũo Ethiopis calor, aut pardi varietas, Hieremia teſtante, ſicut immutare nõ poteſt Ethiops pellem ſuam, & pardus varietates ſuas, ita nec vos poteſtis benefacere.

¶Quod Iudæi conuenerunt ad interficiendum Chriſtum.

20 Ita legitur vt, Quare † fremuerunt gẽtes. i. Romani: & populi meditati ſunt inania. hoc eſt Iudæi. Aſtiterunt Reges terræ. i. Herodes & Pilatus, & Principes conuenerunt in vnum, ſcilicet Principes Sacerdotum, & Seniores Iudæorum, aduerſus Dominum & aduerſus Chriſtum eius.

Source : BIU Cujas

& iterũ ex eiusdem persona. Circundederũt me canes multi, & consiliũ malignantiũ obsedit me, canũ autem nomen in eis est. Et prophetam alterum cõstitutũ in Esa. scriptum est. Oẽs canes cęci nescientes latrare. Canum est. n. mos, vt testatur noster Hylarius, & pastorẽ alludere, gregem nosse, insidiantes feras prosequi. At verò isti canes cęci pastorem suum non videntes, officiũ non intelligentes, latratus suos à feris ad gregem, à feris ad Dominum retorserunt. Vnde & aliàs propheta de his ita dicit, Facti sunt mihi in sagittam reciprocam.

¶Quod venundatus est Christus.

21 Per Zachariam, xj. Ita † ipse pronunciauit. Si bonũ est, inquit, in conspectu nostro dare mercedem meam triginta argẽteos. Et dixit ad me, Proiicite illum ad statuarium, de quorum precium quod appreciatus fui ab eis. Hæc enim nota hominibus causa est. Iudas enim pœnitentia motus pecuniam reportauit & proiecit in templo, & abiit, & laqueo se suspendit, vt impleretur quod dixerat Esaias; Testis falsus non erit impunitus, pro eo quod vendidit argento iustum, quam pecuniam bene Dominus mercedem suam dixit. Multa enim opera eis fecerat reddens vitam mortuis, lucem cęcis, auditum surdis, gressum claudis, pro quibus omnibus Iudæi nephandam vicem & in eorum mercedem illi restituerunt.

¶Quod traditus fuit Christus.

22 Et Psalmis † commemorauit in se impletum esse dicens. Homo pacis meæ in quo speraui qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Et iterum. Tu verò homo vnanimis dux meus & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos. De ipso Iuda proditore Hier. 17. Præscius ana. i. dixit. Ita peccatum Iudæ scriptum est stilo ferreo vngue adamãtino quod siue ad Iudam, siue ad Iudęos non incongruè conuenit, qui sic peccauerunt in Christum, vt non sit peccatum eorum atramento scriptum, quod deleri forsitan potest, sed stilo ferreo in vngue adamantino apparatum, & quod deleri non possit præ duritia cordis eorum, si non crediderunt.

¶Quod sponte se morti obtulit Christus pro nobis.

23 Esaias dixit, liij. oblatus † est ipse, quia voluit. infra pro eo quia tradidit in morte animam suam, videbit semẽ longinquũ & voluntas Dñi in manu eius dirigetur. Et ipse per Hieremiam prophetam sic loquitur. Reliqui domum meam, diuisi hæreditatem meam, tradidi dilectam animam meam in manibus inimicorum eius, hoc est in manibus Iudæorum, qui eũ interfecerũt.

¶Quod Christus captus esse debuit.

24 Hieremias ppea longo prædixit. Spiritus † oris nostri Christi Dñs captus est in peccatis nostris. Quo vaticinio demonstrauit apertè Christũ Dñm esse, & traditum pro nostris peccatis fuisse. Itẽ Sap. 2. dicit, ita dixerunt inter se impii, comprehendamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, promittit se scientiã habere, & filium Dei se nominat. & infra. Si enim verus Dei filius est, suscipiet illum & liberabit eum de manibus contrariorum. & infra. Et sciamus reuerẽtiam illius, & probemus patientiam ipsius, morte turpissima condemnemus eum, & affixione crucis.

Quod Christus iudicandus erat ad mortem.

25 Clamat Dauid sub figura † populi peccantis in Deum, Tibi soli peccaui & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Veniens Christus in corpore, tanquam verum se constituit iudex omnium hominum, hominibus ad iudicandum se præbuit, sicq; mitis & patiens dum iudicatus est, qa nihil in eo dignum quod iudicaretur populus perfecturus inuenit. Vnde & propheta Michæas 6. aduentum iudicii eius annuncians, sic comminatur contra eundem populum dicens, Audite quę Dñs loquitur: Surge, attende iudicium aduersus montes, & audiat collis vocem tuam, audiant montes iudicium Dñi, & fortia fundamenta terræ, quia iudicium Dñi cum populo suo, & cum Israel diiudicabitur, Populе meus quid molestus fui tibi, respõde mihi, quia eduxi te de terra Aegypti & de domo seruiẽtium liberaui te, & misi ante faciem tuam Moysen & Aron, & quatuor ostendit beneficia præstita domui & populo suo & cõtra hæc aduersus eum mala. & quid iuxta hoc ei populo venturum sit. deinde subiunxit, 6. c. Audite tribus, & quis approbabit illud adhuc ignis in domo impii thesaurus iniquitatis.

¶Quod per falsos testes condemnandus erat.

26 Per Oseæ Prophetam id Dñs sic dicit; Veh, † inquit, eis qñ recesserunt à me, vastabuntur quia præuaricati sunt in me, ego redemi eos & ipsi locuti sunt aduersum me mendacium; ego erudiui eos & confortaui brachium eorum, & in me ipsi cogitauerũt malitiam; reuersi sunt vt essent absq; iugo, facti sunt arcus dolosus, & Malachias, Inualuerunt super me verba vestra dicit Dñs, & dixistis quid locuti sumus contra te. & in Psalmis dicit, Insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. & Esa. de Iuda dicit, Testis falsus non erit impunitus, pro eo quod vendidit argento iustum.

¶Quod clamauerunt Iudæi contra Christum, Crucifige, sicut prophetizatum erat.

27 Hoc per Hieremiã. 12. c. Christus † de synagoga prędixerat dicẽs, Reliqui domũ meã, facta est mihi hęreditas quasi leo in silua, dedit contra me vocem suam blasphemans vtiq; & dicens, Crucifige. Et alibi ipse dicit, Super quẽ aperuistis os vestrum, & aduersus quẽ laxastis linguas vestras. Et Esaias: Quid, inquit, Hierusalem & Iudas concidit, quia lingha eorũ contra Dominum. item expectaui vt facerent iudicium, fecerũt autem iniquitatem & non iustitiam, sed clamorem.

¶De destructione gentis Iudęorum pp peccata mortis Christi.

28 Olim cum obiurgatione † Esaias illis pdixerat dicens, Semen pessimorum præparate filios vestros occisioni, in iniquitate patrũ suorũ morientur: venientibus. n. in Iudæam à gentibus pro scelere patrũ & filii trucidati sunt, sub quorũ psona & Hier. in initeritu eorũ ita deplorat dicens, Patres vestri peccauerunt & nõ sunt, nos iniquitate eorũ absoluimus. Itẽ Hiere. propheta. Ad hæc iudicio contendam vobiscum ait Dñs, & cum filijs vestris disponam. Quare factus in prædam super eũ rugierunt leones, dederũt vocem suam, posuerunt terram eius in solitudine, & ciuitates eorum exustæ sunt, & non est qui inhabitet in eis.

¶Quod Christus consputus est, & flagellandus erat.

29 Iob de eo dixit, Aperuerunt † super me ora sua ex probrãtes & cõspuentes, percusserũt maxillã meã, satiati sunt pęnis meis. Et in Psalmis ipse dixit, Ego ad flagella paratus sum. & iterũ, Congregata sunt super me flagella & ignoraui. Similiter per Esa. Dñs Deus aperuit mihi aurẽ, ego autem non contradico: corpus meũ dedi percutiẽtibus, genas meas vellentibus, faciem meam non auerti ab increpantibus & cõspuentibus in me. Et per Hie. dicit, Posui scapulas meas ad flagella & maxillas meas ad palmas. Item de ipso ipse Hie. sic scribit dicens, Dabit percutienti se maxillam, satiabitur opprobriis, & sustinebit patienter.

¶Quod Christus corona spinea coronandus fuit, sicut prophetizatum fuerat.

30 Scriptum est in Canticis Cãticorum ex † psona patris de contumelia iniquitatis Hierusalẽ mirãtis atq; dicẽtis. Exite videre filiæ Sion Regẽ Solomonẽ in diademate, quo coronauit eũ mater sua in die desponsationis illus, & in die lętitiæ cordis sui. i. coronã spinea, quã capiti eius imposuit synagoga. Sed p Hier. idẽ filius sic ait, Spinis peccatorum suorũ circũdedit me populus hic. & apud Esa. Plantaui, inquit, vineam electam, & expectaui vt faceret vuas, fecit aũt spinas, vtiq; quia degenerant à patriarcharum fructu, non fructum iustitiæ, sed spinas mortis & crucis attulit creatori.

¶Quod sanguinem pro nobis fundere debuit.

31 Pronunciatur hoc p † Esaiã prophetã dicens, Quis est iste qui venit de Edon tinctis vestibus de Bosra, quare rubrũ est vestimentũ tuũ, & vestimenta tua sicut calcãtiũ in torculari. & ille rñdẽs, torcular calcaui solus. Calcare. n. torcular se dixit, q solus pp mũdi peccatũ passionẽ susceperit, solusq; delicta oĩum sanguine suo lauit.

¶Quod sanguinem pro nobis fundere debuit.

32 Hoc quoties prophetizat, testat † Esaias: sic eñ ait de illo, Tanq̃ ouis ad occisionẽ ductus est, & sicut agnus cotã tondente se obmutuit, sic non aperuit os suũ. Sic. n. in passione Pilato interrogãte nihil locutus est, sed in humilitate iudiciũ eius sublatũ est. De quo propheta, Dñs Deus aperuit mihi aurẽ, ego aũt nõ abscõdi, corpus meũ dedi pcutiẽtibus. Et ipse alibi, Tacui, silui, nũqd semp tacebo? Primò. n. tacuit vt iudicaret, qñ sicut agn⁹ corã tõdẽte se fuit sine voce, neq; aperuit os suũ, suamq; cõpescuit ptãtẽ. In nouissimo ãt sic scribit de eo, Deus meus ne. d. n. & n. Sic tacuit. n. vt iudicaret qñ venit occultus, nequaq̃ autem tacebit de iudicio, qñ venerit manifestus.

¶Quod Christus sibi crucem baiulauit vel portauit.

33 Esaias pdixit, Puer † natus est nobis, & factus est principatus eius sup humerũ eius. quis. n. Regum ptãtis insignia in humero portat, & nõ aut in capite coronã, aut aliqua pprię vestis ornamẽta, sed solus Rex seculorũ Christ⁹ gloriã ptãtis suæ & sublimitatis in humero portauit. qđ ẽt Esa. figurauit, q cũ à patre hostia duceretur, ligna ipse portauit, Christi eximiam tunc figurans passionem, qui lignum suæ passionis gestauit.

¶Nota qp Christus Dñs mansuetus venit ad passionem.

34 Propheta Hieremias † ex psona, Christi pdixerat dicẽs. Ego quasi agnus mãsuetus, qui portatur ad victimã, & nũc cognoui qa sup me cogitauerũt cõsilia dicẽtes, Venite mittamus lignũ in panẽ eius, & eradamus eũ de terra viuentiũ. Hier. 11. Hæc. n. q̃ passus erat Dñs à Iudæis, quæ sibi facta fuissent, ppheta cõmẽdat. Nã qd est lignũ in panẽ missum, nisi Christi affixio carnis ĩ lignũ. Panẽ. n. corp⁹ Christi agnoscim⁹ lignũ, in pane eẽ fides nr̃a Christũ agnoscit ĩ corpore, qa vita corporis sui panis est. Scriptũ est. n. Erit vita tua pendẽs ante oculos tuos & time-

Source : BIU Cujas

& timebis die ac nocte,& nō credes vitę tuę.Et iterū in Psalmo, qa extendit manus suas in cruce, sic dicit: Eleua manus meas.ſ. fineq; veniente,quasi ꝙ mundi vespera, fineq; declinãte iam Sole in vespera, Dñs in cruce animam posuit eleuans manus suas in eandem crucem,atq; offerens Deo seipsum pro nobis sacrificiū,vt ꝑ illud sacrificiū delerent̄ peccata nostra. ipse Esaias quoque de prædicatione crucis eius quod suis pertulit,ita scribit: Et erit principatus eius super humerū eius. i. vexillū sanctæ crucis, quod suis pertulit humeris,iuxta vaticinium Dauid Prophetę,q dicit, Dñs regnauit à lignis. Abacuc quoq; passionē Christi ita pronunciauit dicens,Cornua in manibus eius. qđ quid est aliud nisi trophęum crucis,in quo exaltatus omnia traxit ad seipsum. Item dicit Dominus, Fortitudo mea constitui pedes meos in consummatione,& super excelsa imponent me.

¶Quod Christus clauis in manibus & pedibus perforatus est, sicut fuerat prophetizatum.

35 Per Dauid ipse loquitur dicens, Foderunt † manus meas & pedes meos, & dinumerauerunt oĩa ossa mea,ipsi verò ꝯsiderauerūt & inspexerunt me. Quibus verbis vtiq; in cruce corpus significabat extensum manibus pedibusq; confixis ad clauorum conuerberationē ꝯcessis.Qđ Dauid passus nō est, q sine vlla passione corporis legit̄ in pace quiescere.Sed hoc de Christi passione p̄dictū est,qa à populo Iudæorū clauis in ligno confixus est.Manus.n.& pedes nō confodiuntur,nisi eius qui in ligno suspénditur. Itē in Canticum Canticorū.Manus meę distillauerunt mirrham & digiti mei guttas.Etiā per Malachiam quia crucifigendus erat, idē de semetipso dixit Dñs,Si affigit homo Deum,quia vos cōfigitis me:& dixistis, in quo cōfigimus te.& subiecit Dñs post hæc illis.Veh vobis,& me configistis gens tota.quod pertinet ad mysterium Dñicę passionis,in qua Iudæi Christū crucifixerunt,qñ sceleratas manus inierunt in eum.Quod ēt per Zachariam iterum Dñs sic cōmemorat,dicēs,Et aspicientes eū quē cōfixerūt plangent eū quasi planctum super vnigenitum, & dolebūt super eum vt dolere solent in morte primogeniti.hoc.n.factum deprehendimus in Iesum, quē confixerunt Iudæi in cruce, quē dolebunt à se crucifixū in die iudicii, cum videbunt eū in patris ac sua maiestate regnātē.

¶Quod Christus inter duos latrones in cruce positus est, vt dixerat Esaias.

36 Longè autem per Esaiam prædictum est,Et † inter iniquos deputatus est.Et Abacuc ꝑpheta dixit. In medio iniqui & duorum animaliū cognoscēris. idest in medio duorum latronum.

¶Quòd Iesus Christus spoliatus est, & super vestem sors missa fuit.

37 Post Crucis snĩam sequitur rerū † diuisio & sors sup vestem, quā per Dauid idem Dñs ante prædixerat,dicens, Diuiserunt sibi vestimenta mea,& super vestem meā miserūt sortē.Quæ prophetia quemadmodū sit expleta,euangelica narrat historia. Nam dum vestimenta alia militibus fuissent diuisa,pro tunica autem dixerunt, non scindamus, sed mittamus sortem cuius sit:erat enim omni parte contexta.

¶Quod Christus aceto potare debuit.

38 Hoc iam fuerat in Psalmo prædictū à Dño, Dederunt † in escam meā fel, & in siti mea potuerūt me aceto. qđ qdē Esaias ad Hierusalē ipse sic ꝑclamat dicēs, Ego te plantaui vinea mea, qūo facta es mihi in amaritudine,vitis aliena?pro quo & Moyses:Vua,inquit,eorum vua fellis,& botrus amarissimus. Vnde & superius obiurgās eos dicit,Sicut plebs fatua & non sapiens,hæc Dño retribuisti.

¶Quod Christus passus tollit peccata mundi,secundùm quod fuerat prophetizatum.

39 In Psalmo factus fuerat, idest dictus,Asperges † me hysopo & mundabor,lauabis me & super niuem dealbabor. Vnde & in lege per hysopum fasciculum aspergebātur agni sanguine, qui mundari volebant, quo significaretur per passionem Domini peccata ablui mundi.

¶De titulo posito super crucem, scilicet, Iesus Nazarenus Rex Iudęorum.

40 Pro quo titulo dixerunt Iudæi,Noli † scribere Regem Iudæorum.Respōdit Pilatus: Quod scripsi,scripsi.Nam ēt in Psal. 46. fuerat prophetizatū, Ne corrumpas titulo scriptionem, in cuius serie non solum passio vel mors, sed etiam resurrectio & ascensio Domini prædicatur.

¶Quod Christus pro suis crucifixoribus orauit.

41 Esaias dicit, Ipse peccata † multorū tulit, & pro trāsgressoribus orauit.Et in Psal. sic inquit: Pro eo,quia eos diligebam,aduersabant̄ mihi: ego aūt orabam pro eis.Item Abacuc,cum dixisset de eo,In medio duorum animalium cognosceris,subiunxit: Cum conturbata fuerit anima mea in ira,memor eris: præfigurauit enim propheta sub hac sententia in semetipso personam Iudęorum,qui Christum cōmoti crucifixerunt: vir tamen ille memoratus misericordię suę dixit,Pater ignosce illis,quia nesciunt quid faciunt.

¶Quòd Christus ad mortē ductus est, sicut prophetizatū erat.

42 Esaias dicit, Pro † iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem, dabit impios pro sepultura eius.& iterum, Vulneratus est ꝑ iniqtates nostras,attritus est ꝑ scelera nostra,liuore eius sanati sumus.& iterum,Omnes nos errauimus,vnusquisq; in viam suā declinauit,& Dñs posuit iniquitates in eo oĩum nostrum, iuxta Apostolū qui dicit, Qui cum peccatum non cognouisset,ipse pro nobis passus est.

¶Quòd Christus mori debuit, secundùm prophetas.

43 Post flagella † & crucē fellisq; & aceti potationem, deinde sequit̄ mors eius,quam lex non soluit dicēs:Occubans dormiēs vt leo,& catulus leonis, quis suscitabit eum.Clamat ēt eandem mortē eius 60. Psa. Deus noster Deus saluos faciet nos,& Dñi mors Dñi exitus. Item ꝑ Esa. tanq̄ ouis ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. Pro peccatis populi sui ductus est ad mortē.Iudæi aūt Christum, quē expectabant moriturum,non sperant;Deo respondeant, quis est iste quem prepheta annūciat?Itē apud Hieremiā sic dicit,Inebriamini animā lassam,& oēs esurientes saturamini,ideo quia de somno suscitatus sum & vidi,somnus meus dulcis est mihi. Daniel quoq; Angelus de occisione & morte Christi sic loquit̄ dicēs.scito & animaduerte exitū sermonis,vt iterū reędificetur Hierusalem vsq; ad Christum ducē ebdomadæ septē & ebdomadas 72. Occidet̄ Christus & nō erit eius populus,qui eū negaturus est. Vnde ibi sequitur,cladis Iudęorum quę post completa est,& ciuitatem & sanctuarium dissipabit cum duce venturo Romanus exercitus cum Vespasiano.Itē in Sap.sic legit̄ de morte eius, Contumeliis & tormentis interrogemus eū,ut sciamus reuerentiā illius,& ꝑbemus patientiam illius, morte turpissima cōdemnemus eum.

¶Quod in morte Christi tenebræ sunt factæ super terram.

44 Hoc iam diuini libri loquunt̄, Amos † ꝑpheta testante, & erit in die illa, dicit Dominus,occidetur Sol in meridie, & tenebrescere faciam sup terram in die lucis.& Hieremias,Exterrita est,inquit,quæ partu rit in Hierusalem & afflicta est anima eius,occidit eis Sol, cū adhuc medius esset & confusa est & maledicta,reliquias eorūm in gladium dabo,quod factum est per Vespasianum.

¶Quod os aliquod Christi non fuit fractum, sicut fuit prophetizatum.

45 Nam prædictum fuerat, Os † eius nō cōminuetur.prędictum n. fuerat eis celebrare Pascha in ouis similitudinē,in qua Dñicæ passionis vmbra præcesserat, qui tanq̄ ouis ad occisionē ductus:illa enim figura agni passionem Christi significat.

¶Quod lancea Christi corpus debuit perforari.

46 Sicut prænunciatum est ab ipso ꝑ Iob, Cōfregit † me, & posuit me quasi signū,circūdedit me laqueis suis,conuulnerauit lūbos meos,cędidit me vulnere super vulnus.i.vulnere lanceæ sup vulnus clauorū.vnde ēt & per Dauid, & dolorē super dolorem vulnerum meorū.sic est ab eo pronunciatū.& per Hieremiā, Tetēdit arcū suū,& posuit me quasi signū ad sagittā.misit in renibus meis filias pharetræ suæ.& iterum de ipso populo sic ait idē Dominus per prophetam, Facti sunt mihi in sagittam reciprocā. & Zacharias, Videbunt in quem confixerunt. quo etiā testimonio promissus est Christus in ea,qua crucifixus est carne venturus.

¶Quod de latere Christi sanguis & aqua processerunt.

47 Zacharias dixit, Tu † quoq; in sanguine testamēti emisisti vinctos tuos de lacu, in quo nō erat aqua.& iterū,Cum egredietur vir ab oriēte, ecce aqua redundās à latere dextero. i. à latere Christi. Itē de eadem aqua, quę ex latere eius profluit, ꝑpheta alius sic dicit. Flumina aquæ viuentis egredientur de ventre eius:aquę. ſ.baptismatis, q̄ credētes viuificant;quæ aquæ sitiētibus largiuntur,qū impletur quod scriptum est,lauabis me & super niuem dealbabor.

¶Quod Christus sepeliri debuit.

48 Per Hieremiam idē ait,Lapsa † in lacu vita mea & posuerunt lapidē super me. & iterum,Concluſi vias meas lapidibus quadris, circumædificauit aduersum me,vt non egrediar.

¶Quod super sepulchrum eius lapis poni debuit.

49 In Psalmo sic dicit, Collocauit † me in obscuris sicut mortuos seculi, quasi diceret, sicut homines vtiq;,qa ipse Deus erat.iterū Esaias. Et Dñs nominatus in signū ętern̄ū,qđ nō auferetur,&.erit sepulchrū eius gloriosum.& alibi,Dabis impios pro sepultura,& diuites pro morte sua.

¶Quod Christus descendit ad inferos, sicut fuerat prophetizatum.

50 Hic idem Dñs in Ecclesiastico dicit, † Penetrabo oēs inferiores ptes,& inspiciā oēs dormientes,illuminabo omnes sperātes in Deum.Item in Psalmo, Vita mea in inferno appropinquabit,& existimatus sum cum descendēti bus in lacū, factus sum sicut homo inter mortuos liber.descendit.n.sicut homo in infernum,sed solus inter mortuos liber fuit.

Source : BIU Cujas

¶Quòd Christus Dominus eduxit de inferno patres nostros.

51 Item per Oseę ante ita pronũciauit: Ego, † inquit, capiã & vadam; tollam & non est qui eruat, vadẽs revertar ad locum meum. i. ad Ecclesiæ solium, & infra, de manu, inquit, mortis liberabo eos, & de morte redimã eos, ero mors tua, o mors; ero morsus tuus Inferne.

¶Quòd Christus resurrexit, sicut fuerat prophetizatum.

52 Et hoc per Prophetam idem in Psalmo prędixit, quia † caro mea requiescet in spe, qm̃ non derelinques animã meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionẽ. de qua resurrectione & in Psal. 3. ita canitur, Ego dormiui & quieui & resurrexi, quia Dñs suscepit me. ibi, inquit, aliud indicat ꝓpheta, ꝙ dormierit & resurrexerit, nisi somnus iste mors est, sed euigilatio est resurrectio, quod in 40. Psal. manifestè ostenditur, vbi dixit, Tu aũt Dñe miserere mei, resuscita & retribuam eis, nunqd qui dormierit non adiiciet vt resurgat? Itẽ alibi, In pace in idipsum dormiã & requiescã, qm̃ tu Dñe singulariter in spe cõstituisti me: singulariter tm̃ solus sic requieuit ipse, vt confestim post mortẽ resurgeret. Itẽ per Esaiã de eadem resurrectione sic clamat. Tũc exurgã, dicit Dñs, nũc exaltabor & sublimabor. vbi aperte testimoniũ resurrectionis & ascẽsionis ostẽdit. vnde & ibi zelum Iudæorũ subiecit dicens, ꝓcipietis ardorẽ & parietis stipulã spiritus vĩi, & ignis deuorabit vos.

¶Quòd tertia die debuit Christus resurgere.

53 Oseę prædixerat dicens, Venite † & reuertamur ad Dñm, quia ipse cępit & sanabit nos, viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos & viuemus in conspectu eius. Oĩa em̃ hæc in Christo completa sunt. Quinta enim feria est ipse traditus, parasceue passus, Dñica circa diluculum præparatus egressus eorum ꝙ dixit, resurgemus & viuemus in ꝓspectu eius, hęc ꝓpheta de sua ꝑsona vel sanctorũ ei⁹ alloquit, q̃ in inferno erãt, & cũ illo tertia die resurrexerũt.

¶Quod Christus debuit piscatores mittere in mundum.

54 Per Hieremiam ante meminit dicẽs, Ego † mitto speculatores multos, dicit Dñs, & piscabuntur eos. Deniq;, ſm Matthæi Euangeliũ legitur, ꝙ Christus veniẽs iuxta mare Galileæ Petrum & Andreã fratrẽ eius vidit mittere retia sua in mari, quibus ipse dixit, Venite post me, faciã vos piscatores hoĩum. Similiter & duos fratres Iacobũ Zebedæi & Ioannẽ fratrẽ eius, dũ vidisset in nauicula cum patre Zebedęo texentes retia, prouocans de piscatione piscium, piscatores reddidit hoĩum. ſ prædicatores, rete cunctos credẽtes de profundo seculi huius extrahere, post hos piscatores emittã venatores & venabuntur eos de montibus & collibus & de cauernis petrarum, & quod specialiter ad conuersationem gentium partim quos vndiq; Apostoli cęperunt qui per assumptionẽ cõstituti sunt piscatores animarum, quos quia post gloriam resurrectionis suæ Dñs ad prædicandum in gentibus misit. & per Esaiã sic locutus est dicens: Venio, inquit, vt congregẽ cum oĩbus gẽtibus & linguis, & venient, & videbunt gloriã meã, & ponam in eis signum vtiq; crucis, & mittã in eis, qui saluati fuerint & gentes in mare in Africam in Libiam tenentes saggittam. i. prædicationis velocem sermonẽ: in Italiam quippe & Græciã, quæ ad insulas longè, & ad eos qui nõ audierũt de me, & videbũt gloriã meã. in qua sñia specialiter prophetizanť nisi Apostoli simulq; & ꝓ totũ mũdũ prædicauerũt Euãgeliũ, & id ipsum ꝓphetę nõ tacuerũt, de qbus ẽt in Psal. ante prædictũ est. Non sunt loquelę neq; sermones, quorũ non audiantur voces eorum. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

¶De ascensione Christi, scilicet ꝙ cęlos ascendere debuit, secundum prophetias.

55 Daniel dicit, Aspiciebam † in visione noctis, & ecce in nubib⁹ cęli filius hominis veniebat & vsq; ad antiquũ dierũ ꝓuenit. i. ad patrẽ. post hæc adiecit, Et in cõspectu eius obtulerũt eũ, & dedit ei ptãtem & regnũ & oĩs populus tribus & linguę ipsi seruient, ptãs eius ꝓtãs æterna, q̃ nõ auferet, & regnũ eius, qđ non corrumpet. Cuius ascensionẽ in cęlis rursum Ps. sic indicat. Ipse tanq̃ sponsus procedẽs de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currẽdã viã, à summo cęlo egressio eius. Et occursus eius vsq; ad summũ eius, veniẽs à cęlo vsq; ad infernum descendit, egressusq; repetit mansionẽ suã, & ascẽdẽs ad sedẽ patris sui, de quo antea solus exiuit, cuius ascensus in cęlum vel introitus, quibus gaudiis declarat ꝑalmographus indicauit, Videntes. n. ptãtes & hæreditates carnẽ Christi ascendentem in nubibus in portas cęli egredientes dixerunt, Tollite portas Principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ? Dñs fortis & potẽs, Dñs potens in prælio. Tunc ascensum eius & alibi cõmemorat Dauid dicẽs, Ascẽdit sup Cherubin & volauit, volauit sup pẽnas, ventorũ. & iterũ, Ascendit in altũ & captiuã duxit. d. h qui vtrubiq; nisi fuisset in terra non diceret, ascẽdit. Sed quid est captiuã duxit captiuitatẽ, nisi quia deuicta morte ipsa in carnẽ quã à terris assumpserat, quasi captiuã in cęlũ ducebat? bene post hæc ꝓpheta hortatur oẽs gentes prouocans ad laudẽ Christi, eundẽq; ascensum eius eiũdem iterũ ꝓnuncians. Psallite Deo, qui ascẽdit super cęlũ ad oriẽtẽ, & de loco oriẽtis in partibus est, vbi Christus resurrexit, & in cęlum ascẽdit. & post hæc subdit, Visi sunt ingressus tui Deus, ingressus Dei mei Regis mei, qui est in sancto. Videntibus oĩbus Apostolis atq; quingentis viris sic ascendit in cęlũ. Cuius ascẽsionẽ & Salomon in canticis Can. prædicat. Ecce hic saliens sup montes & trãsiliens super colles. & Amos dicit, Qui ædificat in cęlo ascẽsum suum, & fasciculũ suũ super terrã fundauit. Sed & illud per Esaiã Dñs dicit. Nũc exurgã, nunc exaltabor, & nũc sublimabor. testimoniũ resurrectionis & ascensionis Christi declaratur, quasi apertè diceret, nunc exurgã à mortuis, nũc exaltabor in cęlo, nũc sublimabor in regno. Vñ & alibi ipse Esaias, Ecce intelliget seruus meus & exaltabiť, & eleuabitur, & sublimis erit valde, qđ vtiq; ad ascensionem cęli & gloriã pertinet regni.

¶Quod Christus ad dexteram Dei patris sedet.

56 In Psalmo scriptum est, Dixit † Dñs Dño meo, sede à dextris meis. Donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ. Inquirãt ergo Iudæi, cui dictum est à Dño, Sede à dextris meis, nunquid Archangelo, non opinor; neque Angelo; neq; propheræ: nam nullus hominum in ea gloria est, sed ille quem digno consensu inuisibilis Deus habet, hic sedet, ad dexteram patris, qui consensu Dei dignus est nomine, de quo dicit Psal. Regnabit Dominus super omnes gentes, Dominus super sedem sanctam suam. Et iterũ, Dominus in cęlo sedes eius.

¶Quod regnum Christi est æternum & incorruptibile.

57 Daniel vij. dicit, Videbam † visionẽ noctis & ecce in nubibus cęli quasi filium hominis venientem, & vsq; ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius præsentatus est, & ipsi datus est principatus & honor, & omnes populi tribus & linguæ ipsi seruient: potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur ab eo, & regnũ quod nõ corrumpet. Quo testimonio ostẽditur ita excepisse Christum ab oĩpotẽte & dñatio & regnum & ptãs eius ętерna sit & regnum eius sine vlla corruptione permaneat. Et iterum idẽ Daniel. Ipse est Deus viuens & æternus in secula, & regnum eius nõ dissipabitur, & ptãs eius vsq; in ętернum. Et Esaias Propheta de eodem, multiplicabitur eius Imperium, & pacis eius nõ erit finis. & in Psalmo sic legiť, Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec auferatur luna, idest vsq; ad consummationem seculi.

¶Quod Christus spiritum sanctum misit.

58 Dauid ita dicit, Ascendit † in altum & captiuam duxit captiuitatẽ, dedit dona hoĩbus. Post ascensionem suam sic misit spiritum sanctum, in quo est omnium plenitudo donorum. De quo per Ioel Prophera nunciat dicens, Et post hæc effundam super omnẽ carnem spiritum meum & prophetabunt filii vestri & filiæ vestrę. Senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbũt, sed & super oẽs seruos meos & ancillas meas in die illa effundã de spiritu meo Zacha. effundam, inquit, super Dauid & super habitantes Hierusalem spiritum gratiæ. hoc aũt pronũciatum est, dicente propheta in Psal. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum: Non sunt loquelæ &c.

¶Quod Dominus Iesus Christus venturus est in fine mundi iudicare viuos & mortuos.

59 Per Ezechiam ita annunciatur. Hæc † dicit Dñs Deus, Auser cidarim, tolle coronã: nonne hæc est quæ humiles subleuauit, & sublimẽ humiliauit? & hoc nondũ factũ est donec veniat cuius est iudiciũ, & tradã ei. De quo Esaias, Dñs sicut fortis egredietur, & sicut vir prędiator susciťabit zelum, vociferabiť & clamabit, & super inimicos suos confortabiť. Tacui semper & silui, patiẽs fui, sicut parturiẽs loquar, dissipabo & obseruabo insimul hoc ad ſm aduentũ, in quo non humilis vt iudiceť, sed vt iudicet fortis egrediet. Neq; tacebit, quo modo in priori aduentu fecit, neq; patiens erit sicut in passione carnis, sed iudicans vociferabiť, loqueť vt parturiẽs, quia repente, vt est pariens, ita corruens suos hostes est oppressurus. Hoc ẽt testimonio Psal. ita docet & dicit, Deus manifesťè veniet, Deus noster & nõ silebit. Si vtiq;, quia si in primo humilitas, si aduẽtum tacuit, ad iudicandũ in secũdo dũ manifestus venerit, ita videlicet nõ tacebit, sed clamabit, reddat, tollat singulis ſm opera sua. Sequiť, Ignis ante eũ ardebit, & in cõspectu eius tẽpestas valida. ignis ante eũ ardebit, vt legẽ sęuã stipulã. i. delinquẽtibus, lapidesq; pcios. Iustorũ ꝓbaturus est gesta, q̃ dicturi sunt, Transiuimus per ignẽ & aquam, & eduxisti nos in refrigeriũ. & Esaias, Auditã, inquit, faciet Dñs gloriam vocis suæ, & terrores brachii sui ostendet in cõminatione furoris, & flãmã ignis deuorantis allidet in turbine & in lapides grandinis. Brachiũ. n. Dei est Christus, qui in flãma & terrore tẽpestatis ad iudicandũ vẽturus est. De cuius iterũ iudicio idẽ propheta sic dicit, Cõsurge sicut in diebus antiquis in gñationibus seculorũ. Nunquid tu percussisti sup bũ, vulnerasti draconẽ, hic secũdus Christi ꝑdicatur aduentus, vt ea virtute cõsurgat in iudicium & ad separationem bonorum atq; malorum, qua virtute surrexit in generationibus seculorum, hoc est in primo qm̃ percussit superbum. i. diabolum eum separando à bonorum consortio Angelorum. de cuius Christi iudicio & Micheas sic loquitur dicens, Audite mõtes iudi-

Source : BIU Cujas

tes iudiciũ Dñi, cum populum ſuũ & cũ Hieruſalẽ iudicabit dicens, Populemeus quid feci tibi, aut in quo moleſtus fui? Rñdemus tunc enim iuxta Malachiam. Videbunt & aſpicient ad quẽ confixerunt, & plangent planctu quaſi vnigeniti, dolebũt ſuper eum vt doleri ſolet in morte primogeniti: dolebunt.n.eum à ſe crucifixum cum viderint iudicantẽ in patris ac ſua maieſtate regnatẽ. Iob, qui ante legẽ, & Angelicis virtutibus clarus, redimendum ſe reſuſcitandumq; in die iudicii, q venturus eſt iudicare viuos & mortnos, præſentandumq; prophetica auctoritate annũciat dicens: Credo enim ꝙ redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum. Quem viſurus ſum ego ipſe & non alius, & oculi mei conſpecturi ſunt: repoſita eſt ergo hæc ſpes mea in ſinu meo. i. in corde meo, quem. i. Deum, qui videndus eſt in iudicio ſicut legimus, videbunt in quẽ compunxerunt, quem quidẽ dñt in eo loco iudicaturũ impios, vbi ipſe iudicatus eſt. Ioel Propheta teſtante, Exurgant inquit & aſcendant oẽs gentes in valle Ioſaphat, quia ibi ſedebo, vt iudicẽ oẽs gentes in circuitu. Nãq; ibi pleriq; aſſerũt futurum iudicium, vbi paſſus eſt, Eſaia pronunciante. Cõfirmationẽ & abbreuiationẽ faciet Dñs Deus Exercituum in medio oĩs terræ, quæ confirmatio & abbreuiatio nõ ꝑt eſſe niſi iudicij futuri. Sed vbi fit mediũ terrę, illud ſedulè de paſſione teſtimonium Dauid oſtendit, qui dicit: Deus autem Rex noſter ante ſecula operatus eſt ſalutem in medio terræ. Nulla.n. eſt alia ſalus noſtra, niſi redemptio Domini noſtri Ieſu Chriſti Saluatoris & iudicis, quæ in medio terræ orta eſt.

¶Quod Iudæi excecati debuerunt Chriſtum negare, & quicquid de Chriſto fuerat prophetizatum.

60 Pendent † omnia iſta ex literis Hebræorum, qui legunt cuncta, ſed non intelligũt; omnia ſignata ſunt in illis, Propheta teſtante, & erit nobis viſio omnium ſuper ſermones libri ſignati, quem ſi dederunt homini literas ſcienti & dicent, & ille reſpondebit non poſſum: ſignatum eſt enim, & dabitur liber neſcienti legere, & reſpondebit, neſcio literas. hæc ſunt veteris teſtamenti ſignacula, quæ filius hæres ſignauit in oculis noſtri cordis illuminãs, ſicut ſcriptum eſt. Signa teſtimonia, ſigna legem, in diſcipulis noſtris: habemus enim ad intelligẽdum Chriſtum ducem, legem, teſtes, & Prophetas, ex quibus deitatem & nomen, gentium quoque genus & patriam, & natiuitatem, virtutes, & curationes, comprehenſiones, palmas, flagella, conſputationes, ſuſpenſiones, fellis & aceti potationem, mortem, ſagittam, ſepulchrum, infernum, incorruptionem corporis, & reſurrectionem carnis, aſcenſionemque eius in cęli regnum, atq; iudicium declaramus.

¶Vide cęcitatem Iudęorum contentam in ſuo Thalmud.

61 Explicit † libellus Domini Iſidori epi de fide catholica ex veteri & nouo teſtamento editus cõtra Iudęos impios, qui ducti ſacrilega cęcitate in ſuo Thalmud ſcripſerunt, & ſcriptum retinent & ſeruant, & loco quolibet die ſabbati recitant, ꝙ beata virgo Maria habebat virum nomine Ioãna, & concepiſſe nephando mentiuntur turpius ex Ioſeph, quẽ dicunt fuiſſe hominem luxurioſum in Hieruſalem habitantẽ, vbi etiam dicunt Mariam habitare cum viro prędicto, & ſic mentiũtur ſceleratiſſimi Iudæi, Chriſtum ex adulterio genitũ, & ẽt tpe menſtruali, & poſt Chriſtum impoſuiſſe ſibi nomẽ Ioſue, & ipſe fecit ſe vocari Ieſus. fatentur tñ quod in ſecundo anno diſputauit cum ſcribis in Hieruſalẽ, & mirabanť ſup doctrinã eius cũ ipſum ſpuriũ & ex mẽſtruata natũ dãnabiliter aſſererent, & ibi conuicit eos in quadã qõne, quã de ſuo Thalmud, qui apud eos appellať Anzechin, diſputabat de Ietro & Moyſe, ducens eos ad inconueniens. ſ. ꝙ Ietro fuit magiſter Moyſi, & ſic diſcipulus ſuper magiſtrũ ſit, vel qđ Moyſes nõ dediſſet legẽ, qđ eſt nephariũ apud oẽs. Et mirantes ſuper ſapientia illius dixerunt, ipſum eſſe Bethiuda. i. mãzer, vel ex mẽſtruata natus. Sapiẽtiã aũt & poteſtatem miraculorum dicunt ſic acquiſiuiſſe. Fabulantur enim in tẽplo Salomonis fuiſſe in quodã lapide ſcriptũ zamenaforas, qđ cũ legiſſet, incontinenti intellexit oĩa, & potuit oĩa facere, quia dñt illud verbũ zamenaforas, talẽ virtutẽ habere. Sed vt dicunt, Scribæ & phariſæi fecerunt fieri quatuor leones & canes ęneos, qui arte magica in porta templi latrarẽt, vt exeũtes cum illo zamenaforas, traderent obliuioni ex timore illorũ latrãtium: vnde dñt qđ Chriſtus in fęmore inter pellẽ & carnem poſuit illud in cartha, vt exiens ſi traderet obliuioni, tñ retineret zamenaforas, & ſic fuit. Vnde fuit ſapientiſſimus & potentiſſimus in omnibus miraculis, & ideo allegabat prophetias, quas de ſe dicebat, Dabit Dñs ipſe vobis ſignum, & ſcripturas, & quod Meſſias qui de cęlo deſcendit, ſic dicit Eſaias. Propter hoc dabit Dñs ipſe vobis ſignũ. Ecce virgo concipiet & pariet filiũ, &c. Itẽ illud, Filius meus es tu, &c. Et illud, Aſtiterũt Reges terræ, &c. Itẽ dicebat, Iudęos eſſe ſpurios, ſicut ſcriptũ eſt, qa filii fornicationũ ſunt. Item fecit miracula. ſ. claudũ quendã & curuũ ſtare & ire, cũ illo noĩe zamenaforas, & leproſum etiã curauit. Tunc Iudæi adduxerunt eum ad reginam Helenam, quam tunc dicunt regnare in Hieruſalem, & accuſauerunt illum ꝙ volebat deſtruere totum mundum. Ipſe autem coram illa allegauit de ſe ſcripturas prophetias & ſuſcitauit mortuos coram ea, & confudit Iudæos, & fuit magnum ſcandalum in Hieruſalem, & congregauit bene trecẽtos diſcipulos vt dicunt Iudei, non audentes diſputare, miſerunt quendam Iudæum Iudam. ſ. Schariotum, qui didicit zamenaforas ſupradictum, & traxit illi virgam virilem, & minxit ſuper Ieſum, & ſic polluit illum dum volarent ambo, & cedidit Ieſus & perdidit ſciẽtiam & poteſtatem, quia zamenaforas non patitur pollutionem aliquam, & ſic infimus factus fuit captus, & crucifixus, & mortuus, iubente prædicta Helena.

TRACTATVS
MARQVARDI DE SVSANIS, IVRISCON. VTINENSIS.
De Iudæis, & alijs infidelibus.

SVMMARIVM.

1 *Feſtis diebus licere maximè ſcolaribus ſtudio literarum incumbere.*
2 *Spirituales actus exerceri poſſe diebus feſtis.*
3 *Feſtis diebus expediri poſſe etiam ordinata ad Hominis ſalutem corperalẽ*
4 *Bella licere feſtis diebus vrgente neceſſitate.*
5 *Marani peſſimum genus hominum.*

SATIS conſtat, quæſtiones ſiue Tractatus, qui de variis rebus, tum à ſuperioris, tum noſtræ ætatis viris doctiſſimis conſcripti ſunt, & in ampla volumina redacti, maxime conferre legalis ſciẽtiæ profeſſoribus, tam in conſultationibus edendis, quàm in cauſis diiudicandis, cum in eis omnia, quę in negociis ad certã, ſpecialemq; cauſam pertinent, copiosè pertractẽtur, & quæ per legum peritos in variis locis diſpersè examinantur, in illis, per veras cõcluſiones, diſcuſſa congerãtur. Nam vbi tota res eſt collecta, ibidem facilius inueniri põt, q ſi per diuerſa loca, non ſine maximo labore perquirant, cuius ſnię fuiſſe vr Iuſtinianus Imperator, qui ius omne illud antiquum, & in tot millibus librorum congeſtum, ſub certis congruis titulis, Iureconſultis ſuæ ætatis clariſſimis colligendũ mandauit. Et cum adhuc neminẽ viderim, qui de Iudæis paſſim inter nos Chriſtifideles verſantibus, cæterisque infidelibus, materiam, in opus ſpeciale redegerit, licèt ſit ea res maximè vtilis, & neceſſaria nõ modò ad lites tollẽdas, ſed ẽt ad animarũ ſalutẽ: ea rõne in primis adductus, vt ego quoq; licèt minimus in gregẽ Dñi, aliquid in eius gazophilatiũ cõferrẽ, exẽplo pauperculæ illius Annæ, de qua Marci 12. Lucæ 21. & monemur in c. reuertimini, 16. q. j. vt, vnuſquiſq; in horreũ Dñi cibos afferat. Minuta hæc de meo, quãlibet exili penuario, in archã Eccleſiæ catholicæ, cõportare decreui, nã in tẽplo Dei, offert vnuſquiſq; qđ ꝑt, ſm Hieronymũ, qui magis inſpicit cor, q̃ opus. 15. q. 6. c. j. & ſanè libenter efficiã, quantũ poſſum, q̃ñquidẽ non poſſum quãtũ debeo & opto, pro cõi hoĩum vtilitate: nec.n.tam ægrè ferã, me in ſcribendo ab aliis victũ, q̃ dolerẽ, ſi qualiacunq; potui in mediũ afferre noluiſſe viderer, cũ præſertim ſciã Dñm diligere offerentẽ ẽt calicẽ aquę frigidæ in noĩe ſuo, prout & Petrus modica quædã obtulit rete. ſ. lacerũ hamũ, arundinẽ, & nauiculã tñ. Quam obꝛrẽ nõ vlla laudis humanæ cupiditate ductus. ea nanq; veritatis eſt regula, ne qd fiat gratia cõmẽdandi, ſed ſeminande veritatis. 32. q. 4. obiiciunť. & tñ ne in eius cõſpectu vacuus appareã. Offero Dño Deo meo tractatũ hunc (qualiſcunq; ſit) de Iudæis, & aliis infidelibus, quẽ hic ꝓximis annis, ſucceſſiuis horis, & feſtis diebus cõgeſſi, cũ mihi ꝓ forẽſes occupationes, & publica
1 negocia, aliqd ocii daret. † Nec ideo me reprehẽdi poſſe iure ab vllo puto, ꝙ dies feſtos, q aſſignati ſunt ꝓ curãdis rebus diuinis, in his ſcribẽdis cõſumpſerim, eo ꝙ non videať licere die Dñico ſtudere, ẽt ſcholari, ꝓ ea quæ tradit Io. And. & Ant. de But. in c. j. de feri. Quia Doctores magna ex parte ſequunť cõtrariã ſnĩam, quam tenet gl. in l. Diuus, in verbo, Militarẽ. ff. eo. tit. & ſequunť Dyn. Guil. Ang. Alex. & Iaſ. q affert ꝓuerbiũ illud noſtrorũ maiorũ, q dicere ſoliti erãt, ꝙ Scholares, q obſeruãt feſta, male ſciãt Codicẽ, & peius Digeſta. atq; ẽt ꝓ debilitatem memoriæ, vt in die feſto non obliuiſcanť, qđ aliis diebus didicerũt. Et cũ ſit periculũ in mora, permittiť qđ aliàs non permitteret, vt per Dy. ibi. Et qa iuuenes relicto ſtudio diebus feſtis, aliis voluptatib. indulgere ſolent, qđ iure diuino prohibitũ eſt, Deut. 5. Exo. 22. Immò ad Eccleſias vadũt, vt videãt potius Dñas, q̃ Deũ, vt tradit Abb. in d. c. j. col. 2. in fi. q propterea eandẽ ſequitur ſnĩam, quam confirmat pluribus mediis, & hoc approbat gl. in ꝓl. oẽs, la j. in verbo, artiũ. C. de feri. vbi ẽt Odo. Rai. Ang. & Fulg. & Azo in ſumma, eo. tit. poſt prin. & Arch. in c. peruenit, & c. iciunia. de cõſec. diſt. 4. dicens omnia ſpiritualia, etiam ſine neceſſitate, licere diebus feſtiuis vt ſcholaribus, libris ſtudere, & prædicare, & San Thom.
2 ſecunda 2. queſtio. 122. artic. 4. † Vbi dicit, quòd nullus actus ſpi-

Source : BIU Cujas

ritualis exercitii eſt contra obſeruantiam Sabbati. Sicut etiam in operibus miſericordiæ, non eſt habenda diſtinctio dierum,
3 Matth. 12. Lucæ 6. & 14. Io. 5. 7. & 9. † Cum liceat etiam ea exequi omnia, quæ ad hominis ſalutem corporalem pertinēt, vt in medendo, & pharmacis componendis, & exhibēdis, & quędam humana officia, quæ neceſſitas exigit, poſſunt his diebus exerceri, vt officium colloquendi, ſcribendi, & præparandi cibaria, & ex hoc excuſantur coqui, carnifices, ſcriptores, & alii, de quibus per Archi. in d. c. ieiunia, & per Lucam de Pen. in l. fi. C. ne opera. col lato. exi. lib. 10. & Roſari. Buſti, ſermone 19. par. j. Et ſi in terreſtribus hoc permittitur, vtpotè Agricolis in colligendis eorum fructibus, & ſatione faciēda ac meſſe, l. 2. cum ibi no. C. de feri. multo magis debet concedi in fructibus ſpiritualibus ſerēdis, & percipiendis, vt per Cardina. Floren. & D. Franc. Zabarel. & Ant. de But. in d. c. j. de fer. & Aluarot. in proę. feu. in 1. & 2. col. & Lucam de Pen. in l. j. col. 2. & 3. C. de agri. & cenſi. lib. 11. vbi inuehitur cō tra ignauos Scholares, qui feſta libenter obſeruant. Immò, & in
4 ipſis diebus feſtiuis, † licitum eſt bellare, & manum cum hoſte conſerere, ſi neceſſitas vrgeat, vt per Io. de Ligna. in tract. de bello. c. 62. & habetur. j. Machab. 11. & per San. Thom. 2. 2. q. 40. Sed cum ex iis. quæ poſtea à me dicentur, facilius dignoſcent Chriſtiani oēs, qui hæc noſtra legent, quomodo ſe gerere debeāt cū infidelibus, & pariter ipſi nobiſcum, & plura inſerantur, quæ ad animarum ſalutē conducere vīr, non erit alicui locus reprehēſioni, cū præſertim hæc nulla ſpe lucri adductus ſcripſerim, aut auiditate laudis conſequendæ, tam pro operis tenuitate, q̄ eo q̄p hoc eſſet deteſtabile, vt Hiere. 9. Eccleſia. 10. & 1. Cor. 4. ad Gala. 5. ad Ephe. 2. & 11. q. 3. c. iniuſtum. j. q. j. ſunt nonnulli. 11. q. 3. nō ſolum. ſed tantùm vt ignaros inſtituerē, & erudirem, ſolamq̄; Dei gloriam & ſalutē animarum mihi propoſuerim, quæ tantā vim hñt, vt facilè me quamlibet occupatum, incitare ad ſcribendum potuerint. Erit igitur diſputatio hæc noſtra tota, non modò vtilis legentibus ad quæſtū faciendū, cum ſæpe de his rebus noſtra ætate oriri ſolcant controuerſiæ maximæ, ſed quod lōge maius eſt ad pietatem, & religionem colendam, cœleſtesq̄; theſauros comparandos. Quod ſi quid rectè vereq̄; dictum reperietur, id omne Deo attribuatur. Sin autem aliquid perperā, minusve cautè ſcriptum fuerit, ſummitto me oī tēpore, libens, volēsq̄; correctioni, ac ſubijcio ſcripta hæc mea iudicio, & decretis Sāctæ matris Eccleſiæ Romanæ, voloq̄; omnia dicta, non niſi cum ſolita protectione, de qua in c. hæc eſt fides, 24. q. j. remittendo me ſemper eius determinationi, à qua nunq̄ intendo recedere, & quicquid aberratum eſſet, proteſtor me paratū, quandocūq; (ſi opus eſt) publicè corrigere, & eo caſu ea omnia pro reuocatis haberi volo, coram Deo, & mundo, vt facit Bar. in extrauaganti', ad reprimendum, in verbo, totius, in fi. Nec ſtili ordinatum à me eſt, quod quiſquàm requirat, nam ſimplicem ac tenuem dicendi rationem ſequar, qualem noſtri Doctores ſecuti ſunt, vt ab omnibus facilè intelligi poſſint, quæ à me dicentur, tam ſapiētibus, q̄ inſipientibus, vt in ſpiritualibus fieri docet Apoſtolus Roma. 1. Ad quæ fateor ingenuè, plurima addi poſſe, nam & facile eſt inuentis addere. Cùm nihil perfectum in humanis actionibus inueniatur. C. de vete. iu. enucle. l. 2. §. ſed quia Diuinæ. l. nam & Proculus Iureconſultus, in l. inſula, in fi. ff. de præſcri. ver. dicit ſe verbis abuti, vt facilius intelligeretur, & plura per Tiraq. in repeti. l. ſi vnquā. in verbo, ſuſcepit liberos, col. 2. C. de reuo. dona. His tñ in præſentia contentus ſum, relinquens aliis, cui natura præſtantius ingenium ſuppeditauerit modū hāc rem latius explicādi, & ſatis mihi ſit vt hoīes intelligant, me pro virili mea hæc conatum, efficere; Quæ ſi nō perfecero, at inchoata. & informata, ſaltem alijs, qui me peritiores ſunt, expolienda relinquam: neq; enim inuideo cuiquā bonū, quo ipſe careo, ſed è contra magnā voluptatē capio, ſi ea quæ mihi natura denegauit, alijs video ineſſe. Etenim ſcio me cōſtitutum in eo ſtatu, quo ille ędificare volens turrim, qui non computauit ſumptus ad eam perficiēdā, illuſione dignus, de quo Lucæ 14. Sed omnia libenter pro Dño meo ſuſtinere paratus ſum: ſufficere nanq; puto mihi habuiſſe animum paratum ad maiora peragenda ſi datū fuiſſet, iuxta no. in c. paratus 23. q. j. & ſatis ſit vt commentandi veri, alijs quoq; ſe mitam monſtrem, cum Dei adiutorio, qui linguas balbutientiū facit diſertas, & per linguas infantium loquitur veritatem, 4. q. 3. §. ſed obiicitur. & propterea animæ meæ conſulere decreui, & p certo habeo: non enim iuſtitiæ Dei eſt, vt obliuiſcatur bonorū operum, & miniſterij pp nomen eius exhibiti, c. ſi inquit, de pœnit. diſt. 2. & c. non eſt. & 26. diſt. c. deinde. & quæ no. in Auth. de iudici. §. nec autem. de pęn. diſt. j. pōt fieri. 12. q. 2. charitatem. & de præben. c. cum ſecundū. & de pęn. diſt. 2. pium, &c. cauēdum. nā & qui ad iuſtitiā erudiunt multos, fulgebunt quaſi ſtellę, &c. Dan. 2. & j. Pet. 3. & Eccleſia. 24.

Et cum titulus Operis ſit de Iudæi, & Sarracenis, & aliis infidelibus, videndum erit prius, vnde nomina hæc ducant originem, iuxta documentum Vlpiani in l. j. in prin. ff. de iuſti. & iu. vbi iuri operam daturū prius noſcere oportet, vnde nomē iuris deſcendat, & in l. j. ff. de dolo. & quod no. in l. j. ff. ſi certum peta. & in l. j. ff. de acqui. poſ. cum multis ſimilibus, & ex Platonis ſententia in Phędro, in omnibus rebus iis qui bene conſulere volunt primū eſt intelligere illud de quo conſultare intendunt, & idem tradidit Cicero, quem refert Bal. præludi. feu. col. 4. Et quia prius de perſonis, quàm rebus ratio quærenda eſt, l. quidam. ff. de codicil. & l. ſi quæramus. ff. de teſtam. ideo Imperator præmiſit titulū, C. qui milita. poſ. lib. 12. titu. ſequenti, de re militari. Et ſciēdum eſt, tres eſſe infideliū ſpecies, ſcilicet Paganos, Iudæos, & hæreticos, c. pagani. 2. q. 7. de quorum diſtinctione habetur per San. Tho. 2. 2. q. 10. Licèt poſſet etiam allegari quarta ſpecies infidelium,
5 videlicet, Maranos, ita vulgò appellatos, † qui nullam colunt religionē, & ſolēt deprauare bonos mores ciuitatū, & ex eorū cō ſuetudine pietatem Chriſtianam lędere, & qui de facili poſſent maximè ſimplices in alienos ritus inducere à fide CHRISTI alienos, propterea ſicubi degunt, conſulendum eſſet vt eorum cōmercia vitarentur, nam olim plures inſignes ciuitates mercatoribus quoq; forenſibus ſe abſtinuerunt, iuxta tex. in l. mercatores. & l. fi. C. de commer. & merca. Legitur enim Carthaginēſes diſtincta diuerſoria mercatoribus ſtatuiſſe, nec ea, illis cum ciuibus communia eſſe voluiſſe, quibus tamē in forum via patebat: ad Naualia autem, & ſecretiora vrbis loca, ne aſpectus quidem concedebatur, & Græci eos intra vrbem minimè recipiebant, & plures gentes leguntur mercatores ad ſe accedere prohibuiſſe, q̄p mores deprauarēt. eo magis ergo deberet prohiberi ingreſſus vrbiū dictis ſceleſtiſſimis hominibus, nam quo ad mercatores alia nunc eſt ratio, vt hī in l. vnica, C. de nūd. & in l. ſemper. §. negotiatores. ff. de iure immuni. quibus etiam plurimum Romani aſcripſerunt, vt per Ciceronem in oratione pro lege Manilia, & per Albe. in rub. C. de commer. & merc. & de hoc, cū nō ſit locus ſuus, plura prætermitto ex conſulto. De quibus etiā Maranis, an ſint vocandi hæretici, vel apoſtatæ, cum non in partem tantum de fide Ieſu Chriſti malè ſentiāt, ſed in totum eam abiiciant, vide aliqua per Gundiſaluum in tracta. de hæreti. q. 5. Hi ſunt, qui originem traxerunt ex Iudæis, qui metu amittendæ rei, ſe ſacro fonte abluerunt, clam tamen paternis legibus inuigilantes, cæteris ex Hiſpania pulſis perſuaſione Vincentii ordinis prędicatorū, qui inter ſanctos relatus eſt, q̄ peſſimū genus hoīum euaſere, cum, vt audiui, nec Deū eſſe opinentur, de quibuſdam verò aliis, qui diabolica ſuperſtitione dęmonū miniſterio vtunt vt de ſortilegis & ſimilibus & de hæreticis, quia ſunt alibi copioſè pertractata, & non eſt intentionis noſtræ ad ea diuertere, ſed principaliter de Iudæis tractare, ideo ab ipſis erit exordium, & tamen incidenter ſi occurrerit de aliis non omittere, prout de nō acquieſcentibus Decretis patrū: tales enim cōmittere dīr quaſi ſcelus Idolatriæ & vitium paganitatis, c. ſi qui ſunt, 81. diſt. c. ſciēdum, in fi. 8. q. j. & j. Reg. 15. & 19 diſt. c. nulli, & c. in canonicis. nō omittam etiam q̄p circa præmiſſa tradit Petrus Abbas Cluniacenſis, lib. j. epiſto. qui dicit quatuor ſectas in mundo eſſe præcipuas, ſcilicet Chriſtianorum, Iudęorum, Sarracenorum, & paganorum. & S. Tho. 2. 2. q. 10. art. 1. & q. 94. art. j. dicit duplicem eſſe infidelitatem: Alteram ſcilicet in illis, qui pęnitus fidem noſtrā negant, vt ſunt Turcæ & alij infideles, in quibus infidelitas non eſt peccatū, ſed originalis peccati pęna, ait Dominus, ſi non veniſſem & locutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent, & quomodo credent ſine prædicante? licèt non defuerint, qui & Turcas hæreticos eſſe exiſtimauerunt. Alteram, quæ eſt contraria fidei, prout eam impugnat, vel audire recuſat, & hæc eſt hæreſis. Auguſti. de Vtili. creden. c. 4. & 23. q. 4. c. hęreticus, & per gl. in Clemen. 1. de uſur. §. ſanè, in uerbo, hæreticum, & ibi not. & iſta ſpecies infidelitatis pertinet ſolùm ad eos, qui Chriſti fidem profitentur, & illius dogmata corrumpunt, & propterea iſtud crimen non cadit propriè in Iudæo Sarraceno & Macometano, vt per San. Thom. 2. 2. q. 11. articu. 1. Dicam inſuper de inimicis Crucis CHRISTI etiam inuiſibilibus, & incipiendo à Iudæis.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi, vnde ſic appellati.*
2 *Iudas inter eius fratres fortiſſimus & honorabilior alijs.*
3 *Chriſtus redemptor ex Tribu Iuda.*
4 *Sacerdotes, quorum ſuaſionibus Chriſtus fuit crucifixus, ex tribu Leui.*
5 *Error Cornelij Taciti circa originem Iudæorum.*
6 *Hebræi, vnde ſic nuncupati, & ponuntur plures opiniones.*
7 *Hebræi nominis ethimologia.*
8 *Iudęi primò vocati Hebræi, poſtea Iudęi, & quare, & nu. 5.*
9 *Iudæi quare dicti Iſraelitæ, & populus ille Iſrael.*
10 *Iacob, quare dictus Iſrael.*
11 *Iudæi moderni miſerunt filiationē Iſrael, & non amplius Iſraelitas vocari.*
12 *Nōia antiquis patrib. impoſita nō volūtate humana, ſed inſpiratione pceſſiſſe.*
13 *Sarraceni, qui ſint, & nu. 18.*
14 *Sarracenos compeſcendos ab inuocatione publica Maumetis, et de eorum tēplis, & pœna contrafacientium.*
15 *Templum Pantheon conſecratum in honorem beatiſſimæ Virginis, & omnium Sanctorum.*
16 *Sarraceni, vnde originem traxerunt.*
17 *Sarraceni alio nomine appellati etiam Gentiles, & de hoc verbo, Gentilis.*

18 *Sarraceni*

Source : BIU Cujas

18 *Sarraceni quos libros veteris Testamenti admittunt, quædam ex eis.*
19 *Sarraceni appellantur etiam pagani.*
20 *Pagani vnde dicti.*
21 *Christiani, vnde sic appellati, & nomen Christi.*

CAPIT. I.

1 IVdæi † dicti sunt à Tribu Iuda, vna ex 12. filiis Iacob, & sunt ex progenie Caldæorū, vt habetur Iudith 5. Et Tribus Iuda
2 † fuit præstantior cæteris, vt per Abb. in Rub. ext. de Iudæ. fuit em̄ Iudas bellicosior aliis fratribus, & de stirpe eius Reges, & Principes germinati sunt. j. Parali. 5. ibi, porrò Iudas, qui erat fortissimus inter fratres suos, &c. & dicitur Gen. 49. O Iuda, te laudabūt fratres tui, Catulus leonis Iuda, &c. Ex quibus locis patet de præeminentia Tribus Iudæ tam in honore, & excellen
3 tia, q̄ in fortitudine. Et ex eadem Tribu † descenderunt Dauid, & alii Reges post eum in Hierusalem, & tandem CHRISTVS Redemptor noster, vt clarum est ex illis verbis, in d. c. 49. Nō auferetur sceptrū de Tribu Iuda, & Dux de fœmore eius, & sequētibus. & 2. Reg. 7. & Lucæ 1. Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob in æternum. & Hebræ. 7. manifestū est enim q̄ ex Iuda ortus sit Dominus noster.
4 Sicut ex Tribu Leui descendunt † Sacerdotes, nam & tribus Leui sola, honorata Sacerdotio, à negotiis ad victū pertinētibus libera erat, neq; colebant agros, neq; tractabāt opificia, nec phas erat ex alia vlla Tribu Sacerdotē vnquam fieri, & inde Aarō, & cęteri Sacerdotium accipiebant, qui cū Pharisæis fuerūt causa, & origo mortis CHRISTI, mediantibus eorum prauis persuasionibus, & iniquis cōsiliis. Quod Iacob ipsius pater præuidit in spiritu, dum prædixit, Simeon, & Leui vasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non veniat anima mea, & in cętu corū nō sit gloria mea, in quia in furore suo ceciderūt virum, &c. Sed q̄d attinet ad Sacerdotiū nō silebo, q̄ diuersus nobis ordo Sacerdo tij contingit ab Hebræis: illi enim non nisi de semine Leuitarū, vt dictū est, & s̄m ordinē Aaron Sacerdotio succedebant. Nos verò ex omni genere hominum, & s̄m ordinē Melchisedech in Sacerdotium recipimur: cui quidem generatio nusquam hr̄ præfigurans Christum, qui in cęlis sine matre, in terris sine patre natus est, &c. licèt is credatur fuisse Gētilis, vt præfiguraret de Iudæis ad gentes aliqn̄ migraturum Sacerdotium, & illi de carne carnalia tm̄ metebāt, at nostri de spiritu metunt etiam cęlestia, & primus Sacerdos fuit Melchisedech, qui Deo obtulit panē, & vinū in figurā Sacramenti Corporis CHRISTI. 23. q. 5 c. dicat. 11
vt per Host. & Doc. in c. per venerabilē. qui filii sint legitimi, Hostien. in c. j. de sac. vncti. Card. in cle. j. col. 3. in prin. de Iudæ. & 21. dist. c. deniq;. & Gen. 14. Sed Arch. 56. dist. c. Dominus, dicit Iudæos dictos à nomine dignioris Tribus, ideſt à Tribu Iudæ Patriarchæ, & q̄ sunt, qui legem Mosaicam ad literam tenēt, se circumcidendo, & alia legalia faciendo.

Ex quo patet, Cornelium Tacitum lib. j. historia. † somniasse,
5 dum asserit Iudæos à Monte Ida nuncupari, & inde oriūdos fuisse, & subinde etiam supinam esse ignorantiam Dionis dicētis, se nescire causam, quare appellati sint Iudæi.

Lactāti⁹ verò li. 4. diui. inst. c. 10. tradit, ipsos prius fuisse dictos Hebræos, & postea amisisse hoc vet⁹ nomē Hebræi, & dictos Iudęos à Iuda, Prīcipe eorū examinis, & terra, quā coluere, Iudęa.

Sed dn̄r etiā Hebræi † ab Heber, cuius familia cultum tenuit
6 vnius Dei, cęteris Iodolatria fędatis, vt per Host. in sum. de Iudę. & Arc. in d. c. Dn̄s. fuitq; Heber filius Salè filii Arphaxat. Ge. 10. & 11. Et hoc tenet Ioseph Hebræus, in li. j. de antiquitatib. c. 14.

Augustinus autem, lib. 16. c. 3. de ciui. Dei, recitat duas opiniones, dicens, Quod quidam putauerunt Hebræos tale nomen traxisse ab Heber filio Salè, qui fuit abnepos Sem filii Noè, & prius vocabātur Heberæi, sed detracta vna litera, dicti sunt Hebræi, se
12 cundū Iosephū, & prout dicit Gl. in ver. familia. in c. cum igitur. 35. q. j. Et quia in diuisione linguarum in eius familia lingua Hebræa remānsit, quæ prima humano generi tradita fuisse dr̄, vt affirmat idem Aug. eo li. c. 11. & subdit q̄ & alia pōt esse opinio, vt. s. ex Abraam tanq̄ Abarei dicti esse videantur, vt etiam dicit Gl. 13
in d. ver. familia. quæ satis rationabilis opinio videtur, tanq̄ à primo patre, cui facta fuit promissio redemptionis Israel, eiq; data fuit circumcisio, qua Hebræi distinguuntur à gentibus, sicut & ipsi in multis locis Euangelii sacri professi sunt, dicentes, Nos filii Abrahæ sumus. videtur ergo, q̄ potius ab Abraam, q̄ ab Heber ita nominentur. Sunt etiam nonnulli, qui putant Hebræum nomen à pastura pecudum deductum esse, eo q̄ Iacob vrgente penuria annonæ in Aegyptum migrauerit cum 12. filiis suis, & cum eis pastoritiam vitam egerit.

Paulus verò Episcopus Burgē. tradit, † eos sic appellari ab ethi 14
7 mologia vocabuli, qd̄ idem sonat, q̄ peregrinos esse, & in re, ita eis successit, cum ferè semper peregrinati sint, modò in Aegyptum, modò per desertū, modò in terram Canaam, modò huc, modò illuc: nunc autem in vniuersum orbē captiui peregrinantur. & Eusebi. lib. 3. c. 4. Ecclesia. histo. tradit, Petrum scripsisse epistolam ad eos, qui in dispersione sunt, intelligēdo de Hebręis tā- 15
quam è proprijs laribus pulsis & in dispersione positis, & Iacob. Apostо. epistо. j. in prin.

Licèt Aug. in lib. quæstio. vete. & noui testa. q. 108. firmauerit,
8 † Hebræos nuncupatos ab Abraam, potiusq̄ ab Heber, ex rationibus ibi per eum allegatis. cuius sententiæ, & aliorum sequaciū obstat, quod habet Gen. 14. in illis verbis, Et ecce vnus, qui euaserat, nunciauit Abraam Hebræo, &c. prout etiam huius cōtrarii meminit Arch. in d. c. Dn̄s. dicens, ob id Augustinum retractasse priorem suam opinionem, & ideo verius videtur q̄ ab Heber Hebræi dicti fuerint, potiusquàm ab Abraham.

9 Dicti sunt etiā Israelitæ, † & Israel denominatur populus Hebræus à Iacob, vt per Aug. lib. 17. de Ciui. Dei. c. 39. quod nomen Iacob adeptus est, dum iret in Mesopotamiam, cum vidisset in spiritu, vel somno scalam, quæ à facie terrę vsq; ad cęlum pertingebat, & Angeli ascendebant, & descendebant, & Dn̄s incumbebat super eam, Gen. 28. ex qua visione deinceps appellatus est Israel, Iacob, quod nomen postea populus Hebræus ex illo procreatus assumpsit, & tale uerbum idem sonat, quod vidēs Deū, innuēs si populus Hebræus in uocatione sua, & fide permānsisset, vtiq; Deū facie ad faciē vidisset, sed sua nequitia & iniquitate eatenus excæcati sunt, vt nunq̄ videre possint faciem clemētissimi Dei. Itē & Ang. luctando cum Iacob, vocauit eū Israel, Gen. 32.

Sed Isidorus de sum. bono, li. 9. c. 2. dicit, q̄ Hebræi vocati sunt ab Heber, qui pronepos fuit Sem, vt dictū est: Israelitæ verò ab Israel filio Isaac: nam Patriarchā Hebræorū constat fuisse Israel à quo duodecim Tribus Iudęorū, Israelis vocabulū sortitę sunt: Iudæis aūt scissura 10. tribuum, nomina imposuit, nā antea Hebræi, siue Israelitæ nuncupabantur. Ex quo autem in duo regna Dei populus diuisus est, tunc duæ Tribus, quæ de stirpe Iuda Reges habuerunt, nomen Iudæorum sortitæ sunt. Reliqua pars decem Tribuum, quæ in Samaria sibi Regem constituit, ob popu-
10 li magnitudinem, pristinum nomen retinuit Israel. Hæc ille. Iudæi tamen moderni amiserunt filiationē † Abrahæ, & nomen Iacob, & Israel perdiderūt, nec amplius sunt vocādi: Israelitæ, q̄a eiecti sunt ab Ecclesia, & non sunt sequuti religionē Abrahæ, & Iacob, quia non receperunt, nec voluerūt CHRISTVM illis promissum & expectatū, & sic Christiani remanēt veri filii Abrahæ, & Iacob s̄m repromissionem, quia imitantes Abraā, & Iacob, receperunt CHRISTVM illis promissum & expectatū, & sunt benedicti, & per baptismum regenerati in CHRISTO, qui est semen Abrahæ, & de hoc vide etiam Bar. in l. j. C. de paga. & Oldr. consi. 72. An contra.

11 Scias etiam, q̄ nomina eorundem Patrum antiquorum, † vt Abraam, nō fuerunt eiusdem imposita casu, nec humana volūtate, sed solo Dei præcepto, & inspiratione: in quantum fuerunt imago & figura CHRISTI, & Ecclesiæ, secundum Augustinū contra Faustum, & lib. 16. c. 2. de Ciui Dei. sic de nomine Saræ, Iacob, & Petri, qui Simeon. i. obediens dictus est, & Cephas: erat enim Abraam nonaginta annorum, quando fuit sibi datū illud nomen, quod illi impositum fuit secundum carnem (imponebant enim Hebræi tempore circūcisionis nomina, sicut & Christiani tempore baptismi) Vnde post circūcisionem ipsius Abrahæ Deus vocauit illum Abraam in signum gratiæ, eo q̄ futurus erat pater multarum gentium. Gen. 17. & ideo Abraam est nomen fidei, gratiæ, & Sacramenti, & sic habuit duo nomina, vnū naturæ, alterum gratiæ. vnde etiam ex eo nati sunt filii ex Ismaele secundum carnem: at illi fuerunt filii secūdum spiritum, qui sequuti sunt fidem eius de CHRISTO. & de natis ex carne, & spiritu differentia est, vt habetur Ioan. 3. ibi, quod natum est ex carne, caro est; & quod natum est ex spiritu, spiritus est. & per Apostо. ad Roman. 4. & ad Gala. 3. & Origenem homil. 9 libri Geneseos. & hæc sufficiant quo ad concernentia ipsos Hebræos in præmissis.

12 Sarraceni autem sunt, † qui adorant sacrilegum Maumethē, de quibus hr̄ in cle. j. de Iudæ. Et licèt Iudæi tolerentur in terris Christianorum in eorum ritibus, quia colunt verum Deum. c. Iudæi c. consuluit, de Iudæ. Sarraceni tm̄ minimè tolerantur, & per d. cle. j. prouidetur, vt Principes, sub quorū Dominio morātur, † compescant Sarracenos sibi subiectos ab inuocatione publica Maumethis. & ab alijs eorum ritibus. Detrahitur. n. honori fidei Christianæ si talia permitterētur, vt in l. j. & toto tit. C. de paga. & eorum sacrifi. & prohibentur, ne faciant eorum sacrificia inspecto iecore animalium, vel extis, promittendo, vel diuinando futura, immò statutum est eorum templa debere claudi sub pęna amissionis bonorum, & vitæ. l. j. & 2. eo. tit. Et oīa eorū templa applicantur Reipublicæ, vt Imperator, ea cuicunq; velit possit donare. l. oīa. C. eo. sicut fecit Phocas Imperator, qui anno Domini 607. concessit beato Bonifacio Papæ IIII. Pontifici Romano Templum illud, † quod Pantheon appellabatur, vt consecraretur in honorem Beatæ Mariæ, & omnium Sanctorum, cuius rei meminit Azo in sum. C. de paga. & infra in 3. parte latius explicabitur, vbi de Maumethicæ sectæ reprobatione, deinde p Nicolaum Cardinalem de Cusa in cribatione Alcorani, & Ludouicum Viuis de veritate fidei Chri.

15 Qui Sarraceni descēderunt † ab Agar, quæ fuit ancilla Sarræ, & Abrahæ, quę eidem genuit Ismaelem, à quo ipsi originem traxerunt, & ideo potius vocari deberent Agareni, q̄ Sarraceni, cū

Source : BIU Cujas

nõ à Sarra,ſed ab Agar deriuent, & minus idoneæ faciunt ſe ita nuncupari ab vxore Abrahæ, cum ducant ortũ ab eius ancilla, vt per Imo.in d.cle.j.col.2.verſi.quærit Guilielmus,vbi etiã Cardi.col.j.& per Io.de Ana.in Rub.ext.de Iudæ.col.j.& alios ibi,& Alberi.in Rub.C.de paga.& per Deci.in c.j.col.7.ext. de conſtit. Et de ipſo Iſmaele,ꝙ factus ſit ſagittarius, prout vſq; in præſens ſagittis vtuntur Sarraceni, habetur Gene. 21. inde per Agar ancillam,intelligitur ſecta Maumethi; per Sarram Eccleſia fidelis. 23.q.4.c.quando.& c.ſi Eccleſia. 21

Et mirum non eſt,ꝙ ex primo genito Abraham.ſ.ex Iſmaele orti ſint Deo rebelles,cum fuerit auctor Gentilium,infidelium, & natus ex matre Aegyptia,à qua etiam infectus fuit,ſicut & habetur de Eſau primo genito,& Iacob,in cuius ſecũdo geniti domo Dominus regnare voluit.Et vt altius meditemur,idem contingit in primo Angelo,qui fuit Deo rebellis. & notandũ ꝙ Sarraceni ad literam vocantur beſtiæ,quia & Iſmael pater eorũ vocatus eſt à Domino Onager,de quo vide Oldra. conſi.72.an cõtra.& Beatus Gregorius expoſitionum moralium lib.7.ſuper c. 4.Iob.dicit ſuper illis verbis,Nunquid rugiet onager,cum habuerit herbam;aut mugiet bos, cum ante præſepe plenum ſteterit,? ſic,Quid nanq; per onagrum,ideſt agreſtem aſinum,niſi Gentilis populus deſignatur? quem ſicut Natura extra ſtabula diſciplinæ edidit,ita vagus in voluptatum ſuarum campo permanſit.& infra,tunc ergo herbam onager inuenit, cum populus Gentilis gratiam diuinæ incarnationis accepit.

16 Et prædicti etiam alio nomine † Gentiles vocantur,vt probatur,28.q.j.c.caue.& ibi Archid.dicit,ꝙ Gentiles dicuntur,qui tales ſunt,quales ſunt geniti.ſ.qui nec receperunt circumciſionẽ, nec baptiſmum.& ibi Ioan.de Tur.Cre.dicit, ꝙ tales pauci reperiuntur,cum ferè omnes Gentiles nũc circumcidantur,& cibos diſcernant,& de his vide no in c.2.de conceſſio.præben.& Dec. in c.j.in 10.col.ver.& dicuntur,ext.de conſtitu. Dicuntur etiam Ethnici.Aliter etiam Gentiles intelliguntur Nobiles, iuxta vulgare idioma,de quo vide Tiraquel.in tracta.de nobilitate, car.2. nu.50.& in tracta.de retractu lignagier.in gl.9.q.j.Sed Alex. cõſ.
17 130.ſuper eo,de quo quæritur,col.2.ver.& illos,vol 7.dicit,† Sarracenos illos intelligi, qui nec nouum, nec vetus teſtamentum recipiunt,ſed Deos plures colunt,aliter Hoſt.in ſum.de iudę.§.q ſint Sarraceni,cũ §.ſeq.& Spec.co.tit.vbi dicunt, quoſdam Sarracenos(& ſunt Samaritani) recepiſſe libros quinque Moſis,ſed prophetas abieciſſe,& videri põt 4.Reg.18.quoſdã non recepiſſe,quæ Moſes præcepit,de quibus etiã per Deci.in d.c.j.col.5.ver. quarta concluſio.& per Albe.in rub.ff.de iure perſo.

Saducæi etiam quinq; tantum libros legis recipiebãt, prophetarum vaticinia reſpuentes,vt per Iſido.de ſum.bon.c.4.Sarrace
18 ni dicuntur etiam † pagani,& ita loquitur tit.C.de paga.& 2.q.7. c.pagani,& de conſecr.diſt.j. c. Eccleſiam, in qua.& ſecundũ Io. de Tur.Crema.paganus dicit,ꝙ nec eſt Chriſtianus,nec Iudęus.i. neq; baptizatus,neq; circumciſus.Paganus ẽt in iure accipitur ꝓ eo,qui non eſt miles,& ideo dicitur miles habere bona caſtrenſia & paganica.l.fi.cum ſimi.C.de inoffi.teſta.& ff. & C. de teſta. mili.per to. vbi plura ſpecialia ponuntur in eorum teſtamentis. Item peccatum paganitatis incurrit, qui ſedi Apoſtolicæ non obedit.Glo.in c.dolentes,de celebra.miſſa.in ver. diuinum officium.De quibus paganis Iſid.de ſum.bo.lib.8.c.10.ſic dicit, † Pa-
19 gani ex pagis Atheniẽſium dicti,vbi exorti ſunt. Ibi enim in locis agreſtibus,& pagis gẽtiles lucos,idolaq; coluerũt. A tali initio Pagani vocabulum ſortiti ſun.

Et ſicut Iudæi à Iuda;Hebræi ab heber; Agareni ab Agar; pa-
20 gani † à pagis ſunt dicti;ita etiam Chriſtiani à CHRISTO,c.j.de ſacra vncti.Suſcipimus enim vnctionem,& criſma,quando militiæ Chriſti aſcribimur,vt in c.de his,de conſecr.diſt.5.Et primo apud Antiochiam fuit nomen illud, poſtq̃ Petrus Apoſtolus ſeptimo poſt anno, mortuo Chriſto, fuit Epiſcopus Antiochen. 22.diſ.c.ſacroſancta.7.q.j.mutationes.Abb.in c.j.de his,q̃ fi.in maio.par.ca.Et primò dicebantur diſcipuli Chriſtiani, Actuum 11. & vide Aug.in lib.4.de Doctrina Chriſti.& per Abb.in c.cãm,q̃. de iud.in j.no.vbi dicit,ꝙ appellabantur diſcipuli,vel fratres.Licèt etiam Chriſtiani à Iudæis, quaſi in opprobrium Nazarẽi vocabantur,pro eo,ꝙ Dominus noſter,atq; Saluator à Vico quodam Galileæ Nazarenus ſit appellatus. Non glorietur autẽ quis ſe Chriſtianum,qui habet nomen,& facta nõ habet: vbi autem nomen ſequutum fuerit opus, certiſſimè ille eſt Chriſtianus, q ſe factis oſtendit Chriſtianum, ambulans ſicut & ille ambulauit,à quo & nomen traxit,vt per Iſid.lib.7.c.fi.de ſum.bo. & no. ꝙ actus fidei in Chriſtiano eſt duplex;interior,qui fit corde;exterior,qui fit ore.c.firmiter,de ſum.Trinita.& Roman.10.corde creditur ad iuſtitiam, ore fit confeſſio ad ſalutem. nec excuſantur,qui Chriſtum negant ore,licèt non corde,11.q.3.nõ ſolum, de pęn.diſt.j. Petrus,& quod ibi not.nam non euitant hæreſim, vide not.in clemen.j.de ſum.Trinit.& dixi proximè, illum eſſe Chriſtianum,qui ſe factis oſtendit talem, hoc ideo, cum plures ex noſtris inſolentius vitam agant, quàm qui non ſunt tanto conſecrati myſterio:ſed fidelis non modo à communione myſterii, verum à nouitate vitæ dignoſci debet, non tantum quia ſacri fontis aquas ingreſſus ſit; fidelemq́ue non tantum ab his, quæ à Domino accepit, verum etiam ab his, quæ ipſe Deo offert, conuenit præfulgere, bonaq́ue ipſius opera ſententiam de ſe ferant.

CHRISTVS autem † à chriſmate eſt appellatus.i.vnctus:præceptum enim fuit Iudæis, vt ſacrum conficerẽt vnguentũ, quo perungi poſſent hi,qui vocabantur ad Sacerdotiũ.vel ad regnũ. Et ſicut nunc Regibus indumentum purpuræ,inſigne eſt Regię dignitatis: ſic illis vnctio ſacri vnguenti nomẽ,ac poteſtatem regiam conferebat,& inde Chriſti dicti à Chriſmate,quod eſt vnctio. Non eſt autem Saluatoris proprium nomẽ, CHRISTVS, ſed cõmunis nũcupatio poteſtatis.Dum enim dicitur Chriſtus, cõe dignitatis non eſt;Dum IESV CHRISTVS, proprium nomen Saluatoris,& vocabulum,de quo per Archid. in c.ſi baptizata.de conſecra.diſt.4.& glo.in c.j.in verbo,Ieſu Chriſti.de immunit. eccle.in 6. Idem Archid.de conſecra.diſt.5.c.nouiſſimè, & de nomine Ieſu vide infra,in par.3.princ.c.j.nu.53.qui etiam, & ianua,ſiue oſtium,vocatus eſt;& via,& columna; & nubes,& petra;& agnus,& manna;& caper,& vitulus,& leo, & fons,& ſapiẽtia,& verbũ,& filius,& Angelus & Saluator,& Dominus,& homo,& filius hoĩs,& lapis angularis,& ſol,& propheta, & panis,& rex,& ædificator,& agricola,& paſtor, & vitis & oriẽs Zachariæ.vide & per Arc.in c. Eccleſiaſticarũ.diſt.11.& de ſimilib. nominibus,ſm varios effectus ad ſalutem noſtram, & de Chriſti vocabulo,videnda ſunt quæ tradit Cyprianus in expoſitione Simboli Apoſto.& Luc.de Pen.in l.j.col.2.C.de indictio.lib.10. & Euſebi.de demõſtrati.Euang.lib.4.nu.15.ver.hoc ſanè.Ad ſupra allegata circa originem Iudæorum addi põt, quod tradit Albumaſar in ſuo introductorio, qđ Noe poſt diluuiũ deſcẽdit de montibus Armeniæ & venit in Caldæã: & qa vidit Terrã aptã ad ſcientiam, eo ꝙ eſt ſita in quarto climate, ideo decreuit in ea manere cum filiis ſuis & nepotibus, quos docuit Aſtronomiã & artes Mathematicas & naturalẽ Philoſophiã.vbi ẽt dicit, ꝙ linguæ,Hebraica,Syra,& Arabica,deſcendunt à Caldaica: & ideo oẽs illæ faciliter intelligunt linguam Caldęam,nã pro maiori parte vocabula Hebraica non differunt ab Arabicis & Caldæis, niſi mutatis q̃buſdã literis aliqñ in principio,aliqñ in fine, & ideo Iudæi faciliter addiſcunt Arabicum ꝑ linguæ vicinitatem.cauſa aũt,quare lingua Hebræa deriuetur à Caldęa,fuit qđ Abraam vir Caldæus exiit à Caldęa & Meſopotamia,quæ cadẽ eſt,& venit in terram Chanaam, quæ eſt Syria citra Eufratrem, & ibi loquebatur Caldaicè cum ſuis filiis & familia:ſed per longam tpis moram,illa lingua fuit obliquata,verſando cum Cananeis.ſed quia Cananei & oẽs Syri vocabant Hebræos omnes venientes vltra flumen Eufratem, ideo omnes de familia Abrahæ loquentes illa lingua,appellabant Hebræos, & illam linguã Hebræã vocabant, nam Hebræus interpretatur tranſiens, veniens vltra:ſed quia Abraam venerat cum ſuis vltra de Caldæa, ideo appellabant ipſum Hebræum cum omnibus ſuis, & ideo Gene. 24.dicitur, ꝙ venit Abraam Hebræus quaſi peregrinus veniens vltra Eufratem,& ſic exinde oẽs ſunt dicti Hebræi, quaſi peregrini, & vltra fluuiani & Caldæi. & ſic patet ꝙ Abraã fuit Caldęus & lingua ſua quæ dicitur Hebræa,fuit Caldæa,& de Iudæorũ origine vide Iuſtinum,lib.36.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi ſunt inimicis crucis, & nominis CHRISTI blaſphemi.*
2 *Iudæum eſſe,an ſit delictum, & qualiter.*
3 *Iudæos ſuſtinet Eccleſia ex pietate, & eorum ritus.*
4 *Iudæis, & in eorum fauorem condita lex ſpecialis contra Chriſtianos.*
5 *Iudęus,an poſſet omiſſa cõditione l.cũ Chriſtianis agere vi bonorũ raptorũ.*
6 *Conſuetudo, quæ viget per Italiam de tolerandis Iudæis mutuantibus ſub vſuris,an ſit tolerabilis.*
7 *Ritus Iudæorum, quare tolerandi, non ſic Sarracenorum, & cæterorum infidelium.*
8 *Iudæi licitè habent domos in terris Chriſtianorum, niſi ibi velint exercere vſuras.*

CAPIT. II.

1 ET licet Iudæi † ſint inimici Crucis Chriſti Redemptoris nĩri.c.licet uniuerſis, ext. de teſti. & eiuſdẽ nominis blaſ-
2 phemi.c.j.c.cum ſit nimis,ext.de Iudæ.Et ipſum eſſe † Iudæũ,ſit crimẽ,& delictũ habito reſpectu ad ipſum Deũ, & pęnã æternam,non aũt quo ad iudicẽ,& forũ contentioſum, vt per Roma.& Alex.in l.multũ intereſt,circa fi.ff. de verb. obl. & no.per Bar.& alios,max.Iaſ.in l.apud Iulianũ,aliàs eſt l.idẽ Iulianus.§.cõſtat.ff.de leg.j.& per Feli.in c.multorũ.col.2.ver.vtrũ
3 aũt eſſe Iudæũ,de Iudæ. Ipſos tñ Iudæos † ex pietate ſuſtinet Eccleſia,& pietas Chriſtiana receptat,c.& ſi Iudæos.extra de Iudę. & rõne humanitatis à nobis ſunt fouẽdi. c. Iudæi,extra de teſti. & ꝓp implemẽtũ legis charitatis, Matth. 5.diligite inimicos veſtros.& cũ ſint participes naturæ noſtræ, tanq̃ ꝓximi noſtri ſunt à nobis diligẽdi,de pęn.diſt.2.charitas eſt.§.itẽ ꝓximos,cũ Gl.in uer.participes.Et nõ ſunt perturbandi in eorũ ſolennitatibus,& ceremoniis.c.q ſincera.45.diſt.c.ſicut Iudæi.de Iudæ.& dicit Hiero.ſuper Amos,c.2. Hebræorũ populus, pater noſter eſt,& uide

Bernar.

Source : BIU Cujas

Bernar.in epiſto.ad Epiſco.Spirenſem 322.& idem Hiero. de illis Pſal.58.ait,noli penitus delere Iudæos, qa populus tuus ſemper eſt appellatus:ſed in toto orbe diſperge, ut ſaltem ſic emendati ſuperbite deſiſtāt,vt vel in hac diſperſione ſcelus ſuū agnoſcendo deplorent,& idem Hieron.Pſal.38.& per Apoſt.ad Gal. 13.Roma.3.10.11.& 1.Corinth.10.& 2.Corinth.11.Hebrę.10.clement.j.de Iudę.l.die ſabbati.C.eo.tit. Nec dēt eis moleſtia inferri,& in eorum bonis ſunt conſeruandi.l.nulli.C. eo.titu.c.ſicut. ext.de Iudę.& per Apoſt.1.Corinth.9.& factum ſum Iudęis tanquàm Iudęus,vt plures lucrifacerem,& c.10. circa fin.ſine offenſione eſtote Iudęis,& gentibus,nam & Romani ſuſtinebant Iudęos poſſe filios circūcidere abſq; pęna, ſecus in alijs gentibus.l. circūcidere. ff. de ſicar. Et de tolerādis eis in eorum ritibus,vide Sanctum Thom.2.2.q.10. arti.11. Item Imperatores Honorius,
4 & Theodoſius † condiderunt ſpecialem prouiſionem pro Iudęis,& paganis contra Chriſtianos rapientes bona eorum mobilia,de qua in l.Chriſtianis.C.de paga.& eorum templis, qđ nō reperitur ſpecialiter ſtatutum pro Chriſtianis contra eos, prout per Roffre.in libellis ſuis,ſuper commento dictæ coſtitutionis: Dicens,quòd non ſine cauſa ſic ſtatuerunt.ſ.propter raritatē Iudęorum,& paganorum,quia multi Chriſtiani ſunt ī eorum terris,& pauci Iudęi habitāt inter Chriſticolas.Ideo voluerūt Principes illi,ꝙ ipſi ita pauci eſſent tuti inter Chriſtianorum cætus. & ſubdit etiam,intellexiſſe à multis,ꝙ in partibus vltramarinis, & in Hiſpania apud Sarracenos,quia ibi ſunt pauci Chriſtiani, eſt ſimiliter prouiſum ſpeciali lege de ipſis Chriſtianis nō offendendis, & magis, & atrocius puniat Sarracenus offendens Chriſtianum, quàm paganum.

5 Quid autem ſi Iudęus,vel paganus † nollet vti beneficio dictæ conſtitutionis Imperialis, aut nollet agere condictione ex d.l.Chriſtianis,ſed vi bonorum raptorum, an poſſet, vide p Io. And.in addi.Specu.in titu.de Iudę.& Io. de Ana. in d.c.& ſi Iudęos, & tangit etiam Roffred.vbi ſupra.

6 Et videtur † admitti Iudęorum tolerantia inter nos etiam in ipſis mutuantibus ſub vſuris, per ea,quæ tradit Alex.conſil.1. col.3.& 4.& per to.volum.2.concludens,generalem conſuetudinem, quæ hodie viget per Italiam de ſuſtinendis Hebræis mutuantibus ſub vſuris in ciuitatibus eſſe tolerabilem, immo neceſſariam,& ſalutiferā, & ſine peccato propter neceſſitates hominum,& quia aliàs Chriſtiani exercerent ipſas vſuras,ſecundū Paul.de Caſt.conſi. ibidem per eum allegato. Et idem Alex.in conſi.107.pro inueſtigatione.col.3.& 4.eo. vol.de qua latius dicetur infra,c.11.nu.11.iſtius primæ part.princ.

7 Suſtinētur etiam in eorum ritibus ſeruādis,† quia in eis olim præfigurabatur veritas fidei,quam tenemus,ut per Felin. in cap. conſuluit.col.2.verſi.2.no.de Iudę.vbi etiam Marianus. & inde
puenit hoc bonum, ꝙ teſtimonium fidei noſtræ habeamus ab hoſtibus,& quaſi in figura nobis repręſentatur quod credimus, ſecundum San.Thomam 2.2.q.10.artic.10.Et in eis eſt manifeſtatio iuſtitiæ Diuinæ ex eorum pœna,ꝙ ſint rei Dominicæ paſſionis,prout imprecati fuerunt dicentes,ſanguis eius ſuper nos. & ſecundum Auguſti.occiſi nō ſunt,ſed diſperſi: vt quamuis in fide,vnde ſalui fierent,non haberent,tamen vnde nos adiuuare mur,retinerēt,in libris ſuffragatores, in cordibus noſtri hoſtes, in codicibus teſtes.Et cultus,ac ritus eorum tolerabilis eſt, quia vtilis eccleſiæ,ex dictis per Hieroni.Gal.6.dum ait:Caius Cæſar, & Octauianus,Auguſtus,Tiberius ſucceſſor,leges ꝓmulgarunt, vt Iudęi,q erant in toto Romano Imperio orbe diſperſi,ꝓprio ritu viuerent.& patrijs cerimonijs deſeruirent, & c. & licèt cultus eorum à veritate deuiet,& Deo nunc nō placeat,& ſuperſtitione plenus ſit, ęmulationem tamen Dei, habent ſecundum Apoſto.Rom.10.ſed non ſecūdum ſcientiam: ignorātes enim iuſtitiam Dei,& ſuam quærentes ſtatuere,iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti,& quæ faciunt licè: Deo odibilia, ignorantes faciūt in incredulitate, paternarum earum traditionum ęmulantes. & Auguſti.ſuper Pſal.58.Manet genus Iudęorum,qui eiecti ſunt à Romanis,& ſicut aliæ gentes abſorptæ ſunt,ut Romani dicerētur,Iudęi tamen manēt cum ſigno eorum.hoc ſignum eſt quod habent Iudęi,tenent omnino reliquias legis,circuncidūtur,ſabbata obſeruant,Paſcha immolant,& azima comedūt. ſunt ergo Iudęi,non ſunt occiſi:neceſſarij enim ſunt videntibus gētibus. & infrà,vt gens Iudęorū maneret,& ea manente creſceret multitudo Chriſtianorum per omnes gētes manent, & Iudęi ſunt: ita ſubdita eſt Romanis,vt leges ſuas tenerēt,ſed qd in illis factū eſt,decimans menſam,& anethum,& quæ grauiora ſunt delinquunt,miſericordiam,& iudicium,liquentes culicem, & camelum glutientes.Hæc ille.Ex quibus patet ritus, & cerimonias eorum eſſe vmbram,& figuram,veritatis noſtræ,& redēptionis teſtimonium. Nō autem ſic tolerantur ritus aliorum infidelium, cum nihil veritatis, aut vtilitatis nobis afferant, vt habetur in l. prima, & ſecunda. C. de paga. Et de alijs pluribus eiſdem Iudęis permiſſis tradit Bald.conſi.316. incip. quia ſæpe,col.j.in fin.cum ſeq.volum.j.Et ſicut nos ſuſtinemus Iudęos, ita olim ipſi Iudęi ſuſtinuerunt lebuſeos ad ſecum cohabitandum in Hieruſalem, vt legitur Iudi.1.& Ioſue 15.& 11.q.3.nolitę.

8 Et ideo licite habent† Iudæi domos in terris Chriſtianorum, vt probatur in c.quia,& ibi per Felyn.in prin. de Iudæ. & in cap. quanto,de vſur.vbi dicitur,ꝙ ſoluunt de domibus decimas, niſi vellent in eis exercere vſuram, quia tunc ſecus eſſet, per ca.j.de vſur.in 6.Et quæ ibi tradit Domini. qui extendit illum text. qui loquitur de quibuſdam Chriſtianis exercentibus vſuras,circumeundo diuerſas prouincias,ſecūdum Doct.ibi, ꝙ habeat locum etiam ad locantes domos Iudæis fœneraturis: quia licèt ceſſet in eis fauor animæ, remanet tamen alia ratio.ſ.depauperationis ſoluentium uſuras,quod placet Felyn.in d.c.quia, circa fin.Et dicit ſe credere hoc verius eſſe,re,pbata opinione aliquorum contrarium tenentium,quod intelligendum eſt, niſi Iudæi exercerent vſuras in aliquibus terris Chriſtianorum Principum, præuia diſpenſatione ſummi Pontificis, vt conſuluit And.Sicu.conſilio 15.uiſo puncto.colum.9. uolum. quarto, & ſecundum ea, quæ dicentur capit.111.nume.14.cum ſeq.adde Calde. conſi.3.de loca. ubi concludit quòd ſi vaſallus locaret bona feudi Iudæis, non dicatur malè uerſari in feudo, quia Iudæis bene uiuentibus non eſt moleſtia inferenda, & per alia ibi.

SVMMARIVM.

1 *Synagogæ Iudæorum veteres tolerantur inter Chriſtianos.*
2 *Hęretici non permittitur congregatio, ſicut Iudęis.*
3 *Priuilegium tacitę hipothecæ non competit mulieri hæreticæ ſicut Iudęæ.*
4 *Smagoga quid ſit, & Eccleſia quid.*
5 *Eccleſia, & ſynagoga, qualiter inter ſe differant: & an oratorium in domo propria poſſit dici ſinagoga, remiſſiuè.*
6 *Meſquita quid ſit, & aliqua de Maumethe,& nu.7.*
8 *Synagoga funditus deſtructa, an poſſit reędificari.*
9 *Hipothecata domo,& deſtructa per ignem, aut aliter, an duret obligatio in area; & pignorata area, an intelligatur ſuperficies obligata.*
10 *Nouum, an dicatur quod renouatur.*
11 *Nouum ędificium,an dicatur quod de eonō funditus deſtructo fit renouatio.*
12 *Monaſterium ex toto dirutum,an poſſit reſtituì inconſulto ſummo Pontifice.*
13 *Noui operis nunciatio, an fieri poſſit vetus ędificium funditus deſtructum reædificanti.*
14 *Synagoga noua in Ciuitate noua,an poſſit per Iudęos erigi; & an Epiſcopus poſſit concedere ædificium Synagogæ.*
15 *Iudæus an poſſit ex diſpenſatione Epiſcopi habere nutricem Chriſtianam, in domo, & quid extra domum.*
16 *Iudęi die ſabbati,& aliis feſtiuitatibus eorum, non poſſunt trahi ad iudicia.*
17 *Iudęi non poſſunt alios ad iudicium trahere die ſabbati, & in eorum feſtiuitatibus.*
18 *Cimiteria, & ſepulchra Iudęorum non eſſe violanda, nec eorum cadauera exhumanda.*
19 *Exhumantium cadauera defunctorum pœna qualis,& de muliere prægnante mortua & fœtu ſepeliendo in eccleſia.*
20 *Sepulturæ cura, an ſit adhibenda.*

CAPIT. III.

1 ET ideo quia † tolerantur in eorum ritibus, permittitur eiſdem,vt habeant licitè eorum ſynagogas veteres, & ꝙ in illas Chriſtiani non irruant. l.in ſynagoga. C. de Iudę. c.conſuluit,extra eo.tit.& nouas erigere non poſſunt, ut ibi,& in c.Iudęi,& in l.fin.C.eo.refectio enim facilius concedit,
2 quàm hęretici,† quia Iudęis permittitur locus congregationis, qui dicitur ſynagoga:non tamen permittitur hæreticis locus, in quem congregentur.l.2.C.de ſum.Trini.vbi glo.in uer.obſtinationis.quæ rationem aſſignat, quia.ſ.ipſi Iudæi legem acceperūt a Domino, ſed non hæretici, & fides Iudæorum habet primordium veritatis,vnde non dicitur per omnia falſa, vt per Fely. in d.c.conſuluit,col.2.verſic.2.no. & vide text.in l.3.C.de hæreti.& Cyn.& Bald.in d.l.ſecunda.Et in alijs etiam nō eſt par cauſa Iudæorum cum hæreticis,† nam & priuilegium tacite hipotecæ,
3 quod habet vxor in bonis mariti,de quo in l.aſſiduis. C.qui potio.in pigno.habe.habet locum in Iudęa,vt per Hoſt.& alios, in c.gaudemus.de diuor.non ſic in muliere hæretica. l.j. cum auct. ſeq.C.de hæreti.& in Auth.de priui.do.hære.muli.non præſtan.
4 Et ſciendum eſt,† ꝙ ſynagoga idem eſt, ꝙ congregatio, & dicitur Iudęorum,vt per Ioan.And.in c.fundamenta,colum.1.de elect.in 6.in nouel.& eccleſia Græcè,Latinè dicitur vocatio, qa continet populum conuocatum Amore per Spiritum Sāctum ad vnam fidem,ad Chriſti conuiuium,vt audiat præmia, & pœnas futuri ſeculi,& percipiat corpus Chriſti,& alia Sacramenta.
5 † Quod quidem nomen Eccleſiæ eſt præſtantius & nobilius, q̄ nomen ſynagogæ.i.congregationis,cum iſtud conueniat etiam pecoribus,vnde dicitur grex,quia congregatur, vt per Archid. & Domi.in c.eccleſia,diſt.j.& Ioan.de Ana.in c.Iudęi.el primo, de Iudæ.Et plenius Bal.conſi.316.quia ſæpe reuocatur,volum.j. & in conſi.428.inquiſitio dicta,col.2.verſi.deſcendo ad factum, vol.5.Et de his per Iſido.de ſum.bo.lib.8 cap.j.ubi dicit, ꝙ Apoſtoli ſemper dixerunt eccleſiam Chriſtianorum, nunquàm aūt Synagogam, ratione, de qua ſupra.
6 Meſquita † autem dicitur Sarracenorum,ad quam ijdem Sarraceni conueniunt pro adoratione Maumethis ſacrilegi, quem vocant Maemeth,vt dicit tex.in clem.j.de Iudæ.& Sarrace.in vi.

& ibi

Source : BIU Cujas

& ibi per glo.in ver.meſquitis.& circa eorum templa ſunt Turres miræ altitudinis, quas eorum Sacerdos tempore orationis aſcendens voce alta digitis in aures inſertis, hæc verba ter repetit Allah heeber.i.Deus uerus unus. audito clamore cõueniunt in templum nobiles,& otioſi tantum deuotioni aſtricti; & deſcendens ſacerdos orat cum illis, idq́ue ex officio facere debet quinquies inter diem,& noctem,abluuntq́ue manus, pedes, & pudibunda, poſtremò ter ſpargit aquam ſuper capite recitando hæc uerba, ellhe molu, lillahi.i.gloria Deo meo. † De quo Maumethe vide Glo.ibi in ver.Mahometum,& latius per Imo. & max. Cardin.ibi, & de eo meminit Barto. in l. iuſiurandum. §.iurare.ff.de iureiur.Et fuit de anno ſexcenteſimo duodecimo in circa,ab incarnatione Domini,& tempore Heraclij Imperatoris,& fertur ipſum traxiſſe originem ab Iſmaele filio Abrahę, & Agar eius ancilla, & quidem Iſmael fuit peſſimus idolorum cultor,quem Dominus Deus eiecit è domo patris,iuſſitq́; morari in deſerto Pharam,& fuit ſagittarius.Gen.21.prout ſunt communiter Turcę, & Parthi,iuxta illud. Fidentemq́ue fuga Partũ, verſisq́; ſagittis. Et natus eſt Maumethes in quadam villa ꝓpè Mequàm in Arabia, & patrem habuit nomine Abdalla, & in Aegypto verſatus eſt cũ quodam Ioanne Monacho Antiocheno,hæretico,à quo plura habuit contra Iudęos, & Chriſtianos tam de veteri,quàm noua lege ad ſui defenſionem. Audiuit etiam Sergium Monachum Arrianum,qui expulſus in Arabiam ſe contulerat, & de ſectæ maumethicæ reprobatione vide infra parte 3.ca.j.nume.32.cum ſeq. & prohibentur Meſquitæ ſarracenorum,& publica Maumethis inuocatio ī terris Chriſtianorum,& eius adoratio ꝑ Manumethiſtas.d.clem.j. de Iudæ. non autem Iudæis eorum ſynagogæ, cum Iudæi colant Deum viuum,& verum,vt dictum eſt in prin.huius capitis,ſed an Maumethanis in terris Chriſtianorum inuocatio ſecreta permittatur,vide Cardina.vbi ſupra,circa fin.qui dicit ꝙ ſic,reprobata per eum opin.Genti.qui contrarium tenebat. Et quoad ſynagogas,quia diximus non poſſe nouas erigi, † quid ſi qua fuerit funditus deſtructa,an poterit reædificari? Et Hoſti.in d.ca.Iudæi, & c.cõſuluit,videtur tenere ꝙ ſic, & idem ſentit ibi Ioan. de Ana. in d.c.conſuluit,in 2.col.uer.quid autem ſi Synagoga, ponderãdo tex.in illis uerbis.ſ.ubi non habuerunt, quaſi velit inferri, ꝙ vbi habuerunt,poſſint ſynagogam etiam de nouo conſtruere. pro qua opinione facit,quia remanet ſolum, ſiue area, ſupficies autem cedit ſolo.§.cum in ſuo,Inſti.de rer.diui.debet ergo iudicari idem de ſuperficie,quòd de ſolo,cui cedit,& facit text.in l.ſi conuenerit.§.ſi nuda,& in l.domo.C. de pigno. Vbi dicitur,ꝙ ſi pignorata eſt domus,† quæ poſtea combuſta eſt,& tantum area remanſit: vel è contra,ſi pignorata eſt area, & ſuperędificatum eſt,remanet obligatio tam in area,quàm in ędificio. Conſideratur ergo ſolum, tanquàm principale: & ſic licèt ſynagoga in totum ſit deſtructa, cum remaneat ſolũ,ſiue area, vbi extabat ędificium, illud deberet attendi,vt facilius concedi deberet eiuſdẽ de nouo inſtauratio: nam & non dicitur nouatum,† quod aliàs ſtatutũ fuit quòd renouetur.22.q.j.Acatius. 34. quæſt. prima,nõ ſatis. & hanc partem videtur ſequi Deci. in l.domum ſuam.colum.ſecunda,de regu.iur.

Attamen Do.Abb.in d.c.conſuluit,circa fi.tenet partem cõtrariam,uidelicet quòd ſi fuerit funditus deſtructa, nõ poſſit de nouo erigi:quia ex quo funditus eſt deſtructum, videtur omnino nouum ędificium,vnde ipſe intelligit illum text. in d.c.conſuluit,quando minatur ruinam,ſeu corruit:non tamen ex toto, ſeu funditus,quia tunc minimè poſſit reædificari,& in idem cõ currit Felyn.ibi,in j.no.dum dicit, ꝙ paria ſunt facere de nouo, vel reficere in forma noua,& in ca.cum acceſſiſſent, col.pen.& fi.vbi latè de his per eundem, de conſtitu. Addendo enim aliqd vni ſubiecto mutatur eius natura: ſubditq́ue, ꝙ vbi eſt funditus ruina,vel extirpatio, idem eſt, ꝙ in conſtructione de nouo, & hæc videtur verior opinio,pro qua eſt bonus tex.in l.inter ſtipulantem.§.ſacram,in finalibus verbis.ff.de verbo.oblig.Vbi benè probatur,ꝙ qñ ędificium eſt funditus deſtructum,† ſi reædificatur,dr̃ opus nouum,& tex.in l.ſi ita legatum.§.fi.ff.de leg.j.& qđ tradit Bald.in l.ſi vt proponis,la 2. C.de nup. qui dicit, ꝙ ſi extat conſtitutio Eccleſię,ꝙ nullum fortilitium fiat ſine conſenſu Papæ,& quoddam fortilitium fuit funditus deſtructum propter rebellionem,quòd filij rebellis,vel ipſe reconciliatus non poterit illud inconſulto Papa reficere,& facit Gl. in c.de monachis.18. q.j.dicens,ꝙ ſi † monaſterium eſt ex toto deſtructum, non poſſunt monachi illud reficere ſine conſenſu Papæ,ſicut nec à principio illud potuiſſent facere: ſecus ſi nõ eſſet ex toto deſtructũ, quia poſſent reparare,& ita tenet Hoſti.in ſum.de eccleſ.ædifi.§. fina.ad fi.Et faciunt not.per Doct.in l.j.§.ſi quis ędificium. ff.de oper.no.nun.vbi concludunt,ꝙ† ſi ędificium vetus eſt funditus deſtructum, & reficitur, tunc poteſt ei nouum opus nunciari, quia dicitur de nouo facere:ſi verò nõ eſſet funditus deſtructũ, tunc ſecus. Ad quæ etiam vide do.Iaſo. in l.quominus, colum. pen.fi.de flumi.& Paul.de Caſt.in l.fin.in prin.ff.de vſuca.vbi de verbo funditus. Ad contraria poſſet reſponderi,ꝙ hoc eſt fauore fidei, vt non ita de facili concedatur reædificatio Synagogæ funditus deſtructæ inconſulto Summo Pontifice, cum in eis Iudęi ſoliti ſint etiam Chriſtum blaſphemare,& alia contra fidem noſtram committere,ut per Roſar. Buſt.in conſi.quod fecit cõtra Iudæos, & eſt in prima parte ſermonum ſuorum, poſt quartum decimum ſermonem.

14 Et ex prædictis infertur, † ꝙ in noua ciuitate Iudæi non poſſent nouam ſynagogam erigere,vt per Ioan.de Ana. in c.Iudęi, col.2. ver.nunquid autem. extra, de Iudæ. ubi etiam concludit Epiſcopum non poſſe licentiam concedere Iudæis nouam ędificãdi ſynagogam,rationibus per eum allegatis.ſed hoc ſpectat ad Papam cum tendat hæc prohibitio ad fauorem, & decorem fidei Chriſtianæ.pro qua re facit etiam,quod tradit Abb.in c.ad
15 hæc,circa fi.de Iudæ.ubi concludit,† ꝙ Iudæus non poteſt ex diſpenſatione Epiſcopi habere nutricem Chriſtianam in domo, ea de cauſa,quia Epiſcopus non poteſt diſpenſare cõtra ius, niſi expreſsè, vel tacitè permittatur,allegat Innoc. in c.dilectus, de tempo.ordi.Et Archi.in c.licèt canon.de elect. in 6. Et idẽ Abb. in c.at ſi clerici.§.de adulteriis,de iudi.vbi etiam Felyn.colum.fi. verſi.Epiſcopus non poteſt.extra domum autem ſic, vt ibi per eum,& Ioan.de Ana.in d.c.ad hæc, circa fin.vbi ſubdit,quòd ex eo,quòd ſunt opiniones,vtrum de iure poſſint Iudæi eas habere, vel, non propriè dici non poteſt diſpenſatio contra ius,ꝑ ea, quæ no.in c.fin.de offi.archiepiſ.& per Imo.in c. ex tuæ,de cleri. non reſi.& Io.And.in c.fi.de appel.in 6.

Et quoad ipſas ſynagogas Iudæorum conſulendum eſt Chriſti fidelibus,vt ab earum ingreſſu abſtineant, cum ibi pater affligatur contumelia,filius eius Ieſus laceſſitur conuicijs, ſpiritus ſanctus contemnitur,& in quibus non eſt amplius arca;& ſi qua eſt nihil melius habere certum eſt,quàm ijs,quæ veneunt in foro,immo potius habet,nam hæ nihil lędere poſſunt,ſi qs adeat: illæ verò quotidie multam noxam inferunt ijs,qui acceſſerunt, & non eſt amplius propitiatorium,non vnctio,non teſtamenti tabulæ,non ſancta ſanctorum, non velum, non ſummus ſacerdos,non thymiama, non holocauſtum, non victima, non alia, quæ tunc illis reddebant arcam venerabilem,vt poſſit ſecundũ Chriſoſtomum dici nunc eſſe, ſpelunca latronum, lupanar, tranſgreſſionis locus, diaboli ſedes, animarum exitium,& perditionis baratrum.

Et quod dictum eſt de ſynagogis veteribus permittendis ipſis
16 Iudæis,ita etiam eis à iure conceditur,† vt in die Sabbati,nec in aliis eorum feſtiuitatibus poſſint conueniri etiam pro fiſci commodis,l.die Sabbati.C.de Iudæ.Similiter tamen † & ipſi non poſſunt dictis diebus alios conuenire,& ſic videtur,ꝙ fauor eorum
17 retorqueatur ꝯ eos in quoddam impedimentum, ꝯ l.quod fauore.C.de legi.Sed ſecũdum Butriga.ibi illud eſt,quia fuit inductum hoc in fauorem feſtiuitatis,& non Iudæorum.Bald.etiam ibid.col.3.ver.quinto oppono,dicit ſoluendo ꝯrium,ꝙ illud eſt propter naturam feriarum,quia feriæ conceduntur tempori, & nõ perſonæ,reprobata ſolutione Petri ibidem.de ratione incõuenientię,nolo te omittere circa iſtas cõgregationes infideliũ, ꝙ olim permittebatur collegium ipſis quoque Gentilibus religionis cauſa,vt ſunt hodie fraternitates vbique,ſeu frataleæ vulgari idiomate,licèt aliàs eſſent prohibitæ congregationes.text. eſt in l.j.§.ſed religionis cauſa,& in l.fina.ff.de collegi.illici.licèt falſos colerent Deos.

18 Cimiteria etiam Iudæorum † nullus debet mutilare, aut inuadere,nec eorum corpora exhumare.ca.ſicut, extra de iudęq́;
19 nec Chriſtianorum.Et de pœna † exhumantium corpora defunctorum,vide in l.pe.ff.de ſepul. vio. Si autem ſepulchrum aliter violatur,quomodo quis puniatur,vide in l.2.§. ſiquis, eod.tit.& in l.ſepulchra.C.eod.& no.ꝙ in tantum odit lex violatorem ſepulchrorum,ꝙ Iudex negligens tales punire,mulctetur in libris
20 auri.l.ſiquis ſepulchrum.C.eod.tit. & ratio eſt, quia inuadẽs ſepulchra,dicitur offendere viuos,& mortuos,& eis iniuriam facere,& lex ipſa intelligitur reuocare ad animum talem iniuriã pro reliquijs defuncti,ut tradit Bald.in l.fin.C.de ſepul.vio.nam & priuari ſepultura,eſt maxima pœna C.de his,qui paren.vel libe.occi.l.j.& Bal.in conſi.426.incip.præmittendum eſt,volum.j. Infideli tamen eccleſiaſtica ſepultura eſt prohibita, quia etiam viui ab eccleſia repelluntur,c.eccleſiam,cum ſeq.de conſecra. diſtinct.j.vbi etiam de muliere prægnante mortua,an ſit in eccleſia ſepelienda,cum fœtus ſit pars ventris,& ibi glo.in uerbo, celebrare,dicit,ꝙ cõſueuit aperiri, & fœtus extrahi,& extra cimiteria ſepeliri,de qua re uide Hoſtien. in ſum.de conſecra. eccle. uel alta.& Goffre.in ſum.in fi.eo.titu.Et communiter per Doc. fit diſtinctio,ꝙ ſi pro certo conſtat mortuum eſſe partum, non incidetur mulier,ſed cum partu ſepelietur,nec erit exhumãdus: aut certum eſt quod partus uiuit,aut dubitatur, & tũc erit locus exciſioni:& quod non ſepeliatur, antequàm excidatur, l. negat lex regia.ff.de ſtatu homi.l.prægnantis.ff.de pœn.& ſi partus exciſus uiuet,baptizabitur;ſi mortuus erit, ſepelietur extra cimiterium,de quo uide Henri.Boic.in c.conſuluiſti.de conſec. Eccle. uel alta.& de eccleſia,ubi ſepultus ſit Paganus, an poſſit conſecrari; & de cimiteriis, & de his uide plenè Lapum, allegatione 83.eccleſia.& alleg.c.4.nec Chriſtiani poſſunt ſibi eligere ſepul-

turam

Source : BIU Cujas

turam in ſepulchris Iudæorum,vel Sarracenorum.c.ſacris,de ſepul.& in ſepulchris Chriſtianorum eſt tãtum requies defunctorum.12.q.2.aurum.

20 Licèt quoad ſepulturæ curam† Auguſt.lib.j.de ciui.Dei,c 12. dicat omnia iſta.i.curationem funeris, conditionem ſepulturæ, pompam exequiarum, magis eſſe viuorum ſolatia, q̃ ſubſidia mortuorum:& ſubdit verum ſepulturæ curã etiam Philoſophi contempſerunt,& ſæpè vniuerſi exercitus,dum pro terrena patria morirentur,vbi poſtea iacerẽt, vel quibus beſtijs eſca fierẽt, non curarunt.licuitque poetis plauſibiliter dicere.Cęlo tegitur, qui non habet vrnam. Quanto minus debent de corporibus inſepultis inſultare Chriſtianis,quibus & ipſius carniſ, & membrorum omnium reformatio non ſolum ex terra,verum etiam ex aliorum alimentorum ſecretiſſimo ſinu, quo dilapſa cadauera receſſerunt,in temporis puncto,reddenda,& reintegranda ꝓmittitur:ſed idem Auguſti.c.13.eiuſdem libri,de ratione ſepeliẽdi corpora,maximè ſanctorum,ita dixit, Ipſe quoq; Dominus, die tertia reſurrecturus,& religioſæ mulieris bonum opus prędicat,prædicandumque commendat, ꝙ vnguentum pretioſum ſuper membra eius effuderit, atque hoc ad ſepeliendum eum fecerit:& laudabiliter commemorantur in Euãgelio, qui corpus eius de cruce acceptum diligenter,atque honorificè tegẽdum, ſepeliendumque curarunt.Hæc ille. & de glorioſa Chriſti ſepultura prædixit Eſaias,c.11.& erit ſepulchrum eius glorioſum. & Iacob moriens iniunxit Ioſeph filio ſuo,vt in monumentũ maiorum ſuorum inferretur,Gene. 47. & Ioſeph fratribus mandauit,vt & ipſi meminiſſent,& poſteris traderent, cum migrarent in terram illam patribus à Deo promiſſam, vti oſſa ſua in eam transferrent,Gen.vlt.& de ſepulchris Adę, Abrahæ, & Iſaac, ut per Hieronym.in lib.Hebraicarum quæſtionum, & hĩ in capit. Hebron.12.q.2.Sed in premiſſis ſeruanda ſunt per ſacros canones inſtituta,quo ad Chriſti fideles,& locorum conſuetudines, & ritus,per Pet.de Ancha.in c.nos,extra de ſepul.& de his Eccleſia.7.& in c.eccleſiaſtico.11.q.1.& Pſal.78.in prin.& hĩ.ff.de religio.& ſumpt.fune.& C.eod.titu.& in Officina Textoris, in titu. de vario inhumandi ritu,vbi latiſſimè.Dixi ſuprà proximè,quę Iudæis concedantur, & circa diem ſabbati: verum quia vidi in pluribus locis,& præcipuè in patria noſtra Foroiulienſi,obſeruari eam diem ſabbati per Chriſticolas rurales, qui poſt meridiem ſolent illum diem ſanctificare, ceſſando ab vniuerſis operibus, & ſi contra fiat,pœna etiam indici,& exigi,dato ſigno operis remittendi,mediante pulſatione campanæ: propterea piè conſulendum putaui,vt hi quibus onus incumbit animarum ſaluti ꝓuidere,non permittant huiuſcemodi ritum Iudaicum, cum videantur hæc obſeruantes quaſi iudaizare: prohibitum eſt enim Chriſtianis ſequi ritus Iudæorum.c.contrà Chriſtianos, de hæreti.in 6.& quia per apoſtolicas traditiones, ſabbatum fuit commutatum in diem Dominicum,quæ dies à Domino nomẽ ſortita,prima fuit,qua Deus omnipotens orbem creauit, & omnia quæ in eo ſunt (iuxtà quorundam ſententiam) perfecit, eaque die,vt Moſes decuit, lucem à tenebris diſtinxit, de quibus vide Auguſt.de ciuitate Dei,lib.11.c.9.San.Tho.j.par.ſum.q.74.art.2. Nos quoque hac die aliàs in primo noſtro Adam,creati,in ſecũdo Adam cęleſti hoc quoque die regenerati ſumus,& in lucem editi,lux Chriſtus eſt, qui hac die reſurrectione ſua nobis ortus eſt,nos quoque mortuos viuificauit. Ioan. 1. ſabbatum dies fuit mortuotum:ea enim die Dominus in ſepulchro, noſtra autem dies viuorum eſt,qua Dominus à mortuis reſurrexit, in hac die Ioan.ſe in ſpiritu fuiſſe affirmat,ac mirabilia vidiſſe,quæ ſcilicet Paulus 1.Corinth.2.cuius diſcipulus Ignatius martyr,pręcipit ꝓ ſabbatizatione omnibus Chriſtianis Dominicam reſurrectionem,regale eminentiſſimum omnium dierũ,in qua & vita noſtra exorta eſt,mortis in Chriſto facta victoria colere. hãc appellat diuus Baſilius,ſeculi imaginem,primitias dierum, coætaneã lucis,& reſurrectione Domini honoratam. & ſecundum Aug. Dominicum diem Apoſtolici viri,& Apoſtoli;ideo religioſa ſolemnitate habendum ſanxerunt, quia in eodem redemptor à mortuis ſurrexit, isque ideo Dominicus appellatur, vt in eo à mundanis abſtinentes,diuinis tantũmodò cultibus ſeruiamus: ſubdens,in ipſo creati ſunt Angeli,in ipſo formata ſunt elementa mundi,in ipſo à mortuis ſurrexit Chriſtus,in ipſo ſpiritus Sanctus ſuper Apoſtolos deſcendit de cęlis, & in eodem Manna de cœlo datum eſt,&c.obſeruantes igitur ſabbatum repugnant,& reſiſtunt veritati ipſi,quę nos ab ipſius literali obſeruantia liberauit.Nõne & olim Ieſu Naue per dies ſeptem muros Hiericũtis circumdedit,floccifaciẽs diẽ ſabbati,qui ĩ eis inciderat? Ioſue 6.& de itinere Heliæ ꝓ quadraginta dies, & quadraginta noctes vſque ad montem Dei Oreb.3. Reg.19. & de ieiunio Moſis per quadraginta dies,Exodi 34.& de ieiunio Danielis ꝓ tres hebdomadas.Dan.10.licèt die ſabbati non liceret ieiunare? & habetur de iumento in foueam in die ſabbati lapſo,Matth.1.& de his in c.peruenit.de conſecra.diſtinct.3.& Ignati.Epiſtola 8.ad Philip. & Oſe.2.Eſa.1.Item ſtatutum eſt concilio Aurelia.3.Can.27.qđ ſabbatum ſanctificãs,& alia Iudęorum feſta,comparticipat eis, qui Dominum & eius Apoſtolos occiderunt, & Dominus noſter plura operatus eſt die ſabbati,Lucę 4.Matth.12.Mar.3.Io.5. & alibi,ſed vlterius pro dicta opi.quod conſuetudo anteſcripta de prohibendo operari die ſabbati, ſit praua & abominabilis,vide tex.in indiuiduo,in d.c.peruenit,de cõſecra.diſt.3.vbi prohibentes operari die ſabbati,appellãtur Antichriſti prædicatores, qui veniens, faciet diem ſabbati ab omni opere cuſtodiri. item ſecundum Gregorium,populus iudaizare cõpellit,qui coli vult ſabbatum.& hæc quoad opera corporalia, quo verò ad ſpiritualia,vt de ieiunio in die ſabbati, & in concernentibus ſalutẽ aĩæ, vt ſcriptum eſt de matre Auguſtini,vide text.in c.illa autem.diſtinct.12.& de conſecra.diſt.3.c.ſabbato.& c.de eſu carnium,& diſtinct.5.c.quia dies.cum ſint extrà rem propoſitam,etiam præmiſſa puto vera,vt non ſit licita conſuetudo, de qua ſupra, ꝓhibens operari die ſabbati poſt meridiem,niſi fortè id fieret in reuerentiam ſubſequentis diei Dominici,iuxta tradita per Apoſt. Rom.14.& 1.Corinth.10.Coloſ.3.& in gloriam Dei.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi debent diſtingui à Chriſtianis habitu, idem in Sarracenis vtriuſque ſexus.*
2 *Iudæi debent portare ſignum diſtinctionis palam, & tam de die, quàm de nocte.*
3 *Reſcriptum Papæ, vt Iudęi non diſtinguantur habitu, valet ſtante loci conſuetudine.*
4 *Circunciſio, cui primitus data fuit.*
5 *Circunciſio, quid præ ſe figurabat.*
6 *Iudæis olim datus habitus ſpecialis,& lex ſpecialis.*
7 *Chriſtus vtebatur veſtibus Hebręorum more.*
8 *Habitus diſtinctio in clericis, & de veſtibus ſacerdotalibus antiquis.*
9 *Habitus diſtinctio virginum,& matronarum a meretricibus,& ancillis.*
10 *Signa clericorum, & mulierum nuptarum, & quòd per ſigna res cuius ſit dignoſcitur, & nume.11.*
12 *Toga,paludamentum,purpura quid.& de veſtibus Romanis & de veſtibus primorum parentum,& de ſtatu illo innocentiæ ipſorum,& eſu pomi.*
13 *Habitus facit hominem præſumi,qualis eſt habitus ipſe.*
14 *Chriſtianis prohibitum ſe exponere aſſiduo Iudæorum ſeruitio, maximè ſimplicibus, & tam in domo, quàm extra.*
15 *Chriſtiani poſſunt in mecanicis,vt in fabricando, ſeruire Iudæis.*
16 *Chriſtiani communicantes Iudæis in mercimonijs,non peccant.*
17 *Iudæis nouiter ad fidem conuerſis nulla ſit communio cum infidelibus.*
18 *Nutrices Chriſtianas non poſſunt Iudæi habere in eorum domibus,ſed extra. nume.16.*
19 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare,vt Iudęi habeant nutrices Chriſtianas in domo,nume.16.*
20 *Manducatio, & potatio cum Iudęis, quando licita.*
21 *Paganorum cibis vti Chriſtianis, an liceat,& quando.*
22 *Sarraceni hodie iudaizant, & eadem cauſa prohibetur eſus cum eis,qua cum Iudęis.*
23 *Idolatricis veſci quando Chriſtianis liceat.*
24 *Prædicare qui poſſint, & de eorum officio.*
25 *An licitum ſit Chriſtianis permittere Iudæis vt mactent animalia in macellis publicis,ſecundum eorum ritum,accipiendo partes anteriores, & poſteriores Chriſtianis dimittendo, & de earum carnium eſu.*

CAPIT. IIII.

ET licet Iudæi tolerentur paſſim in terris Chriſtianorum, vt dictum eſt,cum eorum cerimonijs,& ſynagogis: cum tamen ſint alterius ſectæ pro euitandis pluribus delictis, quæ ex eorum commixtione cum Chriſtianis,& è cõtra de facili poſſent contingere tam reſpectu virorum, quàm mulierum mixtim verſantium, vt dĩ in cap.in nonnullis, extra de
1 Iudæ.Ideo prouiſum eſt,† vt Iudæi,& Sarraceni vtriuſque ſexus per habitum publicè diſtinguãtur à Chriſtianis, quod procedit
2 tam de die,quàm de nocte,† & ſignum diſtinctionis debẽt portare palam & publicè,non autem occultè & ſub mantello, vel plicatura mantelli,vt per Do.Abb.in d.c.in nonnullis, in j. not. affirmans hoc vidiſſe fieri à multis, & propterea in terris Sereniſſimi Dominij Venetiarum deferunt ipſum ſignum in capite, videlicet biretum crocei,vel luthei coloris,vt ab omnib.dignoſcantur,quod introductum eſt in eorum ignominiã, & opprobrium,vt ab eis ſit cauendum.† Idem dicendum in monacho,
3 qui debet deferre habitum diſcoopertum,vt videatur,non autẽ ſub alijs pannis,aliàs non euitat apoſtaſiam,clem.j.in verbo,dignitatem,& ibi per glo.in verbo extrinſeci,de vi & honeſt.cler. & ibi per Card.q.3.& per Oldra.conſi.184.pater ſancte, col.fina. & Roma.conſi.441.circa primum.Valeret tamen reſcriptũ Papæ,vt non deferrent diſtinctum habitum ſtante loci conſuetudine,vt Ferrariæ,ſecundum Fulg.conſ.155.cum iſtud ſit de iure poſitiuo,& per Deci.in c.conſuluit,il 3.in 2.not.extra de appell. Licèt olim populus Iudaicus,de quo Chriſtus erat naſciturus ſecundum carnem,ſignis quibuſdam differentibus ex Dei ordinatione diſtinctus eſſet ab alijs gentibus:dixit enim,vt Leui.20.Separaui vos à cæteris populis,vt eſſetis mei. & Deuter.4.& 7. Te elegit Dominus Deus tuus,vt ſcis eius populus peculiaris de cũctis populis,qui ſunt ſuper terram. Nam & eiſdem data fuit circumciſio,† quã Abrahã primus accepit.Gene 17.vbi Abraham
4 nona-

Source : BIU Cujas

nonaginta & nouem annorum erat, quando circumcidit carnem præputij ſui: ipſe enim fuit primus, qui vnius Dei fidem publicè confeſſus eſt, & ante circumciſionem fuit iuſtus, & fidelis, qui credidit, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Gene. 15. de qua re vide Chriſoſto. in c. 17. Gen. Homil. 39. Tho. j. Quæ figura circũ-
5 ciſionis, vt Lactantius refert, erat, † vt ſignificaretur nudandum eſſe pectus. i. aperto, & ſimplici corde nos viuere oportere. Quoniam pars illa corporis, quæ circumciditur, habet quandã ſimilitudinem cordis, & eſt pudenda: & ob hanc cauſam nudari Deus eam iuſſit, vt hoc argumento nos admoneret, ne inuolutum pectus haberemus. i. nequid pudendum facinus intra conſcientiæ ſecreta velemus. Sed ſecundum Theologos ſanguis ille, q̃ effundebatur in circũciſione, præfigurabat ſanguinem Chriſti effundendum pro omnibus in pretium & pignus ſalutis, in cuius virtute ſanguis ille expiabat à peccato originis, & q̃ fuit data ī quadruplex ſignum. Primò in ſignum diſtinctiuum, in quantum diſtinguebat filios Abraham & Iſrael à cæteris nationibus, ſicut Baptiſmus eſt ſignaculum fidei diſtinguens chriſtianos ab infidelibus. Secundò in ſignum tributi, & ſeruitutis propter peccatum primorum parentum. Tertiò in ſignum figuratiuum, inquantum figurabat circumciſionem animæ, nam etiam eſt circumciſio ſpiritualis, quã ſeruant Chriſtiani, de qua per Ezechiã, c. 42. & Hiere. 4. circumcidimini Deo, & auferte præputia cordis veſtri, & Deutero. 10. & 30. Et circumcidet Dominus Deus cor tuum, & cor ſeminis tui, ad diligendum Dominum Deum tuum, & hæc debebat fieri poſt aduentum Meſſiæ, de qua Gal. 5. & Rom. 3. In Chriſto Ieſu neque circumciſio aliquid valet, neq; præputium, ſed fides, quæ per dilectionẽ operatur. & per baptiſ-
12 mum fit homo noua creatura, ad Gala. vlt. quæ circumciſio fit non in vno membro tãtùm, ſed in toto corpore ſimul, Bernar. in ſermone de circumciſione. Quartò fuit circumciſio data in ſignum fœderis, & pretij futuri per Chriſtum ſoluendi. Gen. 17. vbi Deus fecit pactum cum Abraham, præcipiens circumciſionem fieri in ſignum fęderis, & Deus acceptabat illam circumciſionem in ſignum pretii futuri ſoluendi per Chriſtum in cruce, vt tradit Auguſti. contra Fauſtum. Nam circumciſio de ſe nullius erat valoris ad tollendum peccatum, niſi ratione fidei cõferentis: Ideo neceſſaria erat fides conferentis, nam illa circũciſio non p̃tinebat realiter merita paſſionis Chriſti, ſicut baptiſmus, qui in caſu neceſſitatis conferri poteſt etiam ab infideli, & de circumciſione vide ſanctum Thom. in 4. ſent. diſt. j. & quę dicam infra 3. parte prin. cap. j. in fi.

6 Item fuit eis data lex, † vt haberent Iudæi ſpecialem modum viuendi, qui etiam habitu quodam ſingulari diſtinguebãtur ab alijs nationibus, de quo num. 15. vbi dixit Dominus ad Moſem, Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos, vt faciant ſibi fimbrias per angulos quatuor palliorũ, ponentes in eis vittas Hyacynthinas,
7 & Deutero. 22. † Quo habitu etiam Chriſtus vtebatur, Matth. 9. vbi mulier illa, quæ ſanguinis fluxum annis duodecim paſſa fuerat, dicitur acceſſiſſe retro, & tetigiſſe fimbriam veſtimenti ſui, & Matth. 14. Item quia mulier illa Samaritana, de qua Ioan. 4. cognouit Ieſum ex habitu, dum dixit: Quomodo tu Iudæus cum ſis? Et dicant quæſo Iudæi, cum in terris Chriſtianorum ipſi obſeruent ſabbatum, circumciſionem, & eorum feſtiuitates, cur ẽt non deferunt antiquum morem veſtimentorum, Patrum ſuorum? vel ſi eidem abrogatum putant per nouam legem, cur & cæteris non abſtinent? & idem dico de ſacerdote, regno, & Principe, & vnctionibus ſanctis, & incenſo, & quare non ędificant ſibi altaria, & omnia alia, quæ ſunt in lege contenta?

8 Et illa diſtinctio † habitus in aliis quoque ſeruatur, & qñque in ignominiam, & quandoque in honorem, ſicut videmus ī clericis, vt habetur 21. q. 4. c. j. & per to. & de vita, & hone. cleri. cap. clerici, & in veſtimentis Sacerdotum. Quas autem veſtes dẽant deferre religioſi, vel clerici beneficiati, vel in maioribus conſtituti, vide in clemen. 2. eod. titu. Et de veſtibus ſacerdotalib. antiquis. Exod. 28. 31. 35. 39. & Ezech. 42. & 44. & per Hieroni. ad Fabiolam de veſte ſacerdotali.

9 Item † & virgines, & matronæ apud Romanos vtebantur veſtibus diſſimillibus ab ancillis, & meretricibus, vt in l. item apud Labeonem. §. ſiqs virgines. ff. de iniur. vbi diuerſa erat veſtis meretricia à matronali, & ancillari: & poſſunt cogi meretrices ad portandum habitum diſtinctum ab aliis mulieribus, vt cognoſcantur ſicut Iudæi, vt per Paul. de Caſtr. in l. mimę. C. de epiſco, aud. Et ſeruus à liberto dignoſcebatur per pileum. C. de Lati. liber. tollen. l. j. §. ſed & qui domini, & per Caſſane. in catal. part. 1. concluſ. 44. col. 3. Et lacerna, & ſagum erat veſtis, qua dignoſcebatur miles à pagano. l. ſi ignorans. ff. loc. No. etiam, q̃ eſt prohibitum, mulierem vti veſte virili, & virũ fœminea. l. veſtis. §. muliebria. ff. de au. & argen. lega. vbi vir non poteſt vti veſte mulieris ſine vituperatione, & mulier malo propoſito vtens veſte virili, excommunicanda eſt, 30. diſtin. ſi qua mulier, & habetur in c. cum decorem. de vi. & honeſta. clerico. & veſtimenta eccleſiæ non debent tangi niſi à ſacratis viris, nec in aliis vſibus. de cõſecra. diſtin. j. veſtimenta. & ſiquis ſecularis, & maximè theatralia exercens, vtatur habitu monachali, puniẽdus eſt ſupplicio corporali, & in exilium mittendus, vt in Authen. de ſanctiſ. epiſc. §. pen. ex cauſa tamen licet fideli aſſumere habitum infidelium, vt fecit ſanctus Sebaſtianus, dummodò non ſit ſignum inſtitutum ad diſcernendum infidelitatem. Deutero. 22. ibi, non induetur mulier, &c. nam vir eſt imago Dei, fœmina viri tenet imaginẽ, ſecundum Apoſto. Item & per alia ſigna † diſtinguitur homo ab homine: in Clericis enim fit raſio capitis, & corona. 12. q. j. duo ſunt, & per Bal. in l. ſi qua per calumniam. C. de epiſco. & cleri. & in clericis nõ eſt determinatus habitus certi coloris vel formæ, ſicut in fratribus, licèt certi colores ſint eis ꝓhibiti, cle. j. de elect. & ibi gl. fi. Abb. in c. clerici. el 2. in 5. col. de vi. & hone. cleri. Domi. in c. iudex. §. idem. de ſent. excom. in 6. debet tñ eſſe talis, vt a laicis diſtinguatur, vt in c. pe. 23. diſt. ex no. in c. præcipimus. 21. q. 4. & in c. nullus. c. epiſcopi. 21. q. 4. Et ſigna mulierum nuptarũ ſunt annuli, vt no. in c. illud, de præſump. & profeſſus à nouitio, in c. pen. extra de regula. & proconſul ex proconſularibus inſignibus. l. 1. ff. de offi. proconſu. Et res ipſæ, cuius ſint, † per ſigna oſtenduntur. Lucæ 20. ibi, oſtendite mihi numiſma cenſus. & in l. quod ſi neque. §. fi. ff. de peri. & com. rei ven. & in l. ſtigmata. C. de fabricen. lib. 11. vbi traditur, q̃ ex ſigno tantùm, vel merco, ꝓbetur dominium & poſſeſſio rei, rationibus latè per eum allegatis: cuius tñ opin. reprobatur validiſſimis iuribus, & fundamẽtis per Benuenutum Stracca, in tracta. ſuo de mercatura, par. 1. nume. 80. ubi ad hæc plura. Et de ſignis mercatorum in ballis ſuis, & de diuiſa alicuius, an poſſit per alium deferri, vide per Docto. maximè Iaſo. in l. ſi unus. C. de teſta. Anto. de But. in c. cũ dilecta, de exceſ. prælat. & per Bar. in tract. de inſi. & ar.

12 † Sed quoad ueſtes, Toga erat communis ueſtis Romanorũ Imperatorum, licèt Alexander Imperator, qui fuit poſt Heliogabalum, in animo habuerit omnibus officiis proprium genus ueſtis attribuere, & omnibus dignitatibus, ut ex habitu dignoſcerentur, & etiam omnibus ſeruis, ut in populo poſſent diſcerni, nequis ſeditioſus eſſet, & ſimul ne ſerui ingenuis miſcerẽtur. Id tamen Vlpiano, & Paulo Iureconſultis, qui apud ipſum floruerunt, diſplicuit, dicentibus plurimarum rixarum cauſam fore, ſi abiecti homines iniuriis exponerentur, & olim exules carebant iure togæ, ut ſcribit Pli. 2. in Epiſt. lib. 4. Pallium autem Grę corum Philoſophorum ueſtis erat, deſcẽdens vſque ad calceos, & Tertullianus librum ſcripſit de pallio, quo eius uetuſtatem, & commodum edocet, quo etiam ſe vſum dicit, reiecta toga. Paludamentum etiam erat ueſtis, qua Imperatores, & etiam milites utebantur. Sed purpura inſigne præcipuum fuit Principum, & Imperatorum, & priuatis eius uſum interdixerunt. l. j. C. quæ res uendi. non poſ. de quorum inſignibus vide latiſſimè per Caſſane. in ſuo cathalogo, in 1. parte. Et de ueſtibus Romanis, tex. in l. ueſtis, cum duabus ſeq. ff. de au. & argen. lega. Et quæ ibidem repetit Lazarus Baifius, & per Lucam de Pen. in l. j. col. pen. C. nulli licere in fre. lib. 11. Priores autem omnium fuere tunicæ pelliceæ, quibus poſt offenſam, & deiectionem à Paradiſo, Adam & Eua induti ſunt à Deo, & fuerunt ex pelle illius agni, de quo dixit Ioan. Bap. Ecce Agnus Dei, & de quo per Ioan. in Apocalip. qui occiſus fuit ab origine mundi, qui ſi in ſtatu innocentiæ permanſiſſent, homines fuiſſent nudi, ſicut ex Adam, & Eua nudi creati ſunt. Nam ueſtitus eſt homini neceſſarius, ſecundum ſtatum præſentis miſeriæ, & ꝑ defenſionem ab exteriorib. nocumentis, ut intemperie caloris, & frigoris, & ad tegumentũ ignominiæ, ne turpitudo appareat, in quibus præcipuè eſt rebellio carnis ad ſpiritum, quæ duo cadere non poterant in ſtatu innocentiæ, cum in eo non potuiſſet corpus hominis lædi ꝑ aliquod extrinſecũ, manente aĩa ſub obedientia Dei, nec ẽt erat tunc aliqua turpitudo in corpore hominis, quæ confuſionẽ induceret. vnde Gen. 2. dr̃, erat autem nudus vterque Adam, & uxor eius, & non erubeſcebant, quia nullam legem ſenſerant in membris eſſe refrenandam, prout ẽt in ſtatu futuri ſeculi non erit hmõi ueſtimẽtorum uſus, ſed corpora impaſſibilitate decorata, & ab omni uitio, & turpitudine ſemota, lucis pulchritudine ueſtient̃: fulgebũt enim iuſti, ſicut Sol in regno Patris eorum, Matth. 13. & Sap. 3. fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent, & habetur in cap. nemo, de conſecra. diſt. j. Experimur igitur, quantæ fuerit abominationis apud Deum eſus ille pomi uetiti per primos parentes, ut fuerint eo ſtatu priuati, cum ſi ſe ad conditoris ſui obedientiam unculis charitatis aſtrinxiſſent, ad cœleſtem Angelorum patriam quandoque ſine carnis morte tranſiſſent: pomũ autem illud dr̃ fuiſſe uuam, ſecũdũ quoſdã: & pro hoc eſt, quod dr̃ Hiere. 31. Ezech. 18. Patres noſtri comederunt uuam acerbam, & dentes filiorum obſtopuerũt. Alij dicunt fuiſſe uerè pomum; & alii ficum propter folia, quibus ſe cooperuerunt, ut per gl. in l. qui fundũ. ff. de uerb. ſign. Et Maumethes in Alcorano dixit, q̃ fuit arbor tritici ſeptem ſpicas habens, & unam rapuiſſe Adam, in qua erant grana quinq;, de quibus duo comedit ipſe, & duo dedit Euæ, quintum detuliſſe ſecum, &c. Quod quãtum diſtet à uero, & uanum ſit, quilibet põt conſiderare, cũ & ipſa arbor fuerit lex, quæ præbet cibũ ſcientiæ boni & mali, & in ea deſcribuntur bona in præmiũ obſeruãtibẽ, & mala in ꝑnam tranſgredientium, & ipſorũ peccatum fuit

tranſ-

Source : BIU Cujas

transgressio præcepti dati,ne comederent de illo ligno scientiæ boni & mali. Et de vestibus primorum parentum,& de vestibus diuersarum gentium,& tam virorum,quàm fœminarum, vide Isid.de sum.bo.lib.19.c.22.cum seq.& Alex.de Alex.lib.5.Genia
13 lium dierum,c.18.Et nota,† ꝙ præsumitur quis talis, qualis est habitus,quem gestat,vt per Bar.in l.2.C.si ser.expor. ven.p Dyn. consi.54.text.in c.si iudex laicus,de senten.excom.in vi. Iustum est enim,dicit ibi text.vt ipse talis, quẽ gestat ex habitu,quousq; appareat aliud, præsumatur.

14 Habitu ergo à nobis distinguuntur Iudæi,† vt dignoscantur, & tanquàm à nobis Christianis bene noti non vtamur eorum nimia familiaritate,& conuersatione,sicut olim lege veteri erãt prohibiti Iudæi,ne gentibus associarentur, quia seducebant Iudæos,ne Deum sequerentur,sed alienis Dijs seruirent,Deute.7. sunt enim ipsi aptiores ad subuertendum.Glo.28.q.j.§.verum,& 35.q.j.§.hac itaque.& ex hoc Christianus non potest se exponere assiduo Iudæi seruitio,quod maximè prohibetur simplicibus. c.ad hæc,extra de Iudæ.quod habet locum tam in domo, quàm extra domum,vt ibi concludunt Abb. & Fely. reprobata opin. Hostien.& Ioan.de Ana. cum causæ prohibitionis ita militent in præstante Iudæo assiduum seruitium in domo,quàm extr.do mum,quarum vna est,ne propter cõtinuam conuersationem, & assiduam familiaritatem subuertantur animi simplicium.Altera ne Iudæi videantur superiores,si famulos habeant Christianos.& ista ratio ponitur in c.& si Iudæos,eod.tit.& vtraque militat in Christiano seruiente Iudæo tam in domo,quàm extra.de quo etiam per Apostol.2.Corin.6.nolite iugum ducere cum infidelibus,quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ
15 societas lucis ad tenebras? † Admittuntur tamen Christiani,secundum Docto.vbi supra,vt possint eis seruire in operibus mecanicis, vt in fabricando,& si.& per Fel.in d.c.ad hæc.

Et quid de scholari Iudæo, an sit permittẽdus intrare scholas, vide Doc.in c.j.extra de Iudæ. vbi do. Abb.dicit, ꝙ consuetudo
16 habet,ꝙ admittantur.Item non peccant † Christiani communicantes Iudæis in mercimoniis,vt per Abb. in c.post miserabilẽ,
17 in 2.not.extra de vsur.† nam solum interdicta est nimia familiaritas,& cõuersatio cum illis,vt supra.Licèt tutius esset ab eis abstinere,ne audiant cum illis versantes,in die illo, ab eo,qui illos iudicaturus est,dicere, Discedite,non noui vos:communicastis enim cum ijs,qui me crucifixerũt,& ꝺ̃ eos vide quid dicat Chrisosto.Christianus es? quàm igitur ob causam molestus es Ecclesiæ,qui Persa est, nonne quæ Persarum sunt,curat? Barbarus nõ ne Barbaros ritus emulatur? qui habitat in ditione Romanorũ, nonne eorum vtitur legibus?Et inferius,Neque enim exiguum interuallum est inter nos,& Iudæos: neque de rebus leuibus, & vulgaribus quæstio est inter nos,ne tu vnum, & idem credas nostrum,& illorum esse institutum, ac non miscenda misceas, illi crucifixerunt Christum:Tu crucifixum adoras,vides quantũ interest,&c.Idem dicendum de conuersatione cum aliis infidelibus,non tamen prohibentur illi,qui sunt in fide firmi, ita quod inde magis ſperetur illorum conuersio, q̃ horum subuersio: sed prohibendi sunt simplices,& infirmi,ne sine magna necessitate versentur cum eis,secundum San.Thom.2.2.q.168.arti.vlti.vbi de artificibus eis vendentibus opera,quibus homines sine peccato vti non possunt, vt puta si quis fabricaret idola,vel aliqua ad cultum idolatrię pertinentia, nam tunc peccant mortaliter, vt ibi per eum.& de his vide 11.quæst.quarta,præcipuè 27.quæst.secunda,notum.23.quæst.5.de occidendis.& 5.q.5.non omnis. de consecrati.distin.5.fucare,& in l.quod sæpe.ff.de contrah.empt. & San.Thom.vbi supra,q.169.

18 Et de nutricibus Christianis dicendum,† eas Iudæos posse habere extra domum,nam possent Iudæorũ creaturæ perire, si nõ reperirent nutrices Christianas extra domum,vt tenẽt Io.And. Ant.de Butr.Cardi.& communiter Doct.in c.& si Iudæos, extra de Iudæ. Et circa hoc dispensatio non requiritur, vt per Felyn. in c.at si clerici.§.de adulterijs,colum.fin.extra de iudi.vt tamen
19 habeant in domo, † Epiſcopus dispensare non potest,secũdum communiter Doct.in d.c.ad hæc, & dixi supra c. proximo præcedenti,nume.15.

Et eisdem rationibus,quibus prohibetur continua conuersa
20 tio cum Iudæis,† interdicitur etiam manducatio, & potatio cũ eis c.nullus.ca.omnes.28.q.j.& sicut olim illicitũ erat Aegyptijs comedere cum Hebrẽis,& profanum putabãt huiusœmodi cõuiuium,Gene.43.& c.omnis,qui.24.quæst.j.vbi quod non debẽt in domum recipi,nec eis aue dici. Et hoc multo magis, cũ maior familiaritas contrahatur in cibo, quàm in colloquio, & facilius decipitur quis inter epulas,vt per Ioan.Andr. in d.cap.inter omnes,& facit Gl.in l.dolum.C. de dolo. Item hoc fuit inductũ in detestationem,& odium Iudaicæ prauitatis,& cæcitatis,ne videamur factũ eorum venerari, vel ne videamur eis inferiores,si vteremur eorum cibis, ipsis iudicantibus nostros immũdos, cũ eis non vtantur: pluribus enim non vescuntur Iudæi,quib.Christiani aluntur.possunt tamen cibaria emi à Iudæis,quibus Christiani vti possunt,quia omnia munda mundis,dist.82.proposuisti,& no.in d.c.nullus.

21 Est tñ licitum euntibus ad prædicãdum fidem Christi,† & eorum sociis,vti cibis paganorum,seruata temporum qualitate,& secundum canonicas sanctiones,quam sit,de Iudæ. & Lucæ 10. vbi septuaginta duobus discipulis Dñs dixit, in eadẽ domo manete edentes,& bibẽtes,quę apud illos sunt.qui numerus septuagenarius intelligitur secundum Bedam, de tot gẽtibus mundi, quibus Euangelium erat prædicãdum. Nec possemus aliter eos lucrari,si colloquiũ eorum vitaremus,& cõuiuium.c.infideles. 23.q.4.& c.ad mensam.11.q.3.Quæ intelligenda sunt de illis paganis,qui non discernunt cibos:aliàs si discernerent,non liceret nobis cũ eis comedere,vt per Glo.in c.q̃ sit,in verbo, vbi liceat, extra de Iudæ.& Glo.& Domi.& alii in d. c.ad mensam, rõnib. de quibus supra,ne videamur inferiores illis,vtendo cibis,quos
22 discernunt, & factum eorum venerari. † nam & Sarraceni hodie iudaizãt. Vnde eadem causa prohibitionis,& periculum est vtroque casu,& cum vtrisque, tam Iudæis quàm Sarracenis, vt per Goffre.in sum.de Iudæ.versi.circa Iudæos.

Et quod dictum est,Christianos posse vti cibis paganorũ, q̃n ad eos accedunt causa prædicationis, sanè intelligendum est, vt scilicet quod apponitur non sit idolis ĩmolatum, quia tunc sanctius esset fame perire,q̃ idolatico vesci. c. sicut sanctius.32.q.4.
23 In summa tamen famis necessitate † posset quis vesci etiam idolatico ad vitæ tantummodò sustentationem, vt per Goffre. vbi supra,cum nullum peccatum,nisi voluntarium.15.q.j.c.j.& c.illa.& per glo.in d.c.sicut,& ibi Archi. qui cum horrore & execratione dicit hoc fieri posse,nam est inculpabile iudicandum, q̃d necessitas ĩtulit,30.q.j.ad limina,circa finem. Et de his vide 1.Corinth.8.Vbi Apostolus dicit,Qui credit in vnum Deum,& vnũ Dñm Iesum Christum,potest manducare de idolaticis,credens nihil esse idolum in mundo,& ꝙ nullus Deus nisi vnus. qui aũt cum conscięntia idoli quasi idolaticum manducat,peccat,& fratrem scandalizat. & idem c. 10. & vide etiam 30 distinct.si quis carnem.vbi Domi.& no.in c.Paulus.2.q.7.de Petro, qui cũ esset Antiochiæ,edebat cum gentibus,nec discernebat cibos, ob q̃d reprehensus fuit à Paulo,ad Galat.2.

24 Qui autem debeant † prædicare,dic ꝙ Episcopi ex officio & officii necessitate,ut Alex.de Ales,par.3.q.68.memb.3,art.2.§.1. qui ubicunque sint,dicũtur missi: sunt enim loco Apostolorũ. c.in nouo.21.distin.c.ecclesiæ.35.distin.c.quorum.68.distinc.Et solus Episcopus dat generalem licentiã prędicandi,& uide Glo. in cle.j.in uerbo,officia,de regula.text.cum Gl.in clem.dudum, de sepul.ubi Cardi.& Pau.examinant de potestate prædicandi, ubi etiam de curatis,diacono,& aliis.Monachi uerò non ex officio,sed ex commissione sedis apostolicæ,cuius sanctioni impunè refragari non licet,11.dist.c.consequẽs.prædicant.Sũt nanq; & ipsi in partem sollicitudinis assumpti in ędificationẽ nostra, 2.Cor.12.quod diffusius tractat Alex.de Ales,par.4.q.108.mẽb. 4.art.3.& de his uide per Doc.in c.quam sit,de Iudæ. & in c.cum exiniuncto.de hæreti.& in c.excommunicamus.§.quia uerò,& ibi Ioan.de Ana.de hęreti.

25 Vidimus paulo ante,an liceat Christianis mãducare cum Iudæis,& cæteris infidelibus,aut uesci idolaticis,discutiamus modò nouam quæstionem,a nemine pertractatam, quæ uiderim, quæ quotidie contingere solet,an sit licitum carnificibus Christianis permittere Iudęis,ut occidant animalia in macellis Christianorum pro eorum uictu,& partes anteriores animalis, immundis manibus per eos occisi,reseruent pro eorum usibus, & abijciant posteriores & subinde an liceat partes posteriores per eos derelictas in lanienis Christianorum eis uẽdere,& illis uesci? Et uidetur dicendum imputandum esse lanioni Christiano, eo modo pacisceti cum Iudæo,& uendenti carnes ita abiectas in peccatum ei impingendum:nam ratio,quare prohibita est nobis manducatio cum eis,de qua in c.omnes.38.q.j.ea est scilicet, ne uideamur illis inferiores,si uteremur cibis eorum, ipsis iudicantibus nostros immundos, cum illi nostris non utantur nec uescantur.Item ne videamur eorum factum venerari, sic pmittendo Iudæos eligere partes anteriores, & posteriores abiectas vendere Christianis, & quodammodo ritibus eorum cõicare, & nos illis inferiores facere. Item si ipsi iudicant immunda quæ tangũtur à nobis,vt nolint emere carnes animalis per Christianos occisi:ita & indignũ esse deberet, vt carnes p eorũ putridas manus aptatas & abiectas,emere,& eis vesci,cum ſm eorum superstitionem sint mactatæ.& pro hac parte posset adduci, quod legitur Dan.j.de Azaria,& Misael,qui noluerunt vti cibis Regis ne polluerentur.Præterea,nõ licet nobis in pluribus aliis cõicare,vt in balneis & similibus,c.nullus.28.q.j. & quia hoc videtur contra conscientiam,vt res pollutas nefandis eorum manibus, comedamus,& quæ ab eis tanquam immundæ reijciuntur,& q agit ꝰ cõscientiam,ędificat ad gehẽnam, c.litteras.de restit.spolia.c.tuas.de simo.c.nerui.13.di.& ista pars fauore animæ amplectenda prima facie videbatur,iuxta tex.in c.iuuenis, de spõsali.

Quibus tñ non obstantibus (præmissa semper solita mea protestatione) sentio partem ꝑriam esse magis iuridicam. Moueor, quia reiectio per eos illarũ carnium posterioris partis animalis, est inducta ex antiquissimo eorũ ritu,de quo fit mẽtio, Gen.32.

in illis

Source : BIU Cujas

in illis verbis,quam ob cauſam non comedũt neruũ filii Iſrael, qui emarcuit in femore Iacob,vſque in præſentem diem,eo qđ tetigerit neruum ſęmoris eius & obſtupuerit.ex quo loco luctationis Iacob cũ Angelo,eduxerunt hunc ritũ abijciendi carnes poſteriores animali, vel etiam quia ꝓhibetur eſus ſanguinis & adipis,Leui.7.& per occiſionem animalis eorũ more, non põt ſanguis ex poſterioribus partibus euacuari, ſicut ex anterioribus. & poſteriores ſunt plenæ pinguedine,& neruis, nec ita de facili poſſunt curari.Sed hoc vndecũq; obueniat,ſatis eſt qđ iſte eſt ritus eorũ antiquiſſimus,ſed de iure ſunt in eorũ ritibus ꝓmittendi,nec in eorum cerimoniis perturbandi.ca. qui ſincera.45.diſt. vbi dicitur,qđ quicũq; aliter agũt,& eos ſub hoc velamine, conſueta ritus ſui cultura remouere,ſuas illi magis q̃ Dei cauſas,probantur attendere,& debent in eorũ & parentũ conſuetudine cõſeruari,& facit l.die ſabbati.C.de Iudę.c.& ſi Iudęos.c.ſicut,extr. eo.tit.Quia in eis præfigurabatur veritas fidei,quam tenemus,& no.per Feli.in c.conſuluit,in 2.no.eo.tit.Item plura reperiuntur per eccleſiam ſpecialiter,& nominatim Iudæis prohibita,vt dicetur inf.par.2.c.5.& ſeq.& hoc de quo agitur, non inuenitur interdictũ,eiſdem Iudæis,ſed paſſim toleratũ . Itẽ pro hac opinione facit,qđ omnia mũda mũdis.c.propoſuiſti,diſtin.82.& 1.Corin.10.Omne qđ in macello venit manducate,Dñi enim eſt terra & plenitudo eius,ergo non Dęmoniorũ . qđ ſi terra Dei eſt, & terræ fructus,& bruta Dei ſunt.ſi igitur omnia Dei ſunt,nihil eſt immundum.& per eundem Roman.13.& 1.Thimo.4.in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis Dęmoniorũ.& infra,Prohibentiũ nubere,abſtinere,à cibis,quos Deus creauit ad percipiendũ cũ gratiarũ actione fidelibus,& his qui cognouerũt veritatem, qa oĩs creatura Dei bona eſt,& nihil reijciẽdũ,quod cũ gratiarũ actione percipitur:ſanctificatur enim per verbũ Dei & orationem.& ait Chryſoſtomus,vbi ſupra,qđ idolis quoque immolatũ fuerit, eadem poſſumus ratione mãducare,ſi neſcimus idolaticũ eſſe: ſin verò ſciens illud percipias,immũdus iam eris, non ideo quia idolaticũ eſt, ſed quod cũ tibi imperatũ ſit, non communicare Dęmonijs,per id communicaſſe conuinceris.& cibis omnibus licere veſci fidelibus,oſtendit Deus Petro per viſionem,de qua Actu.10.Et tenendo hanc partem,non obſtant allegata in contrarium, quia non propterea dicimur communicare cum eis, permittendo ea quæ ſuperius expoſita ſunt, ſed ſimpliciter tolerare,vt eorũ ritibus vtantur,iure ita ſuadente, d.c.qui ſincera, prout ſimiliter permittunt eorum veteres ſinagogæ.c. conſuluit.de Iudæ.l.in ſinagoga.C.eo.tit.& in iure Primogenituræ,& in matrimoniis,vt poſſint ſecundum leges Moſis contrahere,c. de infidelibus.de conſangui.& affini.c.gaudemus. c.fi.de diuor. c.fi.qui fil.ſint legiti.hinc eſt quòd Bononiæ tolerantur in dictis ritibus, vt habent macellum ſpeciale, & Chriſtiani paſſim & vbique ſoliti ſunt emere carnes animalium per eos occiſorum, quas ipſi refutant, ſcilicet partes poſteriores, ſecundum eorum ritum.non ſunt igitur abrogandæ eorum conſuetudines, cõtra quas tñ ſi quid committerent, poſſunt per eccleſiam caſtigari, vt per Felyn.in c.j.colum.13.verſi.& primò.de conſtitu. Nec ex eo quod emamus carnes per eos reiectas poteſt dici ꝙ faciamus nos ipſos inferiores illis,cum hoc ſit in contrarium,nam ſic agẽdo ſpernimus eos in eorum ritibus, nõ diſtinguendo cibos ꝓut ipſi:cum ſecundum nos,omnia munda mundis, vt dictum eſt, & omnia ſint Dei:& ſi nos abſtineremus ab eſu eorum, quę per Iudęos ſpernuntur, id eſſet potius iudaizare, & quod legitur Dan.1.factum fuit quia ita erat tunc mors inter Iudæos & alienigenas,Gen.42.ita ſentio in hac quæſt. ab alijs non examinata quos viderim, ſalua ſemper determinatione ſanctæ matris eccleſiæ, ad quam in omnibus per me dictis & dicẽdis me ſemper humillimè remitto.adde tamen ad præmiſſa Auguſti. in libello de diffinitionibus fidei orthodoxæ, cap.30.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtianis, an liceat contrahere, & diſtrahere cum Iudæis, & Sarracenis, & deferre merces ad infideles.*
2 *Tempore guerræ nullæ poſſunt merces deferri ad infideles.*
3 *Tempore pacis, quæ poſſint deferri.*
4 *Tempore guerræ, an poſſint deferri prohibita in caſum redemptionis captiuorum.*
5 *Infideles, & ſimul hoſtes Populi Romani differunt ab infidelibus, qui nõ ſunt hoſtes, quoad delationes mercium ad illos.*
6 *Populi Romani appellatione, quæ gentes veniunt.*
7 *Elemoſina, an ſit tempore neceſſitatis facienda infidelibus, & an de præcepto, vel ſit de conſilio.*
8 *Elemoſina per clericos quomodo fiat, & an aliquid proſit illam facienti in peccato mortali.*

CAPIT. V.

1 AN autem † ſit licitum Chriſtianis cõtrahere, & diſtrahere cum Iudæis,& Sarracenis?& dicendum eſt, quòd ſic regulariter, in rebus licitis, & legitimis, vt ꝑ Rom conſi.489.hæc Domina Petra,& Petrum de Ferrarijs in pract.ſub forma libelli,in actione reali,in ver.veris, ac legitimis.col.7.verſic.ſed quid dicemus.immo & Principi licitum eſt vendere redditus ſuos Iudæis.ca. ex ſpeciali, de Iudæ.& dicit ibi Abb.non omne commercium eſſe cum Iudęis prohibitũ, nam & poteſt Iudęus contrahere cũ eccleſijs,vt per Cald.conſ.3. ſub tit.de loca.& de eorũ contractibus cũ Chriſtianis celebrandis, ꝙ ſint liciti,vide Arch.& Ioan.de Fantu.in c.nullus,28.q.j. nam ſolũ in aliquibus caſibus reperitur à iure prohibita cum illis cõmunio,ergo ſecus in aliis.Nec obſtat c.omnis qui, 23.q.j. qa loquitur de ſciſmaticis & hæreticis, qui ſunt excommunicati, & eos non licet in domũ recipere,nec ſalutare: ſed Iudæi toleranť ab eccleſia,vt dixi ſupra, non tamen poteſt Iudæus conducere gabellas,vt ipſas exerceat & colligat,ſed per aliũ ſic,qui ſit Chriſtianus deputatus per ſuperiorem vendentem gabellas, &c. per eos.c.pen.& ibi Doc.extra de Iudæ. Vtrũ autem merces deferre liceat apud barbaras nationes,& infideles.not.in l.cotẽ, in prin. ff.de publi.& vectig.& in l.j.& 2.C.quæ res expor. non poſ.& in l.pen.& fi.C.quæ res vend.non poſ.& in l.2.C.de comer.& merca.& in l.j.C.de litto.& itine.publi.cuſto.lib.12.& in c.ita quorũdam.c.ſignificauit.c.quod olim.c.ad liberandam,extra de Iudę. in quo concludendum eſt,ſecundum Doct.in locis, de quibus
2 ſupra,†quod tempore guerrę nullæ merces per Chriſtianos deferri poſſunt ad infideles,& etiam illæ, quæ non præſtant ſubſidiũ ad bellandũ:nam exiſtente bello inter nos & iſtos, durat ꝓhibitio generaliter de omnibus rebus: & idem eſt dicendum de tempore treuguæ, & de illo tempore, quo timor eſt belli.d.c.ſignificauit.cum ibi no.vbi eſt melior tex.in iure, ꝙ etiam in materia pœnali tempus guerræ comprehendit tempus treugæ. ubi Henri.Boich concludit indiſtinctè omnes merces eſſe ꝓhibitas deferri per Chriſtianos ad infideles tẽpore guerræ, ſiue ſit treuga, ſiue nõ,pro qua opin.dicit facere tex.in c.quod olim, in verbo,mercimonia, vel alia conſilia, vel alia ſubſidia, de Iudæ. Et idem tenet Imo.& Hoſtien.in d.c.ſignificauit.

3 Tempore autem pacis † remanet prohibitio ſolũ in mercib. quæ præſtant auxiliũ ad bellãdum,vt ſunt arma,ferrum, & alia, de quibus in d.c.ita quorũdam.nam tales merces nullo tempore pacis,vel guerræ poſſunt ad infideles,& barbaros deferri.poſſent enim infideles facere pacem fraudulenter,& poſſent fulciri huiuſmodi armis, & ipſis poſtea vti contra Chriſtianos tempore belli, vt notant Docto. vbi ſupra, maximè per D.Abb.in d.c.quod olim,in j.not.Quo verò ad alias merces poſſunt tempore pacis exportari ad infideles ad commodum ipſorũ Chriſtianorum,& omni ingenio extorquere aurum à Barbaris.d.l.2. C.de comer.& merca.Et quorũ merciũ ſit prohibita delatio ad infideles,vide Nico.Boeri. deci.178.col.3.cum ſeq.Et in tantum
4 † eſt prohibita delatio mercium inhibitarum & interdictarum, de quibus ſupra,ad infideles tempore guerræ, ꝙ dicto tempore non poſſunt deferri etiam pro redimendis captiuis, ſecundum magis communem opinionem. Nec excuſatur deferens eas, ẽt ex poſt facto,quia cum ex illis armis veniant impugnãdi poſtea Chriſtiani,non debet impendi ſubſidium ad malũ committendũ propter bonũ,quod videtur ſequi:talis enim compenſatio à iure eſt reprobata.c.ſuper eo,cum ſimi. de vſur. & ita tenet Glo. & Doct.in d.c.ſignificauit, vbi D.Abb.dicit,hoc procedere durante guerra. Tempore autem pacis dicit procedere opi. Ioan. And.qui vult, ꝙ ante factum ſequenda ſit opinio Glo.vt prohibita,in d.c.ita quorundam, deferri nequeant . Nam ſi infideles perpenderent, ꝙ pro redemptione captiuorũ poſſent conſequi tales merces prohibitas,nollẽt aliud pro redemptione captiui, quàm res prohibitas deferri,& volẽti fraudem committere paratũ eſſet velamen, vt ſemper diceret ſe feciſſe pro redemptione captiuorum, ſed poſt factum conſulendum eſſe dicit Abb. ſecundum opi.Lapi,Innoc.& Hoſti.qui tenent contra Glo.vt.ſ. pro ea redemptione ſit licitum deferre merces prohibitas,& cũ hac diſtinctione tranſeunt communiter Docto.in d.c.ſignifica-
5 uit.† Et quod ſupra dixi magis communem opinionem eſſe, ꝙ etiam pro redimendis captiuis non poſſint prohibita, vt arma, & alia deferri ad infideles,hoc verum fore,& magis communiter teneri,firmat Alex.in conſi.130.ſuper eo, col.2.verſi.& etiã ſecundũ,vol.7.vbi optimè declarat prædicta,diſtinguẽdo de Sarracenis, & Barbaris: nam dicit, ꝙ iura prohibentia Chriſtianis habere comercia cum infidelibus,& vetãtia deferri prohibita, loquuntur in Sarracenis,& hoſtibus Imperij Romani,vt ſunt & Turcæ, cum quibus haberemus bellum indictum : in alijs verò præter tales,qui non ſunt hoſtes,ſed populi extranei,vt ſunt Tartari,cum quibus habemus pacem,vel neque guerram,neque pacem,nec aliquid agere cũ eis,vt cum populis Indiæ, diſtinguit, quòd ſ.aut quęrimus de mercibus non prohibitis,& tunc clarũ eſt, ꝙ poſſunt deferri,poſtquàm tales poſſunt etiam deferri tempore pacis ad Sarracenos, aut nos quærimus de prohibitis in d. c.ita quorundam,& putat eas etiam poſſe deferri ad ipſos, cum non reperiatur prohibitum,niſi quando deferuntur ad Sarracenos,vel hoſtes populi Romani:De quo uide etiam Bald.& Chriſtopho.Por.in §.ſi ab hoſtibus,inſtitu.quib. mo. ius patriæ pote. ſol.& quæ tradit Benuenu. Straccha in ſuo tract. de mercatura.

Source : BIU Cujas

2.parte,nu.40.cum ſequentib.& in 4. parte, nu.12. cum ſequentib.vbi ponit particulariter,quæ ſint merces prohibitæ,& de pluere,& bombardis,& ſulphure,& ſi.& capite puniuntur,qui docent infideles nauigia fabricare.l.fi.C.de pęn.Et quia dixi hoſtes
6 populi Romani,† Sed qui dicantur de populo Romano? Et Bar. in l.hoſtes,col.2.verſi.& ſecundum hoc.ff.de capt.& poſtli.re.dicit,quaſi omnes gentes, quæ obediunt Sanctæ Matri Eccleſiæ, eſſe de populo Romano,& facit l.Roma.cum ibi no. ff.ad municip.de quo etiam vide quæ dicam infra,par.2. prin.c.2.Et in materia delationis mercium ad infideles, hoc non omittam,quod ſi quis aſſecurat merces deferendas in naui,ſi ſunt deperditæ, nō poſſet opponere aſſecurato,ꝙ merces non eſſent ipſius aſſecurati.l.commodare,iuncta l.ſeq.& ibi Bart.ff.commo.facit l.qđ ſi nulla.ff.de hæred.vel acti.vend. Nec è contra rebus ſaluis poteſt aſſecuratus dicere,ꝙ non erant ſuæ,vt per Gloſ. & Bart.in l.cum res.C.de probat. Si tamen eſſent Sarracenorum, vel aliorū infidelium,quæ poſſent capi,iuxta no.in auct.nauigia.C.de furt.tūc liceret aſſecurāti dicere,poſt perditionem mercium, ꝙ merces non erant ſuæ,cum ſi ſciuiſſet aſſecurans eſſe infidelium,non aſſecuraſſet aliter ipſas merces, & ita tenet Pet. Sancti in tract. de aſſecura.in 4.par.colum.7.nume.10.& not. quod ſolus Papa diſpenſat,vt arma portentur infidelibus,& non legatur, vt ꝑ Speculum *in tit.de lega.*§.nunc oſtendendum,per c.ſignificauit, de *Iudæis.* Et quia ſupradictum eſt de non deferendis mercibus ad
7 *infideles*,videamus,† an infidelibus tempore neceſſitatis ſit prę ſtandum auxilium,& dāda elemoſina: & an ad hoc teneamur? In quo dicendum eſt quòd ſic, vt teneamur eis in neceſſitatib. ſubuenire, & Principes Chriſtiani tenentur diligere Iudæos, & Sarracenos in quantum ſunt naturæ noſtræ participes, vt habetur de pœn.diſt.2.charitas,Lucæ 6.Roma.12.23.quæſt.4.ca.non poteſt.& ex iſta charitate, quæ eis debetur,tenemur eis ſubuenire in neceſſitatibus,diſt.42.quieſcamus.16.q.j.& 86.diſtinc.non ſatis.& per Oldra.conſi.87.& Alexand.conſi.99.Viſa inquiſitione,col.3.in prin.vol.7.fideles tamen,& iuſti,ſunt infidelibus prę ferendi.Eccleſiaſt.12.

Et quoad ipſius eleemoſynę largitionē,ſciendum, ꝙ eleemoſynæ largitio eſt in præcepto ſub dilectione proximi.Sed qa præcepta dicuntur de actibus virtutum,ideo eleemoſyna cadit ſub præcepto,ſecundum ꝙ eſt actus virtutis, ideſt ꝙ fiat ſecundum ꝙ recta ratio requirit, ſecundum quam aliquid eſt conſiderandum ex parte dātis,& illius,cui fit;ex parte dantis, vt fiat de illo, quod ſupereſt,& ſuperfluum eſt dantis. Lucæ 6. quod ſupereſt, date eleemoſynam, & dicitur ſuperfluum non ſolùm reſpectu ſuimet,ſed etiam aliorū,quorū cura ſibi incūbit : prius.n.decet & ſibi,& ſuis prouidere.ſi quis enim ſuorū curam non hēt, fidē negauit,& peior eſt infideli. Timo.5.& in c.ſiquis.30.diſtinct. & poſtea alijs,& prouidendū eſt prius ſuis etiam ꝙ ſint hæretici,& petēs eleemoſynam eſſet bonus,& fidelis, licèt in amore p̄ferri debeat extraneus fidelis,de quo vide Gloſ.in d.c.non ſatis, & 30. diſtinct.c.j.Et idem in clericis.c.de his,de eccleſi.ędi.& ita intelligitur.15.q.j.c.fin.Et de illa quæſtione, an ſit potius ſubueniēdū *patri, vel fratri hæretico*, vel extraneo catholico . vide Ioan. de Ana.in c.cum ſit, de Iudæ. in qua communiter diſtinguitur ſic, aut quo ad effectum dilectionis,& tūc extraneus fidelis eſt præponēdus; aut quo ad neceſſariorum exhibitionem,& tunc aut extraneus fidelis magis indiget, & magis tenemur *illi*; aut ęqualiter indigent, & tunc magis patri,& propinquo,& vide Henri. in c.j.de infan.langui.& expoſi.& Abb.in c.ſi quis, de hæreti. & Præpoſi.Alex.in c.j.30.diſt.

Et ex parte recipientis eam requiritur, ꝙ ſubſit neceſſitas talis,ſine qua eleemoſyna non poteſt ſe aliter ſuſtentare.86. diſt. paſce. Ex quibus concluditur,ꝙ eleemoſyna eſt de prȩcepto,qñ quis habet ſuperfluū modo prædicto, & alius indiget, aliter eſt de conſilio,& ad hæc vide tex.47.diſt.ſicut hi.vbi eſt tex.aureus contra diuites auaros,vbi inter alia hæc ſunt verba. Quis enim tam iniuſtus,tam auarus,q̄ qui tam multorum alimenta,nō ſuū vſum,ſed abundantiam,& delitias facit: neque enim minus eſt criminis,habenti tollere,q̄ cum poſſis,& abundans ſis, indigētibus denegare.Eſuriētium panis eſt, quem detines;nudorum indumentum eſt,quod tu recludis;& miſerorum redemptio eſt,& abſolutio, pecunia,quam tu in terram defodis. tantorū te ergo inuadere ſcias bona, quantis poſſis præſtare quod velis.

8 † Et ſi ab aliquo debetur Eleemoſyna indigentibus, ad id maximè tenent̄ clerici,qui non debent ditare conſanguineos vel agnatos,ſed ſolū ſuſtentare de bonis eccleſiæ, ſi indigeant, vide Glo.in c.j.de cohabi.cleri.& mulie.& 31.diſt.omnino, vbi Dñi. ita dicit,Concludendum in hoc:Si quæritur, an presbiter poſſit dare de rebus immobilibus.& non poteſt, vt eſt caſus 12. q. 2. quiſquis,& ibi Glo.j.aut vult dare de rebus mobilib. & tunc, aut vult dare pauca,& rōne impenſi officij,& pōt,vt ī c.relatū, el 2. de teſta.aut vult dare multa,& nō pōt.& iſto reſpectu dī ꝙ grauius eſt dare conſanguineis,q̄ aliis,vt dī 2.q.3. peruenit.vñ dicit ibi Glo.quòd Epiſcopi ſunt cęci circa nepotes,vt eos ditēt, ideo bonum fuit ꝓuidere. Aut non vult dare res,ſed alimentare eos, & tunc aut ipſi non indigent,& non eſt licitum, ut in Glo.j.in c. primo,de coha.cleri.aut ipſi indigent, & poteſt eos alimentare, vt voluit Glo.in d.c.omnino,& d.c.primo,& procedit hoc vltimum etiam ſi vellet alere de pane,& alijs oblationibus, q̄ fiunt in altari,vt no.Glo.11.q.j.hanc conſuetudinem.Et Archid.in c. licet Papę.12.q.2.dicit Papam peccare mortaliter, ſi alienat bona Eccleſiæ in caſu non licito,puta vt det agnatis,vel amicis, qđ reputat ſingulare Abb.in c.conſtitutus,in 3.col. de religi.domi. refert tamen Hoſtienſem dicere,quod licitum eſt prælato inferiori aliqua dare conſanguineo pro ſuſtentatione vitæ.c.monachus.12.q.2.c.non ſatis.86.diſt.in.facit c.cæterum,de donat.vide tamen Abb.in c.clerici.de iure patro.Bald.in repet.l.j.col.15.in 7.quæſt.ſecundæ partis principalis.C.de ſacroſ.eccle.& per Abb. in c.j.de cohabi.cleri.& mulie & per Doc.in c. nō liceat.12.q.2. And.Sicul.in c.ad hæc,col.j.& 2.de teſtib.Ioan. de Ana. cōſilio 87.circa dubium, & ibi Bologni.in additi.& per Doc. in d.c.cæterum, de dona. Hæc volui adduxiſſe,vt tam ſecularis,quàm clericus poſſit inſtrui, qualiter ſe habere debeat circa eleemoſynarum largitiones. Et in dandis eleemoſynis, an parentes ſint cæteris præferendi, vide not. in ca.ſingulis.86.diſtinct.vbi latè per Ioan.de Turre Crema.Et de Eleemoſyna, qualiter ſit tribuēda, vide Doct.in c.inter opera.extra de ſponſa.& ibi Glo.quæ dicit, quòd debet eſſe contritus, qui facit eleemoſynam. Prodeſt tamen etiam non contrito, ſicut & alia bona opera facta in peccato mortali, quæ proſunt ad tria,videlicet ad conſequenda tēporalia, ad minus ſupplicium ſubeundum in inferno,& quoad hoc vt peccator citius conuertatur pœnitentiam,vide Gl in d.c. nihil prodeſt,de pœni.diſtin.3.& extra de pœni.& remiſſio.cap. quod quidam.& qualiter ſit ſeruandus ordo in eius diſtributione, an primò ſibiipſis & parentibus coniunctis,benefactoribus, debilibus,& infirmis,& in omnibus vide Lucam de Pen.in l.cētum.C.de anno.ciuili.lib.11.vbi latiſſimè.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtianis, an liceant inuocare auxilium infidelium contra alios Chriſtianos.*
2 *Inimici etiam per dolum impugnandi.*
3 *Chriſtiani adiuuant licitè infideles contra alios infideles.*
4 *Pacem inire cum infidelibus, an liceat Principibus Chriſtianis ſine conſenſu Papæ.*
5 *Confœderatio quid ſit, & an per eam inducatur ſubiectio, & nu.8.*
6 *Pacis cauſa plura concedi, quæ aliàs ſecus.*
7 *Pax ſpiritualis, & interna quæ ſit.*
8 *An per confœderationem inducatur ſubiectio.*
9 *Bellum, quando dicatur iuſtum.*
10 *Bellum licitum contra Sarracenos.*

CAPIT. VI.

VIdimus qualiter,& quando liceat Chriſtianis cum eorum mercibus,& aliis charitatis operibus præſtare auxilium infidelibus.Quæro ms:dò,† an ſit licitum Prin-
1 cipibus Chriſtianis implorao auxilium ab infidelibur ad ſui defenſionem ꝫ alios Chriſtianos? In qua re Ioan.And.in additio.ad Spec.ſuper Rub de Iudęis, velic.conuertendo hunc caſum, dicit ſe putare Chriſtianos poſſe licitè vocare infideles pacificos non habentes guerram nobiſcum, actiuè, vel paſſiuè, neceſſitate tñ imminente, aliàs nō, ſcilicet ſi guerra viget cum eis,vel ſi noſtrum bellum,propter quod ipſos vocamus eſt iniuſtum,vel etiam iuſtum,ſed non viget neceſſitas,& Oldra.in cōſil.71.incip.nunquid Chriſtianus, idem tenet, quando bellū eſt
2 iuſtum,vt quando fit pro ſui defenſione,† dicitque ꝙ nō ſolum cum infidelibus,& dolo ſis poſſumus inimicos impugnare, ſed & per dolum,vt de Abraam,Gen.14.ibi, irruit ſuper eos nocte, & Ioſue 8.& 10.& de Gedeone, Iudi.8.& dicitur bonus dolus,nā ſi exquirere velimus,qui nam copiarum Imperatores iam inde ab orbe condito claruere,illorum trophęa bona ex parte comperiemus impoſturæ ac fraudis facinora fuiſſe,eoſdemq; fatebimur maiore quidē laude dignos quàm qui aperto Marte victoriam de hoſtibus reportant:ſi enim magno cum ſumptu, tū pecuniarum,tum corporū ſic bella cōficiunt,vt ab ipſa etiā victoria nihil illis amplius accedat,quin potius victores cū ſint, nihilo tñ ſegnius cū his q̄ victi ſunt calamitate p̄munt̄, tū copiis abſumptis,tū ęrario exhauſto.Sed de his vide Chriſoſt.de ſacerdotio,li.j.& de dolo cū hoſtib.vide 22.q.2.vtilem, & 23.q.2.Dūs,& Deci.in l.ea eſt natura.ff.de reg.iur. Iaſ.in l.ſi rem tibi. ff. de præſcrip.verb.Exēplo Machabęorū,qui fuerunt viri ſancti, & pugiles fidei,qui inierunt pactū cū Romanis, vt mutuò ſe iuuarent, vt Machab.8.& 12.Et tñ Romani erant pagani,& no. ꝑ Abb.in c.qđ ſup,ad fin.verſi.vlt. hic quęrit̄,extr.de voto. Quib. addi pōt qđ legit̄,4.Reg.26.vbi Acaz Rex Hieruſalē implorauit auxiliū Regis Aſſyriorū ꝫ aliàs Tribus, & Dauid etiā petijt auxiliū ab Achis Phyliſteū.1.Reg.27.& cū exercitu Phyliſtinorū venit ad bellū ꝫ Iſraelitas.1.Reg.29.& Paulus ad ſui defenſionē uocauit Phariſęos,dicens ſe Phariſęum,& petijt à p̄ſide milites,quorum auxilio ſeruarēt illęſus,Actu.23.& 23.q.3.c.ſex ī fi.& c.Maximilianus,& ꝑ Anch.in c.p̄ſidentes,de hęreti.in 6.& in d.c.qđ ſuper his,col.fi.uerſi.quinto quęro.Martinus aūt Laudenſis in tract.de bello.

Source : BIU Cujas

bello.q.3.dicit, ꝙ Princeps Chriſtianus non pōt vti defenſione infideliū ſine peccato, niſi qñ non pōt aliter ſe tueri. Sicut eꝫ in
3 bello iuſto † fideles adiuuant infideles q̄ infideles. 23. q.j. qd culpatur. 11. q. 3. Iulianus. & hr̄ p̄ Tertullianū in apologetico c. 5. de illa Chriſtianorū legione, quę militabat in caſtris Romanorū ꝫ alios Gentiles, quorū precibus imber de cęlo deſcendit miraculoſè, cum aliter Romanus exercitus defeciſſet. & patet ēt de alijs Chriſticolis, q militauerūt in caſtris paganorū, & infideliū, vt de Euſtachio cognomēto Placido, magiſtro militiæ Traiani Imperatoris, cui ī venatione inter cornua cerui Chriſtus in cruce apparuit, & baptiſmum ſuſcepit, & de Sebaſtiano Narbonenſi ſub Diocletiano cohortis p̄toriæ p̄fecto, Georgio, & aliis, & p̄ tex. in d.c. Iulianus. Sed in quæſtione principali Ioan. de Ana. & Felyn. in c. ad liberandam, de Iudæ. vbi examinant hāc qōnē, ꝯcludūt, ꝙ licet Chriſtianis inuocare auxilium infideliū ꝫ alios Chriſtianos tribus ꝯcurrentib. Primò, ꝙ non vigeat bellū actiuè, vel paſſiuè cū infidelibus. Secundò, dūmodò inuocans iuſtè offendat, vel defendat. Tertiò, dummodò ſit neceſſitas ineuitabilis, & ita reſidet Fely. ibi. col. 2. verſi. vltimò vide, qđ in idē recidit cū opinione Ioan. And. in loco præallegato. Et idē cōcludit Ant. Corſettus, in tract. de poteſta. regia, in 4. parte prin. q. 83. q̄ refert quaſi de verbo ad verbū cōſilium Oldr. de quo ſup. ꝯcludēs ēt ipſe, ꝙ in bello iuſto licitū eſt Chriſtianis vti auxilio infideliū, & ꝙ qñ bellū eſt iuſtū, non refert, qualiter vincamus hoſtē, & vt ibi per eū. & circa p̄miſſa vide ēt Pet. de Anch. in d.c. præſidentes, in fi. de hæreti. ī 6. & idē qđ ſupra, concludit Paris de Puteo in tracta. de bello. lib. 2. §. pe. incip. an ſi. nu. 3. dum pertingit illam quęſtionē, an prouocatus ad duellū iuſtum, teneatur ſe conferre ad infideles, ſi apud Chriſtianos nō p̄t haberi ſecuritas & copia duelli.

Aduerte tñ, ꝙ implorās eorū auxilium nō p̄mittat infideles quo ad ſacra immiſceri cū Chriſtianis, vel ꝙ palā ipſi ſm eorum ritū in exercitu ſuū inuocent Maumethem, aut de ſacris ſuis cū Chriſtianis publicè confabulent̄, quia hoc expreſsè prohibetur in clem. j. de Iudæ. Sed ſi volūt ſacra ſua celebrare, hoc faciant ſecretò, & in parte remotiori exercitus, ac quā interdicat̄ Chriſtianis acceſſus, hoc monet Bonif. de Vitalinis, in clem. j. de Iudæ.

4 Quæro, iuxta premiſſa, † an licitū ſit Chriſtianis Principib. inire pacem, ſeu inducias, & treugas cū infidelibus, inconſulto Sūmo Pontifice? Circa qđ dicendū vr̄, ꝙ Chriſtiani Principes poſſint abſq; licentia Papæ cōponere pacē, & treugas cū infidelib. quia ille pōt facere pacē, q pōt indicere bellū, vt no. p̄ Doc. in c. j. ext. de treuga & pace. Sed qlibet Princeps non recognoſcēs ſuperiorē, pōt indicere bellū, de quibus non recognoſcentibus ſuperiorē, p̄ Bar. in l. hoſtes. ff. de capti. & poſtlim. reuer. & p̄ Doc. in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & in. & in l. j. C. vt armo. vſus. li. 11. p̄ Abb. in c. ſicut, el 3. col. 3. de iureiur. Et Fely. in c. excōicamus, extra de hæreti. Idē ergo vr̄ dicendū circa pacis, & fęderis cōpoſitionem. Et ꝙ ad Duces belli ſpectet facere pacē, eſt tex. in l. cōuentionū, cū ibi notatis. ff. de pac. vbi tex. & Doc. concludunt, ꝙ pacē inire ſpectat ad belli Duces. & tex. vbi dicit, ꝙ talis appellatur publica conuentio, intelligendo tñ, qñ proprio iure qs eſt Dux belli, & exēplificant in Regibus, & ſimilibus, qui poſſunt indicere bellū. non aūt ſic in ſimplici Capitaneo guerræ, ſicut nec ſimplex Capitaneus pōt bellū gerere, aliàs incidit in crimen lęſę maieſtatis. l. 3. ff. ad leg. Iul. maieſta. immo ſi bellum gereret ſine mandato ſuperioris, ēt ꝙ vinceret, capite plecteret̄. l. 1. §. in bello. ff. de remili. Quod tñ eſt verū, nſi ex noua cā, vel ex veteri, incognita ſuperiori, moueret̄ ad prælium. l. ſi hæredē. ff. mand. Solum ergo requiri vr̄ in pace firmanda, & fęderibus ineundis, ꝙ hæc geran tur p̄ Principē non habentē ſuperiorē, & qui poſſit iure indicere bella, cū iſta a pari procedere videantur, iuribus p̄allegatis, & no. ī l. qui ſeruū, & in l. ſi ſtipulatus fuero. §. ſi ſtipulor. ff. de verb. obli. & in l. cum p̄ponas. C. de pac. in l. qd ergo. §. ſi hæres. ff. de legat. j. Cano. in c. j. de treuga, & pace. & in c. 3. de iureiur. Et pro hac opinione facit tex. in l. in noīe Dñi. l. 2. in princ. C. de præfec. p̄to. Aphri. ubi gloriatur Iuſtinianus Imperator cū Dei laude de pace in ęternū inita cum Rege Perſarum. Et ad idem tex. in extrauaganti, de pace Conſtantiæ, in prin. ubi de pace p̄ Federicū Imperatorē cum Longobardis. Vbi p̄ſupponitur valere pacē inter Chriſtianos, & infideles, & hāc opinionē tenet Matth. de Afflic. in titu. de pace iur. fir. §. cōuenticulas, col. 3. uerſi. an autem Rex Chriſtianus, nu. 12. Et pro eadē opinione facit ēt, qđ hr̄ de Abraham, qui fędus iniuit cum Abimelech alienigena, Gen. 21. & Iacob cum Laban, Gen. 31. & de Iudæis cū Romanis, q̄ erāt idolatræ. 1. Macha. 8. Cuius pacis reſcripti in tabulis æreis talis tenor erat. BENE SIT ROMANIS, ET GENTI IVDAEORVM IN MARI, ET IN TERRA IN AETERNVM, GLADIVSQVE ET HOSTIS PROCVL SIT AB EIS. Erant eñ Romani cū eorū fęderatis beneuoli, & hanc habebāt conſuetudinē qñ Monarchiā Orbis adipiſcebantur, vt quæcunque gens cū pace, & cereis ſibi occurriſſet, darent eis libertatē, in tñ vt fratres illorū dicerent̄, ciues q̄; Romani appellarētur: dabāt q̄; poteſtatem ędificandi curiā, & conſules habendi ſicut & ipſi. ut dr̄ de Paulo Apoſtolo, qui appellabat ſe ciuem Romanum, Timot. 4. Nā pater Pauli de Giſcolo oppido, vbi natus erat, tranſlatus in Tharſim Ciliciæ, eo tempore aduenientibus Romanis in Ciliciam, occurrit eis cum aliis Tharſenſibus, qui vtpote nobilis accepit eos cum pace, & tunc Romani conceſſerunt ei prędicta omnia, & pater Pauli ab eiſdem penulam accepit in ſignum libertatis, & amicitiæ, quæ erat veſtis conſularis, qua induebantur Conſules Romani ingredientes curiam, poſt cuius mortem ob illius memoriā hanc veſtem ſibi Paulus retinuit, vt p̄ Archi. in c. ſi in adiutorium, diſtin. 10. de qua idem Apoſtolus loco, de quo ſupra meminit, licèt quo ad patrē Pauli Chriſoſtomus de Paulo loquens dicat, alterius enim patrem ignoramus, tā fuit ille obſcurus, atque ignotus, Cilicē tamen fuiſſe affirmat, ī lib. j. car. 2. contra Gentiles, & nos docuit Chriſtus conſentiendum eſſe, dum ſumus in via, nedum extraneo, ſed etiam aduerſario, dummodò ex hoc non offendatur Deus, Matth. 5.

Quæ quidem concluſio, ꝙ Principes Chriſtiani poſſint inire pacem, aut inducias cum infidelibus inconſulto Papa, intelligi, & procedere debet, quando ſcilicet ſubeſſet aliqua cauſa iuſta id faciendi, vt puta quando vrgeat neceſſitas, vel ſimilis: nam ſi quis Chriſtianus Princeps videret Principem infidelem præpotentem, & inſuperabilem, & ꝙ contra ipſum non poſſet haberi defenſio, quæ eſſet ſufficiens, tunc pro ſalute, & conſeruatione fidelium, poſſet fœdus inire cum infidelibus, vel alia ſimili, & juſta de cauſa. In iſtis enim conſęderationibus attenditur finis, & cauſa, ob quam fiunt, ad inſpiciendum an ſint licitæ, uel non & an finis ſit legitimus uel non, vt per Bald. in l. j. in prin. ff. quod cuiuſque vni nomine. Et pro hoc faciunt notata ſupra, queſt. p̄xima. Nam ſi licet Chriſtianis Principibus inuocare auxilium infidelium ꝫ alios Chriſtianos, ex cauſa. ſ. defenſionis, idem & multò magis vr̄ dicēdum in præſenti quæſtione, vt cum eis poſſint iuſtis de cauſis fieri inducię & treuguæ, ut fiat ceſſatio à bello. Nec enim debet quis exponere ſe, & ſuos pro recuperatione rerum ſuarum, manifeſtæ morti, & periculo fortunæ, cū incertus ſit belli euentus. 3. Reg. 12. & uelle aſſumere impoſſibilia, qđ eſſet fatuitas, & Deum tentare ꝫ præceptum diuinum, Deut. 6. Matth. 4. & 23. q. 8. ſi nulla. & ipſi etiam Summi Pontifices tali caſu neceſſitatis pepigerunt fœdera cum infidelibus, ut de Beato Gregorio cum Longobardis, ca. ſi mortē. 23. q. 8. & de Leone primo illius nominis, Pontifice, qui cum uideret ſtatum Eccleſiæ Romanæ conſtitutum in manifeſto periculo, & Vrbē ipſam cum vniuerſa Italia ruiturā, compoſuit fœdus cum Athila Rege Hunnorum, vt per Paulum Diaconum, in Martiano, lib. 15. Pro qua opinione facit, quod dicit Cyn. in l. neminem. C. de ſacroſan. eccle. Quòd Rex poteſt inconſulto ſummo Pontifice tē pore neceſſitatis, puta quia habes guerrā, & redditus Regni non ſufficiunt, capere calices, & cruces, dummodo tempore pacis reſarciat. Attamē liceret ſe fortunæ exponere & quomodocunq; bellare cum eiſdem infidelibus, nec aliquo modo facere cū eis pacem, ſi hoc fieret ex Dei volūtate, qui aut commiſſionem de bello, aut promiſſionem de auxilio faciat, vt Iudi. 7. 3. & 4. & 1. Reg. 30. & 3. Reg. 20. Vbi Acab Rex Iſrael cum ſęptem millib. bellum gerens Dei voluntate, ſubiugauit Benadab Regem Sirię cum triginta duobus Regibus, & eorum numeroſo exercitu. & 4. Reg. 19. vbi Angelus occidit ex Caldeis 185. millia. & num. 14. vbi Joſue, & Caleph dicebant ad populum Iſrael, nolite rebelles eſſe ꝫ Dominum, nequet timeatis populum terræ huius, qa ſicut panem ita poſſumus eos deuorare, receſſit ab eis omne p̄ſidium, Dominus nobiſcum eſt, nolite timere. & Numeri 31. & Deutero. 7. & Iudith 9. & Joſue 4. vbi hoſtes vltro cędebant, nec armis, aut acie opus erat, ſed ex tubarum ſonitu mœnia ruebāt, Joſue 10. & iuxta illud Iob. pone me iuxta te & cuiuſuis manus pugnet ꝫ me? & de Alex. qui cum vidiſſet Sacerdotem Iudæorum pontificalibus indutum, & laminam deſuper caput habentem, in qua erat ſcriptum nomen Domini Tetragrammaton, deſcendit de equo, & ſolus cum Sacerdote abijt in Ciuitatē ſanctam Hieruſalem, & in Salomonis templo nomen D. Dei cœli, & terræ adorauit, & neminem auſus eſt offendere cū eius exercitu relicto extra Ciuitatem. & 2. Paralipomenon. 14. Domino cædente cōtriti ſunt Aethiopes. & ibid. c. 20. ubi Dñs dedit inſidias ſuper Hammon. Tunc enim non eſt dubitādum, an infideles ſint potentiores, vel non; & an ſit bellandum, uel nō, quia id belli genus, quod Deus imperat, iuſtum eſt, qui nouit qđ cuique fieri debeat, in quo bello ductor exercitus, vel ipſe populus, nō tam author belli, q̄ miniſter Dei iudicandus eſt, 23. q. 2. Dñs, & hr̄ in c. quid crudele. ea. c. q. 5. & Joſue 10. Dñs autem Iſrael pugnauit pro eo. Et habetur de victoria Abraham, quam habuit de quinque Regibus, & Deo protegēte hoſtes deuicit. Gen. 14. & de multis aliis, quæ temporibus Iudicum vſque in tempore Dauid in Iſrael contigerunt. Is enim de Domino dicebat, Qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.

Vel etiam fortè, quando Princeps Chriſtianus haberet exercitum numeroſum, & præpotentem, vt infideles imbecilliores poſſet de facili ſuperare, & eſſet certus de victoria conſequēda ex circumſtantiis, & re ipſa oculis prudentiæ Principis ſubiectis, inuocato ſemper prius nomine Domini, iuxta præceptum Apoſtoli ad Coloſſ. 3.

Nec

Source : BIU Cujas

Nec conclusioni prædictæ obstat, quod legitur de Iosaphat Rege Iudę,qui Acab sociauit ad prelium,& contra eũ Micheas propheta dixit, iis qui oderunt Dominum amicitia iungeris? iccirco iram Domini merebaris,& habetur 3. Reg. 22. & 2. Paralipo. 18. nam bellum illud erat iniustum contra præceptum Domini,nec obstat,tex.in clement.1.§.porrò, de iureiuran.vbi prohibetur Imperatori tẽpore coronationis,parentela, & confœderatio cum pagano, aut Sarraceno, qui præstat etiam iuramentum tempore approbationis,de quo in c.tibi Domino.63. distin.Quia verbum illud confœderatio,importat conspirationem cum infideli contra ecclesiam, vt patet ex illis verbis ibi, aut cum aliquo alio præfatæ ecclesiæ inimico, vel rebelli, & ex præcedentibus,& subsequentibus verbis, & per text.in clemen. 2.§.sanè,de re iudic.in verbo,confœderationes, & conspirationes,sicut alibi dicitur de factione cum barbaris, in l.quisquis.C. ad leg.Iuli.maiesta.in Glo.in verbo,factionem. Nam & confœderationis verbum,licèt apud classicos non inueniatur: tamen
5 secundum nostros,† non est aliud confœderatio, quàm facere quasi ex duobus corporibus vnum corpus, ad inuicẽ se protegẽdum contra hostes,& inimicos cuiuslibet ex colligatis,& quod vnus adiuuet alium, si requiratur. & hoc verum, quando non sint certæ conuentiones inter confœderatos,vt per Marti. Lauden.in tracta.de confœderati.§.7.allegantem Bald. in l.executorem.C.de executi.rei iudic. & est in 7.col. in fin.cum seq. Nota tamen, quòd adhærentes, & confœderati non includuntur in capitulis pacis,nisi exprimantur,per tex.in c.ab apostolicæ, in 2. colum.de re iudic.ibi,omnes amicos, sibique adhærentes in pace ponere,& ibi Geminia.& Abb.in c.j.in 7.colum.de postulat. prælat.& not.in l.à diuo Pio.§.sententiam.ff.de re iudi.vide Andream Sicul.consil.38. volumi.1. Et confœderati sunt eiusdem intentionis,& voluntatis,idem Bald.in l.libert. C.de inoffic.testamen.& quod tradit idem, in Rub.de treuga & pace, & Petr. de Ancha.consil.158.incipien.ex narratis, colum. 2. & per Alber.Brun.cons.86.Dubitatur an Regia maiestas,per to. Et vt solet dici,amicus amicorum, & inimicus inimicorum, & de hoc vide 1.Machab.8.Aduerte tamen, quod Principes confœderati,& colligati,qui tenentur se inuicẽ iuuare,non tamen debent præstare iuuamen faciendi guerram iniustam, secundum Ang. in l.si quis in graui.§.j. ad *Sillania*.de quo vide Ias.& Zasi.in l.qui seruum,de verb.oblig.

Quæ quidem confœderatio si eo modo fieret contra Papã, cui dubium hanc fore abhominabilem,& execrabilem,& tanta pertinacia vix careret labe hæreticæ prauitatis, iuxta notata per Doct. in illa q.de Imperatore monito, & non se corrigente,sed contra Papam bellum mouente?de qua in c.olim, el primo,vbi etiam Hostien.colum.6.de restitu.spolia & per Abb.in c.sicut, el 3.colum.4. versic.sed circa prædicta, de iureiurand.Et eiusmodi confœderatio esset contra id, quod scribit Apostо.2. Corinth.6.nolite iugum ducere cum infidelibus,quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Tenentur enim Imperator,& Reges præstare auxilium ecclesiæ contra hostes suos.d.clemen. j.de iureiuran.c.sex.c.Maximilianus.23. quæst.3. c. non inueniatus.23.q.4. & contra opprimentes Ecclesiam Papa potest hortari Reges catholicos ad bellum.33.quæst.8.Hortatur.Oldr. consil.62.Io.de Ana.in c.absolutos,in fin.de scisma.& omnes etiam Principes seculares tenentur ad defensionem ecclesiarũ, & bonorum eius.c.1.de supplen.neglig.prælat.c.Adrianus. 63.distin. & 33.quæstio.5.Principes, & c.Regum, & nòlentes possunt per Papam excommunicari,ea.causa,& q.c.administratores,& cap. ecclesiæ.97.distin.Vt Innocentius Arcadiũ, Ambrosius Theodosium magnum, Innocentius 1111. Federicum Barbaruffam. c.duo sunt.96.distinct.& in c.ad Apostolicæ. de re iudic. in 6. & not.in c.per venerabilem,de elect.& in c.nouit. de iudic.& in c. pro humani.de homicid.in 6.& in c.ex gestis,de cleric.non resi. per Abb.in d.c.sicut,colum.4.versi.ego amplius dico,de iureiuran.Notandum est tamen, quòd Imperator non debet deponi à Papa,nisi ex maxima, & grandissima causa (vt vtar verbis authoris) quia Imperator,& alij Principes non possunt deponi sine maximis periculis,nec est simile de depositione clericorum, qui pro quolibet peccato deponi possunt, ita Marti.Lauden.in tract.de Princ.§.35.incip.Imperator.& dicit Bal.in l.fi.in fi.C.de legi.quòd hoc debet fieri ex causa graui, & notoria, ex qua turbat vniuersus status Christianus,vel ecclesiæ. Immò si quis contra Papam conspiraret, incideret in crimen læsæ maiestatis: nã eisdem modis committitur tale crimen contra Papam,siue per laicos, siue per clericos,quibus contra Imperatorem,de quibus in l.quisquis.C.ad leg.Iul. maiesta. vt concludit Præpos. in ca.in primis.§.de persona,col.7.ver.qui autem.2.q.j.plenè per D.Hieron.y.Gigan.in tract.de crimi.læsę maiesta.q.j.

Est enim Papa omnium Christianorum Dominus.c.cuncta per mundum.9.q.3.& omnes dignitates mundi præcedit.clem. pastoralis,de sen.& re iud.Et sicut summo sacerdoti Leuitici generis omnes iudæi obedire tenebantur, cuiuscunque status essent,Deutero.17. Sic omnes Christiani de primo vsque ad vltimum Papę locum Christi tenenti parere tenentur, de quo vide Archi.Floren.in summa,parte 3.lib.22.§.17.& in d.parte, *lib.1.* cum seq.& ideo debet osculari in pede, vt per Glo.& Io.de Platea,in l.j.C.de domesti.lib.12.Immo videtur idem consistorium facere cum Deo.Inno.& Host.in c.4.de transla.præla.& dicitur Deus viuens in terris.c.quod olim, de iudæ.Et ipse etiam Imperator non dicitur habere plenitudinem potestatis, nisi id à Papa consequatur,vt per Arch.& alios,in c.legimus.93.dist.& no. in d.c.per venerabilem.

Sed si fierent confœderationes per Principes Christianos cũ infidelibus ex causis prealegatis in principali quæstione ex vrgẽti necessitate,vel simili, &c.& prout dictum est factas sæpius fuisse etiam per summos Pontifices, & Imperatores cum infidelibus,non essent prohibitæ,sed potius dignæ commendatione pro conseruatione status fidelium.Item tex.in d.§.porrò,nõ loquitur in Regibus,& alijs Principibus, qui non præstant iuramentum fidelitatis summo Pontifici,licèt ei subsint ratione fori pœnitentialis: in multis enim alijs casibus Reges Papam recognoscunt,vt Innocen.in c.cum te,de re iud.& de Rege Franciæ vide tex.in c.per venerabilem,& ibi Innocen.& Mart.Lauden.in tracta.de Principibus §.17.& Bart.de Cassane.in suo Catalogo glo.mun.in 5.par.28.consideratione,colum.15.qui plura dicit circa intellect.dicti c.per venerabilem,& consideratione 30.Et pro conclusione supra firmata facit, quòd plura sunt bona pacis,& adeo grande bonum est, vt in rebus humanis nihil glorioſius,nihil delectabilius, aut vtilius audiri concupiſci, possiderive valeat,secundum August.Inde Ouidius lib.4.de Fastis canit,

Pace Ceres læta est, & vos orate coloni
Perpetuam pacem,pacificumque ducet.

Et habetur Prouerb.12. Qui pacis ineunt consilia, sequetur eos gaudium.Et infinita de ea possent adduci ex Psalmis,& alijs Prophetis,& dicit Philos.in j. de cœlo & mundo, omnis motus est ad quietem,& Aug.19.de ciui.Dei.& dicit S.Tho.2.2.q.29.art.2. nemo est,qui nõ appetat quietem,& pacem.Et sicut nemo est, qui gaudere nolit,ita nullus est,qui pacem nolit.& ratio est, qa, vt ait Philoso.8.Ethi. Natura semper fugit triste, appetit autem delectabile, & ipsę etiam ferę pacata feritate habitant simul,& ad inuicẽ sociantur,vt per Aug.d.c.19.& quàm sit pax fructuosa potest considerari ex eis,quæ paci sunt opposita.l.bella, rixæ, discordiæ, partialitates, odia, perfidiæ,seditiones, proditiones, homicidia,depopulationes,incendia,captiuitates, & mortes filiorum,& proximorum,familiarum, & ipsarum etiam vrbium desolationes,& alia damna infinita. De cuius pacis preconijs vide Alber.in l.j.in prin.C.de cadu.tollen.& Lucam de Pen. in l.j. C.publicæ lętiti.vel consul.lib.12.vbi latissimè, & bonus text.in c.vt constituerent.50.dist.circa fin.Vbi dicitur, Verum in huiusmodi causis, vbi per graues dissensionum scissuras, plurimorũ
6 populorum strages iacet,detrahendum est aliquid, &c. † Et sic propter tollenda bella, & pro pace inducenda receditur à iuris ordine:nam ex pacis causa pp publicam vtilitatem, licèt Principi à proprio contractu recedere,tex.est in l.pen. ff. de decret.ab ordi.facien.per Cardi.consi.85.Dominus Nicolas, per Affli.decis.361.Monasterium Sanctę Marię,col.2.& no.in c.nisi essent, de preben.& in c.his quę.de maiori.& obe.& in c.quod sicut. de elect.Et cp Princeps plura possit ex causa pacis, quę aliàs secus, tradit latè Ias.in consi.236.viso tit.quæst.col.j. & 2.vol.2. & habetur per Glo.& Doct.in c.2.de re iudic.in 6.Fely.in c. ex parte, de accusa.Anto.Corset.in tract.de potesta.regia,col.2.& col.12. cum seq.q.41. vbi etiam enumerantur plurima pacis priuilegia', & Soci.Iuni.consi.140.stantibus his, col.5.volu.2. & de pace & vnitate Ecclesiæ vide latè Roma consi.524. quod est vltimum in ordine,& de pace plura per Benedi.in c.Raynutius.ver.mortuoque testatore.nu.mihi 226.cum seq.par.2.

Pro qua re facit,quòd pax est fauorabilis,& ideo etiam habet in se plurimum spiritualitatis.Nam qui facit contra pacem,frangendo fidem,dicitur venire contra charitatem, recedit enim à dilectione proximi,in qua cõsistit virtus, qua saluamur.c.sicut', el 3.& ibi Abb.in 2.not. de iureiurand. Et cum quis veniat contra pręceptum Dei principale,ideo crimen fractionis pacis spectat ad Ecclesiam,vt not.in c.nouit,de iudi.& in c. j. de treug.& pace.& per Specu.de competen.iud.'Et ecclesia se interponit vt pax seruetur.ca.j.cum ibi not.ext.de pact. & hoc est expeditum de iure canonico.Sed dico, quòd etiam de iure ciuili ad officiũ Episcoporum spectat facere tueri pacem, & seruare, & punire etiam eius violatores,vt est tex.in c.1.§.episcopos, de pace iura. firman.& ibi not.maximè per Aluarot. Nam cum consistat in dilectione proximi, etiam infidelibus esset seruanda, si cum eis fieret,cum appellatione proximorum, veniant etiam infideles, vt per Abb.in d.c.nouit.col.2.

Immò ẽt inimicis,quos diligere tenemur,est fides publica seruanda.c.noli.23.q.j.c.innocens.22.q.4.c.Dñs noster. 23.q.2.& p Doct.in l.conuentionum, ff de pact. Quę res maximè fecit Romanos dominari, vt per Lauden.de Princi.num.257.Vbi cp tria fecerunt Romanos dominari,sanum consilium, secreta tenendo, priuata paupertas, & dictis suis pertinaciter inhærere, non

Source : BIU Cujas

frangendo fidem, de quo vide Valer.Max.lib.6.c.6.de fide Romanorum,& lib.2.c.4.de priuata fide, & de perfidia.lib.9.c.6. & 1.Machab.8.Et Principibus præcipuè conuenit, vt infinita poſſent adduci,ſed hoc ſufficiat,quòd omnes contractus initi cum Principe ſunt bonæfidei propter fidem in eis,pluſquàm cū alijs exuberantem.Bald.in tit.de pace Conſtan.§.ſi qua verò. Prępo. in c.j.in tit.de natu.feu.laſ.in §.actionum.col.j. Inſti. de actio.& in l.ciuitas.colum.4.ff.ſi cer.pet.& in l.inſulam, col.10.de verb. oblig.Bologni.conſi.48.colum.2.in fi.Et nihil eſt,quòd lumine clariore præfulgeat,quàm recta fides in Principe,epiſtola,inter claras.C.de ſumma Trini. Et in Principibus conuenit illud verbū ſemel loquutus eſt Deus,& quod ſcripſi ſcripſi. Et debet eſſe ſicut polus in cœlo.Bald.conſi.327.lib.j.Deci.in l.nemo poteſt, de regu.iur.& conſi.150.lib.4.& conſi.689.lib.5.Et Ioſue fidem ſeruauit meretrici Rahab.Ioſ.2.& 3.& Gabaonitis, qui deruperunt Itrael.Ioſ.9.Et Dauid fidē ſeruauit Semei ſeditioſo, & maledico.2.Reg.19.dum dixit,quid vltra loqueris? fixum eſt,quod loquutus ſum. Et quod dixi fidem hoſti ſeruandam, intellige, quando eſt data à Duce belli, ſecus ſi à priuato; is enim poteſt fidem fallere,vt per Bar.Ang.laſ.& alios in d.l.conuentionum, & per gloſ.in l.1.§.non fuit.ff.de dolo,& ibi Bart.& Odof. & bo. tex.in l.nam & Seruius.ff.de nego.geſt. vbi Bal.dicit eſſe hoc verum,etiam in promiſſione priuati iurata. & ideo Ioan. And.in additio.ad Specu.in titu.de furt.dicit quòd ſi ille,cui fuerūt ſubtracta bona, promiſit non procedere contra furem, ſi alios accuſauerit,habita veritate ab ipſo, poterit tunc contra eum procedere. Sed circa fidem hoſti ſeruandam, quæro quid ſi aliquis Chriſtianus furetur captiuos à paganis,detentos vt libertati eos reſtituat, an ſibi hoc liceat? In quo dicendum quòd tempore guerræ hoc liceat: nam ſecundum Gregorium, contra hoſtes fidei etiam à dorſo laborandum eſt, 23.quęſt.8.vt pridem,& q. 2.Dominus noſter,& 22. quęſt.2.vtilem.quod liceret quoque tempore treuguæ, ſi paganus compelleret illum captiuum ad circunciſionem, prout ſolet per illos fieri, vel idolatriam, aut aliud peccatum mortale: nam tunc furans eum penitus liberatus eſſet, Aug.54.diſtin. nulla. & quo ad hominem quem furatus eſt,nullo modo peccauit ſi rectam intentionem habuit,immò potius meruit reſtituendo damnum quod pagano intulerat,& quia fidem ſibi fregerat,vel pro intereſſe probabiliter extimato,moderatum redemptionis pretium,non autem aliquo modo hominem reſtituere propter animæ periculum, ſecundum Aſten.par.j.lib.j.tit.33.arti.3.colum.penult. Angelica verò in verbo, furtum.§.18.dicit ſimpliciter, quòd nullo modo peccat,quia nullo modo poterant eos habere captiuos. C. ne manci.Chriſtia.in rubro,& nigro,quia incurriſſe eos timent,& ideo non peccare,qui eos liberat,d.c.Dominus noſter. & Roſella in eod.verbo.§.24.videtur innuere ſemper iniuſtè detinere,& cōſequenter ſemper peſſimè liberari.pro qua opi.faciunt quę dixi ſupra proximè de notatis in d.l. cōuentionum, & in d.l.nam & Seruius, quia à priuato nō eſt fides hoſti ſeruanda. crederem tñ ꝙ ſi paganus damnum aliquod paſſus fuiſſet per captiuum illū, deberet illud refici pagano,non tñ captiuus reſtitui propter animæ periculum,& per ea,quę dicta ſunt,adde pręmiſſis quādo fides præſtita ſit ſeruanda, Lucam de Pen.in l.quoties. C.de pondera.& auri illatio.col.2.& 3.lib.10.

7 † Eſt autem & alia pax vera ſpiritualis,& interna,de qua Pſal. 36.& 118.Eſaię 52.& 57.Miche.5.Zacha.9.Prouerb.28.Matthæ. 10.Lucæ 2.Ioan.14.quæ conſiſtit in hoc, quòd caro obedit ſpiritui,ſenſualitas rationi,ratio Deo, & de qua Apoſtolus Philip. 4.& Coloſſen.3.& Roma.12.& 1.Corint.7.& 14.Actu.10.& 24. Et hanc pacem prædixerunt Prophetæ futuram tempore aduenientis Chriſti,qui pro hac deſcēdit de cęlo, vt pacificaret per ſanguinem quæ in terra, & cœlis ſunt, & terram cœleſtibus ſociauit,& quam nobis pro omni hęreditatis cenſu reliquit. vide Dioni.Areopa.de diuinis nominib.c.11.

Et quod ſupra concluſum eſt de Principibus Chriſtianis, in componenda pace,& treugis cum infidelibus, limitarem non procedere quando bellum eſſet commune omnibus Chriſtianis,& communiter geſtum cum infidelibus,vt in Cruciatis, qđ contingit ſæpius per elapſa tempora, vt temporibus Vrbani II. qui concilio apud Clarum montem in Gallicis habito, animauit Principes Chriſtianos ad recuperandam Hieroſolimam de manibus Sarracenorum,adeo vt tricenta millia hominum,nomen in Chriſti militiam dederint, prout in ſua hiſtoria enarrat Albert.monachus.

Item & tempore Caliſti II.& III. Luc. 2. Eugenij III. & IIII. & ſub alijs ſubſequentibus Pontificibus, & nouiſſimè ſub Leone X.in ſecunda ſeſſione concilij Lateranenſis,vide in c.excōicamus.§.catholici.de hæreti.Nā his caſibus non poſſet fieri pax, aut treuga cum infidelibus Summo Pontifice inconſulto, qui in huiuſmodi ſacro bello eſſet Princeps,& Dux ſupremus,cum verteretur intereſſe totius Chriſtianæ Reipublicæ, & proinde eius conſenſus deberet omnino requiri, per not.in d.l.conuentionum,cum alijs pluribus ſupra allegatis.

8 Et quod attinet ad confœderationes,ſciendum eſt,† ꝙ p cōfœderationem nō inducitur propterea ſubiectio, etiam ſi alter ex Principibus,vel ciuitatibus colligatis ſolueret alteri cenſum aliquem, ſicut etiam dicitur de terris recommendàtis offerentibus brauium in ſignum præeminentiæ alteri ciuitati, & non cenſetur de eius diſtrictu,ſed potius confœderata,vt per D.Cardin.& Pet.de Ancha.in cle.2.de elect. Fely.plenè in c. cum Bertoldus,colum.antepen.de re iudi.Et vide de iſtis recommendationibus latè per Soci.conſi.74.in præſenti conſultatione,col.4. & 5.vol.j.Et quando Princeps recipit populum aliquem, vel Ciuitatem in fidem & protectionem ſuam, quòd non derogetur iuri illius,qui eſt receptus,vide Barto.in l.j.C.de excuſati. mune. Laſ.in l.qui ſeruum.ff.de verbo.obliga.& in conſi. 57. viſis literis ſaluæ guardiæ,volu.3. Cano.in c.recepimus, & in c.ex parte, de priuile. Et ideo olim Numa Pompilius conſtituit collegium ferialium,quorum officium erat cuſtodire, ne alicui confœderatæ vrbi bellum à Romanis iniuſtū inferretur. Quòd ſi fortè ab alijs fœdera violarentur,repetere res,& ſi non redderentur,bellum decernere. Ibat enim ad fędifragam ciuitatē ferialis, & admonitis, vt iuſtè facerent, niſi paruiſſent, (Dijs fœderum inſpectoribus inuocatis) bellum comminabatur, & de modo, & ordine, & ad ea requiſitis, vide apud Liuium, Dionyſium, & Plutarchum.

An autem præſumatur iuſta cauſa in Principe, not.in l.fi.C.ſi contra ius,& Abb.in c.quanto,nu.10.de conſue.& in c.quanto, in 5.col.verſi.tamen Papa,& in c.ſicut,col.5.de iureiur.& in c.in cauſis,de re iudi.Et videtur concludendum,ꝙ in Principe ſemper pręſumitur iuſta cauſa,etiam ſi eam non exprimat,ſecundū Cyn.& Bal.in l.reſcripta.C.de preci.Imper.offe. Bal.in l.ſi teſtiñ. C.de teſta.Anto.de But.& Imo.in c cum inter.de renun. & in c. conſtitutus,de relig do.Abb.in c.cum olim,colū.8.de re iudi.& dicit Inno.in c.ad aures,de tempo.ordi. ꝙ vani capitis eſt exiſtimare Principem non poſſe pręcipere ſine cauſæ cognitione, vel ſine expreſſione cauſę. quod dictum pro notabili refert,& ſequitur Abb.in c.ſi quando,in fi.de reſcript.fac.not. in c. Lugdunenſis,9.quæſt.1.& vide Lucam de Pen.in l.fi. C.de loca.prędi.ci.lib.11.colum.21.

9 Et quia ſupra dictum eſt de pace,& de bello: † Quando autē dicatur iuſtum bellū,vide in c.iuſtū,23.q.2.per Egidi.qui ponit ſeptem ſpecies belli.Bal.aūt in l.2.col.pen.C.de ſeru.& aqua,ponit triplex bellum,& per Inno.in c.olim,de reſti.ſpolia.& And. de Iſer.in vſibus feud.in tit.de pace tenen.c.antepen.& ſeq.& in titu.hic fin lex Federici.c.Domino guerram.col.7. vbi authoritate Diui Thomę dicit,tria requiri ad hoc,vt bellum ſit iuſtum. Primum authoritas Principis.c.quid culpatur,23.q.1.Secundū, vt illi, contra quos mouetur bellum, ex aliqua culpa hoc mouerint,ea.cau.q.2.c.Dominus.Tertium intentio ſcilicet, vel qa intendit,vt bonum promoueatur, vel vt malum vitetur, & nō cupiditate,aut crudelitate,quia nocendi cupiditas,vel vlciſcendi crudelitas,implacabilis animus, feritas bellandi, cupido dominandi,& ſimilia damnantur in bello, de quo etiam an ſit iuſtum,vel iniuſtum,vide Abb.in c.ſicut, el 3 de iureiurā.& Doc. in c.pro humani,de homic.in 6.& Guil.de Cun.Bar.Bald.& Alberi.& alios,in l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iu. vbi etiam per D.Iaſ. col.4.Bart.in l.apud hoſtes, ff.de capti.Lucam de Pen.in l. vnica.C.vt armo.vſus,per to.maximè col.4.lib.11. Matth.de Afflic. in vſi.feu.in titu.quæ ſint regalia,in verbo,& bona committentium,Ioan.de Ligna.in tracta.de bello.Et And.Sicul.conſil.38. ſcribitur Paralipomenon.j. volum.1.& quod in dubio bellum pręſumatur iuſtum, niſi appareat iniuſtum, tenet And.de Iſer. in c.j.§.ſed nec iuſtior.quæ fuer.pri.cau.ben.amitten.& in c.Imperialem.§.firmiter,de prohib.feu.alie.per Feder. Iacobi.de ſan. Geor.in tract.feu.ver.& promiſerunt.

10 Et bellum, † quod indicit Eccleſia contra Sarracenos, dicitur iuſtum,& licitè poteſt indici,vt per Anto.de But.& Ioan. de Ana.in c.quod olim,de iudę.Inno.in c.quod ſuper, in 2.colum. in Glo.in verbo,pro defenſione,verſi.poteſt etiam indicere, de voto, & not.in c.petitio,extra de homici. & per Bart.in l.j.C.de paga.& Ioan.de Ana.in c.j. colum. 2. extra de ſagitta.vbi etiam quod pugnantibus contra infideles eccleſia concedit indulgentia,ca.excommunicamus.§.dominus, & §.catholici.de hæreti. Quia tenent occupatam terram ſanctam Hieruſalē, quæ eſt terra promiſſionis, quam promiſit Deus Abrahæ, & ſemini eius, & dicit nobis debitum,quia ſumus filij Abrahæ,ſecūdum Apoſtolum.Similiter dicit,quòd eccleſia indicit bellum cōtra Turcas, quia non permittunt nos ire ad Sarracenos ad ipſam habēdam,quæ debetur Eccleſiæ,vt dicunt Doctores in c.ad Apoſtolicę.§.nos itaq;,de re iud.in 6.Tam ex natiuitate, quàm ex conuerſatione, & ēt ex paſſione Domini noſtri IESV CHRISTI. Et cum hodie Imperator Turcarum ipſam terram detineat;poteſt Eccleſia contra ipſum ea de cauſa bellum indicere, ſtantib. maximè his,de quibus dicetur infra,par.2.princ.c.6.uerſic.diximus qualiter,nu.16.& uide Cald.conſi.j.ſub titu.de treug.& pace.Et potuit Papa donare Hieruſalem,quod detinetur ab infidelibus,& donatio tenuit in Carolum Regem,& eius ſucceſſores propter ius, & ſpem poſtliminij, per Oldrad.conſil.268.ut per

Barto.

Source : BIU Cujas

Barto.in l.id quod apud hoſtes.ff.de leg.j. & per Marti. Laudē.in tract.de prin.§.246.Et cum Bart.tranſeunt omnes ibi indifferenter,licet Do.laſ.in dicta l.id quod,contrarium teneat,quia præſuppoſitum Bar.dum pręſupponit,quòd Regnum Hieruſalem ſemel fuerit eccleſiæ, dicit eſſe falſum : immo quòd fuit Romanorum Imperatorum, quibus erant ſubiecti iudęi, ideo quòd Imperator,& non Papa videtur habere ius in eo regno, & propterea non tenuiſſe donationem,de qua ſupra,cum Papa nō ſe impediat de ijs,quę ſunt Imperatoris,niſi in ſpiritualibus.ca.cū ad verum.96.diſtin.& c.nouit,de iudici.& c.ſolitæ, de maiori.& obedien. Sed ego teneo communem opinionem ex rationib. per me latiſſimè cumulatis infra, par.2.cap.6.num.26.ſequutus opin.Hoſtien. magis communem,ad quæ me refero, cum hæc quæſtio dependeat ab illa, quæ ibi tractatur. Non tamen circa bellum contra infideles dicendum quòd non poteſt cōtra eos ſimpliciter bellum indici,quia ſint infideles,& vt fiant Chriſtiani,vt per Inno.in c.maiores,circa fi. de baptiſm. ſed ex certis, & legitimis cauſis, vt etiam ſupra dictum eſt. Nam etiā in lege veteri non reperitur,quòd fuerit interdictum bellum contra eos, quia eſſent infideles,ſed quia vel recuſabant dare trāſitum, vel quia eos offendebant,vt Madianitæ; vel vt recuperarēt ſua Dei largitione conceſſa : ſed Dominus noſter Ieſus Chriſtus nō per milites,ſed per prædicatores verbi ſui, mundi poſſeſſionem adeptus eſt. Nam milites Dei ſunt exercitus cœlorum, de quib.habetur,Gene.2 & Hebraicè Zebarth dicuntur. & aduertat vnuſquiſque fidelis,ꝙ moriens in bello contra infideles,regnum cę leſte adipiſcitur.c.omni timore.23.quęſ.8. Et quo ad bella inter Chriſtianos,& Barbaros infideles,aduertendum quòd licèt hodie de conſuetudine, & communi obſeruantia, inter Chriſtianos bella inter ſe gerentes non ſeruentur iura poſtliminij,& captiuitatis, nam in Chriſtianis quo ad perſonas eorum ceſſat fictio l.Corneliæ,& poſtliminij,vt per Barto.in d.l.hoſtes,col.fin. ff.de capti.& Angel.in ſua diſputatione, incip.renouata guerra, Abb.in c.j.de conuer.infi.& in c.ſicut, de iureiur. Ange.& alij in §.ius autem gentium.Inſt.de iure nat.& in §.ſerui autem. Inſtit. de iure perſona. eſſet enim talis ſeruitus ad ignominiam totius fidei Chriſtianæ, vt liberi capti ſerui fierēt.Sed benè quo ad res mobiles,& immobiles præmiſſa locum habent,& loco ſeruitutis perſonarum,imponitur iugum carceris,& redemptionis captiuorum,ſeu talliæ,vt per Ioan.de Ana.in c.ſignificauit. colū.j. de iudæ.& latius per eūdem in c.excommunicauimus.§.catholici.colum.3.& 4.de ſenten.excom. & Benedic.in c.Raynutius. in verbo,& vxorem nomine, Adelaſiam.nu.mihi 261.de teſta. & Nico.Boe.deci.78.& primo propono.col.j.in prima par. Pro quo tex.in l.j.§.quamuis.ff.de poſtulan. vbi cęcus ille tulit ſentē tiam ſeueriſſimam de Pyrrhi captiuis non redimendis,& tradit Salyc.in l.ab hoſtibus,C.de poſtlimi.

Non ita,ſi Chriſtianus Princeps mouet bellum cōtra infideles,& barbaricas nationes, nam tunc omnia iura loquentia de captiuis,tàm reſpectu ſeruitutis quàm prędæ locum habent,& remanent integra, vt in d.l.hoſtes.l.fi. C. de capti.& in d.§. ſerui autem.& c.ſignificauit,& not.in d.l.ex hoc iure, & Anani.in d. §.catholici.colum.3.verſi.quærit autem.dicit,ꝙ videtur durū,vt infideles, ex parte quorum, non videtur bellum licitum cōtra nos, habeant Chriſtianos in ſeruos,cum maximè apud Principes infideles nulla ſit iuriſdictio,& ſint indigni omni dominio, ſecundum magis communem opin.de qua in c.quod ſuper, de voto,& dicam infrà,par.2.c.6.nu.26.& ſi hoc eſt verum in territorijs,& dominijs Regnorum,quæ ſolent effici capientium,l.1. C.de offic.præfec.prętо.Aphri.vt per infideles non acquirātur, magis deberet ſeruari, & locū habere in perſonis Chriſtianorū, vt per Rapha.in d.l.ex hoc iure, & ideo bene feciſſet lex ſtatuendo,quod capti,à nobis in bello infidelium efficerentur ſerui noſtri,ſed non ècontra.ſed reſpondendum, ideo per legē ſtatutū, captos in bello ab hoſtibus infidelibus, effici eorum ſeruos, vt ex hoc ſeruarentur,& non occiderentur,& ideo dicuntur ſerui à ſeruando,vt dicit tex.in d.§.ſerui autem,Inſti.de iure perſona. & pariter bonum eſt,ꝙ reputentur ſerui, quo ad bona eorū exiſtētia penes nos,quia niſi lex ſic ſtatuiſſet, dominus infidelis acquireret dominum bonorum:nā quicquid acquirit ſeruus, domino acquirit,l.placet.cum ſi.ff.de acqui. hæred.& licèt bellum ſit ex parte eorum illicitum, ius tamē poſtliminij locum habet in bello quamuis illicito,prout tex. not. in l. poſtliminiū in patri.in ver.& per iniuriam,ff.de capti.ſed licèt captiuus efficiatur ſeruus, & perdat bona, non tamen diſſoluitur matrimonium, vt in c.in præſentia, de ſponſali.& ibi D.Abb.in j.not.& in cap. Dominus.de ſe.nupti.ſola enim mors naturalis illud ſoluit, ca. 2.32.quæſt.7.

Et ideo quia Chriſtiani capti ab infidelibus fiunt ſerui,& peſſime tractātur ab eis,& timetur ſubuerſio fidei, & periculū corporis,& animæ,pium eſt ipſos redimere ab eorum manibus, & ad hoc tenetur Eccleſia,& quilibet priuatus,86.diſt.non ſatis,& per glo.in c.ſacrorum, & c.ſicut 12.q.2.nam, vt ait Ambroſius, aurum habet Eccleſia,non vt ſeruet,ſed vt eroget, & ſubueniat in neceſſitatibus,cur tot captiui in captiuitatem ducti,nec redēpti,ab hoſte occiſi ſunt? melius fuerat vt vaſa viuentium ſeruares,quàm metallorum, his non potes reſponſum referre; quid enim dices,timui ne templo Dei ornatus deeſſet,reſpondet, aurum ſacramenta non quęrunt,neque auro placent,q̄ auro non emuntur,ornatus ſacrorum,redemptio captiuorum eſt.& verè illa ſunt vaſa precioſa,quæ redimunt animas à morte;ille verus theſaurus eſt Domini,qui operatur,quod ſanguis eius operatus eſt,vt in c.aurum.ea cau. & q.intellige tamen, ſi aliqua ſubſidia deſint,vt ibidem dicit Ambroſ.& ideo tam per ſacros canones, quàm per iura ciuilia ſtatutum eſt, vt ſacra quoque vaſa pro captiuorum redēptione poſſint alienari.c.apoſtolicos.c. & ſacrorum,& d.c.ſacrorum, ea.q.& l.ſancimus.§.exceptis. C.de ſacroſan. eccleſi. & ibi ponitur ea ratio, cum non abſurdum ſit animas hominum quibuſcunque cauſis,& veſtimentis præferri, & in § ſacræ quoque res.Inſti.de re.diuiſi. quod intelligitur de captiuis pauperibus,& non de his qui ſunt diuites,& facultatē habent ſe redimendi,vt per Archid. 16.q.1.c.quia. nam & fauore redemptionis captiuorum plura ſingularia in iure reperiuntur, nam res ſubiecta reſtitutioni poteſt alienari pro redemptione captiui ad reſtitutionem obligati, vt per Doct.in auct. res quæ. C cō. de lega. & vide quid ſtatuit lex in filio non redimente patrem captiuum,aut liberto patronum,in l.ſi captiui.C.de epiſc. & cleri.cum glo.in l.alio. C.de libera.cau. de quibus per Guliel. Benedi.in repet.c.Raynutius,in verbo,vxorem nomine Adelaſiam,nu.mihi 263 cum ſeq.vbi etiam, an iura loquentia de redemptione captiuorum,habeant locum in captiuis pro maleficio,& de quo per Docto.in l.quamuis. ff.ſolu.matri.& in l.Marcellus,& res quę ad Trebel.& cōmunis opin.ibi eſt,ꝙ nō.Quod declarat Inno.habere locum in omnibus bellis, contra infideles,præterquàm in eo quod pro tributo negato fieret:in alijs autem verè pęnitentes,& morientes,ad patriam euolant,in c.maiores,ad fi.de baptiſ.

Et ad fidei defenſionem quilibet tenetur ea cauſa, 23.q.8.ca. quicunque ex clero.§ his ita.& quando indicitur bellum cōtra paganos,vel inimicos eccleſię, poteſt dominus petere ſubſidiū ab hominibus ſeu vaſallis,ſi nō valet, ſine graui damno ſuo expenſas facere,vt per Ioan.Blan.in ſum feu.in tit.qui.mo.fe.amit. & Ioan.Ray.in c.Imperialem.§.firmiter.de prohib.feud.ali.per Federi.Iaco.in tracta.feu.in verbo,& promiſerunt,q.16.& 17.& nulla eſt maior pietas,quàm defendere religionem ab infidelibus.c.fortitudo.23.q.3.& c.ſi quis.& c.non inferenda. hinc occidens pro fide,non tenetur de homicidio. Bonifa.in rub. ſi quis alium poſſit offendere,alleg.tex.in c.Maximianus,23.q.3.& qđ liceat Principi grauare ſubditos non habentes feuda pro ſubuentione contra infideles,& ipſis imponere nouum genus exactionis,& cogere ad perſonaliter in bello ſeruiendū,vide Affl. in tit.quæ ſint regalia,ſuper rub.col.11.& 23.q.5.

SVMMARIVM.

1 *Princeps Chriſtiani quòd poſſint expellere iudæos, & infideles de eorū terris,& bona eorum auferre ſecundum vnam opinionem, ſed amplectitur cōtrariam opinionem tanquàm veriorem.*
2 *Delicta,& ſcelera horrenda per iudæos contra Chriſtianos.*
3 *Vaticinium Eſaiæ,quòd reliquię iudæorum ſaluæ ſint,& c.quomodo.*
4 *Iudæi non ſunt expellendi per Principes Chriſtianos ſine cauſa,nec eorum bona ab eis auferenda.*
5 *Forenſes mercatores non poſſunt à terris expelli ſine cauſa.*
6 *Tributum,& de eius materia,& origine,& an iudæi poſſint cogi ad tributa, & quid de decimis vſque in finem.*
7 *Subditi plurima debent Principibus ſuis,& econtra.*

CAPIT. VII.

QVid autem ſi Principes Chriſtiani vellent expellere iudęos abſque cauſa,& alios infideles de terris ſuis,& ab eis auferre bona. An hæc poſſent licitè? Circa quod variæ fuerūt opiniones Doctorum. Quidam enim tenuerunt, ꝙ licèt perſona
1 priuata nō debeat eis moleſtiam inferre,† Princeps tamen hoc poſſit, quia facti ſunt nobis ſerui p Chriſti mortem.ca.& ſi iudæos,c.conſuluit, extra de iudę.& ſicut Princeps, qui eſt eorum Dominus, poſſet eos vendere, multò magis expellere, argumen.l.j. & 2.C.ſi ſer.expor. vene. vt voluit Archidia.in c.qui ſincera.45. diſtinc. Nam etiam Iuſtinianus Imperator tertio anno ſui Imperij promulgauit legem, vt non eſſent pagani,nec hęretici,niſi ſoli orthodoxi Chriſtiani,datis illis inducijs vſque ad menſes tres ad conuerſionē. Et iſta ratione poſſit etiam Princeps eorum bona auferre, & pro hac parte plura adducit Ioan.de Ana.in d.c.& ſi iudæos.col.2.ver.in contrariū facit,& Anto.Corſet.in tract.de poteſta.regia,in 5.& vlti.parte. q.81.colum.3.Dicens,iſtam partem amplectendam,attenta ho
2 die malitia iudæorum,† qui ſemper conantur contra Chriſtianos aliquid mali facere, & clàm pueros Chriſtianos rapere, & eos crucifigere, prout ſua tempeſtate dicit comprobatum fuiſſe,& quod ideo ſapientiſſimè Reges Hiſpaniæ ſe geſſerunt,tunc profugando omnes iudęos de regnis ſuis, & ꝙ ēt diſputatum,

Source : BIU Cujas

& obtentum fuit Mediolani, vt iudei non possent ibi commorari, vt patet ex quodam consilio edito per Reuerendum D. fratrem Bernardinum de Busti, ordinis Minorum, quod est positū inter eius sermones, & est per sermonem quartumdecimū primæ partis, cui se subscripserunt plures solennes Doctores sui tēporis, qui ēt in fine prēallegati eius consilij, dicit ꝙ aliàs à multis prouincijs Christianitatis eiecti sunt propter eorū defectus, & de Sabaudia, Anglia, & Francia, & del. 1180. & 1182. & 1307. & 1322. & anno 1348. pestilentia per totam Europam grassata est, cuius rei fuerunt autores fontibus infectis veneno, saeculi in eis repertis plenis veneno. Ad quæ videnda sunt etiam, quæ tradit D. Antonius archiepiscopus Florentinus in secunda Historia, tit. 17. c. 1. §. vi. fol. mihi 210. vbi de illo Vuilelme puero in Anglia, qui fuit crucifixus à iudæis in die Parasceues in Vrbe Voruicho. Idem scribit Polido. Verg. lib. 16. Anglicæ historię, carta mihi 302. à tergo, ꝙ iudei degentes Nordonici quendam Christianum puerum furtim captum totum integrum annum enutriuerunt, vt aduentante Paschate Cruci affigerent, quibus tanti criminis conuicti meritas dederūt pœnas. Item lib. 17. car. 327. dicit, ꝙ ex Anglia fuerunt expulsi. & lib. 14. ꝙ orto tumultu fuerunt per Christianos interfecti omnes cum mulieribus eorum, præter paucos, qui professi sunt se Christianos fieri velle, & etiā de præmissis vide Vincentium in suo Speculo historiali, lib. 30. c. 25. & 52. Et habetur de Simone puero Tridentino martyre ab eisdem suffocato, de quo constat vbique terrarum, & Tridenti claret miraculis ad fidei nostrę incrementum, vt gloria Dei manifestetur, & prauitas tanti sceleris execrabilior fiat. Item anno Domini 728. congregati iudæi in Ciuitate Beriti in vna domo, cœperunt imaginem ligneam Crucifixi, & primo flagellarunt eam, quam deinde cum omnibus opprobrijs, & iniurijs crucifixerunt, & lancea latus trāsfixerunt, à qua miraculosè exiuit magna copia sanguinis, intantum ꝙ emanauit per rimulas portarū in viam, publicam, quo miraculo viso omnes iudæi sponte venerunt ad baptismum, miraculum ipsum prædicātes, prout tradit Iaco. de Valen. super commento Psal. 67. versic. dixit Dominus ex Basam. vbi quoque scribit iudęos in alijs prouincijs, & in diuersis tēporibus similia perpetrasse, & plures Christianos Cruci affixisse, perseuerantes in patrum suorum infidelitate: & malitia, qui Christum Dominum nostrum crucifixerūt, prout etiā tradit Socrates lib. 7. c. 16. ecclesiasticæ historiæ, qui propterea iugiter, & successiuè conterit capita eorū, & plurima per eos maledicta, & malefacta ponuntur per Fortilicium fidei, lib. 3. Et ꝑ Finum Ferrariensem in eius flagello contra iudæos. lib. 9. c. 6. q̄ perlegens totus perhorrui, nec calamus tam detestāda scribere ausus est, & quid, ꝙ per paganos, siue Gentiles etiam ipsos sub Tiberio Cęsare fuerunt ab vrbe expulsi propter eorum scelera, vt scribit Iosephus lib. 19. antiquitatis iudaicæ, c. 10. & testat̄ Lucas, Act. 18. de Aquila & Priscilla eius vxore Roma pulsis, eo ꝙ Claudius præcepisset, omnes Iudæos Roma discedere. & vide q̄ dicam infra, par. 2. c. 6. nu. 18. prout etiam expulsi fuerunt à Ioāne Rege 37. Castelle à Regno, sic persuadente Vincentio mōnacho ordinis Prędicatorum, quo tempore multi iudæi metu amittendæ rei baptizati sunt, clàm verò paternis legibus inuigilātes pessimum genus hominum euasere, Marani hodie vulgo nuncupantur. Et ex nostris videri possunt varia Iurisconsultorum consilia, de pluribus eorum delictis, consulentium de qualitate pœnarum eisdem infligendarum, inter quos Ioan. Calde. consi. 2. in tit. de iudæ. Oldr. cōsi. 36. infrascripti sunt articuli. Pet. de Anch. consi. 15. & plures alij sine numero, quos prætermitto, quæ inclinant animos fidelium in eorum faciliorem repulsionem. Ad quæ piè addam, ꝙ ipsi perfidi iudæi quotidianis diebus orant pro destructione ecclesiæ, & Principum Christianorum, vt in festo Mardochei, quod adhuc celebrant 15. Kalendas Martij, vbi conterunt ollas in synagogis, dicentes, sicut contritus est Aman, sic conteratur velociter regnum Christianorum, & in eorum Talmut plurima statuuntur contra Christianos, vt in Abodozara, vbi de illis, qui sequuntur regulam Iesu Nazareni, si homo viderit eos inclinatos ad mortem, debet eos homo occidere; & si sunt circa puteum, debet homo eos intus proijcere, & superponere lapidē in ora putei: & si scala fuerit in puteo, debet ipsam amouere, ne per eam possit ascendere. Item quòd Christianus committens crimen debet mori etiam vnius testimonio conuictus. Item ꝙ error computi, quē facit iudęus Christiano, est sine culpa, & rem licitā esse, si fiat rapina Christiano, absoluūtque iudæum, qui falsum iurat contra Christianum, & quando inter eos volunt aliquid turpi vocabulo appellare, vt odor fœtidus, & quid simile, dicunt odor Christianus, & ad cōpescendas eorū Sathanicas delusiones, inter cætera statuit Ecclesia, ꝙ in diebus lamentationis, & Dominicæ passionis nō debent ornati in publicum prodire, & in die Parasceues non habeant hostia, vel fenestras apertas. c. in nonnullis. c. quia sup his. extra de iudæ. Et quod ex præmissis debeant expelli, iuxta illud Exodi, 23. non habitent in terra tua, ne fortè peccare te faciant.

Et tenendo istam partem, posset respōderi ad illud principalius fundamentum, quod in oppositum adducitur, videlicet, ꝙ

3 si expellerentur, † deficeret in eis illud vaticinium Esaiæ 10. ibi, in veritate reliquiæ conuertentur: reliquiæ inquam Iacob ad Deum fortem, & illud Apostoli ad Roma. 9. si fuerit numerus filiorū Israel tanquàm arena maris, reliquię saluæ fiant, & Marci, 13. non transibit generatio hæc, donec omnia ista fiant, quia s. verificabitur illud oraculum in iudæis, qui degunt in terris Sarracenorum. & aliorum infidelium, in non habitantibus terras Christianorum, & ita respondet Imo. ad obiectum, in clem. j. de iudæ. circa fi. vers. tertiò quęrit, &c.

Sed adhuc cōtraria opinio est verior, & probabilior, s. Quòd

4 † Principes Christiani nō possint absq; legitima causa pacificos iudęos, vel alios paganos, & infideles de terris suis expellere, ꝙa eos exules facere, esset contra præcepta charitatis, ꝓp quod necessitatis tempore tenemur eis subuenire, & etiam eleemosynā facere iudæis. 42. distin. quiescamus. 16. q. 1. si cupis. 86. dist. nō satis. Et hanc sententiam dixit probabiliorem Old. consi. 264. illa videtur probabilior, vbi adducit plura fundamenta pro hac parte, & dicit pro ea esse tex. in l. Christianis. C. de paga. & idē Oldr. consi. 87. & Paris de Puteo, de feudi reintegratio. vers. miles habens. car. 11. quæritur an Princeps, hoc firmat quando tñ Christianis non imminet periculum, vel scandalum, per not. per Innoc. in c. quod super his, extra de voto, & hanc sequitur Io. And. in additio. Specu. super Rub. de iudæ. & D. Abb. in d. c. quod sup, colum. fi. vers. vlti hic quæritur. Dicens, quòd debemus tolerare infideles, & ipsos lucrifacere Deo, & idem Abb. in c. nouit, colum. 2. de iudi. dicit, quòd appellatione proximi, veniunt iudæi, Sarraceni, & alij infideles. & Petr. de Ancha. in d. c. quod super, colum. pen. versic. quartò quæro, & Ioan. de Ana. in d. c. & si iudæos, colum. 2. de iudæ. & Alberi. de Rosa. in Rub. C. de iudæ. colum. 2. vers. item quæritur, nunquid Princeps, vel Rex, &c. & Iacobi. de S. Georgio, in tracta. de feud. in verbo, dux. vers. vltimò quęro, & Ias. in l. Iulianus, alias. l. apud Iulianum. §. constat. col. 6. ff. de leg. 1. Alex. consi. 99. visa inquisitione, col. fi. circa fi. vers. & quòd iudæus, vol. 6. & consi. 13. attentis, col. 4. vers. & propterea dicimus, & consi. 130. super eo, colum. 2. in fi. vol. 7. Parisi. consi. 11. col. 2. in fi. & col. 3. in princi. volu. 4. Et Anto. Corsettus in loco supra allegato, in fine quæstionis, concludens tandē iudæos, & Sarracenos viuentes pacificè, & quietè nobiscum tolerādos esse. Si verò pericula, scandala, machinationes, & enormia contra fidem, & Christianos prępararent, nullatenus tolerādos, sed iure optimo expellendos, & ita dicit posse concordari opiniones, de quibus supra, prout decreto Illustris. Dominij nostri Venetiarum sancitum est de ipsis expellendis ab hac Ciuitate Vtini, ex rationabilibus causis, & quia conduxerant clandestinè in hanc Ciuitatem diuersa mobilia contagiosa, qui tamen ipsam pestem priores experti sunt, eorumque bona mobilia aqua impurgabilia, combusta fuerunt, & iure optimo, vt tradit Ripa. in tracta. de peste, sub Rub. de reme. ad curan. pestem, nu. 46. cum sequentibus, licèt etiam capitali pœna fuissent digni, per tex. in l. faccularij. §. sunt quædam. ibi, quia & ipsa res mortem comminatur. ff. de extraordi. crimi. Et hæc, & alia memorabilia peracta sunt procurante Amplissimo Viro Dominico Bollano, Equite, & tunc Foriiulij Præside, in cuius rei perpetuam memoriam Foroiulienses in Ciuitate Vtini in ingressu Castri Arcum erexerunt hac inscriptione insignitum. DOMINICO BOLLANO EQVITI PRAESIDI OB LIBERATAM FAME, PESTILENTIA, CONIVRATIONE, PROVINCIAM FOROIVLIENSES ARCVM HVNC EREXERVNT. Iudæos etiam Philippus Rex Galliæ ob maleficia quædam, & auaritias è Prouincia sua deiecit, direptis eorum bonis, Plati. in cle. 5. Pontif. 201. Ad principalem conclusionem adde, Quòd etiā tempore Gētilium Claudianus Cęsar omnia iudæis, Iura, leges, & consuetudines confirmauit, & vestem sacerdotalē, quę prius sub potestate Romanorum custodiebatur, eis liberè dimisit, vt scribit Iosephus de antiquitatibus, lib. 19. c. 4. & lib. 20. c. 3. Titus quoque post Hierosolymitanum excidium petentes Antiochenos iudęorum priuilegia abrogari, repulit. Idem author de bello iudaico, lib. 7. c. 35. Et pro eadem opinione, quòd non ita de facili expellantur, facit, quòd totus mundus est omnibus patria, iuxta illud Ouidij,

Omne solum forti patria est, vt piscibus æquor,
Vt volucri vacuum quicquid in orbe patet.

5 Et ideo † Domini Terrarum non possunt expellere forenses mercatores sine causa, ex qua possent foris banniri, vt tradit Bald. in vsib. feud. in titu. de forma fideli. §. Dominus verò. versic. extra quæro nunquid Domini. Dicens, quòd venturis ad patriam alienam bene potest interdici ingressus, arg. ff. de serui. rustic. prædi. l. diuus, & ff. serui. vendi. l. sicuti. §. Aristo. Postquàm autem venerunt, & ingressi sunt, fiunt sicut reliquus populus, & tam contra naturalem æquitatem, quàm contra bonum publicum esset, vt expellerentur. & Paris de Puteo in d. tracta. de feud. reinteg. §. miles habens, supra allegato. Nam & nos in terris per infideles occupatis admittimur cum mercimonijs, & in alijs negotijs exercendis, licèt causa nostra sit iustior, & diuersa per ea, quæ inferius dicentur, par. 2. cap. 6. ita dicendum

est

Source : BIU Cujas

est de ipsis iudeis,& alijs infidelibus,postquã sunt in terris Christianorum recepti,ne sine causa expellantur: facti sunt enim de Populo Romano,& de eodem corpore Ciuitatis, vt per Gl.in c.ius Quiritũ.j.dist.& dicẽt suo loco,& de p̃missis vide ẽt Arch. in c.si rebus.23.qõ.7. Et pro prędicta opinione põt adduci illud Esaiæ 11.vbi habitabit lupus cũ agno, &c. quod intelligitur de ipsis infidelib.qui sunt tanq̃ lupi rapaces,& tanquàm leones superbi,Gen.49.Beniamin lupus rapax,& catulus leonis Iudas,& sic,ꝙ ipsi superbi habitabunt cũ Christianis humilib.qui ex pietate ipsos recipient,vt s̃. Sunt tamen aliqui casus, in quibus põt à iudęis licitè aliquid de suo haberi, vt in coronatione Imperatoris,vt not.in l.j.C.de auro corona.lib.10. Consulendum tñ puto Christianis,ne permittant in eorũ Terris iudęos in tantũ augeri,vt possint conspirare ꝯ Ciuitatem, cum sint inimici nostri intrinseci.& si eis daretur occasio,scelus omne ꝓmitterent contra nos,prout fecerũt iudæi,& Samaritæ Cæsareæ Palestinæ, vbi seditionem concitarunt, & irruerunt in Christianos eiusdẽ Ciuitatis,& multos interfecerunt,& ecclesias combusserunt,q tñ Duce Stephano Iustiniani Cęsaris Prefecto dederunt pęnas,cũ alios suspenderit, alios decollauerit, & alios aliter castigauerit, & ẽt iudæi Antiocheni non impunè tpe Phocæ Cæsaris occiderunt Anastasiũ Patriarcham, mittẽtes naturã eius in os eius. Itẽ iudæi,qui Cyrenem incolebant, sub Traiano Cęsare Ducẽ Andream sibi constituentes Romanos, & Grœcos sine discrimine statim obtruncarunt, nec cæde contenti humanis carnibus vesci cœpere,horum intestinis stillante adhuc sanguine,cincti, & cũ pellib.obuoluti multos per mediũ vsq; ad verticem dissecuere,plures bestijs dilaniãdos obiecere, alios ĩter se digladiare coegere,vt ducẽta,& amplius hoĩum millia eo furore, & armis interierint.Ingẽs itẽ cędes ab eis in Aegypto patrata fuit, & in Cypro ꝓspirantes duce Artemione circiter ducẽta, & quadraginta capitũ millia trucidarũt,& eã insulam attingere quoquomodo iudæus sub pęna capitis prohibetur,hæc Dion in Traiano &c.

Vidimus proximè qualiter iudęi non possunt sine cã expellĩ ꝑ Christianos Principes,de eorũ terris:quærẽdum est modò,an possint cogi ad solutionẽ tributi,sicut tenẽtur Christiani Principib.sub quorum ditione sunt positi? & prius prętermittendũ
6 duxi, † Quòd tributũ est debitũ Principib. in signũ recognitionis vniuersalis Dominij,& in signum subiectionis.c.oĩs anima, extra de censi. & de quo hĩ Matth. 17. Et ꝙ ẽt Dominus noster Iesus Christus voluit soluere ꝑ scandalum euitandũ,in Ciuitate Capharnaum, quę erat Ciuitas principalis Galileæ,vbi degebant tributi exactores, illud recipiẽtes nomine Romanorum, quibus Iudęa erat subiecta. vt Matth.22.dicit Dñs,ostendite mihi numisma census,& illi obtulerunt ei denariũ, & dixit eis Iesus,cuius est imago hęc,& superscriptio? qui dicẽtes, ꝙ Cęsaris, replicauit, Reddite ergo quæ sunt Cęsaris Cęsari,quæ sunt Dei Deo,& ad Rom.13.cui tributũ,tributũ;cui vectigal, vectigal,& seq.& non tñ Romanis soluebatur,tam.s.tributũ capitis,de quo in l.fi.ff.de censi.quàm ẽt tributum agrorum, vt in Glo.Rub.C. de anno.& tribu.lib.10.(Et qũo per Romanos inductũ fuerit,& per quem,& de Indictione, vide Archi.in c. de ligurib.23.q.5.) Sed solitum fuit exigi tributũ ẽt olim per Reges Aegypti, de cuius partiendi modo tradit Diodorus Siculus,lib.2.c.3.rerũ antiquarũ,& lib.3.c.1.vbi de Nino, qui illud primus cępit imponere ĩ illis regionib.Item & Indiæ populi Regib.eorũ tributa dare consueuerunt,vt per eundẽ,dicto lib.3.ca.10.& Regib.Persarũ. Esdra,1.c.4.Iudi.c.1. & Salomon fecit tributarios populos Cananeorum.3.Reg.9.4. Reg.18. Et hodiernis tporib. ẽt solet ea exigere Turcarum Imperator ex Vrbibus,in Romania,Morea,seu Pelopõnesso,Epyro,Mololama,Scio, Calloier, & Ragusio,& ex Vrbibus,& Prouincijs,quæ sunt in Natolia,Charamã,Synope Symisso,Angmi,Phenicæ,Candebro,Capha, & alijs, ex quibus exigere solitus est circiter quadragies centena millia nummorum aureorum,& connumeratis cum prioribus, suis ẽt sultanici Regni redditibus sexagesies centena millia aureorũ singulis annis habet. Vltra quæ Christiani ẽt in eius terris, quartas omnium fructuum ex causa tributi dare coguntur, non solùm ex prouentib.agrorũ,& pecorum,sed ẽt mechanici de suo q̃stu, quartas dependunt,qui ẽt tenẽtur ad onus capitationis, qua singuli quotquot sunt in vna familia,singulos ducatos soluunt,& hoc est,de quo in d.l.fi.ff.de censi.& tale propriè est tributũ,vt ꝑ Lucam de Penna,in d.Rub.C.de anno.& tribu. quod fuit sublatum per Imperatorẽ.C.de cap.ciui.censi.exi.lib.10.in Rub.& qd sit propriè tributũ,vide per Doc.maximè Ias.in l.placet.C.de sacrosan.eccl.qui vĩ in hoc dissentire à p̃missis.Et si id parẽtes solvere nequeunt,ad liberos suos in seruitutẽ vtendos ꝓpellũtur, alij in cathenis vincti hostiatim obambulant ad stipem emendicandum, quòd si ne ita quidem soluendo fiunt,perpetuis carceribus mancipantur,vt scriptum reliquit Bart. peregrinus Hierosolymitanus, qui dicit & vidisse, & expertum fuisse, in libro de afflictione captiuorum.

Et de tributorum solutione, & origine habetur Exo.30.& ꝑ Albe.de Rosa. in suo dictionario, in verbo,tributum,vbi plura dicit circa originem tributi, quod dicit habuisse ex gestis Romanorum de quodam libro, qui appellatur inuentariũ vniuersi orbis,quinta parte libri secundi,prima Rubrica, sed ego illum nunquam vidi,nec ab aliquo,qui ipsum viderit,intelligere potui, nisi velit intelligere de opere Hieronymi Pauli Hispani maximè practici,quod inscribitur Prouinciale omniũ ecclesiarum vniuersi orbis,de quo d.Lud.Gomesi.in proœmio Reg.cãcella.circa fi.num.mihi.16.cuius tantum fragmenta reperiunt, vbi nõnihil de tributarijs Ecclesiæ,& de ipso tributo,quod soluitur in signum recognitionis,ponit Bar.& Doc.in l.competit. C.de præscrip.10.ann.& in l.licitatio. § earum rerum ff.de pub. vbi etiam,quòd solutioni tributorum præscribi non possit,& ꝑ Alex.consi.10.ponderatis,col.3.versic.quo ad quintum dubiũ, vol.5.Franc.Bal.in suo tracta.de præscrip.in 2.parte quintæ par. prin.q.7.carta,mihi,19.

Et qui denegat illud soluere, incidit in crimẽ lęsę maiestatis, vt per plura media probat Dom.Hieronymus Gigas, in suo solenni trac.de crimine lęsæ maiestatis, lib.1.q.36.Vltra enim qd soluitur in signum obedientiæ c.magnum. 11.q.1. c.tributũ.23. q.8.& eius præstatio prębet subiectionem, d.c.2.de censi.c.recipimus,de priuileg & tex.in l.2.C.in quib.causis colo.lib.10.& ẽt si Rex esset tributarius alterius,dicitur seruus.4.Reg.17.Præstatur etiam,quia Princeps tenetur conseruare subditos in pace,& quiete, & pro eorum laboribus, & stipendijs militum, l.ager.§. stipendiũ.ff.de veb.signi.l.qui stipẽdia. C.de ꝓcu.& tex.in Auct. de man.Princ.§ publicorũ verò tributorum,& in l.nemo, in fi. C.de exac tribut.lib.10. & 23.q.1. Regum officium,& per to.& Lucam de Pen.in l.j.col.3.C.de superindi.lib.10.vbi de his exactionibus latissimè.Ideo tributũ dicitur verè deberi ipsis Principibus,ideo scriptũ est,Reddite quę sunt Cæsaris Cæsari,& Aposto.Roma.13.vbi supra dixit,Reddite ergo omnibus debita;cui tributũ,tributum.Ex illis enim verbis,quia dixit,reddite,& non date,& alijs oĩbus debita, liquere potest,ꝙ non datur gratuito, qui hoc soluerit:debitum siquidem res est ista,& si hæc fuerunt ordinata tunc,cum Principes essent gẽtiles,multo magis oportet ea Principibus fidelibus exhibere, & cõi omnium sententia antiquissimis tporib. Principes à nobis sustentari debere visum est,& ex eo,ꝙ sua ipsorum negligentes, communes res curant, vniuersumque suum otium ad ea impendunt, quibus non solũ ipsi,sed & quæ nostra sunt,saluantur.Hęc enim illis est vita,hoc studium,vt nos quoquomodo pace fruamur: etenim in quærẽda,& agenda dignitate patimur laborem,studiũ,curã, miserias, vigilias, & calamitates. & Gregor.in Regi.lib.4.c.68.dicit.Tantò pondera maioris tribulationis sentit,quantò super se regendorum populorum curã susceptt,& omnis dignitas habet onera annexa.ff.de colla.bono.l.j.§.nec castrẽse,& ff.quod me.cau. l.continet, & ſm Bernardum, Possessa onerant, amata inquinant,amissa cruciant,& Philoso.8.Ethi.Principatus quanto maior,tantò instabilior, & quantò sublimior ascensus, tãtò lapsus periculosior,& vide quæ tradit ad hęc Luc. de Pẽ.in l. iubemus. C.de prox.sacro.scrin.lib.12.& de Principibus dicendum idem, quod Hyppocrates de Medicis, ob alienas enim calamitates proprias sibi comparãt molestias, & inde Apostolus 1.Timo.3. non solum exigit,vt eis subdamur,vt Roma.3. Sed etiã ut oremus pro illis,dicens, obsecro igitur primũ fieri obsecrationes, orationes,postulationes,gratiarũ actiones pro Regibus, & omnibus,qui in sublimitate constituti sunt,vt quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate,& castitate,& Petrus Epist. 2.Neque.n.parum nobis ad præsentis vitæ statum conducunt, munimenta ponentes,hostes propellentes,seditiosos in Vrbib. cohibentes,quasuis calamitates dissoluentes, & dẽt tenere suas terras,& loca secura,Bal.in c.1.qui feu. dare pos. Et in primitiua Ecclesia oratio pro eis fiebat expãsis manibus, capite nudo, precantes pro eis vitam prolixam, Imperium securum, domũ tutam,exercitus fortes,Senatum fidelem, populum probum, orbemque quietum,de quibus etiam in c.quo iure, 8.dist.& 15.q. 6.c.authoritatem,21.q.1.magnum.

Ex quibus sic præmissis quo ad qõnem propositam dicendũ videbatur ꝙ etiam ab ipsis iudæis præstari deberent,cum etiam ipsi dicant de populo Romano,& subiecti Principibus, in quorum terris morantur,vt per Gl.in c.ius Quiritum, in verbo, qd nulli.dist.1.& per Glo. in c.venerabilem,in verbo,transtulit,de elec. Bart. in l. hostes, de capti.& postli.re.& dicetur latius infra part.2.cap.1.Et quòd iudæi ad id teneantur, videtur tex. in l. iudæorum.C.de iudæ.

Quibus tamen non obstantibus,contrariam sententiam ueriorem esse arbitror,per tex.in c.sicut.ext.de iudę.& q̃ not. ibi ꝑ Doc.Prohibet.n.summus Põtifex ibi a iudæis exigi seruitia coacta,nisi quæ præterito tpe soluere consueuerunt,& no.ꝑ Arch. & alios in c.iam nunc.23.q.6.dum limitant dictũ c.sicut,nõ habere locũ,quando talis exactio fieret,vt per hoc inducerent ad fidem, & compellerentur mediantibus exactionibus ab eis fiędis festinare ad fidei rectitudinẽ:licet.n.quis inuitus non cogat ad fidem.d.c.sicut,cũ ibi no.C.de iudæis.45.di.id tñ intelligit de coactione,quæ fit per violentiam illatam personæ,vel per ablationẽ rerũ suarum,secus in coactione, quæ fit per impositionẽ

Source : BIU Cujas

collectarũ,vel tributorũ,quia hęc eſt permiſſa, vt eſt tex.in d.c. iam verò,& ibi per oës.Et ideo Laur.Goff.& Io.de Fant. & cęteri ibi dicunt,ꝙ per hęc pōt ſaluari conſuetudo Hiſpanię,vbi exiguntur tributa à Iudęis,& Sarracenis, licèt terras non habeant, ſed ſaluaī verè per tex.in d.c.ſicut.Et hanc partem ſequitur Ioā. de Ana.in d.c.ſicut,col.3.in Gl.j. dū rñdet ad tex.ꝙ ab ipſis coacta ſeruitia nemo exigat,&c.Nā fallit,dicit ipſe,in ſeruitijs, quæ fiunt circa penſiones exigendas ad iſtũ finẽ,vt Iudęi,& Sarraceni ꝛpellantur ad fidei rectitudinẽ feſtinare.d.c.iam nunc, ꝑ quẽ ēt ipſe dicit limitari,d.c.ſicut.Et de his vide ēt Aug. Homi.7.nā & hoc idem qñq; factum eſt per Gentiles ꝛ Chriſtianos,eos vexando tributis immodicis,vt deſiſterent à cultu Chriſti, & vt penuria facultatũ, & moleſtia tributorũ adacti religionem ſuā negligerent,vt tradidit Sozomenus lib.2.c.8.ſuæ hiſtoriæ,& fortè ea de cauſa Turcę exaſperāt Chriſtianos in eorũ locis degẽtes, vt ſ.concluſum eſt,& ob id etiam credendum eſt Iudæos in terris Eccleſiæ cogi ad ſolutionẽ magnarum collectarũ, vt ꝑ Ang. in l.iuſſio.C.de Iud.Ioā.de Ana. in c.Iudęi,el 2.col.fi.circa fi.eo. tit.& Cępol. conſi.74.Pater poteſt,in fi.

Et ſic firma remanet concluſio,Iudęos non poſſe cogi ad ſolutionẽ tributorũ,quod tamen fallit.Primò, ſi exigerẽtur ad effectum,vt ꝛpellerentur ad rectitudinẽ fidei feſtinare, per tex.in d.c.iam nunc,cũ ibi no.Scđò fallit, qñ Principes eſſent ſoliti ab eis tributa,vel collectas exigere, quia tunc ad illas cogi poſſent. d.c.ſicut,prout ēt dī de auro coronario, vt ad illud Iudæi teneā tur,ſtante ꝛſuetudine,vt per Gl.in l.j.in verbo,ꝛſuetudine,C.de auro corona.lib.10.& ita dēt intelligi tex.in d.l.Iudęorũ, q allegaī in ꝛriũ, vbi ēt fit mentio de quadā ꝛſuetudine. Ad reliqua ꝛria rñdeī ꝙ ſtāte legis diſpoſitione,nō eſt ab ea recedendũ, ēt ſi dura videreī,l.ꝑſpexit.ff.qui,& à qb.&c.& l.illam.C.de collat.

An aūt ſit licitum à Sarracenis exigere decimas,qui habitant in terris Chriſtianorũ?& quoad prędiales dicendum ꝙ ſic,ſicut ēt tenentur Iudęi,nam c.de terris, extra de deci. extēditur ēt ad Sarracenos,quia in his operatur principaliter manus Dei, quia nullus potens eſt de mortificato ſemine fructum afferre,cũ Dei ſit terra & fructus eius.13.q.2.c.in eccleſiaſtico.Itẽ hoc onus decimæ ſequitur poſſeſſorẽ,quicunq; ſit is.l.j.& 2.C.de anno.& tribu.lib 10.& de hoc vide Io.de Ana.in c.& ſi Iudęos, col.3.in fi. extra de Iud.& Sarracenis, qui remāſerunt ſubiecti Chriſtianis, in prouincia Anglię, ꝙ teneantur ad ſoluendas decimas ꝑ terris per eos poſſeſſis,de quibus decima nunq̃ fuit ſoluta in præteritum, vide Abb.in d.c.de terris.vbi an teneantur Iudæi ſoluere decimas perſonales, diſtinguendo an tales ſint de iure diuino, vel poſitiuo, nam & de omni redditu ab omni lucro perſonali decima eſt ſoluenda.c.peruenit.de decimis.

Sed an Chriſtiani poſſint licitè exigere vſuras à Iudęis?dicendũ eſt,ꝙ non,cũ nec ab hoſtib. licitè recipiantur : in Euangelio enim abſolutè ab omnibus prohibētur. & ita tenet Cardi.in clemen.j. §.ſanè. q.13.& 19.de Iudę. licet ibid. q.11.arguat ꝑ parte contraria,ſed remittit ſe ad ea,quæ dixit in q.13.

Qus autē poſſit indicere tributa,& gabellas,vide Bar.& alios Doc.in l.placet.C.de ſacro.eccl.& in c.j.§.vectigalia,quæ ſint regalia,in vſi.feu.& in c.ſuper quibuſdam,de verb.ſigni.Et quæ ſit differentia inter tributũ,& vectigal, & aliàs præſtationum ſpecies.vide latè Fely.in c.ad audientiam.col.9.de pręſcrip.

Et piũ eſſe putarẽ,hortari Princeps,ſi q ſint,qui tributa inſolita exigere velint,vt ab iſtis innouationib.ſe abſtineant,ob id, ꝙ ſcriptũ eſt Exo.3.& 6. vidi afflictionẽ populi mei, & clamorem eius audiui,& quę hñr 3.Reg.12.& alibi,& inter alia requiſita in Principe,i.ꝙ non multiplicet aurũ,& argentũ extorquendo indebitè à ſubditis, ne reducat populũ in Aegyptũ, vt hī Deuter. 17.& boni paſtoris eſſe,tondere pecus, & non deglubere, iuxta ſnīam Tiberij Cęſaris,& de his vide Afflic. in tit. q̃ ſunt regalia, ſuper rub.col.fi.& dicit ad p̄miſſa Guid.Papę,q.395.quod Iudæi debēt ꝛtribuere in ſubſidijs Delfinalib.& ſic ad munera p̄imonialia,cũ ibi poſſint acquirere res immobiles ex priuilegio,ſubdens,ꝙ ēt ſi ea non haberent, cũ habeant mobilia, mercantias aliorũ & argentũ,& tradunt ad vſuras, debent collectari ꝑ eis, per no.per Bar.in l.j. C.de mulie.& in quo lo.lib.10. & vltra eũ eſt bo.tex.in l.filij.§.fi.ff.ad municip.l.de fœnerantibus.

SVMMARIVM.

1 *Iudęi confugientes ad Eccleſiam animo ſe conuertendi ad fidem Chriſti, gaudent immunitate Eccleſiæ ſecundum vnam opinionem.*

4 *Iudæi ſecundum magis communem opinionem, non gaudēt immunitate Eccleſiæ,ad eam confugientes.*

CAPIT. VIII.

AVertendum eſt tamen, ꝙ quātuis Iudæi recipiantur inter CHRISTI fideles ex pietate,& Principes Chriſtiani non poſſint ſine cauſa eos expellere de terris ſuis, vt dictũ eſt in præcedenti cap. Non tamen admittuntur, nec eis cōceditur, vt
1 nunt,& ſi poſſent, dilaniarent. † Et ſi confugiunt ad Eccleſiam Dei,non debent eſſe tuti,licet aliqui tenuerint,ꝙ ſi confugiunt ad illam animo ſe conuertendi ad fidem CHRISTI, quòd tūc gaudeant tali priuilegio immunitatis,ſicut Chriſtiani,vt tenuit Gulielmus de Monte Lauduno, quem ſequuntur Petr.de Ancha.& Imo.in clemẽ j.col.2 de pœniten. & remiſ.& Glo.& D. Anto.in c.inter alia,in verbo, extrahendis, de immunit.eccleſ. Archid.& Ioan.de Fantu.in c.diffiniuit.17.q.4.Fely.in c.Iudæi,el primo.de Iudæ.reſpondẽdo ad tex.in l.j.C.de his, qui ad Eccleſ. confug.quòd intelligi debeat quando ſimulatè,& fictè Iudæus ad Eccleſiam fugit. Sed cōtraria pars eſt magis communis, quā tenet Oldra.conſi 54.An fugiens pro debito,col.2.in fi. verſi.qd de iudæo,vel infideli,allegat.d.l.j.& ibi not.dicens,quòd nō defendit eum Eccleſia,& Azo.in ſum.C.de his, qui ad eccleſ.confug.& not.per Doct.in d.l j.Et ibi Salic.dicit, quod Eccleſia non eſt tutela ijs,qui non ſunt ſub lege ſua.Idem tenet Glo.in Auct. de manda.Princi.§.ſed neque alias.§.publicorum,in verbo, cogentur,in fi.& Cyn.in l.præſenti, in primo membro diſtinctionis.cod.tit.de ijs,qui ad eccleſ.& Ioan.de Anan.in dicto c.Iudęi, colum.2.verſi.nunquid autem iudæi,conſiderans,quod ex quo reperitur text.expreſſus de iure ciuili,& nullus tex. de iure canonico,qui dicat contrarium,videtur ſibi durum, quòd per Gloſ. & Docto.ius ciuile corrigatur.Et hanc communiorem opinionem dicit Hippol.de Marſi.in l.ex Senatus Conſulto. colum.fi. ff. ad leg. Cornel. de Sica. ex quo etiam infertur, † quòd Synagogę Iudęorum non gaudent priuilegio,de quo ſupra,inter ipſos Iudęos ad eas confugientes, ſecùndum Ioan.de Ana.in d.c. Iudęi,in fi.& ex ijs,quæ dixi ſ.c.3.nu.15.& quid de Blasfemo, hęretico & excommunicato,& ſimilibus, an gaudeant immunitate Eccleſiæ,vide Boer.q.110.par.1.

SVMMARIVM.

1 *Signum ſanctæ Crucis prodeſt etiam Iudæis, ſi ſupra ſe illud ferant: & nomen Ieſu,operatur miracula etiam per Iudęos,& infideles inuocatum.*

2 *Diabolus non ita obſidet Iudæos,ſicut Chriſtianos.*

3 *Chriſtianus magis pœnitens, magis à Diabolo tentatur.*

4 *Crucis ſanctiſſimæ ſignum figuratum in veteri teſtamento in plurib. modis, & locis, & plures iſtius ſigni pretioſiſſimi effectus, antequàm Chriſtus in ea pependerit.*

5 *Feſtum inuentionis ſanctę Crucis,an ſanctificandum.*

6 *Crucis ſignum,an fieri debeat cum duobus,vel tribus digitis.*

7 *Crucis ſignum,quando cum effectu operetur.*

8 *Iudæus baptizando in caſu neceſſitatis format ſignum ſanctæ Crucis.*

CAPIT. IX.

1 ICèt Iudęi non ſint capaces beneficio,quod conſequuntur CHRISTI fideles in confugiendo ad Eccleſiam, † prodeſt nihilominus etiam Iudęis ſignũ Sanctæ Crucis,ſi ſupra ſe illud faciāt, vt per Glo.in c.poſtea ſignatur, in verbo, interemptionis,de conſecra.diſtin.4.vbi refert, Diabolum dixiſſe de quodam Iudæo ; qui ſupra ſẽ fecerat ſignum Crucis,Inueni vas vacuum, ſed ſignatum, de quo etiam meminit D.Abb.in d.c.quod quidam, col.2.in princi. de pœniten.& remiſ.& refert Gregorius,in 3.Dialogo,de illo Iudęo, qui cum non poſſet de die attingere ad Ciuitatem Fundorum in Campania,dubitans,ne à feris de nocte lęderetur,intrauit templum Apollinis,vbi videns magnam multitudinem dęmoniorũ, muniuit ſe ſigno Crucis, & Dęmones diſparuerunt.Et videmus in inuocatione Nominis IESV CHRISTI, etiam per infideles eijci dęmonia,Act.19.de filijs ſacerdotis exorciſtę adiurantibus dęmones per Ieſum,quem Paulus prædicabat propter potentiā tanti Nominis ad fidei confirmationem,& de Balaam num.23. & de Caipha, & habetur Matt.7.Marci.9.Lucę.9.& 1.q.1.c.prophetauit.Verum eſt tamen,prout tradunt Arch.Prępoſi.& Do
2 mini.in c.vſque adeo.33.diſt.†ꝙ Iudęi non ſunt ita obſeſſi à Dęmonibus,ſicut Chriſtiani, quia ipſi ſunt Diaboli filij, vt Saluator dixit,Ioan.8.Vos ex patre Diabolo eſtis, & Diabolus nō vexat alium Diabolum, ſicut nec digitus digitum iurare poteſt. & Hieroni. ad Euſtochium dicit, non quærit Diabolus homines infideles,non eos qui foris ſunt, & quorũ carnes coxit Rex Aſſyrius in olla,de eccleſia Chriſti rapere feſtinat,eſcę eius ſecūdū Abachuch electæ ſunt,Iob ſubuertere cupit & deuorato Iuda, ad cribrandos Apoſtolos expetit poteſtatem. Appellanī enim Iudęi Diaboli,vt de Cananea, quæ figurat Eccleſiā, q̃ dixit,filia mea malè vexatur à Diabolo,ſ.ab ipſis iudęis.Vnde in Chriſtia-
3 nis contingit,†quòd ſi quem magis pœnitentia compungit, illum ēt fortius tentat Diabolus,vt Eccleſiaſti.2.dicitur, fili accedens ad ſeruitutẽ Dei,ſta in iuſtitia,& in timore, & prępara animā tuam ad tentationem.& Matt.4. vbi Dominus noſter Ieſus Chriſtus poſt Baptiſmū ſtatim tentatus fuit à Diabolo, inſinuāſ euntes ad ſe grauiores paſſuros tētationes. & prima ad Timot. c.3.Apoſtolus,omnes, qui piè volūt viuere in Chriſto,perſequutionem patientur:Fidelis autem Deus eſt, qui non patietur nos tentari ſupra id,quod poterimus;, ſed faciet etiam cum tētatione prouētum,vt poſſimus ſuſtinere.Idem 1.Corinth.10. & qui

bene

bene ſe confirmat in fide & talibus motibus reſiſtit, meretur ſicut ille qui reſiſtit ſtimulis carnis, vide diſt. c. teſtamentâ, & no. in c. i. de hæreti. & Cardi. in clem. j. de ſum Trini. col. iij. & Augu. de ciuit. Dei, lib. xviij. c. xxj. Grego. ſuper Iob, c. xxj.

4 Et in ſigno ſanctiſſimę Crucis † Leo IIII. baſiliſcum in vrbe extinxit, cuius halitu mortales peribant. & antequàm Saluator noſter in ea pependerit, multa in eo ſigno miracula fiebant, quæ aliàs contigiſſe non poterant, niſi ſignum Crucis ex diuinitate hoc habuiſſet, in virtute Ieſu Chriſti, qui ſuper Cruce affixus fuit. Quæ quidem Crux quatuor lignis compoſita fuiſſe dicitur. Ex Cedro arbore imputreſcibili, quod figurat imputreſcibile opus Chriſti, quod Chriſtus in ea pro nobis operatus fuit, ſcilicet ſalutis æternæ. Ex Cupreſſo odorifera, quod ſignat odorem ſuauitatis, quem Chriſtus Patri obtulit, ſe offerens in ſacrificium pro nobis 2. Corinth. 1. Ephe. 5. Ex Oliua eius miſericordiam erga nos in ligno Crucis oſtendente. Ex Palma inflexibili, in ſignum triumphi, Coloſ. 2. vt per gl. in clementina prima. in verbo, fertur, de ſum. Trini. vbi ponit rationem, quare Chriſtus ſibi in cruce mortem elegerit, & figuratum eſt hoc glorioſum vexillũ multipliciter in veteri teſtamento, vt Geneſ. 48. de illa manuum commutatione per Iacob. & Exod. 12. vbi cum Angelos primogenita Aegypti deberet occidere, præceptum fuit filijs Iſrael, vt de ſanguine agni vtrumque poſtem linirent in modum Thau literæ, quæ eſt in modum Crucis. & Exod. 17. vbi in hoc ſigno Crucis Amalech victus fuit à Ieſu, per Moſem figurantem Crucem in eleuationem manuũ extenſarum. & per Eſaiam, capit. 5. ibi & eleuabit ſignum in nationibus procul, & c. 65. & videbũt gloriam meã, & pœnam in eis ſignum &c. & nu. 21. Fac tibi ſerpentem æneũ, & pone eum pro ſigno, interpretatum per Saluatorem noſtrũ, Ioan. 3. & 3. Reg. 17. vbi vidua collegit duo ligna, ex quibus formatur crux, & quod expandit Helias ſe, & mẽſus eſt ſuper puerum, ſcilicet apertis brachijs, in modũ Crucis, & Ezechielis 9. de illa ſignatione Thau ſuper frontibus, & Diuus Hieronymus de litera Thau Crucis pictura refert, poſt Ezechielem in ſermone de Natiuitate Domini, 4. tract. 2. par. & Zacha. 14. & vltimo, vbi dicitur de ſciſſura mõtis oliueti in fulminatione ante Chriſti, ibi, & ſtabunt pedes eius in die illa ſuper montem oliuarum, &c. ex quibus ſciſſuris fit ſignũ crucis, &c. Et de ea Iob 11. ibi. Excelſior cœlo, profundior inferno, longior terra. & hoc eſt ſignum illud, quo frontes ſeruorum Dei ſignari ab Angelo Ioannes in ſpiritu vidit, Apocalip. 7. & de ea per Chriſoſtomũ in Omelia de cruce. Et quantæ ſit potentiæ, & efficaciæ inuocatio nominis crucifixi, & quantum à Dęmonijs timeatur hoc ſignum, vide Lactãtium, lib. 4. diuinarum Inſtitutionum c. 27. Item tex. in l. iudæos. C. de iudæ. appellat crucem fidei noſtræ ſignum. vide etiam Sozomenum, lib. j. c. 8. hiſtorię eccleſia. & Euſebi. lib. 3. de vita Conſtantini Cæſaris. Et de cruce beatus Andreas Apoſtolus Aegeæ Proconſuli eiuſdem myſterium exponens ita dixit. Primus homo per lignum præuaricationis mortem induxit, & neceſſarium hoc erat generi humano, vt per lignum paſſionis, mors quæ ingreſſa fuerit, pelleretur. & quoniam de immaculata terra factus fuerat homo primus, qui per lignum præuaricationis mundo mortem intulerat, neceſſario de immaculata Virgine natus eſt perfectus homo, in quo Dei filius, qui primum fecerat hominẽ, vitam æternam, quam perdiderant per Adam homines, reparet, ac per lignum crucis, lignum concupiſcentiæ excluderet, expanderet in cruce immaculatas manus pro manibus incontinenter extenſis, pro ſuaui cibo arboris vetitæ, eſcã fellis acciperet, & in ſe ſuſcipiens mortalitaem noſtram, ſuam nobis immortalitatem offerret, & habetur de Cõſtantino Cæſare, qui in hoc ſigno vincebat hoſtes. De qua etiam Sybilla prædixit. O ter beatum lignum, in quo Deus extenſus eſt, quæ lata eſt in tranſuerſo ligno, quo extenduntur pendẽtes manus, ad ſignificandum opera bona in latitudine charitatis, longa eſt a trãſuerſo ligno vſque ad terram, ſignificans perſeuerantiam in longitudine temporis. Alia eſt in cacumine, quo tranſuerſum lignum ſurſum verſus excedit, figurans ſupernum finem, quo cũcta opera referuntur. profunda eſt in ea parte, quæ in terra figitur, ibi quippe occulta eſt, ſed cuncta eius apparentia inde conſurgunt, ſicut bona noſtra de profunditate gratiæ Dei, quæ comprehendi non poteſt, vniuerſa procedũt. De qua etiam Bernardus ſic ait. Chriſtus in paſſione patientiam exhibet, humilitatem commendat, obediẽtiam implet, charitatem perficit. his virtutum gemmis, quatuor cor-

5 nua crucis ornãtur. † Et de feſto inuentionis crucis ſanctificando, & plura circa latriam crucis Domini, vide in c. ſi canonici, in fi. de offi. ordi. in 6. & ibi per Gloſſ. & Domini. & in c. crucis, conſecra. diſt. 3. ubi ꝙ fuit inuenta tẽpore Euſebij Papæ, & adoranda eſt a fidelibus adoratione latriæ, vt ibi per Ioan. de Turre Crema. & glo. in cle. j. de ſum. Trin. in verbo, cruci. vbi Cardin. Zabarel. concludit de cultu non latriæ, qui ſolo Deo debeẽ, ſed dubiæ, & ſe remittit ad alios, & de his per Caſſen. loco, de quo infra ſtatim, & vide quid etiam tradit ibid. Archid. de Regina Saba, ꝙ vidit in ſpiritu lignũ Dominicæ paſſionis crucis, & qd nũciauerit Salomoni, &c. Et de in auct. de monachis. §. j. & p Io. And. in clem. j. de ſum. Trini. & quare Chriſtus mortem crucis elegit, & de quatuor ſpeciebus lignorum crucis, per Gl. in d. cle. j. in verbo, cruci, & per Doct. ibi.

6 Item † qualiter debeat fieri ſignum crucis cum duobus, vel tribus digitis, hĩ 11. diſt. c. eccleſiaſticarũ. in Gl. & Archi. dicit, ꝙ ꝙ cum tribus digitis fieri debet, quia ſub inuocatione Trinitatis imprimitur, & per Alberi. in Rub. C. vt nemini liceat ſig. ſalua. & p Caſſan. in ſuo catalo. Glo. mun. in j. par. q. 99. & q. 100.

7 Eſt autem aduertendum ab omnibus Chriſti fidelibus, † ꝙ tũc demum crucis ſignum operatur effectum quãdo ſ. conſideratẽ Chriſtus in ea crucifixus, vt per Iaco. Valen. in tracta. ℈ iudæos, in v. q. col. xxiij. verſi. & ita etiã pariter eſt dicendum, & id, quod ab omnibus Chriſti fidelibus fieri ſolet, vt ſe crucis ſalutiferæ ſignaculo inſigniant, nulla reperitur ſcriptura ordinatum, ſed tãtũ ex conſuetudine, vt dicit tex. in d. c. eccleſiaſticarũ. Nõ omittã ꝙ Aegyptij habere dñr hoc ſignũ crucis, inter eorũ literas ſacerdotales, cuius literæ interpretatio apud eos eſt vita vẽrura, de quo vide Eccleſia. hiſto. c. 28. & vide. Nazanze. oratio. j. ℈ Iulia ad medi. & Chryſoſt. to. 5. car. 306. colũ. 3. & Bernar. to. 2. car. 319. col. 4. & d. Martia. epiſto. ad Burdega. c. 8. Baſil. 228. & 375. Aug. to. 5. car. 70. & to. 9. car. 270. & to. x. c. 215. Prohibitum eſt autem Iudæis ſignum crucis locis ſuis, & in eorum ſolennitatibus immiſcere. l. Iudæos. la ii. C. de iudæ. Bart. in j. conſti. fforũ. poſt princ.

8 † Et an iudæus, vel paganus in caſu neceſſitatis baptizando poſſit exercere, & imprimere ſignũ ſanctæ crucis: (baptizãdus enim ſignatẽ eodẽ ſigno tã in corde, quàm in frõte) de cõſecra. diſt. 4. c. poſtea ſignatur, dicetur inferius, par. 3. c. 3. nu. 5. Vltra p̃miſſa. vide quid dicat Chryſoſtom. in Homil. 21. to. v. de cruce, Cum es ianuaveſtibula trãſgreſſurus, hoc prius loquere verbũ, Abrenuncio tibi Sathana, & coniungor tibi Chriſte, cum hoc verbo & crucem imprime in fronte; ſic enim nõ hõ tm̃ occurrens, verũ nec ipſe Diabolus te quicquam lędere poterit. Validiſſima quippe armatura hęc eſt, ſi hac fueris ſeptus: nã ſi qs terreni Regis fert ſignaculum, nemo ipſum audebit lędere, quãtò magis nos metuere neminẽ poſſumus, ſi tale cœleſtis Imperatoris ferimus ſignum. de cuius ſanctiſſimi ſigni efficacia, adde Beatum Ephrem ſerm. j.

SVMMARIVM.

1 *Inuocatio Diuini Nominis, an de iure ſit de ſubſtantia in inſtrumentis conficiendis.*

2 *Inuocatio nominis Domini noſtri Ieſu Chriſti, an ſit inſerenda per Notariũ in inſtrumentis inter iudæos.*

3 *Inuocatio Nominis diuini licet non eſſet ſubſtantia in inſtrumentis de iure, vel de conſuetudine, non tamen prohibetur notarius Chriſtianus etiam in ſtrumentis inter indæos inuocare nomen Dñi noſtri Ieſu Chriſti.*

CAP. X.

IVdæi, qui ſupra ſe formant ſignum ſanctiſſimæ Crucis, de neceſſitate ſaltẽ mentaliter inuocant nomẽ Dñi nr̃i Ieſu Chr̃i, a quo, & in cuius nomine depẽdet virtus, & potentia, quæ extat ipſo ſacro ſignaculo, put & in eiectione dæmonũ, & alijs miraculis, quæ per infideles fiebãt, vt dictũ eſt. Videamus modò, an in inſtr̃is conficiẽdis inter ipſos Iudæos ſit inuocandũ expreſſẽ nomen Dñi noſtri Ieſu Chriſti, p Chriſtianũ Notariũ: & an omiſſio inuocationis eiuſdem Diuini nominis vitiet inſtr̃m? Qđ qdẽ pendet ab alia qõne, videlicet: An inuocatio noīs Diuini ſit in inſtrumentis de ſubſtãtia? Nã poſito, ꝙ talis inuocatio ſit de ſolennitate ſubſtantiali, nõ deberet omitti per Notariũ, alias vitiaret inſtr̃m omiſſio. Et circa primũ res nõ eſt ſine dubietate, quia plures tenuerunt, † ꝙ talis inuocatio noīs Dñi noſtri Ieſu

1 Chriſti, de iure non ſit de ſubſtantia, prout tenent Bal. & Paul. de Caſt. in l. iuriſgentiũ. §. ꝙ ferè. ff. de pact. ꝙ ea inuocatio non eſt neceſſaria, poſtq̃ põt inſtr̃m incipere ab annis Dñi, licèt dicat vbique ſeruari contrariũ: ſed dicit eſſe ſolẽnitatem leuem, cuius defectus non vitiat, ſicut ſignũ Crucis in inuentario. l. j. §. fi. ff. de ven. inſpic. cũ ibi no. Eandẽ opi. tenet abſolutè Alex. in rub. ff. de ope. no. nun. col 4. & rñdet ad contraria, & Do. Abb. in c. j. col. 2. ver. & primo, ſecundum Spec. extra de fide inſtrumen. qui dicit, non probari de iure, ꝙ hoc requiratur in inſtr̃is ẽt arduis, & perpetuis, ſed eẽ honeſtũ hoc apponere. ſubdit tm̃ ipſe, ꝙ ꝓ illa verba Apoſtoli, ad Coloſſe. 3. omne quodcunq; facitis in verbo, aut in opere, omnia in noīe Dñi nr̃i Ieſu Chr̃i facite, gr̃as agentes Deo, & patri per ipſum, & hr̃ in c. nõ liceat. 26. q. 5. & in c. non obſeruetis, ea. cauſa, q. 7. per illum tex. iuncta cõ ſuetudine, quæ viget hodie, vt apponantur in omnibus inſtr̃is. ſm eũ poſſet dici, aliter publicum inſtrumentum non valere.

Pro alia parte, ꝙ immò ſit de ſubſtãtia inuocatio Diuini nominis, maximè in arduis, & perpetuis, tenet Spe. in tit. de inſtru. editi. §. i. in prin. verſi. ante omnia, Io. Fab. in principio inſtitutionũ, Domini. in c. in noīe Dñi. xxiii. diſt. Rom. in Rub. de ope. no. nunci. Fulgo. in procœ. C. & alij, quos refert D. Alexan. in d. Rub. & Fely. in c. j. verſi. & inter alia, ext. de fi. inſtru. dicens, ꝙ ratione conſuetudinis effecta eſt de ſubſtantia.

Source : BIU Cujas

Præcedens tamen opinio, quòd non ſit de ſubſtãtia, eſt cõiter approbata, prout eſſe cõmunem dicit Caro. Ruin. ĩ d. Rub. de oper. no. nunc. col. 2. verſi. vnde aliter. Sed poſito, ꝙ inuocatio nominis Diuini de conſuetudine ſit de ſubſtantia, prout cõ
2 muniter per Italiam obſeruatur, † tunc etiam in inſtrumentis inter Iudæos debet per Notarium Chriſtianũ inuocari nomen Diuinum, aliter omiſſio vitiaret, quia omiſſio ſolemnitatis ex ſola etiam conſuetudine introductæ reddit actum nullũ, ſecundum D. Anto. in cap. inter dilectos, colũ. 3. de fide inſtrumen. & per Fely. in d. c. j. col. 2. circa princip. & Alex. in d. Rubr. col. 4. in prin. ver. circa ſecundum. Si tamen conſuetudo non eſſet, non teneretur Notarius ad hoc, cum (vt dictum eſt) de iure nõ ſit de ſubſtantia talis inuocatio, ſecundum communem opinionem, vt per Fely. vbi ſupra.

3 † Item licèt ea inuocatio non ſit de ſubſtantia, vt ſupra proximè, vel non eſſet de conſuetudine fieri per Notarium, nõ tamen prohibetetur Notarius Chriſtianus in inſtrumento inter Iudæos inuocare nomen Dñi noſtri Ieſu Chriſti. Sed illud poteſt inuocare, ſi vult, vt per Bart. in prin. ff orum, & in d. Rub. de ope. no. nunc. & in prin. C. vbi etiam Bal.

Iſta enim ſunt verba Notarij, & non partium, & talis intitulatio ſpectat ad Notarium: Et talia verba nõ ſonãt in factum, vnde non pertinent ad contrahentes, per no. per Bart. in l. ſi librarius. ff. de reg. iur. De qua re vide Angel. de Aret. in proœmio Inſtitu. col. 2. diffusè loquentem ſuper præmiſſis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Vſura eſt peccatum contra naturam.*
2 *Vſura eſt prohibita iure Diuino, & hodie tam Ciuili, quàm Canonico.*
3 *Iudæi non poſſunt licitè fenerari Chriſtiano, aut pagano.*
4 *Diſpoſitio c. j. de vſur. in 6. habet locum etiam in locantibus domos iudæis feneraturis.*
5 *Declaratio illius loci Deutero. 23. Non fenerabis fratri tuo, ſed alieno, & proximus quis dicatur.*
6 *Iudæi debent habere Chriſtianos pro eorum proximis, & non pro alienis.*
7 *Iudei poſſunt pro crimine vſurarum criminaliter puniri.*
8 *In vſurarum crimine poteſt procedi criminaliter ſecundum veriorem opinionem & quando dicatur iudicium criminale.*
9 *Iudei poſſunt caſtigari etiam corporaliter per iudices eccleſiaſticos, citra pœnam ſanguinis.*
10 *Vſurarum crimen eſſe eccleſiaſticum, & quomodo hoc intelligatur.*
11 *Principes ſeculares, an poſſint permittere iudæis, vt mutuent ſub vſuris.*
12 *Aurum contemnens intuitu, & amore Dei, dicitur libare aurum Domino, exemplo Dauidis.*
13 *Papa an poſſit concedere Principibus Chriſtianis, vt iudæi in eorum terris metuent ſub vſuris, & diſpenſare ſuper eis exercendis.*
14 *Malum minus quandoque permitti vt euitetur maius malum, & quomodo hoc intelligatur plenè.*
15 *Ad vſuras recipere pecunias an ſit peccatum.*
16 *Vſurarum repetitio an poſſit ſponte remitti.*
17 *Iudei tenentur cuſtodire pignora, ne deteriorentur, & an teneãtur de culpa, & qualiter, & de caſu fortuito.*

CAP. XI.

PAR eſſet, vt Iudæi, qui à Chriſtianis piè recipiuntur, & in eorum terris admittũtur, prout ſuperius declaratum eſt, non eſſent eis ingrati, nec diſpendium paterentur; vnde beneficium conſequi deberent, cuius contrarium faciunt ipſi iudæi, varijs modis illaqueando miſeros Chriſtianos, & pauperes pauperiores efficiendo: potiſſimum autem cũ eis fœnera, & vſuras exercendo, quod minimè eiſdem a iure conceditur, cum nedum Chriſtianis, ſed nec paganis licitè poſſint ſub vſuris mutuũ dare. † Eſt enim vſura peccatum etiam cõtra naturam, vt per Bal. in Rub. C. de vſur. Et quia pecunia fuit inſtituta ad commutandum res ad vſum hominum conuenientes, vt per Philoſoph. j. Politi. c. 7. qui ita dicit, Nam cũ a remotioribus quæreretur auxilium in portando illa, quibus indigebant, neceſſarius nummi introductus eſt vſus: non enim faciliter deferri poſſunt ſingula ad vitam neceſſaria. & ſubdit, Reperto igitur nummo ex neceſſaria permutatione, alia ſpes acquirendi emerſit nummularia, primo forſan ſimpliciter, poſtea per experientiam artificioſior, vnde & quomodo permutando plurimũ faciat lucrũ, cui rei innituntur pecuniaria, & quæſtuaria, & ea de cauſa multitudinem pecuniarum plerunque diuitias eſſe ponunt, quod vanum eſt, & non ſecundum naturam, quoniam locuples nũmis penuria patietur neceſſaria alimenta, &c. Idem etiam, c. 8. Politico. dicit. Illa verò translata, eſt meritò ĩprobãda, quia nõ ſecundum naturam, ex fructibus, & animalibus, ſed ad hominibus acquiritur, rationabiliſſimè odio habetur ipſa nummularia, quoniam a nummo ipſo facit acquiſitionem, & non ad qđ inductus eſt: commutationis enim cauſa nũmus inductus fuit, fœnus autem ſe ipſum maius facit, vnde & nomen uenit: quoniam illa, quæ patiuntur, ſimilia ſunt gignentibus, in fœnore autem nummus nummum parit. Quare maximè præter naturam eſt hic acquirendi modus. Hæc ille. Vnde cum vſus vſurarij in pecunia non ſit ad illum vſum, ad quem inuenta eſt, & habetur in l. j. ff. de contrahend. emptio. ſed eam multiplicare per vſum contra intentionem naturæ producentis eam ad alium effectum, dicitur peccata contra naturam. Pecunia enim non eſt apta nata germinare pecuniam, ſicut videmus in coitu, quẽ natura ad generationem adinuenit, ſi aliquis coeat ita, & aliter ꝙ generare poſſit, etiam ſi modus coeundi ſit reprobus, tamen peccatum illud non dicitur contra naturam, vt in adulterio, raptu & inceſtu: poteſt enim ſic coeundo gignere, & non dicitur peccatum contra naturã. Si verò coeat aliter, & eo modo, quo generare non poſſit, & fœtus inde prodire nequeat, tunc dicitur peccatum contra naturam, vt in coitu maſculino. Ita dicẽdum de vſurario, qui abutitur pecunia, ipſam per vſum multiplicando, & ex auro aurum euellendo, vt in cap. ſicut hi. 47. diſtinct. Adeo ꝙ ſuper omnes mercatores plus maledictus eſt vſurarius: ipſe nanque rem datam à Deo vendi non comparatam, vt mercator, poſt fœnus rem ſuam repetit tollens aliena cum ſuis, mercator autem non repetit rem venditam c. eijciẽs. 88. diſt. contta quos etiam maximè inuenit Plutarchus, licet paganus, dicens fœneratores in ſuis ephemeridibus, ſiue diarijs nugantur, ac imponunt ſcribentes miſero illi tantum mutuaſſe, cum tñ multo minus acceperit: ſi quidem mendacium cauſa lucri, non neceſſitate, neque ob indigentiam ab illis fieri ſolet, ſed propter inſatiabilitatem, & infra, Paſcuntur tanquam ignis furens, ac aſſidui auctus, pernicie, ac vaſtitate infœliciter pereuntium, ex alio alium conſummentes: & qui ſemel in fœneratorum incidit voraginem, ſemp debitores remanent, aliũ ex alio, tanquam equus frẽnatus aſcenſorem ſuſcipientes, & aiunt lepores ſimul parere, educare, & ſuperfœtare & fœneratoribus pecuniæ ſimul ad vſuram dantur, & generantur & ſupernaſcuntur: nondũ enim ſuſcepiſti in manus, & pñtis menſis lucrum, a te exigitur, & hoc rurſum ad vſuram datum, aliud malum educat: & illud alteram, atque ſic malum in infinitũ. Quæ oĩa reperiuntur in ipſis Iudæis fœnerantibus, & qui oẽs a minore vſque ad maiorem auaritiæ ſtudent, vt Hierem. c. 6. quorum pueri ſectantur mores parentum, & cõtra eos exclamat etiam Iuuenalis Ethnicus, Satira 14. Et de execratione vſurarum etiã apud priſcos Romanos, vide per Mod. Pariſiẽ. in tract. eomer. & vſura. carta mihi. 32. Vnde palet, vſuram iure naturali prohibitam, & cum ſit cõtra iuſtitiam, vt accipiatur pretium de vſu rei, cuius dominium non eſt ſuum, & illa res non habet alium fructum, ſed vſus rei eſt ſua conſumptio, & eſt contra charitatem, & ideo peccatũ mortale, ſm Theologos. Et de iniquitate vſuræ ẽt, quia tex. Deutero. in c. 23. ſm legitimos expoſitores appellat vſuram, morſum & fœnerari, mordere, vti contra rectitudinem rationis naturalis, & lege etiam Saracenorũ, & Turcarum cõſtat eſſe execrabiles. † Iure ẽt Diuino interdicta eſt vſu-
2 ra: eius nãque prohibitio continetur ſub decalogi præceptis. ſub illo, ne furtum facies. & ſub altero, non concupiſces vxorẽ proximi tui, non domum, non agrum, & vniuerſa, q̃ illius ſunt. Nam ſub priori fœnerandi actus, ſub ſecundo fœnerandi concupiſcentia prohibetur. Præterea ſpecialiter eo iure etiam reperitur prohibita, vt habetur Exo. 22. ibi, ſi pecuniã mutuã, &c. Leui. 25. Neemiæ 5. Prouerb. 28. vbi, qui cõgregat diuitias ex vſuris, & fœnore, in malũ ſuum cõgregat eas, & Ezech. 18. & 22. & Pſal. 14. Dñe quis habitat, &c. & infra, & qui pecuniã non dedit ad vſuram. & Pſal. 54. & non defecit de plateis, &c. & Pſal. 71. ex vſuris, & iniquitate, & Matth. 5. Lucæ 6. & in ca. ga in oĩbus, & ꝑ Hoſt. pulchrè, in c. qm̃. de vſu. & per Io. And. in regula peccatum. de reg. iur. in 6. in mercurialibus, vbi ponuntur plures rationes reprobationis contractus vſurarij, & plura in hac materia, & per Anto. de Prato veteri, in conſi. quod eſt inter conſilia Alexan. conſi. 45. incip. pau cis utar, col. 1. & 2. vol 4. & per Io. de Ana. in Rub. extra de uſur. & Bald. in Rub. C. eo. tit. & Hoſtiẽ. in c. j. de uſur. & deciſi. Neapol. 22. col. 2. San. Tho. 2. 2. q. 78. qui omnibus ſœneratoribus dextram tangit. Et hodie tam iure Ciuili, q̃ Canonico ſunt prohibita uſuræ, ut no. in l. j. & in auct. ad hæc. C. de uſur. & in l. j. C. de ſum. Trin. Per Ruin. conſil. 145. circa dubium, col. 2. uol. 4. & Pari. conſi. 54. col. 7. & uol. j. Et no. ꝙ in odium uſurarum eſt ſtatutum, ꝙ ſententia de re uſuraria nunquàm tranſit in rem iudicatam, ſecundũ Alb. in Rub. C. de uſur. Laſ. in l. j. §. ſi procurator. nu. 13. ff. ſi quis iuſd nõ ob temp. Mod. Pariſien. in tracta. de uſur. q. 16. & ſeq. nu. 186. & 190. Soci. conſi. 11. ſequendo ordinem, col. 2 uol. j.

3 Ex præmiſſis liquere poteſt, † ꝙ iudæi non poſſunt licitè fœnerari Chriſtiano, aut pagano, & oẽs Theologi aſſentiunt, ꝙ iudæi peccant fœnerando Chriſtianis & S. Tho. 2. 2. q. 78. artic. j. & Cano. Io. And. Anto. Cardi. & alij communiter in c. cõqueſtus, de uſur. & habetur in c. ab illo. 14. q. 4. ubi plenè per Ioan de Fantucijs, & per Imo. conſi. 6. col. 1. Ideo tenentur illas reſtituere, uel conditione ex c. poſt miſerabilem, de uſur. uel cõdictio. ne indebiti, per Fely. in c. quia, col. ii. de Iudæ. Et hoc fet p principes ſæculares, uel etiã eccleſiaſticos, in locis in q̃bus habẽt iuriſdictionẽ tẽporalem, ut per Cardi. Floren. in c. poſtulaſti. de

Iudæ.

Source : BIU Cujas

Iudæ. licèt quandoque contrarium faciant,& accipiant, quod eſt deterius,ab eis pecunias, ut permittantur vſuras exercere, & incidunt in ſententiam excommunicationis,de qua in Clemen.vn.& ibi per Cardi.in 11.not.& 26.q.& de Eccleſia,quod ſe impedire debeat de peccato Iudæorum fœnerantium, tenēt Cano.in d.c.poſt miſerabilem. Nec poteſt fieri reſtitutio de ipſis non repetendis,vel ſoluendis,cle.j.de vſur.& per Alexan.conſi. 80.circa primum,columna 2.verſicu.& ſicut, volumi. 3. & per Abb.in d.c.poſt miſerabilem.

4 Hinc eſt, † quòd diſpoſitio ca.j.de vſur.in 6. extenditur etiã ad locantes domos Iudæis fœneraturis,quia in eis remanet ratio depauperationis ſoluẽtium vſuras, licèt altera ratio ibi poſita non cadat in Iudæis,ſecundum Paul. de Eleaza. & Domini.in d.cap.j.Sufficit enim remanere vnam rationẽ,vt per Glo. in cap.cupientes,in princ.in verbo,malignantium,de electi. in 6.& not in §.affinitatis,Inſtitu.de nup Et eandem opinionem tenet vti veriorem Fely.in d.c.quia,colum.2 circa fin.Ideo cõſulens,quòd obtineatur confirmatio Apoſtolica,& Lauren.de Rodul.in tracta.vſura.quæſt.146. Angelica in verbo,vſura, 2. §.14.& Supple.Piſa.in verbo,vſura,4.§. 3.Quod intellige verũ, niſi locarentur domus Iudæis fœnerantibus in terris, vbi Principes haberent conceſſionem à Summo Pontifice permittendi eos fœnora exercere,ita in ſpecie concludit And.Sicu. conſi.16.Viſo puncto,colum.9.volum.4.

Non obſtat concluſioni, de qua ſupra, dum diximus, quòd Iudæi nõ poſſunt licitè fœnerari Chriſtiano,vel pagano, illud,
5 quod habetur Deutero. 23. † Non fœnerabis fratri tuo ad vſuram pecuniam,nec fruges,nec quamlibet aliam rem, ſed alieno, &c. Quia reſpondetur,ſecundum Grægorium,per alienũ in dicto loco intelligi de illis,qui erant finitimi eorum, quorũ terras eis Dominus conceſſerat, vt Chananei. eſt enim aduertendum quòd Moſes dixit illa verba tempore,quo Iudæi erant ingreſſuri in terram promiſſionis, quæ erat occupata per gentes,quas Deus diſſipari,& deſtrui mandauerat, vt nu. 33. Quãdo tranſieritis Iordanem intrantes terram Chanaam, diſperdite cunctos habitatores terræ illius,cõfringite titulos, & ſtatuas comminuite,atque omnia excelſa vaſtate,mundantes terras,& habitantes in ea. Ego ſtatim dedi vobis illam in poſſeſſionem, quam diuidetis vobis ſorte,&c. Nimirum ſi Deus conceſſerit illis occupatoribus terræ promiſſionis,dari ad vſuras: quia tales vſuræ erãt potius rei ſuæ recuperatio,quàm vſura: iniuſtè enim poſſidebant ea loca. Coſiderandum eſt ergo, quando, & quo tempore,& in quo loco verba illa dixerit Moſes, qui non quibuſcunque gentibus,& in quibuſcunq; locis, & ſemper ad vſuram dare permiſit,ſed in terra promiſſionis tantùm, & illis tãtùm gentibus,quæ intra fines terræ promiſſionis continebantur.ſublata proinde occaſione non poſſent Hebræi à quouis vſuram exigere,maximè autem à Chriſtianis, cum eundẽ Deũ colant,quem & ipſi colunt,vnde in cultu nõ peregrini, ſed fratres ſunt,& admittũt Meſſiam,& Redemptorem, ſicut, & ipſi, licèt Chriſtiani affirment veniſſe,Hebræi verò expectent ven-
6 turum in ſua cæcitate permanentes. † Item non debent Chriſtiani dici ab Hebræis alieni, cum recipiãt ipſos Iudæos in eorum terris miſericorditer,& in eis ſint aduenæ, ſicut etiam dicitur in dicto cap.23.Deuterono.de Aegyptiis,in illis verbis, Nõ abominaberis Idumæum,quia frater tuus eſt;nec Aegyptium, quia aduena fuiſti in terra eius. Et proximi dicuntur,qui miſericordiã faciunt in aliquem,vt Chriſtiani in eos. Ira enim proximum interpretatus eſt legis Moſaicæ peritus, vt Lucæ 10. qs horum trium videtur tibi proximus fuiſſe illi,qui incidit in latrones? at ille peritus legis dixit,reſpõdens, qui fecit miſericordiam in illum,etiam quod eſſet Samaritanus, Immo ſecũdum Auguſt.in libro 2.meditatio.ca.j.proximi, quos diligere debemus,ſunt omnes Chriſtiani,Iudæi,pagani,amici,& inimici, & cum Hebræis poſſumus dici fratres. Roma. 9. qui ſunt fratres mei ſecundum carnem.& declarat Archidia.in c. ad menſam. 11.quæſt.3.& per Abb.in c nouit,in 2.col.extra de iudici.Anch. in c.nulla.num.10.de conceſſi.præben. Et quoad Chriſtianos, vt dici non poſſint alieni Hebræis,patet, cum habeãt Chriſtianos pro Idumæis,qui ita dicti ſunt ab Edom.ſ.Eſau,ita dictus propter eſum coctionis ruffę Gene. 25.vt latè hoc proſequitur, & declarat Reuerendus Dominus Frater Sixtus, in libro 2. de fœn.Iudęorum,capit. 3. Item quia lege etiam Moſaica non eſt facienda differentia inter homines,ſed æqua lance vnuſquiſq; homo etiã aduena,& peregrinus iudicari debet. Exo.23. Deutero.j.ibi, Audite illos,& quod iuſtum eſt,iudicate, ſiue ciuis ſit ille,ſiue peregrinus, nulla erit diſtantia perſonarum. & Deutero.23.Leuiti.19.Si habitauerit aduena in terram veſtrã, & moratus fuerit inter vos,non exprobetis ei, ſed ſit inter vos quaſi indigena,& diligetis eum quaſi vosmetipſos. Si ergo æquitas legis prædictę hoc dictabat,vt Iudęi diligere debeant aduenas, & peregrinos,ergo & idem obſeruare debent in locis, vbi ipſi ex pietate recipiuntur,vt in terris Chriſtianorum. Non deſunt, qui dicant,illa verba,ſed alieno,poſita in dicto capitu.23. fuiſſe addita per ipſos Iudęos, & ideo non attendenda, cum contradicat aliis locis,vt ſupra allegatis,vſuram prohibentibus.Et vide quid de illis verbis dicat Philo Hebræus, legis eorum peritiſſimus,in libro de charitate, ſic uetat igitur fœnerari fratri,nominans fratrem non ſolùm ex eiſdem natum parentibus, verum etiam quemcunque ciuem, tribulemve iniquum ducens colligere fœnus è pecuniis, tanquam fœtura,a pecoribus:non vult tamen vt ideo tergiuerſemur ſegniores ad beneficientiam, ſed largis manibus,menteque donemus gratis indigentibus, cogitantes etiam gratiam eſſe genus fœnoris vltrò ad nos redituri, fœliciore accipientis tempore, & inferius appellat hoc genus queſtus,ferinam immanitatem.Non obſtat etiam quod ex parte Iudæorum allegatur Deuter.c.xv.& xxviii.ſ.fęnerabis gentibus multis,& ipſe à nullo fœnus accipies, quia in Hebræo, vbi eſt verbum fœnerabis.ſcriptum eſt,uadiaberis, hoc eſt cautionem accipies,vt pro re commodata, vel commodanda cautus efficeretur commodans,vt commodatum rehaberet.Ita etiam ex noſtra interpretatione, nulla ex dictis verbis impartitur fœnerandi licentia,ſi antecedentia cum ſequentibus ibid. conferantur.ibi enim Moſes docens populum, quomodo in anno ſeptimo,in quo terra requieſcere ex mandato oporteret,ſe habere in commodando neceſſaria proximis, & in exigendo debita ab eis, & maximè ſi pauperes eſſent: dicit quòd ſi erga eos ex charitate benè geſſerint, Deus quoque eis magnam redderet bonorum temporalium retributionem,ſuos augẽdo introitus:ſed hanc promiſſionem,vt ſibi gratior eſſet, verbis quibuſdam appetitui ſuo applaudẽtibus expreſſit;(fuerũt enim Iudæi ſemper diuitiarum auidi,& ideo Moſes ex illis verbis nil aliud ſignificare voluit, niſi quòd bonorum temporalium magnam haberent abundantiam, & hæc interpretatio patet ex ſequentibus verbis, ſcilicet, Dominaberis nationibus plurimis, & tui nemo dominabitur,& ſic voluit Moſes eiſdem manifeſtare beneficia, quæ circa temporalia bona daret illis Deus, ſi eodem anno ſeptimo proximos adiuuarent, & illud verbum fœnerabis, infert quòd erunt ita diuites,& opulenti ex gratia Dei, vt poſſent fœnerari,ſi eſſet licitum:ſolent enim fœneratores abũdare pecunijs.

Non obſtat etiam præmiſſis circa prohibitionem vſurarum. tex.in c.ab illo.xiiii.q.iiii.vbi videtur vſura permitti,quia poteſt ibi totum legi negatiuè videlicet, ſicut nulli nocere debes, ita & à nullo recipere vſuras,& iſte eſt primus intellectus Glo. ibi. qui communiter approbatur, vt ſit ſenſus, quòd licèt bellum, arma,furtum,& rapina poſſint authoritate Principis præcipi,& permitti contra hoſtes, in nullo tamen caſu licita eſt vſura,& probatur Deutero.c.xxviii.ibi,fœnerabis gentibus multis,& ipſe nullum fœnus accipies,& ſubditur ibi, Aduena fœnerabit tibi,& tu non fœnerabis ei Et ita intelligit,& declarat illum tex. Ioan.de Ana.in c. j. colum. pen. extra de vſur. vbi ponit plures intellectus ad c.ab illo,& quòd eſt communis opinio, ſecundũ Archi.& Ioan.de Fãtucijs, quòd in nullo caſu vſura ſit permiſſa,& ad illius intelligentiam.vide Laurẽ.de Rodul.in tracta. de vſur.quæſt.lv.& vide eundem de Anania, in c. conqueſtus, colum.fi.eo.tit.de vſur. Ex quibus remanet cõcluſio ſupra firmata veriſſima,vſuras omni iure eſſe prohibitas etiã iudęis,vt non poſſint licitè fęnerari Chriſtianis, aut etiã alijs infidelibus. Immò de iure poſſent caſtigari vltra modos,de quibus in cap.poſt
7 miſerabilem,extra de vſur.& in cle.i.eo.tit.† Et ſic etiam criminaliter puniri,vbi ipſas exercerent abſque indultu poteſtatem habentis ſuper eis exercendis. Nam qñ iudęus delinquit ꝓ legẽ naturæ,vel aliquid cõmittit ꝓ eorum legem,põt per Eccleſiam puniri,vt ꝑ Io.And.Innocẽ.& Hoſt.& alios,in c.quod ſuper,de voto. Abb.in c.nouit,col.ii.de iudi.& dicẽt latius in ii. par.c. vi. Sed vſura eſt prohibita etiam lege naturæ, vt ſupra concluſum eſt.Ergo, &c.Et hoc potiſſimum procedere debet in iudæis, in quibus pœnæ contentæ in c.quia in omnibus,& in ca. cum tu. eo titu.de vſur cadere nõ poſſunt,vt de ſe patet,& illud c. poſt miſerabilem,non infligit pęnam, ſaltem corporis afflictiuam, & in d.c.cum tu.prouidetur enim per concilium Lateranenſe ſolum non reſtituenti vſuras,non autem mutuanti ſub vſuris. & quòd iudæi poſſint criminaliter puniri a iudice eccleſiaſtico pro vſuris,tradit Corn.conſi.19.videtur prima fronte, col.3 & per to. vol.3.Et licet aliqui tenuerint,ꝙ pro crimine vſurarum non poſſit procedi criminaliter,vt tenet Bald. in l.improbum. C.ex qui.cau.infam.irro.quem videtur ſequi Saly.c.ibi,& Deci. in conſi.170.viſo themate,vol.j.

Contraria tamen opinio verior videtur, maximè ex eo, ꝙ
8 vſurarius peccat conrra naturam,vt dictum eſt.† Ergo tanquã abutens natura,debet criminaliter puniri,& hanc ſententiã ſequitur Iacob.Butri.in d.l.improbum,& Signo.de Homode. cõſi.257.incip.in quæſtione præſenti allegata,colum j verſi Item præmitto,& ſentit Do. Abb.in d.c.poſt miſerabilẽ, circa fi dũ dicit,ꝙ quando iudæi, & alij infideles peccant contra naturã, ſortiuntur forum Eccleſiaſticum, & ſicut Deus tales punitit, Gen.7.ita & eius Vicarius põt eos punire.& idem tenet cõſulẽdo Corn.in d.conſi.19.pluribus medijs,& maximè, quia de iure canonico poteſt in iſto crimine procedi per viam accuſationis

nis.c.cū in tua diœceſi,extra de vſur. & etiam per viam inquiſitionis,ſeruato iuris ordine. Sed quando agitur per viam accuſationis,iudicium eſt criminale, & agitur ad pœnam naturalē, & propriam ipſius delicti,vt no.in c. ſuper his, extra de accuſa. & cū in d.c.cū in tua,probetur ꝙ vſura poteſt deduci per viam accuſationis,ergo ſuper ea poteſt criminaliter procedi ad pœnam naturalem pro delicto uſurarum,& ea pęna,quę imponitur per Concilium Lateranenſe,in d.c.quia in omnibus,nō eſt pęna naturalis, quæ imponatur ꝓ naturali pœna delicto uſurarum,& pro iniuria uindictæ illatæ Reipublicæ:ideo patet,quòd vſura eſt crimen punibile alia pœna,quam Concilij Lateranēſis,quæ eſt excommunicatio,quæ eſt tantum medicina, nō pęna naturalis delicti,vt ibi latiſſimè per eū. Cōcludēdū eſt ergo, veram eſſe opinionē, ꝙ ī crimine vſurarum poteſt criminaliter procedi, & vſurarius criminaliter puniri,& eādem opinionē tenet Io.Bapt.de S.Seuerino,in repeti.l.i.C.de ſum.Trini.colum.xxvj.verſ.propono tibi verū.vbi cōcludit, hoc eſſe crimē vſurarium,ideo puniri poſſe, ſaltē arbitrariè pro crimine quaſi ſtellionatus.pro quo facit,quòd cum re vera pro tali crimine non ſint certæ pœnæ expreſſæ,hoc erit remittendum iudicis arbitrio,c.cum de cauſis,cum ibi no.extra de offi.delega.tum etiā quia,vbi per viam inquiſitionis poteſt procedi de iure canonico,vt hoc caſu pœnæ ſunt arbitrariæ. c. inquiſitionis, cum ibi notatis,de accuſati.eandem opin.ſequitur etiam Soci.in conſi. ccxix.col.ii.in fin.volu. ii. vbi dicit, quòd cauſa vſuraria habet annexum delictum,& in ea poteſt ad torturam procedi, & ipſi Notarii qui conſcripſerint inſtrumentum vſurarium, infames efficiuntur, nec poterū t amplius inſtrumenta celebrare,vt per Hoſtien.in ſum.de vſur.§.fi.ver.quid de Notario, & Archidiaco.in c.ſicut.xlvi.diſt.Rom.ſing.ccclxxx.& de Notario ſcribente inſtrumentum à iure improbatum,& ſcienter fraudulētum, quomodo puniatur,vide Gui Pa.q.ccccxxxiii. Duo Notarij.

Et licèt de animabus Iudæorum, nec de eis curandum ſit, quando peccant neminem lædendo:tamen hoc caſu cum peccent in præiudicium Chriſtianorum emungendo eos vſque ad ſanguinem occaſione ſubſtantiarum ſuarum per vſurarum
9 voraginem, & ſic in miſerias eos detrudendo, benè † poſſunt caſtigari,etiam corporaliter per iudices Eccleſiaſticos,dummodò ad vindictam ſanguinis non procedant, vt per Glo. in d. c. poſt miſerabilem,de vſu. in Glo. in verbo, denegari, & ibi per Doct.& in c.in archiepiſcopatu.de rapto.& c.ſuper his.de voto. per Hoſt.in c.cum tu manifeſtes,col.ii.circa fin. ver.vlla pœna, de vſur.

10 Quod quidem crimen † cum ſit Eccleſiaſticum, vt per Glo. & Docto.in c.cum ſit generale, de foro competen. & in c. i.de offi.ordi.& in clem.diſpendioſam,de iudi.ideo ad Eccleſiaſticū ſpectare debet cognitio eius criminis,vt per Bar.in l.Titia.ff.ſolu.matri.& ibi per Doct.maximè Alexand.colum iiii.Federi.de Senis conſi.ccxlv.Dominum Andream,Calderi.conſi.iii.incip. An cauſa vſurarum,per Bart.in l.quoties.C. de iudi. Quod procedit,quando eſt quæſtio ſuper iure,ſecus ſi ſuper facto. Dicitur autem quæſtio ſuper iure, quando dubitatur, an contractus ſit vſurarius,vel non:& hoc pertinet ad ſolum eccleſiaſticum, vt per Doct.vbi ſupra,& Lap.allegati.lvii.lxxxiii.& Glo.in c.ex literis,in verbo,occultata,extra de iureiuran.Dicit,quòd crimen vſurarum eſt quaſi ſpirituale,idem dicit Glo.in clem. ii.de iudi. Quæſtio autem facti eſt, quando non dubitatur, ſed certum eſt contractum eſſe vſurarium,ſed quæritur circa repetitionem vſurarum, & an ſint ſolutæ, vel non, vel quid ſimile, & tunc poteſt cognoſcere tam iudex eccleſiaſticus, quàm ſecularis, vt per Bar.& omnes Doc.ſcribētes in d.l.Titia.hinc Ang.in diſputatione ſua,incip.Aſtēſis miles,prope fi.dicit,ꝙ ſecularis poteſt publicare vſurarium manifeſtū,& Bal.in l.omni.C.de ſacro.eccle.& in l.cum allegas.C.de vſur.& Soci.in d.c. cū ſit generale, col.vi.verſi.ii.prin.opi.ponens,& diſtinguens, & cōcludēs tandem,prout ſupra.Et ſubdit, ꝙ ſi diceremus in quolibet tēporali iniuſto,ratione peccati cōmiſſi adiri debere iudex eccleſiaſticus,quaſi ex toto euacuaretur iuriſdictio ſecularis, contra c. nouit,de iudi. & ꝙ hæc opinio plus ſibi placet, quàm aliorum tenentium,eccleſiaſticum ſolum eſſe iudicem, non tantū quādo dubitatur,an contractus ſit vſurarius,ſed etiam ſi certū ſit cōtractum fore vſurariū,& agatur de repetitione vſurarū, & quādo eſt quæſtio facti,& quando dicatur quæſtio facti in crimine vſurarū,& ꝙ poſſit adiri ſecularis,vide melius, quā alibi, Paul. de Caſt.in conſi.cix.viſa petitione,colum.ii.& iii. volumi. ii.ſecundum nouam impreſſionem.

Pro qua re faciūt,quæ tradit Bal.in auct.ad hęc.col.ii.ver. deinde generaliter quęro,de vſur.dicens, ꝙ illud, quod dicitur in cauſis,in quibus allegatur fraus,vel oppreſſio, ꝙ pōt eccleſiaſticus adiri,eſt verū in cauſis pauperū, & miſerabiliū perſonarū, vel locorum piorum,puta hoſpitaliū,non autē nimis latè:nam ſi contrariū diceretur, eſſet abſorbere totum iudiciū ſeculare, quod eſt falſum.c.venerabilem,extra de elect.

Sed quia quo ad Iudęos cōmuniter ſolēt Principes, & cōmu
11 nitates eiſdem impartiri licentiā fœnerādi ſub vſuris, † videdū eſt vtrum Principes ſeculares,vt Imperator,Rex,ſiue communitas poſſit concedere Iudæis, vt mutuent ſub vſuris. in quo Pau.de Caſtro in conſi.397.incip.non videtur expediens,volu. 2.tenet declarando text.in clem.i.de vſur.conuentiones populorum,& communitatum inita cum Iudæis ex conſuetudine tam in Italia,quàm extra paciſcendi cum eis de mutuādo ſub vſuris,eſſe laudabiles, & ſine onere conſcientiæ pro euitatione maioris mali,& pro ſuſtentatione pauperum, & vt ibi per eū, quem refert,& ſequitur Alexand.in conſi.1.colum.4.in princ. & conſi.2.volum.2.& conſi.8.incip.& aduerte, volum. 6. licèt impreſſoris errore corrupta allegentur, Paul.de Caſtr. in conſi. 357.inci.quoddam commune,& idem Alexan. in conſi. 107. pro inueſtigatione prædictorum,co.2.volum.Et pro hac parte poſſent adduci aliqua fundamenta ex traditis per Ancha. in conſi.243.Chriſtianiſſime,& Illuſtriſſime Princeps. ſed cōtrariam partem tenet Bald.in auct.ad hæc.C.de vſur.col.2.verſic. quæro,nunquid vſuræ.C.de vſur.vbi dicit illam auct. eſſe correctam per ius Diuinum,immo illius diſpoſitionem nūquàm valuiſſe propter ius Diuinum: & cum Diuinum ius ſit maius, quàm ius ciuile,non poteſt tolli:& quicquid eſt cōtra inſtitutionem Diuinam,eſt peccatum,ſubdens, quòd Imperator eſt ſeruus Dei,& ſeruus non poteſt tollere legem Domini ſui: & licèt vellet Imperator permittere,tamen non poſſet, & idē tenet Bald.in l.j.C.de ſum.trini.Item,certum eſt vſuras eſſe prohibiras etiam per nouum teſtamentum, & legem Euangelicam, Matth.2.Lucę 6.quæ prohibitio cum ſit perpetua,nec reperiatur in nouo teſtamento,aliquo caſu permiſſa, remanet fundamentum Bal.de quo ſupra proximè,firmum.ſ.quòd nullus inferior,etiam Imperator,diſpenſare poſſet ex aliqua cauſa contra ius Diuinum prohibitiuum,& perpetuum. & licèt Alexan. in dicto conſ.1.colum.2.in fi.cum ſequen.dicat, quòd vſura nō erat lege Diuina ſimpliciter prohibita,ſed aliquo caſu etiā permiſſa,vt quando mutuabatur hoſtibus,Deutero.17. & in capi. ab illo.14.q.4.Et,ꝙ ideo ſuperior poteſt ex cauſa tunc permittere non ſimpliciter prohibitum lege Diuina, vt per Docto. in l.omnes populi,vbi Barto.in 3.q.princip.tamen reſpondeo, ꝙ circa ipſam vſuram non poteſt hoc cadere, nec tale fundamētum applicari ad permiſſionem vſurarum, cum per legem Diuinam,vt ſupra oſtenſum eſt, reperiantur ſimpliciter prohibitæ. & non ob.allegata in contrarium,cū ibi permitteretur non tanquàm vſura lucratoria,ſed tanquàm recuperatio rerū ſuarum. Vlterius Chac parte adducitur, quòd cognitio iſtius rei, an ſcilicet id,de quo agitur,ſit conceſſibile,vel non, ſpectat ad Romanum Pontificem,& forum eccleſiaſticum, vt per Petr. de Ancha.conſi.263.colum.fin.circa fi. qui dicit in caſu decreti,de quo ibi,circa prouiſionem faciendam de vſuris exigendis ab Hebręis, quòd quantuncunque poſſet illud perſuaderi propter conſenſum populi,& bonum publicum, credit tamē hoc ſpectare ad Romanum Pontificem, perſuadēs Illuſtri cuidam Marchiōi,qui fuit Dominus Carolus de Malateſtis, ꝙ propter aliquod bonum publicum non debeat etiam in minimo peccare, & tutius eſſe in dubio ita tenere pro bono conſcientiæ. Immo quando Princeps poſſet concedere priuilegium Iudæis mutuandi ſub vſuris,hoc tamē facere non deberet, vt dicit Ioan.And.in cle.j.de vſur.Et Dec.in conſi.170.viſo themate,colum.fin.circa fin.vol.j.dicit quòd ſi aliqua ordinatio, vel commiſſio de tali crimine facta fuiſſet per Illuſtrem D. Marchionē de quo ſupra,nō valuiſſet,cum in tali materia ſpectante ad eccleſiā,Principes ſeculares nullā habēt poteſtatē, vt latè ibi per eum. Eandem opinionem ſequitur Fely.in c.quia,colum.2.extra de Iudæ.Quam etiam tenet D.Ioan.Bapt.de S. Seuerino in repeti.l.j.C.de.Trini.col.16.cum ſequen. dicens timendum eſſe,ne ſe ingerentes incurrant cenſuras, de quibus in d.cle.j. de de vſur.& inſuper tremendo iudicio Dei ſe ſupponant, ſuadendo vnicuique quantum poteſt,vt declinet ab huiuſmodi calice,nec ſe in talibus intromittat,de qua re plenè habetur etiam per alios ſcribentes,in d.l.j.& per S. Thomā in Epiſtola ad Duciſſam Brabantię, de regimine iudæorum,vbi tenet Principes nihil poſſe exigere ab Hebræis mutuantibus ſub vſuris in eorum terris,& cogendos ab laborandum pro eorundem iudæorum victu,prout dicit tunc temporis ſolitum fieri in Italia,cuius contrarium de præſenti obſeruatur. Et hāc partem perplura diffusè comprobat Conradus Sumenhart, in ſuo aureo tractatu,de contractibus illicitis,libro 2.q.26.incip. vtrum poteſtas ſecularis,& ſequuntur ex modernioribus Moder. Pariſien. in repe.l.eos.C de vſuris.& in commen.ſuper conſue.Pariſien. titu.j.§.j.in Glo.num.19.Archiepiſcopus Florenti. in 2. par. ſuæ ſummæ,titu.j.§.j.& 2.Bonifa.de Vitali.in cle.j.de vſu. in 11.nota. vbi loquitur de Rege Aragonum.

Et ſciēdum eſt,quòd in hoc articulo ſtandum eſſet Doctoribus Iuris canonici,& eorum opinioni, potiuſquàm Sacræ Theologiæ magiſtris, quia ſcientia canonica principaliter ad hoc tendit, ſcilicet interpretari ius diuinum in dubiis caſibus pertinentibus ad Philoſophiam moralem: Scientia autē Theologica pertinet ad interpretationem iuris Diuini,quoad opera

Domini

Source : BIU Cujas

Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et de vſuris in ſpecie, quòd ſtandũ ſit Doctoribus iuris canonici, concludit Petr. de Ancha. in ſua diſputatione, incip. antiquis & modernis, & refert & ſequitur Alex. in d. conſi. 1. colum. 4. volum. 2. & conſi. 107. pro inueſtigatione, colum. 5. & 6. volum 2 not. per Docto. in l. j. ff. ſi certũ peta. & Deci. in conſi. 111. & pro tenui, colum. 2. volum. j. & Ioan. de Ana. in capi. in ciuitate, de vſur. & per Ioan. Bapt. in d. repeti. colum. 3. & Pariſi conſi. 67. volum. 4. vbi latè. Et idem dicendum de cauſis decimarum, & matrimonialibus, vt per Pariſi. latiſſimè in conſi. 67. colum. 3. in fin. & ſeq. volum. 4.

Sit tamẽ quomodocunque, pium eſſe ducerem ſi Principes Chriſtiani ſe abſtinerent à talibus conceſſionibus, & hęc impetrare volentes à ſe reiicerent. Nec enim poteſt dici hoc fieri cauſa publicæ vtilitatis, cum incidentes in laqueum, & voragines iudæorum fœnerantium, efficiãtur quotidie pauperiores, & tanquàm ab igne conſumantur eorum facultates, prout vidi ſæpiſſimè contigiſſe: & ſi ſunt pauperes, qui ſub vſuris accipiũt, multo citius pauperiores efficiuntur, & in miſeriam cadunt, vt tradit Hoſtien. in c. j. circa fin. de vſur. Et allegari non poteſt ex parte populorum neceſſitas, ob quã impetrare velint tales cõceſſiones, cum homines ſimus, manus & pedes habeamus, & cætera naturæ inſtrumenta, cum quibus alimentum quærere poſſimus, & noſtri ſit arbitrii varias, & penè infinitas artes permiſſas exercere. Non eſt ideo cur appetamus alimoniã ex mediis illicitis & lege Dei prohibitis, de quibus vide Chriſoſto. latè in caput Matth. 17. & an forſan viuendi iuſtè modi non inueniuntur? non ſunt agrorum cultus, gregis pabula, armentorum cuſtodia, manuum operatio, ſolers rerum tuarum cura? & in Germania, & in pluribus aliis prouinciis (vt audiui) non ꝑmittitur fœnerari, & mutuum à iudæis dari ſub vſuris, quib. tamen alimenta non deſunt, & vberiora, quàm vbi exercentur. & audiant quæſo (ſi qui ſunt, quos aurum obnubilauerit) verba Grægorii ſcribẽtis Riccardo Regi Viſigothorum. Præterea iudico, quia creuit de veſtro opere in laudibus Dei. Hoc quod dilectiſſimo filio meo Probino presbytero narrante cognoui, quia cum Veſtra Excellentia conſtitutionem quandam contra iudæorum præfidiam dediſſet, ij, de quibus prolata fuerat, rectitudinem veſtræ mentis inflectere, pecuniarum ſummam offerendo, moliti ſunt, quam Excellentia Veſtra contempſit, & omnipotentis Dei placere iudicio quærẽs, auro innocẽtiam prætulit: qua in re mihi Dauidis Regis factum ad memoriam
12 venit, † cui dum concupita aqua de ciſterna Bethlemitica, quę inter hoſtiles cuneos habebatur, ab obſequentib. militib. fuiſſet oblata, protinus dixit: Abſit à me, vt ſanguinem iſtorũ hominum libem, quàm quia fudit, & bibere noluit, ſcriptum eſt, libauit eam Domino. Si igitur ab armato Rege, in ſacrificium Dei verſa eſt aqua contempta, penſemus quale ſacrificium omnipotenti Deo Rex obtulit, qui pro amore illius aurum accipere contempſit. Itaque fili excellentiſſime confidenter dicam, quia libaſti Domino aurum. Hæc ille. factum autem Dauidis, de quo ſupra habetur. 2. Reg. 23. & de pœniten. diſtin. 2. c. vt cognouerunt, & c. delitiæ. 42. diſt. Abſtineant ergo Principes (ſi qui extant) à præmiſſis, vt poſſit idem de eis dici, quòd aurum Domino libauerint, & hoc niſi fierent tales conceſſiones cum licentia Summi Pontificis, & ex cauſis legitimis ſecundùm ea, quæ infra proximè ſubiiciuntur. Sed an conceſſiones Principũ factæ Hebræis, de mutuando ſub vſuris, intelligãtur vt poſſent pariter exigere vſuras vſurarum, de quibus nulla eſſet facta mẽtio in conceſſionibus, vide Alexan. conſi. 8. volum. 6. vbi tenet quòd ſic, præcipuè quando eſſet conſuetudo in locis talium Principum, vt exigerẽtur, quibus addę Paul. de Caſt. conſi. 380. videtur ꝙ dictus Hebræus, vol. 2. & faciunt quę infra dicentur.

13 † Vtrum autem Summus Pontifex poſſit diſpenſare ſuper vſuris exercendis per iudæos, & permittere Principib. Chriſtianis, vt iudæi in eorum terris mutuent ſub vſuris? Dom. Iaſ. in d. l. j. col. 8. in prin. C. de ſum. Trini. dicit, quæſtionem hanc eſſe altam, & profundam, & in qua mallet adiſcere, quàm docere, & ego quoque mallem alios audire, quàm audiri, iuxta text. in capitu. quæro. in fin. 6. quæſtio. j. Et pro parte affirmatiua adducit Pet. de Anch. in d. conſi. 243. licèt dicat eundem nihil ibi firmare, ſed dubitare. Affert ſecundò pro eadem opinione conſuluiſſe, minoris conſcientiæ (vt vtar verbis ſuis) Paul. de Caſt. in d. conſilio 307. volum. 2. Tertiò allegat Alexand. in d. conſi. 1. & conſi. 107. incip. pro inueſtigatione, dicẽs ſibi incertum eſſe, an Dominus Alexan. conſuluerit vacillante conſcientia. Sed pro hac parte faciunt, quæ tradit Corne. conſi. 235. volu. 2. vbi præſupponere videtur, indulta Pontificia ſuperinde tenere. Item ꝑ hac parte affirmatiua multum mihi facere videtur, ꝙ licèt Papa non poſſit indiſtinctè tollere ea, quæ ſunt iuris diuini, cap. ſunt quidam. 25. q. 1. c. ſuper eo, de vſur. cum ibi nota. maximè per D. Anto. & quę not. in c. fi. de conſuetu. & in c. quæ in eccleſiarum, de conſtituti. & in l. fi. C. ſi ꝓtra ius, &c. Et alibi, & ſic, ꝙ Papa non poſſet ſtatuere, ꝙ vſuræ indiſtinctè eſſent licitæ: tamen poſſit Papa ius diuinum limitare ex cauſa, vt in d. c. fi. de conſue. & in d. c. quæ in eccleſiarum, vbi per omnes, & per Bar. & alios, in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. & ꝑ Soc. conſi. 13. incip. prędens conſultatio, & cõſi. 28. circa primum, vol. j. & per Deci. in conſi. 112. in preſenti conſultatione, vol. j. in quibus locis habentur plures caſus, in quib. Sũmus Pontifex põt diſpenſare circa prohibita à lege Dei, vt in monacho, vt cõtrahat matrimonium ex cauſa, & in voto, decimis, & bigamia, & aliis, & ideo ſuper vſuris ex cauſa poſſit diſpẽſare, quod firmat ibi Deci. ſpecialiter ſuper vſuris, in quibus poſſit Papa diſpenſare cauſa ſubſiſtente, quæ confirmari poſſunt, quoniam Summo Pontifici omnia licent, niſi faciat contra fidem, vt per Spec. in tit. de diſpenſa. §. nunc oſtendendum, ver. 89. & per Vincen. Hoſtien. Io. And. Abb. in c. propoſuit, de conceſſ. præben. vbi dicunt, ꝙ Papa poteſt in omnibus diſpenſare, prędterquàm in articulis fidei. Vnde ſi eſſemus in Ciuitatibus, vbi non eſſent impręſtita montium pietatis, & periculum verteretur, ne egẽtes pecuniis non inueniendo eas ſub vſuris, committerent furta, latrocinia, vel ſimilia ſcandala, videtur dicendum, ꝙ propter maius ſcandalum euitandum poſſet diſpenſatio fieri, vt iudęi poſſent ipſas exercere, & ne etiam daret materia Chriſtianis ipſas miniſtrandi, & eo maximè, cum iudæi iam ſint damnati, & ſuperuacuum ſit illos prohibere à peccato, accedentibus quoq; ad hoc conſuetudinib. iã diù à memoria hominum citra obſeruatis, & ſtantibus aliis conceſſionibus. Summorũ Pontificum, Martini V. & Eugenii IIII. Nam & inter cauſas diſpenſandi eſt cõſuetudo aliàs obſeruata, & præſtat iuſtam cauſam diſpenſationis, vt ꝑ Abb. & Gemi. quos refert D. Prępoſi. in c. conſequens. 11. diſt. col. fi. ver. & inter cãs, & in iſtis terminis loquunt Anch. Alex. & Pau. de Ca. in dictis eorũ ꝓſiliis. Nã in iſtis caſi b. vĩ maius honũ induci, vel ſaltẽ maius malũ euitari, & hęc ẽt eſt vna ex cauſis, ꝓꝓ quã poſſet Summus Põtifex diſpenſare ꝓ ius Diuinũ, vt ꝑ Hoſt. & alios, & D. Abb. in d. c. fi. de cõſue. ꝑ tex. in c. fin. de preſcri. & ꝑ Fely. in d. c. q̃ in eccleſiarũ, nu. mihi. 31. cũ ſeq. & Barba. ibi, col. 4. Et partẽ hanc affirmatiuã tenet, & ꝓriã tenentes improbat, Reuerẽdus Do. frater Sixtus Theologus ordinis Dñicani, in trac. de fœno. iudæ. li. 2. c. 22. Et hęc volui adduxiſſe
14 pro parte affirmatiua. Sed pro parte negatiua facit, † ꝙ licèt Eccleſia q̃q; toleret minus malũ, vt euitet̃ maius malũ, vt not. in c. in preſentia, extra de ſponſa. & ꝑ Ancha. d. ꝓſi. 243. col. j. & ꝓꝓ bonũ, qđ ex aliquo malè geſto ſequit̃, ipſum malũ tolerat̃. 13. diſt. c. nerui, & qđ no. Gl. in c. inter opera, de ſponſa. nõ tñ põt expreſsè ꝓcedi licẽtia malũ faciẽdi. Gl. in c. deniq;, in verbo, venia. 4. diſt. Sicut videmus in lupanarib. & meretricib. quibus lex nõ fauet, nec exactioni illius turpis q̃ſtus aſſiſtit, vt ꝑ Bar. in l. generaliter. ff. de ver. obl. ꝑ Bal. Ang. Pau. de Ca. Iaſ. & alios in l. 4. §. ſed qđ meretrici. ff. de ꝓd. ob tur. cau. Bal. in l. j. C. eo. ti. & Aug. in lib. de ordine, dicit aufer meretrices à reb. humanis. & turbabis omnia libidinibus, & vide S. Thom. 2. 2. quæſtio. 10. art. 2. capi. permittuntur. Sicut etiam videmus, quòd eccleſia tolerat Iudæos ſacrificare ſecundum ritum eorum, non tamen poſſet Papa expreſsè concedere eis licentiam 23. quæſtio. 4. ita planè, in fin. vbi nulla ex cauſa malum faciendum, & per Glo. 27. quæſtio j. ſi qua monacharum. Item ſecundum Apoſtolum, mala non ſunt facienda, vt eueniant bona, Roma. 3. de his vide Alexan. de Neuo, conſi. 100. vbi latè. Ideo dicunt Doct. in cap. nulla, de conſecra. diſtin. 4. quòd puer nõ baptizatus propè puteum inuentus, & morti propinquus, nõ debet in puteũ proijci, etiam quòd aliter baptizari nõ poſſit, & non intelligitur baptizatus propter ſummerſionem, ſine emerſione, & eleuatione ab aqua, vt not. in c. non vt apponeres. de Baptiſ. Nam non debet quis ſe committere periculo homicidii, cum & ſalus propria præponenda ſit alienæ ſaluti, & quia non ideo eſſet baptizatus, cum accedente verbo ad elementum fit Sacramentum, ſecundum Auguſti. prout etiam ſi mulier parturiens ſit in articulo mortis, & de eius vita deſperatur, non poteſt dari conſiliũ de ſecando eam, vt puer viuus habeatur, & baptizetur: ſecus ſi poſſet fieri ſectio ſine periculo mortis, vt habetur in ca. ſi qua mulier, ea diſtin. & in ca maiores. § ſuper eo, de baptiſ. Nota tamen, ꝙ in eo, qui facturus eſt duplex malum, vel neceſſariò cõpelleretur alterum malorum committere, conſuli debet, vt faciat quod eſt minus malum. 33. quæſt. 2. ſi quid verius. capi. duo mala, diſtinct. 13. Et ſic videtur, non poſſe expreſsè concedi per Summum Pontificem exactio vſurarum.

Et hanc partem negatiuam tenet Iaſ. vbi ſupra, dicens, quòd non eundo per mendicata ſuffragia, pro ea eſt text. formalis ſecundum eum, in cap. ſuper eo, de vſur. vbi dicitur, quòd pagina vtriuſque teſtamenti prohibentur vſuræ, & non eſſe licitũ cõmittere peccatum etiam pro tuẽda vita alicuius, nec valere diſpenſationem ſuper vſuris, etiam ſi concedantur pro redimendis captiuis, & ſic pro vtilitate publica, allegat etiam clemen. j. de vſur. poſſet etiam allegari tex. in clem. i. de teſtibus vbi dicitur non valere priuilegia Principum conceſſa iudæis, & ſarracenis in concernentibus opprobrium fidei, prout videntur eſſe exactiones vſurarum lege etiam Euangelica prohibitarum. Item quia contra illud, quod eſt prohibitum nouo, & veteri teſtamento, Papa non poteſt diſpenſare, vt not. in d. ca. ſuper eo,

quod

quod dicit Abb.ibi procedere in eo,quod in ſe malum eſt ;& quod aliqua ratione non poteſt fieri bonum,per tex.in c.licèt. de feriis.Et hanc eandem partem tenet D.Anto.de Butr.in d.c. ſuper eo,in j.not.per illum text.cum prohibeatur diſpenſatio vſurarum etiam pro redimenda vita captiui, & ſic vbi verſatur cauſa pia. Nam non debet concedi maius malum , vt euitetur minus malum,vt in vſuris arguit Affict.Deci.22.col.2.ante fi. & Hoſt.in d.c.ſuper eo.in Gl.in ver. redimenda,& facit Glo.14. diſtin.c j.quæ dicit,q̃ non debet quis committere etiam vnum peccatum veniale,vt aliud euitet mortale, vbi reprobat Loth (de quo.Gen.19.) qui obtulit filias ꝓprias viris luxurioſis abutendas,ne flagitio contra naturam abuterẽtur hoſpitibus ſuis, & damnatur ab Auguſtino,de quo vide per Glo. & Doct. diſt. 14.c.quod ait,& probatur etiam,22.q.2. primum. Et hanc partem negatiuam tenuit Io.And.in regula,peccatum,de reg. iur. in 6.in mercurialibus,in vlt.arti.ſecundi membri , diſputationis,& Do.Anto de Prato veteri,in conſi.45.colum. 2. volum. 4.inter conſilia Domi.Alex.Et hanc dicit veriorem Domi. Iaſ. in d.l.j.in pri.lectura,colum.14. verſic.& pro certo. ſubdens, q̃ iſta opinio ſemper ſibi placuit,& Dom.Ioan. Baptiſta de S. Seuerino,in repe.d.l j.C.de ſum.trini.col.mihi,nu.28.ver. vtrum, Apoſtolicus examinat iſtam quæſtionem , & in eandem partẽ inclinare videtur,& hanc partem tenet Alexã.de Neuo in eius conſilio,qđ fecit ꝯ iudæos fœnerantes,qđ habeo,& impreſſum reperitur poſt Piſanellam,& eſt conſi.100.adeo , q̃ vtraq; pars habet defenſores ſuos,& non procedit ſine controuerſia.Quid ergo dicendum inter tot,& tàm diſcordes Doctorum grauiſſimorum ſententias? In quo dubio conſiderando , quod Papæ eſt commiſſa tota monarchia ſpiritualis, & in ſpiritualibus poteſt omnia , & ſuper omnia , iuxta tradita per Bald.in l. Barbarius,in fin.ff.de offic.præto. Et attenta eius ſuprema poteſtate in præſenti articulo,dico concludendum eſſe , q̃ Summus Põtifex propter bonum publicum,ex cauſis ſuperius pro hac parte allegatis,poſſit permittere iudæis, vt publicè exerceant vſuras in terris Principum Chriſtianorum, interueniente conſenſu Domini temporalis,& populi ſui. Et iſta eſt communis opinio, prout in hac hæſitatione communem atteſtatur And. Sicu.in conſi.16.incip. Viſo puncto,& ſolenni,&c.colum.8. verſicu. Et ſic apparet ex ſupradictis,volu.4. vbi reſpondet ad omnia allegata in contrarium,pro parte negatiua , quæ aliter non referam,ſed ibi videri poterunt, ne alienos labores , & vigilias mihi aſcribam,& idem tenet Socy.iunior, conſi.108.conſideratis omnibus,colum.j.volum.3. vbi & de vſuris vſurarum reducendo vſuras in capitale & in ſummam creditam,& Bald.in l.fin.C.ſenten.reſcin.non poſ.Deci.in c.j.ſuper gloſ. in verſicu. ab omnibus , de conſtitu. Illius enim poteſtas eſt omnium ſuprema.Ioan.vlt.& in c qui ſe ſcit.2.q. 6.& in c. quicunque. 24. q.j.& in c.ſignificaſti,de elect.& no.in c.j.de cõſtit.& in c.quodcunque.24.q j.cum ea quę operatur,facit,vt Deus , non vt homo,c.inter corporalia,de tranſlati.pręla. cum ſit in terris , Dei Vicarius,nec habet ſuperiorem,nec poteſt dici illi,cur ita facis? c.ſolitæ,de maiori.& obed.c.licèt.c.ſignificaſti,de elect.cũ cõcordã.Et dicitur Deus viuens,c.quod olim,de iudæ. Et pro prẽmiſſa cõcluſione facit,quod tradit Hoſt.in d.c.ſuper eo. vbi dicit,in hac materia cõſideranda eſſe tempore, loca,perſonas,& cauſas,& ita etiam cõcludit Io.Bap.Ferretus, in conſi.37.& primo aſpectu,vbi latè,vol.j.concludens q̃ propter frigeſcentem Chriſtianorum charitatem erga proximũ,& vt Chriſtiani non mutuent ſub vſuris, poſſet tolerari iſta opinio ex cauſis legitimis,de quibus etiam ibi per eum. Nõ omittam diſtinctionem, quam tradit Conradus Summenarth in d.tracta.de contract. illi.q.27.incip.vtrum poteſtas , q̃ ſcilicet aut Summus Pontifex tolerat ſimpliciter,vel etiam declarat, q̃ iudęi non puniantur propter vſuras,quas exercent,& tunc per iſtam diſſimulationẽ poteſt id facere,ſecus autem expreſsè concedendo per ſua reſcripta,& Moderniſſi.Pariſien.loco in præcedẽ.q.citato,& not. per Bar.Bal.Saly.in l.ſi donatione.C.de collatio.per Dec.conſi. 602.col.4.Cardina.Iac.in tracta.de cõcilio,fol.494. col. 2. exemplo Saluatoris,qui noluit remouere Iudam ab Apoſtolatu, etiam q̃ adeſſet cauſa,quam ipſe ſciebat , quia nõ erat aliis nota.c.ſi ſacerdos,de offi.ordi.immo cum miſit ad prædicãdum, ſicut alios Matth.18.& in c. Chriſtus.j.q.j. nec Apoſtoli ſurrogaſſent alium niſi ipſe ſe ſuſpendiſſet,Actu.j.nec tamẽ preſumitur cauſa in Papa diſpẽſanda in materia prohibita lege diuina, & ratione naturali,& canonica,& ciuili,notatur per Doct.in d. c.quæ in eccleſiarum. nec iuſtificatur diſpenſatio ex clauſula, & ex aliis rationibus animum noſtrum mouẽtibus , vt per Oldra.conſi.250.clemens,Soci.conſi.164.Deci.conſi.606.col.2. & pen.Cardi.Iacoba.in d.tracta.fol.mihi 498.

Vnde verum eſſe puto,q̃ ĩ diſpenſatione, quã faceret Summus Pontifex contra ius Diuinum, deberet exprimi cauſa, talis,quæ eſſet iuſta,& rationabilis: nam quãdo fit diſpenſatio cõtra ius Diuinum,nunquam præſumitur cauſa, niſi exprimatur, & quæ ſit aperta,& aliis nota,& certa,& non retenta in mente, & pectore,& aliter quàm ex verbis enũciatiuis in literis,vt per Bald.in l.pri. verſicu. dubitatur. C. de iure aureo.anul. Ioan.h. And.& Abba.in cap.cum in cunctis. §. cum verò , de elect. Innocen.& alij,in dicto capitulo fin.de conſue. Abba.in d.c. quæ in eccleſiarum,colum.iiij.nume.10.verſi.ii.limitarem. Vbi etiã Fely.colum.v.& colum.viij.& Deci.colum. vij.& ſequent. &c. per.Iaſ.in l.quominus.colum.ij.& iij.ff.de flumi.

Circa quæ tamen omnia , & ſingula, me ſemper ſummitto melius ſentientis correctioni omni tempore,& præmiſſa ſem per proteſtatione conſueta,de qua in d.c.hæc eſt fides.xxiiii.q. j.& omni meliori modo,quo fieri poteſt.

Nota tamen,quòd licèt vſuræ ſint vt ſupra prohibitæ omni iure,tamen quando accipiens obligaret ſe ad aliquod factum correſpondens ipſis vſuris,quòd tunc ſecus eſſet,de quo tamen vide per Hoſti.& alios,in cap.conqueſtus,extra de vſur.& not. in l.petens C.de pact.Et per Aſten.lib.iij.titu. de vſur.arti.iii.q. iii.vbi an liceat pro pecunia mutuata aliquod cõmodum expetere.& concludit quòd non , benè tamen licere recompenſationem eorum,quæ non menſurantur pecunia exigere pro mutuo, vt beneuolentiam , & amorem eius cui mutuauit, vel aliquid huiuſmodi, & per Roma.ſing.cxxxvi.incipit, Regula eſt quod qualiter.Et an ſtatuentes,quòd non poſſint exigere vltra ſex denarios pro floreno, incidãt in pœnas clem.j.de Iudę. cum videãtur permittere, quòd ſex denarios accipere poſſint, Glo.Ioan.Andr.ibi,in ver.facere,decidit,quòd non,de quo tamen vide latè Corne.conſi.ccxxxv.de pluribus,vol.j.

Quæro è contra, †An recipere pecunias ad vſuram ſit ꝓhibitum,& ſit peccatum? cũ ſint correlatiua,pręſtare,& recipere,& de natura correlatiuorum ſit , vt ſtatutum in vno cẽſeatur etiã ſtatutum in altero.Iſta quæſtio examinatur per Doct.in d.c.ſuper eo,de vſur.& maximè per Ioan.de Ana.ibi, colum. ii.& iij. vbi diſtinguitur in dante,& recipiente:nam ille, qui dat , ſemper peccat mortaliter:ille verò,qui recipit, aut recipit pro opere pio,& virtuoſo, aut pro opere indifferenti. Item aut in recipiente ab eo,qui erat paratus mutuare,aut non, & remitto me ad id , quod materialiter concludit ibi do. Abba. Nec omitto, quòd Hoſti.in d.c.ſuper eo,colum.ii.verſi.in hac ergo materia, dicit,quòd pauci ſunt,qui aduertant eſſe peccatum recipere ad vſuram,& ideo pauci eorum,qui mutuum ad vſuram recipiũt, hoc peccatum confitentur.Certum eſt enim(dicit ipſe,) quòd nõ ſolum ille,qui dat,ſed & qui recipit , participiat in peccato, per illum tex. Quod intelligendum eſt , ſecundum diſtinctionem doct.ibi.Et de his vide S.Thom.2.2.q.lxviij.art.iiii. Richar. in iiii.diſtin.xv.arti.v.quæſt.v. Sanctus Bonauen. in iii. diſtin.ij. Alex.de Ales,in quarta parte Sum.in tracta.reſtitu.& per Summiſtas. Ideo aliter hic non ponam , cum non ſit de principalibus intentionibus meis in hoc tractatu, licet Hippo. de Marſi. in l j.§.præterea,nume.mihi xviii.ff.de quæſtio. dicit plures tenere,quòd Chriſtiani,qui recipiunt pecuniam ſub vſuris à Iudæis,quamuis ſint cauſa , quòd ipſi Iudæi committant vſuras, tamen ipſi,qui recipiunt,non peccant. quia hoc faciunt inuiti, contra eorum voluntatem,vide Laurẽ.de Rodul. in tract.vſu. colum.vii.verſi.ad nonum,num.20.

Et quia dictum eſt ſupra, de ipſis vſuris repetendis , per text. in dicto capitulo poſt miſerabilem,de vſur. Quæro † an poſſit ipſarum repetitio ſponte per illum,qui eas ſoluit, remitti,& ſit licita talis remiſſio repetitionis vſurarum , & earum retentio? In quo concludendum eſt,quòd ſic,vt not. Glo. & Ioan. And. in regula,peccatum,de regu.iur.in vi.in mercurialibus, & Hoſtien.in ſum.de vſur.§.qua pœna,verſi. ſed ſi fœnerator. Anto. de Butr.& alij,in capitulo cum tu, eod. titul. vbi etiam per Ioã. de Ana.in iii.colum.verſicu.tertio quæritur de vtili , & notabili.quæſt.vbi ponit plures opi.Et ad hoc,vt tollat omnis dubitatio,dat cautelam,quòd pecunia reſtituenda,ſit reſtitutioni parata,dicens tamen magis cautum eſſe, ſi offeratur : cautiſſimum autem ſi actualiter reſtituatur, & ponatur in manibus ſoluentis,à quo ſunt extortæ vſuræ , & quòd vſurarius dicat , ego teneor tibi in centum ex cauſa vſuraria,rogo te ad hoc,vt poſſim capere communionem iſto Paſchate,vt velis,quòd cum bona conſcientia retinere poſſim , & ego me obligo tibi per inſtrumentum ex cauſa mutui , vel depoſiti , quòd intra certum terminum tibi reſtituam,& ille ſit contentus:nam tunc ſecundum eum erit tutus,& poterit capere communionem, & dicetur in effectu ſatisfactum ſibi. & quòd poſſit etiam ſponte remitti repetitio vſurarum,tenet Angel.conſi.100.præmitto,quòd de iure,Petr.de Anchara. conſilio xcviii. iſtam quæſtionem , ad fin. & conſil.cccvi.efficax.columna ſecunda verſicul. & circa hoc, Alex.conſi.xcj.Viſis actis , in princ.vol. ii. de quare vide etiam Cardin.in clement.prima.§.ſanè,quæſtione x. de vſur.Pro quibus facit,quòd valet pactum factum ſuri de non agendo actione furti,poſt furtum cõmiſſum.l.ſi vnus §. pacta quę.ff.de pact. & not.in cap.fin.extra eod.tit. Et an Chriſtiani poſſint à Iudęis vſuras accipere,vide Ioan.de Ana.in c.conqueſtus,colum.fina. extra de vſur.& in c.quia,extra de iudæ.& Stephan. Bertrã.cõſi. lxxxviii.lib. iii. vbi quòd non , & faciunt not. ſupra nume. 6. & ſeq.& dixi ſupra c.vii.

Et

Source : BIU Cujas

17 Et notandum est, † ꝙ iudæi exercentes fœnora, & recipientes pignora, vt vestes, & alia mobilia, quæ seruando, non ita de facili seruari possunt, tenentur ea custodire, ne propter humiditatem consumantur, & deteriorẽtur, aut à tineis, & murib. corrodantur, cum talis casus proueniat magis ex culpa, quàm sit fortuitus: rosura enim murium est in culpa, vt per Sali. in l. item quæritur. §. si fullo. ff. loca. vbi etiam per Bal. qui arguit ex illo tex. contra fœneratores, qui si non excutiant pannos pignoratos à tineis, sit eorum periculum, secundum Iac. & facit, quod habetur in l. j. §. si rosæ. ff. de bono posses. secund. tabu. vbi Bart. ponit de muribus rodentibus cordulam bullæ.

Iudæus tamen fœnerator pro ipsis pignoribus non tenetur de leuissima culpa, sed tantùm de dolo, lata culpa, & leui, cum talis contractus pignoris celebretur gratia vtriusque, ideo de leuissima non tenetur, Insti. quib. mod. re ℨ. obli. §. fi. l. si vt certo. §. nunc videndum ff. commo. propterea non tenẽ pro pignoribus cõbustis, & furto subtractis, vt tradit Cẽpol. consi. 69. cir. ca primum dubium. col. 3. versic. circa fm. An autem christiani facientes vendere pignora data per Christianos hebrẽis postquàm sunt deperdita, vt fit Paduæ per Camerarios, inuoluantur crimine vsurarum & peccatum committant, vide Alex. de Neuo consi. 99. vbi dicit ꝙ non, quando fiunt cum minori dãno Christianorum; & an emẽtes libros aut vestes à Iudæis fœnerantib. sint tuti in foro conscientiæ, & de re empta ex pecunia fœnebri alienata per vsurarium possit vindicari per soluẽtes vsuras, vide eundem Alexan. consi. 97. quærit̃ à me, vbi quo ad primum dicit, ꝙ sic. quo ad secundum, distinguit an res peruenerit ad alium ex cã lucratiua. & ꝙ sic, secundum cõmu. opi.

18 Et cum sæpissimè contingat, † ꝙ famuli, vel alii surripiunt vestes, & mobilia alicuius, quæ deferuntur ad hebrẽos ad subpignorandum, quæritur an tales hebræi recipientes rem alienam scienter pignori, dicantur committere furtum? Circa qđ Bal. in l. seruus. ff. de condi. inde. dicit illum tex. facere, & menti tenendum pro famulis scholarium subpignorantib. libros Dominorum, quod dicit habere locum in iudæo scienti, qui potest repetere per condictionem ob turpem causam, & Paul. de Castr. ibi dicit allegasse dictum tex. pro casu florentiæ, vbi quidam famulus surripuit vestes Domino, & detulit ad fœneratorem ab eo accipiens pecunias, & Dominus iuit ad fœneratorem causa habendi vestimenta sua, qui ei nolebat restituere nisi præstitisset pecuniam, qui soluit, & habuit vestimẽta, postea volebat repetere pecunias solutas, an possit? & dicit in illa lege, esse casum, ꝙ si ignoranter fœnerator recipit, non teneretur ad restituendum, & ꝙ plures Doctores fuerunt admirati, & aliqui turbati, idem tradit Bal. in l. eos. C. de fur. vbi dicit illam esse notabilem contra acceptantes res furtiuas sciẽter, & ꝙ ex hoc vidit semel suspendi vnam mulierem, & idem concludit de fœneratorib. scientib. Et dicit Ang. in consi. 70. visis & ponderatis, qđ decretum concessum à Principe iudæis, vt possint mutuare super rebus alienis, intelligitur qñ ipsi ignorant alienas, secus si sciũt, nã tunc tenẽtur eas restituere perdito precio per dictam l. seruus. sed no. ꝙ si Princeps concedit priuilegiũ iudæis non restituendi res furtiuas sibi pignoratas donec sibi preciũ restituatur, tale priuilegium non afficit clericos, nec studentes, & ideo debent restituere perdito precio, etiam si ignorant ipsi iudæi res furtiuas esse, vt per d. Abb. in locis statim allegandis, & adnotata in d. l. seruus. vide Hyppo. de Marsi. sing. 13. volo tibi. vbi de Ecclesia, & forensibus, quid iuris in casibus prẽmissis. Et quia in pluribus locis extant statuta, vel decreta, ꝙ iudæi non teneantur ad restituẽdum res pignoratas, dominis, sine pretii solutione, nec possint conueniri rei vendicatione, nisi Dominus offerat pretium exbursatum per eos. De his vide per Abb. in c. quod clericis, col. 7. ver. ex hoc infero ad notabilem quẽstionem, extra de foro compet. & per Ioan. de Ana. consi. 70. incip. visis, & põderatis, & ibi per Ludoui. Bologni. in additione, vbi etiam de Ludente cum seruo, vel filio cum pecuniis patris, vel domini, & de ludente cum falsis taxillis, ꝙ cõmittatur furtum, & per Bal. in Rub. C. de cõdictio. ob turp. cau. Et an in præmissis præsumatur iudæus sciuisse, vel ignorasse rem pignori traditam esse alienam, vide Glo. in l. in ciuile, & ibi Bar. C. de fur. Bal. & Imo. in l. fi. ff. de hære. inst. ad permissa vide Hippo. sin. 13. vbi circa d. Bal. in d. l. seruus. dicit doct. aureã, & q̃ posset dare de lacte & lana.

SVMMARIVM.

1 *Occidere Iudæum, vel paganum, maius est peccatũ, quàm interficere Christianum, & infra, num. 4.*
2 *Clericus occidens paganum, vel infidelem, est irregularis, & etiam quemcunque alium, qui posset impunè occidi*
3 *Occidens paganum, vel infidelem, dicitur homicida.*
4 *Occidens Christianum, magis peccat, quàm occidens infidelem, & quomodo, &c.*
5 *Occidere iustum, an sit maius crimen, quàm interficere iniustum, & peccatorem, remissiuè.*
6 *Irregularitas an cadat in infideli, & an propter homicidium commissum, post baptismum possit dici irregularis, & ad sacros ordines promoueri.*

CAP. XII.

SAEPE accidere solet, vt fideles interficiant infideles, ideo quæro iuxta modum traditum in c. q̃ro. 6. q. j. de magis peccãte in diuersis casib. prout aliàs per Bal. in l. j. col. 15. versi. item quæritur, quid si grauius. C. qui accusa. non pos. An magis quis, peccet interficiendo iudæum, vel paganum, quàm Christianũ.

1 Gl. in c. rebaptizare, de consecra. distin. 4. videtur tenere, † ꝙ sit maius peccatum occidere infidelem, quàm fidelem, quia qui interficit infidelem, corpus & animam occidit, & quis Christianum, animam eius non occidit, quia fortè bonus est, de quo etiam per Fely. in c. ita quorundam, colum. j. extra de iudæ. Ad hoc aliquid facit, ꝙ ex occisione infidelis quis efficitur irregu-

2 laris, quod indicat atrocitatem delicti, † sicut si clericus interficeret fidelem: nam & non licèt clerico aliquo casu committere homicidium sine incursu irregularitatis, præterquàm pro necessaria defensione sua, vt in cle. vnica, de homici. per Abb. in c. sicut dignum, col. 3. extra de homici. In aliis autem casibus semper incurrit irregularitatem, vt habetur in c. suscepimus. c. de cætero. c. tua nos. c. Ioannes, eo. tit. de homici. Immo etiam si occideret bannitum, qui posset impunè offendi ex forma statuti, vt per Hippo. de Marsil. consi. 11. circa hoc dubium. Potest tamen Papa dare licentiam clerico pugnandi in bello iusto, sine metu irregularitatis, vt per Abb. in c. clerici. col. 2. versic. sed circa. & dicit notabile, de vita, & honest. cler. & j. distin. c. clericus qui paganum. glo. & ibi no. in c. si habes, 24. q. 3. Item interficiens paganum dicitur homicida. c. clericum. c. de his. 50. dist. & extra de voto. c. ex multa. per Inno. in c. olim, el 3. de restitu.

3 spolia. † Et homicida in sacerdotali officio etiam cum Episcopi dispensatione administrare non potest, & in homicidio pagani habet locum dispositio c. miror, ea distinct. vt per Archi. ibi, in prin. Sed in contrarium facere videtur quod concludit

4 S. Thom. 2. 2 q. 69. artic. 6 dicens, † ꝙ magis peccat quis occidendo iustum, quàm peccatorem, siue iniustum, quem refert Archidia. in d. c. si habes, & Fe[illegible] in c. consuluit, colum. 2. circa fin. extra de iudæ. Et hoc quadriplici ratione. Primò, quia nocet ei, quem plus diligere tenetur. Secundò, quia iniuriam infert ei, qui est magis dignus, & ideo magis contra iustitiã agit. Tertiò, quia priuat communitatem maiori bono. Quartò, qa Deũ contemnit, secundum illud Lucæ, 10. qui vos spernit, me spernit. sed Doct. in d. c. rebaptizare, sic cõcludunt, videlicet ꝙ verum est, maius peccatum esse occidere Christianum, quẽ magis teneor diligere, quàm paganum, vt dictum est: sed de morte pagani maius damnum contingit, cum moriatur etiã in anima, & maius damnum est in morte vnius animæ, quàm mille corporum. 22. q. 5. ille. 24. q. 3. si habes. Et dicũt, ꝙ ideo ad cautelam maior pœnitẽtia imponitur pro pagano, quàm ꝑ Christiano, quandoque scilicet cum puer occiditur, de cuius baptismo, vel ꝙuersione magis speratur, quàm de conuersione adulti. Si ergo vterque est adultus, qui occiditur, magis delinquitur in Christiano, quàm in pagano, & maior pœnitẽtia est infligẽda pro Christiano, q̃ ꝑ pagano: sed si vterque est puer, similiter plus peccatur in occisione Christiani, sed propter maius damnum, maior pœnitentia imponitur pro pagano, quàm ꝑ Chri-

5 stiano, vt per Archid. & Egi. in d. c. rebaptizare. De eo etiã, † an sit maius peccatum occidere iustum, quàm iniustum, vide etiã Egi. in c. sicut dignum, de homici. Dictum est supra de Christiano interficiente infidelem, & ꝙ ex eo homicidio efficitur irre-

6 gularis, quæro † an infidelis propter homicidium commissum ante baptismum efficiatur irregularis adeo, ꝙ non possit promoueri ad sacros ordines: & quidam tenuerũt, quod siue illud sit commissum ex voluntate, & cum peccato, siue ex officio & sine peccato, non efficiatur irregularis, prout tenuit Lap. Et sequitur Car. Zabar. in cle. j. q. 12. de homici. Dicens ꝙ huic opinioni standum est in ambiguitate sententiarũ, vt in pœnis hat mitior interpretatio. Sed contraria opin. est verior, quod scilicet quando homicidium fuit commissum cum peccato, contrahatur irregularitas, prout etiam tenet Innoc & Calde. & D. Abb. in c. gaudemus. in 2. col. ver. in Glo. fin. de diuor. & Maria. in c. ad audientiam. col. 5. ver. sed Dominus meus. extra de homici. allegans hoc idẽ tenere Hosti. in summa, eo. tit. §. qua pœna, versi. quid ergo, & respondet ad obiecta Lapi & Zabarellæ, quando homicidium commissum fuisset sine peccato. Innoc. & Cald. vbi supra, tenent quòd per baptismum tollitur irregularitas, idem etiam concludit Abbas in dicto capit. gaudemus. per plura fundamenta, refellens contrarium tenentes, ad quæ vide nota. in capitu. de his. extra de accusatio. & 26. distin. capit. j. & 2. & 3. & faciunt not. in capitu. quæsitum. cum seq. 13. quæ. 4. & distinct. 50. in summa.

SVMMARIVM.

1 *Coitus cum alienigenis reprobatus, & olim castigatus acerbissimè, & ipsa etiam connubia.*
2 *Christianus rem habens cum Iudæa ẽt in figura matrimonij, punitur capite.*
3 *Monialem carnaliter cognoscens magis delinquit, quàm rem habens cum infideli.*

Source : BIU Cujas

4 *Virginitas amiſſa, nunquàm poteſt reſtitui, etiam ab ipſo Deo.*
5 *Pœna violantis monialem tam in foro conſcientiæ, quàm in foro eccleſiaſtico, & ciuili.*
6 *Pœnæ maioritas arguit delictum maius.*
7 *Veſtalium ſtupratores, qua pœna apud priſcos mulctarentur.*
8 *Virginitas etiam à Romanis cuſtodita.*
9 *Moniales, qualiter ſe habere debeant in earum vita.*

QVæro non ab re, quod nam ſit maius peccatum, an cognoſcere carnaliter Iudeam, & infidelem, an verò monialem? Et dicendum videtur, quod magis peccat qui cum infideli ſe commiſcet carnaliter, quàm cum moniali. Sunt enim Iudæi inimici Crucis CHRISTI. capitulo licèt vniuerſis, extra de teſti. & ſui nominis ſanctiſſimi blaſphemi, c.i.c. cum ſit nimis, extra de Iudæ. ergo debent grauiter puniri, argu.not.per Bald.in leg liberti, circa.fi.C.de inoffi. teſta. & per Marti.Lauden.in tracta.de confœ.princ. quæſt. xxvi. Et pro vitanda huiuſmodi commixtione prouiſum eſt per ſacros canones, vt Iudæi, & Sarraceni vtriuſque ſexus per habitum publicè
1 diſtinguantur a Chriſtianis. capitulo in nonnullis, eod.titu.† Et olim apud Hebræos talis coitus cum alienigenis erat prohibitus, in tantum, quod vterque tenebatur pœna mortis, ideo legiſ Numeri 25. Quòd cum Zambri vnus de filijs Iſrael intraſſet ad Scortum Madianitem Cozbi filiam Sur Principis Madianitarum, fuit à Phinee filio Eleazari interfectus vterque, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam, ii.quæſt. vii.capitulo nos ſi competenter. §. his ita reſpondetur, verſi. tunc Phinees immò & ipſa etiã connubia erant cum eis prohibita, Deutero. vii. Leuiti.xi. Eſdræ primo.ca.pen.& Eſdræ iii.cap.fin. Ezech.16.& in cap.ius gentium.i.diſt.

2 Et attento iure ciuili † rem habens carnalem cum Iudæa etiam in figura matrimonij punitur pœna capitis, ſi ſciẽter quis contrahit cum Iudæa. l. ne quis Chriſtianam C.de Iudæ. Et eſt crimen deterius adulterio, quia ſine præfinitione temporis à quocunque poteſt talis coitus accuſari, quod nõ eſt ſic in adulterio propriè. leg.miles. §. ſi pater. §. ſi mulier. §. ſexaginta. ff. de adult. Item poterit vnuſquiſque eos accuſare ſine inſcriptione pœnæ talionis. Gloſ. in dicta l. ne quis. Et per hoc crimen videtur fieri maxima iniuria, & offenſio in Deum propter baptiſmi ſacramentum. xxviij. quæſt. i. caue, & cap. non oportet, & c. ſeq. & maius eſt peccatum, quod in Deum, quàm quod in hominẽ committitur. capitulo ſicut. xvii. quæſt. iiii. capitulo mouet te. circa fi. xxij quæſt. j. Et facit, quod tradit Oldra. conſil. cccxxxiii. quod eſt vltimum in ordine, de illo Pondonio Iudæo, cui propter id inciſa fuerunt virilia, quæ dicit ipſe vidiſſe ante palatiũ.

3 Sed vlterius cogitanti videtur dicendum, † quòd ſit maius delictum coire cum moniali, quàm cum infideli, quia ex tali coitu plura oriuntur crimina, ſecundum Gloſ. in capitulo virginibus. xxvii. quæſt. i. quæ ponit tantum tria. Deci. conſil. 338. col. i. licèt ſint plura tribus, vt infra dicetur, videlicet Sacrilegium, quia perſona ſacra per violationem læſa reperitur: & priuilegiũ virginitatis amittit, iuxta illud, læſa pudicitia deperit illa ſemel, & dicto capitulo virginibus, & capitulo impudicas, & eſt text. in leg. prima C. de rap. virgi. Nec poteſt reſtitui etiam per ipſum Deum, vt dicit Gloſ. ibi, in verbo, non poteſt, quæ allegat Hieronymum, & eſt ad Euſtachium, & Auguſtinum, & ſequũtur Docto. & ſcriptum eſt Amos v. Virgo Iſrael cecidit, nõ adiciet vltra, vt reſurgat, & xxxii. quæſt. v. capitulo ſi Paulus. habet enim hoc donum virginitatis, ſicut ſericum, quod cum in lutũ ſemel cadit, nunquàm perfectè abluitur, quin ſemper macula appareat, & de virginitate vide xxxii. quæſt. v. per to. qualis eſſe debeat, ſi tamen inuita cognoſcatur, non perdit virginitatem, immo eam auget per Ioan. de Ana. in c.iii. col.ii. de fur. per text. in c.i. xxxii. quæſt. v. vbi eſt dictum Beatæ Luciæ, quæ dixit Paſchaſio, ſi feceris me inuitam violare, caſtitas mihi duplicatur ad coronam. & vide Abba. conſil.iiii. vol.i. & Auguſti. libr. i. de Ciui. Dei. capitulo. xvi. xviii. xxix. & quæ latiſſimè dixi in tract. de celibatu ſacerdotum non abrogando. parte j. capitulo ix. Item committitur inceſtus, cum ſit nobis coniuncta in Chriſto, † & ſpõſam Dei violat, qui eſt pater noſter. xii. quæſt. ii. qui abſtulit, & in c.i. & ii. de cognat. ſpiri. Tertium eſt adulterium, cũ ſit ſpõſa Chriſti. d.c. virginibus, cũ Gl. quartũ eſt ſtuprũ, qa virginem verè, & honeſtè viuẽtẽ defloravit, & ſtupravit. l. inter liberas. §. ſtuprũ. ff. de adul. bonus tex. in c. ſi qua monacharũ· 27. q. j. Quintũ eſt violatio clauſuræ. Itẽ pſuaſio fractionis voti, & corruptio ancillæ Dei, & maxima in Deũ offenſio, & cultus eius, ꝓ pterea ſapit crimẽ leſę maieſtatis. c. ſi quis ſuadẽte, verſi. qui autẽ xvii. q. iiii. Nã lõgè grauius eſt æternam, quàm tẽporalẽ lædere maieſtatẽ, vt dicit tex. in c. vergentis, extra de hæreti. Vnde propter adiunctũ augetur pœna. c. virginem. xxvii. q. i. & cum ſint plura crimina ex eodẽ facto deſcendẽtia, quę ſpecie differunt, poſſunt etiã inſtitui plures accuſationes, & imponi plures pœnæ, ſm Archidia. in d.c. virginibus, & per Abba. in c. at ſi clerici, colum. 12. extra de iudi. & in capi. pen. in 3. not. de purga. cano. & ita ꝯcluſum fuit aliàs Bononiæ, à multis Theologis & Doct.

5 † De cuius delicti caſtigatione ponit tam quoad forum cõſcientiæ, quàm contentioſum coram Eccleſiaſtico, Archidia. in c. peruenit. c. ſi quis epiſcopus. ca. ſi qua monacharum. 27. q. j. & Ioan. de Ana. conſi. 1. col. 2. verſi. pœna autem. vbi dicit, ꝙ iſtud delictum eſt de maioribus merentibus perpetuam depoſitionem, dato ꝙ talis fornicatio cum moniali non eſſet notoriè ſcandaloſa, allegat Anto. de Butr. in d.c. at ſi clerici. & in c. adulterii. 32. q. 7. Et de pœnis contra rapiẽtes moniales tam de iure ciuili, quàm canonico, vide per Doct. in l. ſi quis nõ dicam rapere. C de epiſ. & cleri. & in d.l.j. C. de rap. virgi. Et de non rapiente eas, ſed de eis, qui rem habent ſecũ, vt pœna vltimi ſupplicii teneantur, ſi ſunt laici, & bona eius tradãtur monaſterio illi, vbi moratur monialis ſtuprata, tex. eſt in §. pen. in Auct. de ſanctiſ. epiſ. & ĩ c. ſi quis rapuerit. 17. q. jꝙ tex. eſt multũ ſing. monialis autẽ paſſa ſe cognoſci carnaliter, de ſuo monaſterio debet extrahi & in alio recludi, vt ſecurius ſeruetur ne in tale crimẽ reincidat, & latè per Marſi. in repe. d.l.j. vbi etiam de pœna, qua tenetur ipſa monialis delinquens.

Et licèt dictum ſit, Deum offendi in coitu cum infideli propter baptiſmum, & cultum eius, multò magis dicendum eſt in hoc reprobato coitu cum moniali, vt dicit Bald. & Salic. in d.l.j. de rap. virgi. inferentes, ꝙ ſi ex forma ſtatuti. Si iniurians haberet pacẽ ab offenſo, deberet pœna minorari, ꝙ tunc ad hoc vt minoretur pœna in raptu monialis, ꝙ remiſſio talis iniuriæ requireretur, nedum ab ipſa moniali corrupta, ſed requiritur etiam pax à Papa, qui obtinet vicem Dei in terris.

Non omittam ad præmiſſa confirmãda, ꝙ Iouianus Imperator ſecundus à Iuliano promulgauit generale edictum, quo præceptum erat, vt capite plecteretur, qui ſacram Virginem ad nuptias ſolicitare tentaſſet, duntaxat impudicè conſpexiſſet, nedum rapere conatus eſſet. Tulerat autem eam legem propterea ꝙ flagitioſi, quidam eiuſmodi virginum nuptias ſi Imperio Iuliani vſurpauerant, quas vel vi, vel perſuaſione corruperant, ſicut turpis concupiſcentia talia præſumere non veretur, dum religio malè conſtituta impunitatis ſecuritatem pollicetur. Et violatores monialium filios perditionis vocat Apoſto. vt deciſum fuit in concilio Arelatenſi, quod eſt deſcriptum in capitu. ſciendum. 27. quæſt. j.

6 Vnde † ex maiori pœna delicti in coitu cum moniali, quàm cum infideli arguendum eſt, ꝙ talis coitus ſit maius crimen, q̃ præcedens cum infideli, cum ex maioritate pœnæ maius delictum inferatur, vt eſt Glo. not. in cap. meliore propoſito. 27. q. j. not. Barto. in l. Meuia, in princip. ff. de accuſa. Calde. conſi. j. in titu. de accuſ. Deci. qui allegat plures concordantes, in capit. at ſi clerici colum. 3. in 7. not. extra de iudi. Qui dicit ſe ideo aliàs conſuluiſſe, furtum, pro quo imponitur pœna furcarum, maius eſſe delictum, quàm homicidium, pro quo eſt pœna capitis, cum pœna furcarum ſit maior, vt ibi per eum, & id tradit Deci. conſi. 65. volum. j.

Cuius tñ delicti ſceleratiſſimi pœna maior erat apud priſcos gentiles, & etiam hebræos: nam & apud illos olim Hieroſolymis ad miniſterium templi dicatę erãt virgines. & j. Reg. 2. vbi de filiis Heli dormientibus cum mulieribus, quæ obſeruabant ad oſtium tabernaculi, & quod tale peccatum eſt in Deum, vt nemo oret pro eo, & pater cum filiis periit, & capit. 4. ſed apud Romanos Numa ſecundus, eorum Rex, Deæ veſte Sacra communia, virginesque Veſtales inſtituit, cum ante ea ſacra in curiis per curiales fierent, quę ſacra è Troia lata dicuntur. Et ſeueriſſimè apud ipſos hęc crimina ſunt vindicata per ipſos etiam Imperatores: nam inter eos Domitianus exactiſſimè vindicauit inceſta Veſtaliũ, vt tradit Euſebius in cronicis, & ob id laudatus eſt à Statio Papinio, lib. j. ſiluarum, dum ait.

Ipſe autem puero celſum caput aere ſeptus.
Templa ſuperfulges, & proſpectare videris,
An noua contemptis ſurgunt palatia flammis?
Pulchrius, an tacita vigilat face Troicus ignis.
Atque exploratas iam ludet Veſta miniſtras.

Tres enim Veſtales interemerat, ĩter quas fuit Cornelia Veſtalium maxima, & Celer eques Romanus, quam hiſtoriã perpulchrè ſcriptã reliquit Plinius ſecundus, libro quarto Epiſtola ad Minutianum.

7 Eiusque criminis caſtigatores erant Pontifices maximi, † & mos vetus fuit, vt viuæ humi defoderentur in campo, qui ob id ſceleratus vocatur, & viuæ deferebantur in feretro per forum more mortuorum & ad portam Collinam cum ſilẽtio deducebantur, vbi ſtructa erat ſubterranea domus, & à Põtifice virgo inceſta operto capite conſtituebatur in ſcalis in ſubterraneum domicilium deferentibus, cum illa deſcẽderat ſcalæ tollebantur, & domicilium humo iniecto operiebatur, in quo lectus erat, & lucerna ardens, panis quoque cum aqua, lactæ, & oleo, ne fame mori viderentur, de qua re Iuuenalis ſic inquit.

Sanguine adhuc viuo terram ſubitura ſacerdos.

De quib. etiam Liuius lib. 22. ita dixit. Duæ Veſtales eo anno, Opimia, & Floronia ſtupri compertæ, altera ſub terram, vt mos eſt,

Source : BIU Cujas

eſt,ad portam Collinam necata fuerat; altera ſibimet ipſa ſibi mortem conſciuerat. Lucius Cautilius ſcriba Pontificum, qui cum Floronia ſtuprum fecerat à Pontifice maximo eo vſque virgis cæſus eſt in comitio, vt inter verbera expiraret, de cuius criminis ſupplicio vide etiam Augu. lib. 3. c. 5. de Ciuit. Dei. & Dionyſium Alicarnaſeum, melius quàm alibi, libro 2. antiquitatum Romanarum. Vbi etiam de Aemilia, & Tutia factum in teſtimonium eorum innocentiæ, & Pomponium Lætum in libro de ſacerdotiis Romanorum.

Suadetur etiam abſtinendum à virginibus Deo dicatis, per
8 mares, per id, quod etiam † apud Ethnicos quondã Romæ mares arcebantur à ſacris Bonæ Deæ, adeo ꝙ ipſæ etiam maſculorum picturæ fugerentur, ne fortè muliebris animus inter ſacrificandum, ex huiuſmodi inſpectione impudicis deſideriis fœdaretur. Aſſerebant enim Bonam Deam *fuiſſe caſtiſſimam, & adeo virginitate decoratam, vt nũquàm fuerit egreſſa domo, neque dum vixit vllum virum viderit. & Plato in Thimeo* dicit, quòd illi qui dignitati *ſacerdotali* erant præpoſiti in ciuitate Athenienſi à cætero populo ſeparabantur ne eorum caſtitas macularetur.

Hæc *Gentilium* exẽpla addere minimè veritus ſum, vt Chriſtianus ꝙsquis apertius dignoſcat, qua ſit animaduerſione ple-
9 ctẽdus, † qui Deo verò deſponſatam virginem corrumpendã *duxerit*, & fontem Deo ſignatum conturbauerit; hortiq́ cõcluſi ſepem deſtruxerit, non permittendo ipſas amore cœleſtis ſapientiæ captas ſupremæ philoſophiæ, ſtudium impendere, cũ prolis quidem, ac liberorum vtpote qui ad corpus pertineant, nullam habeant rationem, & animam omni diligentia curantes, totas ſe ipſas ipſo corpore, atq; animo. Regi omnium, vniuerſiq; Deo dedicarunt, vt ſic integra, perpetuaq́ue caſtitate, ac virginitate fungantur. Et ſimiliter quàm graui pœna ſint afficiendæ virgines Chriſti ſponſæ, quæ nephariis ſtupratoribus ſe proſtituendas obtulerint, & Domini templum, & ſpiritus ſancti habitaculum prophanau erint, & in lupanar conuerterint, vt non amplius Domini ſponſæ, ſed Sathanæ concubinæ ſint appellandæ. Non ſunt enim hæ noſtri tẽporis velatæ virgines, Apollini, vt Phæbades, aut Veſtæ, aut Bonæ Deæ, aut alicui vanorum Deorum gentilium dicatæ, ſed Chriſto, vero Deo, Dei filio conſecratæ. Et proinde Chriſti ſponſalitium cuſtodire, & intactum, illibatumq́ue conſeruare tenentur, & non tanquàm *ſcorta molli veſtiendi cultu, euulſis capillis*, fucorũ lenociniis, impudicis ſermonibus, pudicitiam fœdare, & extra etiam ſepta ſeſe facinoroſis ſtupratoribus, & impiis etiam ſeruis, & lenonibus ſubſternere, & talia irreuerenter patrare, vt quamuis proſtitutam meretricem in poſtribulo puderet. Honeſtas tamen, & ſanctas, & pudicas ſemper excipiendas duxi, quæ in ſua integritate, & quomodo ſanctitas in ea erit, quæ iactat verba fracta, & vbi cantiones meretriciæ, vbi voces vehementer ad voluptatem incitantes, vbi ſtibio picti oculi, coloribus tinctę genæ, vbi totius corporis habitus ſuorum impoſtura plenus? aliaq́ue inſuper multa lenocinia, ad fallendos, ineſcandosq́ue intuentes inſtructa? ſed de earum veſtimentis vide gloſ. in clemen. attendentes, in verbo, ſericis. de ſta. monach. tex. in c. ſanctimonialis. 33. diſtinct. & in c. vidua. 22. quæ. j. Abb. in c. vxoratus. de cõuer. coniuga. Deiq́ue ſeruitio conſtanter perſeuerãt, licèt & de malis conuerſionem non deſperamus, prout eas, quæcunque ſint obſecro, ne incidant in eam conditionem, vt contra eas poſſit obiici, quod exclamat Hieremias, Impudẽs facta es ad omnes, facies meretricis facta eſt tibi. Eſai. 3. & Apoca. 17. Quod facile futurum mihi perſuadeo, ſi abiecerint ſpecilla, calamiſtra, crinalia, ampullas, & ornatos thalamos Thaide potius quàm ſacra virgine dignos, & hominum colloquia euitauerint. ex habitu ornato Iuda nurum ſuam Thamar meretricem eſſe putauit, Gen. 38. Nam & ob hoc velantur, & clauſtris ſepiuntur, ne fiant virgines fatuæ habentes lampades, ſed oleo carentes, & excludantur à ſponſo, ne contra eas impingatur quod ſcriptum eſt per prophetam dicentem, Deſcende, ſede in terra virgo Babylonis filia, ſede in terra, non eſt filiæ Caldeoruu tronus, nõ vocaberis vltra mollis, & delicata, accipe molam, & mole farinã, diſcooperi velamen tuum, deinde crura tua, tranſi flumina, reuelabitur ignominia tua, apparebunt opprobria tua, &c. Non fiat obſecro, ciuitas meretrix, filia Syon, ne poſt Trinitatis hoſpitium ibi dęmones, ſaltent, & ſirenes nidificẽt, & ericii. Et dictum eſt de Babylone quia per ignominioſam deſtructionem Babylonis, denotatur amiſſio gloriæ virginalis. 32. quæſtio. 5. de his, vide epiſto. Iurga. Beati Hieronimi in Suſannam corruptã & in Sabinianum diaconum corruptorem, & de prærogatiuis virginitatis, Gloſſ. in capit. cauſam, in verbo, priuilegio. de probatio. & ibi per Doct. maximè Felyn. & Roman. conſilio 544. colum. penult.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum bella mota per Hiſpanos contra Barbaros, quos Indos vocamus, fuerint licita, & de eorum coactione ad fidem catholicam.*

CAP. XIIII.

NON omittam hoc loco, quid iuris mihi videtur circa bella per Hiſpanos mota contra Barbaras illas nationes, quos Indos vocamus, antiquis patrib. noſtris minimè notas, an licitè mota ſint, vel nõ. Et pro parte negatiua facit, quòd non poteſt cõtra infideles bellum indici ex eo ſimpliciter, quia ſint infideles, & vt fiant Chriſtiani, vt per Inn. in c. maiores, in fi. de baptiſ. nec reperitur in lege veteri, eo tantum reſpectu bella, per populum Iſraelis, mota contra alienigenas, ſed ex aliis rationabilibus cauſis, vt dixi ſupra capitu 6. nu. 10. de Madianitis: & quia non videntur concurrere illa requiſita in bello iuſto, & præcipuè ꝙ ipſi infideles Indi hoc meruerint ex aliqua cauſa, iuxta not. in capitu. Dominus. 23. quæ. 2. & q̃ poſui loco præallegato. Et quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & eius Apoſtoli non per potẽtiam armorum, ſed piis ſuaſionibus & Euangelicis prædicationibus militabant, quorum exemplum & Hiſpani ſequi debuiſſent, mittendo prius ad eos prædicatores Euangelii, vt factum eſt in primitiua eccleſia: nã & ad fidem nemo compellendus eſt per vim, quia voluntarius tantum admittitur. 45. diſtinct. de Iudæis. 23. quæ. 5. ad fidem. ca. maiores. §. item quęritur, extra de baptiſ. c. ſicut. vbi per omnes. extra de Iudæ. Ad quæ addi poſſet, ꝙ etiam paruuli Iudæorum non poſſunt cogi ad fidem ſuſcipiendam, ſecundum communem opin. Doct. vt dicetur infra, par. 3. princi. capit. 2. num. 6.

Quibus tamen & aliis non obſtantibus, puto partẽ affirma-
1 tiuam eſſe veriorem: † conſtat. n. gentes illas fore natura barbaras, & abſque aliqua prudentia, & barbaricis vitiis contaminatas, vt legere eſt in hiſtoria de eis exarata, vnde potuerũt armis cogi & id bellum contra tales eſt iuſtum iure naturæ, ſecũdum Ariſto. i. Politi. c. 3. & 5. & qui nec natura ingenuos habent animos, vt verborum doctrina duci queant, neceſſe eſt quaſi belluas quaſdã ſub iugo ponere, & legũ auſteritate coercendos, fore vt idem Philoſophus, 10. Eth. & per hunc modũ coacti recta operantes virtutum actibus aſſuefaciendo, tandem in bonos viros euadũt vt ipſe dicit ij. Ethi. ex eo enim quod multotiens agitur ſecũdum rationem imprimitur forma rationis in vi appetitiua, quæ impreſſio nihil aliud eſt, quàm virtus moralis. Ad quæ vide 23. q. 6. c. ſciſmatici. & c. fin. & ea. cau. q. 4. ca. quis nos. & ibi Archidia. & quæ ad hæc congerit Ioan. And. in c. 2. de hæreti. in 6. vt eorum vitia comprimerẽtur, & ob id tradit Auguſt. lib. 5. de Ciui. Dei, capi. 12. Romanorum Imperium in aliàs gentes fuiſſe licitum, & voluntate Dei quæſitum, idem aperit Sanct. Thom. de Regi. princip. lib. 3. cap. 4.

Subſtantibus maximè eorum deteſtandis criminib. in mactandis Innocentibus & adoratione idolorum, propter quod deleuit Deus omnipotens tot gentes, & ipſum etiam populum Iſraelis in captiuitatem & deſolationem redigi permiſit, vt dicetur inferius, par. 3. cap. j. num. 23. in captiuitate Babylonica & vniuerſali diluuio, propter adorationem vituli, quæ quidem præcepta ſi fuerunt ſeruata antequàm Chriſtus coleret, eo magis poſt eius aduentum obſeruari debent. 23. q. 5. ſi audieris. & c. ſi remittuntur. & ꝙ iuſta ſit cauſa belli pro extirpandis Idolatris probatur Deutero. 12. ſubuertite omnia loca, in quibus gẽtes, quas poſſeſſuri eſtis, coluerunt Deos ſuos, vt fecit Ezechias, 4. Reg. 18. Ioſias 4. Reg. 23. & habetur Danie. 14. nam infideles, peccantes contra legem naturæ & Idola colentes, ſunt ſub poteſtate Papæ, qui eſt Vicarius Generalis Chriſti, de tranſlat. epiſ. c. j. & 2. qui dimiſit eã Vicario ſuo, in terra ſcilicet Petro & ſucceſſoribus eius, & ideo puniri poſſunt, ſi detur facultas, vt tradunt Doct. in capitu. ſuper his. extra de voto, maximè Petr. de Ancha. & Hoſtien. colum. 3. & Henri. Boich. & Anch. in capitu. gaudemus. de diuort. Et reſpondendo ad obiecta, non obſtat, Non poſſe bellum indici infidelibus propter infidelitatem, ꝙa id verum eſt, propter ſolam infidelitatem, ſed ſecus eſt, ſi etiã legem naturæ non ſeruent, & Idola colant, peccando contra legem naturalem, contemnendo verum Deum. Potuerunt ergo legitimè Chriſtianorum Imperio ſubiici, non vt ſerui fiant, aut eorum bonis priuentur, ſed vt a talibus flagitiis liberentur, & potiſſimùm ab illo nephãdiſſimo ſcelere immolationis Innocentium: (fertur enim inſula noua Hiſpania ſingulis annis amplius 20. millia immolari ſolita.) Et licita ſunt bella quanquando ad pietatis iuſtitiæq́ue ſocietatem victis facilius conſulitur, 23. quæſtio. j. capitu paratus vbi bonus text. ad hoc, & in capitu. apud. eadem quæſtio. per te.

Non obſtat, quod dictum eſt de Chriſti & Apoſtolorũ exẽplo, nam illud ita intelligendum eſt, ſi eo modo potuiſſent eos lucrari, & fas illis fuiſſet eiſdem Hiſpanis impoſſibile, niſi prius fuiſſent debellati, nam multæ difficultates obſtabant prædicationi in terris eorum, vtpote, occiſiones prædicantium, linguę & idiomatis noſtri commertia, locorum interualla, amplitudo inſularũ, & tẽporis longitudo, & alia quæ intercedere potuiſſent, vnde ad eos debellandos procedere potuerũt, ex euãgelica etiam parabola, Lucæ 14. de inuitatis ad nuptias, vbi poſtremi compelli iubentur, prout videmus in Conſtantino, qui

Roma-

Source : BIU Cujas

Romanam Rempublicam à peruerſis Idolorum cultorib. reuocauit,& illam ſubdidit Domino noſtro Ieſu Chriſto, ad quæ accedant,quæ habentur 23 q. 4. c.ſi nō.vbi de decreto ſanctiſſimi Pontificis Gregorii, Genādium virum Chriſtianiſſimum commendantis,quod gentes paganas non ſubiectas in Chriſtianorum deuotionem bello compulerit, vt facilius ad Chriſtianam religionem debellatæ inducerētur, & hoc confutatur etiam ex his,quæ ſcribit Auguſtinus Epiſtola.50. quæ eſt ad Bonifacium,aliud aſſerens tunc fuiſſe tempus, & omnia ſuis temporibus agi tunc n.adhuc illud propheticū adimplebat, quare fremuerūt gentes, & populi meditati ſunt inania? aſtiterūt Reges terræ,&c.nōdum enim agebatur quod paulò poſt in eodē pſalmo dicitur,& nunc Reges intelligite,erudimini,qui iudicatis terram,& Carolus magnus Saxones idolatras deuicit, & fidem Chriſti omnino ſuſcipere coegit. idem fecit in Hiſpanos, quouſque integrè fidem receperunt. Præterea bella mota Indis nouiter repertis per gentes Hiſpanorum, indicta fuerūt authoritate Papæ Alexandri V I. iuſtis de cauſis, vt nomē Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti in terris,& inſulis prædictis facilè induceretur,quod non poterat prædicari,niſi prius ſuperatis gentibus illis natura barbaris quod rei exitus demonſtrauit, nam poſtquàm fuerunt debellatæ nomen Chriſti, & eius Euāgelium receperunt,ſed certum eſt, bella iuſtè poſſe indici per Papam contra infideles.c.quod olim.quem tex. ad hoc not. D. Anto.extra de Iudæ.& alii ſequuntur,& prout dixi ſupra, ca. 6. num.10.& ſi quis contrarium opinaretur de Papa, talis opinio ſaperet hæreſim,vt per Cald.conſi.1.colum. 2. ſub tit. de treugua & pace.qui allegat Inno.in ca.olim,de reſti.ſpol. & ſic patet licitè mota fuiſſe bella,de quibus agitur contra barbaros illarum regionum præcedente authoritate ſummi Pontificis,& iure iuſti belli loca illa & legitimè poſſeſſa fuiſſe, & poſſideri p Hiſpanos,& inſulæ occupatæ, iuxta nota.in l.ex hoc iure. ff. de iuſti.& iure.& cum in dicta Bulla appareat Papam motu proprio,& de eius liberalitate,& ex certa ſcientia, ac de apoſtolicæ ſedis plenitudine conceſſiſſe,& donaſſe ſereniſſimo Regi Ferdinando loca illa,& inſulas,& quod fuit mirabile, & nouū ponendo terminos in cœlo & aere,ſcilicet fabricando,& cōſtruēdo vnam lineam à Polo arctico,ideſt à Septentrione, ad Polū antarcticum,ideſt meridiem, & vt latius habent in dicto conceſſionis priuilegio,de quib locis nouiter repertis firmat Hieronymus de monte in tracta.de finibus. Quod tempore eiuſdem Papæ Alexandri V I. fuere poſiti termini in cœlo & aere, inter Portugalenſes, & caſtellanos, diuidendo inſulas Indiæ tunc nouiter repertas,per lineas graduum cœli, & quicquid reperiebatur à parte orientali; erat Portugallenſium, & à parte occidentali Caſtellanorum,nec dubium eſt cōceſſionem prędictam de locis debellādis valuiſſe,licèt loca illa incognita debellata tunc non fuiſſent,ſed de iure belli acquirenda, & licèt nunquam fuerint per prius Chriſtianorum, & prout hoc expreſsè dicitur in eadem quęſtione per hæc verba formalia,quę per alium Regem,aut Principem Chriſtianorum non fuerint actualiter poſſeſſa, vſque ad diem Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti proximè præteritum:nam omnes Doctores indifferenter tenent,quòd res quæ ſemper fuerit hoſtium, poſſit relinqui,& donari ſub conditione, ſi ab hoſtibus capietur, cum expectatio talis conditionis ſit honeſta,vt tradunt Doct.in l. id quod.ff.de lega.primo.& in l.liber homo,la prima.ff.de verbo. obliga.per text.in capit.ſanè.de re iudi in 6.vbi Rex Aragonū donauit hoſpitali ſancti Ioannis Caſtrum Caluariæ cum ſuis finibus,inter quos erat locus Roſellis,quæ loca erant infidelium, & nunquàm fuerant Chriſtianorum, & donatio facta fuit ſub illa conditione,ſi Rex caperet illa ab infidelibus. Et de donatione per Papam de terris poſſeſſis per infideles, quæ aliquando fuerunt Chriſtianorum, quod teneat abſq; aliqua difficultate tradunt Doct.in d.l.id quod,& dixi ſupra hac prima parte, cap.6.num.10.ideo & ab hoſtibus captus propter illam ſpem poſtliminii poteſt hæres inſtitui. l. illa inſtitutio, is qui apud hoſtes.ff.de hære.inſti.& de illa quæſtione, an licitè fuerint indicta bella per Hiſpanos contra Indos nouiter repertos, vide latè Franciſcum à Victoria, doctiſſimum Theologum Hiſpanum, qui circa hęc plures concluſiones, & conſiderationes Theologales, & commendatione maxima dignas propoſuit. & faciunt quæ dicentur infra,parte ſecunda,cap.3.num.5.

Et ſubinde etiam nō obſtat de coactione ad fidem, quia nō fuerunt per vim ad fidem coacti: Sed mota ſunt bella contra eos,vt fidem Chriſti & eius propagationem,& prædicationem non impedirent & admitterent qui eos in fide piè inſtruerēt. Et ſponte poſtea credentes ſe conuerterent,vt contigit eis,qui agminatim ad baptiſmum conuolaſſe feruntur. Nam conſtat etiam ante tempora Conſtantini, fidem prædicare non licuiſſe ſine mortis periculo, & ſecundum id quod tradit Sanctus Thomas, 2.2. quæſtio. 10. articu. 8. frequenter (inquit) Chriſti fideles contra infideles bellum mouent, non quidem vt eos ad credendum cogant, ſed vt compellant,ne fidem impediant,dē qua etiam re videri poſſunt quæ ſcripſit Ioānes Geneſius in Apologia ad Epiſcopum Segouienſem, qui validiſſimis fundamentis hanc partem amplexatur. Nam eorum poteſtas non eſt à Deo,iuxta illud pſal.aſtiterūt Reges terrę & Principes conuenerunt in vnum aduerſus dominum. & Oſeæ viii. ipſi regnauerunt, ſed non ex me.

SVMMARIVM.

1 *Mos ſcribendi apud Hebręos, an ſint rationabilior ritu ſcribendi apud Chriſtianos & concluditur pro ritu Chriſtianorum.*

IVdei in pluribus ſunt diſcordes à Chriſtianis,prout in multis viſum eſt ſupra: ſed inter cætera, quæ non ſunt per me dicta,differunt in modo ſcribendi,quia cum nos ſcribimus,incipimus a latere ſiniſtro,& tendimus in dextrum, ſed Iudæi ſcribēdo, incipiunt à latere dextro,& tendunt in ſiniſtrum, vnde videndum eſt quis iſtorum rituum ſit rationabilior,& hanc quæſtionem tangit Bar.in tract.de inſigni.& armis,col.pen. dicens hoc fuiſſe in contentione inter Iudæos & ſe ipſum, dum Hebraicā linguam addiſceret,& quod ipſi dicebant, morem noſtrum in ſcribendo non eſſe rationabilem; incipimus enim à latere ſiniſtro,& trahimus literas ad latus dextrum,& illud quod debet eſſe principium motus,eſt ei terminus,& quod debet eſſe terminus eſt principium,& ideo cum ipſi diuerſum obſeruent, eorū ritus debet eſſe rationabilior, quia incipiunt à latere dextro & vadunt in ſiniſtrum.ad quod tollendum dicebat Bart. quòd ali quid rationabiliter debet fieri reſpectu finis, ad quem ordinatur,ideo finis dicitur primus intellectus operantis, & hæc eſſe vera naturaliter & probari per legem. nam & ſi intellectus operantis,finis ſit rationabilis,etiam ſi poſtea non ſequitur,non dicitur rationabiliter operari.ff.de nego.geſt.l.ſed an vltro.§.j.cū ſimili.Sed ſcriptura prædicta fit,vt legatur.legere autem eſt oculis inſcipi,ff.de his,quę in teſtam.delen.l.j § j. & ſic legi fit per viſum:videre autem eſt facti,vt philoſophi dicunt:ſcriptura autē repræſentata in oculis noſtris,agit in oculos noſtros:oculi autē pati dicuntur,quod patet,quia ex hoc læduntur. cum ergo ſcriptura agat in oculis,debet iſta actio incipere a latere dextro ipſius ſcripturæ, quia illud latus eſt principium motus ſeu actionis.Sed latus dextrum ſcripturæ,quæ nos reſpicit,eſt reſpectu lateris noſtri,ſiniſtrum, ſicut ſi homo voluat vultum ſuum, verſus meum, directò latus eius dextum, reſpectu mei eſt ſiniſtrū, & ſic apparet quod nos ſcribendo magis rationabiliter operamur;inſpicimus enim,finem, ſic vt à latere dextro ſcriptura in omnibus incipiat operari, & ſecundum morem Hebræorum incipiat à latere ſiniſtro: pars autem dextera, a qua nos incipimus eſt principium motus & principalior & dignior pars, cū leua in vitium ſonet, l.qui clauum. §. item ſciendum.ff.de ędil. edi. confirmatur dicta opinio Bart. quia dicitur honoratior & maior,qui ſedet à dextris,Bald.in l.decernimus, in iii. not.C.de ſacro.ſan eccleſi.glo.in c.quam periculoſum.vii.q.i.tex.in c.ſolitæ.verſi.hoc autem.ibi,in ſiniſtra parte ſedere.de maio.& obedi.& quod dicitur in euangelio,vnum a dextris, alterum à ſiniſtris.quid autem dicatur à dextris,vel à ſiniſtris, vide Bar.Vero. in tract. de Impetra.eligen.in verbo, ratione dignitatis. & ad hæc vide Bart.de Caſſane.in ſuo catalogo, par.j. cōſideratio. xj.

Secunda Pars principalis.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi regulariter ligantur iure communi, & ſecundum iura ciuilia iudicantur eorum cauſę,tam in concernentibus ordinem iudicij, quàm deciſionem cauſarum.*
2 *Iudæus teſtando debet ſeruare formam iuris communis in numero teſtium, & Iudæi etiam publici fœneratores poſſunt teſtari.*
3 *Iudæi dicuntur de populo Romano,et ſubijciuntur Principibus, vbi degunt.*
4 *Iudæi mutuantes filijsfamilias repelluntur exceptione Macedoniani.*
5 *In donationibus Iudęorum requiritur inſinuatio vltra quingentos aureos, et in Iudæis naufragium paſſis,an habeat locū auct naufragia. C. de furt.*
6 *Iudæus pater admittitur ad defendendum filium in cauſa capitali.*
7 *Donatio inter uirū,et uxorē iter Iudęos nō valet,ſicut nec iter Chriſtianos.*
8 *Pater Iudæus tenetur alere filium,nec non dotare filiam, & etiam pro filio donationem propter nuptias conſtituere.*
9 *Iudęa habet priuilegium tacitæ hipothecæ,ſicut Chriſtiana in bonis viri.*
10 *Filij Iudæorum ſunt in poteſtate parentum ſuorum.*
11 *Filij Iudæorum ſunt ſub parentibus,ſicut in Chriſticolis.*
12 *Securitas data pro ſe,& ſocijs,extenditur ad Iudæum.*
13 *Iudæi & alij infideles,quando ſubſint legi diuinę,naturali, canonicæ, ciuili, & quo ad pœnas corporales,remiſſiuè.*

CAPVT PRIMVM.

VIdimus ſupra,qualiter pietas Chriſtiana recipit Iudæos ad habitandum nobiſcum, conſequens eſt vt poſtquā inter nos per eccleſiā verſari tolerantur,et cōtingit eos cōtrahere,delinquere & de rebus eorū diſponere,ſciamus ēt qbus legib⁹ ſubijciantur,& an legi Moſaicæ, quę eſt eorū ſpecialis quæ fuit data

à Deo

Source : BIU Cujas

à Deo p Moſen in mõte Sinay,de qua in c.Moſes.7.diſt. & in c. libenter,in fi.de pœniten.diſtinct.j.& in c.firmiter, cum gloſ. de ſum.Trini.& fi.ca.per Spec.in proœmio ſui operis col.2.in fin.& Exod.34.& 36.quæ quo ad præcepta moralia etiam hodie ſeruatur,& poteſt allegari in deciſionibus cauſarum, Calder.cõſi.30. in tit.de teſta.Imo.in l.ſtipulatio hoc modo.ff.de verb.oblig.Iaſ. in l.j.ff.ſi cert.pet.& ſic an Iudæi dictæ legi ſubijciãtur vel iuri cõmuni, aut ſtatutis locorum, in quibus degunt, in qua quidem re variæ fuerunt ſcribentium ſententiæ, & in diuerſa tendentes.

1 Vnde pro veritatis indagatione dicẽdũ eſt, ꝙ regulariter † iudęi ligantur iure communi,& inter ipſos eſt ſeruandum ius cõe Romanorum,& ꝙ eorum cauſæ iudicantur, ſm iura ciuilia.l.iudęi Romano,la j.l.nemo iudęorum.l.nemo exterus. C.de iudæ. qui tex.in d.l.iudęi,intelligitur tam in his,quæ ſunt ordinis iudiciarij (dum ibi dr̃,de ſpectantibus ad forum) quàm in concernentibus deciſionem cauſarum in illis verbis,leges,& iura, copula interpoſita,adeo ꝙ licèt illis præſeruentur ritus, & ſuperſtitiones ad eorum fidem ſpectantes,in cæteris tñ ſubijciũtur iuri cõi,& ſm ꝙ inferius explicabit̃,& ideo Bart.in d.l.Iudęi,ita ſummat illum tex.iudęi habent ea quæ ſunt ciuium Romanorum, & tex.in d.l.Iudæi.Ita etiam ex mente Bar.Intelligit Alex cõſil. 75.Videtur in præſenti,col.2.ver.hoc idem confirmatur. vol.5. & eandem concluſionẽ de qua ſupra,tenent Inno.in c.qđ ſup, extra de voto.Ioan.And.in c.gaudemus,de diuort.Imo.in cle.j. de iudę.Dñi.in c.j § vltimo,circa fin,de vſur.in vi. Fely.in c.j.ver. Item quo ad leges ciuiles,extra de conſti.vbi etiã cęteri ſcriben. & Petr.de Anch.conſi.271.de titulis criminum, col.2 circa fi & col.3.Pau.de Caſt.conſi.377.Ad primum vr̃ dicendum, in prin. vol.2.ſecundum vltimam impreſſionem,vbi in teſtamento He
2 bræi † dicit ſeruari debere formam iuris cõis, & ſic numerus ſeptem teſtium,qui licèt ſint publici fęneratores,poſſunt tñ teſtari,vt per Aret.cõſil.158.copioſè.in ſecundo dubio,& ſunt ī hoc melioris conditionis,q̃ Chriſtiani vſurarij. c.quanquã, de vſur. in vi.& Alex.conſi.3.in cauſa & lite,vol.2.Soci.conſi.72.in præſenti cõſultatione,col.3.ver ſecundò pro hac parte facit,& ꝙſi. 70.in præſenti.col.j.vol.j.Corn.ꝙſi.114.licèt primo aſpectu,col. fin.circa fin.ver.illud autem cõſtat vol.j.& p Imo.in ꝙſi.j.in fi.cũ duobus ſeq.& Bal.in l.fideicõmiſſa,in prin ff.de leg.3. dicit,ꝙ iudæi poſſunt teſtari,ſicut Chriſtiani.& de ſubſtitutionibus ī teſtamẽtis iudęorũ,vide Stepha.Bertran ꝙſi.145.puniẽ ī facto. vol.3.
3 † Dicuntur enim iudæi etiam ipſi,de populo Romano,& ſubiecti Imperatori,& aliis Principibus,vt per Glo.in c.ius Quiritum,in verſi.quod nulli.j.diſt.& no per Gl.in c. venerabilem,in verbo,trãſtulit in Romanos.de elect. Abb. in c.nouit, colum.2. extra de iudi.Bar ī l.hoſtes.ff.de cap.& poſtli.reuer.& ſicut ſi habitant in terris Imperij ſunt Imperio ſubiecti,& legi ciuili.ita ẽt alijs Principibus ſi in eorum terris habitant, prout etiam Papæ in terris eccleſiæ,quo ad temporalia,ſicut Chriſtiani in terris eccleſiæ degentes.c.ſi duobus.de appella.& no.per Glo.in c.j.ī verbo,lex ciuilis.de arbi.in vi.& ideo ſeruatur in eis ordo iudiciorum,ſicut in alijs,& eorum appellationes admittuntur ſicut in Chriſtianis.c.conſuluit.cum ibi no.de appella.
4 Inde iudæi mutuãtes filijsfamilias † repellunt̃ exceptione Macedoniani,vt p Bal.in l.j.in antiqua lec.in 5.not.ff.ad Macedo.di centem.no.etiam ꝫ Hebręos mutuantes filiis, qui ad punctum iuris debent perdere mutuum,& dicit notandum contra eos.

Item immunitas conceſſa hominibus alicuius loci trahitur ad iudæos ibi commorantes, Alex.conſi.75.volu.5.& conſi.99. lib.6.& conſi.3.lib.7.Soci.conſi.6.col.4.circa fi.& ſeq.lib.j.Bald. in l.ſpadonem.§.iam autem.ff.de excu.tuto.
5 † In donationibus quoq; iudæorum excedentibus quingentos aureos requiritur inſinuatio,vt per Paul.de Caſt.cõſi.90.viſa quadam ſcriptura vol.2.Et iudæus minor in integrum reſtituit̃ quando lędit̃r,vt per Corn.conſil.260.circa fin.lib.3.& Aimo Cra.conſi.73.dicendum videtur,col.7.vol.j.

Et ex præmiſſis etiam poſſet dici ꝙ diſpoſitio auct. nauigia.C. de furt.diſponẽs ꝙ in naufragiis infideliũ poſſint licitè eorũ bona haberi,vt hr̃ etiam in c.de rebus.23.q.7. ꝙ hoc non concedatur in mercibus,& bonis iudæorum naufragium paſſis, cum in 11
eis ſeruari debeat ius cõe,& quia ipſi non ita exercent bella contra Chriſtianos,& non ſint de hoſtibus,de quibus in d.auct. nauigia. Qui chriſticolas bellis infeſtent,& ita tenet per plura,Pet. Santerna in trac.de aſſecura.merca.in 5.parte,in vlt.carta.

Inde etiam eſt,ꝙ cum de iure cõi pater admittatur ad defen- 12
dendum filium in cauſa capitali,vt no.in l.ſeruum quoq;. §. publice. ff. de procura. & in l.pen.§.ad crimen.ff.de publi.iudi. vbi Bar.in 5.col.& Salic.in l.2.in v.oppoſi C.de accuſ.Ioan. de Ana, in cap. veniens.de accuſat.Cępol.conſi.45. Titius vulnerauit.&
6 conſiliis,maximè conſi.54.incip.Vnus filiorum,per totũ.† Itidẽ concedi debet patri Hebræo pro filio contra Chriſtianum, vt perplura conſuluit Cęp. conſi.74 incip.pater poteſt Item ſicut qñ pater præſentat Principi filium ſuum, filius nõ debet mori, etiam in crimine lęſę maieſtatis,per l.milites agrum §. deſertorem.ff.de re milit.Idem eſt concludendũ etiã in patre Hebræo, filium pro tali crimine præſentãte, vt latè per Do. Hier. Gigan. in ſuo celeberrimo tract.de crimine lęſæ maieſtatis,lib.3.q.6.

Item poteſt inferri ex præmiſſis,quod l. ſi vnquam. C. de reuoc.donatio.locum habeat etiam in iudæis, cum in ipſis erga filios militet eadem ratio amoris & affectus paterni, nec in hoc lex Moſis aliquid ſpecialiter diſponat, per ea quæ dicam inferius,c.4.huius ſecundæ par.

Item & ſicut patris dãnati bona non auferũtur à filiis, Auth. bona damnatorum.C.de bon.proſcripto.præterquàm in crimine lęſę maieſtatis.l.quiſquis.C.ad leg.Iul. maieſta. & 6. quæſt.j.c. quæro.§.vtrum,de pœni.diſt.j.in c.quiſquis. ita etiam dicendum in filiis Iudæorum baptizatorum præuaricantium in fide. ca.iudæi i.q.4.& ibi Glo.
7 Subinde etiam,ſicut † non valet donatio inter virum,& vxorem conſtante matrimonio inter Chriſtianos,idem dicendum eſt inter coniuges Hebręos: dr̃ enim verum matrimoniũ inter eos,licèt non ratum,vt not.in c.de infidelibus,de conſang.& affini.nam & ipſum ſacramentum coniugii eſt apud infideles & fideles.26.diſt.de iudæis ca gaudemus. de diuor. licèt poſſent iudęi dato libello repudii vxorem dimittere.5.q.j.non ſatis. Alex. conſi.7.ponderatis col.2.vol.2.& per Bal. conſi.428. Inquiſitio d.col.j.verſi.& quod de iure, vbi etiam de ſententia repudii, & quibus verbis fieri debet,& per Socin. conſi.66. còl.antepen.& conſi.70.col.fi.& conſi.71.col.2.vol.j.& in donationibus iudęorum excedentibus quingẽtos aureos requiritur inſinuatio. Pau. de Caſt.conſi.90.viſa quadam ſcriptura.volu.2.& per Innoc.& Hoſt.in d.ca.gaudemus,vbi an hoc ꝓcederet ſine peccato. & de donatione inter vi.& vxo. inter Hebręos, vt ſupra, concludit Stepha.Bertran.conſi.233.ponitur in facto,lib.j.& Ioan.Lop.in Repe.Rub.extra de dona.inter vi.& vx.§.35.circa princip.
8 Accedat † ꝙ pater iudęus tenetur ipſe alere filios,& dotare filias,& ad idem obligatus eſt pater etiam Sarracenus, vel alterius ſectæ,& pro filiis donationes propter nuptias conſtituere, ut p Ang.de Are.in §.fuerãt,col.mihi 13.verſi.& aduertas,Inſtitu.de actì.Dicens accidiſſe tunc de facto,& eo caſu, ſi legitima filiorũ non ſufficeret,poſſet ob id etiam fideicommiſſum diminui, qa diſpoſitio auct.res quæ.C commu.de leg. extenditur etiam ad iudęos,ut Bal.ibi tradit, ante finem.
9 Hinc etiam priuilegium tacitæ hypothecæ, † qđ habet uxor in bonis mariti pro dote,de quo ī l.aſſiduis. C. qui poti.ī pigno. ha.habet locum etiam inter iudęos,ut tradunt Hoſt. Io.And.& alii,in d.c.gaudemus.Nec ad hęc obſtat text. in l.j. cum auct.ibi poſita.C.de hæreti.Nam ille tex intelligitur de hęreticis, nõ aũt de illis,qui ſemper fuerunt infideles, quia melius eſt uiã Dñi nõ agnoſcere,q̃ poſt agnitam retroire; & qui poſuit manũ ad aratrum,& reſpicit retro,non eſt aptus regno Dei. c.magnæ, de uoto,& per Glo.ſi.in c quidam,de apoſta.& grauius puniũtur, qui uotum fecerunt,aut fidem perceperunt,& uotum non perfecerunt,aut in malis uitã finierunt,q̃ illi qui ſine uoto,aut fide mortui ſunt,c.ſcimus,circa fin.12.q.j.idẽ quod ſupra,tenet Negus.in tract.de pigno.& hipo.in 2.par.in 4.membro,Ant.in d.c.gaudemus.in ult.colum.quicquid contrarium ſentit Cyn. & Nico.in l.j.ff.ſolu.matri.& Bal.Nouel.in tract.de dote.in 11.par.prin.colum.antepen.cum ſit contra eos communis opi.Doc.in d.c.gaudemus.nec obſtat text.quem Bal.allegat in Auth. de priuile.dohęre.mulie.non pręſtan.quia loquitur ille tex.in hęreticis, ut patet tam ex rubro,q̃ ex nigro, ſi rectis oculis inſpiciatur.
10 Offert ſe etiam, † quod iudęi habent filios in poteſtate,quod eſt proprium ciuium Romanorum. §. j. Inſti. de pat.poteſta.ut concludunt Cano.in c.2.de conuer.infideli. & in ca. cum ſit,de iudę.& legiſtę in l.multum intereſt.ff.de verbo.obligat. & ideo Bal.in l.nam ciuium.ff.de his qui ſunt ſui,uel alie.iur. dicit quòd omnis qui ex matrimonio naſcitur, eſt in patria poteſtate, ſiue ſit fidelis,ſiue infidelis, dicens filios iudęos eſſe in poteſtate parentum; idemque in paganis,qui ſunt ſub Romano Imperio,& ꝙ ideo filii iudęorum non poſſunt teſtari impediẽte patria poteſtate: ſunt enim ſub iure communi, ut ibi per eum. Ioan. de Ana.in c.iudęos.col.fi.de iudę.

Et ſubinde filii iudęorum † ſunt ſui parentibus, ſicut & filii Chriſtianorũ,ut tradit Alex.in conſi.71. ponderatis his uerbis, col.2.uerſi.& quod hęreditas,uol.2.& conſi.161.col.j.eo. uol. & conſi.99.uiſa.col.2.uol.6.& conſi.13 attentis.col.3.uol.7.

Pro quorum confirmatione facit etiã quod no. Ang.in l.utimur.ff.de ſepul.uio.& in l.j.ff.ad l.Iul.maie.† Quòd ſi alicui data eſt ſecuritas pro ſe & ſociis, quòd in ea includetur etiã iudęus, ſocius,& quòd ita fuit determinatum Peruſii,licèt Bart.hoc indeciſum relinquat in d.l.1.ſed opi. Angel.ſecutus eſt etiam Soc. in conſi.62 in pręſenti conſultatione,col.4. uerſic. Quartò pro hoc facit,uol.1.Alex.conſi.75.num.6.uolum.5. Fely.in cap.ego enim,extra de iureiur. Hippoly.conſi.88.num.41.uol.2.& Deci. conſi.51.& pro tenui.col.2 uol.1.quod tamen intelligẽdum eſt procedere, quando iudęus determinato propoſito, ut ſocius à principio,cum habente hanc ſecuritatem ſocialiter uenit, ſecus ſi incidẽter in itinere in eius ſocietatem incidiſſet. Ita Ang. in l.i.circa prin.ff.ad l.Iul.maieſta.

Source : BIU Cujas

13 † Et quomodo Iudæi,& alij infideles ſubſint legi, & per legē corrigantur, vide pulchram diſtinctionem Henrici Boich.in d.cap.gaudemus.de diuor.in prin.quem poteris videre.Nota tamen, quòd Sarraceni vti hoſtes Chriſtianorum non gaudent iure Romano,vnde nec cōpromittere poſſunt, vt tradit Ioan. Bap.Peru.in tract.de arbitris,lib.2.cap.9.eadem ratione dicendū de Turcis,vt non gaudeant iure Romano.& quoſdam caſus ſpeciales in quibus Iudæi comprehenduntur, ponit Tiraq.in tract. primigenio.quæſt.66.Sed no. quod ſi Iudæus aliquid facit in cōtemptum fidei Chriſtianæ, vt quia ponit crucem ad ignem, vel aliud ſimile, perdit omnia quæ ſunt ſibi permiſſa de iure noſtro, vt tradit Ioan.And.in c.licèt.de regulari.in nouella,quæ no.pro limitatione præmiſſorum omnium.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi non tantum dicuntur de populo Romano, ſed etiam de eodem corpore ciuitatis, & ligantur ſtatutis vbi habitant.*
2 *Iudæi poſſunt dici,quo ad quid, fideles, & deuoti ſanctę Romanæ Eccleſiæ, & quomodo.*
3 *Iudæi cōputantur inter oues Chriſti,creatione, gubernatione, & redēptione ex parte Chriſti,& quòd iudæus poſſit præſcribere contra Chriſtianum.*
4 *Statutum,quod fœminæ excludantur per maſculos, extenditur ēt ad iudæos.*
5 *Familiæ conſeruandæ ratio conſideratur etiam lege Moſayca.*
6 *Statutum retractuum habet locum etiam inter iudæos.*
7 *Cauſæ tam ciuiles quàm criminales iudeorum ſecundum ſtatuta locorū,vbi habitant, terminantur.*
8 *Statuta loquentia de iudæis, non extenduntur ad paganos.*

CAP. II.

1 ADde,† quòd non ſolum dicūtur Iudæi de populo Romano,vt per Glo.in d.c.ius Quiritum,ſed etiam dicuntur de eodem corpore ciuitatis, vbi habitāt, quamuis non ſint de corpore ſpirituali, & ligantur ſtatutis locorum vbi degunt,vt no.c.Iudæi.el ſecondo, maximè per Felv. & in c.ſicut,de Iudæ.& in l.nullus.l.Iudæi.C.eo. tit. & per Bal.in l.ſpadonem.§.iam autem.ff.de excuſa.tuto.vbi dicit quòd ſtatuta ciuitatis extenduntur ad Iudæos,ſicut ad Chriſtianos,& alios incolas.hinc eſt quòd immunitas conceſſa incolis certi loci, ad ipſos Iudæos extenditur,& per Alex.conſi.75.videtur in pręſenti.volum.5.& conſi.99.viſa inquiſitione, col.ſecunda, in princ. & colum.3.volum.6.& conſi.14.colum.2.in fi.volum.7. Socin. conſi.70.in præſenti,colum.1.poſt princ.vol.j.And.Sicu cōſ.63. licet.volum.4.Dicens etiam,ꝙ ſi Iudæi delinquunt, debent puniri ſecundum ſtatuta ciuitatis punientia ciues & incolas,& per eundem conſi.75.videtur,colum.2.vol.5.& in quibuſcunq; ſtatutis & conſuetudinibus, ſiue onus, ſiue commodum afferant, Iudæi includuntur,Pariſi.conſi.2.nu.9.vol.4. Rochus de Cur.in tract.de conſuet.nu.752.vſque ad nume.757.

2 † Sed & Iudæi dicuntur,ſeu dici poſſunt fideles, & deuoti ſanctæ Romanæ Eccleſiæ,ſi nobiſcum pacificè verſantur,& viuūt, quia eius protectioni ſe ſubijciunt, & miſericorditer ab ea ſuſtinentur,& cis cōtumelias inhibet fieri, vt no. in c.ſicut Iudęi. de Iudę.& ſic veniunt ſub ſtatuto loquēte de deuoto,& fideli Sanctæ Romanæ Eccleſiæ,quod tamen intelligendum eſt de eccleſia militante,non autē de triumphante,vt tradit Petr.de Anch. conſi.271.de titulis criminum.col.2.in fi.& col.3.in prin.

3 † Item & computantur inter oues Chriſti, creatione, gubernatione, redemptione ex parte Chriſti, qui dixit Ioan.10.alias oues habeo,quæ non ſunt de hoc ouili,ſ.eccleſiæ,vt tradit Bald. conſi.428.Inquiſitio dicta,col.2.vol.5.& per Abba.in ca.nouit, col.2.extra de iudic.Et ꝙ etiam in concernentibus rigorem iuris,Iudæi vtuntur iure cōi contra Chriſtianos,vt in præſcriptione,cum Indæus poſſit præſcribere contra Chriſtianum,quę prę ſcriptio fuit inuenta de rigore iuris.l.ſi fur.§.ſiquis. iuncta Gl.in verbo,vſucapere.& ibi Imo.ff.de vſucap.& eſt Glo.in ca.porrò. 16.q.3.vbi Gl.dicit hoc verum in re priuati. Secus in re eccleſiæ, quam infideles præſcribere nō poſſunt,& tradit Balbus in trac. præſcri.in prima parte prin.q.5.in fi.& per Roma.conſi.489.incip.licèt hæc Domina Petra.Fely.in c.2.col.fi.de Iudæ.

4 Et ex præmiſſis infertur, † cū Iudęi ligentur ſtatutis locorum vbi degunt,ꝙ ſtante ſtatuto cōiter per Italiam vigente;ꝙ ſtantibus maſculis fœminæ excludantur,tale ſtatutū dēt extendi etiā ad Iudæos,prout tenet Ioan.de Ana.in c.Iudæi,el ſecōdo,col.5. verſi.ex quibus vī poſſe inferri,de iudæ.& Feli.ibi,col.2. verſicu. ſubdit tñ hic Ioannes Soci.conſi.62.col.4.verſi. & ideo dicunt, verbo,Duas habens filias.nu.mihi 184.in pri.parte, Campeg. in tract.de ſtatu.exclu.fęmi.quæſt.36.Laurus de Palatiis in eodem tractatu,col.antepe.Quod latius etiam examinat Alber. Brun. in ſuo tract.ſimili in ſexto arti.principali.q.3.vbi poſt multa cōcludit,ꝙ prædictum ſtatutum non ligat fœminas Iudæorum.ſi filii maſculi,vel alij propter quos excluduntur,etiam ipſi forent Iudæi,motus inter cætera,ꝙ cum tale ſtatutum excluſiuum fœminarum,ſit conditum pro conſeruatione familiarū, & dignitatis eārum,non ſuadet ratio,ꝙ in iudæis hoc locum habeat,cū ipſi non aſpirent ad dignitates.ſi autem maſculi eſſent Chriſtiani,licèt fœminæ, & hi de quorum ſucceſſione tractatur eſſent iudæi,tūc putat ſtatutum habere locum, quia militat eo caſu rō finalis ſtatuti,ſubdens ꝙ ſi maſculi eſſent iudęi, & fęminę Chriſtianæ,ſimiliter non excluderentur pp iudęos maſculos, Quia vbi ēt oēs tā maſculi,q̄ fœminæ eſſent iudæi,fœminæ nō excluderentur, & ſic vī tenere ⁊rium eius quod cōiter alii tenent in hac quæſtione,cū cæteri Doct.ſimpliciter, & indiſtinctè teneāt tale ſtatutum extendi etiam ad ipſos iudæos ex eo ꝙ ſtatuta ciuitatum etiam ad eos extenduntur,vt ſupra concluſum fuit. ſed mihi vī ꝙ opinio cōis ſit verior ex ſupra allegatis,cū ſit indubitata concluſio,ꝙ ſtatuta locorū extenduntur ēt ad ipſos iudęos in locis illis habitātes,ſicut ad cæteros incolas,vt in iuribus pallegatis.Nec obſtare vī ꝙ dicit Brunus, rationem † ſ.conſeruationis familiarum ceſſare in Hebręis, cum ipſi nō aſpirent ad dignitates,quia etiam ex eorum lege Moſayca (quo ad hoc minimè reprobata)hī conſideratio conſeruandarum familiarum,vt hæreditas & bona in familiis remaneant,vt hī nu.26.27.& 46. Vbi ſic ſcriptum eſt, omnes enim viri ducent vxores de tribu, & cognatione ſua, & cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipient,vt hæreditas permaneat in familijs.ecce ergo q̄ expreſſe habeatur conſideratio,ꝙ hæreditas remaneat in familijs,& p Ioan.de Ana.in d.c.Iudæi.el ſecondo,col.5. qui dicit, ꝙ per hoc ſtatutū reponuntur in diſpoſitione l.Moſaycæ,qua conſeruant pp diuitias,nam pp inopiam honeſtas perit.l.j.ff. de cuſtod.reo. l.pietatis.ff.de ſuſpe.tuto.l.ſi creditores.ff.de priuile. credito.no. per Glo.in c.conſtitutus.in verbo,Impotentiā. de appella.& ad idem,quod apud iudæos rō conſeruandæ familiæ habeatur,patet Leui.25.Ruth.4.& Hierem.32.vbi hī de beneficio redimendi,quod competit propinquitatis iure,ratione de qua ſupra:qui licèt non aſpirent ad dignitates inter Chriſtianos, conſequūtur tñ beneficium ex ſtatuto, vt ditiores efficiantur,& eorum familiæ diutius ſeruentur, ſecundum rationem ſtatuti excludentis fœminas.Et quod ſtatutum excluſit fœmi.iudæos quoque comprehendat,concludit Georg.Nata.in tract.de ſtatu.nu.43.

6 Et ex his poſſet inferri, † quòd ſtatutum retractus iure agnationis & vicinitatis comprehendat etiam iudæos, & tanto magis cum hoc caſu ſtatutum tale reponat eos ad terminos legis Moſis,qui quidem regreſſus ad legem antiquam ſolet qñq; eſſe commēdabilis.l.lege 12.tabularum.C.de legi.hære. & p Anani. vbi ſupra.nam & quando lex Moſayca non reperitur reprobata à iure,debet inter ipſos iudęos ſeruari,vt per eundem & Fely.
7 in d.c.Iudęi.el 2.de iudæ.Et pro eadem concluſione facit,† ꝙ ēt in criminalibus puniuntur iudæi ſecundum ſtatuta loci vbi habitant,vt per Alexan.conſi.99. viſa inquiſitione formata cōtra Abraham Iudæum.vol.6.qui conſuluit, quòd iudæus pro adulterio per eum commiſſo cum Chriſtiana puniatur ſecundū ſtatutum loci in quo deliquit, non autem pœna vltimi ſupplicij, prout eſſet de iure communi.l.quamuis,la 2.C.de adulte.l.neqs. C.de iudæis,quæ lex non eſt correcta in maſculo, ſecundū Saly. ibi,nec etiam puniretur pœna legis Moſis, de qua nu.25.& 11. quæſt.7.§.his ita,el ſecondo.& 23.queſt.5.c.reos.§.Phinees.idem concludit Alexan.in conſi.13.attentis his.volum.7.in iudęo habente rem carnalem cum Chriſtiana non nupta,vt puniatur pęna ſtatuti loci delicti,& conſil.75. videtur in præſenti. volum.5. Corne.conſi.114.licèt pri.aſpectu,vol.j.& conſi.65. licèt in hac. vol.2.And.Sicu.conſi.63.lib.4.vbi de iudęo, qui commiſit adulterium in ciuitate Bononiæ,vt puniatur ſecūdum ſtatutū ipſius ciuitatis,& Hippoly.de Marſi.conſi.101. In præmiſſa cauſa accuſationis,Socin.in conſi.62.in præſenti conſultatione. colum.2. & ſequen.volum.j.vbi de iudęo,qui commiſit crimen falſitatis, vt puniatur ſecundum ſtatutum loci,vbi deliquit, immo etiam conſuetudo Bulgari,quando in teſtamēto viri, vxor relicta eſt vſufructuaria inſtitutis filijs,vt habere debeat ſolum alimēta,habet locum etiam inter ipſos iudęos & in eorum teſtamentis,vt tradit Paulus de Monte pico in repetitione l.Titia. §. Titia, col. 42.nu.mihi 62.in quæſt.20.de leg.2.

8 Notandum eſt tamen,† ꝙ licèt ſtatutum Chriſtianorū extendatur ad iudęos ibi commorantes,nihilominus ſtatuta loquentia de iudęis non extenduntur ad paganos vt tradit Abb.in cap. quum ſit,col.2.uerſi.item collige. quod dicit eſſe bene notādū, & ibi per Ioan.de Ana.col.7.uerſi.no.ꝙ ſtatutum.de iudęo,allegat Glo.in c.conſtitutionem, de reſcrip. ſed eſt in c.conſtitutionem,de regul.in 6.uerbo,prorogamus,pro quo facit text. in ca. qui uero odij.ibi,iudęum uel paganum.50.diſtin. In eo quòd ille tex diſtinguit iudęos à paganis, & quod dictum eſt de ſtatutis,idem dicendum de conſuetudine, eadem ratione.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium cum perſonis diuerſę ſectæ reprobatur.*
2 *Iudæus carnaliter cognoſcens chriſtianam ſcienter, & per modum fornicationis, quomodo puniatur.*
3 *Pœna criminum eſt arbitraria,quando a lege non eſt determinata.*
4 *Pœna quando eſt arbitraria,an poſſit arbitrium extendi ad mortem, & quæ in hoc requirantur.*
5 *Permiſſa plura ſunt in veteri teſtamento,quę hodie ſunt prohibita.*
6 *Præcepta iudicialia veteris teſtamenti,quando obligent in nouo.*

7 *Adul-*

Source : BIU Cujas

7 *Adulterium non dicitur committi cum nupta, quæſit inhoneſtæ vitæ, quod intelligendum eſt reſpectu maſculi, non autem reſpectu mulieris.*
8 *Iudæus habens rem carnalem cum Chriſtiana turpis vitæ nupta, non dicitur committere adulterium.*
9 *Meretricibus maritatis iura in multis fauorem præſtant.*
10 *Vxorem ex ara Deorum, & à Deo vxor.*
11 *In Iudæo ſe commiſcente Chriſtianæ plura animaduertenda.*
12 *Iudæus cognoſcens Chriſtianam probè vitæ, qualiter puniendus, & an puniatur pœna ſtatuti ſuperinde diſponentis.*
13 *Iudæus cognoſcens carnaliter Chriſtianam non per laſciuiam, ſed in contemptum fidei noſtræ, qualiter puniatur.*
14 *Iudæus an præſumatur in dubio hoc facere in contemptum fidei, vel non.*
15 *Iudæus habens cõmercium carnis cum Chriſtiana ſcienter, & in figura matrimonij, qua pœna, vterque multetur, & de fideli an poſſit contrahere matrimonium cum infideli, vel hæretica.*
16 *Matrimonium inter fideles, an ſit verum & ratum, & indiſſolubile.*
17 *Iudæus cognoſcens Chriſtianam ignoranter, an ſit puniendus.*
18 *Iudæus cognoſcens Chriſtianam ignoranter, vel Chriſtianus Iudæam, quæ reperiatur nupta, vel virgo, an teneantur pœna adulterij vel ſtupri.*
19 *In delictis an inſpiciatur euentus, vel animus delinquentis.*
20 *Turca, vel Sarracenus habens rem veneream cum Chriſtiana, qualiter puniatur.*
21 *Chriſtianus ſe Sarracenæ immiſcens, qualiter plectatur.*
22 *Iudæus an poſſit contrahere matrimonium cum pagana.*
23 *Iudæus tranſiens ad ſectam Sarracenorum, an ſit puniendus.*
24 *Filius natus ex Sarraceno, & Chriſtiana, ſi pater Sarracenus efficiatur Chriſtianus, an talis ex eis natus efficiatur legitimus.*

CAPIT. III.

QVia ſupra cõcluſum eſt, Iudæos regulariter ligari iure communi tam in ciuilibus quàm in criminalibus eorum cauſis: hoc loco plenius, & vtilius examinare decreui, qualiter puniatur Iudęus ſe carnaliter iungens cum Chriſtiana, & Chriſtiãus rem habens veneream cum Iudæa, ꝙ ſæpe ſolet contingere, vt in c.in nonnullis.extra de Iudę.

1 †Quæ quidem commixtio alienigenarum ſectarum regulariter eſt reprobata etiam in matrimoniis, c.ius gentium.ibi, cõnubia inter alienigenas prohibita.i.diſt.& 28.q.j.caue.& Deuter.7. Leuit.11.Eſdrę 1.c.pen.& fi.Eſd.2.c.9.& Eſd.3.ca.fi.& Ezechi.16. & 35.q.j.cum igitur.§.hac itaque cõſuetudine. & licèt Moſes & Ioſeph, qui fuerunt ſancti viri, contraxerint cum mulieribus alienigenis, nam Ioſeph contraxit cum Aſenech filia Phutifaris ſacerdotis, qui erat paganus, & Moſes accepit in vxorem Sephetã filiam gentilis, Gen.41.Exod.3.conuerſæ tamen fuerunt vxores ipſorum ad religionem virorum ſuorum, & *in eiſdem* viris ſanctis non imminebat periculum fidei propriæ. Item illud de Moſe, qui duxit Ethiopiſſam, factum fuit in figura, quod Dominus ſibi copularet eccleſiam ex gentibus.2.q.7.§. his ita.vt per Gloſ. in d.c.caue, ĩ ver.alienam, & ante legem hoc licebat, quia id nulla lege prohibebatur: tempore autem legis fuit eis prohibitum contrahere cum Cananeis, ſpecialiter propter eorum obſtinationem in infidelitate; propter quam mandauerat Dñs eas occidi, Deutero.7.niſi relicto cultu idolatriæ, conuerterentur ad fidem, ſicut contraxit Salomon cum Raab, de qua Genuit Booz. Matth.1.cum aliis verò licebat, maximè quando nõ timebatur periculum ſubuerſionis. Et eſt odioſa talis commixtio, quia fit per eam iniuria baptiſmo, & vniuerſæ religioni Chriſtianæ, d.c. caue.c.non oportet, & c.ſeq.ea.q.& de iſtis commixtionibus, ꝙ ſint odioſæ, præcipuè Iudæis, etiam extra caſus matrimonij poſſunt plura adduci, & hoc non prætermittam, nam ſub Adriano Cæſare indignati Iudæi ꝙ peregrini Hieroſolymam ſecum habitarent, & externa ſacra celebrarẽt, bellum ingens inchoarũt, eos tñ Iulius Seuerus oppreſſit, arces eorum ſo.celeberrimas diruit, vicos ad nongentos, & octoginta quinque, qui ſanè nominatiſſimi erant; direpti, & mox igne conſumpti ſunt.

2 †In ea igitur qõne de Iudæo cognoſcente carnaliter Chriſtiana, ſic eſt diſtinguendũ, videlicet aut tales copulauerũt ſe ſciẽter, aut ignoranter: *ſi ſcienter*, aut per actum fornicationis, aut *in figura matrimonij*. Primo caſu, qñ ſciẽter, aut per fornicationem, aut ſecuta eſt copula cum Chriſtiana vitæ honeſtæ, aut inhoneſtæ vitæ: (attendẽda eſt.n.conditio mulieris. cũ qua Iudęus ſe miſcuerit) nam ſi eſt innupta, & meretrix, vilisq; ꝙdõnis, licèt vterque antiqua lege teneretur pœna mortis, ſecundũ id, qđ hĩ nu.25.vbi vnus de filiis Iſrael, qui intrauit ad ſcortum Madianitæ, fuit à Phinee ſimul cũ ſcorto ĩterfectus, & reputatus ei ad iuſtitiam, nihilominus hodie pœna huiuſmodi criminis erit arbitraria, & ſic extraordinaria, vt per Deci.in c.conſuluit, colum.2.

3 verſi.& aliàs.extra de appella.& in c.j.de conſtitu.col.7.† Cũ de iure cõi, non reperiatur hoc caſu pœna à lege limitata, ideo iudicis arbitrio erit imponenda.l.j.§.effractores.ff.de effracto. l.ſanctio legum.ff.de pœn.not.per Glo.& Doct. in l.nemo martires. C.de ſacroſan.eccle.& ꝑ Glo.in c.ſuper his.in verbo, arbitrium. extra de accuſat.& no.per Alber.& alios, in l.quid ergo.§ pœna grauior.ff.de his, qui no.infam.& tali caſu non plectetur Iudæus

4 pœna capitali, aut membri mutilatione,† quia iudici non licet arbitrari de pœna mortis, aut membri mutilatione, niſi qñ concurrunt qualitates, & circunſtantiæ, quæ ſuadeant talẽ pœnam imponi, vt per Ioan.de Imo.in c.vt inquiſitionis, de hæreti. in vj.& in l.2.ff.de publi iudi.diſtinguendo, vt ibi per eũ, & in quãtum hoc deſiderat criminis magnitudo, ſecundum Bald.in l.j.in fi.C.de his, qui latro.vel in ali.cri.reos occul. Debet enim iudex attendere facti, & perſonarum qualitatem, & ſi iudex (non ſuadentibus præmiſſis) arbitrium extenderet, imponendo pœnam ſanguinis, poſſet ab eius arbitrio appellari, vt not. per Doct.in d. c.ſuper his.de accuſat.& Areti.in §.in ſumma, Inſtitu. de iniuri. Hippoly.in l.quæſtionis modum.ff.de quæſt.& in ſua Auerol.§. conſtante.nu.8.cum ſeq.Sed qñ Iudæus ſe commiſcuerit Chriſtianæ vilis cõditionis, & inhoneſtæ vitæ, ceſſant qualitates, quæ ſuadent ipſum condemnari ad pœnam mortis, nec reperitur, ꝙ qualitas conditionis Iudaicæ in perſona ſe copulante cũ Chriſtiana vitæ inhoneſtæ (ſaltem qñ ſe non copularet in ꝓiugium) exigat pœnam capitalem aut membri abſciſſionem, prout in ſimili caſu pro Iudæo conſuluit Alex.conſi.13.incip.attentis his. vol.7.vbi reſpondet ad id, quod ſupra allegatum eſt num.25.& not.2.q.7.c.nos ſi incõpetenter.§.his ita reſpondetur, verſi.tunc

5 Phinees. † nam illud quod permittebatur tempore teſtamenti veteris, non eſt de præſenti permiſſum, prout ẽt de aliis olim pmiſſis & hodie ꝓhibitis tradit Io.And.& Dñi.in c.vt inquiſitionis.§ prohibemus.de hæreti in vi.de eo quod ſcriptũ eſt Deuteron.7.4.Reg.10.de Iehu. qui percuſſit & occidi fecit omnes ſacerdotes Baal.& Reg.23.de Ioſia Rege, qui cõburi fecit oſſa ſacerdotũ, qui ſacrificauerunt Baal, quæ nõ ſunt trahenda in exẽplum noſtræ actionis, per no.in d.c.nos ſi incõpetenter.§. itẽ cũ Balaam, verſicu.his ita,& ꝙ hĩ 22.q.2.ſiquis per vetus, & 32.q.4. quis ignorat,& de pœniten.diſtin.2.c.ſi enim inquit. verſi.quomodo ante Abraham.vbi dicitur, quòd ſeruiuit Abraham tempori ſuo, ergo ſeruiamus nos legi,& tempori noſtro: fuerunt.n. facta præterita figuræ futurorum, 23.q.j.niſi bella.& quæſt.quarta, non inuenitur. Et quod habẽt Matth.5.& 19.Hiere.3.Hebr.8. Apocali.22.ecce noua facio omnia. Sicut & exempla diſpenſationum per ſummos Pontifices, de contrahendo matrimoniũ in caſibus à iure prohibitis, non ſunt ſequenda, vt fecit Martinus 5. qui diſpenſauit, vt frater caperet in vxorem germanam ſuam, vt tradit Archi. Flor. in ſum.j.3.par.tit.j.cap. 11. & in alio caſu per Anch.conſi.373.ut filius fratris duceret in vxorem cõiugem patrui ſui, quod fuit in Rege Angliæ, vt per Feli. in c.quæ in eccleſiarum.col.6.nume.26.

6 †Item quia præcepta iudicialia veteris teſtamenti tendentia ad deciſionem cauſarum, vel pœnam certã imponẽtia pro delicto, non obligant, niſi quatenus per habentẽ poteſtatẽ legis condendæ, poſt legem noui teſtamẽti fuerunt approbata, vt ꝑ Abb. in c.ſi.col.2.verſi.& vt clarius,& Imo.col.3. & alios ibi, extra de conſuetu.& eandem opinionẽ quam ſupra firmaui, tenet Hippoly.in Iudæo cognoſcente per venerem Chriſtianam vitę inhoneſtæ, in conſi.101.In præmiſſa cã accuſationis, vbi ita intelligit procedere ꝙ tenet Oldr.in conſi.333.quod eſt vltimum ꝓſilium, ponderando verbum aliqualiter, poſitum per Oldrad. in dicto eius conſilio, quod dicit eſſe diminutiuũ, licèt Oldrad. ibi dicat fuiſſe iudicatũ, vt in illo caſu Iudæo virilia amputarentur, quæ affirmat ipſe vidiſſe ante palatiũ, & hac eadẽ pœna amputationis membri virilis plectebantur adulteri apud Aegyptios. Et ꝑmiſſam cõcluſionẽ intellige verã ceſſantibus aliis circunſtantijs, quæ delictum aggrauarent, vt qualitas raptus, & inceſtus, & ſimiles, nam tunc ex alterius criminis adiectione poſſet grauius puniri, per l.j.C.de rap.virgi.ſecundum Oldrad. vbi ſupra.

7 Amplia concluſionem, de qua ſupra, locum habere † etiam ſi mulier cum qua Iudæus ſe immiſcuerit carnaliter, eſſet nupta, vitæ tñ inhoneſtę, quia cum ea, non dĩ committi crimen adulterij, vt tradit Bar.& Ang.in l.quæ adulterium.C. de adult.& Bald. in l.ſi mulier. eo.tit. qui refert Dynum ita in facto contingente cõſuluiſſe, & ꝙ cum meretrice nupta non committatur adulterium punibile, vt per Ang.vbi ſupra.& idẽ Ang in l.ſi ea.C.eod. tit.vide Io.de Ana.in c.j.extra de adulte.quẽ vide oĩno, quia poſt varias Doc.opiniones diſtinguendo eos concordat, col.fi.licèt Saly.in d.l.quæ adulterium, vĩ diſtinguere in muliere nupta incipiente meretricari, & in eo qui ſciẽter hẽt copulã cum ea, vel id agit poſt initiatũ meretricium, & prædictam opinionem ſm ampliationem de qua ſupra proximè, vt iudæus eo caſu non teneatur pœna adulterii, tenet Alex.in d.conſi.99.incip.viſa inqſi

8 tione ꝺ Abraham, †vbi declarat eam eſſe meretricem, quæ licet ſe publicè non proſtituat in lupanari, ſi tñ alibi, & in quacunq; domo pudori ſuo nõ parcit, & quencũq; petentem cã quæſtus admittit, ad quæ facit quæ tradunt Doct.in d.l.j.C.de rap.uirg.& in l.raptores.C de epiſ.& cle.ubi concludunt, diſpoſitionẽ illarum legũ nõ procedere ĩ meretrice, in tñ abhorrent leges uitã mulierum inhoneſtam, niſi eſſet nupta, ut infra dicetur. Licèt

9 qñq; † iura in aliquibus faueant meretricib.nuptis: nam licèt beneficiũ l.pleriq;.ff.de in ius uoc, nõ hẽat locũ in meretrice, hoc tñ limitat in meretrice nupta, quæ gaudet illius legis beneficio, ut per Doct.ibi in ſpecie D. Ial.col.fin. qui allegat pro hoc text.

Source : BIU Cujas

in l.ſi vxor.§.j.verſi.qualecunque matrimonium.ff.de adulte.& alia vt ibi.& de meretrice tam nupta,quàm publica.vide Boeri. conſi.4.col.fi.ſed per ſtatum Paduæ ſub rub.de adulter.ſi Iudęus commiſcuerit ſe Chriſtianæ cõiugatæ, debet vterque comburi.

Item licèt meretrix poſſit perſonaliter capi, ſecundum Bald. in l.conſentaneum.col.fina.verſi. in glo.f. ad cogendum.C.quomodo & quando iudex. (quod aliàs in muliere reperitur prohibitum,vt no.in Auth.vt nulli iudi.§.neceſſe, & in Auth. ſed nouo iure,C.de cuſto.reo.& per Bal. & Ang. in l. nemo carcerem. C.de exacto.tribu.lib.10.) fallit tamẽ in meretrice nupta,& matrimonio copulata.vt per Iaſ.in l.ad egregias,colum.2.verſi.qđ tamen vltimum.ff.de iureiur.Item quamuis rapiens meretricẽ non incurrat pœnam d.l.j.C.de rap.vir.ſecundum q̃ ſupra concluſum eſt,ſecus eſt tñ in rapiente meretricem,quæ eſſet marita ta,vt latè ibi per Hippoly.in repe.d.l.j.colum 13.verſi.vlterius redeundo ad illum text.hoc reſtringentem, niſi rapta haberet in maritum aliquem lenonem, vel infamem.

Ideo ſi caſus contingeret, aduertendum eſſet in caſtigando grauius Iudæum ſubigentem mulierem Chriſtianam etiã meretricem,quæ tñ eſſet nupta, propter ſacramentum coniugij, per not.in c.omne,c.cum ſocietas,cap.in omni.27.quæſt.ſecunda,& in c.tantum,37.quęſt.ſeptima & Matth. 9.Mar.10.matrimonij nanque vinculum ab ipſo Eccleſiæ capite omnium rerum conditore in Paradiſo,& in ſtatu innocentiæ inſtituente, vnionem
10 & indiſſolubilitatem accepit,vt in c.vnico,de voto.in vi.† Item vxor à Deo eſt,Prouerb.19.& Ariſtoteles, pri. Oeconomi. dixit vxorem eſſe ex ara Deorum, & per concubitum cum vxore alterius,fit quædam ſeparatio illius indiſſolubilitatis animorum, quæ eſſe debet inter virum & vxorem: coitus enim eſt actus talis,vt etiam in viro & vxore coeunte, in eo actu ſpiritus ſanctus ab eis recedit,licèt aliàs in matrimonio ſemp adſit,c.connubia. 32.q.2.qualitas igitur connubii aggrauaret pœnam delicti, & q̃ in iudęo ſcienter ſe Chriſtianæ copulante ſint conſiderandæ qualitates & circunſtantiæ,vt ſecundum eas puniatur modò pęna pecuniaria,modò deportationis,vel grauioribus, tradit Pau. Grillan.in tracta.de pœnis omnifa.coitus,q.12.col.2.verſic.quidam tamen fuerunt, † dicens attendi debere conditionem ꝑſonarum,& potiſſimum mulieris,an ſit honeſta matrona,ſiue mu
11 lier nobilis,aut vilis conditionis,vel inhoneſtæ vitæ,vt ſunt meretriculę,& vulgares mulieres.Item in iudęo an ſemel tñ nacta occaſione in iſtud crimen inciderit,& de eius ętate, & ſi vxoratus,vel ſolutus,& an pluries tale delictũ cõmiſerit, & facti contingentiã,criminis turpitudinẽ,& delinquendi conſuetudinẽ,p no.p Abb.in c.2.de ſortile.& in d. c.in nonnullis, & p alia p eũ allegata,& per gl.fi.in c.fi.de excep.in vi.& not.in c.de cauſis,de offi.& poteſt.iud.dele.& per glo.fi.in c.ad Apoſtolicam. de regulari. Nam aliàs facilis ſpes veniæ tribuit occaſionẽ delinquendi.50.diſt.in c.ſi lapſis.33.q.3.c.eſt iniuſta.c.vt clericorum.de vita & hone.cleri.c.pen.& ibi glo.de tranſla. prælato. & ex his habes expeditam quæſtionẽ primam de iudęo carnaliter,& ſcienter ſe iungente cum Chriſtiana vitæ inhoneſtæ per actum fornicationis, vt puniatur ſecundum prædictas concluſiones.

12 Amplectendo modo ſecundum caput primi membri diſtinctionis ſupra poſitæ, † ſ.quando iudęus ſcienter per fornicatiõnem ſe copulauerit carnaliter cum Chriſtiana ꝓbæ vitæ, & honeſtæ conditionis,& tunc conclude q̃ punietur iudęus, ſecundum qualitatem delicti,non ſubſiſtentibus aliis delictũ grauantibus,vt infra dicetur, & vt ſi rem carnalem ſcienter habeat cũ alterius vxore bonę vitę,tenebitur pœna adulterii,& ſic pœna vltimi ſupplicij,cum ſecundum communem opin. in maſculo ſit pœna mortis.l.quamuis,cum ibi not.C.de adul. & per glo. & Doc.in c.tuę.extra de procurato.Vbi Imola dicit q̃ Legiſtę cõmuniter ita tenẽt,vel ſi iudęus committeret raptum, puniretur pœna raptus ordinaria, & prout caſtigaretur de ſimilibus delictis quilibet Chriſtianus, eum (vt dictum eſt) Iudęi in locis, in quibus ſeruatur ius ciuile Romanorum,dicuntur eſſe de populo Romano,& eorum cauſæ decidendę veniunt ſecundum ius commune.l.Iudęi Romano.C.de iudæ. cum infinitis ſupra allegatis,& ſi in loco,vbi tale delictum cõmitteret iudęus, eſſet ſtatutum ſuperinde diſponens,teneretur pœna illius ſtatuti,vt per Alex.conſi.99.vol.6.ſupra allegato,& conſi.13.uolu.7.& latius And.Sicu.conſi.63.licèt in medium.vol.4.

13 Aduertendum tñ eſt, † q̃ ubi iudęus Chriſtianam cognoſceret carnaliter,cuiuſcunque conditionis eſſet mulier illa, & hoc faceret iudęus non per laſciuiam,& libidinis cauſa, ſed in contemptum glorioſiſſimi dñi noſtri Ieſu Chriſti,& eius fidei, tunc grauiſſimè ueniret caſtigandus,cũ illuſiones eorũ,& opprobria in ſpretum fidei ſint maximè damnata,l.Iudęos.C.de iudę.& in c.& ſi iudęus.c.poſtulaſti.c.in nõnullis,& c.cũ ſit nimis,extra de iudæ.tẽderet.n.hoc delictũ in offenſam Dei, & illius cultus,propterea ueniret ad inſtar criminis lęſę maieſtatis plectendus,cap. ſiquis ſuadente,uerſi.qui autem.17.q.4.Eſt enim ſatis malus peccatum quod in Deum,q̃ quod in hominem cõmittitur.c.ſicut. eadem q.c.mouet te.circa fi.22.q.j.& ſi ſecũdum legum ſanctiones reis lęſę maieſtatis capite punitis, bona confiſcantur, quãto magis caſtigari debent,qui in fide aberrantes Dei filium Ieſum Chriſtum dominum noſtrum offendũt, cum longè gratius ſit ęternam quàm temporalem lædere maieſtatem,ut dicit text.in c.uergentis.extra de hæreti.Ideo putarem hoc caſu caſtigãdum iudęum,ut ultra pœnam capitalem etiam bona confiſcarẽtur. Et qualis etiam ſit pœna Iudæorum committentium delicta in opprobriũ fidei,tradit Petr.de Anch.conſi.15.ſpiritualis iudex, & Oldra.conſi.36.infraſcripti ſunt articuli. Hippoly. in l. ex Senatuſconſulto.ff.de ſica.Et iudex circunſpectus poſſet dignoſcere an iudæus ea mente,& in opprobrium ſe Chriſtianæ copulauerit, ex præſumptionibus,& conditione iudęi,ſi erat per ætatea ſolitus aliquibus modis illudere fidei noſtræ, & ex aliis.

14 † Sed in dubio non uĩ hoc feciſſe animo iniuriandi fidei noſtrę,prout in iudęo ita delinquente,cõcludit Barbat.in cõſil.63.col.4.circa prin.uol.4.per no.per Bar.in l.uerum.ff de fur. maximè ſi mulier,cũ qua iudęus rẽ habuerit carnalẽ, eſſet meretrix, ſm eum,licèt hoc ſi fortè periculoſum, cũ in meretrice confidentius poſſet cadere cũ iudęo contemptio fidei, & ipſæ etiam meretrices ſunt caractere baptiſmi ſacri inſignitæ. Adde tñ prædictis,quæ tradit Roma.conſi.183.in caſu propoſito. col.j.verſ. cæterum eadem concluſio,& officium noſtrum eſt in non ſuſtinẽdo opprobria Chriſti,aliter reſpublica lędetur,& fames,terremotus & peſtilentiæ inde procedunt,ſecundũ Anch.in d.ꝙſ.15.

15 Secundo caſu principali, videlicet † qñ ſcienter iudęus ſe cõmiſcuit mulieri Chriſtianæ non per modum fornicationis, ſed in figura matrimonij,tunc eſt dicendũ,tale matrimonium eſſe nullũ,& incõtinẽti ſunt ſeparandi.28.q.j.caue,& c.ſi quis.nõ eſt enim ratũ cõiugiũ,quod ſine Deo eſt.c.j.ea.q. puniuntur autem ita contrahentes matrimonium ſcienter, pœna capitis.l.nequis Chriſtianam.C.de ludę.dicit namque *ille* tex.q̃ hoc crimẽ obtinet vicem adulterij,in quo eſt pœna capitalis, *vt dictũ* eſt proximè. quæ licèt in muliere ſit correcta per *auct. ſed hodie. C. de* adul.non tamen in caſu dictæ l.ne quis, cum *in iudæa non poſſint* verificari ea,quę habentur in d.auct.ſed hodie,ſcilicet circa detruſionem mulieris in monaſterium, & q̃ ducat vitam monaſticãm,& alia de quibus ibi.item quia hoc caſu non eſt ꝓprièadulteriũ, vt per Saly. in d.l.nequis,ſed pluſquàm adulterium: talis enim coitus poteſt à quocunque accuſari, vt patet in text. ibi,libertate ad accuſandum publicis quoq; vocibus relaxata,& ſine iuſcriptione pœnę talionis.qđ regulariter eſt ꝟ. Item & talis adulterina cõmixtio non põt à ſede Apoſtolica diſpenſari, niſi præcedente ſacramento baptiſmatis, c. non oportet.28.q.j. fit enim iniuria hoc caſu duobus ſacramẽtis, primo.ſ.baptiſmo, & vniuerſę religioni Chriſtianæ,ſecundo,ſacramẽto matrimonij,& q̃ dicta lex nequis,ſupra allegata,intelligãtur de iudęo,qñ ꝟhit matrimonium cum Chriſtiana,non autem in ſimplici fornicatione,& tanquam exorbitans nõ extendatur ad aliũ coitũ puta ſtuprũ,vel alterius qualitatis commixtionem,vt ꝑ Cornel. ꝟſi.114.licèt pri.aſpectu.col.2.verſi.nec obſtat,vol.j.& ſi iudęus rem habet cum Chriſtiana,an à ſeculari vel eccleſiaſtico iudice puniri debeat, tradit Calder.relatus per Paridem de Puteo, in tract.de ſindica.§.adulterium,nu.9.

Quid autem ſi fidelis contrahat cum infideli, an teneat tale matrimonium? In quo dicẽdum eſt,quòd quicquid fuerit tempore legis naturæ,vt dicitur de Ioſeph, qui cõtraxit cũ Egyptiaca,Gene.41.& de Moſe cum Madianitide.Exod.3.qui erant ſub præcepto multiplicationis humani generis, & quicquid fuerit tempore legis Moſis,quo licuit fidelibus contrahere cum infidelibus,prętęrquàm cum Chananeis,quorum conuerſionis ſpes nulla erat:nunc verò,tempore nouæ legis ſiue Euangelij,prohibitum eſt matrimonium fidelis cum infideli,quia in *tali* deſunt omnia bona matrimonij. Primo ſcilicet bonum *prolis* educandæ ad cultum diuinum:quilibet enim coniugum *niteretur* ꝓlẽ ad propriũ cultum inducere.Secundo deſinit *bonum* fidei, qđ non eſt vt tãtum ſeruetur fides homini, ſed *etiam* Deo, ſiue ad Deum,& propter Deum,quia timore,& amore Dei ſeruãda eſt fides cõiugij,quod ceſſat in infidelibus.Tertio,bonum ſacramẽti,quia nõ eſt ibi perfecta ſignificatio Chriſti ad eccleſiam, ideo fidelis cum infideli contrahere nõ poteſt matrimonium. c.ſiqs, & c.caue.& ibi no.28.quæſt.j.& in c.quãto,vbi D.Abb. in primo not.de diuort.& habetur,c.fi.extra de condi.appoſi.& in c.ſi.qui fil.ſint legi & Spec.de ſponſa.in prin.& de confeſ.§.2. verſi.licèt pone.& ſeq.§.fin.& de libel.concep.§.10.verſi.44.Itẽ baptiſmus eſt ianua omnium ſacramentorum:ille autem, qui baptiſmũ ſacramentum non ſuſcipit,non poteſt ſuſcipere aliquod aliud ſacramentum,prout eſt matrimoniũ,& habetur Exo. 34.& Deutero.7.vbi dñs prohibuit,dicens, non accipies vxorem filiis tuis de filiabus alienigenarum,ne traducãt eos poſt Deos ſuos.& de his vide Tertullianum lib.2.ad vxorem, nam eo tempore quædã mulieres locupletiores,defunctis eorũ maritis,ambitionis,& glorię ſtudio,gentilibus nubebant,quas Chriſtianorũ pudebat, vt humilium & tenuiũ, nã tũc rerũ ſumma adhuc apud Ethnicos erat,illi regnabãt,preſidebãt, dominabãtur. Chriſtiani alieni ab omni reipublicę adminiſtratione viuebãt, immo latebãt ſola modeſtia noti,de quo matrimonio cũ infidelibus,Auguſt.

in lib.

Source : BIU Cujas

in lib.de fide,& operib.dicit,quòd ſuis temporibus non putaba tur peccatum eſſe,quoniam tũc in nouo teſtamento nihil inde præceptum erat, & aut licere creditum,aut velut dubium derelictum eſſe.dicit tamen quòd Cyprianus in Epiſtola de lapſis, confirmat ad malos mores pertinere iungere cum infidelibus vincula matrimonij, & nihil aliud eſſe quàm membra Chriſti gentibus proſtituere,idem dicit Auguſtinus in lib.j.de adulterinis coniugiis, & de fidelibus puellis,ne cum infidelibus coniunganrur,decretum eſt in concilio Elibertano,c.16.& in concilio Toletano,111.can.14.Sponſalia autem bene poſſunt contrahi, non autem matrimonium cum hac conditione,ſi infidelis conuertatur.28.q.j.& c.caue,& c.ſi conditiones.de condi.appoſi.nõ oportet,& no.q̃ ſi contrahatur matrimonium cum Iudæa vel pagana,non habet locum pœna,de qua in cle.j.de conſangui.& affini.ſecundum glo.ibi.in ver.eos,& Card.

Quid autem ſi Chriſtianus contraxit cum hæretica,an teneat vel ſeparari debeant?& ex tex. in d.cap.caue.qui poſuit ſimul,de Gentili,Iudæa,& hęretica,poteſt argui,q̃ non teneat tale matrimonium, cum dicat cauendum eſſe cum talibus copulari matrimonialiter,& propter ſubuerſionis periculum, quod videtur militare multo magis in ſocietate cum hæretico,cum ſit magis peruerſus:magis enim delinquunt fideles apoſtatando, quàm infideles non ſe cõuertendo.22.q.4.in eo fornicatur. & melius eſt viam Domini non agnoſcere, quàm poſt agnitam retroire. c.quædam, de apoſta. & nemo reſpiciens retro eſt aptus regno Dei,extra de voto.c magnæ,& facit de pœnit. diſt.4.ſi refugientes.Sed contraria pars eſt verior,ſecundum Vgol. & Io.de Turre Crema.in d.c.caue,authoritate S.Thom. in 4.diſt.29.nam licèt non debeat fieri,nec deceat Catholicum,cum hæretica, aut è contra matrimonium contrahere,ſi tamen cõtractum eſt, remanet verum matrimonium, nec diſſolui poterit, niſi obſtet aliud impedimentum,nam matrimonium eſt ſacramentum,& ideo quantum pertinet ad neceſſitatem ſacramenti, requirit paritatem quantum ad ſacramẽtum fidei,ſcilicet baptiſmum magis q̃ quantum ad interiorem fidem, vnde etiam hoc impedimentum non dr̃ diſparitas fidei,ſed diſparitas cultus, qui reſpicit alterius ſeruitium: & propter hoc ſi aliquis fidelis cum hæretica baptizata cõtrahat matrimonium,verum eſt matrimoniũ, licèt peccet ꝯhendo,ſi ſciat eam hæreticam,ſicut peccat ſi cum excõicata ꝯheret,non tñ propter hoc matrimonium dirimeretur,vt per S.Tho.vbi ſupra.Qualiter autem Chriſtianus contrahens matrimonium cũ Iudæa,Gentili,vel idolatra,aut aliàs infideli,agat,vide Rofre.ſuper 3.par.libellorum iuris canonici,ſub rubrica de ſexto impedimento,& Spec. in tit. de diuorti.verſic. item diſparitas cultus.Et quod ſupradixi, matrimoniũ inter infi
16 deles eſſe verum,c.quanto,de diuor.c.ſiquis.28.q.j.† non tamen ratum,& indiſſolubile,ſicut inter Chriſtianos, id contingit pp baptiſmum,qui indiſſolubilitate matrimonii ponderatur:nam vbi non eſt fides Chriſtiana, matrimonium non habet ſuum ſignificatum,cum matrimonium conſummatum denotet vnionem, & conformitatem, quæ eſt inter Deum & eccleſiam per aſſumptionem carnis humanæ.vnde ſicut figuratum eſt indiſſolubile,quia carnem quã Deus aſſumpſit,nunquam dimiſit, ita & matrimoniũ illud figurans dẽt eſſe indiſſolubile ſicut figuratũ.hoc autẽ cadere non põt in matrimonio infideliũ,negantiũ aſſumptionẽ carnis,ideo in eis ceſſat ratio indiſſolubilitatis, & declarat D.Abb.in d.c.quanto,col.fi.verſi. contra prædicta.

Deueniendo modo ad fm caſum principalem, & ſecũdum
17 membrum principale diſtinctionis, de qua ſupra, videlicet† qñ ignoranter ſe copulauerit Iudæus cum Chriſtiana,vel Chriſtianus cum Iudæa,& tunc excuſarentur à pœnis prædictis,dũmodò non eſſet ignorantia craſſa,vel affectata,vt per glo. in c.nonnullis,in verbo,errorem.& ibi per Doct. de Iudæis, & D.Abbas ibi dicit,q̃ ſi Chriſtianus intẽdebat fornicari cũ Chriſtiana,quæ in veritate erat Iudæa, tunc eſt in culpa, & tenetur ad minus de ſimplici fornicatione, quia hoc caſu dabat operam rei illicitæ: ſecus qñ matrimoniũ ꝯxit ignoranter cũ Iudęa,cum daret operam rei licitæ,quo caſu ignorantia facti excuſat,& idem ibi tradit Ioan.de Ana.col.3.nu.8.

18 † Quid autem ſi quis cognoſceret Iudæam ignoranter, vel Iudæus Chriſtianã per fornicationẽ,& ſic dando operã rei illicitæ,& Iudæa Chriſtiana ita cognita reperiatur nupta, an teneretẽ talis pœna adulterii,& ſi virgo,pœna ſtupri, ex quo dabat operã rei illicitæ? In quo cõclude q̃ ſic in vtroq; caſu, vt.ſ.teneatur de adulterio & ſtupro reſpectiuè : ſi tñ eſſet vilis cõditionis talis mulier,& vitæ improbæ,tunc eſſet pęna arbitraria citra mortẽ, ita concludit Grillandus vbi ſupra,q.12.colum.pen.verſi.ſi verò ignoranter,allegat glo.in d.c.in nonnullis,in verbo,errorẽ,quę parum facere vr̃,& D.Abb.in d.c. quanto: qui loquitur ſolũ remiſſiuè.ſed concluſionem prædictam puto veram ex eo etiam, quod tradit Bar.in l.diuus,col.2.verſi.ſecundo quęro,q̃ ſi aliqs. ff.ad leg.Corn.de ſica.vbi dicit,q̃ quando aliquis in plus delinquit quàm cogitauit circa perſonam,tunc inſpicitur euentus,& non animus delinquentis,dicens hoc eſſe verum,non obſtante l.item apud Labeonem.§.ſi quis virgines.ff.de iniur.qui videbat in contrarium facere.Reſpondet enim quòd in illo tex.in nullo habuit ille animum delinquendi,ſeu committendi aliquod punibile: credebat enim illas virgines eſſe meretrices, quas appellare non eſt punibile.ſed in caſu præmiſſo cum ab initio talis p. poſuerit delinquere in dando operam rei illicitæ, propterea dẽt inſpici euẽtus,vt ſi erat nupta,puniatur de adulterio; ſi virgo de ſtupro;& ſi vilis conditionis,arbitrio iudicis,& citra mortem.ad idem etiam facit q̃ tradit Bar.in l.ſi adulterium cum inceſtu, in prin.col.3.in fi.verſi.& ideo pro declaranda. ff.de adulte. vbi dicit q̃ quando coitus fit ſine colore matrimonii,tunc punitur in diſtinctè,& ſecundum quod eſt in veritate,non autem ſecundũ illud quod putabat delinquens,& ſi eſſet conſanguinea,puniretẽ de inceſtu;ſi nupta de adulterio, cum daret operam rei illicitæ, & eſſet in dolo.Ad quæ vide etiam quæ tradit Ang.in tract.malefi.in verbo,& appenſatæ.ver.quęro quid ſi aliquis.& in verbo, che hai adulterata la mia donna. col.antepen.verſi. habeas etiã aduertentiam.& in verbo,ſcienter,& dolosè,in 3. col. & Ioan. And.in c.cum quis,de reg.iur.in 6.in mercurialibus.Bald. in l.ſi quis non dicam rapere,in 5. col. C. de epiſco. & cleri.& in l.venia.C.de in ius voc.& per Cęp. conſi.33. multa poſſent, colum. antepen.Bald.& alios ſcriben.in c.j.§.ſimiliter. quemadmo.feu.
19 amitta. † Quando autem dicatur quis in iuſto errore, & qualis ſit iuſtus error in hac materia,vide Auguſt.de Arimi.in additio. ad Ang.in d.verſi.habeas etiam aduertentiam.

Et quod ſupra concluſum eſt de Iudæo habente rem carnalem cum Chriſtiana,† idem dicendum eſt in Turca, Mauro,vel
20 Sarraceno, aut quocunque diſparis cultus,per text.in dicto c.in nonnullis, qui facit mentionem etiam de Sarracenis,& p. Grillan.vbi ſupra.

Et idem eſſet concludendum ſecundum præmiſſa de Chriſtiano † ſe carnaliter iungente cum Sarracena muliere, vel cu-
21 iuſcunque alterius ſectæ infidelium,cum tex.in d. c. in nonnullis, videatur equiparare dictas commixtiones reciprocas,& per Felv.ibi,col.2.verſi.& copulanti,& Doctores videntur p̃miſcuè loqui de vtraque commixtione, vt eiſdem pœnis ſubiiciantur.

Sed Hieronymus Pau.Barchinonenſis in practica cancell.folio mihi 28.dicit ſe non legiſſe in iure aliquid ſpeciale de pœna habentis rem cũ Iudęa,aut Sarracena, & in patria ſua, infidelis habẽs rẽ cũ Chriſtiana punitur ad mortẽ, & etiam ipſa mulier, ſed non Chriſtianus habens rem cum muliere infideli, cũ tñ videretur eſſe ꝯrium,p̃ periculũ partus, qui ad tempus ſeqũ matrem infidelem.ſed lex patriæ ſuæ conſiderauit incontinẽtiam, & infamiam maiorem in ſubijciente ſe ſeruo, vel quaſi ſeruo infideli.q̃ è contra.Ang.l.vnica.C.de mulieri.quæ ſer.pro.ſe lun.& l.fi.C.commu.de manumiſſ.& c.& ſi Iudæos,de Iudæ. ideo grauius punit mulierem fidelem,& ſeruum infidelem, quam virũ. & vide Old.conſi.333 & Deuter. c.vbi non punitur ad mortem coitus cum aliis,q̃ cum filiabus Iſrael. & de his vide quæ dixi ſupra nu.2.cum ſequẽtibus,hoc eodem capite. de eo autem quod ipſe dicit de partu,vide tex.in c.Iudæi.28.q.j.vbi illi qui procreati ſunt de infidelibus mulieribus, & fidelibus viris, ſequuntur religionem Chriſtianam,non Iudaicam ſuperſtitionem.

22 Sed nunquid † Iudęus poteſt ꝯhere matrimonium cũ pagana?& vr̃ q̃ non,c.ius gentium.i.diſtin.propter diſparem cultum: nam expreſsè dr̃ ibi,connubia inter alienigenas prohibita. ſed contrarium eſt verum, quia pagani non ſunt Idolatrę, & ferè omnes ſunt circunciſi,& diſcernunt cibos,& iudaizant, ideo debet inter eos poſſe matrimonia contrahi, nam propter diſparẽ cultum nõ impeditur matrimonium,niſi inter fideles, & infideles,& prohibitio de qua in d.c.ius gentium, nõ eſt adeo efficax, vt inter infideles diuerſę infidelitatis non poſſit contrahi matrimonium,& ita tenent Archi.& alii,in c.Iudæi.§.verum.28.q.j.

23 Pro qua re facit,† q̃ iudęus tranſiens ad ſectam Sarracenorũ non venit puniendus,nam cũ ambæ iſtæ ſectę tolerẽtur à Chriſtianis,ſi vtrobiq; ſunt in ſtatu dãnationis, nõ eſt quoad nos curandũ,& cũ ſecta Sarracenorũ ſit minus mala q̃ Iudęorũ, iuxta verbum Dñi dicentis Matth.11.tolerabilius erit Sodomis ĩ die iudicii q̃ vobis.non eſt ergo puniendus, qui viam minus malã eligit,& ita tenet Oldr.conſi.51.Iudęus tranſiuit, & idem repetit Albe.in rub.C.de iudęis.col.j.verſi.quæro circa hanc,& Ioan. And.in addi.Spe.in rub.de Iudę. circa fi.ver. dubitari uidi.Ioan. de Ana.in c.ex ſpeciali.in fi.de iudę.Rom.in ſing.680.incip.cras Chriſtus aſcendit ad cęlos.ubi ẽt de Chriſtiano faciẽte ſe Iudęũ, & de Chriſtiano cõuertẽte ſe ad iudaiſmũ,qualiter puniat̃,uide in c.ꝯ Chriſtianos,de hæreti.in 6.& l.iudęi.C.de Iudęis.

24 † An autem filius natus ex Chriſtiana, & Sarraceno,ſi poſtea Sarracenus fiat Chriſtianus, efficiatur legitimus, cum non potuerit tempore natiuitatis eſſe matrimonium inter eos, uide p. Doct.in cap.tanta,qui fil.ſint legiti.& ibi per Abb.colum.fi.qui tenet quòd non efficiatur legitimus natus ex Sarraceno, ſi poſtea efficiatur Chriſtianus, quia matrimonium non poteſt retrotrahi ad tempus natiuitatis, ſecutus opi.Io.And.

SVMMARIVM.

1 *Præcepta iudicialia veteris teſtamenti tolli per ius & ſtatuta.*

2 *Primogenituræ iura,an hodie inter Iudæos ſeruanda ſint.& nu.4.*

Source : BIU Cujas

3 *Primogenitorum iura, quænam, & qualia.*
5 *Lex Mosaica in successionibus, an sit inter Iudæos seruanda.*
6 *Legem Mosis non esse seruandam inter iudæos, secundum opi. quorundam.*
7 *Testamentum iudeorum fieri debere secundum formam iuris communis.*
8 *Consuetudines iudeorum (quibus cauetur legem Mosis inter eos seruandam) valere & obseruari debere.*
9 *Iudei in eorum matrimonijs permittuntur vti lege Mosaica.*
10 *Iudeis permittitur impunè libellus repudij.*
11 *Testamentum Christiani in terris infidelium, an teneat coram duobus testibus. & quid de testamento in portu maris.*
12 *Diuisio inter iudeos, an deat fieri exemplo Abrahã, an sorte, vel iudicis officio.*
13 *Diuisio concluſiuè, qualiter inter iudæos fienda.*
14 *In diuisionibus ille dicitur frater maior, qui diutius administrauit, non qui maior est natu.*

CAPIT. IIII.

REgula, de qua supra, per quam concluditur iudæos ligari iure communi, & causas eorum secundum iura communia diffiniendas, limitatur non habere locum in casibus, in quibus lex Mosaica specialiter aliquid di-
1 sponit, † quæ non sit expressè reprobata per ius canonicum, ciuile, statuta, aut per consuetudinem. Nam in iudicialibus, & in his, quæ ex dictamine naturæ non procedunt, lex Mosaica bene erat, & est mutabilis, vt not. per Doct. in c. fin. extra de consue. & in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. & per Alex. consi. 107. pro inuestigatione, colum. secunda, & 3. volum. secundo, maximè, quando subesset ratio aliter disponẽdi, quàm in veteri testamẽto continetur, seu subsisteret causa publicæ vtilitatis. ca. fin. §. his itaque. 6. dist. vt per Bar. in l. omnes populi. in 13. q. princ. colum. septima. versi. tertiò principaliter, de iusti. & iure. distinguendo vt ibi per eum, spiritualia a temporalibus, cum quo alii communiter transeunt, & Ant. de But. in d. c. fi. de consue. versi. 4. restat, & in d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ. & in c. nouerint. de sent. excom.
2 & not. in auct. cassa. C. de sacrosan. eccle. † In illis ergo casibus, in quibus lex Mosis specialiter aliquid disponit, & quæ nõ sit reprobata vt supra, tunc inter iudæos seruanda est, etiam si lex ciuilis in genere illud idem disponeret, vt per Calderi. consi. 30. in tit. de testa. Fely. in c. iudæi. el 2. de iudæ. idem Calder. consi. 10. in tit. de constitutio. Socin. consi. 72. in fi. vol. 1. latè per And. Sicu. consi. 15. clementissimi. col. 2. vol. j. Idem dicendum est, ex quo infertur, ꝙ cũ lege Mosaica primogenitus habeat diuersas prerogatiuas, eidemque debeantur iura primogenituræ. Gene. 25. Deutero. 21. & sit dignitas, secundum glos. in ca. quàm periculosum, in verbo, primatus, 7. q. j. (quod intelligendum est de dignitate priuata, non autem publica, cum iudæus sit incapax publicæ dignitatis) lex Mosaica inter eos seruanda erit, disponens de
3 primogenitura, & cum inter cætera, † primogenitus eo iure haberet vestem spiritualem, quam induebat tantum in sacrificiis offerendis, & recepturus finalem benedictionem à patre; item in solennitatibus, & in conuiuiis benedicebat minoribus, & in diuisione hæreditatis habebat partem duplicatã, & primogenita pecorum, & alia, de quibus per Archid. in d. c. quàm periculosum, & per canon. in c. licet. extra de voto. per Bal. in l. cum antiquioribus. col. 5. versic. & primò pm itto. C. de iure deli. & Marti. Lauden. in tracta. de iure primogeni. in princ. Soc. consi. 47. facti narratione. col. 2. vol. 3. & Lucam de Pen. in l. j. colum. 11. versic. ad octauũ. C. de priuile. eo. qui in sacro pala. lib. 12. Guliel. Benedi. in c. Rayn. in glo. in verbo, in eodem testamẽto, nu. mihi 157. de testam. Matth. de Afflic. in tit. de natu. succes. seu. in princ. in
4 vsib. feud. col. 8. † Vnde quo ad ipsum ius primogenituræ inter eosdem iudæos seruanda erit lex eorum Mosaica, prout etiam per multa concludit solennis Doctor, temporibus nostris, Tiraquel. in suo tract. de iure primogenit. q. 66. versic. & his ẽt oĩbus, nu. 32. & Ioan. Lecirier in tractatu suo eiusdem rei, q. 16. primi libri. vbi (præsuppositа pro vera illa conclusione, ꝙ in iudeorum successione seruãda sit lex Mosis) concludit circa ius ipsum primogenituræ idem, quod supra dictum est, quo ad iudæos, licèt postea cogitãdum relinquat. & si posset dici, ꝙ iure primogenituræ competente ex lege veteri, iudæus primogeniti, gaudere debeat, sed non iure primogenituræ competente ex lege ciuili, vel municipali, vel consuetudine, licèt dubitet de hac cõclusione, & ꝙ forsan melius esset tenere, ꝙ quocunq; iure primogenituræ, siue veteris, siue noui testamenti, vel legis cõis, aut particularis, gaudere possit, & hæc est verior iudicio meo per ea, quæ dicta sunt de iudæis supra latè, in j. & ij. capite huius secundæ partis principa. ad quæ vide etiam Rocchũ de Curte, in tract. de cõsuetu. nume. 754. vsque ad nume. 757.

5 Ex quibus ẽt infertur, † ꝙ cum in successionibus iudæorum sit traditus à l. Mosis certus modus successionis ab intestato, inter eos sit lex illa vetus seruanda quo ad successionem intestati, & fm illam iudicandæ corũ causæ successionũ, prout ita tenet Floria. in l. maximũ vitiũ. C. de libe. præteri. qui dicit ita ẽt cõsuluisse cum Pet. de Anch. & Raphaele Fulgo. & Gaspare Calderino, & Imo. in causa quadam triginta milliũ ducatorũ. & Calde. consi. 10. incip. lex Mosaica, in titulo de constitutio. & 2si. 30. an si iudæus, in titu. de testamen. per Alexan. in l. j. col. 8. vbi etiã Iaſ. col. 6. ff. si cer. pet. Campegi. in tract. de statu. exclu. femi. q. 60. vbi dicit ita quoque Mantuæ obseruatũ fuisse, Corne. consil. 127. & consi. 119. vol. j & 2si. 13. col. 4. & consi. 162. & consil. 180. volu. 2. & quia licèt ante aduentũ Domini nostri Iesu Christi, iura nostra essent omnibus communia, quamuis nondum redacta in corpus iuris, prout modò reperiuntur, secundum glos. in l. Titia. §. Seia. ff. de au. & arg. lega. tamen in passione eiusdem Domini nostri dictum est à Pilato, accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum, & respõdetur ad l. iudæi. C. de iudæ. ꝙ loquitur quando lex Mosaica esset expressè prohibita per legem ciuilem, tunc inter eos seruaretur ius ciuile, aliàs secus.

6 Sed contrariam opi. † ꝙ immo in causa intestati seruandum sit ius commune inter iudæos, tenet Paul. de Cast. consi. 378. incip. instrumentum diuisionis, volum. secundo, & in causa etiam testati idem tenet Paul. de Castr. consi. 377. ad primum videtur. colum. j. eo. vol. Soc. consi. 70. in præsenti. col. 2. vol. j. sed an testa-
7 mẽtum iudæi † possit scribi per notarium Christianum, vide infra hac 2. par. c. 7. nu. 7. & quòd in successione iudæorum statuta locorum sint seruãda si extant, sin autem ius commune vbi nõ est statutum, tenet Imo. in consi. j. ad fin. per l. Iudæi Romano. C. de iudæ. & quia præcepta iudicialia non ligant post Christi mortem, nisi sint approbata, & per hoc facit communis opi. Docto. in c. iudæi, el secundo, extra de iudæ. & quæ dixi supra, c. 2. nu. 4. ꝙ statuta excludentia fœminas propter masculos, habent locũ etiam inter iudæos, & conclusio quàm firmaui supra, ca. j. Item Corne. in d. l. maximum vitium, dicit ꝙ quamuis Perr. de Anch. & Imo. consuluerint ꝙ etiam hodie sit seruanda lex Mosaica inter iudæos, tamen Rapha. Fulg. & Cuma. contrarium consuluerunt, volentes ꝙ illa lex Mosis sit correcta per ius ciuile, & hanc partem sequi videtur Ioan. de Ana. in c. Iudæi. el secũdo, col. pe. & fi. vbi disputat ad partes, extra de Iudæ. inferendo ad istum statutum exclusiuum fœminarũ, quod liget etiam iudæos.
Et tenendo hanc partem, posset responderi ad supra in 3rium allegata, ꝙ in casu quo prædicti Docto. contrarium consuluerunt, vt testatur Florianus, præsupponebatur in facto, ꝙ inter iu-
8 dæos esset consuetudo, † ꝙ in successionibus eorum lex Mosaica deberet seruari, vt tradit Corne. consil. 180. in hac consultatione, in fi. vol. 2. Talis enim consuetudo inter eos est obseruanda, de qua etiam consuetudine in successionibus iudæorum meminit Paul. de Cast. in d. consi. 378. sicut etiam dicit de alia consuetudine Iudæorum, per quam validantur testamenta eorum rogata ab habentibus peritiam legis Hebraicæ, vt tradit Calder. consil. 11. sub rub. de consuetu. Et ꝙ lex Mosaica sit correcta in successionibus per d. l. maximum vitium, & per ius ciuile, refert Corne. in d. l. maximũ vitiũ, Fulgosium & Cumanum ita tenere, & iuri communi suppositos per d. l. iudæi Romano. & sic non videtur esse opus, vt expressè sit lex Mosis prohibita, & ad verba illa Pilati, pluribus modis respondet Alber. Bru. quæ aliter non refero, in tracta. de masc. excluden. fœmi. in 6. artic. princ. quæst. tertia, col. 4. ver. ad illud autẽ. Prima tamen opi. videtur verior. vti suffulta pluriũ solẽniũ Doct. authoritate, & est magis cõis, & secundum eam iudicandum, & consulendum esset: est enim lex Mosis inter iudæos seruanda, etiam si lex ciuilis in genere illud idem statueret, vt per Barbat. in d. consi. 15. volu. j. Pro qua re etiam facit, quòd quamuis de iure ciuili, & canonico error ĩ corpore vitiet institutionem, & testator instituendo Petrum cum voluerit instituere Martinum, neuter eorum sit institutus. l. quoties, in prin. ff. de hære. insti. & ideo secundum glo. ibi, nec Esau, nec Iacob debuerat esse hęres, attento iure ciuili, tñ ex lege Mosaica institutio de Iacob valuit, quia pater Isaach erat dubitans, & non errans, cũ dixerit, vox quidem vox Iacob est, sed manus, manus sunt Esau: & illa titubatione & dubio elegit ipsum Iacob instituere, de quo etiam vide Ioan. de Ana. in d. c. Iudæi, in fin. & ex præmissis infertur, ꝙ lex Mosis specialiter loquens sit seruãda inter Iudæos, nisi sit expressè prohibita, ut supra in principio huius capitis cõclusum est. & ꝙ lex Mosaica sit seruanda in successionibus iudæorum tam ab intestato, quàm ex testamẽto, tenet Ruyn. consi. 4. quoniam. vol. 2. vbi de testamento iudæi Latina lingua scripto, & ante ipsum Alex. cõsi. 6. super præmissa, vol. 6. Et de iudæi testamento in lingua Latina scripto, ꝙ sit ualidum, licèt D. Ruinus contrarium consuluerit in d. consi. 4. probatur p tex. & quæ ibi tradunt Doc. in l. j. §. fi. de uerb. obli. & in l. hac cõsultissima. in fin. C. de testam. & in l. Iudices. C. de senten. & inter. om. iu. nihil enim refert linguæ diuersitas, dummodò cõsensus, & uoluntas disponentis percipiatur. & quo ad testamẽta iudeorum satis est quod Hebręus sciat linguam illius idiomatis, ubi testamentum conficiatur, ut tradit Bal. in d. l. iudices, in fi. quæ cõclusio confirmatur ex ijs, quæ latè dicta sunt supra, in j. ca huius secundæ par. principalis, & ita uidi seruari in practica circa testamenta Iudeorum, quæ solent communiter scribi per notarios Christianos, & executioni mandari, prout de testamento illius Vitę Hębrei Patauini opulentissimi, qđ fuit scriptum per quendam presbyterum, siue plebanum notarium in ciuitate Paduæ, & quæ tradit Pau. de Cast. consi. 367. ad primum. uol. 2.

Nec

Source : BIU Cujas

Nec obstant allegata per præfatum dominum Ruinum in d. consi.4.quia ea procederent,quando lege Mosaica esset speciaIiter sancitum,Iudæos non posse testari nisi lingua Hæbrea, qđ tñ nullibi scriptum reperitur in Mosis Pentateucho, & modus succedendi,de quo nume.27.habet locum in causa intestati, & si aliquid esset terminatũ per Talmuth,id tum nõ esset in aliqua consideratione, cum sit opus reprobatum per summos Pontifices,& vlt.loco per Papam Paulum IIII.vt dicam in 3.par.principali,cap.j.nume.49.

Pro prædictis etiam ꝙ lex Mosis inter iudęos sit seruãda,quæ non sit derogata,affertur quod no.in c.non satis, 34.q.11.& in c.de infidelibus.de consangui.& affini.& in c.fi.qui fil. sint legi. 9 & in c.fi.extra de diuorti.Vbi in matrimoniis † iudæi seruãt eorum legem, & ecclesia tolerat, ꝙ in illis contrahendis vtantur lege Mosaica,& in c.gaudemus,de diuor.& per Anch.consilio 336.reuocatur in dubium. Inde est etiam, ꝙ patruus inter eos põt ducere in vxorem,neptem suam,vt tradit Floria.in l.3.ff.de his,qui sunt sui vel ali iur.& Fely.in c.adhæc,in 2.not.de iudæ.ꝑ Host.in sum.eo.tit.§.in quibus tolerentur,versi. item permittit. And.Sicu.consi.13.incip.illud in medium affertur,vol.4.vbi cõ suluit ꝙ neptis possit matrimonio iungi patruo suo, & idem de sorore vxoris,referens Ioan.And in c.literas,de restitu. spolia.q dicit seruari inter iudæos,ꝙ filii duorum fratrum possunt inter se contrahere matrimonium,& ibi consuluit valere dictũ matrimonium,nec posse à lege ciuili aliqua pœna ϗhentib.infligi. Qui etiam iudæi an licitè ϗhant matrimonium cum comatribus suis,vide per Archid.30.q.j.peruenit, & tradit Alber.in rub. C.de iudæ.in prin.Quicquid contra præmissa dixisse videat Petrus de bella Pertica,& Cyn.in l.in celebrandis.C.de nup.& Salyc.in l.nemo,la j. C. de iudæ. circa iudæorum matrimonia, vt ibi per eos,quorum dicta sustineri possunt, attento scilicet iure ciuili,secus attenta canonum dispositione,cui in hoc standum est,d.c.de infidelibus,& c.gaudemus.Standum est enim Pontificibus in his,in quibus habent potestatem limitandi, & alterãdi ius diuinum,vt not.in c.per venerabilem.qui fil.sint legi.& in c. quæ in ecclesiarum,de constitu.cum concordan.

10 Facit etiam,quod dixit Bald.in consil.428. lib. 5. † de iudæo mittente libellum repudij non puniendo, ex eo ꝙ aliam vxorem prima viuente superinduxit,& quod tradit idem Bal.cõsil. 316.Quæritur an Dauid Hebræus,colum.3.versi.secundò principaliter.Barb.consil.45.vol.3.vbi quòd statutum Forliuij puniẽs ludentem non habebit locum in iudæis, quia lege Mosaica Iudæus ludens & vincens sine fraude, & dolo alteri ludęo, nõ tenetur restituere qđ vicit,nec punitur.Campegi.in tract. de Dote,q.vlt.And.Sicu.consi.65.lib.2.Corn.cõsi.65.lib.2. Dictum est satis de successionibus iudæorum,in terris Christianorum, tam ex testamento,q̃ ab intestato:quæro modò, quid de Christiano decedente in terris infidelium,quod sæpe contingit in mercatoribus,an debeat testari,si velit testatus decedere, secundum ius commune,aut secundum statuta,vel consuetudinem locorum infidelium vbi esse reperiatur? & in hoc Bart.in l.qui à latronib. circa fi.ff.de testa.tenet ꝙ non debet testari ſm statuta, vel consuetudinem infidelium vbi testatur,sed ſm ius cõe cum numero septem testium,& iuxta statutum vel consuetudinem suæ ciuitatis,cum iura nostra debeant per nos seruari, & solemnitates nostræ,per d.l.qui à latronibus, quod dicit esse menti tenendum,idẽ tenet Ang.in l de die.in prin.ff.qui satisf. cogan. & hoc facit c.2.de secun.nupt.ex quo colligitur,Christianos habitãtes in terris infidelium vti debere lege Christianorum.Sed Bald.in l.2.C.quemadmo.testa.aperi. dicit se consuluisse super quodam testamento vnius mercatoris Anconitani facto in terris Soldani Babyloniæ, qđ illud testm̃ valebat ſm merum ius gentiũ. qđ præsumitur ibi vigere,nisi ϗrium probetur, cum tale ius gentiũ sit ẽt apud ipsos,consuetudo in dubio præsumendũ.Nã istud ius gentium,est bonum & ęquum,ergo seruãdũ,& quia potius debemus seruare ius canonicum,q̃ ius ciuile, quia ius canonicum ĩhæret iuri diuino,sub qua lege sunt omnes populi & nationes, sed ius Imperatoris non viget vbiq; locorum,allegat not.in ca. quod super,de voto,& rñdet ad dictum Bart. ꝙ loquitur in hostibus,id est rebellibus Imperij,quorum consuetudo, non est cõsuetudo,nec eorum statuta, sunt statuta,ideo non sequenda.aut nauigia.C.de fur.& testamentum secundum eorum consuetudinem non valeret:qui autẽ ex infidelibus,sint hostes populi Romani,& Imperii,& qui non,vide supra in pri.part.c.5.nu.5.& cũ Baldo videtur transire Paulus de Cast.in d.l.2.& in l.nutritorib. col.2.C.commu.de succes.& illud consilium Bal.licèt non allegetur in specie per scribentes,est in consi.265.inci.in Damasco non seruatur.vol.4.vbi tamen nec ipse firmat opinionem suã, licèt referat Iaco.de Are.& Oldra.dicere ꝙ aduena qui à casu, & à fortuna ibi testatur si est de populo Romano, vel sub Papa vel Imperatore,debet testari iure Romano, quia absurdum est ꝙ si quis tempestate maris impulsus esset ad Tartaros,quòd propterea legem suam mutaret,& magis daretur materia falsificãdi,in remotis contra rationem l.fi.C. de fideicom. Ideo dicit se ipsum passim dimittere,sed clarius locutus videtur in l.ius ciuile.col.2.versi.& no.quòd de facto constitui.ff.de iusti.& iu.vbi si militer dicit,se consuluisse super testamento cuiusdam mercatoris in Barbaria coram duobus testibus, & se dixisse ꝙ valebat, quia cum non appareat quæ forma requiratur, præsumendum est quòd ibi seruetur ius gentium tanquam generale, & equissimum.Ang.in l.omnes populi,eo.titu.circa quem articulũ mihi videtur ita fore concludendum,videlicet,ꝙ testamentum conditum per Christianos extra Romanum Imperium, & in terris infidelium,teneat,& sit validum,etiam quòd in eo non sint seruate solemnitates iuris ciuilis,dummodò adsint duo testes,ꝑut sufficiunt de iure gentium,& diuino:Nam testamenti factio nõ est de iure ciuili,sed de iure gentium,quo iure valet testamentũ conditum coram duobus testibus.c.cum esses. c.relatum.de testa.licèt de iure ciuili sit additum, ꝙ requirantur septem testes masculi,& puberes,& rogati.l.hac consultissima.C.eo. tit.prout in omni alia vlt.voluntate,quinque requiruntur.l.fin.in fi.C.de codicil.& cum istis solemnitatibus,est de iure ciuili, sed in se est de iure gentium:nam in veteri testamento,ante dispositionem iuris ciuilis,erat,& tunc testamentum, Tob.4. bene verum est, vt dixi,ꝙ illæ solemnitates sunt inuentæ de iure ciuili, de quib. vide per Doc.in l.j.ff.de acquir.re.do.& in l.j.ff. de acqui. hæredi. & in l.interdum.ff.de cond.indebi.& sic testamẽtum est de iure gentium inuentione,& de iure ciuili, forma,& solemnitate, & not in d.l.ex hoc iure.& successiuè,ꝙ opi.Bal.fit verior. nam & dicta opi.Bar.est cõiter re,ꝑbata per Doc.vt tradit Ias.in l.cũctos populos.col.pen.C.de sum.Tri. nam dato ꝙ hostes populi Romani ꝑdiderint ea, quæ sunt iuris ciuilis, non tñ amiserunt quæ sunt iurisgentium.sed saluando ea,quæ dicit Bart.in d l.qui à latronibus.posset dici ꝙ Bar.ibi non concludit affirmando testamenta cõdita in terris infideliũ,non tenere ſm ius gentiũ. Nec quæstio Bar.fuit sup hoc,sed ꝙ testm̃ per Christianũ, conditum in terris infideliũ,ſm eorũdem consuetudinẽ,& solẽnitatẽ loci infideliũ non teneat,refert se ad loci ϗsuetudinẽ, & ad hoc tendit rõ decisionis suę,q̃a.s.tales ϗsuetudines,& statuta sunt reprobata.nõ.n possunt infideles ϗdere statuta,cũ id sit iurisdictionis in gñe sumptę,vt tradit idẽ Bar.in l.oẽs populi, col.j.versi.j.ergo quæro.vbi ẽt alii,de iusti.& iu.apud quos infideles, ſm magis cõmunem opi.non põt esse aliqua iurisdictio, ꝑut dicet infra, hac par.2.c.6.nu 22.& 26.

Sed qđ si testm̃ conditũ esset per Christianũ in portu maris apud infideles,an tale testm̃ dicetur factũ in terris infideliũ, & in loco cuius est portus,& subinde valeat ſm opin. Bald. de qua supra,&c.corã duobus testibus ſm ius gentiũ, an verò sit secus, & dicatur non valere nisi adhibitis septem testibus, & seruatis aliis solẽnitatibus iuris cõmunis,cũ littora,& portus maris sint communia tam Christianorũ,q̃ Saracenorũ,& aliorũ.in qua re dicendũ videbatur,ꝙ valere deberet secũdũ ius gentiũ, & tanquã factũ in terris infideliũ, per ea quæ tradit Iacobus de Belui. in sua practi.de fo.compe.nu.19.vbi dicit ꝙ qñ contractus,siue delictũ fit in mari,tũc contrahentes,seu delinquentes sortiũtur forũ illius ciuitatis,vel loci,de cuius districtu,& iurisdictione esset mare,& quod habens iurisdictionem,in territorio vel districtu mari cohærenti,habet etiam iurisdictionem in mari, vsque ad centum milliaria, vt per Bar.in tract. Tiberi.de insula. §.nullius,& Pau.de Castr.in l.insulæ. ff. de iudi.& in l.deprecatio.ff.ad l.Rhodi.de iac.Cępol.in til.de Mari.col.3. Fely. in c.cũ olim, de excep.& per Glo.in c.vbi periculum.§.porrò. in verbo, territorio.de elect.in vi.vnde infert Dominicus ibi ꝙ bannitus nõ est tutus in illa parte maris,vel in insula,quę adhæret loco,vnde est bannitus.quem sequitur Bar.in l.vnica.C.de vena.fera.lib.11.ad quæ vide Feli.in c.ad liberãdũ,in j.no.de Iudę.& Bart.in l.Cęsar. ff.de publica.Bal.in l.fi. circa fi.C.de testa.& in l.j.circa medium. C.de sen.ex perñ.recitan.& Ang.in d.l.insulæ,& ĩ l.j. C. de classĩ. lib.11. vbi & Lucas de Pen. & dicit ibi Ang. quòd portus maris attribuitur proximę ciuitati, & factum in portu,dr̃ factũ in ciuitate,& ibi debere puniri,& hæc sint pro hac opinione, & per Aflic.in tit quæ sint rega.in ver.portus.in fi.in vsi.feu.Quibus non obstantibus alia opinio, quod tale testamentũ factum per Christianũ in portu maris apud infideles,non teneat si esset factũ secundũ ius gentiũ,sed ꝙ debeat seruari solemnitas iuris cõis, est verior,prout eam tenet Bal.in rub.ff.de rerũ diui.col.3.versi.sed quæritur an portus. dicens ꝙ testm̃ quoddam factum in portu cuiusdam ciuitatis Soldani fuisse dictum, esse factum in terris Christianorum,& non in terris Sarracenorũ,quia portus intelliguntur ne dum infidelium,sed etiam Christianorũ.quam opin. sequuntur cõiter Doc.in l.ius autem ciuile.ff.de iusti. & iu. & in §.littorum,Insti.de rerũ diui.vbi Ang.circa fi. & Cępol. in tract. de serui.rusti.prædi.in tit.de portu.Nec obstant allegata in cõtrarium,quia cũ apud infideles non sint iurisdictiones,& dominia, ſm opin.Hostien.communiter approbatam in c.quod supra,de voto nõ possunt dicta iura intelligi in locis infideliũ, sed tantũmodò Christianorũ,apud quos sũt verè, & dominia terrarũ,& iurisdictiones,& sic vera sit conclusio ꝙ testamentũ conditum, per Christianũ in portu infideliũ,subiacere debet solemnitatib. iuris communis.& vide d.Iaco.in d.l.ius autem.col.fi.circa fi.de

Source : BIU Cujas

vtroque, tam in terris, quàm in portu. Sed plura dixi aliàs circa Mare Adriaticum.

11 † An autem diuiſio bonorum inter Iudæos fieri debeat ſecũ dum exempla veteris teſtamẽti, ꝙ ſcilicet maior diuidat,& minor eligat exemplo Abraham natu maioris, q̃ fecit diuiſiones, & Loth nepos ex fratre ętate minor elegit,vt hĩ Gen.13.vel potius ſorte,vel iudicis officio,& dicendum eſt, ꝙ in hoc ſeruãdũ eſt ius cõe inter eos, vt dirimantur diuiſiones ſorte, vel iudicis officio,cum nulli ex fratribus de iure aliquid in hoc prærogatiuæ ſit tribuendum,ſecundum cõem opinionem Doct. put hãc eſſe cõem dicit Ias.in l.ſi duobus.col.j.verſi. dicit Ang,hic.C.cõmunia de lega.& latius in l.j.col.7.verſi.adde prædictis. ff.ſi cert. peta.licèt dicat ibi,paſſum nõ eſſe ſine magna dubitatione, quã etiam tenent Barto.Bald.Ang.Ioan.de Pla. in l.j.C.de his,qui ſe defer.lib.10.quamuis Lucas de Pen.ibi col.2.ver. ſed an tale priuilegium,videatur aliter ſentire, dicens ſatis ęquam videri alteram opinionem,q̃ frater maior eſt vir ſapiens, & notitiam rerum habens,& minor è contra, & ſubdit hoc ita eſſe iuſtum,iudicialiter obſeruari,poſtq̃ authoritate Doctorum Illuſtrium,& exemplis veteris teſtamenti comprobatur, ſed puto non eſſe recedendum à cõi opin.de qua vide plura deducta more ſolito ꝑ Tiraquellum in tract.de iure primogeni. q.60.ver.tñ cõmunis, nu.10.vbi etiam affirmat hanc, de qua ſupra dixi, communem.

12 In præpoſita igitur quæſtione † de diuiſionibus inter Iudæos, ꝙ ius commune ſeruetur poteſt dici, ꝙ lex Moſaica, vel potius exemplum Abraham ſit correctum, per ſupra allegata,& maxime quia etiam ipſa lege veteri reperitur diuiſiones fuiſſe ſorte expediendas, vt habetur nu.33.circa fi.

13 Nota tñ ad præmiſſa,† ꝙ in diuiſionibus ille dĩ frater maior, qui diutius adminiſtrauit, nõ qui maior ſit natu,vt per Hoſtien. Ioan.And.Ant.& Abb.in c.j.extra de parrochi. per illum tex.& Felyn.in rubr.extra de maio. & obedi.in fin. verbis.& de ſtatuto diſponente, ꝙ maior natu diuidat,& minor eligat, vide Corn. conſi.234.licèt in hac.col.j.ver.his non obſtantibus.vol.j.

SVMMARIVM.

1 *Lex ſimpliciter loquens in materia non æquè proportionabili ad Iudæos ſicut ad chriſtianos, non comprehendit Iudæos.*
2 *Diſpoſitio c.quamquàm, de vſuris, non ligat Iudæos.*
3 *Excõmunicatio non ſe extendit ad infideles, & carẽtes ſacramento baptiſmi.*
4 *Iudæi propter indirectum, qualiter excommunicentur.*
5 *Iuramentum in ſupplementum probationis non defertur Iudæo, & ęquitas non eſt eis ſeruanda.*
6 *Mora purgationis beneficium a iure traditum non competit Iudæis.*
7 *Iudæus maior, quando læditur, reſtituitur in integrum.*
8 *Æquitas quid ſit, & quando præferatur rigori, & quotuplex ſit, remiſſiuè.*
9 *Teſtificari non poteſt Iudæus contra chriſtianum.*
10 *Iurare qualiter debeat Iudæus. & Sarracenus.*
11 *Iudæus quare non poſſit eſſe teſtis contra Chriſtianum, & an poſſit eſſe interpres literarum Hebraicarum, vel aliter vti officio interpretis.*
12 *Iudæus nouiter ad fidem conuerſus, an poſſit eſſe teſtis contra chriſtianum, & quid de conuerſo ad fidem, qui longo tempore neglexit filios, vel vxorem conuertere.*
13 *Conuerſus ad fidem incipit eſſe nouus homo, nec debet contemni, ſed commendari.*
14 *Iudæus contra alium Iudæum poteſt eſſe teſtis.*
15 *Iudæus contra chriſtianum poteſt eſſe teſtis conſentiente chriſtiano, & alijs caſibus.*
16 *Iudæus in teſtem recipitur in contractibus & vltimis voluntatibus.*
17 *Diſpoſitio l.ſi qñ C.vnde vi. propter iuramentum de quo ibi, non habet. locum in Iudæo, & de libris Iudæorum contra chriſtianos, an probent.*
18 *Chriſtianus poteſt habere ſeruum chriſtianum, nec baptiſmus fecit eum liberum, item ſeruum Iudæum.*
19 *Iudæus non poteſt habere ſeruum chriſtianum.*
20 *Seruus effectus chriſtianus eſt leniter tractandus, & non ſicut prius.*
21 *Iudæus poteſt habere in aſcriptitium chriſtianum, & in ſeruitio reali.*
22 *Priuilegium tacitæ hipothecæ non extenditur ad Iudeos, & hæreticos.*
23 *Collegium Iudeorũ non poteſt quicquàm capere ex teſtamento chriſtiani.*
24 *Iudæus particularis poteſt capere ex teſtamento chriſtiani.*
25 *Et quæ inhibeantur Iudæis, remiſſiuè.*

CAPIT. V.

1 LImitatur vlterius regula generalis, de qua ſupra, quando † materia non eſt ęquè proportionabilis ad Iudæos,ſicut ad Chriſtianos.nam tunc lex vel conſtitutio loquens ſimpliciter,non comprehendit Iudeos,nec ad eos extẽditur, vt per Glo.in clement.prima,in verbo, cenſuram, de vſur. Gemini.in c.j.§.fi.in fi.de vſur.in 6.Felyn.in c.quia.colum.ſecunda, ver.ſed aduerte quia contra.de Iudæ. Ias. in l.ſi inſulam. colum, ſecunda,verſi.teneas primam opin.ff.de verbo.obli. & in l.j. colum.3.verſi.extende diſpoſitionem.C.de eden. vbi ſex notabilibus modis extẽdit diſpoſitionem d.cle.j.de vſur.& primò, vt habeat locum etiam in Iudæis exercentibus vſuras, vt per omnes ibi.hinc eſt ꝙ Iudæus non poteſt hodie eſſe tutor Chriſtiani, ꝓ formam iuramenti,quæ requiritur in tutore, quod nõ reperiebatur tempore ſſorum.Quo tempore tutor eſſe poterat, vt per Bar.in rub.ff.de iuſti.& iure.Ioan.de Ana.in rubr.extra de Iudæ. col.3.& in c.fi.col.4.eod.tit.& dicetur infra.

2 Et ideo etiam † diſpoſitio c.quanquam.de vſur.non ligat Iudæos, cum contenta in d.cap.non poſſint cadere in eis: vult em̃ ille text.inter cætera,quòd donec de vſuris fuerit ſatisfactũ, vel cautum ſecundum formam illius c.debeat tali vſurario manifeſto denegari eccleſiaſtica ſepultura: ſed Iudæi non habent nec poſſunt dici habere eccleſiaſticam ſepulturam, cum nõ ſint de grege ſpirituali, & eorum cimiteria ſunt ſeparata,& diſtincta& non ſacra, vt habetur in c.ſicut,de Iudæ.& alia etiam ſunt neceſſaria in d.cap.quanquam,quæ Iudæis minimè poſſiunt accõmodari,ideo ceſſat in eis illius diſpoſitio.vt per Socin. conſil 70.in præſenti conſultatione,& conſi.71.colum. ſecunda, volum.j.& Areti.conſi.158.copiosè & ſubtiliter,colum.pen & fin. qui quidem vterque ipſorum conſuluerunt in eadem met cauſa, concludentes diſpoſitionem dicti c.quanquam, non extendi ad Iudæos, cum non poſſit habere locum proportionabiliter in Iudæis,ſicut in Chriſtianis. Alex.conſi.6.ſuper præmiſſa, vol 6.

Idem dicendum de ſententia excommunicationis,quæ ſeparat à communione fidelium,& ſacramentorum, † cuius ſentẽtiæ Iudæus non eſt capax,prout ſunt omnes carentes ſacramento baptiſmatis,ideo perdere non poteſt, quod non habet. ff. de iuſti.& iure.l.nam ad id,& l non videtur excluſus. ff.de regu.iur. & 1.q.7.c.Daibertum,& c.quod autem. de iure patrona. Verum
4 eſt tamen ꝙ per indirectum † Iudæi poſſunt excommunicari, ſcilicet interdicendo communioni fidelium cum eis. c.quãto. c.poſt miſerabilem.de vſur.c.multi.11.quæſt.j.c.decernimus. de deci.& per Glo.in c.Iudæi,el 2.in verbo,permittuntur, in fin.de Iudæ.vbi etiam per Hoſt.col.2.ver.in ſupradictis autem caſibus. & patet in Iudæo percutiente clericum, qui non cadit in pœnã cano.ca.ſi quis ſuadente diabolo.17.q.4. ſed punitur temporaliter pœna pecuniaria vel alia, & interdicto communionis fidelium.c.poſtulaſti.extra de Iudæ.

Item licèt plures ſint caſus in iure, in quibus ęquitas ſeruãda eſt, Iudæis tamen hoc beneficium derogatur, quibus non ſeruatur ęquitas,ſed iuris rigor,vt per glo.pen. in verbo,iuris ſeueritate.in c.11.de Iudæ. † Et ideo cum iuramentum in ſupplementũ
5 probationis deferatur ex ęquitate. l.ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verbo.oblig.per Bald.in rub.de contro.inueſti.in vſib.feud.non eſſet tale iuramentum deferendum in cauſis Iudæorum, nec talis ęquitas impendenda.vt per Ias.in repeti.l.admonẽdi. colum. mihi.105.verſi.trigeſimoſexto,iſtud iuramentum. Vbi ponens plures caſus ſpeciales,in quibus non defertur iuramẽtũ ſuppletiuum,inter alios ponit ꝙ in cauſis Iudęorum tale iuramẽtum non defertur,cum delatio huius iuramenti ſit de ęquitate, quę eis non debet ſeruari,idem tenet Hippoly.de Marſi. plura citãs, in ſuo ſing.41.Iudæus.Inferturque ibi vnum, quod videtur no-
6 uum, ꝙ ſcilicet in omnibus caſibus,† in quibus permittitur à iure,mora purgari,qui ponuntur ꝑ Doc.in l.ſi inſulam. ff.de verb. obliga.& in l.& ſi poſt tres.ff.de cautio. quod in eis non poterit Iudęus moram purgare, cũ moræ purgatio ſit de ęquitate, d.l.ſi ſeruum.§.ſequitur.quod dicit notandum pro noua. & pulchra limitatione in materia purgationis moræ, hoc idem concludit idem Iaſon in d.l.& ſi poſt tres.col.j.in fi. Dicẽs eſſe nouũ dictũ ſuum.Fely.verò in d.c.2.col.fi.dicit hanc quæſtionem non eſſe tactam per Docto. adducens plura pro parte contraria,& nihil decidit,ſed dicit ipſe tenendam eſſe priorem ſuam opinionem.

7 Contra quam plura poſſent adduci, † ſed potiſſimum quòd Iudæus maior reſtituitur in integrum qñ ląditur, vt per Corne. conſi.260.ad fi.lib.3.quæ tñ reſtitutio fuit introducta de ęquitate l.j.ff.de mino.l.denique.§.nec vtilem. ex quibus cau. maio. & non vĩ faciendam eſſe differẽtiam inter Iudęos & Chriſtianos, niſi expreſsè à iure caueatur, d.l. Iudæi Romano. C. de Iudæ.in ver.communi iure, &c.& quia cum Iudæi poſſint vti exceptione præſcriptionis ꝫ Chriſtianum per Gl.in c.porrò.16.q.3.& dictum eſt ſup.c.2.nu.3.quod dĩ iniquiſſimum ſuffragium.§.hẽat. in Auth. vt Eccleſia Romana. cur etiam non debent poſſe vti ęquo & iuſto beneficio,vt arguit Fely.in d.c.2.& ad id quod dicit D.Ias.videlicet ꝙ leges generaliter loquentes non extenduntur ad Iudæos,qñ materia non eſt æquè proportionabilis,vt per gl.in d.cle.j.de vſur.vt ſup.in prin.dictum eſt:Rñdetur, ꝙ id procedit qñ materia ſubiecta non eſt ęquè proportionabilis Iudęis ſimpliciter,& abſolutè,vt in materia ſpirituali, vt in iuramento & in requiſitis in d.c.quanquã. quæ nullo modo poſſunt Iudęis conuenire.ſecus in hoc caſu vbi purgatio moræ poteſt tam Iudæis q̃ Chriſtianis cõuenire,vnde putarem poſſe ſic diſtingui,ꝙ aut loquimur de ęquitate ſcripta,& illa ſit etiam Iudęis ſeruanda,cum vtantur iure cõi,& eorum cauſæ,vt ſępiùs dictũ eſt,ſint decidendæ ſecundum ius cõe, & ita tenet Ripa in l.ſi inſulam, nu.9.vſque ad 13.ff.de verb.obl.vbi cõcludit, Iudæus poſſe frui legis beneficio,etiam ex ęquitate deſcendente, dummodò contrariũ nõ ſit expreſſum in iure.aut ſumus in ęquitate nõ ſcripta, & tunc procedat contraria opinio,ꝙ illis non ſit illa ſeruanda, conſiderando,& intelligendo ęquitatis diuerſitatem, ſecũdum ꝙ magiſtraliter tradit Salyc.in l.placuit, in prin.C.de iudi.

† Sed

Source : BIU Cujas

8 † Sed & quid ſit æquitas,& quando præferatur rigori, & quotuplex ſit,vide per Docto.in l.j. C. de legi.& in d.l. placuit,& per Specu.in tit.de loca.§.nunc aliqua.verſ.96.Bal.in l.j.in j. col.ff.de iuſti.& iure,& in l.3.C.de dotis promiſ.& in l.ſi defunctus. C. de ſuis & legiti.& in c.j.§.vt autem æquitas,de pa.iur.fir. Cano.in c. fi.de tranſactio.& in c.2.de re iud. Arch. in c. j. de confeſ.in 6. & ad ſaturitatem, Tiraquellum, in tract.de retractu Lignager. §. 35.in princip. cum pluribus columnis ſequentibus. Latiſſimè Cępol.in tract.de interpreta. legis, ſub rub. quæ fuerit cauſa. fol. mihi 33.cum ſeq.

Diuerſa eſt etiam conſideratio Chriſtianorum cum Iudæis circa ferēda teſtimonia: nam licèt Chriſtianus admittatur in teſtem contra Iudæum,vt no.in c.Iudæi.de teſti.& in clem.j.eo.tit.
9 & in l.quoniam.C.de hæreti. † ipſi tñ non poſſunt teſtificari cō tra Chriſtianos,vt in dictis iuribus,& maximè per Imo.& Card. in d.cle.j.in 3.q.& no.in c. cū ſit,de Iudæ.& in c.Pagani.ſicut nec poſſunt accuſare Chriſtianum,4.q.j.Spec.in ti.de accuſario. ver. itē oppono quod eſt hæreticus. & c.ſi hæreticus. 2. q.7. Bar.in l. cunctos populos,col.4.verſ.nonò oppono.C.de ſum.Trin.Spe. in tit.de teſte.c.Iudæi.§.fi.ver.item ꝙ eſt Iudæus,col.mihi.18. Io. de Ana.in c.j.col.j.in 4.no.de hæreti.Alex.conſ. 35.in fi.& conſ. 70.col.pe.vol.j.& conſi. 179.col.fi.in fi.vol.2.Iaſ.in rub.ff.de iuſt. & iure,col.2.qui dicit hoc ideo eſſe,quia in teſte requiritur iuramentum,ꝙ per Iudæum præſtari nō pōt, quod minimè verum vī,cum in pluribus admittatur Iudæus ad teſtificādum, vt infra
10 dicetur,& † tunc iurat ſm legem ſuam,vel per legē Moyſis, vel per Deum,vel per patrem omnipotētem Sabaoth,vel per Deū, qui apparuit Moyſi in Rubo,vel per verum Adonai patrem,vel per Deū Eloy,& reſpondeat iuro,vel ſic, ſi tu periurus es,vel cul pabilis,ſis diſperſus inter gentes, & moriaris in terra inimicorū tuorum,& ſic terra te abſorbeat ſicut Dathan,& Abyron, & ipſe rñdeat,amē.7.q.j.deniq;.vel ſic lepra te apprehēdat,ſicut Naamam Syrum.j.q.j.c.qui ſtudet,& per Imo.in d.cl.j.poſt prin.ver. ḡro quid ſi Iudæus. & ſm ſomam, quā ponit Spec.in tit.de iuramento calumniæ.§.reſtat.verſ. pen. & latius per Io.de Ana.in c. nulli Iudęo.col.4.extra de Iudę.& no.in c.& ſi Chriſt⁹.de iureiu. & per Bar.in l.iuſiurandum.§.iurari.ff. de iureiur. Soci.conſi.68. fruſtra,ver.Primus quidem effectus,cum ſeq.vol.j.& Deut.28.& not.in c.mouet.22.q.j.& 2.q.5.§.hæc autem.Felin.in c.fi.col.j. in fi.de Iudæ.Abb.in c.j.col.4.ver.qualiter,de iura. calum. And. de Iſer.in conſti.ſi quis in poſterum,col.pen.Ang.conſi.94.Nec eis deferendum eſſet iuramentum ad ſancta Dei Euangelia, nec p IESVM CHRISTVM,in quem non credunt, vt per Bar.in d.§. iurari.vbi etiam ponit qualiter Sarracenus debeat iurare, cū eis non liceat tangere ſacra,vt per Imo.vbi ſupra.

11 Sed & alia ratio,† quare Iudęus nō poſſit eſſe teſtis cōtra Chriſtianum,p̄t adduci:quia cum ſint in ſuperſtitione reprobata, dicuntur eſſe ſemper in delicto,vt no.in l.non erit.§.diuus,vbi gl. & Doct.ff.de iureiur.& in l.multum intereſt.ff.de verb.obl.& in l.cum ſeruus.aliàs.l.apud Iulianum.§.cōſtat.ff. de leg.j. Licèt nō ſit delictū punibile in eis,vt per Doct.in locis ſupra allegatis,ex qua eorum infidelitate contra Deum,non poſſunt argui hominibus fideles,nec eis credendum eſt, qui veritatis à ſe fidē repellunt,c.non p̄t.2.q.8.Item quia teſtes debent eſſe liberi,& nō ſeruilis conditionis.l.qm̄,cum auct.ſeq.C.de teſti. ſed Iudæi dicunt eſſe ſerui Chriſtianorum propter eorum delictum,vt per Doct. in c.& ſi Iudæos,de Iudæ.per Rom.& Alex.in d.l.multum intereſt.Qualis autē ſit eorum ſeruitus, dicetur infra. Item quia ſunt infames,vt in auth.Gazaros.C.de hæreti.Dixit tamen Bal.in addi.Spec.in tit.de accuſ.in verſ.infamis,ꝙ prædicta concluſio habet locum,quando ex aduerſo ſunt alii teſtes iurati,& examinati,qui ſunt honeſti,& idonei,nam tunc nō poteſt Iudæus admitti in contrarium, aliàs autem ꝙ poteſt admitti ad teſtificandum 17 contra Chriſtianum.item & Imo. in ſuo conſil. vlt.dicit ꝙ Iudæus poteſt teſtificari contra Chriſtianum,quādo aliter res probari non poteſt.

Et ſicut non poteſt Iudæus eſſe teſtis contra Chriſtianum, ita etiam non poſſet eſſe interpres,iuxta no.per Doct.in l.j.§.fi.ff.de ver.obl.& per Cano.in c.propoſuiſti.de prob.& an vni Hebręo, vel dicto vnius ſolius Iudæi ſtandum ſit circa interpretationē literarum manu eorum ſcriptarum,Ang.in Auth. vt præpona. nom.Impera.col.9. videt tenere ꝙ ſtabitur dicto vnius Hebręi, ſcientis literas illas legere,licèt Do. Alex. contrarium teneat in conſi.179.viſa ſcriptura,col.fi.vol.2.niſi eſſet adhibitus de volū tate vtriuſq; partis:aut quando vnus tantū haberi poterat,iuxta cōiter notata per Doct.in d.§.fi.Et no.ꝙ Iudęus iurans ſecundū 18 legem ſuam, ſi deierat, de falſo puniri poteſt, vt tradit And. de Iſer.in conſti.Regni,quæ incipit,ſi quis in poſterū,in rub.de defen.impoſi.nume.31.

Et quod dictum eſt, Iudæos non poſſe dicere teſtimoniū con
12 tra Chriſtianos,† extenditur vt habeat locum ēt in cōuerſo noviter ad fidem,vt per Fely.in d.c.Iudęi.de teſti.qui dicit hoc ſatis probari per tex.in d.c.non pōt,& per id quod dī in ſimili,48.diſt. epiſcopi. Idem dicendum eſt in conuerſo, qui longo tempore neglexit filios vel vxorem ad fidem Chriſti conuertere, per tex. in c.qui crimen, iuncta gl.fi.5.q.j. & hoc tenet Fely. in c.cum ſit colum.1.de Iudæ.

Sed quod ſupra proximè dictum eſt de Iudæo nouiter ad fidem conuerſo,vt contra Chriſtianum teſtificari nō poſſit,vī dubium,cum ad fidē verſus, incipiat eſſe nouus homo, vt per tex. in c.2.26.diſt.& per gl.in c.ferrū,in verbo,quod non fuit.50.diſt. & poſt baptiſmum incipit eſſe quod non fuit, & per ea quæ tra-
13 dit Abb.in c.eam te. in vlt. not. de reſcript.vbi dicit,† ꝙ non eſt contemnendus qui fuit Iudæus,ſed commendandus, quia ad fidem conuerſus,& etiam per ea quæ tradit idē Abb.in c.at ſi clerici.§.de adulteriis,in fi.de iudi.& ꝙ talis poſſit teſtificari contra Chriſtianum,tenet D.Antonius Franciſcus de Doctoribus Pataninus,qui fuit famoſus Canoniſta,in d.c.Iudæi,de teſtib.in addi. ad Abb.ver.adde quod id qđ Iudæus:pro qua opi. allegat ēt tex. in c.fidelior,& c.quia ſanctitas tua,50.diſt.& Gl.in c. obeunti,in gl.magna,in fi.63.diſt. Pro quo etiam addi poteſt,quod tradit Felyn.in d.c.cum ſit,poſt prin.de Iudæ. & quæ tradit Pariſ.conſi.2. ad fi.vol.4. & iſta videtur mihi verior opinio, per iura prædicta. & ad tex.in d.c.non poteſt,reſponde ꝙ ibi nō requiritur ſimpliciter ꝙ ſit de nouo ad fidem conuerſus, ſed etiam ꝙ fuerit in fide præuaricatus, quia tunc bene poſſet procedere opi.Felyni,dicuntur enim tales iudaizare.c.pleriq;,de conſecrat.diſt.4. & hæretici reputantur.c. contra Chriſtianos. de hæreti.in 6. & ibi per Domini.in notabilibus. Limita hoc non procedere, quādo deponeret ſuper facto quod contigit antequàm efficeretur Chriſtianus,vt per Roma.ſing.697.veniamus,Hippoly.ſingu. 107. & 273.ad præmiſſa vide Fely.conſi.3.incip.habent Legiſtæ col.pe. & in fi. vbi examinat illam q. vtrum peccator iuſtificatus à Deo per gratiam,ſit præponendus in electione illi, quē ſemper Deus ſeruauit in innocentia.

14 † Poteſt tamen Iudæus in teſtem recipi contra alium Iudæū, vt per Specu.in d. verſic. item quod Iudæus, & inter ſe poſſunt admitti per l. quoniam, in illis uerbis. Dignos litigatoribus etiam teſtes introduci. C. de hæretic.& not.in l. arenam. C. de inoffic.teſtamen.

15 † Item non reiicitur Iudæus,ſi Chriſtianus contra quem recipitur,conſentiat,ut per gl.in d.l.quoniā,in uerbo, orthodoxos, & per Fel.in d.c.cum ſit,col.2.reprobata opin. Io.de Ana.ibi.pro quo facit ꝙ licèt teſtes non poſſint recipi, uel directò cōtrariis poſt publicationē teſtium.cle.2.de teſti.c.fraternitatis, extra eo. tit.auth.qui ſemel.C.de probati.l.per hāc.C. de tēpori app.Fallit tamen ſi pars aſſentiat, ut per Doct. ubi ſupra. & poſſent adduci plurima ad hæc,quæ omitto,ut de libello generali,& oſcuro, ꝙ procedat parte non opponente,ut not.in l.j.ff.de eden. & in l. fi C.de anna.præſcri.& de aliis.

Admittitur etiam Iudæus in teſtem,quando ageretur de conuincendo Chriſtianum,qui fuit Iudęus,& diceretur lapſus ad iudaiſmū,quia poterit per teſtes Iudęos conuinci,d.c.contra Chriſtianos.de hæreti.in ui.

16 Et ultra caſus de quibus ſupra,admittitur † ēt Iudæus in teſtē in cōtractibus,& in ultimis uolūtatibus, & in quaſi cōtractibus, & maleficiis,ut per Bar.in l.quoniam.C.de hæreti. & Alex. in 1. conſtitutione. ff. ueteris, in additionib. ad Bart.in uerbo, in iuramento.Item admittitur Iudæus in teſtem in crimine lęſæ maieſt.contra Chriſtianum,ſicut in crimine hæreſis.d.c.cōtra Chriſtianos,ut tenet D.Hieronymus Gigas in tract.de crimi.læſæ maieſt.lib.2.q.10.ubi etiam dicit,ꝙ in multis partibus Iudæi contra Chriſtianum in teſtes admittuntur, & ita ſe conſuluiſſe in quadam cauſa criminali, ꝙ quidam Magiſter Lazarus Hebræus medicus,qui fuerat preſens contractui matrimonii poſſet examinari,& conſilio eius dicit ſubſcripſiſſe plures Doc. ubi uidendum.

An autem iuramentum,de quo habetur in l.ſi quando.C. un-
17 de ui.in odium inferentis uiolentiam,ſit præſtandū Iudæo,† ut poſſit uti beneficio illius l.contra Chriſtianum: & dicēdum eſt, ꝙ non, cum eſſet teſtis in cauſa propria, ut per Imo. conſi.2. Et licèt uiuæ uoci Iudæorum non credatur, ut dictum eſt contra Chriſtianos,no.tamen ꝙ libri Iudæorum fœnerantium,probāt contra Chriſticolas, adeo ꝙ etiam non poteſt probari contrarium,quando per Principem conceſſum eſt eis, ut ſtetur eorum libris,& plenariam faciant probationem, ut per Ludo.de Rom. in l.ſi duo.ff.de acqui.hæredi.& per Alex.conſi.179. uiſa ſcriptura priuata.nu.4.lib.2.quæ no.ad limitationem eorum,quæ no.in l.j.§.j.ff.ſi ex noxa.cauſa aga.& uide Paū.de Caſt.conſi.379. conſiderandum eſt.uol.2.

Et continuando ad caſus,in quibus regula,de qua ſupra,non
18 habet locum,alius ſe offert,† in quo Iudæus non utitur iure cōi: nam licèt Chriſtianus poſſit habere ſeruū Chriſtianum, ut not. in l.j.C ne Chriſtianū mancipi.ubi Ang.& alii,& per Io.de Ana. in c.j.in pri.no.& in c.fi.col.3.uer.quærit Hoſtien.extra de Iudæ. Roma.conſi.288.in caſu propoſitæ,Deci.in c.conſuluit, el 3. de appella.in princ.qui dicit notandum contra opinionem uulgarium,qui credūt ſeruum effici liberum, ſtatim ꝙ baptizatus eſt item licèt Chriſtianus poſſit habere ſeruum Iudæum, ut per gl. 54.diſt.mancipia,in uerbo producite,circa fi.ita tamen,ut cum illo non commoretur, ſed faciat per illum cuſtodiri porcos in

uilla,

Source : BIU Cujas

19 uilla,& ſeorſum ab aliis habitare,ut ibi no.† Iudæus tamen non poteſt habere ſeruum Chriſtianum,d.l.j.C.ne Chriſtian.manci. l.Deo nobis.C.de epiſ.& cler.c.1.& 2.c.conſuluit.c.fi.de Iudæ. & per gl.magnam,quam approbant Doct.ibi,in c.generalis.§.hoc tunc,in verbo,Iudæus.54.diſt.quæ diſtinguit de nato ex ancilla, & de emptitio,& de empto anteq̃ eſſet Chriſtianus,vel poſt, & ſi cauſa matrimonii,vel cauſa ſeruitii.no.etiam,q̃ ſi eſſet aliquis ſeruus natus ex ancilla in domo Iudæi, ſi vult fieri Chriſtianus, ſtatim eripitur in libertatem, nullo dato pretio. l. Deo nobis.§. his ita.C.de epiſ.& cler.& no.in c.j.extra de Iudæ.

20 Aduerte tamen,† q̃ non eſt ita deſæuiendum in ſeruũ,poſtq̃ factus eſt Chriſtianus, ſicut prius, immo inter alios ſeruos non Chriſtianos tractandus eſt leniter,& benignè,vt tradit Ioan. de Ana.in d.c.fi.col.3.ver.ſubdit autem hic, in fi.qui refert idem tenere ibi Hoſt. ſecundum eum. Et quamuis Iudæus habere non

21 poſſit Chriſtianum in ſeruum,† poteſt tamen habere in adſcriptitium,& ſic in ſeruitio reali,ſiue rurali. c. multorum, de Iudæ. eſt enim licitum aliquid in conſequentia, q̃ principaliter non liceret, ſicut in iure patronatus.c. ex literis, de iure patro.facit l. quædam.ff.de acquir.re. domi. & quod not. in l. ſi is qui duos.ff. de libe.lega.

22 † Priuilegium etiã tacitæ hypothecæ, & prælationis, q̃ à iure cõceditur in diuerſis,& plurimis caſibus,nõ extendit̃ ad Iudęos, vel hæreticos,auct.itẽ priuilegiũ.C.de hære.& Ripa l.ſi ventri.§. diuus,nu.5.ff.de priuile.credi.Mulier tamen Hebræa gaudet priuilegio tacitæ hypothecæ cauſa dotis ſuæ,vt dictum eſt ſupra,c.j. nu.9.huius ſecundæ par.prin.

23 Compeſcuntur etiam Iudæi,† ne quicquam capiant ex teſtamẽto Chriſtianorum,& Chriſtianus eis legans excõicatur poſt mortem.24.q.2.ſanè profertur,& ibi gl.in verbo,reliquerunt,& gl.in verbo,permittantur,& Hoſt.in c.Iudæi,el 2.col.2.ver.9. ex teſtamẽto,extra de Iudæ. Quod quidem eſt indubitatum in collegio Iudæorum, vt eidem nihil poſſit relinqui per Chriſtianũ, vt eſt tex.in l.j.C.de Iudę.& per gl.& oẽs in d.c.Iudæi.& in l.cũ Senatum. ff.de reb. dub. An autem vni Iudæorum poſſit per Chriſtianum relinqui, Docto. ſunt varii: nam gl.in d.c.Iudæi, tenet, q̃ etiam ſingulari Iudęo non poſſit per Chriſtianũ in teſtamento relinqui,quam ſequitur Ang.in d.l.j.dicens idem ſentire gl.in d.c.ſanè,idem tenet etiam Cy.in l.j.in 2.oppoſi.C. de ſacro. eccl. & Fely.in d.c.Iudæi.col.2.in prin.dicit hanc opi. facilius ſuſtineri,per tex.in c.nonne.8.q.j.iunctis no.per Oldr.conſ. 51.& q̃ ipſe dixit in rub.extra de Iudæ. vbi q̃ ſecta Iudæorum dicitur cæteris abominabilior.

24 † Sed contrariam partem tenet gl.in d.l.j.C. de Iudæ. & in l.j. C.de ſacro.Eccl.& ibi Pet.Iac.Butri.Io.Fab.Bar.Bal.Saly.vbi col. 2.in quinta oppoſi.dicit, q̃ ſecta hæreticorum bene eſt damnata,ſed non Iudæorum,quia colunt legem Moſaicam, & idẽ Sal. in d.l.j.C.de Iudæ.dicit q̃ ſingulis collegio Iudæorum poſſet legari,quia collegium eorum non fuit perpetuò reprobatum, ratione ſectæ,ſed ratione generali,quia non approbatum, vel nõ perpetuò reprobatum,quia leges habuerunt à Deo, vt per Saly. vbi ſupra,& Io.de Ana.in d.c.Iudæi. col.3.qui refert diſtinctionem,q̃ circa hunc articulum facit Cyn.in d.c.j. C. de ſacro. eccl. Idem etiam voluit Bar.in d.l.Senatus.& Cuma.Socin.& Pau.de Caſt.tranſeunt ibi cum hac opi.adeò q̃ iſta eſt magis communis opi.dicit tamen Bar.in l.cum mulier.in fi.ff.ſolu.mat. q̃ Iudæi & hæretici ſunt nobis inimici ratione ſectæ. & idem quod ſupra tenet Stepha.Bertran.conſi.145.ponitur in facto,nume.2.vol.3.& conſi.88.nume.8. cod. vol. quod tamen dictum eſt de Chriſtiano,vt poſſit relinquere in teſtamento ſuo alicui Iudæo ſingulariter,non habet locum in epiſcopo,qui non poteſt inſtituere paganum,immo ſi inſtitueret, poſſet poſt mortem denunciari excommunicatus & tanquam hæreticus punitur. c. ſi quis epiſcopus,de hæreti.quod extenditur etiam ad alios presbyteros & clericos.c.in eos.eo.tit.

25 † Et ſi vis ſcire cætera,quæ inhibeantur Iudæis,vide 23.q.4.5. & vi.per to.& q.8.diſpoſitio.28.q.j.& 2.per to.41.diſtin.c.2.& 3. 46.diſtin c.Iſrael.11.q.3. ad menſam. deinde per to. & per gloſſ. in cap. Iudæi.el 2.in verbo, permittantur, & ibi per Docto. maximè per Hoſtien.col.2.de Iudæ.& in c.nulla.54.diſtin. quæ longum eſſet referre.

SVMMARIVM.

1 *Officia publica,& dignitates ſunt Iudæis interdicta, & quodlibet commertium,quod poſſet chriſtianis nocere.*
2 *Sacerdotium & Regnum Iudæis ablatum.*
3 *Sacerdotium antiquitus erat apud Hebræos penes Tribum leuiticam.*
4 *Iudæus à Iudęo ordinari non poteſt,nec id poſſet hodie Moyſes & Aaron.*
5 *Regnum ſpirituale,& ſacerdotum translatum in Chriſtum.*
6 *Mos prophetarum in prędicendo exitia,& deſolationes.*
7 *Reſpublica Iudęorum numquam reſtaurabilis.*
8 *Sacra & ſacrificia legis veteris mortua cum Chriſto in cruce, & omnia ornamenta ſacerdotalia.*
9 *Legis Moſaicę obſeruantia Iudęis non ſolùm inutilis,ſed mortifera.*
10 *Regnũ & temporale amiſerunt Iudæi, & illud quoq; in Chriſtum trãslatum.*
11 *Imperator eſſe non poteſt Iudęus vel paganus.*
12 *Iuriſdictio,& Imperium temporale à Deo.*
13 *Iudex non poteſt eſſe Iudęus.*
14 *Iudices eſſe non poſſe Iudæos etiam in cauſis pertinentibus ad eorum ſuperſtitionem.Et inter eos,& latè de hoc,& de intellectu l.Iudæi communi.C. de Iudęis,& nu.16.*
17 *Iudæus committens hæreſim in ſua lege,& faciens in moralibus contra legem veteris teſtamenti,punitur per Eccleſiam.*
18 *Intellectus ad l.generaliter.§.fi.ff.de Decurio.*
19 *Iudæi Romanis olim inuiſi,& habiti in deriſionem.*
20 *Intellectus Alciati ad l.generaliter.§.fi.*
21 *Mammea mater Alexãdri Imperatoris,ab eo interfecta, eo quòd ſequeretur dogmata Chriſti ab Origene edocta.*
22 *Intellectus ad l.generaliter.§.fi.per Azo.Abb.& Io.de Ana.*
23 *Arbitri,an poſſint eſſe Iudæi inter ipſos Iudæos.*
24 *Arbitri iuris,vel formaſtatuti cogentis conſanguineos ad compromiſſum,an poſſint eſſe ipſi Iudæi.*
25 *Arbitri iuris quam iuriſdictionem habere dicantur recitando tres opiniones.*
26 *Infideles Principes an licitè,et de iure dicuntur habere iuriſdictionem,& dominia terrarum,vbi ponuntur opi.contrariæ Inno.& Hoſt.*
27 *Chriſtiani an poſſint appellare ad iudices infideles.*
28 *Iudæi propè finem mundi conuertentur ad fidem Chriſti.*

CAP. VI.

1 CLAVDVNTVR † etiam Iudæis portæ dignitatum, & officiorũ: ſunt enim priuati omnibus officiis publicis, & dignitatibus,l.fi.C.de Iudæ.no.in c.cum ſit nimis,extra eo.tit.& in c.conſtituit.17.q.4.& c.nulla.54.diſt.Nec eſt eis concedendum,vt præſint Chriſtianis,c.j. c.cũ ſit,c.ex ſpeciali.de Iudæ.& nõ ſolum publicum officium eſt eis interdictũ, ſed etiam quodlibet officium ſeu commercium, per quod Chriſtianis poſſet aliquod grauamen inferri,ſvt eſt tex.in c.pen.eo.ti. vbi etiam Abb.in j.no.& dixit Bal.in l.ſpadonem.§. iam autem. ff.de excuſa.tuto. q̃ Iudęi in humanis actibus nobiſcum participant,non in diuinis,neq; in aliquo actu ſuperioritatis,& in multis immunitatem habebant anteq̃ Chriſtus veniret in virginẽ, vt per gl.in l.iuſſio.in verbo,immunitas C.de Iudæ. quæ omnia perdiderunt.d.l.iuſſio.& ibi Ang.dicit,q̃ illa lex bene ſeruatur in terris Eccleſiæ, in quibus Iudæi magnam ſoluunt collectam. & ſtatutum fuit in conſilio Matiſcon.can. 8.q̃ Iudæi nullam dignitatem, nullum officiũ publicum & oneroſum habere poſſint, non officiales, non gabellarij, ſiue publicani, nec aduocati eſſe poſſunt,& in conſi.Tole.4.can.64.& in conſi.Auernen.c.5.Io. de Pla.in l.probatorias.C.de diuer.offic.lib.12.& in l. omnes. C. de decur.lib.10.

Et maximam illam, & principaliorem dignitatem amiſerũt,

2 † ſcilicet ſacerdotium & regnum ſpirituale,Gen.49.& habetur in c.tranſlato,extra de conſtit.& per Aug.in li.17.c.5.de ciuitate Dei,& prædictum fuit Heli,de ablatione ſacerdotii,& Chriſti q̃ miſſione.j.Reg.2.ibi,& dabit Imperium Regi ſuo,& ſublimabit cornu Chriſti ſui.& ibi,Suſcitabo mihi ſacerdotem fidelem,qui iuxta cor meum,& animam meam faciet. & Oſeæ 4. Quia Dies multos ſedebunt filii Iſrael ſine Rege, ſine Principe, ſine Sacerdotio,& ſine altari,& ſine Ephod,& ſine Teraphin.&c.Quod q̃dem Regnum ſpirituale,& Sacerdotiũ tranſlatum fuit in Chriſtum,qui fuit de Tribu Iuda,& Aarõ,qui fuit de tribu Leui,† nã

3 olim illa ſacerdotalis dignitas erat apud Tribũ Leuiticam: fuerat.n.illa Tribus Leuitica electa à Deo ad officium ſacerdotale, Exod. 28.& nullus alius poterat ſe in diuinis ingerere ſine Dei vindicta,vt legitur de Saule.1.Reg.4.& de Ozia. 2. Paralipo. 26. & Cardinales ſucceſſerunt in locum ſacerdotum Leuitici generis,& iure Leuitico in executione ſacerdotalis officii, Deo grati,ſanctitate mentis,munditia corporis,fidei ſinceritate,& operibus charitatis,ſanctis viris primitiuæ Eccleſię conformes, Papæ coadiutores exiſtũt.c.per venerabilem,§. rationibus, qui fil.ſint legiti.de quibus 1.Reg.2.& per Doct.in c.2.de eleri.non reſi.latè Roma.conſi.vlt.vbi de eorum origi.& de epiſc.& aliis ordinib. ſacerdotij,& alibi latiſſimè.& poſtea de Chriſto trãſlatum in Petrum,& ſucceſſores,vt per omnes in d.c.tranſlato,& in c.in illis, 80.diſt.& in c. in nouo. 21.diſt. & in epiſt. inter claras.C.de ſum. Trin.& in cle.paſtoralis, de re iud.adeo q̃ apud Iudæos non eſt amplius ſacerdotium,aut aliquis ordo,ideo Specu. in tit.de æta.

4 & quali.& ordi.præfi.† dicit q̃ Iudæus non poteſt hodie ordinari à Iudæo,quia non habet ianuam ſacramentorum, ſcilicet baptiſmum.32.diſt.§.verum.verſ.porrò.c.vehemenſ.de presb.non bapti.nec fundamentum.1.q.1.cum Paulus.24.q.1. vbi Sarra. & Moſes,& Aaron,qui fuerũt maximi ſacerdotes.12.diſt.ſacro. in fi.non poſſent hodie conferre ordinẽ,in prima forma,quia verba illa non habẽt vim & efficaciam, cum ſacerdotium ſit ab eis ablatum,& oportet ordinem fieri ab his,qui rectè ſunt ordinati ſecundum claues Eccleſiæ à Chriſto, Beato Petro conceſſas, vt extra de ſum.Trin.c.j.§.vna.de quibus ſcriptum eſt Eſa.22.Dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudet;& non erit qui aperiat.& ſicubi reperitur verbũ ſacerdos Sarracenorum,vt in clem.j.de Iudæ.& in l.ſi quis in cõſcriben-

Source : BIU Cujas

ſcribendo.C.de pact.dicitur tamen ibi impropriè,nam ſacerdos eſt nomen compoſitum,quaſi ſacrum dans,ideſt ſacramentum, ſecundum Papiam.21.diſt.c.j.in verbo, ſacerdos. & per Card. in in d.cle.j.in 4.no.de Iudæis.

5 † De cuius quidem Regni ſpiritualis & ſacerdotii tranſlatione in Chriſtum Dominum noſtrum, habetur Eſa.9. ſuper ſoliũ Dauid,& ſuper Regnum eius ſedebit.& c.53. Dominus rex noſter.& c.62.& diadema regni in manu Dei tui, & Zacha.9. Dan. 3.Pſal.2.ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Syon mõtem ſanctum eius.Pſal.21.Et dominabitur à mari, vſq; ad mare, Io.3.pater diligit filium & omnia dedit in manu eius,& Io.12.& 17.Dediſti ei poteſtatem omnis carnis,quod tamen intelligitur ſine pompa mundana,& delitiis hominum,ideo dixit Regnum ſuum non eſſe de hoc mundo.item & Dan.7.& datum eſt ei Regnum & honor,& Imperiũ,& omnis Populus & Tribus, & linguæ ſeruient ei,& poteſtas eius æterna,& Regnũ eius,quod non corrumpetur. Nam & ipſimet Iudæi tulerunt ſententiam cõtra ſe,circa Regni ablationem in perpetuum,dum dixerunt, nõ habemus Regem niſi Cęſarem,adimplentes prophetiam Hierem. 4.& 14.& Eſa.j.& Dan.9. qui prædicit de deſtructione Hieruſalẽ, & erit talis ablatio vſq; ad conſummationem ſeculi, vt ibi in fi. Quem locum Ioſephus Hebræus à veritate impulſus,li.8.de an-
6 tiqui. Iudæ. c. 14. poſt commendationem Danielis,miratur † q̃ propheta ibi non eſt vſus more prophetarum,qui eſt talis, nam cum aliquod exitium aut deſolationem prædixerint, prædixerũt etiam reſtaurationem,& tempus reſtaurationis,ſed propheta ibi nequaquam, vt oſtenderet Hebraicum regnum nũquam fore reſtaurandum.Quod etiam re ipſa efficacius extat approbatum, nam Iudæi tempore Hadriani Imperatoris, mota ſeditione, conati ſunt inſtaurare eorum Rempublicam, qui tñ ab ipſo Hadriano ita cęſi,& deuicti fuerunt,vt ne ſpes quidem vlla ſalutis apud illos relicta fuerit,vt tradit Oroſius,& Suetonius in Domitiano,& decreto eiuſdem Hadriani fuerunt Iudæi tunc interdicti ciuitate Hieroſolyma, aliasq; gentes in ea loca ire iuſſit, & cum ipſe Imperator Helius vocaretur, voluit etiam ipſam Hieruſalem Heliam vocari,q̃ ipſam reſtaurauerit,vt tradit Chriſoſto.in Homilia de natiuitate Domini,tomo ſecũdo.Eorum deniq; deſolationem cõprobare poſſumus ex eo quod ſcribit idẽ
7 Chryſoſt.in 2.orat. contra Iudæos, tomo.5.† Dicens q̃ cum Imperante Iuliano voluiſſent Iudæi templum Hieroſolymis reędificare,& cum cępiſſent nudare fundamenta, multamq; terram exhauſiſſent,& iam ad ſtructuram accederent,miraculosè ignis exiliens à fundamentis, multos exuſſit, & intempeſtiuam pertinaciam eorum interrupit, & vt latius ibi per eum, quod etiam refert Marcellinus homo Ethnicus lib. 23. & vide Archidia. in c.Iulianus,11.q.3.

Et quodnam ad hæc,argumẽtum maius afferri poteſt, quam rei,& veritatis ipſius euidentia?cum Iudæorum conditio à morte Chriſti citra,ſemper fuerit miſerrima,& omni gaudio,& conſolatione ſaltem ſpirituali priuata,cum fuerint omni prorſus diuino auxilio deſtituti, ſecundum maiorum ſuorum ſnĩam clamantiũ,ſanguis eius ſuper nos,& ſuper filios noſtros,& per vniuerſum errant vagabundi.Quos Dñs percuſſit amentia,& cæcitate,ac furore mẽtis palpantes in meridie, ſicut palpare ſolet cęcus in tenebris,& non dirigunt vias ſuas,omniq; tempore calũniam ſuſtinentes,nec habent,qui liberet eos,vt hĩ Deut.28.effudit enim Dñs iram ſuam ſuper eos, & furor iræ ſuæ comprehendit eos,vt Pſal.66.Quæ oĩa prædicta ſunt eis obuentura ob Chriſti mortem,& quo tempore nunquam ab eis ſeditionum furor, nunquam bella mortesq; ceſſarunt, vſq; quo exitiale malũ eos obſidionis incluſit,ex quo etiam proceſſit deſtructio ciuitatum Galileæ & Paleſtinæ,& ipſius Hieruſalem, cum templi euerſione,per Titum,de quibus habetur diſt.76.c.ieiunium,& per Ioſephum lib.17.c.25.de bello Iudaico, qui dicit q̃ fame, & gladio mortua fuerunt vndecies cẽtena millia, cæteros verò latrones, ſicarios,vel prędones,poſt vrbis excidiũ,mutuis tradit interiiſſe vulneribus.Electos autem quoſq; iuuenum,quos decor corporis,& proceritas commendabat, ad triumphum dicit eſſe reſeruatos.Reliquos, qui ſupra annum vigeſimum ſeptimum ætatis agebant,ad opera Aegypti per metalla deſtinatos, vel per cæteras prouincias diſperſos,aliquos ad ludos gladiatorum,& ad beſtias traditos:ſi qui verò intra 17.ætatis annum reperti ſunt, per diuerſas prouincias in ſeruitutem diſtrahi iuſſi ſunt,quorum numerus vſque ad nonaginta millia productus eſt & quantitatem offenſionis,qualitas vltionis oſtẽdit,cuius rei, compendiosè tñ, meminit Euſebi.li.3.hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, vbi in 6.c.recitat etiã horrendam hiſtoriam Mariæ Eleazari filiæ, quæ proprium filiũ comedit,altera quæ etiam contigit olim antea, vt habetur Regum 4.c.6.& Deut.28. obſideberis intra portas tuas & comedes fructum ventris tui,& carnes filiorum tuorum, & filiarum tuarum.& Baruch.2.Quare autem tanta multitudo Iudæorum Hieroſolymis tunc reperiretur cauſam azimorum fuiſſe referunt, ob quam ex omni gente Iudæa ad templum confluxerant,& in vrbe quaſi carcere fuerunt recluſi: oportuit enim his diebus paſcæ eos interfici,in quibus Saluatorem crucifixerũt, de qua etiã deſolatione prædixit veritas ipſa,Dñs Deus noſter,Lucæ 19. vbi dicitur,videns Ieſus ciuitatem fleuit ſuper eam,dicẽs, quia ſi cognouiſſes & tu,& quidem in hac die tua,quæ ad pacem tibi, nũc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis,quia veniet dies in te,& circundabunt te inimici tui vallo,& circundabunt te,& reliqua.&. Lucæ 21.ibi erit enim præſſura magna ſuper terram,& ira populo huic,& cadent in ore gladii,& captiui ducentur in omnes gẽtes,& Hieruſalem calcabitur à gentibus.& Lucæ 23.Filiæ Hieruſalẽ,nolite fiere ſuper me,ſed ſuper vos ipſas flete, & ſuper filios veſtros,&c.& Matth.24.Mar.13. pro quibus tamẽ orauit in cruce pendens,& impetrauit ab æterno patre quod petierant:datũ enim fuit illis tempus pęnitentiæ vſq; ad quadrageſimum ſecũdum annũ ad tempus Veſpaſiani,& Titi,iuxta illud Iob 24. Dedit ei Deus locum pęnitentię & ille abutitur eo in ſuperbia:etenim benignè inuitat Deus ad pœnitentiam.Roma.2.Eſa.3.&c. Diaconi,93.diſt.& ipſis non pęnitentibus,tũc verò Dei iudicio ordinatus fuit Titus ad vindicandum ſanguinem Domini noſtri IESV CHRISTI.

Et cum in CHRISTVM ipſius regni ſpiritualis, & ſacerdotij
8 ſit facta tranſlatio,vt dictum eſt,† omnia ſacra, & ſacrificia legis veteris mortua fuerunt cum eo in cruce,quia omnia ordinabantur ad ipſum tanquam in finem, qui voluit eſſe de Tribu Iuda, & Leui,propter regnum,& ſacerdotium, & Rex & ſacerdos, & cum eo mortua eſt generatio carnalis Regum, & ſacerdotum, & ſic mortua eſt generatio legalis,& regnum & ſacerdotium regale, & Iudæi interficiendo illum, occiderunt generationem Iſrael carnalem,& regnum,& ſacerdotium, eo modo ſpoliantes ſe ipſos regno,& ſacerdotio,item cum eo perempta ſunt omnia ornamenta ſacerdotalia ſcripta in lege,ſcilicet Ephot.rationale,humerale,mitram,& alia,quæ ordinabantur in ipſum tanquam ſacerdotem in finem regni,& ſacerdotii,& Paſcha,& ſabbatum Iudæorum,& omnia tempora legis ad diuinum cultum
9 dedicata,† fuerunt incinerata,& putrefacta in ſepulchro, nunq̃ reſurrectura,immò obſeruantia legis Moſis eiſdem Iudæis non ſolum eſt inutilis,ſed etiam mortifera à reſurrectione Chriſti citra,vt inquit Hieronymus ſuper Epiſto.ad Galatas, eo q̃ nõ fuerint data gratia ſui,ſed in ſignum fęderis,& pacti Chriſti venturi. Et ſubinde cerimonialia legis Moſis ſublata ſunt per Saluatorẽ noſtrum Chriſtum,poſt redditum à morte ad vitam. Quum ad diſcipulos ſuos dixiſſet,Ite,ac docete omnes gentes ſeruare omnia quæcũq; præcepi vobis: nõ enim quę in legibus Moſis ſunt, docere omnes gentes imperabat, ſed quæcũq; ipſe præceperat, quæ ſcilicet in Euangeliis continentur. Nam ea quæ in legibus Moſis continebantur,nequaquam potuiſſent gentibus accommodari, vt illud de certo loco ſtatuto ad inuocandum nomen Dñi,& eidem offerendum,& ſacrificandum, & ſolemnia tabernaculorum celebrandum, illucq; cum toto genere, totaq; domo venire oportebat. Deut.12. Qui fieri poſſet,vt ea quæ dicit, vel his conueniant,qui breui interuallo à Iudæa diſtant, nedum gentibus quæ toto orbe terrarum degere intelliguntur?impoſſibile nimirum erat,vt omnes gẽtes,ter ſingulis annis ex lege Moſis Hieroſolimam conuenirẽt,quod Apoſtolus docet, dum inquit Roma.8. Nã quod impoſſibile erat legi,in quo infirmabat̃ per carnem,&c.& mulier leuata à partu, ab extremis terræ finibus illuc properaret, cum Saluator noſter IESVS morem illum inſtituerit,quem vbiq; locorũ in cultu,& obſequio ſummi Dei ſeruare conueniat, ſicut dixit Prophe. & adorabunt eum vnuſquiſq; de loco ſuo, nõ Hieroſolymã currentes, neq; cruoribus, aut ſacrificiis placãtes, ſed apud ſe ipſos in ſpiritu, & veritate,in cruento puroq; obſequio illum colentes,ad quæ ſe affert prædictio Moſis,Deute.18.de altero propheta ſurrecturo. & Act.3.& Elaias. Nam de Syon exibit lex, & verbum Dñi de Hieruſalem, & iudicabit inter gentes, & congregabuntur omnes populi, & dicent, venite aſcendamus in montem Dñi, & in domum Dei Iacob,& per Moſen in monte Syna prior data eſt,de Syon autẽ per Saluatorem noſtrum Ieſum, vbi multũ verſatus eſt, & eiuſdem Apoſtolos perq; omnes gẽtes diſſeminata, & quæ prodeſt omnibus gentibus ad vitam,non autẽ ſicut lex Moſaica, vni Iudæorum genti accommodata,& ſoluta eſt oĩs Moyſi cõſtitutio, euerſa,vt dictum eſt,protinus Hieroſolyma,cũ templo, vbi tantummodo perfici ſolemnia contẽdebant,& per Chriſtum emicuit, quæ ante Moſen viris ſanctis data fuerat pietas & religio, de quibus vide Euſeb.de præpara.Euang.lib.j. & ideo dictum eſt per prophetam,Pſal.95. Cantate Dño canticum nouũ, cantate Dño omnis terra. & Pſal.36. Quomodo cantabimus canticum Dñi in terra aliena,nam vetus cãticum vnius populi finibus circunſcriptum erat,vnoq; climate continebatur.ſ.Paleſtinę.& cũ æſtiuum vna gens,vno loco tum canticum,tum religio circunſcripta erat,ſed nouum per omnem terram incedit, ideo dixit, cantate Domino omnis terra.

Necnon & ſceptrum etiam eorum regale, temporale cum
10 CHRISTO mortuorum fuit.† & ſicut ſunt priuati regno ſpirituali,ita etiam carent regno temporali,Oſeæ 4.& Dan. cum venerit ſancta ſanctorum ceſſabit vnctio.i.Imperium eorũ, & idẽ propheta,non eſt in hoc tẽpore Princeps,aut propheta vel dux,

neque

Source : BIU Cujas

neq; locus ad sacrificandum nomini tuo. Nam id quoq; translatum fuit in Christum, qui licèt illud nō exercuerit, & suam omnimodam potestatem, quia non vi, sed amore, & spiritus virtute ad se omnes cogi volebat, attamen hoc quoq; se habere ostē dit, cum dixit, omnia mihi tradita sunt à patre meo, & omnis potestas mihi data est in cęlo, & in terra, Matth. vlt. & Pilato requirenti an essent Rex, non negauit, sed professus est se regem, qui etiam in titulo crucis, dictante spiritu Sācto ipsum regem, fecit & patet ex oblatione magorum, 36. dist. legimus. ad designandū per thus sacerdotium, per aurum, Imperiū. & 94. dist. Dominus noster, & per Inn. in c. 2. & c. super de voto & per Apost. ad Hebræ. i. constitutus est Christus hæres vniuersorum, & hoc est qđ dictū est Dan. 2. cōminuet & consumet vniuersa regna hæc & ipsum stabit in æternum, & Hebræ. 2. nihil dimissum est, quod ei subiectum non fuerit. Qui & si dñium habuerit, non tñ eo vsus est, quia non vixit vt rex, sed vt pauper pp nostrum exemplum, vt induceret nos ad vitandum honores, & pompas mundi, ideo regnum eius non fuit vsus mundani. Io. 18. q. 3. in summa. & habetur Io. 6. vbi cum turba vellet ipsum constituere regem, facto miraculo de quinq; ordeaceis panibus, fugit in montem, ostendens contemnere mundana, secundum Aug & Lucæ 6. nō misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundū, sed vt mūdus saluetur per ipsum, & per S. Tho. in trac. de regim. prin. lib. 4. c. 14. cum seq. & latè per Ant. de Rosellis in tract. de potesta. Imperato. & Pa. car. mihi 5. versi. sed ꝓ Christus, cum seq. vbi etiam videndum est, quomodo regnū tēporale fuerit per ipsum Christum Petro & successoribus commissum, vel abnegatum, cum non sit præsentis inuestigationis. Et per Michaelem Vlcur. in tracta. de regimine mūdi, 2. q. prin. & per alios. Sed Christi regnum post eius mortem sumpsit initium, contra oīum regnorum morem, quæ sunt, fuerunt, aut futura sunt: nam alia regna nisi prius fuerint solidius confirmata, solent ferè à conditoris morte languescere, immò si repente nata fuerint, repente quoq; euanescunt, vt euenit Imperio Alexandri Macedonis, & aliis. CHRISTVS verò post mortem, iis etiam reluctantibus, qui illi vitam ademerant, regnum suum auxit, immò nec ipso viuente auditorum suorum cętum Ecclesiam nominare voluit, sed gregē aut turbam aut simili vocabulo, sed Ecclesia tale nomen assumpsit ipso die Penthecostes, secūdum aliquos, quo die Apostoli sunt spiritu veritatis edocti, & ex post Ecclesia nuncupata fuit vt ex actis, epistolisq; Apostolicis apparere potest. Nec pōt dici, prout quidem renuerunt, illum exercuisse iurisdictionem, cum eiecit de templo ementes & vendentes, facto de funiculis quasi flagel lo. j. q. 3. c. ex multo, & c. vendentes. cum seq. & c. sic Imperiali. cū omnium causarū cognitionē semper Christus repudiarit, & ex eiectione illa magis agnoscimus priuati hominis zelum, q̃ publicam auctoritatem, cum ad omnes spectet rerum Sacrosanctarum violatores in ipso delicto repertos à republica arcere, & cō munem omnibus iniuriam propulsare, quod patet Lucæ 22. ex illis verbis, Mater dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatē, ille durius respondens, dixit, quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos? habuit tamen verè etiam temporale regnū, sicut reperitur fuisse Melchisech, qui erat sacerdos & Rex Salē in Hierusalem, quę prius Salem vocabatur, & interpretatur Melchisedech Rex meus iustus, per Aposto. Hebr. 7. & de Moſe ſummo ſacerdote, qui erat Dux populi in rebus bellicis, & iudex in administransta Republica, & de Samuele Propheta sacerdote, & iudice populi, & rectore. 1. Reg. 7. & de Iob c. 29. item & Roboam filius Salomonis perdidit Regnū, quia audire noluit presbyteros suos. 3. Reg. 11. & de Heli, & aliis; item & tēpore Romanorum, & magnorum magistratuum nulli Imperatores aut Reges fuerunt nisi sacerdotes. dist. 21. c. cleros. & Pontifices etiam dicebantur. sic & olim Panthæi populi sacerdotes eorum constituere oīum duces, quibus, & cōtrouersiarum iudicia, & publicarum rerum arbitria commissa erant. sed & apud Aegyptios sacerdotes, secundum, post reges honoris, dignitatisq; locum tenebant, Diodorus Siculus lib. 2. & 7. Galli quoq; Druidas (sic eorum sacerdotes vocant) iustissimos existimarunt, quorum fidei priuata, & publica commisere. Strabo est auctor lib. 4. & hi diuinis rebus intererant, & si quis eorum iudicio non stètisset, sacrificiis interdicebāt, hæc erat apud eos pęna, quibus ita erat interdictum. Secundò, qui in numero impiorum ac sceleratorū habebantur, horum conuersationē, sermonemq; omnes diffugiebant, ne quid ex contagione incommodi acciperet, neq; iis potentibus ius reddebatur, de quibus Cæsar in commenta. lib. 6. & illos sustulit Tiberius, vt tradit Plin. lib. 30. in prin. natura. Histo. nam & hi Gallorum Druidæ nullum sacrum, sine roboris, vel quercus fronde, & visco conficiebant. arbitrabantur enim visco, quod in querna arbore nascebatur, nullum præsentius nomen æstimari, tantæ cæcitatis erant, & Laurus triumphalis arbor Pōtificum, & Cæsarum domos ornabat. Plinius lib. 15. De quorum officio vide Liuium li. j. & Dionysium lib. 2. & Isido li. 7. Etimo. & facit l. j. §. huius studii. ff. de iust. & iu. & vide Iusti. lib. 36. attamē postea distincta sunt officia, & iura summi Pontificis, & Imperatoris, de quo vide Card. sancti Six. in c. cum aduentum, 96. dist.

11 Sed de Iudæo, † ꝓ non possit esse Imperator nec paganus, est tex. in c. venerabilem, extra de elect. & in clem. Romani. de iure iur. & ibi per Card. in 2. no. & Ias. in Rub. ff. de iusti. & iu. col. j. & 24. q. 8. conuenior. ibi, Imperator intra Ecclesiam est. item quia Imperatores inunguntur. c. j. de sacra vncti. §. vnde. & consecrātur, & aliæ Christianæ religionis cærimoniæ obseruantur, quorū non sunt capaces Iudæi, cum sint de foris, & extra Ecclesiā, & p gl. in verbo, cultus, in l. spadonē. §. iam autem. ff. de excusati. tuto. & si fortè infidelis creatus esset, deponeretur. d. c. venerabilē. ibi, hæreticum, vel paganum, & ibi per Doct.

12 Pro quibus facit, † ꝓ tam sacerdotium, q̃ Imperiū seu regnū temporale à Deo processit, tex. 22. dist. c. omnes. & in Auth. quo modo opor. epis. in princ. & in Auth. de fi. instru. §. j. & §. & quia, & in l. j. C. de vet. iure enucl. in prin. & Deus ipse omnipotens primus exercuit iurisdictionem per se, & iustitiam fecit in cęlo, expellendo Angelos, Esa. 14. & 24. q. 3. c. quidam. in verbo, Luciferiani. Et homini dedit prȩcepta & prohibitiones, & in paradiso, expellendo hominem, Gene. 3. & in mundo, mittendo diluuiū. Gen. 7. & de Sodomitis, Gen. 9. & p se puniuit Lamech & alios, vt per Inno. Host. Io. And. Abb. & alios in c. licèt ex suscepto. de fo. compe. & vsq; ad Noe per se rexit orbem, vt etiam per Martin. Lauden. in tractatu de Principibus, in princ. Item omnis potestas à Deo est ordinata, & q resistit potestati, ordinationi Dei resistit. 13. q. 3. qui resistit, & per Hostiē. in c. quod super. de voto. Abb. in c. nouit. col. 5. & 6. vbi etiam per Feli. de iudi. Oldra. con. 280. col. pe. & idem opinati sunt & ipsi Gētiles, nam Homerus 2. Iliados inquit, dignitas Regibus à Ioue tribuitur. & 9. scribit Agamemnonem à Ioue Regem creatum, & Vegeti. lib. 2. & secundos Deo, generi humano præesse, & Plin. 2. in panegyrico ad Traia. in prin. absurdum esset rogo Iudæos inimicos filii Dei. c. licèt vniuersis, de testib. c. cum sit nimis. de Iudæ. esse participes doni Dei, quod est Imperiū, vt in d. Auth. quomodo opor. epis. ibi, maximè quidē in omnibus sunt dona Dei superna collata clementia sacerdotium, & Imperium. ideo scriptum est Ps. 16. Frameam tuam ab inimicis manus tuæ. i. eripe & aufer frameam. i. gladium sacerdotalem, & sceptrum tēporale à Iudeis inimicis manus tuæ, scilicet inimicis filii tui, q est manus & dextera tua. Nec est conueniens, vt hæc dentur transgressoribus mā datorum suorum, sicut nec Principes seculares concedunt feuda rebellibus, & per humana debemus iudicare de diuinis, Roma. j. immò tales deiicit Deus à principatu, vt patet de Saule. 1. Reg. 15. & 16. & de Nabuchdonosor, & Baltassare, & aliis Dan. 4. & 5. & Gen. 1. vbi factus fuit homo ad imaginem & similitudinem Dei, vt præesset piscibus maris, &c. & sic fundatur dominiū & superioritas in imagine Dei.

Et nedum sunt indigni suprema illa ptāte Imperiali, sed etiā quacunq; iurisdictione remanserunt priuati, adeo ꝓ iudices ēt non possunt esse, licèt olim ex Dei permissione quæcunq; iudicia diffinierint, vt habetur Exo. 18. & Nu. 11. vbi de mandato Dei cōgregati sunt septuaginta seniores populi Israel, q essent coadiutores in regimine cum ipso Mose, ad quod collegiū omnes difficultates, & dubia fidei, & legis perueniebant, omnesq; controuersias, & lites dirimebant, & Sanhedrin vocabantur, quos nos iudices ordinarios dicere solemus, quod collegium permāsit vsq; ad Paulum, qui etiam de eorum numero fuit, vt habetur Deute. 16. iudices, & magistros cōstitues in omnibus portis tuis, & iudicent populū & c. 17. & c. 21. & Paralip. 19. & alibi, Iudices enim sedebant in portis ciuitatum, & ibi iudicabant, vt facilius ad eos daretur accessus, & ne simplex rusticitas erubesceret intra mœnia suas proponere actiones, vt per Archi. in c. quando. 11. q. 3. Et post Mosen, & Iosue fuerunt sub iudicibus per annos 370. & tunc sub regibus, vt habetur Actuum 13. & j. Reg. 8.

13 † Et ꝓ Iudæus non possit esse iudex, est gl. in Auct. iusiurandū, quod præsta. ab his. in ver. CHRISTVM. vbi etiam Ang. colla. 2. & Bar. ibi. in fi. qui dicit esse de hoc tex. expressum in l. fi. C. de Iudæ. vbi dicitur, ipsos non habere potestatem iudicandi, uel pronunciandi, tāquam fidei nostræ insultantes, & in l. fi. C. de postula. Et sunt indigni nomine iudicis, † nam iudices in quātū Deus communicat eis officium regendi, in sacra pagina appellantur Dii, Exod. 22. ubi Deus dixit ad Mosen, si latet fur dominus domus applicabitur ad Deos. & inferius, ad Deos utriusq; causa pueniet. itē ibi, Diis nō detrahes. i. iudicibus, & Principi populi tui non maledices, & Psal. 81. Deus stetit in synagoga Deorum, in medio aūt Deos diiudicat. ubi propheta dicit, ꝓ Christus Deus, & uerus iudex uenit in carnem, & stetit in synagoga. i. in congregatione Deorum, scilicet Iudicum, Scribarum, Phariseorum, & Sacerdotum, qui iudicia dicebant super cathedram Mosis sedētes. sunt ergo indigni nomine iudicis, quia sunt ex patre diabolo. Io. 8. & progenies uiperarum, Matt. 12. 23. & generatio nequā. Lucæ 11. Et quia debetur honor iudicibus propter suam dignitatem. c. ut debitus, cum gl. j. de appellati. l. omnem honorem. C. quan. prouo. non est necesse. Quod in Iudęo cadere non potest, cum sint priuati omni dignitate. l. fi. C. de Iudę. & censentur personæ odiosæ, & infames saltem infamia facti. c. cum nimis. extra eo. tit. c. nulla. 57. dist. & c. constituit, 97. q. 4. & no. in l. cunctos populos.

Source : BIU Cujas

pulos.C.de ſum.Trin.Sed licèt Iudęus ſit incapax iuriſdictionis, poteſt nihilominus emere fructus eius,& prouentus,exigendos tamen per alium.c.ex ſpeciali,extra de Iudæ.

Patet ergo ꝙ in terris Chriſtianorum non poſſunt Iudæi fungi officio iudicis,ſed ſi qua vertitur cauſa inter Iudæum, & Chriſtianum ciuilis vel criminalis,ſiue ſint actores ipſi,ſiue rei, adire debent iudices Chriſtianos, cū ſit reprobatū iudicium illorū ſeniorum populi,de quibus ſupra dictum eſt.l.ſi qua.C.de Iudæ.& ibi Salyc.ſummat illum tex.ꝙ ſiue actores,ſiue ſint rei,debēt ſequi forum Chriſtiani, & reprobatum eſt quodcunq; eorū collegiū.l.j.C.eo.tit.no.in l.cum Senatus.ff.de reb.dub.& in d.c. Iudæi,el 2.de Iudæis.

Et idem dicendum eſt de cauſis inter ipſos Iudæos, vt coram iudicibus Chriſtianis debeant tractari.l. Iudæi cōi. & ibi Bart. & alii ſequuntur.C.eo.tit.licèt Io.de Ana.in c.cum ſit,in j.no.eo.ti. dicat,Floria.de Sancto Petro conſuluiſſe, ꝙ quæſtio inter ipſos Iudæos debeat terminari per ſeniores eorum,& non ab aliis,argumento à contrario ſenſu,per d.l.ſi qua. ſubdit tamen ꝙ dicto conſilio voluit ſe ſubſcribere in eo, quod dixit, ab aliis iudicari non poſſe,ſed veritas eſt in contrarium per d.l. Iudæi, & quæ ibi Bar.concludit, & quia ſunt eis interdictæ omnes adminiſtrationes,& dignitates,per l.fi. C.eo.& per ſupra allegata,& tex.in l.generaliter,§.fi.ff.de decurio.eſt correctus per d. l. fi. ſecundum gl. ibi,& cōmuniter Docto.& hoc firmat Ioan.de Ana.in d.c.cum ſit.nec valet argumentum à contrario ſenſu, vbi reſultaret correctio legum,vt no.in l.j.ff.de offic. eius cui. Item ex eo quòd in d.l.Iudæi eſt ſpecialiter cōceſſum eis, ꝙ poſſint eligere arbitrū inter eos,ergo non iudicem ordinarium,arg.l.cum prętor,cum concor.ff.de iudic.& no.in l.legata inutiliter.de leg j.cum ſi.

15 Sed quid dicendum † in cauſis merè concernentibus eorū ritus & ſuperſtitionem, & inter eos vertentibus cauſa ſimplicis eorum ſuperſtitionis, an poſſint coram eorum ſenioribus, vel iudicibus pertractari? & videtur dicendum quòd coram eorū iudicibus ſint cauſæ tales ventilandæ,prout ſentire videtur Bar. in d.l.Iudæi Romano.C.de Iudæ.& Bal.hoc tenet expreſsè in cō ſi.428.Inquiſitio d.col.2.in fi vol.5.dicēs ꝙ ita Bar. tenet, & per tex.in d.l.generaliter.§. fi.ff. de decurio. vbi vī permitti, immò cogi Iudæos aſſequi honores & dignitates, & ſubinde eſſe iudices ſaltem in eorum rituum cauſis.& pro opi. Bal. ſupradictum eſt,conſuluiſſe Florianum de S.Petro.

16 Sed in contrarium † multum vrget text. in d. l. Iudæi Romano.vbi ſunt verba formalia tex.ꝙ in his cauſis,quæ tam ad ſuperſtitionem eorum, quàm ad formam, & leges, & iura pertinent adire debent ſolenni more iudices, omnesq; Romanis legibus conferant, & excipiant actiones.& ſic videtur expreſſum in illis verbis,tam ad ſuperſtitionem eorum, &c. hoc decidi per illum text.vt circa concernentia obſeruantiam rituum ſuorum adire debeant iudices Chriſtianos, & agant & excipiant, ſecundum leges Imperiales,nam & conſeruationes rituum Iudęorum,qui non ſint in contemptum fidei noſtræ, committuntur iudicibus Chriſtianis,& rectoribus prouinciarum.l.Iudæos.C.eod.tit. & l.die ſabbati.

Et pro hac parte facit,ꝙ tradit Inno. quem cæteri ſequuntur,
17 in c.quod ſuper his,de voto. † ꝙ quando Iudæus committit hæreſes in ſua lege,& in moralibus, facit cōtra legem veteris teſtamenti,punitur per Eccleſiam,& ibi referunt Io.And. & Hoſtiē. de mādato Papæ Gregorij IX. & Inn.IIII. crematū fuiſſe librū, quem Iudæi vocant Talmuth;in quo multæ hæreſes continebā tur,mandando etiam puniri eos qui dictas hęreſes docerent,vel ſeruarent,de qua re vide Specu.hiſtoriale Vincenti,lib.26.c. 28. Et prout etiam ſuperioribus proximis annis contigit in inclyta Ciuitate Venetiarum, & in aliis locis ſubditis Illuſtriſſimo Dominio Veneto,& vidi ego in hac noſtra Ciuitate Vtini,combuſta fuiſſe volumina plura,exiſtentia penes Iudæos:deprauant.n. Rabini Iudæorum,verum ſenſum ſcripturæ veteris legis,contra quos inuehit Dominus noſter, Matth. 15.& 23.& Mar. 7. licèt Hoſtien.in d.c.quod ſuper,col.3.dicat prædicta procedere, quando prælati eorum ipſos non puniunt, & ſic in defectum eorum ſpectare ad Eccleſiam.

Et pari modo infideles peccantes contra legē naturæ puniū tur per Papam,vt latiſſimè tradit Archiepiſc.Floren. in ſua ſum. parte 3.tit.3.c.2.col.2.& quæ tradit Franciſ.Paui.in tracta. de viſitati.in 3.q.primæ par.nu.24.& ſeq.& per hæc dicebam in contingentia facti, ꝙ cauſa matrimonii inter ipſos Hebræos debebat ventilari coram iudice Eccleſiaſtico etiam principaliter intentata,& ita tenet Cardina.in c.poſt miſerabilem,& ibi Io.de Ana. col.2.ver.ex prædictis.de vſur.& Feli.in c.cum ſit,nu.18. de foro compe. nam ſi incidēter proponeretur talis quæſtio inter ipſos infideles quando eſſet, tam ſuper facto, quàm ſuper iure poſſet per ſecularem cognoſci, vt per Petr.de Anchar. in c. ea quæ. in 5.q.de reg.iur.in 6.Alex.in l.Titia,col.3.in fi.ſol.matr.quæ no. pro limitatione ad regulam ibi cōmuniter traditam per Doct.

Et pro hac ſecunda opinione facit quod habetur Actu.23.& 24.in quibus locis patet, Paulum Apoſtolum per Iudæos accuſatum fuiſſe de quæſtionibus legis ipſorum, corā ordinario Cæſareæ nomine Romani Imperii, non autem coram ſenioribus Iudæorum;& Apoſtolum ibi affirmaſſe eundem eſſe ordinariū iudicem genti illi,& ex c.ſequenti conſtat, Paulum à ſententia Feſti appellaſſe ad Cęſarem.

Et tenendo hanc opinionem poſſet reſponderi ad id, quod Bar.dicit in d.l.Iudæi, ꝙ illa verba quoad ſuperſtitionem intelligantur, quando incidenter venit examinandum in cauſa, quia hoc eſt diuinare ad illum tex.Nec obſtaret etiā,quod tradit Bal. d.conſi.428. ꝙ ſcilicet Iudæi habeant eorum proceres & ſeniores.l.2.l.nemo exterus.l.nemo.l.Iudęorum.C.de Iudę.quia in dictis iuribus nihil dicitur de officio iuſ dicēdi,ſed de aliis officiis, cum ſit reprobatum iudicium ſeniorū populi eorum,d. l. ſi qua. quod quidem munus iudicandi etiam ex lege eorum, vt dicitur Deut.16.Paralip.11.c.19.concedebatur eis in eorum terris,ciuitatibus,& caſtris,prout datæ fuerunt leges eis obſeruādæ.ſ.in terra promiſſionis poſt exitum de Aegypto,vt habetur Exo.20.cū ſeq.quod ceſſat in terris Chriſtianorum.

Nō obſtat etiam tex.in d.l generaliter.§.fi.ff. de decurio. quia illa l.eſt correcta per l.fi.C.de Iudæ.& ita cōmuniter tenent Docto.in c.cum ſit.extra de Iudæ.& Ioan.de Plat.in l.omnes. C. de decurio.lib.10.

18 † Ad quem tex.poſſet etiam reſpōderi, ꝙ loquatur de officiis oneroſis,& quæ offenderent ſuperſtitionem illorum, prout expreſsè hoc dicit ibi tex.cuius hæc ſunt verba formalia, ſecūdum impreſſionem meam. Eos qui Iudaicam ſuperſtitionem ſequūtur, Diui Seuerus,& Antoninus, honores adipiſci permiſerunt: ſed & neceſſitatem eis impoſuerunt, qui ſuperſtitionem eorum læderent non omnes ergo honores adipiſcebantur, ſed qui eorum ritus offenderent,vt dicitur in textu, cogebantur enim forte à Romanis aſſumere officia oneroſa,vt Iudæos ipſos diſtraherent ab obſeruationibus rituum legis Moſaicæ, & hoc in ſpretum ſuperſtitionis eorum,† nam & Iudæos deridebant, & ꝙ incertum (vt ipſi dicebant) Deum colerent. Vndę Iuſa. incerti Iudæa Dei.De quibus etiam Iuuenalis Satyra 3.de eorum paupertate dicit,

Nunc ſacri fontis Nemus & delubra locantur,
Iudicis,quorum Cophinus,fœnumq; ſupellex,

Et Satyra ſexta.

Cophino fœnoq; relicto.
Arcanam iudex tremens mendicat in aurem.

Vbi apparet,Iudæos viliſſimæ conditionis,& vti zinganos extra vrbem expulſos,& in nemore habitare ſolitos,vt dicetur infra parte tertia,c.j.nume.42.de ipſis zinganis, qui ortum habuerunt ex Cus filio Chā,& de Cophino,vide Pſ.80.ibi, manus eius in cophino ſeruierunt,& dicit ſuper eo. Auguſti.per cophinum ſignificari opera ſeruilia,mundare ſtercora,terram portare,cophino fit,ſeruilia ſunt opera,fuerunt etiam & à Domitiano Roma.expulſi,& Satyra 14.ſic ait.

Quidam ſortiti metuentem Sabbata patrem.
Nil præter nubes,& cęli numen adorant.
Nec diſtare putant humana carne ſuillam.
Qua pater abſtinuit,mox & præputia ponunt.
Romanos autem ſoliti contemnere leges.
Iudaicum ediſcunt, & ſeruant, & metuunt ius,
Tradidit arcano quodcunq; volumine Moſes.

Et ante ſub Tiberio Cæſare Iudaica, & Aegyptia ſacra ab vrbe Senatus conſulto expulſa ſunt,Corne.Taci lib.2. Et deludit eorum ſabbata etiam Seneca, affirmans ꝙ per illos ſingulos ſeptē interpoſitos dies, ſeptimam ferè ætatis ſuæ partem perdant vacā do,de quo per Aug.lib.7.de ciuitate Dei c. 11.Licèt Plutarchus in Simpoſiis,tradat etiam Bacchum à Iudæis cultum,appellatūque eorum lingua σαββον. Vnde ſabbati nomē. addēs à ſue, ideo abſtinere Iudæos,quod ab eo genere ſit occiſus Adonis, quem eſſe Bacchum ferè conſtat. quam tamen ſententiam etiam ipſi Iudęi deridiculo habēt. De quibus Martialis,Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum.& alibi,

Dum te poſſe negas niſi lata Gellia clauo.
Nubere,nupſiſti Gellia ceſtifero.

Ideſt Iudæo.etenim erant adeo pauperes,vt nihil aliud haberēt, quàm fœni faſciculum,& coghinum.i.ciſtam.

Vnde in opprobrium eorum concedebantur illis immò cogebantur,vt dicit ille tex.ad aſſūmenda officia oneroſa, per quę diſtraherentur ab eorum ſuperſtitionibus,& cerimoniis Moſaicis & legis veteris,prout à ſabbati obſeruatione, & encenniorū ſcænophegiorum & aliis.Erant enim exoſa ſacrificia illa Romanis.l.ex Senatuſconſulto.ff.de Sica quę intelligi debet de Iudęis, cū legis lator eſſet paganus,quicquid gl.ibi dixerit,& quod tex. in d.§.fi. non intelligatur de officiis habentibus dignitatem annexam,ſed oneroſis,tradit Laſi.in rub.ff.de iuſti.& iur.col.2. verſ. ſecundò & fortius,qui inter cætera allegat Bart. in l.omnes.la 3. C.de decurio. li.10. vbi dicit ꝙ in quantum decurionatus habet de honore,bene competit Iudæis, ſed in quātum habet honorē noncadit in eis,& ꝙ eſſent Iudæi inuiſi Romanis facit, ꝙ de Seuero Imperatore tradit Aelius Spartianus. dicit enim ꝙ Iudæū fieri, ſub graui pęna vetuit.& idē ēt de Chriſtianis ſanxit, & ipſe

etiam

Source : BIU Cujas

etiam Auguſtus Cæſar dixit ſe malle eſſe porcum Hærodis, q̃ filium, tam in eorum ſectæ opprobrium, q̃ ad deteſtandam ipſius Herodis ſeueritatem, ꝙ Ariſtobolum, & Alexandrum filios in Cæſarea laqueo peremerit. Et temporibus Caii Cæſaris plurima Iudæis acciderunt mala, quorum tunc tẽporis calamitates Philo Hebræus vir magnæ auctoritatis quinq; voluminibus fertur expoſuiſſe, qui apud eũdem Caium legatus perorans pro patriis legibus, nihil amplius, quàm irriſionem retulit domum, teſte Euſebio.

20 † Non omittam hic circa intellectum d.l. generaliter. §. fina. quid ſentiat Alciatus lib. 3. deſpunctio. c. 8. qui reprobat cõmunem intellectum ibi, dicens illum tex. non intelligi de Iudæis, ſed de Chriſtianis, qui eo tempore admittebantur ad officia & dignitates, ex eo ꝙ tempore Veri, & Antonini precibus vnius legionis Chriſtianorum militantium in Caſtris Romanorum, demiſſa fuerit de cęlo pluuia, & fulmina facies hoſtium perſtringebant, vt Romani potiti fuerint victoria contra Marcomanos, vt per Tertullianum in libro ad ſcapulum, & textum illum eſſe corruptum, & non eſſe legendum Diui Seuerus & Antoninus, ſed Diui Verus & Antoninus, & ꝙ Aelius Verus, vnà cum Antonino imperauit, vt tradit Eutropius in Marco Antonino.

Licèt mihi plura obſtare videantur contra intellectum tam magni viri: videtur enim primò eſſe contra verba expreſſa illius tex. vbi dr̃, eos qui Iudaicam ſuperſtitionem, &c. Et ſic euidẽter loquitur de Iudæis, & ſi Iureconſultus, qui condidit illam legẽ, qui fuit Domitius Vlpianus, voluiſſet intelligere de Chriſtianis, hoc vtiq; dixiſſet: erat enim notum nomẽ Chriſtianorum eidẽ Vlpiano, qui fuit tempore Alexãdri poſt Heliogabalum, quem Alexander habuit Principem inter non minus q̃ quinquaginta diſertiſſimos Iuriſperitos, in rebus arduis, & tanti ab eo eſt habitus, ꝙ familiaris, & ſocius Principis diceretur. Et tradit Aelius Lampridius Alexãdrum Cæſarem in larario ſuo habuiſſe Chriſtum, Abraam, & Orpheum, & quod Chriſto templũ facere procurauit, eũq; inter Deos recipere, quod & Hadrianus cogitaſſe fertur, ſed prohibitus ab his, qui cõſulentes ſacra receperunt omnes futuros Chriſtianos, ſi id optato eueniſſet, & reliqua templa deſerenda.

21 Quo tempore floruit etiam Origenes, † à quo Mammea mater dicti Alexandri edidicit dogmata Chriſti, & propterea ab eo interẽpta, vt habetur in Cronica Martiniana, licet Herodianus in 6. ſcribat ipſam ſimul cum filio interfectam à militibus Maximini, & cum eorum amicis & honoratiſſimis quibuſq;, adeo ꝙ Vlpiano abſconditum non potuit eſſe nomen Chriſtianorũ, immò & Platina in Pontiano dicit, ipſum Alexandrum ædificare voluiſſe templũ Chriſto, eumq; inter Deos recipere, & ꝙ habuerit Chriſtum, Abraam, & Orpheum in larario ſuo. Cõfirmãtur prædicta, quia tempore illius Marci Antonini Veri, qui imperauit etiam cum Lucio Aurelio Commodo, fuit magna perſecutio Chriſtianorum, & tam in Aſia, q̃ in partibus oriẽtis, plurimi fuerunt martyrio coronati, vt Sanctus Polycarpus, & alii 12. cum eo. & in Galijs Sanctus Iuſtus Viennenſis epiſcopus, & Fortis Lugdunenſis epiſcopus, cum multitudine innumerabili, q̃ Marcus Antoninus Verus periit aploplexia in Venetia, inter Altinum & Concordiam, cum proficiſceretur cum fratre, & in vehiculo ſederet. ſi de Chriſtianis ergo ſenſiſſet, Iurecõſultus de eis expreſsè meminiſſet: etenim in vrbe Romana nomen Chriſtianum erat per multũ temporis notiſſimum, ante tẽpora Veri, & Antonini, vt patet tam tpe Traiani, q̃ aliorum, qui præceſſerunt dictos Imperatores, qđ confirmant ex ijs q̃ tradit Aelius Spartianus in Seuero, cuius verba ſunt, Iudæos fieri ſub graui pęna vetuit. idem etiam de Chriſtianis ſanxit, & ex Lampridio in Heliogabalo, his verbis. Dicebat præterea Iudæorũ & ſamaritanorum religiones & Chriſtianam deuotionem illuc transferendã. ex eodem in Alexãdro Seuero, Iudæis priuilegia reſeruauit, Chriſtianos eſſe paſſus eſt. & rurſus, Dicebatq; graue eſſe, cum id Chriſtiani & Iudæi facerent, &c. & rurſus, clamatq; ſæpius quod à quibuſdam, ſiue Iudæis ſiue Chriſtianis audiuerat. & ex Spartiano in Saturnino Tiranno, ſic: vnus illis Deus eſt, hunc Chriſtiani, hunc Iudæi, hunc omnes venerantur, & ſic patet non eodem nomine Iudęos & Chriſtianos nũcupatos, & tradit Ioſephus de antiquitatibus, c. 9. in fi. vbi loquitur admiranda de Domino noſtro Ieſu Chriſto, ſubdens in fi. ſed & in hodiernum Chriſtianorum, qui ab ipſo nuncupati ſunt, & nomen perſeuerat & genus, qui Ioſephus fuit tpe Veſpaſiani, & Titi eius filii, cum quo Romam veniens ſcripſit ſeptem libros Iudaicæ captiuitatis, quos eidem patri & filio obtulit. Nec obſtat, quod affirmat Alciatus tẽpore ipſius Antonini, Chriſtianos admiſſos ad officia, & dignitates, propter demiſſionem pluuiæ, ob preces Chriſtianorum, qui cum eo militabant, quia hoc non memini me legiſſe, ſed bene eundem Antoninum ſcripſiſſe epiſtolã apud Aſianos pro Chriſtianis, petendo vt de eis ita quæreretur, vt ſi qui maleficii conuincerentur, pęnas luerent, ſi non conuincerentur, non punirẽtur, hoc vno quia appellarent ur Chriſtiani.

Præterea, & hoc magis mouet me, eſt aduertendum, ꝙ nõ eſt dictio aliqua negatiua in mea impreſſione, quam eſſe ſupponit Alciatus d. §. fi. legit enim ita Alciatus ipſe tex. ſcilicet: Quæ ſuperſtitionem eorum non læderent, cum illa dictione, non, quæ nõ eſt in libro meo, ſed legitur affirmatiuè, vt quæ ſuperſtitioné eorum læderent, idem ꝙ ſupra opinatus fuit Alciatus in Annotationibus ſuis ad tres libros C. ſub tit. de actio. car. j. contra quẽ ẽt vrget tex. in l. ſpadonem. §. iam autem. ff. de excuſat. tuto. in illis verbis ſcilicet, per quæ cultus inquinari videtur. vbi expreſſe dicitur de Iudæis, & de illis officiis, per quæ cultus eorum inquinatur, qui concordat cum tex. in d. §. fi. circa læſionem ſuperſtitionis Iudæorum, vt debeat legi affirmatiuè. & per hoc optimè facit etiam tex. in l. iuſſio. C. de Iudæ. Sed dato ꝙ intellectus Alciati ad illum tex. eſſet verus, vt loqueretur de Chriſtianis, cõfirmaret opinionem meam in principali quæſtione, ꝙ Iudei non poſſent eſſe iudices etiam in cauſis eorum ritus & ſuperſtitionis, ꝑ tex. in d. l. Iudæi Romano, ꝙ nõ põt cauillari, & ille tex. in §. fi. nõ
22 obſtaret, loquendo de Chriſtianis, & non de Iudęis. † & ex prędictis patet rñſio ad notata per Io. de Ana. & Abb. in d. c. cum ſit, & per Bart. in d. §. fi. vt ſcilicet ſit permiſſum Iudæis ꝓmoueri ad officia inter eos, quod intelligatur de aliis officiis pertinentibus ad ſuperſtitionem eorum, & non de eorum officio iudicandi, per ſupra allegata, vel etiam ꝙ d. l. generaliter. §. fi. ſit correcta, ſecundum communem opi. Doct.

Sed inuenio ꝙ eorundem Iudæorũ Rabi Moſes Aegyptius, li. de iudicibus, in determinationibus ſuis de Canedrin, c. 4. dicit ꝙ capita trãſmigrationis, quæ ſunt in Babylonia, locum tenẽt, & poſſunt dominari in Hieruſalem, & vbiq; terrarum, & iudicare ſuper eos, ſiue velint, ſiue nolint, ſicut ſcriptum eſt, non auferetur ſceptrum de Iuda. per iſtud enim ſceptrum intelligũtur capita tranſmigrationis, quæ ſunt in Babylonia ſecundum ipſum. & hæc ille, quæ quantum à vero diſtent, patet ex rei euidẽtia, cũ Babylon (ſi de Babylone Aegypti intelligatur, de qua Strabo li. 17.) diu ſit in deſolationem redacta & inhabitabilis, Memphis ẽt appellata, & Pyramidum miraculis celebrata, vbi adhuc quædã reſtant Pyramides, ſed vrbis illius tantum veſtigia, & eſt à ſerpentibus, & ſimilibus animalibus tantum habitata, vt refert Petrus Martir lib. 3. legationis Babylonicæ. Si verò loquatur de Babylone Euphratæa, vrbe ampliſſima in Aſyria, à Semiramide condita, ſiue à Nabuchdonoſor, ſecundum Ioſephum ad Appionem, & per Dan. 4. qui loquens in eius perſona dicit, Nõne hæc eſt Babylon ciuitas magna, quã ædificaui in robore fortitudinis meę? In qua etiam turris Babel ante eum fuit ædificata. Gene. 2. Vrbis etiam Romæ magnitudinem exuperauit, quam mediam interfluit Euphrates, Solimano Turcarũ Imperatori ſubiecta, & minus de illa intelligere poteſt: ea enim in vrbe clariſſima Caliphę Sacrorum Principis ſedes eſt, qui à cunctis Maumethani nominis Regibus excolitur, & ibidem Iudæi dominari non poſſunt, prout nec in aliqua Turcarum ciuitate, ad hæc admittũtur, de q̃bus vide Iouium Hiſtoriarum lib. 33. & aduerte ꝙ Babylon nõ eſt Niniue, quæ condita fuit ab Aſſur. Gen. 10. & multum diſtat à Babylone, & eſt Niniue ſita iuxta Tygrum fluuium, Babylon verò iuxta Euphratem, qui Euphrates Caldęã ab Aſyria diſterminat, & eſt fluuius egrediẽs è paradiſo voluptatis, qui Perat Hebraicæ dr̃, ſcilicet fructificans, ſicut & Tigris, de quibus Gene. 2. Sed aliter dictus Rabi Moſes, verè dixit, ꝙ ipſi locum tenent in Babylone, videlicet in confuſione, & ſeruitute, prout ſonat ethimologia illius vocabuli Babylon. Præterea ſecundum Rabinos eorum, nõ licet aut licuit extra terram promiſſionis cuiquã Iudæo iudicare iudicia criminalia, de quibus eſt pęna capitalis, vel membri abſciſſio. conſtat aũt, ꝙ qui non habet tale Imperiũ merum, ſiue in his iuriſdictionem, nõ põt crimina grauia punire, vt Blaſphemum, Idolatram, & ſimiles, quæ ſunt ſecundum legem Moſis grauia delicta, exceptis iſtis in quibus pęna ſanguinis ingeritur, cætera ſunt leuia. & ſic illa capita trãſmigrationis, quæ aſſerunt eſſe in Babylonia nõ poſſent iudicare de grauibus delictis, extra terrã promiſſionis, ſed tantùm de leuib⁹, ideo horũ reſpectu, nõ poſſent dici habere ſceptrum, vel poteſtatem Regiã, nec tenere locum regis, ſed eſſent ſicut magiſtratus municipales, & iudices pedanei, & inferiores habentes modicã poteſtatem, toto tit. C. de peda. iudi. & no. in l. Imperium. ff. de iuriſd. om. iudic. Præterea expoſitores Hebræi ſuper illud Oſeæ. 4. Dies multos ſedebũt filii Iſrael ſine Rege, &c. intelligunt illa verba de ſtatu Iudęorum in captiuitate hodierna, & ſic hr̃e in Babylonia iudices, eſſet cõtra propheticam veritatẽ, & ob id Dñs noſter Ieſus Chriſtus, Matth. 23. dixit, Super Cathedram Moſis ſederunt ſcribæ, & Phariſei. nõ dixit ſedent, ſed ſederunt, vt oſtenderet, ꝙ eorũ tũc iam ceſſauerat poteſtas. Ex præmiſſis infertur, ꝙ cum Iudæi non habeant iuriſdictionem, nõ poſſint condere ſtatuta, cum facere ſtatuta ſit iuriſdictio genere ſumpta, vt per Bar. in l. omnes populi, col. j. verſ. 1. ergo, & ibi per alios, & hoc expreſſe tenet Stepha. Bertran. conſi. 128. pro pleniori, col. 2. verſi. præterea. vol. j. ex quo infert ꝙ Iudæus nouiter veniens ad incolatam Iudæorum, nõ põt cogi ad collectam pro ſolutione debitorum contracta ante incorporationẽ, & ſubinde nec alia, quæ pertinẽt ad iuſdicẽtis officiũ, de quibus in l. j. ff. de iuriſd. om. iũd. cum ibi no. idẽ dicẽdum de aliis infidelibus, tenendo opi. Hoſt. de qua infra, nu. 26.

Dictum

Source : BIU Cujas

Dictum est proximè de Iudæis, an possint esse iudices: videa-
23 mus † modò an possint esse arbitri. In quo dicendum est ꝙ sic, ꝙ tex.in l.Iudæi Romano,supra allegata.quod intelligitur vt possint esse arbitri,scilicet volũtarii,& inter eos,vt patet ex illis verbis ibi communi pactione,& in ciuilibus tantum.an autem si factum sit inter Iudæos compromissum, cum potestate decidendi de iure tantùm,intelligatur de iure communi,vel Mosaicę,6. Ruy.consi.4.quoniam,vol.2.vbi dicit ꝙ intelligitur de iure Hebraico. Et no. ꝙ laudum Iudæorum absq; emologatione tacita vel expressa incõtinẽti mãdatur executioni.tex.est in l.Iudæi. C. de Iudę. ſm vnam lectionẽ, & ibi Guid.de Suza. & per Alex. in additio.ad Bar.in l.cum antea. C.de arb. quod tamen non puto verum per ea,quę dixi supra,c.j.& 2.huius secundę partis,& tex. in d.l.Iudæi, hoc mihi non videtur probare, sed potius contrarium,si bene inspiciatur.

Sed dubium est,an possint eligi in arbitros necessarios ex for-
24 ma statutorũ,disponẽtium † ꝙ causæ inter affines,vel cõsanguineos debeant compromitti?& in hoc puto,ꝙ ipsi nõ possint eli-
25 gi in arbitros necessarios,† cum eiusmodi arbitri habeãt iurisdictionem,siue ea sit delegata,prout dicit Bar.in l.fi.C. de iudi.vbi etiam Bal. in 2.no.& in l j. C.si quac. prædi. potesta.& Areti.in l. nemo potest.col.antepe.de leg.j. & Ias.in l. duo iudices.col. 3.ff. de re iud.qui dicit hoc magis cõiter teneri,& Hostien.in c. suspitionis.de offi.deleg.& Abb.in c.fi.de re iudi.siue habeant iurisdictionem ordinariam,& sint ordinarii, vel in locũ ordinarii succedãt,prout tenet Ias.in d.l.fi.col.pe.in fi.C.de iudi.& in d.l. duo iudices. col.2.ver.sed arbitri qui eligunt,dicẽs hoc tenere gl. Ange.& Pau.de Cast.in l.apertissimi.C.de iudi.& D.Ant.in d.c.suspitionis,cum habeãt iurisdictionem à lege,vel statuto,quæ lex tribuit ordinariam iurisdictionem.

Siue etiã sit media quædã species inter ordinarios,& arbitros, prout tenuit Bal.in d.l.apertissimi,& Io.And.in addit.ad Specu. in tit.de recusa.§.fi.ver.sed nunquid arbiter,& gl.in d.c. suspitionis,in gl.magna,in verbo,media,circa.medium,quæ dicit, ꝙ est ista eorum iurisdictio quasi ordinaria,& Bal.in consi.90.quæritur vtrum arbitri.vol.j.quæ non prosequor aliter, nam satis mihi videatur ꝙ cum arbitri tales necessarii habeãt iurisdictionẽ, quæcunq; ea sit ex prædictis,sufficiat ad excludendum eos à tali officio,tanquam incapaces iurisdictionis,licèt Corne.consi.65. licèt in hac cõsultatione, vol.4.videatur aliter sensisse,dum concludit, quandam sententiam fuisse iustam & æquam, per quam fuit pronunciatum,causam vigore statuti Pisani compromittẽdam in Hebræos,per aliqua (iudicio meo) minimè concludentia, stantibus supra latissimè allegatis, & potissimùm, quia materia iurisdictionis non cadit proportionabiliter in Iudæis,sicut in Christianis.

26 Expedita materia iurisdictionali quo ad Iudæos,† pulchrũ est scire,an alii infideles de iure habeant iurisdictiones? In quo articulo Inn.in c.quod super his.de voto, dicit ꝙ si illorum Regna nunquam fuerunt Imperii Romanorum, vel Christianorũ,tũc apud infideles est vera iurisdictio: si aũt illa regna fuerũt ꝑ prius Christianorum,& occupata postea per infideles,& in illis regnis non habent, nec possunt dici habere veram iurisdictionem,ſvt patet de ciuitate Hierusalem, & aliis quæ modò sunt occupatæ per infideles, contra quos licitè potest bellum indici, prout de Sarracenis Hispaniæ tradit Oldr.consi.72.incip.an contra Sarracenos.cum enim agatur ad recuperationẽ patriæ, à qua per vim spoliati sumus,licitum est bellum indicere.c.dispar.23.q.8.& per Inn.in d.c.quod super.in 2.col. in glo. in verbo,pro defensione, Bar.in l.j.C.de paga.Ant.de Bu.& Io.de Ana.in c.quod olim.extra de Iudæ.& opinionem Inno.secutus est Pet.de Ancha. in regula,peccatum,in 3.q.de reg.iur.lib. 6. Mouetur Inn.nam certũ est,ꝙ Dñi est terra,& plenitudo eius,orbis terrarũ,& c.c.tua nobis.de deci. sed ipse Deus hæc omnia subiecit rationabili creaturæ,propter quã omnia fecit,Gen.j.& in l.in pecudum.ff. de vsur. & ista omnia fuerunt cõia, donec iuregentium distincta fuerũt dñia,& regna diuisa:quæ quidem bona cõia non erant in alicuius bonis,ideo occupanti concedebantur, quia quicquid calcauerit pes tuus,tuum erit,vt no.in l.j.ff.de acqui.pos.Ideo cum regna fuerint per infideles ab initio occupata in nullius bonis exi 27
stentia,fuerunt effecta eorum: non enim tantùm pro fidelibus, sed pro omni rationabili creatura à Deo sunt ordinata,qui Solem suum facit oriri nõ solùm super bonos,sed etiam super malos,& ideo volatilia pascit,Matth. 5. & 6.& Ps. Qui dat escam oĩ carni. licitè ergo dicuntur infideles habere dominia, & iurisdictiones, quas tenet, & Deo auctore ipsa possidere videntur, & quo ad eorum terras non posset indici bellum,nisi ipsi malè tractarent Christianos in eis degentes: nam Papa qui de iure est supra infideles,licèt non de facto secundum Inno.potest præcipere eis ne Christianos infestent,& si malè illos tractarent, posset ipsos dominio,& iurisdictione priuare, & illis bellum indicere, & opinionem Inno.tenet etiam Archidia.3.q.7.c.fi.& 11.q.3.c. cui est,Domi.in c.si quis viduam.in fi.50.dist.& in d.c cui est, nõ firmat pedes,sed eandem opi.Inno.tenet etiam Pet.de Ferrariis in tit.de forma libelli, in actione reali, in verbo, veris & legitimis,col.7.ver.sed hic quæro an liceat,dicẽs sub dubio tamẽ, Sarracenos posse allegare præscriptionem tanti temporis,cuius nõ sit memoria in contrarium.& eandem opin. dicit tenere Ioan. And.in addit.ad Spec.in tit.de Iudæ.Quam etiam tenet Archiepiscopus Floren.in sua summa,parte tertia,tit.3.c.2.& Ant.Corsettus in tract.de potesta.regia,in vlti.par.q.82. & pro opi. Inno. facit ꝙ tradit Bar.in l.fi.C.de contrahen.empt.ꝙ Papa,vel Imperator potest concedere regibus Christianis regna,quæ tenentur per Sarracenos,quæ fuerunt nostra, nam id quod fuit nostrum, & nunc est apud hostes,est in commertio nostro, propter spem postliminii.Eandem opin.quod infidelitas non sit impedimentum quo minus aliquis sit verus Dominus,tenet Reuerẽdus frater Franciscus à Victoria in relectionibus suis, sub titulo de Indis insulanis, vbi concludit, illos Indos noui Orbis, antequàm Hispani ad illos venissent, fuisse veros Dominos illorum locorum tam publicè quàm priuatim.

Sed alia fuit opinio Hosti.in d.c.quod super,col.3.circa fi.qui cõcludit,ꝙ apud infideles Principes non sit aliqua vera iurisdictio:dicit enim sibi videri, ꝙ in aduentu Christi, omnis honor, & omnis principatus, & omne dominiũ, & iurisdictio de iure, & ex iusta causa,& per illum qui supremam manum habet, nec errare põt, omni infideli subtracta fuerit, & ad fideles translata. & ꝙ iustis de causis hoc euenerit,probatur Eccleſiast.10.Regnũ à gente in gentem transferetur propter iniustitias,& iniurias, & cõtumelias,& diuersos dolos,& hoc factum probatur in c. trãslato.de constitu.in persona Iesu Christi filii Dei viui,qui nõ solùm sacerdos fuit, sed & Rex.Lucæ j.Et Regni eius,&c.Vñ & ipse Dominus Deus noster dixit Matth. 21. Auferetur à vobis regnum,& dabitur genti facienti fructum eius,cuius Regni & Sacerdotii Principatum filius Dei,commisit Petro, & successoribus eius,8.q.j.in scripturis.& in c.pro humani.de homici.in 6.& qui filii sint legiti.c.per venerabilẽ.§. rationibus. vnde dicit Hostien. se constanter asserere, quòd de iure infideles debẽt subijci fidelibus,non ècontra,per no.in c.j.extra de Iudæ vbi idẽ Hostien.dicit esse expressum contra illos,qui dicunt infideles posse habere fideles sub suo dominio,& propterea residet Hostien.in hac sententia,ꝙ apud Principes infideles nulla sit iurisdictio,& eos indignos Regno,& principatu,& omni dominio,& iurisdictione,in idem concurrit Do.Ant.in d.c.quod super,& Oldr.in d.cõsi.72. dicit ꝙ salua veritate videtur ꝙ opinio Host.sit verior. & pro opi.Host.D.Abb.in d.c.quod super,col.2.allegat tex. in c. si de rebus,23.q.7.cum gl.hoc idem tenet Matt.de Afflict.in rub. quæ sint Regalia,col.4.in vsib.feudo.versi. & pro ista opi. & hãc esse magis communem affirmãt.Doct.in d.c.cui est,50. dist. pro quo videtur Bald. in l. cum multa. C. de bonis,quæ libe.& quod idem Bal.voluit in j.constit.C.vbi dicit,ꝙ Constantinus Imperator,post eius baptismum,in resignatione Regalium, quam fecit beato Syluestro, resignauit sibi ensem, ostendens se non legitimè esse vsum gladii potestate,nec legitimè se habuisse Imperiũ, & opin.Hostien.tenet etiam Martinus Lauden.in tract.de Principi.ver.49.incip.Italia aliàs fuit.& dicit ꝙ sententia Hostien. videtur magis catholica,& vtilis fidei Christianæ, cum passio, humilitas,& obedientia Christi ad patrẽ,& immensa charitas eius erga genus humanum,meruerit vniuersale dominium,& potestatem super homines,& Angelos in cęlo & in terra & in inferno,& vniuersale dominium super cęlos,& omnia elementa, & omnes creaturas, tam rationales, q̃ irrationales,vt patet Psal.8. & venti & mare obediuerunt ei, & etiam pisces, cum in præcepto eius Apostoli laxantes rete concluserunt multitudinem piscium copiosam, vt rete rumperetur, cum prius per totã noctẽ laborantes,nihil cepissent, Lucæ 5.& Io.21.Nec videtur posse dici,Christum Dominum vniuersalem, commisisse iurisdictiones &dominia,nisi Vicario suo,& genti facienti fructum eius,non autem infidelibus ipsum non cognoscentibus,& nullus eius hostis debet habere ius dominandi,nec rebelles,& supremam eius Maiestatem offendentes.An autem Principes, qui non habuerunt regna vel dominia ab Imperatore, sed à faucibus infideliũ tenuerũt,subsint Imperatori,vel nõ,vide Reſtau.Castal.in trac. de Imperato.q.54.vbi quod non.

Non ab re quæro modò, † vtrum liceat Christiano appellare ad iudicem infidelem exemplo Pauli, qui ad Cæsarem appellauit,Actuum 25.In quo dicendum est,ꝙ si Christus nõ potest habere iudicem catholicum, sicut est in tetris, in quibus sunt infideles,& præsunt infideles iudiciis:tunc licitè potest appellari ad Iudicem infidelem,loco supra citato, & sic est licita talis appellatio,quando Christianus conuenit infidelem sub iudice infideli,vel quando iudex à quo,fidelis,est sub infideli:aliàs secus,quia tunc non esset licita appellatio per Christianum ad iudicem infidelem, quando scilicet posset fidelis habere iudicem appellationis catholicum,per text.in c. catholicus. 2. q. 6.& j.Cor.6.vbi Apostolus reprehendit fideles, qui ad iudices infideles recurrebant,cum possent habere iudices fideles.& habetur 11.q.j.c.relatum. vbi etiam habetur ꝙ in primitiua Ecclesia Apostoli terminabant causas etiam secularium in Ecclesiis. Et an Papa possit cõstituere episcopatum in terris infideliũ,vide Bal. & Ang. in l. id quod.

Source : BIU Cujas

quod.de leg.j.vide ad præmiſſa,quod tradit Innocen. in c. quod ſuper,col.fi.de voto,quod ſi in Italia populi eſſent,prout ſunt cõ uerſi,& domini remanſiſſent infideles, ꝙ Papa bene poſſet domino in fidei dominium & iuriſdictionem dimittere ſuper fideles,arg.j.Timo.6.

Ex præmiſſis patet, ꝙ Iudæi, cum non poſſint habere iuriſdictiones, nec eas exercere, nunquam regnabunt amplius in hoc
28 mundo temporaliter,ſicut antiquis temporibus faciebant:† cõ uertentur tamen propè mundi finem,& conuerſi regnare poterunt æternaliter in vita beata, de quorum conuerſione ſcriptũ eſt Eſa.10.in veritate reliquiæ conuertẽtur, reliquiæ inquam Iacob ad Deum fortem: ſi enim fuerit populus tuus Iſrael quaſi arena maris,reliquiæ conuertentur ex eo,&c. & Oſeæ 3. Et poſt hæc reuertentur filii Iſrael,& quærent Dominum Deum ſuum, & Dauid Regem ſuum, & fluent ad Dominum, & ad bonum eius in nouiſſimo dierum.Item Eſa.35.Conuertentur, & veniẽt in Syon cum laude,& lætitia ſempiterna,ſuper caput eorum, & Eſa.45.Iſrael ſaluatus eſt in Domino,ſalute æterna,& Dan.7.Zachar.12. Et effundam ſuper domum Dauid ſpiritum gratiæ, & precũ;& aſpicient ad me quem confixerunt;plangent cum plãctu quaſi ſuper vnigenitum;& dolebunt ſuper eum,vt doleri ſolet in morte primogeniti. & Hierem.31.& Deuteron. 4. Nouiſſimo autem tempore reuerteris ad Dominum Deum tuum, & audies vocẽ eius, quia Deus miſericors Dominus tuus eſt,& tũc baptizabuntur,vt prædixit Zacha. 13. In die illa erit fons patens domui Dauid,& habitantibus in Hieruſalem in oblationẽ peccatorum,& tũc erit vnum ouile,& vnus Paſtor; videatur etiam ad hoc Auguſtinus de ciuitate Dei,lib.2.c.29.

De loco autem iudicii vniuerſalis declarat San. Tho. 4. Senten. & quòd erit prope montem Oliueti in valle Ioſaphat, vbi Chriſtus aſcendit ad cœlos,inde etiam deſcendet iudicaturus vivos,& mortuos.

SVMMARIVM.

1 *Doctor non poteſt eſſe qui ſit Iudæus,etiam ſi nollet legere,cum conſequatur poteſtatem legendi per doctoratum.*
2 *Doctores appellantur ab Imperatoribus,nobiliſſimi,amici,& parentes.*
3 *Aduocatus Iudæus eſſe non poteſt,licèt pro ſe ipſo poſtulare poſſit.*
4 *Procurator Chriſtiani in iudicio poteſt eſſe Iudæus contra chriſtianum.*
5 *Notarius eſſe non poteſt Iudæus.*
6 *Notariatus eſt officium,& inductum à Principibus ob publicam vtilitatem.*
7 *Iudæus poteſt exercere officium ſcribę inter Iudæos.*
8 *Medicus Papæ vel Imperatoris eſſe minimè poteſt Iudęus.*
9 *Medicus quis eſſe poteſt,etiam quod non ſit doctoratus.*
10 *Medicus Iudæus cauendus à chriſtianis,aliter peccant mortaliter, niſi tempore peſtis,vel propter eius excellentiam.*
11 *Medici qualiter eligendi, & quot numero per ciuitates ſint conducendi, & quæ in medico requirantur,remiſſiuè.*
12 *Procurator Principis eſſe non poteſt Iudæus,idem de coquo.*
13 *Tutor chriſtiani,an poſſit eſſe Iudæus.*
14 *Iudæus tutor Iudęi eſſe poteſt,& mater Iudæa tutrix filiorum.*

CAP. VII.

1 PRoſequẽdo ordinem circa officia publica,& dignitates, quorũ Iudæi ſunt incapaces,† ſciendum eſt conſequenter Iudæum effici non poſſe Doctorem, cum doctoratus ſit dignitas,vt per Bald.in l.j.col.3.in fin.in prima lectura. verſic. item no.ꝙ doctoratus.ff.de iuſti.& iure. & tex.in c. quanto, extra de magiſt. & quò Doctor eſſe non poſſit Iudæus, tenet Bart.in proę.C.in 3.col.verſi. quæro circa hæc, & in l.omnes,la 3.C.de decurio.lib.10.& in l.1.col.2.C.de dignita.lib.12.& in l.fi.in vltimis verbis.C.de poſtulan.& in d.l omnes.dicit ſe ita reſpondiſſe duobus Iudæis, qui erant ſufficientes ſcholares in medicina,& nullatenus recipiebant doctoratum, quia doctoratus eſt dignitas.& idem Bart.in l.generaliter.§.fi.ff.de decurio.& in l.fi.C.de Iudæ.Abb.in c.cum ſit,extra eo.tit.Pet. de Ancha in clem.2.de magiſtr.Io.de Anan.in rub. de Iudæ.extra,Fely.in c.j. col.2.ver.2.limita.ex.eo.tit.Ang.in §.j.in Auth.iuſiur.quod præſta.ab his.Abb.in d.c.cum ſit,& in c.poſtulaſti.ad fi. C. de proba. quod procedit & ampliatur, etiã ſi talis Iudęus nollet legere,nã eo caſu ſi legeret per annos viginti,efficeretur Comes,quod eſſet magis dubitandum,per tex.in l.vnica.C. de profeſſori. qui in vr.Conſtantino.lib.12.& ita extendit hanc concluſionẽ in Doctores etiam non legente,D.Abb.in c.propoſuiſti,col.fi. ante fi. extra de probat.Quia licèt non legat,conſequitur tñ legendi poteſtatem per doctoratum, & efficitur magiſter ſaltem habitu, vt ibi per eum,& in d.c.quanto,& c.cum ſit.& pro dicta opinio-
2 ne facit tex.in l.2.§.fi.ff.de excuſa.tuto.† vbi per Imperatorẽ, Vlpianus appellatur nobiliſſimus,& in l.diui fratres.ff. de iur. patr. vbi Imperator appellat Doctorem amicum ſuum,ibi in verbo, Domitii amici noſtri,& in l.ex diui.C.loca.vbi Vlpianus ab Imperatore appellatur parens noſter, & ab aliis quantuncunq; maximis,non fratres,ſed Domini debent appellari, l. 2. C. de offic. diuer.iudi.per Lucam de Pen.in l.mulieres.C.de digni.lib.12. de quibus etiam vide per Andr.de Sicu.in conſil.57. incipien. Præclarè ſcribitur apud Iob col.6.in fin.& col.10.in princip. vol. 2. & plura per Imo.in clemen.2.col.2. de magiſt. Quorum titulorum, & dignitatis Iudæus vti incapax non poteſt eſſe particeps, & ſic non poteſt habere inſignia doctoratus: de licentia tamen ſuperioris hoc poſſet,vt per Ioan. Staphi. in tract.de grati. & expecta.in titu.de reſcript.in forma breuium.nume. 41. vbi refert, quendam Iudæum de licentia Papæ doctoratum. Similiter non debet poſſe Iudæus feudum recognoſcere, maxime honorabile aut iuriſdictionale,per prædicta,& tradit Silua.in tract.de feudi recogni.q.101.

3 † Pariter etiam Iudæus non poteſt eſſe aduocatus, vt eſt text. in l.fin. C.de poſtulan.Vbi nullus poteſt eſſe aduocatus,qui non ſit Chriſtianus.& tex.in c.nemo,el primo,de pœnit.diſt.j.& in l. nemo.la 2.C.de epiſc.audi. & non catholicis non patent portæ dignitatum, & officium aduocationis eſt dignitas. l. laudabilis. C.de aduo.diuer.iudic.& infames repelluntur à poſtulando,ſed Iudæi ſunt infames infamia canonica, vt dicit gloſſ. in d.l. nemo.concludit tamen, quòd pro ſe Iudæus non prohibetur poſtulare,ſicut quilibet alius, ſecus pro aliis, cum non poſſit gerere officium iſtud,nec detur eis facultas lædendi Chriſtianos. 17. q.4.c.conſtituit.

4 † Procurator autem Chriſtiani poteſt eſſe Iudæus *in iudicio* contra Chriſtianũ,vt tradit Bal.in l. ſpadonem. §. iam autem. ff. de excuſa.tuto.eſt enim onus,& officium viliſſimum,vt dicit gl. in §.fi.Inſti.de excepti.& Bar.per tex.in l. ſi quis decurionẽ. C. de decurio.lib. 10.qui dicit ꝙ nullo modo aduocati volunt eſſe ꝓcuratores,& per Alex.conſi.99.viſa inquiſitione,col.fi.in fi.vol. 6.intellige de procuratore priuati,ſecus ſi Principis,quia talis dicitur habere dignitatem.l.nemo præfectus.C.de dignita.lib. 12. & not.in d §.fi.Inſti.de Except.

5 Idem eſt dicendum circa officium tabellionatus,† vt nõ poſſit Iudæus eſſe notarius,ſiue tabellio,iuribus quibus ſupra, & tradit Ang.in Authen.iuſiur.quod præſta.ab his.& Iaſ.in rub. ff. de iuſti & iu.col.j.ver ſimiliter Iudæus.& eſt ratio, quia licèt notarij non dicantur habere dignitatem,dicuntur tamen habere officium,vt eſt tex.in c.vt officium.§.ad conſcribendas. ibi, tabellionatus officium,de hæret.in 6.& tex.in l.vniuerſos.C.de decuri.lib. 10. Immò dici poſſet, ꝙ tabellionatus officium ſit honor & dignitas, iuxta illud Eccleſiaſti. 10. in manu Dei poteſtas hominis,& ſuper faciem ſcribæ imponet honorem ſuum † eſt eñ
6 tale officium inductum à Principibus propter publicam vtilitatem,& ab eis inuentus & approbatus fuit,vt per Oldra. conſi.75. incip.Quis poſſit creare.ſed nomen Principis rem decorat, Inſtitu.ad Tertullia.§.ſed nos·Item tabelliones habent iuriſdictionem voluntariam,ideo dicuntur iudices cartularii, gloſ.in l.j.in verbo,pro tribunali.circa fi.ff.de iudic.& per glo.& no.in l. fi. C. vbi & apud quem,& per Innoc.in c. cum à nobis, extra de teſti. & gl.in l.rem nõ nouam.C.de iudi.Ideo Lucas de Pen.in d l.vniuerſos.tradit non eſſe verum id,quod ibi gloſ.dicebat, officium tabellionatus eſſe vile, quod cõprobat pluribus mediis, licèt dictum glo.ſecutus ſit Oldra.d.conſi.75.circa fi.ſed quicquid ſit,ſatis eſt,quòd quò ad quæſtionem de qua ſupra,omnes in hoc cõcordant,quòd notariatus ſit officium publicum,vt ſunt iura expreſſa, cuius rei Iudæus particeps eſſe non poteſt, quicquid in contrarium tenuerit Ioan.de Ana.in rub.extra de Iudę.in 3.colum. cum præmiſſa ex toto elidant eius fundamenta: & tanto minus poteſt eſſe notarius Principis,qui dicitur habere dignitatem,l.j.C.de manda.princi.& per Bart.in l.j.C.de digni.lib.12. & in l.eadẽ §.j.ff.ad leg.Iul.repetun.& per Bal.in c. j.de feudo guardiæ.in vſib.feudo.

Et ꝙ concluſum eſt,Iudæum eſſe nõ poſſe ſcribam vel tabellionem,videtur poſſe limitari vt procedat inter Chriſtianos, ſe-
7 cus inter Iudæos, † inter quos tãquam ſcriba poſſet tale officiũ exercere,per ea quæ tradit Calderin.in conſi.2.ſub titu. de conſuetu. & conſil. 10. ſub titu. de conſtitu.vbi facit mentionem de conſuetudine Iudæorum, per quam validantur teſtamenta eorum rogata ab habentibus peritiam legis Moſaicæ, & per ea quæ dixi ſupra, cap. 6. nume. 22. & quod Iudæus poſſit eſſe tabellio inter Iudæos, concludit Iaſ.in rubri.de oper.nou.nuncia. colum. 1. in fin. ſed an teſtamentum Iudæi poſſit ſcribi per notarium Chriſtianum. Bald. in l. iudices, in fin. C. de ſentent. dicit quòd non, niſi ille Iudæus ſciat linguam illius idiomatis, vbi teſtamentum conficitur, & illa lingua vtatur in teſtamento conficiendo.

8 Conſequenter etiam † Iudæus non poteſt eſſe medicus Papę,vel Imperatoris, quia tales Medici dicuntur habere dignitatem, vt tradit Bartol.in l.j.C.de comiti. & Archidiac. lib. 12. ſecus in medicis inferioribus,vt per Ioan.de Anan. in rubri. extra de Iudæ.colum.2.verſic.nunquid autem Iudæus. nam ad hoc vt
9 quis dicatur medicus, † non requiritur quòd ſit doctoratus vel approbatus,vt per Bald.in l. ſciendum. verſic. dictum, in fi. ff.de ædili.edic.& probatur in l. j. §. ne autem. C. de commu. ſer. manumiſ. vbi habetur, quòd ſerui poſſunt eſſe medici, quod eſſe

non

Source : BIU Cujas

non posset,si in medico requireretur doctoratus, nam & serui à dignitatibus repelluntur.l.1.l.fina.C.qui mili. non poss. libro 12.& sic serui non possent esse medici, vt dicit text. in dicto §. ne autem,si admitteretur esse medicus, necesse foret ipsum esse Doctorem.

10 †Et cauendum est Principibus Christianis, qui committunt se suosque curandos per medicos iudæos, & etiam quibuscunque Christi fidelibus,cum hoc sit à iure prohibitum.ca. nullus. 28.quæst.1.vbi dicitur,quòd nullus eorum, qui sacro sunt ordine,aut laicus,aliquem iudæorum in infirmitatib. suis vocet,aut medicinam ab eis percipiat,& si laicus est,excommunicetur,& ideo recipere medicinam à iudæo,est peccatum mortale,quod tamen limitat Fely.in c.1.colum.2.extra de iudę.nisi aliud suaderet qualitas temporis,vt puta pestis, in quo deficerem medici.item nisi vocaretur ad curam,in qua medici Christiani defecissent,eadem ratione maxime, si iudæus in ea arte excelleret, quia propter eminentem scientiam relaxatur legis dispositio, & contra Christianos ab Hebræis medicinas accipientes exclamat Francis.Ripa.in tracta de peste,in tit.de remedijs ad curandam pestem,nume.56.& Guil.in repe.c.Raynutius. in j. part. in verbo,adiectæ impuberi, nu. mihi 30. dicens de Carolo Caluo Francorum Rege decepto hoc colore, qui epota potione propinata per iudæum medicum pro excellenti habitum,& sibi familiarem,paulo post interijt,& quis dicatur habere doctrinam eminentem,& quis sufficientem,vel mediocrem, vide Inn.in c.cum in cunctis,de electio.

11 †Qualiter autem medici sint eligendi,vide tex.in l.i. ff.de decre.ab ordi.facien.Et quot medici de publico debeant conduci in ciuitatibus,vide tex.in l.si duas.§.est autem.de excusat.tut. Item quæ requirantur in medico,& quando ex sui imperitia teneatur,& ad quæ obseruanda sit obligatus,vide cano. in c.tuas, extra de homic.

Sed quid ècontra,an Christiani possint iudæis dare medicinam?& dicendum est ꝙ sic,vendendo,& fortè nisi causa pietatis,& humanitatis,arg.c.quoniam multos,11.q.3.& c. pasce fame morientem.lxxxvi.distinct.

12 Et idem quod de medico principis, †dicendum de procuratore Principis, vt iudæus non possit esse procurator Principis, cum etiam talis dicatur habere dignitatem, vt per Roma. sing. 814.incipien.tu habes.quòd officium,vbi innuit generaliter, ꝙ omne officium quantuncunque vtile,dicitur dignitas,quando fit Principe mandante,per text. singul. in l.nemo præfectus.C. de dignita.lib.xii.& per Lucam de Pen.in l.vniuersos.colum.2. C.de decurio.libr.11.Ex quo idem dici potest de coquo Principis,vt voluit idem Romanus,sing.655.incip.Nunquid esse coquus sit ars,& vult quòd etiam coquus Principis dicatur habere dignitatem.

13 Circa tutelam autem,quæ est onus,& priuatum, † quæritur an iudæus possit ipsam exercere,& esse tutor Christiani?in quo articulo sunt variæ Docto. sententiæ, quia plures tenuerunt,ꝙ sic,inter quos ita tenet Fulgo.in rubr.ff.de iust. & iu. & Martin. Lauden.& Ludo.Roma.in l.3.§.iurari.in vlt.col.ff.de iureiur.& in l.pactum.C.de collatio.& Do.Ias.in d.rubrica, de iust.& iur. dicit quòd ista opi.in puncto iuris est sustentabilis,& pro ea adducit tex.in l.spadonem.§.iam autem.ff.de excusa.tuto.cum gl. ibi,in verbo,iudæorum,& tex.in l.generaliter.§.fi. ff. de decur. Sed contraria opinio videtur verior,& magis æqua vti concernens animæ salubriorem partem,per not.in authen. sacramenta puberum.C.si aduer.vend.pro qua Seisellus in d.rub. colum. pe.adducit bonam rationem:nam si metu amissionis, & detrimenti bonorum, tutor repellitur à tutela, vt in auct. minoris debitor.C.qui dari tuto.poss.& in Authen.vt hi qui obliga.multo magis vbi vertitur periculum animæ,quæ cunctis rebus præponi debet.l.sancimus.C.de sacrosanct.eccles.distinguendo tamen vt ibi per eum,& hanc partem tenet Bar.& alij Doct. plures, quos refert Ias.vbi supra,col.fin.maximè autem, quia leges in contrarium allegatæ sunt correctæ per l.fina. C. de iudæ.idē tenet consulendo Socin. consil.70.colum.fina.in fin. volum. primo. conuersus autem ad fidem non prohibetur esse tutor Christiani,per ea quæ dicentur infra,part.3.prin.capitul.5.num. 7.& sequen.

14 †An autem iudæus possit esse tutor iudæi, & mater iudæa tutrix filiorum suorum? & dic, quòd sic non obstante, quòd teneantur iurare secundum formam l.fina.C.de admi. tuto.quia iurabunt secundum morem suum. capitul.mouet te. 22.quæst. 1.Specul.in titul.de iuram.calum.§.restat.versicul. sed pone iudæus,Andr.Sicul.consi.15.colum.2.& 14.& sequen.volum.primo,vbi plura ad hanc quæst.adducit per tres columnas,concludens matrem iudæam posse exercere officium tutelæ pro eius filijs iudęis.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi non ligantur legibus canonicis in spiritualibus.*
2 *Iudæi Censuris ecclesiasticis non afficiuntur.*
3 *Matrimonium licitè contrahunt iudæi in gradibus humanæ lege prohibitis.*
4 *Repudij libellus iudæis permissus.*
5 *Dispositio c.q.siquis suadente.xvij.q.4.non ligat iudæos.idem denunciatio Euangelica non habet locū in infidelibus,et in eis,qui non sunt Christiani.*
6 *Iura canonica obligantia ad iuramentum timore periurij,non habent locum in iudęis.*
7 *Pactum de non succedendo,non validatur iuramento iudæi.*
8 *Iuramentum iudæi non validat donationem inter virum,& vxorem.*
9 *Contractus iudæorum iuramento minimè validari.*
10 *Iudęus transgressor iuramenti secundum eorum morem punitur per ecclesiam.*
11 *Iuramentum iudæi super contractu cum Christiano,seruandum est.*
12 *Iuramentum iudæi per Christum obligat illum ad eius obseruantiam.*
13 *Iuramentum Christiani per Deos alienos, an obliget illum; & an iurando peccet.*
14 *Iuramentum per creaturam,vt per caput & similia,an sit seruandum.*
15 *Iuramentorum differentia, scilicet inter iuramentum quod defertur à parte parti,& iuramentum confirmatorium contractus,& iuramētum testis, & vbi de forma requiritur.*
16 *Iuramentorum Gentilium diuersæ formulæ.*
17 *Iuramentorum Regum,& Imperatoris erga Papam, & de diuersorum iuramentorum formis.*

CAPIT. VIII.

1 VIdimus supra,qualiter iudæi subijciantur iuri cōmuni,& statutis locorum, cū limitationibus, & quid de officijs publicis,& dignitatibus:modò verò succesiuè quærendum est, de legibus canonicis, † an iudæi,& infideles ligentur constitutionibus iuris canonici?In quo dicendum est,quòd iudæi,& alij infideles in spiritualibus,& sacramentalibus,non subijciantur canonibus,vt not.per glo. & omnes scribentes in c.1.extra,de constit.& cap.gaudemus. cap.fi. cum gl. de diuor.& cap.de infidelibus,de consangui.& affi.capit.fi.qui fil.sint legit.per glo.in clem.1.de testi.in verbo,principium, Io. Andr in cap.quod super his,de voto,Gem.in cap.multi.colum. 2.circa fi.22.quæst.1.Fely.in cap.iudæi.el secondo,colum.8.ver sicul.& hæc procedunt,nume.23.de foro compet Roma.consil.155.Premissum laudum.in fin.quia de his quæ foris sunt,nihil ad nos,vt per Apost.1.Corinth.5.commissa est enim Papæ principaliter cura populi Christiani.cle.pastoralis. in princ.ibi, nobis diuinitus super cunctas populi Christiani nationes, & in gl.in verbo,Christiani,de re iudi.

2 Et ideo † pœnis spiritualibus, & censuris ecclesiasticis non afficiuntur,licèt per quandam viam indirectam possint etiam ipsi excommunicari,vt in capitul.& si iudæos.in fin.& capitul. sequent.& ibi in gloss.fina.& in capitul.cum sit,vbi gloss. fin.& in cap.ad liberandam,extra de iudæ.& in capitul.post miserabilem,de vsur.

3 †Vnde iudæi licitè contrahunt matrimonium in gradibus prohibitis humana lege tantùm,vt not.in dict.cap. de infidelibus,vbi Abb.in j.not.quia lex canonica in prohibitione matrimonij,non extenditur ad infideles,& matrimonium inter eos contractum tenet etiam postquàm sunt conuersi ad fidem,dū modò non sit contractum cōtra legem diuinam,quia tunc matrimonium esset nullum,dicto cap.gaudemus, cum ibi not.lex enim diuina omnes infideles comprehendit,vt in prædictis iuribus. Quomodo autem intelligatur hoc,quòd teneat matrimonium post conuersionem ad fidem, dicam infra, parte tertia,capitul.7.

4 †Item permittitur iudæis dare libellum repudij, & vxorem dimittere,de quo Deutero.24.& 31.q.1.hac ratione,& 5 quęst. 1.non satis.Matth.19.Mar.10.legitima tamen causa subsistente, & interueniente præsentia sacerdotis, ad cognoscendū superinde,Qui Sacerdos olim interueniebat, ne quis quandocūque vellet,daret libellum repudij,cum illa certis tantummodo casibus licerent,vt tradit Bal.consi.428.inquisitio dicta,col.2.vers. & quod de iure.vol.5.& per Alex.consil.61. ponderatis verbis. col.2.ver.nam etiam iudæi.in fi.vol.2.Soc.consi.66. frustra plenitudine.col.pen.versic.secundus effectus,vol.1.licet hodie careant sacerdotio,vt dictum est.

5 †Item dispositio c.si quis suadente,17.q.4.non ligat iudæos, secundum Archid.ibi,in 3.col.

Item denunciari non potest infidelibus,cum inter alia requisita de forma in denunciatione Euangelica, oporteat quòd ille qui denunciat sit Christianus,vt no.per omnes in cap.nouit, extra de iudi.quicquid Abb.ibi in contrarium tenuerit, quem reprobant Docto.communiter, cum illa denunciatio fiat ad finem,quòd quis corrigatur pro salute animæ.quæ ratio non militat in infidelibus, quorum animæ sunt deperditæ. item in casu, quo contemnitur denunciatio, resultat simplex pœna, vt contemnens habeatur sicut Ethnicus.sed absque hoc,tales iam sunt Ethnici,& Gentiles, ergo in eis est denunciatio superflua,

Source : BIU Cujas

& ſic materia non eſt æquè proportionabilis iudęo, ſicut Chriſtiano, ideo non competit iudęis. glo. in clemen. j. in verbo, cenſuram. de vſuris. Et per plura And. Sicul. in d. ca. nouit, reprobat opinionem D. Abb. qui nihilominus non firmat pedes, ſed dicit, credere ſe poſſe attentari, vt etiam infidelis denuncietur. & licèt Felyn. ibi videatur ſentire contrarium, tamen ad eius fundamenta poſſet dari reſponſio per ea, quæ dixi ſupra in principio huius capitis.

6 † Item iura canonica obligantia ad iuramentum, timore periurij non habent locum in iudæis, nec arctant eos, de quorum periurio canones non curant. iuramentum eſt enim quid ſpirituale, & ſecundum ius canonicum ſeruari debet omne iuramentum, quod poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, cap. cum contingat, extra de iureiurand. cap. licèt mulieres, eod. titul. in 6. & ratio, de qua ſupra, de euitando diſpendio ſalutis æternæ, non habet locum in iam deperditis. capit. ita quorundam. extra de iudæ.

7 † Ea propter pactum de non ſuccedendo, quod aliàs validatur iuramento, d. c. quamuis, non validatur iuramento iudęi, vt tradit Corn. in l. pactum. col. 2. verſic. ſextò limita in iuramento iudęorum. C. de collat. idem Corn. conſi. 37. in hac conſultatione, col. 2. ver. & licèt iuramentum, num. 6. vol. 4. & Guilel. in repet. c. Raynutius, in verbo, duas habens filias, num. mihi 289. vbi dicit, hanc eſſe commu. opin.

Et quòd iuramentum iudæorum non validet actum, tradit Bal. in c. item ſacramenta, col. 3. verſi. quæro. de pac. iur. firm. vide etiam per Soci conſi. 65. colum. penul. verſi. poſtremò quòd

8 iuramentum, volum. j. vbi concludit, † iuramentum iudei non validare donationem inter virum, & vxorem, ad idem Roma. conſi. 155. circa fi. Vbi dicit, quòd non tenetur iudęus ad obſeruantiam compromiſſi iurati, quicquid in contrarium dixiſſe videatur in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquiren. hæred. & vide Iaſ. in l. 3. §. iuraui. col. 4. ff. de iureiuran.

9 † Et quòd contractus iudæorum non firmentur iuramento; allegatur communiter ita tenere Bald. in d. cap. 1. §. item ſacramenta. colum. 3. verſi. nunquid iſta, in titu. de pace iuramen. firman. & idem tenet Deci. in cap. 1. colum. 4. verſi. infertur, extra de conſtitu. licèt contrarium idem tenet Deci. in d. l. pactum, colum. 4. verſicu. nonò limita. C. de collatio. dicens ita etiam tenere Imol. in conſil. 1. verſicu. item non videtur, & Andr. Sicul. in conſi. 15. colum. 2. volum. 1. & Stepha. Bertran. conſi. 233. volum. 1. Corne. conſi. 45. vol. 1. & Franc. Curt. in repet. auct. ſacramenta puberum, colum. 13. verſi. 8. limitatur. C. ſi aduerſ. vendi. & ideo Soci. nepos conſil. 125. non eſt dubium. volu. 3. concludit quòd cum iuramentum generaliter loquens (& proinde etiam ſi ab Hebręis præſtetur) ſit de iure diuino, illud omnino ſeruare debent, & quod ideo iudæus periurus repellitur ab agēdo, per plura allegata ibi per eum: ſed à communi, de qua ſupra, non puto recedendum.

Non omittam, ꝙ Pau. de Caſt. conſi. 90. viſa quidem ſcriptura, vol. 2. videtur diſtinguere, vt infra videlicet, ꝙ eo caſu quo ꝑ ius ciuile, vel ſtatutum contractus reprobatur, & tunc iuramentum præſtitum à iudęo per alterum iudęum, non validat contractum, & quo ad ipſos iudęos per ius canonicum non intelligitur eſſe receſſum à lege ciuili.

Si verò interponeretur iuramentum ſuper cōtractu, vel actu quem ius ciuile approbat, vel non reprobat, & tunc iuramentum etiam inter ipſos validat contractum, & ita reſidet ipſe, & hoc ſequitur Ruyn. conſi. 159. colum. vlti. & penulti. volum. 5. qui dicit hoc eſſe de mente Bald. in d. §. item ſacramenta, dum dicit, vel dic contra, quia eos arctat Imperator. & dicit idem tenere Socin. ex mente Bald. in conſil. 66. fruſtra plenitudini. co-

10 lum. penulti. & fin. volum. 1. vbi etiam Soci. concludit, † iudęum tranſgredientem tale iuramentum ſecundum morem Hebręorum per legem Moyſi incidere in peccatum, ratione cuius poteſt puniri per eccleſiam, non quidem ea ratione vt emēdetur, & ſaluetur eius anima, quia de hoc eccleſia non debet eſſe ſollicita, niſi quando vellet conuerti ad fidem, ſed puniretur talis tranſgreſſor, ne delictum eius remaneret impunitum, conſiderando quòd ex vinculo iuramenti duo cauſantur effectus: Primus vt tranſgreſſor incurrat periurium, de quo puniri poſſit. Secundus, quòd confirmat actum à lege poſitiua prohibitum, dummodò ſeruari poſſit ſine diſpendio ſalutis æternę, vt per Anto. de But. & Imol. in d. cap. cum contingat. & quòd primus effectus admittatur etiam in iudæo tranſgrediente, vt ſupra, tradit Innocen. in cap. quod ſuper. de voto. dicens quòd Romanus Pontifex poteſt punire iudęos non ſeruantes eorum iuramenta, & circa hanc quęſtio. vide Rober. Maran. in ſuo Specu. in 3. par. colum. mihi 17. qui poſt multa tranſit cum opin. Paul. de Caſt. in d. conſi. 90.

11 Et prædicta † circa iuramenta iudęorum, quòd non confirment contractus inualidos, locum habent circa contractus initos inter ipſos iudęos: nam ſi iudęus iuraret ſuper cōtractu inito cum Chriſtiano, cogeretur ei ſtare, ſecundum Paul. de Caſt. in d. conſil. 90. non ex eo quòd Deum offendit non ſeruando iuramentum, ſed quia hominem Chriſtianum offenderet, argumen. not per glo. in cap. per miſerabilem, de vſur. & ita concludit Ruy. d. conſi. 159. colum. penul. in princip. & vtrum iudęi ligentur conſtitutionibus ciuilibus & canonicis diſponentibus circa obſeruantiam iuramenti, vide Ioan. de Ana. latiſſimè, in c. fi. extra de iudæ.

12 † Quid autem ſi iudęus iuraret tibi Chriſtiano per CHRISTVM an cogeretur ad obſeruantiam talis iuramēti? In quo Barto. in 1. conſtitu. digeſtorum. colum. 2. verſi. ſed quæro, dicit, quòd quamuis iudęus non poſſit iurare per CHRISTVM, vt per Barto. in l. iuſiurandum. §. iurari. ff. de iureiuran. & Bald. in l. non erit. §. diuus. ff. eod titu. cogeretur tamen iudęus ſtare tali iuramento. allegat Innocen. in cap. & ſi Chriſtus de iureiurand. de quo etiam Ioan. de Ana. in d. cap. fi. colum. 3. verſic. de prędictis. extra de iudę. vbi etiam, an licitum ſit Chriſtiano recipere iuramentum ab infidelibus per Deos ſuos. not. tamen quòd ſi Chriſtiani iurarent per Deos alienos, vt puta per Maumetum: & quid de iuramento per Deos Gentilium, vt per Apollinem, & Dianam, vt de Laban, qui iurauit per Deum Socoth idolum; de Machabeis, qui in componēda pace cum Romanis, vſi ſunt eorum iuramento, vt habetur in cap. mouet te. 22. quæſt. j. quia

13 adducitur veritas in teſtimonium ſuę affectionis, † in hoc obligatur Deo, & immò tenetur ſeruare tale iuramentum, vt per Innocen. & Hoſtien. in d. c. & ſi Chriſtus. & ibi etiam per Imol. colum. fin. verſi. vnde dicit Innoc. & quòd eſt de mente glo. ibi, in verbo, ſeruandum, quæ dicit qualitercunque iuratur, ſeruandum eſt iuramentum, licet Barto. in d. § iurari. contrarium teneat, cum ea religio ſit apud nos publicè improbata, & etiam Bald. in d. §. diuus, expreſsè dicit, quòd ita iurando non dicitur eſſe iuratum, & tale iuramentum, non eſſe religionis vinculum, attamen minus malum eſt per Deos falſos iurare veraciter, quàm per Deum verum fallaciter, eod. cap. mouet te. § veruntamen. 22. q. 1. & habetur Exo. 23. de iuramento per nomina externorum Deorum.

Qualiter autem, & ſub qua forma iudęus debet iurare, poſui ſupra, hac parte, c. 5. nu. 10. & pleniſſimè tradit Io. de Ana. in d. c. fi. extra de iudę. verſi. ex quo videtur, nu 9.

In Sarraceno autem valet iuramentum per Deum ſuum, vt per Saly. & alios in dicto §. iurari. de quo etiam per Ioā. de Ana. in dicto cap. fi.

Sed quęritur, an Chriſtianus recipiens talia iuramenta ab infidelibus peccet? & dic quòd non, d. c. mouet te. exemplo Iacob, qui accepit iuramentum à Laban, qui iurauit per falſos Deos, Geneſ. 31. vt dictum eſt: & Iuda, qui petijt iuramentum à Romanis requirendo ab eis fœdus, & tamen ſciebat quòd iurarēt per falſos Deos, qui tamen non reprehenduntur in ſcriptura, cum haberetur reſpectus non ad idoli venerationem, ſed ad exterioris verbi confirmationem, ita tenet Inno. & Hoſt. & Abb. in d. c. & ſi Chriſtus.

14 † Et an ſit licitum iuramentum, ſi deferatur per creaturam, puta per caput proprium, vel per verba, crede mihi, vt faciunt monachi; vel ſi dixerim, Deus ſit mihi teſtis, vel per fidem meā, aut in verbo veritatis, & ſi Deus me adiuuet, & ita eſt in periculo animę meę, & ſimil. vide Bal. in rub. ff. de iureiuran. & in c. in literis, in vltima col. extra de præſumptio. & Ioā. Andr. & Gem. in c. 1. in princi. in 2. col. de ſepul. in 6. glo. in c. pe. de iureiurand. & in cap. fi in glo. fi. de fideiuſſo. Innoc. in d. c. & ſi Chriſtus. Ange. Ludo. & Alexand. in d. §. iurari. & Aſcanius apud Virgilium per caput iurauit.

Per caput hoc iuro, per quod pater ante ſolebat.

Quòd ſi quis iuraret per Dęmones, an teneretur ad obſeruātiam iuramenti, vide tex. in c. quamuis, & c. mouet te. 22. q. j. Alberi. in d. §. iurari. & Imo. vbi ſupra.

15 Intellige tamen, & limita prędicta, † vt iuramenta valeāt ſecundum modos proximè allegatos, quando iuramētum defertur à parte parti, quia ſatis eſt implere formam iuramenti delati, vt in §. iurari. ſecus autem in iuramento minoris, quod interponitur ad confirmandum contractum, vt in aucten. ſacramēta puberum. C. ſi aduer. vendi. & in iuramento minoris, iuxta d. c. cum contingat, ſecundum Bald. in auct. ſacramenta, in 2. colū. quęſt. j. nam tunc dicit quòd neceſſe eſſet iurare per Deum, vel ſuper Euangelijs, & idem Bal. in d. c. & ſi Chriſtus. colum. penul. poſt Innoc. vbi dicit, quòd ſimiliter tales ſpecies iuramenti nō ſufficerent in teſte, vel vbi iuramentum requiritur pro ſolennitate, ut in iuramento calumnię, uel ubi requireretur pro ualiditate contractus.

16 Et quia uolumen iſtud rubricatur ēt de Gentilibus, † ſciendum eſt ꝙ apud eos, iuramentum fuit in maxima uenerationę, & obſeruantia, adeo quod iuriſiurandi monumentum Romę poſitum fuerit in templo Iouis Piſtij, quē Romani ſanctum uocabant, apud quem Tarquinius Rex Romanorū poſt deuictos Gabios, iuramētum pręſtitit, ut author eſt Dionyſius Alicarnaſeus, lib. 4. Itē erant formę quędam in ſanciendis fœderibus, ut Feſtus docet: dicebantur enim & hęc uerba, ſi ſciens fallam, me Deus Iupiter ſalua urbe, arceq; bonis eijciat, ut ego hunc lapi-

dem

Source : BIU Cujas

dem,de quibus in Prouerbijs, in eo ſcilicet, Iouem lapidem iurare,de quibus etiam vide per Cęli.Rodigi.lib.21.lectionum antiquarum,cap.15.Scribit etiam Polibius formam quandam iusiurandi, in 3.hiſtori. quod ediles in tabulis ęneis ſcriptum poſuerunt in templo Iouis Capitolini,hoc modo, ſi rectè ac ſine dolo malo hoc fœdus, atque hoc iuſiurandum facio, Dei mihi cuncta felicia præſtent:ſin aliter aut ago,aut cogito cæteris omnibus ſaluis,in proprijs patrijs legibus,in proprijs laribus, in proprijs templis, in proprijs ſepulchris ſolus ego peream, vt hic lapis è manibus meis decidet, è manu lapidem deijciendo. & ſacramentum militiæ antiquæ apud Romanos hoc erat, quia iurabant ſe fugæ atque formidinis cauſa non abituros, neque ex eo ordine receſſuros, niſi teli petendi, hoſtisve faciendi cauſa, aut ciuis ſeruandi. Modum autem iurandi Carthaginenſibus is fuit,agnum leua manu,dextra ſilicem lapidem detinentes,ſi fallerent,Iouem,cæterosque precati Deos,ita eos mactarent, quēadmodum ipſe agnum mactaſſet,& poſt precationem caput pecudis è ſaxo elidebant. Apud Græcos autem talis formula iuſiurandi fuit in fœderibus ſanciendis, vt ferrum candens tenerent, & vt fœdus tamdiu duraret, quamdiu ferrum illud latuiſſet,ſtatimque in mare illud precipitabant,& Xenophon in Aeconomico ita Cyrum iurare ſolitum tradit,ſcilicet per Mitram, quam ipſi Perſæ habebant omnium Deorum maximum. Socrates autem iurare ſolebat per anſerem, & canem, & Zeno per Capparin.

Erat etiam iuramentum Deorum per ſtygiam paludem. vnde Virg.

Stygiamque paludem.

Dij cuius iurare timent,& fallere numen.

Et Ouid.

Per flumina iuro.

Infera ſub terras, ſtygia labentia luco.

Et pœna ſtatuta erat,ſi quis fefelliſſet eius numen,vno anno, & nouem diebus ab ambroſia,& nectare prohibebatur.

Item per Principis genium iurare fuit apud veteres maximum iuramentum, item apud Virgilium ita iurauit Aeneas Didoni.

Per ſydera iuro.

Per ſuperos, & ſi qua fides tellure ſub ima eſt.

In ea iuſiurandi incertitudine,& vanitate verſabantur Gentiles non habentes cognitionem veri Dei, prout nos Chriſtiani mediante Chriſto Ieſu Dei filio: ideo omittendo ea, quæ ſunt, & fuerunt gentium deperditarum,& ad noſtra redeundo,habetur de iuramento quod Abraham voluit præſtare Abimelech, qui conſtituit ſeptem agnos ineundo fœdera cum eo,Gene.21. Et de iuramento Dei, Geneſ.22.vt per memetipſum iurauí, dicit Dominus, & Pſal.109. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum. de quo etiam in cap.& ſi Chriſtus,de iureiurand.& Hieremi. 44. Ecce ego iurauí in nomine meo magno, dicit Dominus. & illud Dauid, ſi oblitus fuero tui Hieruſalem, obliuioni datur dextera mea. & Amos 4. iurauit Dominus Deus in ſancto ſuo. & Lucæ. 1. iuſiurandum quod iurauit ad Abraham. & Apoca. capit. 10. Angelus bonus iurauit per viuentem in ſecula,& de alia forma iuramenti in veteri lege, 4.Reg.4. viuit Dominus & viuit anima mea. & 22. quæſtio. 1. capit. & iurabunt. & an ſit præſtandum iuramentum vel non,& an iuratio ſit peccatum,vide in cap.1.non eſt ea cauſa,& quæſtio.& per to.cum ſequen & an iuramenta illicita ſint ſeruanda, vide 21.quæſtio. 4.per tot.quæſtio.& de periurio,ea.ca.quæſtio.5.per to.& in pri-
17 mitiua eccleſia iurabant,teſtis eſt mihi Deus, Roma.1.& 9.† Et de forma iuramenti Regis erga Papam, vide in cap. tibi Domino.63.diſtinct.& de iuramento Imperatoris in coronatione,in clement. j. de iureiurand.& de alijs pluribus formis iuramentorum, vt vaſallorum, & reuertentium ab hæreſi, clericorum contra quos inquiritur, & clerici ſe purgantis ab hæreſi, teſtis, & iudæi, & ingredientis nouum magiſtratum, tutoris, nuncij publici, & ſimil.vide in cap.dilecti.vbi Do.Abb.& Felyn. extra de maiori.& obedien.

SVMMARIVM.

1 *Ius canonicum ligat iudæos, & alios infideles peccantes contra legem naturæ.*

2 *Eccleſia punit iudęos, ſi contra legem veteris teſtamenti faciant in moralibus.*

3 *Eccleſiaſticus caſtigat iudæos, vel infideles delinquentes in opprobrium fidei Chriſtianæ.*

4 *Crimen eccleſiaſticum committens iudæus punitur per eccleſiam,& quid de crimine non eccleſiaſtico,& mixto.*

5 *Eccleſiaſticus punit infideles eccleſiaſticis,vel mixtis ſi vult;& quid præſumatur in dubio,an velit vel non.*

6 *Crimina eccleſiaſtica quę ſint,& quæ ſecularia,& quæ mixta.*

7 *Sodomia,an ſit crimen eccleſiaſticum,vel mixti fori.*

8 *Inceſtus,& adulterium,an crimina ſint eccleſiaſtica,vel cuius naturæ, remiſſiue.*

CAPIT. IX.

ILlud quòd ſupra in præcedenti capitulo dictum eſt de iudæis, vt non ſubijciantur canonibus, fallit vltra præmiſſa in alijs pluribus caſibus, vbi eccleſia de ipſis iudicat, & inter alios ſe offert is,
1 † quando ſcilicet iudæus, vel alius infidelis peccat contra legem naturæ, nam tunc licitè poteſt per eccleſiam puniri,& Papa,qui eſt Vicarius generalis Ieſu Chriſti, de tranſlat.epiſcop.capit.1.& 2.poteſtatem habet ſuper eos: cum enim Chriſtus plenariam receperit poteſtatem à patre, prout dixi ſupra, capit.6.nume.26.eam Vicario ſuo in terra dimiſit,& Petro,& ſucceſſoribus eius claues regni cœlorum dedit,& iuſſit vt paſceret oues ſuas, ſcilicet tam fideles, quàm infideles per creationem, licèt non ſint de ſacro ouili. ſi ergo peccant contra legem naturæ, per Papam puniri poſſunt, vt patet in Sodomitis qui peccantes contra legem naturæ,à Deo puniti fuerunt: & cum Dei iudicia nobis ſint exemplaria, non occurrit ratio, quare Papa,qui eſt Chriſti Vicarius, hoc non poſſit & debeat, ſi detur facultas, vt per Docto.maximè Petrum de Anchara.& Hoſtien.in capit.quod ſuper his.colum.3.de voto, & ibi Ioan.Andr. & Innocen. & per Abb. in capit.nouit.colum.2.extra de iudic.& Henric. Boich.in capit.gaudemus.in princip. de diuort. vbi etiam Ancha. quando ſcilicet peccant contra legem naturæ, & ſi colant idola, & in alijs caſibus ibi adnotatis,& poteſt etiam Papa mandare infidelibus, vt admittant prædicatores in terris ſuis, quia omnis creatura rationabilis facta eſt ad Deum laudandum, ſecundum Innocen.in dicto capit.quod ſuper.& per Cardina. Zabarel.colum.4. verſic.quintò quæro.

2 Pariter etiam ſecundum prædictos Docto. † Papa punit iudæos, ſi contra legem veteris teſtamenti faciat in moralibus, vnde iudæus poteſt puniri per eccleſiam tranſgrediens iuramentum præſtitum ſecundum legem Moyſi, vt dictum eſt ſupra, capit.5. nume. 17. & ſi contra legem ſuam, hæreſes obſeruent,& interueniant,& tradit Felyn.in capit.1.colum. 13. verſ. & primò tres,de conſtitu.& Abb.in cap.poſt miſerabilem,in fi. de vſur.vbi dicit,quòd ſicut Chriſtiani ſortiuntur forum eccleſiaſticum ſi peccant contra legem diuinam,vt contra iuramentum', vel quid ſimile, ita iudæi, cum non debeant ipſi gaudere maiori prærogatiua.

3 † Idem dicendum eſt quando iudęi, vel infideles delinquunt in opprobrium Chriſtianæ religionis, vt in capit. ſæpe. 28.quæſtio.1.Petr.de Ancha.in repeti. regulæ, ea quæ. de regul. iur.in 6.& conſil. 15. ſpiritualis iudex. vbi de iudæo ſpiritu Diabolico inſtigato, qui in vilipendium fidei noſtræ orthodoxæ, proiecerat immunditias ſuper venerabile ſignum ſanctiſſimæ Crucis, in qua ſculpta erat figura Domini noſtri Ieſu Chriſti in forma Crucifixi, & per Oldrad.in conſil. 36. infraſcripti ſunt articuli.colum.2.verſic.ſed nunquid excuſabitur, quia iudæus? dicens quòd ratione delicti ſortitur forum eccleſiæ, quod quidem delictum conſtitum eſt ibi commiſſum in opprobrium fidei,& de intellectu eiuſdem conſilij Oldrad.vide Ioan.de Ana. in capitu. poſtulaſti.colum.2.verſicu.extra gloſam. de iudæ.vbi de iudæ. & ad idem vide Calderi. conſil.2. in titu. de iudæ. vbi de iudæo, qui dixit, Naſca il vermo cane al Papa, & à chi el fè, Iddio non potrebbe fare che'l foſſe Papa.& concludit quòd iudex eccleſiaſticus poteſt talem blaſphemiam punire,& etiam ſecularis ad inſtantiam, & requiſitionem eccleſiaſtici, & de hoc crimine in ſpecie vide Ioan. de Anan. in capit. poſtulaſti. colum.penult.de iudæis.vbi latiſſimè.ſed & idem Ioan.de Ana. in rubric. extra de iudę. verſicu. vtrum autem iudęi, concludit quòd in ſacrilegijs,& in alijs ſui natura ſpectantib.ad forum eccleſiaſticum,iudices ſeculares exerceant iuriſdictionem ſuam, ratione qualitatis perſonæ, cum iudæi nec quo ad corpus, nec quo ad animam ſint eccleſiæ, cum non ſint baptizati, ideo de eis nihil ad eccleſiam,quod intelligendum puto ſecundū quod dicam infra,num.5.

Circa delictum iudæi, qui facit aliquid in contemptum fidei Chriſtianæ,Gui.Papæ,q.63.incip.Fuit coram me,dicit q̄ cognitio huius criminis ſpectat & iudici ſeculari, & quod ipſe cognouit de vna cauſa iudæi inculpati, quod in vilipendium Beatiſſimæ Virginis Marię fecerat turpem ſonum ante eius imaginem: fatetur tñ q̄ iudex eccleſiaſticus poteſt in hoc caſu iudicem tpalem præuenire, & cognoſcere per ca.poſtulaſti. de iudæ & vide ibi in d.q.in addi.in verbo inquiſitori,bonam diſtinctionem in dicto caſu.Et de iudęo blaſphemante vide etiā Alex. conſ.233. ponderatis,vol.6.& Soci.conſil.102.in præſenti.vol.1. & conſi. 119.vol.4.& Roſarium Buſti, ſermo.14.parte j.& in eius conſil. quod ſubſequitur,& ibi in prima ſubſcriptione ad eius q̄ſilium allegatur eſſe communem concluſionem, quòd tale delictum poſſit,& debeat puniri per iudicem ſecularem, & de iudęo, qui de fide catholica ſit oblocutus, per quem & qua pœna ſit puniendus,maximè ſi à Chriſtiano prouocatus ſit,vide Bal.conſi. 100.ſi iudæus.volu.2.

Source : BIU Cujas

Sicut etiam de iudæo ſubuertente animum iudæi volentis ad catholicam fidem peruenire, & illum de loco tuto educente, in quo poterat exercere libertatem animi ſui, & extrahente eum in locum non tutum, & vbi non poterat baptizari: Nam inquiſitor hæreticæ prauitatis poteſt contra eum procedere, licet priuilegia cõceſſa Inquiſitoribus, non concedant eis quod procedant contra illos, niſi in tribus caſibus, ſcilicet ſi Chriſtianus fit iudæus, vel ſi iudæus factus Chriſtianus, reuertitur ad iudaiſmum, vel ſi iudæus inducit Chriſtianos ad iudaiſmum, vt p Cardin. Zabarel. in clemen. 2. §. 1. in fin. ibi, duodecimò quæro, & de, perſuadente Chriſtianos ad ritus eorundem iudæorum, & ſi ius canonicum violarint, nam hæc ſpectant etiam ad eccleſiaſticum, vt per Bald. conſi. 315. iudæis tutela, volum. 1. & conſi. 316. cui ſe ſubſcripſerunt ſolennes Docto Franc. Squilla epiſcopus in tracta. de fide catholica cap. 46. Et de iudæo circumcidente Chriſtianum, de cuius delicti pœna vide text. in l. iudæi. C. de iudæ. & in l. 1. C. de eunuchis, & in cap. plerique, de conſecra. diſtinct. 4. & not. in cap. nulla. 54. diſtinctio. Iudæis autem permiſſa eſt etiam iure ciuili ſuorum circunciſio. l. circuncidere. ff. ad l. Cornel. de ſica. Item eccleſia caſtigat iudæos in caſu, quando ex aliquo priuilegio eis indulto prohiberentur Chriſtiani ad teſtificandum contra eos, ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus cauſis, & per Chriſtianos non poſſent conuinci, nam tunc indirectè excommunicantur. idem de alijs paganis, vt eſt tex. in clemen. 1. de teſtibus. & de alijs caſibus vide Geminia. in d. cap. nulla. & alium caſum, in cap. conſtituit. 17. quæſtio. 4. & ibi per glo. in verbo, cædibus. Nota tamen quòd ſi quis iudæus præuaricatus ſit in fide, & damnatus pœna aliqua, non per hoc eius filij à rebus eorum excluderentur, vt not. in capit. iudæi. 1. quæſtio. 4.

4 †Item iudei & alij infideles ſubſunt eccleſiæ in omnibus criminibus eccleſiaſticis, & in eis Papa exercet iuriſdictionem, ſicut contra fideles: vnde ſi delinquerent contra matrimonium, Papa vel eccleſia poſſet in eos animaduertere, vt not. in cap. nouit. de iudi. In criminibus verò non eccleſiaſticis iudex temporalis ipſos caſtigat, in mixtis verò vt ſacrilegium, & ſimilibus, locus eſſet præuentioni, concotdando dicta Innoc. ca. 3. de voto. & ibi not.

5 Et quod dictum eſt proximè, iudęos vel infideles †puniri per eccleſiam in criminibus eccleſiaſticis, vel mixtis, intelligitur, ſi hoc vult eccleſia, quia ſummus Pontifex pro crimine merè eccleſiaſtico vel mixto poteſt, ſi vult, imponere pœnam ſpiritualem, vel temporalem iudęo: ſed in dubio hoc non intelligitur velle, ſed permittere, quòd crimina ipſa commiſſa per iudæos, puniantur per iudices ſeculares, per text. iuncta gloſſ. in verbo, principibus. in clemen. j. de iudæ. Vbi pro crimine commiſſo in opprobrium fidei, puniuntur infideles à Principibus Chriſtianis, & non ab eccleſia: cum enim non ſint creaturæ eccleſiæ, illos non coercet Eccleſia, niſi de iudæis vel infidelibus aliud ſit ſpecialiter diſpoſitum, & ita intelliguntur omnia iura, quæ probant quòd iudęis Eccleſia imponit pęnam ſpiritualem, vel temporalem, quia ſcilicet tunc ſpecificè ita diſponit, & ita declarat hanc materiam Socin. in conſil. 119. præſupponitur in facto. colum. penulti. & antepenult. volumi. 4. Qui dicit, hoc etiam velle Areti. in conſil. 157. copiosè, qui ita conſuluit in ciuitate Senarum. Allegat etiam Alexand. præceptorem ſuum in ſuo conſilio, incipiente, Redemptoris, vilis inquiſitione formata, &c. Et eſt in conſi. 99. volum. 6. concludens, quòd punitio blaſphemiæ in iudeo ſpectat ad iudicem ſecularem, & non ad eccleſiaſticum, & dicit hanc eſſe communem opinio. niſi quando ſecularis eſſet negligens, vt ibi per eum. Idem etiam tenet Abb. quem refert Socin. vbi ſupra, tenere in cap. gaudemus, de diuorti. quòd ſcilicet eccleſia pro crimine eccleſiaſtico, vel mixto habeat poteſtatem ſtatuendi pœnam contra infidelem ſi vult, ſed quòd in dubio hoc non videtur velle, & ad hoc facit quod tradit Ioan. de Anania, in rubr. de iudæ colum. 2. in fin. & colum. 3. vbi dicit quòd in ſacrilegio commiſſo per iudęum, iudex ſecularis ſit cognitor. allegat Ancha. in d. conſil. 15. & de his vide per Docto. in cap. cum ſit generale. de foro competen. & in capit. poſtulaſti. de iudæ. vbi Felyn. in 2. colum. dicit, quia iſta videntur inter ſe varia, ideo poſſe fieri duas concluſiones. prima concluſio, quòd vbi etiam inter Chriſtianos crimen omnino eſt eccleſiaſticum, de quo in dicto capit. cum ſit generale, iudex eccleſiaſticus cognoſcet, fallit niſi iudex eccleſiaſticus videret ſe iudęum non poſſe punire, quia committet ſeculari, per text. in capit. poſt miſerabilem, de vſur. & ita intelligit quæ dixit Oldrad. in dicto conſil. 36. infraſcripti ſunt articuli. Secunda concluſio, vbi crimen inter Chriſtianos pertinet omnino ſeculari, vt homicidium, furtum, & ſimilia, tunc etiam ſecularis puniet iudęum: ſi verò videtur eſſe mixtum, locus erit præuentioni: & ſi iudex eccleſiaſticus puniet, & non ſufficienter, non prohibetur ſecularis iterum punire, & vide etiam Ioan. de Ana. in cap. 2. de maledic. & in dicto cap. poſtulaſti. colum. penul. & fin. & Hippoly. in l. ex Senatuſconſulto. ff. de ſicarijs.

Et quomodo puniantur iudęi, participantes cum Chriſtianis contra ſacros canones, & contrafacientes ijs, quæ dicta ſunt ſupra, in prima parte, capit. 4 & in alijs, vide Archid. Floren. in ſum. par. 2. titu. 12. capit. 3. §. 3. vbi etiam de pœna iudæi blaſphemantis Chriſtum, & per Hoſtien. in cap. nonnullis. in fin. extra de iudę. & ibi dicitur quòd digna animaduerſione debent compeſci, quod relinquitur iudicis arbitrio, vt poſſit ipſos pœna capitali affligere, vt per Anto. de Butr. in capit. ſtatuimus, extra de maledic. & quòd hęc pœna ſit arbitraria, vide Roſarium Buſti, parte j. in conſil. contra iudęos, in ſubſcriptione Domi. Baldaſſaris de Bruſattis, & in alijs ſubſcriptionibus, adeo quòd poſſent, vel pœna amiſſionis bonorum, vel capitali, vel bannitoria affligi.

6 † Quæ autem ſint crimina merè eccleſiaſtica, & quę eccleſiaſtica, ſed non merè; & quæ mixta, & quæ merè ſecularia, vide per glo. in verbo malefactores, in d. cap. cum ſit generale, de foro competen. & ibi per Docto. & maximè per Socin. colum. fi. & per Ioan. And. in cap. laicus, colum. 1. in fin. de iudic. in 6. vbi de omnibus cauſis ſpiritualibus & annexis, per Hoſtien. in cap. nos inter. de purgat. cano. & Domini. in cap. fin. de except. in 6. per Specu. in titu. de competen. iudic. adi. in princip. Abb. in ca. ſignificantibus, de offic. delega. Inter quæ ponitur crimen vſurarum, ſacrilegij, hæreſis, ſimoniæ, periurij, & adulterij, excommunicationis, rapinę, & de fornicatione, & in cap. eos qui. diſt. 32. vbi etiam de familia ſacerdotis, vt de eorum cauſis eccleſiaſticus ſit iudex competens, quia habuit originem ab Eccleſia. 32. quæſt. 4. & hoc maximè, quando mulier commiſit fornicationem cum clerico, nam ratione huius delicti efficitur de foro eccleſiaſtico, & à ſolo eccleſiaſtico puniri poteſt, vt p Abb. in d. cap. cum ſit generale, colum. 10. quod dicit eſſe notandum, & de laico in rem eccleſiaſticam delinquente, quòd fiat de foro eccleſiæ, per Domi. ibi, & not. in cap. placuit, in glo. magna, 6. quæſt. 3. & alium caſum vide in cap. literis. de raptori. Item cauſa decimarum dicitur ſpiritualis. cap. literas. de iuramen. calum. capit. cauſam de reſcript. cap. fina. de re permuta. ſcilicet quando agitur de iure decimandi, quod debetur Deo in ſignum vniuerſalis dominij. ca. tua. de deci. ſecus ſi decimæ deberentur alio iure, vel ageretur de meris fructibus, & non de iure decimandi, vt not. in cap. noſtra. de loca. & in cap. vt ſuper, de rebus eccleſ. non alienan. Eſt etiam crimen eccleſiaſticum, quando aliquis defert merces prohibitas Sarracenis, & per Ioan. de Ana. in cap. ita quorundam. de iudæ. & de vendente victualia cariori pretio, quòd epiſcopus poſſit cognoſcere, cum ſit caſus ſpecialis propter humanam neceſſitatem, vide text. in capit. j. de emptio. & venditio. vbi per Hoſtien. in fin. & pariter de commiſcentibus farinam fabæ, cerę venali, vel aliquam aliam mixturam indebitam, vide D. Abb. ibi, colum. fina. & Roma. ſingu. 528. fui interrogatus. & de quolibet crimine notorio, vbi deprehenditur negligentia iudicis ſecularis, quòd eccleſiaſticus cognoſcat contra laicum, per Docto. in cap. nouit. de iudi. vbi etiam eccleſiaſticus cognoſcit de pace fracta, & generaliter vbicunque agitur de correctione peccati, & quòd quis locupletetur cum aliena iactura, & vbi ſubeſt tantum naturalis obligatio, quòd poſſit recurri ad eccleſiam: clerici enim pluſquam laici tenentur peccantem corrigere. cap. cum ex iniuncto. de hęreti. & ibi per Calderi. & Archid. 2. quæſtio. j. ſi peccauerit, & patet 22. quęſt. 5. cap. anima. & de inſtitut. cap. cum veniſſent. & crimen ſacrilegij eſt crimen eccleſiaſticum. capit. 1. de ſortileg. & ibi Dom. Abb. in nota. allegat text. cum gloſ. in capit. contra idolorum. 26. quæſtione 5.

7 Et non omitto, † quòd ſodomia eſt crimen eccleſiaſticum vel potius mixtum, vel mixti fori, in quo crimine iudex etiam eccleſiaſticus poteſt procedere vel punire exercendo iuriſdictionem ſuam in laicos, pœnam pecuniariam imponendo, & flagellis afficiendo delinquentes, dummodò flagellãtes in vindictam ſanguinis non tranſeant, per text. in c. archiepiſcopatu. de rapto. & erit locus præuentioni, vt per Abb. ibi, colum. fi. ver. ſed aduerte. & non ſolum in vitio ſodomitico hoc procedit, ſed etiam in delicto contra naturam, vt in eis eccleſia vendicet ſibi locum in laicos, ſiue peccando contra naturam in actu venereo, ſiue adorãdo idola, vel alio modo, ita p erit crimen mixti fori: nam ſicut eccleſia punit infideles delinquẽtes contra naturam, eodem modo poteſt Vicarius ſuus, cum ex hoc peccato lędatur ipſe Deus, qui eſt autor naturæ, vt per Abb. in ca. clerici. de exceſ. prælat. & latè de crimine adulterij, an ſit canonicum, vel ciuile, vide Matth. de Afflic. vltra alios ibi, in tit. quę ſint regalia, in verbo, bona contrahentium inceſtas nuptias. in vſib. feu. vbi de crimine inceſtus & aliorum, & maximè de pęna ſtupri, qui reprobat opin. Ang. in caſu, quando virgo vel vidua honeſta, paſſa eſt voluntariè ſe ſtuprari.

8 †Et de contrahente inceſtas nuptias, vide glo. in aucten. clericus. C. de epiſc. & cleric. vbi per Doct. & per And. de Iſer. in c. j. §. bona. quæ ſint regalia, in vſi. feud. & ibi latiſſimè per Matth. de Afflict. & vide etiam Ioan. de Anania, in c. poſtulaſti. col. fin. extra de iudę.

Non

Source : BIU Cujas

Non omittam vnum casum, scilicet in mercatoribus, dum mercium causa vagantur, qui si pedagijs iniustè grauarentur, possent coram Iudice ecclesiastico conqueri, quia dicuntur miserabiles personæ, cum sustineant in itinere multos labores, & pericula, vt per Felyn. in ca. significantibus. colum. 2. nume. 6. versi. vltra Modernos not. hic. & quòd negotiatores existentes in nundinis possunt agere coram ecclesiastico, & Petr. de Ancha. & Anto. in c. fi. 3. colum de iudæ. vbi etiam vide, an in defectum iustitiæ possit adiri ecclesiasticus, & per Alexan. cons. 130. in fin. volu. 7.

Tertia pars.

SVMMARIVM.

1 *Hominis excellentia.*
2 *Religionis vis.*
3 *Diuitiarum contemptus.*
4 *Dei cognitio sapientibus olim abscondita.*
5 *Trinitas per solum Iesum Christum reuelata.*
6 *Christus conciliator Dei, & hominum.*
7 *Mors à fidelibus exoptanda.*
8 *Martyrum constantia, & infra nu. 31.*
9 *Christum non timuisse mortem.*
10 *Euangelicæ legis laudes, & præmia.*
11 *Leges Ethnicorum ab eorum falsis numinibus processisse.*
12 *Deorum Gentilium vanitas.*
13 *Dij diuersarum gentium.*
14 *Dij gentium ab ipsis etiam gentibus ludibrio habiti.*
15 *Idola nihil esse, aut posse.*
16 *Gentiles in sanguine brutorum animalium, & humano sacrificasse.*
17 *Sacer homo, quis diceretur, & Sacrum.*
18 *Sacerdotum Gentilium nephanda scelera.*
19 *Deorum Gentilium pluralitas.*
20 *Dij gentium ex rebus creatis assumpti, & ex ipsis animi affectibus.*
21 *Aqua, & ignis à Gentilibus pro Dijs habiti.*
22 *Animalia plura à Gentilibus, & volucres in Deos habita.*
23 *Idolatria Deo odiosa, & de Idolatris sumpta à Deo vindicta.*
24 *Idola, simulachra, & oracula, cessauerunt adueniente Christo.*
25 *Prædicatio Pauli, & aliorum Apostolorum, & in quibus prouincijs.*
26 *Aquileiæ solicitudo, & de Beleno, & Feleno Idolis, ibi tutelaribus.*
27 *Beel Idolum, & Accaron, & Belzebub, & de Bello.*
28 *Idolatriæ origo.*
29 *Euangelium toto orbi innotuisse tempore Apostolorum, vel potius tunc cœptum, & præsentatum, & prope mundi finem id perferri debere.*
30 *Idolorum disperdendorum vaticinium Zachariæ, quomodo intelligitur.*
31 *Martyrij vis, & laudes.*
32 *Imperatores plures ex Gentilibus, qui Christum coluerunt.*
33 *Maumetanos non esse Idolatras.*
34 *Maumetani quid de Christo, & eius matre sentiant.*
35 *Psalmos, siue Hymnos Dauidis canunt Maumetani, & omnes aliæ mundi nationes.*
36 *Maumeticæ legis reprobatio.*
37 *Hominis beatitudinem consistere minimè posse in delectationibus corporalibus.*
38 *Maumetis caliditas, & artificium in lege sua condenda.*
39 *Turcarum Imperator inuitatur ad suscipiendum baptismum.*
40 *Christiani, quare ab infidelibus quandoque oppressi.*
41 *Fidei Christi persecutores ab ipso castigati, & cur Deus permittat infideles supereſſe.*
42 *Iudæi peiores Sodomitis, & alijs gentibus.*
43 *Iudæorum desolatio, & infelicitas, & de occisionibus prophetarum per iudeos.*
44 *Iudæi propter Christi occisionem per orbem vagi, & sine sceptro, templo, & altari, & alijs.*
45 *Iudæos sine templo non posse præcepta legis obseruare.*
46 *Sanguis iustorum clamat ad Deum.*
47 *Iudæorum maledictiones à Deo.*
48 *Gentilium vocatio.*
49 *Talmuditica iudæorum doctrina insulsissima.*
50 *Christum nil prænunciasse, quod non contigerit.*
51 *Ecclesiæ Christi firmitas, & stabilitas.*
52 *Iesu tamen à Deo, & à prophetis mundo reuelatum.*
53 *Iesu Naue, Iesu Syrach, & Iesu Iosedech, diuersa à nomine Iesuah.*
54 *Prophetiæ omnes in Christo completæ.*
55 *Christum, etiam elementa esse Deum, dignouisse.*
56 *Gentilium authoritates allegari ad eorum vanitatem conuincendam.*
57 *Sybillæ, quid de Christo pronunciarint.*
58 *Sybillæ, an fuerint spiritu sancto afflatæ.*
59 *Sybillæ, an fuerint saluæ.*
60 *Gentilium authoritas, ad fidei nostræ confirmationem.*
61 *Iudæorum error, quòd Messias veniat potens in armis, & dare salutem temporalem, reprobatur.*
62 *Diuitiæ impedimentum ad seruiendum Deo.*
63 *Messiæ salus spiritualis, & non temporalis esse debuisse.*
64 *Messias debuit esse pauper vt Christus, & de eius paupertate.*
65 *Messias debuit esse Deus & homo.*
66 *Filius quomodo non portare debeat iniquitatem patris.*
67 *Baptismi vis, & quòd vtriq; sexui conuenit, secus circumcisio.*
68 *Baptismi prefiguratio in pluribus in lege veteri.*
69 *Baptismus prænunciatus pluribus prophetarum.*
70 *Aqua in baptismo principium regenerationis, sicut principium generationis in alijs.*
71 *Baptismus non reiterandus.*
72 *Aquas sanctificauit Dominus noster in baptismo in aquis Iordanis, & uim regeneratiuam contulit aquis.*
73 *Baptismi sacramentum, cur in aqua institutum.*
74 *Baptismi species triplex.*
75 *Baptismus Ioannis non erat ablutio peccatorum.*
76 *Baptismi sacramento, euacuata est iudæorum carnalis circumcisio.*
77 *Hominis miseria, & infelicitas.*
78 *Misericordia Domini indeficiens, & extensa.*
79 *Fides & opera ad salutem necessaria.*
80 *Homo huius mundi aduena.*
81 *Vita hominis olim prolixior, & deinde breuior statuta.*

CAPVT PRIMVM.

NEmo est tam rudis intellectus, aut hebetis, & obtusi ingenij, qui non animaduertat nihil admirabilius homine, posse spectari in hac quasi scena mũdana (vt verbis vtar Abdalæ Sarraceni,) Hinc Plato humanam formam, Theoidem esse ait: nam & ipse solus est rationis capax & qui consilio mente, prudentiaque Deum intelligere potest, qui & linguam, sermonemque à Deo accepit, vt posset enarrare maiestatem sui Creatoris, & de eo scriptum est, creauit illis scientiã spiritus, & sensu impleuit cor illorum, & mala, & bona ostendit illis, posuit oculum ipsorum super corda illorum, ostendit illis magnalia operum suorum, vt nomen sanctificationis collaudent, considerando opera Creatoris, & Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suę fecit illum, ca. hæc imago, vbi glos. 34. quæstio. 5. & fecit ipsum rationalem creaturam, quæ summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando posslideret, possidendo frueretur, & cum in eo sit Angelica mens, & Dei similitudo, quæ sacra manus confinxit, & cœlestis flatus in vitalem substantiam animauit, huic elementa ipsa, & bruta, & omnia famulantur, & omnia, quæ sub cœlo facta sunt, & est super omnes volucres cœli, & vniuersis, quæ mouentur super terram, omnes pisces maris manui nostræ traditi sunt; & omne quod mouetur, & viuit, erit vobiscum in cibum, dixit Deus ad Noe. Homo autem propter se ipsum, & ex ipsa re patet, communia esse homini omnia naturalia, atque in eo omnium rerum naturam consistere. hinc Philosophus dicit, vtimur ergo propter nos omnibus, quę sunt: sumus enim & nos quodammodo finis omnium, &c. & Propheta de homine dixit, Dij estis, & filij excelsi omnes, in cuius creatione Deus omnipotens prodidit, quantum cæteris rebus creatis, dignitate præstaret, cum ipsum in cœlo creauerit, & formauerit corpus eius veluti vestem, & reddiderit ipsum diuinitatis participem, & dum per omnia, dixit Deus fiat, & facta sunt: creare verò hominem quadam externi consilij deliberatione voluit dicens, faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & propter eius dignitatem, Deus, omnia homini submittendo, nihil dimisit ei non subiectum, & omnia nostra sunt, scilicet superiora, æqualia, & inferiora, testante Apostolo, & sicut homo factus est propter Deum, sic factus est mundus propter hominem, vt ei seruiret, de quo etiam Boetius ita meminit. Quoniam igitur illius supernæ ciuitatis, cuius ciues Angeli sunt, numerum imminutum noluit conditor permanere, ex terra hominem formauit, ac spiritu vitæ animauit, ratione cõposuit, arbitrij libertate decorauit, vt quia superior natura, per superbiæ malum petierat ima, inferior substantia, per humilitatis bonum ascenderet ad superna. Quid? quòd Angeli dati sunt custodes hominibus ad salutem animæ, & corporis, exultatque cœlum ipsum, & chori etiam in vno peccatore pœnitentiam agente, cap. quia sanctitas. 50. distinc. 26. quæst. 7 pœnitentem. & de pœniten. dist. 1. c. serpens. & c. importuna. Et Mercurius Trimegistus in Pymandro, c. 10 si audendum est, inquit, verum fateri, homo verus, vel cœlicolis est præstantior, vel saltem pari sorte potitur. & iterum, Audendum est dicere, hominem quidem terrenum, Deum esse mortalem, Deum verò cęlestem, immortalem hominem.

Cui Deus in prima eius creatione concessit legem naturalẽ, 5. distinct. in princip. & Institut. de rerum diuis. §. commodius. & id est, quod dicitur Genes. 2. Fecit Deus, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, id est legem naturalem, licèt postquàm in homine post peccatũ fuerit confusa, viuendi legẽ illã in corde hominis scriptam, literis per Mosem expressit, decęq;

Source : BIU Cujas

præceptis concluſit, vt per Specu.in proœmio, col.2.vbi ponit de ſex legibus homini traditis,quæ lex naturalis eſt duplex, ſcilicet naturalis communis, & naturalis rationis, vt declarat Archid.in c.ius naturale.j.diſt.& Inſtit.de iure natu.in princ. & poſtea excreſcente malitia,ſucceſſit ius gentium, quo diſtincta fuerunt dominia,& inuentum meum,& tuum, de quo in l. ex hoc iure.ff.de iuſti.& iu.& per Doct.in l.ſi id quod.ff.de condi.inde. & in c.non.6.diſtin.

1 Et ea propter, † vt homo ad ſuperiora reſpiceret, rectus à Deo fuit creatus, vt in cœlum, cuius vultus ſublimis, & ſtatus erectus originem ſuam quæreret, & vt peculiaris homini eſſet in Deum excitatio, & humani corporis ad ſupera erectio, & qui quaſi ſpreta humanitate terræ ad altum niteretur, linguam eidem in ore plantando ad benedicendum, & ad laudandum creatorem, & non ad maledicendum procliuem: (ſcriptum eſt enim abſtine linguam tuam à malo) oculosque in ſuum opificem intenderet. hinc hominis naturalis inſtinctus ad cognoſcendum primam cauſam, quaſi vltimum finem, quæ prima omnium cauſa Deus eſt,& ideo eius finis vltimus eſt,ipſum Deum cognoſcere, & omnis intellectualis ſubſtantiæ finis vltimus, eſt Deum intelligere, cum cætera animalia in humum vergant.& imitari debemus cœleſtia,& ſicut planetæ contra firmamentum nituntur ſemper, & tamen ab eo rapiuntur:ita ſenſualitas quæ contra nos nititur, & à bono retrahit,à firmamento noſtro, ideſt à ratione reprimatur, & ab ea rapiatur. Et licèt homo conſtet ex corpore, quod eſt terrenum, & in quo vitia, (cum tamen in eo ſit immortalitas) & conſtet etiam ex anima, quæ eſt cœleſtis,in qua virtutes(omiſſa cura temporalitatis quę corpori attribuitur) inniti deberet æternæ animæ felicitati adipiſcendæ,& altius, generoſiusque animum excitare ad inueſtigandum, quod ſit homini proprium bonum, qui eſt Deus. Ratio enim naturalis dictat quòd homo alicui ſuperiori ſubdatur, propter defectus quos in ſe ipſa ſentit, in quibus ab aliquo ſuperiori indiget adiuuari, & dirigi. quicquid autem ſit, id ab omnibus dicitur Deus: ſicut autem in rebus naturalibus interiora naturaliter ſubduntur ſuperioribus,ita etiam naturalis ratio dictat homini ſecundum naturalem inclinationem, vt ei quod eſt ſupra hominem,ſubiectionem,& honorem exhibeat, ſecundum ſuum modum.modus autem conueniens eſt, vt ſenſibilibus ſignis vtatur ad affectum mentis exprimẽdum,quia ex ſenſibilibus cognitionem accipit, ideo ex naturali ratione procedit, quòd homo quibuſdam rebus ſenſibilibus vtatur, offerens eas Deo, in ſignum debitæ ſubiectionis, & honoris: hoc autem pertinet ad rationem ſacrificij, vt contigit in Abel, & pluribus alijs patribus antiquis, licèt de ſacrificio Adæ nil legatur, vt quia in ipſo notatur origo peccati,& non ſimul in eo ſacrificationis origo, & ſacrificaretur, & in ipſum cognitiones, & actus ſuos dirigere, & velis remisque incumbere, vt artifici eminentiſſimo, ſuo reſtitutam candori, omnique prorſus labe deſęcaram animam, quàm innocentiſſimè fieri poteſt offerret,& corpus de terra nobis Deus contulit,vt ipſum,& in cęlum reuehamus, non vt animam per ipſum ad terram detrahamus terrenum eſt, licèt ſi velimus efficitur cœleſte, & omnis dignitas hominis eſt ab ipſa anima, vt tradit Cœlius lib.j. antiquarum lectio.ca.43. cum ſequentibus, ne illud in eum obijciatur,cum in honore eſſemus, non cognouiſſe, ſimiles factos brutis.& iumentis inſipiẽtibus, inuadat animam ſacra quędam ambitio,vt mediocribus non contenti,anhelemus ad ſumma, adq; illa,(quando poſſumus,ſi volumus) conſequenda, totis viribus enitamur,quæ Dei ciuitas eſt,& ſpõſa Chriſti per dilectionem ſpiritus ſancti templum ſanctificationis intuitu. Nam, & ſecundum Ethnicos,animę cura eſt habẽda, & ad ipſam ſemper reſpiciendum,corporum verò pecuniarumq; curam alijs relinquendam, & de ea dixit Philoſophus, Animam dicamus quodammodo eſſe omnia quæ ſunt,ea quæ ipſa facit in hac vita, vt quilibet noſtrum hoc ipſum ſcit, quod ſumus illa mentem habet,corpus non habet:illa dominatur, hoc ſubijcitur: illa omnium paſſionum corporibus, hoc nullius cauſa ſit.

2 † Et ipſius animæ liberandæ ratio, ſecundum Auguſti. ſolus eſt ipſe Dei cultus, nam religio eſt ea, quæ vniuerſalem continet viam animæ liberandæ, & adoratio, animam ipſam ad ſuſcipienda diuina, efficit ampliorem, & cœleſtis ex hac augeſcit amor, & frequens mentis in Deum eleuatio, nos Deo familiares facit, & ea duce,cum Deo à quo ſumus,iterum copulamur, & hic vnus Dei cultus, diſtinguit nos à brutis.Quæ quidem religio eſt de iure naturali ſecundario, & hominibus tantũ communi, ſicut parentibus, & patriæ parere, & vt vim, atque iniuriam propulſemus, de qua lege naturali rationis loquitur text. in l.veluti, & l.vt vim.ff.de iuſti.& iur.& 5. diſtinct. in princi. & illud præceptum in c.humanum genus. j. diſtin.& quod not.gl. in verbo, diſpoſitionem, in cap.firmiter. vbi Abb.de ſum.Trinita.& Tob.4.Matth.7.Lucæ 6. quod non cadit in brutis, cum & ſermonis, & actiuæ rationis veſtigia quædam, ſint in beſtijs, & ex Platonicorum ſententia, beſtias aliquid quiduis facere potius, cum cœleſtia videntur honorare: aut ſi honorant, neſcire quid agant. Et licèt ſoleant bruta diligere benefacientes ſibi, & illis ſeruitia præſtare, id eſt ex quodam inſtinctu naturali, vt per Nico.de Neapo.Inſtitu. de obligatio.in princip.& Iaſ.in l. ex hoc iure, colum. 11. ff. de iuſtit.& iur. debemus ergo ipſum Deum omni mentis puritate colere,& vnitatem animæ noſtrę vnitati diuinæ inſinuare, eandem ſeruando Deo ſuo intactam, impollutam, incontaminatam, & integram, & hoc debet eſſe negotium noſtrum, hoc ocium, hic labor, hæc requies, in hoc vigiliæ,& ſomnus etiam reponatur,nam & hoc erit perpetuò noſtrum,cum reliqua poſt nos,alios dominos ſortiantur,q ſi corpori huic fragili,in hoc terreo carcere tot bona concedit, qualia erunt, quæ præparauit diligentibus ſe in patria cœleſti? Quæ igitur ſurſum ſunt,quærenda ſunt,non autem tanquã huius ſeculi dilectores,in cęleſtib.eſſe debiles, & in terrenis fortes, & pro gloria temporali non timere mortem, & pro vita æterna,nec minimum quidem laborem ſuſtinere velle, licèt poſtq; ſibi homines mundana ea theſaurizauerint, hæreditabunt moriendo ſerpentes & beſtias, & vermes.

Et quid eſt, quod ſi fortè in corpore parum aliquid morbi pulſauerit, ſtatim, & medicos adhibemus, & pecuniam profundimus, & omni obſeruantia quod competit gerimus: anima verò cum quotidie vulneretur, cum per ſingula lanietur, vtatur, præcipitetur, & modis omnibus pereat, ne parua quidem pro ea nos cura ſollicitet? niſi fortè horum ea ſit cauſa, quia omnes languemus, & nemo eſt qui curet, cum omnes indigeant cura.

3 Ad quod animaduerterunt † & ipſi Gentiles, quorum maxima pars ſpreuit diuitias, & honores, & bona ipſa temporalia, tanquam fortunæ ludibrio ſuppoſita, & voluptatem, qua dominante virtuti locus eſſe non poteſt, quam Plato malorum eſcam appellat, & ab Homero fraus nominatur, quæ vtpotè mentem homini fraudulenter auferat, vnde Silius de ea ita cecinit.

Quippè nec ira Deum,nec tela,nec hoſtes,
Quantum ſola noces animis illapſa voluptas,
Ebrietas eſt fida comes tibi,luxus,& atris,
Circa te ſemper volitans infamia pannis.

Et de diuitiarum inimicis vide quod legitur de Crate Thebano, qui maximum auri, atque argenti pondus in mare proiecit,vt melius, & ſine impedimento Philoſophiam ſequeretur. & de M.Curio, quem cum Samnitum legati reperiſſent rapam in igne torrentem, eique multum auri obtuliſſent, dixiſſe ferunt, malo hæc comedere in fictilibus meis,& habentibus aurum imperare. & de ſexto Aelio viro conſulari, qui vaſis fictilibus prandere ſolebat, ad quem Aetolorum legati, cum vaſa argentea miſiſſent, ea ita contempſit, vt vſque ad extremum vitæ diem, duo tantum pocula habuit, quæ à Lucio Paulo ſocero ſuo acceperat, Auth. Plin.Nonne ob id etiam Scipio maior, publicam rerum adminiſtrationem ſponte dimiſit?& Meſſala primus omnium Romæ prefectus cõſtitutus die ſexta ab ea dignitate ſe abdicauit? & Phocion ea omnia auri pondera recuſauit,quæ magnus Alexander ex præda Perſica ad ipſum miſerat,& alios,quos omitto in confuſionem noſtram, qui Chriſtum profitemur:is enim in paupertate viuens,nos in cœlo theſaurizare edocuit,nec poſſidere aurum,argentũ, aut pecuniam, ſed vt omnia venderentur, & darentur pauperibus, quid quæſo optabile in voluptatibus mundi? quæ dum quæruntur fatigant, cum acquiruntur infatuant, cum amittũtur excruciant: facienda ſunt, quæ facienda eſſe cognoſcimus. videmus enim quotidie Dei iuſtitiam,non eſt indulgendũ his, quæ diſplicent Domino,& Chriſto eius,& oportet Deo magis placere, quàm hominibus.

Voluptates enim ſunt beſtia intractabilis,& neque ſcorpius, aut vipera in viſceribus nos ita vexat, cum illæ corpori tantùm inſidientur,hæ corpus cum anima deuaſtant.

Et quid in hoc homini agendum, ipſa naturæ lex, ipſa ratio, ipſe Deus oſtendet, & in hoc potiſſimè cenſeo inuigilandum, vt in altum eleuemur, videlicet vt de duabus alijs fidamus, eleemoſyna ſcilicet oratione: quid enim poſſumus ſine Dei auxilio? aut quomodo ille auxiliabatur non inuocatus? ſed & inuocantem te non exaudiet, qui prius pauperem non exaudiſti: & ſi tu homo hominem contempſeris, Deus te hominem conuenientius ſpernet: item & ſacra volumina verſanda ſunt manibus: latet enim in illis vis quædam efficax, quæ legentis animum in Deum mira poteſtate transformat, cum CHRISTVS Deus noſter docuerit Apoſtolos ſcripturam ſacram.

4 † Aeternę aũt vitę inueſtigatio,& veri Dei cognitio, fuit olĩ ſapientib.mundi abſcondita.q ſe ipſos,& alios per philoſophiã inuoluendo,& inanes fallacias deceperũt, & in vanitate ſenſus ſui ambulantes,& ſibi inuicem repugnantes, per hęc inferiora procedendo,oberrauerunt in Dei cognitione,quia rationes radicitus in ſenſibus fundatę,& compoſitę, intellectualẽ illã naturam è ſenſibus remotã,nec capere,nec concludere potuerũt, & ſcitè Tertullianus appellat Philoſophos, Patriarchas hæreticorum,

Source : BIU Cujas

rum, nam & intellectus noster ad ea est sicuti oculus vespertilionis ad Solem, & ideo scriptum est in Canticis. Quæsiui, & non inueni eum, & Iob 11. Forsitan vestigia Dei comprehendes? & omnipotentem vsque ad perfectum reperies? Quasi dicat, non. & alibi, perdã sapientiã sapientiũ, & prudẽtiã prudentium reprobabo, & nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? & animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei: stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur, & quoniam modo ex Socratis ignorantia, potuit haberi Dei scientia? & ex Anaxagoræ, Empedoclis, Diogenis, Archesilai tenebris lux hauriri? Quid veræ fidei ab impio Aristotele, & perfido Auerroe, aut ex Platonicorum superstitione? Quibus, si quis incumbit, decipietur, sicut & ipsi fuerunt decepti. Vnde enim de Deo, rebusquæ cœlestibus, ea philosophari docent, quæ illorum nullus aliquando potuit vel mente concipere? Cum monstrorum, atque serpentium aliorum etiam viliorum imagines pro Deis coluerunt: & certum est quantum errauerint, vel potius insaniuerint Philosophi, vt Thales Milesius, qui principium omnium rerum aquam pronunciauit, & omnia ex aqua, & in aquam resolui. & Anaximenes, qui aerem ipsum principium omnium dixit, & in ipsum omnia resolui. & alij, qui ex terra omnia esse facta. & Pythagoras, qui opinatus est, animam transire in multa corpora. & quidam vt Metrodorus, dicens, nos nihil scire, & omnia esse apparentia & Diogenes, & Diagoras, & Theodorus Atheos, Deum non esse, authore Cicerone, libr. 1. de natura Deorum. & Heraclitus, qui omnia ex igne & in ignem resolui, & plures alij. & Plato etiam ipse, qui multitudinem Deorum induxit, & singulis formam imposuit. Qui quidem Plato, & Pithagoras ipsorum omnium Principes, vtpotè qui apud eos præ cæteris admirationi fuerunt, & ipsi tamẽ in disputationibus huiusmodi perridiculi reperiuntur, cum in eorum quoque de anima doctrina eam turpitudinem reliquerunt. quippe qui mures, culices, frutices, hominum anima fieri, & Deum ipsum animam esse asseuerent. & idem Plato summum Deum esse vult in ignea substantia, quem refellit Aristoteles. quomodo igitur tutum fuit ab his religionem posse adisci, qui hoc sibi persuadere non potuerint, ne inter se dissiderent? nec suæ ipsorum sententiæ repugnarent?

Et ideo propter eorum incertitudinem, & cum essent sine lumine, erecta erat Athenis ara Deo ignoto, nam in die Dominicæ passionis, videntes Philosophi qui Athenis erãt, tenebras factas super vniuersam terram, non potuerunt causam inuenire in naturalibus causis, & tandem ad hoc inducti sunt vt dicerent, quia Deus naturæ patiebatur, & Athenienses ideo constituerunt aram illi Deo ab eis ignoto, qui est Christus eo die passus. item & expeditum est, in quot errores per tritas altercationes itum fuerit, de rerum principijs, de vniuerso, de materia, de ideis, de causis, de inani, de motu, cæteraque eiusmodi seu physica, seu metaphysica respiciant, & sic de tenebris in tenebras cæcuciẽdo inciderint, cum tamen humiliandum sit Deo, nec de se quicquam præsumendum: humilitas enim ad sapientiam disponit.

Sed non sustulit misericors Deus, hominẽ diutius oberrare, sed per Iesum Christum eius filium viam consequendæ tam veritatis, quàm immortalitatis ostendit, post cuius aduentum fuit aperta via vera, & patens, omnibus credentibus in eum, & nemo 5 ante ipsum apertè reserauerat † Trinitatem, scilicet patrẽ, & filium, & spiritum sanctum. Nam licèt Mercurius ille Trismegistus aliquid dixerit de tribus personis, in libro, quem fecit de verbo perfecto, cuius hæc asseruntur verba, videlicet, Dominus & omnium factor Deorum, secundum fecit Deum, quoniam hunc fecit primum solum & verum: bonus enim visus est, & plenissimus omnium bonorum, & lætatus est, hic est filius benedicti Dei, atque bonæ voluntatis, cuius nomen humano ore non potest enarrari. & sequitur infra, hunc Deus dilexit vnigenitum suum. quæ verba Mercurij (quem Augustinus nominat testem euangelicæ veritatis. in lib. de quinque hæresi cap. 3.) videntur ex parte consonare fidei nostræ de patre, & filio. sed in hoc dissonant, quòd dicunt Deum fecisse Deum: deberet enim dicere, genuisse. Præterea filius non potest dici secundus à patre, quasi posterior sit tempore, vel maiestatis dignitate: immẽsus enim est pater, immensus filius, immensus spiritus sanctus, &c. Tum quia filius, non natura, sed persona tantum à patre seiungitur, vnde cum patre essentialiter idem, & vnus cæcutiuit ideo Mercurius asserens, Deum secundum fecisse Deum. De qua etiam Trinitate, cum vnitate, habetur per Esaiam introducentem Seraphin clamantia, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, tres sanctus ad tres personas referens, & Dominus semel Deus dicitur. Vnde cum ipse Christus sit via, veritas, & vita, quis poterit errare in vias, & fallere in Christo qui est veritas? De quo Ioannes scripsit. Annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis. & alibi, & hoc est testimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita in filio eius est, qui habet filium Dei, habet vitam, qui non habet filium Dei, vitam non habet. hæc est vita illa, de qua scriptum est, sapientia filijs suis vitam inspirat, & suscipit inquirẽtes se, & preibit in via iustitiæ, & nemo amplius errare potest in via, nisi velit, de qua sic locutus est sacer vates, Hęc est via, ambulate in ea, & ecce dabo in Syon salutem, & in Hierusalem gloriam meam. & videnda sunt, quæ scribit Augus. contra Philosophos, & Gentiles in homilia super Ioan. & quòd Christus est vita, & fides eius ianua ad cœlestem patriam. Cur autem Hæbreorum populus ad Dei, diuinarumque rerum intelligentiam subuectus sit, tradit Diony. Areopa. de cœlesti hierar. dicens, non oportere imputari rectissimè gubernantib. Angelis, si gentes aliæ, ad eorum, qui Dij non sunt, culturam deuolutæ sint, sed ipsis in primis qui motibus proprijs à recto calle, quo ad Deum ascendere possent, sua spontè deuiarunt, cuius erroris adeò pernicioſi, causa illis fuit, amor sui, atque superbia. vide ibi latissimè, vbi etiam de hominibus, quod resistant Angelis eos custodientibus, propter liberum arbitrium.

O admirabilem Dei sapientiam, quæ differt à cæteris artibus, ratione diuinarum rerum: ad alias nanque scientias qui velit accedere, in primis opus est excellente ingenij magnitudine, ac memoria, & se propugnacem oportet, callidumque in disputando præbeat, & nulli rei facilè assentiatur, sed certam rationem in omnibns, argumentationemque requirat. atverò sacrarum rerum cognitionem, quæ in scientijs, altissimisque diuinorum consiliorum mysterijs versatur, & posita est, non nisi, qui credulo, ac simplici ingenio fuerit assequetur, & percipiet: ad hanc enim per fidem, & humilitatem aditus patet, hęc elatos animos, gloriæ cupidos, audaces, callidos maximè aspernatur, & repellit, & simplices, puros, ac benignos, humanissimè complectitur, & hos ad sacra sapientiæ suæ mysteria adhibet Christus Dei filius, qui non multo labore delectatur, sed fide, & oratione, non longi temporis studio, sed humilitate spiritus, & munditia cordis, non librorum copia, sed expurgato intellectu: etenim ipse est agnus de tribu Iuda, qui librum suis aperit signatum Dominus noster Iesus Christus verbum, & filius Dei patris, & sapientia, Deificans, & qui nos efficit cum eo Dei filios, qui cum esset Deus, semetipsum deiecit forma serui assumpta, in similitudinem hominum constituti, & figura repertus vt homo, humilem præbuit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, & quilibet in eo credens, templum & penetrale diuini numinis efficitur: nam intra pectus credentiũ firmat habitaculum suum, inde Apostо. Templum Dei intra vos est, quod estis vos. & rursum, vos estis templum spiritus sancti. vides ergo disparem esse rationem consequendi sapiẽtiam Dei ab ea, quæ est mundi, prout videmus Christum vocasse Ioannem illiteratum, & rudem à Bethsaida, quem Luca testatur, non solum indoctum, sed ignarum literarum, qui tam profundam doctrinam ad nos attulit, qualem credibile est ab ipsis spiritus sancti Thesauris accepisse & tanquam ex ipso cœlo descẽderit, & nonne & iustum, & honestum, & omnem omnino virtutem in paucis syllabis, & breuibus verbis nos Christus edocuit? tum dicendo, quoniam in duobus mandatis tota lex pendet, & prophetæ, id est in Dei, & proximi charitate: tum iubendo, quęcunque uultis ut faciant uobis homines, hęc & uos facite illis: hęc enim est lex, & Prophetę, quę certè, & seruo rustico, & viduæ, & puero, & erudito, & tatis rudi facilia ad intelligendum sunt, & prorsus exposita, adeò quidem vt talia discere, philosopharique, tam fœminæ, quàm viri, tam pauperes, quàm diuites, tam serui, quàm domini possint. Quisquis ergo non vult vera sapientia, & vita carere, sed veram sapientiam, & beatam vitam agere, ad ipsum Iesum Christum properet, qui est patris sapientia, & vita vera, & qui mortem destruxit, ipsique adhæ- 6 reat, & in ipso maneat, vt viuens, fiat Dei sacrarium, † nam & ipse est vnus conciliator Dei, & hominum, & per hũc habetur aditus ad patrem, qui & antiquo ex Patriarchis Iacob (in cuius domo regnare debebat) sese ostendit in signum scalæ, per quã ad ipsum Deum ascenderet, ipsius videntis electa posteritas; qui quidẽ Iacob, tunc videns diuinitatẽ Christi mediatoris, in humana carne latentẽ admirans, & confitẽs dixit, verè Dñs est in loco isto, & ego nesciebã: non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli. Porta, quia ipse dixit, ego sum ostium, per me si quis introierit saluabitur: domus verò illa, in qua à principio oĩa collocata erant, & in q̃ suscipit domesticos, vt pascua tribuat, nã & ipse factus est pro nobis, à Deo, sapientia, iustitia, sanctificatio, & redẽptio, & in ipso restituta est iustitia, & rectitudo originis, q̃ in Adam amisimus & sicut in eo oẽs peccauerunt, ita in Christo oẽs credentes salui erunt, cũ per eum in terra hominib. manifestantur, q̃ in cęlo in consistorio Sanctæ Trinitatis tractant: omnia. n. quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis, dixit ipse, de cuius iustitia & redẽptione scriptũ est, iustitia indutus est Dñs vt lorica, & galea salutis in capite eius, & erit iustitia cingulum lumborũ eius, & fides cinctorium renũ eius. itẽ iustitię dator Dñs est, & expectatio patrum, & iustitia sempiterna adducet, delebiturq; iniquitas, & misericordia, & veritas mutuò sibi occurrerunt, iustitia & pax sese osculatæ sunt, propterea quòd

Source : BIU Cujas

in vno Chriſto tandem locum ſibi inuenerunt: ideo, vt dictum eſt, ſeſe oſculo exceperunt, & in vno Chriſto propoſita ſunt nobis omnia, creatio, vita, lux, gratia, iuſtitia, ſapientia, veritas, ſanctificatio, & redemptio, qui fuit cœlitus à patre miſſus ad nos, vt ſe filium Dei oſtenderet, prout ſe vniuerſo orbi parefecit, & legem dimiſit, quę eſt lex ſpiritus, amoris, ſuauitatis, libertatis, vitæ, fortitudinis, iuſtitiæ, & ſaluationis, & quæ non pollicetur temporalia, ſicut lex vetus, ſed ſpiritualia, & æterna, ſcilicet gratiam in præſenti, & vitam æternā in futuro ſeculo, qua ſanctiſſima lege Duce, † nemo ipſam mortem trepidabit, ſed moriendo mori deſinet, & viuere incipiet, & ſi corpus fragile reſoluetur, anima è corporeo carcere abſoluetur, & moriendo gloriabitur, nullaque moriens anxietate torquebitur, ſciens ſe cœleſti vita potiturum, experieturque vitam hanc, fuiſſe trāſitum ad mortem, & mortem ad melioris vitæ originē, quæ vita ſuauis erit, ignara mortis, neſcia triſtitiæ, ſine labe, ſine dolore, ſine anxietate, ſine corruptione, ſine perturbatione, vbi non eſt aduerſarius impugnans, vbi nulla peccati illecebra, vbi non exuries, ſitis, algor, calor laſſitudo, nec animi paſſiones, vbi tandem Deus facie ad faciem cernitur, & non per ſpeculum, vt ait Iob, in facie Domini videbimus lumen, & ſatiabimur, cum apparuerit gloria eius, & erimus ſibi ſimiles, vt ait Ioānes, & ideo mors, nedum flenda eſt, ſed Chriſti fidelibus maximè exoptanda, & q̄ delectabile erit illud bonum, vide Anſel. in lib. Proſologion. & Auguſt. in c. vlti. de Ciui. Dei, & Pſal. 83. Beati, qui habitāt in domo tua Domine, &c. & vide text. in c. quam præpoſterum. 13. q.
8 ij. † Hinc martyrū conſtantiſſima exultatio, & tanta in eis mortis huius iubilatio, vt gladios, ignes, & alia atrociſſima tormenta facilè pertulerint, quos non blanditiæ deceperunt, nō minæ terruerunt, non cruciatus deuicerūt, nec illi ſupplicia ceſſerūt, & torti torquentibus fortiores extiterunt, & in fide ſtabiles, in dolore patientes, in quæſtionibus victores fuerunt, quòd maximè admirandum eſt, potiſſimùm in ſexu fœmineo, & virginib. ipſa natura, mollibus, timidis, & fragibilibus, & non à parentibus, qui Chriſti fidem ſanguine proprio defenderūt, & inexpugnabile eiuſdem veritatis fidei argumentum. Et vitam hanc ita contempſerunt, vt priſcos, & illuſtres Philoſophos mulierculas putes, ſi ad hoc conferas, ludumque puerorum non iniuria exiſtimes omnia, quæ de contemnenda morte, aut verbis, aut exēplo priſci Philoſophi docuerunt, fœminæque apud nos, atque pueri & indocti, Philoſophi dici poſſint.

Ardebāt enim igne illo, de quo idem Dominus noſter dixit, ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt ardeat? O fęlix flamma, ardens, & non vrens; illuminans, & non incinerans; ſic omnes, quos tangis, in te transformas amātes, vt meritò Dei viui nomine appellentur, calefeciſti Apoſtolos, & omnia præter te relinquentes, filij Dei effecti ſunt; calefeciſti Martyres, & ſanguinem fuderunt, vt ille eorum mixtus cum tuo ſanguine, vnum quid efficeretur; calefeciſti virgines, & igne amoris, ignē fœtoris extinxerunt, vt legitimæ efficerentur ſponſæ tibi cōiungendæ; calefeciſti confeſſores, & duris ſeſe carceribus mancipa runt, vt tibi ſoli vacantes, facilè tecum vnirentur, & vide quid de ipſis Martyribus alibi dictum ſit. quis eſt tam excors, atq; cæcus, qui non videat in Martyribus fuiſſe ſapiētiam? licèt eorum perſecutores malitia, & furore excæcati ſtultos eſſe arbitrabantur, qui cum haberent in ſua poteſtate ſupplicia vitare, cruciari tamen & mori maluerunt, ſed poſſent ipſi ex eo videre nō eſſe ſtultitiā, in qua tanta hominum millia, per orbem totum vna, & pari mente conſentiunt: ſi enim fęminæ ſexus infirmitate labuntur viri certè ſapiunt: ſi pueri, ſi adoleſcētes improuidi ſunt per ætatem, maturi certè, ac ſenes habent ſtabile iudiciū: ſi vna ciuitas deſipit, cęteræ vtique innumerabiles ſtultæ eſſe nō poſſunt, vbi & plura alia. Quod quidem Martyrium Abel prior dedicauit ante vllius exemplum. Quarum prędmia virtutum, nō ramus oleæ, nec corona oleaſtri foliis immixta, nec publicè apparata conuiuia, nec areæ ſtatuæ, ſed vita eſt nullo fine vnquam claudenda, & cum Angelorum choris iungenda lætitia.

9 Quas quidem paſſiones, & mortem ipſam † etiam Chriſtus Dominus noſter minimè recuſauit, immò tanquam Dux nos omnes præceſſit, ne quis iter perhorreſceret, fuitque fortior, & præſtātior quibuſcunque alijs, nec talis fuit is, quales plures ſint, qui alligant onera inſupportabilia, quæ imponētes, digito ſummo tangere nolunt, vt habetur 26. q. 7. alligant. glo. fin. in c. 1. de vſur. in 6. Sed legem quam dedit carnaliter adimpleuit, & ob eā ſubeundam de cœlis in virginem matrem deſcēdit, & ſe ipſum tradenti turbę obtulit, & occurrit; & Petri zelum compoſcēdo, non eſt paſſus gladij adhiberi ſuffragium, ſed tanquam agnus ſe pro ſalute omnium in eo credentium prębuit crucifigendum; & qui non ob aliud dixit, triſtem animam ſuam vſque ad mortem, niſi quia ſciebat mortem à iudæis ſibi inferendā. fore illius gentis reprobationem, & damnationem, & vt ex inſtantis mortis imaginatione oſtenderet ſe etiam hominem, vt Deum, & vt fieret voluntas patris, & ſacrificium carnis à timore, & triſtitia inchoaret. quis enim aliter dicat, illum quem omnia timent, timuiſſe mortem? & qui mors eſt mortis, morte appropinquante pertimuerit? Sic etiam ipſe Dominus fleuit Lazarum iam ſepultum, non vtique vt flendi mortuos formam daret, licèt nō improbaret, ſed vt ſe per lachrymas verum corpus aſſumpſiſſe oſtenderet.

Feſtinent igitur omnes à fide Chriſti alieni, & properēt ad ipſum Dei filium, & omnium in eum credentium redemptorē, nec vlterius aliquem ſera immoretur ſegnities, ſępiat ſe quiſquis mandatis legis huius diuinæ, quaſi quodam vallo: illum enim non expugnabunt dolores aliqui, & corporis afflictiones, nec mundi huius voluptates, breues, & tranſitoriæ, vmbræque, & ſomno ſimiles, & maioris boni certiſſima iactura, & non habemus hic ciuitatem manentem, ſed futuram inquirimus. Ad Ebræ. 13.

Quod ſi quis eiuſdem legis euangelicæ perfectionem dignoſcere cupiat, effingat quæſo ſibi, atque oculis ſuis ſubijciat hominem aliquem mandatorum eius executorem, & in eius via ſanè ambulantem, vt qui diligat Deum ex toto corde, & tota anima & mente, & virtute ſua, & qui credat in Ieſum Chriſtū eius filium ſine hæſitatione, & propter ipſum relinquat patrē, & matrem, omnia, diligat etiam proximum, ſicut ſe ipſum, & inimicos ſuos, & pro eis oret ipſisque benefaciat, & quaſcūque iniurias patienter ſuſtineat, & tunc etiam ex corde remittat, ſi pius, pacificus, & miſericors, humilis, abſtinentiæ deditus, caſtè ſobrieque viuens, & mitis corde, & qui ſegreget ſe ipſum à mundo, & ſeipſo, non hypocrita, nec confidens in pecunijs, & eleemoſynam indigentibus elargiatur, nec alieni cupidus, peruigil in orando, ieiuniorum obſeruator, de peccatis abſtinentiam agens, & primo quærens regnum Dei, & cætera præcepta non omittat, quæ veritas ipſa nos docuit, & in exemplum reliquit, vt eſt videre, præcipuè Matth. 5. vſque ad octauum excluſiuè.

Cui nam quæſo aſſimilabimus hominem iſtum? Nonne plus diuinitatis, quàm humanitatis in ſe habere iudicabitur? atque in terris vitam cœleſtem ducere dignoſcetur? & Auguſtum eſſe numen humana carne veſtitum? & quis non reuerebitur hominem eiuſmodi? cum Angelus ex homine redditus dici poſſit? Hi ſunt, quos aliquando ſacra pagina Deos appellat, & Dei filios, & templa ſpiritus ſancti, ſcilicet per myſticam incorporationem ad Chriſtum, & per vnionem gratiæ, fidei, & charitatis, & gloriæ participationem. † ea eſt vis legis euangelicæ, in
10 qua nihil turpe, aut flagitioſum ſpectandum, imitandumque proponitur, vbi veri Dei, aut præcepta inſinuantur, aut miracula enarrantur, aut dona laudantur, aut beneficia poſtulantur: continens documenta cœleſtia, quæ Deus non in tabulis lapideis, & inanimatis, neque atramento, aut chartis, commendari voluit, ſed purgatis animis ſuorum, & mentibus vita præditis, vt præcinit Hieremias, inſtituam teſtamentum nouum, &c. Dans leges meas in interiorem ſenſum eorum, & in corde eorū ſcribam eas, &c. O lex admirabilis, fœlix, iucunda, & ab omnibus expetēda Metamorphoſis, quæ fit per legem euangelicam, dum nos in Deos, & Dei filios transformat. O quam glorioſus eſt finis legis euangelicæ, qui eſt fruitio Dei, quid carius ex petendū?
11 † Extollebant olim Ethnici leges eorum, vel quia a Dea (aſſerebant) Cerere emanaſſent, eamque ob rem legiferam à Poetis, & alijs appellatam, vel ab Apolline, Minerua, vel nimpha Egeria, vt legitur de Lycurgo, Solone, & Numa Pompilio, vt habetur in c. Moiſes. 7. diſtin. quòd ab eiſdem falſis numinibus leges per eos traditas habuerint, vt ferunt etiam ob id apud Græcos Themin celebratam fuiſſe, & Dicen Deam præſidem iudiciorum, virginemque, & Iouis filiam, cuius diaconi, & miniſtri Dicaſtæ dicebantur, & apud Cretēſes habitus fuit Iuppiter legum dator, & penes Homerū legitur Minoa à Ioue patre leges edoctum per nouennium, & tunc ciuitatibus illas impoſuiſſe, quæ tamen tanquam à mortalibus inuentæ, ſimul cum inuentoribus defecerunt, non ſic lex euangelica, quæ Ieſum Chriſtum filium Dei habuit, & authorem, & doctorem, & cum eo viuet in ęternum, ſimul cum omnibus, qui ipſum ſequuti fuerint, & eius præcepta ſeruauerint.

Cuius quidem ſacrę legis, & fidei excellentia ex cęterarum ſectarum collatione facillimè percipi poterit.

12 Et in primis † ſi Gentiles reſpiciamus ſolitos ſeruire perditiſſimis dæmonibus, quos Deus in æterna ſupplicia damnauit, quæ nam fuit, & eſt ipſorum, & ſi qui ſunt alicubi hodie (vt fertur) in orbe Gentilium dementia? in adorando quendam Iouem, Saturnum, Vulcanum, Apollinem, Bacchum, Iunonem, Latonam, Veſtam, Rheam, Perſephonem, Mineruam, & ſimiles tanquam Deos, quos olim patet homines fuiſſe & pro vniuſcuiuſque eorum vita vel meritis humanis, coli apud ſuos poſt mortem cœpiſſe, putantes etiam multigena numina ſecundum rerum pluralitatē multiplicata, vt de aeris virtute, Iunonem; de vi telluris, Veſtam, quia herbas, floresq; producit, qui ſunt tanquam veſtes, & ornamenta terrę, & de Sole, Herculem, eidem attribuentes duodecim certamina propter decurſum eius per duodecim ſigna, cui aſſiſtere dicūt nouē Muſas, id eſt nouem cœlorū orbes in motu, & virtute conſonātiſſimos:

Lunam

Source : BIU Cujas

Lunam vero,Dianam,& Lucinam, quæ conferat mulieribus parturientibus ex Nouilunio,& ſimilibus, cum tamē Deus ipſe in omnibus mundani corporis membris operetur, omnibus præſtans,vt ipſi cooperetur,ne partes mundi diſſectæ, abſq; viuente virtute deficerent,quod quidem vnitatis ſacramentum antiqui minimè perceperunt.

Per maxima etiam fuit olim humanę vitæ deceptio,quoniā aut effectui,aut Regibus deſeruiētes homines, communicabilem rationem.& lapidibus, & lignis impoſuerūt, & in tenebris errantes ſecundum diuerſas regiones & prouincias, ſibi diuerſos Deos conſtituerunt, † vt fuit apud Aegyptū Iſis:apud Cretenſes,Iuppiter; apud Mauros,Iuba;apud Latinos,Faunus;apud Romanos,Quirinus;apud Athenas,Minerua;apud Samios,Iuno; apud Paphū,Venus; apud Lēnos,Vulcanus; apud Naxon, Liber; quo nihil irrationabilius dici poteſt, quàm vt quis credat eſſe Deos quales homines eſſe nō deceret; & Deos eſſe putant,quos mortales fuiſſe non audent negare,nam Melicertes, & Leucothea præcipitātur in maria,& fiunt poſtmodum maris Numina; & Aeſculapius vt in Deum reſurgat, fulminatur; Hercules,vt hominem exeat, ęternis ignib. crematur; Apollo Admeti pecora pauit,& Venus illa calua, & apud Homerum vulnerata.

13

Cum ſi à Ioue principium capiamus, cōfitentē ipſum Saturno & Rhea genitum: & quomodo poteſt is Deus videri,q poſt infinita mortalium millia progenitus eſt? & pro Deo colēdus, qui delicta ſine numero perpetrauit,vt de ipſo Ioue,qui vt Regno potiretur,patrem Regno expulit; & qui plura commiſit ſtupra,vt de Danae,& Europa,& diuerſa adulteria, & raptum Ganymedis,ſecundum poetica figmenta,cum tamen Danaen violaturus Iuppiter,aureos nūmos in ſinu ſuo largiter effuderit & hæc ſtupri merces fuit; & ſi erant Dii aliquando nati, cur nō ſuſcepit Iuppiter ex Iunone filios? niſi fortè Iuppiter ſenuit, & partus in Iunone defecit,& quidam, proprium affectum ad formæ oculorum ſuorum ſimilitudinem deſcribebant, vt ſanguinarius,quidam vir,matrem afferens; Mæchus, aut Mecha Venerem; tirannus victoriam extollebat,ſordibus, & rebus tēporalibus inhians; Saturnus effęmi natus Cybelem,& Rheam; Guloſus,Arthemiſiam venatricem; Ebrioſus,Dionyſium;erūnoſus,Herculem; & per varios coitus ſe volutans, Iouem, & Apollinem; & de Apolline,qui quidem, ob amorem quo flagrabat,gregem turpiſſimè pauit alienū, & qui formoſum puerum violauit,& cum eo ludens occidit. Quid de Marte homicida,& Mercurio fure,& Nebulone, & variarum fraudum inuentore dicendum? & quid impudentius, quàm meretriculas inter Deos annumerare,vt Romani fecerunt de Acca, & Floria? de quibus vide etiam Chriſoſto. in caput ſecundum ad Titum,Homil.5.Tho.4.& Tertullianum in lib. aduerſus gentes.

14

† Qui fabuloſi Dei etiam apud ipſos gentiles ludibrio habiti ſunt,vt de Diagora,qui Herculem ſuum ligneum,in penuria ligni exuſſit,& per ludibrium ad ipſum dixit, age Hercules decimū tertium laborem ſubiturus eſto ob ſomnium nobis cōcturus,& ſanè acceptum ipſum in ſcandulas fidit deridens proprium Deum,qui nullus eſſet, qui quidem Hercules vna nocte fertur,quinque viginti virgines corrupiſſe,prout legit de Dionyſio Tiranno,qui poſt victoriam Græcia potitus, Deos tales illuſit: nam cum Ioui Olympio aureum amictum detraxiſſet, laneum iuſſit imponi,dicens,æſtate graue eſſe aureum, hieme frigidum,laneum vero vtrique tempori aptum; idem,auream barbam detrahens Aeſculapio, incongruum & iniquum eſſe aiebat,cum Apollo pater imberbis eſſet, priorē filium, quàm patrem barbatum videri; item pateras & exuuias,& parua quædam ſigilla,quæ ſimulachorum portentis tenebantur detrahebat,& accipere ſe illa,non auferre dicebat; & ſtultum & ingratum eſſe nolle accipere ab his vltro porrigētibus, à quibus bona ſibi homines precarentur. & Socrates, quia Deos Gentiliū ſpernabat occiſus eſt, de quibus Ambroſius dicit ita ludibrio habitos fuiſſe,vt neque Iuppiter veſtem ſuam, nec Barbā Aeſculapius defendere potuerit,nec ij, qui dicebantur Dii ſeruare potuerint pateras,quas tenebāt.Et Cato in Libia extremæ difficultatis anguſtia coarctatus, Hammonē Iouem dedignatus eſt conſultare,ratus ſibi rationem ſufficere, vt perſuaderet ſeruandam libertatem, & non modò dominationis Cæſareæ iugum,ſed omnem notam turpitudinis fugiendam, & quomodo aliis prodeſſe potuerunt,ſi ſe ipſos ab extremis periculis nō defenſarunt, vt Delphicum oraculum ter à Thracibus crematum,& templum Capitolium, & Veſtæ Serapis ſacrarium in Alexandria,& cur illi ementita numina tot & tanta ſacrilegia in Dionyſio non vendicarunt,qui non clandeſtinè, ſed palam illos in deriſionē habuit? prout ex Cicer. in lib. de natura Deorum,& alii,cur hunc tam potentem ſacrilegum à templis, cerimoniis,& ſimulachris ſuis non interdixerunt? cur Caius Verres,qui in Sicilia ſimulachrum Cereris vetuſtiſſimæ, quod in maxima veneratiōe habebatur,ex arcanis, & vetuſtis penetralibus,immiſſis latronibus ſuis abſtulit,ſine falſi numinis vindicta præteriit? & cur nō ſumpſit Iuppiter iudicium de Paulo, & Barnaba,eidem conuiciantibus,vt habetur Actuū 14. Abolita fuit,& Pythici oraculi fides vt ipſorum Auctores teſtātur,abolita autem ideo,quia contempta:porrò quare contempta, niſi quia falſa,varia,& dubia:vnde & illud.

Inconſulti abeunt, ſedemque odere Sybillæ.

Deluſa fuerunt etiam oracula illa ab Epaminūda Duce Thebano,nam cum Lacedæmonii (teſte Plutarcho) educerēt copias in Thebanos variaque Thebanis ferrentur oracula, quorū alia victoriam Thebanis pollicebantur, alia diuerſa prædicebant, Epaminundas dixit erga ſuos, ſi volueritis parere ducib. & cōglomerati in hoſtē tēdere, hæc vobis ſunt oracula, oſtenſis fauorabilibus,ꝙ ſi ad conflictum ſegnes, timidique fueritis, hæc vobis oracula reddita ſunt, oſtenſis deterioribus. Et nonne olim veteres Romani,Liberum patrem Senatus authoritate,non modò ex vrbe ipſa, verum etiam ab vniuerſa Italia eliminarunt? & Serapidem & Iſidem, & Harpocratem cum ſuo Cyno cephalo capitolio prohibitos inferri.i.curia Deorū pulſos,per Piſonem,& Gabinium Conſules (non profectò Chriſtianos) emerſis eorum aris,impunè abdicarunt? vanas eas eſſe ſuperſtitiones exiſtimantes. Et prout de templo Serapis apud Alexandriam,de quo perſuaſio à Gentilibus fuerat diſperſa, ꝙ ſi humana manus illud ſimulachrum contigiſſet, terra dehiſcens illicò ſolueretur in chaos,cœlumque repente rueret in p̄ceps,quod tamen à militibus Chriſtianis deſtructum fuit impunè,vt legitur Eccleſia.Hiſto.lib.11.c.33.Serapis autem is erat apud Aegyptios,qui apud Græcos Pluto. non ſic actum eſt cū ſacrilegiis templi Dei noſtri,nam cum Pompeius Magnus captis Hieroſolymis,licèt ex illo nihil attigerit, nec tēplum Idolis prophanauerit quin ſacerdotibus iuſſerit, vt ſolennia ſacra ritè obirent,purgato ab æditiis templo, vt tradit Ioſephus de bello Iudaico lib.j.c.16.& li.13.c.9.de antiquita.Cornelius Taci.lib.21.& Cicero in oratione pro L.Flacco. quia tamen illud ſuperſtitione polluerit,non diu poſt à Cæſare victus reciſa ceruice iacuit feris dilacerandus alitibus. & Craſſus cum ex eodē templo precioſa quædam ſuſtuliſſet apud Carras Parthorum ſagittis, oppreſſus eſt. idē per prius contigit Antiocho 2. Machab.3.& 9.& Seleuci legato Heliodoro, & ſi quis templū Dei violauerit,diſperdet illū Deus,ſecundū Apoſtolum.1.Corin.3.

Et tradit Nicephorus hiſtoriam illius pictoris arrogantiſſimi,qui præſumpſit pingere Saluatorem noſtrum,ſecundum ſimilitudinem Iouis,cuius manus fuit arefacta, & illo peccatum ſuum confitente,ſanitatem recepiſſe.

15

† Et quid aliud fuere ſimulachra illa & imagines Deorum Gentilium,quàm vanitatis,& eorum fatuitatis iudicium euidentiſſimum? Fabuloſos eorum Deos præſeferentia, vnde Numa Pompilius ſecundus Romanorum Rex, Deos ſine ſimulachris colere docuit,& proinde in centum & ſaxaginta annis in templis Romæ ſimulachrum nullum extitiſſe tradit Euſebius de prēparatione euangelica,opinatus eam legem ex præceptis Moſis emerſiſſe,qui quidem nec erubeſcebant loqui cum illo, qui ſine anima eſt,nec exercet officium hominis,ſed eſt ſolum ſimile homini,lingua eorum polita à fabro, ipſa quoque aurata,& argentata non poteſt loqui,& cur pro ſanitate,infirmum deprecari,& pro vita mortuum rogare, & inutilem in adiutorium inuocare,& pro itinere petere ab eo, qui non poteſt ambulare & de acquirendo,& de operando,& de omnium rerum euentu,petere ab eo,qui inutilis eſt, & in quibus nō eſt oculorum viſus ad videndum, neq; nares ad percipiendum ſpiritū, neque aures ad audiendum,neque digiti manuum ad tractandum,nec pedes ad eundum,& ſunt ſimplex lutum,lignum, æs, lapis,argentum & aurum.Item & ſal,cera,vitrum,ferrum,chalybs,plumbum,ſtamnum. legitur quippe ex varia iſta materia antiquos effinxiſſe eorum ſimulachra, apud Plinium, Solinū, Plutarchum,Pauſaniam,Euſebium,& alios, & huiuſmodi homines deploratæ emētiæ,ſic libet increpare,Heu vos viri egregii,votorum ſumma,& fœlicitatis finis eſt,reddi Deo ſimilem, orate igitur,vt fiatis ſimiles veſtris ſtatuis,& ſumma fœlicitate fruamini,non videntes oculis, non audientes auribus, nec reſpirantes,& olfactantes naribus,ore nec loquentes, nec guſtātes,manibus nec dantes,nec capientes, pedibusque non incedentes,licèt,& illud præceptum de non faciendis Deis aureis, & argenteis poſſit etiam interpretari,cōtra auaros ipſos arguēdo vndecunque aurum,& argentum ſibi quærentes,& acquiſitum tanquam Numen recondentes in penetralibus, totā ſuā fœlicitatem acceptam illi referendo. homo enim fecit illud, qui cum ſit mortalis,mortuum fingit manibus iniquis: melior enim eſt ipſe,his quos colit, quia ipſe quidem vixit, cum eſſet mortalis:illi verò nunquam. de his etiam vide Euſebium,lib.5. de vita Cōſtantini Impe.poſt prin.Item & ſapiēs dixit, Sap.14. benedictum eſt enim lignum per quod fit iuſtitia: per manus autem quod fit idolum, maledictum eſt,& ipſum, & qui fecit illud,quia ille quidem operatus eſt, illud autem quod eſſet fragile, Deus cognominatus eſt,de quibus quidem Idolis, & falſis numinibus Cyprianus ita tradit,ſi quid Diis tui numinis, & poteſtatis eſt,ipſi in vltionē ſuam ſurgant, ipſi ſe ſua maieſtate defendant.

defendant. At quid præſtare colentibus poſſunt, qui ſe, de non colentibus, vindicare non poſſunt? nam ſi eo, qui vindicatur, pluris eſt ille qui vindicat, tu Diis tuis, maior es, ſi autē ijs, quos colis, maior es, non tu illos colere, quos tu defendis, pudeat tutelam de iis ſperare, quos tu tueris. & inferius, Videbis nos rogari ab iis, quos tu rogas; timeri ab ijs, quos tu times, quos tu adoras videbis ſub manibus noſtris ſtare vinctos & tremere captiuos, quos tu veneraris vt Dominos. Hæc ille. Simile habetur in hiſtoria Longini Martyris, & quòd nō agunt vindictam de nobis, qui ipſos in deriſionem habemus, ſi vera ſunt numina? Ad quorum etiam vanitatem, & fallaciam confirmandam, facit quod in eorum reſponſis ſemper mendacijs & obſcuris ſermonibus verſati ſunt, & ex ipſo Apollinis oraculo pluries reſponſum. Quid fruſtra petitis, non eſt noſtrum ſcire futura, de quibus etiam Virgilius ita præcinit.

Talibus ex adyto dictis Cumea Sybilla.
Horrendas canit ambages, antroque remugit
Obſcuris vera inuolens.

Quale fuit illud ad Creſum Regem Lydorum.

Intrepidus ſi Creſus Halim tranſmiſerit amnem,
Imperium perdet magnum, regnumque ſuperbum.

Qui victus fuit à Cyro Perſarum Rege, & de Dilāberto Scoto D. Placentiæ, cui de ſtatu ſuo quærenti, ſpiritus reſpondit, Domine ſtes ſecurus, inimici ſuauiter intrabunt terram, & ſubijcientur domui tuæ: ſpiritus. n. ſic intelligebat, Dñe ſtes ſecurus, inimici tui ſua vi, ter, in tribus vicibus intrabūt terram, & ſubijcient, vt, id eſt ignem domi tuæ, & ita factum fuit, vt per Alb. de Roſ. in l. nemo. l. j. C. de Iudæ. & tempore Valentis Imperatoris, qui conſultus Dęmonem quendam erroneum, quis poſt eū ſuſcepturus eſſet Imperium, reſpondit demonſtrādo quatuor literas, θεοδ, dicens: hoc nomen poſt Valētem Imperij culmen accipere, & ob id Imperator zelo ductus, omnes interimi iuſſit, qui has literas in capite ſui nominis habuiſſet, vt Theodorus, Theodolus, Theodotus, Theodoſius &c. & ſi. & de variis fraudum generibus idolorum Gentilium, & præſertim de Serapide apud Aegyptios, & eius templo, vide Ruffinum ex noſtris Aquileien lib. 2. c. xxiii. cum ſeq. hiſtoriæ eccleſiaſticæ, & Euſebium Cęſarienſem lib. 5. c. x. & lib. vi. c. iiii. de præpara. euangelica. et lib. v. de demon. Euange. & propterea nō mirum ſi plurimi ex nominatiſſimis Philoſophis Gentilium ſponte ſua ab erroribus illis emerſerunt, vt Peripatetici, Cinici, atque Epicurei, nati quippe, & educati corruptiſſimis moribus, ſcriptum reliquerunt non modò falſa, verum etiam inutilia, & plurimorum detrimentorum cauſam eſſe, oracula illa, & Clementē Alexandrinum Punteni martyris diſcipulum, & Origenis præceptorē epiſtola ad gentes.

16 † Quibus quidem falſis numinibus, Gentiles caligine erroris obumbrati ſacrificabant, non ſolum in ſanguine brutorū animalium, ſed etiam (ò nephandum ſcælus) in ſanguine puerorū, puellarumque virginum, vt Rhodij, & Salamini, qui ad diomedis ſacra, hominem viuum concremabant, quod etiam Choi Dionyſio peragebāt, & Lacedemonii viuum hominem lacerabant, & Phœnices amantiſſimos aduenas, tempeſtate, aut peſtilentia occidebant, Laodicenſes, virginem Palladi īmolabāt, Curetes puerum Neptuno iugulabant, Græci tempeſtatem maris ſedaturi, Regiam prolem mactabant, vt Iphigeniā Agamemnonis filiam, de qua Virgil.

Sanguine placaſtis ventos & virgine cæſa.

Aderitæ eum, qui eſſet peſſimus omnium iudicatus, ad templa lapidabant; Aricini in latio Dianæ peregrinos mactabant; & Saturno etiam proprios liberos īmolabant, qui Saturnum filios ſuos deuoraſſe ſolitum prodiderunt: itē & latialis Iuppiter à Romanis cultus fuit humano ſanguine, & Pſal. 105. Immo lauerunt filios ſuos, & filias ſuas dęmoniis, & effuderunt ſanguinem innocentem, ſanguinem filiorum ſuorum, vt qui non alijs egerent iugulatoribus quàm illis ipſis, à quibus geniti fuiſſent. & Leuiti. xvij. nequaquam vltra īmolabūt hoſtias ſuas Dęmonijs. & Euſebius ita de his ait lib. 10. de præparat. euāge. Mos priſcis in magnis calamitatibus atque periculis fuit, vt ciuitatis, aut gentis princeps, dilectiſſimum ex liberis vlciſcendi Dęmoni, quaſi redemptionis præmium traderet, & ſic traditum myſtice ingularet. Maſſilienſes etiam olim cum peſte laborarent, vnus ſe ex egentibus offerre ſolebat annum integrum alendum, publicis cibis, & purioribus, poſtea verbenis veſtibusque ſacris ornatus, circum ducebatur per vrbem cum execratoribus: precabantur enim, vt in eum omnia mala ciuitatis incumberent. & inciderent, ſicque proijciebatur, †& talis homo ſacer
17 appellabatur. i deteſtādus, & execrabilis, & tales homines ēt cathermata appellabātur. i. homines, q peſte expiāda, aliove quo morbo, imolabātur Diis, & inde ēt ver ſacrum dictum eſt: fuit enim mos, tum Italis alijs, tū Romanis, vbi res ſuas in periculo verſari cernerēt vouēdi, quæcūq; pximo vere nata eſſent apud ſe, animalia īmolaturos, vnde id ver. ſacrum dictum eſt, pueros etiam conuotos fuiſſe Feſtus tradit, talibus hoſtiis impii Cacodęmones litari volebant, quaſi cruoris humani repleti, tum demum propitii eſſent, eum maximè læſiſſent. Et quidam more belluarum, quæ & crudas, & humanas carnes deuorare conſueuerunt veſci cariſſimorum ſibi carnib. pulchrum exiſtimabāt, & matribus & ſororibus & filiabus commiſceri, atque eos qui conſenuiſſent iugulare, & mortuos canib. volucribusq; proiicere, quam impietatem Dominus Ieſus aduentu ſuo ſoluit, & quod admirabilius eſt. hac immani tyrannide, non nos modò qui ipſum adoramus, ſed eos item, à quibus blaſphemiis lacerātur expediuit: neque enim Gentilium quiſquam huiuſmodi victimas dęmonibus ſuis poſthac offerre coactus eſt: tanta eſt in homines benignitate vſus, & maiora in inimicos beneficia cōtulit, quam Dęmonum in amicos maleficia. Et quid, q nō cōtenti multi iugis hominum cędibus, mulieres etiam ſtuprādas curauerunt? Nam Alexandriæ, vbi Saturni ſimulachrum colebatur, illius ſacerdos nomine tyrannus, Matronas eius ciuitatis, quas elegiſſet, tanquam à Deo, accitas, noctu ad ſimulachrū ductabat, ibique extinctis repente luminibus, cum eis rem ha-
18 bebat carnalem. † O ſacerdotes Sathanici, ò execranda religio, quæ per ſcelera abominabilia, admittebat fieri tam horrendū, falſo Deo, tanquam acceptabile ſacrificium, & ſcelerum ſuorum eūdem authorem facere, prout etiam contingit Paulinæ nobili Romanæ, quæ tempore Tiberii, fuit violata in templo Iſidis nocturno tempore per quendam Mundum ciuem Romanum, qui opera Idæ libertæ, quæ pecuniis corrupit *Iſidis ſacerdotes*, & præſertim maximum eorum, qui fingens ſe ex Aegypto digreſſum, & ab Anubio eorum Deo deſtinatū, qui Paulinæ amore teneretur, ipſam in templum nocturno tempore clauſit, & Mūdo, qui ibi latitabat occultus, copulata eſt, qui tamen dedit pœnas exilio, & deſtructo templo, ſacerdotes, Tiberius cum Ida in cruces adigere fecit, vt Ioſephus ſcribit. Lib. 18. capit. 10. Antiquit. Iudaicæ.

Quæ quidem nephādiſſima, Saluator vniuerſi humanæ generis amantiſſimus, ſalutari patris nutu ſuſtulit, ne hoc ipſum illi tàm charum genus in impietatis profundo verſaretur, ipſumque traduxit à luxu, ad modeſtiam, ab impietate ad pietatem, ab iniuſtitia ad iuſtitiam, ac præterea à crudelium dæmonum poteſtate, ad diuinam veræ pietatis comprehenſionē, poſtremò cœleſtes, vitæ, doctrinæque pietatis portas, gentibus per totum orbem, apertas oſtendit, lib. 18. antiquitatum. capit 6. & Egerippus lib. 2. rerum Iudaicarum, cap. 4. Hiſtori. & ideo Mundum exilio tantum damnaſſe creditur, q amoris furore concitus id perpetrauit, & ob id leuius eum puniendū arbitratus eſt: nam, & iure permittente, & ea de cauſa pœnam relaxante fieri poteſt, ſi quis præ nimio amoris ardore deliquerit, vt tradit Oldra. conſ. 210. regularis habet traditio. colum. 2. ver. tertia conſideratio, qui citat Ariſtotelem Ethi. 7. capitu. 2. dicentem hos appetitus venereos, aliquos in furorem, & inſaniam adigere, & facere text. in Auct. quibus modis natu. effi. legit. §. illud. ibi, Sed nihil eſt furore amoris vehementius, quàm retinere, Philoſophiæ eſt perfectæ mouentis, text. & ibi Salyc. in l. j. C. de ſenatuſconſul. Claud. tollen. & illud Poetæ.

Vtitur infœlix Dido, totaque vagatur
Vrbe furens.

Et quæ tradit Curt. Seni. conſi. 67. ſuper controuerſia, col. 3. Sed quid irrationabilius eo, quòd non contenti Gentiles vno Ioue, aut Apolline, & ſimilibus falſis Diis, admiſerunt quandā
19 confuſionem, & numerum illorum ſine præfinitione, † non animaduertentes pluralitatem Deorum diſcordias parere, & vno quicquam volente alios repugnare, & dixit Homerus inter ſe Deos confligere bellis, vt ex Diis Græcorum, & *Diis* Troianorum: nam & cum iurāt homines, cum optant, cum gratias agunt, non Deos multos, ſed Deum nominant. *Adeo ipſa veritas* (cogente natura) etiam ab inuitis peccatoribus erumpit. Admiſerūt enim ipſi Gentiles quatuor Apollines, tres Aeſculapios, tres Dianas, Dionyſios quinque, Mineruas quinque, Veneres quatuor, Cupidines tres, & qnq; Soles ex variis affectib. quatuor Vulcanos, quinque Mercurios. Item & traditum eſt à Marco Varrone trecentos Ioues, ſeu maius Iuppitros, enumeratos. Hæſiodus etiam memoriæ prodidit, apud Gētiles triginta Deorum millia, tradita fuiſſe, & etiam erant eis Dii ſuperi, & inferi, & medioximi. Vnde Plautus in Ciſtellaria, Ite me Dii Deæque, ſuperi, atq; inferi & Medioximi. & alibi, Dii me omnes magni, minutique & patellarii, & de his aliqua per Alexandrum ab Alexandro, virum ſummè eruditum, libro 6. Genialium dierum, & accuratiſſimè per Gregorium Giraldum in libro, cui nomen dedit, Hiſtoriæ Deorum Gentilium, cum vnus fit Deus, extra de ſum. trinit. capit. j. & c. damnamus. & 7. quæſt. j. Nouatianus. 24. quæſt fin. capit. quidam & not. 7. quæſtio. j. in apibus. & in extrauaganti, vnam ſanctam. de maio. & obedien. capit. Eccleſia. de conſecra. diſtin. j. vbi vna eccleſia militans, & non plures, nec hēt eccleſiaſticam ordinationem, quæ Eccleſiæ non tenet, vnitatē, c. factus. 7. q. j. c. fundamēta, de elect. in 6.

Præterea non puduit ipſos Gentiles, Deorum nomine proprios Imperatores nuncupare, & tanquàm Deos, templis, aris, hoſtiis, ſacriſque eorum colere.

Non

Source : BIU Cujas

20 † Non omittam in eorundem Ethnicorum confuſionem, quòd ex ſingulis etiam rebus creatis auſi ſunt aſſumere nomina Deorum, Dearumq́;, vt Bubona Dea bouum, & armentorum; Cloatina, cloacarum; Vitunus, qui credebatur vitam largiri; Senius Senium; Statunus, qui pueris præeſſet, cum iã poſſunt ſtare; Fabulinus; & Vagitanus, cum iam fandi, & vagiendi principium eſſet; Cuninam, Deam infantulorum, in cunis vagientium; Eduliam, & Potinam, Deas eduliorum, & potus; Libẽtinam Deam libidinum, & ſimiles nugas, immo & ipſis etiã animi affectibus ſacrificabant, vt legitur de Scipione Aphricano, qui ingreſſurus Aphricam, pauori, & audaciæ ſacrificauit, febri etiam fanum publicè in palatio Romani dedicarunt, & aram malæ fortunæ in Eſquiliis, vt Plinius refert · & tanta fuerant caligine obumbrati, vt etiam apud inferos Deum inuenerint, quem colerent, omnium ſcilicet miſerrimum & infimum Plutonẽ, & tenebrarum principem, à quo omne malum. Nec defuerunt, qui aquam venerati ſunt, vt Perſæ, adeo vt ne faciẽ quidem ea abluerent, ſiue potandi gratia, ſiue irrigãdi arbores, ſiue vt aliaſcunque, vt tradit Agathius de bello Gothico, lib. 2.

Extiterunt etiam, qui ignem coluerunt, vt dicitur de Nem-
21 broth, † qui cogebat hominem ignem adorare; item vt Caldei, quem pro Deo colebant: quia ſicut Deus vbique, ita ignis in omni loco, etiam in lapidibus inuenitur, vt per glo. in c. cum igitur, in verbo, hæc itaque, 35. quæſtio. j. & fortè ob id apud Romanos per virgines Veſtales ignis perpetuus cuſtodiebat, & p ſolas viduas Athenis in honorẽ Pythiæ, legitur coluiſſe Chaldęis ignem, & per Aſiam circuntuliſſe, vt cum cæterarum gentium Diis congrederetur, cumque cætera idola, vel lignea, vel ex metallo eſſent, facilè victor ignis ea vel comburebat, vel liquabat, quapropter ſuo Deo metuentes Aegyptii ſacerdotes, tale quippiam contenti ſunt. Hydriæ in Aegypto fieri ſolent crebris, minutisque admodum foraminib. quibus aqua defluẽs, defecatior, limpidiorque redditur, harum vnam eiecto priore ſimulachro columnæ impoſuerunt, caputque addiderunt, & cæra obtuſis foraminibus repleuerunt aqua, ſic aduenientibus Caldæis cum ignem ſtatuæ circũdediſſent, liquefacta cæra, demanãtibus aquis extinctus eſt, victusq́; hoc potiſſimùm modo Aegyptius fuit. item & Perſæ ignem colunt pro Deo, & tamẽ tres pueri in fornace ignis ardentis immiſſi ignem vicerunt, & Deus præoculis omnium ignem ipſum colentium ſeruis ſuis victoriam contulit, hoc ſuadens Gentilibus, q́p eorum Dii non Deum tantùm, ſed etiam Dei ſeruos timent.

Miſerrima profectò hominum conditio veri Dei cognitione carentium, qui tamẽ mirabilibus eius operibus attẽdentes, debuiſſent cognoſcere alium fuiſſe rerum opificem, non autẽ ligna, & res creatas, & aquam & ignem, aut ſpiritum aeris citatum, aut gyrum ſtellarum, aut Solem aut Lunam, orbis terrarum eſſe Deos, quorũ & ſi ſpecie delectari Deos putarint, ſcire debuiſſent, quanto his dominator eorum, ſpecioſior eſt, cum hæc omnia conſtituerit, & ne illud quidem conſideraue-
rint, quod vel pueris eſt conſpicuum, artificem præſtantiorem ſuo eſſe opificio, & pictores, & ſtatuarii quaſi patres operũ eorum, magis merebantur vt conſecrarentur, & diuinos honores acciperent, non autem quod pro Diis haberentur eorum opera. Sed quid impudentius effingi poteſt, † quàm quod quidam
22 populi ad ipſa bruta, & beſtias adorandas mentes ſuas inſanas conuerterint? vt Troglodytæ, apud quos colebãtur teſtudines; apud Aegyptios Bos, Feles, Crocodilus, Hicneumo, Canis, Accipiter, Ibis, Lupus, immo & allium, & cœpe, vt teſtatur Diodorus libro ſecundo Hiſtoriarum antiquarum; & apud Phœnices, ſerpentes; apud Syrios Columbę; apud Thebanos, Aquilas: nam ex eo quòd altiſſimè volaret, arbitrabantur quãdam cum Deo vicinitatem habere; apud Scythas ouis, quæ animantium omnium eſſet commodiſſima, ac maximè innoxia, quæ quidẽ omnia ſunt maximo rubore digna, & immenſiſſimo luctu, & lachrimis deploranda, cum ſcierint, aut ſcire potuerint omnia à Deo propter hominem facta fuiſſe, vt eſſent ei in alimẽtum, indumentum, & laboris adiuuamentum, vt & omnes fructus rerum hominum gratia natura comparauit. l. in pecudum. ff. de vſufruct. & ordinatum ab initio mundi, vt præeſſet piſcibus maris, volatilibus cœli, & beſtiis vniuerſæ terræ, omniq́; reptili, quod mouetur, contra quos inuehitur Apoſtolus, Roma. 1. mutauerunt gloriam Dei incorruptibilis in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, quadrupedum, & ſerpentum. Nec animaduertebant Diabolum eam operam nauaſſe, vt homines ad reptilia colenda ſubmitteret, & animalibus minus rationis inter cætera habentibus illos ſupponeret, quos Deus ſupra ipſum cœlum ſublatos eſſe voluit.

Quare autem Aegyptii coluerint animalia, de quibus ſupra vide Euſebium de præpara. Euangelica, libro 2. capi. 1. & ſic de cultu Latonæ, Rheæ, & Veſtæ, & aliorum Deorum Gentilium, per eundem, lib. 3. cap. 3. & 4.

Qui quidem cultus irriſibilis, & Dæmonum, & idolorum iã ſublatus eſt, & ab orbe eliminatus: vbi .n. illud Delphici, Dindimei, & Delii Apollinis oraculum? vbi Dodonei, Trophonei, & Ammonii Iouis? (quod idem eſt cum Mammona) vbi Apis reſponſa? & dicam etiam cũ Eſaia 35. ex parte regis Aſſyriorũ, ſe iactantis de victoria quarundam gentium, vbi ſunt Emach, & Arphat? vbi Dii Saphar, Hami, &c. Et de templorum idolis dicatorum deſtructionibus, vide Epipha. Hiſto. tripar. libro 2. capi. 19. 20. 27. & de ſimulachris eorum fulmine concrematis, & in puluerem redactis, lib. 6. capi. 31.

23 † Vindicauit quidem Deus pater omnipotens ante aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti reatum idolatriæ, vt patet per vniuerſale diluuium, & captiuitatem Babylonicam, & in adoratiõe vituli, quo tempore filios Iſrael adeo extinxit, vt de ſexcentum millibus, qui extiterunt de Aegypto, ſolùm duo ſcilicet Caleph, & Ioſue intrauerint in terram promiſſionis; & de Ozochia, qui cõſulit Baalzabub. j. Dominum muſcarum; & de Salamone, cuius cor deprauatum fuit per mulieres, cum iam eſſet ſenex, vt ſequeretur Deos alienos, coleretque Aſtharoten Deum Sydoniorum, & Chamos Deum Moabitarum. Et filii Iſrael ſeruientes Baal, obſeruantesque diuinationes & auguria, caſtigati fuerunt a Domino, qui abſtulit eos à conſpectu ſuo, & non remanſit niſi Tribus Iuda; & quando Arca capta fuit per Azoreos, vim ſuam oſtendit etiam in aliena terra, idolo bis in ſolum deiecto; & voluntate Dei eodem zelo laborauit Abraham, cum Deum vnicũ doceret Chaldeos in Vr, & ob id impetrauit Helias ignem de cœlo contra Prophetas Baal, & Nadab, & Abiu filii Aaron flammis arrepti ſunt, q voluerunt adolere cum igne alieno, & propterea facta eſt eorum terra in deſolationem, ſtuporem & maledictum, quòd idolis ſacrificauerint, & à Domino auerſi fuerint. Et de vindicta Dei contra ſeruientes idolis, vide Deutero. 19. Iudi. 3. 4. 6. 8. 16. Paralip. 2. capit. 12. 13. 23. 34. 36. Reg. 3. cap. 13. 14. Reg. 4. capi. 10. Et habetur de Alexandro Magno ſecundum quoſdam, qui cum veniſſet ad montes Caſpios. & petiuiſſent filii captiuitatis 10. Tribuum licentiam egrediendi ab eo, ipſe cognita cauſa incluſionis eorũ, ſcilicet quia apertè receſſiſſent à Deo Iſrael vitulis aureis immolando, & per Prophetas Dei illis prædictum à captiuitate non redituros reſpondit, ſe arctius eos incluſurum. cumque anguſtas vias eorum obſtruere vellet molibus vituminatis, videns laborem humanum non ſufficere, orauit Deum Iſrael, vt opus illud compleret, & acceſſerunt ad ſe inuicem prærupta montium, & factus eſt locus immeabilis propter peccatũ idolatriæ. De qua tamen re me remitto ad ea, quæ per Theologos dicuntur Apocalip. 20. et per Sanct. Auguſt. de Ciuit. Dei libro 20. capi. 11. et Hieron. ſuper Ezech. lib. 11.

Immò prohibuit etiam Deus commemorari nomina æternorum Deorum, ſiue per ipſa iurari, vt tolleretur eorum memoria & omnis idolatriæ cauſa, & Phitones lapidari iuſſi ſunt, vt idolatria exterminaretur. Peruertitur enim ordo naturæ, dũ à patre mendacii, veritas quæritur; et dum inimicus humani generis conſulitur, et veneratur is, qui eſt nobis inferior, et quẽ ſubiicere, et reiicere debemus.

Mandatum etiam illud, non arabis cum boue, et aſino; et non feres veſtimenta ex lana, et lino contexta; et aliud, non feres diuerſo ſemine, emanauit à ſummo Deo in deteſtationem idolatriæ, nam iſtas coniunctiones diuerſorum generũ in operibus ſuis, ſicut diuerſorum animalium, et ſeminum faciebant idolatrę Aegyptii, iuxta coniunctiones planetarum, et quaſdã conſtellationes, credentes ex hoc opera eorum ſecundari. voluit ergo Deus et per hæc remouere falſitatẽ credulitatis iſtorũ, ne p̃pea creatore derelicto ad ſtellarũ ſeruitia traherentur.

Pariter etiam Dominus noſter Ieſus Chriſtus de cœlo miſſus à patre in hunc mundum de ipſius idolatriæ crimine vindi
24 ctam ſumpſit, † nam eo adueniente ceſſarunt idola ab eorum reſponſis: ille enim totius mali ſuggeſtorem debellauit et omnia ſimul quaſi terremotu facto, poſt Domini noſtri reſurrectionem ruerunt, adeo vt poteſtas nedum dominandi, ſed etiã loquendi fuerit Cacodæmonib. ablata. poſuerat nanq; Deus inimicitias inter ſemen mulieris, et ſemen ſerpentis, vt per ſemen mulieris, ſcilicet per Ieſum Chriſtum conterendum eſſet caput ſerpentis, quod fatetur etiam Porphyrius in libro de oraculis deficientibus, qui tamẽ fuit ex ipſis Idolorum cultoribus, dum ſic decantat.

Ablata eſt Pythii vox haud reuocabilis vlli,
Temporibus longis, etenim iam ceſſat Apollo
Clauibus occluſis ſilet, ergo vite peractis
Deſcendas patria, et redeas ad limina ſacris.

Dicens et hoc, poſtea enim quàm Ieſus colitur, nihil vtilitatis à Diis conſequi poſſumus, quod ſi Dii ſunt, ò Porphiri, cur Ieſu virtutem non deprimunt? Cur omnes ſimul cum Aeſculapio terga verterunt? niſi quia Ieſus, verus Deus eſt, et illi praui dęmones. Et memoriæ proditum eſt die Natiuitatis eiuſdẽ Domini noſtri, vltra Męoticas paludes omnia Idola clamaſſe, Regem pacis, et Dominum mundi fuiſſe natum in medio mũdi, de quo etiam Virgilius meminit dicens in 6.

Huius in aduentu iam nunc, et Caſpia regna
Reſponſis horrent diuum, et Mæotica Tellus.

Et ait

Source : BIU Cujas

Et ait Hieronymus, dum Chriſtus in Aegypto eſſet, cecidiſſe Deorum omnium ſimulachra, & oracula ceſſauiſſe, iuxta illud propheticum, & mouebuntur ſimulachra Aegypti ab eius conſpectu. de quo etiam Dan. 2. & Lapis qui percuſſit ſtatuam factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam terrã. & Eſaias 2. & eleuabitur Dominus ſolus in die illa proiiciet homo idola argenti ſui, & ſimulachra auri ſui, quæ fecerat ſibi vt adoraret & confractus eſt Beel, contritus eſt Nabo, & omnes Dii gẽtium veluti fulgure verbo Dei tacti corruerunt. ex quo cum amplius non reſpondeant, certum eſt, non Dei ſupremi diuinationes, ſed malorum dęmonum fallacias, extitiſſe. Et hoc magis admirandum eſt, quòd licèt tempore Moſis, & prophetarum magnalia virtute Dei fierent terribilia in Aegypto, & in mari rubro, & de pane cœli, & ſi. non tamen extirpari potuit ab ipſo etiam populo Iſraelitico idolatria, Exod. 20. 32. & temporibus Iudicum & Regum, quod tamen effectum eſt adueniente Chriſto, vt in eo prophetiæ de hoc implerentur, & ꝙ verus eſſet Meſſias pateret, & non ſine miſterio tempore Auguſti, quo natus eſt Chriſtus, templum Iani clauſum eſt, quia vſque in illa tempora aperta fuerat via ad idola adoranda, & Chriſto tunc nato clauſa eſt, & idola abiecta. Quòd ſi veri Dii extitiſſent, cur non deprehendiſſent Ieſu Chriſti virtutem? qui tamen omnes eidem terga verterunt, & ipſe ſolus & mortuus tot innumeros eorum Deos expulit & ad ſe cultum tranſtulit. Nec dicant ipſum ſignis quibuſdam, & virtutibus, mentes hominum ſuperſtitione ſolitas cœpiſſe, & tenuiſſe, quia ſi potuit homo vt aſſerebãt, Dii magis potuiſſe debuerant.

25 † Quod adimpletum eſt etiam per prędicationes Apoſtolorum, cum totus orbis hac cæcitate duceretur, vt idola coleret, Iudæa excepta, qui primò prædicantes in Ieruſalem, & inde in finibus Iudeæ & in Samaria, tunc deſtinati fuerunt in diuerſas mundi partes, vt Thomas ad Indos ſuperiores, & Parthos, Medos, Hircanos, Brachmanos, Thadeus ad Perſas vltra Pontum; Mattheus in Ethiopiam; Bartholomeus ad Indos citeriores, ſcilicet in Bactrianam, Lycaoniam, & Armeniam; Andreas ad Scythas & Sogdianos; Ioannes in Aſiam, qui etiam Romam perrexit; Petro autem obtigit Italia, maximè Roma, & Pontus, Galatia, Bithinia, & Cappadocia; & Simeoni Aegyptus; Iacobo maiori Hiſpania; & Paulus de ſe atteſtatur ita dicens, Roma. 15. non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Chriſtus in obedientiam gentium, verbo & factis in virtute ſignorum & prodigiorum, in virtute Spiritus Sancti, ita vt ab Ieruſalem per circuitum vſque ad Illyriũ repleuerint Euangelium Chriſti: & ſubdit, vſque in Hiſpaniam. Idemque atteſtatur Coloſ. 1. Euangelium ad ſua tempora eſſe, & fructificare in vniuerſo mundo, vt foret verum illud vaticinium, in omnem terram exiuit ſonus eorum, & per Archidia. in c. ſi de rebus. 23. quæſtio. 7. & Hieronymus ſenſit, nullam remanſiſſe gentem, quæ Chriſti nomen ignoret, vt ſi non habuerit prædicatorem, ſaltem ex vicinis gentibus fidei opinionem habuerit: & hoc infert illud verbum, Sonus, quia ſcilicet ex auditu percepẽrũt in vicinia prædicari Euangelium. nec incredibile hoc putet quiſpiam, cum ex Arabia profectus Paulus, & ex Iudæa, & Samaria, Cilicia, Galathia, Lycaonia, Pamphylia, Ionia, Phrygia, Piſidia, Caria, vſque in Græciam, Thraciã, Macedoniam, Atticam, Peloponeſſum, & inde Romam vſque, & deinde in Hiſpaniam, diſſeminauerit Euangelium, & Thomas & Bartholomęus, & alii Apoſtoli & diſcipuli, de facili, Dei gratia operante per totum vniuerſum ipſum Euangeliũ prædicare potuerint, & idola diſperdere, vt in primis contigit Bartholomęo in Albana maioris Armeniæ vrbe, in qua cum Bartholomæus Apoſtolus ingrederetur, & intraret templum vbi Aſtharoth colebatur, dæmones vlterius non potuerunt dare reſponſa, & faſſus eſt ille Cacodęmon, vt ipſius Chriſti compulſus, ob ingreſſum Bartholomęi in templum, amplius loqui non valere: & hoc idem ſæpiſſimè Martyribus, quorum etiã ſolo ſpiritu oris idola corruebant, vt legitur de Felice, Eugenia, & aliis, quos lõgum eſſet referre.

Qui quidem Apoſtoli, & Martyres, & alii viri ſancti non ceſſant etiam poſt mortem vſque in præſens prædicare per ſua piè geſta & in hominum memoriam relicta, prout etiam hæc vniuerſalis futura prædicatio Euangelii per totum orbem præfigurata eſt per vniuerſale diluuium, & vt inde totus orbis baptizari deberet, & aqua baptiſmatis diffundi vniuerſaliter in mundo, ſicut tempore cataclyſmi per totum mundum diffuſa eſt, adeo quòd etiam Reges cum populis eorum ad baptiſmum confluxerunt, ſicuti contigit tempore Iuſtiniani Imperatoris de Gethe Rege Herulorum, qui venit Cõſtantinopolim cum toto populo ſuo ad baptiſmum ſuſcipiendum, & de Rege Hũnorum Gorda & Adad Rege Azumitenſium, qui vouerat ſe baptizaturum ſi viciſſet in bello contra Homeritas, prout vicit potentiſſimè, & effectus eſt Chriſtianus cum toto ſuo populo, & de Rege Perſarum, qui cum 40. millibus hominũ Cõſtantinopoli baptizatus eſt.

De cuius etiam Euangelii prædicatione vniuerſali prædictũ eſt per Eſaiam dicentem: & ponam in eis ſignum & mittam ex eis, qui ſaluati fuerint ad gentes in mare in Aphricam, in Lydiã tenentes ſagittam, in Italiam, & Græciam ad inſulas longè ad eos, qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam, & his etiam temporibus contigit, vt notum eſt, & inſulis longè, & nouiſſimè repertis. Et ſicut de tẽplis, lucis, & delubris ſunt iecta Dæmonia, ita quoque per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & eius Apoſtolos in eius nomine de corporibus obſeſſis ſemper fugata fuerunt, & quotidie eiiciuntur. Reliquit nihilominus eiſdem poteſtatem tentandi nos, vt certantes lucraremur coronam, quæ ſolum legitimè certanti datur, & ideo remanſit pugna inter carnem & ſpiritum, & licèt ſpiritus à carne ſæpe vincatur, Deus tamen ſpiritus miſertus, remedium pœnitentiæ adhibuit, vt ſanato vulnere in reiterata pugna victor exiſtat.

Et non tantum iecta ſunt idola, & Dæmonia de Gentilium delubris, ſed templa illa, in quibus colebantur, dicata fuerunt in honorem eiuſdem Domini noſtri, & matris piiſſimæ & ſanctorum eius, vt indultu Phocæ Imperatoris legitur de templo Pantheon ablatis idolatrię ſordibus, dicato in venerationem prędictæ Dei genitricis pientiſſimæ, & omnium Martyrum, in quo prius colebantur idola omnium regionum, vt per Placenti. ex noſtris, in titu. C. de pag. & ſacrifi. tẽpore ſcilicet beati Bonifacii, qui extitit quartus à Beato Gregorio, vt ibi per eum, qđ fuit conſtructum tempore Domitiani in honorem Cybeles matris Deorum, & hoc effectum eſt, & de aliis Paganorum delubris in dicta vrbe, & tandem de ipſa vrbe Romana, vt habetur in c. fundamenta de elect. in vi. & per totam Italiam, & vbique terrarum, de qua re etiam vide Ruffinum ex noſtris Aquileienſibus, lib. ii. hiſtoriæ eccleſiaſticæ, & lib. xi. c. xxvii. & xxix. Et quid profuerunt Romanis Dii Penates, quos Aeneas in Italiã, è Troia euerſa, adduxit, iuxtà illud,

Ilium in Italiam portans, victoſque Penates.

Quos ſibi Roma credidit profuturos, & Veſta, quibus die quo dignitatem inibant, ſacra faciebant, cum prius nec Troiæ euerſæ proficere potuerunt; & quomodo ſimulachrum illud celebre colebant, vt patriam ſeruaret, cum nec cuſtodes ſuos ſeruare potuerit, adeò quòd non homines à ſimulachro, ſed ſimulachrũ ab hominibus ſeruabatur, vt verũ ſit, nulla vnquã bella barbarorum, ita geſta ſint, vt propter Deos eorum, quos vicerunt, ſeruarẽtur victi. Prout etiam videmus de diuerſis locorum populis, qui habebant Deos ſuos quoſdam peculiares, tutelares, vt Romani Martẽ; Aegyptij Oſyrim, ſiue Serapim, & de ſimilibus, nunc verò ipſi Romani habent, & iam diu habuerunt ſua tutelaria numina Petrum, & Paulum, & Ser. Dominiũ Venetorum Marcum, qui incipiens Euangelium ab aquis Iordanis, & in Aquileia fertur illud ſcripſiſſe, voluit etiam corpus eius in aquis, vel inter aquas remanere, ſcilicet in inclyta Ciuitate Venetiarum; Hiſpania Iacobum, Aethiopia Matthæum: Græcia Andræam; India Bartholamæum, & Thomam; Aſia Ioannem, & ſic de alijs prouincijs, & ciuitatibus, vt palàm eſt, vt poſſit dici, Principes populorum congregati ſunt, cum Deo Abraham, ſcilicet cum Chriſto: nam & Angelos habent cuſtodes, prout olim, & tempore legis Moſis Beatus Michael, qui protexit Synagogam. Dan. ix. & x. cap. nemo mihi adiutor eſt, niſi princeps Michael, & ii. reg. vi. & in c. re vera, de conſecra. diſtin. ij. Nunc verò ſepulta Synagoga factus eſt Dux & cuſtos Sanctæ Romanæ eccleſiæ, & non tantum prouinciæ, & regna habent Angelos cuſtodes, ſed etiam quilibet homo ab ortu natiuitatis ſuæ Archid. in c. fatendum. xiii. q. ii. de quibus vide per Caſſe. in catalogo ſuo, par. 3. prin. conſideratione xiiii. cum ſeq.

Et nos quoque Foroiulienſes habemus præ oculis exemplũ de Ciuitate ſecũdum Romam olim celeberrima, Aquilea, quæ ciuitas habet ſedem Patriarchalem, cui nunc præeſt Reuerendiſſimus Ioannes Venetus ex Illuſtriſſima Grimanorum familia imprimis cùm literarum ſtudio tum religione clarus, necnon grauitate morum, ſingulariqué probitate ac pietate inſignis. & de Patriarcha Aquileien. habetur per glo. & Archi. in c. cleros. xxi. diſt. & per Aluarot. in titu. epiſcopum, vel Abbatem, in prin. col. j. ver. nũc trãſeamus, & in c. iſtud eſt, xi. q. i. & xxxiii. q. iiii. c. cum propter bellicam, de qua Iuſtinianus Imperator ita meminit in Aucten. ſecundum interpretationem Gregorii Haloandri, ſub titu. de prætore Paphlagoniæ, conſtitutione xxix. Paphlagonum gens, & antiqua, neque ignobilis, olim extitit in tantùm quidem, vt & magnas colonias deduxerit, & ſedes in Venetiis Italorum fixerit, in quibus & Aquileia omnium ſub occidente vrbium, quæ multoties cum ipſis etiam Regiis certamen ſuſceperit, condita fuit tempore Pelagij Pap. i. Aquileienſis eccleſia fuit in ſciſmate, & habuit inuaſorem prælatũ. xxiii. q. v. c. relegentes. & fuit anno Domini cccccl. de qua Herodianus latè meminit in Maximino, aſſerens eam fuiſſe ingentis magnitudinis, & populo abundante, & velut Italiæ quoddam emporium, quam tempore Martiani Imperatoris, Atalia, colu ber tortuoſus, flagellum Dei nuncupatus, diripuit & incendit, tempore quo etiam Concordiam, Altinum, aliasque Venetiæ

prouinciæ

Source : BIU Cujas

prouinciæ vrbes,& Ticinum,& Mediolanum detruxit,licèt ex
post anno Domini Millesimo,trigesimo quinto, Popo Aqui-
leien. Patriarcha restaurauerit,qui in medio Patriarchalis eius-
dem ciuitatis ecclesiæ requiescit, in cuius tumulo hi sunt ver-
sus descripti.

26 † Post cineres quod habet muros Aquileia,quòd ingens
Stat templum,Turris celsa quòd Astra petit.
Quòd Dos ampla datur Conrado,à Cæsare,& æra
Sub Patriarchali cudere posse nota,
Debentur cuncta hæc illi,qui clauditur arca hac,
Popo,Sacerdotes huic dare thura,fuit.

Licèt bellorum causa iterum ferè in solitudinem sit reda-
cta,vt de ea miserabiliter dici possit.

Hic Aquileia fuit,supereſt miserabile nomen,
Vrbis, & infelix cætera condit humus.

Extant enim solæ reliquiæ,vt ferè nil aliud monstrari possit,
quàm ibi fuisse Aquileiam, & monumentorum quorundam,
videlicet publicarum viarum,& pauimentorū, & aquæductus
& sepulchrorum,& aliorum,ex quibus amplitudo vrbis intel-
ligi potest. supereſt tamen illud phanum vetustissima præditū
religione,cum numeroso clero,& Patriarchali sede, diruta ta-
men,circumiacentibus domibus nōnullis, quas canonici (hy-
berno tantum tempore residentes ibidem propter æstiui cœli
intemperiem) iuxta tex.in c.quorundam.distin.74.& nota. in
capit.fin.de cleri.non residen.instaurarunt. extat etiam Cœno-
bium sanctimonialium Monacharum extra muros ab eodem
Popone constitutum,de cuius etiam desolatione meminit ex
nostris Petr.de Ancha.in clem.ne Romani.§.sanè. post princi.
de elect.ex cuius dictis colligitur,si Papa moreretur in ea Ciui-
tate,electionem esse faciendam in Ciuitate nostra Vtini, vbi
est audiētia causarum sedis Patriarchalis ipsius Ciuitatis Aqui-
leiæ ferè inhabitatæ. vide eundem in clemē.2. de rescri. vbi ha-
bes de ciuitate nostra Vtino. Et redeundo vnde digressus erā
pietate patriæ meæ commotus, Aquileienses inquam anti-,
qui colebant duo sua tutelaria numina, Felenum videlicet &
Belenū. Et de Beleno Lilius Gregorius Girardus in lib. de Diis
gentium,syntagmate primo sic dicit,eodem modo Latini Fau-
num coluere,Sabini sanctum,vel sanctum; Romani, Quirinū,
qui est Romulus; Marica Dea fuit Minturnensium; Felenus
Aquileiensium; quem quidem Belenum pro Apolline vene-
rabantur,vt refert Iulius Capitolinus in hæc verba, quum fru-
stra obsideret Aquileiam Maximinus,legatos in eandem vrbē
misit,quibus populus penè consensērat, nisi Menophilus cum
collega restitisset,& Deum Belenum per Haruspices spopōdis-
set,Maximinum esse vincendum. vnde etiam Maximini mili-
tes iactasse dicuntur,Apollinem contra se pugnasse, qui etiam
Belenus ab Herodiano loco supra citato deprehenditur voca-
tus fuisse Beles,in cuius rei testimonium volui adduxisse infra-
scripta monumenta votiua tabellis marmoreis incisa in vrbis
eiusdem reliquiis inuenta,& vsque in hunc diem extantia.

BELLEN. AVG. IN MEMOR. IVLIOR. ET
MARCELAE ET IN HONOREM. IVLIARVM.
CHARITES. ET MARCELLAE FILIARVM
ET LICIN. MACRON IVNIOR NEPOTIS
C. IVL. AGATHOPVS IIIIII VIR. AQVIL.
L. D.D.D.

BELENO. MANSVETIVS. VERVS. LAVR.
LAV. T. VIBIANA. IANTVLIA. V. S.
FONTI BELLENO.
C. AQVILEIENSIS DIADVMENVS. ∴
B. V. S.
M. HOSTILIVS
AVCTVS
IIIIII. B. S. D. VIR. ∴

BELINO SEX. CAESERINVS FAVSTV
IIIII IVIR. V. S. L. M.

BELINO. AVG. SACR. VOTO SVSCEPTO
PRO. A. AQVILIO GE. POMP. VALENTE
III. V. I. D. DESIGN. PHEBVS. LIB. V. S. L. M.

BELENO AVG. SACR. L. CORNELIVS. L. FIL.
VELL. SECVNDINVS AQVIL. EVOC. AVGV.
N. QVOD IN VRB. DONVM VOVIT AQVIL.
PERLATVM LIBENS POSVIT L. D. D. D.

APOLLINI BELENO. C. AQVILEIENS.
FELLIX Imperfectum est.

T. MARIVS APTVS VERCELLEN. ET
ASIATICVS MAN. BELENO
V. S. L. A. ∴
P. C.

Hæc sunt quæ reperiuntur de Beleno, de quo fortè habetur
Esaiæ 46. Vbi Nicolaus Lyrensis dicit fuisse idolum Babylonio
rum,alii dicunt fuisse,quod Græci Belum nominauerunt, hoc
est Saturnum,cuius tanta fuit apud veteres religio, vt ei pro-
prios etiam filios immolarent: Aegyptii enim,& Babylonii,si-
mulque Phryges,& Phœnices huius superstitionis primi autho
res fuisse traduntur.

27 † Et inde etiam Beelzebub, quod secundum Hieronymū
idolum est Accaron,quod vocatur idolum Muscę: Beel enim
ipse est Bel,siue Baal, Zebub autem Musca dicitur. sunt etiam
qui dicunt Ninum patri suo Belo statuam erexisse, quo velut
ad asylum cucurrerint homines, qui sibi criminis alicuius erāt
conscii: vnde factum est hominum superstitione, vt honores
illi cœperint exhibere diuinos,quod videns Diabolus, sese in
28 sinuauit statuæ,indeque respōsa dedit,& † exinde habuerit or-
tum idolatria,& postea per orbem dispersa sit,de cuius origine
etiam sapiens Sap. 14.scripsit dicens,acerbo luctu dolens pater,
rapti citò sibi filii fecit imaginem & illum, qui tunc quasi ho-
mo mortuus fuerat,nunc tanquam Deum colere cœpit,& cō-
stituit inter seruos suos sacra,& sacrificia: deinde interuenien-
te tempore,conualescente antiqua consuetudine,hic error tā-
quam lex custoditus est, & Tirannorum Imperio colebantur
figmenta. hæc ibi. de hoc vide Nico.de Lira, super 41. Esaiæ.
Sed apud Græcos,vt Isidorus tradit,Promethæus primus simu
lachra hominum de luto finxit,quod Iudæi attribuūt Ismaeli.
Epiphanius autem refert primos omnium Seruch & Tharra,
idolatriam inuenisse paulo ante Nini Regnum, licèt & alios
refert Lactantius lib.1. capit.22.

Quod crimen non fuit in prima ætate propter recentē me-
moriam creatoris mundi,& cognitionis Dei, quo tempore vi-
delicet ab Adam vsque ad Noe vnum tantum Deum mundi
creatorem homines coluerunt,prout etiam non viget in hac
ætate vel in paucis locis propter eandem rationem, cum Duce
Christo vt dictum est fuerit expulsa idolatria.

Et redeūdo ad ea,quæ prædiximus de ciuitate Aquileiæ, vbi
templa Idolorum Beleni,& Feleni colebātur, de quibus supra
proximè,post Euangelii in eo loco prædicationem euersis ido
lis dicata fuerunt, alterum scilicet Feleni in honorē sancti Fe-
licis,qui spiritu oris sui in nomine Iesu idola conterebat,& vbi
alterum scilicet Beleni venerabatur fuit erecta Abbatia Beli-
nensis in honorem Sancti Martini à nominis antiquorū ido-
lorum proximitate detinentia,vt certior in posteros descende-
ret idolatriæ de ipsis locis exterminatio, & fuit profectò Aqui-
leia ex primis sponsis,quæ venerunt ad nuptias: nam ab initio
fidei orthodoxæ Marcus Autor Euāgelii à Beato Petro missus
Aquileiam,miraculis, & doctrina nouæ ecclesiæ fundamenta
iecit: nam etiam iuxta fontem Timaui non longè ab Aqui-
leia,extat templum sub titulo Sancti Ioannis in Tubis, quod
olim (prout fama est) erat delubrum Diomedis,antiquum,&
quadratis lapidibus constructum,vbi etiam reperiuntur affixę
tabellæ infra descriptæ vota quædam præseferentia.

SPEI AVG. G. SACCONIVS VARRO
TRIB. COH. I. MILLARLAE
DELMATARVM.
M. V. S.

S. A. S. PROSAI
AQVILLINI TVT
VILLICI AGG. VOTVM
ET TITI. IVLI. ∴ L
AQVILINI TILIA
IVLIA. TILIA
STRATONICE MAT.
V. S.

Verum est ergo & adimpletum oraculum illud Prophetæ
Psalm. 95. Terribilis est Dominus super omnes Deos gētium,
qui sunt dęmonia. vnde videtur posse dici iam fuisse prædica-
tum Euangelium in vniuerso mundo propter illa verba, eun-
tes ergo docete omnes gentes. & alibi, Illi autem profecti præ-
dicauerunt vbique,& iritis mihi testes in omni Indæa & Sama
ria,& vsq; ad vltimum terræ,quod Paulus Rom.10.& Colos.1.
affirmare videtur dum citat Prophetam loco supra allegato,in
29 omnem terram,& dum exultat vsque ad sua tempora † Euan-
gelium fructificare in omni creatura,quæ sub cœlo est,& ido-
latriam dispersam,& ab orbe eradicatam, & licèt eius reliquiæ
in aliquo terræ huius angulo supereſſet, cum iuxta philosophi
placita,2.Phys.parum pro nihilo reputat, & affirmemus Ae-
thiopem absolute nigrum,licèt secundum dentes albus sit, eo
quòd sit eius pars minima,& Iesus Christus sufficienter extir-
pauit idola, & idolorum nomina manifestando mundo ne-
men patris,& clarissimam notitiam de patre dedit mundo, dū
inquit,Pater manifestaui nomen tuum mundo. & ibi, qui vi-
det

Source : BIU Cujas

det me,videt & patrem meum. & per Apoſtolos innotuit mũdo nomen patris, nec quicquam deſiit ad vniuerſalem abolitionem idolorum, etiam ſi poſtea malitia hominum tantum prævaluit,vt ſibi alicubi erigerent idola, prout dicitur de quadam ciuitate in India ſuperiori vocata Palumbum, vbi gentes adorant Bouem pro Deo,& quoddam idolum in forma ſemibouis,& ſemihominis,& eidẽ immolant filios & filias ſuas, & aliis quibuſdam,& tam ſub meridie quàm ſub Septentrione poſitis regionibus,prout acceptum eſt ex literis miſſiuis eorũ, qui ſunt ex ordine Ieſu,& munus apoſtolicum obeunt, ex quibus pius Lector percipiet, redire in illas regiones tempora & ſtatus primitiuæ eccleſiæ, & vbi non adhuc denuntiatum eſt Euangelium;nam meſſis quidem multa,ſed pauci operarii: nõ tamen ad hoc compelluntur homines, ſed remanent & relinquuntur in ſuo arbitrio. quòd non erat olim,quia cõpellebantur,vt per Chaldęos,& per Romanos,qui cogebant ad immolationem Deorum ſuorum.

Sed quia ſunt multæ gentes barbaræ, quæ non audierunt Chriſti verbum,maximè in Aphrica, quod ex iis, qui ducuntur inde captiui,in promptu eſt,prout tradit Auguſtinus,dicẽs, Sunt qui putant hoc quod dicitur, prædicabitur Euangelium Regni in vniuerſo orbe,per ipſos Apoſtolos factum eſſe,quod non ita eſſe certis documentis probatum eſt. Idem Auguſtinus in libro de vnitate eccleſiæ,aduerſus Petilianum,nonnullas eſſe gentes tradit,quibus nondũ annuntiatum eſt Euãgeliũ &c. Hieronymus quoque dicit ſignum Domini aduẽtus eſt, in toto orbe Euangelium prædicari,vt nullus ſit excuſabilis, videlicet & nobis hoc tempore non eſt opus certioribus teſtimoniis quàm eo q̃ certum eſt per Hiſpanorum nauigationem,multas gentes reperiri partibus noſtris ignotas,dum modo nauigatur ſub Polo antartico ſupra 40.gradus, quod prioribus ſeculis nõ fuit vnquam auditum, quibus ſub æquinoctiali vix comperta eſt hominum habitatio,cum omnino incognita eſſent loca, & inexcogitabilis habitatio, quibus neſcio, quomodo potuit Euangelium innoteſcere:at qui nunc, cum iam propè credamus orbis excidium, præbuit illis Deus modum aſſequẽdæ veritatis,& viam aperuit ſuo Euangelio, de qua etiam gentiũ diuerſarum conuerſione ita ſcribit Chryſoſtomus, q̃d ſit in tam breui tempore omnem ſub Sole terram tãtis eccleſiis impleri, tantas gentes ad fidem transferri,populus perſuaderi,vt patrias leges irritent,cõſuetudinem ſtabilitam reuellant, altaria, templa,& ſtatuas & ſacrificia,& prophana feſta, & immundũ odorem,ſicut ſimum aliquem abhorreant,& excitent altaria vbiq; gentium in regione Romanorum, Perſarum Scytarum, Maurorum,Indorum & vltra orbem noſtrum, nã & Britãnicæ Inſulæ extra hoc mare ſitæ,& quæ in ipſo Oceano ſunt virtutem verbi ſenſerunt. hæc ille. Vnde dicendum eſt fore, quòd licèt per Apoſtolos mãdatum de Euangelii prædicatione fuerit cæptum,ac per eorum ſucceſſores perſecutũ, & in dies procedat, completum tamen & perfectum non poſſit dici, nam qui mãdatum dederat de Euangelio prædicãdo omni creaturæ, Chriſtus,etiam tempus ex quo expleri, & perfici debere prædocuit, de mundi enim occaſu præcedentibus, & ipſius propè ruinam demõſtrantib. loquẽs ſubintulit,Matth 24.& p̃dicabit̃ Euãgelium Regni in vniuerſo orbe in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc veniet conſumatio. vbi Oregines:cum omnis gẽs audierit prædicationem Euangelii, tunc erit finis ſeculi. Nec placito huic officit,quod ſupra adductũ eſt de Dauide, in omnẽ terram,&c. Per Apoſtolum, quia cum Dauid futurum exprẽtulerit verbis de præterito,dicens exiuit, cum dicere debuiſſet exiet,ita intelligamus Paulum voluiſſe impletum fuiſſe, q̃d indubiè erat implendum per ſucceſſores Apoſtolorum; & cũ dixit Euangelium fructificare in omni creatura, quæ ſub cœlo eſt,non q̃ tunc erat,ſed vſque quo Euangelium eſſet venturũ, inſinuauit. nec contentus fuit Deus, vt Euangelium ſuum innoteſceret vniuerſo mundo per famam,& opinionem, verum voluit,& iuſſit,vt prædicaretur in teſtimonium omnibus gentibus,vt exinde reddantur inexcuſabiles gentes ei non parentes,ipſomet Hieronymo interpretante. Eliminanda ergo erit idolatria omnino ab vniuerſo orbe, cum Euangelium Chriſti
30 toti mundo propalatum fuerit, in fine videlicet mundi, † & tunc omnia idola diſperdẽtur,& poterit dici cum Eſaiæ, 11. repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aqua maris operientis, & tunc planè verificabitur,quod prædixit Zacharias, & erit in die illa,dicit Dominus exercituum, diſperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur vltra. quod intelligatur de ſecundo Chriſti aduentu,quo tempore idola omnia corruent;& illud maximè omnium præcipuum,quod teſte Paulo aduerſatur,& extollitur ſuper omne,quod dicitur Deus, quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui,eum cuius eſt aduentus ſecũdum operationem Sathanæ in omni virtute,& ſignis,& prodigiis mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis,Antichriſtum dico omnium idolorum,& Dęmonum impiiſſimum,de quo etiam Auguſti. lib. 2.c.18.& lib.20.c.vlt.de ciuit.Dei.ita dicit,in iudicio, vel circa iudiciũ has res dicimus eſſe venturas, Heliã Thesbitẽ fidam Iudæorum,Antichriſtum perſecuturum,Chriſtũ vẽturũ & iudicaturũ mortuorũ reſurrectionẽ,bonorũ malorumq; direptionẽ,mũdi p̃flagrationẽ,& de eo etiã plura p̃ Iſidorũ,de ſum.bo. c.25.26.& Ethimolog.8.& alios quo tp̃e nõ mõ sũmouebunt̃ idola,ſed etiã Iudaica perfidia ad Chriſtum conuertetur vt dixi ſupra,parte ſecunda principali, capitulo vi.num.27. & tunc fiet vnum ouile & vnus paſtor. quod autem is ſit verus intellectus ad verba illa Zachariæ, deprehendi poteſt ex literæ contextu nam Zacharias ab xi.capite,vſque ad finem,de Antichriſti perſecutione,& alijs eo tempore faciendis vaticinatur, & tũc etiã Maumetica ſecta(ſi ſupererit)æſtimatur in Antechriſti execrationem coire,& conſumari,& de vtroque etiam Chriſti aduentu poſſunt intelligi quæ prædixit Eſaias 1.& Micheas 4.dum dixit:& fluent ad eum omnes gentes, ſcilicet in ſecundo aduentu,& ibunt populi multi,ſcilicet in primo aduentu, præmittẽs vniuerſalem ſaluationem gentium tanquam magis optabilẽ, qui Micheas eodem tempore,cum Eſaia prophetauit.

O felices igitur nos Chriſticolæ, & ſupra quàm dici poſſit beati, quibus in hac tenebroſi orbis nocte, lux vera refulſit Chriſtus Ieſus Dominus noſter; è conuerſo verò infelices,& miſerabiles Gentiles, qui pro ſapientia acquirenda, Mineruæ phana erigebant,neſcientes Chriſtum ob id colendum,qui eſt vera Dei ſapientia,& pro corporis ſalute precabantur Apollinẽ,aut Aeſculapium filium eius, cum Chriſtus ob id inuocandus fuiſſet,qui ſanat omnes languores, & omnes infirmitates & totum hominem; & pro vi tempeſtatis in nauigationibus Neptuno,& Aeolo,ac Caſtori,& Polluci ſacra faciebant, cum Chriſtus ob ea venerandus fuiſſet,& inuocandus,qui ventis imperat & mari;& pro ignis periculo Vulcano preces inferebãt, cum tamen Chriſtus obſecrandus fuiſſet, qui fideles ſuos liberat ab ipſo etiam igne æterno;& pro frugibus,& vini copia habenda Cereri,& Baccho ſacrificabãt,quæ à Chriſto peti debuerant,qui ex quinque panibus ſaturauit tot millia hominum, & ſolo verbo oris ſui aquam in vinum tranſmutauit,& qui eſt vera vitis & fœcunda;& pro aquarum indigentia ad Naiades, & Nereides accurrebant, relicto Chriſto fonte vberrimo, à quo fluit aqua,de qua potantes nihil ſitiunt amplius;& qui tandem ad alios ſuos falſos Deos confugiebant pro quibuſcunque ſuis calamitatibus abolendis,& temporalibus bonis conſequẽdis, relicto ipſo Chriſto vero Deo & Dei filio, à quo omne bonũ, & cui omnia data ſunt à patre, qui exclamat, Venite ad me omnes qui laboratis,& onerati eſtis,& ego reficiam vos: traxit enim omnia ad ſe in cruce exaltatus, & ſe ipſum offerens hoſtiam Deo placentem,qui aduocauit etiam ad ſe virtutem,miſteria, & ſignificata vitulorum,hircorum,azimorũ, & omnia quæ à ſacerdote legali per Iſmaelitas offerebantur.

O quàm ſuauis olim fuit verbi Euangelici prædicatio inter Gentiles,cum impreſſo Dei verbo in cordibus eorum & baptiſmo decorati, † amor hominum in Chriſtum, ſæpè patres 31
ab amore filiorum,& filios à patribus,& nuptam à ſocru, fratrem à fratre,ſeruum à Domino,ſubditum à Principe, diuiſit, paſſi ſunt conſtantiſſimè omnia ludibria,verbera,carceres,lapidationes,fames,ſitim, nuditatem, & nullum fuit afflictionem genus contra eos inexcogitatum, vt ſatagenes, catapeltæ,lebetes,fornaces,lacus, & præcipitia,beſtiarum dentes, maria, & proſcriptiones, & alia neque dictis memoranda, neque factis toleranda, non tamen à Chriſto, derelicti quidquam horum animos eorum perturbauit,de quibus vide quæ ſcribit Gregorius, lib.32.Moral.Sed actum eſt vt cum vincerentur vincerẽt, & ex diminutione augmentum,& ex morte triumphus,& gloria reſurgeret. & licèt credentes deſpectui eſſent, amitterent ſubſtantias,occiderentur, aqua ſummergerentur, & præmiſſa paterentur:plures tamen ſemper accreſcebant, non ſolum nihil ex afflictionibus aliorum facti ſegniores,ſed multum alacriores:& quamuis viderent fluere torrentes ſanguinum credentium,feruentiores tamen reddebantur in fide,& magis ſtudioſi,& his primordiis radices egit eccleſia, & de his vide quid dicat Tertullian⁹ ad Romanos iudices, ipſos Chriſtianos accuſatos extollens, Chriſtianis verò quid ſimile? Neminem pudet, neminem pęnitet, niſi planè prius non fuiſſe,ſi denotatur, gloriatur,ſi accuſatur non defendit,interrogatus,vel vltro confitetur,damnatus gratias agit,quid hoc mali? quòd naturalia mala non habẽt timorem,pudorem,tergiuerſationem,pœnitentiã, deplorationem,quod hoc malum eſt,cuius reus gaudet? cuius accuſatio,votum eſt? & pœna, felicitas? Hæc ſunt arma fidei Redemptoris noſtri,hæ ſalutis galeæ,piæ & humiles verbi Dei prædicationes ſunt iacula,& mandatorum obſeruatio ſunt mucrones,& gladij aduerſus rectores tenebrarum,cum quibus acquiritur regnum à Chriſti militibus,paratum omnibus diligẽtibus ſe à conſtitutione mundi: non autem per armorum potentiam,& coactiones,aut per gladios vltores. ſic mos eſt omnibus infidelibus,quibus iacta fundamentis nũnquam poterit ſancta Romana eccleſia deſtrui: fundamenta enim eccleſiæ in montibus ſanctis,per montes inſinuans prophetas Apoſtolos,

Euangeliſtas,

Source : BIU Cujas

Euangeliſtas,atque prædicantes,quibus tota huius ęcificii fabrica commiſſa videtur & qui baſes firmiſſimæ ipſius eccleſiæ forent, vt de reliquijs,& vene.ſanct.c.j.li.vi.& xxii.diſt.c.ſacroſancta.§.j.ergo ſedes.vbi habetur quòd Beati Petrus & Paulus ſuo martyrio Romanam eccleſiam conſecrarunt,licèt eiuſdem eccleſiæ author per principale fundamētum ſit Chriſtus, & à Saluatore Chriſto primatum obtinuit ,c.ſacroſan.22.diſt.& j.q.j.cū Paulus.& Apoſto.ad Corin.3.fundamentum nullum aliud poni poteſt,niſi illud quod eſt Chriſtus,& de præsby.non bap.cap. veniens & tex.in c.fundamēta.& in c.j.de homici.in 6. & Matthe.16.per gl.19.diſt.c.cum Dominus. & per Pau.de Caſt.conſ. 414.in facti.col.2.vol.j.In ipſo ergo Chriſto veluti in ſummo angulari lapide fundata eſt eccleſia, & eccleſia illa ita iubente Domino ab Antiochia Roma tranſlata eſt,24.q.j. rogamus. & ipſa ante aliàs plurib. gaudet priuilegiis:ipſa enim eſt reſpublica, aliæ loco priuatorum habentur.ff.de verbo ſigni.l. eum qui. & ff.ad Macedo.l.nihil.& in Aucten. vt eccleſia Romana centum annorum gaudeat priuilegio,in rub.& in nigro .& eſt omniū mater,& magiſtra.C.de ſum.trini.epiſtola inrer claras , 12. diſt.in c.j.per Oldra.conſi.42.& ſicut eiuſdem Chriſti verbo deſtructum fuit templum Hieroſolymis toto orbe celeberrimū, & omni magnificentia conſpicuum, quod nullus reædificabit: ita ædificauit eccleſiam,quam nullus deſtruere poterit,nam & hanc plures Imperatores,& alii potentes conati ſunt deſtruere & euertere,& non potuerunt. illud verò attentauerunt reædificare,nec id ipſum potuerunt,obſtante Chriſti verbo , dū admirantibus templum illud diſcipulis dixit, nōne videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non manebit lapis ſuper lapidem, & qui eccleſiam perſequuntur,Chriſtum ipſum perſequuntur. ob id enim dixit,Saule,Saule, quid me perſequeris? Qui dixit, quis eſt Domine? Et ille,Ego ſum Ieſus,quem tu perſequeris,,prias ſibi faciens eccleſiæ paſſiones. caueant ergo eiuſdem Sanctæ Romanæ eccleſiæ perſecutores,cum eius perſecutio Chriſto aſcribatur,qui eccleſiæ caput eſt,& fundamentum,vt dictū eſt. Et facit,quod legitur 3.q.j.nulli,in fi.vbi dicitur, ꝙ Chriſtū cruci affigere dicuntur,qui eius ſacerdotes perſequūtur.& ait Propheta qui vos tangit, pupillam oculi mei tangit. Zacha. 2. & tranſumptiuè,2.q.7.accuſatio ad idem 21.diſtin.in nouo,& 8.q.j.c.qui vos.& 16.q.j.c.reuertimini.vbi dicitur,cum affliguntur ſacerdotes,Chriſtus affligitur;& cogitent,quantum periculum eorum ſit,qui eccleſiam mœrore afficiunt ; quāta corona eorum,qui eccleſiam venerantur;& agnoſcant vocem Domini dicētis,qui vos ſpernit, me ſpernit ; & dixit Deus Samueli de contemptoribus ſuis, non te ſpreuerunt,ſed me; & Moſes populo aduersū ſe murmuranti ait, non enim aduerſus nos murmuraſtis,ſed aduerſus Dominum Deum: nemo enim inultus remanſit,qui contra ſe potiores extulit.j.Reg.8.Denique in lege,Datan,& Abiron Moyſi reſiſtentes,viui ad inferos depoſiti ſunt,ſed & Chore,& qui conſpirauerunt cum eo aduerſus Aaron ducenti quinquaginta,igne conſumpti ſunt: Ozias quoq; leproſus factus eſt,qui contra ſacerdotes,ſacerdotium auſus eſt arrogare. Vnde ſacerdotes meritò ſunt honorandi,cum à Deo fuerint inſtituti,vt de Aaron,& Melchiſedech ſcriptum eſt, & de ipſo etiam Chriſto Dei filio volente de hoc mundo exire,& ad patrem redire,qui ſunt etiam Dei miniſtri; & ſcriptum eſt, Diis non detrahes.i.ſacerdotibus,vt exponit tex.in c.ſacerdotibus,11.q.j.& in c.cum ex iniuncto,de hæreti.& in c. futurā, 12. q.j.& eius dignitas ſuperat omnem poteſtatem Angelorum,& Archangelorum,cum trahāt verum corpus Chriſti à ſummo cœlo in terram,clem ſi Dominum. de reliquiis & vene. ſanct. quod non dedit Angelis,vt per Ioan.de Turre Crema. in c. qd ſit,de conſecra.diſt.2.Ioan.Scotus in 4.diſt.13.Alex.de Hales,in 4.par.ſum.in trac.de Euchari.tex.in c.j.§.vna verò.de ſum.trin. c.perlectis.25.diſtin.& plures olim his de cauſis à Deo caſtigati ſunt.2.Reg.6.num.12.14.16.Tertul.in Apologet.in fi.

Eoſdem fructus pareret,prædicatio euangelii in terris infidelium Maumetiſtarum, ſi potentiſſimus eorum Imperator pu-
32 blicationem verbi eiuſdem diuini admitteret : † nam & plures Gentilium Romanorum Imperatores vitam & legem perſcrutati,eundem coluerūt,prout fuit Octauius Auguſtus, cuius anno 42.natus eſt Chriſtus,qui primus aram eidem extruxit, nec amplius Dominus vocari voluit ; & poſt ipſum Tiberius Cæſar,ſub quo idem Dominus noſter paſſus eſt,qui de Chriſto bene ſentiēs habita relatiōe de eius paſſione, & reſurrectione,cōſequentibusq; virtutibus quæ vel per ipſum palam factæ fuerunt vel per diſcipulos eius in nomine ipſius fiebant , comminatus eſt accuſatoribus Chriſtianorum capitis pœnam,& omnes Chriſti contradictores ſine miſeratione deleuit ; & Pilatū exilio damnauit; Traianus etiam Imperator maximus ſtatuit, vt Chriſtiani non poſſent inquiri,& ſi non expreſsè , ſaltem tacitè permiſit religionis Chriſti cultum interdicēdo inquiſitiones contra Chriſticolas; idem decreuit Antoninus Pius , vt legitur ī Epiſtola,quam ſcripſit vniuerſis plebib.Aſiæ , niſi Chriſtiani fortè arguerentur aliquid aduerſus Romanum regnum tunc ſtatum moliri,& Chriſti vitam obſeruans eidem tāquam Deo ſtatuam dicauit.Item & Alexander Seuerus , qui vt refert Capitolinus,templa,Chriſto fieri decreuit,& in matutinis orabat in ſacrario ſuo coram imagine Chriſti, de quo Lampridius in vita eiuſdem Cæſaris dicit , ꝙ cum Chriſtiani quendam locum,qui publicus fuerat,occupaſſent: contra autem popinarii dicerent ſibi eum deberi,reſcripſit , melius eſſe , vt quomodocunque illic Deus colatur,quàm popinariis dedatur. Adrianus etiam Imperator Chriſto templa iuſſit fieri, eſſeque ipſum inter Deos recipiendum, & ob id templa abſque ſimulachris in omnib. ciuitatibus erigit decreuit. item & Conſtantinus Magnus,qui primus,ſecundum gl.in l.Diui.C.de natura. libe. tandem baptiſmum ſuſcepit à Beato Syluestro,& Chriſtianus effectus,licentiam dedit Chriſtianis liberè poſſe congregari,& Baſilicas in honorem Ieſu Chriſti conſtrui fecit, & Chriſtum vbique coli ; & ipſe etiam in Palatio Lateranen.ad eiuſdem honorem conſtruxit eccleſiam,quæ dicitur Baſilica Saluatoris, licèt in extremo vitæ baptiſma ſuſceperit, ſecundum Caſſiodorum, li.3.hiſtoriæ tripartitæ ; & Hieronymum in Chronicis , & Ambroſiū de morte Theodoſii,& ante ipsū M.Iulius Philippus viceſimus ſeptimus ab Auguſto, vnà cum filio Caio Iulio Saturnino primi omniū Imperatorum,Chriſtiani Romæ facti ſunt; & quod ſupra dixi de Beato Syluestro , hoc ipſum relatum eſt in concilio Romano habito ſub Syluestro , licèt Euſebius & Theodoretus ſcripſerīt,nō Romæ, ſed Nicomedeæ baptizatū.

Et facilius quàm antiqui,& alii Gentiles conuerterentur ad
33 Chriſtum Maumetiſtæ per Euangelii prædicationem , † cum ipſi non ſint idolatræ,ſed adorant Deum, prout talis inſtinctus eſt apud omnes gentes mundi , in ipſum tamen diuerſimodē credunt,ex quo omnium gentium naturali inſtinctu apparet ꝙ Deus eſt,aliàs non eſſet poſſibile ꝙ talis intentio eſſet apud omnes ad aliquid falſum,vt per Pau.de Caſt. in l.j.§.ius gentiū. ff.de iuſti.& iu.qui allegat Tulliū in libro de Senectute , & Pſal. dixit inſipiens in corde, &c. Quem Deum ipſi Maumethis ſectatores vocant,Halla,vt per Gloſ.in clemen.j. in verbo , Zabazala,de Iudę,& Sarra. & apud Græcos dicitur Theos, quē Aſſyrii nomināt Adad,& Perſæ & Callicutii,Zuni,Aethiopes Alla, Sclaui & Croatii Boeg. Aegyptii Theut, Perſæ,Siro.Magi Orſi.
34 † Credunt etiam ipſi Maumetiſtæ , Ieſum Prophetam magnū, & vltimum Hebræorum Prophetā, & flatu vel ſpiritu Dei cōceptum,& de virgine ſine virili ſemine nasum. nec mirū hoc eſſe debuit etiam priſcis gentibus,cum Phœnicem ſine coniuge naſci,vel renaſci conſtet,vt ſemper,& vna ſit , & ſemper ſibi ipſa naſcendo,vel renaſcendo ſuccedat. & palam eſt omnibus apes neſcire coniugia,nec fetus ſexibus edere, qui etiam credebant Mineruam ſuam de cerebro Iouis natam , & quid magis contra naturam? In Chriſto ordo naturæ ſeruatur , qui conceptus,& partus temporib. ſuis editus, ibi nuſquam fęmineus ſexus,ſed vir ſolus & partus,ſed & liberum de fęmore eius ortum putarunt; & Venerem de ſpuma maris , de ouo Caſtorem , & Pollucē,de formicis Mirmydones , & ex lapidib. iactis a Deucalione & Pyrrha homines,& cur non fuit eis credibile diuina virtute ad totius mundi reintegrationem Deo inſpirante Virginem ſine hominis vitio concepiſſe? credunt etiam virgines eorum poſſe concipere,ſine virili ſemine, & conceptos vocāt Neſſe ſogli. credunt etiam Ieſum habuiſſe poteſtatem à Deo mirabilia faciendi,ſanandiq; omnem languorem & infirmitatem,eiiciendique Dęmones,ſuſcitandi mortuos , & alia de eo mirabilia per Euangeliſtas enarrata. item credunt ꝙ Ieſus, quē nominant Neich ſciuit,& ſciat omaia ſecreta cordium,& omnes libros,& omnem ſapientiam Moſis, & prædicationem , & quicquid homines in eorum domibus agerent, & quid in eorū theſauris reponerent,et ꝙ contempſit diuitias,et abiecit carnales concupiſcentias, nec habuit delectationes quæ ſunt cauſa peccandi,et eis præcipitur in Alcorano, vt libris Moyſi,prophetarum firmam adhibeant fidem,licèt Specu. in tit. de Iudæ. dicat,Maumetanos omnes prophetas,hoc eſt vaticinia,quæ in canone Hebręorum habentur reiicere, præter Pētateucum Moſis. et idem habetur à Marſilio Ficino in lib. de religione Chriſtiana.Item et habent ab ipſa Maumethe de Maria,quod Angelus Gabriel dixit ei,ò Maria Deus te elegit,et decorauit te gratia,et ornauit, et præelegit ſuper omnes mulieres omnium filiorum matres,et poſuit te quaſi mediū inter homines, et Angelos Dei in Paradiſo delitiarum , item ꝙ nullus eſt, quem Sathan non tetigerit præter Neich,ideſt Ieſum,et Mariam.Habēt iterum de Ieſu ꝙ non ſit mortuus,ſed aſſumptus in cœlum, relicto in manibus Hebræorum Chriſti ſimulachro , ſicut Manichęi. extat etiam apud illos conuentus religioſorum ex ordine Heliæ et ordine Ioannis Baptiſtæ , et ex ordine Ieſu , quem
35 vocant prophetam magnum vt ſupra. † item et cantant Maumethiſtæ Hymnos Dauiticos , ſicut nos Chriſtiani , qui contīnēt laudes,et merita Chriſti, et omnia Dei , et naturæ ſacramēta,et qui fuerūt à Dauide compoſiti Duce ſpiritu ſancto, prout ipſos etiam concinunt omnes totius mundi nationes,et id fortè diuina diſpoſitione factum eſt,vt Pſalmi cōpilati ab eo , qui expreſſiſſimum typum, et locum vniuerſalis redēptoris tenuit,

omnibus

omnibus gentibus per ipſum Dauidem fructum conferrent. Accedat quòd viſitantes ſepulchrum Maumethicum non exiſtimantur omnino purificati, niſi ſepulchrum Mariæ Virginis immaculatiſſimæ ſimul viſitent : & ſi quis Iudæus fieri vult Maumethiſta, cogitur prius credere Chriſto, cui talis fit interrogatio, credis ne Chriſtum, fuiſſe flatu Dei ex Virgine natum, & vltimum prophetam Hebræorum? quo conceſſo fit Maumethanus, adeo quòd parum abeſt, quin veritatis ſcopum attingant illius ſectæ ſequaces, & hæc ſunt fortiſſima fidei noſtræ propugnacula, vt eius probatio ab infidelibus habeat̃, pro quibus licet inimicis fidei, & eorum ſalute, & illuminatione intercedere quotidie non deſinamus, exemplo Saluatoris noſtri, Matth. 5. qui pro calumniantibus orauit, cum tam amicos, quã inimicos æquanimiter diligere teneamur, ne tot innumerabiles animæ æterno ſupplicio damnentur.

36 † Conſequenter & ipſi in viam veritatis facillimè tẽderent, ſi admitterentur, qui eos in fide clarius inſtruerẽt, & animaduerterent à quibus eorum legiſlator Maumethes conceptus fuerit, & quomodo natus, & nutritus, à quibus educatus, & inſtructus, & nullis vnquam prophetarum vaticinijs prædictus, ſicut de Chriſto Ieſu Domino noſtro, in quo omnes prophetarum prædictiones ſunt adimpletæ, quæ non à nobis, ſed in Hebræorum codicibus ſcriptæ ſunt, vt per Aug. ſup Pſal. 58. & ſi mente voluerent quòd perſuaſio vitæ ventri conſentaneæ, & ſenſui humano applaudentis, vt pluralitas vxorem, eſt contra Dei ordinationem, nec excuſantur ex conſuetudine, quia talis mos non eſt à Deo: & licèt Patriarchæ in antiqua lege habuerint plures vxores, vt Iacob duas liberas, ſcilicet Lyam, & Rachelem filias Laban auunculi ſui; & duas ancillas, ſcilicet Zalpham ancillam Lyæ & Balam ancillam Rachelis, hoc fuit inſpiratione diuina, & non cauſa explendæ libidinis, ſed prolis numeroſæ. c. obijci untur, & ibi not. xxxii. quæſt. iiii. & ideo mos Gentilium eos non excuſat, cum non ſit à Deo, & corruptela vitij ſodomitici, eſt contra naturam, quod etiam Maumethes ipſe deteſtatur Alcoran. ca. 17. rurſus. c. 6. & c. 37. tanquam flagitium enorme, quo nihil deteſtabilius, quàm commixtionem cum maſculo coitu fœmineo, Deus ipſe in Leuitico. 20. c. appellat abominationem, quia contra naturam, adeo quòd etiam beſtiæ affrenata appetentia libidinis concitatæ, naturæ leges in ſuo genere exerceant, hanc monſtruoſam coniunctionem ab horrentes, de qua Plato in libro de legibus ita fatur. Quoties fœmina, & maſculus ad generandum conueniunt, voluptas ex eo conuentu à natura quidem eſſe videtur tributa : at quum mares, maribus, & fœminæ fœminis commiſcentur, ea inhumana voluptas eſt, & præter naturam eſt. viii. de republi. non effundas ſemen in loco, vbi non præſumis quòd naſcatur, & habetur de Onone, Gen. 38. & qui primum tale facinus auſi ſunt nefandiſſimè in id flagitij incontinentia, libidinis inciderunt. hinc lege diuina comburi debent, Leui. 20 & qui dormierit cum maſculo, coitu fœmineo, vterque operatus eſt nephas, morte moriatur. Gen. 19. & idem in Græcia, per legem Laiam ſtatutum erat, & ob id legitur Orphęus à mulieribus diſcerptus, vel ſecũdum alios ictus fulmine arſiſſe & acerrimè fuerunt à Deo caſtigati hoc ſcelere polluti, prout etiam legitur apud Euſebium. ab Eufrate fluuio vſq; ad orientalẽ Oceanum, qui pudorem maſculo rapuerit, è conſpectu hominum & à vita voluntariè morte abire præ ignominia cogatur, tanto dedecore afficitur, ab illo ergo abſtinere deberent. Et plura, quæ Maumethes concedit, nihil poſſunt habere commune cum perpetuæ vitæ beatitudine, & immortalis animæ fœlicitate, quæ non conſiſtit in delectationibus corporalibus, cum ipſæ ſint communes hominibus, & brutis, & quorum vſus, niſi ſit moderatus necat hominem, & actus temperantiæ in abſtinendo ab eis eſt maximè laudabilis, cum impediat ad appropinquãdum ad Dei cognitionem; fęlicitas enim virtutis eſt præmium, prout etiam nec in honoribus conſiſtit, cum ſint in poteſtate honorantis, & etiã mali poſſint honorari, prout etiã nec in humana gloria, quæ inſtabili fortunæ ſuppoſita eſt, & ad Chriſtum ſe conuerterent, ſi in eorum animis verſarent illam ſuam legẽ compactam per Maumethẽ, vt facilius ſeduceret animos ſimpliciũ populorũ, in præcipitia ſempiterna ſub voluptatis linimẽto, dũ in alio ſeculo promittit legem ſuam obſeruantibus quòd habebunt hortos irriguos, & cyphos aureos, & argenteos, & eſum ciborũ exquiſitorum, & flumina lactis, mellis, & vini aromatici, & coitum cum pulcherrimis virginibus, & alia ſimilia, cum tamen poſt mortem in futura vita non erit aliqua refectio materialis, ſed ſpiritualis, & erimus ſicut Angeli, qui in regno cœlorum non indigent eſca vel potu, ſed diuina fruitione, & à ſeculo nõ audierũt, neque auribus perceperunt, oculus non vidit, Deus abſque te, quæ præparaſti expectantibus te, & ſecũdũ Apoſtolũ, oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs aſcẽdit, q̃ p̃parauit Deus his, q̃ diligunt illũ. De qua beatorũ glia dicebat Pythagoras Ethnicus, ſi recta ratione vixeris malè acta dolendo, & bene actis gaudendo, Deumque oraueris, vt opus tuũ perficiat, exuto corpore pfectus in aethere eris immortalis Deus.

Et propterea non bene opinatus eſt Plato, dum in Phędone Paradiſum ita deſcribit, poſtquàm in campo quẽ veritatis nũcupat, vniuſcuiusque vitam recognitam, & qua quiſque ratione in corpore ætatem peregerit, iudicium exactum dixit, ſubditque de iuſtis. ij ſedes incolunt piorum, vbi omnes oræ ſcatẽt omnigena fructuũ vbertate, fontes puris labuntur aquis, variis prata omnimoda vernant floribus, adhæc inſtructa diligenter conuiuia, & ipſa ſeſe ſuppeditans affluentia victus, ibi exultantium coronæ, muſicique concentus: non enim illis frigus, non eſtas eſt grauis, ſed temperatus aer funditur, mitibus Solis radiis illuſtratus, hic etiam initiatis eſt dignatio quędam, & religiosè. ibidem quoque peragunt ſacra, habitationesque nanciſcũtur, quarum pulchritudo, neque facilis dictu eſt, neque præſens tẽpus ad dicendum ſufficere. De qua beatitudine iuſtorũ Pythagoras, licèt Ethnicus, altius locutus eſt dum dixit, ſi recta ratione vixeris, malè acta dolendo, & bene actis gaudendo, Deũque oraueris, vt opus tuum perficiat, exuto corpore, perfectus in Aethere eris immortalis Deus.

Et quæſo, quonam modo ĩ eius Paradiſo permittit Maumethes vinum bibendum? vbi non inuenietur, & in hoc mundo prohibet vini potum, vbi Deus benedictus illud naſci voluit, vt ſicut cæteris rebus creatis, ita & illo ad eius neceſſitatẽ frueretur, & vbi reperitur illud prohibet, & vbi non eſt, nec erit, illud concedit: ita ſectatores ſuos manifeſtè deludendo, cum & vſus venereorum, & ciborum non erit in conſideratione poſt
37 reſurrectionem corporum, quod patet, † quia remota vita corruptibili, neceſſe eſt ea remoueri, quæ corruptibili vitæ deſeruiunt, vt ſibi quos aſſumimus; vt corruptio, quæ poſſet accidere ex conſumptione naturalis humidi, euitetur, licèt immortalitas, in qua creatus erat primus homo, cibis erat ſuſtinenda: ſecus in futura, in qua erit non poſſe mori; ſimiliter, & cõmixtio maris & fœminæ corruptibili vitæ deſeruit : ordinat̃ enim ad generationem per quam quod perpetuò conſeruari non põt, ſecundum indiuiduum, conſeruatur in ſpecie, qđ non eſt opus in reſurgẽtibus, cum eorum vita erit incorruptibilis, & erit numerus beatorum completus, & vita reſurgentiũ ad conſeruandam perfectam beatitudinem ordinatur. perfecta autem beatitudo, & fęlicitas hominis non conſiſtit in delectationib. corporalibus, quæ ſunt delectationes ciborum non permanentes ſed fugientes, vt per Prophetam increpãtem lautas comeſtiones, & venereorum, quos dictum eſt eſſe communes etiã animalib. brutis: nam cum quinque ſint homines ſenſus, & voluptates, hæ duo tantum ſcilicet guſtus, & tactus, & ſic cibi, & veneris ſunt nobis communes cum beluis, ideo in ferarum numero habetur, qui his plus æquo occupatur, vt tradit Ariſtoteles. expectari ergo debent poſt reſurrectionẽ delectationes altiſſimæ, quæ erunt nobis cum Angelis communes, & erunt in viſione Dei. & licèt aliquando in ſcriptura diuina videatur pmitti ciborum vſus poſt reſurrectionẽ, ſpiritualiter intelligendum eſt, vt illud, cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum. & de ipſa quoq; ſapientia dicitur alibi, Lignum vitæ eſt his, qui apprehenderũt eam, beati &c. & alibi ſæpe. De his vide Dionyſiũ Areopa. epiſtola 9. & eodem modo intellexit Plato in Phedone, dum Paradiſum deſcribit. & licèt Chriſtus poſt reſurrectionem comediſſe & bibiſſe viſus fuit, vt Actu. 10. ibi, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo, poſtquàm ſurrexit à mortuis, hoc iõ fecit vt certiori argumento reſurrectionẽ firmaret. ideo Auicenna, qui fuit eiuſdem ſectæ Maumethicæ ſectator, nono Metaphyſices, eandem illudit. quid, ꝙ nulla diuina oracula præcedentium Prophetarum perhibent legis illius teſtimonium, qn potius omnia veteris, & noui teſtamenti documenta, fabuloſa deprauat enarratione, vt poteſt legenti illam, patere.

Et propterea cautè prouidit Maumethes, non niſi gladia legem ſuam eſſe tuendam, vt quod ratione defendi nõ poſſet, id per violentiam fieret: prohibuit enim de ea cum hominib. diuerſæ ſectæ diſputari, & ꝙ ſui nõ crederent cuiquam niſi Agareno, & ſepararent ſe penitus ab aliis, dicerentq;, mihi lex mea, tibi tua: inde euenit vt Agareni Maumethe mortuo, à ſecta illius deſciuere, tanquam friuola, & ſucceſſorũ armis retenti fuere. Alium modum adinuenit Lycurgus, vt legibus ſuis æternitatem donaret: iureiurãdo enim obligauit ciuitatem, nihil eos de eius legibus immutaturos, priusquàm reuerteretur, ſimulãs ſe ad oraculum Delphicum proficiſci, conſulturum quid agẽdum, vel mutandum legibus videretur, & profectus eſt in Cretam, vbi voluntarium exilium perpetuò egit, moriensque oſſa ſua in mare proiici iuſſit, ne fortè Lacedęmoniam referrentur, & ſic ſe putarent Lacedæmonii iureiurando ſolutos.

Chriſtus autem non ſic legem ſuam firmauit, nec vi, armis, aut doloſè inſtituit, ſed piis monitionibus, & vitæ ſanctimonia & miraculis, quæ vitæ ſinceritas, innocentia, manſuetudo, clemẽtia, & humanitas, & piorũ operũ ſuaſio, ſunt diuinitatis argumẽta certiſſima, & nec Chriſti lex iuſſa eſt in abſcõdito latere, ſed per totum orbem prædicari, vt eius ſuauitas, firmitas, & veritas omnibus eluceſceret, & non in tenebris, nõ in aure,

non

Source : BIU Cujas

non clã, non in cubiculis, ſed palam ſuper tecta ad populos & omnem creaturam.c.cum ex iniuncto, extra de hæreti. Matth. x.Lucæ xii.

38 † Animaduertant etiam ipſi Maumethis ſectatores,qua calliditate,& verſutia vſus fuerit,quia tanquam ſimia Moſis,qui à vero Deo legem habuit, finxit ſe ab Angelo Gabriele legem habuiſſe,ſicut Oſyris à Mercurio,Solon à Minerua,Minos à Ioue,Lycurgus ab Apolline,& Numa Põpilius ab Aegeria nympha,ſimulatis numinibus. Circa hos legiſlatores, Zoroſter, qui & Cham ſecundum Beroſum, leges Bactrianis, Perſisque tradens eas,retulit, in Horomanſim. Trimegyſtus Aegyptijs in Mercurium, Moſes Iudæis rectiſſimè in patrem totius Naturæ Deum, Minos Cretenſibus in Saturnum, Lycurgus Lacedæmonijs in Apollinẽ, Draco, & Solon Atheniẽſibus ĩ Mineruã, Pompilius Numa Romanis in Aegeriam, Zamolxis Scythis in Veſtam,Plato Magneſijs,& Siculis in Iouem,& Apollinẽ, Maumethes Arabibus in Gabrielẽ, noſtri veriſſimè, & ſanctiſſimè, in Ieſum Chriſtum,verum Dei filium, verbum, & ſapientiam, & in ſpiritum diuinum.

Et qui videns legi ſacratiſſimæ Domini noſtri,nõ poſſe quicquam dici contra, ſecutus eſt exemplum Hieroboam, qui Tribui ſuæ alios ritus colendos demandauit, ne Iudæorum Imperio vnquam ſubeſſent; ita & ipſe alios ritus à Chriſto introduxit,ne ſui adhærerent Chriſto, proponens varia propugnacula, & antemurale illud præcipuũ, ne de eius lege fieret per aliquẽ controuerſia, & ne in quæſtionem deduceretur, cum ſciret eã ratione poſſe vinci,& à populis eiuſdem ſectæ de facili eliminã dam fore,ſi de illa permiſſum eſſet tractari, & Euangelium prædicari,& de miraculis Chriſti, & ꝙ illa fecerit ex propria natura,quæ non niſi poteſtate diuina fieri poſſunt,& ſolo verbo, & præceptiuè,quæ non ratione factę rei, ſed ratione modi faciẽdi ſunt diuinitatis euidentiſſima ſigna, nã taliter agebat, qualiter agunt qui propria virtute,& non aliunde accepta agunt, quod eſt proprium Dei independenter agere, & non aliena virtute, qui modus agendi creaturæ communicari non poteſt, vnde ip ſe,vt exiſtens Deus,non in Dei virtute vt exiſtens homo operabatur, vt ſuſcitatio mortui, illuminatio cæci nati,& qui cogeret ſibi elementa famulari, ſeruire ventos,maria obedire, inferos cedere,& alia quæ præuidit Eſaias dicens, tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt, tunc ſaliet ſicut ceruus claudus,& aperta erit lingua mutorum,&c.& quis negare poterit eundem Dominum noſtrum,inſpecta eius vita & doctrina attentis præmiſſis,& ipſum Deum, & hominem, quem Dei filium Dæmonia faſſa ſunt, dum exibant à multis ad illius nutum clamantia,& dicentia, quia tu es filius Dei, & adorauerunt eum clamando, quid mihi & tibi Ieſu fili Dei altiſſimi, & ſpiritus immundi,cum illum videbant, procidebant ei vociferan tes,tu es filius Dei.Mar.3.5.

Quid quòd non ipſe tantum,ſed eius Apoſtoli, non vna tantum,ſed varijs linguis prædicantes verbum eius miracula infinita fecerunt,non in Iudæa tantum ſicut Chriſtus, ſed per vniuerſum mundum, & Petrus Apoſtolorum maximus in ipſis Claudij temporibus Romæ præſidens,ac veluti dux, & diuinæ militiæ prælia gerens,virtutum caſtra in ea vrbe ducẽtabat, & ſermonem veritatis propalabat, cuius ſermo mentes vniuerſorum, placido illuſtrauit auditu,ita quòd audientibus illum quotidie nulla vnquam ſatietas fieret,vt habetur ex Euſebij Cæſarienſis commentarijs,quos Ruffinus ex noſtris Aquileiẽſibus Latinos reddidit,& Marcus Euangeliſta monitis Beati Petri,perrexit ad ciuitatem Aquileię ad prædicandum verbum Dei, & ab eodẽ Pontificatus baculum accipiens per aliquot annos ſalutis verbum ſeminauit, hæc peragentes miraculis publicari, vt etiam vmbræ corporum illorum ægris ſanitatem reſtituerent,& ex attactu veſtiũ Pauli dæmonibus oppſſi liberarẽtur. Actu.5.& 19.

Et mirum eſt, ꝙ cũ ipſi præcones eſſent ſimplices piſcatores, Iudęi ex Iudęis gẽte odioſa,ac apud omnes aliàs deteſtãda & q crucifixũ hominẽ adorare iubebãt, & nouitati vitæ auſteritatẽ doctrinę iniũgebãt,abiecti,rudes,pauperes,nec ſplendore nata liũ clari, nihil tamen eorũ fidei fuerit impedimẽto tãta vis crucifixi,& cũ nõ illorũ verba eiuſmodi ſucceſſum efficiebant,ſed Chriſti virtus in illos efficaciã ſuam infundens, cum tamẽ Plato ille celeberrimus Siciliã adiẽs cũ magnifica, & ampla exiſtimatione,& verborũ põpa,nec vnũ quidem Tirannũ edomuit ſed tãtũ infeliciter inde diſceſſit, vt propriã libertatẽ amiſerit. Hi tamẽ vniuerſam terram luſtrando prædicantes vbique admiranda prodigia in eiuſdẽ Dñi noſtri nomine fecerunt,argumenta veritatis fidei Chriſtianę, prout idẽ Dominus noſter iã ad crucis ſuppliciũ acceſſurus diſcipulis dixit, Amẽ amen dico vobis,qui credit in me,opera,quę ego facio,& illa faciet, & his maiora faciet.quam orationẽ nemo vnquã hominũ vſurpare, etiam quòd miracula oſtentauerint,ac nequidẽ animo verſare ſuſtinuit,vnde dici nõ poſſint magica arte, aut præſtigialiter facta,aut per violẽtiã aliquã, cũ hęc Chriſtianis maximè ſint prohibitę.Et de ciſdẽ apoſtolis piſcatoribus vaticiniũ dedit Sybilla Eritrhea,dicẽs; Eliget ſibi de piſcatoribus eiectis numerũ duodenariũ, de quibus etiã Auguſtinus, ineruditos liberalibus diſciplinis,& omnino quantũ ad Philoſophorũ attinet doctrinas impolitos, non peritos grãmatica, nõ armatos dialectica, non Rhetorica inflatos piſcatores Chriſtus, cũ retibus fidei ad mare huius ſeculi, pauciſſimos miſit, atque ita ex omni genere tã multos piſces,& tanto mirabiliores,quanto maiores etiã ipſos philoſophos cępit:erant enim à domino edocti,vnde Apoſtolus dixit 1.Corin.1.quæ ſunt ſtulta mundi elegit Deus:nam ſpiritus ſanctus omnia illis ſuggerebat.

Qđ ſi quis veritatis inimicus diceret,nõ fuiſſe vera miracula facta in eccl'ia,tunc dicendũ ſcđm Auguſtinũ, hoc eſſe maius omnib.miraculis,qđ penè totus mũdus ſit ad fidẽ conuerſus,& ad aſſentiendũ his, quib.ratio nõ pertingit,ſine operatione miraculorũ.Vnde ergo iſta conuerſio?nunquid ex eo ꝙ Petrus piſcator indoctus,& pauper,potẽtia armorũ coegerit eos?aut theſauris collatis attraxerit,q aurũ, & argentũ nõ habuit,aut indoctis humanæ ſapientiæ verbis,qui nunquã Ciceronẽ vidit?Nõ. Sed quia prodigijs miris effulſit,quib. doctrinam confirmauit, cum vitæ ſanctimonia,de quo patet in Actibus Apoſtolorũ,& inter cætera,ꝙ ad eius vmbrã ſanabantur infirmi.Ad quæ vide quæ tradit Pet.de Anch.in c.venerabilis. in notabi. de præben. & licèt temporibus noſtris non fiant talia ſigna,non ideò à fide aberrandũ eſt, nã illa fuerũt neceſſaria in exordio eccleſiæ, quæ tunc miraculis fuerat nutrienda: nam & nos cum arbuſta plantamus, tamdiu eis aquã infundimus, quouſque ea in terra coaluiſſe videamus:& ſi ſemel radicẽ fixerĩt, irrigatio ceſſabit.

Ad q̃ Maumethis cultores aduertere deberẽt, & oculos aperire, cũ agatur de animarum ſalute,& ſicut credunt Ieſum magnum,& vltimum prophetã Hebræorum, credãt etiam eundẽ Dei filium & Deum,& hominem eorum (niſi ꝑ eos deſit) redemptorem,& crebras illas,& quotidianas corporis lotiones, conuertant in baptiſmi vnicum lauacrum, cum quodammodo ad illũ figuratæ ſint,& ꝑponãt emundationẽ animæ, lotionibus corporis:qđ ſi proficerẽt,eorundẽ potẽtiſſimus Imperator certus eſſet,† Chriſti vexillo ĩſignitus poſſe facillimè debellare,& penitus euertere ferocẽ illũ Perſarum Regẽ, de cuius regni olim cuſtode fit mẽtio Dan.10.q habebat Angelum regni ſui cuſtodẽ,vbi ex perſona Gabrielis Archangeli hęc ponunt verba; Princeps regni Perſarum reſtitit,viginti & vno diebus, & ecce Michael vnus de Principib. primis venit in adiutorium meũ,de quo Gregorius dicit lib.3.mora.c.131.& lib. 17. ca. 7.ꝙ Principi Regni Perſarũ erat bonus Angelus cuſtodiæ illius regni deputatus,q reſiſtebat pro regno ſuo ꝺ Gabrielẽ Archangelũ,cui populus Iſrael in Perſide erat ꝺmiſſus,q laborabat pro populi deliberatione,quẽ toto poſſe Angelus Perſarũ impedire nitebat̃,& ꝙ Iſraelitę habuerint Angelũ ꝓtegentẽ,hr̃ Exod. 14.vbi ſic dr̃.Eleuansq; ſe Angelus Dñi, qui præcedebat caſtra Iſrael,abijt poſt eos,& c.23.Ecce ego mitto Angelũ meũ,q præcedat te,& cuſtodiat in via,& hebræi cõi cõſenſu dñt fuiſſe Michaelẽ. & non põt dici propter hoc diſſenſio in regno beatitudinis:non eſt.n.diſſenſionis Deus,ſed pacis.1.Cor.14.ſed poteſt eſſe,vt vnuſquiſque proferat, ꝙ ſentit corã Principe regni cœleſtis,& oĩbus libratis ſumma æquitate decidatur cõtrouerſia. qũo autem vnus Angelus alteri reſiſtat, vide Sanctum Tho.in j.par.q.cxiiii. & tunc eorundem Maumethanorum Princeps ſine arcu,& ſagitta,& abſq; ſcuto, aut gladio, audaces Perſas, & alios oriẽtales,& ſeptẽtrionales infideles iugo ſuo ſubiiceret,& abſq; armis,& acie,hoſtes ei cederẽt vltro,& totꝰ oriẽs ad Chriſtũ reuerteret̃,nec ſibi,& Imperio ſuo quicquam ſiniſtri contingeret,iactãs in Chriſto oẽm ſpem ſuam.vide 1.Reg.2.& ſcriptũ eſt ꝑ Dan.ſciãt gẽtes,quia dominabitur altiſſimus in regno hominũ,& cui voluerit,dabit illud.Nã & Ladislaus Lituaniæ princeps,ut regno Poloniæ potiret̃ Chriſtianus effectus fuit,& voti cõpos factus eſt.itẽ apud Frãcos ex Gẽtili,& Idolatra Chriſtianus effectꝰ eſt Clodoueus,apud Vngaros nr̃is initiatis ſacris Stephanus,ita ĩ baptiſmo appellatur,primus Vngariæ Chriſtianus Rex,qui prius ibidẽ Dux infidelis erat, cui ſanctus Hẽricus Imperator anno Chriſti 1006.tradidit ſororem ſuam Giſelam in matrimoniũ,ꝑ quã vir infidelis Chriſto adhæſit & omnẽ illã gentẽ Chriſto acquiſiuit.Apud Lõgobardos Agilulphus ſuaſu cõiugis Theudelindę reliquit idola, & cũ omni populo Chriſto adhæſit:data eſt.n.Domino Ieſu à patre æterno omnis poteſtas in cœlo & in terra,& ſine ipſius voluntate regna minimè poſſunt ſubſiſtere,cũ Imperiũ ſit domũ Dei,& ad ſui libitũ deponit potentes de ſede,& cõterit hoſtes ſuos,q cõfidunt ĩ multitudine,& brachio ſuo,& eius virtus nõ ꝺſiſtit in numero bellantiũ, aut in equorũ viribus,ſed in precationib. humilium, & manſuetorũ,& in ipsũ confidentiũ,prout ſcriptũ eſt de Abrahã,2.Parali.25.Gen.13.qui cũ 318.vernaculis ſuis fide ſuaĩ Deũ quinq; Reges profligauit, & de Moſe ſeruo Dñi, qui Amalech fidentẽ in virtute,& potẽtia ſua & exercitu,& clypeis,& equiribus,precib.ſuishumilib.nõ ferro pugnãdo deiecit.& de Theodoſio Imperatore,q ſuſis precib.ad Dñm Ieſũ eo ꝙ ĩ eius noĩe pręliũ inierat,benignè dexterã porrexit,& factũ fuit repẽte admirãdum prodigiũ,nã turbo ventorũ vehemẽs à parte Theo-

Source : BIU Cujas

doſii in ora hoſtium, pectoraque illiſis grauiter ſcutis, euerberabat, nūc impreſſis ptinaciter obſtricta claudebat, nunc auulſis violenter, deſtituta nudabat, nunc oppoſitis iugiter in terga trudebat, tela etiam, quæ ipſi vehementer intorſerant, excepta ventis, impetu ſupinato ac retrorſum coacto in ipſos infeliciter confligebat, & ea quæ ab eius parte ſpicula erant miſſa vltra menſuram humani iactus per magnum inane portata, valenter hoſti īfligebat, de quo Claudianus, licèt paganus ſit, cecinit.

O nimium dilecte Deo, cui militat æther.
Et coniurati veniunt ad claſſica venti.

De quo etiam habet in clem. vnica, de reliq. & venera. Sancto. in glo. in verbo, orationes. item & ſicut orante Moſe Hamalech ſuperabatur, Amos. 6. ita orante Heliſeo concluſi fuerunt Aſsyrii in medio Samariæ obcæcati. item & de Conſtantino Cæſare habet, Euſebius. lib. j. & lib. 2. de vita Conſtantini. cui fertur Chriſtum apparuiſſe, & ſignum crucis ei oſtendiſſe, ac precepiſſe vt figuram ſimilem faceret, & in præliis hoc auxilium haberet, quo victoriæ iura conquireret, qui lætus in militaria vexilla ſignū Crucis transformauit, cū quo mirabiliter diuina regente virtute facta cōgreſſiōe hoſtes ſuperabat. & Rhadagaſſus rex Gothorum cum iā agmine ingenti & immani in vrbis Romæ vicinia ꝓſtitutus Romanis immineret ceruicib. vno die tāta celeritate ſic victus eſt, vt ne vno quidē vulnerato Romanorum, multo amplius quàm centum millium proſternerentur, eius exercitus atq; cum filiis ipſe necaretur, immo & ad eiuſdem Ieſu Chriſti nominis inuocationē bene geſtū fuit etiam Marco Antonio vero Imperatori Paganiſmi, tempore quo gerebat bellum Marcomanicū, cuius exercitu ī quadrorū vſque fines progreſſo, circumuētoq; ab hoſtibus, pp aquarum penuriam, & tam ſitis, quàm hoſtis periculum ſuſtineret, ad inuocationem nominis Ieſu Chriſti, quā repēte magna fidei cōſtantia quidam milites Chriſtiani effuſi in preces palam fecerunt, tanta vis pluuiæ effuſa eſt, vt Romanos quidē largiſſimè, ac ſine iniuria refecerit, Barbaros autem crebris fulminū ictibus perterritos (præſertim cum plurimi eorū occiderent) in fugā coegerit, & idē Dñs Rex noſter ſemp paratus eſt pugnare pro eius fidelib. q tñ receſſerint à cultu & ſui fide, permittit ire
40 eos in prædam & gladium, & in opprobrium, ſicut † videmus ſæpe Chriſtianos p infideles ī bellis captiuos abduci, & occidi, terrasq; eorum occupari, licèt ſint peculiaris populus Dei, regenerati p baptiſmum, nā hoc cōtingit pp eorum delicta, nam & olim ante eiuſdem Dñi noſtri aduentum Iudæi à Deo dilecti, & peculiaris populus Dei opprimebātur ſæpiſſime ex Dei voluntate pp eorum delicta, vt ſcriptum eſt p prophetā, Amos. 3. tātummodò vos cognoui ex omnib. cognationib. terræ, iccirco viſitabo ſup vos omnes iniquitates veſtras, vt fecit p Antiochū, cū Idolatriā Iudaicæ plebis puniuit, q tēpore Machabęo- 41
rum Hieruſalem cœpit, & tēplum polluit, 1. Macha. 5. vnde qa illud ſibi Antiochus attribuebat, & viribus ſuis, ſcriptum eſt p prophetā, effunde irā tuā in gentes, q̄ te nō nouerunt, & in regna, q̄ nō inuocauerunt nomē tuum, ne fortè dicāt in gentib. vbi eſt Deus eorū? Item p Romanos peccatum mortis Chriſti Deus caſtigauit, q cū vrbis excidiū, & Iudaicæ plebis miſerā captiuitatē ſuæ aſcriberent potentiæ, ꝯ eos propheta imprecatur dicens, leua manus tuas ī ſuperbias eorum q te oderunt, & qui multa maligna operati ſunt, monumenta ſuæ victoriæ poſuerunt in medio atrio tuo, & habet p Gregorium ita dicentem, Pſal. 73. ſæpe ab Alienigenis Dei iuſſu excitatis pp diuinæ maieſtatis offenſam, ſubactus eſt populus Iudæorum, & eſt tranſlatus. 23. q. 5. cap. remittuntur, & q. 4. ſi quos, & de Chriſtianis pp eorum peccata ab infidelibus percuſſis, vide bo. tex. in c. ſi gens Anglorum, in fi. 57. diſtin. Nā & ſcriptum eſt, Apo. 3. ego quos amo, arguo, & caſtigo, & ſic ergo in correctionem Chriſtianorum prouidit Dominus de flagello principum, vt eos corrigat, non tamen deleri permittat, vnde de eis non eſt conquerendum, cum excitati à Deo hoc faciant, vt per prophetā Eſa. 10. veh Aſſur virga furoris mei & baculus ipſe eſt ī manu eius indignatio mea. Et ideo reges quandoq; datur à Deo, vt magis ſint deſtructores populi quàm Rectores, iuxta illud Oſe. 6. Dabo eis Regem in furore meo, & hoc propter peccata populi, & Iob 38. regnare facit hipocritam propter peccata populi, & 6. quæſt j. c. ex merito. Permittitq; Deus diabolum tētare bonos, per malos, & per ipſos, quaſi malleos flagellat bonos: nam & contra prophetas excitauit Pſeudoprophetas; contra Apoſtolos Pſeudo Apoſtolos; contra ſanctos tyrannos, contra Eccleſiam hæreticos, vt agnita veritate conuertantur, & faciat Dominus cum tentatione prouentum, & vide Auguſti. de ciuitate Dei, lib. 18. c. 51. & ſicut habetur de Cyro, qui ex ordinatione Dei eleuatus fuit in Regnum ad deſtructionē Caldæorū, & liberationē Iudæorum, Eſa. 45. Hæc dicit Dñs Chriſto meo Cyro, cuius apprehēdi dexterā, vt ſubiiciam ante faciē eius gentes & dorſa Regum vertam. & vide ī c. magnum, 11. q. j. in fi. & habet de Romanis, vt domarent alias gentes p Augu. li. 4. de ciui. Dei. c. 13. Et de bello tā contra Barbaros q̄ alios, & in nos ipſos, nolui omittere, q̄ piè tradit Chriſoſtomus, tria eſſe bellorū genera grauiora; vnum quidem commune, hoc, cum exercitus noſtri aduerſus Barbaros pugnant: Secundum, cum etiam pacis tempore nos inuicem pugnamus: Tertium, cum vnuſquiſque aduerſum ſe bella, ſeditionesque concitat. hoc quippe omnium acerbiſſimum bellum eſt, nam profectò bellum quod excitatur à Barbaris, nihil ferè nos lædere poteſt: nam etſi hoſtes nos perimant & iugulent, nullum tamen ad animas periculū migrat, neque ſalutem illam ſempiternam violare poſſunt, nec ſecundum illud belligenus, ſi velimus, quippiam nobis nocere poterit; quamtùmlibet enim alij contra nos pugnēt, ipſi tamē eſſe pacifici poſſumus. Audi denique, quid propheta dicat, pro eo vt me diligerent detrahebant mihi; ego autem orabam, & rurſus cum his qui oderunt pacem, eram pacificus, ac deinceps, impugnabant me gratis. Porrò, tertium illud belligenus, abſque periculo vix effugere poſſumus; vbi enim corpus aduerſus animam diſſidens, ſeditiones, turbasque commouet, moleſtasque concupiſcentias excitat, & voluptates corporū armat, iræ atque inuidiæ non poſſumus niſi hoc ſaluatur bellū, promiſſis perfrui bonis. verum neceſſe eſt, eum qui huiuſmodi ſeditionē comprimere pergit, & cadere, & excipere vulnera, quæ mortē illam ſempiternam pariunt; magna igitur cura ſit, vt excitatū præmatur. Et hoc eſt ad augmentum meritorum, quia virtus in infirmitate perficitur, vt etiam ſcriptum eſt de Senacarib blaſphemo, qui regnum Ezechiæ viri ſancti vaſtauit; ſed quia ipſe cum Eſaia propheta non ceſſauit clamare ad Dominum, paulopoſt totus exercitus Senacarib impiiſſimi occiſus eſt ab Angelo. iiii. Regū, xix. & vide Ezechi. xxvii. & xxix. Hiere. xxvii. Siue etiam hoc permittatur à Deo ne Chriſtiani in ſuperbiam extollantur, ſiue hoc contingat etiam propter peccatū primi parentis, & propria eorum delicta, vt dictum eſt de Iſraelitis, quos Deus olim variis miraculorum operationibus fouebat, & præclaros præ omnibus monſtrabat, & propter illos elementorum miniſteria mutans, defluam oſtendens petram; præparans terram in abſortionem, retrocedere faciēs Solem ad occaſum feſtinantem, regulas naturæ nouas præſcribens, eaque omnia in gloriam ingrati Iſraelis. cum verò Idolis ſeruire cœperunt, peſſimè retribuentes Deo, de illis debitam ſumpſit vindictam, vt aliàs dictum fuit. & habetur iii. Reg. ix. ibi, omnis qui tranſierit per eam ſtupebit, & ſibillabit, & dicet, quare fecit Dominus ſic terræ huic? & reſpondebunt, quia dereliquerunt Dominum Deum ſuum, & ſecuti ſunt Deos alienos, & coluerunt eos, & adorauerunt eos, iccirco induxit Dñs ſup eos omne malū hoc.

Et licèt Dominus noſter Chriſtianos delinquentes median tibus infidelibus ſit ſolitus caſtigare, non tamen impunè permittit eos offendi per infidelibus iniuſtè eiſdem Chriſtianis iniuriantes, & non iure ipſos lædentes, & eos perſecutionibus in opprobrium fidei infeſtantes, † nam de eorundem fidelium perſecutoribus vindictam ſumit Dominus noſter, prout contigit Neroni, qui propter Chriſtianorum perſecutionem Dei voluntate, Senatus ſententia conſtitutum fuit, vt nudus per publicū ductus, furca collo eius inſerta, virgis vſq; ad mortē cęderetur, atq; ita è ſaxo precipitaret. quo intellecto ipſe ab omnibus deſtitutus, palatio aufugit, & noctis medio vrbē egreſſus, ſequētib⁹ eū Phaone, Epaphrodito, Neophitoq;, & ſpadone Sporo, quē quōdā exectū formare in muliērē tētauerat, & in ſuburbano ſe liberti ſui, quod eſt inter Salariam, & Nomenta nā viā, ad quartū vrbis milliariū trāſegit, adiuuāte trepidāte manu, impuro de quo ſupra eunucho, cum ſanè, nullo à quo feriretur prius reperto, exclamaret, ita ne? nec amicū, nec inimicū habeo? Dedecoroſè vixi, turpius pereā. & Domitiano Chriſticolarū hoſti euenit, vt à cōiuratis cōfeſſus fuerit; & Septimio Seuero, qui apud Eboracū oppidū, cū mēbrorū omniū, maximè aūt pedū dolorē pati nequiret veneni vice, qđ ei negabat, cibos graues, ac plurimæ carnis auidius inuaſit; quos cū cōficere nō poſſet, cruditate præſſus expirauit. & Diocletiano, qui hauſto veneno perijt. accedat Galerius, qui pſecutionē Chriſtianorū à Diocletiano, & Maximiano emiſsā atrocioribus edictis accumulās putrefacto introrsū pectore, & vitalibus diſſolutis, cū vltra horrorē humanę miſerię vermes ēt eructaret medicique iā vltra fętorē nō ferētes crebrò iuſſu eius occiderentur, à quodā medico, cōſtātiā ex deſperatione ſumētē increpitus, irā Dei eſſe pęnā ſuā, atq; ideo à medicis nō poſſe curari, cruciatus non ſuſtinens finem vitæ ſuæ attulit: prout & contigit Iuliano Crucis Chriſti inimico, cuius tempore ſiue ſub Valentiniano ſecundum aliquos ſederit & floruit Sciritius Pontifex Roma. omnium virtutum genere inſignis ab ipſo Iuliano multa paſſus incommoda ob Chriſti fidem, nunquam tamen potius vllis afflictionibus & perſecutionibus ſuperari, cuius decretū habetur lxxii. diſt. c. plurimos. Quem Iulianum tradunt, cum ex inflicto vulnere humi iaceret, & animam ageret, manū ſanguine plenā ad cœlum proieciſſe, & dixiſſe, viciſti tandem Galilęe, Chriſtum ſignificans, quem Galilęum appellabat, quem refert Theodoritus incertū eſſe, ab Angelo ne, an ab homine occiſū fuiſſe, lib. iij. ca. xxv. Et Valenti etiam Cæſari, qui victus in prælio à Gothis ſagitta ſaucius in fugam verſus, cum ob dolorem nimium

mium de equo laberetur in viliſſima deportatur caſa, vbi ſuper uenientibus Gothis, igne ſuppoſito incendio crematus eſt, iuſto Dei iudicio ab illis, quos igne perfidiæ ſuccenderat: namq; petentibus Gothis, vt eis Epiſcopos mitteret, à quibus fidei rudimenta ſuſciperent, ille Doctores Arriani dogmatis miſit, ſicque vniuerſa gens illa Arriana effecta eſt, & ſimiles exitus miſerrimi etiam alijs Imperatoribus infidelibus, & fidei Chriſti perſecutoribus contigerunt: Prout olim his, qui populum Domini perſecuti ſunt, vt Idumeis, & alijs. Ezech. xxv. & Zacha. ij. qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. Et ſi quæratᵗ, quare permittit etiam Dominus noſter regnare ipſos ĩfideles: dicendum quòd illud eſt fortè, quia Deus ſemper duplici familia oblectatus eſt, ſuperiori videlicet & inferiori; ſpirituali, & animali; libera & ſeruili; & admittat ideo Maumethicos, qui deſcēderent ab Iſmaele, vt in domo ſua habeat ſeruilem & liberam familiam copioſè, vel quia ſic diſcutiamus pigritiam & diuinas ſcripturas cupiamus, c. fina. xxxiiij. q. iii. vel potius dicendum eſt in hoc, non eſſe noſtrum iſta perſcrutari, Eccleſiaſti. 3. & vij. actu. 1. Prouer. 25. Iob 33. quia ſi cor hominis & voluntas eius profunda eſt, & inſcrutabilis, quanto magis voluntas Domini. O altitudo diuitiarum ſapientię & ſcientiæ Dei. Nã quis nouit ſenſum Domini, aut quis eius conſiliarius fuit? ſecundũ Apoſtolum. & de pœn. diſtin. iiii. ſi ex bono, & ideo ſcriptum eſt Exo. xix. Cõſtitues terminos populo per circuitum, & dices ad eos, Cauete ne aſcendatis montem, nec tangatis fines illius: omnis qui tetigerit montem, morte morietur. & infra, Deſcende, & conteſtare populum, ne fortè velit tranſcendere termi nos, ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo, & not. per glo. in verbo, Incomprehenſibilis, extra de ſum. Trini. ſicut etiam, quare Dei cognitio abſcondita ſit à ſapientibus, & reuelata paruulis, alia ratio reddi non põt, niſi ea quam 43
Dominus noſter aſſignauit, quòd ſic placitum fuit ante Deũ. & de Petro Apoſtolorum Principe, dum ſcire vellet de ſtatu Ioannis, Dominus reſpondit, ſic eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu ſequere me. & de eo, quare ſcilicet elegerit populum Iſraeliticum ex quo Chriſtus naſceretur, non autem aliàs gentes, nam ſecundum Auguſtinum, noli iudicare ſi non vis errare. & de reſtitutione regni Iſrael ſecundum reſponſionem Domini, & ſi cadimus in bellis, ſi amittimus regna, ſi iugo ſeruitutis opprimimur, dicamus cum Daniele propheta, Deũ eſſe in cœlo, qui mutat tempora, & transfert Regna, atque conſtituit. & de his vide Arch. in c. Nabucdonſor. xxiii. q. iiij. Fely. in c. ſi quãdo. de reſcrip. col. viij. per Glo. in cle. i. in verbo, virginali. de ſum. Trini. nec propter victorias in bellis infidelium, melior religio eorundem vincentium dicenda eſt; ſic enim dicendum eſſet omnes, qui olim Iudæos vicerũt, melius de Deo ſenſiſſe, quàm ipſi victi, qđ nec ipſe Maumethes diceret, qui defenſionem ſuæ legis, vel potius blasphemiæ (quia lex Domini immaculata) in armis collocat, nec de ea diſputari ſinit, vt dictũ eſt, cum ſciret neque veram eam eſſe, & legi veteri, & nouę cõtradicere, & nullis ſuffulta teſtimonijs, cum tempore, quo data eſt lex Moyſi, fulgura, & coruſcationes, & ſigna in cœlo apparuerint, & lex Chriſti miraculis præfulgeat.

Fateantur ergo & ipſi Maumethiſtæ, & alij infideles Chriſtum Dei filium, prout & nos, qui Deum ſpiritũ eſſe aſſerimus incorporeum, immortalem, æternum incomprehenſibilem, qui dum ſe ipſum intelligit, in mente ſua verbum concipit, qđ nos filiũ Dei eſſe dicimus: nec aliud eſt in Deo, ſe ipſum noſſe, atq; intelligere, quã Deũ eſſe. nihil eſt enim in Deo niſi Deus, Deũq; cuius filius eſt verbũ, nominamus patrẽ, & proceſſionẽ ipſius verbi, generationẽ filij dicimus. hinc eſt ꝙ Dauid dixit, eructauit cor meũ verbũ bonũ. & rurſus, filius meus es tu, ego hodie genui te. & iterũ, ante luciferũ genui te, ita loquitur pater Deus de filio Deo, quia ante luciferum nemo fuit. & Prouerb. viii. de ſapientia Dei, quæ Dei filia eſt, nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram; ante mõtes, & colles ego parturiebar. & ſpiritus Sãctus ab vtroque procedit, & eſt cũ patre & filio pariter Deus, de quo ſcriptum eſt, Gen. i. ſpiritus Domini ferebaᵗ ſuper aquas. & quis tunc Dominus, niſi Deus fuit? & cuius ſpiritus niſi Dei? & quomodo Dei ſpiritus niſi Deus? & alibi, ſpiritᵘ Dñi fecit me, ſpiraculũ omnipotẽtis Dei viuificauit me, & ſpiritus Dñi repleuit orbẽ terrarũ, qs hic ſpiritus, niſi Deus? & ex illis verbis, faciamus hominẽ ad ſimilitudinẽ noſtrã: plures. n. ꝑſonæ inducũtur, ex verbo faciamus & noſtrã, & ex illis verbis prophetæ, verbo Dñi cęli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius oĩs virtus eorũ, vbi ponit tres perſonas in cõditione cęlorũ, ſcilicet 44
Dñi, verbi, & ſpiritus: Dominus deſignat patrẽ; verbum filium; & ſpiritus, eũ quẽ ſanctum dicimus. & per Eſaiã 6. in illis verbis, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus, vbi trinitas in vnitate percipitur; & pater & filius ſe inuicem diligentes ex voluntate in eis reciproca, amorem producunt, quem Spiritum Sanctum appellamus. Idem infertur ex eo, quod ſcriptum eſt de Iacob, Gen. xxviii. qui ſuppoſuit capiti ſuo lapides, qui tres fuiſſe dicũtur, & cũ euigilaſſet de ſomno, dixit, verè Dominus eſt in iſto loco, & ego neſciebã. & ſubdit ibi ꝙ ſurgens mane tulit lapidem, quem ſuppoſiterat capiti ſuo, & ea nocte tres lapides in vnum ſunt conuerſi, & vide de conſecra. diſtin. 3. capi. fin.

Dirigamus modò calamum aduerſus Iudæos, quos neſcio qbus verbis, quibusve nominibus interpellare debeam, præterquàm generatio nequam, mala, & adultera, filii ſcelerati, quos Deus omnipotens olim præ cunctis orbis totius nationib. dilexit, ſuique ipſius cognitionẽ ante aliàs gentes patefecit, à quo etiam promiſſiones receperunt, & ſcriptum eſt: Nõ fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis, & populum Iſraelis elegit ex quo naſceretur Chriſtus, non autẽ ex alio populo, & ad eos eundem principaliter miſit, Meſſiam verum & in Iudæa natum, & ex virgine Iudæa, & de ſinu Dauidis, & ſecũdum Apoſtolum, ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, & qui Apoſtolos ex Iudæis elegit, quem tamen agnoſcere noluerũt, & ab eis receptus non fuit, & cum veniſſet declarare leges, & prophetas, nedum ipſum audire noluerunt, ſed eum crucifixe- 42
runt, † & ideo ſunt peiores Sodomitis, & aliis gentibus: nam hi legem naturalem tantum tranſgreſſi ſunt, Iudęi etiam ſcripturam: hi prædicatores non habuerunt, iſti etiam Ieſum Chriſtũ: apud illos nulla ſunt facta miracula, apud illos infinita, vt per glo. in c. nonne, in verbo, peiores. i. q. j.

Quare autem tam obſtinatè indurauerint, audi Apoſtolum ſoluentem dubitationem, Rom. 10. ignorantes iuſtitiam Dei, & quærentes propriam iuſtitiam ſtatuere iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. & iterum, quid ergo quod gentes, quæ non ſectabantur iuſtitiam, apprehenderunt iuſtitiam? iuſtitia autem quæ ex fide, ſemel verò ſectando legem iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ non peruenit, quare? quia non ex fide: oſtenderunt enim in lapidẽ offenſionis, hoc eſt diffidentia, eis horum malorum cauſa fuit, quam ſtultitia peperit. Et ꝙ maius ſit Iudæorum peccatum, pa- 43
tet ex maiori vindicta, quæ de eis habita eſt: † exinde enim deſtructiones tot ciuitatum, & ipſius tẽpli, & qui ſub Caio Cæſare tot mala perpeſſi fuerint, Philo eius gẽtis libros quinque de calamitatibus eorum deſcripſerit, & qui ſub Tito, & Veſpaſiano ꝙ maiori parte trucidati fuerũt, & fame obſeſſi, & effecti captiui, & vſque in hodiernum diem vagi, diſperſi, & vbique terrarum per orbem errabundi diſcurrũt, prout patet de Agarenis, q ſunt Arabes diſperſi, de quibus dixit Angelus Dñi ad Agar, loquens de eorum patre, & ſubinde de tota familia, hic erit ferus homo è regione fratrum ſuorum, figet tẽtoria, q victitant aliorum ꝑfidiis arte militari huc & illuc diſcurrentes, latrociniis & ꝑdis cõtinuis, & agrorum depopulationib. ditãtur, iuxta illud, manus eius ꝯ oẽs, q nec terras colunt, nec firmas habent manſiones, ſed hac illhac diſcurrẽtes, portãt ſecum tentoria, vt potius in aliorum quàm ĩ ſuis finib. collecti videanᵗ. Et pariter de his qui trahunt originem ex Cus filio Cam, q deteriorẽ vitã agunt, vt luere videãtur maledictionẽ, quã dedit Noe poſteris poſt progenituã Cam, q patri turpiter illuſit. hi. n. proprios filios vendunt pro victu, & ſunt inter Aegyptum & Aethiopiam prouenientes, & ꝑ orbẽ vniuerſum vagãtur erigẽtes tentoria, extra ciuitates in agris, & triuiis, & deceptionibus, permutationibus, atque prognoſticationibus ex lineamentis manuum, & oblectantes his fraudib. victum acquirunt, qui vulgari idiomati zingani nuncupantur, de qua re vaticinans Eſaias 53. c. cum dixiſſet, ouem ductam ad occiſionẽ, ſubiunxit, & dabit improbos pro ſepultura ſua & diuites pro morte ſua, & omnia ꝑmiſſa perpetiuntur propter Chriſti occiſionem, & ſanguinis illius pretioſiſſimi effuſionem, & non aliis eorũ cauſis imaginariis, & quas ſibi ipſis effingunt, inſulè tamẽ: nam ſi Moſen lapidib. impetiuerunt, ſi Zachariam, & alios prophetas occiderunt, vt de Hieremia, 2. quẽ in ſpeluncã ſeu foueã abiecerunt, q de prophetarũ perſecutione ſic locutus eſt, deuorauit enſis veſter ꝓphetas veſtros, vt leo diſrumpẽs, & alibi impleuerunt Ieruſalẽ ſanguine vſq; ad nos, & inter cæteros Zachariã & Eſaiam crudeli morte necarunt, 2. Parali. 24. & ſpiritus Dñi induit Zachariã, videlicet q cõgregati miſerunt aduerſus eũ lapides iuxta regis imperiũ, in atrio domus Dñi, & occiſus fuit inter tẽplum, & altare: & Eſaias ab arbore cedro ipſum ſuſcipiẽte miraculosè, ſimul cũ Cedro ipſa ꝑ mediũ diſſectus fuit. itẽ, & Ozias, prophetã Amos patrẽ eius ꝑ tẽpora tranſfixit, qđ ꝯ mandatum Hieroboã Regis verbũ Dñi prædicaret. hæc tamen in ſeruos Dei ꝓpetrarũt delicta, qđ minus erat quàm procedere ad ſcelus ſcẽlerum, & vſque ad malorum caput, prout fecerunt Dei filium morti tradendo, & iõ graniores dederũt pœnas, nã ſceleratius eſt cõmiſſum, qđ grauius eſt vindicatũ, c. non afferamus. 24. q. j.

† Qui Dñs noſter niſi fuiſſet, eſſetq; Dei filius, & verus Meſſias, Deus nõ aduerſatus fuiſſet præfatæ genti facinoroſę, nec ea vindicta de eis ſumpta, vt careãt ciuitate, ſceptro, & altari ex quo ſacerdotes eorum ſunt impuri, nephaſti, & prophani, cum non ſit eis amplius verus illud oleum, nec ſacrificiũ, nec altare, nec cultura, & ablata ſint eis oĩa deniq;, quæ ſanctum Dei ſpiritum ſuſcipere conſueuerant, & per ſimulationẽ ſacerdotum perſonã nõ aliter, quã hiſtriones in ſcena, & certò ſciũt ꝙ nec vſq; in præſens tẽpus Deus omnipotens irã contra eos excãdeſcẽtẽ ſedauit, cũ nec ab inde citra venerit ignis è cœlo in eorũ adita,

Source : BIU Cujas

victimas cõsumpturus,cũprius flãma è sublimi demissa suo mi
nisterio ꝑsumabat hostiã,nec vlla vox e medio Cherubin de ꝓ
pitiatorio vnquam exinde audita est, nec fulgor vnquam relu-
xit è lapidibus in pectore summi sacerdotis, vbi scriptum erat
Schemamephoras, futura significans; nec habuerunt, nec ha-
bent vlterius prophetas, nec gratiam sancti spiritus olim per
eos loquentis: nec Patriarchas, quorum primus Abel,ad cuius
munera Deus respexit; nec sacerdotes, in quo ordine primus
extitit Rex ille Salem Melchisedech;nec Pontifices vt Aaron,
adeo quòd Deus & per homines circa hæc inferiora, & per se
ipsum,cęlestia è medio eorum sustulit, vt nõ possint suarum re
rum hominibus imputare vastationem,& quòd vere Deus eos
repulerit,vnde calamitates eorum superant omnem tragędiã,
cum & tabernacula, quæ apud ipsos figuntur sunt nihilo hone
stiora diuersorijs,quia olim Dei iussu fiebãt,hodie autem secus,
cũ aduersus Deũ contendant, & ob id nõ seruat Deus eis fœ-
dus,quod iniuit cum patribus antiquis populi Israelis, quando
ꝓmisit se inimicũ inimicis eorũ,& afflicturũ affligẽtes eos:nec
potest de eis dici,en populus sapiens,& intelligens gẽs magna;
nec est alia natio tam grandis,quæ habeat Deos appropinquan-
tes sibi,sicut Deus noster adest cũctis obsecrationibus nostris,
cum nec per prophetiæ donum,nec per miracula,quæ nascen-
te,vel moriente Christo monstrata sunt,ab eorum duritie se re
mouerint,cum tamen Gentiles ad cognitionem Domini,non
per vocem,& prophetas, sed per signa perducti sunt, sicut Ma-
gos ab Oriente,stella,non Angelus,eduxit.

Nec admittenda est friuola eorum excusatio,dum crimină-
tur peregrinationem suam, vti longè distantes à terra promis-
sionis,& templo,ideo quòd nihil authoritatis habent propter
id,vt his modis,obtegant eorum perfidiam, nam & Ioseph in
Aegypto,Ezechiel in Caldæa,simul, & Daniel vaticinati sunt,
& Christi discipuli vbique terrarum in Cacodæmones præua-
45 luerunt,& vbique mirabilia fecisse probantur.† Sed respõdeãt
quæso,d eiecto templo,quomodo præcepta legis veteris obser-
uare possent, qua iussum erat ꝙ ter in anno, omne masculinũ
ascenderet templum,& qui profluuio seminis laboraret,qui le
pra affectus esset, quæ menstruum fluxum pateretur, quæ pe-
perisset offerri sacrificia,cani sacros Hymnos,cui eis defit tem-
plũ & altare,nec sacrificus esse possit,sublata hostia,vetita obla
tione,sanctis conculcatis,vt habetur xvi.q. vii.c.& hæc. & in c.
translato. de constitu. Tanti momenti, & ponderis fuit, & est
effusio innocentissimi sanguinis filij Dei,† nam & sanguis ho-
46 minum iustorum clamat ad Dominum, sicut cruor Abel iusti
super Chain,& Machabæus deprecatus est Dominum,vt audi-
ret vocem sanguinis clamantis ad ipsum, & testatur Ioannes di
cens, vsquequo sanctus & verus, nõ vindicans sanguinẽ nostrũ
de his,qui habitant in terra,de qua vindicta,& impiorum vltio
ne gaudẽt Angeli,lætabitur iustus cum vindictam viderit,sicut
Angeli magnis turbis laudauerunt Dominum dicentes, laus,
gloria,& virtus Deo nostro,quia vera & iusta iudicia sunt eius,
& vindicauit sanguinem seruorum suorum, quid de filio Dei?
Vnde propheta de his,fiat mensa eorum in laqueum coram ip
sis,& in retributiones & in scandalum,obscurentur oculi eorũ
incurua,effunde super eos iram tuam,& furor iræ tuæ compre
hendat eos,& Hieremias ne depreceris pro populo isto,quoniã
si surrexerit Moses,& Samuel nõ exaudiam eos. & idem, Facta
est mihi hæreditas mea,quasi leo in silua, ideo odiui eã. Etaias,
Veh genti peccatrici,populo graui iniquitate,semini nequam,
47 filijs sceleratis: dereliquerunt Dominum,† blasphemauerunt
sanctum Israel,abalienati sunt retrorsum, ne offeratis vltra sa-
crificium frustra,incensum abominatio est mihi, Nœmeniã,
& Sabbatum, & festiuitates aliàs non feram. & Malachias, c.j.
Non est mihi voluntas circa vos dicit dominus, & sacrificium
nõ habebo acceptum ex manibus vestris,quoniã à solis ortu,vs
que ad occasum clarificatum est nomen meũ apud gẽtes, & in
omni loco odores incensi offerent nomini meo,& sacrificium
mundũ,quoniam magnum est nomen meum apud gentes. Et
Oseas,2.c.dicam non populo meo,populus meus es tu.

Vident ergo, quomodo Deus repulit perfidã synagogã, &
Christi filij sui ecclesiã ex gẽtibus amplexatus est,de qua Esa. 54.
Landa sterilis,quę non paris; decanta laudem himni,quæ non
parturiebas,qm̃ multi filij desertæ magis, quã quæ habebant vi-
rũ,prout ad idẽ est figura Sarræ,quæ diu sterilis remãsit,& in se-
nectute peperit Isaach.& de Anna Sterili,quę peperit Samuelẽ
ꝑm Dei promissionẽ postquàm orasset in tẽplo,& illud, Aduc-
na qui tecũ versatur in terra ascẽdet super te, eritq; sublimior;
tu aũt descẽdes,& eris inferior, & ipse erit in caput, & tu eris in
caudã, & populus quẽ nõ cognoui seruiuit mihi in auditu au-
ris obediuit mihi, & gẽtẽ q̃ nescibã vocabis;& gẽtes,q̃ non co
gnouerũt te currẽt ad te, & manifestus sum eis, qui me nõ quæ
rũt;inuẽtus sum ab eis,qui me nõ interrogabãt,quę ꝓfirmãtur,
48 † cũ templũ Domini ędificatũ fuerit in prędio Gentilis homi-
nis videlicet,Horuã Iebusei,& de illis cẽtũ quinquaginta tribus
millibus,& sexcẽtis viris, qui nõ fuerũt de gente Iudęorũ, sed
Gentilium,qui facti erant Proselyti noui ex gentilitate. item la
pides & ligna,quibus templum fuit constructum,& ciuitas am
plificata, non erant de terra Iudæorum excisi,sed Gentilium,
scilicet de monte Libano qui est in Phenicia, & sub Dominio
Hyram regis Tyri, quæ sunt typus ecclesiæ Christi in populo
Gentili ædificandæ propter perfidiam Iudæorum.

Et ea propter eorum præces,donec in perfidia remanserint
non possunt esse gratæ Deo,nec aliquo modo exaudibiles, si-
cut olim:qui cum in peccatis infinitis versarentur, & cũ vitu-
lum adorarent, illis tamen temporibus mare findebatur & pe-
træ rumpebantur,& tot admiranda fiebant in deserto, & cum
Mosen lapidibus impetebant, & illum varijs modis occidere
conabantur,& blasphemias in Deum iacebant, eundem tamẽ
magnum prophetam apud illos esse passus est Deus, signaque
edidit miraculosa, & si bella eis mota erant sponte colla iugo
dabãt, nec armis aut acie opus erat.& licet Deum aspernarent
simul achris immolantes,liberos mactantes,aliaque scelera cõ-
mittentes,Dei tamẽ prouidẽtiã cõsequebãtur, & illius auxilio
fiæti inulti permanebãt,prout de his Augustinus meminit:tũc
enim præces eorũ adhuc erant Domino acceptabiles,cum nõ
essent noxij delicti delictorũ omniũ, prout modò sunt mortis
Christi, & tunc etiam tam virorum quàm mulierum actiones
gratiarum de victorijs consecutis Deo placebant, & de fœmi-
nis Israeliticis in timpanis lætitiæ & sistris, quæ post victoriam
Philistinorum præcinebant,percussit Saulmille, & Dauid decẽ
millia,& post summersionem equitatus Pharaonis, vbi mulie-
res post Mariam cum timpanis, & choris cantabant Domino
ipsas benignè exaudienti gratiarum actiones, & est videre per
vniuersam historiam Iudicum,Regum,Iudith, & per Augusti-
num de mirabilibus sacræ scripturæ.

Nunc verò cum non colant idola, nec liberos mactent,nec
Prophetas occidãt,in perpetua degũt calamitate, & vitã agunt
ab annis mille & quingẽtis, quinquaginta quinq; citra, omni
auxilio Dei dei destitutã, per qđ tẽpus cęli sui profugi ꝓ aliena
hospitia iactantur,nec tamen alius erat Deus, qui nunc est, &
orationes eorũ à deo sunt exclusæ,vt scriptũ est, sed cũ clama-
uero, & cũ rogauero excludet orationem meam. ergo maius
peccatum perpetrarũt, quàm interfectio Prophetarum,& ado
ratio idolorum, cum pro eis pęna fuerit captiuitas per annos
septuaginta in Babylonia,& etiam Deus placatus est.

Qui tam ẽin duricie cordis eorũ permanẽtes ꝑseuerãt in se-
quẽdo falsa Scribarũ,& Pharisęorũ documẽta, addito augmẽ-
to,& deprauatione Talmudicæ iniquitatis corrũpẽtis verã in-
telligẽtiã legis& Prophetarũ,& à vero sensu peruertentis scri-
pturã sacrã: nã doctrina Talmut nil aliud est quàm explicatio
Misni eorũ,siue legis oretenus traditæ,quã ipsi appellabãt secũ-
dũ legẽ continentem traditiones Pharisæorũ, quam Christus
vocat fermẽtũ Pharisæorũ,eo ꝙ corrumpit intelligentiam le-
gis,& Prophetarũ,& Imperator Iustinianus eandẽ secudam le
gẽ,quã appellat Deuterosim,interdicit in Auct.de Hebræis cõ-
sti.c.xlvi.Secundum interpretationẽ Haloãdri; vbi Imperator
decidit ẽt,qualiter sint in eorũ synagogis legẽdi libri sacri,scili
cet secundũ translationẽ septuaginta interpretũ, & vt possint
etiam vti interpretatione Aquilę,& vt in ea.& de Deuteroſi.vi-
de Hiero.super Esa.c.viii.vbi quod Scãmai, & Hillel nõ multo
antequàm Dominus nasceretur,in Iuęa orti sunt,qui ꝑ Deute-
roses, quas ediderunt, legis præcepta macularunt. idem super
Ezech.c.36.ait,Deuteroses Iudaicæ sunt fabulæ,per quas fingũt
se illi gẽmatã expectare Hierusalẽ,& ad Damasum Epistola,to-
mo 3. 124. idẽ esse ait Deuteroses Iudeorũ, qđ fabulas eorũ, in
quibus ponunt omnem scientiam eorũ.et vt in ea. De Deu-
teroſi vide Hie.sup Esa.eod.c. 8. nam eius cõpilatores scãmai &
Hillel parũ antequã Dãs nasceretur Deuteroses ediderũt.& su-
per Ezech.c.6.ex quo dicuntur à propheta eorum,cæci,& surdi,
qs,ait,cæcus nisi seruus meus?& surdus,nisi ad quẽ nũcios misi?
& nõ sunt ideo ampli? popul? Dei, nec Israelitæ,sed Idumei ab
illo Mayr, quẽ fecerũt sibi proselitũ, precibus,& muneribus in-
struendo illũ in lege & Prophetis, cũ detestabili intelligẽtia,&
fermẽto eorũ,nec expectent à malis vlterius liberationẽ,quod
si debuisset cõtingere,illud etiam ꝑdixisset Prophetę,sicut Hie-
remias, q diffinuit septuagĩta annos,& Daniel septuaginta heb
domadas, & dimidiũ & quadringẽtis, & triginta annis seruitu-
ros in Aegypto.huius autem captiuitatis nullum situm est tem-
pus, nec finis. & hæc est illa, quam Deus per os Danielis vocat
desolationem vsque ad finem & consummationem.

† Quorũ cęcitas,& insania probatur ex deliramẽtis,quę scri- 49
pta reperiuntur in eorũ Talmut cõtinẽte falsissima, impossibi-
lia, & irrisibilia, cũ scriptũ sit,Deu.4.nõ addetis ad verbũ, quod
vobis loquor, nec auferetis ex eo:& iter cætera illud est, qđ vbi
in j.Geneseos capite legit,& creauit Deus hominẽ ad imaginẽ
& similitudinẽ suam, ad imaginem Dei creauit illum masculũ
& fœminam creauit eos, dicunt Deũ creasse Adã instar Iani bi
frontẽ,& qui geminam habuerit faciẽ ante & retro, sicq; aiũt
ex posteriori parte Adami deinceps fecisse fęminã. & in libro
Sebamoth.c.vi.dicit, Adam habuisse copulam carnalẽ cũ om-
nibus seminibus omnium animalium, & quòd erat tantæ ma-
gnitudinis,

Source : BIU Cujas

gnitudinis, vt teneret de terra vſque ad cœlum, & quomodo tam magnus Adam cum cimice, culice, muſca, ſeminaliter coiuit? Item & Deum dolore angi, quod Hieroſolymam & tẽplum dextruxerat, lib. benedictionum, cap. j. & in lib. Abodozera, Deum tribus horis diei ludere cum Leuiatã piſcæ mirę magnitudinis, & eius fœminam ſalæ conditam reſeruari offerendam Meſſiæ, de qua etiam ipſi comedẽt, quia ſcriptum eſt, Pſal. ciij. Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei, &c. non intelligentes Leuiatan ſerpentem illum, ac draconem, nempè eſſe, qui mulierem aliàs decepit, ſuper quem Leuiatan ſerpentem vectẽ & tortuoſum, in die illa viſitabit Dominus in gladio ſuo duro, grandi, & forti, de quo Iob iii. & xl. & quem electi Angelorum ſpiritus, cathena magna vinctum in puteo abyſſi clauſũ præmunt, vt poſt mille annos ſaluatur, hoc eſt tempore Antichriſti. Apoc. xx. & Eſa. xxvii. & nocte Deum equitare ſuper Cherubin, & decem, & octo millia mundos, quos creauit, viſere, & perluſtrare, & Deum quolibet die orare, cum tamen nullum habeat ſe ſuperiorem, ad quem dirigat orationem. & in li. Balathia. c. vendens dicitur, quòd in cõuiuio quòd Deus faciet illis de piſce Leuiatan, dabit eis ad potandum vinum de vineis ſuis à principio mundi, vſque ad eãdem horam conſeruatum, & in libro Canedrin. c. iiij. quòd qui maledixerit nomini Dei, non eſt aliqua pœna dignus, niſi proferat nomen Dei propriũ, quattuor literarum Schemmamephoras, Græcè Tetragramma ton, ſed quid fœdius in lib. Hedarim, & in lib. Cala, cap. j. quod vir poteſt abuti vxore contra naturam, ſicut carnes, & piſces poſſunt edi aſſæ, & elixæ, & plura ibidem ſceleſtiora. & alibi, & in lib. Hirubin, c. i. & in lib. Sabah c. 15. & 16. vbi plurima contra Chriſtianos. & in lib. de Batra, c. ii & in lib. Roſaſana, c. j. & in li. Cholim. c. j. & lib. Berachoh. c. iiii. & lib. Zabodazara. c. ii. & lib. Meziha. c. ij & v. vbi de exercendis cum Chriſtianis quibuſlibet vſuris, & in lib. Sephrin, c. ix. & alijs, quos longum & inutile eſſet referre. ſed præmiſſa volui ſummis, vt aiunt, labellis pertingere, vt nauſeam faciant omni creaturæ eandem intelligenti: quæ cum alijs impudentioribus, ex quodam compendio extracto per electos ad hæc ſub 1553. per Mag. & Clar. Dominos benedictum Valerio, Marcum Centani, & Franciſcum Longum, Senatores Inclytæ Ciuitatis Venetiarum eo nomine executores, & digniſſimos prouiſores, contra Blaſphemos, de quorum commiſſione innumerabilia volumina Talmudicarum fatuitatum, & inſaniarum fuerũt incendio conſumpta, in omnibus terris & locis eiuſdem excelſi Dominij, in quibus continebantur horrendæ, & nephandiſſimæ maledictiones contra Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & eius pijſſimam matrem, & Apoſtolos, & vniuerſam eccleſiam catholicam, & hæc omnia in executionem ſacrorum canonum & decretorum, ſanctiſſimi Domini Papæ Pauli IIII. qui contra hanc gentem orthodoxę fidei inimicam, ad beneficium vniuerſalis eccleſiæ ſemper inuigilauit, vt ex pluribus alijs eius conſtitutionibus vniuerſo orbi patefactum eſt. Et ritus comburendi libros reprobos, fuit temporibus Apoſtolorum, Actu. xix.

52

Et profectò miſerrimi omnium mortalium poſſunt dici ipſi Hebræi, & verè brutalis eorum fatuitas, quod traditiones patrum ſuorũ, & nugas, & fabulas, quæ nunquã in lege Moſis ſcriptæ ſunt, recipiant, & veram legis ſacræ doctrinam prætermittant, Chriſtum Meſſiam verum ad eos principaliter miſſum abnegando: qui tamen cum illum etiam crucifixerint, poſtquàm ab illis crucifixus fuit, Ciuitatem eorum euertit, & gentem ſuã diſſipauit, & per vniuerſum orbem diſperſit, declarãs, re ipſa reſurrexiſſe, & viuere & agere in cęlis.

53

† Et dicant quæſo, quid nam ille prænunciauit quod non cõtigerit, vt de Hieroſolyma à multis gentibus conculcanda? & quòd in loco, vbi erat templum, non remaneret lapis ſuper lapidem: & vbi templum fuit ſolutum, ibi etiam Chriſtus ſepultus eſt, vt propter eius ſepulchrum recedentes viderent etiam trophæum illius potentiæ; & quod prædixit contigiſſe, ſicut & illud, veh lactantibus & prægnantibus; & aliud, tunc erit tribulatio qualis nunquam fuit; & de officio mulieris habentis alabaſtrum vngenti precioſi effuſi in caput illius recumbentis, quod prædixit debere prædicari in vniuerſa terra, nonne & prædicatum eſt? Licèt inter diſcipulos, & paucos teſtes hoc actum ſit, & de Petro cui prænunciauit, ſuper Petram hanc ædificaturum Eccleſiam ſuam. O admirabile ædificium, ò turris fortitudinis: quot enim bella contra eam concitata ſunt? Quot arma mota? Quot Tiranni, quot duces, quot Imperatores tot modis eã

54

oppugnarunt, ſed non deiecerunt? † Quæ immobilis ſemper manens, quaſcunque impugnationes contemnit; & vincit cũ læditur; intelligit cum arguitur; ſecura eſt cum deſeritur; obtinet cum ſuperata videtur. nam in ſtadio Chriſti, non lædens ſed læſus coronam acquirit: nouitque eccleſia beneficio Domini triumphare de ſuis cladibus, ingrauata perſecutoribus, ſiquidem proficit, afflictionibus ſemper augetur ſanguine Martyrũ irrigatur, triſtitia magis erigitur, in anguſtijs dilatatur, fletibus paſcitur, ieiunijs reficitur, & inde potius creſcit, vnde mundus deficit: nam ſi tentatur, Chriſtus eam ſuſtẽtat; ſi periclitatur, ille erigit; ſi triſtatur, ille prius aſtat conſolator, prout etiam hiſce temporibus licèt vexetur, infeſtetur, & impellatur, nihil tamen horũ Petri nauiculã diſſoluit: iactatur quidem fluctibus, ſed nõ emergitur, immò inundationibus concuſſa in ſublime eleuatur, ſicut arca Noe, cũ in ea reſideat filius Dei. xxiiii. q. i. nõ turbatur, & Ol. conſi. lxii. & circa. per to. & regitur à ſpiritu ſancto, & vſq; ad ſeculi conſumationẽ imperterrita, imperturbatiq; animi permanebit, & habet Angelos cuſtodes deputatos ad ſui defenſionẽ, qui ſunt ſępes illi, de qua habetur, Matth. 21. Etiã ꝓ ea orauit Dominus, ne deficeret. xxi. di. c. j. & qđ Deus ſtatuit, qs diſſipabit? aut manũ illius excelſam qs auertet? nec fraudabitur ipſe redẽptor volũtate labiorũ ſuorũ, & de ſacroſãcto Romana Eccleſia loquor, quę errare nõ põt. gl. in c. quodcũq; 24. q. j. & in ea eſt cãdor lucis ęternę, & ſpeculũ ſine macula. c. in ſede. 24. q. i. & c. enimuero. diſt. de qua re ſi deſuper dabitur, alibi & alio tẽpore latius dicturus ſum.

Et proſequẽdo principaliter qđ cęptũ eſt, debuiſſent, & debere moderni Hebręi ſequi veſtigia antiquiſſimorũ patrũ ſuorũ, & Patriarcharũ, q̃ crediderũt in Chriſtũ, & eius aduẽtũ piè expectãtes, exclamabãt, Eſa. 62. Abach. 1. Pſ. 143. Vtinã diſrũperes cęlos, & deſcẽderes, & vſquequo Dñe clamabo, & nõ exaudies, vociferabo, vim patiẽs, & nõ ſaluabis? & Rorate cęli deſuper, nũbes pluãt iuſtũ: aperiat terra, & germinet Saluatorẽ. & alibi, inclina Dñe cęlos tnos & deſcẽde, itẽ in terris viſus eſt, & cũ hominibus q̃uerſatus eſt, q cũ venerit, & ſit verus Meſſias, cur nõ credũt & ipſi? nã & illo adimpleta ſunt oĩa ꝓphetarũ vaticinia, q̃bus ẽt Plato in Timęo tãquã Dei filijs firmat credẽdũ eſſe, & ꝙ eſſet de genere Iudę & ꝙ eius nomẽ deberet eſſe nouũ, & illud Ieſus. Et primus Moſes duobus principibus, Ducibusq; populi, Põtifici, ipſi, ac ſuo ipſius ſucceſſori, Chriſtũ, & Ieſum appellationes pro meritis tribuit, ipſum nãque Aaron, Chriſtum, Nauſen verò, filiũ Naue quaſi ſibi ſucceſſorẽ, Ieſũ nominauit, & ſic etiã ſcriptura ipſius Moſis, Saluatoris nr̃i Ieſu Chriſti nominibus inſignita eſt, de quo Eſdras 4. c. 7. pſona Dei patris loquẽs, ſic ait, † Reuelabĩt filius meus Ieſus, cũ ijs, qui cũ eo ſunt, & idẽ morietur filius meus Ieſus Chriſtus, & cõuertetur ad me ſeculũ, qđ nomẽ Ieſus impoſitũ eſt illi, per ęternã prędeſtinationẽ à patre ętерno, & poſtmodũ ab eodẽ Prophetis reuelatum. vñ Abachuch, 3. ego autẽ in Domino gaudebo, exultabo in Ieſu Deo meo, & ex illo Gen. oraculo, 49. nõ auferet ſceptrũ. vbi in Hebręa lingua ſcriptũ eſt, Iabo, Siloch, velo. quarũ dictionũ capita ſi aſſumãtur, reddũt nomẽ Ieſu. † & licèt legatur in ſacra pagina de Ieſu Naue, Ieſu filio Sirach, qui cõſcripſit librũ eccleſiaſtici, furtq; nepos Ieſu Ioſedech, q̃ tertius appellatus eſt Ieſu Ioſedech ſacerdotis, & oẽs Dñi regis noſtri Ieſu tipũ extitiſſe ferũt: ipſi tamẽ proprio nomine Ieſu nõ fuerũt vocati, ſed Ieho-ſua, quod nõ eſt idẽ quod nomẽ Ieſuah. i. Ieſus, ſed multum differt ab illo, aliudq; ſignificat, nã Ieſus idẽ eſt quod Saluator, ſiue ſalus, ſeu ſaluatio: Iehoſua verò interpretat̃ Deus ſaluabit, & ſaluatio eorũ fuit in tẽporalibus, nõ autẽ in ſpiritualibus, ſicut in Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui nos ſaluauit à culpa, & à peccatis: ſaluũ enim fecit populũ ſuum: & Dominus noſter Petra eſt illa in deſerto Machon, ad quã ſe ſaluaſſe ſcriptum eſt Dauid à perſecutione Saul: Dauid enim qui plerisq; in locis typum eccleſiæ tenuit, cõuenientiſſimè ſaluatur in Petra, quę eſt Chriſtus, vnicum omnium fundamentum & refugium.

O quãtũ difformes ſunt à Chriſto paſſo citrà Hæbrei, ab eorũ patribus antiquis: Abel enim innocentiam docuit, Enoch mũditiã actionis: Quid de longanimitate ſpei, & operis nõ habuit Noe? Quid de obediẽtia fideliter præſtãda defuit Abrahę? Iſaac coniugij caſtimoniam inſtruit, Iacob laboris tolerãtiã, Ioſeph parricidas fratres, boni retributione remunerat, eosq̃ue docet, à bonis bona pro malis, tribuenda.

† Et nõne & alię vniuerſæ prædictiones ſacrorũ vatum in ipſo Domino redẽptore noſtro verificatę ſunt? vt de carnis aſſũptione, & ꝙ deberet eſſe Deus, & homo, & ex ſemine Dauid ſe cũdũ carnẽ, & ex virgine, & ideo Domitianus iuſſit exquiri genus Dauid, & interfici, qa verebatur, ne aliqs ex ſemine ſuo iuxta ſanctorũ patrũ prophetias, ſibi Imperiũ vſurparet, & in Bethleem Iuda, & de noua ſtella tẽpore natiuitatis eius, defuga in Aegyptũ, de eius pauptate, humilitate, miraculis, illuſione Scribarũ, Sacerdotũ, & Phariſæorũ, de cęna cũ diſcipulis, De emptione agri figuli, & pretio, quo vẽditus fuerat, & ꝙ daturus eſſet corpus ſuum percutiẽtibus, flagellãtibus, & colaphizãtibus & ſputis immũdaretur, corona ſpinea foret coronãd⁹, & tanq̃ agnus ad ſuppliciũ ducẽdus, & de eius patiẽtia, & taciturnitate in paſſione, ꝙ à ſuis diſcipulis dereliinqueretur, & ſibi crucem baiularet ad ſuppliciũ, & felle, & aceto potãdus eſſet, & crucifigeretur ad noſtrã ſalutẽ (cuius veræ ſalutis à Chriſto per lignũ crucis pręſtãdę, figura fuit illa,) ꝙ iuſſit Deus ad humanũ gen⁹ ſaluandũ fieri arcam ligneã, cum potuiſſet animãtia ſaluanda, præſeruare in aliquem montẽ, vel hortum delitiarum, ſi eſt in terra viuentium, vt aiũt: ſed per lignum venerat perditio, ideo & ſaluatio. item quòd pro crucifigentibus oraret, & morti propinquus in Dei patris manum, ſpiritum commendaret, quòd

Source : BIU Cujas

transfigendus esset, & Sol in eius morte tranſcurandus, & de terræmotu, & veli tẽpli ſciſſione, veſtimentorum eius diuiſione, & quòd ſors ſuper ipſa mitterentur, & tandem omnia alia myſteria, quæ de Meſſia per Prophetas ſunt prænunciata, omnia, & ſingula in Domino noſtro ſunt adimpleta, quę aliter hic nõ tranſcribo, cum hæc omnia à ſuis domeſticis (vt ita dicam) teſtimonijs habeant & illi notiſſima, & contra quos non cadit oppoſitio, cum & ipſi vaticinijs Prophetarum fidem adhibeãt, & locos vbi ſcripta reperiuntur, hic tranſcribere nõ fuit opus, ſed bene de eis prophetauit Hieremias, Miluus in cœlo, turtur, & ciconia cognouerunt tempus aduentus ſui: Iſrael autẽ me non cognouit, & populus meus non intellexit.

Et ex hoc maximus Iudæorum error percipitur, vt credant Prophetis, & in illum, quem Prophetæ prædixerunt credere no lint: nam ſicut vera, & certiſſima habebant vaticinia illa, antequàm implerentẽa ſatis maiori rõne, poſtquàm oĩa & ſingula in Domino noſtro Ieſu Chriſto verificata ſunt (prout vident, & ſciunt) in eundem credere deberent, cum ex prænunciatorum exhibitione, futurorũm certitudinem tenere poſſimus.

55 † Et quid, quòd elementa ipſa etiam eundem Dominũ noſtrũ aduenisſe teſtata ſunt, & Deum hũc, cęli quoque cognouerũt, quia protinus ſtellam miſerunt, mare cognouit, quia ſub eius plantis ſe præbuit calcabile; Sol lucis ſuę radios abſcondit defectum ſuſtinens in plenilunio in eius paſſione, tempore quo de more ſolent Hebræi ſuum Paſcha celebrare, adeo quòd neque Luna lumini Solis, neque nubes obſtitiſſe palàm eſt, & tota cœli regione interiecta longiſſimè à conſpectu Solis abfuiſſe, & ſaxa in mõtibus ſciſſa, & parietes tempore mortis eius, qui moriens voce magna clamauit, vt oſtenderet ſe non ex oppreſſione aut debilitate mori, ſed ex voluntate, & clamauit, vt omnia ad ſe traheret, nam ſolet eſſe clamor, de attrahẽtibus ad ſe, qui auditus fuit vſq; ad inferos, & propterea infernus ipſe eũdem etiam cognouit, quia hos, quos mortuos tenebat, reddidit, & terra non minus ipſum cognouit, quæ moriente illo contremuit, cũ tempore illo (prout etiam Ethnici ſcriptum reliquerũt) maximus terræ, memoria mortalium motus per orbem terrarũ extiterit, inter quos teſtatur Plinius lib. 2. natu. Hiſtor. ca. 84. ſub principatu Tiberij Cæſaris, quo tempore paſſus eſt Chriſtus extitiſſe. paſſus eſt autem ætatis ſuæ menſe iii. ſupra annum trigeſimum tertium, iuxta catholicam veritatem. in cuius obſequium captiuare, docente Apoſtolo. ij. Corin. x. intellectũ cogimur. nam viii. cal. Ian. natus, obtulit ſemetipſum in cruce viii. cal. Apr. immaculatum Deo Heb. ix. ad emundandam conſcientiam noſtram ab operibus mortuis. Licèt ſecundũ Epiphanium, tom. i. lib. ii. cont. hæreſes. hęr. l. paſſus ſit anno xxx. & diebus lxxiiii. ætatis ſuæ. & ſciſſis lapidibus, & monumentis reddit corpora, quæ ante ſuſceperat, & fuit idẽ Dominus noſter cognitus etiã à gentibus, Centurione tunc exclamante, verè hic erat filius Dei, & tãdẽ ab vniuerſo orbe qui tãdẽ & paulopoſt totus ad ipſum clamãtẽ accuriſſe oſtẽſum eſt, ex quibus poſſũt ipſi Iudæi redargui, ꝙ abundãtiore ſenſu, quam illi, vſi ſint inſenſata, quibus ſm naturã nulla ineſt ratio. O rationales irrationabiliores inſenſatis, vt dignoſcere recuſent quẽ ignorare minimè poſſint. & quid admirabilius conſiderari poteſt, quàm ipſius Domini noſtri crucifixi imago? qui dum nudus penderet in cruce inſtituit, vt nos quoque libẽter pauperes eſſe velimus, cũ nec tantillũ ſibi reſeruarit, vt nuditatẽ ſuã tegeret in cruce ſuſpẽſus, & eius perfecta dilectio, dũ inter duos latrones voluit medius ſuſpendi, & immenſa miſericordia, dũ latroni ipſum blaſphemanti cõtulit pluſquàm nõ petierit, & obediẽtia perfectiſſima maximè in mortis articulo, & honoris exhibitio matrẽ, q̃ viribus deſtitutã conſolari voluit, & perfecta patiẽtia, dũ clauis affigeret, nec verbũ impatiens protulit. ò paciẽtia ſingularis, humilitas admirabilis, caritas inextimabilis, caput per coronã patitur iniurias, manus per arũdinẽ, os per acetum, facies p ſputa, pedes & manus per clauos, & corpus flagella & cruorẽ. & quid aliud præfert nuditas, & inebratio Noe, niſi ipſum Chriſtũ paſſum, & zelo ſalutis æternæ inebriatũ, & nudatũ, q̃ crucifixus fuit? & per Sem figurantur Patriarchæ, & eorũ generatio; per Cã Synagoga Iudæorũ, qui deluſerũt eũ quando paſſus eſt; & per Iaphet populus Gentilis, & nos Chriſtiani cũ in diuiſione inter ipſos fratres facta Europa tetigerit in parte ipſi Iaphet. Quid ꝙ ſaluberrimo die ortus ſui è taberna meritoria, in trans Tiberina regione ex terra oleum erupit, & toto die ſine interuallo defluxit, eiuſdem Domini noſtri gratiã gẽtibus oſtẽdens, vt ſcribit Euſebius, & refert Oroſius, Auguſtum Cæſarem eo die mandaſſe, ne quis ſe Dominum vocaret, diuinantem totius orbis Dominum natum eſſe, & pax, & quies tanta fuit, quę nunquam antea, ad oſtendendum, iuſtitiæ & pacis regem natũ eſſe, nam & opus iuſtitiæ pax, & in diſponenda concordia eſt lex iuſtitiæ, & plurima memoranda, quæ tunc temporis regnãte Auguſti contigerunt, teſtatur Dion, & de eius ortu ſic cecinit ſacer vates, Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis. Dicturus pacis abundantiam præmiſit iuſtitiam, ſine qua pax eſſe non poteſt, vt per Auguſtinum Pſal. 84. & de ſignis in cœlo & in terra tempore natiuitatis Chriſti, vide Oroſium lib. vi. c. xx. & c. xxii. & de eorum ſignificatu.

56 † Et quia valent etiam authoritate Gentilium ad reuincendum ipſorum vanitatem, ſecundum Auguſtinum, In lib. cõtra Manicheos. & quòd not. in c. ſi quid veri, & c. legimus. xxxvii. diſt. & per Oldrad. cõſi. lxxxiiii. Et licitum eſt Chriſtianis legere libros Gentilium ſine peccato, vt inde ſumantur vtilia ad inſtar Moſis, & Danielis, qui erudiebantur ſapientia ex libris Aegyptiorum. & Caldeorum, c. turbat. cap. qui de menſa. xxxvii. diſt. prout licitum eſt fidelibus etiam clericis ſtudium philoſophiæ, prout patet de Paulo, 1. Cor. 15. Ad Tit. 1. Actu. 7. qui aliqua philoſophorum dicta, & poetarum ſuis ſcriptis inſeruit, & ſtudium ſcientiarum ſecularium eſt vtile ad multa, vt ad exercitationem & ſubtilitatem ingeniorum & per Auguſtinum in libro de Doctrina Chriſtiana, & etiam ad intelligentiam diuinarum ſcripturarum, & ad veritatem, & defenſionem, & falſitatis impugnationem, & habetur in c. epiſcopus Gentilium libr. 37. diſtinct. Ideo aliqua ex gentilitate adducam pro conuincenda Iudęorum vanitate,

57 † & prius de Sybillis, quæ viderunt gloriam incarnationis Dominicæ, & plurima de Chriſto prædixerunt, vt Sybilla Perſica, quæ ita præloquuta eſt, Ecce beſtia cõculcaberis, & gignetur Dominus in orbem terrarum, & gremium virginis erit ſalus gentium, & pedes eius in valitudine nominum, inuiſibile verbum palpabitur.

Et Perſica, Ecce veniet dies, & illuminabit Dominus condẽſa terrarum, & ſoluetur nexus ſynagogæ, & deſinent labia hominum, & videbunt regem viuentium, & tenebit illum in gremio domina gẽtium, & regnabit in miſericordia, & vterus matris eius erit ſtatera cunctorum.

Delphica, quæ fuit ante bellum Troianum, Naſcetur Propheta abſque matris coitu ex virgine.

Chimica in Italia, In prima facie virginis aſcendet puella facie pulchra, capillis prolixa, ſedens ſup ſedem ſtratã puerũ nutriens, dãs ei ad comedẽdũ ius ꝓpriũ, ſcilicet lac de cęlo miſsũ.

Erithrea in Babylonia, In vltima ætate humiliabitur Deus, humanabitur proles diuina, Vnietur humanitati diuinitas, iacebit in fęno agnus, & puellari officio educabitur Deus homo. hæc quidem de ſe ipſa ſexta poſt diluuium generatione vixiſſe & ſacerdotem Apollinis fuiſſe dicit, diadema ex æquo vnà cum Deo, cui ſeruiebat, geſtans, & tripoda, circa quem ſerpens verſabatur colens, & appropinquantes à ſe abiiciens, quæ carmina quædam vaticinando de Deo conſcripſit in ſerie primarum literarũ, aduentũ Ieſu declarans, eſt autem acroſtichis iſta.

Ieſus Chriſtus Dei filius, ſeruator, crux, & vide carmina, quæ deſcribuntur per Euſebium, libro quinto de vita Conſtantini Imperatoris, vbi addit plura vatum Gentilium carmina, hoc idem concernentia.

Samia à Samo inſula, Ecce veniet dies, & naſcetẽ de pauperecula, & beſtiæ terrarum laudabunteum, clamabunt, & dicent, laudate eum in atrijs cœlorum.

Cumana, quæ fuit tempore Tarquinij Priſci.

Magnus ab integro ſeculorum naſcitur ordo
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna,
Iam noua progenies cœlo demittitur alto,
Tu modò naſcenti puero, quo ferrea primum
Deſinet, ac tota ſurget gens aurea mundo,
Caſta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo.

Helleſpontiaca in agro Troiano orta, De excelſo *cœlorum* habitaculo proſpexit Deus humiles ſuos, & naſcetur *in diebus* nouiſſimis de Virgine Hebræa in cunabulis terræ.

Phrygia, Flagellabit Deus potentes terræ, ex *olympo* excelſus veniet, & firmabitur conſilium in cœlo, & annunciabitur virgo in vallibus deſertorum.

Tyburtina, Naſcetẽ Chriſtus in Bethleẽ, annũciabit in Nazareth, regnãte Tauro pacifico fundatore quietis: ò felix illa mater, cuius vbera illum lactabunt.

Europa. Veniet ille, & tranſibit colles, & montes & latices Olympi, regnabit in paupertate, & dominabitur in ſilentio, & egredietur de vtero virginis.

Agrippa. Inuiſibile verbũ palpabit, germinabit vt radix, ſiccabit vt foliũ, nõ apparebit venuſtas ei⁹, circũdabit aluus maternus, & flebit Deus lætitiæ ſempiternę, & ab hominibus cõculcabitur, & cõuerſabitur vt peccator, de quibus numero decẽ tãtũ eſt videre apud Lactãtiũ, li. 1. c. 6. diuin. inſt. & plurib⁹ alijs locis.

58 † Quæ quidẽ videtur ſpiritu ſancto afflatæ ea prædixiſſe. cũ omne verũ, à quocũque dicatur, ſit à ſpiritu ſancto, ſm Ambroſium, & ſpiritus Sanctus influit etiã in infideles: omnium enim eſt artifex. Sap. vii. & ait S. Tho. 2. 2. q. clxxii. arti. vi. Prophetę dæmonum, non ſemper loquuntur ex reuelatione dæmonum, ſed interdum ex inſpiratione diuina, ſicut dicitur de Balaam, cui Deus eſt locutus, licèt eſſet Propheta dæmonum, quia Deus vtitur etiam malis ad vtilitatem bonorum, & ideo qui ſunt qui putant inter eas, maximè Eritream, fuiſſe conſecutam ſalutem in nomine Chriſti venturi, cum de illo prænunciauerit, & quòd eſſet omnia verbo agẽs, & omnem infirmitatem

Source : BIU Cujas

tem curans,& quòd ab ipso esset mortuorum surrectio,& clau dorum cursus velox, & surdorum auditus, cæcorum visus, & non loquentes,loquuturi,prout etiam prædixit Esaias 35. tunc aperientur oculi cæcorum,& aures surdorum patebũt,& aperta erit lingua mutorum , quod in vno etiam homine Christus exegit,quando liberauit obsessum à dæmonio , qui etiam erat mutus & cęcus.& hanc beatam putat Eusebius loco supra citato,cuius hæc sunt verba, Hanc ego quidem beatam iudico,quã seruator prouidentiæ suæ erga nos vatem elegit & ibi respondet cauillantibus.q nimmò & Augustinus huic sententiæ adsti pulatur,lib.xviii.cap.23.de ciui.Dei, his verbis, Hæc autem Sybilla,siue Erytrhea,siue (vt quidam magis credunt) Cumana,ita contra falsos deos & eorum cultores loquitur,vt in eorum numero deputanda videatur, qui pertinent ad Ciuitatem Dei. de quo etiam per eundem,libro de quinque hæresibus. Licet arbitrati sint aliqui aliàs etiam Sybillas esse saluas,quæ de Christi di uinitate simul & humanitate sunt locutæ , & de eius morte & resurrectione,propter earum fidem in Christum venturum:licèt & plures affirment ipsas arreptitias fuisse, nec aliquo modo spiritu sancto claruisse,licèt quo ad hoc vltimum Augustinus varijs in locis diuersa asseruisse videatur , & quòd spiritusancto afflatu prædixerunt,videtur sentire libro primo de concordan tia,vel consensu Euangelistarum, cap.xxiiii.tom.iiii.dicens,Per eos enim vates ista prohibuit,per quos hæc ipsa,quę nũc à Christianis eorum simulachra patiuntur,futura prædixit : siue enim Angeli ad illos prophetas missi sint,qui eis Deum omniũ creatorem,vnum verum Deum cui omnia subiecta sunt,& per sensibilium rerum congruam speciem figurate ostenderet,siue aliquorum in eis mentes per spiritum Sanctum ita sublimatæ sint, vt eo visu ea viderent , quæ & ipsi Angeli vident , &c. Et idem Augustinus in oratione contra paganos, Iudæos, & Arrianos, cap.xv.Tom.vi.Quoniam veritas non tacuit, clamando etiam per linguas inimicorum suorum,nonne quando Poeta ille facundissimus inter sua carmina dicebat,

Iam noua progenies cœlo demittitur alto

Christi testimonium peribebat? Vbi etiam inferius de Nabuchodonosor loquens,qui videns tres pueros è fornace sine vlla corporis læsione exeuntes,inquit,Ecce ego video quatuor viros solutos in medio ignis ambulantes,& aspectus quarti similis filio Dei.ò alienigena,vnde tibi hoc? Quis tibi annunciauit filium Dei,quæ lex? Quis propheta annunciauit tibi rem , dum modò nascitur,& similitudo nascentis à te cognoscitur : vnde tibi hoc,nisi quia sic te diuinus ignis illuminauit? Idem tamen Augustinus impulsu dæmonum vaticinatas fuisse testatur, vt libro vnico expositionis Epistolæ Pauli ad Romanos, Tomo 4. super illis verbis,Qui ante per prophetas suos, in scripturis sanctis,sic inquiens, Non solum ait per Prophetas suos, ne quis à pseudoprophetis per quasdam veritatis confessiones in aliquã impietatem deducerentur, sed addidit etiam , in scripturis sanctis:volens vtique ostendere literas gentium superstitiosæ idolatriæ plenissimas,non ideo sanctas haberi oportere,quia in eis aliquid,quod ad Christum pertineret inuenitur : & ne quisquã etiam prophetas aliquos remotos,atque alienos à gẽte Iudęorum fore præferret, in quibus nullus simulachrorum cultus esset.simile quoque , & clarius habetur per eundem de ciuitate Dei lib.viii.cap.xxiii.tom.v.vbi de Mercurio Trimegisto,qui & ipse prænunciauit tempora filij Dei venturi,dum sermonem faciens sic dicit,Non enim hoc ei reuelauerat spiritus sanctus,sicut Prophetis sanctis, qui hæc præuidentes cum exultatione dicebant,si faciet homo Deos, & ecce ipsi non sunt: deinde sic, Huic autem Aegyptio illi spiritus indicauerunt futura tempora perditionis suæ,qui etiam præsenti in carne, trementes Deo dixerũt,quid fili Dei venisti,ante tempus perdere nos.hoc idem habetur lib.xiii.contra Faustum,c.xv.Tho.vi. Vbi sic, Sybilla porrò,vel Sybillæ & Orpheus,& nescio quis Hermes,& si qui alij vates vel Theologi,vel sapientes gentium, de filio Dei, aut de Deo patre vera prædixisse vel dixisse perhibentur , valet quidem aliquid ad paganorum vanitatem conuincendam,non tamen ad ipsorum authoritatem amplectendam , cum illum Deum nõ colere ostendimus, de quo nec illi tacere potuerũt, qui suos cogentes populos ad Idola, & dæmonia colenda partim docere ausi sunt , partim prohibere ausi nõ sunt.& inferius inquit,quantum distat de CHRISTI aduentu inter prædicationem Angelorum,& confessionem dæmonum , tantum inter authoritatem prophetarum,& curiositatem sactilegorum. Ecce quàm diuersimodè Augustinus loquatur hinc inde.& pro hac fecũda opinione posset adduci quod habetur Actu.16. de illa puella Phitonissã, quæ clamabat de Paulo, & Syla p̃dicãtibus viã salutis,in Christo.isti homines serui Dei excelsi sunt, qui annunciant nobis viam salutis , contra quam conuersus Paulus fecit spiritum exire ab ea in nomine IESV. Ad quæ posset dici,nullam esse litem interdicta Sancti illius viri, vt etiã veritas est,& quòd quidam dono spiritus sancti locuti sunt,qui dam verò impulsu dęmoniorum,vt etiam sonare videntur verba Augustini, si bene veritatem perpendamus, non enim mi-

59

rum est,quòd idem spiritus sancti afflatu locutus fuerit,nec nõ impulsu diaboli simul, cum & dęmon omnipotentiæ summi, & maximi Dei seruus, minister, & organum fuerit , si verũ est quod ait Ambrosius,quòd veritas à quocunque dicatur,à spiritusancto dicitur,nulli dubium quòd veritatem dixerunt hæ Sybillæ de Christo,igitur spiritus sancti virtute , quòd etiam instigatione dæmonis patet; nec vlla disceptatio ad inuicem videtur,iuxta spiritus sancti interpretationem,vt cum dæmon princeps sacerdotum & Pharisæorum impelleret ad perdendum Iesum, inierunt consilium vt eum occiderent. ecce quid afferat Cayphas,qui erat Pontifex anni illius.Ioan.11.nescitis,nec cogitatis quicquam,expedit,vt vnus moriatur pro populo, ne tota gens pereat : ipse enim suo peruerso , & iniquo animo innuit CHRISTVM morti tradendum, iuxta impiam Pharisaicæ imprudentiæ consulationem:spiritus verò sanctus innuit Christum esse moriturum pro gente,& non tantùm pro gente, sed vt filios Dei qui dispersi erant,congregaret in vnum.ecce quomodo vno ore , vno eodemque sermone vnaque vice à Caypha proferuntur , alio tamen , & alio intellectu.nec quis miretur,in hoc enim ineffabilis Dei sapientia maximè apparet,vtẽdo non tantum bonis in bonum,sed etiam malis in bonum,sicut bonus medicus quandoque ad sanitatem habendam vtitur veneno non simplici,sed cum medicina admixto,& nonne videmus quòd exaltaturus Deus Ioseph visus fuit inuidia fratrum suorum cõtra eum ? Nonne exaltaturus Dauid visus fuit Saule? Nonne offensurus virtutem suam,visus fuit induratione Pharaonis ? Nonne exaltaturus super omnes creaturas filium suum, visus fuit Iuda,& principibus sacerdotum ? Ita dicendum quòd ad reuelandum veritatem aduentus sui , visus est quandoque Sybillis,& dęmonibus in eodem ore,& sermone, alio tamẽ & alio intellectu, spiritus sanctus ad confundendas gentes de suo errore,dęmones verò ad decipiẽdas eas,& sicut Cayphas veritatem spiritus sancti non percipiens , prophetauit:ita dicendũ de Sybillis , vt patet etiam ex sententia eiusdem Augustini. Faciunt ad præmissa , quod in vno facto potest reprobari vnum, & aliud approbari,c.perlatum,de consecra.distin.iii.& xj.q.iiij. antecessor,& xij.q.ij.si quos de seruis. & xvii. q. iiij. q. circa præmissa tamen & in cæteris omnibus per me dictis , & in hoc volumine contentis me semper subijcio determinationi,& correctioni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & vide etiam quæ scribit circa præmissa Archid.Floren.in sum.parte quarta,titu. xi. de doctrinis Gentilium. Cicero verò lib.ii.de diuina , Sybillina carmina dicit,non vaticinantium,sed artis esse & scientię.

† Quo verò ad id , an ipsæ Sybillæ fuerint salutem consecutæ,dicendum est quòd non , tum quia Augustinus vocat illas sacrilegas,quandoque idolorum,& Dęmonum cultrices , tum quia donum prophetiæ,non est donum gratum faciens,vt clarè Paulus probat dicens 1. Cor. 13. & si habuero omnem prophetiam , charitatem autem non habuero , nihil sum . & alibi 1.Cor. 12.annumerans dona Spiritus sancti gratis data , simul annumerat donum prophetiæ. Sed ecce quid dicat veritas ipsa,Matth.7.Multi dicent mihi in illa die,Domine,nonne in nomine tuo dæmonia eiicimus? & nõne in nomine tu multas virtutes fecimus? & tunc confitebor illis,quia nunquam noui vos, discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Potuerunt igitur Sybillæ futura præsciuisse,non tamen ad salutem peruenisse,cum alicubi non appareat eas , fide Christum apprehendisse,sine qua nullus saluari potest, & hoc etiam tenet Augustinus.nam & erant Phitonissę,& ideo reprobatæ à salute, vt scriptum est,Vir siue mulier in quibus phitonicus, vel diuinationis spiritus fuerit, morte moriatur , lapidibus obruent eos , prout legitur etiam de Saul, qui consuluit Phitonissam , cum prius Dominum consuluisset , nec ei respondisset , quo addito crimine,Dominus ipsum interfecit,& habetur xxvi.q.iii. & iiii.& per Archid.ea.causa.q.v.si quis Episcopus.nam & priscis temporibus in orbe fuit innumerabilis pseudoprophetarum numerus,& non inter gentes tantum , verumetiã inter ipsos Iudæos, adeo vt Helias propheta Domini dixerit ad Acab regem Israel, Congrega ad me omnem Israel ad montem Carmel , & prophetas Baal quadringentos,quinquaginta , & prophetas luci siue nemoris quadringentos comedentes mensam Iezabel. itẽ & multi alii,quos Acab cõsuluit,vtrum in Ramoth & Galaath iturus esset.

60

† Possent & alia plura ex Gentilibus adduci ad conuincendam Iudæorum perfidiam,cæterorumque infidelium,prout illud Iob,Scio quòd dominus redemptor meus viuit , & in nouissimo die resurrecturus sum de terra,& rursum:circundabor pelle,& carne,& in carne mea videbo saluatorem meum, qui vt negari minimè potest , Spiritu sancto concitus ita vaticinatus est,cum illius salutem admittat ecclesia.Nam & vt dicit beatus Petrus Epi.2.c.i.in Spiritu sancto inspirari,locuti sunt sancti Dei homines.vide quæ tradit Guil.Bene. in repe. capit. Raynutius.§.mortuo itaque.fol. mihi 100. de testam. Et ante Christi aduentũ cccIxix.anno prædixerat ille diuinus Plato, quo in nuptiis discũbẽte mortuo in eius sepulchro inuẽta fuit lamina su-

Source : BIU Cujas

per pectus suum aurea, vt habetur in commento super illo verbo Boetii de disciplina scholariū, Platonis probata diuinitus, in qua scriptum erat, Credo in Christum nasciturum de Virgine, passurum pro humano genere, & tertia die resurrecturum. & de eodem refert Augusti. libr. vi. Confessionum, se legisse in quibusdā Platonicorum libris, principium Euangelii Ioannis, In principio erat verbum, & cætera quæ sequuntur ad vsque, & tenebræ eam non comprehenderunt, & pariter dicit ibi legisse, quod verbum Deus non ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo natus est. Legitur etiam quòd tempore Federici II. & tempore Ferandi Regis Castellæ circiter annum Domini M. CC. XLIII. In Toleto Hispaniæ, Iudæus quidam cō minuendo ripam pro vinea ampliāda, in medio cuiusdam lapidis inuenit concauitatem, nullam penitus diuisionem habētem, neque scissuram, & in illa concauitate reperit librum folia quasi lignea habentem, qui tribus linguis scriptus erat, Hebraica, Græca, & Latina, & loquebatur de triplici mundo, ab Adam vsque ad Antechristum, proprietates hominum cuiusque mundi exprimendo, principium verò tertij mundi posuit in Christo sic, In tertio mundo filius Dei nascetur ex Virgine Maria, & pro salute hominum patietur. Quod legens Iudæus statim cum tota domo sua baptizatus est. Et memini Beat⁹ Tho. 2. 2. q. 11. arti. 17. quòd tempore Constantini Augusti, & Helenæ matris eius, inuentum fuit quoddam sepulchrum Constantinopoli, in quo iacebat homo laminam aurem habens in pectore, in qua scriptum erat, Christus nascetur de Virgine, & credo in eū, ò sol Helenæ, & Constantini temporibus, iterum me videbis. sed legant Iudei, quid de Christo Iesu senserit Ioseph eorum gentis historiographus, lib. xviii. c. xix. antiquitatis Iudaicæ, & nihilominus permanēt miserrimi in eorū incredulitate, quos etiam error ille maximus detinet inter alios in tenebris: † quia
61 licèt credant Messiam venturum tanquam Saluatorem & Redemptorem ad saluandum, vt per Esaiam, 49. c. parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas Tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas, dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea, vsque ad extremum terræ. & Hieremias 23. In diebus illis saluabitur Iuda. & iterum Esa. 29. clamabunt ad Dominum à facie tribulā tis, & mittet eis Saluatorem, & pugnatorem, qui liberet eos. & alibi, credunt tamen aliter, & alio modo sibi dari salus per Messiam: putant enim eam fore temporalem, & arbitrātur Messiā venturum in armis potentem, & qui omnes ipsos per vniuersum orbem dispersos, breui hac eorum eximat seruitute, atque debellatis omnibus gentibus, & suo Imperio subiectis in terrā promissionis conducat, & congreget, vbi non solum restaurata Hierosolyma cum templo, sed multo pluris ampliata, temporaliter regnare debeant, & toto mundo imperare, & maxima auri, & argenti copia affluere, sperantem terrā lacte, & melle irriguam, & quibuscūque bonis temporalibus saturari. à qua quidem insania diuerti minime possunt, quo fit vt terrena affectātes, nullis rationibus, & nulla sacrarum literarum authoritate ad veritatem percipiendam adduci possunt: ea est enim naturalis Iudæorum cupido, & fuit semper, vt aureum, & diuitias ardenter sitiuerint, & ob id bona illa à Mose eisdem promissa, interpretati fuerunt temporalia, cum de Regno cœlorum nulla apud eos mentio fieret. & illud Esa. 1. c. si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis, & implebuntur horrea vestra, & messis attinget vindemiam, & superuenientibus nouis, vetera proiicietis. & alibi, Leui. 26. si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur

62 Sed ea non est vera scripturarum intelligentia, † quia bonorum huius seculi affluentia, est impedimentum ad seruiendum Deo, vt per Mosen, Deut. 28. ne postquàm comederis, & satiatus fueris, domos pulchras ędificaueris, & habitaueris in eis, habuerisque armenta boum, & ouium greges, argenti, & auri, cunctarumque rerum copiam, eleuetur cor tuum, & non reminiscaris Domini Dei tui. & iterum, Deut. 27. incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorē suum, & recessit à Deo salutari suo, vt scriptum est de Sodoma Ezechi 16. & Amos vj. Diues enim, vt asinus calcitrat, vt taurus superbię libidine incensus; hinnit vt equus; vorat vt vrsus: pinguedine corpus vt mulus distendit; lupum rapina imitatur; serpentem ira, & malignitatis veneno viperam, & peior est Diabolo, cum ille pecunias non concupiscat, nec tyrannidi ventris obsequitur. & sacer vates, nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: diuitiæ si affluant, nolite cor apponere, & videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent, ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum. & Sapiens Domine rogaui te, ne deneges mihi antequàm moriar; vanitatem, & verba mendacia, longè fac à me; mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi tribue tantum victui meo necessaria, ne fortè satiatus alliciar ad negandum, & dicam, quis est Dominus? aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei, & ite-

rū, si oblitus fueris Domini Dei tui, ambulabis post Deos alie-
63 nos. & Dauid, Homo cum in honore esset, non intellexit. † Itē quia salus & liberatio, quæ per Messiam expectabatur esse debebat spiritualis, & non temporalis, & qua mediante nos liberaret à peccato originali & aliis, & à diabolica seruitute, in qua propter peccatum parentum primorum, genus humanum incurrerat, & nos pretiosissimo sanguine suo redempturus erat, & ad cœlestem beatitudinem amissam perducturus, vt habetur Psal 71. qui ab antiquis Iudæorum, totus de Messia exponitur, vbi dicit, parcet pauperi, & inopi, & animas pauperum saluas faciet, ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum. & iterum, Apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. & statim subdit, & ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. & hæc magna redemptio. & Esa. & redempti à Domino conuertentur, & venient in Syon cum laude, & lætitia sempiterna super caput eorum: nam & ipsi Hebræi interpretantur Syon, Paradisum, & Ioel 2. quia in monte Syon, & Hierusalem erit saluatio, sicut dixit Dominus & Abdias primo. Et in mōte Syon erit saluatio, & erit sanctus, scilicet Messias. & Esa. 45. Israel saluatus est in Domino salute æterna, non confundemini, & non erubescetis in seculum seculi: quæ quidē æternitas contrariatur temporalitati. & alibi, non audietur vltra iniquitas in terra tua, vastitas, & contritio in terminis tuis, & occupabit salus muros tuos & portas tuas laudatio, non erit tibi amplius Sol ad lucendum per diem, nec splendor Lunæ illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam: non occidet vltra Sol tuus, & Luna tua non minuetur, quia Dominus erit tibi in lucem sempiternam, & complebuntur Dies luctus tui. quæ verba intelliguntur de Messia, vt per eorum Rabi Mosem Aegyptium. & iterum, Audite audientes me, & comedite bonum, & delectatur in crassitudine anima vestra, non dixit corpus vestrū. & Daniel loquens de Messia, potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur; & regnum eius quod non corrumpetur, quæ non conueniunt tē porali regno. & Hieremias, & emundabo illos ab omni iniquitate sua, in qua peccauerunt mihi, & spreuerunt me: remittere enim iniquitates est spirituale, & solius Dei, & Trenorum eiusdē, Tre. iiij. spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris, cui diximus in vmbra tua viuemus in gētibus, ergo nō in suis peccatis, & in vmbra sua viuimus, licèt pro peccatis nostris mortuus sit. & Dauid, Psal. 33. redimet Dominus animas seruorū suorum, accedat ex plurium antiquorum Rabinorum sententia, bonorum operum mercedem in hoc seculo expectandam non esse, vt habetur in Beresith Raba. i. in expositione libri Geneseis, super illud Deuterono. vii. scilicet quæ ego mando tibi hodie, vt facias; dicitur enim ibi hodie vt facias, non autem vt adhibeatur merces hodie, vbi omnes ferè Talmudistæ, per hodie præsens intelligunt seculum. vnde & alibi asserunt, merces bonorum operum in hoc seculo non est.

Cum igitur omnium consensu Messiæ redemptio non sit nisi per pœnitentiam, & opera virtutum expectanda, quorum meritò salus redemptionis speratur, non autem aliqua huius seculi, sequitur sanè salutem seu redemptionem, quam Messias operaturus erat, quæ & ab eis inter fidei articulos (quos radices appellant) numeratur, non temporalem huius sēculi credēdā esse, nam cum Messiæ saluatio bonorum operum merces sit, & bonorum operum merces non sit temporalis, necessariò cōsequens est, Messiæ redemptionem non temporalem, sed spiritualem futuram esse, ita tradit eorundem Rabi Neumiā *filius* Haccarræ, cuius magna est apud Hebræos authoritas *dicens*, Cum considerarem humani generis finem, & perfectionem, cuius anima nostra auida est beatitudinem, atque fœlicitatem esse, vt ipsa fasciculo vitæ cū Domino Deo nostro colligetur: hoc autem in aduentu tantum Messiæ consistit, sine quo haudquaquam possumus peruenire ad illam immensam & inæstimabilem perfectionem, quæ non potest comparari tinctis in die coloribus, nec lapidi sardonico preciosissimo, atq; saphiro hæc ille. Ex eorum ergo testimoniis probatum est, salutem per Messiam consequendam, non esse temporalem, sed spiritualē, & animarum, & non corporum.

Afferamus etiam aliqua ex eorum domo ad probandum q. non per potentiā armorum debuerat suos saluos facere Messias, nec allaturus diuitias, aut huius seculi bona, vt *illud* Esaiæ 59. Iustitiæ enim indutus est Dominus, vt *lorica*, & galea salutis
64 in capite eius, † sed debuit esse pauper, prout in primo eius aduentu fuit Dominus noster Iesus Christus verus Messias, qui nunquam promisit temporalia, immò nos admonuit ne essemus solliciti, quid ederemus, aut biberemus, & qui dixit, beatos pauperes, & mundum non diligeremus, aut ea, quæ in mundo sunt, & quòd non habemus hic ciuitatem permanentem, nostramque mercedem in cœlis copiosam, qui non solum abduxit ab amore opum, ad amorem paupertatis, sed à voluptate ad ad ieiunium, à luxu ad temperantiam; ab ira ad mansuetudinē ab inuidia ad benignitatem, à via lata ad angustam, & hæc persuasit omnibus sub Sole habitantibus de cuius Messiæ paupertate

Source : BIU Cujas

tate Zacharias 9. ita p̃dixit, Ecce rex tuus veniet tibi iustus, & saluator,& ipse pauper.& Esaias 53.& 42.ascēdet sicut virgultū, & sicut radix de terra sitienti, quod scilicet non habet ramos,& folia ampla aquæ defectu.quæ etiam secundum Rabinos eorū intelligunt̃ de Messia,& Daniel, Psal. 69.& 87.ego verò egenus & paup̃ sum,ego,& in laboribus à iuuentute mea.& Moses Rabi Aegyptius magnæ authoritatis apud illos, super illis verbis, Genesi 49.ligās ad vineam pullum suum,& ad vitem, ò fili mi, asinam suam, velut Hebræi dicunt & ad palmitem filium asini sui,inquit,Patriarcham Iacob his verbis Messiam pauperem prædixisse, quia erat cingulās asinum suum & equitans super eum,vt ducat se cum humilitate,& illud impletum est specialiter in Christo,dum pueri accipientes ramos oliuarum,& procedētes obuiam Christo, super asinam venienti Hierosolymam, præcinebant, Osanna, benedictus qui venit in nomine Domini,rex Israel.& prædixerat Dauid Psal.117 Hæc est dies,quam fecit Dominus.& infra,ò Domine saluum me fac, ò Domine bene prosperare,benedictus qui venit,videlicet: illa enim verba osanna,sonāt Latinè,ò Domine saluum me fac. pauper debuit esse Messias,sicut re vera fuit Christus Messias verus,natus ī paupertate,& qui dixit,vulpes foueas habēt, & volucres cęli nidos, filius autem hominis non habet vnde reclinet caput suum,nec habebat didrachma,vnde solueret vectigal nec pecunias, cum quibus emeret sibi panes pro discipulis suis in deserto.mortuus est etiam in magna paupertate, nudus in cruce, & aliena syndone inuolutus,& in alieno repositus sepulchro,qui etiam docuit discipulos suos, vt nolent possidere aurum, & argentum, neque pecuniam in eorum zonis,neque peram in via neq; calciamenta,& omnia venderent,& daret pauperibus,& ipsos discipulos pauperes sibi elegit,quod apparet dum dixit,Math. 19. & inuenit eos reficientes retia sua.& pro hoc facit, quia regnū Messiæ debuit esse sempiternum, vt ipsi affirmant, sed nullum temporale potest esse tale,vt no.in l.j.ff.pro soc. vnde oportuit regnum Christi fuisse spirituale & non temporale,quod nō est perpetuum,& vide modum aduentus eius, non iaciens fulgena,nec concutiens terram,nec rotans cœlum, sed absque strepitu.vnde Prophe.Psal.72.descendet sicut pluuia in vellus. De secundo eius aduētu,quòd erit gloriosus,scribit Daniel 7. Aspiciebam in visione noctis,& ecce in nubibus cęli quasi filius nominis veniebat,&c.& Zacharias 14.& Malachias 3.Ecce Dominus venit,& quis poterit stare ante aduentum eius?&c.Et porrò quid dignum potest in diuitijs admirari?si quidem rectè considerāti melius est inopem cum virtutibus viuere, quàm cum vicijs regem: nam pauper apud sese fruitur animi bonis, nihilque sentit externam penuriam propter intimas opes: rex autē externis affluens,quæ nihil ad eum spectāt, in his quæ maximè sua sunt cruciatur, animo scilicet, conscientia, cogitationibus proprijs,quæ vnà secum illuc abibunt. Et præmissa sint satis iudæis,vt abstergant ab eorum animis maculas erroris,abnegata paupertate Messiæ.

Sed quia alius est eorum error peior priore, dum affirmant Messiam non debuisse esse Deum, & hominem, prout etiam in hoc potissimum versantur iudæi nostri temporis,tāta excreuit eorum perfidia: ꝓpterea videamus parumper,in quibus tenebris iaceant sepulti,cum tamen etiam a suismet lucē habeāt veritatis.† & in primis quòd Messias debuit esse Deꝰ, & homo,
65 patet oraculo Esaiæ 9.Et vocabitur nomen eius admirabilis cōsiliarius Deus fortis,pater futuri seculi.idem Esa. 25.Ecce dominus noster iste.& Baruch,hic est Deus noster & non æstimabit alius aduersus eum,hinc adinuenit omnem viam disciplinæ,& tradidit illam Iacob puero suo,& Israel dilecto suo,& post hæc in terris visus est,& cum hominibus conuersatus est.Et Dan. 7. & post hæc videbam,& ecce cum nubibus cœli, tāquam filius hominis veniebat,& peruenit vsque ad vetustum dierum,& in cōspectu eius prolatus est, & datus est ei principatus, & honor, & regnum,& omnes populi, Tribus, & linguæ ipsi seruient. & Zacharias dicens. Dominū exercituum ipsum missurum vel ab eo missum: & quis nam est dominus exercituum, nisi Christus Dei filius a patre in mundum legatus? filius ergo est exercituum Dominus,sicut & pater,& proinde verus.quoniam in veteri testamento nullus inuenitur Dominus exercituum,nisi solus Deus,& plura prætermittam,quę possent adduci a quo nec longè abest etiā authoritas Platonis libro legum 4.dum inquit, omnium nobis est mensura, multoque magis si quis Deus (vt ferunt) homo est, quod Plotinus exposuit, si Deus aliquis homo est,idest si quando fiet homo,vt ferunt oracula,scilicet ꝓphetarum, & de hoc vide quæ scribit latissimè Chrisosto. to.5. tit.demonstratio aduersus Gentiles,quòd Christus sit Deus.

Sed & quòd debuit esse etiam verus homo,qui genus humanum redimeret,assumpta natura humana probatur, quia cum in primo homine totum genus humanum prævaricatū sit,par
66 erat vt satisfactio fieret per hominem stante lege Dei,quòd q̃que puniri debet per quæ & peccauerit,& satisfactio per æquiualens facienda est,vt in lege veteri,animam pro anima,oculū pro oculo,ideo homo pro homine exponi debuit, sed homo quidem cęlestis & innocens,innoxius à peccato, pro homine terreno,transgressore, & flagitioso, vt non tantum sumeretur debita pœna,sed legitima redemptio fieret à non obligato pro se.item & Deus cum purus homo hoc non posset,ex quo,Deo debebat totum quod in eo erat, & solus Deus sit ille, qui nihil debet alteri,nec sibi ipsi,ideo conueniens fuit Deum incarnari,& tanta humilitas esset in redemptore, quanta fuit superbia in prævaricatore:sed tanta fuit superbia in homine prævaricante,quòd voluerit esse Deus,ea propter tanta debuit esse humilitas,vt Deus fieret homo,& cum peccatum fuerit in Deū,non poterat nisi per Deū reparari,nec aliquo sacrificio expiari, aut lege purgari,nec etiam per Angelum, cum a sapiētibus minus quàm homo existimāt̃,cui datur super omnes Angelicos Choros ascendere, Deus proinde & homo Messias esse debuit prout fuit,& est Dominus noster Iesus Christus, verus Deus, verus homo,verus Messias;scimus enim eundem esuriisse, & de quinque panibus,& duobus piscibus,saturasse quinque millia hominum,exceptis paruulis,& mulieribus;scimus Christum sitiisse, & eundem aquas in vinum conuertisse,& super aquas pedibus ambulasse;scimus Christum mortuum,& eundem mortuos suscitasse;scimus Christum delusum, & eundem ab Angelis adorari;scimus ipsum de Maria natum,& eundem ante secula genitum,quæ omnia respiciunt illius diuinitatem simul & humanitatem;& se ipsum Messiam verum patefecit,cum sedens in syna goga, & oculi omnium in eum essent intenti, aperuit librum Esaiæ,& inuenit locum vbi scriptum est,spiritus Domini super me,eo quòd vnxerit me,vt medear contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam,quia hodie impleta est hæc scriptura in manibus vestris.& quidem illud quartum,quod nullo modo sciebatur a mortalibus,via scilicet viri in adolescentula,vt literæ veritas habet,via Christi in matre Virgine:de quo Prouerbio.30.cum incarnatio verbi secundum Damascenum, etiam summo Seraphino ignota fuerit.de quo Prouerb.30.ibi, quod est nomen eius & nomen filijs eius? Si nosti.

Recedant igitur iudæi à prædictis & alijs pluribus, & grauissimis eorum erroribus,exeant è tenebris tenebrarū,& aperiant oculos,& conuertantur ad Iesum Christum,lumen luminum, ducem veritatis,& salutis æternæ portum tutissimum,& agnoscant verum Messiam, & Dominum, cum in eo sit Dei cognitio diuinitus reuelata,& hoc cœlesti pabulo vescantur, sine vllo discrimine sexus,vel ętatis,quo nullus est melior cibus,vtilior,& glorioſior:& cum ante oculos habeant rectum iter, desinant sequi deuios anfractus,nec amplius vanis elusionibus pertinaciter inhærentes obducant eorum corda contra manifestā veritatem,nec contra se ipsos,& filios suos pugnent,pront fecerunt vsque in præsentia tempora,permittētes se ipsos cum vxoribus,& filijs,& eorum descendentibus in præcipitia labi: experti sunt & experiūtur in dies per orbem varias,& graues oppressiones,& bellorum terrores,& vi morborum pestifera eos grauante,vel quia etiam sæpe alimenta eisdem denegata fuere,& qui a Deo postulantes opem surdas illis præstitit aures: iniqui enim sunt cœtus eorum.& cum extēderint manus,auertit Dominus oculos ab eis,& ab eorum virginibus nephastis & vxoribus,abstulit dñs ornamēta calciamētorū,& limulas,& torques, & monilia armillas,& mitras,discriminalia,perichelides,murenulas,olfactoria, inaures & anulos,& gemmas in fronte pendētes,mutatoria,palliola,linteamina,acus,specula, sindones, vittas,& theristra,& est eis pro suaui odore fætor(prout in veritate fętent) tanquam baptismo carētes:nam & plures infideles permittunt se baptizari,ne fęteant.& est eis pro zona funiculus,& & pro crispanti crine caluitium,& pro fascia pectorali ciliciū, de quibus Esaias prædixit,c.3.& per vrbes incedētes digito ostēduntur,& ab omnibus derisioni habentur,& uacua omnis eorum spes,& labores sine fructu,& opera illorum inutilia:insensati sunt enim,& filij eorum nequissimi, & cōtra eos effectum suum sortita sint verba domini nostri, filiæ Hierusalem, nolite fiere super me,sed super vos ipsas flete & super filios vestros, cū quotidie sint ī obsidione Diaboli, nā & verba progenitorū suorum fructificāt cōtra eos, dum dixerunt, Sanguis eius super nos & super filios nostros,nam & ex eis descendentes sunt hæredes malignitatis parentum, & simul cum lacte materno sugunt inuidiam contra Christianos, & blasphemias in Christū, & in sinu matrū inter primos garritus discūt maledicere Christos,& in memoriam redijt iniquitas patrum eorum in conspectu Domini: etenim dixit Dominus, ego sum Dominus Deus tuus fortis zelotes,visitans iniquitates patrum in filios in tertiā, & quartam generationem eorum, qui oderunt me nec aduersātur huic,quod scriptum est, non occidentur patres pro filijs, nec filij pro patribus, sed vnusquisque pro peccato suo morietur.† & illud,Filius non portabit iniquitatem patris, quia illud est verum quo ad pœnam æternam:nam anima, quæ peccauerit,ipsa morietur.quisque enim onus suum sustinebit,& nullo iudicio,siue diuino, siue humano venit aliquis puniendus pro peccato alterius.c. vndecunque. 54. distinctio.sed spiritualiter, quia pœna spiritualis pertinet ad animam, secundum quā quilibet

Source : BIU Cujas

ſibet eſt liber ſui,& ideo nullum detrimentum patitur in bonis animæ ſine culpa ſua propria:nam ſcriptum eſt, omnes animæ meæ ſunt,ſed quo ad pœnam temporalem ſæpe parentum peccata liberos tangunt: nam & filius Dauid mortuus eſt propter peccatum parentum,prout Natham dixerat ei, quoniam blaſphemare feciſti inimicos nomẽ Domini,propter verbũ hoc, filius,qui natus eſt tibi,morte morietur, ſicut econtra pepercit dominus Salomoni propter Dauid patrem ſuum,dicẽs ei, quia habuiſti hoc apud te,& non cuſtodiſti pactum meum, & præcepta mea,quæ mandaui tibi,diſrumpens,ſcindam regnum tuũ, & dabo illud ſeruo tuo,veruntamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum.& alibi, Dicit dominus inducam malum ſuper Roboam.& ſuper vniuerſam domum eius,& tota poſteritas eius fuit conſumpta propter peccatum patris,& ratio prædictorum eſt,quia vnus temporaliter eſt res alterius, ſecundum ſanctum Thomam 2.2 .q.108.& ita in pẽna eius & ipſe punitur.ſicut filij ſunt ſecundum corpus res ,quædam patris & ſerui dominorum:ſicut etiam quandoque per aliquem conſenſum vel diſſimulationem:ſicut etiam interdum boni puniũtur ſimul cum malis temporaliter, quia eorum peccata non redarguerunt,vt per Auguſti. 1. De ciuit Dei. Item quãdoque ad commendandam vnitatem humanę ſocietatis,ex qua vnus homo debet eſſe pro alio ſollicitus,ne peccet; & ad deteſtationẽ peccati dum ſcilicet pœna vnius redundat in omnes quaſi omnes eſſent vnum corpus, vt dicitur Auguſtinus de peccato Achor de quibus, & quomodo ſecundum iuſtitiam humanam, vnus pro alterius culpa puniatur,vide S.Tho.vbi ſupra,& in ſecundo ſenten.diſtinctio. 33. & apud noſtros loca ſunt trita. & ſicut dictum eſt , quod pater poteſt promereri pro filio apud Deum pro eius felicitate.& habetur de Iob,qui quotidie deprecabatur Dominum pro liberis ſuis ex ordine conuiuantibus viciſſim , & quicquid illi luxuriando delinquerent , ipſe orando placaret,ita etiam pater poteſt demereri pro filio apud Deum vt pereat,vide Ieroboam,cum dixit Deus,ecce ego inducã mala ſuper domum Ieroboam.& percutiam de Ieroboam mingẽtem ad parietem,& habetur de Cham deridente patrem ebriũ, dum dixit Noe , maledictus ſit Canaam , ſeruus erit fratrũ ſuorum,Cham peccauerat,& Noe filium poſt Canaam maledicit. & alibi,fiant filij eius orphani,& vxor eius uidua , nutãtes transferantur filij eius, & mendicent , eijciantur de habitationibus ſuis,& fiant nati eorũ in interitum,& in generatione vna delea tur nomen eius.Et ſi quis ex infidelibus voluerit ſe ipſum excolere,& Chriſto adhærere,nec ei educatio parentum,vel iniquitas erit impedimento ſiquidem & ſanctus Abraham habuit patrem impium,neque tamen illius hæres impietatis effectus , & Ezechias pphaniſſimi Achaz filius fuit,ſed Dei amicus eſſe promeruit .

Sed redeundo vnde diuertimus ad afflictiones Iudæorum, q à Chriſto paſſo citra experiuntur,& experti ſunt veritatẽ Oraculi Dauidis , quod vaticinatus eſt contra , fiat menſa eorum in laqueum,& in captionem & in ruinam,& in retributionem ipſis,obſcurentur oculi eorum ne videant,& dorſum eorum ſemper incurua,quod verbum,ſemper,denotat etiam tempus præſens,quo maximè incuruatum eſt eorum dorſum,cum permaneant in extrema ſolitudine,& deſolatione,& ab omnibus mũdi nationibus oppreſſi,& inuiſi,nec reperitur quòd vnquàm p aliquibus eorum demeritis tam continuã ſeruitutem ſuſtinuerint; nam olim completis annis ducentis redempti fuerunt à ſeruitute Aegypti, & ab Aegypto liberati vitulum coluerunt, pro Deo,filios immolarũt, ſimulachro Beelphegor templum coinquinarunt,omne vitiorum genus patrauerunt,Prophetas occiderunt,altaria prophanarunt , & tamen poſt annos 70.in priſtinum libertatem reſtituti fuerunt,immo nec tunc tempore ſeruitutis relicti fuerunt, ſed cum eis fuit Daniel, Ezechiel, & in Aegypto Hieremias,& ĩ ſolitudine Moſes, nũc verò poſt tot annorũ curricula,videlicet in præſens , currente anno Milleſimo,quingenteſimo,quinquageſimo ſeptimo,ceſſantibus vitijs prædictis ſupplicia increbuerunt,nec vlla vnquam amplius ſpes mutationis ſtatus eorũ remanet. quod ſi Dominus noſter Ieſus Chriſtus (quem dicunt ipſi ore veneficio fuiſſe impoſtorem) fuiſſet impoſtor,& præſtigiator,oportuiſſet eos honorari, & fines eorum propagari,vt qui Deo feciſſent rem gratam ; ſicut Phinees,qui vnam tantum meretriculam interfecit, tantã laudem à Deo cõſecutus eſt,vt ſacerdotio, & tanto honore dignus habitus ſit: Ipſi autem Hebræi abinde citra non honore, ſed erronei,& exules à Deo effecti ſunt , & huc,& illuc obeuntes,& quæ patiuntur nõ ſunt eorum,qui Dei inimicos occidũt, ſed qui Dei amicos interimunt.

Quia nõ audiuit populus meus vocem meam , dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum,Pſal.86.& Rom.2 & hoc prædixit Moſes Deutero. 18.de Chriſto,dum dixit, Prophetam ſuſcitabo &c.& infra,Qui autem verba eius,quæ loquetur in nomine meo audire noluerit,ego vltor exiſtam , quia ſanctã eius legem receperunt.

Qui ſi ab eorum captiuitate , afflictionibus, & anguſtijs cupiunt eximi,exuant veſtes ſordidas,induant Chriſtum,abluant baptiſmo ſanguinem Chriſti occiſi,cuius cruore manus habẽt coinquinatas,& ſe emundent à crimine criminum , & ſcelere, ſcelerum omnium facinoroſiore, quo ſunt infecti. Pius enim, & miſericordiarum pater eſt Deus , ipſiſque miſerebitur , cum ſcriptum ſit per Eſaiã 1.Eccleſia. 2.Pſal.24.Treni.3. ſi fuerint peccara veſtra, vt coccinum , quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus,quaſi lana alba erunt, & non eſt abbreuiata manus domini,vt ſaluare nequeat,neque aggrauata eſt auris,vt non exaudiat,nec repulit Deus ſecundum Apoſtolũ : nã & ipſe Iſraelita fuit:& ex ſemine Abrahæ de Tribu Beniamin, & non eſt diſtinctio iudæi , & Græci:nam idem Dominus omnium diues in omnibus qui inuocant illum,& qui vult omnes homines ſaluos fieri , & ad agnitionem veritatis venire:vnus enim Deus,vnus & mediator Dei , & hominũ homo Chriſtus Ieſus,qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus,& licet ſcriptum ſit per Hieremiã 7.ne roges pro populo iſto , quoniam non te exaudiam,illud eſt , non quòd eum ceſſare vellet à precibus (quippe qui noſtræ ſalutis cupiẽtiſſimus eſt) ſed quo eos magis terreret,cuius rei Propheta non inſcius precari non deſtitit.ſicut idem Hieremias alibi dixit, ſi laueris te nitro,& aggregaueris tibi Borith,coram me ſordida es,non vt eam ciuitatem in deſperationem ageret, ſed vt reſipiſcere cogeret,& propterea Crux Chriſti ad omnem partem extenſa fuit.ſin longũ, latum,ſublime,& profundum,vt non tantum vnicum populũ liberaret , ſed in totum genus humanum , & in omnes mundi partes pateret,virtutem Crucis diffuſam,quantum in ſe eſt : nã impietas impij non nocebit ei,in quacũque die conuerſus fuerit ab impietate ſua. Eſt enim iuncta pœnitentiæ ipſa Dei clementia,& pietas,quę menſuram non ſuſcipit,& malitia noſtra, qualiſcunque fuerit,humana eſt,Dei autem clementia incircũſcripta,quæ omnem malitiam ſuperat.cogita ſcintillã ſi in mare ceciderit,num poterit apparere? quantum ſcintilla ad mare ſe habet,tantum hominis malitia ad Dei pietatem,immo, & lõgè ſupra.nam,& pelagus,tametſi magnum ſit , menſuram non habet,& per Eſa.c.55.Prouerb.28.Pet.2.c.4.

Accedant igitur Iudæi,& cæteri omnes à fide Chriſti alieni, ad ſacrum fontem baptiſmi,quem Dei filius, & redemptor omnium in eum credentium.& eius præcepta cuſtodientium , inſtituit in remiſſionem peccatorum,qui dixit,Matth.6.eũtes docete omnes gentes,baptizantes in nomine patris,& filij, & ſpiritus ſancti , docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis,& omnes qui gratiam vitæ cœleſtis,& gloriam conſequi volunt ad ſuſceptionem baptiſmi tenentur , ſine quo ſalutem conſequi non poſſunt:nam certum eſt ſalutem neminem conſequi poſſe,niſi per Chriſtum,vt per Apoſtolum,Roma.5.ſicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, ſic per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ,& ad hoc datur baptiſmus,vt aliquis per ipſum regeneratus, incorporetur Chriſtus factus membrum ipſius , & quicũque in Chriſto (vt idem ait) baptizati eſtis,Chriſtum induiſtis,ideo ſine eo non poteſt ſalus eſſe hominibus , vt patet etiam in Apoſtolis,qui & ipſi fuerunt baptizati , & alios baptizabant : & Paulus de mandato Domini fuit baptizatus,& habetur in c. quãdo,de conſecratio.diſtinctio.3.in baptiſmo enim imprimitur ipſi animæ caracter,cum ſit quædam qualitas diſponens , & habilitans animam ad ſuſcipiendam maiorem gratiã , quæ qualitas a quibuſdam dicitur ſanctitas , pręparans animam ad ſanctificationem,& ſuſcipiendam gratiam Dei,ſecundum Hoſti. in *rubr.de* baptiſ.& alios ibi.& no.in c.quomodo.de conſecra. *diſtin.3.vbi* latiſſimè per Ioan. de Turre Crem. & eſt ſacramentũ *nouæ*,& Euangelicæ legis ianua,† & tam maribus quàm *feminis* conuenit,non autem circunciſio: etenim fœminę *Hebræorum* nihil habebant pluſquàm gẽtes , niſi dicatur quod *expiaro viro* qui eſt caput mulieris,purgaretur & ipſa mulier,*quæ expurgatio* de ſanguine mutata fuit in aquã baptiſmi:*expurgatio* enim Euangelica debuit fieri in aqua,quæ clementiam *ſignificat*, facta ſcilicet prius expiatione in ſanguine redemptoris.Prodeſſet, & p fuit baptiſmus iudæis ad corporis quoque ſanitatem, vt legitur de illo iudæo paralitico,pro quo iudæi *cuncti* orabant , & nihil proficiebant,qui vera fide baptiſmum ſuſcipiẽs , ſtatim morbo caruit, ob quod plurimi paganorum credentes baptizati ſunt, vt hiſto.tripar.lib.11.c.4.

†Qui quidẽ baptiſmus *multipliciter* fuit olim præfiguratus, vt in eductione populi per mare de Aegypto ſecundũ Apoſtolum, & omnes mare tranſierunt , & omnes in Moſe baptizati ſunt,& in illo vniuerſali diluuio tempore Noe , vt ſcilicet totus mundus baptizari deberet , † & plurimis etiã prophetarũ oraculis,& in baptiſmo Aaron,& filiorum eius, & is eſt fons ille viuæ aquæ,quem petebat Moſes aperiri,& fons ille hortorum & puteus aquarũ viuentium, & de quo ſic Eſaias. Noli timere ſerue meus Iacob,& rectiſſimè,quem elegi,effundam aquas ſuper ſitiẽtem,& fluenta ſuper aridam,effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum,& benedictionem meam ſuper ſtirpes tuas, & germinabunt inter herbam vt ſalices ſuper aluęos aquarũ , iſte dicet,

67

68

69

Source : BIU Cujas

dicet,Dei ego ſum, & iſte inuocabit in nomine Iacob, ex quibus verbis patet euidenter, quòd virtute baptiſmi ex gentibus conuerſi,omnesque Chriſti filij Iſrael effici debebant, & idem Dominus factus eſt mihi in ſalutem,hauritis aquas in gaudio de fonte Saluatoris.Itē quia ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ, & torrentes in ſolitudine, & quæ erant arida in ſtagnum, & ſitientis in fontes aquarum. item ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini.Ecce ego facio noua,& nunc orientur, vtiq; cognoſcetis ea. Ponam in deſerto uiam, & in inuio flumina, & glorificabit me beſtia agri,dracones.& ſtruthiones, qa dedi in deſerto aquas,& flumina in inuio,ſitierint per deſerta educet illos,aquam de petra producet illis, findetur petra, & fluet aqua. & idem,Non eſurient,neque ſitient, neque percutiet eos æſtus, & Sol,quia miſerator eorum reget eos, & ad fontes aquarū potabit eos & Ezechiel,36.c.effundam ſuper vos aquam mundā, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris,& ab vniuerſis idolis veſtris mundabo uos, & dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri, & Ioel capitu.3.Et erit in die illa, ſtillabunt montes dulcedine & colles fluent lacte, & per omnes riuos iuda ibunt aquæ,& fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum, & ſapiens,flumina de vētre eius exibunt,& Zacharias,cap.13.In die illa erit fons patens domini Dauid & habitatoribus Hieruſalē, in ablutionem peccatoris,& menſtruatę,quæ domus Dauid,& Hieruſalem eſt Chriſti eccleſia.in qua manet fons in ablutionē peccatorum,licet ex ſacris elogijs edocemur etiam fontes intelligi de patre æterno,prima omnium origine; & de ipſo Dei filio,& ſancto ſpiritu.ſed & ipſum baptiſmi ſacramentum inſtituitur ſub nomine ſanctiſſimæ Trinitatis, & ī Chriſti baptiſmo affuit & pater,& ſpiritus ſanctus cum eo,ideo in baptiſmo, baptizato corpore, & ſanctificato, incipit ſpiritus ſanctus habitare.& ſpiritus nequam,ea nobis à Domino data poteſtate calcatur,ſicut ſcorpij,& ſerpentes,in ſicco præualentes, in aquā præcipitati ſua venena non retinent.

Item aquā,quam ſub baptiſmi myſterio bibimus eſt illa, de qua Dominus noſter dicebat,Ioan.4.Qui autem biberit ex hac aqua,quam ego dabo ei,non ſitiet in æternum:ſed aqua,quam ego dabo ei,fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitā æternā. & intelligitur hoc etiam de ſpiritu ſancto,quem accepturi crāt credentes,qui ſpiritus ſanctus ex aqua ſapientiæ,ideſt ex cognitione quam habemus de Deo generatur in nobis, ideo dr etiam, aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum, idem innuit illud mare æneum,quod Salomon in templo locauit.

70 †Nec mirum, quòd in regeneratione requiratur aqua, cum etiam ſemen omnium animalium aqueum ſit, calore quodam ſpiritus animantis confotum, & ſemina ex quibus generantur omnia viuentia,ſcilicet plantæ vltra animalia,humida ſunt, & ad aquam pertinent,propter quod quidam Philoſophi poſuerunt aquam omnium rerum principium,& ſicut per aquā omnia producta ſunt, ita quoque per aquam,ideſt,Chriſtum, qui vocat ſe ipſum aquam omnia regenerantur,vt idem ſit generationis,& regenerationis principium.

Item & hæc aqua baptiſmi illa eſt, quæ poſtquam Dominus noſter emiſit ſpiritum de fonte precioſiſſimi pectoris ſui manauit,cuius vbertas vniuerſam irrigat eccleſiam, & fœcundat, & ſicut aqua ſcaturiuit in ſignum baptiſmi,ita & ſanguis ad repręſentandum martyrium,de qua idem Dominus noſter intelle-
xit dicens,baptiſmo habeo baptizari,quo coarctor vſque dum perficiatur,quæ fluxit ex coſta eiuſdem pientiſſimi Domini noſtri,vt perlueret peccata noſtra,quorū cauſa fuit Eua, quæ orta eſt ex coſta Adam,vt vnde mors erat,inde vita reſurgeret, produxit & ſanguinem,qui condēnat incredulos,ut tradit Cypria. quod miraculum amplius confirmat fidem noſtram, vt de corpore Chriſti mortuo ſanguis exierit,cum ī mortuo ſanguis coaguletur in epate,tanquam fonte ſanguinis, de quo per gloſſ.in clemen.j.in ver.nos igitur,in fi.de ſum.Trin.& hæc eſt illa vera, & vnica ablutio, per quā mundantur homines a peccatis eorū, emundans ſimul cor & animam, cum ſit aqua ſpiritus ſancti,
71 quæ corpus tangit,& mētem abluit,& fit niſi ſemel,† nec opus eſt reiteratione,capitu. 2.de apoſt.l.j.& 2.C.de ſanct.bap.rei vna enim eſt fides,vnum baptiſma,ſecundum Apoſtolū: & baptiſmus vti ſignificans paſſionem,& mortem Domini noſtri,iterādus non eſt,nec ſacramēto baptiſmatis debet fieri iniuria, ſicut fit in ablutione Sarracenorum ſecundum præcepta Manmetica,quæ eſt multiplex,& antequam orare incipiant ad illam tenentur,vt perfectam munditiem habeant,& etiam totum corpus lauant,& ipſa etiam pudenda,quod præcipit fieri etiam poſt coitum,& egeſtionem, niſi fuerint ægroti, vel in itinere, & ſic inuenta eſt eorum ablutio propter corporis tantum immundi tias,cum baptiſmalis aqua nos diluat à ſordibus animæ propter crimina contractus,de qua Ambroſius dicit,quòd per eam trāſimus de terrenis ad cœleſtia,de peccato ad vitam,de culpa ad gratia m.& in baptiſmo regeneramur ad vitam, poſt baptiſmū confirmamur ad pugnam, in baptiſmo abluimur, poſt baptiſmum roboramur,& per baptiſmum vitatur damnationis periculum,& aperitur regnum cœleſte, per baptiſmi ſacramētum ſanguine Chriſti rubricatum. ca. maiores, extra de baptiſ.& de eo per Archi.in c.dedit.j.q.j.& in c.ſi baptizata.de cōſecr. diſt.4. Nam & baptiſmus quodammodo recipit virtutem ex cōtactu corporis Chriſti,& ex eius paſſione,ſed ex contactu carnis quaſi inchoatiuè,†quia tunc conſtituta eſt aqua in ſpecie inſtrumē 72
ti iuſtificationis animarum, & ex paſſione Chriſti quaſi cōpletæ,& ſic Dominus noſter ſanctificauit aquas nobis in baptiſmo ſuo in aquis Iordanis.de conſecr.diſt.4.c.nunquam. & per contactū ſuæ mundiſſimæ carnis vim regeneratiuā contulit aquis, vt qui poſtea immergeretur in eis inuocato noīe ſanctiſſimæ Trinitatis,à peccatis mundaretur, & tūc aqua per coniunctionem verbi plenè ſuſcepit vim regeneratiuam,vt in c.nūquam. & per glo.in c.ex quo,de conſecra.ea diſtinctio. baptizatus autē eſt Dominus noſter 7.Idus Nouembris, trigeſimo anno natiuitatis in carne,ſecundum Epiphanium,in lib.2.tom.1.contra hæreſis,iuxta ſanctam verò Eccleſiam,cui firmiter credimus,8. Idus Ianuarij, ſicut ſanctificauit terram naſcendo, & aerem,in cruce eleuatus patiendo,& ignem,aſcendendo in cęlum,adeo quòd elemēta omnia diuerſimodè ſanctificauit, & ſicut dictū eſt de ſanctificatione aquarum,ita dicendum,& credendum ꝙ per contactum Dominicæ carnis lignum crucis ſanctificatum fuerit,vt per Ioan.de Turre Crema.in c.crucis,de conſecra. diſt. 3.& Ambroſius ſuper Lucā,circa prædicta dicit, Baptizatus eſt Dominus,non mundari volens,ſed mundare aquas, vt ablutæ per carnem Chriſti, qui peccatum non cognouit, baptiſmatis vim haberent & vt ſanctificatas relinqueret poſtmodum baptizandis,plenius tamē ſuſcepit aqua vim regeneratiuam,cum de latere Chriſti manauit ſanguis,& aqua.c.propriam.in fi. ea. diſt. & aquam ſimul cum ſanguine produxit in baptiſmi,& martyrij Typum;& ex coſta,cū ex coſta Adæ mulier prima fons peccati orta fuit pleniſſimè autem cum dixit,euntes baptizate. Et ſine aqua non poteſt perfici baptiſmus, adeò quod ſi quis baptizaret puerum ſine aqua,dicendo,ego te baptizo, in nomine patris,& Filij,& Spiritus Sancti,& moreretur, non poſſet ſepeliri in eccleſia,deciſi.Toloſ.394.

†Et ſacramentum hoc inſtitutum eſt in aqua,quæ eſt igni cō 73
traria,nam peccatum igni æquiparatur. & ſicut ignis extinguit per aquam,ita peccatum per Baptiſmum, vt per Abbatem in c. non vt apponeres,de baptiſ.ſed Ioan.Baptiſta dicit,ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igne. & Baſilius in Omelia 52.dicit, aquam baptiſmatis habere vim ignis exemplo Heliæ,qui in ara holocauſtorum,& per ignem, ſed per aquam victimam totam exuſſit & Chriſto per illum incorporamur, vt per Apoſtolum ad Gal.3.quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.†& non tantum eſt baptiſmus aquæ, & fluminis, ſed & ba- 74
ptiſmus pœnitentiæ ſiue flaminis,aut ſpiritus, quādo quis mouetur per ſpiritum ſanctum ad credendum, & diligendū Deū, & pœnitēdū de peccatis cum propoſito accipiendi baptiſmū aquę, ſi adeſſet commoditas: tunc enim in neceſſitate volūtas pro facto habet,de quo Eſaias,4.c.ſi abluerit Dominus ſordes filiarum Syon & ſanguinem Hieruſalem lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris,&c.ſicut etiam dicitur de latrone,ſi tamen poſſet talis baptizari baptiſmo fluminis, adhuc teneretur talis baptizatus baptiſmo fluminis,nō propter remedium quo non indiget, ſed propter præceptum diuinū,& vt ſupleatur in eo quod eſt ſacramētale in collatione caracteris. vn de Ioannes Baptiſta quamuis eſſet ſanctus,dixit, ego à te debeo baptizari, & Cornelio iuſtificato dixit Angelus, hic dicet tibi, quid te oporteat facere ſcilicet de Petro qui debebat ipſum baptizare.& vide baptiſmi diſtinctionem per Ab.in c. ad apoſtolicam.de presby.non bapti.& per Greg.Nazanze.ora.ij.in 5.epiſt. lumi.& eſt pagi.292.Et ſine aqua non poteſt perfici baptiſmus, adeò quòd ſi quis baptizaret puerū ſine aqua,dicēdo, ego te baptizo,in nomine Patris,& Filij, & Spiritus Sācti, & moreretur, non poſſet ſepeliri in eccleſia,Deciſi.Toloſa. 394. Eſt & baptiſmus ſanguinis,quando quis patitur pro Chriſto,nā ipſum martyrium dicitur baptiſmus ſanguinis:de quo in c. baptiſmi vicē, de conſecra.ea.diſtin.3.vbi glo.in verbo,baptiſmus,dicit quòd baptiſmus in tribus conſiſtit,ſcilicet in aqua,in paſſione, in cordis contritione,& vide Goffre.in ſum.extra eo.tit.de baptiſ.ver ſi.gratia baptiſmi,per Hoſt.& alios in c.2.de presbyte.nō baptiza.per San.Thom.4.ſenten.1.q.2.arti.1.2.3.& diſtin.3.q.1.& latro in cruce baptiſmo flaminis & ſanguinis baptizatus eſt Chriſtum confitendo,de pœniten.diſtin.vii.c. nullus. & baptiſmus iſte ſanguinis eſt potior inter alia baptiſma, quod probatur Iudi. 6. tolle vitulum videlicet, & quia in eo amplior eſt imitatio,& plenior profeſſio paſſionis Chriſti, quàm in baptiſmo aquæ,quia ibi eſt profeſſio verbo, & ſigno ſine actu: hic verò & ſigno,& actione & paſſione.ſed vbi eſt amplior,& plenior imitatio,& profeſſio paſſionis Chriſti, ibi eſt plenior virtus eius,a qua omnia ſacramenta habent efficaciam, ergo &c.& in hoc oſtenditur maior dilectionis feruor,iuxta illud Io.15.Maiorem caritatem nemo habet, vt animā ſuamt ponat quis pro amicis ſuis,& vide in c.cathecuminum,de conſecr.ea.diſt.

Fuit

Source : BIU Cujas

75 †Fuit etiam baptiſmus Ioannis, à quo Chriſtus fuit baptizatus, qui tamen non erat ablutio peccatorũ, ſed baptiſmus pœnitentiæ, quos inuitabat, quos baptizabat ad pœnitentiam dicens, pœnitentiam agite, & ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam, qui autem poſt me venturus eſt, fortior me eſt. Chriſtus enim non habebat aliquod peccatum abluẽdum, cum fuerit ab inſtanti conceptione natiuitatis ſuæ, nedũ ſanctificatus, ſed etiam ſanctificans ſanctos ſanctorũ, de quo baptiſmo Chriſti meminit Dauid, vox Domini ſuper aqua Deus maieſtatis intonuit, cum dixit; hic eſt filius meus dilectus. ò admirabile ſpectaculum, mũdo innotuit, pater in voce, filius in carne, ſpiritus ſanctus in ſpecie columbæ.

76 †Per cuius baptiſmi ſacramentum euacuata eſt Iudæorũ circunciſio carnalis, nam ipſa de ſe nullius erat valoris ad tollendum peccatũ, niſi ratione fidei conferentis; ideo neceſſaria erat fides conferentis, ſicut in Abraham, qui nõ fuit iuſtificatus per circunciſionem, quam accepit, ſed per fidem, quam habuit in præputio: illa enim circunciſio non continebat realiter merita paſſionis Chriſti, ſicut baptiſmus, qui realiter continet virtutẽ, & merita paſſionis eiuſdem. hinc eſt quòd in caſu neceſſitatis, abſque fide miniſtri cõferri poteſt, & eo caſu poſſet quis ab infideli baptizari non exiſtente aliquo fideli, vt dicetur inferius in hac tertia parte principali ca. 3. & ratio, quare infidelis baptizare poteſt, ea eſt, quia merita paſſionis Chriſti continentur, ut dixi, in baptiſmo realiter, & in cæteris ſacramentis religionis Chriſtianæ, non quòd ſacramenta creent gratiam, nec ſint cauſa effectiua eiuſdem, ſed ſunt quaſi quædam vaſa medicinalia, in quibus continetur virtus, & merita paſſionis Chriſti. & ſacerdos non concurrit ad ſacramenta, niſi tanquam miniſter, qui ex Dei præcepto cum vaſe ſacramentali haurit merita paſſionis Chriſti ex cellario eccleſiæ & propinat dotum gratiæ, & ſanctificationis fidelibus Chriſti, ex quo per baptiſmum, tanquam per cyphum, ſeu quaſi cum cypho propinat medicinam contra originale, & per pœnitentiam contra actuale peccatum, quæ quidem medela ſimul purgat, & ſanctificat, & gratificat; ſecus in circunciſione, cum non erat inſtrumentũ gratiæ, & continens realiter virtutem paſſionis Chriſti, ſed erat tantum ſignum in quantum illum ſignificabat, & figurabat, & non dabatur in pretium pro peccato, ſed tantum in ſignum pretij per Chriſtum in cruce ſoluendi, & in ſignum pacti ſeu fœderis: cum enim miſericors Deus ſtatuiſſet redimere hominem per Chriſti eius filij paſſionem, inijt fœdus cum Abraham, & ſemine eius, vt in ſignum fœderis & pretij futuri per Chriſtum in cruce ſoluendi, circũcideret ſe, & omnes poſteriores, & de præſenti daret Deo, & offerret illam circunciſionem in ſignum pretij futuri p Chriſtum in cruce ſoluendi, ſed poſtquam Chriſtus inſtituit baptiſmum, omnes obligantur ad illum, & ſi Adam, Abel, Aaron, & Moſes, & ceteri fideles veteris teſtamenti vixiſſent vſq; ad baptiſmum Chriſti, obligati fuiſſent omnes baptizari, quia ſub tali fide, & figura receperunt ſigna circunciſionis.

Et ſi circũciſio (vt ipſi iudæi exiſtimãt) neceſſaria fuiſſet, Deus Adamum cum præputio non effinxiſſet, nec eidẽ grata fuiſſent munera Abelis, qui in p̃putio hoſtias detulit; nec Deo Enoch incircunciſus placuiſſet, nonne Loth ex periculis, qui Sodomę acciderunt, nõ circunciſus ſeruatus eſt? Eſt & Noe nõ circunciſus cum liberis Areã ingreſſus eſt, & Melchiſedech excelſi Dei ſacerdos caruit circunciſione, & ſi quis recte animaduertat, patres illi antiqui ante Moſen, vitam eorum duxerunt eo planè modo, quo a Chriſto Saluatore noſtro inſtituta eſt, vt etiam a multorum Deorum cultu recedentes, & ad vnum ſupremum, altiſſimumque Deum manus extendentes, adeo q̃ dicere poſſumus, teſtamentum nouum non abeſſe ab antiquiſſima illorum temporum religione, quæ poſtea longo interuallo, quaſi hominibus abſcondita, rurſus per Saluatoris noſtri doctrinam reuixerit.

Animaduertat ideo tam ipſi Hebræi, quàm Saraceni, & cu-
77 iuſcunque alteriusſectæ infideles † & etiam Chriſtiani omnes, in hac vita mortali non eſſe finem, aut felicitatem noſtrã, ſed in ea de qua ſupra diximus, æterna, & immortali. quis enim inuenitur, aut inueniri poſſet in hoc ſeculo, qui tanta poſſiderit, aut poſſideat, qui plura non deſiderauerit? & nemo reperietur vixiſſe adeo contentus, vt multa ſibi deeſſe nõ proſpexerit, nec aliquis tãtum lætitiæ expertus eſt, quin mæſtitiæ & doloris, magis particeps fuerit, adeo vt iudicari minimè poſſit, vtrum natura ipſa, hominis parens, an nouerca fuerit peſſima, cum cætera viuentia tegumentis pertexerit, pilis, corijs, ſetis plumis, ſquammis, teſtis, velleribus, hominem autem nudũ ediderit, inermẽ, imbecillum, proſtratum, atque iacentem, tardiſſimum itẽ omnium ad gradiendum, ad ſeſe tutandum, ad erigẽdum, ad veſcẽdum, ad robur, ad omnia denique prę terquam ad vagitum ineptum, qui malo omine, vitam à lachrymis auſpicatur, & luctu, & multa ſunt animalia quantum ad bona corporis, homine potiora, velociora, robuſtiora, qui tot laboribus, morbis, ęrumnis, miſerijs, calamitatibus, ſubiectus eſt, quod non licet numerare, & nemo vnquam attigit ad id, quod maximè optauit; & ſi attigit, breui in eo permanſit; & ſi permanſerit, illo tamen certiſſimè cum vita priuatus eſt, & nudus in terrã reuertitur, & de his etiam per Plinium lib. 7. naturalis hiſtoriæ, c. j. Sed nec ob id indignari debemus nos homunculi, ſi quis cernat ipſis incunabulis in Chriſto ſimilem effectum. Nam ſtatim ut ortus eſt, cõtra eum Tirannus furit, & ipſe in Aegyptum fugit. continuoq; in montana tranſitur, & mater innoxia in barbarorum regionẽ fugatur, vt tu hæc audiens, & videris tribulationes varias ſuſtinere, nihil omnino turberis. Et forte hominem ſolum ſic diſpoſuit Deus, virtus illius ſit ipſe Deus, & in eo quo inferiorem illũ fecit, in ipſo fortiorem eſſe voluit in ſe, vt neceſſitate infirmitatis coactus ſemper neceſſe habeat dominum ſuum requirere. Futilis eſt igitur omnis ſpes noſtra in huius miſeremini ſeculi felicitati caduca, & qd hæ res humanæ? cinis, puluis, fumus, vmbra, ſomnus, fabula, ventus, vnda decurrens, & cum animus noſter ſit immortalis, in hac vita mortali finem ſuum habere minimè poteſt. ideo debet quiſquis is ſit homo, omni conatu tendere ad quærendam viam, quæ ducit ad vitam immortalẽ æternamque beatitudinem, qui eſt Ieſus Chriſtus, qui munificentia ſua ad nos deſcendit, ſuſcipiendo mortalitatem, ſuſtinẽdo paſſionem, vincendo mortem, & nos reſtaurando, quæ tam admirabilis, & infinita noſtri dilectio, non niſi per dilectionem repẽdi poteſt, & dum tempus eſt formam animæ noſtræ excolam⁹, faciem ornemus, habitum componamus, maculas tergamus, mores corrigamus, vt efficiatur digna Chriſti ſpõſa, & ipſe ſemper ſtat ad hoſtium, & pulſat ad ſe nos euocando, qui cum ab ipſo creati ſcimus, neminem perſequitur, diligitq; quod creauit, ſi quis ſe ipſum non perſequatur, & a nullo homine recedit, niſi prius ipſe homo à ſe diuertat, vitium tamen quod contraximus odit, & dum ſumus ſuper teram, peccata noſtra agnoſcamus, ne cum impijs pereamus; 78 †paratus eſt enim Deus peccatis noſtris ſemper indulgere, ſi non tardauerimus ad eum reuerti: & ſi tardauerimus, timendum eſt ne inferat in nos iram ſuam; nulla præſiura nos terreat; nulla calamitas nos frangat, quia dominus in proximo eſt, nec eſt de eius miſericordia deſperandũ. concluſit namque Deus omnia ſub peccato, & incredulitate, vt omnibus miſereatur, tolle peccatum, vbi miſericordia Dei agnoſcitur? vbi redemptio, ex qua tenemur redẽptori? vbi gloria redemptoris nos redimentis? ſi nil peccaſſem, tu quid concedere poſſes, materiam veniæ ſors tibi noſtra dedit, non tamen ea propter peccandum, immutauit enim legẽ Dominus Deus & per Chriſtum eius filium mitiorum reddidit, vt patet de adultera, quæ lege lapidari mandabatur, vt ab ipſo Chriſto facilè abſolueretur, & publicanus, & meretrix famoſa protegeretur, & alter in Euangeliſtam, & Apoſtolum, altera autem in hoſpitẽ eligeretur, & qui latroni Paradiſum promiſit, venitq; vocare peccatores ad pœnitentiã; & qui nos peccare permittit vt eiuſdem miſericordiam ſentiamus, impetratam per eundem Chriſtum eius filium. & non per legem. 79 †obtegat ſe igitur vnuſquiſque ſcuto fidei, quæ eſt oſtium ſalutis operibus ſubſequentibus: nam neceſſe eſt, ſecundum Apoſtolum, nos eſſe Dei coadiutores, alias fruſtatoria eſſet comminatio damnationis in nõ operante; & quòd reddet vnicuique ſecundum opera ſua; & fruſtatoria eſſet exclamatio, facite fructus dignos pœnitentię, qui fructus ſunt opera bona ab eis facta, qui iam ad eum reuerſi, perfectam pœnitentiæ viam perſequuntur, nam & Abrahã fuit Deo gratus non tantum per fidem, ſed quia etiam cuſtodiuit præcepta Domini, & mandata, & cęrimonias, & legem ſeruauerit; reputata equidem fuit ei fides ad iuſtitiam, ſed reputata fuerũt & opera, & ſi obtulit in fidem Iſaach filium in ſacrificium: illa tamen oblatio non erat ipſa fides, vt inquit Apoſtolus, ſed opus fundatum in fide, quæ eſt fundamentum ſpiritualis ædificij. nec igitur cupiamus ea, quæ ſunt huius mundi, nec in mundo remanere, ne cum mundo pereamus: mundus enim eſt locus peregrinationis noſtræ, & manſio hoſtilis, ſecundum Apoſto. 2. Corinth. 5. dum ſumus in corpore peregrinamur à Domino. ideo dicebat ſe deſiderare diſſolui, & eſſe cum Chriſto, & rurſus, Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrũ. & Pſal. 119. Heu me, quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea ad Deum, fontem viuum.
80 †Nam & ſecundum Brachmanos & Academicos, non ſumus huius mundi incolæ, ſed aduenæ, & Academici ſuum Platonẽ ſequuti fatentur alias manſiones, tam pro bene, quàm pro malè merentibus, vt in Phedone Plato ipſe differit: Mercuriusq; Trimegiſtus moriens, dixiſſe fertur, hactenus fui pulſus à patria, vixi peregrinus & exul: nunc verò patriam repero, cumque paululum à vobis vinculis corporis abſolutus abſceſſero, videtote ne me quaſi mortuum lugeatis, nam ad illam optimam beatãque ciuitatem reuertor, ad quàm vniuerſi ciues, mortis concione venturi ſunt; reſurrectionem præſupponendo, quam etiam Poetæ ipſi adſtruunt, vt Alceſtam Peliæ filiam mortuã propter virum ſuum. Ad metum, & propter Herculem poſt triduũ reſurrexiſſe, & ex adytis eductam eſſe; & de Pelope Tantali filio & de Euclea ab Aeſculapio ſuſcitato; & quòd Caſtor propter Pollucem fratrẽ ſuum vltro ipſi vitam alternis diebus altera-

Source : BIU Cujas

re voluit:& Proteſilaus propter Laodomiã;& de Siſipho,Tantalo,& Cauca ſi filiabus;nam ſi corpora non haberent,quomodo ſub petra & rota ſupplicijs traderentur?vt ipſi fabulãtur. Itẽ & Iacobus,& Ioannes dixerunt,qui voluerit eſſe amicus huius mundi,inimicus Dei conſtituetur.& alibi,Filioli nolite diligere mundum,neque ea quæ in mundo ſunt,quia in eo non ſunt niſi inimica omnia,concupiſcentia carnis,atque oculorum,& ſuperbia vitæ,& vita hæc nõ eſt aliud,quàm ſomnus. vnde Pſal. 75.dicitur,dormierunt ſomnum ſuum,& nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus eius,& non eſt colendus Chriſtus,vt plures faciunt propter felicitatem terrenam:nam ꝓpter id nos Chriſtiani effecti ſumus, nec propter hanc vitam Chriſtum colimus:& ſecundum Apoſtolum, ſi in hac vita tantum ſperamus in Chriſto, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus,& ſic ipſum colamus vti ſeruatorem animarum noſtrarũ; & vt ducamur ad ſalutẽ, ambulemus per illas vias ſpirituales,videlicet innocentiæ,pœnitentiæ,miſericordiæ, iuſtitiæ, patientiæ,tribulationis,ſtudij diuinę ſapientiæ,& charitatis,& de qbus per Archidia.pulchrè.16.q.j.uos autem.

81 ¶†Et properet quiſquis ſit homo,ad præmiſſa conſequẽda: tempus enim vitæ hominis nimis breue eſt; nam licet ante diluuium ætas hominum eſſet prolixior,vt in Adam, & Eua primis parentibus, qui vixerunt annis 930. Seth 912.Enoch 905. Caam 910.Malael 895.Iareth Mathuſalem 969.& habetur per Auguſt.c.15.de ciui.Dei.Deus tamen poſt diluuium conſtituit tempus breuius,vt tradit Ioſeph de antiquita.lib.j.c.5.& c.8.Licet etiam illo tempore ſatis lõgius eſſet tempus vitæ mortaliũ, vt habetur Gen.c.11.& hoc,quia ante diluuium homines erant religioſi,& ab ipſo Deo facti,& pabula opportuniora eis erant præparata, ideo tãtorum annorum curriculis viuebant:deinde propter virtutes,& glorioſas vtilitates,quas iugiter perſcrutabãtur,i.Aſtrologiam, & Geometriam, Deus eis amplius viuendi ſolatia condonauit,quæ nunquam antea diſcere potuiſſent,niſi ſexcentis,vixiſſent annis; per tot enim curricula magnus annus impletur,hæc ibi Ioſephus,adducens authoritates tam Græcorum,quàm Caldæorum,& Aegyptiorum, & idem firmat, c. 14.eiuſdem libri,& quòd tempore Moſis poſitus fuit per Deum tempus vitæ hominis annorum 120. nã ipſe Moſes erat annorum centum & viginti,quando mortuus eſt,Deuterono.31.& 34.vbi quòd non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti ſunt,& ex poſt tempore Dauid annorum 70. & in potẽtatibus octuaginta,Pſal.79.& in declinationem deflexit vita hominis, cum habeatur Eccleſiaſtici 18.Numerus dierum hominum, ut multum centum anni,prout etiam apud Legiſtas ſtatutum eſt; ſed & Eſaiæ habetur,ca.23.& erit in die illa,in obliuione eris ò Tyre.70.annis,ſicut dies Regis vnius,& habetur de pœniten.diſtinctio.prima cap.prædixerat,in gloſſ.in verbo,legimus.Dum ergo tempus habemus, operemur bona, & Chriſto adhæreamus,cui vero Deo laus,gloria,& gratiarũ actio debetur in ſempiternum, Amen.

DA quæſumus Domine populo tuo Diabolica vitare contagia,& te ſolum Deum pura mente ſectari per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum.

Licèt hæc,quæ in huius tertiæ partis priori capite per me ſcripta ſunt,magis ab extraneis,quàm a noſtris collegerim, non iõme quiſquam taxet:nã tractaturus de conuerſione infidelium, neceſſarium mihi viſum eſt, aliquid de eorum ritibus recitare, & recitando refellere,& ipſos ad ſacramentum baptiſmi cognito eorum errore,his medijs inuitare:conſtat enim & olim iuris prudentes,& legum conditores,ſæpius & Philoſophos, & poetas,citaſſe in eorum legibus,& (vt dictum eſt) valent & allegari poſſunt,ſecundum Auguſtinũ, De Doctrina Chriſtia. authoritates Gentilium,ad eorum vanitatem reuincendum, & vt inde ſummãtur vtilia.Et Paulus Actu.17. Inducit verbum Arati, dicens,ſicut quidem veſtrorum Poetarũ dixerunt:ipſius enim, & gentis ſumus,& 2.ad Tit.c.j.in fi.affert illud Epimenidis Poetæ,Cretenſes ſemper mendaces,malæ beſtiæ,vẽtres pigri,& per Glo.in c.turbat.33.diſtinctio.& Clemens V.ſtatuit in Viennenſi concilio haberi magiſtros docentes linguas,Hebræam, Arabicam,& Chaldęam.& in clem.j.de Magiſtri.Et hæc, quæ aliunde quàm a noſtris pertractaui lõgiuſculè in hoc primo capite tertiæ partis,non egi,vt cum infidelibus diſputare voluerim,cũ hoc onus ſit impar humeris meis,ſed prouideri,& legi poſſunt, dicta ſunt potius in uiam exhortationis ad eorum ſalutem, vt ſi id non placuiſſet,aliquos lucrifacerem Deo, quæ exhortatio ad viam veritatis non eſt damnanda, ſed potius commendanda,vt no.in ca.ex iniuncto,de hæreti.vbi Ioan.de Ana.in princ. nam & blandimentis allici poſſunt.c.debet homo,23.q.4.& ibi Archi.& c.qui ſincera,45.diſt.& no.in c.quam pio.j.q.ij. Quando autem,& quomodo liceat cum infidelibus diſputare,no.in
82 l.3.C.de ſumma Trini.& fid.cath.†& in c.quicunque. §.inhibemus.de hæreti.in 6.& in c.nos ad fidem.96.diſtin.& 24.q.3.cum quibus,& per Andr.Sicu.in clemen.j.de ſum.Trini.San.Thom. 2.2.q.10. arti.7.qui dicit,illicitam diſputationem de fide, quando ex dubitatione de fide diſputatur,vel coram ſimplicibus, & titubantibus,qui ab infidelibus non ſolicitantur.quod communiter contingit, vbi eſt turba, ſecus ſi ad confutandum errores, etiam coram ſimplicibus, quando ſunt ab infidelibus ſolicitati,quia tunc ſi quis ad hoc eſſet ſufficiens,non ſolum eſſet licitum,ſed etiam neceſſarium,& taciturnitas eſſet erroris confirmatio.Pro quo,l.quoniam.C.de epiſ.& cle.& 23.q.6.vides.& vide no.in d.c.ex iniuncto.& c.ſicut,& c. excommunicamus.§. quia vero,extra de hæreti.Et idem Apoſto.Gentiles citat 1.Corinth.15.& Actu.17.Salomon Prouerb. 1.in fi. Audiantur verba ſapientum,& enigmata eorum. & Hieron y. ad Damaſum Papam,inducit illud Deutero. 21. de captiua muliere in vxorẽ ducenda,ſcilicet ſapientia Philoſophorum,dicens,& nos hoc facere ſolemus,quando Philoſophos legimus, quando in manus noſtras veniunt libri ſapientiæ ſecularis, ſi quid in eis vtile reperimus,ad noſtrum dogma conuertimus.& Auguſt. de veri. Chriſti,dicit quòd per huiuſmodi humanarum ſcientiarum ſtudia,acutiora,& ſubtiliora redduntur ingenia,& omnes artes liberales valent ad pleniorem notitiam diuinarum ſcripturarum.& legitur in d.c.legimus de beato Hieronymo, quòd diuino iuſſu fuit quaſi non Chriſtianus ab Angelo reprehenſus, qa Ciceronis libros legeret,ut ipſe teſtatur ſcribens ad Euſtochiũ, quod fuit ideo,quia tanto ſtudio, & delectatione eis incumbebat,vt ſacræ ſcripturæ ſermo tanquam incultus eidem abhorreret & vide tex.in c.ideo,ea.diſt.37.& habetur de Moſe & Daniele,qui ex libris Aegyptiorũ & Caldæorum ſunt eruditi,vnde etiam ratione ſubiectæ materiæ non debent hæc per piũ Lectorem,tanquam extranea iudicari.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia conſulit potius animabus,quàm corporibus.*
2 *Conuertens ſe ad fidem, præſumitur Deo inſpirante agi, & duci ad baptiſmum.*
3 *Baptiſmus non confertur incontinenti baptizari volenti, ſed poſt certum tempus.*
4 *Iudæus ad fidem conuerſus,debet reſtituere quæ per vſuras lucratus eſt, & numero 11.*
5 *Violenter ad fidem cogendus.*
6 *Paruuli Iudæorũ,an poſſint ad fidem, & baptiſmum per vim compelli. & concluditur quòd non,ſecundum communem ſententiam.*
7 *Baptizatus violenter per vim abſolutam non recipit caracterem, ſecus ſi per vim conditionatam.*
8 *Vis & coactio precisa qualis ſit,& quæ conditionata,& an ſerui Iudęorũ poſſit inuitis dominis baptizari.*
9 *Baptizatus coactè,an recipiet caracterem,ſi diu permanſerit non reclamando,& purgetur per actus ſequentes violentia ipſa.*
10 *Baptizari,quando quis poſſit inuitus cogi.*
11 *Baptizatus Iudæus debet reſtituere ea quę illicitè extorſit etiam per furta vel violentias.*
12 *Conuerſi ad fidem retinent bona, & non perdunt agnationem, nec iura ſucceſſionem,&c.*
13 *Iudæus,vel infidelis baptizatus in aliqua ciuitate,eiuſdem ciuis efficitur.*

CAPVT SECVNDVM.

SIcut ſancta eccleſia Chriſti recipit omnes infideles vt habitare poſſint inter eius fideles cum perſonis & rebus ſuis,ita etiam aperto, ſicut ſuſcipit omnes volentes ad baptiſmum conuolare,& neminem reijcit, † cum cõſulat potius animabus quàm corporibus, vt in c.cum infirmitas,in glo.in verbo,multo, de pœniten. & remiſſ. nam ſi ſaluat corpora ad ſe confugientium,iuxta no.in c.inter alia,de immuni.eccle.multo fortius debet ſaluare & animas.c.2.de conuerſi. in fi.cum ſint precioſiores corporibus,22.q.j.præcipimus & debet benigne,& cum omni caritate recipi, † quia conuertentes ſe ad fidem præſumuntur Deo inſpirante ãgi,vt Ioan.6.nemo venit ad me,niſi pater traxerit eum. & in c. Nabuchodonoſor. §.de Tirijs,23.q.4.& Lucæ 15.publicani & peccatores erant appropinquantes ad Ieſum,qui ad illum non potuiſſent appropinquare,niſi afflatu ſpiritus ſancti ad ſe illos traxiſſet,& j.Corinth. 12.& nemo põt dicere Domine Ieſu,niſi in ſpiritu ſancto, & c. hæc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus diuidens ſingulis prout vult,& eſt tex.in c.Iudæi,el ſecundo,ibi,ſi qui prę terea Deo inſpirante ad fidem ſe conuerterent,extra de Iudæ. vbi Ioan.de Ana.in 2.no.dicit,quòd qui conuertitur ad fidem, dicitur illud facere Deo inſpirante,& hoc ſemper præſumitur, etiam ſi dolus adhibeatur,ſecundum Hoſtien.in ca.dudum, de conuerſi.coniuga hoc videmus in Abraham,qui nullum ſortitor doctorem, & ab infidelibus parentibus educatus diuinam accepit illuſtrationem, & quia videmus ſæpe infinitum numerum etiam ipſorum Iudæorum ad fidem conuerſorum,vt ad piam exhortationem Siſibuli Regis Gothorum, qui tenuit regnum Hiſpaniæ Iudæorum nonaginta millia baptiſmata initiata.

Si quis tamen Iudæus, vel alius infidelis velit baptizari & poſtulet

ſtulet baptiſmum, † non debet incontinenti baptizari, ſed expectari debet donec voluntas eius fuerit ꝓfacta, ſcilicet quòd non rancore animi, vel ex aliqua ſiniſtra cauſa venerit ad baptiſmū, ſed recta deuotione, & debet perſiſtere apud Chriſtianos per dies quadraginta antequàm baptizetur, vt in cap. ne qđ abſit, de cõſecra. diſt. 4. & no. in c. ſicut, & ibi Abb. in 1. nota. de Iudæ. Solent enim plures Iudæi impoſtores Chriſtianiſmum ſimulando ſæpius baptizari. & hoc artificio pecunias colligere, vt contigit ſub Paulo Nouatianorum epiſcopo, de quo ſcribit Socrates lib. 7. c. 17. eccleſiaſticæ hiſtoriæ. quod tamen dicit Abbas vbi ſupra, in multis locis non ſeruari, & malè, rationibus de quibus ibi, & idem Abb. in c. debitum. colum. 2. verſic. hic quæritur, de baptiſ. dicit, debere differi baptiſmus, vt appareāt an habeant rectam intentionem, & quòd olim ſtatutum fuit quòd ſtaret cathecuminus per 8. menſes, vt in c. Iudæi. de conſecra. diſtin. 4. ſed quòd poſtea fuit limitatum per dies 11. tantum, d. ca. ne quod abſit, ſubdens quòd multi non bene hoc ſeruant, ſed illico baptizant, & poſt modum quieſcente illo calore, ſæpe tales redeunt ad vomitum erroris eorum, ſicut videmus etiam in tironibus, quos principes militiæ probāt, priuſquàm in milites eligant, vt habetur Hieremiæ vlti. & in l. neminem. C. de re mili. lib. 12. & 1. Regum 14. & Gen. 14. Vbi Abraham approbauit & numerauit expeditos vernaculos ſuos. Et prædicta iura ſecundum aliquos, videntur loqui de Iudæis baptizandis, non etiam de aliis infidelibus, cuius rei fidem faciunt conſtitutiones Caroli magni & Ludouici Imperatorum, qui eo tẽpore, quo bona pars Germaniæ ignorabat verum Dei cultum ſanxere, ne quis baptizaretur niſi in Paſchate & Pentecoſte: eiuſq; rei ratio euidens videtur, nam cum id tempus non alia ſit ratione præſcriptum, quàm vt accedentes ad fidem Chriſti, prius inſtruantur, quàm Chriſtiani nuncupentur, ciuitati Dei aſcripti, Iudæi vnũ Deum colentes, Moſique & aliis & prophetis credentes, Chriſtianæ religionis dogmatibus quàm facillimè inſtrui poſſunt, Paganorum verò cathecuminorũ prius eſt idolatrica ſuperſtitio detegenda, deinde his veritas aperiẽda eſt tam veteris quàm noui teſtamenti, quod intra tam breue tempus fieri nõ poteſt; id tempus etiam ab eccleſia ſtatutum eſt vt baptizandus & ſciat & agat vitam Chriſtianam, Auguſti. To. 4. fol. 14. & fo. 17. Sed verius eſt ꝙ c. Iudæi. & c. ne quod abſit, loquātur etiam de aliis infidelibus, vt per glo. in d. c. Iudæi. nam & illud tempus fuit ſpecialiter ſtatutum de iudæis nõ propter ſatisfactionem peccati, ſed propter reuerentiam baptiſmi, quem iudæi, circũciſionis comparatione, & aliorum legalium ſacramentorum non appretiabant, vt per gloſſ. in c. ſine pœnitentia. de conſecra. diſt. 4. & Archidi. & in d. c. Iudæi.

Itẽ non debet indiſtinctè Iudæus admitti ad baptiſmum, † nã primo debet reſtituere ea, quę extorſit per vſurariam prauitatẽ, & illicitè, vt in glo. fi. in d. c. Iudæi, & de pœni. diſtin. 5. c. falſas. & Abb in c. debitum. de baptiſ. colum. 2. in fi. vt latius dicetur infe rius, nume. 11.

Et ideo dictum eſt de volentibus baptizari, quòd recipiant, quia † inuitus ad fidem nullus debet compelli, nec aliqualiter cogi, ſed voluntarius tãtum admittitur 45. diſt. de Iudæis. & 23. q. 5. ad fidem. c. maiores. §. item quæriter, de baptiſ. c. ſicut. vbi ꝓ omnes, de Iudæ. quia ſicut delinquẽs libera voluntate perit, ita libero ſunt arbitrio relinquendi mediante Dei gratia, ad eam reuocante, & prout no. per Zabarel. in c. quod ſuper. col. 4. verſi. quintò quæro, extra de voto. Et ſi diceretur, quòd Paulus coactus venit ad fidem, reſpondetur ſecundum Hoſtiẽ. quòd iura de quibus ſupra, loquuntur de Apoſtolo, quæ licèt noſtris minus obnoxia ſint legibus, Ro. 9. tu quis es, qui reſpondeas Deo? prouidentiſſimè tamen, quæ in ſui diſpoſitione non fallitur ꝓuidentiæ ſubiacet. hæc nanque arbitrium noſtrum ſua ſemper libertate potiri decreuit, dicente D. Aug. 10. de ciuit. Dei. ca. 30. ſic Deus res, quas ꝺidit adminiſtrat, vt ſuos curſus agere ſinat. coactio igitur non niſi impropriè dicitur, quia amoroſa, ſicut rectus & impulſus. cuius verò non eſt noſtrum reddere rationem, vt no. in c. ſi quando. de reſcrip. quia quem vult conuertit, et quem vult indurat, etiam per flagella. 23. q. iiii. Nabuchodonoſor. Sed & Paulus inter ipſa ſtagella fuit mutatus, & de nolẽte factus eſt volens. 23. q. 4. diſplicet. verſicu. quare Paulus. & 23. q. 6. Sciſmatici. vbi de Pauli conuerſione. & prædicta procedũt in coactione præcisè, per quam etiam caracter nõ imprimitur, cum potius ille dicatur pati quàm agere, vt no. in c. de Iudæis, & c. qui ſincera. 45. diſt. Hoſti. & Goffre. in ſumma de baptiſmo, & maximè Geminia. & per Dominum Præpoſi. in d. c. de Iudæis, & inferius dicetur, & per Pariſi. conſi. 2. vol. 4. vbi etiam, quãdo ita baptizati per longum temporis ſpatium non cõtradixerũt, & per aliquot actus præciſam coactionem & baptiſmũ approbarunt, cum videant purgata, ꝙ tunc intelliguntur caracterem recepiſſe, quod declaratur ibi latè per eum, & Azo. in ſum. C. de Iudæ. in fi. de Paulo dicit quòd miracula non tradũtur in regulam. An autem licitum ſit, dare pecuniam infideli, vt ſe baptizari permittat, vide gloſſ. in c. quàm pio. prima quæſtione ſecũda. Abb. in capit. cum eccleſiæ. de ſimo. & 15. quæſtio. j. non eſt, 23. quæſtione 5. ad fidem. Cardina. Alexan. in c. 2. 42. diſtin. & licet ad fidem nullus ſit cogendus, vt dictum eſt: ſi tamen aliqui infideles fidem Chriſti ſuſceperunt, & eã ſunt profeſſi ſicut hæretici, apoſtatæ, & Iudæi ad fidem promoti, poſtmodum Chriſtum blaſphæmantes ad Iudaicos ritus cõuerſi abhominabiles circunciſiones exercent, tales ſunt etiam corporaliter compellendi, vt impleant quod promiſerunt, & teneant quod ſemel ſuſceperunt, vt no. in c. plerique, de conſecratio. diſt. 3. & contra eos inuehit Apoſtolus ad Gal. 4. quomodo conuertimini iterũ ad egena & infirma elemẽta. & ad Hebræ. 6. & Prouerb. 6. Et eſt tex. in c. quidem, de apoſta. nam poſt ſuſceptionem fidei debẽt compelli ad ipſam ſeruandam, etiam ſi fuiſſent baptizati ui conditionali, c. contra Chriſtianos. De hære. in 6. & 45. diſtin. de Iudæis, & dicunt Ioan. And. & Domi. in dicto capitu. contra Chriſtianos, quòd Iudæi tales recidiuantes ad Iudaiſmum ſolent & baptizare, & de nouo lauare, quod ipſi vocant purificationem, & cum pumice caput radere, & per iudicem ſecularem videtur eis imponenda pœna capitis cum diſpendio fortunarum. l. penul. C. de apoſta. & ibi not. & nota, ꝙ ſi qs ꝑſuaſionibus fecerit aliquem apoſtatare à fide Chriſti, capite punitur, ac ſi eũ ad id per vim compuliſſet, & hoc caſu perſuaſio, & violentia æquiparantur. l. ſi qui. C. de apoſta. Bar. in l. ob hæc. ff. de his qui not. infa. & facit quod ſcriptum eſt 1. Pet. 2. in fin. & in c. ſi refugientes. de pœn. diſt. 4. & caueant tales ſimulatè conuerſi ad fidem, ne cõtingat eis ꝙ alijs ementitè baptiſmo initiatis cõtigit Vlisbonę vrbis Luſitaniæ, vbi anno 1506. orta eſt magnum ciuium perturbatio, propter Iudæorum nuper baptizatorum perſecutionem: Iudæi enim Chriſtiani effecti occultæ ritus Iudæorũ emulantes ore tantum, & non corde Chriſtianos ſeſe oſtentabant, cum iudæis autem carnibus veſcentes Paſcha celebrabãt, quos Chriſtiani apud Regem illos accuſarunt, fuerũtque iuſſu Regis 16. capti, ſed mox ſine vindicta dimiſſi, quod videntes ciues cõtra Regem conſpirantes, tumultum contra Iudæos excitarunt, interficientes per ciuitatem quotquot inuenire poterant, & tã in ciuitate, quàm villis fuerunt occiſi. nu. 193.

Item quòd ſupra dictũ eſt, neminem cogi ad fidem, intelligẽdum eſt de adultis; † de paruulis autem ſunt opiniones inuicem contrariæ. quidam enim tenuerunt quòd cum Iudęi ſint ſerui & nõ habeant filios in poteſtate, & quòd propterea Principes ſeculares eorum domini poſſunt pueros etiam inuitis parentibus facere baptizare, ſi hoc non faciant propter compellẽdos eorum parentes ad fidem, & hanc opi. tenuit Archidia. 45. diſt. c. qui ſincera, & ibi etiã Dominicus, qui limitat tamen hoc non procedere in priuatis perſonis, idem tenet Henric. Boich, in c. ſicut. de Iudę. Qui dicit, ꝙ ſicut Principes poſſunt eoſdem paruulos tanquam ſua alijs dare, uel vendere in ſeruitem inuitis parentibus, ita poſſunt eos inuitos auferre ad baptizandum, dicens quòd in hoc merentur, dummodo non faciant hoc pro compellendis parentibus eorum ad fidem, ſed pro ipſis pueris ſaluandis, & hoc videtur ſentire Ioan. And. in d. cap. ſicut, prout plures etiam alij Doctores tam Canoniſtæ Theologi hoc idem tenuerunt, de quibus per Matth. de Afflict. deciſio. 151. Sereniſſimus Rex. colum. 3. & 4. Et hanc opi. latè comprobat per plura fundamenta. Vdalricus Zaſius in libello de Iudæis, vbi hunc articulum pleniſſimè diſcutit, reſpondendo ad obiecta cum ſubſcriptionibus quorundam Theologorum maximæ authoritatis, vbi etiam de impuberibus Iudæorum volentibus ad fidem conuolare, quæſtio. 2. Vbi cõcludit impuberes Iudæorũ filios, maiores ſeptennio volentes & cupiẽtes baptizari, perduci poſſe & debere ad baptiſmum inuitis parentibus, dicens, quòd obſiſtere huic voluntati tum minus debemus quòd noſter Saluator præcepto cauit, ne venientes arceantur, ſinite ad me venire paruulos, dicens, ipſorum eſt enim regnum cęlorum. cur ergo duriores Chriſti inuideamus paruulis ſalutem, quã ipſe offert: vel quid repellimus eos a vita, ad quam autor vitæ inuitat? vbi videndum, ne transferam eius libellum in hanc paginam, & de illa q. quòd filius Iudæi ob certam pecuniam pignoratus, perẽs baptizari admitti debeat, pacto de eo reſtituendo non obſtãte.

Sed Dominus Abb. in d. c. ſicut, dicit quòd dubitaret multũ de prædicta opinione cum Iudæi ſtrictè, & propriè non ſint ſerui, & ab eis non poſſint coacta ſeruitia exigi; & quia eorum parentes indirectè cogerentur ad fidem ſuſcipiendam, contra d. c. qui ſincera. & ideo inclinat in partem cõtrariam, quòd ſcilicet paruuli Iudæorum, non poſſint ad fidem compelli, & hanc partem tenet gloſſ. in ca. Iudæorum. 28. quæſtio. j. dicens quòd ſicut adulti, ita nec paruuli ad fidem trahendi ſunt per vim: nã ſi hoc fieret, in breui nullus eſſet Iudæus, & non poſſet verificari illud Hieremiæ, quòd reliquię Iſrael ſaluę fierent, eãdem opinionem tenet D. Cardi. in clementina prima. in fi. de iudæ. & Calde. conſil. 3. incip. filij Iudæorum. in titu. de iudæ. Ioan. Andr. Abb. Ioan. de Ana. & Fel. in dicto capitulo ſicut, allegantes ita etiam tenere Sanctum Thom. 2. 2. quæſtione 10. articulo vlti. & alios Theologos, adeò quòd iſta opinio eſt communior, & tãquam verior amplectenda, prout dicit Calderi. d. conſi. 3. Voluntariũ enim militem ſibi elegit Chriſtus, xv. quæſtione prima, non eſt,

& hanc

Source : BIU Cujas

& hanc partem communiorem dicit Pariſi.conſi.2.colum 4.& 5.volu. 4.& Fely.& in d.c.ſicut. ſubdens quòd ſi contrarium fieret de facto,talis infans,& paruulus dēret educari inter Iudæos, ſecundum Calderinum, quia inuitis parentibus detineri non poſſet,& eis competeret remedium l.j.ff.de liber.homi. exhibē. Dum tamen pater idoneam cautionem præſtaret deponendo illum in libertate,& de ipſum maturæ ætatis effectum, præſentando,& quòd cum educabitur,non deteſtabitur ſibi fidem,alias patri non eſſe reſtituendum, quod eſt not Circa quā tamen reſtitutionem ego vidi cōtrariū ſeruari, vt ſcilicet poſtquàm ſunt paruuli baptizati, non reſtituuntur parentibus Iudæis,& quòd minimè fieri debeat talis reſtitutio. Iudæorū paruulorum baptizatorum,tenet expreſſe Afflict.deci. præallegata,colum.fin & ſe fuiſſe in caſu tunc contingenti illius uoti,vt non fieret reſtitutio paruuli iudæi baptizati patri ſuo propter fauorem fidei Chriſtianæ,ne dictus paruulus morando cum patre Iudæo incideret in hæreſim,& dicit quòd in eodē uoto multi Theologi & Docto. Iuris canonici fuerunt,& quod ita executum fuit,cuius opinio cōfirmari poteſt per tex.in c. ſæpe.28. quæſtio.j.vbi Iudæis, ad fidem conuerſis prohibetur conuerſatio cum alijs Iudæis,& tanto magis in filijs & paruulis cum parentibus,de quibus etiam,& an quis poſſit inuitus cogi ad officium vel dignitatem,vide Lucam de Pen.in l. ſi ad magiſtratū, colum.3.C.de Decurio.libr.10. Caueant patres paruulorū filiorum,mori permittentes filios in ſui infantia abſque baptiſmo, prout plures vidi,qui contra paternam pietatem,prorogant baptiſmum eorum,ſi morerentur imbaptizati, nā in iudicio vniuerſali vindictam grauem exquirent parentum,qui eis cauſam dederunt perditionis gloriæ,& diuinæ viſionis,reſurgent quippe,& ipſi cum corporibus in menſurā ętatis plenitudinis Chriſti,Ephe.4. S.Tho.in 4.ſent.diſtin.47.articu.3.& Beatus Vincen. in ſermonibus.

7 †Et quod dictum eſt de violentia,vt quis per vim non poſſit cogi ad baptiſmum,intelligendum eſt de coactione præciſa,vt quando quis ligatus manibus & pedibus deductus eſſet ad baptiſmum,& reclamans immergeretut violenter;tunc enim nō recipit caracterem,vt per gl.in c.contra Chriſtianos, in verbo, abſoluti. de hæreti.in 6.alias compulſus per vim cōditionatam recipit caracterem,vt no.in c.maiores,de baptiſ. vnde baptizatus in infantili ætate ſub fide parentis carnalis, vel ſpūalis poſtquàm venit ad pubertatem,non poteſt contradicere,vt not.in c.quanto.de diuort.& de conſecratio.diſt.4.cap quæris.& c.paruuli.& per Cardin.in d.c.maiores.§.ita quæritur.& in baptiſmo coacta voluntas conditionata,voluntas eſt,15.quæſtio.1.merito.quia nec impedit ſacramentum ordinis,vt per Goffr.in ſum. in titu.de baptiſ.colum.fin.circa prin.verſi. item quæritur,licet matrimonium contractum per vim conditionatā non teneat, quia in eo requiritur voluntas abſolua, vt in ca.cum locum.de ſponſa.& per Abb.in d.§.item quæritur.& eo modo baptizatus coactè recipit caracterem,vt ſupra, & p Hoſti.in ſum.in titu.de baptiſ.§.quę fit eius forma,ver.qui baptizantur inuiti,& de coa-
8 ctione declarat Domini.in c.de Iudæis.45.diſt † vbi dicit, quòd quædam eſt coactio, quæ fit per violentiam illatā perſonæ vel p oblationē rerum ſuarum,& illa eſt prohibita, vt ibi.Quædam eſt coactio,quæ fit per impoſitionem collectarum, vt quia imponuntur infidelibus collectæ vel aliæ pēſiones, vt per hoc inducantur ad fidem,& iſta eſt permiſſa,& per Abb. in dicto §.itē quæritur,& per glo.& Præpoſi.in d.c.de iudæis. An autem ſerui iudæorum poſſint eis inuitis baptizari,& ordinari,vide c. generalis.§. hoc tunc.diſtin.54.vbi latè per Io.de Turre Crem.Quid autem de filijs apoſtatarum,ideſt à fide recedentium,an poſſint inuitis parentibus baptizari:& dicendum quod ſic,vt per gloſſ. in cap.ſi baptizata,in verbo,qui de baptizato.de cōſecra.diſt.4. & hanc partem tenet Henri.Boich,in c.ſicut Iudæi.el 2. de Iudæ.adducens rationes,& iura,& differētia inter vim præciſam, & conditionatam,vide Albe.in c.ſacris.vbi etiam alij, extra de his,quæ vi,metusve cau.

9 †Quid autē ſi per vim præciſam baptizatus,per longum tpis ſpacium nō reclamauit,& tacitus permāſit,& per actus aliquos baptiſmum approbauit,& coactionem, tunc dicendum eſt, q proculdubio caracterem receperit, cum talis coactio per actus ſubſequentes cenſeatur purgata,ut tradit Henri.Boich,in c.maiores.verſi.propter quod.de baptiſ.quem refert, & ſequitur conſulendo Pariſi.conſi.2.& ſi eſſe Iudæum. col.3.verſi.verū ſi poſt dictam,&c.col.3.vol.4.Quæ dicit procedere, niſi perpetuo duraſſet eadem cauſa coactionis præciſæ,& vide Goffre.in ſum.in titu.de æta.qua.& ordi.præfici.col.4.& ſeq.

10 †Eſt tamen vnus caſus ſingularis,in quo pater,vel mater Iudæa fidem conuerſa poteſt petere communem ſobolem,& inuito patre vel altero parente,perducere ad baptiſmum, in c.ex literis & ibi Do.Abbas,colum.2.in fi.de cōuerſi. infide.& text. not.28.quæſtione prima,c.Iudæi.vbi quomodo alter infideliū coniugum venit ad fidem,altero remanente infideli cōmunis proles aſſignatur conuerſo. Decretum etiam fuit in concilio Toletano 3.Can.14.natum ex iudæo & Chriſtiana inuitum eſſe baptizandum.

11 †Item iudæus non eſt ita indiſtinctè admittendus ad baptiſmum,nam primo debet reſtituere ea,quæ extorſit illicitè, & p vſurariam,prauitatem,vt in c.iudæi.& ibi gl.de conſecra. diſt.4. non tamē tenetur relinquere alia licita quæſita,ſicut multi ſimplices credunt,vt per Abb.in c.debitum.colum.2.verſi. quæriē, de baptiſ.& no.in c.Iudæi.el ſecundo,de iudæ.vbi glo.in verbo, a poſſeſſionibus.nam iudæi ad fidem verum retinent hanc, ſecundum Docto.ibi,& per Abb.in c.ſecūdo, col.fi. de conuerſi. infide.mutant enim ſtatum in melius, & habēt dominium rerum ſuarum,& etiam exiſtentes iudæi licita habent rerum dominia,dummodò iuſtè acquiſita,ut per Alexād.conſi.85.par.4. no.Inno.in c.ſuper his,de voto.& Abb.in d.c.iudæi.in ſecundo not.& in dicto capitulo debitum,colum.2.in fi.niſi aliter ſit ſtatutū per Dominos locorum vbi degūt.Et Pagani quando conuertunt,non debēt bona ſua, q̄ licitè acquiſiuerunt, dimittere, vt tradit Præpoſi.Mediola.in c.gaudemus.in no.de diuor,& no. quòd talis reſtitutio aut ſpectat ad ſacerdotem,qui audiuit confeſſionem eius,qui tenebatur reſtituere,ut voluit Archidia. in c.2.de teſt.in 6.& in c ſanè.14. quæſtione quinta. & Paulum de Leaza.in clemen.dudum, extra de ſepul. Ioā.And.in cum ſit.de iudæ.aut ad epiſcopum loci,vbi extorſit ablata, ut per Hoſti.in d.c.cū ſit,& in c.cū tu. de vſur.& in ſum.co.ti.& in ſum.de pę.§. cui confitendū.ver.tu dic.& in §.forma.verſi.ſed vbi. Bal.in c.j. §.furtum.de pace iur.firm.idem Bal.in l.poſt deſertionem.C.de fur.Et quod dictum eſt,iudæos teneri reſtituere poſt baptiſmū ea,quæ ex vſuris acquiſiuerunt, id extenditur etiam ad res furtiuas,vel immobiles violentas,cum non dimittatur peccatum, niſi reſtituatur ablatum d.c.cum tu.de vſur. cap.ſi res aliena. 14. quæſtio.6.nam licet per baptiſmum omnia peccata deleantur, & operetur remiſſionem pœnæ reſpectu læſionis Dei, ut infra latius dicetur in quinto capite, tamen non tolluntur vitia perſonalia,& perſonæ inhærentia,& ſubinde non tollitur peccatū, in quod incurrunt non ſatisfaciēdo homini per reſtitutionem malè ablatorum,d.c.ſi res aliena,& in furto,per Ruynum. conſi.13.caſus de quo quæritur.columna prima,vol.5.& olim Apoſtoli non admittebant ad baptiſmum grauibus criminibus obnoxios,ſecundum Auguſtinum.

12 †Et ſicut poſſunt retinere bona licitè quæſita, vt dictum eſt, ita etiam non perdunt agnationem poſt cōuerſionem ad fidē, vnde debent ſuccedere ſuis parentibus,& attinentibus,ſicut primo,cum non debeant eſſe deterioris conditionis conuerſi ad fidem,quàm erant in Iudaiſmo, vt per Docto. in dicto capitu. iudæi.el ſecundo.de Iudæ.vbi Abb.in 2.nota. ſicut tranſiens ad religionem nō excluditur à ſucceſſione, & hæreditate paterna vel materna agnatorum,vel cognatorum.l.Deo nobis.cum ibi no.C.de epiſc.& cleri.

13 †Et nota,quòd iudæus vel infidelis ſuſcipiens baptiſmum in aliqua ciuitate, efficitur ciuis illius ciuitatis, ſicut quis efficitur ciuis ex cauſa originis,cum generatio naturalis,& regeneratio ſpiritualis æquiparentur.c.debitum,cum cōcor.extra de baptiſ. vt tradit Lucas de Pen.in l.ciues.colum.2.in fi.verſi.nec præter cauſam.C.de incolis.& vbi quis domicil.lib.10.Et caueant, qui impediunt Iudæum baptizari,nanque ipſe inquiſitor hæreticæ prauitatis poteſt cognoſcere, prout & contra Chriſtianū ſi fiat Iudæus,quàm contra Iudæum baptizatum reuerſum ad iudaiſmum,& iudæum inducentem Chriſtianum ad iudaiſmum, de quibus dic ut per Cardi.in clementina ſecunda.§.primo. de hæreti.& vide tex.in c.cōtra Chriſtianos.de hæreti.in 6. Item quid contra iudæum receptantem Chriſtianum, apoſtatam, uel iudęum puerum Chriſtianum mentem,& circuncidentem,vel Chriſtianū accipiat, & faciat eū iudaizare,& in uxorē accipiat, vel contra mentem Chriſtianum,& reuendentem, contra l.j. C. ne Chriſtia. mancipia. uel contra iudęos crucifigentes agnum in die Veneris ſancti, de quibus per Oldrad.conſilio 36. plenè.

SVMMARIVM.

1 *Pęnitere an poſſit Iudæum,qui poſtulauit baptiſmum,& an ſit cogendus ad illum ſuſcipiendum.*
2 *Baptizare ſe ipſum,an poſſit Iudæus in neceſſitatis articulo.*
3 *Vnus,quando poſſit duorum officio fungi.*
4 *Baptizatus à ſacerdote ſine reſponſali Iudæus, an poſſit dici baptizatus.*
5 *Infidelis quilibet & etiam hæreticus tempore neceſſitatis poteſt baptizare.*
6 *Infidelis non poteſt eſſe patrinus in baptiſmo vel chriſmate.*
7 *Iudæus qui voluit baptizari,& fuit impeditus, intelligitur baptizatus baptiſmo flaminis.*
8 *Infidelis habens intentionem fictam,& ſimulatam de ſe baptizando, ſi tamen ſit baptizatus, cenſeri debet Chriſtianus, & cogi vt fidem ſeruet? & quid ſi contrahat matrimonium cum fideli.*
9 *Iudæus non poteſt conſtituere procuratorem ad reſpondendum in baptiſmo, vt ſit in patruis.*

CA-

Source : BIU Cujas

Marq.de Suſ. De Iudæis & alijs infid.

CAPVT TERTIVM.

1 Vid † dicēdum,ſi iudæus vel infidelis poſtulauit baptiſmum & peruenit ad actum, iuxta text.in c.debitum.extra de baptiſ, & antequā ſit baptizatus ipſum pœnitet,& non vult amplius bapti zari,an poſſit pœnitere,vel cogendus ſit ad baptiſmū?in quo Fely.in c.fi.ver.vlt.vide. de iudæ. Videtur innuere ꝙ ſit cogendus ex illis verbis tex.ibi, ne videat illuſio,&c.Licet loquatur de iudæo baptizato per fictionem,vt compellatur ad obſeruantiam fidei, allegando Cardin.in cle. j.in primo not.de renuntia.& Hoſt.in d.c.debitum,qui arguendo ad partes in quæſtione,de qua ſupra,concludit talem eſſe cogendum in fauorem fidei, vt fidem ſeruet, & baptiſmum recipiat,nam quandoque bona voluntas pro facto reputatur.c.2.& c.3. de voto. & etiam Papæ illud non debet, ex quo poſtulatio eſt ei repræſentata.c.bonæ.el ſecundo.§.nec nocebat.cum concordan.de poſtula.prelato.& arg.c.2.in fi.de conuerſi.infide.& quæ ibi no. & c.maiores.§.propter quod,in fi.de baptiſ.& de renun.c.fi.& quia pati non debemus quòd iudæi aliquid faciant, quod fidei noſtræ confuſionem inducat, vel quod verti poſſit in cōtumeliam,vel deriſionem creatoris.c.& ſi iudæos.de iudę. Sicut & is qui votum religionis emiſerit,vel etiam propoſitum intrandi habuerit,cogitur religionem intrare.c.conſuluit.cum ibi.no.de regula.& faciunt no.in l.illud.C. de ſacroſan. eccle.Et ſic iſte erit alius caſus ſpecialis, in quo quis cogi poterit ad baptiſmum , licet regulariter ſecus, vt dictum eſt in præcedenti capitulo,nam hic proceſſum fuit ad actum : regula autem locū habet,quando ad nullum actum proceſſum fuit, quo caſu ceſſant rationes modò ſupra allegatæ.

2 †Quid autem ſi iudæus non pœnitens, vt in quæſtione præcedenti,ſed perſeuerans in propoſito ſe baptizandi, & ſit conſtitutus in neceſſitatis articulo,vtpotè non habens alium, qui ipſum baptizare velit,ſe ipſum in aquam immerſit,dicendo.Ego me baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spirituſſancti, Amen. Talis receperit ſacramentum baptiſmi,& dicendum eſt, ꝙ nō, vt eſt tex.in c.debitum.de baptiſ. cum debeat eſſe diſcretio inter baptizātem,& baptizatum, nec aliquis debet oriri à ſemetipſo.14.q.j.c.didicimus.& facit 35.q.j.c.j.& per Anch.conſi.195. incip.ſecundum ea quæ propoſita ſunt.Soci.conſi.87.in præſenti.col.2.vol.j.ſicut & alius emptor,& alius venditor,& aliud res vendita,& aliud precium.ff.de rerum permuta. l.j.in princ.nec
3 poteſt quis ſuſtinere vicem duorum,hoc caſu,†licèt aliàs ſic,vt no.in l.ſi conſul.ff.de adopt.& in c.ex literis .de probati. & in c. j.§.vna vera eſt,de ſum.Trini.per Abb.in c.cum olim.colū.j.de re iudica.& ibi per Fely.copioſè, & per Albe.in j.parte. Statu.q. 162.Bal.in l.ſi ad ſcribarum.C.de appella.& in c.fi.de inſtit.Soc. d.conſi.87. col.3.vol.1.

4 †Et facit ad prædicta, ꝙ iudæus non imminente neceſſitate baptizatus ſacerdote ſine rñſali,nō poteſt dici baptizatus cū ꝓ ſe ipſo rñdere non potuerit , nec ſacerdos baptizans poſſit aut potuerit reſpondere ꝓ eo, quia ſicut in iſta ſacramentali generatione alius debet eſſe, qui ſpūaliter generatur, & alius, qui ſpiritualiter generat:ita & alius debet eſſe qui pro baptizato reſpondeat,& alius qui baptizat.j.q.j.Spiritus ſanctus, & habetur per Anchar. d.conſi.195.

Quia vidimus,an Iudæus vel alius infidelis poſſit ſe ipſum baptizare,videamus modo,an licèt ſemetipſum baptizare nō poſſit,valeat tamen tempore neceſſitatis alium baptizare? Circa quod Auguſtinus in 2.libro contra Epiſtolā Parmeniani , mouet quæſtionem,an qui non fuit baptizatus , poſſit alij dare baptiſmum?& indeterminatum reliquit , cum nullus dare poſſit, quod non habet.Deinde,qui eſt extra eccleſiam,non poteſt eſſe miniſter ſacramenti Eccleſiæ , vnde ſenſit quæſtionem hanc pertinere ad authoritatem concilij ſacri , nec voluit aliquid ꝓ-
5 prio iudicio affirmare , qđ tñ poſtea deciſum fuit, † videlicet ꝙ Paganus,vel Iudæus tempore neceſſitatis poſſit baptizare, ſicut & quilibet laicus,per text.in c.quodam Iudæo. de conſecratio. diſtin.4.& ita communiter tenent Cano. in c. quanto, extra de conſuetu.dummodò baptiſmum in forma eccleſiæ, & ritè deſ, per tex.in c.Romanus Pontifex.ea.diſt.vbi ita dicit text.Romanus Pontifex non hominem iudicat,ſed ſpiritum Dei ſubminiſtrare gratiam baptiſmi,licèt Paganus ſit qui baptizat: & ſic nō attenditur an ſit habilis miniſter,cum cēſeatur habilis , ex quo neceſſitas viget,quo tpe neceſſitatis q libet Laicus baptizat,cle. j.de baptiſ.30.q.j.ad limina.1.q.1. qđ quidā. hæreticus etiā tēpore neceſſitatis baptizare poteſt.24.quęſtio.j.ſi quem fortè,& j.q. j.viliſſimus,& c.dominus.& 32.diſtin.præter hoc.§. ad hoc verò.& de ſum.Tri.c.j.in fi.& per Imo.in dicta clemen.j. circa fin. ver.ſed circa hoc quærit. Cætera verò ſacramenta eccleſiæ nō poſſunt conferri ab hæretico,& collata non imprimunt virtutis effectum,ea.diſt.32.§.verum.& ratio diuerſitatis inter ſacr̄m baptiſmi, & cætera ſacr̄a, eſt vt ibi ,qa homo ſaluari poteſt ſine aliis ſacr̄is, & non ſine ſacr̄o baptiſmi,quod eſt cæteris prius,& ianua omnium ſacramentorum,c.ſi quis confugit. prima quæſtione prima cum allegatis per gl.in d.§.verum, & latè ibi Præpoſi.colum.2.& Archi.in d.§.ad hoc.poteſt tamen Chriſtianus confiteri peccata ſua Iudæo & Saraceno in caſu neceſſitatis, gl. in c.fi.in verbo.pœniteat.24.quæſtio.prima.& in articulo mortis etiam fœmina.c.mulier.de conſecratio.diſt.4.& 30.q.3.ſuper his.& opinionem,de qua ſupra de infideli baprizante,tenet Sāctus Tho.in 4.ſenten.diſtinctio.6.ad ſecundam quæſt.vbi dicit, quòd quicunque infidelis,debitam formam ſeruet.& intentionem baptizandi habeat,verum ſacramētum miniſtrat,quia baptiſmus non habet efficaciam ex merito baptizati,ſed ex merito Chriſti,quod operatur in baptizato per fidem propriam in adultis,vel per fidem eccleſiæ in pueris,& ponit exemplum; nā ſicut Iacob genuit filios per liberas,& ancillas , ſic Chriſtus per bonos,& malos regenerat:nam infidelis licet non ſit membrū eccleſiæ,tradit vnde regenerat filios Chriſti,& eccleſiæ, & non ſibi,& cum baptiſmus realiter contineat virtutē, & merita paſſionis Chriſti,ideo (vt dictum eſt) poteſt in caſu neceſſitatis conferri abſq; fide miniſtri,& ſic ſiue ſit Iudæus,hæreticus , vel ſciſmaticus.poteſt baptizare,ſecundum etiam Iſidorum,& hoc patet de Athanaſio,de quo habetur lib. 10. eccleſiaſticæ hiſtoriæ, quòd cum Alexander Epiſcopus Alexandrinus rediret de eccleſia domum,cum clero ſuo, vidit ludum puerorum quorundam,qui erant filij paganorū,& Gentilium, qui in illo ludo volentes Chriſtianos imitari,conſtituerunt inter ſe Athanaſium puerum annorum x.in Epiſcopum:qui quidem Athanaſius nō baptizatus , baptizauit omnes illos pueros in forma eccleſiæ; quod inſpiciens Epiſcopus Alexander cum clero, vocauit ad ſe omnes illos pueros,petens,quid ſibi vellet ille ludus, & omnis ipſi pueri enarrauerūt Epiſcopo,qualiter Athanaſius fictus & ſimulatus Epiſcopus,eos omnes baptizauerat,ſub tali forma, tunc Epiſcopus informatus diligenter de myſterio determinauit ſimul cum clero,quod omnes illi pueri eo modo baptizati eſſent veri Chriſtiani,& non erant iterum baptizandi,poſtquā in forma eccleſiæ erant baptizati , licet ab ipſo puero non baptizato,& tunc Epiſcopus baptizauit etiam Athanaſiū,qui non receperat baptiſmum,& enutriuit ipſum in fide , & ſcientia , & doctrina catholica , qui poſtea fuit eximius Doctor , & Epiſcopus Alexandrinus , ſucceſſor ſui magiſtri . Ex quo patet quanti momēti ſit ſeruare formā in baptiſmo , & aliter quis nō poſſet dici baptizans,vt dictū eſt, & legīt de Deurerio Epiſcopo Arianorum,quia baptizatus Byzantij quēdam virum nomine Barban,cum contra regulam fidei(minorem ſcilicet patrem,filiū, ſanctumque ſpiritum aſſerere cupiens) baptizaturus dixiſſet,baptizo te Barbas in nomine patris ꝓ filium in ſpiritu ſancto, ſtatim aqua,quæ ad baptizandum fuerat allata, nunquam comparuit.quod aſpiciens qui baptizandus erat, confeſtim ad catholicam eccleſiam fugiens,iuxta morem fidei baptiſmum Chriſti ſuſcepit,& omnibus notum fuit miraculum . Et de infideli, quod poſſit baptizare,vide Innocē. in capitulo ſi quis puerum. de baptiſ.columna ſecunda,qui dicit quòd ſi aliquis in caſu neceſſitatis,vel etiam ſine neceſſitate vadit ad Saracenum , & dicat,baptiza me,& doceat eum formam, & ille Saracenus baptizet,non credens per immerſionem aquæ, aliquid aliud fieri,niſi madefactionem , & non intendat eum baptizare ſecundum intentionem petentis baptiſmum , ideſt , ut baptiſmus operetur , quicquid operari poteſt, & ipſe baptizans , tanquam miniſter conferat,quod alii baptizantes conferunt , licet non credat ipſum poſſe aliquid operari,verè tamen baptizatus eſt.

Aduertendū tamen eſt, quòd licet iudæus, vel infidelis poſſit baptizare in caſu neceſſitatis, † non tamen poteſt eſſe patri-
6 mus alicuius in baptiſmo,nec in chriſmate.capi. in baptiſmate. de conſecratio.diſtinctio.quarta.& per Ioan.And. in mercurialibus,in cap.ex eo.de reg.iur.in 6.vbi dicit , ꝙ fuit qō diſputata ꝓ Dominum Palmerium, de hæretico , & per Marti. Lauden.in tracta.de principibus verſicu.226.& hoc ideo eſt,quia patrimus tenetur inſtruere filiolum in ſimbolo & alijs , quæ minimè cadunt in infideli,capit.vos ante omnia.ea.diſtinctio.& 37.diſtinctio.relatum. & quod cum iudæo non contrahatur ſpiritualis cognatio,vide etiam Io.And.in eius quæſtionibus , in quæſtione incipiente,baptizauit,&c.

Sed cum hæretico cōtrahitur ſpiritualis cognatio,& hæreticus baptizans eſt verè pater ſpiritualis; & idem in hæretico leuante,quia per ſacramentum baptiſmi , quod habet, nec illud perdit per hæreſim , de conſecratio. diſtinctione quarta oſtenditur,& capitu. nullus. & de diuor.capitulo quanto , & eſt quo ad habitum de corpore eccleſiæ , ligatur etiam conſtitutionibus,& ſic ſpiritualem cognationem contrahit; non ſic in pagano , vel Iudæo , vt per Ioan. Andr. in dicto capitulo ex eo.nam ſicut carnaliter quis naſci t̄ ex patre , & matre , ſic ſpiritualiter ex Deo,& eccleſia matre:conferens autem ſacramentum gerit vicem,typum,& perſonam Dei. prima quæſtione prima , ſicut Chriſtus.c.intra catholicam,de conſecra.ea.diſt.a quodā,& ſeq. Suſcipiens autem & leuans gerit perſonam, & typum eccleſiæ, de ſcruti.c.j.ex quo colligitur ratio,quare nōn baptizatus baptizat,ſed in baptiſmo non leuat, qa non baptizat⁹ nō eſt creatura Dei,cuius tipū gerit baptizans,vt dictū eſt: non tamen eſt membrum

brum Eccleſiæ,cuius tipum gerit leuans:vtroq; tamen caſu, qa expers eſt ſpiritualis vitę,in quam primum homo per baptiſmũ renaſcitur,nullam ſpiritualem cognationem, cum illius capax nõ ſit,contrahere poteſt,vt per Io.Andr.vt ſupra,col.3.

7 † Quid autem,ſi Iudæus voluit baptizari, & per ipſum nõ defuit,quominus requiſierit baptiſmum, fuit tamen impeditus vt non fuerit baptizatus,an habeatur pro baptizato? & dicendum eſt,q̃ ſic,nam infidelis volens baptizari,baptizatus eſt baptiſmo ſlaminis,& moriens volat ad patriam.de conſec.diſt.4.c. baptiſmi vicem. quod intellige ſecundum q̃ dixi ſupra in j.c. huius 3. par.prin.nu.37.& ita vt ſupra,ſpecialiter tenet Card. in cle.2.§.j. in fi.verſi.ſed dicit Matth.

8 Sed quid in caſu cõtrario videlicet,† ſi Sarracenus,vel infidelis,non verã,ſed ſimulatam hñs baptiſmi intentionem, baptizatus fuerit,an cenſeri debeat Chriſtianus, & compelli poſſit vt fidem ſeruet?In quo dicendum eſt q̃ ſic,c.ſicut ficti.j.q.j.c.quamuis.de conſecr.diſt.4.& faciunt quæ tradit Auguſti.Berous in tra ctа.quæſtionũ familia.q.2. vbi decidit pulchrum caſum de Sarraceno,qui ſimulatè bapti ſmum recepit, vt Chriſtianam iuuenem deciperet,& illi ſe matrimonio coniũgeret:qui reuerſus eſt ad infideliũ regiones, vt ſcilicet baptizatus dici debeat, & in fide Chriſti permanere,poſſit cogi,& q̃ mulier illa,niſi morte viri ſecuta nubere poſſit alteri?& licèt Do.Abb.in c.fi. ante fin. de baptiſ.ſecutus Inno.in c.j.eo.titu. videatur tenere,quòd requiratur intentio tam baptizantis,quàm baptizati,vt ſacramentũ cõferat baptiſmi:tamen ſecundum D.Aug.vbi ſupra, hoc intelligitur quò ad Deum,& forum conſcientiæ,ſed nõ quò ad Eccleſiam,eiusq; forum.

Item & Sarracenus, qui eſt baptizatus in infantia, cõpellitur ſeruare fidem catholicam,vt per Dom.in c.contra Chriſtianos, in 2.no.de hęre.in 6.

Et quia dixi proximè de infideli habente intẽtionem fictam, & ſe baptizante, non omittam quod legitur in hiſto. tripar. 11. de illo Iudęo,ficto chriſtianiſmo,crebrò ſe baptizante,& hac arte pecunias congerente:qui cum denuò peteret ſe baptizari, & fons fuiſſet impletus, & deductus Iudæus ad locũ baptiſmi, tũc Dei quædam inuiſibilis virtus aquam diſparere præcepit:cumq; præſentes non cogitantes Dei virtutem,aquam per curriculum proprium defluxiſſe ſuſpicarentur, diligenter vndiq; clauſum, rurſus impleuerunt fontem, & denuò deducto Iudæo,aqua diſparuit, & ſtatim fraus Iudæi omnibus detecta fuit, cum agnitus fuerit à quibuſdam circunſtantibus alibi baptizatus. & vide quæ dixi ſupra,cap.2.

9 Et nota ad præmiſſa, † q̃ in baptiſmo infidelium non poſſet Iudæus,vel alius infidelis conſtituere procuratorem ad reſpondendum in baptiſmate pro eo,ſicut fit in paruulis.tex.eſt in c.cũ paruulis,de conſecr.diſt.4.quem ſingularem dicit Roma. ſingu. 54.incip.& in eadem cęna.

SVMMARIVM.

1 *Filius Iudæi poteſt petere alimenta à Patre Iudæo, poſtquàm eſt effectus Chriſtianus.*
2 *Filia Iudæi baptizata poteſt petere ſe dotari à patre Iudæo vel aliter infideli,qui etiam tenetur filio donationem propter nuptias conſtituere.*
3 *Mater Hebręa vel hæretica,etiam quòd non eſſet eius officium dotare filiam orthodoxam,ipſam tamen dotare tenetur.*
4 *Diſpoſitio auth.res,quæ.C.commu.de lega.habet locum etiam in Iudæis.*
5 *Filius Iudæi baptizatus tenetur alere patrem Iudæum.*
6 *Filius non tenetur ſequi patrem infidelem,nec vxor virum.*
7 *Filius,an teneatur potius patri infideli,quàm extraneo fideli.*
8 *Filius Iudęi per baptiſmum liberatur à patria poteſtate.*
9 *Iudæi non dicuntur habere filios in poteſtate,ſecundum vnam opi.*
10 *Iudæi dicuntur habere filios in poteſtate,ſecundum communem opinionem.*
11 *Seruitutis ſpecies plures,remiſſiuè.*
12 *Filij Iudæorum baptizati dicuntur in poteſtate parentum in reſpicientibus eorum commodum:ſecus aliàs,ſi incommodum paterentur.*
13 *Baptiſmus quare non liberet hominem à miſerijs corporalibus, & non efficiantur immortales & impaſſibiles.*

CAP. IIII.

1 POſtquàm filius Iudæi eſt baptizatus,† pater Iudæus non eximitur ab obligatione præſtandi alimenta ipſi filio baptizato.l.cognouimus. C. de hæret.& Saly. ibi in notabilibus dicit,No.contra Iudæum,qui non vult alimẽtare filiũ Chriſtianũ,& per Bal.& Sali.in l.mater. C.de iure doti.

2 † Similiter etiam pater Iudæus, vel alterius ſectæ, tenetur dotare filiam orthodoxam & filio dona.propter nup.conſtituere, d.l.cognouimus.& no.per gl.Bal.& Saly.in d.l.mater.& Ioan. de Ana.in c.Iudæi.el 2.col.2.de Iudæ.& Ang.in §.fuerat.Inſt.de act. vbi etiam d.Iaſ.col.28.ver.Aduerte tñ q̃ ſi filius,vbi vterq; ipſorum Doctorum dicũt tunc hoc habuiſſe de facto,& multũ eſſe notãdum,& per Campegi.in tract.de dote,in prima parte, q.47. incip.an Iudæus,vbi etiam de legitima, an pater teneat ei relinquere legitimam. & tenet q̃ non tam de dote, q̃ de legitima in bonis quæſitis ex vſuris.& Dñs Iaſ. vbi ſupra,addit gl.in d.l.mater,amplius volentem,videlicet q̃ licèt mater non cogatur dotare filiam,vt eſt ibi tex.(Niſi mate eſſe diues,& pater inops, qui non haberet vnde filiam dotaret,vt per Bar.& Bal.in auth.res q̃. C.cõmu.de leg.Bal in d.l.mater. Ang.in l.à filia.ff.ad Trebel.Roma.in l.j.ff.ſolu.matri.)

3 † tamen dicit illa gl. not. q̃ ſi mater eſſet hæretica,& filia Chriſtiana, teneretur eam dotare, quamuis aliter non eſſet eius officium.& dicit D.Iaſ.q̃ idem voluit Bald. in d.l.mater,in matre Iudæa,& Ang.in auth.res quæ.C.commu.de leg.vbi loquitur in matre hæretica & Iudæa.

Adde etiam in materia dotis conſtituendæ id,quod tenet notabiliter Bald.in d.authen.res quæ.in fi.† Vbi concludit, q̃ dicta

4 auth. habet locum etiam in Iudæis, ſi pater & filii ſint Iudæi, & ſubinde quòd ſi legitima nõ ſufficit, ſecundum terminos illius auth.poſſit fideicommiſſum minui pro dote conſtituẽda: multo magis hoc dicẽdum eſt,ſi filius, vel filia ſit effecta Chriſtiana. ſed non eſt mirum,cum Iudęi regulariter ligentur iure communi,& etiam inter ipſos ſeruandum eſt ius commune Romanorum.l. Iudæi.la j. C. de Iudæ. & dixi latè ſupra, in ſecunda parte princip.c.j.cum ſequen.

5 † Pari modo filius Iudæi baptizatus tenetur alere patrem Iudęum,indigentem,ſi poteſt,gl.j.c.ſi.qui.;o. diſt. nam & filius nõ debet ſubtrahere parentibus neceſſaria etiam pro diuino cultu augumentando. quantum enim ad beneficia ſuſtentationis, filii nõ debent deſerere parentes etiam infideles,vt per Gemi. ibi rñdentem ad c.gaudemus. de diuor. † vbi filius non tenetur ſequi patrem infidelem,ſicut nec vxor virum infidelem: dicit eñ q̃ prohibentur filii ſequi parentes infideles, quantum ad ipſam infidelitatem,& quo ad habitationem, & diuinũ cultum, ſecus autem quo ad beneficia ſuſtentationis,& per Io.de Ana.in c. Iudæi.el 2.col.2.ver.vtrum.de Iudæ.

7 † Quid autem ſi pater meus eſt infidelis, & eget cũ extraneo fideli,cui potius eorum ſubuenire debeam circa veſtitum? & gl. in c.ſi qui.;o.diſt.& in c.non ſatis.86.diſt.dicit nebuloſam, & tenebroſam aquam in nebulis aeris: concludit tamen q̃ patrem, qualiſcunq; ſit,præponere debemus extraneo etiã ſancto,in his quæ ſpectant ad opus miſericordiæ in prouidendo ei in neceſſariis,niſi alter magis indigeat, nam tũc tenemur magis extraneo prouidere.86.diſt.paſce ſed Spec.in titu. qui filii ſint legit.col.4. verſi.quid ſi pater,videtur tenere q̃ ſi pater eſt infidelis & æqualiter eget cum extraneo fideli,extraneus fidelis ſit præferendus, nam talis pater potius necandus eſt quàm alendus. 23.q.8. legi. Hoſtien.tamen in ſum.de tempor.ordin.§.& cui.col.5.verſic.ſeptima regula.ibi,quid ſi pater naturalis.tenet patrem eſſe præferendum, cum exhibitio nutrimenti ſit de iure naturali primæuo, cõmuni etiam omnibus animalibus: & quia ſi pater malus ſit, magis ei videtur ſubueniendum,quia ſi moriatur periculum animæ imminet, ſi viuet, ſperandum eſt de miſericordia Dei, qui non vult mortem peccatoris,& qui non venit iuſtos quærere,ſed reuocare peccatores ad pęnitentiam, & hanc opin.tenet Ray.& Goffre.in ſum.eo.tit.de tempo.ord.col.10. ver. ſed pone quòd pater tuus infidelis.

Vidimus aliqua de filiis Iudæorũ baptizatis, quomodo ſe habere dẽant circa parentes infideles,& quæ ab ipſis conſequi pñt:

8 † ſciẽdum modò eſt,q̃ ipſi infidelium,& Iudæorum filii per baptiſmum liberãtur à patria poteſtate,vt eſt tex.iuncta gl.in c.Iudæorum.28.q.j.& nota.per Doct.in c.2.de conuerſi.infi.quia nõ eſt conueniens,q̃ Iudæus habeat filium Chriſtianum in ſua poteſtate, cum etiam ſeruum Chriſtianum habere non poſſit, c.j. & 2.& c.conſuluit.c. fin. de Iudæ.l.vnica C.ne mancip.Chriſtia. & q̃ filii Iudæorum per baptiſmum liberentur à patria poteſtate,no.etiam in Iudæi,el 2.maximè per Fely. ibi, col. fi.eo.titu. & per Moder.in l.Deo nobis.§ is ita.C.de epiſcopis & cler. & Iaſ.in l.moribus.col.6.ver.ſimiliter filii Iudæorum, & per Alex. conſi. 71.põderatis verbis,col.2.vol.3. nam & per baptiſmum quis efficitur nouus homo.c.j.26.diſt.& ſicut dignitas eximit filiũ à poteſtate paterna,auth.ſed dignitas.C.de epiſ.& cler.ita in Iudæo dicendum eſt, cum ad fidem conuertitur & tranſit de terrenis ad cęleſtia, & potitur dignitate ſacerdotali, & diademate regni,c. poſt baptiſmum.de conſec.diſt.4.

Videndum eſt etiam,an Iudæi dicantur habere filios in poteſtate † vel non?& pro parte negatiua facit,qa licèt contrahaẽ in-

9 ter eos verum matrimoniũ,& indiſſolubile.c.de infidelibus. extra de conſangui.& affi.gl.& Doct.in c. quanto, de diuor.illi tñ dñr habere in poteſtate filios,qui contrahunt iuſtas nuptias.l.itẽ qui in poteſtate.ff.de his qui ſunt ſui,vel alie.iu.Sed matrimoniũ Iudæorum non vr̃ tale,cum declinat à ritibus Chriſtianis.c. gaudemus.eo.tit.de diuor. Item quia Iudæi ſunt ſerui,Gen.9.Male dictus pater Canaam ſeruus ſit fratrum ſuorũ. & 23.q.8.diſpar. Vnde patres eorum non debent dici hr̃e filios in poteſtate,cum ipſi ſint ſerui,vt in c.patres.32.q.3.& per Archi.in c. qui ſincera. 45.diſt.vbi eo reſpectu tenet paruulos Iudæorum poſſe eripi de manibus parentum,vt baptizentur per principes,quorum ditioni ſubſunt,de quo tamen vltimo dixi ſupra,c.2.huius 3.par.prin. num.6.& qui dicantur ſerui,vide Ariſt.1.Ethic.7.

Source : BIU Cujas

10 † Contrariam opinionem ſcilicet, ꝙ immò filii Iudæorũ ſint in poteſtate parentum, tenent cõiter Doct. & hęc eſt verior opi. vt no, in c. 2. de conuerſi. infide. vt per Do. Abb. in c. fi. eo. ti. Card. in cle. j. in fine commẽti. de iudi. hoc idem tenet Bal. in d. l. item qui in poteſtate, & Alex. in l. apud Iulianum, alias l. cum ſeruus. §. conſtat. de leg. j. & in l. multum intereſt. ff. de verb. obl. Felyn. in c. Iudæi. el 2. de Iudæ. col. fi. Deci. in c. conſuluit. in 2. no. de appellatio. Alex. conſi. 99. num. 6. vol, 6. & conſi. 13. num. 11, vol. 7. vbi dicit hanc eſſe magis communem, & in conſi. 71. col. 2. verſi. ita etiam Iudæi. vol. 2. vbi dicit non obſtare iura, de quibus ſupra, ꝙ ſint Iudæi ſerui, quia non loquunt̃ de illa ſeruitute, propter quã quis amitteret penitus libertatem, nam & vxoratus dicitur eſſe in ſeruitute. l. 2. ff. de lib. hom. exhi. & tñ cui dubium ꝙ retinet filios in poteſtate. vnde videmus ꝙ Iudęi non detinentur in ſerui tute, nec venduntur, vt reliqui ſerui, & ita ſpecies ſeruitutis eſt inducta à iure canonico, vt per Hoſt. in c. Iudæi. in fi. de teſti. vbi etiam per Abb. in tertio not. & Pariſi. conſi. 2. vol. 4. vbi latè de
11 ſpecie ſeruitutis in Iudæis. † Et de diuerſis generibus ſeruitutis vide per Io. de Ana. in c. item quorundam. col. 2. de Iudæ. & per Domini. in c. ius gẽtium. col. 2. ver. gl. 2. opponit. j. diſt. & latè per Archiepiſ. Florenti. in ſumma, parte tertia, titu. 3. cap. 6. Sed quò ad Iudæos, vt habere dicantur filios in poteſtate, adde ꝙ eãdem opin. tenet Soci. in conſi. 62. col. 4. verſic. 2. pro hac parte. vol. j. & dicit hanc eſſe magis communem, & conſi. 70. in præſenti conſultatione, col. j. verſ. tertiò, quia Iudæi. eo. vol. pro qua opi. videt̃ text. in d. c. 2. in verbo, cum autem filius in poteſtate patris, de conuerſi. infide. quem adhoc ponderat Ioan. de Ana. in c. & ſi Iudæos. colum. fin. in fi. de Iudæ, vbi etiam ipſe tenet eandem opinio. Vnde remanet vera concluſio illa, quòd filii Iudæorum verè dicantur eſſe ſub poteſtate parentum. Pariſi. d. conſi. 2. col. 4. Filii autem hæreticorum non ſunt ſub poteſtate parentum propter crimen læſæ maieſtatis, quod dicuntur committere, vt per Ioan. de Anan. in rubr. de hæreti. verſi. nunquid autem. ſicut & pater inhoneſtæ vitæ, qui non habet filium in poteſtate. Bart. in l. ſed ſi vnus. §. ſi filiofamil. ff. de iniur. nec poteſt ei pupillariter ſubſtituere.

12 † Et quod ſuperius dictum eſt, Iudæos per baptiſmum liberari à nexu poteſtatis paternæ, intelligendum eſt, ſicut in Chriſtianis, vt ſcilicet hoc habeat locum, quando eſſet eis commodum, iuxta not. in auth. ſed dignitas. C. de epiſco. & cleri. ſed ſi hoc eſſet ſibi inutile, & incommodum, tunc non deberent haberi pro ſolutis à poteſtate patris, ſecundum ea, quæ no. gl. communiter approbata in l. ſi ex cauſa. §. Papinianus. ff. de mino. & per Bar. in d. l. item qui in poteſtate. in fi. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & Bal. in l. fi. §. neceſſitate. C. de bon. quæ libe. & no. in c. fi. de iud. li. 6 & in c. per venerabilem. qui filii ſint legi. vnde ſi extaret conſuetudo, vel ſtatutum, vt puta ꝙ morienti ſine liberis in poteſtate, fiſcus in certa portione ſuccedat, tunc ſi moreretur Iudęus habens vnicum filium factum Chriſtianum, talis filius haberetur in poteſtate ad finem excudendi fiſcum, cum ageretur iſto caſu de eius commodo, & ita limitat prędictam concluſionem gl. in c. Iudæorũ 28. q. j. & Fel. in c. Iudæi. de Iudæ. ſcilicet niſi eſſet vtile filio Iudæi baptizato retinere patriam poteſtatem, & allegat Bald. in l. Deo nobis. C. de epiſco. & cleri. & Pau. in l. quę ſub conditione. ff. de libe. & poſth. & ex prędicta concluſione infertur, an Iudæi poſſint filio pupillariter ſubſtituere, quando filius eſt baptizatus, de quo vide Ripam in l. 2. col. 5. nu. 22. ver. tertiò infertur. ff. de vulg. & pup. & quæſtio deciditur ex præmiſſis, & ad hæc faciunt quæ traduntur de monacho, Doct. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, vbi Iaſ. col. 2. de libe. & poſthu.

Liberantur ergo filii Iudæorum per baptiſmum à poteſtate patris, vt dictum eſt quo ad corpus, ſed & à peccato quo ad ani-
13 mam, & à nexu Diaboli; † non tamen liberãtur illico à miſeriis corporalibus, & à pęnalitatibus in actu, ſecus tamen in habitu, & in merito, quia merẽtur reſurgere ad gloriam in nouiſſimo die, & quæ ſit cauſa, ꝙ ſicut per baptiſmum ſtatim tollitur peccatũ animæ, & non tolluntur etiã iſtæ infirmitates corporales, & cur non efficiamur ſtatim impaſſibiles, & immortales, vide Aug. in lib. de baptiſmo paruulorum, & in lib. 12. c. 4. de ciuitate Dei, vbi plures aſſignat rationes, inter quas hæc connumeratur, quia ſi ablato peccato per baptiſmum, non relinqueretur nobis experimentum mortis, nec aliarum infirmitatum, tũc nulla eſſet pugna martyrii, nec virginum, nec aliorum iuſtorum, & per conſequens nulla eſſet corona, quam nemo poteſt adipiſci, niſi legitimè certauerit, ad Timot. 4.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmus, an liberet Iudæum à pęna criminum.*
2 *Iudæus ſuſcipiens baptiſmum in fraudem pęnæ non liberatur à pena delicti.*
3 *Laicus promotus ad clericatum, vel intrans religionem poſt delictum in fraudem, non liberatur à pęna criminis, & per laicum iudicem punitur, & quando dicitur in fraudem fieri.*
4 *Laicus emittens votum clericatus, ſi poſtea delinquat liberatur à pœna mortis, nec poteſt per ſecularem contra ipſum procedi.*
5 *Laicus intrans religionem poſt delictum antequam ſit præoccupata iuriſdictio iudicis ſecularis, an gaudeat priuilegio, remiſſiue.*
6 *Baptiſmus non liberat à reſtitutione male ablatorum, ſicut nec religionis ingreſſus.*
7 *Baptiſmus habilem facit Iudæum ad officia publica, & dignitates.*
8 *Emendatus præfertur illi, qui ſemper fuit bonus.*
9 *Seruus non efficitur liber per baptiſmum.*
10 *Chriſtianus poteſt habere mancipium Iudæum.*

CAP. V.

1 IVdæus, vel infidelis à pluribus eximitur mediante ſacramento baptiſmi: † ſed an liberetur à pęnis delictorum, videndũ eſt, in qua re plures, & maximæ auctoritatis viri tenuerunt, ꝙ Iudęus per baptiſmum euitet accuſationẽ criminis per eum cõmiſſi, prout Calderi. D. Ant. & Feli. in c. de his. extra de accuſat. qui voluerunt ꝙ poſt baptiſmũ non poſſit puniri de delicto antea commiſſo. & dicit Blancus Patauinus in ſua pract. criminali, cau. j. ꝙ ſi Iudæus dum ad ſupplicium duceretur propter delictum petierit ſe fieri Chriſtianum & effectualiter ſe facit baptizare, liberatur à morte. Sed communis opin. Doc. eſt in contrarium, ꝙ ſcilicet baptiſmus non tollat accuſationem, & pęnã delicti, quod tenuerunt Hoſt. D. Ant. & D. Abb. in c. gaudemus, de diuor. & idem Abb. & Maria. & Areti. in d. c. de his, vbi etiam Io. de Ana. qui dicit hanc eſſe cõem opin. & idem tenet Cardi. Alex. in c. deinde. 26. diſt. & Domini. 25. diſt. primum. Iudæus. n. delinquendo offendit Rempublicam, baptiſmus verò operatur remiſſionem peccatorum reſpectu læſionis Dei, tãquam vnum ex ſacramentis nouæ legis, continens in ſe preciũ paſſionis Chriſti. Aliàs quiſq; in fidelis de facili poſt delictũ diceret ſe velle effici Chriſtianus ad pęnam euitandam, vt dicit Abb. in d. c. gaudemus. col. 3. ante fi. ver. in gl. fi. & per Deci. conſi. 130. proponitur ꝙ quidam, vol. j. vbi dicit etiam hanc eſſe communem opin. & per Ruynum cõſi. 13. caſus de quo quęritur, col. fi. vol. 5. vbi dicit etiam, ꝙ eſſet in arbitrio iudicis eligere primam opinionem, licèt hoc dicat ſub dubio.

2 † Quæ cõcluſio cõis indubitãter procederet in caſibus, quando ſubeſſent indicia, ꝙ infidelis baptiſmum ſuſcepiſſet in fraudem pęnę, potiuſquàm intuitu Dei, per tex. & ibi no. in c. ad abolendam. de hæret. maximè per Dominum Abb. ibi, col. j. ver. itẽ nota ſingulariter, vbi quando hæreticus metu pęnæ reuertitur ad fidem, non eſt ei parcendum, quod dicit eſſe notãdum: & qñ eſſent inditia, tunc non ſtaretur iuramento Iudæi de contrario, licèt aliàs ea quæ conſiſtunt in animo probentur per iuramentum, & qñ eſſet accuſatus, vel de crimine diffamatus, tunc etiam eſſet indicium fraudis, vt per Ruyn. vbi ſupra, per ea, quæ tradit
3 Bar. poſt Dynum, in l. j. ff. de pęn. dum cõcludit † ꝙ ſi quis in fraudem poſt delictum efficiatur clericus, ꝙ hoc ſibi non proſit, & in fraudem iſtud dicitur factum & non aliter, quando prius fuerat accuſatus, vel diffamatus de delicto, per l. fi. ff. de his, qui ſibi mortem conſciue. & quòd ſi laicus commiſerit delictum, & formata contra eum inquiſitione vel ſecuta condemnatione efficiatur clericus, vel religioſus, quòd per talem fori mutationem non impediatur iudex ſecularis eum punire, tenent Bart. & omnes in l. cum quædam puella. ff. de iuriſd. om. iudic. & Bar. in dicta l. j. colum. 2. verſic. iuxta prædicta quæro. ff. de pęn. & Alexand. ibi in addit. ad Barto. cenſetur enim poſt accuſationẽ, aut diffamationem, aut ſi fuiſſet in crimine deprehẽſus, id feciſſe in fraudem, vt per Dyn. in l. Vlpianus. ff. de excuſa. tuto. vide Ioan. Andr. in c. j. de oblig. ad ratio. & in c. propoſuiſti. de foro compe. Archidiac. 11. q. 1. D. Anto. in d. c. j. Feder. de Sen. conſi. 97. col. fin. Anch. conſi. 189. colum. pen. Oldra. conſi. 4. & conſi. 235. & conſi. 17. colum. 9. & 13. Alexand. in l. fi. colum. 1. ff. ſi ex noxa. ca. Cęp. conſi. 11. colum. 4. & 5. & conſi. 40. col. 10. & conſi. 68. Andr. Sicu. conſi. 52. colum. 7. volum. 2. Poſſet tamen ſummus Pontifex remittere pęnas criminis, vt per Deci. conſi. 137. vol. j. & etiam quilibet ſummus Princeps, vt latè per Pariſi. conſi. 1. col. 2. vol. 4.

4 Quod tamen ſupra concluſum eſt, fallit † niſi quis feciſſet votum clericatus, vel intrandi religionem, antequàm delictum cõmitteret, nam tunc nullo modo poſſet per iudicem laicum puniri, quaſi votum trahatur retro. & concludit Iaſ. in d. l. cum quædam puella. colum. 2. verſi. limita, &c. & ita dicit tenere Bald. in l. j. C. an ſer. ex fac. ſuo. Dicitque notabile, pro euadendo aliquem à pęna mortis, maximè quia ſtaretur iuramento ſuo, an votum emiſerit ante commiſſum delictum, vt ibi per eum. quod tamen vltimum reprobatur per Claudi. Seiſel. ibi, quod iuramento delinquentis.

5 † Quid autem ſi laicus commiſerit delictum, & antequàm citetur, vel aliter prœoccupetur iuriſdictio iudicis ſecularis ingrediatur religionem, vide per Doct. in d. l. cũ quædam, & in l. ſi quis poſtea. ff. de iudici. & per Cano. in c. propoſuiſti. de fo. compet. & quomodo, & quando intelligatur promotio ad clericatum cũ fraude vel ſine, vide ibi per Maria. Soci. col. 14. & ſeq. ver. reſpondę ex omnibus prędictis.

Et ſicut

Et ſicut Iudæus in caſibus de quibus ſupra, quãdo in fraudem
6 recurreret ad baptiſmum, non eximitur à pęna delicti, † ita etiã per baptiſmum non liberatur à reſtitutione malè ablatorum,& emendatione damni per alium paſſi, nec præiudicat iuri alteri queſito, iam ante baptiſmũ: ex eo enim tertius lędit ur, nec ius illi competens poteſt auferri, ſecundum gl. cum qua omnes tranſeũt, in c. gaudemus, in verbo, poterit obiicere, de diuor. ſicut & per libertatem adeptam non tollitur delictum, ante cõmiſſum in alium. ff. de his, qui not. infa. l. athletas. §. Pomponius, & l. pen. nam per baptiſmum peccata dimittuntur, non autẽ lex. 26. diſt. acutius,& c. deinde,& c. vna. vnde licèt tollantur peccata, & defectus decurrentes ex peccatis, non tamen per baptiſmum tollũtur vitia perſonalia,& perſonæ inhærentia,& ſubinde non tollitur peccatum in quod incurrit, non ſatisfaciẽdo homini per reſtitutionem malè ablatorum. c. ſi res. 24. q. 6. & per Ruy. d. conſi. 13. col. j. per Io. de Ana. in c. Iudæi, el 2. de Iudæ. & per Deci. d. cõſi. 130. vol. j. ſicut ſi quis poſt delictum religionem ingrediatur, non propter hoc tertius, cuius intereſt, amittit actionem ſuam, immo ipſam contra monaſterium poſſidentem bona delinquẽtis poteſt intentare, Inſtit. de acquiſi. per arrogati. §. fin. per Hoſt. in d. c. gaudemus, in fi.

7 † An autem per baptiſmum Iudæus fiat habilis, vt poſſit admitti ad publica officia, à quibus iura ipſos repellũt, vt habetur in l. fi. C. de Iudæ. & c. pe. co. tit. 54. diſt. c. nulla. c. conſtituit. 17. q. 4. & videbatur q̃ non, per tex. in d. c. conſtituit. ſed cõtrarium eſt verius, videlicet q̃ Iudæus per baptiſmum habilitetur ad offi. publica, per tex. in c. eam te. de reſcript. & ibi D. Abb. in vlt. no. Ibi eñ patet, q̃ Iudæus, effectus Chriſtianus, eſt capax beneficii Eccleſiaſtici, & poteſt impetrare etiam in Eccleſia cathedrali: nec eſt cõtemnendus, quia fuerit Iudæus, ſed commendandus, quia ad fidem conuerſus, & ſi poteſt habere Eccleſiaſtica beneficia, ergo & ſecularia, vt bene tenet Iaſ. in rub. ff. de iuſti. & iu. col. j. in fi. pro quo allegat gl. in c. obeuntibus. §. fi. in gl. magna, ad fi. 63. diſtinct.
8 † Quæ vult, q̃ emendatus præfertur illi, qui ſemper fuit bonus. item Abb. in c. ſi clerici. §. de adulteriis, col. fi. de iudic. circa finẽ, qui dicit q̃ quis ſublata macula,& peracta pęnitentia, incipit eſſe nouus homo, c. ferrum. 50. diſt. & de baptizato, q̃ dicatur nouus homo, eſt tex. in c. 2. 26. diſt. ſicut de ſeruo manumiſſo, qui ẽt dicitur homo nouus, tex. in l. ſi ſeruus legatus; in fi. ff. de adimen. lega. Nam per aquam baptiſmi fit tranſitus de terrenis ad cœleſtia,& de inquinamento ad ſanctificationem, vt habetur de cõſecrati. diſt. 4. per totum, maximè autem in c. per aquam,& c. nõ poteſt. vnde ſi baptizatus eſt dignus donis cœleſtibus, multo magis terreſtribus,& vanis. Non obſtat tex. in d. c. cõſtituit, quia loquitur ille tex. de illis Iudæis ad fidem conuerſis, qui poſt cõuerſionem CHRISTVM blaſphemant,& alia committunt, de quibus in c. pleriq;, de conſecra. diſt. 4. Qui intelliguntur perpetrare ritus Iudaicos, vt ibi dicitur, & ideo ſunt indigni honoribus, & dignitatibus, de quibus etiam Iudęis retinentibus reliquias ritus Iudaici, vt puta nomen, quo exiſtẽs Iudęus appellabatur,& exercitium vſurarum,& conuerſationem cum Iudæis, vide Crauet. conſi. 73. col. 3. vol. j. item dictum c. conſtituit, habet plures intellectus, vt per Io. de Ana. in c. cum ſit, col. pe. ver. vltimò quia tex. eo. tit. & licèt ibidem contrarium teneat, videlicet q̃ text. in d. l. fi. C. de Iudæ. & in d. c. cum ſit, habeat locum etiam in Iudæo facto Chriſtiano, ſiue de recenti, ſiue non, per d. c. conſtituit, vbi etiam Archidia. idem tenet,& Roman. ſing. 672. tamen Felin. in d. c. cum ſit, de ipſis admiratur, dicens q̃ ſi talis non repellitur ab ordinibus,& beneficiis Eccleſiaſticis, d. c. eam te. multo minus debet repelli à ſecularibus officiis,& ad c. conſtituit, reſpondet, vt per gl. ibi videlicet, vt loquatur in nouiter conuerſis, & in eis dicit nõ eſſe mirum, per tex. in c. j. 48. diſt. & idem tenet Claudius Seiſellus in rub. ff. de iuſti. & iure, col. fin. in fi. per d. c. eam te. licèt neophiti, i. nuper baptizati. c. neophiti. de conſecra. diſt. 5. prohibeantur ordinari ad ſacros ordines maiores. cap. quoniam. 48. diſtinct. quia minoribus ordinibus non ſunt prohibiti, vt ibi per Archidiac. & in cap. quicunque. 77. diſtinct. & per Domini. in c. ſicut. ea. diſtinct.

Et quod ſupra dictum eſt, Iudæum baptizatum eſſe capacem beneficij Eccleſiaſtici & nõ repelli ab ordinibus ſacris, limitatur nõ habere locum in baptizato in ægritudine. is enim presbyter ordinari non debet. c. ſi quis in ægritudine. 57. diſt. & hoc ſublimitatur in duobus caſibus, vt ibi.

Licèt per baptiſmũ quis efficiatur nouus homo, vt proximè
9 dictum eſt: per baptiſmum † tamen non deſinit quis eſſe ſeruus, quia libertas non datur per baptiſmũ, ſed remanet adhuc ſeuus Chriſtianus. quod eſt contra cõem opinionem vulgariũ, qui credunt q̃ ſtatim, q̃ aliquis eſt baptizatus, efficiatur liber. ita Ang. in l. vnica, C. ne Chriſtia. manci. & Ioan. de Ana. in c. j. de Iudæ. & Roma. conſi. 288. in caſu propoſiti, & non prohibetur Chriſtianis habere Chriſtianum ſeruum, & habetur in l. multũ intereſt, ff. de verb. oblig. prohibetur enim Iudæis habere Chriſtianũ mãcipium: nam infidelium ſerui, ſi accipiunt fidem Chriſti, efficiũtur liberi. c. fraternitatem. 54. diſt. ergo Chriſtianis eſt cõceſſum. & no. in c. conſuluit. el 2. de appella. & in c. j. c. multorum, c. ſicut. c. fi. de Iudæ. & per Arch. & alios, in c. mancipia. 54. diſt. Et quamuis Iudæus factus Chriſtianus non deſinat eſſe ſeruus, quia ſeruitus eſt introducta de iure diuino, arg. 35. diſt. ſexto. & per ius gentium, & iure canonico confirmata. c. Eccleſiarum. 12. q. 2. vbi tamen de conſuetudine non ſolent Chriſtiani eſſe ſerui, pium eſſet conſulere Dominis, vt eos manumitterẽt, vel ſaltem pro pecunia mendicata, vel ſeruitio ad tempus præſtito, ſecundum arbitriũ boni uiri redimeret ſe. 12. q. 2. cum redemptor. Si quis autem contrarium faceret, non peccaret.

10 † Licitum eſt aũt Chriſtianis habere mancipium Iudæum, vt no. in d. c. mãcipia. & tex. in c. ſi Iudæos. de Iudæ. & in c. diſplicet. 24. q. 4. Non tamen debet cũ eo morari, ita q̃ eum habeat familiarẽ. 34. q. j. ſæpe. & c. nullus. ſed faciet ſeorſum habitare deputã do eum ad cuſtodiã porcorum vel hortorũ, & de hoc vide San. Tho. in 2. 2. q. 10. ar. 9. Si tñ domini periculũ immineret ex cõione talis ſerui, deberet eũ à ſe abiicere, iuxta illud Matth. 5. ſi pes tuus, &c. & ſi voluerit fieri Chriſtianus, nõ poteſt dominus prohibere, q̃a ſpiritus ſancti vocatio vincula ſoluit. 19. q. 2. duæ ſunt. Ad præmiſſa adde, Iudæos poſſidere poſſe Chriſtianum mancipium, niſi Chriſtiani illud oblato precio Iudæis redimant. hoc dicitur in Concilio Aurelian. 3. Can. 11. & Concilio Aurelian. 4. Can. 18. Et in Concilio Matiſconenſi, Can. 10. & in hoc, differentiam inter ius ciuile & canonicum ſtatuit Proſdoci. de Comi. in tracta. de differentia inter ius ci. & can. nume. 146. per tex. in c. j. & c. fi. de Iudæ.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus ad fidem conuerſus poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianum.*
2 *Iudæa ad fidem conuerſa gaudet priuilegio tacitæ hypothecę in dote.*
3 *Filius Iudæi ad fidem uerſus, an poſſit petere ſibi aſſignari legitimam in bonis patris viuentis.*
4 *Conuerſio ad fidem abolet omnem ingratitudinem, quam cõuerſus in patrem commiſiſſet.*

CAP. VI.

1 PEr ea, quę dicta ſunt in prędcedenti ca. poteſt inferri, † q̃ Iudæus conuerſus ad fidem põt eſſe teſtis contra Chriſtianum, quia ante conuerſionem prohibetur, c. Iudæi. de teſti. Spec. in tit. de teſte, col. 18. ver. item q̃ eſt Iudęus. licèt Feli. in d. c. Iudæi, contrariũ ſentiat, in Iudæo neophito, vel nouiter conuerſo, vt non poſſit teſtificari contra Chriſtianum, per tex. in c. non poteſt. 2. q. 7. Sed tenendo contrarium poteſt reſponderi ad illum tex. q̃ ibi requiritur prędaricatio in fide, vt repellatur à teſtimonio, non autem q̃ ſimpliciter ſit de nouo ad fidẽ conuerſus,& hoc dicitur expreſsè in d. tex. in prin. videlicet q̃ non poteſt quis erga homines fidelis & ſic teſtificãdo, q̃ Deo extitit infidelis prædaricando in fide: intelligũtur enim tales, q̃ prædaricantur, iudaizare. c. pleriq;, de conſecra. diſt. 4. & tanquã hæretici habentur, c. contra Chriſtiãnos. in prin. in verbo, redierint,& ibi gl. de hæreti. in 6. & tex. in c. Iudæis, 45. diſtin. limita tamen hanc concluſionem non procedere, quando nouiter conuerſus produceretur in teſtem ſuper facto, quod euenerat tempore, quo erat Iudæus, vt per Rom. Sing. 697. veniamus. Marſili. Sing. 107. & 173.

2 † Et ſimiliter Iudæa ad fidem conuerſa gaudet priuilegio tacitæ hypothecæ, de quo in l. aſſiduis. C. qui potio. in pig. habean. & prælationis, vt per Hoſt. in c. gaudemus. col. 2. verſi. ſed eſt argumentum, de diuor. nam ſi Imperator põt dare hoc priuilegium, multo fortius Deus, argumen. 30. q. 4. ita diligere. & Abb. in d. c. gaudemus, col. fin., idem tenet poſt alios ibi, dicens tamen rationem, de qua ſupra, parum concludere, quia non apparet q̃ per baptiſmum Deus voluerit hoc cõcedere, ideo ipſe pro hac opi. allegat. text. in auth. item priuilegium. C. de hęret. vbi dicitur q̃ priuilegium dotium non competit his, qui non participant de fide: ergo, dicit ipſe à contrario, omnibus participantibus competit,& ſatis eſt q̃ tempore quo vult vti priuilegio, ſit in fide, & ſic qualitas illa fidei orthodoxæ ſit tempore vſus priuilegij, argum. l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. & ita cõmuniter tenent Doc. in d. c. gaudemus. & pro hoc facit, q̃ priuilegium, de quo in d. l. aſſiduis. competit etiã Iudeæ in bonis mariti, vt dictum eſt parte 2. c. j. nume. 9. ergo multo magis conuerſæ ad fidem, c. Iudæi. el 2. de Iudæ. licèt quo ad Iudæam D. Iaſ. in §. fuerat. col. 24. num. 113. dicat contrarium tenere Cyn. & Nico. in l. j. ff. ſolu. matri. dicitq; illud notandum bene ad limitationem d. §. fuerat. & q̃ dictum eſt de Iudæa conuerſa, idem dicẽdum eſt de hæretica, quę abiuraret hæreſim,& rediret ad fidem, quia recuperaret dictum priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis mariti, quod per hæreſim amiſerat, d. auth. item priuilegium, ita limitat D. Abb. in d. c. gaudemus, circa fi. & D. Ant. Neguſanti. in tracta. de pig. & hipo. 2. par. 4. membro, num. 73.

3 † Quæro etiam, an filius Iudęi ad fidẽ conuerſus poſſit petere ſibi aſſignari legitimã in bonis patris viuentis? & qõ eſt ſatis dubia, & pro parte negatiua facit, q̃ Iudæi vtuntur iure communi Romanorum, & ſecũdum iura ciuilia ſunt eorum cauſæ terminandę,

Source : BIU Cujas

minandæ, prout latiſſimè dixi ſupra, in 2.parte princip. c.j. cum ſeq.ſed eo.iure ſecundum communem opi. filius non poteſt petere legitimam in vita patris.l.Papinianus.§ quarta,& ibi not. ff. de inoffi.teſta.Bart.& alii,in l.is poteſt.ff.de acquiren. hæredi. & in l.j.§.impuberi.ff.de collati.bono.& in l. fi. ff. de libe. agno. & Cano.in c.Raynutius.de teſta. Item quia per baptiſmum nõ tol litur lex.26.diſt.acutus,& c.deinde.& conſequenter nec ius quęſitum patri,vt filius eo viuente poſſit petere ſibi aſſignari legitimam in bonis ſuis.ſed pro contraria parte facit tex.in c.Iudæi.el 2.extra de Iudæ.in verbo,melioris conditionis ad fidem conuer ſos eſſe oporteat,q̃ anteq̃ fidem ſuſceperint, habebãtur. per quẽ tex.& alia iura,& rationes, hanc partem tenet Io.de Ana. in d.c. Iudæi.col.2.verſic.nunquid autẽ filius.& tex.ibi ſimpliciter man dat conuerſis ad fidem exhiberi ex integro portionem hæreditatis,& bonorum ſuorum:nam ex quo ſimpliciter loquitur, videtur poſſe intelligi etiam in vita parentum, quia ſi cõuerſus ad fidem deberet expectare mortem parentum,non poſſet dici ipſos filios conuerſos eſſe melioris conditionis,q̃ non conuerſos, cuius contrarium vult ille tex.Felynus autem ibi non firmat pedes.ſed ſi quis vellet adhærere primæ opinioni, poſſet reſponde re ad tex.in d.c. Iudæi. ipſum retorquendo in contrarium, nam ibi fit mentio de portione hæreditatis,quod verbum hęreditas, præſupponit mortem l.hæreditas. ff.de reg.iur.vbi dicitur,hæreditatem nihil aliud eſſe q̃ ſucceſſionem in ius vniuerſum,quod defunctus habuit tempore mortis, & hæreditas non dicitur viuentis.l.j.cum gl.ibi in verbo,qui viuit.ff.de hæredi.vel acti.vendi.Sed tutior,& æquior videtur opin. quam tenet Io. de Ana.fauore Chriſtianæ religionis,cuius cauſa plura concedũtur, vt ibi
4 per eum.† Notandum eſt etiam circa conuerſionem ad fidem, quòd omnis ingratitudo, quam conuerſus commiſiſſet erga parentes,aboletur per conuerſionem, vt per Hoſtien. & alios in d.c.Iudæi pro quo Fely.ibi allegat tex.in c.non licet.19.q. vlt. argumento à fortiori, vbi ſi filio Chriſtiani per ingreſſum religionis omnis ingratitudo abeletur,fortius Iudæo conuerſo, qa opus ſuum eſt valde dignius,faciunt quæ no.per Doct. maximè per D.Ias.in l.in arenam.C.de inoff.teſta.de filio,& filia emendatis,& pœnitentiam agentibus,& quæ tradit Campeg in tractatu de dote,q.47.incip.an Iudæus.

SVMMARIVM.

1 *Conuerſus ad fidem,an poſſit manere cum vxore infideli.*
2 *Diſpenſare,quomodo poſſit ſummus Pontifex ſuper matrimonijs tam per copulam conſummatis,quàm non conſummatis.*

CAP. VII.

ET quia ſæpe Iudæi(& idem de aliis infidelibus poteſt cõtingere) veniunt ad fidem,vxoribus remanẽtibus in Iudaiſmo,vel infidelitate, videndum eſt vtrum coniunx ad fidem conuerſus poſſit manere cum vxore infideli,
1 nolente conuerti,cum qua in infidelitate contraxit?† In quo dicendum eſt q̃ conuerſus ad fidem põt manere cum vxore infideli,cum qua in infidelitate cõtraxit (nam inter infideles eſt vernm matrimonium,licet non ita firmum,& ratum), & indiſſolubile,ſicut inter Chriſtianos.c.de infidelibus,de cõſangui. & affi. c.quãto.c.gaudemus,& ibi no.de diuor.) & q̃ poſſit manere cũ ea,adducitur tex.in c.ſi quis Gentilis.28.q.j.& Paul.ad Cor 7.ibi, ſi quis frater vxorem habet infidelem,& hęc conſentit habitare cum illo,non dimittat illam. & iſte erit caſus ſingularis, in quo poterit eſſe matrimonium inter Chriſtianum,& infidelẽ.& hoc eſt ideo,quia matrimonium fuit ab initio inter ipſos contractũ, cum aliàs matrimonium inter Chriſtianum, & infidelẽ non teneret,vt dixi ſupra,in 2.par.c.3. nu. 15. Sed nõ tenebitur cum ea habitare,ſi non vult conuerti.28.q.j.ſi infidelis.ſiue ſit Gẽtilis,ſiue Iudæa,& no.in d.c.quãto.& hoc ideo eſt ſtatutũ modernis tẽporibus,quia in primitiua Eccleſia tempore Apoſtolorum, paſſim conuertebantur ad fidem Iudæi,& Gentiles,& ideo vir fidelis tunc poterat habere probabilem ſpẽ de cõuerſione infidelis, etiam ſi conuerſionem non promitteret, pro quo tempore dicit Apoſtolus.i. Cor. 7. Sanctificatus eſt vir infidelis per mulierẽ fidelem,& è conuerſo;& pro illo tempore eſt intelligendũ conſilium Apoſtoli,de quo ſupra,poſtea autem procedente tempore,& modernis temporibus,Iudæi,& Gentiles, qui Iudaizare cęperunt,ſunt facti magis obſtinati, & corde obdurati, propterea vxor infidelis,niſi conuerti velit, non permittitur viro conuerſo cohabitare,ſiue ſit Iudæa,ſiue Gentilis. & ſic concludendum eſt,q̃ ſi coniunx,qui remanſit in infidelitate,non vult cohabitare fideli conuerſo,vel vult habitare,non ſine blaſphemia diuini nominis,& iniuria creatoris,vel ſine peccato,tunc matrimoniũ inter eos in infidelitate contractum,diſſoluitur,vt d. c. quanto, & ibi per Doct.vnde verſus.

Deſere ſpernentem, vel blaſphemare volentem,
Vel te credentem ſcelus ad mortale trahentem.
Nam ſunt, abſq; mora, ſic vincula rupta priora,

Et his tribus caſibus ſoluitur matrimonium, non per ſententiam,ſed ipſo iure,ſcilicet, propter contumeliam creatoris, vel quia non vult cohabitare,vel cohabitans blaſphemat,vel trahit ad mortale peccatum,& ideo fidelis debet ad hoc adhibere teſtes,vt de ſecundo matrimonio dubitare nõ poſſit, vt per Hoſt. & alios,in d.c.quanto.& per tex.in c.ſimili modo.& c.ſi infidelis. 28.q.j.& ex illo Apoſtoli.j.Corinth.7. Si infidelis diſcedit, diſcedat,&c.Non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater vel ſoror in eiuſmodi.Dicunt tamen Doc.tutius eſſe,vt iudex aſſignet diem in-
2 fideli,ad ſe conuertendum,vel ad habitandum † cum conuerſo ſine contumelia creatoris,ſecundum Hoſt.& Io. And. & Henri.in d.c.quanto.& Archi.in d.c.ſi infidelis,& Aſtenſem in ſum. lib.8.c.de diſparitate cultus.arti. 2. ver. vtrum autem conuerſus. vbi etiam de adhibendis teſtibus, quod infidelis requiſitus cohabitare recuſet,vel cohabitans blaſphemet,vel cum trahere nititur ad mortale peccatum.De duobus autem fidelibus, quorum alter labitur in hæreſim,vel Gentilitatis errorem, utrum uinculum matrimonij inter eos diſſoluatur,uide Henri.in d. c. quanto.col.2.& Aſten.ubi ſupra.

Ex ſupradictis habes caſum ſingularem, in quo Papa, uel Eccleſia diſpenſat ſuper matrimonio conſumato per copulam carnalem, uidelicet inter infideles, quando alter coniux ad fidem conuolat,ut per Abb.in d.c.quanto.qui dicit no. caſum, in quo uerum matrimonium conſumatum per carnalem copulam diſſoluitur,quando alter infidelium uenit ad fidem, reliquo nolẽte ſecum cohabitare, uel non ſine blaſphemia diuini nominis. & uide Boer.conſi. 20. Inter infideles autem in matrimonio nõ conſummato, uerum eſt q̃ Papa latiſſimam habet poteſtatem, & ex conſenſu cuiuſcunque ſponſi ex poteſtate abſoluta, poteſt matrimonium diſſoluere,nulla legitima cauſa ſubſiſtente,ex poteſtate uerò ordinaria poteſt,ex aliqua tamen cauſa rationabili, ut per gl.in c.ex publico.in uerbo. conſummatũ.de conuer.cõiuga.quam Hoſt.Io.And.& alij cõiter ſequuntur, & Arch. in c. quapropter.27.q.2.Bal.in l.Deo nobis.col.2.uer.ulterius not. C. de epiſc.& cler.idem Bal.in l.j.ante fi.C.de ſponſali.Fely.in c.quę in Eccleſiarum.col.7.uer.& hinc eſt. de conſti. Et quomodo intelligatur id,quod dictum eſt,de iuſta cauſa,& conſenſu partiũ, uide D.Præceptorem meum Gozadi.conſi. ſuo 2.col.4.ubi latè, & ad dictam concluſionem uide Pet.de Ancha.conſi.239.parũ dubitationis,& conſ.373.reuocatur in dubiũ.& eſt no. Deci.cõſi.112.in preſenti conſultatione.uol.j.quod edidit in caſu diſpenſationis matrimonii in hac ciuitate noſtra Vtinenſi, Soci. Sen. conſi.28.circa primum quæſitum.uol. j. Hinc eſt q̃ Papa poteſt ſtatuere,ut per ſecundum matrimonium conſummatum,tollatur primum non conſummatũ. c. tuas.& ibi not.de ſponſa.duo. & ita dicit communiter teneri,Io.de Imo.in c. fi. de tranſact. & Maria.d.conſi.28.col. 2. In matrimonio autem conſummato p copulam carnalem inter fideles non poteſt Papa diſpenſare, & eo caſu habet locum quod dicitur, quos Deus cõiunxit,homo non ſeparet,ut in c.inter corporalia.de tranſla.præla.32.q.j.c.dixit Dominus,33.q.2.quos Deus. Marci 10. Matth. 5. Lucæ 19. quod quidem euangelium loquitur de conſummato, ut habetur in d.decretali,ex publico.ubi Abb.& alii.Archid. in d.c.quapropter,& eſt tex.optimus in d.c.quanto.ſecundum Abb.ibi, in 3.not.& per Bald.in d.l.Deo nobis.colum.2.in fi. nam matrimonium conſummatum denotat unionem,& conformitatẽ, quæ eſt inter Deum, & Eccleſiã per aſſumptionem carnis humanę. c.debitum.de biga.& ſicut figuratum eſt indiſſolubile, quia carnem quam Deus aſſumpſit nunquam dimiſit: ita & matrimonium illud figurans debet eſſe indiſſolubile,ſicut figuratum, gl. in d.c.quapropter,& Hoſt.in d. c. ex publico. & iſta eſt communis opi.Doc.in locis præallegatis,& in c.ex parte.el 2.de conuer. coniuga.& in c.propoſuit.de conceſſ.præben. & Pet. de Ancha. in c.Canonum ſtatuta.col.6.de conſtit.Ratio autem, quare matrimonium per uerba de præſenti contractum,& non conſummatum,mediãte copula carnali poſſit Papam ſeparari,ea eſt, ſcilicet quia in hoc ſignificatur ſolum cõiunctio fidelis animę ad Deum,nam anima ſæpe peccando ſeparatur à Deo,& ideo ſicut ſignatum recipit ſeparationem, ſic & ſignans tale matrimoniũ non conſumatum, ſed conſummatum rem indiſſolubilem ſignans,ut dictum eſt,ideo & ipſum indiſſolubile permanet: nam & conſummatio quæ conſiſtit in facto, non poteſt haberi pro nõ facta. 33.q.5.ſi Paulus.l.in bello.§.factæ. ff. de cap.gl.in d.c.inter corporalia.& no.ubi ſupra.

Qualiter autem ad fidem conuerſus formabit libellum in caſibus pręmiſſis ſupra,in princ.uide Spec.in tit.de diuor.uerſi.eodem modo,col.j.Et utrum coniux infidelis dimiſſa, poſſit cum alia perſona contrahere illo uiuente,uide in c.ſi infidelis.38.q.2. & Aſten.in ſum.lib.8.de diſparitate cultus,art.2,q. 12. de quibus etiam uide S.Tho.4.diſt.39.art.3.4.& 5.

SVMMARIVM.

1 *Iudæa ad fidem conuerſa,an poſſit repetere dotem,ſibi ab eius patre conſtitutam,viro remanente infideli.*
2 *Iudæa ad fidem conuerſa,an poſſit conſequi dotem ſuam ab epiſcopo poſt conuerſionem,tanquàm perſona miſerabilis.*

AP.

Source : BIU Cujas

CAP. VIII.

QVæro vlterius, ſi vxor Iudæi eſt cõuerſa ad fidem, (quo caſu poteſt retinere cõem ſobolẽ penes ſe, iuxta text. in c.ex literis,extra de cõuerſio.infid. & in c.Iudæi. 28. q.j.) † an ipſa ad fidem conuerſa poterit dotem ſibi à patre conſtitutam repetere à viro remanente in infidelitate & ipſam dotem ſalua conſcientia retinere? & videtur dicendum ꝙ ſic,nam communis eſt Doct.ſententia,in c.gaudemus.de diuor. ꝙ Iudæa conuerſa ad fidem, gaudeat priuilegio dotis conceſſo per Imperatorem mulieribus in dotibus repetendis, de quo in l.aſſiduis. C. qui pot. in pigno. habean. vt ibi per Abb. qui dicit, Doct.ita concludere,vbi idem tenet Petr.de Anch.Ioan.Andr. & alii.Pro qua concluſione,D.Abb. allegat tex. in authen. item priuilegium.C.de hæret.& Bal.Nouel.in tract.de dote,in 11.par. col.fin.circa princip. Et facit ꝙ melioris conditionis eſſe debet conuerſa ad fidem quàm Iudæa, vt dicit tex.in c.Iudæi.el 2.extra de Iudæ. Sed dictum priuilegium competit etiam vxori Iudeæ, ergo fortius ad fidem conuerſæ.Quam concluſionem intelligo procedere in terris,vbi Iudęi ex permiſſionibus Principum prę uia auctoritate ſedis Apoſtolicæ,exercent vſuras,ſecundũ com munem Italiæ conſuetudinem.

Nec dictæ concluſioni obſtare poteſt, ꝙ infidelis conuertẽs ſe ad fidem, tenetur reſtituere ea quæ ex vſuris acquiſita ſunt ,c. Iudæi.de conſecra.diſt.4.& de pęnit.diſt.5. c. falſas, cum ſimi. Et ꝙ propterea dolo faceret petere,quæ ſtatim eſſet reſtitutura, videlicet dotem ex vſuris acquiſitam: quia reſpondetur, quod attẽto tempore conſtitutionis dotis filiæ Hebrææ per patrem Iudæum,bona dotantis,non intelliguntur affecta,nec reſtitutioni ſubiecta,cum licita fuerit ei fœneratio, ſubſiſtente dicta conſuetudine,& bulla Papali Martini,& Eugenii,de qua re latè dictum fuit ſupra, par. j. c. 11. Et ex iſta cauſa concludit Campeg. in ſuo tract.de dote,par.j.q.47.ꝙ vſuræ extortę ab Hebręis non poſſunt ab ipſis repeti,nec eſſe in caſu reſtitutionis, nam ipſi Iudæi ad illarum reſtitutionem tenerentur aliàs. c. poſt miſerabilem. cap. quanto.extra de vſur.

Et pro concluſione prædicta facit, quod tradit Federicus de Senis conſ.63.incip.quidam vſurarius, vbi tenet ꝙ dos conſtituta per patrem vſurarium,nihil aliud habentem in bonis,pro creditoribus ſuis ſatisfaciendo, non poſſit repeti ab ipſa filia vſurarii patre defuncto,& marito,quod erat magis dubium, quam in dote per Iudæum conſtituta filiæ,de pecunia vſuraria,ſtantibus prælallegatis,& opin.Federici refert & ſequitur Laurent. de Rodul.in tract.vſura.quæſt.72.in fin.& Ioan.de Ana. in cap. cum tu, colum. 7. verſic. extra gloſſ. de vſur. dicens quòd opin.Federici procedit de æquitate, ſcilicet, ne filia fame pereat, & non de rigore,prout dixit Abb.in d.c.cum tu.allegat etiam Bald.ſequentem opin. Federici, in l. eam quam . C. de iure dot. vbi tamen Bald. diſtinguit in dote data à patre vſurario in quantitate, ſecus ſi fuiſſet datus fundus in dotem,quia tunc tranſiret cum ſuo onere.& ſi opin.Federici eſt vera, vbi dos fuit ſoluta ex pecunia merè vſuraria, vt poſſit p filiã vſurarii retineri,nec ab ea repeti, tanto magis dicendum eſt in dote cõſtituta per patrem Hebręũ ex fœnebri pecunia,non ſubiecta reſtitutioni,vt dictum eſt.Sed opin.Federi.& Abb.reprobat in caſu, quo loquuntur, Alex. de Neuo,conſi.98.caſus talis eſt. col.5. & per bona iura concludit, ſcientem ſe non eſſe ſoluendo, non poſſe dotem conſtituere filiæ in fraudem creditorum.

Et pro dicta concluſione principali facit etiam cõmunis ſententia Doct.quæ habet,ꝙ pater Iudęus vel alterius ſectæ tenetur dotare filiam orthodoxam, & filio donationẽ propter nuptias conſtituere.l. cognouimus. cum ibi not. C. de hæret. Item filio conuerſo alimenta præſtare, vt ibi per Salyc.& alios, & Bal. in l. mater.C.de iure dot.Io.de Ana.in c.Iudæi.el 2.ex̃ de Iudæ. Ang. Inſti.de act.§.fuerat. qui dicit illis diebus habuiſſe de facto, prout etiam ſe de facto habuiſſe refert ibi Iaſ. in ciuitate Papiæ, præſupponentes dicti Docto. præmiſſa licitè haberi poſſe, à patribus Hebræis, qui communiter & vbiq; degentes conſueuerunt exercere vſuras.

Nec præmiſſæ concluſioni obſtant,quæ tradit Campeg. in dicto ſuo tract.de dote,q.47.inci.an Iudæus, qui concludit, filiam Iudæã effectam Chriſtianam nõ poſſe petere ſe dotari in bonis patris Iudæi vſurarii, & ſi mortuo viro dos ipſa foret ad illum reuerſa,ꝙ teneretur eam reſtituere illis perſonis,à quibus ſunt vſuræ extortæ.nam rñdetur ꝙ in cõtrarium eſt cõis opinio Doctorum,ꝙ ſcilicet filia Iudæa facta Chriſtiana poſſit petere ſe dotari in bonis patris Hebræi,vel etiam alterius ſectæ,prout ſupra cõcluſum eſt,immo & legitimam petere à patre, & quod plus eſt ab ipſo parente etiam in eius vita,cum aliàs ſecus ſit in Chriſtianis,per l.Papin.§.quarta.ff. de inoff. teſt. prout tenet Io.de Ana. in d.c.Iudæi.& ad ea etiam quæ tradit Campeg.in d.q.47. poteſt reſponderi,vt procederet in dote patris Hebræi exercentis vſuras in locis,vbi non eſſet conſuetudo præallegata, & non ſubeſſet conceſſio ſedis Apoſtolicæ.

Et tenendo hanc partem,poſſet etiam reſponderi ad ea, quæ tradunt Docto.in d.c. cum tu.de vſur. dum reprobant opin. Federi in d.conſi.63. ꝙ loquuntur in patre vſurario Chriſtiano, & non habente niſi pecuniam vſurariam,vt ibi per eos,& ſic in dote, q̃ ab initio cõſtitutionis eius erat affecta onere reſtitutionis, quam recipit filia cum ſuo onere.c.paſtoralis.de deci.& eſt text. in d.c.cum tu,quod ceſſat in patre Hebræo etiam vſurario dotãte filiam cum pecunia fœnebri, cum prædicta conceſſione, & ſubſiſtente conſuetudine præallegata,licet vt dictum eſt, plures maximæ auctoritatis viri ſecuti ſint ſententiam Federici.Sed vlterius cogitanti,mihi videtur ꝙ alia opinio ſit verior, quia magis communis,& animę ſalubrior.Nec obſtant indulta ſummorum Pontificum, quia loquuntur donec permanent in Iudaiſmo,quo caſu de his quæ foris ſunt nihil ad nos: ſed quando cõuertuntur ad fidem, tunc tenetur reſtituere quæſita ex vſuris. d. c.Iudæi.cum concord.& hanc opin.veriorem dicit Io. Lupus in c.per veſtras.ſuper Rub.§.65.col.7.& 8.nec ad hunc caſum extẽduntur conceſſiones Pontificiæ.& non obſtant etiam cætera ſupra oppoſita,circa dotem,alimenta, & legitimam, quia debent intelligi vt debeantur per patrem Hebræũ de aliis bonis, quàm de vxoris,iuxta no.per Innocen.in c.quod ſuper,de voto, Abb. in c. Iudæi,el 2.de Iudæ.Nec obſtat,quòd ſi reſtitueret dotem, fame periret,quia potius debet ſibi victum quærere ex ſuis laboribus & technis,vel etiam hoſtiatim victum mendicare,quam viuere de rapina,iuxta no.per Anch.in repet.c. peccatum, de reg. iur.in 6.Hoſtien.in tract.de pœni.§.quibus.col.4. verſi. quod his quæ comedunt, cum ſeq. & per Io. de Ana.in c.quanto.col.fin. extra de vſur.

Sed dato, quòd Iudæa effecta Chriſtiana non poſſet eius dotem repetere à marito vel eius hęredibus,† quęro an ſaltem alia via ipſam conſequi poſſet, videlicet tanquam miſerabilis perſona ab epiſcopo,iuxta no.per Hoſtien.in c.cum ſit. de Iudæ. & in d.c.cum tu.& in ſum.de vſur.& in ſumma de pœniten.& remiſſ. §.cui confitendum,verſic.tu dic,& in §.forma.verſic.ſed vbi,& Bald.in c.j.§.furtum,in titu.de pace iur.firm.Archidic.in c. 2.de teſta. in 6. Et tenendum eſt, quòd ipſam dotem poſſit petere ab epiſcopo, vel ab eo ad quem ſpectat talis diſpenſatio, cum iura hanc diſtributionem remittant arbitrio ſuo, & non magis vni quàm alteri,cum talis erogatio non concernat principaliter fauorem pauperum,ſed animam; nec curãdum eſt cui detur,dum modò bene detur,vt per Io. de Ana.in d. c. cum tu,colum. 8. & ſequen. & hoc tenet San. Bernardi. in tracta. de reſtitu. relatus per Ioan.Lupum vbi ſupra,col.8. Et hoc ſemper intelligendum eſt,non extantibus certis perſonis,quibus talis reſtitutio eſſet facienda.Nam quando ſcitur à quibus extortum eſt, tunc ei faciẽda eſt reſtitutio,dicto ca. cum ſit, & ibi per Doct. maximè Henri. diſtinguentem diuerſos caſus, & per quem debeat fieri reſtitutio malè ablatorum, & per Aſten. in ſum. lib. 3. titu. de vſur. artic.6. quæſt. incip. cui eſt vſura. Sanctus Thom. in ſum. quæſt. 78.art.3.& 4.& de edictis in præmiſſis faciendis vide Fede.de Senis,conſi.253.in quæſtio.5.Stricchæ,& Alexan.de Neuo, d.conſi.98.num.12.

Et hoc ſpecialiter, & expreſsè ſancitum reperitur per conſtitutionem Papæ Pauli III. quæ mihi oſtenſa fuit in quodam folio,& Romæ impreſſa, prout etiam fuerat prius determinatum in Concilio Baſilienſi, ſeſſione 19. de quo quidem Concilio latè habetur per Do.Abb.in ſuo trac.eiuſdem Concilii,incip.quoniam veritas, licet nõ viderim ipſum approbatum per Eccleſiã, prout firmat Tho.Cãpegius in tract.de poteſt.Papæ.q.24. Et Cataldinus de Boncompagnis,appellat illud Concilium acephalũ & monſtruoſum,in tract.de ptãte Papę,vnde cum ſuperinde ſit clara ſummi Pontificis conſtitutio,non eſt aliter hæſitãdũ, quin dicta Hebræa tanq̃ perſona miſerabilis nõ poſſit petere ſibi dotem ipſam reſtitui,non extantibus perſonis, quibus ſit facienda reſtitutio.& quod conuerſi de nouo dicantur perſonæ miſerabiles,tradit Inn.in c.Iudæi,el 3.de Iudæ.ſed de his vide Doc.in c.ſignificantibus,de officio deleg. quæ nota,quia habui de facto his proximis diebus,in hac patria noſtra,in ciuitate Foriiulii,in qua re quidam etiam alii Doct.interfuere, uidelicet Excellentiſſimi Domini,Auguſtinus de Carleuariis Can. Aquil. Et Ioſephus de Abbatibus nepos meus, cum præclaro Iureconſulto Do. Iulio Sbroiauaca,cuius conſilium volui hoc loco inſerere, & cæterorum etiam,ſi dabitur exemplum.

Dei æterni ſuffragio implorato, pro reſolutione dubiorũ mihi per Reuer.Dominationem V.propoſitorum,concluſiuè procedam, tum quia breuitas temporis me in dicendo eſſe longiorem non patitur, tum etiam quia apud peritos veritas paucis contenta eſt.

Ad primũ igitur de muliere Hebræa,quæ relicto viro petit baptizari,cũ tribus filiis infantibus,videtur ipſam proculdubio debere baptizari, ex quo voluntariè ad Chriſtianos cã fidei ſe confert,& eius voluntas eſt patefacta, & in ea perſeuerat.tex.eſt in c. ſicut Iudæi. ext. de Iudæ. ſeruatis tñ ſeruandis, ut declarat ibi D. Abb.in j.no.Nec maritus eius põt eam impedire,ſed præcedente debita admonitione facta marito, ſi ipſe in Iudaiſmo uult perſeuerare,ſeparandi ſunt.c.Iudæi.& ibi declarat Arch.28.q.j.

Ad ſecundũ, an filii prædicti conſtituti in ætate infantili ſint

Source : BIU Cujas

aſſignandi matri conuerſæ, vt baptizari poſſint? reſpondeo q̃ ſic, text. eſt in d.c. Iudæi. 28. q. j. Intelligendo illum tex. in principio, dum dicit, habent, & non dicit accipiunt, prout ibi declarat Archidiac. Et q̃ dicti filij hoc caſu debeant ſequi fidem & conditionem matris conuerſæ, & non patris Iudæi, decidit expreſsè per prælegatum tex. gl. j. in fine, in c. ex literis, de conuerſi. infide. & ibi Abb. paulo ante finem, in d.c. Iudæi, dicens, q̃ eo caſu p̃ baptiſmum filii non remanent in poteſtate patris Iudæi, ſed illa ſoluitur, prout eſt tex. iuncta gl. in c. Iudæorum. 28. q. j. & idem tenet Sanctus Thomas in 4. ſenten. diſt. 39. q. j. arti. 4. circa finem. vbi dicit q̃ cum proles peruenerint ad perfectam ætatem, ſequi poſſunt patrem vel matrem infidelem: ſed ſi eſt in minori ętate conſtituta, tunc debet dari fideli, non obſtante quod indigeret alterius parentis obſequio ad educationē, & no. in c. gaudemus, de diuor. & clarius in d.c. ex literis.

Ad tertium, an prædicta mulier poſſit dotem ſibi à patre datã retinere ſalua conſcientia, & an poſſit illam repetere à viro remanente in Iudaiſmo? Reſpondeo, q̃ illam non debet marito Hebræo relinquere, ſed illam repetere poteſt, quia vxor Iudæa conuerſa ad fidem, gaudet omnibus priuilegiis dotium, vt concludit Do. Abb. & communiter Doct. in c. gaudemus, paulo ante fi. de diuort. ſed an illam ſalua conſcientia retinere poſſit? videtur de iure communi ſic eſſe diſtinguendũ, q̃ aut illa dos nõ peruenit ex vſuris, & tũc eam retinere poteſt, iuxta no. per Abb. & Doct. in c. Iudæi. el 2. per illum tex. verſi. ſi qui præterea. ext. de Iudæ. Si verò peruenit ex vſuris, tunc illam retinere non poſſit, ſed vſuræ debent reſtitui illis, à quibus extortæ ſunt, ſi poteſt ſciri, ſin minus per epiſcopum ad pios vſus ſunt diſtribuendæ, & iſta opin. videtur de æquitate verior, ſecundum Abb. in c. cum tu, col. fi. ext. de vſur. quem poſt longam diſputationem in filia Hebræi ſequitur Io. Campeg. in ſuo tracta. dotis, q. 47. in fi. quicquid in contrarium conſuluerit Federic. de Senis, in ſuo conſi. mihi 63. incipien. quidam vſurarius, cuius opin. ſequitur Anto. de Butri. Ancha. & Abb. in d.c. cum tu, videtur rigoroſa & non tuta, maximè hoc caſu, cum tam pater mulieris, qui dotem conſtituit, quàm maritus qui ad eius reſtitutionem tenetur, exercuerint vſuras, ita quòd ceſſare videntur argumenta Federici. & iſta pars etiam locum habere debet, ſi caſus eſſet dubius, quia æſtimamus q̃ dicta dos peruenerit ex vſuris, & iſta eſt tutior pro ſalute animæ, ideo amplectenda. c. iuuenis, extra de ſponſal. cum ſuis concord.

Sed an epiſcopus in diſpenſando ad pios vſus vt ſupra, poſſit aliquid de dicta dote ipſi Hebręę dimittere, ad tollendã eius pauperta[illegible]ę? crederem q̃ ſic, niſi ipſa non haberet propoſitũ veniẽdi ad fidem, niſi ex cupiditate dictæ pecuniæ, quia tunc non liceret, vt decla. Card. Alex. in c. 2. 42. diſt. circa medium, poſt Abb. in c. cũ Eccleſiæ. ante fi. ext. de ſimo. Non omitto tñ, q̃ in hac difficultate videtur deciſio Cõcilii Baſilienſis celebrati ſub Eugenio 4. in 19. ſeſſione, in qua videtur fieri diſtinctio, q̃ aut ſcitur, à quibus fuerint extortæ vſuræ, & tunc eis ſunt reſtituendæ, quia conuerſus ad fidem illas reſtituere tenetur: aut ignoratur, & tũc per dictum Concilium conceditur, q̃ conuerſus ad fidem pro ſe retinere poſſit in pios vſus.

Sed quoniam de validitate dicti Cõcilii dubitari ſolet: aliqui enim conantur illud tanquam legitimum ſuſtinere, vt Abb. in ſuo tractatu edito ſuper dicto concilio Baſilienſi, incip. quoniã veritas: alii verò illud vt illegitimum impugnant, vt Catald. de Boncompag. in ſuo tractatu, de poteſtate Papę, & in effectu non videtur fuiſſe à ſede apoſtolica approbatũ, nec ab Eccleſia Romana receptum, vt tradunt nouiſſimè Tho. Campeg. in ſuo tractatu de poteſt. Papæ, q. 24. Henri. Bot. in tracta. de Synodo epiſc. in prima par. nume. 50. Ideo pro nunc non audeo ſuper eo me firmare, maximè cum non viderim diſpoſitionem de qua in eo obſeruatur, ſed bene quandoq; ſolent impetrari diſpenſationes à ſummo Pontifice, vt audiui Venetiis in illo de paradiſo ad fidem conuerſo. crederem ergo tutius eſſe, ſi veſtra Reueren. Dominatio ſuper hoc peteret informationem à Reuerendiſſimo Patriarcha Aquileienſi, & à Reueren. Legato Apoſtolico Venetiis commorantib.

Ad quartum dubium, an blandimẽtis & pecuniis Iudæi ad fidem poſſint allici? Reſpõdeo de blandimentis non eſſe dubiũ, q̃ poſſunt. c. debet homo. 23. q. 4. vbi Archi. notat, & melior tex. in c. qui ſincera. 45. diſt. Pecunia autem poſſunt allici, ſi pro munere vel ex cauſa ſubſidii & eleemoſinę dentur, nõ aũt ex pacto, vel conuentione, nam munus non vr̃ prohibitum, ſed pactum, c. quã pio. j. q. 2. & ibi gl. ſed de hoc me remitto ad ibi not. per Archi. & ad no. per Alberic. in ſuo Dictionario, in verbo, Iudæus. 3. & per Ang. de Clauaſio in ſua ſumma, in verbo, Iudęus. q. 33. vbi etiam aliter reſpõdet ad tex. in d.c. quam pio, & ad diſtinctionẽ, quam facit Abb. in c. cum Eccleſiæ, ante fi. de ſimo. quem ſequitur Card. Alex. in c. 2. 42. diſt.

Non omittã, q̃ poſt editum à me conſilium prædictum, mihi oſtenſa fuit cõſtitutio generalis Pauli Papæ III. incip. Ad perpetuam rei memoriam, cupiẽtes Iudæos & alios infideles. Dat. Romæ, ſub die 21. Martii 1542. & publicè Romæ impreſſa, per quã dictus ſanctiſſimus Dominus noſter motu proprio decidit difficultatem, de qua ſuperius dictum eſt in tertio dubio in fine decernendo illud idem circa bona Hebræorum q̃ ſuperius dictũ eſt, fuiſſe etiam decretum per Concilium Baſilienſe, licèt de eo nullam mẽtionem faciat dum in eo inter cætera formaliter dr̃, & ſi bona ipſa ex vſura aut illicito quæſtu fuerint acqſita, & ſint perſonæ certæ, quibus eorum fuerit de iure facienda reſtitutio, quia nõ remittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum, illa eiſdẽ perſonis omnino reſtituantur, perſonis verò non extantibus p̃dictis, quia bona huiuſmodi eiſdem Iudæis & aliis infidelibus in fauorem ſuſcepti baptiſmatis, tanquam in pium vſum liberè concedimus, eaq; apud ipſos ſic conuerſos, & alios infideles remanere decreuimus, interdicentes ſub diuini anathematis pęna, quibuſuis tam Eccleſiaſticis perſonis q̃ ſecularibus, ne vllam ſuper bonis huiuſmodi, quouis quæſito colore, moleſtiam inferant, aut inferri patiantur, ideo ex prędicta conſtitutione pontificia dictum tertium dubium remanet clare reſolutum.

Iulius Sbroiauacca Doct.

In Ieſu Chriſti Nomine, Amen.

PROPONVNTVR per Reuerendiſſ. Epiſcopum & Vicarium Patriarcalẽ plura dicta ſuper caſu Iudęę, quę confugit cum tribus filiis infantibus ad quoddam monaſterium monialium, petens cũ ipſis filiis baptizari, ſuper quibus requiſitus dicere quid pro veritate ſentiam, omiſſis lõgioribus allegationibus, quæ ob temporis breuitatem fieri non potuerunt, reſpõdeo vt infra, ſaluo ſemper ſaniori ſentẽtia, ac ſanctæ matris Eccleſiæ deciſione.

Ad primum, quo quæritur an dicta Iudæa annorum 24. ſit baptizanda? Dico q̃ cum ea tam patefecerit voluntatem, & cõſtet q̃ recta intentione mota eſt, & in ea cõſtans perſiſtat, debet omnino baptizari, & recipi in gregem Chriſti. tex. eſt in c. ſicut Iudæi, de Iudæ. & Sara. vbi Doct. ſeruanda tamen ſunt in baptizanda, requiſita in c. vt quod abſit. de conſecr. diſt. 4.

Ad ſecundum, quo dubitatur an filii ſint aſſignandi matri ad fidem conuerſæ, an verò debeant patri Hebræo reſtitui? Item an ipſi offerente matre veniant baptizandi? Quo ad primum habemus tex. cum gl. ibi, & omnibus Doct. in c. ex literis. de cõuerſ. infide. & c. Iudæi. 28. q. j. per quę iura ſentio, q̃ matri debeãt aſſignari: quo verò ad ſecundum licèt ſint inter ſcribentes opiniones etiam inter Theologos, an filii Iudæorum ſint baptizandi inuitis parentibus, quando ſunt infantes aliis dicentibus, q̃ non poſſint baptizari, aliis affirmatibus, cum paruulis ſufficiat fides offerentium, c. illud. c. paruuli. de conſecr. diſt. 4. de qua materia Docto. in pluribus locis tractãt, maximè Arch. in c. qui ſincera, diſt. 45. Ang. de Claua. in ſumma in ver. baptiſmus, 6. §. 2. Abb. & alij in d.c. ſicut Iudæi. de Iudæ. & alii, quos refert Matt. de Afflict. deciſ. 151. Sereniſſ. Rex. In hoc tamen caſu teneo abſq; dubio, ſtante materna oblatione, dictos filios paruulos cum matre fore baptizandos, per tex. in c. Iudæi. 28. q. j. alibi dicitur, quod filii mulieris factę Chriſtianæ fidem & conditionem matris ſequantur. qã etiam probat tex. in d.c. ex literis, dũ dicit, filios paruulos Iudęi facti Chriſtiani aſſignandos eſſe conuerſo ad fidem catholicam perducendos, vbi Abb. notat eſſe caſum ſing. q̃ mater poteſt petere communem ſobolem, & inuito patre poteſt ad baptiſmũ perducere. Ideo.

Quæſtio tertia eſt, an mulier prædicta dotem ſibi à patre datam ſalua conſcientia à viro poſſit repetere, & eam retinere? & quidem nulli dubium, q̃ dicta dos mariti in Iudaiſmo remanentis lucro cedere non debet, & ideo teneo q̃ ſit vendicanda & auferenda ab eo, ſaltem vt inter Chriſti pauperes diſpenſetur. Eſt autem difficultas, an retineri per mulierem poſſit? Circa quod multa poſſent hincinde adduci, quæ ſparſim per ſcribentes tanguntur, maximè in c. gaudemus. de diuor. in c. cum tu. de vſur. Feder. de Sen. in conſi. 63. quidam vſurarius. Bal. in l. eam quam. C. de iurę dot. Concluſiuè tamen procedendo arbitror, aduertẽdum fore q̃ ſumus in foro poli, ſeu foro conſcientiæ: tractamus enim, vtrum retentio dotis impediat baptizandam recipere gratiam, & effectum ſacramenti. cum q̃ recipiat caracteris impreſſionem, non eſt dubium, cum volẽs baptizetur, ſecũdum Ang. vbi ſupra, §. 9. vbi quærit, an requiratur rectitudo intentionis. & reſpondet q̃ non ad ſuſceptionẽ caracteris, vnde qui recipiunt baptiſmum propter quæſtum, verum baptiſmum recipiũt, licèt non fructum baptiſmi, qui verus fructus eſt ipſius gratię infuſio: per aquam namq; baptiſmi fit tranſitus de peccato ad vitam, de culpa ad gratiam. c. per aquam. de conſecra. diſt. 4. quod procedit tantummodò, vbi eſt intentionis rectitudo, ſecundum San. Tho. in 4. diſtin. 6. vbi dicit, q̃ in adultis in baptiſmo requiritur fides, vt recipiant gratiam, quod probatur illa Matth. authen. c. 28. qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Quibus ſtantibus puto diſtinguendum, aut pater dedit dotem illam ex pecuniis legitimè acquiſitis, & tunc ſine ſcrupulo poteſt ipſam retinere. c. Iudæi. el 2. de

Iudæ.

Source : BIU Cujas

Iudæ.aut pater dedit dotem ex pecuniis vſuratitiis.& licèt Fede. de Sen.teneat ꝙ ſi maritus,qui recepit dotem,& cõſumpſit hẽat bona legitime acquiſita,ꝙ mulier poſſit dotẽ habere,neq; tenea tur ad patris vſurarum reſtitutionem, quem vr̃ ſequi Angel. de Claua.in ver.reſtitutio.§.9.qñ pecunia fuit cõſumpta. quia tamẽ ſumus in caſu conſcientiæ, ideo fauore animæ ſentio faciẽdum eſſe interpretationẽ in partem duriorẽ,cum ſit tutior: vbi enim vertitur periculum animæ,in deteriorem preſumitur partem.c. iuuenis.de ſpõſa.c.presbyteri.68.diſt.gl.in c.j.de ſcrut.in ord. faci.& ꝙr alio ipſam non poſſe retinere, facit: nam licèt moderniores diſſentiãt à gl.& antiquis in c.tua nos.de vſur. dicẽtes opinionem gl.& antiquorum nõ probari iure,ꝙ bona vſurarii ſint tacitè obligata pro reſtitutione vſurarum,dñt nihilominus oẽs, vt ibi refert Abb.dictum gl.& antiquorum ſeruãdum eſſe in foro poli fauore animæ. Aut & tertiò pater dotans habuit bona,& vſuratitia,& legitimè acquiſita, & eo caſu maior eſt difficultas, cum ignoretur ex quibus pecuniis ſit data,& vtraq; opinio poſſet ſuſtineri. ſi enim teneremus eodẽ fauore animæ præſumi ex pecuniis vſuratitiis eſſet perfecti Chriſtiani,qui vellet carere nedum peccato,ſed etiam ſuſpitione peccati: contrarium tñ fauore dotis,quia eſt titulus legitimus & fauorabilis,& ſuccedit loco alimentorum, poſſet teneri dotem intelligi datam ex legitimè acquiſitis,& in foro contentioſo tenerẽ iſtam opinionem: in foro autem poli,ſi mulier haberet intentionem dotem fuiſſe datã ex legitimè acquiſitis,crederem ꝙ poſſet ipſam & petere & retinere,quia haberet & bonam fidem & conſcientiam illæſam, ſicuti emptor rei furtiuæ ignorans põt eam retinere iuſtè durãte bona fide,licèt res ſit affecta.Deus enim in ſuo foro reſpicit cor & intentionem. vbi autem vel crederet cõſtitutam eſſe dotem ex vſuris vel ẽt dubitaret,tũc fauore animæ tutior via eſſet eligẽda,quæ eſt vt non retineat per ea, quæ pleniſſimè tenẽt Hoſt. in ſumma,de pẽn.in ver.quid de prædam ementibus, & Io.de Platea in ſuo tract.reſtitutionum,ſub rubr.de reſtitutione ementiũ de præda furto vel rapina.quæ concluſio magis vr̃ procedere,qñ & pater & maritus exercuerunt vſuras.& præmiſſa teneo circun ſcripta diſpoſitione Concilij Baſilienſis,in 19.ſeſſione, ſtatuẽtis ꝙ Hebræi ad fidem venientes,ſi non appareant perſonæ quibus de iure venit facienda vſurarum reſtitutio, ipſa bona poſſint in fauorẽ ſuſcepti baptiſmatis tanquam in pium vſum apud eos retinere,quã nõ audeo cõſulere exequendam,ſtante contraria cõ ſuetudine,vbi nõ eſt ſpecialiter à ſede apoſtolica diſpenſatũ,cũ maximè Bartholomęus Scaranza in ſumma Cõciliorũ dicat, ꝙ decreta in congregatione Baſilienſi nõ hñt aliquod auctoritatis robur,niſi dũtaxat illa quæ in bulla Martini V.& Nicolai V. Põtificia auctoritate probata ſunt.contra quod Concilium & ſi illud defendat.Abb.Pan.in ſuo trac.de dicto Cõcilio qa interfuit, ſcripſere plures alii,& p̃cipue Catald.de Boncõpagnis,in trac.de tranſl.dicti Cõcilii,& Tho.Camp.de Poteſt.Papæ,q.124.circa fi. refert dictũ Conciliũ eſſe improbatum,allegans beatum Antoninum Archie Florentinũ,dicẽtem in ſua ſumma, ꝙ Baſilea peperit baſiliſcũ,& 4. refert ꝙ iuſſu Eugenii conuentus Baſilienſis per Delfinũ Caroli regis filiũ diſſipatus eſt.Quod verò Reuerẽ. Eps,qui eſt diſpenſator bonorũ relictorũ per ꝙerſos inter pauperes diſtribuendo.c.cũ ſit.vbi Doct.de Iudæ.gl.in c.2.de pẽn. li. 6.poſſit dotem mulieri prædictæ,& filiis poſt baptiſmum concedere vti pauperibus,nihil eſt quod repugnet meo iudicio:vt cñ conuerſi recipiant caracterem & gratiã, debent dimittere malè acquiſita,quin aũt poſt baptiſmũ conſtituta in famis neceſſitate & extrema inopia, iuſtè recipere poſſit abſque gratiæ amiſſione quã recepit,prout & alii pauperes, neſcio videre. aliter aũt eſſet deterioris conditionis aliis pauperibus, quod non eſt dicẽdum, cum per baptiſmum augeantur priuilegia,nõ minuãtur: & ſi baptiſmus eſt gratia non debet inducere peccatum,arg.l. quod fauore.C.de leg.facit,quia nulla oblatio ſuſcipienti culpę maculã ingerit,quæ nõ ex ambientis petitione procedat.c.ſicut.j.q.2.nota tamen ꝙ priusq̃ fiat erogatio in pauperes, facienda eſt diſcuſſio de his,quibus vſuræ reſtituendæ veniunt, vt plenè tradit Bal. conſi.82.factum proponitur,vol.j.

Vltimò quæritur,an liceat pecuniis & blãdimẽtis allicere Iudæos ad fidem? & quidẽ gl.in c.qui ſincera.45.diſt.& in c. debet. 23.q.4.tenet ꝙ ſic.in contrarium vr̃ eſſe text.in c.q̃ pio.j.q.2.vbi dicitur ꝙ Apoſtoli nunquam aliquem ad fidem inuitarunt munerum interuentu:licèt gl.ibi referat Silueſtrum Papam promiſiſſe omnibus munera,qui vellent baptizari.Ego tñ adhærendo cõiori ſentẽtiæ ſentio, ꝙ aut fit pactio inter Hebræum & aliquẽ alium,vt fiat Chriſtianus:& non licet,quia eſt ſimoniacum; aut ſimpliciter ab aliquo fit promiſſio volenti baptizari, & iſte mouetur illa promiſſione aliter non recepturus fidem,& hic nõ recepit gratiam,licèt caracterem,& ideo malum;aut nõ mouetur principaliter propter hoc, & tunc recipit gratiam, & nihilominus iſte recipit promiſſa,& oblata;aut nulla fit promiſſio præcedens,& tunc optimum cum ſola ſpe gratiæ, & gloriæ ductus recipiat fidẽ, poteſt tamẽ recipere omnia quæ ſibi dantur & offerũtur ex eo ꝙ factus eſt Chriſtianus, quia in hoc nihil eſt in quo poſſit accuſari,ex præmiſſis. Laus Deo.

Nota ꝙ poſt exhibitum conſiliũ, fuit mihi oſtenſa bulla Pauli III.ſub die 21.Martii 1542. Idem ferè quod Cõcilium Baſileę diſponens, nulla tamen de eo facta mentione. qua ſtante videt ceſſare tertium dubium,& ſi adhuc melius putem, dictam dotẽ concedi ipſi mulieri vti pauperi ab ipſo Reuerendiſſ. Epiſcopo.

Ioſeph de Abbatibus I.V.Doct.

SVMMARIVM.

1 *Conuerſus ad fidem, qui contraxit in infidelitate cum conſanguinea, an remanebit cum ea.*
2 *Conuerſus ad fidem,qui habet plures vxores,cum qua remanebit.*
3 *Conuerſus,an propria auctoritate poterit aliam accipere vxorem.*
4 *Iudæi,& alij infideles,an repellendi ab Eccleſia.*
5 *Iudæa,quæ verſa eſt ad fidem poſt virum, an recuperabit dotem cum priuilegijs ſuis.*
6 *Abſentia coniugis,an cauſet licentiam alteri nubendi.*
7 *Mors,qualiter probetur.*
8 *Vagabundi & abſentis hæreditas,qualiter adeatur.*

CAP. IX.

1 QVæro † vlterius,an Iudæus vel paganus, cõuerſus ad fidem, qui cõtraxerat in infidelitate cum cõſanguinea ſecundum ritum eorum, poſt conuerſionem remanebit cum ea? Et dicendum eſt, ꝙ ſi cõtraxerunt in gradibus diuina lege prohibitis,vt habetur Leui. 18. tunc ſiue vterq;, ſiue alter tantum conuertatur ad fidem,non poſſunt in tali matrimonio permanere:ſi autem contraxerint in gradibus prohibitis humano iure,& per ſtatutum Eccleſiæ, tunc poſſunt remanere inſimul, c.gaudemus.extra de diuor.& habetur 26.diſt.una tantum.per S.Tho.4.ſen.diſt.39.art.3.4.& 5.& quid de dote taliũ conuerſorum in gradibus prohibitis, an habeat priuilegia dotium,vide Bal.Nouel.in tract.de dote,q.11.col.fi.

2 † Et quid ſi infidelis habens plures vxores conuertatur ad fidem,nunquid omnes retinebit,vel vnam tantum, & quam? vide in d.c.gaudemus.& per Summiſtas omnes in verbo, impedimentum,& ibidem etiam vide de pluralitate vxorum,quod nemo quantumcunq; infidelis poteſt ducere aut habere eodem tempore plures vxores.d.c.gaudemus, vbi etiam Abb. in no. & etiam Docto.

3 † An autem liceat infideli conuerſo,propria auctoritate accipere aliam vxorem vel expectare iudicium Eccleſię? & dicendũ eſt,ꝙ non ſoluitur matrimonium inter eos, niſi auctoritate Eccleſiæ fuerit dies aſſignata infideli ad ſe conuertendũ,vel habitãdum cũ conuerſo,ſine contumelia creatoris; & ſi aſſignata fuerit,& ſit elapſa,tunc ſoluitur ipſo iure, & ita cõcludunt Doct. in c.hi infideles.28.q.2.& dixi ſup.c.7.circa fi.

4 † Quæro vltimò,qa dictũ eſt ſupra, ꝙ Eccleſia recipit Iudęos, & neminem reiicit,quomodo hoc intelligatur, cum Iudæi & infideles videantur potius excludi ab Eccleſia,vt dicit tex.in c.cleros,in fi.21.diſt.& in c.perlectas.25.diſt.ubi dicitur de officio hoſtiarii,qui debet inter cętera repellere infideles ab Eccleſia. ſ. Iudæos,Hiſmaelitas,Agarenos,& Gentiles,ſeu Paganos.ſed dicẽdum eſt, ꝙ hoc intelligitur ipſis exiſtentibus & permanentibus in infidelitate,qui,dum celebrantur diuina officia,debent excludi ab ipſo Dei templo: nam ſi Chriſtianis prohibitum eſt cum ipſis cõicare etiam in prophanis,ut plenè dictum eſt ſupra, par. j.c.4.quanto magis in diuinis:quod procedit nedum ipſis uiuentibus, ſed etiam mortuis:nã ſi aliquis infidelis reperiretur ſepultus in Eccleſia,non põt cõſecrari,ſed nec miſſa ibi celebrari, ſed iactari foras debet.c.Eccleſiam in qua paganus,de conſecr. diſt.j. quia quibus uiuentibus Eccleſia non cõicat, & mortuis cõicare non põt.24.q.2.c.j.ut dicit gl.in d.c.Eccleſiam.in uerbo,celebrare,quę etiam ponit,quid de muliere mortua prẽgnante & fętu, & contraria loquuntur in uolentibus baptizari. limitatur tñ id quod dictum eſt,infideles arceri ab Eccleſia, ut nõ habeat locũ in prædicatione uerbi Dei: nam prouiſum eſt,ꝙ epiſcopus nullum prohibeat ingredi eccleſiam & audire uerbum Dei,ſiue Gẽtilem,ſiue hæreticum,ſiue Iudæum,ut eſt tex.in c.epiſcopus nullum.de cõſec.diſt.j.de qua re uide latius per Io. Bap.Lup.in trac. de libertate Eccleſiaſtica,q.ulti.

5 † Quid autẽ Iudęa remanente in Iudaiſmo,uiro conuerſo ad fidem,quæ poſtea etiam ipſa ad fidẽ uerſa eſt,an recuperabit dotẽ,cũ priuilegiis ſuis? In quo Bal.Nouel.in tract.de dote,in parte 11.col.pe.concludit, poſſe dici ꝙ ſi illa cõuerſa repetit primum uirum iam conuerſum, quod quidem facere poteſt,ut habetur c.fi.de conuerſi.coniug.intelligendo ſemper, niſi ille iam ſecundæ adhæſerit uxori,ſecũdum ea quæ dixi ſupra,c.7.circa fi.huius tertiæ partis:tamen tunc durante matrimonio, tanquàm nunc rato & approbato ab Eccleſia dos ipſa habebit priuilegia oĩa dotibus cõceſſa,ſi uult illã recuperare uir & uxor à ſocero, uel aliis cognatis infidelibus,ſicut dicitur in hæretica,in Auth. de priuil. dot.hære.mulier.non præſtant.& ſi ſola mulier Iudęa eſt ad fidẽ conuerſa,uiro remanente in Iudaiſmo,poterit dotẽ à uiro repetere cum ſuis priuilegiis,ſecundũ Bal.ubi ſupra,uer. amplius di-

Source : BIU Cujas

ci poteſt.& Abb.& communiter Doct.in d.c.gaudemus, & dixi in c.precedenti.

Circa præmiſſa,quia ſæpe contingit in terris, quæ cum infidelibus vicinātur,quod mariti fiunt captiui ab eis,vt proximis annis cōtigit quibuſdam ex noſtris propter incurſiones Turcarū, nam vxores captiuatorum poſt aliquod tempus non redeuntibus maritis non poſſunt continere, & idem de viris captiuatis mulieribus & vxoribus eorum. Quæritur, an ſit præſenti danda licentia nubendi alteri,nā per captiuitatem non perditur vxor, vel vir remanēs, licèt captiuus apud hoſtes perdat omnia bona, vt dixi ſupra,in prima par. c. 6.in fi. nec diſſoluitur matrimoniū ex iſta vel alia cauſa,etiam ſi ignoretur de vita,vel morte abſentis.c.Dominus,de ſecun. nup. cum ſola mors naturalis illud ſoluat,c.j.& 2.32.q.7.c.pen.& fi.eo.titu.de ſecun. nup.in qua q. con-
6 cludēdum eſt,q̄ ſi copula inter eos eſt ſecuta,† nec præſens vult aliquid proponere contra abſentem, vel cōtra matrimonium, & tunc non eſt ei danda licentia alteri ſe copulandi, nec poteſt ad alia vota tranſire, donec certum nuntium recipiat de morte coniugis,c.in præſentia.de ſponſa.& no.in auth.hodie. C. de repudi.& in Auth.vt lice.matri,& au.§ quid autem, collati. 8. & p Io.And.in c.quoniam frequenter. vt lite non conteſta. & no. in l.miles.§.mulier.ff.de adulte.& Deciſi.Tholoſa.316.& ſi contra xerit,dubitans de morte abſentis, tenetur reddere, ſed non exigere debitum; & ſi ſciat primam viuere, ſtatim dimittat ſecūdā, & ad priorem redeat.c.Dominus.22.q.7.& Pet de Anch. in cōſ. 401.incip.Stipoſius ſecundam vxorem.Quando autem per nun
7 cium aut famam vel aliter,poſſit probari certificatio mortis abſentis,D.Abb.in hoc,in d.c. in præſentia, † concludit hoc relinquendum arbitrio iudicis, qui omnibus diligenter ponderatis, conſideret vtrum de morte ſit facta certificatio, & de mortis p̄ batione vide Bar.in l.2.§.ſed ſi dubitetur.ff.quemad. teſta. aperi. Iaſ.in l.cum ea,col.fi.C.de tranſac.Bar.& alii,in l.ſi quidam.C.ſo lu.mat.Alex.conſi.25.col.2.& conſi.117.col.j.vol.4. & conſi. 27. col.2.vol.7.Corn.conſi.10.vol.j.& conſi.204.col.2. vol.3.& per Fely.latè,in c.fi.col.pen.& fi.vt lite non conte. & tex.& quæ ibi no.in l.nec nos.C de captiuis.

8 Ex † quibus iuribus infertur ſimiliter in additione vel petitione hæreditatis abſentis, vt non poſſit admitti aliquis, niſi cōſtet de eius morte, & in capto ab hoſtibus non ſufficere quod ſit incertū de eius morte,eſt tex.in d.l.nec nos,& in vagabundo, put ſępiſſimè contingit iuuenibus cerebroſis, cui ſi quis velit ſuccedere,aſſerens eum mortuum ſi mortem probare non poteſt,debet expectare per quinquēniū poſtquam de vita vagabundi dubitari cępit,prout declarat Bart. in tracta. quomodo & qñ mors probe.col.j.ver.ſed ſi per mundum cępit vagari,& facit tex.in §. ſed etiam captiuitatis,in Auth.de nupt. quem ad hoc propoſitū allegat Soci.Iuni.conſi.26.col.j.vol.2.& debet dari curator interim bonis abſentis,vt per Deci.conſi.675.col.j. An autē ipſe captus ab hoſtibus poſſit hæres inſtitui,certum eſt,q̄ ſic l.illa inſtitutio.§.is qui,ff.de hære.inſti.& vide not.in l.id quod. ff.de leg.j. & in l.liber homo,la j.ff.de verb.oblig,

SVMMARIVM.

1 *Prægnās,an baptizari poſſit,et ea baptizata partus intelligatur baptizatus.*
2 *Infans in vtero,an baptizari poſſit.*
3 *Vterus aut venter antequàm exeat,an ſit homo.*
4 *Infans in vtero an martirizari,& ſanctificari poſſit.*
5 *Infans non totus natus,an poſſit baptizari.*
6 *Anima infantis non baptizati,damnata,& conſi.3.his occurrentibus.*
7 *Anima quando accedat fœtui in vtero matris.*
8 *Occidens partum in vtero,quando teneatur de homicilio.*

CAP. X.

VIdeamus aliqua de infantib⁹,donec ſunt in vtero materno: nam & ſi largo modo p̄nt dici infideles, iuxta no.per S.Tho.2. 2.q.10.cum in eis nō poſſit dari auditus de fide Chriſti,& in primis quo ad matrē prægnātem,illa proculdubio ſi ſit infidelis poteſt † baptizari ſi velit, c.ſi
1 qua mulier,de conſecra.diſt.4.& dum eſt in partu vel gignit, qñ eſt enixa,c.baptizari.5.diſt.ſed baptizata matre, non intelligitur baptizatus partus in vtero,de conſecra.diſt.4. ſi quicquid, & c. ſi ad matris,cum duobus ſequētibus, nam baptiſma eſt beneficiū perſonale,quod perſonam nō egreditur, vt ibi. An † autem in-
2 fans,dum in vtero eſt,poſſit baptizari? & dicendum,q̄ nō, vt ſtatim dicetur.poſſet tamen per ſpeciale priuilegium à Deo,in vtero ſanctificari, & tales in utero ſanctificati, nihilominus poſtea nati,debent baptizari, quia per baptiſmū caracter eis imprimit, † & augmētū gratiæ cōfertur, & adhuc præcepto generali ſunt
3 aſtricti,& poſſent martirizari ſicut ſanctificari,vt ſi pręgnans p̄p Chriſtū occidatur,vterq; eſt martir, vt de innocentibus legitur, cum ſit pars ventris materni & dicit S.Tho.in j.par.q.112. art. 5. in fi. q̄ Angelus matris, qui datus eſt à Deo in cuſtodiā matris, eſt etiam Angelus prolis in vtero exiſtentis, donec naſcatur.& ſic fœtus eſt ſub cuſtodia Angeli materni, velut pars aliqua matris & qñ naſcitur propriū accipit Angelū, de quibus ēt p̄ Guil. Benedi.in repeti.c.Raynutius,in prin.col.5.Sed q̄ baptizari non poſſit infans in vtero exiſtens,eſt tex.in d.c.ſi qua mulier, & c. q̄ in maternis.reddens rationem, nam qui natus adhuc ſecūdum Adam non eſt,nō poteſt regenerari ſm Chriſtum, neq; dici in eum regeneratio,quem generatio nō præceſſit, nec prius quod ſpirituale eſt,ſed quod animale,& deinde quod ſpirituale.i. Corinth.15.nā & duæ ſunt natiuitates,vna.ſ.in vtero, altera ab vtero;& in vtero naſci,eſt in vtero animam infundi corpori;ex vtero naſci,eſt ex vtero in lucem prodire,vt per Arch.& Aegid. in c.firmiſſimè.ea.diſt.& in d.c.qui in maternis,& c.baptizari,& in cle.j.§.fi.de ſum.Trin.in illis verbis ibi,adultis & paruulis,nā nōdū natus,nec adultus,nec paruulus dici p̄t, ſed poſt natiuitatem ſic,iuxta illud,Puer natus eſt nobis & filius datus eſt nobis,& vide quæ tradit ēt Signo.de Homode.conſi.j.col.pe. nam & ancilla pręgnante vendita,partus non vī vēditus.l.ſi prægnās.& l.ſeq. ff.de euictio.etenim exiſtens in vtero ſoli Deo natus eſt, nō Eccleſiæ,cui non p̄t prouideri per ſacramentum, quia talis non p̄t ſubiici operationi miniſterii eius,quæ cōferunt,niſi his qui ſunt ſuper terrā, & q̄ ſunt in vtero nō cēſent adhuc eſſe ſuper terrā. l. qd̄ in rerū.ff.de leg j.l.interdū.ff.de ver.obli.bon.tex.in l.3. C. de de poſthu.hære.inſti.ibi,licèt illico poſtq̄ in terram cecidit, & p̄ Hēri.in c.maiores.col.2.de baptiſ.& quæ no.in c.ſi aliquis.de homic.Pro quibus facit q̄ vterus nōdū eſt homo, & nō facit partē, nec ad partē hæreditatis admittit anteq̄ in lucē exeat.l.vtrum.in prin.ff.de reb.dub.l.ſi duobus.§.fi.l.j.vtpote q̄ nondum ſit hæres. l.ſi hęres.ff.fam.erc.anteq̄ naſcatur.Bal.in l.cum quidam.col.j.C. de inſti.& ſubſti.nec pōt dici ſuus patri. l. Gallus. §. nūc de leg.§. fi.ff.de lib.& poſth.Iaſ.& Dec.in l.poſthumo.C.de collat. & eidē non debetur legitima,Bal.in l.ſi pater.C.de inſti.& ſubſti. & no. in auth.habita.C.ne fili.pro patre,& Sapiē.7.& ego natus accepi communem aerem,& in ſimiliter factam decidi terram, & primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans.

4 Et eandem opinionem,† q̄ infans in vtero baptizari non poſſit,approbāt Theologi,vt tradunt Doct. in locis ſupra allegatis, & Petrus Lombar.lib.3.diſt.6.verſ.hoc etiam ſciēdum eſt, & ibi S.Bonau.art.j.q.j.primæ par.Ricardus ar.2.q.j. & cęteri ipſius loci interpretes, Alex.de Ales in 4.par.ſum.q.17.membro 2.Nota tamen quod filius Regis licèt in vtero exiſtens,ſuccedit in regno, & dabitur curator uentri per patritios ſeu proceres regni,ut per Bal.in l.ſi.in fi.C.de teſta.mili.nam ille, qui eſt in utero, habetur quodammodo pro Rege, ita q̄ nomine uentris exercebitur iuriſdictio.c.j.§.infantias,in tit.quo tempo.miles,ſecūdum Bal. in c.cum uiceſimum.de offi.deleg.Sic & in utero exiſtens poteſt legitimari,& ſic quando eſt conceptus,ut per Bal.in l. eam quam. col.7.uer.circa impoſſibile de natura.C.de fideic.& de utero, an poſſit hæres inſtitui,& alia circa hæc, uide per Tiraq. in tract. de retractu,gl.9.nu.75.fol.mihi 155.cum ſeq.

5 † Quid autem ſi infans nō eſt natus totus,ſed aliquod eius mē brum tantum exiit,& in illis locorum anguſtiis extinguitur, an poſſit baptizari? & in hoc Canoni.in c.baptizari.diſt.5. ubi Arc. Domini.Card.Alex.& in d.cle.j.§.fi.de ſum.Trini.& Henri.in d. c.maiores,& Hoſtien.in ſum.de baptiſ.uer.licèt autem,cum ſeq. Lucas de Pen.in l.cum ſcimus.col.5.C.de agri.& cenſi.lib.11. cōcludūt q̄ ſi caput emiſit ex utero,debet,ſi imminet periculum, aſpergi,& baptizatus cum debita forma,non eſt iterum baptizā dus, quaſi iam natus eſſe cenſeatur, propter capitis dignitatem & excellentiam.l.cum in diuerſis,cum ibi no.per Alberi.ff.de religio.& ſump.fu.Si autem emiſit manū uel pedem, tunc ſi in eo baptizetur,non erit baptizatus in reſiduo corporis in utero exiſtente,ita ipſi concludunt,& San.Thom.in 4.ſent. diſt. 6.art.j.q.j. Ricar.in eo.lib.diſt.3 art.4.q.3.Sco.diſt.4.memb.j.q.3.dicētes ipſi Theologi cōmuniter, quod niſi quis primò perfectè natus fuerit,ſicut Adam,non poteſt renaſci, cum talis non habeat eſſe diſtinctum à cauſa ſuæ imperfectionis, aliàs infectionis, propter quod militans Eccleſia, quia adhuc non eſt membrum bonum uel malum,ſibi prouidere nō poteſt, nec miniſtrare ei ſacramēta, ideo expectandam eſſe totalem egreſſionem pueri ex utero, prout dixi in caſu præcedenti,& talis partus non poſſet in Eccleſia ſepeliri,cum anima nō baptizati ſit damnata, & priuata uiſio
6 ne Dei,quæ pęna eſt maxima,c.firmiſſimè.c.nulla, de † conſecr. diſt.4.& pęnam perpetuam patitur,30.q.j.limina. Dicūtq; Theologi,q̄ habent pęnam damni,non ſenſus, de quorum mitiſſima pęna,uide per Auguſt.in enchirid.c.93.& lib.j. de peccatorū meritis,poſt prin.& Magiſtrum ſen.lib.2.diſt.33.& per Inno. in d. c. maiores.& quod malunt ſic eſſe q̄ non eſſe,licèt quidam tenuerint cōtrarium.& quod poſſit talis partus in Eccleſia ſepeliri eo q̄ anima ſit tota in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis,ut per Bar.in l.quod certarum,C.de poſth.hæredi. inſti.ad quam opi.uide deci.Tholoſa.156 dicētem q̄ poteſt in Eccleſia ſepeliri, & ſe ita bis praticaſſe exiſtens officialis, & quoſdam ita ſentire,affirmans tamen contrariam tenere Theologos, & Canoniſtas,ut ſupra diximus.

Datur tñ conſilium,q̄ quidquid apparuerit de patre extra uterū imminente baptizatur,ut per Doct.in d.Cle.j.de ſum. Tri. p̄p penetrabilē & occultam operationem ſpiritus Sancti.j.q.j. multi.circa medium.Dando ſimile de Hieremia, de quo ſcriptū eſt,

antequàm

Source : BIU Cujas

antequàm de vulua exires,ſanctificaui te.Hierem.1.& de Ioãne
7 Baptiſta,& Spiritu Sãcto replebit adhuc † ex vtero matris ſuæ, Lucæ 1.& ſi talis exeat poſtea ĩteger ex vtero & plenariè naſcatur,debet ad cautelam rebaptizari ſub hac forma,ſi non es baptizatus,ego te baptizo.& ad p̃miſſa facit,qđ atteſtat̃ ſummus Pontifex in c.j.de reliqui.& venera.San.in vj.dum dicit, Glorioſus Deus in Sãctis ſuis, & ĩ maieſtate mirabilis,cuius ineffabilis altitudo prudentiæ nullis incluſa limitibus, nullis terminis cõprehenſa,iuſti cenſura iudicii, cœleſtia pariter & terrena diſponit: confidant etiam parentes pro eis orare ad dñm, ꝑp Dei pietatẽ menſuram non habentem,& quæ dicuntur, Eſa. 55. Prouer.28. Pet.2.ca.3.quorum fortè miſerebitur & exaudit ſupplicantium preces.ad quæ faciunt,quæ credunt pii de Traiano Imperatore ꝑp orationem Gregorij,& qđ hĩ Oſeę, 12.ero mors tua,o mors, morſus tuus ero inferne.& quę ſcribit Gerſon de mortuis ĩ vtero materno,in ſermone de natiuitate Virginis Mariæ. Et quia proximè dictum eſt de anima infantis in vtero materno, ſciendum eſt ꝙ tunc accedit fœtui,qñ habet lineamenta corporis,& corpus eſt organizatum,c.quod verò cap.Moyſes,& ſeq.32.q.2. quod fit in maſculo quadrageſimo die poſt conceptionem, & in fœmina octuageſimo die poſt conceptionem, vt per gloſ.in verbo,quadrageſimo.diſt.5.& per glo.in c.j.in verbo,certi,extra de purifi.poſt par.& per gl.in l.diuus.ff.de vari. & extraor.crimi. per Felyn.in ca.ſi aliquis.vbi etiã p̃ Io.de Ana.& alios, de homi.& S.Th.in 3.ſen.diſt.4.q.5.art.2.vbi ponit tempus,& verſus iſtos.

Sex in lacte dies, ter ſunt in ſanguine terni:
Biſſerti carnem, terſeni membra figurant.

Dicens,ꝙ licèt hæc ſint in alijs, tamen in Chriſto in inſtanti conceptionis Virginis materia,quam Virgo Maria miniſtrauit, ſtatim formam& figuram humani corporis accepit & animam & in vnitatem diuinæ perſonæ aſſumpta eſt,& hæc omnia eodẽ inſtanti fuerunt, ſcilicet conuerſio ſanguinis illius naturalis in carnem,& alias partes corporis Chriſti, & formatio membrorum organicorum,& animatio corporis organici,& aſſumptio corporis animati,in vnitatem diuinæ perſonæ.Et præmiſſa ſunt vtilia ad multa,vt contra procurantes abortiones vel aborſus,
8 & interficientes partus in vtero,† vel veneno,aut aliter,vt maiori pœna teneantur, quando partus eſt formatus & organizatus & anima infuſa, nam eo tunc dicitur homo & ſucceſſiuè homicidium committi,nam ſecus eſt ante infuſionem animæ rationalis,& intellectiuæ, quia qui non vixit,mori non poteſt,d.cap. Moyſes.cõſtat quippe homo ex anima & corpore,c.cũ Marthę, de celebra.miſſa.& ad præmiſſa vide no.ĩ d.c.ſi aliquis, & c.ſicut literatum.de homic.& per Legiſtas,in l.ſi ſeruus ſeruum.§. mulier.vbi Floria.ff.ad l.Aquil.Card.in cle.j.q.10.de homic.Hippol. in l.ſi mulierem.ff.de ſic.Soci.conſi.16.col.j.vol.j.Blanchũ latè in ſua prat.crimi.in verbo, Imbecillitate, Paul.Gril.in tract.de ſortileg.quæſt.13.vbi refert pulchram doct. Conciliatoris. Sed & circa baptiſmum infidelium no.quòd baptiſmus conferri poteſt etiam in mortis articulo,ſi caſus contingeret, de conſecra. diſt.4.c.ſanctum.gl.in c.à nobis.el 2.de ſen.excommu. & etiam a laico,ſi deſit ſacerdos,vt ibi.item à muliere dicto tempore,nõ autem aliàs.c.mulier.cum glo.de conſecra.diſt.4.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi, quantum olim à Deo dilecti.*
2 *Ingratitudo Iudęorum erga Deum.*
3 *Iudæi maiores inimici Chriſti, quàm Herodes.*
4 *Iudæi à Deo percuſſi inſanabiliter.*
5 *Declamatio contra Iudæos, qui Tridenti crucifixerunt Simonem martirem.*
6 *Iudæi immolabant filios ſuos dęmonijs.*
7 *Cataphrigarum error maximus.*
8 *Infanticidia olim impicta Chriſtianis, falsò tamen.*
9 *Diuus Auguſtinus defendit S.Petrum ab his peruerſis inflictionibus.*
10 *Iudæorum impotentia, & demiſſio.*
11 *Iudæi, cur non habent amplius Reges, & dominia.*
12 *Chriſtiani hodie ſunt filij Abrahæ.*
13 *Turcæ artis militaris peritiſſimi.*

CAPIT. XI.

EX præcedentibus facile colligi poteſt, Iudæos tanquam Chriſti nominis hoſtes, nos quoque ſemper eius fideles immani odio proſecutos, licèt erga Iudęorum populũ cura extitit diuinę prouidentiæ,& quibus præ ceteris hominibus noua quædam,& magnifica eis vitæ inſtituta ſunt tradita,eisque in medio mari, ſic cum iter apertum eſt, & in quo
1 ipſis fuit ſalus,ibi inimicis eorum venit interitus, † quadraginta annis non arando,neque ſeminando,vixerũt, laborem meſſis, & areæ neſcierunt,onus molæ eis,& coquendi panis neceſſitas non fuit,fœminas quoque eorum nulla texendi ſolicitudo cõſtrinxit,mercandi cauſa non inſtitit,macellum nemo pro comparandis carnibus requiſiuit,ſed hæc omnia fuit eis verbũ Dei, & parauit eis meſſem ĩ deſerto laboris & ſudoris expertem,nec indumenta eorum attrita ſunt,neque fuit in illis infirmitas, & vmbra nubis per diem eos tegebat à Solis ardore,& lampas eis ignis, verbo Dei accenſa lucebat, oſtendens eis etiam itineris miniſterium in deſerto, prout & alia eis ſigna, & mirabilia fiebant, & tñ poſt hæc omnia tam euidentia diuinæ virtutis inſignia, & poſt vniuerſam gloriam, quæ eis ſupra cunctos mortales data eſt,infideles extiterunt,& ingrati, Deos quæſierunt ſibi
2 alios fieri,& vſque in præſens perſeuerat eorum malitia,† & aduerſus Chriſti fideles odium capitale,vt poſſit dici de eis cũ propheta,Aſcendit malitia eorum vſque ad cœlum, prout & olim prophetas alios eijciebant,alios lapidabant,alios malis innumeris obruebant,& prout Dñm Ieſum occiderunt, & nos quoque perſequuntur,iuxta illud Apoſt.1.Theſſalo.2. Vos enim imitatores facti eſtis fratres eccleſiarũ Dei,quæ ſunt in Iudęa in Chriſto,quia eadem paſſi eſtis, & vos à contribulibus veſtris, ſicut & illi à iudæis,qui occiderunt Dominum Ieſum,& prophetas, & nos perſecuti ſunt,& Deo non placent,& omnibus hominibus
3 aduerſantur,& fuerunt † maiores inimici Chriſti ipſi Iudæi, q̃ Herodes,qui Chriſtum velut hominem ſuſpicans perſequebat: ipſi autem poſt multa miracula,poſt ſigna cœleſtia,poſtq̃ manifeſtè cognouerunt eum filium Dei,tunc crucifixerunt eũ.quãto ergo manifeſtior diuinitas eius illis, tanto ſceleratior fuit eorum iniquitas, & perſecutio,q̃ Herodis, qui cum eſſent filii & ſi peccatores,vſque ad Chriſtum, & non hoſtes eo crucifixo deſierunt eſſe filij, & facti ſunt hoſtes, propterea iam non caſtigatio venit corrigens,ſed condemnatio eradicãs:capta eſt enim Hieruſalẽ ab Aſſyris,& iterũ reparata eſt;deſtructa eſt ab Antioco, & iterum eſt reedificata;inuaſa eſt tertiò à Pompeo,& iterũ reparata eſt.poſtq̃ verò horrẽdum parricidium commiſerũt, crucifigentes filij patrem,mortem inferentes ei à quo acceperunt
4 vitam,& occidentes ſerui, † Dñm,homines Deum tali eos plaga percuſſit,vt nunquam ſanentur;& ſicut illi tale facinus commiſerunt,quale nunquam commiſſum eſt,nec cõmittendũ ſit, & ſuper illos talis ſententia venit,qualis nũquam venit, nec veniet,& ira,& ĩdignatio,dicit Apoſt.Ro.2.tribulatio,& anguſtia ſuper omnem animum hominis operantis malũ,iudęi primũ.

Sed quia de his ſatis per me dictum eſt ſupra, capite primo huius tertiæ partis opuſculi,nu.40.& plura ponit Iacobus de Valentia ſuper Pſalmo 67.verſiculo, dixit Dominus ex Baſan, & Euſebius lib.11.capite 13.hiſtoriæ tripartitæ,de Iudæis Chriſtianos crucifigentibus: Ideo nec me hic latius extendam ad oſtendendam inimicitiam, & odium, quo Chriſti nomen, & illius cultores proſequuntur; nam certum eſt quòd ſi poſſent, vincã Domini diſſiparent, & oues paſcuæ eius dilaniarent tanquam lupi rapaces, & hoc tantum declamatione de Simone Tridentino martire beato contenti.Hæc dicam cum Iacobo Gordino Sancto Aquileienſis Eccleſiæ Archidiacono, ex noſtris Foro iulienſibus,quæ ſcripſit ſub anno Domini M.D.& ad alios nominis Chriſti hoſtes poſtea me conuertam.

Quibus nam vos compellabo nominibus viperarum genus, natio deprauata,atq; adultera? vt quid tam diu erratis ab vtero locuti falſa,ſectantes crudelia,horrenda facientes, & ſpectacula noſtris omnino inaudita ſeculis prębentes in populo,rapuiſtis, contuſiſtis,ſuffocaſtis,mactaſtis Simonem paruulum, & adhuc in cunis vagientem,quaſi è medio matris ſinu, ac nõdum penè ablactatum,vti agnum carnifices traxiſtis in mortem, & qualẽ mortem? mortẽ inquam crucis extra Hieruſalẽ portã nouum vobis Caluariæ locum ſcelere nephario vendicaſtis intra Põtificis triſte atrium,flagellato denuò Chriſto illuſiſtis,inſultaſtis, vellicaſtis,cõſpuiſtis,ac colaphos incuſſiſtis: caput nanque noſtrum Chriſtus eſt,& membrũ eius:hunc de quo loquimur martirem beatiſſimum cruci ſuffixiſtis, nec Iudas defuit mercator peſſimus,nec oſtiaria ancilla.fit enim & hic cõuentus malignantium,conciliabulum diaboli& totius perditionis incurſus,arcanum turpe iniit ſinagoga turpiſſima, pretiũ rapturo proponit, & palmam,ac ſi ſpondet deteſtabilis ſatelles, & perficit:exit.n. proſpiciens,& ꝙ ſe dies inclinet, aptum inſidiis tẽpus expectat, deque totius iniquitatis cauea proſiliens leo, rugientibus catulis eſcam veluti de ſaltu diripiendam propinat.dicam ne,dicam profectò,& cum lachrimis dicam,ferę beſtiæ,non homines humanum hauſiſtis cruorem,& vt de veſtro vos more iubilaretis, Chriſtianum debacchantes ſanguinem crudeliter ſitiuiſtis, in quo ſi non profeſſionis,ſaltem naturæ debuiſtis conſortia dilexiſſe,non ille trucidandus pœnis,ſed vos canes,vos lupi, nõ ille vixdum fari ſciens nocens,ſed vos nocentiſſimi fuiſtis, domeſti co,ac paterno limini inſiſtẽti,& nil tale meditãti laqueos iniciſtis,inde dolis allectus puer, veluti è ſtabulo correptus agnus, aut uitulus impias mactatur ad aras. Vos itaque conuenio, qui nil præter nubes, vt ſatyrus inquit, & cœli numina adorantes, vos veri Dei ſcita tenere,& colere dicitis, cur pueri terga denudantur,& à vobis homo diripitur? & cur pro reconcilianda gratia innoxius ſanguis effunditur? Nõ id legislator Moſes ſanctus inſtituit,non qui aut ante, aut poſt fuerunt patriarcharum quiſpiam ita ſuaſit.vnde ergo id vobis ſacrificij genus,hominũ ſpectaſſe fibras,uel exta in vias gentium abeuntibus uobis, factum illud flagitioſiſſimum irreplit,vt qui ex patre diabolo eſtis, illũ ſanguine placaretis virgine cęſa:ſic& olim inter illos cõmixti, didiciſtis opera eorum,& vobis eſt factum in ſcãdalum, quãdo

terra

Source : BIU Cujas

terra infecta fuit ſanguinibus,& cõtaminata in operibus veſtris, & cum vos fornicati fuiſtis in adinuentionibus veſtris, præuaricatores tamẽ impii,& audiſtis,& legiſtis quòd propterea iratus furore Dñs in populum ſuum abominatus fuit hæreditatẽ ſuã, cum tradidit vos in manus gentium,& dominati ſunt vobis,q oderunt vos,non ſic,nõ ſic præceptum eſt iubilare Deo Iacob. Non ſic exultare Deo adiutori veſtro, ſed ſumere pſalmum,& dare timpanum:pſalterium re vera iocundum cum cantico in in cythara,buccinare in neomenia tuba inſigni die ſolemnitatis veſtræ.dimiſſi itaque eſtis ſecundum deſideria impœnitentis cordis veſtri,& quia adhuc irritatis Moſen in caſtris, & Aaron ſanctum Domini,iuſto Dei iudicio exardeſcit ignis in ſinagogis veſtris,& flamma comburit peccatores,nec ſtat ille electus eius in confractione in conſpectu eius,neque vt ceſſet quaſſatio. Finees iuſtus interpellat pro vobis: vexaſtis etenim nimis atque exacerbatis lanionum omnium peſſimi, officinam turpiſſimi carnificii,& arenam cruentam feciſtis propitiatorium illud ſanctum, vbi quondam patrum hoſtiæ immolabantur, & totius expiationis locum adhuc contaminaſtis, atque coinquinaſtis. quod ſi tam ieiuna fames inceſſit,vt non niſi humano ſanguine veſtra iſta de miſeriæ luto concepta cõtagia,mundari poſſe ſperaretis,cur nõ de iudæorum veſtrorum potius corde effundit? ſi phyſicis innixi rationibus illud facitis certè in hoc neq; Chriſtiano,neque gentili diſpar iudęus homo. ſi verò naturæ metas exceditis,& plus noſter ſanguis ad ſanitatem confert, in nobis profectò gratiæ cęleſtis exuberantiam opus eſt recognoſcatis, quæ ex lauacro ſacri baptiſmatis effuſa innaſcitur: ijs etiam qui rationis expertes habentur,quo vos nõ poteſtis pertingere, ſed dicetis noſtris,nobis parcere voluimus qui ex Moſe ſumus; veſtris noluimus,qui à crucifixo veſtro pendetis.ergo qui propria culpa ſeruituti perpetuæ eſtis addicti Chriſtianam de vobis benemeritam pietatem percutitis,& verè facti nobis eſtis vt mus in pera demoliens,ac veluti latens ignis cum in flammarum iactulatur incendia,aut ſi quando ſerpens in ſinu mala fouetur: ſic vos venena diffunditis,lapis offenſionis,& petra ſcandali, puerſione ꝓfecto ordinis, Chriſtianus à iudæo, & à ſeruo Dominus diſtrahitur, nec vt viuat, ſed occidatur ſaltem illũ ſeruili cuipiã miniſterio,mancipaſſes,deque alicui glebę aſcripto, & illius ſudore inimica crudelitas tibi aliquid comparaſſes, mancipium factus prouentum feciſſet viuus.quo intellecto nunc oẽs detrimenta ſentitis, in lege veſtra ſcriptum eſt,qui percuſſerit hominem volens occidere,morte moriatur.& iterũ, qui furatus fuerit hominem,& vendiderit eum,conuictus noxę,morte moriatur,nec dentem ſeruo tuo uel ancillę tibi ex lege tua excutere licet;& tu Chriſtianum,iure tibi dominum factũ necaſti? Veſpaſianus & Titus,duo illi prævalidi viri, Hieroſolimam euerterũt Chriſto Deo noſtro volente ac ſic prædicẽte,& ipſi te ſicuti noſtri Chriſtiano iugo ſubeſſe,teque ęternum ſeruire fecerunt,vñ tu ſacrilegus prophanator,tu raptor,tu temerator & in Chriſtianam Rempublicam,atque omnium creatorem, tales,& tantas molitus inſidias, maeſtatis reus atque in adulterij crimen prolapſus ſponſam eius eccleſiam violaſti, ſtuprum intuliſti,& ſicarius idemque maleficus,homicidium commiſiſti, falſum ſcripſiſti,recitaſti,ſignaſti,decoxiſti,& expilaſti, horret animus loqui. Sed quia verum eſt,loquar:tu gladiator,& carnifex; tu omni ex parte ſanguinarius,atque domeſticus hoſtis; penetrantia ſacra prophanas:cladem infers,& aditu fœdas;immittis contagia,& altaria cæde cruentas:non ille mori, non in torrentem exponi, ſed tu in profluentem mergi; tu culeo inſui debuiſti cothurnatas in te tragedias ęcitaſti,& publica iudicia ſeruus penè factus, non tam exilio, quàm excogitandorum omnium ſuppliciorũ genere cruciandus.te tamen Dei noſtri Ieſu Chriſti bonitas,lõganimitas,& patientia expectat,vt quertaris;te reuocat vt ignoſcere poſſit;ignoſcit,& reuocat,& tu vocatus non audis, miracula quæ cernis enarrant gloriã eius:clarent martyris noſtri merita teſtis totius veritatis;merita inquam ex Deo illi gratis conceſſa,qui niſi Chriſtianus fuiſſet,non ſic interijſſet,& tu ingenitæ perfidiæ occęcatione non videns contemnis diuitias bonitatis eius,lucris peſſimis inhias,rapiendi cupiditate exęſtuas,ac fęnore grandi prædiues pauperũ diripis bona, vaſta hęc vos Chriſtiani Carybdis abſorbens in inopiam detrudit,& deuorat. Nec toleratis modo,ſed etiam honoratis iudęos, de pſallẽtiũ choro iudæus,conuiua iudæus,& cũctorum inter vos collega iudęus; nemo illi non pronus in cauſis;nemo illi nõ ad plenum in ſubſellijs,& foro conciliatus iudex;eius ſunt auditoria publica; eius Regum,& Principum priuata colloquia;eiuſdẽ pro dolor,Antiſtitum atria,quæ frequenta cum illo damnata commertia,& ſecretiora quæq; miſcentur,uerum de Chriſti paſſione,& martyrum ſanguine defluit theſaurus iſte tuus tibique vndecunq; cõflatus,immo non tuus,ſed quem diſpenſes,nõ diſſipes,ò præſul, ò inferioris ordinis Sacerdos,ò Leuita,& tu illum ĩ illos deprauatos vſus diffundis,pauperũ eſt,& ad domeſticos fidei trãſmittendus,non fęneratoribus iudæis crudeliſſimis erogandus,pauperum eſt quod ſubtrahis,quod furaris;pauperum dico,nõ tuũ, Dei,& ſanctorum templa reſarcienda, luminaria cõtinuanda, quæ ſacra,quæ religioſa,quæ ſancta illo ſunt reparanda, nõ prophana ad voluptatem multo conquiſita triclinia, neque quas ambitio peſſima peperit in clientelam date,tot ſalutantium turmæ muniendæ aut confouendæ, Virginibus ac Deo dicatis,& viduis impendendum fuit,pauperibus largiẽdum & à te imprimis hoſpitalitati inſeruiendum: hoſpes enim Chriſtus, pauper Chriſtus,peregrinus,atque infirmus Chriſtus, ſed & rerũ oĩum Dominus Chriſtus, quod ſuum eſt. ne itaque deneges Chriſto, ne aliquando venientem non excipiat Chriſtus,qui cum patre, & ſpiritu Sãcto viuit & regnat Deus per ſecula ſemper, Amen.

Ad ſupra proxima narrata faciunt, quod legitur Pſalm. 105. & commixti ſunt inter gentes,& didicerunt opera eorum,& fa
6 ctum eſt illis in ſcandalum, † & immolauerunt filios ſuos,& filias ſuas dæmonijs,& effunderunt ſanguinem innocentem, ſanguinem filiorum ſuorum,& filiarum ſuarum, quas ſacrificarũt ſculptilibus Chanaam,& de ſacrificiis per Gentiles in ſanguine humano,dixi plenè ſupra,hac parte tertia,cap.j.num.16.& adde Auguſtinum de ciuitate Dei lib.18.capite 53. non omittam qđ tradit ſanctus Tho.lib.de articulis fidei,& eccleſiaſticis ſacramẽ
7 tis ſuper errore tertio Euchariſtiæ,ſic, † Tertius error eſt Cataphrigarum, & Præputiatorum,qui infantis ſanguine, quẽ de toto eius corpore minutis punctionum vulneribus extorquẽt, & quaſi Euchariſtiam ſuam conficere perhibentur, miſcentes cũ farina,panemque inde facientes,qui puer ſi mortuus fuerit, habetur ꝓ martyre;ſi vixerit, pro magno ſacerdote, quod eſt magis ſacrificiis dęmonum,quàm Chriſti ſacrificiis aptum, ſecundum Pſal.105.& Euſebium lib.4.c.6.de eccleſiaſtica hiſtoria tradit ſuſpitionem iniectam in Chriſtianos, quod infanticidij da-
8 pibus funeſtarentur. †& infanticidia ſolita obijci Chriſtianis oſtendit Tertullianus in apologetico,qui id crimẽ falſiſſimum, atque impudentiſſimum purgat.

Et quod falsò illis impingerentur infanticidia, Tertullianus ſic ait,cum odio ſui incępit ueritas,ſimul atque apparuit, inimica eſſe,tot hoſtes eius,quot extranei,& quidam proprij ex emulatione,iudæis ex concuſſione,milites ex natura, ipſi etiam domeſticis noſtris quotidie obſidemur,quotidie prodimur, ĩ ipſis quotidie cœtibus & congregationibus noſtris opprimimur,qs vnquam taliter uagienti infanti ſuperuenit,quis cruenta, ut inuenerat,Cyclopum & ſirenarum ora, iudicio reſeruauit? Quis in vxore aliqua,immunda veſtigia deprehendit? quis talia facinora cum inueniſſet,cęlauit,aut vẽdidit, ipſos trahens homines. Si ſemper latemus,quãdo dictum eſt,quod admittimus, immò a quibus prodi potuit? Ab ipſis enim reis nõ vtique, cum uel ex forma,omnibus myſterium ſilentii fides adhibeatur,Samothracia & Eleuſina reticẽtur,quanto magis quæ prodita, magis ani-
9 maduerſionem prouocabunt,quam diuina ſeruãtur. ſi ergo nõ ipſi proditores ſui,ſequitur ut extranei, & unde extraneis notitia,cum ſępe etiam prophanæ initiationes arceant prophanos? hęc ille.& de hoc Euſebius inquit,Eccl.hiſto.li.4. c.8. nec aliunde hęc ſuſpitio de nobis tanquam verè impiis & inceſtis fuerat exorta quàm vt afferere,illicitis plebem noſtram ſtupris,ac promiſcuè habitis ĩ matribus & ſororibus pollui,† atque execrãdis infanticidii dapibus funeſtari,ſed non in longum durauit infamia,vbi ſe ipſa cępit veritas aperire,quinnimo & clarius & ſplẽdidius, illuceſcente vita noſtrorum, extinguebatur continuò ſuperſtitioſi caligo figmenti.

Et Auguſtinus ubi ſupra lib.18.ca.53. de ciuitate Dei, tradit imputatum fuiſſe falſo Petrum Apoſtolorum principem malefi cia feciſſe,ut coleretur Chriſti nomen per trecentos ſexaginta quinque annos,& deinde completo memorato numero annorum,ſine mora ſumeret finem, & puerum anniculum ob id occiſum,& hoc falſorum Deorum cultorem finxiſſe, & à reſponſis dęmonum habuiſſe, cum viderent perfidiſſimi nec tot tantisque perſecutionibus de tempore in tempus Chriſtianam religionem poſſe conſumi,ſed his potius incrementa ſumpſiſſe, ꝫ quos inuehitur Auguſtinus, & confutat,inter quæ ſic ait,Si Petrus maleficus fecit,vt Chriſtum ſic diligeret mũdus, quid fecit innocens Chriſtus, vt cum ſic diligeret Petrus? reſpondeant igitur ſibi ipſis, & ſi poſſunt intelligant: illa ſuperna gratia factum eſſe,vt propter ęternam uitam Chriſtum diligeret mundus, qua gratia factum eſt ut propter ęternam uitam ab eo accipiendam, & vſque ad temporalem mortem pro illo patiendã Chriſtum diligeret Petrus,deinde illi Dij qui ſunt, qui poſſunt iſta perdentem,nec poſſunt auertere ita ſuccumbentes vni maleſico,& vni ſceleri magico,quo puer (vt dicunt) anniculus,occiſus,& dilaniatus,& ritu nephario ſepultus eſt,vt ſedem ſibi adueꝛſariam tam prolixo tempore conualeſcere, tot tantarumq; perſecutionum horrendas crudelitates, non reſiſtendo, ſed patiendo ſuperare, & ad ſuorum ſimulachrorum, templorum,ſacrorum, oraculorum euerſionem peruenire permitterent, qs poſtremò eſt Deus,non noſter vnique,ſed ipſorum,qui vel illectus tanto ſcelere, vel impulſus eſt iſta præſtare?

Sed redeundo ad odia,& inimicitias,quibus iudæi nos perſequuntur, certum eſt nos ipſa paruipendere, cum maximè non poſſint bella aduerſus nos exercere, cum careant gladio ſacerdotali,

Source : BIU Cujas

10 dotal. & ſceptro temporali.† & licèt Iudęi de Tribu Iuda ſemper habuerint Reges,excepto Saule de alia Tribu reprobato, in cuius locũ ſuffectus eſt,vel datus poſtea ex Tribu Iuda Rex Dauid vſque ad Herodem alienigenam, qui fuit quãdo Dominus natus eſt,quo tempore euerſum eſt regnum Iudæorum venien te Domino,prout prædixit Iacob, quãdo benedixit filios ſuos, Non auferetur ſceptrum de Iuda,& Dux de femore eius,donec veniat qui mittendus eſt.& tũc ſublatum eſt regnum ex Iudęis,
11 modò non habent Regnum, † quia noluerunt cognoſcere uerum Regem,nec eorum intuitu poteſt dici,Pſal.75. notus in Iudęa Deus in Iſrael magnum nomen eius,nam non ſunt verè iudęi,iuxta id quod dicit Apoſt.Ro.2.Qui in occulto iudęus eſt,q̃ circunciſione cordis,non litera ſed ſpiritu,prout erant olim patres eorum,à quibus degenerantes remanſerunt,carne iudęi, in corde pagani,ideo ſcriptum eſt, Frameam tuam eripe ab inimicis manus tuæ,id eſt eripe ab eis gladium ſacerdotalem, & ſceptrum temporale à Iudæis inimicis filij tui, qui eſt manus, & dextera tua, & poſſunt ipſi dicere, Domine imminuti ſumus pluſquàm omnes gentes,ſumuſque homines in vniuerſa terra hodie propter peccata noſtra,& non eſt in tempore hoc Princeps, & Dux,& ipſi ſententiam contra ſe tulerunt dicentes, nos non habemus Regem niſi Cæſarem.non eſt ergo de illis timendum,cum Dominus Deus noſter nobiſcum ſit,& ſicut panem, ita poſſumus deuorare eos,receſſit ab eis omne præſidium,ut Ioſue & Caleph dicebant ad populum Iſrael numeri 14.immo per elapſum,licèt à plurimis oppugnati fuimus nos Chriſticolæ,nec vnquam tamen victi,& habuimus tyrannos, Duces,Imperatores,Auguſtum,Tyberium,Caium,Claudium,Neronem, & alios perſecutores ferociſſimos,qui ſilentur, & obliuioni traditi ſunt:nos verò permanemus victoriam conſecuti,tanto magis dicendum de gente Iudæa imbecilli & per orbem diſperſa, vt de ipſis non curemus:ſumus enim nos filii Abrahæ & Iacob per repromiſſionem,quia imitantes eos recepimus Chriſtum illis promiſſum, non autem ipſi qui eum non receperunt, & de
12 nobis dictum eſt contra eos, Deut.25. Aduena qui tecum † veſtitur in terra,aſcendet ſuper te,eritq̃ ſublimior, tu autem deſcendens, & eris inferior, & ipſe erit in caput, & tu eris in caudam. & quod prædixit Eſaias, c. 55. Ecce gentem quam neſciebas vocabis, & gentes quæ non cognouerunt te,ad te current propter Dominum Deum tuũ. & omiſſis perſecutionibus gentis Iudaicæ,deſcẽdamus ad aliud genus infidelium,qui nos execrabili crudelitate proſequuntur, qui ſunt in bello potentes, & penes ipſos ſunt mille nocendi artes, peritiſſimi artis militaris, qui etiam vtuntur variis machinis bellicis contra nos terra mariq̃,& fabricant turres ex ligno,& terra altiſſimas, muros ciuitatum noſtrarum ſuperantes, vt viſum eſt in expugnatione Zi-
13 ghetti hiſce tẽporibus † & aliis in locis, & iuxta illum Maronis.

Inſtar montis equum diuina Palladis arte
Aedificant,ſectaq̃ intexunt abiete coſtas.
Aut hæc in noſtros fabricata eſt machina muros
Inſpectura domos, venturaq̃ deſuper vrbi.

Et vt nos crudelius occidant capita ſagittarum ſuarũ tingũt veneno,quæ ſecũ mortem gerunt vulneratis, de quibus Poeta.

Moliriq̃ ignem, neruoq̃ aptare ſagittas,
Vulnera dirigere, & calamos armare veneno,

& alibi.

Vngere tela manu ferrumq̃ armare veneno.

Et miris aliis modis atrociſſimis militiam ſuam exercent cõtra nos quotidiana experientia docet, & luctuoſum eſt referre iuxta illud.

Infandum Regina iubes renouare dolorem.

SVMMARIVM.

1 *Turcarum Imperatoris, & gentis Othomanæ quædam conſiderabilia, & aliqua eius geſta.*
2 *Conſtantinopolis obſeſſio, & aliorum locorum, & prouinciarum.*
3 *Belgradi, & Budæ occupatio, & Zighetti.*
4 *Aquileia à Romanis condita, vt eſſet irruentibus Barbaris propugnaculum.*
5 *Atilæ crudelitas in patriam Foriiulij.*
6 *Atilæ progreſſus in varias Italiæ regiones per patriam Foriiulij.*
7 *Longobardorum ingreſſus in Italiam per patriam Foriiulij, & gentis Vngarorum.*
8 *Italiæ imminens periculum, niſi fiat prouiſio.*
9 *Barbari diuerſarum Prouinciarum, etiam ante Aquileiam conditam per patriam Foriiulij, ingreſſi ſunt in partes Italiæ, & qui fuerint illi.*
10 *Alboini ingreſſio in Italiam per patriam Foriiulij.*
11 *Italia monetur ad ſibi præcauendum ab imminentibus periculis.*
12 *Turcarum gentes artis bellicæ inſtructiſſimæ.*
13 *Deus omnipotens cur permittat nos vinci ab infidelibus, & terras noſtras occupari, & de remedio.*
14 *Moſe orante cadebant eius inimici.*
15 *Innocentes, cum innocentibus à Deo caſtigantur, & de cauſa.*
16 *Murmurandum non eſt aduerſus Deum, qui caſtigat ſanctos ſuos cum nocentibus.*
17 *Captiuis qualiter agendum ſit, dum ſunt in captiuitate infidelium.*
18 *Chriſtum, quando quis dicatur abnegare.*
19 *Vita animæ potius quàm corporis tuenda, & procuranda.*
20 *Prouidentia Dei omnia regi, & omnia nobis vtiliter ab ipſo Deo inferri & iuſto iudicio.*

CAP. XII.

SVnt ergo ĩter cæteros infideles, & Chriſti crucis inimicos Maumethis cultores, & eorum potentiſſimus Imperator, qui ſecundo rerum ſuarum euentu uehementer elatus, in
1 dies magna aduerſus Chriſtianos moliri videtur, † magna animo verſari,formidanda minari,nephãda appetere, & fretus armis,& opibus dominandi libidine,& ambitione inflatus præceſſorum ſuorum veſtigia obſeruans, non deſinit Chriſti fideles terra mariq̃ vexare,& Domini vineam vndequaque deuaſtare,eidemq̃; ſe offerunt quæ geſta ſunt per anos, inter quos Amurathes, qui Theſſalonicam illuſtrem Græciæ ciuitatem, antiquitate,amplitudine, authoritate, vi captam oppugnatãq̃; penitus diripuit, templa pulcherrima,& ditiſſima expilauit,ſacra prophanauit,opes ornamentaq̃; antiqua exhauſit,tunc Epirum,& Ethaliam in deditionem ſuã redegit, Illyricorum agros vaſtauit,oppida multa vi cepit, & expugnauit, quædam funditus euertit,& Regem Pannoniæ Ladiſlaum acie inſtructa conflixit,qui cum ingenti Chriſtianæ Reipublicæ iactura manu hoſtili interemptus eſt,& quanta fuerit ſtrages in eo conflictu patet,qa ex ipſis etiam victoribus quadraginta millia poſt pugnã deſiderata ſunt,& victoria illa potitus Corinthiacum Iſthmum ſumma vi penitus expugnauit, & Pelopõneſſum ingreſſus muros Iſthmi funditus demolitus deteſtabiliter Gręcis calamitatẽ intulit,& Maumethes ſubinde filius contra inita fœdera, cõtra iuſiurandum innumeris copiis coactis mirabili licèt formidoloſo apparatu,terra,mariq̃: Conſtantinopolim aggreſſus,†machi
2 narum,tormentorumq̃; diuerſo genere,poſt quartum,& quinquageſimum diem,ſumma vi cepit,Imperatore ipſo primo hoſtium ingreſſu confoſſo,cuius immanitatem, & ſcelera perpetrata in tantæ vrbis excidio,nec verbis, aut lachrimis ſatis quiſquam vel orator complecti poſſet. Omitto Negropontum,Capham Macedoniam,Boſnam,& vniuerſum Græcũ, Trapezuntinumq̃; Imperium ademptum,& nonne adhuc eccleſia Chri-
3 ſtiana deplorat,& ſemper deplorabit † Belgradum totius Chriſtianæ Europæ propugnaculum, ſub anno Domini milleſimo quingenteſimo uigeſimo primo ſibi armis ſubditum, & anno ſalutis 1523.Rhodum aliàs inexpugnabilem ſemeſtri obſidione exhauſtum,occupauit,Ludouicum Regem Vngariæ prælio ſuperauit,& occidit,Budam diripuit,& incendit, anno Domini 1526.29.Auguſti,& nouiſſimè mouens arma aduerſus ſereniſſimum Imperatorem Maximilianum,Zighettum ferè inexpugnabilem,machinis bellicis,& innumerabili hoſtium apparatu ditioni ſuę ſubiecit,& toto orbi innoteſcit maria omnia feciſſe ſibi peruia, & quod uſque etiam ad nobis finitima littora maris Adriatici cum eius claſſe impetum fecerit, & terrorem, & timorem maximum tam maritimis ciuitatibus,& locis,q̃ terreſtribus incuſſerit,& potiſſimum huic Patriæ Foroiulienſi ſolitæ pati tam antiquis,quàm modernis temporibus varias infidelium ſtrages,vt per nos poſſet dici illud Virgilianum,

Aut portus tenet, aut plenis ſubit Oſtia uelis.

Certum eſt enim patriam hanc, & olim fuiſſe ab infidelium Sarracenorum & paganorum,& poſt Othomanum Imperium à Turcarum incurſionibus infeſtatã, cũ ſituata ſit ſub Alpibus, in finibus Italiæ,Septentrionem verſus,in quam veluti quoddã limen belli,datur primum in Italiam ingreſſus,& depopulationes,& deſolationes prima Italicarum regionum ante alias paſſa fuit,& in qua Romani Aquileam condidere,vt incumbentibus Barbaris impoſita eſſet,teſte Strabone, prout contigit tẽpore quo Maximinus eam obſidere conatus eſt,de quo per Herodianum libro eius ſeptimo, & per Iuliũ Capitolinũ in vita Maximiani,& Maximi aliisq̃ue,& Theodoricus Rex Gothorũ ſuaſione Zenonis Imperatoris Conſtantinopoli, Italiã petens ſibi principatum eius pararet, eiecto Odoacre Tyranno è Thracia diſcedens,& primum bellum inter ipſum, & Theodoricũ fuit, non procul Aquileia ſuper Sontium amnem, de qua re p Procopi.libr.1.de bello Gothi.pagina prima, & clarius Leonardus Aretinus de bello Ital.aduerſus Goth.libro primo, pag. prima. Et Atila coluber tortuoſus,flagellum Dei nũcupatus, eandem Aquileiam patriæ iſtius metropolim diripuit,& incẽdit, ipſam tribus annis ꝓtinuis obſidendo,imperante Theodoſio 2. anno Domini 415.Niceta Patriarcha tunc interfecto, & qui deſtruxit omnes terras,& caſtra, & inter cætera Caſtrum Foriiulij, quod nunc Ciuidatum appellatur;& Bugam,quam Romani Erſini tenebant,& Fortilitium collis,vbi nunc eſt arx Vtinenſis,quã pro ſui ratione manualiter fieri procurauit, deinde peragrans Concordiam,Altinum, Vincentiam, Taruiſiũ,Veronam,Brixiam, Mediolanum, & plures alias Ciuitates igne ferroq̃; cõſumpſit; & poſt Atilam Theodoricus Gothorum Rex eandem patriam deprædatus eſt,cuius hiſtoriam vide apud Tornandum Gothũ, libro de rebus Gothi.pag.625.cum ſeq.& ante illũ per Procopi.

lib.1.

Source : BIU Cujas

lib.j.de bello Vãdali.pag.310. vbi dicit, Atilã nullo negotio populatum eſſe totam Europam,occidentisque Imperium ſibi tributarium conſtituiſſe,talem inquiens, fœlicitatem ei Aquileia directa præbuiſſe, & ſub Iuſtino Imperatore, Longobardi ĩ Italiam † per hanc patriam, quaſi per oſtium ingreſſi ſunt, ipſam 7
iterum deuaſtãtes anno Domini Dlxx.ſub Paulo Patriarcha, imperante quoque Carolo III.ſedente in Aquileienſi cathedra Federico Patriarcha,gens Vngarorum,ex Pannonia in hanc patriam,gens verè crudelis,& impia,tũc carnes comedens humanas,& ſanguinem bibens,hoſtiliter ingreſſa ipſam deuaſtauit, quos Federicus armis repreſſit, qui ſepultus eſt in Aquileienſi Eccleſia, in cuius tumulo ſunt hæc inſcripta carmina.

Conditur interius nitido Patriarcha lapillo,
Præclarum nomen cui Federicus erat:
Pannoniæ rabiem magno moderamine preſſit,
Et pacem afflictæ contulit Italiæ.

Et de priſcis incurſionibus, & inuaſionibus in hæc loca per Paulum Diaconum libro de geſtis Longobardorum, & ex his ſatis apparet nos Foroiulienſes in euidentiſſimo periculo conſtitutos eſſe,& non tantum hanc patriam,verum etiam & cęteras Italiæ regiones,cum per eam detur, & ſic Turcarum Imperatori aditus facilis in vniuerſam Italiam. 12

Auertat Dominus Deus,ne Italiæ contingat, quod olim anno ab vrbe condita 687.quando Piratarum vis,è Cilicia primũ erumpens,initiũ paruum & ferè incognitum nacta,cũ populus Romanus,nullam primò, deinde non magnam eius rei curam geſſiſſet, vtpote inteſtinis bellis diſtrictus, tantas paulatim vires adepta eſt,vt naues vltra mille haberent, captas Ciuitates quadringentas tenerent,& ſocios Romanorum, non modò extra Italiam habitantes,verũ ipſius quoq; Italiæ incolas multis modis affligerent,& ipſa etiam Oſtia claſſe intrarent, adeo vt cum nemini cõmercia libera, ſed omnia inuia, omnia clauſa eſſent victus anguſtia ad animaduerſionem tantæ rei Romanos impulit & Pompeum Magnum, vti præſtantiſſimum Romanorum Ducem mittendo cum quingentis nauibus completis, & pedi- 13
tum centum viginti millibus, equitum millibus quinque cum ſummo Imperio & reliqua, vt per Plutarchum in vita Pompei Magni, & per Dion.lib.36.pag.5.6.7.de quo maximè verẽdum, timendum & cauendum eſt, cum Othomanum Imperium in dies augmentum ſuſcipiat.

Nec res noua eſt,hac etiam olim ante Atilam, & Maximinũ iter fuiſſe patens in immenſam Italiam, immo ante conditam Aquileiam, in hanc patriã irruperunt Bituriges, Auerni,Hedui, Ambarci, Carnutes, Aluerici,& aliæ gentes Gallicæ Bellouęſo Duce,Gothi, Hunni, Pannones,Illyrici,Cimbri, & teſtatur Liuius, ſub ipſum Macedonici belli finem, Galli Tranſalpini per ſaltus ignotæ antea viæ Italiam ingreſſi,in agro qui nunc Aquileienſis eſt, conſedere, ad duodecim millia armatorum fuere, quo tempore Aquileia nondum erat condita.

Et ſucceſſiuis temporibus Alboinus Rex Longobardorum, 30
accerſitus à Narſete Iuſtiniani † Imperatoris Duce in iniuriam Sophiæ Auguſtæ ipſi inſidianti,per hãc quoque patriam ingreſſus eſt, Siſulphumque nepotem, primũ Foroiuliẽſi regioni Ducem præfecit.Narſetes ille armorũ Dux egregius iuſſu Iuſtiniani Cæſaris,qui tunc Conſtantinopoli degebat, in Italiam miſſus cum exercitu contra Gothos pugnauit,quoniam eam occupauerant,quos bello Narſetes ſuperauit,Venetorũ, & Lõgobardorũ præſidio ipſam Italiã liberauit,& is plures eccleſias Venetiis conſtruxit,ex Gothorũ ſpoliis;& iterũ laceſſitus vi verborũ ipſius Sophiæ,& literarũ contra eũ deſcriptarum, tam aduerſus eius geſta,& virtutem,quàm eiuſdem natalitia,pro fideq; obcęcatus Narſes, Italiam poſt in prædam tradidit Longobardis, q ex Pannonia Alboino Duce prædicto in Italiam venerunt.nec caret reprehenſione Narſes,qui vt Auguſtam vlciſceretur,quæ etiam eum ad lanam, & penſa reuocaturam iactauerat,quando Longobardos gentem ſęuiorem induxit in Italiam.

Quod ſupra dixi confirmari poteſt ex ipſo quoque idiomate Foroiuliẽſi,cũ ſit tot barbaris elocutionibus permixtũ, vt puta ex tot populorũ gentibus compoſitũ,indiciũ euidens,qđ fuerit à variis barbarorũ gentibus oppreſſa, ſiquidẽ in magno Alpiũ circuitu nullibi earũ iuga caſtigatius(teſte Sabellico) aſſurgunt, quam inter Zachabriam,& Lubianam,quæ Liburniæ eſt, ac patens ſaltus,uel onuſtis paruis curribus,in Italiam tranſmittit per colles moliter accliues,hæc eſt pars illa Alpium inuidia naturę ad Italiæ perniciem barbaris peruia,relicta,hunc natura locum voluit patere ad Italiam infeſtandam, qua velut patenti porta admiſſæ terram ad imperãdam natam,ſemper ſollicitam haberet,hac demum immaniſſimi Turcæ me in infantili ętate exiſtente tranſmiſſi,ferro,& igni patriam hanc depopulati ſunt,& ne ipſam penitus attererent,& in cæteras Italiæ prouincias impetum facerent,ſereniſſimi,& potẽtiſſimi Veneti, furori debachantium ſed oppoſuerũt.nobis ergo ſummopere, & nõ nobis tãtum, ſed vniuerſæ Italiæ timẽdũ eſt, cũ nouiſſima Turcarum 15
facinora nos vrgeant,& circumſtrepentia infidelis hoſtis arma adeò inſtent,vt videamus ceruicibus calamitatem impendentẽ, vtpote hoſtis potentiſſimi acerrimũ ſtudiũ, aſſiduam meditationem,vehementemq; cupiditatem magis magisq; in dies aduerſus nos molientis,excogitantis,ſtruentis,fabricantis, & q terras,& regiones Chriſtianorũ occupare non deſinit,& eas ſemp detinendo,easvi illius imperio ſubijcit, vt vana ſit ſpes recuperationis earũ,prout experientia nos admonet, & qui continuè domeſticis finibus hoſtile bellum inferre ſolitus eſt,& bella gerendo in hoſtiũ regionibus exemplo Scipionis Aphricani, & Octauiani Auguſti, qui longè ab vrbe duxit exercitũ cũ claſſe, ne bellũ fieret in patria,& Marcũ Antoniũ,& Cleopatram ſuperauit in Aegypto,& longè à patria cepit Alexandriam, hi ſunt qui victoria potiti rapiunt virgines,pueros diuellunt, & liberos à parentũ complexu,& matres familiarũ pati quæ victorib.collibuiſſet,phana atque domos expoliant cedibus & incendiis incumbũt,& armis,cadaueribus,cruore,atque luctu omnia complent,& ex diuerſis clamoribus auditur vnus quidã ſonus offerẽtiũ prædas,reportantiũq; diſcurſus, & miſeri captiui ante ſuum quiſq; prædonem cateruatim trahuntur inuiti, tam execrabili nos odio proſequuntur,& ad nos magis contemnendos, arte, & exercitio,& armorũ † iure milites ſuos inſtruere nunquam deſinit,eligendo tyrones ſolertiſſimos,qui quotidianis laborib. ſe exercent,& quæcunque euenire in prælijs poſſent, omnia in campeſtri meditatione prænoſcunt: ſcientia enim rei bellicę dimicandi nutrit audaciam,& nemo facere metuit,quod ſe bene didiciſſe confidit,cũ rudis, & indocta multitudo ſit ſemper ad cędem expoſita,& ita Othomanũ Imperiũ armis,& viribus maximè pollet,dũ vſum rei bellicæ iugibus exercitiis cuſtodit, ex quibus contingit non tantũ glorioſa Victoria, ſed etiã amplior præda.eſt enim antiqua ſententia, omnes artes in meditatione conſiſtere,& ob id conſtat Romanos,omnes gentes ſola armorũ exercitatione vixiſſe,prout eorũ exemplo fit in dies potẽtior ferociſſimus eorũ Imperator, cuius rei cauſam nõ eſt noſtrum perſcrutari,Eccleſiaſt.3.& 6.& Prouerbi.25.Iob 33. & Actu.j.& per Archidia.in c.Nabuchodonoſor,23.q.4. per Canoni. maximè Felyn.† in c.ſi quando,de reſcrip.col.8.verſi.circa.& per glo. in Clem.1.in verbo,virginali,& ibi ſcribentes,de ſumma Trinitate,& fide Catho.& Pſal.35.Iudicia Dei abiſſus multa, & magiſter ſentent.lib.j.diſt.46.& 2.ſenten.diſt.23.& Paulus Epiſcopus Burgenſis in additione ad Nico.de Lyra Apocalip.13.& aliqua vltra hæc dixi ſupra,par.3.c.1.nu.41.Hoc tamen pro certo ſcien dum eſt,ꝙ propter peccata noſtra permittit nos qñq; Deus noſter ire in prædã,& in gladiũ infideliũ, terrasq; noſtras occupari,vt ſcriptũ eſt per Prophetã,Viſitabo ſuper vos omnes iniquitates veſtras,vt habetur Macha.5.& Pſal.73.Nam ſæpe ſubactus eſt populus iudæorũ Dei peculiaris, ab alienigenis Dei iuſſu excitatis propter diuinæ maieſtatis offenſam,23.q.5.c.remittũtur. & q4.ſi quos,& in c.ſi gens Anglorũ. 57. diſt. ſolet enim diuina prouidẽtia corruptos hominũ mores, bellis emendare, atq; cõterere;itemq; vitam mortaliũ iuſtam,atque laudabilem talibus afflictionibus exercere,& probatam in meliorem transferre,& iuxtã prophetam,viſitabo in virga iniquitates eorũ, & in flagellis peccata eorũ, miſericordiã autem meã non diſperdã ab eis. Pſal.88.& ideo pro his diluendis habemus varia, & infinita exẽpla,videlicet ſi orantes cũ lachrimis ad Dominũ Deum noſtrũ humiliabimus animas noſtras,dicẽtes,vt Pſal. 78. Deus venerũt gentes in hæreditatẽ tuam,polluerũt templũ ſanctũ tuũ,poſuerunt morticinia ſeruorũ tuorum,eſcas volatilibus cœli,carnes ſanctorũ tuorũ beſtiis terræ effuderunt ſanguinẽ ſuũ tanquam aquam,& non erat qui ſepeliret,licèt ſepultura negata Chriſtianis nihil adimit,Aug.de Ciui.Dei.cap. 12.lib.1.effunde irã tuam in gentes,quæ te non nouerunt,& in regna quæ nomen tuũ nõ inuocarunt,&c.& quod habetur Pſal.105.Peccauimus cũ patribus noſtris,iniuſtè egimus, iniquitatem fecimus: tu qui pius es, miſerere noſtri,& in tuo flagello vindica iniquitates noſtras,& noli tradere confitentes te, populo qui ignorat te vt non dicãt inter gentes,vbi eſt Deus eorum? intercedet ſemper pro nobis Beatiſſimus,& Sãctiſſimus Dñs & pr̃ noſter Papa Pius V.quo ꝓ quibus ſuis orante cadent Chriſti crucis inimici, prout orante Moſe contingebat exercitui Amalech pugnanti cõtra populũ Iſraelis,licèt hoſtes eſſent valde potentiores,numero bellantiũ clipeis,equitibus,& armis,& pęnitentiam agentes,& fuſis hoſtibus dicere poterimus,laudate Dñm noſtrũ,qui nõ deſeruit ſperantes in ſe,& in nos ſeruos,adimpleuit miſericordiã ſuã,quam promiſit populo ſuo:etenim veritas ipſa dicit, Beati eritis cum perſecuti vos fuerint,& dixerint omne malũ aduerſus vos mentientes propter me;gaudete,& exultate, nam nos caſtigat Deus ſicut pius pater.nam & temporibus Iudicum,vt legitur in ſacra Pagina, ſicut ſe habebant, & peccata populi, & miſericordiam Dei alternauerunt proſpera, & aduerſa bellorum.

Nec conquerendum eſt de Iuſtitia Dei ſi innocentes cũ nocentibus caſtigantur, & dant pœnas, nam pro peccatis malorũ flagellat etiam ſanctos ſuos, quãtumlibet enim iuſtitiam ſeruemus,† quamtumlibet dño obedientiam exhibeamus.nunquid meliores eſſe poſſumus illis tribus viris, qui in camino ignis ardentis pro conſeruanda lege Dei proiecti ſunt? & tamẽ lege qđ

illic

Source : BIU Cujas

illic dicat Azarias vnus ex tribus, qui aperiens os suũ in medio ignis dixit, Daniel 3. Benedictus es domine Deus Patrũ nostrorũ,& laudabile,& glorioſum nomen tuũ in ſecula, quia iuſtus es ĩ omnibus quæ feciſti nobis,& vniuerſa opera tua vera,& viç tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera: iudicia enim vera feciſti, iuxta omnia quæ induxiſti ſuper nos,& ſuper Ciuitatem ſanctã Patrũ noſtrorũ Hieruſalem,quia in veritate, & in iudicio induxiſti omnia hæc propter peccata noſtra: peccauimus enim, & iniquè egimus recedẽtes a te,& deliquimus in omnibus,& prçcepta tua non audiuimus,nec obſeruauimus,nec fecimus ſicut præceperas nobis,vt bene nobis eſſet. omnia ergo quæ induxiſti ſuper nos,& vniuerſa quę feciſti nobis,in vero iudicio feciſti, & tradidiſti nos,in manibus inimicorum noſtrorũ iniquorũ,& peſſimorũ,p̃uaricatorũq;,& Regi iniuſto,& peſſimo vltra oẽm terram. & Daniel in captiuitate poſitus peccata nõ tantũ populi ſui,verum etiam ſua confitebatur, & pro his dicit ſe per iuſtitiam Dei ad illam captiuitatis pœnam, & opprobria peruenisſe. Daniel 9.& poſui faciem meã ad Dñm Deũ meũ rogare, & deprecari in ieiunio,ſacco,& cinere,& oraui ad Dñm Deũ,& confeſſus ſum,& dixi,Obſecro Dñe Deus magne,& terribilis cuſtodiens pactum,& miſericordiam diligentibus te, & cuſtodientibus mandata tua;peccauimus,iniquitatem fecimus, impiè egimus,& receſſimus,& declinauimus à mandatis tuis, ac iudicijs, tibi Domine iuſtitia, nobis autem confuſio faciei Regibus noſtris, Principibus noſtris,& Patribus noſtris,qui peccauerũt.tibi autem domino Deo noſtro miſericordia,& propitiatio,&c. vide quomodo peccata ſua,& populi ſui confitebatur, & hãc Dei commendat iuſtitiam,& hãc Dei laudem dicit, quia nõ iniuſtè, ſed pro peccatis eorũ flagellat etiam ipſos Sanctos ſuos. ſi ergo iſta dicunt qui excellentiſſima ſanctitate fulgebant, & ignes, & leones circa ſe innoxios habuerunt, quid nos oportet dicere in humilitate noſtra,qui tam longè illis impares ſumus? quãtum-
16 cunque iuſtitiam † ſeruare videamur,nec ideo aduerſus Deũ in his tentationibus murmurandũ eſt. & ſi peremptos fideles Dei ſeruos dicimus,quid intereſt vtrũ eos febris aut ferrum de corpore ſoluerit? nam non qua occaſione exeant, ſed quales ad ſe exeant,Dominus attendit,in ſeruis ſuis, qui à Domino nõ deſeruntur,qui miſit diſcipulos velut oues in medium luporum: & monet,ne timeant eos,qui occidunt corpus,animã autem non poſſunt occidere,promittitq; ipſius corporis renouandam integritatem vſque ad capilli reparationem, Petri gladium reuocat in vaginam, aurem inimici prçciſam reparat ad priſtinam formam,& virtutem patientiæ ſuo confirmat exemplo Apoſtoli, & martyres nõ reſiſtendo interfecti ſunt,vt potiorem eſſe oſtẽderent victoriam pro fide veritatis occidi, & quæ ſit diſtributio iudicantis Dei,& miſerentis, cur alius ſic,alius autem ſic, occultis fit cauſis iuſtis tamen.quæ cum ita ſint, & cum per hoc ſecretum iudiciorum Dei, motusque humanarum voluntatũ eiſdẽ proſperitatibus alii corrumpantur,alii temperantur, & eiſdem aduerſitatibus alii deficiant,alii proficiant: cumque ipſa humana mortalisque vita, tentatio ſit ſuper terram, quis hominum nouit cui proſit,aut obſit in pace regnare, vel ſeruire, vel vacare, vel mori, in bello autem, vel imperare, vel pugnare, vel vincere, vel occidi? cum hoc tamen conſtet, & cui prodeſt non niſi per diuinum prodeſſe beneficium,& cui obeſt nõ niſi per diuinum obeſſe iudicium.

Sed animaduertant quæſo,qui in infidelium captiuitatem in ciderint ne deſperent,ſi aut aquari,aut lignari, aut equos paſcere,aut alia viliora facere cogantur, ſed in Domino confidant,
17 & pro certo ſciant ſe habere Chriſtum fortem, † & generoſum Ducem,qui ſolo nutu poteſt quæcunque mala ſunt, & grauia tollere,illius ſunt omnia, cœlum, terra, & quæ in eis mouẽtur, & ei facillimum eſſe omnia transferre, & caueant ne dum ſunt in fidelitate captiui,permittant ſe quoquo modo ad infidelitatem conuerti.& in captiuitatem dexterioris hoſtis, ſcilicet diaboli,deduci,Chriſtum negando, cœleſtia pro terrenis deſerendo,& peccati tam horrendi ſerui effecti (negationi enim nullũ eſt malum çquale) ſubiugantur ſæuiori domino, qui nõ nouit parcere,aut miſereri,qui cum miſerum,& infœlicem ludam accepiſſet captiuum, minimè ei pepercit, ſed cum & ſacrilegum, & proditorem fecerit,deinde poſtq; ſcelus perpetraſſet, eum in theatrum ludæorum produxit, & maleficium reuelauit, & ne ſic quidem permiſit,vt participaret fructum pœnitentiæ,ſed ipſum & ad impœnitẽtiam,& ad laqueũ traxit.eſt enim ſçuus Tyrannus,qui iubet quæ ſunt improba, & eos qui obediunt ignominia afficit,& in perditionem deducit, ſed potiuſquàm Chriſtum,aut ſe Chriſtianos negent, quodlibet genus mortis ſuſti-
18 neant.c.ita ne.32.q.5.nam & non ſolum abnegat Chriſtum,qui dicit nõ eſſe Chriſtum,ſed etiam qui cum ſit,neget ſe eſſe Chriſtianum;c.non ſolum, 11.q.3. ne timendo mortem carnis ſuæ, mortem det animæ ſuæ. Quanta enim vita eſt cõfiteri Chriſtũ, tanta mors eſt negare Chriſtũ:& non ſunt timendi qui occidũt corpus,animam verò occidere non poſſunt. c.nolite. ea.cau. & q.nec permittant ſe à Diabolo ſuperari: à quo enim quis ſuperatus eſt,huius & ſeruus eſt;& melius erat eis non cognoſcentibus viã iuſtitiæ,q̃ poſt agnitionem retrorſum conuerti ab eo, à quo illis traditũ eſt ſanctũ mandatum,nec timeant ſententiam ipſorum infidelium:aliud eſt enim ſella terrena, aliud eſt tribunal cœleſte,ab inferiori accipit ſententiam, à ſuperiori coronã, c.& ſi ea,ea.cau & q.3.& ſcriptum eſt,eſto fidelis vſque ad mortem,& dabo tibi coronam vitæ. Sed & non ſatis eſſet ad euitandũ peccatũ mortale q̃ talis ita coactus negaret ore, & corde cõfiteretur,quia nulla cõditione quis debet ad hoc adduci, 22.q.2. primum.& mortaliter peccaret,vt per glo.in d.c.non ſolum. in verbo,negare Chriſtum.& in c.Petrus.in verbo,negat.de pœni.
19 diſt.j.quæ dicit Petrum peccaſſe ore negando, † & corde adorãdo. 50. diſt. fidelior.& ca. presbyter,& 22.q.5.ſi quis coactus, & tex.in ſacris.de his quæ vi, me. cau. dicen.quod pro nullo metu debet quis peccatum incurrere: debet enim potius conſeruari vita animæ,q̃ corporis,& vide q̃ ibi pulchrè tradit D.Abb.& circa veniale peccatum, dicens, quinimmo vir perfectus deberet potius pati mortem corporalem,q̃ committere peccatũ veniale,quia peccatum veniale opponitur feruori charitatis, vt not. glo.in proçmio ſexti. vir autem perfectus potius debet eligere interitũ corporis caduci,& mortalis,quàm perdere feruorẽ charitatis,quam habet in Deũ;& ſcriptum eſt, omnis ergo qui cõfitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eũ corã patre meo,qui in cœlis eſt:qui autẽ negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, qui in cœlis eſt. & dicit Apoſto. Rom. 10. Hoc eſt verbũ,fratres, Dei quod prædicamus, quia confitearis in ore tuo Dñm Ieſum,& in corde tuo credideris,quod Deus illũ ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris: corde enim creditur ad iuſtitiam,ore autẽ confeſſio fit ad ſalutem. Habeant præ oculis ſemper, & cordi alligent verba Saluatoris noſtri dicentis,ne terreamini ab his qui occidunt corpus,& poſt hoc nõ habent amplius quid faciant,timete eũ qui poſtq̃ occiderit hẽt poteſtatem mittere in gehẽnã,& cũ Apoſtolo dicant, perſecutiones patimur,ſed non derelinquimur;deijcimur, ſed non perimus,& digni erunt Regno Dei pro quo patiuntur,& beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine agni. Apocalip. 2.7.& 22.& vide q̃ dicam infra de Marcellino Papa.his enim mediis perſecutionũ oportet Eccleſiam exerceri vſq; ad nouiſſimam quæ erit Antichriſti,quem Dñs Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui. Nec cõqueri debemus de temporibus horum bellorum,quod ſint diutũrna,cũ hæc ſint in Dei omnipotentis arbitrio, & iuſto iudicio, & miſericordia vel atterere, vel conſolari genus humanũ,& vt alia citius, alia tardius finiantur,prout apud ipſos etiam Gentiles contigiſſe reperitur,per rerum in præteritũ geſtarum hiſtorias.nec mirum ideo ſi & Chriſtianis temporibus aliquod bellum cũ infidelibus diutius trahi videamus, & recolunt qui legerunt, q̃ diuturna bella, q̃ variis euentibus, q̃ luctuoſis cladibus à veteribus ſint geſta Romanis, ſicut ſolet orbis terrarum vel procelloſiſſimum pelagus, varia talium malorum tempeſtate iactari.

Hæc tamen omnia fiunt Dei Optimi Maximi prouidẽtia in terra,dixit ſapiens,Sap. 4. Tu autem pater gubernas omnia,prouidentia.& alibi.Sap. 8. Attingit ergo à fine vſque ad finem fortiter,& diſponit omnia ſuauiter,& qui continet gyrum terrę,& qui operatur oĩa ſecundũ conſiliũ voluntatis ſuæ, vt ait Apoſt. in ipſo viuimus,mouemur, & ſumus, quæ quidam prouidentia Dei ad omnia & vniuerſa etiam minima ſe extendit, & ipſe diſpoſuit membra pulicis & culicis,vt habeant ordinem ſuũ, habeant vitam ſuam,& motũ ſuũ. Beſtiolam breuem & minutiſſimam conſidera quam volueris,ſi conſideres ordinem mẽbrorũ ipſius,& animationẽ vitæ,qua mouetur, vt pro ſe fugiat mortem,amat vitã,appetit uoluptates,deuitat moleſtias, exerit ſenſus diuerſos,viget in motu congruo ſibi,quis dedit aculeum culici,quo ſanguinem ſugat? quàm tenuis fiſtula eſt qua ſanguinẽ ſorbet? quis diſpoſuit iſta? quis fecit iſta? qui fecit in cœlo Angelũ,ipſe fecit in terra vermiculum,ſed Angelũ in cœlo pro habitatione cœleſti, vermiculũ in terra pro habitudine terreſtri, nunquid Angelũ fecit repere in cęno,& vermiculũ in cœlo? & cũ prouidẽtia ſit ratio ordinis rerũ in finem, neceſſe eſt omnia inquantum participant eſſe,in tantũ ſubdit diuinæ prouidẽtiæ, quæ omnia cognoſcit,& quod ore ſuo Saluator dicit vnũ paſſerẽ non cadere in terrã ſine Dei voluntate,& ab eo lilia agri veſtirí & capillos noſtros numeratos dicit, & quod fœnum agri poſt paululũ mittendũ in clibanũ,ipſe tamen veſtiat,nonne cõfirmat non ſolum totam iſtam mundi partem rebus mortalib. & corruptibilibus deputatam,verũ etiam viliſſimas, & abiectiſſimas eius particulas, diuina prouidentia regi? & ex ipſis rebus omnibus ſimul creatis, apparet, cum in ipſo Deo fuerũt omnia ante creationem, ſicut in ipſo grano inuiſibiliter erant omnia ſimul,quę per tempora in arborẽ ſurgent,ita & ipſe mundus cogitandus eſt,cũ Deus ſimul omnia creauit, habuiſſe ſimul oĩa, quæ in illo cũ illo facta ſunt,& cuncta adminiſtratorio actu gubernans,& mouens,ſine ceſſatione operatur,& qui non ſolum cęlũ & terrã,nec ſolũ Angelũ & hominẽ,ſed nec exigui & contẽptibilis animantis viſcera, nec auis pẽnulã, nec herbę floſculũ,nec arboris foliũ,ſine ſuarũ partiũ conuenientia,et quadam

veluti

Source : BIU Cujas

veluti pace dereliquit, ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt,& videmus quod omne genus ſimile ſibi procreat, & in tam multis ſimilitudo vna propagata, primæ originis formā non variat, vnumquodq; ſuam ſpeciem habet & generis ſui ſimilitudinē ſeruat & ſummo Deo cuncta bene adminiſtrāte, quæ fecit, nihil inordinatū in vniuerſo, nihilq; iniuſtum eſt, ſiue ſcientibus, ſiue neſcientibus, vobis. hæc autem facit atque agit vnus verus Deus vbique totus, nullis incluſus locis, nullis vinculis alligatus, in nullas partes ſectilis, ex nulla parte mutabilis, implens cœlum & terram præſente potentia, non abſente natura. ſic itaque adminiſtrat omnia quæ creauit, vt etiā ipſa proprios exercere & agere motus ſinat. & Philo. de confuſi. lingua. Hebręus dicit, ꝙ Deus implet omnia non contentus, ſed cōtinēs, qui ſolus vbique ſimul & nuſquam eſt: nuſquam, quia ipſe locū & regionem creauit vna cū corporibus, nephas eſt authorem intra vllam ſuam creaturam includi: vbique autē, quia potētijs ſuis, per terram, aquam, aerem, cœlum, extenſis, nullam partem mundi deſtituit, ſed omnia inter ſe inuicem aſtringit inuiſibilibus vinculis, ne vnquam ſoluantur, plurimum laudandum hoc nomine. quod enim celſus eſt omnibus potētiis, intelligitur eas excedere, cū eas in poteſtate habeat, virtus autem illa omnipotens, quæ condidit & gubernat oīa, verè Deus dī, omnia continens in gremio & oīa penetrans vel minima, & Apoſto. Vnus Deus & Pater omnium, qui ſuper omnes. & per oīa & in oībus nobis, & propheta. Nonne cœlū & terram ego impleo. & Poeta, Iouis omnia plena, & Iuppiter eſt quodcunque vides.

Et de prouidentia Dei Plotinus Platonicus diſputat, eamque a ſummo Deo, cuius eſt intelligibilis atque ineffabilis pulchritudo, vſque ad hæc terrena & ima pertingere, floſculorum atque foliorum pulchritudine, comprobat, quæ omnia quaſi abiecta, & velociſſimè pereuntia, decentiſſimos formarum ſuarum numeros habere non poſſe confirmat, niſi inde formētur, vbi forma intelligibilis, & incommutabilis, ſimul habens omnia perſeuerat. & Plato ipſe in Epimenide, in Phędro, in Phędone, in Gorgia, in Sophiſta, in Timęo, dicit ante alia illud tenendū eſſe, prouidentiam diuinam & maxima quęque & minima curare. & lib. de legibus, &c. dicit, cum Dij ſint, non cōuenit eos eſſe ociosōs, curant ergo res humanas: cumq; omniſcij ſint, etiā minima vident & norunt: procul autem ab eis abeſt, & deſidia, & inertia, & ignauia, nec imbecilliores ſunt in paruis, nec putant indignum ſua maieſtate illa curare, nam ea ceu gradus ſunt ad maxima. Curant igitur vniuerſa, & parua, & magna; & ſic idem, omniū rerū etiam minimarum curam & gubernationem Deo attribuit, impietatisq; crimine illos accuſat, qui non agi, gubernariq́ue diuinitus omnia putarint: nō enim fas eſt aliter omnino opinari, falſumq; eſt non habere curam artificem his de rebus, quas artificio ſuo effecit, ideoq; vitia pecorū, & arborū, aliarūq; rerum mutabilium, atque mortalium, vel intellectu, vel ſenſu, vel vita omnino carētium, quibus eorū diſſolubilis natura corrumpitur, damnabilia putare, ridiculum eſt, cum iſtæ creaturæ, eum modum, nutu creatoris acceperint, vt cedendo, aut ſuccedendo, peragant infimā pulchritudinem temporum, in genere ſuo, iſtius mundi partibus congruentem: neque enim cęleſtibus fuerant terrena coęquanda, aut ideo vniuerſitati iſta deeſſe debuerunt, quoniam ſunt illa meliora. cū ergo in his locis, vbi talia eſſe competebat, aliis alia deficientibus oriuntur, & ſuccumbunt minora maioribus, atque in qualitates ſuperantium, ſuperata, uertantur, rerum eſt ordo tranſeuntiū, & rectiſſimè credenda percipitur prouidentia conditoris, ne tanti artificis opus, in aliquo reprehendere, varietate humanæ temeritatis audeamus, & Philoſoph. i. de anima, habet pro inconuenienti ꝙ Deus aliquid ignoret, quod nos cognoſcimus, nos autem cognoſcimus particularia corruptibilia. nec valet ſi dicatur, vt quidam dicebant, Deū cognoſcere illa in vniuerſali, quia talis cognitio quæ eſt tantū in uniuerſali, eſt confuſa & imperfecta, ut habetur primo Phiſico. in Deo autem nihil imperfectionis ponendum eſt, noſtri ergo curam habet omnipotens Deus exquiſitam. & propheta Dicit, Eſa. 49. nunquid obliuiſcetur mulier infantuli ſui? Sed & ſi illa oblita eius fuerit, ego tñ tui nō obliuiſcar, dicit Dominus. oſtendens Dei miſericordiam, affectus omnes naturales longiſſimè excedere, & prouidentiam diuinam maiorem paterna gubernatione, quæ ſe extendit etiam ad inimicos ſuos dicēs, Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pęnitentiam, vel preſentis vitæ bona illis omnia largitur, Solē ſuum oriri faciens ſup bonos & malos, & pluens ſuper iuſtos & iniuſtos, aliaq; præſtās, quæ ad præſentis vitæ conſtantiam pertinent. ſed licèt Dei Optimi Maximi prouidētia ad omnia etiam minima ſe extēdat, ſpeciali tñ modo intellectualem creaturam atque hominē ipſum fouere, & ſibi ſolertius quàm cæteris quibuſcunque animantibus, prouidere dignoſcitur, & ſic intelligitur quod hī 1. Cor. 9. non eſt Deo cura de bobus? adeo ꝙ ex ſacrarum ſcripturarum teſtimoniis (quibus tantum nos adhærere licet) ſatis cōſtat Deū rebus vniuerſis magnis & paruis, ęternis & immortalibus, & caducis, vniuerſalibus, & ſingularibus prouidere, & eas q̄ diligentiſſimè curat, dicit Sap. 11. Omnia in menſura, numero, & pondere, diſpoſuiſti Domine, & Pet. 1. in fi. omnem ſollicitudinem veſtram proijcite in Deum, quoniam ipſi cura eſt de vobis. & Pſal. 91. habetur productio rerum à Deo, ibi quàm magnificata ſunt opera tua Domine. ſed oſtenditur etiam prouidētia & gubernatio rerum ab ipſo Deo, dum dicit, Nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ. ad perfectionem enim prouidentiæ pertinet, omnia intima & particularia conſiderare, quod requirit, ꝑfundas cogitationes. Quid quod diluuium quoque vniuerſale Dei nobis prouidentiam, poteſt aſſerere, ſm Chriſoſt. Primum enim non repente, neque inſperatè mortalibus vim illam inundationis induxit, ſed fore prædixit: idq; non ante breue tempus, ſed ante centum & 20. ann. Tum verò ne ex longitudine prædictionis in obliuionem, ac negligentiam inciderent, ędificari arcam in oculis omnium inſtituit, voce omni clarius clamātē, Deiq; minas omnibus annūciantem, cū illa ante oculos oīum poſita, iugiter imminentium ſibi malorū illos admonebat, nec ſic tamen illi emendati ſunt, ſed ipſi in vitiis perſeuerarunt, ſupplicium ſibi ipſis conſciſcentes & attrahentes: Deus eñ diluuiū ipſum, neq; comminari, neque inferre voluiſſet, vt dicit Sap. 1. Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuentium. & dici non poteſt quantum vtilitatis & his qui illa inūdatione perierē & cæteris poſtea futuris inde comparatū fuit: illi enim vlterius in vitiis & flagitiis progredi permiſſi non fuerunt, qui autem poſt illos ſecuti ſunt, maiora etiam q̄ illi, atq; excellētiora lucra retulerunt, fermento (ita dixerim) materiaq́; malorum è medio ſublatis, extinctiſq́; peccatoribus: nam ſi etiam ſine exēplis, mala hominęs per ſe facile inueniunt, quid non facturi exiſtimentur ſi plurimorum exemplo, ad pernitioſos actus inuitētur, quod vbi ne fieret, ne tot ſcelerum magiſtros, hi qui poſtea futuri erant intuerentur, eos omnes vna perdidit, quæ omnia Dei prouidentia ſubſecuta fuiſſe cenſendum puto.

Non igitur ludibrio fortunæ res humanę committunt, ꝓut quidam ſtultiſſimè & dementiſſimè errantes putauerunt, ſicut & alii cęcutientes dixerunt, ſolas mundi partes ſublimes, ideſt à cōfinio corpulentioris aeris iſtius & ſupra, diuina prouidentia regi: hanc autem primā partē terrenam & humidam, aeriſque huius vicinioris, q terrarū & aquarū exhalationibus humeſcit iniquò venti, nubesq; cōſurgunt, caſibus potius & fortuitis motibus agitati, ꝺ quos loquitur Pſal. qui cū explicaſſet laudem cęleſtium, ſed etiam ad iſta inferiora conuertit dicens, laudate Dominū de terra, dracones, & omnes abyſſi, ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus tempeſtatis, quæ faciunt verbum eius, nihil ēt tam videtur caſibus volui, quàm omnes iſtæ procelloſę & turbulentæ qualitates, quibus cęlum huius inferioris facies variat, & uertitur, ſed cum addidit quæ faciunt verbum eius, ſatis oſtendit earum quoque rerum ordinem diuino ſubditum Imperio.

Eadem habentur ex libro Iob, & eius proceſſu & intētione: vbi licèt amici Iob, tenerent actus humanos regi diuina prouidentia, tñ tenebant quod aduerſitates huius mundi, non inferūntur alicui niſi propter mala præterita, & proſperitates non eueniant alicui, niſi propter præcedentia merita, quod eſt erroneum. & Sanctus Iob in eo intendit declarare contrarium, ſ. ꝙ aliquando in præſenti, malis eueniunt bona, & iuſtis aduerſa, ſecundum ordinem diuinæ prouidentiæ, ad quam pertinet punire mala & præmiare bona: & non ſolum in vita præſenti, ſed ēt in futura, quem etiam librum eleganter exponit S. Tho. 2. 2. q. vlt. art. vlt. & q. de proui. ideo ibi videndū. & bona temporalia ſe habeant, ad bonos & ad malos, dicendū tñ ꝙ Deus tñ dat iuſtis de bonis tēporalibus, & ēt de malis, quantū eis expedit, ad perueniēdum ad vitam ętērnā. malis autē qñq; permittit euenire bona tēporalia, vt in eis inuoluantur in pœnā peccatorū, nā diuitiæ ſolēt allicere hoīem ad negandū vel contemnēdū Deū, vñ dicit Sap. 5. quid nobis profuit ſuperbia? quid diuitiarū iactatio contulit nobis? trāſierunt oīa illa, & de diuitibus Iob 21. Ducūt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcēdunt. & Apoſt. Timo. 6. Nā qui volunt diuites fieri, incidūt in tētationē & in laqueū ſiue muſcipula diaboli & deſideria multa, & inutilia & nociua, quæ mergunt hoīes in interitū, & ꝑditionem. & Dñs exclamat, Veh vobis diuitibus, qui habetis conſolationē veſtrā; veh vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. & alibi, ſtulte hac nocte expoſtulatur aīa tua: quæ ergo paraſti, cuius erunt? & quid prodeſt homini diuitijs affluere, & vniuerſum mundum lucrari, aīę uero ſuæ detrimentum pati? Et in tantū prævalet Dei prouidentia, ꝙ eā impedire volentes ꝺ ſuam intentionē promouent illā, & cōſiliis Dei humana facta ēt tūc congruè ſeruiunt, cum reſiſtunt, ſicut fratrem Ioſeph vendiderunt illum, ne ipſum adorarent, & per hoc compulſi ſunt eum adorare, ſecūdum ordinem prouidentiæ diuinæ. ſic princeps Iudæorum volentes impedire celebritatem nominis Chriſti fuerūt valde diligentes de cuſtodia ſepulchri, & per hoc celebrata eſt fama de veritate ſuæ reſurrectionis & ſui nominis. ſic in petitione præputiorum à Saul, vt Dauid extingueretur, ꝟnde omnia quæcunque voluit fecit, et Deus et malis et nocituris licèt infinitis, quæ toto terrarū orbe cernuntur, multo maiora bona, quā fuerint ꝑmiſſa mala, euenire ꝑmittit, et qđ ꝑ malos excogitatū eſt, ad bonū finē deducit.

& dicit

& dicit D. Aug. in Enchiri. Deus oīpotens nullo modo ſineret malum eſſe in operibus ſuis, niſi vſque adeo omnipotens eſſet, & bonus vt bene faceret ēt de malo, vt de præuaricatione primi parentis, Rom. 5. vbi abundauit delictū, ſuperauit & gratia. Et viſa veritate de prouidentia Dei, hiſce temporibus hoc ſolū nobis perſuadere debemus, oīa nobis vtiliter à Deo inferri, nō iam modū inquirentes, neque huius ignorationes grauiter ferre vel cū męrore: neq; enim poſſibile eſt iſta ſcire, neq; vtile illud, quia mortales ſumus, hoc, quia cito in arrogātiam extollimur, nunqd dicit figmentū factori ſuo, cur me ita feciſti? & ideo quæcunque Deus iuſſerit hominem ſequi, & quæ ille intulerit, grato animo perferre conuenit, nihil omnino reluctando, vel curiosè addiſcere quęrendo, ſed in omnibus Deo gratias agamus.

SVMMARIVM.

1 *Diabolus, an ſit cauſa omnium peccatorum.*
2 *Diaboli circuitus, quomodo intelligatur.*
3 *Colluctatio noſtra cum diabolo, & de eius inſidijs.*
4 *Diaboli actus in decipiendo Euam.*
5 *Dæmonum natura.*
6 *Dæmonum ſpecies, & qui de eis ſcripſerint.*
7 *Dæmonum loca, in quibus ſint conſtituti.*
8 *Dæmones delectantur adoratione.*
9 *Sacrificia dęmonibus in ſanguine humano.*
10 *Parentes olim filios immolabant dæmonijs.*
11 *Irriſio ſacrificiorum Gentilium.*
12 *Idolatræ, qui ſint.*
13 *Futura prędici à Dæmonibus quandoque permiſſum erat, & quare, & cur etiam de miraculis per eos.*
14 *Cognitio de Deo facilis.*
15 *Imagines, quomodo venerandæ.*
16 *Iudæis, cur hoc denegaretur.*
17 *Chriſtiani, quomodo adorent Deum ſub imaginum effigie.*
18 *Imagines inhonorantes, qualiter puniantur.*
19 *Hæreſis à Diabolo inuenta ceſſantibus idolis.*
20 *Hæreſis in aliquo vtilis Chriſti fidelibus.*
21 *Dæmones, an ſciant futurorum euentus, & de Angelis.*
22 *Futurorum cognitio ſpectat ad ſolum Deum.*
23 *Dæmones magis inſtructi, & informati quàm homines, & quare.*
24 *Dæmones, quomodo cognoſcant cogitationes hominum.*
25 *Cogitationes prout ſunt in intellectu, & affectiones in voluntate, ſoli Deo cognitæ.*
26 *Cogitationes noſtræ an cogātur à ſtellis; Et fato aut aſtrorum neceſſitati non eſſe vitam hominum ſuppoſitam.*
27 *Dæmones implorans ad cognoſcenda futura ſubiacet vitio hæreticę prauitatis.*
28 *Striges, & de eorum vanitatibus, & an moueantur de loco ad locum per Dæmones.*
29 *Baptizantes ſe in nomine diaboli, quomodo caſtigentur.*
30 *Dæmones non poſſe transformare creaturas.*
31 *Aliqua poſſe dæmones iudicio Dei occulto, iuſto tamen.*
32 *Dæmones poſſe aſſumere corpora aerea, quod probatur exemplis.*
33 *Lamiæ quid, & plura de eis.*
34 *Penates, & lares quid, & de eis aliqua.*
35 *Pan, quid, & de eo.*
36 *Dæmonum transformationes in diuerſas ſpecies, ēt tempore Gentilium.*
37 *Dęmonum quorundam natura mulieribus improba, & fertur teſtimonium.*
38 *Dæmonum impugnatio contra genus humanum grauiſſima.*
39 *Angelorum cuſtodia contra dæmones iniquos.*
40 *Cuſtodia geniorum apud Gentiles, & de Angelis cuſtodibus Imperatorum, & Principum.*
41 *Qualiter oportet nos defendi ab impugnatione dæmonum.*

CAP. XIII.

VIdimus in præcedentibus capitibus aliqua circa inimicos noſtros viſibiles, ſupereſt vt latius pertractemus de hoſtibus noſtris inuiſibilibus, qui ad ſalutem noſtrā debellādam nihil vnquam ocij gerūt: de iniquiſſimis dæmobibus loquor, qui cum eorum Principe immani & atrociſſimo contra nos tyranno habent mille nocendi modos. dolet enim, & erubeſcit hominem conſtitutum in ſummo honore, & ex lutea materia conſtantem, & nihil minus habere Angelis ipſis, cum ipſe è ſummo cœlo ob voluntatis ſuæ nequitiam proiectus fuerit, ſuaq; roditur inuidia, nosq; Deo rebelles effice
1 re ſemper conatur: is enim eſt cauſa omnium peccatorum † noſtrorum, indirectè tamē, quia ſcilicet inſtigauit primum hominem ad peccandum, ex cuius peccato conſecuta eſt in toto genere humano quædam pronitas ad omnia peccata, quia nō oīa peccata committuntur diabolo inſtigante, ſed & quædam ex libertate arbitrii, & carnis corruptione: nam etſi diabolus non eſſet, homines haberent appetitum ciborū, & venereorū, refrenare autem & ordinare huiuſmodi appetitum ſubiacet libero arbitrio, & mediante auxilio diuino, quod homini exhibetur, miniſterio Angelorum homo proficere poteſt ad meritū. Is eſt q nobiſcū bella gerit cū vniuerſa eius phalange, nō telis, aut alio armorū genere, & aduerſus corpora noſtra, ſed dolis, fallaciis, & inſidiis animas noſtras ad ſe trahere indeſinenter inuigilat, vt nos è cœlis eijciat, vnde ipſe cū Angelis ſuis apoſtatis deiectus eſt. Is eſt ille acerrimus hoſtis noſter, de quo ſcriptū eſt, 1. Pet. 5. ſobrii eſtote, & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus, tāquā leo rugiens circuit, quærens quē deuoret. circuit nos, offerendo oculis formas illicitas, & faciles voluptates, vt is deſtruat caſtita tē aures per canora muſica tentat, vt in ſoni dulciſſimi auditu ſoluat, & emolliat Chriſtianū rigorē; linguam conuitio prouocat; manū iniuriis laceſſentib. ad petulātiā cędis inſtigat; vt fraudatorē faciat lucra opponit; vt aīam pro pecunia capiat imponit pniciosa cōpendia; honores terrenos promittit, vt cœleſtes auferat; oſtentat falſa, vt vera ſurripiat; & cū latenter non poteſt fallere, apertè minat, terrorē turbine pſecutionis intēdēs ad debellādos Dei ſeruos, ſemp inquietus, & infeſtus, ī pace ſubdolus, in pſecutione violentus. hi ſunt circuitus, quibus vtitur dęmon iniquiſſimus tyrannus ꝯ nos, nemini parcens, ſingulis fidelibus inſidians, & ideo dr de eo, Iob. 1. circuiui terrā, & perambulaui eā. pro terra intelliguntr homines terreni, quorū ipſe diſcutit curas, & conſuetudines, vt inueniat vias & artes nocendi, quę ſunt malæ concupiſcentiæ, immūdæ cogitationes, pnitioſi affectus, furor, inuidentia, ira, odiū, & alia oīs ignauia, & circuiuit vniuerſam terram, quum diluuium vniuerſale totū orbē ſummerſit.

Et ſtatim poſt diluuium impulit Cham filium Noe ad denudanda patris verenda, & adhuc Noe ſuperſtite, in ipſius mundi reformatione idolatriā procurauit, quā in ſua poſteritate pium ſenē, cū pphibere nō pōt, tolerare oportuit, de qbus plura ſcripſi hac parte, c. j. & illius inſtigatione in cinerē cuerſæ ſunt Ciuitates Sodomorū & Gomorræ. Is ēt Loth ebrietate grauatum, nephario incęſtu cū filiabus cōmiſcuit, & Eſau de morte fratris, & fratres Ioſeph de eius nece ſollicitauit, ideo nobis opus eſt magna vigilantia, qm & cōtinuū nobis eſt bellū, & indutiæ nullæ, pp quod & Apoſtolus dicebat Epheſiis ſcribens, non eſt vobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinē, ſed aduerſus Principes, & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarū harū, contra ſpiritualia nequitiæ, in cœleſtibus. ex quo apparet q̄ inęqualis ſit pugna & acies noſtras non eſſe ex ęquo inſtructas. ponit tamē Apoſtolus modū defenſionis qua indigemus: eſt enim natura p uerſus, iniquus, & aſtutiſſimus, vt teſtatur ſcriptura dicēs, Gen. 3. ſed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat dñs Deus, & eius laqueos explicare neſcimus, cū habeat mille nocendi artes, vt dictum eſt, de quo Leo Papa ſic ait, non deſinit antiquus hoſtis vbique laqueos tentationibus prætendere, vt fidem credentium corrumpere ualeat: nouit enim cui illecebras carnis ingerat, cui virus inuidiæ infundat, cui incitamenta luxuriæ apponat, nouit quem męrore conturbet, quem gladio fallat, quem metu opprimat, quē admiratione ſeducat, omniū diſcutit mores, oīum ventilat cās, oīum ſcrutatur affectus inquirens cās nocēdi vbi viderit quēpiā diligentius occupari. circuit ergo vndecūq; hominis volūtatē, & appetitū, & ex eo capit occaſionē ſubducendi. hinc eſt qđ videns Adā, & Euā diuinitatis cupidos eos promiſſione diuinitatis ſubduxit, & hoc poſſet pluribus exemplis confirmari, & aliqua dixi in tractatu meo de Cęlibatu Sacerdotū non abrogando, par. 1. c. 1. procedit enim iſte aduerſarius noſter cū maxima verſutia nos experiendo, impellendo, & alliciendo, prout fecit tentando Euam, in qua minus q̄ in viro rationē vigere nouit, & ipſam vti debiliorem aggreſſus eſt, vt ſi fortè illic aliquatenus præualeret, poſtmodū fiducialius ad alterū robuſtiorem pulſandum, vel ſubuertendum accederet. primùm ergo ſolitariam fęminam explorauit, vt in ea pri-
4 mùm omnem ſuæ tentationis vim experiretur: † & ne fraus illius nimis manifeſtaretur, in ſua ſpecie non venit, ne cognitus repelletur, & ſic per ſerpentem, in quo loquebatur diabolus ad tētationem proceſſit. Nec eſt putandū, ſecundum Auguſtinū, ſuper Gene. q̄ diabolus ſerpentem, per quem tētat, elegerit, ſed cū decipere cuperet: non potuit niſi per quod animal poſſet permiſſus eſt, qui etiam non audens in verba perſuaſionis exire, metuens deprehendi ſub interrogatione eam aggreditur, vt ex reſponſione colligeret, qualiter in malitia procedere poſſet, negādo prout fecit vera eſſe quod eis præceperat Deus, addendo promiſſionem ſimilitudinis Dei, & boni maliq; ſcientiam; & ſicut in primos parentes noſtros, ita & in omne genus humanum ſę-
5 uire nunquam deſtitit. ſunt † enim dęmones ſpiritus impuri, humani generis inimici, mente rationales, nequitia ſubtiles, cupidi nocendi, per ſuperbiam tumidi, ſemper in fraude noui, immutant ſenſus, inquināt affectus, vigilantes turbant, dormientes p ſomnia inquietant, morbos inferunt, tempeſtates concitant, in lucis Angelos ſe trasformant, ſemper infernū ſuū ſecū portant, in idolis ſibi cultū diuinū vſurpant, ſuper bonos dominari appetunt, magicæ artes per eos fiūt, bonis ad exercitiū dantur, ſemp fini hominis inſidiātur. De quibus etiam Plato in Timeo, & alibi, & Apuleius, Porphyrius, Lactātius lib. j. diuina. īſtitutio. Iamblicus, Macrobius, Orpheus ī Hymnis, & in poemate ad Muſęū, Philo Iudęus in lib. de mundo. Thales Mileſius, qui dixit mun-
6 dum † dæmonibus plenū, & de dæmonio Socratis, qui ſupinde librū edidit, quē vocant de Deo Socratis. & ī Plato 10. de legib.

quem

Source : BIU Cujas

quem nos Diabolum, ipſe malignam animã appellat, aduerſus quam pugnam nobis conſtitutam eſſe oſtẽdit. & Michael Spſel lus librum peculiarem de Anima, & Dęmone conſcripſit; & ex ſententia cuiuſdam Marci magi, dicit eſſe ſex genera dæmonũ, quorũ primũ vocatum ait barbara voce Leliareon, in ſublimio ri parte aeris degentem; alterum in proxima eiuſdem aeris parte nobis propinqua; tertium terrenũ genus eſſe; quartũ aqueũ; & marinũ, quod in aquis maximè verſetur; quintũ ſubterraneũ, quod in viſceribus terræ degat; ſextum tenebroſum, qđ oĩno lucem refugit, & plura ab extraneis de his congeri poſſent, de quibus ſatis etiam per Auguſtinum de Ciuitate Dei, toto ferè volumine, & per Cęlium Rodiginum, lib. 2. antiquarum lect.

Quibus plurima addi poſſent, ſed his tũ pro nũc ero cõtentus: nã & cũ Plato loco ſupra citato, In Timeo. dixit dęmonem cognoſcere, & enunciare ortũ maius eſſe opus q̃ ſuũ ferre poſſet ingeniũ: qui ideo cũ nihil probabile hac de re afferre poſſet, ad fabulas conuerſus ex Oceano & Thetide natos eſſe Dęmones, commentus eſt. at Chriſtiana veritas habet iuſſiſſe Deũ patrem, vt fieret lux, & factos fuiſſe Angelos, vnaq; cęlũ empireũ, informemq; materiam creatã fuiſſe, quod docet Moſes, ibique annotatũ fuit à ſacris Interpretibus, & à Petro Lõbardo. in alio lapſus eſt Plato, q̃ Deũ patrem putauit animalium generationẽ Angelis delegaſſe, q̃ diceret homines, ſi à ſe crearentur, immortales, & Dijs adęquãdos. ferè Chriſtiana veritas docet homines à Deo, non etiam ab Angelis creatos fuiſſe mortales: per vnum nanque hominem peccatum intraſſe in mundum, & per peccatum, mortem damnat itaque Platonem ſummi opificis opus, Angelis aſcribentem, quod ait Auguſti. De ciui. Dei lib. 2. cap. 2. damnat Valentinũ Platonici dogmatis ſectatorem, dicente Ireneo, ſimili modo Saturnilum, Carpocratem, Caianos, & Sethianos eiuſdem dogmatis ſectatores, differente Epiphanio q̃ hæreſes: ſed Platonici & reliqui gentium ſapientes Chriſtianis Theologis conſentiunt, dæmonũ alios bonos eſſe, alios malos & noxios. nulla mundi pars (inquit Mercurius ille ter maximus) dæmonũ præſentia eſt deſtituta, dæmon transfuſus in hominem ſemina propriæ operationis inſpergit, inde humana mens prægnans parit adulteria, ſtupra, homicidia, parricidia, ſacrilegia, diuinorũ contemptũ, iugulationes, euerſiones vrbiũ, peſtes hominũ, ac reliqua omnia quæcunq; malorũ, ſunt opera dęmonum. & Iamblicus de miſteriis, ait, Compertũ habemus, dęmones improbos ĩ gñatione, rebusq; terrenis, humanisq; poſſe quàm plurimũ: ideoq; nihil mirũ videri dẽt, ardorẽ ad illicitũ coitũ in nobis frequenter ab eis accẽdi. teſtatur Plato aqueos dęmones ſtatim ab initio malorũ plurimis voluptatẽ immiſcuiſſe; Porphyriũ malos dęmones aſſerere; Cęlius Rhodiginus refert, Lectio. antiqua lib. j. c. 33. Deniq; magi & ſapientes gentiũ oẽs de noxiis dęmonib. ſcripta reliquere, at ſacræ literæ malũ dęmonẽ vbiq; ſonant, dæmoniũ noĩe Aſmodeus Saræ filiæ Raguelis ſeptem viros occiderat, cũ primũ ad eã ĩgreſſi fuiſſent. de Maria Magdalenæ noxia ſeptem dęmonia exierant. Vexabat quendam legio ſpirituum immundorum, malus dęmon affligebat Iob, noxia dęmonia à Deo immitti vt ciuitates impiorũ habitẽt Iſaias inqt, circũuenit malus dęmon primos parentes, dęmonia noxia ex corporibus eijciebat Chriſtus, mirabantur homines Chriſtum immundis ſpiritibus imperare, poteſtatẽ eijciendi dęmonia tradidit Chriſtus Apoſtolis, Mar. 3. Malum dęmonem ſacræ literæ appellant ſerpentẽ. antiquũ ſerpentẽ appellat Ioan. alibi diabolũ, Reg. 3. c. 21. Eccleſiaſt. 21. Abachuch. 3. Alijsq; variis nominibus appellare in ſcripturis, quod recenſere ad præſens nõ expedit, ſed aliqua dicam infra hoc eodem capite, nu. 34. cũ ſeq. Certum eſt autem, diabolum natura bonũ fuiſſe creatũ, & oẽs Angelos natura bonos à Deo fuiſſe creatos: ſed Luciferum ſponte malitiam induiſſe, & ob faſtum ſuperbiæ cœlo cum ſectatorib. Angelis deturbatũ fuiſſe. & Chriſtianis cõſentiunt gentiles, Pherecides Syrius dęmonũ exercitum duce Ophioneo, ideſt ſerpente dęmonico a mẽte diuina rebellaſſe author eſt, referente Marſilio Ficino in Phędro Platonis & ĩ apologia Socratis & Cęlio lectio. antiq. lib. j. c. 28. id lapſum dęmonum innuit Mercurius in Pymandro, nouit Empedocles, Aſſyrij, Arabes, Aegyptii, & Gręci ſapientes ſuis dogmatibus confirmant, Aegyptionũ miſteria docebant Iouem impuriores dæmones ad infeios deturbaſſe, idemq; homines ab eis pro viribus ad ima detorqueri.

Qui autem boni ſint, & qui mali dęmones; Plato dicit, In epitomio: dęmonũ alios eſſe igneos in ętherea regione verſantes: alios aereos, qui in aere conſtituti ſunt; tertios, qui in aquis morantur; igneos & aereos bonos eſſe dicit, prudẽtiæ mi abilis participes, acuto ingenio, tenaciq; memoria, cogitationes noſtras oẽs cognoſcẽtes, aqueos ſolos malos eſſe, dicũt Platonici (teſte Marſilio Ficino in Socratis apologia) igneos dęmones ad contemplatiuam vitam excitare; aereos actiuæ vitæ præeſſe: & tertios, voluptuoſæ, & igneũ fuiſſe dęmonẽ Socratis, quod & Cœlius ait, Lect. antiq. lib. j. c. 25. Proclus & Platonici quidã, magisq; igneis, aereis, & aqueis dęmonibus, terreos addunt, aqueos & terreos, noxios eſſe affirmant. addunt Orphici, dęmones ſubterraneos ſcelerũ vltores, de q̃bus meminerũt Plato, & Ficinus, quã ſpeciem ſubterraneorũ dęmonum, qui ſcelera vlciſcanť, Chriſtiani quoque Theologi admittunt, à quibus non recipitur bonos dæmones in aerea regione verſari, & noxios in terra. ſed de his per magiſt. ſenten. libr. 2. diſt. 6. & noxios dęmones Auguſtinus vocat animalia aerea. Sed hoc non eſt noſtri inſtituti, cũ id tantum animo fixum habeamus, quòd Dei optimi Maximi & ſeruatoris noſtri religione permiſſum eſt, Chriſtianam veritatem continuo amplectendo, & ideo non me extendam, ſed tãtum aliqua decerpam ad oſtentandum decipulas ipſorum aduerſus humanum genus, & de modo defenſionis noſtræ contra eos.

Sed circa ea quæ ſunt proximè dicta, nos dicimus eos in cęlo creatos, & de cœlo eorum exigente ſuperbia partim in infernũ, & infima terræ deiectos, partim in aere tanquam congruo ſibi carcere damnatos caliginoſo, & nebuloſo ad exercitium futurorum hominum remanentes: nam vt dicit Auguſtinus & Sanctus Thomas, locus iſte datur dæmonibus ratione † exercitationis humanæ, nam procuratio ſalutis noſtræ protenditur vſque ad diem iudicij, & vſque tunc durat miniſterium Angelorum, & exercitatio dæmonum: deſcendunt tamen aliqui in infernũ, vt ibi damnatos vexent, poſt diem verò iudicij ſimul cum damnatis hominibus ibi recludentur, vt ſcriptum eſt per Prophetã, non aſcendes, ſed deſcendes & ad infernum detraheris, quaſi cadauer putridum non habens conſortium in cœlis. 7

Et licèt varijs medijs nos vexent dęmones & generi humano in præteritum inſidiati ſint, ſibi tamen ſacrificari id maxime eis curæ fuit, & ſempremanſit diabolus in appetitu dominandi, vt adoretur ex inuidia Chriſti, & ideo dæmones inſidias poſuerũt circumeundo per diuerſas orbis partes, & animos mortalium inuaſerunt, & eos ad ſibi aras erigendum impulerunt, & ipſis ſacrificabant non tantum in ſanguine brutorum animalium ſed etiam in ſanguine hominum, vt legitur de Rhodijs hominem Saturno ſacrificantibus, in Salamine verò † inſula vſq; ad Diomedis tẽpora Agrauatæ cęcropis filiæ homo cędebatur, & homo Diomedi immolabatur, qui ab adoleſcentibus ter circũ arã ductus, tãdem à ſacerdote haſta percuſſus, & in rogo impoſitus cremabatur, & apud Aegyptios in Heliopoli homines immolatos fuiſſe nõ ambigimus. Dionyſio etiã Omadio apud Chios appellato, homo crudeliter diſcerptus ſacrificabatur. & Lacedęmonios hominẽ Marti ſacrificare ſolitos ſcribit Apollodorus. & Curetæ antiquitus Saturno pueros ſacrificaſſe certum eſt. & de his, & aliis regionibus in quibus hæc nephanda ſacrificia perpetrabantur, ſcribit Euſebius. de præparatio. Euange. lib. 4. c. 7. & aliqua diximus ſuper hac eadem parte, c. 1. nu. 16. & hoc eſt, qđ dixit Diabolus Iob, 1. circuiui terram, & perambulaui eam. nam in diuerſis mundi regionibus ſibi ſacrificia fieri procurauit, & quod peius eſt Dęmones ſuos aras imperare humano ſanguine rubefieri, neque non ab illis ipſis qui genuiſſent iubere eiuſmodi ſibi victimas immolari: qui enim calamitatibus noſtris nunquam ſatiatur, neque vllum terminum, † aut finem propoſitæ ſemel aduerſus nos pugnæ norunt, ſed immortalem vbiq; præ ſe rabiem ferunt, perinde quaſi neutiquam illis abundè ſatis foret ad proprium furorem explendum ipſorum aris horum, vel horum tum vxores, tum liberos pro ouibus, ac bobus admotos immolari; ij nimirum nouam quandam homicidij immanitatẽ excogitarunt, atque adeo inſolentiorem calamitatis modũ induxerunt. quos enim par erat peremptorum cędes lugeret ijs † dæmones, ijdem perſuaſere authoresque fuere, vt eos qui occidendi eſſent, in miſerabilis illius homicidij theatrum producerent. qui item vt ne humanæ tantam leges ignominiam paterẽtur, & ipſas quoque naturæ leges funditus diuulſas ſubuerterũt, nullos inimicos ſic vt genitores ipſos, cuncti formidabant, atq; adeo q̃bus maximè omniũ fidere oportebat, hos maximè omnium ſuſpectos hẽbant, atq; auerſabanť, ſed p̃ aduentum Dñi nr̃i Ieſu Chriſti à dura & immani tyrannide liberati ſumus nõ nos modò, qui ipſam adoramus, ſed eos quidẽ à q̃bus blaſphæmijs, ac conuitijs laceratur; neq; enim gentiliũ quiſquam hmõi victimas Dæmonibus ſuis poſthac offerre coactus eſt. 8 9 10

Et inde ab ipſis peſtilentiſſimis hoſtibus noſtris Idolorũ cultus proceſſit, dum ſtatuis diſformibus inſinuabant captioſa dantes rũſa, & adeo inuiſibilia, vt gentiũ Deos ab ipſarum gentium philoſophis deriſos, oraculaq̃ Deorum figmenta hoĩum putata fuiſſe videamus, de quibus per Euſebium de præpara. Euãg. lib. 5. capitu. 10. cum ſequenti. & quid impudentius legi poteſt quàm ritus, quibus eorum vane ſacrificia perficiebant, ut videri poteſt de his, quæ inter cætetos ſcribit Ouidius in lib. Faſtorũ, & inter cætera in ſacris Deæ Mutæ, lib. 2. 11

Ecce anus in medijs reſidens annoſa puellis,
Sacra facit tacitè, non tamen illa tacet,
Et digitis tria thura tribus ſub limine ponit,
Qua breuis occultum mus ſibi fecit iter.
Tum cantata tenet cum fuſco licia plumbo
Et ſeptem nigras geſtat in ore fabas:
Quodque pice aſtrinxit, quod acu traiecit ahena
Obſutum menta torret in igne caput.

Vina

Source : BIU Cujas

Vina quoque inſtillat, vini quodcunque relictum eſt,
Aut ipſa, aut comites, plus tamen ipſa bibit,
Hoſtiles linguas, inimicaque inuximus ora.
Dicit diſcedens, ebriaque exit auus.

Prout & de cæteris apparere poteſt, quæ omnia ſunt digna ſolutis cachinnis, miſerendo deceptis. & de his plura poſſunt videri per Grego. Giral. de hiſtor. Deorũ genti. ſintagmate 15.

Et propter dæmonum, & idolorum cultus gẽtes culpantur, & idolatræ nuncupantur, quia ſimulachra illa, vel mortalibus,
12 vel dæmoniis extruebantur, ipſasque † res corporeas, & manufactas putabant Deos, de quibus Apoſto. Roma. 1. & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedũ, & ſerpentium, propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum in immunditiam, vt contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis, &c. in his enim conſiſtit idolatria in credendo lignum, aut lapidem effigiatum, aut quid manufactum eſſe Deũ: quomodo enim quid eſt inuiſibile, incorporeum, infinitum, immenſum, incircumſcriptibile, & infigurabile, circunſcribi & effigiari poteſt? & quomodo ineffabile exprimi? & in corpore incorporeum requiri? nullus enim creatus verè Deus eſt, quantumuis pro Deo habeatur, cum careat æternitate, ſine qua non eſt numeri.

Et vt tantæ vanitatis, & mendacii pœnas darent, permiſit Deus omnipotens ipſos falli, ac ludibrio haberi, à cacodæmonibus, qui in ſimulachris inſidebant, & vt illis reſponſa darent ambigua & variis inuolucris referta, vt tradit Auguſtinus libro 2. capitu. 23. & libro 18. capitu. 18. de ciuitate Dei, licèt permit-
13 tat quandoque Deus, † ea quæ à malis dæmonibus prædicuntur euenire, vt hoc videntes probentur, & quali fide ſint erga Deum, Deutero. 13. Quia tentat vos Dominus Deus veſter, vt palam fiat vtrum diligatis eum, an non. capitu. nec mirum, circa fin. 27. quæſtio. 5. & de miraculis Deorum gentilium, à Deo omnipotenti permiſſis, meminit Auguſtinus, eodem lib. de ciuitate Dei. libro 10. capitu. 16. & libro 18. capitu. 17. & lib. 20. capit. 6. qui inter cætera annotauit Deorum Penatum Troianorum migrationem de ioco ad locum, & de inciſione cotis nouaculæ a Tarquinio, & Epidauri ſerpentis ſocietatem cum Eſculapio, qui Romam contendebat; Nauem ſimulachri magnæ matris immobilem, virginali zona motum, & virginis Veſtalis factum, quæ in cribro aquam ferebat, vt cętera omittam, quæ dæmones faciebant, vt diuinitatis opinione comparata a gentibus adorarentur, vt tradit idem Auguſt. De ciuitate Dei libro 2. capitu. 4. & libro 24. capitu. 19. & libro 18. capitu. 18. & cur hæc Deus permitteret, tradit libro 2. capi. 23. & locis citatis. & Magiſter. 2. ſentent. diſtin. 8. ſed hæc ſunt verba Auguſtini, d. capitu. 23. dum dixerat varietates rerum temporalium non ex fauore, aut impugnatione dæmonum, ſed ex veri Dei pendere iudicio ſubdit, ſed occultæ potius prouidentiæ Dei ad iſtorum ora claudenda, eosque ab erroribus liberandos, qui non ſtudiis agunt, ſed nec prudenter aduertunt: quia & ſi aliquid in his rebus dæmones poſſunt, tantum poſſunt, quantum ſecreto omnipotentis arbitrio permittuntur. & infra, ſic etiam illi intelligendo de immundis ſpiritibus, non omnia quæ volunt facere poſſunt, niſi quantum illius ordinatione ſinuntur, cuius plene iudicia nemo comprehendit, iuſtè nemo reprehẽdit. & de miraculis an per malos fieri poſſint, & prauos dæmones, vide Sãctum Thom. 2. 2. q. 178. articu. 2.

Nec excuſandi ſunt Idolatræ, quòd cognitio illis de Deo nõ ſit manifeſta, cum id fecerit mundi creatione in medium pro-
14 poſita, vt potuiſſet, & poſſet quilibet inſipiens etiam † aſpectu eorum, quæ oculis ſubiacent pulchritudinem edoctus, ad Deũ conſcendere, perſpiciendo quippe noctis, ac diei leges perpetuò ſtabiles, atque immobiles, Hyemis, Veriſque, & certorum anni temporum ordinem compoſitum firmum, & immotum, maris clementiam, idque in tanta fluctuum conturbatione, denique omnia ordinem ſeruantia, eademque tum a pulchritudine, tum a magnitudine ipſum opificem ſummum, veluti præconia voce, vel tuba annunciãtia, quibus declaratur ſimulachra illa non eſſe adoranda aut creaturam aliquam, ſed illum honorem ſoli Deo tribuendum, & ſecundum Apoſtol. Roma. j. Deus illis manifeſtauit: inuiſibilia enim ipſius a creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciũtur. Quis enim corporeus Deum verum celeſtem, atque immortalem oculis cernere poteſt? & per Apoſto. j. Thimo. j. Regi autem ſeculorum immortali inuiſibili. & alibi, j. Thimo. 6. Lucem inhabitat inacceſſibilem. & Exod. 33. non poteris videre faciem meam; non enim videbit me homo, & viuet, & quæ ſequũtur. & ſic Gregorius in homelia. Quàmdiu enim hic mortaliter viuitur, videri non poteſt, niſi per qualdã imagines. & in Euangelio Ioannis legitur. Ioann. j. Deum nemo vidit vnquam. Viſibile enim quicquam non eſt, quod nõ ſit mutabile, ideo ſubſtantia ſine eſſentia Dei, quoniam nullo modo mutabilis eſt, nullo modo per ſe ipſum viſibilis eſt. Immo nec anima videri poteſt corporeis oculis, ad quæ plura congerit Philo Iudæus in libro de Decalogo, ſuper primo præcepto, de quo meminit Hier. & Auguſti.

Non ſic aberrant Chriſti fideles, nec quicquam manibus effectum, naturave productum cultu latrię adorant; nec enim quiſquam eſt in populo Chriſtiano, qui imagines veneratus, affirmet ſe ſtatuam, aut imaginem † tãquàm Deum adorare, ſed 15
omnes profitebuntur ipſum omnipotẽtem Deum, quem mẽte pia, & fide inſtituta ſuſcipiunt, adorant, cultu æquo ſub imagine, quæ ipſum repreſentat: ſciunt quippe aliud eſſe picturam adorare, aliud poſt picturatam hiſtoriam, vel figuram quid ſit adorandum addiſceret: nam quod legentibus ſcriptura, hoc & idiotis præſtat pictura cernentibus, quia in ipſo ignorantes vident quid ſequi debeant; in ipſa legunt qui literas neſciunt, ca. perlatum. de conſecra. diſtin. 3. & capi. venerabiles, & in Auct. quomodo oportet. Epiſco. §. j. & ideo vt ſcriptura debet haberi in honore, 21. q. 4, cap. j. 22. q. 4. actione.

Et ſi hoc populo Iudęorum permiſſum non eſſet, non eſt mirum, quia id eis erat prohibitum, † cum eſſent valde procli-
16 ui ad idolatrandum, prout Moſes & propheræ omnes deplorant, populus meus, dicit propheta Hiere 2. Mutauit gloriam ſuam in idolum, me dereliquerunt, fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas. Et ipſorum quoque mulieres Gentilium mores proſequutæ ſunt in flendo Adonidem, & in ſacratiſſimo templo ſacra omnia prophanarunt, phana idolis conſtituendo. Quod Chriſtianis non contingit, qui ſub imaginum effigie ipſum Deum adorant, quæ imaginum hoc modo adoratio, ex Ariſtotelis tradi-
17 tionibus deducta eſſe † comprobatur ex his, quæ tradit Euſebius in hiſtoria Eccleſiaſtica, libro 7. capitu. 14. De imagine illius mulieris profluuio ſanguinis laborantis, quam Dominus ſanauit; & de ſtatua ad ſimilitudinem Domini Ieſu, quam permanſiſſe dicit vſque ad ſua tempora, & ſuis oculis cõſpectam, de qua & Socrates meminit in hiſtoria triparita, & hæc debent Chriſtianis conuenire, ne videantur aut Iudaizare, aut maume tizare quibus hæc prohibentur. Et compertum eſt, vtile fore Chriſtiano populo: pinguntur enim, vt ait Chriſoſtomus, glorioſa Sanctorum certamina, ſpectanda omnibus generationibus, & tanquam vera admiranda proponuntur, vt poſteri diſcant præclaram patientiam, eximiam conſtantiam ſanctorũ bellatorum, qui vti Chriſti milites fortiſſimi inſtaurarunt aciẽ, & conſerto bello ſummis viribus fuderunt hoſtem, victoriaq; potiti ſunt. excitatur profectò, & accenditur animus ex inſpectione huiuſmodi picturæ, & inuitantur Chriſti fideles ea conſpicientes: dicunt, mi frater cariſſime, pertracta, conſidera martyrum, glorioſos triumphos, aſpice oculis cordis cœleſtiũ pugillum, eximiam fidem, inuiolabilem q; pietatis effectum, non valuit vis immenſa pœnarum, iuſtorum animos flectere, tam intrepidæ charitatis ardorem, nec mors ipſa quiuit extinguere.

Et ex commoditate picturæ in plurimis magis mouẽtur interni affectus, quàm ex auditu & lectione ſcripturarum, & facilius animo concipiuntur, quàm ſi legeretur: ex qua lectura quandoque ſolet tædium afferri legentibus, ſuntque pictores ſimiles ſcriptoribus, cum tantum diſcrepent genere ſcribendi.

Et beatus Ephrem Syrus docet, quale debet eſſe officium Chriſtianorum in venerandis imaginibus, ſic dicens: Vis eſſe templum Dei, caſtum, ſanctum, & immaculatum? fac habeas illius imaginem in corde tuo iugiter: Dei verò imaginem dico, non colorem varietate in ligno, aut alia materia deformatum, ſed illam intelligo imaginem Dei, quæ per bona opera videlicet ieiunia, continentiam, rectè facta, vigilias, orationesque iugiter porrigere. porrò colores imaginis cœleſtis Domini, virtutes ſunt & cogitationes mundæ nuditasque terrenarũ omnium rerum. Vides ne, quomodo ille docet, Deum coli ſub imagine quæ ipſum repreſentat, ideo text. in capitu. venerabiles. de conſecrat. diſtinctione 3. dicit, venerabiles imagines Chriſtiani non Deos appellant, neque ſeruiunt eis, vt Diis; neque ſpem ſalutis ponunt in eis; neque ab eis expectant futurum iudicium, ſed ad memoriam, & recordationem primitiuorum venerantur eas, & adorant: ſed non ſeruiunt eis cultu diuino, nec alicui creaturæ, & hoc innuit Poeta ille, licèt gentilis, dum ait.

Sic homines nouere Deos, quos arduus æther
Occulit & colitur pro Ioue forma Iouis.

Et cum ſit venerandæ imagines ſecundum præmiſſa, ideo prouiſum eſt, vt certis pœnis ſubiiciantur, qui temerè, † aut in-
18 iuriosè in eas quicquam committunt, vt illas in terram proijciendo, vt nota. in capitu. ſi canonicis. §. cæterum. de offic. ordina. in 6. verbo, in deuotionis. & per gloſſ. ſub Rubric. C. de ſtatuis, & imaginibus. & titu. ſequen. & in capitu. perlatam, & capitu. venerabile, ſupra allegato, & ibi per gloſſ. in verſicu. Fregiſſe, & in verbo, cultu, & per Cardina. in clement. vnica, de reliq. & vener. Sancto. in verbo, O excellentiſſimum, & ſumma Antonina in tertia parte titu. 12. §. primo 2. & 3. hæc, de quibus ſupra, de cultu dæmonũ, & de veneratione imaginum, quæ fiunt per Chriſtianos, connectere volui, & videat

Source : BIU Cujas

quàm difformis sit vtrorumque cultus, Gentilium videlicet abominabilis, & Christianorũ laudabilis. sed de his hactenus.

Sed quia medio prædicationis Christi oracula, & dæmonũ responsa cessauerunt, ob quæ audientes discunt summa virtute, & vera pietate viri & mulieres viuere, videns diabolus tem-
19 pla dæmonum deseri, † & in nomẽ liberantis mediatoris currere genus humanum, hæreticos mouit, q̃ sub vocabulo Christiano doctrinæ resisterent Christianæ, quasi possent indifferẽter sine vlla correptione haberi in ciuitate Dei. sicut ciuitas cõfusionis indifferenter habuit Philosophos inter se diuersa, & aduersa sentientes. Qui ergo in ecclesia Dei morbidum aliqd prauumq̃ sapiunt, si correpti vt sanum rectumq̃ sapiant, resistunt contumaciter, suaq̃ pestifera, & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt, hæretici fiunt, & foras exeuntes habentur in exercentibus inimicis, & tanquam serui diaboli Christianitatem corrumpunt simulantes se Chri-
24 stianos, iustitia autem eius non vtuntur, & in viis eius non ambulant: quæ quidem hæresis licèt sit periculosa, est tamen vtilis
25 valde, nam magna virtus est hominum cognoscere malum, & firma tutela est scire quem fugias, & per eam tentantur fideles,
26 & ab infidelibus segregantur, & ex impugnatione hæreticorũ subtilius considerantur, & perspicacius intelliguntur. & per Apostõ. 1. Corinth. 11. initium autem hæresis, secundum Euseb. incœpit, vt Apostolorum Chorus, & omnis illa ætas, quæ à Domino susceperat viuę vocis auditum, de hac luce discessit, tum velut ĩ vanam domum falsæ doctrinæ impius le error immersit, & tanquam vbi nullus iam diuini census defensor existeret. nudato (vt aiunt) capite corripientes arma mendatii, oppugnare Apostolicam veritatem nituntur: quod quidem crimen cum sit enormissimum, grauissimè castigãdum est, de quo cũ sint plenè omnia pertractata tã per Canonistas, quàm per Legistas, & sacros Theologos in locis suis, ideo non opus est, vt ad ea pertractãda diuertam, cum satis sit ad præsens quo ad id, quod est principale propositum nostrum, ostendisse ipsam hæresim esse inuentum diaboli ad subtrahẽdos homines, & deuiando à fide Christi, & catholica religione, cũ pertinacia.

Verum quia supra diximus, dæmones delectari adoratione,
21 continuando † ad præmissa, dico quòd inter cætera abominabilia dæmones sibi arrogare præsumunt futurorum præscientiam, quæ res ad solum Deum spectare dignoscitur: illa enim solus Deus nouit vera esse, prout sunt, vel erunt in suo esse, nã apud Deum nulla datur temporis determinatio præsentis, præteriti, vel futuri, cum omnia sint illi præsentia in speculo diuinæ maiestatis, Esaię 41. Annuntiate nobis quæ futura erunt, & dicemus quòd Dii estis vos. & Leuit. 20. Deutero. 18. Hinc est quòd dęmones super illis incerta dabant responsa, tanquam sibi incognita, cum istorum solus Deus sit cognitor, Matth. 22. Mar. 12. & si dæmon venerit ad cognitionem quandam coniecturalem futurorum, & demonstratiuam, siue inclinatiuam, prout ex cõsideratione corporum cœlestium, & motus astrorum, sicut Astrologus, tunc ista dicitur dubia, & incerta notitia, quæ potest abesse à veritate, vt not. in cap. intelligi. capitu. illud. 26. quæst. 2. & ea. cau. q. 5. episcopi. c. nec mirum. capi. si quis clericus. c. ex tuarum. de sortileg. prout videmus in dies in prognosticis Astrologorum circa abundantiam, & sterilitatem annorum, & locorum, nam hæc variantur secundum merita, & demerita hominum, pręcepta Dei, vel spernentium, vel seruantium, vt ibi, si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur, & apprehendet messium tritura vindemiam, &c. & alibi sæpe, & sic cognitio futurorum, quantum est in se ipsis, & natura sui, pertinet ad solum Deũ, & nulla creatura habet hãc facultatem nisi ex diuina gratia sibi fuerit reuelatum, sicut sanctis prophetis per S. Thom. & in capi. quodam loco, 26. q. 4. & 3. Reg. 8. tu solus nosti corda hominum. & Apostõ. j. Corinth. 2. nemo scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in illo. & per Alten. in sum. libro 1. primæ partis, tit. 11. & de Prophetis dæmonum non vnquam vera dicentibus, sed non dæmonum opere sed opere Spiritus Sancti, vt legitur de Balaam, num. 21. vide Sanctum Thom. 2. 2. q. 172. articu. 6.

Verum est tamen, quòd dæmon in cognoscendis futuris in suis causis, scilicet quantum ad causas actiuas, vel secũdum potentiam causarum, & sic cognitione coniecturali, vel demonstratiua, est magis potẽs quàm homo, & plus instructus, & melius informatus, quàm omnes homines de mundo simul, & dicunt Theologi, & Sanct. Thom. dicta quæstio. 16. articu. 6. in princip. & Sanct. Augusti. libro decimo. de ciuitate Dei, & habetur in capitu. sciendum. 26. quæstione 3. sciendum est, hanc esse naturam dæmonum, vt aerei corporis sensu, terrenorum corporum sensum facile pręcedunt, celeritate etiam propter aerei corporis superiorem mobilitatem, nõ solum cursus quarumlibet rerum, vt hominum vel ferarum, verum etiam volatus auium, incomparabiliter vincant. & infra, accessit etiam dęmonibus per tam longum tempus, quo eorum vita protenditur rerum longè maior experientia, quam potest hominibus propter breuitatem vitę peruenire, nec tamen eis est danda fides, licèt hoc modo sciant futura, quia cum reuelant intẽtio eorum est ad fallendum: & si quandoque verã dicunt, hoc faciunt, vt assuescant homines in aliis ad credendum, per San. Thom. 2. 2. quęst. 172. articu. 6 & Bonauenturam, & per Ioann. Card. in d. capi. sciendum. quod possunt dęmones diuinare verum tripliciter, scilicet subtilitate naturę, reuelatione, & experientia. & vtrũ intellectus noster cognoscat futura, vide Sanct. Thom. prima parte sum. q. 87. articu. 4. prout autem cognitiones sunt in intellectu, & prout sunt affectiones in voluntate, tunc dæmones non cognoscũt cogitationes, sed soli Deo sunt notæ, qui dedit homini liberum arbitrium, cui nisi diuina potentia prælidet, & ideo voluntas hominis non est subiecta necessitati astrorum: nam vita humana non est à stellis, † neque
24 à fato, sed à solo creatore administratur, vt per Gregorio. in Euãgel. homil. 10. dum reprobat hæresim Priscilianistarum, putã-
25 tium vnumquemque hominem † sub constitutionibus stellarum nasci, dicentem de Christo puero, quod non puer ad stel-
26 lam, sed stella ad puerum † cucurrit (si dici liceat) non stellã fatum pueri, sed fatum stellæ, is qui apparuit puer fuit: nec enim propter stellas homo, sed stellę propter hominem factæ sunt; subditq̃ue mathemathicos fateri, quòd si quis in signo Aquarii nascitur, is in hac vita piscatoris ministerium sortiatur. Piscatores verò, vt fertur, Getulia nõ habet: quis ergo dicat, quia nemo illic in stella Aquarii nascitur, vbi piscator omnino nõ habet? & sic de aliis signis cœlestibus, & si stellis, exteriora, & voluntates nostræ cogerentur, iaceret omnis philosophia, iaceret pietas, nulla esset laus virtutis, nullus laborũ fructus, nec puniendi essent improbi, nec admirandi studia si non libera volũtate, & nostra spõte susceptis laborib. sed necessitate fatorũ hęc fierẽt, & vniuersam hoium vitã hæc euerteret opinio.

Quo nulla maior blasphemia imaginari potest, vt talia de Deo dicantur, nam confunditur tota vita, turbisq̃ue ac motib. complentur omnia, subuertuntur, dissoluuntur, & superuacua ostenduntur omnia, quæ à Deo, vel à natura, vel à prophetis, vel à legislatoribus, ad emendandos, instituendosq̃ue mores, inuenta sunt, frustraq̃ue essent leges & iudices, frustra supplicii timor, frustra dignitates, & honores, & prędia bona operantibus constituta; neque si laboraueris, prodesset; neque si neglexeris, obesset; nihilq̃ue quod ad hanc vitam spectat, oporteret operari, vt taceamus interim quę ad animam pertinent, & de præsenti vita nunc loquamur; & inquit Chrysostomus, si omnino necesse est fieri, vt fatũ fert, siue nos dormiamus, siue laboremus. Igitur agricola, neque boues iungat, neque aratrum trahat, neque sulcos secet, neque semina spargat, neque anni partem studiosè obseruet, neque ferat imbres, neque aliàs anni molestias, ne acuat falces, ne demetat fruges, ne terat aristas, ne plantet, ne curet plantas, omnem simul agriculturæ rationem abiiciat, domi sedeat, omni tẽpore dormiat: omnia enim quæ a fato decreta sunt, vltronea in domum aduolabunt, vnusquisque pro se, nihil sit solicitus, nullus domus suæ curam gerat, sed fato permittat sua omnia gubernare, scietq̃ue vtilitatem eius, cum vrgebitur, & torquebitur, vt pendat tributa, & census, & cũ soluẽdo nõ est, confugiat ad fati patrociniũ, & nemo eũ audiat, nihil hoc dogmate dãnosi⁹. ecce iterũ, si natiuitas vel fatũ est, iudiciũ non est; si natiuitas est, fides non est; si natiuitas est, Deus nõ est; si natiuitas est, oĩa frustra, oĩa temerè & facimus, & toleramus. ecce quot mala dæmon constituit nomine fati, vt virtutem aboleat: nam vbi persuasum fuerit animę, quod verò non peccamus, etiam quę alacris fuerit ad ferendos pro virtute sudores, dissoluta tamen fit, & negligens, sed nos nec audet versutus dæmon aggredi & manifestè sic loqui, videlicet desciscite à Christo, deridete eius dogmata, fabulę sunt & seductiones, malus est, & inhumanus, non audet inquam. scit enim qđ hac via, magis nos à tyrannide sua auerteret, & grauius sibi odium conciliaret, propterea non recta via reprehendit, sed obliqua, & in circuitu ambulare solet, clanculo venena suorũ dogmatum inferens, ita quidem vt videntur fidei non obesse, omniaq̃ue veritatis decreta simul disrumpat, & in hunc vsum, lęthale hoc, maximeq̃ue prędens fati pharmacum parauit, vt iudicet vanam nostram fidem, & persuadent hominibus de Deo malè sentire. Hęc pro nunc sufficiant circa premissa, cum non à fato aut necessitate astrorum vita nostra, sed à solo creatore regatur, vt dictum est supra, capite 11. circa finem. & à pluribus discussa sit fati quęstio, tam à philosophis, quàm a sacris Theologis, quibus standum est, & inter cęteros a Do. Gregorio in Omelia Epiphanię, Euseb. de prępa. euan. lib. 6. a Chrisosto. in quinque eius sermonibus, Sanct. Thom. par. j. q. 116. arti. j. 2. & 3. & Boetio, de consola. libro 4. & ab aliis, cum hoc non sit nostri instituti principalis.

Si quis igitur imploraret auxilium dęmonis ad sciẽdũ futura, vel aliquod aliud faciendũ, quod soli Deo creatori cõpetit, tũc hoc saperet hæresim manifestè, quia vellet attribuere creaturæ, quod est proprium creatoris, vt nota. in capitu. accusatus. §.

Source : BIU Cujas

tus §.ſanè,& ibi per gloſſ.in verbo, ſapit, de hæretic. in 6.vtpote circa aras idolorum preces emittere, ſacrificia offerre, dæmones conſulere, & eorum reſponſa ſuſcipere: nam ea quæ in dæmonem tendunt,ad modum cauſæ adorationis,& cultus latriæ, ſapiunt hæreſim expreſsè,vt per Doct.in dicta quæſtio.ſane per Oldrad. conſilio 210. Regularis habet traditio,& eſt apoſtata perfidiæ. Federi. de Sen. conſilio 284. Reuerende Domine & hoc eſt contra illud Apoſto. nolo vos fieri ſocios dæmoniorum,vt legitur de Marcellino Papa,qui à Paganis cõpulſus idolis ſacrificauit 21. diſtin. capitu. nunc etiam. & ibi per Archidiaco. licèt propter vim ſibi illatam,& quia confeſſus eſt errorem ſuum ſe corrigendo non fuit iudicatus hæreticus, licèt peccauerit. de pœniten.diſtinctione prima capitu.poteſt fieri, in gloſſ. ſecunda,capitu. non ſolum. 11. quæſtio. 3. in glo.fin.per Deci.conſi.151.colum.2.& 5.volum.j.

Et ideo illæ mulieres de quibus in dicto capit. Epiſcopi. 26. quæſtio.5. credentes † cum Diana dea paganorum nocturnis 28
horis equitare quaſdam beſtias,propriè dicuntur hæreticæ, ex quo perſiſtunt in illo errore,putantes illam eſſe veram Deam, relicto Deo Saluatore noſtro.capitu.qui ſine. 26 quæſtione 2. capitu.j.de ſum.trinit.capitu.firmiſſimè.de hæret.de quibus per Ioann. de Ana.in rub.de hæreti.colum.3. vbi etiam quid ſi fiat innocatio dæmonum ad ſciendum præterita,& ſic hoc modo contrahitur hæreſis,credendo, & affirmando alium contra ipſum Deum poſſe mutare,& transformare creaturas, quod crimen inducitur, etiam ſi quis inuocaſſet dæmonem ad actum luxuriæ,vel alium, & veniens dixiſſet inuocanti vt ſpueret in crucem,& ille ad obſequendum dæmoni in crucem ſpuiſſet, abſque cordis pœnitentia, tunc hæreticus eſſet, ſecundum ea quæ tradit Innocen.in capitu.j.de apoſta.in princip. licèt diabolus non amoueat eas à loco vbi ſunt, ſed ibi remanent: ſed tamẽ cum eorum phantaſiis ad loca illa iuiſſet, ſibi videtur per deluſionem dæmonum,parum enim deludere ſenſus humanos,ſecundum Bonauen.in 2.diſtin.8.oſtendendo præſens eſſe quod non eſt,oſtendendo rem aliter quàm eſt, & abſcondendo quod præſens eſt,ſicut dicitur de maleficiatis, & facturatis, qui in reſolutione euomunt capillos, clauos, & aliàs res, quæ nõ ſunt naturales,ſed eas diabolus repreſentat ſub illis formis, & paulò poſt euaneſcunt & ſoluuntur: ex quo apparet non eſſe naturales,ſed illuſorias per deceptionem diabolicam, vt docet experientia. Et ſic immortalium ſenſus imaginatiua ludificatione decipiunt,& multa ſibi homines cogitatione fingũt, quæ ſibi viſi ſunt videre,cum nihil viderint, idque phantaſmate aliquo oblato,tam fit facile,vt nihil crebrius contingat: vnde maxima pars eorum quæ deſpectris, & viſione dæmonum narrantur,eſt ora,cum etiam dæmones oculis noſtris illudunt. Nec mirum eſt hæc fieri poſſe dæmonibus, & falli ab eis obtutus noſter,cum à circulatoribus nobis ſic imponatur, oſtendaturque,quæ niſi à tali hominum genere agerentur, pro miraculis qui caperent, non deeſſent, etiam ſic facta admirationi ſunt,& vix acumen ingenii rationem illorum conſequit. ſuntque qui credant ſine dæmoniaca vi,non perfici,artis tamẽ ſunt exercitatiſſimæ, quæ celeri motu,atque agitatione defixum in res obtutum,præſtigiis fruſtatur: ita qui edit panem, ſpuere farinam ſiccam; qui bibit vinum, per frontem,id, aut per iugulũ remittit; magno ſpectatorum metu gladii vorantur,& ingens vis euomitur acuum, zonularum, nummorum, tanto magis dæmones, qui nobis agilitate præſtant, & peritia rerum naturæ, ſecundum Auguſti. & ideo dæmones poſſunt facere miracula, licèt non propriè miracula, cum hoc poſſit ſolus Deus, quia miraculum propriè dicitur quod fit præter ordinem totius naturæ creatæ,ſub quo ordine continẽt omnis virtus creata. dicitur tamen miraculum largè, quod excedit humanam facultatem & conſiderationem, & hæc poſſunt dæmones,quæ ſcilicet homines mirantur in quantum eorum facultatem, & cognitionem excedunt,ſunt tamen quandoque veræ res, ſicut de Magis Pharaonis facientibus veros ſerpentes,& ranas,vt per ſanctum Thom.parte j.quæſtione 114.art.quarto. Vnde tranſmutationes corporalium rerum, quæ non poſſunt virtute naturæ fieri, hęc dæmones non poſſunt, vt quòd corpus humanum mutetur in corpus beſtiale, aut corpus hominis mortuũ reuiuiſcat, etſi fieri videatur per dæmones, hoc eſt non ſecundum veritatem, ſed ſecundum apparentiam tantum; & de ſtrigimagis, quæ dicuntur noctu ſe conferre ad nucem Beneuentanam,ſi hoc ſit eſſentialiter,vel illuſione,& quibus pœnis caſtigentur tales in caſibus ſapientibus hæreſim tam expreſsè quàm non manifeſtè, tradit Grillandus in tractatu ſuo de ſortileg.quæſtione 7. vbi concludit pro opinione Theologorum, tenentium quòd dæmones,Deo permittente, poſſunt in aſſumpta corporali forma, hominem deferre verè, & naturaliter de loco ad locum, motu locali, & ſubinde quòd deferunt ſtrigimagas, & ſortilegos profeſſos ad nutum in forma naturali ad quæcunque loca. Sed ſalua ſemper determinatione ſanctę matris Eccleſiæ,puto poſſe dici, vtranque opinionẽ eſſe veram,videlicet quod dæmones poſſunt præmiſſa operari etiam præſtigiis,& illuſionibus in ſpiritu, & præſtigioſos effectus,& phantaſticos per media præſtigioſa producere, ſicut de Nabuchodonoſor, qui in furia exiſtens ſibi videbatur eſſe beſtia,& fœnum comedebat ſicut bos, Dan.4. Nam & poteſt tam Angelus malus,quàm bonus,virtute naturæ ſuæ mouere imaginationem hominis,& ipſam immutare, quia natura corporalis obedit Angelis ad motum localem,ex quo interdum imaginariç apparitiones cauſantur in nobis propter motum corporalium ſpirituum,& humorum,vt patet in dormientibus;& tanta poteſt eſſe commotio ſpirituum,& humorum,quod huiuſmodi apparitiones etiam vigilantibus fiunt, ſicut patet in phreneticis, & in aliis huiuſmodi. Quod fit quandoque per voluntatem hominis, qui voluntariè imaginatur, quod prius ſenſerat. ita etiam poteſt fieri virtute Angeli boni, vel mali, ex parte obiecti prẹſentando,& ex parte organi,ſpiritus,& humores commouendo, quandoque quidẽ cum alienatione à corporeis ſenſibus,quandoque abſque alienatione tali, vt per ſanctum Thom.parte j.quæſtione 111.artic.2. & 4.vbi etiam quòd poteſt Angelus ſenſum hominis mouere, vel opponendo aliquid ſenſibile exterius,vel intus,humores cõcitando ad varias ſenſus apparitiones,ſicut poteſt immutare voluntatem hominis,non tamen niſi ſuadendo,ſeu concitando, non autem cogendo,vt ibidem,& virtus imaginatiua poteſt facere tranſmutationes aliquas in corpore in quo eſt. & dicit Auguſti.ſe audiuiſſe à quodam, quòd tam expreſſiam, & quaſi ſolidam ſpeciẽ fœminei corporis cernere ſoleret, vt ei ſe quaſi miſcere ſentiens,etiam in genitalibus flueret, tantam vim habet anima in corpus ſuum. & quod habetur de ouibus Iacob, Gene. 30. qui vt oues, & capræ variis coloribus parerent, ſuppoſuit eis varia virgulta in canalibus aquarum,quę potantes intuerentur,tempore quo conceperant,vt de his per Aſten. in ſumma, de multiplic. obſeruan.quæſtione 4.libro j.& quandoque eſt imaginatio ita debilis, quòd parum poſſet corpus tranſmutare, vt per Richard. quolib. tertio,quæſtio. 10. cum debeant & alia concurrere, vt ibi. & ſicut poteſt Angelus iniquus præmiſſa per illuſiones,& præſtigia, eadem poteſt etiam per effectualem, & realem delationem corporum maleficiarum ad alia loca, ex permiſſione Dei,& realem aſſumptionem corporum eorum, qui à fide receſſerunt,& ſe dæmonibus malis deuouerunt,& de vtroque vide text.cum gloſſ.ordin.Deutero.18.ibi, ne ſit maleficus,nec incantator,vbi gloſſ.exponit incantatorem,qui deludit ſenſus humanos,vt videatur,quod non eſt, nam & malefici poſſunt dæmonum auxilio, permittente Deo,procurare maleficiales reales effectus propter pactum initum cum dæmonibus malis,& eſt effectum maleficii certum eſt eſſe realem,& non tantummodò phantaſticum,nam lex diuina ſæpiſſimè præcipit maleficos, & incantatores occidi dicto capitu. 18.& Leui. 19.& 20.capit non declinetis ad Magos, neque ab Ariolis aliquid ſciſcitemini,vt polluamini per eos. Item, Anima quæ declinauerit ad magos,& Ariolos,& fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam,& interficiam illam de medio populi ſui. & infra,vir,vel mulier in quibus phitonis, vel diuinationis fuerit ſpiritus,morte moriatur lapidibus obruent eos, ſanguis eorum ſit ſuper illos. quas quidem pœnas lex diuina non imponeret,ſi non veraciter,& ad reales effectus, & læſiones cum dęmonibus concurrerent. & ad præmiſſa faciunt quæ tradit Auguſti.libro 18.capitu.17.de ciuitate Dei.& quod habetur Matth.4.in illis verbis,tum aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem,& ſtatuit eum ſupra pinnaculum Templi. intelligendo quod fuerit à dæmone portatus Dominus, & Deus noſter ad locum illum, prout ſacri Theologi magna ex parte in hoc conſentiunt, vt ſanct. Thom.in cathena aurea ſuper eodem loco,& Nico. de Lira. & quid mirum, ſecundum Gregorium,ſi ſe ab illo permiſit in montẽ duci, qui ſe permiſit à mẽbris illius crucifigi? Nam & permiſit ſe ab illo tentari loco citato,& Mar.j.Luc.4.ſicut per Angelum bonũ delatus fuit realiter Abacuch Propheta de Iudæa in Babilonem, in lacũ Leonum, vbi Daniel erat conſtitutus, Daniel 14. vbi ſic, & apprehendit eum Angelus Domini in vertice eius, & portauit cum capillo capitis ſui,poſuitque eum in Babilonem ſuper lacum, & in impetu ſpiritus ſui. Item Angelus bonus rapuit Philippum poſt baptiſmum Eunuchi, quem amplius non vidit Eunuchus; & Philippus inuentus eſt in Azoto, Actu.8. in fin. & Hierony. dicit, Angelum hoc feciſſe in ſpiritu ſancto, & ſic etiam mali Angeli cum non amiſerint dona naturalia, & proprietatem naturę ſuę angelicę peccando, ſed adhuc remanent naturalia in eis integra,argumen.nota.in dicto capitu.nec mirum 26.quæſtione 5.& per Diony.de Diui.nomin. capitu. 4. iure poſſunt & ipſi prẹmiſſa facere, Deo tamen permittente. Et cum hęc fiant Deo permittente, nec mali Angeli hęc iniuſtè faciunt, niſi quantum iuſtè ipſe Deus permittit, nam iniqui malitia,voluntatem habent iniuſtam, poteſtatem autem non niſi iuſtè accipiunt,ſiue ad pœnam ſuam, ſiue ad aliorum, vel pœnam malorum,vel laudem bonorum,& ad exercẽdam, p̃bãdamq;, & manifeſtãdam iuſtorum patientiam: Nec.n putã-

Source : BIU Cujas

dum eſt,iſtis tranſgreſſoribus Angelis ad nutum ſeruire hanc viſibilium rerum materiam, ſed Deo potius, à quo hæc poteſtas datur,quantum in ſublimi, ac ſpiritali ſede incommutabilis iudicat:nam & ſi Magi Pharaonis ſimiliter ſerpentes fecerunt,& alia ſimilia,Exo.viij.quando deuētum eſt ad cyniphes, quæ ſunt muſculæ breuiſſimæ, Magi defecerunt cum incantationibus ſuis,& dixerunt,digitus Dei eſt hic. Vnde datur intelligi,ne ipſos quidem tranſgreſſores Angelos,& aereas poteſtates in imam iſtam caliginem detruſas, per quas magicæ artes poſſunt quicquid poſſunt,valere aliquid, niſi data deſuper poteſtate,nec ſanè illi mali Angeli dicendi ſunt creatores, quia per illos Magi reſiſtentes famulo Dei ranas & ſerpentes fecerunt: non enim ipſi eas creauerunt,ſicut nec parentes dicimus creatores hominum,nec agricolas creatores frugum,quamuis eorum extrinſecus adhibitis motibus ad iſta creanda, Dei virtus interius operetur,ita non ſolum malos, ſed nec bonos Angelos phas eſt putare creatores,hi p ſubtilitate ſui ſenſus, corporis,ſemina rerum iſtarum nobis occultiora,nouerunt,& gignēdarum rerum præbent occaſiones: nam nec boni hæc, niſi quantum Deus iubet; nec mali hæc iniuſtè faciunt, niſi quantum iuſtè ipſe permittit. Et ideo Magi illi Pharaonis non potuerunt facere muſcas minutiſſimas, qui ranas, ſerpentesque fecerunt,niſi quia maior erat dominatio prohibendi per ſpiritum ſanctum, quod etiam ipſi confeſſi ſunt, dicentes, digitus Dei eſt hic,prout tradit Diuus Auguſtinus, libro tertio de trinitate dicens, & quod quemadmodum hæc faciant Angeli, vel potius Deus, quemadmodum hoc faciāt per Angelos ſuos, & quantum fieri velit etiam per Angelos malos, ſinendo, ſiue cogendo,ex occulta ſede altiſſimi Imperii ſui, nec oculorum acies penetrare,nec fiducia rationis enucleare, nec prouentu mentis ſe comprehendere poſſe:cogitationes enim timidæ,& incertæ prouidentiæ noſtræ,& ſi quæ ī terris ſunt, difficilè æſtimamus,& cum labore inuenimus quæ in cœlis ſunt, quis inueſtigabit? niſi mediante Spiritu Sancto, & gratia Dei altiſſimi. Et redeundo vnde receſſimus, quibus etiam pœnis præmiſſa præſtigia exercentes afficiantur,habetur per Abb.in cap. primo, &c.& per Albe. in capitu primo. eodem titulo. Namque iure ciuili capite plectuntur, & bona publicantur.l. nullus. l.nemo.C de malefi.& mat.vbi ſcilicet & per Specu. eodem titu. & nunquid inquiſitor hæreticæ prauitatis poſſit de his ſortilegiis cognoſcere, nota.per Doct. in dicto capitu. primo. & Aſten.in ſum.parte j.libro primo.capitu.9.10.11.& c. & quando ſapiat manifeſtam hæreſim,vide vbi ſupra,& not. in capitu. fin.de offic.d eleg.in 6.& de his per Alcia.in Parerg. libro 8. ca. 12.vbi de ſtrigibus. Verum autem Angeli cognoſcant futura, vide S. Thom.in j parte ſum q.57.arti 3.

De illis verò ſceleratiſſimis Chriſticolis,qui diabolico furore accenſi,iuxta text.in capitu.intelligimus de his,qui fili.occi. non tamen à fide recedunt,ſequendo abominabiles dæmonū cultus,& illis obedientiam præſtando, ſed poſtquàm Chriſti
29 fidem abnegando poſtergarunt, & ex corde ſuo † abiecerunt, ſe iterum baptizant in nomine diaboli, & aliud nomē ſibi imponunt,de quibus in l.hi qui ſanctum.C.de apoſta.& de his criminibus vide Sanct.Thom.2.2.quæſt. 12. per to. ſed pro nunc dic,quòd tales,de quibus ſupra,nunquam admittuntur ad pœnitentiam in foro iudiciali,ex qua poſſit euitare pœnas corporales,etiam ſi milies abiurarent profeſſionem ſuam, & ad fidē Chriſti reuerterentur, quo ad hunc effectum, vt in d.l.hi qui ſanctum. & ibi nota.& de quibus habetur Petri.2.in fin.& in capitu.refugientes,de pœniten.diſtin.2.prout de illis,qui abnegato baptiſmate Iudæi ſunt effecti, & inter Iudæos commorantur,vt in l.j.C.eodem titu.& quæ not.Domini.in capitu.contra Chriſtianos,de hæredi.in 6.& quæ dixi in hac parte 3. ca. 2. nu. 5.verſicu.& licèt ad fidem.

Sed continuando principale huius duodecimi capitis propoſitum,quod dæmon iniquiſſimus tyrannus circuit quærens quem deuoret,certum eſt nequiſſimos dæmones, quātum credere par eſt,per ditionem noſtram deſiderare, & propter id laqueos,& tertia ſua latius extendunt, vt animas noſtras Deo coniunctas eorum familiari contubernio ſubducant: qui licèt
30 † non poſſint mutare, & transformare creaturas, vt ſupra in præcedentibus concluſum eſt, nam materia corporalis non obedit Angelis immediatè ad transformationem formantem, quia id quod eſt compoſitum,ex materia & forma tantum fit, ſed omne quod fit à ſimili ſibi fit,vnde tranſmutatio formalis eſt à ſolo compoſito aut ab alio eminentius continente compoſitum,ſcilicet,materiam & formam, quod eſt ſolus Deus, qui ſolus creat.& cui ſoli obedit ad nutum materia corporalis, licèt corpora obediant Angelis motu locali, ſed miracula facere non poſſunt,quod eſt quando aliquid fit contra ordinem totius naturæ creatæ,de qua re Auguſti.ſic ait.Firmiſſimè tamē credendum eſt, omnipotētem Deum omnia poſſe facere quæ voluerit,ſiue iudicando, nec dæmones aliquid operari ſecundum naturæ ſuæ potentiam, quia & ipſa angelica creatura eſt, licèt proprio ſit vitio maligna,niſi quòd ille permiſerit, cuius iudicio occulta ſunt multa, iniuſta nulla, nec ſanè dæmones naturas creant ſi aliquid tale faciunt, de qualibus factis iſta vertitur quæſtio,ſed ſpecie tenus,quæ à Deo vero ſunt creata cōmutant, vt videantur eſſe, quod non ſunt. non itaque ſolum animum,ſed nec corpus quidem vlla ratione crediderim dæmonum arte vel poteſtate in membra, vel lineamenta beſtialia veraciter poſſe conuerti, ſed phantaſticum hominis, quod etiam cogitando, ſiue ſomniando per rerum innumerabilia genera variatur,& cum corpus non ſit,corporum tamen ſimiles mira celebritate formas capit ſopitis,aut oppreſſis hominis ſenſibus,ad aliorum ſenſum,neſcio quo ineffabili modo figura corporea poſſe perduci, ita vt corpora ipſa hominū alicubi iaceant viuentia quidem, ſed multo grauius atque vehementius quàm ſomno ſuis ſenſibus obſeratis, phantaſticum autem illud veluti corporarum in alicuius animalis effigie appareat ſenſibus alienis,taliſque etiam ſibi homo eſſe videatur, & reliqua. hucuſque Auguſti. Sæpiſſimè etiam dæmones iniqui miniſterio iſtarum ſtrigi magarum multipliciter nos offendunt, tam in perſonis,quàm in bonis,& inter cætera flectendo pudicos animos ad libidinem,tam virorum quàm mulierum. lege multi,& l. eorum.C.de malefic. & mathemat.l.tertia.§.hæc adiectio.ff ad l. Corn.de Sicar.l.ſi quis aliquid.§.abortionis. ff. de pœn. vt præbendo poculum amatorium, vel conceptionis. & per Oldra.conſi.210.Regularis habet traditio, & per Ioann. de Ana in rub.extra de hæreti.colum.2.& ſeq.

Item quum è contra dantur pocula, vt odia oriantur inter viros & vxores,vel non vxoratos ad effectum impediendi coitum cum vxore, ipſos viros maleficiando, & reddendo inutiles, & impotentes ad coeundum, ex quo quandoque matrimonium contrahendum impeditur, & quandoque contractum diſſoluitur,diſtinguendo, vt per Doct. vt nota. extra de frigid.& malefic.capitu.laudabilem.& ſi.& capitu.ſi per ſorciarias.33 quæſtione prima. & per Summiſtas in verſicu. Impedimentum,& in verſicu.ſortilegium, & aliquando etiam per faſcinationes,in quibus cooperatur ad hoc malignitas dęmonū, cum quibus vetule ſortilegæ aliquod fœdus habent,vt per ſanctum Thom.parte prima quæſtione 117.artic.3.ad ſecunda.dicens,quòd ex forti imaginatione animæ immutantur ſpiritus corporis coniuncti. Quæ quidem immutatio ſpirituum maximè fit in oculis,ad quos ſubtiliores ſpiritus perueniunt:oculi autem inficiunt aerem contiguum, vſque ad determinatum ſpatium, per quem modum ſpecula ſi fuerint noua, & pura, contrahunt quandam impuritatem ex aſpectu mulieris menſtruatæ,vt dicit Ariſto.in lib. de ſom. & vigi. ſic igitur, cum aliqua anima fuerit vehementer commota ad malitiam,ſicut maximè in vetulis contingit, efficitur ſecundum modum prædictum aſpectus eius venenoſus,& noxius maximè pueris qui habent corpus tenerum, & de facili receptiuum impreſſionis. poſſibile eſt etiam quòd ex Dei permiſſione, vel etiam ex aliquo facto occulto cooperetur ad hoc malignitas dæmonum, cum quibus vetulæ ſortilegæ aliquod fœdus habent, & habetur per glo.in illis verbis Galat.3.ò inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit veritati non obedire? exponendo inter cætera dici faſcinum,quod vulgò nocet infantibus: dicunt enim quorundam oculi eſſe vtentes, dum & hic eorum actus faſcinatio dicitur: & poteſt fieri vt huic peccato inſeruiant dæmones,& cōcordat quædam gloſſ. ſuper Pſalm. Qui timent te, videbunt me,& lætabuntur. dicens, magna virtus in oculis eſt, quod in naturalib. apparet. Animal enim viſum prodeſt ictericis,prior videns lupus vocem aufert. Baſiliſcum ſi prior videt, occidit; ſi prior videtur,occiditur. & ratio quare baſiliſcus videndo occidit hominem,reddi poteſt,quia ex aſpectu, & imaginatiōe excitatur in eo paſſio mala, quæ habet excitare in eius corpore materiam venenoſam,per quam oculi eius venenoſa qualitate inficiuntur,qua aer oculis eius contiguus inficitur, & ab illa parte aeris pars alia,& ſic inde vſque ad aerem contiguum huiuſmodi:quem aerem cum homo per aſpirationem attraxerit, intoxicatur,moritur. Hæc Ricard.quolibet,tertia quæſtione 12.ad quæ non recedendo iam ab iis,quæ circa prædicta, & infra dicenda determinant ſacri Theologi,& San. Mater Eccleſia,addi poſſet illud Vigilianum.

Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.

Et Iſigonus, & Nimphodorus tradunt in Aphrica familias quaſdam affaſcinantium, quarum commendatione probata intereant, areſcant arbores, emoriantur infantes, & iidem pupillas binas in ſingulis oculis habent, & fœminas omnes vbique viſu nocere, quæ duplices pupillas habent. Cicero autor eſt, & Plutarcus refert, familias Palethebeorum incolentes pontum non infantibus modò, ſed & adultis quoque perniciоſas eſſe, quippe cum ſpiritum earum, vocem & conſpectum admittentes intabeſcere, & corripi morbo cognoſcantur. & Solinus meminit, quaſdam in terra Aphrica familias hominum voce atque lingua faſcinare, quæ ſi impenſius fortè laudauerint pulchras arbores, tegetes, lætiores, infantes, amæniores, egregios, capros, pecudes, paſtas atque,

cultu

Source : BIU Cujas

cultu opimas, emoriantur repente. Item amoris qui quum maxima,& violentiſſima animi affectio dignoſcitur, viſus fundamenta iacit, ſit vt amandi facultas hinc effundatur, velut ab eos peruenies,quos perpulchros,& elegantes perſpexerit, & talis inteſtinus ardor à viſu proficiſcitur,ex quo quandoque amantes tabe conficiuntur,quos affectus paruit etiam triſtitia, inuidia,& æmulatio,& affectiones animi in pluribus vires corporis adaugēt,& plura de his per Plutarchum Simpoſiorū.q. 5.

Sed omittēdo alios modos quibus ſolitæ ſunt illæ ſtrigimagæ,& malefici nocumenta inferre, tam perſonis quàm rebus, cum hic non ſit locus ſuus,nolui omittere quibus modis hæc maleficia tolli poſſint. & profectò recurrendum eſt ad remedia Eccleſiaſtica, ſicut eſt ſacramentalis confeſſio, ſacra communio Euchariſtiæ,ſignū crucis,ſalutatio Angelica, oratio Dominica,Benedicite, excommunicatio ægritudinum inflictarū virtute dæmonum,& ipſorum maleficorum,& dæmonum autorum,iuxta not.in dicto capit.per ſortiarias.33.quæſtione prima,& preces ſanctorum virorum, vt habetur de Abimalech, & Abraam, & aliis.

Nec aliquo modo recurrēdum eſt ad Carminatores,& Carminatrices,quæ carminant infirmos,vel pueros, vel ad eos qui maleficium dicūtur tollere per aliud maleficium, nam omnia remedia non naturalia, ſunt illicita,& pernicioſa.26.q.2.illud. Nam & obſeruationes, quæ fiunt ad ſanitatem, & aliquos effectus corporales inducendos, ſi naturaliter non videatur poſſe tales effectus operari,& poſſe curare,ſunt illicitæ, cū pertineāt ad quædam pacta,& fœdera inita cum dæmonibus, vt per Auguſti.libro 21.de ciuitate Dei.& hoc apparet, cum adhibentur aliqui carecteres,vel nomina ignota, vel aliæ quæcunq; obſeruationes, quas manifeſtum eſt naturalem efficaciam nō habere,vnde talia ſunt ſuperſtitioſa,& illicita,dicta quæſt.26.c.non liceat,& q.7.non obſeruetis,& ibi per Archidiaco. & per San. Thom.2.2.quæſt.97.artic.2.ad primum. concludens quòd obſeruationes naturaliter ad ſuos effectus naturaliter adhibitæ, non ſunt illicitæ,quanquam vanæ,ſi in tales non cognoſcatur poſſe effectus: Ideo recurrendum eſt ad remedia eccleſiæ, non autem ad tollenda maleficia per alia maleficia, cum hæc fiant non niſi operatione dæmonum.& de crucis ſignaculo, vide quid dicit Chryſoſtomus ſuper Coloſſen.4.etenim ſuperſtitioſa illi, quæ ægrotis applicantur,ſi mille modis philoſophentur, qui quæſtum ex ipſis faciunt dicentes,Deum inuocamus,& p̄terea nihil facimus,& quicquid eiuſmodi prætendunt, & Chriſtiana eſt hæc anus,& fidelis,idolatriam tamen ſapiunt, fidelis es? crucis ſignaculo ferè. Dic, hoc duntaxat habeo ſcutum. Hoc pharmacum,aliud ignoro.dic mihi,ſi medicus ad ægrotū accedens relictis medicinæ pharmacis,incantatione vteretur,an hunc medicum diceremus? nequaquam. nō enim videremus medicinæ pharmacum,ita neque hic quæ ſunt Chriſtianiſſimi. dic mihi,ſi diceret quiſquam,duc ægrotum tuum in templum ſimulachrorum,& viuet,ferres iſtum? non,inquis. quare? quia ad ſimulachrorum cultum adigeret,inquis:hic verò non eſt ſimulachrorum cultus,ſed ſimpliciter incantatio. Hæc ſathanica cogitatio eſt,iſtæ ſunt inſidiæ diabolicæ ad recludendam ſeductionem,& ad porrigēdum ſub melle venenoſum pharmacum: ſciens enim te ad ſimulachrorum templum perſuaderi non poſſe,hac via ingreditur ad amuleta, & ſeniles fabulas adducens,& crux quidem Chriſti dehoneſtatur, elementorum verò ſuperſtitioſi caracteres præferūtur,Chriſtus eiicitur, & inducitur temulentia, & nugatrix anus,myſterium noſtrum cōculcatur,& ſeductio diaboli tripudiat. & dicit Apoſto. 2. Corin.10.Actu. 17.ſiue manducatis,ſiue bibitis, ſiue aliquid aliud facitis,in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite, in quo viuimus,mouemur,& ſumus,& ſi non poterunt qui ſunt maleficiati liberari mediantibus licitis remediis,tunc talis afflictio,eſt æquo animo toleranda,& ſuſtinenda in charitate, ſicut & alia mala huiuſmodi,quæ nos premūt, vt ad Deum ire compellāt, & potius mors eſt eligenda, quàm ad remedia ſathanica conſentire,& ita communiter tenent ſacri Theologi. Et hæ imaginariæ impoſturæ contingunt potiſſimùm melancholicis, in quibus vſus rationis vitiatur,humorum & vaporū cauſa, quos diabolus Deo pmittēte facilius illudere poteſt. & tradit Chriſoſtomus quòd omni diabolica actione potentior ad nocendum eſt mœroris magnitudo, quia dæmon quoſcunq; ſuperat, per mœrorem ſuperat,& iis, vt inſtrumentis magis cōgruis inſidiatur,dæmon,vt cuiusque affectus cognouerit, & hac ratione ad organa accommodata ſpecies aliquas inducit. Itidem facilius operatur in ſexu fœmineo lubrico ad credulitatē, quàm in viris,prout fecit in Eua,quam prius eſt aggreſſus, & plurimis authoritatibus & rationibus firmari poſſet mulieres vti imbecilles,deceptu faciliores, & inde plura ſunt in eorum fauorē per leges,ſtatuta,decreta,quod,quantum ad rem de qua agitur, apparet penes ipſos gentiles ſolemnes fuiſſe magas fœminei ſexus,vt legitur de Circe,& Medea,& de mulieribus Theſſalis, de quo Virgilius 4. Eneidos.

Hic mihi Maſsylæ gentis monſtrata ſacerdos,
Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes, & ibi.
Carminibus Circe ſocios mutauit Vlyſſis.

De qua plura Homerus, & alibi.

Crines effuſa ſacerdos
Tercentum tonat ore Deos,herebumque,Deosque,
Tergeminamque Hecatam,tria virginis hora Dianæ.

Et de alia malefica penes Ouidium.

Vipereas rumpo verbis & carmine fauces,
Viuaque ſaxa,ſua conuulſaque robora terra,
Et Siluas moueo,iubeoque tremiſcere montes.
Et mugire ſolum, manesque exire ſepulchris,
Te quoque Luna traho. & alibi.
Sic potius nos tanget amor,quàm fortibus herbis,
Quas maga terribili ſubſecat arte manu. & de Mædea.
Phaſias Aeſonidem, Circe tenuiſſet Vlyſſem,
Si modo ſeruari carmine poſſet amor.

Et de faſcinatrice Tibullus.

Hanc ego de cœlo ducentem ſydera vidi,
Fluminis ac rapidi, carmine vertit iter.

Et alibi ſæpiſſime de magis fœminei ſexus, & dixi ſupra, nu. 11.de anu illa malefica,ex faſtis Ouidii.

Et author libri,cuius inſcriptio eſt fortilicium fidei. dicit in ea parte,quum ſcribit de bello dæmonum, quoſdam ex eis decipere quaſdā vetulas, q̄ xurguminæ, ſiue bruxæ nuncupant.

Sed licèt dæmones non poſſunt mutare, aut transformare creaturas,poſſunt tamen homines ludificando aſſumere aerea corpora,& in varias formas ſe conuertere in perditionem noſtram,prout idem Auguſti.his verbis expreſſit, facile eſt enim ſpiritibus nequiſſimis per aerea corpora facere multa, quæ mi-
32 rentur animæ terrenis † corporibus aggrauatæ,etiam melioris affectus:ſi enim corpora ipſa terrena,nonnullis artibus, & exercitationibus modificata in ſpectaculis theatricis tanta miracula hominibus exhibent, vt hi qui nunquam viderunt, talia narrata vix credant,quid magnum eſt diabolo,& Angelis eius de corporeis elementis per aerea corpora facere,quæ caro miretur,aut etiam occultis inſpirationibus ad illudendos humanos ſenſus phantaſmata imaginum machinari, quibus vigilantes, dormientesque decipiant, vel furentes exagitent,& quæ ſequuntur.

Sic & boni Angeli apparent hominibus in corporibus formatis, & formantur ſecundum conuenientiam ad id,quod eſt ſignificandum, prout legitur Tobias.4. tunc egreſſus Tobias inuenit iuuenem ſplendidum, ſtantem præcinctum,& quaſi paratum ad ambulandum, & ignorans quòd Angelus Dei eſſet, ſalutauit eum, & Daniel 10.& ecce vir vnus veſtitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo,& corpus eius quaſi Chriſolythus, & facies eius quaſi ſpecies fulguris,& oculi eius, vt lampas ardens,& brachia eius,& quæ deorſum vſque ad pedes, quaſi ſpecies æris candentis,& vox ſermonum eius,vt vox multitudinis. & Actuum 7. & expletis annis quadraginta, apparuit illi in deſerto montis Syna,Angelus in igne flammæ Rubi,vbi apparuit Angelus in ſpecie ignis ardentis, ſed nō cōburentis,ſed non comburentis, ad figurandum quòd populus Iſrael in tribulatione Aegypti, non conſumeretur, ſed purgaretur,& purgatus liberaretur. & probatur ex eo, quòd ſecūdum Gregorium, Abraam non potuiſſet Angelos videre,& hoſpitio ſuſcipere, & cibos adhibere, niſi corpus ex aere aſſumpſiſſent, de quibus Gene.18.ibi, cumque eleuaſſet oculos apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum,non enim apparerent, non cibos ſumerent, niſi ſolidum corpus ex cœleſti elemento haberent,nam ibidem. Feſtinauit Abraam ad Saram,dixitque ei, accelera tria ſata ſimilæ,& cōmiſce, & fac ſubcineritios panes: ipſe verò ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum, deditque puero, qui feſtinauit,& coxit illum; tulit quoque butirum & lac,& vitulum quem coxerat, & poſuit coram eis: ipſe verò ſtabat iuxta eos ſub arbore, cumque comediſſent, &c. & tradit Auguſtin. libro 15. de ciuitate Dei. quòd Angeli aſſumptis corporibus Abraæ apparuerunt, licèt comeſtio illa Angelorum & potus non ſit ad nutritionem, nam in comeſtione & potatione, primò eſt cibi & potus aſſumptio, ſecundò cibi & potus in ventrem traiectio, & iſta fiunt per motum localem, propter quod poſſunt fieri ab Angelis in corpore aſſumpto, quia natura corporalis obedit Angelis quantum ad localem motum. Tertiò in comeſtione,& potatione eſt cibi attracti conuerſio, per virtutem nutritiuam,quod non poteſt eſſe in Angelis, quia non habent corpora ſibi naturaliter vnita, nec per conſequens nutribilia, vt per Nicolaum de Lyra, Tobiæ 12. circa fin.& hoc eſt,quod ibi Angelus Raphael dicit, etenim cum eſſem vobiſcum per voluntatem Dei eram, ipſum benedicite & cantate illi: videbar quidem vobiſcum manducare,& bibere, ſed ego cibo inuiſibili & potu, qui ab hominibus videri non poteſt, vtor. & quod Angeli cum patriarchis manducauerunt id non indigentia, ſed benignitate factum eſt, vt hominibus familiarius congruerent. CHRISTVS quoque poſt reſurrectionem

Source : BIU Cujas

manducauit, non vt cibo indigeret, sed vt veram post mortẽ, se carnẽ recepisse mõstraret. Sed & de Angelis, hominib. apparẽtib. in corporib. formatis, patet Genes. 19. veneruntq; duo Angeli Sodomam vespere, sedente Loth in foribus ciuitatis: qui cum vidisset eos, surrexit, ingressisque domum Loth, illis fecit conuiuium, coxit azima, & comederunt: qui visi sunt à Loth, & eius familia & à ciuibus Sodomorum, & alibi sæpe de apparitionibus Angelorum hominibus in assumptis corporibus, vt Nume. 22. & Iudic. 13. & Ioan. 20. Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum, & vidit duos Angelos in albis sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positum erat corpus Iesu. quæ quidem apparitiones Angelicæ fiunt ad instructionem hominum, & solent apparere per illum modum qui competit rei, de qua debent instruere, ideo dicitur in albis hoc loco, ad designandum dominicæ resurrectionis gaudiũ, & de hac re videndum per Sanct. Thom. in Sum. parte prima. quæstio. 51. articulo secundo, vbi quòd Angeli assumunt corpora aerea: & dicit quòd licèt aer in sua raritate manens non retineat figuram, neque colorem, quando tamen condensatur, & figurari & colorari potest, sicut patet in nubibus & assumunt Angeli corpora ex aere condensando ipsum virtute diuina, quantum necesse est ad corporis assumendi formationem, & est in potestate Angelorum speciem corporum assumptorum de facili transformare, Dan. 10. vbi per gloss. ordina. in verbo, rursum ergo, & Actu. 10. & etiam non apparere, sed quò ad malos dæmones tradit Eusebius de præpara. Euange. libro quarto. capitu. 11. prout contigisset memoriæ traditum est pluribus sanctis viris, vt cum nequissimus dæmonibus congressum habuerint, illosque diuersis imaginibus, ac multiplici specie propè deluserint, idque non multis ante hac annis contigisse repertum est. & ne longius repetamus, exempla hęc subiiciam, prout scriptum inueni in fragmentis Iacobi Gordini, viri integerrimi, & Archidiaconi Aquileiensis, qui sic memoriæ tradidit.

Castellum nobile Varmium agro hoc nostro Aquileiensi habetur, inde Sole feruente, dum nobilis vir Ioannes Michael huius nominis, Friderici filius, loci Dominus, quodam die Vtinum equitaret, duos pastores non longè à Ruoreto villula offendit, quos se salutantes minimè nouit, audiuit tamen cur hesterna die cum germano suo non conscendisset, interrogãtes, quem, inquiunt, vidimus hanc hylarem transeuntem (hos rei euentus arguit in præstigiis omnino fuisse) miratus, quòd prẽter morem, sub ipso meridiano æstu greges aculeis muscarum agitatos pascerent: progressus paululum, libellum, quem de industria gestabat, loculo depromens, diuæ Virginum Beatissimæ Marię cœpit horas laudesve persoluere, quas ĩ curia ea die omiserat, & ecce patentissimo campo præcedentem se, cernit iuuenculam albis, sed villaribus indutam, orationi modũ imponit, nam interea nusquam ad eam, etiam equo cõcitato poterat pertingere: substitit illa, hic adit, formam conspicatus elegantem, & speciem monet, equum ascendat, annuit, obuolutum proinde pallium, quod ipse gestabat, à clunibus, in anticam loquens profert manum, pedemque protẽdit, quo aptius illa eleuaretur, ministeria tamen officiosi subsidii recusat demum, vltroque agilitate mirabili insiliit, & assedit: dumque passus circiter quinque gressu turbato progreditur, nimio põdere pressus equus clamores insolitos, validissimosque emittens clune decliui, ac præceps, cadentique similis vt fit, vix põdus ferebat. Ioannes Michael stupore correptus, inuersaque manu palpans, nil sensu attingit, quod solet caro præbere, sed mollis instar lanæ, inque horribilem non hominis, sed diaboli faciem à tergo spectans, inter spem, & metum eiulans, deturbatusque clamat, & repetit, Iesu Maria: vix salutis nomina protulerat, cum equus in terram pronior, ita decidit, ac si potenti incussu impacta securis tibias disiecisset; Dæmon equum Equitemque præsens, hominis collum præcipuè perstringit, vtrumque prosternit, & dirè inuadit, non hinnire, sed rugire, equum dixisses, clamoribus horrendis ac omnino insolitis aera complentem. Ad hæc iniectas notas discerpentibus vnguibus liuorem, cruoremque de ascensore ipso defluere vidisses, dum dies aliquot post, ab narrantis ore pendebamus, cernere meruimus in colli parte sinistra tumorem nondum ad sanitatem leuigatæ carnis. aderant Nicolaus Candidus, Bartholomæus Mastinus, probati, & Anton. Philosophus, & hæc passim prædicantur, dies non paucos, idem incõmoda protudit, stupidus adhuc cum loquebatur, dum verò iacet, dumque tacet mortuo non absimilis, præsto est iuuenis, cuius aspectum dæmon non ferens, auolat, is deiectum erigit, isque spem pertrahit, pallium, pileum, biretum, sarciulasque cæteras dispersas colligens sellæ adaptat, atque suis componit locis; dextram capiti submittit, collumque tenens blanditur, & palpãs monet bono animo feret, & eleuat diuinorum opusculum illud manuale, pugno nihilominus perstringebat, & rediuiuo spiritu scisitabatur, quis nam ille fuit tam infestus insidiator; respondit, hostis est antiquus; ne timeas, adsum tibi; volentem præ timore redire, monet potius pergat quo cæperat, ne eos scilicet quos antea offenderat, pastorali figmẽto in pascuis velatos dæmones denuò incurreret, eius reditum obseruantes, rogat Ioannes Michael se sibi comitem præbeat vsque ad imminentem syluam. inquit iuuenis, nequeo alio impellor, verum imperat forti animo incedat, vnde esset iuuenis. Ioannes Michael orat, edicat: de supernis sum, ait; denarios pro impẽsis beneficiis profert; arridenti similis ille abnuit; paululum pgressius volens adhuc nummos erogare de se benemerito viatori, retroq; conuersus abiisse dolet irremuneratus, à quo etiã tunc trepidus ducatum optabat vltra proximum saltum, fuisse Angelus Dei, homini collapso tutelæ datum, non est dubium qui tam patenter, ac magnopere adfuit, cum Diabolus maximè defuit beneficio Virginis Mariæ, cui sese Ioannes Michael commendarat. die deinde quinto ab hinc, dum illuc rediret Ioannes Michael, equus quãtumlibet stimulis perturgentibus impulsus nunquam voluit locum attingere etiam quadrupedis sensus suum tanto opere obfirmabatur, vt propterea reiceret imperium Domini sui. Habes itaque pie Lector, quod inuocantibus se dulcissimus Iesus, hoc est Saluator assistit; Maria item passim gratiarum mater; & habes nequissimis dæmonibus esse sua corpora, cum ignis idem erit supplicio hominum attributus, & dæmonum, dicente Christo, Matth. 25. Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius. & hoc dictum, nisi quia sunt quædam etiam dæmonibus corpora, sicut doctis hominibus visum est, ex isto aere crasso, atque humido, cuius impulsus vento flante sentitur. & hæc sunt quæ tradit Augustinus libro 21. capitu. 10. de ciuitate Dei. vbi vide aliud præstigium diaboli ab eodem Archidiacono, Daniel Raitimberget genere militari nunc filiauentanus Foroiulienſis patriæ accola, vir probatus, & Christi fidelis, mihi de industria roganti dixit, ad fide data firmauit, quòd dum Venetias concitus pertraheretur, ob imminentis cum aduersario causæ dissidium, atque litem omnino instantem apud villam Fannam loco campestri, cum iam Sol occidisset, speciosa iuuencula patrio & si non vrbano, minus tamen agresti ornatu veluti anxia, sed agilis ac peruolans arua, equitanti occurrit, interrogat cur, & vnde tanta solicitudine sub ipsa ferè nocte sola adeo properaret: de proximo respondit pago parentes diffugio, ad cognatos illuc meos, ne marito tradar, marito inuiso, conspicatus formam, atque allectus homo, rogat subsistat se rectè cum ipsa acturum, spondet; annuit puella, descendens idem in oscula fertur, vt efficiat quod libido suggesserat; negat illa nisi prius de collo pendentem agnũ põtificium abiiciat, ad cor rediens, quia de Calixti Papæ 3. manu illum Romæ meruerat, ascenso equo inde concitus pergit, & abit, fœtorem præsertim sulphureum & magnopere cõsternãtem sensit, cum præstigiorum animal in deuia pernicius rapitur, atque prorsus subducitur, fidelioris exinde viatoris oculis Danielis nostri, cui opto felicitatem in Christo.

Ecce qui vnam Sanctam Ecclesiam Catholicam, & apostolicã negas, ac successionum Petri potestati refragaris, ecce Vicarius Iesu Christo, agnos ipsos quotannis sacros litando conficit, atque benedicit, orbis Christianus agnoscit, vt inde terra mariq; consecutus auxilia, in laudem Saluatoris sui resurgat cum gratiarum actione, & tu in perfidia iaces cæcitatis, cinere obuolutus atque vnda totius infidelitatis immersus, non animaduertentes, quod in Euangelio veritatis loquitur, in nomine meo dæmonia eiicient, &c.

Possent & alia congeri ad comprobationem eorum, quæ dicta sunt de dæmonibus malis, diuersis imaginibus homines deludentibus, tam nouissimis, quàm priscis temporibus; & aliqua quæ suo tempore occurrerunt, ponit Alexander ab Alexandro, Iurisperitus Neapolitanus, vir summè eruditus, in libro quarto, genial. dier. capitu. 19. quod tamen longum esset referre. non omittam hoc tantum, quod scriptum reperitur de lamiis, quæ inter dæmones perditissimos enumerantur, & 33 de quibus habetur etiam Treno. 4. Lamiæ nudauerũt † mammam, lactauerunt catulos suos. sed ibi videndum quæ scribit Diuus Hieronymus, & Esaias, lamię cubile dixit, de quib. plura, & varia per diuersos scripta sunt, inter quos Dion quoque, qui Libicam scripsit historiam, de Lamiis in hunc propemodum prodidit, vt ipse refert: Gregorius Giraldus loco citato, videlicet Sintag. 15. historia Deo. gentili. Haud longe à littore maris, curuum esse locum arenosum, mari persimlem iniquo, littora magna existunt, & arenosi aggeres in maria, circumuicina verò omnia deserta ferè manent. At si ibi naufragi electi fuerint, feræ apparentes eos omnes qui vel peragrant, vel aberrant, rapiunt, quarum natura, & corporis figura talis habetur, Facies est mulieris & formosæ quidem, vbera, & pectora longè pulcherrima, quæ neque melius pictor possit effingere, color splendissimus, gratia quædam, & venustas ab oculis, & mansuetudo in animum incidit, quoties aliquis eas spectarit, reliqua pars corporis dura, &

in fran-

Source : BIU Cujas

infrangibilis ob squammas consertas, inferiora sunt serpētis, vt ima pars in caput desinat serpētis, & quidem valde horrētis. hæ ferę alas non habent, vt sphinges: neque enim loquuntur, vt illæ, neque aliam vocem emittunt, sed solum sibila acutissima, quemadmodum dracones; terrestrium omnium hæ velocissimæ, vt nullum possit eas animal effugere; cætera quidem animalia viribus expugnant homines, hæ solum fraude, ac deceptione pectora aperiunt, & vbera ostentant: eū verò quia aspexerit, veneficiis quibusdam cogunt ad confabulationis desiderium, & hi quidem velut ad mulieres accedunt, illæ intrepidæ manent, deorsum in humum sæpe respiciētes ornatum, ac pudorem mulierum imitātes, atque ita cum qui propius accesserit, rapiunt, namque manus sunt ferarum, quas aliquātisper occultat, cæterum serpēs mordens veneno interficit, cadauer ipsum comedunt serpens, & quod reliquum est ferę, hæc Dion. j. quod si hæc vera sunt, meritò inter dæmones iniquos censentur, per scriptores Lamiæ, cum omnes & singulæ qualitates & conditiones, quæ eisdem attribuuntur, eædem & dæmonibus perditissimis conuenire & appropriari dignoscuntur.

Et de lamiis scriptum reliquit Philostratus in Apollonio, libro quarto, quòd quædam ex lamiis ad ineundos cum adolescentę Menippo amores, quo propter pulchritudinis speciem cupiebat potiori, eidem Cenchreas proficiscenti in phātasmate apparuit, se genere Phœnissam, & in vrbis suburbano Corinthiaco habitare denuntiat, roganscque vt vesperi ad se veniret, & eius pulchritudine, & optimo vino, quale nūquam bibisset, frueretur: quod cum factum esset, apparatis iam nuptiis, ingenti diuitiarum specie opiparumque conuiuium, quod magna seruorum turba, sumisque deliciis fuerat appositum, & Apollonius fuisset ingressus, quæsissetque à misero iuuene, cuius esset argentum illud & aurum, & pretiosa illa ornamēta? respōdisseque, non sua, qui pauper esset, sed spōsæ esse omnia, ad inuitatos dixisse; Tātali hortos videtis conuiuæ, qui sicut ab Homero scribitur, apparent aliquid esse cum non sint, nec tamen in infernum descendistis, talē hunc ornatum existimetis oportet: neque enim quæ apparet materia, vlla est, sed materiæ duntaxat simulachrum & imago. vt autem verū esse sciatis, quod dico, bona hæc sponsa ex numero lamiarū est, quas aliqui laruas, aliqui lemures, appellant: sunt autem ad amorem & venerem pronæ & humanas carnes vehementer expetunt & venereorum cupidine alliciunt, quos deuorare cupiūt, quibus verbis in Philosophorū libertatem inuicta mulier, cum malè habuisset, subitò vniuersum illum Magnificum apparatum ab Apollonio increpitum euanuisse, ipsam lamiam confessam 36
dixisse, & voluisse Menippum voluptatibus explere, & tandem corpus eius deuorare, quod pulchris & iuuenib. hominū corporibus vesci assueuisset. ecce quomodo dæmon assumit corpus fœmineum quandoque, cum possit assumere aerea corpora in varias formas, vt per Di. Augustī. loco supra citato, libr. 4. de trinitate homines in sui interitum ludificando, vt supra ostensum est.

Et de lamiis Philostratus idem, libro secundo. in Apollonio, sic dicit. At primò quidem, cum lucente claraque Luna noctu iter facerent lamiæ, phantasma illis occurrit modò in hanc, modò in aliam figuram sese conuertens, quandoque ab oculis repente euanescens: Apollonius autem, quid nam id esset quamprimum agnoscens, grauibus contumelioſisque verbis illud increpās, socios vt idem facerent hortabatur: id enim contra eiusmodi inuasiones optimum sciebat esse medicamētum. eius dictis cum socii paruissent, stridens phantasma celeriter tanquam idolum aufugit. Prout & dici potest de Diana cum eius sociis, nam dæmones ludificando ipsos Gentiles etiā varia Nympharum corpora assumebant, tam terrestrium, put erant Napeæ, Dryades, Oreades, Amadryades, & similes, quàm maritimarum, vt de Leucothoe, Cymodoce, Galathea, Proteo, Tritono, & aliis, & de Peleo Patre Achillis cum Tethide, de Paride cum tribus illis falsis Deabus, & de Adonide cum Venere.

Idem dicendum puto de pœnatibus & laribus, quos Gentiles pro Diis coluerunt, Virgi.

Dij patrii seruate domum, seruate penates, † qui domi 34
colebantur, & de laribus Ouid. in Fastis.

Vociferę subeunte lares delubra tulerunt,
Hi vbi fit clara multa corona manu.

Et alibi sæpe, & de Faunis, & Satyris, nam & Romæ in insula Tiberina Fauni ædes fuit, de quibus Ouid. in Fastis.

Idibus agrestis fumant altaria Fauni.
Hic vbi discretas insula rupit aquas.

Et de Syluano Virgilius.

Syluano fama est veteres sacrasse Pelasgos,
Aruorum pecorisque Deo, lucumque, diemque.

Sed & de Satyris Salacibus Pausanias in Atticis sic, Euphemus vir non ignobilis hæc mihi recensuit, se cum in Italiam nauigaret, ventorum impetu in extremas Oceani oras delatū, ibi multas esse insulas desertas, quæ ab hominibus agrestib. incoluntur, ad illas insulas nautas appellare noluisse, quoniam antea in eas appulsi, à quibus tenerentur incolis nō ignorarēt, sed tunc etiam præter eorum voluntatem, tempestate eo adactos, insulas à nautis Satyrides appellari, incolas ruffos esse, & caudas non multo equinis minores, infra clunes habere: hos vbi primum hospites sensissent, è uestigio nulla edita voce ad nauem cucurrisse, ac mulieribus quæ in naui erant manus iniecisse, nautas verò pauefactos mulierem barbaram in insulā exposuisse, in quam Satyri irruentes, non tantum eam, quæ exposita est viris partem, sed aliam quamlibet petulantissimè appetiuisse. & Hieronymus in vita Pauli primi eremitæ, scribit fuisse animalia, quæ Satyri dicerentur, cosque locutos esse, & rationis officia peregisse: & Satyrum quendam Do. Antonium allocutum fuisse, & Gentilium errorem in se colendis animalibus damnasse: affirmatque vnum viuum productum olim in publicum, & mox apud Constantinum Principem destinatū, addens diabolo facillimum esse Sartyri imaginem & vocem assumere.

Sed mirum est profectò, quòd à tot annorum curriculis citra, eædem insulæ non fuerint repertæ ab his, qui nouum orbē inuenerunt, aut alius quispiam de ipsis satyris meminerit, & de Pane, ouid. Fastorum ij.

Pana Deum veteres pecoris coluisse feruntur
Arcades, Arcadiis plurimus ille iugis,
Pan erat amenti, Pan illhic numen aquarum,
Munus ob incolumes ille ferebat oues.

Syluanos, & Faunos incubos vulgò appellari dicit Augustī. lib. 15. de ciui. Dei, cap. 23. & idem censeo de aliis gētium Diis, qui ab ipsis colebantur: omnes enim erant dæmones sceleratissimi, deludentes humanum genus. & quod essent dæmones, hoc testatur scriptura sacra, & propheta, Psalm. 95. quoniā omnes Dii gentium dæmonia, & quo ad Panem, & de morte magni Panis tempore Tiberii Imperatoris, † quo tempore Saluator, & Dominus noster cū hominib. cōuersatus est, vide quæso Euseb. lib. 5. capi. 9. de præpara. Euangeli. & eo tempore dæmones extinctos fuisse, vt alii religionis nostræ viri sanctissimi asserunt, eam vocem auditam è Paxis ea nocte, quæ secuta est passionis dominicæ diem, 19. anno Tyberii Cæsaris, quo quidē Christus passus est, qua verè miraculo quodam ex solitudine desertorum scopulorum edita nuntiabatur, Dominum Deum nostrum passum. quid enim Pan significat, nisi totum, sic totus, & vniuersæ naturæ Dominus passus erat.

Procedendo ad ea, quæ interposueram circa transformationes dæmonum in varias terrificas formas, † hoc & apud Gentiles contigisset compertum est, prout Cassio Parmēsi, de quo Valeri. Maxim. libro primo. sic, apud Accium M. Antonii fractis opibus Cassius Parmensis, qui partes eius secutus fuerat, Athenas confugit: vbi concubia nocte cum solicitudinibus, & curis, mēte sopita, in lectulo iaceret, existimauit ad se venire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, squalidum barba, & capillo demisso, interrogatumque quis nam esset, respondisse κυκοδαίμονα, perterritus deinde tā tetro viso, & homine horrendo, seruos, inclamauit, sciscitatusque est, si quem talis habitus, aut intrantem cubiculum, aut exeuntem vidissent? quibus affirmantibus, neminem illuc accessisse, iterum quieti & somno se dedit, atque eadem animo eius obuersata est species. itaque fugato somno, lumen introferri iussit, puerosque à se discedere vetuit, inter hanc noctem, & supplicium capitis, quo eum Cæsar affecit, paruulum admodum tempus accessit. 36

Tale quiddam visum est Bruto in campis Philippicis, vt in eius vita Plutarchus tradit, nam dæmonum operatione in dormientibus fit aliqua commotio in phantasia ad præsignādum aliqua futura, quæ dæmones cognoscunt, secundum Di. Tho. & plura memoriæ tradit Plin. secund. epistolarum libro sexto. in ea, quam scribit Suræ, vbi Curtio Rufo, cui oblata est figura mulieris humana grandior, pulchriorque, & omnia quæ sibi per eum pronuntiatum est, accedisse, & facta esse omnia; & ibidem de idolo apparenti, in quadam domo Athenis, dicens, mox apparebit idolum, senex macie & squallore confectus, promissa barba, horrenti capillo, cruribus compedes, manibus catenas ferebat, quatiebatque, inde inhabitantibus tristes duræque noctes per metum vigilabantur, vigiliam morbus & crescente formidine mors sequebatur, & quæ sequuntur circa aliud præstigium.

Sed omissis cæteris, quæ de ipsis Cacodæmonibus recensere possem circa illusores aduersarios, quia sunt ex eis qui reperiūtur sæpe improbis mulieribus extiterunt, † de quibus tradit 37
Augusti. De ciuitate Dei libro 15. capi. 23. dicens, & quoniam creberrima fama est, multique se expertes, vel ab eis qui experti essent, de quorum fide dubitandum non est, audisse confirmāt syluanos, & faunos, quos vulgò incubos vocāt, improbos sæpe extitisse mulieribus, & earum appetisse, & peregisse ꝯcubitū, & quosdam dæmones, quos durios Galli nuncupant, hāc assiduè immūditiā & tentare & efficere plures, talesq; assueuerāt, vt hoc negare impudentia videret, &c. hęc ille, ideo cū certior

factus ſim de hac re, ad eorum confirmationem vltra plurimos digniſſimos omni fide, & vltra rei notorietatē volui hoc loco tranſcribere epiſtolam ad me tranſmiſſam à quodam religioſo doctiſſimo ex loco vbi contenta in ea contigerunt,quę talis eſt,in ea parte de qua agitur, omiſſis cæteris.

Et quod videmus ſola contenti hiſtoria, nihil aliud quàm fidem deſiderant citra oſtentationem,ſine verborum circuitione ad te ſcriberemus, ac prius quid de id genus terriculamētis ſentiam,effabor,deinde quid gemino obtutu perſpexerim, & 38
preſto & puro ſermone,vt ex epiſtolis peritur, & tumultuario ſtudio,& ſucceſſiuis horis,collecto,diſſertabo, Apuleique Platonici,quem Di. Auguſt citare non eſt puditum, axioma perſe quar:is enim in Deo Socratis,varia Dęmonum genera recenſet:ait enim varias ſpecies Dæmonum à Philoſophis perhiberi:eudęmonas enim appellant beatos,quorum dæmon bonus, ideſt animus virtute perfectus eſt,quē poteris appellare geniū, quoniam is Deus. qui eſt animus ſui cuiusque,quanquā ſit immortalis,tamen cum homine quodammodo gignitur, & quæ ſequuntur. Nec deſunt (ait ille) qui videantur mihi obteſtari, 39
corpus,atque animum duobus numinibus comprehendentes, quorum communio, & copulatio ſumus, & ſecundo ſignata ſpecies dæmonum ſit animus humanus exutus, & liber ſtipendiis vitæ corpore ſuo abiuratis, hinc Latina lingua reperio lemurem deſtitutum. ex hiſce ergo lemuribus, qui poſteriorum ſuorum curam ſortitus pacato, & quieto numine domū poſſidet, Lar dicitur familiaris:qui verò per aduerſa vitę merita,nullis bonis ſedibus inuagatione,ceu quodā exilio punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, cæterum noxium malis, hunc plerique laruam perhibent. cum verò incertum eſt quæ cuique eorum ſortitio euenerit,vtrum lar ſit,an larua, nomine Manem Deum nuncupans. hæc Apuleius. Legimus quoque apud Trāquillum in C.Calligu.vita, domum in qua occubuerit,nullam noctem ſine aliquo terrore tranſactam, donec domus ipſa incendio conſumpta ſit. & infra in epiſtola ſic legit, quibus ex verbis tu mihi quid viderim credere potueris · ſuperiore enim anno cum cœnobitem quendam ego inueſtigarē, eum in ædibus noſtri empirici,quæ in meditullio ciuitatis noſtræ poſitæ ſunt mihi eſſe,indicatum fuit, eo vbi me contuli, quem quærebam,illicò affuit,& dicta mutua ſalute, ipſum ſatis ſuperque vultuoſum eſſe cognoui,cui,ſatin ſaluæ res? mihi ſatis,cæteris huiuſce domus inquilinis,non ſatis belle, quidnam? ego,audies:eſt hic puella ætate integra, corpore ſolido, ſucci plena,matura viro,quæ à neſcio quodā ſpiritu afflictim vexatur,à Deo,vel à dæmone? inquā à Deo minimè dixi, quia nullus Deus miſcetur hominibus, & purum impuro (dicebat Socrates,) attingi nephas eſt; ſi nō à Deo ergo à dæmone; & cum nōnulla de ſpirituum genere inter nos feciſſemus verba, puellam mihi viſendam (oro) permittite: eius viſundæ oppidò quàm benignè mihi copiam fecit,qua cum locutus, eam ſum percontatus, quidnam rei eſſet,quamobrem tam miſerè, perditæq; afflictaretur: reſpōdit,eſt hic quidam ſpiritus, mihi gladiolis illudēs menſariis,& dicto citius, vnum è flammeolo humeros ſuos vel ante,detorſit. horribile viſu,animus meus, nēpe,quidē certè exhorruit,ac vbi me ipſum collegi, vt propius ſecundum me aſſideret,exoraui,ſubuerendo ne nobis imponeret puella. & dum immotis eam oculis intuerer, ecce ſibi alius ex ſcapulis iiſdem ab eametipſa direptos, quos ambo corā nobis deponi iuſſimus,eam rogantes, vt ſi quid timoris ab iis perferret præſtigiis,deuorato pudore, confiteretur, nihil inquit timoris harum rerum iamdudum haudquaquam inſolēs, & inter loquendum alius cultellus mea præterlabitur crurā,varicus enim ſedebā. nos verò ſingulos cultellos ſuſceptos ſuper ſcrinio depoſitos anxiè obſeruabamus,nihilominus ex iis (duodecim enim erāt) quatuor actutum inde aſportati fuere,& quomodo ſuperiores,eo ex ſcrinio ablato de ſcapulis ſuis diripuit, nihil perterrita virago,ego hortatus puellam ne ſemitimeret, cum hæc dæmonum ſint illecia ad animæ periculum. dicta ſalute recedere iniebam, eccum candelabrum ex lamino ab eo ipſo Fauno propter puellæ ipſius caput deiectum, nihil tamen damni,aut mali fecit puellæ,quæ etiam xiſtum ingrediens ouo gallinaceo præſentibus nobis petita fuit, & multo malo dum ſcalas deſcenderemus eam eſt proſecutus,ex qua re ipſe attonitus nullo miniſtro hæc fieri cernebam,fugam inde præſentiſſimam arripui,atque cum iam domo exiturus eſſem, quid mihi acciderit,exclamaui,acum Saccariam prælōgam ex capitis ſui retinaculo oſtentando: & paulo poſt ego ipſe, qui vt omnia diligentiſſimè conſideraueram,ita hoc ſilicem ex eius vertice ad imam terram profluxiſſe,vide,nec plura fatus, domum meam repetiui.Hæc ſunt quæ ſcire voluiſti,vnum adiiciam,omnia ea, quibus interfueram me vera proſecutum:tu tamē,quod tibi videbitur decerpſeris. aliud eſt enim (vt Plinius ait) epiſtolam, aliud hiſtoriam, aliud amico, aliud omnibus ſcribere, cura vt valeas. Et non abſimile Domi.Hieronymus in vitis patrum dicit contigiſſe cuidam monacho,qui à dæmone in mulieris venuſtiſſimæ forma ad obſcęnos amplexus inuitato ſua inclinās membra effectus eſt ſicut equus & mulus,quibus non eſt intellectus,atque vbi iam carnalem conantur inire amplexum, illa reterrimæ vocis vlulatum emittens, vmbra vt erat tenuis & Phantaſma inter manus amplectentis elabitur, ipſumque miſerum cum fœdiſſima irriſione deſeruit.

Hæc tantum,de quibus ſupra ſufficiunt, ad rem præſentem, quum fraudum, & inſidiarum quibus contra nos vtitur diabolus,infinitus eſt numerus,& bellum gerimus cum peritiſſimo bellatore,& hoſte,qui non ſimpliciter,& apertè bellum † gerit,ſed cum multis inſidiis,& non de diuitiis, aut gloria, ſed vt nos expoliet cœleſti beatitudine, & è cœlis eiicere ſtudet, grauius,ac difficilius bellum eſt hoc quàm vllum ſenſibile, & vehementior pugna,ſi contra nos tales inſtructæ ſunt acies,ſi ſpirituales aduerſus nos ſunt,quomodo ergo vincere poterimus, & ideo indigebamus diuino præſidio, vt contra hoſtes iſtos inuiſibiles habeamus principaliter auxilium diuinæ gratiæ, & ſecundario defenſionem Angelorum. par quippe videbatur, vt cum eſſemus à peſſimis dæmonibus oppreſſi, & immundis ſpiritibus,eſſent nobis defenſores † boni Angeli, qui nos cuſtodirent. eſt enim aduerſarius noſter, vafer, audax, inſatiabilis,iniquus,moleſtus,malitioſus,iniuſtus,nepharius,iufidus,perfidus, impius,prophanus,ſceleſtus,peſtilens,noxius,peditus, inexplebilis,arrogans,inuidus,calumnioſus, contentioſus, fallax, diſſimulator,ſimulatorq́;,inſcrutabilis,pernitioſus,maleuolus, nugax,aſsētator,inſidioſus,doloſus,bilinguis,impoſtor, ſeductor, machinator,implacabilis:ideo neceſſarium fuit quòd hominibus Angeli:ad cuſtodiam deputarentur, per quos regularētur, & mouerentur ad bonum,in operibus cum multipliciter in ipſis nos errare contingit,cum per liberum arbitrium licèt poſſit homo malum vitare,non tamen ſufficienter,cum ſit infirmatum à multiplicibus animæ paſſionibus,nec per cognitionem legis naturalis, quæ ineſt homini naturaliter, poſſumus vitare malum,quæ licèt dirigat hominem aliqualiter ad bonum, nō tamen ſufficienter,& cū ſint homines variabiles à bono oportet nos regulari per inuariabiles, qui ſunt Angeli, prout per S. Thom & ita ſe habet ordo diuinæ prouidentiæ,vt actionib. ſuperiorum inferiora ſubdantur:& ſicut Angeli inferiores illuminantur per ſuperiores,ita homines, qui ſunt Angelis inferiores per eos illuminantur. ſumus enim conſtituti in ſtatu vitę illius,quaſi in quadam via,multa nobis pericula imminent,tum ab interiori,tum ab exteriori, vt dicitur in pſalmo, in via qua ambulabam,abſcōderunt laqueum mihi, & ſicut homini per viam non tutam dātur cuſtodes,ita,& cuilibet homini, quàm diu viator eſt,& hoc habet vnaquæque anima ab ortu natiuitatis,vt Angelus ſit ei deputatus ad cuſtodiam,vt pſalm.Angelis ſuis mandauit de te vt cuſtodiāt te in omnibus viis tuis, &c. de quibus etiam per Magiſt. libro 2.ſen.diſtin.11.& per Archidia in c.fatendum.13.q 3.

Quod quidem & apud Gentiles quidam opinati ſunt,vt Euclides,Empedocles,& Menander,duplicem videlicet omnibus genium attributum eſſe:nam i pſi genios vocant,quod nos An-
40 gelos cuſtodes,& Terentius malum ſuum Deum iratum † vocat; & bonum Deum ſuum propitium Neuius ſcribit,quomodo noſtri bonum & malum Angelum appellant.

Et apud Ariſto.in lib.de ſecretis ſecretorum ad Alexandrū? Neſcis (inquit) quod teſte Hermogene,egregio Doctore,duo ſunt ſpiritus,qui te cuſtodiunt,quorum vnus ſtat ad dexteram, & alius ad ſiniſtram,ſcilicet Angelus ſathanæ, quærens hominem tāquam leo deuorare,immo Reges & Imperatores duos habent Angelos cuſtodes,vnum ratione ſuæ perſonæ,ſicut habent reliqui homines: tanta eſt enim dignitas hominis ꝙ natura Angelica ei ſeruit,ſecundum glo.in l.cognitionum.ff.de vari & extraor.cogni.& iſti Angeli ſunt de ordine inferiori; alterum vero Angelum habet ratione dignitatis,vel officii regalis, aut prælaturæ, vt de Heliſeo legitur,3.Reg.4. quod Angelorū multitudinem habuit in ſui defenſionem, & vt San. Bernardinus dicit in quodam ſermone,de Buſtis in 2.par.ſermo. 11. ſermo.Beata Virgo plurimas Angelorum legiones habuit, ad ſui cuſtodiam,& protectionem, & quæ ei tanquam Dominæ deſeruirent,& ſingulis regnis præſunt Angeli de ordine Hierarchiæ principatuum & qualiter inter ſe contendant, dixi ſupra hac parte,3.capit.u.j.num.39.& omnes in 2.ſentent.diſtin.11.& ſicut boni Angeli promouent prouincias, quibus præſunt ad bonum,ita ſunt etiam mali Angeli qui eis præſunt, promouētes ad malum,vt Apoca.9.ibi,etiam habebant ſuper ſe Regem Angelum Abyſsi,&c.Et non eſt dedignatus omnipotēs Deus miniſtros plurimos habere ſuæ diuinæ vniuerſalis prouidētiæ, prout ſunt Angeli diuinæ adminiſtrationis perpetui adminiſtratores,in rebus omnibus quidem, ſed in iis præſertim, quæ ad hominis ſalutem pertinent,vt habetur Pſalm.103.& ad Hebræos,capit.j.qui fecit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos, flammam ignis, & nōne omnes ſunt miniſtri ſpiritus in miniſterium miſſi,propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis.& in lib.Gene in multis locis fit mētio de Angelorum cuſtodia, & actu 12.Eccleſ.17.in vnamquę gentem præpoſuit rectorem,

& Apocalip.

Source : BIU Cujas

& Apocalip.j.& 2.& Domi. Auguſt.libro 9.de trini. corporalia cuncta & regi tradit,& diſponi perſpiritualem aliquam, & inuiſibilem creaturam,& lib.84.quæ.& Dan.10. & plures affirmãt, quòd ſicut nunc Michael dicitur Princeps Eccleſiæ Chriſti, ita olim erat cuſtos ſinagogæ.& lib.Reg.4.capit.18.Angelus Domini occidit octoginta millia Aſsyriorum, pugnãtium cõtra Ezechiam Duce Sennacherib. & Beatus Dionyſius in lib. de Angelica Hierarchia,capi.9.ſingulis gentium nationib. cuſtodes certos Angelos eſſe aſſignatos affirmat,& apud Ethnicos hocidem fore teſtantur, Euclides, Socraticus,Empedocles & Porphirius,vt Iamblicus,in lib.de miſteriis enarrauit, & alii vt Socrates,de cuius dęmone apud Platonicos copiosè legitur,& Plato,Plotinus,Proclus,& Apuleius, Homerus & Theocritus in pharmaceutria,&c.

Cum dixerimus ſupra de inſidiis diaboli,qui contra nos cõtinuò bellum gerit,dicendum eſt etiam vltra Angelorum cuſtodiam,quibus armis ipſe expugnat peſſimus, & hoc nos docet,& monet Apoſto.dicens, de cætero fratres confortamini in Domino,& in potẽtia virtutis eius,induite vos armaturam Dei,vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. & infra, in omnibus ſumentes ſcutum fidei,in quo poſſitis omnia tela iniquiſſimi ignea extinguere,& galeam ſalutis aſſumite,& gladium ſpiritus,quod eſt verbum Dei,& gratia Saluatoris Chriſti Dei, ac Domini noſtri,vos liberabit, nam hoc nomẽ eſt ipſe Ieſus Saluator,& in eius nomine Sathanam contemnemus : ſcriptũ eſt enim,vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationẽ ſeculi,Matth.28.& per Prophetam, Dominus mecum eſt, tanquam bellator fortis, iccirco qui perſequuntur me cadent. & dicit Iob pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me. Fortes ſimus etiam nos in bello iuxta præceptum Apoſto. ſobrii eſtote,& vigilate,& contra hoſtem reſiſtamus fortes in fide,& ſuper aſpidem,& baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem, & cum ipſo ſum in tribulatiõe. Et ſigno Crucis ſe munire maximè prodeſt, Chriſti Ieſu in ea crucifixi nomine inuocato, in cuius nomine Apoſtoli dæmonia expulerunt,& de quo ſigno Domi. Hieronymus ad Euſtochium de cuſtodia Virginis ait,ad omnem actum, ad omnem inceſſum, manus pingat crucẽ. & Tertullianus de corona militis,ad omnem progreſſum atque promotum,ad omnem aditum & exitum,ad veſtitum & calceatum,ad lauacra,ad menſas,ad limina & cubilia,ad ſedilia,quæcunque nos conuerſatio exercet,frontem ſignaculo terimus. & crucis ſigno dęmonum fraudes pelli docet Athanaſius. & quòd fugatur inimicus humanæ naturæ,per Pſalm.Exurgat Deus & diſſipentur inimici eius,&c. & plura de hoc venerabili ſigno dixi ſupra,par.j.capi.9.& Ioannes Euangeliſta,extincta vi veneris,dæmonem diutiſſimè commoratum ĩ templo Dianæ Epheſiæ,illum Epheſo fugauit, his verbis:Interdico tibi in nomine Ieſu Chriſti, ne hic vltra habites, nam in eius nomine flectuntur genua cœleſtium, terreſtrium & infernorum, & quo ad pellẽda maleficia, vt recurſus habeatur ad ipſum Deum,habes etiam ex Gentilibus, vt apud Hypocratem,ſic, qui luſtrationibus & magicis incantamentis morborum affectiones pellere ſe iactant, hi victus indigi verba eorum ad dæmonium referũt, vt quidam ſe amplius ſcire ſe vulgo oſtentent,& homines decipiant:expiant enim morbo correptos,ſanguine & ſceleribus inquinatos,iniuſtos,& intoxicatos,ac experimẽta alia ſub terram defodiũt, alia in mare proijciunt,alia ad montes deſertos ne quis ea contrectet,aſportant: at Deus qui maxima & ſceleratiſſima peccata purgat,noſtra eſt liberatio,& ibi latiſſimè de his. Ad ipſum ergo confugiamus, volentem,& potentem noſtras moleſtias ſoluere, vincentes noſmetipſos, nec permittamus nos à nobis ipſis vinci, vt hoſtes ſuperare valeamus,quos contingat nos vincere gratia,& benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti,cui cum Patre,& ſancto Spiritu ſit honor,& gloria in ſecula.

TRACTATVS
DE SACRAMENTIS
& eorum adminiſtratione,

Venerabilis viri D. Nicolai Ploue, iuris pontificij Doctoris celeberrimi,in ſeptem diſtributus partes.

MEdice, cura teipſum. Lucæ 4. Sicut ait Grego. prima parte ſui Paſtoralis,c.2.Quis autem cogitationum vulnera occultiora neſciat eſſe vulneribus viſcerum? Nimirum videtur,medicum ſpiritualẽ multo ſubtiliorem debere fore medico corporali,q vt bene curet vitia,multa peritia opus habet, præſertim vt vim pigmẽtorũ ſpũaliũ conſiderãs,prius q̃ cęteros curare deſideret,circũquaq; regulas medicinæ cognoſcat. Alioqn ſi artis ſpũalis imperitus,& in ſeipſo ignorãtiæ ꝑfoſſus vulnerib. alios mederi ꝑperet,audire nõ immeritò merebit, Medice,cura teip ſum.Magna qppe ſtultitia eſt (vt idẽ ait Grego.)ſi aliquis alios mederi properat,qui ipſe in facie vulnus portat.Et maxima planè dementia eſt(vt inquit in Paſtorali, c.ij.) dum hi,qui nequaquam pręcepta ſpiritualia cognouerunt,cordis ſe medicos profiteri non metuunt,dum qui pigmentorum vi neſciunt, uideri medici carnis erubeſcunt. Rectè igitur cuilibet talium dicitur, Medice,cura teipſum.Quos igitur medicos cordium appellare ad pręſens melius conuenit, quàm curatores animarum : ipſos uidelicet rectores eccleſiarum, quibus ille theſaurus eſt traditus,pro quo non parcet deus pater,qui proprio filio ſuo nõ pepercit,vt dicitur ad Ro. viij. Quibus etiã ille vulneratus qui incidit in latrones,curandus,fouendusq́ue. velut Samaritano relictus eſt.Lucæ.x.Vnicuique enim ipſorum dicitur, Curam illius habe.Et rurſus Deus per prophetam,Cuſtodi virum iſtum, qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima ipſius. Porrò Dominus per Ezechie.iij.& xxxiij.c.comminatur cuilibet curatori dicens.Sãguinem eius de manu tua requiram,quaſi dicat, quia vita & mors ſubditorum poſita eſt in manibus pręlatorum. vnde dicitur Iudit 8.Ex nobis pendet aĩa illorum.Hac itaque ſententia commotus quiſque prælatorum,& rectorum, penſet periculum ſui regiminis,& artem doctrinamq́ue dicat ſpiritualis curationis,quatenus in ſe ignorantiæ curare poſſit vulnera,& in ſubditorum cordibus per ſanam doctrinam & ſalubrem pœnitẽtiam ſciat ſanare contagia delictorum,ne (qđ abſit) dum ſanandi regulas neſciat ,& ad ſanandum commiſſos ſubditos feſtinet,iuſtè ſibi obiici ab eiſdem audiat, Medice, cura teipſum. Rectè namque pręlato ignoranti dicitur,vt prius in ſe ſufficientem artem curandi ſpiritualium morborum habeat,quam emplaſtrum ſanandis vulneribus adhibeat. Nam (vt ait Grego. in Regiſtro)verecundum eſt & dicere, pudet quòd ſacerdotes ducatum arripiunt , qui exordium religioſæ vitæ non nouerunt. Licèt in quibuſdam catholicis miniſterijs ignorantia toleranda foret,eo quod in pleriſq; melius eſt nephare quã curare. In quibuſdam etiam , iuxta Aug. in lib.de verbis Domini. Melior eſt fidelis ignorantia,quàm temeraria ſcientia.In eccleſiaſticis tamen miniſteriis ordinãdis diſponendisq́ue omnino damnabilis eſt,de quibus eſt illud verbum apoſtoli.j. ad Corin. xiiij.Si quis autem ignorabitur.Ordinis nãq; ignorantia,quo videlicet ordine quicquam agendum eſt in eccleſia conturbat negotiorum naturam,formamq́ue meritorum.Nam ſtatutis facere iniuriam vel contraire, non eſt intelligere , ſed errare , vt inquit Ambro.ſuper Beati ĩmaculati.Hinc eſt quod dominus requirit ſeruum prudentem , quem conſtituat ſuper familiam ſuam. Matth.xxiiij.Prudentem dixero,vt ſciat quo ordine,quo ſenſu, quo modo,quo fine quicquam gerendum ſit.Alioquin ſi cęcus cęco ducatum pręſtet,nonne ambo in foueam cadunt? Matth. xv. Non enim cęcus cęcũ ducere põt, ſic nec indiſcretus pręlatus ſubditum indiſcretum poteſt, per viam ducere ſalutis. Et quoniam his periculoſis temporibus in pluribus eccleſijs contra ſancta inſtituta in adminiſtrandis ſacramentis, quæ ſunt inſtrumenta ſpiritualis curationis, pleroſque non tamen erraſſe,quàm variaſſe,circa eadem cognouimus, adeo vt vera ſit illa Rabanenſis ſentẽtia,Commune eſt medicorum ſemper circa ægritudines variare. Vnde ſi tres vel quatuor medici veniũt ad infirmum, nunquam in aſſignatione vel exhibitione curæ conueniunt.Hæc ille.Et hoc idem quam verum ſit,heu noſtris temporibus res fidelibus ſubiecta populis,quotidiana experiẽtia clarius manifeſtat.Profectò ſi quidem cum aliquod ſacramẽtorum adminiſtrandum ſit in eccleſia Dei, vix dięceſis vnius clerus in ipſo ritu canonicè tradendo concordat aut conuenit. Sed nunc in hac eccleſia hic addit,in alia ille minuit. Ille præponit poſtponenda , poſtponit præponenda. Ille benedictionem perſuadet, ille nequaquam aſſerit. Ille corrigit librum tanquam deuium & erroneum. Ille corrigit corrigentem tanquam ignarum. Sic pręlati mutua diſcrepatione collidentes, non ſine graui ſcandalo animos ſubditorum in confeſſionis labyrinthum ꝑcipitant & demergunt. Porrò nos Staniſlaus Dei & apoſtolicæ ſedis gratia epiſcopus Poſnonienſis,paterna ſollicitudine paſtoralis officij excitati , inter tot fluctiuagos excurſus viam cupientes oſtendere certiorem,præſentem tractatum de adminiſtrandis ritè eccleſiaſticis ſacramentis,celebrandisq́ue miſſarum ſolenniis,& cenſuris eccleſiaſticis canonicè obſeruandis, per venerabilem virum Magiſtrum Nicolaum de Ploue, Decretorum Doctorem, capellanum noſtrum deuotum fideliter collectum,& plena diſcuſſione maſticatum,de fratrum noſtrorum Poſnonienſis capituli cõſilio & aſſenſu præuia deliberatione approbatum, omnibus & ſingulis rectoribus eccleſiarum parochialium habendum & tenẽdum ad vnguem perfectè præcipimus & mandamus volentes ſecundum ipſum in adminiſtrandis ſacramentis,celebrandis officijs, cenſurisq́ue obſeruandis omnes & ſingulos dirigi & gubernari.Statuentes,quòd ſi (quod abſit,quiſpiam per archidiaconum noſtrum

Source : BIU Cujas

noſtrum,aut per teſtes noſtros ſynodales tempore viſitationis repertus fuerit,qui ſecundum dicti tractatus formam, modum & diſpoſitionem ſe nō geſſeris in omnibus ſupradictis, aut qui eundem non habuerit præ manibus, pœnam ſynodalem irremiſſibiliter perſoluēdam pro prima vice ſe nouerit incurſum, pro alijs verò vicibus ad arbitrium noſtrum decætero puniendum.

SVMMARIVM.

1 *Gratia purgans peccati infectionem in tribus conſiſtit.*
2 *Sacramentorum eccleſiaſticorum uirtus,qualis.*
3 *Sacramenti diffinitio.*
4 *Sacramenta eccleſiaſtica,quot ſint,& quomodo conſideranda.*
5 *Sacramenta ſeptem ad ſeptem virtutes adaptantur. Item ad vij. vitia & pœnas.*
6 *Sacramentorum autor & inſtitutor Deus fuit.*
7 *Ordinis ſacerdotalis duo pertinentia.*
8 *Sacramentorum efficacia a tribus deſcendit.*
9 *Sacramenta ſunt bimẽbria.Et quę ſint voluntaria, & quæ neceſſaria.*

¶ Præludia.

1 QVoniam natura humana poſt lapſum conſiderata ſub alligatione peccati † maximè eget gratia Dei,per quam ab illa infectione peccati purgetur, & ad ſtatum originalis iuſtitiæ reducaī, iuxta,illud Omnes peccauerunt & egent gratia Dei.Ad Rom. iij.& v. Talis autem gratia purgans infectionem,in tribus cōſiſtit,quę vnicuique ſunt neceſſaria ad ſalutem,quę ſunt fides,bona operatio,& fidei ſacramenta.Hæc autem tria,ſecundum Hugo.de ſacramentis,lib.j.parte. x.ita ſibi cohærent,vt ſalutis effectum habere non poſſint, ſi ſimul non fuerint,quia fides non habet meritum ſi dum poteſt operari negligit,iuxta illud Iaco.ij. Fides ſine operibus mortua eſt.Nec bonum opus aliquod eſt ſine fide,ſine qua impoſſibile eſt placere Deo.ad Heb.xij.Et rurſus, Fides operans hominem ſanctificare non ſufficit, ſi eam quæ in ſacramentis Dei conſiſtit, ſanctificationem contemnit. hæc Hugo. † Hinc eſt quòd
2 virtus ſacramentorum eccleſiaſticorum pro ſalutari profectu multum eſt nobis neceſſaria,cum ipſa ſint occaſio & auxilium noſtrum a peccato reſurgendi,& in ipſis tota medicina noſtris vulneribus ſalutaris conſiſtat, ſecundum Tho. in compendio theologicæ veritatis.lib.vj.c.j.non ꝙ in eis gratia ſubiectualiter contineatur,vel cauſaliter per ea efficiatur,cum in ſola anima habeat collocari,& à ſolo Deo infundi, ſed quia quia in illis & per illa illam gratiam curationis a ſummo medico Ieſu Chriſto oporter haurire, eo quod non alligauit ſuam potentiam Deus ſacramentis,quinetiam per aliam viam gratiam cōferre vāleat ſecundum Magiſtrum ſententiarum.li.ij. diſt. j. propter quod Deus ſanans & iuſtificās peccatorem iuſtificat ipſum auctoritatiuè, ſacramenta verò effectiuè per gratiam in eis tāquā in vaſis contentam.

Licet autem ſacramentum multis modis diffiniatur,tamen ſecundum Doctorum communem cōcordiam ſi diffinitur in lib. de doctrina Chriſtiana.
3 † Sacramentum eſt inuiſibilis gratiæ, viſibilis forma, ita quòd eius ſimilitudinem genus & cauſa exiſtat. Ex qua diffinitione habentur differentiæ ſacramentorum veteris & nouæ legis. Illa enim quæ figurabant nō efficiebant, quia gratiam ſignificabant, quam tamen non efficiebant. † Sacramenta nouæ legis
4 ſunt ſeptem.Baptiſmus,Confirmatio,Euchariſtia, Extrema vnctio, Penitentia, Sacer ordo,& Matrimonium.Iſta autem ſunt tanquam ſufficientia per Chriſtum ordinata in remedium eccleſiæ militantis. Sed circa hoc conſiderandum eſt. Primò, ꝙ quædam data ſunt in remedium vnius perſonæ,quædam in remedium totius eccleſiæ.Illa quæ data ſunt in remedium vnius perſonæ,ſunt triplicia. Quædam enim data ſunt in remedium ad intrandum eccleſiam,ſcilicet baptiſmus.Quædam ad egreſſum de eccleſia, vt eſt extrema vnctio. Quædam ad progreſſū in ea,& hoc dupliciter. Vno modo ad executionem virtutis,videlicet vt a malis non ſuperemur, & quantum ad hoc eſt confirmatio,vel vt bonis adhæreamus, & quantum ad hoc eſt Euchariſtia.Alio modo in reparationem virtutis,quia ipſum hominem in pugna ſpirituali aliquo modo contingit lædi, & ſic eſt pęnitētia.Si autem in remedium totius eccleſiæ,hoc poteſt eſſe duobus modis. Aut ad remedium multiplicationis ſpiritualis,& ſic ordo.Aut ad multiplicationem naturalem fideliū,
5 & ſic eſt matrimonium. † Quidam autem etiam recipiunt numerum ſacramentorum ſecundū adaptationem virtutum,vt fidei correſpondeat baptiſmus,qui eſt ſacramentum fidei,Spei extrema vnctio,per quā pręparamur quodammodo ad futurā gloriam,Charitati euchariſtia,Prudētiæ ordo, Iuſtitię pęnitentia, Tēperantiæ matrimoniū, & Fortitudini Cōfirmatio. Adaptantur etiā diuerſis generibus culparū,vitiorum,& pęnarum, vt baptiſmus ſit contra culpam originalem , Pęnitentia contraa actualem & mortalem, Extrema vnctio contra venialem Ordo contra ignorantiam,Matrimonium contra concupiſcētiam,Confirmatio contra infirmitatem,Euchariſtia cōtra malitiam, quia eſt ſacramentum charitatis, quæ per ſe opponitur malitiæ.Hæc ſan.Tho. ſuper iiij.ſen.di.ij.q. ij. Secundò credēdū
6 & conſiderādum eſt,† ꝙ ſolus Deus fuit inſtitutor ſacramentorum.Et quædam ante aduentum inſtituit,vt matrimoniū & pęnitentiā, ſed hæc duo confirmauit in nouo teſtamento dum pęnitentiam prædicauit,& nuptijs interfuit.Quod autem dicit ꝙ Iacobus inſtituit pęnitentiā, Iaco.v. Cōfitemini alterutrum peccata veſtra, non eſt veriſimile, quia per illa verba nō intendebat aliquod ſacramentum inſtituere,ſed promulgare,cū nō fuiſſet auctoritas inſtituendi aliquod ſacramentum apud Iacobum. Item extrema vnctio inſtituta eſt, Mar. vj. vbi legitur ꝙ Apoſtoli vngebant ęgros multos,& ſanabantur.Confirmatur autem, quia hoc non fecerunt virtute propria, ſed auctoritate Ieſu Chriſti illam virtuoſam vnctionem inſtituentis. Per illa verba Iaco.v.Infirmatur quis ex vobis,inducat presbiteros,&c. ſimili modo intelligendum eſt, ſicut de pęnitentia dictum eſt, ſed ꝙ per illa verba vnctionem promulgauit,& docuit faciendam,non autem inſtituit.Item ordo inſtitutus eſt,cū Chriſtus dixit, Matth. xxvj. Hoc facite in meam commemorationem,
7 & Io. xx. Quorū remiſeritis peccata. † Hæc enim duo pertinēt ad ordinem ſacerdotalem.ſ. poteſtas dimittendi peccata reſpectu corporis Chriſti myſtici, & poteſtas conſecrandi reſpectu corporis Chriſti veri. hæc Scotus. Item cōfirmatio inſtituta eſt per hoc,ꝙ Chriſtus impoſuit manus paruulis. Item baptiſmus inſtitutus eſt per Chriſtum,quando ipſe ſe baptizari fecit a Ioanne,& Apoſtolis formam dedit,dicens; Eūtes in mundū vniuerſum,prædicate euāgelium,baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.Item euchariſtiam inſtituit in cęna vltima, in qua Apoſtolos communicauit.
8 † Tertiò conſiderandum eſt,ꝙ ſecundum ſanctū Tho.ſuper iiij.ſenten.diſt.j.q.iiij.arti.iij.efficacia ſacramentorum eſt ex tribus. ſ. ex inſtitutione diuina tanquam ex cauſa principali agentē, & ex paſſione Chriſti, ſicut ex cauſa primaria meritoria, & ex fide eccleſię,ſicut ex continuatione inſtrumenti principaliter agentis,& hoc eſt qđ dicit glo.ſuper illud,ad Ro.v.In ſimilitudinem prævaricationis Adæ, qđ a latere Chriſti profluxerūt ſacramenta,per quæ ſaluata eſt eccleſia.Quarto cōſiderādū eſt,
9 † ꝙ quædam ſacramenta ſunt neceſſaria, quæd ā voluntaria.q.j.c.remiſſionem.§ ſed notandum.Nam ſacramenta neceſſitatis ſunt iſta,Baptiſmus,Confirmatio,Pęnitentia,corpus Chriſti,& vltima Vnctio. Et dicuntur ſacramenta neceſſitatis,ideo, quia ſine iſtis homo non poteſt ſaluari, ſi ex contemptu omittātur, & haberi poſſint.Sacramentum verò baptiſmi in neceſſitate à quocunque poteſt conferri,dummodo in forma eccleſiæ conferatur,de ſumma trinitate & fide catholi.c.j.in fine,& de conſecratio.diſt.iiij.a quodam. Et etiam pęnitentia, nam confiteri poſſunt cuicunque in neceſſitate,iuxta illud,Confitemini alterutrum peccata veſtra: non tamen hæretico vel excōmunicato.Sacramenta verò voluntaria ſunt illa, quę omittere non eſt peccatum,quæ dicuntur ſacramenta dignitatis.j.q.i.§.ſed notādum, vt ſunt ordines,qui a dignioribus conferuntur, id eſt ab epiſcopis, vel quia non niſi digni ad ordines aſſumendi ſunt. Item matrimonium. Sine huiuſmodi enim ſacramentis bene poſſumus ſaluari.xxij.q.iiij.§.vlt.ad finem, Hæc omnia habētur in glo.j.c.veniens,de tranſact.

¶ *Prima Pars Tractatus.*

¶ De Sacramento Baptiſmi.

¶ Præfatio.

NIſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt intrare in regnum Dei. Ioan. iij.& de conſecr.diſtin.iiij. filius Dei.Sicut dicit Guido de Bay.de conſecra. diſtin. iiij. placuit, poſt Augu. Corpus non fecit animā peccatricem, ſed peccatrix anima corruptibilem carnē fecit, Peccauit quidem anima primi hominis, & per peccatum corrupit carnem.poſtèa verò caro cum non poſſet ſe vindicare ex toto in iſta anima,voluit vindictam ſumere de qualibet anima conſimili,ſcilicet vt quàm citò ſibi infunderetur anima, ex ipſa,id eſt ex eius corruptione innaſceretur peccatum in ipſa anima. hoc autem eſt peccatum originale, quod quidem animæ imputatur, cū quadam digna retributione innaſcatur animæ. Quoniam igitur ab hoc peccato non potuimus perfectè liberari,niſi per baptiſmū, in quo anima noſtra quodammodo renaſcitur ſpiritualiter,& quæ natura fuit filia irę Dei,fit filia adoptionis, ideo ſaluator veniens in mundum proclamans neceſſitatem huius ſacramenti baptiſmi dixit, Niſi quis renatus fuerit ex aqua.Gl.ſcilicet exterius abluendo corpus.& interius

ſpi-

Source : BIU Cujas

ſpirituſancto mundando animam, non poteſt intrare, &c. Ex quo patet neceſſitas huius ſacramenti. Et quia baptiſmus eſt ianua omnium ſacramentorum, ideo de ipſo primo videndum eſt. Erit autem triplex conſideratio circa iſtud ſacramentum. Primò videbitur de ipſius ſubſtantialibus. Secundò de ipſius accidentalibus. Tertiò de ipſius cautelis. Quam triplicem conſiderationem circa quodlibet ſacramentum, in preſenti tractatu ſeruabimus.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmi diffinitio.*
2 *Baptiſmus quinque habet neceſſaria.*
3 *Græci & Rutheni circa baptiſmum, in quibus differant a Chriſtianis.*
4 *Baptizatus in nomine Chriſti, an ſit ritè baptizatus.*
5 *Aqua baptiſmalis, qualis eſſe debeat.*
6 *Aqua baptiſmi quid ſignificet.*

¶ Caput primum primæ partis.

1 DIffinitur autem ſic, Baptiſmus † eſt ablutio corporis exterius facta ſub forma verborum p̄ſcripta. Quin
2 que verò ſunt de ſubſtantia baptiſmi. † Primū eſt intētio, & ſufficit generalis, ſcilicet ꝙ baptizās intendat illud facere, quod facit eccleſia. Melius tñ eſt ſi fiat ſpecialis intentio, ſcilicet vt baptizans intendat ꝙ baptizandus mundetur, vt in anima a peccato. Similiter requirit intentio illius, qui baptizatur, ſi eſt adultus, quia inuitus non reciperet ſacramentum, vt dicitur in c. maiores, de baptiſ. & eius effectu, circa finem. Secundum eſt fides baptizandi, quia in adultis requiritur fides propria, ſed in paruulis aliena, quia paruuli baptizantur in fide eccleſiæ. Tertium eſt expreſſio vocalis formæ a Chriſto inſtitutę, quæ eſt hæc. Ego te baptizo in nomine patris, & filii & ſpiritus ſancti. Circa cuius prolationem videat baptizans, ne aliquam dictionem omittat, nec etiam addat aliquā vltra, vel ne tranſponat dictiones, vel commutet aliqualiter nomina perſonarum. Vnde ſi diceretur, in nomine genitoris & geniti & procedentis ab vtroque, non eſſet baptiſmus. Itē non debet omitti illud pronomen in principio poſitum, ſcilicet ego: quia licèt non ſit de forma quantum ad neceſſitatē ſacramenti, ſed ex conſtitutione eccleſiæ, peccaret tamen omittens, quamuis ibi eſſet baptiſmus. Ita notat̄ de baptiſmo & eius effectu. c. j. ibi etiam dicitur ꝙ ſi immergens puerum & dicens, in nomine patris & filij & ſpirituſſancti, prætermittat, ego te baptizo, non eſt baptiſmus. Græci autem & Rutheni dicunt, ꝙ expreſſio miniſtri. ſ. ego, nō ſit de neceſſitate formæ, quia ex eo baptiſmus efficaciam non habet. Sed perſona recipiens eſt de ne-
3 ceſſitate formæ, quia actus ad recipientem terminatur. † Ideo differunt a nobis in forma, quantum ad tria. Primò, quia perſonam miniſtri non exprimunt, ad remouendum dubium primitiuæ eccleſiæ, quæ efficaciam attribuebat baptizanti, vt patet. j. Corinth. iij. Secundo, quia ſignificant actum ſub tertia perſona cum optatiuo modo vel coniūctiuo, vt baptizetur ſeruus Chriſti. Tertiò perſonam baptizati in nominatiuo exprimunt, vt dictum eſt. Vtrum ipſi hic mutent de ſubſtantia formę, ita oporteat rebaptizare, non eſt determinatum, ſed certum eſt quòd noſtra forma eſt melior. Hæc ſanctus Thomas, diſt. iij. q. ij. ar. j. Et licèt in primitiua eccleſia ex ſpeciali conſilio ſpirituſſancti baptizauerunt in nomine Chriſti & propter modum ſignificādi, quia quodammodo ſecūdum Ambro. tota Trinitas in hoc nomine intelligitur, & propter reuerentiā ſignificati, vt illud nomē celebre & virtuoſum redderetur; ceſſante tamē hac cau-
4 ſa, iam non licet ſic baptizare, ſecundum Theologos. † Si quis tamen eſſet baptizatus in nomine Chriſti, faciendum eſſet cū eo ſicut in alijs dubijs, ex quo non eſt ſimpliciter determinatū per eccleſiā talē baptiſmū non valere, ita ꝙ talis baptizaret̄ his verbis, Si baptizatus es, ego te nō rebaptizo; ſi nōdū baptizatus es, ego te baptizo in nomine patris & filij & ſpirituſſācti. Et idē fiat, qñ baptizantur Rutheni & Græci, quia nō cōſtat illorum formā ſimp̄r non valere, p̄ſertim cū eccleſia ſcit & tolerat eā, nec expreſsè reprobat. Quartū, qđ requirit̄ ad ſubſtātiā baptiſmi, eſt mr̄ia debita. ſ. ablutio p̱ elementū aquę in toto corpore, vel in parte digniori. Quintū, qđ illa ablutio fiat ab vno & eodē tp̱e, qñ forma verborū exprimitur, ita qđ vnus verba p̱ferat, & eo tp̱e puerū immergat. Iſta aūt immerſio debet fieri trina vice, niſi neceſſitas magna ſuadeat aliud facere, vel ſi baptizandus eſſet adultus. ꝙ per ſacerdotē ter immergi nō pōt: tūc. n. ſufficit trina aſperſio aquę, qđ eccleſia in plurib⁹ locis ſeruat, & in paruulis p̱icula, q̄ accidere p̄nt circa totalē immerſionē paruuli. Vñ grauiter peccaret, q̄ tātū ſemel immergeret, quia ꝯ eccle
5 ſię cōſuetudinē faceret. † Sciēdū eſt aūt ꝙ ſm Io. Pariſiēſem ſuper iiij. di. iij. c. iiij. aquā baptiſmi oportet de neceſſitate eſſe ſanctificatā, q̄a Dñs cōtactu ſuę mūdiſſimę carnis vim regenerati-uā aq̄s cōtulit. Sed tñ aqua debet eſſe ſimplex, ſic ꝙ nō mutet̄ ſpēs aquæ, q̄tū cūq; fiat cōmixtio. Vñ pōt fieri baptiſmus in lixiuio, vel aqua maris, vel ſulphurea, vel in aqua expreſſa mundè de luto. Et dico mūdè expreſſa. i. liqdè & apparēte, ſic ꝙ ibi appareat vera aqua, quia aqua inhibita ſpiſſo luto, non poteſt fieri conueniens mr̄ia huius ſacramenti. Et huius rō, ſm Doctorem ſubtilem, vbi ꝫ. eſt, quia lotio eſt mr̄ia proxima, vel quaſi per ſe fundamentum, vel pars fundamēti iſtius ſanctificationis: aqua autem eſt mr̄ia remota. Vnde aqua imbibita ſpongię, vel ſpiſſo luto, etiam ſi tāgit carnē, tñ nō eſt cōueniēs mr̄ia ad baptiſmū, quia talis contactus non eſt lotio. Et ſimiliter in glacie non eſt lotio, nec in niue, eo ꝙ nō eſt aqua fluida lotioni cōueniens. Similiter aqua roſacea, vel aqua expreſſa de floribus, vel brodium nimis ſpiſſum, in quo plus eſt de pinguedine q̄ de aqua, nec aqua mixta cum luto multo. Similiter vinum & ſaliua, aut etiā hominis vrina nō ſunt cōueniēs mr̄ia baptiſmi, eo ꝙ aqua ibi mutata eſt in aliā ſpeciē. Vbi tamen nō tāta trāſmutatio eſſet, ſicut in brodio, medone, ceruiſia, & ſic de alijs liquoribus, dubitāt quidā Doctores nō eſſe materiā iſtius ſacramēti. Ego tamē omnino reprobo in iſtis liquoribus fieri ſacramētū, p̱ defectū ſignificationis. A qua enim baptiſmi ſignat illā aquā, quę fluxit a latere Chriſti in cruce, quæ fuit vera aqua elementaris & non miraculoſa propter ſignificationē baptiſmi; ſic etiā & ſanguis verus ibi profluit. Ratio autem inſtitutionis in iſto elemēto eſt ex parte conuenientiæ, quia eſt frigida, fluida, lucida, neceſſaria & communis. Et hæ omnes proprietates conueniunt huiuſmodi aquæ, in qua debet fieri baptiſmus, qui eſt reprimendum feruorem concupiſcentiæ, ad flectendum rigorem inobediētiæ, ad illuſtrādū charitatē fidei, ad introducendum viā ſalutis. Itē alia ratio, quia per baptiſmum ab his malis liberamur. ſ. ad immunditia, ignorantia, & concupiſcentia, vt patet ex proprietatibus aquæ, ſcilicet puritate per quam mundamur, perſpicuitate per quam illuminamur, & frigiditate per quam ab æſtu concupiſcentiæ temperamur. Fit etiam baptiſmus in aqua, ne quē inopia alterius liquoris excuſaret, & ne propter defectum periculum ſalutis homines incurrerent, & vt inueniatur apud omnes communis materia baptiſmi.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmus eſt triplex.*
2 *Baptiſmi ſacramentum tria continet.*
3 *Character ſacramentalis, quid ſit.*

¶ Caput ſecundum primę partis.

1 PRæterea ſciendum, quòd † triplex eſt baptiſmus, ſcilicet fluminis, qui fit in aqua communiter, & talis liberat a pęna & culpa, & gratiam infundit in habitu, & characterem imprimit. Alius eſt flaminis, q̄ tunc fit qñ q̄s deſiderat baptizari, ſed nō habet p̱ quē baptizet̄. Talis ī fide ſaluabitur, prout determinatū eſt in decret. apoſtolicā, de presbitero non baptizato. Eidē patet per Auguſt. lib. viij. de ciuitate Dei. & lib. iij. de vnico baptiſmo, & per beatū Ambro. de obitu Valentiniani. Et hic delet culpam, & gratiam habet in vſu, in quo meritū cōſiſtit. Tertius eſt baptiſmus ſanguinis, q̄ fit in martyrio p̱ Chriſti nomine ſuſcepto, vt patet de innocentibus. Et quidam dicunt etiā de latrone dextro, ſed non videtur eſſe verum, cum ille non poſſit dici martyr ex pęna crucis, eo ꝙ nō pro veritate, aut iuſtitia, aut fide Chriſti, ſed pro ſuis ſceleribus paſſus eſt, ſicut ſolus cōfitet̄ dicēs, Nos quidē digna factis recipimus, &c. Videtur ergo potius ꝙ baptizatus eſt baptiſmo flaminis p̱ cōfeſſionem fidei, quā habuit ad Chriſtū, credens eū Deū & hominem eſſe. Et iſte baptiſmus ab omni tētatione liberat, & cōfert ſtatim p̄miū, q̄a martyres ſtatim euolant in cęlū ſine retardatione, ſicut patet de S. Stephano dicēte, Video cœlos apertos,
2 Actuū, vij. † Itē in hoc ſacramēto quoddā eſt ſacramētū tātū, vt gratia inferior: quoddā res & ſacramētū, vt character in aīa. Et ſic qui fictè baptizatur cū ꝓpoſito peccādi mortaliter, nec attritus vel qui errat in articulis fidei, vel q̄ dicit ſacramēta nō valere, talis recipit ſacramētū, & nō ſaluatur. Qui verò deſiderat baptizari, & nō habet p̱ quē, recipit rē tantū, & ſaluabit̄ Qui verò recipiūt rē & ſacramētum, vt paruuli, exterius & interius mūdātur, quia recipiūt exteriorē ablutionē ī corpore, & īpreſ-
3 ſionē characteris ī anima. Eſt autē † character diſtinctio a charactere ęterno impreſſus animę rationabili, ſm imaginē cōfigurans Trinitatē creatā, id eſt hominē, Trinitati creāti, id ē Deo, & diſtinguēs a nō cōſignatis ſecūdū ſtatū fidei. Et hoc eſt tātū dicere, qđ character eſt quędā qualitas ſeu ſignū cōſignatiuum Chriſto, diſtinctiuū ab infidelibus, & aſſimilatiuū fidelibus, & diſpoſitiuum ad gratiā. Et talis character eſt in fidelibus potētiæ cognitiuæ intellectiuę, in qua principaliter cōſiſtit imago, ex qua etiam homo habet ꝙ ſit homo, ſicut ex appetitiua habet ꝙ ſit bonus vel malus. Et ratio, ſm Tho. di. iiij. q. iij. arti. iiij. quia impreſſio characteris eſt per quādā animę rationalis ſanctificationē, prout ſanctificatio dr̄ deputatio alicuius ad aliquid ſacrū. Ad hāc autē ſanctificationē nō magis actiuè operatur anima ſanctificanda, q̄ aqua ſanctificanda, vel oleū, vel chriſma ad ſui ſanctificationē, niſi ꝙ homo ſe ſubijcit tali ſanctificationi per conſenſum. Res autē prædictæ ſubijciūtur, quia libero arbitrio carent. Et ideo qualitercūque anima varietur per proprias operationes,

Source : BIU Cujas

rationes,nunquam characterem amittit,ſicut nec chriſma,nec oleum, nec panis conſecratus vnquam ſanctionem perdunt qualitercunque traſmutentur, dummodo non corrumpãtur. Nullus autẽ poteſt bis baptizari, quia Dominus conſtituit baptiſmum irreiterabilem, & hoc propter plenam remiſſionem tam pęnę quàm culpæ,quæ fit in baptiſmo, aliàs daretur occaſio ſæpius delinquendi,hæc Scotus ſuper iij.ſenten.diſtin.iij.q.v.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmi quot ſunt accidentia & ſolemnitates.*
Baptizandus,in quibus locis inungatur.

¶Caput tertium primæ partis.

1 COnſequenter de accidentibus baptiſmi reſtat videre. † Sunt autem octo de ſolennitate baptiſmi quæ non ſunt de ſubſtantia,verſus.

Sal,oleum,chriſma, cereus, chriſmale, ſaliua,
Flatus,virtutem baptiſmatis iſta figurant.

Hæc cum patrinis non mutant,ſed tamen ornant.

Inungitur autem baptizãdus in quatuor locis,ſcilicet in frõte, vt fidem publicè prædicet, & hoc fit in confirmatione per epiſcopum.In vertice, vt agenda facilius cognoſcat. Inter ſcapulas,vt iugum Chriſti ſuauiter portet.In pectore, vt Deũ dulcius diligat.Sed de iſtis omnibus melius videbitur infra,in practica huius ſacramenti.

SVMMARIVM.

1 *Cautelæ duodecim pro baptizantibus.*
2 *Baptiſmus an a quocunque indifferenter recipi poſſit, & quando.*
3 *Iudæus & infidelis,an nunquid poſſint puerum de fonte leuare.*
4 *Intentio in omni ſacramento habetur pro regula.*
4 *Puer in vtero matris baptizatur & natus mortuus, an ſepeliendus in cæmiterio.*
5 *Chriſma vetus non debet in baptiſmo adhiberi.*

¶ Caput quartum primæ partis.

1 NVnc de cautelis circa iſtud ſacramẽtum adhibendis eſt videndum.† Primò caueat ſacerdos,ne in priuatis domibus baptizet infantem vel adultum,niſi eſſet puer Regis vel Principis,quibus in hoc defertur. Et hoc intellige præter cauſam neceſſitatis, alioquin in neceſſitate poteſt ipſum baptizare vbique, vt ſi puer eſſet in mortis articulo, aut deferentes haberent inimicitias capitales, pout hoc totum nota.in clemen.vnica, de baptiſmo & eius effectu.

Secũda cautela,Caueat ne quẽdã coactè baptizet, vt Iudæũ vel paganum,Et hoc ſi reclamat, aut proteſtatur aliquo ſigno exteriori ſuum diſſenſum; nam talis non recipit ſacramentũ, nec cogitur legem Chriſtianam tenere. Si autem metu mortis vult baptizari ne cremetur,vel ſuſpendatur pro ſuis exceſſibus, talis ſi non reclamat,quam intus diſſentit, vt ſacramentum recipiat,tamen tenetur legem Chriſtianam ſeruare.

Tertiò caueat,ne baptizet amentem vel fatuum ſeu furioſũ: veruntamen,vt dicit ſanctus Thomas, amentes a natiuitate recipiunt ſacramentum,ſicut & pueri.Et illi,qui incurrunt amentiam ex infirmitate,poſtquam habuerunt vſum rationis & lucida interualla,& habuerunt tunc propoſitum recipiendi baptiſma,tunc ſuſcipiunt ſacramentum & rem,etiam ſi actu contradicant,quando baptizantur in amentia,alias non. Et ſic intelligendum eſt,qđ dicit Auguſti. iiij.Confeſſionum de amico ſuo, qui dum deſperaret,baptizatus eſt neſciens.

Quartò caueat,ne Iudæum vel paganum ſtatim baptizet, & niſi prius de fide inſtruatur,de conſe.diſt.iiij. Iudæi. Et hoc, ne eccleſia in talibus decipiatur. Et hoc eſt verum, niſi neceſſitas aliqua eis immineret.

Quintò caueat,quando ſimul plures baptizat, ne dicat, Ego baptizo vos, quia grauiter peccaret, ſecundum Tho. & tamen eſſent baptizati,& ideo cum plures baptizat,ad quemlibet ſeorſum dicat,Ego te baptizo,&c.hæc ſanctus Tho.Si tamen maxima neceſſitas inſtaret, vt ſi portarẽtur duo vel tres pueri ſimul debiles & infirmi,quaſi agonizantes:tũc videtur mihi qđ poſſit dici,Ego vos baptizo, &c. ne propter dilationem vlteriorem pueri morerentur.

Sextò caueat,ne variet formam per aliquam interpoſitionẽ magnã,per quam diſcõtinuaret actum;hoc enim multum noceret,ſecundum Pet.de Tharan.ſuper iiij.ſentent.di.iij.q.ij.Modica tamen interpoſitio vel interruptio nõ nocet: vt ſi dicatur, In nomine patris,& tunc fortè aliquod impedimentum ſacerdoti occurruret:vt ſi madidaretur ſibi manica ſuperpellicij vel ſimile,ita ꝙ diceret miniſtro, vide ne madidetur ſuperpelliciũ vel ſimile,& tũc vlterius proſequeretur,& filij & ſpirituſſancti, non vitiaret baptiſmum.Similiter de tuſſi,ſi acciderit tempore prolationis,dicendum eſt,aut etiam de ſilentio lõgo inter verba longa,idem intelligendum eſt,ſecundum Tho. ſuper iiij di, iij.q.arti.j.

Septimò caueat ſacerdos,ne in peccato mortali exiſtens baptizet cũ ſolennitate more ſolito puerum,quia peccaret mortaliter,ſecundum ſan.Tho.& Pet.de Tharan. ſuper iiij. di. v. q. ij. quamuis puer baptizetur in hoc caſu. Et baptiſmus confert tã per malum,quàm per bonum miniſtrum,quia bonitas mini
2 ſtri non eſt de neceſſitate baptiſmi, ſed de congruentia. † Nec peccat ſuſcipiens baptiſmum a malo ſacerdote tolerato ab eccleſia.ſecus eſt de præciſo ab eccleſia,vt ab hæretico, ſchiſmatico,excommunicato,a quibus nullo modo recipiendus eſt baptiſmus,niſi in caſu neceſſitatis; tunc enim etiam a non baptizato,vt a Iudæo vel pagano poſſet recipi quantumcunque malo,dummodò in forma eccleſię redderetur, cum intentione, videlicet faciendi illud qđ facit eccleſia. Veruntamen licèt baptiſmus a malo ſacerdote tolerato ab eccleſia nõ vitietur,quãtum ad ſacramentales effectus : tamẽ a bono ſacerdote melius recipitur,ſi haberi poteſt:quia ſm beatum Thomã, cũ effectu principali poteſt aliquid addi plus ex merito baptizãtis.Ex hoc patet,quàm damnabile & periculoſum eſt ſacerdoti,morari in peccato mortali ad vnam horam, cum ſemper debeat eſſe paratus ad miniſtrandum ſacramenta.

3 † Sed circa hoc nota, ꝙ licèt in caſu neceſſitatis Iudæus vel paganus poſſit baptizare,nõ tñ poſſit leuare de fonte,ſm Tho. Ratio,quia in primo caſu baptizando poteſt tenere vices Dei, cũ ſit eius creatura:ſed in ſecũdo nõ, ꝙa nõ eſt mẽbrũ eccleſię, nec ẽt aliquam cognitionẽ ſpiritualẽ contrahit,cum ſit expers ſpiritualis gratiæ.Hæc Tho.ſuper iiij.diſtin.vj.q.iij.ar.ij.

Octauò attendat,vt habeat circa baptizandum actualem intentionem baptizandi, & maximè cum dicit verba eſſentialia.Tamen ſi tunc non haberet eã, & tñ prius habuit eundo ad baptizandũ,ſufficit.Ex quo patet,ꝙ furioſus, aut ebrioſus nõ põt baptizare.Et dico de ebrioſo carẽte vſu rationis, qui talem intentionẽ non habet,nec actualẽ,nec habitualẽ,quę eſt neceſſaria,iuxta illud, Accedit verbũ ad elemẽtũ, & fit ſacramentum Nã ſm Bonauẽ. in iiij.di.iiij.q. j.arti.j. in fi. principalis, ad hoc ꝙ verba ordinẽtur ad effectum aſſignatũ, neceſſariũ eſt interuenire intentionem miniſtri; ꝙ intẽdit in illo actu & verbo dare talem effectũ, vel ſaltẽ, ꝙ eccleſia facere ordinauit, vel ſaltem qđ Chriſtus inſtituit diſpenſare,alioquin verba & elementum.
4 vt ſic diſtincta non faciunt ſacramentum.† Hoc autem pro regula habẽdum eſt, ꝙ ad omnẽ ſacramẽtorũ diſpenſationem, neceſſarium eſt habere intentionem actu vel habitu, explicitè vel implicitè,ſecundum Tho.in iiij.diſtin.vj.q.ij.ar.j.

Nonò caueat quilibet,ne puerum antequam naſcatur de vtero mris,baptizet.Et hoc,ſi puer quo ad oẽs partes eius,eſt in vtero mris integer & totaliter,quia ſic non poteſt aqua eum attingere immediatè,nec poteſt lauari ibi exiſtens.Si autem apparet principalis pars, puta caput, tum ſimpliciter baptizari poteſt, quia iam poteſt aqua aſpergi.Si autem apparet pars minus principalis,ſicut manus vel pes, illa etiam eſſet baptizanda, quia in illa parte eſt tota anima,licet nõ omnes ſenſus vt in capite, & poſtmodum poteſt baptizari,ſi naſcatur viuus, ſub cõditio ne
5 † Talis tamen puer ſi naſceretur mortuus, ſepeliretur in cimiterio,ſecundùm Doctorem ſubtilem,diſt.4.q. .artic.2. Et idem tenet Ioan.Pariſien.diſt.3. Similiter dicendum eſt de illo, cieca quem diminuta eſt forma eccleſiæ neceſſaria ex neceſſitate rnſtanti. Talis enim ſepeliretur in cimiterio, quia piè creditur ꝙ ſummus ſacerdos ſuppleret ſecundum Petrum de Tharan. di iij.q.ij.arti.j.

Decimò caueat, ne mrem infirmam vel moriẽtem diuidat, in qua puer viuit, quia ſic homicidium committeret quiſquis hoc faceret.Non ſunt enim facienda mala,vt veniant bona. ad Ro.iij.Ideo cautius dimittit perire infantem cum ea,quam ipſa pereat, ſecundum do. Petrum vbi ſ. Si tamen mr mortua eſſet iam perfectè,tunc poteſt & debet eam facere diuidere,& puerũ inde extractum baptizare,aliàs non.

Vndecimò caueat,ne monſtrum non bene prius dijudicatũ, an ſit vnus homo vel duo,vel an habeat vnam animam vel duas,baptizare feſtinet.Nam ſi ſint duo capita,duo colla,& duo pectora,& per conſequens erunt duo corda,& ita baptizandi sũt duo, & quilibet ſeorſum .Si autem non eſt certum ꝙ ſint duæ animæ,tunc primò baptizandus eſt vnus,& poſtea alter ſub cõditione,dicẽdo;Si tu es baptizatus,non te rebaptizo; ſed ſi non es baptizatus,ego te baptizo,in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.Et tale mõſtrũ dicitur fuiſſe in Francia duo capita habẽs, quorũ vnũ expreſſit velle de eo, de quo alterum expreſſit nolle;vnum tamen voluit continere,& ſobriè viuere,& aliud laſciuire & epulari : & cum vnum per os ſuum excederet, aliud ſe grauari clamabat.ita refert doctor ſubtilis,di.vi.q.j.arti.iiij.

Duodecimò caueat,ne chriſmate antiquo baptizet,quia punitur ſacerdos hoc faciens, de conſe. di. iiij. ſi quis de alio.& de ſen.exc.in c.quoniam,lib.vi.Vbi dixit gl.finalis dando .rationẽ, § quia vetus chriſma non debet ineſſe vſui,nec de illo debet qs chriſmari.Et deponitur ſacerdos,qui de illo antiquo chriſmate

vngit

vngit baptizatū,niſi in mortis artic. Vnde oī anno nouū chriſma debet confici,& antiquum cremari,de conſe.diſt. iij. literis. Si autem diligēs ſacerdos inter omnia, ne puer decedebat ſine baptiſmo,vt ſi iam incæpit canonem miſſæ, & viderit puerum morientem ſine baptiſmo,poteſt eum baptizare,de conſe.di.j. nullus epiſcopus,in glo.pen.

SVMMARIVM.

1 *Cathechiſmus & exorciſmus, an & quando præcedere debeant baptimum.*
2 *Exorciſmus quid ſit,& ad quid inſtitutus.*
3 *Catechiſmus quid ſit.*

¶ Caput quintum primæ partis.

REſtat nunc ponere practicam manualem circa huius ſacramenti diſpenſationem.† Eſt autem primò ſciē-
1 dum ꝙ catechiſmus & exorciſmus debent præcedere baptiſmū, ꝙ ſolēniter cōfertur. Exorciſmus verò dicitur illa ſonatio orationum,per quam expellitur diabolus & adiuratur vt recedat a puero,de quo dicit Tho. ꝙ valde conueniens ſit ipſum præmitti ante baptiſmum, vnde hoc ſignant ea quæ ponuntur in baptiſmo, Recede ab eo ſathana, &c. Ipſe etiam exorciſmus debilitat poteſtatem dæmonis, ne tantum poſſit in homine ſicut ante, ne baptiſmum & alia bona in ipſo impediat. Sed poteſtas prædicta totaliter tollitur in baptiſmo, ſicut etiam Pharao prius eſt flagellatus populo nōdum de Egypto egreſſo, & poſtea totaliter in mari rubro (qđ eſt figura ba-
2 tiſmi ſubmerſus.† Et ſic bene dicit, ꝙ exorciſmi ſunt inſtituti propter energuminos, id eſt intus laborantes per infectionem fomitis,videlicet contra diabolum in eis poteſtatem habētem. Hæc Tho.di.vj.q.iij.arti.j.& ij.Eſt autem catechiſmus, ſecundū
3 Thom.† inſtructio ante baptiſmum in illis, quę ſunt communia.Et dicuntur fidei redimenta, ad quæ credenda omnes explicitè tenentur,ſicut eſt fides Trinitatis,Incarnationis, & Paſſionis domini, Iudicij & Prouidentię Dei de factis hominum, de alijs autem debet inſtrui poſt baptiſmum.Vnde etiam ſecundū Tho.in adulto requiritur,vt per ſe catechizetur, & Chriſtianam religionem profiteatur. Catechizatur autem ad hoc adultus,qui ad fidem vocatur,& ad quam vocatur proprio moueat voluntatis arbitrio.Hinc eſt, quod cū baptizatur Ruthenus vel paganus adultus,non patrini,ſed ipſemet pro ſe ad interrogata reſpondet ſacerdoti.Huius contrarium ſeruatur in Mazonia, in Polonia,& ſatis malè.

SVMMARIVM.

1 *Baptizandi modus.*
2 *Patrini in baptiſmate officium,& de compaternitate.*
3 *Baptizatus,nunqnid per ſacerdotem debeat inungi in fronte.*
4 *Baptizato nomine ſpiritus ſanctus datus, eſt ſtatim in ipſa aqua baptiſmi.*

¶ Caput ſextum primæ partis,

POſtquàm igitur puer debet baptizari,† ſacerdos nō per
1 mittat niſi vnum virum, vel vnā fęminā in patrinos, prout determinatū eſt de cognatione ſpirituali,quamuis,lib.vi.de conſe.diſt iiij.non plures. Alicubi tamē cō ſuetudo obtinet,ꝙ ſi puer maſculus debeat baptizari,tunc duo viri,& vna mulier in pr̄inos admittantur.Et illa eſt ſatis tolerabilis,cū honeſtatē quādā & vrbanitatē contineat. Deinde autē ante fores eccleſiæ ſacerdos ſtatuat patrinos; vt ſi puer eſt maſculus,teneat eū vir:ſi verò fęmina,teneat eā mulier,& iſti duo ſtant iuxta ſe.Alij verò poſſunt ſtare in eccleſia, vel iuxta, qui puerum conduxerunt, nec pro ipſo reſpondean t, ſed poſſunt omnia attendere, dummodò non tangant puerum ad occasū ſolis,ſolus autem ſtet ad orientem.Quo facto ſufflet in faciem eius,& dicat illum exoreiſmum,Exi immunde ſpiritus,& da honorem Deo viuo,&c.quę continentur in agenda.Iterū ſtatim dicat,Recede ab eo diabole,&c.Flatus autē ille,ſiue exſufflatio, debet fieri ad occidētē,vt patet ſecundum Thom. & ſignificat ſpiritus maligni expulſionē,& boni introductionem. Poſt hoc facit crucem in fronte eius,dicens:Signum ſaluatoris Domini nr̄i Ieſu Chriſti in frontem tuā pono. Similiter in pectore aliā faciet crucē dicens; Signū Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti i pectus tuū pono. Et demū ꝙiūctim ſub vna ꝓlatione faciet vnam crucem in fronte,& aliā in pectore,dicēs: Accipe ſignaculū ſanctę crucis tā in frōte ꝙ in corde, &c. Et qd iſta ſignatio ſignificet,ſtatim in prædicta oratione oſtenditur, cum dicitur: Sume cęleſtium præceptorum fidem,&c.Per qđ de notatur,ꝙ ad hoc in pectore ſignatur,vt in præceptis Dei ſuſcipiendis,acceptus efficiatur.Et in fronte,vt lęta facie Dei culturę exiſtat aptus. Demū ſequitur oratio, Preces nr̄as,&c.in qua tunc dicitur, Et hūc electū tuū, crucis Dn̄icę, cuius impreſſione eum ſignamus,in virtute cuſtodi.Et fiat crucis ſignatio ſuper totū puerū. Inde ſequitur oratio,Omnipotes ſempiterne Deus, &c. Circa quam quærat prius ſacerdos de nomine infantis dicendo, quis debet vocari. Et poſtquā illi dixerint, N. ille ſtatim proſequat, incipiendo orationem,dicens;Op̄s ſempiterne Deus,pater domini noſtri Ieſu Chriſti,reſpicere dignare ſup̄ hūc famulū tuū, &c.Nō eſt aūt opus, cū venerit ad locū proprij noīs in aliqua oratione, qđ requirat pr̄inos, dicēs: Quomodo vocatur,& hoc propter incōgruitatē, quę ibi contingeret, & improprietatem locutionis. Nā oro quādoque requirit dici proprium nomen in accuſatiuo caſu,& patrini reſpondent in nominatiuo, qđ eſt magna abſurditas,ſicut patet cum dicitur,Reſpicere dignare ſuper hunc famulum tuum N.ſi patrini reſponderent in nominatiuo dicendo,N. magna eſſet incongruitas. Dicat autem ſacerdos ſolus variando nomen vſque ad fontem ſecundum exigentia orationū, prout viderit expedire, nec toties quoties occurrit nominis nominatio,requirat patrinos,ſed ſolus nominet in latino propter abſurditatē p̄dictā. Orationes autem iſtæ fiūt ꝓ puero,vt gratia p̄ueniat & ſubſequatur quæ vires præbeat libero arbitrio.Et ꝙ procul fiat vniuerſa maligni ſpiritus illuſio, ſignatur puer in fronte,in pectore,in oculis,in naribus, in ore,ſigno crucis,cuius virtute victus eſt diabolus,& exaltat⁹ eſt Chriſtus,vnde Abacuch iij.Cornua in manibus eius ſunt, ibi aſcondita eſt fortitudo eius.Hoc ſigno muniūtur totius corporis ſenſus,cuius virtute & omnia ſacramenta complentur, & oīa diaboli figmenta fruſtrantur. Sicut enim cum primogenita delerentur Agypti,populus Hebræorum ſignatis poſtibus domorū ſuarū ſanguine agni paſchalis in typo Dominicę paſſionis, ſaluatus eſt;populus verò Egyptiorū,qui hoc caruit ſigno, in ſuis primogenitis grauiter percuſſus eſt,apud Ezechielē. Hieruſalē ab imminente clade liberanda eſſe promittitur,ſi Thau(quæ figuram crucis exprimit)in frontibus gementium atque dolentium ſignaretur.Deinde antequàm ſal ponat in os pueri, recepto ſale ſimplici & mūdo, benedicat ipſum ſpecialiter per illā orationē, Exorcizo te creatura ſalis in nomine Dei patris omnipotentis,& in charitate Domini noſtri Ieſu Chriſti,& in virtute ſpirituſſancti, &c. faciendo ſigna crucis ad inuocationem cuiuſlibet perſonæ ſanctæ Trinitatis, & compleat vſq; ad finē. Nec credat quis,poſſe ſufficere ſal illud ad exorc⁹ādum puerū, ꝙ benedicitur die Dominico ad benedicendum aquam, cū illud ſpeciale officium habeat,& diſtinctū ab iſto.Et ideo caueat ſacerdos,ne cum illo ſale,cum quo die Dominico aquam Exorcizat,ad baptiſmum vadat,ſed ipſo die dominico in alio ſcypho benedicat ſal pro benedicenda aqua, & in alio pro exorcizandis infantibus ante baptiſmum.Cum autem compleuerit orationē dictam,& ſal benedixerit,recipiat ſal, & ponat ad os pueri,dicens: Accipe ſalem ſapientiæ, & ſit tibi dominus propitius in vitam æternam, Amen. Ponat tamen ſal in os pueri pulchrè & modeſte,non cū vehementia,ſicut quidam ſolēt ponere, ita quod puer cogitur fiere propter duram impreſſionem ſalis, qđ eſt abominabile. Seruanda eſt namq; maxima vrbanitas & honeſtas in ſacramentorum collatione,propter deuotionem populi excitandam,& reuerentiam ſacramento a populo impendendam & exibendam. Significat enim ſalis immiſſio gratiā & ſapientiam,& à peccatorum putredine præſeruationem. Conſequenter proſequantur orationes ſolitæ, quæ habentur in agēda.Et prouideat ſacerdos, eas correctè dicere. Et quia ſpeciales ſunt orationes ſuper fęminas, & ſpeciales ſuper viros, ideo ſingulas adaptet. Quæ autē ſunt ſuper vtroſq;, illas proferat ſuper vtroſq; indifferenter. Deinde ſequitur euangelium, ſecundum Mattheū. Oblati ſunt Ieſu paruuli, &c. quod ſacerdos dicturus. deponat mitrā, ſimiliter patrinos deponere faciat. In legendo autem imponat manus infanti, vt prędudat diabolo expulſo viā ne redeat. Et hoc idē ſignificāt bn̄dictiones & crucis ſignationes ſuperius præmiſſæ.Legat autem præmittēdo, Dominus vobiſcū.Quo facto,faciat orare,Pater noſter, & Credo in Deū, ipſos patrinus;demum dicat illam orationem,Nec te lateat Sathana,&c.Quo facto recipiat mundos pulueres terræ,& immiſcens ſputo faciat inde lutum in manu ſiniſtra,recepto eo duobus digitis.ſ.pollice& indice dextræ manus,tangat aurem pueri dicens,Effeta,quod eſt adaperire.Et cum ſubiunxerit, in odorē ſuauitatis,tunc tangat aures.Caueat autem, ne faciat lutū groſſum & aſtantibs abominabile,ſicut quidam facere cōſueuerūt emittentes pro ſputo quādoq; flegma ſpumoſum ex ore, inducentes horrorem abſtantibus. Deſignat autē ſputi & ſaliuę immiſſio ſenſus tactus, auditus & aliorū ſenſuū ſpiritualium apertionem, vel ſignat impedimenti remotionem ipſius dęmonis reſpectu fidei,docendo vel diſcendo.

Poſt hoc Sacerdos introducat puerum in eccleſiam dicens,Dn̄s cuſtodiat introitum,&c.dans ei per hoc poteſtatem intrandi eccleſiam,& annumerādo cū conſortio fideliū, quo ad hoc videlicet vt poſſit orare cū fidelibus in eccleſia ſi eſt adultus, etiam in miſſa, dū tamē talis ſit exorcizatus,ēt ſi nō eſſet vlterius ſecum proceſſum:nō tamen poſſet audire totā miſſam,ſed niſi vſque ad Surſum corda,ſicut & cathecuminus. Tūc ſacerdos accedens ad fontem quærat a patrinis nominando puerū dicens,N.abrenuntias Sathanę.Et illi reſpōdeant,Abrenuntio. Et iterū dicit, Et omnibus pompis eius.Illi reſpōdeāt,Abrenūtio.Hoc aūt fit ideo,vt prius abrenūtiet erro rē,& ſic ap̄ximet ad veritatē,iuxta illud Apoſto. Deponite veterē hominē,ſm cōuerſationem priſtinā. abnegātes omnē impietatem & ſecularia deſideria. Deinde quęrat iterum, Credis in Deum patrem omnipotentem, &c.Et ter reſpondent patrini,

Source : BIU Cujas

ni, Credo. Et ſic de ſingulis articulis fidei ſpecificādo diſtinctè, & interrogando. Et licèt duodecim ſint articuli fidei in ſymbolo, de quibus omnibus deberet quęrere & interrogare ſigillatim, ſufficit tamen ſi plures articulos ſimul coniungat, & de ipſis ſimul quærát, & ita ſufficit ſi totum ſymbolum ſex vicibus vel octo percurrat interrogando. Interrogatio autem iſta debet eſſe in vulgari, & non in Latino, quia tunc patrini laici fidem profitentur pro baptizando puero. Eſt autem ſciendum, quòd ſi adultus baprizatur, licèt patrini ipſum teneant, tamen ipſe ſolus debet reſpondere, & non patrini ad interrogationem fidei, & abrenuntiationem ſupradictam, cum habeat vſum liberi arbitrij. Hoc autem ſymbolum traditur baptizandis tanquam nouæ vitæ auditoribus, per quam profeſſionem incipit in eis mori vetus homo, & per fidem nouus viuere, qui ſecūdum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Tandem ſacerdos accepto oleo ſancto ad hoc diſpoſito, quod vocatur oleum cathecuminorum, referens puerum ex velamine ſuo & denudans eum, vngat eum in pectore, deinde in ſcapulis dicens, Ego te linio oleo ſalutis in Chriſto Ieſu domino noſtro. Et tādem ſubiungat, Pax tecum. Et clericus aſſiſtens reſpondeat, Et cum ſpiritu tuo. Iſta autem inunctio olei ſignificat hominis expeditionem, quam ſuſcipit aduerſus diabolum in pugna. fit enim in ſignum pugnę contra inimicum, ſicut athletæ inungantur, ſecundum Thomam. Vel ſecundum Petrum de Tharañ. ſignat legis Dei amorem, per hoc quod fit in pectore vbi eſt locus cordis. Per hoc autem quod fit inter ſcapulas, deſignat deuotam ſubiectionem. Vngitur autem in pectore, ne hoſtis ei immunda perſuadeat deſideria. Inter ſcapulas vbi eſt vigor portādi onus, qđ fortitudinem accipiat ad portandum pondus diei & æſtus. Vngitur etiam in pectore, vt vigeat in eo ſapientia. Vngitur etiam in humero dextro, ꝙ in exercitijs bonorum operū indeficiens ſeruetur patientia. Neque enim nouerit ſiniſtra, qd fecerit dextera veſtra. Mat. v. Sed quia in humeris vigor cōſtat portandi onera, huius partis vnctione Chriſti athletę dedicantur, vt ſciant ſe eſſe ad certamen vocatos per totum vitæ ſuæ curſum contra antiquum hoſtem publicis ac priuatis congreſſibus pugnaturos. Vel, ſecundum Rabanum in lib. de inſtitutione clericorum, de conſe. di. iiij. c. deinde. Pectus vngitur, vt nullæ reliquiæ latentis hoſtis in eo reſideant, ſed in fide Trinitatis mens eius confortet. Item inter ſcapulas, vt vndique muniatur, & ad bona opera facienda per Dei gratiam roboretur. Deinde omnibus his ritè peractis, quærat ſacerdos a patrinis infantem tenentibus, & ſi fuerit adultus, tunc ab ipſomet adulto quærat dicens, Quis vocaris? Et ille reſpondeat, N. Tādem ſacerdos quę rat, vis baptizari? Et ille reſpondeat, Volo. Hoc autem facit ter, propter hoc vt conſtet de ipſius voluntario propoſito baptizā di, & ne coactus baptizari videatur. Et tunc ſacerdos recepto puero ad manum ſiniſtram, denudato eo toro, ſi eſt in æſtate: ſi vero in hyeme, denudetur tantum ipſius caput patēter & manifeſtè vſque ad ipſius ſcapulas, tenēdo eum ſupra fontem ſi eſt infans: ſi verò adultus, tunc ſolum inclinato capite in fontem ter dicat diſtinctè & expreſsè habendo intentionem ipſum baptizandi, Et ego te baptizo in nomine patris. Et tunc faciat manu dextera primā aquæ in capite pueri perfuſionem, ſtatimq́ue proſequatur dicens, & filij, faciendo ſecundam perfuſionem in capite pueri, ſicut prius. Et deinde ſubiungat, & ſpirituſſancti, faciendo ſimiliter tertiam perfuſionem ſeu ablutionem. Quam quidem immerſionem recipiens homo a ſordibus vetuſtatis ipſius exutus, & alium nouum hominē indutus, triduanæ Chriſti ſepulturæ conſepelitur. Vnde ait Apoſtolus, Quicunque baptizati ſumus, &c. Ambro. autem in lib. de ſacramentis, dicit ꝙ trina interrogatio ante baptiſmum, & trina immerſio in baptiſmo ſignificat triplicem lapſum peccati, qui ibi abluitur. ſ. cogitationis, locutionis, & operis, ideo etiam fit trina confeſſio. Iſta etiam forma obſeruanda eſt a vetulis in neceſſitate baptizantibus, & per curatores ſæpius prædicanda. Nam cōperi & inueni in parochia mea quādoque multa ſuperſtitioſa & vana his verbis addi, & ea mirabiliter variari. Quidam enim proferunt ſolū iſta verba ſine aſperſione aquæ, credentes ſufficere ſolam prolationem verborum. Quidam autem ſolo ſale puerum cum his verbis tangunt, Quidam verò formam verborum mutant dicētes, N. ego te baptizo in nomine Dei, amen. Quidam autem dicunt, in nomine omnipotentis Dei, amen. quę omnes formę enormes ſunt, nec aliquid operantur.

2 Sed hic quæritur,† Cuius ſunt verba illa, cum dicunt patrini interrogati, Abrenuntias ſathanę? reſpondēdo, Abrenuntio. vel credis in Deum? & illi reſpōdēt Credo. Vr enim cuiuſcunq; ſint, quod mētiri videat ille, qui reſpōdet. Si enim ſunt ex perſona patrini, mētitur, quia nō habet in conſcientia qđ ipſe baptizetur. Si autem pro puero dicuntur, nihilominus mentitur patrinus, cum puer ſit nullius voluntatis cōpos, vt patet ex eo, quòd dum immergitur recalcitrat. Ad quod dicendum eſt, quòd patrinus in perſona ſui loquitur. Quod autem reſpondet, Credo, &c. tantum eſt, ac ſi diceret, Talē fidem habeo, per quam hic ſaluari pōt. Cū ſimpliciter reſpōdet, Volo baptizari, ſenſus eſt, in fide mea, quā ego teneo, baptizetur. Seruantur tamē verba illius pueri ex idētitate verborum patrini, vt identitas verborum ad puerum notetur. Vnde dicit Bonauentura, ꝙ quando reſpondetur in perſona paruuli, Credo, non eſt falſus ſermo, vel inconſuetus: quia ſecundū Auguſti. frequēter ſignū accipit pro re, ſicut dicimus, Cras erit reſurrectio Domini. Et videns fumum dicit, ſe videre ignem. Vnde ſenſus eſt, Credo. i. ſacramentum fidei recipio, vel recipere paratus ſum. i. ad credendum me obligo. Dicit etiā iſte Doctor, ꝙ patrini poſtea tenentur puerum docere in his, quæ ſunt de fide, vel de bonis moribus, ſi non habet alios doctores vel parentes: nunc autem ex quo habent parentes catholicos: & viſitant eccleſias, ibi potius doceantur, & ſic patrini excuſantur. Notādum etiam ꝙ qui vult eſſe verus patrinus, non ſolū debet reſpōdere verba ſolita, ſed etiam tangere puerum, vnde reſponſio non eſt de neceſſitate ſeu eſſentia compaternitatis ſpiritualis, ſed tentio ſeu leuatio. Poteſt etiam compaternitas contrahi per procuratorē, quantum ad amicitiam, ſed non quantum ad compaternitatis ſpiritualis vinculum. vnde ſolus procurator eſt verus compater, & non conſtituens procuratorem, vt habetur de procurat. c. fi. lib. vj. Deinde ſacerdos accepto ſancto criſmate, vngit puerum in vertice. i. in ſummitate capitis, dicens orationem, quæ ſequitur. ſ. Deus omnipotens pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, ꝙ te regenerauit ex aqua & ſpiritu ſancto, &c. † Circa hoc tamen 3
cauendum eſt ſacerdoti, ne puerum vngat in fronte, ſicut iam plures feciſſe cognoui, & eos decetæro facere ꝓhibui & interdixi. Nam ſolus epiſcopus habet vngere in fronte in confirmatione. Vnde prohibitum eſt inferioribus ſacerdotibus, vt nunq̄ tangant frontem hominis aliqua vnctione, quoniam eis non competit. De hoc expreſsè habetur in gl. ij. c. quoniam in baptiſmo, de ſen. exc. li. vj. vbi dicitur manifeſtè, ꝙ poſt baptiſmū ſacerdos inungat in vertice chriſmate, non autem in fronte, qa hoc eſt ſolius epiſcopi, vt no. de cōſuetudi. c. quāto. Prohibitio autem, ne ſacerdotes inferiores inungant in fronte, habetur in pluribus iuribus, vt patet de conſe. dif. v. c. nouiſſimè. Erroris autem cauſam illorum ſic errantium comperi, quia libros, viātiſcosque ſuos, ipſos ſic grauiter decipere vidi. Nam ferè omnes agendę & libelli baptiſmales in hoc loco ſic habent, Hic faciat ſacerdos crucem in fronte. Corrigāt igitur decetæro libros ſuos erroneos, ne a Domino corrigantur, & agant pœnitētiam de errore præterito. Adeant autem auctoritatem ordinariam, per quam cum eis ſuper huiuſmodi errore commiſſo diſpenſetur. Et fit etiam iſta vnctio in capite, vt charitas quæ per ſpiritū ſanctum, datur, abundet ſemper in cordibus noſtris, ſecundum illud Sapien. Oleum de capite tuo nunquā deficiat. Vñ & Apoſtolus, Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris ꝑ ſpiritū ſanctum, qui datus eſt nobis. Vel fit ideo in vertice, vt cognoſcat ſe promotum eſſe in regale genus & ſacerdotale, vt a Chriſti conſortio vocetur Chriſtianus, & æterni regni ſit cohæres. Et etiam ſtatim tegitur veſte vel mitra, vt intelligat ſe diademate regni & ſacerdotali (ſicut dictum eſt) potiri.

4 Sed dubitatur: Nonne † iam ſpiritusſanctus datus eſt baptizato i ipſa aqua baptiſmi? Reſpondeo ꝙ ſic, ſed differēter hic & ibi. Nam ibi datur ad peccatorum præteritorum remiſſionem, quia per ipſam aſperſionē aquæ in baptiſmo omnia præterita peccata purgata ſunt. Sed hic datur in iſta vnctione ad ædificandum in corde noſtro Dei & proximi dilectionem. Cōſequenter datur baptizato veſtis candida, quę debet ita diſponi, vt cooperiat totum caput, & omnia loca vnctionum, ſcilicet ſcapulas & pectus, ſm Hugo. quæ candore ſuo figuram præfert acceptę nouitatis, & reſtitutionem innocentiæ, & ſpem futuræ immortalitatis. Hæc eſt. n. veſtis, in qua ad nuptias Regis intrare quēlibet eſt neceſſe. Vñ ſacerdos imponēdo eā dicit, Accipe veſtē cādidā, ſanctā. & immaculatam, id eſt, vitę innocētiam (quę tūc reſtituitur ei) quam perferas ad tribunal Chriſti, vt habeas vitā æternam, amē. Pōt tamē iſte pāniculus ēt ſeruari pro alijs pueris baptizādis in eccleſia, vt dicitur, de cōſe. diſt. iiij. c ſi quis, vbi dicitur, Si quis, voluerit chriſmate iterum pānum linire, & ſuper alium baptizandum mittere, non eſt abſurdum.

Et vltimò ſacerdos tradit puero in manus lāpadem, ſeu cereum incenſum, quod ſignificat fidei amoris longitudinem. Lumen enim ſignificat fidem, ſed incenſum ſignificat fidem informatam charitatis feruore. In manibus autem acceptum ſignificat bonorum operum exhibitionem, & cum tali Chriſto omnes occurrere debemus ad iudicium venienti. Et ideo dicit ſacerdos, Accipe lampadem ardentem, & irreprehenſibilem, & cuſtodi baptiſmum tuum, vt cum Dominus ad nuptias venerit, poſſis ei occurrere vnà cum ſanctis & electis Dei in aula cœleſti, vt habeas vitam æternam, & viuas in ſęcula ſæculorum. Amen.

Source : BIU Cujas

¶ *Secunda Pars Tractatus.*

¶ De Sacramento Confirmationis.

¶ Præfatio.

COnfirma hoc Deus, qđ operatus es in nobis. Pſal. lxvij. Poſt ſacramētū baptiſmi, ſequit aliud qđ maius eſt, quātū ad miniſtrorū dignitatē. Hoc n.a ſummis Pōtificibus. i. epis vel ſuffraganeis tā tūmodò tradit, ſicut & a ſolis Apoſtolis tradebatur, vt dicitur de cōſe.di.v. manus. Prius.n. vnctio, poſtea ſequit ꝓfirmatio: ibi peccatū dimittit, hic gratię dona dātur. Dat aūt hic illa gra, qua ꝯ ſingula vitia & nō ſemp, qñq; tñ pugnat. Eſt aūt gratia quaſi armatura quędā, qua in hoc deſerto poſt trāſitū maris baptiſmi ꝯ vitia pugnamus. Sicut.n. ſubmerſis Egyptijs a tergo ſequētib⁹ filios Iſrael olim hoſtes oppugnauerūt p deſertū, ſic ſubmerſo diabolo in baptiſmo, q primū nos inſequebat, multa nobis p huius vitę deſertū vitia cōſtituit, ꝯ quæ vitia gratia in hoc ſacramēto eſt data, qua quaſi armatura & munitione quadā muniamur. Vñ poſt baptiſmi ſuſceptionē, ī qua eſt gratia collata quātū ad innocētię & nouę vitę reſtitutionē, congruè petit eccl'ia ſibi dari ſacramentū a Deo, p qđ in illa gra ꝓfirmet dicēs verba p̄miſſa, Cōfirma hoc Deus. ſ. p ſacramētū ꝓfirmationis, qđ operatus es in nobis, ſcilicet per gram baptiſmalis renouationis. Iſta duo ſacramēta ita ſunt cōiūcta, ꝙ ab inuicē niſi morte p̄ueniēte, nullatenus p̄nt eſgregari, & vnū ſine altero ritè p̄fici nō pōt. ita dicit Melchiades Papa ſcribens Hiſpaniarum epiſcopis, cuius verba ponuntur de conſe.di.v. de his verò.

SVMMARIVM.

1 *Confirmationis ſacramentum, quid ſit. 4.*
2 *Confirmationis ſacramentum, quæ ſubſtantialia habeat.*
3 *Confirmationis ſacramentum, vnde, & quando ortum habuit.*
5 *Papa nunquid poſſit ſimplici ſacerdoti committere, vt poſſit ſacramentum confirmationis conferre.*
6 *Sacerdos ſimplex ex mandato Papę, an poſſit conferre ordinem ſacerdotij.*
7 *Vnctio in fronte in confirmatione, cur fiat.*

¶ Caput primum ſecundæ partis.

DIffinitur autē iſtud ſacr̄m, ſm Doctorē ſubtilē ſup iij. ſentētiarū. di. vij. q. j. ſic, † Cōfirmatio eſt vnctio hoīs viatoris aliqualiter ꝓſentiētis, vell ibero arbitrio nōnū quā vſi, facta in frōte figur crucis cum chriſmate ſanctificato, & hoc a miniſtro idoneo ſimul cū intētione debita inungēte, & verba debitè p̄ferēte, ſignificās efficaciter ex inſtitutione diuina vnctionē aiæ p gram roborātē ad ꝓfitēdū cū ꝓſtātia fidē Chriſti. & ſm beatū Tho. ſuper iiij. ſentētiarū. Cōfirmatio in re eſt ipſa linitio chriſmatis ſub forma verborū præſcripta. Et ſciēdū eſt, ſm Pe.de Tharā. ſu
2 per iij. diſ. xviij. & Arch.de ꝓſe.di.v. nouiſſimè. † q̄nq; dñr de ſubſtātia huius ſacramenti, duo ex parte ſacramēti in ſe. ſ. materia chriſmatis. i. oleū cū balſamo ab epiſcopo ſanctificatū, vt hr̄ de ꝓſe.di.iiij. p̄sbyter. nec pōt ſine tali oleo ꝓferri hoc ſacr̄m, eo ꝙ ſm Tho. ſup. iiij. di. vij. q. ij. artic. iii. illa ſacra, quę ſibi miniſtrū determināt, ēt materiā ſanctificatā requirunt, & exigūt. ſed ſacramentum quod non terminat ſibi miniſtrū, niſi quātum ad ſolēnitatem, nō habet materiā ſanctificatā quātum ad neceſſitatē, ſed quātū ad ſolēnitatē, vt baptiſmus. & qa hoc ſacr̄m determinat ſibi miniſtrū, ideo ēt requirit materiā ſanctificatā ab eo, qui eſt miniſter huius ſacramēti. ſ. ab epiſcopo quare autē ma-
3 teria eſt chriſma, oſtēdit ar. ij. dicens. † ꝙ hoc ſacr̄m ſumpſit initiū ab aduētu ſpirituſſancti in diſcipulo, qui apparuit in linguis igneis, ſed igni nihil ꝓueniētius accipi pōt loco ei⁹ p̄ materia in ꝓfirmatione q̄ oleū, qa lucet, & nutrit ignē. figurā autē linguę ꝓueniēter accipit balſamus, pp odorē, qa per ꝓfectionē linguæ odor bonę notitiæ Dei diffundit in omni loco. Ideo ſicut viſibilis apparitio ſpiritusſancti fuit ī igne figurata in figura linguæ, ita materia ꝓfirmationis eſt in oleo balſamato, vt oleū pertineat ad cōſciētiā, quā oportet habere nitidā eos, qui cōfeſſores diuinę fidei ꝓfitentur. & balſamus ad bonā famā p̄tinet, quam oportet diffundere, & verbis, & factis in ꝓfeſſione fidei. hæc S. Tho. & licèt Chriſtus circa inſtitutionē huius ſacramēti nō fuit vſus tali materia, nec Apoſtoli poſt eū, tñ ideo hodie eccleſia nō vtit incōgruè tali materia, eo ꝙ Chriſtus nō alligauit potentiā ſuā ſacramētis. Potuit enim ſine tali materia conferre, per aliū modū gram huius ſacramēti. ſimiſter, ſm Doctorē ſubtilē, potuit cū diſcipulis diſpēſare in primitiua eccleſia, vt per aliū modū ꝓferrēt hoc ſacr̄m, maximè cū tūc erāt aliqua ſigna ſenſibilia, vt puta deſcēſus ſpirituſſancti deſuper, & donū linguarū, quę oīa accipiebāt ꝓfirmati per Apoſtolos. vñ nō fuit neceſſaria eis materia huius ſacramenti in ſigno tā occulto, ex quo in magis viſibili, & euidētiori illud ꝓferebāt. Credit tñ idē Doct.
4 ꝙ hæc materia ab Apſtolis ſit inſtituta, licet nō legat. † Secūdū, ꝙ eſt de ſubſtantia huius ſacramēti, eſt forma verborū, quę eſt hęc. Cōſigno te ſigno ſanctæ crucis, & cōfirmo te chriſmate ſalutis in nomine patris, & filij, & ſpūſsācti, amē. refert tñ Archi. de ꝓſe.di.v.c.nouiſſime, & ſm Hug. ibidē tenuiſſe, ꝙ nec forma prædicta, nec alia eſt neceſſaria, & de ſubſtātia huius ſacramēti, immò credit ꝙ ſacr̄m olei, & ſacr̄m chriſmatis pōt ꝓferri ſine verbo, dūmodò fiat vnctio de oleo, vl̄ de balſamo ꝓſecrato. Itē ēt no. xcv. di.c. puenit. illud tñ ibi dicit ſub dubio, ego tñ iſtud dictū minus recipio, nec admitto, eo ꝙ nec iure, nec rōne ꝓſiſtit, & oīb⁹ Theol. magiſtris aduerſat. Tertiū, qđ eſt de ſubſtātia huius ſacramēti, qđ requirit ex parte miniſtri, eſt dignitas pōtificalis, ſeu epiſcopalis, & intentio debita. In tatū enim requirit miniſteriū Pontificis in collatione huius ſacramenti, vt ſi per aliū
5 ſimplicē ſacerdotem fieret ēt de cōmiſſione, nō valeret, † licet ſm quoſdā Papa pōt ſimplici ſacerdoti committere, vt poſſet hoc ſacr̄m ꝓferre, & hoc tenet gl. c. iiij. de ꝓſue. hoc ēt tenet ibi Hoſt. hoc ēt tenet Archi. xcv. di. puenit. hoc ēt idē ap̄bat Sanc. Tho. ſuper iiij. di. vii. q. vj. ar. ij. vbi aſſignat rōnē. dicēs ꝙ Papa p hoc ꝙ eſt ep̄orū sūmus, nō dr̄ habere plenitudinē p̄tātis p relationē ad corp⁹ Dñi verū, ſed per relationē ad corp⁹ myſticū, & qa gratia ſacramētalis deſcēdit ī corpus myſticū à capite, iō omnis operatio in corp⁹ myſticū ſacramētalis, per q̄ gratia dat, dep̄ēdet ab operatione ſacramētali ſup corpus Dñi verū. & ideo ſolus ſacerdos pōt abſoluere in foro p̄nitētiali, & baptizare ex officio, & ideo dicēdū eſt ꝙ p̄mouere ad illas p̄fectiones, quæ nō reſpiciūt corpus dñi verū, ſed ſolū corpus myſticū, pōt a Papa q habet plenitudinē pōtificalis p̄tātis, cōmitti ſacerdoti q habet actū sūmū ſup corpus Dñi verū, nō aūt diacono, vl̄ alicui inferiori, q nō habet ꝓficere corpus dñi verū, ſicut nec abſoluere in foro p̄nitētiali. Nō aūt pōt ſimplici ſacerdoti cōmittere p̄mouere ad p̄fectionē, quę reſpicit aliquo mō corpus dñi ve-
6 rū. † Et iō ſimplex ſacerdos ex mādato Papę nō pōt ꝓferre ordinē ſacerdotij, qa oēs ſacerdotes habēt actū. ſ. corpus Dñi verū, vel ſ. materiā eius. Pōt tñ ꝯcedere ſacerdoti ꝙ ꝓfirmet, qa ꝓfirmatio p̄ficit, cū in actu corporis Chriſti myſtici, nō aūt habet aliq̄ relationē ad corpus dñi verū. & hoc dictū ap̄bat in toto Pe.de Tharā. ſup iiij. ſentētiarū, di. iiij. ſecundò principali. q. j. arti. ij. hoc idē ap̄bat Scotus. & licet Bonauētura videat p̄miſſis ꝯdicere, tñ aſſiſtēdū eſt maiori p̄i Doctorū prædictorū, q cum determinatione eccleſiæ hoc approbātes cōſentiūt ī toto, & ꝯcordāt. Quartū, qđ eſt de ſubſtātia huius ſacramēti, eſt ex parte ſuſcipiētis. i. ſuſcipiēs q ē frōs. vnctio.n. fit ad ꝓſignificādū id, qđ ꝓfert in ſacramēto. Vñ in ꝓfirmatione ꝓfertur audacia ꝓfeſſionis, cuius oppoſitū. ſ. timor, & erubeſcētia principalius, & euidētius in frōte manifeſtātur, iō fit vnctio frōtis. hæc eſt rō Archi. de ꝓſe.di.v. nouiſſime. Alia aūt rō, ſm Pet. ſup iiij. di. vij. q. iiij. qa ēt robur in frōte ſignatur, iuxta illud Ezech. iij. Ecce dedi frōtē tuā duriorē frōtibus eorū. vñ in tribus ſacramētis fit triplex vnctio ſancti chriſmatis, ſed tñ diuerſificant ex fine, qa ī baptiſmo (vt dictū ē) fit ī vertice ad ſignificādū fidei ſuſceptionē, qa ver-
7 tex eſt locus rōnalis. † In ꝓfirmatione in fronte fit vnctio ad ſignificandā audaciā ꝓfeſſionis, cuius impedimētū. ſ. timor, vl̄ verecūdia, in pallore, vl̄ rubore frōtis oſtēditur ex propinquitate cellulę memoratiuę, & imaginatiuę: in ordine vero in manibus fit vnctio ad ſignificādū poteſtatē cōſecrandi corpus dominicū. hæc Pet. Aliā rōnē ponit canō, dicēs, ſpirituſſanctus in baptiſmo tribuit plenitudinē ad innocētiā, in ꝓfirmatione augmētū ad gratiā præſtat. In baptiſmo regenerat ad vitā, poſt baptiſmū ꝓfirmat ad pugnā. In baptiſmo abluimur, poſt baptiſmū roboramur. Regnatio per ſe ſoluit, ꝓfirmatio armat, & inſtruit ad agones huius mundi, & prælia, de ꝓſecra. di. v. ſpirituſſanctus. His oībus ꝓſonās Rabanus de inſtitutio. cle. lib. j. c. xxx. dicit, Signatur in baptiſmo baptizatus cum chriſmate in capitis ſummitate, ideſt in vertice per ſacerdotē ſimplicem. Per Pōtificē verò in fronte, vt in priori vnctione. ſ. in ſummitate capitis in baptiſmo, ſignificetur ſuper ipſum ſpirituſſancti deſcēſio ad inhabitationem Deo conſecrandam. In ſecunda quoq;. ſ. in ꝓfirmatione, vt eiuſdem ſpirituſſancti ſeptiformis gratia, cum omni plenitudine ſanctitatis, ſcientiæ, virtutis, & veritatis, venire in hominem declaretur, habentur iſta verba de conſecra. di. v. nouiſſime. Dicitur aūt hæc gratia non ſolum communiter, ſicut in alijs ſacramentis, ſed etiam ſpecialiter, per quā quis deputatur ad effectum ſanctitatis, & idoneus efficitur ad Chriſtū confitendum. Et hæc eſt maxima vtilitas. Vnde hoc debent pēſare homines, & iſtud ſacramentum nō omittere, nam omiſſio ipſius augmentum gratię ſubtrahit.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum confirmationis, quæ accidentia habeat.*

¶ Caput ſecundum ſecundæ partis.

1 COnſequenter videndum eſt de accidentibus huius ſacramenti, quæ ſunt quatuor. † Primò, quòd iſtud ſacramentum eſt conferēdum a ieiuno epiſcopo, vt dicit canon de conſecr. di. v. vt epiſcopi. hoc autem eſt propter venerabilitatem huius ſacramenti, quia venerabilius eſt, vt a ieiuno conferatur. In neceſſitate tāmen confertur poſt prandium, præſertim quando eſt multitudo cōfirmandorum, quæ ante prandium commodè expediri non poteſt, vel quādo aliqui

Source : BIU Cujas

aliqui veniunt de longinquo non volentes expectare in craſti num, vel quãdo epiſcopus non poteſt expectare in craſtinum. vnde melius eſt, vt tunc confirmentur, quàm ſi epiſcopo recedente ſic dimitterentur.

Secundò, ꝙ iſtud ſacramentum ſit a ieiunis hominibus ſumendum propter reuerentiam, & honeſtatem huius ſacramenti, vt dicitur in c. vt ieiuni. de conſecra. di. v. tamẽ vt dictum eſt, in neceſſitate etiam poſt prandium poteſt ſuſcipi.

Tertiò, ꝙ in ſuſceptione huius ſacramenti debet alter confirmatus tenere confirmandum, eo ꝙ ille qui accedit ad illud ſacramentum, non habet robur per ſe ſtandi, nec præſumit per ſe ſtare, niſi adiutus ab alio. licet aũt de ratione huius ſacramẽti confirmatus debeat eſſe, qui illum debet tenere: tamen ſi non eſt confirmatus, propter hoc non eſt minutum hoc ſacramentum, licet grauiter peccet, de conſecra. diſtinct. v. nouiſſime.

Quartò requiritur, ꝙ locus vnctionis ligetur panno quouſq; ſiccetur, & poſtmodum etiam, ſm Hug. debet homo eſſe ſub quadam diſciplina in cuſtodiẽdo chriſma. ſ. ne caput lauet, vſq; ad ſeptem dies, propter ſeptem dona ſpirituſſancti, quæ tunc recipit. Hoc tamen hodie non bene ſeruatur: bonum tamen eſſet ſeruare propter reuerentiam ſacramenti, & ſignificationẽ prædictam. Conſuetudo autem noſtra eſt, ꝙ ligatura illa portetur vſq; ad tertiam diem, & tunc tertia die comburatur panniculus, & locus frontis bene cum ſale, & aqua lauetur, & aqua in focum, vel in fornacem fundatur.

SVMMARIVM.

1 *Cautelę circa ſacramentum confirmationis, & quę ſuper hoc confirmans cauere debeat.*

¶ Caput tertium ſecundę partis.

1 PRimò caueat Sacerdos, † ne aliquem prius confirmatum confirmet, quia hoc ſacramentum eſt irreiterabile, cum imprimat characterẽ indelebilem, ſicut & baptiſmus, & etiam, quia magnam iniuriam faceret ſacramento, qui iſtud reiteraret, cum per hoc prima confirmatio iudicetur nihil eſſe.

Secũdò caueat cõfirmãdus, ne bis cõfirmari ſciẽter ſe faciat. Nã talis pro pęnitẽtia debet ingredi monaſteriũ, & ibi ſub habitu regulari Deo famulari, vt dr̃ de ꝯſec. di. v. dictum eſt nobis.

Tertiò caueat, ne vxor teneat in confirmatione virũ, vel maritum ſuum, vel ecõuerſo, propter ꝯtrahendam cognationem ſpiritualẽ, quæ impedit matrimoniũ ꝯhendum, & coniugalem actũ. nam tales debent abſtinere ab inuicem, vſq; ad mortem ipſorum, & ſic ſeparari debent thoro, licet non abſoluantur a vinculo matrimonij vſque ad mortem.

Similiter caueat, ne quis filiũ propriũ teneat, quia ẽt cõtrahitur cognatio ſpiritualis inter coniuges, nõ tamen matrimoniũ dirimens, ſed tamen grauiter puniuntur coniuges.

Similiter caueat, ne ſoror fratrem, vel econuerſo teneat, qa ſufficit inter tales vinculũ cognationis carnalis. Si tamẽ fieret, nihil impedit, ſed tñ honeſtius eſt abſtinere. nam turpe eſt audire, ſi frater vocaret ſororem in hoc caſu commatrem, vel econuerſo. Alij tamen cognati vt patrueles, fratrueles, auunculi, patrini, &c. bene poſſunt tenere confirmandos nepotes, & alios.

Quartò caueat confirmandus, vt non accedat ad iſtud ſacramentum, niſi confeſſus, ſi eſt ſibi conſcius alicuius mortalis peccati, ne ponat obicem gratiæ, quam ſuſcepturus eſt in hoc ſacramento. Quantum tamen eſt ex vi ſacramenti, ſuſcipit ipſum ſacramentum, non tamen rem ſacramenti, ſcilicet gratiam.

¶ *Tertia pars Tractatus.*

¶ De ſacramento Euchariſtiæ.

¶ Præfatio.

ACcipite & comedite. Matth. xxvj. & de conſe. di. ij. panis. quia ſuſcitati a per baptiſmum, & confirmati in gratia per confirmationem, ne laborantes in via pũtis vitę in certamine ſpirituali deficiant: (opus enim habent refici cibo ſpirituali, alioquin Saluatore teſtante, ſi dimiſſi ieiuni fuerint, deficient in via. Matth. xv.) ideo poſt duo ſacramãta ſequitur tertium. ſ. venerabilis euchariſtia, qd̃ eſt cibus animarũ noſtrarũ, iuxta illud Io. vj. niſi manducaueritis carnẽ, &c. ne igitur omittatur, ſed frequentius ſumatur a fidelibus, hortatur Saluator in verbis præmiſſis, dicens: Accipite & comedite. & rectus ordo eſt, vt poſt baptiſmũ, & poſt cõfirmationẽ ſumatur hoc venerabile ſacr̃m ab adultis. Legimus ſi quidem, ꝙ ſubmerſis Egyptijs in mari rubro, trãſitoq; mari prædicto, filij Iſrael nouũ paſcha in azimo pane fecerũt in deſerto. ſic nos ſubmerſis dæmonibus in baptiſmo cũ peccatis noſtris in deſerto huius mũdi paſcha nouũ in azimis ſinceritatis, & veritatis huius ſanctiſſimi panis facere debemus.

SVMMARIVM.

1 *Sacramenti euchariſtiæ ſubſtantialia.*

2 *Sãguis, qui ex imagine Crucifixi emanaſſe ferũt, an fuit verus Chriſti sãguis.*

3 *Ratio circa panem, & vinum in ſacramnto euchariſtie.*

4 *Pronomen, hoc, in ſacramento euchariſtiæ, quid demonſtret.*

5 *Conſecrantis euchariſtiam intentio.*

6 *Sacramentum euchariſtiæ triplicem requirit conditionẽ ex parte cõficiẽtis.*

¶ Caput primum tertiæ partis.

1 CIrca verò hoc ſacramentum excellentiſſimũ tria ſunt conſiderãda. † Primò quidẽ ſubſtantia ipſius. Secũdò credenda ipſius. Tertio cautelæ. De primo ſciendum eſt circa hoc ſacramentum, ꝙ quatuor ſunt de ſubſtãtia ſui neceſſaria. Primum eſt ordo ſacerdotalis: nullus. n. poteſt hoc ſacr̃m ꝯficere, niſi ſacerdos. vnde nec laicus, nec Angelus bonus põt hoc cõficere, quia non habet quis poteſtatem ſuper actum conſecrationis huius ſacramenti, niſi ordinatus in ſacerdotẽ: nõ. n. meritis ſanctitatis, ſed auctoritate officij, & miniſterij ſacerdotalis hoc ſacramentũ ꝯficitur, iuxta illud, Nõ in meritis ꝯſecrantis, ſed in verbis cõficit ſacerdos. Ex quo patet error illorũ, qui dicunt, ꝙ ſi laicus ꝓferret verba canonis ſuper panẽ triticeum, cõficeret ſacramẽtum, qd̃ omnino eſt falſum. nec debet quẽ mouere illa hiſtoria, quæ refertur de quibuſdã paſtoribus laicis, qui addiſcentes verba canonis, & conſecrationis in eccleſia a ſacerdote tpe conſecrationis prolata, ipſi etiam venientes ad greges ſuos ſuper panem ꝓtulerunt eadem verba, & ſtatim apparuit puer pulcherrimus. Ibi enim non fuit caro Chriſti, ſicut eſt in hoc ſacr̃o a ſacerdote confecto, ſed ibi fuit miraculosè ex permiſſione diuina quędã figura, & ſpecies carnis diuinitùs formata; nec ille puer erat verus Chriſtus Deus, & homo habens animam, ſicut eſt in ſacr̃o iſto per ſacerdotẽ confecto, vbi realiter eſt Chriſtus cũ diuinitate & humanitate, & anima ſua, ſicut nunc eſt in cęlo; nec etiã illa caro illius pueri adorãda fuit, ſicut Chriſtus; nec ſumẽda pro corpore Chriſti, ſed pro quodã miraculoſo corpore, & opere diuino venerãda,

2 ſicut alia miracula diuina. † Sicut ẽt dicimus de ſanguine illo, qui dr̃ exiuiſſe de imagine lignea paſſionis Chriſti, quã cũ quidam Iudæi in cellario cõfodiſſent in contumeliã Chriſti, ſubitò emanauit qdã humor ſanguineus in maxima quãtitate, quo viſo Iudæi illi fuerũt cõuerſi. ille. n. humor nõ fuit ſanguis Chriſti verus, ſicut eſt in hoc ſacramento, nec dignus tali adoratione, ſicut qui eſt in calice, ſed modo ſuo venerandus, tanq̃ miraculoſũ opus Dei. Et de tali humore ſãguineo collecto in loco pdicti cellarij fuit per diuerſas partes mũdi diſtributũ, ex quo ꝓuenerat error fideliũ, qu putãtes verũ Chriſti ſanguinẽ eſſe, adorabãt eũ adoratione latriæ, & ſic idolatrabãt. immo dato ꝙ fuiſſet verus ſanguis Chriſti ſub cruce Chriſti collectus, adhuc minus eſſet adorãdus, q̃ ille qui eſt in calice per ſacerdotẽ cõſecratus. Ratio huius eſt, quia ille diuiſus eſt a diuinitate, q̃ citò defluxit ad terrã de Chriſto, nec potuit dici filius Dei amplius, niſi Chriſto reunitus, & reinteratus. Iſte autẽ, qui eſt in calice, ꝯiunctus eſt diuinitati, quia de ipſo ſanguine verũ eſt dicere, hic eſt verus filius Dei, cũ ibi ratione ꝯcomitãtię, ſi eſſet vera caro Chriſti, & anima eius, & diuinitas. Archi. de conſec. diſt. ij. qui manducant, tenet ꝙ nõ remanſit aliquis ſanguis ſub cruce Domini, nec etiam de carne præputij, ſicut Romæ monſtratur, & in Hvldeshevm, ſed erroneè, quia tunc habuiſſet duo præputia, qd̃ tamẽ eſt falſum, & nõ tenẽdum. Magnę itaq; dignitatis ſunt ſacerdotes, qui hoc poſſunt, qd̃ nullus citra Deũ facere poteſt. Sed proh dolor, dignitatem ſuam minimè attendunt, nullius penè id reputantes æſtimationis.

Secundum, qd̃ eſt de ſubſtantia huius ſacramenti, eſt materia debita, ſcilicet panis triticeus: & hoc ideo, quia Dominus ſe grano tritici comparauit, Ioã. xij. tum etiam quia Chriſtus creditur ſic conſecraſſe. vinum vitis eſt materia debita, & neceſſaria, qa

3 Chriſtus ſe viti comparauit. Ioan. xv. † iſta autem duo. ſ. panis, & vinũ, ita ſunt coniuncta in conſecratione, vt nequaquam vnum ſine alio debeat conſecrari, aut a celebrante ſuſcipi, iuxta illud Gelaſij. ſacerdos corpus Chriſti ſine eius ſanguine nunq̃ debet ſuſcipere: aut enim integrè ſumat, aut ab integris abſtineat, quia vnius eiuſdemq; myſterij diuiſio ſine grandi ſacrilegio non poteſt peruenire. de conſec. diſtin. ij. comperimus, non putet tamen quis ex hoc ꝙ ſacerdos, quantum eſt de ratione ſacramenti, non poſſit conſecrare hoſtiã per ſe ſine calicis ꝯſecratione, quia forma cõſecrationis panis, & calicis nõ ſe expectãt, quia altera ſine altera totũ effectũ operatur, quàm citò proferr̃. ſed tamen dico, ꝙ hoc ſacerdos nõ poteſt facere ſine graui peccato. addenda eſt etiam vino modica aqua, quæ ſignat coniunctionem populi ad Chriſtum in hoc ſacramento. & licet ſine aqua, in ſolo vino, poteſt confici, non tamẽ ſine graui peccato. Econuerſo verò ſine vino in ſola aqua, nihil conficitur, & hoc tunc grauius eſt peccatum, quam primum, propter idolatriam quam committit populus tempore celebrationis, & eleuationis, quorum omnium eſt reus celebrans.

Tertium, quod eſt de ſubſtantia huius ſacramenti, eſt debita forma verborum, quæ eſt hæc ſuper hoſtiam. hoc eſt enim corpus meum, & ſuper ſanguinem, hic eſt enim calix ſanguinis mei noui, & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

Circa

Source : BIU Cujas

Circa quod ſciendum eſt, ꝙ licet illa coniunctio.n. poſita ĩ am babus formis, non ſit de ſubſtantia formæ ſimpliciter neceſſaria, debet tamen apponi ſm vſum eccleſiæ, qui vſus a beato Petro initium ſumpſit, & grauiter peccant omittentes eam. quod aũt ꝑmittitur, Accipite & manducate ex hoc oẽs, pertinet ad vſum ſacr̃i, & non eſt de ſubſtantia formæ. Sed ſi quæritur, qũo iſta locutio eſt vera, cum ſacerdos dicit, hoc eſt.n. corpus meũ, hoc.n. vr̃ falſum, ſi ex perſona ſacerdotis illa verba dicant̃, cum ſacerdos non intendat conficere ibi ſuum proprium corpus, ſed Chriſti. Ad hoc rñdetur breuiter, ꝙ iſta verba ſacerdos non
4 ꝓfert ex perſona ſua, ſed Chriſti. †demonſtrat aũt illud ꝓnomẽ hoc, verum corpus Chriſti in ordine ad totam compoſitionẽ huius formæ. hoc eſt.n. corpus meũ. Nõ ꝙ prolato ſolum iſto pronomine, hoc ſtatim ſit corpus Chriſti, ſed prolata tota forma a Chriſto inſtituta, quia in vltima prolatione iſtorum verborum fit tranſſubſtantiatio, ad quam ordinantur præcedẽtia. Et pro iſto vlterius ſciendum eſt, ꝙ ſm beatum Tho. ſuper 4. diſt. 8. q. 5. ar. 2. forma huius ſacramenti differt a formis aliorum ſacr̃orum in duobus. Primò, quia forma aliorũ importat vſum materiæ: forma aut iſtius importat conſecrationem tm̃, q̃ cõſiſtit in tranſſubſtãtiatione materiæ, vnde miniſter, vel ſacerdos in conficiendo hoc ſacr̃m non hẽt alium actum. niſi ꝓlationẽ verborum, ex perſona Chriſti. Scd̃ò, quia aliorũ ſacr̃orum formæ ex perſona miniſtri proferuntur, forma autem iſtius ſacr̃i a miniſtro in perſona profertur Chriſti.

Ad intelligendum autem quodlibet verbum poſitum in hac forma, eſt ſciendum, ꝙ hæc forma eſt ſufficientiſſima. Primum, quãtum ad operatiuam potentiam, quia cum factio habeat ſuam cõpletionem, ideo conuenienter ponitur iſtud pronomen hoc, demonſtrans panem qui eſt tranſſubſtantiatus in corpus Chr̃i, & idem eſt cum corpore Chriſti. Scd̃ò eſt ſufficiens quantum ad modũ operandi, quia hic terminus ad quem, eſt ſine oĩ immutatione ex parte ſui, ideo bñ ponitur ly eſt, deſignans permanentiam, & non ponitur verbum fiendi. ſ. erit, deſignans mutationem. Tertiò eſt ſufficiens ex parte operis, quia hic corpus Chr̃i verum deſignat corpus Chriſti myſticum, quod habet diuerſas partes, & fortè diuerſarũ rõnum ꝓp differentem gr̃am gratis datam, ideo melius dr̃ corpus, q̃ caro. Quartò eſt ſufficiẽs ex parte operantis. vnde corpus Chriſti nõ tm̃ ſignãt corpus Chriſti verũ, ſed ẽt ſignificat corp⁹ Chr̃i myſticũ, & cũ hoc nõ poſſit facere ſm ſe, ſed inquantũ eſt vnũ, vel vnitum cum dignitate, iõ congruè ponitur ibi ly meum. Quintò eſt ſufficiens ex parte effectus principii. vnde quia iſte effectus. ſ. corpus Chriſti, eſt tãtæ nobilitatis ꝙ non fit in ſacr̃o, niſi a Deo immediatè, nec miniſter habet aliquem actum ſpecialem in iſto ſacr̃o, ſicut in alijs, ideo conuenienter factum eſt, ꝙ iſta forma non ꝓfertur in ꝑſona alicuius, ſed Dei abſolutè: ſicut.n. vox hominis per tubã, ita Dei per hominem.

Quartum, quod eſt de ſubſtantia huius ſacr̃i, eſt intentio cõſecrantis. ſ. vt in ſpeciali, vel in generali, hoc facere velit, qd̃ facit eccleſia, vel quod fecit Chriſtus, & ſtatuit faciendum. † licet
5 tm̃ intentio ſemper eſt neceſſaria de ſubſtantia, non tm̃ attẽtio. vnde ſi mens rapitur ad alia ex infirmitate, vel negligentia, vel incuria, non ideo eſt minus conſecratum q̃ ſi affuiſſet intẽtio. Peccat tm̃ ille qui conſecrat, & non intelligit, & ſe non recolligit, quanto attentius ꝑt ad conſecrationem. nam dẽt attentus eſſe ad hoc, vt ꝓſideret qd facit, & tunc maxime qñ plures hoſtias conſecrat ꝑ cõicantibus, vñ dẽt habere reſpectũ ſpãlẽ ad illas hoſtias oẽs, q̃ ſunt coram eo. Aliàs.n. ſi haberet generalem intentionẽ ad oẽs hoſtias, q̃ ſunt in altari, ſtaret qñq; ꝙ ẽt illas q̃ ſunt in pyxide reſiduę, conſecraret, ſcd̃m quoſdam. Mihi aũt non apparet hoc, quia ex quo non intendit conſecrare alias, niſi quæ ſunt coram ipſo de ꝓpinquo cumulatæ ad vnum locũ, quantumcunq; gñaliter intendat ſuper eas, non conſecrabit, niſi illas. Si ſr dico, ꝙ ſi hoſtia aliqua iaceret ſub palla non cõſecrata abſconſa, in tpe conſecrationis fortè per obliuionẽ clerici dimiſſa, ex quo ſacerdos de ea non intendit, non eſt cõſecrata. ſecus dico ſi hẽt intentionem ad oẽs, q̃ ſunt ante eũ: tunc.n. & illam hoſtiam abſconſam conſecrabit. tm̃ dicit Io. Caldinen. in ſupplicationi. ſuis, de offi. ordin. ſi ſacerdos, ꝙ ſi ſacerdos credens ponere xvj. hoſtias ponit x. ſi intentio ſua eſt tm̃ conſecrare, quantum hẽt ante ſe, oẽs ſunt conſecratæ, & ideo dicendum eſt ꝙ ſufficit ſacerdoti hẽre intentionem determinatam faciendi, vt facit eccleſia ſuper totam materiam præordinatã, ſine ſpecificatione numeri, ſecundum magiſtrum Franciſ. de Braga, in quadam q. diſputata. Idem dico de vino perfuſo ſuper altare ꝑ negligentiam perfuſionis tpe in calicem, quia illud non conſecratur, dum ſacerdos nõ intẽdat ſuper illud. & ideo dixi, ꝙ maxime requiritur intentio ſuper illa, q̃ ſunt coram ſacerdote poſita in tali loco tm̃, & non in alio. ex illo ſoluitur dubium, an ſchiſmaticus, vel hæreticus conficiat hoc ſacr̃m. Patet.n. ꝙ ſic, cum talis poſſit habere intentionẽ eccleſiæ in conficiendo, & hoc maximè vł̃em. ſ. intendendo facere qd̃ Chriſtus fecit, & inſtituit faciendum, & ꝙ eccleſia facit, licet ẽt non intẽdat ĩ ſpeciali, quia ex quo eſt in hæreſi, vel in ſchiſmate, ipſe certus eſt, & credit nihil valere, vel facere ꝓp peccatum, in quo eſt. Nec obſt. c. ſchiſma. 24. q. 1. vbi dr̃ ꝙ ſchiſmaticus execrare põt, non aũt cõſecrare. qd̃ intelr̃ quantum ad efficaciam ſacr̃i, quia non operatur effectum ſalutis in illo ſic conſecrante illam, vel conficiẽte ꝓp ſchiſma, vel hæreſim, ſed tm̃ eſt verum corpus Chr̃i. Siſr ẽt illud intelr̃. ſ. vbi dr̃, non eſt corpus Chriſti, ꝙ ſchiſmaticus conficit. i. ꝙ non eſt verum corpus Chriſti quantũ ad ꝟficiẽtẽ in ſchiſmate, vel hæreſi, quia ſibi non ꝓficit, ſed officit. i. nocet. Nihilominus tm̃ quantum eſt ad veritatẽ ſacr̃i, eſt verum corpus Chriſti. ſiſr in c. audiuimus. vbi dr̃ ꝙ ſchiſmaticus execrare põt, non aũt conſecrare, intelr̃ vt dictum eſt. vnde patet illos indiſcretè facere, qui ſacr̃m per ruthenos, aut Græcos confectũ in forma eccleſiæ blaſphemant, & derident, cũ ibi ſit verũ corpus Chriſti. Conſultius tm̃ iſti facerent, vt illuc nõ intrarent, nec inſpicerent in ipſorum eccleſias, q̃ vt venientes illuc derideãt.

6 **Concludendo** ergo, dico † ꝙ ad hoc ſacr̃m conficiendum ſufficit triplex conditio ex parte conficientis. Primò, ꝙ ſit ſacerdos ritè ordinatus. Secundò, ꝙ poſſit verba proferre conſecrationis. Tertiò, ꝙ poſſit habere debitam intentionem faciendi, qd̃ facit eccleſia. propter defectum primę conditionis nullus laicus quantumcũq; ſanctus, nec ſacerdos gentilis, vt tartarorum, conficiunt. quia non ſunt ritè in forma eccleſiæ ordinati, ꝓp defectum ſecundę ꝟdõnis mutus nõ põt ꝟficere, qa nõ põt verba ꝟſecrationis ꝓferre ꝓp defectum tertię ꝟdõnis carẽs vſu rationis, & ebrioſus nondum digeſtus poſſunt conficere, cũ nõ habeãt intẽtionem debitam. ſed prima conditio eſt propria, quia ſolus ſacerdos, & quilibet ꝑt cui pñt competere iſtę cõditiones. ſ. ꝓlatio, & intẽtio. Nec ob. ſi inſtatur de degradato, ꝙ nõ ſit ſacerdos, qd̃ tm̃ eſt verum, quia caracterẽ ſacerdotalẽ ſibi ſemel in ordinibus ſuſceptis collatũ, nullus põt delere, q̃uis taliter degradatus ꝓdat priuilegiũ clericale, & tradatur curię ſeculari, tm̃ ſi celebraret, cõficeret, qa auctoritas ſubſtãtifica nõ eſt ſibi ablata quãtũ ad veritatẽ ſacramẽti, ſed tm̃ quãtũ ad executionẽ legitimã, qua caret quo ad ſe, & ad alios, & quo ad totã eccleſiã. Q̃ñ autẽ dicitur ꝙ ſciſmaticus, excommunicatus, hęreticus, & degradatus nõ conficiunt, intelligendum eſt ꝙ nõ cõficiũt ritè, & ordinatè, nec legitimè, quãtũ ad efficacia ſacramẽti, vt ſ. ſit vtilis illa confectio ad ſalutem eis, ſed tamen conficiunt quantum ad veritatem ſacramenti. & hoc catholicè ſentiẽdum eſt de iſto ſacr̃o omiſſis opinionibus multorũ. Et ſi q̃s ꝑ prædicta obijciat, magiſtrũ ſententiarũ, lib. iiij. di. viij. vbi dicit tales nõ poſſe cõficere. ſalua pace magr̃i, dico ꝙ in hoc nõ tenẽt. tm̃ ꝓp ſui reuerentiã, vt eius dictũ potius valeat, q̃ pereat, intelligẽdũ eſt ꝙ tales nõ pñt conficere de iure, & ſine peccato, ſeu ordinatè, ſed de facto bene poſſunt. nec moueat aliquẽ ratio Magiſtri ibi poſita, per quã dicit ideo non poſſe prædictos conficere, quia nemo in iſta cõſecratione dicit, Offero, ſed offerimus hoc ſacrificiũ. Nemo igitur, niſi fuerit mẽbrũ eccleſię, poteſt dicere cũ alijs, Offerimus, quaſi eſſet vna de perſonis eccleſię. vnde cũ hęretici, & ſciſmatici, non ſint membra eccleſię, non poſſunt dicere offerimus, ergo nec conficere. Ad qd̃ dicimus, ꝙ oblatio non pertinet ad rationem conſecrationis, vnde non neceſſariò requiritur, vt offeratur. ita ſoluit Doctor ſubtilis ſuper iiij. diſtin. viij. q. ij. & ſanctus Tho. ca. diſtinct. q. 1. arti. 1. iij. & iiij.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum euchariſtię, ad quid obliget fideles ad credendum.*

¶Caput ſecundum tertiæ partis.

1 ANte omnia credendum eſt, † ꝙ in hoc ſacramento idem Chriſtus, qui de Virgine natus eſt, & pro nobis paſſus, ꝟtinetur, & ſicut ibi eſt verus Chriſtus, ita ẽt eſt ibi ſub vna quantitate, ſed non quãtificatiuè, hoc eſt tantum dicere, ꝙ non vtitur illa quantitate occupando locum. Sic etiam non vtitur claritate ſua illuminando aerem.

Secundò credendũ eſt, ꝙ corpus Chriſti põt eſſe in plurib⁹ locis, quantumcunque plures panes tranſubſtantientur in ipſum. vnde in cęlo eſt localiter, in verbo diuino ꝑſonaliter, in altari ſacr̃aliter. Scd̃m naturale eius eſt eſſe in cęlo in vno tm̃ loco, ſcd̃m eſſe ſacr̃ale eius ꝑt eſſe in diuerſis locis. Eſt ergo hic, ſecundum ꝙ multa in ipſum tranſmutari pñt. ſed ſcd̃m eſſe ꝑſonale, non eſt in loco. vnde dicit Pet. de Tharan. ꝙ ſm qd̃ vnũ eſt, & indiuiduum in ſe, non poteſt eſſe, niſi in vno loco, ſicut nec Angelus, nec aliud corpus, ſed ſm qd̃ in ipſum multa trãſmutari poſſunt indiuidua, ſic poteſt eſſe in diuerſis locis. diſt. x. q. 3. ar. 2. ſuper 4. ſenten.

Tertiò credendum eſt, ſecundum Tho. ꝙ cum corpus Chr̃i apparet in ſpecie carnis, vel pueri, vtrum ibi appareat verũ corpus Chriſti, vel an illæ ſpecies ſint proprie corporis Chriſti? nõ omnino determinatum eſt a Doctoribus. Tm̃ ſecurè dicitur, ꝙ illæ dimenſiones panis manent, & in eis alia accidentia ſenſibilia ſuperducunt̃ diuina virtute, q̃ ſpeciem carnis prætẽdãt, ſicut

Source : BIU Cujas

accidentia quæ prius erant, prætendebant ſpeciem panis,quando tamen appareret ſub forma carnis, vel pueri, non deberet fumi, ſed pro reliquiis ſeruari.

Quartò credendum eſt,q̄ illa accidentia manent ſine ſubiecto,poſt ꝯſecrationē virtute diuina:retinent tm̄ ibi modū agendi,vel patiendi in corpore Chriſti,quem prius habuerunt.

Quintò credendum eſt,q̄ facta conſecratione, vlterius non manet in hoſtia conſecrata ſubſtantia panis,nec in vino ſubſtātia vini,ſed ſtatim corpus Chriſti fit in hoſtia, & ſanguis Chriſti in calice.& ratio,ſecundum Bea.Tho.eſt, quia oppoſitum huius dicere,repugnat verbis Chriſti.¦Non.n.eſſet verum dicere, hoc eſt.n.corpus meum,ſed hic eſt corpus meum.Item ſi remaneret ſubſtantia panis,tolleretur reuerentia Chriſto debita, vt continetur in hoſtia.nam Chriſto vt continetur in hoſtia debeť cultus latriæ:licet ſi ibi maneret ſubſtantia panis,non deberet talis cultus latriæ exhiberi p̄ idolatriam adorando creaturam.& licet multi Doct.huic ꝯdicant ſn̄iæ, iam tamen pro catholica cōcluſa eſt ſub Alexandro IIII. Papa,& Martino.V.

Sextò credendum eſt,q̄ fractio quæ fit in hoſtia, nō fit in corpore Chriſti, ſed tantum in ſpeciebus hoſtiæ. vnde ibi accidentia manentia ſine ſubiecto,dicuntur frangi, ſecundum Pet.diſt. 12.art.prin.q.j.quia alias fractio eſt quædam diuiſio,diuiſio verò eſt paſſio quanti, vt quantum. In ſacramento verò aliquid eſt quantum per modum quanti,vt ſpecies. Aliquid eſt quantum, ſed non per modum quanti,vt corpus Chriſti. Ideo dicendum eſt q̄ fractio,vel diuiſio fit ī ſpeciebus, & nō in corpore Chriſti.

Septimò credendum eſt, q̄ corpus Chriſti in hoc ſacramēto propriè non v̄,nec ſanguis corporalis.ratio Greg.quia tunc ibi non eſſet aliud viſum,& aliud creditum.Item alia ratio naturalis,quia nullum corpus videri pōt, niſi habeat accidētia in eſſentia,vel niſi ſit coloratum formaliter, vt patet de pariete.ſed color albus non eſt in hoſtia formaliter, ergo non poteſt videri propriè.nec tamen errant laici,qui dicūt ſe videre corpus Chriſti, ſicut illi non errauerunt qui dicebant ſe videre Angelos in aſſumpto corpore,quos tm̄ non viderunt inquantum fuerūt ſpiritus.& ſimile eſt de homine armato,quem dicis te videre,cum tm̄ nec faciē,nec mēbrū aliq̄d nudū eius videas. immo, vt dicit Varro,diſt.5.q.9.nulla creatura naturali cognitione,nec Angelus pōt cognoſcere ibi eſſe corpus Chriſti, licèt tm̄ viſione glorioſa, & intellectuali pōt cognoſci: oculus tm̄ glorificatus illud videre non pōt corporaliter, ſm Tho. vnde glorificati vident corpus Chriſti in ſacro viſione intellectuali, & non corporali.

Octauò credēdum eſt,q̄ in hoſtia ſunt quattuor,& quattuor veraciter in calice credenda continentur.Primò.n.in hoſtia virtute verborum eſt corpus Chriſti.ratio,quia illud veraciter continetur in hoſtia,de quo verba faciunt mentionem. ſed hoc ſolum eſt de corpore Chriſti,quia ibi dicitur,hoc eſt enim corpus meum,vbi nihil dicitur de anima,nec de deitate, nec de ſanguine.Secundò ibi eſt ſanguis Chriſti non principaliter, ſed ex concomitantia quadam neceſſaria,quia corpus verum, & viuū nō eſt ſine ſanguine. vnde dr̄ aīa eſſe in ſanguine. Tertiò ibi eſt aīa Chriſti ex concomitantia mediata, q̄a impoſſibile eſt aīam informare,& perficere corpus,niſi corpus ſit diſpoſitum, ſed ſine ſanguine non eſt ibi corpus bene diſpoſitum, nec ēt organizatū. Ibi ex ꝯſequenti ēt eſt aīa,cū ibi ſit corpus diſpoſitū per ſanguinē,& hoc eſt dicere mediāte ſanguine. Quartò eſt ibi deitas ex quadā ꝯcomitantia remota,q̄a corpus & deitas ſunt diſparia: tū ex quo Chriſtus natus fuit ex Maria virgine verus homo, & Deus,ideo ēt hic eſt verus homo,& Deus.ſimiliter dr̄ de calice, q̄d ibi primò eſt ſanguis, q̄a de illo verba faciunt mentionem. Secundò ex concomitantia immediata ibi eſt corpus Chriſti. Tertiò ex concomitantia mediata ibi eſt anima Chriſti. Quartò ex concomitantia quadam remota ibi eſt deitas.

Nonò credendum eſt,q̄ in hoc ſacramento aliquod eſt ſacramentum,& non res ſacramenti,ſicut ſpecies ſenſibiles panis,vini,& illę ſpecies ſunt creaturæ. vnde adorator videns hoſtiā nō debet ferre intentionem principaliter ad id,quod videt, ſed ad id quod credit ibi eſſe.ſ.Chriſtum. Secundò inuenitur ibi ſacramentum,& res ſacramenti, & hoc eſt verum corpus Chriſti, & ſanguis eius. Iſta autem dr̄ ſacramentum,& res ſacramenti reſpectum ad miniſtrum,uel ſacerdotem ſub debita forma conficientem.vnde dicitur ſacramentum,quaſi ſacrę rei ſignum,q̄a ſignificat ſpiritualem refectionem animæ.& dicitur res,q̄a hoc ipſum facit per gratiam quod continet. Tertiò eſt ibi aliquid, q̄ eſt res ſacramenti,& non ſacramentum, ſicut eſt gratia data dignè ſuſcipienti, & hæc gratia eſt res ſignificata, nihil tamē ſignificati.Quarto eſt ibi,q̄ nec eſt res ſacramenti, nec ſacramētum, vt ſunt illa omnia, quæ ſunt concomitantia hoc ſacramentum, ſiue ſint accidentia propria,ſiue communia.Et illa dicuntur potius formæ accidentales, ſiue ſpecies.

Decimò credendū,q̄ licet ſacerdos debeat ſub vtraq; ſpecie ſumere hoc ſacramentū cum celebrat,tm̄ populo ſufficit ſumere ſub ſpecie panis tm̄.& ratio eſt,q̄a ſm Archi.de conſec.diſt.2, comperimus,in hoc ſacramento non ſolùm attenditur efficacia,ſed etiam ſignificantia. Significatur enim per iſtas duas ſpecies,ſcilicet corporis, & ſanguinis, ſeorſum ſumptas per ſacerdotem tempore celebrationis,q̄ ſanguis Chriſti in cruce fuit diuiſus a corpore ſuo,vt dicit Gorra ſuper Mattheum. Cū autem ſacerdos tantum,& non populus habet huius facti ſignificationem ex ordine ſuo exprimere,tm̄ ipſe & non populus,tunc ſub vtraque ſpecie debet ſumere,eo q̄ ipſe tunc gerit vices Chriſti, populus autem non. & ideo populo non eſt opus de ſignificantia,ſed de efficacia,& quia efficacia eſt ęqualis ſub vtraq; ſpecie, ideo populo traditur ſub altera ſpecie,in qua tradi poteſt cū reuerentia,& cautela.A presbyteris autem tm̄ ſumitur ſub vtraq; ſpecie.& pro iſto ſciendum,ſm Tho.in 3.parte.q.82.art.7.& vlt. q̄ circa vſum huius ſacramenti poſſunt duo conſiderari, vnum ex parte ipſius ſacramenti,& aliud ex parte ipſorum ſumentiū. Ex parte ipſius ſacramenti conuenit,q̄ vtrunque ſumatur.ſ.corpus,& ſanguis,quia in vtroque conſiſtit perfectio ſacramenti,& ideo quia ad ſacerdotem pertinet hoc ſacramentum conſiderare,& cōſecrare,& perficere,nullo modo debet recipere corpus Chriſti ſine ſanguine.Ex parte autem ſumentiū requiritur ſumma reuerentia,& cautela,ne aliquid accidat qd̄ vergat in iniuriā tanti myſterij,qd̄ præcipuè poſſet accidere in ſanguinis ſumptione,qui quidem ſi incautè ſumeretur, de facili poſſet effundi,& quia creſcente multitudine populi chriſtiani, in qua continentur ſenes, & iuuenes,quorum quidam non ſunt tantæ diſcretionis,vt cautelam debitam circa vſum huius ſacramenti adhiberent, ideo prouidè ordinatum eſt vt populo ſub altera tantum ſpecie detur. hoc idem tenet ſanctus Tho. ſuper illud Io.6. niſi manducaueritis,dicens:non eſt de neceſſitate ſalutis perceptio ſanguinis,ſicut corporis Chriſti, cum Chriſtus totus ſub altera ſpecie tantum ſumatur.In hoc ipſum ſequitur Lyra ibidem dicens. Non eſt intelligendum q̄ ſub vtraque ſpecie ſit fidelibus exhibendum, ſed tantum ſacerdotibus ſumendum.

SVMMARIVM.

1 *Euchariſtiæ ſacramentum ſumentes, quæ obſeruare debeant.4.*
2 *Peccata eſſe delata ex quattuor ſignis perpendi poteſt.*
3 *Pollutio nocturna, an & quando ſit peccatum, & arceat a ſumptione euchariſtiæ.*
5 *Error Begu,rdorum circa euchariſtiam taxatur.*
6 *Euchariſtia ſumere quotidie, an liceat.*
7 *Crapula vitanda, maximè diebus ſumptionis euchariſtię.*

¶Caput tertium tertiæ partis.

1 ET quia duplex Status vtitur hoc ſacramento ad ſalutē.ſ.ſecularis,& ſpiritualis, ideo quilibet hēt ſuas cautelas. † vna igitur omnes tam ſpeciales cuilibet eorum,q̄ cōes vtriſq; ſimul.Et primò cauendum eſt omnibus, nē in peccato mortali ſumant hoc ſacramentum. Nam ſi peccarent graui ter,iuxta illud. 1.ad Corin. 11.Qui autem manducat indignè, iudicium ſibi manducat,&c.Sunt autem quidam, qui ſufficienter ſe præparant ſm ueritatem.ſ.qui expellunt diabolum de corde ſuo per veram examinationem conſcientiæ,& per contritionem,ſiue iudicium pœnitentiæ,& hi conſequuntur gratiam, & manducant dignè. Alii ſunt qui præparant ſe ſufficienter, nō tm̄ ſm veritatem,ſed ſecundum probabilitatem, ita q̄ eſtimant ſe carere peccato,qui tm̄ ſi facerent maiorem conſcientiæ inquiſitionem,inuenirent ſe reos,ſed tm̄ ſunt parati:quia ſi ſcirent peccatū in ſe,vellent cōfiteri,non tm̄ apponunt ad hoc omnimodā diligentiā.& hi q̄uis gratiam non percipiant, non tm̄ incurrunt offenſam,quia nec ſumunt dignè,nec īdignè, q̄uis ſint indigni. Tertii ſunt,qui neutro modo ſe præparant, immo cōtemnunt, & hi peccant mortaliter,& ſumunt indignè.vnde indignè accedunt triplices hoīes Primi,qui cum conſcientia mortalis peccati,& ſine propoſito pęnitendi accedunt.Secundi, qui aliter q̄ eccleſia ſtatuit accedunt,vel extra eccleſiam,vt ſciſmatici, vel hæretici.Tertii,qui ſine reuerentia accedunt, ſicut faciunt multi q̄ præmunt ſe ad altare,& vnus in alium q̄nq; prouocatur, vel vt quidam ſacerdotes præparantes ſe ad celebrandum diſtracti ac
2 cedūt,& feſtinant,ita q̄ q̄nq; obliuiſcūtur quid faciunt.† & licet quis non poſſet habere certitudinē, an ſit immunis a peccatis, pōt tm̄ hoc perpendere per quatuor ſigna.Primum eſt,cum *quis* verba Dei deuotè audit.Io.8.qui ex Deo eſt, uerba Dei audit.Secundū,cū quis ad bene operandum promptū ſe inuenit,q̄a probatio dilectionis eſt exhibitio operis,ſm Grego. Tertiū,cū quis propoſitū abſtinendi a peccatis in futurum hēt.Quartum eſt,cū quis de præteritis commiſſis doler. vnde ſi quis per hmōi ſigna facta diligenti diſcuſſione ſuæ conſcientiæ, quamuis fortè non ſufficienti,ad ſacram cōionem accedat aliquo peccato mortali in eo remanente q̄ eius cognitionem ſubterfugiat, non peccat, immo magis ex vi ſacramenti peccatorum remiſſionem conſequitur,quia iſtud ſacramentū venalia delet, & mortalia oblita.
3 Secunda cautela eſt oībus cōis,† ne quis pollutus in corpore accedat eodē die.Et non ſolū requiritur mūditia mentis, q̄.ſ.ſit ſine peccato,ſed ēt corporis.Pro quo ſciēdū, q̄ pollutio poteſt ꝯtingere ex ſola diſpōne naturæ,& non ex p̄cedenti cogitatione.&

Source : BIU Cujas

ne,& tunc non eſt ſignum alicuius peccati, ſed p̃t hebetudinẽ mentis inducere,ſi ſimul cũ imaginatione contingat, immunditiam tñ corporis habet. & ideo ſi neceſſitas immineat, & deuotio expoſcat,non impedit p̃cipuè qñ ſine imaginatione accidit:tñ ſi pp reuerentiam tunc abſtineat laudandus eſt,maximè qñ talis diſpoſitio naturæ non eſt perpetua,ſiue diuturna.Scẽdo modo põt contingere ex præcedenti cogitatione,& tunc ſi nõ fuit conſenſus ad cogitationem,& neceſſitas vrgeat, põt accedere,& celebrare:ſi aũt non vrgeat neceſſitas, accedendo non peccat mortaliter,ſed venialiter,maxime qñ cogitatio eſt cum delectatione,licet ſine conſenſu.dicit tñ beatus Thom.q̃ p̃t cõtingere,q̃ in ipſa cogitatione pollutio oriatur, quæ ſi placet ꝓpter delectationem exſurreptione eſt peccatum veniale. Si autem deliberante conſenſu, & præcipuè cum complacentia futura,eſt peccatum mortale.Iſta autem complacentia non facit dictam pollutionem eſſe peccatum,quia non eſt eius cauſa, ſed in ſe eſt peccatum.ſi autem placeat vt alleuiatio naturæ,peccatum eſſe non creditur.

Tertiò contingit ex cibo,& potu, & tunc idem eſt iudiciũ,ſicut de illa pollutione quæ contingit cum imaginatione turpi, vt dicit canon,6.diſt.teſtiñ,vbi dr̃, Cũ appetitus gulæ,vltra modũ in ſumendis alimentis rapitur, atq; idcirco humorum receptacula.i.virilia membra grauantur, habet deinde animus aliquem reatum.i.veniale peccatum. & hoc non prohibet ab euchariſtiæ ſumptione,ſed a confectione,niſi ſit neceſſitas. vnde ibidem ſequitur, non tñ vſq; ad prohibitionem ſacri myſterij percipiendi, vel miſſarum ſolemnia celebrandi, cum fortaſſe aut dies feſtus exigit,aut exhibere myſterium pro eo,q̃ alius ſacerdos deeſt,ipſa neceſſitas cõpellit. hæc ibidẽ. & nota,ſm Archi.in canone,teſtiñ, diſ. vj. q̃ licèt pollutio ex crapula in ſomno,eſt veniale,tñ ipſa crapula præcedens eſt mortale.ex quo patet q̃ licèt pollutio ex crapula,quę eſt veniale peccatum, prohibeat nihilominus prꝛeter caſum neceſſitatis a cõfectione, tñ laicum a ſumptione non prohibet qđ plus eſt,quia maior munditia requiritur in ſacrificio,q̃ in ſumptione. vnde Archid. vbi s̃.elicit efficax argumentum,q̃ minus eſt audire diuina, quam celebrare,eo q̃ ſecundum Thom.peccator in mortali peccato exiſtens videndo corpus Chriſti in miſſa non peccat, licèt tũc debeat humiliari.

Quartò cõtingit pollutio ex illuſione diabolica, de qua dicit Io.Pariſien.ſuper iiij.ſnīarum.diſ.x.q.ij.q̃ talis illuſio habet qñque cauſam intrinſecam,ſicut quando dormiens, non fecit qđ debuit.ſ.ſe non ſignando,vel aliquid aliud,& ſic eſt peccatum. Aliquando non eſt peccatũ.ſ.qñ habet cauſam extrinſecam,ſicut narratur in vitis patrũ de quodã ſancto viro,qui quoties celebrare volebat, procurabat ei diabolus pollutiones, q̃ patres percipientes dederunt ei conſilium, q̃ audacter celebraret, qđcunque tamen modo accidat,ex quadam congruentia ſemper impedit ſumptionem ſacramenti propter duo.

Primò,quia ibi ſemper accidit fœditas corporalis,cũ qua nullus propter reuerẽtiam ſacramenti debet accedere, vnde accedentes lauant manus,&c.niſi fortè talis eſſet immunditia,quæ eſſet perpetua,& diuturna,vt ſi eſſet lepra,vel fluxus ſanguinis, vel ſeminis.

Secundò,quia ibi ſequitur pollutio in euagatione mentis, p̃cipuè ex turpi cogitatione, quę etiam non ſine culpa contingit.Tenendum tamen eſt, ſecundum Tho. q̃ in omnibus iſtis propter neceſſitatem,vel ſolennitatem diei,vel vbi vnus eſt ſacerdos tantum,poſtponenda eſt talis congruentia,& cõmittendo ſe Deo cum dolore,& cordis cõpunctione,præmiſſa confeſſione, ſi haberi poteſt,aliàs cum bono propoſito confitẽdi,accedat in nomine domini.Dicit etiã doctor Pariſienſis vbi s̃.(& concordat cum ſancto Thoma) de menſtruo, & alijs immunditijs,q̃ quandiu durant,ex quo ſunt temporales immunditiæ,& nõ perpetuę,in talibus eſt abſtinendũ propter reuerentiam ſacramenti.Si tamen mulier habet deuotionem,vel fortè poſtea nõ habebit tp̃s cõpetens,ad hoc admittatur,ne ſm Greg.pœna corporalis ei mutetur in culpã. dicit tamen Grego. q̃ ſi mulier eo tempore accedat,nõ eſt indicãda,qa paſſio ſua nõ eſt culpa. ſi autẽ abſtineat,laudanda eſt:v.diſt.ad eius verò.valde igitur eſſent arguendi ſacerdotes idiotę grauantes tales perſonas grauibus pęnitentijs,eo q̃ ad eccleſiam tempore menſtrui ingrediũtur,aut ad ſacramentũ altaris accedunt.& audiui de quodã,q̃ ꝓ vna leui pollutione cuidã piç fœminę, & multũ deuotæ dedit multa pſalteria pro pęnitentia comparanda:puto tamen q̃ prouiderat in hac parte de ſimonia ſibiipſi per eãdem faciẽda, ſed tamen mentita eſt iniquitas ſibi. Illa enim ſtatim diſcretiorem acceſſit,qui cum ea melius,& mitius egit, & ita ille pauper fuit fruſtratus,& in ſua ſpe ſimoniaca confuſus.

4 † Tertia cautela,q̃ nullus die illo in quo cõicet,debitũ petat a coniuge,vel econuerſo vxor a marito,ſm Th.in iij. par.q.80. nec ẽt nocte ſequenti,aut p̃cedenti, quod ſi fiat cauſa prolis generandæ, vel cauſa reddendi debitum,iudicãdum eſt, ſicut de pollutione nocturnali,q̃ accidit non ſine peccato propter immunditiam corporalem,& mentis diſtractionem. vnde in conſilio Elibertano de conſecra.diſt.2.c.omnis homo.dicitur, Omnis homo ante cõmunionem ſacram a propria vxore abſtinere debet tribus,aut quattuor, aut quinque,aut ſeptem diebus. glo. abſtinere debet quantum in ſe eſt,vt non exigat,exactus tamen reddere debet quolibet tempore,vt patet 33.q.5.ſi dicat.dicit tamen glo.q̃ hoc non eſt præceptum,pro illo notatur.32.q.4.vir cum propria.Io.An.etiam in nouella ſua,de conſecra.eccleſie, vel alta.c.1.lib.6.ſuper glo.in ver. ſeminis.in fi.dicit, q̃ quando maritus accepit euchariſtiam,nõ debet exigere, tenetur autem reddere,de hoc.82.diſtin.propoſuiſti.& 33.q.4.chriſtiano. In tali ergo caſu,vt dicit Grego.ſunt homines ſuo arbitrio, ſeu iudicio relinquendi,& eorum conſcientia eſt requirenda, cum veniunt ad confeſſionem. vnde ſi quis voluptate dominante coniugi miſcetur,prohiberi debet ab hoc ſacramento.33. qõ. 4. vir cum propria.Albertus autem dicit, q̃ etiam poſt ſacram communionem nõ licet illo die debitum exigere,nec exactum reddere,niſi cum difficultate. Puto tamen q̃ reddens illo die debitum non peccat mortaliter, ſed venialiter. Sed diceres tamen, Hierony.in quodam ſermone ſimiliter prohibet dicens,Quicũque vxori reddit debitum,non poteſt carnes agni edere.33.q.4. ſciatis. Dico ſecundum doctorem ſubtilem quòd non poteſt omnino cum tanta reuerentia, & ideo conſilium eſt, vt tunc abſtineat,licet non ſit præceptum neceſſitatis, quia non video quomodo propter hoc ſolum peccaret mortaliter,quia percepit corpus Chriſti.vnde glo.ſuper d.c.ſciatis. dicit quòd talis nõ debet edere de carnibus agni, ideſt corpore Chriſti propter reuerentiam ſacramenti cum cauſa libidinis commiſcetur vxori. aliàs verò tenetur debitum reddere,vt dicitur,33.q.5. c. 1. Non video, quare punietur, cum tamen pro mortali abſtinendum
5 ſit a corpore Chriſti,de conſecrat.diſtin. 2.quotidie.† Ex quibus infero,quòd dogma Beguardorum docens hominem pro omni tempore,quo idoneus eſt, manducare ſpiritualiter, eſſe idoneum ad manducandum ſacramentaliter, totaliter eſſe poſtiferum,& ſcripturis ſanctis contrarium,patet hoc ex ſuprà dictis. Nam multi ſunt ſine mortali peccato, qui ſunt idonei ad manducandum ſpiritualiter,cum ſint in gratia,& tamen propter reuerentiam ſacramenti non ſunt idonei ad manducandum ſacramentaliter,ſicut patet de coniugibus actualiter commiſcentibus,vt dictum eſt.Item apparet ex his, quantus error eſt dicere,q̃ homo ex reuerentia non debet moueri ad abſtinentiam, īmo magis ad ſacramentaliter percipiendum. Similiter dicere q̃ virgines, & viduæ deuotæ negocia ſeculi abdicantes, ſi ſe in defectibus,& imperfectionibus ſpiritualibus inueniant, periculosè ab hoc ſacramento abſtineant. vnde eis conſulendum eſt q̃ quotidie,aliàs frequenter, aliàs aliquoties in ſeptimana hoc venerabile percipiant ſacramentum,quæ oĩa errorem ſapiunt, & vulpinam calliditatem.vnde dico,ſm docto.ſubtilem,q̃ exiſtens in gr̃a actualiter indeuotus, laudabiliter abſtineat ab hoc ſacramento.Nec eſt conſiliũ eccleſiæ,& ſanctorũ patrũ per ſumptionem ſacramenti excitare actualem deuotionẽ,ſed per ieiuniũ, eleemoſinas, orationes,& meditationes deuotas primùm in ſe deuotionem excitare auxilio Dei, & demum ex ſumptione euchariſtiæ feruorem, & gratiæ expectare fideliter complementum.

Quarta cautela,ne quis quãtumcunque cõtritus de ſuis peccatis,ſine cõfeſſione facta ſacerdoti accedat ad coiõnem. nam ſic accedens peccat grauiter ex hoc,qñ habet copiã ſacerdotis. Sacerdos tamen volens celebrare non ſecum habens copiam ſacerdotis,ſi imminet ſcãdalum populi, & iam incipit canonẽ, vel fortè,quia infirmus amiſit loquelã, & ipſe pro eo communicando vult conficere euchariſtiam,& celebrare miſſam,ſi talis eſt in propoſito ꝓfitendi quanto citius poterit,nõ peccat cõmunicando. Licet autem in peccato exiſtens nõ debeat ſine cõfeſſione communicare, tamẽ poteſt videre corpus Chriſti ſine peccato.Si tamen abſtineat propter humilitatem, melius facit, ſecundum Tho.in iiij.diſt.xj.dicit tamen Albertus q̃ peccator poteſt videre corpus Chriſti,ſed non multo aſpectu,ſed eo viſo debet percutere pectus ſuum, quaſi non ſit dignus aſpectu.

Quinta cautela eſt, ne quis non ieiunus accedat ad communionem propter reuerentiam ſacramenti.vij.q.j.nihil, & de cõſecr.diſt.ij. liquidò. & hoc propter honorem tanti ſacramenti, vt dicit Augu.in lib.reſponſionum ad Ianuarium, Non te moueat q̃ Dominus poſt cęnã cõmunicauit Apoſtolos, quia hoc fecit propter impreſſionem memorię Apoſtolorũ meliorẽ. ſi tamen imminet neceſſitas mortis, tũc põt cõmunicare etiã poſt cibũ,vel potũ, ſicut ſi quis vulneratus in taberna hora veſpertina tẽdit ad mortẽ,talis põt expediri ſtatim,ne recedat ſine viatico. vnde non licet aliquã medicinã ante cõionẽ recipere, nec ẽt potare.ſi tñ lauando os,aliquid aquę, vel ſi reliqas cibi inter dentes remanentes tranſglutirẽt, nõ impeditur cõicare,qa nõ ſumpſit illud per modũ cibi,vel potus, ſed per modum ſaliuę,quę vitari non poteſt.ſi quis ẽt poſt mediã noctis aliquid per modum cibi, vel potus recipit, impeditur à cõione illo die. Si autẽ ante mediã noctẽ,ſiue dormiat,ſiue non,quantũ ad rationẽ præcepti nõ vr̃ impedire, tñ ſine cauſa neceſſaria melius eſt

Source : BIU Cujas

differre cõionem,& hoc propter turbationem mentis quæ pro uenit ex indigeſtione,& inſomnitate,ſm quam homo redditur ineptus ad communionem.ita dicit Tho.in 3.parte, quæſt. 30.

Sexta cautela eſt,vt omnes Chriſtiani habentes annos diſcretionis.ſ.a decem (ſecundum tamen ſub,& ſupra) annis,ſemel in anno in paſcha non omittant cõicare,niſi de conſilio ſui ſacerdotis,& propter aliquam rationabilem cauſam ad tempus abſtineant,vt dicitur de pœnit.& remiſſio.omnis vtriuſque ſexus. Si tñ ſępius poſſint communicare,commendabiles ſunt, & maxime ad feſta Chriſti, Apoſtolorum, & patronorum eccleſiæ, in quibus maior deuotio excitatur propter feſtum diem . vñ antiqua conſuetudo iure approbata habet,ꝙ ſeculares in natali Domini,Paſcha,& Pentecoſte,de conſilio debent communicare, de conſecra.diſt.3. c.& ſi non frequentius.Seculares tamen perſonę contemplatiuæ, & deuotæ ſingulis menſibus poſſunt cõmunicare.vnde ſecundum Auguſt. in lib. de eccleſiaſticis dogmatib.ſingulis diebus dominicis,ſi non ſint in ꝓpoſito peccandi amplius.ſingulis autem diebus non laudat, nec vituperat cõmunicantes.Non laudat,quia difficile eſt ſecularibus ſe prępara
6 re ad hoc ſingulis diebus,ſaltem dignè.†Circa hoc tamen ſciendum,ſecundum Tho.ſuper 4.diſt.12.quòd ſi quis experimentaliter cognoſcit ex quotidiana ſumptione feruorem amoris ad Deum ſibi augeri,& ſacramenti reuerentiam non minui, talis poſſet quotidie ſumere,ſiue communicare . Si autem ſentiat reuerentiam minui,& feruorem non augeri multum,debet interdum abſtinere,vt cum maiori reuerẽtia,& deuotione, poſtmodum accedat. vnde quantum ad hoc vnuſquiſque relinquẽdus eſt ſuo iudicio,vt dicit Auguſti.lib.j.in Ianuarium . Nec te moueat ad contrarium illud dictum Ambroſij lib.j. de ſacramẽtis, quod etiam ponitur de conſecr.diſt.2. ſi quotieſcunque, quod etiam allegant Huſſitæ hæretici dantes præſumptionem cõmunicandi ſecularibus quotidie,vbi dicitur:qui ſemper pecco,ſemper debeo accipere medicinam.hoc tamen eſt intelligendum, quantum ad præparationem animi, & conſcientiæ . vnde dicit ibidem gl.debeo ſemper accipere, ideſt debeo ſemper me præſtare,ſeu præparare habilem, & dignum ad accipiendum. ſic ẽt intelligendum eſt illud Ambroſij,quod ponitur, de conſecr.diſtinc.2.nõ iſte,vbi dicitur:Accipe quotidie tibi illud,quod quotidie tibi proſit,& ſic viue vt quotidie merearis accipere . vbi gl. exponit,accipe quotidie, ideſt præpara te quotidie habilem ad recipiendum, & ex his patet quòd Chriſtianus ſemper habilem ſe præſtans ad recipiendum hoc ſacramentum, dicitur ſemper communicare,& ſi non ſacramentaliter,tñ ſpiritualiter.ſ.per fidem,deuotionem,& charitatem,iuxta illud Auguſt. vt quid paras dentem,& ventrem,& non mentrem?crede,& manducaſti. de conſecr.diſt.2.vt quid.Patet etiam ſecundò ex hoc,ꝙ periculosè errant illi,qui dicunt, ſufficit ꝙ ego ante communionem paſchalem 40.diebus quadrageſimæ me reddam habilem ad cõmunionem,non curando totum tempus anni inutiliter expendere;immo credentes ſe dignos,tunc ad communionẽ currunt intrepidi,quibus tamen melius eſſet, ſi quotidie digni exiſtẽtes acciperent ſpiritualiter,ſiue mentaliter,& vtiliter, quàm ſemel in anno ſacramentaliter damnabiliter.vnde Chryſo. ſuper epiſtolam ad Hebrę.ſermone 17.circa medium, omnes prædictos tangit dicẽs:Quos magis acceptamus,ideſt approbamus, an eos qui ſemel in anno, an eos qui ſępius,an illos qui rarò accipiunt? & reſpondet, neque illos qui ſemel, neque illos qui ſępius,neq; illos qui rarò, ſed eos qui cum munda conſcientia, & qui cum mundo corde, qui cum vita irreprehenſibili, iſti ſemper accedunt.Qui verò tales non ſunt,neque ſemel accedunt,quia iudicium ſibi accipiunt,& damnationem,& ſupplicium. hæc Chryſoſt.ad hoc ſonat illud de conſecr.diſt.ſecunda, accipe quotidie, vbi dicitur: Qui non meretur quotidie accipere, non meretur poſt annum accipere, & eſt dictum Auguſti. tractantis illud Matth.6.panem noſtrum quotidianum, &c.

7 † Septimò caueat communicandus, ne poſt communionem cibis lubricis,aut potibus,qui poſſint vomitum ꝓuocare, vtaĩ, ſicut fieri ſolet in paſcha,vbi tunc vtuntur lardo cocto infrigidato,ouis infrigidatis,& aliis cibis,ex quibus frequenter ſequitur vomitus.Tales autẽ,qui ex hmõi cauſis die ſacræ cõionis habẽt vomitũ ex ipſorũ culpa qualicunq;,pęnitẽtia dura ſunt puniendi,& ne ſacerdos talẽ qualẽ voluerit pęnitẽtiã ꝓ tali pctõ iniungat,audiat pęnitẽtiã diſtrictã diu ꝑ Sanctos taxatã,& a iure approbatã.ſicut.n.dicit Beda in ſuo pęnitentionali, & ponuntur verba in decreto,de ꝑcr.diſt.2.ubi dr̃,Si quis per ebrietatẽ, vel voracitatẽ euchariſtiã euomuerit,40. dies pęniteat,clerici,vel monachi,70.diebus.Epi,90. Si verò per infirmitatis cãm euomuerit,7.diebus pęniteat.& hoc qđ dr̃ de infirmo,cui iniungitur pęnitentia pro vomitu,intelligendum eſt ꝙ hoc fit ad cautelam: quia cũ eſſet infirmus non debuit ſumere,& ita fuit in culpa,vñ & ſacerdos ſit circa hoc cautus,ꝙ ſi viderit infirmũ talem ad vomitum pronũ,ſiue promptum,tñ oſtendat ſibi corpus Chriſti, & ſuadeat ſibi piè credendũ,& ſentiẽdũ de ipſo,& ſufficit ſibi ꝓ cõione ſacramentali,quia nihilominus communicat ipſe ſpiritualiter, & non ſacramentaliter, ſi eſt ſine peccato mortali,

SVMMARIVM.

1 *Euchariſtiæ ſacramentum conferens, uel conficiens, quas ſeruare debeat cautelas.*
2 *Peccator occultus, an debeat arceri a communione.*
3 *Hiſtriones nunquid a ſacra communione arceri debeant.*
4 *Ioculatores audire recreationis cauſa, non eſt peccatum.*
5 *Sacerdos in miſſa debilitatus, quid facere debeat.*
6 *Sacerdos celebrans debet eſſe cautus circa tractationem ſacramenti.*

Caput quartum tertiæ partis.

1 PRimò ſacerdos caueat, † ne communicet alienum parochianum abſque licentia ſui plebani,quia grauiter peccaret mittendo falcem in meſſem alienam. Religioſus tamen hoc faciens eſt excommunicatus de facto, & ꝑ ſolum Papam eſt abſoluẽdus,ut dicitur in c. religioſi. de priuileg. in clement.& nota quòd plebanus communicans alienum parochianum,non incurrit hanc pęnam excommunicationis, vt dicit Ioan.And.in glo.d.c.& Stephanus Polonus hoc idem ſentit.ſi tamẽ religioſus præfectus eccleſiæ parochiali hoc faceret, dubitat ibidem Io.And.an incideret in illam pęnam. vr̃ tñ dicere ꝙ ſic,in c.j.de deci.in j.glo.in clem.& in c.j.de reb. eccle. non alie.in glo.5.in fi.pœnam ꝑſimilem nõ extendit ad religioſum, qui præeſt eccleſię ſeculari, vt clericus ſecularis.

Secunda cautela,caueat ſacerdos, ne peccatorem occultum ab hoc ſacramẽto publicè petentem communionem abijciat, vel prohibeat,ſicut quidam indiſcreti feciſſe inuenti ſunt, vnde dicit Auguſt.non prohibeat diſpenſator,ideſt ſacerdos pingues terre,ideſt peccatores menſam domini manducare,ſed exactorem moneat timere.de conſecr. diſt.in.2. non prohibeat. † Pro
2 quo ſciendum,quòd ſecundum Thom.in 4.ſentẽtiarum,diſt.9. quæſt.5.ſi peccatum eſt occultum per cõfeſſorem ſolum ſcitũ, & ille in occulto petit,debet ei denegare, & monere eum in occulto ne petat in publico Si autem nihilominus petit in manifeſto,debet ei dare,exẽplo Chriſti,qui Iudæ traditori dedit corpus ſuum. 1.quæſt.1.Chriſtus.de conſecr.diſtinc.2. ſicut Iudas. ſi verò peccatum eſt manifeſtum,tunc ſiue in occulto,ſiue in manifeſto petat, debet ei denegari. Quare autẽ peccatori occulto non eſt deneganda euchariſtia. Guido de Baſ. in Roſario Decretorum,in d.c.non prohibeat.dicit quòd hoc eſt ideo ne prodat peccatorem ſuſpectum eſſe de crimine,quod faceret ſi eum prohiberet. Sed diceres, videtur in hoc ſacerdos eſſe reus damnationis ſic communicantis,quia dat medicinam, per quã moritur ęgrotus,& dat gladium furioſõ,quo ſe trãſuerberat,immo videtur talis ſacerdos proijcere in lutum peſſimum conſcientię immundæ illius peccatoris corpus Chriſti. Rñdeo , ꝙ hæc oĩa non debent aliquem mouere in ꝓrium,quia nihil cõcludit. Iſte autem ſacerdos non dat medicinam mortiferam illi peccatori, ſed ille peccator ſolus rapit violenter,a quo non poteſt prohiberi de iure per ſacerdotem.Nec dat ei gladium ſacerdos, ſed ipſe ſolus violenter rapit, cui ſacerdos reſiſtere non poteſt, ex quo ſibi ius prohibuit, nec proijcit corpus Chriſti in hoc caſu in lutum,ſed ille peccator hoc facit. Sacerdos autem inuitus hoc facit,& cum dolore maximo, quia monet eum in ſecreto Deum timere,quod cum fecerit, non habet amplius quid faciat, ſicut de beato Gregorio legitur, ꝙ cũ fratri petenti peccatori occulto euchariſtiam dedit,publicè dixit,iudicet Deus inter me & te. Eligat ergo peccator occultus,ſecundum conſilium Guidonis ſup.dicti,vt potius ſe prodat ſuſpectum de peccato, abſtinendo a communione, quàm in peccato ſumat indignè.

Tertia cautela eſt,ne ſacerdos det alicui hoſtiam non conſecratam loco conſecratæ: quia ſm Tho. in ſacramento veritatis non debet eſſe fictio aliqua,& hoc ideo,quia mãducans hoſtiã, adorat eam,& ſic committeretur idolatria, ꝙ crimen in ſacerdotem retorqueretur,qui daret actum, & cauſam idololatrãdi, ſm Tho.in ſuo quodlibeto.lib.6.Nec etiam ſolus ſumat in miſſa propter quodcunque peccatum ſibi occurrens hoſtiam non conſecratam,ſicut de quodam intellexi, qui ſentiẽs ſe grauibus peccatis fornicationis irretitum, præſertim cum nocte illa habuiſſet concubinam,timens offendere diuinam maieſtatem,in miſſa eodem die per ipſum celebrata (ad quam non confeſſus pudore ſociorum aliorum,ne de eo illud ſciretur, confuſus acceſſit) hoſtiam non conſecratam eleuauit populo adorandam, quam ſolus poſtea ſumpſit, quod ſępiſſime facere aſſeruit corã concubina prædicta.cum per eam ipſa retenta irreuerentior, ſicuti ad quod ita indignus accederet,fuiſſet reprehenſus.hoc aũt eſt maximũ peccatum,& maius illo quo quis in peccato mortali communicat,ſicut dicit Decretalis,de celebr.miſſ.c.de homine.vbi dicitur,quòd talis illudit Deo,& populo,quia facit populum idolatrare. faciat autem talis ſacerdos, iuxta conſiliũ iuris. 50.diſt.de his.in fi.vlti.glo. vbi dicitur, quòd talis dummodo ſit contritus,quamuis non confeſſus,neceſſitate urgente poteſt licitè celebrare, & in tali caſu non fingat ſe celebrare, ſed veraciter in nomine Domini conſecret, & hoc eſt not.dignum.

3 Quarta cautela,caueat † ſacerdos,ne det corpus Chriſti hiſtrionibus, & aliis qui hoĩes prouocant ad luxuriam, vel laſciuiam,

& diſ-

Source : BIU Cujas

& diſſolutionem,quia hoc nec diuinæ maieſtati, nec euangelicæ diſciplinæ competit,de conſe.diſt.ii.p dilectione.& hoc intellige de iſtis hiſtrionibus,qui vtuntur verbis impudicis, vel factis illicitis,vel adhibent ludum negociis,ſicut illi qui induunt laruas,& fingunt ſe ceruos,vel equos induẽtes ſaccos, & q hoc faciunt temporibus indebitis, ſicut diebus feſtiuis diſtrahentes populum a deuotione. Aliàs autem illis p̃t dari cõio, qui licitè,& ornatè interdum coram hominibus faciunt iocoſam collationem verbis honeſtis,& non ſcandaloſis. † Nã ioculatores
4 audire cã recreationis,non eſt peccatum mortale. 86.di.donare.in j.gl.nam & talibus p̃t dare aliquid p mercede, ſm Th.2.2. q.68.ar.3.ſimiliter amentibus,& fatuis naturaliter non dẽt dari.Si aũt oĩno non ſunt debiles in mẽte, ſed aliquo modo ſunt dociles,& habent reuerentiam ad ſacramentum, non dẽt eis denegari. Similiter pueris,qui non habent diſcretionem, non debet hoc ſacramentum porrigi.

Quinta cautela,caueat ſacerdos,ne habeat euaporatam, aut corruptam hoſtiam.vnde notant Doct. q vltra vnam ſeptimanam,ſeu hebdomadam ſacerdos non debet ſeruare hoſtiã, ne putreſcat,vt hĩ,de ſen.excom.vt promittimus,ſuper gl.i. Similiter ne fit vinum acetoſum, quia in talibus nihil conficeret. ſi tamen hoſtia nondum totaliter eſſet euaporata, ſed tenderet ad corruptionem,ſi vinum etiam inciperet aceſcere, poteſt qdem confici, ſed peccat conficiens mortaliter propter irreuerentiam ſacramenti.ſimiliter ne conficiat in vino agreſto.ſ.nõ dum maturo,quia nondum eſt vinum,ſed in via gñationis. In muſto tñ conficitur bene,quia habet plenam rõnẽ vini, tamẽ non eſt conficiendum de multo recenti muſto pp impuritatẽ ipſius,ſecundum Thomam in 4.diſt.11.q.3.arti.j.ij.& iij. Videat etiam ſacerdos q apponat tantum de aqua, quod totaliter poteſt conuerti in vinum.

Sexta cautela,caueat ſacerdos,ne cum eſt debilis, ita q non poteſt conficere miſſam,audeat celebrare, ſicut contingit patientibus tertianam febrem,& quartanam, vel quos interdum dimiſit febris, qui vt ſæpius deficiunt tempore celebrationis, ita q vix ab altari domum languẽtes deportantur. veruntamẽ licet ſic debilis non poteſt celebrare, poteſt tamen ſe ipſum cõ municare ſi non habet alium ſacerdotem, qui ipſum cõicaret,
5 ſed tunc debet habere ſtolam.23.diſt.eccleſiaſtica,in glo.j. †In hoc tñ caſu,ſi ſacerdos incipiens miſſam debilitatur intãtum, q non poſſit eam perficere, ſi eſt ante conſecrationem corporis Chriſti,vel ante conſecrationem ſanguinis, vel ẽt ſanguine conſecrato,debet reliqua pars miſſæ ſuppleri p aliũ, vt patet 7. q.j.nihil & hoc idẽ tenet Tho.in 3.par.q.93. ſi aũt ſacerdos poſt conſecrationem corporis Chriſti, ante tñ conſecrationẽ ſanguinis percipiat vinum,aut aquam deeſſe in calice, tũc dẽt ſtatim apponere,& conſecrare.Si verò poſt oĩa cõſecrationis verba percipit q aqua deſit,dẽt nihilominus procedere,q a appoſitio aquæ non eſt de neceſſitate ſacri, nullo aũt modo aqua dẽt vino iam conſecrato miſceri: ſi aũt poſt ipſam conſecrationem ſanguinis percepit q vinum non fuit appoſitum in calicẽ, ſed ſolum aqua, ſi hoc percipit ante ſumptionem corporis Chri, dẽt depoſita aqua (ſi ibi fuerit) aquã cũ vino ſumere, & reſumere a verbis conſecrationis ſanguinis. ſi verò hoc percipit poſt ſumptionem corporis Chriſti,dẽt apponere aliam hoſtiam cũ ſanguine conſecrandam,& in fine ſumere hoſtiam iterũ conſecratam, & ſanguinem, non obſtante ſi prius ẽt ſumpſit aquã quæ erat in calice, quia præceptũ de perfectione ſacri maioris eſt ponderis,q̃ præceptum,q hoc ſacrm a ieiunis ſumatur,ſecũ dum Tho. alijs tñ vr q ſolum debet apponere vinum in calicem,& aquam ſine noua hoſtia,& repetere verba conſecrationis calicis tantum ab illo loco,ſimili modo.Et ſi timet prolongationem miſſæ, ſufficit dicere verba eſſentialia cõſecrationis calicis,nec eſt neceſſe repetere orationes ſequentes,& hoc totum intelligunt ipſi,ſi guſtauit tantum,& non tranſglutiuit.qd autem faciat ſi habeat aquã in ore, & verè ſentit q eſt aqua tantum?dicit Inno.q non debet eam emittere, quia propter corpus Chriſti,q eſt in ea cauendum eſt,ne vtiliter tractetur, & q a eſt timendum ne generaretur ſcandalum his, qui viderent. dicit etiam ipſe Inn.ſi eam tranſglutiuit non eſt ieiunus, nec debet poſtea conficere.7.q.j.nihil.Hoſt.verò dicit,q dẽt eam ſeruare,& ponere in ſacrario, & ſecundum hoc debet ſe fingere eam tranſglutire,& hoc ideo,quia aliàs tanq̃ non ieiunus non debet conficere. Ego tamen teneo cum Tho. quòd poſt conſecrationem illius aquæ poſſet in hoc caſu conſecrari corpus Chriſti,& ſumi,ne ſacrificium maneat imperfectum, quod eſt gratius peccatum. Item ſi percipit hoſtiam corruptam poſt ſumptionem,debet aliam accipere,& iterum conſecrare, & ſumere,ſecundum Thom.in tertia parte, q.84.artic. vltim. ſimiliter ſi recordaretur ſe omiſiſſe aliqua verba, q̃ ſunt de neceſſitate formæ,reſumat formã iterum p ordinem. Si aũt eſſent verba non de neceſſitate formæ procedat,ne turbet ordinẽ diuini officij,ſm Tho.in 3.par.q.84.ar.vlt.

6 Septima cautela,caueat †ſacerdos, ne aliqd de corpore Chriſti,vel ſanguine in terram,vel in veſtem ornatus ſui cadere, vel ſtillare permittat,quia grauiter puniretur: nam ſi ceciderit aliquid ſuper tabulam ligneam,lingua lambatur,& tabula radat: ſi autem non eſt tabula locus radatur, & comburatur, & cinis in ſacrario recondatur,& ſacerdos 40.diebus pœniteat. Si verò ſuper lapidem altaris ceciderit,ſorbeat ſacerdos ſtillam, & tribus diebus pœniteat.ſi verò ſuper lintheum altaris,vel ſuper caſulam ſacerdotis ceciderit, ſi peruenerit ſtilla ad aliud lintheam,quatuor diebus pẽniteat: ſi verò peruenerit ad tertium, 9.diebus pœniteat:ſi vſque ad quartum,20.diebus pœniteat,& lauet linteamina tribus vicibus, quæ ſtilla tetigerit, ſuppoſito calice,& aqua ablutionis,iuxta altare condatur, de conſecrat. diſt.2.ſi per negligentiam.poſſet etiam ſumi a ſacerdote,niſi timeretur abominario. Cautius tamen eſt,illam partem linteaminis,vel corporalis excidere, vel comburere, cinerẽ autẽ ponere in ſacrario,ſecundum Tho.in 4.diſt.13.& in 3.parte. q.84. artic.vlti.habentur hæc omnia,de conſecra.diſtinct.2. ſi per negligentiam.

Octaua cautela,caueat ſacerdos,ne aliquid cadat in calicẽ,& maximè in æſtate,vt eſt vermis, aranea, muſca, fimus paſſeris, puluis,& ſimilia.quod ſi ante conſecrationem calicis contigerit,calix debet ablui,& de nouo vinum infundi cum aqua:ſi verò poſt conſecrationem,dẽt cautè capi, & diligenter lauari, & comburi,& ablutio in ſacrario mitti. & ſi venenum ibi eſſe deprehenderit, nullo modo ſumere dẽt, nec alteri dare, ne calix vitæ in mortẽ vertat,ſed dẽt diligenter ſeruari in vaſculo,& ne ſacrm maneat imperfectũ,dẽt inde deponi, & ſacerdos denuò incipere conſecrationẽ calicis,vt ſacrm perficiatur: nihil.n.abominabile dẽt ſumi occaſione huius ſacri,ſecundum glo.ſi.c.ſi per negligentiam.de conſe.diſt.2.hæc Hug.

Nonò caueat,ne corpus Chriſti ponat incautè,ita q a muribus comedatur,de hoc 40.diebus debet pẽnitere, de conſe.diſt. 2.qui non bene,ſed dicitur tamen ibi, Mus non comedit corpus Chriſti,quare ergo ſacerdos ſic tunc punitur?reſpondeo,licet multi Doct non concedant ibi rodi corpus Chriſti,ſed ſolũ ſpeciem ſacramenti,eo q(vt dicunt) quàm citò ſumitur a mure,vel ab alio animali, deſinit eſſe ſacrm, non eſt tñ inconueniens,ſi dicatur q mus ſumat corpus Chriſti, cum ſceleratiſſimi homines illud ſumant,ſecundum gl.de conſe. diſt.2. qui nõ bene.Poteſt tamen dici, q licèt homo malus ſumat ſacramentum iſtud ſacramentaliter,& non ſpũaliter,mus tñ,vel brutum aĩal,nec ſpiritualiter,nec ſacraliter recipit, quia non vtitur eo, vt ſacramento,eo quòd nõ credit ibi eſſe Deum,& hominem, ſed ſumit per modum alterius cuiuſcunque cibi,& ita ſumit bene accidentia, & ſpecies ſacrales, ſed non ſacrm. immo dicunt Doct.vt no in gl.d.c.non iſte.de conſe. diſt.2. q ẽt in bono homine quandiu ſentiuntur ſpẽs,tandiu eſt ibi corpus Chri, & q̃ citò deglutitur,ſtatim deſinit eẽ ſacrm, & corpus Chriſti deſinit eſſe in ſumente.ita ſentit Hug.Cardi.ſed Vgo de S.Victore, vt recitat Archid.in c.prædicto. non iſte dicit,q quãdiu ibi manet ſpẽs,ſub illis eſt Chriſtus integer,vnde ſi intrante ſtomachũ ſub illis manet quandiu ſunt ibi, ſicut ſub ipſa ſpecie eſt in pyxide.& verum eſt,ſecundum Pe.de Tharan. q nõ vadit in corpus noſtrum,vt illud nutriat,ſicut cæteri cibi: intrat tamẽ,& eſt ibi ſub ſpecie ſacramentali quandiu illa durat,ſm Pe. & hoc ẽt tenent Theologi dicit etiam gl.de conſecra.diſt.2. tanta.ſuper verbo,commiſceri.q ſpecies illæ,nec cibis aliis commiſcentur, nec in ſtomachum deſcendunt.& propter hoc, neq; per ſeceſſum emittuntur.& licet aliquis ex ipſis reficiatur,non tñ incorporantur,nec in ſtomachum deſcendunt, nec per ſeceſſum emittuntur.Interdum tamen ẽt homo odore recreatur, q tamẽ nec per ſeceſſum,nec in ſtomachum digeritur,tñ Bartho.Brix. ibid.dicit,q bene dicere põt,q in ſtomachum deſcendant, nã aliàs quomodo euomerentur? qñ ergo dicit Auguſti.non iſte eſt panis,qui tranſit in ventrem, exponit Archi. in c.ſi quis per ebrietatem.de conſe.diſt.2.q hoc pro tanto dr, q non eſt iſte panis,qui vadit ĩ corpus,ſicut cibus naturalis,ſic q nutriat, ſed eſt ibi ſub ſpecie ſacramentali. & pro tanto punitur ſacerdos, quia permiſit irreuerenter a muribus contrectari ſacramẽtum tam venerabile.

¶ *Quarta pars Tractatus.*

¶ De Sacramento pẽnitentiæ,& confeſſionis.

¶ Præfatio.

POEnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum.Matth.3.& 4.de pœni.diſtinct. j.ex his, quia reſtituta in baptiſmo innocentia, homo fragilis illæſam,& incontaminatam continuè ſeruare non poteſt vitam, quin ſæpius cadat, ideo diuina maieſtas contra caſum homini pro reſtauratione innocentiæ prædictæ de ſacramento pẽnitentiæ prouidit,per quam homo a Deo per peccatum elongatus, ad ipſum appropinquat. Hinc eſt, q ſaluator veniens in mundum,quaſi bonus medicus ægrotis conſulens dicit, pẽnitentiã

Source : BIU Cujas

egite. Agite inquam, ſecundum Gerram ſuper Matth. tanquam medicinam ad ſanandum morbum, quaſi armaturam ad ineundum bellum, quaſi clauem ad reſerandum cœlum. Tria. n. conſequitur pœnitentiæ actor. ſ. ſanationem vulnerum cordis, armationem inſidiarum hoſtis, & apertionē regni cœleſtis. vnde dicitur, Appropinquabit enim vobis regnum cœlorum. diffinitur autem ſic ſecundum Magiſtrum ſentētiarum, lib. 4. diſt. 14. Pœnitentiam eſt virtus, qua cōmiſſa mala plangimus, cū emendationis propoſito. Amb. autem ſic diffinit pœnitentiam, Pœnitētia eſt virtus cordis, amaritudo animæ pro malis, quæ quis cōmiſit. Alibi etiam idem Amb. dicit, Pœnitentia eſt mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia eſt bimembris.*
2 *Abſolutionis a peccatis vera forma.*
3 *Pœnitentiæ tres ſunt ſpecies.*

¶Caput primum quartæ partis.

1 CIRCA quod Sciendum, † q̄ duplex eſt pœnitētia. ſ. interior tantum, & eſt dolor pro peccato, & hæc de iure naturæ. alia exterior, quę fit arbitrio hominis. ſ. impoſita per ſacerdotem. Prima non eſt ſacramentum propriè, ſed ſecunda. ſ. per miniſtros eccleſiæ impoſita. eſt autem materia huius ſacramenti actus miniſtri. ſ. ſacerdotis, quē exercet circa peccatorem abſoluendo ipſum. forma autem iſtius ſacramēti, licet a Chriſto non ſit inſtituta certa, tamen ſecundum Doc. eſt hæc, q̄ primò præmittatur oratio. ſ. illa, Dominus te abſoluat, vel miſereatur tui omnipotens Deus, & dimittat tibi omnia peccata tua, & perducat te in vitam ęternam, & tunc ſequatur forma eſſentialis. ſ. & ego auctoritate qua fungor, abſoluo te a peccatis tuis, In nomine patris, & filii, & ſpirituſſancti. ita ponit Alber. in ſcripto quarti Sent. diſt. 17. dicit autem Tho. in 3. parte q. 83. ar. 3. q̄ de ſubſtantia formæ eſt, Ego te abſoluo, ſed hoc præmittitur, ſcilicet oratio, non eſt de ſubſtantia formæ, ſed tantum ne ſacramenti effectus impediatur ex parte pęnitentis. fit autem manus impoſitio ſuper caput confitentis, qđ non eſt de eſſentia, ſecundum Tho. quia hoc ſacramentum non ordinatur ad aliquam excellentiam gratię conſequendam, ſed ad remiſſionem peccatorū. vnde magis in hoc ſacro cōpeteret ſignū crucis, q̄ manus impoſitio, in ſignum qđ per ſanguinē Chriſti remittuntur peccata, non tñ eſt de neceſſitate ſacramenti. hoc tñ qđ dicit ſacerdos, ego te abſoluo, valet tantum. i. ſacramentum abſolutionis tibi committo, ſicut cū quæritur ab aliquo baptizando, Credis in Deum? rñdet, Credo, q̄ valet tñ, ſicut ſacrm fidei ſuſcipere
2 volo, ſm Doc. Pariſien. di. 14. q. 3. † Plures tñ docti ſic abſoluunt, auctoritate Dñi noſtri Ieſu Chriſti, & auctoritate beatorum Petri, & Pauli, & auctoritate mihi in hac parte conceſſa, ab omnibus peccatis tuis per te Deo, & mihi confeſſis ego te abſoluo, in nomine patris, & filii, & ſpirituſſancti, & iſta forma mihi magis placet. tamen ex quo certa forma non eſt ab eccleſia præſcripta in hoc ſacramento, eligat quis, quam vult ex iſtis. vnde ex hoc poteſt patere, q̄ cum iſtud ſacramentum non habeat certā formam a Chriſto inſtitutam, vel per eccleſiam præſcriptam, videtur conſonum, q̄ illi qui abſoluunt per virtutem paſſionis Dñi noſtri Ieſu Chriſti, vel aliter, non ſint damnandi tanq̄ erronei, immo vr̄ q̄ prædicta forma abſolutionis per Docto. inuenta, & approbata, ſit ſuſtinenda, nec opus fuit repetere confeſſiones talibus factas, quia in nullo contra determinationem eccleſiæ venerunt prædicti, nec cauſa inducendi errorem per illam formam, ſed tanquam piè ſeruatam, eadem vſi ſunt.

VIterius Sciendum, q̄ tres ſunt ſpecies pœnitentię, quędam eſt ſolēnis, quædam publicam, quædā priv
3 nata, ſeu ſecreta. Solēnis pœnitentia, † eſt quæ imponitur ab ep̄o in capite ieiunii pro crimine publico, & manifeſto, ſicut pro homicidio, incēdio, & ſacrilegio, &c. & talis non poteſt reiterari, ne vileſcat, nec imponitur clerico, niſi depoſito, & agens talem pęnitentiam, decætero nō poteſt promoueri ad ſacros ordines. forma autem imponendi eam ponitur 50. diſt. in capite. vbi dr̄, q̄ omnes pœnitentes, qui talem pęnitentiam publicā ſuſcipiūt, præſententes ſe ep̄o in capite quadrageſimę ante fores eccleſię nudis pedibus, vultibus in terram demiſſis, &c. item debent adeſſe decani, archipresbyteri, parochiani, & presbyteri pœnitentium, qui debent iniungere talibus pnīas. poſt hoc eos in eccleſiam introducant, & cum omni clero, 7. Pſalm. pęnitentiales, ipſis ī terram proſtratis cū lachrimis, pro eorum abſolutione decantent. poſtea ſurgens ab oratione, munus eis imponat, aquam benedictam ſuper eos aſpergat, cinerem tamen prius immittat, deinde cilicio capita eorum cooperiat. Poſt hoc per miniſtros eccleſię de eccleſia eos expellat cum rñſorio, in ſudore vultus tui. Iſte tñ modus non ſeruatur apud nos, ſed translatus eſt in cęnā Dñi, & ibi expeditur. Sciendū tñ, ſm Guil. q̄ ingreſſus eccleſiæ, q̄ iniungitur ſolēniter pęnitētibus, pendet ex arbitrio ſacerdotis, tamen poſſq̄ introducunt tales in eccleſiā p ep̄m feria quinta magna, ſolū intrabunt eccleſiā, vſq; ad octauā paſchę, & poſtea exibunt per totū annū, vt dicit gl. j. diſt. in capite, & erunt extra eccleſiā, vſq; ad eandem feriam ſequentis anni, nec cōicabunt aliqñ vſq; ad mortem. Qñque tñ minus, ſm arbitrium ep̄i, 12. q. 2. de viro. 33. q. 2. admonere. 26. q. 6. ſi quis de corpore, & de pœnit. diſt. 5. ſi qui verò. ſi tñ pœnitet, poteſt ei ſecundo, vel tertio anno reddi ingreſſus eccleſiæ, vt patet. 12. q. 2. de viro. Pęnitētia publica eſt, quæ fit in publico, non tñ cum prædicta ſolennitate, vt cū iniungitur alicui peregrinatio per mundum cum baculo cubitali, & cū ſcapulari, & cū hmōi. & hanc pōt imponere quilibet ſuo parochiano, & fit publice, ideo vt publicū pēnā publicam habeat medicinam, ſicut ſi quis in fornicatione eſſet deprehēſus publicè, vnde quia talis eſt magna confuſione dignus, pp aliorū ſcandalum, & vt ſi in aliis in terrorem, & in exemplū pęnitēdi, & nō deſperandi, publicè agat pęnitentiam: non oportet autem pro quolibet manifeſto peccato manifeſtam agere pęnitentiam, ſecundum Albe. ſed ſolum qñ ſcandalizauit alios, & hoc eſt ꝓtra multos, qui iniungunt ſuis parochianis publicam pęnitentiam ante fores eccleſiæ, vel in circuitu cemiterii ambulare ante proceſſionem in die feſtiuo, vel iacere ad faciē infra oſtium eccleſiæ, pro leui peccato, ſicut pro vna potatione, vel pro alio peccato, quod tñ non ſcandalizauit totam eccleſiam, & iſti præcludunt viam pęnitendi, ſeu confitendi aliis ſimilib. peccatis inuolutis, ne ſimiliter confundantur. Pęnitentia autē priuata, ſeu ſecreta eſt, quam quis imponit pro peccato occulto. Vt autē ordinate procedamus circa hmōi pęnitentias, tam publicas, q̄ priuatas, tria conſiderari oportet circa iſtud ſacramentum. Hēt enim pnīa tres partes. ſ. contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionē.

SVMMARIVM.

1 *Contritionis diffinitio, & eius effectus.*
2 *Contritio circa peccata qualiter ſe haberi debeat.*

¶Caput ſecundus quartæ partis.

1 CONtritio eſt dolor pro peccatis † voluntariè aſſumptus cum propoſito confitenti & ſatisfaciēdi. Circa quod ſciēdum q̄ dolor eſt duplex. Vnus eſt voluntatis, quia non eſt aliud niſi peccati diſplicentia, & iſte eſt de neceſſitate & eſſentia cōtritionis, Alius eſt dolor ſenſibilis, qui apparet in lachrimis & ſuſpiriis. & iſte non eſt de eſſentia contritionis, ſed de perfectione, quia nō eſt in noſtra poteſtate eam hr̄e, qñ volumus. Poteſt autem fieri tanta contritio q̄ nō ſolum culpa, ſed ēt tota pęna dimittatur, Pōt. n. tñ incendi charitas in contrito & tantus eſſe dolor ſenſibilis, q̄ contritio inde procedens merebitur ſolutionē ab omni pęna. Sciendum tñ eſt q̄ aliqui putant ſatis indiſcretè tunc eſſe contritionem, qñ habent quandam diſplicentiam de peccatis, vel qñ habēt propoſitum dolendi de eis, & tales pauperes decipiuntur. hoc. n. non eſt contritio, ſed attritio. Sed qñ homo hēt perfectam diſplicentiam, & habet non ſolum dolendi propoſitum, ſed etiam verum cordis dolorem pro ipſis, tunc hēt contri
2 tionem, ſm Tho. in 3. diſt. 17. q. 6. art. 3. † Debet autem peccator de omni peccato mortali dolere & cōtritionem hr̄e, & de quolibet ſpecialiter. De oblitis tñ ſufficit contritio generalis cū conatu ad recordandum & ad dolendum. Et debet dolere de obliuione peccatorum, quæ ex negligentia ſua proceſſit. Non intelligę q̄ quis neceſſario debet habere dolorem ſpecialem de quolibet peccato mortali, talem videlicet dolorem qui eſt gratia informatus, ſed liquet q̄ debet hoc habere circa principium confeſſionis, cum quis recogitat peccata & dolet. Et bene faceret peccator, qui pro maiori peccato plus doleret, quia magis per hoc Deum offendit, & maiorem pęnam promeruit. Nec debet contritio ſaltem in habitu ceſſare in peccatore etiam poſt ꝓfeſſionem, ſed ſemper manere, vt dicit Tho. in 4. diſt. 17.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſionis diffinitio & eius partes. Et qui ad eam teneantur, & qualiter fieri debeat.*
2 *Confiteri laico, numquid in ceſſitate quis poſſit: Et an laicus poſſit abſoluere.*
3 *Confeſſionis conditiones.*

¶Caput tertium quartæ partis.

1 CONfeſſio autem, ſecundum Auguſt. † ſic diffinitur: eſt per quam morbus latens ſpe venię aperitur. Vel ſecundum Rayn. confeſſio eſt legitima coram Deo & ſacerdote peccatorum declaratio. Tenētur autē habentes annos diſcretionis ad eam faciendam ſemel in anno, vt patet de pœni. & remiſ. c. omnis vtriuſq;. Immo qualiſcunq; eſſet contritio, ſi quis contemneret confiteri, damnaretur. vnde falſum eſt & hæreticum dicere, Sufficit ſoli Deo confiteri. Nam dicit canon de pœnit. diſt. j. taciturnitas. Vbi eſt taciturnitas confeſſionis, non eſt ſperanda uenia criminis. Patet hoc exemplo Chriſti, qui Lazarum ſuſcitauit, ſed tamen diſcipulis tradidit abſoluendum. Ioan. 11. & 11. quæſt. tertia, tunc vera. Item decem leproſos ad ſacerdotes miſit, qui in via eundo fuerunt mundati, ut dicitur Lucæ decimoſeptimo. Per quod ſignificatur quòd peccator licet in uia eundo ad confeſſionem ratione contritionis quam habet, conſequatur veniam & remiſſionē pc̄ōrum, tñ tenetur venire & confiteri ſacerdoti. Sed dicēs, quare peccator debet ire ad confeſſionem uel ſacerdotē, ex

quo

Source : BIU Cujas

quò remiſſa ſunt ei peccata per contritionem? Reſponſio, ſecũdum Hoſt.in ſum.de pœni.& remiſ.c.j.,Tu dic ꝙ peccator dupli ci vinculo ad ſatisfaciendum aſtringitur. Vno, quo ligatur ad Deum,& illud in contritione dimittitur. Alio, quo ligatur ad ec cleſiam,& hoc per confeſſionem & ſatisfactionem dimittitur, & per abſolutionem ſacerdotis relaxatur. Ad hoc facit de ſent. excom.a nobis.c.j.de pœn.diſt.j. multiplex. & c.quem pœnitet. in fi.& diſt.5.conſideret. Licèt igitur peccatum dimittatur quo ad reatum per contritionem, manet tamen obligatio ad pœnã temporalem per ſacerdotem infligendam. Et probat Archi. de pœni.diſt.3.productio.quia ſicut omnes creaturæ oſtendunt & confitentur defectus ſuos temporales, & naturales hominibus eo modo quo poſſunt, vt dicit glo.ſuper illo verſu, Confeſſio & magnificentia opus eius,&c. ita homo debet oſtẽdere defectus ſuos voluntarios,& confiteri verbo vocali, in quo abundat. Et etiam debet confiteri homini eo ꝙ verbum diuinum humiliatum eſt pro peccatis noſtris delendis,quod verbum vnitum humanitati obligat nos vt humiliemus verbum noſtrum loquendo non ſolum homini,ſed etiam Deo:& non ſolum Deo,ſed ẽt homini,quod fit in cõfeſſione vocali. Præterea cum hodie peccemus coram Deo & homine, debemus confiteri non ſolum coram Deo,ſicut in veteri teſtamẽto fuit, ſed homini loco Dei conſtituto. Nec propter hoc ꝙ in cõtritione homini dimittitur reatus culpæ,ſuperflua eſſet confeſſio vocalis, quæ ſecũdũ Hug. Cardinalem ad hoc neceſſaria eſt ad humilitatem & iuſtitiam exercendam. Item ad hoc ꝙ Eccleſiæ ſatisfaciat, quæ lęſa eſt ex peccato. Valet etiam,ſm Io.An.propter fidem, quam peccator habet credẽs auctoritatem clauium in eccleſia. Similiter valet propter obedientiam,quam exhibet miniſtris eccleſię vel Deo. de pœn.diſt j.multiplex.& c.nõnulli. Quando ergo legis in ſcripturis ſanctis ꝙ ſola contritio ſufficit ad remiſſionem peccatorum,intelligas in neceſſitate qñ confeſſio non poteſt haberi:nã tunc non eſt præceptum,iuxta illud, Cõfitemini alterutrũ, &c. quia neceſſitas legem non habet, nam tunc voluntas pro facto reputatur. ſufficit.n tunc ſoli Deo confiteri in corde. Si tamẽ ibi eſſet aliquis laicus,bonum eſſet ſibi confiteri propter hoc,vt poſtea eccleſiam informaret quibus remediis pro anima ſua eſſet ſubueniendum. Doctor tñ ſubtilis dicit, Ex quo accuſatio in cõfeſſione non fit ad aliud,niſi vt conſequatur ſententiã, & laicus non habet auctoritatẽ ſententiandi in iſto foro,ſequitur, ꝙ nullum præceptum eſt ad accuſandum ſe coram laico. Forte autem melius eſſet hoc dimittere,ſi peccator poſſet aliqualẽ verecundiam coram ſe habere recogitando eadem, & ſic ęquè puniri etiam, licet ſimplicibus laicis ſit vtilis talis confeſſio corã laico in neceſſitate,non tamen viris diſcretis,qui ſciunt ad quid inſti-
2 tuta eſt confeſſio. † Hinc eſt quòd dicit Io.An.in c.ſi epiſcopus. de pęni.& remiſ.lib.6.in vlti.glo. quòd licet laico in neceſſitate poſſimus confiteri,tamen ipſe non poteſt abſoluere, quia non habet claues.de pœni.diſt.j.quem pęnitet.& notatur. de officio curæ paſtoralis.ubi Hugo dicit,ꝙ licet in neceſſitate audit, non tñ ad hoc ut ſit uera abſolutio,ſed quo ad ſigna pœnitentiæ declaranda.ſed Raymundus contradicit. Item Archid.25.diſt.audire dicit quoſdam dixiſſe,quòd nullus etiam in neceſſitate tenetur confiteri ruſtico uel laico presbytero abſente, maximè peccata mortalia. Et dicit,quòd illud Iacobi, Confitemini alterutrũ peccata ueſtra,tantum de uenialibus intelligitur,quæ poſſunt talibus laicis confiteri in neceſſitate. uel loquitur de confeſſione in generali, quæ fit in eccleſia.uel loquitur tantum de ſacerdotibus. Hugo uerò dicit ꝙ laico tenetur quis cõfiteri peccata ſua, cum non poteſt habere ſacerdotem. Nec uidetur uerè pęnitẽs, qui in articulo mortis peccata ſua non cõfitetur cuicunque poteſt,ſi ſacerdotem habere non poteſt,quamuis laicus nõ habeat auctoritatem abſoluendi. Dicit autem gloſ.30.q.j. omnes. quòd ſi laicus in neceſſitate audiat peccata mulieris, non poteſt cũ ea poſtea contrahere: ſi tamen contrahat, fortè tenet matrimonium. Videtur tamen hoc tantummodò ſacerdoti prohiberi, cum tantum eius officium ſit audire peccata. Tu dic ſecurè ꝙ talis poteſt cum tali muliere contrahere, quam audiuit in neceſſitate,quia per hoc ſacramentum nulla compaternitas contrahitur, vt dicitur in canone,quamuis,&c. de cognit. ſpirit.libr.6.
3 † Item ſciendum, quòd confeſſio ſexdecim conditiones habere debet,quæ habentur in his uerſibus.

Sit ſimplex, humilis confeſſio,pura, fidelis.
Atque frequens, nuda, diſcreta, libens, uerecunda.
Integra,ſecreta, lachrimabilis, accelerata.
Fortis,& accuſans,& ſit parere parata.

Quantũcunque autem nota ſint ſacerdoti peccata, adhuc tamen debent narrari in confeſſione, quia non ſufficit quòd ea cognoſcat ſacerdos ut homo,tantùm.ſ.in publico, ſed etiam ut Deus.ſ.in ſecreto cordis. de pęniten. diſt.j. imperfecto. in gloſ.j. Tẽnetur etiam peccator non ſolùm mortalia,ſed etiam uenialia confiteri,licèt non ita neceſſitate abſoluta tenetur ad cõfeſſionem uenialium ſicut mortalium. Tamen, ex quo non poſſumus uitam ęternam conſequi ſine remiſſione uenialium, tenemur ad eorum confeſſionem, ut dicit Tho.in 4.diſt.16.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſiones,quomodo audiri debeant per confeſſores.*
2 *Confeſſor,qualiter examinare debeat confitentem.*
3 *Circunſtantiæ aggrauantes peccatum mortaliter quæ ſint.*

Caput quartum quartæ partis.

1 ET quia experientia docente, † multos videmus in pratica huius ſacr̃i errare, ideo vtile videtur ponere modum & formam circa audiendas cõfeſſiones. Circa quod vidẽdum eſt de pluribus. Et primo de diſpoſitione perſonæ. Secundò, quomodo ſacerdos debeat inquirere a confitẽte. Tertio,qui ſint caſus in quibus poteſt abſoluere.

De primo itaque ſciendum quod confeſſionem audiens ſacerdos debet ſedere in loco omni ſuſpitione carente,vbi ab oĩbus videri poſſit,a nullo verò audiri. Non ſicut quidã in cameris ante lectũ proprium audiunt, vel in ſacriſtia, qui comperti ſunt multa mala cum ſpũalibus filiabus cõmiſiſſe. Nõ debet ẽt ſacerdos vel confeſſor inſpicere vultum confitentis, ne ductus terrore ſacerdotis minus audeat confiteri,vel ne quid occultet alleuiet.maximè tamen a mulieribus caueat,quia ſecundum ſapientem,Facies mulieris ſicut vẽtus vrens. Nec deber ſedere ex oppoſito,ſed ad latus. Nec ẽt debet proferre verba iocoſa,ne alter ipſorũ ad riſum prouocetur, ſicut ẽt cõpertũ eſt de aliquibus,ſed verbis blandis & benignis cõfeſſor vtaṫ, non ſicut qdã faciunt maledicentes confitenti dicentes,diabolus te mihi miſerat cum his peccatis, eos vel eas diabolo cõmendantes, vt qdã idiotæ faciunt. Nec dẽt ſacerdos mouere caput vel ſputum ſæpius ꝓijcere,ne videatur a circũſtantibus prodere peccata cõfitentis. Vbi ergo ſunt illi qui pede trudunt cõfitentes,vel quaſdã vociferationis ſuſpitioſas, vel ſuſpiria ſuſpitioſa,ex qb' ꝓdit confeſſio peccatoris? Cũ ergo incipit confiteri, attendat verba ſua confeſſor vſq; ad finẽ,nec interrũpat,niſi cũ fuerit cõfeſſor per cõfitentẽ de aliquo exquiſitus,vel niſi cõfeſſor habuerit neceſſe inquirere de alia circunſtaantia peccati. Si verò confitens corã ſacerdote p̃ timore erubeſcens obmuteſcit, tunc ſacerdos eũ dulciter alloquẽs informet, & det ſibi cor & audaciã his verbis,vt dicit Hugo. Fili chariſſime ex abundantia gr̃a diuinæ habemus magnũ donũ hoc & ſalutis remediũ, qđ per nr̃am verã confeſſionẽ poſſumus cõſeq indulgentiã peccatorũ. Non autẽ verearis ꝓ aĩa tua dicere verũ corã me,q ſum peccator,ſicut tu. Nõ aũt te audio vt homo,ſed vt Deus. Qnod ſi fortè cõfitẽs neſcit modũ cõfitendi.ꝯfeſſor dicat ei modũ, dñs: Chariſſime fili ita dẽt cõfiteri, Cõfiteor oĩpotẽti Deo & tibi pr̃i qđ ego peccator peccaui in multiplicibus peccatis. Et primo in mortalibus peccatis tranſgrediendo diuina p̃cepta,non diligẽdo Deũ, nec ꝓximũ. Et tunc videat ꝯfitens dicere peccata. & primo de mortalibus peccatũ,ſm ꝙ diſpoſuit in mente ſua. Si aũt ignorat,quę ſunt peccata mortalia, dicat ſibi, Ecce fili mi iſta ſunt peccata mortalia: Superbia,auaritia,luxuria,inuidia,& accidia. Recordare,ſi commiſiſti aliquod iſtorum. Qui cum de eis expeditus fuerit,deſcẽdat ad opera pietatis ſi ea neglexit adimplere: ſimiliter de alienis peccatis,vt ſtatim patebit.

2 Secundo videndum eſt, †qualiter ſacerdos debet quę-rere a cõfitente. Pro quo ſciendũ ꝙ ſi eſt diſcretus confitens nõ dẽt ab eo aliquid q̃ri;ſed ſi eſt rudis, tunc q̃rat ab eo ſacerdos,& primo de mortalibus peccatis in genere,nunq̃ tñ in ſpecie.v.g. ſic dicens,Ecce fili,nonne peccaſti iſtis peccatis.ſ.ſuperbia, auaritia,&c. Si ergo cõtigit te aliqñ ſuꝓbiſſe de veſtibus,de pulchritudine corporis,de ſapiẽtia,de diuitijs,hoc recogites,& hoc doleas. Item ſi aliqñ exceſſiſti modũ comedendi vel bibẽdi,vel habuiſti diuturnũ odiũ ꝯ ꝓximũ tuũ,vel appetitũ vltionis iniuſtę ꝯ ꝓximũ,vel inuidiſti ſibi bona ſpiritualia vel tꝓalia,aut etiam fuiſti accidioſus & piger in diuino officio vel ſermone, ꝙa forte non diligẽter attendebas in miſſa,ſed dormitabas,vel ſermones inutiles miſcuiſti.iſtis modis & ſimilibus confeſſor dicat in genere. Et vt melius cognoſcas modũ ĩ genere q̃rendi. ſic q̃ras, Fili chariſſime feciſti furtum? ſi dicat ſic,dicas,vbi,qñ,quo tꝑe, qua ductus neceſſitate,a quo,quoties.nõ aũt q̃rat, feciſti homini tali,in tali loco? hoc.n.eſſet ſuſpectũ negotiũ. Siſr de luxuria quærat,vtrũ fuit aliqñ pollutus ĩ corpore ſi dicat ſic,q̃ras,an nocte vel die. Si dicat in nocte vel in ſomno,nõ q̃ras vltra. Si dicat non in ſomno,q̃ras per quẽ modũ,cũ quo, uel qũo,& expectes eius rñſionẽ,nec determines aliqd, ſicut qdã indiſcreti faciunt dicendo,Feciſti cũ boue,uel cum pecore,uel equo? deſcendẽdo ad Sodomitica peccata,de qbus fortè cõfitẽs ignorat. Et in hoc grauiſſimè peccat confeſſor. Nec dicat, ſecundum Guil. Audio quòd tu habitas cum tali muliere. Hoc eſt enim ſe ponere teſtem uel iudicem, quod non debet fieri in confeſſione, ſed ea peracta debet iudicare, &c. Veruntamẽſi ſacerdos fortè probauit quod ille fortè oblitus eſt aliquod peccatum, quod confeſſori conſtat eum commiſſiſſe,poteſt ſibi in memoriam reducere,dicens; Accidit ne tibi aliquando inebriari in iſto anno?

Source : BIU Cujas

Et ſi dixerit ſic,quærat primò de perſona,cum qua peccauit, an ne ſibi attinebat,& in quo gradu conſanguinitatis & affini. nec eſt hoc prodere aliam perſonam,vel alium accuſare,ſed ſe liberare, & mundare veraciter, cum alio modo expedire nō poteſt ſine expreſſione illius circunſtantiæ. Multum tamē cautè circa hoc peccatum luxuriæ eſt procedendum,ne quid curiosè inquiratur de ipſo confitente. Vnde conſulo vt confeſſor circa hoc dicat ſibi,Fili mi chariſſime,ego quidem verecūdor & erubeſco de talibus materiis impudicis inquirere, nec putes q̄ ista ex curioſitate faciam,cum de eis fuiſſem libentius ſupportatus: oportet tamē q̄ de neceſſitate procedam more & officio medici debentis curare occultum morbum infirmi. Item aduertat cōfeſſor & diligenter conſideret perſonæ confitentis qualitatem,cuius ſtatus & conditionis exiſtat.Nam ſi eſt Princeps,Baro,miles, nobilis.vel quicunque Dominus temporalis,quærat ab eo vtrū oppreſſit pauperes ſubditos,& aggrauauit eos laboribus, vel iuſtitiam facere neglexit,vel aliquas impoſitiones iniuſtas impoſuit.Si verò eſt prælatus ſpiritualis, non eſt opus quærere de negligentia animarum ſubditorum, quia præſumitur ſi hoc faceret ſolus diceret,eo q̄ habet ſufficientem cognitionem,& ſciētiam quantum ad hoc.Si autem non confitetur de officio ī quo eſt,dicat & hortetur eum proprio motu dicens, Pater venerabilis & filii in hac parte velitis attendere dignitatem officij veſtri in quo eſtis,& in remedium peccatorum veſtrorū vobis iniungo,& habeatis diligentiam de animabus vobis commiſſis.Si aūt eſt mechanicus,querat ab eo vtrum in ſuo opere debitū ęquitatis modum ſeruet, aut ſi eſt mercator, an aliquem defraudet in pondere vel menſura,an rem viliorē carius vendidit,vel ad vſuras pecunias mutuauit,vel ad præſtitam carius vēdidit, vel cām rei venditæ non dixit emptori,ſicut circa equum defectum aliquem vel ipſam rem ſic vitiatam non remiſſiori precio vendidit. Aut diebus feſtiuis & dominicis res ſuas venales expoſuit. Iurauit tantum valere, cum tantum non valuiſſet, vel iurauit ſolus emiſſe pro tanto. Si eſt tabernator quærat ab eo, vtrum aliquando braſium miſcuit diuerſis granis, ſicut apponendo aliquot choros tritici, aliquot ſiliginis, aliqūot hordei, & vendens nihilominus ceruiſiam pro totali triticea, vel ſi diebus feſtiuis circa eam laborauit, cū hoc ante vel poſt bene poſſet expediri,vel menſuram minorem dedit in domo q̄ extra domum bibentibus commiſerat.Sic etiam quærat de vino, & aliis liquoribus.Item a iudicibus quærat,& cōſulibus vtrum aliqñ ex gratia,odio,timore,amore,vel priuato motu iuſtitiam peruerterunt,vel ſententiam tulerunt,ex qua quis damnificatus eſt in rebus vel in corpore.Vel ſi ad pœnam fuerunt nimis proni cōtra ſimplices ſententiando pœnam ſtatim pro vno leui verbo ī iudicio.Itē a patribusfamilias quærat, qui habent ſeruos vel filios, vtrum angariauerunt familiam diebus feſtiuis, vel eorum detinent mercedem aut eorū mala diſſimulauerunt.Similiter quęras a ſeruis,an fideliter ſeruierunt,& non ſubtaxerunt bona dominorum ſuorū. Item ſi eſt virgo,quærat ab ea de cuſtodia virginitatis,de pudicitia verborum, & honeſtate conuerſationis, quomodo & cum quibus ſolet cōuerſari.Si eſt vidua, quærat de deuotione ipſius & operibus pietatis,an libenter ſeruiuit pauperibus,vel eos viſitauit,vel temporalia pro ſuo poſſe impendit & exhibet, & an diſſolutè viuit ſeu delicatè. Et iſti ſunt morbi viduarum,ſecundum Apoſtolum.Item ſi eſt cōiugata, quærat ab ea an ſeruet cum viro caſtitatem diebus feſtiuis,ieiunij,& aliarū vigiliarum,& tempore impregnationis vel etiam partus.Similiter an a marito exigat debitum diebus feſtiuis,aut tempore mēſtrui vel impręgnationis vel tempore partus, an etiam aliter q̄ modus naturæ eſt,vir eam cognouit. Et ſecūdum hoc procedat cum qualibet.Circa tamen vitium luxuriæ cautius quàm circa quodlibet aliud ſe regat,q̄ circunſtantias neceſſarias non inutiles & curioſas inquirat.De quibus ſciendum eſt hic, ſecundum Tho.circunſtantiarum quędā ſunt trahentes in aliud genus peccati,vt coire cum coniugata,&c.& has homo tenetur confiteri. Quædam verò aggrauantes ſunt in eadem ſpecie,& earum quædam ſunt non aggrauanter mortaliter,ſicut ſcientia & hmōi,& 3 has non tenetur cōfiteri,quia ſunt quaſi venalia. † Quædā verò ſunt aggrauantes mortaliter,& has oportet confiteri, vt furari in ſacro loco,fornicari in feſto. Vnde verſus.

Aggrauat ordo,locus, peccata, ſcientia, tempus,
Lucta paſilla,metus culpę genus, & ſtatus altus,
Conditio, numerus, ętas, & ſcandala, ſexus.

Item quærat ſacerdos a confitente de alienis peccatis, quæ ſunt nouem.Verſus,

Iuſſio, conſilium,conſenſus palpo, recurſus.
Participans, mutus, non obſtans,non manifeſtans.

Iuſſio.i.ſi præcipit facere malum, licèt ſolus non intereſt, vel cōſuluit alteri,ſine cuius ꝓſilio nō feciſſet tale factū vel ꝓſenſit facientibus malū,vel ipſis adulatus eſt laudādo eorum factum, vel quia malefactores habuerūt ad eum recurſum, vel ipſis participauit in maleficio vel tacuit nō increpando eos vel nō deferendo ſuperiori,vel non reſiſtebat cum poſſet, vel tenetur ex officio,vel non manifeſtauit cum debuit manifeſtare.

SVMMARIVM.

1 *Caſus tredecim reſeruati ſummo Pontifici in Confeſſionibus.*

¶Caput quintum quartæ partis.

1 POnendi ſunt etiam hic caſus ad ſolum Papam pertinentes. † Primus eſt de eo,qui verberat clericum ordinatū, ſi eſt læſio enormis cum effuſione ſanguinis atroci. 17. q.4.& quis ſuadente diabolo. Secundus de eo, qui incendit vel frangit eccleſiam,& talis antequam denunciatur, poteſt abſolui ab epiſcopo, ſed poſt denūciationem per ſolum Papā. de ſen.excom.c.cōqueſti.Et idem de quolibet incendiario,poſt quàm publicè excommunicatus eſt.de ſenten.excommu.c.tua. Tertius, quando Papa ſolus aliquem nominat vel nominatim excommunicat,tunc ſolus Papa abſoluit eum. de ſent. excom. c.ſignificaſti.Quartus,falſarius literarū Papæ,vel eis vtens ſcienter,vt patet de falſariis.c.dura.Quintus, qui inſequitur Cardi. de pœni.c.felicis.lib.6.Sextus,qui grauat iudicem ſpiritualem in p ſona,vel bonis, vel dat licentiam grauandi propter hoc q̄ ſententiam excommunic.tulit, de ſen.excom.quicunque libro 6. Septimus,ſi quis corpus defuncti ſcinderet vel coqueret pro oſſibus transferendis.De hoc habetur in quadam extrauagāti Bonifacii Papæ VIII. quæ incipit,deteſtāre.Octauus, ſi quis inquiſitor hæreticorum odio vel gratia, amore vel lucro contra iuſtitiam vel conſcientiam omiſit contra quempiam procedere, vt de hæretic.multorum,in fi.in cle.Nonus,ſi religioſus abſq; licentia ſui propii ſacerdotis ſolemnizaret matrimonium, aut miniſtraret euchariſtiæ & vnctionis ſacramenta.c.religioſi.de priuil. in clem.Similiter etiam excommunicati ſunt religioſi,q excōmunicatos a canone abſoluunt in caſibus non conceſſis vel ϗ ſtatuta prouincialia vel ſynodalia,vel a pœna & a culpa. Decimus,ſi quis inſequitur epiſcopum.de pœn.ſi quis,lib.6.Vndecimus,ſi qui religioſi inducunt alquem ad vouendum,iurandum, vel promittendum apud eos eligere ſepulturam,uel vt iam electam vlterius non immutet.de pęn.cupientes. in clemen. Duodecimus,de his qui ſacerdotem cogunt celebrare in loco interdicto,vel ad audiendum excommunicatos vocant vel interdictos,vel prohibent ne moniti exant.de ſenten.excom.grauis,in clem.Decimustertius,qui Sarracenis arma ad expugnādū Chriſtianos deferunt,vel conſi.vel auxilium dant in diſpendium terræ ſanctæ.extra de Iudæis.ita quorundam.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi, quos caſus in Confeſſionibus habeant ſibi reſeruatos.*

¶Caput ſextum quartæ partis.

1 CAſus verò epiſcopi,qui † notantur per Io.Ang.in 3 glo ſi epiſcopus.de pœ.& re.lib.6.ſunt iſti.Primus,abſoluere excommunicatos maiori excōmunicatione,vt de ſent. excom.nuper.Secundus, imponere penitētias blaſphemantibus nomen Dei & Sanctorum eius. de clericis maledicis. c.2.Tertius,abſoluere ſacrilegos.de ſacrileg.c.2. Quartus,cōmutatio quorumlibet votorum.de voto & voti redemp.c.j.Excipitur tamen votum terræ ſanctæ. Quintus depoſitio malè ablatorum incertorum vel ēt certorum,qñ nō exiſtunt illi, quibus facienda eſt reſtitutio.de iudæis.cum ſit.Sextus, pœnitentiam imponere illis,qui matrimonium clandeſtinè contraxerunt, vel ϗ interdictum eccleſiæ,vt de matrimonio ϗ interdictum eccleſiæ contracto.in clem.c.j.& vlt.Solent etiam reſeruari epiſcopis pœnitentiæ omnium publicanorum, & oppreſſorum puerorū ex propoſito vel caſu.Item homicidium vel falſum teſtimoniū falſarij inſtrumentorum.Item periurus,inceſtus,corruptor monialium,vel coeūtes cum brutis,& his ſimiles. Et breuiter intelligas q̄ quatuor ſunt caſus de iure epiſcopales, prout determinat Benedictus 9.Primus eſt occiſor clerici, pp q̄d incurrit irregularitatem,vnde epiſcopus poteſt abſoluere clericum ab homicidio,ſed non ab irregularitate. vel poteſt abſoluere clericū a peccato,quia celebrauit in eccleſia interdicta, ſed non poteſt abſoluere ab irregularitate inde contracta.Secundus, de incendiariis,quod tamen intellige antequam ſunt publicati.Tertius, vbi eſt indicenda ſolennis pœnitentia. Quartus, ubi quis incurrit maiorem excommunicationem. Inde autem Papa declarat quinque caſus eſſe epiſcopales de conſuetudine approbatos. Primus eſt, homicidæ voluntarii. Secundus,falſarii. Tertius violatoris eccleſiaſticæ libertatis. Quartus, violatoris eccleſiaſticæ immunitatis.Quintus, ſortilegi & diuinatoris, vt vigeſimaſexta quæſt.prima,cap.primo. Et incipit ſua bulla, in qua dicta declarantur,Inter cunctas,& renouata eſt iterum per concil. Vienēſ. in clem. dudum. de ſepulturis. Vltra autem hos caſus poſſunt epiſcopi reſeruare ſibi alios, prout videbitur eis expedire. Sed vt omnis tollatur ambiguitas, ponam caſus tam de iure quàm de conſuetudine ad epiſcopum pertinentes, ut ſunt iſti, homicidium, ſacrilegium, inceſtus, filiorum oppreſſio, coitus cum moniali. Item mulier coiens cum religioſo vel ſacerdote. Item vlnerans patrem vel matrem. Item deflorans virginem uel oppreſſam.Item baptizatus ꝓpriam filiam ſine neceſſitate, uel tenens eam ad confirmationem. Item fractor uoti ſimpli-

cis,

cis. Item contrahens votum ſimplex caſtitatis. Item intrans religionem inuita vxore poſt copulam carnis. Item hæreticam prauitatem tenens quo ad peccatum tm̃. Similiter ſimoniacus, quo ad peccatū tm̃, quia irregularitas huiuſmodi pertinet ad Papā. Item celebrans coram excōicatis ſolenniter in Eccleſia quo ad peccatum tm̃, ſed quo ad irregularitatem pertinet ad Papam. Itē promotus per ſaltum ad ſacros ordines. Item ordinatus ab alieno epiſcopo ſine licentia proprii. Item luxurians in Eccleſia cōſecrata. Item coiens cum Iudæa vel pagana. Itē concipiens à nō viro ſuo, quem vir credendo filium ſuum conſtituit eum in hęredem in præiudicium aliorum Item procurans abortū vel ſterilitatem in ſe vel in alio. Item contrahens ſponſalia præter matrimonium cum aliquo marito interpoſito contractum. Item ſcienter celebrās in Eccleſia interdicta quò ad abſolutionē peccati, ſed quò ad irregularitatem quò ad Papam. Item ſortilegus, incator, necromanticus, experimentator. Item ſcienter excōicatos & manifeſtos interdictos vel etiam vſurarios ſepeliēs. Item clandeſtinè matrimonium contrahens. Item blaſphemus Dei, & Sanctorum. Item incendiarius. Item periurus, Sodomita, adulter. Item fornicans cum filia quam baptizauit, vel ad confirmationem tenuit, vel audiuit confeſſionem eius. Item celebrans in altari non conſecrato. Item celebrans ſine ſacris indumentis, vel omittens aliquod indumentorum, vt ſtolam vel manipolū. Item celebrans non ieiunus. Horum autem pœnitentiæ ponuntur taxatæ inferius particulatim. Alii verò caſus, præter iſtos, ſunt de auctoritate plebanorum.

SVMMARIVM.

1 *Satisfactio, quæ eſt tertia pars pœnitentiæ, quid ſit.*
2 *Pœnitentiam implens in peccato mortali, nunquid ſatisfaciat.*
3 *Opera ſatisfactoria ſunt tria.*

Caput ſeptimum quartæ partis.

1 IST autem ſatisfactio, ſecundum † bea. Tho. ſuper 4. diſt. 15. q. 1. ar. 3. iniuriæ illatæ recompenſatio, ſm iuſtitiæ æqualitatem vel quantitatem. Et intellige æqualitate proportionis, & non quantitatis. Similiter Anſer. in lib. Cur Deus homo, diffinit ſatisfactionem dicens: Satisfactio eſt Deo debitum, prout eſt honorem impendere. ſ. ratione culpæ commiſſæ. Et iſtæ diffinitiones ſunt ſatisfactionis, prout eſt medicina præteritorum peccatorū, & præſeruatio futurorum: ſed prout eſt præſeruatio à culpa diffinitur ſic, ſm Aug. Satisfactio eſt cauſas abſcindere peccatorum, & eorum ſuggeſtionibus aditū non indulgere. Circa quod ſciēdum, ꝙ licet ſm Bonauen. vbi ſupra ſine charitate non poſſit ſe homo præparare ad habendam charitatem & faciendam ſatisfactionē, ex quo impoſſibile eſt ſine ea Deo placere, & opera eius acceptari à Deo, ideo nec ſatisfactio ſine tali gratia eſt poſſibilis. Item conſulendum eſt pœnitentibus, ꝙ eorum pœnitentiam ipſis iniunctam ſine mortali peccato compleant, quia aliàs Deus ab eis exigit pœnam. Nā ſatisfactio facta in peccato mortali, etſi ſoluit pœnam debitam, non tm̃ meretur gratiam, vt dicit Doctor
2 ſubtilis, vbi ſupra. q. j. 2. principali, art. 4. † Sed ſi quęras, vtrum homo peragens pœnitentiam in peccato mortali, iterum facta cōfeſſione de illo peccato mortali debet peragere de nouo vel denuò iſtam pœnitentiam iam peractam, vel an reuiuiſcat & valere incipiat illa pœnitentia ſic peracta in peccato mortali, ex quo iam poſt confeſſionem ſecundam erit in charitate, & gratia? In hoc ſunt Doctores diuerſi: nam ſ. Tho. prima facie dicit, ꝙ nō viuificantur nec valent ad ſatisfactionem illorum peccatorum, ꝓ quibus aguntur, nec etiam ad meritum vitæ æternæ. Dicit tm̃, qđ ſatisfactiones illæ, quæ relinquūt poſt ſe effectum poſtquā actus tranſit, non oportet ꝙ reiterentur, vt ieiunium dimittit poſt ſe debilitatem corporis Eleemoſina relinquit poſt ſe diminutionem ſubſtantiæ. Illæ verò quæ non relinquunt poſt ſe effectum oportet ꝙ reiterentur, vt eſt oratio. Ex his patet, ꝙ qui ieiunant pro peccatis exiſtentes in mortali peccato, non debent vltra ieiunare, vel eleemoſinam dare: ſi qui orant in peccato exiſtētes, tenentur repetere horas, & ſupplere eas. & iſtam opinio. approbant Doctores. Doctor tm̃ ſubtilis fauorizat peccatoribus, dicēs ꝙ qui verè pœnitet recipit ſatisfactionem condignam ab Eccleſia impoſitam claue non errante, quantuncunq; peccet poſtea & recidiuet, nūquam tenebitur niſi ad illam vnicam ſatisfactionem adimplēdam. Et ſi eam impleat in charitate, melius eſt, ꝙa non tm̃ ſoluit pœnam, ſed etiam meretur gratiam: ſed ſi impleat pœnitentiam volūtariè extra charitatem ſoluit quidem pœnam, ſed non meretur gratiam, quia non eſt ſatisfactio reconcilians neq; placans. vnde ſoluit ꝙ ſi homo magnam partem ſatisfactionis ad impleuit in mortali peccato, & poſtea iterum pœniteat de peccato nouo, non eſt iteratò imponenda pœnitentia pro peccato primo, de quo ſatisfecit, licèt extra charitatē, ſed tm̃ de nouo peccatis, quæ fuerunt cauſa ꝙ iſta ſatisfactio fuit mortua. Et hanc determinationem ſequitur Io. Pariſienſis ibidem, q. 5. dicens & dans huius dicti rationem ſatis pulchram: quia ex quo extra charitatem ſufficit ſatisfactio inuoluntaria ad pœnitentiā peccati, multomagis ſatisfactio voluntaria debet ſufficere, exēplificat ipſe, Si alicui offendenti Regem offensè regis correſpōdeat præciſe ſm legem manus abſciſſio, ſi iſti inuito abſcinderet manus ſatis patitur, & intantum ſufficit Regi, ꝙ ſecundum iuſtitiam non debet vlteriorem pœnam exigere, & tunc non recipit eum in gratiam vel amicitiam. Multo autem magis ſufficeret ꝓ punitione culpæ, ſi aliquis ſibi debitam pœnam infligeret, licet non eſſet in gratia vel amicitia illius iudicis offenſi. Ex quo ſequitur ꝙ ſi talis propter nouum peccatum damnaretur anteq̃ compleuiſſet totam pœnitentiam ſibi impoſitam, puniretur in inferno temporaliter pœna ſibi correſpondente, quę nō fuit hic ſoluta, & poſt tempus aliquod non puniretur amplius tali pœna, ſicut dicimus de veniali, quia moriens veniali ſimul cum mortali, non puniretur æternaliter pro veniali, ſed temporaliter, ꝓ mortali verò æternaliter. Hæc Doctor ſubtilis.

3 Sunt autem tria opera † ſatisfactoria. ſ. eleemoſyna, ieiuniū, & oratio. Per ieiunium intelliguntur omnia carnem affligētia, vt ſunt macerationes, afflictiones, flagellationes, & peregrinationes. Per eleemoſynam omnia opera miſericordiæ corporalia. Per oratiouem omnia opera ſpiritualia miſericordiæ. Per ieiunium homo reuocatur concupiſcentia carnis, per eleemoſynā à concupiſcentia oculorum, & per orationem à ſuperbia vitæ, per ieiunium ordinatur homo ad ſeipſum, per eleemonam ad proximum, & per orationem ad Deum. Per ieiunium fit ſatisfactio de bonis corporalibus, per eleemoſynam de bonis temporalibus, & per orationem de ſpiritualibus. Licèt aūt ſingula iſtorum cū ſingulis peccatis approprientur ꝓp conuenientiam, tm̃ quodlibet illorū pro quolibet peccato ſatisfacere pōt, ſm Tho. Dicit enim Doctor ſubtilis, q. j. ſecundo principali, art. 30. ꝙ talis correſpondentia nec eſt de cōgruo, nec de neceſſitate in ſingulis caſibus, ſicut patet in pauperibus. Nec pauperi eſt congruum, nec neceſſarium iniungere aliquod iſtorum ſi eſt inſufficiēs ad ea, vt ſi eſt pauper qui nutritur labore, & qua die non laborat, caret victu, & ſi ieiunaret, impotens redderetur ad laborem, nec orationi vacare poteſt labore laſſatus, vel à fortiori nec eleemoſynis iſtis iniungendum eſt vt iſtum laborem ſubeat in remiſſionem peccatorum, intendens illum ad hunc finem referre, ſaltē quouſq; occurrat ſibi opportunitas aliquam aliam ſatisfactionē ſoluēdi. Ex hoc dicto habes, ꝙ homo peccator libenter ſuſtinēs defectus temporales, & labores, à Deo in eum permiſſos vel tribulationes ſatisfacit per illa pro peccatis, ex quo eis cōſentit, & aliter ſatisfacere, vel pœnitere nō poteſt. Ita dicit Tho. vbi ſupra diſt. 15. q. 4. art. 2. Et hoc etiam ſæpius eſſet prędicandum pauperibus, & defectuoſis, ne deficerent & deſperarent de peccatis, videntes ſe impotentes ad peragēdum pœnitentiam eius iniūctā. Similiter diues, q lapſus eſt peccato carnis, ſi adeo delicatus eſt, ꝙ non velit ieiunare, nec macerationem carnis ſubire, vel præſumptio eſt, ꝙ ſi ſibi imponeretur, abiiceret eam, & ita iam nouo peccato peccaret, inducendus eſt ad orationem, vel eleemoſynam & imponendum eſt ei quod libēter accipit, & quod creditur perſeuerātius adimplere: immo ſi nullam vellet accipere pœnitentiam, & haberet diſplicentiam de peccato, & firmum ꝓpoſitum non peccandi, vel abſtinendi, non eſt remittendus vacuus, ſed abſoluendus, ne cadat in deſperationem. ſed intimāda eſt ei pœnitentia, quæ eſt peccatis illis imponenda, & quod eā in ſe, vel in æquiualente ſtudeat adimplere, alioquin ſoluet ad plenum in purgatorio. Hæc ſnīa ſatis conſonat dicto Chriſti Matt. 12. & Eſa. 42. vbi dicit, Arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet. Arundo quaſſata eſt peccator quaſſatus tentationibus, & peccatis, & linum fumigans eſt linum nimis humidum, tm̃ habens aliquid de igne charitatis hoc extinguitur per duritiam ſacerdotis: ſed cum ad aliquod minus difficile obligatur, tunc nō extinguitur. Sed dicatur ſibi ꝙ oportet eum hic uel alibi pœnam perſoluere, & quod faciat tantā pœnitentiā, quantā hic debet pro peccatis reddere, aliàs acrior alibi ab eo exigetur. Hæc Scotus. dicit Pet. de Tha. diſt. 15. & Tho. ibidem, q. 3. ꝙ alter pro altero pōt ſatisfacere ſi eſt in charitate, qñ ille cui iniuncta eſt pœnitentia, eā explere cōmodè non pōt, & hoc quantū ad abſolutionem debiti: ſed quantū ad exciſionem cauſarum peccatorū præcedentiū, & inquātū pœnitentia eſt medicina pro peccatis, vnū non poteſt ſatisfacere pro altero. Dicit tm̃ Tho. ꝙ nullus debet promittere ſatisfacere per alium niſi appareat defectus corporalis vel ſpiritualis, per quem non ſit prōptus ad portandum onus pœnitentiæ. Dicendum eſt ego his, qui ſatisfactionem pro ſe aliis imponunt, ꝙ ſi ambo negligētes fuerint, ambo punientur, vnus pro peccato proprio, alter omiſſa ſatisfactione ad quam ſe obligauit.

SVMMARIVM.

1 *Canones pœnitentiales maximè circa publica delicta, qui & quot ſint.*
2 *Epiſcopus nunquid poſſit diſpenſare circa pœnitentiam à canone iniunctam pro publicis delictis.*
3 *Confitens, qui recepit minorem pœnitentiam quàm debeat, an ſit ſecurus quò ad purgatorium.*

Caput

Source : BIU Cujas

Caput octauum quartæ partis.

I



ESTAT nunc de pęnitentiis iniugēdis, ſm canones taxatis. † Circa quod principaliter eſt videndum ꝙ licet pęnitentiæ ſint arbitrariæ, vt dicetur infra, tñ in publicis peccatis ſeruandæ ſunt taxatæ per canones, licèt debeat haberi reſpectus ad circūſtantias criminis, & ad qualitatem, & quātitatem perſonę, dignitatem, officiū, paupertatem, debilitatem, &c. Vt tamen non ignoremus pęnitētias taxatas cum tempus incurrerit imponendas, notandæ ſunt aliquæ regulæ, quæ canones pęnitentiales ab aliis appellantur.

Primus canon, ꝙ pro quolibet mortali peccato pęnitentiam ſeptem annorum eſt iniungēdam, vt 33.q.2.hoc ipſum, & c.ſeq. & 22.q.j.c.prædicandum.in glo.& 82.diſt.presbyter. Et ratio eſt, quia ſicut per peccatum mortale ſeptiformem gratiam Spiritusſancti amiſimus, ſic etiam eas per ſeptem annos requiramus. Hoc tamen verum eſt pro publico & graui peccato, penſatis circunſtantiis.

Secundus, ſi presbyter fuerit publicus fornicator, decem annis pęniteat incluſus ſacco indutus, tribus menſibus continuis à veſpera ad veſperam pane & aqua vtatur, exceptis diebus dñicis & feſtiuis, quibus annis expletis poteſt eum epiſcopus ad priſtinum reuocare ſtatum, de quo multum hebetur. 82.diſt.c.presbyter. ꝙ non ſcripſi pp tędium epiſcoporum, qui in hoc ſunt remiſſi, & potius ad pęnam proni.

Tertius, ſacerdos cognoſcens filiam ſpiritualem, ſcilicet quā baptizauit, vel cuius confeſſionem audiuit, duodecim annis pęniteat, epiſcopus verò 15.annis pęniteat. Mulier verò ſi eſt ſoluta, tradenda eſt religioni, rebus ſuis pauperibus erogatis. 30.q.j.ſi quis ſacerdos. Et ſic patet, vt dicit gl. in c.prædicto, ꝙ magis peccat ſacerdos cognoſcens filiam ſpiritualem, quàm alterius vxorem, quia propter hoc imponitur pęnitentia 12.annorum.

Quartus, ſi quis contra naturam peccat, ſi clericus eſt, deponitur, vel ad religionem recluditur: ſi laicus excommunicatur, do nec pęniteat. Pęnitentia autem ſua eſt 7.anno. Et idē eſt pro incęſtu. 33.q.2.hoc ipſum & in capitulo ſequenti.

Quintus, ſacerdos qui intereſt clandeſtinus nuptiis ſiue bannis tribus ann. ſuſpenditur, de clandeſtina deſponſatione. c.j. & c.cum inhibitio.

Sextus, ſi quis votum ſimplex violauerit. ſ. quia promiſit in ſecreto vxorem non ducere, vel coram aliquibus ſociis, & poſtea duxit, tribus annis pęniteat. 27.diſt.ſi vir.

Septimus, ſi quis excommunicatus celebrat, tribus ann. feria 2.4.& 6.à potu, aliàs à vino & à carnibus debet abſtinere. 11. quæſt.3.de illis.

Octauus, qui alium iniuſtè accuſat ad mortem, ſeptē an pęniteat, ſi vitam perdiderit: ſi verò membrum, per tres annos pęniteat, vt de accuſat c.accuſaſti.

Nonus, qui filiam ſuam ſpiritualem vel commatrem cognoſcit, per ſeptem annos pęniteat. 30.q.3.non oportet.

Decimus, ſi quis deſpōſatam alii duxerit, eam dimittat, & quadraginta diebus in pane & aqua ieiunet, & pęniteat per ſeptem ſequentes annos. de ſpon. duorum. accepiſti.

Vndecimus, qui cognoſcit duas cōmatres vel ſorores, ſeptē annis pęniteat. 3.q.4.ſi pater.

Duodecimus, homicida voluntarius ſine ſpe reſtitutionis deponatur, & 7.ann. pęniteat. 50.diſt.minor. Si eſt clauſulis, p quinque annos pœniteat. 50.diſt.c.ſi qua. & c.ſi quis. & c. eos. Et hæc omnia intelligas, ſi potuit euadere homicidium, & non euaſit. Nam qui ſe & ſuas res liberando, fures qui capi nō poterant, occiderit, pœnitentiam agere non tenetur, niſi voluerit. Si tamen hoc fecit in neceſſitate euitabili, duos annos pœniteat. 50. diſt. de his. licet ſi eſſet ineuitabilis, in nullo ei imputaretur. 50. diſt. quia te. quod tñ eſt verum quò ad peccatum, ſed quò ad cautelā & innocentiam ſuam Eccleſiæ oſtendendam, bonum eſt pęnitere. de homic.c.2.§.ſi. 33.q.2. in lectum. 33, q. 3. excōicatorum. Si quis tamen in ſtultitia vel infirmitate vel furioſitate occidit, nō imputatur ei. 3.q.9.indicas. 15.q.j.aliquos. & c.illa. & ca. ſi quis. Si autem cauſa diſciplinæ, ſicut magiſter ſcholarium incautè occidit, imputatur ei, & deponitur ſi eſt ſacerdos. de homici. presbyterorum. & 15.q.5.ſi quis non iratus. Sed & ſi quis ligatum latronem interficit, deponitur. de homicid. ſuſcepimus.

Decimustertius, matrem occidens decem annis pęniteat, ſm formam ſatis aſperam, quę ponitur 23.q.2.latorem. vbi dr ꝙ primo anno Eccleſiam nō intret, ſed ante fores Eccleſiæ oret. Poſt annum verò intret Eccleſiā, ſtans inter audiętes, & non cōicet niſi completo termino oblationes eius non voluntariæ accipiātur, niſi poſt ſeptē annos. Et per hos decem annos nō comedant carnes, nec potum (aliàs vinum) bibat, exceptis diebus Dominicis & feſtiuis à feſto Paſchę ad feſtum Pentecoſtes. Et non vadat alicubi, niſi pedeſter. Feria. 2.4. & 6. ieiunet, ſed tamen non ſeparetur ab vxore propter periculum adulterii.

Decimusquartus, vxoricida omnibus diebus quibus pęnitet non debet vti carnibus, nec potu, alias vino, niſi in Paſcha & Natali Domini, in pane & aqua, & ſale, vigiliis, orationibus, & eleemoſynis pęnitentiam agat, arma non ſumat, vxorē non ducat, balneo non vtatur, conuiuium lætantium non intret, in Eccleſia poſt oſtium ſtet, non communicet in vita, ſed in morte tantum, vt patet 33.q.2.admonere. & intellige ꝙ maior pęnitentia eſt vxoricidæ, quàm matricidæ, non quia maius eſt peccatū vxorem occidere, quàm matrem, ſed quia proniores ſunt homines ad occidendū vxores, quàm matres: & ideo vt retrahantur, grauior eis pęna iniungitur, arg. 24.q.j.non afferamus.

Decimusquintus, iugulans voluntariè puerum ſuum, dicit Ray ꝙ talis debet in monaſterium induci, ſi nō habet alios pueros & vxorem, grauior ei debet imponi pęnitentia. ſ. ſeptem annorum. cum autem ex negligentia iugulant eum parentes, ita ꝙ ponunt eum in lectum ſuum ſanum, & poſtea inueniunt eū mortuum, tribus annis pęniteant, quorum vnus annus eſt in pane & aqua omnibus Feriis quartis, ſextis, & ſabbatis, & alii duo ieiunando feriam quartam & ſabbatum, ſed ſextam in pane & aqua. de his qui occidunt filios. c.j.& 2.

Decimusſextus, periurus quadraginta diebus ieiunādo in pane & aqua, per ſeptem annos pęniteat. 6.q.j.quicunque.

Decimusſeptimus falſam menſuram habens 30. diebus pęniteat in pane & aqua. de emptio.& venditio. vt menſuræ.

Decimusoctauus, qui deuotam vel monialem cognouit, decem annis pęniteat, & ipſa ſimiliter. 27.q.j.c.de filia. & c.deuotā.

Decimusnonus presbyter cantans miſſam, & non communicans, anno vno pęnitere debet, & interim à celebratione miſſæ ceſſabit. de conſe.diſt.2.relatum.

Vigeſimus, ſacerdos qui laicum mortuum cum palla altaris inuoluit, decem annis, & quinque menſibus pœniteat: diaconus verò triennio & dimidio, ſiue ſex menſibus pœniteat. de conſecr.diſt.j.nemo.

Vigeſimusprimus, ſacrilegus violans Eccleſiam, ſeptem annis pęniteat. 12.q.2.de viro. Et primo anno ante cimiterium, ſqđ violauit, conſiſtat. 2. anno ante fores Eccleſiæ. 3. anno in Eccleſia. Et per hos tres annos carnes non comedat, & potum (alias vinum) non bibat niſi in Paſcha & in Natali Domini, nec communionem accipiat, in 4. anno communicabit, & tunc quinto & ſexto vſq; ad ſeptimum annum feria ſecunda, quarta, & ſexta carnibus & à potu abſtineat.

Vigeſimusſecundus, parentes frangentes ſponſalia filiorum, per triennium ſeparentur à communione, & filii ſimiliter. ſi in culpa ſunt. 31.q.3.ſi quis parentes.

Vigeſimustertius, qui ducit illam ad matrimonium, quam prius polluit per adulterium, quinque annis pœniteat. 31. quæſtio.j. ſi qua vidua.

Vigeſimusquartus, blaſphemans debet per ſeptem hebdomadas agere pęnitentiam ſecundum formam, quæ traditur de maledic.c.ſtatuimus.

Vigeſimusquintus, ſacerdos denudās confeſſionem alicuius verbo vel facto vel ſigno, &c. de quo infra dicetur, & habetur de pęniten.diſt.6.ſacerdos.

Vigeſimusſextus, periurus ſi liber eſt, 40. diebus per 7. annos in pane & aqua pęniteat: ſi ſeruus, tribus ann. 22.q.5.q cōpulſus.

Vigeſimuſeptimus, qui periurat in manu epiſcopi, per tres annos pęniteat: qui verò in manu conſecrata, vno anno pœniteat: qui verò coactè neſciens eſſe tam graue peccatū, tribus quadrageſimis pęniteat, hoc eſt tribus annis quolibet anno 40. dies. 22.q.5.qui compulſus. Sed qui ſcienter iurat, vel alium iurare permittit, 40. dies pœniteat in pane, & aqua, & ſeptem ſequentes annos, & ſimiliter conſcii ſui. 22.q.5.ſi quis peierauerit & c. ſi quis conuictus.

Vigeſimusoctauus, diſcrepans à conſuetudine metropolitanæ Eccleſię in horis canonicis, ſeptem menſibus communione priuetur, ſi ex contemptu hoc faciat. diſt.12.de his.

Vigeſimusnonus, ſortilegus 40. diebus pœniteat. de ſortileg. c.1.& cap.ex tuarum. qui autem aſpicit aſtrolabium, vno pœniteat ann. ibidem.

Trigeſimus, interfector presbyteri duodecim annis pęniteat, vt c.2.de pęniten.& remiſ.

Trigeſimusprimus, incendens domum, totum damnum reſtituat & tribus ann. pœniteat. eo. titu. c.j.& de iniu.& damno dato. c.ſi quis domum.

Trigeſimusſecundus, cōmunicans hæreticum neſcienter per annum pœniteat, ſcienter verò quinque annis. Permittens autem hęreticum cantare neſcienter miſſam, quadraginta diebus.

Si autem in ſubuerſionem fidei, tanquam hæreticus damnatur, niſi decem annis pœniteat. Si quis receſſit ab Eccleſia ad hæreticos fugiens, 12.annis pœniteat, ſecundum formam, 24.q.j. ſi quis dederit.

Trigeſimustertius, qui neſcienter cognoſcit duas ſorores, vel matrem, & filiam, vel amitam & neptem, ſeptē annis pœniteat. Si ſcienter, perpetuò carebis coniugio. 34.q.vnica, ſi quis.

Trigeſimusquartus, cū bruto coiens, pluſquam ſeptem annis pęniteat. Idem pro incęſtu. 33.q.2.hoc ipſum, & c.ſeq.

Trigeſimusquintus, patronus res Eccleſiæ dilapidans, vno anno pęniteat. 16.q.7.filius.

Trigeſimusſextus, qui iurat pacem nō facere cum proximo,

vno

Source : BIU Cujas

vno anno pęniteat.& ad pacem redeat.22.q.4. qui ſacramento.

Trigeſimuſeptimus, bis baptizatus, vel bis confirmatus, ſeptem annis pęniteat. 4. & 6. feria in pane & aqua ieiunet,& cogetur fieri regularis.de conſecra.diſtin.3. qui bis,& c.dictum eſt. Sunt plures alii caſus, qui apud nos non currunt, & ideo de illis nihil poſui.Hi autem intelligendi ſunt de pęnitentia publica,& pro peccato publico.

2 † Circa quod ſciendum, ꝙ licèt illa pęnitentia ſit taxata à canonibus pro manifeſtis peccatis, ita ꝙ nullo modo licet aliã imponere vel variare,tñ epiſcopus de his diſpenſare poteſt ex cauſa rationabili,inſpectis circunſtantiis perſonarum, vt dicit Leo Papa.Pęnitudinis tempora conſtituenda ſunt tuo iudicio,ſm ꝙ perſpexeris animos confitentium eſſe deuotos.26.q.7.tempora. & c.hoc ſit.Item dicit Hiero.de pęni.diſt.j.menſuram.Et ideo dico de occultis peccatis,quæ pertinent ad ſimplices ſacerdotes,ꝙ vbicunq; inueniant taxatam pęnitentiam per canones,non mutent eam ſine cauſa,ita tamen ꝙ non prodant per eam peccatores.Secundum hoc intellige illud,quod cõiter dicitur, ſed malè intelligitur, ꝙ pœnitentiæ ſunt arbitrariæ.de pœniten. & remiſ. Deus qui.& de ſortileg.c.2.gl. 2. vbi dicitur, ꝙ pœnitentię tempus arbitrarium eſt,quod intelligit glo.vltra illud, quod iam iuſ taxat.Et ſi iuſ taxauit vnum annum pęnitentiæ, & delictum exigit plus,hoc eſt ad ſacerdotis arbitrium cõceſſum.Idem dicitur de cle.excom.latores.Et dixi notanter,ꝙ ſine cauſa non debet p quemcunq; ſacerdotem mutari pęnitentia taxata, quia ex cauſa poteſt bene moderari per ſimplicem ſacerdotem, qui diſpenſare põt contra canones taxantes talem pęnitentiam, vt de iudic. at ſi clerici.in gl.ſuper verbo,de adulteriis.vt ibidem notant Doctores.Pro iſto tamen ſciendum,ꝙ hodie multi ſumpſerunt occaſionem erroris ex iſto dicto,quo dicitur,pęnitentiæ ſunt arbitrarię,& ſecundum arbitrium ſacerdotis imponendæ.Et ideo ꝓ meliori iſtius dicti intelligentia aduertendum eſt ꝙ ſicut dicit S. Tho.ſuper 4.diſt.19.q.3.art.4. Si quis præter modum agẽtis principalis vti ſua ptãte ſumpſerit, non conſequitur effectum, ſm Dionyſium, & propterea talis ab ordine & officio diuino auerteretur,& culpam incurreret.V.g.ſi miniſter medici aliter adhiberet medicinã ægroto,q̃ præcepit medicus, grauiter talis offenderet medicum,& etiam ęgrotum.Et quia pęnitentiæ ſatisfactoriæ ſunt medicinæ pro peccatis infligendæ,ideo ſicut medicinæ in arte determinatæ non oĩbus competunt, ſed variandæ ſunt, arbitrium medici non propriam voluntatem ſequentis,ſed artẽ medicinæ,ita pęnæ ſatisfactoriæ determinatæ in canone nõ cõpetunt omnibus,ſed variandæ ſunt, ſecundum arbitrium ſacerdotis diuino inſtinctu regulatum.Hæc Tho. Vide ergo, quicunque iudicas ſm caput tuum,iniungendo pęnitentias, non taxatis debitis circunſtantiis,quia in magno periculo es,decipies te, & confitentem,ſi arbitraris aliter pęnitentiam quam ſpirituſſanctus eam dictauit, illi confitenti imponendam. Vnde dicit San. Tho. diſtin. 20.q.2.arti.2.ꝙ qualitercunq; habeat ſe ſacerdos vel diuertat ſe in officio ſacramentorum, nihilominus peccator pmanet reus ad quantitatem eiuſdem pęnæ:& ideo ſi eam hic nõ explet,exigetur ab eo in purgatorio . Sacerdos tamen diſcretus (vt dicit idem) pœnam imponens minorem etiam ex induſtria, plus prodeſt cõfitenti, q̃ nocet, quia fortè à magnitudine pęnæ, poſſet à pęnitentia agenda impediri, quia diuinus amor qui in eo incipit,& paulatim confortatur, excitabit eum poſtea ſponte,& propria voluntate ad plura opera miſericordiæ, q̃ ſacerdos impoſuit.Sed circa hoc ſit ſacerdos cautus,vt tũc hoc faciat, qñ præſumit de cõfitente,vt hoc faciat.videat ergo ſacerdos & cautè proſpiciat ꝙ vbicunq; pœna à iure expreſſa eſt, non omittat eam imponere, niſi neceſſitas vel alia cauſa rationabilis aliud ſuaderet.Vbi autem non eſt pœna iure impoſita & expreſſa, ibi arbitrio ſuo idem ſtatuat,ſm ꝙ viderit expedire,nã ex cauſa poteſt eam aggrauare vel mitigare,vt dicit gl.de pęn.diſt.j. menſuram.Ad idem facit Archi.50.diſt.de his.

Sed fortè quæreres, † Quid ſi nũquam arbitratus eſt, & minorem pœnã imponat q̃ debeat, nunquid ille confitens ſecurus eſt ? vel an reſiduum exigetur ab eo in purgatorio ? Ad quod rñdeo,ſm gl.3. de pęn.diſt.j.menſuram, ꝙ ſi eſt eius ordinarius iudex ſiue ſacerdos parochialis,& facit hoc animo diſpenſandi, ſufficit illa pœnitentia modica ad delẽdum peccatum:ſi aũt per errorẽ eſt impoſita,& tamen ab illo pœnitente credebatur peritus, ſufficit illa minor pęnitentia ad peccatum delendum , dummodo pęnitens qui eam recepit,maiorem ſuſcipere eſt paratus, ſi ſibi imponeretur.de pęn.diſt.j.quem pęnitet. ver.ſed qui. Si autem credebat eum imperitum,in culpa eſt pœnitens aut cõfitens,quia peritiorem non requiſiuit.& hoc eſt contra illos,qui impetrant licentiam confitendi alibi à ſuis plebanis, & confitentur imperitis ſacerdotibus vel monachis ad hoc non electis nec approbatis,& tales ſe decipiunt.Nam dicit Aug. de pę. qui vult confiteri peccata ſua vt inueniat gratiam,quærat ſacerdotem ſcientem ligare,& ſoluere, ne cum negligens circa ſe ſit, negligatur ab eo qui cum miſericorditer monet,& petit ne ambo in foueam cadant,qñ ſtultus errare voluit.Et ſubdit,Qui ergo confiteri vult, omnino confiteatur ſacerdoti meliori quem inuenire põt.Audiat autem vnuſquiſq; confeſſor taliter, qualiter ſibi placuerit pęnitentiam imponens, quid ſibi dicatur per beatum Hiero. & ponuntur hęc verba.24.q.j.nõ afferamus.vbi dr̃,Non afferamus ſtateras doloſas,vbi appendamus qđ volumus dicentes,hoc graue eſt,hoc leue eſt,ſed afferamus diuinã ſtaterã ex ſcripturis ſanctis tanquam Dñicis,& in illa quid ſit grauius,attendamus.Hæc Hier.Ex quibus verbis vide ꝙ illæ præſentiæ quæ imponũtur erroneè,& aliter q̃ ſint impoſitæ in iure,dñr doloſæ & temerariæ. Hoc eſt,quod dicit Greg.de pę.diſt.5.falſas pęnitentias.vbi dicit, Falſas pęnitentias eſſe dicimus,quæ nõ ſm auctoritatem ſanctorum patrum pro qualitate criminum imponũtur.Vnde dicit gl. ꝙ ſi certa pęna ſtatuitur,& tñ minor imponitur,falſa eſt pœnitẽtia,niſi ex cauſa tẽperetur,vt dr̃ 26.q.7. tẽpora. vbi dicit Leo Papa, ꝙ tempora pœnitentiæ habita moderatione conſtituenda ſunt iudicio ſacerdotis, prout confeſſores pęnitentium animos perſpexerint eſſe deuotos.Hoc eſt,quod concludunt Doct. finaliter,ꝙ tunc tñ ex cauſa.ſ.neceſſaria pœnitentiæ eodem modo, quo dictum eſt,arbitrariæ poſſunt dici. ſ.conſideratis circunſtantiis perſonarum,locorum,temporum,ætatum, qualitatum, criminis,& aliorum.prout dr̃ de pę.diſt.5. conſideret. Circunſtãtię autem illæ notantur in illo verſu.

Quis,quid,vbi,quibus auxiliis,cur,quomodo,quando.

Hoc eſt dicere, quod licet pro aliquo crimine à iure taxatur pęnitentia ſeptemnis,ſi tamen ſacerdos videt perſonam pauperem,debilem,vel nimis iuuenem,vel multum nobilem, vel locum in quo moratur,ſicut caſtrum vel curiam Principis,nõ eſſe aptum ad pœnitentiam agendum ſic à iure expreſſam,vel videt tẽpus non eſſe conueniẽs ꝓp nimios labores, tunc inſtantes, in his caſibus põt confeſſor moderari pœnitentiam in toto,vel in parte,prout not.in gl.23.q.4.ſi is.Et hoc intellige,quando cõtrarium ſufficiẽter viderit peccatorem.Sed diceres.tñ Greg.in homi dicit,& ponitur in c.prædicto.Si is qui prælatus eſt,Dñico debitori culpas impunè dimittit,non mediocriter profectò offendit,qui debita cęleſtis Regis,& Dñi ſua præſumptione reſoluit. Similiter.j.gl.26.q.7.hoc ſit poſitum.dicit, ꝙ non p̃t ſacerdos totum dimittere ſine aliqua pęnitentia.Et idem de pę.diſt.j.c.menſuram.& c.ſi peccatum.& 26.q.7. tempora. & 15.q.7.hi qui. Tu dic ꝙ omnia illa loquuntur de illo,qui non eſt contritus ſufficiẽter,vel de illo qui non poteſt agere pęnitentiam commodè.Talibus enim ſacerdos ex toto non põt dimittere, & grauiter peccaret remittens,quia ſic ſe oneraret peccatis alienis.

SUMMARIUM.

1 *Caſus,quibus quis teneatur ad reſtitutionem : Et de ſatisfactione ablatorum.*

Caput nonum quartæ partis.

1 ET quia,vt dicit S.Tho.reſtitutio malè ablatorum,licet non ſit ſatisfactio,nec pars eius,† eſt tñ prędambulum ad ſatisfactionem, quia non eſt aliud niſi ceſſare ab offenſa, ideo de ipſa aliqua ſubiungam. Sciẽdum aũt ꝙ homo nec Deo ſatisfacere, nec reconciliari põt,qui rem detinet alienam. Ideo ante oĩa, qui alienum recipit,& detinet,ſi vult dignè pœnitere, primo debet oĩa illa reſtituere,ſi poteſt.Si autẽ non poteſt,ſufficit voluntas reſtituendi,cũ tanta reſtitutione quanta poſſibilis eſt, ſm conditionem vtruſq; ad arbitrium bonorũ.Vnde no. ꝙ ſi quis aufert alicui famã intentione infamandi eum,de reſtitutione famę tenẽ ad reſtitutionẽ. ſ. famæ. dicendo ſe falſum dixiſſe, ſi falſum dixit. Si verò verũ dixit,& nõ ſeruauit modum fraternę correctionis, dicat ꝙ hoc dixit,nõ intendẽs eius bonum . Item ablationẽ virginitatis reſtituat ad arbitrium bonorum,vel ſi eſt pœna ſtatuti in ciuitate,illã ſoluat.Similiter ad ablationem membri, vel priuationem vitæ, alicui fiet reſtitutio ſm conſuetudinem vel ſtatutũ cõitatis vel terræ . Tenẽ etiã ſatisfacere pueris & vxori interfecti,quia abſtulit pueris patrem,& vxori maritũ, qui eos nutriebat.Vnde illud damnum inde proueniens debet eis tunc reſtituere,ſm ſtatutum.& quia, vt dicit Doctor ſubtilis, 15. diſt. q. 3.ex quo oĩa illa vix aliquis põt recompenſare condignè , expediret ſimiliter animæ cuiuſlibet homicidę,vt ſolueret per paſſionem voluntariam,vt.ſ.occideretur pro homicidio. Vnde dicit ꝙ opportunè prouiſum eſt in multis cõitatibus, vbi eſt ſtatutũ lex talionis in cauſa homicidii,nec ſeruatur vt lex Moſaica, ſed vt Euangelica.de qua Matt.26.Oẽs qui acceperint gladium,gladio peribunt. Item ſi aliquis alium impedit in præbenda conſequenda,ſi facit animo lędendi ipſum,tenetur ad reſtitutionem, non quantum valebat prębenda,quia nondum eandem fuit cõſecutus, ſed penſatis condictionibus vtriuſq; ad arbitriũ bonorum.Nam ſi fecit quia indignus erat ille, quem impediebat, vel vt de meliori prouideretur,iuſtè fecit,nec tenetur reſtituere.Nõ ſolum autem qui accipit,ſed etiam qui fauet accipienti,tenetur ad reſtitutionem,vt illi qui peccatis alienis conſentiunt : nam q iuuant facere,tenetur ad reſtitutionem totius. Similiter qui cõſuluit facere,ita ꝙ ſine eius conſilio nõ fuiſſet factum, totum reſtituat quantum nocuit per ſe.Similiter adulator laudans raptorem,quare ipſe rapit,aliàs non rapturus, tenetur inſolidum. i.in

toto,

Source : BIU Cujas

toto,ſicut principalis.Similiter participans in crimine furti, vel rapinæ,tenetur inſolidum ſicut principalis. Similiter participās in re furata vel rapta tenetur reſtituere eam, & etiam qui eā ſciēter emit vel recepit. Similiter qui videt furtum fieri & tacet cū ex officio taneatur reuelare,tenetur ad reſtitutionem, aliàs nō. Similiter qui nō prohibet, cum tñ teneatur ex officio. Similiter qui ſcit rem vbi iacet,& non vult reuelare. Si tamen principalis ſatisfecit,alii non tenentur,ſm Ray.& ſm Tho.2.2.q.62.artic.5. Cum autem ſpoliati ignorantur, tunc diſtribuentur res in pios vſus pro pauperibus illius loci,vbi rapina eſt facta,vel pro Eccleſiis eiuſdem loci, & hoc ſi nō apparet hæres ſuus,quia ſi apparet illi fiet reſtitutio.Si etiam ſit abſens cui fieri debet reſtitutio, debet ei tranſmitti,ſi commodè fieri poteſt,alioquin in loco tuto debet reponi & conſeruari pro eo,ſecundum Tho.vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Confitens peccata ſua,quinq; debet obſeruare & cauere.*
2 *Sacerdos proprius,quatuor modis ſumitur.*
3 *Confeſſiones audiendæ committi poſſunt religioſis per epiſcopum.*
4 *Confiteri alteri quàm proprio ſacerdoti,quando quis poſſit & quibus caſibus.*
5 *Imperitia de proprio ſacerdote excuſat alienigenam in confeſſione.*

Caput decimum quartæ partis.

1 PRIMO caueat confitens,ne diuidat confeſſionem, † vtputa dicendo vnam partem peccatorum corā vno ſacerdote, & aliam coram alio, ſed integraliter confiteatur omnia vni,de pēn.diſt.5. c.j. Nam aliàs confeſſio eſſet falſa,ficta, & in ea nihil dimittitur, iuxta illud,

Larga Dei pietas veniam non dimidiabit.
Aut nihil aut tota propitando dabit.

Si tamen confitens quis coram vno ſacerdote non recordabatur aliqua peccata,quæ poſtea reducens memorię vadit,& cōfitetur coram alio, nō eſt diuiſio cōfeſſionis,nec oportet vt reiteret confeſſionem prius factam,ſed dicat in geuerali,ꝙ cū alia multa ſit confeſſus,hoc fuit oblitus.Ita dicit S.Tho.in 4.diſt.7.q. 14.art.3.multi autem indiſcreti arguunt alios,ꝙ tūc nec iſti,nec illi confitentur,quod fieri omnino non debet.Nam ſi corā pluribus confitentes ſi faciant eo propoſito, vt multiplicent eis interceſſores & oratores ad Deum,aut vt ſic coram pluribus confitentes eadem peccata,maiorem ruborem habeāt, cōmodabiles ſunt. Vtile namq; eſt taliter confiteri pluribus ꝓp maiorem verecundiam habendam,quæ eſt maxima pars ſatisfactionis.Et pōt eſſe tam frequens confeſſio ꝙ etiā tota pœna tolleretur. Nā dicit S.Tho.diſt.16.q.3.ar.3.ꝙ per abſolutionem ſacerdotis non ſolùm culpa dimittitur, ſed etiam de illa pœna quæ in purgatorio deberetur,aliquid dimittitur, vt minus in purgatorio puniatur abſolutus decedens ante ſatisfactionem,q̄ ſi ante abſolutionē decederet, & ſic virtute paſſionis Chriſti ſine præiudicio diuinæ iuſtitiæ de pœnis ſingulorum proportionabiliter aliquid dimittitur.Et ſubdit,Non eſt inconueniens ſi per frequentē cōfeſſionem ēt tota pœna tollatur,vt peccatum oīno maneat impunitum,pro quo pœna Chriſti ſatisfecit.Hæc S. Tho. vbi ſupra. art.3.Vtile eſt etiam ſic confiteri pluribus,quia quilibet cōfeſſor tenetur orare pro ſuis confeſſis, & eorum memoriā in miſſa facere,ſaltem generalem.Veruntamen reprehendendi ſunt confitentes,qui nunc iſti iſta peccata, poſtea alteri de nouo iterum commiſſa cōfitentur,verecundantes priores confeſſorem eo ꝙ iterum eadem prius confeſſa poſtea commiſerint.Vnde inducē di ſunt,ne hoc faciant, quia cōfeſſor nouit eorum fragilitatem, vnde non debet imputare.

Secundò caueat confitens,ne mentiatur, ne.ſ.plus dicat q̄ res ſe habet,vel minus:quia ſm ſanctum Aug.& Sanctū Tho. ſi nō eſt peccator,mentiendo ſit peccator.22.q.2.cum humilitatis cā. Et hoc multum arguit illos, qui cauſa humilitatis de ſe plus fingunt,vel cauſa hypocriſis minus dicunt.

Tertiò caueat cōfitens, ne aliquid omittat,licet dubitet illud eſſe peccatum mortale,ſed dicat confeſſori totum, quærēdo an ſit peccatum mortale,aliàs peccaret mortaliter omittēdo in tali dubitatione confiteri.

Quartò caueat, ne omittat iterare confeſſionem ſi confeſſus fuit ſacerdoti,qui eum abſoluere non potuit,vel ſi potuit,neſciuit diſcernere;vel ſi confeſſio non fuit integra,vt quia tacuit aliquod peccatum mortale,vel neglexit,vel oblitus eſt ſatisfactionem iniunctam in pœnitentia. Similiter ſi confeſſus eſt ſine cōtritione, puta habendo propoſitum in idem peccatum reuertē di.In his.n.caſibus tenetur reiterare confeſſionem, ſm Pet. Sed an recidiuans tenetur confiteri peccata priora?Thom.in 4.diſt. 22.q.4.dicit,ꝙ directè nō tenetur,nec in generali, nec in ſpeciali,ſed bene indirectè. ſ. tāquam illud,ſine quo ſciri nō poteſt debitus modus ſatisfactionis, vnde tenetur confiteri & notificare peccata dimiſſa quantum ſufficit, vt ſciatur quæ ſatisfactio ſit ei imponenda, vt ſi ipſe frequenter lapſum carnis paſſus eſt ex aliqua occaſione, ita quòd occaſio per ſatisfactionem præſcindatur, & ſimiliter de aliis peccatis,

Quintò caueat confitens,ne cōfiteatur alieno ſacerdoti, hoc eſt non proprio, quia alienus nō poteſt cum abſoluere vel ligare,de pœnit.& remiſ.omnis.& de pœn.diſt.6. placuit. Licet enim omnes ſacerdotes claues ligandi atq; ſoluendi accipiant in ordinatione ſua,non tamē æqualiter laxata eſt illa poteſtas ad quoſlibet ſacerdotes.& illa poteſtas ita conceſſa eis eſt ligata quantū ad exercitium,ita ꝙ non poſſunt eam exercere,niſi detur eis poteſtas iuriſdictionis ordinaria vel delegata ab epiſcopo,vel à ſede apoſtolica,ſecuodum Io.An.in c.omnis.

2 † Poteſt autem proprius ſacerdos quadrupliciter accipi.Vno modo pro eo,qui præeſt parochiæ, vt plebanus qui habet prātē, ſed modo inferiori.Alio modo, qui præeſt modo ſuperiori, & ſic epiſcopus eſt proprius ſacerdos omni homini ſuæ diœceſis, & immediatus,vt in c.cum eps.de off.ord.lib.6.& in c.vlt. de offi.Archi. ſm Hoſt.Vel q̄ pēſt modo principaliſſimo,vt Papa.Nā Papa eſt proprius ſacerdos oīum Chriſtianorū,& habet plenitudinem ptātis.de auth.& vſu pal.ad honorem.& de ſo.compe. c. vlt.& 9.q.3.cuncta per mundum.Tertiò proprius ſacerdos dicit habens iuriſdictionem delegatam ab aliquo prędictorum,vel à legato Papæ.de offi.leg.c.j. Quartò,habens iuriſdictionem à cōi cōceſſione vel permiſſione iuris, & ſic proprii ſunt illi,quos epi & Abbates exempti eligunt in confeſſores, vt de pœn.& remiſ. ne pro dilatione. Sic etiam in articulo mortis quilibet eſt proprius ſacerdos illi quem audit,ſi proprium hīe non poteſt.26.q. 6.ſi presbyter.& c.ſeq. Hoc etiam modo & vagabūdorū hoīum eſt quilibet proprius ſacerdos,ad quem deueniunt. Similiter ꝓprius ſacerdos peregrinorum eſt,ad quemcunq; deueniunt.Cōcordant Io.And.Inno.Hoſt.frater Ioannes Ere. Ioan. de Lig. de pœni.& remiſ.omnis.

3 Sciendum † tamen circa prædicta, ꝙ eps poteſt cōmittere audientiam confeſſionis fratribus prædicatoribus vel minoribus per ipſum electis & probatis, ſed illi non habent auctoritatē totalem ſicut plebani,niſi eis ſpecialiter committatur,vt no.de ſepul.dudum.in cle.Nec confeſſus talibus tenetur iterum confiteri proprio ſacerdoti,vt quidam erroneè putant, quorum auctor fuit Ioannes de Polycratis,quē reprobauit Ioānes XXII.in quadam extrauaganti,quæ incipit,Vas electionis.

4 Sciendum etiam circa prædicta,† ꝙ quis poteſt confiteri alteri q̄ proprio ſacerdoti in pluribus caſibus.

Primò,ſi ſubditus ſcit proprium plebanū hæreticū,aut ſollicitatorē ad malū,aut fragilē ad peccatū,aut ad reuelādum pronū, & generaliter vbicunq; confitens probabiliter timet ſibi vel ſacerdoti periculum:tunc enim debet recurrere ad ſuperiorem,& petere licentiam alteri confitendi.Hæc Tho.in 3.diſt.17. Hoſtiē. etiam enumerat octo caſus.Primus eſt,qñ proprius ſacerdos eſt omnino indiſcretus,de pœni.diſt.6.c.3.placuit. Sed in hoc ſubditus debet petere licentiam à ſacerdote proprio, quā ſi non vult dare,petat ab epiſcopo.Secundus,quando parochianus tranſtulit domicilium ad aliam parochiam.Tertius, quādo quis eſt vagabundus.Quartus,qñ quis quęrit domicilium quo ſe conferat, & nedum quietatus eſt aut limitatus ad vnum locum. Quintus, cum quis deliquit in aliena parochia,& cōmiſit rapinam, tunc enim ibi punitur.de rap.j.c. & hoc ſi eſt publicum, ita ꝙ pro eo eſſet excōicatus à prælato ipſius loci.Aliàs ſi eſſet occultum, pōt abſolui à proprio ſacerdote,vbicunq; furtum vel rapinam accepit.Sextus ratione ſtudii,vt cum clerici accedant de licentia prælatorum ad ſtudium.Septimus tempore neceſſitatis, vt quia infirmatur ad mortē,vel debet intrare bellum vel mare. Octauus, ſi non ponant ſpem in peritia proprii ſacerdotis.ſed hoc vltimū cōiter non tenetur.In talibus n.caſibus, vbi quis confitetur alieno, debet ei iniungi vt ſe præſentet proprio ſacerdoti, nec proprius ſacerdos debet ei credere, ne diceret ſe eſſe abſolutum ab aliqua excōicatione, quia tunc non tenetur credere ſine literis abſolutionis.Ego tamen conſulo,ſm Ricar.in 4.diſt.17.q. j. arg. 3.ꝙ ſine cauſa multum neceſſaria vel legitima non quærat quis alium ſacerdotem præter proprium, ſicut multi conſueuerunt facere dubitātes temere de vita propriorum ſacerdotum, & dicentes ꝙ non confitebunt illi inebriato, ſed quærunt alienum contra ſtatutum Eccleſiæ.Sed ſi alter diſcretior nō poteſt haberi, vel prælatus non vult dare licentiam ſubdito confitendi alii præter ſe,quid erit agendum? Dicit Richar.ꝙ in tali caſu ꝓp bonum obedientiæ facit magis ſubditus utilitatem animæ ſuæ cōfitendo proprio ſacerdoti minus bono, duntamē ſit ſufficiens, q̄ confitendo alteri meliori.Et dico de minus bono, non de minus diſcreto,quia aliàs ſemper quærendus eſſet minus diſcretus, quod non eſt uerum,ſed ſemper quærendus eſt magis diſcretus ſi poteſt haberi.Nec excuſatur ſubditus indiſcreto plebano confitens,ſi eum malè iudicat,quia non tenetur cęcus cęcum ducere,ne ambo in foueam cadant.

5 † Et nota ꝙ in caſu, quo quis ueniens de aliena parochia caueat imperitiam proprii ſacerdotis,petens audiri confeſſionem ſuam per alienum plebanum, dicens ſe habere licentiam à proprio ſacerdote,nunquid tenetur ei credere ille, quem petit pro audienda confeſſione?Reſpondeo ꝙ ſic, prout notauit Io. An. in gl.4.c.j.de priuile.in cle.pro quo allegauit,de pœni. diſt. 6. placuit.

cuit.quia non eſt immemor præſumendus ſuæ ſalutis.j.q.7.c.ſan cimus. & de homicid. ſignificaſti. poteſt autem hanc licentiam parochialis dare,etiam ſi nõdum habet ordinem ſacerdotii,aut eius vicarius vices ſuas gerens,vt dicit Io.And.in 5.gl.ibi.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſores circa audiendas confeſſiones,quid obſeruare teneantur.*

Caput xj. quartæ partis.

1 PRIMO caueat confeſſor,† ne ſuum parochianum habentem caſum ep̃i nondum expeditum, in quo ipſe non poteſt diſpenſare, aliquo modo audeat abſoluere ad cautelam, ſicut ſtulti quidam conſueuerunt facere,qui non ꝓfeſſores,ſed deceptores potius appellandi ſunt & confuſores:qui cum non poſſunt abſoluere in caſibus ep̃i,dicũt parochiano, Ecce ego te abſoluo ab iſto peccato ad cautelam', vt poſſis iſtis diebus cõicare ne de te ſcandalum oriatur, ſi non cõmunicares iſto feſto Paſchæ.Tu autem poſt iſta feſta accedẽs auctoritatem epiſcopi cõfiteberis de iſto peccato.O non ſic impiè,nõ ſic,ne decipias te & ipſum.Sic enim facias & dicas, O bene fili,ego non habeo iſto caſu auctoritatẽ, ergo accedas ſtatim ad ipſum, vel eius auctoritatem habentem, nec te prius procures ſacramento Euchariſtię cõicari,niſi fueris abſolutus.Si enim nõ poſſis accedere ad ipſum ante iſta feſta,nullo modo accedas. Et ſi aliqui de te ſuſpicabuntur dicentes,Iſte ingratus non cõicauit iſtis feſtis,vel ſi à te quærat vicinus tuus, quare non es cõicatus in iſto feſto,dicas hoc feci de conſilio ſacerdotis mei vel cõfeſſoris,vel quia habeo graues inimicitias cum hoſtibus quibuſdam,quos nondum euaſi.Et verum dicit,quia habet inimicitias cum diabolo, & eius laqueos diſrũpere, & ipſum expugnare de corde ſuo,nec in hoc mentitur.Non tñ dicat in hoc, habeo inimicitias cum quibuſdam hominibus, ſed cum quibuſdam hoſtibus,niſi etiam haberet inimicitias cum hominibus.Sacerdos autem hoc caſu,qñ ſubditus confitetur ſibi totaliter,inueniens caſum epiſcopi inter alios,audacter abſoluat ab illis, & iniũgat pęnitentiam pro illis, quæ ſunt de auctoritate ſua, caſum vero reſeruatum remittat ad epiſcopum. Non ſicut quidam faciunt, q poſtquam audiunt in confeſſione caſum epiſcopi, ſtatim dicũt confitenti,Vade,non habeo tecum quicquam diſponere niſi accedas ad epiſcopũ.Et tales exponunt perſonas hmõi magno periculo, quia ſæpe ꝓtingit ꝙ tales obliti fuerunt de peccatis prius confeſſis. Veruntamen ſi ſacerdos inuenit cõfitentem excõicatum à iure vel ab homine, vel ſi fortè dicat confitens. Bone pater, ego ſemel percuſſi clericum ordinatũ ex ira, vel ſum in excõmuicatione maiori,tunc ſtatim ſacerdos non audiat eius cõfeſſionem,nec abſoluat eum ab aliquo etiam minimo peccato, donec fuerit per ſuperiorem à ſententia excommunicationis abſolutus,& ſe docuerit per literas abſolutum, ſecundum Tho. in 4.diſtinct.18.

Secũdò caueat ſacerdos, ne aliquo modo reuelet vel prodat confeſſionem ſigno,nutu,vel facto, ſed oĩno debet cęlare exterius,ſicut Deus tegit interius.Per hoc enim,vt dicit Tho.in 4.diſtin.21.homines magis attrahuntur,& ſimplicius confitentur.Si autem periculum immineret,& hoc ſolum ſciret per confeſſionem,vt quia ſcit aliquem hæreticum, ſimiliter ſcit incendiariũ, nõ ꝓp hoc debet reuelare eos, ſed potius monere debet tales vt deſiſtant,& prelato dicere ꝙ vigilet ſuper gregem,ſine omni reuelatione confeſſionis. Si etiam ſacerdos compelleretur ad dicendum per epiſcopum,talis bene poteſt dicere,Reuerende pater,ego nihil ſcio,intelligendo vt homo,quia ſcit vt Deus.Non ſolùm aũt caueat reuelare illa,quæ cadunt ſub confeſſione ſacramentali,vt peccata:ſed etiã alia geſta & facta,per quę poſſet quis deprehendi peccator:immo etiam illa,quæ omnino non pertinent ad confeſſionem.Et idem dico,ſi aliqua dicuntur alicui nõ per modum confeſſionis,quia fortè non fit abſolutio;nec pęnitentiæ iniunctio,ſed tamen fit ſub ſpecie cõfeſſionis.Nam in tali caſu licet non claudatur tale dictum ſigillo confeſſionis, ſm Tho.in compendio,tñ talia oĩno ſunt ſeruanda ex honeſtate,ac ſi in confeſſione ſuſcepta fuiſſent,ſm Thom.in 4.diſt.21. Si autẽ ſacerdos ſcit peccatum prẽter cõfeſſionem,põt illud dicere,ſed non debet dicere ꝙ ſciat hoc ex confeſſione,& nihilominus debet abſtinere ab hoc quantum poteſt ꝓp pronitatis conſuetudinem.Nam ſacerdos peccata reuelans,quę ſcit ex̃ ꝓfeſſionem,& ſępius hoc faciẽs, aſſueſcit ex hoc poſtea etiam reuelare ea,quæ ſunt in confeſſione ſibi dicta, ideo habeat linguam refrenatam dentibus propter pęnam depoſitionis & retruſionis in arctum monaſterium ad agendam pęnitentiam.de pęni.& remiſoĩs. & de pęni.diſt.6.ſacerdos.Quando ergo vis ſecurus eſſe, cum opus habes de aliquo peccato tibi cõfeſſo, require doctiorem aliquẽ ſuper conſilio dando,nõ dicas ſic: Ecce quædam perſona eſt mihi confeſſa de ciuitate vel villa, de hoc quid cõſulitis cum ea facere:ſed potius dimittas vt ipſa ſola conſulat, vel quærat auctoritatẽ.Quòd ſi fortè veretur, dicas ſic: Ecce quidam caſus accidit ſub hac forma,vel peruenit ad me caſus talis,quid conſulitis ſuper eo? Et licet eſſet de licentia cõfitentis ꝙ poſſit reuelari, vt dicit Tho.vbi ſupra hoc tñ fiat ſine ſcandalo, & abſtineat ab hoc ſacerdos quanto magis poteſt, vbi ſcandalum timetur. *Ille etiã*, cui reuelatur de licentia confitentis, tenetur illud ſeruare & cęlare ſicut confeſſor principalis, niſi daretur ſibi licentia à confitente ꝙ ille abſolutè ac libere faciat, ac ſi eſſet publicè factum. Caueat autem confeſſor, ne ſic reuelando de licentia confitentis dicat narrando, dictum eſt mihi in confeſſione hoc, quia in nullo caſu debet, nec poteſt hoc facere, quantuncunq; haberet licentiam à confitente, quia iſta ſola verba includũt peccatum mortale,quia includunt reuelationem huius vt cogniti eo modo,quo non licet reuelare, ſm Scotum.Dicit tñ ſubtilis Doctor in 4.diſt.21.q. 2. ꝙ ad cęlationem peccati in confeſſione decreti tenẽt homo de lege naturæ,iuxta illud,Non facias alijs,&c.Mat. 7.Quia quiſq; tenetur conſeruare famam alterius,ſicut propriã, ſimiliter fidelitatem debet ſeruare quam bene vult ſibi ſeruari. Item de lege poſitiua,quæ eſt, De cõfeſſione aliqua nullus te tradere debet.Talis etiam dat occaſionem fictè confitendi.

Tertiò caueat ſacerdos,ne audiat mulierẽ illã,cum qua peccauit.ſ.concubinam vel adulteram ſuam.Nec licet, ſm Do.Archi. 30.q.j.in c.oẽs.ſuper gl.2.talis ſacerdos poteſt tali muliere iniungere pęnitentiam,cũ ſit parochiana eius, ſm Hugo. qui hoc no. 3.q.7.ca.vlti. quicquid tñ eſt de hoc, ego video,aliud.ſ. ꝙ clerici non debent eius concubinis pęnitentiam iniungere, ſed magis eas inducant vt ab aliis pęnitentiam accipiãt, vt in gl.33.q.2.placuit.Et totum eſt ꝓp honeſtatem, ſm Barth.Brix.& ꝓp ordinem, ſm Hugo.Quantum tamẽ eſt de iuris rigore.ſi presbyter dat pęnitentiam concubinæ ſuæ pro delicto cõmiſſo,valebit pęnitentia, ſm Archi.qui ita no.33.q. 2. vbi hoc idem ſentit Lauren. Polonus,dicens cum gl.30.q.j.omnes.ꝙ presbyter orientalis, ſicut Ruthenus vel Gręcus,non audit peccata ſuæ vxoris, quia nec ipſa liberè confitetur, ſi adulterium commiſit. Ergo in omnibus iſtis melius eſt perſonas huiuſmodi remittere ad ſuperiores: & ego miror de tantis in hoc magnam difficultatem facientibus, an presbyter poſſit audire ſuæ concubinæ confeſſionem. Ego autem video,quòd iſte caſus eſt epiſcopalis, vt dictum eſt ſupra de caſibus epiſcopalibus.

Quartò caueat ſacerdos,ne exiſtens in crimine audiat confeſſiones aliorũ,nam talis grauiter peccat: nam ſacerdos bene docendo populum,& malè viuendo,inſtruit Deum quomodo eũ debeat condemnare.40.diſt.c.multi.& de pęn.diſtin.6 qui vult. verſ.ſacerdos.vbi dicit Aug.Sacerdos, cui oĩs offertur peccator, ante quem ſtatuitur oĩs languor,in nullo eorum ſit iudicandus, qui in alio eſt iudicare prõptus. ibi dicit gl. ꝙ peccat ſacerdos in crimine iniungens pęnitentiam,& verũ eſt,vt 3.q.7.item in euãgelio.vbi dicit glo.ꝙ ſi in neceſſitate ſuus parochianus petat ab eo pęnitentiam,cõteratur ipſe ſacerdos, & ſtatim iniungere p̃t, vt dicit gl.Quando ergo tu ſimplex,ſicut & ego, legis auctoritates ꝙ non ſoli Sancti exiſtentes ſoluunt peccatores, ſed ẽt mali quandoq; iudicabant aliorum exceſſus & peccata, ſicut Saul cũ à Dño eſſet reprobatus, populum Dei iudicabat, & eius iudiciũ vniuerſus populus expectabat. Item Dauid cum eſſet adulter & homicida,interrogatus à propheta,ſentẽtiam in diuitem dedit qui ouem pauperis rapuit dicens, Filius mortis eſt vir, qui fecit hoc.2.Reg. 12. Item Salomõ cum amore mulierẽ cularum Deos Gẽtilium coleret, tñ vniuerſa plebs Iſraelitica ad eius iudicium confluebat.Sic & Achab quamuis colere Baal,tñ decem Tribus iudicabat.3.Reg.22.Non te decipias,quiſq; ita legens,quia nihilominus grauiter peccas,licet abſolutio quam facis in ſubditos, teneat apud Deum quantum ex officio,non ex iuris merito, qa vtiq; melius faceres ſi ex vtroq; abſolueres,qa & tibi meriti gratiam mereris,& confitenti veniam adaugeres.

Quintò caueat ſacerdos, ne audiat ſacerdotem ſine licentia ſpeciali vel generali epiſcopi ſui,niſi ęps ſciret vel approbaret tacitè vel expreſsè.Et hoc eſt cõtra multos plebanos,quorũ vnuſquiſq; audit aliũ,& præſertim in caſibus fornicationum, q ſunt epiſcopales,vt multoties clamaui, & adhuc clamore lupi in cęlum & terram,quod iſti decipiunt ſe.

Sextò caueat confeſſor,ne confitentem, qui non vult vel nõ poteſt ſufferre onus pęnitẽtiæ,remittat ſe vacuum. Caueat etiã, ne exigat iuſm à confitente de peccato illo, de quo cõfeſſus eſt amplius nõ faciẽdo,neq; cõmittẽdo.hoc.n.reprobat. xj.q.3.vbi gl.2. dicit, ꝙ ab hæreticis reuerentibus, & ab incendiariis vel in horrendis criminibus ſimilibus tantum iuramentum exigetur, vt iuret confitens decætero ſe nunquam ſimile commiſſurum. Et expreſsè prohibet gl.ibidem, hoc non fieri in quolibet peccato mortali. Ego tamen comperi quoſdam ſciolos apud ſe à mulieribus coniugatis extorſiſſe iuramẽta ſuper fornicationẽ decętero non faciendam,quod quanti periculi ſit, quilibet aduertere poteſt.Qñ ergo venit ad te homo,qui non vult ſubire onus pęnitentiæ,dicas ſibi iuxta tenorem c.quod quidem.de pęni.remiſ.Quod ſi confitetur,ſed ſe dicit abſtinere nõ poſſe, nihilominus eius confeſſionem audias,& dicas ei ꝙ non eſt vera pęnitẽtia talis, & ꝙ diſponat ſe quanto citius poteſt ad propoſitum abſtinendi à peccatis hmõi.Cum autem habet propoſitũ abſtinendi à peccatis, ſed non vult ſubire onus pęnitentiæ tam magnum ſicut ſua peccata requirunt,dicẽdum eſt ei,Chariſſime fili tu debuiſti

buisti pro istis peccatis pęnitentiam agere tantam vel tãtam, sed ex quo non vis sufferre eam, scias ꝙ exigetur à te in purgatorio, & nihilominus ex quo habes contritionem, ego te absoluam. In hoc enim casu melius est de misericordia facere rationem, q̃ de iustitia. Si tamen esset suspectus aliquis, de quo præsumitur ꝙ non faciat quod ei præcipitur, dicendũ est ei ꝙ si nõ faciat hoc, puta ꝙ non restituat talem rem de qua confitetur, ꝙ carebit fructu confessionis. Et iste est modus optimus & securus.

SVMMARIVM.

1 *Infirmorum & morientium pęnitentia: Et qualiter circa eam sacerdos habere se debeat.*

¶Caput duodecimum quartæ partis.

1 TAbitis cautelis, modis, & dispositionibus pęnitẽtiũ in bona sanitate, videndum est de pęnitentiis infirmorum & decedentiũ de hac vita. † Est igitur sciẽdum, ꝙ sacerdos circa quemlibet moriturum primò ad eũ veniens ita quærat, ſm consilium Anselmi, dicens: Charissime fili, habes ne fortè intentionẽ abstinendi à peccatis si superuixeris, & de eis satisfaciẽdi? Et ille dicat, ꝙ sic. Item lætaris ꝙ in fide Christiana decedis? & ille rñdeat, Etiã. Itẽ fateris te non ita bene vixisse sicut debuisses? respondeat fateor. Item credis ꝙ ꝑ te est mortuus filius Dei viui Iesus Christus? Rñdeat, Etiam. Item credis resurrectionem mortuorũ? Rñdeat, Etiã. Tunc hortare infirmũ dicẽs, Age ergo pęnitentiã dum est anima in te, hñdo verã contritionẽ, & in morte Christi verã fiduciã ꝓstitue: huic morti te totũ cõmitte: ac morti te totũ contege & inuolue. Et cũ Dñs Deus tuus voluerit te iudicare. ſ. iuxta peccata tua, dic, Dñe mortẽ Dñi nostri Iesu Christi obiicio inter me & iudicium tuum, aliter tecum non contendo. Si dixerit Deus ꝙ mereris damnationem, dic, Attendo crucẽ Dñi nostri Iesu Christi, nulla merita mea, ipsiusq; meritũ offero ꝑ merito meo modo, quod ego habere debuissem, non habeo. Istis sic habitis audiat eius confessionem, qui cũm confessus fuerit, non est ei imponenda quantitas pęnitentiæ, sed innotescẽda. 26.q.7. ab infirmis. qui postq̃ conualuerit, illam pęnitentiam seruare debebit. Dicat ergo ei confessor. Bone fili, ecce tu pro istis peccatis tã tum deberes pati si superuiueres. vnde ex quo iam non potes satisfacere pro eis in præsenti vita, doleas saltẽ quantum potes, roga tamen amicos ad faciendũ pro te orationes & eleemosynas: si aũt conualueris, accedas iterum ad me, & ego iniungã tibi pęnitentiam salutarem. Quare aũt innotescenda est pęnitentia taliter decedenti? Arch. in d.c. ab infirmis. dicit ꝙ ꝑ duo. ſ. vt sciãt amici, quam recompensationem facere debeant, & vt iste sciat qualiter pęnitere debeat, si superuixerit. Et idẽ ponit verba, qua liter tales sunt admonendi, dicens: Talia peccata, qualia tu perpetrasti, tot annorum à nobis pęnitentiam accipiunt, sed te interim quousq; euaseris fortè expectamus, vt tunc tibi congruam pęnitentiam imponam. si autem Dñs noster vitæ terminum tibi dare voluerit, per auctoritatẽ Petri & Pauli, Principis, cui datę sunt claues regni cęlorum, absoluo te à peccatis tuis prædictis, & sacrificia & præces, necnon eleemosynas & ieiunia, ꝓ necnon & cętera opera pietatis quæ pro te fiant, tibi profutura in redẽptionem animæ iudico, &c.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos, quomodo se debeat gerere erga infirmos.*
2 *Sacerdos simplex, an quando absoluendi plenam habeat auctoritatem à peccatis & excommunicationibus.*
3 *Absoluti in agone mortis per simplicem sacerdotem, nunquid reuiuentes debeant iterum per superiorem absolui.*

¶Caput decimum tertium quartæ partis.

1 VT autem practicam habeat † sacerdos circa prædicta, sic procedat, veniens ad infirmum, pręmissis istis interrogationibus supradictis, audita confessione, nõ iniungendo, sed innotescendo pęnitentiam eo modo quo supra dictum est, sic eum absoluat: Misereat tui Deus omnipotens, & dimittat tibi peccata tua, & perducat te in vitam æternã. Dñs noster Iesus Christus te absoluat ab oĩbus peccatis tuis, quæ commisisti cogitatione, locutione, opere, & omissione, & auctoritate Dñi nostri Iesu Christi, qua fungor in hac parte, ego te absoluo ab omnibus sentẽtijs excõicationis minoris & maioris ab homine vel à canone in te latis, & ab omnibus peccatis tuis Deo & mihi confessis & cõtritis, aut oblitis, & restituo te in gremiũ sanctæ Matris Ecclesiæ, & participationi sacramentorũ, In nomine patris & filii & spirituſsancti, amẽ. Si verò decedens habet bullam Papalẽ à pęna & à culpa in agone tũ, tunc obseruetur forma bullæ, & absoluatur sic. Et primo tam in isto casu, q̃ in omnibus supradictis promittat decedens satisfactionem oĩbus quibus tenetur, vel à quibus illicitè aliquid recepit per vsuras, vel aliter iniustè. Et hoc faciat per se, si superuixerit infra certum tempus sibi assignandum, vel per suos hæredes, quos tunc obliger. Et tunc deinde absoluatur præmittẽdo sicut prius, Misereatur tui oĩpotẽs, &c. & auctoritate Dñi nostri Iesu Christi & sanctorũ Petri & Pauli, & auctoritate Dñi N. Papæ mihi in hac parte vigore gratiæ tibi factæ commissã, ego te absoluo ab oĩbus sentẽtiis excõicationis maioris vel minoris ab homine vel à canone in te latis, concedoq́; tibi oĩum peccatorum tuorum, de quibus contritus es & confessus, plenam remissionem, In nomine patris & filii & spirituſsancti, amen.

2 Circa † prædicta tñ est sciẽdum, ꝙ quilibet sacerdos simplex in mortis articulo habet plenam auctoritatem absoluẽdi decedentem ab oĩbus excõicationibus & peccatis, seruata tñ forma Ecclesiæ. Vnde quãtvcunq; vnus sit excõicatus à iure vel ab homine, dummodo fuerit in forma Ecclesiæ absolutus, sepelietur in cemiterio, nisi ius sibi specialiter denegasset sepulturã & inhibuisset, vt patet de torneamentis, per totum, & sic de aliis. Forma autem Ecclesiæ circa istos seruanda, est hæc. Primò, si est excõicatus per contumaciam, promittat stare & parere iuri. Si autẽ est excõicatus pro debito, promittat ꝙ q̃ cito conualeat, satisfaciat creditori, siue sint vsuræ, siue rapinæ, siue spolia, siue quodcunq; aliud debitum. Quòd si contigerit eum decedere, tũc ponat hæredes suos, vel alios hñtes ibi bona, fideiussores suos, qui pro ipso satisfaciant cum effectu, & hoc ipsi fideiussores debent facere & promittere antequam absoluatur. Dicẽdum est etiam ei ꝙ si superuixerit, & intra tempus sibi assignatum, postquam cõualuerit non satisfecerit, reincidit in sententiam eandem excõicationis, vt patet in c. eos, qui. de senten. excõ. lib. 6. Si autem esset pauper, qui non posset facere vel habere fideiussores, saltem promittat ꝙ postquam ad pinguiorem fortunam veniet, vult satisfacere & sufficit. de solut. Odoardus. Omnibus aũt præmissis, sacerdos coram testibus potest eum sepelire in cętemiterio vel in Ecclesia, eo modo quo dictum est supra. Vnde sic dicit Grego. Papa IX. c. vlt. de sepul. cuilibet curato, parrochiano tuo qui excõicatus est pro manifestis excessibus, videlicet pro homicidio, incendio, violenta manuum iniectione in personas Ecclesiasticas, vel Ecclesiarũ violatione, vel incęstu, dum ageret in extremis, per presbyterum suum iuxta formam Ecclesiæ absolutus, non debent cæmiterium & alia Ecclesiastica suffragia denegari, sed eius hæredes & propinqui, ad quos bona peruenerunt ipsius, vt pro eodem satisfaciant, censura Ecclesiastica sunt compellendi. Hæc ibi.

3 † Et quia multi dubitant, vtrum taliter absoluti in agone, postea debent absolui per iudicem superiorem, ex quo fuerunt excõicati, est sciendum ꝙ si prædicti infirmi conualescũt, & faciũt ea quæ eis iniunguntur, non debent vlterius quærere vlteriorẽ absolutionem ab aliquo iudice, à quo fuerunt excõicati, sed cõtenti erunt absolutione simplicis sacerdotis, per quem fuerũt in agone absoluti. Aliàs enim ad quid valeret illa forma circa eos obseruata? Illa enim absolutio circa eos facta dũ tradebatur in agone, licet non decesserint, est valida intantum ac si per illum iudicem per quem fuerunt excõicati, fuisset facta, quia in tali articulo quilibet sacerdos est Papa. de pęni. dist. j. quem pęnitet. & de senten. excom. non dubites. & co. tit. eos, qui. li. 6. Sciat autem sacerdos, qui absoluit vsurarium, vel raptorem, vel incendiariũ, sacrilegum, homicidam, percussorem clerici, vel similem in agone sine forma supradicta, puta non accepta ab eo promissione vel cautione fideiussoria sufficiẽti, ꝙ ipse solus soluat illis, quos negocium tangit. Tenetur. n. ex quo non satisfecit formæ statutæ ab Ecclesia, & illis subtraxit personam contra quam restabat eis actio. Ad hoc facit cle. eos q̃. de sepul. in fi. nec puta ipsum absolutum fuisse quo ad actionem, quia Ecclesia nõ habebit eum pro absoluto, nisi aliàs sacerdos satisfecerit pro eo.

SVMMARIVM.

1 *Peccati mortalis diffinitio.*
2 *Peccata esse mortalia, per quinq; regulas cognosci possint.*

¶Caput decimum quartum quartæ partis.

1 EXpeditis modis congruis, quibus se confessores circa audiendas confessiones regere debent, vtile iudicaui confessoribus occasionem dare aliquã cognoscendi, etsi non certitudinaliter, coniecturatiuè tamen, peccata mortalia & venialia. † Pro quo primò est sciendum ꝙ peccatum mortale sic diffinitur: Est cõmissio, siue omissio voluntaria rectæ rationi contraria, ratione cuius & de per se perditur gratia. Vnde ex hoc non plus accipe, nisi ꝙ peccatum mortale est conuersio inordinata per delectationem ad creaturam supra Deum, vel æqualiter cum Deo. Veniale aũt fit per delectationem in creatura citra Deum, vel sub Deo. Et dr̃ mortale, quasi magis dignum morte, quia infert mortem, & culpæ, & aufert vitam gratiæ. Veniale autem, quia venia dignum. Et cõmittitur veniale ex impotentia, & inaduertentia, & ignorantia. Et cum nullum istorum procedat ex malo proposito siue malitia, ergo dicitur venia dignũ. Ponam igitur aliquas regulas de notitia peccatorum mortalium.

2 Prima est, † Quandocũq; homo præfert creaturã creatori, vtputa magis ei intendendo, sibi plus credendo, de ipsa plus confidendo q̃ de Deo, aut ei maiorem honorem exhibẽdo q̃ Deo, similiter ei plus placẽdo q̃ Deo, & mãdatis eius promptius obediendo,

Source : BIU Cujas

diendo,aut eis ſubiiciendo,aut difficiliora pro eis,q̃ pro Deo ſuſtinendo,plus in ea q̃ in Deo delectando,aut pro ea diuina mãdata tranſgrediendo,aut in ea ſufficientiam ſuã ponendo,tunc ſemper p̃ſumitur mortale peccatũ. Ex hoc ergo collige notabile dictum q̃ qñ amor vel affectio ad creaturã,ſiue ad ſe, ſiue ad alium,tm̃ creſcit in homine, vel eſt tam magna q̃ in ea conſtituitur vltimus finis,ſic q̃ aliquis nec actu, nec habitu ordinat illam creaturam,nec eius dilectionem, aut etiã ſeipſum ſm̃ Deũ, ſed vellet cum tali creatura ꝯtentari,& nõ curat Deum offendere,aut præcepta eius tranſgredi propter illam creaturam, vel non curaret de beatitudine,dummodo poſſet hic manere cum tali creatura,omnia iſta ſunt mortalia,quia includunt contemptum Dei,licet nõ formalem, tñ interpretatiuum, & eſt fruitio creaturæ quæ præponitur Deo. Hoc eſt contra illos curienſes q̃ amore amaſiarum ſuarum debacchati dicunt, O ſi tecum poſſem in perpetuum manere, non curarem ſi Deus in cẹlo reſideret,& me hic te cum dimitteret. O miſer & omnium miſerorũ infeliciſſime, qui non guſtaſti q̃ ſuauis eſt Dñs ſperantibus in ſe, & quanta præparauit diligentibus ſe. Si tñ aliquis diligit creaturam plus q̃ deber,ſed tamen propter hoc Deum nollet offendere,aut eius amicitiam perdere,nec tranſgredi eius præceptũ, aut eum propter hoc deſerere,tunc non oportet q̃ ſit mortale.

Secunda regula, Quando aliquid cõmittitur contra dilectionem Dei vel proximi notabiliter,tunc eſt mortale. Illud autem eſt contra dilectionẽ Dei,per quod violatur amicitia inter Deũ & hoĩem,vt cum fit aliquid contra eius prohibitionem, vel qđ ſibi diſplicet. Illud vero fit contra dilectionem proximi quod homo facit proximo, & tamen ſibi nollet hoc fieri, iuxta illud, Non facias aliis,&c. quod tibi rationabiliter & ex debito vis fieri,&c. Et põt ẽt attendi penes ſcandalum actiuum,quod ego infero proximo meo per mala exempla. Sed quantum importat cõtra dilectionem, vel quantum ſit illud ſcandalum ad hoc quod ſit mortale,non præciſe determinatum eſt,quia in modico facere contra proximum,aut in paruo ſcandalizare,non eſt mortale. Vnde quilibet attendat ſeipſum quid ſibi vellet fieri, & quid ſibi nollet fieri, & per quod factum & nõ factum inter ſe & proximum amicitiam,quam ſimul habent,ſolueret.

Tertia regula,Quando aliquis committit vel omittit contra præceptum Dei vel Eccleſiæ vel legis naturæ,vel ſuperiorum,& præſertim ſi ſunt præcepta de neceſſitate ſalutis, vel facit cõtra votum publicum,vel contra iuramentũ licitũ, tale eſt mortale.

Quarta regula, Qñ aliquid fit vel omittitur contra conſcientiam verè vel falsè dictantem aliquid eſſe mortale,vel cõtra cõſcientiam formidantem probabiliter & dubitatiuè,an ſit mortale,ſi conſcientia non ſit ſufficienter inſtructa,eſt mortale.

Quinta regula eſt de actibus intus manentibus, qñquidẽ quis habet ſolã cogitationem de aliquo quantuncũq; turpẽ vel malã,abſq; tñ cõplacentia ſeu delectatione vel cõſenſu,tunc nunq̃ eſt peccatũ mortale,ſed vel veniale,vel nullum. Qñ verò eſt cõſenſus in actũ,qui eſſet peccatũ mortale, tũc ſemper eſt mortale,qa Deus voluntatẽ pro facto acceptat. Qñ aũt cũ cogitatione aut cõplacẽtia eſt declaratio moroſa in aliquo turpi, & ſpãliter in libidinoſis,tunc eſt mortale,ſm̃ dictum Aug. eſto q̃ nõ ſit ꝯſenſus in actũ,ſed in ſolã moroſam delectationem. & hoc bene eſt attendendũ: plures.n. hic decipiunt̃. Ex his ergo iã ponamus practicã de ſingulis peccatis mortalib. Et primùm de ſuperbia, q̃ tũc eſt peccatũ mortale ſm̃ primã regulã, qñ quis ſubtrahit ſe à ſubiectione & obediẽtia diuina, & totam vitã ſuam ordinat ad laudẽ humanam & ad vanã gloriam. Talis.n. ex quo non curat hoc facere ad laudẽ Dei,ſed potius humanã,vt̃ hoĩes plus diligere q̃ Deũ,quia illis plus vult cõplacere q̃ Deo. Similiter eſt mortale per regulã ſecundam, cũ quis pro ſua ſuperbia faciẽda facit extorquere pauperes p̃ximos pro ſuis tunicis põposè faciẽdis. Similiter,cũ quis non curat ſcandalizare proximos, ſicut ſunt mulieres ornantes ſe,q̃ præbent occaſionem videntibus ad cõcupiſcendum eas. Vel cũ quis præſumptuosè tranſgredit̃ p̃cepta Dei vel p̃cepta legis naturę,vt faciẽs alteri qđ ſibi diſplicet, tunc eſt mortale p̃ tertiã regulẽ. Qñ verò quis appeteret humanã laudẽ, vel vanam gloriam aliis modis,tunc eſt veniale. Itẽ auaritia eſt mortale peccatum per ſecũdam regulam,qñ aliquis appetit diuitias hr̃e non curando an per fraudẽ,mẽdacia,vſuras,periuria, per ludos illicitos, vel emptiones vel venditiones exercens illicitas,vel detinendo debita aliorum,vel mercedem ſeruorũ ſuorũ,peccat mortaliter. Similiter p̃ primã regulã eſt peccatũ mortale,ſi nimis magna ſpes in eis conſtituit̃. Eſt ẽt per tertiã regulã peccatũ mortale, qñ pro eis acquirendis negligunt̃ præcepta ſalutis,vt foriſando die dñico vel feſtiuo. Itẽ per quartã regulã fit peccatũ mortale,qñ dubitat̃ de cõtractu an ſit licitus,& tñ exercetur. Qñ verò appetuntur diuitiæ plus q̃ ſunt neceſſe,ſed tñ nollet eas acquirere malo & iniuſto modo,veniale eſt peccatũ,ſm̃ Aug. in lib. de purgatorio. Vel qñ nollet offendere Deum, nec in eis confidere,tunc ẽt eſt veniale, &c. Item gula eſt peccatum mortale per primam regulam, qñ quis tãtam delectationem in comeſtatione vel potatione habet, q̃ p̃ ipſam nõ curat Deum offendere,aut miſſas negligere, vel feriũnia frangere. Itẽ, qñ homo ſe grauat potu,intantum q̃ vſum rõnis amittat,obliuiſcens vbi ſit,& redditur vt beſtia, vel cũ aliũ ſtudioſè inebriat. & hoc eſt peccatũ mortale per ſecundã regulam. Et hoc eſt verũ ſi ſcit fortitudinem potus,quia ſi neſcit, & bibit exceſſiuè cã ceſſionis vel collationis amicorum & ſociorũ,eſt veniale. Item per quartam regulam eſt mortale,ſi quis contra conſcientiã ſibi dictantem bibit,quia talẽ potũ bibere immoderatè, eſt deſtructio capitis,vel quia hoc eſt peccatum tali die,vel qa inde ſcãdalũ oritr̃, eſt peccatũ mortale. Hoc attẽdat presbyter viſitans tabernas,ex cuius viſitatione ſcandalizant̃ laici: ſi talis peccat mortaliter,iudicet ſeipſum. Si aũt quis comedit vel bibit ex delectatione, vel vltra menſurã,vel p̃cioſos cibos ſumit,ſed tñ nollet ipſe ſibi per hoc ordinare aliquod impedimentũ ſanitatis vel ſalutis,licet ei eueniat dolor capitis vel infirmitatis,aliàs eſt veniale. Itẽ ira, qñ procedit vſq; ad odiũ proximi,ita q̃ vult notabiliter nocere p̃ximo in rebus,corpore vel honore, eſt mortale per ſecundã regulã. Si aũt ex cõmotione ſubita vult malũ proximo non bene deliberatus,qđ tñ deliberatus nõ faceret,nõ eſt mortale. Itẽ inuidia,quæ eſt triſtitia de bono proximi,ſi procedit ex odio p̃ſonali,eſt peccatũ mortale per ſecundam regulã,vel ſi gaudet de malo proximi,& triſtat̃ de ipſius bono,& tñ ex hoc nullã habet vtilitatẽ,ſemp̃ eſt mortale. Sed ſi ideo gaudet de malo,ne ſit ei nociuus,puta gaudet de ſui inimici depreſſione, vt p̃ hoc ſit ſibi ad nocendum minus potens,hoc non eſt peccatum mortale. Similiter detrahens & infamãs ex inuidia,eſt mortale. Item luxuria, quę eſt oĩs coitus extra thorum matrimonialem,ſemper eſt peccatum mortale. Similiter cõcupiſcentia cum delectatione moroſa, vel conſenſus in talem actũ. Et omnis actus turpis in locis impudicis,vt oſcula & alia quæ verecundaret̃ homo facere coram hoĩbus,ſunt peccata mortalia. Similiter dicendũ eſt de amicitia & fauore viri & mulieris,quidam dicunt q̃ eſt mortale peccatum,eo modo videlicet dũ vnus vult cõplacere alteri in actibus præſcriptis,ſ. oculis,motibus, & tactibus inordinatis,dans ſibi ptãtem in ſe exercendi,vel hñs animum paratũ ad hoc, dum alter nollet exercere. Et tales ſtantes in tali periculo uel p̃poſito non ſunt in uia ſalutis. Itẽ accidia eſt tẽdium de diuinis rebus & de rebus ſpiritualibus, uel tarditas & pigritia ad audiendum de Deo,& faciẽdum ea quæ ad Deum ſpectant,& eſt mortale. Vnde patet quod diſtractio,cogitatio, uel occupatio exteriorantes diuinum officium,eſt peccatum accidiæ. Et ſi eſt ſtudioſa applicatio ad talia impertinentia,ita q̃ non curet homo à ſe repellere huiuſmodi cogitationes,& dimittere occupationes,eſt mortale peccatum. Et nota circa prædicta q̃ aliud eſt mortale, aliud ueniale, & aliud criminale. Vñ inter mortalia & criminalia eſt differẽtia,ſicut inter genus & ſpeciem: nã oẽ criminale eſt mortale,ſed non ecõuerſo. Multa.n. mortalia ſunt,quæ non ſunt criminalia. i. capitalia. i. quæ non inducunt decapitationem ſiue depoſitionẽ uel exilium,uel intruſionẽ carceris licet quodãmodo oẽ peccatũ uocetur crimen. diſt. 25. unum orariũ. §. criminis appellatio. Primũ peccatum criminale,eſt peccatum hæreſis, ut errare in fide Trinitatis. 22. q. 2. primũ. Secũdum eſt inceſtus,ut habetur. 32. q. 7. c. adulterium. & c. flagitia. Tertium eſt homicidiũ. 50. diſt. placuit. Quartum crimen læſæ maieſtatis. 6. q. j. ſi quis. 3. q. 5. accuſatoribus. Quintum crimen ſacrilegii. 2. q. j. in primis requirẽdum eſt. 17. q. 4. ſi quis in atrio. & c. frater. Sextum inceſtus. 3. q. 4. conſanguineorum. 35. q. 3. de inceſtis. & eadẽ cau. q. 8. hæc ſalubriter. Septimum conſpiratio. 11. q. j. conſpirationum. & c. ſi quis clericorum. Octauum adulteriũ. 22. q. 7. quid in oĩbus. & ea cauſa, q. 4. Nonum falſum teſtimonium. 22. q. 4. non peierabis. 6. q. j. quicunq;. Decimum eſt crimen ſimoniæ, reſpectu cuius oĩa crimina pro nihilo reputantur,ut de ſimonia,ſicut ſimoniaca. j. q. 7. c. ult. Vndecimum eſt uſura. 4. q. 3. pleriq;. Alia autem peccata non uocantur criminalia,quia non ſunt capitalia,licet mortalia ſint. ſunt.n. diſpenſabilia ſine decoloratione ſtatus Eccleſiæ. j. q. 12. diſpenſatores. & c. & ſi illa. ſm̃ Archid. 25. diſt. audire. Item peccata mortalia ſunt omnia contra decem præcepta commiſſa,quæ enumerat Apoſtolus ad Rom. j. ut idololatria, auaritia, inuidia,contentio,dolus,ſuſurratio,detractio,contumelia, ſuperbia,elatio,inuentio malorum,inobedientia. Nã qui talia agunt, digni ſunt morte. Item ad Gal. 5. enumerat alia dicens, Manifeſta ſunt opera carnis,quæ ſunt fornicatio,immunditia, luxuria, auaritia,ueneficia,inimicitia,contentiones, emulationes, rixę, diſſentiones,ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſtationes. Et ſequitur, Qui talia agunt, regnum Dei non conſequẽtur. Ad iſta autem reducuntur oĩa alia mortalia. Sed peccata uenialia enumerat Aug. 25. diſt. qualis. ut cũ aliquis plus accipit in cibo uel potu q̃ ſit neceſſe,plus loquitur quam oportet,plus tacet q̃ expedit,quoties pauperem importunè petẽtem exaſperat,uel ſi ſanus aliis ieiunantibus prandere uelit. Aut ſomno deditus,tardius ad Eccleſiam ſurgit, aut uxorem excepto deſiderio filiorũ cognoſcit, quod tamen ſæpe eſt mortale. quoties incarceratos tardius requiſierit,uel infirmos non uiſitauerit. Si diſcordes non concordare curauerit. Si plus filium uxorem uel ſeruum exaſperauerit ſeu increpauerit aut correxerit. Si fuerit plus blanditus. i. adultus alicui q̃ expedit. Si pauperibus eſurientibus nimis delicatum

Source : BIU Cujas

catum cibum ſibi præparauit. Si ī Eccleſia aut extra Eccleſiā locoſis vel fabuloſis vel ocioſis verbis inſtiterit. Si aliqd iurat incautè, quod poſtea implere non poteſt. Vel cum ex facilitate, vel temeritate maledicit. Hęc oīa pro tanto diutius ꝓtraximus, putantes multum eſſe vtile circa hoc ſacramentum pęnitentiæ cognoſcere particulariter & ad oculum illa, ſine quorum cognitione non bene poteſt expediri iſtud ſacramentum.

¶ *Quinta pars Tractatus.*

¶ De Sacramento extremæ Vnctionis.

¶ Præfatio.

INFIRMATVR quis ex vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, vt orent ſuper eum, vngentes eū oleo in nomine Dñi. Iac. 5. c. Quia vt dicit gl. de appella. c. qua fronte, Homo propter peccatum citius mori præſumitur. 11. q. 3. epi. & j. q. 2. & 12. q. j. c. 2. & 23. q. 4. ea vindicta. & gl. ordi. ſuper verbo thematis dicit, ꝙ multi ꝓp peccata plectuntur morte corporis. Hinc eſt ꝙ Saluator prouidens de remedio ꝓtra peccata hominum ſanorum, vt de pęnitentia, prouidere ēt eſt dignatus de remediis cōtra peccata hoīum infirmorū, vt de extrema vnctione, per quam quidem peccata venialia dimittūtur, & ēt infirmitas corporis interdum alleuiatur. vnde ſequitur in themate, Et oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dñs. Gl. interliñ. j. ſi eum contingerit mori ſic, dimittētur. Et hoc bene expreſſum eſt in Apoſtolis, de quibus dicitur Mar. 6. ꝙ vngebant oleo multos infirmos, & ſanabātur. quod utiq; ſit virtute huius ſacramenti, & non alia ſimplici vnctione. Nam Apoſtoli tunc vngētes conferebant hoc ſacramentum à Chriſto eis præceptū. Vnde dicit Nic. de Lyra ſuper Mar. vbi ſupra, ꝙ ex eo ꝙ Apoſtoli ſic vngebant, patet ꝙ vnctio extrema quæ eſt infirmorum, fuit inſtituta à Chriſto. Quod eſt contra multos dicētes ꝙ Iac. Apoſtolus in verbis præmiſſis eam inſtituerit, qđ eſt falſum, cum nullus Apoſtolus aliquod ſacramētum inſtituere poterit, ſed bene publicare potuit inſtitutum. Et hoc fecit Iacobus in verbis præmiſſis noſtri thematis, dicens, Infirmatur quis ex vobis, &c. Vnde dicit Tho. in 4. diſt. 23. q. j. art. 3. ꝙ oīa ſacramenta Chriſtus inſtituit per ſe, ſed quæ ſunt difficiliora ad credendum, illa per ſe promulgauit: alia autem ſeruauit Apoſtolus promulganda, ſicut extremam vnctionem, & confirmationem. Vnde per iſta verba thematis noſtri à Iacobo fuit iſtud ſacramentum promulgatum, & non inſtitutum.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum extremæ vnctionis, quid ſit & qualiter diffiniatur.*
2 *Sacramenti extremæ vnctionis quæ ſit materia, & quæ forma.* 3.
4 *Extrema vnctio, quibus ſit conferenda.*
5 *Sacramēto extremæ vnctionis vnctus, cur nō ſemper reſurgat ab infirmitate.*

Caput primum quintæ partis.

1 DIffinitur autē extrema vnctio ſic, ſm Scotum vbi. ſupra. † Eſt vnctio infirmi hominis facta in partib. determinatis corporis cum oleo cōſecrato ab epō miniſtrata à ſacerdote certa verba cum intentione debita proferente, ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificans curationem venialium. Ex qua diffinitione ſatis patet euidenter, à quo debeat iſtud ſacramentum conferri, ex qua materia, & ſub qua forma, de quibus per ordinem eſt videndum.

2 Et primò ſciendum eſt, ꝙ † materia huius ſacramēti eſt oleū oliuę ab epiſcopo conſecratum, & non eſt oleum balſami, ſicut in confirmatione. Cuius ratio eſt, quia ꝙ habet exire de via, non oportet ꝙ habeat odorem bonæ famæ, quæ per balſamum deſignatur, ſed ſufficit ipſum habere bonam conſcientiam. Nec poteſt aliquis hoc ſacramentum conferre niſi ſacerdos, & ſi alius ꝓfert, nihil facit. Vnde in diffinitione dr̄, à ſacerdote miniſtrata.

3 Secundò ſciendum eſt † de forma huius ſacramenti, quæ eſt ſeptuplex, ad ſeptem vnctiones principales. Circa quod ſciendū ꝙ in quibuſdam Eccleſiis dr̄ hæc forma in collatione huius ſacramenti, Vngo oculos tuos oleo ſacrificato, In nomine patris & filii & ſpiritusſancti. Similiter vngo nares, &c. & ꝓñr labia, manus, & pedes. Sed in rei veritate iſta verba non ſunt vera forma huius ſacramenti, ſed bene ſunt diſpoſitio ad formā. Forma aūt huius ſacramenti vera eſt hęc, Per iſtam ſacram vnctionem, & ꝓ iſtam ſacratiſſimā benedictionem indulgeat tibi Dñs quicquid deliquiſti per viſum. ſimiliter reſumendo ſuper aures, nares, labia, manus, & pedes. Licet autem in hoc ſacramento fiant multæ vnctiones, vltima tamen vnctio. ſin pedibus, eſt forma reſpectu omnium præcedentium, & agit in virtute omnium, & ideo in vltima gratia infunditur, quæ effectum ſacramēti præbet. Vnde ſm Tho. in 4. diſt. 23. ſi iam aliquæ partes eſſent inunctæ, & presbyter deficeret, ſicut contingit in peſtilentia, quod factū eſt, non debet iterari, ſed vnctiones quæ reſtant, per alium ſacerdotem debent cōpleri. Sint ergo presbyteri cauti, vt decętero corrigant libros ſuos & agendas in quibus cōiter habent formā ſacramēti huius ꝓ illa verba, vngo oculos tuos vel nares tuas, &c. Iſtud enim ſacramentum confertur per modum ſuffragii, ſm Tho. & ideo datur per ſolam orationem, & per verba optatiui modi. Vnde dicit Iac. in verbis thematis, Inducant presbyteros, vt orent pro eo. Illa verò verba, Vngo oculos tuos, &c. non ſunt de ſubſtantia ſacramenti, ſed de bene eſſe, ſm Petrū de Tharan. diſt. 18. & Tho. in 4. q. 4. arti. 2.

4 Quibus autem † conferendum ſit hoc ſacramētum? Reſpondeo ꝙ ſolum eſt dandum infirmis, & nunquam ſanis. nihil. n. efficit in eis. Et hoc patet ex diffinitione prius data, in qua dicitur ꝙ hoc ſacramentū eſt infirmi homines. Nec debet dari iſtud ſacramētum infirmis ex periculo exterioris violentiæ, puta armorum vel ſubmerſionis, ſm Doctorem ſubtilem in 4. diſt. 23. & ex hoc ſoluo vnum dubium, de quo cum audirem ſententiarum libros, dubitabatur à Lectoribus, & à formatis Baccalariis ſacræ Theologiæ, an valeat vulneratis vel ſubmergendis hoc ſacramētum. Patet enim ꝙ nō. Dico enim probabiliter, ꝙ ſi quis eſt vulneratus, & ex vulneribus inflictis incidit in infirmitatem longam, ex qua deſperatur de vita ſua, puto ꝙ ei ſit dandum, ſed aliàs recenter vulnerato iam decedenti non eſt dandū. Similiter ſuſpendendo vel ſubmergendo non eſt dandum, quia illi non dicuntur infirmi, nec moriuntur ex defectu naturæ, ſed ex euentu fortunæ, ſm Petr. Item non debet dari pueris, furioſis, & amentibus, qui prius nō petierunt hoc ſacramentum. Si quis tamen ſenio deficeret, ſubi tò in articulo mortis poteſt ei dari hoc ſacramentum. Sed tamē adultis vſum rationis habentibus non datur, niſi petant ſpecialiter. Sed tamē qui in vita ſua habuit bonum propoſitum, omnia ſacramenta ſuſcipiendi ſibi neceſſaria vel vtilia, etiam ſi amitteret loquelam, ungatur in nomine Chriſti. Nō debet etiam quis inungi ſæpius in eadem infirmitate, niſi eadem infirmitas ultra annum protrahatur, ita ꝙ uno anno in eadem infirmitate nullus bis inungatur, ne ſacramentum iſtud vileſcat. Iteratur tamē hoc ſacramentum in diuerſis infirmitatibus, uel in eadem recidiua, quia non habet effectum perpetuum, eo ꝙ ſanitas corporis & mentis, quę ſunt eius effectus, reiterari poſſunt, & amitti & recuperari. Debet autem fieri unctio ſuper organis quinq; ſenſuum, quæ ſunt quaſi primæ radices peccandi. Vnde oculi ungūtur propter uiſum, quo peccamus; aures propter auditum; nares propter odoratum; labia propter guſtum; manus propter tactū; pedes uerò propter uim motiuam, quod non eſt de neceſſitate. Cor autem nō ungitur, quia eſt principium immediatum uitæ, & remotum actionis; nec genitalia, propter ignominiam & reuerentiam ſacramenti; nec lingua propter abominationem. Itē ſm Tho. mutilati inungi debent quanto ꝓpinquius pñt circa partes, quæ inungi debuerant; quia quamuis non habent mēbra, tamen habent potētias, quæ illis membris debentur ſaltem in radice, & ideo interius peccare poſſunt per ea, quæ ad eos pertinent. Et effectus extremæ unctionis, ſm Tho. eſt quædam ſanatio ſpiritualis; quæ datur contra quādam debilitatem uel ineptitudinē, quę in nobis relinquitur ex peccato actuali uel originali, contra quam debilitatem homo roboratur per hoc ſacramētum. Et quia hoc robur ſeu fortitudo gratiam facit, ſecum non patitur peccatum, ideo ex conſequenti ſi inuenit peccatum aliquod ueniale uel mortale oblitum, quo ad culpam tollit, dummodo non ponatur obex ex parte recipientis. Secundarius autem effectus eius eſt, corporalis ſanitas.

5 Sed dices, quare † non ſemp homo infirmus unctus ſurgit de infirmitate, ſed ſæpius moritur? Reſpondeo ꝙ in iſto ſacramento ſanitas eſt effectus ſecundarius, & ideo non datur niſi ſm quod expedit ad ſanitatem ſpiritualem, quia tunc ſemper eam inducit, dummodo non ſit impedimentum ex parte recipiētis. Vnde patet quod ſi unctus in extremis, non ſurgit ab infirmitate illa per illam unctionem, ſignum eſt quod ſanitas corporalis eſt ſibi nociua, & uult Deus potius eum habere infirmum quàm ſanū, uel ſignū eſt ꝙ infirmus non bene diſpoſitus eſt in ꝓſcientia, ita quod adhuc aliquid habet quod impedit ne ſanitas corporalis ſibi reſtituatur, aliàs rarò fallit. In hoc enim ſacramento unctio exterior eſt ſacramentum, ſed res ſacramenti eſt ſanitas corporis & animæ. Res autem & ſacramentum eſt unctio ſpiritualis interior. i. mentis iucunditas uel ſolatium. Poteſt autem ſacramentum ſacerdos conferre cum uno clerico, qui ſibi reſpondeat ad oratio nes & ad Pſalmos, quæ ibi dicuntur. Si tamen caret clerico, poteſt ſolus expedire totum, ſecundum Guliel. & Hoſtien. Si autē ungitur ſacerdos, non eſt opus clerico qui reſpondeat ad Pſalmos & ad orationes, ſed ipſemet reſpondeat ſolus, dicens cum dicitur in lętania, Sancta Maria, ora pro me. Sancte Petre, ora pro me, &c. Similiter cum dicitur, A morte perpetua: reſpondeat, libera me Domine. Nec ungantur ſacerdoti manus in pſalmis interioribus, quia ibi unctæ ſunt per epiſcopum in ordinibus, ſed

Source : BIU Cujas

bus,ſed exterius vngantur in ſuperficie. De hoc tamen non eſt magna vis qualitercūq; faciat,ſed tñ illud ſecurius eſt, & tutius.

Practica huius ſacramenti eſt facilis. Nam præmittit ſacerdos primò veniens in domum infirmi ſeptem pſalmos pœnitentiales cum letania.Deinde quærit ab infirmo, ſi poſtulat ſacram vnctionem. Tertiò dicit orationes poſitas in libello ad hoc cgōruas.Quartò vngit eum forma ſupradicta. Quintò tergit cum ſtupa canabis, vel lini loca vncta,& proiicit in ignem. Sextò lauat manus ſale & aqua, & ſimiliter proiicit in ignem. Septimò alligat loca illa mundo panniculo vſque ad tertiam diem, quæ tertia die comburuntur. Octauò relinquit ſignum paſſionis Chriſti, in cuius virtute iſtud ſacramentum ſicut & alia habet virtutem ſanatiuam animæ & corporis.

¶Sexta pars Tractatus, De Sacramento ordinis.

¶PRAEFATIO.

REgale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis.j.Pet.2. Et ſi Chriſtus deſcendens de cœlo ad terras humanum genus non ſolum à ſeruitute diabolica redemit,& libertati ad dignitati reſtituit, iuxta illud,Non.n.ſumus filii ancillæ,ſed liberę,qua libertate liberauit nos Chriſtus,ad Gal.3.& Io.8.Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis: multo tamen meliori modo ſtatum ſacerdotalem in illa libertate extulit & dignificauit,ita vt non ſolùm ipſi ſacerdotes ſint liberi modo communi, vt cæteri homines in communione vnius fidei & participatione ſacramentorum, ſed ēt ꝙ ſint quaſi duces,præſides & reges, diſpenſatores & rectores diuinorum myſteriorum.vnde dicuntur ſacerdotes, quaſi ſacri duces vel ſacra dantes, vel ſacramenta ſacrificantes ſeu conſecrantes,quod vtique maximum eſt & excedens cōmunem ſtatum fidelium.Vnde meritò Petr.neſciens eos comparare aliis quàm excellentiſſimis perſonis in congregatione fidelium.ſ. Regibus,dicit: Regale ſacerdotium. Ne ergo ſacerdotes putarentur eſſe tantùm nobiliores vt Reges, additur gens ſancta. ſ. ſpecialiter ſanctificata à Domino Ieſu Chriſto, & ne leuis reputationis in ſanctitate æſtimarentur vt cæteri, ſubiunxit, populus acquiſitionis.i.ſpecialiter acquiſitus & Deo appropriatus.Non.n.ſacerdotes ſolum ſunt populus Dei, & oues paſcuæ eius iure creationis vt omnes homines, nec redemptionis ſolum,vt omnes Chriſtiani, ſed iure ſpecialiſſimo, & peculiari, quo vocauit eos, vt virtutes eius nuntient, vt dicitur.j. Petr. 2. Quibus non ſuper hoīes ſolū, ſed ſuper ſeipſum quodam modo dedit poteſtatem, dando videlicet eis poteſtatē conſecrādi & conficiēdi corpus ſuum,& ſanguinem vt dicitur Matth. 27.

SUMMARIUM.

1 *Sacramenti ordinis diffinitio.*
2 *Sacramentum ordinis ſex habet ſubſtantialia.*
3 *Ordines eccleſiaſtici ſeptem ſunt.*
4 *Epiſcopatus nunquid ſit ordo.*

¶Caput primum ſextæ partis.

CIrca igitur ſacramentum ordinis ſacerdotalis videndū eſt primò de ſubſtantialibus, ſecūdò de accidentalib. tertiò de cautelis. † Quantum ad primum,ſciendum ꝙ ordo ſic diffinitur per Magiſtrum ſententiarum.lib. 4.diſt.24.Eſt ſignaculum quoddam eccleſiæ per quod ſpiritualis poteſtas traditur ordinato. Ita etiam diffinit Hugo de ſancto Victore.Ordo autem ſacerdotalis,ſecundùm Doc.ſic diffinitur in ſpecie.Ordo eſt inſtitutio in gradu eccleſiæ ſimpliciter præeminente, diſponēs habentem ad conficiendum euchariſtiæ ſacramentum facta ab epiſcopo certa verba cum intētione debita proferente.Et in ipſa ordinatione quoddam eſt ſacramentum tantùm,vt poteſtas quæ traditur:quoddam res tantùm, vt gratia quæ confertur:quoddam res & ſacramentum, vt character qui imprimitur in ſingulis ordinib. vt ſtatim patebit. Sunt autem ſex de ſubſtantia huius ſacramenti. † Primum eſt poteſtas ordinantis,quia oportet,vt ſit epiſcopus.Secūdùm eſt materia.ſ.vnctio in ſacerdotibus, & tactus illorum quæ ſunt tāgēda.Tertium eſt forma verborum.Quartum eſt ſexus virilis, ꝙ fœmina ordinari non poteſt,nec recipit characterem ordinis, ſi millies ordinaretur.Cuius ratio eſt,ſecūdùm Tho. quia cum in ſacerdotio debeat ſignificari eminentia gradus, & fœmina tenet ſtatum ſubiectionis, ideo non eſt apta ad ſuſcipiendum hoc ſacramentum.Quintum eſt intentio debita', vt epiſcopus intendat conferre,& clericus ſuſcipere.Sextum eſt,ꝙ ordinandus ſit prius baptizatus, aliàs non ſuſciperet hoc ſacramentū, quia fundamentum omnium ſacramentorum, & ianua eſt baptiſmus.Vbi autem fundamentum deeſt,nihil deſuper ædificari poteſt,de presbytero non baptizato.c. miſerante. & c.veniēs. character autem confirmationis non præexigitur de neceſſitate,ſed de congruo. † Vlterius eſt ſciendum ꝙ ſeptem ſunt ordines.Primus eſt oſtiariatus, cuius eſt cuſtodire locum confectionis ſacramentum ab immundis.ſ.infidelib. & excōicatis. Secundus eſt lectoratus,cuius eſt legere prophetias ad inſtruēdum illos ꝙ volūt credere.Et iō ſecundū Tho.prophetię quaſi prima rudimēta eis legēda cōmittunt.Tertius eſt exorciſtarum quorum eſt arctare dęmones per adiurationem ne dominentur in corpore nondum baptizato. Quartus eſt acolitorum, quorum eſt præſentare materiam,vrceolum cum aqua & vino &,lumen accendere. Alij verò enumerant adhuc alios duos ordines,ſcilicet pſalmiſtarum & cantorum,qui tamen ſecundum Tho.in 4.diſt.24.q.4.ar.2.non ſunt ordines,nec ſunt illa nomina ordinum, ſed officiorū, tamen inter ordines largè acceptos computantur. Et iſti vocantur minores ordines, quos poſſunt Abbates benedicti conferre incluſiuè vſque ad lectoratum, vt 69.diſt.quoniam videmus. vbi gloſ. dicit ꝙ poſſunt facere pſalmiſtam,oſtiarum,& lectorem.& hoc licet Abbati in ſuo monaſterio.Exorciſtam verò aut acolytum facere non licet, quia iſti duo per ſolum epiſcopum fiunt,vt dicitur ibidem in c.nō oportet.Hæc fuit ſententia Hugonis & Lauren. quos ſequitur Arch. ibidem. Idem tenent Raymun. & Goffre.in ſententijs eorum, de epiſcopo qui renuntiauit epiſcopatui.Et poteſt Abbas taliter ordinare ſupradictos non ſolum in quatuor temporibus, ſed ēt diebus dominicis,ſed tantum in ſuo monaſterio, aliàs altari faceret præiudicium.Iam autem habet poteſtatem Abbas non ſolum ex ordine,ſed ex poteſtate benedictionis.vnde licet Abbas non conſecratus manum imponere non poteſt ordinato, vt in c.quoniam videmus,& in c. non oportet, & c. cum contingat. de ęta.& quali.ordi.tamen manum benedictionis poteſt imponere.de ſupplen.negli.præla.c.1.ſ.recipiendo profeſſos,& ſic nō poteſt ordinem conferre,niſi ſit benedictus.De hoc iam determinatum eſt,de priuileg.c.Abbates.lib.6.& de colla.ibidem.Immo pſalmiſtam & cantorē & poſt ordinare ſimplex ſacerdos, vt 23.diſt.vbi dicitur,pſalmiſta & cantor poſſunt abſque licentia epiſcopi ſola iuſſione presbyteri officium ſuſcipere cantādi dicente ſibi presbytero.Vide vt quod ore cantas, corde credas; & quod corde credis,operibus approbes.Lauren.etiam 92. diſt. non licet.exponit hoc c.cum dicitur in eo,officium cantādi ſuſcipere,ideſt ſuſcepti officij executionem. Quod etiam probat Hoſti.in ſumma de ordinatis ab epiſcopo qui renuntiauit epiſcopatui,circa princip. Raymun.verò in ſumma eod. titu. notauit,hoc intelligendum de ſacerdotib.curam habentibus, qui ſoli hoc poſſunt. Videtur tamen,quod cum nec alios ordines poſſet quis exequi ſine licentia eius, ita nec aliquid ſpecialitatis in pſalmiſta hoc introducatur.Sed Inno.Ber.& Petrus de Suprana dicunt,hoc poſſe quemlibet ſacerdotem. Et hanc vltimam ſententiam approbat Archi.in prædicto c.pſalmiſta.Vtrum autem infigatur character animæ per huiuſmodi ordinem, dicit ibidē Arch.ꝙ nemo ſcit,& ideo percutiens talem nō incidit in canonem:quia vt dicit Vincen.hic ordo nō eſt de principalibus, nec dicitur ordo propriè,ſed largè.Et iſtam ſententiam tenēt Theologi,qui dicunt pſalmiſtatum,cantoratum & epiſcopatum non eſſe ordines.Credit tamen Arch.vbi ſupra ꝙ percutiens pſalmiſtam incidit in canonem, nec ſuper eum ſeculare iudicium pōt habere ptātem.& dicit ꝙ ſi omittatur ordo iſte,& conferatur lectoratus & acolytatus,non eſt repetendus.Hoſti. tñ in c.cū contingat.de ætat.& qualit. ordi. dicit ꝙ ſit repetendus.Hæc de iſtis.

Deinde ſequūtur ſacri ordines,qui dicūtur maiores. Primus eſt ſubdiaconatus,ad quē ꝑtinet oblationes recipere ab offerēti bus,& eas diacono offerre. Itē legere epłam,&c.Secūdus eſt diaconatus,ad quē ꝑtinet hoſtias ordinare in altari,ſiłr legere euāgeliū.Tertius eſt presbyteratus,ad quē pertinet ꝓſecrare corpus Chriſti & ſanguinē,& hic eſt actus principalis,alius aūt ꝓñs.ſ.ſoluere & ligare,per quem actum prępparat corpus Chriſti myſticū ſ.fideles Chriſtiani,vt ſint apti ad corpus Chriſti verum.

4 De epiſcopatu aūt, † an ſit ordo,eſt diuerſitas inter Theologos & iuriſtas.Nā Theologi dicūt,eū nō eſſe ordinē: Iuriſtę verò cōiter tenent ꝙ ſit ordo,de quo Io.And.in nouella. Sexti notat pulchrè circa proęmiū.Et hoc idē tenet Doctor ſubtilis in 4. ſnīarum,diſ.24.ar.2.In quolibet aūt ordine character imprimit cū eis per eꝑm porrigit liber cū forma verborū: Acolyto cū dat candelabrū. Subdiacono cū datur calix vacuus cum aliis vaſis, quorū vſus eſt in confectione euchariſtiæ.Diacono & presbytero,qñ eꝑs imponit manū capiti,& hæc impoſitio ꝓfert plenitudinē gratiæ.Vgo.tñ dicit diſt.24.q.5.ar.2.ꝙ ſubdiacono imprimitur character in datione calicis tm̄, cuius actus principalis eſt circa vaſa tm̄,& non circa ꝓtenta in vaſis. Vnde non pōt tāgere corpus Chriſti ſine neceſſitate magna.Sed actus diaconi nec eſt ſuper vaſa tm̄, nec ſuper ꝓtenta in vaſis, quia ille eſt actus ſacerdotis,ſed eſt ſuper corpus ꝓtentum in vaſe tm̄. Vnde eius eſt diſpenſare corpus Chriſti in patena,& ſanguinē in calice, iō ptās eius ad actū nō potuit exprimi ꝑ dationē vaſis tm̄, nec materiæ tm̄,ſed exprimitur per actum in hoc ꝙ datur ſibi liber euāgeliorum,& in hac datione imprimitur character,ſm Tho.vbi ſupra dicens. ꝙ ꝓtactus iſte inſtrorum talium de eſſentia ſacramenti, quia dr̄,Accipe hoc,aut illud. Impoſitio aūr manus nō eſt de neceſſitate & ſubſtantia huius ſacramenti, vt de ſacramentis iterā. c.vlt.Et licet iſti characteres in eſſētia diſtinguāt,tñ in fine vniūtur, quia ad vltimū characterē presbyteratus, & ſm Petrum in 4.diſt.24.q.2.ar.1.& Io.Pariſienſem.non eſt credendum ꝙ character vnius ordinis,præſupponat characterem alterius ordinis.

Source : BIU Cujas

Nam, vt dicit Tho. vbi ſupra in primitiua eccleſia aliqui ordinabantur ad presbyteros, qui tamen prius inferiores ordines non acceperunt, & tamen poterant quæ inferiores: ſed hodie ſtatui eccleſia, vt non ingerat ſe quis ad maiores, qui prius in minoribus officijs ſe nō humiliauit. ideo hoc eſt de congruitate, & nō de neceſſitate.

Et nota, ſecundum Th. in 4. di. 24 q. 2. ar. 2. q̄ epiſcopus primò præparat ordinandos per tria. ſ. per benedictionem, per quam diuinis officijs mancipantur; per manus impoſitionem, per quā datur plenitudo gratiæ, per quam ad magna ſunt idonei, & ſolis diaconis & presbyteris fit manus impoſitio: tertio per vnctionē ad aliquod ſacramentum tangendum, quod fit ſolis ſacerdotib. qui propriis manibus tangunt corpus Chriſti. vnde etiam calix & patena vnguntur.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum ordinis quæ accidentalia habeat.*
2 *Laicus indoctus, nunquid poſſit & debeat ordinari.*
3 *Epiſcopus vtrum poſſit conferre ordines quoquo tempore.*

¶ Caput ſecundum ſextæ partis.

1 EST autem ſciendum q̄ illa † dicuntur accidentalia ſacramenti, quæ requiruntur de congruitate, & non de neceſſitate ſacramenti. Congruum eſt ergo primum, vt non ordinetur quis ad ſacros ordines, niſi habeat ætatem legitimam. Aetas autem pro ſubdiacono eſt 20. annorum, pro p̄sbytero 25. & ponitur in cle. de ęta & quali. præficien. c. generalem. Et vt no. Io. And in c. eum cui. de præben. lib. 6. in gl. 4. non eſt opus ſeruare interſtitia longa temporum in ordinibus ſuſcipiendis, ſicut prius. Vnde habens ętatem legitimam laicus in carniſpriuio poteſt cantare miſſam in ſacerdotio conſtitutus in feſto Paſchæ. Si tamen quis in minori ætate recipit hoc ſacramentum, tenet, ſed peccat, & debet ſuſpendi ab executione ipſius, & ordinator a collatione ordinum, & cum hoc poteſt compelli vt ſibi prouideat de aliquo beneficio, vt de tempo. ord. c. vel nō eſt. Hoc. n. quod quis imperfectus annis diſcretionis recipiat ſacramentum ordinis, licet ſm Tho. ſit propter honeſtatem ſacramenti inſtitutum, ita vt iam ſit ex neceſſitate præcepti, nō tamē ex neceſſitate ſacramenti. Vnde ſi ordo ſacer confertur puero carenti vſu rationis, tenet quantum eſt ex vi ſacramenti. Dicit tamen Tho. q̄ in illis ſacramentis vbi actus ſuſcipiētis requirit, ibi vſus rationis eſt de neceſſitate ſacramenti, ſicut in pęnitentia & matrimonio. Sed inquibus actus ſuſcipientis nō requiritur, vſus etiam rationis nō eſt de neceſſitate ſacramēti, ſicut eſt in ordine ſacro, vbi ſolum ſpiritualis poteſtas datur, & ideo vſus rationis non requiritur.

2 ¶ Sciendum eſt q̄ licet † laicus ignarus nihil ſciens de litera ordinem poſſit ſacrum ſuſcipere quantum eſt ex vi ſacramenti, peccat tamē grauiter epiſcopus conferēs tali ordinem ſacrum. Nam dicit Tho. q̄ tenetur ordinandus ſcire quod pertinet ad eius officium, ſm magis & minus. Vnde ſacerdos religioſus, ex quo recipit ptātem tm̄ ſuper corpus Chriſti verū ꝙſecrādi, ideo ſufficit q̄ ſolum ſciat illa quæ requiruntur ad conſecrationem corporis Chriſti. Curatus autem vt plebanus tenetur plus ſcire, quia promouetur ſuper corpus Chriſti myſticum, quod eſt eccleſia. Vnde debet ſcire ea, quæ ſpectāt ad populū. Ad eām verò pertinet ſcire ēt difficiles qōnes ſacræ ſcripturæ. Quod ergo dr̄, quod de ſubſtātia ſacri ordinis ſunt eloquia diuina, vt dr̄. 38. diſ. oēs pſallentes, exponēdum eſt non de ſubſtātia ordinis, ſed de ſubſtantia executionis, quia ſ. talis exequi non pōt ſacrum ordinem, niſi ſciat illud quod ad illum ordinem ſpectat exequēdū.

3 Item licet ſex † tempora anni ſint deputata ad conferēdum ordines, tm̄ hoc nō eſt de ſubſtātia, ſm Ray. & hoc exp̄ſū eſt de tēp. ordi. ſane. ꝙgruum tm̄ valde eſt, vt non alijs niſi prædictis ſex tēporib conferantur. ſ. quatuor temporibus ſingulis ſabbato ſitientes, & ſabbato Paſchæ, vt dr̄ diſ. 75. c. vlti. Poteſt tm̄ epiſcopus cōferre minores ordines diebus Dn̄icis, ſed nō multis, ne videatur generalem ordinationem facere, vt de tēp. ordi. de eo. Ideo aūt ſabbato ꝙferuntur ſacri ordines, quia ſabbatū ſignificat requiē, per quod ſignificatur q̄ qui ordinātur ad ſacros ordines, irreuocabiliter tranſit de labore in requiē, puta de labore ſeculariū negotiorum ad requiem. i. ad vacādum ſpiritualibus, vt dr̄ 88 diſt. fornicari. Poſſunt ēt cōferri ordines ſacri in die Dn̄ico mane, ita tm̄ q̄ ordinandus & ordinator cōtinuent ieiunium p̄cedentis ſabbati, quia tūc mane Dominicæ diei trahitur ad ſabbatum pp̄ continuationem ieiunij, ſed hoc non faciat eps̄ ſine neceſſitate, vt ſi fortè infirmaretur ſabbato, pōt differre in craſtinum. Et intellige de vno & eodem ordine, nō de diuerſis. Nam nullus debet ſuſcipere duos ordines vel minorem & vnum ſacrū in eiſdem quatuor temporibus. Pęna aūt ordinatorū extra dicta tēpora eſt ſuſpenſio ab executione illius ordinis quem ſuſcipit, vt de tēp. ordi. c. 2. Pōt tm̄ cū eis diſpenſari vt miniſtrēt impoſita eis pęnitentia, vt in c. cōſultationi. ibidē. Ordinator verò debet priuari auctoritate ordinandi, vt ibidem patet.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus conferens ordines ſex cauere debet.*

¶ Caput tertium ſextæ partis.

1 ET primò caueat epiſcopus, † ne ordinet alienum clericum vel laicum, vt de tempo. ordi. cum nullus. lib. 6. Quod ſi fecerit, per annum à collatione ordinum eſt ſuſpendendus. Et interim clerici ſui abſque licētia ſua a vicinis epiſcopis poſſunt ordinari, vt patet de tēpo. ord. lib. 6 Clerici verò, qui ſine proprii epiſcopi lnīa ordinātur, ab executione ordinum ſuſpendantur, tamen epiſcopus poteſt cum eis diſpenſare. 9. q. 2. Lugd. de tempo. ordi. quod tranſlationem.

Secundò caueat epiſcopus, nē ordinet aliquem ad ſacros ordines ſine titu. aliàs ſolus ei prouidere tenebitur de beneficio.

Tertiò caueat, ne ordinet p̄ ſimoniā, vt de ſimo. p̄ totū. nec ſolus eps̄, ſed ēt notarius nō dēt formatas vendere. de ſimo. c. j.

Quartò caueat ordinādus, ne recipiat ordinē aliquē ab eo, quē ſcit ſimoniacè in ordinē ſuſceptū, ſiue ſit occultū, ſiue manifeſtū, q̄a nō recipit executionē, & indiget diſpenſatione. j. q. j. ſi q̄ à ſimoniacis. Dicit tm̄ Thom. 2. 2. q. 8. q̄ ſi eſſet ſimoniacus alia ex cā, poſſet ab eo recipere ordines, dūmō ſit occultū, q̄a talis epiſcopus non eſt ſuſpenſus ad alios, ſed ad ſe tantùm.

Quintò caueat ordinandus, ne tempore ordina. ſit in peccato mortali, nā mortaliter peccaret. diſt. 40. multi. Et idem ſanctus Tho. in 4. diſt. 24. nec talis pōt vti ordine ſic ſuſcepto, ſecūdùm ipſum, quia facit contra præceptum illud, Deute. 16. Iuſtè, quod iuſtum eſt, exequaris. Vnde talis quoties talē actum exercet, ſemp peccat mortaliter. Dicit tamē Tho. ibidē, q̄ ſubditus hmōi ordinati in pctō mortali tenet̄ ab eo recipere ſacr̄m ſi eſt occultū, & hoc q̄diu tolerat̄ ab eccleſia. Tm̄ dicit idē. Non eſt tutū talē ad aliquē actū ſui ordinis exequendum inducere durante conſcientia q̄ iſte ſit in pctō mortali, quē tm̄ deponere poſſet, quia in inſtanti homo poſſet à diuina gratia emēdari.

Sextò caueat clericus, ne ordinet̄ ſine examine, aliàs dr̄ furtiuè ordinatus, ſm Hoſtiē. vt 64. diſ. extra conſcīam. nec proſunt ei informatorię. ſi tm̄ eſt dignus & notus, nihil obeſt, quia tales non ſunt examinādi. Archi. 24. diſt. c. nullus. Sed ſi eſt indignus, deponi debet. de corpore vitiatis. expoſuiſti. Si etiā ſit ignotus, quāuis dignus, deponi debet, 24. diſtin. c. vlti. & multo fortius ſi eſt indignus. 50. diſt. ex pœnitentib. Debet ēt confiteri publicè epiſcopo ſuo crimina ſeu notoria impedimenta iuris vel facti, vt ibidem dicitur. Sic autem ſubticet talia, etiā poſt p̄niam impediūt executionē. Nec etiā ſuſcipiat aliquē ordinē ſuperiorē omiſſo inferiori, q̄a hoc eſt per ſaltū p̄mouēri. Et talis dēt deponi, ſi hoc faceret ex malitia. ſecus ſi ex ignorantia vel negligētia. diſt. 48. ſicut olim. Ex diſpēſatione tm̄ epi ad omiſſum ordinē pōt p̄mouēri, ſed in ſuſcepto prius nō adminiſtrabit. Dat̄ autem gratia gratum faciēs in hoc ſacr̄o, quæ neceſſaria eſt nō ſolum ad dignè ſuſcipiendum ſacramentum, ſed ēt ad dignè miniſtrandum, ſecundùm Thomam & Petrum in 4. diſtin. 24.

¶ Septima pars Tractatus, De Sacramento matrimonij.

¶ PRAEFATIO.

PRopter fornicationem habeat quiſq; vxorem ſuā. j. ad Corin. 7. & 32. q. 2. c. his ita. Licèt matrimonium in ſtatu innocentiæ ſit inſtitutum in officium naturæ, hoc eſt in propagationem & multiplicationem prolis ad Dei cultū: quia tamen natura lapſa vitiata eſt ex originali peccato, adeo vt falcem propriam in meſſem non vereatur mittere alienam, quærens indifferenter quācunque fœminā cū qua fornicationis expleat pctm̄, ideo magnus Doctor gentiū, prædicator & rector, prouidens de remedio, dicit vt p̄ fornicationē euitandā vnuſquiſque habeat vxorē ſuā, per qđ dānat pctm̄ fornicationis, & cōmendat ſtatum matrimonii cōiugalis. In q̄bus verbis primo Apoſtolus ſuadet vitare fornicationem ibi, Propter fornicationem. Secundò conſulit remedii adhibitionē, q̄a habeat vxorē ſuā. Per primum damnat̄ error illorū, qui dicunt ſimplicē fornicationē nō eſſe peccatum, allegātes ſanctos patres. ſ. Abrahā, Iacob, Dauid & alios, q̄ habebant concubinas, nec tm̄ illa fornicatio imputata eſt eis ad pctm̄. Quib. rn̄det̄, ſm Tho. in 4. ſent. diſtin. 33. q. 4. quia q̄libet fornicatio extra mr̄imonium, q̄ tollit debitā ordinationē parentis ad prolē, quā natura ex ꝙcubitu intēdit, eſt pctm̄. Iō ſm ip̄m ſine dubio ſimplex fornicatio eſt pctm̄ mortale, ēt ſi lex ſcripta nō eſſet, qđ eſt multū notabile. Vbicunque aūt legimus, aliquos pr̄es habuiſſe concubinas, illud fuit pro ſpeciali diſpenſatione ſpiritusſancti, & ad deſignādū aliquid. Hoc. n. q̄ filii Iacob ex liberis & ancillis fuerunt hr̄des, deſignat q̄ Chriſto in baptiſmo naſcunt̄ filii & hr̄des p̄ bonos & malos miniſtros. ſic ēt alia oīa ī p̄dictis patribus ad myſteriū p̄tinēt, vt habetur latius. 32. q. 3. c. j. 2. & 3. de quo, cui placet ſufficienter informari, videat notata mea ſuper c. præcepto. ſ. Non męchaberis. Per ſm damnat̄ bigamia, cum dicitur, Habeat vxorem ſuam, & ſic vnam tantùm, non plures ſimul. Vnde Saluator repetēs illud Gene. 2. Erunt duo in carne vna. Mat. 19. dicit, Itaque iam non ſunt duo ſed vna caro.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia, quid ſint & quæ dicantur.*
2 *Sponſalia quatuor modis fiunt.*

Sponſalia

Source : BIU Cujas

3 *Sponſalia iurata, nunquid mutuo diſſenſu tolli poſſint.*
4 *Parentes vt poſſint frangere ſponſalia filiorum, nunquid etiam iuramenta remittere.*
5 *Sponſaliorum contrahendorum tempus, quando incipiat.*
6 *Sponſalia octo caſibus ſoluuntur.*

¶ Caput primum ſeptimæ partis.

CIRCA iſtud ſacramentum primo videndum eſt de ſubſtantialibus, ſecundò de accidentalibus, tertiò de cautelis.

1 Quantum ad † primū ſciēdū eſt, ꝙ q̄dā ſunt accidētalia mr̄imonii. ſ. ſpōſalia. & iō de ipſis primo videndū eſt, ſecūdò qd ſit mr̄imoniū, tertiò q̄ requirunt̄ ad mr̄imoniū, quartò q̄ impediunt ipm. Quātū ad primū, ſponſalia ſm Franci. de Zabarel. ſup rub. de ſpōſa. ſic diffiniunt̄. Sunt futurarū nuptiarū ſeu mr̄imoniū promiſſio. Et diffinitio illa trahit̄ ex canone, 30. q. 5. noſtrates. Dicunt̄ à ſpondeo ſpondes: qa vt dicit Gaſpar de Calde olim ſponſus & ſponſa mittebant cautiones, q̄bus ſpōdebāt ſe in iura mr̄imonii cōſentire, & fideiuſſores dabant, q̄bus id ſe obſeruaturos obligabāt. Qñq; ēt ſponſalia dicūt mr̄imoniū, ſed tūc debēt intelligi
2 ſi ſunt ſponſalia de præſenti. † Et fiunt ſponſalia quatuor modis. Primo nuda ꝓmiſſione, vt cū dr̄, Promitto te ducere in vxorē. Secūdò datis arris ſpōſalitiis vt pecuniæ, vel alterius rei. Tertiò animi ſubarratiōe. Quartò interueniēte iur̄o, vt cū alter alteri iurat, dicēs: Iuro ꝙ te in vxorē ducere volo. Q̄ocunq; ergo qs iſtorū quatuor modorū ꝓmittit ducere aliquā, & poſtea nō curat, peccat mortaliter, niſi legitimū impedimētū interueniat. Sciendū tñ ꝙ ſi ſpōſi ſibi inuicē diſplicēt & diſſentiant, ſi ſpōſalia nō fuerint iurata pñt ſe mutuo abſoluere. Vñ notant Doctores in c. ꝑterea. de ſponſalib. vbi inter cæteros Iac. de Albergo. notat, ꝙ qñ eccleſia videt ꝙ ſponſi ſibi inuicē diſplicēt, dēt diſſimulare. i. nō dēt cogere ſpōſum & ſponſam ad ꝓficiēdū mr̄imoniū, ꝓp malū qd poſſet inde prouenire. ſ. vxoricidiū, vel mutua adulteria ꝯhētiū. Et hoc placet Gaſpa. Si aūt tñ alter diſſentit, dicit Goffre. ꝙ ex quo alter diſſentit, diſſentiens, ꝑcisè cōpellit̄, donec in eodē ſtatu ꝓmanet: ſed cū alio ꝯxerit ꝑ verba de præſenti, ceſſabit coactio. Idē vult Inn. tit. de ſponſa. † An
3 aut̄ ſpōſalia iurata poſſint mutuo partiū diſſenſu diſſolui: licèt antiq Doctores dubitarēt de hoc, moderni tñ expedierunt iſtū caſum. Vnde Vincētius ī c. ꝑterea. de ſpōſalib. ponit diſtinguēdo, an iur̄m dirigat̄ in Deū, an in hoīem. Primò caſu nullus ꝑt abſoluere niſi Deus. Secūdò caſu homo cui iurat̄, pōt abſoluere. tūc aut dirigit̄ in Deū, ſm Io. And. q̄ñ is q̄ iurat, magis intēdit placere Deo q̄ hoībus, ſiue ſit in faciēdo aliqd meritoriū, ſiue in abſtinēdo ab aliquo illicito. Exēplū primi, Iuraui abbati intrare monaſteriū. hoc. n. tm̄ Deū ꝯcernit, nō abbatē. Vnde Abbas nō pōt me abſoluere a iur̄o. Si r̄ iuraui non occidere hoīem, &c. Ad hoīem aūt tunc dirigit̄, ſi iuraui tibi ſcribere librū: ab hoc. n. tu potes me abſoluere, qa te ſolū cōcernit hoc opus. Licèt. n. oē iur̄m ꝯcernat Deū principaliter, qa ꝑ religionē ꝓmittit̄: tñ qa ꝯcernit cōmodum eius, cui iuratur, pōt ab eo remitti. de iureiu. c. j. Idē ēt tenet Gaſpar, dicēs ꝙ ſponſalia ēt iurata mutuo diſſenſu tollunt̄, qa ſublata obligatione, ſublatum eſt iur̄m, ſicut dr̄ de ſtatuto & iurato. & notat̄ de p̄bēdis dile-
4 cto. † Facit ad hoc regula, qđ fauore, lib. 11. Et notat̄ 31. q. 3. ca. j. in gl. pen. vbi dr̄ ꝙ parētes ſicut pñt frangere ſponſalia filiorū, ſic & iuramēta remittere. Cōcludo ergo qđ dico ſm Franciſcū de Zabarellis, ꝙ ſi aliquis iurat ſponſæ eius intuitu, pōt ſponſa ipſum abſoluere. Secus ſi intuitu Dei, ſeu ob pietatem, vt cum ſponſus eſſet diues, & ſponſa pauperrima. Tñ dicit Franciſ. ꝙ ēt in hoc caſu poteſt eum ſponſa abſoluere, quia licèt iurauit intuitu Dei, tamen ex quo commodum concernit ſponſam, ipſa poteſt remittere prædicta. & ſic generaliter obſeruatur, nam eccleſia ſe non intromittit de ſponſalibus de futuro, nec ad inſtantiam alterius partis. Ambobus ergo diſſentientibus etiam ſi iuraſſent, mutuò ſe poſſunt abſoluere.

5 Et nota quòd † ætas ſeu tempus contrahendi ſponſalia vtrobique eſt ſeptennium. Vnde ſponſatio, quæ fit in quinque vel ſex annis, nulla eſt, vt de deſponſat. impube. literas. Nam ex talibus ſponſalibus inducitur publicæ honeſtatis iuſtitia. Eſt autem publica honeſtas, ſecundum Franciſcum in capitu. iuuenis. de ſponſalibus. impedimentum, quod nec ex conſanguinitate, nec ex affinitate procedit, ſed ex quadam honeſtate quæ in matrimoniis conſideranda eſt, vt ille qui prius contraxit ſponſalia cum aliqua, ipſa mortua non ducat aliquam conſanguineam ipſius infra quartum gradum, vt in capitu. ad audientiam. & de ſponſalibus. capitu. primo, libro ſexto. Ratio autem huius conſtitutionis eſt, quia experientia docuit graues rixas & inimicitias inter conſanguineos oriri, quando vni deſponſatam aliquis de conſanguinitate ſponſi procurat habere. Similiter quando qs conſanguineam ſponſæ ſuæ ipſa mortua, cum qua nōdū ꝑfecerat mr̄imoniū, vult ducere, nō eſt honeſtū, cū per hoc quaſi duo conſanguinei videant̄ vni mulieri copulari, quod honeſtas prohibet. Verumtamen ius commune eſt ꝙ ſi quis diſponſat puellam ante ſeptem annos, ſi interim ipſe moritur, poteſt eam frater ſuus ducere, Similiter ſi moreretur illa puella ante ſeptimū annū, vir duceret eius ſororem aut matrē. Et hoc totum habes de deſponſat. impub. literas.

6 Sunt autem octo † caſus, in quibus ſoluuntur ſponſalia. Primus ſi alter ſponſorum poſt deſponſationem tranſeat ad religionem, quod etiam poteſt facere contracto matrimonio ante copulam carnalem, tūc enim mulier poteſt alteri nubere, quaſi poſt mortem viri, quia religio eſt quædam mors, ſecundum Tho. in 4. diſtin. 27. q. 3. Secundus, quando ſponſus ſe abſentat per longum tempus, ſponſa cum alio poteſt contrahere. Tertius ſi alter eorum incurrat lepram vel paralyſim. Quartus ſi ſuperueniret affinitas, vt quia ſponſus cognouit conſanguineam ſponſę. Quintus, ſi mutuò ſe abſoluunt. Sextus ſi alter eorum fuerit medio tempore fornicatus, quia tunc redditur alteri ſuſpectus de fide poſtea non ſeruanda. Septimus, ſi ſponſus cum alia contrahit per verba de præſenti, vel etiam de futuro cum copula carnali. Si tamen contrahit cum prima ſine iuramento, cum ſecunda cum iuramento, debet adhærere primæ, & pœnitere de periurio. Octauus, quando quis impubes contraxit ſponſalia, & venit ad ætatē adultam, & petit abſolui à vinculo ſpōſalium, & ſibi dari licentiam nubendi. In omnibus autem iſtis caſibus debent ſponſalia auctoritate eccleſiæ abſolui, præterquàm in primo, quinto, & ſexto, in quibus ſoluuntur ipſo iure. Addit etiam nouum caſum Hoſtien. ſ. ſi fama eſt, ꝙ inter eos eſt canonicum impedimentum.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonij diffinitio.*
2 *Matrimonium, quando ſeparari poſſit.*
3 *Matrimonium, cur ſic dicatur.*
4 *Matrimonium, quo tempore inſtitutum.*
5 *Matrimonij inſtituendi duæ fuerunt principales cauſæ.*
6 *Libidinis actum in matrimonio tria excuſant.*
7 *Vir quærens in coniuge libidinis delectationem, nunquid peccet.*
8 *Matrimonium vt ſit verum, quæ requirat.*
9 *Matrimonium, per quæ verba poſſit contrahi.*
10 *Matrimonium, an & quando ſub conditione fiat.*

¶ Caput ſecundum ſeptimæ partis.

1 CONſequenter de matrimonio ſciendum, ꝙ ipſum ſic diffinitur. † Matrimonium eſt viri & mulieris coniunctio indiuiduam conſuetudinem vitæ retinens. Iſta diffinitio traditur 27. q. 2. c. 1. per hoc quod dicitur, viri & mulieris, excluditur viri cum viro, vel mulieris cum muliere, vel vnius viri cum multis mulieribus, quia talis coniunctio nō cauſat matrimonium, ſed peccatum. Dicitur etiam coniunctio ſ. amoris matrimonialis. Dicitur etiam indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, quod eſt tantum dicere ꝙ neuter eorū abſq; alterius conſenſu poteſt continentiam profiteri, vel orationi vacare, nec ſe alteri copulare, ſed ſibi inuicem ſeruare fidem, & debiti redditionem mutuam. Similiter debent eis mutuò de neceſſitatibus prouidere, & ſubueniri inuicem. Et hoc intelligendum eſt totum de matrimonio copula carnali conſumato, qa non conſummatum tali copula, poteſt ſeparari per ingreſſum
2 religionis, vt deſponſalib. commiſſum. † Intelligitur etiam hoc de matrimonio fidelium, quia matrimonium infidelium poteſt ſeparari altero tranſeunte ad fidem. Ratio autem beati Tho. in 4. diſtin. 24. q. 1. quare coniunctio matrimonij eſt inſeparabilis vſque ad mortem inter homines, & non inter alia animalia, eſt hæc, quia aliorū animalium filij poſſunt ſibi victum ſtatim habere, vel ſaltem ad eorum ſuſtentationem ſufficit̨, ſicut eſt de vacca, equa, aſina & ſimilibus, & ideo non ibi eſt certa coniunctio certi maſculi ad certam fęminam, nec etiam neceſſaria diuturna coniunctio, eo ꝙ fęmina in eis ſufficit ad educandum fętum ſine maſculo. In his autem, quorum filij indigent vtriuſq;. ſ. tā patris q̄ matris ſuſtentatione, aliud eſt. Similiter vbi inuenit̄ aliqua determinatio q̄tum ad tp̄s ſuſtentationis & educationis ſicut in auibus. Vnde paſſeres, turtures & columbæ hñt determinatas fęminas, quia habent educare pullos, & alter eorum non ſufficeret ad quærēdum victum, cum & ſe æqualiter nutrire debeant. Non aūt ſic eſt in hominib. vbi filius indiget cura parentū ad magnum tp̄s. Et ergo matrimonialis ꝯiunctio inter ſolos hoīes dr̄ indiuiſibilis, ſm totam vitam alterius ꝯiugis. oportet n. filium generari, educari, nutriri, & doceri, & ſibi de neceſſarijs vitæ a parentib. prouideri, eo ꝙ iuxta Ap̄m, oportet patres filijs theſaurizare. 2. ad Corin. 12. Iſta aūt requirunt magnum tp̄s. Et quo ad hoc dicit Lyra ſuper Matth. 19. c. ꝙ matrimoniū non ſolum eſt de iure diuino, ſed ēt de iure naturali, quia hoc natura dictat ꝙ vir & mulier cohabitent ſimul per totā vitā ad educan
3 dū & promouēdū prolē vſq; ad perfectū ſtatū virtutis. † Dr̄ aūt matrimonium potius q̄ patrimoniū, quia maiora onera ſunt in matre q̄ in viro. Et dr̄ à matre, quaſi matris muniū, quia munit̄ à matre, & dat mulieribus eſſe matres, & quia ēr finis principalis matrimonij eſt bonum prolis, in cuius procreatione mater magis laborat, & ideo ab ipſa denominatur. Fuit aūt matrimoniū

Source : BIU Cujas

inſtitutum à Deo in ſtatu innocentiæ, vt dicitur de voto in c.j. lib.6. Et hoc per illa verba, Hoc nunc os ex oſſibus meis, quæ verba Adam ſpirituſancto illuſtratus dixit Gene.2. in fin. & 27. q.2. lex diuina. Et per hoc reprobatur illa opin. quæ dicit ꝙ matrimonium ſit inſtitutum à Deo illis verbis, Creſcite & multiplicamini. quod videtur inconueniens, cùm etiam illa verba prius dixerat Deus nō ſolum ad homines, ſed etiam ad beſtias,
4 Geñ.j. † Et quamuis matrimonium etiam ſit inſtitutum tempore Moyſi, & tempore Chriſti, hoc fuit tamē diuerſis reſpectibus. Nam vt dicit Thom. di.26. in 4. ſecundùm ꝙ ordinatur ad generationem prolis, quæ erat neceſſaria, etiam ante peccatum inſtitutum eſt à Deo in ſtatu innocentiæ, in hoc ꝙ Deus formauit mulierem in adiutorium viri. & hoc modo dicitur in officium fuiſſe inſtitutum, ſed inquantum eſt in remedium peccati, fuit inſtitutum poſt peccatum tempore legis naturæ. Secūdùm autem determinationem perſonarum habuit inſtitutionem in lege Moyſi vbi non niſi de certis tribubus copulabantur. Sed ſecundùm ꝙ repreſentat coniunctionem Chriſti & eccleſiæ, ſic habuit inſtitutionē in lege noua, & ſecundùm hoc
5 dicitur ſacramentum nouæ legis. † Et ex hoc habetur ꝙ duæ principales ſunt cauſæ inſtitutionis matrimonii. ſ. educatio ꝓlis ad cultum diuinum, & vitandæ fornicatiōis cauſa. Aliæ sūt multæ cauſæ minus principales. ſ. pulchritudo vxoris, diuitiæ, reformatio pacis. Et propter iſtas cauſas ſi etiam ducatur vxor ſeruatis verbis de preſenti, tenet matrimonium.

Sciendum autem ex quo, dicitur 7. Ethicorū, in actu carnali priuat̄ homo magno bono. ſ. vſu rationis: quia, vt dicit Philoſ. talis actus furatur intellectum ſapientis. Et vt dicit Auguſt 16. lib. de Trinita. ipſa voluptas carnalis (qua maior in voluptatibus carnalibus nequit inueniri) momento ipſo temporis quo ad eius ꝓuenitur extremum penè omnis acies & vis rationis obruitur. Nullus autem ſecundum rectam rationem debet ſe obligare ad aliquid, in quo tantùm malum patitur, niſi ſit aliquod bo-
6 num recompenſans iſtud damnum. † Vnde a ſanctis patribus ponūtur excuſantia illum actum tam damnoſum, ſcilicet bonum fidei, prolis, & ſacramenti. Fides hic ſumpta eſt fidelitas ſiue iuſtitia ad actum, ad quem obligat ſe, ſcilicet, vt ille nō quærat aliam, nec econuerſo. Similiter bonum prolis obligat quò ad cultum diuinū, ſcilicet, vt religioſè. i. ſanctè & deuotè educetur. Bonum autem ſacr̄i eſt illa indiſſolubilitas inter virum & mulierem, & ſignat indiſſolubilitatem coniunctionis Chriſti & eccleſię, & hoc eſt bonum intrinſecum matrimonii, quia perfectio prima eſt formalis. prima autem duo bona, ſcilicet fides & proles, ſunt bona extrinſeca matrimonii. Ex his patet ꝙ ex quo (vt dictum eſt) ſacramentum eſt bonum excuſans iſtum actum, videtur ꝙ actus ipſe matrimonialis nō ſolum eſt bonum, ſed etiam ſanctus, quàm ſanctitatē habet ex indiuiſibilitate coniunctionis, ſecundùm quam ſignificat coniunctionē Chriſti & eccleſiæ. Ita etiam dicit Tho. in diſtin. 31. in 4.q.4. Ex quibus omnibus infertur, ſecundùm Bonauen. ibidem, ſecundo principali.q.2. ꝙ qui coit cauſa fornicationis vitādæ in vxore, ne. ſ. vxor fornicetur, ſic reddēdo debitum nullo modo peccat, ſed magis meretur, quia exercet opus iuſtitiæ, hoc eſt fidei ad quam tenetur, & ideo omnis culpa excuſatur. Si verò coit cauſa fornicationis vitandæ in ſeipſo, ſcilicet ne ipſe ſolus fornicetur, in hoc peccat venialiter, & hoc ſi non pulſatur a carne. Nam ex quo non poteſt procreare prolem, nec propter eam procreandam coit, nec compellitur ab vxore ad reddendū debitum, aliqua ſuperfluitas eſt ibi, & ideo peccat, ſed venialiter. immo dici poteſt, ſecundùm Pet. de Tha. in 4. diſtin. 30. quæ. 4. principali. quæſt. 2. arti. j. † ꝙ quærens delectationem in coniu-
7 ge, ſiſtendo tñ intra fines matrimonii. ſ. qñ cū altera muliere id nō faceret, veniale eſt pctñ, licèt fiat cā explēdæ libidinis. Sed ſi q̄rat delectationē in ea nō vt in cōiuge, ſed vt in alia muliere quacūq;, tūc ē pctñ mortale. hoc eſt ꝯ Hugonē. 31.q.j.qūo. vbi dicit, vsū mr̄imonii nō poſſe impleri ſine peccato, ſaltē venialiter, qa p̄ ēt eſſe mr̄imoniū, cū fit bono intuitu, ſicut fuiſſet ī ſtatu innocētiæ, ſm Frā. in rub. de ſpōſalib. hoc idē innuit Ioan. And. in gl. ſup̄ c. alma. de ſen. exc. li 6. ſup̄ verbo, ſacramētis. vbi dicit ꝙ dat̄ gr̄ia p̄ iſtud ſacramētū, ſed nō ſicut p̄ alia ſacr̄a. Coferr̄ aūt in hoc ſacr̄o gr̄ia adiuuās ad illa opa, q̄ in mr̄imonio requirunt̄. Rō, ſm Tho. in 4. diſt. 26. q. 4. qa vbicunque diuinitus dat̄ facultas aliqd faciēdi, dant̄ ēt auxilia, ſine qbus nō pōt ꝙueniēter vti illa facultate, ſed in mr̄imonio dat̄ diuinitus facultas vtēdi vxore, & p̄ ꝯñs dat̄ gratia, qua idē cōueniēter fieri poſſit. Hęc S. Tho. Et p̄ hoc reprobat̄ glo. j. q.j. qcqd. Etiā dicit Doctor ſubtilis ꝙ effectus iſtius ſacr̄i sūt duę gr̄ię in animalib. ꝯhētiū. & hoc niſi ſit obex mortalis peccati. Etem̄ nō ſufficit ad gr̄iā p̄cipiendā ꝙ ꝯhēs nō ſit fictus reſpectu ſacr̄i i. ꝙ non fictè recipere intēdit, ſed oportet ꝙ prius pœnituerit, qa illud ſacr̄m non dat pœnitentiam. Eſt ergo vnus & totalis effectus iſtius ſacramenti, ſcilicet gratioſa coitio animorum. Hæc Doctor ſubtilis. Pro iſto dicto eſt capitu. vnicum, de ſacra vnctione.

Vlteri⁹ eſt ſciēdū de illis, q̄ req̄runt̄ ad mr̄imoniū, vt ſit verū.

8 Primò requiritur ętas debita perſonarum contrahentium. Nā vir debet eſſe 14. annorum, & fęmina 12. ann. Vnde ſicut ſponſalia infrà ſeptimum annum non tenent, ſic matrimonium etiā non tenet infra annum. Quantumcunque. n. fuerit matrimoniū de verbo de præſenti, infra 14. annū, nihilominus non eſt aliud niſi ſponſalia de futuro vſque ad 14. annum. Et iſta poſſunt rum pi poſtquam ſponſi vel alter illorum venerit ad debitam ętatē.

Secundò requiritur conſenſus mutuus contrahentium perſonarum per verba de præſenti. Conſenſus aūt ille, ſm Bona. in 4.
9 di.28. debet eſſe in mutuā corporis ptātem. † Verba aūt de præſenti ſunt iſta ex parte viri, Accipio ego te in meam vxorē. Verba autem mulieris ſunt iſta, Ego te accipio in meum virum. Et ſunt iſta verba neceſſaria, quia ſacr̄um eſt res ſenſibilis, & ideo in eo requiritur ſignum expreſſiuum, quæ expreſſio conuenientius fit per verba de præſenti. vnde & iſte conſenſus poteſt bene per alia verba expediri vel exprimi inter homines vſitata, quæ iſtis ęquipollent, dicēdo: Conſentio in te tanquam in vxorem. Similiter ſi præceſſit interrogatio inter aliquos de ꝯhēdo, ſi alter eorū dicat, Volo te de cętero habere in vxorem. & illa reſpō det, Et ego volo te habere in virū. Vel volo ꝙ tu ſis vxor mea: & illa, & ego habeo te pro viro. In omnibus talibus contrahit̄ matrimonium. Sed ſi diceres, Volo te accipere in vxorem, vel volo in te conſentire tanquam in vxorem, non eſſet matrimonium. Similiter ſi dicat vir, promitto ꝙ te nō dimittam pro meliori vel pro peiori, etiam iudicandum eſt pro matrimonio. Itē ſi poſt datam fidem dicant aliqui, Bibamus nomine matrimonij, & oſculemur nos. Gulielmus dicit ꝙ non eſt matrimonium niſi vellent per hoc recedere a ſponſalibus, & contrahere de p̄ſenti, quia illud dictum ſignificat futurum matrimonium, ſed ſi diceres, Bibamus pro matrimonio contracto, eſſet matrimonium. Franciſcus tamen dicit, ꝙ illa verba, Bibamus nomine matrimonij, ſunt confeſſio veri matrimonij, & ergo eſt matrimonium. In omnibus autem iſtis, vbi verba dubia ſunt, recurrendū eſt ad intentionem contrahentium, & ad cōem verborum vulgarium intelligētiam. Vnde credo, ꝙ per illa verba ſponſi interrogati. ſ. in Polonia dicendo, N. placet tibi habere R. in vxorem. Illo reſpondente, placet: ſi mulier interrogata reſpondeat ſiſr, ꝯhitur verum matrimonium, ar. c. ex literis. de ſponſalib. Nam per illa verba omnes in Polonia intelligunt contrahi matrimonium. Ergo ſi ſic vicini cōiter intelligunt, debent ēt ꝯhentib. illa verba facere eundem ſenſum. Nam, vt dicunt Doct. in c. ex literis. de ſponſalib. in talibus recurrendum eſt ad intellectum vicinorum. Hoc approbat Franciſcus ibidē. Et dicit Hoſti. ꝙ q̄is alter non intellexit ad literam vel linguam: ſi tamen intellexit affectum vel ſenſum nutu vel ſigno, ſufficit. Et non refert, an nutu vel lingua intelligatur, arg. de tranſlatio. epi. inter corporalia. 43. diſt. ſit rector. Vnde ſi ſponſus dat annulum dicēdo in Theutonico per verba de præſenti, & ſponſa Polonia recipit annulū annuendo, dr̄ conſentire in d.c. ex literis. Dicit ēt Franc. de Zab. in c. ex parte. de ſpō. ꝙ ſi dicat vir, promitto ꝙ te ducam in vxorem, & decętero tenebo te vt vxorem. ſi talis contrahit cū alia per verba de præſenti, adhærebit ſecundæ, p̄p verba illa, ducā te, quæ ſunt de futuro, quæ ēt verba reſtringuntur per ſequentia, cum dixit, tenebo te vt vxorem. Et dicit Inno. ꝙ hæc verba, ducam, non ſonant tm̄ actum, ſed ēt ius, vt ſit ſenſus, promitto ꝙ tunc fiam tua legitima vxor. & hoc eſt, ſi ſunt verba mulieris. Illa aūt verba, promitto ꝙ tenebo te pro vxore, habent ſenſum ac ſi dicat vir, habeo tecum matrimoniū, vel accipio te in meā vxorem, & promitto ꝙ de facto tenebo te pro vxore. Si aūt dicat, promitto ꝙ nunq̄ habebo aliam niſi te, licet iſtam non tenetur ſimpliciter accipere, ſi nullam vxorem in vita ſua vult ducere: tñ ſi uellet ducere aliam, non pōt, quia de cōi uſu loquendi ſenſus eſt, Recipiam te, & nō aliam, ſi uxorem uoluero ducere. Item ſi concubina dicat alicui nolo ꝙ me cognoſcas niſi tanq̄ uxorem, & uir taceat ut cognoſcat, dicit Io. de Ligna. ꝙ eſt præſumptum matrimonium. Sed tñ Gaſpar dicit ꝙ non, quia nō ex preſſerunt, & ēt quia tacens habetur pro ꝯdicente in hoc caſu, cum agatur de obligatione ipſius. ſ. ſub conditione, uel ſub mō.
10 † Sub conditione fit, ut ꝯho tecum ſi patri meo placuerit, uel ſi inuenero te habere centum marcas, & ſic de ſimilibus. & talis ꝯ tractus ſuſpendit matrimonium uſq; ad exiſtentiam ꝯdōnis. i. non prius tale matrimonium tenebit, niſi impleatur illa conditio. Si tamen interim conſenſus de præſenti, uel copula carnalis fuerit ſubſecuta, tenebit matrimonium eo ꝙ tales uidentur receſſiſſe a cōditione, ut de cōditio. appoſit. de illis. & c. ſuper eo, & c. per tuas. Et hoc intelligendum eſt de conditione honeſta, quales ſunt duæ illæ ſuprapoſitæ. Nam ſi eſſet conditio contra ſubſtantiam matrimonij, vt contraho tecum, ſi nō prolificabis, vel donec mihi aliam inueniā, vel ſi te exponas pro quæſtu proſtituendi, omne tales nihil agunt. Si tñ quis dicat, contraho tecū ſi te virginem inuenero, & poſtea ſequitur coitus, nec inueniē virgo, dicit Bern. & Hoſti. ꝙ iudicabitur pro matrimonio, & hoc in foro iudicij, tamen in foro animæ, non ſic iudicabitur, quia dignum eſt ut mulier quæ mentita eſt ſe eſſe uirginem, maneat decepta, & ut uiro ſubueniatur, qui fortè uult uitare bigamiam.

Sed

Source : BIU Cujas

Sed ſub modo contrahitur ſic,Do tibi tunicam vel cingulum, vel annulum,vt contrahas mecum, alioquin reuoco quod donaui talis contractus ſtatim tenet.Sed ſi non ſeruetur modus,poterit reuocari.Dicunt tamen Doctores ꝙ licet poſſet contrahi matrimonium ſub conditione, non tamen ſub modo. & hoc eſt tenendum. Matrimunium tamen ex cauſa contractum tenet,ſiue cauſa ſit vera, ſiue falſa, vt contraho tecum, quia pulchra es,ſiue diues, niſi cauſa eſſet ita falſa ꝙ contineret in ſe aliquod impedimentum,vt contraho tecum,quia libera es:nam ſi non eſſet libera,non teneret matrimonium,&c.Et ſciendum ēt ꝙ ſi quis contrahit cum aliqua cum conditione, deinde tamen ante aduentum conditionis contrahit cum alia purè, debet manere cum ſecunda,etiam ſi ſit conſanguinea primæ.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium duodecim caſibus poteſt impediri.*

¶Caput tertium ſeptimæ partis.

1 NVnc videndū eſt de impedimentis matrimonij.†Sunt autem 12. impedimenta, quæ impediunt matrimonium contrahendum,& dirimunt iam contractum, ſm Inno.in c.iuuenis.de ſponſalib.

Primum eſt furor.32.q.8.c.neque furioſus.vbi dicitur, neque furioſus,neque furioſa contrahere poſſunt matrimonium,ſed ſi contractum fuerit.ſcilicet ante furorem, non ſeparentur, ſcilicet propter furorem. Et ratio, quia tales non poſſunt conſentire:ſi tamen habent lucida interualla, tunc bene poſſunt, vt dicit glo.ibidem.

Secundum,ſi eſſet vtroque articulo.i.teſticulo carens,vel impotens coire.31.q.7.illi.

Tertium eſt affinitas, vt ſi quis ſponſam de præſenti conſanguinei ſui recipit in vxorem,& eam cognouit, impeditur contrahendum & dirimitur contractum, ita ꝙ primo reſtituitur: ſed mulier non poteſt induci ad abſtinentiam propter publicæ honeſtatis iuſtitiam,vt de eo qui cognouit cōſanguineam vxoris ſuæ.c.diſcretionem.

Quartum eſt error in perſona,vt cum quis putans contrahere cum R.contrahit cum Vrſula.

Quintum eſt error in conditione ſeruili, vt ſi quis contrahit cum aliqua putans eam eſſe liberam,cum tamen non eſt libera vt de coniugio ſeruo.c.2.Sed quid dicendum eſt de Iacob, qui deceptus eſt in perſona,ſ. qui putans Rachele cum qua contraxerat,inuenit Lyam,& tamen tenuit matrimonium.Reſpōſio, ſm Gratianum.29.q.j.c.1.ꝙ illud matrimonium non tenuit ex præcedenti conſenſu,ſed ſubſequente,quia poſt copulam carnalē in eandem conſenſit de nouo.Error tamen qualitatis non excludit conſenſum matrimonij, vt ſi putatur bonus, qui tamen eſt malus:& ſi putatur virgo,quæ tamen inuenitur corrupta.Similiter error fortunæ,vt ſi putatur ſponſa diues, quæ tamen eſt pauper. In omnibus iſtis caſibus non dirimitur matrimonium contractum.

Sextum eſt votum ſolemne,vt ſacri ordinis vel profeſſionis, vnde ſi quis profeſſione facta in religione vel ſacro ordine vxorem duxit,dirimitur matrimonium,vt qui clerici vel vouent.c. inſinuante.& de voto.c.vnico.lib. 6. Alia autem vota ſimplicia licet impediant contrahendum,non tamen dirimunt iam contractum.vnde ſi quis vouet ſimpliciter non velle ducere vxorē, & poſtea duxerit,tenet matrimonium.Sed ille peccat mortaliter ſic contrahens,& non debet petere debitum ab vxore,ſed tñ tenet reddere quando petitur ab ea,vt notant Doct.in c.rurſus. qui clerici vel vouent. de quibus vide ibi materiam iſtam. Sed tamen ſi quis habens votum ſimplex quærat a ſacerdote,an poſſet contrahere,dat conſilium Hoſtien. ꝙ poteſt dicere ꝙ ſic. Si autem quærat vlterius an tale matrimonium tenebit: debet dicere quòd non,alias peccaret, quia daret occaſionem mortaliter peccandi.

Septimum,ſi machinatus eſt in mortem prioris coniugis,ſeu vxoris,vel eam ducere promiſit.de eo qui duxit in matri. quam pol.per adult.c.ſignificaſti.Et dicit lo.And. in c. laudabilem. de conuer.infidel.quòd quando machinatio eſt ab vtroque, ſcilicet, à viro & à muliere in mortem mariti, tunc ſufficit ad dirimendum matrimonium ſine adulterio.Quando verò machinatio eſt ab altero tantum, tunc non ſufficit ſine adulterio, vt de diuort.c.1.& iſtud imprimendum eſt menti,quia rarò iſte punctus bene intelligitur.

Octauum,ſi eſt alterius cultus, vt Sarracenus, vel iudęus. 28. q.1.caue.

Nonum,ſi per vim coactus eſt cōtrahere,vt de ſpon.cum locum.Et intellige de vi,vel metu,qui cadit in conſtantem virum vt dicit gl. 2.ibid.quæ etiam dicit,ꝙ minor metus excuſat fęminam quam virum.quod ſimiliter nota.

Decimū ē facer ordo,vt ꝙ cle.vel vo.c.j.& de vo.c.vnico.li.6.

Vndecimum,ſi eſt alteri nupta.de ſpon.duorum.c.2.

Duodecimum,eſt publicæ honeſtatis iuſtitia.de ſpon.c.iuuenis.& c.ad audientiam.Sunt alia duo impedimenta, quæ impediunt & non dirimunt. ſ.ip̄s feriarum,vt de ferijs.c. capellanus. Et interdictum eccleſiæ,vt de deſpon.impū.c. ad diſſoluēdum. De omnibus iſtis dantur verſus per Ioann.Andr.in ſum. quarti ſub hac forma.

Error,conditio,votum,cognatio, Crimen.
Cultus,diſparitas,vis,ordo,ligamen,honeſtas.
Si ſis affinis,vel ſi coire nequibis.
Hæc ſocianda vetant connubia, iuncta retractant.

Et de vltimis duobus dantur verſus.

Eccleſiæ vetitum,necnon tempus feriarum.
Impediunt fieri,permittunt facta teneri.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentū matrimonij,quas habeat cautelas:Et quid ſuper eo caueūdū ſit.*
2 *Matrimonij debitum quando non reddendum.*

¶Caput quartum ſeptimæ partis.

1 ET primo caueat vir, ne volens † à muliere extorquere carnalem commixtionem fingat ſe eam ducere velle, non habens tamen intentionem, & propoſitum eam ducendi. Nam talis ſi eam non ducat, grauiter peccat, licèt in foro pœnitentiali non iudicatur pro matrimonio. Et licèt mulier,quæ ſimplici animo ſibi conſentit in peccato, excuſatur tamen deceptor talis ſi vult veram pœnitentiam agere,neceſſe habet eam ſine fictione ducere quantum in eo eſt, vel dare ſibi virum cōuenientem,vel aliter ſatisfacere.Et hoc, ſecundum Thom.Et hoc, ſi vir eſt æqualis conditionis cum illa.Nam ſi vir eſſet melioris conditionis,puta nobilis,& mulier ruſtica vel ribalda,poteſt probabiliter præſumi, ꝙ non fuit decepta,ſed ſe decipi finxit, & tunc in tali caſu ſi ille non animo ducendi cohabitauit cum ea, non tenetur eam ducere, nec ei ſatisfacere, vt dicunt Doctores.

Secundò caueat,ne quis ſponſam ſuam contractis ſponſalibus antequam ſolennitates matrimonii fiant.i.antequàm in facie eccleſiæ copulentur, audeat cognoſcere, nam talis peccat ſecundùm Guil.Et hoc intellige in illis partibus vbi primæ nuptiæ benedicuntur.Vnde cum iſtæ non ſunt virgines, nec alter illorum poſt illam occultam cōmixtionem, ſi accipiunt benedictionem,quam ſoli virgines vel alter ipſorū accipere cōſueuit,peccant cum ſecundæ nuptiæ non ſint benedicendæ. ſi tamen non eſſet conſuetudo in aliquib. partib. primas nuptias benedicere,ſicut eſt in Polonia, credo ꝙ ſponſus cognoſcens ſponſam animo conſumandi matrimonium antequàm in facie eccleſiæ copulentur,non peccet niſi venialiter. hęc Thom. in 4.ſentent.diſtin. 28.

Tertiò caueat vir, ne cum illa cōtrahat per verba de præſenti,cum qua alter contraxit per verba de futuro, & copula carnali conſumauit,quia nec verum, nec aliquod cenſetur matrimonium, quod poſtmodum, de facto eſt ſubſecutum, vt de ſponſalib.is qui.

Quartò caueant parentes,ne contrahant pro filiis,aut pro filiabus ſponſalia vel matrimonium cum adiectione pœnæ. Nā talis adiectio pœnæ non valet de iure,vt dicitur in c. Gemma. de ſponſ.eo ꝙ matrimonia debet eſſe libera. Et hoc eſt contra noſtrates,qui ſtipulantur pœnas,niſi impleant filii eorum voluntatem. Dicit tamen Franciſcus de Zabarellis, Ioann. And. Vincen. & Abb.in d.c.Gemma.& Archi.30.quæ.2.ca. vno, qđ bene poſſunt ſtipulari vel dari pignora inter contrahentes, ſed non pœnæ.Ratio,quia pœna ſolum promittitur,arræ verò dātur.Faciliores autem ſumus ad promittendum quàm ad dandum.Item arræ fiunt in modica quantitate, pœnæ verò in magna,& ideo timore magnæ quantitatis poſſet quis compelli ad matrimonium.Vincen.tamen dicit,quòd ſi ſint extranei omnino,qui non habent contrahentes perſonas in ſua poteſtate, iſti poſſunt ſtipulari pœnas inter ſe,& perdunt eas vel acquirūt ſi ſponſi non ſtant in eorum promiſſionibus. Inter verò parētes vel alios,qui habent ſponſos in poteſtate, nō habet hoc locum de pignoribus. Etiam teneas ꝙ ſi datur pignus loco arræ, tunc tenet:ſi autem pro pœna,tunc non.Item ſi datur per conuentionem,nō tenet:ſi autem per traditionem,tenet. Hoc autem dicitur, ſecundum Iacobum de Areti. quòd ratio pignoris tenet ſi traditur:ſecus ſi conſtituitur tantùm, quia quando conſtituitur tantùm. tunc cedit loco arræ, ſed ſi traditur, cedit loco pœnæ.

Quintò caueant contrahentes,ne in cognitione carnali,ſpirituali,vel legali contrahant.Nam prohibent contrahere conſanguinei vſque ad quartum gradum incluſiuè in collateralibus, in aſcendentibus autem & deſcendentibus perpetuò. In cognatione autem ſpirituali prohibentur hi, ſcilicet baptizatus & leuans.Baptizatus & filii leuantis. Item baptizatus & cōiunx leuantis prius cognita.Item leuans & parētes leuati.Et eodē modo dico de baptizato & baptizāte.Similiter inter confirmatum & tenentē,& inter confirmātem & cōfirmatū. In aliis autē ſacramētis nō contrahit talis cognitio.ſ.in pœnitētia, ꝙa pœnitētia nō eſt ſacramētum collatum ꝑ modum gñationis, ſed ſanationis,ideo per ipſum non ꝓhitur ſpiritualis cognatio. alias.n.filius præsbyteri nō poſſet inuenire vxorem in tota parochia,ſecundū Tho.in 4.ſen.diſt.22.q.j.arti.2.licèt enim inter

Source : BIU Cujas

ſacerdotem & confitentem contrahatur fœdus, non tamen deriuatur ad alios eorum cognatio. tamen catheciſmus licèt impedit contrahendum, non tamen dirmit contractum, vt de cognā. ſpiritua. per catheciſmum, lib. 6. Item cognatio legalis impedit, vſque ad emancipationem. Et autem cognatio legalis illa, quando quis adoptat in filium aliquem extraneum coram iudice: & dico coram iudice, quia aliàs facta in priuato, nihil valet, ſecundum Hoſti. de cogna. le. c. vnico, &c Et quia iſta cognatio apud nos hodie non viget, ideo de iſta ſuperſedeo.

Sextò caueat vir, ne dimittat vxorem ſuam propter quancunque cauſam niſi propter fornicationem, vt dicitur in gl. c. quæſiuit, de diuort. Et intellige tam de fornicatione carnali quàm etiam ſpirituali, ſicut eſt idolatria vel hæreſis, Similiter ſi mortē viro machinatur. In iſtis tamen caſibus non ducet aliam, quandiu viuit quam dimiſit. 32. q. 4. omnes cauſationes. Ratio, quia licèt quò ad coniugalem thorum ſit diuortium, non tamen quò ad vinculum, quod eſt indiſſolubile & perpetuum Ex quo patet quòd mulier a viro non ſeparatur pro furto, vel pro alio crimine, vel pro alio impedimento, vt dicitur in c. quæſiuit, de diuort. nec etiam pro aliquo defectu corporali, ſcilicet pro ſurditate, cęcitate, pro fętore oris, &c. Et intellige etiam ꝙ quantumcunque eſſet notorium crimen fornicationis in vxore, non poteſt vir ſine iudicio eccleſiæ propria auctoritate eam dimittere, licèt bene poteſt debitum ſibi in priuato denegare. Archi. in c. porro, & c. ſignificaſti, de adulter. In hoc tamen caſu, quando alter fornicatur ſpiritualiter, ſcilicet ſi labatur in hæreſim, nō poteſt is qui remanet in fide, aliam ducere illa viuente hæretica. Secus ſi aliquis infidelis vel paganus conuertitur, cuius vxor non vult conuerti, vel non vult ei cohabitare ſine contumelia creatoris, quia talis poteſt contrahere ēt viuente tali vxore, vt de diuor. c. 5.

Septimò caueat vir, ne vxorem in adulterio deprehenſam interficiat: quia licet ſecundum leges ciuiles non puniatur talis occiſor aliqua pęna, tamen ſecundum ius diuinum punitur. 33. q. 2. inter hæc. vbi expreſsè prohibetur tale vxoricidium. Debet enim eam potius corrigere, & ſibi reconciliare, cum Deus paratus ſit accipere ipſius pęnitentiam, exemplo mulieris adulteræ, Ioan. 8. vt dicit Bonauen. in 4. diſt. 23. q. 1. & Th. q. 1. Qui etiam addit, ꝙ occidens vxorem propter adulterium vel odium, ex ſtatuto eccleſiæ contrahere cum alia non debet, & maximè ſi occidat eam vt contrahat cum alia: ſecus eſt ſi non eo animo, quia tunc licèt non debeat contrahere, ſi tamen contrahit, tenet.

Octauo ne aliquis habens aliquem ſacrum ordinem contrahat matrimonium, quia tale matrimonium non tenet, vt de voto. c. vnico, li. 6. Similiter econuerſo caueat, ne contrahens per verba de præſenti cum aliqua, ſacrum ordinem accipiat, quia talis debet reſtitui vxor, & ſi poteſt eſſe ſine ſcandalo vxoris, debet deferre habitum & coronam clericalem. Nec poteſt contrahere poſt mortem illius vxoris, & ſi contraxerit, non tenet matrimonium ſecundum Inno. Nec etiam poſt mortem vxoris poterit in ſuſcepto ordine miniſtrare, vt in extrauag. Ioannis Papæ. XXII. q̄ incipit, antiquæ. Talis. n. reſtitutus vxori tenebitur reddere illi debitum, ſed non poterit petere.

Nonò caueant coniuges, ne poſt benedictionē acceptam prima nocte commiſceantur. 23. diſt. ſponſus. Alibi etiam dicitur ꝙ biduo vel triduo debent continere, vt 30. q. 5. aliter. Sed hoc eſt conſilium, non præceptum: & ideo ne quis obliget ſub præcepto ſponſus ad talia, hoc pono pro auiſamento, quia multi faciunt indiſcretè conſcientiam de talibus ipſius coniugibus ꝑ modū præcepti, qđ fieri nō debet, ſed per modū ꝑſilij tm̄, &c. Decimò caueat vir vel fęmina, ne ſine parentum conſilio vel conſenſu nubat, quia vt dicit Amb. in lib. de patriarchis, Non eſt virginalis pudoris eligere maritum, unde & Euariſtus Papa dicit, quia aliter non eſt legitimum coniugium, niſi a parentibus tradatur, & Euripidion in perſona cuiuſdam fęminæ legitur dixiſſe Sponſalium meorum pater meus curam ſubijt, maritum eligere non eſt meum. Hæc omnia habentur. 32. q. 2. non omnis §. cum ergo dicitur, & §. honorantur. Si tamen fecerit, tenet matrimonium, quia hoc ſolum eſt de honeſtate, & non de neceſſitate, maxime ſi habet annos legitimos, ſcilicet vir 14. & fęmina 12. Dicunt tamen leges, quòd fęmina poſt 25. annos inuitis parentibus nubit, & uerum eſt.

Vndecimò caueat ſacerdos, ne clādeſtinè aliquos copulet, hoc eſt ne prætermiſſis bannis in eccleſia aliquos introducat ſiue copulet. Nam talis ſacerdos ſuſpēditur per triennium, ut notatur de clandeſt. deſpon. c. cum inhibitio.

Duodecimò caueat ſacerdos, ne benedicat ſecundas nuptias, quia irregularitatem incurreret. Poteſt tamen per epiſcopum ſup eo diſpēſari, ut in extrauag. Ioā. XXII. q̄ incipit, cō certatiōi.

Tertiodecimò caueat uir, ne ſemper exigat uel reddat debitū
2 uxori, † quia hoc præceptum de redditione debiti cum affirmatione non obligat niſi pro loco & tempore, ſm Io. Pariſi. quia obligat ſemper ſed non ad ſemper, nec pro ſemper, ſed quando poteſt eſſe debite circunſtantionatus, ſecundum Doctorem ſubtilem in 4. di. 24. quia fortiori vinculo obligatur ad non reddendum, vt in hoc caſu, quia tenetur non occidere fętum in vtero pregnantis, vel non eſſe cā abortus. Similiter ſi redditio debiti vergit in detrimentum ſanitatis, nō tenetur reddere, qa tenetur potius propriam incolumitatem ſeruare, quàm iſtud detrimentum vitare in coniuge. Similiter non tenetur ſatisfacere voluntati mulieris tempore menſtrui, ne proles naſcatur leproſa, quæ aliàs poteſt procreari ſana, & etiam quia talis coitus inducit perpetuam ſterilitatem in muliere, ſecundum Angel. propter commixtionem ſeminis cum ſanguine. Vnde ſi contingeret naſci fœtum, fit leproſus, ſcabioſus, cæcutiens, vel interdum caducus, vel obſeſſioni dæmonum tanquàm vas immundè compoſitum aptus. Et ideo in lege Moſayca accedens ad menſtruatam, morte moriebatur, quæ mors non infligebatur niſi pro mortali. Et ſi dicitur tamen leproſo viro tenet mulier reddere debitum, licèt non tenetur ſecum cohabitare, vbi tamen certiſſimum eſt ꝙ proles naſcetur leproſa, ergo ſimile eſt in menſtruata. Reſpondeo, ſecundum Doctorem ſubtilem vbi ſupra, quia in menſtruo poteſt expectari tempus congruū, vt naſcatur proles ſana, in lepra vero nō, vnde melius eſt ꝙ naſcatur leproſa vel aliqualis, quàm omnino nulla, quia melius eſt ſic eſſe quàm non eſſe. Veruntamen dicit Thom. vbi ſupra q. 2. arti. 2. Si eſt fluxus innaturalis & diuturnus, poteſt vir ad talem accedere, quia aliàs oporteret virum perpetualiter abſtinere. Dicit etiam ꝙ mulier menſtruata poteſt reddere debitū viro petenti, debet tamen eum auertere precib. vt ſufferat: non tamen ita efficaciter debet auertere quod poſſit ſibi eſſe occaſio incidendi in aliquas peſſimas corruptiones, ſicut ad id pronus creditur. Si autem credit ꝙ petit ignoranter, debet mulier aliquam occaſionem prætendere, vel infirmitatem allegare ne debitum reddat, ne periculum viro timeatur. Dicit autē Tho. ꝙ accedens ad prægnantem, non ſemper peccat niſi timeatur abortus. Dicit etiam ipſe ꝙ ſi tunc vir præter conſuetudinem & modum à natura inſtitutum quantum ad ſitum, exigit debitum à coniuge, puta à parte poſteriori, vel ad latus, non ſemper eſt peccatum mortale, ſed quandoque poteſt eſſe ſine peccato: dimittere autem proprium vas, ſemper eſt peccatum mortale & Sodomiticum, quia hoc eſt contra naturam coniugii, hæc Sanctus Thomas.

TRACTATVS
DE SACRIFICIO MISSAE, & eius expoſitione Celeberrimi canonum periti.
D. Nicolai Plouij Poſnonienſis.

¶ Præfatio.

HOC facite in meam commemorationem. Luc. 22. & de conſecra. diſt. 2. iteratur. Quia ſecundum beatum Tho in 3. parte ſummæ ſuæ q. 83. argu. 4. myſterium noſtræ ſalutis totum comprehēditur in ſacramento euchariſtiæ, ideo tale ſacramentū præ cæteris agitur cum maiori ſolennitate. Quæ quidem ſolennitas in miſſæ officio conſiſtit, vbi recolitur ſingularis memoria Dominicæ paſſionis, iuxta quod ipſe iturus ad paſſionem, fieri præcepit dicens, Hoc facite in meam commemorationē. gl. j. in memoriam mortis meæ. Et quia ſingulæ partes miſſæ inenarrabilem dulcedinem redundāt diuinorum myſteriorum, (deſignāt enim geſta, facta & opera Chriſti, qui operatus eſt ſalutem in medio terræ, & præcipuè circa miſterium ſuæ paſſionis, reſurrectionis, & aſcenſionis) ideo de ſingulis particulis huius ſacri officii breuiter intendamus.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa, cur ſic dicta.*
Cathecumeni, qui dicantur.
2 *Miſſa, quot nomina habeat.*
3 *Miſſam, quis inſtituit.*
4 *Sacerdos, qualiter ad miſſam ſe debeat præparare. 5. 6.*
5 *Epiſcopus aliter in miſſa induendus quàm ſimplex ſacerdos.*
6 *Miſſæ, indumenta, quid ſignificent.*

¶ CAPVT PRIMVM.

1 IRCA ſciendum, quòd † miſſa dicitur primò à mittendo, quia Angeli ibi mittuntur, vt dicit Gregor. de conſecra. diſtinctio. ſecunda. quod ſi ſanguis. Secundò ratione filii, qui ibi mittitur à Deo patre. Tertiò ratione noſtri, qui mittimus vota noſtra ad Deum per ſacerdotem, vt nobis Deus mittat benedictionē, & gratiam. Quartò ratione, ſcilicet Cathecumenorum, qui vt dicit Hug. antiquitus admittebantur

vſque

Source : BIU Cujas

vsque ad offertorium, & ab offertorio foras mittebantur. Cathecumeni autem erant nouiter credentes, nondum baptizati. † Habet autem multa nomina istud officium missę, seu sacramentum. Dicitur enim missa propter rationes prædictas. Item dicitur eucharistia, ab eo quod est bona, & charis gratia, quasi bona gratia. Dicitur hostia ab hostibus vincendis, quia per eā nostri hostes vincuntur. Immolatio dicitur, secūdum Isido. 6. Etimo. ab in & moles, qa in mole. i. in cumulo altaris sacrificat. Communio dicitur, quia esca est omnium fidelium, iuxta illud, Omnes de vno pane & de vno calice participamus. Dicit viaticum, quia datur in hac via præsentis vitæ ad sustentationē. Dicitur sacrificium, quasi sacrū faciens, quia mistica prece cōsecratur, in Psal. Immola Deo sacrificium laudis, &c. Dicitur ēt actio, secundum Leonem Papam, quia hic quasi in quodam iudicio agimus. Nam locus est ecclesia, iudex Deus, actor diabolus, reus populus, conscientia testis, sacerdos defensor. Sic dicit August. de se in oratione quadam, Summe sacerdos qui me inter te & meum populum esse voluisti, &c.

3 Secundò videndum est, quis instituit missam. † Respō deo q̄ Petrus, Iac. & Basilius Cęsariensis episcopus. De Petro dī in chronicis q̄ primus Antiochiæ primam missam celebrauit sub trib. orationib. vt dicit Hugo de sancto Victore, lib. 2. de sacrament. c. 8. De Iacobo, & Basilio habet de conse. distin. 2. Iacob. Dicit autē Archid in d. c. Iacobus. q̄ Iacobus instituit dicere secretam, Basilius autem alia addidit. Pro quo sciendum q̄ missa quondam non cum tanto apparatu, nec cum tanta solennitate dicebatur. Primò enim ab Apostolis dicebantur tātum illa verba in celebratione missæ, quæ Dominus dixit; Hoc est enim corpus meum. Sed postea Apostoli addiderunt Dominicam orationem Et adhuc etiam Apostolorum consuetudo præsentatur singulis annis sancto die Veneris, excepto q̄ illo die non consecratur. Postea Apostoli vel eorum successores instituerunt q̄ epistola & euangelium legerentur ante sacrificium. Primò autem legebatur epistola, secundò euangelium, tertiò Dominica oratio, quartò dicebant verba Domini, & tunc offertorium inchoabatur, à Lectore, q mos sabbato sancto Pentecostes adhuc obseruatur. Postea verò sancti patres & Apostoli illas solennitates, quæ nunc sunt in missa, addiderunt, vt Alexan. Gelasius, Gregorius, Leo, Cęlestinus, Damasus, &c. Cano. autem dicit Grego. fuisse compositum à quodam scholastico. Apostoli tamen ibi multa addiderunt, sicut infra patebit in suis locis, de quolibet istorū speciatim.

4 Tertiò videndum est de præparatione sacerdotis. Et qa † sacerdos est quasi pugil, qui dicare habet cum diabolo pro delictis populi in missa, ideo armat se primò orationib. secundò vestib. sacris, tertiò ceremoniis debitis. Primò igitur dicit psalmos. Quam dilecta, Benedixisti, Inclina, Credidi, & De profundis. Et quantum ad illos qui dicunt officiū Romanum, quod Linus instituit. Dicuntur autem isti quinq; psalmi, secundum Inno. pp transgressionem quinque sensuum, & etiam quia in quolibet eorum fit commemoratio de his quæ spectant ad istud sacramentum, & ad remissionem peccatorū. In primo dicitur de altaribus, Altaria tua domine virtutum. In secundo de misericordia Dei ibi, Ostende nobis Domine, &c. In tertio de oratione ibi, Venient ad te, & orabunt coram te. In quarto de oblatione ibi, Calicem salutaris accipiam, &c. In qnto de finali redēptiōe, ibi, Quia apud Dñm misericordia. &c. Secundò sacerdos ornat se pectēdo pilos, & purgādo euulsos, per quod designatur cogitationum malorum mundatio. Tertiò lauat manus, iuxta illud Esaiæ, Lauamini, & mundi estote. Quartò induitur sacris vestibus.

5 †Circa quod sciēdum quòd aliter induitur episcopus quàm simplex sacerdos. Nam episcopus, secundum Ioan. Beleth. primo induit sandales, vel sotulares, quod designat ocreas pugilū. Ipse. n. tūc debet pugnare cum diabolo. Vnde accipit spiritualia arma. Alba pro lorica operitur. Cingulum sumit pro arcu. Subcingulum pro pharetra, & dicitur subcingulum quo stola ligatur. Stola circundat collum, quasi hastam contra hostē vibret. Manipulo proclamat. Casula quasi clipeo protegitur. Li-
6 bro pro gladio vtitur. Mitra quasi galea caput protegit. † Sed si simplex sacerdos primò habet calceos, sine quibus nullus debet celebrare, etiam qui habet ex voto professionis incedere discalciatus, secundum Bernard. de Parantinis. Et hoc significat humanitatem desponsationis Christi & ecclesię incedimus discalceati. Et demum sacerdos ponit humerale, quod designat velamen Christi quod habuit cum sibi dicebatur velato capite, Prophetiza nobis Christi. Alba significat vestimentum, in quo Herodes illusit Christum. Lucæ. 22. Cingulum significat flagellum quo cæsus est circa collum. Ioan. 19. Manipulus, funem quo legatus fuit. Ioan. 18. Comprehenderunt & ligauerunt eum. Stola significat ligamen, quo ligatus fuit ad collum. Casula significat purpureum vestimentum. Ista spiritualiter significant virtutes in sacerdote. Nam humerale significat fidem, quam Apostolus appellat galeam, ad Eph. 6. Alba spem, quæ totum contegit, ad Roman. 8. Spe salui sūmus. Cingulum, iustitiam. Esaię. xj. Erit iustitia cingulum lumborum eius. Manipulus significat fortitudinem contra impetum diaboli. Stola ab vtroque humero significat prudentiam & temperantiam. Casula, quæ totum operit, significat charitatem. Habet ergo sacerdos simplex sex indumenta, quia habet sex officia scilicet baptizare, prędicare, catechizare, ligare, absoluere, & cōsecrare. Episcopus verò habet nouem, scilicet caligas, sandalia, succinctorium, mitram, dalmaticam, tunicam, chirothecas, annulum, & baculum, qua episcopus habet plura officia quàm sacerdos. s. virgines consecrare, ecclesias dedicare, clericos ordinare, sinodum celebrare chrisma conficere, vestes, vasa & alia sacra ecclesię ordinamera consecrare, & confirmare. Consecrationem autem vestimentorum prædictorum Stephanus instituit anno Domini cclv.

Deinde sacerdos accedns ad altare, dicit; Aufer a nobis Domine cunctas iniquitates nostras, &c. signādo se in facie, per qđ petit omnia impedimenta se auferri, seu remoueri. Tandem osculatur reliquias in medio altaris, dicens: Oro te domine per merita omnium sanctorum tuorum, & eorum quorum hic ossa recondita sunt, vt eorum intercessione nobis digneris indulgere vniuersa delicta nostra, per quod petit sanctorum suffragium, quasi ex se sit indignus. Deinde osculatur librum, dicens: Dignus sim Domine accipere librum, & aperire signacula eius, quoniam occisus es pro nobis, & redemisti nos Deo in sangnine tuo. Osculum illud, q̄ fit in medio altaris, significat Iudaicum populum, euangelicum verò gentilem, qui per euangeliū credidit. Vnde quia Christus vtrique populo veniens in mūdū dedit pacem, ideo vtrunq; osculatur. Quod autem prius sacerdos accedit ad dextrū cornu altaris, significat q̄ prius Christus prædicauit Iudæis, deinde gentibus.

His expeditis videndum est de ipso officio, quod habet sex partes. Quarum prima vocatur præparatio, & durat ad epistolā. Secunda instructio, & durat ad offertorium. Tertia oblatio, & durat ad præfationem. Quarta cōsecratio, & durat vsq; ad oremus, præceptis. Quinta sacramenti perceptio, & durat vsque ad communionem. Sexta gratiarum actio, & durat vsq; ad finem.

SVMMARIVM.

1 *Missa, qualiter olim incipiebatur: Et de eius introitu.*
2 *Missæ misteria & ceremonię, quid denotent; Et qualiter ad illam populus accedere debeat.*
3 *Sacerdos in missa, cur quinquies se vertat.*
4 *Collectæ in missa, quomodo concludendæ.*

¶ Caput secundum.

1 LIT quia populus debet primò venire cum mētis deuotione ad eccliā, ideo missa primò incipitur ab introitu. † Pro quo sciendum, q̄ olim missa inchoabatur a lectionibus, sicut adhuc in sabbato Paschæ, & Pentecostes. Vnde Cęlestinus I. natione Romanus, anno Domini 327. instituit, vt ab introitu inciperetur. Post quem Gregorius I. anno Domini 509. cantualem introitum composuit, & significat sanctorum patrum, qui incarnationem Christi desiderabant, clamorem, deuotè dicentium, Emitte agnum Domine dominatorem terræ? &c. Et iterum, Vtinam disrumperes cęlos. Per versum autem designatur desiderij numerositas, quia diuersi diuersimodè clamabant. Ideo autem (vt communiter) introitus sumit de psalmis, qa olim cantabantur in principio missæ. 150. psalmi. Sed quia tediosum populo erat, ideo Pelagius statuit, vt solum aliquid de ipsis sumeretur, scilicet introitus cum versu. Aliqui tamen Sancti habent speciales introitus in suis festis propter reuerentiam eorum. Additur etiam Gloria patri, quia licèt solus filius sit incarnatus, tamen tota Trinitas operata est incarnationem, qđ Damascenus Papa instituit. Omittitur tamen in missa defunctorum, quia illi non sunt in statu gloriæ, sed pęne. Simile in Dominica passionis domini, quia tunc non recolit gloria, sed confusio in persona filij Dei facta. Resumitur autem introitus ideo, quia tam præcedentes quàm sequentes Sancti in fide Christi sunt concordes, vnde Et qui præcedebant, & qui sequebantur, clamabant Osanna.

2 Sciendum autem, quòd † Sacerdos debet primò egredi de sacristia, quando introitus inchoat. Signat autem egressus ille Christi egressum de vtero Virginis. glorioso, de quo processit tanquam sponsus de thalamo suo.

Secundò populus debet venire cum mentis humilitate, qđ designat Kyrie eleyson, quod etiam Grego. Papa cātari nouies instituit. Et est Græcum, significans tantum, sicut Domine miserere. Fit autem in Græco, vt innuatur Christi titulus scriptus fuisse Hebraicè, Græcè, & Latinè. Vnde Osanna, & Sabaoth, hebraica sunt, reliqua verò latina. Vel vt omnis lingua cōfiteatur Christi passionem. Et fit nouies, vt ad nouem ordinum Angelorum contemplationem possimus peruenire. Triplicatur autem ad laudem Trinitatis. Et rectè sequitur post introitum, introitus enim significat aduentum Christi in carnem, Kyrie eleyson verò in mētē, qđ signatur per hoc quod dicitur, miserere nobis.

Source : BIU Cujas

Tertiò debet populus venire cum mentis erectione, quod signat causatus Angelorum, scilicet Gloria in excelsis Deo. Et rectè sequitur post illa duo, ad significandum q̄ homo ad aduentum Christi in carne & mente, debet gaudere gaudio spirituali, & vocaliter exprimere. Et primò incipitur à sacerdote, secundò à choro completur, per quod designatur q̄ primò vnus chorus. i. vnus Angelus in natiuitate Domini incepit istū hymnum, post hoc alii multi ipsum prosequebantur, vt dicitur Lucæ 2. Et quia iste hymnus dictus est ad laudem Dei in natiuitate, qui est mediator Dei, & hominum ideo in medio altaris dicitur, vel quia in media nocte natus &c. Et quia etiam iste hymnus in ortu Christi in mundum dictus est, ideo facie versa ad orientem ipse incipitur. Et quia istud canticum est lætitiæ, ideo in aduentu non canitur, quia sanct patres non in re, sed in spe habuerunt præmium. Spes autem quę differtur, affligit animam, Prouerb. 13. Similiter in 40. & 70. vbi recolitur lapsus primi hominis flebilis, no dicitur. Vnde nouem septimanis tacetur, propter nouem ordinorum Angelorū consortii priuationem. Item in die Innocentium non cantatur, qa fuerunt non in gloriam, sed in vindictam Christi occisi. Generaliter tamen dicitur iste hymnus, quando dicitur, Te Deum laudamus, excepto sabbato Paschæ, & cœna Domini propter speciales rationes. In cœna autem Domini non dicitur nisi ab episcopo, sed sabbato Paschæ ab omnib. quia illa missa est quodammodo diei sequentis. s. resurrectionis Christi, vnde in nocte deberet celebrari, de consecr. distin. 2. nocte. Deinde sacerdos vertit se ad populum dicens Dominus vobiscum, quod valet tantum. i. Dominus tribuat peccatoribus affectū & volūtatem bonam. Sed episcopus dicit, Pax vobis, quia est vicarius Christi, qui dixit Apostolis suis de resurrectionem suam, Pax vobis, quasi diceret, in præsenti tur vobis pax peccatoribus, & in futuro pax æternitatis. Et orus respondet, Et cum spiritu tuo. i. Dominus qui est in cor tuo, sit etiam nobiscum in corde nostro. Et hoc verbum, Dominus vobiscum sumptum est de lib. Ruth. capitu. 2. Sic en legitur Booz salutasse messores suos, & propheta in Para sa regem, & qui cum eo erāt. Et Angelus salutans Gedeon dixit Dñs tecum. Sed hoc verbum, Et cum spiritu tuo, sumū est ab Apost. j. ad Thim. ult.

3 † Sciendum tamen, quòd erdos vertit se in missa quinquies, ad designandum quod ristus post resurrectionem suā ipso die resurrectionis quinqs apparuit suis electis. Primò Mariæ Magdalenæ, secundò ulieribus, tertiò Petro, quartò duobus discipulis in Emaus ctibus, quintò omnibus discipulis absente Thoma. Et quia ulus conuenit ad orandum cū intentione impetrandi, idcirco sequitur collecta. Vnde dicit sacerdos, Oremus, signans illud quod Christus dixit Apostolis. Orate, ne intretis tentationem, per quod etiā reddit se indignum. Vnde quasi nuocans ad se fideles, dicit, Oremus, idest omnes ate, vt qu petimus, facilius impetremus. Et tunc dic collecta seu o io, quæ designat quòd Christus dans exemplum, orauit dicitur collecta, quia fit super dans sum collectum, vel quia a colligitur populi oratio seu precatio. Et fit in dextra part ltaris, per quam designantur bona æterna & spiritualia, quæ mò sunt petenda, iuxta illud, Primum quærite regnum Dei Fi tiam versus orientem, iuxta Damascenum, libro 4. cap. 11. vt p adisum nos affectare monstremus, qui est in partibus orient Secundò, vt in Christum crucifixum, qui versus orientem bas in uce respiciebat, in tendamus. Tertiò, vt ipsum iudicem de enturum significemus. Quandoque autem dicitur vna oratione solennitatis. Aliquando duæ vel tres vsque ad septenarium, & non vltra: quia secundum Innocen. Dominus septem petitionibus docuit orare. Et etiam, quia vltra in tedium veteretur, de consecra. distin. 2. cum omnia. Quando autem imponunt plures collectæ, tunc primò imponuntur duæ, postea tres, vel primò vna, & postmodum duæ, ita q̄ maior numerus sequatur. Et semper fiat in numero impari, quia personæ diuinæ sunt impares in numero. Et dirigantur omnes orationes patri & filio, & non spiritui sancto, quia cum ipse sit donum, à dono non petitur donū, secundum Bernardi. de Parantinis. † De modo autem con-

4 cludendi collectas dantur versus.

Per Dominum dicas, cum patrem presbiter oras.
Si Christum memores, per eundem dicere debes.
Cum Christo loqueris, per eundem dicere quæris.
Qui tecum, si sit collecta, finis in illo.
Si spiritus almus, eiusdem dicere debes.

Hoc est. Vbicunque ad Deum patrem dirigitur oratio, & nō est mentio de filio, dicatur, Per Dominum, &c. Si autem est mentio filij dicatur, Per eundem Dominum, &c. Si autem ibi est mentio de spiritu sancto, dicatur, Per Dominum, &c. qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen. idest per omnia præsentia & futura. Nullus autē debet sibi facere nouas collectas, quę non sunt ab ecclesia probatæ, quia hoc prohibuit concilium Aphricanum, cui interfuit Augustinus.

Sciendum etiam q̄ si imponitur collecta defunctorum in missa viuorum, q̄ illa debet esse penultima, & nō vltima, quia finis debet suo principio cōuenire. Nullo autem modo in missa defunctorum collecta pro viuis debet imponi, quia mortui viuos iuuare non possunt. Item collectas dici præcepit Simmachus natione Sardus anno Domini cccxciiij.

SVMMARIVM.

1 *Missa habet sex partes, & quid in illa obseruandum.*
2 *Populus cur in missa, dum euangelium legitur, stare debeat.*

¶ Caput tertium de secunda parte Missæ.

EXpedita prima parte missæ, quæ est ad populi præparationem, dicendum est de secunda, quæ est ad populi instructionē, & incipit ab epistola, in qua docetur populus in diuinis mandatis. † Et habet

1 sex partes. s. mysterialem iuformationem, de qua in epistola; pęnitentialē operationem, de qua in graduali; salutarem lamentationem, de qua in tractu. spiritualem exultationem, de qua in alleluia: principalem instructionem; de qua in Euangelio; & specialem filii instructionem, de qua in simbolo. secundum autem Innoc. epistola significat officium præcursoris, qui præibat ante faciem Domini. Et quia prædixit, Pęnitentiam agite, ideo sequitur graduale. Sed quia post pęnitentiam sequitur gaudium, quia ipse dixit, Appropinquabit. n. regnum cęlorum, ideo sequitur alleluia, quod est cantus gaudij. Et quia post Ioannis doctrinam secuta est doctrina Christi, ideo sequitur euangēlium, quæ est doctrina Christi, postquam secuta est fides Apostolorum, ideo sequitur simbolum. Epistolæ autem non fiunt de libris Moysi, quia in illis promittuntur temporalia, in apostolis verò Pauli æternalia. Et hac ratione lectiones de libris Moysi terminantur in grauem accentum, sed lectiones epistolarum in acutū, quia sursum tendunt. Graduale, secundum Inno. dicitur a gradibus, in quibus cantabatur, & significat conuersionem fidelium pęnitētium. Et interponitur versus, ad designandum q̄ nullus veram pęnitentiam facit, nisi plenè conuersus sit ad Deum. Et omittitur graduale in festis paschalibus, & loco eius dicitur, Hęc dies, quia illi dies statum ecclesiæ futurum felicem insinuāt. s. statum post resurrectionem, vbi non erit pęna, sed gaudium. Alleluia, vox lætitiæ, significat gaudium pęnitentium, quod habent ex promisso prmio. Et canit ēt in aduentu, quia licèt sancti Patres habuerunt spem de incarnatione Christi; tamen quia certi de hoc erant, ideo exultabāt. Sed in Septuagesima omittitur, quia tunc casus primi hoīs defletur, loco cuius canitur tractus cum prolixitate & asperitate vocis, significans prolixitatem miseriæ præsentis incolatus. Et hoc Simmachus Papa instituit, sicut & collectas. Additur etiā qñq; prosa post alleluia. s. q̄ est vox exultationis, ad significandū gaudiū corporis & animæ. Et est instituta a Nicolao Papa. Prius enim cantabatur neuma quoddā longū post alleluia, loco cuius Nicolaus Papa in festiuitatibus præcipuis prosam cantari instituit. Significat etiam diutina protractio notarum ipsius alleluia gaudium cęlestis patriæ, quod est absque fine. Et fit sine voce significatiua, quia tale gaudium nulla lingua exprimere potest, &c. Euangelium. quod legitur in siniſtra parte altaris, designat q̄ per ipsum peccatores sunt vocati. Et dicitur versus Aq̄lonē, ad euitationē malorum & imitationē bonorū. Mali. n. per Aq̄lonem significātur: nam per Aquilonē Diabolus frequenter designatur, contra quem est euangelium. Et dicitur in loco alto, scilicet in pulpito, quod nō fit in epistola, quia altus locus datur seruantibus euangelium, quia cęlum. Et propter hoc etiā terminatur in altum. Præmittitur autem ante euangelium, Dominus vobiscum, salutatio populi, per quod disponit populū ad audiendum deuotè. Et chorus respōdet, Et cum spiritu tuo, idest sicut tecum est Deus ad dicendum verbum Dei, ita nobiscum sit ad audiendum. Deinde signat se in principio & in fine. Primò in libro facit signum crucis, quasi dicat, Crucifixum prędico. Secundò in pectore, quasi dicat, Crucifixum credo: deinde in facie, ac si dicat, Crucifixum prædicare non erubesco. Similiter populus facit, ne diabolus vertat facies ac mentes eorū ab auditione verbi Dei in principio & in fine, ne verbum tol-

2 lat de cordibus eorum. † Debet etiam populus stare, & non sedere, in signum q̄ sunt parati pugnare pro euangelio, & caput eleuare in signum reuerentiæ. Et hoc statuit Anastasius Papa anno Domini 404. habetur etiam de consecr. dist. j. apostolica. Item arma vel baculos ponere, in signum quod iuxta doctrinā euangelicam parati sunt non armis, sed patientia se defendere, iuxta illud, Si quis te percusserit in vnam maxillam, præbe ei & alteram. Aliquando autē thurificarur circa Euangeliū, p qđ significat odor bonę operationis, iuxta illud, Sic luceat lux vestra, &c. Dat ēt osculū libri tātū sacerdotibus post euāgeliū & clericis, ad designādū q̄ ipsis debēt esse manifesta diuina secreta cæteris autē in parabolis. Lucæ viij. Post hoc canitur simbolū Nicenum, qđ Martianus Romanus post Siluestrum instituit anno Domini cccxxxix. Et dicitur a sin, quod est con, & bolos morsus, quasi cōpositum per morsellos paruos, idest articulos. Est enim collectum ex diuersis locis sacræ scripturæ, in quo est

tota

Source : BIU Cujas

tota fides. Compositum est tamen propter maiorem cautelam, scilicet propter hæreticos, ne sit difficile querere articulos fidei
3 in scripturis multis.† Et est triplex simbolum. Primum Apostolorum, scilicet Credo, quod communiter dicitur in Prima & in Completorio. Secundum Athanasij, scilicet, Quicunque vult saluus esse. Et tertium Nicenum, quod in sinodo Nicena fuit cõ positum. Istud autem potius canitur in missa quam aliud, quia conditum est tempore veritatis propalatæ contra hæreticos insurgentes, & clarius est determinatiuum fidei quam simbolum Apostolorum, ideo potius canitur istud quam illud. Vnde licèt eadem sit veritas vtrobique, magis tamen clarè in vno quàm in alio. Canitur autem altè & expressè, vt omnes illud discant & sciant.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio in Missa sex partes continet.*

¶ Caput quartum continens tertiam partem Missæ.

1 COnsequenter videndum est de tertia parte missæ, quæ dicitur oblatio, quæ continet sub se sex partes.† Prima est populi exultatio, pro quibus offerri debet, & hæc signatur per offertorium. Secunda est oblationis præsentatio, ibi, *Suscipe sancta trinitas*. Tertia est altaris thurificatio. Quarta cordis humiliatio, cum dicitur, in spiritu humilitatis. Quinta sequens orationem, scilicet secreta. Sexta manuum ablutio. Circa quod sciendum, ꝙ sacerdos post simbolum dicit, Dominus vobiscum, ad significandum quod ex quo debet ad oblationem accedere, & nulla oblatio potest esse accepta sine Deo, ideo dicit, Dominus vobiscum. Et quia tam sacerdos quàm populus debent esse valde attenti circa oblationem hostiæ salutaris, ideo tunc quasi excitando populum, sacerdos dicit, Oremus. Non tamen vlterius prosequitur voce alta, sed sub silentio dicit offertorium, per quod denotat suam intentionem maximè recollectam ad Deum. Significat etiam illud silentium latibulum Christi ante passionem, quando Iudei conspirauerunt contra eum, vt si quis eum confiteretur, extra sinagogam fieret: cantat tamen tunc chorus valde lętabundè, ad designandum hilaritatem offerentium, quia datorem hilarem diligit Deus, & quia legitur etiam de Dauid, ꝙ citharam cum cantoribus percutiebat. Tenentur autem fideles ad oblationes secundum consuetudinem approbatam in aliquibus festiuitatibus, vt de consecra. di. 3 omnis Christianus, quia dictum est a Domino, Non apparebis in conspectu meo vacuus. Licèt autem hoc sit præceptum, tamen quantum ad quantitatem, vt tantum vel tantum offeratur, non est præceptum, sed consilium, iuxta illud Exo. 25. Ab omni homine qui offert vltroneus, accipietis eas, scilicet oblationes.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos in præsentatione oblationis im missa, quid facere debeat.*

CAP. V.

1 SEquitur secunda pars tertiæ partis .s. oblationis præsentatio.† Circa quod sciendum quod sacerdos volens præsentare oblationem Deo, parat primò materiam. Et primò pro hostia accipit panem triticeum azimum mundum & purum, & pro sanguinis confectione accipit vinum bonum & sapidũ, admixta modica aqua, quæ possit absorberi a vino, quo facto dicit, Fiat hæc commixtio vini pariter & aquæ, in nomine patris & filij & spiritus sancti. Deinde accipit calicem, tenendo vna manu in medio, & reliqua sustentando pedem calicis, & alte subleuando dicit, Suscipe sancta Trinitas hanc oblationem, quę oratio declarat quid vel pro quo tũc oratur: tunc enim orat ecclesia Deum, &c. Dicta autem ista oratione, debet calicẽ deponere deorsum, & patenam desuper tollere, & panem ad pedes calicis collocare, videlicet inter se & calicem, secundum modum magis communem. Calix significat Christi diuinitatem, patena humanitatem, quę diuinitatem (sicut patena calicẽ) contexit. Sed tunc patena sub corporali obseruatur, quia discipuli relicto Christo omnes fugerunt. Calix autem corporali operitur, quod signat sepulturam Christi. Debet autem corporale esse de lino mundo & candido, secundum Hugonem, & secundũ Concilium Lugdunen. vt etiam habetur in Brocardo li. 3. Hoc instituit Siluester anno Domini 315. Nec debet in eo alterius rei materia pretiosior aut vilior misceri, vnde dicebat Ioan. de Deo, secundum quòd refert Archidia. de consecr. distin. 1. consulto. quod illi grauiter peccant & offendunt, qui mittunt corporale confici cum farina ad hoc ꝙ stet rigidum super calicem. Nec tale corporale debet per mulieres lauari, nisi per sacerdotem prius lauetur in vase specialiter ad hoc deputato, in quo nihil postmodum est lauandum, vt dicitur de consecra. distinc. 1. nemo. Significat autem hoc corporale, secundum Archi. vbi supra, ecclesiam. Quod autem supraponitur calici, significat quod Christi passionem ecclesia non desinit imitari. Corporale autem multo labore candidatur, & ecclesia multo labore Christo conformatur. Item significat sindonem, in qua Christus fuit inuolutus, & ideo fit corporale de lino, quia sicut linũ multis pulsionibus & tunsionibus ad candorem deducitur: ita ecclesia per illud significata (quæ per corpus Christi intelligitur) multis præssionibus, & passionibus & candorem vitæ ęternæ perducitur. Et ita etiam corpus Christi per illud significatũ per multas tribulationes venit ad gloriam, vt dicit glo. in c. consulto, de consecra. dist. 1. Et quia dictum est ꝙ calix coopertus significat Christi sepulturam, hinc est quod tunc Maria Magdalena venit vngere Iesum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Thurificatio cur in missa instituta.*

CAP. VI.

1 TErtia pars est altaris thurificatio.† Maria enim Magdalena accepit libram vnguenti nardi pistici pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & domus impleta est ex odore vnguenti. Et sacerdos in modum crucis superducit & incensum supra sacrificium & altare, vt & crucis signaculo & thuris incensio diabolicæ fraudis malignitas extricetur & effugiat. Quod vero tertium superducit & circunducit incensum, designat ꝙ Maria ter exhibuit & adhibuit vnguentum circa corpus Iesu. Primò, cum vnxit pedes ipsius in domo Simonis phari sęi. Secundò cum in domo Simonis leprosi super caput eius vnguentum effudit. Tertiò, cum emit aromata, vt veniens vngeret Iesum, &c. Voluntas enim reputatur pro facto, cum per seipsam non steterit quominus expleret, quod incępit. Quod verò post modum vndique totum incensatur altare, designat ꝙ factum illud totam respersit ecclesiam, sicut Dominus ipse testatur dicens, Amen dico vobis, vbicunque, &c. Mat. 26. Et Leo Papa statuit incensum super oblata fieri, quod & concilium Rothomagen. fieri statuit. De aliis etiam thurificationis significationibus plura vide in Rationali diuinorum.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos in missa, cur inclinet caput.*

CAP. VII.

1 SEquitur quarta pars tertiæ partis de humiliatione,† vbi sacerdos dicit inclinato capite, In spiritu humilitatis, &c. & est ratio Dan. 3. c. vbi sacerdos profunde inclinatur habẽs manus ante pectus, & circa hoc osculatur altare in signum crucis, quia per passionem crucis reconciliati sumus Deo, & in eius amicitiam admissi. ad Ephe. 2. Alii tamen non osculantur hic altare. Deinde sequitur oratio. Vbi sciendum ꝙ sacerdos vertit se tunc ad populum, eos salutando, dicens hæc verba, Orate pro me peccatore, per quæ verba sacerdos implorat auxilium circunstantium propter altitudinem sacramenti. Et debent ista verba sonorosè & expressè dici. Et tunc vertit se sacerdos ad alteram partem dicens, Domine exaudi orationem meã, quia tũc orat singulari oratione. Et in hoc multi errant suppresse illa verba dicentes, & cum hoc nolentes se vertere ad populum, nec ad alteram partem altaris, quod nõ est sine peccato. Ista autem conuersio ad populum cum silentio subsequente, significat occultam apparitionem Christi quæ apparuit Petro: quia licet certum sit ꝙ ei in die resurrectionis apparuit, vt dicitur Lucę vlti. tamen incertum est vbi, ergo fit sub silentio. Vnde quintò sequitur secreta, quia secretè dicitur, vt notetur mentalis conuersio ad Deum, vt sit sacrificium ante Deum gratum. Debent enim tot dici secretæ, quot fuerunt in principio collectæ, & eodem ordine poni & concludi. Sed tamen in fine omnium dicitur expressè, per omnia secula seculorum. scilicet ad significandum quòd licet sacerdos orat in persona singularis: tamẽ ex quo pro toto populo orat, ideo occultè non debet finiri, vel ad innuendum quòd sacerdos hæc postulat auxiliũ populi, vnde expressè respondet clericus, Amen, ad designandum ꝙ post Lazari resuscitationem, Christus publicè prædicauit.

SVMMARIVM.

1 *Præfatio in missa quatuor habet partes.*

CAP. VIII.

1 REstat nunc videre de quinta parte tertiæ partis, qua dicitur sequens oratio vel præfatio, quæ habet quatuor partes.† In prima populus salutatur cum dicitur, Dominus vobiscum. In secunda ratio assignatur ibi, Verè dignum, &c. laus diuina a populo cantatur, cum dicitur, Sanctus, sanctus, sanctus, &c. In quarta canon ipse inchoatur ibi, Te igitur clem. &c. Quantum ad primum sacerdos salutando populum primò excitat eum ad attentionem dicens, Dominus vobiscum. Secundò ad erectionem, ibi, Sursum corda. Tertiò ad gratiarum actiones, ibi, Gratias agamus. Excitatur autem ad attentationem propter reuerentiam sacrĩ, in quo Christus sumit ipse fons bonitatis, ideo sacerdos dicit, Dñs vobiscum. Deinde dicit, Sursum corda, ad designandum ꝙ circa hoc sacrm debemus habere

Source : BIU Cujas

mus habere altitudinem contẽplationis,& ea quę ſurſum ſunt appetere,vt dicitur ad Col. 3. Et etiam quia iſtud ſacramentum non poteſt ritè perfici ſine illo qui eſt ſurſum, a quo cuncta bona procedunt,vt dicit Grego.Et a quo omne bonum procedit, vt dicitur Iaco. j. Et ad deſignandum quòd hoc ſacramentum non prodeſt niſi habentibus corda ſurſum . Ad hoc ſtatim rñdet miniſter,Habemus ad Dominum . Et eſt ſenſus.i.habemus corda noſtra ad Dominum leuata.Sed forte in hoc multi mentiuntur habentes corda depreſſa,quos arguit propheta dicens, Filij hominum, vſquequo graui corde ? Tertiò excitatur populus ad gratiarum actiones, ibi, Gratias agamus Domino Deo noſtro. Vbi vide congruentiã laudis. Quia enim eſt dominus, ergo a ſeruis vult laudari. Malach. j. Si ergo ſum Dominus, vbi eſt honor meus? Et quia Deus,ideo vult coli:& quia noſter eſt, ideo ſpecialiter vult honorari, vel venerari . Et quia tam innocẽtes,quàm penitentes habent laudare Deum,ideo dicitur rectè,Dignum & iuſtum eſt.Et certè dignum ratione ſuæ maieſtatis,iuxta illud Apocal.7.Benedictio & claritas & ſapiẽtia, & gratiarũ actio,honor & virtus,& fortitudo Deo noſtro. Dignum etiam pro tantis beneficiis nobis impenſis.Dignum ratione ſuper abundantis charitatis, ex quo proprio filio ſuo non pepercit Deus,&c.Quartò ſtatim ratio huius aſſignatur a ſacerdote, cum dicitur,Verè dignum.Et hic incipit præfatio, quæ repræſentat illud gaudium puerorum cãtantium in die Palmarum, Benedictus qui venit in nomine domini. Tẽpore autem,quo cantatur præfatio,debent manus eleuari,ad deſignandũ, quòd tunc ſacerdos vult orare pro celeſtibus. Et per iſta verba ſacerdos approbat primò Deum dignè eſſe laudandum, ſecũdò inuitat Angelorum exemplo cum dicit,quam maieſtatem tuam laudant Angeli.q.d.ſecundum Inn.dignum eſt, quia mera nos volũtate feciſti.Iuſtum,quia mera miſericordia redemiſti. Aequum,quia gratuitè nos viſitaſti.Salutare,quia ꝑpetuè nos ſaluaſti.Nos tibi ſemper.i.in omni tempore,& vbiq;, ideſt in omni loco,& ſi non actualiter,tamen habitualiter, non ponendo videlicet obicem mortalis peccati.Vnde non ceſſat orare, qui non ceſſat benefacere,ſecundum Augu.

Circa quod ſciendum,ꝙ tantum decem ſunt præfationes. Pelagius.n.Papa ſtatuit nouem,ſed Vrbanus Papa anno Domini 444.addidit decimam de Beata Virgine.Quotidianam autẽ præfationem fecit Simmachus natione Sardus, anno Domini 493.Prima eſt de Natiuitate,Secunda de Epiphania, Tertia de Quadrageſima,Quarta de Reſurrectione, Quinta de Aſcenſione,Sexta de Pẽtecoſte,Septima de Trinitate, Octaua de ſancta Cruce, Nona de Apoſtolis, Decima de beata Virgine, de hac habetur de conſe.diſt.j.inuenimus. Ex quo patet præfationem nouiter inuentam de dedicatione eccleſiæ, eſſe ſuperfluam, & erroneè introductã,niſi aliàs interueniret auctoritas Papæ, de qua tamen vſque modo non conſtat. Vnde illi ea vtentes graviter peccant.Cum enim vnam collectam minimam nõ poſſint mutare vel addere,multo minus tam ſolemnem præfationem pro ſuo libito immutare,quis præſumat.Deinde ſequitur, Sanctus,quod Sixtus I.anno Domini 129.inſtituit, per quod ſacerdos orat,vt laus noſtra,& voces noſtræ laudibus,& vocibus Angelorum aſſocientur,quia Angeli ſemper cantãt Sanctus. Ter autem canitur,ad honorem Trinitatis,Oſanna bis,ad deſignandum duplicem ſtolam ſeu gaudium, corporis. ſ.& animæ, & ſignificat tantum.i.obſecro ſalua.

SVMMARIVM.

1 *Lotio manuum,cur in miſſa inſtituta.*

CAP. IX.

1 SEquitur ſexta pars,tertiæ partis principalis miſſæ. ſ.ablutio manuũ †Primariò enim ſacerdos abluit manus ad ſignificandum quòd debet carere mortalibus : ſed & in hoc loco abluit,quia iuxta poſſe ſuum debet etiam carere venialibus,& ideo ſolum capita digitorum perfundit. Et licet aliqui dicunt tunc verſiculum,Lauabo inter innocentes manus meas,tamen conuenientius omittitur propter continuationẽ ſequentis canonis,qui incipit, Te igitur, cuius præludium fuit, Sanctus. Senſus.n.eſt, Te igitur clementiſſimè.i.te, qui Sanctus es,Dominus Sabaoth,deprecor,quod congruè fieri non poſſet interpoſitis aliquibus verbis,puta,Lauabo inter innocẽtes manus meas,&c.quæ faciunt notabilem diſcontinuationem illarum orationum principalium,& ideo cautius omittitur,quàm dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Canonis miſſæ explanatio ampla,& luculenta in tres partes diuiſa.*

¶De Canone Miſſæ,prima pars.

1 SEquitur quarta pars principalis miſſæ,†. ſ.canon.Ad cuius euidentiam ſciendum,quòd canõ Grecè interpretatur regula Latinè,quia multum regulatè compoſitus eſt, dicit autem ꝙ Gelaſius Papa canonem principaliter ordinauit,& licet à pluribus ſit aliquid additum in eo,tamẽ ab vno eſt compoſitus.Dicitur autem quòd Clemens II anno 71.poſt Clemtum inſtituit canonem ante conſecrationem, & ita dicitur canon,quaſi ex regulis ſanctorum patrum editus, & compoſitus. Dicitur etiam ſub ſilentio,ſecundum Inno. primò ad ſignificãdum,ꝙ Chriſtus ſeceſſerat in Effrem a iudęis. Secũdò propter maiorem conuerſionem mentis ad Deum, quia tunc ſacerdos debet intrare talamum cordis, & oſtio ſenſuum clauſo Deum orare.Tertiò propter periculi euitationem,ne vſu quotidiano verba ſacra vileſcant.Quartò propter maiorem reuerentiam, quia quæ in publico fiunt citius vileſcũt.Hæc Bernardus de Parantinis.Incipit autem ab illa litera, T. quæ valde repræſentat ſignum crucis,ad ſignificandum,ꝙ hoc ſacramentum ſeu ſacrificium fit ad memoriam paſſionis Chriſti in Cruce. Et fit circa canonem imago crucifixi, vt tanto melius imprimatur memoria Chriſti Paſſionis in Cruce ipſi celebranti. Accedens aũt ſacerdos poſt ablutionem primò benedicit ſe, ſecũdò compoſitis manibus oſculatur imaginem Crucifixi, inclinando ſe humiliter,deſignãs humilem inclinationem,quam fecit Chriſtus ante ſuam Paſſionẽ,in qua factus eſt ſudor eius,ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram,ſicut habetur Lucæ 22. Alij autẽ oſculantur altare,ad ſignificandum, ꝙ per hoc ſacramentum acquirimus veram dilectionẽ cum Chriſto,quia miniſter non debet eſſe infidelis,vt Iudas.Deinde incipit dicens, Te igit.Circa quod notandum,ꝙ illa coniunctio,igitur, eſt illatiua reſpectu præcedentium:vnde ex quo dixit prius, Sanctus Dominus, nunc infert,Te igitur clementiſſimè pater,qui es Sanctus.Dicitur autem clementiſſimus,quaſi in miſericordia ſummè abundans,& hæc verba dicens ſacerdos ſe inclinat, deſignans Chriſti humilitatem ſeu humiliationem ad Paſſionem. Additur ẽt, Per Ieſum Chriſtum filium tuum, Dominum noſtrum.Hoc fit ideo,quia Chriſtus docuit in ſuo nomine omnia eſſe petenda, iuxta illud Ioan.16. Amen, amen dico vobis, ſi quid petieritis patrem in nomine meo, &c. Deſcribitur autẽ quadrupliciter. Primò,vt Saluator,quia Ieſus, Matthęi. j. Vocabis nomen eius Ieſus,quod interpretatur Saluator.Secũdò,vt Rex, quia Chriſtus,quod interpretatur vnctus.Pſal.Vnxit te Deus tuus.Tertiò vt patri naturaliter dilectus,quia filium . Quartò,vt nobis prælatus,quia Dominum noſtrum . Supplices.i.humiles rogamus. Secundum Bernardum de Parãtinis rogamus pro illis,quę nobis deficiunt;ac petimus pro illis,quæ ad ſalutem noſtram nobis neceſſaria ſunt . Vti accepta habeas.i.accipias, ſeu grata habeas.Et aliqui hic oſculantur altare,quaſi oſtendentes ſe compati Chriſto,ſed nõ eſt de eſſentia. Et debet produci illa dictio vti in fine,nam licet idem valet vt,& vti,tamen plus eſt expreſſiua.Hęc dona.Dicuntur dona,quæ dantur a ſuperioribus,quia hoc ſacrificiũ fit virtute ſupremi Dei,ideo dicitur donum.Munera,dicuntur munera quia dantur ſeu offeruntur ab inferioribus.Hoc enim ſacrificium miniſterio ſacerdotũ offert Deo patri.Hæc ſancta ſacrificia dicũtur,quia fiunt pro peccatis noſtris.Dicuntur autem illibata.i. incorrupta,non ꝙ illa accidentia non poſſint corrumpi,ſed quod contentum ſub eis, ſcilicet corpus Chriſti,& ſanguis, non corrumpitur, iuxta illud, Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem . Fiunt autem tres Cruces in verbis iſtis,Hæc dona,hæc munera,hæc ſancta ſacrificia illibata.

Pro quo ſciendum quòd ſacerdos ideo vtitur ſæpius ſigno Crucis circa hoc ſacramentum magis, q̃ circa aliud,quia iſtud ſacramentum eſt magis memoriale Paſſionis Chriſti,quæ ad Crucem eſt terminata.Fiunt autẽ hic primò tres Cruces,ad deſignãdum triplicem Chriſti traditionem, quarum prima fuit gratioſa a Deo ex dilectione, qui proprio filio ſuo non pepercit,ſed pro nobis tradidit illum.

Secunda fuit à Iuda, quæ fuit ex auaritia, & cupiditate,eo ꝙ pecuniã pro eo recepit,quã appellant mercedem iniquitatis.

Tertia fuit à Iudæis,quæ fuit ex inuidia,quia ſciebat Pilatus, ꝙ per inuidiam tradidiſſent eum.Quia igitur Deus pater dedit eum nobis in donum,ideo prima Crux fit cum dicitur,Hæc dona.Et quia Iudas pro munere tradidit eum,ideo ſecunda Crux fit cum dicitur,Hæc munera.Quia verò Iudęi ad mortem tradiderunt eum,vt crucifigeretur in ſacrificium illibatum, ideo tertia Crux fit cum dicitur,Hæc ſancta ſacrificia illibata. Vel ẽt ſecundum Guil.Mutinenſem, tres Cruces fiunt in reuerẽtiam eius,qui eſt trinus Deus in perſonis, cuius potentia fit cõuerſio panis,& vini.Et ſecundum Bern.de Parantinis ſignificat crucifixionem triplicem,quarum prima fuit in volũtate, & effectu, quando collegerunt Pontifices concilium . Ioan. 11. Matthæi 26.Secunda fuit in vocibus clamantium Crucifige, Crucifige. Lu.23.& Io.19.Tertia in crucifixione manum, & pedũ, Lu.23. Eſt itaque ſenſus iſtorum verborum,quantum ad triplicem effectum.Nam quia Chriſtus datus eſt liberaliter,ideo dicitur dona pluraliter.Quia verò datus eſt vtiliter, ideo dicitur munera. Et quia datus eſt vt nos ſanctificaret mentaliter, ideo dicitur ſacrificia illibata.i.immaculata . Sed quare dicitur pluraliter dona,munera,&c.& non donum,munus, &c. cum hic non fiant plura ſacrificia ſeu ſacramenta,ſed vnum tantum? Reſpõdetur, quòd licèt corpus & ſanguis Chriſti ſint propriè loquendo cõpoſita

Source : BIU Cujas

posita distincta, tamen dicuntur vnum integritate, sicut comestio in vna mensa, quantumcunque fercula sint diuersa, aut potus diuersi, nihilominus dicitur vna comestio, & hoc vnitate integritatis, quia cibus & potus simul integrant refectionem, & habent vnum effectum, scilicet nutritionem. Et isto modo istud sacramentum dicitur vnum. Quando ergo dicuntur dona, munera, pluraliter, refertur ad illas substantias panis & vini, quæ plura sunt composita per se, & nondum sunt corpus & sanguis Christi vnum. Vnde secundum Gorram super Matth. quamuis ibi sint plura materialiter, non tamen formaliter, propter vnam operationem, quam intendunt, scilicet refectionem spiritualē.

Sequitur in primis, quæ offerimus, vbi ponitur optatio salutis eorum, pro quibus offertur hoc sacrificium; & cui, quia Deo patri: vnde dicit in primis, ideſt principaliter tibi. Secundò, quis offert, quia sacerdos ex parte totius ecclesiæ, ideo dicit offerimus, non offero. Ex quo patet q̄ malitia sacerdotis non vitiat effectum consecrationis, quia non offert ex bonitate vel malitia propria, sed ex officio quod gerit ex persona ecclesiæ. Tertiò pro quo offertur, & primò quia generaliter pro tota ecclesia, vnde dicit, pro tota ecclesia catholica. i. vniuersaliter toto orbe terrarum diffusa & fidei sacramentis vnita, non pro synagoga Iudeorum abiecta & dispersa vbiq; per diabolum. Quartò ostendit, quid petit, vnde dicit, quam, scilicet ecclesiam, pacificare digneris, vt scilicet pacem habeat ab hæreticis & schismaticis, digneris etiam eam adunare, ideſt in vnitatem colligere, quæ dispersa est inter perfidos, vel paganos. Vel secundum Guili. Mutinen. orat hic presbyter pro inuicem discordantibus, vt vniantur in charitate. Additur autem, vt custodire digneris, scilicet a vitijs & dęmonibus, & regere, scilicet in prosperis. Deinde orat pro personis singularibus, & primò pro capitaneis ecclesiæ, scilicet pro Papa, quę verba addidit Clemens, & postea Pelagius Papa confirmauit, vnde idem dicit, Constat ab vniuerso orbe separatum esse, qui ob quamlibet dissensionem inter sacra mysteria Apostolici Pontificis secūdum consuetudinem memoriam non frequentat. Deinde pro Episcopo proprio, vnde dicit, pro Antistite nostro, quod episcopus celebrans omittit, cum sit ipsemet Antistes. Post hoc addit de seculari Principe, vnde dicit, & Principe nostro, hoc enim est consilium Apostoli. 1. ad Timo. 2. cap. vbi inquit, Obsecro primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & pro omnibus, qui in sublimitate sunt constituti, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. Debet autē intentio celebrantis fieri ad personam illius episcopi, in cuius dioceſi celebrat. Romæ tamen non dicitur pro Antistite nostro, quia ibi Papa est episcopus. Similiter dicendum de Principe illo, in cuius regno vel ducatu celebrat. Deinde descendit generaliter orando pro omnibus fidelibus, vnde dicit, & omnibus orthodoxis, ideſt veris catholicis, non schismaticis vel hæreticis. Vnde orthodoxus dicitur ab orthos orthi, quod est rectum, & doxa gloria vel doctrina, quasi recta gloria vel doctrina. Qui ergo rectè glorificant Deum, & rectam fidei doctrinam sequūtur, orthodoxi vocantur, atque Apostolicè & catholicè, ideſt, per Apostolos fundatæ & prædicatæ fidei cultores.

Memento etiam Domine famulorum famularumque tuarum. Vbi iterum descendit in speciali ad memoriam certarum personarum. Vnde licèt Deus noscat omnia, nec opus sit sibi demonstrare personam, pro qua orat presbyter, cum omnia nuda sint oculis eius, ad Hebrę. 4. tamen obliuiſci dicitur illorum, quibus gratiam suam non infundit. Similiter dicitur illorum recordari, quibus gratiam suam & dona largitur. Et est modus vulgarium, quo communiter dicunt tribulati, Deus oblitus est mei. Petit ergo hic duo. Primò explicitè pro quibusdam, secundò pro omnibus circunstantibus: vnde dicit, Memento Domine famulorum famularumque tuarum, non dicit seruorum, quia seruitus peccatum designat, Ioan. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Et tales quamdiu sunt in peccatis, obliuiscuntur a Deo, iuxta illud, Peccatores non exaudit Deus, Ioan. 9. Sed famulus dicitur a fauore, quia est in fauore & gratia Domini, vt sunt peccatores conuersi & pęnitentes pro peccatis, & tales Deus nouit, vnde petit presbyter recordari talium. Et sciendum quòd sacerdos debet facere memoriam ordinatè, vt scilicet primò oret pro illis qui sunt maiori charitate diligendi, & quia ordinata charitas incipit a se, ideo primò facit memoriam suijpsius, cogitando tantum mente, vel exprimendo vt Deus sui misereatur, & dimittat peccata, & tribuat gratiam. Deinde orat pro patre & matre, parentibus & fratribus atque sororibus. Tertiò pro benefactoribus. Quartò pro inimicis & persecutoribus. Quintò pro infidelibus, vt conuertantur ad fidem. Et hic quidam faciunt sibi dispositionem in mente satis pulchram, facientes talem memoriam ad similitudinem ordinis casuum, quorum primus est nominatiuus, in quo sibijpsius recordantur. Secundus genitiuus, & significat genitorem, ideſt, parentes. Tertius datiuus, & significat datorem vel benefactorem. Quartus accusatiuus, & significat accusatorem vel inimicum. Quintus vocatiuus, & significat vocandos ad fidem. Sextus ablatiuus, & significat mortuos a nobis ablatos. Et de istis fit mentio in secunda memoria. Sed quare prius pro viuis quàm pro mortuis oramus? Respondeo, quia viui sunt in maiori periculo, quia possunt damnari. mortui autem, pro quibus oratur, sunt in purgatorio, de quibus non timetur. Et de ista memoria debet se citò expedire, propter distractionem mentis & euagationem, non sicut quidam faciunt dormitantes in tali memoria, ita quòd quandoque populares recedunt a missa tędio victi. & hoc est scandalum, & per consequens fugiendum.

Sequitur, & omnium circunstantium, ideſt, audientium Missam, digneris esse propitius, quos vides in te credere rectè, & te deuotè diligere. Et ex hoc patet quòd valde vtile est interesse missæ, quia pro talibus specialiter oratur. Vnde statutum est, vt omnes fideles audiant missam Dominicis diebus & festiuis diebus, de consecra. distin. j. omnes fideles, & c. Missas. Et dicunt Doc. hoc idem esse præceptum, vt ibidem patet. Sequitur, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt, id est non solum illis digneris misereri, pro quibus hoc offerimus sacrificium laudis, sed etiam illis qui soli hoc offerunt pro se suisque omnibus, videlicet consanguineis & affinibus, familiaribus & amicis, pro redemptione animarum suarum, q.d. non pro temporali lucro, sed pro spe salutis & incolumitatis suæ, ideſt pro salute & incolumitate sua speranda. Et quia bona hominis triplicia sunt, ideo pro ęternis prius orat, scilicet pro spe salutis, secundò pro corporalibus, ideo dicit incolumitatis, ideſt corporalis sanitatis. tertiò pro spiritualibus, ideo dicit seu addit, pro redemptione animarum suarum. Sequitur, qui reddunt vota sua æterno Deo viuo & vero. Vota dicuntur illa, quæ voluntariè promittuntur. Dicuntur autem vota nostra quia fiunt a nobis ex libertate arbitrij sine coactione. Dicuntur etiam Dei, quia per gratiam eius fiunt, quam dat illis qui vouēt, vt possint etiam ea perficere. Sed circa prædicta quæritur, quare presbyter non orat primò pro se, sed prius & principaliter orat pro Papa, & se omittit. Ad quod dicēdum, quòd ibi orat ut persona publica, ideo publicum bonum seu communem præfert proprio bono: hic autem orat vt persona singularis, intrando, memoriam singularium & priuatarum personarum, & ideo p̄ponit se omnibus.

Communicantes. Postquam posuit commemorationem illorum, qui salute indignet, hic ponit illos qui ad salutem adiuuant, vt sunt Sancti. Et primò ponit eos in generali, secundò in speciali. Dicit ergo, cōmunicantes. Et hoc composuit Linus Papa, communicantes, ideſt participantes cum Sanctis in hoc, quòd Deum videmus, licèt differenter, quia nos per fidem, ipsi ad oculum. Tamen ex quo idem obiectum habemus cum illis, scilicet vnū Deum, ergo participamus cum eis, & memoriam veneranter colimus, in primis glorioſę Virginis Marię genitricis Dei & Domini nostri Iesu Christi, sed & beatorum Apostolorum ac martyrū tuorum, Petri & Pauli, vbi ponit 12. Apostolos, & 12. martyres. Confessores autem non ponit: cuius ratio est, quia tempore quo compositus est canon, non celebrabatur memoria confessorum ita solenniter: vel ideo ponuntur martyres, quia imitati sunt Christum in passione, & maximum honorem ostenderunt pro ipso morientes, quod non fecerunt confessores, hoc autem sacrificium est maximi amoris. Ponuntur etiam aliqui martyres minus notabiles, quod factum est diuina dispensatione. Nam vt dicitur, cum sanctis patres deleuissent istos, & alios scribere vellent, cras inuenerunt illos deletos aureis literis scriptos, vnde bonum est etiam aliquando minus Sanctis reputatis reuerentiam impendere, & eorum suffragia postulare: quia ſm Tho. quibusdam sanctis datum est patrocinari specialiter & in specialibus negotijs, vt beato Antonio contra ignem, & c. Præponitur autem omnibus sanctis beata Virgo Maria, quia ipsa est salutis nostræ præcipua adiutrix, & ipsa in cęlo primum locum tenet post Dei filium. Deinde ponuntur Apostoli, quia ipsi tradiderunt nobis formam & ritum huius sacrificij. Deinde martyres, qui pro illo qui est in hoc sacramento, se obtulerunt hostiā viuentem. Petimus autem hic eorum suffragium, significantes q̄ quamdiu sumus in hac vita, necesse habemus eorum suffragia postulare, cū ipsi Christo sint in gloria propinqui, vnde possunt nobis impetrare gloriam. Post eleuationē verò petimus eorum consortium, designantes per hoc q̄ post resurrectionē iungemur Sanctorum cōsortio, & non indigebimus suffragio. Non dirigimus autem orationes nostras ad Sanctos, vt per eos impleantur quæ postulamus, sed vt eorum præcibus nostræ orationes fortiantur effectum. In quibusdam libris ponitur hic signum crucis cum dicitur, muniamur auxilio, sed non habet fundamentum, cum non petamus hic muniri signo crucis, sed patrocinio sanctorum. Quomodo autem sancti vident orationes nostras, dicit hic Bern. de Parantinis q̄ non cognoscunt eas cognitione naturali vel beata, sed virtute reuelationis, per quā cognoscunt orationes nostras vocales siue mentales. Fit etiam

additio

additio in quibusdam festiuitatibus, quia ibi petimus protectionem diuinam spālem, vt in Natali, in Epiphania, in Pascha, in Ascensione, & in Pentecoste, in quibus spālia dona circa nos facta recoluntur, quæ nobis dari tunc postulamus. In fine autem hic non dicitur, Amen, quia Angeli respondent, Amen.

Hanc igitur oblationem Hic addidit Leo Papa anno Domini 444. vbi quasi comprehendò omnia supradicta, summariè cōcluditur. Petit ergo quatuor. Primò petit acceptationem oblationis, vnde dicit, Hanc igitur oblationem seruitutis nostrę. Et vide quare hic presbyter specialiter appellat se seruum, superius verò alios appellat famulos. Ratio, quia quilibet debet se reputare peccatorem, & non alios. Dicitur autem oblatio seruitus, quia sumus empti ista oblatione, iuxta illud, Empti estis pretio magno. Sed & cunctę familiæ tuæ, quæ tibi famulantur & seruiunt, vt placatus accipias. Licet n. Deus sit semper placatus. ideſt misericors, quantum est in ipso sacrificio: tamen sępe offenditur ex parte ministrorum, qñ sunt in peccato. sequitur, Dieſq; nostros, vbi petit fędus pacis. vnde dicit, Diesq; nostros in tua pace disponas. Et loquitur non solum de pace temporis, sed etiam pectoris, quæ est cessatio à peccatis. Atque ab æterna damnatione nos eripi, vbi petit euasionē carceris. s. damnationem perpetuam. Et in electorum tuorum iubeas grege numerari, ubi petit adiunctionem cum electis. Per Iesum Christum dominum nostrum. Et istam particulam sanctus Grego. composuit. Fit autem appositio istius particulæ certis diebus, vt in resurrectione & Pentecoste. Ex quo enim petimus remunerationem, quę fit per resurrectionem Christi, & spiritus sancti missionem, ideo tunc fit additio, secundum alios ēt in cęna domini, quia per illud sacrificium tunc institutum dat remuneratio, iuxta illud, Qui manducat hunc panem. Hæc autem verba dicens sacerdos se profundè inclinat, significans q̄ legalis sacerdos summo conamine obumbrabatur ne videretur, vel quia orauit Christus profundè se inclinando & humiliando ante horam passionis.

¶ Sequitur secunda pars Canonis.

QVam oblationem, &c. Hæc est secunda pars canonis, in qua ponitur sacrificij consecratio. Et habet tria dicta. Primò namque virtus consecrandi petitur. Secundò ipsa consecratio perficitur ibi, Qui predie. Tertiò rei consecratæ cōmemoratio exprimitur. ibi, Vnde & memores

Circa primum, primò ponit sacrificij oblationem. Secundò oblationis benedictionem, ibi, quæsumus benedictam. Tertiò sacrificij transsubstantiationem, ibi, vt nobis. Dicit ergo, quam oblationem, ideſt terrenam materiam ad corpus filij tui destinatam, secundum Guili. Manitin. Tu Deus quæsumus in omnibus, id est tota cogitatione, tota mente, & toto intellectu digneris facere. Benedictam, ideſt, per quam homines benedicantur. Ascriptam. ideſt, per quam homines ascribantur in cęlo. Ratā, ideſt per quam de visceribus Christi esse censeantur. Rationabilem, ideſt per quam à bestiali sensu exuantur. Acceptabilem, vt qui nobismetipsis displicemus, per hanc acceptabiles vnico filio eius simus. Ita exponit August. de consecra. dist. 2. vtrum sub figura, sed Inn. exponit referēdo ad Christum benedictam, ideſt immunem a peccato. Ascriptam, ideſt scripturis prænuntiatam & figuratam. Ratam, ideſt non transitoriam, sicut vetus lex. Rationabilem, ideſt quasi non peculiarem, sicut erat hostia legalis, quæ non mundabat à peccato. Acceptabilem, contra illam, de qua Esa. & Hiere. dicunt, Obtulisti hostiam non acceptam. Communiter tamen hoc refertur ad differentiam oblationis Iudæ. Illa enim traditio fuit maledicta, ideo ista sit benedicta. Illa fuit ꝓscripta vel descripta de libro viuentiū, ideo digneris facere ascriptā istā. Illa fuit irrita. i. iniqua & derestabilis, ideo Deus fac istā ratā. Itē illa fuit irrationabilisi, deo Deus fac istam rōnabilem, ideſt, ratione plenam, vt fiat rationabile nostræ seruitutis obsequium. Ille reddidit mala pro bonis, propter quod reprobatus est, sed tu Deus fac hanc acceptabilem per quam tibi nos reddas acceptos. Fiunt autem hic quinque signa crucis, tres cōmunes super panem, & calicem simul, quarta autem super panem, & quinta super calicem per se. Et significant quinque loca vulnerum eius. Vel secundum Inno. tres significant. 30. denarios, pro quibus venditus est Christus: duę autem venditionem, & emptionem, siue venditorem & venditum. Vel secundum Bern, de Parā. & secundum Guil. Manitiñ. significant tria, quæ Christus fecit circa hoc sacramentum. Nam accepit, benedixit, & dedit, ecce tria. Et specialiter fit crux vna. supra oblatā, & vna super calicem, quia dixit, Hoc est enim, corpus meum, & iterū, Bibite ex omnes. & sequitur, Vt nobis corpus & sanguis fiat dilectissimi filij tui domini nostri Iesu Cristi, vbi petit transsubstātiationem panis in corpus Christi per hoc verbum cum dicit, Fiat. Illud enim est verbum creationis siue creatoris, Gen. 1. vbi dixit, Fiat lux. & sequitur, Et factum est ita. Et non dicit sacerdos Vt faciā corpus Christi. qa non est nisi minister huius cōuersionis, ideo nō in ꝓpria ꝓsona sed in ꝓsona Christi dicit, Fiat, Dicit autem dilectissimi filij tui, quia nullus potest esse dilectus Deo quantumcunque sanctus, sicut Christus, ratione cuius dilectionis propter ipsum totius mundi peccata indulsit. Fiunt autem duæ cruces, vna super panem, alia super calicem, ad significandum q̄ hoc sacramentum valet ad salutem corporis, & animæ.

Sequitur, qui pridie. Hæc verba addidit Ale. 1. anno domini, 122. Et hæc perficitur consecratio Circa quod primò repræsentatur, quid Christus in cęna fecit, vnde dicit, Qui pridie, i. vna die antequā passus est, vel vna die præcedente ante passionem, accepit panem. Et in hoc loco tersis digitis super corporale, accipit sacerdos hostia reuerenter. Et debet eam tenere submissè, non ostendendo populo, vel ministro, ne videatur aliquo modo ante consecrationem. vnde dicit, Accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, & eleuatis in cęlum oculis ad te Deum patrem suum omnipotentē. Et hic eleuat sacerdos oculos supra cęlum, in quo Christus significatur, quia oculos mentis debemus eleuare in cęlum, vnde veniat auxilium nobis, vt dicitur in Psal. quia omne bonum desursum descendit. sequitur, Gratias agens, nō pro se, sed pro nostra redemptione Benedixit, & fit ibi crux super hostiam, quæ significat q̄ Christus passus in natura humana. s. in corpore & anima quia dixit, Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et ideo per se benedicitur hostia, & per se calix. Et non intelligas q̄ Christus benedixit, i. crucem fecit super panem, cū virtus crucis nulla fuerit ante passionem eius, sed benedixit. i. verba consecrationis. s. illa. Hoc est. n. corpus meum, super panem protulit, quorū virtute verborum facta est statim benedicta transsubstantiatio panis in corpus Christi. Vnde expone, Benedixit. i. vī benedictionis verbis per ipsum prolatis dedit, vt transsubstantiaretur panis in corpus Christi verum. Sequitur, Ac fregit, deditque discipulis suis, dicens, Accipite & manducate. Vbi sciendum q̄ licet hic dicatur q̄ Christus prius fregit, & tunc consecrauit, tamē ita non intelligendū est q̄ Christus prius fregisset, & tunc bñdixisset, sed q̄ Christus post ñbdictionē & conuersionē fregit. Vñ sic construe literam, Accepit panem, & benedixit. s. dicens, Hoc est n. corpus meum, & tunc fregit, deditque discipulis suis dicens, Accipite & comedite, hoc est enim corpus meum. Prius ergo protulit illa verba, vt eis vim conficiendi tribueret. Deinde ea protulit, vt Apostolos formam conficiendi doceret. Ita dicit Guil. Communiter tamen dicitur q̄ semel protulit Christus illa verba, tunc. s. qñ voluit dare Apostolis. Vnde dando eis, tūc benedixit per illa verba iam dicta, s. Hoc est. n. corpus meum. Ita dicit Gorram super Matth. Et ita per illa verba semel prolata simul confecit, & formam conficiendi dedit, vt dicit Bern. de Parantinis, Vnde sensus est, Benedixit, fregit, deditque discipulis suis & tunc dixit, Hoc est enim corpus meum. Et iste est verus intellectus.

Hoc est enim corpus meum. Ista est forma consecrationis venerabilis sacramenti eucharistiæ, quam dicens sacerdos habeat intentionem veram consecrandi corpus Christi. Non omittat autem illam coniunctionem. n. quia licèt non sit de substantia sacramenti, est tamen de essentia præcepti, vnde grauiter peccaret omittens eam. Aliqui verò dicentes ista verba, tenent hostiam in manibus, ita q̄ possit videri a circunstantibus, quod est graue periculum, quia tunc potest adorari per simplices ante cōsecrationem, quod erit graue peccatum idolatriæ. Et ideo teneat eam valde depressè in altari, ne videatur. Fit autem eleuatio hostiæ sacratissimi corporis Christi, vt ostendatur omnibus oblata esse ad salutem, iuxta illud, Ego si exaltatus fuero a terra, &c. Secundò, vt ex tunc populus cognoscat ibi esse veritatem sacramenti, quæ non prius facta est, sed modo, vt iam sciat veraciter adorare Deum præsentem. Expositio autem istius formæ verborum requiratur supra in tractatu de sacramentis, circa sacramentum eucharistiæ, vbi sufficienter expedita est, sequitur similiter, &c. vbi ponitur forma cōsecrationis sanguinis Chri. Vbi sciendum q̄ sacerdos volens ꝓferre ista verba, dum ipsum calicem accipere ambabus manib., & cum dicit, Benedixit, debet facere crucem super calicem, tenēdo calicem in manu sinistra, ne tactu vel impętu cadat. Crux super calicem significat passionem Christi in anima, vt dictum est, & etiam nostram salutem in anima, & facta cruce, debet tenere calicem sicut prius. Et hoc facto profert verba consecrationis habendo intentionem consecrandi sanguinem Christi. Et si potest habere actualem, est tanto melius. Debet autem proferre verba ista sine aspiratione magna, non sicut quidam fatui faciunt facientes anhelitum magnum ac pessimum in hostiā vel calicem, ita q̄ astantes scandalizantur. Vnde dr̄, Similiter postq̄ cęnatum est, accipiens hunc præclarum calicem. Et ponitur hic continens pro contento. i. vinum cum aqua mixtum in calice ad transubstantiandum in sanguinem suum. Dicit etiam hunc calicem, quia idem est nunc, qui fuit tunc in specie similis quantum ad materiam calicis: quantum verò ad contentum Christi sanguinem, idem est in numero tunc qui fuit tunc. Addit autē præclarum, quia istud sacrificium inter omnia est præclarissimū vnde Psal. Calix mens inebrians quàm præclarus est, sequitur,

Item

Source : BIU Cujas

Item tibi gratias agens, quod referas ad illud, quod dictū est fiĩ modo, & facit sicut prius agendo gratias Deo patri. sequitur, Benedixit, deditque discipulis suis dicens, Accipite & bibite ex hoc omnes, &c.

Hic est enim calix sanguinis mei noui & ęterni testamēti, mysteriū fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hoc totum est de forma cōsecrationis sanguinis, & exponitur, Hic est calix sanguinis mei. i. hic est sanguis meus in calice contentus, noui. i. vltimi, & ęterni. i. perpetui testamenti, mysterium fidei. i. habens secretam & absconditam intelligentiam tenendam per fidem, quia aliud vī, & aliud sub visis speciebus firmeter esse creditur, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionē peccatorū. Dicit notanter pro multis, & non dicit pro oīb. ꝙa licet ꝓ oīb. effusus est quantū ad sufficientiā, ita ꝙ sufficiēs est saluare omnes, non tamen quantum ad efficaciam, quia non omnes efficiuntur saluati per ipsum. Dicit autem pro vobis. q.d. iudęis, ꝙa Apostoli iudęi erant, & pro multis. ſ. gentibus, in remissionem peccatorum. i. propter remissionem peccatorum. His dictis eleuat sacerdos calicem, vt populus adoret, sciens iam ibi veraciter esse sanguinem Christi. Aliqui autem eleuant tectum calicem, aliqui discoopertum, sed non est vis: nam coopertus designat occultum & difficile mysterium sacramenti huius, discoopertus autem significat separationem sanguinis Christi a suo corpore tempore passionis. Et ob hanc etiam causam separatim cōsecratur corpus Christi & sanguis, vt significatio exprimatur, vt dicit Gorram super Mattheum, 26. c. Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. hæc clausula quia tam consecrationis corporis quàm etiam sanguinis respicit complementum, ideo post vtrunque est dicenda.

Sciendum etiam ꝙ tempore eleuationis debet fieri a populo deuota inclinatio, vt dicitur in c. sanè. de cele. mis. & possunt dici hæc verba à populo, vt dicit glo. ibidem, Salue lux mundi, verbum patris, hostia vera, viua caro, deitas integra, verus homo. Possunt etiam dici ista, Tlan ſſubstantientur res istæ in corpus & sanguinem tuum Domine, ad honorem, & laudem nominis tui, ad remissionem peccatorum, & ad salutem animarū nostrarum. Potest etiam dici tunc, Pater noster, &c. Vnde & memores Domine nos serui tui, vbi ponitur consecratæ rei commemoratio. Quia. n. Christus dixit, Hoc facite in meam commemorationē, ideo & presbyter dicit, Vnde & memores nos serui tui. Hoc dicunt ministri causam humilitatis vocantes se seruos. Sed & hæc plebs tua sancta. i. per baptismū sanctificata, eiusdem Christi filii tui Domini Dei nostri tam beatæ passionis. Et hic sacerdos manus extendit ad modum crucis, vt per illam extensionē manuum suarum, extensionem manuum Christi representet in cruce. Contra quod tamen faciunt illi, qui vix manus mouēt verecundantes manus extēdere in hoc loco. Sed tu miser, sicut & ego, vt quid vereris tanti Domini & Dei tui repręsentare figuram & dispositionem, qua te redemit, & nō vereris circa illicitas choreas, & forsan amplexus mulierum extendere manus, pedes, brachia, atque totum corpus, & repręsentare diaboli figuram: Sequitur, Necnō ab inferis resurrectionis, ubi sacerdos ꝫhit ad se brachia. Et significat ab īferis resurrectionē. Sequit, Sed & in cęlos glorioſæ ascensionis, vbi sacerdos erigit altius manus vsque ad humeros, in signum ꝙ Christus eleuatis manibus ferebatur in cęlum, & ab hoc loco stringuntur digiti. ſ. pollices & indices vtriusque manus, nec disiunguntur nisi quando opus est tangere sacr̄m, quod fit ob reuerentiam sacrī, ne digiti aliquid tangant post contractum corporis Christi, ne etiam eis incautè aliquid cohæreat, quod per disiunctionem deperdatur, quod esset magnum peccatum, ideo sit sacerdos in hoc multū cautus. Sequitur, Offerimus pręclaræ maiestati tuæ. i. præ omnibus alijs claræ: quia licet corpora sanctorum erunt clara, tamen Deus præclarior est in sua maiestate, quia est speculum sine macula. Sequitur, De tuis donis, quod dicit ratione spiritualium, ac datis, ratione temporalium in pręsenti. Et quid offerimus: subdit, hostiam puram, quia Christus conceptus est sine originali peccato de virgine; sanctam, sine mortali: immaculatam, sine veniali; panem sanctum, vitæ ęternæ, panem viatoribus præsentis vitæ pro vita ęterna consequenda præparatum, & calicem salutis perpetuæ, quia ipse est reficiens & inebrians in patria, ſm Bern. de Paran. Fiunt aūt hic quinq; cruces ad designandum ꝙ Christus in quinq; sensibus patiebatur, vel ēt plagas & vulnera, duas manuū, & duas pedum, & vnam lateris, ſm Guil. Manitin. Facit aūt tres cōes super vtrūque. ſ. corpus & sanguinem, & duas per se quamlibet singulariter, ſm aūt Bern. de Parā. significant quinque effusiones sanguinis Christi. ſ. in circunciſione, in ſudore, in flagellatione, in crucifixione, & in lateris apertione.

¶ Sequitur tertia pars canonis.

Supra quæ propitio ac sereno vultu, &c. Hic ponitur tertia pars canonis, in qua ponitur effectus sacrī, qui est res tantum. Et sunt tres particulæ Primò petitur donorum acceptatio. Secundò diuinæ misericordiæ imploratio, ibi, supplices. Tertiò collatio gloriæ, ibi, memento Domine. Dicit ergo, supplices te rogamus. Vbi sacerdos cancellat manus in modum crucis eleuando eas, ita ꝙ aliqualiter ad ministrū protrahi possunt. Et est sensus, Supplices te rogamus, vt super ista dona ꝓpitio ac sereno vultu respicere digneris, propitio id est accipiendo ea tanquam tibi gratuitè placita, ac sereno. i. misericordi, iuxta illud Illuminet vultum suum super nos, &c. Respicere digneris. i. accepta habere digneris, vnde sequitur, & accepta habere sicut accepta dignatus es habere munera pueri tui iusti Abel, de isto Abel habetur historia Gē. 4. vbi dicit, respexit dñs ad Abel. & ad munera eius, & ita fuerunt Deo accepta. sequitur, & sacrificium patriarchæ nostri Abraæ, qui filium suum voluit immolare. Gen. 22. ꝙ reputatum est ei ad iustitiam. sequitur, & ꝙ tibi obtulit sacerdos tuus summus Melchisedech, de isto dicit Ber. de Parā. ꝙ fuit primogenitus Noe, qui vixit temporibus Abraæ, & iste obtulit panem, & vinum, in sacrificium, gratias agens Deo pro victoria Abraæ, concessa super quinq; regibus, per quæ omnia designatur istius sacramenti grata Deo acceptabilitas. nam sicut Abel obtulit grata primogenita, sic Christus oblatus est primogenitus in multis fratribus: & sicut Abraam vnicum obtulit filiū, sic Christus vnicus Dei patris oblatus est: & sicut Melchisedech obtulit panem, & vinum, sic Christus in pane, & vino sacramētum hoc instituit, de quo dicitur, Tu es sacerdos in ęternum, ſm ordinem Melchisedecch. vocat autem Abel puerum, non à pueritia, quia fuit vir 20. ann. sed à puritate innocentiæ. Abraam autem dicitur patriarcha. i. pater fidei catholicæ, quia primus in Deum credidit, & primus incarnationem pręcognouit. Io. 13. vidit, & gauisus est. sāctum sacrificium, immaculatatā hostiam, hoc addidit Leo Papa.

Supplices. Hic petitur diuinæ gratiæ infusio. vnde dicit, supplices. i. humiles te rogamus omnipotens Deus, vbi sacerdos humiliter inclinatur, cancellatis manibus positis super altare, quæ cancellatio sicut & prima significat, ꝙ per crucem, & passionem petit offerri ista; sinistra autem supponitur, per quam significatur passio Christi, sed dextra s̄. ponitur, per quam Christi resurrectio designatur. sequitur, Iube hæc perferri per manus sancti Angeli tui, quod exponit Tho. in 4. sent. dist. 13. non ꝙ Angelus ista consecret, cum potestatē nō habeat, sed orationem sacerdotis, & populi Deo p̄ntat, ſm illud Apostо. 8. ascendit fumus aromatum in conspectu Dñi. i. vota, vel supplicationes fidelium, de manu Angeli, quæ sunt orationes Sanctorum. exponitur ergo, iube hæc vota, vel supplicationes fidelium perferri per manus. i. per ministeria Angelorū in sublime altare. i. in ecclesiam triumphantem, vel in plenam participationem deitatis, ꝙ est sublime altare, vnde sequitur in conspectu diuinæ maiesta. tuæ, vel iube perferri hæc. i. ecclesiam militantem in sublime altare. i. in ecclesiam triumphantem, & hoc fac per manus Angeli. i. filij tui. sequitur, & præsta, vt quotquot. ſ. fideles, ex hac altari participatione, &c. & hic primò sacerdos disiungit manus, & osculatur altare in dextera parte, per quod repræsentatur osculum Iudæ quod dedit Christo, cum surrexit ab oratione, & fit hoc in detestationem ipsius Iudæi, sequitur, sacrosanctum filij tui corpus. & hic facit crucem super Hostiam. sequitur, & sanguinem, & hic facit aliam crucem super calicem sequitur, sumpserimus omni benedictione cęlesti, & gratia repleamur, hic signat se ante faciem. Crux super hostiam, designat vincula, quibus alligatum fuit corpus Christi. Crux super calicē designat flagellum, quo eductus est sanguis de corpore Christi. Crux super faciem designat sputa in faciem Christi, vel signant istæ cruces, ꝙ Christus ter orauit, vel etiam ꝙ tria verba dixit in cruce: primum, Pater dimitte illis; secundum, in manus tuas; tertium, vt quid dereliquisti me.

¶ Sequitur quarta pars canonis.

Memento Etiam Domine famulorum famularumque tuarum, vbi petitur collatio glorię, & primo mortuis, postea viuis. vnde dicit, memento domine famulorum famularumque tuarum. vbi sciendum, ꝙ licet quidam mortui sunt in cęlo, quidam in inferno, & quidā in purgatorio: tamen quia nobis non constat de singulis in speciali, ideo quasi ęstimātes eos esse in purgatorio, oramus pro omnib. & ideo dicimus, memento domine, &c. qui nos præcesserunt cum signo fidei. i. ostenderunt aliquod signum fidei, puta habuerunt contritionem, vel denotionem, decedentes. nam de talib. adhuc est spes, & dormiunt in sumno pacis. i. sine peccato mortali, ſm Ber. de Parā. & debet hic fieri memoria eodem modo, sicut supra, primò pro illis pro quibus specialiter missa legitur, vel qui in speciali memoria sunt tibi commendati. secundò pro parentibns mortuis. tertiò pro benefactoribus. quarto pro omnibus fidelibus defunctis, non autem pro inimicis, secundum quosdam. & hoc dico de illis, de quibus certum est, ꝙ non recōciliati decesserunt, quia pro illis nominatim non est orandum, imò nec generaliter, nisi sub conditione inquantum sunt susceptibiles suffragij, sequitur secunda memoria, ipsis & omnibus in Christo requiescentibus. i. in fide Christi quiescentibus locū refrigerij lucis, & pacis, ut indulgeas deprecamur. & nō est opus dicere ipsis domine, quia præmittitur, prius memēto dñe, vnde illud

Source : BIU Cujas

illud quod sequitur. s. indulgeas, refertur ad illud domine, aliter vnum illorum superflueret, & dicit locum refrigerij, vnde regnum cęlorum dr̃ locus refrigerij respectu purgatorij, qui est locus ardoris maximi, & caloris: qui ꝛm Augu. ibi est pęna maior, quàm aliqua, quæ potest excogitari in mundo. dicit ēt locū lucis quia purgatorium est locus obscuritatis. dicit ēt locum pacis, quia purgatorium est locus inquietudinis, quia nunq̃ animæ habent pacem, nec quietem, non sicut quidam fingunt, dicentes eos feria secunda quiescere. aliqui verò dominico die, quæ omnia sunt friuola, ac insana, & sacris scripturis c̃ria. sequitur, nobis quoque peccatoribus, vbi petit glorię collationem viuis. Primò. n. petit collationem eiusdem gloriæ. Secundò gloriæ societatem cum sanctis Apostolis. Tertiò ponit mediatorem, per quam hoc exequi postulat, dicens, Per dn̄m, &c. Circa primum no. ꝙ sacerdos dicens ista verba eleuata modicum voce tundit pectus suum, per quod interrumpit silentium, significans per hoc confessionem, & contritionem latronis pęnitentis in cruce, qui increpans alium dixit, Nos quidem. s. tanquàm peccatores, digna factis recipimus. vnde sacerdos dicit, nobis quoq; peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarū sperantibus. s. sicut ille latro sperauit. Percussio autem pectoris significat illam tunsionem pectoris illorum, qui aderant ad spectaculum passionis Christi, & percutientes pectora reuertebantur in Hierusalem, exaltatio verò crucis significat clamorem Centurionis dicentis, Vere filius Dei erat iste. sequitur, partem aliq̃, & societatem donare digneris. licet. n. Deus sit simplex non habens partes, tñ dicit partem aliq̃, propter hoc, quia quilibet ꝛm meritum habebit diuinæ faciei visionem, ita ꝙ vnus alio perfectius videbit Deum, vel quia Sancti videbunt Deum totum, nō tñ totaliter. i. non ꝛm omnes modos, quibus est visibilis, quia est infinitus, & cum comprehendi non possit, ergo quasi partem dabit nobis. Totaliter aũt non est comprehensibilis Deus, nisi filio suo qui est in sinu suo, vt dr̃ Io. j. sequitur cum Io. ꝛm Bern. de Param. S. Io. Bapt. & præfertur Stephano, nec mirum, quia & Apostolis præfertur. adiungitur Stephano, quia isti duo erant primi martyres noui testamenti. Inn. tñ dicit ꝙ hic repetitur Ioan. Euangelista pp̃ priuilegium virginitatis, quia virgines sequunt̃ agnum quocunque ierit. Ante verò consecrationem ponitur pp̃ priuilegium apostolatus, sed credit Bern. ꝙ melius intelligat de Baptista, qui pp̃ excellentiam singularis sanctitatis nō debet excludi à canone, postea ponuntur duo apli. s. Mathia, & Barnaba, qui ideo post consecrationem, & non anteponuntur, quia isti post ascensionem Dñi fuerunt electi. deinde ponitur Ignatio, de quo legitur, ꝙ cum esset deuotus Christo, & beatæ Virgini, post eius mortem inuentum est hoc nomen Iesus aureis literis scriptum in suo corde in omnibus partibus. ponuntur autē quinque martyres post mortem Christi, pp̃ quinque vulnera Christi. Item pp̃ septem dona spiritussancti ponuntur 7. virgines ibidem, quæ sequuntur. sequitur, non æstimator meriti, quia non ꝛm exigentiam meritorum retribuis, sed magis præmiando q̃ quisque meruit. deinde concluditur, per Christum Dn̄m nostrum, & non dr̃ amen, quia ꝛm Doc illud respondent Angeli, quia fit continuatio ad præcedentia, vnde statim sequitur, in cuius virtute hoc petimus, cum dr̃, per quem. s. Christum hoc sacramentum habet originem quò ad plura. Et primò quò ad esse naturæ dr̃ creas. secundo quò ad esse sacramenti, vnde dr̃ sanctificas. tertiò quò ad esse virtutis, viuificas. quarto quò ad effectum gratiæ quæ est vita animæ, vnde dr̃ benedicis. quintò quò ad augmentum gratiæ eiusdem, & q̃tum ad operationē, & vsū: vnde dr̃, & præstas nobis. Est ergo sensus, per quem. s. Christum, tu Deus pater oīa bona creas condendo naturam, viuificas consubstantiādo naturam, benedicis accumulādo gratiam, & p̄stas q̃tum ad vsum. oīa. n. creata sunt per Christum. Io. j. oīa sanctificātur, quia à plenitudine eius accipiūt vniuersi, oīa viuūt, quia ipse est vita. Io. 14. oīa benedicūtur, quia ipse est bñdictus fructus ventris, Luc. j. & aliqui dicunt, per quem hæc oīa Dñe semp̃ bona creas, & est sensus, hæc oīa. s. panem, & vinum, & aq̃ creas, ꝛm causas primordiales, &c. sanctificas, ꝛm causas sacramentales, viuificas, vt transferātur in corpus Christi, & eius sanguinem, & iō bñdicis vt nos per ipsa bñdicamur. ꝛm alios hoc pronomē hæc nō ponitur ibi, in quo sequēda est cōsuetudo ecclesiæ, sequitur, & præstas nobis, vbi sacerdos remouet corporale de calice, ad denotādum ꝙ Christus emisit spiritum, & velū templi scissum est, & aperta sunt nobis abscōdita in lege mysteria. Accepta quoque hostia, dicit, & præstas nobis per ipsum. s. tanq̃ mediatorem, & hic facit vnam crucem per totum os calicis procedēdo vltra calicem vnde dicit, & cum ipso, & hic facit minorem crucem. s. a labio calicis ad aliud. post hoc dicit, & ī ipso, & hic facit adhuc minorem crucem. s. in calice, tandem subdit, est tibi Deo patri oīpotēti, vbi iterum facit magnam crucem super primū labiū calicis, incipiēdo ab extremo calicis labio versus seipsum. deinde subinfert in vnitate spiritussancti oīs honor, & gloria & hic facit paruam crucem in pedem calicis. Est aũt sensus verborum per ipsum, tāq̃ mediatorem, cum ipso tāq̃ cum æquali, & in ipso tāq̃ in cōsubstātiali, vel hic significātur tres personæ sanctæ Trinitatis, vnde patri attribuitur auctoritas, vnde dicit per ipsum, filio æqualitas, ideo dr̃ cum ipso spirituisancto cōitas, ideo dr̃ in ipso. signa verò crucis tria prius facta per illa verba, sanctifi cas, &c. quæ fiunt cooperto calice, significāt tres crucifixiones, ꝛm Tho. nam hora tertia crucifixus est linguis Iudæorum clamātium, Crucifige, &c. hora sexta manibus gētilium, vt dicit Io. hora nona emisit spiritum. Et quia post interuallum trium horarum Christus crucifixus est manibus Gentilium, cum milites crucifigerēt Iesum, ideo iterum sacerdos facit tres cruces super calicem discoopertum super tribus verbis. s. per ipsum, cum ipso, & in ipso, designās illam crucifixionē, quæ facta est post tres horas interpositas inter tertiam, & sextam. quia verò ibi fuit diuisio corporis, & aīæ, ideo iterum facit duas cruces, vt dictū est: vel ꝛm Guil. Manitin. tres cruces per illa verba, per ipsum, &c. significāt fidem Cēturionis, qua credidit vnum Deum in Trinitate. Duæ verò aliæ significāt duo sacramēta, quæ fluxerūt de latere Christi, videlicet aqua regenerationis baptismi, & sanguis redemptionis gn̄is humani, vel signāt quinque cruciatus Christi, ante mortem tres. s. alapas, sputa, & flagella, ī morte crufixionē, & post mortem lateris apertionem, quarta verò significat aīæ à corpore separationem, quinta descēsum in limbum. sequitur. Per oīa secula seculorum, quod debet dici alta voce, sed anteq̃ hoc dicatur, ponatur reuerenter hostia ante calicē in suo loco, & tūc statim debet cooperiri calix quo facto dr̃, Per oīa secula seculorum, & hoc alta voce, ad designādum, ꝙ Christus clamās alta voce emisit spiritum, & respōdetur, amē, ad significādum clamorem mulierum lamentātium Dn̄m, vnde & tūc chorus lamentabiliter respondet.

¶ Quinta pars principalis Missæ.

ORemus, præceptis salutaribus, &c. hic ponit præceptionem, circa quam præmittūtur multæ præparationes. s. tam gn̄ales vt sunt, Pater noster, &c. quàm spāles, ut aliæ orationes. dicit ergo oremus præcepti Salutaribus moniti. Circa quod sciendum, ꝙ hæc oratio prius non dicebatur in missa, sed Grego. fecit eam dici, quia non fuit dignum eam omittere in hoc officio, cum sit nostri Saluatoris. Græci āt non per sacerdotem, sed per se clamāt eam in missa. Apud nos verò sacerdotes, & hoc cum magna reuerentia, unde quasi non præsumens subitò erumpere in eam, præmittit præfationem, dicens, oremus præceptis salutaribus moniti, non simpliciter, non nostra auctoritate, uel temeritate, sed p̄ceptis salutarib. moniti, præceptis. s. Dn̄i, & moniti. s. m agistri nostri, quæ sunt salutaria. i. ad salutem disponētia, formati. i. instructi intus, & exterius. & dicit formati, quæ informatio signat solum exteriorem doctrinā. Ad ostendēdum autem, ꝙ nos sumus a Deo formati. i. instructi intus. s. in intētione, & extra. i. in operatiōe, ideo dicit, audemus dicere. q. d. ex quo hēmus præceptum, & monitionem de ista oratione dicēda, & ex quo illa oratio est composita per illum, qui errare nō potest, ideo audemus cum fiducia dicere. dr̃ autem altè, quia Christus palam prædicauit: vel ꝛm Io. Beleth, quia sumpta est de euāgelio, quod est prædicādum supra tecta, & etiā oī creaturæ. dicit ēt sacerdos solus in fine, amē, sub silentio. Cuius ratio est, quia in alijs orationibus amē exprimit affectum optātis, ideo a populo, uel à clero dicitur. In hac autem amē, signat cōclusionem affirmātis, unde hic ualet tātum. i. exaudita est oratio. sed ne hoc uideatur præsumptuose asserere, dicit sub silētio, ad euitādum ostentationem propriam. sequitur oratio, libera nos quæsumus Dn̄e, ubi petitur petitionum explicatio: quia. n. in oratione tria mala petimus à nobis remoueri, ideo hic explicātur quæ sint, unde dicit, libera nos quæsumus Dn̄e ab oībus malis præteritis, p̄sentibus, & futuris, & quia nos nō sumus digni hoc ex nobis promereri, nisi donetur nobis oratione beatæ Virginis Mariæ, & Apostolorum Petri, & Pauli, atquæ Andreæ, & aliorum, ideo eos hic in auxilium imploramus, & rectus ordo est: ex quo enim pacem quærimus a malis, meritò debet implorari Virgo beata, quæ est mater ueri Salomonis pacifici. s. Christi, cum Apostolis tribus sequentibus, qui sunt testes pacis. s. Petrus, Paulus, & Andræas, & ponūtur ibi tres pp̃ spālem rationē, nam Petrus pp̃ priuilegium prærogatiuæ dignitatis, Paulus pp̃ priuilegium prædicationis, & immēsi laboris, & Andræas pp̃ nimium affectum cōcupitæ crucifixionis, dr̃ autem sub silētio illa oratio, quia designat quietem triduanam in sepulchro, ubi tunc siluit a prædicatione. Cum aũt sacerdos dicit, da propitius pacē Dn̄e in diebus nostris, accipit patenam de altari, & osculatur, signum crucis faciēdo, per quod designatur ꝙ sumus reconciliati Deo per passionem Christi: tandem sacerdos in fine discooperit calicem, & hostiam reuerenter accipit, & eam super calicē frangit primò per medium, & tunc dicit, per Dominum nostrū Iesum Christum filium tuum; postea medietatem, quæ erat in dextera manu, ponit super patenam, & frangit illam quæ erat in sinistra manu, per medium dicens, qui tecum uiuit, ac regnat, & coniungendo illam particulam, quæ est in sinistra, ad illam quę est ī patena, ad modum lunæ, dicit in unitate spirituscti Deus.

Illam

Source : BIU Cujas

Illam verò vltimam quam habet in dextera manu, tenēs ſuper calicem, dicit Per omnia ſecula ſeculorum, & tandem erecto modicum calice cum illa particula, quam tenet in dextera manu, ſubiungit, Pax dñi, faciens crucem magnam ſuper calicem à labio ad labium, deinde ſubdit, Sit ſemper, faciēs minorem crucem. tertiò addit, vobiſcum, faciendo tertiam intra calicem, & quia alta voce iſta fiunt, ideo per hoc ſignatur gaudium, quod habuerunt Apoſtoli de reſurrectione Domini noſtri Ieſu Chriſti: & ideo quia gauiſi ſunt viſo domino, populus clamat dicēs, & cum ſpiritu tuo. Sciendum autem eſt de ſignificatione omnium iſtorum prædictorum, ꝙ per calicem paſſio Chriſti deſignatur, & æternæ beatitudinis fruitio, vnde pſalm. Calix meus inebrians, quàm præclarus eſt, per patenæ rotunditatem ſignat bonorum operum perfectio. Sacerdos autem volēs frāgere hoſtiam, primò eam ſuper patenam locat, deinde eam tollens ſup calicem frāgit, ad ſignificandum ꝙ nemo paſſionibus huius mūdi meritorie ſe valet exponere, vel ad ęternæ fruitionis beatitudinem admitti, niſi prius in bonorum operum perfectione fuerit ſolidatus, vnde Apoſtolus ad Epheſ. 6. Accipite armaturam fidei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. Patena ergo hoſtiæ ſupponitur, & hoſtia ſuper calicem frāgitur, quia Chriſtus ex latitudine charitatis, quæ ſignificatur per patenam, ſe ſuppoſuit paſſioni: ſuper calicem verò frāgit, ne minutiæ aliqualiter ſpargantur. Frangitur autem in memoriā eius, ꝙ Chriſtus fregit, & dedit diſcipulis ſuis, &c. Frāgitur autem primò in duas partes ad ſignādum duplicem prædeſtinatorum ſtatum. ſ. æternæ gloriæ, & temporalis miſeriæ: ſubdiuiditur autem vna medietas in duas partes, quarum vna offertur pro illis qui ſunt in purgatorio, alia pro illis qui ſunt in mūdo. Pars aūt illa, quæ poſt primam fractionem remanet in manu dextera, & ponitur ſupra patenam, deſignat illos qui iam ſunt in gloria, & iam tenent illam rectitudinem, cui nulla obliquitas admiſceri poteſt, & ideo dextrę comparantur. Illi autem qui adhuc ſunt in miſeria, per ſiniſtram ſignātur, vbi ſunt multa obliqua, ſubdiuiditur autem illa, quæ eſt in ſiniſtra, & non quę eſt in dextra, quia illi qui ſunt in cęlo, ſtatum vniformem iam tenent, & vna beatitudine fruuntur: illi autem qui ſunt in miſeria, ſunt diuerſi, ſeu diuiſi, quia quidam ſunt in miſeria purgatorij, quidam autē in miſeria huius mūdi. Particula autem illa, quæ eſt in ſiniſtra, poſt diuiſionem additur ad illam, quæ eſt in patena: quia ſecundum Augu. Deus habet duas manus, dexteram qua miſeretur, & ſiniſtram qua punit. Illis ergo qui ſunt in purgatorio, inquātum ibi purgantur, reſpondet ſola punitio, & ideo particula quæ in ſiniſtra manu tenetur, illos figurat. Illi verò, qui adhuc ſunt in præſenti vita, in qua eſt ſtatus merendi, conſequi poſſunt miſericordiam, & ideo ipſi per aliam particulam, quæ in manu dextera remanet deſignātur. quia vero abſque dubio illi qui ſunt in purgatorio, cōiungentur eis qui ſunt in cœlo, ideo particula ſiniſtræ manus cōiungitur illi quæ eſt in patena: ſed quia illi qui ſunt in hac vita, egent multum paſſionis Chriſti, quæ ex effuſione ſanguinis eius proceſſit, ideo particula quæ in dextra manu remanſit, quæ ſignat illos qui ſunt in mūdo, mittitur in ſanguinē Chriſti in calicem. Item ſacerdos dicens hæc verba, tenet hoſtiam ſuper os calicis, per quod ſignātur, ꝙ viuentes in corpore indigēt miſericordia Dei, & meritis Chriſti paſſionis. Sacerdos autem volens dicere, Per omnia ſecula ſeculorum, erigit ſe ad ſignificandum ꝙ vult petere exiſtentiam perpetuam Domini nobiſcum: vnde ſubdit, Pax Domini ſit ſemper vobiſcum, ad ſignificandum ꝙ dominus poſt reſurrectionem pacem dedit, ſed ſciēdum ꝙ ſacerdos dicendo, Per omnia ſecula ſeculorum, eleuat modicum calicem, ad ſignificandum populo, vt populus pacē conſiderans hoc intelligat, & dicat, amen. Particula autem, quā tunc ſuper calicem tenet, ſignificat ꝙ viuentes adhuc petunt iuuari merito paſſionis, & effuſionis ſanguinis Chriſti. Itē per hoc ꝙ ſacerdos altè dicit, pax Domini, repræſentat perſonam Chriſti, qui poſt reſurrectionem dixit Apoſtolis, Pax vobis. q.d. Do vobis pacem pectoris in via, & pacem ęternitatis in patria. Eſt ergo ſenſus, Pax domini. i. pax pectoris, quod eſt a vitijs, ſit in prę ſenti vobiſcum, & in futuro pax æternitatis. illæ autem tres cruces ſuper ſanguinem Chriſti, ſignificāt triduum ſepulturæ, vel tres mulieres quæ erant circa monumentum Chriſti. Deinde ſacerdos mittēs corpus Chriſti in ſanguinem, dicit, fiat hæc commixtio corporis, & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti, mihi, & omnibus ſumētibus ſalus mentis, & corporis, & ad capeſſendam vitam æternam præparatio ſalutaris, quæ commixtio ſignificat ꝙ anima vnita eſt corpori Chriſti in reſurrectionem. & bene hoc fit pax Domini, quia poſtquàm dominus pacificauit oīa quæ in cęlo, & in terra ſunt, primò vniuit animam corpori, hęc omnia Guil. deinde ſequitur, Agnus Dei, & ſciēdum quòd antequàm dicitur Agnus Dei, ſit modicum ſilentium, dicēdo hāc orationem, fiat hæc commixtio ad deſignādum illud manifeſtum ſilētium Apoſtolorum, quod fuit ante reſurrectionē Chriſti, antequàm ſcirēt Apoſtoli, nec eſſent certificati poſtquàm apparuit mulieribus, ſecūdum Ber. de Parā. dicitur autem Chriſtus agnus, quia agnouit patrem ſibi obediendo. Item matrem in cruce pēdēdo, vel dicitur ab agno Grecè, quod eſt pium Latinè, quia piè pro nobis ſe obtulit. Canitur autem tribus vicibus propter tres orationes, ſecundum Inn. ſ. propter obediētiam patris, propter notitiam matris, & propter redemptionem generis humani, vel ſecūdū Raua. dicitur ter propter tres partes corporis Chriſti myſtici ſ. in cęlo, in terra, & dormientium, ſiue in purgatorio, dicitur autem primo Miſerere nobis, bis: vltimo ātDona nobis pacem, ſecundū Tho. ratio eſt, quia per prima duo petimus amotionem culpæ, & pęnæ: per tertium autem. ſ. per pacem petimus aſſecutionem omnis boni, &c. vel quia ipſe redemit nos à miſeria culpæ, & pęnæ, & dedit plenitudinem gratiæ, illud tamen, dona nobis pacem, additum eſt propter perſecutionem tyrannorum. poſt hoc ſequitur oratio, Domine Ieſu Chriſte, qui dixiſti Apoſtolis tuis, pacem meam do vobis, &c. vbi poſt quam ſacerdos venit ibi, eamque pacificare, & adunare, &c. ēt oſculatur patenam in ſiniſtra parte, ad ſignificādum ꝙ per hoc ſacramentum vult vniri Chriſto in charitate: poſtquàm verò compleuerit verba, oſculatur reliquias, vel crucem ſi habet, ſi non habet, oſculatur altare in dextera parte, quod fit ad ſignificandum vltimum ritum, vbi prius ſingulis diebus communicabant. ſed cum nec potuit fieri ſine periculo, ordinatum fuit vt in tribus feſtiuitatibus communicarent. ſ. Natiuitate, Paſcha, & Pēteceſte, reliquis tamen diebus oſculum pacis reciperent, & panem benedictum, ſed quia hoc fieri non poſſet in 40. vbi nō poteſt ſumi panis benedictus, ordinatum fuit vt pro eo fieret collecta in fine ſuper populum, dicendo inclinate capita veſtra Deo, & ſciendum ꝙ pax Domini non datur in miſſa defunctorum, ſed dicitur dona eis requiem, quia mortui non indigent pace temporali, quia non ſunt in perturbatione huius mundi, vel qa non ſunt in pace, ſed in pęnis, ſecundum Ber. de Paran. ideo dicimus, dona eis requiem. aliqui autem dicūt in officio mortuorum, dona eis requiem ſempiternam, & locum indulgentiæ, qđ tamen diſſonat, quia ibi non eſt locus indulgentiarum, eo ꝙ illi qui ſunt in purgatorio, ſunt extra locum militantis eccleſię, vbi ſolum eſt locus merendi indulgentias. vnde quia illi qui ſunt in purgatorio, nullo modo merentur eis per modū ſuffragij, vtiq; ſatis impropriè optatur locus indulgentiæ. ſi tamen illud dictū intelligatur ſic, dona eis locum indulgentię, ideſt locum, in quo indultis culpis, & pęnis eos colloces. ſ. in cęlo, tunc bene poteſt ſubſtineri. Item dicendæ ſunt illæ tres orationes. ſ. Domine Ieſu Chriſte fili Dei viui, qui ex voluntate patris, & dirigitur ad filiū, & alię. ſ. Dñe pater oīpotēs ęterne Deus, da mihi hoc corpus &c. poſt hoc dicit, Dñe nō sū dignus, &c. Deīde sūpto corpore Chriſti, & ſanguine, abluat calicem primò, & ablutionem ſumat. ſecundo abluat intus, & etiam ſumat, quod tamen in die natiuitatis Chriſti nullo modo facere debet, quia tunc nullam ablutionem debet ſumere, ſi vult aliam miſſam celebrare, ſed debet ablutionem dare cōicantibus ſubditis, vel reſeruet in vaſe mūdo, ſcilicet in ampulla, ſi non habeat calicem.

¶Sexta pars Miſſæ.

SExta pars Miſſæ eſt, quantum ad gratiarū actiones, quæ dicuntur communio, quę fit in memoriam eius, ꝙ populus olim ſingulis diebus communicabat, ſecundum Ioan. Belech. vel ideo, vt per eam communicemus Deus, & Sāctis, dicitur autem complenda, quia per eam completur miſſa, ſed tñ complenda potius dicitur collecta poſt communionem. tot ātfieri debent complendæ, quot ſunt orationes ante epiſtolam, & ſignificat gratiam ſubſequentem nobis neceſſariam, & dicitur in dextera parte conuertendo librum, per quod ſignatur ꝙ adhuc in fine ſeculi Iudæi conuertentur ad dexteram fidei, qui nunc ſunt in ſiniſtra, iuxta illud ad Roma. 9. reliquiæ Iſrael ſaluę fient. Deinde ſacerdos omnibus peractis conuertit ſe ad populum, dicens, Dominus vobiſcum. Vbi ſciendum, ꝙ ſacerdos ſalutat populum ſepties in miſſa. primò ante primam collectam, ſecundò ante euangelium, tertiò poſt Credo, quartò in principio præfationis, quintò poſt Pax domini, ſextò poſt communionem, ſeptimò hic in fine miſſæ, ad ſignificandum ꝙ tunc eſt Dominus nobiſcum, quādo habemus ſeptiformem gratiam ſpiritusſancti. deinde ſacerdos vertit ſe ad populum cantans, ite, miſſa eſt, & hoc tempore ſuo, cuius ſenſus eſt, ſecundum Ber. de Parā. & Io. Belech, ite ad propria, quia miſſa eſt conſummata, vel ite, miſſa eſt. i. hoſtia conſummata eſt, vel hoſtia, & oblatio eſt miſſa, igitur ſequimini, & ite poſt eam. iſte autē regreſſus à miſſa ad propria, ſecundum Io. Belech. ſignificat regreſſum populi Iſrael de captiuitate babylonica, cum gratiarum actione, ideo dicitur Deo gratias. dicitur autem sēper, ite, miſſa eſt, quandocū que te Deum laudamus, dicitur, vel gloria in excelſis: quādo autē non dicuntur, tunc dicitur Benedicamus domino, & eſt ſumptum de Apoſtolo, vel de Iudith. c. 7. vbi dicunt captiui, benedicamus domino: & eſt ſenſus, referamus gratias, vel laudes Deo, & eſt vox humilior, quàm ite, miſſa eſt, & ideo non vertit ſe ſacerdos ad populum, dicendo, benedicamus, &c. ad ſignificandū ꝙ nunquàm debemus ceſſare referre gratias Deo. Meldeñ. aūt

ſuper

Nicol. Plouc. De Sacrificio Missæ.

ſuper plaſ. 27. Berengarium dicit inſtituiſſe ita dicendum, benedicamus dominum, & non domino, quia benedictio nō fit ad vtilitatem Dei, ſed ad noſtram: nos autem dicimus ꝙ indifferēter vtrunque poteſt dici. Creatura nanque benedicit creaturæ bonum optando, creatura autem creatorem dupliciter. ſlaudā do, & bonum ei tribuendo, creator autem creaturam bonum augendo, & hoc dupliciter, vel in numero, vel in merito, ſicut n. creſcit bonum, ſic & merita, hæc Meldeñ. ſed Berñ. & Paran. dat tres rationes. prima, quādo celebramus de ſanctis in cęlo, dicimus, ite miſſa eſt, quaſi prouocantes populum. Ite, ideſt feſtinate illuc, vbi illi ſunt. quando autem pro viuis in mūdo, benedicamus domino, quia neſcimus an ſumus in gratia, ideo timere debemus ne effectus miſſæ euaneſcat in nobis. ſed cum celebramus pro mortuis, dicimus requieſcant in pace, quia eis hoc cōpetit. His expeditis, benedicit ſacerdos populum dicēs, cęleſti benedictione. Primo ſtans ante altare benedicit ſeipſum, deinde dicit vertendo ſe ad populum in dexteram partem altaris, benedicat nos pater, & conſequenter ad populum in medio altaris, & filius, & vltimo redeundo, & ſpiritusſanctus amen, per quod deſignatur miſſio ſpiritusſancti in Apoſtolos. licet autem ſpiritusſanctus ibi tantum datus eſt, tamen quia tota trinitas miſſionem operata eſt, ideo dicitur pater, filius, & ſpiritusſanctus. poſt hæc omnia ſacerdos flectendo ſe coram altari humiliter dicit, placeat tibi ſancta trinitas obſequium, &c. & deinde hymnum trium puerorum cum pſalmis, & orationibus conſuetis: contra hoc tamen multi ſacerdotes peccant, qui non ſe flectunt dicendo iſtam orationem. placeat tibi ſancta Trinitas, &c. cum tamē flectere congruit, pro eo quod tunc gratiarum actiones referūtur ſanctæ Trinitati pro beneficijs in miſſa exhibitis: & quod deterius eſt, aliqui omittunt hanc orationem, in quo grauiter peccant. vnde legitur ꝙ quidam obſeſſus à dęmone, poſtquam adductus eſſet ad quendam ſacerdotem in eccleſia, ille volēs certificari à diabolo quid de eius vita ſentiret, quęſiuit de ipſo quaſi de alio, dicens, quid tibi videtur de Iacobo ſacerdote? reſpōdit dęmon, olim fuit noſter, ſed iam eſt Dei. deinde idem ſacerdos quæſiuit de ſocio ſuo, dicēs, quid tibi videtur de Bartholomęo ſocio meo? reſpondit dœmon, ſi non ſubtraheret, bonus eſſet. Ille vero fuit valde admiratus quòd diceret eum furem, cum tamen ſciret eum ſanctum hominem. Interrogauit igitur quidnā ſubtraheret, reſpondit dęmon, ſubtrahit Deo illam orationem poſt miſſam, placeat tibi, &c. quod multū nobis placet, & Deo maximè diſplicet. Quæ omnia fuerunt ita comperta, ſicut ille dixit. Ideo caueat ſacerdos, ne aliquid omittat, quod eſt de conſuetudine eccleſiæ circa miſſam obſeruandum.

SVMMARIVM.

1 *Miſſam laici, qualiter audire debeant.*
2 *Prædicationem in templo ſpernentes poſſunt excommunicari.*
3 *Diſcurrentes, & ambulantes per eccleſiam taxantur.*
4 *Parochiani, nnnquid poſſint compelli ad oblationes.*
5 *Sacerdos miſſam celebraturus, quid obſeruare teneatur.*
6 *Miſſam dicens pro malo inferendo, qua puniendus pęna.*

1 SEquuntur cautelæ circa miſſam obſeruandæ, & primò generales, tam laicis, quàm clericis neceſſarię. † Prima igitur cautela generalis eſt, vt tam clerici, quàm laici eccleſiam (præcipuè tempore celebrationis miſſæ) humiliter, & deuotè frequentent, & quieta conuerſatione Deo grata, atque inſpicientibus placita proximum non ſolum inſtruant, ſed & reficiant, de immu. eccle. c. decet domum. lib. 6. Secunda, vt audientes miſſam quoties audierint à presbytero dici nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, flectant genua, & caput inclinent reuerēter, vt ibidem dicitur. Tertia, vt nulla prophana, & multo fortius fęda colloquia proferant, vt ibidem pulchrè dicitur. Quartò caueant, ne aliquis ante finem miſſæ recedat ſine magna neceſſitate: idem ſi exit de ſermone, ꝙ ſi fecerit, excommunicetur, maximè ſi hoc fecerit contemnendo ſacerdotem prædicātem, tanquam minus ſcientem, ſicut ſolent facere quidam laici literati, dicendo, quid audirem iſtum ribaldum, cum ego plus ſciā
2 de ſcriptura, quàm ipſe: † contra quos eſt canon. 37. diſ. ſedulæ. & c. cum ex iniuncto. de hæret. vbi talia prohibentur, ſed ꝙ tales poſſint communicari, habes expreſsè de conſe. diſt. 1. vbi ſic dicitur, Omnes fideles qui conueniunt in ſolemnitatibus ſacris ad eccleſiam, & ſcripturas Apoſtolorum, & euangelium audiant. Qui autem non perſeuerauerint in oratione, vſque dum miſſa peragatur, nec ſanctam communionem percipiunt, velut inquietudines eccleſiæ commouentes, conuenit communione priuari, & iſte canon Apoſtolorum, & ibidem in concilio Carthaginenſi dicitur ſacerdote in eccleſia verbum Dei proponēte, qui egreſſus fuerit de auditorio, excommunicetur, & ex conſilio Agathenſi ibidem habetur, Miſſas die Dominico ſecularibus totas audire ſpeciali ordine præcipimus, ita vt ante ſacerdotis benedictionem egredi populus non præſumat, ꝙ ſi fecerit, ab epiſcopo publicè confundatur. vbi dicit gl. hoc dico præceptum eſſe, vnde contra præceptum faciunt, qui diebus
3 Dominicis miſſam non audiunt. † Hoc etiam eſt contra illos, qui venientes ad miſſam, non audiunt quid ibi legitur, aut prędicatur, ſed circūeunt eccleſiam, ſicut iudęi ſynagogam, cum tamen dicatur in pſal. ſtantes erant pedes noſtri in atrijs tuis, & de talibus poteſt dici illud pſal. In circuitu impij ambulant. Cōtra quos expreſsè eſt canon Anaſtaſij Papæ, de conſec. diſtin. 1. ad Apoſtolicam. vbi dicitur quòd cum legitur euangelium, nō ſedentes, nec ſtantes, ſed curui debemus audire. Si autem ſeſſio prohibetur, multo magis diſcurſus, & circuitus. hoc idem habes in c. quando autem. ibid. vbi Cyprianus dicit eſſe ſtandum ad orationem, & vigilandum, & incumbendum ad preces toto corde, neque aliquid carnalis hominis & ſecularis eſſe cogitandum. O ſi prohibetur carnalis cogitatio, quanto plus carnalis locutio, & confabulatio? Quintò caueat laicus, ne vacuus die feſtiuo ad miſſam veniat, de conſecr. diſtin. 1. omnes Chriſtiani. quia ſcriptum eſt, non apparebis in conſpectu Dei vacuus. hoc tamē eſt conſilium, ſecundum glo. ibidem, diebus priuatis, ſed diebus feſtiuis videtur eſſe præceptum, vnde videtur quòd oblationes
4 ſint exigendæ, † & quòd parochiani ſint ad eas cogendi, vt 16. q. 1. ſtatuimus. Eſt tamen argumentum contra. 12. q. 1. duo. dicit tamen glo. in c. omnes Chriſtiani, vbi ſupra, quòd ſi ſacerdos eſt pauper, poteſt diuina ſubtrahere parochianis, niſi dent, vt de ſimo. c. cum ſit. Sextò caueat quilibet, ne alibi niſi in propria parochia die feſtiuo miſſam audiat, aliàs poterit excommunicari, vt de paroch c. 1. Septimò caueat quiſque, ne audiendo miſſam prope altare nimis appropinquet, vt de vi. & hone. cle. c. 1. & iſta ſunt intimanda populo ſępius, vt debita reuerentia circa ſacramenta eccleſiaſtica habeatur.

Sequuntur nunc cautelæ Clericis neceſſariæ, & primò caueat ſacerdos ne in veſtibus, vel ornamentis ſordidis celebret, ſed ornamenta prædicta iuxta meliorem diſpoſitionē mundet, & iuxta facultatem bonorum eccleſiæ, meliora quæ poterit cōparet: vnde dicit Stephanus epiſcopus familiari amico Hilario, quòd veſtimenta eccleſiæ quælibet, dummodo miniſtrantur ſacramenta, debent eſſe munda, & honeſta, hoc eſt contra illos qui bonis eccleſiæ comparant eis tunicas pro decē marcis, & ornamentum pro miſſa pro media marca, aut ſexagena. nec debent in alijs calicibus, quàm aureis, vel argenteis celebrare. Permittit tamen canon ſtanneum habere calicem pro-
5 pter paupertatem, de conſecr. diſt. 1. calix. † Secundò caueat, ne plures miſſas celebret, præter diem Natiuitatis Chriſti (vbi tres celebrantur) & ſine magna neceſſitate, & hoc fit in iſtis caſibus, vt ſi poſt miſſam celebratam de die, occurrit funus, tunc in prima miſſa non ſumendo aquam ablutionis, poteſt poſtea celebrare requiem. Item ſi occurreret hoſpes magnus, vt princeps, vel magnus Dominus, qui non audiuit miſſam. Item ſi occurrerint ſponſi volentes audire miſſam. Item ſi aliquis habuerit plures eccleſias propter paupertatem vni commendatas. Item ſi ſuperuenerint peregrini, adhibita ſemper prædicta cautela, ne aqua ablutionis prioris miſſæ ſumatur, de his habemus. ca. 1. de celebra. miſſ. c. conſuluiſti. dicit tamen Franciſ. de Zabarel. ibidem, quòd hoc eſt fugiendum, niſi neceſſitas ſuaderet. Tertiò caueat celebrans, ne ſine lumine, & campana celebret, vt de cele. miſſ. c. 1. quia Chriſtus candor eſt lucis ęternæ, vt ibidem dicitur in c. ſanè. Quartò caueat, ne plus ponat de aqua, quàm de vino: quia dicit Io. And. in c. pernitio ſus. de celebra. miſſ. quòd credere debemus, quòd de latere Chriſti maior quantitas exiuit ſanguinis, quàm aquæ, vt dicitur in c. 3. ibidem. Quinto caueat ille, qui ſolus eſt in eccleſia, ne propter miſſam peculiarem, id eſt priuatam, ſeu ex deuotione celebrandam, omittat miſſam de die, vt dicitur in c. quidam. de celebra. miſſ. Sextò caueat, ne legat miſſam ad alicuius petitiones, propter hoc quod haberet bonas ſegetes, vel vt ſibi in haſtiludio bene ſuccederet, quia iſta ſecun-
6 dum Inn. reprehenduntur in c. quidam. de celebra. miſſa. † Multo autem fortius caueat, ne legat miſſam, vt Deus aliquos perdat, quia talis grauiter peccat, & eſt deponendus, ſecundum Io. And. in cap. quidam. vbi ſupra. pro quo allegat 26. q. 5. quicunque. Septimò caueat, ne nimis mane celebret, ſcilicet ante diem: quia ſecundum ſanctum Thom. iſtud ſacramentum pertinet ad diem gratiæ, ſicut dicit Apoſtolus ad Ro. 13. nox præceſſit, &c. contra illos qui canunt rorate, ante diem, cum tamen in aurora cantari debeat. Excipitur tamen Natiuitas Chriſti, in qua canit miſſa poſt medium noctis, quæ ſignificat ſtatū ante legem, qui fuit in tenebris, vt dicit glo. de celebra. miſſ. veruntamen epiſcopis conceſſum eſt, vt videtur, ſecundum Ioan. And. qui ſunt in via, ꝙ poſſunt maturius, quàm alij audire, vt de priuileg. c. vlti. li. 6. Octauò caueat, ne legat quis miſſam, niſi poſt matutinum, primam, & tertiam: ex quo enim hora tertia Chriſtus dicitur paſſus, & crucifixus linguis iudęorum, videtur ꝙ tunc eſt hora conueniens celebrandi, ſecundum Doc. modernos.

TRACTA-

Source : BIU Cujas

TRACTATVS NON INFESTIVVS DE SANCTORVM CANONIZATIONE,

Troylo Maluitio Iuriſconſul. Authore.

¶ Reuerendo in Chriſto patri, fratri Cherubino Spoletano ordinis Minorum, præclaroq; verbi Dei ſemīnatori, Troylus Maluitius inter iuris vtriuſqne interpretes canonicosve Bononienſes exiguus, ſalutem in Domino.

PLuribus iam elapſis diebus diuinum illud animaduertens documētum, dare, quàm accipere fore beatius, mente agitaui, vir ſanctiſſime, quo te munere tua digno ſanctitate donare deberem. Et cum certior eſſem, te non aurum, non argentum, non lapidem precioſum, non denique temporale quicquam appetere, cum temporalia velut fragilia tā diu ipſe renueris, ac Chriſtum imitans paupertatem prędices, maiora percunctans p̄mia tibi ab immortali Deo in cœlis reſeruata, mihi in mentem venit ſpirituale aliquid ex officina noſtra (licet exili) elaboratum deuotiſſimo tuo nomini dedicare. Et inter cætera, quæ occurrebant, inſpiratione quadam (vt reor) diuina, mihi infuſum eſt, vt de ſanctorum canonizatione libellum tibi feliciter ederē. Certū eſt enim, quàm plurimos ex deuotiſſima illa, quam elegiſti, religione viros ad cœleſtia emigraſſe, canonizationem debitā commorantes. inter quos, cum in fatum diuina vocatione conceſſeris, te recenſendum fore non ambigo. Quid enim homini dulcius, quid ſuauius, quid denique optabilius eſſe poteſt, q̄ poſſeſſores omnium non ſolum poſſeſſorē, ſed & fruitorem poſt mortem fieri? Is eſt, inquam, humanus finis, quem qui bene (vt tu feciſti) nouerit, omnia nouit. qui verò ſecus, ignorabitur. Vnde de te meritò illud dici poteſt,

Felices nimium, qui te genuere parentes.

Et licet certior eſſem, vir recolende, materiam hanc tam ex Canoniſtarum q̄ Theologorum doctrinis tibi melius, q̄ mihi fore cognitam: firma tñ ſtetit ſententia, illam ſub verborum compēdio in hoc libello, vt Canoniſtę tñ referunt, omiſſa Theologorum perſcrutatione referare, ne in alienā meſſem (ꝙ a iure improbatum eſt) falcem ponere viderer. Tractant nanq; teſte Hieronymo, fabrilia fabri. Non credo tñ, ſacros in hoc Theologos a Canoniſtis aliqua in parte diſſentire. Dabis igitur veniam, ſi non ita diſertè, ita luculenter, vt res expoſceret, dixero. Nam temporis anguſtia pp lectiones, in quibus continuè verſor, exilitasque ingenij mei hoc minimè patiuntur. Hæc eſt Aedepol, iuxta loā. An. ſnīam, vna de maioribus cauſis, quæ inter Chriſtianos proponi, ac diſputari queat. Et graues materias, vt inquit Hieron. ingenia parua non ſuſtinerunt. Quorſum verò prouinciam hanc tam difficilē aggreſſus fuerim, ſi me quæres, rñdeo, non ob aliud diuino confiſus patrocinio, niſi poſtquam, vt dixi, canonizandus exiſtis, inter legēdū opuſculū hoc aliqñ cū ociū dabiť, ardē tius in diuinæ maieſtatis ſeruitium inflammeris, quo digniorē ſedem in illa cœleſti patria, iuxta merita digniora tibi comparare valeas, necnon vt de me tibi plurimum deuoto, & potiſſimè in orationibus non ſolū in hac vita, ſed & in cęleſti, cum ibi fueris, recorderis. Si.n. meam in te deuotionē rectè intelligeres, hæc non tam ex ore, q̄ ab intimo cordis emanare facilè crederes. his igitur omnibus maturè libratis, patèr reuerēde, libellum hunc tuo deuotiſſimo nomini dedicatum ſuſcipere deprecor non dedigneris, in quo ſi quid, ꝙ benigniſſimas aures tuas offendat, inueneris id ingenij mei tarditati, humanæq; naturæ, in qua nihil perfectum inuenitur, impinges. Si verò ꝙ iuri conſonet, diuinæ maieſtati, a qua oē datum optimum aſcribendū velim cēſeas, meq; deuotiſſimum in oībus commendatū hēas. Vale.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio rei quidditatem, ſeu ſubſtantiam demonſtrat.*
2 *Sanctus, quid dicatur.*
3 *Sancti in hoc ſeculo, qui ſint.*
4 *Loca ſacra, qua ratione ſancta dicantur.*
5 *Sanctitatis nomen duo ſignificat.*
6 *Sanctum, vnde dictum.*
7 *Sanctio quid ſit, & quid ſancire.*
8 *Argumentum a prouerbio vulgi recipitur.*
9 *Vſus loquendi communis præfertur propriæ uerborum ſignificationi.*
10 *Sanctitas in hoc ſeculo, quid operetur.*
Laicus ratione ſanctitatis eligi poteſt ad ſpiritualia.
11 *Iudæus in ægritudine chriſtianus effectus poteſt ratione ſanctitatis presbyter ordinari.*
12 *Victu ab expenſis excuſat ſanctitas.*
13 *Sanctitas iudicis efficit, ne is recuſari poſſit, etiam ſi alterius partis conſanguineus ſit.*
14 *Iudex, qui reum ob eius præſumptam ſanctimoniam in carcerem non coniecit, excuſatur ſi is aufugerit.*
15 *Sanctitas probetur ne ex eo, ꝙ quis proprijs renunciauerit.*
16 *Sanctitas, quæ tribuitur Papæ, qualis ſit.*
17 *Sanctum ſanctorum, quid dicatur.*
18 *Panis ſanctus, quis dicatur.*
19 *Sancti in eccleſia triumphanti, qui dicantur.*
20 *Diadema quid ſit.*
21 *Canonizati, quando dicantur beati.*
22 *Beatus nemo in hac vita dicendus.*
Beatitudo, quid ſit.
23 *Sanctos dici, qui ab eccleſia ſunt canonizati.*
24 *Leges, quando dicantur canonizatæ.*
25 *Canonizatus, quis dicatur.*
26 *Sanctitudo, quid ſit.*

1 INcępturus igitur opuſculum hoc de canonizatione Sanctorum, ante omnia de rei quidditate videndum eſſe cenſui. Nam (vt inquit † philoſopus in 6. Topi.) vniuſcuiuſq; rei qdditas ab ipſa diffinitione innoteſcit ꝙ elegātius reaſſum pſit Cice. in j. offi. lib. in prin. Omnis (inquit) quæ à ratione ſuſcipitur de re aliqua diſputatio, debet à diffinitione proficiſci, ꝙ confirmauit Iuriſcon. in l. j. de teſta. vbi tractaturus de teſtīs ante omnia diffiniuit, quid eſſet teſtm̄. Idem volens tractare de tutelis in titu. ff. de tute. in l. j. diffiniuit, quid eſſet tutela. Idē in ti. ff. de iuſti. & iu. volens tractare de ipſo iure. in l j. in prin. diffiniuit quid eſſet ius. Et ideo Bar. & Moder. in l. j. in princ. ff. de acqui. poſſ. tractaturi materiam poſſeſſionis, ante omnia diffiniuerunt, quid eſſet poſſeſſio. Qua de re quærendū eſt. Primò, quid ſit canonizare ſanctum. Secundò, quis poſſit ſanctum canonizare. Tertiò, quæ requiruntur ad hoc, vt quis tanquam ſanctus poſſit canonizari. Quartò & vltimò, quæ forma in canonizando ſeruari debeat.

2 CApio igitur primum dubiū pro cuius declaratione prę-mittendum eſt, quis dicatur † Sanctus. & faciendā eſſe cenſeo hanc diſtinctionem: Aut conſideramus hanc Eccleſiam militantē, & ſic in hoc ſeculo viuētes. Aut Eccleſiā triūphantē, & per ꝙñs eos qui de hac vita migrauerunt.

3 ¶Primo caſu dico, † ꝙ oēs mundè ac virtuosè viuentes meritò Sancti dici poſſunt. & ita intelligitur ꝙ habetur Leui. 11. & 3. c & j. Petri. c. j. Sancti eſtote, qñ ego ſanctus ſum, dñs Deus veſter. tranſſumptiuè in c. tenere debet. 31. diſt. & ita etiam procedit tex. in c. Maximilianus. in fi. ibi, quia qui ſancti non ſunt, ſancta tractare non poſſunt. & eſt etiam tex. in c. oportet. in ver. ſcriptum eſt. n. Sancti eſtote. 81. diſt. quam ita intellexit Archi. in d. c. tenere. facit tex. in c. propoſuiſti, & in c. plurimos. 82. diſt. quos ita intellexit Archi. in d. c. non oportet. & ita etiam intelligatur tex. in c. nō vos. in ver. quis. n. ſanctum dubitet. 40. diſt. Ita etiam intelligi oportet illud prophetæ, Pſal. 17. Cū ſancto ſanctus eris, & cum innocente innocens eris. Et illud, non. n. loca, ſed vita & mores ſanctum faciunt ſacerdotem, de quo in c. j. 40. diſt. & illud Eccleſiaſtici 27. cum viro ſancto aſſiduus eſto. Et tex. in c. nō eſt facile. 40. diſt. vbi dicitur, non Sanctorum filii ſunt, qui tenent loca Sanctorum, ſed qui exercent opera eorum. Et tex. in c. ſancta quippe ruſticitas. 2. q. 7. Et ideo non immeritò tex. Marcelli Iuriſcon. in l. ſanctum. ff. de rerum diui. dixit, ſanctum eſt, ꝙ ab iniuria hominum defenſum eſt, atq; munitum. facit tex. iuncta gl. in ver. ſanctificetur, in c. j. de ſucceſ. ab inteſt. vnde † Dñi. in c. decet.
4 in prin. de immu. Eccl. li. 6. dicit, ꝙ loca ſacra ſunt ſancta. i. firmata pęnis & ſtatutis contra delinquentis in illis, vt in §. qui verò. in Auth. vt lice. matri & auiæ. & in §. ſanctæ. Inſti de re. diui. & in l. ſi quis in hoc genus. C. de epi. & cler. & per id, quod habetur in
5 c. in primis. 2. q. j. Adduci poteſt, † ꝙ eleganter dixit Thom. de Aqui. 2. 2. q. 81. arti. vlt. ꝙ nomē ſanctitatis, duo videtur importare. Vno modo munditiā. & huic ſignificationi competit nomē Gręcū: dī. n. agios. i. ſine terra. Alio modo importat firmitatē. Vñ apud antiquos ſancta dicebantur, quæ legibus erant munita, vt violari non deberent. Vnde & dī aliquid eſſe ſancitum, quia eſt lege firmatū. Pōt ēt, vt dicit Tho. hoc nomen ſanctus, ſm latinos ad mundiciam pertinere, vt intelligatur ſanctus, quaſi ſanguine tinctus, eo ꝙ antiquitus illi qui volebant purificari, ſanguine hoſtiæ tingebant̄, vt Iſid. dicit in li. Ethimo. & vtraq; ſignificatio cō petit, vt ſanctitas attribuat̄ his, q̄ diuino cultui applicant̄. ita ꝙ nō ſolū hoīes, ſed ēt templum, & vaſa, & alia hmōi ſanctificari dīr ex hoc, ꝙ cultui diuino applicant̄. mundicia. n. neceſſāria eſt ad hoc ꝙ oēs Deo applicent: nā mens humana inquinat̄ ex hoc, ꝙ inferioribus rebus ꝙiūgit̄, ſicut q̄libet reſ ex immixtione peioris ſordeſcit, vt argentū ex immixtione plūbi. Oportet āt, ꝙ mēs ab inferioribus rebus abſtrahat̄ ad hoc ꝙ ſupremę rei poſſit ꝙiūgi.

Source : BIU Cujas

Et ideo mens ſine mundicia Deo applicari non poteſt. Vnde ad Hebrę. c. pe. dicitur, Pacem ſequimini cũ oĩbus & ſanctimoniã, ſine qua nemo videbit Deũ. Firmitas ẽt exigitur ad hoc, ꝙ mens Deo applicetur. applicatur enim ei, ſicut vltimo fini, & primo principio. huiuſmodi autem oportet maximè immobilia eſſe. Vnde dicebat Apoſtolus ad Roma. 8. Certus ſum, ꝙ neq; mors, neq; vita ſeparabit me à charitate Dei. Sic ergo dicitur ſanctitas, per quam mens hoĩs ſeipſam & ſuos actus applicat Deo. Et ſic, ſm Tho. ſanctitas dicitur à firmitate, ſiue mundicia. Et ideo Iu-
6 riſconſultus † in prędalle. l. ſanctum, dixit: ſanctum autem dictum eſt à ſagminibus. ſunt autem ſagmina herbæ quædam, quas legati Po. Ro. ferre ſolebant, ne quis eos violaret, ſicut legati Græcorum ferunt ea, quæ dicuntur cericia. Vnde dicit ibi gl. ꝙ legati di cuntur ſancti per l. fi. in prin. ff. de lega. Hinc deſcendit verbũ ſan
7 ctio in iure poſitũ. eſt † enim ſanctio inuiolabilis, & iniuria hominum tuta legalis ſtatuitio. & ita intelligitur. l. ſanctio legũ. ff. de pę. Vnde ſancire nihil aliud erit, q̃ inuiolabiliter ſtatuere ad declarationem legis. l. ſancimus. la j. & la 2. C. de ſacroſan. Eccle. & l. ſancimus. C. de teſta. & C. de pęn. cũ ſi. Et de multiplici ſignificatione verbi ſanctio, vidẽda eſſet gl. quæ eſt gl. j. in proę. fforũ. de quo etiam in diffinitione ſanctitatis, quam pono in fine huius primi dubii. facit ad hęc. §. ſanctę. vbi gl. Inſt. de re. diui. in ver. ſanctiones. & gl. 3. diſt. in ſum. in fi. Cõcludo ergo, ꝙ oẽs mundè ac virtuosè viuentes pñt nũcupari ſancti, tanq̃ ab iniuriis homi num pp eorum bonitatem defenſandi, immo potius honorãdi & extollendi. Et maximè, quia cõis eſt vulgarium ſermo dicentium, talis eſt ſanctus homo, ſicut de tua reuerenda paternitate
8 publicè dicitur. valet † enim argumentum à prouerbio vulgarium, ſm Io. And. per illum tex. in c. & ſi Iudæos. de Iudæ. facit c. quemadmodum de iureiur. & l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. &
9 gl. magna in fi. in l. quod in hæredem. ff. de tribu. actio. † immo cõis loquendi vſus præfertur propriæ verborum ſignificationi. l. librorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de lega. 3. & ibi Bar. in l. cũ delationis. §. aſinam molendinariam. & ibi etiam Bar. ff. de fun. inſtruct. & inſtru. leg. facit quod dicit Bart. in l. j ff. de ſuis & legi. & in l. oẽs populi. de iuſti. & iure. & in rub. de no. oper. nunc. in 2. col. & in l. Labeo. ff. de ſupel. leg. & Do. Abb. in c. j. ff. de poſtu. prę la. in 9 col. & in c. per tuas. in notabi. de proba. Io And. in c. funda menta. in nouel. de elec. in 6. & Abb. in c. non magno. ne cleri. vel mona. Do. Ant. in c. certificari. de ſepul. Idem in proę. Decre. in 9. col. In quibus locis concludunt prędicti Doct. ꝙ etiam in ſta tutis reiecta propria ſignificatione, attenditur cõis vſus loquendi. & ita multo fortius erit dicẽdum in caſu noſtro per rationes,
10 & iura ſuperius adducta † Et hæc ſanctitas multa operatur. Primum, ꝙ licet alias electio, nec actiuè, nec paſſiuè cadat in laicũ, in ſpiritualibus. c. ſacroſan. & c. Maſſana. de elect. Fallit tamen in laico ſanctæ vitæ. caſus eſt nota. in §. his oĩbus. 61. diſt. vbi dicitur, ꝙ laicus ratione ſanctitatis vitæ poteſt eligi in epm. dat exemplũ in beato Seuero, Nicolao, Ambroſio. & illum tex. ad hoc magni facit Do. meus And. Sicu. in c. cum adeo. in gl. pe. de reſcript. De hoc tamen latius dico in tracta. meo, de digni. epiſcopali, in ter-
11 tio dubio, in prin. † Item operatur, ꝙ licet Iudęus factus Chriſtianus in ęgritudine, nõ poſſit presbyter ordinari, fallit ratione ſanctitatis vitę. tex. eſt ſingularis in c. j. 57. diſt. ſm Lud. ſing. 423. Item
12 operatur, ꝙ victus † non debet cõdemnari in expenſis, quia prę-ſumitur habuiſſe iuſtam cauſam litigandi, dicit Hoſt. in c. finem litibus. de dolo & contu. pro quo eſt gl. fi. in c. expedit. 12. q. j. Itẽ
13 operatur, ꝙ iudex † licet conſanguineus partis, non poſſit ab altera parte vt ſuſpectus recuſari, ſm Do. Ant. in c. poſtremo. de ap
14 pel. Item operatur, † ꝙ ſi prætor confidit de tali capto, quia pp eius bonam famam non poſuit eum in carcerem, & is aufugit, ꝙ prætor non tenetur, ſm Ang. in l. ſi à bonæfidei. ff. de rei vend. dicentis, ꝙ Dñi huius ciuitatis Bononiæ fecerunt capi quẽdam nobilem, & commiſerunt eum Poteſtati, qui propter capti nobilitatem & bonam famam noluit eum incarcerare, ſed ei aſſignauit totum palatium pro carcere, & ille aufugit. dicit Ang. ꝙ prætor fuit liberatus, quia debuit credere huiuſmodi nobili. Idẽ voluit Ludo. in l. Titio fundus. de cond. & demon. facit qđ dixit gl. in l. j. ff. de ripa muni. quam allegat Bal. pro ſingulari, in c. 2. in 5. col. de iud. facit etiam gl. in ſumma, 3. q. 5. & qđ dicit Bal. in l. pa
15 rentes. C. de teſti. & probatur † ſanctitas vitæ, ſi quis renunciauit propriis, ſm gl. in d. c. expedit, facit gl. in c. 2. in verbo, non feciſſent, de noui oper. nunc. & illud Euangelii, Vis eſſe perfectus, va de & vende oĩa, &c. Mat. 19. Mar. 10. Lu. 18. c. meminit gl. in c. ad aures. de æta. & quali. Et hæc eſt probatio præſumptiua, nam verè non probat hoc eſſe, ꝙ ab hoç contingit abeſſe. l. non nudis. & l. neq; natales. C. de proba. Sed eſſe poteſt & cõtingere, ꝙ quis renunciauerit propriis, & tamen non ſit homo ſanctus. c. Socrates. 12. q. 2. de quo Socrate mentionem fecit Greg. in Homelia ſuper Matthæum, ad declarationem illius Euang. 19. c. Item de eo meminit gl. in c. hoc ſcripſimus. 36. diſt. Ille ergo eſt ſanctus ve-
16 rè, qui mundus eſt ab omni macula, vt ſupra dixi. † Et hæc eſt illa ſanctitas, quæ ſummis Pontificibus attribui ſolet: qui & ſi aliquando mundè, ac virtuosè non viuant, tamen viuere debent, cum repreſententent ſanctum ſanctorum in terris. c. vt noſtrum. vt Eccle. benefi. c. fundamenta. §. decet. de elec. in 6. c. j. in prin. de homi. eo. lib. Et de hac ſanctitate poterunt verificari verba illa, ſancta ſanctorum, poſita in c. j. in fi de vi. & hone. cle. & in c. nulli licet. in ver. ſancta ſanctorum erit Dño. 12. q. 2. vnde gl. ibi exponit. i. ad vſum ſanctorum ſacerdotum pertinet, quaſi Deo conſecratum. ꝙ eſt notãdum ad declarationem dicti verſiculi, ſancta ſanctorum, quare ſic dicatur. & illum tex. ad hoc allegat Domi-
17 in c. decet. in prin. de immu. Eccle. lib. 6. Et ideo † dicetur ſancta ſanctorum, locus pro celebratione diuinorũ officiorũ ad vſum ſanctorum ſacerdotum dedicatus. Et hoc reſpectu non licet laicis illum intrare, niſi cauſa orandi, vt in d. c. j. in fi. & ibi Do. Ant. Tñ Io. An. referens Bonaguidam ibi in finalibus verbis dicit, ꝙ ſancta ſanctorum eſt capella Romæ in palatio Conſtantini, vbi conſeruantur capita Apoſtolorum Petri & Pauli, quaſi velit dicere, ꝙ appellatur ſancta ſanctorum, quia ille eſt locus ſanctus reſpectu capitum illorum ſanctorum. Vnde euenit, ꝙ hodie ſancta ſanctorum dicatur pars illa, quæ eſt propè altare apud ſacrariũ, pp ſacra quæ ibi conficiuntur. Et qa in altari maiori cum ſoleat eſſe ſacrum, includuntur reliquię, vt extra de conſecra. eccl. vel alta. per totum, ſm Abb. in d. c. j. in fi. Ideo nõ licet laicis illã
18 intrare, niſi cauſa orandi, vt dixi. Alibi † panis ẽt appellatur ſanctus, vt in c. hanc conſuetudinem. in prin. x. q. j. vbi fit mẽtio de illis xij. panibus propoſitionis, quos in teſtamento veteri dominus prohibuit filijs Iſrael, ne comederent, exceptis Aaron & filijs ſuis, de quibus panibus habetur originaliter Leuiti. xxiiij. c. & j. Reg. xxj. c. Et ſecundum Arch. in d. c. hanc conſuetudinem, illi panes dicuntur ſancti, quia ſacrales erant, & aliquid ſignificabãt, propter illud comedere, de quo ibi per eum. Et ſic verbum ſanctus, hoc caſu non ſignificat id, qđ ſuperius dixi. Secundo caſu. ſ.
19 quo ad eccleſiam triumphantem, dico ſimiliter omnes † habitantes in cęleſti patria non ſolùm animas beatorum, ſed etiam ipſas intelligentias, hoc eſt Angelos ſanctos dici debere, cũ omni refulgeant mundicia, immò non poſſent eſſe immundi, aliàs eſſent imperfecti, quæ imperfectio in cęlo non admittitur, vbi eſt Deus, qui eſt ſummuũ bonũ & ens perfectiſſimum, quo omnes beati fruuntur. vnde merito eos ſanctos appellabimus. immò Deus ipſe dicit ſanctus, iuxta illud, qđ dicit in celebratione miſſæ, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, &c. Et in pſal. xv. nec dabis ſctũ tuũ videre corruptionẽ, &c. facit c. tenere. cum ſi. ſ. in primo mẽbro allegatis. ſecũdũ hoc intelligat illud, qđ habetur in ſymbolo Apoſtolorũ, Credo in vnã ſanctã eccleſiam catholicam, Sanctorũ cõmunionem, &c. Et hæc vera intelligo, habito reſpectu ad vim & ſubſtantiã huius verbi Sanctus. Habito verò reſpectu ad dedicationem eccleſię fiendam alicui, beatus reputatur, vel ad celebrandam diẽ mortis eius, vel diuinũ in eius memoriã officiũ, talis nunq̃ dicetur Sãctus, niſi præcedente canonizatione inducta ab eccleſia, & ſm eius formã, de qua j. dicã. Sed dicet beatus, cuius nec dies mortis, nec officiũ in eius memoriã celebratur, nec ẽt ſibi eccleſia dedicatur. & ita communis vſus loquẽdi obſeruat, cuius nõ eſt parua auctoritas, per dicta in membro antecedẽti. Et ideo pictores, quibus aliàs datur poteſtas quidlibet audendi, iuxta illud Horatij in poetica.

Pictoribus atque poetis
Quidlibet audendi ſemper fuit ęqua poteſtas.

Pingunt imaginem beati cum radio, Sancti verò cum dia-
20 demate circum caput, vt inter eos appareat dña. † Diadema enim eſt corona imperialis ſiue regia, quæ fit ſolum de auro & lapidibus precioſis, & componitur a dia, ꝙ eſt duo, & demo demis, quia ex ſui rotunditate principiũ demit, & finem, ſecundũ gl. no. in cle. j. in verbo, diadema. quæ facit dñiam inter diadema coronam & ſertum. de iureiur. quam ibi ſequitur Pau. de Leaza. dicens, ꝙ diadema datur in ſignum victorię non ſolum temporalis, ſed etiam ſpiritualis, cum quo tranſiuit ibi Cardi. & Imo. Cũ ergo Sancti victoriam aduerſus carnis tẽtationes verſutiasque diaboli in hoc ſæculo bellicoſè reportauerint, meritò diademate facta eorum canonizatione inſigniri debent. Canonizati
21 † tamen aliquando dicuntur beati, vt in c. j. ibi, qui beato æternæ vitæ clauigero. xxij. di. & in c. non nos beatũ Petrum. xl. diſt. vnde omnis ſanctus canonizatus, dici poteſt beatus, ſed non econtra.
22 In vita verò † dici non põt qs beatus, ſm Tho. in j. parte. q. xij. ar. x. & xj. & ij. ij. q. cxxxiij. arti. ij. & in iiij di. xlij. Nã beatitudo idẽ eſt ꝙ vita æterna, ꝙ eſt pax & regnũ cęlorũ, ſm Tho. in iiij. di. xlix. art. vij. viij. & ix. & ſm Alb. de Roſa. in dictionario ſuo, in ver. beatitudinem. nihil aliud eſt beatitudo quam reuelatio magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. vt in cap. iciunium. de conſecr. diſtin. v. de quo etiam per Thom. ij. ij. q. clvj. in vlti. artic. Vel ſecũdum Boe. in iij. de conſo. c. iij. Beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus. Et ibidem, Beatitudinem ſummũ bonum eſſe diffiniuit. Ad hoc allegari poteſt illud Ouidij Metha.

Diciq; beatus
Ante obitum nemo ſupremaq́ue funera debet.

Beare enim eſt beatũ facere. i. ꝑdeſſe. tex eſt ſing. in l. bonorũ. de ver. ſig. ſed hõ rõne bonę opationis factę in hac vita ſentit ꝑficuum in alia vita, iuxta illud Pſalmiſtæ in pſal. xvij. Et retribuet

mihi

Source : BIU Cujas

mihi Dñs ſm iuſtitiam meam, & ſm puritatem manuum mearum in conſpectu oculorum eius. Impropriè tñ dici põt beatitudo in hac vita ita loquitur d.l.bonorum,& l.iniquum.C. qui accu. non poſ. vbi dicit litera, iniquum & longè à beatitudine ſeculi noſtri eſſe credimus,& c.& ita intellligitur illa beatitudo, quæ ſummis Pontificibus attribuitur.& tex.in c.legi.in fi.ibi,beatitudo tua. 16.q.j. Quare hoc caſu illum dicemus ſanctum,† qui erit ab Eccleſia canonizatus. & tunc verificabitur illud, quod dixit Vlpia.Iuriſcon.in l.ſancta loca.§.propriè.ff.de rerum diui. vbi dicit, propriè dicitur ſanctum ꝙ ſanctione quadam eſt confirmatum.& ꝙ dicit tex.in c.ſanctorum.in princ.70.diſt.vnde propriè dicetur ſanctus, qui canonizatione Eccleſiaſtica erit confirmatus & approbatus. Immò in dubio Apoſtolo ne Sancti,intelligitur de canonizato, ſm cõem loquendi vſum: qui vt prædixi, attẽdi debet. Et ideo ad propoſitum dubii noſtri, canonizare erit aliquem ſm canones pro ſancto approbare, & cõfirmare, ſicut videmus in legibus approbatis & cõfirmatis in libris Decretorũ, quæ dñr canonizatæ.† Illud tñ verũ eſt, vbi canones mentionẽ faciunt de ipſis legibus, ſecus ſi ſimpliciter ſunt per Gratianũ inſertæ in ipſo libro Decretorum, quia tunc tales leges non dñr canonizatæ. Ita dixit gl.in verbo,tractatus,in c.j.de reb.Eccle. non alie.in 6.quam ſequitur Dñi.ibi in.4 col.dicens allegandam eſſe ad hoc tanquam ordinariam. Ita dicamus in caſu noſtro,† ꝙ ille dicetur canonizatus pro Sãcto, qui eſt à lege, hoc eſt canone animato, qui eſt Papa, arg.in Auth.de conſuli.circa fi.colla 4.cũ ſolẽnitate requiſita, de quibus in ſequentibus dicetur, fuerit approbatus & confirmatus. Et hoc declarabitur per id, quod dixit Io. An. quem ſequitur Do. Ant. & Abb. in c.j.de reli.& vene.Sanc. Inquantum dixit canonizare, eſt aliquem per ſummum Pontificem in catalogo Sanctorum deſcribere, ac decernere, diffinire,& declarare vt coli debeat,& haberi pro Sancto,& ꝙ fiat omni anno officiũ ſolenne pro eo, ſicut pro aliis Sanctis, iuxta qualitatem ſuam; vt ſi eſt confeſſor, fiat officiũ confeſſorum; ſi martyr, martyrum &c. Et de huiuſmodi verificari poterit diffinitio illa ſanctitatis, quam poſuit Cice.in lib.j. de natura Deorũ dicẽs, ſanctitas eſt ſanctio colendorum Deorum. Sed Diony.de diuinis nominibus.12.c. aliter diffiniuit dicens, ꝙ ſanctitas eſt ab omni immundicia libera & perfecta,& omnino immaculata mundicia, vt refert,& ſequitur Tho.de Aqui.in loco ſupra alle.in primo mẽbro huius dubii. Alibi appellatur ſanctimonia, vt eſt tex. no.in c.ſi quis hominem.11.q.3. Alibi ſanctitudo, vt in Pſal. 95. in ver.domũ tuam decet ſanctitudo.& in c.decet. in prin.de immu. Eccl.lib.6. Et ſanctitudo † idem eſt ꝙ firmitas, quæ corrumpi non poteſt, ſm Archi.& Domi.in d.c.decet.in prin.& ideo dicit ibi Pet.de Anch. ꝙ ſemel Deo cõſecratum, ad humanos vſus reuerti non debet.c.nulli liceat.12.q.2. c. mãcipia.de rerum permu.& in c.ſemel Deo.de reg.iur.li.6. Facit ad hæc ꝙ dixi in prin. huius primi dubii. Et ita hoc primo dubio de iure mihi videtur eſſe concludendum.

ſenſu Cardinalium,& nume.41.
Papam ſuperiorem eſſe concilio.
Clericorum appellatione,an veniant Cardinales & epiſcopi.
Credendum nemini eſt in cauſa propria.
Papa creat Cardinales abſq; conſenſu Cardinalium.
Papa poteſtatem coarctatam non habet, vnde nec baculo paſtorali vtitur.
Plures facilius inueniunt quod quæritur, quàm pauciores.
Papam habere liberam in ſpiritualibus poteſtatem.

SVMMARIVM.

1 *Canonizare Sanctum, quis poſſit. & nu. 5.*
2 *Epiſcopi, legati Dei ſunt.*
3 *Epiſcopos ſuccedere in locum Apoſtolorum, paresq́, eſſe Papæ, quantum ad dignitatem attinet.*
4 *Epiſcopi, columnæ & fundamenta Eccleſię dicuntur.*
6 *Canonizationem Sanctorum, vnam eſſe de maioribus cauſis, quæ inter Chriſtianos proponuntur.*
7 *Scripturarum dubia Papam debere declarare.*
8 *Papam gerere Dei vices in terris.*
9 *Papam habere plenitudinem poteſtatis in vniuerſo, ſicut Rex in regno.*
10 *Papam & Deum, vnum & idem Tribunal facere.*
11 *Papam habere oẽm dignitatem, & poteſtatem, quam habuerunt patriarchæ. Papa auctoritatem eſſe maiorem, quàm Sanctorum.*
12 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
13 *Epiſcopos eſſe legatos & oculos Dei, quomodo intelligendum. Papa dicitur vniuerſalis Eccleſiæ epiſcopus & epiſcoporum culmen.*
14 *Papam habere omnem poteſtatem, quæ ſub cęlo eſt.*
15 *Pluribus expediri ea ſuperuacuum eſt, quæ per pauciora fieri poſſunt.*
16 *Papæ ſcientiam præſtare ſcientiæ omnium epiſcoporum.*
17 *Epiſcopus poſſit ne ſolus decernere Sanctum aliquem venerandum in ſua diœceſi, an verò neceſſarius ſit populi conſenſus, & nume. 19. & 22. & 25.*
18 *Epiſcopo ſubditos eſſe ſingulos in his, quæ tendunt in fauore animæ.*
20 *Populi contradictio facta ſine cauſa, non nocet epiſcopo aliquid ſtatuenti.*
21 *Taciturnitas, an conſenſum operetur.*
23 *Generi per ſpeciem derogatur.*
24 *Laicorum conſenſus in ſpiritualibus actibus peragendis non eſt neceſſarius.*
26 *Cum particulæ, natura.*
27 *Et particulæ natura.*
28 *Argumentum de toto ad partem, eſt validum.*
29 *Epiſcopus diœceſanus, quare dicatur.*
30 *Canonizare ſanctum poſſit ne Papa abſq; conſenſu Cardinalium, & nume. 33. & 39.*
31 *Papam non poſſe legem generalem condere abſq; conſenſu Cardinalium.*
32 *Papa non poteſt Cardinalem excommunicare, aut dignitate exuere abſq; cõ-*

1 SEquitur ſecundum dubium, quis poſſit † canonizare Sanctum. in quo reperio duas eſſe opiniones, vna fuit Vincentii, quem referunt moderni, maximè Abb.in c.j. de feri. qui dixit, ꝙ quilibet epͣs in ſua diœceſi poterat canonizare Sanctũ,& mouetur per illũ tex.& ꝑ tex.in c.j.deꝑſe. diſ. 4.pro cuius opinione adduci poteſt, quod dixit gl.in c.ſicut, & eſt gl.fi.7.q.j.& in c.in nouo.21.diſt.& in c.accuſatio.2.q.7. In
2 quibus † dicitur, ꝙ epiſcopi ſunt legati Dei, facit cle.ſuadẽte, de pęn.in ver.epi.n.dicuntur. Immò plus dixit gl.in c. oues. 6. q.j. ꝙ epͣs eſt oculus Dei, ergo non erit inconueniens dicere, ꝙ hoc reſpectu quilibet epͣs ſaltem in ſua diœceſi poſſit canonizare Sanctum. Item quia † epiſcopi ſucceſſerunt in locum Apoſtolorũ,
3 & fuerũt pares Petro.d.c.in nouo. & ideo Papa appellat ſe epͣm, vt patet in proę. Decretalium ſexti,& ibi Domin.cle.vnde dr̃, ꝙ Papa non eſt maior epiſcopo dignitate, ſed adminiſtratione, vt in d.c.in nouo,& in c legimus.93. diſt. vnde dicitur ꝙ ordo epͣlis eſt maior aliis ordinibus, ſm gl.in proœmio 6.in ver.epͣs.& epiſcopatus eſt culmen dignitatis. c. venerabilis, de præben.gl.in c.
4 2.eo.tit.lib.6. Item epͣi † nominantur columnæ Eccle. d.c.accuſatio. Item pñt dici fundamenta ipſius Eccle.iuxta illud Pſal.76. fundamenta eius in montibus ſanctis, de quo in c.fundamenta, de ele.in 6. Et exponitur in montibus ſanctis.i.in Apoſtolis, quorum loco vt dixi, epͣi ſucceſſerunt. Plus dico ꝙ epͣs dicitur Chriſtus.c.ſi quis de petentibus.24.q.3.ergo iſtis reſpectibus epͣs poteſ-
5 rit canonizare ſanctum, vt prædixi.† Sed alia eſt opinio, ꝙ Papa debeat canonizare ſanctum, ita tenet Do.Ant.Abb.& Imo. d.c. fi.per tex.in c.j.in fi.de reliqui.& vene.ſan.lib.6.dicens, ꝙ ſine ſpeciali licentia Papæ quis canonizari non poteſt. eã ſequitur Imo. in c.venerabili, de teſti. hoc etiam voluit Io.An. ponens quid ſit canonizare in d.c.j.de reliqui.& vene.ſan.in antiquis, quẽ ſequitur Abb.& Do.An.ibi, vt dixi ſupra in j.dubio, in fi.idem affirmauit Domi.& Pet.de Anch.poſt gl.in verbo,ſedis,in d.c.j.de reliq. & ven.ſan.lib.6. Et Hoſt.in ſum.de reliqui.& ven.ſan.in j. col.in ver.ideo etiam dicit,&c. Et pro hac opi.poſſunt adduci rationes.
6 Prima, nam † hæc eſt vna de maioribus cauſis, quæ inter Chriſtianos proponi poſſit, ſm gl.in d.verbo,ſedis,in prin.ergo ad ſedem apoſtolicam eſt referenda.c.maiores, de baptiſmo. Secunda ratio, in canonizatione agitur de miraculis, vt infra dicam in ſequenti dubio,& per conſequens de fide.cum ergo ſit quæſtio de fide, præcipuè eſt ad ſedem apoſtolicã referenda, vt in c.quo-
7 ties.24.q.3. Tertia ratio. Nam ad Papam † ſpectat declarare dubia ſcripturarum.c.per venerabilẽ in §.rationibus, qui fi.ſint legit.ergo multo fortius dubia ſcitatis, qa circa maiora maius periculum, de ele.in 6. Quarta ratione ꝓp multorum eꝓorum ſimplicitatem, ne populus decipi cõtingat.c.j.& 2.de reliq.& vener. ſan.in antiqui. Quinta ratione, ne in infinitũ contingat Sanctos multiplicari,& ſic deuotionem refrigeſcere.c.epiſcopi. 80. diſt. Et has quinq; rationes ponit Io.And.in præalleg.gl.in verbo,ſe-
8 dis. Quibus accedat,† nam Papa repręſentat Deum in terris, & tenet eius vices.c.quanto, de tranſla.pręla.c.vt noſtrum, vt Eccleſiaſtica beneficia.c.fundamenta.§.decet.de elec.lib.6.cle.j.§.j. de magiſt c.j.de homi.in 6. Voluit Spec.in tit.de leg.§. nunc eſt ſciẽdum, verſi.89.& gl.in c.ſerpẽs, de pęni.diſt.j.in verbo, quod Deo. Et fuit de mẽte Tho. de Aquino in tractatu ſuo contra errores Græcorum, quæſtione 71. in quantum allegat Chryſoſtomum ſuper Homil.diſt.85.dicentem de Chriſto, Iacobum localiter in loco terminauit, Petrum autem totius orbis magiſtrum & Doctorem, vbi latius per ipſum. Et voluit in tertia parte ſummæ, q. 8.arti.j. Et in quarto ſententiarum, diſtin.15. dicens Papam eſſe caput vniuerſalis Eccleſiæ. Et idem in tractatu contra impugnãtes religionem. Et Scotus in tractatu de perfectione ſtatuum, q. 9.dicit ꝙ Papam eſt vicarius Chriſti non ſolum inquãtum Chriſtus fuit Eccleſiæ prælatus, ſed inquantum fuit totius mundi Dominus, & ꝙ iſte de ſtatu & bonis hominum poteſt ordinare. Et
9 dixit † Tho.in 4.ſentẽtiarum diſt. 19. ꝙ Papa habet plenitudinẽ poteſtatis in vniuerſo, ſicut Rex in regno. Et idẽ in tractatu de errore Gręcorum, conſi.72. tenet ꝙ de neceſſitate ſalutis eſt ſubeſſe Romano Pontifici, & allegat Cyrillum in libro theſauro-
10 rum, & Maximianum in epiſtola directa Oriẽtalibus. vnde † dixit Hoſtien. in dicto capit. quanto, quòd Deus & Papa faciunt vnum & idem tribunal. & dicit Bald. in l. Barbarius Philippus. ff.de offi.præto. quòd Papa eſt ſupremus Dei vicarius, & qui cõtrarium dicit, mẽtitur. Et in finalibus verbis dicit, quòd Papa eſt. omnia, & ſuper omnia in ſpiritualibus. Et allegat Bernardum de contemplatione ad Eugenium. Et idem Baldum in proœ-

Source : BIU Cujas

mio Greg. in prin. dicit ꝙ Papæ commissa est tota machina spiri
tualis, & thesaurus omnis dignitatis est in eo, ita vt nulla sit di-
gnitas spiritualis vel Ecclesiastica, cui non præsideat, & idem in
11 l. rescripta. C. de preci. Impe. offer. dixit ꝙ oēs † dignitates om-
nemq; potestatem, quam habuerunt omnes Patriarchę, solus Pa
pa habet. Et allegat Bernardum in loco antedicto. Et maior, in-
quit, est auctoritas Papæ q̄ Sanctorum. c. de libellis. 20. distin. Et
ideo tex. in c. intantum. 21. dist. probat, ꝙ loquens supra Papam,
dicitur loqui supra cęlum. De qua potestate Papæ latius per Pe-
trum de Anch. in repe. c. j circa secundam chartam, de consti. &
p̄ Do. Abb. in c. nouit, in gl. 2. in 2. charta, de iudi. Et sic ex p̄dictis
colligitur, ꝙ Papa est loco Dei subrogatus in hoc mundo, sed
12 † subrogatus sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur. l. si
eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. l. j. § hæc actio ff. si quis testa.
lib. esse iuf. fue. c. Ecclesia, vt lite pendente. voluit Bal. in l. parabo
lani. C. de epi. & cle. gl. in l. certi condictio. in prin. ff. si cer. pet. &
Pet. de Anch. consil. 234. Ergo Papa sapiet naturam Dei in terris
& per consequens tanquā Deus, cuius est terra & plenitudo eius
vt inquit Psalmista, Psal. 23. c. in Ecclesiasti. 23. q. 2. c. tua, el 2. de
deci. debebit canonizare Sanctos. Et dixit Imo. in d. c. fin. de fer.
hanc esse cōem opi. à qua nec in iudicando, nec in consulendo
recedendum est, iuxta ea quæ dicunt Io. And. in c. j. & Bal. in c. ne
innitaris, de consti. Do. Ant. & Abb. in c. tua nos, de usur. Nō ob-
stant allegata in prima opi. & primò dictum c. fi. de feri. quia, secū
dum Inno. Ioan. And. & Do. Ant. & Abb. ibi loquitur, quando
episcopus vellet in sua diœcesi decernere aliquem Sāctum iam 22
canonizatum, debere venerari & feriari. Idem voluit gl. in d. c. j.
de reliq. & vene. san. in 6. Ad c. j. de consecr. dist. 3. similiter est re-
spondēdum, ſm Abb. in d. c. fi. ad illā rationē per me adductā. ſ.
13 ꝙ † eps sit legatus Dei, item ꝙ sit oculus Dei, respondeo id esse
verum in spē, quo ad suā Diœcesim, sed Papa est legatus & ocu
lus generalis & vniuersalis ipsius Dei, & dicitur vniuersalis epi-
scopus Ecclesiæ. c. in nomine Dñi. 23. dist. facit c. suspectos. 3. q. 5.
immo dicitur culmen episcoporum, secundum Bal. in proœmio
14 Greg. in fi. 3. col. & ibidem in 4. col. in fi. dicit, † ꝙ est Dñs domi-
norum, & quæcunq; potestas est sub cęlo, est in summo Ponti-
fice. Et ideo gl. in ver. locus, in c. ante oīa 40. dist. habēs respectū
ad ep̄os inferiores dixit, ꝙ primus locus est papatus, secundus est
15 ep̄atus. Et ‡ quia illa, quæ possunt fieri per pauciora, non debent
fieri per plura, ſm Phi. in j. Ethi. & in 2. de cęlo & mundo, dixit ꝙ
digniora sunt illa, quæ fiunt per pauciora q̄ illa, quæ fiūt per plu
ra. facit lex singularia. ff. si cer. pe. & l. fi. & ibi Bal. C. de adop. me-
lius erit dicere, ꝙ Papa tanquam ep̄s vniuersalis quò ad oēs fide
les canonizet Sanctum, q̄ quilibet particularis ep̄s, quo ad suam
16 diœcesim tm̄. Vnde dixit † gl. no. in c. in istis. 4. dist. ꝙ scientia Pa-
pæ prævalet scientiæ oīum episcoporum, quamuis arguendo di-
cat ꝙ orbis sit maior vrbe. c. legimus. 83. dist. & per hæc ita con-
cluderem in hoc dubio. Et qm̄ superius dixi, ꝙ ep̄s potest decer-
nere in sua diœcesi aliquem Sanctum venerari, & feriari, quæri
17 † potest an possit solus hoc facere. D. And. in d. c. fi. de feri. dicit ꝙ
olim tenuit ꝙ non possit hoc facere sine populo per illum tex.
sed dicit postea se mutasse opinionem, & ꝙ solus cum cap. seu
18 clero potest hoc facere: nam in his, † quæ tendunt in fauorē ani-
mæ, quilibet est subiectus episcopo. ca. cum sit generale, de fo.
compe. c. nouit, de iudi. c. per venerabilem, qui fi. sint legi. Et hāc
partem simpliciter sequitur Imo. in d. c. fi. in no. Et Petrus de mō
te, episcopus Brixi. in dictionario suo, in ver. sanctitas, in §. an epi
scopus, dicens se aliàs mādasse celebrari festum sanctorum mar-
19 tyrum Sauini & Cypriani, fratrum militū Brixię. Sed Abb. † ibi
in 3. col. dicit se putare oppositum esse verius, nam in illo tex. &
in c. j. de conse. dist. 3. sine ministerio non fit mentio etiam de po
pulo. Vnde dicit ꝙ licet in spectantibus ad iurisdictionem epi-
scopi ipse cum capitulo possit facere statuta, vt puta circa puni-
tiones malefactorum. c. vt animarum, & quod ibi no. de consti.
lib. 6. tamen in aliis in quibus vertitur interesse aliorum, nō pōt
ep̄s facere sine eorum cōsensu, vel saltem eis præsentibus, vt no.
dicit Imo. in c. vestra, de loca. & in c. fi. de off. leg. Et confirmat Fe
der. de Sen. consi. 17. quem allegat Imo. in præallegato. c. vestra,
vbi de hac materia tractatur. Et sic, ſm Abb. apertissimè sen-
tit Imo. in locis præallega. & etiam Archidia. in d. c. j. ꝙ in casu 25
nostro ep̄s non potest facere statutum, nisi populus consentiat,
vel saltem sit præsens. non enim compellitur populus crescere.
20 c. gesta. & c. vbi. 74. dist. Dicit tamen Abb. se credere, † ꝙ vbi po-
pulus non habet legitimam causam contradicendi, non obstat
contradictio. allegat quod in simili dixit Arch. in d. c. vt animarū,
& tex. in c. j. de his, quę fi. à ma. parte c. vt puta quia ep̄s vult prę
cipere festandū Sāctum, qui originē traxit de illo loco, vel quid
simile, facit ſm eum, c. j. 65. dist. Et hanc opi. licet Abb. non alle-
get, sentit gl. fi. in d. c. j. de conse. dist. 3. Inquantum dicit argumē-
tum, ꝙ particularia decreta ep̄i p̄sit condere, & canones constitu-
ere, & consuetudines inducere seruandas in parochiis suis in
subdiaconos suos cum consensu eorundem sine p̄sitia Papę vel
eius legati. Idem vr̄ esse de mente Abb. in d. c. vestra, dicēs, ꝙ ep̄s
ēt cum c. non potest facere statutum quatenus tangat alterius p̄-
iudiciū, nisi talis cōsentiat, vel saltē sit p̄sens, licèt taceat, cum sit 26
vocatus ad consentiendum, per notabile dictum Inn. ſm eum,
in c. j. de his, quæ fi. à ma. par. c. Et idem dicit procedere in legato,
ꝙ in ep̄o, alleg. Inno. in c. fi. de offi. leg. & Fede. in consi. 43. Idem
quo ad ep̄m tenet Imo. in d. c. vestra, & sic vr̄ tenere contrarium
21 eius, quod tenuit in d. c. fi. de fer. Dicit † tamē quò ad illud de ta-
citurnitate, ꝙ id operatur potestas ep̄i, qui generaliter potest di-
sponere & statuere in tota diœcesi, & sic videtur, ꝙ valeat statu-
tum, si grauatus per illud, non contradicit, cum possit contradi-
cere. Ita dicit tenere Do. Cardi. ibi. tñ dicit Imo. verius esse de iu-
re, ꝙ expressè talis consentiat, cum agatur de eius præiudicio p̄
dictum Io. An. aliorum post gl. in c. in Gene. de elec. & in regula,
is qui tacet. in 6. quod fortè verius est. Et ita poterit intelligi, qđ
dicit Inn. in c. quaniuis, de re iud. & Cy. in l. si pecuniam, in princ.
C. de neg. gest. & in l. inuitus. C. de procur. Do. Anto. & Imo. in c.
ex parte decani. de rescri. & in c. cum olim Abbas, de offi. deleg.
& Imo. in l. 2. in §. voluntatem. ff. sol. mat. & ita procedat. l. filiuſ-
fami. in § inuitus, & ibi gl. de procur. Secus vbi tractaretur de cō-
modo tacentis, quia tunc hr̄ pro cōsentiente, per dictum singu-
lare, ſm oēs. Inn. in d. c. ex parte, vbi dicit, ꝙ si agis nomine meo
in iudicio me sciente & non contradicente, videor ratum habe
re. Idem videtur tenere Inno. in c. in nostra, de procur. & in c. cū
in iure, de off. deleg. & Arch. in c. qui ad agendum, de procu. in 6.
Sequitur Rota deci. 43. & sequen. & Bal. in l. 2. C. si ex fal. instr. Et
Ang. & Imo. in l. sępę, de re iud. & Lud. Ro. in l. quæ dotis. ff. solu.
matr. & mouentur principaliter per d. l. sępe, in ratione sui, vbi
hoc apertè videtur probari. † Et quia conclusio est, ꝙ vbi taceo
contra actum, quem contradicendo possem impedire, videor
consentire. l. fideiussor. §. fi. cum ibi no. intelligendo in afferente
commodum tacenti, ſm Dñm meum Alex de Imo. qui ita tran
sit in d. §. voluntatis, in reportatis antiquis, in 3. col. de quo latius
ibi per eum. Dñs meus And. Sicu. in d. c. fi. de feri. in nota. quo ad
illud, quod dicit Abb. ꝙ non obstat ep̄o cōtradictio populi, vbi
non habet iustam cām contradicendi, vt in faciendo feriari ali-
quem Sanctum oriundum in illo loco, dicit ꝙ immo ep̄s inuito
populo poterit id facere, quia p̄ p̄ sanctimoniam recedimus à le
gibus cōibus, quia dicitur esse gloria patriæ suæ; allegat in argu-
mentum tex. sing. iūcta Doctrina Bal. in l. sed & reprobari, in §.
fi. ibi, valde tñ disciplinatos, &c. de excu. tuto. Quantum verò ad
determinationem nostræ quæstionis, tenet contra Dñm Anto.
Primò per dictum c. fi. de feri. vbi dicit litera, cum clero & popu-
lo, & per d. c. j. de cōse. dist. 3. Nec est bene dictum, quod dicit D.
Ant. ſ. ꝙ ille tex. habet duas literas, vt dixi supra, quia dicit ipse, ꝙ
Papa in d. c. fi. ponit verba d. c. j. Et sic declarat, qualiter debeat in-
telligi ille tex. aliàs si esset dubius, non mereretur ad hoc allega-
ri. Nā dicit Philosophus, Quod multipliciter exponitur, eius ve-
ritas ignoratur. Refert Bal. in l. nequicquam. §. vbi decretum, de
offi. proconsu. Secundò contra Dñm Ant. allegat Dñs. meus gl.
in argñ, in cle. dispendiosam, de iud. volentem ꝙ Papa non pos-
sit tollere ordinem iudiciariū in foro seculari, quam gl. allegat
Bal. pro singulari in l. cos. §. fi. C. de vsur. sed bene poterit tollere
in foro suo. Ita dicamus in proposito, ꝙ ep̄s cum clero possit fa-
cere huiusmodi statutum de feriando tale festum quo ad Eccle-
sias sibi subditas & diuina officia celebranda, sed quo ad ipsum
populum nō poterit præcipere, cum agatur de eius præiudicio,
nisi (vt dictum est) fuisset ortus in illo loco, arg. gl. in c. si propo-
nēte, de rescri. & quod hr̄ in l. 2. C. de anno. ciui. lib. 11. in ver. pau
peribus nostræ ciuitatis, & eius ꝙ dicit Cicero in li. de amicitia:
Potiores, inquit, sunt non nobis ciues, q̄ peregrini. & quod hr̄ in
c. licet, de fer. Ad allegata verò per Do. Ant. respondet, ꝙ loqui-
tur gñaliter, sed c. fi. de fer. & c. j. de consec. dist. 3. loquitur, specia-
liter, sed † generi derogatur per speciem, vt regula, gñi. li. 6. & in 23
c. j. de rescri. ergo, &c. Mihi videtur, salua semper sñia rectius sen
tientis, ꝙ opi. Do. Ant. sit verior per rationem per eum allegatā,
cui Abb. non rñdet. Item † quo ad actus spirituales peragendos 24
consensus laicorum non debet esse in cōsideratione, sicut vide-
mus in electionibus fiendis de prælatis Ecclesiarum, vt in c. Mas
sana, & in c. sacro sancta. de elec. facit quod habetur in c. 2. de in-
sti. & in c. fin. de reb. Eccle. non alie. & in c. Ecclesia, de consti. er-
go † in casu nostro, in quo agitur de actu spirituali, non erit ne-
cessarius consensus populi tāquam laicalis, &c. Nec ob. pro opi.
Do. Abb. contra Do. Ant. illi duo tex. In quibus probari videtur
opin. Abb. & esse ipsius fundamenta. ſ. d. c. fi. de fer. & d. c. j. de cō-
secr. dist. 3. Nam dico ꝙ sanè intelligendo illa iura, non probant
opi. Abbatis, sed immo ꝙ ep̄s possit illud facere non solum sine
populo, sed etiam sine clero. Vnde inquantum dicitur ibi, cęteri-
sq; solennitatibus, quas singuli ep̄i in suis diœcesibus cum cle-
ro & populo duxerint solenniter venerandas, intellige illa ver-
ba (cum clero & populo) esse referenda ad illud verbum venerā
das, quasi Papa velit dicere, ꝙ episcopus potest inducere in sua
diœcesi festum alicuius Sancti esse venerādum à clero respectu
officii celebrandi in Ecclesiis. Item à populo respectu artis non
exercendæ in illo die. Et ideo Bald. super illo versi. cum clero &
populo, dicit non intelligas ꝙ isti possint has festiuitates induce
re, sed inductas possunt feriare & non feriare. Vel aliter dici pōt,
26 nā † natura dictionis cū, est ꝙiūgere accessoriè, nō principaliter.

l. j. &

Source : BIU Cujas

l.j.& 2.ff.de penu.lega.no. in §. ſi quis ancillas, Inſti. de leg. Vnde notabiliter dicebat Bar.in auth.ingreſſi,in pe col.C.de ſacroſan. Eccle.q; ſi quis dedicat ſe cum ſuis bonis Eccleſiæ, expreſſio nihil operat, cū ſit de iure ex natura acceſſorii,vt in regula,acceſſorium,de reg.iur.in 6.& in l.cum principalis.ff.eo.tit.ſecus ſi dicat,ſe & ſua bona, quia tūc bona per ſe & principaliter veniunt,
27 quia,† natura dictionis,&,eſt copulare p ſe & principaliter d.l.j. & 2.Cum igitur in caſu noſtro dicatur,cum clero & populo,nō eſt dicendum q; conſenſus eorū interueniat principaliter & ſic neceſſariò, ſed per quadam conſequentiam tāquam acceſſoriè ad ipſum ep̄m, qui in ſpiritualibus eſt caput & principalis oīum in ſua diœceſi, per id quod habetur in c.omnes baſilicæ. 16.q.7. & in c.regenda.10.q.j.Item d.c.j.non probat contra Do. Ant. nā dicit ibi, illæ feſtiuitates quas ſinguli epiſcopi in ſuis epiſcopatibus cum populo collaudarunt,non autem dicit introduxerunt, ſed potius inducta laudarunt, & hoc ibi inferius probatur dum litera dicit,quæ vicinis tm̄ circūmorantibus inducenda ſunt,nō generaliter omnibus, & ſic ibi probatur q; illæ feſtiuitates non erant indictæ ab ep̄o & populo.vel ſecundum Do. Anto. in d.c. fi.quem in hoc ſequitur ibi Imo.tex.in d.c.j.ſm aliam literam dicit,quas ep̄s in clero collaudauerit, & ſic ſolus ep̄s,ſm illam literam poſſet hoc facere. Sed ſolutio tollitur per Do. meū, de quo ſupra. Vel ſolue,vt ſupra dixi de dictione cum, reſpondēdo ad d.
28 c.fi.Et pro opinione Dom. Ant.poteſt etiam ſic argui,† valet argumentum de toto ad partem l.quæ de tota.ff.de rei vendi.l. qui ſcit,& ibi gl.ff.de vſur.in c.maioribus,in gl.j.de prēben.c.paſtoralis,in §.item cum totum,de off.deleg Sed certum eſt q; Papa tāquam diœceſanus vniuerſi, & in ſpiritualibus hm̄s iuriſdictionē vniuerſalem,per c.cuncta per mundum,el j.& el 2.& c. per principalem.9.q.3.poteſt canonizare Sanctum,& mandare ab oībus venerari ſine eorum cōſenſu, facit quod dixi de poteſtate Papę circa principium huius dubii.Et ideo dixit Bal.in c.bonæ.el 2.in 4.col.per illum tex.in uerſi.pendente, de poſtulatione prælatorum,q; ſicut ſe hēt Sol in planetis,ita ſe hēt Papa in Eccleſijs.Poterit ergo ep̄s tanquam particularis diœceſi ſine conſenſu ipſo-
29 rum diœceſanorum.Dicitur † enim ep̄s diœceſanus,quia in tota ſua diœceſi ſpiritualem habet iuriſdictionem c.cum olim, de prēſcrip.c.cum epiſcopus, de off. ordi.lib.6.facit.c. pe.de teſtam. Dicerem tamen,q; epiſcopus debet indicere huiuſmodi feſta cū conſenſu capi. arg.c. nouit, & c.quanto,de his quæ fiunt à præla. ſine conſen.capi.& ita declaro opinionem Dom. Antonii.Non obſtant modò cętera allegata per Dominum Abb.quia locum habent,quando epiſcopus vellet ſtatuere in his, quæ tangunt populum quo ad temporalia, quia tunc requireretur eius conſenſus. Secus quò ad ſpiritualia per id, quod ſupra dixi poſt Dominum Ant. Et ita poteſt etiam reſponderi adductis per Dominū meum contra Do.Ant.quia nihil,vel parum faciunt.Sed poſita
30 † illa communi concluſione pro vera,q; Papa debeat canonizare Sanctum,quæri poteſt,an interuenire debeat conſenſus Cardinalium. Et hinc iudicio meo pendent leges & propheræ. Et p̄ parte affirmatiua adduci poteſt ratio,nam Papa non poteſt face re ardua ſine interuentu Cardinalium,ita dixit Laurentius anti-
31 quus gloſator volens, q; Papa † non poſſit condere leges generales ſine Cardinalibus,per l.humanum.C. de legi. ſed condere leges eſt quid arduum,vt ibi,& in auth.habita.C.ne filius pro patre, ergo &c. Et hanc doctrinam retulit Alb.de Roſa. licēt eam non ſequatur,in rubr.C.de legi.Hanc partem tenuit Ioā. Mona. in c.ſuper eo, de hæreti. Et de ipſo faciens mentionem Do. Cardi. in ſua repeti. c. perpendimus,in 8.colum.de ſentent. excom. idem tenuit dicens, q; cętus Cardinalium eſt in quaſi poſſeſſione,vt Papa non faciat ardua ſine conſilio Cardi. Idem conſulendo approbauit in conſi.150.incip.quæſitum fuit ſēpe à me. & in conſi.230.inci.ad quendam in carcere,vbi dicit requiri conſenſum Cardinalium.Et ideo dicit q; collationes factæ à Cęleſtino, ſine eorum conſenſu reuocatæ fuerunt.& allegat Io.Mo.vbi ſupra.Idem tenūit ipſe Cardin.in c.petitio,& ibi Ioan. de Anania, de homici.Et idem Card.in c. 2. de cleri. non reſiden. Cum hac opinione tranſiuit Bald.in l.cum multa. C.de bonis, quæ liber. Idem Bald.in l.fin.C.de diuer.reſcript Ioan.And.& Do. Anto.in j.quæſtione,in c.antiqua,de priuileg.Do.Anto.in c.requiſiſti,in 7.colum.de teſtam.Dom. Abb. in c.per venerabilem, in 4. col. qui filii ſint legi.in c j.in fine. colum. de offic.delega. in c.literas, in 5.colum.de reſtitu. ſpol. Et in quadam ſua diſputatione incipiente,epiſcopus & quidam rector,in 14.colum. Eandem opin. approbat Archidiaco. in ca. ſunt quidam.25. q.j. & in c.cum redemptor.12.q.2.& in c.Adrianus.el 2.63.diſtin.Domi. de ſancto Gemi.in c.j.in no.de renun.lib.6.facit quod dixit Hoſti.in d. c. 2.
32 de cleri.non reſiden.q; † ſi Papa vult excommunicare vel deponere aliquem Cardinalem, debet hoc facere cum collegio Cardinalium,vt refert Marti.de Lau.in tractatu de Cardinalibus. q. 79.Sed certum eſt,q; canonizare Sanctum,eſt quid arduum, ſecundum Ioan. Andr.in gloſſ. in verbo,quatuor,in c. j.de reli.& vene.ſanc. in 6. vbi dicit quòd hæc eſt vna de maioribus cauſis, quæ poſſit inter Chriſtianos proponi,igitur &c.Et in terminis huius quæſtionis ita determinauit dictus Mart.in p̄allegato tractatu,in vltima quæſtione,vbi dicit, q; in canonizatione Sanctorum debet interuenire cętus Cardinalium cum Domino Papa,allegat Ioan.And.& Hoſt.in c.j.de reli.& vene.ſan & plenè dicit ſe dixiſſe in opuſculo, quod fecit pro canonizatione
33 beati Bernardini Senenſis.Pro † parte verò negatiua allegatur glo.in c.fundamenta,in §.decet.in verbo, contingeret, de electione,in 6.cuius auctoritas in opinionib. dubiis omnes alios antecellit,per id quod dixit Iaco.But.in l.j.C. qui pro ſua iuriſd. & Cy.in l.j.C.de act.& oblig. Cy.in l.non moriturum. C. de cōtrah.& commit.ſtip.Bar.in conſilio incipiente Andriolus.Bal. in l.p̄cibus.C.de impu.& aliis ſubſtit. Vñ Cyn.vt refert Bald. in peculio ſuo,dicebat aduocato,audi idolum tuum, Gl.hāc opinionem tenuit etiam Ioan.And.& Dom.in d.c.ſuper eo. & Sali.in d.rub.C.de legi.vbi dicit opinionem cōmunem eſſe hanc, & ita ſeruari de facto contra Laur. & allegat notata per Arch. in c.quę ad perpetuam,& in c.ſunt quidam.25.q.j.& in c.quamuis de offi.ordi.lib.6.Et dicit q; illa clauſula,de fratrum noſtrorum cōſilio,magis vī de cōſilio,& ibi reprehendit Ioā. Mona. in d.c.ſuper eo. Idē tenuit dictus Alberi.in d.l humanū, & Ioā. And.ī c.firmiſſimè,in prima col.de hæreti. Et ita cōſuluit Pau. de Caſt.conſi.280.incip.Chriſti,&c.in facto præſenti.Do. Abb. in d.c.2.de cle.non reſid.Et dicit Dominicus in d.c.ſuper eo.q;
34 hæc eſt opi.communis.Nam † Papa eſt ſupra cōcilium. c.ſignificaſti,de electio.& not.in c.propoſuit,de cōceſ.præben. Et hoc dicit tenere Vgo.in c.leges.4. diſt. & quo ad dictum Ioan. Mo. dicit non eſſe ſibi credendum, qa cū eſſet Cardinalis, conabat ſuſtinere partem ſuam.Et dicit, hanc eandē reſpōſionē ponere Io.Mo.in extrauaganti Bonifacii VIII. quæ incipit, excōmunicamus,vbi † vult defendere q; appellatione clericorum,non
35 comprehenduntur Cardinales,de quo tamen videndum eſſet, quod dicit in ſimili,Do.Abb.in rubrica,de vita & hone.cle.vbi quærens,an appellatione clericorū,veniant epiſcopi, cōcludit q; in odioſis non veniūt,ſecus in fauorabilibus, & quia de hoc memini me latius ibi ſcripſiſſe,ideo ad id me remitto, cum ſit
36 quid extrauagans a materia noſtra.Item †dicit Domini.in d.c. ſuper eo.non eſſe credendum Ioan.Mona.loquenti in cauſa p̄pria.d.l j.C.ne quis in ſua cauſa. eandem opi.tenet ipſe in c.j.de ſciſma.in 6.& Ioan.de Ligna.in d.c.2. de cleri. non reſiden. allegat Archid.in c.ad apoſtolicæ,de re iudica.in 6.& in d.c. quāuis. dicentem q; in agendis Papam non habet neceſſariò vocare Cardinales.Et hanc partem dictus Ioā.de Ligna.veriorē eſſe putat in puncto iuris.Pro † hac ſententia facit, qd̄ dicit Ioan.
37 And.in c.ſanè,de conuer.coniuga. quod ſolus Papa creat Cardinales,& eum ſequitur ibi Do.Ant.facit gl.in verbo,reprobat, in cle.ne Romani, de elec.& facit tex.ibi in ver.irritum, & voluit Guil.Durant,in c.nullus.79. diſt. 2.Mar.de Lau. in tractatu Cardi.in j.q.Itē facit dictū no.Tho.de Aqui.in quarto ſnīarum,
38 di.14.in fi.vbi voluit,† q; Papa habet liberā poteſtatē,non autē coarctatā, & hāc dicit eſſe rōnē,quare Papa non vtit baculo.i. paſtorali curuato,ſicut epiſcopi. Et ideo dicit Bal. in c.j. q; feud. dare poſſunt,in j.col.q; hm̄s plenā adminiſtrationē, & integrā, vt eſt Papa,non tenetur alterius conſilium ruminare Et hanc partem in terminis noſtræ quæſtionis reperio tenuiſſe reuerēdum patrem fratrem Anto. Archiepiſcopum Florent.in 2. parte tertiæ partis ſuæ Summæ ſub rubrica de poteſtate Papæ, 14. charta,nam ſecundum eum, Cardinales non aſſiſtunt Papæ p̄ modum determinationis ſeu limitationis, ſed magis miniſterij & conſilii. Et adducit Auguſtinum de Ancona ordinis Eremitarum in tractatu de poteſtate eccleſiaſtica. Quare propter hinc inde adducta iſte paſſus remanet dubius, vnde de mente
39 Alber.† in d.rubric. C.de legi.videtur dicendū. Aut loquimur de conſilio & procedat prima opin.aut de iuris neceſſitate, & p̄cedat 2.Sed Mar.de Lau.in d.tractatu Cardinalium,pro concordia harum opinionum aliter diſtinguit in q. 48. Aut loquimur de poteſtate ordinaria concedente & vtili reipublicæ, & procedat prima opin.aut de poteſtate abſoluta, & procedat 2. opin.&c.Eandem diſtinctionem ipſe fecit in dicto tractatu, in quæſtione 78.de qua ſupra memini.Ego verò dicerem Aut loquimur quo ad adhibendum ſimplex cōſilium Cardinalium: aut quo ad adhibendum cōſilium & conſenſum ipſorum. primo caſu procedat prima opin.Et ratio poteſt eſſe, quia † quod
40 à pluribus quęritur,facilius inuenitur.c.prudentiam,circa prin. de offi.deleg.c.de quibus,& ibi glo.20.diſt.per quam rationem
41 Mar.in d.q.79.dicit q; de ordinaria poteſtate † Papa cum collegio Cardinalium deponit vel excommunicat Cardinalem, ſed de abſoluta hoc ſolus facere poteſt. Et ideo non immeritò dixit Dom.de ſan,Gem.poſt Vgonem in c.Anaſtaſius,ī 2.col. 19.diſt.q; licēt Papa poſſit errare vt ibi, non tamen poterit ita ita errare cum Cardinalib.Quare in arduis agitandis debet Papa conuocare Cardinales,vt ſecum conſulant, & hoc caſu verificabitur quod dicit Dom.Abb.in capit.primo. in fin. de reliqui.& ven.ſancto.q; ad canonizandum ſanctum, Papa habita plena in formatione,vocatis prēlatis curię declarat,& decernit illum haberi pro Sancto. Vnde intelligo illud, vocatis prælatis,ideſt Cardinalibus. facit,quod dicam infra in vltimo dubio.

Source : BIU Cujas

Troyl. Malui. De Canonizatione Sanctorum.

Secundo casu dico procedere secundam' opi. & assignari po-
42 test ratio, nam Papa † habet liberam potestatem & maximè in spiritualibus. c. significasti, in fi. de elec. c. 2. de præben. lib. 6. cle. 2. vt lit. pend. c. cuncta per mundum. 9. q. 3. Sed si in exercitio dictæ potestatis requireretur interuētus Cardinalium, non diceretur libera, vt no. Io. And. in d. c. 2. de præben. lib. 6. & idem voluit in gl. in verbo, libere, in clem. dudum, de sepul. igitur, &c. Et hoc casu verificari potest, qđ dixit Host. in d. c. j. de reli. & ve. san. in antiquis, & gl. in verbo, fidei, in princ. in d. c. j. eo. tit. lib. 6. & Do. Abb. & Imo. post D. Ant. in c. fi. de feri. f. cp Papa solus potest canonizare Sanctum. Et per hæc in prædicta dubitatione mea sit conclusio, cp Papa in canonizatione Sancti debet cōsulere Cardinales, eorum tamen consilium sequi non tenetur.

SUMMARIUM.

1 *Canonizari tanquam Sanctus ad hoc vt quis possit, quæ requirantur.*
2 *Opera virtutis per hypocrisim facta, damnanda potius sunt quàm probanda.*
3 *Eleemosinam dans vt videatur ab hominibus, peccat.*
4 *Vitæ sanctitatem, quibus operibus metiamur.*
5 *Episcopus, qualis esse debeat.*
6 *Miracula possunt etiam à malis fieri, & nu. 23.*
7 *Suscitatus ex mortuis an sit idem homo qui prius, ac bona sua recuperare debeat, & nu. 9. & nu. 11. & nu. 14. & nu. 20.*
8 *Testamentum eius, qui surrexit ex mortuis, an reuocetur.*
10 *Moriens non perdit ea quæ animæ impressa sunt.*
12 *Rex vna diuersis respectibus diuerso iure censeri potest.*
13 *Iudex delegatus ordinariam & delegatam iurisdictionem habet diuersis respectibus.*
15 *Mors eius, qui resuscitandus est, dormitio vocatur.*
16 *Deus non propterea dicendus est mobilis, quòd hominem vinificet, & occidat, ac eundem rursum ad vitam reuocet.*
17 *Elucidatus locus Iob, c. 14.*
18 *Obligatio semel extincta non reuiuiscit.*
19 *Contrarietas in vno eodemq́, subiecto esse non potest.*
21 *Nomen quid dicatur.*
22 *Resurrectio duplex, perfecta & imperfecta.*
24 *Miracula facere, quibusdam conceditur ratione generis.*
25 *Miracula fieri tripliciter contingit.*
26 *Incontinenti fieri, quomodo quid dicatur, & nu. 24. & nu. 30. & nu. 33.*
27 *Confessio in iudicio facta, an & quando possit reuocari antequàm sit relata inter acta.*
29 *Probaturum se offerens incontinenti, satisfacit si intra triduum probet.*
31 *Incontinenti, mox, protinus, & similes dictiones, modicum tempus denotant.*
32 *Desertor appellationis incontinenti patitur executionem sententiæ, non expectato tempore, quod condemnatis datur.*
34 *Incontinenti, mox, & similes dictiones, in materia indifferenti, capiunt interpretationem pro arbitrio iudicis.*
35 *Miraculum cuiusmodi esse debeat, ad hoc vt propter illud quis canonizari debeat, & nu. 38. & nu. 40. & nu. 51.*
36 *Miraculum Iurisconsultis, quid dicatur.*
37 *Corpus Christi, miraculum dicitur.*
39 *Præstigium, quid sit, & vnde dicatur.*
41 *Panem & vinum transubstantiari vi verborum.*
42 *Miracula facere creatoris est, non creaturæ.*
43 *Tollere eius est, cuius est cōdere: quemadmodum eius est nolle, cuius est velle,*
44 *Ex, particula denotat actum immediatum.*
45 *Transubstantiationis panis & vini probationem, similitudinibus naturalibus adiuuari.*
46 *Res omnes fieri vel ex ratione, vel contra rationem, vel supra rationem.*
47 *Ecclesia particularis errare potest, atq; inibi an & in quibus Ecclesia vniuersalis errare possit.*
48 *Ecclesiæ iudicium debet iudicio Dei conformari.*
49 *Errare quid sit.*
50 *Scire, quæ dicamur.*
52 *Miraculi rationi contraueniat ne dolor in liberatione interueniens.*
53 *Miraculum, quomodo sit probandum.*
Miraculum, quid sit.
54 *Miraculum circa modum facti, quando dicatur.*
55 *Probatio directa, quæ dicatur, & nu. 57.*
56 *Species aut differentiæ non entis, nullæ sunt.*
58 *Probatio indirecta, quomodo fiat.*
59 *Negatiua, quare non possit directo probari.*
60 *Miraculorum frequentiam, an probari oporteat ad hoc vt quis sanctus canonizetur, & an per eosdem testes, an per alios.*
61 *Fides præ cæteris virtutibus in miraculis operatur.*
62 *Fides sine charitate mortua est.*
63 *Pueri baptizati statim morientes, non sunt canonizandi.*
64 *Testes deponentes de miraculis canonizandi, quomodo sint interrogandi.*
65 *Testis deponens de miraculo alicuius canonizandi, an causam dicti sui reddere debeat, etiam si de ea non interrogetur, & nu. 67.*
66 *Testis in causa hæresis causam sui dicti etiam non interrogatus reddere debet, & nu. 68.*
69 *Peccare non censetur, qui aliquid facit auctoritate legis.*
70 *Testis super fama deponens, causam sui dicti etiam non interrogatus reddere debet.*
71 *Testimonium omne ad sensum est referendum.*
72 *Agens agit in patiente bene dispositio.*
73 *Miracula in vita facta, an sufficiant ad aliquem canonizandum.*
74 *Rusticus delicatioribus cibis vesci non debere.*
75 *Pauperibus conuiuia sumptuosa non esse facienda.*
76 *Libellus in l. Ieruis Vrbanis. ff. de leg. 3. quid significet.*

AGgredior tertium dubium, quod est, quæ † requiruntur ad hoc, vt quis tanquam Sanctus possit canonizari? Et dico cp duo requiruntur, vitæ sanctitas præteritæ. Item cp Deus in eius persona siue in vita, siue in morte operatus fuerit miracula: nā sola sanctitas vitæ, quo ad actum canonizandi non sufficit, qñ potuisset esse ficta vel simulata, & non ad bonum finem, sed potius appetitu inanis gloriæ. s. vt diceretur bonus, licèt nō esset, vt sunt hypocritæ, qui iuxta Euangelii sententiam, Matthęi 7. Incendunt induti
2 pellibus ouium, intus verò sunt lupi rapaces. vnde † huiusmodi vita non est memoria, immo demeritoria, & contra ducētes talem vitam exclamat: Paulus in epistola 5. vide quantum bonum est charitas, si ita martyriū serimus, vt nostras velimus reliquias ab hominibus honorari, & si opinionem vulgi sectātes intrepidi sanguinem fuderimus, & substantiam nostram vsq; ad medietatem propriam dederimus. huic operi non tam prēmium q̄ pēna debebitur, & perfidiæ magis tormēta sunt q̄ corona victorię.
3 & est transumptiuè in decre. in c. vide. j. q. j. & ideo † dixit ibi gl. cp dare eleemosinam ad vanam gloriam, peccatum est, ar. c. nulli. 23. q. j. & c. odi. 24. q. j. Vnde dicitur in Euāgelio Matthęi c. j. Cū facis eleemosinā, noli tuba canere ante te. & eodem ioco, in fi.
4 Nesciat sinistra, quid faciat dextera. Et hæc † bonitas vitæ consideratur in multis laboribus, in moribus castis, in strenuis actib. c. miramur. 61. dist. Et hoc oportet præsenti testificatione prædicari & bonæ famæ præconiis non taceri. c quatuor. 12. q. 2. Et maximè quæri debet de simplicitate & humilitate, qa superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Item debet quæri, an in vita persecutiones passus fuerit. 7. q. j. in c. omnis qui, & c. ibi, aduna ti. & an passus fuerit ex charitate, d. c. vide, secundum Host. in d. c. venerabili, sequitur Io. de Lig. in c fi de reli. & vener. san. Ioan. An. & Moder. in d. c. j. eo. tit. & Do. in d. c. j. eo. tit. lib. 6. & Host. in summa, eo. tit. in ver. j. oportet. Et ad probationem vitæ laudabi-
5 lis canonizandi adduci † potest, quod de epo, confirmando dicit Host. in summa, de elec. in §. quis eligitur, in ver. canon tamē antiquus. dicens cp debet esse natura prudens, docilis moribus, temperatus vita, castus, sobrius, suis negocijs semper cauens, humilis, affabilis, misericors, literatus, in lege Dñi instructus, in scripturarum sensibus acutus, in dogmatibus Ecclesiasticis exercitatus, & ante omnia fidei documenta simplicibus verbis asserēs. s. patrem & filium, & c. 23. dist. qui eps. c. fi. 50. dist. & hæc procedūt in Confessoribus. In Martyribus enim nō fit tanta examinatio, sed quæritur tm̄ de miraculis, & causa pp quam passi sunt, arg. c. cathecuminum, de cōse. dist. 4. & c. baptismi vicem, fm Host. in summa, de reli. & vene. san. versi. & hæc intelligas. Et hæc nota p testibus aliquem esse Sanctum probare volētibus: vita tamē bona sine miraculis quo ad meritum animę canonizandi sufficit,
6 secundum Aug. in c. teneamus, in fine j. q. j. miracula verò † sine bona vita non sufficiunt, nam fieri pñt à malis arte magica. d. c. teneamus, & in c. nec mirū, in 2. col. 26. q. 5. vnde dixit gl. in verbo, miraculi, in c. cum ex iniuncto, de hæret. cp statim nō est credendum miraculis, quia miracula aliquando fiunt per malos, & alleg. d. c. teneamus. Et ideo Bal. in c. venerabili, prealleg. dicit cp multi faciunt ea, quæ videntur miracula cum fictione Diabolica, & cum quibusdam incantationibus, & caracteribus positis in subasselis fingunt se suscitare mortuos, & eos facere comedere, vt refert Magister historiæ scholasticæ super Euangelium in quadam historia. pro hoc facit c. sciendum. 26. q. 4. vbi probatur cp dęmones faciunt ea, quæ non sunt fm naturam, sed hominibus insolita. Item subiungit Bal. in loco prælleg. & in c. qñ frequenter, in prin. in vlt. col. vt lite non contest. quod legitur de Fitonissa quadam, quæ suscitauit Samuelem ad preces Saulis Regis, quæ suscitatio fuit ficta, de quo licet non alleget, habetur. j. Regum, 28. c. & in c. nec mirum, in 3. col. 26. q. vnde dixit Bald. cp Samuel non potuisset testificari de eo, quod viderat ante mortem, cum illa non fuerit vera resurrectio. Nam cum homo sit ad similitudinem Dei, impossibile est cp hanc similitudinem faciat, nisi solus Deus: secus dicit in Lazaro, quia illa fuit vera resurrec-
7 tio facta à Christo. Et sic sentit Bal. cp † homo verè resuscitatus, est idem homo. Idem videtur velle ipse Bald. in l. j. in repe. in pe. col. in versi. Item incidit dubium de Lazaro, &c. C. de sacrosan. Eccle. vbi dicit cp resuscitatus recuperat bona. Secus dicit esse in eo, q resurgit corpore glorificato, vel immortali, quia non eget rebus extrinsecis, quæ ad vsum & victum præstantur, iuribus per eum ibi allegatis. Idem tenet Imo. dicens hanc esse communē opi. cp resuscitatus recuperet bona, in l. si marito, in prin. ff. solu. matri. licet Ange. aliter ibi locutus fuerit, fm Alex. de Imo. Do.

meum

Source : BIU Cujas

meũ in legibus celeberrimum,in l.nam ad ea,in Apoſt.ff.de leg.
8 Facit quod dixit Bar.in repe. d. l. j. in 15.col.ꝙ † teſtm̃ illius, qui reſurrexit,iterum moriturus,vt fuit Lazarus, reuocatur, ſicut p natiuitatem filij,quem quis non putabat ſibi naſciturus,ſm Auguſtinũ,in c.ſi.17. q. 4. Secus eſt in eo, qui reſurrexit glorificatus iterũ non moriturus vt Chriſtus, & ſicut facient oẽs in generali reſurrectione,quia teſtamentum illius nõ reuocaretur, nam talis reſurrectio non mutatur circa iſta temporalia.Dicitur enim in Euangelio Marci,7.c.Cum autem reſurrexerint,nec nubent, nec nubentur,ſed erunt ſicut Angeli in cęlis,&c.ſm Bar.vbi ſu
9 pra.Sed † ꝙ reſuſcitatus ſit nouus homo,tenet Bald. in c.nullus, in 2.col. de ele. dicens ꝙ qui reſurrexit à mortuis non recuperat ſponſam,quam habuerat ante mortem. Idem dicit de rectoria, quam habuerat,ſdcit quod dixit idem Bal.in c.j.in §. ad hæc.in 8. col.in ver.no.in ver.tanquam de nouo,de pa.iura.fir. vbi dicit ꝙ feudum,quod reſurgit à mortuis,dr̃ eſſe nouum feudum.Et qđ voluit Bar.in l.interdicit.ff.de condi.& demon.ꝙ legatarius,qui mortuus miraculosè fuit reſuſcitatus, nõ conſequitur legatum, cum ſit nouus homo.gl.in l.ſeruus.la 2.ff.de acti.& obli.ſentit ꝙ ſit idem homo dũ dicit,qui à morte reſuſcitatur, recuperat bona.Sed gl.ff.de legi.in l.ex his, vr̃ velle ꝙ qui citò reſuſcitatur, dr̃ idem homo,quia non videtur mortuus,& dat exemplum in Lazaro.Bar.in d.l.ex his,iũcta.l.nam ad ea.ff.de legi.vr̃ velle ꝙ quãtum ad bona quæ recuperat,dicatur idem homo, ſed quantum ad vxorem quam non recuperat, dicatur nouus homo. gl. verò notabilis in c.2.23. q.7.vult ꝙ q̃tũ ad illud,in quo confertur gratia,eſt idem homo,& ideo amplius non debet baptizari,nec ordinari. Quantum verò ad alia, in quibus gratia non confertur, eſt nouus homo,vt ibi per eam,& illam gl.ſequitur Abb.in c.nõ põt,in 2.nota.de re iudi. Idẽ poſt multa videtur concludere Io.
10 And.in c.fraternitatis,de frig.& malefi.dicens ꝙ ille, † qui moritur,non perdit ea,quæ impr muntur animę,& ſic non eſt opus tractare de eorum recuperatione poſt reſurrectionẽ, dat exemplum in ordine,baptiſmo,& ſimilibus ſacramẽtis, ex quibus caracter imprimitur animæ,quę non moritur, & per conſequens
11 quo ad illa reſuſcitatus dr̃ idem homo.Illa ‡ verò,quæ inhærent corpori, non recuperat de rigore, & ſic quò ad illa videtur nouus homo.Et cum opi.Io.An trãſit Abb. ibi. vnde ex hoc dicto Io.An.Item ex dicto Bar.in d. l. ex his, & gl.in d.c.2. ſequitur ꝙ vnum & idem ens poteſt diuerſo iure cenſeri contra.l. eum qui ædes,de vſuca.& c.cum in tua.de deci.& c.cognouimus 12. q. 2.
12 & gl.in c.cum omnes,de conſti. niſi † dicamus ꝙ diuerſis reſpectibus idem ens poteſt diuerſo iure cẽſeri,ſm gl.in c.Vulteranę. 12.q 2.facit gl.3.in c.relatum,de præben.vnde dicit Inn. in c. pa-
13 ſtoralis,in prin.per illum tex. de reſcrip. ꝙ iudex † delegatus habet iuriſdictionem ordinariam, & ſic habet ordinariam illo reſpectu,quia eſt iudex ordinarius datus à lege, iuxta ea quæ habẽtur per gl.& Bar.in l.& quia, de iuriſ.om.iud.Inn. & Moder.in c. cum ab Eccleſiarum,de off.ord.Do.Ant.in c.ſuſpicionis, de off. deleg. Delegatam verò habet illo reſpectu, quia ſibi data eſt abhoĩe, & d. c.paſtoralis pro ſingulari ad hoc allegauit ibi Do.Card.in reportat.ſuis.Et licèt iſte caſus reſurrectionis ſit nunquam, vel rarò euenturus,ſm Do.And.& Abb.in d.c.fraterni.& gl.in Lea,quę rarò.ff.de reg.iur.quę dicit, ꝙ ſi quis hęrede inſtituto deceſſit,& adita hæreditate mortuus reſuſcitetur,vt de Lazaro accidit,non ſunt iura prodita,an iure poſtliminii poſſit bona recu
14 perare ab hærede,cum hoc rarò accidat. Tamen † videtur indiſtinctè poſſe dici,ꝙ reſuſcitatus virtute diuina ſit idem homo,ꝙ expreſſe tenuit Gãdulfus antiquus Doctor relatus per gl. in d. c. 2.dicens nõ eſſe mortem,vbi reſuſcitatio eſt ſequuta,ſed potius eſſe quandam diuinam vocationem,ideo nec matrimoniũ ſoluitur,nec cętera amittuntur.quod autem dicit ibi Auguſti.non de naturali,ſed de miraculoſa morte intelligitur.Hanc opi. videtur approbaſſe Bar.Brixi.in q.Dñicali, quę incipit,eſto ꝙ aliquis ſit reſuſcitatus,vbi dicit, ꝙ talis videtur reſuſcitatus quò ad omnia,& eum ſequitur Arch.in d.c. 2. & pro hac opi.adduci poteſt
15 ratio.nam † ſi virtute diuina quis eſt reſuſcitatus,ſemper in mẽte diuina fuit illa reſurrectio,& per cõſequens ille non poteſt dici verè mortuus, ſed potius dormiens,iuxta illud Ioan.in Euangelio,c.11.vbi loquens in perſona Chriſti de Lazaro ſic inquit: Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado vt à ſomno excitẽ eũ. & iuxta illud Matthæi in paſſione Dñica, circa fi. & terra mota eſt,& petræ ſciſſæ ſunt,& monumenta aperta ſunt,& multa corpora Sanctorum qui dormierant, ſurrexerunt. Et prophe. Pſal. 42. nunquid qui dormit non adiiciet vt reſurgat,tranſumptiuè in c.ſacerdos.50.diſt.& Paulus prima ad Cor.15.c.Chriſtus reſurrexit à mortuis,primitiæ dormientium,&c. Nec obſtat huic rationi,quod dicũt Platonici,quos refert Richar.in 4.ſen. diſt. 43.
q.j.aut.2.Dicunt enim ꝙ Deus in omnibus operibus ſuis eodem modo immobilis eſt,ſed dicit Plato in Thimeo ꝙ bona ratione vnigenitũ eſt,diſſolui nõ eſt velle Dei:ſic à ſimili quod bona rõne diſiunctum eſt, ſicut fit in morte qñ anima bona rõne à ſuo corpore diſiungitur,ꝙ iterum coniungatur, non eſt velle Dei, ꝙ eidem corpori coniungatur, ergo non reſurgit idem homo, nec verus homo, cum non ſint coniungibilia de velle diuino.
16 Nam † reſpondet ipſe Richar.concedendo maiorem.ſ.ꝙ Deus in omnibus operibus ſuis ſit immobilis eod.modo. Ad minorẽ verò reſpondet, ꝙ anima bona ratione eſt à corpore ſeparata. ſ. ratione diuinæ voluntatis,ſicut prius bona ratione ſcilicet eiuſdem diuinæ voluntatis fuit coniuncta,ſic etiam in vltima reſurrectione bona ratione,ſcilicet diuina volũtate reuiuetur. Et ſic non ſequitur per hæc,ꝙ Deus ſit mobilis, cum vita, mors,& re-
17 ſurrectio,ſemper fuerint in mẽte ipſius Dei.Nec obſtat, † quod dicebant quidã hæretici,quos refert ipſe Richardus in loco prę-allegato,inquantũ allegabant illud Iob,14.c.vbi dicit Iob,Quomodo ſi recedant aquæ de mari, & fluuius vacuefactus areſcat: ſic homo cum dormierit,non reſurget. Sed fluuius vacuefactus & aridus nũquã iterum impletur eadem aqua in numero, ergo anima corpore ſoluta non reaſſumet idem corpus numero, qa reſpondet idem Richar.ꝙ ſimilitudo non tenet totaliter,ſed ſolum quantum ad hoc, ꝙ ſicut alueus fluuij nõ humectatur,niſi peraquam,ſic corpus non recuperabit vitale humidum,quouſque iterum vegetetur per animam.Sed vt ibidem,ſcilicet in Iob dicitur,hoc non erit quouſq; ateretur cęlum. j. donec quieſcat, quod erit in die iudicii. Quo ad hoc autem eſt diſſimilitudo, qa quamuis aqua reuertatur ad eundem alueum in numero, tamẽ aqua non reuertitur eadem numero. Anima autem eadẽ in numero reuertitur ad idem corpus numero. Vel põt aliter reſponderi, ꝙ dictũ Iob intelligit̃ de reſurrectione naturali,hoc eſt,qđ
18 homo qui dormierit,nõ reſurget.ſ.naturaliter.Et ideo † Iuriſcõ ſultus in l.qui res,in §.aream.ff.ſolu. dicit ꝙ obligatio ſemel extincta non reuiuiſcit, & Phi. in j. de Ge. & Cor. vnde dixit Phi. in j. de anima, ꝙ impoſſibile eſt corpora animalium reſurgere, quod eſt verum impoſſibilitate naturæ naturatæ, ſecus ſi ſupernaturaliter & miraculosè diuina potentia,vt idem Iob de ſeipſo teſtatur.19.c.Scio(inquit) ꝙ redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die reſurrecturus ſum, &c. vſq; ibi, quem viſurus ſum ego ipſe,& oculi mei conſpecturi ſunt,& non alius,&c. Et prædictã auctoritatem contra dictos hæreticos allegat ipſe Richa. Alias
19 † in vno & eodem ſubiecto daretur contrarietas, quod eſſe non poteſt,vt in regula,vbi repugnantia.ff. de reg.iur.in c. nihilominus.3.q.9.& in c.cum locum,de ſponſa.gl. in c.cum humilitatis. 22.q.2.& gl.in c.2.74.diſt.facit c.cũ cõtingat,& ibi Imo.in 3. not.
20 de reſcrip.Et ſic † concludit Richar.ꝙ homo reſuſcitatus nõ ſolum eſt verus homo, ſed idem homo. Ex quo ſequitur correlarium,ꝙ reſuſcitatus,quo ad omnia & ſic quò ad matrimoniũ,vt vxorem ſuam recuperet, etiam intelligitur reſuſcitatus, dixerit quicquid voluerit Bar.in d.l.ex his.& gl.in d.c.2.3 2.q.7. Nec obſtat quod dicit Aug.ibi,ꝙ vxor carebit uiro ſuo, ſi mortuus fuerit,quia intelligi debet ſi mortuus fuerit perpetuò, ſecus ſi reſurrexerit,quia poterit petere uxorem ſuam, per ſupradicta.Aliter tamen illum tex.intellexit Gandulfus,ut ſupra retuli. Et ꝙ reſuſcitatus dicatur idem ꝙ non nouus homo,ſic probari poteſt.il-
21 lud dicitur † nouum,quod nunquam fuit ſtatutum, & ſic nunq̃ fuit in eſſe,ſm gl.no.in c.pręceptis Apoſtolicis.12.diſt.facit gl.in verſi. noui.in fi.& Ang.& Bal.in l.j. ff. quod quiſq; iur.ſed homo reſuſcitatus, quantum ad idem corpus & eandem animam fuit in eſſe,ergo non poteſt dici nouus. & per prædicta declarari poterit. §.deinceps. in Auth. de nup.vbi dicitur ꝙ mors oĩa ſoluit, quia debet intelligi morte ipſa durante.ſecus erit ſuperueniente
22 reſurrectione,quia tunc omnia reintegrari debebũt. † Item aduertẽdum eſt, ꝙ duplex eſt reſurrectio. vna imperfecta.ſillorũ, qui reſurgunt iterũ morituri,ſicut Lazarus, & ſuſcitatus ab Helia,de quo habetur 3.Reg.17.c.Et ſuſcitatus ab Eliſæo,de quo habetur 4.Regum 4.c.& de aliis ſuſcitatis à multis Sanctis,qui reſurrexerũt imperfectè.alia verò eſt reſurrectio perfecta, poſtquam quis amplius non eſt moriturus,vt fuit Chriſtus,qui fuit primus verè omnium reſurgentium à mortuis. hęc fuerunt verba bea. Thom. in 3.parte ſummæ, q. 53. & hæc perfecta reſurrectio erit in reſurrectione vniuerſali: tunc enim reſurgent homines amplius non morituri,ſed habituri vitam eternam vel ignem æternum,vt patet in ſimbolo Athanaſij,in fi. & diſputando concludit Archi.in c.nemo per ignorantiam.de conſecr.diſt.j. ꝙ homines reſurgent in eadem forma, in qua Adam fuit ante peccatũ: ſed ante peccatum ipſe fuit nudus,ergo homines reſurgẽt nudi, & poſt diem iudicii etiam erunt nudi, quia tunc nulla erit deformitas in corporibus mortuorum beatorũ, quam tegi oporteat, ſm eum.& ſic ſentit Arch.à contrario, ꝙ ſecus erit in corporibus damnatorum. & hoc fortè erit in eorũ opprobriũ & penã. De quo tñ & aliis q̃plurimis pulcherrimis qõnibus ſpectãtibus ad reſurrectionẽ uniuerſalẽ,& maximè qñ & quomodo fiet, ui. de bea.Tho.in 4.ſen.diſt.44.q.j.arti.j.facit ad prædicta. ſ.de mira
23 culis † factis per malos,quod dicit idem Bal.in c.fi.in j.col.de fe̅ri.de Apolline,q fuit uocatus Phitõ artis magicę Princeps, ut le̅gitur in hiſtoria ſcholaſtica, Actuum 16.in rubricella de ſpiritu̅ pitonico,& in 17. in rubrica.de Dionyſio Ariopa. & eius uerba mirabilem uirtutem uidebãtur habere:aſtutia tamẽ Diaboli, ut inquit bea. Aug. & ſic miracula pñt fieri à malis, ſicut dicimus de prophetia,nam tales pñt prophetare,ut fecit Saul, c. prophe-
24 tauit.j.q.j.Item † actus miraculoſi pñt aliquando fieri à malis ex

Source : BIU Cujas

virtute diuina dono quodam gratiæ ſpecialis,quæ aliquãdo trã-
ſit per totum genus deſcẽdentiũ, ſicut videmus in Rege Frãco.
ſm Doct.maximè do.Ant.& Fran.Are.in d.c.venerabili, & cla-
rius per Do.in c.2.in 3.col.de prẽb.in 6.Et prædicta dicit Abb.in
d.c.venerabili.eſſe notanda pro aliquibus vetulis, quæ ſine me-
rito vitæ vñr facere miracula,& prędicere futura.poſſunt enim,
ſm eum,habere ſpiritum prophetiæ ex dono Dei ſine merito vi
tæ,vt in præall.iuri. Facit illud Caiphæ, in paſſione Dñi, Expedit
enim vt vnus moriatur pro populo,ne tota gens pereat. Tribus
25 † autem modis contingunt miracula:primò, circa ſubſtantiam
facti,vt qñ Deus facit aliqua, quę natura nullo modo facere p̃t,
vt fuit q̃ fecit Sol tempore Ioſue, vel tẽpore mortis Chriſti. Itẽ
vt homo habeat corpus glorificatũ, vt habuit Chriſtus poſt re-
ſurrectionem,& hæc miracula ſummum gradum obtinent.

Secundo modo, quando fit illud quod natura facere poteſt,
ſed non in illo,in qua fit reſurrectio mortuorũ:poteſt enim na-
tura creare vitam,ſed non in mortuo, & poteſt præſtare viſum,
ſed non in vera cęcitate,& hoc tenet ſecundũ locũ in miraculis.

Tertio modo,quando id quod fit,poteſt fieri naturaliter, ſed
non in illo ordine, puta quãdo quis à febre ſubito gratia diuina
curatur nullis adhibitis remediis, & hoc intellexi operari do-
mum Regis Franciæ,de quo ſupra dixi,& iſtud tenet tertium lo
cum in miraculis, ſm Mar. de Lau.in tractatulo pro canoniza-
tione beati Bernardini,in 3.col.& ſic no.q̃ ad hoc vt illud quod
fieri poteſt naturaliter,dicatur miraculum, requiritur q̃ incon-
26 tinenti fiat.† Sed dubitari poteſt,quomodo dicatur incontinen
ti.reperio iura in hoc diuerſimodè loqui,Aliquando incontinẽ
ti dicitur fieri,qđ fit durante iudicio,ſm gl.j in fi.in verbo,incõ
tinenti,de teſti.cogen.Aliquando dicitur incontinenti fieri,an-
27 tequam redigatur in actis.Et ideo quis † poteſt incontinenti re-
uocare ſuam confeſſionem,ſcilicet antequã ſit redacta in actis,
gl.eſt no.in c.apud miſericordem.32.q.j.eam ſequitur Do.An.in
c.fi.de de confeſ.& Abb.in d.c.præterea.hoc tamen fallit, vbi cõ
feſſio fuiſſet acceptata per partem,quia tunc non poterit reuo-
cari ſine probatione erroris,ſingulare fuit dictum Bal. in l.Gal-
lus,in §.j.de lib.& poſthu.arg.l.ſicut.C.de ac. & ob.ſm præclarũ
iuris interpretem Alex. de Imo. Dñm meum in iure ciuili, in l.
quicquid aſtringen.in fi.in repor.antiquis,de verb.obl. Aliquan
28 do † dicitur fieri incontinẽti,quod fit intra triduum, vel in fine
tridui,ſm Bal.in c.ex literis,de conſti.per l. fi. C. de errore aduo.
& l.fi.C.de iudi.vbi idem Bal.dicit,q̃ expulſus de poſſeſſione po-
teſt vſq; ad triduũ eam recuperare,quia dicitur recuperare incõ
29 tinenti.Item † qui offert ſe incontinenti probaturum,vł ſatisfa-
cere,ſi intra triduum probet.d.l.fi. vbi idem etiam tenet Bal.Ali
quando dł aliquid fieri incontinenti,quod fit cum aliquo tem-
poris ſpatio.tex.eſt no.in l.j.in §.item ſi ita.ff.ad le. Fal.Aliquãdo
q̃ fit ſimul.tex.eſt cum gl.in l.Anto.ff.de fideicõ.lib.Aliquando
30 † antequam diuertatur ad extraneos actus.l. continuus, in §.j.de
ver.obli.l.cum antiquitas,& ibi Bal.C.de teſta. l. cũ hæredes. in
§.fi & ibi gl.C.de teſta. Aliqñ q̃ fit in ingreſſu p̃ctus, ſiue in ipſo
p̃ctu, ſiue ſtatim poſt, gl.eſt no. quæ loquitur de pacto appoſito
in cõtractu,in l.in bonæfidei.C.de pac. pro qua dicit Bar. ibi eſſe
caſum ſingularem in l.iij.C.de ædil.act. Tamen Bar. in l. j.in fi.ff.
de ſol.& in l.iuriſgentium. in §. quinimo.in fi.ff.de pact.tenet p̃
illã gl.de quo per Bar.in l.p̃ctus.C.de fi.inſt.& in l.lecta.ff.ſi cert.
pe.& per Bal.in l.petens,in 18.col.C.de pac. Aliqñ, quod fit poſt
10.dies,gl. in §.omnis, in uerbo,confeſtim,inſti.de verb.obli.Itẽ
31 † dictio incontinenti,mox,protinus,& ſimiles,de ſui natura de-
notant modicum tempus.l.quoti.§.ſi quis ita,de hære. inſti.ſecũ
dum Bal.in l.Gallus,in §.ille caſus,de lib.& poſt. facit glo. de dic-
tione,mox.in authẽ.inceſtas,in ver.ipſo iure.C. de inceſt. nup.
quã pro notabili allegat Imo.in l.diuortio, in 8.col.ſolu.mat.Et
32 no.mirabilem effectum reſultantem ex dictione,mox, q̃ ſi † ap
pellans à ſententia permiſerit deſeri appellationem,incontinẽ-
ti fiet contra eum executio, nec gaudebit beneficio temporis,
quod datur condemnatis,ita not.dicit Bal.in l.qm̃ nonnulli, in
verbo,mox.C.de ap.ſequitur Alex.in l.j.§. qui præſens, in repor.
antiquis,de verbo.ob.& de dictione,mox,loquitur glo. no.in c.
33 quia propter,de elec.& in c.ſi in aliquibus.20.q.2.Aliquãdo † dł
fieri incontinenti,quod fit poſt litem conte.caſus eſt,ſm intelle
ctum Hoſtien.Ioan.Cal.Car.& Abb.in c.j.de mut.pet. facit gl in
auc.& conſequenter.C.de ſen.interlo.om.iu. tñ concluſio eſt,q̃
34 dictio † incontinenti,mox,& ſimiles,in materia indifferenti ca-
piunt interpretationem arbitrio iudicis,ſm gl.in c.an ſit, in ver.
incontinenti,de ap.& gl.in c.q̃ ſit,in ver. quam citius, de ele.lib.
6.Et ideo Bar.in l.3.§.eum igitur,ff.de vi & vi ar.dicit q̃ an deie-
ctus incontinenti expulerit deiectorem, ſtatur arbitrio boni vi-
ri,conſiderata qualitate perſonæ deijcientis,& ipſius rei, de qua
fuit deiectus.Ita dicamus in caſu noſtro, ut iudex habeat arbitra
ri qualitatem febris.ſan ſit magna uel parua,uel forte quartana,
quæ cum difficultate ſolet recedere. Item an febricitãs ſit ualde
grauatus,adeo q̃ medici deſperẽt de eius ſalute,& ſic de ſingu-
lis,ex quibus iudex poterit arbitrari infirmum potius gratia diui
na,& ſic ſupernaturaliter, quã naturaliter & uirtute medicorũ
ſanatũ eſſe.Et de dictione incontinenti,ultra præallegata, eſſet
videndus Bald.in l.fin.C.de his qui non a do.ma.& in d.l.lecta in
verſi.dicebam,& in d.§. quinimò. De dictione mox, vide ẽt per
gl.& Doct.in l.j.ſi cert. pet.gl.in l.ad peremptorium,de iudi.glo.
Dy.& Bar.in l.fructus.ff.ſol.ma.& in d.§.qui prẽſens,gl.& Bar.in
l. momentaneæ. §. unde vi. De dictione protinus, in l.iij.in §.in
amittenda,de acq.poſ.& Bal.per illum tex.in l.ij.C.vt lit.pen.De
dictione ſtatim, Bar. in l.res. in §.ſed ſi res.ff.de iur.fi.Archi.in c.
conſtat.j.q.j.& Bal.in c.prudẽtiam.in §.vj.de offi.dele.De dictio-
ne ſubito, vide c.auditis,de elec.& l.uerum,in §.ſi locupleti.ff.de
minori.An autem ut illud,quod naturaliter fieri non poteſt,di
catur miraculum incontinenti debeat fieri,dicã ſ̃.in verſi.nun-
35 quid autem ultra,&c. Quæ ergo † requirantur vt ad Sanctũ ca-
nonizãdum dicatur miraculum, & q̃is dicatur miraculũ opus
arduum inſolitum s̃.ſpeciem & qualitatem conſiſtens admirã-
tis,vt probatur in c.re uera,circa med.de conſe.diſt.2.Immò,ſm
36 leges,miraculum † dł,quod rarò accidit, ut in Auct.de Conſul.
verſus fi.col.3.per quẽ tex.ita dicit gl. in c. quod legimus,in uer-
bo,rarum eſt.94.diſt.& ponit Archi.in d.c.teneamus, in prin.ra
rum eſt enim quod magnum eſt,dicit tex.in c.2. in fi.59.diſt. &
dł miraculum,quaſi admiratione plenum,cuius effectus ſolum
nobis eſt cognitus,cauſa uerò incognita, quia ſolus Deus (ut ſ̃.
dicam) facit miracula:unde propter cauſas nobis ignotas, quia
37 vires noſtras excedunt,dicuntur miracula. Vnde † meritò cor-
pus Chriſti dicitur miraculum,quia excedit vires humani inge-
nij,de quo per Abb poſt Io.An.in c. cum Marthę. de celeb. miſ.
& ſ̃. de ipſo aliquid dicemus. Tamen in caſu quæſtionis noſtræ
38 vt dicatur † miraculum,requiruntur quatuor primo, q̃ ex Deo,
non ex arte,vel diabolo cõtingat:quia,vt dixi, miracula aliquã-
do fiunt per malos,& ió neceſſe eſt martyres a Deo impetraſſe,
quæ mandat.c.ſi quis præpoſtera.50.diſt. & hoc caſu procedit il-
lud,quod dł,q̃ facere miracula,eſt donum ſpirituſſancti,vt in c.
quærendum,& ibi no.de pęni.diſt.2.aliàs nõ eſt miraculũ, ſicut
fecerunt magi Pharaonis,qui fecerunt ranas & ſerpentes, con-
uertẽtes earum uirgas,ſicut faciebat Moyſes,de quibus in c.nec
39 mirum. 26. q. & illud † propriè dł præſtigium. d.c. re vera,& ibi
Archi.qui dicit q̃ præſtigium dicitur a præſtringendo,quaſi prę
ſtringulum,quia præſtringit certitudinem uiſus,uel cõponitur a
præ,& ſtix ſtigis,que eſt palus infernalis,& ponitur pro inferno,
vnde præſtigium dł, quaſi ad ſtigem primum, quia præſtigiato-
res præordinant ad infernũ, ſupple niſi pęnituerit, vnde ſm eũ
præſtigium eſt ſenſuum humanorum illuſio,& ſm hoc incredi
biles rerũ imitatores dicuntur fieri, & uidentur facere vt terræ
cumulus uideatur caſtrum,lapillus,talentũ,& huiuſmodi.Secũ-
40 dò † requiritur, q̃ ſit p̃ naturam,ſicut dictum eſt de virga Moyſi
mutatã in ſerpentem,& de aſina loquẽte ad Balaam, de quibus
in d.c.re uera. & in c. cum ex iniuncto, de hæret. de cuius virgæ
virtute hł Exodi 6.7.§.14.16. & 17.Ioſue 3.& 4.Deute.8.c.& tran
41 ſumptiuè de omnibus in d.c.re uera,de conſ.di.2.† Tertiò requi
ritur, q̃ non ui uerborum,ſed ex hominum merito illud cõtin-
gat,nam panis & vinum poteſtate & virtute verborum tranſub
ſtantiatur in corpus & ſanguinem.c.cũ Marthæ.de cel.miſ.& ſic
requiritur q̃ miraculum ſit euidens, nõ aũt latens & credibilis,
vt eſt euchariſtia.Quartò & vltimò requiritur, q̃ ſit ad corrobo
rationem fidei.herba.n.miniſterio hominis trãſit in uitrum, &
nil ad corroborationẽ fidei. & ideo ad canonizationẽ, niſi hęc
quatuor concurrerent in miraculo, non prodeſſent, quia non
eſſet miraculum, ſed potius miraculoſum. hæc fuerũt verba Io.
An.in gl.no.& ordi.in uerbo,ſedis,circa fin.in c.vnico.de reli.&
ve.ſan.lib.6. Idem tenet Hoſti. in ſumma illius ti. in §.j.ver.item
quęrẽdũ eſt de miraculis,& Arch.in c.teneamus. j. q. j.per Hoſt.
Io.An.& alios Doc.in d.c.venerabili,idem tenẽtes. Et circa pri-
mum quæſitum,dũ dicit q̃ miraculum debet eſſe ex Deo,colli-
gitur, q̃ facere † miracula non eſt creaturæ, ſed creatoris, & fa-
42 cit ratio,nã ſi miraculũ fit p̃ naturã,non põt fieri niſi per haben
tem poteſtatem s̃.naturã, quã poteſtatem creatura non hẽt, ut
probat in §.ſed naturalia.inſti.de iur.na.in §.minus ergo, inſtitu.
de hęredi.quæ ab inteſt.defer.in l.eas,de cap.dim.in 105.diſt.Illã
ergo poteſtatẽ habebit creator,qui iuxta Philoſo.& gl.in l.reſpi
ciendum.ff.ſi cer.pet.dicitur natura naturans.i.faciens omnia,&
43 eius eſt tollere,† cuius eſt cõdere.21.d.c.inferior.18.q.2.c.j.l.eius
eſt uelle,cuius eſt nolle.ff.de reg.iur.Et ideo dicit Phil.in j. de ge-
nera.& corru.ea quæ ſunt principia generãdi,ſunt principia cor
rumpendi,facit l.Stichum.§.naturalis.ff.de ſolu.& c.j.de reg.iur.
ergo ſolius creatoris,& ſic Dei erit uenire contra naturã, & per
conſequens facere miracula. Item probatur per illud, quod dł
44 q̃ miraculum debet eſſe ex Deo, nam dictio, † ex, denotat actũ
immediatum.l.j.§.ex incendio,& ibi Bar.ff.de incen.rui. nauf.&
Bal.in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iu.tex.& ibi Dom.Anto.in c.j.de
cle.pugnã.in duello,& Do.de.S.Ge.in c.pe.per illum tex. de off.
lega.li.6. Sequiť ergo, q̃ miracula immediatè procedunt a Deo:
bene uerum eſt q̃ propter ſanctitatẽ alicuius Deus oſtendit mi-
racula in perſona illius,& tũc dł Deus mediatè facere miracula.
Vnde uidemus,q̃ qñ Deus in pſona ꝓpria faciebat miracula, lo
quebat imperatiuè,vt hł in Euãgelio,Io.11.de reſurrectione La
zari,cui clamãdo dixit,Lazare veni foras,& in alio euã. Lucę 7.

quando

Source : BIU Cujas

quando ſuſcitauit filium viduæ, dixit, Adoleſcens tibi dico ſurge. Sed vbi in perſona alicuius Sancti uolebat facere miracula, ea non faciebat niſi ad illius preces, & ad oſtendendum q̃ oĩa miracula ab eo procedũt. & ideo vt legitur in Actibus Apoſt. 3. c. quando Bea. Pet. ſanauit illum claudum miraculosè, vſus fuit his uerbis, In nomine Do. noſtri Ieſu Chriſti, ſurge & ambula. Et ſimiliter Io. Euangeliſta in reſuſcitatione miraculoſa Druſianæ vſus fuit his uerbis, Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſuſcitet te Druſiana, ut habetur in eius legenda, & multis aliis locis, quæ luculentius per paternitatem tuam in quadam ſolẽni prædicatione, quam feciſti de his qui poſſunt facere miracula, me audiente in noſtra hac eccleſia cathedrali, relata fuerunt. Ex q̃bus concluditur proprium eſſe creatoris & non creaturæ facere miracula, & illos impropriè loqui, dicentes Sanctos ea facere, nam dici debet Deum in eorum perſonis operari miracula. Item circa ſecundum requiſitum dum dicitur miraculum debere eſſe contra naturam, faciat quod uoluit Io. And. quem ibi refert & ſequitur Abb. in cap. cum Marthæ. de cel. miſ. q̃ illud propriè eſt miraculum, quod contingit cõtra naturam: nam ſi naturaliter id poſſet contingere, non eſſet miraculum. Dat exemplum in
45 corpore Chriſti, † in quo quamplura mirabilia ſunt, quibus rationes deficiunt, ſed ſimilitudines ſeruiunt. Primò eſt translatio panis & vini in corpus & ſanguinẽ Chriſti. Similitudo in cibo & potu, quod mediante natura fit humana caro. Secundò, q̃ tota die tranſubſtantiatur, & nullum augmentum fit in Chriſto, ſimilitudo in ſecreto manifeſto, alias manifeſtato. Tertiò, q̃ tota die ſumitur, nec minuitur, ſimilitudo in lumine accendente alia lumina. Quartò, quia diuiditur in qualiber parte totus remanens, ſimilitudo in ſpeculo. Quintò, q̃ a malis ſumptũ nõ coinquinatur, ſimilitudo eſt in Sole, qui per fœtida loca tranſit. Sextò q̃ debilibus eſt mortale, ſimilitudo ĩ ſanis cibariis quæ infirmis & debilibus ſunt nociua. Septimò, q̃ ſumptum ſtatim rapitur in cœlum. incontaminatus. n. exiuit de Virginis corpore & incorruptus de monumento clauſo. Octauò, q̃ immenſum in parua ſtat hoſtia, ſimilitudo in oculo paruo magnum montem comprehendente. Nonò, q̃ idem corpus in diuerſis locis a diuerſis percipitur. ſimilitudo in ſono campanæ. Decimò, q̃ remanent accidentia trã ſubſtantiato ſubiecto. In hoc dari non põt aliqua ſimilitudo, q̃ ſubiectum mutetur remanentibus prioribus accidentibus, & ideo in hoc natura cedit miraculo. Alias verò ſecũdum naturã manente eodem ſubiecto bene variantur accidentia, nam idẽ homo nunc albus, poſtea niger; modo calidus, modo frigidus; modò ęger, modò ſanus, vñ accidens adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionem, vt voluit Phi. in 3. Topi. & in 5. Meth. in corpore vero Chriſti eſt contrarium, nam remanentibus accidentibus variatur ſubiectũ. quia ille ſapor, color & pondus, quæ primo habebant ſubiectum panem & vinum, modo habent ſubiectum corpus & ſanguinem Chriſti. Et ideo, vt dixi, natura in hoc cedit miraculo, ſecundum Ioan. And. in d. c. cum Marthæ. Archi. tamẽ in c. Nabuchodonoſor. 23. q. 4. refert Hug. de ſan. Victo. magiſtrum in Theologia ordinis Eremitarum do
46 minantem, † q̃ quædam ſunt ex ratione, quædam contra rationem, quædam ſup. rationem. Illa, quæ ſunt ex ratione, ſunt neceſſaria, quæ ſunt ſecundum rationem, ſunt probabilia. Quæ ſunt contra rationem incredibilia, quæ ſunt ſupra rationem mirabilia, & ita ſequitur no. Doc. Henri. Boich vltramontanus in d. ca. venerabilis, & ſic videtur q̃ ſecundum ſententiam Hug. ſecundum requiſitum deberet potius dicere ſup. naturam, quàm contra naturam. tamen vt dixi, glo. præal. quo ad illa quatuor requiſita approbatur communiter per Canoniſtas: vnde ſequitur cõcluſio, q̃ ad canonizandum aliquem pro Sancto probatæ vitæ eius integritate ſufficiet probare, Deũ per talem miracula operatum fuiſſe illis quatuor concurrentibus. ex qua concluſione ſequitur correlarium, q̃ in tali canonizatione non poterit dici eccleſiam erraſſe, de quo per Car. San. Sixti ordinis prædicatorũ
47 in trac. ſuo de poteſtate Papæ. in q. 41. & hoc † verum intellige de eccleſia particulari, quæ aliquando errare poteſt, vt in c. a nobis. el j. de ſent. excom. quod ſecus eſt in eccleſia vniuerſali, quæ errare non poteſt, ſecundum Scrib. in c. j. de ſum. Tri. voluit Do. de S. Ge. in c. Anaſtaſius, in 2. col. 19. diſt. facit c. loquitur, & c. a recta, vbi glo. not. 24. q. j. quamuis Abb. in d. c. a nobis, in 2. no. dicat idem eſſe in vniuerſali eccleſia per illum tex. indiſtinctè loquẽtem. Item, quia eadem eſt ratio in eccleſia vniuerſali, quæ eſt in particulari, ergo idem ius. l. illud, ad leg. Aqui. ff. & ĩ c. transla. de conſti. nam in concilium generale, per quod repręſentatur eccleſia vniuerſalis, bene poſſet errare, excommunicando forte prælatum, qui non erat excommunicandus ex cauſa latente. Ad iura in contrarium adducta reſpondet, q̃ verum eſt q̃ ſecũdum eum pro hoc tantum orauit Chriſtus ad patrem, vt in eccleſia vniuerſalis non poteſt errare in fide, nec in articulis fidei, nam Euang. Mat. ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, vt in c. maiores, & quod ibi not. de batiſ. Facit illud Lucę 22. c. & eſt tex. in c. j. in fi. 21. diſt. & Abb. in d. c. maiores. in 2. col. Et ex prædictis, ſecundum eum, poſſet ſolui contrarium, quod for
48 mari poſſet † ſcilicet q̃ iudicium eccleſiæ debet confirmari iudicio Dei. c. ut noſtrũ, vt eccleſiaſtica beneficia. ſicut ergo Deus non iudicat quem iniuſtè, ita nec eccleſia, quia dicit Abb. q̃ eccleſia in quantum poteſt debet ſe cõformare, ſed aliquando nõ poteſt vt in occultis, quia Deus ſequitur veritatem quæ non latet eum, ſed aliquando latet eccleſiam. Sed quicquid ſit, ſiue ſimus in eccleſia vniuerſali ſiue particulari, quæ repręſentatur a Papa & collegio Cardinalium, vt in c. eccleſia habet ſenatum. 16. q. j. ſiue ſumus in Papa ſolo canonizantibus Sanctum, ut dixi in fi. dubii præcedentis, dico q̃ probata vitę integritate canonizandi, neceſſariò eius miraculis cum qualitatibus antedictis nõ poterit dici in tali canonizatione fuiſſe erratum. Nam errare
49 † nihil aliud eſt, quàm aliud pro alio putare. c. in quibus. 22. q. 2. & eſt gl. relata ad tex. in c. quamuis. 38. diſt. ſed præcedente ꝓbatione ſanctitatis vitæ & miraculorum, quis non poteſt putare vnum pro alio, quia hoc eſſet craſſum & ſupinum putare, cum ipſa probatio miraculorum concludat violentam præſumptionem ſanctitatis, & ſic nõ ſolum excludat errorem, immo includat ſcientiam. ſcire † enim dicimur non ſolum quæ videmus,
50 ſed etiam quæ ab aliis audimus. c. hoc videtur. 22. q. 5. Itẽ ea quæ non ambigimus, ſed vehementer opinamur. l. 2. in §. idem Labeo, de aqua plu. ar. & ideo dixit Bar. in l. qui bona. §. ſi alieno, de dam. infec. circa fi. q̃ qui iurat dicere veritatem, non intelligitur de veritate quæ ſenſu percipitur, licet ſecus ſit in teſte ſecũdum eum. ſequitur ergo q̃ eccleſiæ, cui fuerit facta talis probatio ſanctitatis vitæ & miraculorum, non poterit putare vnum ꝓ alio, & per conſequens errare non poterit, etiam loquendo in eccleſia vniuerſali vt dixi. De quo tamen me remitto ad dictum Car.
51 in præal. trac. ſuo. Nunquid † autem vltra prædictas qualitates requiſitas ĩ miraculo debentis canonizari aliud requiratur? Arch. in c. nec mirum. 26. q. 5. in 2. col. in ver. ſed quæro an ſit, &c. dicit videri neceſſarium, quòd miraculum fiat incontinenti, allegat Actuum 9. verſi fi. vbi dicit, & cõtinuò ſurrexit, &c. & Actuũ 3. iuxta prin. vbi dicit, Et apprehẽſa manu eius dextra eleuauit eũ, & protinus cõſolidatæ ſunt baſes eius & plantæ. & Lucę 8. iuxta fin. vbi dicit, & tetigit fimbriam veſtimenti eius, & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius. Marci 5. ibi, & confeſtim exſiccatus eſt, &c. vt in c. ad eius verò 5. diſt. Nam apud Deum non eſt mora. c. multiplex, alias incipit, his autẽ. de pœni. diſt. j. Vndè Ambr. ſpiritus ſancti gratia veſtit molimina, & Lucæ 7. iuxta princ. ubi dicit, Adoleſcens tibi dico ſurge, & reſedit q̃ mortuus erat, &c. & Io. 10. aliàs 11. iuxta fi. dicit, Lazare veni foras, & ſtatim ꝓdijt qui mortuus fuerat, & Mat. 9. vbi dicit, & ſalua facta eſt mulier ex hora illa. & 15. vltra med. vbi dicitur, fiat tibi ſicut vis, & ſalua facta eſt filia eius ex illa hora. de pœni. diſt. j. in c. voluiſſet. §. ꝓ ſus verò. ibi, quem poſtea tangendo mundauit &c. & §. hinc idem, iuxta prin. ver. hinc etiã & Lucæ 5. iuxta prin. vbi dicit, & ſtatim ſanus factus eſt homo, &c. & Mat. 7. iuxta prin. ubi dicit, & curatus eſt puer ex illa hora. & 8. c. iuxta prin. ubi dicit, uolo mundare, & ſtatim mundata eſt lepra eius, & Mat. 20. in fi. Ieſus tetigit oculos eorum, & confeſtim viderunt. & Mat. 10. in fi. & confeſtim vidit, &c. & 7. & ſtatim apertę ſunt aures eius, &c. Et intellige ſtatim & incontinenti hoc caſu, ideſt non ex interuallo, vt eſt tex. in l. 3. in §. eum qui igitur. ff. de vi & vi ar. Sed q̃ non ſit neceſſarium q̃ miraculum fiat incontinenti, adducit idem Archid. in d. c. nec mirum, illud quod habetur Reg. 3. lib. 17. c. & Exod. 10. & 14. & 4. Reg. 4. & 5. c. & Mar. 9. Horum ſolutionem colligi ex glo. poſita. ſup. præal. c. Marci. quæ dicit, quem vno verbo ſtatim curare poterat, paulatim curat, vt magnitudinem humanæ cęcitatis oſtendat, quæ vix & quaſi per gradus ad lucem redeat, & gratiam ſuam nobis indicat, per quam ſingula perfectionis ĩcrementa adimat, & ita remanſit Archi. in c. nec mirum. Vel aliter & fortè nõ malè dicį poteſt, q̃ ideo Chriſti miracula ſtatim operabuntur effectum, nam ea imperando perſonaliter faciebat vo lens ſe oſtendere filium Dei: vnde ſi in tempore & non inconti nenti ſortita fuiſſet effectum, potuiſſent gẽtes quæ dubitabant, immo nõ credebant q̃ eſſet filius Dei, multomagis non credere, & dicere q̃ illud accidiſſet non virtute ac eius mandato, ſed potius nutu & volũtate Dei, uel alio reſpectu, vt puta quia eſſet propheta, vel vir ſanctus, precibus cuius ipſe Deus motus eſſet. vt ergo fides Chriſtiana haberet initium ab ipſo tanquam Dei filio, & multiplicaret, non autem deficeret, voluit de ſe fortiora ſigna facere, q̃ poſſet, & per conſequens ſubita & inſtantanea. Cognoſcebat. n. mentem hoĩm, & per conſequens quid erat neceſſarium, facit c. nouit, de iudi. cum ſi. hodie verò ſiue in ꝓpria perſona, ſiue alicuius Sancti ipſe faciat miracula, non eſt neceſſarium q̃ ſtatim ſortiantur effectum. Nam ceſſat ratio, quæ erat tempore Chriſti, cum fides Chriſtiana nunc non incipiat, nec Chriſtus ſit corporaliter in mundo, ſicut tũc erat. ceſſante ergo hodie illa ratione, non erunt neceſſaria miracula ſubita, facit c. cum ceſſante, de appella. l. adigere. §. quamuis, de iurepa. & hæc procedunt in miraculis, quæ fiunt contra naturam. Sed vt illud quod fieri poteſt naturaliter, dicatur miraculum, ſit neceſſe q̃ incontinenti fiat, latè ſup. dixi poſt prin. tertii dubij. An autem
52 † ſit contra rationem miraculi, ſi in liberatione alicuius dolor interueniat? Et videbatur dicendum q̃ ſic. Nam cum miracula

fiant

Source : BIU Cujas

fiant a Deo, vt sup. dictum est, credendum est vt ea faciat magis liberè ac maiori digna admiratione ac perfectione q̃ fieri possit. omnia. n. eius opera perfectissima sunt tanquam a perfectissimo opifice emanantia, iuxta illud. Opus denotat artificem, facit. l. inter artifices. ff. de solu. Tamen Arch. in d. c. nec mirũ, circa fi. tenet contrarium, & allegat primo illud Mar. 9. c. ibi, & exclamans, & multum discerpens eum exijt ab eo. & factus est sicut mortuus, ita vt multi crederent, quia mortuus est. Secundò adducit illud, quod scriptum est in vita beati Fran. vbi inter cætera dicit, signo itaque crucis super eum facto, statim qui ꝯactus iacuerat, surrexit sanus in Dei laudibus prorumpens, ego (inqt) sum liberatus. Insonuerũt autem ossa rerum eius audientibus multis, veluti cum manu ligna sicca franguntur. Communis tñ natura miraculi est, vt fiat sine dolore illius ī quo fit, vt vidimus in q̃plurimis Christi miraculis, de quibus dictum est in prẽcedẽti quæsito ab his ergo quæ sẽpe accidunt, & non quæ rarò, arguẽdum est. l. ad ea. ff. de legi. c. literas, & ibi glo. de despon. impube.

53 l. si maio. & ibi Bar. C. de legi. hære. † Sed queri potest, quomodo probabitur miraculum, & est aduertendum, secundum eũdem Archi. in d. c. nec mirum, ꝙ miraculum est factum sup. facultates vel vires naturæ, vel quò ad factum, vel quo ad modum: quò ad factum, vt ꝙ ad preces Grego. Nazianzeni legitur quendam montem retractatum, & dedisse locum basilicę fabricandæ, & ad preces Bea. Benedicti cuiusdam parietis lapis trãslatus est de orto, & hæc secundum eum habetur in historia scolastica super euan. c. in sequenti quoque dat &c. & ꝙ cęcus factus est videns, & mortuus resuscitatus, vt legitur Pet resuscitasse Actuum 9. ante fi. & in c teneamus. j. q. j. & 3. q. 8. c. Petrus. & etiam Christũ, vt Lucæ 7. & 8. in fi. & de pœni. dist. j. in §. ex his itaque, alias. §. denique, versi. in Euangelio, cum si. hoc. n. est sup. facultates & vires naturæ, quia vi naturæ non est regressus de priuatione in ha

54 bitum. † Quo verò ad modum facti est miraculum, vt si quis est febricitans via naturæ per certas alterationes, hic potest fieri sanus. c. fi. in fi de pœni. dist. 7. 23. q. 4. c. ipsa pietas, in prin. c. quid faciet, & c. nimium, in prin. ea. dist. Sed si fiat in instanti ad inuocationem Dei, seu per Deum meritis alicuius Sancti inuocati, erit hoc super vires naturæ, quo ad modum naturæ quæ operaẽ succẽssiuè per alterationes diuersas. vnde quomodocunq; sit miraculum, siue quo ad factum, siue quò ad modũ facti, dicit Archi.

55 illud directa probatione probari non posse. Nam directa † probatio est per rerum principia, & ita dicit se intelligere illud, negantis factum per rerum naturam, hoc est per rerum principia, nulla est probatio, vt C. de prob. l. actor. 6. q. 5. c. actor. in c. bonæ memoriæ Magunti. ver. quamuis, de ele. sed non ens non habet

56 principia: quia † secundum Philo. in 1. Meth. non entis nõ sunt species nec differentiæ, & ideo Phil. in 1. Phisi. dixit, ꝙ ex nihilo nihil fit, ergo non sunt principia, quia superiora ad species & ad differentias essent actualiter in ipsis, secundũ Porphi. licet Bal. in c. nonnulli, de rescri. declaret illud per rerum naturam, ideſt per naturalem sensum humanum. Cum ergo miraculum ex subiecto, in quo fit, principia non habeat, concluditur ꝙ directè probari non potest, & ideo dicit Archi. ꝙ indirectè potest probari. Nam cum miraculum excedat vires naturæ, vel quò ad factum, vel quò ad modum facti, & hoc constat esse factum, sed non ex causa naturali, consecutiuè & indirectè cõstat illud miraculum causatum esse ex causa supernaturali, & per cõsequẽs directè non posse probari, secundum Archid. in loco præal. Ex cuius verbis est notandum, quæ dicatur directa vel indirecta ꝓ

57 batio. Vnde † Bal. in c. tertio loco, in 4. col. dicit ꝙ probatio directa est illa, quæ sine vllo medio attingit proprium finem, vt est probatio visus & aliorum sensuum percipiẽtium rem, ꝓut est. Nam ueritas non est aliud, nisi idem dici & esse. Sed † indirecta

58 probatio fit per rationem argumentandi. ff. de acqui. possi. l. j. §. veteres, & fit per antecedens & consequens. antecedens est illud, quod probatur: consequens id, quod est probatum, verbi gratia ꝙ in paruo vegitulo non sit nisi vnum corpus, puta Titius. Et arguam sic, in isto vegitulo est Titius, ergo nõ Seius: consequẽtia probatur per loci arctitudinem. ff. commo. l. si vt certo. §. si duobus. Item sedet hic Titius, ergo non Seius. ff. de acqui. poss. l.

59 3. §. ex contrario. Vnde † subdit Bal. ꝙ directa probatio non cadit in negatiua. Nam sola natura naturata potest probari, sed negatiua non est natura naturata, quia per rerum naturam nullos habet fines. & si dicatur, video hic Petrum nõ esse, sana locutio est, sed indirecta probatio, ac si dicerem, video locum vacuum, ergo Petrus non est hic. C. vnde vi. in l. fin. & ff. de dolo. l. cũ qs. Nam hoc percipitur per discursum intellectus, licet ita sit cõnexus visui, ꝙ videatur vnum & idem, vt no. Cyn. in l. 2. C. de erro. aduo. Et ibi idem tenet Iac. de But. Quare cõcludit Bal. in d. c. 3. loco, ꝙ illud quod dicitur in c. quoniam contra falsam, de ꝓba. ꝙ negatiua per rerum naturam est improbabilis, debet intelligi, ideſt per naturam naturatam, hoc est per sensum percipientem rem prout est, & sic directè non potest probari, & ita intelligatur quod idem dixit in d. c. nonnulli. Alibi exponitur per rerum naturam, ideſt per naturalem cursum naturæ, secundũ glo. in §. conditiones, in ver. naturam. Insti. de verb. obl. Alibi exponitur, ideſt per consuetudinem causarum, vt voluit glos. 3. in c. j.

60 7. q. j. Nunquid † verò ad hoc vt quis per Sancto canonizetur, sit necessarium frequentiam miraculorum probari & per eosdem testes, nec sufficiat probare per duos testes vnum miraculũ esse factum ad inuocationem ipsius Sancti tali die, & aliud factum esse eodem vel sequenti die & per alios testes per inuocationem eiusdem Sancti? & cõcludit Arch in d. c. nec mirum, per Vinc. in d. c. venerabili, de censi. ꝙ requiritur in frequentia miraculorum probari per eosdem testes, nec sufficit probare vnum miraculum esse factum per duos testes, & aliud per alios duos &c. Nam tales diuersa probant, nec concordant in idem, nec in eundem actum, vt Insti. de duo. reis, in §. j. & in c. ex quadam, de testi. & ad supradicta facit illud Eccle. 44. Laudemus viros gloriosos & parentes nostros in generatione sua: multam gloriam fecit Deus, magnificentia sua a seculo, dominantes in potentibus suis homines magna virtute & prudentia sua prædi ti, &c. Vnde dicit Ioan. And. in ca. primo, de reliq. & ve. san. ꝙ per illud quod dicit, laudemus viros glorioſos, ostendit quòd erant canonizati, alias non mandaret ecclesia, quòd laudarẽtur, & per id quod dicit, parentes nostros, &c. ostendit ꝙ nullus est canonizandus, nisi fidem habeat. Soli. n. parentes qui erãt Iudæi, & penes quos solos erat fides, canonizandi erant, & subiungit allegans Innoc.

61 quòd † fides præ cæteris virtutibus & miraculis operatur, iuxta illud Mat. 17. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, & dicetis

62 huic monti, transi hinc, & transibit: sola tamen fides † sine charitate mortua est, per illud Pauli. 1. ad Cor. 13. Si tantam fidem habeam, vt montes transferã, charitatẽ autẽ nõ habeã, nihil mihi prodest, de quo in c. solet, de conse. dist. iiij. Item dum dicit, multam gloriam fecit Deus, supple cum eis. Apparet ergo, secũdum Io. An. non sufficere quòd in vno, vel semel tãtum fuerit glorioſus, sed requiritur ꝙ in multis & multoties, immò ꝯtinuè eius vita fuerit glorioſa. Item dum subiungit, sua magnificẽtia, dic. j. magna potentia, secundum Inno. & per hoc ostenditur ꝙ excellentia vitæ & miracula talia debent esse, quæ excedant vires & potentias naturales, & ex his patet quòd † pueri baptiza-

63 ti & statim mortui non sunt canonizandi, quia cum eis non multam gloriam fecit Dominus sua magnificentia. Speciale tñ est in innocẽtibus, qui causa Christi mortui sunt secundum D. Ant. in d. c. j. & per consequens etiam speciale esset in beato Simone Tridentino si canonizetur, adhuc erat puerulus cũ a ꝑfidis Iudæis in opprobrium Christi ac christianæ religionis crudeliter interfectus est: in quo mirabilia, vt a fide dignissimis intellexi, Christus ipse in dies ostendit, & potissimè quòd incisis eius capillis, qui adhuc miraculose supersunt, per spaciũ vnius diei a longitudine crescunt, qua erant antequam inciderentur; necnon eius carnes oleum emittunt clarissimum, qđ ipse vidi. Vnum subiungit Io. An. in d. c. venerabili, in ver. sigillatim, ꝙ

64 † non debent duo vel plures testes simul examinari, sed qlibet de ꝑ se, alias non valeret testimoniũ, & dẽt fieri examinatio de singulis circũstantijs, de qbus in c. cãm, de testi. & ita intelligaẽ, quod dixit Bar. in trac. de teste. in §. qualitas sine substantia, vbi dicit, ꝙ cum agitur de aliquo canonizando & probanda ipsius sanctitate, eius vita & miracula sunt probanda, &c. secundum quòd refert & sequitur Mar. de Lau. in d. suo tra. pro canoniza

65 tione sancti Ber. est tamen aduertendum, quòd licet testis † nõ debeat in deponendo reddere causam dicti sui nisi interrogatus, quia non debet esse verbosus, secundum glo. no. in l. solam. C. de testi. sicut etiam non debet citò respondere, alias videtur mendax, vt dicit gl. elegans in §. fi. v. q. v. Attamen Fran. Are. in c. venerabili, circa fi. de testi. refert Bal. in d. l. solam, in pe. col. in ver. modo hic queritur, tenere ꝙ testis deponens super miraculo, debet reddere causam etiam non interrogatus, per d. c. venerabili. Sed dicit Fran. quòd ille tex. potius probat contrarium, cum requirat eandem diligentiam quæ solet, & debet adhiberi in alijs examinationibus testium, vnde non videtur velle inducere aliquid speciale in hac causa. Dicit tamen, se credere dictũ Bal. esse verum in se propter magnitudinem præiudicij, sicut

66 † dicimus, quando testis deponit in causa hæresis, quia semper debet reddere causam etiam non interrogatus, vt not. Archi. & Io. An. in c. in fidei, de hære. in vj. Item quia, sicut declarat glo. in sæpe allegato c. vnico, de reliq. & vene. San. eo. li. miraculum, per qđ debet Sanctus canonizari, requirit plures qualitates, quę non cadunt de facili in sensum ad discursum rationis hominũ.

67 In veritate † iudicio meo, Bal. in d. l. solam, non dicit illlud, ad qđ cum allegat Are. sed potius contrarium. Dicit enim Bald. numquid in transcendentibus, naturam, vt in miraculis, credaẽ testibus sine redditione causæ? Dic quòd non, vt extra de testi. c. venerabili, ergo debet intelligi sine redditione causæ præcedente. s. interrogatione, per d. c. venerabili, in fi. ea diligẽtia, quę solet & debet in receptionibus testium adhiberi. ridiculum nãque esset dicere quòd tantus Doctor illum tex. in se clarum nõ intellexisset. debet ergo intelligi dictum Bal. secũdum tex. quẽ allegat, per id quod dicit Bar. in l. non solum, in §. liberationis verba. ff. de libe. lega. & Io. An. in c. cum nuntius, de testi. Quare videtur dicendum, ꝙ vbi testis deponit super miraculo, non

debeat

Source : BIU Cujas

debeat reddere cauſam,niſi fuerit interrogatus,per d.c. venera-
68 bili.Non ob.† quod dicit Are.de teſte deponente in cauſa hæ-
reſis,quia tunc agitur de grauiori præiudicio propter periculũ
fidei Chriſtianæ,propter quod ſpecialis inducta fuit diſpoſitio,
de qua in d.c in fidei, quæ grauitas præiudicii ceſſat in caſu no-
ſtro.Nam ponamus ꝙ aliquis ad dicta falſorum teſtium eſſet ca
nonizatus,& ſic veneraretur pro Sancto cum non eſſet,iuxta il
lud Augu.ſolitum ſępe allegari,multorum corpora venerantur
in terris,quorum animæ cruciantur in inferno,propter hoc nõ
præiudicaretur eum venerantibus, cum credentes illum Sãctũ
eſſent excuſati ꝓpter canonizationem, quia credulitas hæc eſt 74
69 probabilis.Quis† enim non peccat, qui legis auctoritate facit,
per l. Gracchus. C. de adul. & in regula, nemo damnum. ff.de
reg.iur.Sed illi venerantur auctoritate canonizationis factæ a
Papa, & ſic a lege viua,vt in auct.de conſu.in §.fi.& ibi in gl.ver
bo,legem animatam,collat.4. ergo in aliquam pœnam cadere
non debet,& per conſequens non eſt bonum arguere de teſti-
bus deponentibus in cauſa hæreſis ad teſtes deponentes ſuper 75
70 miraculo,quicquid dixerit Aret.Idem †dico de teſtibus depo-
nentibus de fama, vt etiam non interrogati debeant exprime-
re,penes quos ſit ipſa fama.ſecundum Io.And. in c. cum opor-
teat,& in c.qualiter.el 2.de accuſa.Idem videtur voluiſſe Barto.
in l.de minore.in §.tormeuta.de quæſt.vbi dicit, ꝙ omnis fama
debet habere originem ab honeſtis perſonis,& ſi teſtis nullam
perſonam exprimit, non poteſt iudici conſtare,an fama ab ho-
neſtis perſonis habuerit originem, de quo per Ioan. And.in ca. 76
licet,de accuſation. & Dom. An. in c.ſuper hoc,in 6.col.de re-
nunc.glo.in c.cum dilectis,in ver.apud bonos,de purga canon.
Vnum no.verbum dixit Bald.in c. 2.in 1.col.de conſuetu. ꝙ de
71 miraculis nullum propriè eſt teſtimonium.nam omne,†quod
teſtis dicit,ad ſenſum eſt referendum,maximè viſus & auditus,
qui ſecundũ eũ ſunt ſenſus principaliores, per illum tex.in verſ.
videntium & audientium.De viſu ſunt duæ glo.no.vna in cap.
veniſti.in ver.audiſti.de conſecra.diſtin.4.alia in c.teſtes.in ver.
viderint.in 9.& de quo non eſt ſenſus,non eſt teſtimonium,qa
teſtimonium non tranſcendit ſenſum. l.qui teſtamento.§.fina.
de teſtam.ſed teſtimonium in caſu noſtro, tanquam quid ſup-
naturale tranſcendit ſenſum hominis naturalem.ergo non eſt
propriè teſtimonium.Sed in hoc puto eſſe aduertendum, nam
teſtis deponens de miraculo.non deponit de eo,prout eſt mira
culum,ſed prout ex eo probatur miraculũ: verbi gratia, fratres
B.Franc.volentes facere canonizare fratrem Ioan.de Capiſtra
no,dicunt Deum ad eius preces ſuſcitaſſe mortuum.ad qđ pro-
bandum producunt teſtes, qui interrogati an illud ſit verum,
reſpondent ꝙ ſic.interrogati de cauſa ſcientiæ dicunt, quia vi-
dimus eum mortuum in eccleſia & ab omnibus mortuus repu
tabatur:tandem vidimus,ꝙ ad preces dicti fratris Ioan.genufle
xi Deo porrectas,talis mortuus reſurrexit, & vt prius loquebaꝫ
& ibat. Certè dicit teſtes interrogantur ſuper facto applicabili
ad eorum ſenſum,ſcilicet viſus,licet ex ipſo facto reſultet mira
culum,quod tanquã ſupranaturale excedit dictum ſenſum na-
turalem, & per conſequens non eſt ad eum applicabile. Sicut
72 †in ſimili dicitur,ꝙ agens agit in patiente bene diſpoſito,ſecũ-
dum Phil.in 2.de anima.probatur in l.2.ff.de ſtat. homi. & in c.
venerabilem.vbi colligitur, de elect.voluit Bal.allegans Philo.
vbi ſupra in c.fin.de vita & hon.cle.& ſic videtur,ꝙ de miracu-
lis propriè fit teſtimonium.ſuper quo tamen propter Bald. au-
ctoritatem cogitandum eſſe relinquo.

Sed dato ꝙ (vt dictum eſt) miracula probanda ſint,an ſuffi-
73 ciat†probare miracula in vita facta.Hoſt.in ſum.de relig.& ven.
ſan.dicit ꝙ debet quæri de miraculis & in vita & poſt mortem
factis.Idem tenet Ioan.An.in glo.in ver.ſedis.circa fin.in d.cap.
vnico.de reli.& ven.ſan.lib.6.& ſic videtur, ꝙ non ſufficeret ꝓ-
bare miracula fuiſſe facta ſolum in vita. nam poteſt ſtare quòd
Deus faciat miracula in perſona alicuius in vita propter eius
bonitatem & fidem,vel ex dono quodam ſpeciali, vt ſupra di-
ctum fuit,& poſtea in morte ob defectum fortè fidei ſuperue-
nientem ex diabolica ſuggeſtione damnetur,licet in dubio nõ
ſit præſumptio propter bonitatem vitæ ante actæ, a contrario
ſenſu illius dicti no. Auguſtini, in ſermone de innocẽtibus.hac
animaduerſione plectitur peccator,qui cum in vita oblitus eſt
Dei,in morte obliuiſcatur & ſui. Tñ quo ad canonizationẽ vi-
detur eſſe neceſſarium,ꝙ probẽtur miracula poſt mortẽ facta.

Et quo ad miracula facta poſt mortem,non tacebo vnũ, qđ
de beato Hieronym.dixit Ioann.And.in nouella,in d.c.vnico.
quem ibi etiam referunt Pet.de Anchar.& Dom.de San.Gem.
Dicit enim Ioan.And.ſe remittere ad quendam libellum,voca
tum Hieronymiana,quem edidit in laudem & memoriam bea
ti Hieronymi,ꝙ ipſe fuit presbyter Cardinalis,& ſe reperiſſe q̃-
dam legendam dicentem,ꝙ habuit titulum ſanctæ Anaſtaſiæ,
& ꝙ iſte glorioſus Doctor vſque ad eius tempora fuerat ꝓ Ita-
licos parum honoratus,quia apud eos vna tantum ſciebatur ec
cleſia,& illa miraculoſè ſuo tempore & ſic poſt mortem beati
Hieron.fuit cõſtructa.poſtea dicit,duas alias eccleſias fuiſſe ſibi
intimatas,& hanc negligentiam dicit ſe emẽdaſſe pro poſſe, vt
latius videri poterit in dicta Hieronyminiana. & ex his colligit
poſt mortem Hieronymi in verecundiam & opprobrium Ita-
lorum Deum tam grande miraculum fuiſſe operatum, vt ſine
hominis opificio repertum fuerit eccleſiam in Italia btõ Hie-
rony.dedicatam,cõſtructam fuiſſe. quod fuit ſignum verax ma
gnæ ipſius ſanctitatis. Et licet, vt dictum eſt,fuerit Cardinalis,
ignobilem tamen & ruſticanam traxiſſe videtur originem, ut
de ſe loquens ipſe teſtatur in c. gloria epiſcopi.1 2.q.2.Inquit.n.
natus in paupere domo & in tugurio ruſticano, qui vix millio
& cibario pane rugientem ventrem ſaturare poteram,nunc ſi-
milam & mel faſtidio.& dum dicit millio, facit pro eo,† quod
dicit gl.no.in l.ſeruis vrbanis.ff.de leg.3.volens ꝙ ruſtici pro ci-
bo vti non debent pullis,ſed cępe & caſeo.nec libellis, ideſt pa-
nibus albis,ſed groſſis Idem tenuit glo.in l.iudices. C. de epiſc.
audien. Viles enim & groſſi cibi vilibus,delicati verò nobilibus
perſonis ſunt dandi.tex.eſt no. in c. non cogantur. 41.diſtinct.
Vnde dicit glo.in c.non ſatis.in verſi.quanto.86.diſtinct.ꝙ pau
peribus†non ſunt facienda ſumptuoſa conuiuia,adeo ꝙ ſi fiãt,
ſit peccatum ſaltem veniale,vt in §.criminis.circa fin.25.diſtin.
In his attendi debet ſtatus & conditio perſonæ, per id quod in
ſimili voluit glo.no.& eſt glo.2.in c.cum adeo. de reſcrip. ſimi-
lis eſt glo.in c.conquerente.de cle.non reſi.faciat alia in c. vni-
co.in verſi.abſque penuria.de ſta.regu. lib.6.& dum dicit Hier.
cibario pane.glo.& Archi.ibi exponunt cibario, id eſt familię.
cibus enim a cibaris verbo Græco,quod idem eſt,ꝙ ancilla,de-
ſcendit,ſecundum Archid. Sed contra† hanc expoſitionem vr̃
facere.l.illa,ſeruis vrbanis.in ver. quod maximè ex libellis fami
liæ.iuncta glo.quæ dicit libellis, id eſt panibus albis.. & ſic panis
familiæ non eſt panis groſſus,vt ſentit glo.illa.& Archid. Nam,
vt dicit glo.in d.l.iudices.libellus eſt diminutiuum libi:deſcen-
dit namque ab hoc verbo libum libi, vel liba libæ, quod idẽ eſt
ꝙ panis albus ſubcineritius. & allegat illam auctoritatem,puer
fugitiuus noluit libum a ſacerdote accipere.Niſi forte defendẽ-
do Archid.diceremus,ꝙ ideo libellus & ſic panis familiæ, po-
teſt dici groſſius,nõ quia ex farina groſſa, & nigra,ſed quia groſ-
ſo modo coctus,ſcilicet ſub cinere,vt faciunt viles & plebei, ꝙ
ſubcineritium ſæpe comedunt panem, quem vulgares creſcen
tem appellant. & fortè olim huiuſmodi pane fruebatur fami-
lia,domini vero fruebãtur delicatiori modo cocto,puta in fur-
no vel lapideo vel æreo,vt fit etiam hodie.Item dum dicit Hie
rony.nunc ſimilam & mel faſtidio, exponit Archi.ideſt panem
albiſſimum,qui fit ex flore farinæ.& dum dicit nunc, exponit,
ideſt ex quo ſum factus prælatus. & ſic ex verbis Archid. etiam
probatur,ꝙ Hiero.fuit Cardinalis,vt prædixi. & licet ſe ignobi-
lem Hiero.atteſtetur,tamen in eius vita eum fuiſſe nobilem his
verbis legitur. Beatus igitur Hieronymus genere nobili ortus,
patre verò Euſebio nomine, oppido Stridonis quod a Gothis
euerſum Dalmatiæ quondam Pannoniæq; confinium fuit,&c.
In cuius quidem vita dicitur,etiam eum fuiſſe Cardinalem.Po-
tuit tamen Hieron.ſe appellare ignobilem ex quadam humili-
tate,argumento eius,quod dixit gl.2.in c.quam graui. de cri. fal.
quod Gregor.aliquando loquebatur vni in plurali,& aliquãdo
de ſeipſo loquebatur ſingulariter ex magna humilitate. Et hæc
ſufficiant pro hoc tertio dubio.

S V M M A R I V M.

1 *Canonizatio Sancti, quam formam exigat.& nu.11.15.& nu.18.& nam.*
21.& 23.& 27.& 29 & 33.
2 *Cautius agenda ſunt ea, circa quæ grauius periculum uertitur.*
3 *Credere cuiquam temere non debemus.*
4 *Viri notabilis dictum,iuſtam credulitatem inducit.*
5 *Inquiſitio de aliquo fieri non debet, niſi fama de eo qui inquiritur,præcedẽte.*
6 *Inſtantia plurimum operatur,maximè in oratione.*
7 *Inſtantia in petendis apoſtolis multum operatur.*
8 *Apoſtoli Iuriſconſultis quid ſignificent,& quare ſic dicantur.*
9 *Diſcipuli Chriſti, quare Apoſtoli vocati.*
10 *Inſtantia in impetratione gratiarum improbata.*
12 *Vicinus vicini facta ſcire præſumitur.*
13 *Diſcretioni & honeſtati perſonarum ius nullum defert.*
14 *Paupertas inducit præſumptionem facilis corruptionis etiam in perſonis a-*
liàs diſcretis & honeſtis.
16 *Neceſſarium vbi aliquid eſt,neceſſaria ſunt & ea, ſine quibus ad illud non*
peruenitur.
17 *Legatus conſtitutus ad fœdus ineundum, poteſt pœnam apponere, vt pax*
ſeruetur.
19 *Sigillum reddit ſcripturam auctenticam & indubitatam.*
20 *Sigillum generale domini non excuſat cuſtodes Rocharum.*
22 *Iudex præſumitur eſſe diſcreta & auctentica perſona.*
24 *Secretum id etiam nonnunquam dicitur, quod eſt pluribus notum.& nu.26.*
25 *Argumentum ab ethimologia vocabuli, eſt validum.*
28 *Papa conſilium epiſcoporum requirere tenetur, cum de fide agitur.*
30 *Teſtium publicatio eſt de ordine iudiciario.*
31 *Carius nihil emitur, quàm quod precibus impetratur.*

Source : BIU Cujas

32 *Oratio ad Deum est facienda flexis genibus.*
34 *Militaria priuilegia conceduntur ijs duntaxat, qui in matricula sunt descripti.*
35 *Monialis præsumitur, quæ inter moniales reperitur.*
36 *Statutum esse præsumitur, quod inter statuta reperitur.*
37 *Sancti canonizati vtra dies celebranda, natiuitatis ne an mortis?*
38 *Forma dat esse rei.*
39 *Formæ omissio, an semper actum vitiet.*
40 *Formam in canonizatione Sancti solitam adhiberi, seruare non tenetur Papa. & nu. 43.*
41 *Papa ius positiuum canonicum tollere potest.*
42 *Principia generandi, sunt principia corrumpendi.*
44 *Papæ mandato non esse obediendum, vbi propter illud oriretur scandalum.*
45 *Papa accusari potest, cum eius exemplo ecclesia scandalizatur.*
46 *Canonizatus ex inquisitione, quis primus fuerit.*

REstat quartum & vltimum dubium examinandum, videlicet quæ forma in canonizatione sit seruanda &
1 sequutus † Io. And. D. Ant. & communiter scribentes in illo. c. j. de reli. & ve. sanc. in antiquis reperio 12. esse ad hoc requisita, seruato ordine. inf. scripto. Debet. n. expectari, q̃ aliquæ personæ honestæ & auctenticæ denuncient factũ Romano Pontifici, & supplicent pro canonizatione facienda, & hoc non semel, sed pluries & instanter, sicut notat. de cessione & petitione pallij, vt in c. quidam cedendi. de renun. in c. cũ post petitam. de elec. Non enim consueuit statim moueri ad committendam talem inquisitionem Romanus Põtifex, sed potius expectare quãdiu pulsetur, & famam accedere, & vtrum miracula crescant & continuentur antequam inquisitionem committat, & bene: nam vt in præcedenti dubio dictum est, miracula aliquando fiunt per malos, vnde est cauendum ne populus de-
2 cipiatur, vt in c. fi. in fi. de reli. & vene. San. Et quia † circa maiora maius periculum vertitur, cautius est agendum. 42. dist. quiescamus. 61. dist. c. miramur. j. q. j. §. ecce cum honoris, & in c. vbi periculum. de elec. lib. 6. Dicunt tamẽ aliqui, q̃ si fit elusio, vix possunt continuari miracula vltra 40. dies. Pro primo requisito in eo, quod dicit, non consueuit Pontifex statim moueri, facit rõ,
3 quia † nemini de facili est credendum. l. sicut. & ibi Bald. C. de fi. instru. & gl. in c. cupientes. post prin. de elec. in 6. & ideo gl. in l. j. §. j. ff. de eo per quem fa. erit. dicit imputandum illi, qui est nimiũ credulus, iuxta illud. Qui cito credit, leuis est corde. Vnde Ouid. in lib. Epistolarum, epist. 16. loquẽs de puellis, quæ faciles sunt ad credendum, sic inquit; Credulitas damno semper solet esse puellis. Quare præclarus orator Io. Boccacius Florẽtinus de casibus virorum illustrium, lib. j dixit, Repẽtina credulitas mater est erroris & nouerca ꝓsilij. Immò plus dicit gl. no. in ca. si quis præpostera. 50. dist. q̃ non est statim credendum etiam bono viro. & ideo dicitur in hoc requisito, q̃ etiam si essent personæ honestæ & auctenticæ, debent non semel, sed pluries & instan-
15 ter denuntiare. Dicit tamen Bal. in l. indicia. C. de rei ven. q̃ dictum † notabilts viri inducit iustam credulitatem. Idem tenet
4 in c. cum contingat, in 2. colũ de rescrip. & ibi in vlti. col. refert Colle. dicere q̃ appellatus deberet credere discreto & notabili viro dicenti eins aduersarium appellasse. allegat, c. tanta. 86. dist. & Spec. in ri. de citatione. §. sequitur videre. & gl. in verbo, plena. in cle. causam. de elec. facit pro hoc, quod dicit glo. pe. circa fi. in l. Titio fundus. ff. de condi. & demon. Tamen Bal. in d. c. cũ contingat. in 2. col. dicit quòd licet boni & discreti viri dictum inducat iustam credulitatem, non tamen quis tenetur ei credere, per tex. no. secundum eum, in l. 2. ff. quod fal. tuto. auto. Item pro eo quod dicitur q̃ Romanus Põtifex debet expectare prius famam accedere antequàm inquisitionem committat. facit ca. qualiter & quando el 2. de accu. in ver. ne semel tantum, sed sæpe quod clamor innuit, & diffamatio manifestat. & ibidem quasi denuntiante fama, vel deferente clamore, &c. vbi probatur,
5 † quòd non debet fieri inquisitio, nisi fama de eo qui inquiritur præcedente. & ideo ibi no. dicit D. Abb. q̃ ī inquisitione iudex non tenet locum partis, sed infamia est loco accusatoris seu denuntiatoris, & sic iudex non est accusator, quia non fungitur duplici officio incompassibili. nam alius debet esse accusator, alius iudex. 4. q. 4. c. j. & 2. & in c. forus. de ver. signi. & hæc fama debet procedere a viris prouidis & honestis, vt in d. c. qualiter. Idem, dum dicitur q̃ pluries & instanter debent denũtiare, hoc ideo
6 est quia instantia † in pluribus multum operatur, & maximè in oratione, vt in c. in opportuna. de pẽni. distin. j. facit tex. in c. vbi periculum in §. fi. in ver. & apud eum deuotis orationibus insi-
7 statur. & ibi per Archi. de elec. lib. 6. Item † instantia operatur in causa appellationis quo ad petendos apostolos, de quibus in l. vnica. vbi Barto. ff. de libel. dimisso. & in l. eos. in §. apostolos. & ibi Bar. C. de appellat. & in c. j. & in c. ab eo. cum ibi no. de appellat. lib. 6. & in clemen. 2. eod. titu, & isti † apostoli sunt litteræ
8 dandę ab eo, a quo appellatum est ad eum, qui de appellatione cognituru est d. l. vnic. in prin. & ideo tales litteræ dicunt apli: quia sicut apli Græcè, latinè dicuntur missi, ſm Albe. de Ros. in dictionario suo, in verbo apostoli, allegantem quendam Maximianum in sermone apostolorum Petri & Pauli. Ita ipse lr̃ę dicuntur dimissorię, d. l. vnica. & voluit Car. in d. cle. ij. in. ij. q. &
9 & hæc † fuit rõ, quare discipuli a Christo electi fuerunt appellati. Apostoli, quia ab eo missi ad prædicandum per vniuersum orbem, vt habetur Mar. vlt. c. in §. ecce. 3 6. dist. & per Archidiac. in c. fundamenta. in verbo, Apostolos. de elec. in vj. & Specu. de sum. Trin. & fide catho. circa fin. Item ad baptizandum omnes gentes, vt habetur Io. 3. c. & in cap. pen. de baptismo. & hoc procedit non solum in 12. Apostolis, de quibus per glo. 1. & 2. in c. vnico. de reli. & ven. San. lib. 6. & per Abb. in cap. fi. vbi fit de eis mentio. de feri. sed etiam in 72. de quibus in c. in nouo. 21. dist.
10 & per glo. in c cum ecclesia. de ele. Item instantia † multum operatur in impetratione gratiarum, vt in cap. fi. de rescript. libr. 6. & in c. 2. de concess. præb. eo. lib. Hæc tamen instantia tanquàm ambitiosa importunitas reprobatur in illis casibus. Datur enim ambitiosa, & non ambitiosa importunitas, vt declarat glo. in d. c. fin. in verbo, importunitatem. ad quam me remitto. vbi etiam per Domi. & alios. & facit ad prędicta de instanti petitione, tex. no. iuncta glo. in verbo, Deus in c. non mediocriter. in princ. de conse. dist. 5. & tex. cum gl. eleganti, in c. prisca. 100. di. & in cap. cum in iuuentute. in verbo, importunitate. de purga. cano.

11 Secundum requisitum est, q̃ si continuentur † supplicationum instantiæ, & fama, & miraculorum continuatio perdurare dicatur, consueuit Romanus Pontifex hoc proponere inter fratres, & aliquibus episcopis patriæ illius qui dicitur Sanctus, vel conuiciniæ, vel alijs personis honestis, discretis, & incorruptibilibus committere, vt inquirant de fama, & deuotione populi, & de miraculis, & alijs, quæ sunt eidem nuntianda in genere, & non in specie, & quò ad famam, & non quò ad veritatem; & quod sibi scribant, quæ inuenerint: & an eis videatur, q̃ super veritate eorundem sit inquisitio committenda.

Quo ad secundum requisitum in eo, quod dicit, consueuit Romanus Pontifex hoc proponere inter fratres, facit ratio, de qua statim dicam in tertio requisito. Item pro eo, quod dicit, quòd debet non committere episcopis illius patriæ, vel conui-
12 ciniæ facit, quia † vicinus pſumitur scire facta vicini & eius cõditionem, secundùm Bar. in l. j. in 5. col. versic. quęro, quid in teste. ff. si cert. pet. facit l. si vicinis, & ibi Cyn. & Barto. C. de nup. & per Spec. in ti. de competen. iudi. adi. §. 1. ver. sed nunquid. glo. in l. ij. C. quãdo fiscus, vel priuatus per Bart. in l. mutus. in fine principij. ff. de acquiren. hęred. Item pro eo, quod dicit, vel alijs per-
13 sonis honestis, discretis & incorruptibilib. facit, quia † ius multum defert honestati & discretioni, vt in ca. pastoralis §. præterea. in fin. ibi, coram publicis & honestis personis, de offic. ordi. & in c. nisi essent viri prouidi & honesti. de præben. & sic noto,
14 quòd tales † personæ præsumuntur incorruptibiles, dummodò non essent egenæ. Nam hæc qualitas, licet essent honestæ, inducit præsumptã corruptibilitatem. text. est no. in l. iij. in prin. ff. de
15 testi. Tertium requisitum † est, si tales rescribunt talia, per quæ videatur, quòd inquisitio veritatis committi debeat, requirit iterum summus Pontifex fratrum consilia, & diffinit vtrum sit inquisitio committenda, vel non. Pro eo, quod dicit quòd iterum summus Pontifex inquirit consilia fratrũ, facit ratio: nam
16 † si eorum consilium requiritur in canonizatione, vt supra dixi in secundo dubio, in fin. vbi me remitto, ergo in omni eo, sine quo non peruenitur ad ipsam canonizationem, interuenire debet eorundem consilium, argumento c. prærerea. de offi. deleg. l. ij. ff. de iurisd. om. iu. & l. oratio. de spon. cum simil. & ideo dixit Bal. in l. j. C. si rector prouin. quòd si permissum est prioribus, quòd possint statuere super reddẽda iustitia in ciuitate, poterunt eligere potestatem, qui illam reddat, & poterunt reddere pœnas. Item dicunt Doct. & maximè Abb. in capit. ij. post glo. ibi secundam, de preca. quòd ambasiator † constitutus ad
17 pacem ineundam, potest apponere pęnam, vt pax seruetur. Vnde dixit Ang. in prę al. l. ij. q̃ procurator constitutus ad venden dum, promittere potest de euictione. Facit quod voluit Bal. in l. ij. col. C. quomodo & quando iudex. qui idem tenuit qđ in d. l. j. C. si rect. prouin. & similiter Bar. in l. ambitiosa. in viij. col. in ver. tertia regula. ff de decre. ab or. fac. cum simi.

18 Quartũ † est requisitum, q̃ si inquisitio ei committẽda videtur, iterum rescribit eisdem, vel alijs quòd iterum veritatem requirãt. Primò de fama. Secũdò de vita. Tertiò de miraculis exactè, diligẽter, fideliter, & prudenter, secundum articulos, & interrogatoria, quæ sub bulla trãsmittit, de quo not. in d. c. venerabili. de testi. & quod inuenerunt, remittant suis sigillis inclusum. Circa illud, quod dicit de fama, vita & miraculis, &c. facit quod supra dixi in primo requisito, quia miracula aliquando fiunt per malos. Item pro eo, quod dicit sub sigillis, &c. facit, nã
19 sigillum † reddit scripturam auctenticam. text. & glo. in c. peruenit. de fide iust. Item facit eam indubitatam, secundum Bald. in l. in bonæfidei. C. de iureiuran. Item per sigillum probatur cõtractus partium, vbi non est notarius, secundum Bald. in tit. de pace Constan. in j. col. Item probatur delegatio, secundum Ange. in l. consentaneum. C. quomodo, & quando iud. quod dicit esse notandum pro nuntio, quòd sibi credatur, si portat sigillum.

Quam-

Source : BIU Cujas

Quamuis quò ad illud, quod dicit de delegatione Bald.in d.
20 titu.de pace Conſtan.teneat contrarium.† Sigillum verò domi ni generale non excuſat cuſtodes roccharum, vt not.declarat Bald.in c.ſignificauit.de appel.dicens,quòd illi, qui habent rocchas in cuſtodia,debent recipere ſigna eis deputata: & ſi crederent literis generalibus domini non excuſarentur,immo punirentur de ſigillo,cuius materia non eſt principalis materia noſtra,remitto me ad glo.in cap.curæ.11.q.3.& in c. poſt ceſſionē. & ibi Doct.de proba.Specu.& Ioan.And.in addi.in tit.de inſtr. edi.in §.breuiter.gl.& Imo.in l.2.§.ſi dubitetur.ff. quemad. teſt. aperian.& in l.ita ſtipulatus.§.Chriſogonus. ff.de verbo.obliga. & latè per Bald.in c.2.de fide inſtru.cum ſi.

21 Quintum requiſitum eſt,† ꝙ remiſſa inquiſitione committatur examinatio in curia aliquibus capellanis,vel aliis perſonis auctenticis & diſcretis,quæ etiam formēt rubricas. Ad illud qđ dicit,vel aliis perſonis auctenticis & diſcretis, facit quod dixi de perſonis honeſtis & diſcretis.ſup.in 2.requiſito.Item facit,quod dicitur de examinatione teſtium, quæ fieri debet per iudicem,
22 † qui eſt auctenticus & diſcretus.l.nullum.& ibi Doc.C.de teſti. Bar.in l.curent.eo.tit.iuncta.l.continuus.§.cum ita. de verb. obl. & in l.vir bonus.ff.iud.ſolui.& in l.quod ſi Epheſi.ff.de eo, quod cer.lo.facit quod habetur in c.in præſentia.de renun.

23 Sextum requiſitum † eſt, ꝙ rubricæ ſic factæ examinentur exacta diligentia per dominum Papam & eius fratres, & reqrat Papa conſilia eorundem,an.ſ.videantur probata talia, propter quæ ſit canonizatio non immeritò faciēda. Pro eo, quod dicit, de cōſilio Cardinalium, facit quod dixi ſup. in tertio requiſito. Septimum requiſitum,ꝙ ſi videtur Papæ ꝙ ſit facienda,hoc ſe-
24 cretè diffinit inter fratres.ex quo infero, † ꝙ illud dicitur ſecretum,quod eſt quāpluribus notum,vt eſt cętu Cardinalium, qui hodie ſunt numero 25.& aliàs tempore meo fuerūt 35. Immo poſſent eſſe ducenti,& 36. ſicut fuerunt tempore Pontiani Papæ,vt habetur in chronica, ſecundum quod referunt Docto.in cle.ne Romani.de elec.& in c.vbi periculum.eo.ti.lib.6. Tamē, ſecundum Albe.de Roſa.in rub.de ſta.ho.eſſet decens, quòd eſ-
33 ſent 70.vt iudicarent omnes nationes & linguas, quæ totidem ſunt:licet de facto nō ſeruetur, quia numerus Cardinaliū eſt in arbitrio Papæ,vt refert & ſequitur Mar. de Lau. in tra. Cardinalium,in 2.concluſione.Sed contra hoc facit, nam † validum eſt
25 argumentum ab ethimologia vocabuli.l.2.in §.appellata. & ibi Salic.ff.ſi cer.pet.& in l.j.in prin.& ibi per Modernos. ff.de acq. poſ.& ideo dicit Abb. in proę. Decre. in 4. col. ꝙ ethimologia dat proprium intellectum verbis,per c.forus.de ver. ſigni. cum aliis ibi per eum adductis.facit quod dicit Arch.in ca.placuit, in prin.16.q.j.Sed ſecretum per ethimologiam dicitur,quaſi ſegregatè i.ſeparatè ab aliis actum:ergo quod fit coram pluribus,nō poteſt dici ſecretum Reſponderi poteſt faciendo argumentum
26 ꝙ reſpectiuè † dici poteſt aliquid eſſe ſecretum, puta reſpectu vulgi:nam ſecretum eſt,ꝙ vulgus ignorat.l.j.§.ſumma.ff.de his, qui deie.vel effu.voluit Bal.in ti.de pace Conſtan. in §. ſin autē. facit.l.ſi in graui.in §.aperire.in ver.palam,vel publicè, vel ſecreto.ff.ad Sil.Sicut in ſimili dicitur,ꝙ viginti milia, dicūtur pauci reſpectu aliorum,ſecundum glo.no.in c.diſciplina.45.diſt.facit glo.in c.vidua.34.diſtin.& glo in c.cum cauſam.in verbo,effrenatam.de teſti.& in c.latores.in verbo, multitudinem. in fin.de cleri.excom.mi. Diffinitio ergo de canonizando aliquē pro Sancto facta ſolum īter Papam & Cardinales,dicetur ſecreta reſpectu omnium aliorum eam ignorantium. Et ideo Domi. de San. Ge.in c.fi.§.j.de hęreti.in 6.dicit per illū text.ꝙ illud dicitur fieri ſecretè, quod fit coram pluribus in ſecreto. & allegat etiam §. econtra.iuncta glo.in verbo,ſecreta.de pœni. diſt.j. quæ dicit ꝙ illa quæ fiunt in præſentia quinque hominum, dicuntur ſecreta.nam debet intelligi.ſ.reſpectiuè per ſupradicta.

27 Octauum † requiſitum,ꝙ coadunantibus epiſcopis, qui ſunt præſentes in curia,narret publicè in conciſtorio ea,quæ ſunt,& probata ſecreta diffinitione iam facta ſuppreſſa & requirat conſilium prælatorum.Pro hoc & pro præcedenti requiſito facit, quod dicitur de electione.ſ.ꝙ de ſubſtantia ſiue forma electionis prælati eſt,vt primò fiat in ſecreto,demum publicetur, vt in c.quia propter.& ibi glo.in verbo,maior.& ſequitur do.Abb.& communiter Doct.de elect. Item dum dicit, ꝙ coadunatis epiſcopis,addo glo.not.in c.Anaſtaſius,quod eſt c.ſi.19.diſt. quæ di
28 cit,† ꝙ Papa tenetur requirere conſilium epiſcoporum, vbi de fide agitur.& tūc ſinodus eſt maior Papa, quod eſt no. dignum ad limitationem c.ſignificaſti.de elec.vbi probatur,ꝙ conciliū generale non eſt ſupra Papam.Nam fallit in concernentibus fidem,ſm do.Abb.ibi,in 7.no.allegantem gl.in d.c.Anaſtaſius.

29 Nonum requiſitum, † ꝙ aſſignatur certa dies, vt omnes conueniant ad certam eccleſiam, in qua accenduntur cerei multi, & ſternitur tapetis eccleſia,& paratur, & illuc conueniūt Papa, fratres,& totus clerus,& facit ſermonem ſummus Pontifex, p-ceſſum recitans & probata,inducens populum ad orandum, ꝙ Deus non permittat eos errare in hoc negotio. In eo, quod di-
30 cit de recitatione proceſſus,adduci poteſt,quod† dicitur de publicatione teſtium,quæ eſt de ordine iudiciario, vt in c.quoniã contra falſam.de proba.& in l.prolatam.C.de ſent. quæ publicatio ſimiliter fit recitando dicta ipſorum teſtium.facit gl.in l.publicati.C.de teſta.Item dum dicit,inducens populum ad orandum,facit illud quod cantat eccleſia in illa oratione,multiplicatis interceſſoribus largiaris,&c.preces enim ſunt loco pretij.Nil
31 enim † eſt carius quàm quod precibus impetratur, ſecundum glo.in c.quem pęnitet.in verbo,latore.de pœni.diſt.5.& fuit dictum Senecæ,originaliter.facit gl.no.in c.tuam.de ęta. & qualit. & in c.Moyſes.8.q.j.Item in eo quod dicitur, non permittit eos errare, not.ex iſtis verbis Ioan. And. quòd eccleſia particularis in canonizatione Sancti errare poteſt. de quo latius dixi ſup.in tertio dubio.ad quod me remitto.

Decimum requiſitum,ꝙ flexis genibus fiat deuotio,oratio,& cantetur,Veni ſancte Spiritus,vel alius hymnus ſiue antiphona conueniens.pro eo quod dicit,flexis genibus, fiat oratio, facit quod dicitur in c.vbi periculum.§.cæterum.aliàs in §.& nos.de elec.in 6.vbi dicitur ꝙ in electione Papæ inſtatur apud Deum deuotis orationibus, vt bona & animabus ſalutifera per ipſos
32 Cardinales fiat electio.& eſt † inſtandum orationi apud Deum flexis genibus,non autem recto corpore, per illud quod cantat eccleſia in celebratione orando, dum dicit, oremus. Flectamus genua,leuate,&c.Faciunt arguendo a ſpeciali tex.in §.non autē. in ver.ſcire debet.75.diſt.& c.quoniam autem.de conſecra.diſ.3. in quibus dicitur ꝙ flexis genibus non eſt orandum illis 50.diebus,qui ſunt a paſcha reſurrectionis vſque ad paſcha pētecoſtes, & de ratione in d.verſi.ſcire.ſi ergo eſt ſpeciale in illo caſu,in cō trarium erit ius commune in aliis.l.ius ſingulare. ff. de legib. l.j. in fi.ff.ad munici.cū ſi.Item dum dicit de hymno, Veni ſancte Spiritus, &c. facit id, quod ſimiliter quotidie cantat eccleſia in celebratione officii horæ matutinalis,Spiritus ſancti gratia illuminet ſenſus & corda noſtra,&c.& tex.in c. cum igitur vniuerſas.circa fin.ibi,inuocata ſpiritus ſancti gratia.de elec.& idem dicit Abb.in c.tranſmiſſam.in 4.col.de elec.ꝙ in electione epiſcopi fienda debet cantari miſſa Spiritus ſancti, &c.

33 Vndecimum requiſitum,† ꝙ ſurgat Papa ab oratione,& diffiniat illum,de quo agitur, ſanctum eſſe & ſanctorum cathalogo conſcribendum,& feſtum ſuum talī die colendum. pro eo quod dicit,aſcribendum cathalogo,&c.Facit glo.no.in l.eos.C. de offi.magi.milit.quæ dicit ꝙ qui non ſunt ſcripti in matricula ſunt tanquam priuati.Et ideo Ang.poſt glo.in Auth.de manda.
34 prin.in §.ſi quidem.dicit,ꝙ ſolum † militibus ſcriptis in matricula dāda ſunt priuilegia militaria.Vnde dicit Bal.in l.diximus. in fi.de excu.tuto.ꝙ mercator non deſcriptus in matricula,non gaudet priuilegio mercatorum,facit c.ſi Romanorum.19.diſt. vbi probatur,ꝙ qui non reperitur deſcriptus inter alios de vniuerſitate,non præſumitur eſſe de vniuerſitate.Et ideo glo. not. 19.diſt.in ſumma,dicit ꝙ ſi eſt dubium, an aliqua ſit decretalis, recurrendum eſt ad regiſtrum.c.vt veterum. 9. diſt. Præſumitur tamen eſſe decretalis, ſi reperitur inter alias decretales, inſtar
35 † illius quæ inuenitur inter moniales ſecundum d.gl.facit c.habeo librum.& c.Iſidorus.16.diſt.vbi dicit Hoſt ſeruādos eſſe canones,qui fuerunt poſiti inter alios canones. facit quod dicit Hoſt.in c.paſtoralis.de ſi.inſtru.tex.& Bar.in l.j.C. de exac.tribu. lib.10.& quod habetur in l.ſi.& ibi Bal.C.de reb.cred.& facit l.2. & ibi Bar.& Bal.C.de erro.aduoc.& l.cum de lege. ff. de proba.
36 Vnde non immeritò † dixit D.Anto.in c.j.de ſucceſ.ab inteſt. ꝙ ſtatutum repertum in numero ſtatutorum,præſumitur eſſe ſtatutum,ſecus ſi eſſet extrauagans.Hæc tamen limito,niſi eſſet notorium,vel eſſet facta mentio in iudicio, quia tūc dicitur notorium,& per conſequens non poteſt prætendi ignorantia.Ita ſingulariter dicit D.Anto.& Imo.in proę.decre.§.ſanè. & in d.c.paſtoralis.& Abb.in c.j.de re iudi.& ſentit Bald.in l.leges ſacratiſſimæ.C.de legi.in ver.ſecundò quæro,an liceat ignorare conſtitutiones.& voluit veridicus Doctor,Do.meus in legibus. Alex.de Imo.in l.cum prolatis.de re iudi.Item in eo, quod dicit, feſtum ſuum tali die celebrari,&c.dico † illum diem eſſe celebrādum,
37 quo mortui ſunt,non autem diem quo nati ſunt:quia die, quo moriuntur,naſcuntur ad gloriam.gl.eſt ſin.in l.cum quidam.ff. de annu.leg.ſecundum Ludo. ſingulari 34. Ego addo aliam in c.non licet.33.q.4.& aliam in §. fin. in verbo,natalibus.Inſti.de inge.De quo per D.Abb.in c.licet.in 2.no.de feriis. Fallit Beato Ioanne Bapt.& Beata Virgine, quorum natiuitates celebrātur, cum fuerint ſanctificati in ventre matris. Fuerunt.n.quatuor ſanctificati in ventre matris.ſ.Iob, Hieremias, Beata Virgo, & Ioan.Baptiſta,ſecundum Pet.de monte, epiſcopum Brixiēſem, in dictionario ſuo,ī verbo,ſanctitas.in §. quatuor. allegat c.niſi. ſuper gl.3.de renunc.

Duodecimum & vltimum requiſitum,ꝙ cantetur, Te Deū laudamus.& celebret Papa miſſam ſolēniter ī honorem eiuſdē Sancti.Pro eo,quod dicit,cantatur,Te Deum laudamus,&c.facit,quia eccleſia quotidie in officio in fine horæ matutinæ cantat illud canticum. Idem fit peracta epiſcopi electione,ſecundū Spec.in ti.de elec.in §.j.ver.cōſequenter.in fine enim cuiuſlibet operis laudandus eſt Deus,& gratiæ ſunt ei agendę,ſicut facit ec cleſia tam in fine celebrationis miſſę,quàm in fine horarum canoni-

Source : BIU Cujas

nonicarum,dum dicitur, Deo gratias. facit c. de hymnis.de ꝯse. dist.j.& ibi glo.vult,ꝙ clerici post assumptionem cibi debēt age re gratias Deo.facit c.fi.44.dist.& quod dicit glos.in §. ex eo.15. q.j.Dicit tamen Ioan.And.in d.c.j.de reli.& vene.San. quòd hic ordo hactenus non semper vsque ad vnguem est seruatus, maximè quando agebatur de martyrizatis pro fide: nam illi cōsue uerunt facilius & leuius expediri, & ita dicit tenere Hosti. & sic videtur per hæc verba Ioan.And. ꝙ Papa possit in canonizatio ne Sancti omittere prædictam formam. Sed an hoc sit verum,
38 videtur ante omnia dicendum ꝙ non:nam forma† dat esse rei, secundum Philo.in 7.& 8.Metha.& glo.in c.si motum. de ꝯsec. dist.j.quæ dicit ꝙ forma est esse rei.facit no.tex. apud Legistas in l.Iulianus.in §.quātum.ff.ad exhib.& in l.j.§. eum qui.ff.de ꝯsti. pecu & in c.in ciuitate.& ibi glo.in verbo, ex forma. de vsur. & hæc procedunt in forma substantiali per id, quod dicit Bald. in l.vniuersa.in prin.2.col.C.de preci.Impe.offer. vbi dicit ꝙ qñq;
39 † forma requiritur ad esse rei, quandoque ad confirmationem rei in esse productæ,quandoque ad effectum seu vtilitatem con sequendam.primo casu,si omittitur forma, non valet ipso iure. ratio, quia talis forma dicitur substantialis. allegat.ff.de verbo. oblig.l qui Romę.in §.Flauius.secundo & tertio casu valet ipso iure,qa talis forma dicitur accidentalis, cuius defectus ipso iure non vitiat.& allegat Ari.& Auerroem, dicentes ꝙ forma sub stantialis aduenit rei existenti in potentia, forma accidentalis aduenit rei existenti in actu.sed nō est dubium, ꝙ postquàm res est in actu, difficilius rescinditur quàm ī principio impediretur, ergo &c. Et in hac forma substantiali verificabitur, quod dixit Bald. in l.ordo,in 2.col.de exec.rei iud.c.j. ꝙ ad vnguem forma seruari debet.Item quod dixit do.Ant.in c. Pisanis. in 2.col. de resti.ꝑpo.ꝙ omissio formæ in qualibet minima parte vitiat proces sum.Item etiam verificabitur,quod dixit Bart.in l.j.ff.de ꝯdi. inde.ꝙ vbi id,quod agitur,peccat in forma,non oritur naturalis,nec ciuilis obligatio.Item qđ in simili dixit glo.no. de omissione ordinis iudiciorum,vt si est ordo substantialis, vī actus.2. q.j.in summa.Cum igitur forma de qua hic, sit substantialis, vt patet per ea,quæ superius dicta sunt,debebit ad vnguem seruari.
40 Sed † contrarium dico esse verius.si ꝙ Papa non tenetur seruare dictam formam,adeo ꝙ si eam nō seruet, valebit canonizatio. Primò per auctoritatē Ioan.And.de quo sup.qui, vt verbis vtar Ludo.Roma.in fin.suis 676.fuit Doctor valentissimus mundi, & verificæ scientiæ.iuris canonici patrem eum appellauit Bald. in prælu.feu.in 2.col. Secundò, nam hæc forma est fundata in
41 iure positiuo canonico,vt sup. ostendi. sed Papa potest † tollere ius positiuum,secundum Imo.in c.cum ad monasterium.de sta. regu.glo.& ibi omnes Doc.& maxime do.Anto.& Abb.in c.ꝑposuit.de concess.præbend.& Abb.in c.de multa. de præb. Et rō est,quia eius est tollere,cuius est condere. l.3.ff. de re iudi.l.eius est nolle.ff.de regu.iur.facit c.inferior.21. dist. & c.1.19.q.2.& c. omnis vtriusque sexus.de pęniten.& remis.Vnde dicit Philoso.
42 in j.de generatio.& corru.ꝙ ea,† quæ sunt principia generandi, sunt principia corrumpendi. l.nihil tam naturale. ff. de reg.iur. l.Stichum.§.naturalis.ff.de solu. & in c.j. de reg. iur. sed ius positiuum canonum est compilatum a Papa, ergo per eum tolli po terit,& per consequens dicta forma in eo fundata, argumento c.accessorium.de reg.iur.in 6.& l.cum principalis.ff.co.tit.Item
43 Papa,† & maximè in spiritualibus,potest adęquare quadrata ro tundis,secundum Hosti.in c.cum venissent.de iudic.facit capit. cuncta per mundum.el grande,& el piccolo.9.q.3.& qđ dixi§. in 2.dubio. circa princ. Et ex hoc sequitur,ꝙ vbi lex vel canon dant certam formam substātialem in actu fiendo, non tenetur conditor legis vel canonis in tali actu, si vult eam seruare, facit argum. l. digna vox, & quod ibi notant scribentes.C.de legi.& l.Princeps.ff.eo. tit. quod erit secus in inferioribus per superius allegata.Non deberet,tamē Papa omittere talem formam, vbi
44 pro hoc ecclesia scādalizaretur,per id quod no.† dicit do.Abb. in c.cum teneamur.de præben. ꝙ non est obediendum Papæ, vbi oriturum esset scandalum, etiam si Papa præcisè hoc mandaret,non obstante aliquo scandalo.& ita ampliatur, qđ no.dicit do.Car.in c.si quando.de rescript.vbi voluit,nō esse obedien dum Papæ,vbi immineret scandalum,licet mandatum nō esset iniquum.& ita dicit se consuluisse, cum Vrbanus VI. priuasset Caro.Regem regno Hierusalem,& misisset literas ep̄o Florenti no,vt in ciuitate Flor.publicaret processum, & apposuit pœnā ipsi episcopo non publicanti & populo Florentino non recipienti.Nam literæ si fuissent publicatæ, ortum fuisset magnum scandalum in illo populo. Vnde ipse Cardinalis consuluit differri debere publicationem,donec consuleret Papa circa hoc, immo dico ꝙ differri debuisset non obstante aliquo scandalo, per id quod dicit Abb.in d.c.cum teneamur. Vnde ad ꝑpositū
45 † dicit gl.no.in c.si Papa.40.dist.ꝙ licet Papa possit accusari solum de hæresi,tamen poterit de aliis criminibus accusari, si eius exemplo ecclesia scandalizaretur.Item glo. in c.per principalē. 9.q.3.dicit,quod Papa non posset priuare omnes episcopos, qa turbaretur vniuersalis status ecclesiæ,& sic oriretur scandalum facit c.nihil cum scandalo.de præscri.Item quod dicit Lud.Ro. sing.439.ꝙ illa regula,eius est velle,&c.non habet locum,quā do venit in præiudicium ecclesiæ.& allegat quod dicit Io.And. in addi.Spe.in tit.de instru.edi.§. nūc verò aliqua.in fi.& Bart.in l.priuilegia.C.de sacrosan.eccl.Ita dicamus in casu nostro,quia satis esset præiudicium ecclesiæ si scandalizaretur propter omis sionem dictæ formæ.& vltra prædallegata in materia formæ videndus esset Ioan.de Lig.in c.cum dilecta.super glo.3.de rescri. & Bal.in l.omnes populi.in pen.col.de iust.& iu.Card.in cle.j.in 6.q.de iurepa.Innoc.in c.2.de consue.Archi. in c.quorundā.23. dist. Bald. in l. si alterius. C. si mi.maio.se dixe. Idem in l.fin.C.si manci.ita alie.fue.vt manu.Bar.in l.cū quid.ff.si cer.pet. D.Ant. in c.consultationibus.de iurepa.Idem in c.fi.in pe. col. de restit. spolia.Bal.in l.omnis.ff.si cer.pet.& in addi.Spec.in tit.de recusa. ver.sed quid,si statutū.Bart.in l.illud.§.sed si ita.ff. quod cuiusq; vniuer.no.Bal.in l.si creditor.C.de fideiuss.cum aliis si. recenseri
46 quæ laboriosum potius esset, q̄ vtile vel necessarium. Et † qm̄, Pater reuerende,si bene recolo, me interrogasti, quis primus fuit Sanctorum secundum hanc formam canonizatus, asserēs te intellexisse fuisse Bernardum, quod quidem tunc me ignorasse respondi. Postmodum verò tuæ paternitatis intuitu curiosè id quæritans,& reperi in loco non vulgari,primum fuisse quen dam Apollionem eremitam natione Græcū, ac pro fide Christi martyrizatum, per Nicolaum I. hac forma canonizatū, qui Apollio tempore Christi in quadam silua pastoribus prædicās Christum ipsum verum esse messiam a Iudæis clauis ligneis in domino passus est martyrium.& hoc ipsi Nicolao scire optanti, quis primò martyrizatus fuerit, diuino spiritu reuelatum est. Quod verò dicitur de beato Stepha protomartyre,intelligi debet post mortem Christi,& proculdubio nouum q̄plurimis videbitur.nec miretur aliquis,si auctoris nomē tacui. hoc.n.repe ri in lib. quodam antiquissimo ac sine titulo, cui fidem præstiti,cum ibi quàmplurima alia Romanorum ac summorum Pōtificum gesta, quæ vera reputantur, repererim. non tamen credo,quòd in dicta canonizatione hæc forma ad vnguem seruata fuerit,& maxime quò ad dicti Sancti probationem, sed in hoc ipse Nicolaus steterit diuinæ reuelationi.

Potuissem q̄plura,licet extrauagātia,huic opusculo (vt multi scribendo faciunt) interserere (Pater optime) sed tum ꝑpter temporis angustiam,vt prædixi, necnon quia alienum est a me superfluis ac (vt melius loquar) impertinentibus membranas onerare, mihi visum est vti hac,qua gaudent breuitate moderni,secundum glo.j.in l.j.ff.quod me.cau.verbositas enim confu sionem inducit, quam verbositatem acriter reprehendit Impe rator in l.2.§.hæc autē omnia.C.de vete.iure enu. dicit, ne verbositas eorum aliquid legibus nostris afferat ex confusione dedecus.Vnde bene dixit Philoso.in j.Ethic.ꝙ ea,quę possunt fieri per pauciora,non debent fieri per plura.de quo dixi sup.in 2.du bio.Quare p hęc expeditū sit opusculū hoc ad perpetuationem tui deuotissimi noīs cum laude & gloria omnipotentis Dei,qui viuit & regnat trinus & vnus per infinita secula seculorū.Amē.

TRACTATVS
DE RELIGIOSIS SECTIS, eorumque auctoribus.

Remundi Fraguier Legum professoris.

DE religiosis sectis a Christianismo receptis pauca perstringemus,vt multiplex viuendi modus in ecclesia, q ad eundem finem (velut riuuli in alueū) tendit,habeatur.Nō fuit animus spar sas per vniuersum orbem congregationū omnes familias retexere, quan doquidem passim indies nouæ, ꝑut diuini aculei impetus hēt, suboriunt interpolanturq; veluti de sacco,& de mi sericordia,& alię innumeræ,quæ potius fraternitatū ritus sapiunt quàm religionis.Sed earum tantum,quas ex duobus alterove historiarum volumine, prout librorum inopia suggerebat,cogere potuimus,quasque Romana agnoscit ecclesia. Imprimisque ab illis initium facere visum est,qui de Christiana religione benemeriti sanctissimis ordinibus excellentioriq; cuidā viuendi formulæ dederunt primordia glaciemq; fregere, quiq; ab initio quasi pullulantis fidei germina in Indię, Aegyptiva sta solitudine,Syriæ Arabiæq; desertis habitauere, quorum principes Paulus eremita,Ant.atque Hilarion credūtur,qui sub B.Silueſtro xxxiij.a Petro Pontifice,vt 1.Constant. Imperatore circa annum Domini 320.in saltibus Thebaidis apparuerunt, nullo adhuc certo ritu præscriptoque tantum duriter viuentes manibus sese exercebant.Quod incertum durissimumq; viuendi ge-

nus

Source : BIU Cujas

nus Basilius cum Macrina sorore sanctissima in mitiorem certumque modum redegit,non multo post apud orientem,& tribus nodauit vinculis, nam trium religionis votorum auctor extitit,quæ prius nō erant, teste Raphaele Volaterrano,vrbanorum commentariorum lib.21.Dominus tamē Otto episcopus Phrisigensis annalium suorum lib.7. c.35.ait, diuersa fuisse primitus Sanctorum agmina,qui posteritati rectè viuendi instituta, verbo & opere tribuerunt, semoti a terrenis prestigiis curarumq; vana sollicitudine:nam secularia desideria ac impietatē abnegantes,crucemque mortificationis gestantes corpore, pie & in Christo vixerunt in hoc seculo,quorum aliqui vt etiam retulit Marianus Socinus, consil.13. incip. præsens consultatio, vrbes elegerunt seminādæ veritatis gratia,aliis placuit indui duris,nonnullis abstemios per omnem vitam esse, pluribus non solum a carnibus abstinere cæterisq; gulæ incitamentis, sed panis vetusti tantum quadra durare, plerisq; etiam scorpionibus ac flagris carnem statis domare diebus. Sunt qui speluncas ac ferarum latibula cœnobio prætulerint, multi labores manuum non sunt dedignati,plurimi motoriam maluerūt vitam, vt per orbem vagētes charitatis officia expeditius erga proximū exercerent. Aequè tamen omnes vitæ conscietiæq; puritate ac sanctimonia in terris degunt,quietem ac silentium amplectuntur, vnanimiter orationi vacant, in ipsa etiam naturali refectione diuina scriptura spiritum saginant potius quàm corpus.

Ex quibus Antoninus Archiepiscopus Florentinus in Summa,parte 3.tit.16.c.j. & 2. colligit triplex esse monachorum genus, qui se Christum sequi dicunt.

Primi sunt Serobitæ in libertatis spiritu discurrētes & de gentes,qui in Calcedonensi concilio reprobati fuerūt,nisi quieuerent,vt 16.q.j.c.quidam monachi.& c.qui verè.

Secundi dicti fuerunt Anachoritæ eremitici ac solitarij, victus assertores,exordia ducentes ab Helia Thesbyte propheta, de quo 3.Regum 17.vel vt aliis placet,a Ioanne Baptista, qui primus a Christo nato fuit eremi cultor ab vnguiculis, a quo puto Paulum eremitam imitationem vitæ hausisse,quem Anachoriticæ sanctimoniæ auctorem omnes profitentur.de quibus traditur 16.q.j.c.qui verè.& subsunt epis.93.di.c.nulla ratione. & gaudent clericorum priuilegio,possuntque ad monachorum vocari prælaturam.de elec.c.cum monasterium. vnde potest eremita facere testamētum.19.q.3.§.sed alius est.De hac vita anachoritica participant Carthusiani & Camaldulenses.

Tertij verò sunt vocati Cœnobitę,quasi in vnū conuenientes viuentesq; in congregatione,& videntur exorti sub Heliseo, q cuneū ꝑstituit prophetarum. 4. Regum 6.Renouati autem fuerunt a Christo in discipulis,Matthęi 5. verum post Christū primus in orientali plaga cœnobitarum gregatim agens fuit Basilius magnus,Benedictus verò in occidentali ecclesia.

Sed quemadmodum orbis est quadrifidus,quatuor itē Euāgelistæ,& quatuor Doctorū ecclesiæ vertices, quatuor item flumina è Paradiso terrestri scaturientia: ita religiosorum quatuor sunt regulæ principales, ad quarum præscriptū omnes aliæ sunt appendices, præter Carthusianam, quæ nullam e quatuo agnoscit, sed habet proprias formulas & est ab ecclesia approbatissima.Sunt autem hæ 4.scilicet Basilij,Benedicti,Augustini,& Francisci Assisinatis.

Ordo igit Basilij,cuius caput & Archimandrita fuit primus, sub quo militāt monachi Græcę & oriētalis ecclię,& aliqn Carmelitę vsq; ad Albertū patriarchā Hierosolimitanū,q traditiones eorū sub Honorio IIII.īmutauit anno M.cclxxxvj.veruntn Honorius, qui a Sultano illos excepit eiectos ordinē cōprobās interpolauit,dicauitq; nomini Virginis Mariæ, sed ita vt atrum pallium in album cōmutarent.dicti Carmelitæ a Carmelo mōte habitatione Heliæ & Helisei, quem primū incoluisse ferunt.

Ordo Benedictinorum fuit sēs ab auctore diuo Benedicto Nursino monasterij montis Cassini regulatore, & abbate anno salutis 534. sub Bonifacio I. tēpore quo Iustinianus Imperator Romanorum leges in epitomē posuit. Sub hac regula militant innumeri monachi,& maximè nigri, de quibus in c.j.in prin.& ibi Io.And.in cle.de sta.mo.qui aliquando laxati vitæ austeritatem iterum receperunt in congregatione S.Iustinæ cum exemptionibus & constitutionibus per Eugenium IIII. confirmatis.

Cluniacēses habent suum auctorem Bernonem Gallū,anno Dccccxij.sub Conrado I.Impera.& Anastasio III.sedente.

Grandimōtenses emersere anno M.lxxvj. sub Gregorio VII. Pontifice,& Henrico IIII.Henrici filio Imperatore, instituti p Stephanum Auernum apud Gallos in monte Mureto.

Carthusienses prodiere anno M.lxxxvj.sub Victore III.Pōti. & Henrico IIII.Impera.quos formauit Bruno Colonien.canonicus, aliquando apud Carnotum.

Cistercienses ex quodam Ardingo Anglico prouenere monacho cœnobij Molismensis anno M.xcvij.xj.anno Pontifi. Vrbani II. qui miris sunt donati priuilegijs, & quorum decus fuit D.Bernardus abbas Claraualium.

Præmōstratenses in Lingonen.dieceſi Norbertum Lotaringum auctorem constituunt anno M.cxx.sub Calisto II. Pontifice,& Henrico V.Imperatore, qui nonnihil mutuati sunt ex regula diui Augustini.

Camaldulenses initār p Romualdū Rauēnatē in appennino sub Benedicto IX.Papa,& Conrado II.Impera.anno M.xxxiij.

Monachi vallis vmbrosæ auctorē profitentur Ioānē Gualbertum Florentinum anno M. lxx. sub Alexandro II. quos postea Gregorius VII.probauit, instituti in radicibus Appennini.

Cęlestini instituuntur per Petrum de Murrone, aliquando Papam Cęlestinum V.qui se papatu abdicauit,& religionem instituit anno M.ccxcv.Bonifacio VIII.sibi succedente.

Duniacenses prodeunt sub Anastasio III.in Masticensi Burgundiæ pago,anno Dccccxv.nōnulli dicunt a Guilielmo Aquitaniæ Duce fuisse inchoatos circa tempora Hadriani III. Sunt qui putent, hos esse Cluniacenses.

Ordo Humiliatorum ortus est in Germania tpibus Clementis III.Ponti.ex eo, vt arbitror nomen ducens, ꝙ ad Friderici I. Imper.pedes indusijs albis vestiti de postliminio agētes prostrati iacuissent.Sunt qui dicant,Mediolanēses fuisse ab Hērico III. Impe.exilio multatos & ab Innocentio III.probatos,qui semimonachos agunt, & hi creduntur, qui & Siluestrini, seu ordo montis Fani.

Sūt in Benedictina familia per multi alii ordines,veluti Fontis Ebrandi, vallis caulium &c.Et hi omnes diuersō amiciuntur indumento, differuntque in traditionibus & statutis, suntque omnes exempti præter Siluestrinos.

Succesit tertius ordo.s. D.Augustini Afri, euangelicæ veritatis summi illustratoris, qui renouauit Canonicorū ordinē institutū prius ab Apostolis ī mōte Syon, circa annum 430.amictū linea tunica. Augustini normā multi alii ordines subiere,maximè mēdicātes,pter Minores,& hi sunt Dominicani, seu Prædicatores, qui primum mendicantiū locū obtinent a B.Dnico Calaguritano ꝓfessionē faciunt, quos Honorius III.cōfirmauit Ponti.sui.j.an.& humanæ salutis Mccxvj. Impera.Friderico II.quorum ordo est trimēbris,& Deo dicatas virgines recipit,quas vestitas de pœnitentia vocant.

Eremitani,quos vulgus Augustinos vocitat,tertiū inter mēdicantes locū sunt nacti,q a primordio ex pluribus ordinibus simul coacti sub Augustini obseruatione sunt cū baculo & zona pellicea ab Alex.IIII.probati.Sunt, qui huic vitæ generi tribuāt initia Gulielmo cuidā Aquitaniæ Duci anno M.clviij. & vocāt Guilermitas.Alij dicūt,hūc ordinē aliqn collapsum, iterū īstauratū fuisse sub Innocētio III.Ponti.& Ottone IIII.Imp.ad annū Dni M. ccxiiij. hoc tn pro confesso hr, hunc ordinem Parisijs aliquando repudiatum fuisse, ab Honorio IIII.probatum.

Ordo Seruorum B.Mariæ ortum habuit a quodam Philippo Tusco Florentino sub Martino IIII. an. M. cclxxxv. quem sub Augustini ordine postea Benedictus XI.& Vrbanus VI. probauere.sacculum gestat & mendicat,habetq; suam tripartitam regulam,etiam vt muliebrem sexum admittat.

Brigidani sunt instituti a B.Brigida Suetia tpe Vrbani V.Pontificatus sui anno V. & reparatæ mortalitatis M.ccclxvj.

Iesuati Senis oriuntur sub Vrbano V. anno M. cclxv.a Ioanne Columbino auctore.teguntur albo colore & scortea zona, sed pallio canusino,nudis pedibus cum socculo ligneo, Apostolici ab initio clerici nuncupati.

Canonici regulares S.Georgij Venetiis vitæ institutū sunt aggressi sub Grego. XIII.quorū princeps fuit Laurēti⁹ Iustinian⁹.

Montoliuetenses prodiere anno M. ccccvij. sub schismate trium Pontificum, & eorum caput fuit Bernardus Ptolemeus apud Senas,quorum ordo Gregorius XIII.probauit.

Hieronymitani auctorem habuerunt Redonem Montisgranelli comitem apud Fesulas Gregorio XIII.probante, & interpolati per Eugenium IIII.

Congregatio eremiticæ pietatis parum habitu distans a Hieronymitanis auspicatur per quendam Petrum Pisanū Hetruscū sub Gregorio XI.& gestat ex scapulari amictu laciniam pendentem atque in humeros reiectam. Aliqui hos vocant Eremitas S.Honophrij constituti apud Vrbium.

Cruciferi constituuntur sub Cleto III. a Petro Pontifice per cœlestem nuntium,& illustrantur per Cyriacū Hierosolymitanum antistitem,& approbatur per Innocentium III. & iterum per IIII.& induunt tunicam & ceruleam pontificatu Pij II.

Scopetini S.Seruatoris Stephanum Bononiensem profitentur inuentorem anno M.cccc.x.sub Gregorio XII.

Antoniani ab auctore suo Antonio Aegyptiaco ducūt originem apud Thebaidam sub S.Siluestro & Constantino circa annum 320.habet pro insignio signum Thau.

Ordo Trinitatis sub Innocentio III.incępit Ioanne Marense & Felice anachorita auctoribus.pallio amiciuntur candido, cerulea & rubenti cruce insignito, quos Innocentius vocari iussit de redemptione captiuorum.

Sunt & alij multi religiosorum ordines sub, Sancti Augustini regula quorum origines & auctores, cum hæc cursim scribe remus,erant nobis incognitæ, vt sunt Seruitarum, Ferueriorū. B.Ioannis Hierosolimitani, Cruciferorum cum stella,Fratrum

S.Petri

S.Petri confes.de Magella,Fratrum Dominici ſepulchri, Fratrũ Vallisſchollarium,Victorianorum, Fratrum S.Gilberti de Sempingam,Fratrum S.Pauli Heremitæ,Fratrum de pœnitentia,coronatorum,hoſpitaliorum,& aliorum permultorum. Et hi oẽs differunt inter ſe veſte & vitæ præceptis.

Reſtat quarta primæ diuiſionis regula,quæ eſt B.Franciſci Aſſiſinatis, cuius ordo Seraphicus tanq̃ nouum ſidus in terris illuxit ſub Innocentio III. Põtificatus ſui 8. anno, & ſalutis humanæ M. ccvj. Sed quia poſt ordinem Dominicorum fuit confirmatus,ideo ſecundum tenet mendicantium locum,& Euangelicam profitentur normam,ex cuius gremio velut ex equo Troiano,innumeri veræ fidei pugiles prodiere, ſigniferum Ieſu Chriſti ac ſtigmata ſequentes. Ordo hic eſt trifidus vt alii mendicantium,nẽmpe minorum,pauperum,& pęnitentium,& in duplici differentia Deo dicatas habet virgines.de quo in cle.cum ex eo.de ſent.excõ.in cle.j.de reli.do.in extraua. exiui.Bar.Soci.in conſi.245.incip.omiſſis multis,&c.

Ordo Minorum eſt recens inſtiturus a B. Franciſco de Paula Siculo,D.Franciſci decreta & humilitatem emulatus.

Mulieres item religioſas pauci ſunt ordines qui non recipiãt & in eorum obſeruationibus alant. Canoniſſæ B.Auguſtini diuam habent Monicam.Moniales S. Benedicti D.habent Scholaſticam Benedicti ſororem.Sorores B.Dñici gaudent D.Clara & Catherina Senenſi.Sorores D. Franciſci D.Claram aſſiſinatẽ agnoſcunt,& ſic de reliquis.Intes quas aliæ mitiorem hñt regulam,aliæ verò ſtrictiorẽ.Sunt tñ canoniſſę aliquæ nullam profitentes regulam,quæ reprobantur per c.pernitioſam.18.q.2. Sũt ẽt Beguardi & Beguinæ induta cuculla ſine regula & obedientia,quas damnat cle.ad noſtrã.de hære. Sunt & aliæ bñ receptę, vt pęnitentes B.Magdalenes B.Hieronymi B.Damiani. Incluſę, Muratæ &c.Qualiter autem viſitari debeant religioſæ, & moniales,traditur in cle.attendentes.de ſta.monach.

Sunt item & ordines militares ab eccleſia cõprobati, & ſunt milites S.Ioannis Hieroſolimitani,Milites ſanctę Mariæ Teutonicorum, Milites Iacobi de Spata, Milites Ieſu Chriſti, Milites Calatrauæ,Milites B.Mariæ de Munteſia,Milites Alcantaræ,Milites de redemptione, Milites S.Georgij, Milites S.Lazari, Milites S.Sepulchri, Milites S.Thomę. Templariorum & Fraterculorũ militia eſt abrogata.Et hæc ſunt,quæ dum præla currerent, pauca potui q̃ breuiſſimè ſeligere, maximè ex Diuo Hieronymo,Euſebio,Palmerio,Vincentio,Antonino, Platina, Ioanne Andreę, Sabellico,& Volaterrano,quod bene vertant omnes oro potiſſimùm qui de Chriſtiana religione ſincerè ſentiunt.

TRACTATVS
DE COELIBATV SACERdotum non abrogando,
MARQVARDI DE SVSANIS
IVRISCONS. VTINENSIS.

In quo plura & de virginibus per ſolenne votum Deo dicatis, & viduarum conditione, & de connubijs, & earum filijs traduntur.

SVMMARIVM.

1 *Diaboli inuidia in homines.*
2 *Tentatio Diaboli ea via, quam diſcernit hominem magis deſiderare.*
3 *Diaboli aſtutia in deludendo homines.*
4 *Crapula, & delitiæ mater, & fons omnium vitiorum.*
5 *Diabolus ſub ſpecie boni transfert ſe in Angelum lucis.*
6 *Delitiæ, & luxus validiora tela, quibus non expugnat.*
7 *Apoſtolorum ſobrietas.*
8 *Vinum lac Veneris, & eius damnatio.*
9 *Carnis vitia, cauſa diluuij vniuerſalis tempore Noe.*
10 *Ciborum ſimplicium commendatio.*
11 *Gula vitam hominis breuiorem facit, & infirmitatum cauſa.*
12 *Morborum ſpecies diuerſæ ex gula.*
13 *Abſtinentia mater ſanitatis.*
14 *Luxuriæ damnatio.*
15 *Spiritus dominatur carni, & carnis concupiſcentia rèprimenda.*
16 *Pitagoræ notabilia de abſtinentia, & eſu carnium prohibitione.*

CAPVT PRIMVM.

DAEMON iniquiſſimus, tanq̃ tirannus immanis,atque atrox,cũ vniuerſis ſuis copijs, ac phalange tota,vniuerſum ſimul orbem occupans, in humanas animas ſemper graſſatur, & Deo ſemel iunctas, quærit ab eius familiari contubernio ſubducere,& flagitioſis,atque immũdis ſatellitibus ſuis,illudendas tradere. Dolet enim ſatis, & erubeſcit,hominẽ eſſe ĩ ſummo honore, & nihilominus habere Angelis ipſis,& inſpiciens ſuper terram Angelum terreſtrem, ſua
1 roditur inuidia.† Quoniam cum ipſe inter ſupernas virtutes eſſet,& ob voluntatis ſuæ nequitiam, & malitiam excellentem,è ſummo cœlo proiectus fuerit, magna vtitur machinatione, vt & hominem gratia Dei priuare,& ingratum factum à tãtis bonis,per diuinam bonitatem ipſis conceſſis, nudare poſſet. Et licèt perfidus ille hoſtis, variis medijs ſolitus ſit homini ponere inſidias,cautius tamen agit, ſecundum quòd diſcernit hominẽ
2 aliquid deſiderantem. † Nam tunc ex eo occaſionem capit illũ tentandi,& ſubducendi,qui cum vidiſſet Adam, & Euam diuinitatis cupidos, eos diuinitatis promiſſione ſeduxit; & Iudam cum auarum inueniſſet,pecuniæ cupiditate,& ad proditionem Saluatoris attraxit;Sampſonem cum inueniſſet amatorem fœminarum,per mulierem præcipitauit,ſecundum Chriſoſtomũ; & vt ait Gregorius, antiquus hoſtis intuetur humani generis,
3 vniuſcuiuſq; mores,† cui vitio ſint propinqui,& illa ponit ante faciem, ad quæ facilius nouit inclinare mentem. Nouit enim, cui illecebras cărnis ingerat,cui virus inuidiæ infundat, quem mœrore cõturbet,quem gaudio fallat, quem metu opprimat, quem admiratione ſeducat, omnium diſcutit mores, omnium ventilat cauſas, omnium ſcrutatur affectus, & ibi quærit cauſas nocendi, vbi viderit quenquam diligentius occupari, & tandẽ inuenta aptiori occaſione ãas deludit,hoc nuncians in auribus hominũ,hoc oſtẽtans ante oculos eorũ, qđ vnumquenq; aut timere,aut deſiderare cognouerit:ſicut enim ęgrotus in dolorib. poſitus,credit facilè cuiquam ſibi aliquod oſtendenti ad remediũ,ipſaq; doloris anxietas oĩbus credere cogit, ſic & homo ad aliquid affectus,id facilè ſibi à Diabolo perſuaderi permittit.

4 Et quia facillimè irretitur homo,delitiis,& crapula,& ebrietate maculatur: Hic enim fons,hæc mater fornicationis, atque origo eſt omnium vitiorum.Hac potiſſimum via Diabolus crebriores in nos laqueos inijcit,& propter hoc,honeſta,& reuerẽtiæ plena prophanata, & ſancta ſanctorum conculcata, prout hac eſca Diabolus Hebræos olim in cultum Idolorum pduxit; his artibus iniquos amores Sodomitarum inflammauit.Hæc.n. ait,iniquitas eſt Sodomæ,in copia,& plenitudine panis luxuriabantur,hæc delitiarum fœditas omne malum adducit, ſues ex hominibus facit,immo verò etiam multo maiores:ſus enim in luto voluitur,& ſtercore nutritur,hic verò abominabilem magis ſibi mentam inſtruit,iniquas comeſtiones excogitans, & ex
5 eis amores prophanos,ſic dirigitur malus Dæmõ † ad decipiendas animas,& ſub ſpecie boni ſe transferens in Angelum lucis, ſuadet mala,& ſecundum Auguſtinũ maximè gaudet poſt idolatriam,de peccato luxuriæ, prout ſuaſit quibuſdã Eccleſiæ miniſtris ſub colore matrimonii,vt perfractis pudoris, & voto caſtimoniæ repagulis,nuptias ineant;prout olim Baſilidi huius pfidiæ authori; & poſt ipſum Iouiniano, vt tradit Hiero. libr.2. Aduerſus Iouinia.circa finem, qui licèt a monachatu apoſtataſſet,vxorem ducere noluit, non propter maius meritũ in patria aſſequendum,ſed ne nuptiarum pateretur afflictiones,ſecundũ Hiero.in lib.de Hæreſi.cap.82.quem errorem & Heluidius ſecutus eſt,& noſtris temporibus Lutherus & ſequaces: nam ſepe vitia ſe ingerunt,& ſe eſſe virtutes mentiuntur, vt tenacia, parſimonia,effuſio,largitas, crudelitas, zelus, remiſſio, pietas; velit videri.41.diſt.c.ſæpe.ſicque conatur vnitatem Eccleſię reſcindere,charitatem vulnerare,ſanctorum operum dulcedinem,inuidiæ felle inficere, & omnibus modis humánum genus euertere, & perturbare, & charitatem, quam ipſe in cœlo nequit habere,nollet homines conſtantes ex lutea materia,tenere in terra,vt dicit tex.no.in c.viſis.12.q.2.quem commendat Abb.in c. non magno.in j.not.ne cleri.vel mona.

6 Et profecto delitiæ,& luxus ſunt ex validioribus telis,quibus nos aduerſarius ille noſter expugnat.quia enim comedere,& bibere ſunt de neceſſitate naturæ,Diabolus ibi tentationis laqueũ abſcondit,vbi natura neceſſitatem oſtendit: ſic enim primo de vitio gulæ,primos parentes in paradiſo tẽtauit, Geneſis 3. Nam vbi eſt temulentia,& venter ſatur,ibi quoq; cacodęmones exultant:nam dicitur Amos 6.veh his,qui veniunt ad diem malum: dormiẽtes in lectis eburneis,& laſciuientes in ſtratis ſuis, comedentes hædos ex gregibus,& vitulos ex medio armentorum lactentes,bibentes defęcatum vinum,& primis vnguenteis vncti, quaſi ſtantia arbitrati ſunt, & non quaſi fugientia:auolãt enim, nec ſunt permanentia, ſicut ſpiritualia,& vnde Eſau captus eſt? vnde præſenti voluptati futuram gloriam non prætulit? à mollicie,& diſſolutione,& primogenita per gulam amiſit,& ad fratris cædẽ feſtinauit.Gen.25.Noe inebriatus, nudatus eſt, Gen.9. Populus Iſrael ſedit, vt manducaret,& biberet,& ſurrexerunt
7 ad ludendum, & vitulum adorandum. Exo. 32. Chriſtus † præ fame tabeſcit, & alii ſe ipſos diſrumpunt, Apoſtoli eſurientes, ſpicas decerptas manducabant, & ob famem ad ficum veniſſe feruntur.Abeuntes nõ parabant viaticum, neque vllam victus curam habebant.nos autem cum primũ manè exurgimus,ante omnia coquos aduocamus, & de prandiis,epulis,& menſa diligenter inquirimus, ſecularia diuinis præponentes, omniaque

præ-

Source : BIU Cujas

præpoſterè aguntur cum tamen ſpiritualium primum rationem, & maximam habere quidem, quibus perfectis hæc alia deinceps attingere oporteret. Nam venter mœro æſtuans ſpumat in libidinem. capitulo venter. vigeſimaquinta diſtinctione, & in capitulo à crapula, de vi. & honeſtate cleric. & vigeſimaſexta diſtinctione per totum & capitulo comeſſationes † quadrageſimaquarta diſtinctione. & Prouerbi. vigeſimo. Luxurioſa res vinum eſt. & per Apoſtol Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. & Orpheus in hymno Veneris, eam vocat Bacchi ſociam, & dapibus gaudentem: vnde illud in Eunucho, Sine Cerere, & Bacco friget Venus & Ariſtophanes vinum vocat lac Veneris, eo quòd faciat incitamentum ad Venerem, & fortiter dimicauit his armis Diabolus ante diluuium vniuerſale, † adeo quòd omne genus humanum ſubduxerat, & de ipſis ampliſſima reportauit trophæa, cum reperti fuerint octo tãtùm immunes à carnis vitio, qui in arca Noe liberati ſunt, & cætera gens vniuerſa aquis ſubmerſa, Gen. 7. & 8.

Quę ceſſant ex ciborum ſimplicitate, & victus norma, prout plurima ſunt reſponſa diuina, † quæ gulam damnent, & ſimplices cibos extollant: Helias cum Ieſabel fugeret, & ſub quercu feſſus iaceret, à veniente ad ſe Angelo ſuſcitatur, & dixit ei, ſurge, & manduca, reſpexit, & ecce ad caput eius panis colliride, & vas aquæ; Heliſeus filios Prophetarum inuitat ad prandium, herbis agreſtibus eos alens; Abachuc meſſorum prandium portat Danieli. & Apoſt. carnis curam ne feceritis in deſideriis, qui autem infirmus eſt, olus manducet.

† Et ſicut ex gula ingeruntur animæ pericula propter peccata, quæ inde oriuntur, ita & ob id ante tempus in foueam incidimus & vita hominis abbreuiatur. Nam dum gulæ, & luxuriæ gulam ſubſequentis indulgemus, non animaduertimus, quod ex inde prouenit pallor, & neruorum vino madentium tremor, & miſerabilior ex cruditatibus, quàm ex fame, macies; inde incerti labentium pedes, † & ſemper æqualis in ipſa ebrietate titubatio; inde intra cutem humor admiſſus, diſtentusque venter, dum malè aſſueſcit plus capere, quàm poterat; inde ſuffuſio luridæ bilis, & decolor vultus, tabesque in ſe putreſcentium, & retorti digiti, articulis obrigeſcentibus, neruorum ſine ſenſu, iacentium torpor, aut palpitatio corporum ſine intermiſſione vibrantium, capitis vertigines, oculorum, auriumque tormenta, & cerebri æſtuantis verminationes, & omnia, per quæ exoneramur, internis vlceribus affecta, innumerabilia præterea febrium genera, aliarum impetu ſubeuntium, aliarum tenui peſte repentium, aliarum cum horrore, & multa membrorum quaſſatione venientium. Hæc omnia ſupplicia luxuriæ, & de his etiam Chryſoſtomus inquiens, abundantia epularum veriſſimè morbum facit, & moleſtias ingerit, & ægritudines generat, & putre facere facit corpus humanum. Et docet Hippocrates, craſſa, & obeſa corpora in paraliſim, & peſſima morborum genera erumpere, niſi cita ſanguinis miſſione minuantur.

Hinc ipſi Medici abſtinentiam, † matrem ſanitatis appellant, dum dicunt, pedum dolores, capitis grauedinem, apoſtemata, hydopiſim, & phlegmata, & aliorum morborum mille torrentes, à delicatis cibis, & crapula prouenire, quaſi à peſſimo quodam fonte, prauos riuulos, bonam corporis habitudinem, & animæ ſanum intellectum, non tam lædentes, quàm depopulantes. Et habetur Eccleſiaſtic. trigeſimoprimo, ſomnum ſanitatis in homine parco dormit vſque manè, & anima ipſius cum ipſo delectabitur. & ibidem, propter crapulam multi perierunt: qui autem abſtinens eſt, adiiciet vitam. & Didimus ad Alexandrum ait, Gens brachmanorum, pura, & ſimplici vita viuit, nullis rerum capitur illecebris, nihil appetit amplius, quàm ratio naturæ flagitat, facilis nobis alimonia, non quam luxuriæ ſagacitas, per omnia elementa perquirit, ſed quam tellus ferro inuiolata perducit, menſam epulis honoramus innocuis. Hinc eſt, quòd nulla genera morborum, & nomina numeramus, ſed diuturna ſalute perfruimur, medicinæ remedium, nobis parſimonia eſt, quo nõ ſolum illapſos patet curare dolores, ſed etiam procurare ne veniant.

Vtendum eſt ergo ſimplici menſa, & ad animæ, & corporis ſalutem. & patet quoſdam morbo articulari, & podagræ humoribus laborantes, proſcriptione bonorum, ad ſimplicem menſam, & pauperes cibos, redactos conualuiſſe.

De conſecra. † diſtinctione vltima, eoſdem peſſimos effectus parit luxuria ab ipſa crapula procedens, & hos guſtus, & tactus voluptates, Philoſophus appellat belluinas. & Hippocrates prodidit, coitum eſſe leuem morbum comitialem. & Dæmocritus Venerem damnauit, in qua homo exiliret ab homine, adeo ꝙ verum eſt illud, finem voluptatis eſſe pœnitentiã. Et carnis concupiſcentia eſt reprimenda: † natura enim carnis ſecundum ordinem rationis eſt, quòd ſpiritui ſubiiciatur, & natura ſpiritus eſt, quòd carni dominetur, eum dirrigendo, & ad virtutes exercitium ea vtendo, & hoc expreſſit Deus, qui eſt auctor naturæ, loquens ad Cain, Geneſ. quarta ſubter te inquit, erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. quod eſt intelligẽdum de dominio rationis, & ſubiectione appetitus ſenſitiui. Et hanc duplicẽ virtutem ponit Philoſophus 3. de anima, cõparando eam duabus ſphæris cœleſtibus, quarum vna ſcilicet inferior à ſuperiori mouetur, & regulatur, licèt inferior aliquem proprium motum habeat, propter quod tamẽ ab ordine ſuperioris non deuiat.

Et ne Gentiles prætereamus in bonum, Pitagoras ſuadebat ſcholaribus ſuis abſtinentiam, † quia terra hoc docebat, producendo varias herbas, poma, & fructus omni tempore anni, & animalia mitia, vt equus, bos, & aſellus non comedunt carnes: animalia, verò ferocia, ſic, vt lupus, leo, & ſimilia. & quia in prima ætate aurea non comedebant carnes, ſed ea ſola, quæ terra, & arbores producebant, & cætera animalia non lædunt benefactores ſuos, vt patet de leone Beati Hieronymi: homo verò facit oppoſitum, quia oues, quæ lac, lanam, caſeum & fimum; & boues, qui corium præſtant & aratro incumbunt, ipſe homo occidit, & manducat, & aliis rationibus hoc firmat. Quæ omnia ita effinxit, non vt ſint concludentia, ſed ad retrahendum homines à vitio gulæ, prout etiam Ouid lib. 15. Matamorphoſeos.

Parcite mortales dapibus temerare nephandis
Corpora, ſunt fruges, ſunt deducentia ramos,
Pondere poma ſuo tumidæque in vitibus vuæ;
Sunt herbæ dulces, ſunt quæ miteſcere flamma,
Molirique queant, nec vobis lacteus humor
Eripitur, nec mella tymi redolentia flore.
Prodiga diuitias, alimentaque mitia tellus
Suggerit, atque epulas ſine cæde, & ſanguine præbet,
Heu quantum ſcœlus eſt in viſcera viſcera condi,
Congeſtoque auidum pingueſcere corpore, corpus,
Alteriusque animantem, animantis viuere letho.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos qualis conditionis eſſe debeat, vt altaris miſterium accedat.*
2 *Sacerdotum continentia, vt ſacrificium eorum ſit Deo gratum, & qui incõtinentes periere.*
3 *Sacerdotibus interdictæ nuptiæ, & matrimonia.*
4 *Sacerdotes antiquæ legis continentes, & ab vxoribus ieiuni anno vicis ſuæ.*
5 *Sacerdotibus non debere concedi licentiam nubendi.*
6 *Sacerdotis officium certarum perſonarum tantum generi concedebatur, & qui ſe in eo ingerebat, à Deo caſtigabatur, & morte plectebatur.*
7 *Ordinum varietas obſeruanda, prout etiam in membris corporis.*

CAPVT II.

1 ET à præmiſſis præ omnibus abſtinere deberẽt, qui miniſterio altaris inſeruiunt: nam vtrunque tam ſcilicet vẽtris ingluuiem quàm ebrietatem inter opera tenebrarum memorat Apoſtolus ſcribens ad Romanos, † nam & vtrunque ad luxuriam prouocat. capitu. primo cum ſequent. 44. diſtincti.

Nullus enim ad miniſterium altaris accedere debet, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata. capitulo nullum vigeſimaoctaua diſtinctione. & habetur Leuit. vigeſimoprimo, quod inter alios prohibitos Deo offerre panes, numeratur habens iugem ſcabiem, quod eſt interpretatum de eo, cui carnis petulantia, ſine ceſſatione dominatur: in ſcabie enim feruor viſcerum ad cutem trahitur, per quam rectè luxuria deſignatur, quod etſi cordis tentatio vſque ad operationem profilit, nimirum feruor intimus vſque ad cutis ſcabiem prorumpit, & foras iam corpus fauciat, quia dum in cogitatione voluptas non reprimitur, etiam in actione dominatur; † 49. diſtinctio. capit. hinc etenim. Et altaris miniſtri debent eligi, qui continentiam ſeruent. capitulo miniſtri. 81. diſtinctio. capitulo cum in præterito. 84. diſtincti. & per Apoſtol. ad Corinth. 6. cauere enim oportet, nos fratres ab illicitis, vt mundas valeamus manus ad Dominum leuare. & Malach. primo. O vos ſacerdotes, qui fallitis nomen meum, & dixiſtis, in qua re fallimus nomen tuum? Quibus reſponſum eſt, offerentes ad altare meum panes pollutos, non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, & Sacrificium non accipiam de manibus veſtris, quia polluti eſtis. Hinc & Hieronymus, dic mihi Sacerdos, quomodo cum his labiis, quibus oſculatus es filium hominis, ideſt Chriſtum in ſacramento altaris, oſcularis labia meretricis? & de eis dixiſſe puto Apoſtolum, obſecro autem vos fratres, per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, & Deo placentem. & dicit Auguſti. quòd Deo magis placet rugitus leonum, ſiue mugitus boum, vel grunnitus porcorum, quàm cantus presbyterorũ luxuriantium. & Ambroſius in epiſto. j. Timoth. capit. 3. dicit, ſi enim plebis hominibus, orationis,

Source : BIU Cujas

cauſa ad tempus abſtinere ſe præcepit, vt vacent orationi, quanto magis Leuitis aut ſacerdotibus, quos die noctuq; pro plebe ſibi commiſſa oportet orare.

Oza, qui poſt vxoris concubitum præſumpſit ad arcam fœderis manus apponere, repentina morte occubuit. ſecūda Regu.6.& in c.plerunque,2.q.7.& neceſſe eſt, vt mūda ſit manus, quæ diluere ſordes curat,vt ait Gregorius.

3 Et præmiſſis de cauſis non tantùm coitus communiter illiciti,prohibentur Sacerdotibus, ſed quoque ſtatutum fuit, ne vxores ducerent,cum deceat eos eſſe cœlibes, qui ſacra tāgūt. capitulo presbyteris,27.diſtinctio.capitulo primo & ſecundo. qui cleric. vel vouent. & capitulo ſi qua verò. capitu. ſeriatim, 37.diſtinctio. capitulo de his.28.diſtinctio. & de cleric.coniuga.capitulo primo,cum duobus ſequentibus. & Philo quoque Iudæus dicit, oportet ſanè ſacrificaturum diſpicere, vt mens eius integra ſit magisque victima; videre itidem,cur eam offerat, & capitu.epiſcopos.31.diſtinctio.capitu. placuit, 32.diſtinctio.capitulo cum in præterito, & capitu. cum de quorundam. 84. diſtinctio. cum enim nouerint continentiam, non ſolum nubere, ſed etiam velle nubere damnabile eſt. capitu. vouentibus,27.diſtinctio.& ſola voluntas quo ad Eccleſiam,punitur. capitu. Anaſtaſius,diſtinctio. 19.& de his 27. diſtinct. cum ſeq. per tot. Munditia igitur ſacerdotalis fuit in cauſa harum inſtitutionum,ad hoc vt liberè cunctis diebus orationi poſſent vacare.31.diſtinctio.capitu.j.& dicit Origenes in Leuiti. Homilia 17.ante omnia enim Sacerdos, qui Domini aſſiſtit altarib. caſtitate debet accingi.

Et idem obſeruabatur in veteri Teſtamento,'nam præmo-
4 nebantur ij, quibus committebantur Sancta ſanctorum, vt eſſent ſancti, Leui.20. Sanctificamini, & ſancti eſtote, quia ego ſanctus ſum,Dominus Deus noſter,& procul à ſuis Dominus, anno vicis ſuæ.In templo habitare iubebantur Sacerdotes,hac ratione,ne cum vxoribus ſuis poſſent carnale exercere commertium,vt conſcientiæ integritate fulgentes munus acceptabile Deo offerrent. capitulo propoſuiſti. capitu. plurimos. 82. diſtinct & Moſes iuſſit per triduum, eos ab vxoribus abſtinere, qui ad montem Synai acceſſuri,& Deum loquentem audituri erant,Exod.19.Item panes propoſitionis ab iis,qui vxores ſuas tetigerant,comedi non poterant, capitulo primo,33. quæſtio. 4.& quanto magis ille panis,qui de cœlo deſcendit, non debet poſſe ab ijs,qui coniugalibus paulo ante hæſere complexibus violarj,atque contingi. & prima Reg. 21.& habetur in capitu. plerunque,2.quæſtio.7.& de agno Paſcali edendo, renibus accinctis, Exod. 12.& Sacerdotes Sanctuarium ingreſſuros præceptum erat verecunda tegere lineis fœminalibus, Exod.28.

Immo qui expeditius volunt Deo inſeruire,debent ſe ſponte eunnchos facere,& ſe ipſos caſtrare, & in perpetua viuere caſtimonia,& voto caſtitatis non vi,aut natura, ſed propria voluntate ſe aſtringere, propter Regnum Cœlorum. Matth. 19. & ea eſt perfecta caſtitas ſpiritualis, per quam mēs hominis delectabiliter Deo coniungitur,iuxta illud,2.Corin.2.Atqui hęc continētia fuit ab ipſo Ieſu Saluatore, & ab antiquiſſima Apoſtolorum, aliorumque ſanctorum Virorum, obſeruantia per manus tradita.

5 Et ſi conſideretur Sacerdotib. licentia nubendi,† hoc eſſet: omnes ad ſecularem vitam traducere, & ipſos diuertere à iugi altaris miniſterio, & trahere ad ſecularia negotia, & ordines clericorum,& laicorum confundere,cum maxima cultus diuini diminutione, & cōtra Dei inſtitutum, qui iuſſit,certum genus perſonarum eligi,qui officio Sacerdotii fungerentur. Exo. 28.Applica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filiis ſuis de medio filiorum Iſrael, vt ſacerdotio fungātur mihi. & Heb.
6 5.Nec quiſquam ſibi ſumit honorem,† ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. & quod habetur de Tribu Leuitica, numero 4.& vindictam fecit Dominus contra alios ſibi tale officium præſumentes,vt de Chore,& Abiron, qui abſorti ſunt à terra, & viui in infernum deſcenderunt, terra eos deglutiente, eo quod ſacerdotale officium vſurpare tentarunt, & ducenti & quinquaginta viri illis conſentientes,igne conſumpti ſunt,numero 16.& de Oza,qui neglecto Dei verbo,præcipienti vt à ſacerdotibus portaretur arca, temerè eam arcam caſu minātem tetigerat,& nō eam in humeris portauerat,ſed bobus commiſerat,occiditur à Deo,& iuxta arcam mortuus eſt, ij. Reg. 6.& de Ozia,qui vſurpans officium Sacerdotum, percutit̄ à lepra. ij.Paralipo.26.& Apoſto.prima Corinth.12. Diuiſiones miniſtrationum ſunt,idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus, ita & in vniuerſitate fidelium, officia, & gradus debent eſſe diſtincti, nec ſeculares cum ſpiritualibus confundi. & in caſtris non omnes ſeruant eundem militiæ locum,
7 † ſed variis diſtribuuntur ordinibus. ſicut enim in vno corpore multa membra habente, omnia autem membra non eundem actum habent: ita in Eccleſiæ corpore, multa membra ſunt, & in ſpirituali corpore conferendum eſt hoc officium vni,& alii aliud committendum: neque enim, vt dicit Gregorius,quantumlibet exercitatę vni perſonæ, vno tempore duarum rerum officia committenda ſunt,quia ſi totum corpus eſt oculus, vbi auditus? ſicut enim varietas membrorum per diuerſa officia, & robur corporis ſeruat, & pulchritudinem repreſentat: ita varietas perſonarum per diuerſa officia diſtributa,& fortitudinem,& venuſtatem ſanctæ Eccleſię Dei,manifeſtat,& habetur in c.ſingula,99.diſtinct.

Quæ confuſio nō poſſet fieri ſine ſcādalo, & Eccleſiæ periculo,ſi omnes ad vitam ſecularem traducerentur, quæ potior cauſa fuit condendi leges cœlibatus in clericis.

SVMMARIVM.

8 *Ordines,& Hierarchiæ cęleſtes, & beatorum ſpirituum, quot ſint, & de eorum nominibus,& interpretatione.*

9 *Caſus Luciferi cum complicibus ab ordinibus cęleſtibus, & ſuffectio Sanctorum,in eorum locum,& gradum.*

10 *Dæmonum malorum interpretatio, qui cum Lucifero ceciderunt.*

11 *Ordines eccleſiaſtici legis antiquæ.*

12 *Ordines eccleſiaſtici nouæ legis in primitiua eccleſia.*

CAPVT II.

8 QVID? quod & in cœlo ſunt ordines diſtincti beatorum Spirituum, licèt Iob dicat capitulo 38. Nunquid noſti ordinem cœli,& pones rationem eius,in terra? Quaſi dicat non, ſed certè per reuelationem Diuinam aliquid ſcitum eſt, vt legitur de Paulo, à quo beatus Dionyſius in 6. cœleſtis Hierarch. diſtinguit tres Hierarchias Angelorum, ſupremam, mediam, & infimam, in quarum qualibet ſunt tres ordines, & in totum ſunt nouem ordines Angelorum,ſeu ſpirituum beatorum chori;& in ſuprema ſunt,Seraphin,Cherubin,& Throni, in media ſunt, Dominationes, Virtutes & Poteſtates; in infima ſunt Principatus, Archangeli, & Angeli. Sanct. Thom. prima parte per tot. & ſecunda diſtinctione quæſtione prima.aſſerit,in qualibet Hierarchia eſſe tres ordines, & in quolibet ordine multos Angelos, & Angelos vnius ordinis non eſſe æquales, & ibi videri,vt per Gregorium loco ſuo,de diſtinctione ordinum, & per Ioānem Apocalyp.4.vidit ſedes multas poſitas in Cœlo, & Ioannes 14. in domo Patris mei multæ manſiones. & in capitulo nouit, capitulo in domo. de pœnitent.diſtinctione 4. Et poſt caſum Luciferi cum ſatellitibus conſeruati ſunt etiam iidem ordines:
9 nam de primo ordine Seraphin,† qui interpretantur, ardentes,cecidit Lucifer, de quo Eſaiæ 14. Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane,&c.& cecidit vſque ad vltimum, & inferiorem Inferni carcerem cum ſuis complicibus, ſecūdum Magiſtrum ſentent.libro 2. in cuius locum ſucceſſit ordo Patriarcharum.

De ſecundo ordine,qui eſt Cherubin, qui interpretātur plenitudo ſcientiæ,cecidit Sathan, de quo Lucæ 10. videbam Sathan quaſi fulgur de cœlo cadentem, & cecidit vſque ad octauum locum carceris inferni, in cuius locū ſucceſſit ordo Prophetarum, propter lumen diuinarum reuelationum eis factarum.De tertio ordine thronorum,in quibus ſedet Deus, ad iudicium exequendum, cecidit Belial, qui interpretatur absque iugo,vel absque domino,de quo 2. Corinth.6.quæ conuentio Chriſti ad Belial? quaſi dicat nulla: quoniam omne iudicium dedit Pater filio,Ioann.6. & cecidit vſque ad ſeptimum inferni carcerem, in cuius locum ſuccedit ordo Apoſtolorum, de quibus Matth. 19. cum ſederit filius hominis, &c. Quartus eſt ordo mediæ Hierarchiæ Dominationum, de quibus Gregorius,ea Angelorum agmina, quæ potius præeminent, pro eo quod eis cætera ad obediendum ſubiecta ſunt, Dominationes vocantur,ab iſto ordine cecidit Beemoth, fœnum quaſi bos comedet,ipſum eſt principium viarum Dei,in eius locum ſucceſſit ordo Martyrum,de quibus Hebrę.11.ſancti per fidem vicerunt regna,operati ſunt iuſtitiam. Quintus ordo Principatuum ſunt, qui ipſis quoque bonis Angelorum ſpiritibus præſunt, qui ſubiectis aliis, dum quæque ſint agenda, diſponunt eis ad explenda omnia miniſteria Principatus: ab iſto ordine cecidit Beelzebub, qui interpretatur Princeps muſcarum, de quo habetur Lucæ 11.in Beelzebub Principe Dæmoniorum eiicit Dæmonia. & Matth. 10. patremfamilias Beelzebub vocauerunt, in eius locum ſucceſſit ordo confeſſorum, ſcilicet, Sacerdotum, Doctorum, & prædicatorum, de quibus Matth. 11.Labia ſacerdotum cuſtodientium ſcientiam, & legem requirūt ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt. Sextus ordo Poteſtatum, de quibus Gregorius, Poteſtates. vocantur hi, q hoc potentius in ſuo ordine perceperūt, vt eorū ditioni virtutes aduerſæ ſubiectæ ſint, quorū ptāte refrenanṭ, ne corda hominū tm̄ tentare valeant,quantū volūt: ab iſto ordine cecidit Beelphegor,q eſt Priapus,ſimulacrū ignominię,de quo Ioſue 22.peccaſtis ī Beelphegor, & macula hui' ſceleris in

vobis

Source : BIU Cujas

vobis permanet, & Oseæ 9. ipsi intrauerunt ad Beelphegor, & alienati sunt in confusione, in locum Beelphegor successit ordo sanctarum Virginum, de quibus Psalm. Adducentur Regi Virgines post eam, proximè eius afferentur tibi in lætitia, & exultatione adducentur in templum Regis. Septimus ordo est Virtutum, Virtutes vocantur hi nimirum spiritus, per quos & signa, & miracula frequenter fiunt, ab isto cecidit Leuiathan, qui interpretatur persequens eos, de quo Esaiæ 27. in die illa visitauit Dominus in gladio suo duro, & graui, & forti super Leuiathan serpentem vectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum, in locum eius successit ordo Pœnitentium, de hoc in capitulo nerui, 12. distinctione. Octauus ordo est Archangelorum, de quibus Grego. qui summa annuntiant, Archangeli vocantur. Hinc est quod ad Mariam Virginem, non quilibet Angelus, sed Gabriel Archangelus mittitur, ab hoc ordine cecidit Beelsephon, qui interpretatur vetustus deuorans ascensionem speculi, de quo Exod. 14. vniuersus exercitus erat contra Beelsephon, in locum eius successit ordo contemplatiuorum.

Nonus ordo est Angelorum, & hi, qui minima renuntiant, Angeli vocantur, vt supra, ab isto ordine cecidit mammona, de quo Matth. sexto, & Lucæ 16. non potestis Deo seruire. & mamonæ, in cuius locum successit ordo actiuorum, & de his per Magistrum sentent. 53. distinctione nona, & è nostris in Catalo. gloria mundi, parte tertia, & aliqua per Leonardum de Vtino, Conciuem nostrum, in sermo. suis, qui fuit maximus Theologus, vt ex eius scriptis potest videri. & de nominibus Dæmonum, & eorundem nominum interpretatione, per Isido. de summ. bono. libro octauo, capitulo 11. & Rosar. Busti. sermo 19. parte prima columna secunda, ex quibus patet non debere fieri ordinum, & dignitatum confusio, cum etiam in cœlis ita per infinitam Dei sapientiam ordinatum fuerit.

Et nonne in veteri lege fuerunt distincti ordines inter eos
11 quoque, † qui sacris incumbebant, vt habetur de ordine Patriarcharum, in quo primus fuit Abel, ad cuius munera Deus respexit, Genes. quarto, & fuit ordo prophetarum, in quo primus fuit Enoch, Vnde Iudi. secunda dicitur, prophetauit autem hic septimus ab Adam Enoch. & ordo Sacerdotum, in quo primus fuit Melchisedech Rex Salem, Sacerdos Dei summi, & ordo Pontificem, in quo primus fuit Aaron, Leui. 28.

Iidem in nouo testamento habentur ordines primo discipulorum, in quo primus fuit Natanael, quem adduxit Philippus Iesum Ioannes prima & Euangelistarum, in quo primus Matthæus, Lucæ. 5. Martirum, in quo primus Stephanus. Actu. septimo Apostolorum, qui fuit notabilior omnibus ordinibus noui testamenti, vt tradit Dionysius, in libro de Ecclesiastica Hierarchia. Videmus ergo, quomodo in respicientibus res sacras, & Dei cultum, sint etiam inter sacris addictos, distincti gradus, & officia sacerdotalia, vt expeditius quilibet in suo ordine possit Deo inseruire, & eo magis dicendum est inter Sacerdotes & Ecclesiasticos, & seculares, & secularibus negotiis implicitos, cum satis superque quilibet status suo onere grauatus sit, si ritè & rectè quilibet officio suo fungi velit.

SVMMARIVM.

13 *Sacerdotum gentilium distinctiones, & nomina.*
14 *Sacram rem Herculi faciebat certum tantum genus personarum.*
15 *Imperator post Christum non debet appellari Pontifex, nec è contra; & eorum diuersa authoritas.*
16 *Luminare maius, & luminare minus, & eorum interpretatio.*
17 *Iudex laicus non se ingerit de causa spirituali etiam incidenter.*
18 *Papa habet vtrumque gladium, temporalem, & spiritualem, licèt exercitium sit Imperatoris.*
19 *Imperium, & secularis potestas ab Ecclesia procedit.*
20 *Papa in aliquibus casibus exercet gladium temporalem.*
21 *Et in quantum est necessarium ad rerum spiritualium conseruationem.*

PARS I.

13 TOT quia licèt quandoque allegare ritus Gentilium ad confirmationem nostram, prout Augustinus in lib. contra Manichæos, & Hieronymus libr. primo contra Iouinianum, dico ꝙ & apud ipsos Gentiles, Sacerdotes eorum distincti erant ab aliis, qui exercebant sacra (licèt prophana) eorum falsis nominibus, vt patet de Pontificibus, qui primum à Numa Pompilio è patritiis quatuor creati fuere, ex plebe alii quatuor, vt scribit Plutarchus in Numa, inter hos, qui minores appellabantur, vnus erat maximus & re, & nomine, hic sacra omnia ex scripta habebat, & obsignata, hostias, dies, ad quæ templa res diuina esset facienda, cętera denique sacra tum publica, tum priuata, & Rex sacrificulus, qui Pontifici magno subiectus erat, & Flamines, vt Dialis, Martialis, Quirinalis, Viminalis, Vulcanalis, Carmentalis, Palatualis, Furinalis, Pomonalis, inter quos maximè dignationis fuit Dialis, minimæ verò Pomonalis flamen fuit, de quibus pe Augu. lib. 2. de ciuitate Dei.

Qui & ipsi erant vnius vxoris viri, scilicet monogami, & Sa-
14 cerdotes Herculis pinarij, † & poticii, quæ familiæ solæ longo tempore rem sacram fecerunt, & cum in mancipia per gentem poticiam, sacra Herculis essent translata, omnes de illa familia, intra diem 30. interierunt, vt ait Festus. & patet de ordine augurum, qui quandiu viuerent, eodem ordine persistebant. & de Saliis. 12. Marti Gradiuo sacra obeuntibus, & Fœcialibus, & Gallis Ideæ matri institutis, & supercis, & aliis, quos longum esset referre, ex quibus constat officia sacerdotalia debere distingui à prophanis, vel secularibus, cum aliter non posset quis sacris initiatus libere, & quieto animo, & cum mentis sinceritate, Deo inseruire. & Plato in Timæo dicit, quòd qui sacerdotali dignitati erant præpositi in ciuitate Athenienſi, à cætero populo separabantur, ne eorum castitas macularetur.

Et ad prædicta de distinctione ordinum, & status Eccle-
15 siastici, † & temporalis facit, quòd hodie, & post Christum, Imperator non debet appellari Pontifex, nec è contra, textus in capitulo ad verum. 96. distinctio. Ibi, nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorium vsurpauit. & text. in capitulo primo. §. vnde. in fine, de sacra vnct. ibi, vt ostendatur, quanta sit differentia inter authoritatem Pontificis, & Principis potestatem. & in subscriptione lege liquet, in fin. C. de summa trinitate. vbi Papa scribens Imperatori dicit, Deus, Regnum vestrum custodiat, & salutem vestram perpetua protectione. & Lucæ 22. Ecce duo gladii hic. & textus in capitulo solitæ. §. præterea, de maioritate & obedien. vbi dicitur, sicut & Genes. j. Deum fecisse duo luminaria magna in
16 firmamento Cœli, † luminare maius quòd præesset diei; luminare minus, vt præesset nocti: vtrunque magnum, sed alterum maius, vt diei præesset. ad firmamenta igitur Cœli, idest vniuersalis Ecclesiæ, fecit duo luminaria magna, idest duas instituit dignitates, quæ sunt Pontificalis authoritas, & Potestas Imperialis, & Regalis, & psalm. 35.

Licèt non sic olim cum fuerit Melchisedech Sacerdos & Rex Salem in Hierusalem, quæ prius Salem vocabatur, vt per Apostol. Hebr. 7. & de Mose summo Sacerdote & Duce populi in rebus bellicis & iudice in administranda republica, & de Samuele Propheta & Sacerdote & iudice populi & rectore. j. Reg. 7. & de Iob eodem capitulo 29. & de Heli & aliis, & tempore Romanorum nulli Imperatores aut Reges fuerunt, nisi sacerdotes. capitulo cleros, distinctio. 21. & pontifices dicebantur, sic habetur & de Pantheis populis, qui sacerdotes eorum constituebant omnium duces, quibus & controuersiarum iudicia & publicarum rerum arbitria concedebant, & de Aegyptiis sacerdotibus Diodor. Sicu. lib. 2. & 7. & apud Gallos Druidæ, Strabo libro 4.

Quod patet in cognitione causarum, vt quilibet de suis co-
17 gnoscat, † vt puta in causa matrimoniali, quæ est spiritualis, quomodocunque de illa sit quæstio facti, siue quæstio iuris, siue inter coniugales, vel tertium, de illa non cognoscit secularis Iudex etiam incidenter, vt est textus in capitulo tuam, de ordin. cognitio. & in capitulo lator, qui filii sint legitimi. per quæ iura confunditur opinio Barto. in lege Titia, vbi per Legistas de hoc. ff. soluto matrimonio. Licèt hoc sit contra naturam iurisdictionis, quia Iudex, qui aliàs non habet de causa cognitionem, de illa tamen cognoscit, si incidit coram eodem l. quoties. C. de iudi. & sic distincta esse debet iurisdictio Ecclesiastica à temporali. Nam mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, actibus propriis, & dignitatibus distinctis, officia potestatis vtriusque discernit, quatenus spiritualis actio à carnalibus distaret incursibus, & Deo militans minimè se negotiis secularibus impediret, ac vicissim non ille rebus diuinis præsidere videretur, qui esset negotiis implicatus secularibus, & per Cardin. Sancti Sixti in capitulo cum aduentum, 96. distinctione.

Non negauerim, quòd & Imperator ipsum Imperium tenet
18 ab Ecclesia, † & Papa habet vtrumque gladium, spiritualem, & temporalem, licèt temporale exercitium sit ipsius Imperatoris, secundum communem opinionem, vt per Abb. & alios in capitulo nouit, de iudi. Alexand. consilio 24. volumine 5. & in extrauaganti, vnam sanctam, Bonifacii VIII. Anto. de Rosell. in tract. de potestate Imperat. quæstione quarta & quinta. & lege vbi latissimè. Etenim præcepit Dominus Samueli, vt constitueret Regem super Israel, Idem Dominus præcepit Heliæ, vt vngeret Regem super Syriam, & alium super Israel capitulo primo. versicu. vnde in veteri. de sa. vnct. Dicitque Abbas in proœmio Decretalium, quod quilibet Rex in Regno suo est hæres Christi, vt posset fortè dici, quod sicut Luna, quæ est luminare minus, accipit lumen à Sole, quod est luminare maius; ita dignitas secularis dependeat à spirituali vti digniori, & quod sit bona comparatio luminariorum in cœlo, cum potestate spirituali, & seculari in terra.

Source : BIU Cujas

Et quòd Potestas, & quodlibet Imperium processerit ab Ec-
19 clesia,† & à Deo,patet Matth.vltimo.omnia mihi tradita sunt à Patre meo,& omnis potestas mihi data est in cœlo,& in terra. & Pilato requirenti, an esset Rex, non negauit, sed professus est se Regem, qui etiam in titulo crucis dictante Spiritu sancto ipsum regem fecit, & patet ex oblatione Magorum. xxxvj. distinctione,capitulo legimus, ad designandum per Thus, Sacerdotium; per aurum, Imperium. & xciij.distinctione Dominus noster, & per Apostо. Hebr. prima constitutus est Christus hæres vniuersorum, & capitulo secundo, nihil dimissum est, quod ei subiectum non fuerit. Et talis potestas deriuatur in Principem secularem per debitam, & subalternatam emanationem à Vicario Christi Iesu, apud quem sunt iura cœlestis, & terreni imperii. 22. distinctione, capitulo omnes. & sicut Ecclesiæ triumphantis est vnus Princeps Deus, ita militantis est Papa, quæ est diuinitus exemplata ab Ecclesia triumphante, Apocalip. 12. Vidi Hierusalem Sanctam nouam descendentem de cœlo. & Mosi dictum est, quòd omnia faceret secundum exemplum sibi demonstratum, Exod. xxv. & licèt Papa, vt dixi, exercitio gladii temporalis non vtatur: in arduis tamen, & supremis cautis gladium temporale exercet,vt in destituendo Imperatores quandoque, vt patet de Iulio II. qui Ioannem Regem Nauariæ Regno priuauit, & de Stephano secundo, qui Constantinum, & Leonem Occidentis imperio deiecit, dum denegasset auxilium Ecclesiæ imploranti, & in iubendo populos congregari contra Saracenos. 23. quæstione octaua, capitulo igitur. & capitulo hortatu, & in extrauagan-
ti¦, vnam sanctam. Et ipse transtulit à Græcis imperium Romanorum in Germanos, & potestatem eligendi Imperatorem certis Priucipibus contulit. capitulo venerabilem, de electio. & potest Princeps apostatantes à fide, priuare temporali Dominio, quod habetur super fideles, & habetur per Sanct. Thom. 2. 2. quæstione 40. articulo vltimo. & sic habet Papa iurisdictionem temporalem, in quantum est necessarium ad conseruationem rerum spiritualium ad dirigendum homines in salutem æternam. & quamuis Christus esset Dominus orbis
21 temporaliter, † directè, tamẽ ad spiritualem vitam suum ordinauit Principatum, & per sanctum Thom.in tracta.de Regim. Princip. libro 14. capitulo 14. & 15. & ipse dixit Lucæ 7. increpando discipulos, Non misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum,sed vt saluetur mundus per ipsum, & ideo in nullo impediebat Christus imperatoris Romani Dominium, cui & tributum soluit, & dixit, reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari.

SVMMARIVM.

1 *Cælibatus sacerdotum tolli posse per Ecclesiam, non tamen congruere potentiæ, & authoritati suæ, & Papæ authoritas in dispensandis matrimonijs.*
2 *Vxoratus comparatur nauiganti, qui ventorum motu regitur.*
3 *Vxoratus dicitur in igne positus.*
4 *Copula matrimonialis non fit sine peccato, si in ea voluptas ex commixtione carnis interuenit, & in eo actu spiritus sancti recedit.*
5 *Horas Canonicas dicere tenetur etiam simplex Clericus, si habet beneficium.*
Horas Canonicas non dicens, tenetur fructus perceptos restituere.
6 *Etiam si beneficium sit ita tenue, vt non sufficiat ad sustentationem beneficiati. numero 7.*
8 *Officium dicendum est cum cordis serenitate, & mentis spirituali hilaritate.*
9 *Orandi modus, & in conspectu Domini orare, quomodo intelligatur, & numero 10.*
10 *Prædicandi officium spectare Episcopis, & rectoribus animarum, & monachis ex commissione sedis Apostolicæ.*

CAPVT III.

EX præmissis, cũ distinctiones ordinum reperiantur secundùm Dei voluntatem in cœlo, & in terra institutæ à Christo Iesu, Dei filio, post eius aduentum, qui officia vtriusque potestatis spiritualis scilicet, & temporalis discreuit, certum esse potest,non debere fieri ipsorum ordinum, & dignitatum confusio,cedens in Ecclesiæ opprobrium, & cultus diuini diminutionem,prout contingeret, si relaxarentur leges sacræ Cælibatus in Sacerdotibus. Quod tamen per Ecclesiam
1 puto fieri posse, vt tenet Hostiens. in capitulo rursus. columna secunda, circa fin. qui Cleric. vel vouen. qui dicit, quòd sicut Papa potuit facere constitutionem, vt teneat matrimonium contractum à simpliciter vouente: sic etiam posset facere constitutionem, quòd teneret matrimonium à solemniter vouente, sicut vidimus Summos Pontifices in pluribus à iure prohibitis dispensare circa matrimonia contrahenda, vt fecit Martinus 5. qui dispensauit, vt frater caperet in vxorem germanam suam, vt tradit Archiepiscop. Florenti. in summa, parte tertia, titulo primo, capitulo 11. & in alio casu per Petr. de Ancharan. in consilio 373. quod filius fratris duceret in vxorem coniugem patrui sui, quod fuit in Rege Angliæ, vt per Felin. in capitulo quæ in Ecclesiarum. columna sexta, numero 26. de constitutio & nota.in capitulo fin. de diuort. & Iulius II. dispensauit alium Regem Angliæ, vt posset in vxorem capere relictam fratris sui defuncti sine sobole, & in casu, de quo in sacerdotibus per Ecclesiam fieri posset, & dispensare cum Monacho, vt filio regis vnico,ne Regium nomen pereat; vt per Ioannes Andr. in regula, actus legitimi, & capitulo semel Deo de regulis iuris in sexta, in mercurialibus. & Cœlestinus Papa III. dispensauit, vt Henricus Imperator Constantiam Monacham, Siciliæ Regis filiam, duceret in vxorem. & vide Roman. singul. 596. an Subdiaconus, & dicetur inferius capite ab hinc secundo, numero 8. Et hoc omnino verum putat Hostien. vbi supra dicens hoc piè credere non esse contra fidem, & in omni voto exceptam intelligi authoritatem Vicarii Dei Generalis.& Dominus Abba.in capitu.cum olim, de cleric. coniuga. idem sentit versiculo credo, quòd pro bono, & salute animarum, &c. Licèt eius consilium,de quo ibi, non putem congruere potentiæ suæ, vt patet ex contentis in hoc libro. eandem,de qua supra sententiam,quòd votum continentiæ ab Ecclesia indictum possit ab Ecclesia tolli, fatetur Sanct. Thom. 2. 2. quæstione 88. articulo 11. *Sicut videmus* è contra, quod est fortius: Nam Papa,& Ecclesia dispensat super matrimonio consummato per copulam carnalem, videlicet inter infideles, quando alter coniugum ad fidem conuolat,vt per Abb. in capitulo quanto, de diuort. qui dicit not. casum, in quo verum matrimonium consummatum per copulam carnalem, dissoluitur, quando alter infidelium venit ad fidem, reliquo nolente secum cohabitare, vel non sine blasphemia diuini nominis, de quo per Boeri,consil. 20. est enim verum matrimonium inter eos. dicto capitulo quanto, & capitulo si quis 28. quæstione prima, licèt non ita firmum, & ratum, & indissolubile, sicut inter Christianos, vt in capitulo de infidelibus. de consanguinit. & affini. & capitulo quanto, & capitulo gaudemus. eodem titu. cum ibi nota. & inter fideles id contingit propter baptismum, qui in indissolubilitate matrimonii ponderatur: nam vbi non est fides Christiana, matrimonium non habet suum significatum, cum matrimonium consummatum denotet vnionem, & conformitatem, quæ est inter Deum & Ecclesiam per assumptionem carnis humanæ. Vnde sicut figuratum est indissolubile, quia carnem, quam Deus assumpsit, nunquam dimisit: ita & matrimonium illud figurans debet esse indissolubile, sicut figuratum, & not. in dicto capitu. quanto.

Sed & inter fideles in matrimonio non consumato Papa latissimam habet potestatem, & ex consensu cuiuscunque sponsi ex potestate absoluta,potest mrimoniũ dissoluere,nulla legitima cã subsistente: ex potestate verò ordinaria potest,dũmodò subsit causa aliqua rationabilis, vt per gloss. in capitulo ex publico, in verbo, consummatum, de conuer. coniugato. quam Hostien. Ioannes Andreas. & alii communiter sequuntur, & Archidia. in capitulo quapropter, 27. quæstione secunda. Baldus in lege Deo nobis, columna secunda,versicu. vlterius nota,C. de Episcopis & cleri.Idem Bald.in lege prima. C. de sponsalibus Felin. in capitu. quæ in Ecclesiarum,colum. septima,versicu. & hinc est, de constitu. Ad quæ, & maximè circa iustam causam,quæ dicatur iusta causa,vide Gozadi. Præceptorem meum, consilio 2.columna 4. & ante eum circa dispensationem in matrimonio, vide Anchara. consilio 239. Parum dubitationis, & consilio 373. reuocatur in dubium. & Decis. consilio 112. in præsenti. Soci. consil. 28. circa primum quæsitum, volum. j.

Et Papa potest statuere, vt per secundum matrimonium consumatum tollatur primum non consumatum, capitulo tuas,& ibi nota. de spons. duobus.& ita dicit Ioannes de Imo. communiter teneri, in capitu. fina. de transactio. & Socin. d. consi. 28. columna 2.

Et si Papa, & Ecclesia in matrimonio dissoluendo habet latas habeas,multo magis hoc debet procedere in matrimonio contrahendo,vt hoc concedi posset, non obstante voto continentiæ,cum facilius dicatur, posse iam contractum, & non consumatum dissolui, quàm quod contrahendum concedatur,cum in primo casu obstet illud,quos Deus coniunxit, &c. quod non est in secundo casu.

Verum est, quòd in matrimonio per copulam consumato inter fideles non potest Papa dispensare, & eo casu habet locum,quod dixi, quod Deus coniunxit,homo non separet,vt in cap.inter corporalia,de translat.præla.32.q.j.in capit. dixit Dominus, 33.quæstio.2. quos Deus. quod quidem Euãgelium loquitur de consumato,vt habetur in dicto capit. ex publico. vbi Abb.& alii, & Archid.in d.capitu.quapropter, & est text.optimus in d.ca.quanto,secundum D.Abb.ibi,in tertio notabili,& per Bald.in d. l. Deo nobis, columna 2. in fin. Nam matrimonium consumatum denotat,vt dixi supra,vnionem & conformitatem,

Source : BIU Cujas

mitatem, quæ est inter DEVM, & ecclesiam, per assumptionem carnis, capi. debitum, de biga. non ordi. & sicut figuratum est indissolubile, ita & matrimonium illud figurans, & ista est communis opin. Doct. vbi supra, & in capitu. ex parte, il 2. de cleri. coniuga. & in capitu. proposuit, de concessi. præbend. Petrus de Ancha. in capitu. canonum statuta, columna sexta, de constitutio.

Quare autem matrimonium per verba de præsenti contractum, & non consumatum mediante copula carnali, possit per Papam separari, ea est ratio, quia in hoc significatur solum coniunctio fidelis animæ ad DEVM: nam anima sæpe peccando separatur à DEO. & ideo sicut signatum recipit separationem, sic & signans tale matrimonium non consumatum: sed cōsumatum rem indissolubilem signat, & dictum est, ideo & ipsum indissolubile permanet, nam & consumatio, quæ consistit in facto, non potest haberi pro non facta, 33. q. 5. si Paulus, & d. c. inter corporalia.

Et licèt dispensationes tales circa matrimonia fieri possint per prædicta, & factæ sint quandoque, non tamen congruunt Ecclesiasticæ potentiæ: non enim est bona illatio, ita quandoque facta fuisse per præcessores, ergo per successores fienda, per *textus in lege* penultima. C. de incestis nuptiis, vbi dicit Imperator, exempla inhonesta non esse imitanda, sed reiicienda, quem textus ad hoc ibi nota. Salicetus, sunt tamen exequenda exempla Sanctorum, vt in capitulo de quibus, 20. distinctio.

Et nonne satis euidens est, quòd sequeretur cultus DEI diminutio in Sacerdotibus, & DEO dicatis, si vxoris ducerent. Quis enim, in sacris constitutus, & tot seculi miseriis maximis repletus cum vxore, & filiis, posset vxori simul, & DEO inseruire? infinita enim sunt onera matrimonij, vt infra dicetur. Hinc est, quod vxorem ducens, comparatur
2 nauiganti, † & ideo Augusti. ad Bonifa. Comitem scribens, dicit, Nauigasti, idest vxorem duxisti, de quo in capitu. nos nouimus. 17. quæstione secunda, vbi gloss dicit, quòd sicut nauigans subiicitur variis periculis, nec proprio motu regitur, sed ventis, sic habens vxorem. & illud.

Qui capit vxorem, defuncta vxore, secundam,
Naufragus in tumido bis natat ille freto.

Grauis est enim coniugii sarcina, 32. quæstio. septima, omnes cautiones. vt cum vxore non possit quisquam, DEO iugiter militare, sed velit, nolit, in secularibus negotiis versari cogetur, contra præceptum Apostoli: nemo militans DEO negotiis secularibus se implicet. & Esai. 61. vos Sacerdotes. Domini vocamini ministri DEI nostri, ergo non hominum, in negotiorum immunditia, & capitu. primo. & to. titu. de cleri. vel mona. nego. secula. & 21. quæstio. tertia, capitu. primo, secundo, & 3. capitu. sunt nonnulli. 16. quæstione prima, capit. contrarium. de pœniten. distinctione 5. & tanquam pestis fugiendus clericus negotiator. capitu. negotiatorem, 86. distinct. negotiatio enim & militia vix sine peccato exerceri potest. capitu. falsus, de pœniten. distinct. 5. licèt Beatus Hieronymus ad Rusticum monachum, quædam eis permittit in vsus eorum successura, vt fiscellam texere iugo, vel canistrum plectere viminibus. & subdit, serratur humus, areolæ æquo limite diuidantur, in quibus cum olerum iactata fuerint semina, vel plātæ per ordinem positæ, aquæ ducantur irriguæ, inserantur fructuosæ arbores gemmis, vel surculis, & paruo post tempore laboris tui dulcia poma decerpas, & alia, de quibus ibi.

Et ideo Saluator noster discipulis onera matrimonii contemplantibus, & dicentibus non expedire nubere, respondit, rectè quidem sentitis, Matthe. 19. & Cicero dicebat, se non posse pariter philosophiæ, & vxori operam dare. & vxoratus dicitur in igne positus, scilicet in ardore concupiscentiæ, in
3 ipsis amplexibus vxoris igneis. † sed & de legitimo matrimonio susceptus erat, qui dixit, ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. adeo, quòd in ipsa quoque copula matrimoniali, si voluptas interuenit, †
4 peccatum committitur, prout illa carnis commixtio rarò sine voluptate carnis fieri potest, secundum Gregorium, & est translatiuè in capi. vir cum propria, 33. quæstione quarta, quamuis coniugatus dicatur honestè viuere, & in actu coitus semper impeditur ratio ab actu suo. 7. Ethico. & in illo actu prophetæ non habebant influxum Spiritus sancti. & in actu matrimonii, quod est tantum sacramentum, Spiritus Sanctus adest, vsque quo venitur ad copulam, & tunc recedit. capitu. connubia, 32. quæstione secunda, & Tabiena in verbo, matrimonium, tertio, post princip. & §. primo, latè Aste. in Sum. in titu. de bonis matrimonii, in communi, titulo 9. articulo secundo, & octauo.

Et in sacris constitutos certissimum est impedimentum vxoris, & oneris curæ familiaris maximè deuiare à dicendis horis Canonicis, prout omnes in ordinibus sacris constituti quotidie tenentur certis horis diei naturalis, ad quæ tenetur etiam simplex Clericus, si habet beneficium ecclesiasticum,
5 capit. dolentes, † de celebra. missa. capitu. si quis presbiter. 32. distinctio. Ioannes Andreas, Abba. & omnes in capitu. primo, de celebra. missa. Cardina. in clemen. prima, eodem titu. nam ideo dantur redditus ecclesiastici à laicis, vt clerici orationibus suis eos adiuuent, & pro populo intercedant. capitu. ipsi Sacerdotes primo, quæstio. j. Quia propter officium datur beneficium, capitu. primo, de rescrip. in 6. quòd si omiserint ces-
6 sante causa rationabili, † & legitimo impedimento, tenentur restituere fructus, quos eo die percipiunt ab Ecclesia, vt per Ioannes Calderi. in dicto capitu. primo, de celebra. missa. & licèt beneficium ita tenue sit, vt illius reditus non sufficiant ad sū-
7 stentationem beneficiati, † non minus tamen tenetur ad quotidianum officium, secundum Hostien. in Summ. eodem titu. vbi dicit, quòd sicut vir tenetur ministrare necessaria vxori, quæ tamen debitum reddere non potest, vel aliàs sufficientem dotem non dedit. capitu. quod proposuisti, 32. quæstione 7. ita & clericus tenetur ad officium, quamuis non percipiat ab Ecclesia tantùm, ex quo se sustineat, idem tenet Cardina. in dicta clementi. prima in quinta quæstione per capitu. clericus victum, 91. distinct.

Quod quidem officium dicere tenentur, cum spiritus hi-
8 laritate, † & sine tristitia, & animi mœrore, secūdum Hieronymum, dicentem, non enim verbis tantùm, sed corde orandus est Deus. Quapropter melior est quinq; psalmorum decātatio, cum cordis puritate, & serenitate, & spirituali hilaritate, quàm totius psalterii modulatio cum anxietate cordis, ac tristitia, capitu. non mediocriter. de consecrat. distinct. quinta, & habetur numero 18. vbi quòd Sacerdotem elegit Dominus, vt stet, & ministret nomini Domini. & ideo dicit ibi Moses, quòd Sacerdotes alebantur à secularibus, & ibi de decimis eis dandis, & de primitiis tam terræ nascentium, quàm animalium, & parte lanarum ex ouium tonsione. & Deutorono. 18. ad hoc, vt esset eorum iuge ministerium templi, & Leuitæ secularium curam non habebant.

Quòd si consideretur status vxorati, perspiciet quilibet fo-
9 re impossibile, † vel difficillimū matrimonio copulatum posse dictas horas canonicas, & cum ea hilaritate, & sine cordis anxietate posse dicere, & mente in DEVM intenta, cum tamen non sacrificiorum magnitudo, sed dantis affectus consideratur apud DEVM. capitu. odi, & proieci. 24. quæstione prima, & non vox, sed cor; non clamor, sed amor DEO placet, secundùm gloss. in capitulo primo. 92. distinct. in verbo, non voce, & iuxta illud, hic populus labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. & orandum est spiritu, tertia Corinth. 14. orabo spiritu, orabo & mente; psallam spiritu, psallam & mente. & Ephesi. 6. sicut de Anna, quæ in conspectu
10 Domini orabat, vel coram Domino, & loquebatur in corde suo. j. Regul. prima, † nam omnes quidem oramus, sed non omnes in conspectu Domini: etenim cum corpore in terra prostrato, & ore frustra delirante, mens vbique per domum, ac forum circumuagatur, quo ore talis posset dicere se orare in conspectu Domini? nam in conspectu Domini orat, qui orat vndequaque colligens mentem suam, nihil habens cum terra commercii, sed ad ipsum DEVM totum commigrans, omni cogitatione humana ab anima depulsa, nam illa potissimùm est deprecatio, cum ab intimis sursum voces feruntur, & hæc perfici minimè possent per habentem intellectum, & mentem ad secularia negotia distractum. & Beatus Ephrem syrus dicit, quod sicut Angeli cum metu, ex tremore laudant DEVM: ita nos debemus casto corde cum timore stare, dum psallimus, orationis nostræ tempore, neque solis corporibus in oratione procumbere, mentesque terrenis occupare negotiis. sicut autem nauicula, quæ maris fluctibus fertur; ita mens, quæ seculi negotiis, curisque districta est.

Et non tantùm ad horas canonicas dicendum, sed & ad pre-
11 dicādum tenentur non tantùm Episcopi, † qui ex officio, & officii necessitate ad hoc sunt astricti, vt dicit Alexan. de Ales, parte tertia, quæstione 68. membro tertio, articu. secundo. §. 3 qui vbicunque sint, dicuntur missi: sunt enim loco Apostolorum. capitu. in nouo. 21. distinct. capitu. Ecclesiæ. 35. distinctio. capitulo quorum 68. distinctio. verum etiam ad hoc arctantur omnes presbiteri, maximè Rectores animarum, iuxta illud Esaiæ 58. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Præconis quidem officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit. & contra non prædicantes inuehit Dominus per prophetam Esaiæ 56. canes muti non valentes latrare, & monachi non ex officio, sed ex commissione sedis Apostolicæ, cuius sanctioni impunè refragari non licèt. 11. distinctio. capitu. consequens. sunt & ipsi in partem sollicitudinis assumpti in ædificationem nostram. secunda Corint. 12. quæ diffusius tangit Alexander de Ales, parte quarta, quæstione 108. membro quarto, articulo tertio, & per Doctō. in capitulo, quum sit, de Iudæ. & in capitulo cum ex iniecto. de hæretic. & in capitulo excommunicamus §. quia verò, & ibi, Ioannes de Anan. de hæretic. & dic quæso, quo nam pacto hoc exercere
poterit,

Source : BIU Cujas

poterit,ſi ea, quæ decet cura, & diligentia vti velit Sacerdos vxoratus,qui ſuo,ſuorumque liberorum,& variarum afflictionum mœrore, & familiaris curæ ſolicitudine continuè cruciabitur ?

SVMMARIVM.

1 *Clericorum numeroſa multitudo facit ipſos contemptibiles.*
2 *Clerici pauci boni, magis Deo acceptabiles,quàm multi mali.*
3 *Clerici,& Prælati tenentur de fructibus,redditibus,& oblationibus, quas percipiunt ab Eccleſia,facere quatuor partes.*
4 *Raſura capitis in Sacerdotibus quid deſignet & reſiduum capillorum.*
5 *Qui ex beneficijs Eccleſiaſticis ſint ſuſtentandi, & an qui parentum opibus ſe alere poſſent.*
6 *Diuitiarum reprobatio,& damna ex eis.*
7 *Mutationes omnium rerum apparentes.*
8 *Diuitiarum fructus peſſimi,& de earum inſtabilitate, num. 9.*
10 *Socratis opinio reprobata circa modum orandi.*
11 *Vita beatior non habenti filios.*
12 *Clericus,& Sacerdos poteſt ſibi filios legitimè adoptare.*
13 *Sacerdotes,& clerici, quomodo habeant filios, & nobiliores, & digniores Laicis.*
14 *Cognatio ſpiritualis dignior carnali.*
15 *Eccleſiæ regimen domini,& patriſamilias comparatur.*

CAPVT IIII.

1 ET potiſſimùm ea ſollicitudo onerũ matrimonij contingere t in ſacerdotibus, † & Clericis noſtri temporis, vt effecti nuptiatores, officia prædicta, & alia ſibi incumbentia exercere minimè, vel cum maxima anſietate, & mentis alienatione à DEO, poſſent: videmus namque, & ante oculos omnium ſe offert paupertas, & miſeria ipſorum, & plurimi mendicando dietim victum quærunt, quod contingit propter numeroſam eorum multitudinem, & copiam, quæ eos contemptibiles reddit, capitulo legimus, diſtinctio. 93. & eis congruit, quod dicit Ambroſius, ex inordinata, & indeſciplinata multitudine ſacerdotum, hodie contemptui pleriſque datur Redemptoris venerabile Sacramentum. & verba illa Hieronymi, mendicat in plateis Clericus, & ſeruili operi mancipatus à quolibet petit eleemoſinam, qui ex eo magis deſpicitur à cunctis quo miſer, & deſolatus iuſtè putatur ad hanc ignominiam deueniſſe, & cum eorum vita deſpicitur, neceſſe eſt, vt & doctrina contemnatur, vt in extrauaganti, inter cunctas,& §.verum, de priuileg. & in ordinatione Sacerdotum, acceptabilius eſt DEO, paucos bonos, quàm multos malos habere
2 miniſtros, † capitu cum ſit ars. de ætat. & qua. ordin. & capit. tales 23. diſtinctio. propter contemptum, vt dicitur in dicto capitu. legimus, ante fin. omne quod rarum eſt plus amplectitur, pulegium apud Indos pipere precioſius eſt; Diacones, paucitas, honorabiles Presbiteros, turba contemptibiles facit. & multitudo eſt canonibus inimica, capitu. quia in tantum, de præbend. & multitudo oneroſa nihil habet honeſti, vt in Authentica de referenda. collat.ſecunda. & quomodo in paupertate conſtituti ſuſtinebunt onera matrimonii, & diuinis incumbent?

Sed & qui redditus vberrimos, oblationes ex Eccleſia per-
3 cipiunt, † certum eſt per illos, quatuor de eis fieri debere portiones, quarum vna tantùm eſt prælati, aut Rectoris pro ſe, & hoſpitalitate ſeruanda; ſecunda Clericorum; tertia pauperum; quarta fabricis Eccleſiæ applicanda.capitu. quatuor. capitu. de redditibus, capitu. mos eſt. 12. quæſtione ſecunda. & capitu. primo, de eccleſi. ædific. adeo quòd portio quarta ex prædictis eſſet ſatis tenuis pro filiis eorum alendis, & filiabus maritandis, & aliis oneribus nuptiarum, & adigente neceſſitate, & egeſtate miſerrimæ eorum filiæ pudicitiam proſtituere de facile cogerentur, & anima periret, pro qua CHRISTVS impẽdit animam ſuam, & ſi non haberent, vnde filios alerent, & quæ ad victum ſunt neceſſaria, eis deficerent, tunc inſurgerent lethales ſollicitudines & cruciatus,& cordis dolores, qui pareates ipſos perimerent, cum liberorum calamitatibus atrocius, quàm ſuis afficiantur. Adeo quòd nec eorum familiæ conſeruari poſſent, quæ ſecundum Legiſtas conſeruantur mediantibus diuitiis, nam propter paupertatem familiæ ſordeſcunt.l.quiſquis. ibi, in paupertate ſordeſcant. C.ad leg. Iulia. Maieſta. & in Clement. pleriſque, de electio. & iuxta illuc, haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat res
4 anguſta domi. Nec diuitiæ conueniunt DEO dicatis, † & contemplationi, & oratione indefinenti mancipatis, vt deſignat raſura capitis, quæ temporalium omnium eſt depoſitio, & victu, & veſtitu contenti, nullam inter ſe proprietatem habentes, omnia debent habere communia. capitu. duo ſunt, 12. quæſtione prima.& 23.diſtinctio. prohibetur.& capilli,qui remanent,denotant,quod aliqua debent retinere ad ſuſtentationem,vt per glo.in d.cap.duo. & Actu.2. in fin.

Et ſi aurum habet Eccleſia, id habet, non vt ſeruet, ſed vt eroget, & ſubueniat in neceſſitatibus pauperum, vt per Ambroſ. in lib. de offic. & tranſumptiuè in capitu. aurum, 12. quæſtione ſecunda.

Et hi ſoli beneficiis ſuſtentandi, quibus parentum, & ami-
5 corum nulla ſtipendia ſuffragantur: † hi enim, qui parentum opibus, & ſtipendiis ſuſtentari queunt, ſi beneficia, quæ pauperum ſunt, accipiunt, ſacrilegium incurrunt, & committũt, & per horum abuſionem,iudicium ſibi manducant, & bibunt, capitu. clericos.prima quæſtione ſecunda, & capitu. quoniam quicquid. 16. quæſtio. & per gloſſ. in verbo, de patrimonialibus, in capitu. in tuis quæſtionibus, de præbend. & ſatis eſſe debet eis, ſi CHRISTVM ſecum habeant, cui ſe vouerunt: nam qui CHRISTVM habet, omnes diuitias ſecum habet, quia diuitiæ huius ſeculi vanæ ſunt, & fugitiuæ. cõſiderentur, qui ante nos fuerunt diuites, nonne omnia ſom-
6 nium, nonne vmbra, & flos? Nonne verba, & fabulæ? ille modò locuples, ſed ſtatim vbi erunt diuitiæ? Perierunt ſimul cum eorum acquiſitoribus: peccata autem, quæ in his comparandis patratus eſt remanent,& propter peccata ſupplicium. Ideo Dominus noſter dixit, nolite in terris theſaurizare, vbi tinea, & erugo demolitur; vbi fures effodiunt, & furantur.

Et familiæ propagandæ ratio eis minimè conuenit per prædicta, cum ſit ſolicitudo vana, & familiæ non multo poſt tempore dilabuntur, & extinguuntur, vt docet experientia, & vbi Fabiorum,Gracchorum,& aliorum Romanorũ priſcorum familiæ,& aliarum ciuitatum, vt in hac patria noſtra Aquileiæ, quæ erat totius olim Italiæ emporium, cuius nec reliquiæ ferè apparent? & nihil penè in ſemetipſo manet, ſed currit natura, multas euoluens mutationes, quas neque prouidere facile eſt, neque prædicere, vt in Auct. vt omnes obedien. iudi. §. ſi verò ille, & §. accipiat. & nil eſt, quod mutabilitatem non ſentiat, vt in Authenti. de non aliena. §. nos igitur, & 89. diſtinctio. capitu. ac hæc, & de conſecra. diſtinctio.quinta. capitu. ne tales, in fin.

7 Et videmus in noſtris quoque corporibus mutationes, & in rebus noſtris, & in elementis, & in omnibus ſemper inſtabilitas deſignatur per opera, nunquam hiems remanſit, nunquam ver, nunquam æſtas, nunquam autumnus, dignitates, Reges mutantur, dies, & nox, Sol, & Luna creſcit, & decreſcit, & ſolus DEVS immutabilis, ſtabilisque manens dat cuncta moueri.

8 Et eo minus diuitiæ ſunt à Sacerdotibus, † & qui ingi altaris miniſterio inſeruiunt, appetendæ, cum ipſarum pediſſequa ſit luxuria, ira, temperantia, furor, iniuſtitia,arrogantia, ſuperbia, omniſque irrationabilis motus, & quid diuitiis infidelius? quæ ſæpe nec vſque ad veſperam nobiſcum permanent, ſed ſicut ingratus transfuga, ab hoc ad illum, & ab illo ad alium ſubinde pertranſeunt, & de eis Amos ſexto, reputarunt quaſi ſtantia, & non quaſi fugientia: non dixit quaſi prætereuntia, ſed quod multo minus, quaſi fugientia: non enim paulatim recedunt, ſed mira celeritate ſunt auolantia, & ne ad momentum quidem permanentia, & de his Eccleſiaſtic. xxxj.

9 Et diuitiæ non ſunt nobiſcum, ſed nos dimittunt. Vnde Apoſto. prima Thimot. ſexto, dicit, nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid poſſumus: habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus. nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli, & deſideria multa, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. & ideo Socrates humanæ ſapientiæ, quaſi quoddam terreſtre oraculum, vt ita ipſum appellat Valerius Maximus, nihil vltra petendum à Diis immortalibus arbitrabatur, quàm vt bona tribuerent, quia ij demum ſcirent, quid vnicuique eſſet vtile: nos autem plerunque id votis expetere, quod non impetraſſe melius foret, etenim denſiſſimis tenebris inuoluta mortalium mens, in quàm late patentem errorem, cæcas precationes tuas ſpargis, diuitias appetis, quæ multis exitio fuerunt; honores concupiſcis, qui quàmplures peſſundederunt; regna tecum ipſe voluis, quorum exitus ſæpenumero miſerabiles cernuntur; ſplendidis coniugiis iniicis munus, at hæc, vt aliquando illuſtrant, ita nonnunquam domos fundi tus euertunt. vides quomodo Socrates ex omnibus, quæ homo concupiſcit, meminerit, præcipuè de diuitiis, & coniugiis, vtpotè de his, quæ magis homo appetere ſolet, & quæ ipſum excruciant, de quibus vide plura per Platonem in Alcibiade, ſeu de voto. & ideo Iacob. Epiſto. 5. inuitat diuites ad luctum, Agite nun diuites, plorate vlulantes in miſeriis veſtris, quæ aduenient vobis.

Licèt Socratis opinio, de qua ſupra, ſit per Doctores ſan-
10 ctos improbata, † propter duo: Primò, quia quædam ſunt de per ſe ad ſalutem neceſſaria, & nobis præcepta, vt dilectio Dei & proximi, homilitas, pax, patientia, & talia debemus petere determinatè, & ſcimus ea indefinenter petenda, & in nomine

Source : BIU Cujas

nomine CHRISTI ad gloriam Dei. Secundò, quia orando aliquid determinatè, mens nostra pro illo magis accenditur, sicque capacior fit eius, quod poscit: desiderium enim aperit, capacemque facit affectum orantis. Quædam verò sunt indifferentia, quæ possunt saluti obesse, sicut prodesse, vt corporis sanitas, cessatio tentationis, & multa huiusmodi, & talia nō debemus determinatè petere, nisi sub ꝯditiōe beneplaciti Dei, iō distinguēdum, vt supra Ex prædictis satis liquet, nullam debere esse in Deo dicatis considerationem familiæ conseruādæ, nec prolem sibi debere procurare, cum & filiorum causa sit sæpissimè parentibus pernicioſa, prout inferius dicetur: nam & ob id prodita est lex Pompeia de Parricid. plures nanque filii parentes occiderūt, vt Virgilius Aeneid. 6. mœstamque Eriphi-
11 lem, † Crudelis nati monstrantem vulnera cernit. & de Oreste, qui matrem interfecit, de quo Horati. libro 2 Sermo.

Nec ferro, vt demens genitricem occidit Orestes.

Et de Nerone, & aliis pluribus, vt legitur in libris Historiarū, & quos congerit Rauisius. parte j. car. mihi 27. & deberent contenti esse Plautino illo documento, dum dicit.

Quando habeo multos cognatos, quid opus sit mihi liberis?
Nunc bene viuo, & fortunatè, atque vt volo, atque animo, vt lubet, mea bona, mea morte, dicam cognatis, inter eos partiāt, illi apud me edunt, me curant, visunt, quid agam, & quid velim, priusquàm licèt, adsunt; rogitant noctu, an somnum cœperim; Eos pro liberis habeo, quin mittunt munera, sacrificant, dant inde partem mihi maiorem, quam sibi; Adducunt extra me, ad se prandium, ad cœnam vocāt, ille miserrimum feretur, minimum qui misit mihi, illi inter se certant bonis, ego mecum multo; Bona mea inhiant, certatim nutricant, & munere.

Et si quis ex Sacerdotibus sit eo constanti animo, vt velit habere filios legitimos, potest intentioni suæ satisfacere per ado-
12 ptionē, † quæ est legalis actio ad solatium eorum facta, qui liberos non habent, penè naturam imitans, lege cum eum. C. de adoptio. & ff. de adoptio. l. secunda. & de cognati. legali. toto titu. cum ibi not. & de qua per Sanct. Thom. in tertia Senten. distinctione 42. quæstione secunda. artic. j. 2. & tertio. Et qui vxores non habent, filios adoptare possunt. l. & qui. ff. eodem titu. & Clericus hoc facere potest, & aliquem sibi in filium adoptare, vt per Hostien. in rubri. eodem titu. de cognat. lega. circa fin. & Abbas in capit. fin. eodem tit. pro qua opin. allegat text. in l. si pater. ff. de adop. & Alexand. in l. Gallus. §. quid si is, qui filium. colum. finali in fin. dicens hoc menti tenendum, tanquam notabile. ff. de liber. & posthum. per Ange. institut. de adoptio. §. minorem, circa fin. & Iaso. in Additio. ad Christopho. Por. Institu. eodem titu. §. in plurimis. dicens quòd ita est veritas, licèt Petr. de Ancharano in dicto capitu. fin. dicat hoc non procedere in Monacho, ex quo filium in potestate habere non potest, & Gulielmus in l. & qui vxorem. ff. eodem tit. & an presbiter possit adoptare, vel arrogare nepotem ex filio suo spurio, & ipsum instituere, vide Alexander in l. Gall. §. quid si is. ff. de liberis & posthumis. & ante eum Angel. in l. & qui vxores. ff. de adoptio.

Et ipsi quoque Sacerdotes habent filios, & quidem supremæ
13 dignitatis, † vt sunt Imperatores, & Reges, & omnes mundi Principes, immo & nos omnes eorum filii sumus legitimi spirituales: nam sicut in generatione carnali contrahitur cognatio carnalis, ex parte patris & matris: ita in regeneratione spirituali, cognatio spiritualis ex parte dantis sacramentum, & recipientis, à quo recipiens accipit esse gratiæ, & baptizans efficitur pater spiritualis baptizati, vt per Asten. in Sum. eodem titu. in princip. de cognatio. spiri. & per Doct. in capitu. fin. Est enim spiritualis cognatio quædam proximitas personarum proueniens ex sacramenti datione, vel ad illud tentione. sicut etiam contrahitur per confirmationem, & per susceptionem in pœnitentia. capitu. omnes, 30. quæstio. j. vbi grauissima pœna imponitur fornicanti cum filia spirituali, & maior quàm cognoscenti vxorem alterius, & 82. distinct. capitu. presbiter. tam arctum est vinculum cognationis spiritualis, quæ vtique filiatio, & paternitas spiritualis est dignior carnali, sicut spiritus carne:
14 † nam hæc nihil firmum habens, nihil subsistens, nihil solidatum, sed magis quàm torrentium fluenta prætercurrunt, nudosque, ac solos relinquunt eos, qui illis inhiant. At qui spiritualia, non sunt talia: sunt enim firma, immobilia, vicissitudinem non accipientia, ad omne seculum se extendentia; & qa regeneratio nostra, quæ fit mediante cognatione spirituali, est nobis magis proficua, quàm carnalis: nam hæc nos efficit mortales, & illa immortales, & spiritus sancti gratia nos implet, & nullum definitum habet tempus, sicut illæ, & per hanc fit transitus de terrenis ad cœlestia, de peccato ad vitam, de culpa ad gratiam, & CHRISTVM induimus, Galat. 3. & dicit Hostien. in capitu. grauamen. de excessu. prælato. quòd magis obligamur patribus nostris spiritualibus, quàm carnalibus: quia vt dicit ipse, fortius est spirituale vinculum, quàm carnale. capitu. inter corporalia, de translatio. Episcop. Vnde hac filiatione admiranda deberent esse contenti Sacerdotes. Hæc enim est vera propagatio prolis spiritualis nunquam deficiens, sicut & Apostol. nominat Corinthios filios suos charissimos, dum dicit primo Corinth. 4. non vt confundam vos, hæc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo. Nam si decem millia pedagogorum habeatis in CHRISTO, sed non multos patres, nam in CHRISTO IESV per Euangelium vos genui, vt infra; Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus, & fidelis in Domino, & Galat. 4. filioli mei, quos iterum parturio, & Ioann. 2. & 3. Filioli mei, hæc scribo vobis; filioli mei non diligamus verbo, neque lingua. & alibi sæpissimè. Nam & Augustinus dicit illis, qui virginitatem Deo vouerunt, quanquam ampliorem gradum honoris, & sanctitatis in Ecclesia teneant, non tamen sunt sine nuptiis, nam & ipsi pertinent ad nuptias cum tota Ecclesia, in quibus nuptiis Christus est sponsus.

Est & Ecclesia veluti domus quædam, ac sicuti in domo
15 vxor est, † & filii, ac serui, omniumque cura, & regimen incumbit viro, ita fermè & in Ecclesia videas, nihil ibi est aliud, quàm filii & vxores & serui: quod si administrationis habeat socios. Ecclesiæ Rector habet, & domi vir vxorem, consortem curarum suarum. At verò in Ecclesia viduarum, ac virginum alendarum solicitudo est, habet & domi vir & seruos & filios, est autem longè facilius domum, quàm Ecclesiam regere.

Et si domum velint regere, hoc à principio perpendant, nam non debet quisque addicere se sacerdotio, cui sit ineptus, & quod castè, & mundè exequi nequeat: ne quid enim inconsultè faciendum, cuius postea pœnitendum sit, quia deliberandum est diu, de quo statuendum est semel. Nam & ita monet Basilius magnus, cuicunque ab initio, quod vitæ genus cupit (modo concessum) hoc inire ac optare, licèt, siue in matrimonio, siue in cœlibatu viuere velit, quando verò se Deo semel autorauit per vitæ continentiam, ac perpetuam castitatem, hoc detrectare non licèt. ac sese non secus, quàm aliquod munus, aut hostiam Deo sacram custodire, tenere, ne reum sacrilegii se Dominus accuset, quod semel dicatum sibi corpus, rursum rebus prophanis, & communis vitæ ministerio sordidauerit.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes dicuntur quasi contraxisse matrimonium cum Ecclesia, ratione susceptī ordinis.*
2 *Sacerdotalis dignitas superat omnem Angelorum potestatem.*
3 *Nouitates parere discordias & odia.*
4 *Vota Deo reddenda, aliter malus exitus euenit.*
5 *Votum solemne impedit contrahendum matrimonium, & dirimit contractum.*
6 *Voti solemnizato, per quos actus inducatur, remissiuè.*
7 *Votum solemne continentię, nec per Papam dispensari posse, nisi ex magna causa.*
8 *Dispensationes quædam voti continentiæ per summos Pontifices.*
9 *Item quòd solum ex eo, quòd legi carnis resisti non possit, non debere dispensari tale votum.*
10 *Dispensatio solemnis voti continentiæ non est permissa per Matthæum Apostolum, etiam cum causa vrgenti, & quòd plures hoc tenuerunt.*
11 *Continentia Ioseph cum Aegyptia.*
12 *Continentia Iob.*
13 *Continentiæ modus præseruandæ.*
14 *Continentia Esseniorum Populorum.*
15 *Continentia sacerdotum Gentilium.*
16 *Sacerdotum Gentilium mos in sacris obeundis diuersorum regionum.*

CAPVT V.

ET Sacerdotes, prout proximè dixi, sicut habent filios spirituales, ita quoque dicuntur quasi cō-
1 traxisse matrimonium cum Ecclesia ratione su-
2 scepti ordinis, † vt per Abba. in capit. vt Clericorum, † de vita, & honesta. cle. & eo debent esse contenti, vt conseruentur in suo honore & dignitate, quæ omnes alios facilè superat, & omnem Angelorum potestatem.

Nam licèt vnus Angelus possit vnum cœlum mouere, non potest tamen vnum ipsorum cœlorum ad terram transferre, sed sacerdos paruo temporis momento, trahit verum corpus CHRISTI à summo cœlo ad terram, in altari, tanta breuitate temporis, sicut fit lucis solaris diffusio, vt quarta sentent. distinct. 11. & 19. & ideo sunt in maxima veneratione habendi, Ecclesia. ieptimo, in tota anima tua time DEVM, & Sacerdotes illius sanctifica. & alibi, qui vos spernit, me spernit, & vos estis genus electum regale sacerdotium, Gens sancta, Populus acquisitionis, vt virtutes annuncieris, qui vos vocauit in admirabile lumen suum, Christus Iesus de tenebris. Et de dignitate sacerdotali infinita possent adduci, cum tamen si copula matrimoniali se coniungerent, & eis permitteretur connubium, fierent contemptibiles, & tam

Source : BIU Cujas

ipſi,quàm eorum vxores,& filii,vt hoc quilibet ſani capitis poteſt perſpicere,& quaſi ludibrio haberentur,& inter ipſas orirẽ tur maximè diſcordiæ,& odia tam propter præexcellentias, &
3 præcedentias,† quam aliis mille de cauſis,& ex controuerſiis ſcandala,prout ſolent ſemper nouitates inducere, capitu. quia dilectio,in fi.de conſanguinitate & affinitate. & c.conſuetudinis,de conſuetu.& in l.in rebus.ff.de conſtitu. Princip. vbi Iaſo. dicit, quòd nouitates pariunt diſcordias,& Alber.Bru.conſilio 12. columna 8.

Meminerint Deo dicati,ſe votum continẽtiæ emiſiſſe Deo acceptabile,quod tanquam obligatorium eſt Deo reddendũ,
4 † cum votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere,quia requiret illud Dominus Deus tuus, Deute. 23. & c.24. quod ſemel egreſſum eſt de labiis tuis, obſeruabis, & facies ſicut promiſiſti Domino Deo tuo,& propria voluntate locutus es ex ore tuo. & numeri 30. & plura leguntur antiquorum patrum vota Deo reddita, vt votum Annæ de filio Samuele, & aliis. & ſi Ananias,qui Deo pecunias vouerat,quas tamẽ,victus poſtea diaboli perſuaſione ſubtraxit, repentina morte cadens expirauit, quia nummos Deo abſtulit, quos dederat : quanto periculo in diuino iudicio dignus erit qui non nummos,ſed ſemetipſum,Deo omnipotenti ſubtraxerit? capi. Ananias. 17. q. j.capitu.dilectiſſimis.12.quæſtio.j.& de voto cõtinentiæ ex noſtris videatur Bar.in l.adigere,§.fin.ff.de iure patro.

Quod quidem continentiæ votum in tantum obſeruandum eſt,quòd ſi eſt ſolennizatum, mediante ſuſceptione ſacri ordinis,vel veſtis ſacræ,vel profeſſionis in manu Abbatis, & prout glo.in c.rurſus,& quæ ibi nota.qui Clerici, vel vouen. tunc tale
5 votum ſolemne, nedum impedit matrimonium, † cõtrahendum,ſed dirimit contractum.capi.j.cum ibi not.de voto. in 6. & 26 quęſtio.j.per to.& c.j.cum ſeq.de Cleri.coniuga.c.meminimus,& d.c.rurſus,eodem tit.Quia hoc dictat publicæ honeſtatis iuſtitia,nam inhoneſtum eſt alligatum Deo per ordinẽ ſacrum,aut monachatum,matrimonium contrahere, ſed per votum ſolemne monachationis,vel ſacri ordinis, ſui corporis Dominium videtur in aliis tranſlatum, ſicut per matrimoniũ, quod ergo eorum præcedit,ſoluit aliud: nam ſacer ordo annexum habet votum caſtitatis,vt dicetur inferius in reſponſionibus ad contraria. per quos verò actus inducatur ſolennizatio
6 voti religionis, † vide latè Domini. in c.quidam, 27.diſt. & de actu profeſſionis,eundem in c.quod interrogaſti, ea.diſtin.

Et circa votum ſolẽne,verum eſt,ipſum,nec per Papam diſpenſari poſſe,† niſi ex magna,& vrgenti cauſa, quia tũc poteſt
7 ſummus Pontifex contra votum religionis diſpenſare ſecundum communem opin.Canoniſtarum in capi.cum ad monaſterium. de ſtatu Monacho. puta ſi aliquis Rex infidelis vellet ad fidem conuolare cum toto Regno ſuo, ſi poſſet ducere in vxorem monialem filiam alicuius Regis,nam credendum eſt, hoc eſſe charius Deo, quàm continentia vnius hominis, qui pro conſeruatione rationalis creaturæ corpus ſuum expoſuit morti,nec peccatis,cũ quo diſpenſatur ſi per obedientiã Papæ nubet,immo magis meretur,obtemperando ex cauſa Vicario Ieſu Chriſti, vt diſpẽſauit Cęleſtinus III. cũ Cõſtãtia Rogerii Siciliæ Regis filia,Federici III.matre,& Alex.III. q Venetiis exiſtens pro reparanda familia Iuſtiniana cum Monacho di-
8 ſpenſauit, † & alii Põtifices cũ Ramico Aragononum & Ioanne notho Portugalliæ Regibus. & licèt in hoc Sanct. Tho. fuerit varius: nam in ſum.2.2.quæſtio 88.arti. vlti. teneat contra opinionem Canoniſtarum,tamen in quarto ſenten.diſtin. 28.quæſtio.j.art.4.tenet contrarium, & quòd poſſit fieri diſpẽſatio ex magna cauſa,quam communem opin. tenent plurimi Doct.quos enumerat Fely.in c.ſi quando,col.4.& ſeq. de reſcri. præſuppoſita vrgenti cauſa,aliàs non.dicitq́ue hoc communiter teneri,& credere ſuo,ita in curia ſeruari, & quod ob id Ca-
9 liſtus Papa 3.recuſauit diſpenſare ſuper cõiugio Diaconi, † qui ſolummodò allegabat ſe legi carnis non poſſe reſiſtere, & per Deci.in c.quæ in Eccleſiarum,colum.5.de conſt.& in conſilio 112.colum.5.ſed beatus Matthęus Apoſto. noluit conſentire, quod Ephigenia virgo Deo dicata nuberet cuidam Regi Infi-
10 deli,qui ſe Chriſtianum fieri promittebat, † cum omni populo,quin potius mortem ſuſtinuit,licèt hoc caſu ſubeſſet cauſa vrgentiſſima. quam opin.contra communem ſententiam plures ſunt ſecuti,adeo quòd inſpecta vtraq́ue opinione, conſtat votum caſtitatis ſolemne, vel eſſe indiſpenſabile, vel tantum ex magna cauſa diſpenſari poſſe.

Meminerint quæſo iſti nuptiatores, illius continentiſſimi Ioſephi,qui priusquàm in terra,& Dominus & opifex vniuerſi apparuerit libertatem mentis cuſtodiuit, qui non audiuerat Paulum dicentem,corpora noſtra membra eſſe Chriſti.j. Co-
11 rin.6.& priusquàm audiret vocem diuinam, † non minor apparuit his,qui cæleſtibus promiſſionibus honorati ſunt, & qui eo quia illum tãgere volebat Aegyptia, quaſi in tactu eius periculum eſſet fugiens de manibus eius; pallium abiecerit,Docẽs nos in Eccleſiis,quàm oporteat nos certare, & incorruptã ſeruare animam,& putauit Dei ſeruos docere, vt imperent voluptati,quamuis multa pericula parata viderit: quantum nos cõuenit cum rumore,& tremore viuere in continentia, ne appareamus indigni honore, & ne membra Chriſti fiant membra ſcorti. hoc verbum ait Chriſoſtomus,poteſt omnem animam continentia munire,hoc verbum ardentes ɔcupiſcentias marceſcere facit ſermo ille,in animam admiſſus,cuius quidẽ Apoſtoli verba tanquam tonitrua,deberẽt humanas mentes moue re,& ideo ſeruent,quæ monet Apoſto.8. & 13. & Philipp. 4. & quod habetur in capitu.quod dicit,44.diſtin.& j.Pet.2.Lucæ 6.
12 Ioan.14 & 15.† Meminerint & hi continentiam magni Iob. Qui non ſolum continentiæ fuit diligens excitator, ſed & legẽ oculis ſuis poſuit,ne in virginis videret Faciem,ne fortè mentẽ illius raperet pulchritudo irradians. neque hoc negligẽter audiendum eſt,quòd ante Chriſtum incarnatum apparuerint iuſti, & tantùm continentiæ ſpeculum exhibentes: non enim erat quod tunc tanta vi ad virtutem illam vrgeret, neque virginibus crimen erat,neglecta continentiæ poſſeſſio.

13 Quando igitur cõcupiſcentia inflammat,† cogita tibi aſtare Paulum dicentem,neſcitis,quòd corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Gerentes membra Chriſti,facies ne membra ſcorti? ſi illorum verborum fueris recordatus, ſtatim fugientem videbis voluptatem: nam ſi ancillas domina caſta, & pudica turpitudini deditas,ſolo aſpectu pudicas facit,quid mirum ſi titillantem voluptatem,memoria Chriſti ſtatim ſopit? ſemper crucem habe ante oculos tuos radiantem, & purus a peccatis per id tẽporis abibis. hæc enim ſalus eſt animæ,fœdarumq́ue concupiſcentiarum ſalubre antidotum, & pro certo illi caſtitati derogãt,ſemp,q eã,aut non habent, aut habere cogunt inuiti.

Et ex Hiſtoriographis, & locis ſcripturæ ſacræ vltra exempla Ioſeph,& Iacob,plurima poſſent adduci, quæ ex conſulto omittuntur,qui fuerunt continentiſſimi, tam ex Chriſti fidelibus, quam ex Gentilibus,& cuiuſcunque ſtatus, & cõditionis, & quòd hæc virtus incalluit non tantum in certis perſonis,priuatorum,& ſingulorum,ſed etiam,in populis, & gentium vni-
14 uerſitate, † vt habetur de Eſenniis populis Syrię,de quibus meminit Plinius,qui duxerunt vitam alienam à fœminarum cõmertio,Venere penitus abdicata, & penes ipſos Gentiles hoc
15 idem ſtatutum erat in Sacerdotibus eorum, † licèt prophanis, vt per illud Ouid.

Pone Deos,& qui tangendo ſacra prophanas,
Non bene cœleſtes impia dextra colit.

Et Tibul.libro 2.Elegia prima.

Vos quoque abeſſe procul iubeo,diſcedite ab aris,
Cui tulit heſterna,gaudia, nocte Venus.
Caſta placent ſuperis,pura cum Veſte venite,
Et manibus puris ſumite fontis aquam.

Et Virgilius, & cæteri Poetæ in variis locis appellant Sacerdotes eorum,caſtos,& in ſacris Cereris,Iſidis, Bonæ Deæ legitur fœminas à Viris abſtinere ſolitas certis diebus.

16 Et in omnib. ſacrificiis ritè celebrãdis,† antequàm ſacerdos eorum Deis,licèt numinibus falſis immolaret, aut rem diuinã faceret,quibuſdam ſe prius ſacris præparabat, intèr quæ & corporis ablutio.Vnde Virgilius 2.Aeneidos, de Aenea ſic dicit.

Donec me flumine viuo.

Abluero. Tum etiam à Venere abſtinebat, vt ad cœlebranda ſacra lautus,ac mundus accederet legitur & Numam Pompilium,cum pro frugibus faceret,eſu carnium, & Venere abſtinuiſſe. Item eos,qui initiandis eſſent Iſidis ſacris, dies decem parcere carnibus,& vino.Quin & Aegyptios feſtis quibuſdam diebus ieiunia ſeruaſſe, id quod & Hebræos adhuc obſeruare animaduertimus. aquæ quidam aſperſione, corporis labẽ tolli,& caſtimoniam præſtari putabant,& Myſos, & Eſſæos cœlibem vitam egiſſe,ob religionem,qui Abii,& Anymphi, dicti fuere. & Cybelis ſacerdotes Samia teſte ſibi virilia amputaſſe, atque illos,qui maxima ſacra obibant,vt in caſta religione manerent,& procul à mulierum contagio vitam agerent, herbis quibuſdam euitari,& virilitatem amittere,vt quæ nulla niſi ſacrorum maneret,nudiq́ue,& vacui religioni, ac pietati intenderent, cunctarum ſe rerum Dominio abdicare, quod iure Pontificio veteri caueri quidam putant, illis verbis, Ad diuos adeunto caſtè, pietatem adhibento, opes amouento, qui ſecus faxit, Deus ipſe vindex erit. & apud exteros pro caſtimonia ſeruanda,in Teſmophoriis matronæ Athenienſes, vt Venerem cohiberent, foliis viticis cubilia ſubſternebant. nonnulli garo ex piſciculis, qui ſquamam haberẽt,in ſacris vſi fuere,quod irritos faciant conatus Venereos.

Et legitur Hierophantas Athenienſium, poſtquàm in ſacerdotium cooptati erant,vt caſtè,ſancteq́ue ſacrum facerent, cicutæ ſorbitione ſe caſtrari ſolitos.

Aegyptios ſacerdotes negotiis omiſſis, mulieribus nunquã indulſiſſe, & ſemper in templo perſtitiſſe, aliis omnibus curis poſtpoſitis, vt per Hiero. libro ij. contra Iouinia. & quid quod non tantum ſacerdotes eorum erant caſti,ſed & animalia ſacrificijs congrua erant integra,atque inſecta,non curta, ſeu mutila,& habetur Deu.vij. non immolabis Domino bouẽ, ac ouẽ,

vbi

Source : BIU Cujas

vbi ſi macula,quippiã vitij, quia abominatio eſt Domino Deo tuo,& polluti homicidio,aut humano sãguine infecti,cęteriq; eiuſmodi à ſacris arcebantur,nè ve aras contingerent,aut ſacrificio intereſſent,publicis legibus prohibebantur.

Et ferunt Moſen,poſtquàm prophetauit, non amplius vxori ſuæ coniunctum fuiſſe.& Euſebius Cæſarienſis lib.j. demõſtra. euange.tradit,ipſum Moſen,atque eius fratren Aaron,antequã ipſis Deus apparuerit, filios genuiſſe: poſtquàm autem diuina oracula acceperunt, nõ amplius genitos ab eis filios,& Moſen ſe à Zephora eius vxore ſeparaſſe.

SVMMARIVM.

1 *Mundi dilector efficitur Dei inimicus.*
2 *Amor verus non poteſt eſſe in plures diuiſus.*
3 *Nubentes ſolliciti ſunt eorum,quæ ſunt mundi.*
4 *Orandi mos apud Sacerdotes legis antiquæ.*
5 *Venus impedit contemplationem.*
6 *Caſtitas,& continentia operantur contrarium.*
7 *Luxuria,quot mala pariat.*
8 *Minerua & Muſæ,quare virgines apud Priſcos.*
9 *Orandi tempus,quale ſit conuenientius.*
0 *Orandi locus, aptior quid ſit.*

¶CAPVT SEXTVM.

1 Nec mirum ſi tam ex Sacrorum Canonum Decretis, quàm ex ritu Gentiliũ apparet ſacris initiatos ſe debere ſequeſtrate à corporis,& carnis voluptatibus,cum amicitia huius mundi ſit inimica Dei; & quicunque voluerit amicus eſſe ſæculi huius, inimicus Dei cõſtituitur. † Iac.iiij.& Ioan.ij.Nolite diligere mundum,neque ea, quæ in mũdo ſunt: ſi quis diligit mundum,non eſt charitas patris cum eo, quoniã omne,quod eſt in mundo,concupiſcentia carnis eſt,& concupiſcentia oculorum,& ſuperbia vitę, quæ non eſt ex patre, ſed ex mundo eſt.& Apoſt.j.Corin.x.non poteſtis calicem Domini bibere,& calicem Dęmoniorum,& Lucæ xviij. nemo eſt, qui reliquit domum,aut parentes,aut fratres,aut vxorem,aut filios propter regnum Dei,& non recipiat multo plura in hoc tpe, & in ſeculo futuro vitã æternã,& ſic proprijs exui Dñs iubet, mundus verò etiam aliena diripere, & ad luxuriã,& ad delitias ſeculi te impellit,& mentem mille modis à Deo alienat, cum tamen Deo ſeruiendum ſit ex toto corde, & in tota anima, & tota mente.ad hoc facit tex.aureus ad propoſitum in l. non diſtinguemus.§.ſacerdotio.ff.de arb.vbi promotus ad ſacerdotiũ excuſatur a laudo,cũ Dei ſacris vacare eos oporteat,cuius hęc ſunt verba formalia. Videbimus, an cogatur arbiter ſentẽtiam dicere:id enim non tantum honori perſonarum, ſed & maieſtati Dei indulgere,cuius ſacris vacare ſacerdotes oportet.

Et de ſacerdotibus dicit Hieronymus,nõ debere eorum mẽtes vacare varijs perturbationibus, quia ſi pectori inſederint, dominabuntur eis:& ſi nuberent,certum ipſos non poſſe incũbere diuinæ philoſophiæ ſtudijs, variis perturbationibus agitati, non pluribus intentus non eſt ad ſingula ſenſus.gl.in verbo, offendiculum,in cap.accuſatus.de hære.in vj.& in cap.cum di-
2 uerſis fallaciis.de cler.cõiu.†& verus amor non poteſt eſſe diui ſus in plures,nec vnius anima multis poteſt ſufficere affectibus, ſed vnus ab alio opprimitur & diuiſus fit imbecillior, & dixit Ouid.in tertio de reme.

Secta bipartito cum mens diſcurrit vtroque,
Alterius vires ſubtrahit alter Amor.

Et gloſ.in c.clericus.xi.q.i.text.in l.lex,quæ tutores. C. de adminiſtr.tutor.

Quod plane ante oculos fidelium proponit Apoſto. j. Cori. vii.qui ſine vxore eſt,ſollicitus eſt,quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo:qui autem cũ vxore eſt,ſollicitus eſt, quæ ſunt
3 mundi,†quomodo placeat vxori,& diuiſus eſt,& mulier innupta cogitat, quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta corpore, & ſpiritu: quæ autem nupta eſt,cogitat, quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro,& ad id,quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimento Dominum obſecrandi.& ſic Apoſt.videtur coniugium appellare impedimentum obſecrandi,prout Pe.iij.dicitur,orationes impediri officio cõiugali,nec opera ſpiritualia per cõiugatos commodè exerceri poſſunt, vt infirmos curare,& eos,& Eccleſias viſitare,& diuina officia frequentare, nec alia, de quibus per glo. in c. manifeſtum, & in c. noluit, & per to.xxxiij.q.v.&c.

Et iuxta illud Eccleſia. iij. eſt tempus amplexandi. ſ. durante coniugio ſimul cum iuuentute; & eſt tempus orandi,& longè fieri ab amplexibus,videlicet ſoluto matrimonio cauſa fiendæ
4 orationis,† & tradit Apoſto.Nolite fraudare inuicem, niſi fortè ex conſenſu,& vacetis orationi, & priſcis temporibus, cum ſacerdotes coniugati eſſent,anno vicis ſuæ,quo in diuinis miniſtrabant, nõ diſcedebant de templo, prout de Zacharia,& Luc. i.& xxxi.diſt.tenere debet,& hoc non alia ratione,niſi vt,durante diuino miniſterio non iungerẽtur vxoribus ſuis,& hoc erat in more apud ipſos quoque Gentiles, Vnde Iuuenalis.

Ille petit veniam,quoties non abſtinet vxor
Concubitu,ſacris obſeruandisque diebus.

Nam actus venereus contemplationem impedit, & in feſtis Iſidis præcipuè,quam Deam caſtitatis colebãt, hoc ſeruabatur, & dictum eſt ſupra. Quid? q in cygno hoc videre poſſumus, qui inſtinctu quodã naturæ,poſtquàm coiuit, ſe lauat, & aquis immergit,priuſquam comedat & cibum capiat.

Quod autem venereus actus impediat contemplationem,
5 ex eo eſt,quod ait Sanctus Tho.2.2.q.15.art.j.intentionem.† ſ. hominis per Venerem maximè applicari ad corporalia,ideoq; debilitatur operatio hominis circa intelligibilia, perfectio.n. intellectualis operationis in homine conſiſtit in quadam abſtractione à ſenſibilium phantaſmatibus:propterea quanto intellectus hominis magis fuerit liber ab huiuſmodi phantaſmatibus,tanto melius conſiderare intelligibilia poterit,& ordinare omnia ſenſibilia,ſicut & Anaxagoras dicit,oportere animũ, intellectumque nulla re eſſe miſtum,vt imperet;delectatio autem applicat intentionem ad ea,in quibus quis delectatur;& vt ait Gregorius,ex luxuria mentis proficiſcitur cæcitas, quæ fermè omnino ſpiritualium bonorum cognitionem excludit,ſi-
6 cut è cõtrario, †caſtitas & abſtinentia maximè diſponunt hominem ad perfectionem intellectualis operationis;& quando inferiores potentiæ,ſeu vires afficiuntur ad aliquam rem, tunc ſuperioris vires impediuntur, & exordinantur in actibus ſuis. vnde cum per luxuriam vires inferiores maximè ſenſitiuæ affi ciantur circa delectabilia venerea,tunc exordinantur vires ſuperiores,ſcilicet ratio,& voluntas in actibus ſuis, & ſecundum numerum deordinationum eſt numerus vitiorum, quæ oriun
7 tur ex luxuria.† & ideo dicit Gregorius xxxj. Moralium, quòd ex ea oriuntur ſex vitia,& vocat eas filias luxuriæ,id eſt cæcitas, mentis inconſideratio,præcipitatio,amor ſui,odium Dei, affectus præſentis ſeculi,deſperatio futuri, & quod tradit Alberi.in ſuo Dictionario,in verbo,luxuria in cogitatione,& puellæ corpus fragunt & animum.c.legimus,de conſecra.diſtinct.5.& qui in luxuria vitam ducunt,reſoluta quidem corpora,& omni cęra molliora circumferunt, atque agmine quodam infirmitatũ repleta,& immatura ſenectus ſuccedit,& eſt eis vita ſemper cũ medicis,& medicamẽtis; ſenſus autẽ ipſi tardi,graues, obtuſi,& quodammodo iam ſepulti.& Ariſto. lib vij.cap.ix.& xi prodit, voluptates eſſe impedimento prudentiæ, atque quò magis hiſce quiſpiam gaudet, eò quoque magis impediri prudentiam, vt in venerea fit voluptate: nemo enim dum eſt in illa, mente
8 quicquam percipere poteſt,†quare nõ iniuria antiqui Gentiles Mineruam prudentiæ,& literarum Deam,atque muſas diſcipli narum præſides,inuentricesque virgines eſſe voluerunt.

Et ſi actus venereus impedit contemplationem, certum eſt non conuenire Deo dicatis, cuius quidem vitæ contemplatiuę potiſſima pars eſt oratio,quæ corde,& ſpiritu fienda eſt,& mente in Deum intenta,vt dixi ſupra,cum ſit pius mentis affectus in Deum,ſecundum Auguſti.& ſecundum Damaſcenum, aſcenſus intellectus in Deum, aliàs quomodo audiri te a Deo poſtulas,ſi mente vagando te ipſum non audis? neque dicitur orare, qui euagatione mentis diſtrahitur.

9 †Et ideo tempus, & locus in perfectione orationis cõſideratur:tempus enim & hora congruentior eſt media nocte,& melior ad orandum propter ſex cauſas. primò exemplo Domini, qui vt dicitur Lucæ vj. pernoctauit in oratione, vt nos proprio exemplo ad pernoctandum præcando inuitaret. vnde & pſal. media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. ſecundò propter ſilentium,vnde in Tren.iij.cap.ſedebit ſolitarius,& tacebit.tertiò propter ſpiritualium nequitiarum impetũ, vnde Ambroſi. tunc ſpirituales nequitiæ omne nephas inuade re contendũt, quia nullus culpæ arbiter,nullus criminis conſcius, non poteſt eſſe teſtis erroris, tunc varias diſceptationes peccatorum dormitanti infundit. prouidendum eſt ergo, vt eo tempore, quo poteſt vincere, nunquam vicendi tempus amittas. ſurge igitur ad precandum ea hora,qua tentator conſueuit irruere,qua hora ſolet aduerſus temptationes graues remedium venire cœleſte,& iſta eſt alia cauſa, quia tunc facilius deſcendit ad nos Dei beneficium.Vnde Sapien.xviij. dicitur, dum medium ſilentiũ tenerent omnia, vt nox in ſuo curſu inter perageret, omnipotens ſermo tuus Domine de regalibus ſedibus venit. & ad hoc ſignificandum ſaluator natus eſt media nocte, item quia tunc ceſſant impedimenta rerum viſibilium, ex quibus oriri ſolet cauſa peccandi.

10 Locus verò etiam conſideratur,vt Mat.vj.cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito.quod ita intelligendum eſt,ſcilicet ſpiritualiter dictũ ad animam:cubiculum enim eſt cor,vel intellectus interior, id eſt ſpiritualis,ſicut ſcriptum eſt, quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini:oſtium autem,ſecũdum Chriſtophor.eſt ſenſus carnalis exterior, per quem omnia bona,vel mala ſemper animam intrant, ſicut in canticis exponitur.Ecce dilectus meus pulſat hoſtium, aperi mihi ſoror mea, proxima mea,iubet ergo in Euangelio Dominus,vt anima interiorem ingrediatur intellectum; quando orat, vt nihil cogi-

ter,

Source : BIU Cujas

tet,niſi de quo orat: & quem orat, vt claudat oſtium ſenſus ſui carnalis,vt omnes cogitationes carnales,& ſollicitudines foras excludat.

S V M M A R I V M.

1 *Mariti dilectio in vxorem.*
2 *Vxoris amor in virum.*
3 *Annulli aurei geſtatio in quarto digito,& qua de cauſa.*
4 *Mulieris verecundæ & pudoratæ laus.*
5 *Mulierum improperia.*
6 *Mulieres garrulæ,& ſecretorum reuelatrices.*
7 *Secretorum reuelatores caſtigantur.*
8 *Mulieres ſolitæ viris mala ſuadere.*
9 *Mulieres, quæ apud priſcos Gentiles commendatæ.*
10 *Vxor an ſit ducenda ponuntur vna Socratis & Theophraſti ſententia num.* 11 *&* 12.
13 *Continentes facilius à Deo exaudiuntur in eorum petitionibus.*
14 *Virginitatis conſideratio vltra quàm in homine.*
15 *Sacerdotem ordinatum nubere,nunquam auditum in populo Chriſtiano.*

C A P V T S E X T V M.

SEd quòdāmodo poſſent ſacerdotes matrimonio copulati excludere ſollicitudines,& onera, quibus neceſſario grauātur qui nubunt,cū ſint variis,& penè īfinitis rei familiaris negotijs impliciti, & vndequaque impulſi, quibus in ipſo nuptiarum initio ſe offert dilectio in vxorem,
1 prout viri eas diligere tenentur,† Epheſi.v. Viri diligite vxores veſtras,& Coloſſen iij.Viri diligite vxores veſtras,& nolite amari eſſe ad illas.& Hebr.vlt.& Prouerb.v. Verba eius inebrient te omni tempore,& in amore eius delectare iugiter,& c. xix. eſt a Domino vxor prudens, Philoſo.ij.Economi. vxor ex ara Deorum & Zorobabel.Eſdrę iij.c.iiij.vbi ſic,homo patrem ſuum relinquit,qui enutrijt illum, & ſuā regionē, & cū muliere remittit animam,neque patrem meminit,neque matrem, neque regionē,& illud,omnis amor,magnus,ſed apertè in coniuge maior,& de his per Valeri.Maxim.in ti.de amore coniugali,& per Caſſane.in Catalogo,par.ſecunda,;5.conſideratione.

2 Sed & vxor reciprocè tenetur virum diligere,† ſicut Iſaach Rebeccam,Geneſ xxiiij.in fine.& Geneſij. Tobi.x.in fine.Mat. xix.Timot.ij.& diffinitio ipſius matrimoni hoc firmat,q̄ eſt viri & mulieris coniunctio individuam vitæ conſuetudinem retinens,Inſtitu.de patria poteſtā.in princip.xxvij.q.ij.§.j.& c.illud, de præſump.& ſcriptum eſt;relinquat homo patrem,& matrē, &c.Gen.ij.Mar.x.Epheſ.v.

Quid? q̄ idem contingit in belluis,nam gallus,& paſſer,aper maſculus pro coniuge pugnare conſueuerunt, ſecundum Philoſophum.& viij.Ethi.amicitia viri,& vxoris eſt ſecundum quā dam excellentiam,quod ſignificatur annullum, quo vxor a viro deſponſatur,de quo in c.noſtrates,& in c.fœminæ.xxxv.diſt. vt ſit aureus, quia ſicut aurum excellit omnia alia metalla, ita amor iſte omnes amores.Rotundus,quia ea forma eſt alijs nobilior,& in quarto digito,ad q̄uem vena quædam a corde procedit,vt dicitur in c.fęminę,xxxv.q.v.ad fin.

Et (quod tamen culpabile eſt) ſi quando inter eos non intercedit amor coniugalis,vxores,vt amentur,vtuntur incantationibus,& machinantur libamina,interdum vitam abbreuiātia,& philtra, & non deficiunt innumeræ inſidiæ pro beneuolentia malis artibus conſequenda, quod in concubinis eſt certiſſimum,quæ viros infatuant,vt habetur iii.Eſdræ.c.iiij.Eccleſi. xix.Gen.vi.& reddūt eos mūdo irriſibiles, vt digito mōſtrētur.

Exiſtimant enim amorem carminibus,& poculis, alijsq̄ id genus conciliari poſſe,vt de anacampſerotida herba,& ſemper viuo magno, ſiue vmbilico Veneris, & de pilis roſtri hyenæ, verbenaca, & hyppomenæ caruncula quædam, quæ in fronte equini pulli naſcitur, & lapide magnete, vt etiam carminibus hęc poſſe fieri plures exiſtimauerunt,vt Proper.lib.j.

At vos deductæ quibus eſt fallacia Lunæ,
Et labor in magicis ſacra piare focis
Enagedum Domine mentem conuertite noſtræ,
Et facite illa meo palleat ore magis.

Et habetur in l.eorum.C.de maleſi.ibi, aut pudicos animos magicis artibus ad libinem deflexiſſe deteguntur. & ſunt iura loquentia de poculo amatorio.l.ſi quis aliquid.§.abortionis.ff. de pęn.& amatorio veneno,in l.eiuſdem.§.adiectio. ff. de ſicar.

Et ſi odium inter eos verſetur,id eſt capitaliſſimum,cum ſint malorum omnium, vt in pluribus artifices ſapientiſſimæ ſimulatrices,proditrices,prout Iezabel,quæ occidere fecit Nabooth innocentem,iij. Reg.xxj.Loquaces, inuerecundæ, vt Calphurnia fœmina inuerecunda,de qua in l.j.§.origo.ff.de poſtula. cū tamen ſcriptum ſit Eccleſiaſt.xxvj.Gratia ſuper gratiam mulier ſancta,&
4 † pudorata,& c.vi.Gratia verecūdiæ mulieris eſt ſuper aurum,& tex.in l.in coniunctione.ibi,& ſi puella cultu verecūdiæ.C. de nupti. Vbi dicit Bald. quòd naturale eſt mulieri propter verecundiam tacere, & natura multa frena eis impoſuit, inter quæ eſt verecundia.& Eccleſiaſt.xxvj.Sapiens laudat mulieres ſenſatas, & tacitas, & 1. Timothe. xiiij. Mulier in ſilentiō diſcat cum omni ſubiectione.& Ariſtot.lib.j.Politi. c. viij. & fi. mulierem ornat taciturnitas. & in cicadis hoc docuit natura, qua maſculæ ſolum cicadæ canunt, mutum verò eſt fœminarum genus,prout in auiculis fœminis palam videre poſſumus, vt femellæ non ſint aptæ cantibus,ſunt vlterius curioſæ, ambitioſæ,iactabundæ,pertinaces,auariſſimæ contentioſę,fradulentæ,fallaces,doloſæ, mendaces; iuris iurandi contemptrices, & de eis dicitur Eccleſiaſt. xxv. ſicut non eſt caput nequius ſuper caput colubri, ſic nec ira ſuper irā mulieris, ideo implacabiles. & fœmina fuit ſerpentis diſcipula,conſiliaria diaboli, expulſio Paradiſi,animal peſſimum,aſpis inſanabilis, cauda ſcorpionis, continua ſollicitudo:& ſi ſorte in zelotipiam inciderint, tunc furor ille magis æſtuaret in eis, ſi viderint procumbentes ante pedes mariti Sacerdotis, puellas, & alias cuiuſque conditionis mulierēs genuflexas,prout decet confitentes peccata ſua. & de quibus malè ſuſpicentur: Nam tunc maritorum aures obtundent,donec ab eis ſciant,quod ſcire non licet, ſed cęlari debet, à quibus ſolis cum ſola reuelabitur; nihil enim tā arcanum eſt, quod in illis complexibus Venereis non reueletur, iuxta illud, multos cæcus amor cogit ſecreta fateri. Quæ res vel confeſſiones auriculares diſſuadebit,vel ſuſpectiſſimas faciet,cum maximo fidelium ſcandalo,cum confeſſio ſacramentalis nemini ſit propalanda.c.ſi.ſacerdos,de offic.ordina.c.omnis vtriuſque ſexus,de pœni.& remiſſio.& iij.q.vij.c.fi.in princip. cum gloſſ. in verbo,& non publicare, & in c.fin.vj.q ij.

6 Eſt enim in muliere res perdifficilis, ſilentium, cum natura ſint,garrulæ.& licèt pluribus exemplis hoc firmari poſſet, vno tantūm ſum contentus, de quo meminit Plutarchus in lib. de garrulitate. Romani Senato res deliberabant inter ſe complures dies de re quadam arcana,de qua cum obſcura eſſet,& varia hominum ſuſpitio,mulier alioqui pudica & modeſta,& mulier tamen marito ſuo incumbebat, etiam atque etiam rogans, vt hoc arcanum ſibi dicere liceret, iureiurando ſilentij fidem obſtringebat,diris ſe deuouebat, addebat & lachrymas, conquerens,nullam ſibi apud eum eſſe fidem. Tum Romanus captans occaſionem reprehendendæ eius amentiæ, Viciſti, inquit, ò vxor:audi igitur terribile portentum, renuntiatum eſt nobis à ſacerdotibus viſam eſſe conturnicem volantem, quæ galeam auream,& haſtam geſtaret,diſpicimus,nunquid ſiniſtrum, aut proſperum ex hoc oſtento portendatur,& vna cum auguribus hæſitamus:verum heus tu,vide ne palam facias. quo dicto profectus eſt in forum, illa autem procuratura ad percontandum primam ancillarum, quæ ingreſſa erat, tundebat pectus ſuum, & capillos vellebat,inquiens,Hei mihi Vir;hei Patria,quid paſſuri ſumus?Quibus omnibus ancillam docere ſtudebat, quærere quid accidiſſet.itaque ſciſcitanti narrauit,& addidit vulgarē, & vſitatam in omni loquacitate clauſulam,nemini dixeris.nec ante vertit ancillulam, quæ ab ea abſceſſerat: ſtatim enim alij ancillæ,quam ocioſam nouerat,rem totam narrat;illa quoque amatori, qui apud eam erat,retulit, cæterū ita deuoluta in forū fabula,vt fama authorem præcurrerit,obuiam illi factus familiarium aliquis,ait,modo ne domo ad forum deſcendis? modo reſpondit:nihil ne igitur audiſti?Quid noui obtigit? coturnix volans viſa eſt,geſtans galeam auream,& haſtam, & conſules hac de re ſenatum habituri ſunt.tum ille ridens,magnam,inquit,ceſleritatem vxor adhibuiſti:ſi quidem me in forum proficiſcentem,vox tuæ fidei credita anteuertit,ac conſules aggreſſus, eos perturbatione liberauit:vxorem autem caſtigans, ſimul atque domū reuerſus eſt,perdidiſti me,vxor inquit;deprehenſum eſt enim hoc arcanum è domo noſtra elatum eſſe foras, proinde ob incontinentiam tuæ linguæ patria mihi cedendum eſt. illa primum,inficiatione ſe tueri,& dicere,nonnè eadem hæc cum trecentis audiſti? cum quibus trecentis inquit, coactus à te hoc commentus fueram,vt te pertentantem, hūc in modum tutò, & citra magnum periculum, vxoris periculum fecit, imitatus prudentem patrem familias, qui in vas carioſum non vinum, aut oleum,ſed aquam infundit. alia quoque habentur ibi circa garrulitatem mulierem. Et inter cauſas, propter quas mulier a feudo repellitur,eam connumerant, quia neſcit retinere arcana,ad quod vaſallus præcipuè tenetur,c.j. de no.for. fideli. quas explicat Bal.in l.fin.col.iiij.C.de fuis & legit.& Iaſ.in l.j.col.ij in prin.ff.ſi quis cautio. vbi refert Plutarchum in vita Catonis, eū pro tribus rebus per omnem vitam pœnitentiam egiſſe.Primò ſi quod arcanum mulieri credidiſſet;ſecundò, per aquam traiciſſet, quo poterat per terram proficiſci; tertio, ſi aliquos dies per incuriam ſine ſtudio tranſiiſſet. & redeundo, vnde digreſſi ſumuss, dico in mulieribus perdifficile fore ſilentium, & iuſta eſt cauſa recuſandi aliquid propter ſuſpitionem reuelationis, prout fecit illè Romanus.& quilibet ſapiens hoc facere debet, in his,quæ debent teneri ſecreta,& not.per Innocen.in c.ſuper his,de accuſat. vt: ſi Rex electum in prælatum ex cauſa reuelationis ſecretorum haberet ſuſpectum,poſſet obiicere hoc contra electionem, & eo probato retractabitur electio, quod dictum ſequitur Abba.& commendat in c.j.col.fi.de electio.& in

cap.

Source : BIU Cujas

cap.quod ſicut,colum.iij.& Hoſtien. in Sum.de electio.§. quis poſſit eligere,colum.i.verſic. ſed & electione facta,& Domini. in cap.in nouo,in fine.xxxi.diſtinc. dicens,nota gloſ.quæ iuſtificat contradictionem,quam faciunt Principes,vel communitates,nolentes quãdoque à principio recipere Epiſcopos, quos dat eis Papa,quia habent eos ſuſpectos pro ſtatu ſuo,& ne reuelent ſua ſecreta inimicis ſuis.& idem Domini.in c.vt circa.§.edicto.col.iiij.verſi.vnum tamen notabile, de elect. in vi. & vides quomodo ſi ſacerdotes ducerent vxores,quod poſſet ſcandalũ oriri propter reuelationes confeſſionum ob importunitatem vxorum,& eorum ſagacitatem,& adulationes.

Solent autem vxores improbæ ſuadere mala viris, vt legitur
8 de vxore Iob',† cuius vxor praua ſuadebat ibi blaſphemias, Iob 2.contra quam dicebat, quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es, nec tamen potuit turrim labefactare, nec adamantem deijcere,nec arborem patientiæ eradicare: illa impellebat, ſed arbor reddebatur ſtabilior:illa fluctus excitabat,ſed nauis non ſubmergebatur, ſed ſecundo nauigabat vento ; fructus eius decerpebantur,& arbor commota non eſt;folia deciderunt,& arbor manſit immota; & ita vitia vxoris patienter pertulit, prout decet prudentes viros, vt induant patientiam Iob, vt legitur de Socrate cum Xantippa eius vxore,& de M. Antonio Cæſare cum *Fauſtina*.

Præmiſſa dicta ſint de improbis mulieribus, & prout magis communiter ſolet contingere maritis, cum plures poſſint eſſe probæ:nam licèt ſit omnibus mulieribus eadem natura, mens tamen diuerſa eſſe poteſt, prout ſcriptum eſt de Sarra, Suſanna, & aliis & ſi fœmina nos è paradiſo expulit, eadem tamen nos in cœlum reduxit:neque enim omnes eadem ſententia condemnandæ ſunt ; & in Gentilibus fœminei ſexus commendantur, inter cæteras Alceſte, & Penelope, quæ nec tantam ſibi gloriã comparaſſent,tot,tantasque meruiſſent laudes,ſi cum fortunatis viris vixiſſent, Verum Admeti,& Vlixis aduerſitates parauerunt *illis* memoriam ſempiternam. in aduerſitatibus enim virorum ſuorum,fidem, ac iuſtitiam erga illos ſeruantes gloriã, non immeritò ſunt conſecutæ.Nam proſperitatis quidem facile eſt,ſibi reperire participes;aduerſitatis verò niſi optimæ ſint, mulieres,participes eſſe renuunt,vt tradit Ariſtot.lib.7.Economi.cap.j.circa fin.

Et adeo periculoſum eſt vxorem ducere, vt Socrates apud
10 Gentiles omnium ſapientiſſimus adiudicatus,ab adoleſcentulo quodam conſultus, vtrum vxorem duceret, an ſe omnino matrimonio abſtineret,reſpondiſſe fertur, vtrum horum feciſſet,ducturum pœnitentiam;hinc te,(inquit) ſolitudo , hinc orbitas,hinc generis interitus, hinc hæres alienus accipiet. illinc perpetua ſollicitudo,contextus querelarum,dotis exprobatio, affinium graue ſuperciliũ,garrula ſocrus lingua, ſubſeſſor alieni matrimonij,incertus liberorum euentus.

Et non omittam, quod ſcribit Hieronymus contra Iouinia. c.xv.illud verò quis taceat,quod ſub enigmate ſcribitur ? ſãguiſugæ tres filiæ erant dilectione dilectæ,ſed iſtæ non ſaturauerũt eam,& quartæ non ſufficit dicere, ſatis eſt, infernus, & Amor
11 mulieris,† & Terra, quæ non ſatiatur aqua : & ignis non dicit, ſatis eſt.ſi ſanguiſuga Diabolus eſt, Diaboli filij ſunt, dilectione dilectæ , quæ ſatiari interfectorum cruore non poſſunt; infernus,& amor mulieris,& terra arens,& ignis exæſtuans, non hic de meretrice, nõ de adultera dicitur,ſed amor mulieris generaliter accuſatur,qui ſemper inſatiabilis eſt , qui extinctus accenditur;& poſt copiam rurſus inops eſt,animumque virilem effœminat,& excepta paſſione,quæ ſuſtinet, aliud non ſinit cogita-
12 re.Ad hæc faciunt,† quæ tradit Theophraſtus ſuper illa quæſtione,an vir ſapiens debeat vxorem ducere, qui dum diffiniſſet,quòd ſic,ſi pulchra eſſet,benè morigerata, ſi honeſtis parentibus nata,ſi ipſe ſanus & diues,ſtatim ſubnectit,hoc rarò in nuptijs concordare,& concludit;Non igitur ducenda eſt à ſapiẽte,quia ſtudium impedit; nec enim poteſt quisquàm libris , & vxori pariter deſeruire,multo enim conſtat,quæ matronarum vſibus neceſſaria ſunt precioſæ veſtes, gemmæ, ſumptus, aurũ, ancillæ,ſupellex,& alia varia. Deinde per totam noctem garrulæ,& graues quæſtiones illa honoratior procedit in publico,& honoratur ab omnibus, Ego autem in conuentu fœminarum ſola deſpicior,cur talem aſpiciebas vicinam ? quid cum tali ancilla loquebaris?de foro veniens, quid mihi attuliſti ? non amicum habere poſſumus, non ſodalem , alterius amorem , ſuum odium ſuſpicatur;pauperem vxorem alere,difficile eſt;diuitem ferre,tormentum. Adde quòd nulla vxoris electio , ſed qualiſcunque venerit,ferenda eſt,& habenda, ſi fatua , ſi deformis , ſi fœtida,quodcũq; vitium ſit in ea,poſt nuptias diſcimus, equus, bos , aſinus , & viliſſima quæque mancipia, veſtes quoque, & lebetes,& alia vtenſilia probantur prius & ſic emuntur:ſola autem vxor non probatur , nec cognoſcitur , niſi ante diſpliceat quàm ducatur. Attendenda eſt igitur eius facies,& pulchritudo laudanda, ne ſi alterum aſpexeris , ſe tibi exiſtimet diſplicere;vocari vult domina,celebrari eius natale,diligi vult, patrem eius,& gerulum,ſeruum paternum,& alumnum: quoſcunque enim dilexerit, ſunt amandi, ſi totam ei domum commiſeris regendam, ſeruandum eſt eius regimen : ſi autem aliquid tuo arbitrio ſeruaueris,ſe tibi fidem habere non putabit, & in odiũ conuertetur, atque iniuriam,& niſi citò eidem conſenſeris parat venenum,aruſpices,ariolos,iuſtitoresq; gemmarum ſericarumque veſtium;ſi intromiſeris,periculum eſt pudicitiæ;ſi prohibueris , ſuſpitionis iniuria eſt. verum quid prodeſt diligens cuſtodia , cum ſeruari vxor impudica non poſſit , pudica non debeat? infida eſt enim cuſtos caſtitatis neceſſitas , & illa verè pudica eſt dicenda,cui licuit peccare, ſed noluit ; Pulchra citò adamatur : fœda citò contemnitur ; difficilè cuſtoditur quàm plures amant ; moleſtum eſt poſſidere , quam nemo dignatur habere; minor tamen miſeria deformis habetur quàm formoſa ſeruatur,& ſi quæ vxor fuerit bona,& ſapiens,quæ tamen viſa eſt rarò,cum parturiente gemimus,cum periclitante torquemur;& ſi ex eis filios procreamus , fortè priores te morientur, aut peruerſiſſimi moribus fient. hæc & alia plura Theophraſtus,quem refert ex noſtris Alber.in rub. C.de nupt. allegando etiam ſanctum Thomam.

Et hortatur Paulus Thimotheum j. Timot. iiij. vt ſit exem-
13 plum caſtitatis fidelibus,† dum dicitur ibi,in conuerſatione,in charitate, in fide, in caſtitate , & prout habetur de ritu edendi agnum paſcalem,de quo Exo.xij.nam per renes accinctos figuratur continentia, & frenum libidinis , per Agnum Chriſtus præfiguratur.et certum eſt, continentes facilius à Deo exaudiri,cùm Dominus,& Deus noſter ſit auctor continentiæ,& caſtitatis amator,vt prædixi,& ob id in concilio Cartaginenſi. ij. c.ij.ſtatutum eſt,ſacerdotes eſſe debere continentes, vt facilius à Deo exaudiantur:odit enim incontinentiam , & carnis deſideria.Nam & Gen. vj.dixit Deus,nõ permanebit ſpiritus meus in homine,quia caro eſt,& ea eſt cauſa præcipua, vt ſi cum illa intercedat familiaritas, non poteſt ibi ſpiritus Dei permanere.

Vnde coniugium,liberorum educatio,parandæ rei familiaris neceſſitas,egeſtas,negotiatum priuata,tum publica,impedimento ſunt Deo miniſtrandi : animæ verò carnis expertes & corporis, deſidentes totos dies in diuinæ contemplationis exercitio,videndo audiendoque res diuinas, quas inſatiabiliter expetunt , fruuntur voluptate à nemine interpellata. quæ verò grauantur carnis ſarcinis,depreſſe ab his, nequeunt os ad cœleſtes curſus attollere,ſed ceruice demiſſa , more quadrupedum, pronę ad terram affiguntur , & inter carnem , & ſpiritum lucta eſt maxima.Gal.v.& quod proximè dixi,Dominum Deum ca-
14 ſtitatis &† virginitatis eſſe amatorem, firmari poteſt, & ex eo, quòd virginitas conſtituta eſt ab eo, in cœlo Empireo in Angelorum,virginum creatione,& in mundo, in creatione primi parentis noſtri ex terra virginea , & Euę de coſta Adę virginis , & ſecundum ordinem naturæ, quęlibet mulier eſt prius virgo, quam maritata.

Et profectò licèt in ſacris conſtitutis ingens ſit flagitium concubinatus, & fornicationis , vt inferius dicetur : nihilominus ſecundum patrum ſententias,illorum nuptiæ ſunt ſceleratiores,ſicut eſt grauius crimen adulterij,quàm ſimplicis fornicationis,& adulterium committit,& mœchatur, quiſquis poſt votum continentiæ ducit vxorem,cum ſe Chriſto,& eccleſiæ
15 ſuæ ſponderit,& nulla † vnquam fuit controuerſia apud aliquam nationem in populo Chriſtiano , nec vnquam permiſſum ſacerdotem ordinatum vxorem ducere , ſed quandoque tantum indultum , vt qui iam duxiſſet , ob id a ſacerdotio non reijceretur , illaque tantummodo ſuperſtite , operi coniugali modeſtè indulgere potuiſſe .

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ bona inalienabilia,niſi in caſibus ſpecialibus.*
2 *Paſtores Dominici gregis admonentur ad eius officia.*
3 *Expoſitio illius loci Gen.6.videntes filij Dei,filias hominum.*
4 *Fœminarum cauſa quot ſancti viri perierunt, & enumerantur plura circa hoc per diſcurſum ſcripturarum veteris teſtamenti, & ex Gentilibus.*

CAPVT OCTAVVM.

ADdi poteſt prædictis rationibus de non abrogando cęlibatu in ſacris conſtitutis,quòd ipſi matrimonij oneribus,de quibus ſupra,oppreſſi,de facili in eam ſententiam deuenirent,vt res etiam Eccleſiæ tã mobiles, q̃ immobiles alienarent, prout vidi in facto quandoque contigiſſe : nam quidam de altari viuentes,terras Eccleſiæ vti proprias,& iure liberi alienauerunt contra ſacrorum Canonum diſpoſitiones, to.titu.extra de rebus eccleſ. non alie. & in vj. eod. titul. & in Conſtitutione Pauli II. ambitioſa,&c.& in auc. hoc ius porrectum,& leg.ſancimus,cum concordan.C.de ſacro.Eccle. Quibus cauetur bona Eccleſiarum inalienabilia,niſi in caſibus a iure expreſſis,& requiſitis certis ſolemnitatibus de quibus in cap. ſine exceptione,xij.q.ij.& in c.j.de reb.eccle.non alie. in vj.& c. nulli,

Source : BIU Cujas

nulli,eod.titu.Deci.conſi.clxxiiij.cum alijs,quæ omittuntur,cū non ſit locus ſuus.

Sed & ſunt quidam,qui nō in neceſſarios vſus hæc committunt,ſed in luxum & ſuperbiam, & ſplendorem quendam domeſticum,& bonis ipſis abutuntur, tanquam patrimonialibus & prophanis, licèt ſint eis relicta,ad cōmunes vſus egētium, &
2 ſubſidium miſerabilium perſonarum:hi tamen , † niſi propriū commodum reſpiciunt,& fructus omnes in ſe ipſos conuertūt, & gregem cuius curam gerunt, deglubunt, & alijs curandum mālè committunt relinquentes illum diſperſum,& perditum, non paſtoris,ſed impoſtoris officium exercentes , de quibus in l.j.§.medicos,ff.de varijs,& extraordi.cognitio. cū ſcire debeāt, diuitiarum copiam, quam eiſdem parit religio, ad oſtentationem,& iactantiam non eſſe referēdam , & aliqui elati incedūt, & eorum ſponſa Eccleſia ſordeſcit, cuius tamen dos expilata deberet in ſponſæ ornamentum expendi , & eius lacerum corpus,& nuda membra operiri , & patiuntur pauperes deſtitutos frigore, fameque deperire , quorum indigentiæ ea ſunt relicta, nec deberent hi paſtoris animarum, & gregis dominici curam gerere,qui vnicam ipſorum animam negligunt,& quibus non ſufficiunt curæ vnius animæ, cōtra quos inuehit Dominus per Ezechiel.c.xxxiiij.Hæc dicit dominus Deus, veh Paſtoribus Iſrael,qui paſcebant ſemetipſos,nonnè greges à paſtoribus paſcūtur?lac comedebatis , & lanis operiebamini , & quod craſſum erat,occidebatis , gregem autem meum non paſcebatis , quod infirmum fuit,non conſolidaſtis , & quod ægrotum non ſanaſtis,quod confractum eſt, non alligaſtis , & quod abiectum eſt, non reduxiſtis,& quod perierat,non quæſiſtis, ſed cum auctoritate imperabatis eis , & cum potentia , & inferius ſic. Propterea paſtores audite verbum Domini,viuo ego, dicit Dominus Deus,quia pro eo,quod facti ſunt greges mei in rapinā, & oues meæ in deuorationem omnium beſtiarum agri,& quæ ſequuntur,vbi ſubdit comminationes contra exercentes curam Dominici gregis,& Hier.xij.& xxiiij.veh Paſtoribus,qui diſpergūt, & dilacerant gregem Paſcuæ meæ,dicit Dominus,Vos diſperſiſtis gregem meum,& eieciſtis eos , & non viſitaſtis eos , Ecce ego viſitabo ſuper vos malitiam ſtudiorum veſtrorum , &c.

Ad hæc ſunt quoque ſecundum quoſdam ponderanda illa
3 verba,†Ge.vj.cum homines cępiſſent multiplicare ſuper terā, & filios procreaſſent , videntes filij Dei filias hominum,quod pulchræ eſſent, acceperunt ſibi vxores,ex illis,iratusque dominus dixit,Delebo hominem quem creaui à facie terræ.quæ verba filij Dei intelliguntur de ſacerdotibus,& alijs Eccleſiæ miniſtris,de quibus propheta dixit,ego dixi, Dij eſtis , & filij excelſi omnes.& illud,Dijs nō detrahes.i.ſacerdotibus , vt exponit tex. in c.ſacerdotibus,xj.q.j.& in c.cum ex iniuncto.de hæret.& in c. futuram,xij.q.j.per filias autem hominum, cum quibus copula nuptialis eſt interdicta , omnes mulieres intelligimus , à quarū nuptijs Dei miniſtri abſtinere debeant, ſed alij aliter interpretā tur verba illa Dei,videlicet per filios Seth,quia boni erant,& filias hominum,eas,quæ natæ erant de ſtirpe Cain,vt per Sanctū Tho.par.j.q.lj.arti.ij.in reſponſ.ad vj.argumentum, & in ij. ſenten.diſtinct.viij.arti.iiij.in reſponſ.ad xj.argumentum, ex mēte Ioſeph Iudæi dicit illa verba intelligenda eſſe de Dęmonibus incubis,quod recitat & Auguſt.lib.xv.de Ciuitate Dei, & idem ſanctus Tho.in lib.de potentia Dei,q.vj.arti.viij.in reſpon.ad ij. argumentum repetit per filios Dei intelligi filios Seth per gratiam,& Angelorum per imitationem , filias hominum , filios Cain,qui à Deo receſſerunt,carnaliter viuentes , & quia in eodem cap.vj.fit mentio ſimiliter de Gigantibus , de his vide Lactan.lib.ij.c xviij.eundem Auguſt.eo.lib. xv.c.xxiiij. Philo. Hebræum in titu. de Gigantibus. Beroſum , lib. j. Cirillum contra Iulianum.

Diſcutiant,& mente reuoluant quæſo in ſacris cōſtituti pro eorum conſilio, & conſolatione , quot ſint propter mulieres
4 periclitati:† nam Adam ab Eua ſeductus fuit in eſu pomi veti ti,propter quod expulſus fuit è paradiſo. Gen.iii. Loth inebriatus à filiabus,incœſtum cum eis commiſit,Ge.xix. Dina filia Iacob vagans violata fuit à Sichen:ex quo ipſe, & pater eius Rex Sichen , & omnes in Ciuitate ſexus maſculini fuerunt interfecti à Simeone,& Leui.Gen.xxxix.Iudas deceptus fuit a Thamar eius nuru,oſtendente ſe fore meretricem,quæ concepit ex ſcorto,Gen.xxxviii. Ioſeph carceratus fuit tribus annis continuis, quia noluit commiſceri impudicæ vetulæ vxori Puthifaris domini ſui ob illibatam caſtitatem,quam mirè obſeruabat, Gen. xxxix.multa millia hominū perierunt in bello,quia ſe commiſcuerunt mulieribus Moabitis ad ſuggeſtionem Balaam emiſſis ad caſtra,Nume.xxv.multi quoque interfecti ſunt mandato Moyſis,cui dixit Dominus,tolle cunctos principes populi,& ſuſpende eos cōtra Solem in patibulis:dixitque Moſes ad iudices Iſrael,occidat vnusquiſq; proximos ſuos,qui initiati ſunt Beelphegor , & Phinees occidit adulterum , & adulteram ſimul , & placatus eſt Dominus , vt ibi, & ex præfatis adulterijs tota ciuitas Moab depopulata fuit,& occiſus Balaam ſuggeſtor,cum omnibus maſculis,& fœminis Moabitis,ſeruatis tantummodo virginibus,quæ virum non cognouerūt.Nu.xxxi.xxxij.Siſara Dux famoſus deceptus, & occiſus fuit à Iahel vxore Albercynei,cū perſequerentur eum Barach, nam cum is poſtularet aquam ad bibendum,mulier illa vtrem aquæ ſibi dedit : cumque dormiret,perforauit tempus eius clauo truſo vſque in terram,& mortuus eſt.Iudi.;.& habetur de Sampſone,& Dalida, Iudith.xvi.& de Tribu Beniamin, quaſi tota deleta propter adulterium violenter commiſſum cum vxore Leuitæ , ex quo interfecti ſunt nonaginta millia hominum,ob ſceleris caſtigationē. Iudi. xix. xx.& de Dauide,& Berſabe vxore Vriæ,ii.Reg.ii. & quod Amō filiꝰ Dauid occiſus fuit à fratre ſuo Abſalon,propter Tamar ſororem ſuam quam oppreſſerat,ij.Reg xiii.Salomon ſapientiſſimus mulierum illecebris deceptus idolatra effectus apoſtatauit à cultu veri Dei.iii.Reg.xi.ex quo damnatus creditur.vt per Innocen.in c.ne innitaris, de conſtitut. qui tamen ſcriptum reliquit. Prouer.vii.contra meretrices,dum inquit , Et ecce occurrit illi mulier in ornatu meretricio,præparata ad decipiendum animas,garrula,vaga,quietis impatiens,nec valens in domo cō ſiſtere pedibus ſuis,nunc foris,nunc in plateis,nunc iuxta angulos inſidians,apprehenſumque deoſculatur iuuenem, procaci vultu blāditur, &c.& ab eis ſe decipi ſuſtinuit.Helias item propheta multas paſſus eſt perſecutiones à Iozabel Regina , vxore Acab,& Naboth eius conſilio interfectus fuit,& multi prophetæ occiſi ſunt,iii.Reg xvii.& tēpore Antiochi Regis, occiſi fuerunt trecēti triginta quinque millia hominum, quia templum luxuria,& comeſſationibus erat plenum , & ſcortantium cum meretricibus,ii.Machabe.vi.vſque in fi.libri, & de Ioan. Baptiſta ſancto,qui iuſſu meretricis per Herodem fuit decapitatus.c. cum iuramento,de homic.

Et ne omittam aliqua Gentilium exempla , prout moris eſt mei,vt inde ſummantur vtilia,vt tradit Auguſt.de doctri.Chriſtia.& de Moſe,& Daniele , q ex libris Caldæorū , & Aegyptiorum ſunt eruditi,poteſt adduci illud notorium de bello Græcorum in Troianos,cuius cauſa fuit fœmina, & vt exinde diſperſus fuerit,profuſus cruor Aſiæ,& Europæ; & de Medea , quæ filios occidit à Iaſone repudiata;& de Lauinia, cuius cauſa ortū fuit bellum inter Aeneam & Turnum ; & de morte Deiphobi inſidijs Helenæ , quem poſt mortem Paridis duxerat in coniugem;& de Cleopatra,& de his ſufficiat,quod Ouid.lib.j.Elegiarum ſcripſit.

Fœmina ſylueſtres Lapythas,populumque biformem.
Turpiter appoſito vertit in arma mero,
Fœmina Troianos iterum noua bella mouere
Impulit,in Regno iuſte Latine tuo

Et inter ipſa quoque animalia bruta propter fœminarum ſexum bella oriuntur,vt dixi de apro,gallo,& paſſere , ſecundum Philoſ.

Vidi ego pro niuea pugnantes coniuge tauros,
Spectatrix animos ipſa iuuenta dabat.

SVMMARIVM.

1 *Lugendum eſſe non ſolum de proprijs peccatis,ſed etiam de alienis.*
2 *Bonæ Deæ ſacris mares arcebantur, & ab eorum picturis virgines illi dicatæ.*
3 *Virginum Chriſto dicatarum præconia.*
4 *Quot crimina oriantur ex violatione virginis Deo dicatæ.*
5 *Improperium contra virgines,quæ patiuntur ſe violare.*
6 *Virginitas ſeruata ex voto magis meritoria,quàm ea,quæ ſine voto.*
7 *Virginitatis laudes.*
8 *Virginum victoria maior,quàm Angelorum.*
9 *Expoſitio illius loci Ioan.in Apocalyp.& hi ſequuntur agnum.*
10 *Virgo debet & corpore,& animo eſſe virgo.*
11 *Virgines à quibus abſtinere debent.*
12 *Oculis etiam fornicamur,& de impudico aſpectu,& intuitu.*
13 *Concupiſcentia virginibus vitanda.*
14 *Oculus non peccat ex intuitu,ſed mens curioſa.*
15 *Intuitus vitioſi exempla.*
16 *Virgo ſancta corpore,& ſpiritu,quomodo intelligatur.*
17 *Ocium pernicioſum virginibus,& de ocio plura & damnis ex eo.*
18 *Documentum Beati Hieronymi ad virgines ſponſas.*
19 *Virginum Chriſti pudor,& verecundia.*
20 *De cultu,& veſtitu ipſarum.*
21 *Virginum Veſtalium,& Ethnicarum laudes,& admiranda quædam.*
22 *De Claudia virgine veſtali.*
23 *De Emilia veſtali.*
24 *Phebades Apollinis Vates futura prædicebant.*
25 *Quare Deus permiſerit Gentiles miraculis claruiſſe.*
26 *Incidens in virginem Veſtalem,qui ad mortem duceretur, necare cum non amplius licuiſſe.*
27 *Cardinali occurrens,quando ad ſupplicium ducitur,a morte liberatur,impoſito pileo ſuper caput damnati ad mortem.*
28 *Exhortatio ad virgines Deo dicatas circa conſeruandam earū virginitatē.*
29 *Peccata tanto grauius puniuntur,quanto maior eſt,qui peccat.*
30 *Virgines deceptæ actu ſacerdotum.*

CAPVT

CAPVT NONVM.

POstquam ostendimus, q̃ sint abominabiles nuptiæ Sacerdotum, meritò dirigam calamum ad virgines Christo per solemne votum dicatas.

Deducant oculi mei lachrimas, & perennis fons lachrimarũ exeat ab oculis meis, vt plorem die, & nocte: non.n. de propriis tãtùm, sed & de alienis licet lugere delictis: nam &
1 Moses, & Samuel, & Paulus aliena peccata lugebant. Et Dñs noster dixit, Beati qui lugent, & de Angelis, qui exituri sunt in fine seculi, vt signent seruos Dei, qui lugent de alienis peccatis, scriptũ est per Ezechielem, Ite per Hierusalem, & signate oẽs, q lugent super iniquitates, quę fiunt in medio Hierusalem. Hierusalem.n. vera est Ecclesia Christi, cuius fundamenta sunt in mõtibus sanctis: sed opitulamini mihi vos, quarum calamitatem lachrimor, & lachrimarum mearum sociæ estote, nam res vestra agitur. Virgines alloquor per votum solemne Christo dicatas, cauete ne sitis deteriores virginibus Gẽtilium, quæ ministerio
2 templi Bonæ Deæ inseruiebant, à cuius sacris mares arcebãtur, & ipsas quoq; masculorũ picturas effugiebant, ne fortè muliebris animus inter sacrificandũ ex huiusmodi inspectione, impudicis desiderijs fœdaretur, ne dũ masculis quoquo modo se copulare, & nuptiis se alligare, prout audio quibusdam in locis cõtigisse, & obseruari contra tex. in c. omnis, 3. dist. & quæ ibi nota. & quæ infra dicentur, cum tamen & ipsæ à tam immani scelere abstinere deberent, cum immortali iunctæ sint viro, & om
3 nibus nuptiis beatiores. Nam si quæ sponsum in terra acceperit Regem, omnibus se putet fœliciorem: ipsæ autem habent non terrenum spõsum, sed eum, qui in cœlis est; eum, qui super omnem Principatum, & Potestatem, & virtutem & omne nomẽ, quod nominatur, eum, qui super Cherubin sedet, concutientẽ terram, extendentem cœlum, terribilem, & Reuerẽdum Cherubin, in accessum Seraphin, nõ sponsum solum, sed amatorẽ, & amatorem omnium hominum ardentissimũ, & speciosum forma præ filiis hominum, psal. 44. & ideo dixit Esa. 54. lętare sterilis, quæ non paris. Quod si quæ ex Virginibus Deo dicatis nuberet, posset dici de ea, Virgo iniuria affecta est, & velum, quod eam a nuptiis coercebat sublatum, & ab impudentissimis porcis dilaceratum, sancta sanctorum conculcata, honesta, & Reue
4 rentiæ plena prophanata, & omnibus periura. Hoc enim est extremum omnium delictorum, cum ex hoc plura oriantur crimina, vt per gl. in c. virginibus, 27. q. 1. sacrilegium, quia persona sacra per violationem læsa reperitur, & priuilegium virginitatis amittit, quod non etiam per ipsum Deum restitui potest, vt per Hieronymum ad Eustachiũ, & per Augustinũ, & Amos v. Virgo Israel cecidit, & non adijciet vltra, vt resurgat, & text. in lib. 1. C. de rap. virg. Item incęstum, cum sit nobis coniuncta in Christo, & sponsam Dei violat, qui est pater noster, & adulterium, cum sit sponsa Christi, & horrendum scelus est uirgini id auferre, quod Deus restituere non potest. Dicitur enim in c. si Paulus. 32. q. v. cum omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam: valet enim liberare de pœna, sed non valet coronare corruptam, quia non congruit diuinæ potentiæ suæ, vt corruptas aureola coronet, nam licèt corona illi duplicetur ad meritum, quæ fuerit etiam violenter corrupta, non tamen habebit laureolam Virginum, vt no. in sum. 32. q. 5. & Paulus. 2. Cori. 4. habemus Thesaurum istũ in vasis fictilibus, quod si vas frangatur, irrecuperabiliter ammittitur Thesaurus, Archi. Floren. in sum. par. 2. ti. 5. c. 8. §. quantum ad primum, & in violẽter corrupta ita dicit Augusti. quòd non præcedente libidine, violenter patitur corpus, vexatio potius dicenda est, quàm corruptio, ibi ergo seruari pudicitia potest, vbi nulla, nisi voluntaria potest esse corruptio, in mentis scilicet integritate, vbi in æternum seruari potest pudicitia. & licèt virginitas carnis reparari non possit, tamen virginitas, vel corruptio mentis per pœnitentiam reparatur, & ad plenum restituitur. & ideo si mens finaliter remanet incorrupta, habebit laureolam, & tales de corporis incorruptione gaudebunt. Veh ipsa, si qua est, quæ ad tantã vocata est dignitatem per benignitatem, & misericordiã Dei, & ipsam neglexerit: veh illa, quia Christus ad thalamos eã tra-
5 xit cœlestes, & spirituales, & se ipsam ab hac gloria seiũxit, & inducta est in ignem Diaboli, & ad incurabilia supplicia, vbi planctus & stridor dẽtiũ, vbi nullus, qui consolaturus est, quivè manũ porrecturus, sed tenebræ omnia, & perplexitas, & turbatio, & mala, neq; consolationẽ, neq; finẽ habentia, quia hæc prætulit Cęlo terrã, & excidit è cęlo, quę nõ sicut Lucifer, neq; sicut manè oriẽs, sed ipsis solis fulgoribus plus radiare potuisset: nec excusatur, quod melius sit nubere, quàm vri, quia hoc dictũ ad non pollicitam, sed ad nondum velatam pertinet, secundũ Hieronymum. cæterum, quæ Christo se spopondit, & sanctum velamen accepit, iam nupsit: nam immortali iuncta est viro, de quibus habetur in d. c. virginibus, & c. si quis sacro, & per to. 27. q. 5. & c. Perstent igitur constantes in tam sublimi virginitatis gradu, custodiant fructus horti sui concluſi, nec turbent aquam fontis earum signati, & seruent statum, in quo ipsas in mũdum ædidit, & à Deo creatæ sunt, nam magis meritoria est virginitas
6 seruata ex voto, quàm sine voto, secundum Doct. in c. licet de voto, & Theologos in 4. dist. 38. vt possit Dominus erga ipsas dicere, Veni sponsa mea, veni speciosa mea, veni columba mea, accipe coronam quam tibi præparaui, & alia, quæ continẽtur in Canticis Canticorum, quę omnia continẽt sacramenta vir-
7 ginitatis, vt probat Hieronymus ad Iouini. lib. 1. c. 17. & considerent earum excellentem statum, & quòd omnes status mulierum excedit virginitas, quæ inter metalla auro æquiparatur, & est summa gemma, Thesaurus preciosus margaritis refertus, & est sicut lux solis respectu status vidualis, & coniugalis, & dicit Bernardus, quòd sola virginalis castitas est, quæ in hoc mortalitatis, & gloriæ repræsentat. Nam quod sancti habebunt in cęlo, scilicet integritatem, & munditiam corporis, & animæ: hoc iã virgines obtinent ex gratia, in terra. Nam in Regno cœlorum, neq; nubent, Math. 22. Mar. 12. Lucæ 20. & per terram, quæ facit fructum centesimum, figuratur virginitas, & Ambrosi. in lib. de viduis, dicit, Supergreditur virginitas conditionem humanæ naturæ, per quam homines Angelis assimilantur, Maior tamẽ
8 est victoria virginum, quàm Angelorum. Angeli.n. sine carne viuunt, virgines autem in carne triumphant, & in carne præter carnem viuere, non terrena vita est, sed cœlestis, & in carne cœlestem gloriam acquirere, maioris est meriti, quàm habere, & sicut Christus in cœlis Angelos habet, & habuit, antequàm ingressus est mundum: ita in mundo habet virgines, sicut Ange-
9 los; & qui Angelos transcendunt, Nam, vt dicit Ioan. hi sequuntur agnum, quocunque ierit, quod interpretatur Hieronymus nullum eis locum in cœlesti aula claudendum, & cuncta eis diuinarum mansionum habitacula reseranda, & Augusti. de hoc ita dicit, quo ire putamus hunc agnum? quo nemo eum sequi vel audeat, vel valeat, loquens virginibus, quo putamus eũ ire? in quos saltus & prata, ubi credo sunt gramina, gaudia, non seculi huius gaudia vana, insaniæ mendaces, nec gaudia, qualia in ipso Regno Dei, cæteris non virginibus erunt, sed à cęterorum gaudiorum omnium sorte distincta, gaudium virginum Christi, de Christo, in Christo, post, Christũ, propter Christum, gaudia propria virginum Christi non sunt eadem non virginum, quamuis Christi, nam sunt aliis alia, sed nullis talia, & si res ipsas comparemus, nullo modo dubitandum est, secundum Augusti. meliorem esse castitatem continentiæ, quàm castitatem nuptialem, cum tamen vtrunq; sit bonum, & homines cum comparamus, ille est melior, qui bonum amplius, quàm alius habet. porrò qui amplius eiusdem generis habet, & id, quod minus est habet: qui autem tantummodo, q̃ minus est habet, id quod amplius est, vtiq; non habet. Et caueant quæso, ne sint ex virgini-
10 bus fatuis, de quibus Matth. 25. quæ licèt nõ sint nuptæ, habent tamen voluntatem nubendi. etenim non sufficit corpore esse virgines, sed animo nuptas, quia corpus opere sordidatur, animus autem voluntate, & corpus fornicatur, quando cum viro coniungitur: anima autem, quando diaboli voluntatibus sociatur, quæ hæc non seruat, fatua est ipsa virgo, & corpore virgo est, animo autem fornicaria. quæ procedunt, quando cum concupiscentia, quæ passionis est, concurrit etiam voluntas, quod est arbitrij: sed si concupiscentiæ voluntas non consentit, concupiscentia sola non damnat; immò glorioriorẽ facit virginitatis coronam, si cum ea non concurrat volũtas. Ad quæ Matth. 5. ego autem dico vobis, ait Dominus, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo. vides vt impudicum coercet aspectum? Nam quis curiosius intuendo venusta corpora, tali spectaculo, & animam inficit, qui.n. studet elegantes facies inspicere, ipse fornacẽ sibi istius passionis accendit & captiuam facit animam, & licentia aspectus in peccatum inducit, & qui in se flammam cupiditatis ac-
11 cenderit, etiam absente muliere, quã iugiter apud semetipsum turpium rerum simulachra depingit. non debent igitur oculis fornicari, ne animo fornicentur: lucerna enim corporis tui est oculus tuus, si fuerit oculus tuus simplex, totum corpus tuum lucidum erit: quòd si fuerit oculus tuus nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. si ergo lumen, quod in te est, tenebræ sunt ipsę tenebræ quantæ sunt? Hic discernitur, quanta inferat
12 nox menti a corporalibus. Nam quod corpori oculus hoc intellectus est animæ, coercendus ideo est à sacris virginibus aspectus impudicus, si quidem post huiusmodi aspectum multo iã difficilius certamen efficitur, cum & viderit aliquis, & tamen eo, quem viderit, non fruatur: nec tantam de contemplatione ipsa capimus voluptatem, quantum patimur de augmento, ipsius cupiditatis dolorem, fortiorem contra nos facientes hostẽ, & ampliorem locum Diabolo præparantes, non spectent sacræ virgines temporariam illam, quæ ex aspectu proficiscitur, voluptatem, sed damnum, quod nascitur ex concupiscentia. Nam illa inflicto vulnere plerunq; celeriter auolat, at vulnus non auolat, sed plerunq; manet, & interficit. & quemadmodum cerua confixa iaculo in uitali corporis parte, etiam si venatorum manus effugiat, nihil indè fert lucri: sic & anima accepto concupiscentiæ iaculo, è lasciuo, curioso; aspectu etiam si cum iaculo permittatur abire, tamen ipsa per se corrumpitur, & perit, vbiq;

videns

videns hoſtem,& inſequentem habens,& ſic oculus totum cor
pus gubernat,& regit,& eſt omnium membrorum præſtantiſſi
mum,& quod ſol mũdo,hoc oculus corpori,extincto ſole,om
nia perduntur,& perturbantur,ita amiſſis oculis pedes inutiles
ſunt,& manus,& animus: corrumpitur enim cognitio,his Deũ
cognouimus,inuiſibilia enim ipſius, a creatura mundi, per ea
quæ ſunt intellecta,conſpiciuntur,& ideo non corporis lucerna
tantum oculus eſt,ſed animæ potius. Quare, vt in Regio quod-
dam loco in altiore corporis parte, ſedẽ ſortius eſt, cæteris præ-
fertur ſenſibus,vt ait Chryſoſtomus,nec oculis,aut pulchritudi
ni ea ſunt imputanda,vt ſint cauſa peccati.nõ.n.peccat oculus,
ſed mens curioſa, & laſciua per oculos. Nam nobis interdum
14 ad alia,mente conuerſis,oculi ante ſe poſita nõ cernunt,& pul
chritudo eſt diuinę ſapientiæ opus: opus aũt Dei nunquam po-
teſt eſſe cauſa peccati,nec ipſum videre peccatum. Nam & hoc
naturæ eſt,ſed male videre,nam hoc eſt deprauatæ voluntatis,
& concupiſcere nephas eſt,quod fieri,crimen eſt, vnde & bea-
tus Petrus præcipit,animas veſtras ſanctificate,q̃ ſi nullam ani-
mæ conſtuprationẽ noſſet, nec caſtigari ipſam deſideraſſet,&
animæ decorem. In illis Dñs deſiderat. Inde Prouer.j.dr̃, ne co-
gnoſcas pulchritudinem alienam,non dixit ne videas. id enim
nonnunquã fit vltro, ſed ne cognoſcas,inquit, illud tollens,ne
ſtudio animaduertamus,ne curioſè intueamur,ne vitioſè con
templationi immoremur, quæ ab animo corrupto, & concu-
piſcentia proficiſcitur. ex hoc quippè velut ignis,amor excitat,
15 qui dum in nobis æſtuat,ſimulatq; per oculorum intuitum,ele
gantem attigerit formam,protinus exurit animũ, eo modo cu
rioſè, & uitioſè contẽplata eſt Eua lignum vetitũ & viderunt
eo modo filij Dei filias hominum eſſe formoſas. Gen.6.& dilu-
uio perierunt, & Dauid Berſaben nudam. 2.Reg.xj.& plura de
his omittuntur. Sint igitur ſacræ virgines ſanctæ corpore,& ſpi
ritu,vt monet Apoſtolus,non dixit Apoſtolus,vt ſit ſancta mẽ
bro,aut corpore tantum, ſed ſancta corpore,& ſpiritu: mem-
brum enim vna pars corporis eſt, corpus verò omniũ cõpago
16 eſt membrorũ, & ſic omnibus membris eam ſanctificari debe-
re teſtatur,alias non eſſet ſanctificatio omniũ mẽbrorũ, quod
latius declarat Hieronymus Epiſtola ad virgines Deo dicatas.
& dum dixit Apoſto.1.Timot.5.volo iuniores nubere, loquit̃
de viduis incontinentibus,velatis autem nubere volẽtibus,dã-
nationẽ promittit Apoſtolus,quia ſponſionem Deo factã vio-
larunt, ideo mandabat Timotheo, vt adoleſcentiores viduas
ob illarum incontinentiam ad profitendam caſtitatem deuita-
ret,ſed viduas ad minus ſexaginta annorum eligere. & Hiero-
ny.lib.1.contra Iouinia.dicit, Virgines quæ poſt conſecrationẽ
nupſerint,non tantum adulteratæ ſunt, quàm inceſtæ, & con-
tra illas inuehit Cypria.lib.j.epiſt.2.& Tertullia.in lib.de velan.
virginibus.vt ex præcedentibus colligi poteſt facillimè, & felix
ſterilis,& incoinquinata,quæ neſciuit thorum in delicto,habe-
bit fructum in reſpectione animarum ſanctarum, Sapien.3.&
17 quod ſupra dictum eſt de ſenſu viſus,vt abſtineant à curioſis,&
impudicis aſpectibus cum ex ocio procedant, ideo dicendũ eſt
de ocio: oĩum enim cogitationum, & tentationum malarum
incentiuũ eſt ocium, immo ocioſitas eſt cõtra naturã,& ocio-
ſus eſt brutis indignior animalibus, cum nullũ ens naturaliter
ſit ocioſum,ſecũdum Philoſ.lib.xj.& Gen.2.Tulit ergo Domi-
nus hominem,& poſuit eum in Paradiſum voluptatis, vt ope-
raretur,& cuſtodiret illũ. voluit, vt operaretur, ne immodica
proſperitate homo inſoleſceret,oẽm.n.malitiam docuit ociũ,
& corpus eius qui ocioſus eſt,enerue, & ineptum eſt,deinde &
ſenſus corporis non ſunt ſinceri,ac ſani,ſed molles, & lãguidi,
vbi autem illi nõ ſunt,neq; ſanitatis voluptas apparet, quæ na-
uis vtilis ea ne,quæ nauigat,an quæ in littore manet? quæ aqua,
ea'ne,quæ fluit, vel quæ ſtat? certè niſi habeat ſuum fluxum,vt
paludes & ſtagna,fit marcida,& aerem ipſum corrumpit; & fer
rum,quo nemo vtitur,rubigine conteritur. ſic contingit animę
dum eſt ocioſa: rubigo enim quædam apprehendit illam,& cõ-
ſumit ſplẽdorem,ac alia omnia,quæ deterguntur lima, ſeu co-
te orationũ,& lectione diuinarum ſcripturarum;&,vt ait Chri
ſoſtomus,oritur Sol,& claros vbiq; deffundit radios,excitat ſin
gulos ad opera. Agricola accepto ligone egreditur; faber ferra-
rius ſuos folles apprehendit, & ſinguli opifices, quod ſibi con-
gruit,& inuenies vnũquẽq; ſua inſtrumenta in manus ſumere,
mulier fuſum,vel cõtexta, quod poſſunt etiã moniales, & ſibi
appropriare lucrum ſuorum laborum,& cũ eis viuere,vt faciũt
Senis,ſecundum Panormi.in c.cum Martinus, de cõſtitu.in fi.
& diſcant,vt dicit Hieronymus, Epiſtola 89. lanã facere, tenere
colũ,rotare fuſum, & facere filũ; & ipſius quoq; animæ natura
eſt,vt ſemper moueatur, & quieſcere nequeat; & corporis mẽ-
bra,niſi vnumquodq;,quod ſuum eſt, operetur,in extremũ in-
cidit morbum,& omnium vitiorum quaſi magiſtra quædam,
atq; origo eſt ocioſitas. ſemper ergo aliquid faciant ſacræ virgi
nes,vt diabolus ſemp inueniat ipſas occupatas,& Angelus Do-
mini inuenit Mariam non ocioſam, & capiant vlterius conſi-
18 lium Hieronymi Beatiſſimi ad Euſtoch.dicẽtis, ſi quid itaq; in
me poteſt eſſe conſilij,ſi experto creditur, hoc primũ moneo,
hoc obtector,vt ſpõſa Chriſti vinũ fugiat ꝑ veneno. hęc aduer-
ſus adoleſcentiam prima arma ſunt dęmonum,non ſic auaritia
quatit,inflat ſuperbia,delectat ambitio, facile aliis caremus vi-
tiis,hic hoſtis nobis incluſus eſt, quocunq; pergimus, nobiſcũ
portamus inimicum,vinum, & adoleſcentia duplex eſt incen-
dium voluptatis. Quid oleum flãmæ adiiciamus? quid ardenti
corpuſculo fomenta ignium miniſtramus? Ipſas quoq; ſacras
virgines maximè decet verecundia,iuxta illud Eccleſiaſti.7.Gra
tia autem verecundiæ illius ſuper aurũ,& c.26.Gratia ſuper gra-
19 tiã mulier ſancta,& pudorata. & j.Tim.2.Iubet Apoſtolus mu-
lierem cum verecundia ornari, & inde plures ſcriptores tam
Catholici,q̃ Ethnici appellarunt verecundiam virginalem,&
pudorem virgineum,& virgineus rubor, vt id epitheton maxi
mè conueniat virginibus,& puellis,ſic de impudentia meretri-
cum,& ideo modeſtiæ habitus ipſis maximè conuenit, vt mol-
li veſtiendi cultu nõ vtãtur,cũ verecundia, & pudicitia ſe cõpo
20 nãt,nõ in tortis crinibus,aut auro, & margaritis,& ꝑciolis veſti-
bus, ſed vt decet promittentes caſtitatem per bonam cõuerſa-
tionẽ,& 1.Pet.3.nõ ſit exterior ornamẽti,aut auri,aut veſtis cul
tus,ſed cultus,cordis,& nõ ſint virgines tãtũ,ſed tales,vt intelli-
gi debeãt ſe virgines,& credi,vt cũ videantur,ſit dubiũ, an ſint
uirgines,nec bonum corporis cultus infamet. Neq; enim fas eſt
uirginem ad ſpeciẽ ſuæ formæ comi,aut de carne, & pulchritu
dine eius gloriari,cum nulla ſit illis magis, quàm aduerſus car-
nem colluctatio,& uincẽdi,aut domãdi corporis obſtinata cer
tatio. qui enim ſunt Chriſti, carnem ſuã crucifixerunt cum ui-
tijs & cõcupiſcentiis,ſecundum Apoſt. nec quæ carnis cõcupi-
ſcentiis renuntiauit,in iiſdẽ inueniatur,& aliud ſe eſſe iactet,&
aliud affectet,ornamẽtorũ, ac ueſtiũ inſignia,& fucorũ lenocinia nõ niſi ꝑſtitutis, & impudicis fęminis ꝓueniũt, fugiãt Deo
dicatæ virgines,habitus impudicarum,lupanarium inſignia,or-
namenta meretricum,Chriſtum induant,& quę in Chriſto ma
nent,& debent qũo ille ambulauit,& ipſæ ambulare, quid fictis
figmentis, & adulterinis coloribus opus eſt uirginibus, manu
Dei formatis, quid opus in quod Deus manum intulit reforma
re,& transfigurare contendunt? ſcientes,quod opus Dei eſt om
ne,quod naſcitur,& diaboli quodcunq; alteratur,videant quid
circa hoc dixit beatiſſimus Cyprianus martyr, ſi quis pingendi
artifex vultum alicuius, & ſpeciem, & corporis qualitatẽ ęmu-
lo colore ſignaſſet,& ſignato iam,cõſummatoq; ſimulacro ma
nus alius afferet,vt iam formata,iam picta, quaſi peritior refor-
maret,grauis prioris artificis iniuria, & iuſta indignatio uide-
retur. tute exiſtimes impunè latura, tam improbæ temeritatis au-
daciam? Dei artificis offenſam? quod ornari te putas,quod pu-
tas comi,impugnatio eſt diuini operis, præuaricatio eſt verita-
tis. dicant quæſo,qũo ſanctitas in ea reperiretur,quę iactat uerba
fracta,& laſciua,& ubi cantiones meretriciæ,ubi uoces ad libidi
nem incitantes? vbi ſtibio picta ſupercilia,tinctæ coloribus ge-
næ, vbi totius corporis habitus fucorum impoſtura plenus eſt?
de quarũ habitu & ueſtimentis in gl.1.clem.attendentes,in nu.
fericis.de ſta.mona. & in c.ſanctimonialis.33.diſt. & in c.vidua.
20.q.j.Abb.in c.vxoratus,de conuer.coniuga. His & aliis virtu-
21 tibus dotatæ, non permittãt ſe vinci à priſcis virginibus Ethni-
cis animi fortitudine,& q̃ Chriſtianæ pudicitiæ deſpiciunt fidẽ,
diſcãt ab Ethnicis caſtitatẽ, ut apud Romanos fertur de Bona
Dea caſtiſſima,& adeo uirginitate decorata, ut nũquàm fuerit
egreſſa domo,neq; dum uixit,ullum uirum viderit,& ab eius ſa
cris arcebantur mares,& maſculorum picturæ, ne fortè muliebris animus inter ſacrificandum ex huiuſmodi inſpectione im-
pudicis deſideriis fœdaretur, ut prędixi, & de Claudia Virgine
Veſtali, quæ fertur cingulo duxiſſe nauem quam multa millia
hominum trahere nequiuerant,& Mineruam, & Dianam, Vir
gines,Deas finxerunt,propter earum continentiam, Vnde Oui
dius in 3.Metamorphoſeos.

Hic Dea ſiluarum venatu feſſa ſolebat
Virgineos artus liquido perfundere rore.

Et infra ſtatim, dum deſcribit eiuſdem Dianæ uerecundiam quam paulo ſupra diximus Virginibus conuenire,ſubdit.

Qui color infectis aduerſi Solis ab ictu
Nubibus eſſe ſolet,aut purpureæ auroræ,
Is fuit in vultu viſæ ſine veſte Dianæ
Quæ quanquàm comitum turba eſt ſtipata ſuarum,
In latus obliquum tamen aſtitit,oraq̃ retro
Flexit.

23 Et de Caſſandra, & Chriſe Vatibus Apollinis, & Iunonis, &
de illis quinquaginta Virginibus Lacedęmoniorum, & de Emi
lia Virgine Veſtali,quæ, vt ſcribit Dionyſius Alicarnaſſeus, de-
ficiente aliquando negligentia quadam igne, cuſtode tũc eius
Aemilia, aliaq̃ Virgine nuper electarum,& tunc diſcẽtium,
tradente,cuius curam,perturbationem fuiſſe tota in vrbe, mul
tam & inquiſitionem per Pontifices, ne pollutio aliqua circa
ignem ſacerdotibus extitiſſet,tunc autem Aemiliam ferunt in-
ſontem quidem,ſed dubitandum ex huiuſmodi caſu pontifici-
bus, Sacerdotibus, & alijs Virginibus manus ſuper aram ten-
dentem,ita dixiſſe,Veſta Vrbis Romanæ cuſtos, ſi quidem piè,

&

Source : BIU Cujas

& iustè tibi sacra perfici annis paulo minus triginta, & animũ purum habens, & corpus castum demonstra mihi, sisque auxilio, neque paruipendas sacerdotem tuam morte mori miserrima; si verò impium aliquod gestum est a me, meo ipsius suppli cio Vrbis pollutione expia, hæc dicentem, & scindentem à car basa veste, qua tunc amicta erat, festiua, post preces factas iecisse eam super aram dicunt, & ex frigido multo ante, nullamque scintillam seruante, cinere, flammam emicuisse multam per carbasum, ita vt nec Ciuitati, lustratione, nec nouo opus esset ignem autem in templis ideo seruari solere, vt diuinæ naturæ quasi simbolũ esset, immò capitale fuisse, si illũ extingui pmitterẽ, tãquã diuinitas ex eo loco pelleretur, ac veluti extinguere tur, adeo vt plures ignem pro Deo coluerint, vt apud Persas, Caldeos, & Medos, de quo dixi in tracta. meo de Iudæis, par. iij. cap. j. num. xxj. cum seq. Omittam Phæbades Apollinis Vates,
24 & Virgines, quæ futura prædicebant; & Sibillas, quæ omnes fuere Gentilicij ordinis, ob quarum continentiam, & Virginitatem apparet eas miraculis claruisse, de quibus à Deo permissis
25 videndum est, quæ tradit Augusti. de Ciuitate Dei, lib. x. capitu. xvj. & lib. xviij. capitu. xvij. & lib. xxi. capitu. vj. vbi inter cætera annotauit Deorum Penatum Troianorum migrationem de loco ad locum, incisionis cotis nouacula à Tarquinio Epidaurij Serpentis, societatem cum Aesculapio, qui Romam contendebat, & virginis Vestalis factum, quæ in cribro aquam ferebat, quæ faciebant Dęmones, vt Diuinitatis opinione compara ta à gentibus adorarentur, vt ipse Augustin. de Ciuit. Dei, lib. ij. capitu. xxiiij. & lib. iiij. c. xxix. & lib. xviij. ca. xix. Et cur hæc Deus permitteret, vide eundem lib. ii. cap. xxij. & alijs locis c tatis, & Magistrum sentent. libr. ij. distinct. viij. vbi rationem assignat, & tanti existimabantur Vestales apud Romanos, vt apud Plutar-
26 chum in Numa Pompilio legitur, eum honorem inter cæteros virginibus Vestalibus fuisse concessum, quòd si casu in aliquem incidissent, qui ad lethum ducentur, necari eum non licuisse; necesse tamen erat Virginem deierare non vltro, & consulta opera, sed casu obuiam se factam. Quod hodie concessum est Cardinalibus: nam si Cardinalis obuiauerit ei, qui ad mortem ducitur, pœna est ei remittenda ex quadam prerogatiua, quàm ex consuetudine habent Cardinales, vt dicit Bal. in l. addictos, in fi. C. de appella. & ibi etiam Salv. & Paul. de Castro. quod ita dicit procedere, tum demum, si Cardinalis imponeret pileum suum super caput rei, dicitque ita seruari de facto, & idem Pau.
27 in l. addictos. C. de Episco audi. in fi. vbi nil dicit de pilei impositione. Hoc idem dicit Cepol. caute ij. Barbati. in tracta. de præstantia Cardi. quæstio. ix. j. par. per totam quæstionem, vbi latè de hoc per viam disputationis. Ias. in §. pęnales. Insti. de actio. Hyppoli. sing. 273. notissimum est, colnm. iij. Anto. Corsin suis singu. in verbo. Cardinalis. vbi videtur tenere huiusmodi priuilegium non valere. Quæ quidem omnia minima sunt, & irrisibilia, & incomparabilia, si respiciantur tot milia virginum Christo verò Deo, & Dei filio consecratarum, & quæ infinitis miraculis claruere, & hodie clarent, quæ longum esset referre, vt toto orbi innotescit, quæ quasi quædam sacerdotes Deum vniuersi colentes supremamque philosophiam amplexæ, atq; amore Christi earum spõsi sapientia captæ, se ipsas in holocaustum obtulerunt, vti Christi imitatrices, qui se ipsum pro nobis obtulit in hostiam Deo Patri. Custodiãt igitur virgines beatissimæ, & sępibus castitatis occludant hortum virginitatis, quam
30 Christo obtulerunt, & sicut Vestales virgines custodiebãt ignẽ materialem in ara Vestæ earum vanæ, & falsæ Deæ consecrata, multò magis custodire tenentur & ipsæ spiritualẽ ignem amoris erga sponsum earum in cordibus suis, imo ardeant toto igne illo, de quo scriptum est, Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi, vt ardeat, qui calefecit Apostolos, & omnia reliquerunt, & secuti sunt Christum, calefecit martyres, & sanguinem fuderunt, calefecit virgines. & de eis ita diuus Ignatius ad Philadelphienses virgines, solum Christum præoculis habete, & eius patrẽ in animabus vestris illuminatę à spiritu sancto, quę igne amoris, ignem fœtoris extinxerunt, vt sponso suo coniungerentis. magnus quidem est pudicitiæ labor, sed maius pręmiũ; temporalis custodia, sed remuneratio æterna, & hoc faciãt amore Christi sponsi sui accensæ, vt consequantur gaudia sponsalio rum sempiterna, quæ eisdem promittit sponsus, sint maturitate, & verecundia pudoris, & honestatis modestia ornatæ, & in humano corpore, cæleste aliquid refulgeat, vt & in eis habitet Deus, diligant sponsum suum immortalem ex toto corde suo, & ea dilectione, vt nihil sit in mundo, quod amplius amẽt, quam Deum, non autem timore pœnæ, quæ acerbissima est, tam in hoc seculo, quam in futuro, quia timere, seruorum est: diligere autem filiorum; & timor est sub necessitate, dilectio in libertate, dicente Ioanne j. Ioan. iiij. perfecta dilectio foras mittit timorem, & donec homo timet Deum. non eum diligit: cũ autem diligere cæperit, iam non eum tantummodo timet, sed etiam amplius diligit, & inchoatio culturæ Dei habet timorem, perfectio autem dilectionem, & solon sapientissimus putauit rem publicam duobus contineri, videlicet præmio, & pęna, vt homines boni ad virtutes incitentur, cum gloria maximè homines ad virtutem concitet. illinc, s. per pœnam, mali à flagitijs arcentur, & iuxta illud Horatij.

Oderunt peccare mali formidine pœnæ,
Oderunt peccare boni virtutis amore.

Nec tantum timeant Gehẽnam, quàm quod Deũ offendũt, quæ etiam maxima pœna est, ipsum, vt diligere oportet, diligentibus, & peccantes se ipsos punient & enim exacerbare delictum, est insuaue, & animi anxietas maxima, sciãt, se esse templũ Domini, habitaculum spiritus sancti, & tanquam columbæ in Ecclesia Dei, de quibus scriptum est, Pennæ columbæ deargentatę, & posteriora dorsi eius in specie auri, nõ dent canibus sanctum, nec margaritas ante porcos, nec fiant de sponsa Christi scortum execrabile, & de templo Domini fanum, immũdiciæ, de habitaculo spiritus sancti tugurium diaboli, nec conuertant earum Angeli cum statum in corruptionem Sarhanæ. Meminerint, cui spoponderint virginitatem in die consecrationis, & sacri velaminis, præsentibus non populo tantum, sed coram Angelicis exercitibus cœli, & qđ fidem, quam sub tantis testibus pollicitę sunt, seruare oporteat, & sic non sæculi, sed Christi virgines, censeantur, quæ si nepharijs nuptijs se iunxerint, sciant se in Deum peccaturas, nec inueniẽt propitiatorem apud eum, sicut si homo peccat in hominem, virgo Israel cecidit, & nõ est, qui suscitet eam, eritq; acerbus fructus amarior felle, crudelior gladio, dicentq; veh diei illi in quo me felicem genuit vterus, & lux edidit crudelis: oportuerat me potius fuisse non natam quam fieri fabula in gentibus, Senatoris filia, quæ corpore quæstum fecerit libertino nubens etiam honor ei non seruatur, quæ se in tantum fœdus deduxerit l. senatoris, & l. sẽper. ff. de ritu nupti. & bonus tex. in l. si qua illustris. C. ad Orphicia. cum ibi not Hęc sufficiant virginibus Deo dicatis, ne per vlteriores commonitiones videar potius eis iniuriam inferre, quã emendationem. sciunt enim ex se sponsum suum esse zelantẽ, & criminosiorem esse adulteram Christi, quàm mariti: quod quàm sit abominabile prostituere membra Christi & mutare templum spiritus sancti in lupanar, in quod quidem scelus, scelerum omnium sceleratissimum incidunt & hi, si qui sint, qui se funesto marrimonio collocent cum iisdem virginibus, quæ se immortali sponso nupserunt, sponsam sibi dicatam corrumpẽtes, in ipsius domini iniuriam, quorum fœdera appellantur incesta, & sacrilega contagione se misceri, & nuptiæ detestabiles, cap. si quis, & alibi sæpissime, xxvij. q. j. committitur enim in illis adulterium, incestus, & sacrilegium, vt dictum est; & cum sint plura delicta simul cõiũcta, vnius pœna augetur propter aliud. l. vim passam. ff. de adulte. & non excusantur, quod sub colore
29 actus matrimonij hoc fiat, cum sciant ius, & factũ l. si adulteriũ. cum incestu, in prin. ff. eo. & ibi per Bar. & tanto magis puniri debent, si hoc committerent constituti in sacris, cum maiori pœna sint digni, cum plurimum honoris ipsis præstetur propter status sacerdotalis excellentiam, delinquentes in contumeliã, & derogationem officij, & dignitatis l. præsbiteri. C. de epis. & cleri. l. quædam. ff. de pœnis. Dy. & Cy. in l. iij. §. nemo. C. de sum. Trin. & iuxta illud, Tanto conspectius in se crimen habet, quãto maior qui peccat, habetur. & qualitate personæ augetur crimen xl. distin. c homini. de pœni. distin j. §. autem facta, & no. in c. quæsitum, de pœn. & remiss. & in c. cum non ab homine,
30 de senten. excommunicati. Hoc dico de sacerdotibus, † quia & olim penes Gẽtiles sub colore honoris idolorum procurabãt, vt se mulieres illis prostituerent, vt refert Lyra super verbo, ædiculas, iiij. Regu. xxxiij. ob quod Isaias Rex ibi ædiculas destruxit effœminatorum, quæ erant in domo Domini. & idem ira Leuiti. xix. circa fi. dicit, quod solebant sacerdotes idolorum abuti volentes aliqua puella, fingere quod Deus, qui colebatur in tẽplo, illa vti volebat, & parentes, qui credebant Deo sacrificium facere mittebãt eam de nocte ad fanũ, vbi sacerdotes ea abutebantur in tenebris, & credebat se à dijs cognitam, & Osini, & Phinees filij Heli, summi sacerdotis dormiebant cum mulieribus, quę obseruabant ad ostium tabernaculi, qui ambo vno die mortui sunt: & scribit Iosephus lib. xx. antiquita. de Paulina nobili Romana per sacerdotes Deę Isidis decepta, qui in fano Isidis quendã iuuenẽ eius amore accensum loco mercurij numinis de nocte ad suum concubitum mediante pecunia eis, data admiserunt, propter quod Tyberius tunc Imperator fanum diruj fecit, & sacerdotes cruci affigi, adeo grauius puniuntur quã do delinquentes sunt digniores, sicut patet in prędictis Gentilium exemplis.

Et audiant quęso formam anathematis, quod profertur in consecratione, seu benedictione virginum, cum velantur, & contremiscant earum stupratores.

AVthoritate Omnipotentis Dei & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, firmiter sub intimatione anathematis inhibemus, ne quis præsentes virgines, seu sanctimoniales à diuino seruitio, cui sub

ſub vexillo caſtitatis ſubiectæ ſunt abducat. Nullus earum bona ſurripiat,ſed ea cum quiete poſſideant. ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit,maledictus ſit in domo,& extra domũ; maledictus in Ciuitate,& agro;maledictus vigilãdo & dormiẽdo;maledictus manducando,& bibendo;maledictus ambulando,& ſedendo;maledicta ſit caro eius, & oſſa, & à planta pedis vſque ad verticem nõ habeat ſanitatem, veniat ſuper illum maledictio hominis,quam per Moiſen in lege filijs iniquitatis Dominus promiſit;Deleatur nomen eius de libro viuentium,& cũ iuſtis non ſcribatur;fiat pars,& hæreditas eius cum Cain fratricida,cum Datan,& Abiron,cum Saphira, & Anania, cum Simone Mago,& Iuda proditore,& cum eis, qui dixerunt Deo,recede à nobis,ſemitam viarum tuarum nolumus, Pereat in die Iudicis, deuoret eum ignis perpetuus cum Diabolo, & Angelis ſuis,niſi reſipuerit,& ad emendationem venerit,Fiat,Fiat.

Exhibeant ergo virgines ſacræ ſe tales, quales olim fuiſſe teſtatur Euſebius,dicens,Sed fœminarum quoque tot millia per orbem,vt quàm multæ ſint, non videatur eſſe dicendum, quæ quaſi quædam ſacerdotes Deum vniuerſi colentes,ſupremamque philoſophiam amplexæ,atque amore cœleſtis ſapientiæ captæ,prolis quidẽ,ac liberorum, vtpotè qui ad corpus pertinent, nullam habent rationem,animam verò omni diligentia curantes,totas ſeipſas,ipſo corpore,atque animo, Regi omnium vniuerſique Deo dedicarunt, vt ſic integra, perpetuaque caſtitate, & virginitate fruatur.

Et de virginitatis prærogatiuis habetur in gl.in verbo, priuilegio.in c.cum matrimonij,& ibi per Doc.de proba.maximè Fel. & Roma.conſi.d.14.col.pe.Luc.de Pen.in l.fi.C.de priui. ſchola. li.12. Archiepi.Floren.in 3.par.ſum.ti.2. c.j §.8.Bart.de Caſſane. in catalogo,par.1.conſideratione 1 6.& par.3.conſidera.39.

Dicamus modò & aliquid de viduis, licèt paria nõ ſint inter ſe virginis,ac viduæ delicta: viduis enim impunè eſt, & nugari, & conuitijs inter ſe depugnare,& adulari,& fronte perfricta eſſe,& nuſquam non apparere, & in foro frequentes eſſe. At virgo ad maiora ſe accinxit certamina, vtpotè quæ cœleſtis illius philoſophiæ æmulatrix,profitetur ſe angelicam vitam in terris referre,cui item propoſitum eſt,illa eadem præſtare, quæ cœleſtes illæ, atque incorporeæ virtutes præſtant, quam ipſam non conuenit,neque frequentes,ac ſuperuacaneas inambulationes agere,neque verba temerè, atque inconſultè effutire, conuitij verò,atque adulationis,ne nomen quidem agnoſcere, propterea tutiſſima cuſtodia, ac maiori præſidio indiget, nam ſanctimoniæ aduerſarius aſſiduè aſtat,ijſque in primis inſidiatur, deuorare paratus,ſicubi virgo aliqua cadat,labaturq; . Ad ipſas ergo viduas calamum dirigamus.

SVMMARIVM.

1 *Viduarum ſtatus non procul diſtare à virginali.*
2 *Viduæ gaudent priuilegio conceſſo virginibus.*
3 *Honeſtas magis expedit Reipub.quàm multitudo populi procedens ex corruptis moribus.*
4 *Viduæ nubendo mœrorem inferunt primæ ſoboli,& anima viri defuncti contriſtatur.*
5 *Legato facto vxori,ſi caſtè & honeſtè vixerit,nubendo amittit legatum, et quid ſit caſtè viuere.*
6 *Vidua nubens infra tempus luctus,in quo mulctetur,& quid ſi poſt.*
7 *Viduę in viduitate permanentes commendantur,& de laudibus viduitatis.*
8 *Viduitas conſideratur etiam in auibus quibusdam.*
9 *Iudith,commendatio.*
10 *Pudor quid ſit,& impudentia.*
11 *Meretrices quare impudentes.*
12 *Viduæ qualitates,ſecundum Apoſtolum.*
13 *Viduis licet ſecundo nubere permittatur,laudabilius agunt, ſi ſe abſtinent, tam lege diuina,quàm humana.*
14 *Nuptiæ ſecundæ non benedicuntur.*
15 *Matrimonij fauor datus à legibus,intelligitur de primo matrimonio,& de virgine,& non vidua.*
16 *Maſculum,& fœminam fecit eos,Gen.1.eius loci declaratio.*
17 *Bigamus cur non promoueatur ad ordines ſacros.*
18 *Legatum factum viduæ ſub conditione,ſi non nupſerit,valet, non ſic virgini.*
19 *Vir legans vxori lectũ,non intelligitur legaſſe ei viduæ culcitram de ſerico.*
20 *Viduam matrem non tenetur filius dotare tranſeuntẽ ad ſecundas nuptias.*

CAP. X.

POſtquàm dictum eſt de virginibus,non immeritò dicẽdum putaui de viduis, nam & ipſæ quandoque promittunt continentiam.c.viduas. cum multis ſequentibus, 27.q.j.& poteſt vidua fieri monialis, ſed non conſecratur vt virgo,de quo in c. vidua, & ibi per Doc. de regulari.& c.
1 deuoti.20. q. j. & viduarum ſtatus non procul diſtat à virginib. vt in Auct.de non eligen.ſecundo nuben.§.optimum, & vſque adeo, ꝙ ſi priuilegium detur alicui & ſuis deſcendentibus tam maſculis,quàm fœminis,ſicut filiæ virgines tali gaudent priuile
2 gio,ita gaudebunt filiæ viduæ,vt per Bar.in l. quoties, quem ſequuntur ibi alij.C.de priuile.ſchola.lib.12. & per Iaſo.in l.j.in fi. ff.de conſti.Prin.& in l.cum quædam puella, col.2. poſt Roma. ff.de iuriſd.omn.iudi.

Quibus (ſicut dixi de virginibus) ſuaderi poteſt, vt vidualiter,& in eo continentiæ ſtatu perſeuerent,vt liberius Deo inſeruire poſſint,& ſollicitæ ſint eorum,quæ ſunt Domini,& reitera tio nuptiarum eſt quodammodo contra honeſtatem,& magis
3 expedit Reipub. honeſtatem ſeruare, quàm multiplicatio populi procedens ex corruptis moribus,vt per Soci.in l. hæc con-
4 ditio,col.2.ff.de condi.& demon. & ex ſecundis nuptijs contriſtatur anima mariti defuncti,& prima ſoboles. §. nos igitur volentes,& §.ſoluto,in Aut.de nupti.& in §.j.ver.proſpeximus,in Aut.de non eligen.2.nuben.& iuxta illud, Nec ſeruata fides cineri promiſſa Sicheo. Ang.in §.actionum.col. 26. in fi. Inſti. de actio.& quando ſe denuò maritat, dicitur quædam ſpecies im-
5 pudicitiæ,ſecundum Bald.in l.his ſolis,C.de reuoca.dona.& ob id ſecundæ nuptiæ non benedicuntur.c.i.c.vir autem, extra de ſecun.nup.ad id facit, quòd quando per maritũ factum eſt vxori legatum,donec caſta,& honeſta vixerit,ſi ſecũdo nubat,amittit legatum,quia ſecundo nubendo, non dicitur caſtè & honeſtè viuere.Angel.Imo.Pau.& Alexand.in l.mulier. §. cum proponeretur.ff.ad Trebel.& d.Abb.in c.vxoran.de conuer.coniu. dicit paria eſſe incontinenter viuere, & tranſire ad ſecunda vota,& facit.c.hac ratione. 31.q.1. cum ibi no. vbi quomodo hoc ſit intelligendum,vt communiter concludunt Doct.in l.fin. C. de indi.vidui.tollen.ſecuti gl.ibi,reprobata opin.Bar.qui contrarium tenebat,quem tamen ſaluant in legato eo modo facto per patrem filiæ,non per maritum vxoris, & bis nubẽs amittit legatum,ſi dictum fuit in teſtamento, ſi caſtè vixerit, vt per Feli. in c.ſi cautio,col.9.verſi.& hinc eſt,de fi.inſtru.Et quando maritus habet filios ex vxore, ſi fecerit legatum vxori, nulla conditio-
6 ne adiecta, & mulier poſtea tranſit ad ſecundas nup.ſi quidem tranſit infra annum mortis Viri,& ſic infra annum luctus, perdit proprietatẽ rei legatæ, quæ acquiritur filijs primi matrimonij.habet tamen vſumfructum,non obſtantibus filijs primi matrimonij.l.1.C.de indi.vidui.tol.& in l.1.l.fœminæ.l. generaliter. C.de ſecun.nup.ſi autem poſt tempus luctus,ſecus eſt, vt no. in d.l.1.& per Doc.in c.penul.& fin.extra de ſecun.nup.Corn.cõſi. 21.in fi.vol.1.& 308.col. 2. volu.4. Pariſi. conſi.95.col.4. vol.2. adeo ꝙ in ſuo ſtatu permanentes Viduæ, conſequuntur benefi
7 cium tam corporis quàm animæ.commendantur.n.in viduitate ſeruanda propter ſignum charitatis, vt oſtendant quantum viros dilexerint,vt de Didone per Virgi.in 4.Aeneidos.

Ille meos primum,qui me ſibi iunxit amores
Abſtulit,ille habeat ſecum,ſeruetque ſepulchro.

Et Iulia in ſomnis Põpeo apparens ſe indignatam oſtendit, ꝙ ille ſecundas nuptias appetiuiſſet,apud Lucanum lib.3.& qđ habetur in Glaphira vxore Alexã.filij Herodis, cui etiã in ſomnis apparuit Vir indignatus,vt refert Ioſephus lib.antiqui.17.c. vltimo,& de bello Iudaico,lib.2.c.6.

Et plura viduitate,quàm ſit cõmendanda,tradit Luc.de Pen. in l.mulieres,col.11.cum ſeq.vbi multa de viduis,virginibus,& de bigamis.C.de incolis,& in quo loco.lib.10.& habetur de vidua illa Sareptana. 3. Reg. 17.& de Anna Prophetiſſa Lucæ 2. quæ ſeptem annis à virginitate ſua immaturo viri obitu derelicta,vſque ad quartum, & vigeſimum annũ in caſtitate perman ſit,nuſquam à templo recedens,ieiunijs & orationibus vacans, de illa paupercula vidua, quæ obtulit duo æra minuta,Lucæ 21. & Eccleſia.25.& in pluribus ſacræ paginæ locis, viduitas omnibus Iudicibus commendatur,& in l.1. C. quando Imperator, & quæ tradit Guiliel.Bene.ſup.repeti.c.Raynutius,in verbo,qui cũ alia matrimonium,& alibi ſæpe.

8 Et conſiderent viduæ,ſi virum bonum inuenerint,eas eſſe in timore,ne rurſus ipſum perdant,ſin malum nil eſſe eis tale incõmodum experiri, & turturis naturam ſequantur, quę ſi parem amiſerit,nunquàm alterius commixtionem quærit,ſecundum naturæ indagatores,ſecundum quos in eis ſunt,quæ eum cõparata tranſigunt,& connubij ſanctitatem adeo incorruptè cõſeruant,vt multa hominum millia,caſtitatem, charitatem, fidem, rationem coniugij,doceri ab illis poſſent, quo in numero ſunt & olores,cornices,columbi. Animaduertant, quantum fuerit
9 omni laude digna Iudith,de qua dictum eſt, Confortatũ eſt cor tuũ,eo ꝙ caſtitatẽ amaueris,& ꝙ poſt virum tuum alterum neſciueris,ideo manus Domini confortauit te, & eris benedicta in æternum,Iudith.5.hanc imitentur viduæ, & viuendi exemplum ab ea diſcant:quæ cum eſſet relicta vidua, iam annis tribus,& menſibus ſex,in ſuperioribus domus ſuæ, fecit ſibi ſecretum cubiculum, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur, & habens ſuper lumbos ſuos cilicium, iciunabat omnibus diebus vitę ſuę,prętер ſabbata,& neomenias,& feſta domus Iſrael:erat autem eleganti aſpectu nimis, cui Vir ſuus reliquerat diuitias multas,& familiam copioſam, & erat hæc in omnibus famoſiſſima,quoniam timebat Dominum valde,nec erat,qui loquere tur de illa verbum malum,& alia habentur Iudith.8.

Abſtineant igitur, ſi quæ ſint viduæ, quibus, Mariti diuitias reliquerunt,ne eorum res ſecundæ,& affluens luxus deuoluant eas in

eas in opprobrium incontinentiæ, & ante oculos habeant, quæ monet Apoſt. 1. Timot. 5. Quæ verè vidua eſt & deſolata ſperet in Deum, & inſtet obſecrationibus, & orationibus die, ac nocte, nam quæ in delitijs eſt, viua mortua eſt.

10 Sciantque † impudentiam eſſe pudicitiæ nouercam, & pudorẽ, & verecundiam caſtitatis cuſtodem. Hinc mulier, quæ impudica eſt, dicitur non parcere pudori ſuo. l. palam, in prin. ff. de ritu nup. & Hierem. 3. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere, quæ erubeſcentia eſt ſignum pudoris, & verecundiæ. Ariſt. lib. Ethi. 4. cap. vltimo, &c.

Et pudor pro caſtitate, impudentia, pro libidine ponunt ex noſtris Abb. Ioan. And. & Ant. in cap. ex parte de conſuet. quæ quidem impudentia maximè deprimit mulieres, ſicut pudor ipſas extollit, vt Eccleſiaſt. 7. noli diſcedere à muliere ſenſata, & bona, quam ſortitus es in timore Domini: gratia autem verecundiæ illius ſuper aurum, & cap. 26. Gratia ſuper gratiam, mulier ſancta, & pudorata.

Et commendatur verecundia Saræ, Gen. 18. & Ambroſ. de inſtitu. Virgi. c. j. dicit, Virginitatis dos quædam eſt verecundia: Meretrices autem ideo ſunt impudentes, quia ſunt peſſimæ cõſciẽtiæ, ideo Chryſoſto. Homilia 30. ad populum Antiochenum dicit, Nihil enim ita facit impudentem, quàm mala conſciẽtia. Quare meretrices impudentes? Quare virgines verecundæ? nonnè illæ ex peccato? nonnè hæ, modeſtia? nihil. n. tam impudentem facit quàm peccatum, immo in contrarium, inquit, confundit, confundit eum quidem, qui ſe ipſum condemnauerit, at eũ, qui frontem perfricuerit, efficit procaciorem, qui namque de ſe ipſo deſperauit, efficitur audax. dicitur enim impius, cum in profundum malorum venerit, contemnit, Prouer. 13. & 18.

12 Audi † modò Apoſtolum loquentem de viduis, quę ſit viduitas, & quod viduitatis inſigne, ſi filios, inquit, educauit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi tribulationem patientibus ſumminiſtrauit, ſi omne opus bonum ſubſecuta eſt, & ſi eius liberi ſint paternæ ſubſtantiæ hæredes, doceant illos aſpernari pecunias, eisque, quantum ſit impertiens, erudiant, & illos opibus ſuis ſuperiores eſſe, transferẽdo in cœlum diuitias ſuas, & Deus ſuam porriget manum, atque eos proteget. neq; n. fieri poteſt, vt ea domus, quæ pauperum miſeratione fundata ſit, mali quippiam patiatur, immo ſi quid fortè perpeſſa ſit, melior eã euentus excipiat, idq; erit familię, & domui pro clipeo, & haſta, de quibus Ignatius martyr ad Philadelphienſes, ſint autẽ viduę, non vagę, neque guloſę, neq; proteruæ, ſed pudicæ, & ſobrię, ſicut Iudith, & Anna, & Paulus eas viduas ad ignominiam notat, quæ per domos alienas ociosè vagantur, vnde & curioſitas naſcitur, & garrulitas, & alia multa excitantur vitiorum genera, & ruunt clauſtris euulſis, quæ bene coercebantur, domi ſedendo.

13 Non † hęc ego dixerim, vt ſecundas damnem nuptias: neq; enim permittit Apoſtolus, qui eas damnanti frenum imponit, dicens, ſi autem & nupſerit, non peccauit: cæterum beatior erit, ſi ſic permanſerit.

Hoc eſt multo iſtud excellẽtius, quàm illud multis de cauſis, nam ſi nõ nubere multo melius eſt quàm nubere, pari ratione, melius eſt id ſemel tantum facere, q̃ ſępius, & hoc firmat Iuſtinianus Imperator in Auth. de non eligen. ſecun. nub. §. optimũ. inquit, optimum itaq; eſt, & laudabile, & dignum oratione, vt mulieres ita honeſtè ſe tractent, quatenus quæ ſemel ad virum venerunt, ſeruent inuiolatum morientium thorum, & hmõi mulierem, pariter & miramur, & laudamus, & non procul à virginitate ponemus, & caſtitas ſtudiũ legis eſt, in Auth. ſceni. non ſolum ſi fideiuſſo. in fin. quæ ſola poſſibilis eſt Deo animas prę-ſentare, vt in Auth. de lenoni. §. ſancimus.

Et refert Valerius Maxi. de inſtitutis antiquis, quæ vno cõtentę matrimonio fuerunt, corona pudicitię coronabantur, extimabant pręcipuè matronę, ſincera fide incorruptum eſſe animum, qui ex depoſitę virginitatis cubili in publicum egredi ne ſciret, multorum matrimoniorum experiẽtiam quaſi legitimæ cuiuſdam intemperantię ſignum eſſe credentes, & plura tradit Tiraquel. in l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſig. nu. j. in 142. cũ ſeq. & per Guilel. Bene. in c. Rayn. in ver. qui cum alia, nu. 130. cũ

14 ſeq. & fornicari dicitur, † qui ſecundam duxerit vxorem. 31. q. j. hac ratione. & ſecundis nuptiis iubentur Presbiteri pœnitẽtiam imponere, & non benedicere, vt dictum eſt. & cum presbitero ſecundas nuptias benedicẽte ſolus Papa diſpenſat. c. j. de ſecun. nup. & ſunt ſaltẽ indignę, ſi non irritę, ſi contrahãtur: ſed his tñ pmiſſę, quę ad deterius, puta fornicationẽ paratę ſunt, d. §. optimum, vbi Iuſtinianus ſecutus eſt Apoſtoli authoritatem.

15 Et † ea, quę in legibus dicuntur de fauore matrimonij, intelliguntur de virgine, & primo matrimonio, non in vidua, vt in Auth. de nup. §. hanc ipſam autem, & quod ibi no. glo. in ver. ne ſecundas nuptias, & §. ſeq. & §. quę verò, verſ. vnde ſancimus.

16 Videmus † ẽt, quid ſcriptũ ſit Gen. j. maſculũ, & fœminã fecit eos, non maſculũ, & plures fœminas, vt vni maſculo liceat plures fœminas poſſidere, neq; maſculos & fœminam, vt vni fęminæ liceat plures viros accipere, ſed maſculum & fęminã, vt vna fœmina nullum maſculum putet factum eſſe in ſeculo pręter vnum, vt vnus maſculus nullam putet fœminam eſſe factam in ſeculo pręter vnam. non n. duas, aut tres coſtas detulit de latere viri, aut duas, aut tres fecit mulieres, ſecundum Chryſoſto.

Et ratione ſigni incõtinentiæ ſtatutum eſt bigamum, vel corruptę maritum nõ poſſe promoueri ad ſacros ordines. c. propoſuiſti. 82. diſt. nam cum debeat eſſe miniſter Chriſti, ideſt ſacramenti, indecens eſt illum promoueri, qui patitur aliquem defectum, in aliquo ſacramento, ſicut patitur ille, qui diuiſit carnẽ ſuã in plures, vel habuit corruptam, nam matrimonium eſt maximum ſacramentum in Eccleſia, c. debitum. de biga. non ordi. & coniunctio carnalis deſignat conformitatem, quę eſt inter Chriſtum, & Eccleſiam militantem, per aſſumptionem carnis humanæ. Vnde ſicut fuit caro vnica & pura, ita vnicum dẽt eſſe matrimoniũ & purum. ſed quando quis coniungitur pluribus, vel vni in plures diuiſę, in eo deficit ſacramentum. 26. diſt. c. acutius. & in d. c. debitũ. ad hoc vt Eccleſia rectè illã vnitatem poſſit p̃figurare, de quibus, & p̃ d. Abb. in c. 2. de cler. coniuga. Aſten. in tit. de monoga. lib. 6. tit. 7. col. j. nã & non poteſt eſſe hortator caſtitatis, qui tot coniugia frequentauit. 26. diſt. vna tantum.

Et ideo in odium viduarum inductum eſt, quòd ſi fiat legatũ viduæ, ſi non nupſerit, & ſub conditione viduitatem inducente, valet tale legatum ſub tali conditione, nec reijcitur conditio de legato, licèt debet implexi per eam, interpoſito iuramento, & cautione, q̃ ſi vllo tẽpore nubet, reddet legatum, vt in Auth. cui relictum. C. de ind. vidui. tollen. ea ratione, q̃ ex quo ſemel maritum habuerunt, eſt honeſtius eis, amplius nõ nubere. d. §. optimum. in Auth. de non eligen. ſecun. nub. Quę diſpoſitio habet locum ſolum in vidua, non autem in virgine, ſecundũ commu. opi. Doc. in d. aut. cui relictum. & in l. ſi vir. §. ſi. ff. de cond. & demonſt. Et ſi vir legat vxori lectum, nõ intelligitur ſibi viduæ legaſſe culcitram de ſerico, quia intelligitur de lecto ſecũdum conditionem mulieris viduæ, vt per Ang. in l. plenum. §. equitij. ff. de vſu, & habi. leg & quæ tradit pulchrè Bal. in l. j. in fi. C. de lega. de marito mandante filiis, vt tractent matrem honorificè, ſicut eo viuente.

Et filius non tenetur dotare matrem, quæ conuolat ad ſecundas nuptias. l. j. §. prętera, cum ibi not. ff. de tute. & ratio. diſtrahen. & in l. prima. C de inoffi. doti. Bal. in l. qui liberos, in fi. ff. de ritu nup. & in l. j. ff. ſolu. matri. ne filius cogatur conferre ad ſuã iniuriam, per id, quod habetur in §. Gregoriana, in Auth. de non eligen. ſecundo nuben. Iaſon in §. fuerat, col. 22. verſic. an autem teneatur. Inſtitu. de actioni.

SVMMARIVM.

1 *Viduarum fauor, & cura, multipliciter à lege Diuina conſideratus, & à iure communi.*
2 *Vidualis ſtatus, maximè gratus Deo, &c.*
3 *Viduis à iure conceſſa plura priuilegia.*
4 *Vidua retinet forum mariti defuncti, & eius priuilegia, & nobilitatem, &c.*
5 *Vidua non habens vnde ſe alat, debet ali ab hæredibus viri, &c.*
6 *Vidua ali debet de bonis Eccleſiæ, ſi non habet aliunde, &c.*
7 *Viduis debentur veſtes lugubres ab hæredibus mariti defuncti, &c.*

CAPVT XI.

1 ET de viduis † rationem habendam ſcriptum reperitur, tã in ſacris literis, quàm a legibus humanis, nã de ipſis ſpecialis fuit habita cura a lege diuina, qui aduenę, & pupillo ęquiparatæ ſunt. Dicitur enim Exod. 22. Viduæ & pupillo non nocebitis, ſi læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiã clamorem eorum, & indignabitur furor meus, ꝑcutiamq; vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduę, & filii veſtri pupilli, & ipſis primitiæ triannales concedebantur, Deut. 26. qñ cõpleueris decimam cunctarum frugum tuarum, anno decimarũ tertio, dabis, Leuitę, aduenę, pupillo, & viduæ, ut comedant intra portas tuas, & ſaturentur, & c. 23. eo. Nõ peruertes iudicium aduenæ, & pupilli, nec auferes pignoris loco viduę veſtimentũ, & quando meſſueris ſegetem in agro tuo, oblitusq; manipulũ reliqueris, nõ reuerteris, vt tollas illum, ſed aduenam, pupillum & viduã auferre patieris, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarum. idem dicitur ibi de frugibus oliuarum, & vuis tempore vindemię, ut remanentes racemi nõ colligantur, ſed cedant in vſus aduenę, pupilli, & uiduę, & Deus ipſe dicitur facere iudiciũ pupillo, & uiduę. c. 10. eo. & d. c. 34. & olim uirginibus ęquiparabantur, Leuit. 22. cum filię ſacerdotis uiduę de ſanctis oblationibus ueſcebantur, prout quando erãt uirgines, quę uiro copulatę, nec eas attingere poterant, ut Eſa. 1. Hierem. 22. & alibi ſępe, & de ipſis uide Actuum 6. & 1. Timo. 5. adeo quòd ſemper fuerunt, & ſunt in Dei protectione, & Princi pum, ut C. quando Imperator inter pupil. & uid. l. j. cum ibi not. & pulcher tex. Vlpiani in l. nec quicquam. §. aduocatos. ff. de offic. procon. quę no. in c. ex parte, de foro compe. quod pro ea poteſt etiam immediatè Eccleſiaſticus iudex adiri, & in c. ſignificãtibus, de of. deleg. & 22. q. j. c. j. ĩ quo quidem Dei, & totius mun-

Source : BIU Cujas

di fauore deberent ſe conſeruare caſtè, & vidualiter viuendo, vt magis expeditè Domino inſeruire poſſint, ſecundum quod dixi ſupra in præcedenti capite, in prin. Qui quidem ſtatus vidualis maximè placet Deo, vt patet in vidua illa Euāgelica, † de qua Matth. 12. & Luc. 21. & de illa Sareptana vidua, & Gentili, quæ paruit Heliam, & ei non defecit oleum cadi, neque Hydriæ farina, licèt pugillo tātum claudi potuiſſet, de qua 3. Reg. 17. & dixi ſupra. & de viduis dicit Chryſoſt. in caput Ioan. 13. Homil. 69. in fi. Neque enim defenſorem habet vidua, ideo multa de ea ratio habetur, quæ cum ſecundis nuptiis coniungi ſibi liceret Dei timore ī viduitate multa perpetitur. eis ergo manus porrigamus omnes viri, & mulieres, ne quando viduitatis moleſtias ſentiamus, & ſi ſubierimus, benignitatum in nos materiam, benignitate noſtra comparemus, nō parua vis lachrymarum viduę eſt, ſed ipſum poſſunt cœlum aperire. hæc ille, vt apparet Luc. 7. vbi Dominus noſter fecit miſericordiam in filio viduæ, cuius filius erat mortuus, eum a morte ſuſcitando. Non ergo conquerātur viduæ, ꝙ ſint tōlę, cum ſemper Chriſtus ſit cum eis, ſi ſunt caſtę, nam ſecundum Apoſt. 1. Timoth. 5. quæ verè vidua eſt, & deſolata, ſperet in Deum, & inſtet orationibus, & obſecrationibus nocte, ac die, nam quæ & in delitijs eſt, viua, mortua eſt.

Vltra præmiſſa, multa apparent priuilegia a iure cōmuni cōceſſa viduis cauſa dotis, † nam ſoluto matrimonio durat fundus dotalis, & eius priuilegium, vt ſit inalienabilis, & impreſcriptibilis. l. etiam directo. l. 3. ff. de fun. dota. quod ītelligitur, donec ipſa dos ſit reſtituta mulieri, & ſic donec durat actio de dote, & tunc vt plurimum incipiunt habere locum priuilegia dotium, vt in d. l. 3. no. Bal. in l. ſi conſtante. in prin. ff. ſolu. matr. & in l. prędiū, ad fin. C. de iu. doti. & in l. dotalem. ff. de teſta. mili. & not. ꝑ Doc. in rub. ff. eo. titu. ſolu. matri. & de pluribus priuilegiis datis à iure poſt tempus ſoluti matrimonij, vide Bald. nouel. in Tractatu dotis, in 8. par. &c.

Et vidua retinet forum mariti, † & eius priuilegia, & nobilitatem. l. fœminæ, & ibi Bar. ff. de ſenato. & in l. fi. C. de inco. lib. 10. & l. fin. C. de bo. mater. & l. fi. & ibi Bar. C. de priuil. ſchola. lib. 12. & glo. in c. ex parte, in glo. magna, in verbo, non obſtantibus, in fi. vbi per Feli. quia dicitur eſſe in matrimonio primi viri d. l. fin. de bo. mater. & Bald. in l. voluntas. colum. j. verſicu. dicit longobarda. C. de fideicom. & l. Lucius. §. vidua. & ibi Bar. ff. ad municip. perdit tamen dignitatem, quæſitam ex perſona viri, ſi efficitur monialis iuxta no. in c. viduæ, de regulari. ſecundum Alex. in l. filij. §. vidua. ad municipa. &c.

Et † ſi non habet, vnde ſe alat, debet ali de bonis viri. Bald. in l. fi. C. de bon. mat. & etiam indotata, vt per Pau. de Caſt. in cōſil. 147. reuocatur in dubium, col. j. verſi. nam exiſtens in viduitate, vol. j. & Cyn. in d. l. fi. propter memoriam bene tranſacti matrimonij. l. vnum ex familia. §. fina. ff. de lega. 2. iuxta illud, Cōmoda qui ſentis, iungas onus emolumentis, de reg. iur, ſm naturā.

† Et etiam de bonis Eccleſiæ. j. q. 7. Item opponitur in gl. & 12. q. j. c. j. in gl. & no. in c. ſignificantibus, de offi. delega.

Aliter autem quomodo ali debeat, vide per Doc. in l. diuortio. ff. ſolu. matr. & in l. j. §. exactio. C. de rei vxo. actio. & in l. j. C. de legatis, & ibidem, ad cuius commodum debent operari, &c.

† Et ipſis debentur veſtes lugubres ab hæredibus mariti ſecundum conſuetudinem loci, prout tradunt Doc. & præcipuè Imola, Ang. & Alex. in l. ſi is qui quadringenta. §. dos legata. ff. ad leg. Falc. quas tamen reſtituit, ſi ſecundo nubit, vt ibi per Alexan. & Bal. conſi. 478. vol. 5. Capi. deciſi. 26. vbi etiam de probanda conſuetudine, quomodo intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Vidua delinquens in ſtatu viduitatis amittit priuilegia ſibi à iure conceſſa, & perdit dotem, ſi committit ſtuprum.*
2 *Vidua illa verè dicitur, quæ viuit honeſtè, & virum defunctum honorat.*
3 *Vidua ſtuprum committens perdit omnia, quæ ſibi obuenerunt ex lucris, conſtante matrimonio, & alijs pœnis mulctatur, vt hic remiſſiuè.*
4 *Vidua inhoneſtè viuens non gaudet priuilegijs viduis conceſſis, & hoc eſt regulare, & criminaliter punitur.*
5 *Pœnæ legales viduis impoſitæ, quæ tollantur, & quæ locum habeant in ſecundo nubente.*
6 *Viri ſecundo nubentes, & ipſi quibus pœnis afficiantur, & an ſint communia, quæ dicta ſunt de mulieribus viduis.*

CAPVT XII.

Sicut è contra dicendum eſt de viduis, quæ non ſe continēt in ſtatu ſuo, nam vidua † ſi delinquit in ſtatu viduitatis, amittit priuilegia ſibi conceſſa à iure, & ideo dixit glo. & Pau. de Caſt. in l. fideicommiſſum. in fin. C. de fideicom. quòd ſicut vxor, quæ commiſit adulterium durāte matrimonio, perdit dotem, c. plerunq;, de dona. inter vi. & vxo. l. conſenſu. C. de repud. & bona parafernalia, vt per gl. in d. c. plerunque. eodem modo vidua ex ſtupro commiſſo in viduitate perdere debet, quæ glo. in d. l. fideicommiſſum, loquitur in legato facto per virum vxori, & ſequūtur eam Salic. & Corne. licèt D. Ias. ibi reprobet Pau. de Caſt. rationibus per eum allegatis, cum in pęnalibus † nō debeat fieri extenſio. & Alex. in l. ſororem. C. de his, qui. vt indig. ſed cum Pau. de Caſt. tenet idem Iaſon in l. 2. col. 2. in fi. ff. ſol. matri. & allegat Pau. de Caſt. conſi. 121. & dicit, ꝙ Alex. non viderat illud con. & Hippoli ſing. 235. incip. paria delicta. & iſta videtur vera opin. & facit, quia illa dicitur vidua, ſeu vidualem vitā ſeruare, quæ virum defunctum honorat, non quæ inhoneſtè viuit, in Auth. de nup. §. quæ verò, Bal. in aut. ex teſtamento, colum. 2. C. de ſecun. nup. Maria. in c. ex tenore, in fin. de foro competen. His tamen non obſtantibus contraria opin. eſt magis probata, quam plures ſecuti ſunt, quos refert Socin. Iunio. conſi. 3. vol. 3. quos non referam, quia ibi videri poſſunt.

Item vidua ſi poſt mortem mariti committit ſtuprum turpiter viuendo, † perdit omnia bona, quæ ſibi obuenerunt ex lucris conſtante matrimonio, quia videtur quodam modo eſſe in matrimonio, d. l. fi. C. de bon. mater. & ita tenet Ioan. Lopez ī rubr. repetitionis. c. per veſtras. §. 67. per plura ibi ſubtiliter allegata, vbi plurima habentur cōtra viduas inhoneſtè viuentes, & Frāc. Cremen. ſing. 82. mulier tranſien. vbi quid de donatis vxori cōtemplatione mariti, de qua re multa poſſent cumulari, quæ videri poſſunt in locis ſuis ordinariis, vt in l. j. & in l. hac edictali, & l. fęminæ, C. de ſecun. nup. & c. fi. eo. tit. & in l. oēm. C. ad Tertul. in l. ſciant. C. de legi. hæredi. & Silua nupti. in ver. viduæ non eſt nubēdum, & Ioan. Garo. in rub C. de ſecun. nup. & fac regulam generalem, ꝙ vidua † inhoneſtè viuens, non gaudet priuilegijs ꝓceſſis viduis. Ita Feli. in c. ſignificantibus, col. pe. de offi. delega. & in c. paſtoralis, in 3. col. in verſic. vidua ēt, de iudi. Sed & vidua ob ſtuprū incurrit alias penas legales, & criminaliter caſtigat, attēto iure ciuili, & ea pęna, qua teneretur, ſi adulteriū cōmiſiſſet, vt per gl. in l. pen. C. de adulte. & Sali. in l. eum, qui duas. col. j. eo. tit. & no. in §. item lex Iul. de adulte. Inſti. de publi. iudic.

Quòd † ſi qua continere non poſſet, & mater fieri cuperet, magisq; expediens foret, vt nuberet, cum ſm Apoſt. 1. Corin. 6. mulier mortuo viro ſuo, ab eius ſit lege ſoluta, nubat in Domino. c. pen. & fi. extra de ſecun. nup. & tunc pœnæ legales, quæ infliguntur, quia nupſit infra tempus luctus, quæ habentur in d. l. j. & 2. de ſecun. nup ſunt ſublatæ, non autem illę, in quas incurrit, quia ſecundo nupſit, de quibus in l. hac edictali, & l. fęminæ, & l. fi. eo. tit. ut per Ancha. conſi c. ex prædicto, & Bar. in l. j. C. eo. tit. per Doc. in d. c. fi. Feder. de Senis, conſi. 36. caſus, in fi. Corn. cōſi. 21. in fi. & conſi. 139. col. 2. uol. j. & conſi. 308. col. fi. uol. 4. & Feli. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, col. 19. verſi. 4. limitatio, & Deci. ibi, col. 13. de conſtitu. & idem Deci. conſi. 230. proponitur quod ex Petro, col. j. verſi. circa primum.

Sed † quæ ſupra dicta ſunt de mulieribus uiduis, ſunt communia in maxima parte in uiris in ſtatu uiduitatis conſtitutis, ut & ipſi uitam agant continentem, ut in aut. neque uirum, quod ex dote eſt. §. j. & in §. hoc autem, uerſi. quia uerò contra binubos, in Auth. de non eligen. ſecun. nuben. & ibi per Ang. & alios ſcribentes, & §. ſi uerò expectet. ibi, & hęc communis mulieris, & uiri mulcta ſit poſita, & in §. quoniam, in Auth. de nup. & ibi Ang. & glo. & Bart. Bald. & Sali. in d. l. fœminæ, Azo. in Sum. eod. titu. colum. ſecunda, & per Doct. in l. de emancipatis, ubi Bart. Ang. & Pau. de Caſt. C. de legiti. hęredi. Ange. Aret. in §. præferuntur, colum. pen. Inſti. ad Tertulli. Cępol. caut. 235. alias 302. ſi mater tranſit. ubi dicit hanc communem opin. Marian. Socin. conſil. trigeſimotertio, proſequendo, colum. ſecunda, & ſeq. lib. primo, & conſi. 65. circa primum colum. quarta, uerſic. 22. eod. uolum. ubi dicit hanc communem. Quod tamen in uiris non procedit ſemper ob id, quod intra annum luctus ad ſecundum matrimonium conuolant, quippè quæ ob aliud puniantur, quàm propter ipſarum ſecundas nuptias, cum non ſit, aut timeatur in eis perturbatio ſanguinis, ut probatur in §. primæ ſiquidem, uerſic. ſed uiri quidam, in Auth. de nup. Azo in Summ. de ſecun. nup. in princ. Hoſtien. in Summ. eod. titu. §. quare, & qualiter. colum. ſecunda, uerſi. ſic uidiſti de pœna. Roma. conſil. centeſimooptuageſimo ſecundo, & facit, quòd maritus nō luget uxorem. l. uxores. ff. de his, qui notan. infamia, &c.

MARQVARDI DE SVSANNIS IVRISCONS. VTINENSIS,

De cœlibatu Sacerdotum non abrogando.

SVMMARIVM.

1 *Ius naturale, & diuinum, immutabile.*
2 *Creſcite, & multiplicamini, qualiter intelligendus ſit, & nume. 4. & 6.*
3 *Matrimonialis actus, quando meritorius, & an in eo ſit peccatum.*
4 *Gratiæ à Deo datę diuerſimodè.*
5 *Aetas hominis, quare prolixior in patribus antiquis.*
6 *Matrimonium tempore iuris naturalis primæui, quare laxiores habenas haberet,*

Source : BIU Cujas

beret, & ſolum prohibetur filijs cum matre, & filiabus cum patre.

7 *Matrimonium eo tempore concedebatur cum fratribus, & ſororibus, & alijs tranſuerſalibus.*

8 *Multiplicandi generis humani ratio non ita conſideratur hodie, ſicut in mundi adoleſcentia.*

9 *Ceſſante ratione legis, ceſſare debet & lex.*

10 *Ius Diuinum, & naturale, quomodo intelligatur immutabile.*

11 *Ius Diuinum, & naturale poſſe limitari, & declarari, & immutari, ex cauſa, quod declaratur per exempla plura.*

12 *Papa, quando poſſit contra ius diuinum diſpenſare.*

13 *Præceptum multiplicationis humani generis limitatur in vouentibus continentiam, non habere locum.*

14 *Conſilium Apoſtoli de continentia, & virginitate ſalubre, & probabile.*

CAPVT I.

NON ſatis eſſe putaui palam facere, quantum expediat legem cœlibatus Sacerdotũ in Eccleſia Dei conſeruari, & tot ſanctorũ Patrum teſtimonijs, & diuerſis argumentis, & rationibus, niſi etiam obiecta, quæ mihi occurrerunt, diluerem: ideo ſingulatim ad contraria reſpondendo, dico in primis.

Non obſtare quod dicitur Gene. primo. Creſcite, & multiplicamini, &c. ex quibus verbis eliciunt coniugium Dei ordinatione inſtitutum, & tanquam ius diuinum tolli minimè poſſe, & illud eſſe de iure naturali, quod pariter tolli nequeat, aut im-
1 mutari, vt habetur in §. ſed naturalia, † Inſti. de iure natu. gen. & ciui. & per Docto. in c. fina. §. his itaque ſexta diſtinct. & per Cano in cap. fin. de conſuetu. & in cap. literas. §. porrò, de reſti. ſpolia. Henri. Boich, in cap. ex parte, il ſecundo, colum. ſecunda, de offic. delega. & in cap. primo, colum. tertia, de conſtitu. & c. fi. de ſpon. duo. cum concordan.

Quia reſpondetur, quòd illud præceptum, Creſcite, & multiplicamini, fuit dictum vniuerſitati ſingulorum, non autẽ ſingulis de vniuerſitate, aliàs quodammodo obligarentur ad matrimonium cuncti, & ſinguli ex præcepto, quod falſum eſt, c. primo, & ſecundo, per totum, 31. quæſt. ſecunda, & non obligat omnia individua illius ſpeciei, cum ſit datum in communi toti ſpeciei, etenim inuitæ nuptiæ ſolent malos prouentus habere. & facit illud Apoſt. Corin. 7. Qui non iungit in matrimonio filiam ſuam, melius facit, quàm qui iungit. Item quia nõ nubentibus virginibus debetur aureola, de quibus viſus eſt loq Ioan. Apocalyp. 7. cum oſtendat illas vidiſſe ante tronum Dei per numerum determinatum, ſcilicet centum quadraginta quatuor millia, vt dicit Archidia. Florenti. in tertia parte Sum. titulo ſecundo, cap. primo. § octauo. quod non ſuccederet, ſi ad matrimonium tenerentur ex præcepto, quia nullus præmium meretur ex tranſgreſſione præcepti, quinimmo actus matrimonialis nunquàm eſt meritorius, niſi ad illud virtus inducat, puta iuſtitiæ, vt ſcilicet debitum reddat, vel religionis, puta vt proles ad cultum Dei procreetur. 31. q. 4. c. in eo. in fi. ſi autem moueat libido iſtens intra bona matrimonij, vt ſcilicet nullo modo ad aliam accedere vellet, actus matrimonij eſt peccatum veniale. quod ſi extra bonum matrimonij efferatur, ſcilicet ꝙ cum qua cunque muliere idem facere proponeret, ſi non haberet vxorẽ, eſt peccatum mortale, vt per S. Thom. in 3. par. ſecundæ q. 130. arti. 4. & 32. q. 4. c. origo, & 25. diſt. alias ibi, quoties excepto filio rum deſiderio vxorem ſuam cognouerit, cum ibi no.

4 Et † licèt non omnes nubent, non tñ erit ideo minus abundantia legitimæ ſobolis in Republica, nec ceſſabit humani generis immortalitas, & ſi præceptum illud obligaret omnes, malè actum eſſet cum Ioanne Baptiſta, Ioanne Euangeliſta, & virginum choris, & quomodo Ioan. in Apocalyp. 14. de eis dixiſſet, hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: virgines. n. ſunt. hi ſequuntur agnum quocunque ierit: & Chriſtus virginibus fuit exemplum, & qui de virgine naſci voluit, & vnuſquiſq; proprium donum habet ex Deo, alius quidẽ ſic, alius ſic, vt aliꝙ nubant, aliqui non nubant, ſicut dicitur de differẽtijs hominũ, quantum ad actus & habitus animæ rationalis, vt Thom. 2. 2. de
5 ducit † ſecundum gratias datas, vt per Apoſt. 1. Corin. 12. & prima eſt ſecundum diuerſas gratias datas, nam alii datur gratia ꝓphetiæ, alii ſermo ſcientiæ, alij ſapientiæ. ſecunda differentia eſt ſecundum diuerſitatem officiorum, ac ſtatuum, nam alii datur miniſterium Apoſtolatus, aliis miniſteriũ ſacerdotij, tertia eſt ſecundum diuerſitatem vitæ, & operarum: quidam enim ſunt contemplatiui, quidam actiui, & Roma. 12.

Præterea nõnè idem Deus, qui legem multiplicandi generis
6 humani indixit, eandem legem † interpretatus eſt, Matth. 19. in illa eunuchorum diſtinctione, inter quos poſuit eunuchos, qui ſe ipſos caſtrauerunt ꝓp Regnum cœlorum, intelligẽdo de his, qui cupiditatis fluctibus ingentibus iactati, data diuinitus libertate, praua voluntatis incẽdia reprimunt, quippè modeſtia mẽtis fecit, vt naturales motus nullum afferrent detrimentum, & ſic opus non eſſe eam legem ab omnibus obſeruari.

Et nonnè Chriſtus vocauit à nuptiis Ioannem nubere volentem, vt teſtatur Hieronymus ſuper prologo in Ioannem? qui tamen non venit ſoluere legem, ſed adimplere. Vnde hæc auocatio, ſi eſſet legis tranſgreſſio, an declaratio?

Et prꝙcipuè, cum id ſit dictum propter multiplicationem cultus diuini, & generis humani, tunc temporis quo non erat hominum copia, qua de cauſa conceſſit Deus omnipotens, & prolixiorem ętatem hominibus, vt in Adam, & Eua, qui vixerunt noningentis & triginta, Seth noningentis & duodecim, Enos noningentis & quinque, Cainam noningentis & decem, de quibus per Auguſt. lib. 15. de Ciuitate Dei, & tunc quoque in ipſa mundi infantia Abel vitam ſibi cœlibem elegit, & à Domino vt iuſtus commendatur: ſciebat equidem & ipſe præceptum Dei, de quo ſupra. poſſet dici cum propoſitum fuiſſe in exemplum continere volentibus.

Item quia eo tempore iuris naturalis primꝙi erant laxiores habenæ in ꝓhendis matrimoniis, nam ſolummodo impediebatur matrimonium filii cũ matre & filiæ cum patre, per illud Gen. 2. de quo in c. debitum, de biga. & in c. vnico. de voto. in 6. relinquet homo patrem, & matrem, & adhꝙrebit vxori ſuꝙ, hoc eſt, relinquat thorum patris, & matris, quia cum eis ꝓhere non debeat, vt ĩ d. c. debitum, & per Abb. in c. literas, in 4. col. de reſti. ſpolia. per San. Tho. 2. 2. q. 89. art. 9. & in 4. Sent. diſt. in 40. & concubitus Loth cum filiabus fuit reprobatus, & reprehenſus: nã & bruta ipſa hos concubitus abhorrent, ſecũdum Philoſophũ, & ipſi Gentiles abominati ſunt, vt patet de Semiramide, & aliis.

In tranſuerſalibus autem non erant prohibita connubia, quinimo ſorores ducebãtur in vxores, vt in filiis Adæ, & Abraam, & Iacob. Gen. 24. & 32. q. 4. c. quæritur. nam & Abraam duxit in vxorem Saram filiam patris ſui Thare. Gen. 12. & Tamar. quæ dixit Amon fratri ſuo, pete me à patre meo, & dabit me tibi, qđ tunc permittebatur ea ratione multiplicandi generis humani, in mundi adoleſcentia, & cauſa augendi cultum diuinum, qua multiplicatione ſubſecuta, non poteſt dici legis præuaricator, ſed laude dignus virginitatis cuſtos, ex ſententia diui Thomæ in 4. Senten. diſtin. 33. q. 3.

Et quòd tunc fiebat neceſſitate prolis augendæ, ceſſare debet, cauſa neceſſitatis ceſſante. 1. q. 1. & q. 7. c. quod pro remedio. & diſtinct. 28. c. de Siracuſanæ, & diſt. 61. his omnibus, & c. neophitus, & no. in c. 2. de cuſto. Euchari. & in c. in argumẽtum, de reg. iur. in 6. vt & ceſſante cauſa legis, ceſſat & lex ipſa. l. adigere. §. quamuis. ff. de iu. patron. l. quod dictum, cum ibi not. ff. de pact. cum concord. & dicit Ricar. in quarta diſtinct. 33. artic. quarto, quæſt. ſecunda, quòd tempore legis antiquæ, quando oportebat multiplicari generationem hominum, propter multiplicãdam fidem, magis meritorius erat ſtatus coniugalis, quàm virginalis. Nunc verò multiplicato genere humano, melior eſt ſtatus abſtinentium, & habetur de pœniten. diſtin. ſecunda, c. ſi enim. verſic. Quomodo Abraam placuit in coniugio, ſic nunc virgines placent in perpetua caſtitate, & magis vult Deus nos creſcere in vita contemplatiua, quàm in multiplicatione hominum, appropinquante mundi occaſu.

Etenim illud eſt præceptum affirmatiuum, quod obligat ad tempus, præcipuè cum ſit appoſita cauſa, ſcilicet vt terra repleatur, quæ cum ſit repleta, ceſſat, & præceptum affirmatiuum nõ obligat ad ſemper. Archi. in c. ſi peccauerit, 2. q. i. & Abb. in c. nouit, col. 13. verſi. nam quædam ſunt prꝙcepta, de iudi. vbi dicitur, quædam eſſe præcepta negatiua, & iſta obligant ſemper, & ad ſemper, id eſt omni tempore, quia prohibent actus peccatorũ, qui omni tempore ſunt mali. c. & ſi Chriſt. de iureiu. quędã ſunt præcepta affirmatiua, & hꝙc inducunt actus virtutũ, qui nõ quo libet tempore de neceſſitate fieri debent, ſed debitis temporib. & ſeruatis circunſtantijs debitis, quæ debent ſemper interuenire, ad hoc vt actus ſit virtuoſus, de conſecra. diſt. 5. nunquam. no. Feli. & alii, in c. nam concupiſcentiam, de conſtitu. & prꝙcepta, quæ non erant de decem, vt de matrimonio contrahendo, ſublata ſunt, vt per Archid. diſt. 6. his ita.

Et ad illud de immutabilitate iuris naturalis, & diuini, reſpõdetur verum eſſe, quod ius diuinum, & naturale eſt immutabile in ſui generalitate, ſed in ſpecie, & in certis caſibus aliter obſeruatur, vt patet in ſeruitute, contra libertatem, cum qua homo naſcitur, in emancipatione, præſcriptione, rerum acquiſitione, & aliis, adeo quòd licèt in totum tolli non poſſit, poteſt ex proceſſu, & temporis varietate, & diuturnitate, ex iuſta cauſa ab eccleſia recepta, declarari, & limitari, vt tradit Gemi. in c. ſicut, in pri no. per illum tex. diſt. 14. & ibi D. Præpoſi. in prin. & probatur in c. neceſſaria, & c. quod pro remedio. 1. q. 7.

Quod patet, nam illud præceptum negatiuum poſitũ in ſecũda tabula, Nõ occides, pro cõmuni vtilitate cõtra facinoroſos, vt de medio tollantur, interpretatur, & limitatur, vt in c. miles, & c. ſeq. 33. quæſt. 5. prout in pluribus caſibus declaratur, & permittitur occiſio malorum, ut per illud Exod. 2. maleficos non patieris viuere, & 23. quæſt. 5. reos. & valent ſtatuta, quod banniti poſſint impunè occidi ex cauſa legitima, vt per Bart. & alios in l.

Source : BIU Cujas

omnes populi. ff. de iust. & iu. & Gemin in §. his itaque. 6. distin. qui magistraliter loquitur, vbi etiam Præpos. & in cap. in his. 11. dist. & per eundem in c. quæ contra. 8. distin. & no. in c. fin. de consue. & in cap. quæ in ecclesiarum, de consti. & in alio præcepto secundæ tabulę. Non furtum facies, quæ sunt præcepta moralia, & negatiua, quæ magis ligant, & id tamen non semper procedit, cum propter necessitatem famis, & nuditatis id liceat, vt no. in c. si quis, de fur. & pro vtilitate publica possunt vẽdi bona priuatorum. l. item verberatum. ff. de rei vendi. & not. vbi supra, & permissum fuit Iudæis, & Israelitis contra Aegyptios, 14. q. 5. dixit Dominus. Idem videmus in voto, quod est de iure diuino, juxta illud, Vouete, & reddite, & de quo in c. magnæ, de voto. qđ tamen ex causa remittitur, cap. non est, co. titu. & ita communiter concludunt Doc. in c. cum ad monasterium. de statu mona. & in c. si quando, de rescrip. & in d. c. quæ in Ecclesiarum. Idem de decimis, quæ debentur iure diuino, cap. reuertimini, 16. q. 1. quæ licèt non possint vniuersaliter remitti, remissio nihilominus in particulari fieri potest, vt per Doct in c. à nobis, & in c. in aliquibus, de decimis.

Et illud, In ore duorum, vel trium stet omne, processit ex Euangelio Matth. 18. & ex lege Mosaica, Deutero. 19. tñ hoc immutatum est addendo, vel minuendo, vt patet 2. q. 4. Præsul. de consecratio. dist. 4. paruulos, & extra de testib. in omni. Item pmissum est aliquid recipi vltra sortem, quod est vsura, extra de vsur. c. j. & in c. salubriter, & 14. q. 3. plerique.

Item dissoluitur matrimonium. c. ex publico, c. verum, de cõuer. coniuga. etiam consummatum inter Iudęos, ad quos tamẽ dicta sunt illa verba, quos Deus coniunxit, homo non separet, extra de consang. & affin. c. de infidelibus. & semper cum Euangelium non destruitur, vel Apostolus, vel generalis status ecclesiæ non commouetur, nec contra articulos fidei quid statuitur, potest Papa contra ius dispensare. Archid. in c. sunt quidam. 25. q. j. & plura ponit ī Principe seculari de similibus, Lucas de Pen. in l. mulieres, colum. 9. versicu. semper igitur. C. de inco. libr. 10. & in l. contra publicam. C. de re milita. lib. 12. & per Docto. in §. sed naturalia, supra allegato. Ex quibus infertur, quòd licèt ius diuinum, & naturale sint immutabilia, possunt tamen ex iusta causa declarari, interpretari, & limitari, & præcipuè cum in casu proposito appareat ab ipso iure diuino limitatum, & interpretatum, vt Matth. 19. ab ipso Deo nostro Christo Virginitatis dilectore, vt dictum est, & causam hanc castitatis, & continentiæ fore iustissimam limitandi præceptum multiplicationis indictæ per illa verba, Crescite & multiplicamini, vt scilicet non se extendat, sed limitetur, non habere locum in vouenttbus cõtinentiam, & qui adiuuante diuina gratia nolunt assentire pravæ carnis concupiscentiæ, sicut & potest homo se abstinere ab alijs animi passionibus ab ipsa natura insitis, cum non sint tales, quod eis resisti non possit: omnia enim possumus in eo, qui nos confortat, scilicet Deus, Philippen. 4. Sicut fecit Apostol. qui stimulo carnis angebatur, & ideo cupiebat, vt omnes essent, sicut ille.

Nec dicatur, quòd si omnes sequerentur eius consilium, genus humanum deperiret, & ipse Dei cultus, cum de hoc non sit timendum, nam qui indixit Deus humani generis multiplicationem, idem & eam conseruauit, ab eo tempore quo id præcepit, & ab orbe condito vsque in hanc vltimam ętatem, licèt non omnes, vel singuli illud præceptum adimpleuerint, & vsq; in finem seculi manutenebit, quandoquidem quæ elargitur Deus, ea omnia humanæ cogitationis captum excedunt, ea oĩa voluntati suæ concedenda sunt: etenim dixit Sapiens, quis poterit cogitare quid velit Deus? & sensum tuum Domine quis sciet: & Roman. 11. O altitudo, &c. quis enim cognoscit sensum Domini, & quod ait Hieronymus, vereris, ne si virginitatẽ plures appetierint, cessent esse lupæ, cessent adulterę, ne infantes in vrbibus, villisque non vagiant, quotidie mœchorum sanguis effunditur, adulteria damnantur, & inter ipsas leges, & secures ac tribunalia flagrans libido damnatur, noli metuere, ne omnes virgines fiant. Difficilis res est virginitas, & ideo rara, quia difficilis; multi vocati, pauci electi: nam omne rarum, est carum & precioſum, 93. distinct. cap. legimus. §. sed dices. & in Auth. de consuli & pauci virginitatem seruant. cap. quia tua sanctitas. 50. dist. Incipere plurimorum est, perseuerare paucorum. Vnde & grande præmium eorum qui perseuerauerint, & per continentiam desideratur duratio ęternana indiuiduorum, & nuptiæ replent terram; virginitas Paradisum. c. nuptiæ. 1. q. j. ergo probabile consilium Apostoli.

SVMMARIVM.

1 *Continentiæ difficultas, & præconia.*
2 *Votum continentiæ Deo pergratum, & secundum eius voluntatem.*
3 *Dei voluntas efficit, quòd idem sit bonum, vel malum non rei natura.*
4 *Continentiæ iugum leue.*
5 *Deus nil iubet faciendum, aut prohibet, quin fit maximè possibile.*
6 *Fiducia in Deo habenda de his, quæ ab eo petuntur.*
7 *Tentatio fortior à Diabolo in eos, quos pœnitentia compungit.*
8 *Tentatio Diaboli minor in eos, qui eius voluntati sunt subiecti.*
9 *Tentatio est in causa, vt magna à Deo gratia concedatur.*
10 *Hieronymi beati tentatio, & resistentia.*
11 *Sacer ordo habet secum annexum votum continentiæ.*

CAPVT II.

1 NOn obstat, † quod dicitur, votum continentiæ non arctare ad eius obseruantiam tanquàm sit promissio impossibilis, & quod sit sicut votum volandi, Deoque displicere stultam, & infidelem promissionem, Eccles. quinto, cuius qualitatis esse dicunt votum continentiæ, quibus addo, quòd vritur continens singulis diebus, & horis fornacis modo, & quocunque ierit, inimicum affert secum, nam Diabolus semper ei bellum infert, neque permittit respirare, non die, non nocte, non diluculo, non meridie, sed bellatur semper, voluptatemque submittit.

Nam respondetur, quod continentibus propè est Dominus, qui est castitatis dilector, & promittit illam seruantibus sempiternum nomen, quod non peribit. Esa. 56. nec potest dici infidelis, & stulta castitatis promissio, cum sit res angelica. Matth. 22. Luc. 20. Mar. 12. dum Dominus noster introducit in castis & cõtinentibus, similitudinem Angelorum, & quod ea mediante homines Angelis assimilantur, ibi neque nubent, neque nubẽtur, sed sunt sicut Angeli in cœlo, & casti, in corpore hoc mortali prædicantur ea agere, quæ incorporearum sunt virtutum. Quæ quidem dignitas suprema, maximè conuenit his, qui sacra tangunt. Leuiti. 20. quibus præceptum est, vt sint continentes, ne panis, qui de cœlo descendit, tangatur ab ijs, qui coniugalibus paulo ante hęsere complexibus, vt cum fiat promissio Deo istius vir
2 tutis spiritualis, † non potest impugnari, cum sit conformis voluntati Dei; est ideo fidelis, & sancta, & obsequium rationabile, Roma. 12. Obsecro vos fratres, per misericordiã Dei, vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum, vt probetis quę sit voluntas Dei bona, & benè placens, & perfecta. & Philip. 4. De cętero fratres quæcunque sunt vera, quęcunque pudica, quęcunque iusta, quęcunque sancta, quęcunque amabilia, quęcunque bonę famę. & Ephes. 5. & quęcunque fiunt secundum voluntatem Dei, quamuis videantur improba esse, tamen omnino grata sunt Deo & accepta. & è contra, quod fit pręter Dei voluntatẽ, ac secus quàm illa vult fieri, quanquam existimatur Deo acceptum, tamen est omnium pessimum, & iniquissimum, etiam si quis occidat hominem volente Deo, qua vis humanitate melius est hoc homicidium. rursus si quis pareat, & humanitatis officium collocarit in quempiam, pręter Dei sententiã, quavis cœde sceleratior est ista sanguinis parsimonia: non enim ipsa
3 eorum, quę fiunt natura, sed Dei voluntas, † & decretum efficit, vt eadem vel bona sint, vel mala. sic & promittens Deo cõtinentiam, vti Deo acceptabilem, dicitur promittere rem sanctam, minimeque impossibilem: suaue est enim iugum Domi-
4 ni, & onus leue. † si considerent meritum, & quod momentaneum, & leue tribulationis est nostrę, per superabundantiam ęternę pondus letitię operatur, vt dicit Apostol. & si quid grauedinis appareat, id totum ignauię nostrę est tribuendum: nam si accincti, & pparati erimus, & nulla desidia effeminati, cuncta facilia, leuissimaque videbuntur. ipse enim Dominus, qui onus iniunxit, & dixit suaue esse, & leue, ne impossibilia viderentur; & si quid difficile videretur, ipse tamen dixit, Venite ad me oẽs, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. operis igitur nostri, est vt simus fortes in bello, quia Dominus offert se esse in pugna nobiscum, si difficilis esset. sed certè non impossibilia, sed omnia leuia, & facilia erunt, si rectè perpetiantur. Roma. 8. Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum aut gladius? Vnde in eum spes omnis figenda est, qui dixit, Petite, & dabitur vobis, & omnia suppeditabit Domini nostri Iesu Christi gratia. 2. Corin. 12. erumpendum est in eam vocem, Dominus auxiliator meus, non timebo, quid faciat mihi caro.

Pręterea impossibilis dici minimè potest promissio continẽ-
5 tiæ, & votum castitatis Deo † factum, cum nihil Deus persuadeat, aut iubeat faciendum, aut vetet, quin id sit maximè possibile, nam dum pręcipit, vel prohibet, ostendit in nobis propriam esse voluntatem, vel faciendi, vel non faciendi, vide hoc in arboris fructu primo parenti interdicto, quam propter hoc plantauit, & postea interdixit, vt posset esse, per quod voluntas hominis monstraretur; dedit mandatum, vt probaret obsequium; imposuit legem, vt exploraret hominis voluntatẽ; insinuauit pręceptum, vt eius dignosceretur arbitrium; vtrunq; habuit homo in sua potestate, & Deo parere quod noluit; & diabolo consentire, quod voluit, secundum Chrysost. & ideo scriptum est illud Math. 18. sunt eunuchi, qui se ipsos castrauerunt, dicit se ipsos, vt ostenderet nostrum quoque opus

esse

Source : BIU Cujas

esse continentia, cum Dei tamen auxilio, qui non deest rationabiliter petentibus, vt dictum est supra proximè, & qui sicut vouendi mouet affectum, sic & dat modum, & facultatem votum reddendi.

Nonnè videmus & apud ipsos Gentiles, plurimos fuisse cõtinẽtissimos, vt apud Platonem de Repub. de illo Asbyte, Athleta Crotoniata, qui in perpetua virginitate se præseruauit, ob studium cursus; & de altero Athleta Clitomacho; & de Hippolito & aliis, quos longum esset referre, & de Esenijs populis Syriæ.

Credendum est, Dominum posse præstare, quod ab eo petitur, & credulitas ista est perneccssaria † cuilibet petenti. Math. 7. & 8. & fidei probatio fit in tentationibus. 1. Petr. 2. & fidelis est Deus in promissionibus suis, Deuter. 32. & scies, quia Dominus Deus tuus, ipse est Deus fortis, & fidelis custodiens pactum. & 1. Corin. 2. & 2. Timot. 2. Ioan. j. & paratior ad concedendum, quàm nos ad petendum.

Et pusillanimitatis est dicere, non possum continere, & negligentiæ nostræ, qui Dei præcepta contemnere malumus, quàm facere, fatemur equidem quod quem magis pœnitentia compungit, illum fortius teneat Diabolus, Ecclesiasti. 2. dicitur, fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. & illud Math. 4. vbi Dominus noster Iesus Christus post baptismum statim tentatus fuit a diabolo, insinuans euntes ad se grauiores passuros tentationes. & 2. Timo. 3. omnes qui piè viuere volunt in Christo, persecutionem patientur, & 1. Corin. 1.

Et Leo Papa in sermo. ait, peruigil iste hostis, acrioribus pulsat insidiis, quos maxime nouit abstinere a peccatis. & Grego. super illud Iob 21. qui parati sunt suscitare Leuiathan, dicit, Qui ea, quæ Dei sunt plena tentatione desiderant, Leuiathan contra se suscitant, quia eius malitiam instigatione suæ conuersationis inflammant: † nam qui eius voluntati subiecti sunt, quasi quieto ab illo iure possidentur; & superbus eorum Rex quasi quadam securitate perfruitur, dum eorum cordibus in concussa potestate dominatur, sed cum vniuscuiusque spiritus ad conditoris sui desiderium recalluerit, cum torpore negligentiæ deserit, & frigus insensibilitatis pristinæ, igne sancti amoris accendit, & teneri ab hoste seruus erubescit, quia idem hostis se cõsiderat despici, quia vias Dei videt apprehendi, dolet contra se, captum reniti, & mox zelo accenditur, mox ad certamen mouetur, mox ad tentationes innumeras contra rebellãtem mentem, se excitat, atque in omni arte lacerationis instigat, vt tentationum iacula intorquendo, confodiat cor, quod dudũ quieto iure possidebat.

Et † si accedere volumus ad eas, quæ in sacra historia continetur historias, inueniemus omnes virtute præditos per tentationes ingressos, & sic magnam a Deo assecutos gratiam, vt habetur de Beato Hieronymo (ne illud exemplum saltem omittam) qui de se ipso ita testatur in Episto. ad Eustochi. O quotiẽs in eremo cõstitutus, & in illa vasta solitudine, exusta solis ardoribus, sedebam solus, quia amaritudine repletus eram, horrebãt sacco membra deformia, & quallida cutis situm Aethiopicæ carnis obduxerat, quotidie lachrymæ, quotidie gemitus. & infra, de cibis verò, & potu taceo, cum etiam languentes monachi aqua frigida vtebantur, & coctum aliquid accepisse luxuria sit. ille igitur ego, scorpionum tantum socius, & ferarum; pallebant ora ieiunijs, & mẽs desiderijs æstuabat, in frigido corpore, & ante hominem suum, iam carne præmortua sola libidinum incendia bulliebant. Itaque omni auxilio destitutus ad Iesu iacebam pedes, rigabam lachrimis ora, crine tergebam, & repugnantem carnem, hebdomodarum incendia subiugabam. & inferius Post multas lachrimas, post cœlo oculos hærentes, nõ nunquam videbar mihi interesse agminibus Angelorum, & lætus, gaudensque cantabam, Post te in odorem vnguentorum tuorum currimus. & sicut Hieronymus, ita & nos habeamus recursum ad Dominum, qui nos fortes faciet in bello.

Non obstat, quod obijcitur vlterius, in sacrorum ordinum susceptione nullum emitti votum castitatis, & continentiæ, qa contrarium est verum. c. nullum. 28. distin. nam caracteri annexum est continentiæ votum 84. distin. cum in præterito. vbi qui accipit sacrum ordinem, hoc ipso vouet continentiam, etiam si hoc non exprimat, ex quo continentia est illi annexa. & ibi dicitur de quadam constitutione facta ab Apostolis de continentia clericorum. & per Domini. in c. ante triennium. 31. distin. & in assumptione sacrorum ordinum dispensatur spiritualiter in Ecclesiam immaculatam, & saltem implicitè promittunt continentiam seruare, aliter non essent ordinandi. §. sancimus, in Auth. de monach. & solennizatur votum per sacri ordinis susceptionem 37. distin. c. placuit, & 28. distinctio. Diaconi. vbi tacitũ votum sufficit ad id solemnizandum. & per Hostien. in sum. qꝫ cleric. vel vouen. colum. secunda, versic. sed nunquid Clericus, & versi. solemnizatus. & colum. fin. vbi dicit, qꝫ per solam professionem expressam, vel tacitam, vel sacri ordinis susceptionem solemnizatur votum, qui subdit, & sic tenet Dominus noster, & curia, omissis ambagibus. & probatur ex eo, quod legitur, Græcos votum castitatis non suscepisse, & in c. nullum, cũ seq. 28. distin. & est text. in c. j. de voto, in 6. & de hoc Card. Zaba. in clemen. ad nostram, versi. 7. in fi. in illa q an sacerdos cognoscẽdo solutam, committat fornicationem, vel adulterium, de quo latè dicam infra, in 3 par. & quod dixi de sacro ordine, intelligẽdum est stricto modo sumendo, videlicet pro Subdiaconatu, & superioribus, vt in cap. à multis, de ęta. & quali. nam lato sumpto vocabulo, sacri dicuntur etiam ordines inferiores, vt no. 27. distin. in sum. in glo.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium esse malum Sacerdotibus.*
2 *Bona, & mala considerari diuersis respectibus, vt in hæresibus, & si.*
3 *Non omne, quod licet, honestum est.*
4 *Honestas considerandа in omnibus, & maximè in matrimonijs, & de honestatis publicæ iustitia. nume. 5.*
6 *Malum minus non committendum causa vitandi maius malum, vel consequendi maius bonum.*
7 *Amor parentum in filios, quantæ sit potentiæ.*
8 *Onera matrimonij.*
9 *Vxores non omnes pudicæ.*
10 *Coniugatis quoque Spiritus sancti gratia infimdi.*
11 *Pudor versatur etiam in coniunctione viri & vxoris.*

CAPVT III.

NOn obstat, quod allegatur matrimonium esse bonum, & quod Apostо. Hebr. 2. appellat honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus, & in cap. debitum, de biga. non ordi. & quod per illud euitatur maius malum, videlicet fornicatio.

1 Nam licèt matrimonium in se sit bonum, tamen in sacerdotibus, & personis Deo dicatis, & in sacris constitutis, est malum, rationibus præallegatis, sicut corpus Christi malum fuit Iudæ, de consecr. distinct. tertia, sicut Iudas. & arbor Paradisi, mala fuit Adæ, 11. quæst. tertia. quid ergo gl. in cap. vouentibus. 27. distin.
2 sicut videmus de hæresibus, † quæ in se malæ sunt: sed quia eorũ causa excutimus pigritiam, & intensius scrutamur scripturas ad considerandas veritates fidei, & impugnandos errores Hæreticorum, vtiles sunt, vt per Apostо. 1. Corin. oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant in nobis, id est vtile est hæreses esse, prout in quæst. quæ per nos modò pertractatur, nã hæc controuersia prodest Catholicis, & hæc est prophetia Apostoli, non consilium; prædictio, non adhortatio: euentus, nõ causa. torpescit enim virtus, vbi certamen deest; & facilè hostis malitia coalescit, si pigrescat animus repugnantis, & roborantur vires exercitatione frequenti, & nemo vnquàm non solicitus, hostem deuincit, nemo sine certamine victoriam reportauit, & ex comparatione malorum fit laus bonorum: tolle persecutiones, non erunt martires; tolle congeriem malorum, non erit plenitudo virtutum; tolle adulterij amatores, nõ erit perfectio castorum. ex sentẽtia Chrysostomi, fatemur licita matrimonia, † sed
3 non omnibus, nam & non omne, quod licet, honestum est, put in nuptiis, est pulcher tex. in l. semper in coniunctionibus. ff. de ritu nup. & ibi Bal. in lec. antiqua dicit, quod præcipuè in matrimoniis debemus considerare honestatem, exemplificando, vt in text. quòd senatoris filia nubat ei, qui artẽ ludicram exercet, nam non erunt nuptiæ, secundum iuris ciuilis dispositionem, cum hoc honestum non sit, vt ibi dicitur. sic in proposito honestum non est, vt dignitas sacerdotalis iungatur obsequio mulieris, cuius quidem sacerdotis dignitas est maior Regia potestate, Nam Regi corpora sunt commissa, sacerdoti animæ; Rex maculas corporum remittit, sacerdos maculas peccatorũ; ille cogit, hic exhortatur; ille necessitate, hic cõsilio; ille habet arma sensibilia, hic arma spiritualia; ille bellum gerit cũ Barbaris; hic aduersus dęmones, & Rex ipse summittit se manui sacerdotis, ergo maior eius Principatus. non est ergo bonum, aut honestũ coinquinare dignitatem tam excellentem amplexibus, & osculis fœminarum; nec hoc decet eos, qui ad altare sunt cum Domino familiares, & labiis osculantur in altari filium Virginis. Nã & non solum quod licet, considerandum est, sed & simul, quid deceat secundum honestatem, & quid expediat secundum vtilitatem. tex. in c. magnę, de voto. & multis quoque licitis abstinendum est. 11. q. 1. aliud. de pœn. distin. j. aliud Apostо. 1. Cor. 6. l. non omne. l. semp in contractibus. ff. de reg. iur. & ibi latè Deci.
4 qui per plurima firmat, ius honestatis semp exceptum esse, † sed quandoque & aliquid est iustum, cuius contrarium est iustius. l. exigendi, & ibi per glo. C. de procura. in versi. nõ iniustè. quod quidem ius honestatis circa matrimonium fuit quoque consideratum per Apostо. 1. Corin. 7. loquendo de eo in illis verbis, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento dominum obseruandi.

Et in ipsis moribus nostris, & in iure, nõ iustitia solum, sed & honestas consideratur, ideoq; multa de iure licita, prohibentur

Source : BIU Cujas

Marq. de Suſ. De cęlib. Sacerd. non abrog.

propter honeſtatē. c. clerici. de vita & honeſt. cleri. c. iuuenis, de ſponſa. & c. ad audientiam, & 35. q. 3. c. porrò. & ipſa eccleſia, præter alia impedimenta matrimonij, inuenit impedimentum in
5 eo, ſcilicet iuſtitiam publicæ honeſtatis, nō quòd illud eſſet illicitum, ſed quia vti minus honeſtum id fieri prohibuit, vt per Summiſtas omnes de impedimento, de publicæ honeſtatis iuſtitia, & Aſten. lib. 8. titu. 24. & per ſanctum Tho. in quarto diſtinct. 41. & de ſponſali. c. j. in vj.

Sic etiam propter honeſtatem non ſeruatam circa exercitiū dignitatis, perditur priuilegium, dignitati conceſſum. l. 3. cum ibi not. C de curio. & ſtati. lib. 12. cum concor.

Sed & ſpecialius ad obiectum reſpondet Aug. in quæſtionibus vtriuſque teſtam. quæſtio. 127. dum inquit, ſi fortè dicatur, ſi licet & bonum eſt nubere, cur ſacerdotibus vxores ducere non licet? Quis neſciat vnumquenque legem ſuam habere? eſt enim, quod omnino generaliter non licet; eſt item, quod alijs licet, aliis non licet; & eſt quod aliquando licet, aliquando non licet, antequàm eccleſiaſticus ſit, licet ei negotiari, facto iam non licet, & Chriſtiano cum vxore ſua conuenire aliquando licet, aliquando non licet: propter enim dies proceſſionis, non licet conuenire, quia & laicis abſtinendum ad tempus, vt vacent orationi.

Et non obſtat illud, quod per matrimonium ſi concedatur, maius malum euitatur, ſcilicet fornicatio, quia non poteſt dici tutum remedium vitandæ fornicationis, fore matrimonium, cum morte Vxoris tolli poſſit. & iterum & vehementius ipſos vexabit incontinentia, ad quod remedium amplius confugere non poterunt, cum bigamus à ſacroſanctis miſterijs repellatur, toto titu. de bigam. non ordinan. & quia incontinentia etiam vxoratos laicos ad concubinatus, & alia carnis vitia diſtrahere ſolet, ſi eo vitio ſint affecti, cum hoc ſit prohibitum in ſacris cōſtitutis, non admitti debet compenſatio de minori malo, ad
6 maius malum, vel cauſa conſequendi maius bonum, †quia minus malum non eſt committendum, cauſa vitandi maius malum, vel conſequendi maius bonum, cap. primum. cap. ne quis. 22. quæſt. ſecunda, cap. forte. 14. quæſt. 5. Tradunt Hoſtien. Ioan. Andr. & alij in c. non magno, ne cleri. vel monac. & Roman. 3. non ſunt mala facienda vt eueniant bona. quinimo & per conceſſionem matrimonij ſacerdotibus, non vitatur maius malū, q̄ ſit fornicatio, vt ſatis liquet ex his, quæ ſupra dicta ſunt, ſed per illud fieret tranſitus in maius malum, quàm ſit ipſa fornicatio, quicquid dixerit Cardinal. in Rubri. quòd Cleri. vel vouen. ſcilicet quòd ille titulus illaqueat multas animas, ideo credit, q̄ Eccleſia reuocabit illud præceptum, nam Apoſtolus dixit, De virginibus præceptum non habeo, conſilium autem do. Idem tamen Cardin. de frigi. & malefi. dicit, quòd ſi daretur Clericis in ſacris conſtitutis, licentia matrimonium contrahendi, eueniret magnum ſcandalum, & ideo conſulit ipſum euitandum, & hoc vltimum credendum, vt in Eccleſia Dei nunquàm ſit cuenturum; & ſi id licuiſſet, nec mutanda ſunt, quæ tamdiu obſeruata fuere à tot ſanctis Patribus, & vniuerſali Eccleſia, ex rationabilibus cauſis.

Et inter eas cauſas hæc poteſt annumerari, quòd copula matrimoniali coniunctos, à perfecta Dei dilectione maximè diuertit amor parentum in filios, prout in id ius ipſum naturæ inclinat parentes. l. j. §. ius naturale. ff. de iuſti. & iu. & amor iſte in liberos præcellit amorem coniugalem, vt per glo. & Doct. in l. Lucius. ff. de vulg. & pupil. & in l. cum acutiſſimi. C. de fideicōmiſſ. & l. generaliter. ff. de inſtitu. & ſubſtitu. & in l. precibus. C. de impube. in glo. fi. latè Tiraquel. in Rep. l. ſi vnquam, in præfatione, in verbo, libertis, num. mihi 116. cum ſeq. C. de reuo. donati. Nā pater, & filius cenſentur vna, eademq̄ perſona, l. fin. C. de impub. & vna caro, 35. quæſt. 3. §. hac authoritate. & nullus amor vincit paternum. l. fi. C. de cura. furio. & in ipſis brutis hoc idem operatur naturæ inſtinctus, Inſti. de iu. natu. in prin. cum ibi no. immo amor filiorum ſuperat dilectionem, quam pater habet erga ſe ipſum, vt per Aret. conſi. 4. Viſo tertio dubio, Felin. in c. afferte, in ſecundo not. de præſumptio. & Ceres apud Claudianum de raptu Proſerpinæ eius filiæ dicit, Noſti quid ſit Lucina, Timorq̄ue progenitis, & quantus amor, partusq̄ue tuliſti Tu geminos. & illud.

Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis.

Et Ariſt. lib. 8. Ethi. cap. 12. Aequè (inquit) parentibus vita liberorum chara eſt, atque ſua. & 1. Timot. 5. ſi quis ſuorum maxima domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior, & curę verbo, prouidentiam tam corporis quàm animę ſignificat: Deus nempè vincula propinquitatis inſtituit, vt multiplex ſubeſſet occaſio, nos mutuo diligendi. & ſi fortè vxor remaneat vidua, tunc eſt conſtituta in maximis calamitatibus; nam relicta prole, ſi ea eſt fœminea, impenſiſſima cura eſt in puellis educandis, & dotibus perſoluendis, aliis adiectis expertis notiſſimis, ſi maſculus à patre relictus, matris animum in ſingulos dies immenſa formidine, tum permultis complet ſollicitudinibus, quod tam circa ſumptus, & impenſas, vt liberaliter educetur, & tot ſunt erumnæ, vt ſępe multiplici viduitate filiorum, & mariti inuoluantur, quod maximè angit miſeros patres, hæc omnia præmeditando.

Subſunt ulterius, & arctantur coniugijs copulati, ad infinita penè onera matrimonij, quę mentem obnubilant: ibi etenim acerbior cura, mœſtitia, dolor, pericula, varię tā corporis, quàm animi paſſiones, tam ſui ipſius cauſa, quàm filiorum, timores infortuniorum, quarum quidem moleſtiarum cauſa, ęgritudinū, & mortis filiorum, immo ſola ſuſpicio, & metus parentum, ne in eas filij incidant, ſemper eos angit, & ſollicitos reddit, nā vbi eſt amor, ibi & timor, iuxta illud, Pallida in Hectoreo nomine ſemper eram. & tantò acerbior ſollicitudo ipſos comprimit, ſi forte, (ut ſæpe contingit) in amplexibus, & ulnis ipſorum parentum miſerabilirer deficiant, nam tunc mœrore proſtrati de obitu filiorum, deq̄ue miſerrima ſua orbitate acerimè conqueruntur, ut naturæ ordine peruerſo, pater infelix dulces natos ſepeliat. eamq̄ue hæreditatem leges ciuiles, luctuoſam appellant. l. fina. C. de inſti. & ſubſti. & Inſt. ad Tertulia. & in l. j. C. de his, qui ante aper. tabu. & eo magis luctus inualeſcit, ſi iam illos adultos probæ vitæ educaſſe contigerit. Tunc enim parum abeſt, quin præ dolore deſipiſcant, prout pluribus & antiquis patribus ſanctis, & aliis grauiſſimis ex gentilibus viris eueniſſe ſcriptum reperitur, vt de amore parentum in filios plures meminiſſe certum eſt. Ad hæc animaduertant ſacris addicti, an per has anguſtias incidere debeant, & in eas incidendo, qua mente altari inſeruire ex toto corde poſſent, vt tenentur, adeo quod verè dicendum eſt, neminem poſſe Deo liberè inſeruire, niſi qui cœlibem ducit vitam, cuius domus, vacat omni tumultu, & anima omni paſſione, & ęgritudine libera eſt, & qui omnibus curis ſolutus Chriſto viuit & ſeruit, ille ſemp vniuerſis quęcūq; ſunt malis ſuperior inuenitur, & ſi ſe ipſo aduerſum ſe, vti nolit inimico, alius ei obeſſe nihil poterit. Quieta eſt vita continens, quam non ſollicitat vxoris ſuſpitio, non inquietat ſeruorum, & ancillarum, & variæ ſupellectilis ſumptus, nec turbat filiorum peruerſitas, nec vxoris zelotipia & garrulæ quæſtiones.

Et præ cęteris adhibenda venit per parentes maxima cura in filiorum educatione, qua nihil conducibilius eſſe poteſt, nam pretioſæ quidem diuitiæ, verum fortunæ ludibrio ſuppoſitæ, gloria venuſta quidem res eſt, ſed inconſtans, minimeq̄ue ſtabilis, forma præcipuum quoddam, ſed paruo durans tempore, precioſa ſanitas, ſed permutationi obnoxia, concupitæ ſanè vires, ſed facilè aut ęgritudine, aut ſenectute contabeſcunt. ſola igitur doctrina, & virtus nequit ab homine eripi, & in his beatitudo conſiſtit, non autem in bonis fortunæ, & propterea in his comparandis ſolertiſſima diligentia in parentibus exigitur, vt tradit Ariſtoteles ſecundo Oeconomi. cap. ſecundo. Ait enim, Cum ergo tanta adhibeatur cura pro corporis eſca, quid pro liberi, non ne protinus omne fuerit ſtudium adhibendum? quod ab ijs, qui miniſterio altaris ſunt adducti, minimè fieri poteſt.

Et nihil ſic deijcit hominem ab actu veritatis cognoſcendæ, ſicut connubium, & tactus iſte corporum, ſine quo vxor haberi non poteſt, cui tenetur vir carnis reddere debitum, in quo abſorbetur intellectus, ſecundum Auguſti. 2. ſoliloquio, & Theophraſtus in lib. de nuptiis, eas damnat, dicens, quòd impediunt ſtudium Philoſophiæ. & Cicero poſt repudium Terentiæ vxoris, reſpondiſſe fertur Hercio ipſum hortanti ad ſe nubendum, ſe nō poſſe vxori, & Philoſophiæ operam dare. & no. per Ioan. And. & D. Abb. in c diuerſis, de cleri. coniuga. & Marianus ille Socinus vir clariſſimus, interrogatus, cur minus ſolito literis incumberer? vxorem, inquit, duxi. & hoc contingit tunc maximè ſi ſit vxor formoſa, vt quæ ad venerem magis alliciat, nam eius forma viram arripit viro ea correpto, nam quod maximè pulchrum, id quoque maximè amabile. Plato lib. tertio, de Repub. ex Socrate, & ob id mariti fiūt zelotipi, quia ſis eſt cum forma magna pudicitiæ. Quæ quidem zelotipia in viro, vel vxore, ęgritudo eſt furioſa, & nulla ex animi perturbationibus vehementior, quæ in furorem perſępe adigit, & mentem a Deo alienat. & quia non ſemper reperiuntur vxores caſtæ, & erga viros patientes, nec illius conditionis, de qua per Apoſto. loco ſupra citato, nam virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni. Eccleſiaſti. 7. in fin. & mulierem fortem quis inueniet? Prouerb. 31. & melius eſt habitare in terra deſerta, quàm cum muliere rixoſa, & iracunda, Prouerbi. 21. & raræ inueniuntur Saræ, Suſannæ, Lucretiæ, Sophroniæ, & ſimiles. vñ eo qui ligatus fuerit, is qui ſolutus eſt, & facilius longè, & expeditius curret ad ſpiritualia capeſcenda, primi parentes in Paradiſo caſti, & virgines permanſerunt, electi de Paradiſo copulati ſunt, & quod in Paradiſo non fecerunt, in terra faciunt, vt ſtatim a principio conditionis humanæ virginitatem, & caſtitatem Paradiſus & terra nuptias dedicauerit.

Nec ideo negari, & ſpiritus ſancti gratiam infundi ipſis quoque coniugatis, cum Adam, Enoch in Paradiſum tranſlatus, Noè, & Abraam, Iſaac, Iacob, & Moſes, & Eſaias, & plures ex illis antiquiſſimis Patribus cum coniugio cōmercium habuerint, nec tamen extincta eſt gratia: etenim Eſaias, & Moſes erat

Pro-

Source : BIU Cujas

Propheta, qui petram dirupit, & aerem immutauit, cum Deo loquebatur, & eius iram cohibuit, & Abraam factus est Pater gentium,& Ecclesiæ, & fuit amans Dei, sed & filii. & Paulus j.Ephe.vocat sanctos etiam viros, qui vxores habent,& liberos; & si proba fuit mulier (licet malorum copiosa sint examina) adiutrix est, & non insidiatrix, & si mala corrigenda est,& in omnibus rebus vitium, & virtus, non ex natura, sed animo distinguitur: & Ignatius Martir de coniugatis sic;Non detraho autem cæteris beatis,qui nuptiis copulati fuerunt, quorum nũc memini:opto enim Deo dignus ad vestigia eorum, in Regno ipsius inueniri,sicut Abraam,& Isaac,& Iacob, sicut Ioseph,& Esaias, & cæteri Prophetæ, sicut Petrus & Paulus, qui nuptijs fuerunt copulati, & reliqui Apostoli, qui nuptijs fuerunt sociati, qui non libidinis causa, sed posteritatis subrogandæ gratia, coniuges habuerunt, quæ tamen circa Paulum, & alios Apostolos, an vera sint, remitto me determinationi sanctæ Matris Ecclesiæ.

Et constat ex cõcilio Niceno,de quo in c.j.in fi.de sum. Trini. coniugatos quoq; placentes Deo ad ęternam peruenire beatitudinem,& tales dicuntur seruare castitatem, quæ dicitur pudicitia in legitimè coniugatis,c.Nicena.31.distinct.l.mulier.§. cum proponeretur.ff.ad Trebel.vt patet de innumeris coniugatis,tã ante diluuium,quàm post,vt Mat.1.& text.in cap. iam nunc.28. q.j.in fi.vbi non solum virgines, & continentes, verumetiam coniugati per rectam fidem, & operationem bonam placẽtem Deo,ad ęternam merẽtur beatitudinem peruenire, & cũ Deus fuerit author coniugij,dicere illud esse peccatum,esset imputare Deo,quod sit causa peccati,quod est maxima blasphemia.

Sed quamuis licitus sit concubitus coniugalis, qui secũdum matrimonialium præscripta tabularum, procreandorum sit cã liberorum,nonne & ipse tanquam sit licitus & honestus,remotum ab arbitris cubile conquiritur? Nõne omnes famulos, atq; ipsos etiam paranimphos,& quoscunque ingredi, quælibet necessitudo permiserat,ante mittit foras, quàm vel blãdiri ꝓiunx, coniugi incipiatur.& S.Aug.lib.14.de Ciui.Dei,c.17.quis nescit vt filij procreentur, quid inter se coniuges agant? Quandoquidem vt id agatur, tanta celebritate ducuntur vxores, & tñ cum agitur, vt inde filii nascantur, nec ipsi filij si qui inde iam nati sint, testes fieri permittuntur. hic enim hoc rectè factum, ad sui notitiam lucem appetit animorum,vt tamen refugiat oculorũ. vnde hoc, nisi quia sic geritur, quod deceat ex natura, vt etiam quod pudeat,committetur ex pœna.

SVMMARIVM.

1 *Contemptus nuptiarum secundum Ethnicos.*
2 *Vxoris diuitis incommoda, & sumptus excessiui.*
3 *Vxoris diuitis arrogantia.*
4 *Vxor, an possit licitè à viro appellari Domina.*
5 *Vxor non ducenda propter dotis amplitudinem, quod probatur.*
6 *Vxor pulchra minimè ducenda.*

CAPVT IIII.

SEd attenta communi contingentia facti circa vxoratos,nemini dubium esse potest,ipsos semper variis sollicitudinibus esse vexatos, & anxietatibus inuolutos,& sui potestatẽ beram habere non posse, vt conuenit officio sacerdotis,
1 † quod comprobatur ex his quæ tradit Comicus ille, in milite glorioso.

Nam bona vxor,si ea deducta est vsq; gentium,
Vbi ea inueniri possit,verum nec eam ego domum ducam,
Quæ mihi hæc dicat,eme mi vir lanam, vende tibi pallium.
Malachũ & calidũ,cõficiatur tunicæ mihi, hybernę bonæ,
Ne algeã hac hyeme,hoc hoc nunq̃ verbũ ex vxore audiã.
Et priusquam galli cantent, quæ me somno suscitet,
Da mihi vir Calendis,quæ mittam cum Martiæ venerint.
Da qui faciat,qui condicit,da quod dem quinquatribus
Percantatrici,Collectrici,Ariolæ,atque Aruspicæ.
Flagitium est si nihil mittetur, quo supercilio spicit.
Tum patrita clementer non pote est,inquit,munere.
Iam pridem quia nihil abstulerit succensęt cellaria,
Tum obstetrix expostulauit merum,parum missum sibi.
Quid Hunici non missurus quicquam quæ vernas alit?

Hæc atque huius similia alia damna multa mulierum. Vide quàm lepidè,& concinnè inuehat author ille in nuptiarum cupidos, vt pedem retrahant ante ingressum.

Et illud Ausonij.

Pœneq; graues in Cœlibe vita
Et grauior cautis custodia vana maritis.

2 Nec † quæ proposui circa onera matrimonij tolluntur, saltẽ in his, qui ducerent vxores diuites,quo casu dotis amplitudo videatur sufficere oneribus matrimonij,nam ex magnis dotibus, magni sumptus,& intolerabiles,multaque incommoda proueniunt,præsertim hisce temporibus,quibus luxus & delitię ĩ summum redactæ sunt, & vxores solent stimulare maritos in emẽdis sibi.& ad eorum ornatum, vestibus precioſis, numeris, & monilibus aureis,& lineis vnionum,& Margaritarum,quę pretio inęstimabili,& excessiuo comparantur,vtpotè quę prętent in candore,& magnitudine, orbe, leuore,& pondere iuxta descriptionem earum per Plinium lib.9.cap.35.& gemmis, præcipue adamante,smaragdo, saphiro,& carbunculo, vltra zonas, & mitras,& velamine mille specierum; & in cõducendis ancillis tam coquinariis,quàm cubicularijs,& quæ sunt minimè paucarum numero contentæ, † vltra sumptus equorum & rhedarum pro ipsis per ciuitatem, & extra gestandis, & quæ a maritis volunt Dominę appellari, quę tamen eo nomine, & a nostris communiter vocari non sunt solitę,quicquid olim fuerit ĩ vsu,
3 4 † sed reprobari solet,vt vir quispiam fracti,& abiecti animi non Dominam solum,sed sanctissimam vxorem adiecit.l. Titia.§.q Marco.ff.de annuis lega.& Claudius Cęsar stupidi ingenij, qui non tantum Messalinam eius vxorem, Dominam vocabat,sed & alios Ciues Romanos,licet hoc quandoque liceat marito tali vocabulo vxorem appellare,honoris gratia. ff. eod. titu. l.qui marito, & ff. de auro & arg.leg.l.fin. §. j. Nam vir est caput mulieris,& dominus eius,33.quæst. quinta, est ordo,& c.hęc imago,& c.mulierem,& c.cum caput.& nobilis illa Romana in l.ea quę.ff.de donatio.inter vir.& vxo. appellat virum suum, dominum charissimum, ibi, cum petenti mihi à te domine charissime annuerit indulgentia tua.& in l.si liqueat, ibi, consentiente domino.C.de inoffi.testa.& per Ouid.in lib.Fastorum, dum loquitur de Lucretia Romana.

Mittenda est domino,iam iam properate puellę.

5 Non † est ergo ducenda vxor intuitu diuitiarum, & amplitudinis dotis, nam & Aristoteles Ethico.8.cap.decimo,dicit,dominantur vxores propter amplitudinem patrimonij. & illud Martialis.

Vxorem quare locupletem ducere nolim,
Quęritis? vxori nubere nolo meę.

Et illud Satyricum.

Intolerabilius nihil est, quàm fęmina diues. Et idem.
Veniunt à dote sagittæ.

Libertas emitur, & quia si eueniret casus restituendę dotis, depauperantur familię, & quę latè tradit Stobeus,sermone 67. 68.& 70.Et quę congerit Tiraquellus de legi. cõnubi.in 5.lege.

Et legitur apud Plutarchum lib.de tranquillitate animi, de vxore Pittaci mẽtis elatę viri,quę cum vir eius conuiuas quosdam accepisset,vxor superueniens mensam euertit.& diuiti nõ esse nubendum tradit Silua nuptia,car.70.cum seq.

Et non omittam hoc,quod Lycurgus inter cęteras legem cõdidit, vt mulieres nuberent sine dote, ratus vxores potiusquàm pecunias eligi debere.

Et sicut speculum,auro,gemmisque ornatum,vtilitatem nullam affert,nisi similem speciem referat:sic opulentę vxoris utilitas nulla est,ni uitam, moresque prętet cum uita,& moribus viri congruentes & cõsentaneos. & idem Plutarchus scribit, ꝙ Romanus quidam cum eum amici reprehenderent,ꝙ pudicam uxorem formosam,& locupletem repudiasset,calceum protendit:nam & hic, inquit, nouus est, & pulcher, sed nemo uestrum nouit,ubi me premat.oportet igitur non doti,non formę, non generi,uxorem credere,sed operam dare,ut quibus uir maximè tangitur,consuetudine,moribus, obedientia, ea non dura, non molesta,sed composita, iucunda, & grata prętet.

6 Sed † quid si cum amplitudine dotis concurrat etiam mulieris forma? Tunc dici potest,ꝙ hic opus, hic labor est: nam cum suapte natura sint animi tumẽtis,& elati,cum (ſm ea, quę apud priscos Gentiles leguntur) quędam ausę sint cum eorum Dijs cõtendere,ut de Arachne cum Minerua,Cassiope Cœphę filia, ausa Nereidibus se prętulisse,& de Niobe ipsi Latonę, Antigona,Iunoni,Lychione filia Dedalionis,Dianę, & ipsarũ superbiã geminat species,& forma corporis,ut est illud in adagio.

Fastus inest pulchris, sequiturq; superbia formam.

Et propter id,ut plurimum usu contingere uidemus, qđ Vir, qui suo ordine caput esse deberet,pedum ordinem seruare cogitur;& mulier,quę in pedum loco est, in caput constituatur. ea est aliquarum arrogantia,& bene uaticinatus est Ezechiel c.28. Eleuatum est cor tuum in decore tuo.& ꝙ ait Chrysostomus in Epistola Pauli ad Ephesi.Homilia 20.externa corporis pulchritudo plena est multę superbię,& arrogantię, & erit indomita, si cum amplitudine dotis accedat & forma, ęstimabitque se Regis matrimonio dignam fuisse.

Sed & ducens speciosam in Vxorem, incidet in cruciatus zelotipię, quę homines usque ad insaniam conducit, & ut illis cõtingat illud Esopianum.

Toxica zelotipo dedit uxor męcha marito.

Sit tamen & illa quãtumuis proba,& casta,uir semp eo morbo distrahetur in anxietates animi, de quibus sic ait Chrysosto. Verenturque miserrimi,ne fiat impudica,cum à multis adamabitur. Quod testatur Abraam, Gene.22. Noui quod pulchrasis mulier, & quòd cum uiderint te Aegyptij,dicturi sunt, Vxor

Source : BIU Cujas

illius est,& interficient me,& te reseruabunt. Pulchritudo nãq; ad amorem accendit, & mulieris forma fax dicitur. & Tertulli. lib.de cultu fœmi.dicit, Decoram naturaliter inuitatorem libidinis.& firmat Tibull.lib.4.

Illius ex oculis cum vult exurere diuos
Accendit geminas lampadas acer amor.

Et vetere prouerbio.Pulchrum ipsum amicum est,cuius meminit Plato in Lysíde. & idem libr.3. de repub Socrates asserit Quod maximè pulchrum est,id quoque maximè amabile.

Et fuerunt sæpe interfecti viri ob vxoris speciem, vt patet de Dauide rege, & Propheta,alioquin sanctissimo, qui captus forma Bersabeæ vxoris Vriæ ipsum interfecit, & se polluit adulterio,simul & homicidio.2.Reg.2.

Quæ quidem maritorum suspitio intimè penetrat, & miser squalescit indies,& dum conatur supra vires suas formosæ vxoris appetitum explere(cũ tamen sint insaturabiles,Prouerb.30.) magnam sibi vitæ partem adimunt, & senectutem intempestiuè accelerant,iuxta illud vice prouerbij celebratum, Quatuor ante tempus hominem occidunt,Vxor formosa,tristis familia, immoderatus cibus, & aer corruptus.

Et sæpe succedunt raptus earum, adulteria, incestus,& alia carnis vitia.

Difficile.n.est custodire,quãplurimi adamarint; &,vt inquit Hieronymus,aliquo modo impugnatur,quod vndique incessitur, & amor formæ, rationis est obliuio, & insaniæ proximus, fœdũ, minimeq; conueniens animo sospiti vitium,turbat consilia,&c.vt per Hierony. lib.j.contra Iouini. parum ante finem.

Et ad hæc,quæ habentur Gene.6.ibi factum est, cum cęperũt homines multiplicare super terram,& filiæ natæ sunt illis,vt viderunt filii Dei,filias hominum,quòd essent pulchre,& pulchritudo aspectus illos in hac perduxit concupiscentia,& scortationi, & intemperantiæ eis forma fuit occasio.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio illius loci Apostoli ad Corinthios, Propter fornicationem habeat vnusquisque vxorem suam, & de illis. Melius est nubere, quàm vri. nume.2.*

3 *Continere volentibus, qualiter succurratur.*

CAPVT V.

NOn obstat illud Aposto. j. Corinthi.7. Propter fornicationem habeat vnusquisq; vxorem:nam certum est hoc non intelligi de his,qui vouerunt virginitatẽ,seu continentiam.c.interrogasti.c.seruandam,27. distinc. & ibi est responsio Pauli ad quæsita Corinthiorum per literas, vtrum scilicet,post fidem Christi susceptam, cœlibes esse deberent,& an continentiæ causa, quas habebant dimittere, & an si virgines credidissent,inire deberent matrimonia, & quando è duobus Ethnicis vnus credidisset in Christum, vtrum credens relinqueret non credentẽ,& si vxores essent ducendæ,an Christianas tantum accipi iuberet,vel Ethnicas,qui respondit,vt ibi, propter fornicationem autem vnusquisq; ducat vxorem, alioquin hac excusatione, libidini frena laxasset, vt quotiescunque vxor moritur,toties ducenda sit alia, ne fornicentur, sed vnusquisque vxorem suam habeat, suam inquit, habeat sua vtatur quam habebat antequàm crederet.

1 Et † omnis hæc quæstio est de his,qui in matrimonio sunt deprehensi, an liceat eis vxorem dimittere, Quod & Dominus in Euangelio prohibuit, Quod Apostolus explicat subiiciens,vxori ius debitum reddat, & vxor viro.non ergo præcipit per verba illa, ꝙ vnusquisque nubat, quod clarius subdit, dum dicit, volo autem omnes homines esse, sicut ego hoc inquit volo,hoc desidero, vt imitatores mei sitis, sicut & ego Christi.illa virgo de virgine incorrupta,incorruptus; & qui in Christum credit, dẽt sicut ille ambulauit, & ipse ambulare, & de hoc vide Hieron. lib.j.contra Iouinianum.

2 Et† verba illa sequẽtia,melius est nubere,quàm vri,sunt posita per Apostolum postq̃ nuptis concesserat vsum coniugii, & ostenderat ipse,quid vellet,quidue concederet, transit ad non nuptas & viduas,& sui ꝓponit exemplum,& felices vocat, si sic permanserint:si autem non se continent, nubant, id ipsum qđ supra,ꝓp fornicationem autem, & ne tentet vos Sathanas ꝓp incontinentiam vestram,redditq̃ causam, cur dixerit si se nõ continent,nubant:melius est enim nubere, quàm vri.

Nec præcipit Apostolus omnibus,qui stimulo carnis afficiũtur quòd nubant,sed reddit causam,cur dixerit, si se non continent,nubant.melius est.n.nubere,quàm vri,quia peius est vri,& sic hortatur prius ad continentiam, & ad permanendum, sicut & ipse,qui habebat stimulum carnis suæ Angelum Sathanæ,eũ colaphizantem,reflitit tñ impugnanti;suadetq̃ Apostolus,vt sortes simus in bello tentationis sicut ipse qui i.Thessal.dicebat, nunc enim gaudeo in afflictionibus,& quod habetur Iac.j.Nec existimemus hoc esse signum, quod nos dereliquerit, aut despicit Dominus,si tentationes nobis inferantur. sed hoc maximũ sit nobis indicium, ꝙ Deus nostri curam gerat, & tentari nos non ꝑmittet vltra vires nostras.1.Corin.9.& eripiet nos de tentatione:nouit enim Deus ipsos de tentatione eripere.2 Pet.2.

Et cum Apostolus suadeat prius continentiam, non potest ex eius dictis inferri,quòd præcipiat omnibus,qui nolunt se cõtinere,vt nubant: potest enim quilibet,qui ardore affligitur cõcupiscentiæ & libidinis, si vult,se liberare, & hoc est in cuiusq; arbitrio adiuuante Diuina gratia. & ideo Apostolus dixit, si se
3 non continent,nõ autem si se continere non possunt:†possunt enim, si habeatur recursus ad illum,qui dixit, venite ad me, qui laboratis, nam omnia suppeditabit gratia Domini nostri Iesu Christi 2.Corinth.12.prout dictum fuit Paulo, Sufficit tibi gratia mea, & qui dat licentiam tentandi, concedit etiam misericordia, his qui tentantur resistendi, est enim Domini misericordia ineffabilis, quæ omnem animi captum transcendit,& sic vnusquisque habet,si vult, donum Dei in seruanda continẽtia, & si castigabit corpus suum, & in seruitutem rediget, sicut Paulus, & tunc sibi mittet de Cœlo donum continentiæ. quòd si nolunt continere,sed volunt vinci,tunc nubant:melius est.n. nubere, quàm vri,scilicet incontinentibus, & concupiscẽtiam non refrenantibus. & est comparatio impropria, velut si dicatur, melior est Angelus quàm diabolus:nubere enim in se bonum est,& sine culpa: vri autem simpliciter malum,nec excludit,quin melius sit cœlibem esse.

SVMMARIVM.

1 *Tribus Leuitica sola ministerio altaris incumbebat, & per temporum interualla.*

2 *Sacerdotes antiqui tempore quo altari inseruiebant, ab vxorum consortio se abdicabant.*

3 *Concessa tempore legis antiquæ,non trahenda in exemplum, de præsenti.*

4 *Sterilitas,quomodo in lege veteri maledicta, non autem sic successiuis temporibus?*

CAPVT VI.

NOn obstat, quòd in lege veteri permitteretur coniugium Sacerdotibus, & hoc etiam deberet obseruari de præsenti, respondetur id ideo tunc fuisse, quia ex sola Tribu Leuitica erant, qui ministerio altaris incũbebant,propterea necessaria eis tunc erat prolis propagatio,mediante coniugio,ne deperiret Tribus illa,& tunc legis Sacerdo-
1 tes † per interualla inseruiebant altari,& quod eis licebat,necessitate compellente,nunc difficilius est lege prohibente.

Nostri verò assiduè insistunt altari. Item illi panes propositionis,& animalia bruta,nostri verò panem qui de Cœlo descendit,& hostiam immaculatam conficiunt,quæ nos a morte rede-
2 mit,licèt & prisci illi sacerdotes † tempore quo templo inseruiebant,ab vxorum consortio se abdicabant;& vt dicit Ambrosius j.Timothe.3.erat multitudo Sacerdotum, & magna copia Leuitarum,& vnusquisque seruiebat certo tempore Diuinis,secundum institutum Dauid,qui 24. classes constituit Sacerdotum, vt per vices deseruirent.

Item & alia multa concedebantur tpe veteris testamẽti, quæ
3 de præsenti non sunt admissa,† nec trahenda ad exemplum nostræ actionis,2.q.7.si quis per vetus,& q.4.quis ignorat, & de pẽniten.dist.2.c.si.n.inquit.ver.quomodo autem Abraam. vbi sic dicitur,seruiuit Abraam tempori suo, seruiamus nos ergo legi, & tempori nostro,& per Domini.in c.vt inquisitionis.§. prohibemus,de hæreti.in vj.vbi etiam Ioan.Andr.

4 Et † secundum Hieronymum alia fuit in veteri lege fęlicitas, ibi dicitur, Beatus, qui habet semen in Syon, & domesticos in Hierusalem,& maledicta sterilis, quæ non pariebat, & filii tui, sicut nouellæ Oliuarum in circuitu mensæ tuæ: nunc eunuchis dicitur,ne te lignum arbitreris aridum, habes locum pro filiis, & filiabus in cœlestibus sempiternum, vacuus erat orbis. Propterea & Abraam iam sene Cęthuræ copulatur, & Iacob mandragoris redimitur, & conclusam vuluam in Ecclesiæ figuram Rachel pulchra conqueritur. Paulatim verò in crescente segete messor immissus est,virgo Helias,Heliseus virgo,virgines multi filii Prophetarum,postq̃ verò virgo concepit in vtero, & peperit nobis puerum huius principatus in humeros eius,Deũ fortem patrem futuri seculi, soluta maledictio est statim, vt filius Dei ingressus est super terram, nouã sibi legem instituit, vt qui ab Angelis adorabatur in Cęlo,haberet Angelos & in terris.

SVMMARIVM.

1 *Apostoli an & qui vxores habuerint,& quo tempore hoc eis licuerit.*

2 *Vxores relinquere quomodo intelligendum sit in sacro Euangelio.*

3 *Sacerdotibus post consecrationem,nunquam vxores licuisse ducere in Ecclesia, etiam in Ecclesia orientali.*

4 *Continentia ex antiquissima Apostolorum obseruantia, & ab ipso Saluatore nostro.*

5 *Christus pro litteris, spiritus sancti gratiam suis se daturum promisit.*

6 *Noua facta omnia, ergo, & nuptiæ Sacerdotibus prohibitæ.*

7 *Primitiuæ Ecclesiæ status, & conditio.*

CA-

Source : BIU Cujas

CAP. VII.

NOn obstat, ꝙ etiam Apostoli vxores habuerunt, vt de Petro, & aliis secundum eos, quia hoc expresse negat de omnibus Apostolis, vt tradit Hieronymus, lib. j. cō tra Iouini. c. 14. in hæc verba, Quanquam excepto Pe
1 tro Apostolo, † non sit manifestè relatum de aliis Apostolis, qui vxores habuerunt. ꝙ cum de vno scriptum sit, ac de cæteris tacitum, intelligere debeamus sine vxoribus eos fuisse, de quibus nihil tale scriptura significat. sed & quando hoc concederetur, ꝙ habuerint vxores, eas tamen eo tempore acceperant, quo Euangelium nesciebant, qui assumpti postea in Apostolatū, reliquerunt officium coniugale: nam cum Petrus ex persona Apostolorum, dicit ad Dominum, ecce nos relinquimus omnia, & secuti sumus te, respōdit ei Dominus, Amē dico vobis, quia nemo est, qui dimiserit domum aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios propter Regnum Dei, qui non recipiat multo plura in seculo isto, & in seculo futuro vitā æternam, & relinquebant vxo-
2 res, † id est exibant de eorū potestate, in qua sunt vxorati. 1. Corinth. 7. qui adhærer vxori, potestatem sui corporis non habet, sed vxorati aliter vacare spiritui non potuissent, quod patet & ex illo, Tempus breue est charissimi, vt qui habēt vxores, sint tāquàm non habentes.

3 Nec verum est, ꝙ Ecclesia permiserit vnquam consecratos sacerdotes post suam consecrationem vxorem ducere, nec istud ab initio nascentis Ecclesię reperitur licuisse, & impunè factum præteriisse, ideo damnandi veniunt, qui post sacerdotium receptum audent noua nuptiarum fœdera inire, cum hoc nunquā vsitatum fuerit in Ecclesia, neque extet rei istius aliquod vestigium, sed pluribus conciliorum decretis prohibitum reperitur, cum ipsa quoq; Orientalis Ecclesia, quę votū cōtinentię nō admisit, post susceptum sacerdotium, nō admittit quemquam matrimonio copulari. c. cum olim. de cleri. coniuga. c. Siracusanæ. 28. dist. & continentia est ex antiquissima Apostolorum obser-
4 uantia, † & qui eos secuti sunt, & ab ipso Saluatore IESV, per manus tradita à Sacerdotibus exquisitissimè seruabatur, nam multa per Saluatorem nostrum, secundum Origenem, Apostolis reuelata fuere. & Dionysius Areopagita Pauli discipulus, secretiora nostræ religionis misteria authoribus ipsis ex animo in animum sine scriptis, medio intercedente verbo, transfusa, confir-
5 mat. & † Dominus noster pro literis Sancti spiritus gratiā se suis daturum promisit, dum dixit, Ille vos docebit omnia, Io. 14. & Disponam vobis Testamētum nouum, dabo leges meas in mētem eorum, & in corda eorum præscribam eas, & erunt omnes docibiles Dei. & Apost. 2. Cor. 3. dicit se accepisse legem nō in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalib. & Lucę 21. & possumus cum Apostolo dicere, 11. Cor. 5. vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua: si noua omnia, ergo & nuptiæ sacerdoti
6 bus prohibitæ, & non secundum legem veterem abrogatam, nā modò cultus nouus, & promissiones nouæ, & testamētum, & vita, & mensa, & stola, & in summa omnia noua; pro circuncisione, baptisma; pro manna corpus Dominicum; pro aqua petræ; sanguinem de latere, pro terra promissionis, Regnum cęlorum; & pro Hierusalem, supernam metropolim.

O vtinam foret is status religionis, qui erat in primitiua Ecclesia: tunc enim nullus erat ab aliis diuulsus; non masculus, non fęmina; nullus erat sollicitus de his, quæ ad corporis victum pertinent; nullum torquebat rei domesticæ cura; nihil ita Deum irritat, sicut ecclesiæ diuisio. istud est vestem Domini inconsutilē scindere, & corpus eius dilaniare, & dominica membra discerpere. Hoc est, quod nos etiā apud Christi inimicos afficit dedecore maximo, qđ à propriis impugnamur. videtur eis quippè magnum seductionis inditium, ꝙ qui in Ecclesia nati sunt, & alti, ar canaq; illius diligenter edocti, subito mutati in illum afficiūtur, & ob id subsannamur ab eis. ò meritam irrisionem, quantum habet res ista dedecoris, vt deteriores simus infidelibus, penes quos non intercedunt hæ controuersiæ, & diuisiones.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus ad locum illum j. Timot. 3. quia in nouissimis temporibus discedēt quidam à fide.*
2 *Tatianorum, & Encratitarum hęresis circa prohibitionem nuptiarum & Cataphrigarum, circa secundas nuptias.*
3 *Secundæ nuptiæ leges veteri approbatæ.*
4 *Marcionis, & Manichæorum hæresis circa idem, & de Adamianis.*
5 *Nuptiæ à Christo decoratæ.*

CAP. VIII.

NOn obstat & illud j. Timoth. 4. Spiritus autem manifestè dicit, † quia in nouissimis temporibus, discedent
1 quidam à fide, attendentes spiritibus errorum & doctrinis dęmoniorum, in Hypocrisi loquentium mędacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, ex quibus Apostolus videtur impugnare legē cœlibatus, quia respōdetur, quod ibi Apostolus intelligit de his, qui in posterum venturi esset, qui matrimonia, & nuptias damnarent, vt fuerunt Tatiani hæretici, sic appellati à Tatiano quodam Hæresiarcha, Iustini Martyris discipulo, qui fuit temporib. Antonini Imperatoris, & Papæ Iulii huius nominis primi, qui nuptias repudiarunt, adeo vt eas fornicationibus pares esse dixerint, de quibus Aug. lib. de hæresi. ad quæ vult Deu. nume. 25. ita dicit, Tatiani, à Tatio quodam instituti sunt, qui & Encratitæ appellati sunt, nuptias damnant, atq; omnino pares eas fornicatio
2 nibus, aliisq; corruptionibus faciunt, nec recipiūt in suorum numerum, coniugio vtentem, siue marem, siue fœminam; & Cataphryges, quorum authores fuerunt Montanus tanquàm paracletus, & duæ prophetissæ ipsius Prisca, & Maximilla, subditq;, secundas nuptias pro fornicationibus habent, Paulo ignorantiā adscribentes, qui secundas nuptias permittit. in quem errorem Tertullianus dicitur lapsus, quia transiens ad Cataphryges, quos antea destruxerat, cœpit & secundas nuptias contra Apostolicā doctrinam, tāquā stupra damnare, & hi videntes errorē suū nō posse tueri, dixerunt Paulum non plenè recepisse Spiritum sanctum, sed solum ex parte prophetasse, cum tñ secundæ nuptiæ p sanctos viros fuerint celebratæ, vt per Abraam cū Cethura post
3 mortem Saræ, † & per Ruth, quæ mortuo viro nupsit Noemi dicto Booz, & per Saram vxorem Tobiæ, & alibi.

Fuerunt & Marcion, & Manes, qui fuit Persa, & vita, & moribus barbarus, tamē acer ingenio, vt insanire, vel dęmone impleri videretur, & instinctu dæmonis agitari, † & inde Manichæi tē
4 pore Probi Imperatoris, & Felicis Pontificis, qui fuerunt huius erroris authores, cuius principatus attribuit Marcioni, quia Tatiano vetustior fuit. Fuerunt & Adamiani, dicentes, quod si Adā non peccasset, nullæ fuissent futuræ nuptiæ. quapropter illi Adā imitari volentes in Paradiso, nuptias fugiunt, hos hæreticos, præuidēs Paulus in spiritu prophetico dixit præmissa, Qui iuxta Pauli censuram, prohibentes nubere, dicendi sunt mendaces, attēdētes spiritibus erroris, & doctrinæ dęmoniorum. nec dicendū est Apostolum intellexisse de cęlibatu Sacerdotū, & damnasse qđ ipsemet præstiterit, & aliis consuluerit retinendū, & nuptias dānasse, quas approbauit, vt ibi, honorabile coniugium, & thorus immaculatus. & alibi, his qui matrimonio iuncti sunt, præcipio, non ego, sed Dominus, vxorem à viro non recedere, & alibi sępe, qui sciebat & Christum sua præsentia nuptias decorasse, & in illis primū signum fecisse, & illud quoq;, relinquet homo patrē, & matrem, & adhærebit vxori suæ. Et quos Deus coniunxit, homo non separet. non omittam quod & locus Apostoli, surgent quidā de quo supra, intelligitur & de tempore Antichristi qui cum suis disseminabit zizaniam & falsas doctrinas.

SVMMARIVM.

1 *Multa tenent iam facta, quæ de nouo fieri prohibentur.*
2 *Græci dediti voluptatibus, & aliqua de eis.*
3 *Græci sacerdotibus, cur concessæ nuptiæ.*
4 *Paulus Apostolus laxioribus habenis vsus est ad bonum finem declaratum circa virgines Deo dicatas.*

CAP. IX.

NOn obstat, ꝙ sacerdotes Græci vxores habentes licitè funguntur officio sacerdotali. c. quoniam, c. aliter. 21. dist. c. cum olim, de Cler. cōiugat. ita ergo & licere debet Ecclesiæ occidentali, quia respondetur non esse
1 licitum hoc modo arguere, cum multa iam facta teneant, † quæ tamen de nouo fieri prohibentur, per tex. expressum in cap. ad Apostolicam, de regulari. & l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. sicut videmus, ꝙ licèt fratres minores, seu mēdicātes, & si non possunt esse executores testamentorum, Clem. exiui de Paradiso, de verb. sig. Bar. in tract. Minorica lib. 3 c. j. Idē in aliis Ecclesiasticis, nisi à superiore suo sit petita licentia, & obtēta. c. religiosus, de testa. in 6. Clem. religiosis, eo. ti. tamē si fuerint executi illud, quod Testator ordinauit, nemine se opponēte, gestum per eos valet, vt per Fede. de Se. consi. 284. Rom. consi. 409. quo ad primum, in secundo dubio, & consi. 235. in 4. dubio. quæ conclusio per multa posset cōfirmari. sic in proposito, si abusus Græcorum, præter vniuersalis Ecclesię morem, tacito consensu seu dissimulatione potius Patrum, per multa tempora, sibi vxorum copulam tanquam licitam arrogauit, nō ideo potest inferri, ꝙ de nouo hoc fieri Latinis debeat permitti.

Ad hoc facit, quod mirabiliter concludit gl. in l. qui habet. §. 1. ff. de manumis. testamen. quæ dicit, ꝙ quandoque aliquid de iure non subsistit, & tamen omnino sortitur effectum, quod debet de facto seruari. de qua meminit Alex. consi. 8. col. 2. vol. 6. dicens id mirabile.

Et cum id factum sit, quia Græci obstinatius, q̃ decebat, detrectabant se à contubernio fœminarum separari, & Latinis sem-
2 per infensos eos fuisse cōstat, † & voluptati maximè deditos, de quibus Apostolus ad Titum 2. Cretenses semper mēdaces, malę bestiæ, ventres pigri. & de ipsis est adagiū, Græci perpetuò pueri, de quo sępe meminit Chrysostomus. & patet de Corinthiis semper ad rem veneream propensis, vt ex Epistolis Pauli ad eos, & inde illud, Nō est omnibus datum nauigare Corinthū, ob prostitutarum mulierum copiam, & pulchritudinem.

Item & tunc Ecclesia, quod minus malum fore credidit, id faciendum

Source : BIU Cujas

ciendum ſanxit, intenta nō tam ad id, quod liceret, quàm quod pro tempore expediret, prout & multa reperiuntur olim fuiſſe tolerata in Eccleſia non tam voluntatis aſſenſu, quàm pacis, & charitatis affectu, & ipſis Græcis complacuit in retinendis vxoribus, † ſicut Moſes in eis repudiādis ad duritiem cordis eorum, & poſſunt Latini Sacerdotes dicere cum gaudio cōtra Græcos illud Eſaiæ 54. Lætare ſterilis, quæ non paris; erumpe & exulta, quæ non parturis, quoniam plures filii deſertæ, quàm eius, quę habet virum.

Sicut & Beatus Paulus multas Iudæorum miriadas ad ſe adlectauit, per huius conſilij rationem: nam idem ille, qui Galathis comminatur fore, vt Chriſtus circunciſos nihil adiuuet, Gala. 5. & 6. Timotheum tamen circuncidit. Act. 16. & aſſumens circuncidit illum, † propter Iudæos qui erant in illis locis: ſciebant enim omnes, ꝙ Pater eius erat Gentilis. idem quoq; cenſet poſt fidem Deo datam exitioſam eſſe legis ſanctificationem, legi tñ aliquoties ſe ſummittit, quin & aliquādo ſibi caput raſit, & iuxta ritum, & cerimonias legis obtulit ſacrificium in tēplo, Act. 21. & Petrus Apoſtolus cum promiſcuis cibis cum Gentilibus veſceretur, ſuperuenientibus qui ex circunciſione crediderant, ſubtraxit ſe per ſimulationem, ob ſcandalum præſertim eorum, qui & ſi credidiſſent Euangelio, nondum tamē à priori legis obſeruatione penitus ſe ſubtraxerant.

Sequantur ergo ſacerdotes noſtri ordinationes, & decreta patrum, ſecundum traditiones ſpiritus ſancti, de quibus 31. diſt. c. Nicena. 27. diſt. c. presbyteri. c. de illo. c. omniū. c. ſi quis. c. nemo. & c. Epiſcopos, & c. temerè, & 32. diſt. c. placuit, & 28. diſt. c. presbyter, & c decernimus, & c. quādo, & 32. diſt. per to. & 82. diſt. c. plurimos, & c. aliquanti, & c. propoſuiſti, & c. cum de quorundā. 84. diſt. nec relaxāda eſt occidentalibus Eccleſijs, aut aliis, incōtinētia Grecorū, vt ſemper valeant altari inſiſtere: nā & Ambroſius, Aug. Hieronymus, & alii patres antiqui, teſtati ſunt, digna hoſtia offerri non poſſe, qui operi inſeruiunt coniugali, & clamat Dominus, Nemo poteſt ſeruire duobus dominis.

SVMMARIVM.

1 *Cypriani locus declaratus circa virgines vouentes caſtitatem.*
2 *Votum caſtitatis emittere, & propoſitū virginitatis habere, differt inter ſe.*
3 *Cyprianus fuit anno Domini 257.*
4 *Votum virginitatis ſimplex non ſeparat matrimonium poſt contractum, licèt imponatur pœnitentia.*
5 *Delictum illud eſt maius, quod grauius punitur.*

CAP. X.

1 NOn obſtat contra id, quod dixi de virginibus Deo dicatis, illud beati Cypriani Epiſtolarum ſuarum, lib. j. epiſtola 11. cuius hæc ſunt verba formalia, loquentis de virginibus, quæ ſe ex fide Chriſto dicauerūt, Quod ſi ſe ex fide Chriſto dicauerūt, pudicè & caſtè ſine vlla fabula perſeuerent, ita fortes & ſtabiles præmium virginitatis expectent: ſi autem perſeuerare nolunt, vel non poſſunt, melius eſt vt nubāt, q̄ in ignem delitiis ſuis cadant. Ad quod reſpondetur, Cyprianū locutum eo loco de virginibus nō velatis, † & quæ ex gentibus ad fidem Chriſti conuolabant, & decreuerunt ſtatum ſuum cōtinenter tenere, & in propoſito virginitatis perſeuerare, de quibus ait Cyprianus, ꝙ ſi erunt fortes & ſtabiles, primum virginitatis expectent: ſi autem perſeuerare nolunt, aut non poſſunt, melius eſt quod nubāt. nec loquitur ibi Cyprianus de illis ſacris virginibus, quæ caſtitatem cum veli aſſumptione Deo vouiſſent, quod colligitur ex principio epiſtolę. dum dicit, Legimus literas tuas frater chariſſime, quas per Paconium fratrem noſtrum miſiſti, poſtulans, & deſiderans, vt tibi reſcriberemus, quid nobis de his virginibus uideatur, quæ cum ſemel ſtatum ſuum continenter, & firmiter tenere decreuerint, detectæ ſint poſtea in eodem lecto pariter manſiſſe cum maſculis. unde præſupponit Cyprianus illas uirgines in ſeculo manſiſſe, non autem quod ducerent uitam clauſtralem, & reſpondit ut ſupra, Aliud eſt enim propoſitum uirginitatis habere, † & aliud uotū caſtitatis emittere: nā primum cadit ſub conſilio Apoſtoli, j. Cor. 7. De uirginibus aūt præceptum Domini non habeo, & ſcilicet, & ſi nupſerit uirgo, non peccauit: Tribulationem autem habebit. ſecundum uerò, cum eſt ſolenne, cadit ſub neceſſitate.

Et ꝙ illum locum Cyprianus intellexerit de uirginibus quæ in ſeculo permanebant, pōt oſtendi ex eo, quod idem ſcripſit in trac. de Habitu uirginum, ubi reprobat in eis cultum corporis, & ornatus ueſtimētorum, dum inquit, Quid ornata, quid compta procedit, quaſi maritum aut habeat, aut quærat? quæ uerba non conueniunt uirginibus Deo dicatis per ſolenne uotum. & dum exprobat monilia precioſa, & corporis ornamēta, & diuitias in eis: erant enim (ut ipſe tradit) aliquæ earum diuites, & facultatū ubertate locupletes, quæ opes ſuas præferebāt, & ſe bonis ſuis uti debere contendebant, obiiciens in eas illud Io. 2. Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo ſunt, ſubdens, Locupletem te dicis, & diuitem: ſed diuitiis tuis Paulus occurrit, Sint inquit mulieres cum uerecundia, & pudicitia componentes ſe non in tortis crinibus, neq; auro, neq; Margaritis, aut precioſa ueſte, ſi tu te ſumptuoſius comes, & per publicū notabiliter incedas, oculos in te iuuentutis allicies, ſuſpiria adoleſcentum poſt te trahas, cōcupiſcendi libidinem nutrias, peccandi fomenta ſuccendas, & ſi ipſa pereas, alios tamen perdas, & velut gladium te, & venenum videntibus præbeas, excuſari non potes, quaſi mente caſta ſis, & pudica, & redarguit te cultus improbus, & impudicus ornatus, nec computari iam potes inter puellas, & virgines Chriſti. Ex qbus & aliis pluribus in dicto tractatu, apparet Cyprianum, dum loquitur de virginibus Chriſti, intelligere de his, quę erant in ſeculo, cum verba, de quibus ſupra, & quæ ibi ponuntur, non poſſint aptari ad virgines, quæ votum caſtitatis emiſerunt, & quæ ſe Chriſto per votum ſolenne ſpoponderint, ſed ad illas, quæ in baptiſmo proponebant ſe in virginitate, & ſtatu, quo reperiebantur perſeuerare. & hoc idē oſtendunt illa verba in principio Epiſtolæ, ibi quæ cum ſemel ſtatum ſuū continenter, & firmiter tenere decreuerint: hæc etenim cōtingere ſolebant in adoleſcētia Eccleſiæ, tēpore Cypriani, † qui fuit ſub anno Dñi 257. quo tpe ſtatus virginalis in puellis erat in maxima veneratione, quę pro Chriſto martyria ſuſtinebant, prout eiſdem tpibus ſub Valeriano, & Gallieno eius filio paſſus eſt ipſe quoq; Cyprianus, & Lucius Papa, ſub quibus magna fuit perſecutio Chriſtianorum.

Adeo ꝙ ſimplex virginitatis votum non ſeparabat, nec ſeparat matrimonium poſt contractum, licèt imponatur pęnitentia. c. ſi vir, 27. diſt. cum ibi no. per Archi. & alios, † & in c. rurſus. qui cler. vel vouen. vbi plenè per Doc. ſolenne tñ votum bene dirimit contractum, ex conſtitutione Eccleſiæ, & hæc eſt cōis opin. & ferè ab oībus approbata, vt per Hoſt. in Sum. eo. ti. col. 4. & no. in d. c. rurſus. ſed vtrunq; inducit peccatū mortale, nam vtrunq; dirigitur in Deū. c. magnæ, de voto. & de vtroq; dictū eſt, Vouete & reddite, vtrūq; obligat in genere, ſed in qualitate reatus differunt ex tranſgreſſione: nam tranſgrediens ſolēne grauius peccat, † q̄ ſimplex, & Eccleſia conſiderat circunſtantias. 40. diſt. & de pęn. diſt. 5. c. j. & de pęn. Deus qui. & verborum ſolēnitates attendit, & ideo diuerſam infligit in fractione vnius q̄ alterius, vt grauiorem in ſolēni, 22. diſt. ſi vis. 27. q. j. virginibus, & c. deuotū. & ſceleratius eſt delictum, quod grauius punitur. 24. q. 3. nō afferamus. ſicut dī de iuramēto, & de ſimplici loquela, in quibus q̄uis Dñs non diſtinguat, Eccleſia tñ diſtinguit. & de voto ſimplici intelligitur, quod dicit Apoſtolus. j. Timo. 5. adoleſcentulas autē viduas deuites: cum enim luxuriatæ fuerint, in Chriſto nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerūt, 27. q. j. c. j. in fi. nam cum ſimpliciter vouerint, firmiter proponentes in mente de non contrahendo matrimoniū, poſt cōtrahendo, violant votum, & ideo peccant.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus loci illius Apoſtoli, 1. Timot. 3. oportet Epiſcopum eſſe vnius vxoris virum.*
2 *Sacerdotibus Aegyptijs vnam tantum vxorem ducere licebat.*
3 *Dicta antiquorum debent à ſucceſſoribus amicabiliter ſuſcipi, & impleri.*

CAP. XI.

1 NOn obſtat & illud j. Tim. 3. † oportet Epiſcopum eſſe μιᾶς γυναικὸς ἀνδρα, ideſt vnius vxoris virum, nam intelligitur, quod ſit Monogamus, vt vno verbo interpretatur Hieron. ad Oceanum poſt baptiſmum, & id eſt dictum ad excludendam bigamiam à ſacerdotio. c. vnius. 26. diſt. quin apud Aegyptios ipſos ſacerdoti † vnam tātū vxorem ducere licebat, vt teſtatur Diodorus Siculus, lib. 2. c. 3. vt & Pontifici Maximo, & flamini, vt per Tertul. lib. de exhorta. caſti. non autem vt vxorem omnino habeat Epiſcopus. quod ſi ita intelligeretur, indignè fuiſſet Epiſcopus Timotheus, ad quem ſcripſit Apoſtolus, quod ſeipſum caſtum cuſtodiret. j. Timoth. 5. idemq; dicendum eſſet de Ioanne Apoſtolo, & aliis, & ſi nō eſſent Epiſcopi, niſi mariti. Idem Apoſtolus, Epiſcopus eſſe nō debuit, qui dixit, volo autē omnes eſſe, ſicut ego. & ita arguit Hieronymus lib. j. c. 19. in fine. contra Iouinianum. quę quidem verba ita vt ſupra interpretata fuerunt per ſanctos Patres, nam tranſitus ad ſecundas nuptias, videtur quoddam ſignum incontinentiæ. & idē Apoſtolus de electione viduarum loco citato dicit, vidua eligatur nō minor ſeptuaginta annorum, quę fuerit vnius viri vxor, & cum ita ſint intellecta verba illa à tot ſeculis citra, à ſanctis Patribus, ſtandum eſt eorum interpretationi, etiam ſine demōſtratione non minus quam demonſtrationibus ipſis, iux. doct. Philoſop. 6. Eth. & dixit Gale. de accidē. ex morbo, ꝙ dicta antiquorum † debent amicabiliter à ſucceſſoribus ſuſcipi, & benigniter impleri, & cum omnes illa conſentiant, non eſt ab eis recedendum: nam dixit ſapiens, iudicium populi vniuerſi ne cōtempſeris, cum dicti patres, & doctrina. & ſanctimonia fuerint præſtantiſſimi, & per d. c. vnius, & quę habentur. 20. diſt. per to. & per Doc. maximè Laſin l. j. col. 7. ff. ſi cer. peta. & per tex. in l. minimè, cum ibi no. ff. de legi.

MAR-

Source : BIU Cujas

MARQVARDI DE SVSANNIS
IVRISCONS. VTINENSIS,

De cœlibatu Sacerdotum non abrogando.

SVMMARIVM.

1 *Coitus in abſcondito, vti res turpis, fieri ſolet paſſim.*
2 *Fornicatio graue crimen in clericis, etiam in minoribus conſtitutis.*
3 *Clericis prohibetur acceſſus, & pratica mulierum ſuſpectarum, maximè Monaſteriorum.*
4 *Frequentare, quid ſit.*
5 *Coitus omnis illicitus ad munditias corporis Chriſti.*
6 *Perſeuerantia in peccatis denotat iudicium infidelitatis, & de recidiuatione.*
7 *Conſtitutionibus canonicis repugnans, dicitur committere quaſi ſcelus idolatriæ, & eſt hæreticus.*
8 *Cathedræ iniuriam faciunt malè ſedentes in ea.*
9 *Concubinatus crimen merè Eccleſiaſticum.*
10 *Concubina Clerici poteſt puniri per Eccleſiaſticum, & de occulto cõcubinatu.*
11 *Concubina laici poteſt ab Epiſcopo excommunicari.*
12 *Concubinæ Clericorum poſſunt puniri etiam per iudicem laicum, quando eſt notorius concubinatus, & qualiter, & ſeq.*
13 *Fornicata cũ conſtituto in ſacris, per quem puniri poſſit, & quid reſpectu pœnæ imponendæ mulieri, & an poſſit dici adulterium.*
14 *Adulterium dicitur committi, ſi fit fornicatio cum epiſcopo, vel religioſo, & quid de inceſtu.*

CAP. I.

NON puto me ab aliquo iuſtè redargui poſſe circa ea, quę ſupra de cœlibatu Sacerdotum non abrogando diſſerui, cum lex illa à tot ſacratiſſimis Conciliis, & ſanctiſſimorum Patrum decretis indicta, & tot rationibus cõfirmata fuerit. ſed nec res iſta eſt noua, cum nuptiarum leges ſubuertentes aliquo caſu, & à viris ſanctis fuerint reprehenſi, vt legitur de Ioanne, Matth. 14. qui cum fiducia in medio foro contra Herodem dicebat, non tibi licet habere vxorẽ Philippi fratris tui, nam & ſi opus ſit mori, vt ait Chriſoſtomus, caſti gare fratrem ne torpeas, & pro veritate vſq; ad mortem contendendum eſt, quia Deus pro te pugnabit, nec illud frigidum verbum dicendum, quæ vero mihi cura eſt? cum ipſo cõe nihil habeo, cum Diabolo ſolo cõe nihil habeamus, cum omnibus autẽ hominibus multa habeamus communia. hæc ille. vnde veniendo ad tertiam partem libri huius, dico, q̃ ſicut à nuptiis, & matri moniali copula ſe abſtinere debent in ſacris cõſtituti, ita & multo magis à crimine fornicationis, nam & opus ipſum, quod libidine peragitur, nõ ſolũ in quibusq; ſtupris, vbi latebrę ad ſubterfugienda humana iudicia requirũtur, † verum etiam in vſu ſcortorum, quæ ciuiles leges permittunt, & quæ Gentilibus cõcedebantur. & quamuis nulla lege vindicabantur, deuitat tamen hęc publicum, etiam permiſſa, atq; impunita libido, cõſpectu & verecundia naturali habent prouiſum lupanaria ipſa ſecretum, faciliusq; potuit impudicitia non habere vincula prohibitionis, quàm impudentia remouere latibula illius fœditatis. ſed hanc etiam ipſi turpes, turpitudinem vocant: cuius licèt ſint amatores, oſtentatores eſſe non audent, ſecundum Auguſt. lib. 3. cap. 17. de Ciuita. Dei.

Hoc quippe crimen in Clerico graue eſt, 32. diſt. nullus, & ca. præter. c. accepimus, de æta. & qualit. ordinan. c. veſtra. c. fi. de cohabit. clerico. & mulie. De Clericis † dico etiã in minoribus cõſtitutis. C. de epiſ. & cler. l. eum qui, & in Auth. de ſanctis. Epiſ. §. Clericos, & c. in omnibus, 81. diſt. c. quidam clerici. c. presbyter ſi fornicationẽ. 82. diſt. & per Aſten. in ſum. lib. 5. titu. 32. vbi de eius pœnitentia. c. ſin autem, eo. titu. de cohab. cleri. & mul. & quibus prohibetur nedum congreſſus, † ſed acceſſus ad mulieres ſuſpectas, ſicut & cohabitatio. & prohibetur ſolus cum ſola loqui, 81. diſt. clericus, cum duobus ſeq. per Archidia. in c. j. col. 2. 44. diſtin. Nec poteſt Epiſcopus cum mulieribus conuerſari. Doct. in l. eũ qui. C. de epiſ. & cler. & d. c. in omnibus, & ſequentibus. & fertur Auguſt. noluiſſe habitare cũ ſorore. c. legitur. 81. diſt. dicens, quæ cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ non ſunt. & 34. diſt. c. j. poteſt tamen epiſcopus ſecum habere matrem ſuam, ſeu aliam non ſuſpectam, ſecundum Abb. in c. j. de cohabi. clerico. licèt D. Anto. ibi teneat oppoſitum, & fatetur Abb. Antonii opin. eſſe honeſtam, propter alios clericos cum Epiſcopo morãtes, & præcipuè frequentatio monaſteriorum monialium, niſi ex manifeſta & rationabili cauſa. c. cler. ea. diſt. & c. monaſteria, de vita & hone. clericorum. Frequentare autem eſt vltra vnam vicem ire. 25. q. 2. ita nos, in criminibus † tãtũ. 18. q. j. c. pernitioſum, & per Aſtẽ. in Sum. ſecunda par. lib. 6. titu. 10. De pudicitia, col. pe. ver. ſed ex quot vicibus, Abb. in d. c. monaſteria, & c. cum decorem, eo. titu. vbi de muliere, † q̃ dicitur quæſtum feciſſe, ſi duos admiſit cauſa quęſtus. Roma. conſ. 163. & dicit Hieronymus, q̃ ſi cum viris habitent fœminę, non deerit viſcarium Diaboli, vt in c. veniens. §. deinde, de eo, qui cogno. conſan. vxo. & 32. diſt. presbyter quidã, & c. hoſpitiolum. c. cum in iuuentute, de præſumptio. Hoſtiẽ. in Sum. de cohabita. clericorum. §. verũ habitatio, & Hieronymus contra Iouin. lib. j. c. 11. in fi. dicit, conſiderandũ illud, quod Abimelech Sacerdos dixit Dauid fugienti, ſi mundi ſunt pueri ab vxoribus? & ille reſpondit ab heri & nudius tertius: Panes enim propoſitionis quaſi corpus Chriſti, de vxorum cubilibus cõſurgentes, edere non poterant. & ſequitur, q̃ ad mũditias corporis Chriſti omnis coitus ſit illicitus, & ſi cum vxore, tanto magis dicendum de coitu fornicario.

Dataq; perſeuerantia in peccato fit præſumptio cuiuſdam in fidelitatis, † nam ſi veniale efficitur mortale data perſeuerantia in eo, c. vnũ. §. criminis. 25. diſt. Abb. in c. à crapula, de vita & honeſta. Cler. & in c. in ſacris, col. fi. de his, quæ vi, me. cau. ſic & mortale multo magis grauatur ex perſeuerantia, c. forus, de verb. ſig. ſicut dicitur de recidiuatione, quæ eſt magis odioſa, q̃ primum peccatum, cum nouiſſima ſint peiora prioribus, Lucæ 11. Ezec. 18. c. ſi vir. de adulte. l. j. §. j. ff. de abig. c. iuuenis. c. irriſor, de pę. diſt. 3. l. capitalium. §. ſolẽt. ff. de pęn. Pau. de Caſt. in l. 3. per illum tex. C. de Epiſc. audi. Deci. in c. j. col. 11. de iudi. in 2. lect. Barba. conſi. 11. col. 14. & conſi. 18. col. 18. vol. 2. & delicta ex multiplicatione efficiuntur capitalia, Bar. in l. licitatio. §. quod illicitè, ff. de publica. & no. in c. ad abolendam, de hæreti. & ex diuturnitate peccandi peccatum aggrauatur, vt no. in c. fi. de conſuetudine, c. militare, 22. q. j. & in c. cum haberet, & ibi Doct. de eo, qui cogno. conſangui. vxo. anima enim ſic à Deo ſeparatur, 32. q. j. cum renũciatur. nam qui non acquieſcunt conſtitutionibus canonicis, ſed illis repugnant, committere dicuntur quaſi peccatum ariolandi, & ſcelus idolatriæ, & habentur quodammodo pro infidelibus, c. ſciendum. col. fi. 8. q. j. & j. Reg. 15. & no. in c. j. de conſtitutio. & † qui tranſgreditur præcepta Apoſtolica, hæreticus eſt, 19. diſt. c. nulli. ſicut & contradicens decretis Patrũ, epiſtolis Apoſtolicis, ea. diſt. c. in canonicis, & Prouer. 20. non trãſgredieris terminos, quos poſuerunt patres tui. & c. non decet. 12. diſt. & qui eas non recipit 20. diſt. de tabellis. & peccatum paganitatis incurrere dicuntur, præcipuè in ſacris ordinibus conſtituti, in crimine fornicationis iacentes, & prouiſionibus Apoſtolicis obedire contemnentes, c. ſi qui ſunt presbyteri, diſt. 81.

A quo quidem crimine abſtinere deberent ſacris addicti, dignitatem, & excellentiam ſtatus ſui dignoſcentes, ne malè ſedẽtes in cathedra, cathedræ iniuriam faciant, 40. diſt. multi. nam, vt inquit Apoſto. 1. Timo. 3. qui bene ſederit ſuper cathedram, honorem accipit ab illa; qui malè ſederit, iniuriam facit cathedræ, † & ſub frẽno caſtitatis, & modeſtię coercere deberẽt oculos, linguam, & omnia membra eorum. 6. q. j. ex merito. 32. q. 5. nec ſolo. nam meminerint ſe eſſe ſpeculatores cunctorum, vt ouibus paſcuas ſalubres tribuant, agnis puri fontis vndas exhibeant, exterminent ab ouibus lupos, & vitæ eorum exemplo vniuerſos prouocent. hæc dicta ſint contra incorrigibiles, & non in eos, qui in ſua integritate perſeueranter conſiſtunt, cum eos ſemper exceptos velim, licèt de lapſis conuerſio ſperãda ſit, & correctio eſt ex dilectione, & derelictio ex odio, & q̃n apparet exceſſus publicus, tunc facilius admittitur correctio. 2. q. 7. ſecuti. & c. Paulus, & Galat. 2.

† Sciantq; propter eius odium hoc crimen cõcubinatus eſſe merè Eccleſiaſticum, licèt ſecundũ leges ciuiles non ſit crimen, l. in concubinatu. ff. de concubi. de hoc tamen videndum eſt per Doc. in c. q̃ ſit generale, & ibi per Abb. col. 11. ver. item poteſt cõprehendi, de fo. cõpe. & per Feli. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, verſ. 17. nu. 103. de conſti. immò de hoc tantũ cognoſcit Eccleſia ſm omnes, & tradit Fede. de Sen. cõſi. 162. Io. And. in regula, ſine culpa, de reg. iur. Abb. in c. per venerabilem, col. 12. qui fil. ſint legiti. & in rub. de adulte. & in c. cum veniſſent, de inſtitutio. per Hoſt. in c. lator. eo. tit. qui filii ſint legiti.

Et an ſtatutum laicorum contra concubinas Clericorum teneat, de hoc Felin. in d. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. q. 16. Pet. de Anchar. conſi. 196. Magnifice. Ioan. de Ana. in d. rub. col. fina. vbi quòd non tenet.

Sed quando agitur de concubinatu commiſſo cum clerico, non eſt dubium, quin ſit de foro Iudicis Eccleſiaſtici, & meritò ab illo concubina † clerici poteſt puniri, & excõicari poſſunt. c. concubinæ, de ſenten. excommuni. & ibi D. Abb. & idem poſt Do. Ant. in d. c. cum ſit generale, col. 13. & per Doc. maximè D. Iaſ. in l. cum quædam puella. ff. de iuriſd. om. iudi. quod tamen intelligi debet ſecundum Ana. vbi ſupra, col. pe. in fi. quando eſſet concubinatus notorius, & non occultus: nam ſi occulta ſit fornicatio concubinę, iniungitur pœnitentia pro ſacrilegio, & adulterio, 26. q. j. quæ Chriſtus. & tantum in pœnitẽtiali foro punitur, quia in iudiciali latentia delicta vindictam non habent, 32. q. 1. Chriſtiana. & per Hoſt. in Sum. de cohabi. clerico. & mulie. col. 2. verſi. quam pœnam. vbi etiam de pœna, quando publica, & notoria eſt fornicatio.

Sic etiam

Source : BIU Cujas

11 Sic etiam vxoratus,qui tenet cõcubinam, poteſt ab epiſcopo excommunicari, vt per Aret.& Iaſ.in l. ex ea parte. §. mulier. ff. de verb.obliga.

Sed & iudex laicus poteſt punire concubinas,quando eſt no-
12 torius concubinatus, † vt pulcherrimè ad vtranq; partem arguẽ do concludit Anch.d.conſi.196.col.3. & refert ipſum, & ſequitur Io.de Ana.in d.rub.de adulte. dicunt tamen dicti Doctores, q̃ iudex non debet de facili proſilire ad pęnam corporalem, ga etiam adulteria hodie non puniuntur corporaliter,ſed detruditur in monaſterio,vt in auth.ſed hodie.C.de adul. ſecundũ Ana ni.ibi,ſed Anch.dicit, quod credit hoc relinquendũ arbitrio iudicis:ſecus autem ſi ſumus in concubinatu clerici occulto, quia tunc iudex laicus non poteſt punire concubinam clerici,rationibus ibidem per eos allegatis.

13 Et quod mulier laica fornicata cum conſtituto in ſacris non poſſit puniri per iudicem laicũ,tenet ẽt Fede.de Sen. conſi.167. mulier accuſata,ſed per Eccleſiaſticum,vt ibi in fi.& Aret.in c.q̃ ſit generale,de fo.compe.ſed Feli.ibi,col.7. in fi.verſi. conſidera. videtur velle,q̃ ſit vtriuſq; fori,vt ſacrilegam,& idem concludit Soci.ibi,col.7.num.23.verſi.Tu vero latius,&c.vbi dicit, q̃ tale crimen reſpectu pęnæ imponẽdæ ipſi ſacerdoti,aut clerico, hoc eſſe crimẽ merè Eccleſiaſticum, quem ſecularis nullo modo p̃t iudicare,c.2.eo.tit.ſed reſpectu pęnę imponẽdæ mulieri,arbitratur,q̃ tam Eccleſiaſticus, q̃ ſecularis ſit iudex, quia talis ſortitur forum Eccleſiaſticum,ratione ſacrilegii.vnde ſicut ſacrilegium eſt de vtroq; foro,reſpectu laicorum,vt ibi no.ita & in caſu prędicto,ſecundum eum. & quod in ſacerdote non poſſit dici ſimplex fornicatio,ſed adulteriũ, tenet Paulus de Eleazariis in cle. j.de offic.ordina.qui pro hoc adducit gl.in l.2.C.de epiſco.& cle. quæ dicit,q̃ in presbytero fornicante dicitur inceſtus,& eius liberi ſint inceſtuoſi,quod approbãt Bart.Bal.& Ang.ſed quod in ſacerdote cognoſcente mulierem ſolutam,& corruptam, dicat̃ ſimplex fornicatio,eſt tex.in c.quia circa,in verbo, ſimplici fornicatione,extra de biga.& in c.presbyter.verſ.qđ fornicatus fuerit,vel adulterium cõmiſerit. 28.diſt. qui nõ poteſt negari,quin loquatur de ſimplici fornicatione,quia verba legis,vel canonis, abſolutè prolata intelliguntur in ſimplici,& proprio caſu,& per iura prædicta ita tenet Bermon.Chouero.in cõmentariis cõcordatorũ,tit.de publ.concubina.in verbo, & alios nõ publicos cõcubinarios,nu.mihi 12.quod limitat,niſi presbyter fornicãs eſſet
14 eps,vel religioſus, † quo caſu ſemper diceretur cõmittere adulterium,prout concludunt Legiſtæ in d.l.2.& Feli.in c.at ſi Clerici.de iudi.Ant.de But.in c.ſignificaſti,de adulte.

Et quia idem Doctor non reſpondet ad gl.in d.l.2.C.de epiſc. & cler.ideo reſpondendum eſt,prout ad illam reſpondet Ioã.de Ana.in c.ſignificauit,col.2.de adulte.qui dicit, q̃ Dominus ſuus Ioan.de Imo.dicit,q̃ illa gl.non probatur iure, nec Cy. nec Bal. illam tenent,& q̃ illa gl. eſt periculoſa & pluſquàm periculoſa: quia ſi eſſet verum, q̃ pro ſimplici fornicatione ſacerdos committeret inceſtum, non poſſet abſolui, niſi ab Epiſcopo, per id quod no.gl.in c.2.de pę.& remiſ.in 6.& quod illa gl.debet abradi per ſacerdotes,quia eſt nimis periculoſa,& aliis rationibus,& iuribus id confirmat.

Et de modo puniendi concubinas ſacerdotum, & qua pœna ſint plectendæ, habetur in c.fraternitatis, 34.diſtinct. vbi quod debent recludi in arcto monaſterio,donec condignam egerint pœnitentiam,& tex.in c.quidam clerici.81.diſtinct. dicit,q̃ tales concubinæ clericorum per Epiſcopum venundantur, & ad tẽpus relegantur,& in c.eos,32.diſtinct.dicitur, quòd tribuitur auctoritas ſecularibus Principibus,vt ea poſſint perpetuo iugo ſeruitutis mancipare.

SVMMARIVM.

1 *Fornicatio ſimplex in ſacris conſtituto,qualiter puniatur in foro conſcientiæ.*
2 *Fornicatio ſimplex in Clerico,qualiter puniatur de iure canonico.*
3 *Fornicatio notoria,& publica,qualiter in clerico puniatur,vbi ponuntur plures pœnæ.*
4 *Clericus notoriè concubinarius,an incidat in irregularitatem celebrando, & quomodo.*
5 *Irregularitas,per quem diſpenſari poſſit.*
6 *Concubinarius manifeſtus,qualiter dicatur clericus.*

CAP. II.

1 QValiter autẽ puniatur fornicatio ſimplex in ſacris cõſtituto cum muliere ſoluta, & impudica, aut cum publica meretrice,quæ publicè erat parata, dic,q̃ huiuſmodi criminis reus clericus,de iure canonico in foro conſcientię propter vitium incontinentiæ ſubiicitur illi ordinariæ ſeptemnali pęnitẽtiæ, quæ pro quolibet peccato mortali infligitur,vt in c.prædicandum,22.q.j.& ibi per gl. & forſan minori,ſacerdotis arbitrio conſideratis his,quæ ibi notantur.& 33.q. 2.hoc ipſum,& 30.q.7.cap. adulterii. quæſt.4. meretrices, & 37. q.1.cap.lex illa.

De iure autem canonico variæ olim erant ſtatutæ pęnę,& depoſitionis,vt per Io.And.Domi.Anto.& alios,in c.pen.de biga. & c.vt clericorũ,de vita & honeſtate clerico. & alibi. Hodie verò amoto rigore iuris,attenta æquitate,concludendum eſt, pę-
2 nã pro ſimplici fornicatione † arbitrio iudicis relinquendam, vt per Abb.& Doc.in c.at ſi clerici.de iudi.vbi Feli.col.13.verſic. vtrum autem poſſit,dicit hanc eſſe cõem opin.& cõmunem ita eſſe affirmare Imo.in d.c.vt clericorum, & Io. de Ana.in d.c.ſignificauit,col.2.de adulte.& Io.de Selua,in tract.de benefi.in 4. par.q.3.& pro hac opi.ſolent allegari gl.in c.Maximianus,in verbo,remoueantur.80.diſt.& gl.in c.ſi presbyter.82.diſt.& gl.in c. lator.in verbo,criminali.2.q.7.& melius eſt, q̃ iudex reprehendatur de miſericordia,q̃ de rigore.c.allegãt,26.q.vlt.ex quo pauci hodie ſunt ſine vitio carnali,vt in c.ſanctitas tua.50.diſt. & facit tex.in c.fraternitatis.24.diſt.& in §.is vero,in Auth.de mona. & in §.vnum.in Auth.de reſtitu.& ea quæ parit,& c.ſicut,32.q.2. & arbitrium Iudicis in hoc verſabitur, vt conſideret circunſtantias,& ſcandala inde inſurgentia,& conſuetudinem patriæ, vt apponat quandoq; pœnam depoſitionis,quandoq; ſuſpẽſionis,quandoq; priuationis à beneficiis, quandoq; prius moneat, quandoque ſine monitione priuet,& vt monet Abb.in d.c.at ſi clerici,col.12.quæ concluſio an procedat in Epiſcopo,& in cæteris prælatis,vide Abb.in c.fi.vol.pe. de purga. Can.& per Doc. in d.ca. at ſi Clerici.vbi Feli. & per Deci. loco citato,nu.48. in fi. qui non firmant pedes.

3 Quæ autẽ ſit pęna clerici notorii † fornicatoris,& publici cõcubinarii.& dicendum eſt primò,q̃ clericis notoriè concubinariis non ſolùm eſt deneganda communio,ſed nec ſunt abſoluẽdi,niſi prius è domo eiecerint concubinam,vt per Scotum in 4. diſt.9.vbi etiam San.Tho.& in 3.par.q.80. facit c.meretrices. 23. q.4.& de conſecr.diſt. 2.c.pro dilectione & dato, q̃ ille haberet eam bonam voluntatem in ſua cõuerſione,quam habuit Magdalena,non miniſtratur ei ſacramentum, nec talis poteſt abſolui,niſi abinuicem prius ſeparẽtur, quod ſtatuit ius propter duo. primò reſpectu mali exempli, ſecundò reſpectu periculi recidiuandi: & pp hoc non datur abiuratio in hmõi concubinatus crimine,c.clericos de cohabita.cleri.& mulie. ſed debet fieri perpetua ſeparatio,vt ibi dr.immò & quamuis ſeparẽtur,& illicò poſſint abſolui à peccato,non tamen illicò eſt eis cõio adminiſtranda,quæ differtur vſq; poſt peractam pęnitentiam, ob reuerentiã ſacramenti,excepto mortis articulo, vel neceſſitatis, vt colligitur de pęn.diſt.j.c.2.

Vlterius clerici notorii concubinarii perſeuerantes in concubinatu vſq; ad mortem ſine effectuali pœnitentia, nõ ſunt cum aliis fidelibus ſepeliendi,vt in c.non exiſtimemus.23.q.j.& c.quibus.c.quæſitum.& c.pro obeuntibus,ea.q. cũ quilibet notorius in peccato mortali decedens prohibetur in cimiterio ſepeliri, vt in d.iuribus.

Et non ſunt admittendi ad celebrandum diuina ſimul cũ aliis clericis,vt no.in c.ſacerdotum.de conſec.di.2.& ab eo nõ debẽt audiri diuina ſub pęna peccati mortalis, vt per Anto. de Butr.& Abb.in c.veſtra.de cohabi.cler.& mulie. & Hoſt.in Sum. eo. tit. col.pen.& fi.vbi latius,& tales incurrunt maledictiones, de quibus Deut.28.Leuit.26.

Præterea tales publici, & notorii concubinarii ſunt ſuſpenſi ab officio,Abb.in d.c.veſtra,de coha.cleri & mulie. & c.Præter. 32.diſt.Io.de Ana.in c.cum dilectus,in notabili.de accu Guido Pa.q.458.fuit dubitatum.& ſi talis celebrat,eſt irregularis.c. j. de
4 re iu.in 6.& gl.in d.c.præter.immò etſi exercet actum cuiuſcunque ordinis,incidit in irregularitatem, vt in d.c.j.de re iud. & ibi Archi.& iſta eſt communis opinio,pro qua fuit iudicatum, vt p Guido.ubi ſupra, & ſolus Papa diſpenſat ut ibi, & c.manifeſtus, & c.is cui,de ſent.excom.in 6.& c.clerici, de cleri. excommuni. miniſtrã. etiam ſi ordo ille Eccleſiaſticus ſit de minoribus, puta accolitus, exorciſta, & ſimil. nec debent ſe diuinis ſeruitiis immiſcere,dato q̃ eſſent ſimplices clerici; & ſi ſe immiſcẽt officiis deputatis minoribus,efficiuntur irregulares,c. ſi quis presbyter. & ibi Abb.de cleri.excom.miniſ.& ubi ſupra, ſecundum cõmunem opi.ut per Hoſt.Io.An.Abb.& alios,& in d.c.2.de cle. excõ. & per Arch.in c.ſi quis Epiſcopus,11.q.3.Card.in clem.j.de conſanguinita. & affinita. & tales ideo ueniunt priuandi beneficio, ut per Abb.quem Doct.communiter ſequũtur in c.ex parte, in uerbo,publicè fornicarium,in 3. not. de teſti. & perpetuò poterunt deponi tales ſuſpenſi ab officio, licèt nulla præceſſerit monitio,ut eſt caſus in l.latores,de cle.excom.mi. de eo autem, qui eſſet ſuſpenſus tantum à beneficio,& non ab officio,uide Inno. in c.niſi cum pridem,de renuncia.

Et quia dixi ſupra de irregularitate,in quam incurrit notoriè
5 cõcubinarius,† quis poſſit ſuper ea diſpenſare, uide Soci.in c.ad audientiam. col.antepen.de homi.qui dicit hanc materiam eſſe diffuſam,amplam,intricatam,& longiſſimam,quę occuparet,ut ipſe dicit 30.lectiones,& ultra,refert ſe ad ea, quæ dixit in tracta. de deſpenſati.§.5.in primo principali articulo, dicens tamen inter cætera ſumendam eſſe regulam generalẽ,q̃ in omnibus caſibus,in quibus poteſt quis legem,& conſtitutionem condere, & iuriſdictionem habet,poteſt pariter diſpenſare:iſta enim proce-

dunt

Source : BIU Cujas

dunt à pari, quia dispensatio est iuris communis relaxatio, utilitate, seu necessitate pensata. ergo is debet hoc posse, qui potest illud ius relaxare,& vt ibi.

Quis autem dicatur manifestus concubinarius.& Abb.in d.c.
6 vestra,† de cohab.cleri.& mul.dicit, ꝙ is est, quando fornicatio est ita notoria,vt nullam habeat dubitationem,vt puta,quando publicè tenet concubinam,sicut vxorẽ,& nutrit filios, ita ꝙ nõ audeat diffiteri,aut sit negatio vlla,vt dicit gl.in l. sñiam, in verbo,celari.C. de pęnis.facit.l.illud.§.sed & si.ff.de tributo.actio.& d.c.nullus.c.præter.22.dist.sed de hoc vide latissimè Host.ī Sum. in ti.de coha.cler.& mul.§.quid sit notorium,vbi de notorio iuris & facti,& præsumptionis;& quid sit occultum, ad quem recurrendum est,vbi per plures columnas hæc declarat.

SVMMARIVM.

1 *Mulier facta in adiutorium viri.*
2 *Clerici,cum quibus mulieribus possint cohabitare,& cum quibus non, & de episcopis,& canonicis Regularibus.*

CAP. III.

QVia superius forsitan videtur nimis fuisse restrictam cohabitationem clericorum cum mulieribus, sed cũ & ipsi non debeant carere adiutorio in eorum necessitatibus,& sit facta mulier in adiutorium viri.33.q.5.mulierem,& §.seq.de pęn.dist.j.§. Romanos.ideo limitãda sunt prędicta premissa,vt non habeãt locum in matre,sorore,& amita,& matertera.32.dist.interdixit,& c.j.à nobis.de cohabi.clc.& mulier, quia fędus naturale non permittit in istis aliquid sęui criminis suspicari,vt per Host.in Sum.eiusdem tituli. §. vtrum cohabitatio. & de quibusdam aliis,vt in c.fœminas,81.dist.vt de filia,& de multum antiquis,vt ibi.sed vt regulariter hoc tractetur, concludendum
2 est,† secundum gl.in d.c.j.in verbo,cãtiones,ꝙ omnes cõsanguineę per ljneam transuersalem,vsq; ad secundum gradum inclusiuè admittantur:consanguineæ vero per lineam ascendẽtem,& descendentem vsq; ad 4.gradum,& ita dicit Floren. in 2. par.Sum.tit.13.præmissa concludit,quod tamen intelligit,si cõsanguinea nõ habet secum Domicellas,pedissequas,& alias mulieres suspectas,& ita intelligitur d.c. j. & ibi Abb. Admittuntur etiam quædam personæ non consanguineæ, vt quia sunt de familia,& vt in c.cum omnibus,81.dist. & ibi per gl. Episcopus tamen etiam cum consanguineis immoderatam familiaritatem habere non debet,ne ex hoc contemptibilis habeatur.34. distin. quorundam. §.Episcopum verò,in Auth.de sanctis epis. Itẽ prædicta limitantur non habere locum,quando esset suspitio iuuẽtutis,vel caloris naturalis in clericis, quia tunc etiam dictæ personæ aliàs admissæ non possent cum eis habitare,vt not. in d.c.j. & ita intelligitur d.c.interdixit.Vltra verò secũdum gradum, vt supra,distinguit Florent.aut sunt suspectæ,quia iuuenes, & tunc non possunt cohabitare;aut non,& tunc possunt:& eadẽ facienda est dist.in ancillis,secundum eum. Moniales etiam non tolerantur cum Clericis.c.j.23.dist.sacratas,de consec.dist.j.in sancta. nec beguinæ,quæ ptextu sanctitatis,& hospitalitatis turpes amatores admittunt.c.pernitiosam.18.q.2.De Canonicis verò Regularibus,& Monachis,vide latè in deci.Tholosa.q.448. Item fuit quæsitum,an mulieres cum eis cohabitare possint.

SVMMARIVM.

1 *Filij sacerdotum dicuntur infames,& in eis torquetur pater,& quomodo in eis,& concubinis sit seruitus.*
2 *Filij sacerdotum incestuosi,vel spurii,& infames.*
3 *Filij sacerdotum incapaces bonorum paternorum,tam ex vltima voluntate, quàm inter viuos,etiam stante statuto.*
4 *Agnationis ius,an sit inter eos.*
5 *Spurio potest relinqui pro alimentis, & pro dote, nisi esset excessum in quantitate.*
6 *Spurius,an possit capere ex substitutione vulgari,& fideicommissaria.*
7 *Spurius,an ab alijs,quàm à parentibus capere possit,tam inter viuos, quàm in vltima voluntate,& an à fratre etiam ex patre dispositione.*
8 *Spurius,an possit relinquere Patri.*
9 *Naturales patri non agnascuntur,nec sunt in patris potestate.*
10 *Naturalis præteritus non rumpit testamentum,nec debetur legitima,nec reuocat alienata per patrem.*
11 *Naturales non excludunt fœminas,stante statuto exclusiuo.*
12 *Naturalem filiam pater dotare non tenetur,nisi sit inops.*
13 *Filiam legitimam & naturalem,etiam diuitem,tenetur pater dotare.*
14 *Statutum cogens coniunctos ad compromissum,non comprehendit naturales.*
15 *Filiorum appellatione in quacumque dispositione, an veniant naturales, remissiuè.*

CAP. IIII.

ET in tantum abhorrent sacri canones crimen concubinatus in sacerdotibus, ꝙ trãsit legum vindicta etiam in
1 filios,† & prolẽ tanquam damnatam.c.cum multæ.15. q. 8. vbi dicitur, ꝙ non tantùm inferretur vltio scelerũ in actores,sed etiam in progeniem eorũ, & torquetur pater, & iustè propter suum delictum, videns se voto naturali frustratũ, vt nihil tali filio relinquere possit,vt dicetur. & dicũtur infames. Insti.de inoffi.test.§.soror.Azo in Sum.C.de infami.& per Bald. consi.70.vol.j.& sunt testes non matrimonij,sed adulterii, & iõ proles eorum permanebit in seruitutem eius Ecclesiæ, de cuius sacerdotis,vel ministri ignominia filii nati sunt, vt ibi. quod intelligitur, quando quasi matrimonialiter concubinæ vt vxores habentur,vt per gl.in c.eos,32.dist. nec est derogatum d. c. cum multæ, vt tradit Archi.in c.Dominus.56.dist.& cõcubinę efficiũtur seruæ,& episcopus eas vendet,si non habẽt filios;& si habẽt, clauduntur in monasterio,ne filiis pareant,vt per Feli.in c.Ecclesia sanctæ Mariæ,q.16.

2 † Prætereà tales filii nati ex sacerdote dicũtur incestuosi, vel spurii,vt per Bal.in l.2.vbi.Cy.& alii.C.de epis.& cleri.per Barto. in l.fi.ff.de his,qui.vt indig. generaliter de eis loquendo dico, ꝙ & sunt infames, vt per Iaso.in l.fratres.colum.fi.C.de inoffic.testam.& per gl.in c.nisi cum pridem.in verbo,Manzerens. de renun.nam & apud Romanos, eos solum constat veros filios appellatos,qui ex matrimonio concepti essent.Instit.de pat.potes. & iustum matrimonium erat inter ciues tantùm Romanos.Insti.de nup in princ.

Et generaliter de eis loquendo dico, ꝙ non succedunt paren
3 tibus:† sunt enim incapaces bonorum paternorum, iuxta illud Gen.21.eijce ancillam,& filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ,& ad Galath.4.vt per Bar.in l.fin.col. 2. vers.Quæro,an istis spuriis.ff.de his,quibus vt indi.Bal. cons.241. spurio,vol.2.& consi.239.ad euidentiam,vol.3.Io.de Ana. cons. 46.circa primum,col.2.versi.circa tertium.Alex. consi.73. viso processu.in tertio dubio,vol.2.Soc.cons.258.meminit, iam sunt duo,vol.j.Deci.consi.248.Quæritur in effectu,col.j.& consi.311. in casu proposito,col.j.vol.2.Guid.Pap.consi.17. casus mihi traditus,Calcane.consi.60.Aimon Crauet.cons.138. Decessit Martinus,& Mathessila.in trac.de succes.ab intest.numero mihi.64. & non valeret statutum,vt succedere possent.Federi. consi. 275. casus.& 277.decis.qui dicit hanc communem in c. in præsentia, col.17.de prob.nec etiam inter viuos,vt per gl.in §.fi.in Auth.quomo.nat.effici.sui.Bellame.sub tit.de dona.decis.742.

4 † Et nõ est inter eos aliquod ius agnationis, vel cognationis, vt per Alex.consi.174.super eo.vol.5. & tex.in l.si spurius. ff. vnde cogna.quia non sunt nominandi filii.aut.ex complexu.C. de incestis nupt.

Nec posset executor paterni testamenti ad distribuẽdum bona pauperibus,eligere spurium, vt per Bal.in l.id quod pauperibus.q.22.C.de epis.& Cleri.

5 Relictum tamen eis pro alimentis,& pro dote valeret de iure canonico,vt no.in c.cum haberet,de eo qui duxit in matri. quã pol.per adul.cui iuri standum est in hoc vbiq;,vt per Docto. ibi, & per Bar.in l.fi.de his, qui. vt indig. prout largitus fuit Abraam munera filiis concubinarũ,cum omnia dedisset filio suo Isaac, Gene.15.& quod dictum est de dote, intellige, nisi esset relicta quantitas excessiua,& pro alimentis,quia tunc factum præsumeretur in fraudem legis, quo casu posset ille excessus euocari per hæredes patris,vt tradit Bar.& Bal in l.si pater. C.de hæred. insti. & Bar.in d.l.fi.& Bal.in l.j. vnde legi. & negligentibus hæredibus
6 applicaretur † Fisco.l.j.C. de natu.liber.Barb.in addi.ad Bar.in d. l.fi.de his qui.vt indig.& an possit ei relinqui per patrem,si ingreditur religionem;& an possit capere ex substitutione vulgari,&
7 fideicõmissaria,† & si.vide Guil. Benedi. in c. Raynutius.in verbo,& vxorem.nume. 128.cum seq. de testa.& an ab aliis parentibus capere potest tam inter viuos, q̃ in vltima voluntate, vide per Abb.in d.c.cum haberet.Bal.in d.l.si pater. C. de hęr. insti. Alex.in addi.ad Bar.in d.l.fi. & quod à fratre capere possit etiam ex dispositione patris,tenet gl.sing.in §.fi.in Auth.quib.mo.natu.effi.sui & Bar.& alii,in d.l.si is qui.ff.de vulg.& pupilla.vbi Ias.
8 in j.nu.& sicut Pater non relinquit spurio, ita ergo spurius non potest patri relinquere,vt per Bar.in d.l.fi.Bal.in auth.licet.C. de natu.lib.& in l.j.C.de sacros.Eccl.& Ias.in §.pęnales,col.12.insti. de act.& no.in l.si is qui.ff.de vulg.

Et idem dicitur de naturalibus,qui patri non agnascuntur, vt
9 no.in l.j.§.j.ff.de bono.possess. contra tabu. & in l. generaliter. §. cum autem.C.de institu.& substi.sub condi.& nõ est in potestate patris.Insti.de nup.§.fi.& Instit. de patr. potesta.vbi Aret.in 2. no.l.nam & ciuium.ff.de his,qui sunt sui,vel alie.iur. Guid. Pap. decis.vlt.Nec pater dat ei tutorem,l.naturali.ff.de confir.tut.nec præteritus testamẽtum rumpit, cum ei non debeatur legitima,
10 † vt per gl.in d.l.j.in prin.in verbo,naturales,& ibi Bart.& not. in d.§.cum autem,& in l.Gallus.§.etiã si parente.ff.de libe.& posth. & Guid.Pap. vbi supra, & ideo filius naturalis non potest reuocare alienata in fraudem,vt dicit Bal.in l.defuncto.col.j.ver.quæro,an filius.C.si in fraudem patro.per gl.in d.l.j.de bono.poss.cõtratabu.quæ reputata est singularis à Doctoribus allegatis, luculentissimè per Tiraquel.in repe.l.si vnquam.in verbo,susceperit liberos.nu.mihi.58.per vnam columnam,C.de reuoc.dona.dũ examinat illum articulum,an filii naturales tantum reuocẽt donationem iuxta terminos d.l.si vnquam.& concludit, quod nõ

& firmat

Source : BIU Cujas

& firmat pluribus mediis, licèt de hoc dubitauerit Alexã. conſi. 29. ſuper quo dubio, col. pen. verſi. circa quartum, vol. 4. & ſtante ſtatuto excludente fœminas propter maſculos, † filii naturales non excludunt fœminas legitimas & naturales, nam ſequeretur abſurdum, ſi eas excluderent naturales tãtum, quod ſcilicet plus haberet luxuria, quàm caſtitas, contra. §. fin. cum ibi not. in Auth. de Adulte. prout tam de naturalibus tantum, quàm multo magis de ſpuriis concludit Alb. Brun. in tract. de ſtatu. excluden. fęmi. art. 12. q. 3. vbi latè.

Et filiam naturalem pater dotare non tenetur, l. vxorem. §. naturalis, † & ibi Bart. ff. de leg. 3. & in l. ſi quis à liberis. §. vtrum. ff. de liber. agnoſcen. & per Doct. in l. j. ff. ſol. mat. niſi filia ſit inops: nam ſicut pater naturalis tenetur alere filium inopem, ita tenetur eam dotare vſq; ad cõdignam quantitatem, ex qua poſſit alimentari. & d. l. vxorem. §. naturalis, debet intelligi in filia naturali, quæ non eſt inops, vel ex honeſto exercitio poteſt ſibi dotem conſtituere, aliàs pater tenetur eam dotare. ita dicit Bal. in l. neq; mater. ff. de iure dot. & in c. ſuper literis, col. 2. verſic. item pone exemplum, de reſcrip. & in conſi. 267. ad euidentiam præmitto, ꝙ concubinarius, col. 2. verſic. item inſurgit, vol. j. Ange. conſi. 209. pro deciſione, in princi. ſi autem haberet bona, vel ſciret artem honeſtam, † tunc ceſſaret dicta limitatio, vt per Docto. in c. cum haberet, de eo qui dux. in matri. quam pol per adul. Filiam autem legitimam, & naturalem teneretur pater alere & dotare, etiã ſi eſſet diues. l. qui liberos. ff. de ritu nup. & l ſi. C. de do. promiſſ. de quo latiſſimè per Guiliel. in c. Raynutius. in verbo, dotem, quam ei dederat, de teſta. vbi quid ſi dos perierit, & quid in vidua, & aliis caſibus.

Et ſi extet ſtatutum in ciuitate, † ꝙ cõiuncti vſq; ad 4. gradum poſſint cogi ad compromiſſum, non comprehenditur naturalis in tali ſtatuto, vt firmat Io. de Imo. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, col. 16. ad Tertul. & quando, & quibus caſibus appellat. filior. natur. admittantur tam in ſtatutis, quàm in aliis, † videnda ſunt, quæ tradit Alex. conſi. 60. viſa legitimatione, col. 2. cum ſeq. vol. 2. & in quibus admittantur, diſtinguẽdo de diſpoſitionibus, quæ ſunt iuris naturalis, & reſpicientibus actus naturales, & quæ non ſunt iuris naturalis, & eſt magiſtrale conſilium, & ad illud recurrendum eſt.

Et an nobilitas tranſeat ad naturales, & an dicantur de domo, & poſſunt arma deferre, & ſimilia, vide latiſſimè ad ſaturitatẽ Tiraq. in tract. de nobilitate. c. 15. nu. 10. cum pluribus ſeq.

Sed quid de concubina clerici, an poſſit ei per clericum donari? & dic ꝙ non, vt per Barto. in l. affectionis. ff. de donat. Abb. in ca. j. de cleri. ęgro. Ange. conſi. 171. ſuper puncto prædicto. Ioan. And. in c. de his. de ſepult. col. fin. æquiparando militem armatæ militiæ, clerico, qui eſt miles Dei, & per Dec. conſi. 132. colum. 2. verſic. & hoc pro conſtanti. vbi etiam de confeſſione facta per presbyterum, quòd emerit bona cum pecuniis concubinę ſuę, quòd ſit ſuſpecta, & non teneat aliter, Ancharan. conſi. 248. Domine Federice.

Et an concubina presbyteri poſſit petere mercedem pro eius famulatu, quando non apparet de aliqua conuentione ſalarii. & dic ꝙ non, quia ſufficit, ꝙ habuerit victum & veſtitum, ſecundum Flor. in l. ſed & ſi quid, in §. mancipiorum. ff. de vſufruct. & per Dec. d. conſi. colum. fin. in fi. & quid de aliis ſeruitoribus non facta mentione ſalarii, tradunt Bart. & Alexan. in l. in his. §. Seruius. ff. de ſolutio.

Primò limita prædicta de donatione concubinæ, niſi presbyter, vel miles iuraſſet dictam donationem obſeruare, vt per Roma. conſi. 43. ad primum. & Anto. de Butr. in cap. cum contingat, de iureiuran.

Secundò limita, niſi eſſet facta per Principem, non recognoſcentem ſuperiorem, vt per Oldrad. conſil. 231. vt eius, de quo quæritur.

Tertiò limita, niſi eſſet facta propter benemerita, ſi ea probẽtur, per Anch. conſi. 247. dubiũ facit. pro quo faciunt no. in l. cũ quis decedens, de leg. 3. & per Deci. d. cõſi. 132. col. 2. & Deci. Neapoli. 102. vbi limitatur, ſi eſt moderata, ſecundum ſeruitia.

SVMMARIVM.

1 *Spurius, qualiter poſſit admitti ad bona paterna.*
2 *Spuriæ poteſt legari pro dote, & alimentis.*
3 *Plura remedia, quibus mediantibus poteſt ſpurio relinqui per patrem, remiſſiuè.*
4 *Filij naturales tantùm, in quibus patri ſuccedere poſſunt.*
5 *L. hac conſultiſſima §. ex imperfecto, non habet locum in filijs naturalibus tãtùm in patre, ſecus in matre.*

CAP. V.

1 LIcet ex præmiſſis conſtet, ſpurium incapacem bonorum paternorum, † ſunt tamen prodita remedia quædam, quibus mediantibus hæreditas, & bona paterna peruenire poſſunt ad ipſos ſpurios, & vnum modũ, quem dicit clarũ, & lucidum, ponit Bar. in d. l. fi. col. 2. verſi. quis erit ergo modus. ff. de his, qui. vt indig. & eſt, quod pater relinquat ſibi tãtum, qđ ſufficiat ad alimenta, hoc modo, Relinquo filio ſpurio meo in vita ſua fundum pro alimentis, & poſt mortem ſit filiorum ſuorum, quibus poteſt relinqui. l. fi. C. de natura. libe. nam de iure canonico talis filius debet ali à patre, d. c. cum haberet, & per Bar. in l. ſi quis à liberis. d. §. de liber. agnoſcen. Idem dicit in dote reſpectu filiæ ſpuriæ, quia ſpuriæ quis poteſt legare dotẽ, † & 2 alimẽta, vt per Bar. in l. vxorem. §. pater naturalis, de leg. 3. dummodo ſecundum eum non excedat magnam quantitatem, ꝙ fortè præſumeretur fraus, de quo ſatis dixi ſupra proximè. alios modos ponit ibi Bar. quos tamen reprobat, & ibi videndum aliquid per Alex. in addi. alios modos ponunt Doct. in l. ſi is, qui. ff. de vulg. & pup. † ſed Bar. Veronẽſis in ſuo tractatu cautelarum, 3 cautela 38. nunc videamus, ponit duodecim modos, quibus poteſt ſpurius cõſequi bona paterna. ſed plures vſq; ad quindecim remedia, in hoc ponit Io. Dilecti, Durantes, in libro ſuo de arte teſtandi, cautela 14. ſub rub. quibus remediis pater in filios nõ legitimos ſua bona transferre poſſit, & Gabriel Paleottus in tract. de nothis, & ſpuriis, c. 45. & Barb. in addi. ad Alex. in l. pater. C. de hære. inſti. ex quibus & idẽ Auctor multa improbat. & certè difficile eſt legi fraudem facere, cum ſimulationes coniecturis probentur, & plures ex dictis modis non poſſent exequi, ſalua conſcientia, iuxta no. per Bar. in d. l. fi. col. 3. verſ. quæro, quid debet facere ſecundum conſcientiam. in quo tam conſulẽtes, ꝙ iudices aduertere debent, ne cum aliis in foueam cadãt, & meminerint Caium Aquilium dicere ſolitum, Iuriſconſulti prudentiã in cauendo, non decipiendo debere verſari.

Non ſic eſt in naturali tantum: nam licèt ſpurii, & qui ex dãnato coitu ſunt, omni prorſus beneficio vt ſupra excludantur, auth. licet in fi. C. de natura. libe. ſi tamen pater cum naturalibus relinquit ex legitimo matrimonio filios legitimos, & natu- 4 rales, aut cum eis reliquit matrem ſuam, † aut etiã reliquit vxorem ſuam, licèt ex ea filios non haberet, tunc his tribus caſibus, illis naturalibus tantum relinquere non poteſt in teſtamẽto, vel alia vltima voluntate, vltra vnam vnciam de tota hæreditate ſua, & ſi eius concubina mater iſtorum naturalium ſupereſſet, non poſſet eis, & concubinæ ſimul relinquere aliter vnciam cum dimidia; & ſi ſola concubina ſupereſſet, non poſſet ei vltra ſemiũciam relinquere. l. 2. cum auth. ibi poſita, C. de natura. libe. & no. in d. l. ſi is, qui. in princ. ff. de vulga. & in l. Lucius. in princ. vbi per Doct. eo. tit. & ſi plus relinqueretur, *id totum reddi deberet legi*timis liberis, vel matri, vel cæteris ſucceſſoribus, vt in d. l. 2. in fi. Quando autem pater haberet filios naturales tantùm, & nõ haberet prolem legitimam, aut parentes, quibus relinqui neceſſe eſſet, & non haberet matrem, nec vxorem, tunc poſſet filiis naturalibus totam ſuam ſubſtantiam, vel inter vnos largiri, vel in teſtamento relinquere, d. auth. licet. & ſi parentes tantum habet, legitima eis relicta, reliquum in naturales tãtùm diſtribuere poteſt. quod intelligendum eſt in teſtamento ſolemniter condito 5 per patrem, † nam tex. in §. ex imperfecto. l. hac cõſultiſſima, C. de teſta. procedit ſolùm, quando pater teſtatur inter filios legitimos & naturales, ſecus autem ſi inter naturales tantum, vt concludunt Bal. & Ang. ibi. & dicit Ang. ꝙ iſta quæſtio fuit de facto Peruſii, & ꝙ omnes Doct. ita conſuluerunt, & idem tenent Bal. & Sal. & Paul. de Caſt. in l. fi. C. fami. ercisc. Deci. conſi. 610. Viſo themate, col. 2. uerſi. circa primum, Curti. ſenior conſi. 73. ſuper memorata, col. ... & pro hac ſententia faciunt, quæ dixi ſupra in præcedenti cap. in differẽtiis quas poſui inter filium naturalem tantum & legitimum, cum ad imparia iudicentur per iura ibi allegata. Hoc autem reſtringitur in teſtamento per patrem condito, ſecus ſi per matrem, nam in eis tunc bene locum habet d. §. ex imperfecto, ſecundum Raphae. ibi, & Alex. conſi. col. pe. uerſi. & hoc uidetur procedere, Corne. ibi. col. j. in fi. Iaſ. col. j. uerſi. 2. limita Bal. in l. ſi qua illuſtris, col. 2. uerſi. quæro, habeo filium. C. ad Orphici. & in d. l. fi. C. familiæ ercis. Spec. in tit. de inſtr. editi. §. compendiosè, uer. quid ſi mulier.

SVMMARIVM.

1 *Nepos legitimus et naturalis, ex filio ſpurio an poſſit per auum hæres inſtitui, quando non apparet, an ſit inſtitutus filij contemplatione, & ſic in caſu dubio.*
2 *Et quid, quando conſtat non eſſe inſtitutum filii contemplatione, vel certum eſt, quòd ſit filii contemplatione inſtitutus.*
3 *Nepos ex ſpurio, an poſſit inſtitui, extantibus filiis legitimis & naturalibus.*
4 *Nepos ex ſpurio, an poſſit inſtitui. ſi natus ſit ex filio inceſtuoſo.*
5 *Nepos ſpurius ex filio legitimo, an poſſit inſtitui.*
6 *Presbyter, an poſſit nepotem legitimum ex filio ſpurio inſtituere.*
7 *Auus, an poſſit donare nepoti ex filio ſpurio.*
8 *Nepos ex filio naturali tantùm, an poſſit inſtitui ab auo.*

CAP. VI.

SEd quid de nepote legitimo, & naturali, nato ex naturali uel ſpurio? & dicendum eſt, ꝙ licet in hoc fuerint uarię ſententiæ Doct. cõmunis tamen ſententia eſt, de qua per Docto. in l. Gallus. §. quid ſi is. ff. de libe. & poſth. ꝙ nepos legi- 1 timus & naturalis, † natus ex patre ſpurio, poſſit hęres inſtitui ab auo, & etiam quando non apparet, cuius contemplatione ſit hęres in-

Source : BIU Cujas

res inſtitutus,vel ſui,vel patris,vt per Bart.ibi. cuius opin. tenent communiter ſcribentes,& Feder.de Senis conſi.57. videtur mihi,ratio enim vitii paterni ceſſat in auo, qui nihil vitii cõmiſit.l. fi.C.de natura.libe. in illis ver. quia vitium paternum refrenandum eſt, nec arguendum eſt de labe Adami primi parentis noſtri,quę nos ab eo deſcendẽtes afficit:id enim aliò tendit ita Dei optimi maximi numine iubente, cuius arcana nobis non licet perſcutari, iuxta illud Exo. 19. Conſtitues terminos populo per circuitum,& dices ad eos,ne aſcendatis in montem, nec tangatis fines illius,omnis qui tetigerit montem, morte morietur. & infra,Deſcende,& conteſtare populum, ne fortè velit tranſcendere terminos ad vidẽdum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo.& habetur extra,de ſum.Trin.in verbo,incomprehẽſibilis,& Actu.i.Prouer. 25. & Iob.33.& omnes ſub eadem labe, conditione,& lege in lucem edimur, & iſta pertinent ad Theologos,vt tradit in his terminis Corne.conſi. 25.in præſenti conſultatione,col.3.vol.j.vbi arguendo ad partes, in dicto articulo, dicit hanc eſſe communem opin. & benigniorem, & in deciſiuis ab ea non recedendum.

Et tanto magis poteſt nepos ex ſpurio ab auo inſtitui, quando eſt certum,† quòd non inſtituitur contemplatione filii, puta, quia auus expreſsè diſponat, quòd nihil acquiratur patri, prout per ſex fundamenta concludit Bart.vbi ſupra, in d. §. ſi is qui, & ſequuntur Docto.quando autem conſtat,quòd eſt inſtitutus contemplatione filii, tunc non valet inſtitutio, vt ibi per Docto.poſt Barto.

† Limitantur tamen prædictę concluſiones,quando extarẽt alii filii legitimi & naturales, nam hoc caſu nepos ex ſpurio non poſſet inſtitui,per tex.in l.fi.C.de natura.libe. & concludunt cõmuniter Doct.vbi ſupra,& per Alex.conſi.74.vol.3.

† Secundò limita prædicta non procedere, quando eſſet talis nepos legitimus & naturalis,natus ex filio inceſtuoſo,nam & hoc caſu non poſſet ab auo hæres inſtitui. Ita Bald.in l.ſi quis inceſti.per illum tex.C.de inceſt.nup.& ſequitur Alex. & communiter Doc.vbi ſupra,licèt Pau.de Caſt.ſentiat contrarium,& D. Iaſ.ibi arguit pluribus mediis pro contraria opi. cum vitium paternum refrenandum ſit,vt dixi ſupra,& relinquit cogitandum, propter magnam Bal.& Alex.auctoritatem.

Quid † autem ſi habeo filium legitimum, & ex eo nepotem ſpurium,an poſſim nepotem ſpurium inſtituere?& Pau.de Caſt. tenet vbi ſupra,col.fi. quòd poſſum eum inſtituere,non extantibus legitimis, etiam ſi filius legitimus viuat, per l.fi.nin princip. C.de natura.liber. nec cadit hic conſideratio,cuius contemplatione videtur auus reliquiſſe, ſicut in caſu præcedenti, quia etiam ſi contemplatione filii legitimi videretur relictum nepoti, rectè procederet inſtitutio, quia & ipſi filio immediate poſſet relinqui, & quid in nepote ex filia, vide Pau.de Caſt. ibidem,an d.l.fina.C.de natura.libe. habeat locum in nepote ex filia.& dicit quod non.

Et eo caſu,quo valet nepotis inſtitutio, ipſe nepos habebit & proprietatem,& vſumfructum pleno iure inſolidũ, vt per Bart. & alios vbi ſupra,& per tex.in auth.inceſtus,C.de inceſt.nupt.& in corpore,vnde ſumitur, vſufructus, qui non poteſt quæri patri tanquàm indigno,remanet apud filium,quem tex.ibi ad hoc inducit Claudi.Seiſelllus.

Et quid ſi presbyter habet ſpurium, & nepotẽ ex eo, † an poſſit relinquere hæreditatem ſuam huic nepoti? & Angel. in l. & qui vxores.ff.de adoptio. dicit, quòd ſi presbyter habet ſpurium & nepotem ex eo, poterit eum adoptando,vel arrogando, hæredem inſtituere,& refert illum Alex.in l.Gallus.§.quid ſi is,col. fi.in fi.de libe.& poſth.dicitq; infideliter, Angelum hoc tenere ex Docto.Guiliel.de Cun. & in hoc nihil concludit,ſed ſolum, quòd nunquam vidit in facto presbyterum habere filium adoptiuum,& eſſe no.verbum.

In donatione autem ſecus eſt,†quia non poteſt auus donare nepoti ex filio ſpurio,vt tradunt Specu.& Io.ad.in tit.de ſucceſ. ab inteſt.§.j.verſi.ſed nũquid donationem. quia facere præſumitur propter affectionem,quam habet ad filium,l.ſi fortè. ff.de caſtren.peculi.ideo præſumitur fraus.l.qui teſtamentum.ff. de probat.vide Guid.Pap.quæſtione vltima.

† Quando autem nepos ille deſcendit ex naturali tantum,diſtinguendum eſt,quòd aut auus habet alios liberos legitimos,& naturales,& tunc non poteſt relinquere plus nepoti,quàm poterat patri illius nepotis. ſi verò nullam ſobolem legitimam habeat, tunc poterit auus iſtum nepotem ex naturali tantùm inſtituere in tota hæreditate,licèt eius pater non potuiſſet inſtitui in totum,vt in l.fin.verſic. nulla ſobole legitima ſubſiſtente, C.de natura.libe.

SUMMARIVM.

1 *Spurius dicitur etiam non natus ex damnato coitu.*
2 *Naturalis filius tantùm, qualiter ab inteſtato ſit ſucceſſibilis,& quando nõ, in bonis patris.*
3 *Natus ex coitu damnato, quando quis dicatur.*
4 *Naturalis, qualiter ſuccedat in bonis maternis.*
5 *Spurius, vel naturalis non natus ex damnato coitu, qualiter ſuccedat coniunctis.*
Per lineam maternam extantibus filiis legitimis.
6 *Natus ex presbytero ſicut non ſuccedit patri, aut matri, ita nec cognatis patris, vel matris.*
7 *Nati ex conſtituto in ſacris,an poſſint legitimari.*
8 *Donatio facta ſpurio, quando valere poſſit, vel non.*
9 *Dos data per patrem ſpuriæ,an poſſit ipſa de ea diſponere.*
10 *Filius per vim ſtupratæ,an ei ſuccedere poſſit.*
11 *Adulterata per vim,an dotem perdat.*
12 *Meretricia proles ignobilis & reprobat.*
13 *Filij presbyterorum repelluntur à dignitatibus ſeecularibus,& Eccleſiaſticis, & officijs temporalibus.*
14 *Filius presbyteri eſt ignominia patris, etiam poſt mortem,& ſibi ipſi.*
15 *Naturales virtute prædicti commendabiles,& ſalue.*
16 *Delictum patris non nocere filius, quo ad vitam æternam.*
17 *Brutis quoque nota eſt caſta generatio.*
18 *Obedientiæ laus.*

CAP. VII.

VIſo de ſucceſſione naturalium, & ſpurionum ex teſtamento, videamus modò de ſucceſſione eorum ab inteſtato, in quo ſic concludẽdum putaui ex his,quæ in variis locis ponuntur per Doct.

† Quòd aut ſpurius non eſt natus ex damnato coitu (dicitur enim ſpurius etiam non natus ex damnato coitu, ſecundum Alex.in conſi.174.vol.5.)& tunc ſuccedit ab inteſtato patri, nõ extantibus filiis legitimis, nec coniuge in duabus vnciis hereditatis. d. authen. licet.C.de natur. liber.& in l.j.eod. titu. & dic vt ibi. & dicitur natus ex coitu non damnato, † quando inter eos poteſt eſſe matrimonium,vt puta ſi naſcerentur ex ſoluto,& ſoluta.Nunquid autem talis ſuccedat ab inteſtate agnatis, vel cognatis patris?& dic quod non,l.fi.C.eo.ti.& l.hac parte. & l.ſi ſpurius.ff.vnde cogna.

Aut filius eſt natus ex damnato coitu, & tunc nõ ſuccedit in hæreditate,nec etiam eſt alendus de iure ciuili.d.auth.licet.& in auth.quibus modis natura.effi.ſui.§.fi.

De iure autem canonico nil immutatur quo ad ſucceſſionẽ, quia ille,qui non eſt legitimus,nõ ſuccedit,32.q.7. dicet aliquis. c.tanta.qui fil.ſint legiti. ſed quo ad alimenta ſecus eſt, vt in d.c. cum haberet.Nec obſtat c.per venerabilem,eod.titu.quia loquitur ſecundum ius ciuile.

† Qui autem dicantur nati ex damnato coitu, dic ꝙ vbicunque partes poſſunt accuſari de adulterio,vel ſtupro,vel de inceſtu,talis dicitur natus ex damnato coitu, vt dicit gl. in l. ſi qua illuſtris,C.ad Orphic.& ibi Bal.& per gl.in §.nouiſſime. Inſti. eod. tit.& hoc quo ad patrem.

† Quo ad matrem autem dic, ꝙ aut eſt illuſtris, & filius non ſuccedit,ſtantibus legitimis.d.l.ſi qua illuſtris.aut nõ eſt illuſtris, & tunc aut filius nõ eſt natus ex damnato coitu, & ſuccedit matri ſimul cum filiis legitimis.d.§.nouiſſimè,& Inſti. de ſucceſſio. cogna.§.vulgo.& d.l.ſi qua illuſtris, etſi à matre eſſet præteritus, vel exhæredatus poſſet agere querela inofficioſi teſtamenti. l. ſi ſuſpecta,§.fi.ff.de inoff.teſta.& ſicut ſuccedit matri,ſuccedit etiã in bonis cognatorum per lineam maternam. l.hac parte. l. Modeſtinus.d.l.ſi ſpurius.ff.vnde cogna.

† Sed dubium eſt,an ſpurius non natus ex damnato coitu ſuccedat coniunctis poſt lineam maternam,extantibus filiis legitimis, quando mater eſt illuſtris, & de hoc vide Cyn.in d.l.ſi qua illuſtris. Aut filius eſt natus ex damnato coitu, id eſt tali, qui de iure poſſit accuſari, & tunc non ſuccedit matri, nec coniunctis per lineam maternam.d.§.nouiſſimè, & ibi gloſ. & no.in d.l.hac parte,& l.ſi ſpurius.vbi ſicut ſpurius ſuccedit matri,ſuccedit etiã coniunctis ex latere materno. ergo vbi excluditur à ſucceſſione matris, excluditur etiam à ſucceſſione coniunctorum, per lineam maternam, & facit l.fi. C.de natura.libe. vbi quando filius repellitur à ſucceſſione patris, repellitur etiam à ſucceſſione coniunctorum per patrem. Et ex hoc infertur, † quòd natus ex presbytero, non ſuccedit patri, nec matri, nec cognatis patris,vel matris,cum talis coitus ſit damnatus, vt dictũ eſt, & per glo.in d.§.fina.& in d. §. nouiſſimè.& dicit Cardina. in d.c. cum haberet,ſe conſuluiſſe, quòd filia ſacerdotis non ſuccedit etiam matri,cum talis coitus ſit damnatus. An autem nati ex conſtituto in ſacris poſſint legitimari, dic quòd ſic auctoritate Papæ, vt per Hoſtien. in Sum. qui fil. ſint legiti.§.fina. Alexand.conſil.2. colum.4.volu.1.

† Et ſicut non ſuccedit ſpurius, ita & non valet donatio inter viuos facta ſpurio per patrem, † vel matrem: valeret tamen, ſi fieret ab alio, vt per gloſ. in d. §. fin. in Authen. quibus modis natura.effic.ſui.quæ eſt ſingularis, & per Calca.conſil.60. Deci. conſil. 111. colum. 2. niſi fieret per patrem, aut matrem donatio ex cauſa alimentorum, vel dotis, vt per Barto. in d.l. fina. de his qui. vt indi. & in authen. ex complexu. C. de inceſt.nupt. & no.in d.c.cum haberet,& ſupra dixi de hoc.

9 † An

Source : BIU Cujas

9 † An autem ſpuria, cui pater dedit dotem, poſſit de ea diſponere? & dic ꝙ non, nec ipſam trāſmittit ad hæredes, cum ſolùm dos ſuccedat loco alimentorum, & reuertitur filia mortua. l. j. C. de natura. libe. per Bald. in l. eam quam, colum. 10. verſ. pone, dicit. C. de fideicommiſſ. & conſi. 91. videtur quod electio, ad fin. vol. j. Calcane. conſi. 59. requiſitus iſtis diebus, & conſi. 60. indubitata, & conſil. 62. Deci. conſi. 311. colum. fina. Crauet. conſi. 186. præſens conſultatio, colum. fina. vol. 2. quod intelligitur, quando eſt dotata de bonis patris, vt per Barto. conſil. 111. Dominus Dominicus, & Nicol. de Vbal. in tracta. ſucceſſio. ab inteſta. car. mihi. 9. nu. 33.

Quid autem ſi mulier per vim fuit ſtuprata, an filius ei ſuccedat? 10 † & Bal. in d. l. ſi qua illuſtris, dicit quòd cum mater non poſſit accuſari de ſtupro, talis filius ei ſuccedet. Inſtitu. de ſucceſſio. cogna. §. vulgo. nam quæ vim paſſa eſt, non notatur infamia, l. j. §. remouet. ff. de poſtulan. ſicut dicitur de ea, quæ fuit adulterata per violentiam, & oppreſſionem, quia tunc non debet perde- 11 re dotem, † cum eidem oppreſſæ nihil poſſit imputari, nec adultera appellari, nec à marito dimitti poteſt. cap. puto, 32. q. 5. l. ſi vxor. §. ſi quid planè. ff. de adulte. l. fœdiſſimam. C. eodem titu. & per Bald. in l. eam quam, colum. 3. C. de fideicommiſſ. & facit l. vim paſſam. eod. titu. de adulte. & in c. propoſito. §. Lucretiam. 32. q. 5.

Et ex præmiſſis animaduertendum eſt quo ad prolem habendam conſiderandum eſſe, quòd ſola legitima ætas prolis eſt titulus decorus, quem debent parentes procurare per legitimum matrimonium, nam ex commixtione meretricum æſtimandū 12 eſt degeneres populos, † ignobiles, & furentes libidine, fore procreandos, vt ſcripſit Bonifacius Martyr Regi Anglorum, ſi gens Anglorum. 56. diſtinctio. & Sapien. 3. filii adulterorum in conſummatione erunt, & ab iniquo thoro ſeme exterminabitur, & ſi quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, & ſine honore erit nouiſſima ſenectus illorum, & ſi celerius defuncti fuerint, non habebunt ſpem, nec in die agnitionis allocutionem. Nationes enim iniquæ, diræ ſunt conſummationis, & ca. 4. Quàm pulchra eſt, caſta generatio cum claritate: immortalis eſt enim memoria illius, quoniam apud Deum nota eſt, & apud homines. & infra ſic ſpuria Vitulamina, non dabunt radices altas, nec ſtabile firmamentum collocabunt, alias excruciantur, & affliguntur patres habentes filios illegitimos, in quos non poſſunt fructus laborum ſuorum transferre, cum liber naturæ, & parentum votum ſit, vt ad bona patrum admittantur. l. ſcri- 13 pto, † in fi. ff. vnde libe. & hoc in ipſis Eccleſiaſticis locum habet, quorum filii ne dum repelluntur à dignitatibus, & officiis temporalibus. l. honor. §. de honoribus. in verbo, cōditio natalium. ff. de munerib. & honorib. & notat. in d. authen. licet, & d. §. fin. in Authen. quibus modis natura. effic. & in clementina ſecunda, de magiſt. cum concord. ſed etiam repelluntur à dignitatibus Eccleſiaſticis, vnde nō poſſunt ad ſacros ordines promoueri. c. accedens, de purgati. canon. nec dignitatem, aut officium Eccleſiaſticum conſequi, abſq; diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ, & not. per gl. & Doct. in c. j. & 2. de fili. presbyte. & per to. tit. & no. in c. j. eo. tit. in 6. ſed & virtute diſpenſationis non poterunt obtinere beneficia in Eccleſiis, in quibus eorum patres fuerunt beneficiati, c. decorem, eodem titu.

Et ſubinde poſſunt Eccleſiaſtici hoc ſpeculo conſcientias eorum ornare, nam & quod ſeminant, eis metere non licet: etſi 14 meſſuerint, multum ſibi dedecoris † iſte fructus affert, nā ſi ſcortum puerum peperit, & ſibi decus afferret, & puero magnam iniuriam, qui propter patrem nothus, & ignobilis natus erit, cui etiam ſi innumeras pecunias relinquent, hoc tamen adhærebit, vt ignominioſus ſit in domo, in vrbe, & quocunque ierit, notam ſecum affert: quin & ex eius ignominia, patres quoq; ignominioſi erunt propter ſobolem reprobam, & damnatam: & nō ſolum in vita, ſed & poſt mortem, & manebunt poſt ipſum turpitudinis ſuæ monumēta, & ſe ipſum, & quę inde oriuntur, omnia dedecore ſunt affecta, quia ſola legitimitas dicitur titulus decorus, & qui ſpretis legalibus connubiis, luxuriando inſtar Sodomiticæ gentis, fœdum vitam duxerit, de tali commixtione meretricum, extimandum eſt degeneres fore procreandos. d. c. ſi gens Anglorum. 56. diſtinctio. & dicitur in Authen. de nupt. in princip. per ſolos legitimos filios perpetuari genus humanum. Hæc, quæ proximè dixi, intelligenda ſunt de illis filiis illegiti- 15 mis, qui paternæ incontinentiæ imitatores fuerint, † ſecus ſi morum honeſtas eos commendabiles fecerit exemplis, & auctoritatibus. hinc Auguſtinus ait, Vndecunque homines naſcantur, ſi parentum vitia non ſectantur, honeſti, & ſalui erunt: ſemen enim hominis ex qualicunque homine Dei creatura eſt, & eo malè vtentibus, male erit, non ipſum aliquando malum erit. ſic 16 & delictum patris non nocet filio quo ad vitam æternam, † cap. vndecunque. 56. diſtinctio. cum gloſ. in verbo, ſic mali, & cap. nunquàm. cap. naſci. & ſequen. ea diſtinctio. & pulcher text. ibidem, in cap. Dominus, vbi dicit Hieronymus, quòd Dominus noſter Ieſus Chriſtus voluit nō ſolùm de alienigenis commixtionibus, ſed etiam de adulterinis naſci, nobis magnam fiduciā præſtans, vt qualicunque modo naſcamur, dum tamen veſtigia eius imitemur, ab ipſius corpore nō ſeparemur, cuius per fidem membra effecti ſumus: voluit enim deſcendere ex Dauide, qui fuit adulter, & homicida, & ſic dignatus eſt naſci non ſolùm de bonis, ſed etiam de malis, vt oſtenderet propter bonos, & malos conuertendos ſe in hunc mundum veniſſe, teſte Ambroſio; & ex ſpuriis, & nothis, qui fuerint laudatiſſimi, & ſapientiſſimi, vide Tiraquell. in tracta. de nobilitate, c. 15. nume. 30. cum ſequen. vſque in fin. & per Paleottum Bononienſem, in tracta. de nothis & ſpuriis, in fi.

Et apud ipſa quoque animalia bruta nota eſt caſta generatio: refert nanque Plinius lib. 5. natura. Hiſto. ꝙ Pſilli ſunt populi in Aphrica, quorum corpori ingenitum fuit virus exitiale ſerpentibus, & vt Solinus ait, ſoli morſibus anguium nō interibant, hi liberos protinus genitos ſerpentibus offerebant.

17 † Si partus adulter eſſet, mox interibant paruuli, ſi pudici, à morte paterni ſanguinis priuilegium tuebatur: Obediant igitur in ſacris conſtituti ſanctionibus Canonicis, & Eccleſiæ ſtatutis, nam ſola eſt obedientia, quę fidei meritum præſtat, ſine qua quiſ- 18 que infidelis conuincitur, † etiam ſi fidelis eſſe dicatur. c. ſciēdū, 8. q. j. & victimis pręponitur obedientia, quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò propria voluntas mactatur. j. Reg. 15. & j. q. 4. Eccleſia. §. item peccato Amachelitarum. & Eccleſiaſti. 4. in fi. immo per obedientiam quandoq; bonum intermittitur. 21. diſt. deniq;. 16. q. j. monachi. 10. q. 3. abſit. de maiori. & obe. c. illud, & in l. 3. §. in bello. ff. de re milit. abſintq; ab eis nedum nuptiæ, & concubinatus, ſed voluntas nubendi: eſt enim pudicitia, ornamentum nobilium, & exaltatio ignobilium, & decus religionis maximum.

SVMMARIVM.

1 *Fornicatio etiam laicis prohibita ſub pœna peccati mortalis, quod multipliciter probatur.*
2 *Concubinatus à iure canonico reprobatus, etiam non habenti vxorem, et quid de iure ciuili.*
3 *Concubinæ reprobatio, etiam habenti uxorem leproſam.*
4 *Fornicationem ſimplicem tenens non eſſe peccatum mortale, eſt hæreticus.*
5 *Concubinatus hodie etiam occultus prohibitus ipſo iure ciuili, & damnatus pro mortali crimine.*
6 *Poteſtas ſecularis eſt à Deo.*
7 *Dominia permittuntur à Deo, etiam peſſimis hominibus, & de cauſa.*
8 *Poteſtas ſingularis, an obliget, ſicut ſpiritualis in foro poli, quod latè pertractatur.*
9 *Deus propter malos flagellat bonos, quaſi per malleos.*
10 *Romani, quare olim permiſſi ſunt dominari.*
11 *Caſtitatem ſeruare perdifficile, poteſt tamen cum Dei adiutorio.*
12 *Caſtitatis ſeruandæ remedia quædam.*
13 *Ieiunium qualiter debeat fieri.*
14 *Cogendi aliquando ſunt ad bene operandum, qui pia verborū doctrina id peragere nolunt.*

CAP. VIII.

POſtquam oſtendimus crimen fornicationis, & concubinatus in Eccleſiaſticis graue eſſe, & ideo euitandum ab eis, idem dicendum eſt in laicis, nam & ipſi per ſimplicē fornicationem † incidunt in peccatum mortale, ducens ad mortem æternam, cle. ad noſtram, de hęreti. nec in foro conſcientiæ conſuetudo aliqua excuſat, c. denique. 4. diſtinctio. quia eſt contra præceptum Decalogi, non mechaberis, Exod. 20. & ca. non mechaberis, 32. q. 6. & Tobiæ. 4. attende tibi ab omni fornicatione præter vxorem tuam nunquam patiaris crimē. hæc enim dictio crimen, de ſui natura importat peccatum mortale. tex. in c. prædicandum. 22. q. j. verſic. de adulterio, & fornicatione, & homicidio, & de cæteris criminalibus vitiis, ergo concubitus præter vxorem, eſt peccatum mortale, nam & fornicationes morte plectebantur, Leuit. 18. & 20. & Tamar combuſta fuit, quia fornicatrix, Geneſ. 38. & Apoſto. ad Gala. 5. dicit, quòd qui talia agunt, Regnum Dei non poſſidebunt, & nemo excluditur à Regno Dei, niſi propter peccatum mortale, & Corinth. j. cap. 6. fugite fornicationem, & cap. 7. & 10. Ad fornicationem vitandum habeat vnuſquiſque vxorem ſuam. & Epheſi. 5. fornicatio non nominetur in vobis, ſicut decet viros ſanctos. & Theſſalonic. 4. Hebrę. 8. & fornicarii inter fideles vitandi à fidelibus. 1. Corinth. 5. & ne nominanda quidem fornicatio inter Chriſtianos. & Apocalip. 21. Ioannes fornicatorum partem cum veneficis Idolatrisque futuram eſſe in ſtagno ignis, & ſulphure ardenti.

Et quòd ſimplex fornicatio ſit peccatum mortale, tenet Aſtē. in Sum. lib. 2. titu. 46. articu. 2. vbi dicit hoc firmiter eſſe tenendum, quod fornicatio ſit peccatum mortale. hinc eſt quòd fornicari nulli impunè conceditur. cap. fornicari. 88. diſtinctio. ca. nubendi, in fin. 37. q. j. & ipſo quoque iure canonico concubinatus eſt improbatus etiam non habenti vxorem. c. nemo ſibi blā-

diatur.

Source : BIU Cujas

diatur.capitu. dicat aliquis trigeſimaſecunda quæſtione quar-
2 ta.& capitu.concubinæ,eadem quæſt.& capitu. ſi non concu-
binæ,de ſententia excommunicat.nam inuentum eſt matri-
monium, vt euitetur hæc ſimplex fornicatio inter ſolutum,
& ſolutam.capitu.nerui.decimatertia diſtinctio. tradit Anan.
in rubric.de adulter.vbi examinat,quid de iure ciuili Codicis,
& nota.in capitu.inter opera,de ſponſali.vbi dom.Abb. in gl.
prima.in fi.dicit,quod fornicatio cum meretrice, vel concubi
na eſt peccatum mortale,& iure diuino prohibita,licet, (vt ip
ſe dicit) quidam vulgares,& ignorantes credunt oppoſitum,
quod dicit eſſe falſum,& authenti.& nota.gloſſ.in l.libere, in
verbo intelligendæ in fi.ff.de ritu nupt. & per doctor. in auct.
licet.C.de natur.liber.& per Auguſti.ad Claudium contra Iu
lianum,lib.quinto tranſumptiuè in capitu. ſic non trigeſima-
ſecunda quæſtione quarta.vbi expreſſe dicitur, quod fornica
tio ſimplex in ſcriptura ſacra prohibetur, & ibi Archidiaco.
declarat,quid ſit fornicatio ſimplex, & quid duplex, & idem
Auguſti.in capitulo audite cariſſimi,trigeſimaquarta diſtinct.
dicit,concubinas vobis habere non licet, etiam ſi non habe
tis vxores,& ſacerdos dando pœnitentiam in confeſſione,nõ
poteſt permittere retinere concubinam, quod dictum extol-
lit Iaſo.in l ex ea parte.§. mulier,vbi etiam Aretin.ff. de verbo
rum obligation.in ſecundo nota.in fi.per glo.in §.ſi vero, fu-
turus Diabolus in auct.de ſanctis.Epiſco.immo ſacerdos non
poteſt abſoluere Concubinarium,ſi non abiiciat concubinã.
cap.legatur.24.q.2.& vide Bar.in l.in concubinatu.ff. de con-
cu.reſpectu pœnæ ſpiritualis.

3 Et quò ad ius canonicum in tantum reprobatur concubi-
natus,quod non licet eam tenere,quamuis vxor eſſet leproſa.
capitu.primo,de coniugio leproſo, & qui contrarium perti-
naciter teneret, quod ſcilicet fornicatio ſimplex non ſit pec-
4 catum mortale,eſſet hæreticus. Cacialup.in repeti l. ſi qua il-
luſtris.columna 11.C.ad orphicia. & vi. Ioan.de Anan. in
capitulo qualiter, & quando.§. ad corrigendos. columna ſepti-
ma de accuſati.Ioan.Fabri & Ang.inſtit.de Patr.Poteſt. in fin.
principii.

Et de hoc vi.per Hoſt.in capitu.lator, qui filii ſint legitimi.
Ioan.Andr.in regula ſine culpa,de reguis.inr.in ſexto.in mer-
curialibus,dom.Anto.in capit.cum ſit generale, columna pe-
nultima.de foro competen.Archi.in capi.fertur.prima queſt.
prima Exod. 20.& trigeſimaſecunda quæſtione ſexta.non mę
chaberis,& quæſtione ſeptima.ſunt in fornicatione, & capit.
adulterii.Deutero.vigeſimoſecundo.& primo Corinth.6.He
bre.decimatertia.Ephe.v.& 1.Petr.Apocalip.vigeſimoprimo.
Sanct.Tho.ſecunda ſecundæ.quæſti.153.articu.4. per gloſſ. in
clemen ad noſtram de hæreti.& 50.diſt.ſanctitas tua.

5 Et videtur,quod etiam hodie de iure ciuili, quicunque con
cubinatus,quàm vis ſimplex,& occultus ſit prohibitus, & dã-
natus pro peccato mortali,ut tenet Guilel.in c.Raynutius. in
verſi.& vxorem nomine Adelaſiam nume.113.qui allegat ad
hoc tex.in cap.primo.in princi.de filiis natis ex matri. ad mor
gani contracto,quem dicit ſingularem, vbi quidam poſt mor
tem coniugis continere non valens, aliam duxit, qui nolens
exiſtere in peccato mortali,eam deſponſauit, ergo peccatum
erat ante diſpenſationem carnaliter cognoſcere mulierem,
& allegat Ioan.Fab.inſtitu.ſi quadrupl. pauper. fe. dica. vbi vi-
dendum.

Ex quo infertur,quod huius criminis tranſgreſſores in fo-
ro conſcientiæ ſint rei culpæ, vltra præmiſſa, ſi hodie de iure
ciuili quoque ſit tale crimen prohibitum, quod videtur diffi-
cile.

6 Vt ſæcularis poteſtas obliget,ſicut ſpiritualis in foro poli,
& quod bis puniatur quis pro eodem delicto, ſcilicet in hoc
10 mundo,per principes modis quibus ſupra, & in alio ſeculo p
ipſum ſummum Deum,quod videtur contra no.in l. ſenatus.
& in l.in eum in fin.ff.de accuſati & in l.prima §.qui aduerſo.
ff.de poſtulan.& nota.& in capitu.de his de accuſati. & vigeſi-
maſeptima quæſtione prima.virginibus. Nihilominus prædi-
cta concluſio eſt vera, quod leges ciuiles ligant etiam in foro
animæ,vt per And.de Iſer.in capi.1.§.primo de pace iur. fir.&
leges ciuiles, quæ non continent in ſe peccatum, ſunt obſer-
uandæ in foro pęnitentiali & animæ,& iſta eſt communis cõ
cluſio,teſtatur dom.Abb.in proęmio.decretal.columna ſecũ
da quæſtio.ſecunda.& in capitu.primo colum.2. de conſtitut.
vbi per omnes,& in capi.ſecundo.de teſtamen. & in cap. ple-
rique in 3.columna.de immunitate eccle.ſimiliter ſtatuta lai-
corum ſunt ſeruanda in foro conſcientiæ,glo.ordina.in capi.
quæ in eccleſiarum in gloſ.1.eodem titu.vbi Bald. colum.1.&
dicit non reperiri alibi,ſed eſt ſimilis glo. in capit. 2. in verbo
ſententiis.eodem titu.lib.6.vbi etiam bon.tex.ibi, vt animarũ
periculis,Innoc.Anton.Abb.& alii in dicto capit. plerique,&
In noc.in rubri.de conſuetu.ad fi vbi etiam de conſuetudine,
& in capitu.dignum de homicid.Ioan.And. & Calderi. in ca.
quamquam de vſur.in vj.Federi.de Senis in conſi.21. nũquid
hæres extraneus.Pet.de Ancha.conſi.14.& in d.c.1. de conſti.
vbi Abb.col.3.& Fely.col.13.& Dec.col.7.in 1.lect.San. Tho.
in 2.par.ſum.q.96.art.6.

Nam fulcitur hæc concluſio auctoritate Apoſtoli. Roma.
14.omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non
enim eſt poteſtas niſi à Deo,quæ autem ſunt à Deo ordinata
ſunt,Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit, ipſi
ſibi damnationem acquirunt,& infra,ideo neceſſitate ſubditi
eſtote,non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcien-
tiam ſic oſtendit,quod leges principum ſecularium obligant
ſub pœna peccati,& culpæ,ſicut leges Eccleſiaſticæ, vt in illis
verbis,ipſi ſibi damnationem acquirunt, cum nemo incurrat
in damnationem,niſi propter culpam,& ex eo, quod dicit po
teſtatem eſſe à Deo,& habetur 13.quæſtione tertia.qui reſiſtit
per Hoſtien.in capitu.quod ſuper de voto, Abb.in capitu. no-
uit columna quinta.& ſequen.vbi & Fely.& alii de iud.Oldra.
7 conſil.180.columna penultima, ſed ſi poteſtas ſecularis eſt à
Deo,eodem modo obligat ſicut diuina,etenim lex humana,
licet per principem ſecularem lata, eſt tamen ex poteſtate,&
auctoritate Dei hominibus conceſſa,8.diſtinct.capitu.quo iu
re, & Dei opus dicitur, quod mediantibus quoque ſecun-
dis cauſis efficitur, Dixit enim Prouerbiorum octauo;
Per me Reges regnant, & legum conditores iura decernunt:
per me principes imperant,& potentes decernunt iuſtitiam.
& Sapien.6.Audite ergo Reges,& intelligite,& infra, quoniã
data eſt à Domino poteſtas vobis,& Apoſto. loco citato oſtẽ
dit quod obediens principibus non eis,ſed Deo, illos ſubiicit,
qa non dixit,non enim princeps eſt niſi à Deo,ſed,non enim
poteſtas eſt,niſi à Deo,quia non omnis princeps ab ipſo Deo
conſtitutus eſt,nam videmus plures Reges malos fuiſſe, & p-
miſſos dominari,vt legitur de Saule primo Rege Iſrael.primo
Reg.vltimo,De Abſalono filio Dauid,qui contra patrem in-
ſurrexit,& ſe Regem fraudulenter conſtituens, per Ioab occi
ſus eſt,ſecundo Reg.14.cum ſequentibus, De Acab Rege im-
piiſſimo,tertio Reg.21.Zachariæ.quarto Reg.15. Sennacherib
Rege Aſſyriorum,qui Dominum Iſrael blaſphemauit, & alia
habentur de eo nephanda.quarto Reg.19.& de pluribus aliis,
qui fuerunt peſſimi Reges,& Imperatores,quib. permiſſa fue-
runt dominia ad refrenandam hominum malitiam, ut Eſaiæ
8 10.Virga furoris mei aſſur,& de his habes in capitu. remittun-
tur.23.quæſtione quinta.& c.non fruſtra,& diſtinctio.4.cap.fa
ctæ ſunt leges,& patet ex eo,quod dixit Dominus noſter Pila
to,non haberes poteſtatem aduerſus me vllam, niſi tibi datũ
eſſet deſuper.

Et Reges quandoq; dantur à Deo, vt magis ſint deſtructo-
res populi,quàm Rectores,iuxta illud Oſeæ 6.dabo vobis Re-
gem in furore meo,& hoc propter peccata populi, & Iob trige-
ſimooctauo.Regnare fecit hypocritam propter peccata po-
puli,& ſexta quæſtione prima,capitu.ex merito,permittitque
DEVS Diabolum tentare bonos per malos, & per ipſos qua-
ſi malleos flagellat bonos, nam & contra Prophetas, excita-
uit pſeudo prophetas,contra Apoſtolos pſeudo Apoſtolos,
9 contra ſanctos,Tyrannos,cõtra eccleſiam hæreticos, ut agni
ta veritate conuertantur,& faciat Dominus cum tentatione
prouentum,de quibus Auguſti.de Ciui. DEI libro decimo-
octauo capitu.quinquageſimoprimo.& no.in capi.magnum.
11.quæſtione prima.& de Cyro,qui ordinatione DEI eleua-
tus fuit in Regnum,ad deſtructionem Caldæorum, & libera-
tionem Iudæorum.Eſaiæ 45.hæc dicit Dominus, CHRISTO
meo Cyro cuius apprehẽdi dexteram, vt ſubiiciam ante faciẽ
eius gentes,& dorſa Regum vertam.

Sicut quandoque propter iuſtitiam principum,& eius opti
10 mas leges id permiſſum eſt, & propter amorem patriæ, vt de
Romanis tradit Sanctus Thom.libro tertio de Regimi.princ.
quod imperium fuit à DEO traditum, quod tamen non eſt
intelligendum,vt ex traditione, aut inſtitutione diuina habe-
rent Imperium,prout tradit Auguſti.de ciuitate Dei libr. 18.
ſed quod prouidentia diuina,vt conſequerentur orbis Impe-
rium,ſcilicet alio iure,vel iuſti belli,aut alia ratione,& non ſi-
cut Saul,& Dauid,qui habuerunt à Deo.

Ex quibus ſatis poteſt inferri,quod leges quoque Principũ
ſecularium obligant ſub pœna peccati,& culpæ, ſed ad quam
culpam obligent leges humanæ, Hoc puto arbitrandum ſecũ
dum grauitatem,& leuitatem delicti, & ſecundum id obligẽt
ad mortalem, vel venialem.

Sed tũc lex ciuilis, & canonica ſeruãda eſt in foro conſcien
tiæ,quando eſt iuxta,& facta ab habẽte poteſtatem, & fundat
ſe ſuper certo,vt per docto.in dicto capit.quæ in eccleſiarum,
de conſtitut.ſuper gloſſ.in verbo iure poli, & Piſanela in ver-
bo lex.§. vtrum leges humanæ, & per alios ſummiſtas, & ibi
quando dicatur iuſta,vel iniuſta, & no.in dicto capi.1. de con-
ſtitu.vbi eſt locus ſuus.

Quod an procedat in legibus Principum infidelium in eorũ
terris,q̃ non ſunt approbatæ per eccleſiã, puto hoc pẽdere ab

Source : BIU Cujas

illa quæstione, de qua per doctor. in capi. quod super de voto, an scilicet apud infideles sit vera iurisdictio, & dominium, & quæ sit potior opinio, an Innocentij, an vero Hostiensis ibi, de quo dixi in tracta. meo, de Iudæis & aliis infidelibus par 2. ca. 6 nume. 26. circa quæ me semper subiicio decretis sanctæ matris Ecclesiæ.

Vitanda igitur est fœda hæc commixtio coitus reprobi, nec immeritò quidem, cum & nullum flagitium sit magis coinquinans hominis existimationem, nam & qui fornicatur, in corpus suum peccat, cum tamen omne peccatum, quodcunque fecerit homo, sit extra corpus, vt per Apost. 1. Corinth. 6. &
11 licet sit difficile, castitatem enim seruare est per viam arctissimam, & difficilem incedere. trigesimatertia quæstione quinta. tunc saluabitur, & pauci inueniantur sine carnali vitio. 50. distinctio quia tua in fin. pro ea tamen seruanda orādum est, cum aliter haberi non possit vigesimaoctaua distinc. c. de his, cum & nemo gloriari se possit castum sine diuino auxilio, de pœn. dist. 2. si enim.

12 Dantur nihilominus quædam cautiones ad coercendam libidinis petulantiam, vt si muliebres aspectus, fœminarum cōsortia, crapulam, somnum profusum, ocia, cogitationes prauas, turpia colloquia, spectacula lasciuia, & occasiones mali, nimium vini potum vitauerimus, proderūt & labores, & corporis fatigationes, ieiunia, confessiones crebræ, vigiliæ, & meditationes, contemplationes mortis cogitationes passionis Christi frequens memoria, animi solicitudines, orationes, legis Euāgelicæ, & aliarum scripturarum diuinarum lectiones, omissis Poetarum fabulis, colloquiis impudicis, & lasciuis cōcentibus, choreis, petulantibus saltationibus, hæc poterunt aliquantum furores libidinis frenare, sed adhuc ope diuina egemus, & multum proderit, si perpensa in nos Christi dilectione, ipsius intuitu, & amore resistamus tentationi, animo intēso rependendi dilectionem cum dilectore, & ipse Pius non sinet nos vltra vires tentari, i. Corinth. 2. Psal. 26. & 133. Matth. 26. 2. Pet. 2.

Et quod dixi de ieiunio, & cibi abstinentia id velim sanè intelligi, non declinando ad dextram, siue ad sinistram, prout vidi quosdam præ nimia abstinentia in morbos incidisse, sicut
13 enim in gulæ intemperantiam declinare graue est, & periculosum, ita per nimiam abstinentiam corpus atterere omni profectò ratione caret, secundum Basilium, neque enim abstinere a voluptatibus gulæ per se expetendum est, sed quia ad virtutis acquisitionem confert, quòd si illud cuius gratia, ciborū abstinentiam elegimus, per immoderatam negligamus inędiam, contra atque instituimus, agimus, nam fracto, contritoque instrumento, neque Deo inhærere per lectionis, & orationis studium possumus, neque ad fratrum beneficentiam, humanitatis officium exequi, impossibile est enim nisi famulatum corporis ad Philosophiam obtemperātem habeamus vel diuinis lectionibus operam dare, vel mente, in corpore ęgro, languente orationi conuenienti insistere.

Et profectò qui ingenuos habent animos ad seruandam continentiam præmissis medijs, & Deo Duce, abstinebunt se de facili à dicto concubinatus crimine, & vitio fornicationis si noluerint corda eorum obdurare. Nam illi solum, qui a natura iustis persuasionibus, & verborum pia doctrina duci ne-
14 queunt, necesse est sub iugo ponere, & legum austeritate coercere, vt docet Philosophus 10. Ethicorum. nam per hūc modum coacti, recta operantes, virtutum actibus assuefaciendo, tandem in bonos Viros euadunt, vt idem Philosop. tradit. ij. Ethicorum ex eo enim, quòd multotiens agitur secundum rationem, imprimitur forma rationis in vi appetitiua, quæ impressio nihil aliud est, quàm virtus moralis, ad quæ sexta vigesimatertia quæstione sexta. capi. scismatici, & capitu. fin. & eadem ca. quæstione quarta capitu. quis nos, & ibi Archidiac. & capi. ipsa pietas, & capit. in vnum in princip. vbi de frenetico, quem medici ligant, & filio indisciplinato coercendo, & discipulo corrigendo, & in capi. displicet eadem quæstione. versicu. si voluntas, Item qui in viis, & sæpibus inueniuntur, cogūtur intrare, & septuagesimasexta distinctio. capitulo primo. in fin. & Paulus ad veritatem fuit coactus, eadem quæstio. capit. nimium, & medicus vulnera secat. 87. distinctio. plurimos in fin. & prima quæstione prima. reperiuntur. decimasexta quęst. prima. in Canonibus.

SVMMARIVM.

1 *Concubinam, an licitum sit habere eam, quam coniugali affectu detinet, et datur intellectus ad c. is qui non habet. dist. 34.*
2 *Concubinæ qualiter habebantur, de quibus legitur in veteri testamento, etsi erant vxores.*
3 *Vxores in scripturis sacris, quandoque appellabantur concubinæ.*
4 *Platonis opinio circa fornicationem.*
5 *Meretricum artes, & Ludibria.*
6 *Mulieri nequaquam fidendum.*
7 *Plauti documenta contra meretrices, &*
8 *Philonis contra easdem.*
9 *Homo brutis diuersimodè comparatur secundum uitia, quibus delectatur. ex Chrisostomo, & Basilio magno.*
10 *Arcam fœderis Domini olim portantes omni immunditia carebant.*

Caput nonum.



1 VERVM quia non desunt qui ea quæ de concubinis dicta sunt, impugnare conātur, ex eo quod legitur in c. is qui non habet distinct. 34. Dum ibi dicitur, is qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet, à communione non repellatur, dummodo vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ sit coniunctione contētus, ideo ad illum textum respondetur, quod non obstat præmissis cōclusionibus veris, & approbatis, vt supra latè conclusum est, nam in eo text. non accipitur cōcubina pro scorto, sed pro ea, quā habet quis pro vxore, & coniugali affectu, & incontinentiæ solius concubitus causa copulantur, ea fide media, vt nec ille cum altera id faciat, nec illa cum altero, sed quia volunt ita pmanere vsque ad mortem, non euitando prolem, nam tales non fornicarii, sed coniuges appellantur. capitu. concubinæ, capi. solet quæri. 32. q. 2. & hanc coniunctionem Augustinus appellat coniugium in libro de bono coniugali non autē fornicationem, qui quidem concubitus, etsi carere culpa non videatur, venia tamen dignus iudicatur, nam per consensum talem vxor est, quamuis deficiant solemnitates nuptiales, & cōcubinam lex nominet, prout legitur in veteri testamento, aliquos habuisse concubinas, quos necesse sit à peccato morta-
2 li excusare, oportet eas esse matrimonio coniunctas, & tamē concubinas vocari, quia aliquid habebant de ratione vxoris, & aliquid de ratione concubinæ, secundum enim quòd matrimonium ordinatur ad suum principalem finem, qui est bonum prolis vxor viro coniungitur, *insolubili coniunctione*, vel saltem diuturna, & contra hoc nunquam fuit dispensatū, sed quantum ad secundum finem, qui est dispensatio familiæ vel gubernatio, vel communicatio operum. coniungitur vt socia, & in hoc fuit dispensatum, vt non essent principales in gubernatione, & quantum ad hoc dicebantur concubinæ, sic
3 & vxores Abraam, præter Sarram, (quæ præcipua fuerat) dictę sunt cōcubinæ, & Iudit. 19. vxor appellatur concubina, ibi, habeo filiam virginem, & sic homo habet concubinam, quæ tamen erat vxor illius, & inferius, quod cernens homo, eduxit ad eos concubinam suam, & eis tradidit illudendam, intelligendo de vxore, adeo quod remanet verum, quod supra conclusum est de fornicatione, & concubinatu.

Et Plato, licet gentilis, simplicem fornicationem acriter dā nauit, dum dicit, qui benè, beatęque viuere vult, non modo
4 à maribus, sed etiam a mulieris innuptæ nepharia libidine abstinere debet, nec aliam quam suam quemquam vxorem cōtingere nephandum esse affirmans, spurios procreare, & genitale semen mandare meretricibus, quæ tantisper earū blanditijs fouentes, amantes homines, quàm diu quod rapiant, vidēt, & vbi defuerint munera, deficit & meretricius amor, iuxta illud.

Thaida si quis amat, sua non se, credat amari.
Thais amore carens, munus amantis amat.

5 Et nil aliud agunt, aut curant, quàm quomodo ab amatoribus vltra quàm fas est, accipiatur & eos deglubant, de quib. prouerbio. v. sic ait, ne intenderis fallaciæ mulieris, fauus distillans labia eius, & nitidius oleo guttur eius, nouissima autem eius amara, sicut absinthium, lingua eius quasi gladius biceps, pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos penetrant, & per semitam vitæ non ambulant, vagi sunt gressus eius, & inuestigabiles, & omnes qui ingrediuntur, ad eam non reuertūtur, & prouerb. 7. sic ecce occurrit illi mulier in ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas, garrula, & vaga, quietis impaciens nec valens in domo consistere pedib. suis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians, apprehensumque deosculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur, dicens, victimas pro salute deuoui, hodie & reddidi vota mea, Iccirco egressa sum in occursum tuum, desideraui te videre, & reperi, & infra sacculum pecuniæ secum tulit, in die plenæ lunæ reuersurus est. in domum suam, irretiuit eum multis sermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum, statim eam sequitur, quasi bos ductus ad victimā, & quasi agnus lasciuiēs, & ignorans, & nescit quod ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius.

Hoc

Source : BIU Cujas

Hoc viſco calidiſſimus Cacodemon animas, vti incautas auiculas aucupatur, prout per fœminam primum parentem noſtrum decepit & hac potiſſimum eſca de miſeris animabus ducit triumphos.

6 Et ſapienter ſcriptum eſt eccleſiaſtici ix. nõ Zeles mulierem ſinus tui, ne oſtendat ſuper te malitiam doctrinæ nequam, non des mulieri poteſtatem animæ tuæ, ne ingrediat in virtute tua, & confundaris, ne reſpicias mulierem multiuolam, nè fortè incidas in laqueos illius, cum ſaltatrice ne ſis aſſiduus, nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia illius, virginem nè conſpicias, ne fortè ſcãdalizeris in decore illius, & infra. auerte faciem tuã à muliere corrupta, & propter ſpeciem mulieris multi pereunt, & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit.

Et non omittam quæ de meretrice in milite glorioſo Plautus ſcriptum reliquit, dum ait.

7 Os habet, linguam, perfidiam, malitiam, atque audaciam.
Confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam.
Qui arguat ſe, eum contra vincat iureiurando ſuo.
Domi habet animum falſiloquum, falſificum falſi iurium.
Domi dolos. Dolenifica facta, domi fallacias.
Nam mulier olitori nunquam ſupplicat, ſi qua eſt mala.
Domi habet hortum, & condimenta, ad omnia molis mellifica.
Et idem in mercatore ponit, quæ vitia amorem ſequantur, ſic.
Nam amorem hæc cuncta vitia ſectari ſolent.
Cura, ægritudo, dolor: nimiaq; elegantia.
Hæc non illum modo qui amat, ſed quemq; attigit.
Magno atque ſolido mulctat infortunio.
Nec pol profectò quiſquam ſine grandi malo.
Præterquam res patitur, ſtudet elegantiæ.
Sed amori accedunt etiam vltra hæc quæ diximus.
Inſomnia, ærumna, error, & terror: & fuga.
Ineptia, ſtultitiaq;, adeo & temeritas.
Incogitantia, excors immodeſtia.
Petulantia, cupiditas, & maleuolentia.
Inhæret etiam auiditas, Deſidia, iniuria.
Inopia, contumelia, & diſpendium.
Multiloquium, pauciloquium, hoc ideo fit, quia.
Quæ nihil attingunt ad rem, nec ſumptus videt. &c.

Sed contra Meretrices addam hæc ex Philone.

8 Ad nos accedunt cum ornatu meretricio, fracto inceſſu prę mollicie, obtutu laſciuo, inuncans animas iuuenum, temeritatem, & impudentiam præferẽs in oculis, elata ceruice ſupra natiuam ſtaturam, aſſurgens, ridens, cachinnabundaq́ue, calamiſtrata & cincinatula, fucata faciem, pictis ſuperciliis, recens lota, purpuriſſata, precioſo, floridoq́ue amicta palliolo, aureis, gẽmarisq́ue armillis ſuperba, & murenulis mundoq́ue muliebri cæterum ſpirans vnguenta fragrãtiſſima, nõ tam domum ſuã, quàm compita, foraq́ue diligens, petulans, ſuæ formæ prodiga, aſciticiæ vero auida, & cum ea pediſſequæ domeſticæ, Vafricia, iniuſtitia, nequitia, quibus ſtipata more principis, his pertentant animum, & nos in baratrum adducunt, hiſce retibus, hamis, & eſcis.

Accedat præmiſſis, quod plures ſancti viri, libidinoſos, porcos appellant, & brutis eos comparant, vt Chriſoſtomus in ſermone de cruce Dominica, cuius ſententiam, & Baſilii mag. hic volui tranſcribere ad exemplum bene viuẽdi. Dicit enim Chriſoſtomus vbi ſupra.

9 Qui vitam ſuam cœnoſæ libidini, & voluptatibus ſæculi mãciparunt, porci ſunt, canes vero omnes hæretici, qui cõtra creatorem ſuum blaſphemiarum extendunt eloquia, piſcium ſimiliter naturam aſſumunt, qui mutuo ſe vorant, & minor apud illos pabulum eſt maiorum, etſi quando contigerit, ut eum qui minorem ſeparauerit, alius inſequitur, ſub vnum poſtea includuntur alium, ſic homines faciunt in poteſtate cõſtituti, ſuper inferiores, quid à poſtremo piſce differt is, qui præ ingluuioſa diuitiarum cupiditate inexplebilis auaritiæ ſuæ finibus, debiles abſcondit, illa habebat quæ pauperis fuerunt, tu ipſum correptum, partem tuæ ipſius opulentiæ feciſti, iniuſtis iniuſtior apparuiſti, & auarior auaris, vide ne te idem finis, qui piſces, maneat, hamus videlicet, ac rete, aut aſſa, oĩno enim & nos multis iniuſtorum factis perpetratis, vltimam pœnam nõ effugiemus, & dum naturam brutorum induimus, ſimilesq́; illis efficimur, poſſumus per ſimilitudinem in bruta transformari.

Homo namq́ue ad vitia procliuis, & ad DEVM minimè reſpiciens, brutis comparatur, de quo magnus Baſilius ita ſcriptũ reliquit, qui velox eſt ad contumeliam, & iniurias, non nè eſt ſcorpius? qui clam ad vindictam concitatur, non nè eſt vipera fœuior? Auarus, non eſt lupus rapax? mulierum amore furens, non eſt equus inſaniens? Equiparatur ſuperbus, Gallo, elegans, pauoni, laſciuus, columbæ, doloſus & Zelotipus, perdici, vel qñ que Leoni, vt Eccleſiaſt. 4. noli eſſe quaſi leo in domo, & ita intelligenda eſt Metamorphoſis illa hominum, de qua Pytagoras, & Plato meminit in brutorum corpora, ſ. ſecundum ſimilitudinem peccatorum, nam aliud corpus, quàm humanum, animam non capere humanam firmat etiam Triſmegiſtus, ſed & ipſe quoq; perfidus Macomethes in ore frequenter habuiſſe fertur, qui à diuina lege recedit, brutum euadit.

Sed & propius ad rem noſtram de libidine, vide quid dicat Chriſoſt. in caput 8. Math. homilia 29. litera L.

Quid enim luxuria corruptus, atque petulans, qui ad omnẽ corporis formam hiſcit, à Dęmoniaco differt? non videtur nudus ambulare, ſed corporeis quidem veſtibus amictus eſt, veris autem veſtimentis priuatus, ſumma hominis gloria caret, non lapidibus ſe ipſum cedit, ſed celeribus, quæ lapidibus duriora, aſperioraq́ue ſunt. Quis igitur hunc hominem iuuare poterit? Quis eum a petulantia remouebit? Quis ei perſuadebit, vt laſciuiam aſpernet? Quo fit, vt nunquam ſit in ſe ipſo, ſed ſemper in ſepulchris verſetur, ſepulchra ſunt profectò meretricum diuerſoria, cum multo fœtore, multa putredine, multa immunditia repleta.

Et videmus, quod olim in veteri lege, deſtinati ad portandum Arcam fœderis Domini debebant ab omni immunditia
10 fornicationis mundari, & ſanctificari. j. Reg. 7. ſanctificarunt Eleazarum, vt cuſtodiret Arcam Domini, & primo Paralipo. 15. ſanctificati ſunt ſacerdotes, & Leuitæ, vt portarent Arcam Domini. & quod legitur Exo. 19. & 21. qui incenſum, & panes offerunt DEO ſuo, ſancti erunt.

SVMMARIVM.

1 *Lupanaria quare concedantur in Terris Chriſtianorum.*

Caput decimum.

1 IT ſi dicatur, quod lupanaria conceduntur vbique in Terris Chriſtianorum, in quibus publicè committuntur fornicationes, reſpondetur, quòd hoc ideo eſt, quia Eccleſia quandoque tolerat minus malum, vt euitetur maius malum, vt not. in cap. in præſentia, extra de ſponſali. & per Anchar. conſilio 242. columna prima & tolerat quandoque minus malum ſub diſſimulatione cauſa maioris mali euitandi, & talis tolerantia vocatur cõceſſio impunitatis, & comparatiua permiſſio, quando permittit vnum malum, vt maius malum vitetur, & comparato vno malo ad aliud, illud quod eſt minus permittitur, vt declarat gl. in c. denique in verbo venia, & ibi Domini. 4. diſtinctio. vbi declarat, quid ſit iſta permiſſio comparatiua ſuper gloſſ. in verbo peiorem, permittuntur ergo poſtribula, & lupanaria, vt vitentur adulteria, raptus, & ſodomiæ, & alia carnis vitia, & per gloſſ. & doctores. in capitu. inter opera de ſponſali. & text. in capitulo cum iamdudum, de præbend. dicit, quod multa per patientiam tolerantur, quæ ſi in iudicium deducerentur, caſſarentur, iſtæ tamen comparatiuæ permiſſiones non excuſant a peccato, quia licet excuſent à pęna, non tamen à culpa, vt per gl. & docto. in dicto ca. denique, non tamen expreſſe conſentit Eccleſia dictæ turpitudini, quia non licet conſentire malo cauſa maioris mali euitandi, & potius debemus omnia mala pati, quàm malo conſentire per gl. 22. q. j. ſi qua monachorum, c. ita nè. 32. q. 5 & c. ſacris, quod metus cau. nec poſſet Papa, aut Imperator, vel alius princeps meretrices conducere, vel permittere, quod conducantur, cum non poſſit præbere auctoritatem peccato committendo, licet diſſimulare ſic, & pœnam non infligere delinquentibus, vt tradit Io. Andr. in regula peccatum, in 3. articulo in mercuria. lib. 6. & nec lex ipſa ciuilis fauet meretricibus, nec exactioni illius turpis quæſtus aſſiſtit, vt per Bar. in l. generaliter. ff. de verb. obl. per Bal. Ang. Pau. de Caſt. Iaſ. in l. 4. §. ſed quod meretrici. ff. de condi. ob turp. cau. Bal. in l. 1. C. eod. titu. & Auguſt. in lib. de ordine, dicit, aufer meretrices à rebus humanis, & turbabis omnia libidinibus, & quæ tradit S. Tho. 2. 2. q. 10. arti. 2. c. permittuntur.

SVMMARIVM.

1 *Correctio facilius admittitur, vbi publicus eſt exceſſus.*
2 *Ludus cartarum inuentus a Diabolo, & quot mala ex eo proueniant.*
3 *Ludi inſpectio clericis prohibetur.*
4 *Luſores appellantur pagani, et deteriores quàm latrones, etiam ab ethnicis.*
5 *Ludus connumeratur inter crimina.*
6 *Ludus ad Taxillos quod malorum ſit cauſa.*
7 *Pęna clerici aleatoris quæ ſit.*
8 *Principes non prohibentes ludos, tenentur ad reſtitutionem.*

Source : BIU Cujas

9 *Ludi plures permissi recreationis causa.*
10 *Ludi quales esse debeant.*
11 *Principes hortantur ad ludos prohibitos arcendum.*

Caput vndecimum.

VIdimus supra de crimine fornicationis,& concubinatus,& quam sit damnosum tam clericis,quàm laicis & tam quo ad pœnas temporales,& in foro fori, q̃ in foro poli,sed quia cõiter solet vbique exerceri ludus quidam noxius,& exitialis, qui vulgo dicitur ludus ad charras, operæ precium mihi visum est, cum talis excessus sit publicus, animaduertere omnes eo vtentes, vt à tam enormi scelere se abstineant,& ad hoc moueor zelo tantum charitatis, prout q-
1 libet Christi fidelis tenetur,nam in excessibus publicis facilius admittitur correctio.ij.q.7.sicuti & capitu.Paulus,ad Galath.2. Dico ergo,quod ludus iste prohibitus est,cum innitatur virib.
2 fortunæ,iuxta no.per Azo.in summ.C.de religio.& fuit inuentus à Diabolo.51.dist.cum sit esca plurimorum malorum.c.deniq; 4.distin.& ammissionis temporis,quo nil carius esse debet homini,Blasfemiæ,furti,falsitatis,homicidii, depauperationis, & propriorum vestimentorum expoliationis,iuxta illud Horatii,quem damnosa Venus, quem preceps alea nudat, & præsumitur lusor dilapidare bona sua. & sic malè vti substantia sua, vt dicit Bal.in aut.quod locum circa finem.C de collatio.& dicit Host.in summ.in titu.de excess. prælato. q̃ lusor in ludendo dicitur agere turpem vitam,& in tantum iura detestãtur ludos prohibitos,q̃ imponant pœnam confiscationis domus, in qua luditur in d.aut.alearum vsus & si tempore, quo luditur si committitur furtum in domo in qua luditur per quemcunq;,minimè sibi competeret actio furti.l.1 §.prætor ait.ff.de aleatoribus. & maximè displicet Deo, Exod.32. is est eo modo ludentium furor,& insania,vt habetur in aut.alearum vsus,eod.titu. de Religio.& notat.in aut interdicimus.C.de episco.& cler. vbi & ip
3 sa ludi inspectio clericis prohibetur,vt nota in c.inter dilectos. de excess.prælat.vbi Marian latè,& habetur in c.cum decorem. cap.lator de homicid.c.clerici.el 2.de vita & hon.cler. & in c.j. de sortile.vbi Io.de Anan.col.2.per Sanctum Tho.secunda secundæ q.32.& Hiere.15.non sedi in consilio ludentiũ, & Tob. 3.nunquam ludentibus inserui me,& 35.dist Episcopus, & per
4 Host.in summ.de excess.prælat.vbi dicit lusores appellari paganos propter canonis transgressionẽ,& ibi in §. Clericus, refert. 16.crimina,quæ in ludis committi solent,vbi videndum, & habetu distinct.8.

Si qui presbyteri,& Philosophus 4. Ethic. dicit lusores deterioris cõditionis,q̃ latrones, & ob id receptores lusorum odio habentur a iure,ita vt verberibus,& damnis affici possint impunè.l.1.ff.de aleæ lusu. & in pecunia ludere est specialiter prohibitum, & licet nisi virtutis causa,vt hasta,& pila, & si l.2.§.1. eo. titu.& Virgilius plura dixit de ludo, & ibi.

Lusori cupido semper grauis exitus instat.

& Horatius,

Lusus enim genuit trepidum certamen & iram.
Ira truces inimicitias,& funebre bellum.

& Ouidius,

Sic nè perdiderit,non cessat perdere lusor,
Et reuocat cupidas alea sæpe manus.

5 Hinc est, quòd text.in §.illud in procœmio fforum, connumerat ludum inter alia crimina, & de ludo vi. latè per Angel. in tractatu maleficiorum,& ibi August.in addit.in verbo.metidore de mali Dadi.vbi de pœnis lusorum,& restitutione lucrorum.

6 Et Cardi.Zabarel.in clem.1.in verbo sed & tales in fi. de vita & honesta.cleric.dicit de clerico ludente ad taxillos,quòd peccat.8.rationibus.

Prima propter desiderium lucrandi,quod est cupiditas, quæ est radix omnium malorum,vt extra de constit.capi. nam concupiscentium.

Secunda,voluntas spoliandi proximum, quæ est rapina.

Tertia est blasphemia,quæ fit in ludo,quæ est hæresis, impropriè tamen vt ibi.

Quarta propter verba ociosa,& mendacia.

Quinta corruptio proximorum, qui ad ludum conueniunt.

Sexta scandalum bonorum.

Septima tempus prohibitionis Ecclesiæ.

Octaua temporis,& bonorum amissio.

Etsi est presbyter aut diaconus,potest damnari,aut deponi, alii autem cõione priuari,nisi desistant, & plurima crimina, & in ludo taxillorum committuntur,& quot sunt puncta in taxillis tot sunt scelera in ludo,sm Floren.in 2.par.titu.1.c.23.§.6. col. 1.cum duabus sequentibus,& pœna clerici publici aleatoris est, vt repellatur ab obtinendo beneficio,& si nũquam fuerit monitus, vt ab eo.desistat c.inter dilectos.de excess.præla.& quæ ibi dicit D.Abb.Vnde illi,ad quos spectat cura gregis, & vniuscuiusq; principis officium versari piè deberet, inextirpando hanc abominabilem corruptelam,& ne quis sub prætextu consuetu
8 dinis se posset excusare,& ut dicit Paris de Puteo.in tracta. eius tituli,col.x.ver.& aduerte quod Dñi terrarum,qui possunt prohibere,nè fiant hi ludi prohibiti,& non prouident, tenẽtur ad restitutionem eorum à tempore,quo prohibere poterant. Nã
9 plures sunt ludi permissi tã Clericis,quàm laicis cessationis,siue recreationis cã,vt no.in locis preal.congruit.n. & viris litteratis & nimis studio vacantib.certus ludus, vt per Sene.li.2. Epist. 15.Ait.n.dandum est aliquod interuallum aĩo,ita tñ vt non resoluatur,sed remittatur,& Arist.4.ethi.Virtuti, quam eutrapeliam vocat,assignat solatium,& ludos, videlicet, quod cũ quis fatigatus est virtutum operationib.recreatur ludis,atq; solatiis: ludi aũt debent esse honesti,quib.recreetur Virtus, non euanescat,sic ludebant viri præcellæ Virtutis,Scipio, & Lælius ad calculos & Conchas,vt refert Valerius,& Tullius primo de offic. dicit, neq; ita generati à natura sumus, vt ad ludum, & ocium facti esse videamur, sed ad seueritatem potius, & ad quæcunq; studia grauiora,atq; maiora,Ludo aũt & ioco, uti illico quidã licet,sed sicut somno,& quietib.cęteris ãt cum grauib.seuerisq; rebus,satisfecerimus.ipsumq; genus iocandi,non ꝓfusum, nec immodestum,sed ingenuum, & facetum esse debet, & quæ sequuntur,& ideo in ludo magis arguitur excessus, quã defectus, parum quippe delectationis sufficit ad vitam, quasi pro condimẽto,sicut parum salis sufficit,in cibo,habetur.11.Ethi. & quæ no.in l.ut prophanos.C.de paga.& eorum templ. & in l.1.C.de maiuma.lib.11.& per Fely.in c.lator.de homic. & de Ludis permissis vi.quæ pulchrè tradit Socy.consi.16. volu.1.& est in hac materia fructuosum cõsilium,Non dormitabit igitur, neq; dormiet,qui custodit Israel,ne dicatur ꝺ eum,quod habetur Hieremi.x.& 23.& 8.q.1.qualis,& pastores gregis arceant baculo, & latratu canum,lupos ab ouibus eorum.43.dist.in princ.Esa.56. in fi.81.dist.oportet.24.q.8.conuenior,& c.generali,de elect.in 5.& Ezechi.34.

Quę aũt in ludo perduntur an repeti possint in Decisio.Tholosan.q.192.Item fuit q̃situ̇,& S.Tho.2.2.q.32.& in d c. pleriq;. de immun.Eccl.ubi per doct.maximè Inn Io.Andr.Anton.& Host.latè Imo.in d.c.clerici.de vita & hone.cle.& per eundem in l.si quis cũ sciret.ff.de vsuc.pro emp.Guido Papæ.q.481. Ange in summa in verbo ludus vers.2.& qñ ludus est prohibitus, de ludente cũ eo,qui non hẽt liberã administrationẽ pecuniæ, vt cum seruo,filiofam.& monacho,qd̃ repetitio detur,Dño,patri,& superiori,l.fi.ff.de aleat.& dicit Bal.in rub.C.de condi.ob turp.cau.qd̃ ludentes cum illis,q̃ non possunt alienare, tenent furti,& per Ang.vbi s.ver.7.& per doc.maximè Abb.in d.c.clerici,vbi etiam de ludente pro conuiuio,quod liceat, sed nõ clericis,qui non debent facere conuiuium etiam de cõfertis, ideest quod quisq; ponat partem.c.non licet.44.dist.& an mutuantes ludenti possint repetere iu.vltra alios Aufreri.in additio. ad dictam decisio.Tholosan.192.

MARIANI SOCINI
SENIORIS SENENSIS.

De Oblationibus.

Integerrimo,atq; prudẽtissimo fratri, & clarissimo equiti D. Vrbano del bello dignissimo orphanotropho piissimi Xenodochii Sacratissimè virginis Mariæ della schala de Senis, patri & domino suo præcolendissimo,Maria.Socyn.Senen.se plurimum commendat.



VM superioribus diebus integerrimè frater & miles, nonnullos ad me in materia oblationum abs te transmissas quæstiones recepissem, super quibus quid tenendum foret cõsilio meo declarari cupiebas. Affectans tuo honestissimo deliderio morẽ gerere maiorum nostrorum auctoritates atque sentẽtias ea qua potui diligentia perscrutatus sum. Cæterum cũ obla.materiam menti voluerem atq; omnino voluptarem, intelligeremq; præter eas quas misisti circa materiam eãdẽ plurimas quoque dubitabiles obscuras, & difficiles qõnes suboriri posse,non potui non vehementer admirari, ꝓ maiores nostri in ea materia quasi nihil scripserunt, atq; idipsum plerisque in

locis

Source : BIU Cujas

locis inconditè, ieiunè, atque incompositè tradiderunt. Quod eo maximè admiratione dignum esse censeo, nam & vtilis profectò res est,& materia,qua quotidie in vsum, atq; in exercitationem cadit.quo fit,vt esset plenius attingenda, vt Paulus nobilissimus Iurisconsultus inquit,Animaduertens igitur quanta diligentia,quo studio,qua prudentia,quãta insuper pietate, misericordia, & charitate commissæ tibi curæ & administrationi incumbas,& præsis.Tua.n.opera, atque prouidentia exurientes pascuntur,sitientes potant,peregrini,& hospites colligutur,nudi operiuntur,expositi nutriuntur,& bonis artibus instruuntur, puellę nubent,ęgrotantes recipiuntur,& curantur,vinculis dãnati visitantur,mortui sepeliuntur. Et cætera oĩa quæcunq; inueniri,dici,aut excogitari pñt, pietatis, & misericordiæ opa ardentissimo charitatis aĩo accuratissimè, & absolutissimè exercentur.Diuina insuper officia catholicè,& religiosissimè celebrantur.Animo etiam repetẽs quanto honore,fide, & affectione:quanto denique studio,& amore, tu fratresq; tui semper me fueritis prosecuti. Intelligensq; ipsarum oblationum non solũ frequentiam, verumetiam sanctissimos fructus,qñquidem illis medijs corporalem prosperitatem,& diuitias seruamus,& augemus,diabolicas instigationes fugamus,supplicia vitamus.Corda nostra diuina gratia illustramus. Et tandẽ a pctis aĩas nostras absoluentes ad verę felicitatis gaudia perducimur,vt latius atq; vberius hæc postea differenda sunt.Institui aĩo,quo ad vires ingenij mei suppetũt,ipsius gloriosissimæ Virginis Marię auxilio fretus materiã ipsam tum copiosè,tum etiam dilucidè, ac perspicuè,& ordinatè pertractare. Quare, religiosissime Vrbane, opusculum hoc pro tua solita humanitate iocundè suscipies. Quo tu successores tui exortis iam ambiguitatibus finem impone re futurisque oblationibus,ne vlla posit hæc damna pernitiosę ambiguitates,ne etiam pernitiosæ hominum fallaciæ contingant,q̃ facillimè prouidere poteritis. Cæteri verò cum oblationum vberrimos fructus senserint ad illas ardentissime faciẽdas, vt mea fert sententia,imitabuntur, & impellentur. Vale.

PArtitio, vt sępius a nobis scriptum est,animum incitat, mentem præparat,memoriam reformat, & illustrem, ac perspicuam totam reddit orationem. Per partes.n. facilius in cognitionem totius adducuntur. Vt ergo per partium distinctionem oblationum materia inuentione facilior,& intellectu clarior fiat.Opusculum hoc principaliter distinguimus in viginti libellos,& libellũ quemlibet in suas quæstiones diuidemus,prout ipsius materia patietur.

In primo libello continentur infrascriptæ quæstiones.

Quid sit oblatio, & eius diffinitio.
Quid sit verbum oblatio latè,& strictè sumptum.
Quotupliciter potest fieri oblatio.
De quibus oblationibus in præsenti opusculo tractetur.

In secundo Libello.

Ponitur diuisio oblationum, & eius species.

In tertio Libello.

Vtrum ad oblationes homines necessitentur,& ad quas.
De oblationibus, quæ fiunt ad exteriorem actum latriæ.
De oblationibus primitiarum, remissiuè.
De oblationibus decimarum,breuiter remissiuè.
De oblationibus, quæ fiunt ad altare.
De oblationibus,prout sunt actus charitatis,& misericordiæ.
De oblationibus,quę fiunt propter vsum,& sustentationem ecclesiæ,vel alicuius pij loci, vel ministrorum,vel aliarum personarum, non tamen in extrema necessitate constitutarum.

In quarto Libello.

A quibus oblationes fieri possunt.
Vtrum oblationes factæ in peccato mortali prosint eis.
Vtrum a minoribus recipiendæ sint oblationes.

In quinto Libello.

Pro quibus oblationes fieri possint, & ad quorum suffragium.

Libellus sextus.

De quibus rebus possint fieri oblationes. Et de rebus alienis, & iniustè acquisitis.& quot modis dicatur aliquid iniustè acquisitum,vbi videbis multas distinctiones,& vtiles quæstiones.

Libellus septimus.

Quot modis possint fieri oblationes, videlicet vno modo offerendo bona absque persona. Secundo modo offerendo personam,& non bona. Tertiò modo offerendo personam, & bona.Et primus modus subdiuiditur in xxj. modos, ut ibi uidebis,quos vide, quia singulares sunt, & praticabiles.

Libellus octauus.

Quid veniat in oblatione ex proprio significato, quando quis offert omnia bona præsentia, & futura, & omnes actiones prędentes, & futuras.
Quid si non dixit,omnia bona, sed simpliciter dixit, bona præsentia, & futura.
Quid si dicat, offero omnia bona.
Quid si dixit,ꝙ offert bona simpliciter.
Quid si dixit,ꝙ offert oĩa bona mobilia,& immobilia.Et an, & qñ iura,& actiones inter mobilia, uel immobilia cõputãtur.
Quid si offert simplr bona mobilia,& ĩmobilia,& nõ dicit,oĩa.
Quid si offert omnia bona mobilia,quid ueniat.
Quid si dixit, quòd offert omnia bona immobilia.
Quid si offert certa bona simpliciter, seu specialiter designata.
Quid si dixit, ꝙ offert omnes res præsentes,& futuras.
Quid si dicat, ꝙ offert omnes res suas.
Quid si non dicat,ꝙ offert omnes res, sed simpliciter dicit offert res suas.
Quid si dicat, offero omnes res mobiles,& immobiles.
Quid si dicat res mobiles tantum.
Quid si dicat res immobiles tantum.
Quid si offert omnia bona, & res futuras.
Quid si offert omnia iura, & actiones præsentes,& futuras.
Quid si offerat omnia iura,& actiones, uel omnia bona incorporalia, vel omnes res incorporales præsentes.
Quid si offert omnes actiones præsentes.
Quid si offerat omnia iura futura, & actiones futuras.
Quid si offert personam suam, & non bona.
Quid si offert personam, & bona.

Libellus nonus.

Qua forma, & quibus solennitatibus fieri debeant oblationes.
Quo animo fieri debeant oblationes.
Vtrum oblatio possit fieri simplici verbo.
Vtrum oblatio possit fieri absenti.
Vtrũ oblatio facta ecclesiæ nullo medio interueniente ualeat.
Quæ solennitates requirantur,si oblationes fiant a minoribus.
Vtrum oblatio excedens quingentos aureos indigeat insinuatione:& posito ꝙ non indigeat,an saltem scripturam exigat.
Stante statuto requirente consensum consanguineorũ in alienatione fienda per aliquem: an requiratur talis consensus in oblatione quæ fieret in piam causam.
Quæ probatio requiratur ad probandum oblationem.

Libellus decimus.

Vtrum valeat oblatio omnium bonorum præsentium, & futurorũ sub qbuscunq; uerbis facta,dũ modò oblatio ꝓprehendat oĩa bona p̃sentia,& futura,& oĩa iura præsentia,& futura.
Quid si offert omnes res præsentes,& futuras.
Vtrum in tali oblatione veniant omnia bona.
Vtrum valeat oblatio personæ facta ecclesiæ seculari,aut hospitali, uel alteri pio loco absque bonis.
Vtrum ualeat oblatio personæ,& bonorum, de viribus prædictæ oblationis.

Libellus vndecimus.

De viribus oblationum prædictarum quo ad præiudiciũ creditorum habẽtium hypothecam expressam, vbi distinguitur.
Quando quis obtulit duntaxat bona sua sine se.
Quando obtulit se sine bonis.
Quando obtulit se,& bona.

Libellus duodecimus.

De viribus oblationum prædictarum quo ad creditores ipsorum offerentium solum habentibus tacitam hypothecam in bonis offerentis.

Libellus xiij.

De viribus oblationũ quo ad præiudiciũ creditorũ ꝑsonalium.

Libellus xiiij.

De effectibus oblationum respectu præiudicij creditorum tũc non existẽtiũ,sed qui post profectã oblationẽ superuenerũt.

Libellus xv.

De effectibus oblationum respectu præiudicij aliorum, qui nõ sunt creditores.
Et primò respectu filiorum,qui viuunt tpe factæ oblationis.
Secundò respectu filiorum, qui post profectam oblationem suscepti sunt.

Libellus xvj.

De effectibus oblationum respectu vtilitatis ipsorũ offerẽtiũ.

Libellus xvij.

De effectibus oblationum respectu eorum,pro quibus fierent: & in aliis pro quibus fierent prosint,videlicet tam pro viuis, q̃ etiam pro defunctis.ubi multas & singulares quæstiones inuenies & utiles.

Libellus xviij.

De effectibus oblationum, quantũ ad virtutem acquisitiuam.
Cui quærantur oblationes factæ imagini,vel statuæ prophanæ.
Quid si offerens aliquid imagini religiosæ exprimat, cuius contemplatione faciat talem oblationem,seu cui uelit eã quęri.
Quid si consuetudo disponit,ꝙ oblationes factæ imagini alicuius Sancti, quærantur potius vni quàm alteri.
Si est dubium,cui acquirantur dictæ oblationes, quando fiunt imagini,vel statuæ,vt supra:re dubia existente,cui acquiri debent, an domino domus uel parietis ubi depicta est imago, vel statua affixa,an ecclesiæ nominis illius sancti, an ecclesiæ cathedrali, an episcopo, an ecclesiæ parochiali.
Cui quærantur oblationes factæ ad altare in capella alicuius ecclesiæ: an rectori illius ecclesiæ, an capellano illius capellæ, uel altari.

Source : BIU Cujas

Maria. Soci. De Oblationibus.

Libellus xix.

Quid facere debeant vel poſſint recipientes oblationes de ipſis oblationibus.
Vtrum oblatæ ad vnum vſum poſſint in alium tranſmutari.
Vtrum poſſint tranſmutari auctoritate legati de latere.
Vtrum voluntate offerentis poſſit in aliū vſum fieri cōmutatio
Qualiter ſuccurratur contra non adimplentem modum adiectum rebus oblatis.

Libellus xx.

Quales debeant eſſe, qui mittuntur pro oblationibus & de pęna non mittentium dignos.

SUMMARIUM.

1 *Oblationum tres ſunt ſpecies.*
2 *Oblatio propter varias cauſas fit.*
3 *Oblatio verbum ſtrictè ſumptum, quid ſignificet.*
4 *Oblatione quis in mora conſtituitur.*
5 *Oblatio propriè ſumpta refertur ad id, quod in cultum Dei exhibetur.*
6 *Oblatio Deo multipliciter fieri poteſt.*
Et dicitur etiam ſacrificium.
7 *Oblatio fieri poteſt in recompenſationem beneficij à Deo accepti.*
8 *Oblatio etiam fieri poteſt ad ſuſtentationem miniſtrorum Dei.*
Decimæ dicuntur offerri.
9 *Oblatio etiam fieri poteſt, vt id, quod offertur, integrum remaneat diuino cultui deputandum.*
10 *Sacrificium fit in recognitionem diuinæ ſubiectionis.*
Oblatio voluntariè fit.
11 *Oblationis deſcriptio.*
12 *Diffinitio bona, ex quibus conſtare debeat.*
13 *Donare ſe propriè quis non poteſt.*
Promittere quis poteſt tria regulæ ſubſtantialia.
14 *Offerre quis poteſt ſeipſum, tria ſubſtantialia regulæ non profitendo.*
15 *Donatio omnis, eſt doni datio.*
Res eſt nomen generale, & rem quamlibet ſignificat.
16 *Oblationis alia diffinitio.*
17 *Verbum, actus, in diffinitione oblationis, quare ponatur.*
18 *Oblationes quandoque fiunt propter neceſſitatem eccleſiæ, vel pij loci.*
Et naturam eleemoſinarum ſapiunt.
19 *Eleemoſina, quid ſignificet.*
20 *Oblationis alia diffinitio.*
21 *Actus exteriores alicuius virtutis, qui poſſunt attribui electiuè vni & alteri virtuti, cui attribuantur.*
22 *Voluntas, & propoſitum maleficia diſtinguunt.*
23 *Eleemoſina, & ſic oblatio eſt actus charitatis exterior.*
24 *Oblatio quando non ſit actus charitatis, ſed ſatisfactionis.*
Peccata eleemoſinis redimuntur.
25 *Oblatio, quando ſit actus latriæ.*
26 *Oblatio, quando ſit actus liberalis.*
27 *Verba illa poſita in diffinitione oblationis, per quem quis transfert ſe, &c. quare ponantur.*
28 *Verba, aut ſua, quare ponantur in dicta diffinitione.*
29 *Verbum, miſericordia motus, quare ibi ponatur.*
30 *Verba, ſponte donat, quare ponantur.*

Primus libellus.

QVoniam omnis noſtra diſputatio circa oblationum materiam habenda eſt: inſtitui in primis tractare, qd ſit oblatio, & de ipſius oblationis quidditate, ac ſignificato. † Eſt igitur aduertendum, q̄ Ray. in ſumma in
1 ti. de parochijs. §. ſecundo. Ioan. And. in c. quamuis. de deci. dicūt q̄ oblationum tres ſunt ſpecies.

Prima eſt alicuius rei donatio Deo vel eccleſiæ inter viuos ſponte facta.

Secunda eſt alicuius rei donatio Deo, vel eccleſiæ cauſa mortis facta.

Tertia eſt quotidiana, & vſualis, quam faciunt fideles ad altare, vel ad manum ſacerdotis. Sed prædictæ deſcriptiones, & diuiſiones mihi non placent, ideo illas omittam. Et quamuis Docto. noſtri in hac materia parum, & ferè nihil ſcribant, & textus admodum pauci reperiantur: tamen ego materiam ipſam latius examinabo.

2 † Pro ipſius igitur materiæ fundamento atque faciliori cognitione prǫmittendum eſt, q̄ oblatio poteſt propter varias cauſas fieri, vt ex infra dicendis clarius apparebit.

3 † Quid ſignificet verbum oblatio ſtrictè ſumptum? Et in primis illud ſciendum eſt, q̄ oblationis verbum eſt ſatis generale, continēs quemlibet actum, per quem aliquid alicui offertur, & deſcēdit ab offero: quare ſiue Deo, ſiue eccleſiæ, ſiue pio loco, ſiue rei publicæ, ſiue alicui priuato aliquid offeratur, oblatio dici
4 tur. † vnde & ad conſtituendum aliquem in mora, vel ad morā ipſam purgandam plerūque oblatione vtimur, ſecundū ea, quę latius traduntur in l. acceptam. C. de vſur. & ibi per gl. & Bart. & Bald. in l. ſi creditrici, & l. ſi conſtat, eodem titulo, & per Bald. in auctentica, dos data. C. de donatio. ante nupt. & late per Bar. & Docto. in l. ſtipulatus. ff. de verbo. obligatio. verum quamuis verbum hoc ita latè ſumptum comprehendat quid oblatū eſt.

5 † Propriè tamē, & ſtricto ſumpto vocabulo, oblatio reſpicere videtur, & ad illud ſolum referri, quod in cultum Dei exhibetur. Propriè ergo illud quod Deo, ſeu eccleſiæ offertur, & ſacerdoti tanquam medio inter Deum, & populum oblatio dicitur, vt legitur de Moyſi Deutero. c. 5. & probatur. 10. q. j. ca. quia ſacerdotes. & c. ſanctorum. & c. ſequenti. & 16. q. j. ca. ſtatuimus. de conſecra. diſtinct. j. ca. omnis Chriſtianus.

6 † Poteſt autem fieri talis oblatio Deo multipliciter. Primò, vt aliquid exhibeatur in cultum diuinum in aliquod ſacrum, qđ inde fieri debeat conſtituendum, & talis oblatio etiam ſacrificium dicitur: & ad actum latriæ exteriorem dicitur pertinere, ſicut oratio, iuxta illud Pſalmiſtæ, Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo, iuncta gloſſ. quæ dicit, quòd talia ſacrificia vidētur offerre Domino in odorem ſuauitatis. Oblatio igitur modo prædicto eſt etiam ſacrificiū, vt habetur Exodi, capitu. 29. dum dicitur, Offerens totum arietem, incenſum ſuper altare oblatio eſt Domino, & odor ſuauiſſimus. Et idem etiam habetur Leuitici, capitu. 2. & de huiuſmodi oblationibus nō eſt intentionis meæ hic tractare, ſed aliàs ſuo loco examinabimus.

7 † Secundò modo poteſt fieri oblatio, vt id quod offertur nō conſumatur in ſacrificium, ſed ad quandam oblationis ſpeciē, quæ Deo exhibetur cum quadam profeſſione, vt habetur Deuterono capitu. 26. Et has oblationes de fructibus terræ primò percipiuntur, & Deo offeruntur in recognitionem dominici beneficii, quaſi aliquis profiteatur ſe à Deo fructus terræ percipere. & ideo tenetur ad aliquid de huiuſmodi Deo exhibendum, iuxta illud Paralipo. primo capitu. vltimo. Quæ de manu tua accępimus, dedimus tibi. & de his in titu. de primitiis latius tractabimus.

8 † Tertiò modo poteſt fieri oblatio de neceſſitate ad ſuſtentationem miniſtrorū Dei, quod ad decimas pertinet. Nam & decimæ dicuntur offerri, iuxta illud Exodi, capi. 22. ibi dum dicitur, Decimas, & primitias non tardabis offerre Domino. Et de his latius dicemus in titu. de decimis.

9 † Quartò modo poteſt fieri oblatio, vt id quod offertur, nō conſumatur in ſacrificium vel ad primitias aut decimas, ſed vt integrum maneat diuino cultui deputandum, vel quandoque in vſus miniſtrorum eccleſiæ vel alicuius pii loci exponendū. & huiuſmodi oblatio non poteſt appellari ſacrificium, quia ad
10 ipſam quis non neceſſitatur, † ſicut ad ſacrificium, quod fit in proteſtationem, ſeu recognitionem diuinæ ſubiectionis. nec eſt, aut appellari poteſt primitia, aut decimæ ad quas quis videtur neceſſitari. Nam huiuſmodi oblatio ſecūdum ipſius rationem hoc habet, quod voluntariè fit, iuxta illud Exodi, capi. 25. ab homine qui offert vltroneus eas, ſcilicet oblationes accipietis. Poteſt tamen contingere, quòd aliqui ad oblationes teneātur variis ex cauſis, vt infra ſubiiciam in libello tertio. Ad huiuſmodi igitur oblationes tractatus noſter ſatis poterit adaptari. Nam quæ dicemus de oblationibus voluntariis factis prædicto religioſiſſimo, ac piiſſimo cœnobio, ſeu hoſpitali ſacratiſſimæ Virginis Mariæ della ſcala de Senis. & cæteris piis locis, ſatis commodè accomodari poſſunt ad prædictas oblationes, quæ eccleſiis, ſeu ſacerdotibus fierent ſub formis, & modis, de quibus infra tractabimus circa hoſpitalia, & cætera pia loca.

Eſt igitur intentionis noſtræ tractare non de oblationibus, quæ fiunt in ſacrificium, ſeu quæ fiunt vt diuino cultui perpetuò permaneant, ſeu de primitiis, vel decimis. nec etiā de oblationibus, quæ mortis cauſa fiunt, quia de illis cōgruis locis tractabimus. Et hoc, niſi inquantum præſens materia poſſet ad illas adaptari. Nec eſt etiam intentionis noſtræ tractare, niſi incidenter de oblatione quotidiana & vſuali, quam quotidie faciunt fideles ad altare, vel ad manus ſacerdotum. Sed de oblationibus, quæ fiunt eccleſiæ, hoſpitali, vel alii pio loco propter vſum, & ſuſtentationem eccleſiæ, vel pii loci, & miniſtrorum, aut aliorum ſimilium ipſius eccleſiæ vel pii loci, poſito quòd ipſius eccleſiæ loci pii, vel miniſtrorum nulla daretur neceſſitas, vel indigentia.

11 † Et hoc modo oblatio, iudicio meo, ita deſcribi poteſt videlicet, quòd eſt tranſlatio ſui ipſius, vel donatio alicuius rei alicui eccleſiæ, vel pio loco ſponte ad ipſius eccleſiæ, vel pii loci vtilitatem celebrata. Et eſt notandum, quòd verba illa tranſlatio, vel donatio, ponuntur vt genus: quia, vt variis locis explicauimus † omnis bona diffinitio conſtare debet ex genere,
12 & differentiis. & illud verbum tranſlatio, reſpicit perſonam, quia quis quandoque non ſolum offert res, ſed etiam perſonam, vt infra ſubiiciam.

13 † Nec poteſt quis propriè donare ſe, quia quis non habet ſuiipſius dominium, vt lege liber homo. ff. ad leg. Aquil. licèt poſſit profiteri aliquam regulam approbatam, & abdicare à ſe velle, & nolle. 12. q. j. c. non dicatis. & ꝓmittere tria ſubſtātialia regulæ, ſ. paupertatē, caſtitatē, & obedientiā. Aut etiā

profi-

Source : BIU Cujas

profiteri certam regulam, & certum modum ad aliquos pios,
14 & religioſos actus. Deinde ſubdidi, Suiipſius, † Nam & quis poteſt ſe ipſum offerre, etiam non profitendo tria ſubſtantialia regulæ, ſed certi modi viuendi regulam, & formam aſſumendo. Deinde ſequitur verbum, Donatio, quod ponitur in dicta
15 deſcriptione, vt dixi, † quia omnis donatio eſt doni datio, vt in l. Senatus §. donatio. ff. de donatio. cauſa mortis. Sed illa oblatio eſt doni datio, ergo & cætera. Deinde ſubiungitur, Alicuius rei. quod nomen generale eſt, vt rem quemlibet ſignificet mobilem & cætera, vt in l. prima. ff. ſi certum petatur. & in l. rei. ff. de verborum ſignificatio. Deinde ſubiunguntur illa verba, Alicui eccleſiæ, vel pio loco, ad differentiam donationis, quæ alteri fieret, quæ retinet proprium, & ſimplex nomen donationis. Iſtam veram donationem, quia fit eccleſiæ, vel pio loco, propter pium vſum, appellare libet oblationem propter vſitatum verbum vulgare maximè Senenſium. † Poſſet etiam, vt
16 arbitror, ita deſcribi, quòd eſt actus exterior religionis, per quē fit tranſlatio ſui ipſius, vel donatio alicuius rei alicui eccleſiæ, vel pio loco ſponte ad ipſius eccleſiæ, vel pii loci vtilitatem celebratus. † verbum autem actus, ponitur vt genus: verbum verò exterior religionis, ponitur ad differentiam interiorum. Et
17 per ea, quæ dicit beatus Thomas 2. 2. quæſtio. 81. & 82. in principio. iuncta quæſtio. 86. Cætera verò verba declaranda ſunt,
18 vt ſupra. † Verum quia huiuſmodi oblationes quandoque etiā fiunt propter neceſſitatē ipſius eccleſiæ, vel pii loci, ſeu eorum, qui ſtant in eccleſia, vel in loco pio, aut illorum ad ipſam eccleſiam vel locum pium recurrentium, prout propriè contingit in hoſpitali, xenodochio, & orphanotrophio noſtro: & tales oblationes eleemoſinarum naturam ſapiunt, cum ad illas
19 ex miſericordia quis moueatur. † Eleemoſina enim à Græco ſumpto vocabolo miſericordiam vel Dei mandatum ad charitatem exercendam ſignificat, vt latius dixi de verborum ſignificatio. capitu. eleemoſina. Et ſecundum quòd huiuſmodi oblationes propter hanc indigentiam & neceſſitatem fiunt,
20 iudicio meo poſſunt ita deſcribi, † quod oblatio eſt actus charitatis, per quem quis transferendo ſe aut ſua, aut ſe & ſua, vel ſua ſine ſe, miſericordia motus ſponte donat eccleſiæ, vel alicui pio loco. Et eſt aduertendum, quòd verbum actus, ponitur in dicta deſcriptione, vt genus: reliqua verò verba, quæ ponuntur in dicta deſcriptione, ponuntur ad differentiam aliorum actuum. vnde verbum charitatis, ponitur ad differentiam liberalitatis, ad quam quis donando principaliter intendit, &
21 non ad ſubueniendum indigenti, † nam actus exteriores alicuius virtutis, qui poſſunt attribui electiuè vni, & alteri virtuti, illi virtuti attribuuntur, ad quam pertinet id, quod eſt principale motiuum ad agendum huiuſmodi actus: nam in his moralibus actibus prius ad intentionem agentis recurrendum eſt.
22 † Et hinc eſt, quòd quotidie dicimus, quòd voluntas & propoſitum diſtinguūt maleficia, vt in capitu. cum voluntate. de ſententia excommunicatio. & in lege diuus. ff. de ſica. & in lege qui iniuriæ. & in lege item apud Labeonem. §. ſi quis aſtrologus. ff. de iniur. & nota. in capitulo ſecundo de ſortileg. cum ſimilibus. Si ergo diſtinguunt vitia, ergo & virtutes. Cum itaque talis oblatio fiat principaliter ī caſu prædicto ad ſubueniē dum neceſſitatem patienti, meritò videtur ſapere eleemoſinā ſecundum ea quæ tradit beatus Thomas 2. 2. quæſtio. 32. arti-
23 culo primo. † Sed eleemoſina & ſic oblatio, quæ fit neceſſitatem patienti, vt illi ſubueniatur, eſt actus charitatis exterior, iuxta illud Ioannes capitulo tertio. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem patientem, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in
24 illo? quaſi dicat, non poteſt manere. † Si verò talis oblatio fieret principaliter animo ſatisfaciēdi obligationi, ad quam quis teneretur, fortè pro reſtitutione alicuius incerti vel malè ablati, aut pro redimendo voto commutato, aut quid ſimile: tunc non eſſet actus charitatis, ſed ſatisfactionis, iuxta illud Danielis. 4. Peccata tua eleemoſinis redime, iuncta regula, Non dimittitur peccatum, niſi. de regul. iur. libro ſexto. & iuxta illud, Vota tua Domino redde. Et talis ſatisfactio eſt potius actus
25 iuſtitiæ quàm charitatis, vt patet ex diffinitione iuris. † Si verò talis oblatio fieret non vt ſubueniretur indigentis neceſſitati, nec vt ſatisfieret debito, ſed ſolùm vt ſacrificium & holocauſtum fieret Deo, tunc talis actus eſſet actus latriæ, iuxta ad Hebræos cap. vltimo. Beneficentiæ & communionis nolite obliuiſci: talibus enim hoſtiis promeretur Deus. & talis poteſt dici actus latriæ intelligendo tamē ſecundùm quòd ſuperius in-
26 tellexit. † Si verò offerens ſolum intenderet exercere liberalitatem & non ſubuenire eccleſiæ vel loco pio, aut miſericordiam exercere, non eſt dubium quòd talis erit actus liberalita-
27 tis, & eſſet ſimplex donatio, vt ſuperius dixi. † Verba autē illa quæ ſequūtur, Per quem quis transfert ſe aut ſua, & cætera. partim ponuntur ad denotandum effectus huiuſmodi oblationū, & partim ad differentiam aliorum actuum. & ideo dicit, tranſfert ſe, qui poteſt quis propter talem cauſam offerre ſe, vt perſonaliter inſiſtat ſeruiendo & prouidēdo neceſſitatibus ipſius loci & pauperum infirmorum, expoſitorum, & ſenium, ac ſimi-
28 lium vt inferius apparebit. † Verba autem illa, quæ ſequuntur, Aut ſua aut ſe & ſua, aut ſua ſine ſe, ponuntur ad denotandum varios modos, quibus poſſunt fieri huiuſmodi oblationes, ſicut
29 latius dicam infra eo. ar. 7. † Verbum autem illud, Miſericordia motus, ſimiliter ponitur ad differētiam ſimplicis & proprię oblationis, & ad differentiam ſimplicis & propriæ donationis, quę ſolùm fit ad finem exercendæ liberalitatis, in l. ita te. ff. de dona.
30 † Ideo autem dixi, Spōte donat eccleſiæ, & cætera, vt differat ab ea donatione, quæ fieret ob aliquā neceſſitatem præambuli cōtractus, vel propter aliquam remunerationem, quæ diceretur, vel donatio ſub modo ob cauſam vel contractus innominatus, & cętera.

Inſuper, quia oblationes quandoque fiunt, vt ſtatim dixi, propter aliquam cauſam, vt aliquid offerenti detur, vel fiat, de quibus intendo etiam tractare, in quantum pertinet ad cognitionē qualiter locus pius, cui fit talis oblatio, remaneat obligatus tali offerenti & creditoribus ſuis, & ſic de ipſius oblationis viribus quo ad iſtos effectus: ideo talem oblationem ſic arbitror deſcribi poſſe, videlicet, Quod eſt ſui ipſius tranſlatio, aut alicuius rei ob cauſam facta donatio. Quare autem ita deſcribatur, ſatis colligi poteſt per verba ſuperius dicta.

SUMMARIUM.

1 *Oblationum ſpecies, quot ſint.*

Secundus libellus.

SEcundo loco principali videndum eſt, quot ſunt oblationum ſpecies. Circa quod facilis poteſt collegi deciſio ex his, quæ ſuperius dicta ſunt in præcedenti articulo. Quoniam alia pertinent ad actum latriæ & ad ſacrificandum, quæ oblatio ad diuinum cultum pertinet in recognitionem diuinæ ſubiectionis. Quædam ad eccleſiæ, vel alicuius pij loci expedientiam. Quædam quotidiana & vſualis ad altare, vel ad manum ſacerdotis. Quædam, quæ ſapit eleemoſinam & propter charitatem & miſericordiam fit. Quædam, quæ fit ob causā vt aliquid recipiatur. Quædam, quæ fit inter viuos. Quædā, quæ fit propter mortem & mortis cauſa. Poſſent etiam prædicta & aliis modis ſubdiſtingui, quos omitto. De ipſis enim latius ex infra dicendis apparebit. Et hæc ſufficiant, quo ad ſecundum principalem articulum.

SUMMARIUM.

1 *Oblationes, an facere quis neceſſitetur.*
2 *Oblationes, quis facere teneatur.*
3 *Naturale eſt, quod apud omnes eſt.*
4 *Olationes primitiarum, quis facere tenetur.*
5 *Oblationes decimarum, quis facere tenetur, & ſunt in præcepto.*
6 *Oblationes ad altare omnis Chriſtianus facere neceſſitatur.*
7 *Et quomodo tales oblationes fiant.*
8 *Oblationes, prout ſunt actus charitatis, & miſericordiæ, an & quando quis facere teneatur.*
9 *Hominem fameſcentem non paſcens, occidere dicitur.*
10 *Dilectio proximi, eſt inter præcepta Decalogi.*
11 *Oblationes, quæ fiunt propter vſum eccleſiæ, & eius ſuſtentationem, vel alicuius pij loci, vel miniſtrorum, an quis facere teneatur.*
12 *Oblationes, quis facere teneri poteſt quadruplici ratione.*
13 *Oblationes conſuetas fideles facere tenentur.*
14 *Oblationes facere, an parrochiani compellantur.*
15 *Conſuetudo non inducitur ex actibus merè voluntarijs.*
Conſuetudo inducitur fauore eccleſiæ, ad quam quis obligatur.
16 *Hoſpitalia priuilegijs eccleſiarum gaudent.*
17 *Oblationes ſolitas longo, ſeu longiſſimo tempore præſtari ad alimenta, vel ad aliam piam cauſam, quis facere tenetur.*
18 *Oblationes facere eccleſiæ ſi ciuitas ſolita ſit, eas per ſtatutum ſuum mutare non poteſt.*

Libellus tertius.

1 TErtio principali libello videndum eſt, † vtrum ad oblationes quis neceſſitetur, & ſic vtrum ſint in præcepto? Salu. Ray. & Hoſti. dicunt primam ſpeciem, de qua dixi ſupra in principio, voluntariam eſſe: quia cum data eſt Deo non quærimus amplius de ſecunda ſpecie, quam ibi poſuimus. nō eſt dubium, ſecundum eos, q eſt debita, per no. 12. q. 2. c. nulli, & c. qui abſtulerit, & 13. q. 2. c. oblationes & duab. ſequentib. Ego verò pro clariori iſtius artic. doctrina proſequar infra ſcriptas q.

Prima de oblationibus, quæ fiunt ad exteriorē actum latriæ
Secunda de oblationibus primitiarum, remiſſiuè.
Tertia de oblationibus decimarum, breuiter & remiſſiuè.
Quarta de oblationibus, quæ fiunt ad altare.
Quinta de oblationibus, prout ſunt actus charitatis & miſericordiæ.

Sexta de oblationibus, quæ fiunt propter vſum & ſubſtentationem eccleſiæ vel alicuius pij loci, vel miniſtrorum, vel aliarū perſonarum, non tamen in extrema neceſſitate conſtitutarum.

Source : BIU Cujas

Maria. Soci. De Oblationibus.

2 † Primo, iuxta præmissum ordinem quæro de oblationibus, quæ pertinent ad exteriorem actum latrię & quę fiunt in protestationem seu recognitionem diuinæ potentiæ. & ista sunt sub præcepto & ad eas omnes tenentur, licèt aliter tenerentur, qui erant sub lege, vt dicit beatus Thomas 2.2.quæst.85.arti.4. Nam in qualibet ętate & apud quaslibet hominum nationes semper
3 huiusmodi oblationes ad sacrificiū in obseruantia fuere. † quod autem est apud omnes, videtur naturale esse. i. di. c. ius naturale. ergo cum talis oblatio de iure naturali, per consequens videtur esse necessaria, per ea quæ not. de iure naturali gentium, & ciuili. §. fi. Et de his pōt intelligi tex. 32. di. c. præter. & 16. q. 1. c. statuimus. facit c. quamuis. de deci.

4 † Secundò quæro de oblationibus primitiarum? Sol. dic ꝙ ad illos videtur quis obligatus, sicut ad decimas, de deci. c. quāuis. & 16. q. j. decimæ. & Exodi. c. 22. Decimas & primitias non tarda bis offerre Domino.

5 † Tertiò quæro de oblationibus decimarum, an quis ad illas necessitetur? Sol. dic, ꝙ tales similiter sunt in præcepto, vt dictis iuribus, & suis in locis latius dicemus.

6 † Quartò de oblationibus, quæ fiunt ad altare, vtrum ad illas homines necessitentur? Sol. dic ꝙ ad tales omnis Christianus videtur necessitari, quoniam Dominus per Moysen dixit Exo. 23. Deutero. c. 16. Ecclesiastes 20. Nō apparebis in ꝯspectu meo vacuus. & in coll. sanctorum, & est tex. de cōs. di. j. c. omnis. g. tñ ibi intelligitur illud esse consilij, nisi sacerdos sit pauper, de quo ibi latè per Archid. & per Hostien. in summa, in ti. de parochia. §. 2. ver. 3. Sed beatus Thomas dicit ꝙ ille text. potest intelligi de oblatione interiori. facit. 13. q. 5. c. si quid inueneris. ti. tex. iuncta gl. 3. q. 7. c. in grauibus. cum similib. vel de oblatione bonorum operum, vel ꝙ est consilij, non præcepti. quod tamen intelligitur, nisi sacerdos esset in necessitate. vel secundum aliquos est consilij alijs diebus quàm festiuis seu solennibus: sed festiuis & solennibus est necessitatis, secundum eos. quod etiam tenet Lapus alle.
7 58. † Et est notandum, ꝙ tales oblationes possunt fieri accedendo ad altare, secundum D. meum in c. primo, de vita, & honest. cle. quod mihi placet, quamuis Io. de Ligna. teneat contrarium.

8 † Quintò quæro de oblationibus, prout sunt actus charitatis & misericordiæ, per quas subuenitur indigentium necessitatib. quæ priori vocabulo eleemosinæ appellātur, vt diximus lib. pri. Sol. dic ꝙ ad tales oblationes seu largitiones data superfluitate ex parte dantis non solum respectu sui ipsius, sed etiam aliorum quorum curam gerit & extrema necessitate ex parte recipientis tales oblationes, seu largitiones sunt in præcepto, & ita intelligi tur illud Ambro. in lib. de officijs, & transumptiuè. 86. c. pasce.
9 † nam dicitur ibi, Pasce fame morientē. quisquis enim pascendo hominē seruare poteris, si nō paueris fame occidisti. vnde pondero verbum pasce, quod est imperatiui modi, & deinde ꝙ talis dicitur occidere cui concor. de lib. agn. l. necare. verum inter prę cepta decalogi est, non occides, ergo talis oblatio seu largitio videtur esse sub prę cepto, quod etiā patet, quia aliqui propter talium omissionem puniuntur pęna ęterna, vt habetur Matth. c.
10 25. † Item quia dilectio proximi est inter præceptum decalogi, Dilige proximum tuum sicut teipsum, de pę. di. j. c. proximos. & ad dilectionem proximi pertinet, vt non solum velimus illi bonum, sed etiam operemur, iuxta illud, non diligamus verbo nec lingua, sed opere & veritate.

11 † Sextò quæro de oblationibus, quæ fiunt propter vsum & substentationem ecclesiæ vel alicuius pij loci, vel ministrorum, vel aliarum personarum, non tamen in extrema necessitate cō stitutarum, & ad istas nemo compellitur, sed ab hominibus, qui vltroneus offerunt recipiuntur, vt dixi supra §. j. Est tamē aduer
12 tendum, ꝙ hoc regulare est: † potest tamen, vt dicit beatus Th. & sequitur Io. An. in rubrica de parochia. contingere, ꝙ aliquis ad oblationes teneatur quadruplici ratione. Primò quidem ex præcedenti conuentione, sicut cum alicui conceditur aliquis fundus ecclesiæ, vt certis temporibus certas faciat oblationes. hoc tñ naturam census vel emphyteosis habere vr̄, ꝑm formam & qualitatem concessionis, ꝑm ea quæ latius diximus in titu. de emphyte. & in ti. de censi. Secundo modo propter præcedentē deputationem, siue promissionem inter viuos, vel ab aliquo testatore factam de aliqua re mobili, vel immobili offerenda.

Tertiò modo propter ecclesiæ necessitatem, puta si ministri ecclesiæ non haberent vnde substentarentur, sed hoc data extrema necessitate eleemosinam pertinere videtur, vt superius dixi.

13 Quartò ꝓp consuetudinem: † tenentur. n. fideles in aliquibus solemnitatib. ad aliquas oblationes consuetas. In his tamen vltimis duobus casibus remanet obligatio quodammodo voluntaria. i. quantum ad quantitatē, vel ſpeciem rei oblatæ. †
14 Volunt tamen prælati Doc. ꝙ in casibus prædictis parochiani non debent compellere per ſupēsionem officii, vel sacramentorū, sed implorare officium episcopi, vel alterius superioris, qui eos ad hoc compellat, vt d. c. ad apostolicam. Et prædicta ēt sensit Gof.
15 in summa in tit. de paroch. † Aduerte, quia licèt ex actibus meræ facultatis non inducatur consuetudo, vt tractatur in l. j. & 2. C. quæ sit lon. consuc. maximè per Cy. & in l. si certis annis. C. de pact. de quo latius dixi in tractatu de consue. tamen fauore ecclesiæ inducitur consuetudo, & obligatur quis ex taliconsuetudine, & ita potest intelligi. capi. ad apostolicam, de simo. dixi in capitu. suam. eod. titu. facit capi. ex parte, de censi. Et idem di-
16 cendum arbitror, quo ad hospitalia. & alia pia loca, † quoniam talia loca gaudent priuilegiis, quibus ecclesiæ. c. accedentibus, de priuileg. & ibi not. Ioan. And. in c. 2. de resti. in integ. Bald. in l. omnia. C. de epi. & cle. & in auctent. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccle. dixi in c. conquesti. de senten. excom. Et hoc videtur procedere, etiam si ad aliud dandum seu offerendū nō potest præcedere titulus vel pactum, vt in oblatione pecuniæ pro exequiis, vel benedictionibus nubētium, aut similibus casibus, vt d. capi. ad apostolicam, de simo. dixi in d. c. suam, eodē
17 titu. quod est valde singulare, † & accipe illud singulare, quādo oblatio fieret ad alimenta præstāda, vel ad aliam piam causam, seu refectionem viarum, vel pontium: nam si talis oblatio fieret ędum longo seu longissimo tempore, & ex consuetudine communi, sed etiam per triennium & ex voluntate minus solenni, necessitaretur quis ad illam faciendam, not. glos. & Doct. in d. l. si certis annis, per l. j. C. de fideicomm. & contingit hoc propter duplicem fauorem, scilicet alimentorum, vel al-
18 terius piæ causæ, & testamenti. † Sume etiam aliud singulare in hac materia, quia si ciuitas est solita aliquid offerre alicui ecclesiæ, nō potest per statutum suum illud mutare, ita singulariter concludit Bart. in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccle. & Do. meus Abbas Siculus in c. abolendæ, de sepul.

S V M M A R I V M.

1 *Oblationes an ab omnibus recipi possint.*
2 *Oblationes opprimentis pauperes recipi non possunt.*
Idem in sacrilegio.
Idem in eo, qui extraxit ad ecclesiam fugientem.
Idem in raptore.
Idem in excommunicato.
3 *Idem in meretrice.*
Oblationes facere quandoque prohibentur pœnitentes.
4 *Oblationes, an fieri possint de illicitè acquisitis.*
5 *Sacrificium sicut est purissimum ita sacrificans mundus esse debet.*
6 *Oblationes an recipiendę sint à publicis, & manifestis peccatoribus, & numero seq. & num. 9.*
8 *Capi. miror. 17. q. 4. & c. de viro. 12. q. 2. quomodo procedant.*
10 *Oblationes factæ ab existentibus in peccato mortali, an eis prosint.*
11 *Oblationes, an à minoribus recipiendæ sint.*

¶ Libellus quartus.

1 QVartò † principali loco tractandum est à quib. oblationes recipi possint, & sic vtrum ab omnibus indifferenter recipi possint? So. Hug. 90. distin. c. oblationes, voluit ꝙ nullus manifestus peccator admittatur ad oblationem, nisi in casibus à iure expressis, & ꝙ illud quod dicitur in d. capi. oblationes, ponatur exempli gratia. Et similiter dicendum sit de aliis casibus, qui reperiuntur in iure, scilicet ꝙ ponantur exempli causa. Sed gloss. ibi tenet contrarium, quia cum hæc sit pœna, non debet extendi, nisi quatenus reperitur expressum, nam specialiter de quibusdam personis reperitur prohibitum, vt ibi, ergo in aliis stat regula. Videmus ergo casus
2 expressos. † Primus ponitur in d. capi. oblationes, & glos. etiam enumerat ibi alios casus. Vnde secundus casus est in opprimente pauperem. Tertius in sacrilego, & de his duobus. 12. quæ. 2. c. de viro. Quartus de eo, qui extraxit seruum ad ecclesiam fugiētem. 17. quæst. 4. capi. miror. Quintus in raptore. capi super eod. de rapto. Sextus in vsurario manifesto, de vsur. ca. in omnibus. Septimus in excommunicato, vt ibi not. de quo tamen dicendum, vt latius dixi in tractatu de sentent. excommu. 19. principali articulo, secunda quæst. principali, & dubio 22. vbi etiā tetigi, quare possint recipi ab eis eleemosinæ, & non oblationes, de quo etiam per Innocen. & Doct. in capi. cum voluntate, de
3 sentent. excommuni. † Octauus in meretrice, secundum gloss. in d. cap. oblationes, quāuis de eo possit fieri eleemosina. & subdit illa gloss. ꝙ quandoque pœnitentes prohibentur oblationes facere, de conse. dist. 4. cap. eos. Sed tu aduerte, quia pro prima opin. Hug. videtur optimus text. 14. quæstio. 5. capitu. 2. vbi tex. dicit, Immolās ex īpio oblatio est maculata, dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationibus iniquorum. ergo cum text. ille indistinctè loquatur, videtur concludēdum, ꝙ à nullo existente in mortali peccato publico sint
4 recipiendę oblationes. † Ego in hoc articulo arbitror aliter distinguendum, quòd aut is qui vult offerre, nō solùm est in peccato manifesto, sed etiam id, quod vult offerre, est illicitè acqsitum, & hoc casu an ab eo prohibeatur recipi oblatio ratione rei oblatæ, dicam statim in 5. principali articulo. aut respectu rei quæ offertur, nulla est dubitatio, quo minus sit iustè, & legitimè acquisita, sed solum remanet quæstio respectu personæ ipsius oherentis. Et hoc casu arbitror dicendum, quòd aut loquitur in oblatione, quæ fit ad actum latriæ exteriorem, & sic ad sacrificium, & ista nulla modo facienda est, nedum à ma-
5 nifesto peccatore, sed nec ab occulto: † ꝙa sicut sacrificium est purissi-

Source : BIU Cujas

puriſſimum,ita ſacrificans debet eſſe omnino mundus. & quãuis ſacrificium non maculetur,tamẽ ſacrificans peccat, ex quo non accedit ad ſacrificium mundus. vt tenetur. Aut loquimur de alijs oblationibus,quæ fiunt, vel in recognitionem dominici beneficij, vel dominici dominij. Aut ad quas aliquo modo quis neceſſitetur,ſecundum ea quæ diximus ſupra in tertio principali libello,& profectò non video cauſam, quare peccator ẽt manifeſtus ad iſtas non teneatur: nam cum ad iſtas tales oblationes neceſſitetur,vt diximus in 3.principali articulo, non debet quis à tali onere liberari propter propriam culpam, ne de malitia ſua commodum reportet,vt in c.ſedes, & c. fi. de reſcri. Et melius ad propoſitum in c.intelleximus, de iudi. Quis enim dicit,ꝙ manifeſtus homicida,aut concubinarius non teneatur ad primitias,ſeu oblationes tales,ad quas aliàs de iure neceſſitatur,& ad quas quis de iure teneretur,& quas recipiens quodammodo ſuum recipere videtur?Certè nullus iudicio meo, dummodò illas faciat de licitè acquiſitis: neque enim hoc reperio prohibitum,nec aliqua ratio ſuadet.vnde quandocunque eccleſia ſuum recipit,videtur id facere poſſe, quãuis id recipiat à manifeſto peccatore,facit quod no.gl.in fi.in c.tranſmiſſa.de deci. Exemplũ in primitijs,decimis,& cęteris oblationibus,quæ fiunt occaſione neceſſitatis eccleſię,ſeu miniſtrorum in extrema ne-
6 ceſſitate conſtitutorum. † Sed ſi loqueremur de oblationibus, quæ fiunt ad altare,vel ad manum ſacerdotis,vel Deo,vel eccleſiæ, quas recipiendo eccleſia non videtur ſuum recipere, prout ſunt voluntariæ oblationes.vel etiam ſi neceſſariæ ſint,vt in oblationibus ad altare diebus feſtiuis ſecundum aliquos, vt ſuperius dixi in 3.principali articulo, tales non videntur recipiendæ à publicis,& manifeſtis peccatoribus, cum tales oblationes fiãt in publico, ne eccleſia videatur illius peccatum publicè probare.Sed ſi in occulto fierent, fortè dici poſſet ſatis permiſſum fore propter ceſſantem cauſam,quia non fiunt in publico,ar.c.cũ
7 ceſſante,de appel.† vel poſſemus fortè diſtinguere, ꝙ aut eſt tale delictum,vel tale peccatum,vel cauſa, propter quod, vel quã talis peccator eſt extra eccleſiam. Et hoc caſu eccleſia indubitãter non debet recipere ab eo oblationes,quas Deo,vel eccleſię faceret,& non ab excommunicatis vel ſimilibus non ſunt reci-
8 piendæ,† & ita poteſt intelligi.c.miror.17.q.4.& c.de viro. 12.q. 2. Si propter talia etiam manifeſta peccata non ſunt excluſi ab eccleſia, dicerem, ꝙ regulariter à talibus oblationes ſunt recipiendæ,niſi aliquo iure ſpecialiter reperirentur prohibiti, & ita procedunt iura contraria, & hæc procedunt in oblationibus propriè ſumptis quæ fiunt Deo,vel eccleſiæ,& quas recipiendo
9 eccleſia non dicitur ſuum recipere. † In alijs verò oblationibus non proprijs,quæ fierent loco pio,vel hoſpitali,per quas neceſſitatibus pauperum ſubueniendum, eſt arbitror ꝙ recipi poſſint à quibuſcunque,etiam notorijs peccatoribus, dũmodò de proprio fierent, ſecundum quod dicam in ſequenti articulo ſicut elemoſinæ,quia tales oblationes inſtar elemoſinarum habent, probatur 86.diſt.c.non ſatis,de ſenten.excommu.c.cum voluntate. 26.diſt. c. deinde. niſi tales eſſent excommunicati excommunicatione maiori, à quibus non ſunt recipiendæ in caſu neceſſitatis,quamuis etiam neceſſitas non ſit ita extrema,vt latè dixi in tractatu excommunicationis. 19. principali articulo. 2.q. principali. 22.dubio.

10 † Sed circa prædicta quæritur,vtrum oblationes factæ ab exiſtentibus in peccato mortali,proſint eis?Solutio,dicendum eſt, vt latius declarabitur infra,libello 17.

11 † Item quæritur,vtrum à minoribus recipiendæ ſint oblationes?Solu.dicendum arbitror,ꝙ ſic, maximè ſi ſint puberes, nec ſit eis interdicta adminiſtratio,quod tamen quãdo ſit,& in quibus oblationibus procedat,& qualiter fieri debeant,latius dicetur infra in 9.libello principali.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes fieri poſſunt pro viuis,& mortuis,& pro ipſis offerentibus.*
2 *Oblationes,an fieri poſſint pro defunctis beatis, an damnatis, an ſolùm pro exiſtentibus in purgatorio,remiſſiuè.*

Libellus quintus.

1 QVinto † principali loco videndum eſt, pro quibus oblationes fieri poſſint, & ad quorum ſuffragium. Sol. dicendum arbitror,ꝙ poſſunt fieri tam pro viuis,quã pro defunctis, & tam pro nobis ipſis offerẽtibus, quã pro alijs,ſiue fiant ex voluntate nulla præcedente obligatione, ſiue fiant ex neceſſitate alicuius præcedentis obligationis.l.ſolu
2 tionem.ff.de ſolu.& Inſti.qui.mo.tol.obl.in prin.† Et adde quæ dicuntur infra eo.tit.libello. 18. vbi videbimus, an poſſint fieri pro defunctis beatis,an damnatis, an ſolummodò pro his, qui ſunt in purgatorio.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes,an de omnibus rebus fieri poſſint.*
2 *Sacrificia immaculata eſſe debent.*
3 *Oblatio ex contemptu illicita redditur.*
4 *Offerre obligatus ob votum integrum reddere debet vt vouit.*
5 *Obligationes primitiarum vel decimarum,de quibus rebus fieri debeant.*
6 *Obligationes propriè, quæ fiunt Deo vel eccleſiæ & ſacerdoti tanquam medio inter Deum,& populum, debent de iuſtè acquiſitis fieri.*
7 *Oblationes faciens de ſubſtantia pauperis, quaſi victimat filium in conſpectu patris.*
8 *Oblationes ex ſcelere,Dei iracundiam non placant.*
9 *Oblationes facere de omnibus licitè acquiſitis,puta de animalibus immũdis, iure veteri licitum non erat.*
Creatura omnis Dei in lege noua immunda reputatur.
10 *Oblatio de re aliena fieri non debet.*
11 *Oblatio ob aliquod accidens de aliquo iuſtè poſſeſſo fieri non poteſt, puta ſi in alterius detrimentum vergat.*
12 *Meretrix licèt turpiter faciat,eo ꝙ ſit meretrix, non tamen turpiter facit aliquid recipiendo,& de eo non licet oblatio.facere.*
13 *Oblatio in l.veteri de mercede proſtribuli prohibetur.*
14 *Offerri licèt prohibeantur animalia immunda, eis tamen venditis, pretium offerri poterat.*
15 *Oblationes eleemoſinam ſapientes poſſunt fieri de licitè acquiſitis, licèt immunda ſint.*
16 *Iniuſtè quæſitum aliquid tripliciter eſſe poteſt.*
17 *Acquiſita illicitè in bonis noſtris non ſunt.*
18 *Eleemoſinæ de vſuris fieri non debent.*
19 *Illicitè acquiſitum potius reddendum eſt,quàm oblationes facere.*
20 *Diuitiæ iniquis ſunt iniquæ,qui in eis ſpẽ conſtituunt.*
21 *Rei alienæ detentio minus peccatum eſt,quàm homicidium.*
22 *In caſu neceſſitatis omnia ſunt communia.*
23 *Illicitè acquiſitum dicitur id,quod retineri non poteſt,nec debetur ei, à quo acquiſiuit.*
24 *Simoniaco contra iuſtitiam danti,an fiat reſtitutio,vel in eleemoſinas largiri debeat,vel eccleſiæ applicari.*
25 *Acquiſita turpiter danti reſtituenda non ſunt.*
26 *Cap.qui habetis. 14.q. 5.quomodo intelligatur.*
27 *Oblationes de incertis fieri poſſunt,quando neſcitur,cui reſtituendæ ſint.*
28 *Turpe lucrum dicitur,quod mulier ob meretricium acquirit.*

Libellus ſextus.

1 SExto † principali loco videndum eſt, Vtrum de omnibus rebus poſſint fieri oblationes?Solu.Dic, ꝙ aut nos loquimur de ea ſpecie oblationis,quæ fit ad aliquid ſacrum,de qua diximus ſupra in princi. Et dicendum eſt, ꝙ non de omnibus rebus ſunt fiendæ,ſed de proprijs,& mũdis:quia ſi hoc exigitur in oblationibus,quæ non in cultum diuinũ ad aliquod ſacrum fiũt,vt ſtatim dicam, multo fortius exigitur in prædictis
2 oblationibus. † Sacrificia enim debent eſſe immaculata, vnde dicitur Malachiæ,Si offeretis cęcum, claudum, vel languidum ad ĩmolandum, nonne malum eſt? quaſi diceret, certè malum eſt,vnde redditur illicita talis oblatio reſpectu eius,ad quod offertur.ſ.ad ſacrificium.† Et idem ſi fieret oblatio ex contemptu,
3 nam & propter hanc cauſam redderetur illicita. vnde ibidẽ ſubdit,Non polluiſtis nomen meum in eo quod dicitis, Menſa Domini contaminata eſt,& quod ſupponitur,contemnibile eſt. & non ſolum prædictis duabus cauſis oblatio redditur illicita, ſi
4 claudum,vel quid ſimile offertur,† ſed etiam ratione præcedentis voti,propter quod obligatur homo,vt integrũ reddat, quod vouit.vnde ibidem ſubditur,Maledictus homo qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens ĩmolat Domino debile.
5 † Aut loquimur de oblationibus,quæ vel primitiæ,vel decimæ appellantur,& iſtæ de quibus rebus fieri debeant,tradit Io.And. in rubrica de deci.& per Hoſti.& alios Summiſtas in dicto ti.& Cy.in l.cum te.C.de condi.ob tur.cauſam.Et ego in illis titulis la
6 tè tractaui. † Aut loquimur de oblationibus proprijs, quas iura propriè & ſtrictè appellant oblationes,quæ fiunt Deo,vel eccleſiæ,& ſacerdoti tanquam medio inter populum, & Dominum, vt diximus in princip.& talis oblatio non poteſt fieri, niſi de iuſtè acquiſitis,& poſſeſſis,vt 14.q.5.c.2.vbi dicitur, Dona iniquorum non probat Altiſſimus,nec reſpicit in oblationibus iniquorum. vnde Auguſtinus in libro de verbis Domini in monte, Si deprædaueris aliquem inualidum, & de ſpolijs eius dares alicui iudici,ſi pro te iudicaret, tanta vis eſt iuſtitiæ, vt & tibi diſpliceret.Nam non eſt talis Deus tuus,qualis non debes eſſe,nec tu.& ideo dicitur Eccleſiaſtes c.34.Immolantis ex iniquo oblatio eſt maculata.& ſic patet, ꝙ de iniuſtè acquiſitis,& poſſeſſis non poteſt fieri oblatio.Et ſubdit etiam Auguſti.in loco prælegato &
7 tranſumptiuè.14.q.5.c.ĩmolans. † Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis, quaſi victimat filium in conſpectu patris. Et idem.j.q.j.c.non eſt putanda.vbi tex.ſubdit, quantus autem dolor ſit patris perpendamus, ſi in eius conſpectu filius victimetur. Et habetur Prouerbiorum 15. cap. & d. cap. non eſt putanda.Hoſtiæ impiorum abominabiles ſunt, quæ offeruntur ex ſce
8 lere.† Quicquid enim in Dei ſacrificio ex ſcelere offertur, omnipotentis Dei non placat iracundiam,ſed irritat,vt d.c.non eſt putanda.

Source : BIU Cujas

9 putanda.† Aduerte tamen,quia non de omnibus licitè acquisitis,& possessis licitum erat in veteri lege, in qua figura seruabatur quædam propter significationem oblationes facere. vnde quædam animalia,quæ reputabantur immunda,offerre non licebat'. Sed in noua lege omnis creatura Dei reputatur immunda,vt dicitur ad Thimot.ca.1.& ideo quantum est de se,de quo-
10 libet licitè possesso potest oblatio fieri, † sed de substantia aliena non debet fieri oblatio, vnde dicitur Prouer. cap. 3. honora Deum de substantia tua,seu de tuis iustis laboribus,vt d.ca. non est putanda,& in c.ex translmissa,de deci.nec ob.quod legitur in Exod.c.3.& 12.quòd filij Israel exituri de Aegypto à vicinis suis acceperunt mutuo vasa aurea,& argentea,ex quibus postea ędificauerunt tabernaculum Domino,vt habetur 14. q. 5. §. econtra,& c.dixit Dominus ad Moisem.Nam ad hoc respondetur,secundum Augustinum in libro quæstionum Exodi,& transumptiuè.in d.c.dixit Dominus ad Moisem,q̃ ex illa auctoritate nō debet quis sumere exemplum ad expoliandum eo modo proximum,quoniam Deus illud iussit,qui nouerat, quid quemque pati oporteat, nec Israelitæ furtum fecerunt, sed Deo iubente
11 ministerium præbuerunt.† est tamen aduertendum,q̃ per accidens contingere potest, quòd de aliquo iustè possesso oblatio fieri non potest,secundum beatum Tho. 2.2. q.86. arti.3. vt puta,si vergat in detrimentum alterius.Exemplum,si filius aliquid offerat Deo,vnde debet patrem nutrire,quod Dominus improbat Matth.c.15.vel propter scandalum,vel propter contemptū,
12 vel propter aliquid huiusmodi.† Et ex prædictis etiam sequitur quòd secundum iura humana meretrix licèt turpiter faciat, in eo quòd meretrix est, non tamen turpiter facit recipiendo aliquid,& sic licitè possidet.l.idemque.§. quatenus ff.de condi. obtur.caus.& tamen de eo non licet facere oblationem,iuxta illud Deute.c.23.vbi dicitur,Quomodo offers mercedem prostribuli in domo Domini Dei tui.& Isaias,Non accipias mercedem meretricis, quod etiam hodie prohibetur in noua lege propter scā
13 dalum euitandum: † sicut enim in veteri lege prohibetur oblatio de mercede prostribuli propter immunditiam,in noua lege prohibetur propter scandalum,ne videatur ecclesia fouere peccata,si de lucro peccati oblationes recipiat,& propter sacrorum
14 reuerentiam.† Et aduerte,quia licèt in veteri lege prohiberentur offerri animalia immunda,vt cęcum,claudum,&c.vt supra dixi.tamen talia animalia poterant vendi,& eorum pretia poterant offerri,iuxta illud Leuitici,c.vltimo. Si immundum animal est,redimet,qui obtulerit.Quædam tamen animalia,vt canes,neque ipsa pro se offerri,neque vendi,& pretium ipsorum offerri poterat,vt habetur Deuterono. ca. 23.vbi pretium canis prohibetur offerri in domo Dei.Et tamē clarum est, q̃ pretium canis iustè venditur,& iustè possidetur. Sed hoc de cane prohibitum erat in veteri lege,secundum beatum Thomam, vt etiā offerri non posset,tum quia idolatræ canibus vtebantur in sacrificijs idolorum,tum quia canes rapacitatem significant, de qua non potest oblatio fieri,vt supra explicatum extitit.Hæc tamen prohibitio cessat in noua lege, secundum beatum Thomam 2.
15 2.q.86.† Aut loquimur de oblationibus, quæ fiunt in vsum ministrorum ecclesiæ,vel vt ipsis prouideatur,vel propter ipsorū, vel ecclesiæ necessitatem,vel alterius pij loci,aut pauperum,vel ibidem degentium infirmorum,aut expositorum: Et tales oblationes,quæ sapiunt qnodammodo eleemosinas,possunt fieri de omnibus licitè acquisitis,& possessis.quàmuis sint animalia immunda, vel etiam aliàs in veteri lege prohibita vti,& pretium offerri in domo Dei,vt supra diximus. De his autem, quæ illici-
16 tè sunt acquisita,† distinguendum est,q̃ tripliciter potest esse aliquid iniuste quæsitum. Vno modo per talem actum, aut per tale medium, propter quod ab eo qui acquisiuit iustè retineri non potest,sicut contingit in furto,rapina, & huiusmodi talib. & de his non potest fieri oblatio,seu eleemosina.i.q.j.nō est putanda.ibi.vbi tex.dicit.Non est putanda eleemosina, si pauperibus dispensetur,quod ex illicitis rebus acquiritur: quia qui hac intentione malè accepit,vt bene dispensęt,grauatur potius quā iuuetur.Vnde etiam certum est,quia & si monasteria, vel zenodochia, vel aliquid aliud,&c.& Augustinus in omelia,& transumptiuè.14.q.5.c.fortè.singulariter dicit, fortè aliquis cogitat, & dicit,Multi sunt Christiani diuites, auari, cupidi, non habeo peccatum,si suum illis abstulero,& pauperibus dedero. vnde n. illi nihil boni agunt,mercedem habere potero. Sed huiusmodi cogitatio diaboli calliditate suggeritur: nā si totum tribuat, quod abstulerit,addit potius peccatum,quàm minuat,& idem etiam colligitur,14.q.5.c.eleemosina,& c.denique,& c.scriptū.
17 † Nam illicitè acquisita non sunt in bonis nostris,vt ff. pro soc. l.cum duobus.§. fina. Vnde dicit Augustinus in libro de verbis Domini in monte. De iustis laboribus facite eleemosinas.Non enim corrupturi estis iudicem Christum, vt nō vos audiat cum
18 pauperibus,quibus tollitis.† Nolite velle eleemosinas facere de fenore,& vsuris.& subdit,Fidelibus dico,quibus,corpus Christi
19 erogamus.† Quandocunque ergo aliquid est illicitè acquisitū, vt furtis,rapinis,calūnijs,inuasionibus,oppressionibus, aut alio simili modo,propter quem is qui abstulerit,ad restitutionem teneatur, prout etiam de rebus inuentis dicitur, dummodò non sint habitæ pro derelicto.14.q.5.si quid inueneris,restituendum est domino, cuius erat, vel à quo ablatum fuit. Potius tale reddendum est,quàm in oblationes, seu eleemosinas erogandum. Exemplum Zachæi publicani, vt habetur Lucæ ca. 12.& tradit beatus Augustinus ad Macedonium,& transumptiuè.14.q.5.c. non sani,in fi.Nec obstat,quod habetur Lucæ.ca.16.dum dicit, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Vnde cū mammona significet diuitias,videtur sequi,q̃ de diuitijs,iniquè acquisitis possit quis spirituales amicos facere,oblationes faciendo, & eleemosinas largiendo.Nam ad hoc respondetur,secundum
01 Augustinū in libro dicto de verbis Domini,vbi sic inquit,Quidam malè intelligendo rapiunt res alienas,& aliquid inde pau-
11 peribus largiuntur & putant se facere,quod præceptum est, sed intellectus iste corrigendus est.Omnes diuitiæ iniquitates dicū-
20 tur,vt dicitur in libro de quæstionib. euangelij,† quia sunt diuitiæ iniquæ iniquis,qui in eis spem constituunt.Vel dicuntur iniquæ, secundum Ambrosium, quia varijs diuitiarum illecebris hominum tentant affectus, vel quia in pluribus prædecessorib. quibus succeditur in patrimonio aliquis reperitur, qui iniustè vsurpauit aliena,quamuis tu nescias,secundum Basil.Vel iniquitates dicuntur omnes diuitiæ, hoc est inæqualitatis, quia non æqualiter sunt omnibus distributæ, cum alij superabundent, & alij egeant, vnde non accipitur ibi mammona iniquitatis hoc est iniustè acquisitum, ita vt domino restituendum sit. vel potest responderi,secundum Gratianum.14.q.5.§. sed hoc multipliciter,q̃ intelligi potest de mammona iniquitatis,secundum secundam speciem, aut tertiam speciem illicitè acquisitorum,
21 vt statim subiciam,† Nec obstat q̃ maiora mala sunt magis euitanda,quàm minora,vt de se patet.Et est tex.13.distin.c.duo mala,& alijs plerisque iuribus:sed minus peccatum est detentio rei alienæ quàm homicidium,quod aliquis incurrit, nisi fame morienti subueniat.86.di.c.pasce.vnde videtur,q̃ aliquis possit huiusmodi oblationes, & eleemosinas facere de malè acquisitis,
22 † quia ad hoc respondetur,q̃ in casu prædicto ratione talis necessitatis in qua ille constitutus est,omnia illi sunt communia: adeo quòd licitè potest de alieno accidere, si non inueniat, qui velit sibi dare,nec dicitur furtum, aut rapinam committere, vt in c.si quis propter necessitatem,de furt.vbi latè scripsi. Et eadē ratione tertius, qui iniquè bona acquisiuit, potest hoc casu de talibus malè acquisitis huiusmodi oblationes, & eleemosinas facere.Quinimò & ab alio accipere, & inde extremam necessi-
23 tatem patienti prouidere.† Secundo modo dicitur aliquid illicitè acquisitum,eo q̃ ille,qui illicitè acquisiuit,non potest illud retinere,nec tamen debetur ei,à quo acquisiuit, eo q̃ contra iustitiam acceperit,& alter contra iustitiam dederit: ita q̃ ex par-
24 te vtriusque dantis,& recipientis turpitudo versatur,† sicut cōtingit in simonia,in qua dans, & accipiens facit contra iustitiā, vnde non debet fieri restitutio ei,qui dedit,sed debet in eleemosinas elargiri,secundum beatum Thomam 2.2.q.32.ar.7.Quod ergo intelligo,quando talis simonia non fuit commissa in iniuriam alicuius certæ ecclesiæ,quia tunc illud receptum applicari debet ecclesiæ, in cuius iniuriam simonia fuit commissa, vt in
25 c.de hoc,de simo.& ibi dixi.† Potest hoc etiam intelligi de quibusdam aliis acquisitis turpiter,& turpiter datis,quæ turpiter dā ti non sunt restituenda,secundum ea,quæ traduntur in l.1.2. &
26 3.de condi.ob turp.causam.†Et isto modo potest intelligi,quod dicit Augustinus.14.q.5.c.qui habetis,vbi dicit, Qui habetis aliquid de malo,facite inde bonum: Qui non habetis de malo,no lite acquirere de malo,prout etiam intelligit Gratianus. 14. q.5.
27 §.sed hoc multipliciter.† Et ex prædictis ego infero, q̃ de incertis licitè possum facere oblationes,postquam nescitur, quis sit, cui sint restituendæ, vtrum tamen ad hoc requiratur voluntas episcopi,dicam infra eo.lib. Tertio modo potest dici aliquid illicitè acquisitum,non ex eo q̃ ipsa acquisitio sit illicita, sed quia
28 illud,ex quo acquiritur, est illicitum, † sicut patet de eo, quod mulier acquirit per meretricium, quod propriè vocatur turpe lucrum.Nam licet mulier meretricando turpiter agat, & contra legem non tamen turpiter,aut contra legem accipit, vt superius explicaui,& de hoc potest fieri eleemosina,& etiam oblatio,dummodò non fiat in ecclesia Dei,aut ad altare, secundum quod superius est explicatum.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes,quot modis fieri possint.*

Libellus septimus.

1 SEptimo principali articulo examinandum est, † quot modis possit fieri oblatio. Sol. dic quòd oblatio potest fieri principaliter tribus modis. Vno modo offerendo bona absque persona. Secundo modo, differendo personam absque bonis. Tertio modo offerendo personam & bona.Primus mōdus subdiuiditur in alios infrascriptos modos.

Primo

Source : BIU Cujas

Primo modo, offerendo omnia bona mobilia, & immobilia, iura, & actiones, præsentia, & præsentes: futura, & futuras.
Secundo modo offerendo omnia bona præsentia, & futura.
Tertio modo offerendo bona præsentia, & futura.
Quarto offerendo omnia bona.
Quinto offerendo bona simpliciter.
Sexto offerendo omnia bona mobilia, & immobilia.
Septimo offerendo simpliciter bona mobilia, & immobilia.
Octauo offerendo omnia bona mobilia.
Nono offerendo omnia bona immobilia.
Decimo offerendo certa bona singulariter, seu specialiter designata.
Vndecimo offerendo omnes res præsentes, & futuras.
Duodecimo offerendo omnes res.
Decimotertio offerendo res suas.
Decimoquarto offerendo omnes res mobiles, & immobiles.
Decimo quinto offerendo omnes res mobiles.
Decimosexto offerendo omnes res immobiles.
Decimoseptimo offerendo omnia bona, & res futuras.
Decimooctauò offerendo omnia iura, & actiones præsentes, & futuras.
Decimonono offerendo omnia iura, & actiones, vel omnia bona incorporalia, vel omnes res incorporales præsentes.
Vigesimo offerendo omnes actiones præsentes.
Vigesimoprimo offerendo omnia iura, & actiones futuras.
Secundus modus principalis de oblatione personæ absque rebus aliter non distinguitur.
Tertius modus principalis potest distingui, & combinari cum omnib. alijs modis distinctis supra in primo mõ principali.
Rursus etiam oblationes quandoque fiunt simpliciter, & gratis nullo expresso modo, conditione, & causa; & quandoque etiam non gratis, sed vt per offerentem aliquid recipiatur, & de his omnibus modis quid importent, & ipsorum validitate, & effectu agendum est latissimè tractandum inferius in hoc opere.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, quid contineat, & infra nume. 10.*
2 *Mobilium appellatione, veniunt se mouentia.*
3 *Verbum, omne, omnia comprehendit, & nihil excludit.*
4 *Iura, & actiones, incorporalia sunt.*
5 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione, validum est.*
6 *Oblatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, ex proprio significato quid contineat.*
7 *Bonorum appellatione, quid veniat.*
8 *Bona dicuntur, quia beatos faciunt.*
Beare quid sit.
9 *Bona dicuntur deducto ære alieno.*
11 *Bonorum appellatio vniuersitatem quandam significat.*
12 *In bonis nostris, quæ computentur.*
13 *Oblatio bonorum præsentium, & futurorum, non dicendo omnium, quid comprehendit.*
14 *Oblatio omnium bonorum, quid contineat, & infra nu. 17.*
15 *Oblatio prædicta, vt comprehendat futura, quomodo sit concipienda.*
16 *L. si ita ff. de aur. & argen. leg. & l. j. in fi. & l. si quis societatem. ff. pro soc. quomodo procedant.*
18 *Oblatio omnium bonorum, ex proprio significato, an comprehendat iura, & actiones.*
19 *Expressio eorum, quæ tacitè insunt, nil operatur.*
20 *Oblatio bonorum simpliciter facta continet bona mobilia, & immobilia, iura, actiones, & petitiones.*
Et an veniant futura, vide infra nu. 22.
21 *Indefinita in materia indifferenti, vniuersali æquipollet.*
23 *Oblatio omnium bonorum mobilium, & immobilium, iura, actiones, & nomina debitorum non comprehendit.*
24 *Verba vniuersaliter prolata qualificantur, & restringuntur per alia verba adiecta.*
25 *Oblatio omnium bonorum præsentium, & futurorum an iura, & actiones comprehendat.*
26 *Iura, & actiones quare non dicuntur mobilia, nec immobilia.*
27 *Nomina debitorum propriè, nec mobilia, nec immobilia censentur.*
28 *Quid si adhæreant rebus immobilibus.*
29 *Oblatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, an comprehendat annuos redditus, & bona mobilia, & immobilia, & infra nu. 38.*
30 *Redditus annui an inter immobilia computentur, & quando, & infra 32. 33. 35. & 37.*
31 *Redditus annui in legato bonorum mobilium, & immobilium, nec in donatione, nec in condemnatione non veniunt.*
34 *Redditus annui ecclesiarum an alienari possint.*
36 *Clemen. exiui, de ver. sign. in vers. cumq; annui redditus, quomodo procedat.*
39 *Differentia non est, an quis offerat omnia bona mobilia, & immobilia, an verò simpliciter dicat, bona mobilia, & immobilia.*
40 *Oblatio omnium bonorum mobilium, quid contineat.*
41 *Verba vniuersalia restringuntur secundum naturam terminorum, quibus adiunguntur.*
42 *Oblatio omnium bonorum immobilium, quid comprehendat.*
43 *Oblatio certorum bonorum specialiter seu simpliciter facta, quid comprehendat.*
44 *Oblatio omnium bonorum, præsentium, & futurorum, quid contineat.*
45 *Verbum res, est generale.*
Rei appellatione, quid contineatur.
46 *Oblatio omnium rerum, quid contineat.*
47 *Quid de oblatione rerum suarum.*
48 *Quid de oblatione rerum mobilium, & immobilium.*
49 *Quid de oblatione rerum mobilium tantum.*
50 *Quid de oblatione rerum immobilium tantum.*
51 *Quid de oblatione omnium bonorum, & rerum futurarum.*
52 *Quid de oblatione omnium iurium, & actionum præsentium, & futurorum.*
53 *Quid de oblatione omnium bonorum incorporalium, vel omnium rerum suarum incorporalium.*
54 *Quid de oblatione omnium iurium, & actionum, vel omnium bonorum incorporalium, vel omnium rerum suarum incorporalium.*
55 *Quid in oblatione omnium actionum præsentium.*
Actio quid sit.
56 *Quid de oblatione omnium iurium, & actionum futurarum.*
Quid, quando distinguitur inter iura, & actiones.
57 *Quid in oblatione personæ suæ, & non bonorum.*
58 *Auct. ingressi. C. de sacrosan. eccle. cum conc. quomodo loquatur.*
59 *Offerens se eccles. seculari, vt perpetuò ibi sit, bona retinere potest.*
60 *Limita, nisi consuetudo loci pij, & eccle. aliud habeat.*
61 *Notarius offerens se hospitali, an possit post oblationem instrumenta confice re, & infra num. 84.*
Notarius factus monachus potest complere instrumenta, de quibus rogatus est, de licentia sui prælati.
62 *Monachus in causa inquisitionis hæresis de nouo instrumenta rogare potest & in causis spiritualibus, in alijs secus, & infra nume. 63.*
Oblatio personæ, & bonorum, quid comprehendat.

Libellus octauus.

OCtauo loco principali, iuxta præmissum ordinem superest, vt examinemus, quid veniat in oblationib. factis, secundum primum principalem modum. s. quando quis offert bona, & non personam, quem articulum examinabimus per vigintiunam quæstiones, in quas primum modum distinximus in præcedenti libello, & prout apparebit infra ex singularibus rubricis prædictarum quæstionum, & deinde subijciemus duas alias quęstiones secũdi & tertij principalis modi, & sic erunt 23. quæstiones principales.

1 † Primò ergo quæro, quid veniat in oblatione prædicta ex proprio significato, quando quis offert omnia bona præsentia, & futura, & actiones præsentes, & futuras? Sol. dic ꝙ ex proprio significato nihil remanet huic offerenti. Primò, quia omnes facultates noscere consistunt sub prædictis vocabulis, nam prętер bona sub dicta generalitate & specificatione comprehensa, nõ est dare alia bona. & si tu diceres, Nonne reperiuntur animalia
2 se mouentia, de quibus nihil videtur dictum? † Respondeo, ꝙ & illa mobilia sunt, & ideo appellatione mobilium continentur, vt l. mouentium. ff. de verb. signi. ad quod accedant, quæ latius dixi in ti. de verb. signi. c. mobilia. † Præterea verbum omnia, vniuersa comprehendit, & nihil excludit, quod in immobilitate vel mobilitate consistat, vt in l. à procuratore ff. mand. cũ alijs iuribus, quæ allego in ti. de ver. sig. c. oĩs. cum subiungantur deinde verba sequentia, pſentia, & futura, & demũ iura, & actiones præsentes, & futuras, nihil remanet: nã omnia, quæ nostra sunt, aut sunt futura nostra, aut corporalia, aut incorporalia, &
4 incorporalia, aut mobilia, aut īmobilia. † Incorporalia verò aut sunt iura, aut actiones, vt Insti. de rebus corpo. & incorpo. per totum. Vnde cum nihil in bonis nostris, aut his quæ futura sunt nostra, reperiri possit, quod sub prædicta forma non contineatur, sequitur ꝙ ex proprio significato omnia quę nostra sunt, &
5 quæ futura sunt nostra, veniunt in tali oblatione, † argumento sumpto a partibus sufficienter enumeratis, quod validum est, vt l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de acti. & obli. cum aliis iuribus, quę allego in ti. de alleg. & dispu. Et in prædictis ego infero, ꝙ idem esset, si oblatio fieret de omnibus bonis corporalibus, & incorporalibus præsentibus, & futuris.

6 † Secundò quæro, quid veniat in oblatione, quam quis fecit de omnibus bonis præsentibus, & futuris ex ꝓprio significato? Sol. dic ꝙ veniunt similiter omnia bona iura, & actiones, quæ veniunt in oblatione, de qua in præcedenti quæstione in princi
7 pio: † nam bonorum appellatione veniunt tam bona mobilia, quàm immobilia, & iura, & actiones: nam omnia, quæ prosunt,
8 beant, † & naturaliter bona dicuntur, quia beant, hoc est beatos faciunt, hoc est, quia prosunt. Beare enim idem est, quod prodesse, vt l. bonorum. l. a. j. ff. de verb. signi. & ff. de peti. hære. l. item veniunt. §. fi. & duabus sequentibus, & nota. in ca. relatum. el 2. de testamen.

Source : BIU Cujas

Maria. Soci. De Oblationibus.

9 teſtamẽ. † Naturaliter enim bona dicuntur, quæ non afferunt in commodũ,& intelliguntur ęre alieno deducto, vt dicit gl. in d.l.bonorũ.& ꝓbatur in l.ſubſignatũ.§.bona.ff.de verb.ſign. & ibi etiam not.glo.& ꝓbatur in l.mulier bona.ff.de iur. do.Et ad hæc videnda ſunt quæ latius dixi in ti.de verb ſigni.c. bona.

10 † Offerendo ergo omnia bona p̃ſentia,& futura, videtur quis tã bona mobilia,q̃ immobilia,& iura, & actiones offerre, ꝑ verbũ oĩa,qđ eſt vniuerſale, ꝑ propriũ ſignificatũ verbi bo-

11 norũ,ſimpliciter ꝓlati, vt ſ. ſubijciã. † Ad qđ ẽt facit l.bonorũ. la.ij.ff.de verb.ſig.vbi tex.dicit,ꝙ bonorũ appellatione,ſicut hę reditatis,vniuerſitatẽ quãdã ſignificat,& nõ ſingulas res demõ ſtrat,vñ ẽt ſeruitus dicit eſſe in bonis nr̃is,licet ſecus eſſet, ſi facta eſſet mẽtio đ mobilibus,& ĩmobilibus, vt ſtatim dicam in

12 vj.q.† Et eſt notãdũ, ꝙ ĩ bonis noſtris cõputãtur nõ ſolũ, quæ dominij nr̃i ſunt ſed & ſi bona fide a nobis poſſideantur, vel ſi ſuperſunt,vt l.bonorũ.la.j.§.in bonis.ff.de verb.ſigni & ibi ſubditur,ꝙ omnia quæ in actionibus,petitionibus,& proſecutionibus ſunt,annumerantur in bonis noſtris.

13 † Tertio quęro,quid in oblatione,quã qs facit ſi nõ dixit oĩa bona,ſed ſimpliciter dixit bona præſentia,& futura.Sol.ego arbitror idẽ dicẽdũ quod dictum fuit in præcedenti q.per iura allegata ibidem,& per ea quæ dicam, & per ea quæ de natura indefinitè ſtatim dicam in quinta queſtione.

14 † Quarto quæro, quid ſi offerens dicat, offero omnia bona. So.dic,ꝙ in tali oblatione veniũt bona præſentia, ſiue ſint mobilia,ſiue immobilia,ſiue iura,ſiue actiones, futura autem non veniunt.Prima pars concluſionis prędictæ,ꝙ contineat ſolum præſentia,probatur in l.ſi ita.ff.de auro & argẽ.leg & in l. ſi tibi mandauero.§. is cuius.ff.manda.& in l.ſi ſtipulatus ſum. § igit̃, & l.cum ſtipulamur,& l.ſi a colono.& tractatur in l. ſtipulatio hoc modo.ff.de verbo.obliga.Bart.in dicta l.ſi ita,& l.certa for-

15 ma.C.de iure fiſ.Bald.in l.etiã. C.ad l. fal. † Ad hoc enim vt futura veniant,concipienda ſunt verba oblationis taliter,vt fatura cõprehẽdar. l.ſi ſtipulatus fuerim.§. cũ ſtipulamur. ff. de verbo obli.Et idẽ in terminis tenet expreſsè Archid.xxvij.q.ij.c.vt lex continẽtiæ,& in ſimili tenet glo.Bar.Bald.& Doct. in l.fin.

16 C.quæ pig.obli.poſſ.† Nec obſtat ille tex.qui videt̃ velle,futura comprehendi,quia ibi agebatur de modico, & paruo præiudicio, nec ex acceſſione bonorum futurorum augmentabatur obligatio quantitatis:ſecus hic in obligatione,in qua agitur de maximo præiudicio,ſecundum glo. & Docto. ibi. Idem tenet Dominus meus in c.ſi.de ſucceſſ.ab inte. & eſt communis opi. Et idem not.in l.ſi.C.de pact.Et eo modo poteſt reſponderi ad l.j.in ſi.& l.ſi quis ſocietatem.ff.pro ſocio, vbi veniunt bona futura,quia etiam ibi tractabatur de modico præiudicio,quia tãtum quis poterat lucrari,quãtũ amittere,vt dicit Bar.in dicta l. ſi ita.ff.de auro & argen.leg.Et prædicta procedunt, & fortius, ſi offerens expreſſiſſet,ꝙ ſolùm offerebat omnia bona præſentia.Ad qđ etiam vide quod no.in l. nõ ad ea. ff. de cond. & de-

17 mõ.† Prædicta tamen concluſio limitatur, niſi prædictę oblationi eſſent adiecta alia verba,propter quæ aliud appareret, & ſignificarent bona etiã futura, licèt expreſsè nõ dixiſſet de futuris,vt l.tutoribus.ff.de teſta.tute.Secundò limitatur, niſi futura bona eſſent acceſſoria ad præſentia donata, quia tunc talia veniunt,vt probatur in l.ſi.§.ſi.ff.de libe.lega. tenet Bart. in d.l.

18 ſi ita.& probatur ex regula,acceſſorium,de regu.iur. li. vj. † Secunda pars prædictæ concluſionis,ꝙ in dicta oblatione ex proprio ſignificato veniunt iura, & actiones pręſentes, probatur ex his,quæ dicta fuerunt in pręcedentibus quęſtionib.& ex his quæ diçam in ſequenti q Et ex prædictis infertur, ꝙ multo minus veniunt futura, ſi ſolùm de præſentibus ſit facta expreſſa

19 mentio. Talis tamen expreſſio non multum operatur, † quia expreſſio eorum,quæ tacitè inſunt,nihil operatur,vt l.iij. ff.de lega.j.& l.cum quid.ff ſi certum petat cum ſimi.

20 † Quintò quęro,quid ſi offerens dicat, ꝙ offert bona ſimpliciter?So.dic, ꝙ in tali oblatione ex ſignificato verborũ veniũt omnia bona mobilia,& immobilia, iura, actiones, & petitiones.Hoc enim importat verbũ bonorum,ſimpliciter prolatũ, vt l.bonorũ.la.j.ff.de verbo.ſignifi.& in alijs iuribus ſ̃.allegatis.

21 † Item quia indefinita in materia indifferenti ęquipollet vniuerſali,vt l.ſi pluribus,de lega.ij.& tractatur per gl.& Doctores notabiliter in c.vt circa,de elec.lib.vj.cum concordantijs vtro biq; traditis,& cum in alijs plurimis iuribus,quæ allegaui in ti.

22 de verbo.ſignifi. c. indefinita. † In hac tamen oblatione non veniunt futura,per ea quę dixi ſupra in præcedenti q.

23 † Sexto quæro,quid ſi aliquis offerendo dicit, ꝙ offert omnia bona mobilia & immobilia?So.dic quòd veniunt mobilia & immobilia bona duntaxat,vt verba demonſtrant.Iura verò,

24 & actiones,ſeu nomina debitorum non veniunt,† vnde verba vniuerſaliter prolata qualificantur,& reſtringuntur per alia verba adiecta,mobilia,& immobilia,& ar.l.ea tamen adiectio.

25 ff.de lega.iij.& l.cum delanionis.§.pe.ff.de fun.inſtr.c. graue.de offi.ordina.c.non erit.xxxij. q.j. † Non ergo veniunt iura, & actiones, & nomina debitorum, etiam ſi adiunxerit verba illa, præſentia, & futura, quia talia etiam non ſunt mobilia, facit quod habetur in l.iij.& iiij.ff.pro ſoc. & l. quis ergo caſus. ff. de

26 pecul. † Et ideo non poſſunt dici propriè mobilia, quia non poſſunt moueri de loco ad locum; nec etiam propriè immobilia,quia non circunſcribuntur loco, quia incorporalia ſunt. ff.de lega.iij.l.Caius.C.de præſcripti. long. temp. l. fina. Sed ſequuntur perſonam,quocunque vadant.l. prima §. hæres. ff. ad Trebelli.facit quod not. in l. fideicommiſ. ff. de iudi. & quod ſingulariter not.Bar.in l.ij. C. quę res pigno. obli. poſſ. propriè ergo nomina debitorum,nec mobilia,nec immobilia cenſentur,tangit glo.in l.monentium.ff.de verbo.ſignifi. & ibi Dy. & Iac.de Are. & aliquid per Bar. & plenius per Barto. ff. de au.tuto.l.pe.vbi concludit,quòd propriè non ſunt mobilia, neque

27 immobilia,ſed quædam tertia ſpecies ſeparata a prædictis. † Et hoc etiam probatur in l.a diuo Pio.§.ij.ff.de re iudica.vbi diſponitur, quòd in executione ſententiæ ſeruetur iſte ordo, quòd primo loco fiat in mobilibus,ſecundo in immobilibus,tertio in nominibus debitorum.Ad quod etiam facit,qđ no.in l.quã Tuberionis.ff.de pecu.Tenet Oldra.conſilio.ccxix. qđ incipit, Factum tale eſt,dominus Rex Franciæ,tenet Bar.cõſilio 92.qđ incipit,Lena Matarelli.Et hoc etiam tenent Pe.Do.me. & Ioã. de Imo. in c.nulli.de re.eccle.non ali.& Ioã.de Imo.& do.Domi.de ſancto Gem.in c.ij.de re.eccle. non alie. lib. vj. Et recitatis pluribus opin.finaliter videtur reſidere Spe.in titu.de fruct. & inter §.j.verſi.ſed pone,prælatus,& ibi per Ioan. An. in addi. & per Bart.& Cy.in l.j. C. ſi aduer. tranſac. tractatur etiam in l. iube.C.de ſacroſanc.eccleſi. tradit etiam Barto. in l. Centurio. ff.de vulga.& pupil.& Bald.in l.j. §. cum autem. C. de rei vxor. actio.Et prædicta procedũt maximè in terminis noſtris,in quibus quærimus de diſpoſitione hominis præiudiciali,& ideo nõ continentur,vt not.Bal.in c.j.§.ſciendum eſt, de feu. cogn. per d.l.Caius,& l.quam Tuberonis,& d.l. ſi.C.de præſcrip.lon. tẽp.

28 † Et prædicta procedunt in nominibus debitorum,& alijs iuribus,quæ ſunt in differentia: ſecus ſi accederent, vel adhærent rebus immobilibus,quia talia cenſerentur immobilia, facit. l. ſi aliena.§.j.ff.de vſucap.& qđ no.glo.in c.ij.de re.eccle.nõ alie. li.vj.& quod no.in l.Iulianus.ff.de fun.dota.facit quod no. Bal. in l.hac edictali.§.illud.C.de ſecun.nup.& quod no.in l. ſi quis inquilinos de lega j.& in l.quemadmodum.C.de agrico.& cẽſi.lib.xj.Ad quod videnda ſunt,quæ latius dixi in tractatu de ver

29 bo.ſigni.c.mobilium. † Sed iuxta prædicta dubitatur,vtrum in oblatione facta ſub modo, & forma prædictis veniant annui redditus? Et videtur dicendum quòd ſic,per tex. in cle. exiui.§. cumque annui redditus,de ver.ſig.vbi tex. dicit, Cumque annui redditus inter immobilia cõputentur.Cy. tenuit, ꝙ annui redditus nõ computentur inter immobilia, in l. ſi certis annis. C.de pac.Sed idẽ Cy.in l.ſciendum.C.qui ſatiſda. cogan. tenet contrarium.Et hanc vltimam opi.tenent Pet.de Ancha.& Io. de Imo.& Do.mens in c.nulli, de re. eccle. non alie. per tex.in d.cle.exiui,& per no.in l.iubemus.C.de ſacroſan.eccl.& in Auct̃en.de non alie.§.ij.Et tenet Io.de Imo.in cle.j.de re.eccle. nõ alie.& Io.de Imo.in c.de re.eccle.non alie.li. vj. Sentit Bal. in l. j.C.de vſufruc.in ſecundo nota.& l.iubemus.C.de ſacroſan. eccle.Federi.de Senis conſi.xiiij.quem ſequitur Bald.in l.hac edictali.§.his illud.C.de ſec.nup. † vbi dicit, ꝙ aut annui redditus

30 ſunt perpetui,vel ad lõgũ tẽpus,& cõputãtur inter immobilia. facit c.querelã,de elec.ſecus ſi nõ debeãtur ad lõgũ tẽpus, per no.in l.ſi.ff.quo.bon.& ꝑ no.ꝑ Cy.in d.l. ſi certis annis. Sed idẽ Bal.in c.j.§.ſciẽdũ,de feu.cog in vſi.feudo.dicit,ꝙ Aut annũ debitũ ꝯtinet ĩ ſe ꝓſonale debitũ, aut reale, vł mixtũ.Primo caſu, nõ cõputat̃ iter ĩmobilia,ꝙa nõ ꝯtinet aliqđ petitorĩũ, vł pſſeſſoriũ, vt l.ſi.ff.quo.bono.allegat ẽt no.ĩ c.ꝑuenit,de cẽſi. ꝑ Ioã. An. Scđo & tertio caſu vult, ꝙ cõputẽtur ĩter immobilia, ar. no.ĩ l.litib⁹,& l.dñi prædiorũ,& l.ſi coloni. C. de agri. & cenſi. Ego in hoc articulo ita dicẽdũ arbitror,ꝙ aut nos ꝯſideramus ĩtrinſecã & ꝓpriã naturã ipſorũ annuorũ debitorũ,et hoc caſu dico,ꝙ nõ sũt iudicãda bona mobilia,vł immobilia,ꝙa mobilia,& immobilia ꝓpriè tãgi,& palpari pñt de loco ad locũ,& tã ipſa,q̃ immobilia circũſcribũtur loco, qđ nõ ꝯtingit ĩ annuis redditib⁹. Pręterea ad annuos reddit⁹ ſolũ cõpetit actio,& ꝙ tali mõ debeãt̃,dicit̃ nomẽ debitoris,ſed ꝓpriè actiões,& noĩa debitorũ õn reputãtur mobilia vł ĩmobilia, vt ſ̃.oſtẽsũ fuit,ergo &c.Et iõ ſi ſum⁹ in mr̃ia ĩdifferẽti, ĩ qua nõ ſit neceſſariũ tractare,& applicare actiões,& ãnuos reddit⁹ ad mr̃iã,de qua agitur,

31 annui reddit⁹ nõ veniẽt,† vñ ĩ legato bonorũ mobiliũ, & immobiliũ,aut donatione,aut ꝯdẽnatione, nõ veniẽt annui reddit⁹, & ꝑ ꝯns in huiuſmodi oblationib⁹ nõ veniẽt annui reddi tus.Facit l.fin.ff.quo.lega.Aut ſumus in materia,in qua neceſſarium eſt tractare de nominibus debitorum, & annuis redditibus,vt applicentur ad aliquam ſpeciem mobilium, vel immobilium:Exemplum in alienatione fienda requirente a iure cer

32 tas ſolennitates in rebus eccleſiæ,& minorũ. † In hoc caſu,aut loquimur de actionibus ſimpliciter non competẽtibus ad annuos redditus,& ſi tales competunt pro rebus mobilibus,iudi-

cantur

Source : BIU Cujas

cantur mobiles.Si verò competunt pro rebus immobilibus iudicantur immobiles & ita procedit,quod no.Bart.in l.pupill.ff. de aucto.tu.& in consi.134.quod incip. Reuerendissime domine.Pet.de Anch.& Io.de Imo.in d.c.nulli.cum aliis plurimis iu-
33 ribus superius allegatis.†Aut loquimur de actionibus competẽ tibus ad annuos redditus , & hoc casu aut sunt perpetui, vel ad longum tempus,aut modicum tempus. Primo casu computantur inter immobilia , & ideo solemnitates quę requiruntur in alienatione rerum ecclesiarum,vel minorum requiruntur e tiam in dicta alienatione annuorum reddituum , vt l.iubemus. C.de sacrosan.eccle.& in authen.de non alie. §. 2. & in d.l.hac edictali.§.is illud , quod intellige etiam si contineret personale
34 debitum:nam & pro locato competit actio personalis. † vnde sicut sine debitis solẽnitatibus non est licitum locare in perpetuum vel ad longum tempus,vt in clem.j.de reb.eccl.non alie. Ita nec debet licitum esse alienationem facere de dictis annuis redditibus etiam personalibus,si sunt perpetui, vel ad longum tempus,licet Bal.contradicat in d.§.sciendum.

35 †Secundo casu,qñ annui redditus debentur ad modicũ tempus,subdistinguerem,ꝙ aut eadem rõ prohibitionis, quæ est in rebus immobilibus vendicat sibi locum in ipsis annuis redditibus:& tales annui redditus computarentur etiam inter immobilia.Pro quo facit quod voluit Bar. in tractu Minoricarum in
36 2.lib.dist.6.cap. 1.†vbi concludit, quod rex.in cle.exiui.ver.cũq; annui redditus vendicat sibi locum etiam si deberetur aliquid nocturnum vel diurnum & in c.2.ea.distin subdit,ꝙ idem si deberentur vsque ad certum tempus.Cum hoc videatur statui, & regulæ ipsarum repugnare & idem sentit Bal.in rõne sui in authẽ. ingressi.C.de sacrosc.eccl.colum. 11.ver. prima est ista relin-
37 quitur: facit ẽt ꝙ vbi eadem rõ ibi eadem iuris dispositio,vt l.illud.ff.ad l.Aqui.cum aliis iuribus vulgatis.†Si vero alia rõ concluderet magis in annuis debitis ad modicum tempus,quam in bonis immobilibus : tunc tales annui redditus nõ computãtur inter immobilia,& ita procedit ꝙ consuluit Fed.de Sen. consi.
38 14.& Bal.& d.Domi.de S.Gemi.vbi supra. † Est tñ aduertendũ, ꝙ in p̃dicta oblatione nõ veniũt bona futura,siue mobilia, vel immobilia sint. Et qđ superius dixi habet locũ si offerens offert oĩa bona corporalia,vel omnes res corporales,ar.prædictorũ .

39 Septimò quæro,quid si offerens offert simpliciter bona mobilia,& immobilia & non dicit,omnia? So. dicendum arbitror in hac q.quod dixi in præcedenti q.quia non est differentia, an quis dicat,ꝙ offert omnia bona mobilia,& immobilia an verò dicat simpliciter bona mobilia & immobilia,per ea quæ dixi supra in 3.q.huius art.& duab.sequen.

40 †Octauò quæro,quid si offerens offert oĩa bona mobilia,qd veniat in tali oblatione?So.dic ꝙ veniũt solũ mobilia, & se mouentia,per tex.in l.mouentium ff.de ver. sig.Immobilia autẽ & iura & actiones nõ veniũt nec ẽt mobilia futura per ea , quæ superius dicta sunt.nã licet verbum, oĩa sit vniuersale, & verbum bona contineat mobilia & immobilia iura & actiones, vt dixi
41 in 4.& 5.qõnibus:†tñ verba vniuersalia & indefinita restringũtur & qualificantur secundùm naturã terminorũ quib. adiungũtur,vt no.l.j.C.de sum.tri.& l.oẽs populi.ff.de iust.& iu. cũ si.

42 †Nonò quæro,quid si offerens offerat oĩa bona immobilia. So.dic,ꝙ in tali oblatione veniũt solum bona immobilia, & illa quæ proprie immobilium appellatione cõtinentur in materia indifferenti per ea quæ superius dicta sunt . Mobilia vero & iura & actiones nõ veniũt:quia ex separatis non fit illatio, vt l. duobus.ff.de testa.tute.c.qđ translationem.de offic.lega.cum si.

43 †Decimò quæro,quid si offerẽs offert certa bona simpliciter seu spãliter designata.So.dic,ꝙ solum bona expresse, & specialiter designata veniunt,alia non veniunt,quia vt dixi ex separatis non fit illatio,& hoc est manifestum.

44 Vndecimò quæro,quid si offerẽs offert oẽs res p̃ntes, & futuras.So.dic ꝙ in tali oblatione veniunt bona mobilia & immobilia,iura,& actiones p̃sentes & futuræ,quia verbum oẽs,ẽ vni-
45 uersale,vt superius dictum fuit,†& verbum res est verbũ generale comprehendens omnia prædicta,vt l.j.ff.si cert.pet. & l.rei appellatione.ff.de verb.sign.nam appellatione rei, corporalia
t & incorporalia continentur,vt l.rei appellatione.ff. de ver. sig. & instit.de re.cor.in rubr.& ni.& ff.de except.rei iu l.si mater.§. eandem,& latius dixi in tit.de verb.sig.c. res.

46 Duodecimò quæro,qd si offerens dicit ꝙ offert res?So.dic ꝙ veniũt solum præsentes:siue sint corporales siue incorporales, & ideo actiones & petitiones veniũt arg. eorum quæ dicta sunt in p̃cedẽti q.sed futuras nõ veniũt per ea quæ dixi supra in 4. q.

47 Decimotertiò quæro,quid si offerens nõ dicit, quòd offerat oẽs res,sed simpliciter offerat res suas.So.dic quòd veniunt oẽs res & iura,& actiones p̃sentes,non futuræ,per ea quæ dicta fuerunt in duabus præcedentibus quęstionibus iunctis his quæ dixi in 5.& etiam in 4.quæstionib.

48 Decimoquartò quæro,quid si offerens dicit in oblatione,offero omnes res mobiles & immobiles?So.dic quòd veniunt solum res corporales,iura autem & actiones non veniunt. Item veniunt solum res corporales præsentes dixi:futurę autem non veniunt per ea quæ supra in 6. quæstione, facit quod dicam infra eodem.

49 Decimoquinto quæro,quid si offerens dicat res mobiles tãtum.So.dic vt dixi in 7.q.

50 †Decimosextò quæro,quid si offerens offerat res immobiles tantum.So.dic vt dixi in 8.q.

51 †Decimoseptimò quæro,quid si offerens offert omnia bona & res futuras.Sol.dic,ꝙ præsentes non veniũt: quia vt superius dixi ex separatis non fit illatio. Item quia expressio,& inclusio futurorum est exclusio præsentium,vt l.cum prætor. ff. de iudi. l.maritus.C.de proc.c.nonne.de præsump.cum si.

52 †Decimooctauò quæro,quid si offerens offert oĩa iura, & actiones præsentes & futuras.So.dic ꝙ in tali oblatione non veniunt aliquæ res corporales,siue sint mobiles,vel se mouentes, siue immobiles,sed veniũt solum iura quęcũq; incorporalia,& nomina debitorum quæ non sint accessoria ad res mobiles,vel immobiles.hoc probatur p̃ text.in l.a diuo pio.§. in vẽditione. quasi in fi.& in §.quoque.ff.de re iudi.vbi hæc tria ponuntur,vt separata vnde iura alicuius ponũtur pro tertia specie bonorum distincta & separata a duabus speciebus.s.mobilium , & immobilium.Hinc.n.nõ agimus de eo iure,qđ distinguitur in ius naturale,gentium,& ciuile,& per alias distinctiones , sed dũtaxat de iuribus,quæ sumuntur pro tertia specie bonorum cuiusque. Offerens igitur iura & actiones non intelligitur bona corporalia offerre,quia vt superius dictum est , ex separatis non fit illa-
53 tio.†Et idem dicẽdum est si offerat omnia bona incorporalia, vel omnes res suas incorporales,ar.tex.insti. de rebus corpo.& incorpo.§. incorporales.

54 †Decimononò quid si offerens offerat omnia iura & actiones,vel omnia bona incorporalia , vel omnes res incorporales præsentes.Sol.dic ꝙ nulla veniũt bona corporalia , vel res mobiles,seu se mouentes, aut immobiles , per ea quæ dicta sunt in præcedenti q. Sed veniũt solũ iura , & res incorporales, & solũ p̃sentes postq̃ de futuris nil dictum fuit, per ea quę dicta fuerũt supra in 4.q & trib.sequen.Et idem dicendum si non fuit adiectum verbum illud,præsentes. per ea quæ ibi dicta fuerunt .

55 †Vigesimò quæro,quid si offerens offerat oẽs actiones p̃sentes.Sol dic idem,quod dictum fuit in præcedẽti qõ.Nam in tali oblatione nullę res corporales veniũt eo,ꝙ actio est ius prosequẽdi in iudicio,qđ sibi debeẽ,vt inst.de act.in prin.& in l. nihil aliud.ff.de act & obli.Veniũt ergo in tali oblatione solum iura præsentia,quib.mediantibus quis põt cõsequi in iudicio, quod sibi debetur,& ideo si tali offerenti alia competerent iura quib. mediantibus quis non possit consequi in iudicio, quod sibi deberetur talia iura nõ venirent in huiusmodi oblatione. Exemplum põt figurari iurib.existentib. in naturali obligatione dun taxat & similibus.Et ideo præcedens oblatio est maioris potentiæ,quam sit facta per nomen solum actionis.

56 †Vigesimoprimò quæro,quid si offerens offert oĩa iura futura,& actiones futuras.So.dicẽdum est,ꝙ præsentia, vel præsentes nullo modo veniũt,per ea quæ dicta fuerũt in 17.q. nec veniũt aliquæ res corporales præsentes,vel futuræ, & idem dicendũ esset si offerret omnia iura futura , vel offerret oẽs actiones futuras,distinguendo inter iura,& actiones,prout distinxi in p̃cedenti q.Et per hæc sit expeditus iste articulus,quo ad primam sui partem,quando quis offert bona sua & non se , & per quot modos possit fieri talis oblatio.

57 †Vigesimosecundò quæro, quid iuris qñ quis offert personã suam & non bona.Sol.dicendum est, ꝙ in tali oblatione venit solum persona:bona autem non veniunt,vt not.Archi.17. q.2.
58 c.vt lex continentiæ.†nec obstant no.in auth.ingressi.C.de sac. san.eccl.& in c.1.de stat.monach.& ibi per gl.& per c.2. de condi.appo. 12.q.1.c.non dicatis,& per Bar.in l.2.ff.de seru.ru.pred. & aliquid per gl.& Bar.in l.si pater.ff.de adop.& per Bal.in l.1.§. ille proculdubio.C.de lati.liber.toll.In quibus omnibus cõcluditur,ꝙ non potest quis offerre personam suam,& bona retinere.Quia respondetur,ꝙ prædicta iura , & auctoritates loquunt in eo,qui offert se alicui religioni approbatè,vt profiteatur tria substantialia regulæ. Sed nos non loquimur cum quærimus de his in præsenti opere. Sed de prædictis dicendum est, vt latius dixi in tit.de regu.sed loquimur de his,qui se offerunt alicui ecclesiæ , vel loco pio non vt profiteant tria substantialia regulæ, sed vt assumant quendam specialem modum viuendi , vt dicit gl. sing.in clem. 1.de relig.do & tex.& gl.in clem. pen. de sentẽ. excomm.& doct.ibi.facit quod not.glo.& Arch.in 27.q.2.c.vt lex cõtinentiæ.per quem tex.idem tenet d. meus.in c. in præsentia.in fi.de proba.& hoc etiam tenent Bar.Bal. Paul. de Castr.& Doc.in auth.ingressi.C.de sacrosc. eccle. & ibi singulariter dicit Bal.in 2.opi.ꝙ licet quis intret ecclesiam secularem,vel licet se offerat ecclesiæ seculari , vt perpetuo ibi ste. tamen potest retinere bona,per l.si quis presbyter.C.de epi.& cle.& in auth.presbyteros.eo.tit.& sic infert,ꝙ oblati qui se offerunt alicui hospitali,vel alicui capellæ non perdunt bona, nisi expresse illa offerant.hoc etiam probatur per ea quæ traduntur per Io.Ant. post Io.& Vin.in c.dilectam.de maio.& obe. & per Io.An.Vin. Hostien.

Source : BIU Cujas

60 ſtien. & Doc.in c.non dubium.de ſen.excom.†Sic ergo conclu
do,ꝙ in huiuſmodi oblatione non veniunt bona niſi aliud ha-
beat conſuetudo,vel ſtatuta ipſius eccleſiæ, vel loci pii cui quis
offert ſe quibus caſibus oblatio ſui intelligetur celebrata ſecun
dum illam cõſuetudinem:vt l.ꝙ ſi nolit §.qui aſſidua. ff.de edi.
edic.& l.ſi fundus.§.in commiſſoria.ff.de le. com .& l. ſi prius.§.
recte.ff.de aqua plu arc.& l.ſi.C.de fide.& l.ſi quis reum.ff. de cu
ſto.re.cum ſi.& ſic etiam ſecundum ſtatutum loci,& fortius ar
gu.dictorum iurium & not.per Bar.in l.j.& l.vt iuſiurandum.§.
ſi liberi.ff.de ope.lib.& per Bal.in l.ſi liberti libertæq;.C. de ope.
liber.& no.in l.imperatores.ff.de in diem addic.& no.in c.cum
61 de beneficio de præb.libr.6.& c.ſi Papa.de priuil.cum ſi.† Et ex
prædictis poteſt inferri ad q. de qua his diebus fui interrogatus,
vtrum notarius qui offert ſe noſtro hoſpitali S.Mariæ de la ſca
la poſſit poſt oblationem conficere inſtrumenta. Et aduerte,
quia intelligo de inſtrumentis de quibus de nouo rogaretur: nã
antiqua de quibus iam eſt rogatus non eſt dubium, ꝙ põt com
plere.Cum talia inſtrumenta etiam notarius factus monachus
poſſit complere,vt not Spec.in ti.de ſta.mona.verſic. 27. & ſe-
quitur Io.Ant.in gl.in verſi.ad præmiſſa.in c.vt officium.de hæ-
ret.lib.6.& ſequuntur Doc.in c.ſicut.ne cle.vel mon. & Bar. in
l.locus.§.ſi penes.ff.de tab.exhi.& l.ſeruus. ff. de teſt. quod tamẽ
limitat Ioã. de Lig & bene in d.c.vt officium, vt poſſit cõplere
inſtrumenta de licentia ſui prælati:aliàs non. nec obſt. ꝙ fuerit
præuaricatus in rogatione,quia per profeſſionem & ingreſſum
mortificatus eſt,nec habet admodo velle vel nolle,vt latius di-
62 ximus in tit.de reg †Item non intelligo q.quando vellet confi
cere inſtrumẽtum de nouo in cauſa inquiſitionis hæreticæ pra-
uitatis, in qua monachus poteſt rogare inſtrumenta de nouo,
63 vt d.c.inquiſitionis. † Præcedit ergo q.quãdo talis oblatus vellet
de nouo rogare cõtractus in aliis caſibus, quam ſpecialibus in
quibus ſecundum communem opinio.monachus de nouo nõ
poteſt inſtrumenta conficere,vt probatur in d.c.vt officium.ar
gu.a ſpeciali,& in extrauag.bonæ quæ incipit,debent,de offi.or
di.& probatur.C.de ſacroſ eccl.l.antepen.& C.de epiſc.& cle.l.
placet.& c.ſicut.ne cle vel mo.16 q.1.§.nouarum,licet Ang.te-
nuerit contrariam ſentẽtiam in l.prætor.§.fi.ff de eden.de quo
64 latius dixi in tit.de tabel.†Sed redeundo ad q.noſtram dico, ꝙ
nil aliud repugnat, quàm ipſa oblatio, & modus videndi, ſeu
ſpecialis regula, ſeu conſtitutio regulæ dictorum oblatorum,
ꝙ poſſunt noua inſtrumenta conficere,per ea quæ no.in d.c.vt
lex continentiæ,& 26 q.2.& per not.in d.c ſicut & per alia iura
quæ ſuperius dicta ſunt tàm in hac q quàm in præce. & vide ẽt
quæ dicam infra.lib.11.q.3.

65 †Vigeſimotertiò quæro,quid ſi offert perſonam & bona.So.
proprie dicendum eſt,vt dixi in q.præce. reſpectu vero bonorũ
dicendum eſt,vt dixi in 21.q principali huius libelli.nam obla-
tio perſonæ poteſt coniungi cum oblatione generali omnium
bonorum mobilium & immobilium,iurium & actionum præ
ſentium & futurorum,& cum oblatione bonorum preſentiũ
duntaxat, & cum oblatione particulari aliquorum ſingulariũ
bonorum per modos & formas de quibus dictum eſt in præce-
den.quæſtionibus,qui omnes modi & formæ poſſunt coniun-
gi:cum oblationem perſonæ & eoſdem recipiunt effectus, de
quibus dictum eſt in prædictis q.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes quam formam & ſolemnitatem requirant.*
2 *Oblationes quo animo fieri debeant.*
3 *Oblationes an ſimplici verbo fieri poſſint.*
Donatio hodie ſimplici verbo,& nudo pacto fieri poteſt.
4 *Oblatio an abſenti fieri poſſit.*
Quid in donatione.
5 *Oblatio eccleſiæ facta nemine pro ea recipiente an valeat.*
6 *Oblatio an præſumatur facta alicui pro eccleſia recipienti.*
7 *Oblatio facta a minoribus de rebus immobilibus aut mobilibus pretioſioribus an requirat ſolemnitates requiſitas in alienatione rerum immobiliũ ipſorum minorum,& nu.ſeq & nu.24.*
8 *Quid in alienatione ad pias cauſas,an dictæ ſolemnitates requirantur.*
9 *Ingrediens monaſterium mori fingitur pubes tempore mortis de rebus ſuis ſine alia ſolemnitate diſponere poteſt.*
10 *Mors ciuilis quando naturali æquiparetur.*
11 *Minor ad pias cauſas teſtari poteſt ſine conſenſu propinquorum, ſtante ſtatuto,quòd minor non poſſit teſtare ſine conſenſu propinquorum.*
Statutum non valet contra priuilegium Dei,vel eccleſiæ.
12 *Minor eccleſiæ poteſt bona offerre ſine conſenſu propinquorum ſtante ſtatuto,&c.*
13 *Eccleſia & loca pia à pari iudicantur.*
Oblatio per quam quis ſe & ſua eccle.offert, valet ſine curatoris authoritate,& iudicis decreto.
14 *Quid ſi offerat ſolum res mobiles.*
15 *Eccleſiæ res etiam ob neceſſitatem alienari non poſſunt ſine ſolemnitatibus requiſitis.*
16 *Alienatio facta ſine decreto iudicis de rebus minoribus non valet etiam ob alimenta præſtanda matri,aut ſorori.*
17 *Pupillus tutore auctore cauſa mortis non donat,minor ſic ſine decreto.*
18 *Quæ ſpiritu Dei aguntur non ſunt ſub lege.*
Ratio maxima eſt,quæ religione fauet.
19 *Deus cum ſit veritas non fallit,nec fallitur.*
20 *Contractus cum principe factus vim legis obtinet.*
21 *Oblatio immobiliũ facta per minorem hoſpitali, vel alio pio loco ſine aliqua ſolemnitate valet quando minor religionem ingredi intendit.*
22 *Verbum vti,quid ſignificet.*
23 *Verbum volucrit,quid importet.*
25 *Donatio rei immobilis facta per minorem cum decreto non tenet.*
L.ſi. §. cum autem.C.ſi mai.fact.quomodo loquatur.
26 *Offerens Deo,vel piæ cauſæ,diſſipare non dicitur.*
27 *Oblatio excedens 500.aureos,an ſine inſinuatione valeat.*
28 *Et eccle.facta valeat ſine inſinuatione,& infra.nu.34.& 35.*
29 *Imperium,& ſacerdotium non differunt.*
30 *Paria iura deſiderant,quæ paria ſunt.*
31 *Donatio ad pios vſus an valeat quando 500.aureos excedit.*
32 *L.ſi quis pro redemptione.C.de dona.quomodo loquatur.*
33 *Donatio eccleſiæ facta,vſque ad 800.aureos an valeat.*
36 *Donatio principi facta inſinuationis non indiget.*
37 *Oblatio quæ fit eccleſiæ, vel pio loco excedens 500. aureos, an ſcripturam exigat.*
38 *Donatio quæ fit a priuato principi ſcripturam requirit.*
39 *Oblatio facta eccleſiæ,vel hoſpitali per minorem an valeat ſine cõſenſu propinquorum,ſtante ſtatuto,quòd minor vel fœmina non poſſit ſe obligare, vel donationem facere,&c.*
40 *Statutum circa actus ſpirituales non poteſt diſponere.*
41 *Statutum contra priuilegium eccleſiæ non valet.*
42 *Statutum eſt pars iuris ciuilis, ſtatutum laicorum impediens donationẽ pro anima non valet.*
43 *Donare quis poterit eccleſiæ non obſtante ſtatuto,quòd bona non alienentur in forenſes,ſeu in non ſuppoſitos iuriſdictioni ſtatuentium.*
44 *Oblatio licet ſapiat actum ſpiritualem,tamen ad eam probandam plena requiretur probatio.*

Libellus Nonus.

1 NOnò†principali loco examinandum eſt, quæ forma, & quæ ſolemnitates requirantur in oblationib. Sol. pro iſtius articuli clariori & pleniori examinatione proſequatur infraſcriptas quæſtiones infra.

Prima erit circa generalem doctrinam quo animo fieri debeat.

Secunda,vtrum oblatio poſſit fieri ſimplici verbo.

Tertia,vtrum oblatio poſſit fieri abſenti.

Quarta,vtrum oblatio facta eccleſiæ verbis nullo medio interueniente valeat.

Quinta, quæ ſolemnitates requirantur ſi oblationes fiant a minoribus de rebus immobilibus,vel ſi.

Sexta vtrum oblatio excedens quingentos aureos indigeat inſinuatione.

Septima,poſito,quod non indigeat inſinuatione, an ſaltem exigat ſcripturam.

Octaua vtrum ſtante ſtatuto requirente conſenſum conſanguineorum in alienatione fienda per aliquem requiratur talis conſenſus in oblatione,quæ fieret in piam cauſam.

Nono, & vltimo ſubiicietur quæ ꝓbatio requiratur ad probandum oblationem.

2 †Quo ad primam q.circa generalem doctrinam quo animo fieri debeant oblationes:Breuiter dicendum eſt,ꝙ fieri debent bono & puro corde:quia Deus non reſpicit quantitatem oblatorum,ſed cor offerentis,vt in tex.& gloſſ.3 q.7.c.in grauib.24. q.j.c.Exod.Reſpexit enim Deus ad Abel,& ad munera eius, ſed primo dicit ad Abel quam ad munera eius, intendens ad eius mentem quam cognouit humilem, & puram. Ad Cain verò non reſpexit,neque ad munera eius ꝓ eius mentem.Nõ.n.cõſiderandum eſt quantum quiſque offert,ſed qua mente & affectione offerat. Vidua.n.duobus quæ habuerat minutis largita plus omnibus poſuit:& ideo a Saluatore omnibus præfertur,& hęc habentur de pœ.di.5.c.1.& d.c. in grauibus. Vnde Perſius poeta ad propoſitum noſtrum ſic inquit: At vos dicite Pontifices in ſacro,quid facit aurum? Nempe hoc quod Veneri a donate virgine puppe. Quin damus id ſuperis de magna, ꝙ dare lance.Non poſſit magni Meſalle lippa propago. Compoſitum ius,faſque animi ſanctoſque receſſus:Mentis & incoctum genero ſo pectus honeſto.Hoc cedo,vt admoueam templis,& farrelitabo Puro igitur corde & pura mente oblationes fieri debẽt, non autem ad pompam, neq; ex illicite acquiſitis, ſed ea intentione,vt quis vel gratiam inueniat,vel redimat peccata ſua, & vt alios bonos effectus maximè ſpirituales conſequatur.

3 †Quò ad 2.q.vtrum oblatio poſſit fieri ſimplici verbo:Videtur dicendum ꝙ ſic, quia oblatio videtur eſſe quædam ſpecies

dona-

Source : BIU Cujas

donationis,ſed donatio hodie poteſt fieri ſimplici verbo & nudo pacto,vt l.ſi quis argentum.C de donatio.inſtit.eod.§. perficiūtur & in c.iudicante.de teſta.In contrarium facit,quia oblatio deſcēndit ab offero, & ſic potius ſonat in factum quam in pactum vel verba. Primum dictum non arbitror verum : nam & donatio ſonat in factum & probatur in l.ſenatus.§. donatio. ff.de donatio.cau.mor. & tamen poteſt fieri verbis non ſolum veſtitis per ſtipulationem, ſed nudo pacto, vt dictum eſt. Ad quod tamen vide quæ dicam in 6.q.

4 †Quo ad 1.q.vtrum oblatio poſſit fieri abſenti:De donatione non eſt dubium,ꝙ fieri poteſt:vt l.abſenti.ff. eo. dummodo fiat per aliquod medium,vt per nuncium vel epiſtolam, vt ibi no.Bar.& eſt tex.in l.nec ambigi & l.ſi aliquid. C. de donat. & l. etiam per interpoſitam.ff.eod.titul. vnde ego idem arbitror in oblatione quæ fit Deo,vt ſæpius dictū eſt, & probatur in dictis iuribus,& ex his quæ dicam in ſeq.q.

5 †Quò ad 4.q.vtrum oblatio verbis facta eccleſię nemine ꝑ illa recipiente,& nullo medio interueniente puta nuncio, vel epiſtola valeat,glo.ſentit,ꝙ non in l.illud.C.de ſacroſ.eccle. vn de dicit ibi Pau de Caſt.ꝙ etiam ſi mille teſtes eſſent præſentes, non videtur ſufficere niſi aliquis reciperet nomine abſentis. Alii dicunt contrarium, quia cum talis oblatio fiat Deo debet valere,quia *Deus* vbiq; eſt:quod reperi conſultum fuiſſe ꝑ Dominum Pet.de Peruſi.ſed dicit Bal.in d.l.illud, quod videtur donare Deo mediatè & non immediatè : & ideo cum in tali medio ſit defectus non quæritur actio. Alii dicunt quod debet valere,vt votum vt l.pactum, & l.de pollicitationibus. ff. de polli. quod non placet Gui. niſi quando ad certum vſum fit votum. Bar.dicit,quod aut voluit quis contrahere, & non valet aut vouere,& valet.vnde dicunt communiter doct.quod in dubio in ſpicienda ſunt verba an ſonent in contractum,vel in votum,&

6 hoc mihi placet. † Vtrum autem præſumatur,quod alicui præſenti,& recipienti pro eccleſia ſit facta oblatio quæ apparet facta verbis duntaxat,dico quod ſic ſi ſit facta per ſtipulationem, vel alium actum per quem alias notarius qui ſcripſit ſi aliud eſſet committeret falſum:tunc præſentia præſumitur.facit quod no.gl.in l.1.C.de inuti.ſtip.& per no.in l.Titia.§.idem.ff. de ver. obli.& ibi per Ioā.de Imo & Ang.& per Io.de Imo.in l.his verbis.ff de iure & ibi dixi alias ſecus.& ita ꝓcedat quod ſentit glo. & Pau.in d.l.illud.C.de ſacroſ.eccl.& vide quod traditur in præalle.iurib.& quod tradit Old.conſil.207.quod incipit, ſuper eo quod quæritur,facit quod no.Bal.in l.qui habet.§.ſi pupillus. ff. de tute.& quod no.d.Dom.poſt Io.de Imo.in c.fi.§.j.de iudi. li. 6.vide quę latius dixi de ver.ſig.c.præſens.

7 †Quò ad 5.q.quid ſi huiuſmodi oblationes fiāt a minoribus, & de rebus immobilibus,aut mobilibus pretioſioribus quę regulariter ſine curatoris auctoritate, & iudicis decreto alienari non poſſunt vtrum requirantur ſolemnitates,quę requiruntur in alienatione rerum immobilium ipſorum minorum de quibus latè diximus in ti.de prædi.mino.So.Inno.& Io. An. in c.in præſentia.de proba.in ver.minor annis:volunt ꝙ non exigatur auctoritas curatoris, vel decretum iudicis,quando offerret ingrediendo monaſterium per illum tex.quod etiam tenent Cy. & doct.in auth.ingreſſi.C.de ſacroſ.eccle.Secus videretur dicēdum ſecundum Inn. & Ioan. An.ſi alienaret in alias etiam pias

8 cauſas,ar.l.2.§.voto.ff.de polli.†& ſic ſecundum prædictam opinio.videtur inferendum,ꝙ oblatio rei immobilis quæ fieret ꝑ minorem hoſpitali,vel alteri loco pio non valet, ſi fiat ſine decreto,& curatoris auctoritate,& aliis ſolemnitatibus requiſitis. Et prædictam opi.ſequitur d.meus in d.cap.in præſentia. & aſſi-

9 gnat rationem diuerſitatis, †quia ingrediens monaſterium mori tempore ingreſſus 16.q.1.placuit,& in l.Deo nobis. C.de epi. & cle.ſed tempore mortis poteſt pubes ſine alia ſolemnitate diſponere de rebus ſuis,vt in l.qui ætate.ff.de teſta. & p̄ſertim hoc poteſt ingrediens religionem eo, ꝙ habet liberam facultatem diſponendi de rebus ſuis,vt in auth.de monachis.§.illud,& 19. q.vltima.ſi qua mulier,& c.quia ingrediētibus quæ rationes ceſſant in eo,qui vult alienare bona ſua immobilia non intrando religionem,licet velit etiam alienare in pias cauſas. Sed tu aduerte,quia prima ratio ſuperius aſſignata fuit Ia.in auth.ingreſſi.C.de ſacroſ.eccl.& ibi eam refert Cy. ſed Pet. vt ibi etiam refert Cyn.hæc ratio non placet,quia ꝙ minor poſſit moriendo bona ſua transferre,accidit ꝓꝓ mortem naturalem, & ſic ex neceſſitate.Sed quādo diſponeret ingrediendo religionem, illud procedit ex voluntate.Aſſignat ergo aliam rationem,videlicet quia minor iſto caſu exercet,id quod exerceret quilibet diligēs

10 paterfam.†Sed tu potes dicere, ꝙ prædicta ratio Iaco. eſt bona, quia mors ciuilis in hoc æquiparatur naturali, vt l. Deo nobis. C.de epi.& cle.Ad quod videndæ ſunt, quæ latius dixi in tit. de verb.ſign.c.mors.Item aduerte,quia contra id quod dicunt Inno.& Io.An.& ſequitur do.meus,ꝙ ſecus eſt ſi minor vellet alienare in alias pias cauſas in cōtrarium fortiter facit, quod no.

11 Bal.in l.generali.C.de ſacroſ.eccle.†vbi dicit, ꝙ ſi ſtatutum dicit,ꝙ minor non poſſit facere teſtamentum ſine conſenſu propinquorū,ꝙ nihilominus ad pias cauſas poterit teſtari ſine conſenſu propinquorum:nam pia cauſa eſt priuilegiata: vnde contra iſtud priuilegium,quod reſpicit Deum vel eccleſiam,nō po-

12 teſt fieri ſtatutū:†& ideo ſubdit,ꝙ ſi ſtatutū dicit,ꝙ minor non poſſit ſe obligare ſine conſenſu propinquorum,ꝙ poterit bona offerre eccleſiæ ſine tali conſenſu, ad quod vide, quod ſtatim dicam in 7.quæſt.huius lib.& idem videtur dicēdū in obla-

13 tionibus factis alicui hoſpitali,vel alicui pio loco,† quia in talibus eccleſia & pia loca dicuntur iudicari a pari,vt in auth.de nō ali.§.quia vero leonis,& per Pau.poſt Pet.in clem quia contingit,de relig.do.& quod no.Io.And.in c.1.de reſti.in integ. lib.6. & per d.meum & docto.in c.nulli.de reb.eccle.non alien.& per Bal.in authen.hoc ius porrectum.C.de ſacroſ.eccle.no.Bal.in l. omnia.C.de epi.& cle.probatur ex his quæ dixi in c. conqueſti. de ſent.excomm.& melius probatur in c.accedentibus,de priuile.Item pro prædicta opinio faciunt no. in materia relictorum ad pias cauſas in l.1.C de ſacroſ.eccl.& in auth.ſimiliter. C.ad l. Falci.& ibi no.& late per Ludo.Pon.Et ſic ex prædictis patet, ꝙ deciſio.q.prædictę non eſt ſine magna dubitatione.

14 †Arbitror tamen ſi quis offert ſe,& ſua,licet per talem oblationem nō faceret profeſſionem propriam,ſed ſolum alicuius modi,viuendi vtputa,quia offert ſe & ſua eccleſię ſeculari, vel alicui pio loco,& hoc caſu valeat talis oblatio, abſque curatoris authoritate & iudicis decreto, ſed quando offert ſolum res immobiles quæſtio eſt magis dubitabilis,ſi tamen offerret propter extremam neceſſitatem recipientis conueniens eſt, vt dicamus,neque curatoris authoritate, neque iudicis decreto exigi propter ea quæ diximus ſupra, & in c.ſi quis propter neceſſ. fur.& ſi op.ꝙ neceſſitas non eſt illa, quæ faciat vt ſine decreto, & cura.autho.poſſit minor alienare.l.ob ęs.& l.fi.C de prę.mi.

15 †ſimile videmus in eccleſia,quod licet ſubſit neceſſitas, vel legitima cauſa alienandi non tamen poteſt alienari res eccleſiæ regulariter prohibita ſine ſolemnitatibus requiſitis, vt traditur 12.q.2.iuſtius.& c.ſine exceptione,& c.alienationes:quamuis enim neceſſaria cauſa incumbat: tamen forte potius expedit minori alia rem quam iſtam alienari, quia reſponderi poteſt, ꝙ nos loquimur,quando vellet ꝓuidere exiſtenti in extrema neceſſitate,ita quod non eſſet locus liberalitati,& hoc eſt planum iudicio meo per ea quæ dicta ſunt ſupra in d.§.& d. c.ſi quis, ꝙa propter talem neceſſitatem illud prædium eſſet effectum cōmune;ſed non data hac neceſſitate res eſſet magis dubia, niſi eſſet talis actus oblationis qui ſuſciperet, omnimodam ſpiritualitatem per quam ipſe fingeretur minor,ſecundum not. in c. ſi annum de iudi lib.6.alias autem ꝙ ſola pia cauſa faceret valere oblationem factam per minorem ſine ſolemnitate,ſi erat res,q̄ ſine ſolemnitate non poterat alienari,decimo eſt ſatis dubia ꝑ pter maximam authoritatem Inno.Ioā.An.& d.Ant.& d.mei. Sed tamen prædicta opi.non probatur aliquo iure ſpeciali,quia l.2.§.vota.ff. de polli. non probat. vnde ſolum videtur probari ex regu.iur. generaliter prohibentis alienari res minorum ſine decreto,& iudicis aucto.& melius in l.1.§.ſed nonnullos. ff. de

16 tut.& ratio.diſtrah.†vbi non valet alienatio facta ſine decreto, etiam ob alimenta præſtanda matri,aut ſorori : ibi tamē loqui-

17 tur in pupillo,& non in maiore inter quos eſt differētia. † nam pupillus tutore auctore non poteſt donare mortis cauſa, & tamen minor poteſt donare cauſa mortis ſine decreto.d. l.j. & l. tam is.ff. de dona.cau.mor.facit etiam quod dicam in ſeq. q. ꝙa iſta non eſt propriè donatio, ſed tamen in contrarium facit,

18 †quia quæ ſpiritu Dei aguntur non ſunt ſub lege Domini,Pau. ad Cor.2.& 19.q.2.c.duę ſunt,& clemen.fi. de hęre. Item quia maxima eſt ratio,quæ pro religione facit.ff.de relig.& ſump.fune.l.ſunt perſonæ.Item quia hæc interpretatio tendit in fauorē eccle.facit.c.iuuenis.de ſpon.& quod dixi in c.ad audi.de hom. & quia videtur exercere artem, quam exercet quilibet diligens paterfam.maximè,quia talis concordat conſilio perfectionis, dato iuxta illud:ſi vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes,& da pauperibus.ad quod etiam accedat, quia cum talis oblatio fiat Deo per ea quę dicta ſunt in j.artic.etiam ſi fiat loco pio ob piam cauſam,iuxta illud Matth.& reſpondens rex dicit illis. Amen dico vobis,quod feciſtis vni ex his fratrib.meis,

19 mihi feciſtis.†vnde cauſa Deus ſit ipſa veritas,de teſta.c. cum eſſes.non poteſt fallere nec fallitur.de accuſa.c.petitionē,& ideo alio decreto,& authoritate opus non eſt.

20 †Facit etiam,quia contractus factus cum principe obtineret vim legis,& ideo in eo non eſt neceſſaria alia ſolemnitas,arg.l. Cęſar.ff.de publica.& l.penul.C.de do.inter vir.& vxo.& Bal.in proœmio feu.& probatur in l.princeps.ff.de legi.& quod no.in c.certificari.de ſepul.Facit etiam in ſimili,ꝙ ſtatim dicam, quia oblatio talis non indiget inſinuatione:& iſta vltima opinio videtur mihi verior ad quam accedant,quę dicam ſtatim in 7.qō. Conſulerem tamen ad omne dubium tollendum, quod ante factum hoſpitale,vel alius locus pius reciperet oblationē cum ſolemnitatibus requiſitis.

21 †Arbitror tamen illud ſatis clarum, ꝙ ſi minor intendēs ingredi religionem offerret hoſpitali,vel alio loco pio res etiam immobiles ſine aliqua ſolemnitate, ꝙ valeret talis oblatio per

tex.in

Source : BIU Cujas

tex.in auth.de monachis.§.illius quoque decernimus, vbi text. formaliter dicit illud quoq; decernimus eum, qui in monasterium intrare voluerit,anteq̃ in monasterium ingrediatur licentiam habere suis vti,quo voluerit modo.† Vnde pōdero verbū
32 vti,quod significat nō solū dispositionē per viam vltimæ volū-
33 tatis, sed ēt inter viuos.† Item pondero verbū voluerit,vt no.in l.verba ff.de condi.insti.& l.si ita legatum.ff.de leg.j.& l. centesimis.§.pen.ff.de verb.obl.l.4.ff.loc.Ad quod vide quę latius dixi
34 de verb.sig.c.volo.† Postremo aduerte circa hanc quęstionem: quia videtur ꝙ oblatio facta per minorem de immobili etiam cum decreto non teneat:quia oblatio est quædam donatio, vt
35 diximus supra in arti.j.†Sed donatio immobilis facta per minorem ēt cum decreto non tenet,vt l.fi.§.cum aūt.C.si maior fac. ergo &c. Sed ad hoc respōderi pōt, ꝙ illa loquit̃ in donatione simplici & pura quæ solum sapit liberalitatem, pp quam quis potius videtur dissipare & perdere,quam administrare, vt l.cōtra.§.fi.ff de pac.& l.si filiusfamilias.ff.de dona.cum concordan
36 tiis ibi positis in glo. † Sed in terminis nostris non dicitur dissipator,qui Deo vel ecclesiæ, vel in piam causam offert propter ea quæ superius dicta sunt,& supra eod.libr.j.

37 †Quò ad sextam quæstionem,vtrum oblatio quæ excederet quingentos aureos indigeat insinuatione,& loquor de ea, quæ non fit ob causām de prætorio,vel de presenti,vel de futuro:quia nulla.non est dubium qui non indiget insinuatione,vt no.Bar. in l.Aquilius.ff.de dona.per l.fi.ad fi.& authē.ibi positam. C.de dona.ante nup.& l.fi.in prin.C.de iur.do.& tradit Bar.in l.Modestinus.ff.de dona.Sed loā.de Imo.in d.l. Aquilius aliter dicit, ꝙ ob causam de præterito remuneratiuam valet sine insinuatione:ob causam de futuro onerosam donatario ēt valet,vnde non loquor in his casibus in quibus valeret donatio facta sine
38 insinuatione, etiam si esset facta in priuatis.† Sed in casibus in quibus facta in priuatis non valeret,an valeat facta ecclesiæ? Ad quod videtur dicendum ꝙ sic: & hanc opinionem tenuit glo. in d.l.illud,& sentit gloss.in l.pen.in fi. C.de donatio.& Pylleus q.123.& Io.An.in addi Spe.in tit.de instru.editi.§.porrò,ver.Itē no.ꝙ donationes.vbi concludit post Pylleum donationem factam eccle.vel religioso loco valere quamuis excedat quingē-
39 tos aureos.† Mouentur,qui cum imperium & sacerdotium nō differant:merito sicut donatio facta Imperatori vltra quingentos aureos tenet,vt in auth.pig.ne fiant. § fi. ita nec facta eccle.
40 quæ paria sunt paria iura desiderant,vt.C.de constitu. pec.l. fi.ff.
41 de pecu.l.in bonæfidei,& l.quatenus.§.fi.†Spec. etiam in d.ver. itē not.ꝙ donationes. tenet ꝙ valet donatio ad pios vsus, quāuis excedat quingentos aureos,per l.illud.C.de sacrosanc.eccle.vbi etiam hoc tenet Bar.quæ tamen.l.videtur velle contrariū: vult enim ꝙ donatio ad pios vsus facta ecclesiæ vel piis locis,vel miserabilibus personis,vel ciuitati,vsq; ad quingentos aureos nō indiget insinuatione:& sic patet,ꝙ vltra quingentos aureos indiget insinuatione,& hanc opinionem tenet ibi Bal. & fuit opinio Gui.secundum eum. & dicit,ꝙ est ipsa veritas, & tenet etiā
42 Paul. de Castr.in d.l.illud ꝙ pauperibus.† Nec obstat.l.si quis ꝓ redemptione.C.de dona. quia loquitur in redemptione captiuorum,de quibus est maius periculum,ꝙ ibi non moriantur,arg.l.sancimus.C.de sacrosanc. eccle. secus in his quæ donantur ecclesiis,in quibus cessat ista ratio periculi,& quia eccl.solēt abūdare in bonis,& hæc opinio magis placet, & ita videtur de mēte.d.l.si quis pro redemptione.C.de donat in fi.dum dicit: Cæ-
43 teris etiam donationibus &c.secundum Paul.† quidam tamen voluerunt,ꝙ donatio facta eccle. valeat vsque ad octingentos aureos,vt eccl.fit priuilegiata in trecentis,sicut erat olim in d.l. illud,ꝙ ita no.ibi Sed Bal.reprobat ibi & dicit,ꝙ isti loquuntur sine lege, & suo ingenio. nec obstat secundum eum, d.l.illud, quia licet illud olim esset priuilegium,ꝙ donatio facta eccl. valeret vsque ad quingentos aureos,hodie est ius commune: & i-
44 deo non possumus excedere terminos priuilegii.† Sed Hostiē. in summa in tit.de donatio.§ quæ donatio,tenet primā opinionem,ꝙ donatio facta ecclesiæ non indigeat insinuatione,& eādem opinionem tenet d.meus in c.relatum,el j.de testa.

45 †Sed tu aduerte,quia licet in simplici donatione quæ solum fiat liberalitatis causa,vtraque opinio sit satis sustentalis.Tamē in oblatione,quæ non est simplex donatio, arbitror, ꝙ non fit necessaria insinuatio, per ea quæ dixi supra in precedenti quæstione:qa talis oblatio sit principaliter Deo, vel propter Deū.
46 †vnde sicut donatio facta principi non indiget insinuatione, vt in authen.

Item & a priuatis.C de donatio.& in corpore,vnde sumitur in authē.vt non fiant pignora.§.illnd.collatio. 5. ita si fiat Deo. & hoc placet in qualibet oblatione cuicunque ecclesiæ facta, & loco pio,quamuis Bald.in d.auth.itē & a priuatis.teneat hoc solum in donatione quę fieret ecclesiæ Romanæ: & maxime hoc dicendum est,quando quis offert se& bona sua, per ea quæ dixi in præced.q.vel offerret ecclesiæ, vel in piam causam ea intentione,vt fieret religiosus per tex.in auth. de monachis. §.illud.& quod dixi in præced.q.

47 Quò ad septimam quæstionem.Vtrum oblatio prędicta quę fit ecclesię,vel alicui loco pio excedens quingentos aureos, licet non indigeat insinuatione, secundum quod dictum est in præcedenti quęstione,an saltem exigat scripturam.

48 Et videtur dicendum,ꝙ sic, † quia donatio quæ fit a priuato principi excedens quingentos aureos, licet valeat sine insinuatione tamen exigere videtur scripturam,vt in auth. vt nō fiant pignora.§.illud. Et sic idem videtur dicendum in terminis nostris.Et hoc est tutius tenere,& prouidere sibi ante factum, maxime respectu oblationis,quæ non fieret actualiter, sed per stipulationem, quamuis post factum possent multa allegari in cōtrarium:quę possunt colligi ex superioribus, & ex his etiā quæ statim dicam in seq.q.

49 †Quò ad octauam quæstionem.Pone ex forma statuti cauetur,ꝙ fœmina, vel minor vigintiquinque annis non possit se obligare,vel aliquem contractum,aut donationem facere sine consensu trium consanguineorum, vtrum oblatio facta ecclesiæ,vel hospitali,aut simili pio loco valeat sine dicto consensu, vel solemnitate? Sol.ad hanc quæstionem possent allegari argumenta pro vtraque parte, de quibus dixi supra in quinta quæstione. Bald.enim vt ibi dixi in l.generali.C.de sacrosanc.eccle.per illum tex.tenet, quòd valeat oblatio sine tali consensu vel solemnitate siue offerat se & sua,† quia est actus spiritualis, super quo statutum non disponit argumen.in l.si ita quis.§.ea lege.ff. de verb.oblig.neque etiam disponere potest, vt in l.priuilegia. C.de sacrosanc.eccl.siue etiam offerat tātum bona,quia talis oblatio est donatio ecclesiæ facta, aut simili loco in qua donatione
50 ecclesiæ sunt priuilegiatæ, † & ideo non valet statutum contra eorum priuilegium,vt in l.inter diuinum. C.de sacrosan. eccle. & sic Bal.sentit, quòd in talibus oblationibus factis ecclesiæ nō requiratur solemnitas iuris positiui. & eandem sententiam tenet Paul.de Castr.in d.l.generali: quam etiam sententiam tenet d.meus in c.de relatum.el j.de testamen. Nam talia oblata pro anima non debent terminari secundum leges ciuiles seu positiuas,sed secundum canones.

51 †Sed statutum est pars iuris ciuilis,vt in l.omnes populi.ff.de
52 iusti.& iure,igitur &c.Item mouentur: quia statutum laicorum aliquo modo impediens liberam facultatem donandi pro anima non valet,vt in l.j.C.de sac.san.eccle.† facit etiam quod no. Io.An.in c.fi.de immuni.eccl.lib.6.vbi dicit, quòd non obstante statuto quo cauetur, quòd bona immobilia non possint alienari in forenses in non suppositos iurisdictioni statuenti ū poterit quis donare bona ecclesiæ facit,& quod not.Bald. in auth. cassa.C.de sacrosanc.eccle.faciunt quæ dixi supra in 4. & in quinta quæstionibus.

53 †Postremo notandum est circa prædicta, ꝙ licet huiusmodi oblationes sapiant actum spiritualem tamen ad eas probandas requiritur plena probatio,nec sufficit vnus testis, immo exigūtur duo sicut in prophanis,vt est tex.in c.fi.de succeff.ab intesta. & probatur in c.licet vniuersis.de testi.Ad quod accedant,quæ latius scripsimus in tract.de testib.§. 4.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio omnium bonorum præsentium, & futurorū sub quibuscunque verbis facta dummodo comprehendat omnia bona,& iura presentia & futura an valeat,& infra nu.4.*
2 *Donatio omnium bonorum præsentium,& futurorum facta priuato an valeat.*
3 *Christiani in primitiua ecclesia nil retinebant.*
5 *Oblatio omnium rerum præsentium & futurorum an valeat.*
6 *Et in tali oblatione omnia bona veniant.*
7 *In obligatione generali non veniunt ea quæ quis non esset in specie obligaturus.*
8 *Verba generalia restringenda sunt acl ciuilem modum ne nimis pernitiosa sint.*
9 *Quid si fiat oblatio sui & suorum.*
10 *Oblatio per personæ facta ecclesiæ seculari,aut hospitali, vel alteri pio loco absque bonis an valeat.*
11 *Offerrens personam ecclesiæ sine bonis ad quid teneatur.*
12 *Contractus intelligitur secundum loci consuetudinem.*
13 *Locare operas suas in perpetuum an quis possit.*
14 *Oblati ecclesijs secularibus an gaudeant priuilegio canonis.*
15 *Oblatio personæ & bonorum,an valeat.*

Libellus Decimus.

DEcimò principali libello videndum est de viribus, & validitate oblationum, & virtute comprehensiua non respectu significati verbi, sed dispositorum a iure,quo ad præiudicium ipsorum offerentium. Circa quem articulum prosequar infrascriptas quæstiones.

Prima,

Source : BIU Cujas

Prima,vtrum valeat oblatio omnium bonorũ præſentium & futurorum ſub quibuſcunque verbis facta, dummodo oblatio comprehendat omnia bona præſentia, & futura, & omnia iura præſentia,& futura.

Secunda,quid ſi offerens offert oẽs res præſentes,& futuras.

Tertia,vtrum in tali oblatione veniant omnia bona.

Quarta,vtrum valeat oblatio perſonæ facta eccleſiæ ſeculari,aut hoſpitali,vel alteri pio loco abſque bonis.

Quinta,vtrum valeat oblatio perſonæ,& bonorum,& de viribus prædictæ oblationis.

1 †Circa primã igitur quæſtionem,vtrum valeat oblatio omnium bonorum præſentium,& futurorum, ſub quibuſcunque verbis facta, dummodo oblatio comprehendat omnia bona preſentia & futura,& omnia iura præſentia,& futura, ſecundũ
2 ea quæ latius explicauimus ſ.eo.libello nono.Solu. † quàmuis in donatione omnium bonorum præſentium & futurorum facta priuato ſint variæ opiniones, vtrum valeat, de quibus in l. fi.C.de pact.& l.ſtipulatio hoc modo concepta. de verb. oblig. & per do. Ang.in diſputatione,quæ incipit,in re fulgenti,&c. & per aliquos in l.pactum,quod dotali.C.de collatio. de qua materia latiſſimè dixi in repetitione l.interdum.ff. de donat. inter vi.& vxo.& in cle.j de iureiur. & in tractatu de dona. tamen in oblatione facta eccleſiæ, ſeu loco religioſo , vel pio, ſolummodo reperio Angelum tenentem differentiam inter donationem,vel oblationem non tenere, vt ipſe concludit p multas rationes in diſputatione ſua,que incipit,in refulgenti. Sed ꝫriam ſententiam tenuit Bar.in l.fi.C.de pact.& in Auct.ingreſſi.C.de ſacroſan.eccl.& Bal.ibi,qui apertiſſimè tenet, talem donationem valere,& idem tenet Bald. in Auctẽ.ſi qua mulier. C.de ſacroſan.eccl.vbi eſt bonus textus ad propoſitum noſtrũ. & probatur.19.q.fi.c.quia ingredientibus, & c. ſi qua.Ad quod
3 etiam allego,quod notatur.12.q.1.c.dilectiſſimus.†ubi probat, ꝙ in primitiua eccleſia Chriſtiani nihil proprij retinebant, Nã ſecundum Ieſu Chriſti redemptoris noſtri conſilium,Qui vult
4 perfectus fieri, debet omnia vendere,& dare pauperibus.† Vnde concluſio ſit,ſecundum communem omnium opinionẽ, quam ego ſp fui ſecutus,ꝙ talis oblatio teneat, pro qua cõclu. faciunt,quæ ſtatim dicam in tertia quæſtio.quæ ſubijcitur, & p̃dicta procedunt,qñ quis ſimpliciter offert omnia bona præſentia,& futura,& iura & actiones, non adijceret poſt mortẽ hoc acto ꝙ ſit oblatio inter viuos.Sed ſi adijceret illa verba, videlicet poſt mortem hoc acto,ꝙ ſit oblatio inter viuos,quo caſu eſſet maius dubium iudicio meo,per ea quę dicam infra eodem, libello tredecimo,verſi.Sed quæro iuxta prædicta.maximè, qa quia hoc caſu non poſſumus dicere,ꝙ in tali oblatione generali non veniunt ea,quæ quis veriſimiliter non obtuliſſet in ſpecie,ſecundum.ſ.in 3.q.Nã ex quo vult oblationem valere poſt mortem amodo nulla re indigebit. & ideo veriſimiliter nullã rem videtur ſibi reſeruaſſe,& ideo vꝝ omnino auferre liberam teſtamenti factionem,quemadmodum hęreditas dari per actũ inter viuos,quod fieri non poteſt,vt dicam infra, tredecimo libello principali,in dicto verſ.Sed quæro iuxta prædicta. Multæ tamen rationes faciunt,ꝙ debeat valere,ſi fiat eccleſiæ, de quibus ſupra,& in præcedenti libello,quæſtione 4.& 5.

5 †Circa ſecundam quæſtionem quęro,quid ſi offerens offert omnes res preſentes & futuras,quo caſu diximus in dicta oblatione ex proprio ſignificato venire iura,& actiones,vt diximus in libello octauo,q.11.Solu.patet ex ſuperioribus:nam,vt ſuperius diximus,in principio,qualitercunque verba cõcipiantur, ita quòd videantur comprehendi non ſolum bona præſentia, & futura,ſed etiam iura & actiones futuræ,quæ dicta ſunt ſuperius in præcedenti quæſtione,videntur vendicare ſibi locum etiam in hac quæſtione.

6 †Circa tertiam quæſtionẽ quęro vtrum in tali oblatione veniant omnia bona? Aduerte,quia licèt fortè prima fronte hęc quæſtio vꝝ tibi ridicula,qa ſupra in libello octauo, in principio dixi talem oblationem comprehẽdere omnia bona, & omnia iura:tamen tu debes conſiderare,ꝙ ibi ego locutus fui quantũ ad vim comprehenſiuam reſpectu proprij ſignificati verborũ. Sed hic nos quærimus de illa vi comprehenſiua reſpectu ſignificati verbi,ſed reſpectu preſumptę intentionis prędicti offerẽtis. Nam prima fronte videtur dicendum , ꝙ in tali oblatione omnium bonorum,quæ fit abſque oblatione perſone, non veniunt ea,quæ veriſimiliter quis in ſpecie nõ eſſet oblaturus, vt
7 in l.obligatione generali.ff.de pign.†vbi textus dicit, ꝙ in obligatione generali non veniunt ea, quæ quis non eſſet in ſpecie obligaturus.Si ergo in obligatione pignoris,in qua verſat modicum pręiudicium,talia non veniũt:ergo multominus in donatione,ſeu oblatione,in qua tractatur de maximo pręiudicio. arg.l.fi.C.quæ res pigno.obliga.poſſunt.iuncta l.fi ita quis. ff. de auro & argen.lega.& his,quæ dixi ſupra in libello octauo, verſ. Quartò quęro,&c.& ſic non videntur venire veſtes, nec talia neceſſaria ad victum:& ſi eſt Doctor,non venirent libri : & artifex,non debent venire miniſteria illi us artis,vt traditur in dicta l.obligatione generali.& melius in regula,in generali.de regu.iur.libr.6. quæ loquitur per verbum conceſſionis. & ibi per Io.& Dyn.facit etiam. l.j.C.quæ res pign.oblig.poſſ.facit etiam, quod notatur.16.q.j.c.frater noſter.& de pęniten. & remiſſio.c.
8 ſi epiſcopus.lib.6.†Item facit,quia verba generalia, ſeu generalis conceſſio reſtringenda eſt ad ciuilem modum, ne nimis pernitioſa ſit concedenti.ff.de ſeruituti.l.ſi cui. ff. de teſtib. l.j. & de teſtib.c.licet.el ij.& c.ſignificauerunt.Item reſtringuntur ad ea, quæ commodè fieri poſſunt.ff.de verb.ſign.l.nepos Proculo.& & hoc videtur ſatis ęquum & iuſtum.& iſta ratio concludit, vt valeat facta donatio etiam priuato omnium bonorum, & iurium pręſentium,& futurorũ,niſi talis oblatio fieret poſt mortem hoc acto,vt valeret ut actus inter viuos per ea, quæ dixi ſuperius in fine primę quęſtionis huius libelli. & hoc procedit ,
9 quando fieret oblatio bonorum.†Sed ſi fieret oblatio ſui,& bonorum, ſecus eſſet dicendum,quia ex quo transfert perſonam, fortius & bona quęcunque quæ ſunt acceſſoria ad perſonam, arg.l.in pecudum.ff. de uſur.& Inſti.de rerum diuiſio. §.in pecudum,cum ſim.poſtquàm ſub tam generali, & effuſo ſermone facta eſt oblatio omnium bonorum,& iurium.

10 †Circa quartã quęſtionem quęro,vtrum ualeat oblatio perſonę facta eccleſię ſeculari,aut hoſpitali,vel alteri pio loco abſque bonis.Solu.dicendum eſt,ꝙ ſic.& ad deciſionem quæſtionis,& ſolutionis,vide quæ latius dixi ſ.in libello octauo, q.22.

11 †Et ſi quæreretur,ad quid teneretur iſte oblatus? Reſpondeo, ꝙ tenetur obſeruare illũ modum viuendi, de quo expreſsè conuenit,ſi non ſit licitus.Si verò nihil expreſsè conuenit, tunc tenetur ſeruare illum modum viuendi, quem alii ſimiles oblati ſeruant exercendo pietatis opera,aut ſimilia,ſecundum conſuetudinem illius loci.& hoc quando nihil eſſet expreſſum in ipſa oblatione,ſed ſimpliciter quis obtuliſſet ſe aſſumendo habitũ talium oblatorum,per notata,26.q.2.c.vt lex continentiæ.& p
12 ea,quæ dixi in d.q.22.†& quia ſemper contractus in dubio intelligitur initus ſecundum conſuetudinem loci,& ſimilium cõ tractuum,vt l.ſi fundus.§.in commiſſoria.ff.de lege comm.vt l. quod ſi nolit.§.quia aſſidua.ff.de ędil.edi.& l. fin. C. de fideiuſſ. & l.ſi prius.§.rectè.ff.de aqua plu.arcẽ.& l.ſi quis reum.ff. de cuſtod.reor.& in regula,in obſcuris,cum ſua materia,de regu.iur. libr.6.Et ſecundum ſubiectam materiam in c. ſuper eo. de offi. delega.& in l.Imperatores.ff.de in diem addic.& c. ſedes. de reſcrip.& l.fin.C.de ſenten.& interlocu.omnium iudi. † Nec obſtat ſi diceres,ꝙ quis non poteſt locare operas ſuas in perpetuũ quia induceretur,quædam ſpecies ſeruitutis,vt notatur in gl.in l.antiquitas.C.de vſufr.& probatur in l.poſt certi.& ibi gl. C.de lib.cau.quia illud procedit quò ad hoc vt præcisè compellatur ſeruire,ſed cauſatiuè poteſt quis ſe obligare,vt dicit Bald. in d.l. antiquitas.de quo per Dyn.ibi in l.corruptionem. eod. titul.de quo latius dixi in tit.de locatione. Præterea in terminis noſtris valet,quia nõ ſimpliter obligat ſe ad perpetuas operas, ſed trãſfert perſonam ſuam,vt ſecundum illam regulam, & modũ viuendi perpetuò viuat,& Deo perſonam & ſeruitia ſua offerat, quod fieri poteſt,vt traditur in d.c.vt lex continentiæ.& per ea,
14 quæ dixi in d.22.q.†Ad quod videnda ſunt etiam quæ latè dixi in c.peruenit.de ſent.excom.in ſecundo membro principali, & in principio articuli,verſi.quintò dubitatur. vbi latè tractat, vtrum tales oblati eccleſijs ſecularibus gaudeant priuilegio canonis,Si quis ſuadente.17.q.2.

15 †Circa quintam quęſtionem,vtrum valeat, oblatio perſonæ & bonorum,& de viribus prædictæ oblationis? Solut. dicendũ eſt,ꝙ valet, vt patet ex ſuperioribus,& de viribus talis oblationis etiam ſatis colligi poteſt ex ſuperioribus, quid tenẽdum ſit, & ex his,quæ dicta fuerunt in libello octauo.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio bonorum,et non perſonæ an pręiudicet creditoribus anterioribus hypothecam expreſſam habentibus.*
2 *Bona debitoris creditoribus obligata alienata tranſeunt cum onere ſuo.*
3 *Res tranſit de perſona in perſonam cum iuribus , & qualitatibus ſuis.*
4 *Prior in tempore,eſt potior in iure.*
5 *Poſſidentis conditio in dubio potior eſt.*
6 *Creditor,cui res oblata prius erat obligata,facta excuſſione poteſt agere cõtra eccleſiam,cui res oblata eſt.*
Limita,niſi ſacra effecta eſſet.
7 *Rei vendicatione dominus agere non poteſt,ſi res aliena oblata , ſacra efficiatur.*
8 *Locus oblatus ſi fiat hoſpitale,licèt ſit alienus,vendicari non poteſt.*
9 *Deo ſemel dicatum,amplius ad humanos vſus redire non poteſt.*
10 *Seruus alienus ſi domino ignorante ſit oblatus ,ſeruus remanet,& reſtituendus eſt domino.infra annum,& infra.nu.11.*
Seruus ordinatus in ſubdiaconum vel diaconum , hodie in ſeruitutem non redigitur.
Quid ſi in prębyterum ordinetur.
12 *Res inanimata ſi effecta ſit ſacra,epiſcopi auctoritate,non reſtituitur.*

Source : BIU Cujas

Maria.Soci. De Oblationibus.

13 *Offerens ſeruum alterius ſcienter, tenetur domino equiualentem ſeruum red dere, & etiam ordinator, & præſentator, ſi ſciuerit.*

14 *Pretium rei inanimatæ oblatæ, & effectæ ſacræ reſtituì non debet.*

15 *Offerens rem alteri prius obligatam, vt ſacra fiat, ſi eſt ſacra effecta, an poſſit creditor agere ad pretium, ſicut verus dominus, qui poteſt agere ad pretium rei ſacræ effectę.*

16 *Offerens ſe, & non ſua, qualiter prędicet creditoribus expreſſam hypothe cam habentibus, & de viribus dictę oblationis, & nu. ſeq.*

18 *Offerens ſe, & ſua bona, an præiudicet creditoribus, qui tunc erant, hypothe cam expreſſam habentibus.*

Libellus vndecimus.

VNdecimo loco principali tractandum eſt de virib. oblationum prædictarum quo ad præiudiciũ creditorum ipſorum offerentium, qui erant credito res tempore factæ oblationis, & habebant expreſſam bonorum hypothecam, vtrum per tales oblationes illis præiudicetur, & qualiter agere poſſint? Solutio, vt hæc materia clarius habeatur, proſequar tres principales q̃ſtio.

Prima, quando quis obtulit duntaxat bona ſua ſine ſe.

Secunda, quando obtulit ſe ſine bonis.

Tertia, quando obtulit ſe, & bona.

1 †Primò igitur quæro, quando quis obtulit bona duntaxat, & non ſe, vtrum talis oblatio præiudicet creditoribus anteriorib. habentibus expreſſam hypothecam? Solutio. dic, ꝙ qualitercũque quis obtulerit bona ſua, dummodò talia bona ſint obligata expreſſè creditoribus: clarum eſt, ꝙ hoſpitale, vel ſimilis locus, a creditoribus prædictis poteſt conueniri hypothecaria, facta tamen diſcuſſione debitoris principalis eo caſu, quo neceſſarium eſt diſcuſſionem facere, ſecundum formam leg. percuſſione, & auctenticę, hoc ita ſi debitor. C de pignori. & in auctẽ

2 tica de fideiuſſori §. neque. †Bona enim realiter obligata creditoribus a debitore alienata tranſeunt cum onere ſuo, vt l. ſicut. §. non. ff. quib. mo. pig. vel hypothe ſol. & in c. ex literis. de pig. & l. j. C. de preca. †Nam res tranſit de perſona in perſonam cum iuribus, conditionibus, libertatibus, oneribus, emolumentis, & cęteris qualitatibus ſuis, vt l. via conſtitui. in §. quæcunque. ff. de ſeruitut. ruſtico. prædio. & l. 2. §. fi. cum l. ſeq. ff. ſi ſer. vendi. & l. ſi Titio, & Męuio. §. Iulianus. ad fi. ff. de leg. 2. & l. ſi ab eo. ff de vſu fruc. lega. & l. 2. § pro ſecundo. C de caduc. tollend. & l. Pompo nius. §. cum quis. ff. de acq. poſſeſſ. & l. quæ religioſis. ff. de rei ven

4 dicatio & in iuribus, quæ ſtatim allegabo in ſequẽti libello. †vn de ſuccedit regula, quòd qui prior eſt in tempore, potior eſt in iure, vt l. quatenus vtriuſque cauſa. ff. de reg. iur. & in regula, qui prior. de regulis iur. lib. 6. cum ſua materia, & l. ſi fundum. C qui qui potio. in pigno. hab. & l. potior. & l. creditor. & l. fin. eodem tit. Et hæc intellige, vbi de prioritate agentis contra eccleſiam,

5 vel hoſpitale, aut ſimilem locum appareret, aliàs ſecus, † quia exiſtente re dubia, potior eſſet conditio ipſius poſſidentis. l. ſi

6 fundũ, §. ſi fundus. ff. de pignori. † Poſſet igit̃ creditor, cui prius fuiſſet obligata res, quæ poſtea fuit oblata, agere hypothecaria contra ipſam eccleſiam, vel locum, cui res oblata eſt, facta vt di xi, excuſſione contra principalem debitorem, vel non facta excuſſione in caſibus, in quibus non eſſet neceſſarium facere excuſſionem. de quibus latè diximus in tractatu excuſſionum. Et prædicta intellige, niſi res oblata eſſet effecta ſacra, quia hoc ca ſu ſi eſſet res inanimata, vt veſtis, vel quid ſimile, non poſſet intentari hypothecaria: quod probatur, quia maius ius habet dominus in re ſua, quàm creditor in re ſibi obligata, quod patet ex

7 poteſtate alienandi, & diſtrahendi. †Sed ſi res aliena offertur. & efficiatur ſacra, pro tali re dominus non poteſt agere rei vendi

8 catione. 14. q. fi. c. comperimus. † Quinimmo etiam ſi aliquis locus offertur, vt fiat hoſpitale, vel locus pius in vſus pauperum, & ita fiat auctoritate epiſcopi, ſi locus eſſet alienus, non poteſt

9 vendicari, vt in c. cum ad hæc. de religio. domi. †Et ratio eſt, qa quod ſemel Deo dedicatum eſt, ad humanos vſus amplius redi re non poteſt. 19. q. 3. c. quę ſemel. de conſecr. diſt. j. c. ligna. & c. veſtimenta, ff. de relig. & ſump. fune. l. ſi quis ſepulturam. §. ſecũdo. 12. q. 2. c. nulli licet. & in regula, quod ſemel Deo. de reg. iur. lib. 6. Ideo autem dixi de re inanimata, quia non per omnia idẽ

10 quod eſt in re animata, vt puta in ſeruo. † nam ſi ſeruus oblatus non eſt offerentis, ſed alienus, licèt ordinetur vt religioni depu tetur, tamen ſeruus remanet, & domino reſtituẽdus eſt, ſi ignorante domino fuit oblatus, & ordinatus. 50. diſt. c. frequens. & c. ſequenti. dummodò talis ſeruus non ſit ordinatus in ſubdiaconum, vel diaconum. nam licèt talis olim nihilominus redige retur in ſeruitutem, tamen hodie non redigitur, vt in c. miramur. de ſer. ordi. Si verò ordinaretur in presbyterum, ſi peculiũ habet, in eo mulctabitur. 50. diſt. c. ex antiquis. ſi verò nõ habet, tenetur pſallere domino horis canonicis, vt dicit c. frequens. in fin. & ſi renuat, deponi debet, vt c. nullus. de ſeruis non ordi. & debet ei dominus procurare, ſi non renuit, concedere debet neceſſaria ad vitam arbitrio iudicis, ſi poteſt: ſi verò non põt, debet ordinator illi prouidere, qui minus cautè ordinauit, arg. 23. diſt. c. diaconi. tradit glo. 13. q. fi. c. comperimus. & c. hæc, de religio. domi. & Hoſtien. in ſumma, in tit. de ſer. non ordi. §. qua

11 liter ſeruus. †Patet igitur ex prædictis, ꝙ ſi ſeruus oblatus ordinatus eſt ad ordines minores ignorãte domino, repeti poteſt, ſed infra annum a tempore ordinationis, ſecundum Hugon. vel a tempore ſcientiæ, ſecundum Gof. quem ſequitur Hoſtien. arg. c. licet, de ſupplenda negligen. prælat. & c. quia vniuerſitatem. de conceſſio. præbend. & mihi placet per ea, quæ dixi in titu. de præſum. Reſtituitur ergo domino infra dictum tempus. 54. diſtinctio. c. nulli. in fin. & c. ex antiquis. in fi. de ſeruis non ordi. c.

12 de ſeruorum. †Sed res inanimata ſi ſit effecta ſacra, vel effectus locus religioſus, vel pius auctoritate epiſcopi, non reſtituitur domino, & ideo bona ratio aſſignatur, per gl. 14. q. fi. c. comperimus. & in c. ad hæc. de reli. domi. quia cũ ſeruus ſit res animata, anima rationali delinquit permittendo ſe ordinari. & ideo punitur in eo, in quo deliquit, quia reuocatur in ſeruitutem, niſi promotus ſit ad ordines ſacros. ſimile. 7. q. 1. epiſcopus in dioceſi. facit etiam in ſimili. l. Pomponius. in prin. ff. de acq. poſſeſſ. Si ergo res ordinata, vel conſecrata proprio domino reſtituitur,

13 longè minus res obligata debet reſtitui creditori. † Eſt tamen aduertendum, ꝙ ſi ſeruus alterius eſſet oblatus & ordinatus, ꝙ licèt, qui ſcit talem ordinatum, non poſſit illum repetere, cum talis offerens & ordinator, qui ſciuerunt, tenentur domino dare duos ſeruos æquiualentes. 54. diſt. c. ſi ſeruus abſente. Quinimmo tenetur etiam præſentator, ſi ſciuit, vt ibi: & ſi ſunt ſoluendo, omnes tenentur: ſi verò vnus ſolus ſit ſoluendo, ille ſolus tenetur, vt traditur in dicto c. ſi ſeruus abſente. Si verò neuter ſoluendo ſit, talis ſeruus tenetur pſallere domino, vt dictũ fuit.

14 †Sed in re inanimata, quæ effecta ſit ſacra, vel ad talẽ vſum deſtinata, quod reſtitui non poſſit, tex. in d. c. comperimus, dicit ꝙ non debet pretium dari. Et hoc procedit, niſi talis res oblata fuiſſet alterius eccleſiæ, quia tunc illi debet reſtitui, cum alia ec cleſia poſſit illam retinere ad ſacros vſus. 12. q. 2. c. apoſtolicos.

15 17. q. 4. c. queſti. no. glo. in d. c comperimus. † Et ſic ex prædictis inſurgit mihi notabile dubium reſpectu creditoris, ſi dominus ipſam rem alteri prius obligatam obtulit, vt ſacra fieret, vel eſt effecta ſacra, vtrum creditor poſſet agere ſaltem ad pretium, ſicut verus dominus poteſt agere ad pretium rei effectæ ſacræ, & ſi eſſet ſeruus obligatus, vt idem dicamus quod de ſeruo alieno oblato, & ordinato, & intelligo facta. l. excuſſione, & principali debitore non exiſtente ſoluendo, quod dubium a maioribus noſtris non memini tactum. Et quamuis in hoc poſſent fie ri argumenta plurima, ꝙ eccleſia, vel locus pius non teneatur ad prętium pro ſatisfactione, debet tam ex rigore quàm ex æquitate. Contrarium arbitror, ne creditor facto alieno damnificetur, per regulam, non debet alteri, iuncta regula, id quod nr̃m. de reg. iur. & quia res debet tranſire cum oneribus & qualitatibus ſuis, vt s̃. dixi. & quia ſicut domino reſtituitur pretium ratione dominij, ita dẽt reſtitui creditori ratione crediti. Intelligo tamen, ꝙ ſi res eſſet obligata pro minori quantitate quàm valeret, teneatur eccleſia, vel locus pius ſolum vſque ad ſolam quantitatem crediti. & ſi pro maiori quàm eſſet valor rei, ſolum teneatur vſque ad verum valorem, & ad concurrentem quantitatem rei oblatæ, vt infra dicam. & vtroque caſu cautela eſt, ꝙ eccleſia vel locus pius faciat ſibi cedi actionem, ſecundum ea quæ latè diximus in titu. de actionibus ceſſis, & ceſſionarijs. Prę dicta tamen procedunt, ſi modo res quæ offerretur, nullo iure deberet̃ eccleſiæ: ſecus ſi deberetur, vt primitiæ, vel vt decimę, vel etiam eſſet tanta neceſſitas propter quam, res quæ offertur, eſt effecta communis, ſecundum ea, quæ latius dicta ſunt in pri mo, & tertio libellus, & duobus ſequentibus. Prædictis enim ca ſibus eccleſia, vel locus pius tanquàm ſuum recipiens non poſſet moleſtari. Et prædicta procedunt, qualitercunque offerens offerat bona ſua, ſiue offerat omnia bona præſentia, & futura, ſiue omnia bona præſentia, ſiue certa bona, vel certas res particulariter deſignatas, ſecundum omnes caſus, & modos, de quibus diximus ſupra in libello 7. dummodo illa bona ſeu res eſſent expreſsè obligatæ prioribus creditoribus, vel ſpeciali, vel generali obligatione.

16 Secundò principaliter quæro, †Quãdo quis obtulit ſe, & nõ ſua, qualiter præiudicetur creditoribus habentibus expreſſam hypothecam. Solu. aduertendum eſt, quia vt ſuperius dixi, libel lo. 8. q. 22. talis, qui ſe offert eccleſiæ ſeculari, vel loco pio, non efficitur propriè religioſus, cum non profiteatur tria ſubſtantialia regulæ, vt ibi diximus. Vnde cum quæritur de viribus dictæ oblationis quo ad præiudicium creditorum prædictorum

17 offerentium, qui habent expreſſam hypothecam, †breuiter dicendum eſt, ꝙ aut ipſi creditores volunt agere hypothecaria, aut perſonali Primo caſu non eſt dubium, quòd eccleſia, vel pius locus non poſſunt conueniri, ſed ſolum poteſt conueniri, vel ipſe oblatus, vel alius qui poſſidet bona obligata. & quia, vt ſuperius eſt expreſſum, hæc actio datur contra poſſeſſorem, & hoc procedit tam reſpectu bonorum quæſitorum ante oblationem, quàm etiam poſtea, ſi modò talia bona quærerent̃ oblato. Si verò ex forma, vel conſtitutione regulari illius eccle

ſiæ,

Source : BIU Cujas

ſiæ,vel loci bona quærerentur Eccleſiæ,vel loco pio, cum talia bona nunquam fuiſſent in bonis oblati,non venirent in hypotheca ſeu oblatione, quia ſolum veniunt, quæ quæruntur ipſi obligato,licet poſtea quæſita ſint ſm formam.l.fi.C. quæ res pigno.ob.poſ.Non eſt ergo dubium, q̃ hypothecaria non poteſt agi reſpectu bonorum quæſitorum Eccleſiæ, vel loco pio. Sed an alio modo agi poſſit,& qualiter quærantur ex infra dicendis apparebit.Secundo verò caſu, quando vellent agere perſonali actione,dicendum eſt,vt ſtatim dicemus, 13.libello.

18 Tertiò principaliter quæro,† quãdo quis obtulit ſe, & bona ſua,vtrum talis oblatio præiudicet creditoribus, qui tunc erant habentibus expreſſam hypotecam? Dicendum eſt reſpectu bonorum, quemadmodum dictum fuit ſupra in prima quæſtione huius libelli. Reſpectu verò perſonæ,dicendũ eſt,vt dixi in præcedenti quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes an,& quando creditoribus offerentium præiudicent.*
2 *Regula,qui prior,de reg.iur.in 6.quando procedat.*
3 *Hypothecam expreſſam anteriorem habens,an præferatur poſterioribus habentibus tacitam,vel expreſſam; & quid de habentibus tacitam anteriorem, an præferantur habentibus non ſolum tacitam, ſed etiam expreſſam, & infra nu.7.*
Limita,vt infra nu 8.
4 *L.j C,de precar. quomodo procedat.*
5 *Alienatio facta de re alteri obligata creditori non nocet, ſed cum ſuo onere tranſit.*
6 *L.generaliter loquens generaliter intelligenda eſt.*

Libellus duodecimus.

1 DVodecimo principali † loco tractandum eſt de viribus prædictarum oblationũ quo ad creditores ipſorum offerentium,qui erant creditores, & habebant tacitam hypothecam in bonis ipſius offerẽtis,vtrum per tales oblationes prẽiudicetur ipſis creditoribus,vel non,& qualiter agere poſſint? Solutio † Ad iſtius quæſtionis deciſionẽ aduertendum eſt, q̃ regula l quotiẽs vtriuſq; ff.de reg.iur.& regula, qui prior eſt in tempore. de reg. iur.lib.6.habet locum non ſolùm in hypotheca expreſſa, ſed ẽt
3 in tacita hypotheca.† vnde ſicut habens expreſſam hypothecã anteriorem præferẽ oĩbus poſterioribus creditoribus hãtibus tacitam, vel expreſſam hypothecã,ita ẽt hãs tacitam hypothecã anteriorẽ,regulariter præferẽ poſterioribus creditorib.nõ ſolũ hãtibus tacitam,ſed ẽt expreſſam , vt ſingulariter no. Dynus in dicta regula,qui prior eſt in tẽpore,per l.primã C.de rei vxo. acti.& ibi hoc ẽt ſentit gl.pro qua ẽt opinione allego textum in
4 l.j.C de precar.† Nã tex.ibi loquitur de tacita hypotheca, & tñ textus ibi dicit, q̃ tranſit res in alium cum onere ſuæ obligationis,facit etiam l.vſucapio.& l.res pignori. C.de remiſſio. pigno. & l.ſi debitor.C.de diſtractio.pignor.& l.j.in fi. C. debitorẽ vẽd. pignor.nõ debe.& l.debitorem.C.de pignori.& l.ſi quidem. C.
5 de dona.inter virum & vxo.& l ſi prædium.C.de euict.† In quibus oĩbus ſimpliciter,& diſtinctè dicitur, q̃ alienatio, vel diſtractio facta de re alteri obligata nõ nocet creditori,ſed tranſit cũ
6 onere ſuo.† Cum ergo prædicti textus indictæ loquantur de re alteri obligata,indiſtinctè ſunt intelligenda,vt in l.de pretio. ff. de publica.19. diſt.c. ſi Romanorum.cum aliis iuribus vulgatis.
7 † Et ſic ex prædictis concluditur, q̃ regulariter hãs anteriorem hypothecã ẽt tacitã,præferẽ oĩbus creditoribus poſteriorib.habentibus ẽt expreſſam hypothecã, ẽt ſi ſit fiſcus, vt d.l.j.licèt gl. dubitauerit in fiſco,in l ſi pignus.ff.qui potio.in pig.habeã. Sed Dy.in dicta regula,qui prior eſt in tempore,tenet hoc,quia pro hoc eſt textus expreſſus in d.l.j & ibi ſentit gl.in l.res quæ. §. . ff. de iure fiſci.† Ideo autem dixi regulariter,quia fallit in muliere reſpectu ẽt tacitæ hypothecæ poſterioris,quam habet pro dote in bonis mariti,per quem præfertur anterioribus ex alia cauſa q̃ dotis,habentibus tñ ſolum tacitã hypothecã, vt eſt tex.in l.aſſiduis.C.qui potior.in pig.habean. Cum igitur excepta tacita hypotheca pro dote pp dotis priuilegium non ſit differẽtia inter creditores hãtes expreſſam, vel tacitã hypothecã quò ad prædictam materiam regulæ, qui prior eſt in tpe: merito in hoc noſtro libello dicendum eſt in omnibus, & per omnia, prout dictum fuit in prẽcedenti libello de creditoribus prioribus habẽtibus expreſſam hypothecam.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio bonorum, & non perſonæ, an præiudicet eorum creditoribus anterioribus.*
2 *Bona intelliguntur ære alieno deducto.& infra nu.10.*
3 *Hæredis loco non habetur ille,in quem fit vniuerſalis translatio bonorum ex contractu integro,ſtatu transferentis manente.*
4 *L.hæreditatem.ff.de dona.& l.1.& l.2.ff.de hæredi. vel act. vend. quomodo loquantur.*
5 *Hæreditas eſt iuris nomen.*
6 *L.2.C.ad l.Iul de vi,quo caſu loquatur.*
7 *L.Princeps bona ff.de verb ſig.quando locum habeat.*
8 *Actio perſonalis fundum non ſequitur,ſed perſonam,& infra nu.16.*
9 *Hoſpitale ſi bona offerentis occupat, actor mittetur in poſſeſſionem actionis offerenti competentis.*
Quia ſi offerens mortuus ſit.
11 *Expreſſio eorum,quæ tacitè inſunt,nil operatur.*
12 *Oblatio ſi ſit facta per verbum hereditatis, & non per verbum bonorum, quomodo creditoribus ſubuenietur.*
13 *Hereditatem ſuam quis inter viuos donare non poteſt.*
14 *Donatio hæreditatis inter viuos,nullius eſt valoris,& quare,infra nn.16.*
15 *Hereditas ſolo teſtamento conferri poteſt.*
Milites proprias hereditates pactionibus conferre poſſunt.
17 *Teſtamentum non valet, in quo eſt clauſula, quòd ſi contingat reuocare, ex tunc donat.*
18 *Donatio omnium bonorum poſt mortem, hoc acto, quòd ſit inter viuos, non valet.*
19 *Diſpoſitio vniuerſalis in tempus mortis collata, vice teſtamenti facta videtur.*
20 *Donatio omnium bonorum preſentium, & futurorũ facta Eccleſiæ per viam contractus,valet.*
Oblationem ſi quis faciat de hereditate alterius, quæ ad eum peruenit, quomodo creditoribus ſuccurratur.
21 *Hæreditas,actiones actiuæ & paſſiuæ in ſe continet.*
22 *Hoſpitale,vel locus pius cui oblatio eſt facta, nolens ſponte creditoribus ſoluere,an conueniri poſſit præciſe,vel cauſatiuè.*
Quid ſi hoſpitale ſponte ſuſciperet iudicium.
23 *Fiſcus ſi offert hæreditatem alicuius hoſpitali, hoſpitale tunc à creditoribus conueniretur.*
24 *Hoſpitale ſi nollet ſoluere,ſi offerens condemnaretur,& ſolueret, illud ab hoſpitali repeteret.*
25 *Oblatio ſi ſit facta omnium bonorum mobilium et immobilium, quomodo creditoribus ſubueniatur.*
27 *Hoſpitale an tenecatur creditoribus, ſi res oblata ex cauſa lucratiua, eſſet effecta ſacra.*
28 *Hoſpitale in dubio de fraude participare non præſumitur.*
29 *Oblatio,ex quibus cognoſcatur in fraudem facta,& recepta.*
30 *Oblatio facta per verbum,rerum,quid comprehendat.*
Quid ſi ſit facta ſimpliciter.
31 *Bona futura, nec poſtea quæſita non veniunt, vbi tractatur de translatione dominij vel publicatione bonorum.*
Et an veniant iura & actiones præſentes,quòd ſic.
32 *Oblatio bonorum mobilium & immobilium,præſentium & futurorum, non comprehendit iura & actiones.*
33 *Oblatio ſi ſit facta loco pio de perſona ſine rebus,an pius locus teneatur.*
34 *Oblatio perſonæ & bonorum,an creditoribus perſonalibus præiudicet.*

Libellus decimustertius.

DEcimotertio principali loco tractandum eſt de viribus oblationum prædictarũ quo ad creditores anteriores perſonales duntaxat ipſorum offerentium,vtrum illis per huiuſmodi oblationes præiudicetur, & qualiter agere poſſint? qui articulus eſt magis difficilis.q̃ ſint duo præcedentes. Pro ipſius tamen articuli clariori declaratione proſequar tria membra principalia.

Primum,quando quis obtulit bona,& non ſe.
Secundum,quando obtulit ſe,& non bona.
Tertium,quando obtulit ſe,& bona.

1 † Primum autẽ membrum,quando obtulit bona ſua, & non ſe,proſequar ſecundum varios modos offerendi, ſecundum q̃ dixi ſupra libello octauo. Arbitror igitur dicẽdũ, q̃ aut iſte obtulit oĩa bona ſua p̃ſentia,& futura iura, & actiones p̃ſentes & futuras,vel ſubſtãtialia quacunq; forma, ſm quã veniunt non ſolum p̃ſentia,ſed ẽt futura, ſm ea quæ latius explicauimus ſupra,li-
2 bello octauo.† Eſt tñ aduertendum, q̃ cum bona alicuius intelligantur deducto ære alieno,vt l.mulier bona,& l.ſi mulier.§.ex aſſe. ff. de iur. dot.l.2.§.illud.ff.de coll.bono. & l. Papin.§. quarta.ff.de inoff.teſt.& l.fi.§.vbi autem.C.de bonis, quæ liberis. & l. ſubſignatum.§.bona.& l.Princeps bona.ff.de verb.ſigni.& l.2.ff. de bono. poſſ. Ideo in prædictis caſibus arbitror diſtinguẽdum, q̃ aut ipſi creditores volunt conuenire hoſpitale actione perſo nali tanquam ſucceſſorem, & non poſſunt: † qñ ille,in quẽ fit
3 vniuerſalis tranſlatio bonorum ex contractu integro manente ſtatu transferentis,non habetur loco hæredis, nec vt hæres conueniri p̃t,vt d.l.mulier bona.§.ex aſſe. & hoc expreſsè tenet Bal. in authentica,ingreſſi.C.de ſacroſan.eccle. & ibi etiam hoc idẽ videtur ſentire Bart.& expreſsè tenet Io.poſt Ioan.de Ligna.& ſequitur Dominus Domin.de ſancto Gemin.in c. per exceptionem.de priuileg.lib.6.† In fortioribus terminis, de quibus dicã in tertio caſu,quando obtulit ſe,& bona, nec refragatur prædictæ cõcluſioni.l.hæreditatẽ.ff.de dona.& l.j.& 2.ff. de hæredita. vel act.ven.in quibus probat̃,q̃ ille, in quẽ proueniũt oĩa bonu,

Source : BIU Cujas

tenetur ad debita,quia illa iura loquuntur, quando bona trãsfe
runtur ſub nomine hæreditatis,quo caſu continentur actiones
5 actiuè,& paſſiuè,cum † hæreditas ſit nomẽ iuris, vt l.hæreditas.
& l.nihil aliud ff.de verb.ſignifica.Quod quando & qualiter fie
6 ri poſſit,ſtatim ſubijciam. † Nec obſtat.l.ſecunda. C. ad l.Iul.de
vi.ubi probatur,ꝙ ille,in quem translata ſunt bona alicuius,te-
netur creditoribus etiam perſonalibus, quia illa loquitur in ca-
ſu,quo mutatur ſtatus eius, a quo bona transferuntur, vt dicit
Bald.in dicta Authentica,ingreſſi.vel eſt ſpeciale in fiſco,ſecun
7 dum quod not. Bald. in dict. l.2. † Non obſtat etiam l.Princeps
bona.ff.de verbo.ſignific.quia illa vẽdicat ſibi locum in diſpoſi-
tione Principis, quæ habetur pro lege, vt l.penult.C.de donat.
inter virum & vxor.& ita tenet Bald. in d.l.tertia. C. ad l.Iul. de
vi.Non igitur poſſunt perſonales creditores hoſpitale, vel aliũ
ſimilem locum conuenire actione perſonali,in qua coercenda
eſt perſona,vt in cap.quoniam,ad fin.& c.tuæ.vt lite non conte-
8 ſta.& l.prima §.hæres. ff. ad Trebellia. † Actio enim perſonalis
non ſequitur fundum ſeu bona,ſed perſonam.l.prima.C.de cõ-
di.indebi.l.fina.in fine,de contrahen.emptio.C.de actio.& obli
gatio.l.eum.Inſtitu.de fidei.hæredi.§.ſi quis bona.Si ergo vinit,
qui obtulit,debet primò conueniri; & ſi non ſoluit in cõtuma-
ciam ſuam decernetur tenuta bonorum mobilium,ſi qua poſſi
deret,quibus deficiẽtibus concedetur tenuta bonorum immo-
bilium,quibus non repertis concedetur tenuta nominum debi
torum,ſecundum formam.l.a diuo Pio §.ſi ſuper rebus. ff.de re
iudica.& cap.quoniam frequenter §. fina. vt lite non conteſta.
9 † Ex quo ſequitur,quòd ſi hoſpitale occupaſſet omnia bona of
ferentis,mittetur actor in poſſeſſionem iſtius actionis, quæ cõ-
petit tali offerenti contra hoſpitale,vel ſimilem locum, ex quo
comprehendit omnia bona,non habita ratione ęris alieni:quo
niam illa pars rerum ſeu bonorum, quam ęs alienum abſorbe-
ret,reperiretur eſſe penes hoſpitale vltra vires oblationis, & ſic
ſine cauſa,vnde reperi poteſt ex ęquitate.l. ſi me & Titium. ff.ſi
certum petatur.per condictionem, quæ oritur ex illa.l.per regu
lam,locupletari.de reg.iur.lib.6.& l.nam & natura. ff. de condi.
indebi.vel per condictionem ſine cauſa, vel per condictionem
indebiti,vt in toto titu lo.ff.de condictio. ſine ca.& de condict.
indebi.Talis enim actio competens ipſi offerenti contra dictũ
hoſpitale aſſignatur dictis creditoribus in contumaciam rei nõ
ſoluẽtis,& in defectum mobilium,& immobilium, & tandem
per ipſos creditores intentari poterit contra ipſum hoſpitale,
vel ſimilem locum.& idem arbitror dicẽdum mortuo ipſo of-
ferente,quia poſſent conueniri hæredes,vel ſi qui vellent ꝙ hæ-
redibus reſpondere,quibus contumacibus ſimilis ordo ſeruan
dus eſſet,de quo in præcedentibus.Aduertendũ eſt ergo in mo-
do agendi,ne fortè præfati creditores in modo agendi ſuccum
berent.Et idem arbitror per omnia dicendum, ſi offerens offert
omnia bona ſua ſimpliciter, ſi modò poſt oblationem prędi-
ctam alia bona non acquiſiuiſſet, quæ ipſe poſſideret,ex qbus,
10 dictis creditoribus perſonalibus ſatisfieri poſſet,† cum bona ẽt
tunc intelligantur deducto ęre alieno, vt iuribus ſup.allegatis.
Ideo autem dixi,niſi poſtea acquiſiuiſſet: quia vt ſuperius dixi-
mus,libello octauo,quæſtione quarta & quinta,in tali oblatio-
ne non veniunt bona futura: & ideo ſi talis offerens poſt obla-
tionem acquiſiuiſſet alia bona, nulla fieret immiſſio contra ip-
ſum contumacem.Si tamen talia bona poſtea quæſita non ſu-
pereſſent,vel nulla poſtea acquiſiuiſſet,eſſet agendum cõtra ho
ſpitale,prout ſuperius eſt expreſſum,quia bona intelligũtur de-
ducto ęre alieno,vt ſuperius fuit oſtenſum.Et idem etiam dicẽ
11 dum eſt,ſi offerens obtulit omnia bona præſentia,† quia expreſ
ſio eorum,quæ tacitè inſunt,nihil operatur, vt l.tertia.ff.de leg.
primo,& ſuperius diximus in dicto libello octauo, quæſtione
quarta,in fine.Nam & hoc caſu intelliguntur bona deducto ęre
alieno,vt ſuperius eſt declaratum.Sit ergo concluſio, ꝙ in om-
nibus caſibus, in quibus oblatio fit ſub tali conceptione verbo
rum,quòd intelligatur facta deducto ęre alieno, ſeruanda eſt di
ſtinctio, & forma prædicta.

12 † Sed quæro iuxta prædicta, quid ſi offerens fecerit oblatio-
nem non per uerbum bonorum, ſed per verbum hæreditatis,
qualiter ſubueniatur creditoribus? Solutio, hic aduertendũ eſt,
ꝙ aut talis offerens fecit oblationem de omnibus bonis ꝑprijs
ſub nomine hæreditatis propriæ,aut ſub nomine hereditatis al
terius,quæ ad eum delata erat? Primo caſu aduertendum eſt, ꝙ
13 talis oblatio non videtur ualere, † quia hæreditas alicuius non
poteſt per ipſum donari donatione inter vinos. l. hæreditas. C.
de pact.conuen.vbi non ualet pactum,qñ vice teſtamenti bona
14 in aliquem transferuntur poſt mortem. † Et per illum textum
dicit Bart.in l fina.C.de pact.& l.ſtipulatio hoc modo cõcepta.
ff.de verbo.obligatio. quem communiter omnes Doctores ſe-
quuntur,ꝙ ſi quis donat hæreditatem,& ſic per actum inter vi-
uos,talis donatio nullius eſt valoris, vt l.cum donationis.C.de
15 tranſ.† quia hæreditas ſolo teſtamento conferri poteſt,vt l.here
ditatem.C.de codicil.Item probatur, quia ſpeciale eſt in militi-
bus,vt proprias hæreditates pactionibus conferre valeant. l.li-
cet.C.de pac.de cuius.l.intellectu plenè per Ioan. de Imo.in l.il
læ autẽ inſtitutiones.ff.de hæredibus inſtituen. Si ergo ſpeciale
eſt in militibus,ergo in contrariũ eſt ius cõe,vt l.j.in fi.ff.ad mu-
16 nicipal.cum iuribus vulgatis. † Accedat ẽt ad prædicta, quia ex
quo per tale pactũ ſeu talẽ oblationem auferretur libera teſta-
menti factio ei,qui remanet in ſęculo, meritò non tenet,vt l.ſti
pulatio hoc modo concepta.ff.de verb.oblig.& l.cum duobus.
17 §.idem,verſi.ſi ſocietatem.ff.pro ſocio.† Et hac ratione Docto-
res cõiter concludunt, ꝙ ſi faciens teſtm̃ addit clauſulam, ꝙ ſi
contingat eum reuocare,extunc donat,ꝙ non valet, tradit Bar.
in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta.& Bald. in l. ſancimus.C.
de teſtam.& l.ex teſtamẽto.C.de fideiuſſo.& in c.j. de feudo da-
18 to in vicem legis commiſſo. † ad idem etiam facit, quod tradit
Ioan.de Imo in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta. vbi dicit, ꝙ
ſi quis donat omnia bona poſt mortẽ, hoc acto, ꝙ ſit donatio
inter viuos,ꝙ non valebit,licèt aliter nulla ſit facta adiectio de
19 futuris:† quia ex quo diſpoſitio eſt vniuerſalis, & collata in tem
pus mortis, vr̃ facta vice teſtamenti, per prælegatam.l.hære-
ditas.C.de pactis cõuen.vbi noſter caſus. & hæc concluſio mihi
placet,& ita aliàs ego conſului. Vnde ſit concluſio, ꝙ non poſ-
ſunt bona offerri per viam hæreditatis,offerente remanente in
20 ſeculo. † Non obſtant prædictis ea,quæ dixi ſupra, eodem libel
lo decimo.vbi concluſi valere donationem omnium bonorũ
præſentiũ & futurorum,factam eccleſiæ:quia rñdeo, ꝙ ibi vo-
luit transferre bona per viam ꝯctus,quod eſt prohibitũ,nec eſt
repugnans actui qui geritur. hic verò vult transferre hæredita-
tem per uiam ꝯctus qui repugnat actui, qui geritur, vt patet ex
ſupradictis. Secundo caſu, qñ ſub nomine hæreditatis alterius
quis facit oblationem hæreditatis alterius, quæ ad cũ peruenit.
Dicendum eſt,ꝙ aut iſti ſunt creditores ipſius offerentis ꝑprij,
& non eſt dubium, q hoſpitale nullo modo põt conueniri, vt
de ſe manifeſtè patet.Aut ſunt creditores illius hæreditatis, &
21 non eſt dubium,ꝙ hoſpitale, cui oblata eſt talis hæreditas,tene
tur illis ſatisfacere,vt in l.hæreditatem. ff de donat. † hæreditas
enim eſt nomen iuris,& continet in ſe actiones actiuas, & paſſi
uas,vt l.hæreditas.& l.nihil aliud.ff.de verb.obli. nam eo ipſo ꝙ
offertur hæreditas,tacitè vr̃ agi,ꝙ donatarius ſatisfaciat credito
ribus:quia,vt dixi,hæreditas intelligitur cum oneribus,& emo
lumentis.facit,quod no.l.ſi quis ſeruum §.fi.cum l.ſeq de leg. 2.
22 † Eſt tñ aduertendum,ꝙ ſi hoſpitale, vel alius locus pius, cui
hmõi oblatio facta eſſet,nollet ſponte ipſis creditoribus ſatisfa
cere,non poſſit hoſpitale,vel alius locus pius cõueniri,vt in l.2.
in fi.C.de hæredi.vel actio.uend.& l.2.C.de pact.nec præcisè cõ
pelli ad ſoluendum ipſis creditoribus, etiam ſi expreſsè conue-
niſſet cum ipſo hoſpitali de ſatisfaciendo ipſis creditoribus, cũ
hoſpitale teneatur ad factum.& ſic ſuccedit oblatio ad intereſ-
ſe,ut l.ſtipulationes non diuiduntur.§.Celſus.ff.de uerb.oblig.&
l.ſi quis ab alio.ĩ fine,de re iudic.unde cauſatiuè cogetur hoſpi-
tale,ne teneatur ad intereſſe, uel per actionẽ præſcriptis uerbis,
ut l.hæreditatem.in fine. ff. de donatio. de cuius.l.intellectu ibi
per glo.Barto.& Doctores,uel etiam ex ſtipulatu,ſi ſtipulatio in
terceſſit,uel etiam ad pœnam,ſi pœna promiſſa eſt,ſi promiſſa
non adimplerentur,ut Inſtitu.de uerb.oblig.§.fin. Eſt tñ aduer-
tendum,ꝙ licèt hoſpitale non poſſit conueniri, ſed offerens:ſi
tamen hoſpitale conuentus ſponte ſuſcipere iudicium,tenetur
vtilibus actionibus, nec poſſet amplius offerens conueniri, qa
liberatur ope exceptionis.& hoc contingit ui taciti pacti.& iſte
23 eſt textus ſingularis in l.2.C.de pact. † Notandum tñ, ꝙ ſi eſſet
fiſcus,qui offerret dictam hæreditatem hoſpitali, hoſpitale tũc
deberet conueniri a creditoribus, vt l.j. C. de hæredi. uel actio.
24 uend. † Eſt etiam notandum,ꝙ ſi hoſpitale nollet ſoluere cre-
ditoribus,nec ſubire iudicium,ꝙꝑ quod ipſe offerens conueni-
retur,& condemnatus ſolueret aliquid etiam indebitè, illud re-
petere poteſt ab hoſpitali, ut l.2.§.ſolet. ff. de hæredi. uel actio.
uendi.quamuis fortè ſi ſcienter,& ſponte ſolueret, nõ poſſet re-
petere,ut ibi notatur. Et ad iſtam materiam uidenda ſunt, quæ
latius explicauimus in titulo de hr̃dita.uel actio.uendi. Sed qñ
ſuperius diximus de oblatione facta ſub tali cõceptu uerborũ,
25 quod intelligitur deducto ęre alieno.† Quæro nũc,quid ſi obla
tio fuerit facta ſub tali conceptione uerborum, propter quam
non intelligatur fieri deducto ęre alieno,puta ſi dixerit, Offero
omnia mea bona mobilia, & immobilia, quo caſu non ueniũt
etiam futura,nec iura,& actiones, ut ſupra diximus libello octa
uo,quæſtione 6.Vel etiam ſi dixerit, Offero omnia iura mobi-
lia,& immobilia præſentia,& futura,ut ibi dictum fuit. Et ĩ præ-
dictis caſibus,quia non intelliguntur talia bona oblata eſſe de-
ducto ęre alieno arbitror aliter dicẽdum,q̃ dixerim in ſuperio-
ribus.Diſtinguo igitur, ꝙ aut dictus offerẽs habet alia bona uel
iura,præter ea,quæ oblata ſunt, qbus ualet creditoribus ſatisfa-
cere,aut non.Primo caſu dico, eccleſiam uel hoſpitale a credi-
toribus offerentis conueniri nõ poſſe aliquo modo, quoniam
perſonalis actio non ſequitur fundum, immo perſonam, ut ſu-
pra dictum fuit.& hoc tenent Docto.in Authenti. ingreſſi.C.de
ſacroſan. eccle. & tenet gloſ.in caſu fortiori, in l.ſi peculium.§.
ſed ſi dominus.ff.de pecu.leg.Aut enim ipſe offerẽs,uel eius hæ
res a creditoribus conuentus ſatisfaciet,& non eſt ulterius quę-

rendum.

Source : BIU Cujas

rendum. Aut non, & tunc in contumaciam non ſoluẽtis concedetur tenuta bonorum, & iurium, ſecundum formam traditam a iure ſuperius expreſſam. Secundo verò caſu, quando non haberet bona aut alia iura, quibus offerens poſſet creditoribus ſatisfacere. Doc. etiam dato ꝙ indiſtinctè loquãtur ꝙ eccleſia, vel hoſpitale non tenetur talibus creditoribus perſonalibus, videntur tamen hoc caſu idem concludere, quod in ſuperiori caſu proximo. Ego verò arbitror aliter dicendum fore, videlicet ꝙ aut ipſi creditores volunt conuenire hoſpitale, vel eccleſiã, cui facta eſt oblatio directa actione perſonali, & non poſſunt,
26 † quia ſæpius dictum eſt, perſonalis actio non ſequitur fundũ: & hoc caſu procedat concluſio Doctorum in dicta auctentica, ingreſſi. Aut ipſi creditores volunt intentare reuocatoriam, qa dicunt dicta bona alienata in fraudẽ: & iſto caſu ſubdiſtinguendum eſt, ꝙ aut hoſpitale, vel ſimilis locus, talem oblationẽ recepit ex cauſa lucratiua, aut ex cauſa oneroſa. Primo caſu tenetur ſatisfacere creditoribus vſque ad concurrentem rei valorẽ, quoniam talia bona præſumit lex fore alienata in fraudem creditorum, vnde fit reuocatio, ſeu tenetur hoſpitale, quatenus bona alienata ſufficiũt, vt in l. ſi quis cum haberet. ff. de his quę in fraud. credito. & quaſi per totum, & in l. ignoti. C. de reuocand. his, quæ in fraudem credito. & quaſi per totum. eſt tamẽ aduer-
27 tendum, quia poſſet circa prædicta dubitari. † Quid ſi res oblata ex cauſa lucratiua eſſet effecta ſacra: vtrum hoſpitale, vel ſimilis locus teneatur? & arbitror ꝙ non, niſi hoſpitale participaſſet de fraude, per ea quæ. ſup. dicta fuerunt libro vndecimo. ſi verò hoſpitale, vel ſimilis locus non ex cauſa lucratiua, ſed ex cauſa oneroſa oblationem recepit. Exemplum, ſi aliquid dedit in recõpenſationem rei oblatæ, vel promiſit ſe daturum aliquid annuum, vt facere conſueuit: ſubdiſtinguendum eſt, ꝙ aut hoſpitale non participauit de fraude, licèt alienans fuerit in fraude, tñ quia dolus ipſius non debet hoſpitali nocere, non tenẽt ho-
28 ſpitale, vt in d. l. ignoti. & in d. §. hoc edictum. † neque in dubio præſumitur hoſpitale de fraude participare, vt in iuribus ſupra allegatis, & in l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probatio. poſſet tamẽ hoc caſu attentari, licèt Docto. non tangant, ꝙ hoc procedit, ſi modo cauſa oneroſa eſſet compenſabilis, & conformis oblationi celebratæ. ſecus ſi non eſſet compenſabilis, vt puta, ſi pro magna oblatione aliquid paruum hoſpitale concederet, vel ſe daturum annuatim obligaret, argum. no. in Authen. vnde ſi pa-
29 rens. C. de inoffi. teſtamen. & l. ſi vnquam. C. de reuoc. dona. † nã ex qualitate negotij, & ex circunſtantiis præſumeretur in fraudem facta, & in fraudem recepta. faciunt no. in c. ſecũdo, de pę. lib. 6. & in l. qui dolum. C. de proba. & in l. quotiens. §. qui dolo. de proba. cum ſimili. Et prædicta omnia in prædictis caſibus deciſa, & diſtincta habent locũ, & multo fortius ſi facta eſſet oblatio bonorum mobilium tantum, vel bonorum immobilium tantùm, vel bonorum quorundam particulariter, ſingulariter deſignatorum. & vbicunque facta ſit per verbum bonorum,
30 adiuncta li qualitate, ꝙ intelligantur deducto ere alieno. † Si verò oblationem fecit per verbum rerum, tunc ſi obtulit omnes res præſentes & futuras, veniunt iura & actiones, vt dictum fuit ſup. lib. 8. q. 11. Si verò obtulit res ſimpliciter, nõ intelligitur, niſi
31 de præſentibus, vt dixi ſup. li. 8. q. 12. † Iſta enim eſt regula, vt ibi dixi, ꝙ vbicunque tractatur de translatione dominij, publicatione bonorum, vel eorũ, quæ ſunt grauis præiudicii, nunq̃ veniunt bona futura, nec res poſtea acquiſitæ probatur in l. ſi tibi mandauero. §. is, cuius. ff. man. & in c. fęlicis. de pęnis. lib. 6. Veni rent tñ iura, & actiones pręſentes ſeu præſentia, per d. l. rei appel
32 latione. † Si verò dixiſſet res mobiles, & immobiles præſentes & futuras, non venirent iura & actiones, & idem ſi dixiſſet res omnes mobiles & immobiles, quo caſu non venirent poſtea quæſitæ, nec venirent iura & actiones, ut not. Specu. in titu. de fruc. & intereſſe. §. j. verſi. item quæritur. & in titu. de ceſ. actio. in §. j. ver. ſed nunquid. & in l. Gaius in prin. ff. de leg. 2. & in l quam Tuberonis. §. in peculio. ff. de pecu. & Bal. in c. ſciendum. de feu. cog in vſib. feud. vel ſi dixiſſet res mobiles tantum, uel res oẽs immobiles tantum, uel res quaſdam particulariter deſignatas. Et in prædictis omnibus caſibus, qñ offerens locutus fuit p uerbum rerum, dicendum eſt, cum quæritur, an hoſpitale creditoribus teneatur in omnibus & per oĩa, prout dictum fuit ſup. in oblationibus factis pp verbũ bonorũ mobiliũ, & immobiliũ, vel mobiliũ tñ, vel immobilium tñ, vel bonorũ particulariter deſignatorum: an ſit locus Pauliana, ſeu reuocatoria, uel nõ ſit locus, & qualiter, & inquantum, vt plenè ſuperius explicaui.
33 † Circa ſm principale membrum, qñ quis offert ſe ſine ſuis, qđ fieri poteſt, vt latius diximus ſup. lib. 8. q. 22. dicendum arbitror, ꝙ hoſpitale uel alius locus pius non tenetur pro debitis contractis ante oblationem, ſed debet ipſe offerens cum bona retinuerit, & velle & nolle non amiſerit, vt traditur 27. q. 2. c. ut lex continentiæ. tenetur ergo ipſe ſatisfaceret, vt ibi colligitur & probatur ex no. per Io. And. in c. per exemptionem. de priuil. lib. 6. & per no. per Io. And. & Inn. in c. j. de obligat. ad rac. & in Authen. cauſa quæ fit cum monacho. C. de ſacroſanc. eccle. Et adde ad prædicta, quæ dicam in lib. ſequen. in 2. membro.

34 † Circa tertium membrum principale, quãdo obtulit ſe, & ſua, vtrum fiat præiudicium creditoribus perſonalibus. Pro ſolutione arbitror coniungenda, quæ dicta ſunt in primo membro reſpectu bonorum: & in ſecundo membro reſpectu perſonæ, & hoc indubitanter dicendum eſt, quòd quando oblatio non eſſet facta vniuerſaliter de omnibus bonis præſentibus & futuris iuribus & actionibus, ſed quando eſſet uniuerſaliter facta oblatio, ita quòd etiam iura & actiones etiam futuræ uenirent in tali oblatione, quamuis fortè de iuris rigore dictum hoſpitale non poſſet cõueniri, niſi eo modo, & forma, de quibus ſupra dixi in primo membro, quia ſtatus iſtius oblati non eſt omnino mutatus, ſicut ſi obtuliſſet ſe alicui regulæ approbatæ, in qua faceret profeſſionem, tamẽ ex quadam ęquitate uidetur hoſpitale, vel talis conueniri poſſe, vt uniuerſalis ſucceſſor, cum ſtatus talis oblati ſit aliqualiter mutatus. faciunt no. per Bar. in Authen. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle. & no. in l. 2. C. ad l. Iul. de vi pub. & no. per Ioan. And. & D. Domi. poſt Ioan. de Ligna. in c. ꝙ exemptionem, de priuile.

SUMMARIUM.

1 *Oblatio bonorum ſi hoſpitali ſit facta, quomodo ſubueniatur creditoribus poſt oblationem factam ſuperuenientibus.*
2 *Quid quando facta eſt oblatio perſonę, & non bonorum.*
3 *Debitum oblati uel prælati non obligat eccleſiam.*
4 *Hoſpitale vel eccleſia obligatur per prelatum aliquid facientem ratione officij, vel mandati.*
5 *Oblatio ſi creditum ſit de conſenſu prelati & capituli, eccleſia tenetur, etiam ſi nil lucri recipiat.*
6 *Depoſitum licet fiat in preſentia capituli & prelati, eccleſia nõ tenetur, niſi aliquod lucrum conſecuta ſit.*
7 *Cap. 1. de depoſi. quomodo procedat.*
8 *Eccleſia vel hoſpitale, quando obligetur ex contractu oblati.*
9 *Oblatio quando eſt facta de perſona, & bonis, quomodo creditoribus ſuccurratur.*

Libellus Decimusquartus.

QVartodecimo principali articulo, tractandum eſt de effectibus oblationis reſpectu præiudicij creditorum, qui ſuperuenerũt poſt factam oblationem. Circa quẽ articulum arbitror diſtinguenda tria membra.

¶ Primum, quando obtulit bona duntaxat.

¶ Secundum, quando obtulit ſe, & non bona.

¶ Tertium, quando obtulit ſe, & bona.

1 ¶ † Quo ad primum dicendum eſt, ꝙ hoſpitale non poteſt aliquo modo conueniri, non ſolum ſi eſſent creditores perſonales, ſed etiam ſi haberent tacitam vel expreſſam hypothecã, quia cum bona oblata tempore oblationis, nulli eſſent obnoxia, tranſiuerunt ſine aliquo onere, nec potuit offerens poſtea facto ſuo præiudicare hoſpitali, per regulam, id quod noſtrum, & regulam, non debet alteri. de regu. iur. & hoc eſt de ſe manifeſtum. quod tamen fortè limitandum eſt, niſi præſumatur facta oblatio ratione delicti committendi, ſeu poſt delictum cõmiſſum, ne fortè bona publicarentur, ſecundum tradita per Doct. in l. poſt contractum. ff. de dona. & ſecundum ibi tradita regulandus eſſet iſte caſus.

2 † Quo ad ſecundum membrum, quando obtulit ſolùm ſe, & non bona, dicendum eſt, ꝙ hoſpitale, eccleſia, vel alius locus pius, cui facta eſt talis oblatio, non poteſt conueniri, ſi modò talis oblatus fecit contractum nomine ſuo proprio ad propriam vtilitatẽ, nec bona ſua aliquo modo deuenerunt ad ipſum hoſpitale, nec aliquid uerſum eſt in utilitatẽ ipſius hoſpitalis, † qa
3 debitum non ſolùm oblati, ſed nec prælati obligat eccleſiam. c. j. de depoſ. 16. q. 6. c. ſi epiſcopum. & in c. non licet & in regu. delictum perſonę. de regu. iur. lib. 6. debet igitur ipſe offerens cõueniri, & ipſe tenetur ſatisfacere. ideo autem dixi, ſi cõtractum fecit nomine proprio, † quia ſecus, ſi nomine hoſpitalis habens
4 a dicto hoſpitali mãdatum, vel id fecit ratione alicuius officij, quod habet ab ipſo loco, quia tunc vigore mandati, vel officij poſſet obligare dictum hoſpitale, vt traditur per gl. in c. j. de depo. Exemplum in hoſpitali noſtro ſanctæ Mariæ della Scala in quo conſtituuntur camerarius, & peregrinarius, quorum alter recepit depoſita indigenarum, alter depoſita peregrinorum: nã ſi tales recipiunt depoſita iuxta officium eis deputatum, eccle-
5 ſia, uel hoſpitale obligatur, aliàs ſecus, † niſi aliquid fuerit creditum ipſi oblato de conſenſu prælati ſeu rectoris & capituli, quo caſu eccleſia teneretur, etiam ſi nihil lucri reciperet, ſecundum do. Ant. & Zaba. in d. c. j. de depo. per illum tex. & per c. qđ quibuſdam de fideiuſ. Inno. tamen in d. c. j. videtur ſentire con-
6 trarium dicens, † ꝙ licet fiat depoſitum in præſentia prælati & capituli, non tenetur eccleſia, niſi aliquod lucrum eccleſia ſit iñ ſecuta, alleg. l. licet. §. ſi filius. ff. de pecu. qđ dictum dicit Abb. Sicu. non ponderatum a Doc. & ꝙ videtur ſibi ſatis no. nam qñ eccleſia recipit aliquod lucrũ, põt dici ℈ctus initus gratia vtri-

Source : BIU Cujas

usque,meritò ecclesia obligari debét, sicut in alijs cõtractibus. Sed quando fit gratia deponentis,tunc non occurrit.rõ, quare ecclesia debeat teneri saltem,cum sit peruenièdũ ad distractionem rerum immobilium, vel mobilium pretiosarum ex cõtractu prælati,& capituli,non inito ad vtilitatem ecclesiæ, contra c.sine exceptione.xij.q.2.& contra rationem.l.præses.C.de tran
7 sactio.† & ad c.j.de depo.potest responderi, q̃ ibi non compellebatur ecclesia,sed canonici, qui poterant compelli ex redditibus eorum,argumen.d.c.j.in fi. quod dictum est satis mirabile. Ex quo ego infero, q̃ si contractus fieret gratia solius contrahentis, cum ecclesia non videretur sufficere, q̃ accesserit consensus prælati & capituli, nec videretur sufficere, q̃ per capitulum & prælatum aliquis esset constitutus officialis seu procurator ad tales contractus,& sic licet aliquis esset deputatus procurator,vel officialis ad suscipienda deposita prout fit in hospitali prædicto sanctæ Mariæ, ecclesia non obligaretur,si depositũ solummodò fieret gratia deponentis tantum, cuius contrariũ tenent communiter Doc. in d. c.j. quod dictum vr̃ mihi magis æquum;& rationabile, si talis officialis vel procurator sit factus
8 cum solẽnitatibus opportunis. † Redeũdo igitur ad ipsos oblatos,dicendum est q̃ ecclesia,vel hospitale,vel similis locus obligatur ex contractu ipsius oblati,altero ex his interueniente,vel q̃ sit cõstitutus procurator, vel officialis ad illud, vel accesserit consensus prælati,& capituli,vel fuerit versum in vtilitatem ecclesiæ, seu hospitalis, & quatenus fuit versum in utilitatem ecclesiæ,uel hospitalis, vt traditur per Doc. in d.c.j.

9 ¶ † Quo ad 3.membrum, quando obtulit se,& bona sua: satis clara potest colligi conclusio ex his, quæ dicta fuerunt in duobus præcedentibus membris.nam respectu bonorum dicendũ est, vt in primo membro: respectu personæ dicendum est, ut in secundo membro.

S V M M A R I V M.

1 *Oblatio per parentes facta,an præiudicet filijs viuentibus tempore oblationis.& nu.4.*
2 *Et an ob id a querela inofficiosæ donati.excludatur.*
Filius ob piam causam exhæredari, & legitima iure naturæ debita priuari non debet.
3 *Filiorum pietas loci pij pietatem excedit.*
Pater magis est obligatus coniunctis maximè filijs, quàm ecclesiæ vel alicui pio loco.
5 *Iuramentum ex parte iurantis est personale.*
6 *Lex rescindens alienationem principalem, consequenter rescindit etiam pœnam.*
7 *Contractus nullus licèt iuramento firmetur, non tamen in præiudicium tertij firmatur.*
10 *Pater sit monachatione filiæ aliqua obtulit,deinde omnia hospitali offerat: an eo decedente,monasterium ex persona filiæ legitimam petere possit.*
11 *Matrimonium licèt non contrahatur inter monachum & monasterium, & sic datum pro muliere non fit verè dos,tamen eius naturam sortitur.*
12 *Dos vera sicut in legitimam computatur,ita id etiam quod datur in monachatione filiæ.*
Dos si ad legitimam non sufficit,ad eius supplementum agitur.
13 *Offerens si tempore oblationis filios non habebat,vtrum postea nati illam revocare possint.*
14 *Offerens renunciare debet l.si viquàm. C.de reuoc.dona.vt excludat filios a reuocatione oblationis.*

Libellus Decimusquintus.

QVintodecimo principali libello tractandum est de effectibus ipsarum oblationum respectu præiudicij aliorum,qui non sunt veri creditores, sed possunt prætendere aliquod ius respectu rerum oblatarum.Exemplũ in eo,qui offert bona sua,& habet filios.Circa quem articulum potest primò dubitari,vtrum talis oblatio valeat in præiudiciũ filiorũ:& hanc materiam diuido principaliter in duo membra. Primũ erit respectu filiorũ, qui viuunt tpe factæ oblationis. Secundum de filiis,qui post factam oblationem sunt suscepti.

1 †Circa primum membrum,quo queritur,vtrũ oblatio facta per parentes habentes filios, præiudicet ipsis filijs viuentibus tẽpore oblationis? So. si nos loqueremur de donatione, quæ fieret alicui priuato, uel in causam non piam, q. prædicta haberet solùm dubitationem inofficiosæ donationis. verum quia nos loquimur ĩ oblatione,quæ fit Deo,ecclesiæ, hospitali, vel loco
2 pio,aut in piam causam:†Oritur primò dubium,vtrum propter hanc qualitatem filius excludatur a querela inofficiosæ donationis.In quo dubio, omissis opi. sequendo communem opin. dico q̃ causa pia non operatur, q̃ filius sine causa possit exhęredari,& priuari sua legitima,fm̃ no.Bar.in l.j.C.de sacrosanct.ecc.qui enim vult filium exhæredare,& ecclesiam instituere, aliũquę-
3 rat quàm Aug.17.q.4.c.quicunq;. † & pro hoc ẽt facit tex.bon. in l.si quis ad declinandam. C. de epi.& cle. qui vult q̃ pietas filiorum excedat pietatem loci pij. faciunt ãt no. per Egy. Hosti. Io.An.& Abb.Sicu.in c.fin.de post.ubi volunt, q̃ quis sit magis obligatus coniunctis, maximè filiis quàm ecclesiæ, etiam si ab illa recepit beneficium.Ad quod faciũt, quæ dixi in tractatu de post.§.4.Et prædicta cõclusione facit optimus text.13.q.2.c.siqs irascitur.faciunt ẽt no.per Bal.in auc.si qua mulier.C.de sacrosanct. eccl.Et ad hoc etiã uidenda sunt,quæ latius dixi in tit.de exhær.
4 li. † Posita igitur hac conclusione,q̃ filius pp piam cãm nõ possit priuari legitima quo ad decisionẽ q. si pater offert bona sua ecclesiæ, uel hospitali, aut alteri pio loco,an præiudicet filiis iã susceptis,& quando,& inquantum? Distinguendum est, q̃ aut pater obtulit oĩa bona sua, aut partem bonorum. Primo casu, aut obtulit gratis & sine aliqua remuneratione, uel onere, aut recepit oblationem ex aliqua cã onerosa. Primo casu qñ obtulit gratis,dicendum est, q̃ filius potest agere querela inofficiosę donationis vsq; ad reuocationem legitimæ.C.de inof.dona. per to.ti.& latè in l.j.C.si quid in frau.pa.& tradunt Doc. maximè Bal.in l.j.C.de inof.don.vbi sing.dixit q̃ hoc procedit,etiã si filij sint hæredęs patris, quia ex quo istud reperitur inofficiosè factum,& sic quodammodo in fraudem,non põt obijci,q̃ sint hæredes eius,qui donauit,& sic contra factum defuncti nõ possę venire,per regulam l.cum a matre.C.de rei vend.quia hoc est propria actio filii,quæ tendit ad rescindendam patris fraudẽ.fa
5 cit l.j. §.j.ff.si qd ĩ frau.pa. Nec ob.filio iurm̃ paternũ,† qm̃ iurm̃ ex parte iurantis,est pſonale,vt in c.veritatis.de do. & cont.nec ẽt filius quãuis hæres incideret in pœnam p patrẽ cõmissam,si ꝺ fieret,vt no.gl.in l.si patronum.§.si patronus. ff. si qd in frau.pa.
6 † vbi vult, q̃ qñ lex rescindit principalẽ alienationẽ, rescindit ẽt pœnalẽ,quæ est accessoria.ar.l.cum principalis.ff.de reg.iu. & sic idem in iuramento,qđ est in accessoriũ ad ꝺctũ,vt in l.fin.C.
7 de nu.pe.†facit ẽt,qa licet ꝺctus nullus qñq; firmetur iuramento,vt in ca.cũ cõtingat.& ibi latissimè p Io. de Imo.de iureiu.& c.quãuis.de pac.li.6.& c.licet mulieres,de iureiu. lib.6.& p Bar. latè in l. siqs pro eo. ff.de fideiuss. non tm̃ firmat in præiudicium tertij,vt no.ĩ d.c.quãuis.& ꝓbat,qa res inter alios acta, &c. c.pe. de re iu. & in ru. & in C. res inter ali. ac. facit qđ no.in fi.§.filius autẽ.C.de bo.qnæ li.& tradit Io.de Imo.in d.c.cũ cõtingat.de ju
8 reiur.†Secundo casu,qñ oblatio nõ fuit facta ex mera liberalitate,sed fortè qa ecclesia vel hospitale in recõpensationẽ dedit aliquã eius possessionẽ ad vitã offerẽtis longè forte maioris valoris,q̃ id qđ offertur,ut quotidie ꝓtingit,uel ꝓmittit dare aliqd annuũ,donec offerens viuit: & hoc casu, si ex his fructibus uel annuis reddittibus tm̃ supereſt,qđ sufficiat ad legitimã filiorũ, res est clara.Si verò oĩa dilapidasset,arbitror distinguẽdũ,q̃ aut id, qđ hospitali dedit offerenti in recõpensatione erat æquales & correspondens bonis oblatis, & hoc casu ecclesia vel hospitale ad nihil tenetur.facit qđ no.gl. in l.j C.de inof. do. & sentit Bar.post Dy.in l.hæreditariũ.ff.de bo.au.iu.pos. Nec põt dici, q̃ nõ potuerit pr̃ hæc facere,cũ rei suæ, &c. ut l.in re mandata. C. man.nec est aliqd imputandũ ecclesiæ,uel hospitali,ex quo dignã tribuit cõpensationem, facit. l. nemo prædo.ff.de reg.iu.vr̃ enim tantũdẽ ab hospitali.uel ecclesia hr̃e,q̃tũ dedit in recompensationem,ar.l.planè.§. q̃ si rẽ emissem. & l.apud Iulianũ.§. si Titius.& l.nõ amplius.ff.de leg.j.iũcta.l.qa q pretio. ff.de vsuf. Si verò qđ traditur ab ecclesia,uel hospitali ipsi offerenti nõ est æquiualens, arbitror aduertẽdũ utrũ qđ traditũ est ascendat ad legitimã filiorũ habita recta recõpensatione oĩum hincinde, & eorũ quæ traduntur,& fructuũ q recipiunt ex rebus oblatis: & hoc casu arbitror hospitale uel similẽ locũ nõ teneri,ar.eorũ quæ statim dicã in sequenti casu,aliàs hospitale teneretur,ar.eo
9 rum quæ superius dicta sunt.† Secundo casu principali, qñ non obtulit omnia bona,dicendũ est,q̃ filii nõ possunt agere ꝺ hospitale,vel ecclesiã ad reuocandũ totũ,sed pñt agere dũtaxat ad supplemẽtũ,quatenus eis deficit ad legitimã ,vt d.l.j. C.de inof. dona.& ibi gl.opt.& Doc.& fuit sniã Bal.ibidẽ,& probat in plu ribus ll.huius ti. Verũ ne videar hic velle examinare tit. illũ de inof.don faciã finẽ.Et si quæ dubitationes circa materiã prædictã occurrerent, recurrendũ est ad illũ ti.ad ea, quæ latè dixi in
10 eodẽ.Sed circa prędicta nolo omittere no.q. † Pone, pater monachauit aliq̃ filiã ,& in ipsa monachatione aliqua obtulit sup altare,quã vulgares dotẽ appellãt,deinde pater obtulit oĩa bona sua hospitali,vel ecclesię.an patre decedente monasteriũ ex persona filiæ monachatæ possit petere legitimã. & intellige, q̃ dubium solum faciat illud, qđ oblatum est per patrem in ipsa monachatione,nec ex eo q̃ filia sit monacha, priuatur successione, aut legitima, vt plenè tractatur in Authen.ingressi.& in Authen.si qua mulier.& in corpore vnde sumitur.C.de sacrosanct. eccle. immo quantum ad hoc efficitur melioris conditionis, vt in c.non liceat parentibus.19.q.3.in qua q.plura possent fieri ar.pro parte negatiua concludentia, q̃ talia oblata per patrem non auferant ptãtem tollendi legitimã,nec sint in legitima imputanda.nã cũ istud pleno iure nõ efficiat filii, sed monasterij, meritò non cõputat in legitimã,ut l.cũ scimus.§ repletionẽ.C. de inof.testa.sed omitto,qa Bar. tenet contrariã sniam in l.j.§.si parens.ff.si quis a pa.fu.ma.ubi concludit, quòd quia in vulgari hoc datum simpliciter succedit loco dotis,ut etiam sentit idem Barto.in l.Titio centum.§.fin.ff.de condi.& dem.in fi. q.meritò videtur,q̃ nõ possit reuocari oblationum occasione legitimę.
11 † & cãdẽ sententiã sentit consi.65.qđ incipit, Facta est,sed latius

Source : BIU Cujas

consi.109.quod incipit,Narnensis.vbi latius loquitur dicens, ꝙ licet inter monachum & monasterium non contrahatur matrimonium,quia solus Abbas contrahit,vt in c.quia ꝓp de elec. & sic datum pro muliere non possit dici dos,maximè quia saperet simoniam,quæ est prohibita,vt in c. non satis. de simo.quamuis
12 non sit vera dos, tamen sortitur naturam illius: † & ideo sicut vera dos computatur in legitimam,vt l.quoniam nouella.C.de inoff.test.ita etiam computabitur ista.& hanc etiam sententiam tenet d.Barth.de Sali.in d.l.quoniam. Si tamen prædicta dos nõ sufficeret ad legitimam, posset agi ad supplementum legitimæ, vt d.l.i.C.de inoff.dona.

13 † Circa secundum membrum principale, quo quæritur quid si tempore oblationis offerens non habebat filios, sed illos postea suscepit,vtrum filii postea nati possint illam reuocare? Materia est satis ampla,& circa eam plures oriuntur notabi.quęstiones.Conclusio est,ꝙ sic,per l.si vnquam.C.de reuo.do.& est tex. 17.q.4.c. quicunque. sed non intendo materiam prædictam hic tractare,quia etiam esset facere alium tractatũ. Sed pro decisione plurimarum quęstionum,quæ circa materiam istam possunt occurrere,videnda sunt quæ latius dicũtur in l.si vnquam. C. de reuo.do.& quæ latius traduntur per D. Ant.de Prato vete.in re-
14 pe.l.in quartã. ff. ad l.fal.& quæ latè dixi in tit.de reuo.do. † Vnũ sufficit hic ponere ad cautelam hospitalis,vel similis loci recipiẽtis huiusmodi oblationes,ꝙ faciat,ꝙ offerens renunciet dispositioni d.l.si vnquam.& d.c. quicunq;. ꝙ nullo modo intendit reuocare donationem,maximè per susceptionem liberorum postea nascendorum,nec etiam propter aliquam quancunq; causam etiam maiorem causis expressis,arg. eorum quæ latè dixi in clem.2.de procura.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio si fiat,vt id quod offertur exhibeatur in cultum diuinum, offerẽs quã vtilitatem consequatur.*
2 *Ratio naturalis dictat,vt homo alicui subsit.*
3 *Offerens si sit sine peccato,gratiam à Deo consequitur.*
4 *Offerens,quando consequatur ob oblationem præmium liberalitatis.*
5 *Et quando consequatur charitatis,& misericordiæ effectum.*
6 *Et quando consequatur vtilitatem liberationis.*
7 *Et quando consequatur remissionem peccatorum.*
8 *Oblatio parua cum mente humili, & dilectione pura, peccata mortalia purgat, vide infra num.11.*
9 *Oblationes factæ ab his,qui sunt in mortali peccato,an eis prosint.*
10 *Oblationes facere peccator desistere non debet,nec ab alijs operibus piis.*
Diabolus non habet tantam potestatem in peccatore opera charitatis facientem,quam aliàs haberet.
Opera charitatis ad assuefactionem bonorum operum valere.
Item ad minorem pœnam subeundam.
Item ad corporalem prosperitatem,& diuitias obtinendas.
Item vt Deus cor eius citius ad pœnitentiam illustret.
12 *Offerentem seu donantem, an Ecclesia cui offertur vel donatur, teneatur alimentare.*
Donatarius an & quando donatorem alimentare teneatur.
Filius alere patrem tenetur.
13 *Donatio reuocatur si donatarius in donatorem manus iniecit.*
14 *Oblatio si non sit facta liberaliter, sed aliquo annuo recepto, & demum res oblata à creditoribus vẽdicatur, an hospitale illud annuũ reuocare possit.*
Fides non est obseruanda eam non obseruanti.
15 *Hospitale licèt non possit expensas ab exposito repetere: tamen si quis vti filium suum repetit alimenta restituet.*

Libellus Decimussextus.

SExtodecimo principali loco tractãdũ est de effectibus oblationum respectu vtilitatis ipsorũ offerentium. circa quam materiam tractabimus de vtilitate respectu offerentium, & eorum,pro qbus offeruntur,siue sint sine peccato,siue in peccato,& tam respectu gratiæ diuinæ,q̃ alimento-
1 rum; & quid iuris, quando oblatio esset facta liberaliter,vel ex causa; & quid si offertur, aut exponatur infans. † Circa primum dicendum arbitror, ꝙ oblationes ad ipsorum offerentium vtilitatem fm diuersas species earum diuersos effectus operãtur. nã si quidem oblatio fiat,vt id quod offertur exhibeatur in cultum diuinum, quam oblationem ad sacrificium & holocaustum pertinere diximus, cum talis dicatur exercere actum latriæ, ꝓp aliquid, quod de rebus exterioribus Deo offertur, quia clarum est esse iustitiæ speciem, consequitur talis offerens eam vtilitatem, quam quis consequi debet ex actu iustitiæ. satisfacit.n. diuino p̃cepto,si modò soli Deo, & non diis offeratur: nam qui imolat diis,occidetur,vt habetur Exo.c.22.Satisfacit etiam legi naturæ:
2 † naturalis.n.ratio dictat homini,ꝙ alicui subdatur propter defectus,quos in se ipso sentit,in quibus aliquo superiore indiget adiuuari & dirigi, & iste est ille superior, qui apud omnes dicitur Deus.nam sicut in rebus naturalibus naturales inferiores subdũtur superioribus, ita etiam naturalis ratio dictat homini fm inclinationem naturalem, & ei quod est supra hominum subiectionem & honorem exhibere fm suum modum. Est autem conueniens modus homini, vt sensibilibus signis vtatur ad aliqua exprimenda,quia ex sensibilibus cognitionem accipit. & iõ ex naturali ratione procedit, ꝙ homo ex quibusdam sensibilib. rebus vtatur offerens eas Deo in signum debitæ subiectionis, & honoris,fm similitudinem eorum, qui dominis suis aliqua offe
3 runt in recognitionem Dominii.† Si ergo tales oblationes fiũt ab his,qui sunt sine peccato,cum per eum modum dicatur offerri Deo odor suauissimus, tales diuinam gratiam consequuntur, iuxta illud Psal. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Sed de his oblationibus satis:quia vt in princ.diximus,non est intentionis nostræ de his tractare in hoc opere, nec etiam de effectibus earum oblationum,quas ad primitias & decimas in princ.pertine-
4 re diximus,q̃a de his suis locis tractabimus.† Si verò fiat oblatio ad finem,vt id,quod offertur,diuino cultui deputetur,vel in vsus ministrorum Ecclesiæ, aut similium locorum exponatur, nulla tamen subsistente necessitate,consequitur præmium liberalitatis, quam exercet,& diuinam gratiam consequitur,si amore Dei illud agat, & si hęc agat in statu gratiæ alios vberrimos
5 fructus consequitur, vt ex inferioribus colligi potest. † Si verò subsistente necessitate Ecclesiæ, vel ministrorum ibi degentiũ fiant,cum talis dicatur misericordia moueri, & per consequens charitatem exercere, cõsequitur effectus charitatis & misericordiæ: vnde in Euangelio Matth. c. 5. dicitur, Beati misericordes,
6 quoniam ipsi misericordiam consequentur.† Et si tales oblationes fierent ex necessitate præambulæ obligationis, & voti, vel ꝓp distributionem incertorum,offerens etiam vtilitatem liberationis consequeretur,quam consequitur ẽt si tales oblationes face-
7 ret non existens in statu gratiæ.† Insuper si pro redimendis peccatis fierent per negligentiam cõmissis,liberationem seu remissionem illorum peccatorũ quis consequeretur:iuxta illud Ezec. c.7.vbi dicitur,de negligentia purgate cum paucis.& ibi dicit gl. ꝙ quanuis oblatio parua sit,multorum delictorũ purgat negli-
8 gentias,† & subdit ꝙ parua oblatio cũ humili mente,& pura dilectione facta non solum purgat peccata venialia,sed etiã mortalia.& idem tradit beatus Tho.2.2.q.54.art.3.in 2.ar.in solu. ip-
9 sius.2.arg.† Sed nunc circa prædicta quæro, quid si tales oblationes fiant ab his,qui sunt in peccato mortali,vtrum prosit eis? So. dicendũ arbitror,ꝙ oblationes,quæ fiunt pro satisfactione obligationis,ad quã quis tenebatur fm ea,quæ superius diximus lib. j.& 3.tales oblationes prosunt,sicut prodest beneficiato obligato ad dicendum horas canonicas, si illas dicat existens in peccato mortali,fm ea quæ traduntur per Abb.& Io.And.in c. ꝙ quidam.de pę.& remi.& eorũ quæ no. ibi per gl. per no. de pę.dist. 3.c.pe.Reliquæ verò obligationes non vñr prodesse etiam receptа postea vera pęnitentia,vnde datur ver.in d.c.ꝙ quidam.

Viuere non possunt quæ mortua nata fuerunt.

Nam cum Deus nõ indigeat nostris operibus meritoriis, sed solùm eas agamus propter nos,meritò quo ad hominis vtilitatem Deus non acceptat opera nostra, nisi acceptet operantem,vnde dicitur Gen.c.4.& de pęn.dist.5.c.j.in fin.Prius respexit Deus ad Abel.& deinde subiungitur,& ad munera eius. sed Deus nõ acceptat hominem existentem in peccato mortali,ergo opera existentia in peccato mortali, Deo nõ sunt accepta,sicut dicit Apostolus ad Corinth.j.cap. 13. Et si destribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam,charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest, &c. & ista est communis opin.glo.& Docto.in d.c. quòd quidam.& Hostien.in summa,in titu.de pęnit.& remis.§.& an factæ.versic.
10 sed pone, ꝙ aliquis. † Consulo tamen, quòd licèt quis existat in peccato,non abstineat ab huiusmodi obligationibus, & cæteris bonis,& piis operibus, quia licet nõ prosint quo ad vitã æternã, tamen prosunt quo ad quinque.Primò,quia in tali homine licet existenti in peccato faciente opera charitatis, Diabolus & Angelus malus non habet tãtam potestatem, quantam aliàs haberet, sicut exemplificatur in Diabolo de Iudæo, qui se muniuit signo crucis,ꝓp quod dęmon non potuit illi nocere.& cum se præsentaret maiori suo,accusauit se hæc verba: Inueni vas vacuum,sed signatum. Secundò valent quo ad assuefactionem bonorũ operum, sicut dicitur de baptismo Ioannis, non valuit ad remissionem peccatorum,sed ad assuefactionem, & præparationẽ aliorum,de consec.dist.4.c. non regenerabantur. Tertiò, ad minus
11 supplicium subeũdum.† de pę.dist.3.c. si quis aũt non hñs charitatẽ.& ar.89.dist.c.ad hæc Deus.de pęn.dist.4.§.finis.de cele.mis. cum Marthæ.13.q.2.c.tempus.Quartò,ad corporalem prosperitatem,& diuitias obtinendas.de pęn.dist.3.c.cauendum est. & c. reuertimini.16.q.j.& c.decimę.22.q.2.si quęlibet.Quintò,ad hoc vt Dominus cum respiciat, & vt cor eius ad pęnitentiam citius illustretur,de pęni.dist.5.c. vt falsus.in fi.nunquam tamen valẽt quo ad vitam æternam promerendam: quia qui sine charitate
12 est,Deo placere nõ potest,vt dixi.† Nec ob.prædictis quod superius dixi,ꝙ parua oblatio nõ solum purgat peccata venialia,sed etiam mortalia.& sic vr̃ prodesse, ẽt si fiat ab existente in peccato mortali,ẽt quo ad remissionẽ peccatorũ, q̃a dẽs animaduertere,qđ ibi dixi,ꝙ parua oblatio cum humili mẽte, & pura dile-

Source : BIU Cujas

ctione, non ſolum purgat peccata venialia, ſed etiam mortalia, & ſic ſenſit illa gl. ꝙ fiat ab eo qui non ſit in peccato mortali, qa tunc diceretur fieri humili mente, & pura dilectione. Item ponderandum eſt ꝙ illa gl. cum miniſterio dicit purgat, non autem dicit, tollit, quare prodeſt ad purgationem, & ſic pro ſatisfactione, præcedente præſentia. Hæc tamẽ omnia ſubmitto correctioni, & ſuppletioni Eccleſiæ, & Theologorum.

12 † Item quæro circa prædicta, vtrũ Eccleſia, vel hoſpitale, aut ſimilis locus, cui facta eſt donatio, teneat alimẽtare ipſum offerentem? Et eſt aduertendum, ꝙ ego non loquor de alimentatione reſpectu oblationis, ad quam hoſpitale vel ſimilis locus teneretur ex ſua inſtitutione, vel regula, ſeu cõſuetudine: ſed loquor, an teneatur ranquam donatarius alere ipſum offerentem tanq̃ donatorem? So. in donatario propriè gl. in l. in condemnatione. ff. de reg. iur. tenet ꝙ donatarius non teneatur alimentare donatorem. gl. no. in l. fi. C. de do. tenet cõtrarium. & hoc etiam tenet Cy. qñ donatio conſiſtit in magna quãtitate, alias tenet primam opi. & hanc opi. ſequitur do. me. Abb. Sicu. in c. fi. de do. pro qua allegat, quia ille, qui donat magna, poteſt ęquiparari patri: ſed filius tenẽt alere patrẽ, vt l. ſi quis à liberis. ff. de libe. agno. igiẽ, &c.

13 † Ego etiam allego, quia clarum eſt, ꝙ donatio reuocatur, ſi donatarius iniicit manus in donatorem, vt d. c. fi. ſed ſatis dicitur iniicere manus in donatorem non præſtans ei alimenta, vt l. necare. ff. de libe. agno. igitur, &c. Et forte ꝓp hanc cauſam, quando neceſſitas eſſet magna, ita ꝙ eſſet locus l. necare. haberet locum ſecunda opi. etiamſi donatio eſſet in parua quantitate, ita ꝙ poſſet reuocari donatio ꝓp ingratitudinem. & hæc procedunt, quãdo quis faceret ex mera liberalitate. ſed ſi aliquis fecerit oblationem, non ex mera liberalitate, aut miſericordia, ſed aliquo recepto, nullum præmium conſequitur quo ad Deum, niſi quatenus maioris fuerit æſtimationis & præmii, quod obtulit, quàm quod recepit.

14 † Sed quæro, iuxta prędicta, quid ſi offerens non fecit oblationẽ liberaliter, ſed aliquo recepto, puta aliquo prædio, vel annuo reditu, vel ſimili, & demum vendicantur, vel occupantur à creditoribus, vtrũ hoſpitale teneatur præſtare illud annuũ, vel poſſit reuocare rem datam offerenti in recõpenſationem? So. dic ꝙ ſic, quia ex quo offerens non obſeruat fidẽ hoſpitali, pari ratione nec hoſpitale tenetur fidem illi ſeruare, vt l. cum proponas. C. de pac. & no. in c. 3. & c. ſicut. de iureiur. põt ergo tradita reuocare ꝓ condictionem ob cauſam. & hoc expreſsè tenet Bal. in l. 3. C. de dona. ante nupt. faciunt no. in c. 3. de cle. coniug. & c. ſuper eo: & c. ſtatuimus. de regu. & in c. ex tranſmiſſa. de renun. cum ſimi. Et prædicta procedunt in oblationibus, quas quis facit pro ſe. Si autem quis facit oblationem pro aliis, maximè pro defunctis, vt ꝓſequatur aliquod præmium, dicatur ſtatim in 17. principali lib.

15 iuxta fi. † Poſtremò circa hunc libel. placet ſubiungere, ꝙ ſi aliquis obtulit aliquem infantem, vel puerum, qui propriè potius dicitur exponere, quàm offerre, vt patet ex rub. C. de infanti. expoſitis. quia licet hoc caſu hoſpitale vel ſimilis locus, vbi quis eſt expoſitus, videatur præſtitiſſe alimenta pietatis cauſa, & ob hoc ab ipſo expoſito non poſſet repetere: tamen ſi aliquis repetit talem expoſitum tanquam ſuũ, tenetur reſtituere alimenta, vt eſt tex. notabi. in l. j. C. de infanti. expoſitis.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes ſi fiunt ab aliquo pro viuis, an eis proſint.*
2 *Stipulatio alteri per verba directa facta, valet.*
3 *Stipulari de iure canonico, an alteri quis poſſit.*
4 *Oblationem faciens alicui Eccleſiæ pro alio, qui fortè ex voto tenebatur, facit, vt ille liberetur.*
5 *Quid quando oblatio fit pro alio ad nihilum obligatio.*
6 *Oblationes pro defunctis facta, an eis proſint, & nu. 7.*
8 *Ca. in præſenti. 13. q. 2. quomodo loquatur, & nu. ſequenti.*
10 *Oblationes, & alia ſuffragia, an ſolùm proſint exiſtentibus in purgatorio, dãnatis verò non, vide in nu. 13. 14. ſub nu. 18. & nu. 22. & nu. 26.*
11 *Eccleſia pro ſuis tantum orat.*
Et quare Eccleſia dicit ter Sanctus, Sanctus, Sanctus.
12 *Hoſtia ſacrata, quare ſuper altare in tres partes diuidatur.*
13 *Animæ defunctorum, meritis ſuorum viuentium releuantur.*
14 *Defunctorum quatuor ſunt genera, ſecundũ Aug. ſed ſecũdũ Theologos tria.*
15 *Oblationes, & orationes, an fieri debeant pro obeuntibus in peccato.*
Redemptio nulla licet in inferno non ſit, tamen non ſequitur, quòd non poſſit eſſe pœnæ alleuiatio.
16 *Oblationes, orationes, & ſuffragia, an poſſint eſſe tot pro obeuntibus in peccato, vt tota tollatur pœna, & quomodo tollatur.*
17 *Mali vexent potius in inferno, & in pœnis Deum videre, quàm ſine pœna, Deum non videre.*
18 *Suffragia, quòd non ſint fienda pro damnatis, quomodo hoc intelligatur.*
19 *Mali mediocriter, qui dicantur, vt infra nu. 25.*
20 *Et qui mediocriter boni, & infra nu. 25.*
21 *Purgatorij pœna eſt grauior omni pœna, quam quis in hoc mundo paſſus eſt.*
23 *Ca. tempus. 13. q. 2. quomodo loquatur.*
24 *In purgatorio exiſtentes boni, & mali diuerſis reſpectibus dici poſſunt.*
27 *Ratio de diuerſis ſecretis reddi non poteſt.*
28 *Oblationes, & orationes pro valde bonis ſpecialiter non ſunt faciendæ.*
29 *Oblationes, & orationes pro valde bonis quo ad tres effectus iuuant.*
30 *Oblationes, & ſimilia ſuffragia, quæ ſpecialiter fiunt pro aliquibus defunctis, an illis ſolum proſint, an verò omnibus.*
31 *Charitas nil perperam agit.*
32 *Inuidia gaudio opponitur, quod eſt actus interior charitatis.*
33 *Oblatio, vel eleemoſina, quando fit pro obligatio reſtituere, citius ille alleuiabitur, quàm alter.*
34 *Reſtitutio obligationi conformis eſſe debet.*
35 *Pœna vna in aliam commutatur.*
36 *Oblationes ſi ſint factæ pro aliquo ſpecialiter, qui ſit valde malus, q fortè credebatur deceſſiſſe in ſtatu gratiæ, & deceſſerit ſine pœnitentia vera, quanuis apparenter pœnituiſſet, an aliis proſint.*
37 *Bonum nullum eſt irremuneratum.*
38 *Oblationes, quæ pro aliis fiunt, non ſolùm proſunt illis, pro quibus fiunt, ſed etiam his, qui eas faciunt.*
39 *Lex naturæ inducit, vt alijs faciamus, quod nobis vellemus fieri.*
Lex ſcripturæ, quid inducat.
40 *Lex amicitiæ eſt, vt omni tempore amicum diligamus.*
41 *Lex amicitiæ eſt, vt qui diligit in proſperitate, & in tribulatione diligat.*
42 *Lex iuſtitiæ eſt, vt hæreditas cum ſuo onere tranſeat.*
43 *Lucrum amplectens non eſt ferendus, ſi onus annexum contemnit.*
44 *Parentes honorare debemus, quia non eſſemus, niſi ipſi eſſent.*
45 *Carnem ſuam nemo odio habuit.*
Qui mecum non eſt, contra me eſt.
46 *Oblationes valent ad acquirendam orationem animarum liberatarũ, vt orẽt pro illis, quorum ſuffragijs adiutæ ſunt.*
47 *Item valent ad euitandam confuſionem querelæ paternæ, & amicorum in die iudicij conquerentium.*
48 *Item ad bonum exemplum dandum aliis, qui poſt te venient.*
49 *Item valent ad laborandum pro te ipſo.*
50 *Item valent ad honorandum illum, pro quo ſpecialiter fiunt.*

Libellus Decimuſeptimus.

DEcimoſeptimo loco principali ſupereſt vt tractemus de effectibus oblationum prędictarum reſpectu eorum, pro quibus fierent. nam ſuperius in 5. principali lib. diximus, ꝙ oblationes poſſunt fieri

1 tam pro ſe ꝙ̃ aliis. † vnde ſtat nunc quæſtio, An ſi fiant pro aliis, proſint illis? Circa quam materiam arbitror diſtinguendum, ꝙ aut fiunt pro viuis, aut fiũt pro defunctis. Primo caſu, quando oblationes fiunt pro viuis, ſubdiſtinguendum eſt, ꝙ aut fiunt vt aliquid detur alteri in recompenſatione eius quod offertur: & dicendũ eſt, ꝙ hoſpitale, Eccleſia vel alius locus pius tenetur ad dandum illi alteri, quod huic offerenti promiſit, maximè ſi verba ſint concepta per eum, qui poteſt illi alteri acquirere, vel ſub tali forma verborum, per quam ex ſtipulatione alteri facta quæratur obligatio alteri, ſecundum ea quæ latè tradũtur in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. oblig. & Inſt. de inuti. ſti-

2 pu. §. alteri. † vel etiam ſi offerẽs ſtipularetur, vel paciſceretur aliquid dandum alteri loco pio vel Eccleſiæ, quo caſu valet ſtipulatio etiam alteri facta per verba directa, vt dicit Bal. in l. illud. C. de ſacroſan. Eccle. & ita intelligit gl. quæ allegatur pro ſingula-

3 ri, j. q. 7. in c. quotiens cordis oculus. † licet quidam illam intelligant ſimpliciter volentes, ꝙ de iure canonico poſſit quis alteri ſtipulari, ſed hoc non placet Abb. Sicu. in c. ſi cautio. de fi. inſtru. & hoc etiam ſentit Inno. in c. conſtitutus, ſuper gl. j. de procu. Si tamen talis offerens alteri priuato ſtipularetur nomine illius, ſatis eſſet, ꝙ ille ratum haberet & illi acquireretur, per no. per prędictum Abb. in d. c. ſi cautio. & in aliis multis iuribus, quæ omitto, cum hoc principaliter pertineat ad aliam materiam. & ideo ſub breuibus pertranſeo.

4 † Aut oblatio fit Eccleſiæ, vel hoſpitali, vel alteri pio loco pro alio ad tollendam fortè aliquam dubitationem, quo ille tenebatur, vel ex voto, vel ex alia ſimili cauſa, vt talis obligatus ab illa liberetur. Et hoc caſu ille conſequitur effectum liberationis, per l. ſolutionem & iudicium. ff. de ſolu. iuncto princip. Inſtitu.

5 qui. mo. tol. obli. † Aut talis obla. fit ſimpliciter, & purè pro alio ad nihilum obligato, fortè ad augendam illius gratiam apud Deum, vel ad alium actum ſpiritualem: & hoc caſu dicerem, quòd tantum prodeſt talis oblatio illi tertio, quantum prodeſſet ipſi offerenti, ſi pro ſe ipſo faceret, habita diſtinctione an ſit, vel non ſit in ſtatu gratiæ, ſecundum quod ſuperius explicatum eſt in lib. præce.

6 † Secundo caſu principali, quando oblatio fieret pro defunctis: aduertendum eſt, ꝙ materia eſt ſatis difficilis, & eſt quæſtio

7 potius Theologis relinquenda, q̃ à nobis pertractanda. † Quanuis enim clariſſimum ſit, ſuffragia & oblationes pro mortuis factas ſalutares eſſe, vt habetur primo Macha. cap. 12. vbi dicitur, quod vir fortiſſimus Iudas collatione facta de 12. millibus dragmis argenti in ſuffragiis defunctorum, illos miſit Hieroſolymam, &c. & ex text. 13. q. 2. c. animæ defunctorum. vbi text. dicit, quòd animæ defunctorum quatuor modis ſoluuntur. Aut obla-

8 tionibus, &c. Et probatur etiã in iuribus ſtatim allegandis. † nec

obſtat

Source : BIU Cujas

obstat 13.q.2.c.in præsenti. vbi Hierony.dicit,in præsenti seculo scimus siue orationibus,siue eleemosinis,& sic orationibus posse nos adiuuari. Cum autem ante tribunal Christi venerimus, nec Iob,nec Daniel, nec Noe rogare posse pro quoquàm, sed vnumquenq; portare onus suum. nam secundum Gratianum. 13.q.2.§.verum.ille tex.Hieronymi loquitur de impęnitētibus. Mihi tamen legenti dictum tex. videbatur aliter intelligi posse, videlicet ꝙ in ipso tempore mortis recipit quis mercedem suā. sed tamen non negat Hierony. ꝙ interea post iudicium animæ quod fit in tempore mortis, & tempus vltimæ resurrectionis,
9 oblationes & cætera suffragia non prosint defunctis.† Vel secūdo modo potest intelligi tex.Hiero.de vltimo iudicio proferēdo a Christo vltima resurrectione.Sit ergo indubitata ꝯclusio,
10 ꝙ animabus defunctorum oblationes& suffragia prosunt.† Sed quibus defunctis oblationes,& similia suffragia prosint, & apud Canonistas & Theologos variæ sunt opiniones. Quidam enim dicunt,ꝙ talia suffragia tantum prosunt in purgatorio existenti bus,damnatis verò minime prosunt.Moti primò, quia in inferno nulla est redemptio. Secundò, quia ecclesia non orat nisi ꝓ fidelibus defunctis,quod videtur intelligendum de his qui de-
11 cesserunt cum vera pœnitentia. † Tertiò,ꝙ ecclesia non orat ꝓ ciuibus Babylonis,sed duntaxat pro suis, pro quibus solūmodo Deum laudat,quando dicit Sanctus,Sanctus,Sanctus, &c.quasi dicat,Sanctus pro eis,qui regnant in cœlo: Sanctus pro his, qui in purgatorio purgātur: Et Sanctus pro his,qui sunt in via, & sic
12 in hoc modo. † propter quam causam etiam nonnulli dicunt, ꝙ hostia sacrata super altare diuiditur in tres partes,& sic secūdum hanc opi.oblationes non prosint his, qui sunt in inferno, pro quibus est tex.Hierony.in dicto c.in præsenti. Intelligendo tamen,vt sup.intellexit Gratia. Alij verò dicunt, ꝙ tales oblationes,& cætera suffragia prosunt omnibus regeneratis, qui dū viuerent,meruerunt,ꝙ possent eis talia prodesse post mortem, nulla facta distinctione,vtrum decesserint in peccato mortali, vel nō.& hæc opi.fundatur super tex. beati Augustini in Enchiridion,& transumptiuè,13.q.2.c.tempus.dicit enim ibi August.
13 † Negandum non est defunctorum animas merito suorum viuentium releuari,cum pro illis sacrificium mediatum offertur, vel eleemosinæ fiunt in ecclesia, sed eis prosunt, qui cū viuerēt, hæc sibi vt postea possint prodesse,meruerūt. Est enim quidam viuendi modus,nec tam bonus,vt nō requirat ista post mortē; nec tam malus, vt ei ista post mortem non prosint.Est verò talis in bono, vt hoc non acquirat; & rursus talis in malo, vt nec eis valeat,cum hæc vita trāsiuerit adiuuari.& post pauca subdit, Cum sacrificium altaris siue quarūcunque eleemosinarum ab hominibus proferūtur pro valde bonis actiones gratiarū sunt, pro non valde malis,& non valde bonis propitiationes sunt, ꝓ valde malis etiam si nulla sunt adiumento mortuorum,tamen viuorum consolationes sunt. Et sic secundum aliquos, Augusti nus videtur velle,ꝙ oblationes,& similia suffragia etiam ꝓsunt
14 his,qui sunt in inferno.† Theologi verò dicunt,quamuis Augustinus in dicta auctoritate quatuor genera defunctorum distinguere videatur.Tria tamen solummodò distinxit. Mediocriter enim bonos, & mediocriter malos pro eodem genere ponit. Quare dicunt,ꝙ licèt secunda opin.sit magis pia,tñ adhæret primæ,eo ꝙ magis vī esse catholica.Et pro ista opi.facit tex.prędictus dum dicit,pro non valde malis,& non valde bonis, &c. &
15 sic hæc duo accipit pro vna spe. † facit etiam text. 13.q.2.c.pro obeuntibus.vbi text.vult, ꝙ pro obeuntibus in peccato non sit orandum,nec oblationes fieri debent. Et hoc etiam videtur expresse confirmari per glo.ad Thessalonic.4. c.vbi dicitur, Nolo vos ignorare fratres de dormientibus,&c. qui spem non habēt. vbi dicit glo.id est,qui sine fide operāte per dilectionem eiusq; sacramentis de corporibus exierunt,frustra illis a suis hmōi pietatis impenduntur officia.cuius dum hic essent pignore caruerunt,non misericordiam sibi thesaurizantes,sed iram.Glo.verò in d.c.tempus.& glo.fi.in c.cum Marthæ de celebr.miss.& cōiter Doc.Canonistæ tenent cōtrarium.volunt enim, ꝙ Augustinus ponat quatuor genera defunctorum, concludentes ꝙ mediocri boni sunt species distincta a mediocriter malis.Et dicit Hug. ꝙ opi.Theologorum volentium mediocriter bonos & mediocriter multos poni pro vna specie,parum distat ab hęresi, cum eundem ponat simul & semel bonum & malum esse, qđ vī impossibile,cum hæc sint incompatibilia,arg. c.maiores. de bapti. nā mediocriter bonus,bonus est: mediocriter malus, malus est. Item quia in igne purgatiuo nullus est nisi bonus, quia nullus est ibi,qui decesserit in mortali,& pro veniali nullus est malus. vnde dicit Hug.ꝙ Aug.posuit quatuor genera defunctorū. Primi sunt mediocriter mali, & hi damnantur, & puniuntur, sed oblationibus & suffragijs ad tempus alleuiantur, vt mitius puniuntur.Nec obstat ꝙ in inferno nulla est redemptio, quia hoc est verum:sed tamen per hoc non sequitur,quo minus possit es
25 se pœnę alleuiatio.Nam & vita Beati Brandani legitur,ꝙ in die Dominico quieuit Iudas,in die lunæ redijt ad pœnas. illa tamē auctoritas non est authentica, & etiam Iudas non fuit mediocriter immo valde malus. † Nec obstat ꝙ secundum prædictam
16 opi.tot possent esse obligationes,orationes,& suffragia, ꝙ tota pœna tolleretur,& sic etiam existentibus in inferno aliqua erit redemptio.quia ad hoc respondetur,secundum glo.in d.c.tempus.13.q.2.& in c.cum Marthæ.in gl.fi.de celeb. miss.nam quantacunque pars tollatur,puta.2.vel 3.aut.4.centesima, seu millesima,nō tollitur in eadem quantitate, sed in eadem proportione respectu eius,quod remansit. vnde etiam si remansisset sola millesima,per oblationes & suffragia tolleretur millesima millesimæ,& sic de necessitate semp aliquid remaneret, & per ꝯns necessarium est,ꝙ nulla sit redemptio in inferno. & quamuis minima pars remaneat,tñ vt dicit Chrysostomus,Grauissimę sunt,
17 cum tales arceantur a conspectu Dei. † Vnde dicit etiam Aug. ꝙ si mali possent,mallent potius in inferno Deum videre, & in pœnis,q̄ pœnis soluti Deum non videre.Vel potest responderi secundū aliquos, ꝙ talis alleuiatio non est quantitatiua,sed qualitatiua.Vel secundū alios,nulla est remissio,sed alleuiatio qualiscunque.Exemplū ponunt in homine famelico ferente onus grauissimum, cui si detur panis, vt comedat, non per hoc deponit onus,sed illud facilius fert,& famis alleuiatur,sed non tollitur. Ad quod facit illud, quod dicitur in Euangelio Lazari.
18 Lucæ.c.16.Non ob.c.pro obeuntibus, † quia prædicta auctoritas & omnes similes,quæ videntur innuere, ꝙ damnatis nō sunt fienda suffragia,quia eis non prosunt, intelligi debent de valde malis.& ita intelligi debet glo.ad Colossenses.c.4. Sed Theologi,vt superius dixi,& Magister sententiarum lib.4.distinct.47.& Archi.in d.c.tempus.& Ioan.Cal.& do.meus post eum,in d.c.tēpus.tenent contrarium,cōcludentes ꝙ damnatis in inferno nō prosint.Ad quod facit 25.dist.§.alias ea demum. vbi tex. dicit ꝙ damnatus pro peccato mortali pœna perpetua cruciabitur. Ad idem de pœn.dist.7.c.fi.Præterea iura, quæ dicunt, ꝙ pro decedentibus in peccato mortali non est orandum, non distinguūt inter grauia & leuia.Item responsio dictæ gl. fi.in d.c.cum Marthę.& in d.c.tempus,non uidetur rationabilis. nam si secūdum suffragium est tantum & tale,quantum fuit primum,ergo tantā quantitatem pœnæ debet tollere, quantum remouit primum, ar.c. innotuit.de elec. iunctis no.in l.quæ de tota.ff.de rei vend. Præterea posita etiam prædicta opin.glo.pro uera, licet secundū suffragium & alia non remouerent tantam pœnam,sed quotitatiuam respectu residui,tamen tot posse multiplicari suffragia,ꝙ pœna quasi non sentiretur. quod uidetur sonare in absurdum, cum damnati in inferno perpetuo igne cruciari debēt, ut dictū
19 est. † Vnde concludunt ipsi ꝙ mediocriter mali dicuntur illi,q̄
20 decesserunt cū multis uenialibus,& sic sunt in purgatorio.† Mediocriter boni dicuntur illi qui decesserunt cum paucis uenialibus.unde suffragia pro mediocriter malis sunt propitiationes.s.
21 quia Deus propitiatur eis ad mitigationem pęnę:† nam & ī purgatorio est pœna tam grauis, ꝙ excellit omnem pęnam, quam aliquis passus est in hac uita, quantumcunque etiam crudelissimum martyrium passi sunt,de pœnit.dist.7.c.fi. Sed pro mediocriter bonis oblationes,& cętera suffragia sunt expiationes: q̄a cum decesserunt cum paucis uenialibus,pœna expiatur,& purgatur ex huiusmodi suffragiis.Nec placet Archidia. aliquo modo,quod idem sunt mediocriter boni, quod mediocriter mali, quia sequeretur absurdū,ꝙ idem esset bonus & malus, ut superius dixi. Apparet igitur circa hunc articulum, maiores nostros varia sensisse,quare possemus hoc dicere;cum Host.in summa, in tit.de pœni.§.quibus.qui dicit,non est mihi copia tanti, ut diffiniam quid præcisè tenendum sit,Cum & Innoc.III.hoc minimè uoluerit diffinire,sed disputationi & discretæ reliquerit in-
22 uestigationi,ut d.c.cum Marthę.in fi.† Dicit tamen Host.ꝙ celebrior & uerior uidetur Theologorum opi.cui etiam Hug.ī hoc annuere uidetur,ꝙ qui impęnitens finitur,semper plenus iniq-tate,semper sine charitate torquetur,ut d.c.fi.de pœni.dist.7.uñ uidetur concludendum,ꝙ in tali defuncto opera charitatis mi-
23 nimè operentur.† Nec obstat ꝙ dicit Augustinus in d. c.tēpus. ad fi.ibi,pro non ualde malis,&c. nam quod ibi dicitur, intelligendum est de his,qui sunt in purgatorio: quia aut omnino liberantur, aut alleuiatur eorum pœna. † & subdit, ꝙ hi qui sunt
24 in purgatorio,diuersis respectibus possunt dici boni & mali.Boni enim sunt quia saluantur:mali uerò sunt,quia mala sustinēt, & substinebunt quousque a pœna purgatorij misericorditer liberentur.Sed fortè posset attentari iudicio meo,ꝙ Augustinus, dum dixit de mediocriter bonis,& mediocriter malis,intellexerit solūmodo de his,qui sunt in purgatorio, qui existentes ī hoc mundo peccata mortalia commiserunt, sed tandem per pœnitentiam & confessionem liberati sunt a culpa,sed non sunt liberati a pœna,& ideo necessarium est ut malorum seu erratorum suorum in purgatorio purgationem recipiāt. Hi enim sunt mediocriter mali propter peccata mortalia, quę commiserunt: & sunt mediocriter boni,quia in uia se in hac uita recognouerūt,
25 & confessione,ac pœnitentia culpam absterserunt. † Vel possemus fortè dicere,ꝙ mediocriter mali dicā hi, de quibus statim dictum est.Mediocriter boni dicantur illi, qui decesserunt dumtaxat cum uenialibus peccatis. His igitur omnibus ꝓsunt oblationes & suffragia:sed ualde malis, uel qui in infidelitate decesserunt,

Source : BIU Cujas

ſerunt,ſuffragia non proſunt,nec his qui licèt fidem per baptiſmum acceperunt,deceſſerunt tñ in peccato mortali abſque pę
26 nitentia,ita ꝙ in eis etiam culpa non eſt deleta.† Et quamuis in his maior ſit dubitatio,tñ opin.illa ꝙ non proſint, videtur eſſe magis communis & catholica, quãuis alia videatur magis pia, vt probatur 13.q.2.d.c.pro obeuntibus. & d.c.tempus. Dicit tñ ibi Auguſtinus, ꝙ licèt pro valde malis ſuffragia non ſint illis adiumento,tñ viuorum cõſolationes ſunt.Nec obſtat id,quod legitur de Beato Grego.ꝙ cum quodam tempore ante palatiũ Traiani Imperatoris quondam tranſiret,recordatus eius clemẽtiæ, amariſſimè fiere cępit: tandem ꝓ eo ante altare S.Petri ſlẽs orauit dicens,donec dormiuit,ei dormienti vox dixit, Traianũ precibus eius a pœnis infernalibus liberatum, ſed de cætero caueret ne pro aliquo infideli defuncto orare præſumeret. ſed ſicut dicunt Magiſtri, pius & miſericors Dñs ex aliqua latenti cã animam ipſius reſeruauerat extra profundum inferni precibus Beati Gregorij liberandam,nec ſunt ſpecialia trahenda ad con
27 ſequentias.† & ſi quis quæreret de cauſa, dici poteſt ꝙ non põt reddi ratio de ſecretis diuinis.23.q.4.c.Nabuchodonoſor. & ca. de Tyris,de pœni.diſt.4.c.ſi ex bono.Ego etiam cõſidero,ꝙ poſito ꝙ illis nõ valerent,tñ nobis quoniam incognitum eſt vtrũ ſint damnati,ſaltem facientes oblationes,& cætera ſuffragia videntur ſibiipſis facientibus prodeſſe quo ad plura, de quibus di
28 cam ſtatim in ſequenti quæſtione.† Sed pro valde bonis oblationes,orationes & ſimilia ſuffragia non ſunt faciendæ: pro talibus enim non eſt ſpecialiter orandum,quia iniuriam facit martyri,qui orat pro martyre,vt dicto c.tempus.Sed in generali oratione,quæ fit pro mortuis,intelligitur etiam laudari Deus,ꝙ ſaluauit eos,& gratiarum actiones dicuntur eſſe.† valent tñ hmõi
29 ſuffragia quo ad tres effectus.Primus eſt, vt ſint gratiarũ actiones,vt ſtatim dixi.Referẽ enim gratia Deo de merito illi defuncto collato. Secundus effectus eſt, ad hoc vt ille ſanctus magis glorificetur in terris.Tertius,vt augmentetur gloria apud Deũ, tenendo illam opin.ꝙ gloria ſanctorum poſſit augmẽtari vſq; ad diem iudicij. & hos tres effectus ponunt Doc. maximè Dñs
30 meus in d.c.cum Marthæ.† Sed circa prædicta quæritur,an oblationes & cætera ſimilia ſuffragia,quæ fiunt pro aliquibus defunctis,ſpecialiter proſint illis ſolum,an verò omnibus.Pone enim ꝙ duo homines eiuſdẽ meriti deceſſerint, vnus diues pro quo multæ fiũt oblationes,alius pauper,de quo pauci, vel nullus ſpecialiter cogitat,quis eorum primò exibit de purgatorio? Solu. dicit Hug.ꝙ quamuis ſuffragia miſericordiarũ & pſalmorũ,quę communiter fiunt pro omnibus,omnibus proſint,de conſecra. diſt 5.c.mediocriter.Tamẽ oblationes,orationes,& ieiunia,ſpe
31 cialiter factæ pro aliquo eidẽ proſunt,pro quo ſpecialiter fiunt, & non alij.& ideo talis citius exibit de purgatorio. Alij verò dicunt,ꝙ cum iſti ſint eiuſdem meriti,eadem die exibunt, ꝙa hæc opera charitatis ſunt illis omnibus communia.vnde is,pro quo ſpecialiter fit,non ſentit plus alleuiationis, q̃ alius, † quia charitas nihil agit perperam,non inflatur, non quærit quæ ſua ſunt, ſed ſeipſam communiter omnibus participat,vt inquit Apoſt.j. ad Corinth.13.c.& habetur latè de pęni.diſt.2.per totum.Et hæc
32 vltima opi.vt dicit Hoſtien.verior eſt & benignior. Quid enim erit ei,pro quo ſpecialiter fiunt,ſi alii alleuiantur, ſicut & ipſe alleuiatur,dummodò de alleuiatione ſua nihil diminuatur certè nihil. Nec debet de hoc eſſe inuidia, † nam inuidia opponitur
33 gaudio,qđ eſt interior actus charitatis.Si ergo in charitate fiunt huiuſmodi ſuffragia,debent omnibus prodeſſe, qui ſunt in charitate. quo fit, vt diues non debeat citius exire, quàm pauper. & hæc opi.mihi placet.† limitatur tñ, vt etiam dicit Hoſt. niſi fortè oblatio,vel eleemoſina fieret pro eo, qui tenetur ad reſtitutionem alicuius quantitatis,quia hoc caſu citius ille pro quo fit reſtitutio exibit, & alleuiabitur, q̃ alter. Alius enim pro quo non fit reſtitutio non exibit, nec alleuiabitur ex huiuſmodi re-
34 ſtitutione,† quia reſtitutio debet eſſe conformis obligationi.ar. regulæ,non remittitur peccatum.de reg.iu.lib.6. vnde alij non prodeſt: & ſi pro alio nullus reperiretur aliquid offerre, pœna
35 ipſius alleuiabitur ex alijs ſuffragijs.† neque enim inconueniẽs eſt,ꝙ vna pęna commutetur in aliam,vt in c.finem. in fi. de do. & contu.c.2.de male.l.fi.ff.de in ius voc. & ę.ad liberandam. de iudę.& ibi latè ſcripſi ſuper hoc. Sed circa prædicta oritur mihi
36 dubium.† Quid ſi oblationes fiant pro aliquo ſpecialiter, q̃ ſit valde malus,qui fortè credebatur deceſſiſſe ī ſtatu gratiæ, & deceſſit ſine aliqua pęnitentia,& contritione vera, quamuis apparenter pœnituiſſet,exemplo Ser Ciapellecti, de quo per Ioãnẽ Boccatij fabula prima, iuxta etiam illud, multa enim corpora mortuorum venerantur in hoc modo, quorum animæ cruciãtur in inferno,vtrum talia ſuffragia proſint aliis?So.pium & for
37 tè catholicum eſt dicere ꝙ ſic, † tum quia nullum bonum irremuneratum,vt no.in c.ad liberandam.de iudę.Item quia hmõi ſuffragia prodeſſent aliis,ſi iſte pro quo ſpecialiter fiunt, nõ fuiſſet valde malus, licèt pro iſto ſpecialiter fierent,vt ſuperius diximus.ergo culpa ipſius non debet alijs nocere, maximè attenta pura intentione facienti ſuffragia.& hoc intelligerem, niſi ī ſuffragio quod conſiſteret in reſtitutione eius,ad quod defunctus teneretur,quia quantum ad hoc aliis non prodeſſet, per ea quæ diximus.Inſuper etiam huiuſmodi ſuffragia proſunt his,qui illa
38 faciunt, per ea quæ ſtatim ſubijciemus. † Eſt etiam aduertendũ, ꝙ non ſolum oblationes, quæ pro aliis fiunt proſunt illis, pro quibus fiunt,ſed etiam proſunt his,qui illas faciũt. Primò enim proſunt,vt filius defuncti,vel hæres,qui pro defuncto talia facit, effugiat legis cenſuram, quoniam ad id faciendum quinq; legi-
39 bus videtur eſſe obnoxius. † Prima eſt lex naturæ, ſecundum illud Matth.7. Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines,&c. Ad idem ff.de reg.iur.l.ſecundum naturam.vnde Auguſtinus.13.q.2.c.non extimemus. Diligentius tñ facit quiſq; pro neceſſariis ſuis,quod pro illo fiat ſimiliter a ſuis. Secunda eſt lex ſcripturæ,vnde Eccl.c.7.Mortuo nõ prohibeas gratiam, ſcilicet
40 orãdi & benefaciendi pro ipſo,nam ad hoc es aſtrictus.† Tertiò eſt lex amicitiæ Eccleſiaſtes.c.6.Si poſſides amicum,in tentatione poſſide illum,qui eſt amicus,& omni tempore dilige. & ipſi clamant Iob 19.c.Miſereamini noſtri, miſereamini mei ſaltem vos amici mei,&c.quaſi diceret. Quia mundus, & caro, & vitæ ſuperbia,de quibus in vita cõfidebamus, & amicos noſtros eſſe
41 credebamus,dereliquerunt,& deceperunt nos.† Hinc etiã Gregorius,Lex amicitię eſt,vt qui diligit in proſperitate, diligat & in tribulatione.† Quarta eſt lex iuſtitiæ. Nam hæreditas cũ hono-
42 re & onere ſuo tranſit, & nos nihil habemus niſi a mortuis. Quia iuxta vulgare prouerbium,totum fuit alterius, totum erit
43 alterius,nec iſti adhuc remanebunt.† Ergo ferendum non eſt, qui lucrum amplectitur, onus autem ei annexum contẽnit.C. de cadu.tollen.l.j.§. pro ſecundo. Et ſi non habes aliud a parentibus,tamen genuerunt te ad minus. ergo ſicut dicitur Eccle.7.
44 † Honora parentes tuos, quia non eſſes,niſi ipſi eſſent. Itẽ oẽs ſumus fratres,& ſecundum carnem & ſecũdum ſpiritum, ergo vt ſoli. Et frater qui a fratre iuuatur, quaſi ciuitas firma. & ad
45 Eph.5.†Nemo vnquam carnem ſuam odio habuit, ideſt habere debuit.14.q.2.c.non extimemus.& l.fi.ff.de receptato. quod eſt ſi non diligit,& ei ſubueniat: quia qui non eſt mecũ, contra me eſt,vt l.cęlicolarum.in fin.C.de iudę. Quinta lex eſt collatio Iudę quæ hoc diffinit.Cum enim Iudas in bello ſtrenuus prohibuiſſet ſuis, ꝙ non intenderent ſpoliis habita victoria, inuenti ſunt quidam de ſuis mortui,qui contra prohibitionem ſuã ſpoliis intenderent.Ipſe autem habita collatione cum ſapientibus, vtrum pro talibus eſſet orãdum;& diffinito ꝙ ſic, quia eſſe poterat,ꝙ inter flagella contriti eſſent,antequàm ſpiritus exalarẽt, miſit 12.millia dragm.argenti,&c.ſicut legitur 2. Macha.12. Ex prædictis igitur habemus primò quinque leges,propter quas ſuf
46 fragia proſunt.† Secundò valent ad orationem acquirẽdam & querelam Sanctorum expectantium vitandam.Nam veriſimile eſt, ꝙ animæ liberatę orent pro illis, quorum ſuffragijs ſunt adiutæ.Eſa.51.primo.c.ibi,erit gratiarum actio, & vox laudis.& Pſal.Me expectauerunt iuſti,donec retribuas mihi.ſid, qđ pro me orant,vt cum ipſis veniam.& Apocalypſis. Vindica domine ſanguinem noſtrum de his, qui habitãt in terra.i.terris inhiãtes non curant de nobis.& ſequitur,Suſtinete modicum tẽpus,do-
47 nec impleatur numerus fratrum veſtrorum.† Tertiò valet ad vindictam confuſionem querelę paternæ,& amicorum dicẽtium in die iudicij conquerendo de te,ꝙ etiam ea quæ præceperunt, vel debuerunt tibi præcipere,non feciſti. vnde conqueriẽ pater
48 de malo filio.† Quarto ad bonum exemplum præbendũ alijs,
49 qui poſt te venient.d.c.nõ extimemus.13.q.2.† Quintò ad laborandum pro te ipſo. nam qui pro alio orat, pro ſeipſo laborat.
50 † Sextò & vltimò ad honorandum illum, pro quo ſpecialiter fiunt ſuffragia.nam ſicut dicitur,aliæ animæ ſuffragijs participãtes ei pro quo fiunt,ne grauantur & coram eo portari ſiue p̃ſentari intelliguntur,ſicut coram domino menſam ſedenti, ſed poſtea proportionaliter diuidẽti cibaria,vel enſenia aliqua deportantur,ſecundum Hoſt.in d.§.quæ ſuffragia.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Oblationis fructus ex ea reſultans acquiritur tam ipſis offerentibus, quàm illi, pro quibus fit oblatio.*
2 *Oblationis effectus reſpectu rerum,cui requiratur.*
3 *Oblatio ſeu donatio facta eccleſiæ intuitu prælati, prælato acquiritur, ſecus ſi eccleſiæ intuitu.*
4 *Oblatio, ſeu donatio, in dubio, perſonæ cui fit, acquiritur, vide numero ſequenti.*
6 *Oblatio facta oblato,vel conuerſo reſpectu ipſius perſonę,propter conſanguinitatem, vel amicitiam, quando ipſi acquiratur.*
7 *Oblatio facta imagini Virginis Mariæ, cui debeatur, & non.*11.13.16.17.
8 *Oblatio facta alicui imagini prophanæ,puta Herculis, Lupæ,vel Leonis,domino illius imaginis aequiritur.*
9 *Relictum,vel donatum alicui meæ rei,mihi videtur relictum, & donatum.*
10 *L.quicquid.ff.de acqui.rerum do.& l.in rem.§.item quocunque.ff.de rei vendica.quomodo loquantur.*
12 *Traditioni rei noſtræ,quam volumus conditionem apponere,poſſumus.*
14 *Cap.hanc.conſuetudinem.10.q.j.quomodo intelligatur.*
15 *Ignorantia conſuetudinis,potiuſquàm iuris præſumitur.*

Source : BIU Cujas

31 *Præscriptio in oblationibus procedit.*
19 *Oblationes factæ imagini, an quærantur domino parietis domus, vel statuæ & infra.nu.25.& 26.& 27.*
Adiunctum alicui rei efficitur illius, cuius est res.
20 *Locus, in quo est depicta imago alicuius sancti, ex quo non est sacer, alienari potest.*
21 *Donatum rei meæ, mihi videtur donatum.*
22 *Donatio facta imagini alicuius Sancti, videtur facta illi Sancto, cuius imago est depicta.*
Factum in repræsentante, actiuæ & passiuè in repræsentato factum intelligitur.
23 *Donatio facta alicui contemplatione alterius, videtur facta illi, cuius contemplatione fit.*
24 *Deo oblata, ad vsum laicorum amplius conuerti non debent.*
25 *Oblationes imagini factæ non debent per laicos in eorum vsum conuerti.*
28 *Oblationes factæ imagini depictæ in aliquo oratorio, vel loco sacro, an quærantur ipsi oratorio, vel loco, & infra nu.30.& 31.*
Relictum alicui templo, est ipsius templi.
29 *Oratorio concessum, ad oratorium pertinet.*
32 *Oblationes factæ imagini alicuius Sancti, an quærantur ecclesiæ quæ habet nomen illius Sancti, & infra nu.38.*
33 *Oblatio si sit facta alicui imagini, non consideratur illa imago, sed Sanctus per illam repræsentatus.*
34 *Christiani imagines Sanctorum in recordationem primitiuorum uenerantur.*
35 *Signum Saluatoris humi ponere, pingere, uel sculpere, licitum non est, nec in terram prosternere.*
36 *Legatum factum alicui Sancto non expresso loco, in quo sit domus illius Sancti: si in eo loco reperiantur plura oratoria illius Sancti, cui debeatur?*
37 *Oblatio facta imagini repræsentanti, videtur facta Sancto per illam imaginẽ repræsentato.*
39 *Oblationes factæ in ecclesia non parochiali, ecclesiæ parochiali quæruntur.*
40 *Oblationes factæ imagini alicuius Sancti, an ecclesiæ cathedrali quærantur. & nu seq.*
41 *Sepeliri in dubio quis debet in ecclesia cathedrali.*
42 *Oblationes factæ imagini alicuius Sancti, an episcopo loci quærantur & infra num.48.*
43 *Bona ab intestato decedentis ad distributionem episcopi pertinent, quando dubitatur, cui restituenda sint.*
44 *Episcopus an debeat habere tertiam oblationum.*
45 *Oblationes acquisitæ ecclesiæ cathedrali, quomodo diuidantur.*
46 *Oblationum intuitu ecclesiæ factarum quartam episcopus habere debet.*
Oblationum ecclesiæ parochiali factarum, episcopus canonicam habet portionem.
47 *Canonica portio episcopo debetur ab ecclesia parochiali.*
49 *Oblationes factæ alicui imagini, an ecclesiæ parochiali debeantur, & infra nu.54.& 62.*
50 *Ecclesia parochialis fundat intentionem suam super omnibus obuentionibus spiritualibus contra suam porochiam contingentibus.*
51 *Oblationes, & decimæ, quæ in parochia fiunt, ecclesiæ parochiali cedunt.*
52 *Oblationes factæ capellæ, vel altari, parochiali ecclesiæ, & non capellano cedunt.*
53 *Episcopus in tota diœcesi fundat intentionem suam super iuribus episcopalibus.*
55 *Oblationes factæ altari in capella alicuius ecclesiæ, cui quærantur.*
56 *Oblationes, quæ in ecclesiis fiunt, seu capellis extra corpus ecclesiæ, matrici ecclesiæ debentur.*
57 *Missam audire quilibet in sua parochia tenetur.*
58 *Rector parochianus concedere potest licentiam suo parochiano missam extra parochiam audiendi.*
59 *Dispensatio circa absentium causa studij perceptionem fructuum non includit, nisi hoc expressè dicatur.*
Ius vnius ecclesiæ alteri dari non debet.
60 *Oblationes factæ ecclesiis infra parochiam de cõsuetudine sunt rectoris illius ecclesiæ.*
61 *Ecclesiæ regularium ex priuilegio religionis retinent omnes oblationes factas etiam ad altare.*
62 *Oblationes factæ in missa episcopo celebranti in aliqua parochia, ipsis episcopi sunt.*
Limita, ut infra, nu.64.
63 *Diœcesis parochia episcopi dicitur.*
65 *Oblationes factæ in consecratione ecclesiæ sunt episcopi.*
66 *Oblationes, quæ fiunt in die Dominico, si ex statuto, uel consuetudine, debetur esse prælati, & quæ fiunt in festo principali, debeant esse episcopi; si festum principale uenit in die Dominico, cuius debeant esse oblationes, quæ tunc fient.*
67 *Causa naturalis accidentali præualet, quando inuicem concurrunt.*
68 *Causa naturalis, & accidentalis, quando adinuicem compatiuntur, una nõ tollit aliam, sed simul stant.*
69 *Oblationes, quæ ab alienis parochianis fiunt, dicuntur ratione facti fieri.*
Quid de oblationibus factis a parochianis, & quomodo diuidi debeant.
70 *Præmium si quis habere debet respectu alicuius qualitatis, si duæ qualitates in aliquo concurrunt, duplex præmium habere debet.*
71 *Testator si legat suis fratribus cappam, & priori bibliam, prior debebit habere cappam, & bibliam.*

1 DEcimooctauo. Principali loco tractandum est de effectibus oblationum, quantum ad virtutem acquisitiuam. † Circa quem articulum distinguendum arbitror, ꝙ aut nos loquimur de vtilitate acquisitiua respectu fructus spiritualis, qui resultat ex ipsa oblatione, & talis fructus acquiritur tam ipsis offerentibus, quàm illis pro quibus fiunt oblationes, secundum ea quæ latius in superioribus libel-
2 lis explicata sunt. † Aut nos quærimus de effectu acquisitionis respectu ipsarum rerum oblatarum, & hoc casu dicendum est, ꝙ ipsæ res oblatæ quæruntur illi ecclesiæ, vel illi hospitali, vel illis personis, ad quarum utilitatem, vel necessitatem fiunt tales oblationes. Quod tamen dixi de personis, intelligendum est, si modò ipsis personis rectoribus, vel administratoribus ecclesiarum, vel aliquorum piorum locorum ipsarum personarum cõ templatione fierent dictæ oblationes, quia tunc acquirerentur eis, vt superius extitit explicatum. Secus autem si fierent contẽplatione ecclesiæ, quia tunc non ipsis personis, sed ecclesiæ, uel
3 hospitali quærerentur. † Ista enim est regula, ut quicquid rectori, prælato, vel administratori, aut alicui datur, intuitu ipsius, cui datur, acquiritur ipsi, si est habilis ad acquirendum: sed si intuitu ecclesiæ, hospitalis, uel similis loci, acquiritur illi ecclesiæ, loco vel hospitali, ut in c.relatum.el j.de testa.no.gl.12.q.j.c.res. & 12.q.v.c.fixum. faciunt no.in l.cum aliquis. C.de inoffic.do.& l. annua.§.j.ff.de annu.lega.& in l.socium, qui in eod.ff. pro socio. & quod no.in l.sed si plures.§.in arrogato.ff.de vul.& pup. quãdocunque igitur sumus in casu certo, ꝙ potius contemplatione ecclesiæ, seu loci pij sit donatum, seu oblatum, quam perso-
4 næ, acquiritur ecclesiæ, uel loco pio, & ita econuerso. † Sed quãdo sumus in dubio, licet Doc.in relictis & vltimis uoluntatibus vario modo distinguant, tamen in donatione, gl.in ver.nec est, in c.requisisti.de testa, dicit, ꝙ intelligitur factum intuitu amicitiæ ipsius cui fit donatio. & sic videtur inferendum, ꝙ cum oblatio sit donatio, in dubio oblatum acquiratur personæ, cui fit ob
5 latio. † Sed quicquid dicat illa gl.in donatione, de quo dicendũ vt latè diximus in tit.per quas perso.nobis acqui.in oblationib. tamen in dubio cum illæ fiant principaliter Deo, seu hospitali, aut simili loco, & principaliter fiant propter Deum, & animam & ipsam ecclesiam, seu locum, secũdum ea, quæ latius dicta fuerunt in primo libel. concludendum est, quòd res oblatæ quærantur ipsi ecclesiæ, vel hospitali, aut loco pio. & hoc indubitanter, quando fiunt prælato, & orphanotropho, leprosario, uel al-
6 taris administratori. † Sed si fierent uni oblato, vel conuerso habendo respectum ad ipsius personam, uel propter consanguinitatem, uel amicitiam, vel ipsius indigentiam, tunc acquirerentur ipsi, nisi aliud haberet status ipsius regulæ, arg. iurium superius allegatorum, & eorum quæ traduntur in d.c.requisisti.de te
7 sta. Ad quæ etiam accedant, quæ diximus in tit.de lega. † Sed circa prædicta quæro de quęstione notabili, quã sæpius vidi vidélicet, cuidam imagini gloriosæ Virginis Mariæ fiunt oblationes, quare dubitatur, cui debeantur hmõi oblationes? Circa quam q.Doc. nostri vario modo loquuntur tam in commentariis, q̃ in consiliis, & disputationibus. Et prædictam q.tangit domi. Anto.in c.pastoralis.de his quæ fi.a præla. & ibi per Domi. meum, & Ioan.de Imo.& per Domi. Anto. & domi. meum in rubrica, de parochi. tangit etiam Dom. Ant.in cle.per literas.de præben. Et latè hanc quæstionem disputauit Ange.in disputatione, quæ incipit, in refulgenti. Consuluerunt etiam in prædicta materia Pet.de Peru.& Gas.de Calde.& plures alij. Ego verò pro clariori decisione, & intellectu istius quæstionis dico, qđ sex possunt in talibus oblationibus dubitationes haberi, vtrũ prędictæ oblationes ad eos pertineant. Primò dominus domus. Secundò locus ipse, Tertiò ecclesia illius nominis, cuius est imago, vel statua. Quartò ecclesia cathedralis. Quintò episcopus. Sextò ecclesia parochialis. Quorum omnium iura singulariter prosequar. Sed antequam ad ipsorum examinationem condescendã, postquam sumus in materia oblationum factarum alicui imagini,
8 vel statuæ. † Præmitto, ꝙ quandoque statua, uel imago est prophana, vt quia est statua Herculis, Lupæ, vel Leonis, aut similis hominis, uel animalis non religiosi. Et hoc casu dicendum est, ꝙ oblationes factæ acquiruntur domino illius imaginis seu statuæ. & isto modo talis imaginis, vel statuę potest esse vsufructus vt dicit tex.in l.statuæ & imaginis.ff.de vsufruct. & ita potest ille tex.exemplificari, & ita exemplificat ibi gl.& hoc tenet Ang. in dicta disputatione, quæ decisio mihi placet, pro qua allego tex.
9 sing.in l.Caius.ff.de annu.legat. † vbi quando aliquid relinquitur, vel donatur rei meæ, videtur mihi relictum, vel donatum. & ibi hoc no.Bar.quod ego arbitror procedere, siue res oblata sit, & remanet separata ab ipsa imagine: verbi gratia, si Lupæ offerretur corona, iocale, vel qd simile, siue res oblata fieret pars integralis subiectiua, vel prædicamentalis ipsius statuæ, vt puta statuæ Leonis deficiebat pes, cauda, uel simile membrum, quod per offerrentem fuit adiunctum quod etiam dico procedere, si pars adiuncta esset caput, aut esset longè maior pars quàm reliqua pars, cui talia membra offerentur. Ex quo pręsupponimus, quòd istæ adiunctiones fiant ab aliquo intendente offerre, & sic

donare,

Source : BIU Cujas

donare,†Nec ob.l.quicquid.ff.de acqu.rerum dom. & l.in rem. §.item quocunque.ff.de rei ven.vbi tex.volunt,ꝙ quando huiuſ modi coniunctiones partis ad partem ſtatuæ, vel ſimilis rei fiũt ferumination e,vel alio ſimili modo, poteſt agi ad exhibendũ, vt ſeparentur,& partes ipſæ redire debent ad priores dominos, quia illi tex.loquuntur,quando ille, qui cõiunxit partem parti, non coniunxit animo offerendi, vel donandi. quod tamen dixi,ꝙ tales oblationes quæruntur domino ſtatuæ, procedit, niſi conſuetudo aliter haberet, per ea quæ inferius dicam,& idem dicerem,ſi voluntas offerentis declarata eſſet, ꝙ non acquireret domino ſtatuæ,ſed alteri,puta reipublicæ, vel ſimili, quia tunc domino ipſius ſtatuæ non quæreretur,per ea quę ſtatim dicam.

31 †Secundo loco rediens ad obligationes factas imagini religioſæ alicuius ſancti,prẽmitto etiam,ꝙ quando eſſemus in caſu certo, cuius contemplatione offerens faceret talem oblationem, tunc res oblata illi quæreretur,cuius contemplatione facta eſſet oblatio, per ea quæ ſ̃.in prin.iſtius li. explicata ſunt, quare ſi fieret contemplatione domini domus, in cuius pariete imago depicta eſt,eo ꝙ talis eſſet pauper,vel quia eas oblationes in certos vſus pios conuertebat,illius domini efficiuntur:nam rei ſuę quilibet eſt moderator & arbiter,vt in l.in rem andata.C. mãd.

32 †In traditionibus enim rerum noſtrarum poſſumus quam volumus adiicere conditionem, dummodo honeſtam, vt in l. in

33 traditionibus.ff.de pac.†Et ex hoc videtur poſſe inferri, quòd ſi conſuetudo erat nota offerrenti,ꝙ dominus domus, vel parietis,aut loci recipiebat tales oblationes,& conuertebat in neceſſitates ſuas,vel in alios certos vſus, ꝙ cum offerens videatur ꝑm hanc conſuetudinem,cum offeret animum habere, vt illi quærantur,per regulam,in obſcuris.cum ſua materia. de reg.iur.lib. vj.Et his,quæ latius dixi in ti.de conſue.quia licet offerens exp̃ſsè non exprimat,ꝙ intendat rem oblatam quæri illi domino,

34 nihilominus illi domino quæreretur.†Sed contra hoc videtur fortiter obſtare tex:10.q.j.c.hanc conſuetudinem.vbi talis conſuetudo reprobatur.Sed poteſt reſponderi,ꝙ ille text. loquitur in oblatis in eccleſia,quæ etiam ex conſuetudine non licet laicis occupare:ſed nos loquimur de oblatis in loco ꝓphano,licet imagini religioſæ:vel poſſet dici,ꝙ ille tex.loquitur, quando ſine cauſa laici vellent recipere indifferenter oblationes p̃dictas, ſecus quando propter proprias neceſſitates, vel ut in aliquos pios vſus conuerterẽt.vel poteſt dici, ꝙ in terminis noſtris hoc non contingit ratione conſuetudinis,ſed præſumptæ voluntatis offerentis. ſicut enim offerens potuit offerre ea intentione declarata,vt fieret ipſius domini,vt ſtatim dictum eſt, ita ipſius intentio videatur declarari per hanc conſuetudinem, & per conſequens ex intentione ſua quæratur illi domino. & ſic infertur, quòd ſi daretur ignorantia offerentis, non poſſet dominus domus, vel parietis ex ſola conſuetudine fundare intentionem ſuam, & ita procedat contrarium: ſed ex voluntate offerentis informata, ſeu declarata a conſuetudine hoc procedat,niſi diceretur,ꝙ præſumptionem prædictam tollere videtur alia vrgentior præſumptio,quæ eſt in offerente, ꝙ ſciat talẽ

35 conſuetudinem non valere,per d.c.hanc conſuetudinem, † cũ potius conſuetudinis,quàm ignorantia iuris præſumatur, ut de ſe patet,& no.in c.j.de conſti.li.6.quod admitterem,ſi talis offerens eſſet peritus in iure:vel eſſet alius caſus,in quo non eſſet tãta dubitatio,ſicut eſt in terminis noſtris, vt ex ſ̃.dicendis apparebit,maximè quia de his non reperimus aliquid expreſsè diſpoſitum in contrarium.& ſic patet,ꝙ deciſio prædicta, quando uoluntas offerentis non eſt aliter declarata quàm per conſuetudi-

36 nem,non procedit ſine dubitatione.†Concludo tamen,quòd qualitercunque poteſt apparere de voluntate offerentis, ꝙ potius quæratur vni quàm alteri,quòd ipſius voluntas ſeruabitur.

37 †Tertio præmittendum eſt ad declarationem dicendorum, ꝙ quamuis dubium ſit,quibus quærantur prædictæ oblationes factæ imagini virginis,vel alterius Sancti reſpectu prædictorum prætendentium ius:tamen ſi conſuetudo præſcripta eſſet,ꝙ potius vni eccleſiæ,quàm alteri quæreretur,vt puta potius eccleſiæ cathedrali,vel eccleſiæ nominis illius Sancti,quàm parochiali, vel potius epiſcopo,quàm eccleſiæ parochiali,hoc caſu indubitanter ſeruanda eſſet cõſuetudo,quæ in talibus valida eſt, vt eſt tex.expreſſus in c.cum inter.de verb.ſign.& hoc tenent ibi om-

38 nes Doc.facit c.fi. & quod ibi no. de paro. † Indubitanter enim in talibus procedit præſcriptio,vt c.ex tranſmiſſa.& ca.de quarta,de præſcri.facit tex.& quod no. ibi Doc. meus in c.2.de ſepul. & quod no.Hoſt.in.ſum.de ſepul.§.an licitum.Hoſ. Ioan.And. & Doct.in c.certificari.de ſepul.& quod dixi de conſuet. & præſcrip.idem dicendum de priuilegio, per quod hoc concederet, & hoc procedit, quando conſuetudo eſſet, vt acquireretur eccleſiæ,vel perſonæ eccleſiaſticæ,quæ eſſet capax quaſi poſſeſſionis talium iurium.ſed ſi conſuetudo eſſet,ꝙ quærerentur perſonæ prophanæ,uel loco prophano,dicendum eſt,vt ſtatim dixi. His igitur ita explicatis, deſcendo ad examinationem ſingulorum ſex prætendentium ius in dictis oblationibus, de quibus ſ̃. præmiſimus, videlicet quis prædictorum re exiſtente dubia in

39 dictis oblationibus iura vendicet potiora. † Quò ad primũ, videlicet ad dominum domus, quem diximus poſſe in rebus taliter oblatis ius prætendere,dicendo ꝙ pro ipſo domino facit l. in rem.§.ſi quis.ff.de rei ven.& l.quicquid.ff.de acq. rer. dom.& Inſti.de re.di.§.ex diuerſo.in quibus patet, quòd adiunctum alicui rei efficitur illius,cuius eſt res,cui aliquid adiungitur. quare ſi paries,& imago,vel ſtatua ſunt alicuius priuati, oblationes illi factæ videtur effici domini ipſius, qui poteſt ipſum parietem remouere,& ipſam imaginem abradere, & ſtatuam tollere,dũ-

20 modo non faciat in contemptum diuinæ maieſtatis, † inſuper & locum ipſum vendere,& alienare, & in alium vſum transferre ad libitum voluntatis ſuæ,cum non ſit locus ſacer, nec religioſus,arg.no.per Inn.in c.inter dilectos.de do. & ca. ad hæc.de relig.do.& quia,vt dictum eſt,rei ſuæ quilibet eſt moderator & arbiter.Et pro hac etiam parte facit tex.& quod not. Barto.in l.

21 Gaius.ff.de an.le.vbi.Bar.dicit ar.illius text. † ꝙ quando aliquid relinquitur vel donatur rei meæ,videtur mihi relictum, vel donatum.Sed in contrarium fortiter ob.quia laicus non poteſt eſſe capax horum iurium, nec ipſorum iurium quaſi poſſeſſionẽ habere,etiam ex conſuetudine,vt d.c.hanc conſuetudinem.10. q.j.Item quia huic laico nihil eſt oblatum, vel promiſſum, vel

22 donatum.ergo nõ poteſt ſibi quæri.C.de do.l. nec ambigi. † Itẽ & tertiò,quia donatio facta imagini gloriosæ Virginis, vel alterius Sancti,videtur facta Virgini,ſeu illi ſancto,cuius imago depicta eſt,& quæ ipſum repræſentat. quicquid enim actiuè fit & paſſiuè in repræſentante,intelligitur factum in repræſentato,vt C.de fideiuſſ.l.a tutoribus.C.de re.crẽ.l. cum etiam.ff. de leg.2.l. peto.§.mater.de le.3.l.fi.ff.de fideicõm.li.l.Thais,& C.ne.li.ſign. ſal. in ru. & ni. & in propriis terminis de imaginib. & ſtatuis.optimè probatur l.capitalium.§.ad ſtatuas.ff.de pę.Et no.in l.fi.§. ſanè,C.de his qui ad ec.confu.facit etiam quod not.C.de ſtat.& imagi.in rub.& nig.& etiam quod no.ff.de acqui.rer. dom.l.ſtatuas.quare cum non cõtemplatione ipſius domini domus, ſed contemplatione illius Sancti tales oblationes fiant, merito nõ

23 quæruntur ipſi domino:† quia quod alicui donatur, vel relinqtur contemplatione alterius,videtur donari vel relinqui illi,cuius contemplatione fit,ſecundum ea quæ no.in ca. requiſiſti.de teſta.& ſecundum ea,quæ latius in princ.iſtius li. explicata ſunt. Ad quod accedant,quæ ſtatim dicam in verſi. quo ad 2. & quia omne donatum eccleſiæ,aut Deo,quia in eccleſia & ipſius Dei imagine Deus repreſentatur, & ideo Deo acquirit, ſeu illi Sancto,vt ibi dicam. † Quartò contra ipſum dominum facit, quia

24 ea quæ ſunt Deo oblata,non debent in vſus ac dominium laicorum amplius deputari.12.q.2.c.nulli.de conſe.diſt.j.c.ligna.& c. veſtimenta,de fo.compe.c.conqueſtus.facit l. ſi quis ſepulchri. ff.de relig.& ſump.fun. & quod tradit in reg.ſemel Deo.de reg.

25 iur.lib.6.† Item probatur, quia non licet laicis tales oblationes cuſtodire aut accipere,nec in vſus ſuos conuertere, nec de ipſis quicquam diſpenſare.10.q.j.quia ſacerdotes.& c.ſanctorum. & c.hanc conſuetudinem.facit etiam c.quamuis, de deci. & iſtam opin.communiter tenent omnes Doc. ꝙ ad dominum parietis domus,vel loci,talis imaginis,vel ſtatuę huiuſmodi oblationes non poſſint pertinere,quod mihi placet.Pro qua etiã accedant,

26 quæ dicam.ſ̃.in ver.quo ad vj.†Arbitror tamen hoc limitandũ, niſi talis dominus eſſet perſona eccleſiaſtica,vel locus ipſe pertineret ad aliquam eccleſiam,vel locum religioſum: quia in caſu prædicto quamuis illa eccleſia non eſſet eccleſia parochialis,tamen ſi acceſſiſſet conſuetudo, ſeu præſcriptio, ꝙ tales oblationes pertinerent ad talem dominum,certè conſuetudo eſſet ſeruanda, & tunc dominus illius loci eſt capax illius quaſi poſſeſſionis ratione conſuetudinis prę ſcriptę,in ipſis oblationibus haberent meliora iura,cum in talibus poſſit operari conſuetudo, vt ſuperius explicatum eſt.Sed ſi dominus domus eſſet perſona prophana,tunc ſecus eſt, vt dictum eſt. Quod tamẽ procedit in caſu dubio,ſed in caſu certo ſeruaremus certum, vt diximus in

27 ſecundo præſuppoſito.† Prædicta ergo cõmunis concluſio procedit in rebus oblatis ſeparatis ab ipſa imagine, vel ſtatua, quæ non fierent pars ſubiectiua,vel integralis illius imaginis vel ſtatuæ:ſecus ſi fierent pars integralis ipſius, vt puta deficiebat ſtatuæ brachium,pes,vel aliud membrum,& offerens illud adiunxit, quia tunc talia taliter oblata fiunt domini illius ſtatuæ, vel loci,ar.l.in rem.§.ſi quis rei.ff.de rei vend. & ea,quæ primò præ-

28 ſuppoſui.†Quò ad ſecundum,quem diximus prætendere ius in prædictis oblationibus,quem diximus eſſe locum imaginis vel ſtatuę,& poteſt figurari exemplum,ſi imago eſſet depicta in aliquo oratorio,vel ſtatua eſſet poſita in aliqua capella,vel hoſpitali,vel in aliquo loco ſacro,aut religioſo, quo caſu poteſt dubitari, an quę rantur ipſi loco.& videtur dicendum,ꝙ ſic,quia relictum aut conceſſum alicui templo,eſt ipſius templi,vt in l. ſeruos ad cuſtodiam.ff.de ali.& ciba.leg.facit optimè tex.in Auth.

29 de eccleſiaſticis titulis.§.ſi quis autem. † vbi conceſſum oratorio,pertinet ad oratorium.Item facit quod no.C.de furt.l.ſi nõdum rem temporalem.& ff.de rer.diui.in l. in tantum.§.ſacrę.& Inſti.eo.§.ſacrę.Faciunt etiam ea,quę ſuperius deduxi pro domi

30 no domus.†Sed his non obſtantibus communis opi.eſt in contrarium,quod probatur expreſſe per text.in ca.ex tranſmiſſa.de

preſcrip.

Source : BIU Cujas

præſcrip.& p ea quæ dicam.ĩ.de eccleſia parochiali,in ver.quo
31 ad ſextũ.† Hęc tñ opinio recipit duas limitationes iudicio meo videlicet,niſi ex mente ipſius offerentis aliud appareret,vel cõſuetudo aliud haberet,per ea quæ ſuperius explicata ſunt.

32 † Quo ad tertium, quem s̃. diximus poſſe prætendere ius in dictis oblationibus, quem diximus eſſe eccleſiam ædificatam ſub nomine illius Sãcti,cui fiunt oblationes.Exemplum poteſt figurari in oblationibus,quæ fiunt imagini glorioſiſſimæ Virginis Mariæ apud cantum de Magalottis in noſtra ciuitate Senarum, vtrum pertinere debeant ad eccleſiam cathedralem non tanq̃ cathedralem,ſed tãquam ædificatam ſub nomine glorioſiſſimę Virginis Mariæ,de quibus oblationibus olim fuit maxima diſceptatio inter epiſcopum & eccleſiam parochialem ſancti Martini, & ipſum dominum domus, in qua imago depicta eſt,& pro dicta eccleſia ſub nomine ſanctæ illius imaginis ædi-
33 ficata. † facit,quia vt ſæpius dictum eſt,quando aliquid vouetur, vel offertur huiuſmodi imaginibus,vel ſtatuis, non conſideramus ipſam picturam,vel imaginem,ſed reuerentiam illius Sancti qui per talem imaginem repręſentatur. vt eſt text. de conſe.
34 diſt.3.c.perlatum.† Hinc eſt, q̃ venerabiles imagines Chriſtiani non appellant deos,neq; illis ſeruiunt,vt ab his expectant futurum iudicium,ſed ad memoriam & recordationem primitiuorum venerantur, de conſec diſt.3.c.venerabiles.Per ſignum enim talis imaginis ſignatum repręſentatur. † Et hinc eſt, q̃ ſi-
35 gnum Saluatoris non eſt licitum humi ponere,aut ſculpere,vel pingere,vt in l.vnica.C.ne lice.ſig. Sal. & ide non licet crucem, aut Sanctorum imagines,ſeu ſtatuas in aggrauationem ceſſationis in terram proſternere,vt in c.ſi canonici.in fi.de offic.ordin. lib.6.cum ergo oblationes fiant per reſpectum illius Sancti repręſentati per illam imaginem,meritò videntur quæri eccleſiæ
36 ędificatæ ſub nomine illius Sancti. † facit tex.in Auth.de eccle. tit.§.ſiquis autem. vbi text. dicit, q̃ ſi aliquis vnum Sanctorum ſcripſit hæredem,aut legatum reliquit,& non ſpecialiter nomi nauit locum,in quo eſt venerabilis domus illius Sãcti,ſed in eodem loco ſeu ciuitate plura inueniantur oratoria illius Sancti, illi potius debebit domui quæ pauperior eſt. ſi verò in ciuitate non eſt baſilica illius Sancti,& inueniatur in territorio, illi debebitur. Si autem neque in territorio reperitur hmõi domus, 47
tunc eccleſiæ ciuitatis,in qua teſtator domicilium habuit, legatum debetur. & ſic text.præal.videtur concludere, q̃ debeatur
48 eccleſiæ illius Sancti.Eſt tamen aduertendum, q̃ ille tex. loq̃t, qñ non fuit expreſſus certus locus.Sed in terminis noſtris ponimus oblationes factas imagini,vel ſtatuæ quę de neceſſitate cir
37 cũſcribitur loco. † Item facit pro prædicta opi. donatum, aut oblatum imagini repręſentanti,videtur donatum Sancto repręſentato per illam imaginem. ergo ſicut donatum uel relictum ſeruo,vel filio alicuius contemplatione dñi vel patris, efficitur domini vel patris,vt dictum eſt,ita & in terminis noſtris oblatũ imagini repręſentãti, cum videatur oblatum ipſi Sancto repręſentato,debet acquiri eccleſiæ illius Sancti,ar.dicti.§.ſiquis aũt. 50
in Auth.de eccl.tit.& pro hac parte conſuluit do.Pet.de Peru.vt dicam in ſequenti caſu.Sed his non obſtantibus hæc opi.cõiter reprobatur, & contra ipſam concludunt ar. & iura quæ ſtatim 51
ſubijciam pro eccleſia parochiali,in ver.quo ad 6.† Arbitror tñ
38 hanc communem reprobationem recipere duas limitationes, de quibus in præcedentibus, videlicet niſi de expreſſa intentione ipſius offerẽtis appareret,q̃ vellet eſſe ipſius eccleſiæ,vel niſi conſuetudo præſcripta eſſet,q̃ acquireretur dictæ eccleſiæ, vel priuilegium ſuper hoc eſſet cõceſſum tali eccleſiæ, vel niſi fortè talis imago eſſet depicta ĩ ipſamet eccleſia ipſius nominis ſm
39 aliquos, quod mihi non placet, † quia oblationes ſimpl'r factæ 53
in ipſa eccleſia non parochiali quæruntur eccleſiæ parochiali, fortius oblationes factæ imagini depictæ,vel ſtatuæ exiſtenti in eccleſia eiuſdem nominis,quæruntur eccleſiæ parochiali.

40 † Quò ad quartum,quem diximus poſſe prætendere ius in dictis oblationibus, quem diximus eſſe eccleſiam cathedralem, 54
vĩ primò dicendũ,q̃ ipſe eccleſiæ cathedrali quæruntur,quę dignior eſt,& propriè dr̃ eccleſia matrix.c.venerabili.de verb.ſig.

41 † Et quia videmus,q̃ qñ ſumus in dubio, vbi qs debeat ſepeliri, ſepelitur apud eccleſiam cathedralẽ, ſm ea quæ tradunt in cle. dudũ.§.verũ,de ſepultu.& per Pau.& Hoſt.& Inn. in c.nos.eod. tit.maximè,qñ in ciuitate illa nõ eſſet alia eccleſia ędificata ſub nomine illius Sancti,cuius imagini oblatio facta eſt.& hoc potiſſimũ,qñ eccleſia cathedralis eſſet ędificata ſub nomine illius Sancti,& ita cõſuluit do.Pet.de Peruſio pro noſtra eccleſia cathedrali ędificata ſub nomine glorioſiſſimę Virgi. Mariæ. Quæ oblationes factæ imagini Virginis Mariæ apud cantum de Magalottis,& aliis ſimilibus imaginibus, debentur eccleſiæ cathedrali.Sed hæc opinio mihi non placet per ea quæ inf. deducam pro eccleſia parochiali,niſi aliud appareret de intentione offerentis,uel niſi talis eccleſia præſcripſiſſet ius percipiendi dictas oblationes,vel id haberet ex priuilegio, ut ſuperius dictum eſt.

42 † Quo ad quintum, quem ſup. diximus poſſe prætendere ius in dictis oblationibus,quem diximus eſſe ep̃m loci;vĩ dicendũ, 56
ipſum ep̃m ſuper dictis oblationibus poſſe ius prætendere,q̃a vt

ſępius dictum eſt,oblationes factæ talibus imaginibus, videtur factæ Deo,& illis Sanctis.& ideo vĩ q̃ debeant per diœceſanum capi,& adminiſtrari,& in ſuſtentationem pauperem erogari,ſicut cætera bona eccleſiarum, vel aliorũ tẽplorum Dei. 12.q.j.c.
43 præcepimus. & c. res eccleſiæ.& c.nulli ep̃m. † Simile uidemus in bonis alicuius decedentis ab inteſtato, de quibus dubitatur, cui ſint reſtituẽda,quia ad epiſcopi cõſeruationẽ & diſtributionem pertinent,vt in Auth.oẽs peregrini.C. cõmunia de ſucceſ. faciunt no.per Innoc.in c.quia pleriq;,de immu.eccle.neq;.n.videtur negari poſſe dubitationẽ exortam,ad quem tales oblationes pertinere debeant. ergo cura & ſolicitudine ep̃i talia bona videntur pauperibus eroganda.& q̃ tales oblationes ad ep̃m ptineant,notando colligit do.Ant.in clemen.per literas. de pręben.Dicit etiam do.meus in Rubrica de paroc. vidiſſe Io.And. in addi.Spec.allegantem pro ep̃o. ſed ego non memini legiſſe, vbi hoc dicat,nec Do.meus allegat,licèt in Rubrica de paro.Io. And.in addi.Spe.in aliqua dicat in materia oblationũ,non tñ allegat pro ep̃o quo ad ꝓpoſitũ noſtrũ.Gaſp.Cald. conſi.15.ſub ti.
44 de paro. vult,q̃ tales oblationes nõ ptineãt ad ep̃m, † & ſubdit q̃ ep̃s de iure dẽt hr̃e tertiã partẽ oblationũ, niſi p̃rium habeat conſuetudo,vel priuilegiũ,per no. 10. q.j. c.de his.de offic.ordi.
45 c.p̃ñr,de cenſi.c.cum olim.† Pe.de Peru.in prędicto conſi.dicit, q̃ ſi tales oblationes acquirentur eccleſiæ cathedrali,tunc fieri dẽt ipſarum diuiſio inter eccleſiam cathedralem, quæ habebit medietatem,& ep̃m qui habebit aliam medietatẽ, ut in c.reqſiſti.de teſta.ubi eſt caſus ſm eum, qđ mihi placet,qñ oblationes fieret tam intuitu ep̃i,q̃ eccleſiæ,& ita procedit opi. Hoſt.ibi po
46 ſita.† Sed in oblationibus,quæ fierent intuitu eccleſiæ dũtaxat, debetur ſolummodò quarta, & ita procedat opi. Innoc. Vin.& D.mei,in d.c.requiſiſti,p no.12.q.2. c.quatuor. & c. conceſſo. ſi autẽ tales oblationes debentur eccleſiæ parochiali,tunc ep̃s ab eccleſia parochiali põt petere canonicã portionẽ, quæ de iure cõi ſm eum eſt quarta, licet ex conſuetudine poſſit eſſe tertia, vel medietas.d.c.de his,& c.antiquos.10.q.j.& 12.q.2.c.vobis.& c.Vulterranæ.& c.conceſſo.& c.quatuor. Ego hunc articulũ canonicæ portionis,an & quanta ep̃o debeatur a parochiali eccleſia, hic omitto, qm̃ de illa in tractatu Canonicæ portionis latius explicabimus. † Illud ſolum ad iungens, q̃ ab ipſa eccleſia parochiali debetur canonica portio ep̃o,vt traditur.c.officij.&
48 c.requiſiſti.de teſt.& tradit D.meus in c.2.de ſepul.† Sed quo ad materiam noſtram concluſio ſit, q̃ res oblatæ imagini uel ſtatuæ,non debẽtur primo loco epiſcopo,ut etiam patebit ſtatim, niſi conſuetudo,præſcriptio,aut priuilegium aliud haberet,vel niſi appareret expreſsè, q̃ contemplatione epiſcopi oblatio facta eſſet, per ea quæ ſuperius ſunt explicata.

49 † Quo ad ſextum,quẽ diximus prætendere ius in dictis oblationibus,quem nos diximus eſſe eccleſiã parochialem, dicendum eſt,q̃ cõis concluſio eſt Doc.q̃ tales oblationes debentur dictæ eccleſiæ parochiali. hanc opi. tenet Do. meus Io. de Imo.
50 in c.paſtoralis.de his quæ fi.a præla. † Nam eccleſia parochialis fundat intentionem ſuper oĩbus obuentionibus ſpiritualibus contingẽtibus. ĩ. parochiam ſuam,vt d.c.paſtoralis.ibi,vt ſingu
51 larum eccleſiarum prouentus.vnde † dicit ibi Hoſt. q̃ oẽs decimæ,& oblationes,quæ fiunt. ĩ. parochiam, cedunt eccleſię parochiali.Ad idem inducit Do. meus c.ad audientiam. de eccle.
52 ędi.per locum a ſpeciali.† nam ſi oblationes factæ capellæ, uel altari cedunt parochiali eccleſiæ,& non capellano, ut ibi,& ĩ. ſubijciam in ſeq.q.fortius iſtæ oblationes factæ imagini. & eandem opi.tenet Do. meus in c.j.de ſucce. ab inteſt.& in c.qñ, de deci.& eandem ſentẽtiam ſentit Gaſp.Cald.conſi.15. ſub rubrica de paro. † Mouẽtur,quia ſicut ep̃s in tota diœceſi ſua fundat
53 intentionem ſuam de iure cõi ſuper iuribus epiſcopalibus,vt in c.conquerente.de offic.ord.ita rector parochialis eccleſiæ in parochia ſua.c.ad decimas.de reſti.ſpo.lib.6.& hæc opi. plus mihi placet in caſu dubii.& probatur expreſsè in c. ex tranſmiſſa. de
54 præſcrip.† Prædicta tñ procedunt,niſi conſuetudo,præſcriptio, vel priuilegium aliud haberet.Item prædictam cõem opi.limita ut procedat in his oblationibus, quæ nõ ſunt pars integralis, aut ſubiectiua ipſius maginis,uel ſtatuę,ſed ſunt ſeparatę a dicta imagine,uel ſtatua.ſecus ſi fierent pars ſubiectiua, ſeu integralis ipſius imaginis,vel ſtatuæ,quia tũc acquireretur dño imaginis, vel ſtatuæ,per tex.in l.ſi rem.§.ſi quis rei.& in §.item quæcunq;. iuncta glo.de rei uend.& in l. quicquid.ff.de acqui.re do.iunctis his,quæ dixi ſup.in primo præſuppoſito. & ſic ex prædictis Deo duce, q.prædicta, quæ quotidiana poteſt eſſe, rationabiliter eſt declarata.

55 † Vlterius quæro, cui quærantur oblationes factæ ad altare in capella alicuius eccleſiæ? So. Gaſ.Calde. conſuluit, quòd ſint parochiani,per c.paſtoralis.de his quæ fi.a præla. & c.ad audientiam.de eccle.ędi. & c.cum inter. de verbo. ſignific. & idem tenent do.Anto.& dominus meus in d.c.paſtoralis.no.etiam do. Dom.in c.ex tranſmiſſa.de prætump.ubi dicit quòd debent eſſe rectores,& non capellani inſtituti in illa capella,uel altari. mo-
uetur.† quia matrici eccleſiæ debentur oblationes,quæ fiunt in eccleſijs, ſeu capellis ſuæ parochiæ extra corpus eccleſiæ ſuæ,

fortius

Source : BIU Cujas

ſortius ſi fiant intra, licet in altari ad quod alius eſt inſtitutus. Et hanc etiam opin. ſentit Lap. alleg. 58. vbi circa materiã oblationum, ad quas quis tenetur facere ad altare, & ad quas quis neceſſitatur diebus ſolẽnibus, quibus neceſſitatur audire ĩtegram miſſam, & oblationem facere, ſecundum ea quæ diximus ſup. lib. 3. † Quare cum quilibet teneatur ipſam miſſam audire in
57 propria parochia, vt in c. 2. de paroc. & per conſequens in ea offerre, ideo ſi alibi audiant miſſam diebus ſolẽnibus, & offerant, nõ propterea excuſatur, quo minus teneatur eccleſiæ parochiali, vnde tenetur vel mittere, quod tenebatur offerre, vel alia vice duplam oblationem facere. † Concludens etiam, ꝙ ſi
58 proprius rector parochianus licentiam dederit audiẽdi miſſam alibi, quod facere poteſt, vt no. in d. c. 2. Is tamen, cui conceſſio facta eſt, non poteſt in præiudicium parochialis eccleſiæ alteri offerre. In eccleſia enim, in qua ex licentia audit miſſam, non tenetur offerre, ſed ſi vult poteſt, ſed non in præiudicium eccleſiæ parochialis, nam talis licentia tanquàm odioſa reſtringẽda eſt,
59 vt in regula, odia. de reg. iu. lib 6. † vnde ſicut diſpenſatio ſuper abſentia ſtudiorum cauſa non includit perceptionem fructuũ, niſi hoc expreſsè dicatur, vt in c. tuæ. de cleric. non reſiden. ita & hic. Nec debet ius vnius eccleſiæ dare alteri. 16. q. j. c. quicunque. quæ diligenter ſunt notanda, eo maximè, quia quotidie ſeruat cõtrarium, propter ignorantiam, & defectum ſcientiæ, q eſt in rectoribus parochialibus, ſed ſaltem deberent ipſi operam dare, ut horum iurium parochialium notitiam haberent. † & qđ
60 dixi de oblationibus factis ad altare, idem & in aliis oblationibus, quæ debentur eccleſiæ parochiali de iure, niſi aliud exprimatur, uel niſi aliud habeat conſuetudo, quæ hodie quodammodo eſt vniuerſalis, quia factę eccleſijs infra parochiam communiter ſunt rectoris illius eccleſiæ, quæ conſuetudo valet, vt dixi
61 in præcedenti quæſtione, † uel niſi aliud habeat priuilegium, prout habent eccleſiæ regularium, quæ ex priuilegio quodammodo religionis retinent omnes oblationes factas, etiã ſi fiant ad altare, vt eſt tex. in c. j. de ſtatu mona. & etiam in cap. nimis. de
62 exceſſ. præla. † Item quod dixi, quòd oblationes quæ fiunt in parochia, vel inf. parochiã alicuius etiam in miſſa ſunt parochiani, limitatur, niſi epiſcopus fuerit ille, qui miſſam celebrauerit, quia tunc oblationes factæ ſunt ipſius, etiam ſi dicat miſſam in eccleſia parochiali, & ſibi offeruntur a proprio parochiano,
63 † nam tota ſua diœceſis intelligitur parochia ſua, vt in c. j. & c. ſuper eo. de rapt. de offi. archipresby. c. 2. 16. q. 3. c. licet in regulari. & ideo ſua ſunt. nam & omnia ſub eius & diſpoſitione, & diſpẽſatione conſiſtunt. 10. q. j. c. j. 2. 3. & 4. hoc tenet Hoſt. in tit. de paroch. §. in quibus. ver. quid ergo ſi Epiſcopus, & Archi. de conſe
64 cra. diſt. j. c. omnis. † Subdit tamen Gaſ. in d. conſilio, ꝙ hoc limitandum eſt, niſi aliud appareat per contrariam cõſuetudinem, quæ ſeruanda eſt, ad quod faciunt quæ ſuperius dicta ſunt. Item limitat, niſi Epiſcopus in uno loco nimis longam traheret moram, & nimis frequenter celebraret, arg. c. ſuggeſtum. de elec. & de verb. ſig. c. quid per nouale. & prædicta etiam extendit Hoſti.
65 ad archiepiſcopos, quod mihi placet. † Et eſt etiam notandum, ꝙ ſimiliter oblationes factæ in conſecratione eccleſiæ pertinẽt ad ipſum Epiſcopum. 18. q. 2. c. pe. & idem dicẽdum eſt de oblationibus factis in conſecratione Epiſcopi, quia debent eſſe Epi non aſſiſtentis, vt no. in c. & ſi quæſtionẽ. de ſimo. Sed circa oblationes factas in miſſis occurrit notabilis dubitatio. † Pone ꝙ ſta
66 tuto, vel conſuetudine præſcripta oblationes, quæ fiunt die dñi co, debent eſſe prælati, & quæ fiunt in feſto principali, debeant eſſe Epiſcopi: uenit feſtum principale in die Dominica, dubitatur nunc, cuius debent eſſe oblationes, quæ tunc fiunt. Ioan. de Ligna. in c. fi. de fer. tangit quæſtionem, & ſi rectè memini, concludit pro epiſcopo. eandem quæſtionem tangit Guil. de Cu. in l. fi. de offi. procon. ſed quid dicat, ad præſens non potui uidere.
67 Sed pro prælato facit, † quia quandocunque ſimul concurrunt cauſa naturalis, & accidentalis, conſideratur naturalis, non accidentalis. l. 3. in prin. ff. de tutel. Inſtit. de rer. diui. §. pauonum. & l. j. C. de cura. furio. Sed in terminis noſtris dies Dominicus eſt naturalis, dies feſti eſt accidentalis, ergo cedũt prælato, ut d. l. 3. in prin. Sed Bal. ibi format quæſtionem hãc, & decidit poſt Cy. ꝙ tales oblationes debeant diuidi iſto modo, videlicet ꝙ oblationes, quæ factæ fuerunt contemplatione diei Dominicæ cedant prælato, aliæ cedant Epiſcopo. facit l. dies feſtos. C. de fer. Non obſtant allegata in contrarium, quia loquuntur in re indiuidua, ſed nos loquimur in re diuidua, quæ opi. videtur mihi iu-
68 ſta, & rationabilis. † nam quandocunque cauſa naturalis, & accidentalis compatiuntur ad inuicem, vna non tollit aliam, ſed ſimul ſtant, & concurrunt, vt in omnibus iuribus, in quibus concurrit obligatio naturalis, & ciuilis. ad quod facit c. pen. & gl. de
69 offi. deleg. & quod ibi dixi. † Sed dubium eſt in cognoſcendo, quæ oblationes dicantur fieri propter diem feſtum, & quæ propter diem Dominicum, & maximè de oblationibus quæ fierẽt a propriis parochianis ad altare, ad quas tenentur, ſecundum ea quæ latius explicauimus, lib. 3. & aliquid ſup. tetigimus. nam de oblationibus, quæ fierent ab alienis parochianis, non vĩ eſſe dubitatio, ꝙ tales fieri videntur occaſione feſti, & ſimiliter multæ ſunt oblationes, quæ apertam habent adminiſtrationem, qu fiunt ratione feſtiuitatis. Dubiũ ergo videtur remanere in oblationibus factis a parochianis circa quod videtur mihi dicẽdum ꝙ diuidi debeant per medium, quod oſtendo Sic. In eadem die concurrunt duæ qualitates, quia dies Dominicus, & dies feſtiuitatis, & vigore cuiuslibet parochiani tenentur offerre. Et eſt aduertendum, quòd ego arbitror, quòd teneãtur ad oblationem
70 duplicatam, quia iſta eſt regula, † quia quandocunq; aliquis dẽt habere aliquod præmium vigore alicuius qualitatis, & duæ ſimiles qualitates concurrunt in aliquo, debet habere duplex præmium. vnde ſi ſtatutum concedit Doctoribus ſalarium tantum pro Doctoribus, & tantum pro promotoribus, promotores, ꝙ ſunt de collegio, debent habere vtrunque ſalarium, ſecundum Doc. in l. cum quæſtio. C. de lega. per Bart. in l. ſi ſeruus communis. ff. de ſtipu. ſeruo. & l. Titia. §. qui marthe. ff. de annu. leg. vbi
71 Bar. per illum tex. in ſimili dicit, † ꝙ ſi teſtator legat ſuis fratribus cappam, & priori bibliam, ꝙ prior debet habere bibliam, & cappam. quod etiam tenet Bar. & Io. de Imo. in l. doli. ff. de ver. obl. & Archi. 12. q. 5. c. quia Ioannes. Quare in terminis noſtris ita videtur dicendum. nam cum iſtæ duæ qualitates eadem die concurrant, quæ ſi concurrerent diuerſis diebus tenerentur parochiani duas oblationes facere, ita videtur dicendum, ꝙ pro eadem die ad duplicatas oblationes teneantur. Quare cũ oblationes dici Dominici deberent eſſe prælati, & factæ die feſtiuitatis deberent eſſe Epiſcopi, per conſequens diuidi debẽt inter Epiſcopum, & prælatum pro ęquali portione, niſi oblationes eſſent proportionatæ.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio ſi de re, & prophana facta eſt, quomodo diſpenſari debeat.*
2 *Quid ſi eſt facta de re ſacra, tunc non poteſt vendi.*
3 *Oblatio facta per aliquem ad certum uſum, non poteſt per recipientem ad alium uſum conuerti.*
4 *Donatio facta de re aliqua ad vnum vſum, non poteſt ad alium vſum conuerti.*
5 *Altare vnum non debet diſcooperiri, vt aliud cooperiatur.*
6 *Oblatio facta ad certum uſum, poteſt per ſedem apoſtolicam in alium conuerti vſum.*
Sedes apoſtolica poteſt donata inter viuos commutare.
7 *Oblatio facta per teſtatorem de aliqua re ad aliquem uſum, an poſſit legatus de latere in alium commutare.*
8 *Sedis apoſtolicę appellatione legatus de latere comprehenditur, uide infra nume. 10.*
Secus appellatione Romani Pontificis.
9 *Legatus poteſtatis plenitudinem non habet.*
10 *Teſtatoris diſpoſitio ad certum vſum, pro lege ſeruari debet.*
11 *Commutatio rei oblatę, uel legatę per legatum, & etiam Epiſcopum de conſenſu heredis in alium uſum fieri poteſt.*
12 *Legatum factum ad certum uſum ad alium uſum citra principis voluntatem conuerti non poteſt.*
13 *Ius quęſitum tollere etiam per viam contractus, ad ſupremam poteſtatem pertinet.*
14 *Ius tollere partibus nõ conſentientibus, quod proceſſit per viam cõtractus, eſſet legem tollere.*
15 *Oblatio facta in certum uſum per viam vltimę uoluntatis de heredis voluntate in alium vſum commutari non poteſt.*
16 *Quid ſi in illum uſum ob aliquod impedimentum adimpleri non poſſit.*
17 *Oblatum ad vnum uſum, ſi non poteſt impleri, heres debet conſentire, ut in alium uſum conuertatur.*
18 *Et quando heres poſſit illud repetere.*
19 *Legatum ciuitati factum ad certum uſum non poteſt perpetuo ſine licentia Principis in alium vſum commutari, ſed cum licentia preſidis temporaliter ſic.*
20 *Legatus Cardinalis prefecto prætorio equiparatur.*
21 *Oblatum poteſt in alium uſum commutari, ſi teſtator hoc expreſſerit, de cuius voluntate commutari debeat.*
22 *Oblatio, ſi ob modum non impletum ad heredem reuerſum ſit, tunc de eius uoluntate in alium vſum conuerti poteſt, licèt teſtator nil dixerit.*
Limitatio ad cle. 2. de relig. domi. & inf. nume. 24.
23 *Oblatio facta per viam contractus ad vſum pium, etiam ex uoluntate ipſius offerentis in alium commutari poteſt.*
24 *Oblatio facta per viam contractus in alium uſum commutari per heredem contrahentis poteſt.*
Pacta, & conuentiones ad heredes tranſeunt.
Heres poteſt, quod defunctus potuit.
25 *Oblationi modum adiectum non implens, quibus remedijs compellatur.*

¶ Libellus xix.

1 DEcimonono. † Principali loco ſupereſt, vt examinemus quid fieri debeat de oblationibus receptis? So. dicendum arbitror, ꝙ aut offerens non expreſſit, quid de re oblata fieri uolebat, aut expreſſit. Primo caſu, aut res oblata eſt prophana,

Source : BIU Cujas

phana,aut ſacra.Si eſt prophana,tunc poteſt recipiens diſpenſare illam rem ad libitum, dū modo diſpenſet in actus licitos, & honeſtos, & ſibi nō interdictos,ex quo res oblata eſt effecta ſua & rei ſuæ,vt dictum eſt,quilibet eſt moderator & arbiter,vt l.in re mandata.C.mand.vnde poſſet diſpenſare in equos,canes, &
2 porcos,vt dicit gl.10.q.j.c.hanc conſuetudinem.& ibi Hug.† Si verò res oblata eſſet ſacra,non poſſet recipiens vendere, aut illam alienare,vel ad prophanos vſus conuertere, vt no.glo.10. q.2.c.hoc ius porrectum,& probatur expreſsè in regula, quod ſemel Deo,cum ſua materia,de regul.iur.lib.6.

3 † Sed ò caſu principali, qñ offerens expreſſit quid fieri volebat de re oblata.Non eſt dubium, ꝙ non pōt recipiens illā conuertere ad alium vſum, quàm expreſſum. Nam vt ſuperius explicatum fuit,poteſt quis in traditione rei ſuę,ad quam tradendam,vel dandam non neceſſitabatur, adijcere conditionē, quā vult,dummodò honeſtam, & licitam, vt l.in traditionib.ff.de pac.de ſepul.c.de his.18.q.2.c.Eleutherius.& illa ſeruanda eſt,in cle.2.de relig.domi.& l.legem.C.de pac.& l.legem.C.loca aliàs agi poteſt contra non ſeruantem, vt traditur in d.l.in traditio-
4 nib.& dictis iuribus.† Donata enim,vel relicta ad vnum vſum, non poſſunt regulariter in alium vſum etiam pium conuerti, vt tenet glo.Lau.Zen.& Doct.in d.cle.2.de reli.do.facit de con-
5 ſec.diſt.2.c.reuera.& quod not.in l.j.C.de rei vxo.ac.† Neque.n. debet diſcooperire vnum altare, vt aliud cooperiatur, de præben.c.cum cauſam.de for.compe.c.ex tenore.C.qui pot.in pig. hab.l.aſſiduis.auct.niſi rogati. C.ad Treb. in auct. quomodo ap. epi.§. ſi verò non fecerint. quod procedit etiam ſi ad hæc accederet auctoritas Epiſcopi,vel cuiuſlibet alterius inferioris à ſe-
6 de apoſtolica, vt d.clem.2. † Sed per ſedem apoſtolicam poteſt commutari in alium vſum,per tex.in d.cle.quia contingit.nam tex.ille loquitur per verbum largitione,& ſic comprehendit ēt oblata inter viuos,& relicta in vltima voluntate, vt dicit ibi gl. vnde nō ſolum de legatis ad pias cauſas in certos pios vſus poteſt diſponere commutando in alium vſum, de quibus ēt probatur in cle.dudum.§.fi.de ſepul. ſed etiam de donatis inter viuos,quia ipſe eſt inſolidum gubernator vniuerſalis eccleſię,cuius caput eſt eccleſia Romana,& ideo ad ipſum,tanquam ad ca put pertinet ad ſingula membra alimenta transfundere.9 q.3. c.cuncta per mundum.& c.per principalem.facit de exceſ. præla. cle.j. §.præterea.ſicut in ſimili de Principe ſeculari dicimus. ff.de adminiſtra.re.ad ciui.perti.l.j.

7 † Sed circa prædicta dubitari poteſt,vtrum ſaltem auctoritate legati de latere poſſit fieri hęc commutatio? Sol.glo.in d.cle. 2.de relig.domi.in ver.apoſtolicæ.tenet ꝙ non. pro qua opi.videnda ſunt, quæ diximus in c. officij. de ſenten.excom.23.diſt. princ.arti.3.quæſt.prin.primo membro.ver.34. Lap.verò prædictam clemen.alleg.in contrarium, quod not.idem Ioan.And. in c.ſi abbatem.de electio.lib.6. & c.auctoritate. de priuileg.eo. lib.vbi dicit, ꝙ aliud eſt dicere ſedis apoſtolicæ, aliud Romani
8 Pontificis,† quia appellatione ſedis apoſtolicæ comprehenditur legatus de latere, ſed appellatione Romani Pontificis non continetur.vnde cum tex. in dicta clemen. 2. loquatur per verbum apoſtolicæ ſedis,per conſequens videtur, ꝙ legatus de la-
9 tere poſſit hanc commutationem facere.† Sed hoc non obſtāte dicit,ꝙ legatus hoc non poterit, quia poſſe hanc commutationem facere dependet à plenitudine poteſtatis, qua caret legatus, de præben.per literas. & c.dilectus. Nam hoc dicitur de eo,contra quod nil aliud eſt diſponere, quàm diſponere cōtra
10 legem,quod ſoli Principi licitum eſt,† nam diſpoſitiones teſtatoris factæ ad certum vſum debent pro lege ſeruari. 13.q.c.vltima voluntas.in Auctē.de nup.§.diſponat.& ideo nomine apoſtolicę ſedis,non comprehenditur legatus,ſed ſolus Papa.† Qđ
11 tamen dicit Paul.procedere, niſi hæres conſentiret, quia tunc poſſet fieri non ſolum per legatum, ſed etiam per Epiſcopum. alleg.no.per Ioan.An.poſt Inno.in c.ſi.de teſta.Sed tu aduerte, quia licet Lap.loquatur,quando oblatio eſſet facta per viā vltimæ voluntatis,quo caſu dico,ꝙ etiam legatus de latere nō poſ-
12 ſet commutare.† Ad quod adduco tex.in l.legatum.ff.de admi. rerum ad ciuit.pertinen.vbi tex.vult,ꝙ legatum factū per teſtatorem ad certum vſum, non poteſt in alium vſum ꝙuerti citra Principis auctoritatem. Tñ idem ego arbitror,qñ eſt facta inter
13 viuos,† quia tollere ius ſuum quęſitum ēt per vim contractus p tinet ad habentem ſupremam poteſtatem,vt traditur per Inn. & Doc.in c.quę in eccleſiarum. de conſti.& not in l.quatenus. C. de precib.imper.offer. Hæc ergo commutatio non pōt fieri ſine auctoritate ſedis apoſtoli. vnde auctoritate legati non pōt fieri,quia vt patet ex ſuperioribus,iſtud eſt de reſeruatis Princi-
14 pi.† Nam etiam tollere partibus non cōſentientibus,quod proceſſit per viam contractus,eſſet legem tollere, vt l.legem. C.de pac.& l.legem.C.loca.& in l.in traditionibus.ff.de pact.& ideo legatus non poteſt, vt dictum eſt,facit text.& quod ibi no.glo. in ver.ſede.in c.ſi poſtquàm.de elect.lib.6.

15 † Arbitror tñ in hoc eſſe differentiam, an per viā vltimę voluntatis,vel contractus fiat oblatio in certum vſum pium,quia primo caſu etiam accedente voluntate hæredis, nō poteſt per inferiorem fieri commutatio in alium vſum, licet contrarium voluerit Lap.& malè,ſm quod tenet Zaba.in clem.2. de relig. domi.& Ioan.de Icro.ibi,& mihi placet, cum non agatur de voluntate hæredis,cui poſſit renunciare, ſed de ſeruanda voluntate defuncti.facit quod no.Bar.in l.legatum ff.de vſufru. lega. &
16 l.legatum.ff.de admini.rer.ad ciuita.perti. † Quod tamen multipliciter limitanda eſt. Primò, ſi modò tale relictum in illū vſum poteſt ſeruari ad illum vſum, & ad ipſum ſufficit. Secus ſi de facto propter aliquod impedimētum non poſſet adimpleri in illum vſum, puta reliquit ꝙ certum oratorium leproſorum, vel hoſpitale ædificaretur in certo loco, ꝙ nō poteſt ex aliqua cauſa ibi fieri,vel non ſufficit pecunia relicta ad explēdū, quod teſtator voluit,nam hoc caſu de conſenſu partium, & auctoritate non ſolum legati,ſed etiam Epiſcopi poteſt fieri hæc commutatio, vt not.Inno. c.nos quidem.de teſta.not.Bart.in d.l.legatum.ff.de admini.rerum ad ciui.perti.facit.l.fi. ff. de ope.pub. tenet Ioan.de Ligna.in d.clem.2.de relig. domi. & in cle. exiui. de verbo.ſignifi.in tracta.minoricarum.& per Bart.in tract.mi-
17 noricarum.lib.2. diſtin.2.c.3. † vnde non poteſt hæres propter hanc cauſam repetere relictum,ſed debet conuenire,& cōſentire, vt in alium pium vſum,& modum commutetur, vt d.l.le-
18 gatum.† Prædicta tamen procedunt, niſi teſtator adiecerit,ꝙ ſi legatum, ſeu relictum non poſſet adimpleri ad illum vſum, ad quem teſtator reliquit,ꝙ tunc reuertatur ad hæredem, qa tunc poteſt hæres repetere,vt l.liberto.§.Lucius.& ibi not.Bart.poſt gl. ff. de annu.lega. & ſimiliter ſua voluntate poſſet tunc in aliū vſum commutari,vt ſtatim dicam.Secūdò limitarem, ſi modò cōmutatio in alium vſum non fieret perpetuò, ſed temporaliter ex aliqua iuſta cauſa. & pro hac limitatione allego tex.ſin-
19 gularem in l.j.C.de expen.ludo.lib.12.† vbi patet,ꝙ relictum factum ciuitati ad certum vſum, nō poteſt perpetuo deputari ad alium vſum ſine licentia Principis,ſed cum licentia præſidis poteſt temporaliter commutari. Ex cauſa igitur temporali poteſt commutari cū auctoritate Epiſcopi,& legati,maximè Car-
20 dinalis,† cum tales æquiparentur præfecto prætorio, vt no.glo.
21 & Bal.in l.j.ff.de offic.præfe.præto.† Tertiò limitatur,ſi teſtator expreſsè diſponit,ꝙ auctoritate Epiſcopi,vel ex alterius voluntate,puta hęredis,vel alterius poſſit commutari in alium vſum. nam etiam hoc caſu ſeruanda eſt voluntas defuncti, prout diſpoſuit reſpectu modi implenpi de relicto per eum facto, poſtquàm teſtator voluit,ꝙ auctoritate inferioris, vel ex voluntate illius poſſet cōuerti in alium vſum,dummodo vſus eſſet ho-
22 neſtus.† Quartò limitatur, ſi propter nō adimpletum modum relictum redijſſet ad hæredem, quia tunc voluntate ſua poſſet fieri commutatio in alium vſum, quamuis teſtator nihil dixiſſet.& ratio patet in promptu,quia rei ſuæ, vt dictum eſt, qlibet eſt moderator, & arbiter. Et notabis diligēter prædictas nouas
23 limitationes ad dictam clem.2.de relig.domi.† Sed quando per viam contractus fuit facta oblatio in aliquem pium vſum,non eſt dubium,ꝙ non ſolum auctoritate Epiſcopi,vel legati,ſed ēt ex propria voluntate ipſius offerentis poteſt fieri commutatio, arg.c.j.de reg.iur.& reg.nihil tam naturale. ff.de reg.iur. & l.ab
24 emptione. ff. de pact. † Sed dubium maius mihi eſt, vtrum hoc caſu ex voluntate hæredis contrahentis poſſit hæc commutatio fieri? & videtur mihi attentari poſſe, ꝙ ſic,quia pacta,& conuentiones regulariter reales ſunt, & ad hæredem tranſeunt, vt l.iuris gentium.§.pactorum.& l.tale pactum.ff.de pact. & ideo quod potuit defunctus, poteſt etiam hæres, cui ex contractu defuncti quæſita eſt obligatio, ſicut ipſi defuncto, quod etiam not.eſt ad limitationem.d.clemen.

25 † Quid autem ſi per recipientem relictum,vel oblatum conuertendum in certum vſum pium non adimpleatur modus adiectus,quibus remedijs agendum eſt,vt impletur? Dicendum, vt traditur per Barto.in l.quibus diebus.§. Termilius. ff.de condit.& demonſt.& cuius auctoritate,& diligentia,dicendum,vt traditur in dicta clemen.2. de relig.domi. & de vtroque latiſſimè dixi in tractatu de modis,& cauſis adiectis in vltimis voluntatibus,& contractibus.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtores eleemoſinas,& oblationes recipientes, quales eſſe debeant.*
2 *Orator quid ſit.*
3 *Boni,& prudentis viri officium,quale ſit.*
4 *Quæſtores etiam dicuntur exhortatores.*

Libellus xx.

1 POſteriori † loco,quia ſæpe contingit, ꝙ non ſolum eccleſiæ,hoſpitalia,& loca pia accipiunt oblationes,quæ ſponte ad ipſorum loca ab offerentibus portantur, ſed propter locorum ipſorum neceſſitatem mittuntur ali qui quæſtores,qui prouincias,& ciuitates circuunt, quærendo, poſtulando,& recipiēdo oblationes,& eleemoſinas.Quare meritò dubitari poteſt, quales debeant eſſe ipſi quæſtores. In quo articulo breuiter dicendum eſt, ꝙ tales quæſtores debent eſſe viri

Source : BIU Cujas

viri literati,& veri confratres ipſorum mittentium, ita ꝙ tanq̃ veri fratres illius loci verum ſignum portent, vt eſt tex.expreſſus in c.tuarum. de priuileg. Quod eſt notandum contra iſtos Cerretanos,qui vadunt quærendo pro oblationibus,& eleemoſinis hoſpitalis ſancti Antonij de Vienna,Sanctiſpiritus de Vrbe,ſanctæ Mariæ de Ronciſualle:qui cum ſint veri laici,& vxorati,aſſumunt falſum habitum,& ſignum illius religionis,& vt plurimum ſunt homines illiterati,& pleni mendacijs,& colluſionibus,& cerretana facundia non ſolum ſimplices mulierculas, ſed etiam imprudentes homines plerunq; decipiunt. Atq; vt nos ſtudijs liberalibus operam damus, ita & illi fallacijs, & deceptiuæ facundiæ ſtudia ſectantur, & colunt, & ille apud eos digniori loco præſtantiori extimatione habetur, qui dulcibus, & mellifluis verbis aptius fallere didicit. Placet facundia, & vt talium locorum rectores viros literatos, & facundos mittant, qui ſuaſionibus,& veris argumẽtis,& rationibus catholicos viros ad oblationes prouocent in medium deducentes loci indigẽtiam,atq; neceſſitatem in quam pios,neceſſarios,miſericordes vſus oblationes conuertuntur.Quot, quales, quantos, & q̃ vberrimos, & animabus noſtris ſaluberrimos fructus ex ipſis oblationib. offerentes recipiant, ſicut ex ſuperioribus à nobis
2 explicatis facillimè cõlligi poſſunt.† Intelligere.n.eos oportet, ꝙ orator eſt vir bonus dicendi peritus. Quare huiuſmodi quæ-
3 ſtores,neq; mentiri, neq; mendacium dicere debẽt. † Bonus.n. vir prę̃ſtare debet,ne mentiatur,prudens ne mendacium dicat. faciunt nota.22.q.2.c.primum. & c.is aũt. & c.animaduertẽdũ. & c.is qui. Caueant ergo mittentes huiuſmodi q̃ſtores, ne alios quàm eiuſdem loci fratres laicos,vel clericos falſo eorũ ſigno mittant,quoniam his à quibus ipſos miſſos eſſe conſtiterit per totam illam prouinciam, ad quam miſſi ſunt per archiepiſcopum debet quæſturæ officium interdici.† Ipſi verò quæſtores,
4 quos etiam iura quandoq; exhortatores appellant:ſi laici ſunt, excommunicari;ſi verò clerici,ab officio & beneficio ſuſpendi debent,vt eſt tex.in d.c.tuarum. de priuileg.

Hæc ergo ſunt, integerrime atq; pijſſime Vrbane, quæ in præſentiarum in materia oblationum mihi Mariano Socino Senenſi literis mandare viſum fuit. Laus Deo omnipotenti.

TRACTATVS PERVTILIS, ET QVOTIDIANVS,

De Oblationibus Celeberrimi I.V. interpretis Do Troyli Maluitij Bononienſis.

Reuerendo patri iuris Pontificij egregio Interpreti, ac Canonico Bonon. Do. Ludouico Amuzolis.

Troylus Maluitius Iuris vtriuſq; Interpres, Canonicusq; Bononienſis minimus, ſalutem.



Nterpellaueras me, vir reueren.ac iuris Pontificij interpres egregie, Ludouice Amuzolis, vt in quæſtione illa, vtrum oblationes imagini Sancti factæ infra parochiam conſtitutæ parochiano, vel diœceſano debeantur, remiſſiones in iure collectas ad te delegarem,quas tam in iure ciuili, quàm pontificio diligentiſſimè perquirens, luculenter ſatis ad te miſſurus congeſſeram.In quibus animaduertens te in huius rei veritate enucleanda non parum laboris impenſurum fore, & potiſſimè cum ſenio, vt tu es confectus cartharum pigere ſoleat reuolutio, mea ſtetit ſententia his in diebus feſtiuitatis dominicæ,quibus lecturæ non vacamus, per quoddam opuſculum, & quidem compendioſum te in eo, quod de iure dubitas pro viribus certiorem reddere.Quod equidem libentius peregi, tũ vt partem aliquam amoris erga te mei dilucidè percipere valeas: tum etiam,vt ſi abeſſe me aliquando,vel fortè, vt humanum eſt, oppetere contigerit Troyli tui Maluetij recorderis, qui ſeptem, & viginti iam elapſis annis, te non ſolum vt fratrẽ Concanonicum,ſed velut patrem ſumma, ſicut mereris, proſecutus eſt veneratione. Hunc igitur libellum, vir reuerende, tuo nomini dedicatum benignè ſuſcipies.In quo ſi quid,quod aures tuas offendat,ingenij mei tarditati:ſi verò aliqd iuri conſonum, ac laude dignum inueneris, diuinæ maieſtati bonorũ omnium largitrici attribuendum eſſe cenſeas.

De oblationibus eccleſiæ, vel altaris, ſeu imagini Dei, vel alicuius Sancti factis, Opuſculum.



Vbitatio talis extitit anno domini M.cccclxxix. pullulante in hac regia ciuitate Bononiæ morbo, & quidem grauiter epydimiæ, beatiſſima virgo, ac omnium fidelium parens deuotiſſima ſummam ſuæ deitatis volens oſtendere potentiam, nonnulla cœpit exercere miranda,tã in perſonis morbum ipſum,quàm alias quaſcunque infirmitates patientibus eidem deuotè vouentibus media quadam eius imagine in porticu eccleſiæ ſancti ſpiritus Verecundorum depicta in Galeriæ regione.infra parochiam ſancti Andreæ ibidẽ vicini ſituatæ.ad quam cum tota ferè ciuitas, & potiſſimè mulieres,tanquam genus magis deuotum, necnon peregrini, quã plurimi cum votis tam argenteis,quàm cereis,immenſisq; oblationibus confluerent, de quatuor extitit dubitatum.Primò, an licitum ſit facere oblationes imagini Dei, vel Sanctorum. Secundò,poſito ꝙ ſic, à quibus dictæ oblationes, & de quibus rebus poſſint recipi.Tertiò,cui applicari debeãt, an ſcilicet domino loci,puta adminiſtratori dictæ eccleſiæ,vt eſt in caſu noſtro,vel domino loci priuati, vt ſi contingeret oblationes fieri alicui imagini depictæ in pariete domus priuati,an verò dẽant applicari Deo. Quartò, dato quòd applicentur Deo, quis eas habere debeat nomine ipſius Dei, an Epiſcopus loci, an verò parochianus presbyter infra cuius parochiam eſt imago, cui factæ ſunt oblationes.

SVMMARIVM.

1 *Diſputatio omnis à diffinitione proficiſci debet.*
2 *Oblationum prima ſpecies,quid ſit.*
3 *Oblationum ſecunda ſpecies.*
4 *Tertia ſpecies oblationum quæ ſit.*
5 *Et quæ ſit quarta ſpecies.*
6 *Oblationem imagini an facere liceat.*
7 *Picturas in eccleſijs fieri, quare per Agatenſe concilium prohibitum fuit.*
8 *Picturas,& imagines Sanctorum facere,prohibitum non eſt.*
9 *Imagines Sanctorum, quare à Chriſtianis venerentur.*
10 *In latria,quę requirantur,& quæ in dulia.*
Latria,quid ſit.
Dulia,quid ſit.
11 *Deus,quomodo adoretur.*
Imagines,& Crux,quomodo adorentur.
12 *Latria,& dulia, inter ſe differunt.*
13 *Picturis,& imaginibus hodie vti,licitum eſt, & infra nu. 16.& 17.*
Greci quare picturis vtuntur ſolùm vſq; ad vmbilicum, inferius non.
14 *Picturas,& imagines non licebat facere,ſecundum vetus teſtamentum.*
15 *Imagines,quare ab initio Deus prohibuerit.*

Dubium primum.

1 

Irca primum † dubium ante omnia præmittendum eſſe cenſeo, quod eleganter dixit Cice. in j.Officiorum li. circa prin.Omnis,inquit, quæ à ratione ſuſcipitur de re aliqua diſputatio,debet à diffinitione proficiſci. refert Bald. in prælud. feu.in 5.col.quæ originalis philoſophi in 6. Topicorum libro fuit ſententia, necnon de mente Iuriſconſulti, in quampluribus locis, & maximè in l.j. ff.de teſta. & in l.j.ff de tutel.cum ſimi. Quare cum de oblationibus, de quibus.ſ.in rubro prę̃miſi, in præſentiarum ſim tractaturus, ante omnia de oblatio. huiuſmodi quidditate quę̃rendum eſt . Item quot ſint oblationum ſpecies, & ſecutus Hoſtienſ.in ſumma de paroch. in §.2. verſicul. hic tamen ſciendum eſt, &c. dico tres eſſe ſpecies.

Prima eſt alicuius rei,Deo, vel eccleſiæ inter viuos ſpõte facta donatio.& de hac principaliter in hoc opere fiet ſermo, & hæc erit ſua diffinitio. Secunda ſpecies eſt alicuius rei donatio Deo,vel eccleſiæ cauſa mortis facta, quæ ad inſtar, & exemplũ legatorum hodie redacta eſt,vt idem iuris ſit in vtriſq;,vt Inſti. de donat.in §.2.ſecundum Hug.quod,vt dicit Hoſtiẽ.aliud non videtur,quàm mortuarium,ſiue legatum, vel relictum pro anima,de quib.in c.officij.& in c.requiſiſti.de teſta. & in c.fi.de reb. eccle.non alie.& in c.conquerente.in §.j de offi.ord. Tertia ſpecies eſt quotidiana,& vſualis,quàm faciũt fideles ad altare, vel manum ſacerdotis, & hæc presbytero parochiali ſoluenda eſt, qui pro populo orare debet.& de hac aliquid dicam j. in quar-
2 to dubio,circa fi.in quadam mea diſtin.† Poſſumus & aliter dicere, ꝙ quatuor ſunt ſpecies oblationum. Prima, vbi aliquid exhibetur in cultum diuinum ad actum latriæ pertinentem,ſicut eſt oratio, & talis obligatio dicitur ſacrificium, iuxta illud Pſalmiſtę in pſal.li.Dirigatur oro mea ſicut incenſum in ꝓſpectu

Source : BIU Cujas

tu tuo,iuncta glo.ibi,quæ dicit, qui talia ſacrificia videntur offerre Domino in odorem ſuauitatis. & ita intelligatur quod habetur Exodi 29.capitu.vbi dicitur, offerens totum arietem in incenſum ſuper altare oblatio eſt Domino, & odor ſuauiſſimus.& idem habetur Leuit.2.c. † Secunda ſpecies oblationis eſt,vbi aliquid Deo exhibetur cum quadam profeſſione, iuxta illud,quod habetur Deute. capitu.26.& hæc oblatio fit de fructibus,qui de terra percipiuntur,& offeruntur Deo in recognitionem dominici beneficii,quaſi quis profiteatur ſe à Deo fructus terræ percipere.Et ideo ad aliquid Deo exhibendū ſe obligat,iuxta illud Paralipomenon primo.capitu.vlti. quæ de manu tua accepimus,dedimus tibi. † Tertia ſpecies eſt,vbi oblatio de neceſſitate fit ad ſuſtentationem miniſtrorum Dei, & hæc pertinet quo ad decimas,quæ dicuntur offerri, iuxta illud Exo. 22.Decimas,& primitias nō tardabis offerre Domino.† Quarta ſpecies eſt, vbi aliquid offertur diuino cultui deputandum, & hæc oblatio fit voluntariè,de qua habetur Exo.25.ab homine,qui offert vltroneus eas ſcilicet oblationes accipietis, &c.& de hac quarta ſpecie oblatiōis noſter erit hic ſermo.& has quatuor ſpecies oblationis præmiſit ſolennis Doc.Maria.Socin.in ſuo trac oblationum,in primo libello,in princip.† His pro clariori intelligentia ſic præmiſſis,videbatur dicendum, ꝙ non liceat facere oblationem imagini,cum ipſi imago ſit reprobata, iuxta illud Exod.20.capitu non facies tibi omnem ſimilitudinem eorum,quæ in cælo,vel in terra,vel in aquis, vel ſub terra ſunt.Item ibidem,non facies ſculptile,neque imagines.Itē Leuiti.: 6.capit. Non facietis idolum,neque ſculptile. Faciat illud prophetæ in pſalmo 96.confundantur omnes qui adorāt ſculptilia,& qui gloriantur in ſimulachris ſuis.& in pſal.113. Simulachra gentium,argētum,& aurum, opera manuum hominū, ſimiles illis fiant,qui faciunt ea,& omnes qui confidunt in eis. † Et ideo fortè hac ratione motum concilium Agatenſe prohibuit picturas in eccleſiis fieri,& ꝙ colitur, & adoratur in parietibus depingi, ſecūdum Guil. Duranti in Rationali diuinorum officiorum,in j.parte,in rubr.de picturis & cortinis, & ornamentis eccleſiæ,qui alleg.ad hoc capitu.placuit. de conſecr. diſtin.3.Sed non reperio ibi decretalem incipientem, placuit, quæ hoc probet,vnde Archid.in capitu.ſextam.ea.diſt. in fi.dicit ꝙ concilium Elibertanum fecit dictam prohibitionem, & allegat.quod habetur Bro. libro 3.capitu.placuit picturas, &c. † Sed in contrarium quod nō ſit prohibitum facere imagines, vel picturas Dei,vel Sanctorum,probatur in capitu. perlatum. ea.diſtin.vbi Grego. ſcribens Maſilienſi. epiſcopo ſic inqt:Aliud per picturæ hiſtoriam,quod fit adorandum addiſcere: nam ꝙ legentibus ſcriptura hoc idiotis præſtat pictura cernentibus,qa in ipſa ignorantes vident, quod ſequi debeant. In ipſa legunt qui literas neſciunt.vnde & prædictis gentibus pro lectione pictura eſt. † Idem probatur in capitu. venerabiles imagines. ea. diſt.vbi dicit litera,venerabiles imagines Chriſtiani non Deos appellant,nec ſeruiunt eis vt diis, neque ſpem ſalutis ponunt in eis,nec ab eis expectant futurum iudicium, ſed ad memoriā, & ad reuocationem primitiuorum venerantur eas, & adorāt, ſed non ſeruiunt eis cultu diuino, nec alicui creaturæ. † Et gl. ibi ſuper illo verbo adorant,declarādo dicit.ſ.latria, in qua exiguntur charitas dilectionis,& multitudo ſacrificiorum, & veneratio.In dulia verò vnum,ſcilicet veneratio, & in hoc ſenſu ſecundum illam glo.poſſumus quamlibet rem ſacram adorare, ideſt reuerētiā exhibere. & ſic ſm Arch.ibi,duę ſunt ſpecies adorationis,latria, & dulia.Latria eſt ſeruitus, ſiue cultus Soli Deo deditus.Dulia eſt ſeruitus,q̄ debeē creaturæ.Vnde verſus;

Dulia fit ſeruo, debetur latria Chriſto.

† Adoramus ergo Deum ipſum diligēdo, ſuper omnia credendo in eum ſacrificia offerendo, & ſuper omnia reuerentiā exhibendo.Sed adoramus crucem,& imagines reuerentiā exhibendo,non autem in eas credendo, nec ſuper omnia diligēdo,nec ſacrificium impendendo.hoc enim eſſet idolatriā cōmittere,vt in capitu.acceſſerunt.de conſec.diſtin.2.& in capi.j. de conſe.diſt.3.ſecundum ipſum Archid.in d.capitu.venerabiles. Facit ad prædicta glo.not.in capitu.ſi canonici.§. fina.& ibi Domi.de Sanct.Gemi.de offic. ordi.libro 6.† Et de differentia inter duliam,& latiam,vide Tho.2.2.quæſtio.103.artic. 3. idem pro hac opinio.allegari poteſt illud euangelij Matth. 18.tranſumptiuè verò in capitu. iam nunc. 28. quæſtio.j.vbi Chriſtus videtur approbaſſe imagines, inquantum interrogauit Iudæos dicēs,Cuius eſt hęc imago? & illi reſponderūt, Cæſaris. ipſe verò dixit, Reddite quæ sūt Cæſaris Cæſari,& quæ ſunt Dei Deo. ſi enim non reprobauit imaginem ſimplicis hominis, multo minus videtur reprobaſſe imagines Sanctorum. Item adduci poſſet text.in dicto capi.ſextam. vbi fit mentio de pictura agni repreſentātis Chriſtum,per quem text.ſequutus hanc opinio. dixit ibi Archid.derogatum eſſe dicto concilio Elibertano,& etiam per generalem conſuetudinem eccleſiæ,& ita dicit tenere Vgucionem. Ad allega.tamen in contrarium non reſpondet,nec vllam de eis facit mentionem,ſed Guili.in loco ſupra allega. de ipſis mentionem faciens,ea videtur intelligere, quādo immoderatè vteremur picturis, & imaginib. immoderatè verò vti picturis ad repræſentandū mala vitāda, & bona imitāda,dicit non eſſe reprehenſibile. & alleg.illud quod dixit Dñs ad Ezechielem, Ingredere, & vide abhominationes peſſimas, quas iſti faciunt, qui ingreſſus vidit omnem ſimilitudinem reptilium,& animalium, & vniuerſa idola domus Iſrael depicta in pariete. ad hoc etiam alleg.poteſt illud Exod.20. non facies tibi omnem ſimilitudinem eorum,quæ in cęlo, vel in terra, &c.de quo mentionem feci ſupra in princip. & ſic prædictā opinio.† quòd licitum ſit vti picturis,& imaginib.tenuit etiam ipſe Guiliel.dicens,quòd Græci ſimiliter vtuntur eis pingentes illas ſolùm,vt fertur,ab vmblico ſupra & non inferius, vt omnis ſtultæ cogitationis occaſio tollatur, nullam tamen ſecundum eum faciunt ſculptilem imaginem propter illud Exo.20. capitu.de quo ſupra memini. † Ego verò in hoc tenendo eandem opinio.aliter dicerem. Aut loquimur ſecundum legem veteris teſtamenti, & procedant allegata pro parte negatiua.ſ. quòd nō liceat facere imagines,vel picturas: aut loquimur ſecundum legem noui teſtamenti,& procedāt adducta pro parte affirmatiua. Ratio diuerſitatis poteſt eſſe: † Nam prænoſcēs ab initio ipſe Deus æternus,quòd inſtinctu naturæ ſecundarię, hoc eſt cęlorum,homines erant inclinati ad idolatriam, per illud quod dixit Leui.26.quod ſupra retuli, puta ad colendum planetas loco deorum,vt olim faciebant: nam aliqui colebāt Lunam,aliqui Solem,aliqui Venerem,aliqui Iouem, & ſic de ſingulis,voluit prohibere imagines,& omnia ſculptilia, ne per repręſentationem in eis factam faciliorem haberent homines materiam faciendi ſibi Deos falſos,cum ipſe ſolus ſit Deus verus,& per conſequens illud vēturum erat in opprobrium maieſtatis ſuę, & potiſſimè cum adhuc Chriſtus ipſius Dei filius non eſſet incarnatus,nec Sancti etiam adhuc eſſent,pro quorū meritis,& exemplo,ac vitę imitatione, vt infra dicam, imagines meritò fieri poſſent. † In præſentiarum verò, cum Chriſtus ſit incarnatus, & mortem ob humani generis redemptionem paſſus. Item martyres pro ipſius Chriſti fide mortui,cæterique Sancti bonis, ac perfectis operibus eum imitantes in cęleſti patria ſecū gaudentes reperiātur, viſum fuit eccleſiæ Sanctæ nō eſſe inconueniēs facere imagines,vel picturas, vel ſculptilia,non ſolùm Chriſtum,ſed etiam Sanctos ad ipſorum imitationem repræſentantia.Nam,vt dixit beat. Thom. de Aquino in 4.ſententiarum,per nonnullos relatum,licèt in fonte inuenire non potuerim,ad alterius imitationem factæ ſunt imagines. idem voluit Archid.in dicto capitu. ſextam. in princip. & fuit etiam de mente Guil.in loco ſupra alleg. quæ ratio imitationis ceſſauit ante aduentum Chriſti, & Sanctorum, ergo debuit ceſſare confectio imaginum,& picturarum, argum. ca. cum ceſſante.de appella.& in l.adigere.§.quamuis. de iure patro. † Et per hoc concludo, quòd hodie ſecundum legem noui teſtamenti,quam nos Chriſtiani ſequimur, non eſt prohibitum facere imagines,vel picturas,vel ſculptilia Dei,vel Sanctorum eos repræſentantes,vel repræſentantia,& per conſequens licitum eſt eis facere oblationes.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes,à quibus recipiendæ non ſint,& infra num.3.*
Gazophilatium,quid ſit.
2 *Argumentum à ſufficienti partium enumeratione, validum eſt.*
4 *Eleemoſina à meretrice accipi poteſt.*
Idem ab opprimente ruſticos,ſed non oblatio.
Rationem diuerſitatis vide infra num.11.
5 *Excommunicatus,quare eleemoſinam,& non oblationem facere poteſt.*
6 *Eleemoſina,licèt fiat in publico,tamen genus eleemoſinę non mutatur.*
7 *Decimæ à meretrice, & excommunicato, & ab alijs licitè recipiuntur,vide infra numero 18.*
8 *Oblatiōes criminoſorū,qñ crimina notoria sūt,recipi nō debēt,& infra nu.9.*
10 *Exempla regulam non reſtringunt.*
12 *Eleemoſina, qualis Deo placeat.*
13 *Bona illicitè acquiſita in bonis noſtris non ſunt.*
14 *Mercedem proſtribuli non accipias,quomodo intelligatur.*
15 *Oblationes à quocunque recipi poſſunt per poſitos in neceſſitate.*
16 *Neceſſitatis tempore omnia communia ſunt.*
17 *Neceſſitatis tempore neceſſaria ab excommunicatis emi poſſunt.*
19 *Meretrix non publica, puta amaſia alicuius, tenetur erogare pauperibus, quod habuit ab amaſio intuitu luxuriæ.*
20 *Oblationes imagini fieri non poteſt de illicitè acquiſitis.*
21 *Hoſtiæ impiorum abhominabiles ſunt,quæ ex ſcelere offeruntur.*
22 *Oblationes non licèt facere etiam de iuſtè acquiſitis,vbi in alterius prę iudicium tenderet.*
23 *Pater filium exhæredare non debet,vt Deum hæredem inſtituat.*
24 *Pater nō dicitur facere actu piū,ſi de pauperādo filiū, pauperib. relinquat.*
25 *Patri infideli potius ſubueniendum eſt, quàm extraneo fideli.*
26 *Oblationes facere non licèt de licitè queſitis,vbi ſcandalum oriturum eſt.*
27 *Prælatus non debet promouere cauſam eccleſiæ,quando ei fit prędicium.*
28 *Papa nō pōt cōmittere criſma clericis inferioribus.quādo oriturū eſt ſcandalū.*

Source : BIU Cujas

Papa, quare sibi successorem eligere non potest.

29 *Rem meam recuperare non possum, licèt mihi non administretur iustitia, vbi oriretur scandalum.*

30 *Emphyteuta quando per dominum propria auctoritate expelli possit.*

31 *Oblationes fieri non possunt de licitè quæsitis, quando ex hoc oriretur superioris contemptus.*

32 *Meretrix, licèt turpiter faciat, non tamen turpiter accipit.*

¶ Dubium secundum.

CApio secundum dubium, & dato, quòd sit licitum facere oblationes imagini, quæritur à quibus dictæ oblationes, & de quib. rebus possint recipi? & quantum ad personas reperio nota. text. in capitu. oblationes. 90. distin. vbi dicitur,
1 † Oblationes dissidentium fratrum fœneratorum, raptorum, virginum, & oppressorum pauperum, neque in sacrario, neque in gazophilatio recipiantur. & gloss. ibi exponit, idest archa, vel locus vbi reponuntur oblationes, a gaza quod est diuitiæ; & philare, quod est seruare. alibi dicitur carthofilatium, vt in capitu. j. & ibi gl. vbi aliàs de hoc dixi in mea repeti. de probatio. Subdit etiam text. in dicto capitu. oblationes. similiter dona eorum, qui pauperes opprimuntur, à sacerdotib. refutanda sunt. vnde videtur ibi text. quòd exceptis personis, de quibus ibi, licitum est sacerdotibus ab omnibus recipere oblationes factas ipsi imagini: nam qui vnum dicit, aliud excludit. l. cum prætor. de iudi. l. maritus. C. de procura. capitu.
2 nonne. de præsumpt. † Item validum est argumentum à sufficienti partium enumeratione. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. & in §. actionum. Institu. de actio. ergo exceptis enumeratis in dicto capitu. oblationes. licitum erit sacerdotibus ab omnibus aliis capere dictas oblationes. † Tamen gloss.
3 in dicto capitu oblationes. tenet contrarium, in quātum enumerat nonnullas aliàs personas, à quibus non est licitum capere oblationes scilicet à sacrilego, vt in capitu. de viro. 12. quæst. 2. Item ab eo, qui seruum fugientem ad ecclesiam extraxit, vt in capitu. miror. 17. quæstio. 4. Item à raptore, vt in capit. super eo. de rapto. Item ab vsurario manifesto, vt in capi. quia in omnibus. de vsur. Item aliquando à pœnitente, vt in capitu. eos. de
4 consecra. distinct. 4. Item a meretrice, † licèt secundum illam gloss. ab ea possit recipi eleemosina. idem dicit in officiali, qui in officio opprimit rusticos, & correctus nolit cessare, nam ab eo nō debet recipi oblatio, licèt eleemosina possit recipi, idem voluit gloss. quo ad ipsum, & meretricem, in summa, 14. quæst. 5. Facit gloss. in capit. ex transmissa. de decim. Additur alia persona, à qua non licèt capere oblationem, scilicet excommunicatus, secundum Innocen. Domi. Anton. & Abba. in capitulo cum voluntate. de senten. excommu. quòd dicunt esse verum, si publicè, secus si est priuatè excommunicatus. Et ratio est, ne ecclesia videatur consulere ipsi peecatori, & approbare eius de
5 lictum, quod non est dicendum, cum ipsa sit cultrix, & adiutrix iustitiæ, vt in capitu. j. de alien. feud. † Et ideo volunt præfati Doctor. quòd talis excommunicatus potest facere elemosi-
6 nā, quia eleemosina fit in occulto, iuxta illud † Matth. 5. Cum facies eleemosinam, noli tuba canere ante te. I tē ne sci at sinistra tua, quid faciat dextera tua. & ecclesia non iudicat de occultis. capitu sicut tuis. in fin. de simo. dicit tamen Domi. Anto. vbi supra quòd licèt eleemosina fiat in publico, per hoc nō mutatur genus eleemosinę, quin percipi possit, quia eius natura regularis est considerāda, quæ debet potius fieri in occulto, vt
7 prædixi. † decimæ verò reales à talibus licitè recipiuntur, vt in capit. de terris. de decim. & hoc dicit Dominus Anton. tenere Innocen ibi. Et cum prædicta opinio. quantum ad excommunicatum transiuit egregius Doct. Maria. Socin. in tracta. suo, de senten. excommu. in 18. principali, artic. 2. quæ. principali, & dubio 22. & fuit de mente Ioan. de Ana. in capitu. quia in omnib.
8 in 13. aliàs in 14. col. de vsur. † Sed quantum ad principale dubium nostrum reperio dictum Innoc. quòd pro notabili allegat, & sequitur Abb. in capitu. ex transmissa. de decim. qui dicit, ꝙ ecclesia nō debet recipere oblationes criminosorum, si eorum crimina sunt notoria, argu. cap. miror. 17. quæst. 4. & idem tenet dictus Maria. in tracta. de oblationib. libello 4. in primo dubio, licèt nullam faciat mentionem de Inno. nec de Abb. & ratio est, secundum ipsum Maria. ne ecclesia videatur taliū peccata publicè approbare, quod non est dicendum, vt supra dixi. & ideo Archid. in dicto capitu. oblationes. dicit quòd dispositio illius decretalis emanauit in odium illorum, de quibus ibi in littera, ne nimiam fiduciam habētes in eleemosinis, & oblationibus suis, impunè se posse delinquere credant: non. n. multum offerenti, sed multum pœnitenti venia promittitur. 24. q. j. c. odi. & vt confusi sic, saltem erubescant, & corrigantur. 12. q. 2. de viro. 32. quæstio. 2. latorem, secundum Vgucio. Prædictam tamen doctrinam Innocen. videtur restringere Maria. in dicto tracta. nisi esset tale delictum, propter quod quis esset extra ecclesiam, puta excommunicatus, vel similis, quia indubitanter ecclesia non debet a tali recipere oblationes, quas Deo, vel ecclesiæ faceret, & ita dicit posse intelligi. capitu. de viro. 12. quæ. 2. & capitu. miror. 7. quæstio. 4. secus si esset tale delictum, propter quod quis nō esset exclusus ab ecclesia, quōd a tali regulariter oblatio est recipienda, nisi aliquo iure specialiter reperiretur prohibitus, & ita secundum eum procedant iura contra-
9 ria. † Mihi videtur cum supportatione, dictū Inno. debere simpliciter procedere, siue criminosus sit extra ecclesiam propter crimen, siue non, dummodò crimen sit notorium, vt dicit Innocen. per rationem superius adductam, & secundum hoc dictum Innocē. poterit intelligi quod dixit Vguc. relatus per gl. in dicto capitu. oblationes. videlicet quòd ille text. intelligi debet generaliter de quolibet, qui sit in mortali peccato, nā suppleri debet, scilicet notorio, & sic Innocen. rē intellexit de peccato mortali, dum dixit, quod si crimen est notorium, &c. per text. iuncta glo. in verbicu. criminale. in §. criminis. 25. distinct. Sed quomodo respondebimus ad text. in dicto capitu. oblationes supra in princip. dubii per me inductum. possumus dicere,
10 secundum Vgu. ibi, † quòd illud, quod dicitur in illo text. dicitur causa exempli, & exempla non restringunt regulam, text. est nota. in l. damni infecti stipulatio, la 2. in fin. de dam. infec. facit l. j. ff. vti possid. & capitu. dilecta. de confirma. vti. vel inutil. voluit Bald. in l. nulli. in j. colum. C. de iudi. & ideo dixit Philosoph. Exempla ponimus, non vt ita sit, sed ita intelligamus. extenditur ergo dictum capitu. oblationes. ad personas similes personis, de quibus ibi, & eandem rationē habentes, per id qđ dicit Bald. ad declarationem d. l. damni infecti. in l. de quibus. ff. de legi. quod etiam videtur esse de mente glo. in l. damni. Et sic cessabunt illa argumēta per me superius in principio dubii facta, scilicet quòd qui vnum dicit, aliud excludit. Item valet argumentum a sufficienti partium enumeratione, &c. Item in-
quantum gloss. in dicto capitu. oblationes. in finalibus verbis,
11 † quòd officialis opprimens rusticos, ac meretrix, possunt facere eleemosinam, nō autem oblationem, quæri potest de ratione diuersitatis. Et ratio est, quam supra posui loquens de excōmunicato, scilicet ꝙ oblatio fit in publico, sed eleemosina fit in occulto, &c. Sed contra hanc rationem facit illud Deutero. 23. capitu. non accipias mercedem prostibuli. & Esaias, Nō accipias mercedem meretricis, vt refert gloss. in dicto capitu. ex transmissa. & gloss. in dicta summa. 14. quæst. 5. & ideo Abb. in dicto capitu. ex transmissa. reprehendit Cardin. ibi dicentem, ꝙ ecclesia potest in secreto recipere decimam a meretrice, qa hoc casu cessat scandalum. nam dicit Abba. ꝙ illa auctoritas Deutero. Non recipies, &c. simpliciter loquitur. Item quia meretrix, & similes confirmarentur in eorum iniquitatibus, &
12 ecclesia notaretur de cupiditate. † Item contra prædictam rationem facit capitu. eleemosina. 14. quæstio. 5. vbi dicitur ꝙ Deo placet eleemosina quæ non ex illicitis, & iniquitate cōgeritur, sed quæ de rebus concessis, & bene acquisitis impenditur, facit
13 capitu. non est putanda. j. quæst. j. † Nam illicitè acquisita non sunt in bonis nostris. l. cum duobus. in §. fin. ff. pro soc. Ergo sequitur, ꝙ ecclesia non debet recipere oblationes, nec eleemosinas meretricis, & officialis opprimētis rusticos. Et de oblationibus idem tenuit Thom. secunda secundæ. quæst. 86. articu. 2. Tamen communis opin. est in contrarium quantum ad eleemosinas. Nam si verum est, ꝙ ex illicitè acquisitis nō transfertur dominium, vel transfertur, sed competit repetitio, non potest fieri eleemosina, vt in vsura. capitu. debitores. de iureiuran. & in simonia. capi. veniens. de simo. sed non si datur repetitio, & transfert dominium bene fit de illo eleemosina, vt si aliquid dat meretrici, illud nō dōt repeti. l. idē & si. in §. quotiens. ff. de cōdi. ob turpem cau. illa. n. turpiter facit ꝙ sit meretrix, sed nō turpiter accipit, cum sit meretrix, dicit ibi text. notabi. vnde de tali pōt meretrix facere eleemosinam, idem est de eo qđ extorquet officialis a rusticis, & ab aliis per officium suum, vt in cap. nō sanè. 14. q. 5. ita dicit gloss. in dicta summa, & in d. c. ex transmissa. † Non obstant mō. s. allegata in ꝓrium, & maximè illa
14 auctoritas, nō accipias mercedem prostibuli, &c. qa illa nō intelligitur de eleemosina, quæ fit in occulto, sed de oblatione quæ fit in publico, vt sic ꝑꝑ ruborem meretrix, quæ offerens à sacerdote repellit, cōuertatur. ita dixit gloss. in dicta summa. & cū hac opi. trāsiuit Innoc. & cōiter Docto. in d. c. ex transmissa.
15 † Tñ qđ dictum est de oblationib. limitari potest nō procedere in his, q in necessitate positi sunt, qa tales passim a quocunq; possunt recipere oblationes, secūdū Inn. quem sequunt Doc. maximè Abb. in d c. cum voluntate. quamuis gl. ibi in ver. præsertim, videatur hoc intelligere in prædicatorib. positis in ne-
16 cessitate: † nam tempore necessitatis omnia cōia esse debent in necessitate positis, nec iura aliquem excipiūt, vt in §. j. 42. distinc. & in c. sicut. vbi no. 47. distinc. & in c. si quis per necessitatem. de fur. vnde tex. in c. quādo multos. 11. quæst. 3. indistinctè
17 vult, † ꝙ tpe necessitatis ab excommunicatis possint recipi necessaria, & emi. ergo videtur ꝙ opi. Innoc. sit verior, quàm opi. gl. in d. c. cum voluntate. vt quilibet sacerdos positus in necessi-
18 tate possit a quocūq; recipere oblationes. † Item dū superius dixi, sm Abb. qui reprehendit Card. ꝙ non est licitum recipere

decimam

Source : BIU Cujas

decimam etiam in ſecreto à meretrice, & ſimilibus perſonis, &c. Facit illud, Honora Deum de tuis iuſtis laboribus, de quo in cap. non eſt putanda. 1. quæſtio. 1. quòd dictum ad hoc de decima allegauit gloſſ. in cap. decimæ. 16. quæſt. 1. Tamen domi. Anto. poſt gloſſ. in d. cap. ex tranſmiſſa. diſtinguit, aut loquimur in decimis realibus, vt quæ debentur ratione prædij, & hæc ab omnibus licitè percipiuntur, nam eccleſia ſuum recipit: aut loquimur in decimis perſonalibus, & iſte non poſſunt percipi à meretricibus, & ſimilibus perſonis, ne ſacerdotes eas percipientes huiuſmodi perſonis videantur immunitatem præſtare. Fallit hoc, vbi tales perſonæ pęniterent, nam eccleſia non debet eorum decimas reſpuere, nã in eis non debet inſpici, quod fuit ca
19 pitul. 50. diſtinct. Sed vbi non pęniterent, tunc de conſenſu dicę ceſani, vel rectoris poterunt de dictis decimis facere eleemoſynam, & hæc ſecundum domi. Anto. fuit ſententia Lauren. & Innocen. in d. cap. ex tranſmiſſa. & ibi dicit Abb quòd hanc opinionem videntur ſequi communiter Doctor. ibi. Et prædicta diſtinctio fuit de mente Thom. ſecunda ſecundæ, quæſtio. 87. articu. ſecundo. Sed quantum ad decimas perſonales dicit procedere, ſecundum conſuetudinem patriæ, & indigentiam mini-
20 ſtrorum, & ita intelligit cap. decimæ. 16. quæſt. 1. † Et quod dixit de meretrice, procedit in publica: non publica verò, puta amaſia alicuius, tenetur erogare inter pauperes illud quod dono intuitu luxuriæ habuit à dicto amaſio, ſecundum Cyn. in l. cum teſt. C. de condictio. ob turpem cauſ. ſequitur Dominus meus in capit. pen. de iudic. Et per conſequens erit caſus, in quo à tali meretrice licitum erit capere eleemoſynam, quod eſt notandum ad limitationem eorum, quæ ſupra dixi de eleemoſyna.
21 † Quantum verò ad res, de quibus poſſint oblationes fieri ipſi imagini, concluſio eſt, quòd fieri debent de rebus proprijs, & legitimè acquiſitis, non autem illegitimè, & inutilè, vt habetur Eccleſiaſt. 34. cap. tranſumptiuè in cap. ſecundo. 14. quæſt. 5. vbi dicitur, immolantis ex quo oblatio eſt immaculata, dona iniquorum non probat altiſſimus. Et ſubdit, qui o ert ſacrificium de ſubſtantia pauperum, quaſi victimat filium in conſpectu pa-
22 tris ſui. vnde dicitur Prouerb. 15. cap. † hoſtiæ impiorum abominabiles ſunt, quæ offeruntur ex ſcelere, de quo in capitu. non eſt putanda. 1. quæſt. 1. & ibi etiam dicitur, Honora Deum de tuis iuſtis laboribus, quod originaliter ponitur Prouerb. 3. capitu. faciunt quæ dixi in præcedenti quæſtio. Nec obſt. contra prædicta, ſi quis apponeret de eo, quod habetur Exod. 3. & 12. cap. vbi dicitur, quòd filij Iſrael exituri de Aegypto à vicinis ſuis accepe runt mutuo vaſa aurea, & argentea, ex quibus poſtea ędificauerunt tabernaculum Domino, de quo tranſumptiuè in §. econtra. & in cap. dixit Dominus ad Moyſen. 14. quæſt. 5. Nam Auguſtinus in dicto cap. dixit, reſpondet quòd quis non debet ex illa auctoritate ſumere exemplum ad proximum ſpoliandum. hoc enim iuſſit Deus, qui nouerat quid quemque pati oportet. † In aliquibus de iuſtè acquiſitis non licet facere oblationes. Primus eſt, vbi renderet in alterius præiudicium: verbi gratia, ſi filius illud Deo offerat, vnde patrem nutrire debet, quod
23 Epiſcopus improbat, vt habetur Matth 25. † ſicut econtrario in ſimili dicit Auguſtinus, quòd pater non debet exhæredare filium, vt inſtituat Deum hæredem. cap. quicunque. 17. quæſt. 4. quem tex. ad hoc alleg. gl. in l. ſi quis ad declinandam. C. de epi. & cle. facit glo. l. Papinianus. §. ſi Imperator. ff. de inoffi. teſta. & glo. in cap. 1. in ver. trebellianicæ. circa fin. de teſta. lib. 6. & ideo
24 dixit Ang. in Auc. quomodo opor. epiſc. in §. ſed neque. † quòd pater non dicitur facere actum pium, ſi relinquit pauperibus depauperando filium ſuum, & alleg. Auguſti. de quo ſupra. ad
25 hoc facit, † quia primò ſubueniendum eſt ſuis, quàm alienis. ca. non ſatis. 86. diſtin & ibi dicit gloſ. no. quòd obligor ſubuenire potius patri meo infideli, quam extraneo fideli. idem voluit gl.
26 in cap. 1. 30 diſtin. facit glo. in cap. quieſcamus. 42. diſtin. † Secundus caſus eſt, vbi propter tales oblationes oriturum eſſet ſcandalum, quia tunc non licet facere oblationes, facit c. nihil enim
27 ſcandalo. de præſcri. † & ibi dixit domi. Anto. quòd ſi prælatus promouet cauſam eccleſiæ ſcandalo imminente, vt quia eam promouet cum potenti homine, debet ceſſare, nec fit præiudicium eccleſiæ. facit quod dicit glo. ſing. in cap. ſi Papa 40. diſtin. quòd quamuis Papa de ſolo crimine hæreſis poſſit accuſari, poterit de alijs criminibus accuſari ſi eius exemplo eccleſia ſcan-
28 dalizetur. † & ideo dixit Innocen. in cap quanto. de transla. prælа. quòd ſi Papa vult committere crisma clericis inferioribus, & oriturum eſt ſcandalum, non poteſt committere. Item non poſſet deponere omnes epiſcopos eccleſiæ propter ſcandalum. gl. ſing. in c. per principalem. 9. quæſt. . & hæc etiam fuit vna de rationibus quare Papa nõ poteſt ſibi eligere ſucceſſorem, de qui
29 bus per gloſſ. not. in § his auctoritatibus. 8. quæſt. . † facit etiam quod dicit Innocen. in capitu. cum olim. de reſtit. ſpo. ℭ quauis ſit mihi licitum rem meam per vim recuperare, ſi mihi non adminiſtretur iuſtitia, ſm gl. no. in l. nullus. C. de iudę. & in c. ius gẽtium. 1. di. hoc non procedit, vbi orietur ſcãdalum, facit ẽt quod dixit Card. in reportationibus ſuis, in ca. potuit. de loca. in gloſſ. in verſicu. expelli. quòd in quantum voluit Barto. in l. ſecunda. C. de iu. emphyt. quem ſequitur Dominus Anton. in dicto ca-
30 pitu. potuit. † quòd Dominus non poteſt expellere emphyteutam de emphyteuſi, etiam ſi ſtetit per biennium, quòd non ſoluit, niſi cum auctoritate iudicis id procedit, vbi immineret ſcãdalum per l. non eſt ſingulis. ff. de regulis iuris quam alleg. Barto. ſecus ſi non immineret ſcandalum, vt quia emphyteuta adeſſet, vel ſi eſſet non contradiceret, nam tunc propria auctoritate emphyteuta illud facere poterit, & ita dicit poſſe dici in caſu l. tertia. C. de pigno item alleg. §. ſcire. in auct. de non alie. & §. ſi verò autem locator. in auct. de alien. & emphyteu. quod eſt nota. ad intelligentiam dicto capitu. potuit. Item ad illud de ſcandalo adduci poteſt, quod dixit Cardin. in capit. ſi quando. de reſcrip. & ibi dixi, & quod dixit Abba. in capitu. cum teneamur. de præbend. † Tertius eſt caſus, in quo dictæ oblationes fieri non debent, ſcilicet vbi per hoc orietur contemptus
31 ſuperioris: nam propter contẽptum quis punitur pœna mortis, vt in capitulo ſecundo. de maio. & obedien. immo ſecundum vnam expoſitionem gloſ. ibi eſt mors æternam, facit lege omne delictum, in §. contumacia. de re mil. plus dixit text. ſingu. in l. tertia. in §. in bello. eodem titulo quòd qui rem à duce prohibitam fecit, aut mandata non ſeruauit, capite punitur, ẽt ſi res bene geſſerit, vnde dixit gloſſ. in capitu. abſit. 11. quæſtio. tertia per illum textum quòd inobedientia olim capite puniebatur, idem voluit gl. in § primo. quarta queſtione 3. & de contemptu vltra præallega. videnda eſſet gloſſ. in capitu. ſacerdotes. el j. 7. quæſtio. j. quam pro ſingulari alleg. Ludoui. Roma. in ſingu. 505. & gloſſ. fin. quæ etiam allegatur pro ſingulari in capitu. de libellis. 20. diſtinct. & gloſſ. in capitu. homo Chriſtianus. 11. diſtin. & glo. not. in capitu. ſi quis diaconus. in verſicu. inimicos. 50. diſtinc. quæ dicit, quòd inobediens prælato ſuo dicitur eius inimicus. & prędictos tres caſus poſuit Tho. de Aquino, 2. 2. quæſtio. 86. articu. 3. quos licèt nõ ita implicitos, refert,
32 & ſequitur Maria. in d. tract. de oblationibus in libello 6. in 2. columna. † Et ibi ſubdit, quòd ſecundum iura humana, licèt meretrix turpiter faciat in eo, quod eſt meretrix, non tamen turpiter facit recipiendo aliquid, & ſic licitè poſſidet l. 4. in §. ſed quod datur. ff. de condi ob tur. cau. & tamen de eo non poteſt facere oblationes, iuxta illud Deutero. 23. de quo latè dixi in præcedenti quæſtio. & hæc ſufficiant pro hoc ſecundo dubio.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes, an domino loci debeantur.*
2 *Dominus parietis poteſt deſtruere imaginem in ea pictam dummodò in contemptum non faciat, aliàs contra eum acriter proceditur.*
3 *Dominus poteſt alienare locum, vbi imago depicta eſt.*
4 *Oblationes factæ hoſpitali auctoritati epiſcopi conſtructo, ipſi hoſpitali applicari debent.*
5 *Oblationes factæ imagini exiſtenti in pariete monaſterij, debent eſſe monaſterij.*
6 *Legatum factum alicui Sancto, ſi plures domus illius Sancti reperiuntur, pauperiori debetur.*
Quid ſi in ciuitate non eſt eccleſia aliqua dicti Sãcti in territorio, ei debetur.
Quid ſi non eſt, nec in ciuitate, nec in territorio, cui debeatur.
7 *Legatum incertum ad pias cauſas non vitiatur.*
8 *Paria ſunt, inſtituere Sanctum Franciſcum, vel eccleſiam Sancti Franciſci. Inſtitutio an valeat, ſi eccleſia Sancti Franciſci hæres inſtituatur.*
9 *Hæreditas patris relicta fratri minori Sancti Franciſci, acquiritur eccleſiæ Romanæ, non autem ordini incapaci.*
10 *Fratribus minoribus in cauſam alimentorum, & pro neceſſarijs ſuis relinqui poteſt.*
Legatum annum alimentorum factum fratri minori, an valeat.
11 *Oblationes ſi fiant celebranti in eccleſia alterius, cedunt rectori illius, & non celebranti.*
12 *Oblationes factę celebranti, videntur intuitu eccleſiæ factæ.*
13 *Legatum factum templo, cenſetur factum ei, qui ſeruit templo.*
14 *Oblationes factæ imagini alicuius Sancti, an debeantur illi Sancto, cuius eſt imago.*
15 *Donatum Maieſtati exiſtenti in aliquo loco, Deo donatum intelligitur, & infra numero 22.*
16 *Vſufructus imaginis alicuius Sancti legari non poteſt.*
17 *Vſufructus in re religioſa conſtitui non poteſt.*
18 *Oblationes factę altari, quia Dei ſunt, vendi non poſſunt, ſed contrarium ſeruatur.*
19 *Manus prophanæ ſacra attingere non debent.*
20 *Oblationes factæ imagini alicuius Sancti, videntur factæ contẽplatione Dei. Factum actiuè, & paſſiuè in repræſentãte, in repræſentato fieri intelligitur.*

¶ Dubium tertium.

1 SEQVITVR Tertium dubium, † ſcilicet cui dictæ oblationes debeantur. Duas in hoc reperio fuiſſe opiniones. Prima fuit quorundam dicentium oblationes deberi Domino loci, pro quibus adducitur primò

Source : BIU Cujas

text. in §. si quis autem. in Auctenti. de eccles. titul. collatio. ix vbi concessum oratorio, pertinet ad ipsum oratorium. Secundò allegatur text. in l. in rem. in §. item quicunque. ff. de rei vendica. vbi expressè voluit Iurisconsultus, ꝙ a applicatum imagini alicuius, pertinet ad illum, cuius est imago. idem probatur in §. si quis rei suæ. in cad. l. iuncto princip. glo. magnæ ibi positæ. Tertiò facit tex. in argumentum, in l. si supra tuum. ff. de acquir. rer. domi. vbi dicitur ꝙ si supra tuum parietem vicinus ædificauerit, id quod ædificatum est, tuum fit, facit. §. ex diuerso. in princi. Institu. de rerum diui. ita in casu nostro oblationes
11 factæ imagini positæ in pariete alicuius, debent esse suæ. & maximè videtur procedere hæc opinio, quia Dominus parietis potest abradere, & destruere illam imaginē, dummodò nō faciat
2 in contemptum diuinæ maiestatis, † quia tunc contra talem cuiuscunque sit conditionis, & præeminentiæ, acriter, & seuerè procedi debet, per tex. singula. in ca. si canonici. §. fin. de
12 offi. ordina. libro 6. & ibi per Doctores, maximè Dominicum. ita dixit Ang. in disputatione sua, in re fulgenti palatio deliciarum, &c. quam in exilio positus fecit Paduæ in secundo ipsius
3 disputationis dubio. † Item potest Dominus alienare, & vendere, quando sibi placuerit locum, vbi depicta est dicta imago, cum ille locus non dicatur sacer, vel religiosus, secundum Innocentium in c. inter dilectos. de donatio. in gloss. quæ incipit, hoc subiecto. facit c. ad hæc. de relig. domib. & voluit Ange. vbi
4 supra. † Quartò pro hac opinione facit, quod dixit Bal. in auct. hoc ius porrectum. in 2. col. in versicu. sed hic quæro. C. de sacrosan. eccles. ꝙ relictum hospitali constructo auctoritate episcopi, applicat ipsi hospitali, & per consequens oblationes ibi factæ debent sibi applicari. Facit ad hoc, quod dixit idem Bal. q
5 loquitur de oblationibus, in l. deberi. in fi. C. de fideicommiss. liber. † & ꝙ voluit Dom. Abb. in c. dilectus. de offi. ordin. & in
ç.j. in notabili b. de statu monach. ꝙ si imago alicuius Sancti est in pariete monasterii, & ei fiunt oblationes, quod debent esse
6 monasterii. † Quintò allegari potest text. notab. in §. si quis autem vnum Sanctorum. in Auct. de eccle. tit. colla. 9. vbi dicitur, ꝙ si quis vnum Sanctorum hæredem scripserit, vel legatum ei reliquerit, & nō specialiter nominauerit locum, in quo est venerabilis domus, in eodem loco reperiantē plures domus eiusdem Sancti, ꝙ relictum debetur illi domui, quæ est pauperior. Si autem in ciuitate non est domus, vel ecclesia Sancti nominati, sed in territorio eius, relictum ei debetur. Sed si nec in ciui
15 tate, nec in territorio ipsa ecclesia reperitur, tunc relictum debetur ecclesiæ illius ciuitatis, in qua testator habuit domicilium. Est ergo ibi casus, ꝙ oblatio, siue relictum factum imagini, debetur loco, vbi est dicta imago, licèt Petr. de Perusio in canonica sua, in §. venio ad quartum capitulum, in 17. carta, aliter intellexerit illum tex. & similiter Marti. de Laud. in l. si nondum. in fin. C. de fur. de quo alio loco infra dicetur. & ex illo. §. colligit ibi Ange. duo notanda. †
7 Primum est, ꝙ licèt regulariter ratione incertitudinis vitietur legatum, nec habeatur respectus, quis sit pauperior. l. duo sunt Titii. ff. de testa. tute. Fallit, secun-
8 dum eum, in relictis ad pias causas per dictum §. si quis. † Secūdum est, ꝙ paria sunt dicere, instituo Sanctum Franciscum, vel ecclesiam Sancti Francisci, nam instituendo beatum Franciscū debetur illi ecclesiæ, per illum text. & per hoc videtur, secundū eum, quod malè locutus fuerit Barto. in tract. minoricarum: vbi voluit, quòd si ecclesia Sancti Francisci instituitur hæres, teneat institutio. nam secundum Ange. hoc est falsum, quia paria sunt instituere ecclesiam, vel ipsum Sanctum, sed Sanctum non potuit instituere, quia beatus Franciscus voluit esse in altissima paupertate fundatus, sicut Christus, ergo nec ipsius ec-
9 clesia instituj poterit. † Dicit tamen Ang. se reperisse Iacob. de Aret. dicentem, ꝙ qui est de ordine fratrum minorum, non repellitur à successione suorum parētum tanquàm incapax, immo admittitur, & talis hæreditas acquiritur ecclesiæ Romanæ, non autem ordini qui incapax est, vt ipse Iacob. nota. in l. Deo nobis. C. de episcop. & cler. quod est nota. dignum ad intelligētiam clemen. exiui. de verborum signifi. † Vnum tamen nota-
10 bile verbum ad intelligentiam dicta clement. dixit Barto. in l. seruos qui ad custodiam templi, per illum textum. ff. de alimē. & ciba. lega. quòd licèt aliàs fructus minoribus non possit relinqui, tamen causa alimentorum, & pro necessariis suis relinqui potest. & dicit se intelligere quòd fratribus minoribus non potest relinqui scilicet singularibus, quia conuentui relinqui potest allega. dictam clemen. exiui. & sic quod ad intelligentiā illius clement. videtur esse discrepantia inter Ange. post Iaco. de Areti. & Barto. Posset quò ad dicta alimenta fortè sic distingui, aut loquimur quò ad legatum alimentorum annuum, & tale relictum, factum fratribus minoribus non valet, & ita procedat, quod dixit Federic. de Senis consilio. 112. per dictam clement. in §. cunque annui reditus. aut loquimur quò ad legatum alimentorum non annuum, puta quia quis reliquit fratribus minoribus alimenta pro sex, vel octo mensibus, vel vno anno tantum, & tunc valebit legatum & ita procedat opinio. Bartol. in d. l. seruos. & hæc distinctio fuit de mente Petr. de An-

chara. in repeti. cap. in præsentia. in pen. carta. in versi. circa prædict. de probatio. Circa tamen intellectum præallega. clemen. quia est extrauagans à materia nostra, vide Ioan. de Ligna. & Petr. de Anchara. ibi Bald. & Imol. in l. seruo alieno. de legat. 1. Bartol. in l. legatum, ff. de capi. diminu. in l. 1. & in l. ciuitatibus. de legat. 1. & in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebelli. & in l. cum his. § eam transactionem ff. de transaction. Bald. in auctēn. ingressi. & in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccles. Abba. in cap. nimis. el 2. de excess. præla. Ange. & Moder. in l. Stichum, aut
11 Pamphilum. §. stipulatio. de verbor. obligation. † Sextò pro eadem opinio, adduci potest, quod dixit dom. Abba. in cap. pastoralis. in 1. colum. de his, quæ fiunt à præla. quòd si celebranti in alterius ecclesia fiant obligationes cedunt rectori dictæ ecclesiæ non autem celebranti, allegat ad hoc, cap. requisisti. de testamen. vbi relictum factum episcopo ab extraneo, videtur
12 factum contemplatione ecclesiæ † Ita, secundum eum, oblationes factæ celebranti, videntur factæ intuitu ecclesiæ, meri-
13 to ipsi ecclesiæ, & sic loco, in quo factæ sunt, debentur. † Septimò faciat vbicunque relictum est templo, vel aliquid ei concessum, intelligitur concessum, vel relictum illi, qui seruit templo. d. l. seruos ad custodiam templi, ergo à maiori oblationes factæ imagini positæ in aliqua ecclesia, vel in pariete domus priuati, debent esse administratoris ipsius ecclesiæ, vel domini dictæ domus, & illum text. pro hac opinione. Allegauit Ange. in dicta sua disputatione. sed iudicio meo, non probat, quia in casu illius. l. relictum fuit factum seruis templi, non autem templo. quamuis Barto. ibi intelligat non solum in relicto seruis, sed etiam templo nondum constructo, de quo loquitur
14 ille text. qui videri potest. † Secunda fuit opinio. quòd oblationes factæ imagini debeantur illi Sancto, cuius est imago, & per consequens Deo. Et pro hac opinio. allegatur primò tex. in §. iconomos. in Auct. de sanc. epis. colla. 8. vbi probatur, quòd si aliquid offeretur loco venerabili, applicatur illi. & per illum text. quem dixit ibi Ange. esse singu. determinari potest quæstio illa de oblationibus factis alicui imagini existenti in aliquo loco priuato, quòd applicentur illi loco non vt priuato, sed Deo, & illi imagini Deum representanti, secundum eum. Secundò allegatur text. iuncta gloss. in l. lege Iulia peculatus. in princ. ff. ad legem Iul. pecu. quæ lex, secundum excellum Doct. dominum meum Alex. de Imo. ibi, in quadam sua apostilla, ad
15 Bar. allegatur pro casu, † ꝙ donatum Maiestati existēti in aliquo loco, sicut fit maiestatibus facientibus miracula, intelligitur donatum Deo immortali: ideo secundum eum non acquiritē ei, in cuius loco Maiestas est depicta. & hanc quæstionem dicit fuisse de facto, quam dicit disputasse Ange. in præalleg. disputatione, & ꝙ donatum Maiestati, vel imagini dicatur donatum Deo, facit cap. prælatum. & cap. venerabiles. de consecratio. distinctio. 3. & quòd not. in d. cap. si canonici. & voluit Petr. de Pe-
16 rusio in dicta sua canonica, in loco præallega. † Tertio potest allegari, quòd in simili dixit gloss. quæ communiter allegatur pro singulari, in l. statuæ. ff. de vsufr. quòd licèt vsufructus statuæ, vel imaginis possit reliqui, non habet locum in vsufructu imaginis alicuius Sancti, nam in re religiosa non potest constitui
17 vsufructus. † Vnde Accursius reprehendit ibi Pileum, qui ad intelligentiam illius text. dedit exemplum in vultu Lucano, vbi bestiales hoīes ponunt nummos. nam dixit Accursius, ꝙ illud est falsum, quia est res religiosa, in qua vsusfructus constitui non potest. & de mente illis gl. ꝙ relictum imagini Sancti dicatur relictum Deo, per consequens debet esse illius, nō autem domini loci, vbi factum est relictum, & illam glo. dixit Ang. in præalle. disputatione esse singula. & per eam hanc quæstionem decidi.
18 † Quartò faciat glo. in c. altare. & est glo. 2. 1. quæst. 3. quæ vult, ꝙ oblationes factæ in altari vendi non possunt, quam gl. pro singulari allegauit Ludoui. Roma. singu. 146. secundum ordinē meū. & nulla alia potuit esse ratio illius glo. nisi quia tales oblationes factæ sunt Deo, ideo non debent posse vendi. facit. §. sacrę. Insti. de rerū diuisio. & §. quia cognouimus. in Auct. de ali. & emphi.
licèt Archid. post Vgu. in c. sanctorum, 10. q. 1. dicat, ꝙ quotidie ab episcopis, & à domino Papa fit contrarium. dicit tamen ꝙ in casu, quo vendantur laico, non debet accipere de altari, sed
19 debet ibi esse clericus, qui accipiat de altari, & det eis, † quia manus prophanæ, & nephariæ non debent contingere sacra, argu. cap. aurum. 12. quæst. 2. & cap. ligna. & ca. nemo. & cap. in sancta. de consecr. dist. 1. Et videntur ibi Vgu. & Archidya. dubitare, an hæc consuetudo valeat, vt ibi per eos, de quo tamen dicam in vltimo dubio, in fi. † Quintò accedat, oblatio facta imagini Sancti
20 vt Dei, intelligitur facta contemplatione ipsius Dei, ergo ei acquiri debet. l. si plures. §. in arrogato. ff. de vulga. & pupilla. facit quod nota. in l. qui proprio. §. procurator vt in cęteris. ff. de procurato. in l. si verò. §. item quicquid. ff. soluto matrimo. in l. cum aliquis. vbi tex. & glo. C. de iure deliberan. in l. socium, qui in eo. ff. pro socio. in l. annua. in §. primo. ff. de annu. legat. l. statuas. de
21 acquiren. rerum domi. c. pontifices. 12. quæst. 2. † Sextò facit, omne quod actiuè, & passiuè fit in representāte, in representato fieri intelligitur. l. cum etiam. C. de reb. cred. l. etiam à tutotibus.

C. de

C.de fideicommiſſ.l.peto.§.matre.ff.de lega.2.l.fina.de legat.3. l.Thais.§ ſororem.ff.de fideicommiſſ. liber. & in dicto ca. ſi canonici.& in rubro,& nigro.C.nemini licere ſignum Saluatoris,&c.& de imagine probatur in l.capitalium.§.ad ſtatuas.ff.de pœnis.& in l.fin.§.ſanè.C.de his,qui ad eccle. confug. vbi ponitur de ſtatua ſummi Regis, ideſt de imagine, in qua ſummus Deus repreſentatur,& illum tex.ad hoc alleg.glo.in dicto §.ad
22 ſtatuas.facit l.ſtatuas. ff.de acquiren. rerum domi. † & ꝙ illud, quod eſt oblatum in eccleſia,vel imagini alicuius Sancti, dicatur eſſe ipſius Dei,tex.eſt in c.præcipimus.in c.res eccleſiæ.in c. nulli epiſcoporum. 12.quæſt.j.& per Ioan.And & Inno.in c.cū ſuper.de cau.poſſ.& propriè.ita dixit Ange.in d.diſputa.in ſecūdo dubio,& hanc partem de iure dico eſſe veriorem.Reſtat,vt detur reſponſio argumentis pro alia parte factis.Et primò non obſtat argumentum primum de §.ſi quis autem.in Aucten.de eccleſ.titu.nam loquitur.quando locus eſt ipſius Sancti, vt eſt oratorium, qui in bonis noſtris non eſt,ſed Dei, cum ſit locus Dei,& per conſequens ille §. non ꝓtradicit, immo potius concordat cum hac ſecunda opi.ita dixit Ang.in d.diſputa.Nō ob. tex.in l.in rem.in §.item quæcunque. de rei vend. adductus pro ſecundo argu.nam ibi donatum imagini erat pars integralis ipſius imaginis,meritò acquiritur ei,cuius eſt principale, hoc eſt imago,vt ibi.ſed in caſu noſtro fuerunt donata imagini,ea quę non faciunt partem imaginis,nec integralem, nec ſubiectiuā, aut prædicamentalem. hanc ſolutionem dedit Ange.ad illum tex.in dicta diſputa. & fuit etiam eius ſententia,in auct. omnes peregrini.C.commu.de ſuc. de quo inferius in alio loco dicetur.Non ob.l.ſi ſupra tuum.de acqui.rer.domi.& §. ex diuerſo. Inſtitu.de re.diui adducti pro tertio argumento. nam eo ipſo, ꝙ oblationes ſunt factæ Deo,ſunt ipſi Deo acquiſitæ,& in eius dominio ſunt.Vnde licèt Dominus domus arderet imaginē, vel venderet domum,tamen oblationes remanerent in domi nio Dei,nec tranſirent ad emptorem domus, tanquàm res iā Deo conſecratæ,vt in regula,ſemel Deo dedicatum, libro 6.facit d.§.ſacrę.cum ſimi.Non ob.doctri. Bald.in auctent. hoc ius porrectum.C.de ſacroſanct.eccle.& eiuſdem in l. deberi. C. de fideicom. liber.cum aliis pro quarto argumento adductus: qa reſpondeo, vt reſpondi primo argumento. Non obſtat §. ſi qs autem vnum Sanctorum.in Aucten. de eccle. titu.pro quinto argumento adductus,quia eandem do reſponſionē.Non obſt. doctri.Abb.in c.paſtoralis. de his quæ fiunt à præla. pro ſexto argumento adducta,quia ſimiliter reſpondeo.Non obſt. ſeptimum,quod eſt vltimum argumentum,de l.ſeruos.ff. de alimē. & ciba.lega.quia iudicio meo, vt ibi dixi,non facit: & dato ꝙ faceret,ſimilem do reſponſionem.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes imagini factas,quis capere debeat.*
2 *Oblationes, & decimas nolentes ſoluere, ab epiſcopis ſunt excommunicandi,& infra num.47.*
3 *Epiſcopo cōpetit diſpoſitio omniū eccleſiarum diœceſis ſuæ,& infra nu.48.*
4 *Si vinco vincentem te,multo magis vinco te,& infra num.48.*
5 *Oblationes factæ epiſcopo celebranti in eccleſia parochiali,ei debentur,& non presbytero parochiano, & infra num.49.*
6 *Limitatio ad Abbatem in c.paſtoralis,col.j. de his quæ fiunt à præla.*
7 *Decimæ eccleſiarum,vel oblationes, lucro per epiſcopum concedi non poſſunt, vide infra num.50.*
8 *Epiſcopus non poteſt concedere domino domus, vbi eſt mago alicuius Sancti,vt ad libitum diſpenſet oblationes ibi factas.*
9 *Legatum factum eccleſiæ, quæ non reperitur in diœceſi cathedrali debetur, & infra num.51.*
10 *Epiſcopus eſt vicarius Chriſti,quo ad ſuam diœceſim, vide infra num.52.*
11 *Epiſcopi quò ad dignitatem, Apoſtolorum locum tenent.*
12 *Oblationes, & decimæ,an pari ambulent paſſu, & infra num.53.*
13 *In æquiparatis quod habet locum in vno,locum etiam habet in alio.*
14 *Donatio facta imagini Virginis Mariæ per quendam liberatum eius interceſſione ab oculorum cæcitate Deo,& ipſi Virgini acquiritur, & in pauperes per epiſcopum diſtribui debui debet.*
15 *Epiſcopus inuito presbytero parochiano, an diuidere parochiam poſſit. & infra num.54.*
16 *Oblationes factæ imagini ſitæ infra parochiam alicuius, an parochiano vel epiſcopo debeantur,& in num.54.56.61.& ſeq.*
17 *Hæreditas vel legatum Deo relictum,debetur eccleſiæ, in qua teſtator domicilium habet.*
18 *Teſtator ſi diſponat fieri hoſpitale,nec exprimat locum,in loco ſui domicilij fieri debet.*
19 *Teſtator ſi ruſſit inter pauperes pecuniam diſtribui, intelligitur de pauperibus ſui domicilij.*
20 *Diſtributio fit inter pauperes ciuitatis, vbi fit diſtributio.*
21 *Moriens mandans fieri reſtitutionem rapinæ factæ in aliqua villa,debet fieri reſtitutio in villa, in qua eſt facta rapina.*
Vſuræ debent reſtitui ibi, vbi ſunt extortæ.
22 *Pars piſcationis factæ tempore feriarum, debetur eccleſiæ illius loci.*
23 *Oblationes factæ templo, vel altari, vel imagini Sanctorum, Deo cenſentur donata,& debent per epiſcopum diſtribui.*
Et infra,num.25.26.& vide num.55.
24 *Donatum Leoni Florentino,communi Florentiæ acquiritur.*
27 *Bona donata imagini alicuius Sancti, debēt per epiſcopum in piam cauſam erogari.*
28 *Relictum hoſpitali non legitimè conſtructo, debet epiſcopum in pauperes erogari.*
29 *Eccleſia parochialis fundat intentionem de iure communi ſuper omnibus obuentionibus ſpiritualibus infra ſuam parochiam contingentibus.*
30 *Oblationes factæ alicui capellæ cedunt parochię,vbi eſt ſita,& non capellæ, & infra num.36.*
31 *Oblatio facta imagini depictæ in muro alicuius parochiæ,eccleſiæ parochiali debetur. & infra num.34.37.38.& 46. vbi limita.*
32 *Oblationes,& aliæ obuentiones infra parochiam,ſunt de iure parochiali.*
33 *Decimæ noualium,cui eccleſiæ debeantur.*
35 *Oblationes priuatæ perſonæ ſpectare non poſſunt.*
39 *Oblatio ſumitur pro omnibus,quæ infra parochiam ſpiritualiter obueniunt.*
40 *Innocen auctoritas magna eſt, qui vtriuſque iuris luminare maius appellari poteſt.*
41 *Ioann.Andr. fuit fons iuris canonici.*
42 *Ius inſtituendi præſentatum ad eccleſiam poſitam infra alicuius parochiā, ad rectorem parochiæ, & non ad epiſcopum ſpectat.*
43 *Epiſcopus eſt generalis parochianus in tota ſua diœceſi.*
44 *Officiales duo ſi ſint deputati,vnus ſpecialiter,& alter generaliter,vnus de officio alterius ſe intromittere non poterit.*
45 *Legatus non poteſt ſe impedire de officio collectoris cameræ apoſtolicæ.*
Viſitator ſpecialis deputatus ad viſitandum,epiſcopum excludit.
48 *Epiſcopus compellit hęredes ad exequendum voluntates defunctorum.*
57 *Presbyter parochianus eius parochianos in feſtiuitatis diebus poteſt compellere ad faciendas oblationes.*
58 *Oblationes gratuitas denegantes poſſunt excommunicari, ſi clericus nō habeat,vnde ſuſtentetur.*
59 *Bona eccleſiarum,ſunt bona Dei.*
60 *Cap.paſtoralis.de his quæ fiunt à prælat.& c.ad audientiam.el primo.de eccle.ædifi. quomodo procedant.*
64 *Oblationes factę imagini pictæ in muro monaſterij,monaſterio, & non parochiano quæruntur.*
65 *Membrum aliquod ſi deficiat imagini, ſi ei ſit oblatum, pertinet ad dominū imaginis.*
66 *Oblationes factæ ex meretricio, acceptandę non ſunt.*
67 *Oblatio non debet fieri de acquiſitis meretricio, vel per ſimoniam ad altare maximè.*
68 *Oblationes debentur epiſcopo,quando parochiæ diſtinctæ non ſunt.*
69 *Oblationes cui quærantur, quando eccleſia cathedralis eſt parochialis.*
70 *Parochianus eccleſiæ cathedralis ſi alibi ſepelitur,de relictis eccleſiæ ſepulturæ quarta capitulo eccleſiæ cathedralis debetur.*
71 *Oblationum quarta epiſcopo debetur.*
72 *Glo. auctoritas eſt magna, & alijs auctoritatibus præponderat.*
73 *Oblationum quatuor partes fieri debent.*
74 *Oblata res non poteſt ad libitum diſpenſari,ſi offerens non expreſſit,quid de ea fieri volebat,contra Maria. Socin.*
Oblata res non eſt recipientis,ſed Dei.
75 *Panes propoſitionis licitum erat tempore neceſſitatis comedere.*
76 *Bona,quæ altari conferuntur,vendi non poſſunt.*
77 *Conſuetudo an valeat,quòd epiſcopus vendere poſſit bona altari oblata.*
Et quid in Papa.
78 *Oblationes venditæ ſi ſint per Papam,vel epiſcopum, laicus non poteſt eas de altari accipere,ſed per clericum tradi debent.*
79 *Oblationes non ſunt clericis communicandæ, ſed diſtribuendę.*
80 *Clerici viuentes voluptuosè de fructibus beneficiorum, tenentur ad reſtitutionem,ſecus de oblationibus.*
81 *Oblationes debent inter pauperes diſtribui.*
82 *Clericus habens patrimonium,an poſſit de foro conſcientię viuere de fructibus beneficiorum.*

¶Quartum dubium.

1 VEnio ad quartum dubium, & conceſſo † quòd oblationes factæ imagini ſint Dei,quæritur qs eas capere debeat nomine ipſius Dei? Duæ ſimiliter in hoc fuerunt opin.Vna fuit opinio,ꝙ epiſcopus loci eas habere debeat. Alia fuit, ꝙ presbyter parochianus, infra cuius parochiam poſita eſt dicta imago,eas habeat. Pro prima opinione allegatur primo text.in capitu.præter.in fin.32.diſtinct.vbi dicitur,ꝙ decimæ,ſiue primitiæ,vel oblationes viuorum, & mortuorū,
2 ſunt in diſpoſitione epiſcoporum. † Vnde dixit ibi gloſſ. nota. quòd laici nolentes ſoluere decimas,vel oblationes, ab epiſcopis ſunt excommunicandi. facit text.in capitu.quæcunque res. & in capitu.de his.10.quæſtio.j.vbi pro hoc argumento text. ſunt expreſſi.Secundò faciat,cui competit diſpoſitio eius quod eſt maius, multo fortius debet cōpetere diſpoſitio eius, quod eſt minus,auct.multomagis.C.de epiſcop.& cleric.capitu.cum in cunctis.de elect. Facit quod dixit Philoſophus in 6. Topi.
3 † Sed epiſcopo competit diſpoſitio regulariter omnium eccleſiarum ſuæ diœceſis.capitu.omnes baſilicæ.16.quæſtione 7.

Source : BIU Cujas

capi. regenda. 10. quæstio. j. ergo oblationes factæ in sua diœcesi, licet sint factæ in loco intra parochiam alterius constituto, debent esse sub dispositione episcopi. & maximè, quia vnaquæque parochia est regenda sub ipsius episcopi tuitione atque pruisione. capit. regenda. 10. q. j. † Tertiò adduci potest, q̃ dicitur in simili, si vinco vincentem te, multomagis debeo vincere te. tex. est not. in l. de accessionibus. in fine princip. ff. de diuer. & tempo præscrip. facit c. dilectus. de offic. lega. & glo. in capit. auctoriate. de concess. præben. in 6. Si ergo, vt dictum est, prouisio totius parochiæ pertinet ad episcopum, multomagis debet ad eum pertinere prouisio oblationum factarum infra parochiã constituto. Natura enim accessorii est, vt sequatur suum principale. l. cum principalis. ff. de regul. iur. & in regu. accessorium. eod. titu. libro 6. † Quartò facit, vbicunque episcopus celebrat in ecclesia parochiali, debet habere oblationes factas ibi in altari, non autem spectant ad presbyterum parochianum, secundũ Hostien. in summa de parochi. in §. 2. quem sequitur Barth. Brixien. in suo dictionario, in verbo oblatio, in §. quando episcopus celebrat, &c. Immo plus dico, q̃ ipsæ oblationes spectãt ad episcopum, etiam si ecclesia, in qua celebrat, sit exẽpta. Ita post Guil. argumentando concluſit Imo. in clemen. fina. in penult. colum. in versi. vlterius quærit. de priuileg. adducens inter aliàs rationes, q̃ talia dantur propter meritũ, & per consequens magis merito. l. nec adiecit. ff. pro soc. sed magis meritus est episcopus, secundum eam, ergo &c. quod dicit esse not. † Et tene hoc menti ad limitationem eius quod dixit Abb. in cap. pastoralis. in j. colum. de his, quæ fiunt à præla. q̃ cedunt rectori dictæ ecclesiæ, non autem celebranti. nam illud non habet locũ in episcopo celebrante, vt dictum est. Quamuis Card. in d. clemen. fi. in princ. in 8. q. teneat cõtrarium, scilicet oblationes factas episcopo in ecclesia exempta debere illi, ad quem spectãt iura parochialia, non autem episcopo. hoc dicit esse verum de iure, secus de vrbanitate. Nam mihi videtur, q̃ etiam de iure spectent ad episcopum per rationem Imolę. Item quia tota diœcesis est parochia episcopi. c. licèt. 16. q. 3. Et alii curati dicuntur adiutores episcopi. caci. fin. de offi. archipresby. † Quintò allegari potest text. iuncta doctri. Abb. ibi, in c. quamuis. de deci. vbi dicit q̃ prælatus, hoc est episcopus, non potest concedere laico decimam ecclesiarum vel oblationes, cum sint iuris spiritualis, cuius iuris laicus non est capax, vt in c. Massana. & in cap. sacrosancta. de elect. & in c. 2. de institu. cum simi. † Vnde infert Do. Abb. in d. c. quamuis. q̃ episcopus non potest concedere dño domus, vbi est pictura alicuius Sancti, vt de oblationibus ibi factis dispensẽt ad libitum. Et sic patet secundum eum, q̃ oblationes factæ alicui loco infra parochiam spectant ad episcopũ. nam si episcopus non potest concedere laico oblationes tanquàm quid spirituale, vt dictũ est: ergo à contrario poterit eas concedere clerico, & sic dictum capitu. quamuis. iuncta doctrina Domi. Abb. à contrario sensu probat hanc opin. & ex hoc sequitur ipsum Abb. fuisse sibimet contrarium, vt in recitatione sequentis opin. ostendetur. Sextò adduci potest, quod dixit Lapus allegatio. 87. in vlti. colum. † q̃ si fit legatum ecclesiæ, q̃ non reperitur in diœcesi, legatum debetur ecclesiæ cathedrali. Et ita dicit tenere Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu. de instru. edi. in §. nũc verò aliqua. in 5. carta. pro quo facit d. §. si quis autem vnum Sanctorum. de quo feci mẽtionem supra in prima parte secundi dubii, in 5. argum. & infra dicam. Sicut ergo tale legatum factum ecclesiæ debetur ecclesiæ cathedrali, & sic episcopo, non autem presbytero parochiali, ita dicamus in oblationibus. † Septimò pro hac opin. adduci potest ratio episcopus est vicarius Iesu Christi quò ad suam diœcesim. tex. est in c. mulier. 34. q. per quem ita dixit Abba. in disputa. quæ incipit, Sempronius, in 5. col. voluit glo. in capitu. fleat. in versic. multi. de pœni. distinct. j. † Vnde dixit gloss. in capi. videntes. 12. q. j. q̃ episcopi quò ad dignitatem tenent locum Apostolorum. Itẽ Episcopus dicitur Dei legatus, secundum glo. in capit. sicut vir. 7. q. j. & in capi. in nono. 21. distinct. & in capitu. accusatio. 2. q. 7. Immo q̃ plus est, dicitur oculus Dei, vt in capitu. oues. 6. quæst. j. ergo istis respectibus oblationes factæ Maiestati, vel imagini Dei, aut alterius Sancti infra parochiam, debent esse episcopi, non autem parochiani presbyteri. † Octauò faciat, oblationes & decimæ pari passu ambulant dicto ca. quamuis. in fin. de deci. facit rub. eodem titu. Sed certum est, quòd decimæ debentur à parochianis ecclesiæ cathedrali, & sic episcopo, non autem parochiano presbytero, quando ecclesia parochialis non habet limitatum territorium, sed solum sunt ei assignatæ certæ personæ. Ita consuluit Petr. de Anchar. quod consilium est inter consilia Ioan. Cald. in secundo consilio. & dicit ita tenere Ioann. Cald. in capitu. cum contingat de deci. & Ioann. de Ligna. ibi, & Paul. de Leazar. in clemen. j. eodem titu. & ita intelligit quod dixit Ioann. And. in addi. Specu. in tit. de deci. in §. sciret. † Illud ergo quod dicitur in decimis, dici debet in oblationibus. nam vbi duo à iure æquiparantur, id, quod habet locum in vno, debet habere locum & in alio. l. vt tantum. §. j. de seruo corrup. voluit glo. in capitu. si post quàm de elect. in 6. † Facit, quòd dixit Barto. in l. j. de lega. j. Nonò allegari potest, quod dixit Ange. qui hanc partem tenuit in dicta sua disputa. in refulgenti deliciarum palatio, &c. quæ disputatio fuit in tali casu. Dominus Paduæ, qui appellatus fuit Dominus Franciscus de Carraria, habens in rure palatium vnum, fecit ibi fieri imaginẽ Virginis Mariæ. Nobilis quidam diues liberatus à cæcitate oculorum intercessione dictæ Virginis. donauit post mortem suã omnia bona sua cuidam germano suo, & dictæ imagini Virginis, quærebatur, quò ad partem donatam imagini, cui acquirẽtur dicta bona? Decidit ibi Ange. quòd acquirũtur Deo & ipsi Virgini, ita quòd episcopus Paduæ debet distribuere illa bona in piam causam, puta in pauperes Christi. & ita referendo secutus est Martin. de Laud. in d. capit. dilectus. de offi. ordin. reprehendens Domi. Abb. qui aliter in hoc fuit locutus, vt infra dicetur in sequenti opin. † Decimò pro hac opin. allegari potest glos. in capitu. nulli. 98. distinct. quæ dicit, quòd episcopus inuito presbytero parochiano potest diuidere parochiam. si ergo episcopus habet ius in principali, multomagis debet habere in accessorio, & per consequens in oblationibus factis intra parochiam per dictam regulam, accessorium. cum simil. lib. 6. & de prædicta gloss. mentionem fecit Domi. Abb. in cap. ad audientiam. el j. in vlti. colum. de eccle. ædifi. † Vndecimò allegari potest text. in dicto §. si quis autem vnum Sanctorum. in Auct. de eccle. titu. quem pro hac parte induxit Petr. de Peru. in prælegata canonica sua, in d. §. venio ad quartum capitulum, in 17. car. in versicu. restat autem videre, vbi quærens cui debeantur oblationes factę imagini sitæ infra alicuius parochiam. Primò dicit videri dicendum, quòd debeantur parochiano, per dicto capitu. ad audientiam. vbi secundum eum hoc voluit Hosti. & Ioann. And. & Innocen. & Ioan. And. in rub. de parochia, cum aliis de quibus infra dicetur in sequenti opin. Sed in contrariũ dicit esse veritatem, quia tales oblationes nõ fiunt respectu ecclesię parochialis, sed respectu loci, vel Sancti, vbi figura est depicta, ergo non debẽtur parochiano. Item dicit quòd non debentur ecclesiæ cathedrali, & sic episcopo, quia eius respectu oblationes etiam factæ non fuerunt. † Tandẽ concludit Petr. hanc quæstionem decidi per dicto §. si quis. vbi si hæreditas, vel legatum relinquatur Deo, debetur ecclesiæ, in qua testator habuit domicilium. videtur secũdum eum, siue relinquatur hæreditas, vel legatum respectu figuræ, vbi est imago Dei, vel Virginis Mariæ, siue sic in genere loquatur, dicendo relinquo hæreditatem meam, vel tale legatum Deo, talia acquiruntur illi ecclesiæ, in qua testator habet domicilium, & dicit se illud intelligere de ecclesia cathedrali. Et per dicto §. si quis. idem etiã tenuit Marti. de Lau. in prælleg. l. si nondum. in fin. post Ang. ibi. C. de furt. † facit pro decisione illius. §. quod dixit Specu. in titu. de instrumen. edi. §. nunc verò aliqua. versic. 65. quòd si testator disponit debere fieri hospitale, vel quid simile, nec dicit vbi, quòd fieri debet in loco domicilii sui. allegat. l. quæ conditio. §. cum ita. ff. de condi. & demonstra. cum simi. per eum adducti. † idem si iussit pecuniam inter pauperes distribui, nec dixit inter quos, quòd intelligitur de pauperibus sui domicilii, in quo viuens fomentum, consolationes, & seruitia à multis recepit. argum. l. si quis ad declinandam. §. & si quidem. & in §. vbi autem. C. de episcop. & cleric. nam maiorem affectum ad locum proprium intelligitur habuisse. 23. quæstio. 3. in capitu. fortitudo. Hoc autem de pauperibus intelligi debet, vt dixit Ange. in §. si quis autem pro redemptione, in versic. tertiò noto. de ecclesiasti. titu. quem in hoc videndum relinquo. † Facit etiã q̃d dixit Bar. per illũ tex. in l. 2. C. de anno. ciui. lib. 11. q̃ si distributio debet fieri per episcopũ inter pauperes dẽt fieri inter pauperes illius ciuitatis, in qua fit distributio. † Vnde dixit Bal. in capi. primo §. furtum. de pace iurament. firmam. in vsibus feud. Armiger fecit rapinam in aliqua villa, venit ad mortem, & mandat fieri restitutionem, quòd fieri debet hominibus illius villæ, in qua facta fuit rapina. allegat Raymundum de pœna forti in tractatu de forma restitutionis. Et dicit Hostien. in capitu. cum tut. de vsur. quòd si vsurarius veniens ad mortem mandat vsuras restitui, quòd restitui debent in loco, in quo fuerunt extortæ. † Accedat ad prædicta ex simili in capitulo licèt. de feri. vbi est permissum piscari tempore feriarum inductarum in honorem Dei propter necessitatem, dummodò conferatur pars piscationis ecclesię positæ in illo loco. † Duodecimò ad corroborationem huius partis faciat doctri. Ange. in consilio 224. incipien. in Dei nomine & suæ matris Virginis Mariæ, amen. In themate prædicto, &c. in finalibus verbis. vbi dicit quòd omnia, quæ templo, aut altari, aut imagini Sanctorum relinquuntur, Dei sunt, & immortali Deo relicta, & donata intelliguntur, allegat dicta l. si nondum. & d. l. Iulia. quæ est lex. 4. de qua mentionem feci supra in secundo dubio, in secunda parte. ff. ad legat. Iulia. pecca. & allegat gloss. in lege statuæ. ff. de vsufruct. Cum igitur vices Dei Papa in terris teneat. cap. vt nostrum. licèt ipse non alleget. vt eccle. benefi. & in capi. fundamenta. §. decet. de elect. in 6. & voluit Hostien. in cap. quanto. de translatio. prælato. debent dicta relicta ad eum pertinere

pertinere tanq̃ ad vicarium Dei: vel saltem, ſm Ange. debēt per dieceſanum inter pauperes diſtribui, ſeu commiſſione ſpeciali Papæ, aliàs ſecus. allegat glo. in verbo, ordinarios. in c. vnico. de
24 religio. domi. lib. 6. † Idem videtur velle ipſe Ang. in l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei vendi. vbi dixit, ꝙ ſi quis donauerit ali
25 quid Leoni Florentino, acquirit̃ cōmunitati Florentinæ. † Sed ſi quis donauerit imagini Virginis, vel vultui ſancto Lucano, tunc acquiritur Deo. allegat dictam. l. lege Iulia peculatus. & gl. ſingula. ſecundum eum, in dicta. l. ſtatuæ. de vſufruc. & eum ſecutus eſt Mar. de Lau. in dicto §. item quæcunq; in fi. Eiuſdem ſententiæ videtur fuiſſe idem Angel. in l. 1. C. de crimi. ſacri. vbi dixit, ꝙ illud quod donatur templo, dicitur donatum Deo omni-
26 potenti, per l. annua. in §. 1. de annu. leg. † Et propterea dicit diſputando, hoc anno tenui. ꝙ donatum imagini Virginis exiſtēti in aliquo loco priuato, eſt Dei, non autem illius loci priuati, quia donatum eſt Virgini immortali. & pro hoc dicit, do tibi gloſ. ſingula. quæ non eſt alibi in iure, in l ſtatuæ. ff. de vſufru. vn de remittit ad plenè dicta per ſe in quæſtione illa, quæ incipit, in refulgēti deliciarum palatio, & c. vbi expreſsè voluit, ꝙ dictæ oblationes, vel dona ſpectant ad epiſcopū. idem ad literam tenuit in d. l. ſi nondum. & non auc. omnes peregrini. C. commu-
27 nia de ſucceſſio. vbi dixit optimum eſſe argumentum, † ꝙ ſi bona donantur imagini alicuius Sancti exiſtenti in loco priuato, quia poteſt probabiliter dubitari, cui dicta bona applicentur, debent per epiſcopū loci gubernari, & in pias cauſas erogari. & ita dicit ſe determinaſſe in dicta ſua diſputatione, excepto ſi illi imagini donatum fuiſſet membrum, puta, quia erat imago aurea, & deficiebat brachium: nam tunc illa portio pertinet ad dominum illius imaginis, per dictam l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei vendic. quod etiam videtur fuiſſe de mente ipſius Ang. in auc. ſimiliter. C. ad l. falci. vbi in hac quæſtione ſe remittit ad dictam ſuam diſputationem. Prædictam etiam opinionem licèt per verbum credo, tenuit do. Anto. in cle. per literas, in gl. in ver. eccleſias. de præben. vt refert & ſequitur ibi Innoc. in 4. col. in verſicu. item nota ſecundò, qui dicit hoc eſſe notandum pro eccleſia ſanctæ Mariæ de Primerio in Feſuli contra Feſulanos. & ita etiam referendo ipſum do. Ant. in d. cle. ſecutus eſt Io. milus in dictionario ſuo, in ver. oblatio. in § 1. & ſic domi. Anto. & Imo. fuerunt ſibijpſis contrarijs, vt infra patebit in ſequenti opinio.

28 † Faciat etiam ad prædicta quod dixit Bald. in d. l. deberi. in finalibus verbis. C. de fideicommiſ. liber. quòd ſi aliquid relinquitur hoſpitali non legitimè conſtructo, non intelligitur relictum muris, ſed vſui, vel hoſpitalitati in genere, & in abſtracto. & illud capiet epiſcopus, & pauperibus erogabit: quia quicquid pro ſalute relinquitur, ad diuinum nomen ſpectat. l. qui per ſalutem. ff. de iureiuran. Et idem dicit. ſi relinquatur Maieſtati, vel vultui Peruſino.

Allegari etiam poteſt pro hac opnio. tex. in capit. peruenit. 1. quæſtio. 3. qui videtur dare poteſtatem epiſcopo circa decimas & oblationes generaliter, dummodò eas non det laicis, & maximè conſanguineis.

Item tex. in cap. præcipimus. 16. quæſt. 2. vbi dicit litera, quaſcunque oblationes eſſe in diſpoſitione epiſcoporum. & ſic videtur ad eum ſpectare ius decimarum & oblationum. ergo in caſu noſtro oblationes ad eum ſpectare debent. lex enim generaliter loquens, generaliter debet intelligi. capitul. ſi Romanorum. 19. diſtinct.

29 † Pro opinio. verò eorum, qui tenent dictas oblationes preſbytero parochiali fore debitas, primo adducitur tex. in cap. paſtoralis. de his quæ fiunt à præla. ſine conſenſu capi. vbi eſt caſus, quòd epiſcopus parochiales eccleſias, vel ipſarum obuentiones etiam de conſenſu patronorum dictarum eccleſiarum, vel capituli ſui ſine licentia Papę monaſterio conferre non poteſt. & ſic eſt ibi tex. notabi. quòd parochialis eccleſia fundat intentionem ſuam de iure communi ſuper omnibus obuētionibus ſpiritualibus contingentibus infra parochiam ſuam, vt probatur ibi, ſingularium parochiarum prouentus, &c.

30 † Ex quo infertur, ſecundum Hoſti. ibi, quòd omnes decimæ & obligationes, quæ fiunt infra parochiam, cedunt eccleſiæ parochiali. Vnde infert do. Abb. ibi, quòd ſi capella eſt infra parochiam alicuius eccleſiæ, oblationes ibi factæ non cedunt capellæ, ſed eccleſiæ parochiali.

31 † Vnde etiam per illum text. infert ibi domin. Anto. quòd ſi oblatio fit imagini depictæ in muro alicuius parochiæ, debetur eccleſiæ parochiali. Et ita dicit ibi domin. Abb. ſe ſępius interrogatum reſpondiſſe. Nam ſi oblationes ſanctæ capellæ, ſeu altari cedunt eccleſiæ parochiali, & non presbytero capellæ, fortius oblationes factæ imagini, quæ eſt depicta in muro priuato. Nam talis locus non eſt capax horum iurium ſpiritualium, quod eſt bene notandum ſecundum eum, quia quotidie de facto occurrit. Et ita poſt domin. Anto. ſecutus eſt ibi Imo. in primo notabili, dicēs hoc eſſe mēti tenendum. & ſic Domi. Anto. & Imo. fuerunt ſibiipſis contrarii, per id qđ dixerūt in d. clemē. per literas. de pręben. vt dixi in fine opinionis pręceden.

32 † Secundò allegatur text. in cap. ad audientiam. el j. de eccle. ędifican. vbi eſt caſus arguendo a ſpeciali, ꝙ oblationes, & aliæ obuentiones infra parochiam ſunt de iure parochiali. Nam ibi eſt caſus, quòd cum quędam villa ita eſſet remota ab eccleſia parochiali, vt cum maxima difficultate congruo tempore in officiis eccleſiaſticis ad eam poſſet accedere, Papa permiſit infra dictam parochiam eccleſiam poſſe ędificari. & ī ea ſacerdotem inſtitui, qui ad ſuam ſuſtentationem ipſius villæ obuētiones eccleſiaſticas reciperet. Eſt ergo ibi caſus ſpecialis, ī quo obuentiones, ſiue oblationes infra parochiam non cedunt eccleſiæ parochiali. Ergo in contrarium erit ius cōmune in aliis l. j. in fine. ff. ad municip. l. ius ſingulare. ff. de legibus. & ita dictū c. ad audientiam intellexit Domi. Abb. in cap. j. in 3. notabili. de ſtatu regula. & in capit. ex tranſmiſſa in primo notabili. de præſcrip. Et communiter Docto. in dicto capitu. paſtoralis. & in d. cap. ad audientiam. licèt glo. ibi in verbo, eccleſiaſticas, in finali ſolutione aliter intelligat illam literam. immo ſentit, & quaſi expreſsè dicit, ꝙ oblationes non ſunt de iure parochiali, vt clarè ex ea apparere poteſt.

33 † Tertiò allegatur tex. in c. quoniam de deci. vbi eſt caſus, ꝙ decimę noualium debentur eccleſiæ, in cuius parochia ſurgūt. ſecus ſi ī non ſunt in certa parochia, quia tunc debentur epiſcopo. ergo idem eſt in oblationibus, quæ ęquiparantur decimis,
34 vt in rubri. de decimis. & in c. quamuis. eodem titulo. † Et ideo Abbas in dicto cap. quoniam. in j. notabili dicit, ꝙ ille text. optimè facit in arg. ꝙ oblationes factę imagini, ſeu picturę alicuius Sancti exiſtenti, ſeu pictę extra eccleſiam, & infra parochiam, debeantur eccleſię parochiali, non autem epiſcopo: nam decimę illę noualium nouiter fuerūt ortę, nec vnquam ex illis terris aliqua ſolutio fuit facta eccleſiæ parochiali. attamē qa oriūtur infra parochiam, debentur eccleſię parochiali. & dicit etiā
35 optimè facere dictum c. paſtoralis. † Nam certum eſt, ꝙ Domino domus, vbi eſt illa pictura, vel imago, non debent illę oblationes, quia priuata perſona non poteſt habere oblationes, nec vſumfructum alicuius rei religioſę: ſed talis imago, vel pictura eſt religioſa. glo. dicit eſſe ſingularem, quę hoc ſentit, in dicta l. ſtatuę. de vſufruc. igitur, & c.

36 † Quartò faciat tex. in d. c. ex trāſmiſſa. de pręſcrip. vbi eſt caſus menti tenendus. ſecundum Abbatem ibi, in primo notabili, ꝙ oblationes, quę fiunt in capellis poſitis infra alicuius parochiam, de iure cedunt ipſi eccleſię parochiali, non autem pertinent ad capellas, & allegat dictum ca. ad audientiam. & nota. per ipſum in d. c. paſtoralis. & in rubrica de parochia. † Et dixit
37 idem Abba. in d. c. ex tranſmiſſa. in reportatio. ſuis illum tex. facere, ꝙ oblationes factę imagini, vel virginis, vel alicuius Sancti depictæ in muro alicuius loci infra parochiam conſtituti, debentur eccleſiæ parochiali.

38 † Quintò allegari etiam poſſunt c. Sanctorum. & c. hanc cōſuetudinem. 10. quæ. j. per quæ iura argumētando pro hac opinione dixit Petr. de Peruſio in præallega. ſua canonica, in loco ſuperius allegato, ꝙ oblatiōes factæ imagini poſitæ. ſ. parochiā ſunt de iure parochiali. adducit etiam dictum c. paſtoralis.

39 † Et ſubdit, quòd hoc caſu nomen oblationis ſumitur largè pro omnib. quæ infra limites parochiæ ſpiritualiter obueniunt. allegat Inno. & Ioan. Andr. in rubrica de parochiis. Et videtur, ſecundum eum, caſus in c. cum inter nos. de verbo. ſignifi. hinc eſt, ꝙ dicit ipſe, ꝙ ſi aliqua capella conſtruitur infra limites parochialis eccleſiæ, ꝙ eccleſia parochialis habebit omnes prouētus ratiōe ſpiritualitatis a perſonis vel rebus infra ſuos limites conſtitutis prouenientes illi capellæ, cedent tamen illi prouētus in vſus neceſſarios, & ſtipendia miniſtrorum illius capellę, ſecundum Hoſti. & Ioan. Andr. in d. c. ad audientiam.

Sextò adduco pro hac opinione doctrinam Innocen. in dicta rubrica de parochiis. qui vt ibi refert, & ſequitur Do. Anto.
40 Hanc opinio. expreſsè tenuit: † Grandis quippe eſt auctoritas Innocen. qui meritò appellari poteſt vtriuſque iuris luminare maius, ſicut Sol in firmamento appellatus eſt capitu. ſolitæ. de maio. & obedien.

Hanc etiam opinionem apertè ſentit Ioan. Andr. in d. capit. ad audientiam. in fin. dicens, ꝙ parochialis eccleſia de iure hēt, ꝙ omnes prouentus ratione ſpiritualitatis à perſonis, vel rebus infra ſuos limites conſtitutis prouenientes cedunt in vſus neceſſarios, & ſtipendia miniſtrorum eius. & ita dicit tenere Hoſtien. quorum auctoritas non fuit modica, licèt eos aliter referat Petr. de Peruſio in dicta ſua canonica, vt retuli in fine præcedentis argumenti.

41 † Et Dominus Ioannes Andreas dixit Bald. in capitu. cum olim. in prima columna de re iudica. quòd fuit fons iuris canonici. Et idem Bald. in prooemio feud. in 12. colum. dixit in eius laudem, quotienſcunque allegabo nouellam ī tali decretali, intendo allegare Ioan. And. in ſua nouella, quia fuit nobiliſſimum opus, & valde vtile. & de ipſo Ioann. Andr. multum honorificè locutus fuit do. Anto. in c. ad audientiam. in vltim. nota. de capel. mona. Et Ludo. Roma. ſing. cccl xxvj. dixit de eo ꝙ fuit valentiſſimus homo mūdi. Cum ergo tāti patres tenue-

Source : BIU Cujas

rint hanc opinio. videtur de iure verior. Septimò faciat, quod in simili dixit Innoc. & Hosti. & in capitu. cum venerabilis. de
42 excep. † quòd ius instituendi præsentatum ad ecclesiam positam infra limites alicuius parochię spectat ad rectorem dictæ parochię, non autem ad episcopum. & ita sequitur Archidiac. & communiter Docto. maximè Domi. in capitu. vnico. de capella. mona. libro 6. & Domi. Anto. in capitu. coram. de offi. delega. Idem Domi. Anto. & communiter alii in d. capi. cum venerabilis. & Domi. Cardi. in cle. j. in 6. q. de supplen. negli. pręlato. vbi allegat casum, quem dicit ita bene se nescire alibi, in ca. ad audientiam. el j. de eccle. ędifican. & ibi gl. in verbo, rectorũ, ad etiam Innoc. & ibi hoc expressè tenet Dom. Abb. in prin. in 4. col. in versicu. sed dubitatur quod dicit esse bene notandum, quia in multis locis, propter inaduertentiam hoc nõ seruatur.

Octauò pro eadem opi. adduci potest ratio: nam generi per speciem derogatur. l. sanctio legum. ff. de pœn. c. j. de rescr. & in
43 regula, generi per speciem, in 6. † Sed certum est, ꝙ episcopus est generalis parochianus in tota sua diœcesi. c. parochiano. de sepultu. c. nullus. de paro. c. j. de rapto. c. apostolicę. de dona. 16. q. 3. c. licèt in regulis voluit Domi. Abb. in c. quoniam. in secũdo notabili, de deci. & Imo. post Guil. in cle. fi. in vltim. colum. de priuile. ergo parochianus specialis debet ei derogare, maximè in his, quæ spectant ad ipsius specialem parochiam. & ideo pro corroboratione huius dicti allegari potest, quod dixit Bal.
44 in l. j. de offi. consu. in j. col. † ꝙ si in eadem ciuitate duo sunt officiales, vnus specialiter, alius generaliter deputatus, ꝙ vnus nõ poterit se intromittere de officio alterius, & dat exemplum in visitatore. vnde dicit ꝙ si Papa dat specialem visitatorem, generalis non poterit visitare, alleg. Iac. de Aret. in l. quod in rerũ. in §. si quis. ff. rerum amot. qui alleg. l. 2. C. de execu. & exacto. li. 12. allegari etiam potest, quod dixit idem Bald. in l. nec quicquã.
45 ff. de offic. procon. † vbi dicit per illum text. ꝙ legatus non potest se impedire de officio collectoris camerę Apostolicę. qđ dicit esse notandum pro commissionibus etiam extraordinariis, quas Princeps alteri facit, vt legatus nõ possit se intromittere. & allegat ad hoc c. ij. de offi. leg. Vnde etiã dicit idem Bald. in d. §. si quis. ꝙ specialis prouincialis deputatus ad visitandum excludit episcopum. facit quod voluit idem Bal in auct. habita.
46 in 9. col. in 10. oppo. C. ne filius pro patre. † Quare per hæc omnia supradicta concludo, cõmunem esse opin. ꝙ oblationes factę alicui imagini positæ infra alterius parochiã, debent̃ p̃sbytero parochiano, non autem episcopo. quàm opi. secutus est ẽt Domi. Anto. in d. c. coram. in ij. col. & Do. Abb. in d. c. dilectus. in 3. col. de offi. ordi. dicẽs, ꝙ licèt Ang. de Peru. consuluerit, dictas oblationes spectare ad episcopum, non bene fuit locutus, per d. c. pastoralis. d. c. ad audientiã. & d. c. ex transmissa, superius allega. & quàmuis mentionem non faciat in specie de consilio Ange. fuit eius consilium 224. de quo mentionẽ feci supra in p̃cedenti proxima opi. in 12. argu. & ita etiã consuluit Gasp. de Cald. consi. 5. & cum hac cõi opi. trãsiuit idẽ Abb. in rubr. de
48 paroch. vbi dicit se aliàs vidisse Io. An. in addit. Specu. nec dicit vbi, in hac materia allegantem iura, ꝙ dictæ oblationes debeãtur presbytero parochiano, & iura ꝙ debeãtur ep̃o, nihil verò determinantem, & finaliter eiusdem fuit sn̄iæ Marti. de Lau. in d. c. dilectus. hoc verum intelligens, qñ oblationes fuissent factæ loco religioso. & ita declarat Abb. ibi reprehẽdentẽ Ang. secus si fuissent factæ loco prophano & laicali, vt est casu quæstionis Ange. de qua in dicta sua disputatione. & ita intelligatur Ang. in d. suo consi. pro hoc allegat Marti. ꝙ dixit Bald. in d. l. si quis ad declinandam. C. de episcop. & cleri. & Imol. in capitu. officii. de testament.

47 † Vbi dicunt quòd nec episcopus, nec presbyter parochianus habent ius aliquod in hospitali facto non auctoritate episcopi, cum tale hospitale non dicatur ecclesiasticum, sed merè laicale. Faciat ad hoc etiam, secundũ eum, quod eleganter scripsit Inno. in c. inter dilectos. de dona. Nec ob. quod dicit Marti. in d. c. pastoralis. quia non loquitur in relicto loco merè laicali, & dicit ad hoc facere, quod dixit Hostien. & Ioan. And. in d. c. ad audientiam. dum allegant d. c. pastoralis. & dum dicũt ratione spiritualitatis. ergo secus si sit locus merè laicalis. Cum igitur prædicta sit cõmunis opi. nec in legendo, nec in iudicando ab ea est recedendum, per id quod dixit Ioan. And. in c. j. de constitu. & Do. Anto. & Abb. in cap. tua nos de vsur. facit quod scripsit notabilis doc. Matthe. de Mata. in tracta. suo opinionũ, circa. 4. colum. per l. minimè. ff. de legi. Sed opportunum est respondere argumentis pro alia opin. in mediũ adductis. Et primò, quò ad primum respondeo, ꝙ loquitur in casu, in quo habentes soluere dicimas vel oblationes nolint eas soluere, quia compelli possunt per episcopum. Facit pro hoc glo. in illo cap.
48 præterea. ibi allegato. † Sicut videmus ꝙ episcopus habet cõpellere hæredes ad mandandum executioni voluntates testãrium, vt in cap. si hæredes. de testamen. Ad secundum respondeo, quòd licèt episcopo spectet dispositio ecclesiarum suæ diœcesis quo ad collationem & institutionem. & ita loquuntur iura ibi allegata, nõ tamẽ ad cũ spectat dispositio oblationum debitarum alicui ecclesiæ sibi subditæ per iura ac rationes allegatas in hac vltima & communi opi.

Ad tertium respondeo similiter, ꝙ ad episcopum pertinet p uisio totius parochiæ quò ad collationem, institutionem, & eriam correctionem, non autem quo ad prædictas oblationes, vt prædixi.

49 † Ad quartum dico, ꝙ oblationes factæ in altari, in quo celebrat episcopus, licet in ecclesia parochiali debentur ipsi episcopo: nam in illo actu representat personam Christi tanquã eius vicarius, vt ibi dixi, in septimo argumento. ergo ei debentur dictæ oblationes, quæ fiunt Christo, vt in cap. præcipimus. & in ca. res ecclesiæ. 12. q. 1. Inno. & Ioan. Andr. in ca. cum super. de cau. pos. & propriè.

50 † Ad quintum dico, non valere argumentum à cõtrario sensu, collectum ex dicto dom. Abb. in d. capitul. quamuis. de deci. de quo ibi, quia resultaret contrarietas iuris per ea, quæ dicta sunt in hac vltima communi opi. quod esse non debent, secundum glo. singu. apud Legistas in l. 2. C. commu. de lega. facit glo. in c. 2. & in cap. significasti. de foro compe. Præterea Abb. fuit sibi contrarius. Nam in d. c. pastoralis. & in alijs locis in dicta vltima parte allegatis, expresse voluit oblationes deditas esse presbytero parochiano. ergo non debet attendi illud, quod dixit in d. c. quamuis. facit l. ancillæ. C. de fur. & in regula, vbi repugnantia. ff. de re. iur. Et maximè cum Abb. in d. c. quamuis. illud dixerit, arg. illius tex.

51 † Ad sextum respondeo, ꝙ non est mirum, si legatum factum ecclesiæ, quæ non reperitur, debetur ecclesiæ cathedrali, in qua legans habuit domicilium: quia vbi fit mentio de ecclesia, in dubio venit ecclesia cathedralis per excellentiam. cap. cum clerici. de verbo. signific. ergo non sequitur per illud dictum Lapi ibi alle. ꝙ oblationes factæ infra parochiam debeantur episcopo, cum de iure saltem canonico determinetur contrarium, d.
52 c. pastoralis. cum simi. † Ad septimum respondendo fateor, ꝙ episcopus est in sua diœcesi vicarius Christi. itẽ legatur, &c. quò ad omnia s̃. dicta. s. collationem, institutionem, & correctionẽ. non autem quo ad dictas oblationes, per iura & rationes allegatas pro hac communi opi.

53 † Ad octauum dico, ꝙ licet decimæ debeantur à parochianis ecclesiæ cathedrali. secus est in dictis oblationibus, in quib. ipsum ius disponit contrarium. d. c. pastoralis. cum simi. & sic in hoc casu decimæ debentur, & oblationes non ęquiparãtur. Vel dic, ꝙ ideo in illo casu decimæ à parochianis ecclesiæ cathedrali, quia ecclesia parochialis in dicto casu non habet limitatum territorium, vt ibi dixi. secus ergo si haberet limitatum territorium, quia tunc decimæ deberentur presbytero parochiano, non autem episcopo, de quo videnda est glos. & ibi latè per Doc. in c. cum contingat. de deci.

Ad contrarium similiter respondeo, ꝙ doctr. Ang. in illa sua disputatione ibi allegata tollitur per d. c pastoralis. cum simi.

54 † Ad decimum dico, ꝙ gl. in d. c. nulli. ibi adducto, non loquitur in episcopo, sed in Papa. Et dato ꝙ loqueretur in episcopo, Abbas in d. c. ad audientiam. ibi alleg. eam simpliciter non sequitur, sed distinguit, ꝙ aut subest iusta causa, & potest illud episcopus, aut non subest, & tunc secus, & allegat glo. in c. constitutus. de religio. domi. quę glo secundum eum idem dicit in Papa volente diuidere episcopatus.

Ad vndecimum, hoc est ad d. §. si quis autem. ibi adductum respondet, vt dixi ad sextum argumentum.

55 † Ad duodecimum & vltimum respondet, vt respondi ad nonum argumentum. Vel respondet, ꝙ procedit, quando Papa specialiter commisisset episcopo distributionem oblationum fieri inter pauperes, aliàs secus, ita expressè locutus est Ang. in dicto consil. 234. vt latius dixi in tracta. meo de digni. epis. in 6. dubio, post prin. circa tertiam cartam. Et quia in dicto argu. vlti. in fi. adduxi, c. proposuit. 1. q. 3. scilicet ꝙ episcopus generaliter habet potestatem in decimis & oblationibus, & per consequẽs in casu nostro viderentur ei deberi. Respondeo, ꝙ habet ius in decimis & oblationibus eo respectu, quo dixi supra in responsione primi argumenti.

56 † Ego verò, licet meum non sit ponere os in cęlum, vt verbis vtar tex. in c. intantum. 21. distin. maximè contra communem opi. cui deberem acquiescere per ea, quæ superius adduxi: tamẽ pro omnibus opinionibus in vtroque dubio adductis ad concordiam reducendis, putabam sic posse distingui, aut loquimur de oblationibus factis ecclesiæ habenti administratorem, vel factis imagini positæ in dicta ecclesia, vt est in casu dubitationis nostræ. Aut loquimur in oblationibus factis imagini positæ in domo priuata, vel in eius pariete, siue in simplici oratorio.

Primo casu subdistinguo, aut loquimur de oblationibus debitis presbytero parochiano, infra cuius parochiam posita est illa ecclesia, puta de his quæ in diebus Dominicis & alijs festiuitatibus solemnibus fieri debent in celebratione missæ ipsius parochiani, secundum doctrinam Hostien. in capitul. causa Carpensis. de verbo. fignificatio. & per Ioan. Andr. in rubr. de parochi. Et tunc aut illæ oblationes fiunt per homines parochiæ, ꝙ debentur

Source : BIU Cujas

bentur presbytero parochiæ,cui pertinet cura animarum illorum de parochia: quia qui sentit onus, debet sentire cõmodũ, vt in regula,qui sentit.cũ iuribus ibi in gl.alleg.li. vj.& ga,vt dixit Dñica veritas mercenarius dignus est mercede sua.Facit,c.j.
57 de sepul. † immò dixit Hosti. in summa, de parrochi. in §. ij. in ver.hic tamen sciendum est, in ij. col. quòd in dictis festiuitatibus presbyter parochialis potest compellere eius parochianos ad faciendas dictas oblationes, maximè cum sit quasi generalis consuetudo vbique terrarum, vt ibi latius per eum.Et sic tales oblationes dici poterunt quodammodo necessariæ, & per consequens parochiani ad eas soluendas per viam excommunicationis compelli poterunt,per id, quod dixit glo.fi.in c.præ-
58 ter hæc.xxxij.distin.& in c.qui oblationes. xiij. q.ij. † Denegantes verò oblationes gratuitas etiam possunt excommunicari, si clericus aliunde non habeat,quo sustentetur.dixit glo.not.in capitu.statuimus. xvj.q. j. Et oblationibus necessarijs vide Tho. ij.ij.q.lxxxvj.Et hoc casu verificari poterit vltima opinio & cõmunis.aut fiunt per alios non parrochianos, & tunc debentur ipsi administratori ecclesiæ.& ita puto intelligendum c. hanc consuetudinem.in prin.x. q.j. Item quia in eis cessat ratio curæ, ergo cessare debet iuris dispositio.l.adigere. §. quamuis.de iure patr c cum cessante.de appel.Et idem dico in alijs oblationibus factis ratione deuotionis,vel voti ipsi imagini,vt est in casu nostro, a quibuscunque fiant siue parochianis, siue ab alijs. Et ad sic dicendum me mouebat ratio. nam illud, quod donatum est imagini,siue Dei,siue Sancti,dicitur donatum ipsi Deo,vt dixi superius, maximè in secunda opinione secundi dubij, in vij. arg.per c.præcipimus.& c.res ecclesiæ.& c. nulli episcoporum. xij. q. j. & per consequens dicitur donatum illi ecclesiæ, vbi est imago.d.c. res ecclesiæ facit c.in ecclesiam.j.q.j.& c.illud.xxxij. q.ij.vnde non immeritò dixit text.in c.Saluator circa medi. j. q.
59 j.† quòd bona ecclesiarum sunt bona Dei,meritò oblationes illas habere debebit administrator ecclesiæ,in qua est imago, cũ ipse in illo loco sit administrator bonorum Dei,vt in c.ij.de dõ. & in §.fi.xij. q.j. & de illis ante tribunal Dei sit redditurus rationem facit.c.quoniam.in princip.xvj.q.j.& c.quatuor.xij. q.ij. Et ita hoc casu procedat prima opinio secundi dubij qui enim altari seruit,de altari debet viuere.c.cum secundum. in princi.de præben.Et docto.ibi exponunt de altari, ideſt de oblationibus factis in altari,facit.c.ex his. xij.q.j.Item quia in hoc casu locum habet illa regula generi per speciẽ derogatur, de qua mentionẽ feci in vltimo argumento secundæ partis præcedẽtis proximi dubij.Nam sicut presbyter parochiæ specialis derogat generali parochiano,hoc est Episcopo,vt ibi dixi, ita administrator Ecclesiæ positæ in parochia debet tanquam specialis derogare quo ad oblationes factas in ecclesia sua presbytero parochiali tanquam administratori generalis parochię. & hoc casu nõ procedent argumenta facta in dicta vltima alias secunda parte proximi dubij per quę concluditur, quòd parochialis ecclesia fundat intentionem suam de iure communi super omnibus obuentionibus contingentibus infra parochiam. nam debent intelligi de obuentionibus contingentibus alicui loco propha no non autem ecclesiæ habenti administratorem per rationes superius adductas.& hoc videtur fuisse de mente communiter doctorum in locis præallegatis, inquantum quærunt,cuius debeant esse oblationes factę imagini positę in aliquo loco priuato,vt est in exemplo posito maxime per Ange· in dicta sua disputatione. Vel Responderi potest dictis argumentis, vt superius sigillatim,& specialiter responsum est.Nec ob. si cõtra hæc allegaretur tex.in d.c.pastoralis.& in d.c.ad audientiam.quæ fue
60 runt fundamenta principalia communis opinionis. † Quia respondeo quòd.d.c. pastoralis loquitur de obuentionibus.j. fructibus, & redditibus ecclesiæ parochialis, non autem de oblationibus,quę causa deuotionis offeruntur imagini infra parochiam, de quibus loquimur. Item dictum. c. ad audientiam loquitur de obuentionus debitis ecclesiæ parochiali, hoc est de decimis,secundum glo.ibi in verbo ecclesiasticas.in fi. & intelligit de decimis personalibus,non autem prædialibus. † Prædi-
61 cta tamen possunt duobus modis limitari.Primo,vbi constaret de mente offerentis s.cuius vellet esse dictas oblationes, nã tũc eius voluntati standum est, quia in re sua quilibet est moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. in c.de his.de sepul. In traditionibus enim rerum nostrarum possumus quam volumus adijcere conditionem,dummodo honestam. l. traditioni-
62 bus.C.de pac.† Secundò limito, vbi esset consuetudo præscripta,quòd dictę oblationes potius quærerẽtur vni ecclesiæ quã alteri,nam illa esset seruanda,quia in talibus seruanda est c.cum inter.& ibi omnes doc.hoc tenent. de verb. sig. in his nanque præscriptio procedit.vt in capitulo ex transmissa. & in capitulo de quarta.de præscrip.& quòd voluit Host. in §. an licitum in summa.de sepul.Host. Ioann. An. & alij doc. in capitulo certificari.de sepultu. Et hoc procedit, quando consuetudo esset vt acquireretur ecclesiæ, vel personæ ecclesiasticę, quę esset capax quasi possessionis talium iurium. Sed si consuetudo esset, quòd quæreretur personæ prophanę, vel loco prophano, & tunc non valeret talis consuetudo. ita dixit Maria in dicto suo tract.de oblatio.in libello xviij. in ij.& iij. dubio allegans text. ad hoc not.in capitulo hanc consuetudinem. x. q.j. Et sic distinctio mea procedit, quando essemus in dubio, cuius deberent esse oblationes. Secũdò casu principali similiter subdistinguo.
63 † Aut sumus in casu, in quo parochię sunt distinctę, & sic respectum habemus ad ius hodiernum. quam distinctionem fecit Dionysius Papa,quia olim sacerdotes simul regebant populum,vt in c.1.13.q.1.& in d.c.pastoralis. & ibi per Docto. & maximè do. Abb. quòd etiam erat in Episcopatibus in primitiua Ecclesia,per ea quæ habentur in cap.cum causam. de probat.& per Innoc.in c.constitutus.de appellat. secundum ipsum Abb. in d.c.pastoralis.in primo nota. Et hoc casu oblationes debentur parochiano,& ita procedat dicta communis opinio per iura in ea allegata. & maximè per illam rationẽ, quia generi per
64 speciem,&c. † hoc tamen limitarem in religiosis habentibus in muro monasterij imaginem. nam oblationes factæ imagini debentur monasterio,non autem presbytero parochiali, in cuius parochia est monasterium.Ita dixit do.Abb. in c.1. in tertio nota.de statu reg. & in c. dilectus. de offic. ordin. facit c. nimis.
65 el primo.de excess prælat. † Secundò limito,vbi offertur membrum ipsi imagini.verbi gratia, imago erat aurea vel argentea, cui deficiebat brachium, aliquis ex deuotione ei obtulit vnũ brachium aureum vel argenteum,dixit Ange. in dicta Aucten. omnes peregrini. C. communia de successio. de quo mentionem feci supra in prima parte tertij dubij in vltimo argumento,quòd talis oblatio brachij pertinet ad dominum imaginis. Idem ipse tenuit in dicta disputatione in refulgenti.in secundo dubio.Hoc verum intelligo, nisi aliter constaret de mente offerentis,vel aliter dictaret consuetudo, per ea quæ dixi in fine
66 membri præcedentis. † Tertiò limita in oblationibus factis de acquisitis ex meretricio, quia non solũ non debentur presbytero parochiano, immo non valent, nec sunt acceptandæ per dominum loci, vbi fiunt secundum beatum Thomam de Aquino in secundo sententiarum. dist.15.q.2. artic.4. circa fin.
67 † vbi dicit quòd de acquisitis ex meretricio, vel per simoniam non debet fieri oblatio ad altare,saltẽ manifestè, propter scandalum in reuerentia Sanctorum, & propter sceleris abhominationem.Idem tenet do.Abb. in dicto c. causa carpensis. de verbor.signi.facit ad hoc glo.nota.14.q.5.in summa.& in c.non est putanda.1.q.1.& glo.& ibi per Docto.in c.ex transmissa. de deci. & de hoc latè dixi supra in secundo dubio. † Aut sumus in
68 casu in quo parochiæ non sint distinctè sicut erat olim, vt dixi, & sic habito respectu ad ius antiquum.& tunc Episcopo debentur dictæ oblationes cum ipse sit generalis parochianus totius diœcesis,vt dixi supra in vltimo argumẽto communis opinionis. & hoc casu poterunt procedere argumenta facta pro parte eorum qui tenent dictas oblationes spectare ad Episcopum, licet aliter & sigillatim dictis argumentis superius responsum
69 fuerit. † Aliquando verò accidit, quòd in Ecclesia cathedralis est parochialis .& tunc in hoc sic distinguerem, quòd aut mensa non est diuisa inter Episcopum & capitulum. de qua mensa per Archidia.in cap.1.35. quæst.8.per Barto.& ibi Ange. in sua repetitio.in l.si vacantia. in 7.colum. in princ. C.de bon. vacan.lib.10. per domi.Cardin. cap.2. de feud. & communiter per omnes in cap.vt super. de rebus eccles. non alienandis. Et hoc casu medietas oblationum debetur capitulo & medietas Episcopo, & ita intelligerem. cap. antiquos. decima quæst. 1. Aut mensa est diuisa, & tunc considerandum est, an altare & cura sit de mensa Episcopi, vel de mensa capituli, & illi de cuius sunt mensa debentur oblationes factæ in ipso altari ratione oneris, quia qui sentit onus debet sentire commodũ, & econtra, vt superius dictum est. Et ideo quia Ecclesia nostra hic sancti Petri cathedralis habet parochiam, si oblationes fierent in altari ipsius, vel alicui imagini positæ in loco priuato ipsius parochiæ deberentur. cap.habenti mensam diuisam à mensa Episcopi,cum altare,& cura sit de mensa ipsius capituli.

70 † Dixit tamen textus singul. secundum Abba. ibi in capitul.cum super. de sepultur.quòd si parochianus Ecclesiæ cathedralis alibi sepelitur, de ipsius funeralibus, seu relictis Ecclesiæ sepulturæ debetur quarta capitulo ipsius Ecclesiæ cathedralis. vide ibi Abb. in tertio notabi. Et sic ibi non fit differentia an mensa sit diuisa.

Vnum prædictis annecto,ꝙ posito ꝙ in casibus supra dictis debeantur oblationes administratori ecclesiæ positę infra
71 parochiam, ac etiam presbytero parochiano, † tamen de ipsis oblationibus debetur quarta episcopo, secundum Bald. in leg. si quis ad declinandam. in xv. columna in verſicu. quęritur nunquid episcopus. C. de sacrosan. eccle. vbi dicit quòd episcopus de omnibus oblationibus, & mortuarijs debet habere quartam. & ita referendo sequutus est dominus Cardi. in clemen. ij. §. illi. n fin. de religio. domi. licet gloss. quæ allegatur communiter pro notabili in verſic.tua in fi.in c. de his.x q.j.teneat contrarium, dicẽs quòd quamuis episcopus debeat habere quartam decimarum debitarum Ecclesiis parochialibus,

Source : BIU Cujas

chialibus, tñ de alijs redditibus nihil debet hñe de consuetudine generali & præscripta.& ita dicit fuisse sententiarum quo ad quartam decimarum pro episcopo huius ciuitatis Bononię cõ
71 tra ecclesiam sancti Ioannis in perfecto. † Auctoritas tamen gloss.est maxima & alijs prępõderat auctoritatibus per id quod dixit Iaco.Butri.in l.j.C.qui pro sua iurisdictione. & Cyn. in l.j. C.de actio.& obligatio.& Bart.in consilio suo incipiente Andriolus.& Bald.in l.precibus. C.de impube.& Cyn.in l.non moriturum.C.de contrahen.& committen.stipulatio.Ideo in hoc relinquerem cogitandum & videndum ea quę dicunt docto.
73 in c. requisisti. de testamen. † Item aliud subiungo, quòd cuicunque competant dictę oblationes de eis fieri debẽt quatuor partes secundum diuisionem factam per text.in c.vobis.& in c. vulteranę.cum duobus capitulis sequentibus.& maxime in c. quatuor.vbi expressa fit mentio de oblationibus.xij.q.ij.scilicet quòd vnam quartam partem pro se retineat, aliam det clericis ecclesiæ.aliam pauperibus. aliam verò applicet fabricę ecclesię suę.Vnde simpliciter nõ videtur verum, quòd in casu quo episcopus deberet habere dictas oblationes, deberet eas distribuere inter pauperes, vt dicebat Angelus, dominus Antonius, & Imol.in locis superius adductis, parcant mihi eorum reuerentiæ.†
74 Item similiter non videtur bene loqui Maria.in dicto tractatu de oblationibus in decimonono libello,in primo dubio, vbi dicit,quòd si offerens non expressit quid de re oblata volebat fieri, tunc si illa res est prophana, potest recipiens eam dispensare ad libitum, dummodo in actus licitos, & honestos, & sibi non interdictos eam dispenset, ex quo res oblata est facta sua, per leg.in re mandata. C. manda. Et ideo posset dispensare in equos, canes, & porcos, allegat gloss. in capitu. hanc consuetudinem.& vbi Vguc.x.q. j. sed si res oblata est sacra, non potest recipiens eam alienare, secundum gloss. in §. hoc ius porrectum. in ver. conflata. x. q. ij. Facit regula semel Deo, cum ibi not. de reg. iur. lib vj. Nam non est verum,quòd res oblata sit facta recipientis, sed Dei, licet recipiens habeat eius administrationem per late supra dicta, quam administrationẽ habet fm iuris dispositionem,idest fm c.vobis.& c.vulteranę.cũ alijs prælega.Nec etiam gloss.in d. c. hanc consuetudinem probat dictum Mariani. immo potius probat cõtrariũ.
75 † Dicitur enim ibi qnòd sacerdotes antiquę legis non poterãt de panibus propositionis pascere familiam suã,vel canes suos, sed tantum in necessitate licebat eos comedere. Et ratio esse potest,quia in necessitatibus omnia debẽt esse communia, per not. in capitu. si quis per necessitatem. de furt. & in capitu. ius naturale. j. distin. Cessante ergo necessitate non poterant aliquid disponere de dictis panibus.leg.cum prætor.de iudic. cap.
76 nonne.de præsump.quòd est cõtra illud quod dicit Maria.† Itẽ contra eum etiam facit gloss.in c.altare. j. q. iij. quę dicit quòd illa quę altari conferuntur vendi non possunt, alias simoniaca hęresis committeretur,per illum tex.& illam glo.pro singulari ad hoc allegauit Ludo.singulari.Tamen Archidia.in c.sanctorum. x. q. j. refert Hugo. dicere quòd siue fiat de iure, siue non, quotidie venditio oblationum fit ab episcopis,& etiam domi-
77 no Papa. † Dubito quantum ad episcopos an valeat hæc consuetudo per supra dicta, secus puto esse in summo pontifice, qui solutus est iure positiuo.vt in c.proposuit.de concess.præbẽ. licet equum sit,quòd secundum illud viuat.vt not. in c.non liceat Papæ.xij.q.ij.& in l.princeps.ff.de legatis.& in l.digna vox.
78 C.eo.titu.† Vnum subdit Archi.in c.sanctorum.quòd venditis oblationibus per episcopum, vel Papam alicui laico non licet ipsi laico eas de altari accipere, sed ibi debet esse clericus, qui eas accipiat de altari,& det ipso laico.nam manus prophanæ,& nepharię non debent contingere sacra arg.c. mirum.xij.q.ij.& de consecra.distin j.c. ligna. cap.nemo. & cap.sancta.Ex quibus verbis infero quòd distinctio Maria.facta inter oblationes prophanas & sacras non est bona. Semel enim Deo dedicatum nõ potest dici prophanum. facit dicta regula semel Deo. cum ibi not.lib.vj.& per consequens statim cum oblatio facta est, Deo dicitur facta. Item contra Maria. quòd dictę oblationes non possint vendi per sacerdotem, in cuius altari vel ecclesia fiunt, & sic non efficiantur suę, facit quia vt supra dixi secundũ Bald. de illis quarta debetur episcopo, ergo efficiuntur solum suæ quantum ad eius victum & vestitum per iura supra allegata.
79 † Plus dixit glo.notabilis.c.illi autem. xij. q. j. quòd oblationes non sunt cõmunicandæ clericis. & sic per consequens sentit illa glo.quòd debent distribui inter indigentes,nihil tamen allegat.ergo &c.l.illam.C.de collatio.in §.consideremus.in auct.de
80 trien. & semis. † Sed hoc expresse per illam gloss. dixit Marti. de Lau.in additionibus quas fecit ad Ioannem in titulo de præbendis in c.episcopus,volens, quòd licèt voluptuosè viuentes de redditibus ecclesiæ peccent, & teneantur ad restitutionem secundum Abba.ibi.& Ioan.de Ligna.in clementi.gratiæ.de rescrip. illud procedit in fructibus beneficiorum, secus in obla-
81 tionibus. † nam indistinctè tenetur rector, siue clericus distribuere oblationes pauperibus,quando habet patrimonium,vn de honestè viuere possit. allegat ad hoc glo. pro nota. in dicto c.illi.& ad hoc casu verificabitur quòd dixit Ange. domi.Ant. & Imo.quos supra retuli,& hoc est menti tenendum ad limita-
82 tionem & restrictionem illius dubitationis,scilicet † An habẽs patrimonium possit in foro cõscientiæ illo sibi reseruato viuere de fructibus beneficij si quod habet. de qua dubitatione latè per domi.Abba.in dicto.c.episcopus.post Innocen. ibi, & Ioã. de Ligna.in dicta clemen gratię.& per Abba. post glos. & alios docto.in c.postulasti. de rescri.& latius per eundem Abba.in disputatione sua incip.Titius clericus.Et per hęc finem facio huic opusculo me semper subijciens castigationi rectius sentientis. Ab anniculo enim iuxta illud Augustini in cap.si habes.xxiiij.q. iij. paratus sum doceri. facit ad hoc notabilis textus in c. fina. xxxviij. quæstione ad laudem & gloriam summę & indiuiduę Trinitatis patris & filij & spiritusſancti. Amen.

Dabis igitur mihi veniam vir reuerende si vt tuũ forte fuisset desiderium non dixero.amicus enim Plato, & amicus Socrates, magis amica veritas, quam si diligenter vt soles, rimari volueris, me ab ea fore alienum nequaquam reperies, nec vt spero tibi displicebit, nam te per veritatis semitam semper incedentem inueni. Vale & me vt soles ama. Laus Deo omnipotenti.

TRACTATVS SOLEMNIS

D. Ludouici, De Indulgentijs.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio quid sit,& quid indicet.*
2 *Indulgentia,quid sit.*
3 *Pœna omnis,quæ debetur pro peccato,relaxatur in baptismo merito passionis Domini nostri Iesu Christi.*
4 *Papa in personam Petri Apostoli habuit licentiam a Christo relaxandi pęnam peccati sine vlla exceptione.*
5 *Indulgentię papales extenduntur ad omnes.*
6 *Papa non solum, sed etiam episcopi in suis episcopatibus, & archiepiscopi in episcopatibus suorũ suffraganeorũ possunt indulgentias cõcedere.20.*
7 *Sacerdotes inferiores indulgentias concedere non possunt.*
8 *Episcopi & similes possunt indulgentias concedere,dummodo non excedant metam.*
9 *Pœnitentiam septem annorum requirit quodlibet peccatum mortale.*
10 *Indulgentię an valeant quo ad forum ecclesiæ, & quo ad forum Dei.*
Causa proxima & principalis concedendi indulgentias,quę fuerit.
11 *Legatum relictum pro fabrica ecclesię vel picturę, dicitur ad perpetuum cultum.*
12 *Legatum factum altari alicuius ecclesię, cui debeatur.*
13 *Delinquens si fugit ad ecclesiam,est tutus & securus in ea.*
14 *Clericis alicuius ecclesię si conceditur quòd excommunicari non possint, talis concessio dicitur esse facta ad honorem ecclesię.*
15 *Principes seculares cum concedunt immunitates habitantibus in aliquo loco,an hoc videantur facere respectu loci vel hominum.*
16 *Factum mea causa,est meum.*
17 *Spiritualia,an concedantur pro temporalibus.*
18 *Indulgentia quotuplex sit.*
19 *Indulgentias quę personæ concedere possint.*
21 *Episcopus electus confirmatus & consecratus habet potestatem concedendi indulgentias.*
22 *Sanctissimus Christi legatus dicitur episcopus.*
23 *Episcopatus est dignitas dignitatum.*
24 *Episcopus est tantæ præeminentię & auctoritatis, quòd ex causa pœnitentiam à Papa iniunctam potest minuere.*
25 *Episcopus electus & confirmatus,sed nondum consecratus,an possit concedere indulgentias.*
26 *Episcopus si non sit sacerdos,an possit indulgentias concedere.*
27 *Consuetudo generalis obseruat quòd episcopus cõfirmatus licet nõ consecratus in episcopum vel sacerdotem,potest concedere indulgentiass.*
28 *Archiepiscopus & delegatus apostolicus possunt concedere indulgentias publicas & generales.*
29 *Papa absque dubio potest omnes indulgentias concedere.*
30 *Cardinales possunt in suo titulo & in omnibus ecclesijs titulo suo subiectis concedere indulgentias.*
31 *Sacerdotes Leuitici generis fuerunt in veteri testamento supremę potestatis & auctoritatis.*
32 *Cardinales dicuntur esse pars Papatus.*
33 *Cardinales locum Apostolorum obtinent.*
34 *Cardinalatus hodie est summus & primus gradus post Papatum.*
35 *Episcopi,nunquid possint indulgentias concedere in dioceſi aliena.*

36 *Episcopus*

Source : BIU Cujas

36 *Episcopus extra territorium suum potest confirmare præsentatum per patronos tanquam actum voluntariæ iurisdictionis.*
37 *Episcopus potest ne absoluere excommunicatum extra territorium.*
38 *Iudex potest dare licentiam tutori administrandi bona existentia extra territorium.*
39 *Archiepiscopus potest concedere indulgentias per totam prouinciam suã, & in omnibus episcopatibus suorum suffraganeorum.*
40 *Vacante sede per mortem episcopi, an possit capitulum indulgentias concedere.* 41. 43.
42 *Capitulum succedit episcopo in his, quæ sunt necessariæ iurisdictionis.* 44.
45 *Prælatus existens in peccato mortali, an possit concedere indulgentias.*
46 *Prælatus excommunicatus non potest auctorari, nec potest interponere decretum.* 47.
48 *Prælati quantam indulgentiam possint concedere.*
49 *Cardinales, qui centum dies de indulgentia concedunt, habent hoc ex priuilegio Papæ, non autem de iure communi.*
50 *Dies quadraginta vel annus de indulgentia dati ab episcopo, an sint continui vel vtiles.* 51.
52 *Episcopus, qui concedere voluit indulgentiam* 40. *dierum, & concessit centum dierum, an valeat.*
53 *Res ecclesiæ consueta locari vsque ad tertiam generationem, si locatur vsq; ad tertiam & quartam generationem, valet vsque ad generationem permissam.*
54 *Indulgentiam an possit vnus accipere pro altero.*
55 *Indulgentia ad hoc vt prosit, multa copulatiuè requiruntur.*
56 *Indulgentiæ, an possint accipi pro mortuis existentibus in purgatorio.*
57 *Indulgentiæ, an prosint illis qui postmodum ex peccatis perpetratis damnãtur in inferno.*
58 *Orationes & fletus beati Gregorij reuocarunt Traianum ab inferis.*
59 *Indulgentiæ, an prosint omnibus viuis, non solùm subditis episcopo eas concedenti, sed etiam non subditis.*
60 *Peregrinari volentes & visitare pia loca, prius debent habere licentiam à proprio episcopo percipiendi indulgentias in territorijs alienis indultus.*
61 *Episcopus si concessit literas indulgentiæ pro opere, quod fit extra suam diœcesim sine licentia illius episcopi, an prosint subdito ipsius concedentis illud opus facienti.*
62 *Episcopus aliquis si habet in aliena diœcesi aliquam ecclesiam parochialem, an indulgentia per eum concessa prosit parochianis in illa diœcesi aliena existentibus.*
63 *Indulgentiæ emanatæ à proprijs episcopis, an prosint exemptis.*
64 *Episcopus aliquis concessit indulgentiam, an forenses alibi nati, tamen in ciuitate commorantes, gaudeant ea concessione.*
65 *Indulgentia concessa Titio & familiaribus suis, seu domesticis, an intelligatur de præsentibus tantùm, an etiam de superadditis post concessionem.*
66 *Archiepiscopus si concedit indulgentiam, & episcopus similiter concessit indulgentiam, an omnes habeant istas duas indulgentias.*
67 *Diuersæ literæ episcoporum si emanarunt in vno loco concedentes indulgentias, an omnibus prosint hæ duæ indulgentiæ.*
68 *Deus solùm respicit cor hominis.*
69 *Indulgentiam concedens si ipsemet faciat illud, quod requirit eius concessio, an gaudeat beneficio eiusdem indulgentiæ.*
70 *Indulgentiæ, ad quid prosint & valeant.*
71 *Culpa non remittitur per plenariam remissionem, cum per contritionem sit semel dimissa.*
72 *Existentibus in peccato mortali, nunquid indulgentiæ prosint.*
73 *Pœnitentes & verè confessi, qui dicantur.*
74 *Propositum habens confitendi tempore debito, & cum contritione peccatorum præteritorum, consequi potest indulgentias.*
75 *Propositum confitendi qui habuit, si tempore debito non confiteatur, peccat mortaliter non obediendo præcepto ecclesiæ.*
75 *Indulgentiam, nunquid possit quis pluries consequi, faciendo pluries illud, propter quod indulgentia concessa est.*
77 *Indulgentiæ, in quibus consistant, & quantum valent.* 78.
79 *Indulgentia si fuit concessa alicui ecclesiæ & ipsa ecclesia postea fuit diruta, an extinguatur indulgentia.* 80.
81 *Interpretatio verborum dubiorum indulgentiæ, ad quem spectet.* 84
82 *Declaratio & interpretatio sententiæ spectat ad iudicantem.*
84 *Pauper, nunquid ita consequatur indulgentiam, sicut diues.*
85 *Indulgentia Papæ si sit, q; qui dederit decem alicui ecclesiæ remittatur ei quarta pars omnium peccatorum suorum, nunquid si aliquis obtulit quadraginta sit remissa tota pœna omnium peccatorum.* 86.
87 *Concessio indulgentiarum, quæ emanant à Papa, & ab alijs inferioribus, vnde habuit originem.*
88 *Indulgentiæ in veteri testamento non dabantur.*
89 *Indulgentia ad hoc vt valeat, quot requirantur.*
90 *Questores eleemosynarum si non habent veras literas Apostolicas, vel sui episcopi diœcesani, an debeant admitti.*
91 *Prælati non debent concedere bullas questoribus eleemosynarum, nisi secundum formam consuetam concedi à Romana ecclesia.*
92 *Questores non debent prædicare, nec aliquid proponere, nisi quod in literis eorum continetur.*
93 *Indulgentia, nunquid concedatur præstanti eleemosynam falso questori.* 95.
94 *Soluendo procuratori falso, non consequitur quis liberationem.*
96 *Verba indulgentiarum cõiter existentia in bullis, videlicet quicunque catholicus iuxta suam facultatem donauerit, habeat tantum de indulgentia, quantum debeat quis donare, vt indulgentiam consequatur.*
97 *Beneficia Principis latissimam debent habere interpretationem.*
98 *Verba ista in indulgentijs apposita videlicet, quòd tale quid faciens permaneat plenariè absolutus ab omnib. peccatis suis, &c. qualiter intelligãtur.*
99 *Pœnitentia multũ operat, & est maximi effectus in indulgẽtijs consequẽdis.*
100 *Indulgentia, quando plenaria possit dici.*
101 *Cruce signatus si moritur antequam arripiat iter pro subsidio terræ sanctæ, vel alterius loci, an consequatur indulgentiam.* 102.
103 *Indulgentia in iure, quot modis sumatur.*
104 *Indulgentia concessa ciuitati, terræ, vel patriæ, an intelligatur non solùm concessa laicis, sed etiam clericis.*
105 *Clerici dicuntur esse de populo.*
106 *Existentes in eminentissimis dignitatibus, an contineantur appellatione populi, seu vniuersitatis.*
107 *Indulgentias concedens, an videatur approbare statum illius, cui fit eõcessio.*

DE indulgentijs tractaturus & eius vtili ac necessitate materiæ operam daturum, prius noscere oportet quid sit indulgentia, iuxta illud quod dixit Iurisconsultus in l. 1. in prin. ff. de iust. & iure, & in l. j. cum ibi no. ff. si cer. pet. & in rub ff. sol. mat. & in l. j. ff. de te. & in l. 1. ff. de tute. & Inst. eo. ti. in prin. cum si. † Nam vt dicit philosoporum facilè princeps Arist. 7. Metaphi. Diffõ in 1 dicat quid est esse rei. Et idem attestatur in 1. Topicorum, & in primo de anima dum dixit, Omnis demonstrationis principiũ est q; quid est. i. diffinitio, &c. vbi ponit etiam multũ magistraliter triplicem esse diffinitionem. s. per materiam, & per formam, & per vtrunque, vt ibi per eum. Et idem comprobauit ipse Ari. in 6. Topi. dicens. Oportet diffinientem planissima interpretatione vti, eo q; causa innotescendi redditur diffinitio, &c. Et idẽ etiam voluit oratorum merito Princeps, M. Tullius Cicero in j. Officiorum dum dixit, Omnis. n. quæ à ratione suscipitur de aliqua re instõ, debet à diffinitione proficisci, vt intelligatur quid sit id, de quo disputetur, &c. Et voluit ibi ẽt Commẽtator, dum dicebat q; diffinitio est patefactio rerum operatarũ cum quid quidq; sit aperitur, & q; breuissimè offenditur, quid sit id de quo agitur. Et voluit Bal. in preludijs feudorum, in 5. col. vbi comme morat auctoritatem M. Tullij Cic in loco præalle. Capio igitur hoc primũ in quo licet omnis diffinitio ĩ iure periculosa, & parum sit vt subuerti non possit, vt dicit tex. in l. oĩs diffinitio. ff. de reg. iu. & notant scribentes in d. rub. ff. sol. ma. † Dico q; indulgẽ 2 tia est remissio peccatorũ, ſm Frã. de Maro. in suo trac. de indulgentiis. Vel clarius & secundò dicas tu, q; indulgentia est remissio pœnę tpalis, quæ pro pctis debet, ꝯcessa à Papa vel ab alio ptã tẽ hñte, &c. Et hæc diffõ fuit de mente Reuerẽdi Dñi Epi Nicotoreñ. dñi Nic. Guiditioni, Luceñ. in opere suo de indulgentijs.

Pro cuius diffinitionis vera discussione primò vltra omnes dicas q; ideo dixi, remissio pœnę &c. † quia licet omnis 3 pœna, quæ debetur pro peccato, relaxetur merito passionis Dñi nostri Iesu Christi in baptismo, vt est tex. Augu. in c. paruulo. de conse. dist. 4. & voluit sacratissimus ille Magr̃ sn̄arum in 4. d. 4. & gl. super illud Exo. 14. Vnus ex eis non remansit, &c. dum gl. dixit, q; omnia peccata ablata sunt in baptismo, & potentia diabolica est submersa. & voluit etiam Do. Bona. vbi supra dicens q; in baptismo omnis culpa deletur, & restituitur homo in pristinã innocentiam quantum ad animam, iuxta illud Apli. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritussancti, quem effudit in nobis abundè, &c. ad Titum. 4. ca. & etiam voluit S. Th. in 3. parte. q. 69. & gl. super illo verbo, saluos nos fecit, &c. tamen cum homines postea peccantes reddunt se indignos tanto & tali beneficio, & ideo remanent obligati ad tpaliter satisfaciendum, pœnamq; tpalem soluendam, nisi forte adesset feruentissima & tanta cõtritio, per q; qñ esset bene feruentissima, remitteretur eis tota pœna, aliàs aũt solum minorat. ita voluit Magr̃ sn̄arũ & Bona. di. 19. tertij. Et ideo per indulgentias, quæ conceduntur, fit remissio illius pœnę tpalis, qua homines post baptismum illaqueantur ex peccatis superuenienti b.

Præterea & secundo loco sciendum est, q; ideo in diffi 4 nitione nostra dixi concessa à Papa, &c. † qa Papa in personam Petri Apli & vicarij Iesu Christi Saluatoris nostri habuit licentiam ab eo relaxandi pœnam pctĩ sine vlla exceptione, vt dicit tex. notandus in c. Deus. de pœ. di. 1. & sic ẽt succeſſiuè ẽt habuit & de præsenti habet ecclesia & pastor eius hãc pãtẽ clauiũ ligandi atq; soluendi sibi concessam à Christo. tex. est in c. noua. in fi. extra de pœni. & remis. & legitur Matthęi, 16. c. transumptiuè in c. manet. & in c. omnib. & in c. quodcũq; 24. q. 1. & voluit Richar. di. 18. quarti. vbi dixit, q; claues regni cęlorum datæ sunt ecclesiæ. & hę claues accipiuntur ad similitudinẽ clauiũ materialiũ, per quas ostiũ claudit & aperit, & iõ Papa tã q; verus Xpi vicarius hẽt plenitudinẽ ptãtis ab ipso Christo, vt patet in c. cũ ex eo. extra de pœni. & remis. & voluit Rich. & Bonauen.

nauem.vbi ſupra proxime,& Inno.Hoſti.Io.And.& communiter alij Canoniſtæ ſcribentes in d.c.cum ex eo.& in c.quod autē eo.tit.& Io.de Imo.in cle.2.in 3.col.eo.tit.& Io.de Imo.in cle.j. in 11.& pe.col.extra de priui.& Lud.Ro.in conſi.364.inci.dum
5 ſecundò quæritur,&c.in vlti.col. † Et ex hoc infero q̄ tanta eſt poteſtas & auctoritas Papæ ſuper prędictis,q̄ vbi aliàs indulgentiæ conceſſæ per epiſcopos & per alios poteſtatem concedendi eas habentes non extenduntur ad non ſubditos concedentibus,niſi prout infra in locis ſuis dicemus,tamen indulgentiæ papales extenduntur ad omnes etiam per totum mundum, quia quilibet eſt ſubditus Papæ.c.cuncta per mundum & c. per principalem.9.q.3.niſi Papa in conceſſione earum limitaret ipſas ratione loci vel perſonarum,vt aliquando facit, quia tunc ſecus eſſet,de quo etiam inferius dicam. ideo pro nunc circa hoc nō inſiſto.

Proſequendo vlterius ad elucidationem prædictę diffinitionis,ideo dixi in ea, vel ab
6 alio poteſtatem habente,&c.† quia non ſolum Papa,ſed etiam epiſcopi in ſuis epiſcopatibus,& archiepiſcopi in epiſcopatibus ſuorum ſuffraganeorum, & legati in ſuis prouincijs, de quibus omnibus infra ſpecialem faciemus commemorationem, in 4. q.principali,poſſunt indulgentias concedere,ſed alij inferiores ab illis non poſſunt, niſi hoc habeant ex ſpeciali priuilegio, ſecundum gl.iuncto tex.in c.accedentibus.in ver.iniungendo publicas indulgentias concedendo etiam indulgentiarum literas
7 &c.extra de exceſ.præla.† Nec alij ſacerdotes poſſunt indulgentias concedere,quia licet ipſi habeant etiam claues, tamen ſecū dum Bonauen. vbi ſupra proximè, clauis non eſt tota ratio virtutis faciendi indulgētias,ſed eſt poteſtas clauis cum iuriſdictione & auctoritate diſpenſandi theſaurum eccleſiæ, quæ facultas ſolum competit prælatis, de quibus ſupra dixi, non autem alijs inferioribus ſacerdotibus, niſi concedatus eis ab habente auctoritatem. † Et intellige q̄ epiſcopi & alij ſimiles, excepto Papa,
8 qui omnia poteſt,poſſunt indulgentias concedere, dummodo in dedicatione eccleſiarum non excedāt annum, & in anniuerſario dedicationis non excedant 40.dies.limitata enim eſt eorū poteſtas à Papa & à iure, ne claues eccleſiæ per immoderatas remiſſiones contemnantur,& ne ſatisfactio pęnitentialis eneruetur.ita dicit tex.in d.c. cum ex eo.de pę.& remiſ.ſed Papa pōt quantaſcunque & quaſcunque indulgentias concedere, & etiā plenarias,per quas tota pęna remittatur, adeo q̄ qui eas lucrāt, ſi tunc decederet ſtatim ad cęlum euolaret, prout dicunt Ric. & Bo. & Domini Canoniſtæ in locis ſupra alleg. & infra latius dicemus in locis ſuis. & maximè, dum ponam an indulgentiæ proſint exñtibus in purga.Vltimò ideo dixi in diffinitione prædicta,pęnę quæ pro peccatis debetur,&c. quia † quodlibet pec-
9 catum mortale requirit pęnitentiam ſeptem ann. niſi dignitas perſonæ vel criminis enormitas aliud inducat. tex. eſt in c.hoc ipſum.33.q.2.& in §.hoc autem.eadem cauſa & quęſtione.& vo luit gl. in c.ſi pater. 30.q.4.immo ſępenumero peccatum eſt cauſa breuioris vitæ in hoc mundo.tex. eſt in c.ea vindicta. 23. q.4. & in c.epiſcopi.11.q.3.& gl.in c.2.12.q. 1. Et ideo introducta eſt medicina indulgentiarū ꝑ remiſſione pęnę debitę ꝑ peccatis.
10 Eſt bene verum, † q̄ aliqui voluerunt indulgentias tantummodo valere quo ad forum eccleſiæ, ſed non quo ad forū Dei, & per conſequens q̄ non poſſit per eas remitti pęna taxata ab ipſo Deo,ſed ſolum pęna taxata à iure vel à iudice. ſed hæc opi. tanquàm erronea reprobatur per Richar.& Bo.di.20.quarti, dicentes q̄ relaxatio ſatisfactionis, quę fit per indulgentias valet etiam in foro Dei. & hoc poteſt facere eccleſia & prælati eius ex diuina auctoritate & licentia conceſſa ex eo,quod dictū fuit Petro,quodcunque ligaueris ſuper terram,&c.vt Matthæi 16.c. & in c.manet.& in c.quodcunque.24. q.1. de quo etiam infra dicemus in proceſſu.

Secunda quæſtio principalis eſt videre, quæ fuit cauſa proxima & principalis concedendi indulgētias? in quo breuiter dicas, q̄ fuit fauor eccleſiæ vel aliorum locorū piorū, vt magis honorēt Deus in Sāctis tuis, & ī Sancti in ꝯſtructione & in viſitatione Baſilicarū,& ſic in ꝯmemoratione virtutum & meritorum ſuorum. Vnde ſicut quando expenditur theſaurus temporalis propter gloriam Principis, ſicut fecit Rex Aſſuerus,vt legitur Heſter.1.c.eſt honor & gl'ia illius Principis,ſic etiam honor & gl'ia eſt illius ęterni Principis, quando aperitur theſaurus eccleſiæ à prælatis. Nam honor & laus Dei ſupremi eſt,vt modo dixi in ſanctis ſuis.& hæc ratio apertè colligitur ex tex.in extrauagā.Bonifacij,quæ incipit.Antiquorum, &c.vbi loquitur de Baſilica Apoſtoli.

Nec dicatur mihi amice, locus ipſe inanimatus nō eſt capax aliquo modo indulgentiarum,ſed ſunt ipſæ perſonæ animatæ. quia ad hoc reſpondeo q̄ licet perſonæ animatæ conſequant indulgentiam,tamen locus omnino eſt ille qui eſt capax cauſę proximæ, propter quam conceditur indulgentia, ſcilicet illius eleemoſinæ & honoris exhibiti,qui honor præſtatur loco & Sāctis eius, ſicut dicimus in ſimili, quando legatum relinquitur ciuitati,licet cedat hominibus ciuitatis,tamen omnino dicitur relictum ad honorem ciuitatis.l.ciuitatibus.ff.de leg.1.

11 Ad confirmationem prædictorum accedat, † quia legatum relictum pro fabrica eccleſiæ vel picturæ,dicitur ad perpetuum cultum diuinum.tex.eſt in l.ſi quis ad declinandam.C.de epiſ.& cle.Et licet non dicatur,tendit ad ſalutem animæ §.ſi quis autē. el v.& ibi Ang.in Auc.de ſanct.epiſ.gloſ.in l.1.C. communia de leg.& Bal.in c.1.in 7.col.in ti.qui feu.da.poſ.& in auc. ſimiliter, C.ad l.fal.& Ang.in ſua q.inci. in refulgenti palatio, &c. vbi dixit q̄ legatum factum eccleſiæ,vel imagini loci,debetur domino loci. plus dico, q̄ adeo attenditur tacitè perſona animata in talibus,q̄ ſi legatum eſt factum eccleſiæ,eccleſia deſtruatur, debetur Papæ,ſecundum Bal.in l.poſt mortem.C.de fideic.vbi di-
12 cit,q̄ non poteſt fieri caducum. † Similiter legatum factum altari in tali eccleſia,puta altari Regum in capella noſtra de Bologninis poſita in templo diui Pet. vbi eſt ſepulchrum maiorum & aſcendentium noſtrorum valet & tenet, & tamen debetur capellano,ſecundum Bal.in auc.ingreſſi.in 11.col.C.de ſac.ſan. ec. Plus dico q̄ legatum relictum eccleſiæ nondum conſtructæ valet & tenet,ſecundum Bar.in l.ſi.de ope.public.& Bar.in l.ſeruus.ff.de ali.& cib.leg.& ſic honor eccleſiæ eſt in conſideratione & principaliter,licet commodum ſit perſonarum in conſequentiam & ſecundariò.

13 Præterea hoc etiam probatur, quia † ſi aliquis delinquit & fugit ad eccleſiam,eſt tutus & ſecurus in ea l.1.per totum.C.de his,qui ad eccle.confugi.& c.1.& per totum, extra de immu. eccle.& ſic immunitas & priuilegium eſt loci, licet lucus nō delinquat, nec locus poſſit ſuſpendi vel decapitari.Nā principaliter ob honorem & reuerentiam eccleſiæ & illius loci immunitas conceſſa eſt. ita voluit Lud. Ro. in ſuo conſi.in ordine meo,234.inci.Aduertendum, qua dico &c. ita in propoſito noſtro dicendum eſt in indulgentijs, vt immediatè intelligantur conceſſæ ad honorem loci & pio loco. Ad idē facit tex.in c.cum capella.& in c.quoniam.extra de priuile.& in
14 c.penul.extra de verb.ſig. † vbi ſi conceditur clericis talis eccleſiæ,puta præfati diui Petronij protectoris inclitæ ciuitatis Bononiæ,vt non poſſint excommunicari,, talis conceſſio dicitur eſſe facta ad honorem eccleſiæ,licet eccleſia non poſſit excommunicari,& ſic non ſit capax illius excommunicationis,& ſic conſideratur honor eccleſiæ & loci principaliter. † Præterea videmus
15 etiam in ſimili,in Principibus ſecularibus quotidie concedentibus immunitates venientibus ad habitandum in aliquo loco ab omnibus datiis,gabellis, collectis, grauaminibus, & angarijs.Nam licet locus ille non ſit capax eorum onerum & ſolutionum tanquàm inanimatus, tamen immunitas & priuilegiū eſt omnino illius loci.tex.eſt multum notandus in l.1 ff.de cēſi. & ita nunc dicamus in propoſito noſtro,cauſas proximas conceſſionis indulgentiæ fore principaliter ob honorem eccleſiarū ſeu Baſilicarum & Sanctorum, quibus eccleſiæ dicatæ ſunt, & in laudem & ad honorem Dei, cuius honor laus & gloria eſt in Sanctis ſuis,& ita in ſpē in terminis reperio voluiſſe Bonauē. diſt.20.& Old.in ſuo conſi.83.in 4.& 5.col.incip.quæritur ſi prę
16 latus concedit literas,&c. vbi dixit † q̄ ideo diximus q̄ factum mea cauſa,eſt meum,ergo cum cauſa eccleſiæ cōcedatur indulgentia,videtur eſſe ſua.l.prælator.in prin. ff. de eden. immò etiā quo ad dominium videtur eſſe eccleſiæ, quia charta ſuper qua ſcripta eſt indulgentia eſt ipſius,& literę cędunt chartæ.l.qua ratione.§.literæ.ff. de acq.re.do.& in §. literæ. Inſti. & rerum diui. vel ſi charta nō erat ab initio eccleſiæ ex poſt facta eſt cum ſoluerit Notario,prout fit communiter.l.fi.C.ad exhiben.l.diſſolutæ.C.de condi.cauſa data.& l.fin.C.de ſolu. Et pro ea competūt actiones,quæ dantur dominis,ſicut ad exhibendum.l.in rem. §. 1.ff.de rei ven.l.3.§.interdum.ff.ad exhiben. ergo, &c. Nec ob.
17 ſi diceretur,ergo ſi prædicta ratio ſeu cauſa vera eſt,† ſpiritualia conceduntur pro temporalibus.& ſic remiſſio pęnæ fit pro pecunia & alijs eleemoſinis,contra tex.in c.1.& per totum, extra de ſimon.& 1.q.1.per totum.quia reſpondeo q̄ verum eſt q̄ dātur.ſed per accidens. nec dātur vt in illis temporalibus ſiſtatur, ſed principaliter ob vtilitatem ſpiritualem conſequentem, & non niſi inquantum ordinantur ad ſpiritualia. Nam prælatus, qui dat indulgentiam, non dat eam pro eleemoſina exteriori, ſed principaliter conſiderat fructum qui procedit ex radice bonæ voluntatis. ita declarant Richar. & Bonauent. vbi ſupra proximè.

Tertia principalis quæſtio eſt cognoſcere, Reuerendiſſime Præſul Racanatenſis,† quotuplex ſit indulgē
18 tia? In quo breuiter dico q̄ eſt duplex prīcipaliter, videlicet ſpecialis,& gñalis. Prima eſt, quæ datur à pręsbyteto cui conceſſum eſt,ſecūdum varios modos prouidere peccatoribus,& hęc eſt de foro pęnitentiæ.c.omnis vtriuſque ſexus.de pęni.& remi. cum materia ſua.& not.Hoſt.in ſum.eo.ti.& Richar.di.18.quarti.& probatur in c.ſicut dignum.extra de homi.& in c.ſignificauit,& in c.is qui.de pęni.& remiſ.& in c. tranſmiſſæ. extra de eo qui cogno.conſangui.vxo.ſuæ.& in c.ablit.11.q.3.& in c.tempore.26.q.7.& in c.menſuram.de pęni.diſt. 1. & in c. de pęnitentibus.de conſecra.diſtin.3. Alia verò eſt indulgentia generalis, &

hæc

Source : BIU Cujas

hæc nõ eſt de foro pnĩæ,ſed eſt de lege iuriſdictionis, vt eſt tex. in d.c.accedentibus.de exceſ.præla.in uer.epiſcopalis dignitatis & iuriſdi.&c.& uoluit etiam Old.in d.conſi.73.in pe.col.in uer. non obſtat,dum dicitur quòd indulgentiæ,&c.Et uoluit Rich. & Bonauen.diſt.20.quarti,& ſupra latius dixi de hoc.

19 Quartò principaliter uidendum eſt, religioſiſſime dñe Racanaten.de pſonis,† quæ pñt cõcedere indulgentias.In quo dico,quòd ultra Papam, qui abſq; dubio põt cõcedere & particulares & generales & plenarias indulgẽtias & p totũ orbẽ,p tex.ĩ d.c.Deus.de pœni.diſt.j.Nã ipſe primus eſt,cui cõmiſſa eſt diſpenſatio theſauri eccleſiæ,& cui data eſt plenitudo poteſtatis ab ipſo Chriſto,vt in d.c.cum ex eo.de pẽni. & remiſ. & ſibi ſoli non eſt limitata poteſtas reſpectu perſonarũ vel locorum vel quantitatis indulgentiæ, licet ſecus ſit in alijs prælatis,vt in d.c.cum ex eo.& in c.noſtro,in tex.& in gl.eo.ti & voluit Richar.& Bonauen.diſt.xxiiij.& s̃.etiam diximus in diffinitione tradita,& ideo non repeto hic.

20 †Poſtea etiam Archiepiſcopus in epiſcopatibus ſuorum ſuffraganeorum, & etiam epiſcopus in ſuo epiſcopatu, & legatus in ſua prouincia tantum,ſed alij inferiores non poſſunt concedere indulgentias niſi habeant facultatem ex ſpirituali priuilegio.tex.eſt in d.c.cum ex eo.cum glo.ſua,& ibi per Do.Abb.maximè in vlt.col.& etiam eſt tex.in d.c.noſtro.eo.ti.& in c. accedentibus.de exceſ.præla.vbi etiam per Do.Abb & voluit Rich. & Bonauẽ.vbi s̃.proxime,& Io.de Imo.in cle.j.in vj.& pẽn.col. extra de priuile.& Io.de Imo.in cle.ij.in iij.col.de pẽni.& remiſ. & Oldra.in conſi.lxxiij.incip.quæritur ſi prælatus,Circa eius articuli clariorem expeditionem ſciendum eſt magis particula-
21 riter loquendo,† q̃ epiſcopus electus,confirmatus,& conſecratus ſine dubio habet poteſtatem concedendi indulgentias,dũmodò non excedat annum pro dedicatione Baſilicę, nec quadraginta dies pro anniuerſario dedicationis.d. c. cum ex eo. Et hoc firmant omnes Scribentes in locis præallega.

22 Pro quibus poſſint adduci aliqua recitatione digna. † Et primò, quia epiſcopus dicit ſanctiſſimus Chriſti legatus. tex.eſt in cle.ſi quis ſuadente.de pẽnis. & voluit Specu. in ti. de lega.§.j.ver.lxxxix.& facit tex.in c.mulierem.xxx.q.v. Secundò ad idem facit tex.in c.ij.de offi.deleg.lib.vj.vbi epiſcopi ſunt prę ceteris honorandi propter eorum dignitatem pontificalẽ.Tertiò Papa appellat eos fratres.tex.eſt.in c.quam graui. de cri. fal. Præterea ad idem facit tex.in.c.in nouo.xxj.diſt.vbi epiſcopi ſucceſſerunt loco Apoſtolorum.& facit c.fundamenta.de elec.lib. vj.Ad idem facit tex.in c.ante omnia.xliij.diſt.cum gl quæ dixit q̃ primus locus eſt Papatus,ſecundus verò eſt epiſcopatus.& facit etiam tex.in cle.pleriſque. de electio. vbi epiſcopus appellatur ſereniſſimus.Ex quo tex.infert ibi D.Cardinalis,qđ nihil eſt clarius & beatius epiſcopo,ergo nõ debet eſſe admiratione dignum,ſi poteſt indulgentias concedere.Cõfirmantur prędicta,
23 † quia epiſcopatus eſt dignitas dignitatum.c. venerabilis.extra de prẽben.& voluit gl.in c.ij.eo.ti.lib.vj.& Do.Floria.in cle.j de renun. vbi dixit qđ in materia reſtringibili appellatione dignitatis,non venit epiſcopatus,quia non eſt dignitas, ſed dignitas dignitatum,& ſic.s̃.dignitates.Et ideo multum eleganter dicebat Bal.in l.quoties.C.vbi Senatores vel clariſſimi, per illũ tex. q̃ epiſcopus accuſatus non debet ſtare, ſed debet ſedere ſimul cum iudice,coram quo accuſatur.& hoc propter excellentiam dignitatis epiſcopalis.ergo non eſt mirandum,ſi epiſcopus habet facultatem concedendi indulgentias, ſecundum & prout s̃.dixi.Et ita concludendum puto in hoc articulo.Pro cuius cõplemento vltimo loco alleg. etiam gl. in c.tempora plenitudi-
24 nis.xxvj.q.vij.& gl.in c.latorem.xxxiij.q.ii. que voluit, † q̃ epiſcopus eſt tãtæ præeminentiæ & auctoritatis,q̃ ex cauſa poteſt minuere pnĩam iniunctam ab ipſo Papa.& plus dixit Bald. in l. omnes populi.ff.de iuſti.& iu.q̃ epiſcopus ex cauſa poteſt facere conſtitutionnes contra canones Papæ,quæ omnia pro certo ſunt maioris poteſtatis & auctoritatis quàm concedere indulgentiam centum vel xl.dierum,quæ omnia tene menti.

25 Sed dubium iuxta prædicta occurrit:† quid in epiſcopo electo & confirmato, ſed nondum conſecrato, an poſſit concedere indulgentias.Et in hoc arti.j. Hoſt.in d.c accedentibus.de exceſ.præla. tenet q̃ non poteſt, etiam ſi eſſet ſacerdos, quod eſt plus. ſubdens q̃ benefaciet talis epiſcopus ſe abſtinere ab hoc,ſi non eſt ſacerdos.& ita reſidet. Sed Io. And.Cõbononien.ibidem tenet,eum poſſe ſi eſt ſacerdos,aliter autem nõ ſecundum eum,quia poteſtas clauium reſeruata eſt ſolis ſacerdotibus,vt no.in d.c.ex eo.§.ad hæc.de pẽni.& remiſ.Et do.Ab. in d.c.accedentibus.in ver.inducitur iſte tex.&c.referẽs Io.Cal.
26 & ſanctum Tho.iiij.ſenten.di.xxiii.arti.ii. tenentes † quòd etiã ſi non ſit ſacerdos,poteſt indulgentias concedere, comprobat eorum ſententiam per plura,& maximè quia conceſſio indulgentiæ proceſſit ex iuriſdi. epiſcopali & nõ ex ordine.qđ patet, quia poteſt acquiri etiam per inferiorem epiſcopo, vt d c.accedentibus.ſed ea,quæ ſunt ordinis,non poſſunt acquiri,niſi per habentes illum ordinem, vt in c.aqua.extra de conſecra. eccle. vel alta.ſi ergo epiſcopus electus & confirmatus licèt nõ ſit cõſecratus in epiſcopum vel ſacerdotem habet iuriſdictionem,vt eſt tex.in c. tranſmiſſa. extra de elec. ergo poteſt concedere indulgentias.& ita reſidet Domi.Abb.vbi ſupra proximè, dicens hanc opi.forè veriorem.

In quarto articulo adde tu etiam vltra prędicta q̃ Io.de Imo. in d.cle.j.in xj.col.in ver.an autem electus,&c. format queſtionem hanc in terminis,& videtur comprobare hanc vlt. opi. s̃. relatam: quia ſecundum eum,licet non ſit ſacerdos, hæc ratio parum valet.Nam poſſet eſſe q̃ electus eſſet presbyter. Tamen Io.de Imo.in hoc tandem ſe remittit ad no.in d.c.accedẽtibus. de quo etiam,licèt ipſe non dicat,poſuit D.Do.de.S.Gemi.in c. j.in pe.q. extra de pẽni.& remiſ.lib.vj.& do.Flo. in d.c. qđ ãt. in fi.e.tit.in antiquis.& do.Flo.in d.c.de accedentibus.de exceſ.prę la.& Io.de Imo.in d.cle.de pæni.& remiſ.in ver.ex prædictis patet, &c. vbi vlti. loco videtur facere quandam conſonantiam & concordiam inter has opi. qđ aut loquimur in indulgentijs generalibus & publicis, & tunc electus confirmatus ſi non eſt ſacerdos,non poteſt eas concedere, & hoc modo intelligatur opi.Hoſtien.& aliorum ſequacium.

Aut loquimur in priuatis indulgentijs & in foro pnĩę, & tũc pt. Nam etiam quilibet ſacerdos pt eas concedere ſibi legitime confitentibus.& ita procedat opi.aliorũ.& ita refert Io.de Imo. vbi s̃.proximè tenere Hoſt. in ſum. de pẽni. & remiſ. in §. quis poſſit,&c.& Arch.in c.ſi.eo.ti.lib.vi.cum quibus reſidet Io. de Imo.in d.cle.j.& Io.de Imo.in d.cle.ij.licet de d. Do. & do. Floria. mentione non faciat in lo.præalle.qui multum notabiliter in hoc quotidiano articulo locuti ſunt.

In quo etiam adde vnum verbum,† q̃ conſuetudo generalis obſeruat, quòd epiſcopus confirmatus, licet non ſit conſecratus in epiſcopum vel ſacerdotem, poteſt concedere indulgentias,que conſuetudo eſt optima legum & canonum interpres. l.de quibus.ff.de legi.l.j. & per totum. C. quæ ſit longa conſue. & in c.conſuetudo.& in c. nos ãt. j. di. & hanc conſuetudinem in terminis noſtris amplectitur Guil.in cle. ſi dominum. extra de reliq.& vene. ſcõ. cum quo in hoc pro nunc pertranſeo. Et idem voluit do.Nic.Guiditionus epiſcopus Nicotoreñ.in opere ſuo de indulgentijs.licet de prædictis mentionem nõ faciat.

18 † De archiepiſcopo autem & delegato apoſtolico clarum eſt quòd poſſunt concedere indulgentias publicas & generales.ſ.archiepiſcopus in epiſcopatibus ſuorum ſuffraganeorum tantum,& legatus in ſua prouincia tantum,& pro dedicatione Baſilicæ non poſſunt concedere eas vltra annum, nec pro anniuerſario dedicationis vltra xl.dies.tex.eſt in c.noſtro,& ibi gl. in d.c.cum ex eo.de pẽni.& remiſ.& in c.accedentibus.de exceſ. præla.& in c.Roma.& in c.ſi.de pẽni.& remiſ.lib. vj. & in d.cle. ij.eo.tit.& ibi hoc in terminis firmat do. Lap. & Io. de Imo. in verſi. ex prædictis patet,&c. ſed in ſpẽ delegato apoſtolico probatur ẽt in c.nemini.de offi.leg.& voluit etiam Io.de Imo.in d. cle.j.in xi.col.in ver.iuxta hoc quęrit hic Stephanus, &c.in vlti. col.in ver.ſiquis autem habeat poteſtatem,&c.† vbi etiam ſubdit,quòd Papa abſque dubio poteſt omnes indulgentias concedere,quia ipſe eſt primus qui habet claues theſauri eccleſiæ tam meritorum Chriſti,quàm aliorum martyrum & ſanctorũ prophetarum,&c. De archiepiſcopo ãt & legato vltra prędicta reperio quòd opi.Dominorum Canoniſtarum,s̃.relatam confirmauit Rich.& Bonauen.di.xx.quarti.vbi dicũt ſecus eſſe in alijs ſacerdotibus,qui licet habeant claues, vt in c. omnis vtriuſque ſexus.de pẽni.& remiſ.tamen non poſſunt concedere indulgẽtias,quia ratio clauium non eſt ſola,propter quam cõcedi poſſunt indulgentiæ,ſed eſt poteſtas clauium vnà cum iuriſdictione & auctoritate diſpenſandi theſaurum eccleſiæ,quæ poteſtas ordinariè competit ſolis epiſcopis & alijs ſimilibus, ſed non ſacerdotibus inferioribus, niſi eis a ſuperioribus ſpecialiter concedatur.

Quid autem de Reuerendiſſimis Dominis meis, Dominis Cardinalibus,& nunc me conuerto ad Reuerẽdiſſimam D.V.Reuerendiſſime Preſul: † & dico abſque dubio q̃ poſſunt in ſuo titu.omnibus eccleſijs titulo ſuo ſubiectis cõcedere indulgentias, quia in eis habent omnimodam iuriſdi. epiſcopalem,& poteſtatem excommunicandi.caſus eſt multũ notandus in c.his qui.extra de maio.& obe.& ita per illum tex. firmant omnes ſcribentes ibidem, & maximè Do. Abb. & idẽ voluit Io.Mona.in c.vnico.eo.ti.li.vj.vbi refert Papa, de facto ita ſibi reſpondiſſe.Et idem voluit.D. epiſcopus Nicotorcñ D. Nico.Guiditionus in opere ſuo de indulgentijs. Pro qua concluſione firmanda adduco vltra alios aliqua commemoratio-
4 ne digna,& ad honorem tãtæ excelſæ dignitatis ſatisfacientia.
31 † Et primò, quia in veteri teſtamento ſacerdotes Leuitici fuerunt ſupremę poteſtatis & auctoritatis,& erant cõſiliarij, adeo quòd vbi aliquid ambiguum & difficile occurrebat,habebatur recurſus ad eos.ita legitur Deute.j. c. & facit text.in c. eccleſia. xvj.q.i.vbi Roboam filius Salomonis ideo perdidit regnũ,quia noluit audire presbyteros ſuos.& idem probatur in c.denique. vij.q.j.& originaliter.iij.Regum.xii.c.ſed huiuſmodi ſacerdotes conſiliarii ſunt hodie Reuerendiſſimi Domini Cardinales,qui

proprię

Source : BIU Cujas

propriè appellantur consiliarij Papę ab ipsomet Papa. text. est in c. ecclesia sticis. xij. q. ij. in c. in parochia. xvj. q. j. & in c. conuenientibus. j. q. vij. ergo non est mirandum, si possunt concedere indulgentias, cum sint loco illorum. Pro quo etiam facit text. in c. fundamenta. §. decet. de elec. li. vj. vbi Papa appellat eos fratres suos, qui sibi in executione sacerdotalis officij coadiutores exist unt. Accedat, quod habetur. j. Reg. ij. c. in verbo, domini sunt cardines, & posuit super eos orbem &c. quę verba intelliguntur ad literam & in spem. secundum Host. in c. ij. de cleri. non resi. in reuerendissimis Dominis Cardin. ergo &c.

32 † Præterea hoc probatur, quia Reuerendissimi Domini Cardinales dicuntur esse pars papatus. tex. est in c. felicis. de pęn. lib. vj. & not. in c. j. de of. leg. eo. li. & voluit Host. in c. antiqua. de priuileg & Io. Mo. in c. j. de scismati. li. vj. & Archi. & Io. And. in d. c. felicis. & cum pars fit proportionaliter eiusdem iuris cum ipso toto. l. quæ de rota. ff. de rei vend. l. an pars. ff. pro derelicto. Ergo sicut ipsum totum. i. Papa potest concedere indulgentias, ita pars Papæ. i. Cardinales debent proportionabiliter posse, licet non ita abundè possint dispensare prædictum ecclesiæ the-
33 saurum, vt s. dixi. Confirmatur prędicta conclusio, † quia ipsi Cardinales obtinent locum Apostolorum, siue velimus eos considerare tępore quo astiterunt Christo ante eius passionē, siue post quando astiterunt Petro tanquam primo pastori. Nā hodie assistunt Papæ tanquam vero vicario Christi & Petri successori, & per consequens quomodocunque repræsentat Apostolos, & ideo immensa est eorum potestas & auctoritas. Vltimò ad idem allego tex. multum no. in ꝓposito in c. per venerabilem, §. rationibus. extra qui filij sint legi. vbi tex. cōmemorat sacerdotes Leuitici generis. & subdit quòd id quod decretum fuit in lege antiqua, intelligitur hodie in nouo testamento. & sic ille tex. ostendit maximam auctoritatem Reuerēdissimorū Dominorum, Do. Cardinalium. Et probat id, quod s. dixi, qđ sunt loco sacerdotum Leuitici generis. De quibus Reuerēdissimis D. Cardinalibus etiam dicebat Host. & Io. And. & commu-
34 niter Domini Cano. in c. dilectus. el j. extra de pręben. † quòd tanta est eorum auctoritas, qđ Cardinalatus hodie est summus & primus gradus post Papatum. & idem voluit D. Car. in cle. ne Romani. de elec. ergo nulli debet esse dubium, quin possint concedere indulgentias, secundum & prout s. dixi, & etiam infra dicam.

Multa & infinita alia in mediū afferre possem pro ostendenda immensa baylia & auctoritate prædicti sacri ordinis, & in toto orbe venerādi: sed quia hæc nō est principalis intentio nostra, & etiā qa al's de hoc dixi in libello meo intitulato de præstantia Cardinaliū, idcirco his breuibus pro nūc contētus ero, cōcludēs ad rem nr̄am indulgētias posse cōcedi per Reuerendissimos Dños Cardi. in ti. suo, & in ecclesijs titu. suo subiectis ob eorūdē maximā potestatē & auctoritatē. Quātā autē indulgentiā concedere possint, inferius dicemus in loco suo, maximè in §. succesiuè quęrendū est, &c. Quinto
35 de alio dubitari cōtingit, † vtrū episcopi possint concedere indulgentias in dioceśi aliena. In quo dicēdū est ꝓ sic, nā ea quæ expediunt sine causæ cognitione. & quę sunt voluntariæ iurisdictionis, prout hæc est concessio, quæ fit in volentes & non inuitos, possunt exerceri omni tępore & omni loco. l. ij. & l fi. ff. de of. procōs. l. emancipati. ff. de adop. & no. gl. in §. nulla. in Auc. de defen. ciui & gl. in c. nouit. extra de off. leg. & scribentes omnes. in l. fi. & ibi aliàs legendo dixi. ff. de iurisdi. om. iu. vbi Cy. & Bal. inter alia dicunt, quòd iudex potest extra territoriū suum delegare causam, cognoscendam tamen in territorio suo. Tamen intellige prędicta sanè, ꝙ indulgentiā potest cōcedi in dioceśi aliena, quo ad hoc vt ꝓfit tm̄mō subditis episcopi concedētis, alijs autē nō subditis nō prodest nisi interueniat licētia proprij episcopi, vel ꝓprij sacerdotijs illorū, ſm Host. & Guil. in sum. de pęni. & remis. & voluit Old. in suo cōsil. lxxiij. incip. quęritur, si prelatus, &c. vbi limitat etiā, nisi esset cōcessa indulgentia pro opere fiendo extra dioceśim cōcedentis, quia tunc non prodest etiam subdito, nisi vt ibi per eū optimè examinantē istū passum, & dicam. j. in §. iuxta præcedētē quæstionē, &c. & in §. quæstio alia in ordine, &c. & in §. proxima se offert quæstio, &c. ſm quæ intellige ea, quæ modò dixi. Præterea pro cōfirmatione prędictorū adduco notabilē theoricam Bal.
36 in d. l. ij. de offi. proconsul. vbi dixit ꝙ † episcopus potest extra territorium suum cōfirmare præsentatū per patronos tanquā actum voluntariè iurisdictionis.

Accedat tex. no. in c. excōmunicatis. vbi per do. Abb. de offi.
37 leg. & per Inno. in c. nouit. eo tit. † vbi habetur, ꝙ episcopus pōt absoluere extra territoriū excōicatū, cū hoc sit voluntariæ iu-
38 risdictions, ergo debet posse ēt indulgentias concedere. † Præterea iudex pōt dare lnīam tutori administrādi bona existētia extra territoriū, ſm Bar. in l. legitimos. in prin. ff. de legi. tuto. ergo. idem debet posse episcopus extra territorium de indulgentijs, secundum & prout supra dixi.

39 Et ex prędictis etiā infero vnū, † Archiepś pōt ꝯcedere indulgētias ꝑ totā ꝓuinciā suā & in oībus eꝑatibus suorū suffraganeorū. tex. est in d. c. nostro. de pęn. & remis. licet aliàs nō possit exercere suā iurisdictionē in subditos suorū suffraganeorū, nisi in casibus specialiter sibi a iure cōcessis, vel ex ꝯsuetudine permissis, vt est tex. in c. Romana. eo. tit. lib. vj. quæ oīa tene mēti. Subsequenter dubitari cōtingit, † an sedē vacāte per mortē eꝑi possit capitulū ꝯcedere indulgētias? In quo dic ꝙ sic. gl. est multū no. in c. his quæ. extra de maio. & obe. quę voluit ꝙ sede vacāte capitulū succedat in his, quę sunt iurisdictionis & ordinis, quā gl. sequitur ibi do. Abb. & idē voluit do. eps Nicotoreñ. Do. Nico. Guiditionus de Luca in suo ope de indulgentijs. Plus etiam dico ꝙ mortuo episcopo naturaliter vel tm̄ ciuiliter, capitulū succedit in iurisdictione omniū tēporalium, & spiritualiū tex. est in c. pen. & in c. fi. extra de sup. negli. præla. lib. vj. & voluit etiam do. Abb. in c. cum olim. extra de maio. & obe. ergo debet posse concedere indulgentias, quæ sunt iurisdictionis spiritualis. Ad idem facit tex. in c. iij. §. episcopo. de tempo. ord. lib. vj. vbi est bonus tex. pro verificanda doctrina dictarum gl. quem tex. magni facit ad hoc do. Abb. in d. c. his quæ. de maio. & obe. Facit etiam, quia exceptio firmat regulam in casibus nō exceptis. l. nā qđ liquide. in fi. ff. de penu lega. sed ita est ꝙ vacāte sede capitulū nō succedit in iurisdictione eꝑali in trib⁹ casibus ēnumeratis per gl. in d. c. cū olim. de maio. & obe. inter quos nō ꝯtinetur ꝯcessio indulgētiarū, ergo illorū casuū exceptio firmat regulā fore in ꝯriū in alijs casibus. nō exceptis. & illa gl. multū magistralis est ī verbo, præsente capi, &c. Cōfirmatur prædicta cōclusio per doctrinā Hosti. & Do. Abb. in d. c. his quæ. & Inno. in c. cū dilectus. in prin. de consuetu. & Inno. in c. ad abolendam. de hæreti. & Lau. & Io. de Lig. Cōbonoñ. in cle. ne in agro. extra de statu mona. vbi cōcludūt ꝙ potestas competens prælato ratione prelaturæ, eo mortuo transit in capitulum, nisi essent talia quæ non possent explicari sede vacāte, vt est alienatio bonorum & similia; sed concessio indulgentiarū non est de his vt de se patet & infra etiam dicemus, ergo &c.

Sed quid plura? reperio in terminis decisionē Reuerēdorū Dominorū meorū de Rota in ordine meo, cccj. vbi expresse
41 cōcludūt ꝙ † capitulū sede vacante potest indulgentias concedere, cū hoc ſm eos sit iurisdictionis & nō ordinis. Nec obstat, secūdū eos dē, ꝙ iste actus sit voluntarius & nō necessarius, qa cū capitulū succedat sede vacāte in iurisd. nec iura distinguant inter contentiosam & volūtariā iurisdictionē, intelliguntur in vtraq; l. pretio. ff. de publi. l. ij. §. & generaliter. ff. de leg. præstan. & c. auditis. extra de præscrip. cū si. & ita residēt præfati Domini de Rota, quorū auctoritas maxima est. Attamen cogitabam ꝙ in ꝯriū poterat insurgi arguendo sic formaliter: Capitulum non succedit in iurisdi. episcopi, nisi in casibus a iure expressis. ita no. in c. illa. extra ne sede vacan. & voluit Goff. & Vincen. in d. c. cum olim. de maio. & obe. ergo cū ꝯcessio indulgentiarum nō reperiatur intēr casus a iure expressos, remanet extra illos. l. si serūū. §. non dixit prætor, nec nos dicamus. ff. de acq. hære.

Præterea & secundo loco ad idē adduco, quia sunt aliqua, quę capitulū pōt sede vacante certè & indubitatè expedire, & aliqua sunt quæ certè & indubitatè expedire nō pōt, & aliqua sunt quæ dubium est an possit expedire vel nō. Inter quę dubia ponitur indulgentiarū cōcessio. ita in terminis voluit Io. And. in c. vnico. extra de maio. & obe. lib. vj. in nouella. sed in dubijs præsumēdū est potius ꝯ capitulū, q̄ pro capitulo, ergo &c. Accedat & tertio loco doctrina gl. in d. c. vnico, de maio. & obe. lib. vj. & glo. in cle. j. extra de hæreti. &
42 do. Abba. in d. c. illa. exrra ne sede vacan. † vbi ꝯcludūt, qđ capitulum succedit episcopo in his, quæ sunt necessariæ iurisdictionis, non aūt voluntariæ. Sed certum est, quod concessio indulgentiarum est voluntariæ, iurisdictionis, quia non confertur in inuitum, & supra etiam dixi, ergo &c. Et, vt nostris detur audacia verbis, reperio Io. de Imo. in terminis nostris ita tenentē in cle. j. in xj. col. in ver. an autem capitulum sede vacante, &c. de priuile. vbi alleg. Archid. in cap. Romana. de pęni. & remis. lib. vj. Ex quibus omnibus hinc inde deductis passus iste reddit satis dubius, & maximè etiam propter auctoritates pro vtraque parte existentes, quæ profectò maximę sunt mensuræ, & non leuis numeri & ponderis, adeo vt non ab re dici posset, soluat Apollo. Ast quia articulus iste multum frequens & necessari⁹ est, idcirco arbitror non esse standum in ancipiti, sed veritatē
43 omnino fore aperiendam. Dico † igitur, partem affirmatiuā supra primo loco relatam volentem, capitulum posse sede vacante indulgentias concedere, fore veriorem. Pro qua, vltra prædicta, allego notabilem theoricam Bar. in l. vbi absunt. ff. de
44 tuto. & curato. da. ab his. † vbi dixit per illum text. ꝙ vacante episcopatu iurisdictio remanet apud capitulū. & idem est, secūdum eum ibidem, vacante papatu, iurisdictio remanet apud collegium Reuerendissimorum Dominorum Cardinalium. Et idem voluit ipsemet Bar. in l. infamem. in vlt. colum. in ver. quæro, quis possit, &c. ff. de publi. iudi. ergo si iurisdictio remanet apud capitulum, debet intelligi remanere in omnibus, nisi lex excipiat specialiter aliquos casus, vt sūt illi quos enumerat

glo

Source : BIU Cujas

gloſſ.in d.cap.cum olim,de maio.& obe.inter quos non eſt iſte de quo agimus,ſcilicet conceſſio indulgentiarum ergo &c.

Nec obſtat illud, quod dicebatur quòd in dubijs præſumendum eſt contra capitulum, &c. Quia reſpondeo quòd non ſumus in dubijs, immo in certis, ex quo lex non excepit iſtum caſum. Nam vnius excluſio,alterius eſt incluſio.ca.nonne. extra de præſumptio. l. maritus.C.de procura. l. cum prætor.cum ſi. ff. de iudi. & exceptio firmate regulam in caſibus non exceptis.l.nam quod liquide.in fi.ff.de penu lega.

Similiter non obſtat illud, quod dicebatur quòd capitulum non ſuccedit in iuriſdictione epiſcopi,niſi in caſibus à iure expreſſis, vt d.capitu.illa.ne ſede vacante, &c. Quia ad hoc reſpondeo quòd ſatis ſumus in caſibus à iure expreſſis, ex quo lex ſpecialiter non excepit hunc caſum, de quo loquimur. Nam ſicut excepit collationem beneficiorum,vt non deuoluatur ad capitulum ſede vacante. cap. fraternitatem.7 1.diſtin. & etiam excepit quòd capitulum non poſſit ſede vacante dare licentiam alicui tranſeundi ad aliam eccleſiam, ſi ibi eligatur, & etiam excepit vt non poſſit alienare fructus & iura epiſcopatus,vt dicit gloſſ.in d.capitul. cum olim.de maio. & obe. ergo videtur lex voluiſſe permittere iſtum caſum concedendi indulgentias à capitulo ſede vacante. Nam ſi voluiſſet excipere iſtum caſum,bene ſciuiſſet.l.1.§.ſinautem ad deficientis.C.de cadu.tollen.Pro qua opinione vltimo loco conſidero aliud,quia ceſſante ratione legis,ceſſat diſpoſitio eius. capitul.cum ceſſante.extra de appel.l.adigere.§.quàmuis. ff. de iure pat. Sed ratio, propter quam non poteſt capitulum ſede vacante conferre beneficia, nec poteſt alienare fructus vel iura epiſcopatus, nec poteſt dare licentiam tranſeundi ad aliam eccleſiam & ſimilia quia magnum fiere ſucceſſori præiudicium. Iſta ratio propriè aſſignatur per gloſſ.in d.c.cum olim. circa fin. Sed hæc ratio magni præiudicij non militat in conceſſione indulgentiarum, immo hæc confeſſio tendit ad commodum & honorem eccleſiæ, vt ſupra dixi in ſecunda quæſtione principali,ergo &c.& ita tenendum puto in hoc articulo, quicquid dixerit lo.de Imo.in d.cle.1.de priui.qui tenuit contrarium,& minus bene.

45 Alia occurrit inſuper dubitatio,† vtrum prelatus exiſtens in peccato mortali poſſit indulgentias concedere? In quo breuiter dicas quòd ſic, quia hæc eſt poteſtas iuriſdictionis,vt ſupra probaui in quæſtionibus præcedentibus, quæ iuriſdictio non extinguitur propter peccatum mortale,niſi eſſet tale peccatum, ex quo quis ligaretur aliqua cenſura excommunicationis vel ſuſpenſionis, quibus caſibus eccleſia bene eximit & ſubtrahit ei ſubditos, & vſus iuriſdictionis eius impeditur ex defectu materiæ. & ideo iſtis caſibus eſſet priuatus prælatus poteſtate concedendi indulgentias. ita in terminis voluit ſanctus Thom.in 4.ſenten.diſtin.19.pro quo facit,quia excommunicatus habetur pro mortuo,ſecundum Innocen.in cap.grauem.de ſenten.excom & Bal.in l.Barbarius.in 10.colum.ff.de offi. præto. Et idem voluit prefatus Reuerendus Epiſcopus Nicotoren. in ſuo opere de indulgentijs. In quo paſſu adde tu, quod ad
46 idem facit,† quia non poteſt talis excommunicatus auctorari, ſecundum Innocen.in c.conſulti.quod eſt cap.fin.extra de procura.nec etiam poteſt eſſe iudex, nec exercere iuriſdictionem. cap.ad probandum.vbi per ſcribentes.extra de re iudi.§.verum.
47 3.q.7.& not.glo.in ſum 24.quæſt.1.Plus dico,† quòd non poteſt etiam interponere decretum, quæ interpoſitio eſt voluntariæ iuriſdictionis,ſecundum Bald. in l. 1.in 6. col. C. qui admitti.& Bald.in l. 1.in 4.colum.C.de iuris & facti ignoran. vnde non eſt mirum,ſi non poteſt concedere indulgentias,quæ ſunt quid ſpirituale, & ſpiritualis iuriſdictionis, & voluntariæ, quorum ipſe excommunicatus eſt incapax actiuè & paſſiuè,quo ad actum ſaltem,ſi non quo ad habitum. & ita teneo in hoc paſſu, in quo vlterius non me extendam,cum habeamus auctoritatem tāti Doctoris in loco præallegato ita tenentis. & idem etiam voluit Oldra.in conſi.73.in 3 col.incipien. quæritur ſi prælatus,&c.vbi dicit idem eſſe in hęretico.

48 Succeſsiuè † quęrendum eſt,quantam indulgentiam poſſint concedere prælati. In quo dicas quòd excepto Papa nullus cuiuſcunque ſit dignitatis poteſt cōcedere vltra annum,& hoc in dedicatione eccleſiarum duntaxat,ſed pro alijs quibuſcunque cauſis concedere non poſſunt vltra quadraginta dies caſus eſt multum nutandus in d.c. cum ex eo.in verſi.hunc quoque dierum numerum,&c.& in c. noſtro. de pęniten.& remiſ.& ita per ea iura firmant communiter omnes docentes ibidem,maximè Inn.lo.And.& do. Abb.in verſi. item nota,& tene menti iſtum tex.&c.& Old.in conſi.73.incip. vt ſupra proximè dixi.

49 Sed nota vnum,† quod Reuerendiſſimi Domini Cardinales qui concedunt centum dies de indulgentia, habent hoc ex priuilegio Papæ,non autem de iure communi.ita dicunt Scribentes in locis præallegatis.

Iuxta hoc ſatis accommodatè alia dubitatio occurrit, vtrum
50 † dies illi quadraginta vel annus de indulgentia ſint continui, vel vtiles.& in hoc reperio Hoſt.in d c.cum ex eo.de pęni.& remiſ.quem refert,& ſequitur domi.Abb.ibidem,in vlti.col multum laborantem circa hoc,& tandem reſidentem quòd dies dicuntur eſſe vtiles, annus verò eſt ſicut iniungitur in pęnitentia. & exemplificat,ſi quis fortè habet ieiunare quadraginta dies, licèt interpollatim,valet illa indulgentia quadraginta dierum ad tollendum illos quadraginta dies,& ſic non currunt quotidie, ſed ſunt vtiles.ſed ſi quis habet ieiunare per annū,ſemel in hebdomada, vel habet agere aliam pęnitentiam per annum, tollitur iſte annus pęnitentię per illam indulgentiam annalem, ita ꝙ indulgentia anni non diuiditur per dies,ſed valet reſpectu anni integri,prout pęnitentia erat annalis,& ita reſidet do.Hoſt.& Abb.vbi ſupra Et idem voluit etiam Reuerendus Epiſcopus Nicotoren.in ſuo opere de indulgentijs.

Quorum dictis adde tu aliqua,& primò quòd domi.Anto.in d.cap.cum ex eo.in 2.col.in ver. 3. per literam &c. refert in hoc paſſu plures opi.& tandem referendo vltimo loco opi. Hoſtiē. ſupra per me relatam videtur ex hoc pertranſire cum eo, iuxta gloſſ.in l Sabinus.ff.ad Trebel.

Aſt ego in hoc articulo, ſaluo ſemper ſaniori iudicio, dicerē ꝙ cum omnipotens, & ſupremus Deus omnia moderauerit & librauerit pondere,numero,& menſura,vt habetur Sapientiæ. 11. ca. circa fi.dat & retribuit etiam nobis ſecundum metam & menſuram à prelatis poſitam,tam in obligando,quàm in indulgēdo. Vnde ſi ego habeo ieiunare per 40.dies,puta ſemel in hebdomada,& ſic obligatio eſt mihi quadraginta dierum iniuncta intelligetur ſimiliter conceſſa indulgentia quadraginta dierū: nec curo an ſint dies vtiles vel continui: nam ſi bene ſunt continui,ſatis eſt ꝙ habeo 40.dies remiſſibiles,qui habent ſuccurrere mihi in illis quadraginta diebus obligationis, & ſic fit inuicem commenſuratio & compenſatio, non attento an ſint dies vtiles vel continui.quod etiam apertius declaro. Pone,ſum debitor tuus in quadraginta operis diurnis præſtandis ſemel ſingulariter in hebdomada, tu cōceſſiſti mihi quadraginta dies liberando, certè hæc liberatio ſuccedit loco primę obligationis & commenſuratur cum ea,adeo quòd non attenditur, an ſint dies vtiles vel continui. Et hoc eſſe verum probatur per illud, quod dicunt præfati Doctores de indulgentia annali, quæ non diuiditur,ſed valet reſpectu anni, prout pœnitentia erat annalis.

51 Præterea † vltimo loco pro hoc adduco aliud & dico vnum,quod fortè tibi videbitur nouum in hac materia,ꝙ hi dies non ſunt continui nec vtiles,ſed ſtāt omnino diuerſimodè a curſu dierum,& incontinenti facta conceſſione per prelatum & impleta conditione non expectato curſu dierum habeo vnico momento 40. dies, qui ſunt mihi ad liberationem,& ſi tunc decederem incontinenti poſt conceſſionem ſum liberatus ab illis primis quadraginta diebus,quibus habebant ieiunare. Et idem eſt ſi non decederem, ſed ſuperuiuerem. Nam ſtatim illa obligatio ieiunandi per quadraginta dies data à ſacerdote extinguitur immediatè. Itaque iſti dies indulgentiæ non ſunt continui, nec vtiles. Nam ſi eſſent continui, vnus ſtatim curreret poſt alium de momento ad momentum, iuxta notata in aut.hodie C.de appel. tamen haberent tractum certi temporis.ſi verò eſſent vtiles,haberent tractum etiam lōgiorem, ſed hi quadraginta dies indulgentiæ nullum pęnitus tractum temporis habent, ſed ſtatim intelliguntur cucurriſſe. & vbi temporalia alias data reſpiciunt tempus futurum,iſti dies reſpiciunt preteritū.& hoc rōne ſubiectę materię ſm quā dies diuerſimodè intelligunt.l.ſi vno in princip. ff. locati.l.ſi ſtipulatus.ff.de vſu.pro quo faciat illud.quod habetur in l. qua ętate.ff. de teſt.& in l.1.cum gl.ff.ſi quis cau.& in l. 3.§. minorem.vbi gl. & Bar.ff.de mino.vbi concluditur ꝙ vbi agimus de fauore, dies cęptus habetur pro completo,& ſic tempus non protrahitur in futurum,ſed reſtringitur in præteritum & ita in propoſito noſtro dicamus,cum tractemus de fauore animæ, quæ cunctis rebus præferenda eſt,vt in l.ſancimus.C.de ſacroſan.eccle. iſti quadraginta dies cępti ſtatim reputantur completi. Et per conſequens, ſalua ſemper reuentia tantorum Patrum, non ſunt hi dies vtiles nec continui, ſed habent naturam tertiam pęnitus à prædictis diuerſam.Pro quo etiam facit, quod infra dicemus in ſequenti proxima quæſtione, dum ponam de excedente tempus à iure taxatum.

52 Conſequenter aliud occurrit dubium. † Pone quòd prælatus vltra numerum limitatum & taxatum in d.capitul.cum ex eo.de pęnit.& remiſſio.& ſic vltra poteſtatem ſuam conceſſit indulgentiam, puta epiſcopus dum debuit concedere indulgentiam 40. dierum, conceſſit indulgentiam centum dierum vel vltra,an ſaltem valeat illa indulgentia in tempore permiſſo.& in hoc text.in cap. fin.de pęni.& remiſ.lib.6.videtur apertè decidere quòd in nihilo valeat.& ita per illum voluit ibi Ioan.Mo.Et etiam, quia ille qui abutitur priuilegio,illud perdit, nec dignus eſt eo, vulgatis iuribus.Nihilominus ſupremus Doctor Ioan.And.Combononienſis in d.capit.fin.in gloſſ. ſua,in verbo, non obtinent, vult

quòd in-

Source : BIU Cujas

quòd indulgentia ſaltem valeat in tempore permiſſo, quia ſecundum eum in liberalitatibus & donationibus ſi quis donando excedit ſummam à iure taxatam, ſaltem valet donatio vſq; ad ſummam permiſſam.text.eſt not.in l. ſancimus. C. de dona. Præterea vtile non debet per inutile vitiari,vt in regula,vtile.de reg.iur.lib.6.& l.1.§.adijcit.ff.de verbo.obligatio.& l.1.§. Trebatius.ff.de aqua quotidiana & eſti.& maximè, quando ſumus in ſeparabilibus. & ita reſidet Io. And. vbi ſupra proximè in hoc paſſu,& plus non dicit.Et idem voluit etiam do. Abb. in d.cap. cum ex eod.in vlti.col.circa fi.de pœni.& remiſ.Et præfatus Reuerendus Dominus Epiſcopus Nicotoren. Dom. Nico. Guiditionus de Luca, in ſuo opere de indulgentijs. Et hæc eſt magis communis opinio.Quorum dictis adde tu,quòd vera pro certo eſt eorum ſentētia,quicquid dixerit Io. Mo.& vltra allegata per
53 eos adduco,† quia res eccleſiæ conſueta locari vſque ad tertiã generationem,vel vſque ad certum tempus,ſi locatur vſque ad tertiam & quartam generationem vel ad maius tempus, & ſic vltra diſpoſitionem iuris, tamen valet vſque ad generationem & tempus permiſſum,ſecundum Bal.in auc.ſi quas ruinas.C. de ſacroſan.eccle.& Bal.in c.1.in titu.qui feu.da.poſ.in vſi.feu. vbi eſt bonus text.de hoc.& idem etiam voluit Io. de Imo. in ca.ex parte.extra.de feu & Ioan.de Imo. & Lud. Roma. & ſcribentes in d.l.1.§.ſed & ſi mihi.de verb.obligatio.Et idem voluit Raph. Fulgo.in auc.qui rem.in vlt.col.de ſacroſ.eccle. Bald.in c.1.§.ſimiliter.per illum tex.in titu.de lege Corra.& Ioan.de Imo. in l. quod dicitur.in fi.ff.de verbo.obliga.& Bald.in l. ſi pupillorum. §.fin.per illum tex.ff.de reb.eorum.licèt aliqui fuerint in hoc in contra.opinio.prout aliàs legendo dixi latè in d.l.1.§.ſed ſi mihi. Sed tenendo hanc partem, dico nunc in propoſito noſtro, quòd indulgentia cõceſſa vltra tempus debitum valet, ſaltem vſque ad tempus permiſſum, & multomagis in caſu noſtro, in quo tractamus de fauore animarum & honore & vtilitate eccleſiæ,prout ſupra dixi in 2.q.principali.Nec obſtat text.in d.ca. fin.quia reſpondeo quod ille text. intelligitur, quando prælati excedunt ſtatutum generalis concilij de indulgentia loquentis circa alia ſubſtantialia,ſed non in tempore.Nam in maiori ſumma ineſt minor.d.l.j.§.ſi ſtipulati.de verbo.obligatio. Et hoc eſſe verum probatur etiam,quia locatio facta de re eccleſiæ, vt ſ. dixi ad tempus,vltra debitū, ſaltem valet vſque ad tempus permiſſum,& tamen lex dicebat q̄ nihil penitus valeret talis locatio,vt eſt tex.in §. emphyteoſim,in verbo, penitus. in Auc. de non alie.ergo &c.& ita tenendum puto.

54 Proſequendo vlterius occurrit alia dubitatio, † vtrum vnus poſſit accipere indulgentiam pro altero? In quo breuiter dico cum ſancto Thoma in 3.ſenten.diſtin.15.inſpicienda fore verba indulgentiæ. Nam ſi dicunt, quod ille qui fecerit tale quid, habeat indulgentiam, & tunc non poteſt vnus capere eam pro alio.aut dicunt,quicunque fecerit vel pro quo fit habeat indulgentiam, & tunc ſecus eſt.& ita reſidet prefatus Doctor ſupremæ auctoritatis.Cuius dictis adde tu vnum verbum,& primò circa tenorem & verba indulgentiæ inſpicienda latè conſuluit Paul.de Caſt.in conſi.282. incip.in facto præſenti, &c. Secundo adde in ſpecie quòd non eſt mirum ſi non poteſt indulgentia capi pro alio, quia requiſita in eo,qui conſequitur indulgentiam, non cadunt in eo, pro
55 quo capitur indulgentia. † nam ad hoc vt indulgentia proſit, multa copulatiuè requiruntur, de quibus præſcribentes in cap. quod autem.de pœni.& remiſ. maximè per Domi. Abb. in vltima col.& inter alia,poteſtas concedentis. Item deuotio & contritio ipſius pœnitentis, & alia plura, de quibus infra dicemus latius quæ non cadunt, ſi ego poſſem eam capere pro te, & per conſequens in hoc ſto cum ſancto Thoma. Et ex hoc meritò
56 poſſemus inferre,† quòd pro exiſtentibus in purgatorio mortuis accipi non poſſunt indulgentiæ. & ita expreſsè & in indiuiduo voluit Hoſtien.in ſumma de pœniten.& remiſſio. vbi dixit ſecus eſſe in eleemoſynis & in alijs ſuffragijs eccleſiæ. Nam ſecundum eum,bene poſſunt fieri pro mortuis & proſunt eis exiſtentibus in purgatorio.& iſta fuit ſemper eius opinio. Et idem voluit etiam Lapus in clemen.2.eod.titul.& Ioan. Andr.ibi in glo.ſua,& Ioan.de Imo.ibidem,concludentes quòd concedens indulgentias exiſtentibus in purgatorio nihil facit; quia claues Petri non videntur ſe extendere ad tales. nam dictum fuit ei, quodcunque ligaueris ſuper terram,&c.non autem fuit dictum ſub terra.

Præterea tales exiſtentes in purgatorio, ſecundum eos, ſunt vocati ad maius tribunal & ad iudicium diuinum, vt in capitul. quorundam.23. diſtinct. ergo &c.

Nihilominus in hoc paſſu multum quotidiano, de quo aliàs fuit interrogatus,ſanctus Tho.fuit in contraria opinione, dummodo concedens expreſsè concedat etiam mortuis,niſi adijceretur aliquid faciendum, quod non poſſet fieri per mortuos. pro quo facit,quia eccleſia ſoluit & ligat etiam poſt mortem.c. à nobis.el.2.extra de ſenten.excom.& in capit.ſanè.24.quæſt.2. Et nulli dubium quòd vbi Papa de plenitudine poteſtatis hæc faceret,valerent, nec poſſemus nos apponere os in cęlum. Eſt verum quòd eleemoſynæ & alia ſuffragia eccleſiæ facta per viuentes, bene proſunt defunctis per modum eleemoſynæ, ſed non per modum indulgentiæ,ſecuudum Lapum & alios ſcribẽtes,maximè Io.de Imol.in d.cle.2.in 4.col.de pœni.& remiſ.in ver.ſed an aliqua ſuffragia, &c. & in ver. an autem poſſit indulgentia concedi, &c. & domin. Anton. in capitulo, quia nonnulli. in 2. colum. extra de cleric.non reſiden. Et ex hoc infero quòd per modum ſuffragij poſſent indulgentiæ prodeſſe exiſtentibus in purgatorio,ſed non per modum indulgentiæ.& ita etiam voluit Richar. in quarto, vbi multum diligenter arguendo ad partes examinauit iſtum paſſum.& dom.Ant.vbi ſupra proximè.

57 Sed iuxta hoc poſſumus dubitare,† an indulgentiæ proſint illis, qui poſtmodum ex peccatis perpetuis damnantur in inferno? In quo reperio Richar.in quarto,& Bonauẽ.diſt.22.dicẽtis quòd peccata ſemel dimiſſa,vt redeant,poteſt intelligi dupliciter. Primò quantum ad culpam. Secundò quantum ad pœnam. Primo caſu,quo ad culpam, peccata dimiſſa non poſſunt redire,quia res extincta niſi per diuinam potentiam reuiuiſcere nõ poteſt.l.qui res.§.aream.ff. de ſol. & in terminis voluit in peccato Auguſt.83.q.

Quò verò ad pœnam dicas, q̄ pœna quæ debebatur pro peccato dimiſſo,aut eſt expleta in totum ante ſequẽs mortale peccatum,aut non. Primo caſu peccata dimiſſa non redeunt, niſi quòd aggrauant ſequens peccatum,propter quam aggrauationem maior pœna debetur, propter hoc ita probatur de pœni. diſtinctio.7. circa fi.& facit illud, Non iudicabit Deus bis in idipſum. Secundo verò caſu ſi non eſt expleta, tota pœna remanet obligatus peccator ad ſoluendum illud reſiduum pœnę,ſi in illo peccato mortali decedat pro illis remiſſis quo ad culpam, non autẽ quo ad pœnam, & ideo pro illis in inferno pœna eterna punietur,& quia in peccato mortali nulla pœna eſt ſatisfactoria in conſpectu Dei,ideo ſemper remanebit obligatus ad pœnam, illa tamen pœna erit minus intenſa,quàm ſi illa peccatam nõ fuiſſent ei dimiſſa.

Cum ergo exiſtentibus in charitate per indulgentias remitta tur pœna temporalis debita pro peccatis, ſi poſt ex alio peccato ſuperueniente damnentur in inferno, non punientur amplius pro illis peccatis,quod bene nota.Et hæc procedunt in exiſtentibus in purgatorio, ſed in damnatis in inferno ſecus eſt, quia ipſi omni penitus ſuffragio carent, nec iuuari poſſunt, iuxta illud,in inferno nulla eſt redemptio.& probatur in c.cum in arte extra de celebra.miſſa.& ita tenent ſacri Theologi, 15. diſtin.4. lib.quia ſecundum eos,ſunt extra charitatem, ideo nõ proſunt eis aliquo modo ſuffragia, nec mitigant in aliquo eorum pœnã. Pro quib. facit illud,quod legitur Eccleſiaſtes.9.c. ibi,nec opus, nec ratio,nec ſapientia erunt apud inferos.

58 Nec obſtat illud,† quod legitur de Traiano, qui dicitur ex orationibus & fletu beati Gregorij in eius legenda reuocatus ab inferno:quia vt dicunt communiter ſacri Doct.Traianus non erat damnatus,ſed prouidentia diuina,quæ præſciuit Gregorium debere orare & flere pro eo,nõ damnauit eum.quæ omnia tene menti. Quæſtio alia in ordine mihi non ab re occurrit,poſtquàm vidimus de mortuis,quibus
59 indulgentiæ non proſunt,niſi prout ſupra dixi,† an proſint omnibus viuis,an ſolum ſubditis concedenti epiſcopo eas etiã nõ ſubditis? Et in hoc Hoſti. & Guil. de pœni. & remiſ. & Oldra. in conſil.72.incip.quæritur ſi prælatus, &c. & Canoniſtæ in d.c.cũ ex eo.& in c.quod autem.e.ti.concludunt q̄ ſolum proſunt ſubditis prælati concedentis & non alijs, niſi quibus proprius epiſcopus poſtea etiam conceſſerit,vt proſint, per tex. in terminis in d.capit.quod autem.& plus volunt præfati Docto.ibidem, q̄ nedum proprius epiſcopus poteſt concedere ſubditis ſuis vt indulgentiæ ab alio prælato conceſſæ proſint alijs,ſed etiam proprius ſacerdos eorum hoc poteſt facere,vt proſint eis illæ indulgentiæ,licet ipſe ſacerdos non poſſit dare indulgẽtiam,cum nõ ſit epiſcopus,quia hoc non eſt propriè concedere indulgentiã, ſed eſt facere vt indulgentia ab epiſcopo alieno conceſſa proſit eis.& poteſt ſacerdos liberare à peccatis & à pœnis & in abſolutione prouidere pœnitentibus,dicendo hoc modo,Concedo tibi q̄ omnes remiſſiones à quocũque fiant proſint tibi. & aliter ſecundum eos non prodeſſent,niſi ſubditis illius epi ꝯcedentis Tamen intellige prædicta ſanè,ne errares,niſi eſſemus in indulgentijs emanatis à Papa:nam reſpectu Papæ quilibet dicitur eſſe ſubditus.c.cuncta per mundum,& c. per principalem.9.qõ.3. vnde tũc nõ eſt differentia inter ſubditos & non ſubditos quo ad Papam concedentem indulgentias, niſi Papamet reſtringeret conceſſionem ſuam ad habitatores certi loci, quod tamen cõiter non fit,ſed generalis fit conceſſio.ita voluit Do. Cardin. in d.c.cum ex eo,& dominus Abbas in d.c.quod autem.in 2.co. in verſi.vlti nota,&c.de pœni.& remiſſio.

60 Ex quibus omnib. inoleuit practica valde expediẽs, ſm do.Abb.in d.c.quod autem.† q̄ volentes peregrinari & viſitare loca pia, debent prius habere licentiam

Source : BIU Cujas

tiam a proprio Episcopo,vel a sacerdote parochiali percipiendi indulgentias in territorijs alienis indultas & existentes:nam hoc modo eis in itinere proderunt,aliàs autem non,nisi vt dixi essent indulgentiæ concessæ a Papa,quia tunc omnibus vbiq; prosunt,cum omnes sint subditi Papæ.d.c. cuncta per mundum,cum similib.Iuxta præcedentem quæstionē modò occur-
61 rit cognoscere, † quid si ep̄s concessit literas indulgentiæ pro opere,quod fit extra suam diœcesim sine licentia illius ep̄i,an prosit subdito ipsius concedētis facienti opus illud? In quo breuiter dico,quòd non , quia considerari debet locus ille in quo actus sumit effectum.l.contraxisse.ff.de acti.& obl.l.2.C.de bo. auto.iudi.pos.l.2.§.2.ff. de iudi.sed si ita est, q̄ opus sit in aliena diœcesi,& ibi indulgentia sumit effectum suum,in qua Ep̄s cōcedens non habet iurisdictionem,ergo non potest talis indulgentia prodesse subdito cōcedentis, qui ibi nihil agere potest. l.fi.ff.de iurisdi.omn.iud. & ita in terminis nostris per plures rationes & iura voluit Old.in suo cons.73.in 2.col.cum seq.inci. quæritur si prælatus.

62 Proxima se offert quæstio,†an si quis episcopus habet in alie na diœcesi aliquam ecclesiam parochialem,indulgentia per eū concessa prosit etiam parochianis suis in illa diœcesi aliena extantibus?Et in hoc dico, q̄ sic. Nam si solus sacerdos proprius potest facere,q̄ indulgentia concessa ab episcopo alieno prosit suis parochianis in alio loco, vt s̄. dixi, quanto magis debet posse ep̄s facere, vt indulgentia ab eo emanata prosit suismet parochianis,licet in diœcesi aliena habitantibus.

Plus dico,q̄ nedum parochianis suis, sed etiam omnib. aliis potest ep̄s facere, q̄ in aliena diœcesi indulgentia ab eo emanata prosit,cum hæc sint voluntariæ iurisd.per gl.in c.nouit. extra de offi.lega.De quo vltimo etiā s̄. latius dixi, dum allegaui tex.in l.2.& in l.fi.ff.de offi.proconsul.cum aliis s̄.allegatis,quæ non repeto, ne idem sæpius dicam. & hoc in terminis voluit Reueren.Episcopus Nicotoren. in suo opere de indulgentiis.

63 Postmodum circa prædicta potest dubitari de alieno,†an indulgentię emanatæ a proprio episcopo prosint exemptis:& id hoc non est multum dubitandum,q̄ sic, quia inducta in fauorem,non debent redundare in odium.l.quod fauore. C. de legib.sed si ita est,quod exemptio prædicta fuit concessa pro fauore,ergo non debet eis redundare in odium.

Præterea non est dubium,quòd possunt exempti renūtiare priuilegio suo.l.si quis inconscribendo, C.de episco.& cleric.l.si quis in conscribendo.C.de pact.Et idē voluit præfatus ep̄s Nicotoren.in suo opere de indulgentiis.

Pro quo facit,quia inducta ad augmentum,non debent parere diminutionem.l.legata inutiliter.ff. de leg.j. sed exemptio fuit concessa in augmentum exempti, ergo non debet parere sibi diminutionem quo ad ea,quæ sunt sibi proficua, & maximè in tanto & tali beneficio tendente ad honorem & vtilitatem ecclesiæ, prout supra probaui in secunda quæstione principali,necnon tendente ad fauorem animæ ipsius exempti.

Successiue possumus de alio dubitare & non ineleganter.
64 † Episcopus Bononiæ concessit indulgentiam,an forenses alibi nati,tamen Bononiæ commorantes,gaudeant ea concessione? Et in hac breuiter dicendum est,quòd sic:quia ex quo habitant in loco,dicuntur esse de populo illius ciuitatis & de illa ciuitate.& etiam dicuntur subditi.c.quoniam.extra de offic. ord. vbi per scribentes,maximè per dom.Abb.& idem voluit Reuerendus Dom.Episcopus Nicotoren. Domi. Nico. Lucensis de Guiditionibus,in suo opere de indulgentiis.

Plus dico,q̄ tales dicuntur esse de illa ciuitate , etiam si non sint ibi præsentes,dummodò familia eorum ibi habitet, secundum Bar.in l.j.§.j.ff.de libe.agno.vbi plus etiam voluit , q̄ tales habeantur pro ciuibus,stante statuto,quòd habitans die statuti conditi habeatur pro ciue,licèt in illa die sit extra ciuitatem dummodò ea die reperiatur habere ibi familiam suam. nam secundum eum hoc sufficit.

Plus etiam dico, quòd si quis non habitaret continuè cum familia, nec ipse toto anno habitauit, sed saltem pro maiori parte anni,diceretur habitare,secundum Bar.in l.cum de lanionis.§.Sabinus.ff.de fun.instru.& Barto.in l.si quis ita.ff. de condit & demonst.Et facit tex.in l.prouinciales.ff. de uerborum significat.& text.in Authen.de quæstore.circa princ.& ita dicendum est in proposito, vt indulgentiæ concessæ prosint omnibus supradictis,nisi verba concessionis repugnarent, & magis strictè loquerentur.

65 Potest consequenter moueri † quæstio,an indulgentia concessa Titio & familiaribus suis,seu domesticis suis,intelligatur de præsentibus tantum,an etiam de superadditis post concessionem? In quo dicas, quòd intelligitur de tunc existentibus,non autem de superadditis l. qui luminibus.ff. de seruitu.urba.prædio.l.si ita.cum ibi plenè not.maximè per Barto.ff.de auro & argen.lega.

Bene verum est,quòd si loco illorum tempore concessionis existentium ex post substituerentur alii, indulgentia extenderetur ad superadditos,seu substitutos,per tex.in c.ecclesia.extra vt lite pendente.& ita in terminis voluit Ioan.Andr.in regula, qui sentit.de regu.iur.lib.6.in mercurialibus.& Pau.de Castr.in consi.314.in 2.col.incip.in casu,quo represalię.& quod no.pro indulgentia concessa hominibus talis ciuitatis vel castri,an intelligatur concessa tantum hominibus tunc existentibus,an verò subrogatis loco mortuorum.

66 Denuò occurrit dubitare de alio , vtrum † si archiepiscopus concedit indulgentiam,& episcopus similiter concessit indulgentiam,an omnes habeant istas duas indulgentias? In quo reperio Hostien.in dicto cap.cum ex eo.de pœniten.& remissio. dicentem, quòd subditi episcopo habebunt vtranque indulgentiam,sed subditi archiepiscopo habebunt solum indulgentiam ab eo concessam,& non econtra.

67 Potest etiam de alio quæri,† an si emanarunt diuersæ literæ episcoporum in vnico loco:& dicitur, quòd Reuerendus Do. A.Episcopus concessit talem indulgentiam,& Reuerendus do B.concessit talem indulgentiam visitantibus , & offerentibus, vtrum omnibus prosint hæ duæ indulgentiæ? Et in hoc dicendum est,quod non,sed solum indulgentia prodest subditis episcopi concedentis,nisi non subditus capiat licentiam a suo Episcopo vel a proprio sacerdote,vt possit percipere alienas indulgentias,per ea quæ supra dixi allegando text. & scribentes ibidem,in d.ca.quod autem.de pœnit.& remiss.dum feci mentionem de pratica peregrinantium & visitantium pia loca in alienis prouinciis.Tamen scias unum, quòd licèt in casu prædicto illa oblatio non prosit quo ad consequendam indulgentiam , tamen prodest ad bonum salutis ad redemptionem peccatorum.capit.mendacia nostra,de pœnit.distin.j.& c.animę defunctorū.13.q.2. & voluit Bar.in l.j. in 3.q.6.q.principa. C.de sacrosan.eccl.Et facit illud,nullum bonum irremuneratum , & nullum malum impunitum,&c.

68 Post hæc quia supra proximè dixi,† quòd uisitans uel offerēs consequitur indulgentiam,dubium occurrit an subditus vero Episcopo concedenti possit consequi eam,si non potest uisitare,vel offerre,si libenter hoc faceret,si posset ? videretur dicendum,quòd sic,quia Deus respicit solum cor hominis. tamen dicas contrarium fore verius,quia forma concessionis loquentis de facientibus,non potest uerificari in eo qui habet solum animum faciendi , iuxta illud , vbi opus est facto , verba non sufficiunt. Et istud in terminis firmauit S. Tho. in quarto sententiarum,dist.20. Et idem voluit Dom. Nico. de Guiditionibus,Episcopus Nicotor.dignissimus in opere suo de indulgentiis.

Pro quo etiam facit illud,quod supra diximus,quòd quis nō potest capere indulgentiam pro alio, nec etiam pro existenti in purgatorio , ex quo non dicuntur ipsi propriè accipere. Est verum,quòd alias dicimus quod voluntas sola bene sufficit ad obligandum se Deo.l.si quis rem rem.§.voto.ff. de polli.& voluit Host.& Goffre.in summa,extra de voto: & idem S. Tho. 2. 2.quæst.68.

69 Quid autem † de concedente, an ipsemet faciens illud quod requirit eius concessio , gaudeat beneficio eiusdem indulgentiæ? in hoc S.Tho.in quarto sententiarum,dist.20.tenet q̄ licèt præfatus non possit principaliter sibi concedere indulgentias, tamen potest uti indulgentiis aliis concessis.Et idem voluit Vinc.in d.c.cum ex eo. de pœnit.& remissio. Et idem confirmauit præfatus Episcopus de Guiditionibus in opere suo de indulgentiis.

Pro quibus facit,quia cui conueniūt verba dispositionis, debet conuenire dispositio.l. 4.§.toties. ff. de dam. infec. sed nulli dubium quod concedenti,visitanti,vel offerenti possunt conuenire verba & forma indulgentiæ,ergo & ipsa indulgentia.

Præterea ad idem facit,quia si secus diceremus, resultaret inconueniens,quod deterioris conditionis esset concedens & superior,quàm ille cui conceditur,& subditus , & licet dicamus, quòd generalis sermo non comprehendit personam loquentis.l.inquisitio. C. de solu.l.mercedem.§.fi. vbi glo.& Bart.ff.de actio.empt.l.qui insulam.§.fi.ff.loca.tamen hoc fallit in multis casibus,vt patet in l.Paulus.§.fi.ff.de pigno.& latè explicat gl. & Barto.in l.j.ff.de Sena.cum multis alijs similibus,quæ brevitatis causa omitto.

70 Præterea videndum est,†ad quid prosint & valeant indulgētiæ? Et in hoc sex reperio fuisse opiniones relatas per Do. Abb. in d.c.quod autem.in 2.col.de pœnit.& remis.& per Do Card. in d.c.cum ex eo.& in d.c.quod autem.post glo.ibidē. Et primò dicebant aliqui , quod prosunt quo ad Deum , sed non quo ad ecclesiam.Nam peccator tenetur omnino agere pœnitentiam de peccato, non obstante indulgentia , sed hæc opinio cōiter damnatur,quia est contra tex.in terminis in d.c.cum ex eo.vbi dicitur,quod satisfactio pœnitentialis eneuaē per indulgentiā.

Alia fuit opinio,ut indulgentia prosit quo ad pœnitentiam hic iniunctam ex superabundanti & ad cautelam. sed hæc opinio etiam communiter reprehēditur , quia parum prodessent indulgentiæ,& etiam claues Petri multum vilipenderentur.

Alia fuit opinio , vt indulgentiæ prosint quo ad Deum , &

Source : BIU Cujas

quo ad eccleſiam, ſed quòd concedens ſit oneratus ad ſatisfaciendum ieiuniis & orationibus pro aliis. Sed hæc opinio tanquam continens in ſe iniquitatem communiter repellitur, qa primò hæc non eſt intentio concedentis onerare ſe pro aliis, & maximè talibus oneribus valde præiudicialibus quo ad ſalutem animæ,& maximè quia nedum pro aliis, ſed ferè pro ſeipſo merita ſua ſufficient.

Alia fuit opinio quod indulgentiæ valeant in purgatorio reſpectu pęnitentiæ in hoc mundo neglectæ,ſed hæc opinio etiã nihil valet,quia remunerat negligentes,quod valde abſurdum eſt.Nam vigilantibus & non dormientibus iura ſubueniunt. l. pupillus.in fi.ff.de his quæ infra. credito.

Alia fuit opinio quod indulgentiæ proſint etiam quo ad pęnitentias hic iniunctas,dummodò ſacerdos qui iniunxit pęnitentiam,concedat vt poſſit compenſari pęnitentia cum indulgentia,ſed hæc opinio communiter deteſtatur, quia reſtringit poteſtatem concedentis indulgentias & etiam earum effectũ. cum enim indulgentiæ proficiſcantur ex theſauro meritorum Chriſti & ſanctorum martyrum,& Papa ipſe expendit & indulget,non eſt neceſſarium quòd ſacerdos concedat licentiam, & pęnitentia compenſetur cum indulgentia.nam illa licentia ſacerdotis requiritur,prout ſupra diximus in indulgentia conceſſa per prælatos,Papa tamen excepto, vt non ſubditi poſſint eas accipere & de eis participare.

Sexta & vltima fuit opinio,quod indulgentiæ p- ſunt ſecũdum quod verba ſonãt, & quo ad Deum & quo ad pœnitentiam hic iniunctam,ut omnino tolli poſſit per indulgentias. caſus eſt de hoc in terminis in d.c.cum ex eo.& ita per illum tex.voluit ibi Goffr. Hoſtien. Ioan.And.Dom.Cardi.& Domi.Abb.& communis ſchola Canoniſtarum,& in dicto capit.quod autem. eodem titu. Tamen 74
intellige prædicta ſanè,ne errares,quo ad particulares remiſſiones,quæ fiunt per Papam & per alios inferiores relaxantes pœnitentias iniunctas, ſecus eſt in generali & plenaria indulgentia,quæ fit a ſolo Papa,nam per eam remittitur verè omnis ſatisfactio.Ita tradũt præfati ſcribentes in locis, de quibus ſupra. Nam ſecundum eos,ex effuſione pretioſiſſimi ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti,& ex multis meritis Sãctorum & martyrum conſtitutus eſt theſaurus eccleſiæ,cuius diſpenſandi poteſtatem habet ipſe vicarius Chriſti, qui aperit & claudit, cui vult & quando vult, & tantum operatur quod etiam minima gutta prædicti ſanguinis pretioſiſſimi fuiſſet ſufficiens ad redimendum totum mundum.

Papa ergo concedens talem indulgentiam plenariam,intendit communicare illa bona tam pretioſa nobis & per eam remittitur nobis totum tempus quod debetur pœnæ pro omnibus peccatis noſtris. Culpa autem remittitur per cõtritionem cum propoſito confitendi ſed pœna æterna remittitur totaliter per indulgentiam plenariam. 75

Sed nota diligenter vnum, quod niſi eſſet illa contritio,per 76
quam relaxatur culpa,non prodeſſet nobis indulgentia plenaria,prout etiam infra latius dicam,dum examinabo, quis dicatur verè pœnitens,referendo Sanctum Tho. in quarto diſt. 17.

71 †Per plenariam ergo indulgentiam non remittitur culpa, ex quo per contritionem illa ſemel dimiſſa eſt, & ſic non poteſt iterum dimitti,ſed remittitur pœna temporalis, quæ eſt ſeptẽ annorum pro quolibet peccato mortali,vt in c. hoc ipſum. 33. quæſt.ij.dimittitur ergo per indulgentias particulares tantum temporis,quantum in eis conceditur,ſed per generalem & plenariam remittitur totum tẽpus quod debetur indiſtinctè pro omnibus peccatis,adeo quòd qui eam conſequitur,ſi in eo ſtatu moreretur, ſtatim euolaret ad æternam gloriam, nec ſentiret purgatorium,ſecundum Dom.Hoſtien.in ſumma de pœnitent.& remiſſ.Et idem firmant Domini Canoniſtæ communiter in dicto c.omnis vtriuſque ſexus.& Oldra. in dicto conſilio 74.incip.quæritur ſi prælatus,&c. quæ omnia tene menti, quia ſunt diligentiſſimè notanda,& omnia alia bona teporalia ſunt vanitas & ambitio & tranſitoria, ſed in his conſiſtit tota uis & vtilitas maxima.

72 Vlterius poſſes de alio quærere, † nunqdid indulgentiæ proſint exiſtentibus in peccato mortali? In quo dicendum eſt apertè, quòd non : eſt text. in d.cap.quod autem,& in d.c.cum ex eo.de pœniten. & remiſ. & ita tenent ſcribentes ibidem,& domi. Abb. in conſilio 55.in 5.colum.incip.in q.quæ vertitur,&c.Et eo maximè hoc procedit,quia indulgentiæ ſemper conceduntur verè pęnitentibus & confeſſis, & hæc clauſula apponitur in eis : & caſu quo non apponeretur,puta quia ſolo verbo cõcederentur indulgentię, debent intelligi conceſſæ in forma conſueta,iuxta not. in l.vel vniuerſorum.ff.de pignora.actio.& in l.qui ſemiſſes.ff. de vſur. 77
Et quod exiſtentibus in peccato mortali non proſint indulgẽtiæ,probatur apertè,ſecundum Bonauentu.diſt.20.quarti. quia ad hoc vt valaant ex parte dantis, requiritur poteſtas & cauſa honeſta & rationabilis.Ex parte verò eius cui conceditur, requritur confeſſio cum vera contritione, & fides cum vera deuotione,vt ibi per eum diligenter examinantem iſtum paſſum tamen Richar.vbi ſupra proximè, tenet quòd licèt indulgentiæ non proſint,tamen quo ad vnum ſaltem valeant, quia ſicut alia bona facta in peccato mortali diſponunt de congruo peccatorem ad pœnitentiam,qua mediante ad ſuſceptionem remiſſionis peccatorum per diuinam miſericordiam, ita faciunt indulgentiæ acceptæ in peccato mortali,quod bene nota.& ideo
73 non ceſſes vnquam facere bona omni tempore.†Eſt uerum,redeundo ad principale propoſitum noſtrum,quòd pœnitentes & confeſſi verè dicuntur etiam ad effectum conſequendi omnes indulgentias illi,qui ſemel fuerunt legitimè confeſſi in anno,& habent propoſitum confitendi tempore debito, & habent etiam nunc contritionem de peccatis præteritis. ita uoluit gloſſ.in ſumma de pœnitent.diſtinct.j.& gloſ.in c.magna. eadem diſt.& ſanctus Thomas in quarto ſententiarum. diſtin. 17.& Dom.Abb.in dicto capitulo omnis vtriuſque ſexus. in penultima colum.in verſicu.ex prædictis infero,&c. & eſt bonus text.in dicto cap.magna.quem perpetuò tene menti,quia iſtud quotidie occurrit.

Et idem voluit etiam Dominus Archidiaco. de pœnitent. diſtinctio.prima,in ſumma.vbi dicit quòd confeſſio eſt præceptum eccleſiæ affirmatiuum,cuius natura eſt, vt obliget ſemper,ſed non ad ſemper,ſed loco & tempore debitis. Vnde dicit,ſatis eſſe quòd quis ſemel confiteatur in anno tempore ordinato per eccleſiam,tamen omnino debet quis cõtritionem habere de peccato ſtatim poſt eius commiſſionem, & per talẽ contritionem cum vero propoſito confitendi tempore ordinato ab eccleſia dimittitur peccatum.allegat text.in d.cap.magna.& idem voluit Reuerendus Epiſcopus Nicotorẽſis in ſuo tractatu de indulgentiis.quod nota.

Plus dico,quòd adeo habens † propoſitũ confitendi tempore debito & cum contritione peccatorum præteritorum conſequitur indulgentias cum ſola contritione nunc intercedente,quæ contritio apud Deum eſt maximi effectus,quod ſi poſtea tempore debito non confiteretur, tamen peccatum ſemel dimiſſum per contritionem non redit, & indulgentia illa ſemel accepta prodeſt,nec perdit,nec dicitur fuiſſe accepta in peccato mortali, cum peccatum tunc ſemel fuerit remiſſum a Deo,nec dimiſſo illa potuit ſtare in ſuſpẽſo vel in pendenti,vel conditionaliter.hæc eſt gloſ. multum ſingularis & aurea de pœniten.diſtin.j.in principio. & facit etiam text. in dicto cap.magna.eadem diſtinct.& voluit Dom.Abb. in d.c. omnis vtriuſque ſexus.in penulti.colum.vbi alleg.text.in d.ca. magna.quem dicit eſſe notandum.†Subdit tamen Dom. Abb. ibidem,quòd ille qui habuit propoſitum confitendi, ſi tempore debito non confiteatur, peccat mortaliter non obediendo præcepto eccleſiæ. de quo in dicto capitulo omnis utriuſque ſexus.

Ex poſt imminet dubitatio multum ſingularis,†an quis poſſit conſequi pluries indulgentiam, faciendo pluries illud, propter quod indulgentia conceſſa eſt, & hoc durãte tempore indulgentiæ.In quo ſanctus Thomas,quarto ſententiarum, diſt. 20.dicit,quòd ſic,quando indulgentia eſt perpetua:ſecus eſt,ſecundum eum,ſi eſt temporalis,quia tunc intelligitur, vt ſemel tantum accipi poſſit.pro quo facit tex.in l.boues.§. hoc ſermone.ff.de uerborum ſignificat.& text.in l.matrimonii. ff. qui & a quibus.& in l.cum pater.§.pater.ff.de lega.2. & in l. conditio.ff. de conditio.& demonſtrat.vbi actus intelligitur de vna & prima vice tantum.

Nihilominus Vincentius in d.cap. cum ex eo.& Specul.in §. ſpecies.in titu.de pœniten.& remiſſio.in hoc paſſu tenent contrarium,& indiſtinctè volunt quòd durante tempore indulgẽtiæ pluries,& pluries poſsit accipi.Et hæc opinio videtur approbari in extrauagan.Bonifacii incipiente,Antiquorum,&c.& facit tex.in c.imitare.6.q.j.Et hæc opinio tanquàm magis fauorabilis animæ mihi placet.Quam opinionem etiam firmat Ioan. de Imo.in cle.2.in 3.colum.in verſi.ſed an ſi quis pluries,&c.de pœniten.& remiſſio.vbi refert dominum Matthæum ita tenere.& idem voluit Io.de Imo.in cle.j.in xij.colum. in verſi. quid autem ſi quis centies vadit ad eccleſiam,&c.de priuileg. vbi allegat Archidia.in c.Romana.de pœnit.& remiſſ.lib.vj.ita tenẽtem,cum quib.omnino pertranſeo,cum actus actiuorum ſint in patiente bene diſpoſito.

Ad idem facit,quia contrariorum eadem debet eſſe diſcipli na.l.prima.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alieni iuris. ſed quoties quis peccat,toties illa queatur:ergo quoties quis capit indulgentiã, & bene agit, debet facilè hoc facere poſſe, & toties debet ſibi prodeſſe.

Non immeritò poſſumus etiam quærere, † in quibus conſiſtant indulgentię? Et in hoc dicas,quòd aliquæ ſunt,quæ requirunt honorem, & deuotionem,puta conceſſæ euntibus ad miſſas,vel prædicationes, & in his multum valet liberalitas plus quàm iuſtitia, & ideo tunc quaſi in liberalitate conſiſtunt. Aliquando

dantur

Source : BIU Cujas

dantur indulgentiæ pro pecunia vel oblationibus, vel pro labore perſonæ: aliquando pro labore & periculo uitæ, ut ire ad pugnas contra infideles & ſimilia, vt in c.magnæ cum ſequenti,extra de voto.& in dicto.capit.cum ex eo.de pœniten. & remiſ.& tunc in his indulgentijs eſt plurimum de iuſtitia,licet ſit etiam largitas concedentis, & hæ magis conſiſtunt in iuſtitia, quàm in liberalitate. Nec dicatur mihi amice, ergo ſpiritualia dantur pro temporalibus,& per conſequens malè, &c. quia ad hoc reſpondeo, quòd dantur principaliter pro vtilitate ſpirituali,& non pro temporalibus,ſecundum S.Thomam in quarto ſententiarum,diſt.20.& ita voluit Vincen.& Hoſt.& domini Canoniſtæ in d.ca.cum ex eo.concludentes indulgentias cõ ſiſtere in liberalitate & iuſtitia,prout ſupra dixi.

78 Vlterius ſciendum eſt,quantum † valeant indulgentię. In quo breuiter dicas,ꝙ tantum valent, quantum ſonant earum literæ.c.porrò,extra de priuil.cum perſonę. eod.titu.lib.6.& poſuit Old.in conſilio 73.incipiente Queritur ſi Prælatus,&c.& Pau.de Caſt.in conſi. ſuo.276.incip. Primum dubium procedit,&c.Tamen ſcias,quòd Papa poteſt concedere tantum quãtum *vult* de hoc theſauro eccleſiæ, nec eius poteſtas a iure *limitata* eſt,licèt ſecus fit in aliis prælatis inferioribus,*prout ſupra diximus*,maximè in prin.

79 *Supereſt* vnum ſatis neceſſarium dubium,†an ſi cõceſſa fuit *indulgentia* eccleſiæ S. Laurentij parochiæ noſtræ de iure patronatus vxoris meæ ex nobili familia de Ludouiſijs,vel alteri loco, & eccleſia poſtea diruta eſt,extinguatur indulgentia? In quo dicas,quòd aut eccleſia eſt diruta de facto,aut de iure.Primo caſu non extinguitur indulgentia,ſed in ſecundo caſu ſic, ita voluit glo.in c.& hoc dicimus.16.quæſt.7.& gloſ.capit.priuilegium.de regulis iur. lib.6.& glo. in c.ſtatutum.de elect.eodem libro,in verbo,collegiatis.& Innocen.in c.cum ex iniuncto.extra de noui oper.nun. & in c. Abbate.in fi.extra de verb. ſignific.& Ioan.Andr.in dicta regula,priuilegium,de regul.iur. & Dy.& alii ſcribentes poſt eum,in l.cum pater.§. Tuſculanis. ff.de lega.2.& Barto.in l.inter ſtipulantem. § ſacram.ff.de verborum obligatio.& Barto.in l.finali,in vltima quæſtione.ff.de colleg.illici.& Bald.& Ioan.de Imo.in l.grege.ff.de leg.j.& Angel.in l.cum proponebatur.ff.de iudic. in quibus *locis ponunt Doctores*,quid in aliis priuilegijs,& quid in collegijs & vniuerſitatibus, an eis extinctis, vel dirutis extinguantur priuilegia eis conceſſa.de quo etiam poſuit Bald.in titu.de pace Conſtan. in verbo,nos Romanos in ſecunda colum.& Bald.in Auth.habita,in tertia colum.C.ne filius pro patre.& Bald.in l.ſi vſufructus ciuitati.ff.quibus modis vſufruct.amitt.& in l.ſicut.§.in decurionibus.ff.quod quiſque vniuer.nomi.& in l.ſeruitucem. §. ſi ſublatum.ff.de ſeruitu.vrbano.prædior.& Angel.in rubrica, ff.de colleg.illici. & in l.qui res. §.aream. de ſolutio. ꝙ in dicto §.ſi ſublatum.Tamen intellige ſanè hunc ſecundum caſum,niſi in alio loco eſſet tranſlata, quia retinet adhuc priuilegium, non obſtante, quòd fuerit primo diruta de iure &auctoritate ſuperioris.ita voluit gloſſ.in dicta regula,priuilegium.& Innocen.in dicto cap.cum ex iniuncto.& Dominus meus Alexand. de Imo.in conſilio 44. in primo volumine. incipiente, an caſtrum dicatur habere, &c.vbi ſubdit vnum notabile verbum,

80 † quod ſi ſtatim ædificatur nouus locus, præſumitur ędificatus vt ſit loco illius primi propter actus vicinitatem.l.ſi ventri.§.fi. ibi Bar.ff.de priuileg.cred.

81 Deinceps videndum eſt,ad quem ſpectet interpretatio uerborum dubiorum indulgentiæ.† in quo dicas,quòd pertinet ad concedentem.text.eſt in ca.ex parte veſtra.extra de verborum ſignifi.& in c.cum ueniſſent. extra de iud.& in c.cum tempore.extra de arbit. & in l. 2. & in fin.C. de legibus.in quibus locis plenè nota.hoc ſcribentes. & Barto. in l.omnes populi.in 6.quæſtione principali.ff.de iuſtit.& iure. & Ange.in l.ex facto.in princip. ff. de vulga.& pupil.pro quib. facit,quia ad eum pertinet interpretatio,ad quem ſpectat conceſſio. cap.j. extra de poſtu. præla. inter alia.extra de ſenten.ex-

82 commu.& c.ex his.11.q.j.Ad idem facit,quod dicimus †de verbis ambiguis ſententiæ, nam eorum interpretatio & declaratio ſpectat ad iudicantem.l.ab executore.in princi.cum ibi plenè notatis.ff.de appellatio.l.j.in fi.& l.in prætorijs.ff. de prætor. ſtipulatio.cum multis alijs ſimilibus,quæ omnia breuitatis cauſa omitto,ne fruſtra occupemus membranas, & ne exeamus

83 meſſes noſtras.† Vnum tamen non omitto,quod eſt,concedẽtem poſſe verba indulgentiæ interpretari, quãdo ſunt dubia: ſecus eſt ſi eſſent clara, quia tunc talis facultas ei non conceditur,ſecundum Iaco.de Aret.& Bartol.in l.ille aut ille.§.cum in verbis.ff.de lega.3.& Bal.in l.placet.in fi.C. de ſacroſan.eccle.& Bald.in l.j.C.de relat.& Bald.in l.voluntatis.in verſicu. quæro ſi ſtatutum ciuitatis,&c. C.de fideicommiſſ.& Bald.in l. ancillæ. in princ.per illum tex.C.de fur. & Bartol.in dicta l. ab executore.in prin.in uerſiculo quæro ſecundo,iuxta &c.de appell.

84 Deinde quæro, an pauper ita † conſequatur indulgentiam,ſicut diues? In quo articulo ſatis contingenti breuiter dicas,quòd non habet plus vnus,quàm alter: nã omnes conſequuntur indulgentiam 40.vel centum dierum ſecundum quod ſonant indulgentiæ,& earum literæ,ſed bene plus valent illi qui cum maiori charitate eas accepit, ſeu cum maiori feruore,ſeu cum maiori oblatione,ita magiſtraliter declarans uoluit S.Thomas, quarto ſententiarum.diſtin.20. Sed Inno.& Hoſtien.in ſumma de pęniten.& remiſſ.dicunt,quòd Deus,qui omnia moderatur pondere,numero,& menſura dabit plus gratię vni,quàm alteri,ſecundum quod plus erit deuotus,vel ſecundum quòd vnus dat plus, quàm alius,vel ſecundum quod plus laborat, vel maioribus periculis ſe exponit. & ſic iudicio meo,effectualiter omnes præfati Doctores recidũt in eandem ſententiam,licèt per diuerſa uerba loquantur. Vnde quo ad cõſequendam indulgentiam prædictam omnes æqualiter conſequuntur, ſed bene plus gratiæ poteſt conſequi vnus quàm alius, vt patet exemplum in latrone illo crucifixo cum Domino noſtro,qui vnico inſtanti cõſecutus fuit gratiã ad magnam fidem & deuotionem ſuã,& in pluribus aliis hoc legitur,vt ipſemet Dominus atteſtatus eſt, dum dicebat, fides tua te ſaluum fecit, &c.cum multis aliis quos enarrare lõgum eſſet in teſtamento nouo.& facit tex.in c.quia diuinitatis.de pęnitent.diſtinct.j.& in capi. primo circa finem, diſtinct. ſexta.& voluit etiam Apoſtolus ij ad Corinth.ſecundo ca.ibi,cum aliquid donatur,&c.

85 Denuo alia dubitatio adeſt. † pone ꝙ ſanctiſſimus Dominus noſter, Dominus Innocen conceſſit indulgentiam hoc modo. Quicunque dederit decem pro ſubſidio, ſeu reparatione,vel conſtructione talis eccleſiæ,puta Diui Petronii protectoris noſtri, & reformatoris huius inclytæ ciuitatis Bononiæ,,remittatur ei quarta pars pœnæ omnium peccatorum ſuorum,an ſi quis fecerit quatuor oblationes de decẽ, & ſic obtulit quadraginta, ſit remiſſa tota pœna omnium peccatorum. In hoc dicas, quòd non: nam per primam oblationem remiſſa fuit quarta omnium peccatorum, ſed per alterã ſecundam oblationem remiſſa fuit quarta eorum,quę remanſerunt,& ſic de ſingulis, vt puta pro omnibus peccatis meis debetur pœna ſexdecim annorum.certè per primam oblationẽ remiſſa fuit quarta,ſcilicet quatuor anni,& remanſerunt duodecim anni, poſtea ſi facio ſecundam oblationem, remittitur quarta non totius primæ ſummæ, ſcilicet ſexdecim annorum, ſed eorum,qui remanſerunt,hoc eſt duodecim, & ſic remittentur tres anni,& non quatuor,& ſic ſucceſſiuè.ſi poſtea facio tertiam oblationem, non remittetur quarta ſexdecim, uel duodecim annorum,ſed quarta pars nouem annorum,& per conſequens remittuntur duo anni & quarta pars alterius anni,& ſic in infinitum poſſemus exemplificare. vnde licet quis offerat omnia bona ſua,ſemper aliquid remanebit glo.eſt nota.& ſingularis in c.tempus.13.q.2.in verbo, valde.quam glo.omnino uidebis.Et idem voluit Reuerend. epiſcopus Nicotorenſis in ſuo opere de indulgentijs.

86 Contra quam gl. & ſequaces mihi occurrit unum ſubtiliter conſiderando.† Nam ponamus,quòd a principio quis obtulit quadraginta unico ictu, nonne remittitur tota pœna? Certè ſic,ex quo non poteſt dari ab initio,niſi quarta proportionabiliter æqualis & eiuſdem menſuræ & ponderis & numeri. ergo in caſu præmiſſo & quælibet oblatio etiam debet remittere tãtum in quantitate & mẽſura, quantum prima oblatio remiſit primo, ut commenſuretur creditum cum debito. Nam non debet vna oblatio eiuſdem numeri,eiuſdem ponderis, & menſuræ plus vel minus operari, quàm alia? & eo maxime & hoc ſecundo,quia ſi ſecus diceremus non ita faciliter inuitarentur homines ad offerendum,quàm ſi quælibet oblatio habet integram remiſſionem quartæ totius æquè principalis & proportionabiliter. Itaque licèt auctoritas gloſſ.in dicto capitul. tempus, maxima ſit, tamen rectè intuenti in contrarium videtur eſſe ueritas.pro qua opinione noſtra ultimo adduco eam rationem.Nam Papa dicendo, quòd remittatur quarta pars pœnæ omnium peccatorum, videtur intellexiſſe ſemper de prima, quarta & de ea,quæ fit per prius & non per poſterius. Nam intelligendo,prout dicebat gloſſ.in dicto capit.tempus. intelligeremus de quadam noua alia quarta poſt exiſtente, & non de priori contra tex.in l.j.cum vulgari.C.de ſucceſſ. edic. Et tanto magis,quia verba gratiarum debent intelligi regulariter,vt habeant maiorem effectum, quàm poſſint, ſecundum Reuerendos Dominos meos de Rota in deciſione 453.ĩcip.fuit dubitatum,&c.ſed intelligendo prout dico,indulgentiam habet maiorem effectum,ergo &c.

87 Poſterius dubitari contingit, † vñ habuit originem conceſſio indulgentiarum, quæ emanant a Papa & ab aliis inferioribus? Reſpondeo bruiter, quòd ab ipſo Domino noſtro Ieſu Chriſto Saluatore pijſſimo, & bonorum omnium largitore,a quo omne bonum proceſſit & procedit,dum dixit primo paſtori Petro, Quodcũq; ligaueris ſuper terrã.&c. vt habetur Matthæi 16.tranſumptiuè.in c.quodcunq;.24.q.j.ita

Source : BIU Cujas

88 voluit Innoc.& Hoſt.in ſumma de pęniten.& remiſſio. † Et ex hoc infertur correlarium, ꝙ in veteri teſtamento non fiebant indulgentiæ,quia non poterant, nec apud illos ſacerdotes erāt claues,nec poteſtas ligandi & ſoluēdi, quæ poteſtas habuit ortum poſtea in dicto tempore gratiæ, licèt illi ſacerdotes tēpore veteris teſtamenti eſſent maximæ etiam pręeminētiæ,vt habetur Deutero.j. c. & ſupra etiam aliquid diximus,dum dixi de Reuerendiſſimis Dominis Cardina. Nullus ergo eo tempore habuit claues theſauri eccleſiæ,cuius diſpēſationem habuerunt & habent ſummi Pontifices,prout ſupra etiam dixi,& voluit etiam Guiliel. in clem. ſi dominum.de reliq.& vene. ſanct.

89 † Poſt hæc dubium eſt, quot requirantur ad hoc vt valeat īdulgentia? in quo reperio ſanctum Tho.in 4.ſentent.diſt.20.dicentem,quod requiruntur duo ex parte concedentis, ſcilicet poteſtas ligandi & ſoluendi,& cauſa rationabilis concedendi,ſed ex parte accipientis requiritur,quòd ſit in ſtatu pœnitentię,& ſic ſit contritus de peccatis, & etiam deuotio fidei, vt credat hanc poteſtatē eſſe apud eccleſiam,& quòd facit illud propter quod indulgentia conceditur, & quod ſit ſubditus concedentis, vel ſaltem habeat licentiam a ſuo Epiſcopo,vel ſacerdote,prout de his duobus vltimis ſupra latius dixi.& hæc etiam numerauit Innocen & Domin.Abb. in capitu. quod autem.in vltima colū. in ver.dicebant tamen quidam,&c.de pœnit.& remiſſ.vbi ſubdit, quòd requiritur etiam diſcretio,vt tantum donet pro quāto nollet agere illam pœnitentiam iniunctam,& ꝙ iuſta ipſius ſit æſtimatio, vt iuſtè ęſtimet quantitatem boni, ꝙ eſt facturus ſecundum pœnitentiam ſibi iniunctam,& ibi per eum hæc declarantem,ad quem in hoc me remitto.

90 Pro declaratione etiā huius materiæ occurrit mihi alia dubitatio,† an iſti quæſtores eleemoſinarum, vt ſunt iſti miſſi à Reuerē.pręceptoribus,S.Antonij,ſiue Sancti Sepulchri, ſiue aliorum hoſpitalium pro votis colligendis & eleemoſini petendis,debeant admitti ſi non habent veras literas Apoſtolicas,ſiue ſui Epiſcopi diœceſani. & in hoc dicas eſſe caſum apertum in d.c.cum ex eo.de pœniten.& remiſſ.vbi deciditur quod non. & ita per illum tex.firmant communiter Domini Canoniſtæ ibidem,& maxime Do.Abb.& Oldr.in d.conſil.70.incip. quæritur,ſi prælatus,&c. Et D.Domini.de S.Gemi.in c.j.de pœni.& remiſſ.li.6.Nam multi mentiuntur ſe eſſe fratres illorum locorum & non ſunt. vnde Papa voluit tales quæſtores prius examinari ab epiſcopo loci, qui ſi eis poſtea concedunt literas indulgentiarum,tunc admittuntur,alias autem non.Nam ſunt nonnulli falſi quæſtores,qui motu proprio,temerario & de facto cum certis bullis mendacibus & fallacibus diſpēſant ſuper votis,& periurijs,& homicidijs, & alijs reſeruatis,qui ſi poſſunt conuinci,debent puniri per ordinarios locorum,vt eſt text. apus in d.capit.cum ex eo. non obſtantibus quibuſcunque priui legijs ſuis, quæ expreſsè ſunt reuocata, vt in cle.ab vſibus.cum materia ſua,de pœnit.& remiſſ.vbi de hoc plenè tractaī. Circa

91 ad quos quæſtores etiam ſciendum eſt,† quòd prælati non debent concedere eis bullas, niſi ſecundum formam conſuetam concedi a Romana eccleſia, quæ forma talis eſt. Quoniam, ut ait Apoſtol⁹,oēs ſtabimus ante tribunal Chriſti accepturi, ꝓut in corpore geſſimus,ſiue bonū fuerit,ſiue malum, oportet nos diem meſſionis extremæ miſericordiæ operibus præuenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod redeunte Domino cum multiplicato fructu colligere debeamus in cęlis firmā ſpem fiduciamque tenentes:quoniam qui parcè ſeminat, parcè & metet,& qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam.Cum igitur ad ſuſtentationem fratrum & egenorum cōfluentium ad hoſpitale mortis, vel vitæ de Bononia propriè non ſuppetant facultates, vniuerſitatē veſtram monemus & hortamur in Domino, atque in remiſſione vobis iniungimus peccatorum quatenus de bonis a Deo vobis conceſſis pias eleemoſinas & grata eis charitatis ſubſidia erogetis,vt per ſubuentionem veſtram ipſorum inopiæ conſulatur,vt vos per hæc & alia bona, quæ Domino præſtante feceritis, ad ęternam poſſitis gaudia peruenire, &c. de quo poſuit Spe.in ti.de pœnit. & remiſſ.vbi ponit de formis literarum indulgentiarum,& de earum materia etiam.& Reuerend.D. Epi

92 ſcopus Nicoto.in ſuo tract.de indulgentiis.† Et ſcias illud circa iſtos quæſtores, quòd non poſſunt ipſi prædicare, nec aliquid proponere,niſi prout literis eorum continetur.tex.eſt in ca. vt officium.§.compeſcendum.de hæreti.li.6.& in d.cle.ab vſibus, de pęnit.& remiſſ.& ibi latè per Io.de Imo.examinātem materiā iſtorum q̄ſtorum,videlicet quis poſſit dare eis literas, & qs poſſit eas examinare,& pro qua cauſa poſſint concedi dictæ literæ, & an pro fabrica matricis eccleſiæ,& ſimilibqusad quem in hoc me remitto, qui militū copioſè & luculenter poſt alios ſcribentes ibidem examinauit hanc materiam quæſtorum, in qua pro nunc non ero longior,cum ſit aliqualiter extra principale propoſitum noſtrum: & alias vbi commoditas temporis dabitur,circa hos quęſtores verba faciemus.

93 Dubium aliud ordine noſtro occurrit,† an indulgentia concedatur præſtanti eleemoſinam falſo quæſtori? In quo dicendum eſt ꝙ non,quia veritas præfertur opinioni.l.regula.§.qui ignorat.ff.de iur.& facti igno. & l.ſi pater.ff.de manumiſ.vindi.& C.plus valere quod agitur.& c.p̄ tuas.el 2.extra qui filii ſint legi.& c.verum.& ca.conſuetudo.8.

1 diſt. & maximè hoc procedit in ſpiritualibus, vbi non ſolum opinio immo præſumptio iuris,quæ eſt maioris potētię & virtutis,poſtponitur veritati, & ita in terminis noſtris voluit Archi.in c.1.extra de voto.lib.6.& conſuluit in caſu iſto in ſpecie Old.in ſuo conſi.76.inci.quæritur de illo, qui iuſto errore,&c. Nec obſt.ꝙ Deus conſiderat intentionem & cor, & illud īterrogat & non manum,vt eſt text.in c.ſi quid.14.q.5. & in ca. qui periurare.22.q.5.Nam etiam voluntate & propoſito maleficia diſtinguūtur.c.cum voluntate.de ſen.excom.& l. qui iniuriæ. ff de fur.quia prædicta ſunt vera quantum ad hoc, vt actus iudicetur bonus vel malus:ſed quantum ad quantitatem pęnę,vel prędmij non conſideratur opinio,nec intentio,vt prędmium vel pęna debeatur,ſed attenditur ipſa veritas.l.falſus. §. qui alienā. & l.inter omnes. §.pe.ff.de fur.& l.pe.& l. ſiadulterium cum inceſtu.ff.de adul.& l.vxor.C. de repu. Ad idem facit illud, quod legitur Geneſi.20.c. vbi Abimelech,qui tulit vxorem Abrahę credens eam ſororem ſuam morte punitus fuit, quia erat vxorata,nec ſua credulitas excuſauit eum a pęna adulterij.Et idem probatur etiā quarto Regū de Lamech,qui interfecit Chaym, & tamen non credebat eum hominem,ſed beſtiam, & tñ quia delinquere intendebat,nō inſpicitur eius credulitas, immò punitus fuit perinde ac ſi ſciuiſſet.Et idem legitur de Loth,vt in c. inebriarunt Loth.15.q.j.& in c.ſexta die.35.diſt.Præterea & magis in ſpecie pro hoc facit.l.j.§.fin.ff.quod fal.tut.auto.& in l.fal

94 ſus.C. de fur. vbi † quis ſoluendo falſo quæſtori non conſequitur indulgentiam.Nam hæc ſolutio fit pro ſatisfactione pęnæ, quam quis pro peccatis debebat. Vnde ſoluendo falſo quęſto-

95 ri malè ſatisfacit, &ideo non conſequitur indulgentiā. † Bene tamen crederem,licet hoc ſcriptum non reperiam, ꝙ vbicunque talis quæſtor fuiſſet admiſſus è ſuperiorib.loci,ad quos ſpectabat examinare bullas talium quæſtorum, tunc ſoluendo qs tali quæſtori conſequeretur indulgentiam propter tolerantiā ſuperioris,iuxta no.per Bal.in l.j.in pen.col.C.de furt. vbi dixit, ꝙ auctoritas ſuperioris cauſat bonam fidem in præſcribente, & excuſat etiam a mala fide vel præſumpta, arg.l.ſed generaliter..ff.de noxa ita voluit Pau.de Caſt.in conſil.88.inci.in articulis dubiis.& facit etiam,quod no.Bar.in l.j.C de præd.cur.lib.11. & Bart.in l.Pompon.§.ſi iuſſu.ff.de acq.poſſ.& Bald.in l. trāſactionem,per illum tex.C.de tranſac.

96 Gradatim non inutilis q̄ſtio in hac materia ſe offert,† quomodo intelligantur verba indulgentiarum communiter exiſtentia in bullis videlicet,quicūque catholicus,iuxta ſuam facultatem donauerit, habeat tantum de indulgentia, puta annum, &c. quātum debeat quis dare vt conſequatur beneficium indulgentię. In quo dicas ꝙ verbum hoc facultas, deſcendit a facio facis.Vnde illud dicitur poſſe fieri,quod commodè & cum honeſtate fieri poteſt.l. nepos Proculo. ff.de de verb.ſig.vnde debet intelligi cū moderatione & ciuiliter, & taliter ꝙ ipſe offerens cum familia ſua non remaneat egenus.Præterea volens facere eleemoſinā, debet primò a ſeipſo incipere,& de ſe,ſuisqne rationem habere.tex eſt in §.qui vult ordinatè.de pęnitent.diſt.3.omnis enim ordinata charitas primò a ſe ſuisque incipere debet.l.præſes.C. de ſeruitut.& aqua.ca.non ſatis.86.diſt.c.ſi nō licet.23.q.5.& faciat tex.in c.quicunque.17.q.vlti. vbi Auguſti. tradens conſiliū honeſtatis illis,qui volunt relinquere eccleſiæ, & ſuos priuare, optimè docet primam charitatem a ſuis incipere debere. Ad idem facit tex.in c.conquerente.de offi.ord.& c.cum nuper.extra de cenſi.in verſic. iuxta ipſarum eccleſiarum facultates,&c. in c.auctoritate.extra de inſti.& in c.quoniam. de vita & hone. cleric.& in Auth.de vter. ſit nume. cleri. Ad idem facit text.in l.cum poſt.§.gener.& in l quæro.ff.de iure dot.& in l.cum filię. ff.de leg. 3. vbi dos debet conſtitui filiæ iuxta facultatem, id eſt conſiderata qualitate perſonæ & quantitate patrimonij & numero familiæ, & ita nunc in propoſito dicendum eſt,quòd illa verba,iuxta ſuam facultatem,&c.intelligūntur, id eſt moderatè habita conſideratione qualitatis patrimonij ſui, & familiæ ſuæ, & non aliter. & vt noſtris detur audacia verbis,reperio celebrem Doctorem Ludouic.Rom. olim ſacri palatij Apoſtolici Reuerendum Auditorem,ita in terminis noſtris conſuluiſſe,in conſilio 364.incipien.dum ſecundò quæritur,&c.& itate nendum puto.

97 Non leuis etiam & valde vtilis quæſtio proponitur,† quid ſi indulgentia conceditur, vt ſi benefactor intra annum moriatur, dummodò ſit in ſtatu gratiæ intra dictum annum, ſeu in mortis articulo verè pœnitens & confeſſus ab omnibus peccatis ſuis remaneat abſolutus, &c. an intelligatur, vt ille qui moritur in ſtatu gratiæ intra annum,vt quia intra annum fuit confeſſus, licet non in mortis articulo, habeat indulgentiam.Et ſimiliter ille,qui moritur quandocunque, dummodò fuerit pœnitens,

& con-

Source : BIU Cujas

& cõfessus in articulo mortis,&c.in quo passu difficultas principalis stat,an illa verba seu in mortis articulo verè pẽnitẽs, & confessus,&c.intelligãtur etiam in repetita in superiorib.& sic importent quod tunc demum quis sit absolutus, qñ intra annum a die eleemosinæ numerandum in mortis articulo cõstitutus fuerit verè pẽnitens & confessus, &c. Et breuiter dico ꝙ non:nam intelligendo hoc modo,beneficio Principis nõ haberent latissimam interpretationem,prout habere debent.ca. eum dilecti.extra de donat.c.olim.extra de verb.signifi.c.quãuis.de prẽben.lib.6.l.beneficium.ff.de constitu.Princip.l.si qñ. C.de bo.vac.lib.10,& voluit Pet.de Ancha.in consi.382.incip. apostolica indulgentia,&c.Præterea beneficia Principum debent interpretari,ut non sint elusoria, uel paruæ commoditatis,sed ut sint magnæ vtilitatis.c.in his.de priuileg.l.1.in fi.ff.ad munici.Sed si intelligeremus prædictam concessionem,ut nõ prodesset benefacientibus nisi intra annum a die eleemosinæ faciens illam fuerit in articulo mortis, nihil aut parum utilitatis afferret. Nam cum homo in sanitate existens credat semper multum in sanitate viuere,nec aliquis sit ita senex qui non credat saltem per annum viuere. igitur nullus reperiretur vel pauci,qui facerent eleemosinam existentes in sanitate tãquã credentes eam sibi non profuturam,tanquã arbitrantes se nõ debere constitui intra annum in mortis articulo. Ad idem facit illa dictio,seu,&c.quę de sui natura est ampliatiua præcedẽtis orationis.l si quis ita.ff.de auro & arg.lega.l.cum quis decedens.§ fi.ff.de leg.3.& no.gl.in c.ego Lud.62.dist.in verbo,seu. & Io.And.in c.licet.de offi vic.lib.6.in nouella, ergo cũ in cõcessione prædicta dicatur,seu in mortis articulo, &c. debet illa dictio seu,ampliare præcedentia.

Præterea,quando sumus in his, quæ tendunt ad cultum diuinum, benignior & amplior interpretatio fieri debet.d.c.in his, de priuil. & eo maximè,quia magna est ratio quæ pro religione facit.l. sunt personæ.ff.de relig & sump.fune. & ita etiam in indiuiduo in præposita quæstione reperio determinasse in facti contingentia Ludo. Roman. in suo consil.343. incipien. petitur a me declaratio cuiusdam particulæ beneficij indulgentiarum, &c.

Modò superest videre de importantia aliorum verborum,
98 quæ communiter apponuntur indulgentijs, videlicet † ꝙ tale quid faciens permaneat plenariè absolutus ab omnibus peccatis suis,&c.In quo primo sciendum est ꝙ talis concessio plenariæ absolutionis solum spectat ad Papam in persona Petri, ut dicit tex.in c.Deus,de pẽniten.dist.1.Habet.n.ecclesia & eiꝰ pastor potestatem clauium ligandi & soluendi a Christo sibi concessam.c.1.extra de sum.Tri.c.noua.de pœn.& remiss.& firmant Inno.Host.& cęteri Dñi Canonistæ scribentes in d.c.cũ ex eo.tit.& supra ẽt latius diximus de hoc.

Sed redeundo ad ꝓpositũ dico,ꝙ illa verba, plenariè absolutus permaneat, &c. intelliguntur ꝙ quis absoluatur nedum a culpa,sed etiam a pęna peccati totaliter,non aũt diminutiuè.text. est in d.c.tẽpus. in fi.13.q.2.& in c.cum Marthę.extra de celebr.Miss.& ita in terminis nostris consuluit Lud.Ro.in cons.364.inci. dum aũt secundò quæritur,&c.quod no.quia sępenumero hoc cõtingit. Cuius dictis adde tu reliqua memoratu digna: nam in veteri testõ legitur Leuiti.25.c.& Exo.21.de consuetudine de qnquaginta annis in quinquaginta annos, quæ volebat quod serui efficerentur liberi,& etiam carcerati liberabantur a carcerib. & debitores a creditoribus, & sic erat annus quinquagesimus annus remissionis ſm Isidorum & Papiam in historia super Genes.14.qui annus remissionis incępit a victoria Abraham ꝓ remissione captiuorum.& ideo cõstitutus est iubileus de qnquaginta annis,in 50.annos.nam sicut intemperies aeris tẽpore Noe durauit ann. 50.& postea recõciliatus fuit aer ille turbidus & remissa fuit illa procella,ita postea statuta fuit ista indulgentia,& remissio temporibus illis, quàm indulgentiam hodie supremi Antistites largius concedunt,& sunt dona equidẽ non cognita a grege, quorum omnipotens, & clementissimus Deus nos facere dignetur,vt in hoc futuro seculo nobis prosint ad salutem.Præterea circa intellectum illorum verbo-
99 rum,plenariè absolutus,† & cęte.scias quod in his indulgentijs consequendis pœnitentia multum operatus,& est maximi effectus, ut in cap.ulti.in fi.86.distin.& in c.miror.de pœn.dist.j. & Luc.17.& Matth.9.c.& in c.si quis.1.q.7.& 23.q.4.cap incommutabilis,& cap.audiuimus.& 22.q.4.§.ex his.& de pœnit.dist. prima.§.econtra.& de consecrat.dist.4.c.prope.& cap.agnat.Si enim pœnitentiam agemus, Deus quoque pœnitebit sententiæ suæ,ut in c.si agamus.de pœn. dist.1.& legitur 3. Regum.7. cap.vbi Samaritani, qui peccarunt, & postea pęnitentiam egerunt, sunt liberati. si enim impius egerit pœnitentiam,uita uiuet,& non morietur. Ezech.17.& §.porrò,de pœn.distin.4.& dicebat Paul. Apostolus ad Hebræos 5. Si enim non iacentes fundamenta pœnitentię ab operibus,&c.& ad eosdem,6. cap. & facit optimè text.notandus,& multum in proposito accommodatus.de pẽn.distin.4.§.dicens. & d.§ porrò quam quidem pœnitentiam nemo consequi potest nisi ille qui eam sperauit, vt dicit tex.in cap.nemo potest.de pẽn. dist.1. Insuper circa illud verbum plenariè, & c.dicas quòd est maximè importan-
100 tiæ,vt supra dixi.& nunc † superadde vnum verbum, scilicet, quòd plenaria dicitur ex eo, quòd nihil ei deest. l.fideicommissa. §.quanquam. ff.de legat.3.& in l.si cum dies. §.plenum. ff.de arbit.& in c.ieiunium.66.distin.& in cap.reuera.de consecrat.dist.2.& in c.veniens. extra de verborum signifi.& in cap. cum locum.extra de sponsa.& in cap.cum inter.extra de re iudica.& in cap.veniens.extra de verborum significa.& in clem. causam. de decim.& in l.raptores.C.de episcop.& cler.& in §. fina.in Authen.de fide instrumen.& in l.item apud Labeonẽ. §.quod ait plenariè.ff.de iniur.& in l.iudices.C.de iudic.& in §. sciendum.Insti.de Do.& in §.perficiuntur,eodem titu. & in §. sed si pater.in fin.Instit.quib.mod.ius pa.po.solui.in quibus locis latè habes de significatione horum verborum, quæ omnia tenementi. Occurrit nunc pro intellectu totius huius mate-
101 riæ dubitare,† an si cruce signatus moritur antequam arripiat iter pro subsidio Terræ sanctæ, vel alterius loci, consequatur indulgentiam, & hoc reperio sanctum Thom. in suo Quolibeto dicentem, inspicienda fore verba indulgentiæ: nam si conceditur accipientibus crucem, statim quis habet indulgẽtiam, & antequam iter arripiat, secus est secundum eum, si indulgentia concedatur transeuntibus, &c. & ita residet. Pro quo facit, quod supra diximus de eo, qui capit indulgentiam pro alio, an profit alij. vbi dixi, inspicienda verba concessionis, allegando eundem Venerandum Sanctum Thom. in quarto Senten.distinctio 45. Tamen nunc adde vnum verbũ
102 in proposita quæstione,† quòd si concessio hæc fieret accipientibus crucem pro eundo ad terram sanctam,vel ad alium locum, &c. & aliquis caperet crucem cum intentione tamen non eundi, non consequeretur indulgentiam propter intentionem prauam, & ne aperiatur via malitijs.l.in fundo.ff.de rei vendic.

Insuper In hac materia restat quærere, quot modis sumatur indulgentia in iure? In quo dic ꝙ capit tut multipliariè multisque modis. Nam aliquando capitur pro remissione pœnæ. 2.quæst.3. in fi. aliquando verò capitur pro concessione gratiæ.tex.est in capitulo fin. extra vt lite penden. & in capitulo dudum,extra de priuileg. Quandoque verò capitur pro dispensatione.text.est in capitulo dudum.extra de elec.& in capitulo in fin.76.dist.Aliquando ponitur pro vacare seu operam dare, vt si dico, indulgeo grammatice vel legibus: nam intelligitur, idest vaco vel operam do legibus.text. est in l.non distinguemus. §.sacerdotio.ff.de arb. Vnde dicimus, Noli indulgere gulæ, quæ est ventris amica, &c. Aliquando capitur pro delere, vel tegere, vel donare.text.est in capitulo ille, de pẽni.distin.tertia.de cuius significatione posuerunt scribentes, maximè Archiepiscopi.Ioan.Andr.& domi.Domini.in capitulo fin.de pœniten.& remissio.lib.6.quæ omnia notabis.

Penultimo videndum est,† an indulgentia concessa ciuitati,terræ, vel patriæ,puta Bononiæ, intelligatur concessa non solum laicis,sed etiam clericis.In quò dicendum est,quòd sic.tex.est in capitulo dilecti.extra de foro compe.& ita per illum text.firmant domini Canonistæ scribentes ibidem.Sicut enim,quando indulgentia conceditur districtui vel districtualibus, non solum comprehenduntur laici,sed etiam clerici, vt in capitulo fin.extra de offic. dele.lib.6.ita hoc casu etiam clerici comprehendi debent,& multomagis sub illo verbo vniuersali ciuitatis, terræ, seu patriæ, & similibus.& ita voluit Ludo.Roma.in suo consilio
180.in 1.columna, incip.In Christi nomine, amen,si admitti-
505 mus totum burgum,&c.Pro quo facit,† quia clerici dicuntur esse de populo, vt est tex.in capitulo adiutorium.10.dist.ergo non est inconueniens quòd comprehendantur etiam in casu, de quo agimus.Præterea ecclesiæ sunt de vniuersitate domorum intra territorium positarum.l.pupillus.§.territorium.ff.de verb.signi.ergo & clerici dicuntur esse de populo seu vniuersitate personarum, & per consequens cõprehendi debent. Ad idem,sacra, & priuata sunt partes eiusdem totius, ergo nõ debent diuerso iure censeri.leg.cum qui ædes.ff.de vsucap.ergo clerici & aliæ personæ ecclesiasticę,cum sint de populo & vniuersitate,debent gaudere beneficio eodem indulgentiæ & facit text.in capitulo duo sunt genera.12.quæst.1.Nec dicatur quòd clerici tanquam personæ ecclesiasticæ non debent esse pars vniuersitatis, vel terræ, vel patriæ, quia facilis est responsio.nam primo,ex quo agimus de fauore,hoc non est inconue
106 niens.† Secundò, quia etiam existentes in eminentissimis dignitatibus, vt decuriones, & Senatores, continentur appellatione populi seu vniuersitatis, vt in §.plebiscitum. Institutio. de iure natura. gent. & ciuil. & ita reperio, in materia nostra voluisse Oldrad. in suo consilio xxxij. incipien. quæstio est, vtrum sacerdos, &c.& Paul.de Castr.in suo con-

Source : BIU Cujas

ſil.300.incip.ad primum queſitum dicendum eſt, &c. ubi allegat Oldrad.in conſil.preallega. & Bald. in l. cunctos populos. in 7.& 8.colum.C.de ſum.Trin.& fide catho.tamen limitat ip ſe,prędicta nō habere locum in odioſis,per tex.in cap. fina. de ſent.excommun.lib.6.ubi interdicto populo, non intelliguntur interdicti clerici. & ibi hoc firmant communiter ſcribentes:ſecus eſt in materia fauorabili,ut in d.capit.dilecti. de foro comp.& in d.cap.fin.de offic.ordin.lib.6.& in c.accedens.el ij. extra vt lite non conteſta.ubi eſt bonus tex.probans quòd clerici cōtinētur appellatione diſtrictualium. Ex quibus omnib. redeundo nunc ad rem noſtram,dico quod indulgentia conceſſa ciuitati,uel terrę,uel patrię,uel diſtrictui, uel diſtrictualibus,extenditur etiam ad clericos & ad perſonas eccleſiaſticas. quod no.quia ſępenumero literę indulgentiarum conceduntur in terminis prędictis.

Vltimo pro complemento huius quotidianę materię, ſcilicet de indulgentijs, uidendum eſt, † utrum ille, qui concedit indulgentias,uideatur approbare ſtatum illius,cui fit conceſſio. In quo breuiter dicas, quòd ſic.ita ſignanter uoluit domi.Abb.in conſil.55.in 5.col. incip.in quęſ.quæ uertitur inter fratres S.Franciſci,&c. ubi alleg glo.in c.quod intantum.extra de pręb. & in cap. quia non poteſt.eod.titul.lib.6.per domi.Anto.in cap. at ſi cleri. §. de adul.extra,de iudic.ubi traditur hęc concluſio, quòd indulgentia,& diſpenſatio extenditur ad ea, quę neceſſariò ex actu diſpenſati ſequitur. ergo indulgentia conceſſa extendit ſe, & operatur effectum,ut ſtatus eius cui fit cōceſſio,uideatur approbatus.tamen aduerte,quia ego intelligo hęc quo ad ſtatum extrinſecum,non autem quo ad intrinſecum,puta quo ad cōtritionem,vel confeſſionem:nam hęc dependent ab illo, cui conceditur indulgentia,non autem ab ipſo concedente, qui non uidetur approbare quo ad ſtatum illum intrinſecum,ſed ab extra ſic,ſicut dicimus de bonitate intrinſeca,& extrinſeca,iuxta no.in l.ſi uerò.§.qui pro rei. ff. qui ſatiſda. cog. in l. cum pater. §.rogo.& in l.cum quidam.ff.de leg.2.& in l.omnimodo.cum ſim.C.de inoff.teſtam.

Et ex his redditur expeditus iſte ſolennis,& quotidianus tractatus de indulgentijs tam plenarijs,& generalibus,quàm particularibus,& priuatis,in quo in omnibus,& per omnia ſemp me remitto,& ſubijcio deciſioni ſacroſanctę Romanæ eccleſię,a qua deuiare nullatenus intendo.

Laus ſupremo Deo & glorioſiſſimę eius genitrici Marię ſemper Virgini, uniuerſęque curię cęleſti triumphanti. Amen. Ludo.Bologni.I.V.D.& eques.

TRACTATVS SOLENNIS,

Excellentiſſ.I.V.Doct.Domini Antonij Roſelli,De indulgentijs.

SVMMARIVM.

1 *Iudices ſicut non ligant,nec abſoluunt aliquem in foro contentioſo extra ſuũ territorium,ita nec in foro pęnitentiali.*
2 *Chriſtianus viuens tres habet curatos,Papam,proprium epiſcopũ,& proprium parochianum.& infra nu.13.*
3 *Indulgentias conferendi duæ ſunt legitimæ cauſæ.*
4 *Indulgeri illud ſpecialiter dicitur, quod vniuerſitati vel pluribus confertur.*
5 *Forus pœnitentialis ſine licentia proprij iudicis non porogatur.*
6 *Peccatum,& æterna pęna, a quo deleatur.*
7 *Spiritusſancti gratia triplex eſt.*
8 *Gratia perſeuerans in tribus gradibus pœnitentiæ eſſe debet.*
9 *Remiſſio peccatorum,an ſit plenè facta,nemo ſcire poteſt.*
10 *Papa, circa quos poteſtatem habeat, an ſuper homines tantum, an ſuper etiam alias creaturas,& Angelos,& infra nu.13.*
Apoſtolus,an Angelum excommunicet.
11 *Papa in adminiſtratione,an maior Apoſtolo ſit.*
12 *Papa eandem habet poteſtatem,quàm Petrus habuit.*
14 *Excommunicare ſeipſum impoſſibile eſt.*
15 *Papa non habet poteſtatem,niſi ſuper terram,& eccleſiam militantem.*
Papa in cœlo non ligat, ſed ligatum, vel ſolutum in cœlo oſtendit in terra.
16 *Cap.quantumlibet,de pœni.diſt.j. quomodo intelligatur.*
17 *Indulgentia, an per Papam concedi poſſit exiſtentibus in purgatorio.*
18 *Mortui non ſunt de foro eccleſiæ militantis,ſed de foro Dei.*
19 *Exiſtentes in purgatorio nullum habent iudicem, niſi Deum.*
Oratio,eleemoſina ſacrificium,& ieiunium, vti ab actu charitatis dependentia,proſunt animabus in purgatorio exiſtentibus. & infra numero 21.& 24.
20 *Cap.per venerabilem,qui fil.ſint legi. quomodo procedat in ver. Deutero.*
22 *Via duplex eſt.*
23 *In via dicitur eſſe,qui eſt in purgatorio.*
25 *Eccleſia eſt vna,cuius pars in terra militat,alia in cęlis triumphat.*
26 *Eccleſia,quomodo ſoluat,& liget, & num.ſeq.*
29 *Purgatorium eſt in centro terræ.*
30 *Papam non poteſt eos,qui ſunt in inferno, & ſi qui non ſunt in gratia abſoluere.*
In purgatorio exiſtentes ſunt in gratia.
31 *Papa per viam iuriſdictionis vel ſententiæ animam de purgatorio extrahere non poteſt.*
Anima illius,qui moritur,Dei ſententiam ſtatim ſentit.
32 *Indulgentiæ damnatis concedi nō poſſunt,quia ſemper in obſtinatione peccati ſtant.*
33 *Papa non poteſt aliquid iuriſdictionaliter pronuntiare ſuper pronuntiatis à Deo.*
Animabus in purgatorio exiſtentibus per viam charitatis cum eleemoſinis & alijs bonis operibus ſubueniri poteſt.
34 *Indulgentiæ,quæ in conſecratione eccleſiæ conceduntur, ſiue ab vno, ſiue à pluribus epiſcopis fiant,quare annum non excedunt.*
Indulgentiæ, quæ in anniuerſario fiunt, quare dies quadraginta non excedunt.
35 *Indulgentijs non ſui iudicis,an quis vti poſſit.*
36 *Epiſcopi ſi plures ſint in conſecratione,quilibet ſuis ſubditis indulgentiam promulgare poteſt.*
37 *Indulgentias an poſſit epiſcopus ſubditis ſuis concedere, ſi manus adiutrices porrigant ad reparationem pontis in aliena dięceſi exiſtentis.*
38 *Indulgentiæ pœnæ & culpæ,an teneant,vt infra num.113.*
39 *Pœnam remitti,culpa remanente, impoſſibile eſt.*
40 *Impœnitentes odium retinent,ideo eis remiſſio impoſſibilis eſt.*
41 *Pœna iuxta qualitatem, & quantitatem delicti, pœnitentibus imponi debet.*
42 *Plagarum erit modus,ſecundum delicti qualitatem.*
44 *Pœnitentia productior quàm delictum eſſe debet.*
Culpæ dedecus ſine iuſtitiæ dedecore Deus non remittit.
45 *Peccanti dimittere peccata,opus miſericordiæ eſt.*
46 *Inferior pœnam a ſuperiore inflictam tollere non poteſt.*
47 *Pœnitentia per Papam impoſita,per Epiſcopum tolli non poteſt.*
48 *Pœnitentes per prœuenientem Spiritus ſancti gratiã & cordis contritionem Deus a morte abſoluit,ſed ad pœnam legatum dimittit.*
49 *Satisfactio,pœnitentiæ pars eſt.*
50 *Abſolutionem a Deo non habet,qui non ſatisfacit,quando poteſt.*
51 *Baptiſmum,& pœnitentia,duæ ſunt tabulæ ad peccata expianda.*
Indulgentiæ,quòd per Petrũ,vel Paulum fuerint conceſſæ,non inuenitur.
52 *Sanctorum Patrum quod non eſt,aliorum ſuorum ſucceſſorum non eſt.*
53 *Poteſtas ligandi,& ſoluendi miniſtris eccleſia ad ædificationem,non ad deſtructionem tradita eſt.*
Ob indulgentias delicta impunita remanent.
54 *Venia facilis delinquendi intentionem tribuit, & ad delicta inuitat, vide infra numero 75.*
55 *Pœna legis auctoritati, non iudicis arbitrio reſeruatur.*
56 *Indulgentiæ ſeu literæ remiſſionum ſecundum Theologos, & Canoniſtas, valent,& numero ſeq.*
58 *Deus remittit,quod presbyter remittit.*
59 *Eccleſia tota errare,quare non poſſit.*
60 *Priuilegium,quod datum fuerit Petro,quando ei fuit dictum,Quodcunque ligaueris &c.*
61 *Iubilei annus,dicitur remiſſionis annus.*
62 *Iubilei remiſſiones ad exemplum indulgentiarum inuentæ ſunt.*
63 *Eccleſia eſt corpus Chriſti myſticum.*
64 *Paulus pro ſuis promiſit Deo preces porrigere.*
65 *Mors Chriſti, & effuſio ſui ſanguinis, peccatorum remiſſionem operatur.*
66 *Chriſtus pro peccato hoſtiam ſe obtulit.*
Chriſti paſſio,remiſſionis peccatorum cauſa fuit.
67 *Chriſti ſanguinis gutta minima ad peccatorum remiſſionem ſufficiebat.*
Chriſtus languores noſtros ipſe tulit & dolores portauit.
68 *Indulgentiæ pœnæ inferendæ pro peccatis verè pœnitentibus, & confeſſis conceduntur.*
Chriſtus Petro & ſucceſſoribus commiſit diſpenſationem,qua a peccatorum pœna liberari poſſimus.
69 *Epiſcopi in partem ſollicitudinis ſunt uocati.*
70 *Venia niſi correcto non datur.*
71 *Indulgentiæ corde contritis valent.*
Indulgentias faciendo Papa Sanctorum opera,& Chriſti paſſionem communicare videtur,& pœnam pro delicto infligendam ſoluit.
72 *Gratia Spiritus ſancti prior eſt, & contritio, & demum indulgentia ſequitur.*
73 *Pœna vt remittatur,ſatisfactio præcedere debet.*
74 *Contritio pro ſatisfactione habetur.*
75 *Indulgentiæ,quomodo contra peccatum remedium tribuant.*

Source : BIU Cujas

76 Ob indulgentiarum gratiam alia opera charitatis negligi non debent.
77 Negligentia cum superbia offensam parit.
78 Ob indulgentię susceptionem pœnitentia iniuncta, vel satisfactio contemni non debet.
79 Indulgentiæ, an tantum valeant, quantum sonant.
80 Indulgentię, an valeant quò ad Deum, & quò ad ecclesiam.
81 Indulgentiæ, an tollant pœnam per ecclesiam impositam pro peccato tempore confessionis.
82 Indulgentiæ prosunt quo ad pœnitentiam per ecclesiam impositam.
Inferior pœnam a superiore impositam non remittit.
Pœna a Deo imposita per Papam mutari non potest.
83 Papæ potestas non se ad cœlum, nisi declaratoriè, extendit.
84 Pœna est duplex, æterna & temporalis, & quomodo remittatur.
85 Sacerdos an pœnam æternam in temporalem commutet.
86 Indulgentię an valeant quò ad pœnitentias ab ecclesia iniunctas.
87 Peccator si de peccato satisfaciat, est apud Deũ liber, nec moriens aliquas pœnas patretur, nisi adimplere omitteret ex contemptu pœnitentiam superabundantem ab ecclesia impositam.
88 Indulgentiæ, an prosint quò ad Deum, & quo ad ecclesiam.
89 Pœnitentium merita propria, quare Deus non multum acceptet.
90 Misericordia Dei & Sanctorum merita sunt, quæ remissiones peccatorum faciunt.
91 Indulgentię, an valeant solùm quò ad pœnitentię remissionem, quę negligenter adimpleri omissa est.
92 Negligentia, quę est peccatum, commodum reportare non debet.
93 Indulgentię, quòd proficiant, an sit in arbitrio pœnitentiam iniungentis.
94 Liberatio a peccato non sufficit, si peccator peccata non confiteatur.
95 Confessio peccatorum facienda est.
96 Pœna æterna, & temporalis, pro peccato mortali imponitur, & quo modo dimittatur.
Pœna æterna durante, satisfactio fieri non potest.
97 Pœnitentia si est per vij. annos cum ieiunio imposita, & sit dictum, quòd dando vij. denarios possit ieiunium redimere, an ieiunare de necessitate teneatur, & infra nu. 100. & 102.
98 Peccator de peccato semper dolere debet.
99 Depositа in thesauro ecclesiæ non sunt ibi pro aliquo determinatè posita, sed pro omnibus.
101 Pœnitentia non dicitur verè adimpleta, nisi secuta satisfactione.
104 Presbyter parochianus non potest se impedire in dispositis a superiore.
105 Remissio quantum valeat homo ignorat, nisi sit ei diuinitus reuelatum.
Remissio valet secundum fidem pœnitentis & ipsorum concedentium.
106 Indulgentię an valeant secundum fidem concedentis & potestatem remittentis.
107 Ecclesia quem ligat, ligatus est, & quem soluit, solutus est.
108 Actus actiuorum sunt in patiente bene disposito.
109 Peccatum nullum, etiam si sit veniale, impunitum est.
110 Passio, mors Christi, & eius effusio sanguinis, ecclesiæ thesaurus est.
111 Pœna temporalis peccati per ecclesię thesaurum remittitur.
112 Papa solus indulgentias concedit.
114 Indulgentiæ per Papam cõcessæ pro subsidio Terræ sanctę secuta contritione & confessione, ad vitam æternam prosunt.
115 Papæ omnes subsunt.
116 Indulgentię nomen, multis capitur modis.
117 Indulgentia quò ad casum nostrum, quomodo capiatur.
118 Indulgentia, quid sit, secundum Ioan. Calde.
119 Diffinitio omnis in iure periculosa est.
120 Diffinitio, quid continere debeat.
121 Restitutio deportati facta per Papam vel episcopum habentem potestatẽ restituendi deportatum, an sit indulgentia, de qua in diffinitione.
122 Diffinitio cui conuenit, etiam diffinitum.
123 Diffinitio Cald. de qua indulgentia intelligatur.
124 Verbum remissio pœnæ positum in diffinitiuę indulgentiæ, quomodo intelligatur.
125 Pœnæ remissio in totum nunquàm fit per indulgentiarum suffragia.
126 Contritio est causa materialis remissionis culpæ, & pœnæ æternę.
127 Iura de pœni. distinc. j. quomodo intelligantur.
128 Papa solus quandoque facit remissionem pœnę, & culpæ.
Papa transeuntibus in subsidium Terræ sanctæ cõcedit indulgentias pœnæ, & culpæ.
Indulgentia pœnæ, & culpæ est illa, quæ datur in anno centenario Iubilei.
129 Absolui an quis a culpa possit.
130 Ob peccata odio & offensa Dei, damna nunc & pœnam æternam meremur.
131 Culpa & pœna æterna a Deo remittitur homine contrito, sed temporalis remanet.
132 Prælati an habeant solum potestatem in pœna temporali, non in culpa, vel pœna æterna.
133 Ecclesia vel Papa vel prelati nullum peccatorem ligant, vel absoluunt, sed eum in cœlo ligatum, vel absolutum tantummodo declarant.
134 Ca. quodcumque ligaueris 24. q. j. quomodo intelligatur.
135 Peccator non contritus, quãdo ab ecclesia absoluitur, absolutio ad hominem & non ad Deum est.
136 Absolutus a culpa, censetur & a pœna, etiam si de alia contritione vel confessione non appareat, qui adimplet ea, ob quæ indulgentia est concessa.
137 Pœnitens præsumitur ille, qui est excommunicatus, & post excommunicationem adimpleuit ea, propter quæ indulgentia fuit concessa.
138 Verbum actualibus, quare positum sit in diffini. Cald.
139 Pœna peccati originalis, quia est æterna, per indulgentias non remittitur.
140 Pœnitentiæ sacramentum esse non potest, nisi baptisma præcedat.
141 Pœna pro peccatis debita potest aliter remitti quam per absolutionẽ sacramentalem, puta per orationes vel eleemosinas.
142 Indulgentiæ diffinitio non est completa, dum in ea dicitur a prælato facta.
Prælatus indulgentias solum in suos subditos confert, & infra nu. 160.
143 Indulgentia quid sit, secundum Rosellum.
144 Malum nullum, quo ad Deum impunitum remanet.
145 Mors Christi, & eius effusio sanguinis, & Sanctorum merita, pœnas peccatorum nostrorum purgant.
146 Verbum communicatur, quare in hac diffinitione indulgentię ponatur.
147 Et quare ponatur verbum, rationabiliter.
148 Papa, quando contra ius positiuum dispensat, causa requiritur.
149 In dispensatione iuris positiui, an sola sufficiat voluntas.
150 Dispensandi causa rationabilis esse debet.
151 Per indulgentias indiscretas ecclesiæ claues contemnuntur, & pœnitentiæ satisfactio debilitatur.
152 Causa dispensandi & indulgentias concedendi, ex quatuor legitima dicitur.
153 Causa legitima est pauperibus subuenire.
154 Verba ista, quæ facit ille qui retinet claues posita in diffinitione indulgentię, quomodo intelligantur.
155 Papa, qui est supremus prælatorum, pœnitentiarum claues habere dicitur.
156 Episcopi, & prælati inferiores habent claues dispensandi indulgentiam potestate quadam limitata.
157 Papa solus remissionem culpæ & pœnæ facit.
158 Indulgentia, ut alicui prosit, debet esse uerè contritus, & confessus.
159 Indulgentiam ut quis consequatur, adimplere debet id, ob quod prælatus eam concessit.
Pœnitentiæ tres sunt gradus, cordis contritio, uera oris confessio, & operis satisfactio.
160 Papa est vniuersalis orbis episcopus.
161 Verbum, vel dierum, in diffinitione indulgentiæ, quare sit positum, & numero 162.
162 Indulgentia duobus conceditur modis.
Remissio pœnæ, quando dicatur.
163 Indulgentia propriè sumpta, est illa per quam fit remissio pœnæ in purgatori infligendæ.
164 Peccator quando confitetur, tantam habere potest contritionem q̃ pœna tẽporalis in totum aboleretur.
165 Remissio præsupponit persistentiam eius, quod remittitur.
166 Indulgentiæ licèt necessariæ non sint, quando pœna est deleta, tamen ad augmentum gloriæ prosunt, si mandata in eis contenta adimpleantur.
167 Verba, uel aliter non satisfactæ, & c. quare in diffinitione indulgentiæ posita sunt.
168 Et quare sint ibi posita illa uerba, pro peccatis a Deo infligendæ.
169 Deus punit aliquem nõ culpabilem pro pœna, quam martyres indebitè passi sunt.
170 Ecclesia & ius ciuile aliquando aliquem insontem temporaliter pro peccato alterius punit.
171 Deus uel ecclesia aliquem non punit æternaliter, nisi proprium delinquentem.
Filius non portabit patris iniquitatem, quomodo hoc intelligatur.
172 Peccatorem statim Deus non punit, sed satisfactionem expectat, quo non satisfaciente, pœnam Purgatorij irrogat.
Pœna debita, quæ propriè dicatur.
Debitum impropriè dicitur, quod est sub conditione.
174 Pœna in Purgatorio infligenda conditionalis est, si non est remissa per indulgentias vel per satisfactionem.
175 Papa, quando vult, facit remissionem culpæ & pœnæ, prælati inferiores pro ecclesiæ dedicatione vnum solum annum præstant, & pro anniuersario consecrationis solum dies xl.
176 Remissiones, quæ in indulgentijs conceduntur, tollunt pœnam in proportione non in quantitate.
177 Indulgentia culpæ & pœnæ, per prælatum concessa nil ualet.
Idem in concesione indulgentiæ vltra annos in ecclesiæ consecratione.
178 Indulgentia vt valeat, quæ & quot in ea requirantur, & infra numero sequent.
179 Pietas, quando dicatur.
180 Eleemosinam ob pietatem facere quilibet alteri tenetur.
181 Charitas ad esse indulgentiæ requiritur.
182 Indulgentiam recipiens si ea gaudere vult, oportet quòd sit in charitate.
183 Indulgentiæ aliquæ licèt requirant laborem, puta uisitandi Apostolorum limina, aliquæ ieiunia, aliæ orationes, & similia, hæc tamen omnia cum charitate fieri debent.
184 In indulgentiarum concessione, secundum Rosell. quatuor requiruntur.
185 In compositione cuiuslibet entis compositi, quatuor requiruntur, & quæ.
186 Papa pœnam æternam remittit in homine verè contrito.

Source : BIU Cujas

Antonij Roſelli. De Indulgentijs.

187 *Remiſſionem pęnæ abſolutè & in totum ſolus Papa facit.*
188 *Prælati inferiores ſecundum eorum poteſtatem a Papa limitatam, indulgentias præſtant.*
189 *Indulgentia abſolutè facta, prout eſt illa Chriſti, dum dixit, remittuntur tibi peccata tua, eſt a pęna & a culpa.*
Indulgentia quando fit ſub determinatione temporis certi perfecta, quomodo intelligatur.
190 *Quid, quando eſt per inferiores prælatos facta.*
191 *Indulgentiæ quadraginta dierum in anniuerſario dedicationis eccleſiæ conceduntur.*
192 *Indulgentia quadraginta dierum de iniuncta pęnitentia non ſe extendit ad pęnam purgatorij, ſed extenuat iniunctam pœnitentiam.*
193 *In indulgentia concedenda, an requiratur locus, in quem pro eius conſecutione aliqua pia opera irroganda ſint.*
194 *Iuſtitia ibi eſſe non poteſt, vbi ſana fides non eſt.*
195 *In indulgentijs, quę iuris auctoritate conceduntur, non requiritur, quòd detur tantum pro quanto pœnitentiam expedire nollet.*
196 *Pęnitentia, an commutari poſsit.*
197 *Indulgentiarum finis, quare concedantur inſpici debet.*
198 *Indulgentiarum conceſſio, an iuriſdictionis ſit, & infra nume. 200. & dicit quòd ſic.*
Papa concedendo alicui territorium facultatem indulgentias concedendi nō dat.
199 *Abbates & Archidiaconi territorium quandoque habent.*
Abbates indulgentias non concedunt.
201 *Cauſæ matrimonialis cognitio eſt iuriſdictionis epiſcopalis.*
Indulgentiæ ſunt dignitatis & iuriſdictionis epiſcopalis.
202 *Iuriſdictio licèt territorio cohæreat, ea tamen quæ ſunt epiſcopalis dignitatis, cuilibet habenti territorium non competunt.*
203 *Indulgentia, an ſit iuriſdictionis contentioſæ, vel voluntariæ.*
204 *Pœnitentiam a ſacerdote iniunctam quis inuitus eam adimplere cogitur.*
205 *Iuriſdictio, quæ in inuitum redditur, contentioſa eſt.*
Pœnitens an cogi poſſit ad ſuſpiciendam indulgentiam in locum remiſſionis dierum pœnitentiæ.
206 *Iuriſdictionis contentioſæ eſt ligare.*
207 *Abſolui quis poteſt inuitus.*
208 *Indulgentia poteſt eſſe & iuriſdictionis voluntariæ, & contentioſæ.*
209 *Iuriſdictio voluntaria eſt illa, quæ in volentes exercetur.*
Iuriſdictio contentioſa extra territorium non exercetur.
210 *Indulgentias, an poſſit epiſcopus concedere ſuis ſubditis extra territorium abſentibus. & infra nu. 213. & 251.*
211 *Statutum etiam pœnitentiale epiſcopi generale, an liget ſubditum extra territorium delictum committentem.*
212 *Excommunicatus per ſententiam, vbique excommunicatus eſt.*
Sententiæ, quæ ſtatus diminutionem reſpiciunt, & in animam, & in perſonā influunt ſicut lepra leproſi perſonam proſequitur.
Iudex non poteſt ligare, vel ſoluere ſubditum in ſuo territorio non repertum.
214 *Qui non poteſt id quod eſt facilius, non poteſt etiam id quod eſt grauius.*
215 *Soluere & ligare minus eſt, quàm indulgentias concedere.*
216 *Argumentum de contractibus ad delictum procedit.*
217 *Statutum uel ſententia, an poſſit ligare ſubditum de delicto alibi commiſſo. & infra 221. 235 & 239.*
218 *Iudex domicilij poteſt ſubditum ſuum conſtringere, qui extra territorium deliquit ſi in loco domicilij non reperitur.*
219 *Statutum, & ſententia æquiparantur.*
Quod fieri per ſententiam poteſt, per ſtatutum fieri poteſt.
220 *Delinquens in eccleſia a ſeculari puniri poteſt.*
222 *Subditus ratione domicilij punitur ſecundum leges domicilij.*
223 *Excommunicari an poſſit delinquens extra territorium.*
224 *Executio ſententiæ, quare in loco alterius fieri prohibeatur, & numero 225.*
226 *Iudex quare excommunicet & abſoluat ſuum ſubditum vbique exiſtentem.*
227 *Excommunicatio epiſcopi contra ſubditum extra territorium exiſtentem ex cauſa, ob quam ius commune excommunicat, tenet.*
228 *Epiſcopus communicando cum excommunicato a ſe non ex viribus ſuæ ſententiæ, ſed ex iuris communis diſpoſitione ſententiam excommunicationis minoris incurrit.*
229 *Subditus delinquens extra territorium, an ſtatuto ligetur, quando ſtatutū hoc expreſſe dicat, quòd ligetur, & nu. 331.*
230 *Statuta litis ordinatoria ſeruantur, vbi iudicium agitatur.*
232 *Diſpoſitio legis, quæ ſit in pœnam alicuius, locum iuriſdictionis diſponentis egredi non poteſt.*
233 *Iudex licèt releget aliquem a loco, ei tamen inſulam aſſignare non poteſt, quam non habet in ſua iuriſdictione.*
Limita vt ibi nu. 234.
236 *Factum negatiuum terminos naturales non habet.*
237 *Miles dicitur deliquiſſe in loco, vbi militare debuit.*
238 *Statutum ſi punit ſubditos villarum non denuntiantes maleficia, locus in quo fienda erat relatio maleficijs poni licet.*
240 *Ad iudicem commiſſi maleficij pertinet pœnam inferre pro maleficio extra territorium commiſſo.*
241 *Remiſsio fieri debet, ſi iudex delicti requirat iudicem domicilij, vt delinquē tem ad ipſum remittat.*
242 *Punitus lege domicilij, a iudice delicti puniri non debet.*
243 *Delinquens, legibus commiſſi maleficij & non domicilij puniri debet.*
244 *Diſpoſitio pœnalis territorium diſponentis non egreditur.*
245 *Iudex domicilij quando poſsit punire delinquentem in alio territorio & ĵ. nu. 246. & 247.*
248 *Delictum, quando poſsit puniri in loco domicilij, vt in loco delicti & infra nu. 249. & 250. & 253.*
252 *Abſolui non poteſt ab epiſcopo, nec ligari non repertus in eius territorio.*
254 *Epiſcopus Paduanus exiſtens Taruiſij, poteſt ſuis ſubditis indulgentias, pro vt ſunt iuriſdictionis voluntariæ, concedere.*
255 *Iuriſdictio voluntaria cohæret perſonæ.*
256 *Quid, quando epiſcopus vult concedere indulgentias, pro vt ſunt iuriſdictionis contentioſæ, dic quòd eas extra territorium ſubditus non concedit.*
Iuriſdictio contentioſa extra territorium non exercetur.
257 *Epiſcopus vti delegatus non poteſt indulgentias concedere, ſi exiſtat extra territorium, in quo eas concedere debet.*
258 *Indulgentiæ delegari, vel conſuetudine acquiri poſſunt.*
259 *Iuriſdictio uoluntaria extra territorium delegantis exerceri non poteſt.*
260 *Iuriſdictio uoluntaria poteſt expediri per exiſtentem extra territorium iure proprij magiſtratus.*
261 *Iuriſdictio delegata eſt fragilis, & extra locum iuriſdictionem concedentis exerceri non poteſt.*
262 *Epiſcopus Paduanus, an poſsit concedere indulgentias ob aliquas eleemoſinas, vel aliqua pia opera expedienda a ſuis ſubditis in loco alterius, iuriſdictionis alterius, & extra territorium ipſius concedentis & infra numero 305. & 307.*
263 *Argumentum de contractibus ad iudicia, valet.*
Contractus ibi initus videtur, vbi ſolutio deſtinata eſt.
Epiſcopus iuriſdictionem in alterius diœceſi exercere non poteſt.
264 *Præſes prouinciæ non poteſt aliquem in eam inſulam relegare, quæ ſit extra prouinciam ſibi commiſſam.*
265 *Sententia exequi non poteſt in re exiſtente in alterius territorio ſine licentia iudicis, vbi ſita eſt.*
266 *Diſpoſitio ſimplex iudicis vires non habet, niſi in bonis in territorio diſponentis ſitis.*
267 *Legitimatio per Papam facta ad bona, quæ non ſunt iuriſdictionis Papæ trahi non poteſt.*
268 *Iudex non poteſt iubere ſuis ſubditis, vt aliqua exponat in bonis extra ſuū territorium poſitis.*
269 *Iubere aliquem poſsidere locum, ad illum iudicem pertinet ad quem cura loci ſpectat.*
270 *Iudex extra territorium ius dicere non debet.*
271 *Argumentum de tempore ad locum, valet.*
Paria ſunt, aliqua fieri loco prohibito, vel fieri loco permiſſo, ſi effectus eius in locum prohibitum conferatur.
272 *Re alterius vti non licet eo inuito, cuius eſt.*
Pignorare rem alterius non licet.
Vendi res aliena poteſt in præiudicium ipſius vendentis, ſed non ad præiudicium domini rei. & infra nu. 201.
273 *Facere aliquid quis non poteſt in re aliena.*
Archiepiſcopus quicquam agere non poteſt etiam in diœceſi ſuffraganei.
274 *Archiepiſcopus indulgentias in tota ſua prouincia concedere poteſt.*
275 *Eleemoſina ponti fieri non poteſt, domino pontis inuito.*
Beneficium in inuitum non confertur.
Donatio ſeu liberalitas nolenti acquiri non poteſt.
Promiſsio ad pias cauſas facta non valet, niſi ſit qui pro eis recipiat.
276 *Oblationes in aliena diœceſi ab alieno epiſcopo recipiendæ non ſunt, niſi ab epiſcopo loci inuitatus illas porrigat.*
Cauſa proxima & non remota inſpici debet, vbi de rei effectu agitur.
278 *Eccleſiæ honor eſt, quòd frequentia populi viſitetur, & honor eccleſiæ tribuatur.*
279 *Literæ quæ cauſa mei factæ ſunt, meæ dici debent.*
280 *Conceſsio facta alicui loco, debet per miniſtros dicti loci expediri.*
281 *Legatum factum ad pontium conſtructionem vel viarum, videtur factum ciuitati cuius ſunt dicta loca.*
282 *Poteſtas clauium non ſoli Petro data eſt, ſed etiam eius ſucceſſoribus.*
283 *Legatum factum eccleſiis pro diuino cultu, videtur legatum eccleſiis & nō eius miniſtris.*
284 *Priuilegium ſi concedatur vt clerici alicuius loci excommunicari non poſſint ab ordinario, hoc priuilegium dicitur eſſe ipſius loci, non ſimpliciter miniſtrorum ibi ſeruientium.*
285 *Vniuerſitas excommunicari non poteſt.*
286 *Remiſsio pœnæ, quando fit per priuilegium uel per indulgentiam fugienti ad eccleſiam, tale priuilegium eſt eccleſiæ.*
287 *Immunitas ſi concedatur venientibus ad habitādum in certo loco, illud priuilegium loco conceſſum videtur.*
288 *Indulgentia videtur conceſſa eccleſiæ & non prælato, licèt literæ dicant, quòd offerentes prælato talis eccleſiæ certam eleemoſinam, conſequantur indulgentias.*
289 *Indulgentias dare non poſſunt diœceſani, niſi ſuis ſubditis, & in ſuis diœceſibus.*
290 *Indulgentiarum literas concedendi ius dignitati ſolum epiſcopali cōpetit.*
Indul-

Source : BIU Cujas

291 Indulgentiarum concessio quando fit personis subditis illas recipientibus, ponti vel ecclesiæ dando, per hoc ponti vel ecclesiæ indulgentias concedi potestas data non videtur.
292 Verba vel gerundia solum factum, nomina verò ius important.
293 Datio, quæ fit alicui ponti vel ecclesiæ, videtur quædam eleemosina siue donatio, quæ cuilibet ecclesiæ etiam extra territorium sit & fieri potest.
294 Iudex vel superior suo subdito mandare potest, vt aliquid extra territoriũ faciat vel non faciat.
295 Concessio gratiæ vel beneficij extra territorium fieri potest.
296 Vouens obligatur etiam si pro ecclesia nullus recipiat.
297 Tutoris datio ad extra territorium dantis sitas extenditur, & infra numero 299.
298 Tutor à iudice datus ob res pupilli alibi sitas se excusare potest.
299 Dispositio quando principaliter fit de persona, sufficit quòd illa persona sit subdita, vt teneat dispositio etiam quo ad bona alibi sita.
300 Iudex potest priuare subditum suum beneficio in iurisdictione alterius sito, licet executio fieri debeat per iudicem loci, in quo beneficium situm est.
302 Bona facere cuicunque licet in alieno territorio ad bonum quemlibet mouendo.
303 Disponere quis potest in alterius territorio bono affectu persuadendo & admonendo fieri bona.
304 Parochianus subditum suum vbiq; absoluere potest.
306 Princeps secularis ecclesias aut ecclesiasticas personas priuilegiare non potest in eas iurisdictionem exercendo, aut ius in eis prætendendo, etiam si indulgentias & priuilegia concederet, secus si ex deuotione eas priuilegiaret.
308 Eleemosina si cui ecclesiæ concedatur, non est necesse quòd episcopus cõsentiat, sed sufficit consensus habentis titulum in ea immediatum.
309 Indulgentiæ si sint datæ conferentibus eleemosinam ponti vel ecclesiæ si dominus pontis vel ecclesiæ nollet recipere, cum hæc conditio sit mixta, habetur pro adimpleta.
310 Ablatiui absolutè positi conditionem important.
311 Ecclesia si sit in aliena diœcesi, & episcopus Paduanus tantum ibi habeat omnem iurisdictionem, an possit concedere indulgentias ponentibus manus adiutrices ad talis ecclesiæ constructionem. & infra numero 316.
312 Episcopus extra suam diœcesim iurisdictionem exercere non potest.
313 Iurisdictio contentiosa territorio adhæret.
314 Priuilegium si cõcedatur episcopo vt habeat fructus primi anni beneficiorum vacantium in sua diœcesi, habebit fructus etiam beneficiorum exemptorum suæ diœcesis, secus si diceret, beneficiorum tibi episcopo subiectorum.
315 Differentia, an sit si dicatur in priuilegio de beneficijs in tua diœcesi positis, vel de tua diœcesi.
317 Cle. quamuis, de fo. compe. quomodo loquatur. & in quo casu.
318 Indulgentias episcopus concedere non potest in loco, in quo iurisdictionem episcopalem non habet.
319 Indulgentias an possit concedere episcopus Taruisinus in ecclesia suæ diœcesis subiecta episcopo Paduano. & num. proximè sequen.
321 Indulgentias an possit concedere episcopus, vel archiepiscopus in locis exẽptis suæ diœcesis.
322 Auctoritatem habens à iure, vel à Papa, licet possit ea quæ sunt voluntariæ iurisdictionis extra suum territorum exercere, secus tamẽ est in alio, qui faceret solum ex auctoritate inferioris.
323 Locus exemptus æquiparatur loco extra territorium existenti.
324 Delinquens in loco exempto non ligatur constitutione episcopi facientis statutum, vt committens furtum sit excommunicatus.
325 Locus exemptus, dicitur esse extra territorium.
326 Indulgentias quis concedere possit.
Remissio alia est priuata & alia est generalis & solennis.
327 Remissio generalis est adeo annexa episcopali potestati, quòd ab inferiorib. etiam si sit Abbas fieri non potest.
Episcopi per suam diœcesim, & archiepiscopi per totam suam prouinciam remissiones generales facere possunt.
328 Sacerdos in confessione & in foro pœnitentiæ indulgentias concedere potest.
Restrictio c. cum ex eo, de pœnit. & remiss. in foro pœnitentiali locum non habet.
329 Sacerdotes in confessione possunt vnum annum indulgentiæ, & plus concedere.
Peccator confitens, an vti possit indulgentijs à non suo iudice datis.
330 Indulgentiæ publicæ non possunt nisi per episcopos concedi, vide infra numero 338.
Sacerdos licet habeat potestatem absoluendi in foro pœnitentiali, non tamẽ dignitatem episcopalem habet.
331 Indulgentiarum concessio iure episcopali competunt.
332 Excommunicare simplex sacerdos non potest.
333 Pœnitentiæ omnes in foro pœnitentiæ arbitrariæ sunt.
334 Sacerdos si videt peccatorem debere per ann. 7. pœnitere in pœnitentia, ei imponere potest, quòd istos 7. annos possit alleuiare vtendo indulgentijs à suo episcopo vel alio publico concessis.
335 Sacerdotes non arctantur ad tẽpus indulgentiæ anni, vel quadraginta dierũ.
336 Sacerdos potest in confessione concedere indulgentias concessas ab episcopo iudice ipsius concedentis.
337 Indulgentiæ publicæ, quæ generaliter subditis conceduntur porrigentibus manus adiutrices ad constructionem ecclesiæ, non excedunt annum, quando dedicatur ecclesia & in anniuersario 40. dies quomodo intelligantur.
338 Remissio, quę fit per remissionem publicam, est clauis iurisdictionis & non ordinis.
339 Indulgentias concedere possunt legati etiam non sacerdotes.
340 Indulgentias publicas faciendi potestas, iurisdictionem sequatur. vide infra numeto 344.
341 Diaconi possunt habere iurisdictionem, vel commissam sicut legati: vel ordinariam sicut episcopi, vide infra nu. 345.
342 Indulgentias concedere potest confirmatus non sacerdos, licèt absoluere non possit, & quare, vide infra nu. 353.
343 Absolutio ab excommunicatione, quando in foro iudiciali fit, non requirit ordinem sacerdotalem: secus in ea, quæ fit in foro pœnitentiali.
346 Indulgentiarum concessio est iurisdictionis dignitatem episcopalem annexã habentis. & infra nu. 360.
347 Indulgentias, quando possint conferre abbates, vel archidiaconi.
348 Electus confirmatus & non consecratus, licet habeat iurisdictionalia, cum non habet dignitatem episcopalem, indulgentias concedere non põt. vide infra nu 357. & nu. 359 366. 368.
349 Indulgentias concedere, an & quando possit episcopus, qui episcopatui renunciauit.
Episcopus, qui renunciauit episcopatui, quare episcopali iurisdictione careat.
350 Indulgentiarum concessio est mixta iurisdictionis & ordinis.
351 Ea quæ sunt ordinis per non habentem illum ordinem, etiam ex commissione Papæ expediri non possunt.
352 Abbates ex consuetudine vel priuilegio ea, quæ sunt ordinis, habere possunt.
354 Indulgentias possunt concedere alij quàm episcopi ex præscriptione vel consuetudine.
355 Electus in episcopum & non consecratus, non potest ea, quæ poterat vt presbyter.
Electus in archiepiscopum non potest ea, quæ ante episcopus poterat.
356 Episcopalis dignitas nil addit ad vinculum matrimonij spiritualis.
358 C. quod sicut, de elec. quomodo procedat.
361 Episcopali ordini, quæ competant.
362 Delegare non potest episcopus alteri non episcopo ea, quæ sunt ordinis.
363 Papa an possit ea, quæ sunt ordinis ex priuilegio presbyteris concedere.
364 Episcopali dignitati, quæ competant.
365 Episcopali dignitati competentia priuilegio vel consuetudine acquiri possunt.
367 Indulgentias concedere potest electus ex priuilegio vel consuetudine præscripta. & infra nu. 371.
369 Electus & confirmatus alteri episcopo facultatem concedendi indulgẽtias delegare potest.
370 In Papam electum transeunt omnia, quæ sunt dignitatis, & non ordinis episcopalis.
371 Indulgentias concedere possunt legati de latere, & quare.
373 Legatus habet iurisdictionem cæteris maiorem, & super cæteros.
374 Indulgentias concedere non potest capitulum sede vacante.
375 Indulgentias concedendi iurisdictio est dignitatis episcopalis, quæ in capitulum non transit.
376 Indulgentias publicas ex priuilegio, vel consuetudine præscripta concedere potest capit. sede vacante.
377 Indulgentias vicarius episcopi concedere non potest, etiam si habeat mandatum ad aliquid, quod speciale mandatum requireret, vel sit clausula generalis ad omnia facienda, quæ ipse constituens posset.
378 Abbates habentes ex priuilegio, vt possint vti insignijs episcopalibus, non possunt ob hoc ea, quæ sunt dignitatis episcopalis exercere.
379 Priuilegium contra ius strictè interpretari debet.
380 Insignia episcopalia in abbatibus illud operantur, quod operantur genitalia in multis, quæ non generant.
381 Indulgentias poterit abbas concedere, quando eius priuilegium dicit, quòd possit vti dignitate episcopali.
382 Episcoporum ordo, secundum Theologos, quadripartitus est.
383 Papa, archiepiscopus & patriarcha, plus ordinis non habent quàm episcopus.
384 Papa dicit se episcopum, quia ordo maior non est in ecclesia Dei.
Iurisdictio archiepiscopi est maior quàm episcopi, & patriarchæ quàm metropolitani.
385 Archiepiscopus quò ad indulgentias in subditos suffraganei iurisdictionem habet.
Patriarcha quò ad indulgentias iurisdictionem habet in subditos Archiepiscoporum, & episcoporum.
386 Papa totius mundi episcopus est, & patriarcha vrbis Romæ.
387 Papa solus in plenitudinem potestatis vocatus est.
388 Indulgentiæ vti donationes in generali concessione non veniunt.
389 Episcopus quando dat licentiam vt confessorem quis sibi eligat ille electus de casibus episcopo reseruatis absoluere non poterit.
390 Episcopus cui alter episcopus in foro pœnitentiali vices suas generaliter concessit

conceſſit, poteſt illas indulgentias concedere, quas poſſit parochiani, licet publicas non.

391 *¶ Indulgentias publicas exercendas epiſcopus alteri committere nō poteſt, niſi alijs epiſcopo, vel iura dignitatis epiſcopalis habenti.*

392 *Indulgentiæ non ſunt ſimpliciter iuriſdictionis, ſed ſunt iuriſdictiones annexæ dignitati epiſcopali.*

393 *Indulgentiæ committi poſſunt ſimplici ſacerdoti, vel nuntio.*
Nuncius quod facit, dominus facere videtur.
¶ Indulgentiæ explicandæ committi poſſunt ſacerdoti ſimplici ex priuilegio Papæ.

394 *Papa principaliter indulgentiarum claues habet.*

395 *Papa poteſt quantum indulgentiæ vult dare.*
Prælati habent poteſtatem indulgentiarum à Papa reſtrictam.

396 *¶ Indulgentiæ vnius anni, vel 40. dierum, dantur non ſolum in dedicatione eccleſiæ vel anniuerſarij, ſed etiam quando epiſcopus celebrat, vel prædicat.*

397 *Indulgentiæ annum legatus de latere in dedicatione eccleſiæ concedere poteſt, in alijs indulgentijs dies 40.*

398 *Papa dat indulgentias culpæ & pœnæ, & quandoque communes.*

399 *Indulgentiæ iſtæ an valeant, ſi in dedicatione eccleſiæ ſunt plures epiſcopi, & quilibet concedat annum, in anniuerſario verò dies 40.*

400 *Intellectus ad c. cum ex eo. ibi, non extendatur indulgentia, de pœniten. & remiſſio.*

401 *Capitula quando ſunt duo, qualitas adiuncta præcedentibus, in alio capitulo repetita videtur.*

402 *Prouiſio d. c. cum ex eo, de pœniten. & remiſſio. quomodo fuerit bona.*

403 *Epiſcopus & archiepiſcopus ſi in dedicatione eccleſiæ concurrunt, & quilibet dat annum de indulgentia, quot annos habebunt ſubditi epiſcopi, & quot prouinciales.*

404 *¶ Indulgentiæ annum ſi excedat epiſcopus in dedicatione eccleſiæ, an indulgentia ſaltem valebit in numero permiſſo, & nu. 420.*

405 *Actus valet in permiſſis, licet quis excedat mandatum, niſi ſit decretum irritans, &c.*

406 *Donatio vltra 500. aureos valet, ſaltem in 500.*

407 *Vtile per inutile non vitiatur in ſeparabilibus.*
Priuilegio qui abutitur, illud perdit.

408 *Actus, qui non valet vt geritur, ſaltem valet, vt valere poteſt.*

409 *Quando agitur de obligatione peccatorum abſoluenda, ſi non valet quod ago, vt ago, debet valere, vt valere poteſt.*

410 *Faciens contra Concilium, non debet in partem conſequi quod intendit.*

411 *Gratiam perdit, qui in vno reus factus eſt.*
Regula, defleat peccator, de regul. iur. in foro contentioſo locum non habet.

412 *Indulgentiæ non tenent, quæ formam Concilij excedunt.*

413 *Teſtis in vno falſus, in nullo valet.*

414 *Quando peccatum eſt in forma, ſi non valet quod agitur vt agitur, non valet ut ualere poteſt.*

415 *Actum faciens quem ſcit non valere, actum nullo modo valere facit, vide infra nu. proximo ſeq.*

417 *Peccatum quando eſt in agente, ſi non valet quod ago, vt ago, valet vt valere poteſt.*

418 *¶dem, quando in materia peccatum eſt.*

419 *Actus poteſt fieri, vt valeat alio modo quàm agitur, quando defectus eſt in materia.*

421 *Sententia, an pro parte valere poſſit.*

422 *Sententia iudicis, qui poteſt ſolum pronunciare in 10. ſi in 20 pronunciauit an valeat in 10.*

423 *Legatus de latere ſimul cum epiſcopo vel pluribus epiſcopis ſi concedāt in dedicatione eccleſiæ annum, vel in anniuerſario, 40. dies, an erūt duo anni, vel alij 40. dies, & infra nu. 431.*

424 *Sedes apoſtolica facere videtur id, quod legatus facit.*

425 *Papa vel legatus conſecrando, vel eccleſiam dedicando dando annum pro dedicatione, vel 40. dies pro anniuerſario, in dubio diuerſum annū ab epiſcopis dediſſe videntur.*

426 *Papa de poteſtate ordinaria ius commune obſeruare cenſetur.*
Papa diffinire quidquàm non poteſt parte inaudita.

427 *Princeps profitetur ſe legibus alligatum.*

428 *Princeps vbi eſt, ibi eſt omnis ſolennitas quando facit diſpenſando de abſoluta poteſtate.*
Papa quando aliquid facit ex certa ſcientia, illud quod eſt inualidum, facit validum.
¶dem, quando de plenitudine poteſtatis facit.

429 *Papa in dubio non præſumitur vti poteſtate abſoluta, niſi hoc in literis exprimatur.*

430 *Papa iuri naturali & gentium, velit nolit ve eſt, ſubiectus.*

432 *Prælati inferiores ab epiſcopo, an poſſint ius indulgentias concedendi præſcriptione vel conſuetudine acquirere, & infra nu. 439. & 443.*

433 *Conſuetudo dat iuriſdictionem, intellige modicam.*

434 *Conſuetudine quæri non poteſt, vt inferiores prælati clericos deponant.*

435 *Ea quæ ſunt ordinis epiſcopalis, præſcriptione, vel conſuetudine quæri non poſſunt.*

436 *Ius deponendi clericos, quare conſuetudine, vel præſcriptione quæri non poteſt.*

437 *Conſuetudine, vel præſcriptione acquiri poſſunt ea, quę dignitatis epiſcopalis ſunt.*

438 *Præſcriptio tanti temporis, cuius contrarij memoria non extat, vim habet priuilegij.*

439 *Conſuetudine, vel præſcriptione quæſibilia ſunt ea, quæ ſunt meri imperij, dummodo ordini annexa non ſint, etiam ſi ſint iuriſdictionis, & dignitatis epiſcopalis.*

441 *Abbas, vel Capitulum ſede vacante ea, quæ ſunt meri imperij, præſcribere poteſt, prout eſt poteſtas excommunicandi, & carcerandi.*

442 *Prælati inferiores præſcribere poſſunt ea, quæ ſunt dignitatis epiſcopalis, ſiue ſint lege diœceſana, ſiue iuriſdictionis.*

444 *¶ Indulgentiarum tempora an ſint vtilia, vel continua, & infra nu. 447.*

445 *Verba iſta, damus 40. dies indulgentiæ de pœnitentia iniuncta quid operetur. & infra nu. proxi. ſeq.*

448 *Indulgentiæ ad remiſſionem peccatorum dantur.*

449 *Indulgentia 40. dierum ſi ſit conceſſa per epiſcopum Paduanum in anniuerſario conſecrationis eccleſiæ, demum ſucceſſor eius ſimiliter dedit indulgentiam aliorum dierum 40. an valeat.*

450 *Succeſſor epiſcopi, qui donauit quinquaginta, vel 40. poſſit ea donare non obſtante quòd præceſſor etiam donauerit, & nu. ſeq.*

452 *Succeſſor poteſt id, quod præceſſor poterat.*

453 *Indulgentiam dans, an illa vti poſſit pro ſe.*

454 *Indulgentia datur auctoritate iuriſdictionis, & adminiſtrationis.*

455 *Sacerdos conficiens corpus Chriſti vt alijs diſpenſet, poſt confectionem etiam pro ſe vtitur.*

456 *Indulgentia non eſt remiſſio pœnę per modum ſententię, ſed per diſpenſationis modum.*

457 *Indulgentiam dans, illam vti miniſter præparat, & vti ſubditus per ſe percipit.*

458 *Emancipare poteſt præſes apud ſemetipſum.*

459 *Perſonam duorum quis repręſentare poteſt.*

460 *Executor deputatus ad diſtribuendum bona pauperibus, ſibiipſi pauperi diſtribuere poteſt.*
Indulgentiam duplicem, an conſequatur ille, qui iterat actum, pro quo data eſt.



1 QVod autem Indulgentiæ quæ cō ceduntur in conſecratione eccleſiæ, vel propter ædificationē pontium, proſunt tantùm illis, quibus proprij iudices indulſerunt. ſpecialiter hoc dicit. † Nota quòd ſicut in foro contentioſo iudices non ligant, vel abſoluunt, extra territorium proprium, in l. extra territorium. ff. de iuriſdictio. omnium iudic. & in c. vt animarum. de conſtitu. in 6. ita pariter in foro pœnitentiali nullus abſoluitur, vel ligatur, niſi à proprio iudice, ſcilicet ſuo prælato, † & habet quilibet viuens tres curatos, videlicet Papam, vniuerſalem epiſcopum totius orbis. Secūdò epiſcopum proprium, qui habet abſoluere vel ligare in tota ſua diœceſi. Tertio parochianū proprium. † No. duas legitimas cauſas conferendi indulgentias prima pro ędificatione eccleſiarum. Secunda ad ędificationem pōtium & viarum. & quis teneatur vide in l. ad inſtructionem. C. de ſacroſanc. eccle. † Nota ꝙ dicitur illud ſpecialiter indulgeri, quod vniuerſitati, vel pluribus confertur. † nota quòd forus pœnitentialis eſt improrogabilis ſine licentia proprij iudicis in gloſ. in verbo, proſunt † pro intellectu iſtius capit. & gloſarum, eſt videndum primò, quid eſt illud, quod debet peccatum & pœnam æternam, an contritio ſola, an confeſſio, an operis ſatisfactio. gloſ. de pœnit. diſtin. j. dixit, quòd eſt præueniens gratia ſpirituſſancti illa, quæ debet peccatum, & quando prędenit gratia ſpirituſſancti, cognoſcitur ex ſuperuenienti contritione. & hoc oſtenſum fuit in Chriſto in duobus exemplis. primo, quando mundauit leproſos, quod idem eſt quod peccatum: dixit enim demum, Ite & oſtendite vos ſacerdotibus. Secundò quanto ſuſtentauit Lazarum, nam primo ſuſcitauit eum a morte, ideſt a peccato: & demum, inquit, ſoluite eum. † Et eſt triplex gratia ſpirituſſancti. prima eſt præueniens, quæ tollit peccatum. Secunda eſt perſeuerans: & tertia perficiens, iſta tertia non habetur niſi in vita beata, † et iſta perſeuerans eſſe debet in tribus gradibus pęnitentiæ, in cordis contritione, in oris confeſſione, & in operis ſatisfactione, & quando eſt ſatisfactum, tūc eſt deletum peccatum, quo ad pęnam ęternam, quæ fuit remiſſa per præuenientem gratiam Spirituſſancti, & quo ad temporalem, pro ſatisfactione pęnitentiæ. † nullus tamen ſcire poteſt, vtrum ad plenum remiſſio facta ſit, iuxta illud, quod ſcribitur in capitulo fina. de purg. cano. ibi, & ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorat anima mea. Sed quoniam hic dicitur, quòd remiſſiones proſunt illis, quibus proprij iudices indulſerunt, videamus igitur de iſtis iudicibus, † & incipiamus a Papa, & hic intueri oportet circa quos, & vbi poteſta-

Source : BIU Cujas

potestatem habet,an demum in terra & super homines,an verò super alias creaturas,& videtur dicendum, ꝙ non solũ fuerit concessa potestas Petro ligandi, & soluendi homines, sed etiam Angelos,iuxta verbũ Apostoli ad Gala.j.& habetur 11. q.3.si his 24.q.j sed pro persecutorib. vbi dixit Apostolus, sed licet nos,aut Angelus de cœlo vobis euangelizet, præterquã qđ euãgelizauimus vobis,anathema sit,ex quo vr̃ ꝙ Apostolus excõicet Angelũ de cœlo, ergo hẽt potestatẽ sup Angelos,aliter non potuisset ligare,vt hic. † ergo & Papa habet istã potestatẽ,& est maior Apostolo in administratione. facit.c.p venerabilem.qui fil.sint legi.vers. Pallus.vbi est text. Apostoli dicentis,nescitis quoniam Angelos iudicabitis. † Ex quib.concluditur, ꝙ cum Papa habeat illam potestatem, quam habuit Petrus etiam super alios Apostolos,vt no. 24. dist. & c. lector. & vtrobique per Archidia.ꝙ sicut Apostolus iudicabat Angelos ita etiam possit Papa. † Sed veritas est, ꝙ Papa non habet potestatem nisi super terram & homines terræ, quia homines glorificati,vel damnati,non sunt plus de foro Papæ,& ad contraria facilè respõdetur,& primò Apostolus, per verba prædicta non excommunicauit Angelum de cœlo, nam quum dixit sed licet nos aut Angelus,&c.& dum dixit,nos.non intellexit de se & alijs Apostolis, † alias Paul⁹ excommunicasset seipsum,contra.l.primã.ff.de arbi.& etiam excommunicasset Petrũ in administratione sibi maiorem,& in ordine priorem.21. dist.in nouo.quod non est possibile.c.cum inferior,de maior. & obedi.dicendum est igitur,ꝙ per ista verba non anathematizauit,sed dixit anathematizatũ,idest separatum ab eis,nec ei fore credendum,ita dixit glo.in d.c.si his, vel fortè dixit anathematizatione dignum,vt ostenderet quid foret fiendum ab habente potestatem. † Vnde concluditur, ꝙ Papa non, habet potestatem,nisi super terram & ecclesiam militantem nõ sup Angelos aut ecclesiam triumphantem,igitur in c.quodcunq; ligaueris super terram.34.q.1.dicitur super terram,nam in cẽlo non ligat,vel soluit,sed ligatum vel solutum in cœlo,ostendit in terra,quia statim in cœlo est ligatus, vel solutus delinquens,vel solutus pœnitens.24.q.5.remittuntur.Et ibi per Archidia.& hæc ostẽdũt verba Lazari & leprosorum, † & ita intelligit illud Ambrosij de pœn.dist.1.quantũlibet.de sent.excõ.à nobis.2.24.dist.qualis.in istis iurib.notat, ꝙ multi ligantur in ecclesia,qui non sunt ligati in cœlis,& similiter absoluti. † Sed hic faciunt dubium Docto.an exist̃entib.in purgatorio,Papa possit indulgentiam concedere? & certè nõ põt directè.Et iõ si Papa dat indulgentiã animæ patris illius,q̃ porrigerit manus adiutrices ad transitũ Terræ sanctæ,talis indulgẽtiã non consequetur,† quia defuncti non sunt de foro ecclesiæ militantis directè,sed de foro Dei.quia quæ sunt dependentia fori,ut sunt indulgentiæ,talia non prosunt mortuis directè,& sic existentib.in purgatorio, † quia tales non habent iudicẽ nisi Deũ.14.q.2.c.1.25.dist.qualis.illa autem quæ nõ habẽt dependentiã a iurisdictione,sed ab actu charitatis,ut sunt oratio, eleemosyna,sacrificium,ieiuniũ,& talia, prosunt mortuis in purgatorio consistentib.24.q.2.c.1. † nec obst.c.per venerabilem,q̃ filij sint legit.in vers. deuterono.ubi dr̃,ꝙ Papa est cõstitutus iudex uiuorũ & mortuorũ qa illud ſm aliquos, & male. intelligit̃ de Christo. † Sed p̃dictis obstat 13.q.2.animæ defunctorũ.& tẽporis.& de celebratio Missa.cũ Matthæ.in fi.vbi vr̃ cõclndi,ꝙ ista prosunt existentib.in purgatorio, ut dixi, ergo sunt de foro ecclesiæ:nam aut dicis animas purgatorij esse in via,& viatrices,& sunt tunc de ecclesia militante, & debẽt eis prodesse remissiones,& indulgentiæ:aut sunt de ecclesia triũphãte,& tunc non prosunt eis indulgentiæ. † Sed respondeꝙ duplex uia,vna incerta nobis,& uariabilis,quæ habetur in hac vita,& quæ dũ in hac via est,quo ad omnia,est de foro ecclesiæ militantis,de pœnit.dist.1.ecclesia Christi alia uia est certa,saltem in genere,q̃a certi sumus ꝙ omnes illi, qui sunt in purgatorio,salui fient. † & in hac uia dicitur esse ille, qui est in purgatorio,& iste quò ad spem certã & infallibilem, est de ecclesia triumphante,& quo ad condemnationem, uel solutionẽ, uel remissionem ex ui ueræ sententiæ & efficacis directè non est de foro ecclesiæ militantis. † Quo autem ad participationem eleemosynarum,orationum,ieiuniorum & sacrificiorũ, est de foro ecclesiæ militantis.d.c.animæ defunctorũ. Sed quò ad supplicationem Sanctorum, & curiæ cẽlestis,est de ecclesia triumphãte, † nã vna est ecclesia,cuius pars vna militat in terra,alia triũphat in cẽlis,& tota ecclesia desiderat deuotas animas fieri saluas,de pœnit.dist.1.hi duo.† Nec obstat ꝙ ecclesia soluit & ligat post mortem 24.q.2.sanè.& in d.c.a nobis.2.de sen.excom.quia ibi fit absolutio ad consolationem uiuorum fidelium,& absoluitur mortuus,idest antequam mortuus iuisset,per contritionem absolutũ fuisse monstrat̃. sed in veritate quo ad illos,qui mortui sunt,nil directè operat̃, † & similiter ligatur,idest ligatum fuisse monstratur,arg.8.q.2.c.in præsenti seculo.& 25.q.2.qualis. † Quidã tamen,vt Simon de Borsano, qui fuit Card.dicit,ꝙ tã Canonistæ quàm Theologi,uolunt ꝙ Papa etiam hodie possit extrahere animam de purgatorio, & sicut dicitur ꝙ solum habet potestatem super uiuos, vel super terram, † respondet ꝙ purgatorium est in cento terræ & si dicatur ꝙ hac ratione Papa possit absoluere illos,qui sunt in inferno,hoc non est uerum, † quia Papa non potest absoluere illos,qui non sunt in gratia,sicut sunt existentes in inferno,sed illi qui sunt in purgatorio bene sunt in gratia, & ista quæstio fuit disputata secundum eum,in aula domini Ioannis de Vice comiti.Archiepiscopi Domi.Mediolani,& fuit determinatũ, prout dictum est. † Sed ego sto in mea prima decisione, ꝙ per viam iurisdictionis,uel sententiæ Papa non possit extrahere animam de purgatorio:nam statim ꝙ quis moritur, anima eius sentit sententiam Dei,vt si moritur in mortali peccato, sit dãnatus,& de istis non est dubium, † quia damnati semper existũt in obstinatione peccati,vnde non possunt eis indulgentia concedi.24.q.1.ligat̃.& si sunt in purgatorio,etiam a Deo passi sunt sententiam purgationis. † Vnde super ꝓnunciatis a Deo, Papa iurisdictionaliter non potest aliquid pronunciare, argu. l.1.C.quan.prouo.nõ est ne.sed per uiam charitatis cum eleemosynis,uel aliis bonis operib.bene posset subueniri existentibus in purgatorio,ut supra dixi. † Gl.quærit,quare indulgẽtiæ quæ cõcedunt̃ in consecratione ecclesiæ, nõ excedunt annũ,siue ab vno fiant,siue a plurib. episcopis, & indulgentiæ, q̃ fiunt in anniuersario,nõ excedunt 40.dies.in c.accedens.infra eod.in glo.2.colligitur, ꝙ primæ indulgentiæ non prosunt, nisi subditis concedentis,& allega.ut in ea.† Super hoc autem, nunquid possit quis uti indulgentiis non sui iudicis. Ioã. And. dicit,ꝙ si loquimur de indulgentiis & remissionibus proprij iudicis,tunc potest quis uti talib.indulgentiis,& tollitur pœna quò ad ecclesiam,& quò ad Deum:si uerò alterius iudicis tũc non potest uti talibus indulgentiis sine licentia sui episcopi, uel sui sacerdotis,& sufficit,ꝙ in licentia dicatur, quòd possit uti indulgentiis alterius iudicis,facit cle.1.de reli.domi. † & iõ si sunt plures episcopi in consecratione,ut dicit glo.1.licet indulgentia consecrationis non excedat annum, tamen quilibet episcopus potest eam ꝓmulgare suis subditis.& ista faciũt ad quæstio.de qua infra dicam. † An episcopus possit suis subditis concedere indulgentias si ipsi porrigant manus adiutrices ad pontis cõstructionẽ,non existentis in sua diœcesi, sed in aliena. † Sed hic occurrit dubiũ, an teneant istæ indulgentiæ culpæ,& pœnæ? & vr̃ quòd parum prosint,maximè quando quæruntur extendi ad non pœnitentes: q̃a aut intelligunt̃ concessæ non pẽnitentibus, & non videtur posse defendi, ꝙ ipsẽ indulgentiæ concomitentur eos, † nam culpa manente, impossibile est remitti pẽnam. de consecra. distin.4.baptismi vicem.de pœni.dist.3. sanè cauendum. † Item quia impœnitentes retinent odium,& sic culpa sunt uerbi Dei,quibus stantibus impossibilis est remisso.de pœnit.dist.1.§.hoc idem. &c. soluissent.& ideo regula iuris in 6.quod nil etiam pœnitentibus prosint,probatur,† quia pœnitentibus debet imponi pœna,iuxta qualitatem,& quantitatem culpæ,siue delicti.47.dist. omnis.ibi,sicut exhibuistis membra vestra,&c. Et alibi dicunt Cano quanto tempore errasse te nosti, tanto humilia te ipsum.de pœnit. dist.1. c.1.c. uide benignum. & Apocalyp.23. glorificauit se,& ĩ delitiis fuit, tantum date ei tormentum, & luctum, † & ſm qualitatem delicti,erit plagarũ modus. Deuterono.25.c.de pœnit.distinct.1.qa diuinitatis.quinimmo alibi innuit canon, † ꝙ productior debet esse pẽnitentia quàm delictum.de pœni.dist.3.c.pœnitentiam.& c. productior. Sed per istas indulgentias,nulla facta satisfactione, videtur remitti pœna,ergo contra iura diuina, & canones concedunt̃. † Sed humana iustitia debet se iustitiæ diuinæ conformare.11.q.3.re uera.Item alibi legitur,ꝙ Deus non remittit dedecus culpæ sine dedecore iustitiæ.de cõsecra.dist.4.Baptisma.& beatus Augustinus dicit, † ꝙ opus est misericordiæ peccanti,peccata dimittere;oportet tñ ut iustus misereatur iustè. de pœnit. dist.1. quẽ pœnit.& † Præterea inferior pœnam a superiore inflictã tollere non põt.21.distin.inferior.& clemen. ne Romani. de elect.& dixi supra in q̃stione existentiũ in purgatorio. † Hinc est ꝙ pẽnitentiam per Papam impositam,Episcopus non potest minuere,& similiter imposita per Episcopum, per inferiorem non poterit minui,not.de sortileg.c.2.& quod not.gl.in c.cum P.in glo.fi.de accusa. † Sed Deus,qui est superior,absoluendo pẽnitentes a culpa per prẽuenientem gratiam Spiritus sancti,& cordis contritione,absoluit a morte, sed dimittit absolutum ligatum ad pœnam.de pœnitent.distinc.1.c.si peccatũ.& si primi. † Præterea satisfactio est pars pẽnitentiæ, nec dicitur pẽnitere,qui non satisfacit.de pẽniten.distin.1.c.tres sunt. & c.nõ sufficit.& c.quamobrem. † vnde qui nõ satisfacit quũ potest,non absoluit̃ a Deo.13.q.6.c.si res aliqua. ubi in baptismo.de consec.distin.4.c.sine pẽnitentia. † vnde legitur,ꝙ habemus duas tabulas ad peccata expianda, baptismum, & pẽnitentiam.de pẽnit.dist.1.c.si post naufragium.de summa Trini.c.1.Sed de istis indulgentiis nõ habemus expressum nec in captione bullæ,nec in euãgelio,ꝙ Apostolis talis fuisset ĩdulgentia p̃cessa,nec legimus beatũ Petrũ,vel Paulum, uel alios

Aposto-

52 Apoſtolos tales indulgentias conceſſiſſe.† Ergo ꝙ non eſt ſanctorum patrum,non eſt aliorum ſucceſſorum.2.q.6.conſuluiſti.31.q.j.ſi dormierit.de tranſla.pręla.c.2.† Præterea poteſtas ligandi,& ſoluēdi eſt tradita miniſtris eccleſiæ, ad ædificationē, non ad deſtructionem,quia per iſtas indulgentias remanēt delicta impunita,contra c.vt famæ.de ſenten.excommu.l.ita vulneratus.ad legem Aquil.†Item tribuit intentionem delinquēdi iſta facilis venia,& iſta quæ inuitant homines ad delicta ſunt de genere malorum,& nulla pactione confirmantur.l.conuenire.ff.de pactis dotalib.facit c.vt clericorum.cum ibi nota.de vita,& honeſta.clerico.ad idem.l.reſpiciendum.in princi.ff.de pœn.ibi,neq; enim aut ſeueritate,aut clementia gloria appetēda,ſed ꝑpenſo iudicio,prout vnaquęq; res poſtulat, ſtatuēdū. 1.j.poſt prin.ff. ad Turpil.† vbi pęna auctoritati legis reſeruaī, nō præſidentis arbitrio committitur.†Ex quibus omnibus videtur cōcludi,ꝙ iſtæ indulgētiæ ſunt cōtra iura diuina, & contra ſacros canones,& leges,& inſuper cōtra bonos mores, qui inuitant homines ad delicta dum per eas pœna delicto condigna gratis remittitur.† Sed veritas eſt,ꝙ omnes Theologi,& Canoniſtæ fatentur indulgentias, ſeu literas taliū remiſſionū, valere,vt in hoc c.& clemē.ſi dominum.ad fi.de reliq.& vene. Sācto.& probatur auctoritate Auguſtini,†ꝙ illud quod remittit presbyter,Deus remittit,de pęniten.diſt.j.quem pęnitet. ante medium.Item hoc ſeruat eccleſia à tanto tempore citra,ꝙ de contrario memoria non exiſtit,†& ideo non eſt ſentiendū, ꝙ tota eccleſia erraſſet, quia dictum fuit Petro in perſonā totius eccleſiæ:Ecce ego Petre oraui pro te,ne deficiat fides tua, de pœnit.diſt.2.ſi ego,inquit.& Luc.22.c.& beatus Gregorius, qui fuit ſanctus,iſtas obſeruauit,†& iſtud fuit priuilegium datū Petro,& ſucceſſoribus,quando dictum fuit,quodcunq; ligaueris.30.diſtin.in prin.24.q.j.quodcunq;.& per iſtud reſpondetur ad illud quod dicitur,ꝙ non cauetur lege, nam tacitè hoc incluſum fuit in hoc priuilegio.†Item in Exodo.21.c. legitur de remiſſione,quæ fiebat in anno iubilei, quod vult dicere, ideſt remiſſionis,vt nota.8.diſt.in prin.& ab iſto proceſſit ius iſtius conſtitutionis,vt ibi dicitur,& habetur de pœniten. diſt. j. qui domum.†ad quarum exemplum,remiſſiones iubilei inuentę ſunt,vt in extrauaganti Bonifa.quæ incipit,antiquorum.potiſſima ratio iſtarum indulgentiarum eſt veritas eccleſiæ, † quæ eſt corpus miſticum Chriſti,in qua ſunt multi viri,opera pietatis,& miſericordiæ ſemper erogantes, vltra menſuram ſuorū delictorum,patientes opprobria,contumelias,& infinitas paſſiones,quas non merentur,qui non ceſſant orare pro nobis,& ideo eccleſia fundit preces ad eos,vt orēt Deum pro nobis, vt in letanijs,13.q.2.animę.† & beatus Paulus pollicetur pro ſuis ſine intermiſſione ad Deum orationes porrigere.32.q.2. ſanè. † Item his ceſſantibus,meritū mortis Chriſti,& effuſio ſanguinis eius,remiſſionem peccatorum operatur.de conſecr.diſtin. 2.c.quia corpus.†Ipſe enim ſe hoſtiam obtulit pro peccato.de conſec.diſt.2.non oportet.& illa pœna,& martyrium,quod ip ſe iniuſtè pertulit,eſt cauſa remiſſionis peccatorū,†quinimmo minima eius gutta ſanguinis, erat ſufficiēs ad purgationē noſtrorū delictorum, vnde Iſaiæ 54. dicitur, languores noſtros ipſe tulit,& dolores ipſe portauit,& ipſe multorum peccata tulit & pro tranſgreſſoribus orauit.ſua igitur merita, & Sāctorū, peccatoribus communicās,poteſtatem cōceſſit Petro, & ſucceſſoribus,& ipſis dedit ligandi,& ſoluendi poteſtatem, & iſte eſt ille theſaurus eccleſiæ,cum quo peccata noſtra dimittunt. †Iſtæ igitur indulgentiæ pœnæ,pro peccatis inferendæ,conceduntur verè pęnitentibus,& confeſſis in commemorationem paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti,& pręmia' ſanctorū martyrum, quaſi ipſi ſufficientes debitores pro nobis ſatisfecerint apud Deum,& ſic pro nobis ſatisfaciēdo,liberant nos à pęna. Diſpoſitionem autem iſtorum meritorum, & diſpēſationem, quibus à pęna peccatorum poſſimus liberari,Chriſtus(vt dixi) Petro commiſit,& ſucceſſoribus eius,& alijs Epiſcopis,& Apoſtolis.†qui Epiſcopi in partem ſollicitudinis ſunt vocati, vt in c.mandata.de pręſumpt.Et ad contraria ſupradicta per ordinē reſpondetur.†Primò ad id quod dicitur, ꝙ impęnitentes non gaudent indulgentijs quia venia non datur,niſi correcto:quia hoc fateor,ſed pęnitenti,vel proponenti ſe corrigere,& ſic iam corde contrito,bene valent huiuſmodi indulgentię, & maximè quādo hoc in ſe habet formam indulgentię,ad hoc. 17.q. j.§.ſi igitur.†Papa enim,qui habet ſupremam poteſtatem,& in quo repræſentantur p̄dicta,indulgentias faciendo,videtur cōmunicarę opera Sāctorū,& merita paſſionis Chriſti, & ſic ſatisfacere,& ſoluere pœnam, pro delicto peccatori infligendā,& per hoc ſimul iuſtitia cum miſericordia ſeruaī,† quia prius eſt gratia ſpirituſſancti,& contritio,quę accedunt ad iuſtitiam, & ſequitur indulgentia,quo ad partem miſericordiæ, ad hoc, de pœni.diſt.j.c.nullus debitę.†& per hoc etiam ſoluitur aliud cōtrarium,in quo dixi,ꝙ ſatisfactio debet præcedere,ut pœna remittatur,& qui non facit,non dicitur pęnitere,† nam cōtritio pro ſatisfactione habetur,& paſſio Chriſti,& Sāctorum merita,quæ communicat eccleſia peccatoribus, dicitur ſatisfactio, 75 arg.c.qui per alium,de reg.iur.in 6.† Ad aliud contrarium, in quo dixi,ꝙ indulgentiæ uidentur inductæ ad deſtructionē,nō in ædificationem,ex eo ꝙ facilitas ueniæ, præbet delinquendi intentionem,reſpondetur,ꝙ immo præbent remedium contra peccatum uitandum, tam ex præcedente contritione, ad quā diſponitur,ut ꝙs indulgentijs poſſit gaudere, & cum hoc concurrit gratia,gratum faciens,& gratia,quā meretur ex pio 76 opere.& humilitate.† Caueant tamē ſibi,ne iſtā gratiam ſuſcipiant aliqui praúo corde,negligendo propter ipſam alia bona opera charitatis in poſterum faciēda,tales enim licet propter indulgentiam reddantur immunes,tamen ex contemptu de- 77 mum ligari poſſent.13.q.3.§.cum ergo.23.q.3.notandū.† vnde dicit canon,ꝙ negligentia cum ſuperbia parit offenſam,& loquitur rectè de negligente ſatisfacere pro delicto. de pœnit. 78 diſt.j.c.prædixerat.† Non ergo contemni debet pœnitentia iniuncta,uel ſatisfactio propter indulgentiæ ſuſceptionem.Et quia neſcit homo,an iuſtè ad indulgentias acceſſerit, non eſt nimis in his confidendum,ut tantum ualeant quātum ſonāt. 79 † Et iſtum articulum,an tantum ualeant quantum ſonant, ꝓſequitur glo.fin.iſtius c.ſiue prima magna. Et quoniam obſcura eſt,& malè a ſcribentib.declarata,igitur placet ipſam explanare.Capio gl.in uerbo,proſunt.iſta quærit, quid ualeant hodie tales indulgentiæ,& remiſſiones glo.dicit,ꝙ uetus eſt quæ 80 ſtio,& dubia adhuc.† Quidam dicunt,ꝙ ualent quò ad Deū, non quò ad eccleſiam:quò ad Deum enim ualēt, quia ſi aliqs decedat non peracta pœnitentia ex ſatisfactione de peccato, ꝙ tunc debet conſiderari pœna temporalis,quam Deus ponit ꝑ peccato in purgatorio,& quò ad hoc operantur tales indulgentiæ,ꝙa ſi habuit annū indulgentiæ,tanto minus ſtabit ī purgatorio,quāto fuiſſet ſi ꝑ annū pœnituiſſet, ſecundum Innocentium.† Secundò eſt conſideranda pœnitentia, ſiue pœna, 81 quam ponit eccleſia pro peccato tempore confeſſionis,& hāc non tollunt tales indulgentiæ,ſiue remiſſiones, vnde eccleſia iniungēte debitam pœnitentiam,ſiue ſatsfactionem per has indulgentias non relaxanī iſtæ pœnitentiæ, & dicit Innocentius,ꝙ hoc demum eſt ęquum.Doctores dicunt, ꝙ hoc demū eſt contra priuilegium canonum,uel clauium conceſſum Pe 82 tro qđ ad cœlum,& terrā extenditur.24.q.1. quodcunq;.† Mihi uidetur,ꝙ potius debet dici econuerſo, ꝙ iſtæ indulgentiæ debent prodeſſe quò ad eccleſiam principaliter, & pœnitētiā per ipſam inflictam,ratio eſt,quia inferior non remittit pœnā impoſitā a ſuperiore.21.diſt.inferior. & clem.ne Romani. de elect.& ſic pœnam impoſitam a Deo,non poſſet minuere Pa- 83 pa,nec huiuſmodi indulgentiæ.† Item quia poteſtas Papæ ſm iſtis,nō ſe extendit ad cęlum,niſi declaratoriè : nā declarat ſolutum in terra,ꝙ eſt ſolutus in cœlis.ita intelligunt Doctores c.quodcunq;.Item ſm iſtā opinionem, eſſet melioris conditionis,qui non egiſſet pœnitentiam,uel præuentus morte,uel ex negligentia,ut tangit hic glo.in quarta oppoſitione, quàm ille qui egiſſet pœnitentiam,& ſatisfactionem feciſſet, nā iſte nil conſequeretur,& qui non feciſſet pœnitentiam conſequeretur bonum huius indulgentiæ.† Præterea,vt dicit glo ſ. du- 84 plex eſt pęna,vna æterna,& iſta remittitur per Spiritumſanctū cum contritione:alia eſt temporalis,& in iſta operātur claues eccleſiæ,& priuilegium conceſſum Petro,& eccleſiæ, per illa verba,quodcunque ligaueris.Sed iſta poteſtas eſt magis in eccleſia,in pœnitentiis per presbyterum iniunctis, quàm in illis impoſitis a Deo,ergo debet potius ī ſatisfactione requiſita ab 85 eccleſia operari.† Nec eſt verū,ꝙ quidam hic ſcribunt, ꝙ Sacerdos commutet pęnam æternam in temporalem, quia pęna æterua fuit extincta per præuenientem gratiam ſpirituſſancti cum contritione,vnde extincta nō poterat commutari in temporalem,ſed remanet ſola temporalis,ī qua presbyter ad arbitrium ſui pęnitentiam imponit,ut illam tollat, de pęnitē. 86 diſt.1.c.medicina.cum duob.ſeq. † Secunda eſt opinio, ꝙ etiā iſtæ indulgentiæ ualeant quo ad pęnitentias iniūctas ab eccleſia,ut diſtinguatur quò ad quantitatem pęnæ iuſtæ imponendæ pro peccato,ut ſi pęna condigna eſt appoſita pro peccato ab eccleſia,in illo non operentur iſtæ indulgentiæ: ſed ſi pęnitentia eſſet exceſſus & eſſet appoſitus ab eccleſia, tunc proficerent in iſto exceſſu indulgentiæ,quò ad eccleſiam,& etiam ꝑſunt quò ad Deum.Iſta opinio a Doctoribus reprobatur,nam dicunt ꝙ uilificat theſaurum eccleſiæ,quum dicit, ꝙ non pōt indulgentias facere,niſi de ſuperabundanti pęnitētia.Iſta opinio ex alio mihi non placet,nam in eo qui habuiſſet debitam pęnitentiam,& ſatisfactionem congruam,non excedentē debitum pęnitentiæ,nil iſtæ indulgentiæ operarentur, ſed ſolum 87 vbi exceſſiſſet eccleſia ī impoſitione pęnitentiæ. † nā ego credo,ꝙ ſi peccator ſufficienter ſatisfacit de peccato, ꝙ ipſe ſit liber apud Deum,nec ſi moreretur non peracta pęnitentia ſuperabūdāti ab eccleſia impoſita,pęnas aliquas pateretur, niſi omitteret adimplere ſuperabundātem pęnitentiā ab eccleſia impoſitam,ex contemptu. Et ſi dicatur,Deus nō acceptat propria merita pęnitentiæ ad ſatisfactionem ꝑ peccato, ergo nō poteſt procedere,qđ dico de peccatore, qui ſatisfecerit agendo de-

Source : BIU Cujas

do debitam pęnitentiam, quia intelligo qñ eſt debita pęniten
tia, quæ ſufficiat concurrente Dei miſericordia, & paſſione Ie
ſu Chriſti, & Sanctorum meritis, quæ pñt cõcurrere ſine indul
88 gentijs.† Tertia eſt opinio, ꝙ proficiant quo ad Deum, & quo
ad eccleſiam, ſm quod à promulgante conceduntur, qui cõce
dentes ſe onerant, quia tenentur eleemoſinis eas, & ſuis ora-
tionibus ſupplere. Vult. n. iſta opinio, ꝙ iſtæ indulgentiæ poſ-
ſint prodeſſe tam ad attenuãdas pœnitentias iniunctas a ſacer
dote, q̃ ad pęnas purgatorij, ſed concedentes tenentur, ſi nõ eſt
digne ſatisfactum a peccatore, reducere ſatisfactiones ꝑ pro-
89 pria ieiunia, & proprias eleemoſinas, & alia pia opa. † Iſta opi-
nio non placet Doct. quia Deus nõ multum acceptat propria
merita pœnitentium, qñ ſunt modica in recompenſatione
pęnæ pro peccatis, & multominus conſiderat merita concedẽ
90 do indulgentias. † Præterea Dei miſericordia, & Sanctorum
merita, ſunt quæ faciunt iſtas remiſſiones, & hic eſt theſaurus
eccleſiæ, quod ſtatim dicam. Et ideo iſta opinio multum vilifi
cat hunc theſaurum, ꝙ non fiant remiſſiones ſine ſatisfactio-
ne, & ideo Chriſtus plerunque remiſit peccata, nulla præcedẽ-
te ſatisfactione eius, cui remiſſa ſunt. Quarta eſt opinio, ꝙ ua
91 lent iſtæ indulgentiæ ſolum † quo ad remiſſionẽ pœnitentię,
quæ adimpleri negligenter eſt omiſſa. Hæc eſt falſa, primò qa
plus reportaret cõmodi, qui negligeret pęnitẽtiam adimple
re, q̃ ille qui adimpleuiſſet. Item inuitaret hoĩes ad delinquen-
dum, quod debẽt negligere, & ad adimplendã pęnitentiã ute-
92 rent commodo iſtarum indulgentiarum, † & quia negligẽtia,
93 quæ eſt peccatum, non dẽt reportare commodum. † Quinta
eſt opinio Calani, & gl. ꝙ hoc reſideat in arbitrio iniungẽtis pę
nitentiam, ut ſi dicat expreſsè, ꝙ proficiant indulgentiæ, & ꝙ
ex eis poſſit redimere pęnitentiã in totum, uel in partem, tunc
proficiunt indulgentiæ, aliàs non. Et iſtud quo ad eccleſiam,
nã quo ad Deum ſemp proficiunt quo ad pęnam minuẽdam
in purgatorio, & in hoc uerum dicit gl. & in hoc bñ, qñ pœnitẽ
ti eſt remiſſa pęna ęterna, q̃ remittit̃ per præuenientem gr̃am
Spiritusſancti, & contritionem, & confeſſionem peccati. Nam
94 non ſufficit liberatio a peccato, quæ fit (ut dixi) ꝑ pręueniẽtẽ
gratiam Spiritusſancti, ſi peccator uerè confitetur peccata ſua.
& ideo Chriſtus poſtquam liberauit leproſos dixit, Ite & oſtẽ
dite uos ſacerdotibus, & poſtquam ſuſcitauit Lazarum, dixit,
95 ſoluite eum. † aliàs ſi contemneret confeſſione, quæ dẽt fieri,
iuxta illud Iacobi 1. c. cum dixit. Confitemini peccata ueſtra al
terutrum. Oportet ergo ꝙ ad hoc, ut iſtæ indulgẽtiæ locum ha
beant ſit remiſſa pęna æterna, alias ſi perſiſteret in odio, & dam
natione, non prodeſſent ſibi indulgentię, & alia bona opa ad
96 ſalutem. † Pro quolibet ergo peccato mortali imponitur pœ
na æterna, & talis, æterna dimittitur per illa tria prędicta, ta-
lis uerò per ſatisfactionem, ſed non põt fieri ſatisfactio durãte
pęna æterna. Non proficiunt ergo iſtæ indulgentiæ ad remiſ-
ſionem pęnitentiæ, niſi iſtud a ſacerdote in pęnitentia expri-
97 mat̃. † Ex hoc infert gl. ꝙ ſi impoſita eſt pęnitentia per ſeptem
annos, cum aliquo ieiunio, & in pęnitentia ſit dictum, ꝙ dan-
do ſeptem denarios poſſit redimere ieiunium, tunc non tene
tur ex neceſſitate iniunctæ pęnitentię ieiunare, ſed bñ de hone
ſtate, quam ſi contemneret peccaret mortaliter, quia ipſe ne-
98 ſcit, an ſit ligatus, an abſolutus: † debet. n. ſemper dolere de pec
cato, de pęn. diſt. 1. decliuior. quia neſcit an ei ſint remiſſa pecca
99 ta. ſupra de purg. cano. c. fi. ibi, & ſi ſimplex fuero. † Io. And. re-
probat iſtam opinionem, dicens, ꝙ illa quæ ſunt depoſita ĩ the
ſauro eccleſiæ, non ſunt ibi determinatè depoſita pro aliquo,
ſed cõiter pro omnib. uult dicere ꝙ iſta depoſita in theſauro
eccleſiæ non ſunt determinata peccata pro illo, cui presbyter
in pęnitentia uelit concedere, ſed ſunt in uoluntate conceden
tis indulgentias, & iſte eſt Papa, uel ſunt illi, q̃bus Papa cõmit-
tit. Et ideo ſi Papa uult, ꝙ indulgentiæ proficiant ad extenuan-
dã iniunctã pęnitentiã a ſacerdote, proderunt ſine cõceſſione
ſacerdotis, licet ſanum ſit conſilium, ꝙ de licentia ſacerdotis
100 iſtud fiat. † Ego credo, ꝙ ambæ iſtæ opinio. ſint uerę: nã ſi Pa
pa, uel hñs auctoritatem ab eo, concedat indulgentias ſimplr,
maximè dicendo, uerè pęnitentib. & cõfeſſis, tunc ſit uera opi
101 nio gloſæ, † nam non dicitur adimpleta pęnitentia, uel uerè
pęnitens, niſi ſequuta ſit ſatisfactio, quæ non cenſetur ſequuta,
niſi adimpleant̃ iniuncta a ſacerdote. de pę. diſt. 1. ſi peccatum.
102 † Sed ſi Papa, uel Epiſcopus habẽs auctoritatem a Papa, dicat,
ꝙ concedit indulgentiam, q̃ poſſit alleuiare pęnitentiam in-
103 iunctam a ſacerdote, tunc credo, ꝙ Io. And. dicat uerum. † rõ
quia regulariter quilibet hõ habet tres curatos. habet primo
Papam, q̃ eſt uniuerſalis totius orbis, habet proprium Epum,
& habet ſuum parochianum, quilibet iſtorum poteſt pęnitẽti
iniungere, & alleuiare pęnitentiam, ut dicam in c. omnis utri-
uſq; ſexus. Ideo dicit hic Io. And. ꝙ tutius eſt, ꝙ iſtæ indulgen-
tiæ reſeruentur ad pęnam purgatorij: poteſt tamen Papa, &
104 Epiſcopus, ſi uult (ut dixi) concedere, † quia in diſpoſitione ſu-
perioris, prout eſt Papa, & Epiſcopus, presbyter parochianus
non põt ſe impedire, ut in c. innotuit. de elect. & iſtud capitu-
lum facit pro iſta parte, qa Papa, & Epiſcopus ſunt ſuperiores
105 iſtorum, quibus conceduntur indulgentię.† Dixit tamen Ray-
mundus, ꝙ homo mortalis, niſi ei ſit diuinitus reuelatũ, igno-
rat quantum valeat remiſſio, quia valet ſecundum fidem, & de-
uotionem pœnitentis, & ipſorum concedentiũ, & merita eo-
rundem. Et hoc nullus ſcire poteſt, niſi Deus de conſecrat. diſt.
106 4. quæris. & diſt. 5. non mediocriter. † Ioan. Andr. autem dicit,
ꝙ iſtę indulgentiæ valent ſecundum fidem concedentis, & po
teſtatem remittentis, & dicit, ꝙ iſtæ indulgentiæ valent, prout
107 ſonant, ideſt ſecundum quod conceduntur, † quia non refert
quocunq; modo ſatisfiat eccleſiæ, quia quem ligat ligatus eſt,
& quem ſoluit, ſolutus eſt. 24. q. 5. quodcunq; de pęn. diſtin. 1. c.
108 verbum. † & ideo cum actus actiuorum ſint in patiente diſpo-
ſito, ſecundum Philoſophum, quantum fides, & deuotio eſt
recipientis, tantum operantur iſtæ indulgentiæ. & ideo in non
habente fidem nihil operarentur. Quæro pro declaratione prę
dictorum: nam dictum eſt, ꝙ iſtæ indulgentiæ poſſunt prodeſ-
ſe quo ad Deum, & quo ad eccleſiam, & ꝙ hoc operatur the-
ſaurus eccleſiæ, quia Deus merita pęnitentiæ (ut dixi) quę, qm̃
ſunt modica, non admittit in recompenſationem pœnæ pro
109 peccatis. † Et tamen ſcriptum eſt, ꝙ nullum malum eſt impu-
nitum, etiam quo ad minimam eius culpam, etiam ſi ſit venia-
le. 22. diſtinct. criminis. in §. criminis. & ita nullum bonum irre
muneratum. Sed iſtam remiſſionem, & iſtas indulgentias facit
110 theſaurus eccleſiæ. † Et eſt theſaurus eccleſiæ paſſio, & mors
Chriſti, & effuſio ſanguinis eius, iuxta illud, quod dicitur in cõ-
ſecratione ſanguinis, Hic eſt calix ſanguinis mei, quod ꝑ mul-
tis effundetur in remiſſionem peccatorum. Item ſunt perſecu-
tiones, & paſſiones ſanctorum martyrum, & merita aliorum
Sanctorum: & iſta vt non remaneant irremunerata, ſunt cauſa
111 remiſſionis peccatorum aliorum. † Vnde licet peccator nõ ha
beat debitam punitionem, tamen pęna temporalis peccati re-
mittitur ſibi per hunc theſaurum eccleſiæ, cuius claues retinet
112 Papa vicarius Chriſti, & concedit quibus vult. † Et ex hoc infer
tur, quòd ſolus Papa habet poteſtatem iſtas indulgentias cõce
dendi: & Epiſcopi, & alij inferiores, qui concedunt huiuſmodi
indulgentias, vel in dedicationibus eccleſiarum, vel in ædifica
tione pontium, vel pro executione alicuius operis pij, ipſi non
poſſunt facere ſine licentia Papæ, qui retinet claues iſtius the-
113 ſauri. † Et ex iſtis reſpondẽt ad omnia illa contraria, quæ ego
feci in illa quæſtione, an Papa poſſit concedere indulgentias
culpæ, & pęnæ. Verum quia iſta videntur procedere a poteſta-
te clauium dicã vobis circa finem iſtius capituli, quid ſint cla
ues, & qualis ſit eorum poteſtas, non dico amplius hic. reſiduũ
de indulgentijs dicã infra, in c. cum ex eo. & de pœnitentia di-
cam in c. omnis vtriuſq; ſexus. & habebitur expeditum, quic-
quid boni dicunt hic Doctores tam in remiſſionibus & indul
114 gentijs, quàm de pœnitentijs. † Et iſta faciunt ad indulgentias,
quas Papa fecit pro ſubſidio terræ ſanctæ, quia omnem pœnã
peccati remittit. & ideo omnes ſunt abſoluti, dũmodò vtens
illa fuerit contritus, per quam contritionem apparet abollitũ
peccatum a gratia Spiritusſancti, quæ præuenit ſequuta cõfeſ-
ſione. & iſta proſunt quo ad vitã æternam. de conſecratio. diſt.
115 3. baptiſmum de pęniten. diſt. 1. per totum, † & quia Papæ ſub-
ſunt omnes, in clemen. noſtri. de hære. & de hoc dicit Goffred.
quòd hæc decretalis habet locum in remiſſione Papæ. Poſtea-
quàm ſupra ſcripſi, decreui hic ſcribere materiam indulgentia-
117 rum. † In qua materia eſt attendendum, quòd nomen indul-
gentiæ capitur multis modis, aliquando indulgentia oſtendit
remiſſionem pęnæ. 2. q. 3. in fin. quandoq; conceſſæ gratiæ. in c.
fina. vt lite penden. quandoq; importat diſpenſationem. in ca.
dudum eccleſia Rotomagenſis in ver. in ſuper indulgentia. de
electio. quandoq; importat ius commune. 33. q. 2. c. interfecto-
res. aliquando ponitur pro vacare, ideſt operam dare, iuxta il-
lud, indulgere noli gulæ, quæ ventris amica eſt. quandoq; po-
nitur pro permittere, iuxta illud, indulget fortuna malis, vt læ-
117 dere poſſint. † Tamen quantum ad propoſitum, ſumitur indul
gentia, quando fit remiſſio pęnæ temporalis a prælatis poteſta
tem habentibus ſubditis ſuis communicantibus theſaurum ec
118 cleſiæ. † & iſta ſic diffinitur, ſecundnm Ioan. Calde. quòd indul
gentia eſt remiſſio pęnæ temporalis, debitæ pro peccatis actua
libus pœnitentium, non remiſſæ in abſolutione ſacramentali
facta a prælato eccleſiæ rationabiliter, & ex cauſa rationabili, ꝑ
119 recompenſationem de pœna indebita iuſtorum. † Sed profe-
ctò tex. qui dixit in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur ꝙ omnis dif-
finitio in iure periculoſa eſt, verum dixit, quoniam poſitũ eſt
vt ſubuerti non poſſit, quoniam diffinitiones regulã faciunt,
& patiuntur exceptionem, a quibus regulis ſi aliqua detrahun-
120 tur, falſificatur diffinitio, vt in noſtro caſu: † nã diffinitio de-
bet ponere ſubſtantialia rei definitę & per hoc continere ge-
nus, ſub quo eſt res diffinita. Item debet continere differentias
vt per ipſam appareat, quid differt res diffinita ab eis ſpeciebus
contentis ſub eodem genere. Sed hic non ponitur differentia
inter indulgentiam diffinitam, & alias remiſſiones pęnarũ tẽ-
121 poralium † vnde ſi contingeret, ꝙ Papa, qui eſt ſummus Pon-
tifex, vel ſummus prælatorum, vel alius prę̃latus poteſtatẽ hñs
reſtituere

Source : BIU Cujas

reſtituere aliquem deportatum,vel aliàs damnatum,iuxta no. in l.fi.C.de ſenten.paſ.& hanc reſtitutionem faceret pœniten-
ti,& ex cauſa rationabili,& ob paſſionem Chriſti, ꝙ talis eſſet
122 indulgentia illa,de qua diffinitum eſt,† quia cui conuenit diffi nitio,etiam diffinitum conuenit.l.1.§.1.ff.de dolo.& in d.l.om nis diffinitio.de reg.iur.ſed in iſta indulgentia, de qua dixi,cõueniunt omnia in diffinitione dicta,quia iſta eſt remiſſio pœnæ temporalis,debitæ pro peccato actuali ipſius reſtituti pœniten tis, & iſta non eſt remiſſa in abſolutione ſacramentali facta a prælato eccleſiæ rationabiliter, & ex cauſa rationabili, & quũ ſit facta ob paſſionẽ Chriſti, eſt facta ex cauſa recompenſationis pœnæ indebitæ iuſtorum. Sed certè Ioannes Calderi.diffi-
123 niens non intellexit de iſta indulgentia iſtius pœnæ,† ſed loqui tur de indulgentia pœnæ, quã Deus infligit pro peccato actuali,& quam pœnam peccator incurrit poſt remiſſionem pœnæ æternæ quam ſubire debet in purgatorio.de pœniten.diſtin.1. ſi peccatum.& c.multiplex.25.diſtinc.qualis.23.q.2.impuniti. 16.q.1.c.1.Notatur in hoc c.quod autem & ſupra de rapto.cap. quod autem.Cum ergo diffinitio Ioan.Calder. non ponat differentiam inter iſtas remiſſiones, quæ fiunt in integrum reſtituendo,& remiſſionem pœnæ,quæ fit de pœna,quam ſubire debuiſſet quis in purgatorio,non eſt bona diffinitio, quia nõ totaliter differentiam ſpecierum exiſtentium ſub genere remiſ-
124 ſionis pet viam indulgentiæ complectitur.† Præterea dum dicit,ꝙ eſt remiſſio pœnæ,videtur intelligere,ꝙ tota pœna remit tatur, vt notat gl.in c.cum pro cauſa.de ſenten.excommunic. circa medium ſecundæ gl.magnæ ibi,ſed indeterminata abſolutio,& probat tex.in l.fi.verſic.idcoque tantum.C.de ſenten. paſ.probatur in l.pluribus.ff.de acceptil.& in l.maritus.C.de ꝓcurat.Sed iſtud videtur falſum, quia non ſemper indulgentia totam pœnam aufert,ſed aliquando datur annus indulgentiæ, aliquando 40.dies, in c.cum ex eo, in fin.de pœniten.& remiſ.
125 † Item quia pœnę remiſſio nunquàm fit in totum per ſuffragia indulgentiarum niſi expreſsè dicatur in ea, vt not.in c.cũ Marthæ.de celebra.Miſſa.& in vltima glo.& infra dicam.Itẽ multa ſuperflua verba ſunt in iſta diffinitione:nam dum dicit pœnæ temporalis,illud verbum temporalis,eſt ſuperfluum:ſufficit.n. dicere,eſt remiſſio pœnæ.& ſi dicitur temporalis,dicitur reſpectu,ad differentiam pœnæ æternæ,dico ꝙ eſt ſuperfluum:nam quum dicit in diffinitione pro peccatis pœnitentium,tunc ex eo quia quis eſt pœnitens, & ſic eſt contritus,eſt facta remiſſio pœnæ æternæ,& culpæ per Deum, mediante contritione:nam Deus eſt,qui remittit peccatum pœnæ æternæ,id eſt culpę,agen
126 do,vel tanquam agens,† & conſtitutio eſt cauſa materialis remiſſionis culpæ,& pœnæ æternæ,in qua materia agit Deus,iſtã remittendo.ita dicit beatus Thomas in 4.ſentent.dum tractat
127 de pœnitentijs.† Iſto modo debent intelligi iura,de pœnit.diſtin.1.& quod ibi notat gl.in ſumma.& in c.hoc idem.& c.verbum.& diſtinc.4.c.nemo tollit peccatum.& glo.in c.ſuper eo.
128 de rapto.& quod not.gl.hic.† Item quandoq; Papa ſolus facit plenam remiſſionem,quæ eſt remiſſio pœnæ, & culpæ,vt not. gl.in clemen.2.de pœnit.in gl.quæ dicit iſta eſt illa.& hanc cõ ceſſit Papa tranſeũtibus in ſubſidium Terrę ſanctę, de qua per Ioan.Andre.in c.ad deliberandum.de iudæ.Et eſt illa, quæ datur in anno centenario iubilei, vt in extrauaganti Bonifac.8.q̃ incipit,hanc antiquorum.Nec eſt verum, ꝙ quidam dicunt,ꝙ ſit quædam abuſio,etiam ſi Papa diceret, abſoluo te a culpa,&
129 pœna,† quia nec Papa,nec creatura aliqua poteſt abſoluere a culpa, quia iſta contrahitur ex inimicitia, & dolo per peccatũ generata inter Deum,& hominem peccatorem,ex quo maculatur anima,& quia non ex operibus iuſtitiæ,ſed per ſolam gra
130 tiam iuſtificamur.† Ex odio igitur, & offenſa Dei ſtatim peccando damnamur,& pœnam æternam meremur, quam homo ſtatim euitat, quum per præuenientem gratiã Spirituſancti agentem,deletur peccatum in homine contrito,& patien-
131 te diſpoſito, vt ſupra dixi.† Vnde ſtatim homine contrito,a Deo remittitur culpa,& pœna æterna,ſed remanet temporalis, quam ſi non ſubit in hoc mundo,ſubit in purgatorio.de pœnit.
132 diſt.1.qualis.cum ſim.† vnde non videntur prælati habere poteſtatem,niſi in pœna temporali,non in culpa,vel pœna ęterna. Sed iſti ſic dicentes, ꝙ abuſiua foret abſolutio Papæ abſoluen-
133 tis a pœna & culpa,malè dicunt:† vnde eſt attendendum,ꝙ eccleſia,vel Papa,aut prælati,ſiue miniſtri eccleſiæ nullum peccatorem ligant,vel abſoluunt a culpa & pœna eterna, ſed ſolum in eccleſia militanti pronuntiant peccatorem in cęlo,& ſic in
134 eccleſia triumphante ligatum,vel abſolutum.† Et ita intelligitur illud c.24.q.1.quodcunq; ligaueris.quamuis text.ibi dicat,
135 quodcunq; ligaueris ſuper terram, &c.† Et ideo qñ aliquis nõ contritus abſoluitur ab eccleſia,abſolutus nõ eſt quo ad Deũ, vt no.de ſent.excom.a nobis.2.& no.in c.veniens.in fi.de teſti. no.Io.And.in d.c.ad liberandum.de iudę.in verbo,corde contriti.in nouella.ſic eſt in iſta indulgentia culpæ,& pœnæ,qa Papa in ea pronuntiat,ꝙ ille,cui iniuncta eſt, propter conſequutionem talis veniæ,& indulgentiæ,ſit abſolutus a culpa, & pœna a culpa æterna pronuntiatiatiuè,& a pœna temporali con-
136 ceſſiuè.† Et poteſt eſſe magni effectus, quia ſi aliquis adimpleuiſſet illa,propter quæ indulgentia talis data fuiſſet, ille talis iudicandus eſſet abſolutus a culpa.Et ideo ſi non apparet de alia contritione, vel confeſſione,dẽt præſumi abſolutus a pœna,& culpa æterna.d.c.a nobis.2.de ſen.excom.& debet pro ipſo orari,vt nec dicatur in mortali deceſſiſſe, iuxta no.in c.quod inci-
137 pit,tertio de celeb.Miſſa.† Itẽ ſi fuiſſet excõicatus,& eſſet mortuus,nec appareret de aliqua abſolutione, niſi ꝙ poſt excõicationem adimpleuit illa,ꝓ quæ indulgentia conceſſa fuit, præſumeretur fuiſſe pœnitens, & poſt mortem deberet abſolui in d.c.a nobis.vnde nõ eſt ita abuſiua iſta abſolutio,vt dicunt aliqui,quia eccleſia,& Papa illam non faceret:ſicut non eſſet abu
138 ſiua abſolutio, & ligatio, quam faciunt miniſtri eccleſiæ. † Itẽ illud verbum actualibus,quod ſubditur in diffinitione Io.Calde.quod verbum dicunt poni ad differentiam pœnæ, quæ infli-
139 gitur pro peccato originali.† quæ pœna non remittitur per indulgentiam,quia illa pœna eſt æterna.de conſec.diſt.4.firmiſſimè. Iſtud verbum actualibus, eſt ſuperfluum: quia cum dicat in diffinitione Io.Cald.pœnitentium,& non remiſſæ in abſolutione ſacramentali,non poterat loqui diffinitio,niſi de pecca-
140 to actuali,† quia nõ poterat eſſe ſacrm pœnitentiæ,niſi præceſſiſſet ſacrm baptiſmatis, quod eſt ianua omnium ſacramentorum.23.diſt.§.verum.& de presby.non bapti.c.2.& c.veniens. vnde non erat opus dicere pro peccato actuali,cum de alio in
141 iſta diffinitione non poterat intelligi.† Item dum dicit,nõ remiſſæ in abſolutione ſacramentali,hic deficit diffinitio,qa idẽ eſſet ſi eſſet remiſſa per ſatisfactionem,puta per orationẽ, vel dationem eleemoſinarum multarum, & ieiuniorum obſeruationem.de pœnit.diſt.1.quamobrem.vel qa pœnam illam in ꝑſonam ſuam ſuſtinuiſſet,vt in latrone, qui fuit cum Chriſto in Cruce.de pœn.c.quærat.diſt.3.ibi,luet peccata,qui pro eis pœnam temporalem patitur,quamuis nõ fuiſſet remiſſa in ſacro
142 pœnitentiæ.de pœn.diſt.j c.nullus.& c.quod quidam.† Itẽ dum dr in diffinitione facta a prælato, non eſt completa diffinitio, qa debuit dicere ſuos ſubditos.nam prælatus qui habet poteſtatem concedi indulgentias, illas non poteſt conferre niſi in proprijs ſubditis,vt in hoc c.Ex iſtis ergo patet,ꝙ diffinitio Io.
143 Calde.non eſt tuta.† Quare ego ſic diffinirem,ꝙ iſta indulgentia,de qua loquimur,eſt communicatio theſauri ex aliqua cauſa rationabili,quam facit ille,qui retinet claues eius verè pœnitentibus ſibi ſubditis, & per quam conſequuntur remiſſionẽ vel dierum in pœnitentia eius iniunctorum, vel pœnæ in ſacro pœnitentiæ non remiſſæ, vel aliter nõ ſatisfactæ pro peccatis a Deo infligendæ,quantum ſonant indulgentiæ verba,& cõcedentis ptãs põt,vel illis,qui aliter ſatisfeciſſent augmentũ gloriæ præſtat.Dixi ego ꝙ eſt cõicatio theſauri eccleſiæ,nã ꝑ hunc theſaurũ, qui eſt in ſcrinio eccleſiæ reconditus,quod eſt Chriſti mors,& paſſio,& merita Sanctorum eius,remittunt dies pœnitentiæ iniunctæ,quantum verba ſonant indulgentiæ,& peccata penitus ſine alia ſatisfactione.j.eo.cum ex eo quę peccata
144 non deberent alias remanere impunita,† quia quo ad Deum, nullum malum impunitum debet eſſe,etiam ſi ſit veniale.25. diſt.ita.& nullum debet eſſe bonum irremuneratum.de pœni.
145 diſt.2.§.illud.& c.peccatum.† Sed mors Chriſti,& eius effuſio precioſiſſimi ſanguinis,& etiam merita Sanctorum,peccatorũ noſtrorum pœnas purgant, & peccata remittunt.& iſto modo nõ remanet impunitum malum:quia,vt mors Chriſti,& merita Sanctorum,nõ ſint irremunerata,remittunt peccata noſtra, & pœna peccatorum,etiam ſi aliter peccator non puniatur, qa paſſio Chriſti pro eis intelligitur ſatisfeciſſe,& ſic Deus mediãte prælato eius miniſtro,iuſtè,& miſericorditer per indulgentias iſtas,peccata,& peccatorum pœnas remittit,ne eius paſſio irremunerata remaneat & merita Sanctorũ eius,quæ ſunt theſaurus eccleſiæ, qui communicatur per habentes claues illius,
146 & in ſubditos fit remiſſio pœnæ pœnitentibus.† Et ideo dixi cõmunicatur,quia nõ totus theſaurus exponitur pro remiſſione peccati,vel pœnæ peccatorum,quia ſola gutta ſanguinis Chriſti,eſt ſufficiẽs ad remiſſionẽ quorumcunq; peccatorũ.Et hoc eſt,ꝙ Chriſtus dixit ī ꝯſecratione Euchariſtiæ,vbi Matt.dicit, Hoc eſt corpus meum,quod ꝓ vobis tradetur in remiſſionem peccatorũ:& in conſecratione ſanguinis dixit, qui pro multis
147 effundetur in remiſſionẽ peccatorum.† Item dixi rõnabiliter, quia iſte theſaurus,eccleſiæ nõ debet diſpenſari ſine cauſa, qa tunc non valeret, ẽt quantũ ad illud, quod ſonarent verba indulgentiæ,immo in nihilũ valerent.de pœn.diſt.5.c.cõſideret. & diſt.6.c.1.ver.caueat.& 24.q.1.manet.& de voto.magnæ.no.
148 Ioan.Andr.in c.de multa.de pręb.† vbi vr velle, ꝙ ẽt qñ Papa diſpenſat ꝫ ius poſitiuũ requiratur cauſa,quamuis in c.ad monaſterium.de ſta.mo.Inn.velit,quem ſequitur ibi Io.And. † ꝙ
149 in diſpenſatione iuris poſitiui ſufficiat voluntas Papę pro rõne.quæ dicta ego concordaui alibi in q.an Papa diſpenſet ꝫ ſta
150 tum vniuerſalẽ eccleſiæ. † In propoſito tñ credo, ꝙ cauſa debet eſſe rationabilis,per tex.in c.cum ex eo.infra eo,vbi vult,ꝙ concedantur ex cauſa legitima, non aũt ſint indiſcretæ, & ſu-
151 perfluæ:† nã per indulgentias indiſcretas, & ſuperfluas,claues

eccleſiæ

152 ecclesiæ contemnuntur,& pœnitētiæ satisfactio enervatur.† Et an causa sit legitima,consideratur ex quatuor modis, ex qualitate negotij,personæ,loci,& temporis,vt not.Host.in c.magnę.
153 de voto.alleg.c.j.de transla.præla.concord.†Facit demum c.cu
154 ex eo.vbi probatur,ꝙ causa ltīma est subuenire pauperib.†Dixi vlterius in diffinitione, quam fecit ille q retinet claues eius,
155 & quis sit iste,dicam ꝯ.nam tex.in c.multiplex.dist.j.de pęn.† dicit,ꝙ Christus dedit hanc potestatē prælatis ecclesiæ: vnde Papa qui est supremus prælatorum,habens istas claues, & istā potestatem pœnitentiarum,& ideo concedit pœnitentiam culpę,
156 & pœnæ,vt no.in c.ad liberandum.de iudę.† Alij autem prelati sunt Episcopi, vt ꝯ.de excess. prælat.c.accedentib.vel alij inferiores,si haberent ex priuilegio,vel præsumptione,vt essent p̄sbyteri,tales habent claues dispensandi istum thesaurum, quadam potestate limitata à Papa,vt probatur in c.cum ex eo.ꝯ.eo.
157 in fi.quam limitationem potuit Papa facere,vt ꝯ.dicam.†Solus ergo Papa potest facere illam plenam culpę,& pœnæ remissionem,vt no.glo.in cle.2.de pœn. & remis.in gl.in verbo à pęna,
158 & culpa.†Item dixi verè pœnitentibus sibi subditis, quia oportet ꝙ non solum habeant contritionem,& sic sint pœnitentes, sed oportet ēt,ꝙ ore cōfiteantur peccata sacerdoti. Et ideo Papa in plena indulgentia,quam fecit transeuntibus in subsidium Terræ sanctæ,dixit de quibus fuerint veraciter corde cōtriti, & ore confessi.& ideo differt diffinitio Io.Calde.quia non sufficit
159 dicere pœnitentibus.si non dicitur etiam verè confessis.†vnde oportet ꝙ ad hoc,vt consequantur indulgentiam, prius adimpleuerint illa,propter quæ prælatus indulgētiam indulsit,& sic oportet ꝙ sint tres gradus pœnitentiæ. Primus, vera cordis cōtritio.Secundus,vera oris confessio. Tertius, operis satisfactio. de pœnit.distin.j conuertimini.vbi dicitur de contritione,quę debet præcedere.de pœn.dist.3.funditus.& c.sanè.in fi. & operis satisfactio.de pœn. dist.3.c. perfectam.sed operis satisfactio habetur,quī pœnitens perfecerit illa,quæ fuerūt mandata adimpleri,vt indulgentiam consequeretur, vnde nō sufficit dicere, prout dixit Io.Calde.pœnitentium,si non est verbum verè,vel
160 veraciter.†Item dixi subditis,quia non potest prælatus indulgē tiam dare,nisi subditis suis proprijs,vt in hoc c. Papa autem habet omnes sibi subditos, cum sit Episcopus vniuersalis orbis,
161 †demum dixi in diffinitione mea, per quam consequuntur remissionem,vt dicrum eis in pœnitentia iniunctorum,vel pęnę
162 in sacramento pœnitentiæ hon remissæ.†Et ideo dixi,vel dierum,quia duobus modis ista indulgentia conceditur. aliquando remittūtur dies in pœnitentia iniuncti, vt in indulgētia,quę cōceditur in anniuersario consecrationis ecclesiæ.& ista est indulgentia,non tamen illa remissio pœnæ, de qua loquitur Ioā. Cal.in sua diffinitione: quæ quamuis dicatur indulgentia, & ita eam Doct.appellent, in d.c.cum ex eo.tamen proprius dicitur
163 remissio.†sed indulgentia propriè sumpta,est illa,per quam fit remissio pœnæ à Deo in purgatorio infligendæ.vnde ex his pa-
164 tet, ꝙ diffinitio Cal.non fuit perfecta. † Item dixi in diffinitione,in sacramento pœnitentiæ nō remissæ: nam peccator,quī confitetur, potest in confessione tantam habere cōtritionem, ꝙ pœna temporalis in totum aboleretur, & sic ista pœna abolita,nō esset amplius necesse ꝙ remitteretur, quia priuatio prę-supponit habitum.l.nam & sub conditione.§.rumpendo.ff.de iniu.rup.irritoq; testa.& in c.ad dissoluendum. de despō. impu.
165 †& remissio præsupponit persistentiam eius, quod remittitur. 13.q.2.quod verè.& idem si esset remissa per satisfactionem iniunctam à sacerdote, vel aliàs etiam post pœnitentiam ex alijs suis bonis operationibus,eleemosinis, & orationibus, vel ieiunijs,vel per pœnam quam portasset in propria persona, illam in totum attenuasset,tunc indulgentiæ istis non essent necessarię
166 ad remissionem talis pœnæ iam deletæ.†Credo tamen ꝙ proficerent indulgentiæ istis,adimplentibus mandata in indulgentijs iniuncta,ad augmentum gloriæ, iuxta no.in c.3.de celebra.
167 mis.quod incipit,tertio loco.† Et ideo dixi in diffinitione, vel aliter non satisfactæ,& illis qui satisfecissent, augmentum gloriæ.& hoc fuit in diffinitione Io. Calde. omissum.non tamē est credendum,ꝙ istæ indulgentiæ magis prosint illis,qui negligētes fuerint satisfacere de peccatis,& illis non prodesse,qui dili-
168 gentes fuerint sasisfacere.† Item dixi, pro peccatis à Deo infligendæ,ad differentiam pœnæ,quam etiam Deus non pro peccatis,sed ex alia causa infligit,saltem permissiuè, vt in cęco na-
169 to,& in beato Paulo.de pœn.dist.3.productior.†Item pro pœna,quam passi fuerunt martyres indebitè, propter quam punit aliquem non culpabilem, vt in d.c. productior.& 7.q.j.cū percussio. sed istud debet intelligi temporaliter, non æternaliter, iuxta illud,patres comederunt vuās acerbas,& dentes filiorum
170 obtupescunt.†& ecclesia multotiens,& ius ciuile,punit aliquē insontem temporaliter pro peccato alterius, vt patet in c. j. de scisma.in 6.& in l. quisquis. ad l. Iul.maie. no. etiam 22. distin.
171 renouantes. † Aeternaliter autem Deus, vel ecclesia nō punit aliquem,nisi proprium delinquentem. Ita intelligitur illud, filius non portabit iniquitatem patris, & anima quæ peccauerit,
172 ipsa morietur.† Item dixi,à Deo infligēdæ,quia Deus nō exigit statim pœnam à peccatore, quamuis peccando, sit statim ligatus apud Deum,sed expectat,vtrum contritione,& satisfactione postea satisfecerit,quo casu Deus nullam pęnam infligit,sed
173 si nō satisfecerit in purgatorio,pœnam irrogat. † vnde impropriè posuit Ioā.Calde. verbum pœnæ debitæ,quod est quando debitum est per iudicem ab inuito exigibile, nam impropriè di
174 citur debitum,quod est sub conditione debitum,†sicut est ista pęna in purgatorio infligenda, quæ est conditionalis, si nō est remissa per satisfactionem,vel indulgentias,vt no.in l.debitor. de verbo.sig. & ideo ego nō dixi in diffinitione pœnæ debitæ,
175 sed dixi pœnæ à Deo infligendæ. † Item subiunxi, quātum sonant verba indulgētiæ, nam Papa (vt dixi) facit remissionem culpæ,& pœnæ quando vult,inferiores autem prælati, pro dedicatione ecclesiæ præstant solum vnum annum, & pro anniuersario consecrationis, solum dies 40.ꝯ.eod.c.cum ex eo.in fi. & ideo ego nō dixi absolutè in diffinitione,ꝙ indulgētia sit remissio pœnæ temporalis, vt dixit Ioā Calde.ego nō,sed dixi,ꝙ faciunt remissionem pœnæ,quātum verba sonant indulgētiæ,
176 vt si sit annus,sit annus;si quadraginta dies,illi sint.† Et est notā. ꝙ istæ remissiones,quæ fiunt in istis indulgentijs,tollūt in proportione,nō in quātitate,vt no.glo.in c.cum Marthæ.de celeb. missa.in fi.vlti.glo.quòd qualiter intelligatur, ibi no.Docto.& ibi Ioan And. ponit demonstrationem ad oculum, quia decima decem librarum,sunt 20. solidi. & sic remanent nouem libræ,& istarum librarum decima erit 18.solidi.& sic de singulis residuis,vsque ad finem.vnde per istas indulgentias, nunquam pœna in totum remittitur,ideo dixi, quantum sonāt verba in-
177 dulgentiæ. † Item dixi,& concedentis potestas, quia si inferiores prælati dicerent,& concedunt indulgētiam culpæ,& pęnæ, nihil faciunt,quia hanc solus Papa (vt dixi) potest concedere. Item si concederent vltra annum in cōsecratione ecclesiæ, nō valeret in eo,quod esset vltra, & ideo dixi, & cōcedentis potestas potest. & ex his constat, ꝙ mea diffinitio est probabilior,
178 quàm illa Cal.† Secundam quæstionem format in ista materia Ioan.Calde.& alij scriben. quæ, & quot requirantur, ad hoc vt valeat indulgētia. in qua qōne quidam Guliel. Altisidiorensis dixit sex requiri. Primò ptās ligandi, & soluendi. Secò necessitas loci,& necessitas pœnitentis,vt puta quia non pōt ieiunare, vel iniunctam pęnitentiam adimplere,seu facere. Tertiò deuotio fidei,quia credat, hanc potestatem esse penes concedētem, vel ecclesiam. Quartò, status pœnitētiæ. scilicet quòd sit cōtritus. Quintò,eius discretio,quòd tantum det, pro quāto voluerit sustinere iniunctam pœnitētiam. Sextò eius extimatio,quasi non sit in arbitrium ipsius confitētis,vt tanta fiat recompensatio. Alij dicūt, quinque requiri. Primò, auctoritatem in cōficiente. Secundò,habilitatem in recipiente. Tertiò, pietatem in fine. Quartò, vtilitatem in opere. Quintò cōgruitatem, in tem-
179 pore.†Ioan.autem Cald.dixit,tantum tria sufficere, scilicet pietas in fi.propter quam dantur,hoc est quòd opus sit pium,puta manus adiutrices conferre,ad constructionem ecclesiæ,vel pō tis.potest etiam esse ipsa pietas, quando aliquando fit propter Dei reuerentiam, vel ecclesiæ eius, quæ est corpus mysticum
180 Christi.3.q.4.exigēdam.† posset etiam extendi ista pietas, quādo concederentur istæ indulgentiæ danti eleemosinam pauperi catholico.86. distinctio. non satis.quia ad hanc, pietatem tenetur alter alteri.5.q.5.non omnis. & c. non osculatur. & 86.di-
181 stinct.pasce.† Secundum quod requiritur,est charitas operans in eo,cui dantur istæ indulgentiæ, & ista includit tam habilitatem eius,qui vult eam recipere indulgentiam,quàm eius rei,p-
182 pter quam dantur.†vnde oportet,ꝙ recipiens indulgentiam,si vult gaudere illa, ꝙ sit in charitate, aliàs non posset eam habere.24.q.j.legatur.de pœniten.distinct.2.charitas est.tamen mihi
183 videtur,†& est aduertendum, quòd licet aliquæ indulgētiæ requirant laborem,vt puta visitandi limina Petri,& Pauli.alię requirāt ieiunia,aliæ expensas ad aliquod opus pium, & aliæ orationes,& similia: ista tamen omnia debent fieri cum charitate. Tertium,quod requiritur, est potestas, & auctoritas in concedente.hæc dicit Io.Calde.Sed ego miror de istis Docto. quia illa,quæ requiruntur in concessione istarum indulgentiarum,satis colligi possunt ex his, quæ dixi in expositione meæ diffini-
184 tionis. † Tamen vt satisfaciam audientibus, ego dico, quòd in ista concessione indulgentiarum, quatuor principaliter requiruntur,non autem tria,aut quinque,vel sex, vt dixerūt alij præ-
185 dicti, † quia in compositione cuiuslibet entis compositi, quatuor principaliter requiruntur,secūdum Philosophum 2.Physicorum. Primò,debitum agens. Secundò materia,siue dispositum patiens, quia actus actiuorum, secundum Philosophum, est in patiente dispositio. Tertiò requiritur debita forma. Quar-
186 tò,ꝙ fiat ad certum debitum finem.†Modò ad propositum, si quærimus de agente, aut quærimus de illa plena indulgentia, quæ conceditur plenè,scilicet culpæ,& pœnę, de qua in c.ad liberandum.de iudę.& nota.in clemen.j. de pœn. & remis.istam facit solus Papa, quia solus est hoc agens, & sic etiam remittit pœnam æternam,agendo, & remittendo in homine verè contrito,secundum quod ꝯ.dixi,quia homo est materia,siue patiēs dispositum,

diſpoſitum,vt dixi ſ. in diffinitione, & ſolus Papa hāc facit de-
187 claratiuè,quam poteſtatem nullus habet,niſi ipſe Papa.† Et idē de remiſſione pœnæ abſolutè,& in totum,nam iſtam nō facit, niſi ſolus Papa : nam alij inferiores habent poteſtatem limita-
188 tam.ſ.eod.cum ex eo.in fi.† In alijs verò indulgentijs, agentes ſunt prælati,& habentes claues theſauri eccleſiæ,nam ipſi agūt, & ipſas indulgentias præſtant,ſecundum poteſtatem eorum limitatam à Papa.Secundò diſponunt,vel agunt demum in ſubditos,ipſi indulgentias cōcedenti ſuppoſitos, vt in hoc c.quod autem.& hoc quando ipſi ſubditi ſunt verè pœnitentes, nō dico ſimpliciter contritos,vt iſti dicunt, ſed debent eſſe verè pœnitentes,vt præcedat cordis contritio,& ſequatur oris cōfeſſio, & poſtremò tertius gradus pœnitētiæ, ſcilicet operis ſatisfactio. Sed pro iſta ſatisfactione, & eius loco poſſunt ſuccedere huiuſmodi indulgentiæ. Et ex iſtis eſt ſatisfactum ſecundo, & tertio requiſitis,ſecundum Io.Calde.quia ex quo peccator eſt verè pœnitens,quum in eo recipiente eſt habilitas, & in eo eſt charitas. Item eſt ſatisfactum tertio requiſito per eum, quia eſt auctoritas in conferente. Item eſt ſatisfactum aliquibus quæſitis p Gulielmum Altidiorenſem,videlicet circa poteſtatem ligandi, & ſoluendi.Item eius,& tertiò,deuotio fidei,qui credat eius poteſtatem eſſe penes cōcedentem, vel eccleſiam. Item quartò eius requiſito,ſcilicet ꝙ ſit cōtritus.Sed ego dico verè pœnitēs. Item eſt ſatisfactum duobus quæſitis per illos, qui dicunt, quinq; requiri, & non dicunt requiri auctoritatem in concedente, & in
189 iſtis bene dicunt oēs. † Tertiò ego dixi, ꝙ requiritur forma. In hoc eſt aduertendum, quia aliquando conceditur indulgentia abſolutè,ſicut fuit illa, quam fecit Chriſtus, quum dixit, remittuntur tibi peccata tua. Quo caſu intelligitur abſolutus à pœna, & culpa,& iſtam facit ſolus Papa,& ea forma,quam ſ.retuli alio modo,ſub determinatione certi temporis,puta vnius anni, vt faciunt Epiſcopi in dedicatione alicuius eccleſiæ.ſ. eo.cum ex eo.vel aliquando plurium annorum,vt facit quandoque Papa, vt d.c.cum ex eo.in fi.& tunc forma in Papa eſt, quātum verba ſonāt.& intelligitur concedere indulgentias remiſſionis pœnę temporalis non ſatisfactæ in ſacramento pœnitentiali, ſicut di-
190 xi in diffinitione,& iſtam intelligo in dubio eſſe cōceſſam,† & iſtam etiam faciunt quandoque inferiores prælati, ſecundum poteſtatem quam habent limitatam à Papa, qui in dedicatio-
191 ne præſtant annum,vt d.c.cum ex eo. † Aliquando eſt alia forma,quia conceduntur fortè indulgentiæ 40.dierum, & iſtæ cōceduntur in anniuerſario dedicationis eccleſiæ, vt d.c. cum ex
192 eo.† Et iſta conceſſio indulgētiæ poteſt habere aliam formam apud Deum,quia dantur 40.dies de iniuncta pœnitentia.& iſta non ſe extendit ad pœnam purgatorij,ſed ſolum extenuat pœnitentiam iniunctam à ſacerdote, vt in tex.d.c. cum ex eo.in fi. ibi,in 40.dies de iniunctis pœnitentijs. Et in iſta licet requirantur illa tria ſupra dicta,videlicet agens,& patiens diſpoſitum, &
193 forma.† Sed an requirantur alia, videlicet neceſſitas loci, in quem pro conſequutione indulgentiæ aliqua pia opera irroganda ſunt, & an requiratur neceſſitas pœnitentis, vel debentis pœnitentiam agere, dico, quòd in indulgentijs, quæ conceduntur iuris communis auctoritate, vt in anno qui conceditur pro dedicatione eccleſię, in iſto non credo iſta requiri, ſed bene requiritur illud de deuotione fidei, quia hoc concluditur in ſecundo,videlicet in patiente diſpoſito,nam ſi careret
194 fide,careret etiam charitate,& iuſtitia, † quia vbi non eſt ſana fides,non poteſt eſſe iuſtitia, quia iuſtus ex fide viuit.27. q.j.vbi
195 ſana.de pœnit.diſtin.j.fit demum.& diſt.2 euidenter.† Illud autem quod dicunt, ꝙ detur tantum, pro quanto nolit expedire pœnitentiam,non procedit,præſertim in indulgentijs, quæ iu-
196 ris auctoritate conceduntur.† Et ſimiliter illud,quod dicūt de iuſta æſtimatione.Fateor tamen, ꝙ ſi iſtæ pœnitentiæ quærerētur commutari per viam diſpenſationis, tunc ego dicerem, vt dixi in tract.ieiuniorum, ꝙ iſtæ poſſunt commutari, etiam ſine alia cauſa dummō cōmutatio ſit vtilior, & Deo acceptabilior, & fiat cum auctoritate Epi, vt in c.j. de voto. & ſi ſubſiſteret cā legitima, vt infirmitatis, iſto caſu ſolus presbyter in foro pœnitentiali poſſet ad alium actum pœnitentię commutare,nō minus placibilem,vel acceptabilem Deo. Et qñ iſta ꝯmutarentur ex diſpenſatione,tunc poſſent ꝯſiderari illa,quę dixit Gul. Altiſiodoren.vt ſi vult, ꝙ cōmutetur pœnitentia, & vt deī certū qd loco pio, ꝙ tunc inſpiciatur loci neceſſitas. Itē pœnitentis qualitas,quia infirmus fortè non pōt ieiunare, vel pœnitentiā agere,& ꝙ tribuat tñ,pro quanto nolit ſuſtinere dictā pœnitentiā.
197 Iſta tñ ſunt in arbitrio diſpenſantis,& recipientis.† Quartò principaliter dixi, ꝙ debet inſpici finis,quare concedūtur indulgētiæ,vel vt exonerentur à pœnitētia iniuſta,vel remiſſione pœnæ tpalis.Et in iſto reſpicitur illud primum,quod dixit Ioā.Calde, pietas in finem,propter quem indulgentiæ conceduntur.
198 †Nunc tertiam quæſtionem attingamus, an iſta cōceſſio indulgentiarum ſit iuriſdictionis, & cuiuſmodi eſt iuriſdictionis, & an poſſit extra territorium concedentis exerceri in aliquos, vel operari? Ad primam quęſtionem, omiſſis dictis ſcribētium, qui confuſè multum ſcribunt,& miſcent multa diuerſa,quę ſeparatim tractanda ſunt,vt oſtēdam:ſcilicet,an ſit iuriſdictionis. videtur ꝙ non.ſed potius ꝙ ſit quoddam officium,ſiue quædā facultas, nam ſi eſſet iuriſdictionis imitaretur territoriū, & ipſi cohæreret territorio.l.ſi pupillus.§.territorium.ff.de verb. ſign. no.Bart.in l.fi.C.vbi & apud quos.ſed iſtud non eſt, ꝙ Papa cōcedendo alicui territorium, det facultatem indulgentiam cō-
199 cedendi,† vt ſunt Abbates,& Archidiaconi, qui habent quandoque territorium,vt not.in c.cum cōtingat.de fo.compe.iuncto c.accedentib.de exceſ.præla.vbi eſt tex. ꝙ abbates non cō-
200 cedunt iſtas indulgentias.†Sed veritas eſt in contrarium, nam oēs Doct.tenent, ꝙ eſt iuriſdictionis,per tex.huius c.& c.cum ex eo.ſ.eo.& tenet Io.And.& Hoſt.in c. accedentibus.de exceſ.
201 præla.†vbi ponit tex.de cognitione cauſarum matrimonialiū, ꝙ ſit iuriſdictionis epiſcopalis,& poſtea ſubdit de iſtis indulgētijs,vt ſint dignitatis epiſcopalis,& iuriſdictionis, vt conueniāt
202 illis,de quibus dixit de matrimonio.† Non obſt.cōtraria,quia licet contentioſa iuriſdictio cohæreat territorio, tamē illa quæ ſunt dignitatis epiſcopalis, non competunt cuilibet habēti territorium, ſi non eſt epiſcopus. Et ideo fit dubium, ſi competit epiſcopo confirmato non conſecrato, qui habet ſtatim iuriſdictionalia,vt not.de elect.tranſmiſſa. de qua quæſtione ſ.dicā.
203 †Sed præſuppoſito,prout eſt, ꝙ ſit iuriſdictionis,eſt videndum, an ſit iuriſdictionis contentioſæ,an voluntariæ. quidam ſcribē. videntur dicere, ꝙ ſit ſolum contentioſæ iuriſdictionis, mouētur per tex.huius c.ibi,dum dicit, ꝙ in dante indulgentias,oportet ꝙ det illis,quos poſſit abſoluere, & ligare, ſed actus ligandi eſt,qui confertur in inuitum,& in nolentem, quod habet locū
204 etiam in pœnitente,† quia pœnitentiam iniunctam à ſacerdote,pōt qui ipſam recipit,cogi inuitus adimplere. 6.diſt.5.palea, ſed penſandum.& 5.q.5.non omnis ergo iſta talia non ſunt vo-
205 luntariæ iuriſdictionis, † quia quæ redditur in inuitum,eſt cōtentioſa.l.inter ſtipulātem.§.j.de verb obli.l.fi.de iuriſdi.om.iu. l.j.ff.ſi quis iuſdi.non obtem.& ideo ſi iudex vellet cogere pœnitentem, ad ſuſcipiendam indulgentiam in locum remiſſionis dierum pœnitētiæ,vt dicitur in c.cum ex eo.in fi.ſ.eo. iſta eſſent
206 contentioſæ iuriſdictionis,†quia ligare,eſt contentioſæ iuriſdictionis:abſoluere,eſt voluntariæ,vt in c.canonica. de ſen.excō. & poſſet eſſe contentioſæ,qñ abſolueretur inuitus, ꝙ qñq; fieri
207 poteſt,vt not.in c.ab excommunicato.de rapto.† vbi dicitur, ꝙ poſſit inuitum cogere aliquem, vt abſoluatur ab excommuni-
208 catione,& ſi ſit quæſtio,ergo eſt iuriſdictionis contētioſę.†Sed quicquid iſti ſcriben.dicant, ego dico, ꝙ poteſt eſſe volūtariæ, & contentioſæ iuriſdictionis,nam velle dare indulgentias ſpōte recipientibus,& volentibus,tunc eſt voluntariæ iuriſdictio-
209 nis,†quia illa eſt iuriſdictio voluntaria, quæ tantum in volētes exercetur.l.2.ff.de offi.pcon.& leg.& ideo hoc tenet.j.glo.velle autem cogere inuitum ſuſcipere indulgentiam, eſt contētioſæ iuriſdictionis,quæ non exercetur extra territoriū.l.fi.ff.de offic. præfec.vrb & ſicut volens quandoque abſoluitur,ita & nolens quādoq; ligatur.& iſta faciunt ad illam q.de qua ſ.dixi, an poſſit exerceri extra territorium, & iſta quæſtio poteſt habere multa capita,quæ diſtinctè debent recitari,& non confuſè,vt multi faciunt.Et primum dubium,vel prima quæſtio eſt,an epiſcopus Paduanus exiſtens in ſua iuriſdictione Paduæ poſſit concedere iſtas indulgentias ſubditis ſuis exiſtētibus forſan extra territorium,& diœceſim Paduæ. Secundò ſi ipſe epiſcopus Paduanus exiſtens forſitan Taruiſij, poſſit concedere iſtas indulgentias ſubditis ſuis. Tertiò, quia iſtæ indulgentiæ conceduntur ad certum finem, vt conferatur eleemoſina ad conſtructionem pontis,vel eccleſiæ,vtrum epiſcopus Paduanus poſſit cōcedere iſtas indulgentias ſubditis ſuis,eleemoſinas cōferentibus ad cōſtructionem alicuius pōtis exiſtētis in diœceſi Taruiſina. Quartò, an ſi epiſcopus Paduanus haberet aliquam eccleſiam in ciuitate,vel diœceſi Taruiſina,in quam haberet ex priuilegio Papę omnem iuriſdictionem epiſcopalem,an poſſet cōcedere indulgentiam Paduanis, qui conferrent eleemoſinas ad cōſtructionem dictæ eccleſiæ,vel an veniret iſta eccleſia,ſi ſimpliciter cōcederet indulgentias conferentibus eleemoſinas alicui de ſuis eccleſijs,vel ſi epiſcopus Paduanus habeat in ſua diœceſi aliquā eccleſiam exemptam,an poſſit concedere indulgentias illi eccleſię eleemoſinā conferentibus. Et ad iſta debent ſingulariter
210 referri argumenta,quę per aliquos confuſiuè ſunt relata.† Ad primam qōnem, an poſſit concedere ſubditis ſuis abſentib. extra territorium huiuſmodi indulgentias,videtur, ꝙ nō,quia extra territorium iuſdicēti impunè non paretur. l. fi.ff.de iur.om.
211 iudi.l.2.de offi.preſi.† & quia ſtatutum generale epiſcopi ēt pœnitētiale,vt eſt qñ pro aliquo peccato per ſtatutum imponit pœnam aliquam,nam tunc nō ligat ſubditum ſuum extra territorium ꝯmittentem tale delictum,vt eſt tex.in c.vt animarum.de ꝯſt.lib.6.& nota,quia dico per ſtatutum generale, vt puta ſi excōicaret qui furtum fecerit,tunc nō ligat etiam ſubditum ſuū, furtum extra territorium facientem.& nota, quia dico ſtatutū non afficit excommunicatione extra territorium, nō dico de ſententia excommunicationis, vt aliqui ſcribentes hic dicunt,
212 & non bene,†nam excōicatus per ſentētiam, vbiq; eſt excommunicatus.

Source : BIU Cujas

municatus.4.q 5.quiſquis.quia iſtæ ſententiæ,quæ reſpiciunt diminutionem ſtatus,& infliguntur in animam,& in perſonam, ſicut eſt infamia, ſicut eſt excommunicatio, iſta proſequuntur perſonam,ſicut lepra leproſum, quocunque vadat. l. quis ergo caſus.ff.de peculio.& l.3.ff.pro ſo.& qđ ibi no. & ideo malè dicunt aliqui,quum dicunt,q̄ ſententia excommunicationis nō ligat extra territorium, & alleg.c.vt animarum ſup.alleg. quod loquitur de ſtatuto habente ſententiam annexam pro delicto
213 futuro committendo. † & q̄ non poſſit concedere indulgētias extra territorium,probatur in c.quod autem.nam dicit iſte tex. q̄ ille poteſt indulgentias concedere,qui poteſt abſoluere & ligare,ſed ſubditum proprium ratione originis tantum propriæ, vel originis paternæ, iudex non poteſt abſoluere, vel ligare in ſuo territorio non repertum,vt no.in c.fi.ſi de foro compe.no. Legiſtæ in l.aſſumpto.ff.ad munici. ergo ſimiliter nō poteſt eas
214 indulgentias concedere.† Item ille, qui non poteſt illud quod facilius eſt,non poteſt illud quod eſt grauius,& probatur in l.relegatorum.§.interdicere.ff.de inter.& rele.no.in l.qui indignus.
215 ff.de Senator.† Sed ſoluere, & ligare, eſt minus q̄ indulgentias concedere:ergo ſi non poteſt iudex extra territorium ligare,& ſoluere,ergo minus indulgentias concedere.& hoc vult, vt dixi demum, c.vt animarum. de conſtituti. & ita diſputando deter-
216 minauit Odof.vt refert Albe.de Gandi.in fi.ſui libelli.† & q̄ nō poſſit ſuum ſubditum abſentem ſua lege ligare, ꝓbari videtur, arguendo de contractibus ad delicta,quod fieri poteſt. l.tam ex contractibus.ff.de iudi.ſed ſi ſubditus contrahit, iudicatur ſm leges domicilii,ergo idem debet dici de delicto,vt puniarur ſm legem loci delicti,non domicilij,vt no.Inn.in rubr.de conſuet. & inf.dicam.ſi ergo non poſſet legibus domicilij ligari,nec abſolui alibi delinquens,ergo ſimiliter,nec indulgentiæ ſibi poſſunt
217 concedi,arg.iſtius.c.iuncto.c.vt animarum.de conſti. in 6.† In contrarium vī,quia ſubditum proprium, ratione domicilii, vī quis poſſe per ſententiam, legem, & ſtatutum municipale ligare,& ſoluere ſubditum ſuum, etiam de delicto alibi facto, text. eſt in l.fi.ff.de decre.ab ordi.fa. qui text. loquitur de municipali lege.de iure communi, non videtur dubium per l. mercatores. C.de commer.& mercato.& per l.2.C.de eunu. quæ iura, & le-
218 ges vñr aduerſari iſti c.vt animarum.de conſti.† & poſſit iudex domicilij conſtringere per ſententiam ſubditum proprium, ēt qui extra territorium deliquiſſet, etiam ſi in loco domicilij nō reperitur,vt eſt tex.in l.relegatorum.§.interdicere.ver.per cōtrarium.ff.de interdi.& rele.& no.glo.& Doc.in l.j.C. ubi dē crimi. agi opor.per Cano.in c.fin.de fo.compe.ex quibus vī q̄ ſubdito ſuo ratione domicilij,etiam exiſtenti extra territorium,eps poſſit indulgentias concedere, cum (vt dixi) poſſit eum abſoluere & ligare,ergo ut dixi poteſt ei indulgentias concedere, vt ī hoc
219 c.dico etiam per ſtatutum ſuum generale,† quia ſtatutū, & ſnīa ęquiparantur.l.ſeruus.ff.de manu.& eſt ratio, quia procedūt ab eadem poteſtate,vnde illud quod poteſt fieri per ſententiam,vī
220 poſſe fieri per ſtatutum. hoc etiam probatur,† quia ſi aliquis delinquit in eccleſia, quam conſtat non eſſe de iuriſdictione ſeculari,tñ poteſt a iudice ſeculari ſua lege puniri,ut C.de adult.auc.
221 ſi quis.probatur l.2.C.de ſum.Tri.† q̄ q̄ poſſit ligari per ſtatutū delinquens extra territorium,probatur 3.q.9. in c.decernimus. & 11.q.3.rurſus.igitur propter iſta doct ſenſiſſe videntur diuer-
222 ſa.† nam Cyn.diſputando determinauit, ſubditum ratione domicilii poſſe puniri,ſm leges proprij domicilii.rñdetque ad c.vt animarum.q̄ illud procedit a Canoniſtarum errore:vel dicit,q̄
223 illud eſt ſpeciale in ſententia excōicationis.† & iſtud vltimum, q̄ non poſſit excommunicari delinquens extra territorium,tenet Pau.de Eleaza.in cle.paſtoralia.de re iudi.aſſignat rationem, quia iſta ſententia ſtatim trahit ſecum exequutionem, in ca.paſtoralis.de appel.Sed ſicut iudex non poteſt eſſe, qui propriam ſnīam extra territorium protulit,ut in c.Romana.§. ꝯhentes.de fo.competen.in 6.ſic nec iſtam ſnīam proferre.Sed iſta opi. cōmuniter reprobatur per iura,& rationes.ſup.alleg. pro parte cō-
224 traria.† & ad iſtam rationem Pau.reſpōdetur,q̄ exequutio ſententiæ prohibetur in loco alterius, qa in territorio eſt defectus poteſtatis iudicis exequentis,quæ poteſtas hic non deficit, quia poteſt ligare ſubditum ſuum quocunque vadat, quia ſemper re
225 manet ſibi ſubditus. † Item prohibetur exequutio alia ratione, ne turbetur iudex rōne territorij in iuriſdictione ſua,ſed iſta ceſſant in ſententiis cenſuræ, quæ inuiſibiliter ligant animam, &
226 trahunt ſecum,ubique exequutionem,vt ſup.dixi.† & pro hoc facit,quia iudex excommunicat,& abſoluit ſubditum ſuū, vbicunque exiſtentem,quia talia non requirūt cauſæ cognitionē, ut no.in c.nouit.de offic.leg.patet in Paulo, qui excōicauit Corinthium,& ita tenet Ant.de But.in c.a nobis.j. de ſent. excom. & quando Pau. inducit unam rationem pro ſe, facit ꝯ ipſum,
227 nam ipſe tenet in d.clem.paſtoralis.de re iudi.† q̄ ſi eps excommunicat ſubditum ſuum extra territorium exiſtentem ex cā, propter quam ius cōe excōicationem imponit,q̄ talis excōicatio tenet,ex quo cenſetur appoſita de iure cōi,cui omnes ſubditi ſunt.de conſtit.c.j.ſed iſta ratio facit cōtra ipſum etiam in dubio,quando ſubditus excommunicatur a iudice ob cauſam, ꝓp quam non excommunicatur a iure cōi,quia exequutio, quæ fit iſtius ſententiæ,non fit a iudice,ſed fit a iure cōi, in c. paſtoralis. de appel.ergo fit ubicunque ꝯ quoſcunque,vnde nō debet dici
228 excommunicatus a iudice,ſed a iuris diſpoſitione,† ſicut dicimus in ſimili,q̄ eps communicādo cum excommunicato a ſe, & ſua ſententia,incurrit ſententiam excōicationis minoris, nō ex viribus ſuæ ſententiæ immediatè, ſed ex cauſa illa procedente,& iuris cōis diſpoſitione,vt no.Io.And.in mercurial. in regu.
229 cui licet.de regu.iu.in 6.† Quare Bar.in l.cunctos populos. C.de ſum.Trini.dixit,q̄ aut ſtatutum,vel lex expreſsè ligat ſubditum delinquentem,& exiſtentem extra territorium, & tunc poteſt tali ſtatuto ligari,per l.ſecundam.C.de eunu.& l fina.C.de decr. ab ordine facien.aut nō ligat propriè ſubditum exiſtentē extra territorium,ſed uel ſtatutum loquitur ſimpliciter,vel loquitur de ſubditis exiſtentibus in territorio, & tunc quo ad ſtatuta punitiua,vel pęnam imponentia, & litium deciſiua, non ligantur ſubditi extra territorium degētes, & ita loquitur c.vt animarū.
230 de conſtitu.† ſed quātum ad ſtatuta litium ordinatoria eſt ſubditus legibus,& ſtatuti ipſius loci,& domicilii, vel ubi iudicium agitatur.l.2.§.fi.ff.quemad.teſta.ape.& l.cum clericis. C. de epiſ.
231 & cle.& l.j.in prin.C.de cuſto.reo.† Iſta opi.dum dicitur, q̄ pōt ſtatuto ligari ſubditus extra territorium delinquens,qñ expreſſe lex,uel ſtatutum diſponit,hoc communiter reprobatur a modernis,quia concludit,q̄ ſubditus potius non ligetur ex voluntate,q̄ ex carentia poteſtatis,quod eſt contra text. d.c.ut animarum.quod dic ideo non valere,quia promulgantes talem legē,
232 carent poteſtate,† propter quam rationem fortè ipſe Barto.in l.relegatorum.§.interdicere.de interdi.& rele.ſoluit aliter iſtud ꝯrium,dicens,q̄ diſpoſitio legis, quæ fit in pœnam alicuius, nō
233 pōt directò egredi locum iuriſdictionis diſponentis.† Et ideo iudex licet releget aliquem a loco, non tñ poteſt illi aſſignare inſulam,quando eam nō habet ſub ſua iuriſdictione,qa aſſignare inſulam,& ibi relegare,eſt quem diſtringere ad faciendū, vel non faciendum aliquid extra limites propriæ iuriſdictionis, qđ
234 non licet.† Sed ſi non fit in pœnam illius ſubditi,ſed in odium illarum gentium,ad quas non vult ſubditum accedere, & tunc valet talis diſpoſitio,ita loquitur l.fi.C. de decret. & l.mercatores.C.de commerc. Iſta ſolutio poſſet tolerari ad iſta iura allega.ſed non ad l.2.C.de eunu.nec ad c.vt animarum, de conſtit. quia tex.in d l.2.vult q̄ non liceat alienare eunuchos,& loqtur indiſtinctè in quocunque loco, & tam in loco condentis legē, q̄ extra alia loca legem condenti non ſuppoſita. & c. vt animarum.indiſtinctè dicit,q̄ non licet excōicare ſubditum pro deli-
235 cto extra territorium commiſſo.† Quare Ant.de But.in c.a nobis.el j.de ſent.excom.poſuit aliam ſolutionem, & theoricam. dixit n.q̄ interdum ſtatutum, vel lex profert ſnīam contra delinquentem ſubditum,pro delicto commiſſo extra territorium ſtatuentis,& tunc non ligat ſubditum,& ita loquitur c.vt animarum.quod loqtur de delicto commiſſo affirmatiuè. ſed ſi vult imponere pœnam ex facto negatiuo,& tunc ſi illud factum negatiuum debet expediri ī limitibus alterius territorij, tūc dicit, q̄ etiam non ligat ſubditum ſuum:ſi verò quærit punire factum negatiuum,cuius ꝯrium factum affirmatiuum erat expediēdū in territorio ſtatuentis,tunc pōt ligare ſubditum,q̄uis actus ille negatiuus exerceatur extra territorium.& hoc per tex. in ca.ex tuæ. cum ibi no. de cleri. non reſiden.& eſt ratio in iſto vltimo
236 caſu. † quia cum factum negatiuum non habeat terminos naturales,vt l.actor.C.de prob.no.in c.bonæ.de elec.tunc iſtud delictum negatiuum reputatur factum in loco illo, vbi ꝯrium factum affirmatiuum erat expediendum,& iſtud fuit ſingulare dictum Bart.in l.libellorum de accuſ.arg.l.deſertorē.§.qui ſtatio-
237 nis.ff.de re mil.† vbi eſt tex.q̄ miles dī deliquiſſe in loco,vbi debuit militare,etiam ſi alibi negligē tiam commiſit. & ideo dixit
238 ibidem,in l.libellorum.† q̄ ſi ſtatutum punit ſubditos villarū,q̄ non denunciant maleficia,q̄ debet poni ille loeus,in quo fiēda erat relatio maleficij,quia ibi delictum dicitur eſſe commiſſum. & iſtud dictum refert,& tenet Io.de Fa.2. q.8. libellorū. Et iſtud demum eſt verum in illo iudice,qui poteſt extra territorium citare,vt iudex domicilij,ut no.in d.c.Romana.§. cōtrahentes.de for.compet.& fuit dictum originale Dyn. Sed iſta theorica Domini mei,licet ſit vera in iſto caſu,non eſt uera in alio, quando delictum eſt negatiuum, cuius contrarium eſt expediēdū extra limites territorij iudicis domicilii uolentis punire, ut non poſſit ipſum punire, vt dicit text.in dic.cap.a nobis.j.de ſenten. excommu quia iſtud ſecundum dictum, eſt contra text. l.ſecunda.C.de eunu.vbi punitur alienans eunuchos, etiam ſi alienet apud barbaros non ſubditos Romano imperio, & tamen ſiue dicas iſtud delictum negatiuum,q̄ cōtrarium affirmatiuum debuiſſet expediri in territorio ipſius ſtatuentis. Item eſt contra tex.in d.l.mercatores.C.de commer. qua re in iſta quæſt.eſt mul
239 tum dubitandum. † Ego tamen ita dicerem, quòd interdū lex, vel ſtatutum,delictum,quod erat punibile in loco domicilij, & ēt punibile in loco delicti,& tunc lex domicilij imponēs pœnā tali delicto extra territoriū cōmiſſo non valet, & ita loquitur c.
240 vt animarū.de ꝯſtitutio.& eſt duplex ratio. † primò, qa princi-

Source : BIU Cujas

paliter punire,& pœnam inferre pro maleficio extra territoriũ commiſſo,pertinet ad iudicem commiſſi maleficij, & ideo licet lex domicilij poſſit punire,& pœnam inferre,pro maleficio extra territorium commiſſo ſubdito,ratione maleficij, uel domicilij,etiam ſi in ſuo territorio non reperiatur,& iudex etiam delicti commiſſi poſſit eum punire in ſuo territorio repertum, vel iam citatione præuentum,vt no.in l.relegatorum.§.interdicere.ver.per contrarium.ff.de interd.& rele.& no.in l.j. C.vbi de
241 cri.agi opor.& Can.no.in c.fi.de fo.compe. † tñ ſi iudex delicti requirat iudicem domicilij, vt malefactorem ad ipſum remittat puniendum,ipſi facienda eſt remiſſio,vt in Auth.vt nulli iudi.§.ſi quis verò comprẽhenſorum.vnde ſumpta eſt auc. ſi verò criminis commiſſi.C.de adult.no.in l.j.C. vbi de cri.agi opor. &
242 d.c.fin.de fo.compe. † ſed ſi iam eſſet punitus lege domicilij nõ
243 deberet iterum puniri a iudice delicti.l.Senatus. ff.de accu. † Secunda ratio eſt,& fortior,quia delinquens debet puniri legibus commiſſi maleficij,& non legibus domicilij, ita vult Inn. ĩ rub. de conſue.& eſt tex.in l.facculatij.§.ſunt quidam. ff. de extraor. cri.& ibi Bar.& de noxa.l.j.& auc.qua in prouincia.C.vbi de cri.
244 agi opor.& iſta eſt ratio c.vt animarum.†quia diſpoſitio,quę fit in pœna alicuius,non egreditur territorium diſponentis.l.relegatorum.§ interdicere.de interdi.& rele.no.Dyn. in l.ſi cui.§.fi. de accu.& in l.j.quæ ſit lon.conſue.in j.q.Bart.in l.j.de ſum.Trin. in 9.q.quod intelligunt aliqui verum,quando iudex delicti põt imponere illã.& ideo ſi eſſet epſ,vel clericus iudex, qui nõ poſſet imponere pœna mortis,tunc imponeret aliam pœnam, ita
245 dicunt q̃ põt intelligi tex.cõiuncta gl.23.q.8.ſepe.† Ego autem aliter dico,q̃ ſi iudex delicti non poteſt imponere pœnã, fortè quia illud quod eſt delictum in loco domicilij, in loco cõmiſſi delicti non eſt delictum,vt qñ lex domicilij pro bono pacis,vel ciuitatis propriæ,prohibet ciues,ne faciant nundinas, vel vt nõ ꝺ̃hant in certis locis,vel ꝺ̃hant,& tunc talis conſtitutio valet,& punitur ſolum a iudice domicilij,iſte eſt tex.in d.l.fi.de decre.ab ord.facien.& d.l.mercatores.de commer. & merca. & maximè ſi delictum negatiuum erat de eo,cuius ꝺ̃rium affirmatiuũ erat expediẽdum in loco domicilij,per ea,quæ no.in c.ex tuæ.de cle.
246 non reſi. † ſed ſi delictum committitur negatiuè,nec eius contrarium affirmatiuum erat expediendum in loco domicilij,tũc Do.meus Anto.de But.dixit in d.c.a nobis.de ſen.excom.q̃ nõ poteſt puniri legibus domicilij, per d.ca.vt animarum.ſed iſtud
247 (vt dixi) vr̃ contra tex.l.2.C.de eunu.† vnde ego dicerem, q̃ qñ lex domicilij tacit illud eſſe delictum extra territorium cõmiſſum,quod non eſt:vel erat in loco maleficij,vt quia factum pro bono domicilij,vt facere nundinas in locis non ſubditis,vel negociari in locis nõ ſubditis,& fit pro bono ciuitatis,uel loci domicilij,& in odium illorum,in quorum territorijs iſta fiunt,& tunc cum iſtud ſit delictum in loco domicilii, non in loco delicti,certè poteſt puniri legibus domicilij,ita loquuntur l.fi.de decre.ab ord.faci.& l.mercatores.ſup.alleg. Dico etiam ſi tale maleficium negatiuè prohibitum,cuius contrarium affirmatiuum non erat in loco domicilij expediendum,ut eſt text. d.l.2. C. de eunu.nam nõ licet vendere eunuchos barbaris,& minus in Romano imperio,& ideo Dominus meus non dixit abſolutè ve-
248 rum.† vnde ego concludo,q̃ ſi delictum eſt pariter punibile in loco commiſſi delicti,& in loco domicilij, tunc non poſſit puniri in loco domicilij,ut in d.c.vt animarum.ſed ſi delictum nõ erat punibile in loco commiſſi maleficii, ſed ſolum erat puniẽdum in loco domicilii,tunc lex domicilii poteſt ſubditos delin-
249 quentes extra territoriũ ſua lege ligare.d.l.2.C.de eunu.† Sed ſi eſſet punibile,& in loco domicilij,& in loco delicti,ſed magis in vno,q̃ in alio,tunc nihilominus debet puniri legibus delicti,&
250 nõ valet lex domicilij,per dicta iura,† & ſi ſemel punitus eſt legibus delicti,nõ poterit, nec debebit amplius puniri lege domicilii,etiam ſi in illis eſſet alia maior pœna,per no.in l.Senatus.ff.
251 de accu.& ff.nau.caup.ſtab.l.licet.§.j.† Ad propoſitam q an eps poſſit indulgentias concedere proprio ſubdito extra territoriũ ſuum,& diœceſani exiſtenti, dico, q̃ eſt differentia inter ſubditos,nam aliqui ſunt ſubditi hmõi,ratione originis propriæ, uel paternæ, vel fortè auitæ, qñ fuiſſet conceptus in vita aui,iuxta no.in l.aſſumptio.§.filius.ff. ad munici. Vel ſi fortè eſſet ciuis ex priuilegio,uel alias ſubditus præterquàm ratione domicilij, tũc iſtæ indulgentiæ non comprehenderent tales, extra iuriſdictio-
252 nem concedentis exiſtẽtes.ratio, † quia non reperti in proprio tali territorio,nõ poſſunt ab epiſcopo abſolui,vel ligari,vt not. in c.fi de fo.compe.ergo nec eis indulgentiæ concedi, per text. iſtius c,fateor tamen. q̃ ſi uenirent ad diœceſim concedentis, q̃
253 tunc tales indulgentiæ poſſent eis prodeſſe.† Si verò loquimur de ſubdito ratione domicilij, & tunc licet iſte legibus domicilii diſponentibus de punitione delicti extra territorium commiſſi non ligetur regulariter,niſi ut ſupra dixi,quia tamen poteſt a iudice domicilii puniri & ligari, & de delicto extra territorium commiſſo,quando non punitur a iudice delicti, etiam ſi nõ ſit in territorio domicilii repertus,vt no. in c.fin.de fo. comp.& l.j. & auc.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi opor.& poteſt extra territorium citari a iudice domicilii, vt in c.Romana.§. contrahẽtes.de fo.compe.vt puniantur ſaltem a iudice domicilij legibus loci,commiſſi maleficii,dico, q̃ ipſis poſſunt ſimiliter indulgẽtiæ concedi,per prædicta iura,& in hoc c. & ſic eſt expeditũ primum membrum,an iudex domicilij poſſit concedere indulgẽtias ſubditis ſuis exiſtentibus extra territorium,qñ iudex ipſe eſt
254 in metis ſui territorii, & ſuæ iuriſdictionis. † Reſtat modò uidere,ſi eps Paduanus exiſtens Taruiſij poteſt ſuis ſubditis Paduanis indulgentias concedere? & in iſta q. breuiter me expedio, & dico,q̃ ſi vult concedere indulgentias,prout ſua cõceſſio eſt iuriſdictionis uoluntariæ, q̃ qñ ſit,vt ſup.dixi, tunc poteſt illas cõcedere.ratio,quia illa quæ ſunt uolũtariæ iuriſdictionis,poſſunt exerceri per exiſtentem extra territorium.l.2.de offi. procon.&
255 lega.† & eſt ratio, quia hæc iuriſdictio non cohæret territorio,
256 ſed perſonæ.l.emancipati.ff.de adopt. † ſi autem uellet illas indulgentias concedere,prout ſunt iuriſdictionis contentioſę, q̃ qñ ſit,ut ſup.dixi,tunc non poteſt illas concedere, qñ extra ſuã iuriſdictionem,& territorium conſiſtit, quia talis iuriſdictio nõ exercetur extra territorium.l.fi.ff.de iur.om.iudi.& in d.c.vt animarum.& iſta ſunt uera in ipſo epõ ordinario uolente concede
257 re has indulgentias.† ſed ſi eſſet aliquis epſ,qui uellet concedere has indulgentias, fortè ex poteſtate ſibi delegata ab alio epõ
258 ordinario illius loci,†quia iſta poſſunt delegari, uel conſuetudine acquiri,ut in c accedentibus.in fi.de exceſ.præla.tunc exiſtẽs extra territorium,in quo debet indulgẽtias concedere, nõ poſſet iſta concedere, etiam quæ eſſent uoluntariæ iuriſdictionis,
259 † quia talis non poteſt has iuriſdictiones exercere extra territo-
260 rium cõmittentis,tex.eſt in l.2.§.j.de offi.procon.& lega.†nam illud quod dr̃,q̃ ea quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, poſſunt expediri per exiſtentem extra territorium, debet intelligi qñ talis iuriſdictio expeditur iure proprii magiſtratus.l.2.ff.de ado.& C.de magiſt. munic.l.2. & licet talis tranſeat in delegatum. l.ea
261 quæ.ff.ad munic.†tñ iſta delegata eſt fragilis,& non põt exercere extra locum illius talem iuriſdictionem concedentis.d.l.2.de offi.procon.& leg.ſed eſt velut prædium limitatum. l.in agris.ff. de acqui.re.dom.facit c.Romana.§.clericos.de fo.comp.& hoc in ſimili tenet Bar.in l.j.C.de ſum.Tri.& fi.catho.in 8.q. & Spec.
262 in tit.de inſtru edi.§.reſtat.uerſ.quid de his.† Modò eſt videnda 3.queſ an epſ Paduanus poſſit iſtas indulgentias concedere ſuis ſubditis,eleemoſynam cõferentibus conſtructioni alicuius põtis exiſtentis in diœceſi Taruiſina, ſeu territorio: loquor qñ hoc faceret ſine conſenſu,& licentia epi Taruiſij.Et in hac q.non eſt opus diſputare,ſi iſtæ indulgentiæ poſſunt extra territorium cõcedi,quia ſup.ſatis hoc cõcluſi:nec eſt etiam opus inquirere, an ipſe epſ exiſtens extra proprium territorium poſſit ſic indulgẽtias concedere,quia ſatis ſup.concluſi: ſed eſt ſolum videndum, ſi poſſunt cõcedi pp aliquas eleemoſynas, vel aliqua pia opera, quæ fuerint expedienda a ſuis ſubditis,in loco iuriſdictionis alterius,& extra territorium, & iuriſdictionem ipſius concedentis.& vr̃ dicendum,q̃ non, † arguendo de contractibus ad iudi-
263 cia.l.tam ex ꝺ̃ctibus.ff.de iudi. ſed qñ deſtinatur ſolutio ĩ ꝺ̃ctu, faciẽda in alio loco,ibi ꝺ̃ctus vr̃ initus. ubi ſolutio deſtinata eſt. l.ꝺ̃xiſſe.ff.de ac. & ob. ſic in iudicio, ſi iudex præcipit ſolui extra ſuum territorium,ibidem vr̃ iuriſdictionem exercere.ſed iuriſdictionem non poteſt epſ Paduanus in alterius diœceſi exercere.l.fi.de iur. om.iud.& ſup. dixi. ergo ſimiliter non debet poſſe præcipere,ut loco exiſtenti extra ſuam diœceſim, aliqd ſoluat,
264 † & de hoc vr̃ tex.in l.relegatorum.in princ.& in §. cæterum.de interdi.& rele.iuncto.§.ſicut.in ead.lege,vbi non põt preſes prouinciæ relegare aliquem in ea inſula, quæ ſit extra prouinciam ſibi cõmiſſam.ſic in propoſito,non vr̃ poſſe mandare,ut in alie na diœceſi,& in re exiſtente in illa, ſoluatur, uel erogetur elee-
265 moſina.ratio,†quia hoc eſſet uelle ſnĩam ſuã exequutioni mãdari in re exiſtente extra ſuũ territoriũ, & in alieno territorio, qđ non licet ſine licentia iudicis, ubi res ſita eſt. l.a diuo Pio.§. ſnĩam Romæ dictã.ff.de re iudi.& licet fortè poſſet concedere indulgentias ſubditis ſuis,ſi erogarent eleemoſynam ponti exiſtenti in aliena diœceſi,tñ talis exequutio,ſiue ſolutio, non vr̃ poſſe fieri ſine ſnĩa illius epi,uel iudicis,in cuius diœceſi,vel territorio,res ſita eſt,ut eſt tex.& ibi no.in ca.poſtulaſti.in fi.de for. compe.pbat̃ in c.Romana.§.ꝺ̃hentes.de fo.cõp.& pro hac ſnĩa vr̃ tex.in l.pupillo.ff.de tu.& cura.dat.ab his.cum his, quæ no.in
266 l.non ſolum.§.qui teſtõ.ff.de excuſ.tut.† vbi ſimplex diſpoſitio iudicis,ſicut eſt datio tutoris,non vr̃ hr̃e vires,niſi in bonis,ĩ territorio diſponentis ſitis.probatur in ſi'i,in c.p venerabilẽ. q̃ fil.
267 ſint legi.†vbi ẽt ltimatio facta per Papa,non vr̃ trahi ad illa bona,quæ nõ ſunt iuriſdictionis ipſius Papæ,vt ad hæreditates, aut alia ſpãlia,quæ forent de terris imperii,& hoc vr̃ clarè decidere ibi Inno.quia qñ iudex de nouo ius aliquod inducit, ſicut ĩ iſto caſu,qñ dat indulgentias cõferentibus manus adiutrices ad cõſtructionem alicuius pontis,non vr̃ poſſe porrigi ad põtem aliquem ſitum extra ſuum territorium,& ita vr̃ decidere Bart.ĩ l.j. C.de ſum.Tri.in q.quæ incipit,ſed inſurgit dubiũ fortè,& quoti
268 dianum.†& q̃ iudex no poſſit iubere ſuis ſubditis, ut aliqua exponant in bonis extra territorium,ſeu iuriſdictionẽ poſitis,probat text. in l.cum vnus.§.ſi is qui. ff.de bo.auc.iud.poſ.ubi eſt tex.

† quòd

Source : BIU Cujas

269 †ꝙ iubere aliquem poſſidere locum,ad illũ iudicem pertinet, ad quem loci cura ſpectat.facit.l.pupillus.§.territoriũ. ff.de verbo.ſignif.vbi tex.dicit,ꝙ territorium eſt illud, quod magiſtratus
270 eius loci intra eos fines tuendi.i.ſubmouendi,ius habet, † quia extra territorium ius non dẽt dicere.l.fi.ff.de offic.præfe. vrb. & l.fi.ff.de iur.om.iud.& c.vt aĩarum.ſępius alle.pertinere igitur videntur iſta ad epm,in cuius diœceſi poteſt,vel res ſita eſt,in quã finis indulgentiæ conferri debet.16.q.7.omnes baſilicæ.qđ non
271 valeat probatur,†arguendo de tpe ad locum, quod argu.tenet. l.vinum.ff.ſi cer.pet.nã vt actus ſit nullus, paria ſunt fieri aliqua tpe prohibito,vel fieri tpe permiſſo, ſi effectus eius cõfertur in tempus prohibitum.l.quod ſponſæ.C.de don.ante nup.ſic in ꝑpoſito,paria ſunt fieri in loco prohibito, vel fieri in loco ꝓmiſſo,ſi effectus eius conferatur in locum prohibitum. vnde licet conceſſio indulgentiæ fiat Paduæ in loco permiſſo,tñ cum eius effectus conferatur extra territorium, in loco prohibito,nõ vr
272 valere.& eſt rõ,† quia non licet vti re alterius eo inuito, cuius eſt.l.ſi filio.§.j.ff.ſol.ma.hinc eſt,ꝙ non licet rem alterius pignorare.l.rem alienam.ff.de pign.ac.quia licet poſſit vendi res aliena.in l.rem alienam.ff.de ⁊hen.emp. illud intelligitur ſolum ad præiudicium vendentis,ſed non ad præiudicium domini rei. & ideo vr,ꝙ in ponte ſito in diœceſi Taruiſina, non poſſit epſ Paduanus diſponere ĩuito epo Taruiſino. & pro iſta parte videtur caſus in l.ſicuti.§.Ariſto.in ver.idemq; erit.ff.ſi ſer.vend. vbi tex. dicit, in ſuo.n.eatenus facere licet, quatenus in alienum nõ immittat.Poeſt ergo indulgentias ſuas ſubditis concedere epſ Pa-
273 duanus, quatenus illas in territorio Taruiſino nõ mittat,†quia in re aliena quis non poteſt aliquid facere 9. q. 2. nullus. ubi eſt caſus,ꝙ etiam Archiepiſcopus non poteſt agere quidq; etiam in diœceſi ſui ſuffraganei.c.paſtoralis.de offic.ordina.licèt hæc regula habeat certos caſus exceptos, in quibus archiepiſcopus in ſubditos ſui ſuffraganei iuriſdictionem habet. & eſt vnus caſus,
274 †quia literas indulgentiarum poteſt in tota ſua prouincia concedere,ut eſt tex.in c.quod incipit,noſtro.j̃.eo.tit.& ſic ſi eſt ſpeciale in archiepo,ut poſſit ĩ diœceſi ſui ſuffraganei literas indulgentiarum concedere,vt d.c.noſtro.Ergo in contrarium eſt,ius ceſſare,ut in alia diœceſi, q̃ in ſua, vel ſui ſuffraganei non poſſit
275 indulgentias concedere.l.maritus.in fi.C.de procur.†Præterea, dato ꝙ iſta conceſſio ad pontem eſſe eleemoſyna, iſta non poſſit concedi inuito dño pontis,quia beneficium inuitis non conceditur.l.inuito.ff.de reg.iur.& quia liberalitas,ſiue donatio,nõ poteſt acquiri nolenti.l.hoc iure.§.non poteſt. ff. de dona. hinc eſt ꝙ non ualet promiſſio,etiam quæ fit ad pias cauſas pauperibus,ſi non ſit aliquis pro ipſis recipiens.l.illud. & quod ibi nota. glo.in uerbo, alia cauſa.in fi. C. de ſacroſ. eccle. Igitur ſi non ſit aliquis recipiens pro conſtructione pontis, non videtur valere promiſſio,uel indulgentiæ conceſſio, ergo multo minus valebunt indulgentiæ, ſi ille, ad quem res pertinet, contradicat.
276 †quinimmo nec i aliena diœceſi ſunt ab alieno epiſcopo oblationes recipiendæ,niſi illas porrigat inuitatus ab epiſcopo loci, in quo fit oblatio.7.q.j.epiſcopi vel presbyteri.Vnde ibi videtur caſus,ꝙ epi,uel presbyteri,qui non ſunt de diœceſi, ẽt ad oblationes non ſunt admittendi, niſi conſentiat epiſcopus ipſius loci.& concludere videntur iſta argu.etiam ſi iſta conceſſio indulgentiarum eſſet facta pro ſubditis concedentis,ſub conditione, aut ſub modo,ut conferrent eleemoſynas ponti poſito in aliena diœceſi,licet aliqui dicunt,ꝙ iſtæ literæ indulgentiarum videntur conceſſæ loco,non perſonæ,& ideo concedi non poſſunt extra territorium concedentis, & loco ipſi epiſcopo non
277 ſuppoſito.Mouentur rationibus multum gñalibus: † dicunt.n. ꝙ quando agitur de effectu rei,debemus inſpicere cauſam proximam,non remotam.l.j.ff.de condi.ob turp.cau. not. glo.C.de iure dot.l.n mulier.not.in c.de cætero.de homici. ſed melius dixiſſet,ꝙ debet inſpici cauſa finalis,& non impulſiua. l.2. in fi. & ꝙ ibi not.ff.de dona.ſed finalis cauſa,ſiue principalis huius conceſſionis,ponamus ꝙ eſſet data eccleſiæ, ſicut ſupra dictum eſt
278 de ponte,diceretur data fauore eccleſiæ,uel pontis,†quia eſt honor eccleſiæ,ꝙ frequentia populi viſitetur, & honor eccleſiæ tribuatur.iſtam rationem dicunt,ꝙ reddit text.in extrauag. Bonifa.quæ incipit,antiquorum, ſiue antiqui. qui loquitur de baſilica Petri & Pauli.cum igitur propter honorem, ſeu vtilitatem
279 pontis hæ literæ ſint conceſſæ,ipſi ponti aſcribendæ ſunt,† quia literæ,quæ cauſa mei factæ ſunt,meę dici debent. l.prætor. ff.de
280 eden.11.q.j.te quidem & Dei,in ſupraſcriptione,& in glo.† & ſi dicitur locus caret anima rationali. Dic hominibus, ipſius loci videntur conceſſæ,& per eius miniſtros debent expediri.Iſta ꝓbatur,licet ipſi non allegent,24.q.j. quodcunq;. vbi Chriſtus in perſonam beati Petri dedit eccleſiæ poteſtatem ligandi, & ſoluendi,& datæ ſunt eccleſiæ claues, vbi rubrum & ſummarium d.c.quodcunque.dicit in perſonam Petri,eccleſia ligandi & ſoluendi poteſtatem accepit.Idem dixit Beatus Ambro. de pęnit. diſt.j.c.uerbum.vbi dicit, ꝙ ligandi & ſoluendi poteſtatem eccleſia accepit,vnde extra eccleſiam exiſtens vtranq; non habet. hoc idem Hiero.24.q.j.in omnibus.ibi,quæ domus claues acceperit etiam ligãdi,& ſoluendi.& domum uocat eccleſiam, quæ habeat,habuitq́ ptãtem.& ideo tex.in d.c.qđcunque.dicit,ꝙ Petrus claues accepit,eccleſiam ſanctam ſignificauit, & ideo ſi iſta diſpoſitio eſſet facta loco,ſiue eleemoſyna,licet diſtribuenda eſſet per miniſtros loci,quia non perſonis, ſed loco facta vr,
281 ut dictis iuribus. † Sic etiam legatum factum ad conſtructionẽ pontium & viarum,videtur factum ciuitati, cuius ſunt dicta loca.l.ſi quid.& l.ciuitatibus.de leg.j.& iſta argumen. concludunt, ſiue concludere videntur,ꝙ non ſolum eleemoſynæ ſint conceſſæ loco,ſed etiam ius concedendi dictas indulgentias. & eſt effectus,quia licèt ſint data iſta miniſtris loci propter locum, nõ expirant morte miniſtri,nec miniſtrorum,ſed durant etiam eis
282 mortuis. † & iſta eſt ratio,quare poteſtas clauium cenſetur data eccleſiæ,& non ſolum Petro, vt nõ expiraret eius Petri morte,ſed tranſiret in ſucceſſores ſummos Pontifices, ſicut tranſit
283 iſta poteſtas vſque in hodiernum diẽ.†Similiter, qñ legatur eccleſijs,pro luminaribus,vel cultu diuino, talia uidẽtur legata eccleſijs,non miniſtris eccleſiarum,vt in c.requiſiſti.in fi. de teſta.
284 hoc probatur,†quia ſi conceditur priuilegiũ, ut clerici alicuius loci non poſſint excommunicari per ordinarios, certè iſtud priuilegium dicetur eſſe ipſius loci, non ſimpliciter miniſtrorum ibidem ſeruientium,vt in c.cum capella Duc.Burgundię.de pri
285 uileg.& tamen eccleſia non poteſt excommunicari, † quia eccleſia habet nomen uniuerſitatis,quæ non debet excommunicari, in c. Romana. §. in vniuerſitatem.de ſent. excommu.in 6.
286 † Et quia quando per priuilegium,uel indulgentiam, fit remiſſio pœnæ fugienti ad eccleſiam,talis remiſſio eſt priuilegium eccleſiæ.l.2. & quaſi per totum. C. de his qui ad eccle.confugi.17. q.4.miror.& cc.ſeq.probatur in toto tit.de immu. eccleſ.ad idẽ,
287 l.j.de cenſi.†vbi ſi conceditur immunitas venientibus ad habitandum in certo loco, certè illud priuilegium videtur conceſſum loco,d.l.j.& l.forma.§.quanq̃.ff.de cẽſi.Ex quibus vr, ꝙ iſtæ indulgentiæ ſint conceſſæ locis,puta ponti,uel eccleſiæ,& non perſonis.Sed hic eſt aduertendũ, ꝙ ſi iſti ſic dicentes nolunt intelligere,ꝙ iſtæ literæ indulgentiarum videntur conceſſæ locis reſpectu commoditatis eleemoſynæ inferendæ, tunc ipſi dicũt
288 uerum.†immo plus dico,ꝙ ſi literæ indulgentiarum dicerẽt,& offerentes prælato eccleſiæ talis,certam eleemoſynam, indulgentias conſequerentur,certè talis indulgentia videretur conceſſa eccleſiæ,& non prælato,ut eſt text.in l.annua.§. teſtõ.ff.de annu.lega.12.q.2.c.pontifices.nam videtur iſte donans,uel eleemoſynam conferens,facere animæ ſuæ, & non pro commodo prælati,vel ſacerdotis.Si verò iſti intelligunt,ꝙ per iſtas indulgẽtias factas loco,videatur conceſſa miniſtris loci prædicti, poteſtas concedendi literas indulgentiarum,ut vñr ſentire, arg.quæ ſup.retuli,de conceſſione clauium,facta Petro,tunc iſti non di-
289 cerent uerum.†Primò,quia diœceſani non poſſunt dare iſtas literas,niſi ſuis ſubditis,& in ſuis diœceſibus,ut in iſto c.& inf.eo. cum ex eo.& quia ſolus Papa eſt,qui per totum orbem põt con
290 cedere. † Præterea iſtud ius concedendi literas indulgentiarũ, competit ſolum dignitati epali,vt ſup.de exceſ.præla.c.acceden tibus.vnde ſi iſta conceſſio fieret ponti,uel alienæ eccleſiæ, immediatè ſubiectæ alicui presbytero, & non epo immediatè ſubiectę,ſacerdos ille non poſſet indulgentias iſtas concedere:qa vt dixi,hæc cõceſſio eſt dignitatis epalis, ut d.c.accedentibus. & non poſſunt per inferiores plātos exerceri, nec extra diœceſim
291 territorij vñr poſſe concedi,ut in d.c.cum ex eo.in fi.†Præterea conceſſio indulgentiarum,qñ fit perſonis ſubditis recipiẽtibus illas,dando ponti,uel eccleſiæ,per hoc non vr conceſſa ptãs põti,uel eccleſiæ,indulgentias concedendi.vnde ſi dicat epſ,hẽant ſubditi noſtri tales indulgentias ſi ſoluunt tali ponti, uel eccleſiæ.10.quum iſta conceſſio fiat per uerba iſta, iſta verba impor-
292 tant factum,& non ius,† quia per verba vel gerundia importat ſolum factum, per noĩa uerò importatur ius. Inſtit. de actio.in prin.iuncta l.amplius nõ peti.ff.rem ra.hab.not.in rub. de eden.
293 † In ⁊rium facit,quia iſta datio ſiue ſubuentio,quæ fit alicui põti,uel eccleſiæ,vr quædam eleemoſyna,ſiue donatio, quæ cuilibet eccleſię,etiam extra territorium ſitæ,fieri poteſt.16.q.1.quia iuſta.ubi tex.dicit,quòd vota fidelium, ſunt pretia peccatorum, & ibidem ſubdit text. optamus cuique non ſolum habita conſeruare,uerum etiam Deo opitulanter offerre. Nota, quia dicit
294 cuique,ideſt cuilibet,licet eccleſijs conferre. † Secundò probatur,quia iudex,uel ſuperior poteſt mandare ſubdito ſuo, ut aliquid faciat,uel nõ faciat,extra territorium.l.fi.de decre. ab ordi. facien.& d.l.mercatores.C.de commer.& merca.Igitur videtur poſſe mandari ſubditis, ut ſoluant aliquid alicui eccleſiæ, uel
295 ponti,quamuis exiſtenti extra iuriſdictionem mãdantis,†quia iſta eſt quædam conceſſio gratiæ,ſiue beneficii,quæ videtur poſſe fieri extra territorium,& extra ipſum conſiſtenti, vt in ca.nouit.de offic.legat.& in c.quia diuerſitatem.de conceſ.præb.Item quia epiſcopus poteſt iſtas indulgentias concedere uouenti aliquid ſoluere ponti,uel eccleſiæ.quamuis extra territorium ſitæ,
296 nec eſt opus quòd in tali uoto aliquis recipiat, † quia uouens obligat,ẽt ſi nullus pro eccleſia recipiat,ut l.ſecũda.ff.de pollici. no.Bar.in l.illud. C.de ſacroſan.eccl.probatur in toto titu.de vo
297 to.Item oſtẽditur,† quia ſi iudex dat aliquem tutorem,talis da-

Source : BIU Cujas

tio extenditur ad res extra territorium dãtis sitas. l. magis puto.
298 §. illud ff. de reb. eo. & l. pp litem. ff. de excu. tut. † vbi tutor datus a iudice, potest se excusare propter res pupilli alibi sitas. ergo patet, ꝙ etiam quo ad bona alibi sita datus videatur, & ita videt tenere Barto. ipse expresse, in l. si pupillo. ff. de cura dat. ab his. licèt aliter senserit & malè, in l. j. C. de sum. Trinita. & fide catholi. &
299 supra dixi. † Præterea quando principaliter disponitur de psona, sufficit ꝙ illa sit subdita, vt teneat dispositio, etiã quò ad bona alibi sita, & ideo est falsa glo. in l. non solum. §. qui testamẽto. ff. de excusa. tuto. dum dixit, ꝙ nõ valet datio tutoris quò ad bo
300 na alibi sita, † & ideo iudex potest priuare subditum suum beneficio in iurisdictione alterius posito, etiam alibi sito, licèt exe cutio postea fieri debeat per iudicem loci, in quo situm est be-
301 neficium, vt in c. postulasti. de fo. compe. † Præterea licet disponere de re alterius ad præiudicium ipsius disponentis, nõ ad præ iudicium domini: sed conferre eleemosynam ponti, vel ecclesiæ, non est inferre damnum domino rei, ergo valet dispositio ad præiudicium ipsius disponentis. l. rem alienam. ff. de cõtrah.
302 emp. † Item ad bonum mouendo quemlibet, licet cuique bona facere in alieno territorio. 16. q. j. c. j. & c. qa iusta. & istud voluit
303 dicere tex. 6. q. 3. §. scriptum. † nam licet in alienam messem nõ sit licitum falcem immittere, tamen potest quis spicas manibus conterere, ꝙ vult dicere, ꝙ bonis operationibus, & bono affectu potest in alieno territorio quis disponere admonendo, & p suadendo fieri bona, & quia concessio istarum indulgentiarum videtur esse fori pœnitentialis, in quo non consideratur locus.
304 † Sed vbique potest parochianus suum subditum absoluere'. d. c. quia in istis consideramus personam facientis, non locum. 16. q. j. cap. j. no. in c. fi. de fo. compe. propter hoc ista q. est dubia.
305 † Ego tamen ita dicerem, ꝙ aut concedens indulgentias suis subditis, si cõferant aliquod subsidium ponti, vel ecclesiæ extra suum territorium sitæ, tunc si vult facere istud iurisdictionẽ in loco illo exercendo, aut tanquàm ius in ipsa re habendo, & tũc non potest inuito dño loci, & isto modo non potest ordinare ī aliena diœcesi, nec aliqua sacra dare. 9. q. 2 c. j. & 2. & ita loquunt arg. pro alia parte facta. Idem si faceret publicè monendo, tanꝙ habens in dicto ponte, vel ecclesia, & ita intelligitur text. 9. q. 2. c. cõm. & c. episcopi. & 7. q. j. c. cõi uel presbyteri. Sed si ep̃s vult ꝯcedere indulgentias subditis suis offerẽtibus ponti, uel ecclesiæ antedictis, & hoc faciat sine solẽnitate publicæ monitionis, uel exercitio iurisdictionis, uel iuris, quod uelit in d. rebus prætẽdere, tunc faciẽdo pp bonũ eleemosynæ, potest, sicut quilibet pos
306 set hoc facere etiam in re alterius diœcesis, & hoc est qđ notan ter dixit glo. in d. c. scriptum. 7. q. 3. † sicut etiam dicimus in simi li, ꝙ si aut Rex aliqs, aut Princeps secularis vult priuilegiare ecclesias, uel ecclesiasticas personas, tunc si voluerit facere, iurisdi ctionem exercendo in eis, aut ius in ipsis prætendendo, non pos sit, etiam si hoc modo indulgentias, vel priuilegia concederet, vt in c. ecclesia sanctæ Marię. de consti. 96. dist. bene quidem. sed si ex deuotione vellet eleemosynas prædictas donare, vel priuilegiare, tunc posset, & ualeret, iuxta not. in c. fi. de reb. eccle. non alie. in j. gl. & probat̃ 16. q. j. c. placet. ubi est canonizata. l. placet.
307 C. de sacrosan. eccl. † In ꝓposita igitur q. si episcopus faciat mandatum suis subditis, d e conferendo eleemosynas, non in ipsa re iurisdictionem exercendo, vel ꝙ in eo ius aliquod prætendat, sed solùm eleemosynæ intuitu, & tunc potest: & ideo si pons esset ciuitatis, sufficeret consensus dñi temporalis ciuitatis, absq;
308 eo ꝙ requiratur consensus epi. † & idem si conceditur eleemosyna alicui ecclesiæ, sufficit consensus habentis canonicum titulum immediatum in ipsa ecclesia, nec est necesse ꝙ ep̃s consentiat, & si concedens indulgentias, concessisset vouenti dare põti, vel ecclesiæ, si dñs pontis, uel ecclesiæ rector nollet recipere, tunc posset illud uotum cõmutari in alio bono, ut in c. j. de voto. & hoc modo ꝯsequeretur quis indulgentiam etiam dño põtis, uel ecclesię, non consentiente. Et ex istis patet uera decisio, &
309 contraria sunt sublata. † Plus credo, ꝙ si datæ essent indulgentię conferentibus eleemosynam põti, uel ecclesiæ, si per dñm pontis, vel ecclesiæ staret, ꝙ non adimpleretur conditio, quia nollet recipere. cum ista sit conditio mixta, pendens ex facto implere debentis, & alterius debentis recipere eleemosynam, cum talis ꝯditio haberetur ꝓ completa. l. j. C. de insti. & substi. & cõseque-
310 rentur subditi indulgentiam, † quia isti ablatiui absoluti dantib. eleemosynam faciunt conditionem. l. a testatore. ff. de condi. & demon. l. seruo legato. §. si testator. ff. de lega. j. ita intelligo istam
311 q. & ista iura. † Et per ista sunt quasi decisa alia duo dubia, primum si est aliqua ecclesia in aliena diœcesi, & ep̃s Paduanus tñ ibi habet omnem iurisdictionem, an possit concedere indulgẽtias adiutrices ponentibus ad constructionem talis ecclesiæ. nã si faceret non prætendendo ius in dicta ecclesia, uel iurisdictionem exercendo, sed tantum se mouendo pp bonum eleemosynæ, tunc non est dubium, ꝙ põt, ut sup. dixi, sicut potest quilibet ep̃s in aliena re, sita extra suum, ſm prædicta. si autem faceret, iurisdictionem exercendo, aut ius in rem prætendendo, tunc si loquimur in ecclesia sita in aliena diœcesi, & in qua hẽt omnem iurisdictionem ep̃alem, vī ꝙ nõ possit: quia licet ista ecclesia videatur exempta ab ep̃o Taruisino, quia solum sit sub iurisdictione ep̃i Paduani, tamen est in diœcesi Taruisina, quia licet loca sint exempta, sunt tñ in diœcesi, in qua sunt sita, vt est tex. in clement. 2. de priuil. dum dicit diœcesi tuæ, & dum dicit prouinciæ tuæ. & est tex. in c. cum ep̃s. de offi. ord. in 6. & habet tempus Taruisinus ep̃s aliquas præeminentias in tali ecclesia, ut no. in d. clemen. 2. de priui. Si igitur est extra diœcesim Paduanam, vī ꝙ ep̃s Paduanus non possit ibi indulgentias concedere, quia talis concessio est actus iurisdictionis, ut in c. accedentibus. de excess. ꝓlat.
312 † Sed ep̃s extra diœcesim suam, non vī posse aliquam iurisdi-
313 ctionem exercere, ut in cle. q̃uis. de fo. compe. & est ratio, † quia iurisdictio cõtentiosa coheret territorio. l fi. C. ubi & apud quẽ. & in l. j. §. cum urbem. ff. de offi. præfec. vrb. facit ꝙ no. in cle. j. ad
314 fi. de excess. præl. ubi concluditur, † ꝙ si concedatur priuilegium ep̃o, vt habeat fructus primi anni beneficiorum vacantium in sua diœcesi, habebit fructus etiam beneficiorum exemptorum suæ diœcesis, secus si diceret beneficiorum tibi ep̃o subiectorũ,
315 quia exempta sunt in diœcesi, sed non sunt subdita ep̃o. † Quidam tñ faciunt differentiam, si dicatur de beneficijs in tua diœcesi positis, vel de tua diœcesi: quia licet dicãtur in diœcesi esse, non dñr tamen de diœcesi, postq̃ ep̃s in illis non habet iurisdictionem, allegant no. in c. si pp tua debita. de rapto lib. 6. & cle. j. de excess. præla. & fuit dictum Lapi in d. cle 2. de priui. & dixi, ꝙ
316 ita concludit Guil. de Mon. Lau. † Sed ego credo in casu nr̃o, ꝙ ep̃s Padua. poterit in tali ecclesia indulgentias cõcedere, qa tex. qui pmittunt ep̃is ptãtem indulgentias cõcedendi, non ponderant, vtrum ꝯcedant in diœcesi sua, uel aliena, uel vtrũ locus sit in diœcesi, uel de diœcesi, sed solum considerant, utrũ illi, ꝙbus ꝯcedit, sint sibi subditi iurisdictionaliter, vt est casus in hoc ca.
317 † Nec ob. cle. q̃uis, qa loquit̃ qñ extra iurisdictionẽ ep̃s vult iurisdictionem exercere, si in dicto loco nullã hẽt iurisdictionem exercere nõ põt, sed nos præsupponimus ꝙ ep̃s Paduanus hẽat in dicta ecclesia iurisdictionẽ oẽm ep̃alẽ, quo casu, credo, ꝙ clericis ibi degentibus possit dare indulgentias, quæ ẽt videãtur dare ipsi loco: quia ẽt si iurisdictio conferetur data loco & ecclesiæ, cum ecclesia censeatur inanimata, censetur data clericis & personis ibidem degentibus. & ideo in tali ecclesia, licet sit sita in diœcesi Taruisina, ep̃s Paduanus hñs ibi oẽm iurisdictionem ep̃alem, poterit indulgentias ꝯcedere. Sed si non hẽret ibi iurisdictionẽ ep̃alem, sed fortè hẽret iurisdictionẽ, quã habent abbates uel archidiaconi qñq; ī aliquibus ecclesiis sibi subiectis, tũc cre-
318 do, ꝙ ep̃s Paduanus non possit tales indulgẽtias cõcedere: † qa licet ipse sit ep̃s, si non hẽt ibi iurisdictionẽ ep̃alem, nõ põt istas ꝯcedere, ga ista ꝯcessio est dignitatis & iurisdictionis ep̃alis, in c. accedentibus. de excess. præla. posset tñ illi ecclesiæ per viã eleemosynæ permittere oblationes, ut sup. dixi. † Sed an ep̃s Taruisi-
319 nus in tali ecclesia subiecta ep̃o Paduano possit ꝯcedere indulgentias? Dico, ꝙ debet inspici, qualem ibi ep̃s Paduanus hẽat iurisdictionẽ ep̃alem: quia si hẽt eam excluso ep̃o Taruisino, tunc Taruisinus non posset, quia non hẽt in ea iurisdictionem, ut in
320 hoc c. † Sed si cõpeteret ep̃o Paduano iurisdictio, non excluso ep̃o Taruisino, qđ est possibile, iuxta no. in c. prudentiã. in prin. de offic. deleg. & probatur per l. j. de offi. ꝓcõsul. tunc & quilibet eorũ posset indulgentias ꝯcedere, ad hoc faciunt ea quæ scribit Iaco. de Are. & Bar. in l. qđ iterũ. §. si quis post. de leg. j. & Bal. no. in auc. habita. C. ne fil. pro pa. probatur. ꝯ. eo. c. cũ ex eo. cum ibi
321 dicat̃ de pluribus ep̃is indulgẽtias ꝯcedentibus. † Ad illam aũt qõnem, an ep̃s, vel archiep̃s possit indulgentias concedere locis exemptis siue diœcesis. istam qõnem format Pau. in cle. 2. de priuile. & qdã moder. ibi dñt ꝙ nõ, ꝓ istum tex. qđ tñ intellige ſm illa quæ sup. dixi, & dicit ibi Pau. ꝙ est arg. ꝯ illos, qui ex concessione diœcesani in locis suæ diœcesis exẽptis, dant indulgentias 40. dierum his, qui venerunt ad prædicationẽ, uel sermonẽ, uel missam illius ecclesiæ, uel sui ordinis, sicut plerũq; faciũt fratres Prędicatores, uel alii medicantes exempti: nam sicut ipse ep̃s nõ potest illas concedere, ita nec ꝓ alium, qa nemo dat ꝙ non hẽt in c. Daybertum. 3. q. 4. sed ep̃s ꝓ se nõ hẽt in dicto loco, ergo nõ põt alii cõmittere. Tñ aliqui Moder. ut Io. de Iser. in d. cle. 2. de priui. ī fi. dñt, ꝙ cũ ep̃i possint exercere iurisdictionẽ in dictis locis de uoluntate exemptorũ, vt no. gl. in d. cle. 2. ergo vī ꝙ alii, in quibus est commissum possint facere, & sic dictũ Pau. nõ sit verum. Sed ego credo, ꝙ possint saluari ſnīa Pau. qa licet ep̃s possit exercere istam iurisdictionem in loco exempto de uolũtate prælati illius loci, tunc nõ facit ex ꝯcessione iuris, uel Papæ, sed
322 ex consensu inferioris, & tunc succedit quod sup. dixi, † ꝙ licet aliquis hñs auctoritatẽ a iure, uel a Papa, possit ea, quæ sunt volũtariæ iurisdictionis extra suũ territoriũ exercere: alius tñ, qui faceret solum ex uoluntate inferioris, extra territorium non posset exercere, ut est tex. in l. 2. de offi. procon. & leg. Vnde q̃uis ep̃s ista, quæ sunt iurisdictionis uolũtariæ possit exercere extra suũ territorium, alius, qui haberet auctoritatem de eo non posset.
323 † Sed locus exemptus ꝯquiparatur loco existenti extra territorium. 17. q. 2. luminoso. de statu regu. c. j. in 6. per quæ iura deter-
324 minauit Io. Cald. disputando, † ꝙ delinquẽs in loco exẽpto nõ ligatur constitutione episcopi, qui fecit statutum, vt committẽs

furtum

Source : BIU Cujas

furtum ſit excommunicatus,vt ſi furatus fuerit,in loco exẽpto, non incideret in ſententiam ſtatuti,per text. in c.vt animarum. de conſti.& ego ſup.dixi,quomodo hoc debeat intelligi,& licet quidam dixerint contrarium,vt no.Fede.de Sen.in ſuo conſi.2.
325 Ego tamen ſequor ſententiam Cald. † quia locus exemptus dicitur eſſe extra territorium,& ita tenent quidam ſcribentes mo
326 der.in d.c.vt animarum. † Nunc reſtat videre, qui poſſint iſtas indulgentias concedere.Hoſt.in ſum.de remiſ.§. quis poteſt facere remiſſiones.dicit ꝙ duplex eſt remiſſio,vna priuata,alia generalis.priuata eſt illa,quæ fit in foro penitẽtiæ,& in cõfeſſione, quæ fit parochiano habenti curam,vel de licentia illius,q̃ ſuper peccatorem poteſtatẽ habet,vt ep̃s & parochianus, vt in ca.oĩs vtriuſque ſexus.inf.eo.Gñalis autem & ſolẽnis eſt,quę fit in prę dicationibus,uel per literas pro ędificandis, vel reſtaurandis ecclęſijs,vel hoſpitalibus,aut aliis pijs locis, vel ꝓ reparatione, vel
327 reſtauratione pontis ſeu ędificatione: † & iſta adeo ſunt annexa poteſtati epiſcopali,ꝙ ab inferioribus fieri non poteſt, etiam ſi ſit Abbas.de excęſ.prælato. c.accedentibus. Epiſcopi autem ꝓ ſuam diœceſim, & archiepiſcopi per totam ſuam prouinciam
328 poſſunt facere.infra eo.c.noſtro. & ca.cum ex eo.† Sentit igitur Hoſtien.duo.primum ꝙ ſacerdos in confeſſione & in foro penitentiæ poſſit indulgentias concedere.& idem Inno.dicens,ꝙ reſtrictio,quæ fit ĩ c.cum ex eo. ꝙ epiſcopus in dedicatione det annum,& in anniuerſario 40.dies remiſſionis iniunctæ penitẽtiæ,nõ habet locum in foro pęnitentiali, & in abſolutione quã facit presbyter in ea,& hoc tenet do.Ant.de But.in iſto c.ſuper glo ibi, quomodo quis poſſit concedere indulgentias alterius epiſcopi.& dicit,ꝙ presbyter in foro pęnitẽtiali, vt extenuet pę nitentiam,& peccata relaxentur.Idem tenet in c.cum ex eo. in 6.q.dicens,ꝙ reſtrictio illius c. non habet locum in foro pęni-
329 tentiali,† quoniam presbyteri poſſunt annum & plus indulgere.& idem tenet Io.And.in noſtro capit.ꝙ poſſint concedi iſtæ indulgentiæ in foro pęnitentiali,vt poſſit peccator vti indulgentijs datis a non ſuo iudice,vt puta ꝙ Paduanus peccator confitens vtatur indulgentijs, quas cõceſſit epiſcopus Caſtellanus in
330 ciuitate Venetiarum. † Secundò ſentit,ꝙ iſtæ publicæ indulgẽtiæ non poſſunt,niſi per epiſcopos cõcedi. Sed Gaſpar de Cald. in repe.c.noſtri.inf.eo.tenet contrarium.dicens,ꝙ licèt presbyteri habeant poteſtatem clauium in abſoluendo, non tamẽ habent dignitatem prçeminentię,quam habuit Petrus,& demum alij ſucceſſores poſt eum,24.q.1 quodcũque. vult dicere, ꝙ licèt presbyter habeat claues abſoluendi in foro pęnitentiali,non ha
331 bet tamen dignitatem epiſcopalem: † vnde cum ius concedendi iſtas indulgentias competat ratione dignitatis epiſcopalis in d.c.accedentibus.de excęſ.præla.inferiores non poſſunt hoc facere,quia non habent illam,& hoc dicitur eſſe de mente Doct.
332 in d.c.accedentibus. † Hinc eſt, ꝙ ſimplex ſacerdos non poteſt excommunicare,cum hoc non competat ratione ordinis, vt no.2.q.1.notandum.de offi.ordi.c.ſi ſacerdos. Sed antequam veniam ad ſecundum,ego credo,ꝙ in iſto primo,iſtæ opi. poſſint
333 ꝯcordari:† unde eſt aduertendum,ꝙ in foro pęnitentiali,& in confeſſione,omnes pęnitentiæ ſunt arbitrariæ.ſup.eo. ſignificauit.cum ſimi.Secundo eſt aduertendum,ꝙ Hoſt.& ſequaces nõ dicunt,ꝙ presbyter poſſit iſtas publicas indulgentias concedere,quia ipſe ſacerdos,prout ſolùm eſt presbyter,non poteſt iſtas concedere,ſi iſte non eſt epiſcopus.& ita intelligunt Hoſt.& ſequaces,ſed bene uolunt, quòd in priuata cõfeſſione quam facit presbyter,quum abſoluit peccatorem, poſſit ei concedere, non
334 dico iſtas indulgentias publicas,ſed effectum ipſarum. † vnde ſi presbytero uidetur ꝙ peccator debet pęnitere per ſeptẽ annos, iuxta no.33.q.2. admonere, tunc presbyter poteſt ei imponere in pęnitentia,ꝙ poſſit iſtos 7.annos alleuiare, vtendo indulgẽtijs a ſuo epiſcopo publicè conceſſis, vel etiam adimplendo illa,per quæ alius epiſcopus,puta Caſtellanus indulgentias cõceſſit,ut ſoluentes.10.conſtructioni eccleſiæ ſiue pontis, habeant annum indulgentiæ,ſoluens,tunc poſſet presbyter illi qui confeſſus eſt de pęnitentia iniuncta,puta ſeptem annorum,vt dixi, vt ipſe vti poſſit beneficio illius indulgentiæ ad attenuandã ſuã pœnitentiam, & ita debet intelligi quod no. Io.And.in hoc ca.
335 & Butr.hic,& in d.c.cum ex eo. † Et ideo bene dixerũt,ꝙ ſacerdotes non arctantur ad tempus unius anni,uel 40.dierum,ſicut epiſcopi:unde ſi epiſcopus dixit in publica remiſſione, quam fecit,eccleſiam conſecrando,ꝙ ſoluens cõſtructioni eccleſiæ habeat annum indulgẽtiæ,presbyter poterit dicere,ꝙ habeat biẽnium ille, qui confeſſus eſt, quia non eſt aſtrictus presbyter illi
336 reſtrictioni.c.cum ex eo.inf.eo.† Item poteſt concedere indulgentias conceſſas etiam ab epiſcopo iudice ipſius concedentis, ab alio quàm epiſcopo ipſius confitentis. hoc modo debent in-
337 telligi dicta Doct.† ꝙ publicè indulgentiæ,quæ cõceduntur generaliter ſubditis porrigentibus manus adiutrices ad cõſtructionem eccleſiæ,non excedant annum, quãdo dedicatur eccleſia, & in anniuerſario 40.dies, vt illi termini non arctent ſacerdotes, qui poſſunt in priuatas indulgentias plus temporis concedere ſic facienti,quia pœnitentia eſt arbitraria,vt dixi. Sed iſta non eſt publica indulgentia,quæ competit ſolùm dignitati epiſcopali', ſed eſt priuata, quæ poteſt induci ad inſtar publicæ, & plus & minus,prout vult presbyter. Ita debẽt intelligi iſta dicta. Secundò dum dicitur,ꝙ iſtę indulgentiæ non poſſunt concedi niſi per epiſcopos,iſtud videtur contra ſententiam B.Thom.in
338 4.ſent.diſt.20.q.3.† Dixit enim ꝙ remiſſio, quæ fit per remiſſionem publicam,eſt clauis iuriſdictionis,non ordinis,cum talis remiſſio non pertineat ad diſpenſationem ſacramẽtorum,ſed ad diſpoſitionem bonorum cõmunium eccleſiæ, & theſauri eius.
339 † Ideo legati etiam non ſacerdotes,indulgentias cõcedere poſſunt,& hoc no.glo.& Doc.licet ipſe non alleget,in c. fin.de of-
340 fic.leg.† Et ideo Bea.Tho.dicit eadem diſt.q.4.arti.2.ꝙ poteſtas faciendi indulgentias,ſubaudi publicas, ſequitur iuriſdictionẽ,
341 & iſtud probatur in iſto c.† & quia diaconi qui non ſunt ſacerdotes,vt dixi,poſſunt habere iuriſdictionẽ, uel commiſſam ordinariam ſicut legati,uel natiuam ordinariam,vt ep̃i, & ſic habeant eam electi & ꝯfirmati,licet non conſecrati,quia iſta trãſit in confirmatum,licet non conſecratum,ut de elect.c.trãſmiſſa.
342 † Vnde poſſunt has indulgentias concedere,etiam q̃uis nõ ſint ſacerdotes,licet non poſſent abſoluere in foro pęnitentiali, qa illud eſt ordinis:ſed indulgẽtias publicas facere,pertinet ad clauem iuriſdictionis,non ordinis.Ex quo infert, quòd confirmatus non ſacerdos.huiuſmodi literas indulgentiæ poterit conce-
343 dere.† Et ad prædicta facit, quòd ſolet dici de abſolutione ab excommunicatione,quæ quando fit in foro iudiciali non requirit ordinem ſacerdotalem,licet illa quæ fit in foro pęnitentiali, requirat ordinem ſacerdotalem,ut no.de ſen. excom.a nobis 2. & iſtam ſententiam ſequitur Gaſpar Cald.Ego recitabo alias cõtrarias opi. & in recitatione detegam multas argumentationes falſas,quas faciunt multi Doc.in hac q.& multas ꝯñtias non ve
344 ras.† Et primò,dum Beatus Tho.& Gaſpar Cald.poſt eum,uolunt quòd iſta cõceſſio indulgentiarum ſit iuriſdictionis & nõ ordinis,poſito quòd iſtud aſſumptum ſit verum, quòd tñ Hoſt.
345 & multi Doc.damnant, † tamen poſtea dum faciunt illationes ſiue ꝯñtiam,quòd diaconi quando habent iuriſdictionem,poſſunt iſtas indulgentias cõcedere, iſta ꝯñtia non eſt abſolutè ad-
346 mittenda: † quia licet ſit iuriſdictionis, non eſt cuiuslibet iuriſdictionis,ſed eſt iuriſdictionis habẽtis annexam dignitatem epi
347 ſcopalem,ut eſt tex.in d.c.accedentibus. † Et ideo licet abbates poſſint habere iuriſdictionem,& q̃q; archidiaconi,ut no.in d.c.cum contingat.de fo.compe non tñ ſequitur,ꝙ habeant poteſtatem publicam conferendi indulgentiam,niſi haberent iuriſdictionem epiſcopalem præſcriptione, uel alia pontificis cõceſ-
348 ſione,vt no.in d.c.accedentibus. † Et ideo licet electus & ꝯfirmatus non conſecratus habeat iuriſdictionalia, vt no.in c.tranſmiſſa.de elec.tñ cum nõ habeat dignitatem ep̃alem,ut in ca.j.& quod ibi no.de relig.domi.Et ideo dicitur,electus ep̃s nõ vĩ poſ-
349 ſe iſtas indulgentias concedere,& iſtam ſnĩam tenet Hoſt. † dicens,ꝙ ſicut ep̃s qui renunciauit epiſcopatui,non poteſt has indulgentias cõcedere,quia caret iuriſdictione ep̃ali, in c.j.de ep̃o qui renun.epiſc.ita nec electus,& cõfirmatus poterit. Aduerte, licet ſcriben.vtantur iſta argumentatione, no vĩ mihi bona, qa non eſt verum,ꝙ ep̃s qui renunciauit ep̃atui careat abſolutè iuriſdictione ep̃ali,ſed ideo caret,qa nõ habet ſubditos, ep̃s tamẽ eſt,& iuriſdictionem ep̃alem hẽt in habitu: & ideo ſi delegaret ei iſta poteſtas ab alio ep̃o,qui haberet ſubditos, ipſe poſſet virtute delegata, conferre, tanq̃ habens iuriſdictionem ep̃alem in
350 habitu, & per delegationem in exercitio. † Plus dicit Hoſti.ꝯ B.Tho.licet de eo non faciat mentionẽ,ꝙ ꝯceſſio iſta indulgẽtiarũ eſt mixta iuriſdictionis & ordinis. & ꝙ ſit ẽt ordinis, ꝓbat ſic,nam per indulgentias eneruantur pnĩæ.inf.eo.cũ ex eo.Sed eneruare pnĩas pẽdet ab ordine. Sed qualiter depẽdeat ab ordine,ipſe non probat.Sed ego probo,qa ſicut conceſſio pnĩæ,pendet a claue ordinis,ita & eius eneruatio, vt ꝯriorum ſit eadẽ di-
351 ſciplina,facit ꝙ no.in c.j.de reg.iur. † Sed iſta ſnĩa mihi non placet,quia illa quæ ſunt ordinis,non pñt expediri per non habentem illum ordinem,etiam ex commiſſione Papæ,ut no. ſm ueram opi.in c.quanto.de conſuetu. & ego plenè ſcripſi in opere Monarchiæ ibi,poſtq̃ retuli de poteſtate Principum in genere, ĩ uerbo ſine.c.quod incipit, viſis igitur poteſtatibus Principum
352 in genere.† & tñ tex eſt,ꝙ abbates ex conſuetudine poſſunt iſta habere,ergo non ſunt ordinis,iuxta ea,quæ hñr in c.a qua.de cõ. ſecr.eccle.uel alta.& licet Fran.Vercel.dicat,ꝙ d. c.accedentib. quod dicit,ꝙ abbates pñt hĩe ex conſuetudine,uel priuilegio,ꝙ illud c.loquitur de abbatibus,qui poſſunt presbyterale officium exercere,& ſic loquitur de habilibus. Sed iſta rñſio non eſt bona,quia vt dixi,iſta nõ ſunt ordinis presbyteralis,ſed ſunt dignitatis ep̃alis,& tex.ibi loquitur indiſſinitè de abbatibus, qui pñt eſſe interdũ etiam irregulares, vt in minoribus ſolum ordinibus conſtituti,ut no.in c.tuæ.de ęta.& quali. Item quia (vt dixi) iſta conceſſio indulgentiarum non dependet ab aliquo ordine ſa-
353 cerdotali,uel ep̃ali.† Fran.tñ Vercel.in ca.at ſi clerici.de iudi. tenet ꝯ ſnĩam B.Tho.licet de eo mentionem nõ faciat,dicens,ꝙ electus & cõfirmatus,ẽt ſi ſit p̃sbyter, has indulgentias non põt concedere,qa dicit,ꝙ hoc eſt ordinis ep̃alis, non ſimpliciter ſacerdotalis. Et idẽ dicit de bñdictionibus infirmorũ, & ſimiliũ.

Source : BIU Cujas

Sed per iſtam rõnem hoc mihi non placet, per ea.quæ proximè dixi. Mouetur etiam, quia vbicũque canones de hoc loquũtur, ſemper concedunt epiſcopis iſtam poteſtatem, ſed epiſcopus demum dicitur conſecratus, vt no.in c.j.de reli.domi. Sed iſta lo
354 quutio non eſt perfecta,† quia canon nõ ſolum concedit epis, ſed etiam aliis, quibus ſpecialiter fortè eſſet conceſſum, uel alia legitima cauſa, hoc poſſent fortè præſcriptione vel conſuetudine. d.c. accedentibus. de exceſ. præl. allegat ipſe aliam rationem:
355 quia & ſi presbyter poſſet iſtas indulgentias concedere,† tamen eo ꝙ eſt electus in epiſcopum non conſecratus, non poterit ea quæ poterat vt presbyter, arg.c.quod ſicut. de elec. vbi electus ĩ archiepm non poteſt quæ poterat ante vt epiſcopus. remanet ergo in hac concluſione ꝙ electus & confirmatus epꝰ nõdum conſecratus, etiam ſi ſit pꝰbyter, non poſſit iſtas indulgentias cõ
356 cedere.† Reſpondet ad c.2. de transla. præla. vbi dr̃, ꝙ epalis dignitas nihil addit, quia illud verum' eſt ad vinculum matrimo-
357 nium ſpiritualis.† Iſtam opi. reprehendit Io. And. volens ꝙ cõfirmatus non conſecratus, dummodo ſit presbyter, poſſit iſtas indulgentias concedere Si verò nõ ſit presbyter, tunc non poſſit, & hoc dicit contingere virtute ordinis presbyteralis, iuncta iuriſdictione epiſcopali, & hoc dummodò exerceat in ſubditos
358 ſuos.† & reſpondet ad c.quod ſicut. de elec. nam non procedit, nec ſemper eſt vera illa regula, ſed tantum habet locum in eo caſu, in quo loquitur de electo in Archiepiſcopum, ſiue prælatum, qui ſi non recipiat palium, non poteſt illa quæ prius poterat vt epiſcopus, & ad probandum ꝙ iſta argumentatio c. quod ſicut. non procedit ſemper, ſic oſtenditur: nam ſi presbyter electus in epiſcopum & confirmatus, non conſecratus celebraret miſſam, non conſecraret, nec cõficeret corpus Chriſti, quod eſt abſonum dicere. vnde concludit, ꝙ confirmatus non conſecratus, ſi eſt presbyter, poſſit iſtas indulgentias cõcedere virtute or-
359 dinis presbyteralis, iuncta poteſtate iuriſdictionali.† Iſta opin. Ioan. And. non videtur mihi uera, quia non video quid operet̃ ordo ſacerdotalis: quia vt ſupra oſtendi, iſta non procedunt ab ordine ſacerdotali. Præterea dum ipſe videtur requirere, ꝙ ſit ſa
cerdos, ego non credo verum, quia etiam non ſacerdos poteſt
360 iſtas indulgentias concedere, vt ſtatim dicam.† Quare teneo, ꝙ concedere iſtas indulgentias, a nullo dependet ordine, uel epiſcopali, ſed ſolum a iuriſdictione & claue eius, vt dixit Beatus Tho. Sed dictis ſuis debet adiungi, ꝙ dependet a iuriſdictione iuncta cum dignitate epiſcopali, & ita dicit tex. in d. c.accedentibus, de exceſ. præla. & nota, quia dico, ꝙ conceſſio iſta cõpetit ratione iuriſdictionis iunctæ dignitati epiſcopali: nam nõ dico iunctæ ordini epiſcopali, quæ enumerãtur 20. diſt. cleros. in ver. ad epiſcopum verò. & 68. diſt. q̃uis cor epi. enumerantur hic per
361 Doc.† quædam tantum competunt dignitati epali, & non ordini, & quædam competunt tantum ordini epali, ita ꝙ non competunt de iure habenti tantum ordinem ſacerdotalem, vt ſunt conſecrare virgines, vel altaria. chriſmare, ordines conferre, eccleſias reconciliare. de conſecra. eccle. vel alta. c.aqua. & ſimilia. & iſta nec præſcriptione, vel conſuetudine quærũtur per aliquẽ non epiſcopum, etiam ſi ſit presbyter, nec etiam ex priuilegio,
362 & epiſcopus etiam non poteſt alteri delegare non epo, ut in d.
363 c.aqua. de conſecra. eccle. uel alta. † Eſt tamen dubium, vtrum Papa poſſit iſta ex priuilegio concedere presbyteris? & ego tenui ꝙ ex certa ſcientia ſic, contra Beatum Tho. Sed non poſſit concedere aliis inferioribus clericis, vel laicis: licèt quidam, ut Cardi. Flo. tenuerint contrarium, ut dicitur in d.c.quanto. de cõ ſue. & ego plenè ſcripſi in opere Monarchiæ, poſt generalem
364 poteſtatem Principum in dicto uerſi. Viſis igitur, &c.† Illa verò quæ competunt dignitati epiſcopali tantum, ſunt inſtituere & deſtituere beneficiatos, commẽdatitias literas ad ordines dare, de temp. ordi. c.cum nullus. Grauiora examinare, vel diffinire. Item inſignia epalia deferre, vt inſulam, mitriã, anulum aureũ: Cauſas matrimoniales audire, publicas indulgentias iniungere, literas indulgentiarum conferre, vt d.ca.accedentibus. de exceſ.
365 prælato.† Et iſta talia ſolum dignitati competentia bene poſſunt acquiri priuilegio uel conſuetudine. de offi. archid. cum ſatis. & c.fi. in fi. de cler. peregri. c.fi. de offi. archid. ad hæc. & in ſpecie de iſtis indulgentijs publicis, ꝙ poſſint concedi ex priuilegio uel conſuetudine præſcripta acquiri, eſt text. in d.c.accedẽtibus.
366 in fi. de exceſ. præla.† Ad propoſitam igitur quæſt. an epiſcopus electus & confirmatus non conſecratus, ſiue ſit presbyter, ſiue non, poſſit literas indulgentiarum concedere? Dico, ꝙ ſi epiſcopus ille habet hoc ex priuilegio, vel conſuetudine præſcripta, & tunc poteſt iſtas concedere, vt d.c.accedentibus. & dico, quòd habet hanc poteſtatem, ſiue ipſe ſi presbyter, ſiue non, quia iſta non dependent ab aliquo ordine, ſed ſolum iuriſdictioni anne
367 xæ dignitati epiſcopali.† Et ſi dicatur, electus & confirmatus non eſt epꝰ, fateor, vt no.in c.j.de relig.domi. nec habet ea, quæ ſunt dignitatis epalis, qđ concedo, & ideo nõ poſſet iſtas indulgentias concedere hoc eſt verum, niſi habeat ex priuilegio, uel conſuetudine præſcripta, ut d.c.accedẽtibus. quia iſta ſunt de cõ-
368 ſuetudine uel priuilegio quæſibilia.† vnde concludo, ꝙ electus & confirmatus nondum conſecratus, cum non habeat ea, quæ ſunt dignitatis epalis, non poteſt iſtas indulgentias publicas cõ-
369 cedere, ſiue ſit presbyter, ſiue non.† poſſet tamen alteri epo delegare facultatem iſtas indulgentias concedendi, ſicut poteſt de mandare alteri epiſcopo, vt faciat ea etiam, quę ſunt ordinis epiſcopalis, ut no. de elect. tranſmiſſa. ratio, quia hoc mãdatũ expeditur a ſola iuriſdictione abſq; claue ordinis, vel epali dignita-
370 te, ut d.c.tranſmiſſa.† Fallunt iſta in Papa, in quem ab electione tranſeunt omnia, quæ ſunt dignitatis epiſcopalis, licèt non trã-
371 ſeant ea, quæ ſunt ordinis, vt in Data lib.6.† Secunda concluſio ſit, quòd talis confirmatus non cõſecratus poteſt iſtas indulgentias concedere, ſi habet iſtud ex priuilegio Pontificis, vel cõſuetudine preſcripta, etiam ſi ipſe confirmatus non ſit presbyter, & hoc modo toleratur conſuetudo, quòd iſti etiam non presbyteri has indulgentias concedunt, de conſuetudine, licet Hoſt. di
372 cat, quòd neſcit uidere quo modo.† Per iſta etiam determinat̃ quid de legatis, loquor de legatis de latere, ẽt ſi ſint Cardinales diaconi ſolum, nam dico, quòd poſſunt iſtas indulgentias cõcedere ratio, quia ex priuilegio habent iſtud a ſummo Pontifice, vt no.in c.fi. de offi.lega. & habent etiam ſi ſint ſoli diaconi Cardinales, ut dixit ſanctus Thomas, etiam ſi non ſint presbyteri, ꝓ prædicta. Et licèt quidam argumententur, quòd hoc non reperitur iure cautum, & ſic nõ extendendũ. 2.q.5. conſuluiſtis. tñ ve
373 ritas eſt, ꝙ reperitur cautum iure,† qm̃ legatus habet iuriſdictionem, cæteris omnibus maiorem, & ſup cæteros. de elect. c.ſi abbatem. §.j. lib.6. & ſi habet maiorem epiſcopo, habet etiam illã, quam habet epiſcopus: q a illis qui habẽt maius, competit vtiq; qđ minus eſt: quia ſi alii hanc iuriſdictionẽ dignitatis epalis habere poſſunt ex priuilegio, vel cõſuetudine, ergo hẽt eam lega-
374 tus ex priuilegio, qui hẽt cæteris maiorẽ iuriſdictionem.†, Sed poteſt dubitari de capitulo vacante ſede. Gaſp. Cald. indiſtinctè tenet, ꝙ non poſſit, quia iſtud non reperitur iure cautum, & ita tenet Pau. in cle.j. de hæreti. dicens, ꝙ non omnia, quæ ſunt iuriſdictionis, trãſeunt in capitulum, ſicut eſt deponere Abbatem, vel aliquem clericum. 79. diſt. c.nullus epꝰ. & ego hanc ſnĩam te
375 neo.† quia iſta iuriſdictio eſt dignitatis epiſcopalis, quæ nõ tranſit in capitulum, ſicut etiam illa, quæ ſunt ordinis. & iſtud tenet Ioan. And. in c.accedentibus. de exceſ. præla. & Archi. in ca. Romana. de pœnit. & remiſ. lib.6. & quia diſpenſare hunc theſaurũ eccleſię, pertinet ſolum ad illum, cui poteſtas a iure cõmiſſa eſt, quod ego intelligo uerum, niſi illud haberent ex conſuetudine
376 vel priuilegio. d.c.accedentibus.† ex quo concludo, ꝙ uacante ſede, poteſt capitulum indulgentias publicas cõcedere, ſi habet priuilegio, uel conſuetudine præſcripta, aliàs non, contra Paul.
377 & Calde. qui indiſtinctè dicunt, ꝙ non poſſit.† Vicarius autem epi etiam generalis in ſpiritualibus & temporalibus, non poſſet iſtas indulgentias concedere, argu.c.cum in generali. de offi.vica. lib.6. ꝙ tenet Cald. etiam ſi habeat mandatum ad aliquid, qđ requireret ſpeciale mandatum,† & etiam ſi eſſet ibi poſtea clauſula generalis ad oĩa facienda, quæ dñs conſtituens poſſet, ꝓ not. in c.fi. de procu. lib.6. Pono etiam iſtam concluſionem, ꝙ concedere has indulgentias, eſt ſolum dignitatis epalis, ut dixi per d.ca.accedentibus. unde alij hanc poteſtatem non habent, niſi quæſiuiſſent priuilegio, uel cõſuetudine præſcripta, vt d.c.acce-
378 dentibus. in fi.† Aduertendum tñ eſt in hoc, qa Dñs meus Ant. de But. dixit in d. c.accedentibus. ꝙ abbas habens ex priuilegio, vt poſſit uti inſignijs epiſcopalibus, non poterit pro hoc, exercere ea, quæ ſunt dignitatis pontificalis. Dicens, ꝙ Doct. uolunt in c.vt apoſtolicæ. de priuile. lib.6. ſuper gl.2. & ibi Io. An. ĩ nouel. ꝙ abbates hñtes inſignia epalia, nõ poſſunt ea, quæ ſunt ordinis epiſcopalis. ſed iſta ratio non eſt bona ad propoſitum, quia ſentit quòd conceſſio iſtarum indulgentiarum, dependeat ab ordine epiſcopali, quod eſt falſum, ut prædixi. & ideo an talis abbas poſſit iſtas indulgentias concedere, ego dico, ꝙ ſunt inſpiciẽda verba priuilegij: ſi enim priuilegium ſimpliciter concedit abbati, ut poſſit vti inſignijs epiſcopalibus, & non dicat plus, credo ꝙ
379 propter hoc non poſſet dare iſtas indulgentias,† quia cum iſtud priuilegium ſit contra ius commune, debet ſtrictè interpretari. ĵ. de uerbo. ſignif. olim. & ideo ſolum poterit abbas, quantũ verba priuilegij ſibi concedunt, quia iſta in honorem eccleſiarum, non in ampliationẽ officij dantur, ut dr̃ in d. c.ad apoſtolicæ. de
380 priuile. lib.6.† vnde vulgariter dr̃, ꝙ illud operãtur inſignia epiſcopalia in iſtis, qđ genitalia membra in multis, qa nõ generãt, & eſt videndum qđ ſcribit Io. Cald. in d.ca.ad apoſtolicæ. in no-
381 uel. ubi refert quædam dicta Beati Bernardi, ſatis moralia.† ſed ſi diceret indiffinitè priuilegium, ꝙ talis abbas poſſit vti dignitate epiſcopali, uel exercere ea, quę ſunt dignitatis epiſcopalis, tũc poſſet eas indulgentias concedere, per text. in d.c.accedẽtibus. de exceſ. præla. nõ tamen per hoc poſſet exercere ea, quæ eſſent
382 ordinis epiſcopalis, per prædicta.† Reſtat nunc uidere, quia iſta vt dixi. ſunt dignitatis epiſcopalis, & cum ordo cꝓorum, ſecundum Theologos, quadripartitus ſit, quia aliqui ſunt epi, aliqui metropolitani, alii archiepiſcopi, & quidam patriarchæ, an iſti
383 habeant magis vnus quàm alter.† Iſtam qõnem in ſimili format Guil. de Mon. Lau. in cle.2. de priu. & dicit, ꝙ ſi ꝙſideramus epiſcopos rõne ordinis, & caracteris impreſſi, tũc non hẽt plus

archie-

Source : BIU Cujas

384 archiepiſcopus,& patriarcha,vel Papa,quàm epiſcopus,† & iſta eſt ratio quare Papa dicat ſe epiſcopum,quia hoc facit reſpectu ordinis,quia ordo non eſt maior in eccleſia Dei, vt no.in ꝓ.6. Sed ſi conſideramus reſpectu iuriſdictionis, tunc eſt maior iuriſdictio archiepiſcopi q̃ epiſcopi, & patriarchæ q̃ metropolitani, vel archiepiſcopi, quia epiſcopus habet ſolam iuriſdictionẽ in ſua diœceſi,& ī ſubditos ſuæ diœceſis, ſed archiepiſcopus ha-
385 bet hanc in totam ſuam prouinciam, † & iſte eſt vnus de caſib. in quo archiepiſcopus habet iuriſdictionem in ſubditos ſui ſuffraganei,vt inf.eo.in c.noſtro.& idẽ ego credo de patriarcha,licèt hoc non inueniam tactum, vt hanc iuriſdictionem habeat in omnes ſubditos ſuorum archiepiſcoporum,& epiſcoporũ,
386 † eadem ratione & Papa,qui eſt totius orbis vniuerſalis ep̃s, & ſpecialiter Patriarcha vrbis Romæ poteſt iſtam iuriſdictionem exercere vniuerſaliter per totum orbem, quia ipſe ſolus in plenitudinem poteſtatis vocatus eſt, alii in partem ſollicitudinis.
387 21.diſt.§.j. cum capitulis ſeq. † Sed quid ſi epiſcopus conceſſit vni etiam epiſcopo,ꝙ poſſit audire confeſſiones & pœnitentias concedere,& remiſſiones facere,an poterit iſtas publicas indulgentias concedere? Credo ꝙ non,per tex.in c.2.de pœnit.& re-
388 miſ.†quia iſtæ indulgentiæ ſunt donationes, quæ non veniunt in generali conceſſione.in c.2.de offic. vicar. in 6. & quia ſi ueniunt priuatæ indulgentiæ,nõ veniunt iſtæ publicæ, quia in generali conceſſione non veniunt illa,quæ quis non fuiſſet ſpecia
389 liter veriſimiliter conceſſurus,vt ibi,† & ideo quando epiſcopus dat licentiam,vt quis eligat ſibi confeſſorem,ille electus nõ poterit abſoluere de caſibus epiſcopo reſeruatis,ut ibi in d.ca.2.
390 †Credo tamen,ꝙ iſte epiſcopus, cui alter ep̃s in foro pœnitentiali conceſſit generaliter vices ſuas,ꝙ licet nõ poſſit has publicas indulgentias concedere,poterit tamen illas cõcedere, quas poſſent presbyteri parochiani concedere in foro pœnitentiali,de quo ſupra dixi:quia dixi,ꝙ eſt duplex indulgentia,priuata, quam facit presbyter in confeſſionibus quas audit:& publica,
391 quam faciunt epiſcopi: † & iſtas publicas non credo ꝙ ep̃s poſſit committere alteri exercendas,niſi alij epiſcopo, vel habenti iura dignitatis epiſcopalis.ratio,quia ſunt iſtius dignitatis,& nõ alterius propriè,arg.c.aqua.de conſecr.eccle.vel alta.licet Io.& & Gaſp.Cald. dixerint, ꝙ cum iſta ſint iuriſdictionis, poterunt
392 committi ſimplici ſacerdoti,†quod non credo verum,qa non ſunt ſimpliciter iuriſdictionis, ſed ſunt iuriſdictionis annexę dignitati epiſcopali,ergo non poſſunt committi alij, q̃ epiſcopo. facit quod ſcripſi ī opere Monarchiæ,in materia conciliorum, vbi poſui an poſſit quis per procuratorem comparere, & qua-
393 lis debet eſſe procuratoris perſona. † Credo tamen ꝙ ſi cõmitteret ſimplici ſacerdoti,vt explicaret tanquàm nuncius, vt ponit glo.in l.j.ff.de iuriſ.omni.iudi.tunc quæ facit nuncius,dñs facere videtur,& in nuncium nulla tranſit poteſtas, iuxta no.in l. & licet.ff.de conſtitu.pecu.& in c.fi.de procu.lib.6. quod poſſet, ſed tanquam procurator non poſſet,uel delegatus, quia faceret ſuo nomine.& ſi dicatur,facit ex priuilegio, ꝙ poteſt, vt in c.accedentibus.de exceſ.prælato.fateor,quando ex priuilegio Papæ facerer,ſed alius inferior non poteſt dare iſtud priuilegium. ſtat ergo concluſio, ꝙ conceſſio iſtarum indulgentiarum publicarum,eſt ſolum dignitatis epiſcopalis, & eſt ſolum in ſubditos ꝓ
394 prios,vt in hoc c. † & habet principaliter iſtam poteſtatem Papa,qui principaliter habet claues huius theſauri eccleſiæ, & hẽt poteſtatem a ſolo Deo,alij uerò prælati habent hanc poteſtatẽ
395 a Papa.21.diſt.q̃q̃.22.diſt.c.j.† Et ideo ipſe poteſt dare quantum vult indulgentiæ,& dare plenam indulgentiam,de qua no.in c. ad deliberandum.de Iudæ.& in clemen.2. de pœnit. & remiſ.in uerbo,plenam. Alij uerò prælati, cum habeant iſtam poteſtatẽ a Papa,habent ipſam reſtrictam ab eo, vt non detur vltra annũ in dedicatione eccleſiarum, quotquot ſint epiſcopi ibi dedicãtes,& in anniuerſario 40.dies iniunctæ pœnitentiæ, & hanc reſtrictionem potuit facere Papa, ne per indiſcretas indulgentias contemnerentur claues eccleſiæ,& pœnitẽtialis ſatisfactio ener
396 uaretur.& hæc omnia notan. in c. cum ex eo. & ibi per Inno.ſ. eo. † & conceduntur iſtæ indulgentiæ non ſolum in dedicatione & anniuerſario,ſed etiam quãdo epiſcopus celebrat, uel prædicat,& iſto caſu ſecundum Inno.concedit annum. Sed ſecundum Hoſtien.dat ſolum 40.dies,& ita uidetur ſeruare conſuetu
397 do.†& idem uidetur dicendum de legato de latere,vt ſi eſt epiſcopus & legatus,poſſit in dedicatione eccleſiæ annum concedere,& non vltra,& in aliis indulgentijs 40.dies. & hæc videtur de mente Specu.in titu.de legato.§.ſupereſt in 3.col. ver.poteſt eſſe,& uerſi.ſeq.maximè quia Papa hoc moderamine plerunq; vtitur,vt dicit text. in d. c. cum ex eo.inf.eo.in fi. Poſtq̃ diximus de agentibus ſiue concedentibus iſtas indulgentias, videamus
398 modò de forma,materia,& effectu. † Forma,in Papa eſt, quam dixi,quia dat etiam indulgentias culpæ & pœnæ,vt no.in ca.ad liberandum.de Iudę.in clemen.2.de pœnit.& remiſ. ipſe etiam quandoque dat communes indulgentias,quas alij concedunt,
399 ſcilicet annũ 40. dies quandoque. † Sed de materia videamus quid enim ſi in dedicatione eccleſiæ ſunt plures epiſcopi,& quilibet concederet annum,vel in anniuerſario 40. dies, an ualeãt iſtæ indulgentiæ,& quot ſint epiſcopi,tot ſint anni, uel quadra-
400 genæ.Iſta q.hẽt duo puncta.† Primum,qũo intelligatur text.in c.cum ex eo.ſ.eod.dum dicit text. non extendatur indulgentia vltra annum ſiue ab vno,ſiue a pluribus,& demum in anniuerſario 40.dies. Quidã dicunt,ꝙ circa annum fit reſtrictio, vt plures epiſcopi non dent vltra annum,ſed circa 40.dies non fit iſta reſtrictio,quia in iſta non eſt repetitum illud verbum,& ſiue ab vno,ſiue a pluribus.& ideo ſi plures ſunt epiſcopi, licèt non poſſint plures annos concedere,poterunt tamen plures quadragenas,& ſim iſtos illa uerba, ſiue ab vno, determinant ſolum præcedentia,ut de appel.c.ſecundò requiris. & c.inquiſitionis. Iſta
401 opinio mihi non placet,†quia quando duo ſunt copulata,qualitas adiuncta præcedentibus uidetur repetita in alio copulato, tex.eſt in l.Seiæ.§.Caio.ff.de fundo inſtruc.& l.fi.§.cui vina dulcia.ff.de vino triti. oleoque lega.Sed hic eſt aduertendum vnũ, quod Doc.non tangunt, & fruſtra videtur diſputatio iſta: nam ſi ſunt plures epiſcopi,qui concedant annum, cum nullus poſſit concedere niſi ſuis ſubditis, ut in hoc c.certè nulli habebunt
402 niſi annum. † Sed dicas ꝙ bona fuit prouiſio c.cum ex eo.nam ſi quilibet illorum epiſcoporũ uellet, ut ſui ſubditi poſſent vti indulgentijs aliorum epiſcoporũ,& ſic haberent plures annos, hoc fieri non poſſet,ſed omnes concedent eundem annũ, uel eoſdem 40.dies,quotquot ſunt epiſcopi.& hoc ſeruat cõſuetudo,quæ eſt optima legum interpres,de conſuetu.cum dilectus. & intelligitur ꝙ quilibet de ſuis ſubditis,ut in hoc c. poteſt etiã intelligi,ꝙ etiam ſubditis aliorũ ualeat datio indulgentiæ,quaſi vnus ep̃s videatur conſentire alteri ep̃o,ut det indulgentias ſuis ſubditis:& ideo declarauit tex.ꝙ ñ eſſet niſi annus, uel 40.dies,
403 licèt plures ep̃i conuenirent. † Sed hic occurrit dubium,quid ſi ad dedicationem cõcurrant Archiepiſcopus,& Ep̃s prouincialis,& quilibet det annum,quot annos habebunt ſubditi epiſcopi,facientes eccleſiam dedicare,& prouinciales alij quot habebunt.Inno.vī ſentire,ꝙ ſubditi ep̃i habebunt biennium,& ſubditi Archiep̃i habebunt annum, qa Archiep̃s põt dare indulgẽtias omnibus ſubditis ſuorum ſuffraganeorũ, & per totam ſuã prouinciam.ſ. eo. c.noſtro. vnde ſubditi ep̃i habebunt annum proprij ep̃i,& iterum annum per Archiep̃m ꝓceſſum. Sed ego credo,ꝙ nullus habebit niſi annum,per tex.in d.c.cum ex eo.& in c.fi.de pœnit.& remiſ.in 6.Nam licèt Archiep̃s poſſit dare indulgẽtias ſubditis ſui ſuffraganei, & ipſe etiam ſuffraganeus poſſit:tñ cum ſit poteſtas limitata, vt in dedicatione eccleſiæ ſint quot uelint epiſcopi, non poſſit vltra annum concedere. vnde hoc caſu non poterit Archiep̃s per ſe annum dare,& ep̃s aliũ, qa Archiep̃s eſt ep̃s,& in actu dedicationis plures ep̃i non dant
404 vltra annum.& iſtud videtur tenere Hoſt.& Dñs meus.†Sed p̃ ſuppoſito ꝙ non poſſint dare vltra annum, & in anniuerſario 40.dies,an ſi excedunt numerum,ualebit datio indulgentiarũ, ſaltem in numero permiſſo? Glo.tangit in d.c.cum ex eo.& ui-
405 detur concludere,ꝙ ualebit in numero permiſſo,† ponens regulam,ꝙ licèt quis faciat contra mandatum,legem excedendo ꝙ nihilominus actus ualebit in permiſſis, quando in lege non eſt decretum decernens irritum & inane, ſicut eſt in c.cum ad quorundam.& c.ſanè.de exceſ.præla.ad hoc,de præben.inter cętera.ubi quando tales eccleſiæ non ponuntur in mandato, ualent geſta, licèt fiant contra mandatum. de præben. c.dilectus. idem tenet glo.in c.fi.de pœnit.& remiſ.lib.6. quia utile per inu
406 tile non uitiatur,vt in regu.vtile.de reg.iur.in 6.† Præterea iſta eſt quędam liberalitas,ſiue donatio:ſed in donatione ſi excedat̃ quantitas,ualet ſaltem in permiſſis donati.l.ſancimus. C.de do-
407 na.7.q.2.ſi quos de ſeruis.† Item hic agitur de re ſaparabili.ſ.de numero dierum.unde non uitiatur utile per inutile. in l j.§.Trebatius, de aqua quoti. & ęſti. & licèt quidam dicant,ꝙ in nullo ualeant,quia qui priuilegio abutitur,perdit illud.11.q.3. priuilegium.glo.reſpondet,quòd non perdit,ſed meretur perdere.no. in c.ſuggeſtum.de deci.iſtam opin.tenet Archi.per text.in c.pri
408 mo,de deſpon.impub.lib.ſexto,†vbi actus, qui non ualet ut geritur,ſaltem valet ut ualere poteſt. & pro iſta ſententia uidetur bo.tex.in l.prima.§.ſi ſtipulanti.de uerbo.oblig. ubi ſi ſtipulor, 10.& tu promittas 20.ualet in 10.ita in caſu noſtro, ſi debet cõcedi annus,& concedatur biennium, ualebit in annum. faciũt no.de conſecra.diſtinct.quarta,ſi nunc ſanctificatur.& l.tam an
409 guſti.de ſerui.ff.& l.filius.§.ut quis hæredem.ff.de leg j.†& quia hic agitur de obligatione peccatorum diſſoluenda, ſicut ſoluit peccatum, in materia ſi non ualet quòd ago vt ago,debet ualere ut ualere poteſt.l.an inutilis.ff. de acceptil. ſecundum Barto.
410 qui ita not.in l.prima.§.ſi quis ita. ff.de uerbo. oblig. † Contrarium tenet Ioan.Mona.quia faciens contra concilium,non debeat in partem etiam conſequi quod intendit,allegat.l.ſi ab ho
411 ſtibus.ff.ſolu.matri.quæ parum, uel nihil facit. † Item quia iſta eſt gratia, quam perdit ille, qui in uno factus eſt reus. in ca.defleat.de regu.iur. Iſta ratio eſt multum generalis, nam loquitur de peccatore,qui pro vno peccato perdit gratiam Dei. Sed iſta non habent locum in foro contentioſo, ut qui peccat in uno, in omnibus peccare videatur, ut probant iura primò inducta. Gaſpar tamen Calde.tenet,ꝙ in nullo ualeat per text.ſ.eodem,

Source : BIU Cujas

in ca. nostro. dum dicit, ita tñ ꝙ statutum concilij non excedat. ergo videtur potestas limitata, vt si excedat, non valeat, quia po-
412 testas non videtur sibi data alio modo. j. q. 7. Daibertum. hoc ꝑ-
bat tex. in c. fin. de pœniten. & remissio. in 6. † vbi dicit ꝙ indul-
gentiæ non tenent, quæ formam concilij excedunt, & sic videt̃ determinare, ꝙ nō valeant in aliquo, cum text. dicat indistinctè
413 nō valere, † sicut dicitur in teste, qui si in suo dicto miscet aliqd falsum, in nullo valet. 9. dist. si ad scripturas. & pro ista opinione
414 ego induco, quia ista videtur forma tradita a canone, † sed quan do est peccatum in forma, si nō valet quod agitur vt agitur, nō valet vt valere potest, tex. est in l. an inutilis. de accep. secundum
415 vnam lecturam, quam sequitur glo. & Bar. † Item quia ille, qui fecit actum, quem scit non valere, tūc actus nullo modo valet, quia gerens illum, videtur velle ꝙ nullo modo valeat. tex. est in illa l. an inutilis. & in dubio episcopi, qui debent esse iurisperiti, præsumuntur hoc scire, quare ista quæstio videtur mihi dubia.
416 Ego tamen tenerem sententiam glosarum, † nam illud quod proximè dixi, ꝙ qui gerit actum, quem scit de iure non valere, videtur nugatoriè loqui, habet locum in actu, cui ius nullum ef fectum tribuit. sed si esset actus, in quo ius disponit valere vt po-
test, sicut in donatione, vt in d. l. sancimus. de dona. tunc q̃ sciēs illum actum gerit, videtur velle saltem, ꝙ habeat iuris effectū, quem potest habere. ita videtur velle Bar. in d. l. an inutilis. Item in hoc casu est peccatum non in forma, sed in agente, quia epi-
417 scopi non habent istam potestatem & mandatum a iure. † Sed quando est peccatum in agente, quia non habet mandatū, tunc si non valet quod ago vt ago, valet vt valere potest. l. quæcunq;.
418 ff. de procu. ita vult Bar. in d. l. an inutilis. † Item est hoc peccatū in materia, non in forma, quia materia sunt dies qui dantur: tūc si nō valet ꝙ ago vt ago, valet vt valere potest. tex. est ī d. l. an inu tilis. secundum aliam lecturam. ff. de acceptil. Nec obstat quod dixit Iac. de Raue. & quidam alij, quòd non potest esse defectus quin sit in forma, quia non potest esse forma quin fit materia,
419 † nam quando est defectus in materia potest fieri vt valeat alio modo quàm agitur, & ita loquuntur glo. & Doct. sed non in ea forma qua agitur, nam licèt quilibet quęrat formale, siue forma re tale quale actu, nam masculus semper valet specificare ma-
sculum: tamen si datur defectus in materia, facit quòd valet ut potest, & tunc specificat fęminam, quia fęmina specificatur ꝓꝓ
420 imperfectum materiæ. † concludo ergo in isto casu cum gl. vt valeant istæ indulgētiæ eo modo, quo valere possunt. & ad quę stionem istam possunt induci notata in l. prima. C. si aduer. rem
421 iudica. † vbi dicitur, an sententia potest valere pro parte, de quo 2. quæst. 6. c. si quis a pluribus. de conuer. coniug. c. placet. de testa
422 men. Raynutius, & Raynaldus. † Et possunt induci etiam, quę di cuntur de iudice, qui potest pronunciare de den. x. solum & pro nunciauit de 20. an valeat in 10. de quo 12. quæst. sexta, ca certè.
423 † Vlterius dubitatur, legatus de latere, simul cum vno episcopo, vel pluribus episcopis cōcedunt in dedicatione ecclesiæ annū, vel in anniuersario 40. dies, an erunt duo anni, vel alij 40. dies ab illis, quos concesserunt alij episcopi? Scriben. hic respondent, sed non ad interrogata, ꝙ legatus potest alios 40. dies ab illis, quos concesserunt alij episcopi. mouentur, quia legatus facit
424 auctoritate Papæ, † & sedes apostolica id facere videtur, quod legatus facit. de offic. lega. quod translationem allegant Spec. in titu. de lega. §. nunc ostendendum. versi. legati. sed ista vī esse in Papa, quia si concederet 40. dies, essent alij ab his, quos concede-
rent alii episcopi, ergo similiter in legato. Ego in ista q. aliter sen
425 tio quàm isti dicant, & ideo in ea sunt duo videnda, † an Papa, vel legatus, consecrando & dedicando ecclesiam, dādo annum pro dedicatione, vel 40. dies pro anniuersario, diuersum videan tur annum dedisse in dubio ab alijs episcopis. Secundò, quòd si expressit Papa vel legatus, ꝙ essent anni diuersi, an valeret. Ad primum credo, quòd nō erunt anni diuersi, vel 40. dies, sed erit tantum annus vnus & vna quadragena. moueor per tex. in c. cū ex eo. in fi. ℣. eo. vbi tex. dicit, quòd Roma. Pontifex, qui plenitu-
dinem obtinet potestatis, hoc consueuit moderamen obseruare. Secundò moueor per text. in c. in causis. de re iudic. quē text. ego intelligo aliter, quàm Dominus meus, & scriben. intelligāt. nam ibi est casus, ꝙ in procedendo & sententiando, Papa iuris ordinem obseruat, vbi quando dispensando pronunciat: tūc. n.
426 est quòd iuris ordinem non seruat, & tunc procedit ibi intelle-
ctus & summarium Docto. † Vnde de ordinata potestate Papa censetur obseruare ius commune, loquor de iure etiam positi-
uo, vt est text. in ca. j. de cau. pos. & propriè. vbi Papa dicit, ꝙ non potest diffinire quidquam parte inaudita & gl. intelligit lite nō contestata, & tamen litis contestatio est de iure positiuo. vnde ibi est casus, ꝙ Papa in dubio cēsetur procedere secundum for-
427 mam iuris communis. & est ratio, † quia licèt Princeps sit solu-
tus legibus l. Princeps ff. de legi. tamen digna vox est se profite-
ri legibus alligatum, vt l. digna vox. C. de legi. & hoc probat tex.
428 in c. ad petitionem. de accusa. † Nō obst. si dicatur, vbi est Prin-
ceps, ibi est omnis solēnitas. l. omnium. C. de test. & illa quę no. Doc. & Host. in d. c. in causis. quia illa sunt intelligenda, q̃ facit de absoluta potestate dispensando, in d. cap. in causis. in fi. uel q̃ facit ex certa scientia, nam tunc facit illud quod est inualidum, validum. in c. j. de confirma. vti. vel inuti. in c. cum dilecta. de pri uile. no. Inno. in c. fin. vt lite pen. de verb. signi. olim. Et idem q̃ facit de plenitudine potestatis. c. illa. de transla. præla. c. j. & idem quando est sua cōsuetudo, sicut curia Romana, de porrectione
429 libelli. † In dubio autem Papa, non præsumit vti istis potestati-
bus, nisi exprimat in literis, vt no. in glo. in clem. & si principalis. de rapto. & ideo tex. in cle. pastoralis. de re iudi. dicit supplentes omnem defectum, quod debet intelligi de defectu iuris positi-
430 ui, † quia iuri naturali & gentium, Papa, velit & nolit, est subie-
ctus, not. in c. quæ in ecclesiarum. de constitutio. & Barto. in d. l. digna vox. & ista sunt de mente Bald. in d. l. Princeps de legib.
431 † Quare concludo, ꝙ si Papa uel legatus cum aliis episcopis de dicauit ecclesiam, & dant annum, & in anniuersario 40. dies, ꝙ erit vnus annus omnium, & ijdē 40. dies, nisi Papa vellet ꝙ an nus suus esset alius ab alio enunciato per alios episcopos, quia tunc esset biēnium. sed in dubio cum videatur vti iure commu ni, & cum ipse sit episcopus, dico, ꝙ cum aliis episcopis censetur dedisse annum, maximè per text. in d. c. cum ex eo. in fi. & idem multo magis in legato, nisi aliud exprimat, & habeat in manda-
432 tis, vt possit ultra concedere, aliàs non credo ꝙ possit. † Io. etiam Cald. reuocat in dubium hic, an alij prælati inferiores ab episco-
po, possint præscriptione, vel consuetudine, acquirere istud ius indulgentias concedendi, vel conferendi? & videtur ipse tene-
re, ꝙ non possint. ratio, quia per ista dirumpitur neruus ecclesia sticæ disciplinæ, vt in c. cum ex eo. ergo contraria consuetudo non ualet, per tex. in c. cum inter. de consue. Item quia ista com-
petunt episcopo, ita ꝙ non alteri inferiori, allegat ipse de offic. ordi. in c. in plerisque. ego allego text. c. accedentibus. de excess.
433 præla. † & quia illud quod dicitur, quòd consuetudo eat iuris-
dictionem, debet intelligi de modica, vt not. Inno. & Host. in c.
434 cum contingat. † & ideo dicunt, ꝙ cōsuetudine nō posset quæ-
ri, vt inferiores prælati deponerent clericos. de elec. c. transmis-
sa. de consue. quanto. Aliqui videntur dicere, ꝙ solum prælati debentes, quasi potestatem episcopalem, possunt ista præscribe re. tu omissis truffis, dicas ꝙ ista q. dependet ab illa, quæ sint illa quæ competunt superioribus, quæ possint per inferiores quæri consuetudine, vel præscriptione, & hunc art. examinant Doct.
435 in d. c. cum contingat. de foro compe. † in quo ista videtur vera conclusio, ꝙ illa quæ sunt ordinis, præsertim episcopalis, ista nō possint præscriptione, vel consuetudine quæri, allegant de con-
sue. quanto. ego allego tex. in c aqua. de consecra. eccle. uel alta.
436 † & ista est ratio, quare consuetudine vel præscriptione nō po test quæri ius deponendi clericos: quia sicut ius ordinādi depen det ab ordine episcopali, ita & ius deponendi, vt contrariorum
437 eadem sit disciplina. † quædam sunt dignitatis episcopalis (& su pra ego ista retuli) & ista possunt consuetudine & prę scriptione acquiri, sicut est hoc ius indulgentias concedendi, quod potest priuilegio Papæ concedi, vt est text. in d. c. accedentib. de excess. præla. ergo etiam præscriptione tanti temporis, cuius contrarij
438 memoria non extet, † quia hæc præscriptio habet uim priuile-
gij, in c. super quibusdam. de verb. sign. no. in l. hoc iure. §. ductus
439 aquæ. ff. de aqua quoti. & esti. † & ista intellige tamē, ꝙ potest prę scribi a prælato inferiore, qui habet aliquos subditos, uel iurisdi ctionem, uel aliquam prę eminentiam, non si esset priuatus cle-
440 ricus. & ratio, † quia ea quæ sunt meri imperij, dummodò non sint annexa ordini, etiam si sint iurisdictionis episcopalis digni-
tatis, sicut est ista concessio indulgentiarum, talia sunt quæsibi-
lia consuetudine, uel præscriptione, ut not. Bart. in l. j. ff. de aqua plu. arcen. & in l. j. de sum. Tri. & ita cōcludunt Dñi de Rot. ℣cl.
410. allegant de præscri. auditis. & c. olim. ego allego tex. in c. ac-
441 cedentibus. de excess. præla. † Et ideo Abbates & capitulum va-
cante sede, posset ista præscribere, & ita sup. eo. concluſi. & ideo potest præscribi potestas excōmunicandi & carcerandi, & alia, quæ sunt meri imperij, allegant tex. in c. dilectis. & significauit.
442 de appel. † & ideo inferiores prælati possunt præscribere ea quę sunt dignitatis episcopalis, siue sint de lege diœcesana, siue iuris dictionis. & dictum Host. & Inn. qui dicunt, ꝙ possunt præscri-
bi ea quæ sunt modicæ iurisdictionis & imperij, intelligunt mo dicæ iurisdictionis esse omnia alia, quæ dependent ab ordine.
443 vnde concludo, ꝙ ea, † quæ sunt ep̃alis dignitatis, scilicet ℣cede-
re indulgentias, p̃scribuntur ab inferioribus prælatis habētibus iurisdictionem & subditos, & non p̃ alios, sed ea quæ sunt ordi-
nis, nō præscribūtur. ita tenet Dñs meus in d. c. cū ℣tingat. qcqd
444 scribat Io. Cald. † Quærit Dñs meus, post Host. ut ipse ponit in c. cū ex eo. ℣. eo. an ista tempora indulgētiarū, sint vtilia, uel cō-
tinua & licèt ipse cōfusè reciter Host. ego ℣cipio ꝙ mens eorū est facere differentiam inter indulgentias, nam q̃n datur simpli citer annus indulgentiæ, tunc ista indulgentia sit continua: si uero conceditur in indulgentia quadraginta dierum iniūctę pę nitentiæ, tunc isti dies sunt vtiles, nam per istam indulgentiam si aliquis erat astrictus per pęnitentiam ieiunare forsitan 20. vel 30. aut 40. diebus, tunc si datur indulgentia quadraginta dierum iniunctę pęnitētiæ, alleuiabitur iste, vt ieiunare nō teneatur du-
rante dilatione quadraginta dierum. absurdū. n. esset dicere, fa-

Source : BIU Cujas

cio tibi indulgentiam dierum,quibus quis non ſit aſtrictus ieiu
445 nare,† & ideo Hoſt.cõcludit, ꝙ ſi iſta tempora indulgentiarũ, quæ dantur de iniunctis pœnitentiis,ſunt vtilia, & hoc operẽtur illa verba de iniuncta pœnitentia,vt extenuent pœnitentiam,vbi ſimile tempus pœnitentiæ,hoc eſt ꝙ ſolum dies neceſſarii computentur in indulgentia. Alii dicunt,ꝙ tempora ſunt continua, quia etiam dies,quibus non videtur indigere, ad remiſſionẽ pœnitentiæ ſibi proficient, ſed non dicunt iſti in quo proficient. Sed ego ſupra dixi in diffinitione,circa finem, ꝙ proficiũt iſtis ad augmentum gloriæ:non enim eſt credendũ,ꝙ plus debeant iſtæ indulgentiæ prodeſſe illis, qui non ſatisfeciſſent aliter, niſi ꝙ indulgentiis dicantur ſatisfeciſſe,& illi qui per pœnitentiã aliter ſatisfeciſſent, nullum ex indulgentiis cõmodum conſequerentur.Et ſm iſtos poteſt dici,ꝙ dilatio ſit cõtinua, & ceſſat abſurdum Hoſt.ꝙ indulgentia non poteſt operari in tempore in quo non tenetur ieiunare: quia ſi non proficit in illo, proficit
446 ad augmentum gloriæ. † Alii volunt, ꝙ iſta verba damus 40. dies indulgentiæ de iniunctis pœnitẽtiis,importent,vt ſi debuiſſet peccator ſtare in purgatorio tantum per annum, ſtabit minus,prout ſunt dies 40.nec credunt ꝙ propter iſtas indulgẽtias quis teneatur minus in hac vita pœnitentiam agere,& dictũ iſtorum conuenit æquitati,ſm Inno. Ego credo ꝙ omnes iſtæ opi. poſſint concordari,nam ſi habens indulgentiam,pro tunc non indiget,quia fortè ſatisfecit pœnitentiam,& tũc ſi vult ꝙ iſtę indulgentię proſint ad augmentũ gloriæ,tunc iſta dilatio erit vtilis à principio,quia non currit iſtud tunc, niſi poſtquam peruenit ad gloriam,& poſtea dilatio ipſa erit continua.ſi verò vellet vti hac indulgentia pro pœnitentia aliàs iniungenda,quia quoti die peccamus,ſaltem venialiter,tũc iſta dilatio erit vtilis, vt tũc demum currat, quãdo aliquid explendæ indulgentiæ ſupereſt. & idem ſm illos,qui tenent,ꝙ minus ſtabit in purgatorio: nam ex hoc conſtat,ꝙ iſta dilatio eſt vtilis à principio: nõ enim currit dum eſt in hoc mundo talis dilatio, ſed expectatur tempus
447 mor is,in quo quis purget peccata ſua.† Ego etiam idem credo de anno,qui datur indulgentiæ, & non dicit de iniunctis pœnitentiis,ꝙ iſte ſit vtilis,donec recipientes ſint in iſto mundo,poſtea verò eſt continua.Et de iſtis dilationibus, quæ ſunt à principio vtiles,& expoſt facto continuæ,dixit gl.in rub.ff.de diuer.&
448 tempo.præſcrip.& l.j.eo.tit.in gl.quæ incipit,dies. † dãtur enim iſtæ indulgẽtiæ ad remiſſionem peccatorum, ita dicit tex. infra eo.cum ex eo. quod intelligunt ibi Doct. ideſt ad remiſſionem
449 pœnæ peccatorum.† Vlterius dubitatur, pone ꝙ epiſcopus Paduanus conceſſit indulgentiam 40.dierum in anniuerſario cõſecrationis eccleſiæ, demum ſucceſſor eius ſimiliter dedit alios quadraginta dies, an valeat.Iſtam quæſtionem ponit Io. Andr. in additio.Spec.ſuper rub.de pœn.& remiſſio. vbi arguit primò,
450 ꝙ ſic, vt ſit duplicata indulgentia, † ſicut dicitur de ſucceſſore epiſcopi qui donauit quinquaginta,vel quadraginta:nã illa põt donare,non obſtante ꝙ prædeceſſor etiam donauerit, dum tamen ceſſet etiam detrimentum eccleſiæ,vt de donatio.c.paſto-
451 ralis.† Ibi tandem cõtrarium determinat, quia per multiplicationem ſucceſſorum ſemper renouantium indulgentiam,poſſet veniri vltra tempus determinatum in concilio,de quo infra eo.cum ex eo.& ita intelligit ibi tex.dum dicit,ab vno vel pluri
452 bus,ſubaudi etiam eiſdem vel ſucceſſoribus ſucceſſiuè.† & pro hoc facit,ꝙ illud põt ſucceſſor, quod poterat prædeceſſor, nec poteſt illud,quod ille non poterat.Vnde concluditur, ꝙ potius talis eſt renouatio,& non noua conceſſio, & dicatur potius facta ad oſtendendum, ꝙ indulgentia conceſſa per prædeceſſorẽ non expirauit morte,iuxta no.in c.fi.de off.leg.& hoc ſentit Io.
453 Andr.in cap. fin.de pœnit.& remiſſio.in 6.† Vlterius dubitatur, an dans indulgentiam,poſſit illa vti pro ſe.Vincentius tetigit in d.c. cum ex eod.Archid.in d. c.fi.de pœniten.in 6.& ibi tenet ꝙ non Ioã.Andr. ibi non proſequitur hoc.Gaſp. Cald.dicit ꝙ pater ſuus, in c.cum ex eod. tenuit opi. beati Tho.in 4.ſentent.20.
454 diſt.q.4.arti.5. † vbi dicit, ꝙ indulgentia datur auctoritate iuriſdictionis & adminiſtrationis generalis, quam habet Deus, & per quam poteſt diſpenſare theſaurum Eccleſiaſticum Eccleſiæ, vt in noſtro c.ergo poſtquam poſuit indulgentiam generalem,
455 poterit illa vti. † Dat ſimile, Sacerdos conficit corpus Chriſti vt diſpenſet aliis,poſt confeſſionem,ille etiam pro ſe vtitur, ita poterit vti ſuffragiis eccleſiæ, quæ aliis diſpenſat, quarum effectus immediatus eſt remiſſio pœnę.& pro hoc ceſſat illud,quod
456 dicitur, ꝙ nõ poteſt exercere iuriſdictionem in ſeipſum,† quia indulgentia non eſt remiſſio pœnæ per modum ſententiæ,ſed p modum diſpenſationis,quam quis poteſt facere ſibi ipſi,genera
457 liter præparata aliis, vt dixit beatus Tho. † Nec ob. ꝙ non gaudent indulgentiis niſi ſubditi,vt in hoc c.& quis non poteſt eſſe ſibi ipſi ſubditus. quia reſpondetur, ꝙ tanquam miniſter præparat indulgentiam,& indicit,& tanquam ſubditus percipit in-
458 dulgentiam,† ſicut dicit lex ſi conſul.de adop.ff. ꝙ filiusfa.conſul. & præſes apud ſemetipſum emancipare poteſt : emancipat
459 enim vt conſul,& recipit vt filiusfami.priuatus.† faciunt illa iura, quæ dicunt, ꝙ quis poteſt repreſentare perſonam duorum,
460 de appel.à collatione,lib.6.† Nota bene iſta dicta, ꝙ ille qui eſſet ex equutor deputatus ad diſtribuendum bona pauperibus, poſſet ſibi ipſi pauperi diſtribuere, quia omnis ordinata charitas incipit à ſeipſo.l.præſes.de ſeruitu.& aqua. C.& in c. niſi ſpe-
461 cialis.de auct.& vſu pal.† Vltima quæſtio ſit,an iterans actum, pro quo data eſt indulgentia, conſequatur duplicem indulgentiam. Archi.in d.c.fi.de pœn & remiſ.in 6.tenet ꝙ ſic, Gaſp. Cal. in c.noſtro,in repe.dixit,ꝙ genitor ſuus in c.cum ex eo.tenebat ſententiam beati Tho.in 4.ſenten.20.diſtin.in arti.2.qui diſtinguebat,ꝙ ſi indulgentia foret perẽnis,hoc eſt ſine termini præfixione, tunc procedat dictum Archid. aut conceditur ad tempus determinatum, vt quia dicit,quicunq; vadit ad talem eccleſiam ante tempus Reſurrectionis,vel qui vadit tali die, & tunc intelligitur ſemel tantum de dante vel eunte. & iſtud tenuit ẽt Goffre. allegando c.j.de fil.presbyt. in 6. & c. non poteſt.el 2.de præben.eod.lib.6.Benedictus ſit Deus,nolo pro nunc alia dicere hic. Laus Deo.

TRACTATVS COMPENDIOSVS

De indulgentia plenaria, per modum prædicationis, per præſtantiſſimum Doctorem,

D. Felinum Sandæum editus.

SVMMARIVM.

1 *Saluator noſter conditor, & ordinator legis diuinæ,voluit quòd quandoque ex cauſa diſpenſaretur ſuper ipſa per plenariam remiſſionem.*
2 *Minima pœna purgatorij,excedit omnem maximam huius ſeculi.*
3 *Gutta ſola ſanguinis Chriſti fuiſſet ſufficiens ad redimendum totum genus humanum.*
4 *Spiritualia non dantur pro temporalibus,niſi per accidens.*
Præexiſtente pœna debitæ & ſufficientis contritionis poteſt ſummus Pontifex totam pœnam debitam peccatori remittere.
Conditio duplex requiritur in dante indulgentias,& in recipiente.
5 *Hæreticus eſſet,qui pertinaciter teneret quòd indulgentię non valeant ad remiſſionem pœnæ,habitis debitis circunſtantijs.*
6 *Indulgentia data per Papam non valet,iuſta cauſa non exiſtente.*
7 *Papa,an per indulgentiam poſſit abſoluere pueros non baptizatos.*
8 *Indulgentia quid ſit.*
9 *Culpæ remiſſor eſt ſolus Deus.*
10 *Culpa & pœna,quid ſit.*
11 *Peccatum cum omni ſequela,quibus modis tollatur.*
12 *Meritum obtinemus ex triplici merito.*
13 *Plenariam remiſſionem ſolus Papa concedre poteſt.*
14 *Indulgentiæ,an tantum valeant,quantum ſonant.*
15 *Pœnæ iniunctæ à canone,& ſacerdote in confeſſione, & ſoluendæ in purgatorio,per indulgentias relaxantur.*
16 *Articulus mortis,quis dicatur.*
17 *Indultum ſi dicat,de plenaria remiſſione omnium peccatorum, de quibus eſt ore confeſſus,& contritus,an quis teneatur confiteri de aliàs confeſſis.*
18 *Abſoluens,quibus verbis debeat vti.*
19 *Laicus in defectum ſacerdotis,an abſoluere poſſit.*
20 *Plenaria indulgentia, an extendatur ad peccata tradita obliuioni, nec vnquam dicta in confeſſione.*
21 *Letargicus,fræneticus,vel amens effectus,& veniens ad mortem non electo confeſſore ſi conſtitutus in ſana mente declarauit ſe velle abſolui,quando caſus contigeret,an poterit abſolui.*
22 *Implens ea,quæ continentur in forma indulti,an ea dicatur impleuiſſe, ſi interim fuit in peccato mortali.*
23 *Caſus multi ſunt,de quibus indulgẽtias habentes nõ poſſunt abſolui in vita.*
24 *Annus iubileus,vnde ortum habuit.*
25 *Sincera contritio eſt neceſſaria pro indulgentiis conſequendis.*
26 *Confeſſus ſatis dicitur, qui confeſſus fuit illo anno, & animum habet confitendi alio anno.*
27 *Moriens in peccato mortali,non eſt in ſtatu ſalutis.*
28 *Præparans ſe ad indulgentiam, quæ conceditur certo tempore & loco, ſi dum ſumit iter committat peccatum mortale,& ſtatim doleat,conſequitur indulgentiam.*
29 *Indulgentiæ tantum illis proſunt, qui faciunt illud, pro quo datur indulgentia,& non aliis.*
30 *Exiſtentes in purgatorio, an poſſint frui indulgentiis, ſi per viuos eorum nomine acceptentur.*
31 *Purgati cum ſint,in terra vel circa terram, dici poſſunt ſuper terram, & ideo Papa in eos habet poteſtatem.*
32 *Indulgentiæ Papę nunquid poſſunt extendi ad exiſtentes in purgatorio,ſi vni pro eis faciant illud,quod in forma indulgentiæ continetur.*
33 *Papa poteſt facere quòd bona facta ab exiſtentibus in peccato mortali, ſint meritо-*

Source : BIU Cujas

meritorio existentibus in purgatorio, & quomodo.

Papa, nunquid per communicationem indulgẽtiæ posset in totum locum purgatorii expoliare.

34 *Moniales, nunquid per earum bonam voluntatem possint acquirere indulgentias.*

35 *Clerici commorantes in loco, vbi conceditur indulgentia, & diuina officia celebrantes, an per hoc consequantur indulgentiam.*

36 *Moriens in itinere eundo Romam, vel ad Terram sanctam ad indulgentiam consequendam. an in totum indulgentiam habeat.*

37 *Pluries si quis eadem die visitat ecclesiam, & singulis vicibus offert, an toties indulgentiam consequatur. 38.*

39 *Vnus si vadit ad indulgentiam, nunquid possit eam accipere pro amico suo occupato?*

40 *Potestas episcoporum, archiepiscoporum, & legatorum, in indulgentiis consequendis, an sit æqualis.*

41 *Prælatus si concedit literas indulgentię pro opere, quod fit extra suam diecesim absq; licentia episcopi vicini, in cuius diecesi fit opus, an talis indulgẽtia prosit subdito concedentis.*

42 *Simplex sacerdos non potest concedere indulgentias.*

43 *Indulgentias concedere, nunquid possit episcopus electus confirmatus nondum consecratus.*

44 *Concilium generale, nunquid indulgentias plenarias concedere possit.*

45 *Capitulum, sede vacante, an concedere possit indulgentias.*

HODIE mecum eris in Paradiso. Redemptoris gẽtium verba sunt ista originalia. Lucæ 23.ca. & transumptiuè de consecr. distin. 4. ca. baptismi vicem. ad ingressum sermonis nostri accõmodata, quoniã mediante optima contribulatione latronis secuta est Saluatoris indulgentia, per quã abolita culpa ex debita præparatione cõfitẽtis, fuit etiam abolita omnis pęna, & eodem tempore factus est ciuis cęlestis & æternę patriæ. Cæterum, quia Petro Principi Apostolorum clauigero, vicario Christi, & successoribus suis data est potestas clauium ligandi, & soluendi, Matth. 16. 24.q.j. quodcunque ligaueris. 21 dist. in nouo. dixi in c. translato. de cõsti. ideo ab omnibus concluditur, beneficium huius inæstimabilis thesauri. s. plenariæ remissionis pœnæ posse per ipsum Petri successorem, Romanum Pontificem, populo Christiano indulgeri. Sed vt habeatis notitiam ordinatam eorum, quæ circa materiam sparsa comperio, reduxi succinctè multorum sentẽtias, nihil aut parum ex me dicens, & pro clariori adunantia triparti tus erit iste sermo, secundum quod verba thematis, iunctis verbis latronis, tria ostendunt.

Prima pars dicetur cõdẽtis thesaurum potestas, quæ no. ibi, mecũ. Secũda dicetur ipsius thesauri virtus & efficacia. quæ not. ibi, eris in paradiso. Tertia dicetur recipientis thesaurũ pręparatio, quę notat ex suis verbis, Memẽto mei, &c. Circa primam partem considerandum est thema, ex quo appa ret Saluatorem nostrum conditorem, & ordinatorem legis diuinæ voluisse quandoq; ex causa super ipsa dispẽsare per plena
1 riam remissionẽ † Modò dubitatur ante omnia, vtrum per hoc rectè inferatur, talem potestatẽ transiuisse in eius Vicarium? & videtur ꝙ non, quia per generalem concessionem iurisdictionis non vñr transire requirentia specialissimam notam ca. fi. cũ ibi allegatis, de off. Vi. in 6. & c. quo ad trãslationem, de off. leg. & istud esset tale, videlicet repugnans iustitiæ diuinæ, ꝙ peccatũ remanet impunitum pro modica satisfactione: nam licet pœnitentibus & cõtritis remittatur culpa. i. macula delicti ex simplici confessione profecta, tñ non videtur congrua concedi remissio pœnæ, quæ cõmensuranda est delicto, per id quod habetur Deut. 25. c. fm modum delicti, erit plagarum modus. & habetur in c. felicis. ad fi. de pę. in 6. vnde Apocal. 17. Quantum glorificauit se, & in delictis fuit, tantum date ei tormẽtum, & luctum.
2 facit c. non afferamus. 23.q.j. cum concordan. † Prętera omnis pęna purgatorii, quamuis minima, excedit omnem maximam huius seculi. c. fi. de pęn. dist. vlti. c. pen. 25. dist. & non satisfaciẽs non dicitur pœnitens. c. tres sunt, & c. quamobrem, de pęn. distin. j. sed luitio pœnæ pro delicto, est pars satisfactionis, ergo ex his & similibus videtur hanc plenissimam remissionem nõ cõcedi iustè pro tam modica satisfactione, & per consequens non videtur tantam plenitudinem potestatis fuisse adeo cõcessam vicario suo. Sed hoc non obstante, tenendum est Ro. Pontificem, tanquam verum vicarium Christi, posse congruè, & laudabiliter hoc beneficium concedere: & probatur ex iuribus, in quibus de hoc fit mentio scilicet in c. ad liberandum, de Iudęis, in parte decisa. & ex antiqua consuetudine Apostolicæ sedis, maximè à Gregorio citra, nam multis Rom. Pontificibus pro diuersis iustis causis hoc beneficium Christiano populo concessum legimus, & in dies cõcedi videmus, patet ex rememoratis in constitutionibus factis de anno Iubilei per Bonifaciũ VIII. per clem. 6. per Grego. XI. per Nico. V. & in solẽni constitutione Pauli II. quæ incipit, ineffabilis prouidentia. & dixit Oldra. consi. 271. q. talis est, quòd qui credit Papam non posse dimittere peccata, est hæreticus.

Ad argumenta respondẽ, vt per Innocen. & Do. Anto. in c. ꝙ autem, de pœniten. & remis. & d. Abb. & Ioan. de Ana. in d. c. ad liberandum. & Pet. de Anchar. & Gasp. Cal. in reper. c. nostro. in primis char. de pęniten. & remis. & d. Card. post Guiliel. de Monte Laud. in clem. 1. in 5.q de reliquiis & ve. san. nam vna est ecclesia vniuersalis. c. conuenientibus. 1.q.7. cuius sponsus est Christus. cap. debitum. de big. & per consequens Papa eius vic. tanquam summus & singularis administrator. d. c. quodcunque. cum simi. & in hoc corpore ecclesiæ multa sunt bona non remunerata, & mors Chri-
3 sti, cuius sola † gutta sanguinis fuisset sufficiens ad redimẽdum totum humanum genus, & passiones Innocentum, & multorum martyrum, ex quibus & aliis meritis constabat thesaurus ecclesiæ tantæ copiæ, & abundãtiæ, quòd excedit omnem pęnã debitam nunc viuentibus, quia fuerunt passiones iniustæ, & huius thesauri dispensator est Papa. vnde cum remittit alicui pœnam ex toto vel ex parte, videtur communicare hunc thesaurum: vt sit sensus, quòd in recompensatione illorum bonorum remittit pœnam, quia sicut malum non debet esse impunitum, c. vt famæ. de sentent. excom. ita nec bonum irremuneratum. fit ergo quædam compensatio hinc inde, hanc remissionem cũ certa limitatione possunt facere inferiores prælati. c. cum ex eo. & c. nostro. de pęn. & remis. nam sola plenaria spectat ad Rom. Pontificem, & iuxta hoc dicit Inno. in d. c. ꝙ autem. ꝙ sacerdotes veteris testamenti ita non poterãt, quia tunc non erant claues, neque potestas ligandi & soluendi, nec ante Grego. Papam fuerunt ista frequenter, quia rarò poterant fieri ita solennes congregationes fidelium, & quia tunc catholici erant adeo perfecti, quòd rarò his indigebant. & subdit in hac inuestigatione multum curandum vel cogitandum non esse, sed credendũ quòd Dominus Saluator noster, cuius natura pia est, & liberalis, de suo semper adiicit, & vltra gratiam & vltra iustitiam, & ipse moderatur pondere, numero, & mensura, vt ibi per eum. Item Papa imitatur vestigia Christi. c. significasti. de electi. & ipse multis ex sola contritione dimisit omnia peccata, sicut Dauid beato Petro, & beato Paulo, & latroni, & Magdalene, de quibus per Hostien. in sum. de pœniten. & remis. §. in quibus. & sic tolluntur contraria, vt extensius in locis prælegatis.

Confirmatur ista ex verbis Richar. de Media villa, in 4. sentent. distinct. 20. arti. 1.q. 3. vbi post dispu. concludit quòd Eccles. in hoc errare non posset per illud Lucæ 22. c. ego oraui ꝑ te, vt non deficiat fides tua. facit cap. à recta. 24.q.1. cum ergo tota ecclesia affirmet, omnes indulgentias valere, tenendum est quòd valet, & facit men-
4 tionem de dicto thesauro: † nec est simonia, secundum eum, si detur solum porrigentibus aliquid, quia non dantur spiritualia pro temporibus, nisi per accidens: cum enim dantur indulgẽtiæ pro ecclesiis vel hospitalibus vel similibus construendis vel conseruandis, dantur pro spirituali vtilitate consequenda: vnde non dantur pro temporalibus inquantum ordinãtur ad spiritualia, vt ibi per eum. Et subdit ibi Alexand. de Ales, quòd præexistente pœna debitæ & sufficientis cõtritionis potest summus Pontifex totam pœnam debitam peccatori dimittere, nõ debet tamen nisi ex magna cã. secundum eũ. Et hoc ne thesaurus ecclesiæ vilescat, & facit c. legitimus. 93. distinct. ibi, omnerarum, &c. Et ne iustitia detur, ne videatur nimis indiscretè per Papam tolli: nam si mensuram excedit, non acceptatur secũdũ eum. Præterea dicunt ibi Bonauen. & Alexand. de Ales, quòd in dante & in recipiente, requiritur duplex conditio: in dante potestas, & causa rationabilis, & honestas, vt pro Terra sancta, & pro ædificatione ecclesiæ, pro visitatione sanctorum corporum Romæ, pro inchoando studio, & similibus. Si enim daretur pro euntibus videre torneamenta, vel gerentibus iniustum, nihil operaretur. requisita verò ex parte recipientis, dicam infra in 6. parte.

Et accedunt ad ista, ea quæ scribit solennis vir, magister Anton. ordinis prædicatorum, Archiepiscopus Florentinus, in 1. parte suæ summæ, titu. 10. ar-
5 vlti. vbi concordans cum prædictis, subdit † illum esse hæreticum, qui pertinaciter teneret, quòd indulgentiæ non valeant ad remissionem pœnæ habitis debitis circunstantiis, vel quòd Papa non possit concedere plenariam indulgentiam. mouetur, quia in symbolo fidei vnus ex articulis dicit, Sanctam Ecclesiam, sanctorum communionem, peccatorum remissionẽ. in quo comprehenduntur effectus gratiæ remissionis peccatorum per sacramenta, & effectus gratiæ, quæ est communicatio meritorum & bonorum operum, quæ est per charitatem, cum relaxatio pœnæ quæ fit per indulgentias, innitatur meritis ecclesiæ, & præcipuè passionis Christi. vnde tenere aliter, est contra articulos fidei & determinationem ecclesiæ, ergo hæreticũ. & prædictam conclusionem deducit etiam eleganter August. de Ancho. in suo aureo & solenni opere, de potestate ecclesiæ. q. 1. 29. articu. de quo ad hoc propositum & omnem materiam concernentem Papæ potestatem, habenda est familiaris. notitia ab

Source : BIU Cujas

tia ab omnibus viris doctis, & secreto curiosius. & ibi etiam q. seq. ar. j. ponit, quòd Papa solum pro actibus exterioribus debet indulgentiam dare, puta pro transitu vltramarino, pro ædificatione ecclesiæ, & similibus, & ibi in arti. sequen. quomodo pro temporalibus possunt concedi ista spiritualia. & subdit latè ibi-
6 dem, artic. 4. † quòd non existente iusta causa, indulgentia data per Papam non valet, & pulchrè deducit, quomodo cognoscitur iusta causa. & ponit arti. ibi sequenti, ꝙ sola voluntas quantuncunque misericors, non sufficit ad validitatem talis indulgentiæ. & inferius, q. 3 2. artic. 4. probat, quòd est dictum supra de potestate Papæ in communicatione dicti thesauri. & quæ tanta est, vt possit quem absoluere, ita vt nō transeat per ignem pur-
7 gatorii, & arti. sequenti ponit, † an Papa per indulgentiam possit absoluere pueros non baptizatos, & pueros nondum circūcisos; & an possint limbū puerorum expoliare; & an possit pueris existentibus in limbo ianuam Paradisi aperire. Sed aduertendum, quia contra communem rationem, scilicet de thesauro Ecclesię opponitur, quòd nullus thesaurus sit dispensandus in ecclesia: nam Christus bene remuneratus est de omnibus actibus suis, ad Philippen. 2. humiliauit semetipsum, &c. propter ꝙ Deus exaltauit illum. Item sancti Martyres fuerunt remunerati de pœnis eorum vltra condignum, quia non sunt condignæ passiones huius seculi, &c. Similiter confessores & alii: ergo non debent eorum merita remunerata amplius erogari pro pœnis aliorum dimittendis. Sed respondet vltra Canonistas, secundum Alexand. de Ales, vbi supra quòd martyria & alia merita Sanctorum remunerata sunt à Deo, quatenus erant augmentatiua gratiæ: remanserunt tamen in potestate ecclesiæ quatenus erant satisfactiua pœnæ, quia illi Sancti non indigebant satisfactione pœnæ, & ideo de illis potest aliis subueniri. sic enim misericors Deus nobis prouidit, vt esset in potestate Papæ erogare illa merita, inquantum erant solitiua pœnę, quam pœnam soluendam non habebant, quia pacta punienda non habebant. Similiter de merito sanguinis Christi, quòd sufficiebat ad redimēdum mille mundos, quia fuit infinitum, & ipse peccata non fecit secundum ipsum. & ad hanc responsionem possent etiam inferi aurea verba Richard. in 4. distinct. 18. dum probat, quomodo ecclesiæ sunt datæ claues. respondendo plenè ad illum tex. Apocalip. 3. Christus aperit, & nemo claudit; claudit, nemo aperit. Sed quia dicta Rich. videri possunt, breuitatis causa omitto. & ista sufficienter declarant pertinentia ad primam partem, scilicet de conferentis thesaurum potestate.

Circa secundam partem, quæ dicitur ipsius thesauri virtus & efficacia. In primis recurri debet ad diffinitionem Calde. in repe. c. nostro. in 3. char. de pœni. & remis. vbi ad-
8 miratus de antiquis, quòd non diffinierunt, dicit † quòd indulgētia est remissio pœnę temporalis pro peccatis actualibus per pœnitentiam non remissis in absolutione sacramentali facta à prælato ecclesiæ ex causa rationabili pro recompensatione de pœna indebita istorum. & partes diffinitionis declara, vt per eū. & dicitur temporalis, quia nisi homo doleat, pœna remanet perpetua, & talibus indulgentia non prodest, sed per contritionem reconciliatur Deo & aboletur culpa & pœna, quæ erat perpetua, & remanent temporalis habitura in hoc seculo, vel in purgatorio, & hæc per indulgentiam tollit, vel pro certo tempore, vel in totum, quòd vltimum est solius Papæ. Ideo autem in diffinitione nihil dicitur de culpa, quia illa non tollitur virtute in
9 dulgentiæ. vnde no. † quòd licet vulgariter dicatur, à culpa & pœna, tamen talis locutio propriè non est vera, nec congrua, quia culpæ remissor est solus Deus auctoritatiuè, sicut dicitur per Esa. ego solus deleo iniquitates tuas propter memetipsum. c. nemo. de consec. dist. 4. Et pro tanto dicit Franc. de Mayro in 4. distin. 20. quòd Papa non potest dare indulgentiam à pœna & culpa, quia culpa est materia repugnans indulgentię. non eñ remittitur, nisi per contritionem & confessionem, quorū neutrum est in indulgentia, & ideo indulgentia potest solum fieri ad remissionem pœnæ. Et subdit quòd talis indulgentia à culpa & pœna, nunquam emanat à curia, nec sic debet dici, quia super culpa non imponitur: ideo est corruptum vocabulum, secundum eum. pro quo vide tex. in clem. j. de priui. & in clem. 2. §. ad hæc, de pœniten. & remis. ibi, vt eorum verbis vtamur, quòd denotat abusionem vocabuli. Aduertendum tamen, secundum Reuerendum do. Archiepiscopum Flor. in loco præallegato, potest saluari dicta locutio, vt remissio culpæ referatur ad contritionem & confessionem, quæ sunt præambula necessaria ad consequendam indulgentiam, vt patet ex forma & remissio pœnæ refertur ad effectum indulgentiæ.

10 Quid autem sit † culpa & pœna, vide Pau. de Leaza. in clemen. j. de priui. & ibi vide eleganter. D. Cardi. q. 33. concludentem, quòd culpa est macula seu offuscatio, quæ generatur in anima peccatoris, quæ per peccatum diuertit à bono incommutabili. i. à creatore, propter bonum commutabile. i. rē creatam, ex quo vulneratur anima in bonis sibi naturaliter collatis. & hic rancor, seu offensa solo verbo Dei remittitur. c. verbum de pœn. dist. 1. & c. nemo. de consecra. dist. 4. & ipse misericors Deus ex contritione peccatoris pœnam, quæ est perpetua ratione Dei æterni, mutat in temporalem sustinendam in purgatorio. vnde absolutio per simplicem sacerdotem, quæ dicitur sacramētalis à sacramento ordinis, non delet culpam, nisi præcedente confessione & contritione, quibus concurrentibus illa tollitur. s. pœna ex pœnitentia, quæ sequitur, sed per solum Papam tollitur hæc tota, vel per episcopos in diœce. vt in c. ex
11 eo, de pœni. & remis. Postea subintrat do. † Cardi. quibus modis peccatum ex toto tollitur cum omni sequela. s. ex contritione quo ad Deum, & ex confessione quæ adducit approbationem in cœlo, in qua sacerdos, vel Papa, qui in hoc non differunt, absoluunt, vel absolutum declarant: quia secuta cōtritione Deus absoluerat, & hoc de iure naturali sufficiebat. sed post aduentū Christi inducta est solennitas confessionis, per quam sacerdos ostendit remissam culpam, & per pœnitentiam quam imponit, alleuiatur pœna purgatorii, sed indulgentiæ operantur ꝙ absq; alia pœnitentia quandoq; tollitur in parte, quandoq; in totum, vt ibi diffusè per eum, qui videri potest. Et hoc clarius scribit Bo-
12 nauem. in 4. dist. præallegata, dicens † ꝙ meritum obtinemus ex triplici merito. s. ex merito proprio, ex merito capitis, ex merito ecclesiæ vnitatis. & ꝙ ita sit in se manifestum est, quia secundum eum quilibet meretur sibi per gratiam quā habet, ꝙ Christus meruerit nobis nemo fidelis dubitat. ꝙ ecclesia mereatur nobis & eius merita, patet per verbum Augu. dicentis in lib. de pœnit. credendum est ꝙ omnes orationes ecclesiæ & eleemosynæ & operæ iustitiæ succurrunt recogitanti mortem suam ad conuersionem. Et per illud quod ipse Aug. subiungit, nemo potest dignè pœnitere, quem non sustineat vnitas ecclesiæ. per hūc ergo modum sicut meritum obtinendi bonum est triplex, sic meritum liberandi à malo. s. primo meritum proprium, & hoc est nostræ contritionis, per quod meretur homo liberari à culpa, ita ꝙ sint hæc duo sicut in Angelis gratia & gloria. Secundū est meritum Christi, & hoc operatur in sacramentis & potestate clauiū, & per hoc remittitur pars pœnæ. Tertio modo est meritum vnitatis Ecclesiæ, & per illud adhuc fit remissio, & sic secundum triplex meritum, triplex fit pœnæ condemnatio, vt sic concurrat misericordia cum iustitia, & in qualibet est mutatio maioris in minus. vnde pœna æterna primo mutatur in temporalem remissionem culpæ. Secūda temporalis magna commutatur in leuiorem sacerdotis absolutionem peracta pœnitentia. Tertio commutatur pœna, ad quam tenetur iudicio ecclesiæ ad huc in minorē vel nullam, & hoc in relaxatione totali, & alio residuo merita ecclesiæ satisfaciunt, ita ꝙ in nullo præiudicatur iustitiæ, secundum Bonauen.

13 Et aduertendum inquantum est dictum, solum Papam † cōcedere plenariam. quod etiam no. gl. ibi, & Doct. in cle. 2. in ver. à culpa. de pœn. & remis. nam per hoc dubito de vno vulgato dicto bea. Tho. 2. 2. q. 197. ar. 3. vbi dicit, ꝙ sicut exponendo corpus in subsidium Terrę sanctę Ecclesia dat plenam remissionem, ita etiam putat esse de profitēte religionem approbatam. Quia considero, ꝙ licet ille actus excedat omnia opera virtutis. c. scripturę. de voto. no. gl. in ver. seipsum, in cle. j. de reliqui. & vene. sanc. tamen ex quo statutum non est ab ecclesia, nō puto talem illationem subsistentabilem, maximè quia Alexad. de Ales, & Bonauen. ibi expressè sentiūt contrarium, inquantum quærēdo quare ingredientibus religionem non datur hæc indulgentia: respondet ꝙ viri religiosi, qui aggrediuntur statum perfectionis, non indigent relaxationibus vel indulgētiis, quia eorū vita sapit martyrium, per quod in bene dispositis tollitur omnis pœna futuri seculi.

Vlterius tangunt Calde. Archi. in locis præalleg. & Inn. & alii, in d. c. ꝙ autem. & sacri Doct. vbi supra.
14 † vtrum tales indulgentiæ tantum valeant, quantum sonant: & truncatis opi. conclude cum Richar. ꝙ sic, vnde data indulgentia visitanti certam ecclesiam, vel offerenti certum quid, tātum participat offerens duos solidos, quantum offerēs duos aureos; & tantum veniēs à longe, quantum stans prope locum. dicit tamen Richar. ꝙ quantum ad remissionem intentionis pœnæ, bene sunt pares: sed quo ad remissionem intentionis pœnæ; & quātum ad sui dispositionem ad recipiendum augmentum gratiæ impares sunt, quia de illis duobus quorum vnus dat plus, ille plus cōsequitur nisi in casu, in quo minus datum, esset maius p comparationem ad dantem, sicut de paupercula dicitur Mat. 12. & dicit Archiepiscopus vbi supra. Idem tenēt Alex. de Ales & Landul. in 4. distin. præallegata, dicentes, ꝙ licet indulgentiæ istis ambobus æqualiter valeant quantum ad remissionem pœnæ: tamen magis laboranti plus valet ad meritum æternæ vitæ, & ad gratiæ augmentum, quia etiam sine indulgentia talis magna eleemosyna, & magnus labor fuissent meritoria. & subdūt ꝙ si dicitur, quicunque visitauerit talem ecclesiam, habeat 40. dies indulgentiæ, & intelligitur remitti tantum de pœna debita in purgatorio, quantum remitteretur si in hoc mundo pœnitentiam egisset. & quoniam 40. dies pœnitentiæ plus valent perficienti eam cum fœnore maiori & labore, quàm perficiēti eam cum minori, ita 40. dies indulgentiæ plus valent illi, qui se magis dispo-

gis disponit, vel magis laborat, vel magis se affligit ratione melioris dispositionis: sed quo ad pœnam æqualiter remittitur laboranti, & non laboranti seruienti plus, & minus data sufficienti contritione. & dicunt, ꝙ extendunt se indulgentiæ ad pœnas non solum quæ à canone iniunguntur, & nō solum quæ essent in purgatorio soluendæ, sed ad omnem pœnam temporalem correspōdentem culpæ commissæ, siue illa sit taxata à canone, siue imposita à sacerdote, siue in purgatorio exsoluenda. & ista intelligo procedere in indulgentia particulari certi temporis: sed in indulgētia plenaria totius pœnę si quis statim post eā acceptam moreretur, non esset differentia inter primum & secundum quo ad gloriam, nisi fortè respectu maioris prærogatiuæ in cęlis habendæ. Sed si non moreretur, procederet distincto prædicta quo ad faciliorem statum gratiæ manutenendum. & ad illud de importantia remissionis pœnæ vide clarius Landul.
15 in 4. dist. 19. vbi dicit, † ꝙ per indulgentias relaxantur pœnæ iniunctæ à canone & iniunctæ à sacerdote in confessione & soluēdo in purgatorio. & etiam pœna temporalis correspondens culpæ remissæ, vt supra & in hoc subiungit Alex. de Ales vbi supra ꝙ non oportet, ꝙ tales faciant aliquid de pœnitentia iniuncta in cōfessione quo ad opportunitatem necessitatis, oportet tamē opportunitatem expeditionis. licet enim alicui tātum sit collatum de indulgentia, quàm tamen sufficit sibi ad delectionem totius pœnę, ad quam pro peccatis tenebatur, tamen non expedit illi prætermittere pœnitentiam sibi iniunctam. Sed expedit ꝙ illam adimpleat donec viuit. pro peccato enim mortali de iustitia debetur pœna æterna: vnde nūquam secūdum iustitiam posset obtinere plenam indulgentiam, nec soluere pœnam debitam proportionalē, nisi de Dei misericordia fieret sibi indulgentia, propter ꝙ semper in ista vita debet quilibet niti ad satisfactionem & debiti solutionem, quando potest. Si autem non posset excusatus secundum eum, & cōcordat frater Astesanus in sua famosa summa, lib. 5. titu. 39. dicens, ꝙ ille cui est iniūcta pœnitentia 7. an. & ante eam peractam consecutus est indulgē 25 tiam postea 7. annorum non tenetur agere pœnitentiam illam. quod intellige ex debito necessitatis, tamen si conatur eam agere, securior est, maximè propter fallibilem certitudinem de acquisitione indulgentiæ perfecta ex parte ipsius, per prædicta.

Vlterius est aduertendum vtiliter ad intellectum indulgentiæ, quæ cōceditur quotidie pluribus à Papa per viam specialis indulti, ꝙ in articulo mortis per idoneū confessorem quem elegerit, possint auctoritate apostolica absolui plenariè, quia refert Archiepiscopus Flo. vbi supra ꝙ apud Eugenium IIII. qui maximè in hoc fuit liberalis, multæ dubitationes propositæ fuerunt, & per ipsum & pœnitentiales declaratæ. Et quamuis latissimè scribat, tamen cōclusiuè eius dicta sum
16 mam. & primo concludit, ꝙ si † dubitatur, quis dicatur articulus mortis in hac materia, respōsum fuit ꝙ si plures non habet in forma indulti, nec concedens aliter suam intētionem exprimat, intelligendum est de articulo præsumpto non vero, sicut etiam extrema vnctio, quæ dicitur sacramentum exeuntium, debet dari his qui communi æstimatione reputantur morituri: attamen si euadunt, iterum postea inunguntur, quia sic æstimabitur ꝙ foret extrema. tunc ergo cum in tali articulo præsumpto mortis absoluitur, videtur consequi actum indulgētiæ vsque ad illud tempus, licet postea euadat periculum, & gratia illa expirat in posterum. Fallit, nisi forma indulti diceretur ꝙ cōsequatur effectum indulgentiæ in casu, quo moriatur: tūc enim non consequitur effectum si non moritur, nec gratia expirat per illam absolutionem ordinis. vnde dicat confessor, absoluo te si hac vice morieris. Idem dicit si non dicit hoc in forma, & tamen concedens declaret verbo sic intendere, scilicet de arti. vero non præsumpto.

17 Secundò concludit † per multa verba, quòd quamuis indultum dicat de plenaria remissione omnium peccatorum, de quibus est ore confessus & contritus. tamen non tenetur cōfiteri de aliàs cōfessis. & idem dicit de peccatis venialibus, & inducit rationes, de quibus per eum.

18 † Tertiò dicit ꝙ absoluens debet vti verbis indulti, videlicet auctoritate Sedis apostolicæ mihi pro nunc commissa cōcedo tibi plenariam remiſ. peccatorum tuorum, de quibus es contritus & ore confessus, exceptis his quæ ex confidētia huius indulti commisisti. & dicit superfluum esse dicere, restituo te illi innocentiæ, in qua eras quando baptizatus fuisti, tamen si hoc dicatur, non vitiat actum.

19 † Quartò dicit, ꝙ si indulgentia aliud non exprimat potest absolui etiam à non sacerdote, immo etiam à laico in defectū sacerdotis, quia non est seruus maior Domino suo, sed concedens plenariam indulgentiam potest nō esse sacerdos, ergo & exequens, quia non est sacramentalis absolutio, & sufficeret si laicus vel alius absoluens in necessitate vteretur verbis etiā rudibus, puta absoluo te à culpa, & pœna, vt continetur in hac tua bulla, ꝙ autem in eo dicitur de idoneo confessore, intelligitur si eum inuenerit, secundum ipsum.

20 Quintò dicit, † ꝙ talis indulgentia extenditur ad peccata tradita obliuioni, nec vnquam dicta in confessione, si de ipsis dolet opportunè. & probat plura ex notatis in cap omnis, de pœnit. & remiſ.

21 † Sextò dicit ꝙ letargicus, freneticus, vel amens effectus, & veniens ad mortem non electo confessore, si constitutus in sana mente declarauit se velle absolui, quando casus cōtingeret, poterit absolui. immo dicit, videri quibusdam idem esse, si hoc non declarauit, tamen ita in corde gerebat, vnde ista electio habitualis sufficiet.

22 † Septimò subdit, ꝙ implens ea, quę continentur in forma indulti. s. ieiunium vnius anni, vel eleemosynas, vel quid simile, dicitur adimpleuisse etiā si interim fuisset in peccato mortali, licet melius faceret abstinere. & de hoc dicam aliquid infra in 3. parte. & quia rationes plurimę, quas adducit Archiepiscopus, occupant magnum spatium, ideo sātis putaui per viam practicę ista discussisse, quę sæpe occurrunt. † Et adde, ꝙ multi sunt casus, de quibus non possunt habentes has gratias absolui in vita, quia sunt reseruati Papæ, vt in constitutione Pauli II. quæ incipit, sanctissimus in Christo pater. quæ est impressa post tractatū Archiepiscopi Flo. de censuris.

24 Demum de indulgētia † anni Iubilei vide Io. de Ana. in suo paruo tractatu de Iubileo, incip. quia ad præsens, quem aliqui habent in lectura sua post titulum de crimine falsi, & ipsum dedit modo sunt 25. anni, tempore præcedenti Iubilei, insistit solum in vno, videlicet vnde ortum habuerit iste annus Iubilei, de reliquis hic positis nō tangit. Et intelligit ꝙ indulgentia illa, quæ habetur Romæ in nullo differt ab indulgentiis plenariis quæ alibi conceduntur. est verum ꝙ propter contemplationem multorum fundamentorum fide. & reliquiarum & miraculorum, quæ Romæ oculata fide cernūtur, multi inducuntur ad peragēdum residuum vitæ suæ virtuosius, & in hoc aliquid plus operatur indulgentia habita Romæ. & hæc sufficiant quo ad secundam partem. Circa tertiam partem, quæ dicta est recipientis thesaurum præparatio, dicas † ꝙ 25 in hoc requiritur syncera contritio, scilicet dolor commissorum peccatorum cum proposito abstinendi pro viribus, & vltra hoc oris confessio de commissis post vltimam confessionē, vel plus si per obliuionem confessa non fuerunt, & tunc cōcurrant, secundum Doct. vbi supra & habetur in iuribus & extrauagantibus præallegatis. & in hoc dixit vna gl. stupenda in cle. j. in ver. confessis, de reliqu. & ve. San. ꝙ indulgentiæ non sunt amarè interpretandæ, quia pauci eas obtinent dicit, Quis est hic, & laudabimus eum. quod verbum pluribus inducit quandam diffidentiam, & male iudicio meo, quia sicut facilis est contritio tendentibus ad pœnitentiam sacramentalem in simplici confessione: ita ad istam & multa negocia secularia difficilius expediūtur quàm mutatio ista mali propositi in bonum. Et vnum diligenter notandum ponit Do. Card. in d. cle. j. in quarto notabili,
26 videlicet, † ꝙ qui confessus fuit illo anno, & habet animum cōfitendi anno sequenti, satis dicitur confessus si adest contritio, & indulgentiam consequitur. & hoc dictum sequitur do. Abb. licet eum non alleget, & in ca. omnis. pœn. col. ver. ex his inferri potest. de pœn. & remiſ. & sequitur etiam Franc. Paui. in extrauag. vnigenitus. super ver. confessis. fo. 190. & hanc conclusionem quibusdam mirabilem sequor & confirmo tripliciter. Primò ex eo, quod no. Richar. post beatum Tho. & alios in 3. dist. 20. artic. 4. q j. vbi dicit, quòd indulgentia non prodest existenti in peccato mortali. Modò sic, ille qui commisit semel & pluries peccatum mortale, & semper dolet commisisse proponens confiteri tempore debito de talibus peccatis momentaneis, non dicitur interim ante confessionem esse in peccato mortali, secundum sacros Docto. in 4. distinct. 14. ergo in proposito contritus cum intentione confitendi in Paschate futuro, non habens peccatum continuum vel successiuum, habebit indulgentiam, quia verum est dicere, eum non esse in peccato mortali.

27 Secundò confirmo sic, † Moriens in peccato mortali non est in statu salutis. c. j. de pœn. dist. 7. cum simil. tunc sic, confessus in festo paschatis qui interim moritur, & habita copia confessoris etiam eo non vocato non ex contemptu, si moritur dolens de postea commissis, est in statu salutis, secundum bea. Tho. in 4. distin. 17. q. 3. arti. j. & no. Do. Abb. allegando Bonauen. in d. c. omnis. ergo existens in tali proposito, non est in peccato mortali, ergo consequitur indulgentiam. Tertiò confirmo, quia sequeretur absurdum tenendo quòd requireretur confessio actualis semper, quia rarò Christiani consequerentur indulgentias, quæ continuò sunt in plurimis ecclesiis, quas sæpe visitant, & tamen dicitur in illis confessis & contritis, & non videmus prælatos ad hoc inducere laicos ita sæpe, nec pro illis continuis frequentatur actualis confessio. & ideo illa verba, confessis & contritis, intelliguntur sic, confessis tempore debito, & contritis tunc. nam tales dicuntur pœnitentes verè, ex quo habent contritionem; & verè confessi, ex quo fuerunt confessi iuxta tempus determinatum, & habent propositum confitendi: quia secundum Do. Abb. in d. ca. omnis. contritio

tritio multum operatur quo ad Deum. Et idem tenet Pet. de Pal. in 4. distinct. 20. neque dicitur contemnere omittens confessionem, quasi faciat sine causa, iuxta gl. in c. metropolitanum. 10. q. 7. quia omittens illud, ad quod non tenetur debito necessitatis non dicitur comtemnere, vt alias probaui in c. cum quidam, de iureiur. & ista opin. non habet contradictorem, quem viderim. Est verum, quod mihi aliàs ipsam disputanti dicebant arguentes, quòd opinio contraria est securior, & hoc non negabam.

28 Vlterius scias, ꝙ † si præparans se ad indulgentiam, quę conceditur certo tempore & loco dum sumit iter committat peccatum mortale & statim doleat, tamen consequitur indulgentiam. & idem de eo qui habet indultum, vt possit absolui in articulo moris plenariè, dummodò per annũ ieiunet, quia si in illo anno committat mortale, poterit tamen absolui. ita no. Archid. Flor. vbi supra dicens quòd aliud est dicendum de tempore & loco, quo conceditur indulgentia: & aliud de tempore, quo itur vel disponitur ad indulgẽtiam, nam de tempore quo consequuturus est indulgẽtiam, vtique oportet quòd sit contritus & per consequens quòd sit sine mortali, aliàs non prodesset. Item cum est in articulo mortis, quando fit ei talis absolutio vel confessio, seu eo tempore quo visitat ecclesiam, vbi data est indulgentia, sed tempore quo pergit ad vrbem, vbi sunt ecclesiæ, vel tempore quo dat eleemosynas, vel facit ieiunium per annum secũdum formam indulgentiarum articulo mortis non videtur necessarium quòd illa faciat extra mortale, quamuis vtique tutius, & melius foret etiam tunc esse sine mortali secundum ipsum, pro quo adde Franc. de Mayro. idem tenentem in 4. distinct. 20. & Astesa. in sua summa, lib. quinto titu. 39.

29 Est etiam notanda vna regula † magistraliter, quòd indulgẽtiæ prosunt illis tantum, qui faciunt illud, pro quo datur indulgentia & non aliis, licet voluntatem habeant faciendi. quamuis enim quantum ad præmium essentiale non potenti operari voluntas operetur pro facto, non tamen oportet esse verum quantũ ad quodlibet præmium accidentale, vnde nec pro facto reputatur quantum ad remissionem pœnæ pro indulgentia obtinenda. ita dicit Richard. in 4. distinct. & ar. præalleg. & hanc regu. ponit etiam August. de Anch. in d. libel. aureo. de potest. eccle. q. 30. artic. 3. Et per istam regulam determitat q. illam dubitatis-
30 simam † de existentibus in purgatorio, vt non possint frui indulgentiis istis, si per viuos eorum nomine acceptentur, tum etiam quia Petro est data potestas super terram, non sub terra, vnde eis non prosunt indulgentiæ directè, quia non extenduntur ad non subditos. ca. quòd autem, de pœniten. & remis. possunt tamen indirectè prodesse per modum suffragii, sicut orationes & alia pia opera viuentium. ca. animæ defunctorum. 13. q. 2. quia orando pro mortuis expresè flectitur ipse Deus ad eis miserendum, sed non sunt ipsi in iudicio prælatorum, nec possunt pœnitere. & subdit Richard. quòd si Papa diceret in indulgentia, pro se & parentibus suis mortuis vel aliis mortuis, adhuc non prodesset eis nisi per modum suffragii. & hanc partem firmat Dom. Iaco. Zoc. in repeti. cap. omnis, de pœniten. & remis. fol. 100. dicens se ita consuluisse in Cathalonia, & ibi etiam multa inuenies ad materiam hanc. Sed aduerte, quia in hoc vlti. aliter scribit Innocẽ. in d. c. quòd autem, in fi. dicens quòd quando Papa exprimit quòd viui possint assequi etiam nomine defunctorum, non est negandum quin valeat, & sequitur ibi Ioã. Andr. & dom. Anto. dicens, Theologos sic tenere. & quòd non occurrit ratio quòd ecclesia non possit thesaurum communicare mortuis sicut viuis, & remittunt ad no. per se, in c. à nobis. el 2. in versi. super terram, de senten. excommu. & hanc partem tenet August. de Ancho. ordinis eremitarum, in tracta. ecclesiæ. sequitur Archiepisc. Floren. in 2. parte. 3. partis suæ summæ, sub rubri. de summis Pontifi. & respondet ad illud verbum, super terram, dupliciter. Vno modo quòd super terram referatur ad soluentem, vt sit sensus, quęcunque tu existens super terram: non enim ligat mortuus, sed viuus alio modo super terram ad
31 solutos, scilicet existentes super terram: quia † cum purgandi sint in terra vel circa terram, dici possunt super terram, quia non in cœlo.

Hanc partem etiam tenet summa Pisana in verbo, indulgentia. & in ver. vtrum vnus possit alteri. & Archidia. Floren. in loco primo allegato, referens hoc tenere san. Tho. & Richard. in 4. sed vt retuli, Richard. dicit hoc limitare scilicet per modum suffragii. Item hanc partem cum Innocẽ. tenet etiam Dom. Cardi. in c. quòd autem. & in clem. j. §. ad hæc. in 13. q. de pœniten. & remis. vbi etiam vide alios. idem tenet Astesa. lib. 5. titu. 39. artic. vlti. & ibi refert Bonauent. in 4. dicentem hęc verba, si Papa hoc potest, quare non absoluit solo verbo omnes existentes in purgatorio, maxime cum sit talibus compatiendum? & respõdet, si Deus per seipsum non miseretur eis & semper velit timeri iustitiam, multo fortius minister eius hoc facere debet. vnde dispensatio thesauri ecclesiæ facienda est discretè, & cum moderamine: & nisi ita fiat non acceptatur à Deo, & spiritualia bona nec dissipari possunt, nec contra Dei acceptationem distribui, secus in temporalibus, licet malè. Postea subdit ibi Astesa. quòd nolenti tenere Papam habere potestatem super existentes in purgatorio, non est impropriè resistendum. dumtamẽ hoc dictet ratio, vel auctoritas manifesti: quicquid enim loquantur disputantes vel prædicantes, hoc est sana fide tenendum, quòd Christus contulit plenitudinem potestatis suo Vicario, & tantam vtique potestatem, quantam decuit dari homini puro, & hoc ad ędificationem corporis sui, scilicet ecclesiæ. vnde super hoc non iudicare, sed Deo gratias plurimas debemus agere, secundum eum. Sed tandem reperio Alexand. Lomb. in 4. distinct. dicentem quòd quidam † Magister Parisiis tenuit istam part. quòd indulgentiæ Papæ possunt extendi ad existentes in purgatorio, si tamen viui pro eis faciant illud, quod in forma indulgentiæ cõtinetur: & dicit quòd cum Papa audisset de morte illius Magistri dixit, absoluo talem Magistrum à pœna purgatorii. Postea subdit Alexand. quòd communis opin. est in contrarium, & quòd hanc tenet sanc. Tho. Richar. Bonauen. Alexand. de Ales. & Franc. de Mayro. Sed cõsidera, quia ex prędictis patet hoc esse verũ, scilicet quòd communis opi. sit in contrarium. Subdit tamen Alexand. Lombar. quòd Papa potest succurrere his, qui sunt in purgatorio per indulgentias indirectè vel per accidens. potest enim dare indulgentias omnibus illis, qui orant vel bonum faciunt pro existentibus in purgatorio. adde etiam istis August. de Anchar. in d. libello, de potestate eccles. q. 32. arti. 3. vbi post elegantem discursum ꝯcludit, quòd Papa per communicationem suffragiorum & indulgentiarum potest facere quòd duorum existentium in æquali pœna in purgatorio vnus citius liberetur quàm alius, &
33 ibi in artic. sequenti latissimè disputando † concludit, quòd Papa potest facere quòd bona facta ab existẽtibus in peccato mortali sint meritoria existentibus in purgatorio ad pœnæ dimissionem vel velociorem liberationem, non propter meritum facientium, quia illi mereri nõ possunt, sed propter illos qui sunt in purgatorio, qui iam meruerunt per ea, quæ gesserunt in corpore dum adhuc viuerent. & generaliter vtrum suffragia facta per malos prosint defunctis, vide Pet. de Palu. in 4. distinct. 45. q. j. quam refert Archidiac. Floren. in 2. parte 3. partis suæ summæ, fol. vlt. ponit August. de Ancho. vbi supra. q. 32. art. 3. vtrum Papa per communicationem indulgentiæ posset in totum, locum purgatorii expoliare, & latissimè insistit dicens, quòd an Deus hoc acceptaret est ignotum sibi, & cuilibet creaturæ & ipsimet Papæ. & dicas quòd hic non fit mentio de existenti in Paradiso vel inferno, quia primi non indigent, secundi sunt extra omnium spem, & omne suffragium, & hoc vltimum de existentibus in inferno latissimè deducit August. de Ancho. vbi supra. q. 34. artic. 4.

Vlterius ex regula, & doctrina Richar. de qua supra infero ad moniales
34 reclusas in claustris, † quia non sufficit bona voluntas earum: aliàs enim idem esset in illis qui essent infirmi, & carcerati, vel aliter perditi, contra intentionem Richard. & aliorum. & hoc est verum, nisi Papa aliter declaret, sicut alias declarauit Pius Papa II. dum populo Ferrariẽsi ore proprio benedictionem cum indulgẽtia plenaria concessisset: nam de eius mandato eodem contextu dicit alta voce Cardi. sancti Marci, qui demum fuit Pau. II. illam indulgentiam extendi ad omnes personas intra muros ciuitatis habitãtes, quibus ex causa iusta impossibili fuit corporalis accessus: hoc etiam colligo ex alio stilo curiæ, nam vidi Ferrariæ literas apostolicas, in quibus concedebat Papa modernus Sixtus IIII. certis monialibus quòd participarent de indulgentia plenaria anni Iubilei nunc currentis. Similiter circa hanc doctrinam Richar. considerandum puto, quòd non omnis qui non potest facere requisita ad indulgentiam præter visitationem excluditur ab ea, & considero quòd scribit Richard. & Alexand. de Ales vbi supra, dum dicunt, quòd licet religiosi non possint ire, vel aliquid dare, tamen potest superior dare licentiam dandi, & visitandi. & addit Alexand. quòd licet religiosi non possint etiam aliquid dare, possunt tamen præbere æqualia, prædicando, confortando, & similia faciendo. ex quo inferrem ad pauperes nihil prorsus valentes offerre, vt ex sola visitatione excusentur, nisi neglexissent aliquid offerendum ab aliis requirere.

35 Quid autem de clericis † commorantibus in loco, vbi conceditur indulgentia, diuina officia celebrantibus? Respondet solus Nico. de Lyra in suis quodlibetis, quòd si conceditur indulgentia venientibus, & benefacientibus illi loco, & non dicatur, non participant ipsi de indulgentia, quia non videtur intentus dantis dirigi ad hoc, sed vt alliciat ad deuotionem illius loci, & subueniatur administrantibus in necessitatibus, vt possint seruire ecclesiæ. quod no. quia non inueni ab alio tactum. Est verum, quòd clerici & religiosi accedentes ad illum locum

partici-

Source : BIU Cujas

participant de indulgentia: quia quamuis sint in statu perfectionis propter vota ab eis solenniter emissa, non tamen transire possunt sine peccatis, pro quorum remissione datur indulgentia, vt per Augustt. de Ancho. in d. libel. de potestate eccles. q. 31. artic. 2. quid autem de episcopo, de Papa vel alio prælato dantibus indulgentias: vtrum sibi prosint? respondet Richard. vbi supra & eleganter Augustt. de Ancho. in d. lib. de potest. eccles. q. 29. artic. 2. quòd prælatus sibiipsi non potest indulgentiam dare principaliter & directè. Sed indulgētia à se aliis data ipse etiã sub eadem forma vti potest, & sibi sicut aliis prodest. non obst. quòd possit seipsum absoluere, per not. in c. fi. de insti. & in c. siue alii, per glo. de offic. deleg. quia illud directè non potest: potest tamen indirectè inquantum alii potest concedere potestatem, per quam ab illo potest absolui, & ita hæc est absolutio indirecta. non obst. quòd solum subditis prodest, & nemo est sibi subditus, quia respondet Cald. idem tenens in d. c. nostro. versus fi. quòd satis est, eum non esse aliis subditum, & quia participando facit se subditum vtens eo, quòd à dignitate sua emanauit per ipsius organum, facit l. si consul. ff. de adop. & quia vna, & eadem persona potest diuerso iure fungi secundum diuersitatem materiæ. ca. à collatione, cum ibi notatis. de appell. lib. 6. & cum hac opi. concordat summa Pisana, in ver. indulgentiæ, ver. quibus prosint, & alii Theologi.

36 **Quid autem de eo,** † qui moritur in itinere eũdo Romã vel ad Terram sanctam vel indulgentiam? respond. Bonauen. in 3. distin. 20. quòd secundum peritos non habet totam indulgentiam, licet vulgares prædicatores aliud affirment. tamen ei valet tam nobile propositum ad augmentum charitatis, & per consequẽs contritionis, & ita ad remissionem partis pœnæ. indulgentiæ enim non intelliguntur dari pro sola voluntate, sed pro effectu: vnde qui habet voluntatem & effectum, indulgentiam cõsequitur secundum ipsum, cum quo etiam concordat Calder. in d. c. nostro, in penul. char. Scias tamen, quòd aliquando Papa exprimit quòd moriens in itinere consequitur indulgentiam, & ita expressit Clemens VI. in sua constitutione Iubilei. & adde quòd habetur in summa Pisana, in versic. penul. vbi dicitur, quòd si crucesignati moriuntur antequam iter arripiãt, non cõsequuntur indulgentiam, quando conceditur transeuntibus: secus si conceditur accipientibus crucem, quia statim habẽt eam etiam si decedant nondum arrepto itinere, & allegat Beatum Tho. in suis quodlibet.

37 **Quid autem si quis** † eadem die pluries visitat ecclesiam, & singulis vicibus offerat, an toties indulgentiam consequatur? Dicas ꝙ sic, secundum Vinc. Ioan. Andr. & dom. Anto. in c. cum ex eod. de pœniten. & remis. & Specu. eo. titu. versi. quid si eadem die. & Archid. in c. vlti. eod. titu. in 6. beatus Thom. in 4. distinct. 20. & Calder. in d. c. nostro, in antepenul. char. & per sua directoria ad ius canonicum. lib. j. titu. 21. Hoc intellige verum, si indulgentia sit perennis, ideſt sine alicuius temporis determinatione. Sed secus, quando ad determinatum tempus datur, scilicet cum dicitur, quicunque vadit tali die, quia intelligitur tantum semel vadens consequi, secundum Ioan. Andr. Thom. Calder. vbi supra argum. c. j. & 2. de fil. presby. in 6. & in c. non potest. 2. respons. de præbend. in 6. & idem in summa Pisana, in versi. indulgentiæ. versicu. an quis toties. & in hoc vide Nicol. de Lyra in suis quodlibetis. vbi dicit quòd per prædicta non est inferendum,

38 † quòd si aliquis habet domum iuxta ecclesiam, & non facit tota die nisi ire & redire, quòd iste toties habet indulgētiam, quia illud esset magis derisorium quàm deuotum, vnde taliter debet venire quòd aduentus suus sapiat deuotionem: & ideo si vadit horis statutis ad orandum vel audiendum verbum Dei pro qualibet vice haberet, & maximè quando indulgentiæ dantur ad promotionem diuini cultus. & subdit Nico. ꝙ in hoc non est fienda magna vis, nec retrahendus aliquis ab eundo: quia & si non valeat eunti per modum indulgentiæ, valet tamẽ per modum meriti absoluti.

39 **Quid autem si vnus** † vadit ad indulgētiam, vtrum possit eam accipere pro amico suo occupato? Respõdent beatus Tho. & Rich. in 4. distinct. 20. quòd merita sua potest quis communicare, & pro eo satisfacere, quia hoc dependet à voluntate propria & intentione: sed merita aliena, super quibus fundatur indulgentia, vt in princip. dixi, non potest quis alteri applicare, nisi habeat auctoritatem, sicut concedens indulgentias, nisi in concessione indulgentiarũ expressè appareret de intentione concedentis, puta quia diceret, si quis fecerit sic pro se vel pro alio, habet tantum de indulgentiis. & ratio prædictorum est secundum Richard. & beatum Thom. quia hoc dependet à voluntate aliena, scilicet concedentis, vnde non est istius visitantis ecclesiam applicare ad aliquam intentionem ecclesiæ, per quam communicantur ipsius merita, ex quibus valent indulgentiæ. Dicunt tamen ꝙ actus istius prodest illi tertio per modum suffragii. & eodem modo concludunt per prædicta, ꝙ recipiẽs indulgentiam per se, non potest eam alteri cõcedere, vt ibi latius per eos, & ex istis sit expedita tertia pars.

40 **Cęterum de indulgentijs** † Episcoporum, Archiepiscoporum & legatorum, quorum potestas est æqualis, in hoc procedo remissiuè. vnde dic per Docto. in cap. quòd autem, de pœnitent. & remis. & ibi eleganter per subtilem Docto. dom. Anton. de Rosel. de Are. qui floruit Paduæ, in sua solenni repeti. & per Calder. in dicta repet. cap. nostro. & in summa Pisana, in versi. indulgentiæ. in princip. de istis etiam tetigit aliquid magister Rob. ordinis Minorum, rex prædicatorum ætatis nostræ, nunc episcopus Reatinus, in suo quadragesimali, sermone 50. incipit, venit nox. De materia tetigit etiam Oldrad. eleganter, consi. 73. incipien. quæritur si prælatus, & ibi disputando, con-

41 cludit quòd † si prælatus concedit literas indulgentiæ pro opere quod fit extra suam diœce. absque licentia episcopi vicini, in cuius diœcesi fit opus, non prodest talis indulgentia etiam subdito concedens per rationes, de quibus ibi. & ipsum commendat Petr. de Anchar. in suo commento reg. ea quæ, in 2. oppo. de regu. iur. in 6. & in c. postulasti. in 3. oppo. de fo. compet. & adde quòd indulgentię concessæ à prælato malo, non minus operatur quàm si à bono, secundum omnes, 4. senten. distinct. prælleg. Quibus adde Pet. de Anchar. in clem. abusionis, de pœniten. & remis. vbi ponit quòd si falso prẹlato. & infert ad quosdam quęstuarios, qui Venetiis multa extorserunt cum falsis bullis. Adde etiam Petr. de Ancha. in dicta regu. ea quæ, vbi latè ponit,

42 † quòd simplex sacerdos non potest concedere indulgentias, per no. in c. accedentibus, de excess. prælato. & ibi ponit idẽ de Abbatibus, & inferioribus prælatis, post Calder. in d. ca. nostro. quorum rationes omitto, ne longior sim. Potest tamen simplex sacerdos dare facultatem alteri episcopo, vt concedat suo subdito indulgentiam, vt probat glos. fin. secundum quosdam in d. c. quòd autem. & sentit ibi do. Ant. in fi. & non omitto,

43 † quòd episcopus electus confirmatus nondum consecratus potest concedere indulgentias, secundum beatũ Tho. & alios, vbi supra & dom. Abb. in c. suffraganeis, de elect. & Pet. de Anchar. in dicta reg. ea quæ. & in reg. peccatum in 3. oppo. eo. tit. & lib. in d. clemen. abusionibus. in 4. colum. in d. c. nostro. & d. ca. accedentibus. & Augustt. de Ancho. in libel. de potestate eccle. q. 29. artic. 110. & Imo. post Stepha. in clemen. 1. in 12. colum. de priuil. & est communis opin. secundum dom. Abb. in d. c. accedentibus, quicquid dixerit Hostien. ibi, & Aret. in cap. 1. de pœnitent. & remis.

44 **Item adde,** † quòd concilium generale potest concedere has indulgētias plenarias, de quo notissimè do. Abb. meminit in clemen. 1. de pœni. & remis. & adde ꝙ legatus etiam non sacerdos potest dare indulgētiam quã potest dare episcopus, secundum Augu. de Ancho. in d. libel. q. 29. arti. 8. & scias ꝙ vicarius episcopi non potest concedere indulgentias, nisi habeat speciale mandatum, secundum Calder.

45 in d. c. nostro. versus fin. † Item nec capitulum sede vacante, secundum ipsum, per rationes suas: potest tamen inferiori ab episcopo competere ex consuetudine, vt ibi per ipsum. & ad multa quæ supra dicta sunt, vide omnino Ioan. Mona. in suis glo. super extrauag. Bonifacii VIII. antiquorum, quas non videram, quando prædicta composui. multa etiam ponit Iaco. Zoc. in repet. c. omnis. de pœn. & remis. & Franc. Paui. in extrauag. vnigenitus. in una glo. super versi. confessi. & Anto. de Rosel. de Are. in d. suo eleganti commento c. quòd autem. de pœnit. & remis. & frater Leonar. de Vtino in festiuali sermone de beato Petro. versi. 8. tibi dabo claues, &c. & Ludo. Rom. consi. 363. & seq. vbi interpretatur quædam verba indulgentiarum, & ponitur quanta debeat esse eleemosyna, vt quis consequatur indulgentiam. sunt etiam multæ conclusiones pulchræ in reper. Brixien. in versi. indulgentiam. Quæ verba inseruirent ad dilationem longè maiorem super hac materia, quàm volui simpliciter reduxisse in modum prædicationis pro humili, & familiari informatione contyronum meorum. Et ista sufficiant. Laus Deo.

TRACTATVS

PERVTILIS EGREGII

Decretorum Doctoris

Domini Iacobi Zocchi, De Ieiunio.


SVMMARIVM.

1 *Aetas omnis ab adolescentia ad malum prona est.*
2 *Principium, est pars potissima cuiusque rei.*
Ieiunium, cæterarum uirtutum est fundamentum.
3 *Per ieiunia Paulus coram Deo perfectissimus factus est.*

Moyses

Source : BIU Cujas

Moyses 40.diebus & noctibus Dei sermone pascitur.
4 In ieunio Dauid humiliauit animam suam.
5 Helias ieunio per 40.dies exercitato in cœlum curru igneo raptus est.
Christus 40.diebus & noctibus ieiunauit.
6 Christi actio,nostra est instructio.
7 Ieiunium triplicitèr capitur.
Ieiunium perfectum largè est à peccatis abstinere.
8 Ieiunare largè dicitur,qui ab iniquitatibus abstinet.
Ieiunium strictè est moderata refectio.
9 Viuere castè dicitur,qui modo licito vxorem cognoscit.
10 Legatum factum vxori,si castè vixerit,valet si legitimè nubat.
11 Ieiunans an ab vxore abstinere debeat,eam carnaliter non cognoscendo.
12 Vir ieiunans si ab vxore debitum petat,vel econtra,an reddi debeat.
13 Vir orationis,tempore ab vxore abstinere debet.
14 Malum minus de duobus malis eligendum est.
15 Negatio,quando ponitur verbo potest,necessitatem importat.
16 Concubitus cum soluto & soluta,& de ea quæ est de lupanari, & de concubina,prohibitus est.
17 Ieiunare largè dicitur secunda specie ieiunij, qui moderata refectione bis in die comedit.
18 Ieiunium strictissimè sumptum,quid sit.
19 Ieiunanti eius magnorum piscium,quare non concedatur.
20 Diuites bonos cibos comedentes dolere debent non posse aliter facere sine corporis ægritudine.
21 Cibis vilibus vesci possumus cum maximo gulæ appetitu, etiam sine peccato.
22 In gula quinque peccatur modis.
23 Ieiunium,vnde dicatur.
24 Ieiunium à Deo ortum habuit.
25 Ieiunium ex tribus causatum fuit.
26 Eua quandiu ieiunauit,virgo permansit, Adam vti ieiunij violator in miseriam corruit.
27 Aetates sex inueniuntur ab Adam vsque ad Christi aduentum.
28 Ex ieiunio multa inducuntur bona,quæ animæ,& corpori prosunt.
29 Ob ieiunium animæ primorum parentum à pœna æterna liberatæ sunt.
30 Præceptum primum Dei fuit,vt homo ieiunaret.
31 Ieiunium est virtus incentiua omnium aliarum virtutum.
Gula est radix omnium malorum.
32 Gula quot,& quanta mala generet.
33 Penitentia vera sine ieiunio agi non potest.
Gula cum vino correlatiua sunt.
34 Seruitus prima ex vino inducta fuit.
35 Ob gulam luxuria inducitur,quæ est fundamentum omnium malorum.
36 Ebrii in regnum cœlorum non intrabunt.
37 Ventris ingluuies ad luxuriam facilè prouocat.
38 Sobrios nos esse iussit Apostolus.
Oratio est mentis ad Deum eleuatio.
39 Venter pinguis crassum generat sensum.
40 Ieiunium,maximum remedium est ad tollenda omnia mala.
41 Ieiunium animæ,& corpori prodest.
42 Ciborum excessus humanum corpus putrescere facit.
43 Cibus moderatus sensuum acumen operatur,& ægritudinem fugat.
44 Anima sana esse non potest, quæ de carnibus & ventris ingluuie semper cogitat.
45 Ieiunium,quare ab ecclesia institutum fuerit.
46 Decimas, & primitias de omnibus quilibet Christianus Deo reddere tenetur.
47 Quadragesima,quare per Gregorium Papam instituta fuerit.
48 Dies quatuor primi quadragesimæ quare per Papam instituti sint.
Et quomodo vocentur.
49 Et quare illos quatuor dies ieiunamus.& num.seq.
51 Ieiunare de necessitate non tenemur die Dominica septuagesimæ.
52 Ieiunium,quare in quadragesima celebretur.
53 Mala cum Christo tolerantes,cum eo gloriam habere debent.
54 Ieiunium,quare in quadragesima in quarta feria incipit.
55 Ieiunia quatuor temporum,quare instituta fuerunt.
56 Corpus nostrum ex quatuor elementis compositum est.
57 Annus in quatuor diuiditur tempora.
58 Ver calidum, & humidum est.
Aestas calida,& sicca est.
59 Autumnus frigidus,& siccus est.
60 Ieiunium in vigilia Domini,& Apostolorum,& aliorum Sanctorum, quare institutum fuerit.
61 Vigilia,quare dicatur.
62 Ieiunia quæ sint necessaria,& quæ voluntariæ.
63 Ieiunare omittens vnam diem quadragesimæ,totam quadragesimam violare videtur.
64 Ieiunia quatuor temporum ab ecclesia indicta sint.
Vigiliæ Apostolorum,quæ veneranda sint.
65 Dominici reputantur omnes dies, qui sunt inter Pascha & Pentheosten.
Pentheostes Græcum nomen est,& vnde dicatur.
66 Ieiunium,quare in vigilia Sancti Ioannis Euangelistæ non celebratur.
Quid de vigilia Sancti Bartholomei.
67 Festum sancti Bartholomei, quare per aliquos vno die celebretur, & per alios alio die.
68 Episcopi in locis suis circa vigilias statuere possunt.
69 Ieiunia ab ecclesia indicta & necessaria,an commutari possint.
70 Ieiunia voluntaria commutari, vel etiam sine causa redimi possunt auctoritate superioris.
71 In ieiuniis consuetudo seruanda est.vide infra nu.113.
72 Non ieiunans in quadragesima,an peccet mortaliter,vel venialiter.
73 Ieiunantes in sexta feria adueniente festo Natiuitatis in dicta feria, an ieiunare debeant.
74 Vouentes,vel religiosi,qui tenentur ieiunare in sexta feria,an possint per episcopum,vel Abbatem dispensari.
75 Ieiunare,quare quis ratione voti non excusatur in sexta feria.
76 Vouens simpliciter ieiunare in sexta feria adueniente Natiuitate prædicta, quando ieiunare teneatur.
77 Specialia non veniunt in generalitate.
78 Ieiunia,quæ dicantur voluntaria.
79 Ieiunium uoluntarium pecuniis redimi potest.
80 Ieiunia ab ecclesia indicta, quando uigilia caderet in Dominica, transferri possunt.
81 Episcopus licèt quò ad ieiunium quatuor tempora transferat,non tamen hoc debet quò ad clericorum ordinationem.
82 Ieiunans,qua hora comedere debeat.
83 Ieiunans si ante horam comedat,an ieiunium soluatur,& peccet.
84 Ieiunare quæ personæ,& in qua ætate teneantur, & nume. sequen. & nume.88.
86 Cibo duplici in die eget ille,qui est ætatis ann.21.
87 Ad pugnam quis ire non tenetur,ann.21.
89 Homo ætatis ann.14.perfectus dicitur in natura, & bonum, & malum discernit.
90 Ieiunare obligatus ex legitima causa dispensari per episcopum potest.
Parochianus ieiunium ab ecclesia indictum dispensat,ubi episcopus, uel eius uicarius haberi non potest.
91 Ieiunium à Parochiano impositum potest per eum dispensari.
92 In ieiunio causa legitima dispensandi,quæ sit.
93 Ieiunia necessaria ab ecclesia indicta uxores maritis inuitis obseruare tenentur.
94 Secus in uoluntariis.
95 Ob ieiunium uxoris si uir scandalizaretur, ob scandalum cum ea dispensari potest.
96 Dispensatio ibi cadit,ubi scandalum oritur.
97 Ieiunium,an per potum,& medicinas rumpatur.& nu.seq.
99 Quid de pregustatione cibi uel potus ante dominos,uel Abbates.
100 Consuetudo rationabilis peccatum non continens,seruanda est.
101 Consuetudo dicitur id,quod est in communi vsu.
102 Ieiunanti an licitum sit oua, & caseum comedere, & infra nume. 108. & 112.
103 Ieiunium fit, ut caro ob luxuriam maceretur.
104 Caseus,quas utilitates afferat.
105 Ieiunans in quadragesima, si comedat oua, uel caseum,an peccet, & ieiunium soluatur.
106 Ieiunia ab ecclesia indicta,ieiuniis quadragesimalibus æquiparantur.
107 Quorum uis, & substantia,qualis sit.
109 Prouincia quælibet in suo sensu abundat.
110 Iura dicentia, ꝙ conformes esse debemus cum illis,cum quibus uiuimus in cibis & omnibus,quomodo intelligantur.
111 Ieiunium est afflictio carnis ex abstinentia uictus.
114 Ca.illa.12.dist.quomodo loquatur.
115 Homo non uidetur alienus à uita aliorum, qui secundum iura & canones facit.
116 Ieiuniorum tempore usus carnium,nisi infirmis,non permittitur.
117 Ieiunans modicè infirmus non dispensatur,ut comedat carnes:secus si grauiter,quia per episcopum uel eius uicarium dispensatur, & ubi periculum immineret per simplicem sacerdotem.

1 CIRE debemus,†quòd omnis ætas, ab adolescentia, in malum potius, quàm in bonum, semper prona est, vt 12.q.j.cap.j.& 20.q.3.ca.procliuis. & in Authen.de mona.§.si quis ad fi. & in proœ. clemen. Ideo debemus summa diligentia,pro posse,virtutes imitari, & vitia omnino derelinquere. Vnusquisque igitur, prædictas virtutes rectè sequi desiderans, oportet
2 vt fundamentum earum primò attingat, † quia vniuscuiusque rei principiam potissima pars est, vt l.2.ff.de orig.iur. quod fundamentum sanctus Hieronymus in quadam eius epistola inquit, Hoc ieiunium, perfecta virtus, & cæterarum virtutum
3 fundamentum est.† vnde vas electionis Paulus,per ieiunia,coram Deo perfectissimus factus est.ipse idem ad Corinth.10.ca. in fin.Castigo corpus meum & in seruitutem redigo. transumpta,de pœniten. distinct.2.si c.enim.versic. Paulus.Moyses 40. diebus, ac noctibus, familiaritate, ac sermone Domini pascitur.

Source : BIU Cujas

Iaco. Zocchus. De Ieiunio.

4 tur.† Dauid etiam Rex post reatum suum,ait, Humiliaui in ieiunio animam meam,& cinerem, tanquam panem manducabam:& quum molesti essent mihi, induebam me cilicio. † Helias 40.diebus exercitato ieiunio,curru igneo rapitur in cœlum. Saluator humani generis, 40. diebus ac noctibus, ieiunare voluit, vt suum nobis exemplum relinqueret, † quoniam omnis Christi actio,nostra fuit instructio, vt in c. j. de apostа. & de eo summo opere, eius sequar exemplum, vt puro corde ieiunemus, vt illam inexcessibilem gloriam feliciter consequamur. Sed quia persæpe à multis, quomodo, & qualiter ieiunare debeamus,dubitatum est,meritò de ipso ieiunio, plenè ac lucidè, prout clarius potero, breuiter tractabo. Et vt legere cupientes opportuna dubia, faciliter inuenire valeāt,hunc tractatum per 8.quæstiones diuidam,quarum prima erit,quid sit ieiunium. Secunda, vnde dicatur ieiunium,& à quo habuit ortum. Tertia, quæ bona deducantur ex ieiunio.Quarta,qualiter fuit ab ecclesia institutum. Quinta, quæ sint ieiunia voluntaria & necessaria, & qua hora debeant comedere, qui ieiunant. Sexta, quæ personæ, & in qua ætate necessariò ieiunare teneantur. Septima,an per potum, vel medicinas rumpatur ieiunium. Octaua,
7 an ieiunanti, liceat oua, vel caseum comedere. † Venio ad primam,& premitto quòd tripliciter capitur ieiunium,scilicet largè,strictè,& strictissimè. Largè autem,ieiunium magnum & generale est, abstinere ab iniquitatibus & illicitis voluptatibus seculi, quod est perfectum ieiunium. Et hæc distinctio est,secun-
8 dum Augustinum, de consecrat. distinct. 5. c. ieiunium. † quia quoties homo abstinet ab iniquitatibus, & carnalibus desideriis,dicitur largo modo ieiunare.Strictè ieiunium, est discreta, & moderata refectio, vt singulos dies sine luxuria transigamus. & hoc,secundum Hiero.de consecra. distinct. 5. c. sint tibi.& c. non tibi.& in hac secūda specie ieiunii quilibet perfectus Chri-
9 stianus omni die permanere debet. Non obst.quod diximus sine luxuria,ergo non est agēdum cum propria vxore. †. Sed dic, quòd ille,qui licito modo cognoscit vxorem,dicitur sine luxuria,& castè viuere, & sic sine luxuria transit. quod nota pro vi-
10 ro testante,si dixerit,lego vxori meæ,si castè vixerit:† quia si accipit virum per legitimum matrimonium,dicitur castè viuere, & habebit legatum,vt est tex.singularis de iure canonico,in ca. Nicena.31.distinct.& plenius per Doct.in l.fi.C. de indic. vidui. Sed contra oppono,de c.j.2.& 3.& ca. vir cum propria.33.q.4.
11 & ferè per totam illam quæst. † in quibus iuribus dicitur, quod ille qui ieiunat,debet etiam à propria vxore abstinere,maximè in festiuitatibus solennibus.Solu.dic,quòd illa iura loquuntur, non in secunda specie ieiuniorum,sed in tertia,quando strictis-
12 simè capitur.† Sed an in secunda specie ieiunii, vir si petat debitum ab vxore,& econtra,si mulier petat, teneantur reddere debitum ad inuicem ? Et licet multi diuersa senserint circa istum articulum, videtur primò,quòd sic,vt in c. 1.33.q.5.& hoc propter periculum fornicationis, vt ibi dicit tex.sed contra hoc est
13 tex.in c.Christiano.& c.vir cum propria.33 q.4.† vbi dicitur.q̄ tempore orationis, vir debet abstinere à propria vxore. sed secundum quosdam, respondetur ad hoc, quòd est potius consilium, quàm præceptum. Ioan. glosator distinguit in glos. summæ. 32.q.4. dicens, quòd aliquando est præceptum, aliquando consilium.Præceptum est,quando tempore orationis quis exigeret debitum, causa libidinis explendæ, quia tunc peccaret mortaliter exigens : aut exigit dicto tempore causa procreandi sobolem,& tunc licitè exigit, sed peccat venialiter. Ego autem tenerem contrarium, & sic dicerem, q̄ nullo modo,nec habita aliqua distinctione,tempore orationis & ieiunii,nō licet exi
14 gere debitum,nisi esset maximum periculum fornicationis,qa tūc liceret:†nam de duobus malis,minus semper est eligēdum, vt in c.j.13.distinct. alias autem dico quòd non licet, vt probatur,quia dicit tex.in d.c.j.33.q.4. quòd quicunque vxori debitū
15 reddit,orationi vacare non potest:† quia quando verbo potest, ponitur negatio,necessitatem importat,vt dicit gl.in regula prima,in 6.super verbo,non potest. Postea dicit orationi, expone, idest tempore ieiuniorum indictorum ab ecclesia, & ita exponit glo.in c.Christiano.in ver.orationi.33.q.3. Redeundo igitur ad propositum in hac secunda specie,licet exigere ab vxore, vt
16 in dictis iuribus. † Sed id,quod dixi,sine luxuria, intelligitur de quocūq; alio illicito coitu,etiam de soluto & soluta, vel etiam de lupanari,& de concubina,quia omnia ista sunt prohibita,vt
17 in c.nemo sibi.22.q. 4. † & sic in hac secunda specie ieiunii, ille qui moderata refectione,etiam si bis in die comedat, largè dici
18 tur ieiunare,vt dicit c.qui via. 44. distinct. † Strictissimè autem, ieiunium est subtractio prandii, & post cœnam, cuiuslibet cibi priuatio vsque in diem sequentem. Item abstinentia à carnibus,& ab omnibus quę sementinam trahunt originem, scilicet à lacte, ouis, & carnibus. & hæc diffinitio satis colligitur in ca.
19 denique.4.distinct. vbi etiam dicit, † quòd eius magnorum piscium non conceditur, vt c.statuimus 100.distinct.& hoc quia magnam substantiam tribuit,ac si homo carnes comederet, vt d.c.denique. quia homo comedere debet ad infirmitatis solatium ,& non vt luxuriæ pariat incentiuum. Aduertendum est

20 tamen, quia sanè hoc intelligi debet, † nam si sunt diuites, qui assueti sint comedere bona fercula,& optimos cibos comedāt, debent dolere, aliter non posse facere sine corporis ægritudine,vt ideo non cogantur. 41. distinct. quisquis.in fi.& in ca. non
21 cogantur,& c.delitiæ.† quia certū est,q̄ possemus vesci vilibus cibis, & cum maximo appetitu gulæ,& non esset peccatum,vt
22 dicit Augustin. in d. locis. † Et scias quòd in ipsa gula peccatur quinque modis; Primo, quando quis non indigentia ductus, sed quodam appetitu tēporis præuenit in hora, quia vult ante solitam horam comedere. Secundo, quum plus, quàm oporteat comedit,& sic est propriè ingurgitare,vt in c.denique.4.distinct.Tertio modo, quum incurialiter delitiosos cibos quærit. Quarto,quum quis parat ea,quæ non sunt naturaliter delitiosa, delitioso modo. Quinto modo, quum quis sumit cupidè, quæ de sui natura,nō sunt delitiosa,vt dicit Gof.in summa. Et habētur hæc omnia in c.quod dicit Dominus.41.dist.quod omnino vide.& c.quinq; modis.de conse.dist.5.

23 † Venio ad secundam quæst.& dico,quòd ieiunium dicitur à quodam intestino, quod sic vocatur, quia naturaliter vt plurimum est vacuum,& subtile,secundum Auicennam,cuius ratio
24 nes posuit Hostien.in summa,in princip. quas Ioan.And.in rubri.dicit, relinquēdas Physicis. † A quo autem habuerit ortum, dico quòd ab ipso Deo, qui primus instituit in Paradiso delitia
25 rum post creationem primi parentis.Et aduerte, † quia ieiuniū ex tribus causatum fuit,scilicet ex persona,loco,& tempore.Ex persona,quia precepit Deus Adę & Euæ,ne comederent de fructu ligni. Ex loco, quia in Paradiso institutum fuit,& initium habuit,vt in c.sexta die.35.distinct.post legem,ab Helia, in tempore gratiæ,scilicet ad aduentum Christi, & sic ab ipso Christo post baptismum,vt dixi supra in princi.Moyses autem non comedit, neque bibit 40. diebus. Helias quoque ambulauit 40.
26 diebus, & 40. noctibus in fortitudine cibi illius. † Eua quandiu ieiunauit, virgo permansit in Paradiso: Adam verò, quia ieiunium violauit,à delitus Paradisi in summam miseriam corruit, vt 40. distinct. Adam.Iona.prædicante illis de Niniue ciuitate,
27 veniam in sacco, & cinere, & ieiunio, consequuti sunt. † & ab Adam vsque ad aduentum Christi, sex inueniuntur ætates, & in omnibus inuenitur ieiunium fuisse celebratum, vt hæc omnia refert Specu.in lib. Rationalis diuinorum officiorum, *in 4.* feria post.3.Dominicam de aduentu.

28 † Nunc descendo ad quæstionem, quæ bona inducantur ex ieiunio.& est dicendum,quòd multa bona inducuntur,& prosunt non solum animæ, sed etiam corpori. sed tanquam de digniori dicēdum est de bonis,quæ prosunt animæ, vt c cum in-
29 firmitas. de pœniten.& remis. † Remedium ieiunii fuit, primò quod animæ nostrorum primorum parentum à pœna æterna sunt liberatæ.c.sicut primi.de pęniten.distin.j.& c. sexto die. 35.
30 distin.† & sic primum bonum præceptum fuit datum à Domino, vt ieiunaret, & quia id adimplere noluit, de Paradiso ipso,
31 cum socia, expulsus fuit, † quia ieiunium est virtus incentiua omnium aliarum virtutum.sic & gula est radix omnium malorum, vt d.c.sexto die, & ibi vide latè. & vt inquit Philosophus,
32 oppositа iuxta se posita, magis elucescunt. † Ideo videamus de gula,quę est cōtraria ieiunio,quot & quanta mala generet,nam per gulam fuit causatum primum peccatum in nostris primis parentibus,exinde dictum est eis,exite hinc,& in sudore vultus tui pane tuo vesceris, vt habetur Gene. 2. c. & post eiectionem statim egerunt pęnitentiā in ieiunio,propter quod saluati sunt,
33 † & sic nulla vera potest agi pęnitentia sine ieiunio. vnde Ioā. in 2.c.conuertimini ad me in toto corde vestro,in ieiunio,fletu & planctu. per gulam demum & ebrietatem, quia gula cum vino sunt correlatiua ad inuicem, † ex quo vino fuit inducta prima seruitus, nam à principio omnes homines liberi nascebantur,sed propter ebrietatē fuit inducta prima seruitus, vt c.sexto
35 die.§.legimus.35.distin. † Immo propter gulam inducitur luxuria,quæ est fundamentum omnium malorum. vnde Hieronymus inquit,venter mero æstuans, facilè dispumat in libidinem. Et Paulus veritatis Doctor,Nolite inebriari vino,in quo est lu-
36 xuria, † quoniam ebriosi non intrabunt in regnum cœlorum, vt in c.& si Christus. de iureiur. & idem, nō in comessationibus
37 & ebrietatibus: † ventris nanque ingluuies ad luxuriam facilè prouocat, & omne opus bonum dissoluit, & genitalia sibimet ipsis vicina sunt, vt ex membrorum vicinitate confœderatio intelligatur vitiorum,vt 44.distin.in prin.& Greg.in sua præfatione,Qui corporali ieiunio vitia comprimis,mentem eleuas,virtutē largiris,& præmia &c.† vnde præceptum est ab ipso Apo-
38 stolo,fratres sobrii estote,& vigilate in orationibus. q. d.q̄ quis non potest orationem facere sine ieiunio,quia oratio,secundū Vgo. est mentis eleuatio ad Deum,vt habetur in cle.j.de reli. & uene.Sanc.si ergo oratio est mentis eleuatio ad Deum,eleuatio mentis non potest haberi verè sine ieiunio: ratio est secundum
39 Hiero.† quia venter pinguis,crassum sensum generat, vt in §.fi. 44.distin.Denique Ioannes volens annuntiare, Christum fore venturum,inquit Ambr. in quodam suo sermone transumpto 35.dist.c. sexto die. circa fi. Deniq; annuntiauit Dominū Ioannes,non

Source : BIU Cujas

nes,non manducans,neque bibens vinum.qui enim Christum annuntiat,ab omni viriorum incentiuo præstarę se debet alienum. † Ecce quòd ieiunium, est summum remedium ad omnia mala tollenda,& sic homo redditur sobrius in oratione, solicitus ad omnia bona quæ conferunt tam animæ, quàm etiam corpori. † Et scias, quòd ieiunium non solum prodest animæ, sed etiam corpori:vnde Hiero.inquit,Legimus quosdam morbo articulari,& podagræ humoribus laborantes ad simplicem mensam, & pauperes cibos redactos conualuisse, vt capitulo legimus.de consecra. dis. viii. Sic econtra propter cibum multi infirmantur, & ad mortem deueniunt. † vnde Ioan.Gl.in cap. nihil.1 co.dist.dicit,Excessus ciborũ consumit & purrescere facit corpus humanum,& macerat ęgritudine diuturna, & tunc cum morte crudeli consumit.† moderata refectio sensuũ acumen operatur,& ęgritudinem fugat,vt d.capitu.nihil.Item Hiero.ait,Multi impatientia gulæ,vomitu remediant̃, & quod turpiter ingesserunt,turpiter emiserunt.Itẽ Hippocrates in aphor. Crassa & obæsa corporea, quæ crescendi mensuram impleuerunt,nisi ablatione sanguinis minuantur, in paralisim, & pessima morborum genera erumpere,& idcirco necessariam esse redemptionem, vt rursus habeant in quæ possint crescere.non enim manent in vno statu naturæ corporum,sed aut crescere, aut decrescere, nec posse viuere animam, nisi crescendi capax sit. vnde Galenus Hippocratis interpres; Athletas, quorũ vita & ars,sagina est,dicit in exhortatione medic. † nec viuere posse,nec sanas esse animas,quæ in vno sanguine, & dapibus quasi luto inuolutas nihil celeste,sed semp de carnibus & ventris ingluuie cogitare,vt hæc habent̃ c.ne tales.de conse.dis.v. † Quarto est videndum, quare fuit ab ecclesia institutum ieiunium.& ad hoc præmittendum est, quòd ieiunium fuit duobus modis ordinatum.simplicitè & explicitè. Implicitè fuit constitutum à Deo in paradiso, vt dixi in precedenti quæst. quia fuit dictum Adæ,vt abstineret,sed implicitè, quia nõ fuit dictum plus vno die,quàm alio.† Explicitè Grego.Papa,considerãs quòd quilibet fidelis christianus tenetur ex præcepto,& ex ore Dei, reddẽ decimas & primitias,de omnibus,Deo,vt in c.reuertimini,& in seq.xvj.q.j.& c.ex transmissa.de decim.& sic de omnibus rebus decimas dare debemus, ita vt de nostra vita, misera & caduca decimam Deo dare debemus, & sic de diebus vitæ nostræ, † & ob hanc causam Grego.Papa Quadragesimam instituit.Aliqui dicunt,quòd fuit Christus:quia sicut Christus ieiunauit xl. diebus,& xl.noctibus,ita nos ieiunamus,& hoc esset verum: sed ip se Grego.ostendit,ad què finem Christus in hoc nobis reliquit exemplum.s.vt daremus decimam vitæ nostræ,& sic secundũ cum,a prima Dominica Quadragesimæ, vsque ad Pascha, sex hebdomadæ computantur, quarum dies sunt xlij.ex quibus dũ sex dies Dominici subtrahuntur de ieiunio, remanent tantum xxxvj.dies abstinentiæ,qui sunt decima totius anni. † sed vt sacer numerus xl.dierum, quibus Christus ieiunauit, impleatur, recipiuntur ex instituto Grego. quatuor dies præcedentis hebdomadę.s.iiij.v.& vj.feria,ac sabbatum. & isti quatuor dies præmissi,qui adduntur, primus vocatur dies sanctificatus & mundatus,quia tunc tam animam,quàm corpus mũdamus, cineres capitibus aspergentes:Reliqui verò tres,sunt de primitijs dierũ, qui soluũtur in quatuor temporis anni,sed cum xxxvj.dies prędicti,sint x.cccixv.dierum & sex horarum : patet ergo ꝙ quum ieiunamus xxxvj. dies ratione decimæ prædictorum dierum, sex dies indecimati remanent, & sex horæ. † Et sic pro decima istorum sex dierum & sex horarum ieiunamus illos quatuor dies prędecẽtis hebdomadę,& sic fit numerus xl. dierum adimpletus. sed etiam secundum hanc rationem, remanent adhuc xxx horæ indecimatæ.s.vnus dies, qui continet xxiiij. horas, & sex horæ.sed potest dici,quòd pro x. illius temporis in Sabbato sancto tardius comeditur pro cęna,quàm alijs dieb⁹,vt dicit gl. in c.Quadragesima.de consec.di.v.† Aliqui verò dicunt, quòd illos quatuor dies prędecentis hebdomadæ ieiunamus,quia ibi sunt quatuor tempora.Sed verior ratio est illa præcedens,vt tenet Spec.in lib.Rationalis diuinorum officiorum, in iiij.feria, in capite ieiuniorum, quę omnia satis colligũtur in c. Quadragesima. de consec. dist. v. Multi autem incipiunt ieiunare post Dominicam Septuagesimæ,aliqui verò in aduẽtu Dñi, vt infra dicam.† Sed de Dñica Septuagesimæ,dico,ꝙ illi q ieiunãt, bene faciunt, sed tamẽ non tenentur ex necessitate,vt c.deniq;.§. hoc quoque.xl. dis. tamen aliqui monachi & fratres ieiunãt ex necessitate regulæ eorum,vt infra.dicam. † Sed quare hoc tempore inchoamus ieiunium cum Pascha cõtinuamus,nõ solum quia ipse Christus eo tempore ieiunauerit,sed quatuor de causis.& primò,quia in Qudragesima repræsentamus populum Israel,qui annis fuit xl.in deserto, & statim post liberationem celebrauit Pascha. Secundò, quia in tempore vernali,naturaliter ad libidinem commouentur, ad quam restringendam institutum est hoc tempore ieiunari. Tertiò, qua passioni Christi, ipsius resurrectio continuatur.Igitur rationabile fuit, vt afflictio nostra cõtinua esset passioni Saluatoris,cum enim ipse pro nobis passus sit,ita & nos pati debemus, vt statim post resurrectionem lætemur,iuxta illud Apostoli, † Qui autem tolerauerunt mala per Christum,debent habere gloriam cum Christo.Quartò,quia illi de Israel priusquam agnum comederent, se affligebant,& lactucas amaras comedebant, & ita nos, per pœnitentię amaritudinem,debemus prius affligi, vt statim adueniente Pascha,possimus agnum vitæ comedere.s. corpus Christi,vt sic capiamus mysticum pascale quo ad animam, sumẽdo Christi corpus,& quo ad corporis refectionem agnum carnis.

† Sed quare incipimus in iiij.feria?Dico quadrupliciter,& primò quia legitur,quòd Christus in iiij.feria inchoauit ieiunium, & si diligenter computas annos Domini ex tunc,vsque ad xxx. secundum rationes computationis,inuenies Christum in iij.feria baptizatum fuisse, & sequenti die desertum intrasse, & ieiunium inchoasse.Secundò,ideo ieiuniũ in iiij.feria inchoamus, quia quarta ætate Salomon templum ædificauit, & nos quasi fundamentum illius templi figuramur, nos metipsos ieiunãdo maceramus.vnde Apostolus,tẽplum Dei factũ est, qđ estis vos. Tertiò, ideo in iiij. feria inchoatur, quia debemus esse armati quatuor virtutibus principalibus. scilicet iustitia, fortitudine, prudentia & temperantia. & vt refert Spec. lib. Diuin. officiorũm,in iiij.feria,in c.ieiuniorum.

† Restat videre,quare ieiunia quatuor temporum fuerint instituta,& quòd quater in anno ieiunamus.s.in Martio, in Quadragesima, & in mẽse Iunij,in iiij. feria ante vigiliã Pẽtecostes, & Septembris,in iiij.feria ante festum sanctæ Crucis,& in Decẽbri, ante festum Natiuitatis Domini secundum regulam, quæ ponitur in c.de ieiunio.lxxvi.dis.cum seq.c.& hoc seruit institutum multis de causis, & principaliter propter quatuor. † Primò,quia corpus nostrum compositum est ex quatuor elementis,vt in c.non debet de consan.& affi.& sic ex quatuor anni tẽporis corpus nostrũ castigatur.homo enim,vt dixi, est compositus ex quatuor elementis quantum ad corpus,& ex tribus potentijs quantum ad animam, scilicet rationabili, concupiscibili,& irascibili.vt ergo illa in nobis moderentur, quater in anno ieiunamus.† & annus diuiditur in quatuor tempora,scilicet in vere, æstate, autumno, & hyeme, quæ propter sua delectamenta a Dei amore nos auertere sæpenumero solent. † Ver calidum & humidum est : ieiunium ergo contra luxuriam, ex humore & calore nascentem. Aestas est calida & sicca, tunc ieiunamus propter incendium carnale; vel contra superbiam, quia tunc fructus recolliguntu, qui tunc florent, & maturantur,& superbiendi materiam præstant.† Autumnus est frigidus & siccus,tunc etiam ieiunamus contra auaritiam, ne obliuiscamur Dei,quia tunc messes colligimus. Hæc omnia refert Guilielmus,in lib.Diuino.offi. in iiij. feria, post iij. Dominicam de aduentu.Si vis & alias rationes videre,vide c ieiuniũ.el ij. lxxvi. distinc. † Quare autem fuerint instituta ieiunia in vigilia Domini & Apostolorum,& aliorum Sanctorum: Dic, vt mentes hominum essent sobriæ ad recipiendum sequens festum, † & ideo dicitur vigilia, quia antiquitus vigilabant per totam noctem in orationibus præcedentem ante festum, vt obseruatur hodie Romæ.Sed quia vbi debebant vigilare ad Dei laudem,& in orationibus, veniebant lusores,ioculatores,& cantores, qui turpes cantilenas cantabant, & potationes & fornicationes inde veniebant, & multa alia illicita: vnde fuit facta quædam permutatio,quia loco vigiliarum fuerunt ieiunia instituta, & adhuc ista ieiunia retinent nomen officij,quia etiam vocantur vigiliæ,vt refert idẽ Guil.in loco præallega. † Quintò videndũ est,quæ ieiunia sint necessaria,& quæ voluntaria, & dico quòd ieiunia Quadragesimæ sunt necessaria, quæ summa obseruãtia sunt obseruanda a quolibet Christiano,& nisi grandis necessitas sit,nullo modo violari debent,vt c.Quadragesima.de consecra.dist.v.vnde non sufficit dicere,volo aliquos dies in Qudragesima ieiunare, si non possum totam adimplere.† Audi Augustin.in sermone,in prima Dominica Quadragesimæ,inquit.n. qui in his sanctis diebus vnam diem in ieiunio prætermiserit, totã Quadragesimã violare videtur.& hoc etiã habetur in d.c. non tantũ.cum seq. de consec. dist.iij. † Itẽ ieiunia quatuor Tẽporũ,q̃,similiter ab Ecclesia indicta sunt,vt ī c.j.lxxvj.dist.Itẽ vigiliæ Apostolorũ,sunt venerandę,pręter excepta, q̃ habent̃ in c.consilũ.de obseruat. ieiun. vt est vigilia S.Iacobi & Philippi, & S.Ioannis Euangelistæ.& ratio est, quia veniunt inter Pascha & Pascha,& ratio rationis est,† quia oĩs dies, q̃ sunt ĩter Pascha Resurrectionis,& Pascha Pentecostes, reputantur dies Dñici, propter gaudium & lætitiam,vt est tex. in §.nunc aũt.cum seq. lxxvi. dist.& Pentecostes est Græcum nomen, & dicitur a pen, quod est quinq;, & costes decẽ,i.quinq; vicibus decẽ,& sic a Pascha Resurrectionis, vsque ad Pascha Pentecostes, sunt numero 50. dies. † Ioannes Euangelista non habet ieiunium, quia infra octauam Natiuitatis Domini, eius festum celebratur. De festo sancti Bartholomæi,de quo est dubium, consuetudo est seruanda patriæ,vt in d.cap.consilium. & in c.illa.de fi. 12.dist.& in c.vtinam.76.distin. † Sed quæ est ratio diuersitatis, quia aliqui colunt illud festum vno die,alij die sequenti. Dic, quia vno die fuit passionatus,& sic decoriatus; & alio die obiit,

Source : BIU Cujas

& ſic aliqui colunt paſſionem, & aliqui diem mortis, & in hoc
68 ſeruatur conſuetudo, vt in dictis iuribus. † Item vigilia natiuita
tis Domini. Item Ioan. Baptiſtæ. Item omnium Sanctorum.
Item ſancti Laurentij. Item aſſumptionis Virginis Mariæ. Item
natiuitatis eiuſdem. Item & Vigiliæ feſtiuitatum, quæ ſpeciali-
ter indictæ ſunt in locis per epiſcopos, quia hoc poſſunt ſtatue-
re, vt in c. 2. de maio. & obedi. & argu. capitul. pronunciandum.
de conſecra. diſtin. 3. quia etiam in hoc conſuetudo loci opera-
69 tur, vt eſt caſus in capit. illa. 12. diſtinct. † Sed an ieiunia indicta
ab eccleſia & neceſſaria, poſſint commutari. & breuiter dic,
quòd non, ſi non ſubeſt legitima cauſa, quia in huiuſmodi re-
bus videtur electa induſtria perſonæ propriæ, vt caro macere-
tur, & alia ratione, per cap. qua Deo. de conſecra. diſt. 5. vbi di-
cit text. Nullus præſumat dicta ieiunia violare, ſine aliqua gran-
di neceſſitate, & ſic ponderanda ſunt verba illius, capit. Secus ſi
ſubeſſet legitima cauſa, vt infirmitatis, vel valetudinis, quia tũc
70 poſſunt commutari. † Voluntaria autem ieiunia bene poſſunt
commutari, vel redimi etiam ſine cauſa, vt in c. j. de voto. & ibi
not. & cap. presbyter. 62. diſtinct. & hoc intelligitur auctoritate
ſuperioris ſcilicet epiſcopi, ſecundum Innocen. in rub. de obſer.
ieiun. quia non ſufficeret proprij ſacerdotis, ſecundum eum, ad
quod vide gloſſ. in ver. denarium. in d. capitul. presbyter. Item
tempore Rogationum ieiunandum eſt, vt capit. rogationes. de
conſecra. diſtinct. 3. Item & magis ſtrictæ, 4. & 6. feria. Item in ca.
ieiunia. de conſecra. diſtin. 5. ſecundum illum tex. Item die ſab-
bati, vt cap. ſabbato. de conſecra. diſtinct. 3. Sed hæc hodie gene-
71 raliter non ſeruantur. † Sed an peccemus? & dicendum eſt, q̃
ex quo non ſunt in vſu communi hominum, non peccamus,
ratio eſt, quia ex quo in ieiunijs operatur conſuetudo, illa ſer-
uanda eſt, vt eſt caſus in d. cap. illa. 12. diſtinct. Demum, quia ec-
cleſia tolerat, & per conſequens videtur approbare, vt tenent
72 Docto in cap. j. de treu. & pa. † Sed an peccet mortaliter, vel ve-
nialiter, qui non ieiunat in Quadrageſima, & in alijs neceſſarijs
ieiunijs: & primò videtur, quòd venialiter, vt ſentit gloſ. in §. ea
demum. ver. quotiens. 25. diſtin. Sed aduertas, quòd illa glo. intel
ligitur de ieiunijs voluntarijs, ſecus autem in neceſſarijs. Archi.
in d. c. ea demum. in ver. pone. dicit hoc eſſe durum. Sed diſtin-
gue, aut fit ex contemptu, non ieiunare, & tunc eſt mortale:
aut ex fragilitate, & tunc eſt veniale, & hoc ſequitur Floren. in
73 clemen. fin. de hære. in ver. 2. quæſt. 1. † Sed quid de illis qui ieiu-
nant in 6. feria, adueniente feſto Natiuitatis in d. feria, an de-
beant ieiunare? & diſtingue, q̃ aut hoc facit ex deuotione, &
tunc non debet ieiunare: aut facit ex voto, vel ex oblatione reli
gionis, & tunc debet. capit. fin. de obſerua. ieiun. & ibi per An-
74 to. de But. † Sed an cum talibus obligatis voto vel religione, de
epiſcopi vel Abbatis auctoritate, ſi ſint religioſi, poſſit cum eis
diſpenſari? & dic, q̃ ſic, vt in cap. conſilium. § penul. & fi. de ob-
75 ſer. ieiun. & in cap. 1. de voto. † Sed quare, ratione voti quis non
excuſatur in d. 6. feria. Ratio, quia quæ ſine conditione vouen-
tur, ſine conditione ſolui debent, quia non dixit vouens fortè,
voueo in 6. feria ieiunare, & ſic abſolutè: & non dixit, niſi feſtũ
Natiuitatis in d. feria veniat, vt eſt caſus in capit. fin. 32. quæſt. fi.
76 & iſta eſt communis opinio. per illum text. † Dixit tamen Ioan.
And. quòd ipſe putat, q̃ ſi vouens ſimpliciter & ſine conditio-
ne fecerit votum, q̃ adueniente dicta feſtiuitate, non tenetur,
77 niſi vouens hoc cogitauerit in ipſo voto. † facit pro eo, quia in
generalitate non veniunt ſpecialia, quia licet die Veneris non
comedantur carnes, tamen ob reuerentiam tantæ feſtiuitatis
poſſumus comedere, argumen. capitul. final. de procura. in 6. fa-
cit capit. ad noſtram. de iureiuran. & capit. Petro. & c. ſuper qui-
buſdam. de verbo. ſignifi. & quod not. in cap. cum haberet. de eo
qui dux. in mat. quam pol. per adulte. & vide Anton in capitul.
78 fi. de obſer. ieiu. † Videamus nunc, quæ ieiunia dicantur volun-
taria, quæ ex propria voluntate homo facit, ex deuotione, vel
voto, & breuiter omnia ieiunia dicuntur voluntaria, quæ fiunt
præter indicta ab eccleſia, & hæc vt dixi, ſine cauſa poſſunt redi
mi vel commutari, vt in dictis iuribus, in cap. presbyter. 82. diſt.
79 † vbi dicitur, q̃ etiam ieiunium voluntarium poteſt redimi pe-
80 cunijs, vbi omnino vide. † Sed an indicta ab eccleſia poſſent
transferri, vt quando vigilia caderet in Dominica. & dic, quòd
ſic, quia tunc ieiunatur in ſabbato precedenti, vt in cap. ex parte
de obſerua. ieiun. Sic etiam de ieiunijs localibus, vt in Francia,
in eccleſia S. Quintini, quod feſtum cadit in feſto omnium San
ctorum, ſed in die præcedenti, ſicut in ſimili, in eccleſia Vian.
quando vigilia ſancti Martini cadit in ieiunijs quatuor tempo-
rum, ipſi anteponunt quatuor tempora in hebdomada præce-
81 denti ante feſtum. † Sed caueat epiſcopus, quia licet transferat
quatuor tempora quo ad ieiunium, non debet quo ad ordina-
tionem clericorum, quia hoc nõ poteſt, niſi ſolus Papa, vt c. j &
c. cum quidam. & c. conſultationi. de tempo. ordina. & hoc ſe-
cundum Inno. in d. rub.

82 † Poſtremò eſt videndum, qua hora debeat comedere qui ie
iunat? & dicendum eſt, q̃ nemo comedere debet niſi miſſis, &
diuinis officijs auditis, alias non dicitur ieiunare. Si autem ex ne
ceſſitate quis non poſſit ad dicta officia intereſſe, tamen horam
ęſtimare debet, qua prælibata officia ſint completa, & in illa co
83 medere, vt capit. ſolent. de conſecra. diſtin. 1. † Sed quid, ſi in præ
dictis horis non comedat, ſed ante, an ſoluatur ieiunium? & dic
quod peccat, & debet de hoc confiteri, ſed ieiunium non ſoluitur,
ſecundum Innocen. qui ita intelligit illud, quod dicitur in
capitul. denique. 4. diſtinct. vbi dicitur de ſuperflua comeſtio-
ne & ingurgitatione, quia peccat ille talis, ſed non ſoluitur
ieiunium.

84 † Sextò principaliter eſt videndum, quæ perſonæ neceſſariò,
& in qua ętate teneantur ieiunare. & dicitur quòd tenentur om
nes Chriſti fideles, ſanę mentis, & doli capaces, qui peccare va-
lent, & peccata deflere, ſecundum Innocen. in capitul. 1. de de-
lic. pue. & ſic in ſeptennio. Aliqui dicunt, quòd tenentur adue-
niente pubertate, ſcilicet in maſculo, ętas 14. annorum, & in fe
mina. 12. Aliqui intelligunt de plena pubertate, in maſculo 18.
an. in fęmina 17. ſecundum Anto. de Bu. in capit. puberes de de-
ſponſat. impub. & capit. 1. de frigi. & malefi. Aliqui intelligunt
de ętate 25. annorum, vt l. j. ff. de mino. & l. ſi quis. C. de his qui
85 ven. ęta. & ratio eſt, vt ipſi dicunt, † quia vſque ad illam ętatem,
conſueuit nutrimentum in dilationem membrorum conuer-
ti, & per ieiunium ac famem impediri poſſet, nec eſt impedien-
da natura. Aliqui dicunt, medium tempus eſſe tenendum. ſcili-
86 cet ętas 21. anni. † & ratio eſt, quia vſque ad illam ętatem quis
duplici cibo in die eget. Quidam dicunt expectandam ętatem
viginti annorum, argumen. cap. cum vigeſimum, de offi. deleg.
87 † & quia ante illam ętatem quis non cogitur ire ad pugnam, vt
l. omnes. C. de his qui ven. ęta. & capitu. 1. in 6. de ęta. & qualit. &
hæc opi. multum placet Hoſtien. ſalua (vt ipſe dicit) papali in-
88 terpretatione. † Ego autem, venia impetrata omnium Docto.
tenerem cum ſecunda opi. ſcilicet q̃ quilibet fidelis Chriſtia-
nus teneatur ſeruare ieiunia indicta, in ętate 14. annorum, in
89 maſculo, in fęmina 14. argum. d. capitu. impuberes. † quia in illa
ętate dicitur homo perfectus in natura, adeo q̃ generare po
teſt, & bonum & malum perfectè diſcernere. Tene tamen quã-
uis opinionem, ſed in his concernentibus periculum animæ, te
90 nerem tutiorem. † Sed aduerte, cuiuſcunque ętatis ſit, ſi ſubeſt
legitima cauſa, poteſt cum eis diſpenſari. & caue, ne erres, quia
diſpenſatio iſta pertinet ad epiſcopum, vt tenent omnes Doct.
in capitul. 1. & cap. magnæ. de voto. & hoc intelligitur, niſi ſit in
caſu neceſſitatis, vbi epiſcopus vel eius Vicarius haberi non po
teſt, quia tunc poſſet ſacerdos parochialis, vt 26. q. 6. c. fin. vbi eſt
caſus de hoc, & hoc intellige de ieiunijs indictis ab eccleſia,
91 † quia illa alia impoſita à ſacerdote, poteſt idem, vt in c. presby-
ter. 82. diſt. debet. n. ad hoc vt diſpenſetur cum ieiunijs indictis
92 ab eccleſia, legitima cauſa ſubeſſe. † Legitima autem cauſa eſt,
vt infirmitas corporis, debilitas, cariſtia ciborum, paupertas, grã
dis peregrinatio, labor nimius, menſæ protractio, vt in ſeruien-
tibus menſæ magnatum. Idem dicit Hoſti. de agricultoribus &
alijs, quocunque alio iuſto labore impeditis, qui commodè &
ſine periculo non poſſunt ieiunare, vt in d. c. presbyter. Multa
alia dari poſſent exempla, quæ putat Hoſti. arbitrio boni iudicis
ſpiritualis eſſe relinquenda.

93 † Reſtat videre de mulieribus, an teneantur? & dic, q̃ ſic, ẽt in
uitis maritis, & reclamantibus, & hoc intellige de ieiunijs neceſ
94 ſariis, indictis ab. eccleſia, ſecus autem in voluntarijs, † quia illa
facere non poſſunt inuitis maritis, & prohibente viro, tenentur
dimittere. 33. q. 8. c. manifeſtum. & ibi gloſ. quam omnino vide.
95 † Sed aduerte, quia ſi contingeret virum ſcandalizari, quia mu-
lier ieiunaret, vt propter filios alendos, & alia neceſſaria, nã tunc
96 poteſt cum ea diſpenſari propter ſcandalum, † quia vbi oritur
ſcandalum, ibi cadit diſpenſatio. c. vt conſtitueretur. 50. diſt. &
c. 2. de temp. ordi. & c. latores. de cle. non ordi.

97 † Septimo eſt uidendum, an per potum uel medicinas rum-
patur ieiunium? & dicendum eſt, ſm Inn. Anto. de But. & alios,
in rub. de obſer. ieiu. & Hoſti. in ſumma, & ferè omnes Doct. te-
nent, q̃ ex quo eſt in uſu approbato ieiunantium, q̃ ſiue ante ſi
ue poſt, ieiunans bibat, licitum eſt, & non peccat, nec ſoluitur
ieiunium, & ita tener Guil. in lib. Rationalis, in 4. feria poſt 3. dñi
98 cam de aduentu. † De medicinis & electuariis dicẽdum eſt ſm
prædictos, q̃ aut ſumens medicinam, ſumit pro infirmitate tũc
ſtante, & licet, & non ſoluitur ieiunium, aut ſumitur non ſtante
neceſſitate, ſed per ſanitate cõſeruanda, & non licet, & ſoluitur
99 ieiunium. † Idem intelligunt de præguſtantibus cibos, uel potũ
ante Dominos, uel Abbates, & iſti non ſoluunt ieiunium, eo qa
100 uniuerſalis conſuetudo totius eccleſiæ hoc ſeruat, † & ſic cõſue
tudo circa iſta operatur, cum ſit rationabilis & præſcripta, nec
peccatum continet, ſed potius ęquitatem, ut 76. diſt. c. utinam,
101 & c. illa. xij. diſt. & c. dilectus. & c. fi. de conſue. † quia dr̃ conſuetu
do, id quod eſt in cõi uſu, ut j. di. ꝯſuetudo. & ita ſeruatur cõiter.
& tenet ſanctus Tho. in ſecunda ſecundæ, q. 47. & ratio eſt, ut ip-
ſe dicit, quia potus ante uel poſt cęnam, nullum penitus parat
nutrimentum, & hoc eſt pro ſententia tenendum.

102 † Poſtremo eſt uidẽdũ, an liceat ieiunãti oua uel caſeũ come
dere? & dicẽdũ eſt, q̃ nõ, qa oua & caſeus expreſsè ꝓhibẽtur, ut
103 dicit c. deniq;. 4. di. & rõ eſt, † quia fit ieiuniũ, ut caro hoĩs mace
retur

Source : BIU Cujas

retur propter luxuriam,vt d.capitulo, denique. sed secundum Hieron 2.propositione,contra Iouinianum,dicit,quòd ouum nil aliud est quàm caro liquida; & lac nil aliud est nisi sanguis, colormutato, secundum Vgo. caseus est lac coagulatum, & ista sut prohibita,tam vi canonis, quàm etiam vi naturalis rationi, quia essent potius prona ad luxuriam, quàm ad carnis
104 mactationem.† & not.quòd caseus affert multas vtilitates stomachum ipsum, licet aliqui medici ignari dicant contrarium, & mè,vt dicit Archidia.in capitul. denique. 4. distinctio. vnde vius.

Igni medici me dicunt esse nociuum.
Si tamen ignorant,cur nocumenta feram.
Expsis reor esse ratum,qua commoditate,
Inguenti stomacho caseus addit opem.
Si stomachus languet,vel si minus appetit ille,
Ingratus stomacho,conciliatque cibum.

Reuendo autem ad propositum, oua & caseus ieiunantibus
105 non sunt permissa.† Innocen.tamen in rub.de obserua.ieiu.te nequòd si ieiunans comedit oua,vel caseum, in omnibus ieiunijs exceptis suprascriptis, peccat,sed non soluitur ieiunium.secus in Quadragesima, quia ibi solueretur. Sed cum reueren-
106 tia non videtur bene dicere, † quia in omnibus & per omnia, eq parātur omnia alia ieiunia indicta ab ecclesia ieiunijs Quadragesimalibus, vt dixi supra in 5.quæst.Demum & fortius contra hanc est tex.clarius in capit.rogationes. in fi.de consecra. distinct.3. vbi text.dicit de ieiunijs celebrandis tempore Rogationi quæ sunt extra Quadragesimam, & dicit Quadragesimali-
107 bus tantur cibis. ergo dictum Innocē.est falsum,† & no.quòd secundum Papiam, tanta est vis ac substantia ouorum, vt si aliquid lignum in eis perfusum esset adhærente igne,non combureret,& etiam vestis.& hoc inferunt, quia in eis est magna sub-
108 stantia,& sic multomagis sunt prohibita.† Archid.verò in cap. rogationes.de consecra.distinct.3.refert, beatum Thomam dicere, quòd licet in Quadragesima oua & omnia lacticinia sint prohibita,tamen in alijs ieiunijs deberemus stare consuetudini eorum,pro quo allegat ipse tex.in c.a.in prin.41.distinct. & c.
109 vnam.76.dist.† vbi dicitur,quòd quælibet prouincia abundat in sensu suo. Sed respondetur, quòd illa iura, quæ dicunt quòd debemus esse conformes cum quibus viuimus in cibis & omnibus,& intelligunt in cibis permissis, sed illis cibis debemus vti in alijs vigilijs indictis,sicut in Quadragesima per dictum capitulum rogationes.ad quem tex.non potest respondeti.ergo sic seruanda sunt ab ouis & lacticinijs alia ieiunia indicta per d. capitul. in fi.
110† Anto.etiam de But.in rub.de obser.ieiu.iuxta fi.recitatis, & supra visis dictis rationibus,videtur sentire,quòd non liceat ieiunanti oua,vel caseum comedere. Sed bene dicit, quòd posset prouideri quòd in aliquibus locis montanis, vel alijs remotis à mari & fluminibus, quòd ibi habitantes possent oua vel caseū comedere propter penuriam piscium & etiam panis, si maximā habeant copiam animalium,secus in alijs locis amenis stantibus iuxta mare, qui habent copiam piscium delectabilium. &
111 ratio est secundum eum, † quia ieiunium est afflictio carnis ex abstinentia victus.quare non dicetur eque bene ieiunare is,qui comedit oua & caseum & parum de pane, & ab alijs abstineat, sicut ille, qui bono pane, electis vinis, & diuersis piscibus diuersorum generum,& diuersis cibarijs,non solum reficitur, sed etiam ingurgitatur:sic ex identitate rationis, esset dicendum q̄ liceat istis talibus comedere oua,vel caseum, ex quo alijs cibis delitiosis carent. sed bene aduerte ad verba Domi.Anton.quia dicit posse prouideri ex quo ex constitutione prohibitionis hic inuentæ fuerunt.q.d.quòd non est concessa statim ista dispensatio etiam in locis carentibus istis, sed bonum esset, ex quo extat causa, cum eis dispensari: aliàs autem non, quacunque ne-
112 cessitate stante.† Vndetenerem quòd in Quadragesima & ieiunijs indictis ab ecclesia,oua & lacticinia non sint concessa, etiā stante consuetudine, per iura allegata. Sed stante causa, posset
113 cum eis dispensari,vt prędixi.† Non obstat dixi, q̄ in ieiunijs operatur consuetudo, quia hoc est verum in ieiunando plus diu quàm alio,vel in vna festiuitate vel alia,sed in cibis nunquam inuenietur, quòd consuetudo operetur, & sic loquuntur iura de
114 diebus aut locis.capitu.vtinam.77.distin.† & ad capilla.12. dist. Respondetur,quòd homo etiam in cibis debet esse conformis secundum prouinciam, viuendo vniuersaliter in communi vi-
115 ta. Nec loquitur ille tex.de ieiunio, † quia nec videtur homo alienus à vita aliorum,qui facit secundum iura & canones. ca. faciat homo.22.q.2.Sed aduette, quòd si talis consuetudo esset ita vniuersalis in loco, quòd vix sine scandalo homines ab illa auerti possent, potius esset illa toleranda, quàm remouenda, ne peiores fierent,& scandala inde orirentur,iuxta illud,Qui nimium emungit,sanguinem elicit, vt capitulo, denique quarta, distinctio.
116† De vsu verò carnium tempore ieiuniorum, non est dubium, quòd non permittitur nisi infirmis, vt cap. consilium. de obser. ieiun. & dicit Hostien.in summa, quòd debet fieri differentia
117 inter infirmitatem & infirmitatem,per illum tex.† quia si esset modica infirmitas non posset dispensari:si verò grauis, & carnes conceduntur per dispensationem episcopi, vel vicarij, secundum cum, nisi vbi repente periculum immineret, quia tunc simplex sacerdos posset,argumen.capit.fina.26.quæst.6. & ita tenendum est.

TRACTATVS
HOSPITALITATIS
Profundissimi Doctoris, Domini Lapi de Castelliono.

SVMMARIVM.

1 *Hospitalarius,quis primus fuit.*
2 *Religio vna,an possit ordinari siue institui ad hospitalitatem.*
3 *Religiosi,an in singulis hospital bus possint præfici.*
4 *Conuersi religionum,nunquid possint præfici hospitalibus.*
5 *Mulier,nunquid possit præfici ad regimen hospitalis.*
6 *Regimen hospitalis,an duobus possit committi.*
7 *Regimen hospitalis si potest committi duobus, nunquid potest vnus esse masculus & alter semina,& nunquid vir & vxor.*
8 *Duo vel plura hospitalia,nunquid vni possint committi gubernanda.*
9 *Beneficium curatum & hospitale,an quis simul possit habere.*
10 *Erigere hospitale pro libito voluntatis,nunquid quilibet possit.*
11 *Hospitalia & eorum rectores,an gaudeant immunitate ecclesiastica.* 12.
13 *Hospitale, an habeat beneficium restitutionis, si lędi contingat, vt ecclesia.*
Hospitalia,ad quem vsum principaliter fuerunt inuenta.
14 *Hospitalia & pia loca,an teneantur hospitari,pascere & vestire.*
15 *Cura,correctio,reformatio vel emendatio hospitalium & rectorum suorum, ad quem spectet;& quid spectet ad officium superiorum, qui habent correctionem in dictis locis.*16.*Et quid si negligant.* 17.
18 *Correctio hospitalium, cum possit spectare ad diuersos de consuetudine, quo iure illos negligentes compellet episcopus.*
19 *Hospitalium correctio,cum possit de consuetudine vel statuto spectare ad laicum, & hospitalarius possit esse clericus, quomodo distringetur per laicum.*
20 *Defectus & negligentia eorum, qui præsunt hospitalibus vt corrigi possit, quomodo patebit.*
21 *Hospitalia,an possint conferri in beneficium clericis secularibus.*
22 *Hospitalia,per quos & quales debeant regi.*
23 *Differentia,quæ sit in conferre & committere.*
24 *Hospitalia, quare prohibentur conferri in beneficium.*
25 *Laicus quidam de licentia episcopi ędificauit hospitale cum oratorio vel sine,quo casu locus est religiosus,& quo casu acquiritur ius patronatus,ad quem spectabit commissio regiminis dicti hospitalis, & quis ponet ibi rectorem.*
26 *Casum pone,ad patronum spectat præsentatio,ad episcopum autem debetur seu spectat confirmatio de consuetudine, nunquid episcopus ante confirmationem de necessitate ponet edictum & habebit locum decre. vltim.de ele.lib.6.*
27 *Hospitalia,qnę possint conferri clericis in beneficium, nunquid possint committi illis regenda tanquàm viris prouidis.* 28.
29 *Rectores hospitalium, cum debeant ad instar tutorum & curatorum iuramentum præstare ac de locorum bonis inuentarium conficere, nunquid satisdare teneantur.*
30 *Rectores hospitalium,quid debeant iurare, & quę sit forma iuramenti. Et quid si prędicta non seruentur.*31.*Et quid si non iurent, nec faciunt inuentarium.*32.
33 *Hospitalium rectores,nunquid teneantur singulis annis non requisiti reddere rationem,& quid si non reddant.*
34 *Diuina officia quis celebrabit, & quis ministrabit ecclesiastica sacramenta rectori,familiæ,& pauperibus infirmis hospitalium.*
35 *Erigere hospitalia, nunquid possit aliquis in parochia matricis ecclesiæ, illa irrequisita vel etiam inuita.*
36 *Hospitale si quis erigit in limite alterius ecclesiæ parochialis, quid erit, & qualiter quærentur iura illius ecclesię.*
37 *Dos certa in constitutione hospitalis nunquid debeat assignari, vt sit pro ecclesia,& quanta debeat esse.*38.
39 *Hospitalia,quando dicantur vacare.*41.
40 *Hospitalia,an in casibus in quibus possunt conferri in beneficium clericis in eludantur in literis Apostolicis vel legatorum super prouisione legatorum directis.*
42 *Generaliter,an sit verum q̄ in literis ad beneficium impetratis non includantur hospitalia.*
43 *Legati de latere,nnnquid possint conferre vel committere hospitalia.*44.
45 *Concilium Lateranense licet non currat in hospitalibus,nunquid currat in illis quæ conferri solent,similiter etiam quę conferuntur in beneficium.*
46 *Hospitalarij,an teneantur ad diuinum officium.*

Source : BIU Cujas

45 *Hoſpitalia licèt non includantur in literis Apoſtolicis vel legatorum, nunquid in literis Epiſcoporum.*
48 *Hoſpitalia, an teneantur ad cathedraticum vel procurationem, & an decimas Papales. 49.*
50 *Clemen. diſpendioſam. de iudi. an habeat locum in hoſpitalibus.*
51 *Miſſio in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ propter contumaciam rei, an fiat in hoſpitalibus.*
52 *Cle. ad compeſcendas. de ſequeſt. an habeat locum in hoſpitalibus.*
53 *Decre. cupientes. de elect. lib. 6. an in hoſpitalibus habeat locum.*
54 *Hoſpitale ſi apparet ædificatum, nec conſtet de licentia Epiſcopi, nunquid ipſe Epiſcopus ibidem habeat aliquid iuriſdictionis.*
55 *Teſtator ſi reliquit quandam domum ſuam priuatam, in qua mandauit teneri lectos ad hoſpitalitatem, nunquid poterit cogi per Epiſcopum ad hoc ſeruandum. 56.*
57 *Rector hoſpitalarius, an poſſit in hoſpitando ſibi coniunctos preferre alijs. Et an idem poſsit facere elecmoſinis largiendis. 58.*
59 *Hoſpitalarius, nunquid poſſit eligere certos pauperes perpetuos ad hoſpitandum, ita quòd illis viuentibus alios non hoſpitaretur. 60.*
61 *Hoſpitale nunquid poteſt erigi, & in ſua fundatione ordinari, quòd omnia bona immobilia ſibi relicta debeant alienari & eorum pretium pauperibus erogari.*
62 *Hoſpitale, an poſſit præſcribere quod eripiat omnia legata indiſtinctè pauperibus facta in vna ciuitate.*
63 *Statutum ciuitatis, an valeat quòd legata facta pauperibus indiſtinctè, quę de conſuetudine preſcripta ſolui ſolebant hoſpitali, ſolui debeant alibi.*
64 *Hoſpitalarij priuilegiati ad percipienda legata ad pios vſus relicta, an percipere poſsint legata alicui hoſpitali nominatim relicta.*
65 *Teſtator ſi iuſsit ædificari hoſpitale in certo loco, an poterit ędificari in alio.*
66 *Legatus de latere, an poſsit commutare legata ad pios vſus in alios pios vſus, prout poteſt Papa.*
67 *Teſtator ſi iuſsit per executores ſuos ędificari hoſpitale ad vſum pium, illi volunt auctoritate Epiſcopi facere vnam Eccleſiam religioſorum, nunquid poſsint.*
68 *Reſeruatio generalis facta de beneficijs per Papam Ioan. xxij. an includat hoſpitalia collegiata, in quibus ſunt conuerſi laici eligentes ſibi rectorem quandoque laicum, quandoque clericum.*
69 *Rectores hoſpitalium, an poſsint adminiſtrare vel agere ante preſtitum iuramentum ad quod tenentur per cle. quia contingit. de relig. domi.*
70 *Solennitas iuris, quę requiritur in alienatione bonorum Eccleſię, an in alienatione rerum immobilium hoſpitalis requiratur.*
71 *Licentia conceſſa per Epiſcopum ad certum tempus cuidam hoſpitali de vendendis quibuſcunque bonis ſuis pro vſu & alimonia pauperum, an valeat.*
72 *Hoſpitalia, nunquid poſſunt preſcribere decimas & alia bona ſpiritualia.*
73 *Rectores hoſpitalium, an faciant fructus ſuos ſicut alij clerici.*
74 *Rectores hoſpitalium, quot pauperes teneantur receptare.*
75 *Hoſpitale nunquid poſsit preſcribi vel haberi ad proprietatem vel ad menſam, vel ponere ad nutum remouendum.*
76 *Leproſi, nunquid ſepeliantur cum alijs in cemiterio.*
77 *Sepulturam ſuam ſi quis elegit apud Eccleſiam hoſpitalis, nunquid Eccleſia parochialis debeat habere quartam ſuam. Et quid ſi ibi non elegit ſepulturam apud Eccleſiam hoſpitalis, ſed ibi de iure ſepeliendus erat, quia ibi habet ſepulchrum maiorum. 78. Et quid ſi de facto fuit ibi ſepultus. 79. 80. 81. Et de hac materia plura, nume. 81. vſque ad nume. 90. excluſiuè.*
90 *Conſtitutio Vrbani Papæ V. circa hoſpitalia. & ſeptem queſtiones circa hanc conſtitutionem, ſub nnm. 91 92. 93. 94. 95. 96. 97.*
98 *Pecunia ſi detur pro hoſpitali habendo, nunquid committatur ſimonia.*
99 *Beneficium, numquid cum hoſpitali poſsit permutari.*
100 *Opponens contra rectores hoſpitalium, quid poteſt.*
101 *Clerici, an teneantur ad hoſpitalitatem.*
102 *Hoſpitale, intra quantum tempus fieri debeat.*
103 *Creare familiam perpetuam vel conuerſos in hoſpitali, ad quem ſpectat.*
104 *Certus numerus Canonicorum conuerſorum, ſi eſt in hoſpitali, nunquid in eis habeat locum Concilium Lateranen.*
105 *Mentionem de hoſpitali in impetratione beneficij, an quis debeat facere.*

IN repetitione huius Decr. inuſitatum modum ſeruabo & ordinem, & omnia & ſingula dicenda per quæſtiones & reſpõſiones expediam. Verum quia hãc Decre. repetendam aſſumpſi, ex ea ſolum vt de hoſpitalibus pro eorum funeribus & ſalutem animarum eorum, ad quos ipſorum cura cõmiſſa eſt plenè tractare, omiſſis cæteris materijs & iuris articulis quæ hic incidere aut emergere poſſint circa hòc ſolum principalis vertetur intentio, & præfationibus omiſſis.

Primò quæro, quomodo continuetur hæc Rub. ad præcedentes Rub. reſpondeo, quia ſupra oſtẽſum erat de ſtatu religioſorum, de ipſorum domibus erat videndum, ſecundum Gof. Quæro etiam i in iure tractatur de materia huius rubricæ. Reſpondeo haũ materia. x. q. j. per totum. xvj. q. vij. omnes baſilicę, cum cãlis ſequentib. xviij. q. ij. quid. & in c. ſeq. reperitur in vj. & & congruit de offi. archi. c. fi. de exc. cum venerabilis, de prie. j. ad finem. li. vj. Deſcendo ad nigrũ, & quæro, quid in ſum intelligit hoc c. Reſpon. propter eius breuitatem non ſumri con ſueuit. Sed poteſt mutatis verbis ſic ſummari, Ad ſollicitudinẽ epiſcopi ſpectat curare vt ſeruentur pia adeum vſum, quem conſtituta ſunt. Et non diuiditur, quia propter eius breuitatem non recipit congruam diuiſionem, nec diuidi conſuetorrige literam de xenodochijs. Ad caſum quidam acceſſit Do. papam Gregorium & ſic propoſuit, Pater ſanctiſſime, ingit ſæpe quòd xenodochia & alia pia loca per fideles conuuntur ad hoſpitalitatem & alios pios vſus diſtrahuntur, ero a ſanctitate veſtra, ad quem ſpectat de iure hoc corrigereo. Papa conſultus reſpondit, ꝙ ad ſollicitudinem epiſcopon ſpectat hoc curare, vt loca ipſa ad eaſdem vtilitates, quibus nſtituta ſunt, ordinentur. Vide literam exponẽdo de xenodhijs, quia tex. eſt breuius, & ego intendo totam materiam exire, vt prædixi extra textum, ideo in textu ſolum quæram & ſequar de nominibus varijs iſtorum locorum piorum, & officijs ipſorum, quæ dicuntur aliquando xenodochia, leproria, elecmoſinaria, hoſpitalia, vt hic, & in cle. quia contingit: reli. do. aliquando domus Dei. de appel. dilectis. aliquando cuntur Nichomici, aliquando loca ſenum, aliquando orphantro phorum. j. q. vij. ſiquis omnem. alibi dicuntur zenones, aliperocopia, aliquando orphanatropha vel pothocheoſia. xj. q. viij. ſancimus. & dicit ibi gl ordinaria quòd xenodochium t locus venerabilis, vbi pauperes peregrini recipiuntur. Patrciophum eſt locus, vbi pauperes & propter ſenectutẽ ſoli in mi curãtur. Orphanatrophium eſt locus venerabilis vbi paueri parentibus orbati paſcuntur. Bitrophium in quo infantes untur. Hoſti. ibi in ſumma de reli. do. in §. i. dicit, quod orphantro phium, eſt locus vbi infantes vtroque parente orbati nutuntur & aluntur. Xenodochium eſt locus, vbi peregrini ſuſcipiũtur. Biſotrophium, vbi pauperes & infirmi paſcuntur & cuntur. Noſconium, in quo ęgroti curantur. Grotophonim, in quo ſenes & valetudinarii ſuſtentantur. Et ſubdit quodhæ omnes ſpecies religionis approbatæ videntur, & ſunt diuerſæ ſpecies hoſpitalium & ad diuerſa pietatis opera inſtitutæ. Sicũ dum eum enim infero, quod etiam conſtat quòd huiuſmodi loca diuerſis aliis nominibus appellantur. nam aliquando vocantur domus miſericordiæ; aliquando denominantur ab eorum rectoribus, vt domus de fraternitate; aliquando oratoria; aliquando maieſtates & ſimilia, & ibi epiſcoporum vel eorum, ad quos ſpectat ſtatuto facto in fundatione locorum vel ex præſcriptione legitima vel ex priuilegio Papæ & in Conſilio Vieñ. eo. c. quia contingit. j. reſponſo. ad eaſdem. debẽt eſſe vbi conſonat. xlii. diſtinct. curatorum. & cap. ſeq. ſecun Gof. conſtituta dixit vni, hic collige ſolutionem illius re ę in pari cauſa cum potior eſt conditio prohibentis. ff. co muni diuidun. Sabinus. ſ. quando aliquis illorum, cuius eſt es, vult ad aliud trahere quàm ſit vſus rei. ordinentur hodie r Concilium Vieñ. eod. c. quia contingit. talia loca non ceduntur clericis in beneficiis. ad hoc concordat cle. de ſe per literam vni viro bono prouidi teſtimonii, qui iurare deb t inuentariũ facere & ſingulis annis ordinariis rationem red ere, quod dic vt ibi in ſecundo reſponſo.

Quæro ex ratione iſtius Decret. reſpondeo, vltima volũtas teſtatoris pro lege ſeruanda eſt, vt in c. vltima voluntas. xiii. q. i. Sed ſicut parum eſt iura con ere, niſi ſit qui ea tuetur, vt in c. vbi periculum. de elec lib. eodem modo modicum eſſet teſtatores mandare xenodochia erigi, niſi eſſet qui eorum iura defenderet. iſte ergo eſt epiſcopus, & hoc niſi xenodochia ſint relicta a teſtatore. Sed quia litera iſta loquitur generaliter, & per alios poteſt fieri hoſpitale quam per iuſſum teſtatoris, ideo dicas quòd quia iſta eſt pia voluntas, debet per Epiſcopum obſeruari, ad cuius officium omnia talia ſunt commiſſa. 11. q. 3. Silueſter & ibi not. Archi. Item quia publicæ honeſtatis eſt, pauperes reficere & ſuſtentare, arg. de ſent. excommu. vt famæ. Item quia vnaquæque res debet ſuum operari effectum. de ordi. cogn. cum dilectus. effectus ergo xenodochii eſt, pauperes receptare & reficere. peruertendo hoc, fit contra naturam rei, quòd non eſt ſuſtinendum, ſicut non eſt ſuſtinendum quòd quis recipiat vſuras de pecunia mutuata, quia eſt contra naturam rei, quia pecunia de ſui natura non germinat, & vſurarius vult eam germinare, quod non eſt ſentiendum, nec etiam permittendum. Venio ad glo. ſecundam, dicit quòd ex iſto c. patet, quòd monaſterium & alia pia loca pertinent ad Epiſcopũ loci per c. ſi quis epiſcoporum. 16. quæſt. 5. & q. 7. omnes baſilicæ, niſi oſtendant exemptionem, vt 18. quæſt. 2. Abbatibus, & de præſcript. cum non liceat. quod non eſt intelligendum ad dominum reddituum. illi enim ad eum non ſpectant, ſed habet

Source : BIU Cujas

bet curare vt expendantur ad id ad quod ſunt deputati, vnde cõ pellet hoſpitalarium vt recipiat pauperes, & idem in ſimilibus ſpectare ſibi dicuntur loca ad eum, ideſt eius curam & ad officium generalis adminiſtrationis ſibi commiſſæ. vnde de iure cõ muni ad eum non ſpectat collatio beneficiorum, vt no. ſupra in decre. vni. de fo. compe. & eſt ratio, quia beneficia non naſcuntur ſed ędificãtur: ſed ex ędificio acquiritur ius patronatus ſi eſt coll. de iure patro. nobis acquiritur ius præſentandi ſi eſt collegiata ad capitulum, vt in decre. 1. de elec. & hinc eſt quòd capitulum non ſuccedat in colluſione beneficiorum epiſcopo, quia epiſcopus à capi. non recipit collationem beneficiorum, vnde ſi habet aliqua conferre, hæc habet ex priuilegio vel ex præſcri ptione, quæ à capitulo non proceſſit, intellige ergo ſpectare ad epiſcopum de iure communi, & hoc ſignanter quo ad generalem prouiſionem & correctionem.

1 Expeditus de textualibus † venio ad expediendum per quæſtiones, vt prædixi. Et quæro, quis fuit primus hoſpitalarius? Reſpondeo, primus hoſpitalarius fuit Ioticus nomine, vt l. vna C. de epiſco. & cleri. & habetur talis text. ad ſimilitudinem Iotici beatiſſimæ memoriæ, qui primus huiuſmodi pietatis officium inueniſſe dicitur, & gloſſ. ordinaria *ibi dicit*, fuit ergo primus hoſpitalarius. & ſic no. *hoc opus hoſpitalitatis iure ciuili commendatum*, & dici etiam pium.

2 Sed quæro, an poſsit † ordinari ſiue inſtitui vna religio ad hoſpitalitatem? Reſpondeo quòd ſic. vnde Beatus Thomas, ſecunda ſecundæ, quæſtio. 188. quærit. Vtrum ſint diuerſæ religiones, vel vna tantum? Dicit quòd ſtatus religionis eſt quoddam exercitium ad perfectionem charitatis. Charitatis autem opera ſunt diuerſa, quibus homo vacare poteſt. Item ſunt diuerſi modi exercitiorum, & ideo religiones poſſunt diſtingui dupliciter. Vno modo ſecundum diuerſitatem eorum, ad quæ ordinantur, ſicut ſi vna religio ordinaretur ad peregrinos hoſpitio ſuſcipiendos, & alia ad viſitandos vel redimendos captiuos, &c. ſecundum eum. & ſic ſentit quòd ad hoc poſſet inſtitui religio. hoc etiam probatur in iure: nam ſunt multæ religiones ad hoſpitalitatem fundatæ, puta militaris ordi. ſcilicet ſancti Ioannis Hieroſolimitani, de quibus de re. ſpolia. cum ad ſedem. ſanctæ Mariæ Theutonicorum, Clatrenſium, Cruciferorum, & conſimilium. & no. gloſſ. ordi. in d. cler. quia contingit, quorum hoſpitalia excipit cleri. prædicta, quia contingit, à prouiſione ſua, vt ibi præmiſi. eſt tamẽ aliud eſſe religionem fundatam ſuper hoſpitalitate Cruciferorum ſancti Antonij Vien. ſancti Galli de prope Florentiam, & ſimilium, & aliud eſt ipſos religioſos hoſpitare pauperes, qui ſunt ordinis Cruciferorum, ſancti Ioannis Hieroſolimitani, ſanctæ Mariæ Theutonicorum, & ſimilium. Nam primo caſu circa illud exercitium principales ſunt inuenti, & illud eſt principale inſtrumẽtum, per quod deuenitur ad opera charitatis. Sed ſecundo caſu habent pro principali illud exercitium, tamen hoſpitalitatem ſeruant ad quam generaliter tenentur talia exercere, & maximè religioſi. de præbend. de monachis. cum iuribus allegatis ibi in gloſſ. & huiuſmodi occaſione quæritur, quia dictum eſt quòd religiones poſſunt fundari ſuper hoſpitalitate & habere hoſpitalia.

Quæro, nunquid ipſi religioſi

3 † generaliter poſſint præfici hoſpitalibus? Reſpon. hanc quęſtionem mouet glo. 1. ſuper verbo, ſecularibus. de reli. do. in cleri. & tenet quod non. eſt ratio ſecundum eum, quia monaſterium extra monaſterium quod intituletur, non eſt permiſſum niſi per curam animarum. de regula. ſuper eo. vbi ergo regimen hoſpitalitatis caret cura, qui dicit religioſum illi præfici poſſe, oſtẽdat vbi expreſſum. & hoc idem tenet Fe. de Senis in opere ſuo, capitul. 13. & idem videtur ſentire Paulus Bonauen. in d. clem. quia contingit. ſubdit tamen ibi Pau. niſi eſſet hoſpitale alicuius religionis, & non dicit plus ſuper hoc, & iam vidi dubitari. & per intellectum iſtius paſſus puto diſtinguendum, an hoſpitale, cui præficitur religioſus, ſiue ſpectet ad religionem, quæ ſuper hoſpitalitate principaliter fundata eſt, vt Cruciferorum ſancti Antonij Vien. ſancti Galli de prope Florentiam, & ſimilium aut eſt religionis, quæ licet habeat hoſpitalia, principaliter tamen inſtituta eſt ad alia opera charitatis. primo caſu videtur, ꝙ religioſus poſſit de tali hoſpitali religione tali pfici, qa ex quo hæc religio fundata eſt ſuper hoſpitalitate, & hoc eſt principale inſtrumentum, per quod ad charitatem & placendum Deo peruenire intendat. Non video, quid obſtet quominus plura hoſpitalia erigant, & in illis hoſpitalitatem ſeruent, religioſus ſuos deputent ad ibi hoſpitalitatem ſeruandam, & ipſa hoſpitalia regenda. in ſecundo caſu eſt diſtinguendum, an hoſpitale eſſet annexum curatæ, ita quod rector vnius eſſet rector alterius, & tunc videtur licere religioſum præficere propter curam animæ, vt in dicta decre. ſuper eo, ſeu eſt ipſum hoſpitale habens collegium religioſorum, à quibus eligitur hoſpitalarius, vt in hoſpitali ſancti Galli de prope Florentia, & tunc idem quod poterit prẽfici religioſus, quia talis dr̃ habere curã animarum & iuriſdictionem in collegium. de elec. dudum. 2. Seu eſt tale hoſpitale de menſa, ſeu in proprietate talis religionis, ita quod ſpectat ad dictam religionem regimen dicti hoſpitalis, non tamen de ſui natura certus numerus intitulatus eſt rectorum, & idem tunc ſicut & poſſunt admitti religioſi ad alia loca & opera monachalia cuſtodiendum & promouendum, quia mittuntur pro vtilitate monaſterii ad litigandum ac officium aduocationis exercendum, fortius ergo ad curandum pauperes, non conſtat quod ſi monaſterium habeat iuxta ſe vel infra ſeptum monaſterij hoſpitale pro pauperibus receptandum, vt eſt monaſterium quod poteſt deputare monachos ad curam illius. ex quo enim non per modum tituli, aut perpetui officij eſt prohibitum. Si autem hoſpitale eſt ſine cura, tunc requirit certum rectorem per ſe, tũc dico quod licet ſit certæ religionis ad quam ſpectat illud conferri, non credo quod profit religioſo, quia non ceſſat prohibitio niſi in executione curæ animarum, vt dicit Gloſ. in prædicta cle. quia contingit. nec dicit valere conſuetudinem in hoc niſi ſic valeret quod religioſus præficeretur beneficio ſimplici. Rurſus poſt iſta ſurgit alia quæſtio.

4 Quæro, quid de conuerſis † dictarum religionum non fundatis ſuper hoſpitalitate, nunquid poſſunt præfici hoſpitali eo caſu, quo nõ poteſt præfici monachus? Puto diſtinguendum, aut ſunt conuerſi clerici & literati, qui tenentur ad officium & contemplationem vt monachi, & hoc caſu credo idem in eis quod in monachis: aut ſunt laici & illiterati, & puto quod poſſit eis committi cura talis hoſpitalis, nam & illis committitur cultura agrorum, putatio vinearum, ędificia & alia mechanica, fortius hoc officium curandi pauperes, quia ceſſat in eis cauſa prohibitionis. hæc cura non facit ceſſare contemplationem in eis, aut etiam prædicationem, quam etiã ſine hoc non exercent.

5 Porrò quæro, nunquid † cura & regimen hoſpitalis poſſit committi mulieri & viro? quòd ſic, quia non eſt dare in iure regulas prohibentes hoc, ex quo eſt hoſpitale ſine cura & ipſis mulieribus committitur cura & regimen monaſterij. de elec. in deputa. cum ſi. lib. 6. Quæ quidem monaſteria ſępe habent annexa hoſpitalia, & ſic regunt vtrumque, fortius ergo hoſpitale tantum. & hoc maximè puto verum ſi eſſet hoſpitale deputatum ad hoſpitandum per mulieres tantum. vnde hoſpitale conſuetum regi per maſculum non poteſt committi fęminæ, ne immutetur ſtatus beneficij, ſicut non poteſt officium conſuetum regi per religioſos committi clericis ſecularibus de præben. cum de beneficio. quia maior eſt differẽtia fęminæ ad maſculum, quàm de religioſo ad clericum ſecularem, ſeu etiam mutatio. nam in primo caſu eſt mutatio naturalis, hic autem accidentalis ſolum. hoc verum, niſi cum ſolemnitate, de qua no. in d. c. cum de beneficio. vnde tamen videtur obſtare cle. quia contingit. de reli. do. §. vt autem quæ mandat ipſa hoſpitalia committi viris prouidis, ergo non mulieribus. Sed ad iſtud poteſt reſponderi quòd ſicut aliàs dicimus, quòd maſculus concipit fęmi. de quo de elec. vt circa. & ſic homo comprehendit vtrunque, iſto caſu vir comprehendit mulierem in ſe. vnde mulier aliquando vir dicitur, quia vir à virtute animi nuncupatur, vnde dicitur etiam virago, vt extra de ingen.

6 Ad hæc quæro, nunquid † ccra & regimen vnus hoſpitalis poſſit committi duobus? Videtur quòd non, arg. eius quod dicimus de vna eccleſia, quæ vnius debet eſſe rectoris. de præben. cum non ignores. 21. quæſtio. j. ſicut 7. quæſtio. 1. in apibus. cum ſi. & facit illud vulgatum, Fraterno primi maduerunt ſanguine muri. & illud, Sociique comes diſcordia Regum. & illud, Omniſque poteſtas impatiens conſortis erit. & illud, Non bene cum ſocio Regna Venusque manẽt. ad hoc de offi. ordi. quoniam ibi, prohibemus autem ne vnione vna eademque ciuitas ſiue diœce. diuerſos pontifices habeat. tã quam vuum corpus diuerſa capita, quaſi monſtrum. Cum ergo nec vnum hoſpitale duos rectores habeat: ſed contrarium videtur: nam iſti hoſpitalarij ęquiparantur tutoribus, & ad inſtar tutorum inuentarium facere debent & ſingulis annis reddere rationem, vt in cle. quia contingit. Conſtat autem ꝙ tutores plures dari poſſunt pupillis, quorum quilibet miniſtrare pōt inſolidum de iure, niſi detur alia forma à teſtatore, ꝙ certus numerus debeat eſſe in miniſtrando. vnde dicunt potius iſti rectores habere officium q̃ beneficium, & dicuntur potius cõmitti gubernanda q̃ fiat illorum collatio, & de mente iuris ſunt potius tpales q̃ perpetui, nec curat Laterã. Concilium in illis, vt de his j̃. dicam. in alijs quæſtionibus pari ratione vr̃, ꝙ cura hoſpitalis committi duobus & inſolidum, & cum pacto ꝙ vnus ſine altero non adminiſtret, ar. eius quod ſupradictum eſt de tutorib. facit ad prędicta quod no. Inn. & hoc puto verũ in hoſpitalib. quę

Source : BIU Cujas

non conferuntur in beneficium eccleſiaſticum,ſed committū tur viris prouidis regenda,vt d.cle.quia contingit.ſecus in illis, quæ conferuntur in beneficium,quia in illis vendicat ſibi locū regula beneficiorum eccleſiaſticorum.puto tamen quòd hoſpi tale,quod conſueuit committi vni,non poſſit committi ſine ſo lemnitate,quia hoc eſſet alterare ſtatutum hoſpitalis,ar.eorum, quæ ſupra dixi de conſueto regi per maſculum non poſſet mu lieri committi.

7 Proinde quæro, † ſi vnum hoſpitale poſſet committi duobus rectoribus,nunquid poterit vnus eſſe maſculus & alter fęmina? Reſpōdeo ſi verum eſt quod ſupra tenui, quòd hoſpitale poſſet committi mulieri,dico quòd ſic, quia nec in monaſterijs prohibentur collegia diuerſa mulierum & fęminarum, vt iur.notatis.Fortius ergo hoc poterit fieri in hoſpitalibus, & hoc maximè niſi hoſpitale habet diſtincta hoſpitia pauperum virorum,vt hoſpitaliſſa curet mulieres,& hoſpitalarius viros, nec eſſet hoc abſonum ꝙ in commiſſione hoc exprimatur,& ſecundum hoc puto ꝙ maritus & vxor poſſint vni hoſpitali præfici, vt vnus eſſet hoſpitalarius & alia hoſpitaliſſa,ſed maximè in dictis hoſpitalibus quæ habent ſtationem diuerſam & diuiſam mulierum à ſtatione virorum,vt vir curam vnius,& ipſa mulier curam alterius habeant,& hincinde manus ſuas porrigant adiutrices.

8 Inſuper,quia quæſitum † eſt, vtrum hoſpitale poſſit committi pluribus:Quæro,nunquid vni poſſint committi plura hoſpitalia regenda? Et videtur ꝙ non, quia vtrunque per ſe requirit reſidentiam perſonalem,& ſic ipſorum regimina ſunt incompaſſibilia, quia in vtroque deſeruire non poſſet vnus.facit de præbē.de multa, & facit quod notari ſolet poſt Modernos de cle.non reſiden.clericos.per Ioan. An. poſt modernos in c.ex tuæ. & optimè quod & ibi not. Ioan. Cal. in ſuis additionibus ad noue lam.qui ſcribit, ꝙ prouidentia decre.de multa, habet locum in eo qui habens vnum beneficium cum cura recipit,ſecundum ꝙ ſtatuta conſuetudine vel inſtitutione facta in ſui fundamento requirit perſonalem reſidētiam de neceſſitate & maximè continuam: nam poſſet deſeruire per aliū, & ſic in vtroque ſe ęqualiter colliocare & prouidere, & aſſiſtere ęoncilijs opportunis,& ſecundum hūc dicitur quis habere duo domicilia.de ſepul.cum quis,li.6.ad hoc bene no.D. Ioan. Cal. in decre.ſuper inordinata.de præben.videlicet ꝙ poteſt quis habere eccleſiam non animatam in 14. an. nec obſtat ꝙ eccleſia erigitur,vt ibi miſſa celebretur, quod fieri non poteſt niſi per ſacerdotem, & ſacerdos eſſe non poteſt in minori ętate 25. vt in cle.de ęta.& qual.generalem,quia ſecundum eum poterūt miſſæ per alios celebrari: nam & iura hoc caſu non arctant rectorem,vt hęc perſonaliter faciat,nec eſſet dubium ꝙ duas tales eccleſias poſſit quis habere ratione prædicta,ſecundum opin.quæ habetur & ſeruatur ꝙ quis plura ſimplicia beneficia poteſt habere, de quo de reſcriptis. ſi gratioſe.lib.6. Idem ergo & fortius in hoſpitalibus,& arguendo de tutoribus ad eos,ꝙ videtur licere per prædictam cle.quia cōtingit.ſicut vnus homo poteſt plures tutelas gerere,& pro vtraque cauere vterque diligenter per ſe & alias vacare:ita & vnus hoſpitalarius,maximè ſi format in vna diœceſi, & fortius in vna parochia, & vno multo melius ſi ſunt vicini in vno fundo vel vna via.Et Io.And & Spe. de conceſ.præben.ſuper rub.in prædicta quæſtione. An habens vnū curatum recipiens ſecundum,quod de ſtatuto vel aliàs vt prædixi requirit reſidentiam.Primam tenet Vinc.ꝙ non.& idem Ioan. And.in d.cap.vltimo.de cle.non reſi.qui dicit ꝙ tali caſu neceſſaria eſt monitio. hæc iura intellige etiam in hoſpitalibus quæ conferuntur in beneficium eadem ratione ſi ſunt curata vel habentia collegium, quia tunc idem iuramentum eſt habendum. de præben.de multa.Et quòd vnus poſſit plura hoſpitalia habere,tenet Guil.de Monte Laud.in cle.per literas, de præben.j. ſecundum eum,ſi quodlibet illorum hoſpitalium haberet annexam curatam eccleſiam illas plures eccleſias curatas poſſit habere ratione acceſſionis.Nam & cura per vicarios perpetuos ibi dem exercetur.de capell.monacho.cap.pen.lib.6. Similiter notat Innocen.de præben. extirpandę. §. quia verò.& ſic dicit ſeruari in Petrauia.fateor tamen hoc nō eſſe vtile, nec honeſtum, & poſſit epiſcopus cogere rectorem ad dimittendum alterum, & maximè ſi vnus diligenter prouidet vtrique, vt in beneficijs ſimplicibus dici ſolet.

9 Et huius occaſione † quæro, nunquid quis poſſit habere beneficium curatum, & hoſpitale, & ſimplex beneficium,quia omnia iſta habent eandem rationem, videlicet ꝙ nō eſt tantum in iure hoſpitalarios arctari ad perſonalem reſidentiam.

10 † Vltra hoc quæro, nunquid quilibet poſſit erigere hoſpitale pro libito voluntatis.Reſpondeo,quilibet poteſt ſuam domū factam vel fiendam deputare ad hoſpitalitatem, etiam ad tempus hoſpitari pauperes,ſicut poteſt eleemoſynas dare & alia pia charitatis opera exercere:ſed talis locus non erit religioſus,nec gaudebit immunitate eccleſiaſtica, nec ad eccleſiam computabitur,nec eſt ſub iuriſdictione epiſcopi & poterit ad alios humanos vſus redire & emi & vendi poteſt & donari. ita no. in ſumma,de eccleſi.ędifican.§. vel autem. verſi. quid ſi epiſcopus.hoc idem no.Petr.in d.cle.quia contingit.& patet in decre. inter dilectos.de dona.& facit quod notat Hoſti. in ſumma, de regula. §. 1.verſi.36.& in ſumma,de reliq.& vene.Sanctorum.§. 1. verſi. conſtat. hæc iura quæ dicunt ꝙ talia iura non poſſunt fieri ſine auctoritate epiſcopi,intelligamus non poſſe fieri, ſcilicet ꝙ ſint eccleſiaſtica,aliàs vt prophana bene poteſt,vt dictum eſt.hoc ēt no.glo.ſuper ver.altare.in d.cle.quia contingit.& Ioan.And.in decre.ad hæc.eo.tit.poſt Tanc.& Vinc. dicit ꝙ poteſt quis habere oratorium & hoſpitale in propria domo: non tamen poteſt celebrari facere ſine auctoritate epiſcopi.de conſec.diſt.j.vnicuique.dicit tamen Hoſti.ꝙ poteſt conſenſus epiſcopi interuenire poſt factum.hęc no.in §.i.d.ver.& ſunt hæc.& de regula.ver.quid ſi regulariter.verſi.quid de ruſticis,& ſequenti.poſtquam autem de auctoritate epiſcopi factum eſt, non poteſt ad alios vſus deputari,vt eo.tit.ad hoc.

Ex quo ergo cum auctoritate epiſco. 11 pi poteſt hoſpitale † fieri & dici locus religioſus,quæritur nunquid talis locus & eius rector gaudere debeant immunitate eccleſiaſtica,quia ſecundum eum non intelligitur dedicatū Deo, nec cenſetur locus religioſus vel ſacer. vnde ſi hodie ſit oratorium,cras poterit fieri camera? Guiliel.& Zenze. in d. cle. quia contingit.dicunt ꝙ talia loca non gaudent immunitate eccleſiaſtica Gof.dicit tamen contrarium de cenſi.auctoritate.ver.ſecus.de elec.ſciant.lib.6.& e.generaltter.de ſupplen.negli. prælato.ca.2. quæ tamen omnes ſeruientes poſſent induci in contrarium.facit ad iſta, quod notat Domi.meus Lapus Abbas in ſuis quæſtionibus, an in hoſpitalibus ſit locus miſſioni in poſſeſſionem cuſtodiæ.de quo infra dicam.per quæ videtur concludendum hic, quòd hoſpitali competat beneficium reſtitutionis in integrum.

12 † Quid ergo de eorum rectoribus,nunquid gaudeant de tali immunitate,& inter perſonas eccleſiaſticas numerabuntur? Reſpondeo,no.Spe.de ſtatu.regu.ver.3 6.quod ſic,ſi hoc fecit de auctoritate epiſcopi etiam ſi ſint vxorati, aliàs non. hoc idem tenent Hoſti.in ſumma,de ſtatu regula.§. 1.ver.quid de ruſticis. ſ. ꝙ ſi ſit factum auctoritate epiſcopi, tam rector quàm locus gaudeat immunitate eccleſiaſtica,immo & priuilegio cano. ſi quis ſuadente. 17.q.4.aliàs non, quia ſequeretur abſurdum, quia ſic poſſet quilibet ſe religioſum conſtituere & religioni dare qñ vellet infra de reli.domi.c. fi.& fraudare dominos ſuos vel talibus ſuis nequitijs,aut alijs debitis ſeruitutibus, quod ipſe plenè proſequitur.

13 † Propter hoc quæro, nunquid hoſpitale habeat beneficium reſtōnis,ſi lędi cōtingat,vt habet eccleſia.de reſti in inte.c.1.cū ſi ſibus? Rñdeo,hæc quæſtio tangitur per Io.An.in decr. 2.de reſti.in inte.li.6.in nouella.vbi vī dicere,ꝙ in ipſa decr.prima,& 2. & prima,e.tit.& hoc nomen eccleſiæ includitur non ſolum in monaſterium,ſed & omnis pius locus.de teſta.requiſiti.

14 Ex hoc quæro, nūquid hoſpitalia † xenodochia, & alia pia loca hmōi teneātur paſcere pauperes,veſtire & hoſpitari? Reſpondeo,litera in d.cle.vī probare ꝙ ſic,quia dicit ꝙ ad hoc fuerunt inuenta, vt pauperes infecti lepra reciperentur ibi,& prouentibus ſuſtinerentur illorum.Sed dicas ꝙ hęc loca inter ſe differunt re & nomine: nā & diuerſis nominibus nuncupantur, & ad diuerſa pietatis officia conſtituuntur. ſm hoc etiam aliqua tenentur ad hoſpitalitatē ſolum,aliqua ad veſtem,aliqua etiam ad curam infirmitatis,aliqua ad ſuſcipiendum.exponit Hoſti.hmōi, de quibus omnibus plenè dicam in quæſtione.Et verba prædicta poſita in d.cle.pñt referri ſingula ſingulis.Et ꝙ dī de receptione, referatur ad pauperes ſolùm: & quod dicit de ſuſtentatione, referatur ad infectos lepra.Hoc clatius explicabo infra in dicta quæſtione.

15 † Amplius quæro ad quem ſpectat horum locorum rectorū ſuorum cura ſeu correctio,reformatio vel emendatio? Reſpondeo,poteſt hæc ſpectare ad diuerſos & diuerſis modis.Poteſt ſpectare ex ſtatuto Apoſtolico in fundatione: poteſt ſpectare ex conſuetudine;poteſt ſpectare ex priuilegio ſedis Apoſtolicæ,vt in d.cle.quia contingit. his ceſſantibus ad loci ordinarium ſpectat de iure,vt in hoc c.probatur. 16.q.7.cui.& no.glo.ſuper ver. conuer.& ſupra de iureiuran.in d.cle.quia contingit. Zen.addit etiam ad patronos & eorum liberos.alle. 16.q.7.filijs.

16 Sed quæro, quid ſpectat ad † officium ipſorum? Reſpōdeo, debent curare ne rectores eorum locorum inhumaniter recipiant dictos pauperes,ne prouentus ipſorum in ſuos vſus conuertantur,ſed ipſa loca debent in prædictis omnibus ſalubriter reformare ac occupata deperdita & alienata indebitè in ſtatum reduci debitum facere, & ad ipſarum miſerabilium perſonarum receptionem & ſuſtentatio nē debitā iuxta facultates & prouentus locorū ipſorū ꝓcellere rectores prædictos,vt patet in d.cle.quia ꝓtingit. §. nos in curiam.

Sed

Source : BIU Cujas

17 † Sed ſi prædicti negligunt prædicta facere, vel defectum cõmiſerint, quid erit? Reſpondeo, iniunget ordinarius locorum, vtiam ſi pia loca prædicta exemptionis immunitate conſiſtant per ſeipſos vel per alios impleant omnia & ſingula præmiſſa, & rectores eoſdem vtique non exemptos & alios priuilegiatos auctoritate Apoſtolica ad id compellere debet contradictores cuinſcunque ſtatus aut conditionis exiſtent ac præbentes eiſdem circa præmiſſa conſilium, auxilium, vel fauorem per cenſuram eccleſiaſticam & alijs iuribus remedijs compeſcendo, attamen nullo per hæc exceptionibus ſeu priuilegijs ipſis quo ad alia priuilegium grauando.

18 Circa præmiſſa, cum ſupra dixerim quòd † correctio & reformatio dictorum locorum poteſt ſpectare ex ſtatuto vel conſuetudine ad aliquos & de iure ad patronos, ſecundum Zen. quæro, qua auctoritate compellet eos epiſcopus, cum forte illi tales aliàs non ſint de iuriſdictione ordinarij? Reſpondeo, ſecundum Zen. cõpellet eos auctoritate dictæ cle. quia contingit. vt non poſſit dici ꝙ illi ad quos talia ſpectant ex cauſis hic præmiſſis non ſuppo nuntur, aliàs iuriſdictionem habere, niſi in eorum negligentia intromittere ſe poteſt ordinarius.

19 † Sed quæro, cum prædicta modis prædictis poſſint ſpectare ad laicum, cum rector hoſpitalis poſſit eſſe clericus, quomodo poteſt talis laicus compellere clericum, contra id 36. diſt. bene quidem. niſi iſte ſit de caſibus, in quibus laicus habeat iuriſdictionem in clericum, qui no. 23. q. 2. principes. Reſpondeo, ſecũ dum Zen. poteſt dici per prædicta ꝙ predictam expulſionem per ſe non facier, cum aliàs per ſe iuridictionem habere nõ ſupponat, & exponetur verbum, compelli facere. ſimilis expoſitio, ſecundum eum. ff. de his, qui notan. infa. l furti §. mandati. cum alijs legibus allegatis per eum. nec eſt veriſimile, ſecundum eum, Papam voluiſſe per verba generalia hæc laicis conceſſiſſe, argum. de offic. vicar. cum generali, libro. 6. de elect. eccleſia denique.

20 † Quæro etiam, quomodo de deſidia patebit vel negligentia prædictorum, ita ꝙ ordinarius prædicta facere poſſit? Reſpõdeo glo. ordina. in prædicta cle. quia contingit, reſpondit, ꝙ hoc patebit ex vno facto notorio. de cenſi. Romana. §. notoria. vel per aſſignationem termini ad hoc præfixi & lapſi, & dicunt Zenze. & multi alij.

21 † Illud autem quæro, an talia loca poſſunt conferri in beneficium, hoc eſt in titulum beneficij cõferri clericis ſecularibus? Reſpondeo non, quia hoc prohibet d. cle. quia contingit §. vt autem. cle. per literas. de præben. & gl. ordinaria ibi, vnde nec dicit, nec ẽt valet contraria obſeruata conſuetudo, niſi in duobus caſibus, videlicet quando in fundatione dictorum hoſpitalium ſecus conſtitutum fuit ſeu per electionem de rectore locis huiuſmodi prouidendum & diſponendum.

22 Sed ob † hoc ergo quæro, per quos debent regi talia loca? Reſpondeo, debet committi eorum gubernatio viris prouidis & idoneis, & boni teſtimonij, qui ſciant, velint & valeant loca ipſa bona eorum ac iura vtiliter regere & reddit⁹ in perſonalium vſum miſerabilium fideliter diſpenſare, & quos in vſus alios prædicta conuertere, præſumptio veriſimilis non exiſtat, ſuper quo onerantur conſcientiæ eorum, ad quos ipſorum locorum commiſſio pertinet. prędicta patent in d. cle. quia contingit. §. vt autem.

23 † Rurſus, cum litera in d. cle. dicat, non conferatur eccleſijs, ſed committatur, vt s̃. relatum eſt, quæro quę dr̃ia ſit inter committere & conferre? Reſpondeo, hoc tangit gl. ord. ſuper ver. cõmittitur. & in d. cle. & videtur ſentire gl. ꝙ conferre ſit perpetuũ quia beneficia de ſui natura perpetua. 40. diſt. præcepta. & ideo beneficia dicuntur conferri. Committere verò ſit temporale, & ideo beneficia non dicuntur committi, ſed conferri: tutoribus verò qui ſunt temporales dicuntur committi geſtus & adminiſtratio. & ſecundum hunc intellectum dicit glo. quod rectores hoſpitalium eſſent temporales. Sed vt dicit gl. Io. ꝯſuetudo non recipit hanc lecturã, immò inſtituuntur perpetui rectores in talibus locis. & facit litera, quæ ibi ſequitur, regere Concludit glo. quod in hoc eſſet declaranda mens illius cte. dominus Recuperus de S. Miniate in quodam ſuo conſilio dicit, eſſe de mente illius cle. ꝙ non ſint perpetui. vnde dicit ꝙ licèt dicta gl. dicat ꝙ conſuetudo patiatur, tñ vbi nulla eſt cõſuetudo, optimè poſſet ad tempus committi talis adminiſtratio. Guil. de Monte Lau. in cle. ſuper verbo, committatur. dicit ad annum vel aliud tp̃s modicum, ne ſi fiat in perpetuum aſperè ducuntur, iuxta ea quę notan. per Hoſt. in lectura, de iudi. ſignificauit. vbi de hoc plenius per eum. Pau. in d. cle. arguir ꝙ nulla ſit differentia inter cõmittere & conferre. alle. de ſupplẽ. negl. præla. quia regularem. & in cle. ne in agro. de ſtatu. cle. vbi collatio & commiſſio ęquiparantur, & concludit ꝙ iſta duo quandoq; ſumuntur, vt diuerſa; quãdoque vt idem. vnde ſm eum, illa cle. non vult facere differentiam inter committere & conferre, ſed vtraq; prohibere, ſi fiat in beneficium.

24 Item quæro, quare hoſpitalia prohibentur † conferri in beneficium? Reſpondeo, ſecũdum Paul. quia oportet recipientem eſſe clericum. de tranſactio. cum eſſet ſimplex beneficium & teneretur ad horas canonicas, & alia, ad quæ tenentur clerici beneficiati. Sed ſi gubernatio ſimplex committitur, hoc ceſſat. Item beneficium debet conferri intra tempus certum. de conceſſio. præben. ca. 2. & in eis habendis eſſet inſtitutio neceſſaria, nec etiam compelleretur prætextu bigamiæ vel ſimili defectu à tali gubernatione, ſed à beneficio.

Item beneficium quandoque datur in ſuſtentationẽ tantũ. 18. diſtinct. presbyterorum. 51. diſtinct. ſtudeat. de cle. pugnan. in duel. c. 2 & quandoque propter alterius ſeruitium. de præb. cum ſecundum. ſed neuter iſtorum caſuum hoſpitale poteſt in beneficium concedi, vt hic patet, quia in eo principaliter reſpicitur ſubuentio pauperum, non gubernatoris prouiſio, vel celebratio diuinorum.

25 † Occaſionibus prædictis quæro pone, quidam laicus de licẽtia & auctoritate epiſcopi ędificauit hoſpitale cũ oratorio vel ſine, quo caſu videtur locus religioſus, & quo caſu acqrat iuſpatronatus, vt de iure patr. nobis. quæritur ad quem ſpectabit commiſſio religionis, aliàs regiminis ipſius hoſpitalis, & quis ponet ibi rectorem. Videtur ꝙ ad epiſcopum pertineat confirmatio vel inſtitutio rectoris & ad patronum præſentatio. nam ex tali ædificatione ſolum ius acquiritur, & ex iurepatronatus acquiritur præſentatio ſolum, ergo ad epiſcopum de iure cõmuni ſpectabunt, vt in iſta decreta. & 16. quæſtio. 2. omnes. cum ſimilibus.

Sed contra videtur, quod ipſe ſolus patronus ponet ibi rectorem: quia vt ſupra proxima quæſtione dictum eſt, in talib. locis non eſt neceſſaria inſtitutio canonica, nec habet tempus limitatum ad iſtam curam committendam, de mẽte iuris ſunt temporales rectores, vt dixi 6. q. 2. non eſt ergo, quare ad epiſcopũ curaẽ. Nec ob. qđ dicit ſolũ acqrit iuſpatronatus, & ex hoc iurepatronatus ſola p̃ſentatio: qa illud eſt verũ in eccleſiis vel aliis locis, vbi reqrit inſtitutio canonica vel ꝯfirmatio: vbi verò hoc non requiritur, vt hic, ipſa pręſentatio & ipſa cõmiſſio, & hoc videtur ſentire Zen. in d. cle. quia ꝯtingit. §. nos in curia. ſuper verbo, de iure. vbi dicit de iure ſpectare ad patronos reformatio dictorum locorũ, & alia de quibus in d. §. vnde patrono acquiritur ius ſecundum naturam rei, cuius patronus efficitur. nam in collegiata eccleſia non acquiritur ius pręſentandi, ſed conſentiendi factæ electionis. de iurepatron. nobis. in capella acquiritur ius præſentandi vt ibi, ſic & in hoſpitali acquiritur ius committendi ipſi patrono gubernationem hoſpitalis, ex quo in eo nõ acquiritur inſtitutio canonica, vel alia epiſcopalia, ſecundum quod indigebit talis error poſitus confirmatione epiſcopi. hoc tamen videtur dubium per ea, q̃ nota in glo. & extra glo. in decre. fin. de elec. libro 6. Erit enim talis rector quaſi legitimus tutor, fateor tamen quod ſi in hoc emanauit in loco aliqua conſuetudo generalis vel ſpecialis, illa eſt ſeruanda.

26 Adhuc quæro, pone quòd ad patronum † hoſpitalis ſpectet pręsẽtatio, & ad epiſcopum confirmatio de cõſuetudine vel alio iure ſpeciali, nũquid ante cõfirmationem de neceſſitate ponet epiſcopus edictum generale vel ſpeciale ſecundum formam decre. vlti. de elec. lib. 6 Reſpõdeo primò, & hoc videtur habere dubitationem, de qua notaui glo. 2. decre. vlti. lib. 6. & ſuper ea. glo. fin. dicte decre. & ſuper eadem in fi. tractatur, an illa decre. ſeruari debeat in præſentatione patronorũ, vel in poſtulationib. vel collationib. præſentare illã decre. in iſtis hoſpitalib. quæ in beneficiũ non conferuntur, non ſeruãda eadem eſſe, tum quia in iſtis fit cõmiſſio nõ electio vel collatio, tum qa nõ committit̃ cura animæ, quo caſu illa decre. non loquitur, licèt conſuetudo traxerit eã & niſi cura nõ cõmittatur, vñ iã conſului ꝙ ad capellã ſeu ad altare erectum in eccleſia de licẽtia ep̃i ꝙ poterat deputari presbyter ad miſſas celebrãdas ſine confirmatione vel edicto, niſi aliàs conſuetudo obſtaret, mouit me tũc inter alia, immo videtur ſentire Zen. in d. cle. quia contingit. ꝙ in hmõi locis nullã hẽt iuriſdictionẽ, ſi in illis nõ eſt eccleſia, ẽt ſi eſſet ibi oratoriũ, niſi hi ad quos ſpectat negligerẽt, vt in prin. cle. & hoc vr̃ ſic deducere, ſi epiſcopus hẽt ibi iuriſdictionẽ, non poſſet ad alicuius ſtatum vel conſuetudinẽ ſpectare: nã licèt aliis poſſet epiſcopus cõcedere certa iura & illi præſcribere, non tñ epiſcopalis iuriſdictio põt in totũ abdicari, & ſic poſſèt illa loca ſe viſitare, corrigere & reformare, qa ꝑ hoc nõ currit præſcriptio. de præſcrip. ex offi. hoc idẽ vr̃ ſentire Guil. ibidẽ, q̃ dicit ꝙ dũ tñ hoſpitale nõ ſit principaliter ædificatũ ad miſſam celebrandã, ſeu ad aliud ſacramentũ eccleſiaſticũ miniſtrãdũ ibi, nec ibi conſtitutus ſit vicarius perpetuus, ſeu dos aſſignata pro quolibet ſit altare, & de licentia epiſcopi celebret ibidẽ, nõ tñ in magnis feſtiuitatib. & dũtaxat ædificatũ pro oratorio vel pro pauperib. leproſis ſeu aliis ſupportandis nihil põt eps ſibi vendicare, quandiu viuit fundator, nec ẽt poſt mortẽ, niſi & in

Source : BIU Cujas

quantum poſſit de aliis piis legatis pro anima fundatoris relictis. hæc probantur,ſecundum eum,de conſecra.diſtinct.j.vnicuique.& capitu.ſi quis extra parochias. de teſtamen. ſi hæredes.cum ibi nota.niſi intelligas in hoſpitalibus, quæ conferuntur in beneficium,ſiue quæ reguntur per religioſos, ſeu qui eccleſiam habent, ſed de illis ſolum quę laicis & non clericis gubernanda committuntur.

27 Hic † etiam quęro, nunquid prędicta hoſpitalia, quæ laicis gubernanda committantur in d.clemen. quia contingit, poſſint committi clericis modo ſimili non in beneficium? Reſpõdeo ſic,quia illa clemen. non dicit laicis, immo dicit,viris prouidis. quæ verba includunt etiam clericos. cum ergo ipſa cle. nõ diſtinguat,nec nos diſtinguere debemus.21.q.j. quid ſi dormientem.immo vidi dubitari,an laicis poſſit committi, & dic per ea quædam.18.q.2. vbi dr q monaſterio martyris hoſpitalibus præfici poſſunt monaſterio laici & clerici,ſed illud de laicis dicit referri ad monaſteria, nec monaſteria & eccleſias ſecu lares in honorem martyrum conſtructas, quare neceſſariò ſequitur q referatur ad hoſpitalia,cum in pluribus in temporalitate conſiſtant. ita nota.Zen.in d.cle. quia contingit. & hoc ẽt nota.Pau.in præalleg.cle.quia contingit.

28 Vltimum quæro, † quoddam hoſpitale erat exemptum immediatè ſub iectum ſummo Pontifici,nullum habens alium ſuperiorem, ſeu alium ad quem correctio vel reformatio pertinet ipſius,Seius rector negligit ea facere ad quæ tenetur, nunquid ordinarius poterit corrigere & ſupplere. reſpondeo q ſic,auctoritate Apoſtolica,per d.cle.quia contingit. Sed contra videtur, quia illa cle.concedit ordinariis auctoritatem Apoſtolicam in exemptis in defectum eorum,ad quos ſpectat, ergo nullius defectus vel talis correctio ac in caſu noſtro proponitur nullum eſſe ad quos ſpectat,ergo nullius negligentia vel defectus ſuppleri poteſt. Nec obſtat quod habeat ſuperiorem Papam, immo facit,quia Papa nunquàm preſumitur defectum vel negligentiam committere,& immo ſi committat, nullus ſupplere debet illam vel poteſt:ipſe enim ſupplet negligentiam aliorũ, nemo ſuam,de elec.licèt,in fin.facit 2.quæſtio.9.aliorum. Hinc eſt q beneficia deuoluta ad eum per negligẽtiam inferiorum, nunquàm ad alium deuoluuntur,etiam ſi mille annis deberet conferre,quod etiam Domi.meus Domi.Cald.in 5.decre.cum noſtris.de conceſ.præben.tenet. Item quando Papa conceſſit ordinariis q ſupplerent defectum illorum ad quos ſpectabat, de ſe non intellexit,nam perſona loquentis intelligitur exempta,& eſſet deriſorium dicere,q Papa committeret inferiorib. correctionem ſuorum, contra decre. cum inferior, de ma. & obed.in omni exceptione, quantuncunque non habeant aliquos,ad quos ſpectat correctio vel reformatio, puta quod ad epiſcopum hoc ſpectet per hanc decre.dictam. Ex his igitur ſic iam dictis patet.

Poſt hoc quæro,erat hoſpitale aliquorum religioſorum immediatè ſubiectum ſedi Apoſtolicæ, non habens aliquem ſuperiorem alium ſeu aliàs,ad quem de iure ſpectaret correctio, vt ſupra cuius rector deficit in his exercendis, ad quæ tenetur ſecundum hanc cle.quia contingit.§.præmiſſa, nunquid poterit corrigi per ordinarium loci? Reſpondeo, videtur q ſic per d.cle,quia contingit. nam licèt ibi dicatur in dicto §. præmiſſa, q illa prouiſio non extendatur ad hoſpitalia religioſorum, ibi tamen mandatur illorum rectoribus, vt in illis ſecundorum ſuorum ordinum inſtituta in antiquas obſeruantias prouidere pauperibus,& hoſpitalitatem in illis tamen debitam procuret. Et ad hoc per ſuperiores ſuos arcta diſtrictione cogi, non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis vel conſuetudinibus, ad quos proponatur prædictos religioſos nõ habere ſuperiorem. Ergo videtur,q quantum ad hoc prædicti tales remaneãt ſubiecti epiſcopis auctoritate Apoſtolica eos ad quos compellere poſſit,quaſi cauſa exemptionis dictorum hoſpitalium religioſorum facit confidentia ſuorum ſuperiorum: quia cum in caſu noſtro deficiant, videtur caſſari exemptio.Contrarium credo,q epiſcopus in hoſpitalibus huiuſmodi nullam ſuam vel Apoſtolicam habeat auctoritatem,& ad hoc mouetur,quia dicta exemptio fuit libera:vnde & ſi prouiſio poſtea facta de illis corrigendis per ſuperiores ſuos non vendicet ſibi locum in illis,non tamen ceſſat diſpoſitio dictæ exemptionis, quia potuit alia eſſe ratio. & licèt ſuperiores hoc poſſent cauſa impulſiua. tamen illa ceſſante non ceſſat diſpoſitio, argum. eorum, quæ nota.de tranſla.epiſcop.vnde Pau.Bono.ibi ſequitur, per ſuperiores dicit,non ergo per ordinarios. Item mouet me, quia tales dicuntur non habere ſuperiorem ex quo ſubſunt Papæ. ad ipſum ergo Papã hoc ſpectat,immo vt ſ.dicebã in proxi.q. nõ intelligit Papã in d.prouiſione de illis locis, quorũ correctio ſpectat ad eũ,nec ſequit ex hoc aliqua abſurditas: nã in oĩbus habẽ iſti tales ad Papã recurrere,& ipſe ẽt circa illos eſt ſolicitus,& de tẽpore in tẽpus illis dat viſitatores, q viſitãt in capite & in mẽbris,& corrigant corrigenda. Item niſi eſſet legatus de latere in ꝓuincia,nõ eſſent p̃dicti ſine ſuperiore.de elec. Abba. lib.6.Ex plurib.ergo capitibus non poterunt tales religioſi per epiſcopum reformari, vna quia ex quo ſunt exempti & eorum ſuperior non eſt in culpa vel defectu,quia non eſt locus conceſſioni factæ ordinario,quæ fit ſub modo prædicto: illo ergo deficiente deficit commiſſio.Item quia Papa eſt ſuperior, qui de ſe non intellexit.Item quia cuius negligentiam nemo ſupplet.Itẽ quia ſunt religioſi exempti ab omni commiſſione ipſius epiſcopi liberè,qui non ceſſat licet per ſuperiores per quos Papa mãdat illos corrigi,deficiant.puto hoc verum, & ſic ſeruari feci in curia epiſcopali Florentiæ,qui per d. cle.procedebat contra hoſpitalarium ſancti Galli de prope Florentiam quod eſt exemptum & ſedi apoſtolicę ſubiectum & eſt religioſorum,qui profitentur regulam ſancti Auguſtini.

29 Item quæro † cum rectores talium hoſpitalium debeant ad inſtar tutorum,& curatorum iuramentum præſtare ac de locorum ipſorum bonis inuentarium conficere & ordinarijs & alijs, quibus ſubſunt loca huiuſmodi,vel deputandis ab eis annis ſingulis de admiiſtratione ſua reddere rationem,vt in d.cle. quia contingit. §. in quibus. nunquid ſatiſdabitur ad q tenentur tutores & curatores: Reſpon. hoc tangit gl. in d.cle.& tenet q nõ,niſi eſſent ſuſpecti propter vxorem & filios.Sed,vt dicit ibi glo.talibus ſuſpectis non debet committi gubernatio dictorum hoſpitalium,vt in d.cle.ergo à talibus ſatisfactio non exigetur.

30 † Sed quid iurabunt iſti rectores? Puto q iurabunt ad inſtar iſtorum curatorum,& totorum,ſcilicet vtilia facere ipſis hoſpitalibus quibus deputantur,& inutilia prætermittere,ipſorum ẽt res & perſonas ad commodum & vtilitatem ipſorum bona fide cuſtodire & ſaluare,& in vſum miſerabilium perſonarũ cõuertere,& inuentarium de bonis ipſius hoſpitalis & adminiſtrationis facere, ſicut tempore debito rationem reddat cum reſiduorum ratione,& omnia facere ad quæ tenentur, & maximè ſecundum formam d.cle.quia contingit.

31 † Quid ſi præmiſſa non ſeruentur? Reſpondeo, ſi committãtur ipſa hoſpitalia. & alias factum quàm in ipſa cle. dicatur ſeu conferantur in beneficium ipſius clericis ſecularibus,eſſe videtur irritum ipſo iure quod fit per d. cle. ſi. & ita videtur ſentire gl.ordinaria ibi ſuper verbo,acceptatum.

32 † Sed quid ſi non iurant,nec etiam inuentarium faciunt? Reſpon. ex hoc non videtur irritas eſſe commiſſiones prædictas, & videtur gloſſ.ſentire prædicta.facit pro hoc, quia iurare & inuentarium conficere,ſequi debent commiſſionem: vnde videtur quod commiſſio à principio valida ex ſuperuenienti irritetur. Sed verba text. dicunt dominium robore firmitatis, quaſi velit illa litera quòd etiam quatuncũque valida fuerit commiſſio à prin. tamen ex quo non fit per eos quod mandatur ex tũc incipiat carere robore firmitatis. Et idem ſi rationem reddere noluerint tempore debito,& tunc licèt iſte ſit probabilis intellectus,tamen communiter ſic non intelligitur. Sed illis ceſſantibus prædicta facere,poterunt cogi & compelli remediis oportunis etiam per renouationem perſonarum ſuarum à dictis locis tanquàm ſuſpectis,vt ſicut tanquam ad inſtar tutorum præficiuntur,ita ad inſtar etiam tutorum deſtituantur.

33 † Hinc etiam quæro, nunquid tales rectores tenentur ſingulis annis per ſe & non requiſiti reddere rationem, vel ſufficit quòd requiſiti hoc faciant? Reſpond. hoc tangit gloſſ. in d. cle. & tenet quòd ſufficit quòd requiſiti hoc faciant.alleg.decre.boni.de iureiuran.& quod not.de ele.cupientes.§.ſi verò. in 5.glo. & ita ſeruatur.

34 Iſtud etiam quæro, † quis celebrauit diuina officia, & quis miniſtrabit eccleſiaſtica ſacramenta rectori familiæ & pauperibus,& infirmis talium hoſpitalium? Reſpond. ſi talia hoſpitalia habeant altaria ſeu cimiteria ab antiquo & presbyteros celebrantes & eccleſiaſtica ſacramenta pauperibus miniſtrantes, ſeu ſi parochiales rectores conſueuerunt in illis præmiſſa facere, & eſt antiqua conſuetudo quòd ad exercenda & adminiſtranda ſpiritualia ſupradicta,vt in d. cle.quia contingit. in fine, de iureiur. ergo fundat matrix eccleſia intentionem ſuam in hoſpitalibus ſuis in ſua parochia quo ad prædicta ſpiritualia hoſpitalia, tamen poſſunt præſcribere, vt hic per ſuum proprium ſacerdotem, faciunt vt ibi, in gloſſ.ordina.

35 † Ad huiuſmodi occaſionem quæro, nunquid poteſt aliquis erigere hoſpitale in parochia matricis eccleſiæ illa inuita vel irrequiſita? Reſpon. de hoſpitalibus non religioſis ſeu non factis auctoritate epiſcopi,non eſt dubium:quia vt ſupra dictũ eſt in q. quilibet poteſt domum ſuam deputare ad hoſpitalitatem etiam inuito eꝑo,fortius inuito rectore eccleſiæ matricis,quod intellige q vt priuata domus ſit deputata. Sed ſi ſub effigie vel ſigno vel denominatione loci eccleſiaſtici nõ eſt licitũ,immo poſſet eꝑs illa deſtruere, quia ꝑ iuris prohibitionem factũ eſſet. facit qđ no.Hoſt.de reli.do.c.ad hæc,& hoc tenet D.Car. Flo. in ſuo opuſculo.Sed loquẽdo đ hoſpitali cũ capella vl de hoſpitali ꝑpetuo cũ auctoritate eꝑi,ita q ſit locus eccl̃aſtieus,de hoc ꝑt dubitari:nã licet irregulariter ſit q vna eccleſia in ꝑiudiciũ alterius.

Source : BIU Cujas

rius conſtruenda non eſt.xvj.q.j.eccleſiæ,& c. quicunque,quòd ſi fiat,deſtruenda eſt,& maximè ſi oper. nou. nuncia. ritè facta prę ceſſerit,de no.ope.nun. c.j.& ij.& de eccle.ædi.per totum.tamen illa iura loquũtur de eccleſia,non de hoſpitali, ſiue eccleſia vel capella.Et in illo eſt ratio,ne aliquid iur.antiquorum nouæ eccleſiæ tribuatur,vt in prædictis.c.eccleſiæ,& c.quicunque. quæ ratio ceſſat in hoſpitalibus. Prętera in leproſarijs non videtur hoc dubium, nam ex priuilegio corpore iuris clauſo nõ videtur hoc conceſſum,vt poſſit habere eccleſiam cum cimiterio,& de hortis et nutrimentis animalium ſuorum non debẽt ſoluere decimam,de eccle.ædi.cum dicatur,& idem videtur in alijs hoſpitalibus,& iſta loca videntur æquiparari,vt in d.cle.qa contingit.Contrarium puto,videlicet quòd nullus locus eccleſiaſticus poſſet erigi in parochia alterius inuita eccleſia antiqua,& iſto caſu eccleſiarum nomina veniũt hoſpitalia,ex quo fauor eccleſiarum reſpicitur,ſecundum not.per Do.meum,D. Lapum,Abb.in quæſitis ſuis,& ſ.dicam.Nec ceſſat ratio præiudicij,quia vt ibi dicitur,hoſpitale debet habere dotem, de qua decima non ſoluetur.Item ſi habet capellam vel oratorium,accedunt oblationis diſtinctæ ad parochiam, quia trahuntur parochiali emolumento, & hoc eoipſo & eccleſiaſticus ille locus parochiã erigitur,videtur requiri dignitas rectoris,ſicut videtur requiri dignitas archiepiſcopalis, ſi aliquis alius in prouincia faciat ante ſe crucem deferri,vt lite pen.c.j.& decre.cum dicatur,non facit contra.immò facit pro,ex quo leproſarijs cõceditur per priuilegium,ergo eius cõtrarium erat ius commune,ſcilicet q̃ non poterat facere, quin vero antiquo ſtabimus, niſi inquãtum ſubtractum eſſe reperiamus,& præcipuè in materia præiudiciali,vbi ſtricta eſt interpretatio facienda, & non eſt titulus profanicus nec eccleſiaſticus, nec poſſit vendi ſine ſimoniæ.vitio,vt ſ.dicam.& accedunt ſibi ſpiritualia in cle.per literas,de præbẽ. & eccleſia parochialis habet de iure q̃ omnes prouẽtus ratione ſpiritualitatis a perſonis vel rebus intra ſuos limites conſtitutis prouenientes cedant in vſus rectoris & ſtipẽdia miniſtrorum, ſecundum hoc alleg. de his quæ fi.a præla.paſtoralis, vnde de facto vidi iſtam q. q̃ quædam imago Virginis Mariæ in pariete cuiuſdam loci fecit miracula,propter quæ maximus concurſus oblationum fiebat, ſuper quibus fuit quæſtio,& fuit ſententiatum pro parochia. & eſt ſimilis quæſtio, quæ no. de cle.mi.ſuper rub.

36 **Sed quid ſi** † erigatur hoſpitale in limite veteris eccleſię? Reſpondeo, acquiratur iuſpatronatus ex hoc ipſi parochiali eccleſiæ. xij.q.ij. Apoſtolicus. xvij. q.iij.q.xvj.q.vij.quicunque,& c.filijs,& c.monaſterijs, de eccle. ædi.ad audientiam,& not.Hoſtien.in ſum.eo.titu.§.pe.in fi.

37 † Prætera quæro,nunquid pro hoſpitali debeat certa dos aſſignari? Rñ.no.Io. An.poſt Hoſt.de reſt.ſpo.cum ad ſedem,q̃ hoſpitali ſicut eccleſię,debet certa dos aſſinari, dum ſecũdum eos procedet libellus talis,peto hoſpitale cum pertinentijs ſuis, & intelligitur tunc de dote tantum,quæ de iure ad hoſpitale pertinet.Io.Bo.in cle.quia ꝓtingit, dicit q̃ iſta dos nõ videt aſſignari eccleſijs,puta pro iuribus epiſcopalibus perſoluendis,ſed pro

38 pauperum ſuſtentatione.† Sed quanta debeat eſſe iſto dos? Reſpondeo,recurreretur ad ar.ſimile de conſtitu.cum ſicut,& qđ ibi no.glo.ordinaria,quia alia dos requiritur in eccleſia,alia in monaſterio,vt ibi, ſicut & alia in hoſpitali. tanta enim debet eſſe dos quòd ſufficiat ꝑ luminaribus & ad vitam miniſtrorũ. 17.q.7.pię mentis.Horum autem ęſtimatio eſt epiſcopi, ĩ Auc. vt nullus fabricet oratorii domum.§.j.coll.5.& in hoc habebit reſpectus aliorum hoſpitalium,vt in Auctenti.de eccle.titulis. §.ſi quis autem voluerit fabricare . debet ẽt prouidere vt hẽat ſua debita officia,& in hoc conſidera alias ſpecies hoſpitalis,qa diuerſarum ſpecierum ſunt,nam alia ad hoſpitandum,& tunc principalis cura in lectis erit;alia ad curandũ infirmos,& tunc principa.cura erit in bonis ac deuotis miniſtris & expertis ĩ opere medicinę,& ſic de ſingulis,& ſic hoc maior & minor dos admitteretur.

39 **Nunquid per literas** † Apoſtolicas ſup ꝑuiſione quorumcũq; clericorum directas poterit prouideri de hoſpitalibus vel alijs locis prædictis.Rñdeo non,per cle.per literas, de præb.etiam ſi talia habeant eccleſias vel capellas, & decimus vel alia ſpũalia iuri annexa,vt ibidem,niſi hoc expreſſè caueret, & eſt verum, ſiue ſint literę gratioſæ,ſiue in communi forma pauperum, vt

40 no.Pau.in d.cle. per literas. † Quid ergo de literis apoſtolicis ſuper reſeruatione fructuum.Reſpondeo,hanc quæſtionem tangit glo.in dicta clem.per literas,vt & alia in illis non includantur,nec exprimantur, & eſt rõ,ſecundum glo.quia ex quo ſunt deputati ad certum vſum ſine expreſſa Papæ licentia conuerti non debent,vt in clem. quia contingit, circa princip.de relig.

41 domi.† Ea propter quæro,nunquid talia hoſpitalia vacantia ꝑ mortem officialium Papæ,ſeu per obitum decedentium in curia ita q̃ habeat in eis locum decre.j.& ij.de præbend.lib.6.Reſpondeo de iure commun.videtur q̃ non,quia decret.i & ij.de præb.li.6.loquuntur ſolum de beneficiis & dignitatibus,& hac ratione iam dicta non includuntur hoſpitalia, ſi autem ſup talibus beneficijs emanaſſent extrauagantes,prout emanauerũt reſeruationes, dicta beneficia eorum quo ad tenorem eſſent inſpicienda,de priui.porrò,& niſi ibi fieret expreſſa mentio de hoſpitalibus non includeretur ratione prædicta, nec mirũ, qa nec prędicta iura loquentia de beneficiis vacantibus in curia includunt beneficia ſpectantia ad patronos laicos, vt videtur innuere d.gl.in antedicta decre.de præb. lib.6. & ſuper eaſdem poſt alie.in nouel.& ſecũdum hoc de hoſpitalibus habentibus patronos laicos non eſſet dubium.

Quæro etiam, nunquid hoſpitalia in illis duobus caſibus poſſunt conferri clericis in beneficium,de quibus in d.cle.quia contingit, includuntur in literis ſuper prouiſione facienda clericis impetrantib.Reſpondeo gl.in d.cle.per literas,tangit iſtam quæſtionem, & tenet q̃ non,& q̃ in illis etiam habet locum d.cle.per literas, cum ipſa cle.generalius loquatur,nec ſi concedi poſſit illis caſibus in beneficium,ergo includuntur in literis,tolle exemplum & inſtãtiam.& eo.ti.c.j.de pręben.quanuis.li.vj.Sicut ergo certæ qualitates ſunt in literis beneficialibus exprimendę,ſic & iſta ad hoc vt talia in literis includantur, & tunc facta expreſſione talium debentur ſolum in illis caſibus,niſi in expreſſione appareat Papam voluiſſe amplius.Ex hoc infertur alia quętio,nunqd hoſpitalia in dictis duobus caſibus,quando conferuntur in beneficium,dicantur in caſibus prędictis vacare in curia in illis caſibus,in quibus beneficia vacare dicuntur in curia. Reſpõdeo, ſi præficiantur clerici ad pręſentationem laicorum,videtur expeditum ius ſupra 21.q. Sed ſi ad præſentationem vel electionem clericorum,videtur quòd ſic,quia beneficia ſunt, ex quo in beneficii titulum conferuntur. In contrarium facit p̃dicta glo.dictæ cle.per literas,quia vult talia non includi in literis ſuper prouiſione impetratis, ergo pari ratione nec in vacatione vel reſeruatione curiali.

42 **Sed nunquid** † eſt generaliter verum,quòd in literis ad beneficia impetratis non includantur hoſpitalia? Reſpondeo,diſtinguendum eſt,vt diſtinguit glo.in d.cle.per literas,aut hoſpitale eſt principale, aut accedit eccleſiæ.Item per literas non debetur. Si verò eccleſia ſit principalis habens annexum hoſpitale, tunc debetur per tales literas & veniat ratione acceſſorij, quod principale non veniret.facit eo.ti.ſuper eo.lib.vj.de regu.iu.acceſſorium,& ibi not. in dubio verò,quia extat hoſpitale & eccleſia nec cõſtat quòd ſit principalis,& quòd ſit acceſſorius, dicit prædicta gl.quòd ſi apparet pia dominatio,poteſt alterum,de conceſ.præben.cum de beneficio. li.vj.Si verò apparet,repelletur impetrans,cõſtat eſſe hoſpitale principale, nec conſtat illud acceſſorium eccleſiæ;& certum eſt quòd ſi eccleſia & hoſpitale eſſet annexa, ita quòd neutrum principale habet locum.d.cle.per literas,ſecundum glo.prædictam,per not.ne ſede vacan.& quod not.de conceſ.pręben.ſi capitulo.lib.vj.in glo.quæro.

43 † Illud etiam ſolet quæri,nunquid Legati de latere poſſunt confirmare huiuſmodi hoſpitalia? Reſpondeo,ſi ſunt hoſpitalia in quibus laici obtineant iuſpatronatus, non eſt dubium. quia ſicut non conferunt eccleſiam ſpectantem ad pręſentationem patroni laici,de iurepa.cum dilectus:item nec hoſpitale eadem ratione. Item ſi ſpectet ad electionem clericorũ per modum collegij, quia Legati non conferunt eccleſias collegiatasde offi.lega.deliberatione.eadem ratione nec hoſpitalia collegiata.Sed in hoſpitalibus ſpectantibus ad præſentationẽ, collationem vel aliam diſpoſitionem clericorum,videtur dubium:quia ſi conferre poſſunt talia beneficia,eodem modo & hoſpitalia.glo.tamen ordinaria in d.cle.per literas,videtur ſentire contrarium per literam illius cle. Nam cum ibi & in prin. diceretur, quòd per literas Apoſtolicas vel Legatorum ſuper prouiſione beneficiorum obtentis nõ poſſit prouideri de hoſpitalibus,in fine dicatur, niſi in Apoſtolicis literis hoc caueat expreſsè & non repetit delegatis,videtur prohibitum eſſe perpetuum in legatis, quia exceptio confirmat regulã in reliquis, & dicatur ſcripta poteſtas legati in hoc, ſicut in alijs pluribus, de offi.leg.c.pe.& antepe.& hoc idem no.Pau.in d.cle. per literas. Contrarium tamen ſæpe vidi de facto, & Legati de latere talia hoſpitalia conferunt.

44 **Sed tunc quæro vnum,** quod circa † hoc occurrit. Pone q̃ verum ſit,quod dicit glo.in d.cle.per literas, quòd Legati talia non conferunt,nunquid ſaltem poterunt conferre iure deuoluto per Concilium Lateranen? Reſpondeo ſi verum ſit,quod tetigi.ſ.in quæſtio. quòd concilium Lateranen. non currat in his hoſpitalibus, ceſſat quæſtio iſta:ſi autem non ceſſaret concilium,videtur quòd ſic, quia in beneficijs ſpectantibus ad præſentationem laicorum,bene habet locum Concilium Lateranen.& ſupplet epiſcopus & alii prælati negligentiam eorum, de iurepa.c.vno.lib.vj.& de conceſſio. præbend. c.ij.cum principaliter tamen ſupplendo bene poſſit. in contrarium tñ facit, quod no.D.meus,d.Lapus Abbas ſancti Miniati in ipſa prędicta

Source : BIU Cujas

45 cta cle.† In hoc ergo quæro, poſito ꝙ nõ currat concilum Lateranen.in hoſpitalibus, quæ in beneficium conferri non poſſunt,nunquid currit in hoſpitalibus, quæ poſſunt in beneficiũ conferri?Reſpondeo,videtur quòd non,arg.eius quod ſ.poſitis quæſtionibus dictum eſt, quòd ſi talia hoſpitalia quantuncunque conferuntur in beneficium , non includuntur in literis ad beneficia impetrantis,quaſi non propriè ſint beneficia,ergo eo dem modo concilium Lateran.quod currit in beneficijs,& de beneficijs loquitur,non currit in talibus hoſpitalibus. Contrarium credo,nam ex quo vt beneficium tenentur, locum habẽt regulæ beneficiorum , maximè in materia fauorabili , ſicut eſt vt non vacent , & ſuppleant negligentiam damnoſam beneficijs:literæ verò quæ ad beneficia ſunt odioſæ,ſunt etiam reſtrin gendæ,de præben.quanuis.lib.vj.

46 Item quæro,nunquid hoſpitalarij † tenẽa tur ad officium diuinum?Reſpondeo, de hoſpitalarijs quibus committuntur hoſpitalia gubernanda non in beneficium,non videtur dubium, quòd non,quia ibi laici & vxorati & illiterati poſſunt eſſe,vt ſ. in aliis quæſtionib.non eſt dubium quòd tales non tenentur ad officium , nec eſt iure cautum,quòd ex tali officio quis ad officium diuinum teneatur;officium enim eſt inſitum habentibus beneficium,quod datur ad hoc,de reſcrip.c fi. lib. vj. Sed clericis, quibus hoſpitalia ſunt collata eo caſu quo poteſt videtur dubium per ea,quæ dicta ſunt ſupra,quæſtionibus proximis,nã ex quo includuntur in literis ad beneficia impetrantis,& ſic nõ videntur propriè beneficia, & conſequenter videtur quòd ad officia diuina non teneantur , & maximè cum licèt conferantur in beneficium , tamen idem officiũ eſt & cura , & circa idẽ verſatur , quia clericus iſto caſu magis puniretur quàm laicus, non apparet , maximè cũ clerici aliàs beneficiati faciãt fructus ſuos,ſm ea quæ no.in decre.præſenti.de offi.ordi. quod non eſt in hoſpitalibus,vt ibi tangã . Contrariũ credo , nã ex quo clericus habet beneficiũ ad hoſpitũ tenetur,& maximè , quia cõſti tutus in ſacris etiam ſine beneficio ad id tenetur. nec eſſet abſurdum dicere quòd ſi hoſpitale abundat facultatibus ita,quod ſufficit ad hoſpitalitatem ibi ordinatam conſuetam ſeruandã & ſuperfluunt, quod illos faciant rectores ſuos eodem modo quo clerici faciunt, vt in prædicta decre.præſenti, & ĩ.dicam latius de vltima iſta quæſtione.

47 †Sed licet talia hoſpitalia non includantur in literis Apoſto licis vel Legatorum eius ad beneficia impetratis , nunquid in literis epiſcoporum?Reſpondeo non,ſecundum Zen.in d. cle. per literas,niſi prout hodie cauetur in d. cle.ij. de reli. do. Guil. de Monte Lau.in d.cle. dicit ꝙ ordinarij ea conferre poterunt clericis & eis aſſignare pro titulis perpetuis,dumtamen conſue ta ſint per plures ab antiquo regi tanquam habentia curam ani marum vel altaria,vel hoc conſtitutum fuit in fundatione, vel, quis per electionem creetur in ipſis.

48 Rurſus quæritur,nunquid talia hoſpitalia † teneantur ad cathedraticum?Reſpondit Io.An.in cle.quia con tingit,& dicit quòd non,quia bona talium locorum tenentur ad ſuſtentationem pauperum tantum , ergo non ad aliud ſ. cathedraticum vel procurationem , & maximè cum hoc non ſit iure expreſſum,nec ſecundum eum domus fuit pro talibus inſtituta, ſiue ordinata. Propterea quæro nunquid ordinarij poſſunt viſitare talia hoſpitalia?Reſpondeo, non, ſecundum Paul. qui hoc not.d.cle.quia contingit , eadem ratione,quia viſitanti debetur procuratio, ad quam iſta hoſpitalia non tenentur. Si ergo volunt coniug emendare aliquid ibidem,ad quod tenentur,formam d.cle.quia contingit , inquirant & non viſitent ſecundum eum . Contrarium tenet Fede. de Sen.in opere ſuo in capitu. 16. vbi tenet, quòd epiſcopus viſitando curam habet, ſiue curare debet , quod ad eum vſum teneantur , & finem ad quos ſunt inſtituta,& dicit hoc probari de cẽſi.Romana.§. j. li. vi.ſuper verbo,pia,& hoc not.Io.An.ſimiliter & Archi. Et vide tur iſtud verius, Nec obſt.ratio prima , quia ſi epiſcopus debet viſitare eccleſiam non obſtante paupertate , & nihil exigetur iſto caſu,vt not.in d.c. Romana. Item & hoſpitale,& nihil exigat,cum pauper intelligatur,ſed curare vt pauperibus erogen-

49 tur.† Nunquid ergo ad decimas papales tenentur hęc hoſpitalia.Reſpondeo,hanc quæſtionem tangit glo.in cle. ſi beneficio rum,de decimis , quæ dicit quòd hoc eſt hodie expeditum per declarationes Clemẽtis IIII. & Honorij,& Bonifacii. VIII.vbi dicitur de redditibus & prouentibus leproſariorum domorũ Dei & hoſpitalium pauperum,quæ in vſus infirmorum & pau-

50 perum conuertuntur,decimę non ſoluuntur.†An in cauſis ho ſpitalium habeat locum cle. diſpendioſum , de iudi. ſcilicet vt in illis procedatur breuiter,ſummariè & ſine ſtrepitu & figura iudicij?Reſpondeo, hanc quæſtionem tangit glo. ordinaria in d. clemen. diſpendioſam,arg,quod not.in cle.per literas,de prę ben.tenet contrarium per uerbum,officijs,ꝙ in d.cle.diſpendio ſam, quia non eſt dubium ꝙ rectores talium locorum dicũtur habere officium,vt in cle.quia contingit,de relig.domi.

51 Sed nunquid in iſtis hoſpitalibus†ſit miſſio in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ,cum illa in beneficiis non fiat,de eo qui mit. in poſ.c. j.lib.vj.? Reſpondeo , hanc quæſtionem examinauit Do.meus, D.Lapus Abbas,arguens pleniſſimè pro & contra,concludit ꝙ non fiat miſſio in poſſeſſionem : quia ex quo poteſt procedi in talibus lite conteſ.vt ſ.dictum eſt,cum ſit dare viam ordinariã, non recurreretur ad extraordinariã , vide plenius in quæſtione Domini mei,Do.Lapi Abbatis,in quæſitis ſuis,in d.cle. diſpen-

52 dioſam,de iudi. per eum. † Quid ergo de cle. ad compeſcẽdas de ſequeſtris,nunquid habebit locum in iſtis hoſpitalibus?Reſpondeo,videtur ꝙ non , quia ibi nihil de hoſpitalibus dicitur. Contrarium credo per identitatem rationis per ea , quæ no.D. meus in d.q.vbi dicit quòd nomine beneficij eccleſiaſtici, & ẽt nomine officij venit hoſpitale, cum ſit locus religioſus & eccleſiaſticus , per iura eccleſiaſticorum beneficiorum cenſeri debet.Nec obſt.cle.per literas,de præben.cum ſimi.quia illa loquuntur in ambitioſis & odioſis, in quibus fit ſtricta interpreta

53 tio.† Similiter quæritur,nunquid decre. cupientes. de elec. lib. vj.locum habeat in huiuſmodi hoſpitalibus?Reſpondeo,Ioan. An.not.hoc in d.decre.cupientes, ſuper ver. omnes electi.poſt Gar.& Guil.dixit ꝙ non habet locum. Idem Io. Mo.& Archi. quia aliud hoſpitale & aliud eccleſia,hoc idem not.Zenz. in ex trauag.Io.XXII.q̃ inci. ad onus,ſuper verbo,electi.Eodem modo poteſt queri,nunquid decre. j. de elec. lib. vj. habeat locum in hoſpitalibus?Reſpondeo,hanc quæſtionem tangit dominus Lapus Abbas prædictus in d.c j.& videtur ſentire,quod illa decre.locum habeat, quòd mihi placet non obſtante quòd decre. cupientes locum non habeat, nam illa loquitur de cathedralibus vel regularibus eccleſijs,ſub quorum vocabulo illa nõ cõprehenduntur, ſed decre. ſancimus , loquitur de electionibus, & prouiſionibus, ſed nõ poteſt negari quin hoſpitali prouideatur de rectoribus,& rectori de hoſpitali prouideatur de rectori de hoſpitali,ergo idem videtur ſentire decre. vt circa , eo.tit. & hoc quia in cle.conſtitutionem,eo.ti.in prin.no.quòd in hoſpi talibus opponetur in forma eorũ,quæ continentur in cle. quia contingit,de relig.domi.

54 Item quæro,ſupra dictum eſt† ꝙ ad hoc vt ho ſpitale ſit locus religioſus& eccleſiaſticus requiritur , quod ſit ædificatum auctoritate epiſcopi,vt not.Moder.de relig domi.ad hęc. Sed quid ſi conſtat & apparet hoſpitale ędificatum, nec conſtat de licentia & auctoritate epiſcopi.Reſpondeo , hanc quæſtionem tangit Fede. de Senis in opere ſuo,c.cvi. & dicit quòd ex quo non apparet contrarium in dubio ex quo vocatur hoſpitale , habet faciem loci eccleſiaſtici,vt colligitur de priuile.patentibus.vnde Archi. de conſe.diſtin.j.§.nemo dicit ꝙ ſi eſt dubium, an in conſecratione eccleſiæ interuenerit auctoritas necne,debemus pſumere ꝙ interuenerit,ex quo habet ſigna loci eccleſiaſtici,& maximè ſi talis locus denominetur a nomine alicuius Sãcti,puta hoſpitale ſancti Salui.immo plus dicit idem Fede.ibidem,ꝙ ſi hoſpitale non ſit conſtructum de auctoritate epiſcopi, tamen ad officiũ epiſcopi ſpectat curare,vt deſeruiãtur vel ſeruentur ibidem ea, ad quę deputatum eſt,cum perſonæ ibidem degentes ſint miſe rabiles & ſub protectione eccleſiæ eſſe intelligantur, de eccle. ędifi.c.j.Ex hoc conſequenter quæro , quid † ſi teſtator reliquit

55 quandam domum ſuam priuatam, vel commendauit ibi poni lectos ad hoſpitalitatem ſeruandam,& vnum famulum ad reci piendum pauperes & ſeruiendum, nunquid poteſt hæres cogi per epiſcopum prædicta facere?Reſpondeo, non eſt dubium ſe cundum ꝙ in alijs locis piis legatis,de teſta. Ioannes, immo,ſecundum quoſdam omne legatum eſt pium , & de omnibus po teſt ſe intromittere Epiſcopus, vt in præalle.c.Ioannes , & not. Arch.in canone,Silueſter.xj.q.immo ipſe hęres vel alius ipſam domum habere, vel ad alium vſum deputare non poteſt, non ex hoc,quia ſit locus religioſus,ex quo auctoritate epiſcopi nõ eſt factus , ſed quia legata ad pias cauſas non poſſunt ad alium vſum conuerti quàm diſponantur a teſtatore, vt in d. cle. quia diſtringere hæredem ad hoc faciendum, & ſuccedant ipſi ſi nõ faciat , ita cogi debet vt cõſeruet & manuteneat ad eum vſum, ad quem deputatus eſt per teſtatorem, vt pauperes benignè recipiantur ibidem , non ſolum quia perſonæ miſerabiles ſunt ſub protectione epiſcopi,vt ſupra dictum eſt,verumetiam quia extentum piorum locorum ad eum pertinet & ipſe eſt iudex, & hæc coadiuuat opin. dñi Fede. de qua ſ. in proxima q.in fin.

56 Quid ergo,ſi tali domini ſit relictũ†pro manu- renendo ibi dictam hoſpitalitatem, & teſtator reliquerit poſſeſſionem , nunquid tenebuntur ad onera communia? Reſpondeo ꝙ ſic , ex quo non eſt locus religioſus,tamen ille ſolus hæres qui obligatus eſt ad hanc domum & poſſeſſionem ad hunc vſum ſeruare : illę enim poſſeſſiones ſunt pars hæreditatis , & ad ipſum hæredem ſpectant, & pro ipſis obligatis.

57 †Quæro etiam, an rector hoſpitalarius poſſit in hoſpitando
58 vel eleemoſinas†largiẽdo præferre coniunctos ſibi extraneis?

Reſpondeo,

Source : BIU Cujas

Reſpondeo,hæc quæſtio tangitur in clericis & prẽlatis eccleſiarum,de coha.cle.capi.j.& ibi dicitur,quod ſunt prẽferendi cõſanguinei,quod eſt intelligendum ſi egent, nõ autem ſi ſint diuites,vel vt eos diuites faciant,& de hoc etiã in gloſſ. & videtur alleg.in gloſſ.in capitu.peruenit.10.quæſt.3.quod videtur facere contra,tamen ibi ſoluitur in vlti.glo.contra tamen facit.42. diſtinctio.ſi quis. vbi dicit text. in hoſpitalitate non eſt habendus delectus.

59 † Nunquid hoſpitalarius poſſit eligere ad hoſpitandum & reficiendum, & ad alios actus ad quos hoſpitale deputatum eſt exercendum certos pauperes perpetuos, ita quod illis viuentibus alii non admittantur. Reſpondeo, ſi hoſpitale eſt deputatũ ſpecialiter ad hoſpitandum & pauperes reficiendos, & ad aliũ actum charitatis exercendum, non puto licitum prædictã electionem facere,quia non videtur talis mens fuiſſe conſtituentis,nec tamẽ deber dari ſicut aliis ſcrupuloſo corde moueatur. Vnde in diſtributione iuſta debent plura continere:vnde antiqui dabant verſus quos refert Ioann. Andr. de donat. capitu. j. ſuper gloſſ.2.in nouella.

60 † In poſcente nouem ſi decem in donatione notanda.
Cum fides,modus,locus,& pecunia,tempus.
AEquitas,debilitas,cum conditione petetis.
Mens hilaris,feſtina manus aſſitque facultas.
Dulcior affantis diſcretio dantis,& ordo.

Non igit̃ iſta cõcurrũt in eo, q totũ officiũ hoſpitalis ad certos cõuertit excluſis cẽteris, nã aliis iniuria fieri vr & licitè poſſint ex hic ſcrupuloſo corde moueri, & poſſet hoc corrigi per epiſcopum tãquã indiſcretè factum, & qui vſum debitum hoſpitalis & mentẽ diſponentis peruertit ſeu reſtringit, & in iſto capitu.& in dicta cle.quia contingit.non tamen nego, quin à principio fundari poſſit hoſpitale cum iſto ordine, videlicet ꝙ rector teneatur eligere vnum vel plures certos pauperes perpetuos pro facultatib. hoſpitalis, & illos ſolos reficere vel hoſpitari & vno eorum decedente alter aſſumatur. hoc in principio appoſitum nõ eſt illicitum, quia in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter. C.mandati.l.in re mandata. quia cuilibet eſt licitum rei ſuæ conditionem honeſtam apponere & maximè auctoritate epiſcopi,& quę aliàs de iure communi non procederet,de relig.domi.conſtitutus,& quod ibi nota. vnde patronus in eccleſia collegiata ſibi reſeruat vocem conſentiẽte epiſcopo,ſecundum ea quę notari ſolẽt in decre.nobis,de iure patro.ſæpe fit in domibus deputatis pro ſtudentibus,prout diſpoſuit Dominus Vigellinus Peruſii,& Dominus Sabi Cardinalis Bono. & magnus ſeneſcalcus Sicilię prope Florẽtiam in ſuo monaſterio Carthuſienſium. hoc etiam fieri conſueuit in leproſariis,vbi eliguntur certi & vſque ad certum numerum, vt Flo.in loco ſeu leproſario Sancti Selii ibidem.

61 **Sed nunquid** poſſit erigi hoſpitale, & † ĩ ſua fundatiõe ordinari, ꝙ omnia bona immobilia ſibi relicta vel quocunque obuenientia debeãt † alie-
62 nari & eorum pretium pauperibus † erogari? Reſpondeo, vi-
63 detur quòd non, quia ſi hoſpitale eſt locus religioſus & eccleſiaſticis,vt ſupra probatum eſt,debet ſubdi regulis eccleſiaſticis,quæ habent vt bona inmobilia ſine cauſa cum ſolennitate non alienentur,vt de rebus eccle.non alie.cum,& capi. hoc ius porrectum.10.quæ.2.& capitu. ſine exceptione.12.q.ij.immo valet conſuetudo contraria,vt nota.de rebus eccleſi.ſi quis presbyterorum.contrarium puto vernm, nec hoſpitalia iſto caſu ambulant pari paſſu cum eccleſiis propter rationem diuerſam,nam bona hoſpitalium à principio conſtituuntur pro ſeruientibus clericis & oneribus epiſcopalibus papalibus & legatorũ, ſine quo ordo eccleſiaſticus fundaret̃, ſed bona hoſpitalium deputantur pro pauperibus ſuſtentandis, vnde fructus non faciunt rectores ſuos vt prẽlati,vt ſupra dictum eſt.Præterea etiam *in religioſis* mendicantibus hoc videmus quòd bona immobilia capiunt vt vendant & ſibi de pretio prouideant & illa retinere non poſſunt,ſed ea quę notan.de proba.in prẽſentia,& de relig.do.capi.j.lib.*6*.in glo.veterem domum. hinc eſt quòd poteſt prẽſcribere hoſpitale ꝙ capiat indiſtinctè omnia legata pauperibus in vna ciuitate relicta, vt refert Ioan.Andr. in Spe.de inſtrumen.edi.§ nunc verò aliqua,verſic. quid ſi executor.Et huiuſmodi occaſione quærit ibi Ioan.Andr.an valeat ibi ſtatutum factum in tali ciuitate, quod talia legata ſoluãtur alteri hoſpitali vel religioſo collegio in præiudicium dicti hoſpitalis,alle.pro & contra:ſoluendo tenet per plura iura,& per decre.noſtra,de loca.& quę ibi no.in tex. & ſuper j.gl. ꝑ ſtatutũ prẽdictum nullum præiudicium generari prædicto hoſpitali.

64 † Quęri ſolet,an de illa quęſtione templarii & hoſpitalarii, quique per ſuas prouincias habebant priuilegia apoſtolica expreſſa cauſa ſubſidii Terrę Sanctę ſuper percipiendis legatis indiſtinctè relictis ad pios vſus,quę iure legati vel hæreditario relinquebantur indiſtinctè pauperibus pro anima,ſiue illa ſint mobilia, ſiue immobilia executor diſtribuebat verbo, ꝙ tale hoſpitale haberet tantum vel talem rem in ſpecie, illi priuilegiati ſuperueniebant & petebant illa,quæritur nunquid & ipſi poſſint.Ioan. And.refert iſtam quęſtionem in Specu. de inſtru. edi.§.nunc aliqua verò.verſicu.ſed quę coram quo.

Concludit ſecundum Nicol. Mata. diſtinguendum eſſe an commiſſarius fuit admonitus & diſtribuere ceſſauit,& tũc priuilegiati licitè petunt. Item ſi priuilegiati petierũt & obtinuerunt hæredes condemnari, & conſecuti ſunt bona poſtea non retractabitur. Sed commiſſario non monito & ſententia pro priuilegiatis non lata, nec ſolutione eius facta per commiſſarium & omni caſu,quo per legem vocatur epiſcopus, venerũt priuilegiati alii,quę ibi latius vide.

65 **Præterea quæritur,** † Teſtator iuſſit ędificari hoſpitale ĩ certo loco,nũquid poterit fieri in alio,vel nunquid poterit tale legatum cõuerti ad aliud pium opus, vel ex pretio ponendo in ipſa ædificatione reparare ſeu augmentare hoſpitale iã factum? Reſpõdeo ad iſta per ordinem, ad primum dico ꝙ ſine cauſa hoc nõ licèt,quia vltima voluntas teſtatoris pro lege eſt ſeruanda.13. quæſtio.j.vltima voluntas,& ibi gl.& ea quę ad certũ vſum largitione ſunt deſtinata fidelium,ad illum debent non ad alium adaptari & conuerti, ſalua ſemper auctoritate ſedis Apoſtolicę,de relig.domi.quia contingit,in cle.etiam pium,& ibi nota. in glo.& ſicut hoc non habet in facto, ita nec in modo, nec in loco,de reſti.ſpolia. Piſanis. ex cauſa verò hic licèt puto in illo loco fieri,be teſta.vos quidem, & per epiſcopum vel inferiorẽ à Papa.Ad ſecundum dicitur ꝙ non per alium quàm per Papã ſine cauſa,vt ſupra in alio caſu.Et contra omnia, iſta plenè vide quod no.Dominus Lapus in cle.quia contingit, prẽalleg.& Bart.de Saxoferrato in libello ſuo Minoricarum,in d.capi.ij.& 3.vbi omnino vide. Ad tertium dicitur idem per omnia, & facit ad quęſtionem,quod not.Spec.de inſtr.edi.§. nunc verò aliqua.verſicu.quid ſi teſtator. & quęſtio.Ioan. de Deo relata ibidem per Ioan.And.de illo qui relictis hęrede & trib. commiſſariis iuſſit ędificari & dotari eccleſiam, quo mortuo duo cõmiſſarii conuertere volunt illud legatum in transferendo vnũ monaſterium malè ſituatum ad locum debitum, tertius commiſſarius & hęres diſſentiũt, & hoc tenet ꝙ nedum duo ex tribus,ſed nec tres facere poſſent contra voluntatem hęredis, an in eccleſia nouiter inſtituenda ius patronatus acquiri debet.remittit Ioan.And.ibi ad ea quę ſcripſit in dicto capit. nos quod, de teſta.ſuper verbo,ędificetur.verum quia in prædictis excluditur auctoritas Apoſtolicæ ſedis,& meritò, quia ipſe, vt nota. Guil.de Monte Laud.in d.cle.quia contingit, poteſt in omnibus legatis ad pias cauſas facere quicquid vult.

66 † Quid de legatis Apoſtolicę ſedis, nunquid poterũt iſta legata conuertere vel mutare ſine cauſa.Reſpon. gloſſ. ordin. in d.cle.quia contingit,ſuper verſicu. apoſtolicę, videtur ſentire quòd not.Dominus arguit pro & contra,& dicit idem ſentire.

67 † Quid ergo ſi teſtator legauit per executores ſuos in fundo ſuo fieri hoſpitale ipſumque dotare ad vſum pauperum,executores volunt auctoritate prælati facere vnam eccleſiam religioſorum,quæritur nunquid poſſunt? Reſpond.hanc quęſtionem ponit Dominus Lapus in d. cle. quia contingit. arguit pro & contra,& tenet ꝙ non poteſt. refert tamen Ioann. Andr. cum quibuſdam aliis iuriſtis conſuluiſſe contrariũ, videlicet ꝙ poſſint,dicens,quòd qui melius & maius facit,non dicitur facere aliud,ſed idem facit. cum igitur plus ſit & melius facere eccleſiam religioſorũ quàm hoſpitale,ibi latius vide, & clarius per venerabilem Dominum Bar.præfatum in loco prẽalleg.

Offert ſe modò alia quęſtio, an reſeruatio
68 † facta generalis de beneficiis per Papam Ioann.XXII. cõprehendat hoſpitalia collegiata,in quibus ſunt diuerſi laici eligentes ſibi rectorem, quandoque clericum, quandoq; laicum.Reſpond.hanc quæſtionem mouet Domi.Fede.in opere ſuo,cap. 270.& tenet ꝙ non mouet eum,quia nomine eccleſiarũ monaſteriorum vel prioratuum,non comprehenduntur hoſpitalia,ſiue in materia fauorabili,ſiue in materia odioſa, & ſemper illa tria,videlicet eccleſię monaſteria & pia loca ponuntur vt diuerſa & ſub diuerſis vocabulis nuncupantur, & ſic non ſunt idem:quia & ſi reformatio talium locorum pertineat ad Papã propter vacationem diutinam, fraudaretur hoſpitalitas contra mentem iuris,de relig.do.capitu.ij.in cle. ſecundum eum.

69 † An rectores hoſpitaliũ poſſint adminiſtrare vel agere ante prẽſtitum iuramentum,& ante confectum inuentarium, ad quem tenentur per cle.quia contingit, de relig. domi. Reſpõ. hanc quęſtionem mouet Pau.in prẽalleg.cle. quia cõtingit,& dicit ꝙ non,ſicut nec tutor vel curator, & omnia poſſunt opponi contra iſtos, quæ contra tutores & procuratores opponi poſſunt virtute iuramenti & inuentarii non prẽſtiti & non confecti,cum adminiſtratores ad hęc duo tenentur. Cum aut ſupra in quęſtione quęſiuerim, an poſſit fundari eo pacto, vt oĩa bona quę obuenerint, vendi poſſint & pauperib. erogari.

Quęro modò, nunquid valeat conſuetudo, per quam omnia bona ſibi relicta & immobilia liberè alienat & ĩ vſus pauperũ deputat. Reſp.ꝙ valeat ead.rõne,de qua s̃ in d.q.dictũ eſt.

Ex his

70 † Ex his quęro, nunquid in alienatione bonorum immobiliũ hoſpitalis requiratur ſolennitas iuris, quę requiritur in alienatione rerum eccleſiaſticarum? Reſpond. Petr. de Bella. vt refert Pau. in d. cle. quia contingit, de relig. do. ꝙ decretum eſt neceſſarium in immobilibus. in his autem, quæ ſeruando ſeruari nõ poſſunt, non alleg. C. de admini. tut. l. quæ tutores, & iſta faciunt ad id, quod ſeruat hoſpitale Sanctæ Mariæ Nouæ de Florentia, cuius rector conſueuit de triennio in triennium impetrare licentiam a Domino epiſcopo vendendi & alienandi bona immobilia, quę obuenire contingit ipſi hoſpitali & vigore illius licentię plurima vendit.

71 Quæritur, nunquid id fieri † poſſit de iure? Reſpond. non eſt dubium, quod dicta licẽtia nõ ſufficeret in bonum eccleſiarum, niſi requiratur materia, ſcilicet cauſa iuſta & forma tractatus inferiorum & auctoritas ſuperiorum, vt in quæſtione ſuperius alleg. Sed talis licentia diffuſa vaga & incerta non poteſt prædicta includere, ſed in hoſpitalibus, puto idem ſi loqueremur de dote primęua, quę conſtituta fuit, & ſine qua epiſcopus non poteſt pati, debet hoſpitale de nouo erigi, vt ſupra dictum eſt. Sed de bonis obuenientibus & relictis vel oblatis fidelium iſta facilius vẽdi poſſunt, quia cum ſemper eſt cauſa vniuerſalis perpetua, & iuſta, ſcilicet vt diſtribuantur in vſus pauperum, & ideo dicta licentia generalis poteſt ſe legitimè ad dictam perpetuam cauſam referre, & ſi valet in hoc conſuetudo per ſe, vt ſupra dictum eſt, fortius conſuetudo cum licentia epiſcopi, & ſic obſeruantia dicti hoſpitalis Sanctæ Mariæ Nouæ videtur de iure poſſe ſuſtineri.

72 † Venit in quæſtione, nunquid hoſpitale poſſit præſcribere decimas, vel alia iura ſpiritualia? Reſpon. ſic, nam ex quo hoſpitale eſt locus religioſus auctoritate epiſcopi erectus, talia poſſunt ſibi accedere, de præben. cle. per literas. & probatur, & no. in d. cle. quia contingit, ſed non poteſt præſcribere ſepulturam pauperum & habere presbyterum celebrantem ibidem diuina & miniſtrantem eccleſiaſtica ſacramenta.

73 † Solet etiam dubitari, an rectores hoſpitalium faciant fructus ſuos, ſicut alij clerici. Reſpon. dicit gloſſ. in d. cle. quia contingit, quod non, etiam ſeparatos a ſolo. quid ſit verò de clericis, de offic. ordi. præſenti. lib. 6. plenè de materia, &c. Idem not. Zenze. in dicta clemen. quia contingit.

74 Quot ergo pauperes † rectores hoſpitalium receptare poſſint & teneantur? Reſpõ. quot ex fructibus & facultatibus ipſius hoſpitalis commodè poſſint receptari, ita dicimus in moralibus, de ſta. re. in cap. j. lib. 6. ita in clericis inſtituendis, de inſtit. c. j. ita in procuratione habenda eſt ratio facultatis, de cenſi. ſopitę, de concor. ita etiam nota. Zenz. & per hoc patet, ꝙ plus abundanter ad receptionem plurium tenebitur. hoc tamen ſecundum Pau. non habet locum in leproſariis, quia i bi ſunt continui, & ideo in anno ſterili non poſſunt eiici. ab initio enim debuerũt tot recipi, quot poſſent commodè ſuſtẽtari, ſicut in aliis eccleſiaſticis, de vita & honeſt. cle. quoniam, cum ſimi.

75 † Sed nunquid poterit hoſpitale per perſonam aliàs habilẽ haberi vel præſcribi in proprietate vt oportet, vt li. nõ conteſt. c. ij. de eo, qui mit. in poſ. cau. rei ſer. c. j. & ij. & eod. titu. cum, lib. 6. fortius in hoſpitalibus. Item regetur per cuſtodem & familiarem eccleſiæ vel loci, qui tale hoſpitale præſcripſit. Idem puto de menſa etiam eadem ratione: quia & ſi eccleſia poteſt eſſe de menſa alterius, & per illam regi ſine proprio rectore, de cõceſ. præben. in cle. j. & idem puto quod poſſit competere ponere & mouere hoſpitalarium ad nutum alicuius prelati eadem ratione, quia & de eccleſiis hoc dicimus in cle. de ſup. negl. prela. qa regulares, & ibi per Pau. & in capi. cum ſingula. de prẽben. lib. 6. fortius in hoſpitalibus.

76 † Præterea, quia tractatur de leproſariis, quęro nunquid leproſarii ſepeliantur cum aliis in cimiteriis. Reſpond. not. in ca. ſacris, de ſepul. quod non, eo quia alia non communicant, nec licèt cõicare ſibi in vita, de eccle. ædi. c. ij. de coniug. lepro. capi. j.

77 Quid ſi quis elegerit † ſepulturam apud eccleſiam hoſpitalariorum, nunquid eccleſia parochialis debet habere canonicã portionem de relictis eis? Reſpond. ſecundum Hoſtien. & Ioan. And. poſt eum, qui hoc nota d e ſepul. in noſtro, quod eccleſia parochialis de omnibus relictis pro anima debet habere canonicam, ſiue relinquatur eccleſię, ſiue eccleſię & fratrib. ibi morantib. ſiue in genere, ſiue in ſpecie, ſiue dicatur, relinquo hoc tali hoſpitali, argumen. ad hæc. ff. de annu. leg. l. annua. immo ſecundum quoſdam, ex quo elegit apud hoſpitalarios ſepeliri & de relicto hoſpitali Hieroſolimitano ſi expreſsè dicatur nõ pro anima debetur canonica, quia tunc quod relinquitur præſumitur dari tacitè pro anima & pro ſepultura. de ſepult. de his, facit quod not. per Ioan. Andr. in nouel. in glo. iudi.

78 † Quid ſi non elegerit ſepulturam, tamen de iure ibi ſepeliẽdus eſt, quia is dedit ſe & ſua, quia factus erat frater, de priuileg. vt priuilegia. vel quia erat ibi ſepultura parentum, eodem titu. capit. j. Reſpond. ſecundum Ioan. And. & Hoſtien. in dicto ca. in noſtra, quòd parochialis eccleſia debet de omnibus percipere canonicam portionem, ex quo in eorum eccleſia ſepelietur de iure ſine electione.

79 † Quid ſi ibi ſepeliri non potuit per caſum fortuitum, puta quia tempore mortis teſtatoris locus ille ab hoſtibus occupatus erat, vel quacunque alia de cauſa iuſta, puta in bello mortuus & ipſius corpus diſcerni non potuit. Reſpond. Hoſtien. & Ioan. And. poſt eum, in dicto capitu. in noſtra, dicit ꝙ de omnibus legatis habebit eccleſia parochialis ſuam canonicã portionem. ſecus ſi dixiſſet, relinquo hoc eccleſię, in qua ſepeliar, & iſtud hoſpitali: tunc enim de relicto eccleſiæ, in qua ſepultura eligitur, debet dari canonica portio, & non de relicto hoſpitali, quia hoſpitalarii ſunt exempti, & de his quę legantur locis exẽptis, niſi ibi eligatur ſepultura, eccleſiaſtica portio nõ miniſtrabitur eccleſię parochiali, alleg. de teſt. offic. & capit. requiſiſti, & de ſepul. de his, & capitu j. ea enim, quæ ſic diuiſim ſunt hoſpitali relicta, non videntur relicta pro ſepultura, ſed aliàs pro anima, & de his nihil eſt deducendum.

80 † Quid ſi nec de iure debuit ſepeliri apud hoſpitalarios, nec elegit ſepeliri, ſed de facto aliàs ſepultus eſt? Reſpond. ſecundũ Inno. & Ioan. Andr. poſt eum, in prædicta decre. in noſtra, tũc de relictis, nec totum, nec partem reddet parochiali eccleſiæ, ſed corpus tantum, & oblationes, & alia quæ occaſione ſepulturæ ad eos peruenerunt, vt de ſepultu. ex parte.

81 Quid ſi hoſpitale habet parochiam, ſeu † prius loquẽdo parochia habet eccleſiam, quæ eſt hoſpitale? Reſpond. ſecundum Innocẽ. tũc debet dari tanquàm de diœceſi. Non obſtat ſi dicatur exẽpta eſt eccleſia, & ſic nullam communionẽ in illam habet epiſcopus, vnde nil percipere debet, argumẽ. de teſtamẽ. requiſiſti. §. ſecus. licèt eccleſia ſit exempta, cuius adhuc habet communionem cum ea propter populum, quem tenet. ad hoc de priuileg. ex ore. de verborum ſignificatio. veniens. & capit. ad perpetuam. in quibus probatur, tum ex text. tum ex glo. quod nec templarij, nec hoſpitalarii ſunt in hoc exempti.

82 † Item & loca exempta de lega. eiſdem a parochianis non exemptis relictis tenentur ſoluere canonicam portionem, ſecundum Innoc. qđ ad hoc not. de ſepul. relatum. quamuis ſupra contrariũ videatur dicere. Sed tu diceres, ſecundum Ioan. And. quod ſupraſcripta iura loquuntur de portione canonica epiſcopali, quam nõ ſoluunt exempti, ſed quod proximè ſupradictum eſt de canonica parochiali.

83 † Quid ſi teſtator dixit expreſsè, hoc relinquo hoſpitali non pro ſepultura, ſed alia cauſa iuſta, de tali cauſa nil recipiet parochialis eccleſia, niſi relinquens ſe tranſtuliſſet ad hoſpitalarios, de ſepultu. de his. vel vbi eccleſiæ hoſpitalis datum ſit ad vitã ꝙ quicquid dicitur de vno, neceſſe eſt etiam intelligi de alio, puta quia hoſpitale cum eccleſia ſua exemptum eſt, nec in ſpiritualibus, nec in temporalibus aliquid eſt in eis diuiſum ſpecialiter & ſeorſum, & hoc caſu de relicto eccleſiæ deducetur portio. & ſi dicatur ꝙ non intuitu eccleſiæ ſit relictum & ecõuerſo, quia ſecũdum prædicta de facto ſuppoſita ſic ſunt de ſuo iure ꝙ ſeparari non poſſunt. Sed dices, ſemper eſt diſtinctio inter eccleſiam & hoſpitale, quia prior clericorum ſacerdos poteſt abſoluere fratres, de ſent. excommu. canonica. quod nõ poteſt magiſter laicus. ergo ita poſſes obiicere, ꝙ frater ſacerdos poteſt conficere, non frater laicus, talia non faciunt diuiſionem inter eccleſiam & hoſpitale, ſed potius inter clericos & fratres laicos, vel potius inter officia. hoc in officium abſoluendi datum eſt priori domus ex priuilegio, ꝙ poſſit habere etiã ſi ibi non eſſet eccleſia, ſic & alii officiales domus alia ſua officialia ſpecialia diſtincta ab inuicem habent & ſeparata. 89. diſtinctio. ſingula, de hac ſeparabilitatis materia, de priuileg. paſtoralis, ſecundum Innocent.

84 Rurſus quæro, cum huiuſmodi loca ad † ad pios vſus deputata diuerſis nominib. nominentur, vt dicam in quæſtione, & horum aliqua habent altaria in quibus celebrantur diuina, aliqua habent ſimpliciter domus in quibus obſeruatur hoſpitalitas, & alia pia opera pietatis. Item eorum aliqua fuerunt fundata & deputata ad pios vſus p laicos ſine auctoritate epiſcopi, & huiuſmodi locis multa per fideles in vltimis voluntatibus relinquuntur pro remedio animarũ ſub diuerſis modis & verbis, de quibus quæritur, an ab eis de dictis relictis epiſcopus quartam petere poſſit? Reſpond. ſuper hoc compoſuit Reuerendiſſimus Pater & Dominus Franciſ. de Eluſi. Decre. Doctor ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalis tẽpore quo erat Epiſcopus Cluſinus opuſculum breuè, quod diſtinguit in principales quæſtiones quinque.

Primò quæritur, an dicta loca teneantur ad quartam.
Secundò, quid de monaſterio & piis locis exemptis.
Tertiò, de quibus relictis loca prædicta vel ſimilia quartam ſoluere teneantur,
Quartò, quid iuris de relictis priuilegiatis.
Quintò & vltimò reſpondet ad quædam contraria.

Quantum ad primũ probat per multa iura, ꝙ loca ſint pia.

ſubdit

Source : BIU Cujas

ſubdit ꝙ omnia loca pia ad quartã tenentur,de teſta.offic.& c. requiſiſti.Cõcludit,p̃dicta loca ad quartã teneri.dicit Hoſt. hãc ſuã probare & tenere,in ſum.de ſepul. Itẽ ſub hac prima q̃ſtione dicit,ꝙ nõ ſolũ p̃dicta loca tenẽtur, ſed & loca exẽpta q̃cũque,vt no.Hoſt.in ſum.§.& a quib.& hoc probat multis rõnib. 92

Deinde proſequitur, de quib. relictis huiuſmodi quarta debeatur. concludit ꝙ de omnibus relictis pro anima , & declarat quæ dicãtur pro anima relicta, videlicet quicquid relinquitur eccleſię vel pio loco,etiam ſi de anima nulla fiat mentio in legato.Item quicquid ab extraneo prẽlato etiam ſi nomen prẽ- 93
lati ſit expreſſum in legato.

Itẽ dicit,quartam deberi de relictis hoſpitali iure inſtitutionis.Item ſecundum eum , de relictis pauperibus alicuius pauperis hoſpitalis,quia legare pauperibus certi hoſpitalis vel loci idem eſt,quod legare ipſi hoſpitali,vel loco,quod expreſsè no. Ioan.And.in cle.dudum,quãtuncunque de relicto ſimpliciter pauperibus gabella ſolui non debet.Item de omnibus, quæ defunctus pro anima in vltima voluntate reliquit hoſpitali.Item non ſolùm de mobilibus,ſed de immobilibus,puta pratis,molendinis,vel aliis.

Item debetur prędicta quarta , quandocunque fecerit teſtamẽtum teſtõr,ẽt in ſanitate, & multo tempore ante mortem.

Amplius autem , cum ſupra pater & Dom.noſter,Dominus Vrbanus per ſuas literas caſſauerit & reuocari mandauerit ſub infraſcripta forma.

¶Vrbanus Epiſcopus, Seruus ſeruorum Dei &c.

90 QVamuis † ſuper reformatione, regimine atque cura xenodochiorum , leproſariorum , & hoſpitaliũ per conſtitutionem fœlicis recordationis Clemẽtis Papę V. deci.noſtrę quę incipit,quia cõtingit, fuit vtiliter ſacro approbante concilio prouiſum,vt hi ad quos premiſſa de iure vel quouis ſtatuto ĩ ipſorum fundatione appoſito ꝙ ex cõſuetudine preſcripta legitimè vel priuilegio Apoſtolicę ſedis pertinet de ipſis fuerunt honorati quanta cum negligentia in hac parte omiſſa fuerit hactenus & committatur quotidie frequẽter rerum experientia manifeſtat , Nos igitur talium negligentię animarum & periculis obuiare volentes & leproſorum & aliorum ne debitis eis alimentis inhumaniter fraudẽtur indẽnitatis pietatis ſtudio prouidere , prout nobis ab Apoſtolicę ſeruitutis incumbit officio intercedentes omnes collationes,prouiſiones,commiſſiones , confirmationes , ſeu commendas de xenodochiis,leproſariis,ſeu hoſpitalibus,quę tamẽ de militaribus ordinibus aut aliis religionibus non exiſtãt, per prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices aut legatos dictæ ſedis,ſeu alios quoſcũque Apoſtolica vel alia quauis auctoritate ſub quacunque forma vel concepta verborum quibuſcũque perſonis eccleſiaſticis ſecularibus vel regularibus aut laicis etiam clericis ſecularibus in beneficium prętextu cuiuſcunque conſuetudinis ſint collata,niſi in eorum fundatione ſecus conſtitutum extiterit , ſeu per electionem ſic de rectorib. piorum locorum huius prouidendum eadem auctoritate Apoſtolica reuocamus,caſſamus.& annullamus,& nullius firmitatis eſſe decernimus, volentes & mandantes ꝙ hi ad quos eorũdem locorum commiſſio ſeu ordinatio ꝓtinet intra duos mẽſes poſtquã huiuſmodi noſtra reuocatio,annullatio , & decretum ſeu cõſtitutio in ciuitate ſeu dioeceſi ,in quibus huiuſmodi pia loca conſiſtant fuerint publicatæ continuè ad cõuocãdum ipſorum locorum gubernatio viris prouidis & idoneis honeſtis,ac boni teſtimonii , qui ſciant & velint eadem loca eorumque bona & iura vtiliter regere ipſorumque redditus & prouentus in vſum miſerabilium perſonarum , prout ad hoc deputata fore noſcuntur fideliter diſpenſare & ſecundum formam dictę conſtitutionis conuertere non poſtponant ,& aliã conſtitutionem eandem obſeruent,& per illos quibus loca illa commiſerint faciant obſeruari , prout in literis ante confectis plenius continetur,quo circa fraternitati tuæ &c.

91 Circa iſtam nouam conſtitutionem † poſſunt oriri quàm plurimę quæſtiões. Prima ſic, cum Papa caſſat & irritat omnes rectores hoſpitaliũ exceptis quibuſdam,vt ſupra & mandat illa reformari intra duos menſes a die publicationis ſeu antequàm dicti duo menſes incipiãt currere.Reſpond.poto ꝙ ſic , quia conſtat hoſpitale vacare & carere rectore,vel conſtat ꝙ poteſtas reformandi illud nõ eſt ſublata per Papam his ad quos ſpectat,& nulla debet eſſe vacatio,cui non ſit parata prouiſio,ergo poterunt. Nec obſtat tempus duorum menſium,ſiue per Papam aſſignatum , quia illud non excludit,quin primò poſſint facere, datur autem ad accelerandum prouiſionem non ad protelandum,ita publicatio fit pro ignorantibus ſed qui certus eſt certiorari non debet , vt in regula,qui certus,de regu.iur.lib.6.Et ſic videtur , ꝙ hi ad quos ſpectat,poſſint ignorantiam allegare & ad accelerandum prouiſionem,non ad ſuſpendendum , & vna res non debet operari diuerſos effectus,& ita feci prius obſeruari in hoſpitali Sancti Miniati de prope Florentiam. fateor tamen ꝙ ante dictam publicationem hi,ad quos ſpectat,non arctantur.

† Secunda quæſtio ſit iſta, pone poſt dictam publicationem & poſt lapſum duorũ menſiũ hi ad quos ſpectat, nõ conferũt, vel cõmittunt,nunquid poſtea conferre poterunt? Reſp. ſi res eſt integra,puta quia nõ ſunt collata alteri p alium q poſſit,puta qđ per decre.ſi tibi abſenti, de p̃bẽ.lib.6.qa eſto ꝙ mãdet intra duos menſes conferri, non tñ aufert poteſtatẽ conferendi alteri,immo tenet facta alteri collatio,vt ibi loquitur , & nota.

† Sed huiuſmodi occaſione quęro , ad quem dicto caſu deuoluatur poteſtas conferendi ſeu comittendi dicta hoſpitalia nõ cõmiſſa intra duos menſes a tempore dictæ publicationis p eos,ad quos ſpectet. Reſp.Dom.Papa , non eſt dubiũ ꝙ ſemper & vbique omnium beneficiorũ & hoſpitaliũ collator ordinarius eſt,in decre.ij.de p̃ben.lib.6.& de epiſcopis vĩ dubiũ, nam Dominus Papa in ſua cõſtitutione non attribuit poteſtatem conferendi ipſa hoſpitalia alii , nec videtur per dañ. mandatum de conferendo illa intra duos menſes auferre poteſtatem his,ad quos ſpectat,vt s̃.dictũ eſt,immo vĩ potius quędam excitatio,quam fecit eis vt conferãt,de offi.ordi.cũ cõtingat,de reſcri.cũ aliquib.lib.6.& ſic nõ videtur deuolui ad epiſcopum.

Item ſi Concilium Lateranen. habet locum in hoſpitalib.fortè dici poſſet ꝙ deuoluitur ad epiſcopum pp negligentiã,& cũ quaſi ſex menſes dati in dicto concilio ad conferendum ſint iſto caſu reducti ad duos,ſed cum cõcilium dictum non habeat locum in hoſpitalib. vt s̃. dictũ eſt, & not.Pau in d. clemen.quia contingit , patet quia ex vigore non poteſt fieri dicta deuolutio. in contrarium videtur facere, ſcilicet ꝙ epiſcopus poſſit iſto caſu procedere non ex cõcilio Lateranen.vt præfertur, nõ etiam quia ſit ſublata his ad quos ſpectat,vt prędixi,ſed quia conſtat eos negligẽtes,quam negligentiam termini tranſacti declarat, ſecundũ ea quę notari ſolent in decre.extirpandę,de prębẽ.Sed conſtat ꝙ epiſcopus ex generali officio ſuo poteſt ſupplere negligentiam inferiorum. ſupplendo ergo negligentiam complent vel committãt ſimile,qđ no.in decre.c.ex parte Aſtenſis,de cõceſ.p̃ben.licèt.n.vbi nõ eſt numerus prębendarum vel canonicorum,nõ dĩ vacare locus,& ſic non eſt locus deuolutioni , qã cõcilium Lateran. cum ſimi. inferiores admoniti per epiſcopum nõ reformant etiam canonicis opportunũ vel conſuetutũ,epiſcopus ſupplẽdo negligentiam hoc facit. Item facit hic dicta clement. quia contingit,quia epiſcopus committet ſuppletionem negligentiæ ad eorum,ad quos ſpectat,vt in dictis hoſpitalibus circa ea, quæ facere debent,fortius in hoc tanquàm in fundamẽto. ſunt tamen qui dubitant ꝙ poſt dictos duos menſes dicta hoſpitalia vacent in curia ea rõne , quia Papa caſſando & aſſignando terminum duorum menſium vel appoſuiſſe manus ſuas & ad ſe reuocaſſe negotium.& ſic inferior intromittere ſe non poſſit. Item quia iſta caſſatio facta in curia tales rectores ibi mortui finguntur & ſic vacare in curia dicantur per decreta.prędicti,de p̃bẽ.lib.6.& hoc,vbi illa decre.locũ haberet in hoſpitalib. de quo s̃.tactũ eſt. iſtum articulum pro modo non decido,ſed reſeruo pinguiori examini,facit ad hoc,capi.j.vt lit.pen. in cle.

94 Item quæro, an dicta quęſtio vendicet ſibi locũ † in hoſpitalib. ad q̃ conſueuit poni rector ad prędentationem laicorũ & cõmrmationẽ epiſcopalẽ vel alterius,hoc eſt dicere qđ Papa in dicta ꝯſtitutione excipiat hoſpitalia,ad q̃ rector nõ p electionẽ propriè, ſed p prędentationẽ laicorũ & confirmationẽ ſuperioris aſſumunt.iſtã quæſtionẽ & aliàs tetigi & decidi in quodã cõcilio per me reddito in facto hoſpitalis de Prato epiſcopi Piſtorien. dioeceſi. vacantis, per obitum magiſtri Ioã Pau.in Romana curia abbreuiatoris, & ibi arguo pro & contra. Concludo tamen, ꝙ dicta exceptio locum habet, & quod dicta conſtitutio priuata non vendicat ſibi locum in illis,ibi plenè vide, & hoc dico ibi fore clariſſimum,ſi eſſent clerici præſentantes, cum ipſorum præſentatio ſit electio per iura allega.

† Porrò circa p̃dicta quęro,nunquid ſi in quodam hoſpitali ſunt cõuerſi laici,puta nõ profeſſi,qui conſueuerunt ſibi eligere rectorẽ & confirmari p epiſcopum, nunquid iſta ſit ꝓpriè electio,ita ꝙ includatur in exceptione dictę cõſtitutionis Vrbani,& qđ caſſatio p̃dicta non habet locũ in eo.Reſp.hanc quęſtionẽ tetigi & decidi in dicto conſilio p me reddito ,& argui p & ꝫ,& pleniſſimè cõcluſi qđ erat & qđ cõcludebat in dicta exceptione,& ibi vide.Itẽ ẽt tetigi & decidi , nunqd in electione talium conuerſorũ & hoſpitaliũ vẽdicare ſibi locũ decre. qa pp.de elect.& tenui qđ nõ vendicat ſibi locũ,ibi vide. Vlterius etiã in d.cõcilio tetigi vnã quęſtionẽ nouiſſimã & inauditã.Nã dicta cõſtitutio Vrbani, q̃ caſſat oẽs rectores hoſpitaliũ & reponit,& excipit ſub hac forma, q buſcũq; perſonis eccleſiaſticis ſecularib.vel regularib.aut laicis factis ẽt ſi clericis ſecularibus in bñficium p̃textu cuiuſcũq; conſuetudinis ſit collatũ in illorũ fundatione,ſecus ſi cõſtitutũ extiterit,ſeu p electionem ſic de rectore priorum locorum huiuſmodi prouidendũ. No.

quod

quod hęc exceptio pōt ad ſuperiorem referri duob. modis, vno modò q̄ generaliter ad totum diſpoſitum dictæ cōſtitutionis, vt ſit ſenſus q̄ non intendit ipſa cōſtitutio priuare aliquem rectorem aſſumptum ad aliqđ hoſpitale p̄ ipſam electionē, ſiue ſit laicus, ſiue clericus, & tunc electi, vt ſupra dicebatur p̄ conuerſionem non eſſent priuati, p̄ſentati per laicos & confirmati per epiſcopum, tenendo quod ſupra tenui tales includ̄tur ī dicta exceptione electionis, & ſm iſtum intellectum modici rectores eſſent priuati per ipſam dictam conſtitutionem: nam rectores electi vel priuati vel confirmati, quorum maior eſt numerus, ſed ſolum rectores quibus ſimpliciter fit commiſſio hoſpitalis per eos ad quos ſpectat. alio modo poteſt referri dicta exceptio ad proxima præcedentia, aut ſit ſenſus q̄ prædicta cōſtitutio ceſſat in rectores clericos, quibus p̄ętextu alicuius conſuetudinis talis hoſpitalia fuiſſent in beneficiū collata, niſi in fundatione talis hoſpitalis, quod licèt in beneficium eſſet ordinatum q̄ in beneficium haberet̄, vel ipſe clericus ad hoſpitale totale eſſet per electionem conſtitutus aſſumptus, quo caſu ipſi clerici non ſunt priuati, & ſecundum hoc omnes laici rectores etiam ſi fuerunt aſſumpti per electionem etiā ſi in fundatione aliter eſſet inſtitutum ſunt priuati. & tunc dictū Vrbani eſt minoris effectus & plus ī cludit, & hoc puto eſſe verū intellectū cōſtitutionis p̄dictæ, & ita conſului in dicto negotio, qđ quia dictus magiſter Ioan. Pau. Abbreuiator, erat laicus, quantuncunq; fuerit electus per cōuerſos dicti hoſpitalis, tñ dicta conſtitutio in eo locum vendicabat & priuatus erat p illam, & ſic per mortem ſuam vacauit, cum ante eſſet priuatus, & ſic inferebat q̄ in curia non vacauit.

96 Occurrit quæſtio, an ſi detur pecunia † p hoſpitali habēdo, committat̄ Simonia? Reſp. q̄ non, ga hoſpitale de ſe nō eſt beneficium eccleſiaſticum, nec eius rector hēt tractare diuina vel ſpiritualia. Simonia aūt dr̄ ſtudioſa voluntas ſiue cupiditas emēdi vel vēdendi ſpiritualia vel ſpiritualib. annexa, ſm Dama. & alios Do. vel eſt ſpiritualium vel annexorum ſpiritualib. p̄cedente pacto p̄dicta cōdictio mō ſeruitii p̄tii vel cuiuſcunq; tēporalitatis receptio, ſm Hoſt. in Summa, eo. tit. § j. ver. 12. ergo ꝯriū vr̄ ꝓbari j. q. 7. ſi quis omnes. ad fi ver. quicunque. & prope canoñ. &c. & hoc ibi no. gl. ſuper verbo, religioſi. immo etiam ſi detur ꝓ adminiſtratione pauperum, & no. ibi gl. ſuper verbo, orphanotrophorū, & videtur probari hoc j q. 3. Saluator. vbi dare pecuniā pro officio aduocati caſtaldi vel iudicis etiam committitur Simonia. & glo. quę eſt ſuper ver. iudex, tangit iſtam quæſtionē, & recitat opin. contrarias. Hugo dixit quod in omni adminiſtratione rei eccleſiaſticę committitur Simonia, vt not. eadem cauſa & q. §. is ita. in princip. & eſt Simoniacum, quia prohibitum, alii dicunt q̄ Simonia eſt, ſi adminiſtratio eſt talis quod habet aliquod hoſpitale annexum, facit ad hoc quod nota. de Simonia conſulere.

96 † Nunquid in impetratione beneficii debet fieri mentio de hoſpitali? Reſpond. ſi confertur in beneficium clericis, non eſt dubium: ſi autem committitur ſecundum formā cle. quia cōtingit, eſt dubium, quia potius eſt officium, & temporaliter, vnde de vicaria temporali non fit mentio. de reſcrip. poſtulaſti. à contrario ſenſu. Item eſt ſimile, quod ibi not. de p̄ſtimoniis. vnde tale hoſpitale, quod confertur in laicis, in ſola temporalitate conſiſtit. Sed puto faciendam eſſe mentionem, quia non eſt temporalium, ſecundum conſuetudinem generalem. Item not. Feli. quod non eſt omnino prophanus titulus, ſed eccleſiaſticus: vnde etiam accedunt ſibi ſpiritualia, & dos ſtatuit̄ à principio. Item ex quo clericus eſt rector, conſtat q̄ exinde debet viuere & poteſt, ergo impetrando beneficium debet hoc dicere, ſicut de titulo patrimonii, ad quem eſt ordinatus, quia omnia debent exprimi, quę poſſunt ipſum mouere, vt dicta decreta. poſtulaſti. & ſi proponente. eodem titu. & c. cum teneamur.

98 Nunquid beneficium cū hoſpitali† poſſit ꝓmutari? Reſpon. hanc quæſtionem mouet Fede. de Senis in opuſculo ſuo permuta. & tenet q̄ ſic, & ſi hoſpitale confertur in beneficium clericis, ſecus ſi hoſpitale ſit conceſſum laicis.

99 † Sed ſi hoſpitale eſt conceſſum clerico vel bono viro, non in beneficium, putat ipſe q̄ poſſit fieri permutatio, quia nō eſt titulus totaliter ꝓphanus, nec poſſet vendi ſine vitio Simoniæ.

100 † Sed quid poteſt opponi contra rectores iſtorum Hoſpitalium? Reſpon. hanc quæſtionem tangit Spec. in titu. de orphanotropho. & dicit q̄ poteſt opponi q̄ non fecerit inuentariū ſolenniter, & quod ſit minor 25. annis. C. de epiſco. & cleri. orphanotrophos. C. de tuto. l. vlt. Item quia eſt turpis perſona vel ſuſpectæ vitę. ff. ſol. mat. ſi cum dotem. §. eo autem. vel q̄ eis eſt interdicta adminiſtratio. 3. q. j. quia de accuſa. capit. fin.

101 † An clerici teneantur ad hoſpitalitatem. Reſpondeo ſic. de præbend. de monachis. 42. diſtinct. § j. 85. diſtin. Florentinum. 16. quæſtio. j. capitu. vltimo.

102 † Sed quæro, infra quantum tempus debet compleri hoſpitale. Reſpond. Hoſt. in Summa de eccle. ędifi. §. ij. dicit q̄ intra annum, ſi fit oratorium, infra quinquennium. in auct. de eccle. titu. §. ſi quis autem voluerit. quod eſt intelligendum de eo, qui per ſe incępit & facit.

103 ſed in executionibus deputatis † ad hoc, ſi adſit facultas, non credo tantùm tempus dari, ſed ſaltem infra annum à die monitionis debet expleuiſſe. de teſta. nos quidem. & ſine monitione ſpeciali ſi eſſent queſtiones conſtitutionem mouētes in genere, vt habet communis obſeruantia. Ad quem ſpectat creare familiam perpetuam vel conuerſos in hoſpitali. Reſpon.

104 Cum ſupra dixerim, q̄ † concilium non habet locum in hoſpitalibus, quęro quid ſi ſit in hoſpitali certus numerus cōuerſorum ordinatus per conſtitutionem, vel in fundatione hoſpitalis & moriatur vnus, nunquid habet locum Concilium Laterañ. Reſpond. videtur q̄ ſic, arg. eorum quæ nota. in decre. dilectio. de præben. immo videtur q̄ non, quia membra ſequuntur neceſſarium capitis, ſi non habet locū in capite, nec in mēbro, deinde ac ſi abſurdum eſſet q̄ haberet locum in membris & non in capite & magis adhæret titulus tectus titulo eccleſiaſtico, quàm econuerſo.

105 † Offert ſe alia quæſtio, videlicet nunquid diœceſanus poſſit viſitare hoſpitalia infectorū ſuæ diœceſis habentia altaria, oratoria, & campanilia. Reſpon. iſta eſt quæſtio Dom. Fede. de Senis, quam ponit. 206. & ibi hoc ipſe examinauit diligenter, & concludēdo tenet q̄ ſiue ex teſtamēto, ſiue inter viuos à principio ordinatum fuit q̄ locus iſte eſſet ordinatus ad vſum hoſpitalitatis, ſiue interuenit auctoritas epiſcopi, ſiue non, poteſt per epiſcopum viſitari, vt viſitando inquirat, an illud ibi fuit, propter quod conſtitutum eſt, & propter quod fiunt ibi elee-moſinæ a fidelibus, maximè cum habeat̄ ſigna & forma conſtitutio loci pii & eccleſiaſtici & etiam ſic denominentur, ad hoc, de ſenten. excomm. ſi iudex laicus. libro 6. circa medium, & quod nota. Archid. de præben. cum de beneficio, in gloſ. fin. 40. annorum, libro 6. in fin.

TRACTATVS
DISPENSATIONVM
per epiſcopos, ac de Epiſcoporum præeminentia, cum formulis conficiendarum diſpenſationum indubitati Doctoris,

Domini Ioannis Randei Galli.

¶PRAELVDIVM.



VENITE ad Reuerendiſſimum Pariſienſem Epiſcopum, qui à ſancta ſede Apoſtolica ita meruit honorari, & obtinere, vt omnes tam religioſi quàm ſeculares, criminoſi inuenti in ſua diœceſi valeant, & poſſint ab eodem apprehendi & puniri, ac cōtra eos inquirere ad reformationē morum appellatione remota, prout refertur in capitu. licèt, extra de offi. ordin. Et hoc, ne ſanguis eorum de ſuis manibus vindictam requirat ad Deum, propter negligentiam, vt eodem titu. de offic. ordin. capitu. irrefragabili, per generale Concilium ordinatum ſic fuit, quare in ſua diœceſi inuenti & exiſtentes dicuntur ſui ſubditi. Necnon venite ad Reuerēdiſſimos Epiſcopos veſtros, omnes qui laboratis & onerati eſtis, & reficiant vos, inuenietisque requiem animabus veſtris, iuxta illud Matth. 11. capitu. Venite abſque argento & vlla commutatione.

(Contra pecuniæ obediunt omnia. Eccl. 10. Sol. Deus reſpicit corda, & nunc agitur de miſericordia, quæ præfertur ſacrificio victimæ & holocauſto.) & comedite vinum, & lac, quare appenditis argentum non in panibus? & laborem veſtrum nō in ſaturitate? audite audientes, & comedite bonum, & delectabit̄ in craſſitudine anima veſtra, inclinate ad me aures veſtras, & audite & viuet anima veſtra, ait Dominus, feriam pactū vobiſcum ſempiternum, miſericordias Dauid fidelis. Ecce epiſcopos teſtes populis dedit eos duces ac præceptores gentibus. Quærite Dominum, dum inueniri poteſt & prope eſt, dereliquatque impius viam ſuam & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominū, & miſerebitur eius, quoniā multus eſt ad ignoſcendum. Eſa. 55. illis etiam dixit Chriſtus, Ego diſpoſui vobis regnum meum, ſicut diſpoſuit mihi pater, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo & patris, quia pater & ego vnum ſumus, Ioan. 10. & ſedeatis ſuper ſedes iudicantes

duodecim

Source : BIU Cujas

duodecim tribus Iſrael.Lucę 22.c. Ipſi omnimodā poteſtatem habent ligandi,& ſoluendi nō vſq; ſepties,ſed vſque ſeptuagies ſepties.Mat.18.Honorateq; illos Reuerendiſſimos Epiſcopos, & ſubditi eſtote illis,ꝓut ex p̄cepto habetis.j. Petri.c.ij. Quoniā Deus etiā honorificat illos,iuxta illud Ioan.12. Qui mihi miniſtrat,me ſequatur:vbi.n.ego ſum,illic & miniſter meus erit, & honorificabit eū pater meus q eſt in cœlis, ſacrificate ſacrificiū iuſtitiæ,& ſperate in Dño Pſal.34. Nō derelinquet oēs,q ſperāt in eo.Pſal.33.Beati,quorū remiſſæ ſunt iniquitates,& tecta ſunt peccata.Pſal.31.Quoniā audiuit,dabit gaudiū & lętitiā pœnitēti.Et cor mundum creabit ſpiritumq; nouum innouabit,& exaltabit oſſa humiliata.Pſal.50.iuxta illd Apoſt.ij. Age pœnitētiā & prima opera fac. ipſe.n.enutriet,& non dabit in ęternum fluctuationem.Pręterea vos Reuerendiſſimi Epiſcopi, qui ſedetis ſuper ſedes iudicātes duodecim tribus Iſrael.Mat.19. perſonā Chriſti repræſentātes & vicarii Domini.33.q.5.c. mulier. (iuxta illud,Optaui & datus eſt ſenſus,veneruntq; mihi oīa bona pariter cū ſapientia,cui non valet cōparari aurū,nec lapides pretioſi.Sapien.6.Melior eſt.n. vir ſapiēs quàm fortis,& ſapientia quàm vires.Sap.7.) Et vocati eſtis in ſortē Dñi, conſiderate poteſtatē a ſummo Deo vobis collatā,qui vos de tenebris euocauit in admirabile lumen,& elegit dicēs,ego elegi vos de mūdo.Io.15.dixit etiā vobis: Ite, p̄dicate ī noīe meo &c.Mar.16. vt notum faceret in ſacr̄m ſapientię & prudentię ſuę remiſſionem peccatorum ſm beneplacitū eius propoſuit in eo in diſpenſationem plenitudinis temporum inſtaurare oīa in Chriſto,q̄ in cœlo & in terra oīa ſunt in ipſo.hęc autē ad Ephe.j. dicuntur,iuxta illud etiā Ioā.20.Quorum remiſeritis peccata, dimittunt̄ eis:& quorū retinueritis,retēta erūt.& Mat.16.Quodcunq; ligaueritis & ſolueritis ſup terrā,erit ligatū & ſolutum in cœlis.Quid eſt.n.dicere,ī noīe Dñi noſtri Ieſu omne genu flectitur cœleſtiū, terreſtrium,& infernorum,ad Phi.ij. niſi ꝙ primatū obtinet ſup oēs,cū oīum ſit cā cauſans & effectiua. Ioā.j. Oīa p illū facta ſunt, deſcendens a p̄re luminū, apud quē non eſt tranſmutatio.Iac.j.Cuius poteſtas eſt infinita, q etiā de peccatorib.facit iuſtos & ſanctiſſimos,& non vult mortē peccatoris,ſed vt cōuertatur & viuat,ac in dignitate permaneat, vt de Ezec.Dauide,Anna ſorore Aaron,Petro,Paulo,Auguſtino,cū plurimis aliis in numero innumerabili, de quibus impoſſibile eorum facta narrare eſſet,præſertim innumerabili,de quib.impoſſibile eorum facta narrare eſſet,præſertim inter p̄dicta reduco illud,qđ Dñs nr̄ & creator ait,Mat.9.Quid eſt,miſericordiā volo,& nō ſacrificium,nec ꝑ iuſtos veniſſe dr̄, ſed ꝑ peccatores,qa nō eſt opus medico bene ſe habentib.ſed malē.Oſeę. 6.Mat.ij.Propter qđ iuſti nolite ſuperbè peccatorib. rñdere, in illosq; ſæuire & ſpernere,qm̄ nullus pōt ſeipſum iuſtificare, nec ad gratiā ꝑ ſeipſum venire,atteſtāte Chriſto Ioā.6. Nemo pōt ad me venire,niſi pr̄ q miſit me traxerit eū, qm̄ aliqua accidunt nō ex peccato & offenſa,ſed vt manifeſtent̄ opera Dei,vt idē dixit Dñs de cęco nato,Ioā.9.ſed ſic cū peccatorib.pœnitētibus.& ab intimis dolentib.gaudete & cū benignitate ſuſcipite fratrē veſtrū errātē,& date ei ſtolā primā innocentię, annulū pacis infinitę induite illum & calciate & gaudenter cum eo epulate,ex quo reuixit qui mortuus fuerat,& q perierat inuentus eſt,qm̄ maius gaudium erit in cœlo corā Angelis Dei ſup vno Dei peccatore pœnitentiā agente, q̄ ſup nonagintanouē iuſtis,q non indigent pœnitētia,atteſtāte Chriſto Lucę 15. Sic de peccatorib.nolite iudicare illosq; reuertentes & pœnitentes nolite ſpernere.Quid enim iudicaſſes de Petro & de Paulo, qui tātis laborib.& bonis fidei ſe occuparunt,qui de perſecutore factus eſt vas electionis ac in dignitate permanſerunt, nec non ad maiores aſcenderunt dignitates. Videsne tu feſtucā in oculo fratris,non vides trabē in oculo tuo & ſup caput tuum. eſtote ergo miſericordes, ſicut pr̄ veſter cęleſtis miſericors eſt, ait Dñs noſter Lucæ 6.ne nobis illa diuina iuſtitia dicat, mitte eum in tenebras inferiores & tradat vos tortorib. ſuis dicens, Nonne oportuit te miſereri conſerui tui,ſicut ego tui miſertus ſum,Mat.18.Quia ſi dixerimus ꝙ peccatum nō habemus, veritas in nobis non eſt.j. Io.j. Ne etiā ꝑ hmōi vanā gloriā manus Dñi vos derelinquat.Et veritas parabolæ Dñi Lucę 18. deſcripta,ſit de vobis dicta de Phariſæo ſpernente publicanū,qui publicanus gratiā obtinuit & iuſtificatus ab illo.ſit ergo omnis homo tardus ad loquendū, Ia.j. Et pōderet vnuſquiſq; ſermones ſuos.50.diſt.c.ponderet. Quia quacunq; hora ingemuerit peccator,oēs eius iniquitates non recordabuntur.Eze.30.c. Sic ad hmōi propoſitū dr̄ Apoca.ij. Age pœnitentiā & pia opera fac. Propter qđ pauperes peccatores ſperate, & nolite deſperare,reuertite ad Dñm,& vt leproſis dictū fuit,qm̄ ſanati fuerunt.Lucę 17.Ite, oſtēdite vos ſacerdotib.dico vobis accedite ad Reuerēdiſſimos epiſcopos veſtros, q ſunt ſummi ſacerdotes,q pœnitētes in multis diſpenſabunt abolentes maculas infamiæ ſcelerum veſtrorū,iuxta illud,ſpiritū nouū innouabit in viſcerib.veſtris, Pſal.50.& alibi,Induite nouū hoīem,q ſm Deū creatus eſt,& renouamini ſpiritu mētis veſtrę.ad Eph. 4. Quoniā propitiat̄ oībus iniquitatib.& ſanat oēs infirmitates,qm̄ lōgè fecit a nobis iniquitates noſtras,quātū diſtat ortus ab occidēte,& ſm altitudinē cęli a terra corroborat miſericordiā ſuā ſuper timētes ſe, ſicut pr̄ miſereť filij,Pſal.107. Quia ſunt vicarii Dñi,& perſona Chriſti,vt repetitis vicib.dixi iuxta poteſtatē a ſummo Pōtifice noſtro Ieſu Chriſto,qm̄ miſit diſcipulos ſuos binos prędicare in vniuerſo mūdo,ſimilē Petri poteſtatē dedit dicēs,prędicate & docete,in noīe meo oēs gentes & dęmonia eiicietis,linguis loquemini nouis,ſerpētes tolletis, & qui biberint quid mortiferum, nō eis nocebit,manusq; ſuper ęgros & languentes imponēdo,ſanitatē dabitis. inſufflādo in facies eorū dicite,pax vobis,ſicut miſit me pater cū plenaria ptāte, ſic mitto vos,& quorū remiſeritis pc̄tā, remittunt̄ eis, &c.Io.20. Sic oēs reuerēdiſſimi epiſcopi ab vno eodēq; fonte vires acceperūt,quāuis iuriſdictiones diſtinctæ & q ab vno eodemq; potatis,valete fœlices.Et cū prędictis pœnitētib. & imponētib. liberaliter & miſericorditer diſpenſate, nā iudiciū ſine miſericordia erit ei qui noluit miſericordiā facere delinquēti.Iac.ij.c. & ij.q.7.c.de his,vltra medium.33.q.4.ca.prędicta. Miſericordia.n.cōis eſt virtus & plenitudo virtutum eſt,ideoq; omnibus eſt propoſita perfecta forma virtutis,vt 86.diſt.c.non ſatis,prope fin.iuxta illud repetitū,eſtote miſericordes, &c. vt extra de reg.iu.c.ij. (Plenitudo oīum virtutū eſt miſericordia, quia qui cōpaſſionē nō habet de proximo, factus eſt velut ęs ſonans & nihil eſt,ad Cor.13.& nihil ſibi prodeſt, melior eſt miſericordia,q̄ crudelitas.Natura clemens pia eſt ad indulgendū ex mā ſuetudine debēt prędicti lapſos releuare,nulli claudenda eſt miſericordia,) melius eſt.n ꝑ miſericordiā rōnē dare, q̄ ꝑ crudelitatē ſeu inclemētiam, quia vbi Dñs noſter paterfa. largus eſt diſpenſator ſubſtitutus,ab eodē autē eius famulus nō debet eſſe tenax.Nā vt præmiſſum eſt,Deus ita benignus eſt, ꝙ quacunq; hora gemit peccator,illū recipit, quare ſacerdos epiſcopus aut Pontifex eius vult apparere auſterus. hęc leguntur 26. q.vlt.c.alligant,& prędicto c.nō ſatis.ver.melius.Diuinitatis ſiquidem natura clemens eſt & pia & ad indulgendum prona, vt de pę.di.j.c.quia diuinitatis, cuius exemplo rectores prouidi ex ſua infirmitate aliorum infirma penſantes lapſos debēt per manſuetudinē ſubleuare,vt 45.diſt.recedite. quia nulli claudēda eſt miſericordia,nulli peccati impunitas relaxāda, vt 23. q. 4.c.duo iſta.Hinc eſt, ꝙ Chriſtus ex magna pietatis diſpenſatione cadere Petrum permiſit,vt ex ſua infirmitate cognoſceret quàm miſeriorditer aliena infirma tolerare deberet. 50. diſtin.capitu.conſiderandum.

¶De diſpenſatione & caſib. quibus epiſcopi diſpenſant.

SUMMARIUM.

1 *AEquitas & diſpenſatio,qualiter præferri debeant rigori.*
2 *Pœnitentiæ effectus.*
3 *Hæreticus eſt,qui diſpenſari non debere, aut non poſſe dicit.*

¶PRIMA PARS.

1 MIS igitur auctoritatibus iudicialis informatur auctoritas,miſericordiam ſeu diſpenſationē † ſequi potius q̄ rigorē,ad qđ etiam accedit 9.diſt.c.ſanè. ff.de pœ.l.iterpretatione,extra de tranſa.c.fi. Nec n.aut ſeueritas,aut clemētia gratia affectanda eſt, ſed in leuiorib. cauſis promptiores ad lenitatē iudices eſſe debent, in grauiorib verò legum ſeueritatē cum quodam benignitatis tēperamento ſubſequi debent, vt ff. de pœn.l.reſpiciēdum.j.reſponſo.quia vera iuſtitia compaſſionē hēt, falſa dedignationē 45.diſt.vera.& diſciplina deſtituitur,ſi ſine miſericordia teneatur.c.diſt.diſciplina,in prin. ſunt enim de ipſa iuſtitia debitores,iuxta illud Apo.j.ad Cor.9. diſpenſatio mihi credita eſt,ſic diſpenſatio cęleſtis ſeminis nobis iniuncta eſt. Veh ſi nō ſparſerimus,veh ſi tacuerimus.Hæc legūtur 44.diſt.c.diſpenſatio, & ad Coloſſen.j.Audiſtis diſpenſationē gratię Dei,quæ data eſt mihi in vobis, vt impleamini verbum Dei miniſterium, quod abſconditum fuit à Sanctis corripientes & docentes ac hominem in omni ſapientia & exhibeatis hominem perfectū, te reprehendendo illos,qui dicunt diſpenſationibus vti nō debere,legitur parabola ſuperius allegata,Matth.18.c.de illo qui noluit miſereri conſeruo ſuo,cui dictum fuit, mittite eum in tenebras inferiores,ubi conuenit eſſe fletus & ſtridor dentium. Sic igitur in ſequendo doctrinam Domini noſtri Ieſu Chriſti nobis omnia relinquit in exemplum, ut ſequamur eius veſtigia,ut ipſe nobis pręcipit & ſtāte Petro.j.Pet.ij.& etiam ut efficiamini beati,iuxta illud uerbum doctrinæ Domini dicentis, Matth.5.Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam cōſequentur.Indigemus omnes gratia Dei,tenentur ergo omnes prælati & ſuperiores uti circa ſubditos diſpenſationibus. legitur etiam 23.quæſtio.4.capitu.Ecce inquiunt circa me: utitur nobis Deus in diſpenſatione veſtra.Quid enim eſſet nobis,qui ſingulis diebus labimur ad exemplum.

2 † Vide & conſidera,Numeri 12. capitu. qualiter Maria ſoror Aaron,eo quod murmurauerat in Moyſen, percuſſa fuit à lepra,

lepra, ſed poſtquàm pœnitentiã egit, liberata fuit, & priſtinam gratiam prophetandi recepit.

Item de Aaron Exod. 32. c. qui poſt conflatum vitulum in ſummum ſacerdotem conſecratus fuit.

Item legitur de Dauid. 2. Regum. 11. Qui poſt adulterium cum Berſabeę commiſſum, & homicidiũ Vriæ eius mariti ſpiritum prophetię recepit, & in proprio gradu regio a ſummo Deo diſpenſatus remanſit.

Item iij. lib. Regum. 21. capit. legitur, quod Achab poſt mortem Nabutę viri ſanctiſſimi per pœnitentiam humiliatus in regia etiam ſede permanſit.

Item de Ezechiele Rege Iudeę, Eſaiæ. 38. c. & 4. Regum 20. qui humiliatus & pœnitens ter quinos annos meruit viuere & in ſua regali ſede permanere.

Alios innumerabiles in veteri teſtamento inuenies, & in nouo etiam, veluti de Petro, Matthæ. 26. qui Chriſtum negauit, & tamen poſtea princeps Apoſtolorum factus eſt.

Item vide Actuum 7. de Paulo, qui Stephanum lapidauit, & poſtea in Apoſtolum vas electionis factus eſt.

Itẽ legitur de Magdalena voluptuoſa, quæ ab eccleſia Apoſtola meruit vocari, & verbum Dei prędicare, quod mulieribus non licèt.

De Auguſtino ſancto, qui reuerſus a ſua hęreſi in Doctorem eccleſię, & epiſcopum ordinatus eſt.

3 Qui autem dicit non debere † & non poſſe diſpenſari, errat a veritate & hæreticus eſt, quia videtur claues deſpicere, cum dicatur Matth. 16.

Quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cęlis. quia huiuſmodi ſententia Domini vera eſt, aut non, quod abſit. Hæc & alia leguntur in capit. ponderet. 50. diſt. Quare. Reuerendiſſimi Domini, Domi. Epiſcopi, erga lapſos conſiderate ſupradicta & memores eſtote q̃ beatus Pau. Apoſto· ait, ad Gala. 6. capi. ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos q ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis, & alter alterius onera portate, ſic adimplebitis legem Chriſti. Tu etiã peccator ſpera in Domino, age pœnitentiam, & pia opera fac, & accede ad reuerẽdum epiſcopum tuum Chriſti miniſtrum, & vicariũ ꝑ beneficio tuę diſpenſationis, & indulgentiæ obtinendo, qui paratus eſt & promptus tibi tanquàm Chriſti miniſter miſericordiam impartire, iuxta verba ſuperius ſumpta, Venite &c.

Vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit. Et in bonis operibus deinceps reſiduo vite veſtræ perſeuerate, miſericordias Domini, in ęternum cantate, quoniam in regno Dei eritis, beati, benedicti & Reges regum habentes, vt Matth. 25. dicitur, Venite benedicti patris mei, percipite regnum.

Item filii Dei chariſſimi hæredes Dei, cohæredes Chriſti, vt dicitur ad Roman. 8. tali honore decorati, ꝙ Dominus noſter Ieſus Chriſtus vos honorando vobis in regno Dei patris miniſtrabit, vt dicitur Lucæ. 12. Præcingit ſe ſcilicet Chriſtris, & tranſiens miniſtrabit.

Item eritis dii & filii excelſi Regis, vt dicitur Pſal. 81. & Ioan. 10. Ego dixi, dii eſtis, & filii excelſi omnes.

Item fratres Ieſu Chriſti, iuxta illud Matth. 12. Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cęlis eſt, ipſe eſt meus frater ſoror & mater.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſationis diffinitiones, quomodo exponantur.* 3.
2 *Rigor quid ſit, & quando ſeruandus, & quæ nomina habeat.*
3 *Æquitatis expoſitio.*
4 *Diſpenſationis origo, & de eius diuiſione, quando ſit debita.*
5 *Diſpenſatio ſuppliciter petenda, & quando ſit prohibita, & quando conceſſa.*
6 *Diſpenſatio, quo caſu dici poſſit permiſſa.*
7 *Diſpenſatio, quando & quo loco reperta; Et quis fuerit primus diſpenſator.*

§. Ingrediendo Materiam diſpenſationum, neceſſe eſt cognoſcere, quid ſit
1 diſpenſat. † Diſpenſatio verò nihil aliud eſt, niſi prouida iuris criminis relaxatio, vtilitate ſiue neceſſitate penſata. vel ſic, Diſpenſatio eſt rigoris iuris per eum, ad quem ſpectat, canonicè facta relaxatio. duæque prędictę diffinitiones colliguntur. j. q. 7. §. niſi rigor. c. ſeq.

Debes etiam vlterius ſcire quòd aliud eſt rigor, aliud eſt ſeueritas, aliud ius, aliud æquitas, aliud diſpenſatio. Et de his omnibus tractatur in capitulo finali. extra de tranſactio.

2 †Rigor eſt diſtrictio iuris ſiue exceſſus, & auſteritas iuris ſcripta, aliquando ad terrorem, vt ij. q. 3. ſi quis epiſcoporum. 88. diſt. c. neque. & hæc fiunt pęna vt vnius ſit metus multorum, vt dicitur. C. ad leg. Iul. repe. l. 1. Et quandoque ſeueritas appellatur 50. diſt. c. vt conſtitueretur. in gl. 41. di. c. diſciplina, in gl. ſed qualiter. 1. q. 7. c. diſpenſationes. & c. exigunt. de ſent. excom. in antiquis. Sed rigor non eſt ſeruandus, niſi vbi timetur exemplũ mali. 45. diſt. c. ſed illud. & in prædicto ca. fi. de tranſac. in antiquis. Quandoque rigor eſt idem quod ſubtilitas iuris, vt c. in literis. de reſt. ſpo. in ar. & c. ſedes. de præben. & de appel. Quandoque ẽt rigor dicitur diſciplina. 45. di. c. diſciplina. Quandoque rigor dicitur iuſtitia & eadem di. c. omnis qui. & c. vera.

Ius autem eſt ars boni & ęqui, cuius meritò nos ſacerdotes appellat, id eſt ſacrorum præceptorum miniſtros ff. de iuſti. & iure. l. 1. & Inſtitu. cod. titu.

3 † Aequitas eſt media inter rigorem & diſpenſationem, ſiue miſericordiam. C. de iudi. l. placuit. 34. diſtinct. capitul. fraternitatis. extra de tranſac. capitul. fina. interpretari an ius ſcriptum ſit ęquum, vel iniquum, ſpectat Principi. C. de legi. & con. l. j. Cyprianus deſcripſit, ꝙ æquitas eſt iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata. vel dic quòd æquitas eſt motus rationabilis, regens miſericordiam & rigorem. 45. diſtinctio. capitul. diſciplina. & capitu. qui emendat. & capitul. vera. quia rigor eſt manſuetudine temperandus. extra de pur. cano. capitul. in inuent. & hæc eſt æquitas illa, quam iudex ſemper præ oculis debet habere. ff. de eo, quod cer. loc. l. quod ſi Epheſi, in fi. vt eccle. benefi. ſine dimi. confer. c. vnico. 35. q. vlt. c. alligant.

Quid autem ſit diſpenſatio, dixi ſupra in princi. vlterius tamẽ dico, vt quidam dicunt, quòd diſpenſatio exponitur, id eſt ius, cum ſit executio iuſtitiæ. ff. de iuſt. & in. l. 1. 2. reſponſo. Alij verò exponũt, id eſt indulgentia, vt 33. q. 2. c. interfectores. Alii verò ideſt regula. 3. diſtin. capit. regula. Alij exponunt, id eſt poteſtas à iure permiſſa, vt 33. quæſtio. 3. capitul. in adoleſcentia. 31. quæſt. 1. cap. hac ratione. 32. quæſtio. 7. capit. Apoſtolus. de pręb. cum iam dudum. Alij dicunt, ꝙ vbi ius permittit diſpenſare, diſpenſatio dicitur miſericordia ſiue compaſſio. 1. queſt. 7 c. is qui. Quandoque tamen pro iure accipitur, quando iudex debitas pęnas à iure ſtatutas relaxat, aut mitigat pęnam. C. de epiſc & cle. auc. interdicimus.

4 † Quoniam etiam originem duxit à Deo, qui miſericordiam dedit & fecit patribus noſtris, & nobis, iuxta illud Canticum Zachariæ, Benedictus Dominus Deus Iſrael. Lucæ. 1. Canticum diuæ Mariæ, Lucæ. 1. vbi dicitur, & miſericordia eius à progenie in progenies. Eſtote ergo miſericordes, &c. Et illam collectam, Deus cui proprium eſt miſereri. Vlterius tranſeundo, dico quòd multiplex eſt diſpenſatio. Quædam enim diſpenſatio quæ dicitur diſpenſatio debita. Alia diſpenſatio prohibita, alia verò conceſſa, alia autem permiſſa.

Diſpenſatio debita eſt, quando timetur de ſcandalo ſi non concedatur vel multorum ſtrages iacet. 50. diſtinctio. capitul. vt conſtitueretur. extra de cleri. excom. miniſtran. capit. latores. 45. diſtin. capit. licet 1. quæſt. 7. diſpenſationes. 11. quæſtio. 3. capitul. plerunque. 23. quæſt. 1. no ii. in fi. iuxta illud Prouerbio. 30. Qui nimis emungit, elicit ſanguinem. Et multitudo inducit diſpenſationem. extra de tempo. ordi. capitul. 2. Et etiam ſcandalum, vt
1 in capit. fin. de tranſac. & notatur in ſupradicto cap. 2. vt conſtitueretur. 50. diſt.

Diſpenſatio etiam debita dicitur ratione temporis, vel perſonæ, vel pietatis, vel neceſſitatis, vel vtilitatis eccleſiæ, vel euentus rei? Hæc enim diſpenſationem inducunt, vt probatur ſigillatim per ordinem. 1. q. 7. §. niſi rigor. & ca. ſequen. vſque ad §. ecce, quibus extra de præb. cap. expoſuiſti. de ęta. & qua. cap. tua. & cap. in decorum, & c. quæris. 7. q. 1. c. ſcias. 14. diſtin. capitu. ſicut de conceſ. præben. cap. cum noſtris. Item quandoque diſpenſatio debita eſt poſt peractam pœnitentiam, & vbi perſonas res & locus exigunt, 29. diſt. cap. 1. Et ſi non diſpenſant prælati, quando prædicta concurrunt, peccant, vt eſt argu. 2. q. 5. c. quanto. in fi. 50. di.
5 c. domino ſancto. 1. q. 7. ca. exigunt. † debet etiam ſubditus, nec poteſt aliter diſpenſationem petere, niſi ſupplicando. Et ꝙ epiſcopus tenetur poſt peractam pœnitentiam diſpenſare ex bono & ęquo, patet in capitul. at ſi clerici. §. de adulterijs. de iudi. in antiquis. Quidam tamen dicunt, quòd ſi epiſcopus noluerit diſpenſare ſubditum poſt pœnitentiam peractam ꝙ poteſt compelli per ſuperiorem, argumen. cap. nullus. de iurepa. glo. in cap. Oſius. 61. diſt. Contrarium alijs placet, quia nemo cogitur facere beneficium. 10. q. 2. precariæ. tum intereſtque reipu. ne quis re ſua male vtatur.

Prohibita autem diſpenſatio eſt, vbi non poteſt fieri ſine decoloratione ſtatus eccleſiæ & vbicunque non ſubeſt cauſa iuſta diſpenſandi. 1. quæſt. 7. cap. & ſi illa. & capitul. tali. de elec. capit. innotuit. §. multa. & §. final. in quibus autem caſibus ſit diſpenſatio prohibita, poteris ſcire tam ex præcedentibus quàm ſequentibus.

Conceſſa diſpenſatio eſt, vbicunque à iure conceditur, quod dic vt infra in articul. ſequentibus per iura in eiſdem nota.

6 † Permiſſa diſpenſatio dici poteſt in caſu, puta ſi quis aliquo accuſante conuictus eſt ſacra vaſa vel aliam rem eccleſię ſubripuiſſe.

Source : BIU Cujas

subripuisse. Hinc enim poterit episcopus etiam fortè aduersario contradicente dispensare, sic poterit intelligi c.si quis presbyter 50.distin.de hac dicitur, permittimus quod volentes permittimus.30. quæst.j. cap.hac ratione. & hac ratione permittitur,vt peius euitetur, vt extra de spon.c.2. & illic nota differentiam inter comparatiuam permissionem, & tolerantiam, quia aliud est præcipere,& aliud tolerare, vt illic dicitur, quod Dominus prima matrimonia facere præcepit, secũda verò solum tolerauit.Sic etiam sæpissimè tolerandi sunt mali,vt Dominus Iudam tolerauit.23. quæst.4. c.tu bonus. & quare sunt tolerandi,vide c.tolerandi.ea.q.& causa, cum sequen.c.& 50. distinct.
7 ponderet. cap. vt constitueretur. cum alijs multis iuribus. †Dispensatio inuenta fuit primò in paradiso in Adam,quando deliquit, & sic Deus misericorditer cum eo dispensauit, quando cognouit reatum suum dicens, Domine peccaui. de pœniten. distin.j.cap.serpens. & cap.sicut primi. & distin. 3.c. Romanos. c.Adam.& per totas distinctiones pe.& sic Deus fuit primus dispensator,qui cum Noe,Abraham,Moyse,& cum humano genere,quando misit filium suum vt nos redimeret. 8. quæst.j. in scripturis.12.quæst.2.c.cum redemptor.& in c. porrò. 16.quæst. j.Quia etiam quotidie Deus nobiscum dispensat, vt de pœnitẽ. distin.5. cap. 2. Et non mireris, si homines cum hominibus dispensant,vt supra dixi, quia omnis eius actio,nostra debet esse instructio.12.quæst.j. exemplum. Deinde fac regulam generalem ex argumen. c.nam concupiscentiam nesciebam. extra de constitu.quòd omnia videntur concessa,nisi sint prohibita, & sic in omnibus casibus videntur episcopis concessum iudicare, nisi sit eis expresè prohibitum Pontificibus primatum obtinẽtibus,& sacerdotium personam Christi repręsentantibus,& vicarij ipsius.33. q.5. c.mulier. datoque & translato eisdem sacerdotio, eisdem legis translatio facta est & potestas. c.translatio, extra de constit.Item etiam per ar. c nonne bene dicimus nos. de præsum.quia qui tacet, consentire videtur, prout regula iuris est in 6.& ff.tit.de reg.iur. Sunt tamen multi casus episcopales in iure expressi, in quibus absq; dubio Reuerendi Episcopi possunt dispensare subditos & ius commune relaxare.

Primus casus.

PRimò cum ordinato extra tempora statuta,vt multi dicunt & tenent,Reuerendissimi Episcopi dispensant, vt extra de temp. ordinan.c.consultationi.tenent etiam Hostiẽ. in sum.§.fin.versic.si prælatus.c.cum quidem. & cap.dilectus. quæ possunt adduci in argum.oppositum.Sed soluuntur, vt ibi per Sicu.& Doct.quia contra prohibitionem, & inhibitionẽ summi Pontificis scienter extra tempora statuta episcopos illos ordinauerunt.hic verò ignoranter. Sic ratione præuentionis Domini Papæ occasione inhibitionum, & quod est superior episcoporum.Et qui faciunt contra inhibitiones superiorum iudicum veniunt mulctandi. C.de modo mulc.l.eos.sicut isti in p̃iudicium appellationis. Vel aliter istud c.consultationi, est ius nouum,& decre. Grego.IX. nouissimo loco declarans generaliter,& indistinctè, q̃ episcopus si fuerit præuentus ordinatum extra tempora statuta, poterit cum illo episcopus misericorditer dispensare. & hoc semper intellige cum causæ cognitione, dirigendo literas officiali vel pœnitentiario ad illas fulminandas, sicuti facit curia apostolica & pœnitentiaria Romæ. Et debet *litera* dispensationis facere mentionem post narrationem causæ delicti, &c.videlicet q̃ causa vtilitatis vel necessitatis aut alia posita supra in §.debita dispensatio animum nostrum mouentibus,eo quod exponens plurimum dolet ab intimo de cõmissis cupiatq; feruore deuotionis accensus in suis ordinibus etiam in ministerio altaris ministrare,& beneficia ecclesiastica obtinere, quod tamen facere non potest absque nostra Pontificali, aut apostolica, super quibus supplicant per nos de remedio sibi prouideri opportuno. Nos igitur auctoritate Dei omnipotẽtis Petri, & Pauli Apostolorum pontificali seu nostra episcopali discretioni vestræ committimus, quatenus si est ita, ipsum exponentem à quibuscunque sententijs,censuris & pœnis reatibus & excessibus huiusmodi quos propter prẽmissa incurrit ac peccatis suis alijs absoluatis hac vice in forma ecclesiæ cõsueta, & iniuncta inde sibi pro modo culpæ pœnitentia salutaris ac alijs, quæ de iure fuerit iniungenda, eodemq; ad tempus, prout expedire videritis à suorum ordinum executionum suspenso domum suffragantibus sibi meritis alioq; canonico nõ obstante impedimento super irregularitate dicto modo contracta, quodque præmissis non obstantibus in suis ordinibus etiam in ministerio altaris ministrare & N. ecclesiã parochialem de N. quam obtinet retinere & in futurum canonicè sibi beneficia ecclesiastica conferenda,qualiacunque sint inuicem tamen compatientia recipere & similiter retinere liberè & licitè possit & valeat dispensetis auctoritate & mandato prædic. misericorditer cum eodem. Omnemque inhabilitatis & infamiæ maculam seu notam ex præmissis insurgẽ. circa eum penitus aboleatis, non obstantibus ordinationibus, constitutionibus prouincialibus & synodalibus quoque statutis quibuscunque.datum die &c. Hæc verò ad longum posui ad recreationem grossorum spirituum hæc legendo, postquàm impressioni fuerit condonatum,& non ad instructionem Doctorum, quoniam non sum dignus ferre libros,nec os aperire inter Doctos & expertos,propter quod cunctos legentes precor,vt quæ omittam, aut minus perfectè dicam, valeant cum beninolentia supplere, surdumque non maledicere. Et quod Reuerendi episcopi possint in eorum literis dispẽsationum præmisso modo vti tam in præcedentibus quàm in sequentibus patet. Et de clausula,à quibuscunque sententijs, censuris, pœnis &c.ipsum exponentem absoluatis, vide infra artic.31.& 114.93.95. Nec facias difficultatem quòd possit maculas infamiæ obolere circa casus infrascriptos insurgentes, quia concesso vno aliud dependens ex illo conceditur c.translato sacerdotio,de consti. in antiquis.c.præterea.de offi.ordi.& etiam not.Abb.in c.cum te.de sen.& re iudi.in 3.not. &c.infra videbis in arti.45.

Secundus casus.

Item in secundo possunt episcopi dispensare, vt quis habeat duas ecclesias intitulatas.70.distinct. cap. Sanctorum. extra de electio. cap.penultim. & hæc not. Ioan.Andr.in dicto capit.de multa. extra de præbend. dicens quod potestas episcoporum non est reuocata, eo etiam quod text.dicit, poterit sedes Apostolica dispensare. Hostien. etiam dicit in dicto capit. de multa. quòd episcopi solum dispensant, quando est necessitas vel vtilitas ecclesiæ & loci, & respectu merita personarum sedes Apostolica vide Abb. Sicul. in capit. extirpandæ.in §. qui verò. in penultimo colum. vide etiam Archidiaco.in supradicto capit.Sanctorum. & vide quæ dixi in articu.146. & vide Federi. consil. 11.

Tertius casus.

Item tertiò dispensant episcopi cum monacho vel canonico regulari, vt possit in seculari ecclesia ministrare. 16.quæst.1. Doctores.& cap.ex auctoritate.j. quæst.7. §.nisi. etiam quòd regularis sit ibi solus & maneat.extra de statu monacho. c. quod Dei timorem.

Quartus casus.

Item quartò dispensant episcopi, vt religiosus ad minorem transeat religionem.tex.est extra de regula.c.significatum.& c. non est.& de tempo.ordi.c.ex parte.Abb.in c.non est, extra de regu.& in prædicto c.significatum.

Quintus casus.

Item dispensant episcopi, vt monachus existens in minoribus ordinibus fiat abbas.extra de æta.& quali.c.tuã.Olim enim abbates & monachi erant laici.93.dist. c.à subdiacono. 16.q.1. c.legi,prope finem.hodie debent esse sacerdotes, vt faciant benedictionem.16.q.j.§.superiori.

Sextus casus.

Item etiam dispensat cum monasterijs in tributis sibi dandis.17.q.7.c.Eleuterius.

Septimus casus.

Item dispensat episcopus in separãdo suo arbitrio monasteria duplicia.18.q.2.c.in nullo.& c.diffinimus.

Octauus casus.

Item cum monachis, vt habeant & habere possint cellulas intra claustrum.18.q.2.c.de monachis.& c.cellulas. & c.nullus. quod etiam Abbas facere potest cum benemeritis. 20.quæstio. vltima,cap.fin.

Nonus casus.

Item dispensant & possunt episcopi diœcesani dare priuilegia exemptionis monasterij,vt extra de priuileg.c.cum olim.& c.ex ore.16.q.j.c.peruenit.

Decimus casus.

Item possunt Reuerendissimi Episcopi capellas concedere monachis, vt extra de donatio.capit.pastoralis. 16. quæst.j. cap. peruenit.

Vndecimus casus.

Item dispensant cum monacho scienter extra claustrũ carnes comedente.de consec.dist.6.c.carnem.

Duodecimus casus.

Item dispensant cum fugitiuis monachis, vt illos fugitiuos reducant ad claustrum,vt extra de regula.& transeunti. c.fi.18. q.2.cap.abbates.

Decimustertius casus.

Item dispensant quòd simpliciter deuota matrimoniũ contrahat, ne deterius faciat,extra qui cleri.vel vouen.ca. veniens. Licèt dicatur contra eod.titu.cap.rursus.& 22.quæst.4.§.fi.Solue contrarium, & dic vt dicitur de voto.cap.vnico.lib.6.& per Ioan.And.iuris cano.Docto. ab aliquibus Aquillam iuris nuncupatum.

Decimusquartus casus.

Item dispensant in voto, vt in melius commutetur. extra de voto.cap.1. & cap.ex multa.nisi in Hierosolymitano, vt de

Source : BIU Cujas

voto & vo. redem. capit. per tuas. & capit. ex parte. & capit. magnæ. & nisi in voto continentiæ, vt not. in cap. 1. de voto. in antiquis.

Decimusquintus casus.

Item dispensant, vt in defectum regularium monasterium de secularibus clericis ordinetur. text. est de relig. do. cap. inter quatuor. vide contra. 19. quæst. 3. cap. qui semel. & extra de reb. eccles. non alienan. cap. possessiones, vide quæ dicit Ioan. And. in prædic. cap. inter quatuor. super primam glos. vide glos. cap. episcopus. 12. quæst. 2. Abb. Sicu. in cap. ad audientiam, de eccles. ædific.

Decimussextus casus.

Item dispensant, vt ecclesia parochialis fiat monasteriū, decisio formalis est extra de eccle. ædifi. c. ad audientiam. 12. q. 2. c. bonæ. extra de dona. c. apostolicæ.

Decimusseptimus casus.

Item potest episcopus dare priuilegium monachis de non dandis decimis tam præteritis quàm præsentibus quàm etiam futuris. decisio est extra de priui. c. quia. & c. ex ore. & c. cū olim. & 16. q. j. c. peruenit.

Decimusoctauus casus.

Item dispensant cum filijs patronorum occidentiū, vel mutilantium prælatum, quòd scilicet possit in monasterijs ad honores assumi. extra de pœn. c. in quibus de. 23. q. 8. si quis membrorum. & argum. 18. q. 4. c. de presbyt. non tamen expressè, sed per contrarium actum admittendo eos, videlicet ad electionem & ad alios actus.

Decimusnonus casus.

Item dispensant cum ordinato ab alieno episcopo, incōsulto proprio vel contempto, vt extra de offic. archi. c. significasti. 71. dist. c. j. & c. 2. & c. 3. & 9. q. j. Ludo.

Vigesimus casus.

Item dispensant cum eo, qui recipit ignoranter ordinem ab episcopo, qui renunciauit episcopali dignitati, vt extra de ordi. ab episco. qui renunc. epi. c. j.

Vigesimusprimus casus.

Item dispensant cum ordinato ignoranter ab excommunicato. extra de ordi. ab epi. qui renuncia. epi. c. 2. 9. q. j. c. 2. argu. tamen contra eadem q. c. j.

Vigesimussecundus casus.

Item vt duo ad vnam Prebendam eligātur, quod dic, vt no. extra de Preben. c. tuæ.

Vigesimustertius casus.

Item dispēsant cum adultero & in omnibus criminibus minoribus adulterio irretito post pœnitentiam, vt 34. dist. c. fraternitatis. extra de iudi. c. at si clerici. §. de adulterijs. extra de tēpo. ordinan. c. fina.

Vigesimusquartus casus.

Item cum clerico propter crimen vsuræ per episcopum ab officio beneficioque suspenso dispensat, vt not. extra de vsu. c. præterea.

Vigesimusquintus casus.

Item dispensat cum pugnante in duello. extra de corpo. vitia. cap. j. & extra de cleric. pugnan. in duel. capit. j. Dum tamen mors vel membri mutilatio non contingat, quia tunc non potest. 23. quæst. 8. c. his à quibus. Sed & tunc in beneficio retinendo dispensare potest & deciditur eod. titu. cap. 2. & 50. distin. c. studeat. ad fin.

Vigesimussextus casus.

Item dispensant episcopi in multum enormi & notorio crimine, vt probatur & notatur secundum Papam antiquum Doctorem. extra de corpo. vitia. cap. j. & argumen. extra de apostat. cap. 2. & etiam in capitalibus criminibus occultis. 50. distinct. cap. de his verò. de hoc etiam dicitur extra de tempo. ordinan. cap. ex tenore.

Vigesimusseptimus casus.

Item dispensat cum sacerdote simul plures concubinas habente. extra de biga. c. quia. & 33. dist. c. fraternitatis.

Vigesimusoctauus casus.

Item dispensant cum alienigena instituto in ecclesia per eū, qui instituere non potuit, vt extra de cleri. peregri. c. fi. Regula. 19. cancellariæ apostolicæ est, vt nullus admittatur ad regimen ecclesiæ, nisi sciat loqui idioma patriæ. Præeminentia Regis est quòd nullus alienigena potest habere beneficiū in regno suo Franciæ, nisi sit oriundus de regno & prouincia absque dispensatione Serenissimi Principis Regis nostri Franciæ, nec etiam possunt leuare fructus beneficij sibi collati, & hoc banquerij sciunt bene practicare. & illa dispensatio vocatur vernacula lingua, lettre de naturalitate. & hæc vidi sic practicare & practicari in cancellaria Regis. & vide per amplius glos. illius regulæ cancellariæ Apostolicæ. & quid de alijs Regibus & Principibus Episcopi, & Abbates, etiam electi & confirmati non percipiūt fructus episcopatuum & abbatiarum suarum quousq; factum sit homagium Regi. & hoc intellige de temporalibus eorum possessionibus, quia pro spiritualibus non licet. & vide ad hoc, cap. vltimum, extra de regu. iur. & fi. libri Decretalium. Abb. Sicu. Ioan. And. ordinationes Ludo. Regis editas Mccccxcix. dixit quod non debent gaudere de literis naturalitatis, nisi sint residentes in prouincia & regno. vide articulum nouum ordinationum prædictarum.

Vigesimusnonus casus.

Item dispensare potest Parisien. episcopus cum presbytero de facto matrimonium cum virgine contrahente quo ad executionem officij sui, vt dicitur extra de cleric. coniug. cap. sanè. secundò similiter & cum diaco. vt extra qui cle. vel vouen. ca. 2. dum tamen non contrahant bis. 28. distin. ca. presbyterum. vel etiam cum corrupta, vt extra de biga. c. pen. & fin. & an monachus aut presbyter contrahens matrimonium oriatur cum parentibus illius monachi, aut presbyteri impedimentum publicæ honestatis iustitiam. dic q; sic, & vide cap. ex sponsalibus. de sponsa. & matri. in 6. & Ioan. And.

Trigesimus casus.

Item dispensare potest Parisien. episcopus cum diacono, qui vulnerauit alium diaconum & matrimonium de facto contraxit, secundum Papiam antiquum Docto. vt extra qui cleric. vel vouen. capit. j. Sed Bernardus glossator ordinarius illud intelligit factum auctoritate mandati Apostolici, vt extra de senten. excommunicatio. cap. cum illorum. tamen idem Bernardus in 4. glos. sentit, vt in princip. dixi. & idem in cap. 2. in glos. 2. in fin.

Trigesimusprimus casus.

Item dispensare potest Parisien. episcopus Reuerendissimus cum eo, qui excommunicatus recepit beneficium. extra de cleric. excommunica. ministran. c. postulatis. in princi. & vide quæ scripsit Ioan. And. ibidem, super 3. glo. Nec obstat contrarium signatum per Bernardum, de æta. & qualita. in cap. cum bonæ. nisi fuerit auctoritate Domini Papæ excommunicatus. & hæc est opin. Ioan. Andr. Abb. Sicu. & aliorum. Ista est enim clausula, propter quam clausulam retroactis temporibus multi confingerunt ad sedem Apostolicam. aduocatus pro aureo non tibi dedisset, nec tale consilium declarasset, tu legens ora pro me componente & Reueren. episcopo Parisien. ad cuius laudem edita & collecta fuerunt.

Trigesimussecundus casus.

Item dispensat cum clerico per saltum promoto, *vt 52. dist.* c. j. & extra de cleri. per saltum promo. c. j.

Trigesimustertius casus.

Item dispensare potest Parisien. episcopus cum non ordinato ministrante in beneficio. & vt post biennium vel triennium in ordine suscepto ministret, sed non vt ad superiorem ascendat, vt legitur & notatur extra de cleri. non ordinan. ministr. cap. 2. Breuiter tamen teneas quòd is qui nullum habet ordinem, diuinum officium exercens, irregularis est: & etiam is, qui habet aliquem ordinem, si officium superioris ordinis exercet. & cum talibus solus Papa dispensat, vt in ordine, quem habet de misericordia toleretur, & ad superiores ascendat. 11. quæstio. 3. cap. priuilegium. & 25. quæstio. 2. cap. sic decet. Quidam tamen dicunt, episcopum posse in hoc dispensare in beneficio post peractam pœnitentiam, & etiam post biennium vel triēnium, vt diaconus officium exerceat, ad sacerdotium verò non potest promoueri nisi ex dispensatione Papæ, vt legitur & not. extra de cleric. excommunic. ministran. capit. j. & 2. Alij talem dicunt episcopum posse dispensare, argumen. extra de iudic. c. at si clerici. dicentes, quia magis peccat adulter cum quo potest dispensare, prout poteris considerare per circunstantias adulterij, vt infra dicam. Et potest & debet in secreto ordinari, ne audacia & scandalum alijs generetur, vt dicitur 50. distin. cap. vt constitueretur. & vide supra. §. incipiente, de dispensatio. debita.

Trigesimusquartus casus.

Item dispensat cum clerico furtiuè, & post inhibitionem ordinem suscipiente, vt extra de eo qui fur. ordin. susce. cap. j. & fin. prout ibi not. tamen vidi, dum moram trahebam Romæ, sunt decem, aut duodecim anni, quòd Alexander Papa propter multitudinem clericorum illic ad ordines accedentium, dimittentes suos episcopos, fingentes habere beneficium eo quod ante susceptionem ordinum mouentur ab episcopo ne accedant, non beneficiati, bigami, vxorati &c. Et postquàm contra huiusmodi inhibitionem erant ordinati, obtinebant à Pœnitentiaria literas dispensationis, vt possent in ordinibus sic furtiuè & mendosè susceptis ministrare. Et pro illis obtinendis cum omni expeditione expendebant clerici prædicti modo ordinati absque beneficio summam trium scutorum auri. idem Alexander illas reseruauit expediri sub plumbo, & illas taxauit ad summam 50. ducatorum auri de camera, sed hoc non impedit quominus episcopi possint dispensare, quia intelligit de illis, qui in curia Apostolica furtiuè ordines susceperunt.

Trigesimusquintus casus.

Item potest etiam dispensare in cōmutatione Prebendarū, & per-

Source : BIU Cujas

& personarum.extra de rerum permu.c.quæsitum. & c.cũ vniuersorum. de iure enim communi debet vnusquisque manere in ea vocatione,qua vocatus est, vt 21.q.j.c.j. & C. de palati. sacrarum largi.l.quidam.lib.12.

Trigesimussextus casus.

Item cum eo,qui bigamum ordinauit, dispẽsat archiepiscopus, vt extra de biga.c.2.& idem iuris est, si alios irregulares ꝓmouit,secundum Pap.& do.Hostien.

Trigesimusseptimus casus.

Item dispensat cum falsario, scilicet vt vel eum in carcere teneat, vel eum ad Papam remittat, vt 19. distinct.cap. in memoriam.

Trigesimusoctauus casus.

Item in dispensatione ecclesiasticorum ordinum, quia ipse præordinator est in cunctis,vt 21.distin. c.cleros.23. distin.c. sedes. 25.distin.c.j.

Trigesimusnonus casus.

Item vt clericus coniugatus habeat simplex beneficium, vt dicitur,28.dist.c.de his contra.eadem distin.c.decernimus.vide quod no.Io.An.in prima obiectione.

Quadragesimus casus.

Item dispensant episcopi,vt clericus cõcubinarius post peractam pœnitẽtiam promoueatur.34.dist.c.fraternitatis.nisi fuerit per sententiam damnatus,vel infamis, vt extra de temp.ordi.c.quæsitum. vide Concilium Basilien. titu. de cle. concub.& pragmaticam san.eo.titu.

Quadragesimusprimus casus.

Item dispensat cum idiota iam promoto, vt remaneat in illo statu & non deponatur, sed doceatur. 10.q.j.c. placuit. & 38. distin.c.nullus.& c.sedulo.non tamen vt promoueatur 50.dist. c.non confidat.nec militat.arg.contra extra de renuntia.c.post translationem.vide Io.An. qui soluit illud in c.fi.in glo. pe. extra de æta.& qual.

Quadragesimussecundus casus.

Item dispensare etiam potest Reuerendissimus Parisien. episcopus cum sacrilego,prout decisio formalis est 50. distin. ca.si quis presbyter.& extra de fur. c.fi. & incidenter scias ꝙ capiens vel capi faciens Cardinalem Romanæ ecclesiæ, sacrilegus est, & graues pœnas incurrit,vt extra de re iudic.c.apostolicæ.& c. fœlicis.de pœn.lib.6.

Quadragesimustertius casus.

Item dispensare potest etiam cum homicida,& hoc in beneficio tantum,ne mendicet.50 dist.c.studeat. extra de cleri.pug. in duel.c.2.& ꝙ non potest in beneficio, patet.50.distin. c.miror.faciliter tamen dispensat in quatuor casibus notatis in cle. vnica,de homic.quia illa sunt iuris communis. & est bonarum mentium timere culpam,vbi culpa non est,5.dist.c.vlti.vide c. significasti.extra de homici.& Docto.

Quadragesimusquartus casus.

Item dispensat etiam cum seruo promoto,si velit eum redimere,prout legitur 54.dist.c.generalis.

Quadragesimusquintus casus.

Item dispensat cum seruo monasterij, vt promoueatur 54. dist.c.multos.& extra de ser.non or.c.de famulis.& c.de eo.

Quadragesimussextus casus.

Item dispensat cum clericis,ne promoueantur inuiti, prout legitur 74.dist.c.fi.

Quadragesimusseptimus casus.

Item dispensat cum assumpto de sua diœcesi in episcopũ, vt remaneat in primo beneficio, si non admittatur ad ecclesiam, ad quam promotus est 92.dist.c.si quis episcopus.

Quadragesimusoctauus casus.

Item cum hæretico conuerso 50.distin.cap.presbyteros,qui. & extra de hæretic. cap. ad abolendam. de consecra. distinct.2. ego Berengarius.

Quadragesimusnonus casus.

Item etiã dispensare potest cum scismatico,vt legitur & no. 50.dist.c.vt constitueretur.

Quinquagesimus casus.

Item dispensat cum raptore,quantum ad viaticum ei concedendum.extra de rap.c.super eo.§.si verò. Prædonibus enim dispensatiuè communicamus, vt 24. quæstio.2.sanè. quod super viaticum conceditur damnatis ad mortem,si petierint,vt præcipitur sub pœna excommunicationis in clemen. j. de pœniten.& remis.

Quinquagesimusprimus casus.

Item in recipiendo ex causa minorem procurationem solitam. 10.quæst.2.c.relatum.& quæ leguntur & no. de censi. c. felicis.lib.6.

Quinquagesimussecundus casus.

Item in minoratione tertiæ, vel quartæ decimarum ex causa,eadem q.10.q.2.c.priscis.& c.vnico.& 12.q.3.c.fi.

Quinquagesimustertius casus.

Item in executione sententiæ differenda. 11.quæstio.3.capit. cum apud.

Quinquagesimusquartus casus.

Item dispensat cum sortilego, vt legitur extra de sortileg. cap. extuatum. & 26.quæstio.5. contra idolorum. & capit. peruenit.

Quinquagesimusquintus casus.

Item potest consentire dispensatiuè secundum quosdam, vt monachus vnius religionis præsideat monasterio alterius religionis,vt dicitur extra de elec.c.cum monasteriũ. quod tamen est contra canonem,16.q.7.c.in noua actione. extra de elect. c. cum in magistrum.

Quinquagesimussextus casus.

Item potest dispensare cum clerico post 14. ætatis suæ annũ & non ante; vel etiam si patiatur defectum in scientia, dum tamen non sit nimis rudis;vel etiam in ordinibus, non tamen sit in minoribus & in breui scit ad sacros promoueri, & hoc quo ad regimen ecclesiæ parochialis seu plebis, vel quo ad dignitates,vt extra de elect.c.dudum.j.& de æta.& quali. c.præterea. & c.indecorum.& Ioan. Andr.in cap.si de eo tempore. de rescrip. lib.6.super glo.penul.& de æta. & qualita. cap. ex ratione. quod est contra prædic.decret.dudum,& cap.cum in cunctis.eo.titu. de electio. Sed dic, quòd ibi est ius commune. Bernard.tamen & Tancre.not.extra de electio. capit. cum dilecti. quod nullus potest dispẽsare in defectu ætatis nisi solus Papa etiam quo ad inferiores dignitates,vt extra de electio. cap.nihil. C.de his qui ve.æta.impetra.l.2.& 3.Goffred.& Ioan. And. de Deo.& Papiẽ. qui sunt nota. Docto. dicunt quòd potest dispensare cum eo, qui est ætatis 14.annorum quo ad obtenta, sed non quo ad obtinenda. Hodie autem videtur episcopis adempta dispensandi potestas in ætate prædicta, nisi fuerit ætatis 20. annorum, quo ad ecclesias parochiales per constitutionem Gregorij X. positam de electio.lib.6. in c.licèt canon. Permissum est eis dispensare de ætate in dignitatibus personalibus & beneficijs sine cura,cum his qui peregerunt 20. annos, vt dicitur de æta. & qualita.c.vno,lib.6.Ioan.dicit & Aegidius,qui quandam glo.composuit in cap. de multa. extra de præben. quòd archiepiscopus potest dispensare in ætate vel in ordinibus cum postulato ad episcopatum, vt notauerunt in prædic. c.de multa.de præben. 70.distinct.c.Sanctorum.& 21.quæst.2. c.si quis. cum Papa hoc sibi specialiter non reseruauit, videtur eis indulgere. extra de senten.excommunica. c.nuper. Salua tamen multorum gratia & reuerentia, videtur de iure posse dispensare in defectu ordinum,prout tex.est extra de æta. & qualit.c.à multis.60.distinct. c.nullus in episcopum. Ioan.And. tenet contra eo.c. super glo. sic olim.& concludeꝙ episcopus potest dispensare cum maiore 14. annorum, quia maior 14. annis agit causam spiritualem sui beneficij per se,& minor 14.annis per procuratorem,vel curatorem auctoritate ordinarij iudicis datum.Sic patet ꝙ etiam cum minore 14.annorum episcopus ordinarius dispensat. Et ad hæc vide c.vnicum,de æta.& quali.lib.6.qualiter permissum est dispensare cum 20.annorum maiore in dignitatibus & personatibus curam animarum non habentibus & de facili poteritis vos legentes soluere argumen.per ibidem notata.

Quinquagesimusseptimus casus.

Item dispensat episcopus cum eo, qui beneficium renũciat, vt sibi concedat in illo victum, arg.7.q.j.c.quamuis.& extra de renun.c.ad supplicationem.etiam si ob culpam remoueatur.Et nota pro multis, qui retroactis temporibus iuerunt ad sum mũ Pontificem,quando renunciauerunt, seu resignauerunt eorũ beneficia,retenta pensione.

Quinquagesimusoctauus casus.

Item dispensat cum eo,qui petit cessionem,scilicet vt vel cedat vel remaneat.de renuncia.cap.admonet.& cap. quædam.& cap.j.quia nullus debet admitti ad beneficium episcopo inconsulto, vt ibi.

Quinquagesimusnonus casus.

Item debet dispensare cum illis, quos sine titulo dispẽsatiuè promouit ad sacros,vt habeant victum, vt extra de æta.& qualita.c.accepimus.& extra de præben.c.cum secundum.& c.non liceat.& c.episcopus.

Sexagesimus casus.

Item dispensat cum sectis in cunabulis vel à dominis vel à barbaris, vel si castrati timore lepræ, vel ita nati sint, scilicet quòd promoueantur, vel promoti permaneant in suis ordinibus,vt extra de corpo.vit.c.ex parte B.& c.ex parte M.55.distin. c.si quis pro ægritudine.& c.eunuchis.Si verò aliquis hoc sponte,vel propter Deum fecisset, vel sibi affectasset, non dispensatur cum eo nisi per Papam. 55.distinct.cap. qui per partem. extra de corp.vitia. c. significauit. vbi de hoc etiam solus Papa dispensat cum habente maculam in oculo,vt notatur per Papiẽ. antiquum Doct.de corpo.vitia. c.2.vide casum in 6.de electio. in c.quamuis. in princ.

Sexagesimusprimus casus.

Item dispensat episcopus cum sacerdote extraneo, vt celebret occultè sine literis, vel testibus suæ ordinationis. extra de cle.peregri.c.fi.ad fi.71.dist.& 72.dist.per totum.

Source : BIU Cujas

Ioan. Randei. De diſpenſationibus.

Sexageſimusſecundus caſus.

Item quòd prælatus facit perpetuum vicarium. extra de offic. vica. capit. ad hæc. cum de iure ipſe prælatus debeat in propria perſona ſeruire in beneficio, quod beneficium datur propter officium, vt 81. diſtin. c. eos. & c. ſeq. & c. præceden.

Sexageſimustertius caſus.

Item poteſt diſpenſatiuè cõcedere minoribus prælatis, quod poſſint ſuos ſubditos excommunicare. extra de offi ordi. cap. ſi ſacerdos. & c. cum ad eccleſiarum. quod illi non habent de iure communi, ſecundum Ioan. de Deo, extra de offic. archidiaco. c. ſatis & c. archidiaconus. extra de foro compe. c. cum contingat. niſi hoc habeant de conſuetudine. licet poſſunt ex cauſa interdicere diuinum officium, vt eccleſiaſtica ſacramenta, vt in prædicta decretali, ſi ſacerdos. & 2. q. j. nemo. Et quo ad inferiores dignitates dignitatis epiſcopalis, vide quod no. Ioan. And. in c. vno, de æta. & qualita. in vltima gloſ. libr. 6. Et quæ etiam ipſemet ſcripſit, de electio. in cap. dudum. j. ſuper verbo, vel in ordinibus.

Sexageſimus quartus caſus.

Item diſpenſat cum clerico percuſſore. textus eſt extra de cleri. percuſſo. c. j. argumen. contra, 46. diſtin. c. ſeditionarios. & j. q. 7. ſi quis omnem. in fin. vice notata per Ioan. And. in prædic. cap. j. de cler. percuſſo. & 45. diſtinctio. in ſum. & de facili ſolues contrarium.

Sexageſimusquintus caſus.

Item diſpenſat cum rectoribus ad ſynodum non veniẽtibus. extra de maio. & obed. c. ſuper eo. Poſſunt enim puniri, niſi veniant, vt 18. diſt. c. de elogijs. & c. pen.

Sexageſimusſextus caſus.

Item vt ſine vitio fiat tranſlatio ſuper decimis. extra de trãſactio. c. ſtatuimus. & de rerum permu. c. j. & c. 2. ſic etiam in beneficio. extra de tranſactio. cap. decreto. Not. pro penſionibus retinendis.

Sexageſimuſſeptimus caſus.

Item poteſt & debet miſericorditer diſpenſare cum clerico depoſito, ne curiæ ſeculari tradatur. extra de iudic. c. cum nõ ab homine. ſemper enim in illo remanet caracter & viuere debet clericaliter. 50. diſtin. c. accedens. 71. diſtin. c. dictum. Et ideo non reordinatur, ſi reſtituatur. 11. q. 3. cap. ſi epiſcopus. quare ex argum. ſumpto ex iuribus prædictis in omnibus caſibus poteſt epiſcopus diſpenſare cum cauſa, ſicut Papa, niſi in iure expreſsè inueniatur prohibitum, & Papæ reſeruatum. & vide illa, quæ not. Ioan. And. qui à multis vocatur Aquilla iuris, ſuper rubri. de cleri coniug.

Sexageſimusoctauus caſus.

Item diſpenſat, vt contumax non ſit contumax. extra de off. deleg. c. conſuluit. de dol. & cõtu. c. j. & c. 2. & c. cum dilecti. & c. cum olim. & 5. q. 3. c. præſenti.

Sexageſimusnonus caſus.

Item ex cauſa ſequeſtrat fructus ante ſententiam. extra de ſequeſtra. poſſeſ. & fruc. c. penul. & c. fin. cum tamen ſequeſtratio ſit regulariter interdicta, vt C. de prohibi. ſequeſtra. pecuniæ. per totum.

Septuageſimus caſus.

Item diſpenſat cum ſuſpecto de crimine, vt non condemnet eum extra de præſumpt. c. literas. extra de do. & contuma. c. cum dilecti.

Septuageſimusprimus caſus.

Item diſpenſat, ꝙ vir & vxor ſeparati cõtineant, ne deterius inde contingat. extra de iureiurã. c. tua nos. quod eſt contra canonem, 27. q. 2. c. ſi vir & vxor.

Septuageſimuſſecundus caſus.

Item poteſt ratione iuramenti cogere clericum vel monachum eſſe loco obſidum. extra de iureiur. c. ex reſcripto.

Septuageſimustertius caſus.

Item ſi prælatus diffidet de iure ſuo, poteſt dimittere rẽ, quã in eccleſia poſſidet, vt dicunt quidam, argu. extra de poſtu. c. bonæ. 2. verſic. quod contradicentibus. Sed dic, prout ibi notatur. vide amplè Fede. conſi. 37. Alij dicunt ꝙ non eſt de neceſſitate, vt epiſcopi auctoritas interueniat, ſed de honeſtate. Alleg. Hug. Lau. Archidia. 17. quæſt. 2. c. ſi vir. & Innocen. in c. j. de conuer. coniug. in j. glo.

Septuageſimusquartus caſus.

Item diſpenſat epiſcopus in correctione morum, & in diſpẽ ſatione eccleſiaſticarum rerum, & hoc in præuia ratione. 12. q. 6. c. præcipimus. 16. q. 7. c. j. alias contra. 11. q. 3. c. quomodo. & illud. & c. plerunq;. & 12. q. 2. c. cognouimus.

Septuageſimusquintus caſus.

Item diſpenſat etiam cum fure rei eccleſiaſticæ, vt ſibi pœna mitigetur. 12. q. 2. c. fraternitas. 14. q. 6. c. ſi res. & 50. diſtin. c. ſi qui presbyter. 17. quæſt. 4. ſi fortè. & vt poſt peractam pœnitentiam, vel partem eius, poſſit ad ſacros ordines promoueri. extra de furt. cap. fin.

Septuageſimuſſextus caſus.

Item diſpenſat, vt ſeruus eccleſiæ benemeritus cum peculio manumittatur, vt 12. quæſt. 2. cap. ſi quos de ſeruis. & c. cum redemptor.

Septuageſimuſſeptimus caſus.

Item vt res eccleſiæ tempore famis venundantur pro alimẽtis pauperum, & pro redemptione captiuorum. 10. q. 2. c. 2. & 12. q. 2. aurum habet eccleſia & c. gloria. & c. ſacrorum. & c. ſeq.

Septuageſimusoctauus caſus.

Item cum eccleſia parochialis ſeu cum ſacerdote dimittendo ei quartam decimarum ſibi debitam. extra de præſcrip. cap. de quarta. 12. q. 3. c. epiſcopus ſi. 3. & 10. q. 3. c. relatum. & alia epiſcopalia iura. extra de dona. & c. paſtoralis. quod verum eſt de conſenſu capituli, non aliter. extra de his, quæ fiunt à prælat. c. nouit. vide quæ Ioan. Andr. ſcripſit de cenſi. capit. cum venerabilis. ſuper glo. 2. Federi. conſi. 48. incipien. caſus talis, quidam epiſcopus, videtur tenere contrarium eo quòd valde præiudicaret ſibi.

Septuageſimusnonus caſus.

Item vt ſi pater exhæredato filio inſtituerit eccleſiam hæredem mortuo patre reſtituit filio hæreditatẽ. 13. q. 2. c. ſi quis irascitur. Et idem eſt, quod ſic reddens ſe nõ habiturum filios, cõtulit bona ſua eccleſiæ, vſufructu ſibi relicto, & poſtmodum nascitur ſibi filius, vt 17. q. 4. c. quæcunq;.

Octuageſimus caſus.

Item diſpenſat vt ſuſpenſus, in quo ſigna pœnitentiæ apparuerunt, apud eccleſiam ſepeliatur. 13. q. 2. ca. quæſitum. nec eſt contra 23. q. 5. c. placuit. quia ibi loquitur de impœnitente, vt in §. qui ibi ſequitur.

Octuageſimusprimus caſus.

Item diſpenſat, ꝙ ſacerdos in ciuili cauſa coram laico teſtimonium ferat. 14. q. 2. c. quanquam.

Octuageſimuſſecundus caſus.

Item ſecundum quoſdam diſpenſat in iuramento metu extorto, quod eſt in detrimentum animæ & corporis. de hoc in c. Quintauallis. de iureiurand. in glo. 2. & c. peruenit. j. extra de iureiuran. & cen. c. grauis.

Octuageſimustertius caſus.

Item quòd vna eccleſia ex cauſa faciat partem alteri de decimis & primitijs. 16. q. j. c. ſicut duo. & c. ſtatuimus. & extra de religio. do. c. conſtitutus. in glo. in verbo, à quocunque. hic videtur ꝙ epiſcopus &c.

Octuageſimusquartus caſus.

Item ꝙ patronus conferat decimas monaſterio malè à laicis detentas, in quarum poſſeſſionem non erat eccleſia, vt 16. q. j. cap. ſi. & extra de his, quæ fi. à præla. ſine conſenſu capituli. c. cum apoſtolica.

Octuageſimusquintus caſus.

Item epiſcopus diſpenſat, vt abbas conferat inueſtituram in eccleſijs per eum ſibi collatis. 16. q. 2. c. viſis.

Octuageſimusquintus caſus.

Item epiſcopus patronus diſpenſat, vt præſentatus ab eo admittatur ſine examinatione, quia preſumitur pro eo. 16. q. 5. c. j.

Octuageſimuſſeptimus caſus.

Item quòd eccleſia det clericis ad vitam eorum, vitã de ſuis poſſeſſionibus. 16. q. 3. c. clerici. & c. ſi epiſcopus. & 12. q. 2. c. ſæpe fit. & etiam ipſe de poſſeſſionibus eccleſiæ ſuæ dat ſuis ſeruitoribus ad vitam eorum, & de proprijs in perpetuum. 16. q. 6. c. illud. quia & ſucceſſor illos alere tenentur. 12. q. 2. hæc huius. in fin. vide arti. C.

Octuageſimusoctauus.

Item diſpenſat epiſcopus in pœna pro immunitate eccleſiæ violatæ. 17. q. 4. c. ſi quis contumax. & ar. 12. q. 2. c. de viro.

Octuageſimusnonus caſus.

Item diſpenſat cum clerico ſuo, vt poſſit ad alterius epiſcopatum tranſire. 19. q. 2. c. duæ à cõtrario ſenſu. & 71. & 72. & 73. diſtin. per totum.

Nonageſimus caſus.

Item diſpenſat in tempore velandi virgines, vt dicitur extra de tempo. ordi. & quali. ordi. cap. j. & vide glo. vltimam illius ca. aliàs non, niſi ex cauſa, præterquàm in certis feſtiuitatibus, vt 21. quæſt. 1. cap. de dotis. non diſpenſat vt matrimonia fiãt extra tempora ſtatuta, nec etiam Papa, quia contra ſtatum vniuerſalis eccleſiæ 25. quæſtio. j. capit. quæ ad perpetuam. & quæſt. 2. per totum.

Nonageſimusprimus caſus.

Item poteſt diſpenſando mitigare pœnam, ſecundum modum canonum datam, 24. q. 4. c. fortè. de pœniten. diſtin. 6. c. j. in fi. & extra de offi. deleg. c. fi.

Nonageſimuſſecundus caſus.

Item diſpẽſat diſſimulando, vel correctioni ex cauſa ſuperſedendo. 23. q. 4. c. non poteſt.

Nonageſimustertius caſus.

Item diſpenſat parcendo teſti, ne perſonaliter puniatur. 23. q. 5. c. j. ad fin.

Nonageſimustertius caſus.

Item diſpenſat relaxãdo excommunicationem ad cautelã,

nc plus

Source : BIU Cujas

ne plus debito principale negotium retardetur.extra de excep. c.Apostolicæ.& extra de testi.c.veniens.2.in fi. secus in interdicto loci non personæ,vt ibi not.glo.pen. vt in constitu. Gregorij X.posita de senten.excom.c.præsenti.

Nonagesimusquintus casus.

Item episcopus dispensat in modica iniuria, si iniurians ex sententia sit infamis,vt dicitur extra de re iudica.c.cum te. & 2. quæstio.3.§.notandum.Abb.Sicu.in d.c.cum te.dixit quòd episcopus super infamia dispensat, quando venit accessoriè. & vide in 3.nota.

Nonagesimussextus casus.

Item potest dispensatiuè deferre friuolæ appellationi ꝓpter scandalum vitandum.extra de appel.c.cõstitutus. & 2.q.6.c.appellatione pendente.quod de iure facere no tenetur,immo iudex hoc faciens mulctandus est in 20.lib.argẽti, vt 2.q.6.§.sunt etiam,quorum.versi.si quis etiam.

Nonagesimusseptimus casus.

Item dispensat in transformatione habitus ex causa, vt dicitur de vi.& hone cle.c.clerici.& c.Deus,qui ecclesiam.

Nonagesimusoctauus casus.

Item dispensat cum clericis concubinarijs, vt extra de cohabi.cleri.& mulie.c.clero.& c.vestra.vbi est bona glo. ad cognoscendum quid est notorium & manifestum, nisi irregulares effecti fuerunt.Cum aliquibus poterit etiam dispensare, vt infra dicam in sequen.& in prædicto c.vestra.dicitur,quòd si presbyter sit peccator,& in peccato etiam conficit, nec maculatur sacrificium propter etiam eius peccatũ. Et vide qualiter & quare peccatores sunt fugiendi,vt rubore suffusi ad sanctam pœnitentiam reducantur & ad ecclesiam, quæ non claudit gremium postulanti.

Nonagesimusnonus casus.

Item episcopus dispensat cum clerico non residente in ecclesia.extra de cler.non resi.c.ex parte.& c.tua.& c.fi.vice in parochialibus ecclesijs,& ad sacros qualiter potest prælatus dispẽsare super non resid.in 6. de elect. c.licet canon.& ibi per Ioan. And.& Domini.de sancto Gemi.

Centesimus casus.

Item cum duobus in discordia electis, vt vnus habeat dignitatem,& alius aliquid vltra consuetum, videlicet pensionem, vt extra de præben.c.j.nisi essent viri probi.61.dist.c.Osius.in gl. 12.q.j.c.illi.& not. bene pro pensionibus creandis cum causa.c. prædictum. nisi essent viri probi: quoniam secundum opinionem multorum, episcopi possunt dispensare, & constituere & ad illam soluendam annuatim constringere per glo.fin. prædictam, c.Osius episcopus. Et hoc cum sit ex ordinatione proborum virorum super illis pro bono pacis arbitrantium ad euitãdum scãdalum,vt illic dicitur.vide ad propositum pensionum articu.s.57.& 87.

Centesimusprimus casus.

Item vt aliqui habeant campanas, vt extra de priuileg.c.patentibus.& possint de nouo ædificare.

Centesimussecundus casus.

Item dispensat episcopus,vt ex vna ꝑbenda fiant duæ,& hoc ex causa,vt extra de præben. c.vacante.aliàs contra, si causa nõ subest.eo.tit.c.maioribus.& c.dilecto.& j.q.3.c.fi.

Centesimustertius casus.

Item dispensatiuè episcopus vnit capellas, vt augmentet præbendas.extra de præben.c.exposuisti.

Centesimusquartus casus.

Item ꝙ clerici & laici peregrini ex aliqua iusta causa in sua diœcesi recipiantur & sine literis cõmendatitijs celebrent. extra de institu.c.ad decorem.& extra de cle.pereg.c. fi.de consec. dist.j.c.vnicuiq;.& c.cleros.alias contra.71.dist.c.j.& c.2. & laici, vt matrimonia contrahant. Et not. ꝙ si non fuerint de regno, Rex erit eorum successor, non obstantibus liberis legitimis & naturalibus de vero matrimonio,nisi habuerit literas naturalitatis, siue dispẽsationis à Rege.& sic practicaui & practicari vidi.vide quæ dixi s. articu.28.

Centesimusquintus casus.

Item potest dispensatiuè ratum habere,quod factum est per prædecessorem eius,licet illud inualidum sit, puta quia sine cõsensu capituli,extra de his, quæ fiunt à præla.sine consen.cap.c. cum vos,& c.cum Apostolica.

Centesimussextus.

Item potest ex causa retinere ad tempus fructus beneficij vacantis,vt extra vt ecclesiasti.benefi.sine dimi. c.vnico. prope finem. Et vide quod ibi notant Docto. super finem vltimæ glos. propter clemen.si vna.de rebus eccle. non alie. Et illic vide Io. And.Aquilam iuris canonici.

Centesimusseptimus casus.

Item dispensat abbreuiando pœnitentiam. 10. annorum sacrilego,qui cum moniali contraxit.27.q.j.c.virginem.

Centesimusoctauus casus.

Item dispensat etiam cum cognoscẽte fornicario coitu monialem 27.q.j.c.eos.

Centesimusnonus casus.

Item dispensat cum frequenter nubentibus.31.q.j.c.de his. Et ibi vide in j.glo.& c.hac ratione,in sequen.

Centesimusdecimus casus.

Item episcopus potest adulteram ponere in monasterio, si vir nolit eam recipere.32.q.j.c. de benedicto. Adulteros autem excommunicare potest,vt ead.causa & q.5.c.præceptum.

Centesimusvndecimus casus.

Item permittitur episcopo separare maleficiatos post triennium.33.q.j.c.si per sortiarias.& extra de frigi.& male.c.fi.Et dare eisdem licentiam nubendi, cum nullum fuerit, aut existere possit matrimonium, cum alter eorum cupiat habere prolem, & gaudere bonis matrimonij.Et illic vide Doct.

Centesimusduodecimus casus.

Item potest ex causa mitigare pœnam matricidæ.33.q.2.ca. latorem.

Centesimusdecimustertius casus.

Item dispensat episcopus cum solenniter penitente, & cum incestuoso in matrimonio contrahendo.33.q.2.ca.si quis cum duabus.& c.cum in adolescentia.& c.antiqui.

Centesimusdecimusquartus.

Item potest etiat dispensare cum incestuoso per errorem sororem vxoris suæ cognoscente.34.q.2.c.in lectum.Et etiam cũ incestuoso simpliciter.extra de eo,qui cogno. consan.vxo.suæ. c.ex literis.35.q.3.c.de incestis.ad fi.& q.8.de gradibus. & c.hoc salubriter. ad fin.& c.incestuosi.vnde dispensat, vt cognoscens matrem sponsæ suę possit cum alia contrahere.extra de eo,qui Dux.in matrimo.quam pol.per adulte.c.2.de hoc.33.q.2. cap.si quis eum.& 27.quæst.j.c.virginem.Et vt is,qui separatur ab vxore propter consanguinitatis impedimentum, possit cum alia contrahere.35.quæst.6.c.ab isto die.j.Et considera ad quid prosunt istæ dispensationes,vt etiam supra notatur,articu.92.quoniam bona illorum qui incestas nuptias faciunt, veniunt confiscanda, vt ff.de incest.nupt. l.incestæ. & C.eod.titu.l.cum ancillis.l.si quis etiam, per notata in ca.cum secundum leges ciuiles.de hæreti.in 6.Et an sint hæretici. vide illic notata.

Centecimusdecimusquintus casus.

Item dispensat episcopus contra sententiam, quæ non transit in rem iudicatam, vt 35.q.9.c. quod quis. vnde restituit mulierem contra sententiam in causa matrimoniali latam, quæ non transit in rem iudicatam,vt eadem quæstio.§.j.& extra de in integ.resti.c.ex literis.

Centesimusdecimusextus casus.

Item cum raptoribus mulierum, vt euadant legalem pœnam, quæ est pœna mortis, confiscationis bonorum partim raptæ applicanda.C.de rapt.virg.l.vnica. & de episco.& cleric.l. si quis non dicam. Et vt acta pœnitentia cum mulieribus raptis contrahat.35.quæst.j.ca.j. & quæst.2.cap.tria. & extra de rapto.cap.1.argumen.contra ead.quæst.cap.fin.sed solue,vt ibi in prima glo.

Centesimusdecimusseptimus.

Item dispensat super statu ecclesiarum,vt eas faciat numero pauciores si plures sint, vel etiam minores si nequeant de proprijs redditibus sustentari.de consecra. distin.j. c. omnes basilicæ.& ꝙ etiam numerus canonicorum diminuatur,vel augmẽtentur.extra de constitu. ca.ex parte. à contrario sensu.extra de verbo.signifi.c.fi.extra de institu.c.j.& 2. & extra de concess.prælat.c.ex parte. Et vt fiat nouus personatus in ecclesia, qui nunquam fuit.tex.est extra de consuetu.ca.cum olim. de hac materia peramplius vide Fede.ꝙsi.111.& ibi, an hoc possit facere in præiudicium expectantium,& de requisitis in vnione, vide Oldra.consil.261.& per eundem, qualiter & quare causa annulletur vnio, consil.262. & qũo episcopus possit vnire aliquam dignitatem, vide per eundem Oldra.consil.186.& an si habeat potestatem à Papa vniendi aliquam ecclesiam,an si vnit videatur auctoritate sua vel Papæ fecisse, per eundem consil.257. Et quid si Papa concedit episcopo vniendi quatuor ecclesias mẽsæ suæ, qui eas vnis vnientibus rectoribus earum sine præiudicio episcoporum.Et deinde mortuo illo Põtifice successor cõcedat expectatiuas cum clausula anteferri, an mortuo aliquo ipsorum rectorum habentes expectatiuas debeant præferri episcopo.Vide plenè per eundem Old.consi.223.

Centesimusdecimusoctauus casus.

Item dispensat, vt missa cantetur & celebretur in oratorijs, vt de consecratio.distinctio.1.cap.concedimus. & cap. cleros. & cap.si quis.

Centesimusdecimusnonus casus.

Item dispensat cũ presbytero, qui sub vno canone duas missas celebrauit.de conse.dist.2.c.relatum. & c.comperimus.celebrando sine vino,&c.vt in d.c.comperimus.

Centesimusvigesimus casus.

Item dispensatiuè potest episcopus minuere pœnam sacerdoti,qui propter eius negligẽtiam dimittit partem sacrificij cadere,aut si mus,vel aliud animal comederit. de consec. dist.2.c. qui bene non custodierit.

Source : BIU Cujas

Centesimusvigesimusprimus casus.

Item dispensat, vt presbyter celebret in altari, in quo ea.die episcopus celebrauit.ea.dist.c.fi.de consc.dist.2.& vide glo.

Centesimusvigesimussecundus casus.

Item, vt iudæus statim ex causa baptizetur. de consec. dist.4. c.ne quod absit.

Centesimusvigesimustertius casus.

Item secundum quosquam,cum ignoranter rebaptizato,cū esset paruulus,si necessitas,& illi⁹ merita & ecclesiæ vtilitas hoc exposcunt,vt de consec.dist.4.c.qui bis.

Centesimusvigesimusquartus casus.

Item in pœna presbyteri cum veteri chrismate baptizantis. de consec.dist.4.c.si quis de alio.

Centesimusvigesimusquintus casus.

Item consentire potest,ꝙ presbyter signet pueros in vertice, quos episcopus baptizauit si fortè propter multitudinē episcopus non potuit omnes in vertice chrisma.de consc.dist. 4.c.omni tempore.95.dist.c. pen.& fi.ipse autem solus potest chrismare infantes.extra de consue.c.quanto. de consc. dist. 5.c.manus. vide etiam extra de sacra vnc.c.vnico.versi.quia verò.

Centesimusvigesimussextus casus.

Item cum clerico vel prælato religioso, vt eat in peregrinationem, de consec.distin.5.c.non oportet.2.& extra de voto & vo.redēm.c.magnæ. prope fi.& c.pen. & fi. Et not.quòd in Hierusalem peregrinan.absq; licentia Papæ sunt auctoritate ipsius Pontificis excommunicati. & contra huiusmodi excommunicationem non debet dispensare, quia eius est soluere, cuius est ligare.extra de senten.excom.c.officij.& c.per tuas.Abbas Sicu. in c. sacro approbante.

Centesimusvigesimusseptimus casus.

Item dispensat,quòd clerici iaceant & comedant in proprijs domibus,& non simul.extra de vi. & hone.cleri. c.quoniam, à contrario sensu,contra canones illos,de consc.dist. 5.c.in omnibus.& 12.q.j.c.necessaria.

Centesimusvigesimusoctauus casus.

Item recipiendo secundum præsentatum à patrono primo omisso,vt extra de iurepa.c.cum autem.& c.pastoralis.

Centesimusvigesimusnonus casus.

Item dispēsat cum sacerdote incauto, qui in officio suo peccat vt extra de celeb.misc.fi.

Centesimustrigesimus casus.

Item dispensat ꝙ infirmus, vel ex alia cā quis comedat carnes in die ieiuniorum,vt extra de obser.ieiu.c.consilium.

Centesimustrigesimusprimus casus.

Item dissimulare potest,quod sponsus & sponsa de futuro se absoluant,ne deterius inde contingat.intelligere integra,videlicet inter eos carnali copula non secuta, vt extra de spō.c.præterea.Et secundum aliquos deberent obtinere dispensationem expressam de iuramento, quando sunt affidati in ecclesia propter fidei dationem in curia Parisien. & Archidiaconorū soluunt emend.v.s.t.sigillo eleemosinę do.Parisien.& v.s.t.officiali.v.s.t.scribæ.

Centesimustrigesimussecundus casus.

Item dispensat, vt puella nubilis dimittat sponsum minorem quatuordecim annorum,& cum alio contrahat, ne deterius inde contingat & fiat. extra de despon.impubē.cap.ex literis.quod est contra iura illa, eod.titu.c.de illis, & c.à nobis.solue vt ibi.

Centesimustrigesimustertius casus.

Item vt confirmet,vel impediat sponsalia,secundum formā Decretalis incip.cum in tua. extra de sponsa. & matrimo. & c. cum inhibitio.de matrimo.cland.

Centesimustrigemusquartus casus.

Item cum filijs adulterorum, vt alantur à parentibus, vt extra de eo,qui duxit in matrimo.quam pol.per adulte.c.cum haberet.in fi.contra iura illa,35.q.4.c.2.& q.7.c.vnico. C.de natu. libe.authen.licet pater.& extra,qui filij sint legitimi. ca. per venerabilem, in fine.

Centesimustrigesimusquintus casus.

Item potest dissimulare dispensatiuè adulterium sponte à muliere confessatum, nisi perseueret in illo, vt extra de diuor. cap.ex literis.

Centesimustrigesimussextus casus.

Item dissimulando dispensat in dispensatione ex falsa causa obtenta,vt valeat quæ aliàs non valeret,vt extra de consang.& affi.c.quia circa. Et no. cautelam habere duas dispensationes ꝓ vna,vt non ascendas alpes Italiæ, & de similibus simile est iudicium. de rescrip.c.inter cæteras.j.

Centesimustrigesimusseptimus casus.

Item potest dispensare mitius puniendo ex causa accusatorem in probatione deficientem.2.q.3.c.Paulum. §.notandum. extra de calumniato.c.cum dilectus.& extra de electio.c.statuimus.in fin.lib.6.

Centesimustrigesimusoctauus casus.

Item dispensat in numero & qualitate compurgatorum, vt extra de simo.c.insinuatum.& 2.q.5.c.omnibus.& extra de purga.cano.c.ex tuarum.

Centesimustrigesimusnonus casus.

Item dispensat cum eo,qui per simplicitatem fecit homagiū propter beneficium,vt extra de simo.c.ex diligenti.sed cum directè simoniaco quis valeat dispensare,dic vt illic not.Doct.Et facere homagium pro beneficio,est simoniacum, vt dicitur in c.fi.de reg.iur.in antiquis.

Centesimusquadragesimus casus.

Item dispensat, vt clericus scholaris vel peregrè proficiscens locet ad tempus redditus sui beneficij.extra de voto. c. fi.& per quod tempus dispensat, vide notata in c. licet canon. cum suis concordantijs de electi.in 6.Ioan. And.& Dominicum de sancto Geminiano.

Centesimusquadragesimusprimus casus.

Item dispensat cum homicidis & patricidis, ꝙ contrahant matrimonia.extra de his,qui fil.occide.c.j.33.q.2.c.seculares, & c.interfectores.& c.in adolescentia.

Centesimusquadragesimussecundus casus.

Item potest episcopus ecclesias parochiales diuidere & vnire,nisi ab eo appelletur.De consensu tñ eorum,quorū interest, vt extra de excess.præla.c.sicut vnire,alias nō.13.q.j.§. sicut duo. & 10.dist.c.j.vbi de hoc, arg.contra 16.q.j.c.quæcunq;.Sed solue,vt ibi no.& de relig.domi.c.constitutus.

Centesimusquadragesimustertius casus.

Item dispensat cum criminoso publicè celebrāte,prout notatur per Pap.& alios Doct.extra,de cleri.pereg.c.j.

Centesimusquadragesimusquartus casus.

Item dispensat cum excommunicato ministrāte quo ad beneficium, vt extra de cler.excom.mini. c.postulastis.responso, j.& c.latores.& c.2.secundum Pap.& præceptorem meum,qui hoc no.extra de tempo.ord.c.dilectus.Et vide ibi Inno.Abb.sic indistinctè tenet in c.3.de cleri.excommu. ministran.& c.postulasti.prædicto,& ibi in 8.no.poteris videre an collatio beneficij facta excommunicato teneat, & qualiter episcopus dispēsabit validando illam collationem.Item an episcopus possit dispensare cum irregulari,qui celebrauit excōmunicatus.vide glo.50. dist.c.miror.& glo.§.nisi rigor.j.q.7.& glo. in c.dispenses.in c.1. de eo qui fur ordi.susce. Archid.in c.qua de causa.3.q.4.vbi latè ponit,an episcopus dispēsare possit cum irregulari, qui celebrauit suspensus.Dominicus in c.in Ephesijs.in 4.no.44. dist.tex.in c.fi.de cle.excom.mini.Abb.de cle.pug.in duel.vide Arch.in c. si quis presbyter à suo episcopo. 11.q.3. vbi dicit ꝙ si existens in minoribus incurrat irregularitatem,ipse dispensat etiam super natalibus.cum multis alijs,&c.

Centesimusquadragesimusquintus casus.

Item potest dispensatiuè minuere pœnitentiam à Papa impositam,vt 50.distin.c.accedens.& 33.q.5.in c.latorem.vt tenet etiam Archi.& C.de epis.& cle.Auc.interdicimus.

Centesimusquadragesimussextus casus.

Item ex causa pōt absoluere clericum ab ecclesia, in qua ordinatus est,& eum in alia collocare.74.dist.c.quorundam.

Centesimusquadragesimusseptimus casus.

Item dispensat cum presbytero casu ineuitabili homicida, vt quidam dicunt.extra de homi.c.continebatur. & c.ad audientiam.c.petitio.& extra de cler.pug.in duello. c.j.& extra ne cleri.vel monac.c.sententiam. 50.dist.c.de his clericis. dic etiam ꝙ potest dispēsare,vt extra de cle.percus.c.præsentium. & per cle. vnicam. de homici.non est irregularis etiam furiosus infans & dormiens.& vide Zabarel.& alios Doct. per eum allegatos.

Centesimusquadragesimusoctauus casus.

Item dispensat, ne quis ad tempus teneatur in ecclesia parochiali residere, vt in constitutione Gregorij X. posita in lib.decretalium,titu.de elect.c.licet canon.

Centesimusquadragesimusnonus casus.

Item dispensat ne beneficiatus promoueatur ad sacerdotiū per septennium secundum formam Decretalis, cum ex eo.de elec.lib.6.& vide & considera ꝙ oportet, ꝙ sit ætatis. 20.annorum, si in dignitatibus & personalibus curam animarum non habentibus.c.vnico.in 6.de æta.& quali.& 25. ann. in beneficijs curatis per c.licet canon.s̄.dic.vide notata ad huius propositū, an possit cum maiore 14. annis in articulo notato 56. in illis c. per Do. & Ioan.And.

Centesimusquinquagesimus casus.

Item dispensat, vt quis deseruiat per vicarium in ecclesia parochiali etiam dignitati annexa,vt extra de præben.c.extirpandæ.& no.extra de æta.& quali.c.eam te.

Centesimusquinquagesimusprimus casus.

Item dispensat cum eo, qui factus erat ineligibilis, quia receperat electionem per abusum secularis potestatis factam, vt not.de electio.c.quisquis.in antiquis.in glo.3. in verbo, fiat.circa fin.glo.

Centesimusquinquagesimussecundus casus.

Item vt corpora Sanctorum transferantur de loco ad locū. de consec.distin.j.c.corpora.& reliquiæ ex causa de ecclesia extrahantur.

Source : BIU Cujas

trahantur. Et potest etiam inhibere, ne in ea diuina celebrentur. extra de iurepatro.cap.2.economum in ea ponere. extra de offic.ordi.c.cum vos.adde casum,quem ponit decreta.antiquæ extrauaganti Ioannis.

Centesimusquinquagesimustertius casus.

Item in omni foro pœnitentiali & in pœnitentijs imponendis.45.distin.c.licet.& ferè per totam dist.26. quæst.7.c. tempora.& c.alligant.ratione tamen duce,aliàs non. de pœni.dist.5.c. falsas.23.q.3.c. si is qui. & mitigare potest canones pœnitentiales,vt dicitur de pœnit.dist.j.c.pœnæ.& c.verbum Dei.& c.medicina.& c mensuram. & c.iudices. & pondera pœnitentiæ. de consec.distin.3.c.de pœnitentibus.extra de pœnit. & remis.c.significauit. & c.quæsitum. nisi ea canone expresse prohibeatur. 23.q.vlti.c. pessimam.& not. ꝙ non dispensat vt solēniter pœnitentes promoueantur.50.dist.c ex pœnitentibus.& c.confirmandum.& c non confidat.61.distin.c.sacerdotibus.vers.proferens.arg.ramen contra.28.dist.c.presbyter. & extra de pœ. & remis.c.quæsitum.& solue,vt ibi,& per Abb.& Io.An.Sed not. cautelam,vt mitiget senten. s.arti.113. 105.91.92. dissimulando correctionem, vel mitigando pœnam à canonibus statutam, aut secundum formam arti.95. quando dispensat super maculas infamiæ,quando accessoriè veniunt ad causam,& ad sentētiam dispensationis ferēn.aut cautelam.arti.136.

Centesimusquinquagesimusquartus casus.

Item dispensat episcopus cum illegitimis, & hoc in minoribus ordinibus & beneficio sine cura.de filijs presbyt.c.j. lib.6. & bene nota totum illum titulum. Si illegitimi religionem intrauerunt,non indiget dispensari.c.j.cum concordantijs. de fil. presbyter.in antiquis.

Centesimusquinquagesimusquintus casus.

Item dispensat, vt quis possit archipresbyteratum & canonicatum in eadem ecclesia obtinere, si necessitas vel vtilitas ecclesiæ subsit,vel maxima prerogatiua personarum,prout tenet & consuluit Federi.consi.206.incip. Reuerende pater,& etiam vt quis habeat duas ecclesias curatas, dummodò sint pauperrimæ,secundum Feder. consi.11.vbi refert Innoc.& Host.ita tenuisse,vide quæ dixi.s.arti.2.

Centesimusquinquagesimussextus casus.

Item dispensat episcopus in casibus, qui habentur 68. dist.c. quamuis,& c.cor episcopi.

Centesimusquinquagesimusseptimus casus.

Item dispensat,vt sacerdos simplex reconciliet cemiterium, aut ecclesiam pollutā sanguine humano iniuriosè effuso, aut enormi mutilatione & læsione absque sanguinis effusione. ca. aqua per episcopum benedicta.extra de consecr.eccle. vel alta. etiam c.proposuisti.aut si etiam polluta sit igne, aut semine, vide peramplius,quando debet reconciliari, & ex quibus causis, per Ioan.And.& Dom.in c.vnico.de conse.eccle. vel alta.lib.6. Item etiam per simplicem sacerdotem potest recōciliari, aqua semper per episcopum prius benedicta, si corpora paganorum hæreticorum & excommunicatorum fuerint inhumata in cemiterio, quæ etiam debent extrahi de cemiterio, si potuerunt discerni hæc vide in c.consuluisti. & per doctores ibi & in prædicto titulo.de conse.eccle.vel altaris.in antiquis.

¶Præeminentiæ seu prærogatiuæ episcoporum.

¶Secundum membrum Tractatus.

IT finaliter magna potestas est episcoporum,vt etiam in sequentibus poteris videre & cognoscere, quia sunt fundamenta sanctorum Mōtiū & Petræ. s. quas sunt fundatæ ecclesiæ. Nam in signum huius non potest ecclesia fieri, nisi primo episcopus crucē ibi figat, atrium designet, & primarium lapidem ponat.de consec.dist.j.c. nemo.

Item ipse solus & superiores possunt cōsecrare, reconciliare,pœnitentias solennes imponere, indulgentiarum literas cōcedere. De causis matrimonialibus cognoscere, ordines, & ordinationes facere,chrisma conficere.extra de excess. præla.c.accedentib.16.q.j. c interdicimus.extra de pe. & remis. c.cū ex eo. in fi.extra de conse.eccle.vel altaris.c.consuluisti.c. cum aqua p episcopum benedicta.& 50.dist.c.in capite ieiuniorum.

Item quinquagesimam vel centesiam dare. extra de dona. c. apostolicæ.12.q. 2.c.bonæ. extra de his, quæ fiunt à prælat. sine consensu capi.c.pastoralis.

Item solenniter excommunicare.11.q.3.c.debent.

Itē literas dimissorias dare,aliter non valet ordinatio ab alieno episcopo facta.8.q.2.c.illud. & c. dilectissimi.& extra de offi. archid.c.vt nostrum.vbi de hoc dicitur plenè.

Item annulum portare licet episcopis, vt extra de vita & honest.cleri.c.quod clerici.

Item duos de canonicis ecclesiæ suæ secum habere licet, lucrantes fructus,ac si residerent seruitio. extra de cler.non resid. c.ad audientiam.

Item parochias limitare & cemiteria ordinare.13.quæst.1.c. ecclesias.& in prædicta decretali, pastoralis.de his, quæ fiunt à prælat.

Item constitutiones facere in suis diœcesibus. de consec. distin.j.c.omnes basilicæ.16.q.7.c.omnes. extra de fer. c.fin.12.distin.c.catholica. Et melius de appella.c.fi.lib.6. super fi.vlti.glo. in princip. Et est ibi quæstio not.ad propositum, ex quibus iuribus colligitur, quod oues ecclesiæ suarum diœcesum ad eos pertinent.

Item possunt episcopi generalem synodum facere. 18.dist.c. episcopus.extra de maio.& obe.c.quod super.

Item hæreticos condemnare. extra de hære. c. ad abolēdam. §.j.& contra eos inquirere.eod.titu.c.excommunicamus. §.fin. nec & potestas ipsis adimitur aut minuitur, licet alteri inquisitio committatur,vt dicitur hic,& in c.per hoc,primo responso. de hæret.in 6.

Item ecclesias censuales facere, vt de iurepatro. c. præterea. & de censi.c.scientes.

Item instituere clericos & destituere. extra de fil. presbyter. c.ex tua.& de institu.cap.ex frequentibus. Et dicitur de his, quæ fiunt à prælat.c.nouit. & alia plura, cum adeo singula referuntur,vt 25.distinctio.c.perlectis. & extra de officio archipresbyteri.c.vt singulæ.

Item Reuerendissimi episcopi in multis sunt priuilegiati. Nam non incurrunt sententias excommunicationis, suspensionis & interdicti,sicut aliæ personæ, vt extra de senten. excō. c.quia periculosum.intellige ita facilè, vide quæ notauit in glo. Io.And.post Host.

Item aliter proceditur contra eos contumaces, quàm cōtra alios, vt per constitutionem Alexandri IIII. positam in c.2.de offic.deleg.in 6.

Item ipsi aliter iurant quàm alij,nec testificari coguntur. extra de iuramē.calum.c.fi.11.q.1.c.nec honorem.in Auc.de sanctissimis episco.§.nulli.

Item tempore generalis interdicti possunt audire diuina. extra de priuile. c.quod nonnullis.

Item possunt,quem volunt sibi eligere confessorem, vt extra de pœni.& remis.c.fi.

Item non coguntur subire iudicium,nisi imperialis iussio p̄cedat,vt no.Azo in sum.tit.de episc.& cler.§.quod sit.

Item episcopalis dignitas liberat à patria pote.54.dist.c.si seruus & no.extra de æta.& qual.c.indecorum. tex.est in Auc.cōsti.quæ de digni.§.illud.colla.6.& ibi not. ꝙ priuilegia & beneficia à Principe concessa sunt perpetua, etiam si concedantur sub suo beneplacito.Anto. Corse.in suis singu.in verbo, beneficium.& multi alij Doct.&c.

Item quinque priuilegia habes in lege antiqua. 11.quæstio.1. c.quicunque.

Item plures testes contra episcopum sunt necessarij,etiā clerici & non laici.2.q.4.c.præsul.& c.seq. & in pluribus sunt priuilegiati,quæ oportet omittere,ne sim nimis prolixus, quoniam gaudent breuitate Moderni.

Item adde de altari viatico.de priuileg.c.vlti.in 6.

Item ꝙ religiosi familiares eorum se possunt eis in officio cooptare,vt in cle.de cele.missa.c.dignum.

Item in aliena diœcesi possunt diuina celebrare & populum benedicere etiam in locis exemptis, vt in cle.vlti.de priuil.vide c.Romana.de fo.compe.

Item supplent negligentias exemptorum & certas prouisiones faciunt contra illos.de supplen.negl.præla.c.j. Et hæc faciūt auctoritate Apostolica, cui conueniunt duo iura vetera, duo sexti,& alia duo clem.vbi not.super verbo,Apostolica.

Item iurisdictionem suam exercere inter suos subditos in aliena diœcesi,vt in cle.de foro compe.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium cæteris criminibus grauius.*
2 *Perpetua esse debent,quæ sunt ad communem vtilitatem.*
3 *Dispensationes,an trahantur ad specialiter reseruata,aut expressa, Episcopis omnia licent.*
4 *Episcopi,quomodo possint dispensare.*
5 *Iurisdictio datur ex consuetudine.*
Consuetudo in facto consistit.
6 *Promoueri,qui non possint.*

In his omnibus casibus præmissis, qui expressi sunt in iure, alijsq; & similibus indubitatè potest episcopus dispensare & ius commune relaxare:in alijs verò, qui non sunt in iure expressi,dummodò sint delicta aut crimina adulterio minora, potest dici generaliter, quòd episcopi Reuerendi suos clericos & subditos possunt dispēsare,prout tex.& decisio formalis est,extra de iud.c.at si clerici. §.adulte.intellige cum causæ cognitione & ex causa,pœnitentia peracta,prout plenè legitur & no.50. dist.c.vt constitueretur,satis sufficienter deducto.s. in princip.

Source : BIU Cujas

huius operis. & sępenumero repetito. Et vide argumenta facta
1 in illa glo. in verbo, minora. † quæ dicit, adulterium esse maius & grauius crimen, quàm alia crimina, quod adulterium continet in se fornicationem ratione illegitimi coitus, quod est mortale peccatum per se, adulterium propter matrimonium. Item sacrilegium ratione sacramẽti, periurium & violatio fidei propter iuramentum in facie ecclesiæ præstitum. Item raptus, cum rationem seducunt, vt ius præsumit, in l. vnica, de rapt. virgi. C. item transgressio voti & fidei promissæ solenniter facti in manibus curati, & in facie ecclesiæ. Item homicidium, quia animã alterius cum sua occidit. Et alia delicta & mala aduenient propter talia, quare poteris dicere, adulterium inter omnia crimina esse maius & grauius crimen. Et per consequens Reuerẽdissimi episcopi in omnibus posse dispensare, nisi sit eis prohibitum expresè à iure, cum sint vicarij Christi, & patres misericordiarum, &c. vt supra in princi.

Item poteris aliud formare argumentum: cum enim in prędmissis casibus sit episcopis dispensare cõcessum, videtur in alijs eis esse prohibitum, vt ff. de his, qui sui, vel alie. iur. sunt. l. j. & Instit. eod. titu. §. j.

2 Item † aliud argumentum, cum episcopus astrictus sit canones obseruare, vt extra de iureiuran. c. ego. & 100. distin. c. optatum. & 4. distin. §. fi. 25. q. j. c. hac consona. non debet contra eos facere, nisi expresè sibi concedatur à iure, vt extra, de natis ex libe. ven. c. vnico. extra de elec. c. dudum. 2. minor. n. non potest legem superioris tollere. 10. dist. c. j. & 3. Et quæ sunt ad commu nem vtilitatem, perpetuò manere debent. 25. q. j. 2. 3. 4. & 5. nec de illa, sed secũdum illam iudicare tenetur. 4. dist. c. in istis. ergo non potest episcopus dispensare, nisi vbi inuenitur expressum.

Item à parte affirmatiua, quòd possit episcopus dispensare, arg. extra de iudi. c. at si clerici. extra dẽ tempo. ordi. c. dilectus. de suppl. negli. præla. c. Romana. 50. dist. c. miror. tenet etiam Inn.
3 episcopos posse dispensare in omnibus, † nisi ius specialiter, seu canon reseruauerit, vt in decreta. nuper. de sen. excom. de spõs. c. cum apud. 16. q. j. c. sunt nonnulli. argu. ff. ex quib. cau. ma. li. l. necnon §. quod ei. in c. postulasti. de cler. excom. mini. Sic patet quòd possiunt dispensare, nisi sit eis prohibitum.

Item non obstat c. prædictum, dilectus. s̃. de temp. ord. prout Docto. in glo. per Bernardum nominati contrarium tenẽt. Et solum limitant, non posse episcopos dispensare contra vniuersum statum ecclesię, nisi sit eis expresè permissum, sed bene in omnibus criminibus commissis possunt criminosos dispẽsare. Communis opinio Doctorum Abb. Sicu. Ioan. Andr. Tancre. Lauren. Vincen. Bernard. & aliorum antiquorum est, ꝙ episcopus potest dispensare, vbicũq; non prohibetur, nec per hoc impugnat canones, vel eos tollit dispensando, vt est argu. extra de hæreti. c. excommunicamus. §. sanè. & de senten. excommu. c. nuper. prædic. circa fi. & c. à nobis. & c. cum illorum. & extra de spon. c. cum apud. 16. q. j. c. sunt nonnulli. & c. iuxta dictum Apostoli, in cuius locum sunt ipsi episcopi instituti, dicentis, Omnia mihi licent. 11. q. j. c. aliud. Nec obstat prædicta decret. at si clerici, prout ibi not. Vincen. qui dicit, episcopum dispensare posse, vbicunque non prohibetur, & inuenitur quandoq; per illos dispensatum fuisse.

4 Item sic conclude, † ꝙ in criminibus dispẽsare possunt peracta pœnitentia & satisfactione facta parti læsæ, aliàs nõ debet, nec etiam Papa, vt in furto, rapina, & similibus, vt dicit do. Marti. vide etiam 14. q. 5. c. pœnale. extra de vsur. c. cum tu. & ea. q. c. si quid inuenisti. & c. multi. & 14. q 6. si res. quia non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. sic non est peracta pœnitentia, vel distingue, aut in criminibus, in quibus de iure diuino committitur mortale peccatum, & tunc non possunt, vt in iuribus præmissis: aut in criminibus, in quibus peccatum mortale committitur iure positiuo, aut secundum ius positiuum, & tunc possunt etiam inferiores prælati, nisi sit eis interdicta potestas dispensandi.

Item sunt etiam episcopi in possessione iuris ad dispensandum de præmissis & alijs ex longa consuetudine non expressa in iure. Consuetudo quoque facit, dispensationem valere, quod aliàs non valeret, argumen. extra de celebra. missa. cap. cum pernicioſus. cum suis concordantijs. & argumen. extra de transact. cap. fin.

5 Item † Reuerendissimi Episcopi propter præmissas & ad expediendas dispensationes possunt & debent habere notabilem cancellariam, literasq; eorum dirigere eorum officiali, aut alteri in dignitate constituto, eorũ subdito, iuxta formam c. statutum. de rescript. in 6. cum summaria causæ cognitione, vt facit pœnitentiaria Apostolica, & talem formare consuetudinem, cum habeant ordinariam iurisdictionem, & possunt statuta facere. c. vt animarum. de constit. in 6. nec potest Romanus Pontifex tollere consuetudinem, cum in facto consistat. vide c. primum. de constit. in 6. erit etiam vtilitas eorum.

Item sunt nonnulli dicentes, quare episcopus contra canones irregularitatem inducentes dispensat, immo potius contra alios canones? videretur dicendum, respondere poteris, secundum Doctores, quia in canonibus irregularitatem inducentibus, tempore dispensationis cessat causa constitutionis. Crimi-
6 nosus enim non prohibetur promoueri, † nisi propter crimen publicum, quod commisit. argu. c. vestra. de cohabi. cle. & mulie. & c. tolerandi sunt mali. 33. quæst. 4. sicut Iudas toleratus fuit per Christum. Sed causa constitutionis cessat post pœnitẽtiam peractam, vt 50. distin. c. ferrum & c. domino sancto. iuxta illud Ezech. 30. Quacunq; hora ingemuerit, omnium, iniquitatum eius non recordabor. Et illud Apocali. 2. Age pœnitentiam, & prima opera fac. & de pœniten. distinct. j. c. miror autem. Vnde meritò potest episcopus post præsentiam dispensare, quia cessante causa, cessat effectus, & constitutio. 9. q. 1. c. ordinationes. de appella. c. cum cessante.

Epilogus.

His præmissis poterunt pauperes per seipsos pro modicis sumptibus legendo suprascripta cognoscere præeminẽtias tuæ dignitatis, Reuerendissime pater, casusque in quibus facilè absq; dubio poterunt Reuerendissimi Episcopi dispensare. Et ad personas suorum episcoporum accedere indigentes, vt dispensentur ab eisdem, qui retroactis temporibus consueuerant cum magnis sumptibus opiniones multorum practicorum requirere aliquoties inexpertorum, nisi consuetudine, ignorãter sedes suorum episcoporum spernẽdo cum magnis sumptibus sudoribus & laboribus alpes Sabaudiæ & Italiæ transire conati sunt, & interim ante reditum in vijs periculis latronum, prædonum, & insidiatorum, seipsos exponendo aliquoties obire intestati, & absq; confessione conueniebat & conuenit multis. Sunt nãq; alij casus in iure positi, in quibus ius prohibet, & permittit dictinctè, Reuerendissimos Episcopos dispensare posse: sed ex eo ꝙ pro intellectu illorum longius fuisset illos dicere & declarare propter diuersitatem sentẽtiarum & opinionum Doctorum, necnon omisi plures declarare Doctorum opiniones in supradictis casibus etiam deducere, ne fastidium generarem legẽtibus, & vt legentes possent breuiter & summariè tex. solum supra quos sumpti sunt & fuerunt extracti casus supradicti, faciliter pauperes scholares per seipsos ad longum videre, gaudent breuitate Moderni. illa tacui & excusatum me habeatis, si repetita inueneritis, quoniam repetita, & sæpe dicta prosunt, vt memoriæ commendentur. Poteritis tamẽ per amplius videre in summa, quam feci super rubricas iuris, tit. de pœni. & remis. quæ in breui impressioni dabitur. Vosq; legentes humiliter supplico & precor ego, qui quasi putredo consumendus sum vermis, & non homo, nec dignus ferre libros post clericulos, ne maledicetis surdum deierando, quoniã prohibitum est, vt dicitur Leuiti. 19. & ad Roma. 12. dicitur, Benedicite & nolite maledicere. & ad Galath. 5. Maledici regnum Dei non possidebunt. sed vt dicitur Iac. j. Sitis tardi ad loquendum, hæc dico vt non peccetis. quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, iuxta sententiam Domini, Matthæi 7. Sitq; vnusquisq; vestrum grauis, & ponderet sermones suos. 50. distin. c. ponderet. Si quid toruum, inutile aut imperfectum inueneritis, gratiosè si placet emendetis. Valete. Deo immortali eiusq; intemeratæ genitrici Mariæ, & beatæ Auiæ virginis & martyris, & Sebastiani totiq; curiæ triumphanti gratias offero.

FORMVLÆ DISPENSATIONVM
Per episcopos D. Ioannis Randei.

Forma dispensationis de iuramento.



STEPHANVS Dei gratia Parisien. episcopus, dilecto nobis in Christo Petro N. salutem in Domino. Vt litteris Regis reuelamen, siue contractus recisionum continentibus, quibus nostræ præsentes sunt annexę vobis per Dominum nostrum Regem gratiosè concessis vti & gaudere, iuxta earundem literarum formam, & tenorem valeatis, de fide & iuramento per vos medijs causis, & rationibus in eisdem literis latius declamaueritis præstitis, vobis quantum secundum Deum possumus, & nobis a iure permittitur dispensationis gratiam misericorditer impartimur per præsentes. Datum Parisi. sub sigillo camere nostræ, quo vtimur. Anno Domini M. ccccxij. die xx. Decembris. Sic signatum I. Huart. Sigillatum in cera rubea sub simplici cauda.

Forma dispensationis ad regimen animarum.

Vicarij generales in spiritualibus reuerendi in Christo patris & Domini, Domini Stephani episcopi Parisien. a suis ciuitate

Source : BIU Cujas

uitate & diœcesi notoriè absen. Dilecto nostro domino Petro Garde Lorge presbytero salutem in Domino, vt parochiali ecclesia de Grisiaco Parisien. diœcesis vice, nomine ac de cõsensu Vicarii perpetui dicti loci in diuinis deseruire sacramẽta ecclesiastica parochianis eiusdem ministrare etiamque facere, q̃ curati incumbunt officio possitis & valeatis vobis, dehinc ad instan. synodum Parisiensem licentiam pariter, & facultatem impartimur per præsentes. Datum Parisiis sub sigillo cameræ dicti Reuerendi Patris, quo vtimur. Datum anno Domini &c.

Dispensatio super iuramento. Pour vng respit.

Vicarij, &c. Dilecto nostro Ludouico Beauualet, Salutẽ in domino, vt literis regiis, quibus nostræ præsentes sunt annexæ vobis per dominum nostrum Regem super dilatione vestrorum debitorum hinc vsq; ad vnum annum a data huiusmodi literarum Regiarum vestris creditoribus minimè soluendorũ gratiosè concessi vti & gaudere, iuxta earundem literarum formam & tenorem, valeatis de fide & iuramento per vos præstitis in literis, quibus estis dictis vestris creditoribus obligati uobis quantum secundum Deum possumus, & nobis a iure permittitur dispensationis gratiam misericordiæ impartimur per præsentes. Datum Parisijs sub sigillo camerę &c.

(Istæ dispensationes sequen. deberent expediri per Camerã episcopalẽ, quia non sunt iurisdictionis misericordiæ, immo annexa ordini episcopali, seu Pontificali: quia ut dicitur in l. prima, de sen. pas. & resti. c. solus Princeps misericordiam facit, restituit, abolitionem tribuit. Alij verò iudices puniunt & corrigunt, & si quam misericordiam faciunt, est post crimen perpetratum, nec per eorum indulgentiam tollitur macula infamiæ quia non habent potestatem, nisi corrigendi. sic dicitur C. de obli. genc. l. fin. cap. licet. de offic. ordin.)

Dispensatio duorum bannorum.

Officialis Parisiensis presbytero, &c. Salutem in Domino, si vobis constiterit. c. j. liberas esse ac solutas personas ad futurum matrimonium in ipsis contrahendis, vobis mandamus quatenus ipsos sic adinuicem contrahere volentes prę uio ad eorum fidei dationem & eorum matrimonium solennizationem in facie ecclesiæ vestrę, vt moris est, admittatis, seu admitti faciatis vno banno prius debitè proclamato, cui nullus se exposuit cõtradicens, alijs duobus bannis minimè proclamatis, super quibus cum eisdem de nostra speciali gratia dispensamus, statutis synodalibus & aliis in contrarium æditis non obstan. nisi tamẽ aliud scieritis canonum quod obstet, iure cuiuslibet semper saluo. Datum anno &c.

Dispensatio duorum bannorum cum dispensatione de non diœcesi.

Officialis &c. presbytero &c. Salutem in Domino, quia nobis legitimè constitit tam per assertionem & iuramentum Gulielmi Herbittier diœcesis Cenonamen. parochiani vestri, quã per depositionem prouidorum virorum Nicolai Mesard pelli parii, ætatis 25. annorum, in vico Iudas commorantis, & Petri Challemeau sutoris, ætatis 30. annorum, in eodem vico Iudas commorantis Parisi. eundem Guilielmum Herbettier esse solutum & habentem personam ad matrimonium contrahendum cum Ioanna Labelle filia eiusdem affidata vestra parochiana: hinc est, quòd vobis mandamus, quatenus ipsas sic contrahere volen. primo ad fidei dationẽ si opus sit, deinde ad beneficium nuptiale & eorum matrimonij solennizationem in facie ecclesiæ vestræ, vt moris est admittatis, seu admitti faciatis vno banno pro vtraque parte per uos prius & debitè proclamato, cui nullus se opposuit contradicens & aliis bannis minimè proclamatis, non obstante quod dictus Guilielmus nõ sit de vestra iurisdictione, neque uestra parochia oriundus, super quibus omnibus tenore præsentium commissis contrahen. dispensamus statutis synodalibus & aliis in cõtrarium editis quibuscunque non obstan. nisi tamen aliud sciueritis impedimentũ canonicũ, quod obstet, iure cuiuslibet semp saluo. Datũ &c.

(Nota quòd ista Paris. abusiuè tolerantur officialibus Archidiaconorum, eo quod habent iurisdictionem, sed prætextu iurisdictionis non possunt ista uendicare, quæ sunt prædicti ordinis episcopalis annexa ad minus sacerdotali, quia sacerdotes faciunt bñdictiones nuptiales, & non diaconi. hæc no. in c. aqua per episcopum. extra de conse. eccl. vel alta. Doc. nota. in c. at si clerc. de iud. ubi multi tenent, & dicunt, q̃ in toto corpore iuris non inuenitur, q̃ Archidiaconi possent ẽt in minimo dispensari, nec quod habeant iurisdõnem de iure, nisi tempore uisitationis, nec quod possint committere ad regimen animarum p̃textu cuiuscunq; consuetudinis. c. cum satis. de offi. archid.)

Et ut opposita iuxta contrariorum posita magis eluceścant hic ponuntur.

TRACTATVS
DE DISPENSATIONIBVS
Clarissimi Domini Bonaguidæ de Aretio, Decretum Doctoris.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, in quibus casibus dispensare possit.*
2 *Episcopi dispensant in adulterio, & in alijs maioribus criminibus.*
3 *Idem cum ordinatis extra quatuor tempora.*
4 *Idem cum his, qui ab episcopo excommunicato ignoranter ordinem receperunt.*
5 *Idem cum his, qui ignoranter ab episcopo, qui episcopatui resignauit, ordines sacros receperunt.*
6 *Episcopi dispensant cum patientibus defectum in ordinibus.*
7 *Episcopi dispensant cum existentibus in 14. anno, quòd ad curam ecclesiæ parochialis assumi possit.*
8 *Argumentum a contrario sensu cessat, vbi contrarium in iure expressum reperitur.*
9 *Episcopi cum sacrilegis dispensant.*
Episcopi dispensant in periurio, furto, fornicatione, & alijs capitalibus criminibus occultis.
10 *Episcopi dispẽsant, cum presbyteris plures concubinas habentibus, vt in irregularitatem bigamiæ non incurrant.*
11 *Episcopi cum clericis peregrinis dispensant, eos celebrare permittendo.*
12 *Episcopi dispensant cum paruulis, qui ignoranter ordinis receperunt, parentum cupiditate, data pecunia.*
13 *Episcopi cum scismatico reuerso dispensant.*
14 *Episcopi dispensant mitigando canones pœnitentiales.*
Episcopi dispensant cum clericis de alio episcopatu in suis diœcesibus institutis, præter licentiam ipsorum.
15 *Episcopi dispensant cum presbyteris, qui de facto matrimonium contraxerunt.*
16 *Episcopi dispensant cum presbytero inspiciente in astrolabio, ut furtum inueniret.*
17 *Episcopi, quo casu dispensent cum recipiente ordines furtiuè.*
18 *Episcopi dispensant cum eo, qui virilia sibi amputauit, credens Deo obsequium præstare.*
Episcopi, in quo casu cum symoniacis dispensent.
19 *Episcopi dispensant cum clerico non ordinato in contemptum ecclesiæ ministrante.*
20 *Episcopi, quando dispensent cum monacho ad aliam religionem transeunte.*
21 *Episcopi dispensant in simplici beneficio sine cura.*
22 *Episcopi dispensant cum ordinatis sine licentia sui episcopi.*
23 *Episcopi dispensant cum diacono, qui vxorem accepit, & ea dimissa, in suo officio permaneat.*
24 *Episcopi dispensant cum clerico duellante.*
25 *Episcopi dispensant cum clerico post prohibitionem ad sacros ordines promoto, si ad religionem transire uult.*
25 *Idem cum clerico per saltum promoto.*
Idem in omni voto, præter uotum continentiæ, & præter votum in succursu Terræ sanctæ.
27 *Episcopi dispensant cum hæredibus occidentium clericos ecclesiarum, in quibus ius patronatus habent.*
28 *Episcopi in casibus expressis dispensant.*
29 *Episcopi dispensant, cum symoniaco per simoniam, cum ignorante commissam.*
Episcopi dispensant, quando ecclesia est dignitati annexa, q̃ in maiori personaliter resideat, & in ecclesia per Vicarium seruiat.
30 *Episcopi dispensant cum hæretico ad ecclesiam reuerso.*
31 *Episcopi dispensant cum homicida, qui homicidium casuale commisit.*
32 *Abbates dispensant cum ingresso religionem, ut ad ordines in monasterio promoueatur.*
33 *Idem cum monacho circa esum carnium.*
34 *Idem cum monacho, vel conuerso professo, ei specialem cellam constituendo.*
Idem cum monacho, qui furtiuè ordinem recepit.
35 *Abbates dispensant monachum licentiando, vt ad aliam religionem de regula transeat.*
Et cum monacho, qui ob manum iniectionem in socium se ordinari fecit.
36 *Et cum monacho, qui mutato habitu fuit in alio monasterio sine licentia ordinatus.*
37 *Episcopi gaudent priuilegio, quòd iurantes non tangunt euangelia.*
Nec excommunicationem incurrunt, nisi de eis expressè caueatur.
38 *Episcopi tempore interdicti ianuis ecclesiæ clausis & expulsis excommunicatis, & interdictis, celebrant.*
39 *In sententijs episcoporum obseruatur id, quod olim fuerat obseruatum.*
40 *Episcopi confessorem quem volunt, eligunt.*
41 *Ecclesia aliqua non ædificatur, nisi episcopi primò ibi figant crucem, atrium designent, & lapidem primum ponant.*

Source : BIU Cujas

Bonagui.de Are.De diſpenſationibus.

42 *Cap.ſi quorundam,de ſolut.in epiſcopis locum non habet.*
43 *Miſſam ſine epiſcopi conſenſu in eius diœceſi nemo celebrare poteſt.*
44 *Cap.ſacro,de ſen.exc.in epiſcopo locum non habet.*
45 *Campanam nullus publicè habere poteſt,nec pulſare, ſine epiſcoporum licentia.*
Epiſcopi & eorum ſuperiores eccleſias conſecrant,& reconciliant & ſolennes pœnitentias imponunt.
46 *Cap.cum medicinalis, de ſentent. excomm. in epiſcopo locum non habet.*
47 *Epiſcopi in conſtructione monaſterij de nouo ei centeſimam, vel quinquageſimam partem eccleſiæ,donare poſſunt.*
48 *Epiſcopi ſeculare iudicium ſubire non coguntur.*
49 *Epiſcopi,& alius non excommunicatur cum ſolennitate,de qua in c.debeat xj.quæſt.vlt.*
50 *Epiſcopi in frontibus chriſmant.*
51 *Epiſcopi ordinandis literas concedunt.*
52 *Epiſcopi anulum portant in ſignum eorum dignitatis,& eis inſtitutio & deſtitutio perſonarum in ſuis diœceſibus pertinet.*
53 *Epiſcopi indulgentias faciunt in generali concilio taxatas.*
Diuidunt,& limitant parochias.
54 *Epiſcopis omnes clerici ſuarum diœceſum ſubditi ſunt.*
55 *Epiſcopi conſtitutiones,& ordinamenta in ſuis diœceſibus faciunt.*
56 *Sacerdos nullus celebrat in eodem altari eo die,quo epiſcopus celebrat.*
57 *Epiſcopus ſinodum generalem in ſuis territorijs facit.*
58 *Epiſcopi eccleſias de conſenſu patroni concedunt.*
Epiſcopi iudicant,& condemnant hæreticos.
Epiſcopi cauſas matrimoniales iudicant.
59 *Epiſcopi licentia clerici a ſua eccleſia ſe abſentant.*
Epiſcopi corpora Sanctorum de loco ad locum mutant.
60 *Epiſcopi tempore fundationis eccleſiarum,eas cenſuales faciunt.*
61 *Papa ſolus in decimis non ſoluendis diſpenſat.*
62 *Papa ſolus facit ſubdiaconum in dominicis diebus.*
Et ſolus aliquem re ſua priuare poteſt.
62 *Papa ſolus epiſcopos depoſitos reſtituit.*
Et concedit,quòd laicus in eccleſia collegiata ius eligendi habeat.
64 *Papa ſolus cauſam appellatione remota committit.*
65 *Papa ſolus epiſcopos deponit.*
Et cum irregularibus ſolus diſpenſat.
66 *Papa ſolus diſpenſat cum Chriſtianis,vt arma ad Iudæos pro redemptione captiuorum deferant.*
67 *Papa ſolus vnum epiſcopatum in duos diuidit.*
Et ſolus diſpenſat cum clericis ab hæreticis eleemoſinas,& oblationes recipientibus,& eis ſacramenta conferentibus.
68 *Papa ſolus duos epiſcopatus in unum unit,& vnum alteri ſubijcit.*
69 *Papa ſolus dubia articulorum fidei ſoluit,& determinat.*
Et ſolus,quando cum ſimoniaco diſpenſet.
Cum ſimoniaco nulla miſericordia habenda eſt.
70 *Papa ſolus diſpenſat contra canones,qui inducunt pœnitentiam, uel ſatisfactiones in enormibus criminibus.*
71 *Papa ſolus euangelium interpretatur.*
Et cauſam laico committit ſpiritualem.
72 *Papa ſolus diſpenſat, cum excommunicato ſcienter ordines ſacros recipiente.*
Et cum eo qui ſcienter,& furtiuè ordines ſacros recepit.
73 *Papa ſolus diſpenſat cum monachis audientibus leges, vel Phyſicam.*
Et cum eo,qui ſuſpenſus beneficium eccleſiaſticum recepiti
74 *Papa ſolus diſpenſat cum ſciſmatico,qui ordinem recepit.*
Et cum eo,qui in eccleſiæ contemptum diuina prophanauit.
75 *Papa ſolus diſpenſat cum filio ſacerdotis,vel alio illegitimè nato.*
Et in ætate,& ordine,cum eo qui ad epiſcopalem dignitatem electus eſt.
76 *Papa ſolus diſpenſat cum promoto una die ad tres ſacros ordines, vel vna die ad vnum,& alia die ad alium continuato ieiunio.*
77 *Papa ſolas in defectu Natalium,quo ad epiſcopalem dignitatem,diſpenſat.*
78 *Papa ſolus cum homicida diſpenſat.*
Et contra Concilium in ætate.
79 *Papa ſolus diſpenſat contra Lateranenſe Concilium.*
Et in iuramento.
80 *Papa eſt ſupra omne Concilium.*
Et ſupra ius diſpenſat,& eccleſiæ arbitrium habet.
81 *Papa in terris poteſtatis plenitudinem habet.*
82 *Papa facit de illegitimo legitimum.*
Et de monacho facit canonicum.
83 *Papa abſoluendo,& ligando in terris,abſoluit & ligat in cœlis.*
84 *Papa ſolus ex certa ſcientia omnem defectum ſupplet.*
Et ubique palio vtitur in ſignum plenitudinis poteſtatis.
85 *Papæ nemo poteſt dicere,cur ita facis.*
86 *Papa legibus ſolutus eſt.*
Et omnibus Chriſtianis præfertur.
87 *Papæ vera cœleſtis,& terreni imperij a Deo commiſſa ſunt.*
Papa utrunque gladium habet.
Chriſtus ſolum Petrum Principem fecit,& ſuum Vicarium reliquit.
Papa ſucceſſor eſt Petri,& Chriſti Vicarius.
88 *Papa confirmat,conſecrat,& coronat Imperatorem.*
Et ipſe imperium coronatum deponit.
Papa,in quibus caſibus diſpenſare non poſſit.



TTENDENS ego Bonaguida de Arctio,licet inſufficiens iuris canonici profeſſor,quòd,de canonibus,in quibus poſſint epiſcopi diſpenſare,quotidie dubitatur,& neceſſariò quæritur: Ad communem igitur vtilitatem & maximè ſcholarium,primò de diſpenſatione epiſcoporum,& ſecundò de diſpenſatione Abbatum,tertiò de priuilegio eorum, quartò & vltimò in quibus caſibus Papa diſpenſat,certam, vtilem, & breuem trado doctrinam. Ad quorum euidentiam ſciendũ
1 eſt,q duæ opiniones feruntur de hac materia. † Vna eſt,q epiſcopi poſſunt diſpenſare in omnibus caſibus,in quibus conditor canonis.diſpenſationem ſibi nõ reſeruauit. horum opinio fulciri iure videtur,extra de ſent.excom.nuper.Et facit ad hoc. ff.ex quibus cauſ.man.l.necnon.§.quod eis,& in hac opin.fuerunt magnæ auctoritatis auctores, vt tenent Legiſtæ, & bene. Alia opi.eſt,q in nullo caſu diſpenſare poſſint,niſi vbi eis a iure inuenitur conceſſum expreſſè,& in hac opinione eſt Dom. Gof.vir ſummæ ſcientiæ,qui fuit Cardinalis,& alij plures. Et facit pro eis expreſsè 50.diſt.miror.de ſupplen.negli.præla.in cõſtitutione Innoc.IIII.quæ incipit,Romana.Et quia hæc opi.mihi videtur magis conſona iuri,ad not.j.propono quoſdam caſus ſpeciales, quos legendo in ſcolis inueni, in quibus poſſent epiſcopi diſpenſare, vt eorum data notitia, per conſequens in alijs fore prohibitum,ſic argumentatur, iuriſconſ. ff. de his qui
2 ſunt ſui,vel alie.iur.l.j.& Inſti.eo.ti.§.j.† Diſpenſant epiſcopi in adulterijs,& in alijs criminibus,quæ ſunt maiora, extra de iudi.
3 at ſi clerici,& no.ibi in glo.quæ incipit,arguo contra.† Diſpenſant epiſcopi cum his,qui ordinati fuerunt extra 4.tẽpora, impoſita eis pœnitentia competenti,de tempo.ordin.conſultori.
4 & no.ibi in nota.quæ incipit,& ita. † Diſpenſant epiſcopi cum his,qui ab epiſcopo excommunicato ignoranter ordines reciunt,de or.ab epiſcopo qui re.epi.c.vlt.& 11.quæſt.j.ab excom
5 municatis. † Diſpenſant epiſcopi cum his, qui ignoranter ſacros ordines receperant ab epiſcopo,qui reſignat.de ord.ab epi
6 ſcopo.qui reſi.epiſ.† Diſpenſant epiſcopi cum his, qui patiuntur defectum in ordinibus,in omnibus beneficijs,præter dignitatem epiſcopalem,de ætate & qualita.præterea.& eodem titu.
7 a multis.in gl.quæ incipit,ſic olim. † Diſpenſant epiſcopi cum his,qui ſunt in 14.anno,quòd poſſint aſſumi ad curam eccleſię parochialis,ſecundum dom.Goffre.& ſic intelligit de ætate &
8 qualita.indecorum. Alij dicunt contra,† & quòd ibi ceſſat arg. a contrario,quia alibi eſt contrarium in iure.de electio.cum in cunctis & dicunt melius, ſicut puto, quia non ſunt palpanda crimina,ne vulnera incurata ſeruentur. 50. diſtinct. ſi quis dia-
9 conus.† Diſpenſant epiſcopi cum ſacrilego.ead. diſtinct. ſi quis presbyter. Diſpenſant epiſcopi in periurio,furto,fornicatione, & alijs capitalibus criminibus,ſi ſunt occulta.eadem 50.diſtinc. de his verò.& not.de iudi.at ſi clerici.in glo. quæ incipit, arguo
10 contra.† Diſpenſant epiſcopi non cum presbyteris plures concubinas habentibus,vt remaneant in officio ſuo, quia non in-
11 currunt irregularitatem bigamiæ.de bigam.quia circa.† Diſpẽſant epiſcopi,cum clericis peregrinis, vt facta inquiſitione, de vita & ordinibus eorum,eos celebrare permittant.de cleri.pe-
12 regri.tua.† Diſpenſant epiſcopi cum his, qui cum adhuc paruuli eſſent,ignoranter ordines, cupiditate parentum, data pecunia,receperunt.j.quæſt.v.quicunque & cap.parentum.† Diſpen
13 ſant epiſcopi cum ſciſmatico reuerſo,vt in clericatu remaneat ne diſperet, nam ſanctus Daniel de criminibus mortiferis pœnitentiam peregit,& in honore permãſit:& beatus Petrus quũ Chriſtum negauit amarè lachrymas fudit, & tamen poſt hæc Apoſtolus remanſit.probantur hæc 50.di.vt conſtituentˉ canones.† Diſpenſant epiſcopi,mitigando labes pẽnitentiales.ead.
14 50.diſtinct.de his clericis.& 26.quæſtio.7.tempora pœnitudinis.Diſpenſant epiſcopi cum clericis,de alio epiſcopatu,inſtitutis in ſuis diœceſibus,præter licentiam ipſorum, vt vel remoueant eo,vel ipſos ibi remanere permittant,de cleri.peregri.te
15 nobis.† Diſpenſant epiſcopi cum presbyteris, qui matrimoniũ de facto contraxerunt,vt peracta pœnitentia, reſtituant eis ſua
16 beneficia,vel officio.de cleri.coniuga.ſanè 2.† Diſpenſant epiſcopi cum eo presbytero,qui ad locum priuatum acceſſit, non ea intentione,vt dæmoniũ inuocaret, ſed vt inſpectione aſtrolabij furtum quoddam inueniret.de ſortileg.tuarum. & not.ibi
17 in gl.quæ incipit,hoc ita.† Diſpenſant epiſcopi cum eo, qui furtiuè ordines recepit in eo caſu, quem ponit decret. de eo, qui fur.ord.re.veniens.& not.ibi in gloſſ.quæ incipit, hoc eſt argu.
18 cum eo.† Diſpenſant cum eo epiſcopi, qui præſtare ſe credens obſequium Deo,fecit ſibi amputari virilia.de cor. vitia. ſignificauit. Diſpenſant epiſcopi cum ſymoniacè promotis, non ſymoniacis.in caſu quem ponit decret.de elec.ſi laicus.& j.q.j.prę
19 ſentium. † Diſpenſant epiſcopi cum clerico non ordinato in contemptum eccleſiæ miniſtrante,de cle.non ord. miniſt.cap.
20 2.& 50.diſtin.ſtudeat.† Diſpenſant epiſcopi cum monacho,qui ſe tranſtulit ad monachos nigros,ſi monaſteriũ,ad quod tranſiuit,

Source : BIU Cujas

ſuit,erat minoris religionis,quàm primum.de tempo. ordi.ex
21 parte.& nota.ibi,in gl.quæ incipit,monaſterium. † Diſpenſant epiſcopi in ſimplici beneficio ſine ſine cura, argumento eius, quod legitur de elec.dudum 2.& no.ibi in gl.quæ incipit,nota. contradicit dom.Goff.de conceſſ. præben. literas.in gl.quæ in-
22 cipit,ego.†Diſpenſant epiſcopi cum his,qui fuerunt ordinati ſi ne licentia ſui epiſcopi,de offi.archi.ſignificaſti.& no. in gl.hoc
23 ideo.†Diſpẽſant epiſcopi cum diacono,qui in ſabbatho alium diaconum vulnerauit,& vxorem accepit, quòd peracta pœnitentia & vxore dimiſſa,in officio ſuo remaneat,qui cle.vel mo
24 na.ca.j.†Diſpenſant epiſcopi cum clerico, qui ſponte duellum obtulit,& oblatum ſuſcepit,vt ex epiſcopi diſpenſatione,in of-
25 ficio ſuo remaneant.de cle.pu.in du.porrò.† Diſpenſant epiſcopi cum clerico,qui poſt prohibitionem facit ſe ad duos ſacros ordines promoueri,& hoc ſi vult ad religionem tranſire,de eo
26 qui fur.ordi.rece.innotuit. † Diſpenſant epiſcopi cum clerico, per ſaltum promoto.de cle.per ſal.pro.c.vnico, & in gloſſ. quæ incipit, vt ipſe. Diſpenſant epiſcopi in omni voto, præter votum continentiæ,& præter votum, quod fit in ſuccurſu Terræ ſanctæ.de vot.& vot.re.capitu.j.in gl.quæ incipit,in omni.& c.
27 ex multa.in gloſ.& c † Diſpenſant epiſcopi,cum hæredibus eorum,qui occiderunt,vel vulnerauerunt clericos illarum eccleſiarum,in quibus habebant iuspatro. qui prohibentur beneficia vſque ad quartam generationem, quòd poſſint ex epiſcoporum indulgentia promoueri.de pœn.in quibuſdam. & not.
28 in gl.quæ incipit,cum non determinet. † Diſpenſant epiſcopi in caſibus expreſſis 67.diſtinct.quamuis,& 100.diſtinct.in c.cor epiſcopi.Diſpenſant epiſcopi cum eo,qui factus erat ineligibilis,quòd receperat electionem factam per abuſum poteſtatis, vel potentiæ ſecularis.de electio.quiſquis.in gloſ.ibi, quæ inci-
29 pit,per hoc. † Diſpenſant epiſcopi cum ordinato per ſymoniã cum ignorante commiſſam.de ſimo.de ſimoniace. & ibi in gl. diſpenſatiue.Diſpenſant epiſcopi,quum eccleſia annexa eſt dignitati,quòd in maiori reſideat perſonaliter, & in eccleſia ſer-
30 uiat per vicarium,de præben.extirpandæ.& no.de æta. & quali. cam te.in glo.qualiter. † Diſpenſant epiſcopi cum hæretico ad eccleſiam reuerſo.de here.ad abolendam.& 50.diſtinct.presbyteros.& no.de iud.at ſi clerici in gl.quæ incipit, arguo contra.
31 Diſpenſant epiſcopi cum homicida,quia non ſtudioſè, ſed caſu in homicidium incidit,vt ad ſimplex beneficium, & ad minores ordines promoueatur,de homici.ca.vel volun.ad audiẽtiam. de cle. pu. in duel. Henricus.28. diſtinct. presbyterum.& no.per domi.Goffr.de cle.non coniu.cum decanonem.in glo.
32 quæ incipit,quia coniugati.† Diſpenſant Abbates cum ingreſſo religionem,vt ad ordines in monaſterio,& in eccleſiis ſubiectis monaſterio promoueatur.ſic not.dom.Goffr.de fil.presby. ca.j in glo.quę incipit,ſed non ne.& in tex.vbi ſatis bene proba
33 tur,in verſi.niſi monachi eccle.†Diſpenſant Abbates cum monacho in regula monachali,circa eſum carnium, de ſtatu mo-
34 nacho.cum ad monaſterium.& de con.diſtinc.v. carnem.†Diſpenſant Abbates cum monacho,vel conuerſo,profeſſo, conſtituendo ſibi cellam ſpecialem.20.quæſt.vlti.monachi. Diſpẽſant Abbates cum monacho , qui furtiuè ordinem recepit . de
35 eo,qui fur.or.re.cum lator. † Diſpenſant Abbates monachum licentiando, vt ad aliam religionem tranſeat de regula, vel ad æqualem,iuſta de cauſa ad minorem non poſſet.& ita debet intelligi decret.& not.de hoc.de regul.non eſt.in glo.ordin. quæ
36 incipit,& meritò.†Diſpenſant Abbates cum monacho, qui excommunicatus pro iniectione in ſocium violenta,fecit ſe ordinari.de ſenten.excommunica.pro illorum,in fi. Diſpenſant Abbates cum monacho,qui mutauit habitum, & in alio monaſterio ſine licentia ſui Abbatis fuit ordinatus,nota. per dom.
37 Goff.de tempo.ordin.exparte,in gloſ.ideo.†Gaudent epiſcopi priuilegio,quòd ſi habent iurare ſup aliquo facto,non tangunt ſacra euangelia,ſed ponuntur coram,quando iurant . extra de iuram.cal.ca.vlti.& in Authen. de ſanctiſ.epiſ.§.nonnulli.Gaudent epiſcopi priuilegio,quòd non incurrunt aliquam ſententiam excommunicationis,interdicti,vel ſuſpenſionis,ipſo iure niſi de epiſcopis in ipſa conſtitutione,quæ ſententiam latæ ſententiæ canonis infert,expreſsè caueatur.de ſenten. excommu.
38 quia periculoſum,& fuit conſtitutio Inno. IIII.† Gaudent epiſcopi priuilegio,quòd tempore generalis interdicti,ianuis clauſis,non pulſatis campanis excommunicatis, & interdictis excluſis,voce ſubmiſſa poſſunt celebrare diuina.de priuil.cp nul-
39 lis.†Gaudent epiſcopi priuilegio , quòd licèt quis dicat ſe grauatum poſt appellationem legitimam,& ad hoc ſe offert , pendente articulo probationis illius extra iudicium,in elec.poſtulationibus,officiis,& alijs legitimis actis,non in ſentẽtijs epiſcoporum locum habet,ſed in eis obtinet,quod olim fuerat obſer
40 uatum.de ſenten.excommu.quia periculoſum . † Gaudent epiſcopi priuilegio,quòd poſſunt,quem volunt eligere ſibi cõfeſ-
41 ſorem.de pœnit.& remiſ.ne pro dilatione.† Gaudent epiſcopi priuilegio , quòd nulla fiat eccleſia , niſi epiſcopi primò figant ibi crucem & atrium deſignent,& lapidem primum ponãt , de
42 conſecra.diſt.j.nemo.† Gaudent epiſcopi priuilegio,quòd licèt omnes alij inferiores prælati,pro debitis alienis ſuas obligantes eccleſias,ſint propter hoc ipſo iure ſuſpenſi ab adminiſtratione temporalium & ſpiritualium rerum.de ſolu.ſi quorundam. ad epiſcopos non extenditur,nec eos contingit.de ſenten. exc. quia periculoſum.ibi in gl.inuenies,quæ incipit,plures.Gaudẽt
43 epiſcopi priuilegio,†cp nullus poſſit.ſ.ſuam diœceſim celebrare miſſam ſine ſuo conſenſu,de conſe.diſt.j.vnicuique. & c.cle
44 ricos.†Gaudent epiſcopi priuilegio, cp licèt alii inferiores prælati,qui excommunicant monitione non præmiſſa ſunt ſuſpẽſi per menſem ab ingreſſu eccleſiæ,de ſent.excommun. ſacro. epiſcopos non tangit.in præallega.decret. quia in gloſſ. plures.
45 †Gaudent epiſcopi priuilegio,cp nullus poteſt habere campanam,publiceque pulſare,ſine licentia epiſcoporum , de priuil. patentibus.Gaudent epiſcopi priuilegio,quòd ipſi ſoli, & eorũ ſuperiores & nulli alij poſſunt altaria, & eccleſias, ac cimiteria conſecrare,vel reconciliare,vel ſolennes pœnitentias cum baculo cubitali imponere.de conſec.eccle.vel alta.conſuluiſti.&
46 c.aqua.& 3 6.quæſt.6.iubet.& 50 diſtin.in capite.† Gaudent epiſcopi priuilegio,quòd licèt alij prælati,qui excommunicant ſine ſcriptis,& ſine cauſa legitima ſint ſuſpenſi ipſo iure a diuinis,per menſem,de ſenten.excommu.cum medicinalis. epiſcopos hoc tangit,in præallega.decret.quia periculorum. & in gl.
47 c.plures.†Gaudent epiſcopi priuilegio,quòd cum volunt conſtruere de nouo monaſterium,vel aliquam eccleſiam magnificare,pro ſua ſepultura,poſſunt eis,vel uni eorum centeſimam, uel quinquageſimam partem de rebus eccleſiæ donare. de dona.apoſtolicæ.12.q.2.bonæ.de his,quæ fi.a præla. ſine con. ca.c.
48 paſtoralis.† Gaudent epiſcopi priuilegio , quòd non cogantur ſubire iudicium ſecularis, niſi iuſſio imperialis præcedat, vide
49 ad hoc in ſumma dom.Azo.de epiſco.& cler.§.quòd ſio,†Gaudent epiſcopi priuilegio , quòd alij inferiores non poſſunt excommunicare cum illa ſolennitate de qua traditur 11.q.vlt.debent.Gaudent epiſcopi priuilegio , vt ordo epiſcopalis ipſo iure liberet eos a vinculis patriæ poteſtatis.54.diſt.ſi ſeruus.& no
50 ta.de ætate & qualita.indecorum.in gl. quæ incipit, quia enim. †Gaudẽt epiſcopi priuilegio.vt ipſi & eorum ſuperiores chriſment in frontibus a tempore Apoſtolorum citra.de conſecra. quanto.de ſac.vnct.c.unico.§.refert.& de conſe. diſt.v. manus.
51 †Gaudent epiſcopi priuilegio,vt ipſi ordinandis literas ſuas cõcedant,& alijs repreſentent,alias talis ordinatio facta præter licentiam ſuorum epiſcoporum,rata non eſſet.11.q.2.illud.& c. diſtinct.& not.de offic.Archid.vt noſtri.in gloſ.quæ incipit,&
52 ideo.†Gaudent epiſcopi dictis priuilegiis, & alijs hiç ſub epiſcopo annotandis,ut portent anulum in ſignum dignitatis eorũ. de vita & honeſta.cleri.clerici. & ſecum retineant duos de canonicis eccleſię cathedralis.de cle.non reſid.ad audientiam,ut inſtitutio & deſtitutio perſonarum in ſuis diœceſibus, de iure communi,tantum ad eos pertineat.de fil. presbyt. ex tua & de
53 inſti.ex frequentibus.† Vt faciant remiſſionem & indulgentiã in generali concilio prætaxatam.de pęnit.& remiſſ.cum ex eo. vt diuidant & limitent parochias, & ordinent cimiteria a tempore Dionyſii citra.de his,quæ fi.a præla.paſtoralis.13.q.j.eccle
54 ſias.†Vt omnes eccleſiæ,& omnes clerici ſuarum diœceſium ,
55 eis ſubſint.de con.diſt.j.omnes baſilicæ.& 15.diſt.j.omnes.† Vt faciant conſtitutiones & ordinamenta in ſuis diœceſibus. de maio.& obed.c.2.& de offic.or.c.j.& de loca.& conduc.veſtra.
56 Et faciunt canones epiſcopales.11.diſtin.† Vt nullus presbyter miſſam dicat in altari eadem die, qua epiſcopus miſſam dixit,
57 uel cantauit.de conſec.diſt.3.in altari.† Vt faciant ſinodum generalem in ſuis territorijs.18.diſ.epiſcopus.de ma.& obe. quod ſuper. Vt cum eccleſia non poteſt ordinari de rectore, tollat idem reliquias & claudat oſtia,& inhibeat celebrare diuina,ponat ibi iconomos ad fructus eccleſiarum ſeruandos.de iure pa.
58 c.2.de offic.ord.cum vos.†Vt concedant eccleſiam de conſenſu patroni.de don.paſtoralis.Vt iudicent & condemnent hæreticos.de hæret.ad abolendam. §.j. vt ipſi cognoſcant & terminent cauſas matrimoniales & alias maiores.de exceſſ.pręla.accedentibus.de offic.archipreſ.ut ſingulæ.ubi dicitur, quòd ſingula referuntur ad eos 59.25.diſtin. perlectos.& in decr. de cau
59 ſa matrimoniali,in ſumma dom.Goffre.de diuor.§ vlti.†Vt de ipſorum licentia poſſit clericus ſe abſentare ab eccleſia ſua . de conſecr.diſt.5.non oportet. Vt corpora Sanctorum mutentur
60 de loco ad locum.de conſec.diſtinct.j.corpora.† Vt faciant eccleſias cenſuales & alia tributa ordinent tempore fundationis de iu. pa.præterea.de cenſi.ſcientes.Hic & alia multa poſſe epiſcopos,dici poſſent,quæ breuitatis compẽdio functus omitto.
61 †Solus Papa diſpenſat in decimis non ſoluendis.de deci.ex parte.& ca.a nobis.Solus Papa diſpenſat circa gradus conſanguinitatis.de conſang.& affin.quia circa.& ibi etiam no.in gl.quæ in-
62 cipit,not.† Solus Papa facit ſubdiaconum diebus dominicis. de tempo.ordi.c.j.& cap.de quo. Solus Papa concedit præbendas & eccleſias non vacantes.de præben.dilectus.& ca.dilecto. quia ſolus ipſe poteſt aliquem priuare re ſua.11.q.3. cuncta per
63 mundum.& ca.per principalem. † Solus Papa poteſt epiſcopos depoſitos reſtituere.2.q.6.ideo.& de offi. leg. quod tranſlationem.

Source : BIU Cujas

nem.Solus Papa concedit, quòd laicus habeat ius eligendi in ecclesia collegiata.de iure patr.nobis.in gl.quæ incipit,non videtur.† Solus Papa committit causam,appellatione remota, & nullus alius.de offi.dele.super quęstionum.§.j.in gl.quæ incipit hoc ideo.† Solus Papa deponit episcopos.3.q. 6. accusante. & no de offi lega.quod translationem,& de transla.epi. cum ex il lo.Solus Papa dispensat cum his,qui irregularitatem incurrūt, contra illam constitutionem, de sent. excomm. cum medicinalis.& in glosibi positis plenè no.† Solus Papa dispensat cum Christianis,vt arma vel ferrū portent Iudæis ad hoc,vt ex hoc rediman tur Christiani,qui ab eis detinentur captiui.de Iudæ.significauit.& ibi in gl.quæ incipit,secundum quod.† Solus Papa diuidit vnum episcopatum in duos. 16. q.j. Pomponius. & de offi.leg.quod translationem.Solus Papa dispensat cum clericis qui receperunt eleemosinas ab hæreticis,& oblationes, & contulerunt eis sacramenta.de hæreti excommunicamus. §. sanè. in glo.quæ incipit,hoc reseruat.† Solus Papa vnit duos episcopatus in vnum,& vnum subiicit alteri.de offi.leg. quod translationi.in fi. 16 q.j.& temporis qualitas. † Solus Papa soluit & determinat dubia articulorum fidei Christianæ.24. q.2. quare. & ca.quoniam vetus,& de pœn.cum Christo. Solus Papa dispensat cum simoniaco, si omnia commissa eo sciente, vel ratum habente siue sit in ordine,siue sit in beneficio simoniacus. de si. per tuas.& c.si quis ordinationem.& no.plenè de hoc,de renū. post translationem.in gl.quę incipit,quia erga simoniacos nulla est adhibenda misericordia.j.quęst.j.erga simoniacos.† Solus Papa dispensat contra canones,qui incidunt pęnitentias vel satisfactiones in enormibus criminibus, vt est homicidium, vel simonia,in beneficio cum cura,vel sine ordine. 50. dist. miror. 12.dist.de viro.† Solus Papa interpretatur euangelium.30.q.2. quos Deus.& no decr.post translationem.in fi. Solus Papa causam spiritualem laico potest committere.32.distin.§.vtrum.& no.de arbi.contingit.† Solus Papa dispensat cum eo, qui excōmunicatus scienter recepit ordines sacros, si ipse ordinatus est clericus secularis.de sent.excommu. pro illorum. Solus Papa dispensat cum eo qui scienter & furtiuè recepit ordines sacros de eo,qui fur.ord.rece.veniens.in gl. quæ incipit, hoc est argu. † Solus Papa dispensat cum his,qui audientes legis, vel physicā non fuerunt infra duos menses ad claustrum suum reuersi. ne cleri.vel mona.ne magno.in fin. Solus Papa dispensat cum eo, qui suspensus recepit beneficium ecclesiasticum.not. de æta. & qualitate cum bono.in glo.quæ incipit, talia. 1.q.3.si quis.† Solus Papa dispensat cum eo,qui a schismatico ordinem recepit. not.de schisma.c.vlti.in gl.quæ incipit,alias.Solus Papa dispensat cum eo,qui in contemptum ecclesię clauium prophanauit diuina.de cle.excomm.mi.latores.& c.clerici.& ibi not.expresse in gl.quæ incipit,ergo videtur.† Solus Papa dispensat cum filio sacerdotis,vel alio illegitimè nato.de filiis presbyt. dilectus. & c.vltimo Solus Papa dispensat in ætate & ordine, cum eo q electus est ad episcopalem dignitatem.de ætate & qualita. multis,& ibi gl.quæ incipit,sic olim.† Solus Papa dispensat cum eo, qui vna die ad sacros ordines, vel vna die ad vnum & alia die ad alium continuato ieiunio fuit promotus,& etiam cum ordinatore.de tempo.ordin.c.literis.& ca.dilectus. † Solus Papa dispensat super defectu Natalium, quo ad episcopalem dignitatem,de electio. innotuit.in fine. Solus Papa dispensat in voto emisso pro Terræ sanctæ succursu.de voto,ex multa glos. quæ incipit,ecce.† Solus Papa dispensat cum homicida. 50. distinct. miror.& nota.per Domi.Goff.de iud.at si clerici. in gl. quæ incipit,circa.Solus Papa dispensat contra Concilium in ætate, de elect.cum in cunctis,& no.eodem titulo,cum dilecti,in gl.quę incipit,supra eodem.† Solus Papa dispensat contra Lateranense Concilium,de concessio præben.nulla nota.de præben. dilecti.in glo.quæ incipit, hæredem. Solus Papa dispensat in iuramento,in xj.quęst.6.auctoritatem & de iureiur.quanto,in glo. absoluere potest Papa.& de concessione præben. proposuit. in gloss.quæ incipit: nam contra.& de electio. venerabile.in fine. † Solus Papa præmissa multaq; alia potest, de quibus pauca infra quodam compendio adnotemus.Ipse est supra omne Concilium,& omne statutum.de electio.significasti.Ipse est,qui superiorem non habet.de elect. licet Ipse supra ius dispensat. de constitu.proposuit.Ipse cœleste habet arbitrium.C. de summa Trinitate.l.j.& no. de renunciatio. quanto. † Ipse est,qui in terris habet plenitudinem potestatis.2.quęst.6.de certo.Ipse est vicarius Christi Iesu,& vicem ac locum veri Dei tenet, de transactioni.quanto,vt eccle.bene.ut nostrum.† Ipse est, qui mutat substantialem naturam,de illegitimo, faciēdo legitimum. qui filij sint legitimi.per venerabilem. & de monacho faciendo canonicum regularem.74.dist.quorundam. † Ipse est,qui absoluendo in terris,absoluit in cœlis,& in terris,ligat in cœlis.24.q. j quodcunque vinculum cuius nemo contemnat,quia non homo,sed Deus ligat,qui dedit homini hanc potestatem. 11.q.3. nostro † Ipse est,qui confirmando ex certa scientia sanat,& firmat infirmum,& supplet omnem defectum. de con.c.j. & not. plenè de consti.cap.cum venissent. Ipse est, qui semper & vbique vtitur palio in signum plenitudinis potestatis.de vsu pal.ad honorem. † Ipse est,cui nemo dicere potest,cur ita facis? de pœni.distinct.3.ex persona.Ipse est,apud quem est pro ratione voluntas,quia quod ei placet,legis habet vigorem. Institu. de iur. nat.§.quod Principi.† Ipse est solutus a legibus.ff.de legi.l. Princeps,digna vox tamen maiestate regnantis, esse legibus alligatum se Principem profiteri.C.de legi.l.digna.Ipse est, qui uoce diuina præfertur omnibus Christianis.21.distinct.in nouo.† Ipse est,cui iura cœlestis,& terreni imperij, a Deo quidem commissa sunt.22.distin.cap.j.Ipse est,qui habet vtrunque gladium spiritualem,& temporalem.vnde in euangelio, ecce duo gladii sunt hic & Dominus noster,cuius uices ipse gerit, vtroque gladio vsus est.26.distinct. ca.ad virum. & Moyses in veteri testamento vtrunque gladium habuit,& Christus in nouo, solū beatum Petrum Principem fecit,& suum vicarium reliquit, & Ipse Papa successor est Petri,& Iesu Christi vicarius. de transla. licet.& 24.quæstio.j.qui inuentus.† Ipse est,qui confirmat, consecrat,& coronat Imperatorem. 16.quæstio.6. alijs. & exequutionem gladij temporalis sibi committit,de elect. venerabilē, & ipse post coronatum imperium & confirmatum deponit. 15.quæstio.6.alius.& in constitutione Innocen. IIII. vbi deposuit Federicum,de sentent.& re iudica. cap.ad Apostolicæ, lib. 6.Alios casus in quibus dispensant,vel Abbates, uel alia priuilegia episcoporum, & alios casus, in quibus summus Pontifex dispensat, sapientibus relinquo adnotandos, & inueniendos per eos, præsentem libellum siue summulam correctioni legentis remittendo.Licèt enim hic libellus sit breuis & paruus, potest tamen dici, Hortulus iste breuis dulcia poma gerit.† Casus autem,in quibus Papa non dispensat, quia dispensare non potest, vide in gloss. in capitu. literas. de restitutione spoliator. Deo gratias, Amen.

CASVS, QVIBVS SVMMVS Pontifex non possit,aut debeat dispensare Do.Ioannis Randei.

CASVS, in quibus Papa non potest, aut debet dispensare, quamuis habeat potestatem plenam, nec legibus sit astrictus.2. quæstio.6.capitu.decreto.extra de vsu pallii. capitu. ad honorem. & teneat locum beati Petri, & sit vicarius Domini nostri Iesu Christi,qui fuit maior Paulo. 130. distinct.in illis. & par in parem non habet imperium.extra de elect.capi. innotuit.ff. de arbit.c.nam magistratus.

Primus casus.

Primò contra Apostolum,ut bigamus fiat diaconus,vel sacerdos,vel episcopus,vt 26.distinct.ca.acutius intelligunt. & capi. una tantummodo.& cap.deinde.25.quæstio.j.sunt quidem. extra de bigam.cap.3. Arguitur tamen contra.24. distinct. cap. lector.vel ut quis simul plures possit habere vxores,vt extra de bigam.cap.super eo.& c.de bigamis.cap.nuper.Ioan.no. in prædicto ca.sunt quidem.quod bene potest dispensare contra Apostolum non tamen in his,quæ pertinent ad articulos fidei.vide glo.4.cap.2.de bigam.& quæ scripsit ibidem Ioan. And. & Pet. de Anch consil.123.incip.in Christi nomine. j. circa bigamos. vbi etiam an possit dispensare cum eo, qui post adulterium vxoris cum ea concubuit,quærit.

Secundus casus.

Contra x.præcepta decalogi,vt 14. distinct. capit. sicut, quia & si non sint articuli,sunt tamen articularia fidei, id est ita annexa articulis fidei,quòd sine eis salutem præstare non possunt, secundum Ioan.de Deo in c.sunt quidem. & vj.distin.§. fin.86. distinct.ca.non satis.ad fin. ubi de dispensatione Papali tractat idem Ioan.de Deo,vltra medium.vide quæ scripsit Ioan. And. de hæreti.ca.cum Christus.

Tertius casus.

Non dispensat contra euangelium,vt in capit.sunt quædam. 25.quæstione j.& 26.distinctio.capit.deinde.& 14.distinct.cap. sicut.& argum. extra de celebrat.missa.capit.cum Marthæ.contra enim ius naturale dispensatio locum non habet, vt 13. distinct.cap.j.& extra de transac.c.fi.ius autem naturale est, quod in lege & in euangelio continetur.j.distinc. humanum genus. & 9.dist.§.fina.

Quartus casus.

Contra quatuor Concilia principalia, ea tollendo dispensare non potest Papa,ut supra etiam dictum est per prędic.c.sunt quædam.25. quęstio.j. vide ibidem bonum text. cum gloss.vbi dicitur,quòd magis uideretur errare & conuinceretur,quia cōtra illa dispensare potest.

Quintus casus.

Cum homicida voluntario, ut post quantamcunque pœnitentiam

Source : BIU Cujas

tentiam miniſtret in officio altaris.extra de tempo. ordi.c.fina. extra de homi.c.j. quod ſi Dauid prohibitus eſt ædificare templum Domino eo,quòd vir ſanguinis erat, quod figurabat nouum teſtamentum,vt de conſec.diſtin.j.c.j vbi de hac auctoritate notatur,multo magis ſacerdos homicida prohibendus eſt celebrare, vt ibi.& in capit. miror.50.diſtinct.j.quæſt.7.ſi quis omnem.extra de exceſſ.prælat capit.ex literis.extra de accu. capitu.inquiſitionis negotium.extra de tempor.ordi.ca. fi.de homi.c.j etiam ſi quis interficeret paganum.50.diſtinct.ca. clericum.qui niſi ſit homicida iuſtitiæ,qui ex cauſa in ſuſceptis ordinibus toleratur per Papam,& non diſpenſet cum illo quod ad ſuperiores aſcendat,vt 51.diſtinct.c.aliquantos.& c.præcedenti.diſpenſatur tamen cum tali circa beneficium.50. diſtinct. ca. ſtudeat.in fi extra de cle.pug.in duello.Henricus, in fi.extra de renunc. ca.ad ſupplicationem.28.diſtinct. c. presbyter.93. diſt. c.diaconi.Ad idem tenetur mandans fieri homicidium,prout legitur de Dauid, qui ſolum mandauit occidere virum Berſabee.Quare non miror,ſi concilium vniuerſalis eccleſiæ ſuſpendit Papam ab executione ordinum:quoniam, vt dicitur in ca.j. & fi.de homi.in 6.quòd mandans fieri homicidium incurrit irregularitatem,ſicut homicida,aut mutilator membri, quare propter bellum a Papa inditum bene & iuſtè priuatus eſt,&c.quāuis ſit ſolutus legibus,legibus tamen viuere tenetur.

Sextus caſus.

In gradibus conſanguinitatis lege diuina prohibitis non diſpenſat Papa,vt extra de reſtitu.ſpolia.c.literas.30.quæſt.3. capi. pictacium.in aliis ſic diſpenſat,vt extra de conſanguin.& affin. quia circa.de conceſſ.præben.propoſuit.& de tranſac.ca. fin. de hac materia plenè ſcribit Pet.de Ancha.conſi.378.pro filio fratris Regis Angliæ,qui vxorem patrui ducere volebat,vide etiā Bald.conſilio 433.lib.3.an autem eoipſo, quòd Papa diſpenſat matrimonium contractum in gradu prohibito, ſint abſoluti qui contraxerunt ab excommunicationis rigore. cle.j. de conſanguin.& affinita. abſque eo, quòd in reſcripto de excommunicatione fiat mentio.vide Roma.conſil. 306.concludentem, quòd ſint abſoluti.

Septimus caſus.

In his,quæ de natura ſui ſunt mala,puta vt quis ſine peccato poſſit adulterari. extra de iureiuran. capit. & ſi Chriſtus.§. quidam in ſequentibus autem caſibus non diſpenſat, nec diſpenſare debet.

Octauus caſus.

Cum ſimoniaco directè in ordine & in ordinato & ſimoniaco per pecuniam.j.quæſt.j.ca.ſtatuimus.& cap. ſi quis a ſimoniacis.& cap.ſupra dicto inquiſitionis. extra de accuſa.j. quæſt. 7.c.requiſitis.

Nonus caſus.

Cum rebaptizato ſcienter non diſpenſat Papa.j.quæſt.7.ca. qui in qualibet.de conſecrat.diſtinct.4.capit.quibus.& ca.confirmandum.

Decimus caſus.

Non diſpenſat cum ordinato ab hæretico in ſubuerſione fidei,cum eſſet catholicus.j.q.7.conuenientibus,ad fi.

Vndecimus caſus.

Cum reordinato non diſpenſat Papa,vt j.q.7.cap. ſaluberrimum.in fi.& j.q.j.c.quod quidem.

Duodecimus caſus.

Vbi ſtatus eccleſiæ decoloratur, contra hoc non poteſt diſpenſare Papa,vt j.quæſt.7.cap.& ſi illa 25.quæſt.j.capit. quæ ad perpetuam.Nec obſtat contrarium,quod poteſt allegari.extra de conſanguin.& affin.c.non debet. quia ibi non decoloratur ſtatus eccleſiæ,immo datur color propter rationes ibidem expreſſas,quare non obſtat.

Decimustertius caſus.

Non diſpenſat Papa, vbi ſancti patres aliquid bene diffinierunt,vt 14.diſt.c. ſicut.& 25.q.j.c.ſunt quidem.& 25.q.2.c.de priuileg.& c.cum piè.& c.quod verò.

Decimusquartus caſus.

Non diſpenſat,vt monachus exiſtens monachus proprium habeat,vel matrimonium contrahat,vt eſt tex.cum gl.extra de ſta.mona.c.cum ad monaſterium,in fi.

Decimusquintus caſus.

In voto continentiæ,ut dicunt quidam, quia vir inuenitur, melius,in quo poſſit commutari,ut in prædicto c. cum ad monaſterium.not.& per Ioan.And.de regu.iur.in vj. regula, quod ſemel Deo dedicatum eſt.Apocalip.j.Corinth.7.vide gl.fi. præ dicto.cap. Item uide caſus,in quibus ſolum poteſt diſpenſare Pontifex,in c.propoſuit.de conceſſ.præben.& eccl. non vac.in glo.in verbo,diſpenſare. Et no. quòd niſi Papa diſpenſet ex iuſta cauſa peccat,nec diſpenſatio prodeſt,vt extra de uoto. cap. non eſt. quod eſt verum, quando diſpenſat contra votum tacitum vel expreſſum,vel contra euangelium, vel contra generalem ſtatum eccleſiæ,poſſuntque dici diſpenſationes in contrarium obtentæ,ſubreptiuæ & obreptiuæ, vt iura volūt etiam ciuilia.l.i.& vlti.C.ſi contra ius vel vtili.publi.& C.de præcibus imper.offeren.

Vtrum Papa poſſit diſpenſare cum ſubdiacono,vt matrimonium contrahat not.31.diſtinct.cap.de illo.& extra de cleric. coniug.cum olim.

Item nunquid Papa poteſt ſoluere matrimonium per verba de præſenti contractum, quòd non eſt carnali capula conſummatum.de hoc vide,extra de conuer.coniuga.capi. ex publico. Hanc materiam tractat Pet.de Ancha.conſi.240.incip.in Chriſti nomine,primæ dubitationis de matrimonio conſumato.vi de quæſtionem,quam facit Ioan.And.ſuper rubri.de reg.iur.in 6.in uerbo,actio.& in regula etiam,acta legitimè,&c.

Item Papa poteſt contra ſimplicem ſtatutum, & conſilium ſui prædeceſſoris diſpenſare,vt legitur & no.extra de capel mona c.penul.& de renunc.c.poſt tranſlationem.in fi.

Vtrum autem poſſit Papa contra ius naturale diſpenſare,nota. 13.diſtinct.ca.in ſumma.& 15.quæſt.6.ca.auctoritatem.extra de deci.c.a nobis.extra de iureiuran.cap. quanto. Finaliter Papa diſpenſat,quemadmodum faciunt epiſcopi.Nota tamen, ꝙ Romanus Pontifex inter homines nullum habet ſuperiorem vt extra qui fil.ſint legiti.c.per venerabilem. prope fi. attamen multi tenent,quòd ſi Papa enormiter deliquerit, conſilium vniuerſalis eccleſiæ poterit illius defectus emendare,& corrigere,prout hodiernis temporibus exempla patent, & ſufficienter legitur per conſilium Baſilienſe & Piſanum,& de prædicto ca. taceo,& ſapientibus me remitto, necnon correctioni ſanctæ matris eccleſiæ.

TRACTATVS
DE MVTATIONE
ſtatus eccleſiarum

Facundiſſimi Doctoris, Domini Petri de Peruſio.

SVMMARIVM.

1 *Mutatio ſtatus eccleſiarum,quomodo cauſetur.*
2 *Eccleſia ſecularis,an poſsit fieri regularis auctoritate epiſcopi.*
3 *Status eccleſiæ mutatur,quando in eccleſia ſtatuitur certus numerus Canonicorum,& bona eorum ueniunt in communi.*
4 *Eccleſia,quando deſtruitur auctoritate ſuperioris propter delictum clericorum,decætero nullus vocetur clericus illius eccleſiæ.*
5 *Epiſcopi an poſsint deſtruere ſtatum monaſterij monialium.*
6 *Eccleſia ut melioretur,an poſsit ad alium locum transferri.*
7 *Monaſterium ſi ſit deſtructum auctoritate ſuperioris,quid fiet de bonis illius monaſterij.*



1

VONIAM autem ſtatus antiquus eccleſiæ, quando conſeruatur,ne ſede vacan.c.j. ibi dum dicit,in antiquum ſtatum ſic. de ſuppl.negli.prælat.ca.2 de relig. do.ca.vno.lib.6. & quando mutatur ſtatus antiquus eccleſiæ, & cum monaſterium erigitur in eccleſiam cathed.ne ſed.vac. ca.j.reſtat † modo videre, qualiter & quomodo ille ſtatus cauſetur ſuper quo trado duas reg. principales.

Prima quidem regula eſt, ubi eccleſiæ adiicitur noua qualitas,quæ prius non erat, huius regulæ patent exempla. eccleſia ſine cura, erigitur in eccleſiam curatam.Nam huic eccleſiæ datur animarum cura & ius parochiale,quòd prius non habebat, & in quo conſiſtit animarum cura,habetur de elect.dudum.& in quo conſiſtat ius parochiale,vide per Innoc. in rubri. de parochiali. & per hoc fit deſtructio inter eccleſiam ſine cura,& eccleſiam curatam.de reſcrip.ſi eo tempore li.6. & de præben. cum in illis eodem titu.

Item mutatur ſtatus eccleſiæ, quando parochialis erigitur in baptiſmalem.Nam de iure parochiali non competit ius baptiſmi,& de hac eccleſia baptiſmali loquuntur iura de præſcri. c.j.& c.ex tranſmiſſa,de tranſa.c.præterea.de ſentent.excomm. cle.vna.item mutatur ſtatus eccleſiæ, cum eccleſia non collegiata erigitur in collegiatam,vt in ca.nobis,de iurep. item cum monaſterium erigitur in eccleſiam cathedralem, ne ſede vac. cap.j.item cum eccleſia ſecularis erigitur in regularem. de eccl. ædific.ad audientiam.vnde dicebat gl.de rebus eccl. ca. poſſeſſiones.

Source : BIU Cujas

2 ſiones. quòd † eccleſia ſecularis poteſt fieri regularis auctorita te epiſcopi, dummodo canonici ſe quæ alibi prouideatur, ſed eis inuitis de voluntate talium clericorum eccleſia ſecularis efficitur regularis, quod clerici ſeculares de illa eccleſia amouebunt, dummodo alibi illis clericis prouideatur.

Alia regula eſt, per quam cognoſcitur permutatio ſtatus eccleſiæ, videlicet vbi qualitas inhærens eccleſiæ tollitur vel diſtrahitur, ſicut patet per hæc exempla, ſi eccleſia curata reducatur ad eccleſiam ſine cura. Item cum eccleſia baptiſmalis inducitur ad non baptiſmalem. Item cum eccleſia collegiata reducitur ad non collegiatam. Item cum eccleſia cathedralis reducitur ad monaſterium. ne ſe. vac. c. j.

Sunt & alij modi, quibus mutatur ſtatus eccleſiæ. Primo, quã do eccleſia vel ordo, cui licet habere proprium, in totum vnitur, vel ſubiicitur eccleſiæ vel ordini, cui non licet habere proprium. de ſtatu mona. recolentes. item cum arctior regula per inſtitutionem eccleſiæ inſurgit quam eſſet a princi. per regulã datam ordi. de reg. iur. c. ſanè & eſt caſus in ca. vno, de reli. do. li. 6. Item cũ profeſſio inducitur arctior ſtatus quam eſſet primò, qui arctior poteſt eis inuitis induci, de quo per glo. in regula, ℘
3 omnes lib. 6. Item † mutatur ſtatus eccleſię, quando in eccleſia ſtatuitur certus numerus canonicorum & bona eorum veniãt in communi, & in vna domo veſcantur, & ſub vno tecto dormiant & quieſcant. de vita & honeſt. cleri. quoniam. Item cum eccleſia habens patronum efficitur exempta a iurepa. quod eſt in eccleſia, & talis erigitur in collegiatam, vt in c. nobis. de iurepat. vel patronus abdicat a ſe ius patro. de dona. paſtoralis. de teſti. ſignificauit. Item mutatur ſtatus eccleſiæ, cum dignitas tollitur & ſupprimitur. de conſtitu. cum acceſſiſſent. Item quandoque ſic alteratur & reſtringitur ſtatus eccleſiæ, quòd non licet ordini illius eccleſiæ transferre ad alium ordinem, vt patet de ſta. regu. c. j. Item cum eccleſia auctoritate ſuperioris deſtruitur: tunc enim mutat ſtatus eccleſię, & per hoc dicebat Innoc. in c. 2. de oper. no. nun. quod quando eccleſia deſtruitur auctoritate ſuperioris propter delictum clericorum eccleſiæ, quòd
4 † de cætero nullus vocabitur clericus illius eccleſiæ. & illa eccleſia perdit omnia priuilegia. de conſecra. diſtinct. j. placuit. 16. quæſt. 7 & hoc dicimus. ff. quando dies vſusfru. ce. l. vſusfructus. §. fin. Secus quando auctoritate ſuperioris eccleſiæ vnitur alteri loco, vel ad alium locum transfertur, ſecundum Innoc. in d. c. 2. Ex prædictis autem verbis Inno. ſolet fieri quæſtio, an eccleſia de auctoritate epiſcopi dedicata poſſit pro aliqua cauſa deſtrui, ita quòd non ſit vltra nec ibi, nec alibi: Solent enim epi-
5 ſcopi quandoque deſtruere † ſtatum monaſterii monialium, vt ibi non ſit amplius eccleſia, nec monaſterium, & transferũt abbatiſſam & moniales ad aliud monaſterium. Item quòd ibi amplius non eligatur abbatiſſa, nec moniales recipiantur. Item quòd ibi nunquam celebrentur diuina officia. Item quòd ibi nunquam amplius ſepeliatur. Item quòd ille locus deſinat eſſe ſacer & religioſus. Item quòd ille locus ad vſum prophanum & talem locum vendunt vt prophanum cum autem prius ante deſtructionem ibi eſſet eccleſia monaſterium. Item ibi eligebantur abbatiſſæ & recipiebantur moniales. de ele. indemnitatibus. li. 6. Item ibi celebrantur diuina per ſacerdotem ad id deputatum, qui etiam ſacerdos habeat curam fori pœnitentialis illarum monialium. Item locus ille viſitabitur per ſuperiorem de ſtatu mon. in ſingulis. dicunt quidam quòd non poteſt deſtrui, vt in regula, quòd ſemel dedicatum. lib. vj. ad hoc facit, 9. quæſtio. 3. qui ſemel. 14. quæſt. 7. aperuit. 16. quæſt. 7. ſi quis vult. 17. quæſt. 4. quæſt. de conſecr. diſt. j. omnes baſilicæ. & dicitur in c. in ſancta. & c. ſeq. de rer. perm. mancipia. de leg. 2. do. c. ad hęc. & eo. tit. cle. quia contingit.

In contrarium poſsit fieri. 16. quæſt. 7. & hoc dicimus & ibi de hoc per Ioan. & Arch & id quòd dicit Archid. 10. q. 4. vnio. & in d. c ſi quis vult. & de conſe. diſt. j. omnes baſilicæ. & dicitur expreſſum ea. diſt. ca. placuit. & c. trabes. facit. 10. q. 2. hoc ius. & 12. quæſt. 2. aurum. & quod vtrobique no. pro & contra. facit qđod notatur in Spec. de dona. verſic. quid ſi aliquis viro. ſed pro hoc facit de no. ope. nun. c 2. & c. j. & quòd ibi nota. per Inno. & Hoſt. & Ioan. And. Quid ergo dicendum? Solu. diſtinguendum, aut hoc vult facere ex voluntate, aut ex neceſſitate.
6 Primo † caſu non poteſt deſtrui, licet ut melioretur poſſet ad alium locum trãsferri, ſed debet eidem eccleſiæ antiquæ, ſi hoc poſſet fieri per ſacerdotem deſeruiri, ut in c. ſi quis vult. & cap. vnio. & cap. omnes baſilicæ. in arg. ſi non ex neceſſitate. aut poteſt remanere in eodem loco, & tunc idem quod ſupra aut nõ poteſt remanere, & tunc poteſt deſtrui. debet tamen ſemper hoc fieri de auctoritate diœceſani, ut in d. c. placuit. In contrarium allegata non obſtant. loquuntur enim in illo caſu, & quã do eccleſia & res ſacræ durante ſuo ſtatu & conſecratione reducitur ad prophanum vſum, non autem quando deſtruitur, & totaliter reducitur ad non eſſe eccleſiam vel rem ſacram, & ita intelligitur regula, ſemel Deo dedicatum. lib. 6. Et nota, ℘ illud quod dicit Inn. in d. c. 2. quod deſtructa eccleſia clerici nõ erunt amplius clerici illius loci, habet locum in clericis ſecularibus: ſed ſi tales eſſent profeſſi, tunc deſinũt eſſe monachi monaſterij profeſſori, ſed per hoc non deſinunt eſſe profeſſi, ſed efficiuntur monachi alterius monaſterij, ad quod ſunt tranſlati. de regula. licet.

7 Sed iuxta prædicta queritur, ſi † deſtructum ſit monaſterium auctoritate ſuperioris, quid fiet de illis bonis monaſterii? Reſpondeo, illa bona acquiruntur monaſterio, ad quòd monaſterium illi profeſſi ſunt tranſlati. ratio eſt, ne tales profeſſi ſint oneroſi ſecundo monaſterio, ad quòd ſunt tranſlati. Et propter hoc dicit Io. And. de ſtatu mona. recolentes, quòd ſi religioſus tranſit ad ſecundum monaſterium, recuperat quòd dedit primo monaſterio, ſed de bonis monaſterii nihil habebit. & ſubdit ibidem, quòd ſi monaſterium in totum deſtruatur, quòd quilibet habet partem ſuam de bonis monaſterii. ſed iſtam materiam proſequar per tria capitula.

Primum capitulum principale eſt, quòd monaſteriũ remaneat in ſuo ſtatu antiquo vnam cum ordine & religione vigentibus in d. monaſterio.

Secundum capitulum eſt, quando monaſterium deſtruitur auctoritate ſuperioris, tamen ordo & religio, ſub quibus regebatur, remanent.

Tertium capitulum principale eſt, quãdo monaſterium deſtruitur & deſtruitur ordo & religio, ſub quibus monaſterium regebatur.

SVMMARIVM.

1 *Ingrediens monaſterium & offerens ſe & ſua & intra probationis annum rediens ad ſeculum an recuperabit bona ſua.*
2 *Bona quæſita primo monaſterio ex perſona profitentis an remaneant apud monaſterium primum, an verò acquirantur ſecundo.*
3 *Donatio perfecta non reuocatur.*
4 *Profeſſus vnius monaſterij quando intrat in ſecundum monaſterium cauſa pœnitentiæ cui acquirat.*
5 *Conſuetudo ꝙ talie in monialibus recipiendis.*

¶ Capitulum primum.

VEnio ad primum capitulum pñcipale quando monaſterium, ordo, & religio remanent in eorum ſtatu antiquo, & hoc declaro per ſ ſcriptas quæſtiones.

1 Primò queritur aliquis † ingreditur monaſterium & offert ſe & ſua, & tamen intra probationis annum rediit ad ſeculum, quæritur an recuperet bona ſua? Reſpondeo, recuperat. & ratio eſt, quia oblatio bonorum habet in ſe tacitam conditionem. ſ. ſi ille in monaſterio remanſerit, vt eſt caſus ad literam, in c. in præſentia. de proba. Pręterea ex quo ineſt illa tacita conditio, defectus conditionis impedit acquiſitionem bonorum. ff. de uerbor. obligat. l. cedere diem. Præterea hoc probatur per caſum, de reg. c. ſtatuimus. ubi recedens de monaſterio intra probationis annum in ea veſte redit, quam tulit, dum in monaſterium ingreſſus eſt. Et per prædicta dicendum eſt, quòd ſi tempore ingreſſus nihil de bonis duxit, quòd dominium illorum bonorum remanet apud ingredientem, dum eſt infra probationis annum. & hoc optimè probatur de regula. beneficium, lib. 6.

Secundò principaliter quæritur, aliquis ingreditur monaſterium & offert ſe & ſua, & demum profitetur in illo monaſterio, & demum poſt illam profeſſionem acquirit bona ex ſucceſſione parentum, ita quòd illa bona acquirũtur monaſterio ex diſpoſitione iuris propter profeſſionem, & demum iſte profeſſus legitimè tranſit ad ſecundum monaſterium, ut patet de
2 regula. licet, quæritur † an bona quęſita primo monaſterio ex perſona profitentis remaneant apud monaſterium primum, an verò acquirantur ſecundo monaſterio. vnde dicebat Ioã. de ſta. mo. recolentes, ꝙ talis profeſſus recuperat bona, quę ex ſua perſona fuerant acquiſita primo monaſterio. dicebat Guil. in Spe. de ſta. mo. §. 2. verſ. ſed queritur, quòd bona quęſita primo monaſterio remanent apud primum monaſterium, ſed poſtq̃ tranſit ad ſecundum monaſterium, quicquid acquirit, acquirit ſecundo monaſterio. in Auth. de iud. §. ſi verò. 18. q. 3. c. j. Et ſubdit ibidem, ꝙ ſi talis profeſſus ad ſecundum monaſterium trãſiens non habeat unde viuat in ſecundo monaſterio, ꝙ tunc vſusfructus bonorum acquiſitorum in primo monaſterio pertinebunt ad ſecundum monaſterium, proprietas autem remanebit apud primum monaſterium. ideo autem vſusfructus quę runtur illi ſecundo monaſterio, ne ille profeſſus ſit oneroſus ſecundo monaſterio 16. q. j. de lapſis. & idem dicit Spec. in §. 23. In hoc autem ſunt opin. nam quidam dicunt, quòd de rigore

iuris

Source : BIU Cujas

iuris profeſſus non recuperat bona acquiſita primo monaſterio, niſi de æquitate recuperet.

Alia fuit opi. quòd aut bona ſunt quæſita expreſſa donatione facta per ingredientem tempore ſui ingreſſus, & tunc illa bona non recuperat, licet ad aliud monaſterium tranſeat, quia
3 †donatio perfecta non reuocatur. C. de dona. l. perfectam. ſi autem ſint quæſita primo monaſterio ex iuris diſpoſitione propter vinculum profeſſionis, tunc talia bona recuperat & quærent in ſecundo monaſterio. & idem tenet Inn. quando de licẽtia ſuperioris tranſiuit ad ſecundum monaſterium, ne ſecũdo monaſterio ſit oneroſus. 16. q. j. ſi quos. concludamus ergo, ꝙ ea, quæ quæſiuit profeſſus, dum erat in primo monaſterio, illa remanent apud primum monaſterium, & non apud ſecũdum. 27. q. j. ſi quis. in Auth. de ſanctiſ. epiſ. § fi. non, quòd autem poſtmodum quærit, ſcilicet poſtquàm tranſiuit ad ſecundum monaſterium acquiratur ſecundo monaſterio. de priuile. cũ olim. ubi eſt caſus. & 22. q. 1. ſtatutum.

Tertiò principaliter queritur, ſi per profeſſum vnius monaſterij ex perſona illius profeſſi ſint queſita bona ipſi monaſterio, & tandem ipſe profeſſus tranſeat ad ſecundum monaſterium ad pœnitentiam peragendam propter exceſſus, quos commiſit in primo monaſterio, apud quem remanebunt illa bona? Reſpondeo, apud primũ monaſterium quo ad proprietatem, ſed quo ad vſum fructum remanebit apud ſecundum, vel pertinebit monaſterio, & illo monacho mortuo redibit vſus fructus ad ſecundum monaſterium. 17. q. j. de lapſis.
4 & ita no. 16. q. j. ſi quis. Et no ꝙ † quando profeſſus vnius monaſterii intrat in ſecundum monaſterium ad pœnitentiam peragendam, quicquid acquirit, poſtquam ibi eſt intruſus, acquirit ſecundo monaſterio. in Auth. de ſanctiſ. epiſ. §. ſi monachus. & ita no. gl. in d. c. ſi quis, ſuperius allegato.

Quartò principaliter quæritur, primo monaſterio bona ſunt quæſita, ſcilicet ex perſona profeſſi, demum iſte profeſſus tranſit ad ſecundum monaſterium nõ petita licentia a ſuo ſuperiore: & licet legitimè tranſeat. de reg. c. licet. cui acquiruntur huiuſmodi bona? Reſpondeo, bona remanent apud primum monaſterium, ut dicit Hoſt. in ca. quòd a te. de cleri. coniug.

Quintò principaliter quæritur, de conſuetudine quæ viget in Italia eſt, quod licet de iure communi non poſſit recipi monachus in monaſterio propter pecuniam, quia tunc eſſet ſimonia. de ſimo. de regu. tamen eſt de more & conſuetudine
5 † tempore quo mulier in monialem recipitur, vadit ad altare publicum, & ibi offert certam quantitatem pecuniæ dicendo hæc uerba, videlicet. Ego dono iſtam pecuniã præſentem in remiſſionem peccatorum meorũ, vel dono iſtã pecuniã Deo & beatæ Mariæ Virgini, iuxta vulgarem modum loquendi. dicẽdo iſtam pecuniam eſſe dotem ipſius monialis: demum iſta monialis. j. probationis annum redit ad ſeculum, vel in primo monaſterio profitetur, & poſtmodum tranſit legitimè ad aliud monaſterium, an illa monialis recuperabit illam pecuniam a primo monaſterio? Reſpondeo, nõ, quia talis donatio fuit pura & ſimplex nullam habens in ſe conditionẽ, neque modum. Et ideo tanquam donatio perfecta non reuocatur. C. de don. l. perfecta. & ſi diceretur, quod illa donatio videtur facta ob certam cauſam finalem, videlicet, quia recipiebatur vt monialis in monaſterio, & ſic ceſſante cauſa finali iuris & hominis. de renun. poſt tranſlationem. Reſpondeo non debemus dicere hanc cauſam: vitiaretur enim tunc receptio in monialem, eo ꝙ eſſet tunc ſimonia. de ſimo. de regularibus.

SVMMARIVM.

1 *Monialis monaſterij deſtructi, cum ſit profeſſa & transferatur ad aliud monaſterium, an recuperabit bona, quæ primo monaſterio obtulerat.* 2.
3 *Hæredes duo, quando inſtituuntur, quomodo diuidant hæreditatem.*

Capitulum ſecundum.

NVNC venio ad ſecundum capitulum principale, quod eſt, quando monaſterium deſtruitur auctoritate ſuperioris, tamen ordo & religio ſub quib. regebatur illud monaſterium, remanent in eorũ ſtatu, nec tollitur eo tempore ordo, ſed durat. patet exemplum, monaſterium ſancti Petri eſt ordinis ſancti Benedicti, monaſterium quidem deſtruitur auctoritate ſuperioris, tamen per hoc non tollitur ordo beati Benedicti: quæritur ergo de infraſcriptis quæſtionibus.

1 Primò quæritur, cum † monialis dicti monaſterii ſic deſtructi ne vagetur cum ſit profeſſa. de reg. c. fin. transfertur ad aliud monaſterium, an recuperabit bona, quæ primo monaſterio obtulerat. reſpondeo recuperabit talia bona, ut dicit Hoſt. & Ioã. de ſta. mo. recolentes. ratio eſt, quia illa bona nõ poſſunt remanere in dominio primi monaſterii cum ſit deſtructum, quia nõ eſt amplius monaſterium. ff. quando dies vſus fruct. leg. ced. l. vi liſſimus. Secunda ratio eſt, ne illæ moniales ſint oneroſæ ſecundo monaſterio.

Secundò quæritur, ſi aliqua bona ſint quæſita primo monaſterio ex perſona monialis profeſſæ, cui obuenerat aliqua hæreditas parentum? Reſpondeo, recuperabit, illa bona propter rationes, quas dixi ſ̃ proxima quæſtione.

Tertiò quæritur de bonis, quæ competebãt ad primum monaſteriũ ex alia cauſa quãm ex perſona monialis profeſſæ, puta quia donauit, vel legauit monaſterio, vel quia monaſterium ex fructibus eorum acquiſiuit aliqua bona. Reſpondeo, illa bona acquirentur ſecundo monaſterio, ad quod illæ moniales ſunt tranſlatæ. ratio eſt, ne illæ moniales ſint oneroſæ ſecundo monaſterio.

2 Quartò quæritur, † ſi monaſteriũ ſit deſtructum & habebat magnam quantitatem monialium, & epiſcopus vnam partem illarum monialium, & aliam partem tranſtulerit ad aliud monaſterium, cui ex illis monaſteriis acquirentur bona illius monaſterij primi, quæ primo monaſterio erant quæſita ex alia cã q̃ ex perſonis monialium profeſſarum? Rñdeo, ꝙ quærẽtur vtrique ex illis monaſteriis, ad quæ illæ moniales transferuntur.

Quintò quæritur, pro quanta quantitate illa bona duob. monaſteriis acquiruntur? Rñdeo, videtur ꝙ cuilibet ipſorum monaſteriorum acquiratur pro medietate. ratio eſt, quia non eſt maior vel potior vnius monaſterii cauſa quam alterius, & ſic ambo monaſteria æqualiter concurrunt, ſicut videmus quando inuicem duobus vna res legat̃, quilibet ex legatariis habet
3 medietatem. ut ff. Item † quando duo hæredes inſtituuntur, quilibet habet medietatem, vt ff. vel poteſt dici ꝙ acquiſitio illorũ bonorum fiet illis monaſteriis, ſecundum numerum illarum perſonarum monialium, ut illi monaſterio plus aſſignetur, ad ꝙ plures moniales ſunt tranſlatæ, q̃ ad aliud. ff. de pac. l. maiorẽ.

Sextò quæritur, eſt quoddam monaſterium & per mortalitatem mortua eſt abbatiſſa cum omnibus monialib. monaſterii, nec reperitur aliqua mulier q̃ velit effici monialis dicti monaſterii, & per iſtam cauſam deſtruitur illud monaſterium, cui acquirentur illa bona? Videtur ꝙ ordini & religioni illius monaſterii, quaſi ſuccedant in locum & ius monaſterii. de teſt. c. 2.

Putarem dicendum, ꝙ epiſcopus cum conſenſu ſui capituli poſſet illa bona vendere & pretium pauperibus elargiri vel in alios pios vſus conuertere, vel dicta bona cõcedere aliis eccleſijs, vel ædificare eccleſiam & illa bona aſſignare pro dote eccleſiæ. Sunt enim illa bona vacantia, ergo de ipſis bonis ſuperior habet poteſtatem.

SVMMARIVM.

1 *Deſtructo ordine, quid fiet de bonis illius ordinis.* 2.5.9.
3 *Res, quæ ſuccedit in locum alterius, ſapit naturam rei in cuius locum ſubrogatur.*
4 *Mendicantes, an habeant prædia.*
6 *Teſtator ſi legat aliquid illi, qui erat mortuus ante, teſtamentum non valet & legatum redit ad hæredem.*
7 *Mortuo teſtatore legatarius eſt capax legati, & poteſt legatum tranſmittere ad hæredem ſuum.*
8 *Religioſi poſſunt ſe transferre ad aliam religionem, ſed non poſſunt eorum eccleſiam alteri ſubijcere.*
10 *Deſtructa eccleſia prælatus ipſius eccleſiæ non erit amplius prælatus illius.*
11 *Subſtantialia regulæ, quæ ſint.*
12 *Membra pereunt mortuo capite.*
13 *Status eccleſiæ, per quem poſſit mutari, & qua ex cauſa.*

Capitulum tertium.

1 NVNC venio ad tertium capitulum principale, quando † deſtruitur monaſterium, & etiam deſtruitur ordo & religio, ſub quib. regebatur dictum monaſterium, ita ꝙ ille ordo tollatur & caſſetur, & non ſit amplius eccleſia Dei. Patent exempla in ordine Templariorum. Ordo Templariorum fuit ab antiquo ordo approbatus a Papa, poſtmodum deſiit eſſe ordo, quia Papa illum caſſauit & deleuit, ita ꝙ non eſſet amplius ille ordo in eccleſia Dei. de priui. cum & plãtare. Item patet exemplum in ordine Humiliatorum, qui fuit approbatus per Papam, & poſtmodu ille ordo fuit damnatus & oblitus, vt non eſſet amplius in eccleſia Dei. de reſti. ſpol. cũ olim. el j. in gl. Item patet exemplum de relig. do. c. j. lib. 6. Nam per c. vlti. eo. tit. in antiquis, Papa prohibet propter nimiam religionum diuerſitatem, quæ in eccleſia Dei confuſionem gerebat, ne quis nouam religionem inueniret, ſed quicunq; ad religionem voluerit conuerti, vnam de approbatis aſſumat, de quibus reperitur de relig. do. c. vno. li. 6. vbi Papa prohibet, ne quis poſt Concilium generale decętero nouum ordinem aut religionem inueniat. Papa autem quandoq; confirmat nouum ordinem inſtitutum poſt dictum Concilium generale & confirmat in hunc modum, uidelicet, vt profeſſorib. illorum ordinũ

ita

Source : BIU Cujas

ita liceat remanere in illis ſi velint, ꝙ nullum deinceps ad illorum profeſſionem admittant, nec de nouo domum aut aliquē locum acquirant, nec domus ſiue loca quæ habent alienare va
2 leant ſine ſedis apoſtolicæ licentia ſpeciali. deſinit † ergo ille ordo & religio mortuis religioſis dicti ordinis & religionis. Et ex quo non poteſt ſine Papæ licentia ad alium ordinē ſe tranſferre, & ex quo religioſi aliorum ordinum non poſſunt ſe trāſferre ad alium ordinem, licet confirmetur per Papam, ergo ille ordo deſinit eſſe, vt dicit Io. in d.c. religionum. quia ergo deſtructis illis ordinibus, vt non ſint amplius in eccleſia Dei, ad quos pertinebunt bona illorum ordinum, Papa in d.ca religionum. talia bona reſeruat Sedi apoſtolicę in Terrę ſanctæ ſubſidium, vel in alios pios vſus per locorum ordinarios, vel alios quibus hoc Papa commiſit conuertenda. Iuxta prædicta ergo quæritē de infraſcriptis quæſtionibus.

Primò quæritur, ſi ille ordo inſtitutus poſt Concilium generale, de quo loquitur c. fi. de relig. do. & confirmatus per Papam transferatur ad alium ordinem auctoritate Papæ, quid erit de legatis factis illi primo ordini. Rñdeo, talia legata pertinebunt ad ſm ordinem, ad quem facta eſt tranſ-
3 latio primi ordinis, quia res † quæ ſuccedit in locum alterius, ſapit naturam rei, in cuius locum ſurrogatur, vt lite pen. c. eccleſia. Præterea domus & loca, de quibus loquitur dicta decre. vnica, de reli. do. obueniebant Romanæ eccletiæ: ſed in talibus bonis vacantibus, quæ deferuntur Principi, latiſſimè fit interpretatio. C. de bon. va. l. j. li. x. Et hæc ſunt beneficia, quæ ſunt interpretanda latiſſimè. de verb. ſig. olim. de quo ibi per Ioā. in d. cle. vlti. Præterea ſurrogati tenentur ad onera. de cenſi. c. j. eis enim debentur commoda. de reg. iur. qui ſentit. ſimile no. Io. de priui leg. cum perſonæ. circa fi. pen. gl. lib. 6.

Secundo quæritur, ſi poſt concilium generale, de quo loquitur c. vlt. de reli. do. aliquis miles donaſſet dicto ordini prædia ſub pacto, ꝙ redirent ad eum, vel eius hæredes, ſi contingeret illos de illo ordine recedere, vel habitū vel ordinem mutare, ipſis poſt dictam donationem mutantib. religionem & habitum & ſe transferentib. ad ordinem approbatum poſſit miles reuocare ea, quæ donauit. no. j. hæc queſtio
4 redarguitur de duobus. Primò, ꝙ † mendicantes habeant prædia, & quia in quæſtione non ponitur, illam tranſlationem eſſe factam de Papæ licentia, cum ſine illa fieri non potuit, ut patet in d.c. religionum. in fi. Non autem redarguitur dictæ quæſtionis ſolutio, quia ille habuiſſet confirmationem Papæ, licet poſt illud conſilium, ꝙ miles reuocat donationem. quia ſic poterāt remanere in vita ſua, vt ibi patet, ſi non habuerat confirmationem, cum nō poſſit in ordine & habitu remanere, illa duo mutando, dummodo remāſerint in loco illo, non reuocat miles in primo membro. ſolues, vt prædixi. tranſitus ſine Papæ licentia fieri non potuerat, illa interuentio locus eſt ei, ꝙ dixi in primo, quare in ſecundo membro cum collegium fuerit illicitū, & a iure dānatum, vt d.c. vno. quantum de facto proceſſerat reuocatur, & ſic ei nil acquiri potuerit etiam poſt inſtitutionem vel legata. C. de hær. inſti. l. collegium. C. de iudi. l. j. ff. ꝙ cuiuſq; vniuer. no. lib. 6. ergo donans repetet, non iuuat, ꝙ non fuerat in culpa mutando, quia ſatis eſt ꝙ fuerat in culpa contra prohibitionem conſilii faciendo. ſubdebat etiam Ioan. in d. ca. religionum. ꝙ ſi non mendicantes tranſeant ad arctiorem regulā debito modo, tunc non liceret tali militi reuocare talem donationem uel mutationem, cum mutatio fuerit in melius, de uoto. ca. ſcripturæ & tacitè debuit id intelligi. Si autem ad laxiorē regulam tranſiuerit, tunc eſt locus reuocationi dictæ donationis, de verb. ſig. abbate. in fi. 25. q. j. §. vlti. omni tamen caſu, quo locus relinqueretur ſine licentia donantis, non poterat, ſi contemplatione loci facta fuerit donatio. puta donans erat ibi patronus vel habebat ibi ſepulturam, niſi fecerit id de Papæ licentia. redeundo autem ad quæſtionem propoſitam deſtructo or-
5 dine, † quid fiet de illius ordinis bonis: iſta quæſtio ſoluitur per dictum c. religionum. aduerte diligenter ad illum text. dum dicit, per locorum ordinarios quia vt ex gl. quæ incipit, nec ordinarij &c. & ex alijs, quæ ponit ibi Archi. ſuper verſi. aduertendum. de talibus bonis ordinarius loci non poteſt aliquid diſponere ſine ſpeciali mandato Papæ. Quidam aliter intelligebant illam literam, quia ordinarius loci poſſit de illis bonis diſponere ex auctoritate ordinaria ſibi tributa ex illo canone. ſed prima opi. eſt verior, quia qñ Papa ſibi reſeruat aliquid, nō poteſt inferior a Papa ſe intromittere de talib. reſeruatis. caſus eſt in c. ſi eo tpe. de ele. li. vj. vltra p̄dicta queritur de infraſcr. qōnib.

Primò quæritur, ordo vigens in eccleſia Dei fuit deletus & caſſatus auctoritate Papę, demum quidam faciens teſtamentum ignorans de caſſatione ordinis legat aliquid illi ordini, queritur de iuribus illius legati. Reſpondeo, legatum non valet, ſed eſt pro non ſcri
6 pto. caſus eſt in l. vnica, in princ. C. de cad. tol. vbi ſi † teſtator legat aliquid illi, qui erat mortuus ante teſtamentum, non valet & legatum credit ad hęredem. & ex hoc patet, ꝙ licet legatum illi ordini cenſeretur ad pias cauſas. de teſti. requiſiſti, tamen nō poterit dięceſanus illud legatum conuertere in alios vſus alio rum ordinum. Item quæritur, ſi tempore teſtī & tempore mortis teſtatoris vigebat ille ordo, ſed poſt mortem teſtatoris eſt deletus & caſſatus, quid erit de illo legato? Videtur ꝙ non euaneſcat, ſicut videmus ꝙ quando legatarius moritur poſt mortē teſtatoris legatū remanet validum, vt d.l. vnica. §. in nouiſſimo. In contrarium videtur, ꝙ legatū euaneſcat, quia ille ordo, ex quo eſt caſſatus & deletus, non eſt capax illius legati, non poteſt dici ꝙ tranſmittat legatum ad alium ordinem, qa nullus alius ordo ſuccedit tali ordini ſic deleto & caſſato. Non ob. §. in no
7 uiſſimo, quia † mortuo teſtatore legati erat capax legatarius & tranſmittere potuit legatum ad hęredem ſuum. Videtur de iure dicendum, quòd ex quo mortuo teſtatore ordo deberet adire antequam caſſaretur & erat capax legati, & ideo illud legatū non euaneſcit, ideo ſic reſeruatum in diſpoſitione Papæ, vt d.c. vnico. de relig. do. lib. vj.

Quartò quæritur, ſi teſtator errās in teſtamēto, credēs aliquem ordinem vigere, qui nūquā fuit inſtitutus in eccleſia Dei, ſed fuit inſtitutus tēpore mortis, aliquid ſibi legauit, queritur an illud legatum valeat ita, ꝙ queritur illi ordini tale legatum. Reſpondeo, valet. Nam ſufficit illum ordinem eſſe tempore mortis teſtatoris, licet non eſſet tempore teſtī. caſus eſt in l. ſi cognatis. ff. de rebus dub. de leg. iij. l. ſi deportato ſeruo. in prin. ff. de condi. & de. ff. de iure delibe. generaliter §. ſi hoī libero. Quintò queritur, tempore teſtī vigebat ordo, & viuo teſtatore ille ordo ſit reuocatus auctoritate apoſtolica & reſtitutus in veterem ſtatum, viuente teſtatore, an illud legatū remanebit validum. Reſpondeo, ſic. caſus eſt in l. ſi cognatus. ff. de rebus dub. in prin. in lectura ibi poſita. vnde dicebat text.
8 de reſt. ſpo. olim. & in gl. † niſi ꝙ religioſi poſſunt ſe trāsferre ad aliam religionem, ſed nō poſſent eorum eccleſiam alteri ſubijcere. Io. And. ſuper d. gl. dicebat ꝙ religioſi vnius monaſterij regulam illius monaſterij ibi inſtitutam, vel habitum, vel ſtatum antiquum immutare, vel alteri loco ſubijcere ſine auctoritate epiſcopi non poſſent, nec epiſcopus debet conſentire ſine conſenſu capituli. ita tenet gl. in c. cum dilectus. quod met. cauſa. Et idem Inn. Io. And. & Hoſt. dicunt, quòd religioſi vnius monaſterii poſſunt tranſire tanquam ſinguli ad arctiorem regulam, ſed remanentes in loco non poſſunt arctiorem regulam profiteri, nec ſe vel locum ad illam arctiorem transferre ſine dięceſani conſenſu. Item dicunt ꝙ religioſi vnius monaſterij volunt locum ſubijcere alteri minori ſine præiudicio dięceſani, & dięceſanus non vult conſentire, ꝙ epiſcopus per ſuperiorem cogetur ad conſentiendum tranſlationi.

9 **Sed quæritur,** ſi † monaſterium tpe quo eſt deſtrucum auctoritate epi nō habeat abbatiſſam neq; moniales, quia oēs erant mortuæ, quid fiet tunc de bonis monaſterii? Rñdeo, remanebunt ſub diſpoſitione & arbitrio dięceſani, qui poterit illud monaſterium conſtituere & illa bona dare alteri monaſterio pro dote ipſius, vel poterit illa bona diſtribuere inter eccleſias ſuæ dięceſis. poterit etiam illa bona vendere & in vſus pios pretium conuertere, vel p̄tiū pauperibus erogare. Poſſet etiam dici, quòd illa bona remanebunt ordini, ſub cuius regula illud monaſterium erat fundatū. redeundo autem ad quod dicebat Inn. in c. 2. de no. ope. nunc. ubi dicit, ꝙ deſtructa eccleſia non remanent amplius clerici il-
10 lius eccleſię. Et ſciendum, ꝙ deſtructa † eccleſia prelatus ipſius eccleſiæ non erit amplius prelatus ipſius eccleſiæ, & in eo tollet tur titulus prelaturæ. Item ſi eccleſia erat collegiata, perdit ius collegii, ſeu perit ius collegii. Item ſi eccleſia pertinebat ad collationem alicuius, perit illud ius cōferendi. Iſta enim iura, quę primo reſpiciebant eccleſiam, non poſſunt amplius reſpicere eccleſiam, quia deſtructa eſt. Inſuper dico, ꝙ per prędicta, ꝙ deſtructo monaſterio non erit amplius illius monaſterii abbas, & monachi illius monaſterii non erunt amplius monachi, nec ad obedientiam amplius tenebuntur illi prelato, ex quo deſinit eſſe prelatus. caſus eſt in c. venerabilem. in fi. de ele. & hic patet, ꝙ qñq; tollitur & perimitur vnum ex tribus ſubſtantialib. profeſſionis, ſicut eſt obediētia. de maior. & obe. cū in eccleſiis. hoc iō procedit, quia non eſt cui obediat, ex quo deſinit eſſe p̄latus. Item ſciendū eſt, ꝙ licet deſtructo monaſterio illi deſinant eſ-
11 ſe monachi monaſterii, tamen remanent profeſſi, quia † ſubſtātialia regulę, quę conſiſtunt in abdicatione proprietatis & obſeruantia caſtitatis, reſpiciunt ordinem, ſub cuius regula fundatū eſt monaſteriū, licèt ergo monaſterium deſtruat, non tñ deſtruitur ordo, de quo fundatum eſt monaſterium. tales. n. monachi transferuntur ad alia monaſteria eiuſdem, vel alterius ordinis, & ſic remanebunt monachi ſecundi monaſterii & in ſecundo monaſterio. ſimile quod no. 16. q. j. & temporis.

Sed quæritē, ſi deſtruat ordo auctoritate ſuperioris, ſicut fuit qñ ordo Templariorum fuit deſtructus auctoritate Papę, quid de religioſis & profeſſis illius ordinis? Rñdeo, transferunt ad alia loca alterius ordinis, non tñ deſinunt eſſe profeſſi, vt ſuperius dixi licet inuenerim aliquos dixiſſe & malè, deſinere eſſe profeſſos, & poſſe redire ad ſecularem ſtatum. Demum

quæri-

Source : BIU Cujas

quæritur,si destruatur ordo,sicut fuit destructus ordo templariorum, an destruantur monasteria, quæ fuerunt membra ip-
12 sius. & videtur ꝙ sic, quia † mortuo capite, pereunt membra. nec enim membra cognoscimus,nisi stante capite. de religi. & sump.fune.l.cum in diuersis. Item quia membra veniunt vt accessoria ad ipsum ordinem. destructo ergo ordine tanquàm principale,extinguuntur membra quę veniunt accessoriè.nam accessoriũ sequit naturã prĩcipalis, vt in regula, accessoriũ.li.6.

Demum quæritur, si ecclesia destruitur absque auctoritate superioris,an desinat illa esse ecclesia, & clerici illius ecclesiæ desinant esse clerici? Respondeo,non desinit esse ecclesia, immo retinet omnia sua iura & priuilegia. & ita tenet Innocent. in capitu.j.de no. ope. nun.

Vltra hoc sciendum est, cum de mutatione status ecclesiæ
13 hic tractemus,quærendum est,per † quem possit mutari status ecclesiæ,& ex qua causa. dicebat Ioan.de priuileg.capi.pastoralis. quòd non videbatur licita mutatio status ecclesię. de constitu.cum omnes.de sup.negli.pręla.cap.2.Respondeo,ex causa interueniente auctoritate episcopi potest fieri mutatio status ecclesiæ alicuius.notatur de consue.capitu.antepen. de consti. tu.cum omnes.in fin.de censi. prohibemus. vt tamen episcopus sibi prouideat,illud eligat quòd magis viderit placitũ Deo & reipublicæ expedire. Et Inn.dat exemplum de ecclesia, quæ abundat in ecclesiis,& in populo deficit populus, remanșit ecclesia cum suis diuitiis. Est ergo vtile, illas transferri ad locum, quo maius seruitium fiat Deo; & si nollet diœcesanus consentire,cogendus est coram superiore. de iurepa. nullus.

TRACTATVS

DE MVTATIONE STATVS personarum Ecclesiasticarum Discertissimi Doct.Do. Pet.de Perusio.

SVMMARIVM.

1 *Mutatio status personarum,qualiter fiat.*
2 *Statum quis mutat per assumptionem dignitatis.*
3 *Clericus bigamus effectus statum mutat.*
4 *Beneficia consueta regi ꝑ clericos seculares, nõ possunt conferri ꝑ religiosos.*
5 *Status clericorum & religiosorum quandoque mutatur ratione criminis.*
6 *Clericus,qualiter efficiatur irregularis.*
7 *Monachus,qui de vno monasterio ad prælaturam alterius monasterij promouetur, an debeat profiteri in ipso secundo monasterio antequam sibi deferatur administratio secundi.*
8 *Miles,qui vult vti priuilegio militari,necesse est vt promittat ea,quæ promiserunt illi,qui sunt in numero militum.*
9 *Ius competens religioso siue monacho ex electione vel prouisione, est sibi quasi proprium.*
10 *Monachus sicut non debet habere locum in duobus monasterijs,sit nec habet locum clericus in duabus ecclesijs secularibus.*
11 *Monachus à claustro absolui non potest,nisi in casibus à iure concessis.*
12 *Ius monachatus in abbatia habere aliud est,aliud habere iura abbatiæ.*
13 *Diœcesano loci,quis possit subesse ratione beneficij.*
14 *Canonicus siue monachus in eligendo vtitur iure publico.*
Infamibus actus legitimi,an sint interdicti.
15 *Infamis repellitur ab actu ecclesiastico & spirituali.*
16 *Seruus in odium Domini sui,qui culpa sua desierit esse Dominus, an torqueri possit.*
17 *Prælatus durante prælatura non potest esse subiectus sibijpsi.*
18 *Professio,an sit facienda in secundo monasterio.*
19 *Clerici habent ius pinguius in suis beneficijs quàm monachi.*
20 *Monachus,qui professionem non fecit,an dicatur monachus.*
21 *Canonicus factus prælatus vel episcopus, renuntians plebi vel ecclesiæ cathedrali, an remaneat episcopus.*
Infamis potest arbitrari.
22 *Electio,an sit actus legitimus.*
23 *Idoneitas maior requiritur in iudice quàm in canonico.*
24 *Iudicis sententia tenet,si occultè fuerit suspensus vel excommunicatus.*

1 DEstquàm vidimus de mutatione status, quæ respicit ecclesias: videamus † de mutatione status, quę respicit personas, & hoc declaro per infrascripta exempla.

Primò,si laicus promouetur ad minores ordines efficitur enim tunc ecclesiastica persona & gaudet priuilegio fori, quod prius non habebat. de foro competen.capitu. nullus.

Item si constitutus in minoribus ordinibus transit ad sacros ordines, quia tunc non potest matrimonium contrahere. de cleri.coniuga.cum olim. nec ad statum secularem redire. De cleri.coniuga.quo ad tc.cum aliis.Itẽ si clericus transit ad monachatum,& ibi profitetur.Nam ante professionem habet velle & nolle,sed per professionem perdit velle & nolle. de ele.si religiosus.in c.quorundam.libr. 6.Item cum conuersi sunt plenè translati.de priuile.cum & plantare.§.de fratribus. Item per † assumptionem dignitatis quis mutat statum, vt promoueatur ad episcopatum.de ele.cum in cunctis.de offic. deleg. quia pontificali.lib.6.Item cum promoueatur ad aliam dignitatem & præsertim aliam,per quam obtinens esset maior in ecclesia cathedrali post pontificalem.de offic. leg. deliberatione. lib.6. Item cum monachus vnius monasterii transit ad aliud monasteriumalter,ius religionis,professionis & habitus & altioris regulę.Nam desinit esse monachus primi monasterii,& efficitur monachus secundi monasterii,& promittit & profitetur regulam secundi monasterii,& arctiorem regulam seruat. de reg.c. licèt.Itẽ per aduẽtum pubertatis mutatur status personę, quia puber factus potest exercere quædam specialia quæ non poterat exercere ante pubertatem,sicut est habere vocem eligendi prelatum ecclesię. vnde canonicus cathedralis ecclesię & si illum canonicatum obtinere possit in pupillari ętate, non tamẽ habet vocem eligendi prælatum. de elec.cum ex eo.lib. 6. Sed per cle.hi qui requiritur non solum ętas pubertatis, sed etiam ꝙ sit in sacris ordinibus,ad hoc vt vocem habeat in ecclesia. similiter in contractu matrimonii,& ętas pubertatis requiritur. de despon.impub.cap. j.Similiter circa professionem validandam.de reg.capitu.j.lib.6. † Item mutat quis statum, dum clericus efficitur,bigamus omni priuilegio clericali dicitur esse nudatus.de biga. altercationis.lib.6.

Notandum autem est, ꝙ religiosorũ status ita qñque arctatur & restringitur, ꝙ nõ possunt promoueri ad dignitatis,nec ad beneficia, nec ad aliã religionem transire.patent exempla,vt quicunque de pontificali dignitate ad monachorum vitam & locum pœnitentiæ descenderit,nequaquàm pontificatum reseruat vlterius.de renũ. post translationem. Item patet exemplũ: nã monachus vnius monasterii non potest eligi in abbatem alterius monasterij ꝙ sit alterius religionis,ordinis,professionis, vel habitus. de elec. cle.j.Item patet aliud exemplum in cle.vt professores. de regu. vbi illi qui sunt de ordine mendicantium si transeant ad ordinem non mendicantem, non potest in illo ordine prioratus, administrationis,aut quæcunque alia beneficia obtinere. Item patet aliud exemplum in c.cum singula.§.fi. de prẽben. libr. 6. vbi prioratus, administrationes, seu officia vnius monasterii consueta per eiusdem monachos gubernari, non committantur de inceps absque auctoritate sedis apostolicę alterius monasterii monachis gubernandum.Item patet aliud exemplum
4 in cle.vnica,de sup.negli.pręla.vbi † beneficia consueta regi ꝑ clericos seculares,non possunt conferri per religiosos. de quo vide ꝙ plenè notatur in c.quod Dei.de statu mona. Item non poterit transire ad minorem vel patere obseruantię regulam quàm esset prima religio.de præben.cum singula.lib.6.Item ꝙ non potest eligi,nisi sint expressè professi.de ele.nullus.libro 6. Rursus & circa loca restringitur & arctatur status religiosorũ, vnde religiosi non possunt exire claustrum, nec vagari per curias Principũ.de offi.ordi.quãto.& debẽt reuocari ad claustrũ, de reg.c.fi.Similiter & circa moniales status cõstringit & muta tur circa loca,vt debeãt esse sub perpetua clausura,de quib. plenè habet de statu reg.c.vnico.li.6.Itẽ arctatur status eorũ circa delationẽ certi habitus.de statu mona.cle.de reg.cle.vlti.Itẽ arctatur status eorũ ꝑꝑ fauorẽ & honorẽ religionis ab oĩbus, à quib.religiosi prohibent ꝑ canones,vt patet ne cleri.vel mona. c.vnico.de post.c.ij.de ꝓcu.cle.religiosus.de testa. cle. vnica, ne cleri.vel mona.capitu.primo.lib.6.de testa.capitu.j.eo.lib.& in cle.ne in agro.de statu mo.Cõtingit ẽt ꝙ qñq; rõne † criminis
5 mutatur status clericorum & religiosorũ. hoc patet ꝑ exẽpla. In primis,cũ clericus ab ordine verbaliter degradat. de iudi. cũ nõ ab hoĩe.de verb.sig.nouimus. Itẽ cũ actualiter degradat.de pœnis.degradatio.lib.6.Itẽ cũ condẽnat ad ꝑpetuũ carcerẽ,vel ad tempus.de pœnis.quãuis.li.6.Itẽ cũ a dignitate qs deponit, videlicet tã a põtificali vel ab omni officio sacerdotali,de dolo & cõtuma. venerabilis.in fine.Itẽ quis suspẽditur a cõfirmatione eꝑorũ,de transla.c.j.in fi.Itẽ qñq; a consecratione & confirmatione episcoporũ.de transla.c.2.Itẽ qñq; ab executione põtificalis officii,vt d.c.2.Itẽ qñq; quis suspendit ab officio & bñficio.Itẽ qñq; † clericus efficitur irregularis, vt quia committat
6 homicidium.de homi.clemen.j.vel dictet sĩtam sanguinis, ne cle.vel mona.c. sententiã. vel quia excommunicatus celebrat diuina officia agẽs in officio suo sicut prius,de cleri. excõ.c.clerici.de excess.pręla.c.tanta.Idem qñq; clericus introducitur in monasterio ad perpetuã pœnitentiã peragendã, & multa sunt varia genera pœnarũ secundũ qualitatem excessuũ. de homic. sicut dignũ.de quo plenè ꝑ Inn de accu.qualiter. Ex iuribus supradictis patet,quod qñq; mutat status personæ in deterius, vt qñ rõne criminis punit arbitraria pœna, vel a canone statuta. Quandoque status personarum mutatur in melius, præsertim

Source : BIU Cujas

qñ qs tranſit ad religionem, quo caſu dolus dans cãm profeſſionis, non vitiat illam, vt in c. cum dilectus. qđ metus cauſa.

Item cum vnus religioſus vnius monaſterii tranſit ad aliud monaſterium arctioris regulæ, quando non tranſit ex temeritate vel leuitate in iacturam vel iniuriam ſui ordinis, ſed quando tranſit ad ſecũdam religionem vt non fictè, ſed verè ad frugem melioris vitę valeat tranſmigrare, vt io ca. licèt. de reg.

Sed tunc immediatè dubitatur de tali quęſtione, quę talis 11
eſt. quidam monachus cuiuſdam monaſterii tranſlatus ad abbatiam alterius monaſterii, nulla de nouo facta profeſſione in ipſo ſecundo monaſterio, tractu temporis ipſe abbas habens conſcientiam læſam ex crimine infamiæ ipſo facto irrogatæ commiſſo poſtquàm fuit promotus ad abbatiam ſponte renũtiauit abbatiæ, itaque renuntiatio tenuit.

7 Modò quæritur, an monachus, † qui de vno monaſterio ad prælaturam alterius nõ monaſterii ꝓmouet̃, debeat ꝓfiteri in ipſo ſcđo monaſterio anteq̃ ſibi deferat̃ adminiſtratio ſecundi monaſterii.

Secundò quæritur, an iſte poſt renuntiationem monachus ſecundi vel primi monaſterii remaneat?

Tertiò quæritur, præſuppoſito quòd remaneat monachus primi monaſterii, an habeat vocem in capitulo?

Quartò, præſuppoſito quòd habeat vocem in capitulo, quæritur quotã vocẽ habebit, an habeat̃ reſpectus ad tps, quo fuit ꝓmotus, an ad tps quo incipit eſſe monachus in 2. monaſterio?

Ad primam quæſtionem videtur quòd ſit neceſſe facere ꝓfeſſionem in ſecũdo monaſterio, quia qui ſimilem vitam cum 12
aliis ſuſcipiunt, ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam. de ſtatu mona. recolentes. Item quia vnuſquiſque debet ſe conformare vitæ & moribus cum his, cum quibus conuerſatur. xvj. quæſtione 7. in noua. quod aliter fieri non poteſt, niſi aſtringatur & obligetur illo modo, quo aliis ſunt aſtricti, vt dicto capitu. recolentes. de ſtatu regu. & de inſtitu. capitulo primo. clemen. j. de elect. de vita & honeſta. cle. capitulo ſecundo. Ad idem de mili. teſtamentum. lege ex eo. quibus ex cauſ. maio. lege vltima. Ex quibus duabus legibus concluditur, quòd ſi
8 quis † miles vult vti priuilegio militari, neceſſe eſt vt iuret, & alia promittat quæ promiſerunt illi, qui ſunt in numero militum. ad idem de ſent. excõ. ſi iudex, lib. 6. ibi, eſtimatis nãq; &c.

Contrarium videtur, quòd non ſit neceſſe facere profeſſionem, nam confirmatione habita competit ius adminiſtrandi. de electio. cum in cunctis. & capitulo qualiter. & capitu. noſti. & capitulo tranſmiſſa. & capitulo nihil. Ad idem de ſimo. ſicut tuis. de conſue. cum venerabilis. in quibus iuribus nil dicitur de profeſſione. Præterea ſufficit quòd ſit ſemel profeſſus de ele. vnus. libro ſexto. Ad idem de ſtatu mona. capitu. primo. ibi, niſi expreſsè profeſſus. Ad idem de elect. indemnitatibus, in princip. libro ſexto. Ex quibus iuribus colligitur quòd 23
ſufficit quòd religioſus, qui ad prælaturam ſuæ vel alterius religionis promouetur, ſemel ſit profeſſus: nam profitendo vnam religionem, omnes videntur profiteri quo ad ſubſtantialia. de hoc ſatis per Hoſtien. de ſtatu regu. cum ad monaſterium, in princip ad idem. de elect. quorundam. libro ſexto immo plus videtur, quòd ſi poſt electionem de nouo profitetur in ſecundo monaſterio, renuntiat illi iuri ſibi quęſito, ad hoc de voto, per tuas. 19. quæſtione ſecunda. duæ. de reg. capitulo beneficium. libro ſexto. nam per profeſſionem renuntiat omni pro-
9 prio. de ſtatu mo. cum ad monaſterium, in fin. ſed † ius competens religioſo ſiue monacho ex electione vel prouiſione, eſt ſibi quaſi proprium, quia ex quo auctoritate ſuperioris conſenſit pro illo iure ſibi quęſito agere poteſt ſine licentia alicuius. ad hoc, de reſcrip. cum dilecta. de conſue. cum dilectus. & ibi de hoc in princip. & de ele. quam ſit, libro 6. & nota. de reſcrip. edoceri. in fin. per Compoſte.

In ſecunda quæſtione arguitur, quòd remaneat monachus primi monaſterii. ad hoc, de Sena. lege Senatores. vbi dicitur, quòd licèt Senatores habeant domicilium in vrbe, dicuntur tamen habere vbi contraxerint. ad idem de aduo. lege ſi quis derogas. ff. de albo ſcri. lege prima. Præterea, ſi canonicus vnius eccleſiæ fiat prælatus alterius eccleſię, non propter hoc ipſo iure perdit canonicatum, vt communiter nota. de conceſ. præbend. literas. Quod iſta ſit bona ſimilitudo inter canonicos ſeculares & monachos, colligitur ex nota. per Hoſtien. de relig. do. capitulo finali. nam ibi nota.
10 quòd ſicut † non debet habere locum monachus in duobus monaſteriis: ſic nec habet locum clericus in duabus eccleſiis ſecularibus. Econtra videtur, quòd ex quo ritè tranſlatus eſt ad ſecundum monaſterium, renuntiat omni iuri ſibi competenti in primo, vnde illud competere non poteſt. 8. quæſtione prima. quàm periculoſum. quòd aũt perdiderit & renuntiauerit ipſo iure, probatur 16. quæſtione prima. ne pro cuiuslibet. 8. quæſtione prima. capitu. vnio. 21. quæſtione prima. ſi quis iam tranſlatum. de ele. conſtitutus. de relig. do. capitu. fina. hinc eſt quòd officia conſueta regi per monachos eiuſdem monaſterij non poſſunt committi monachis alterius monaſterii gubernanda. de pręben. cum ſingula. libro ſexto. & in cle. de ſup. neg. præla. quia quod autem monachus ſecundi monaſterii ſit, probatur. certum eſt quòd abbas eſt monachus, quia aliter non potuit eligi in abbatem. de ele. cum in monaſterium. eodem titulo nullus. & capitu. indemnitatibus, in princip. libro ſexto. ſed monachus † à clauſtro abſolui non poteſt, niſi in caſibus à iure conceſſis. 16. quæſtione prima, placuit. caſus autem conceſſi videntur iſti, quòd tranſeat ad arctiorem regulam, de regu. licèt quando promouetur ad prælaturam ſuæ vel alterius religionis, vt in capitu. prędallegato. nullus, & capitu. quorundam. & in aliis iuribus allegatis in prima quęſtio. vel quando propter crimen detruditur in arctius monaſterium. de ſim. quoniam. 20. quęſtione prima. ſicut. vel quando promouetur ad epiſcopatum, ſiue ad eccleſias curatas de licentia ſui abbatis. 18. quæſtione prima cap. vno. in conſtitu clemen. prima. de ele. vbi de hoc. At in propoſito non eſt aliquis caſus de illis. Præterea Abbas propter ſimoniam remotus remanet monachus eiuſdem monaſterii. de ſtatu mona. cum ad monaſterium. in in fin. & ibi de hoc per Innocen. & Hoſtien. Item quia appellatione monachorum, comprehenditur Abbas, de ſimonia. quoniam. & capitu. vltim. quamuis autem perdat prælaturam, retinet ſimplicem monachatum. & hoc ſentit Hoſtien. in dicto c. vlt. de ſimo. Præterea vĩ etiã caſus depręſcrip. officii. in fi.

In contrarium videtur, quòd non remaneat mo-
12 nachus eiuſdem monaſterii. nam † aliud eſt habere iura monachatus in abbatia, aliud iura abbatiæ. nam iſta ſunt diuerſa omnino. de reli. do. capitu fina. cum ergo iſte fuerit obligatus monaſterio & monaſterium ſibi ratione vinculi & iuris ꝑlationis & non ratione profeſſionis, quam non fecit eo perdente prælationem, ſiue renuntiante, ſublatum eſt monaſterium ab obligatione ſua. ad hoc, de renuntia. capitulo penulti. non ergo remanebit monachus, cum monachalẽ profeſſionem ibi nõ fecit, neq; vt abbas renuntiauit remittit. n. actiones ſuas, &c. 7. quæſtione prima. quàm periculoſum. immo etiam plus videtur, quòd ſi eſſet profeſſus, idem iuris ſit: nam cum de monacho fit Abbas, & de filio pater, perdit iura monachatus & filiationis. Ad hoc de ſimonia. ſicut tuis. de conceſ. pręben. literas. de præben. cum in eccleſiis. libro ſeptimo. Et ibi vide quòd nota. Arch. vnde ſi canonicus alicuius eccleſię vt cathedralis vel plebis fieret plebanus vel epiſcopus, eo perdente prælationem vel plebanatum, non recuperet iura, quę ipſo iure perdidit: ad idem, de renuntia. ex tranſmiſſa. ſed hic iſte remanebit monachus immediatè ſubiectus epiſcopo ſine aliquo monaſterio, ſicut reperitur epiſcopus ſine aliqua eccleſia epiſcopali. de epiſcop. qui renuntia. epiſcop. ſuo. capitulo primo, &
23 ſecundo. de tranſlatio. capitulo ſecundo. & † talis ratione beneficii poteſt ſubeſſe diœceſano loci. de renuntia. capitulo ad ſupplicationem. vnde ſi non inueniret qui eum reciperet, epiſcopus ordinabit prout ſibi melius videbitur, ſecundum nota. 27. quæſtione prima. de viduis lxxxj. ad reatum. de regu. porrectum. ſecundum Innocen. & Hoſtien. eodem modo ſi monachus fiat rector parochialis eccleſiæ vel epiſcopus, & ſic abſoluatur a iugo Abbatis ſi poſtea renuntiet rectoriæ vel epiſcopatui, non redibit ad monaſterium, ſed remanebit ſubiectus ordinario loci. facit quod nota. Archidia. xvj. quæſtione prima. ne pro cuiuſlibet. in tertia quæſtio. arguitur primò, ꝙ habeat vocem in capitu. quia quandiu quis toleratur in officio ſuo & adminiſtratione ſua, non debet priuari aliquo iure ſibi competenti ratione officii vel adminiſtrationis ſuæ. 18. q. 4. nonne. de elec. quorundam. & de iurep. conſultationib. de cã poſ. & proprie. cum olim. cum ſuis concordantiis. Cum ergo iſte non ſit priuatus officio & beneficio, non põt ab actu eligendi repelli, ꝙ cõpetit ſibi ratione beneficii, vt idem ipſe no. de conſti. cum
24 dilectus. Præterea † canonicus ſiue monachus in eligendo vtit̃ iure publico, hoc eſt ꝙ agit de cõtẽptu. de ele. illa. Præterea huius excep. ſ. infamię. non opponit̃ ꝯ iudicẽ ordinariũ quãdiu in offi. ſuo tolerat̃, vt colligit̃ 3. q. 7. in fi. & not. ꝑ Hoſt. Inn & Cõ poſt. de reſcri. ſciſcitatus. ergo exceptio infamię nõ repellet canonicũ ſiue monachũ noudũ offi. vel bñficio priuatũ, maximè cũ maior idoneitas requirat̃ in iudice q̃ in canonico, ſiue mo. vt patet de offi. deleg. cũ. 20. in ꝯriũ vĩ, ꝙ infamib. actus legitimi ſint interdicti. de teſti. licèt ex quadã. ſed eligere eſt actus legitimus. de ſen. excõ. ſolet. de ele. c. ij. & hoc vĩ ſentire gl. de cle. vt circa. li. 6. ſup verbo, eligentiũ. ad idẽ qđ no. de teſti. teſtimoniũ. circa mediũ. Pręterea regulariter tradit̃, † ꝙ infamis repellit̃ ab actu eccleſiaſtico & ſpirituali. 7. q. j. c. vlt. 4. q. 6. c. pen. Præterea iſta oĩa vident̃ iure vel ꝑ ſnĩa quantũ ad effectũ infamiæ. 3. q. 7. §. porrò. ſi actus ineſt, ꝙ ſi aliquis eſſet dãnatus de aliquo
25 crimine, & ſic priuatus officio & bñficio, talis nõ haberet vocẽ in capitulo, ſed extra conſortium aliorũ monachorũ deberet ſibi ꝓuideri de neceſſariis vitę, ſm not. ꝑ In. in c. dile. ij. de ſimo. Præterea nõ refert ſm canones, an aliqs ſit dãnatus ꝑ ſnĩam, an ꝑ exceptionẽ cõuinci poſſit, de teſti. c. ſuper eo. & c. teſtimoniũ.

Prætere

Source : BIU Cujas

Præterea iudex delegatus exceptione infamiæ repellitur à iudicando.de reſcrip. ſciſcitatus.ſic & in caſu noſtro.

In quarta quæſtione arguitur primò,quòd ipſe habeat vltimam vocem, quia hodierna die incipit eſſe vt monachus, deberet habere vocem in capitulo ac ſi hodie receptus eſſet,& ſic omnes præferuntur ſibi.xvij. diſtinctione,capitu.vltim. de maio. & obedien.capitu.j. cum ſuis concordantiis. Ad idem de renun. ex tranſmiſſa. de ſimo. ex inſinuatione. de reſcrip. quamuis.libro ſexto.nam ex quo abbatia caret, in nullo ſibi videretur deferendum. hinc eſt quòd
16 † ſeruus in odiū Domini ſui, qui culpa ſua deſierit eſſe Dominus,torqueri poteſt.ff.de quæſtio.l. prima. §. meritò. ſed videtur quòd debeat habere primum locum poſt abbatem ſubſtitutum in monaſterio in reuerentiam & memoriam priſtinæ dignitatis.ff.de quæſtione l.ſeruus. hinc eſt quòd aliqua priuilegia conceduntur illis,qui deſierunt eſſe milites.ff.de priuileg.l. veterano & patres.

Item filius in reuerentiam patris priuilegiatur. de quæſtio. l. duo. ff. de Sena. l. emancipatum. cum ſimil. ad idem de albo ſcriben.l j.ſed vide quòd debeatur cōſiderari tempus, quo fuit tranſlatus ad ſecundum monaſterium, vt ſi tunc erant decem monachi in monaſterio, & iſto durāte abbate creati ſunt duo, iſte debet eſſe nonus & non 13. nam ex quo præſupponimus, iſtum habere ius monachatus poſt renūtiationē abbatis,oportet inferre ꝙ quando fuit conſecutus abbatiam, fuit etiam cōſecutus iura monachatus,non quando tranſlatus eſt de primo monaſterio ad ſecundum fuit tranſlatus cum omni iure, & ſic cum eſſet in primo monaſterio & in ſecundo. 21. q.ij. ſi quis iam tranſlatus. Et dato ꝙ prælationem aſſumat in eodem monaſterio,nihilominus retinet epiſcopatum,vt in c. ad ſupplicationem.de renun. quamuis eo tempore non poſſet actu exer-
17 cere vtrunque officium,quia † prelatus durante prelatura non poteſt eſſe ſubiectus ſibiipſi.ad hoc,de præben.in eccleſia.lib.6. Præterea ex quo præſupponimus iſtum habere iura monachatus,aut habet illa iure profeſſionis,aut habet illa ratione prelationis. ratione profeſſionis non, quia illam non fecit nec primò,nec poſtea. ratione prælationis non, quia per ſe ſicut iura abbatialia & per ſe iura monachatus. de relig.do.cap.fin. Ergo oportet cōcludi ꝙ illa iura habeat rōne receptionis & tranſlationis de eo plenè facta ad ſecundum monaſterium.nam quādo incepit ſibi competere ius in ſecundo monaſterio, nō erat abbas,ſed monachus, & ſic cum iure monachatus promotus eſt ad abbatiam.

Ad primam quęſtionem dicendum videtur, ꝙ nō ſit neceſſe facere profeſſionē in ſecūdo monaſterio per iura ſuperius inducta. Non obſtant contra-
18 ria.nam in profeſſione, † quam facit ī primo monaſterio, ipſo iure intelligitur vel erat confirmatus moribus monaſterii ſecundi quo ad ſubſtantiam, vt dictum eſt ſupra quantum ad illa quę ſunt extra ſubſtantiam regulę confirmabit ſe illa de facto obſeruando,nec eſt neceſſe, ꝙ verbo reſtringatur vel obligetur,cum ipſo facto ſe abſtringat ſuſcipiendo prelaturam ipſius monaſterii. nam cum ipſe ſit vnum corpus cum ſuis monaſteriis,cuius corporis ipſe eſt caput.de his, quę fiunt a prælá. nouit.& c.quāto.ſatis ipſo facto intelligitur promiſiſſe ea, quę obſeruari debent in ipſo monaſterio per abbatem. ad hoc faciunt iura allegata,& d.c.de ap.ad idem. de maio.& obed.legebatur.Præterea,ſi iſte erat alterius habitus, conformabit ſe ad habitum alterius monaſterii ſecundi. ad hoc ꝙ legitur,& not. 16.q.7.c.in noua. Ad primum membrum ſecundę quęſtionis, ꝙ non poſſit recipere iura monachatus in primo monaſterio, per iura pro hac parte inducta. & facit quod not.Archi. 16. q.j. ne pro cuiuſlibet.vbi nota.ꝙ epiſcopus non poteſt diſpenſare vt monachus,qui renuntiat redeat ad primum monaſterium, ad quod aliàs poterat. de renun. tranſmiſſa.16.q.vlti.c. fin.non obſtant iura in cōtrarium allegata,quia loquuntur in his, quæ habent executionem proprię voluntatis,non ſic monachi qui aliter ſunt ſubiecti ſub abbatibus quàm clerici ſub epiſcopis,vt
19 colligitur.12.q.j.nolo.& c.nō dicatis.22. q.iij.c.ij. & † pinguius ius habent clerici in ſuis beneficiis quàm monachi,quod patet ex faciliori remotione.de dona.per tuas.de accu. qualiter.

Ad ſecundum membrum ſecundæ quæſtionis poſſet dici,ꝙ non remanet ſecundi monaſterii,per iura pro hac parte inducta. ad iura in primo argumen. poſita poteſt addi iſte modus, quando ipſe renuntiat prælaturæ.

Ad iura in ſecundo argumento inducta poteſt reſponderi multipliciter. primò ꝙ loquantur de abbatibus, qui fecerant profeſſionē in eiſdem monaſteriis & delictum commiſerunt.50.diſt.ſi epiſcopatus.91.diſt. dictum. nā ſi poſſet fieri,debet trudi in arctiori monaſterio. de ſimo. quoniam.& c.veniens.& per ipſum c.quoniā, debet probare ꝙ remaneat monachus in eodem monaſterio diſpenſatiuè non de iure communi.Non obſtat c.vlt.eo.tit.de ſimo. nam loquitur de illo,qui fecerat profeſſionem in eodem loco,vt quia nō canonicè factus fuerat abbas, & ſic non perdidit iura monachatus,& quia iſtud fuerat de mente ſcribentis, vt ibi not. Archid. Item non de ſig.vocabuli,ſed per extenſionem comprehenditur ibi abbas. & eſt ſimile quod not.de reg.conſtitutionem,lib. 6.non ob.c.officii, quia ille fuerat monachus eiuſdem loci, & quia promotio fuit nulla non fuit abſolutus a iure monachali. ſi volumus retinere,quod maneat monachus, pro illa parte allegata poſſumus reſpondere ad iura incontrarium adducta. &
20 ſic dum dicis,non remanet monachus, † quia profeſſionē non feciţ, reſpondeo ꝙ eo ipſo quod tranſlatus fuit ad ſecūdū monaſterium fuit tranſlatus cum omni ſuo iure, vnde tranſiuit vt vt monachus & officio prælationis, vnde non agit interdicto monachus, ſed vt quilibet de corpore, vt not.de reſcript.edoceri.in verbo,inſtanter. & dū dicit ꝙ renuntiat iura monachatus, nego. vnde eſt ſciendum, ꝙ monachatus non eſt honor, non dignitas,non officium, non miniſterium, vnde excommunicati,irregulares,infames,& cōiugati, & aliàs inhabiles ad beneficia ſunt habiles ad monachatum, ad hoc quod legitur & not.23.diſt.ſtatim.de ſenten.excommu.cum illorum.cum ſi milib.ſed eſt monachatus quędā oblatio,quoddam votum.de voto.c.vno,libro 6.& c.cum ad monaſterium. vnde cum iſte monachus ſit abbas,nihilominus remanet obligatus & votum permanet,licèt abſoluatur a quibuſdam vinculis, dum eſt in officio prelationis. ad hoc de albo ſcri.l.j. vbi eſt de decurionibus.decurio nihilominus depoſita dignitate remanet decu-
21 rio. diceres, in hoc ſequeretur ꝙ canonicus † factus prælatus vel epiſcopus renuntians plebi vel eccleſiæ cathedrali non remanet epiſcopus. Reſpōdeo, diuerſitas profeſſionis & vitę hoc impedit.& ſi dices,ſaltem ibi debet manere propter alimenta, ne vagaretur.

In tertia quæſtione videtur poſſe dici,quòd nec repellatur prætextu infamiæ per iura pro hac parte inducta.no.ꝙ de infamib.actus legitimi,&c.debet ſubaudiri non omnes,ſed aliqui,vt teſtificari,vt in c.licèt.de teſti iudicare, poſtulare ſecundum ius,ſicut conſequi, & eligere non prohibētur.hinc eſt ꝙ infamis poteſt arbitrari,vt l.Pedius. de arbit. pōt teſtari.C.de reſti.in integ.l.j.poteſt procurare.hinc eſt quòd poteſt poſtulare pro ſe.iij.q.viij.& iuſiurandum.Inſti.de exce.§.vltim.vendere cōtrahere & alios actus legales exercere & ꝙ iſti ſint actus legales,patet per not.ff.de reg.iu.l.actus.& in regula, actus,lib.6.& idem per Dy. Ad idem,quod not.in capi.vt circa,
22 in verſicu.eligere.de elec.lib. 6.vbi dicitur,quod † ipſa electio eſt actus legitimus,non autem ipſa poteſtas. Non ob.iij.q.9.ca. fin.4.q.6.c.pen.quia non loquuntur, quando ſua negotia ſpiritualia exercere volunt.& dum ſubiungitur,ꝙ iſta ſunt paria,fateor:ſed dum infert,quod actus eſt,&c.dic ꝙ non ratione infamiæ,ſed ratione,quia remotus eſt a beneficio & officio, ratione quorum poterat eligere, & non eſt amplius toleratus in officio. Non ob.capitu.ſuper eod.& capit. teſtimonium. quia in teſtimonio loquitur,a quo repelluntur criminoſi. Non ob.ca. ſciſcitatus.Nam iudex vtitur officio publico,ſed canonicus ꝑſequitur ius proprium.hinc eſt quòd agitur de contemptu.facit quod not. Archid.ſupra de elec.quoniam in vlti.glo.circa me-
23 dium.lib.6.Item maior † idoneitas requiritur in iudice quàm in canonico,vt colligitur ex notatis de offic.delega.cum 22.& capitu. ex eo, de electi. libro ſexto. Item quia facilius impediuntur iudicialia quàm extraiudicialia.de ſenten. excommu. ſolet. & facit quod nota. de elect. illa. circa princip. Sed ſi volumus tenere aliam partem, poſſumus reſpondere ad iura in contrarium allegata. ſic capitu. nonne. & capitu. volumus. 16.quæſtione vltima. & capitu. vlti. & quòd nota. tertia quęſtione 7.in ſumma. loquūtur in his, quæ ratione publici officii aliquid faciunt. vnde quandiu habent officium, debent habere executam officii,quouſque ſuſpendantur vel remoueantur, ſed canonicus non eligitur ratione publici officii. vnde ſi poteſt probari quod fuerint ſuſpenſi vel excommunicati, quamuis non fuerint nominati vel pronuntiati, non valet eorum
24 electio.ſecus eſt in iudice cuius† ſententia tenet,ſi occultè fuerit ſuſpenſus vel excommunicatus. de hoc per Innocent. de conſue. cum dilectus. & per Archidia. 19 quæſtione vltim. prima plus placet. & ad iura quę dicunt quòd criminoſi &c. Reſpondeo quòd admittuntur præterquàm in ſpiritualibus. ad hoc.tertia quæſtione ix. capitulo ſexto. ſed gloſſ. ibi poſita tenet contrarium.

In quarta quæſtione videtur dicendum, quod obtinebit primum locum poſt Abbbatem per iura pro hac parte allegata, & hoc ratione dignitatis qua functus fuit. iura per contrariam partem adducta intelligun tur de ſimplici monacho. ad hoc lex prædicta de albo ſcri. de maio. & obe. per tuas,de priuileg. Apoſtolicæ.libro 6.

Source : BIU Cujas

Ioan. Fran. Pauin. De Visitationibus.

TRACTATVS VISITATIONVM

Reuerendi patris Domini Ioannnis Francisci de Pauinis, Iuris vtriusque & Sacræ Theologiæ Doctoris, & causarum Sacri Palatij Apostolici dignissimi Auditoris.

¶PROOEMIVM.

QVONIAM Ioan. XXII. Romanus Pōtifex scientia atque industria magnus, ac mundus, simoniam fugans, & in cultu iustitiæ magnanimus, plenus quoque spiritu sancto: attendens naturam humanā deseruire sensualitati, & ab adolescentia procliuem ad malum semper declinare, & morum subuersionē frequēter in clero & populo continuè pullulare, necessariamque fore visitātium superiorum auctoritatem, & suffragium, vt per eos tanquam per cultoris prouidi sarculos extirpentur vitia, virtutes inserantur, corrigantur excessus, moresque reformentur, per Apostolica scripta mandauit sacri Viēnen. Concilii canones sub Clemente V. eius prædecessore celebrati vniuersaliter suscipi, & alacri studio cognitos etiam in iudiciis obseruari. Quoniam etiam idem sacrum iussit Concilium omnibus ad quos spectat, vt ad cuncta quæ ad diuinorum celebrationem diuinumque cultum, & morum reformationem pertinent ecclesiarumve & Cimiteriorum respiciunt honestatem, & ad sacrorum statuta canonum scienda, & irrefragabiliter obseruanda diligens adhibeant studium, vt ex procemio Clementinarum. & cle i. de cele. missa. patet. Quoniam etiam, qui decreta nō habent Rom. Pon. de neglectu atque incuria sunt arguendi: qui verò habent, & non obseruant, de temeritate corripiendi, & increpandi sunt. capitn. si decreta. 20. distin. verum etiam quia, vt not. Ioan. And. in d. cle. i. de cele. miss. non est facile iura omnia, etiam quæ ad solum visitationis officium pertinent, colligere atque scire: idcirco expediens mihi visum est, opusculum hoc ad omnium visitantium doctrinam & visitādorum profectum salutarem componere, vt sit lucerna quædam pedibus eorum baculus consolationis, lumen in tenebris lucēs, & columna ignis peregrinantibus, quod baculum pastorale præcipuè appellandum duxi visitantium, quasi seniorum baculus pastorum, ideſt superiorum dominorum, vt nota in capitulo primo. de censi. & non mercenariorum dimittentium oues, vt lupus comedat illas. ac vt cęcis suffragetur, ne cęcis aliis ducatum præstantes simul cadant in foueam, in capitu. cum sit ars. de ętate & qualitate. Et vt operetur effectus, qui in his versibus concluduntur. COLLIGE PER PRIMVM. scilicet oues errantes ac ex centum vnam tantum deperditam recuperes. MEDIO REGE. Cognoscens vultum pecoris tui, & vt vocem tuam audiant. PVNGE PER IMVM. Vt qui aliquando fuerunt oues errantes, fiant lux in Domino. ATTRAHE. Non vt lupus rapax. SVSTENTA. Non manduces, aut deuores. STIMVLA VAGA. Etiam percutiens, vbi oportet. MORBIDA. Cures, ne totum corrumpatur ouile. LENTA. Adiuua, vt gradatim assuefiant ad aspera toleranda, vt nota. in capitulo primo. in fin. de sacra vnctio. Et vt cum hoc baculo Petri nauicula prosperè nauiget. Inuocato prius nomine Iesu Christi, qui nos gratia suæ visitationis illustret. capitu. omnis Christianus, de con. distinctione prima. cum reuerentia & genuflexione humili. capitu. decet. de immun. eccles. libro sexto. Quæso suppliciter vos omnes visitantes & visitandi, vt si sermo meus in. uenerit in cordibus vestris aliquam scintillam gratuiti amoris Dei, ad illam augēdam studete, exufflate, & nutrite in vobis, vt cum creuerit, ac flammam dignissimam fecerit, omnium cupiditatum ligna consumat. capitu. si sermo. de pœniten. distin. secunda. Et hunc lambentes libellum melioribus corroborate rationibus, reprehendentibus verò & detrahentibus non resisto, paratus ab aniculo doceri. 24. quæstione 3. capit. primo. Sedis Apostolicæ tamē correctioni omnino me subiicio, profiteorque me tenere, quod approbat; & non tenere, quod reprobat. 24. quæstione prima. hæc est fides. de summa Trinitate cap. damnamus, in fin. Demum quæso pariter, vt antequàm contra libelli huius notulas commoueamini, perlegatis iura in eo allegata, studeatisque in eis diligenter. & antequàm iudicetis, consideretis mentem iurium vos, qui similam & mella fastiditis, quoniam subcinericium hunc panem gustasse placebit ex granis textuum & magistralium præcipuarum glosarum arte non modica etiam ad memoriam ordinandam positiuè confectum, vt ait Hostien. in Summa, de offic. Archidiacona. ad finem.

Diuiditur tractatus iste in duas partes principales. In j. principaliter agitur de concernentibus theoricam officii omnium visitantium. in secunda verò principaliter agitur de concernētibus practicam. Quælibet autem dictarum partium subdiuiditur in 10. partes, secundum quòd quælibet earum continet 10. quæstiones principales, quæ ex ordine patebunt.

DECEM QVAESTIONES PRIMAE partis huius tractatus.

1 Quid sit visitatio, aut visitare, propriè sumendo.
2 Qui debeant, aut possint de iure visitare.
3 Qui debeant, aut possint de iure visitari.
4 Quotiens possit, aut debeat fieri visitatio.
5 De præparatoriis visitationis faciendæ.
6 Vbi visitatio fieri debeat.
7 Quis ordo, & modus in visitando seruari debeat.
8 De omnimoda potestate visitantium.
9 De procuratione visitantium.
10 De excessibus visitantium, & eorum pœnis.

DECEM QVAESTIONES SECVNDAE partis eiusdem.

1 Quæ cerimoniæ in visitationibus requirantur.
2 Circa quæ principaliter oporteat proponi verbum Dei.
3 De Notariis, & ministris visitantium.
4 Quomodo debeant, & possint visitantes se exercere, circa ea, quæ concernunt forum pœnitentiale.
5 Quomodo debeant, & possint se exercere circa ea, quæ cōcernunt forum contentiosum.
6 Quomodo debeant se exercere circa ordinandos, & beneficiendos, &c.
7 De examine in visitatione faciendo.
8 Super quibus obseruandis populus à visitatoribus necessariò sit monendus.
9 Quæ sint præcipua salutaria consilia, ad quæ debent animaduertere visitantes.
10 De saluberrimo effectu, & fructibus salutaribus visitationum.

SVMMARIVM.

1 *Visitatio quid sit, & infra num. 5. 8. 15. & 25.*
2 *Latro vel hereticus, sine receptatore diu latere non potest.*
3 *Prælatis quies populorum spectat.*
4 *Præses prouinciam malis hominibus purgare debet.*
6 *Prælati sunt tanquàm signum ad sagittam.*
7 *Prælati ex suo officio non solum arguere, sed etiam increpare tenentur & interdum suspendere.*
8 *Visitatio est de lege iurisdictionis.*
9 *Visitare, quid sit. & nume. 12. & 22.*
Visitatio ad curam pertinet animarum.
10 *Anima corpore pretiosior est.*
Animę prius quàm corpori consulendum est.
11 *Visitatori cura cleri, & populi visitandi pertinet.*
13 *Visitatio ex debito officij fit.*
14 *Prælatus debet esse diligens ad corrigendum prælatorum excessus, & mores reformandos.*
16 *Ecclesia de occultis non iudicat.*
Infamatus purgationi subijciendus est.
17 *Mitius agendum est cum sponte confesso.*
18 *Quales erga subditos esse debeamus.*
19 *Prælati non solum à malo, sed à mali suspitione cauere debent.*
20 *Multitudo facilè dictum sequitur.*
Natura humana ad malum prona est.
21 *Visitatores debent attendere ad exequendum visitationis officium de statu monachorum, & de obseruantijs regularibus.*
Visitatoris officium, quale sit.
23 *Visitator verbum Dei seminare debet.*
Et verbo & exemplo edificare.
24 *Visitator literas indulgentiarum cum causa dare potest.*
26 *Diffinitio periculosa est.*
27 *Visitator dicitur etiam, qui per Papam ecclesiæ cathedrali datur, qui dicitur etiam administrator.*
28 *Visitatores dicuntur, qui circuunt.*
Visitator quis dicatur, & quis intercessor, & quid eis spectet, & per quem vacanti ecclesię dabitur.
Visitator est episcopus ecclesiarum sibi subiectarum.
29 *Visitare tenetur episcopus omni anno Apostolorum limina.*
30 *Visitare verbum, quomodo accipiatur in c. & priuilegia, de priuileg.*
Visitare nos dicitur Deus per flagella.
31 *Visitare pupillos, & viduas, est religio munda.*
32 *Visitare intelligitur prælatus iens ad loca visitando gratia chrismandi, vel consecrandi ecclesiam, vel ordinandi clericos.*
33 *Visitatio dicitur id, quod pro animarum salute fit, aut pro diuino cultu, aut pro statu ecclesiæ reformando.*
34 *Secus si pro causis expediendis vadit.*
35 *Procuratio pro ecclesiæ reconciliatione non debetur.*

Prælati

Source : BIU Cujas

36 *Prælati clericorum mores,& ſtatum reformare debent.*
37 *Et corrigere iudicio diſcreto,& non carnali affectu.*
38 *Difficile bono exitu peragere,quæ malo ſunt inchoata principio.*
39 *Prælati multa per patientiam tolerare debent,niſi in iudicium deducant.*
40 *Sanguinem elicit,qui nimis emungit.*
Iuſtus quandoque cum ſua iuſtitia perit.
41 *Familiaritas nimia contemptum parit.*
42 *Suſpitio modica animum ſapientis non immutat.*
43 *Beatus eſt qui manus ſuas ab omni munere excutit.*
Diſcretio eſt mater omnium virtutum.
44 *Virtus in medio conſiſtit.*
45 *Præſumendum eſt in dubio in partem benigniorem.*
46 *Reus in dubio abſoluendus eſt.*
47 *Prælati clericos vt filios tractare debent.*
Prælati coram ſe presbyteros non ſtare,ſed ſedere faciant.
48 *Honor ſuus vnicuique ſeruandus eſt.*
49 *Prælatus debet potius velare crimen,maximè carnis.*
50 *Via non eſt his aperienda,qui prauitatem ſuam ſatagunt paliare.*

¶Quæſtio prima primæ partis.

1 PRimò † quæro,quid eſt viſitatio, ſeu viſitare ꝓpriè ſumendo ? Reſpondeo, eſt curare, vt pacatè,& quietæ ſint prouinciæ aut diœce. vel alia loca ſubiecta prælatis,quod non difficiliter obtinetur, ſi ſolicitè agatur,vt malis hominibus prouincia careat, per eosque conquirantur.Nam & ſacrilegos,latrones,plagiarios,& fures conquirere debent: & prout quiſq; de-
2 liquerit,in eum animaduertere, † receptatoresq; eorum coercere,ſine quibus latro,vel hæreticus &c.diutius latere non po-
3 teſt.l.obſeruare,in prin.ff.de offi. p̃ſi. † Quis enim populorum & diſciplina ſpectaculorum ad ipſos ſpectat.ff.de offi.prꝫf. vr.l. j. §. quies. Habent interdum etiam non ſolum curare hoc circa ſubiectos,ſed etiam circa extraneos homines, ſi quid malũ
4 commiſerint: † Nam & in mandatis Principum eſt, vt curet is, qui prouincię prꝫeſt,malis hominib. prouinciam purgare,nec diſtinguitur vnde ſint.l.3.in fi.& ibi not.ff.eo. licèt hęc cõditio vix poſſit adimpleri,vt no.in d.l.obſeruare,& de offi.le.c.ij.li. 6. concor.can. 6.q.3.placuit.& hĩ de offi.or.c.j.in gl.2. de ſimo. in cap. licèt Heli.in gl.quomodo prælatus debet facere, & de ſen.
5 excom.c.a nobis,il ij.c.excommunicamus. j.de hęre. † Ex hac deſcriptione infero,ꝙ viſitatio eſt quædam licita generalis inquiſitio de vita & moribus ſubditorum. facit l ij. §. ſi publico. de adulteriis.& l.ij.C.de adul.& c.qualiter & quãdo.de accuſat.
6 † In qua iuris forma,quæ in ſubditis obſeruari debet, diligentius eſt in prꝫlatis obſeruanda, quia quaſi ſignum ſunt poſiti ad
7 ſagittam,& quia non poſſunt omnibus complacere, † cum ex officio ſuo teneantur non ſolum arguere, ſed etiam increpare, etiam interdum ſuſpendere, nonnunquàm verò ligare, vnde frequenter odium multorum incurrunt & inſidias patiuntur c.qualiter & quãdo, de accuſa.j̃.& eius ſtudium inter aliàs ſollicitudines eſſe debet in capiendo vulpeculas.c.inter.de purga. c.cum & pater filium,quem diligit,corripere debeat.ca.cum in
8 iuuentute.eo.tit.5.q.8.non oſculatur.24.q.5.non putes. † Infero & ſecundo,ꝙ viſitatio eſt quoddam iuriſdictionis exercitiũ tam voluntarię,quando in volentes; quàm contentioſę,quando in inuitos. Eſt enim de lege iuriſdictio. vt plenè habetur in c.conquerente,& c.dilectus.de offi. or.ibi, viſitationem quoq;
9 an manu,& c. † Infero etiam, ꝙ viſitare eſt curam animarum exercere,quę eſt ars artium.c.cum ſit ars,de ęta.& qua.pertinet namque viſitatio ad curam animarum,not.gl.in c.mandamus. de offi.archi.probatur in c.dudum.ij.de elec.& cap.cum ſatis.& capitul.fina.eod.titu.de offic.archi.facit ca.inter cętera,de offic.
10 ord. † Et quia anima eſt multum precioſior corpore.c.cum infirmitas.de pœ.& re.12.q.j.prꝫcipimus.24.q.3. ſi tales. de ſacroſanct.eccl.l.ſancimus,in fi.lõ potius & prius cõſulendũ eſt animę quàm corpori quia vbi maius periculũ,& c.42.diſt.quieſcamus.ij.q.ij.c.fi.ff.ad Carbo.l.j.§.ij.& not.in d. c. cũ infirmitas.63.
11 diſt.noſſe.8.q.j.ſunt in eccleſia. † Incumbit ergo viſitatori omnimoda ſolicitudo cleri,& populi diligenter viſitandi. arg. 32. diſt.quoniam Dominus.12.q.ij.charitatẽ.no.Ioã.Mo. de ſupp. ne.p̃la.c.eccleſiæ.libro 6.& archi.in c.ſi epiſcopus.de off.or. eo.
12 lib. † Reſpõdeo ſecundò,ꝙ viſitare eſt quærere, quę Ieſu Chriſti ſunt,non quæ ſua,hoc eſt prędicationi verbi Dei & exhortationi, & correctioni,& reformationi ſtatus eccleſiarum perſonarum,ac rerum eccleſiaſticarum, necnon morum laicorum, vacare,& fructus referatur,qui non perit.c.procurationes.& c. cum Apoſtolus,& not.in c.fin.de cenſibus. Aliàs concordantes allegat glo.in d.c.procurationes. Et quid importent hi ter-
13 mini,vide not.in c.querenti.de verborum ſignific. † Et ſit hęc viſitatio ex debito officii,vt dicit text.in capitu.cum ex officii, in princip.de prꝫſcrip. Ad cortigendos itaque ſubditorum exceſſus tanto diligentius debet prælatos aſſurgere quanto damnabilius eorum offenſas deſereret incorrectas. Nam in Geneſi Dominus ait,deſcendam,ideſt per Angelos.& videbo, vtrum clamorem,qui venit ad me,opere compleuerit ſcilicet. Sedomę & Gomorę &c.Et dicitur in euangelio ꝙ villicus ille, qui diffamatus erat apud Dominum ſuum, quaſi diſſipaſſet bona illius,audiuit ab illo,quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ,iam non poteris villicare dicto capitu. qualiter & quando ij.Idem in capitu.licèt Heli.de ſimo.ij.q.j.Deus om-
14 nipotens. † Mandat etiam Concilium generale, vt eccleſiarũ prꝫlati ad corrigẽdum ſubditorum exceſſus maximè clericorum,& reformandos mores prudenter,ac diligenter intendãt, ne ſanguis eorum de ſuis manibus requiratur.capitu. irrefragabili.de off.or.Tenetur ergo facere,vt poſſit dicere cum Paulo, Mundæ ſunt manus meæ à ſanguine omnium veſtrum.43.di. Epheſus. ſimilia allegat glo.in dicto capitu.irrefragabili, ſuper
15 verbo,ſanguis. † Ex hac deſcriptione infero, ꝙ viſitatio eſt reformatio & correctio omnium,quę prꝫlati nouerint in eccleſiis,ſeu clero,& populo tam in capite, quàm in membris reformanda & corrigenda,exceptis occultis, vt c. qualiter & quando.j̃.de accuſa.quia licèt apud diſcretum iudicem, qui ſcrutator eſt cordium & cognitor ſecretorum, culpabiles exiſtant.c.
16 tua,in fin.de ſimo.cum concor. allegatis ibi, † eccleſia tamen non iudicat de occultis.c.ſicut,in fi.eod. titu. cum aliis concor. ibi allegatis in glo.& in c.in ciuitate.de vſuris.Et licèt leues eſſe dicuntur qui mala credunt, quę probari non poſſunt.11.q.3. quæ cunctis.tamen ubi ſubeſſet infamia,eſſet ſaltem purgatio ni arbitrarię ſubiiciendus infamatus,ne contra Apoſtolum infirmorum corda mala alicuius fama percutiat,& ne vituperetur miniſterium noſtrum, neque ſecuriores clerici exiſtẽtes in peccatum licentius prolabantur.capitu.ſignificaſti.de adul.ca. de eo,de temporibus, ordi.commendat ergo eos zelus domus Dei noſtri.ca.2.de cuſto.eucha.& nõ zelus malus, ideſt odium vel inuidia,capitu.fin.de offic cuſto.& l.j.§.non fuit.ff. de dolo.
17 † Sed & in omnibus diligens adhibeatur cautela, ne fortè per leue compendium,&c.capitu.qualiter & quando.ij.verſicu. ad corrigendos.& agant mitius cum ſpõte confeſſo quàm conuicto.capitu.ex literis.de fur.ita tamen ꝙ ſub ſpe venię nõ
18 confidant,&c.capitu.illud.de cle.excommu.miniſt. † tales autẽ eſſe debemus erga ſubditos noſtros,quales nos, ſi ſubditi noſtros vellemus eſſe prꝫpoſitos.capitu.quorundam.84.diſt.nec ſemper vult Papa exagerare,quod geſtum eſt,ne cogatur vin-
19 dicare quod iniuſtum eſt.ea.diſt.capitu.vbi iſta. † Incumbit etiã ipſis non ſolum à malo,ſed ab omni ſpecie mali præcauere,ſecundum Apoſtolum.capitu.audiuimus.de ſimo.† quia dictum facilè ſequitur multitudo,cum omnis ętas pronior ſit ad
20 malum,&c.12.q.ij.omnis ętas. & facilè ad delictum prolabitur humana natura.in auctẽ.de mona.§.triẽnii.colum.j. & in prœ. not.in c.cum in iuuentute,de purga. can.maximè vbi viciniæ populus teſtis eſt.cap.cum dilectus.eod. titu. quemcunque tamen virtutibus ſtudete cum modeſtia continentiæ auditioni ſapientium,obſeruantiæ mandatorum Dei maximè ſimplicitati, & humilitati viderint illius munda & recta opera intelligere debent.capitu.ex ſtudiis. de prꝫſump. a fructibus.n.eorũ &c. & per exteriora &c.vt ibi no.50.diſ.ſi quis diaconus.32.q.5.quid
21 viderit. † Circa verò viſitationes monaſteriorum tam mariũ, quàm fœminarum ad officium viſitationis exequendũ de ſtatu monachorum,& obſeruantiis regularibus debẽt interdum viſitantes,& tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus corrigere,& reformare,quę viderint corrigenda: corrigentes & reformantes,quæ correctionis officio,& reformationis viderint
22 indigere.capitu.in ſingulis. & c.ea quæ. de ſta. mona. † Tertiò reſpon**deo**,ꝙ viſitare propriè & ſtrictè eſt ſeminare ſpiritualia clero,& populo ſubiectis quandoque per prꝫlatos conſtitutos ſuper eos perſonaliter per ſe:quãdoque per alios ex cauſa, iuxta Apoſtolum,capitu.cum ex officii.de præſcript.vt ſcilicet ſacramenta eccleſiaſtica, in quibus fundatur, & conſiſtit omnis Chriſtiana religio ſolicitè miniſtrentur,& celebrentur,ac deuotè exerceantur, & ſuſcipiantur. Item vt cultus diuinus nedum conſeruetur,ſed augeatur,& in laudem Dei,& cum gratiarum actione omnia conuertantur,& feriantur,& ad vitæ,& gloriæ ęternę meritum & veræ beatitudinis fruitionem finalem. Hic eſt ergo verus viſitationis effectus. hinc eſt ꝙ dicitur ꝙ viſitatoris officium eſt vt euellat vitia & diſſipet malos mores & ędificet virtutes ſic dictas quaſi nos a vicis eruentes.not.gloſ.in cle. ad noſtrum.de hęre.& plantet bonos mores,vt in conſtit. Clemẽt.Papę III. de offi.leg.ex parte.de qua fuit ſumpta decreta.ij.eo.titu.libr.6.& ibi not.in cle.j.glo.Et de maio.& obe. ſolitę. circa medium.no.Spec.in titu.de leg.in §.ſupereſt,in prin.
23 † Et inter cætera debet ſeminare Verbum Dei, quod ad ſalutẽ ſpectat populi Chriſtiani, tanquàm pabulum permaximè neceſſarium:quia ſicut corpus materiali, ſic anima ſpirituali cibo nutritur,eo quia nõ in ſolo pane viuit homo,ſed in omni verbo,quod procedit de ore Dei. Et ſic ędificare verbo pariter & exemplo potẽter in opere & ſermone,& audire confeſſiones, & pœnitentias iniungere,& cætera facere,quæ ad ſalutem pertinent animarũ, & ſic fruitionis & beatitudinis cęleſtis gloriã aſſequendã.c.inter cætera.de offi.or.c.fi.de cenſib.conſideratis
24 illis quę legũtur de pę.diſtin.5. capitu.conſideret. † Et propte-

Source : BIU Cujas

rea literas indulgentiarum cum causa dare.capit. cum ex eo.de peni.& re.Non excedendo tamen statutum generalis Concilii, valet numerum dierum 40.vt in d.cap.cum ex eo, in fi. eod.tit.

52 † Ex hac diffinitione infero, ꝙ visitatio est pastoralis officij necessaria & saluberrima executio, per quam via paratur ad ęternam salutem & redemptionis nostræ fructum assequendū.

26 † Ex premissis ergo studiosus excellens eliciat sibi vnam formalem & breuem diffinitionem,quæ congruat suo diffinito, quod non erit sine difficultate & periculo,per l.omnis diffinitio,cum

27 ibi notatis.ff.de reg.iuris. † Visitator autem quandoque dicitur, qui datur per Papam ecclesiæ cathedrali vacan. vt patet in cap. obitum,cum sc.6 1.dist qui aliàs dicitur administrator. cap.fi.de sup.ne.præ.& c.is cui.de elec.lib.6. cuius officium est principaliter prouidere,vt eligatur, non ipse tamen, sed alius nouus epi-

28 scopus,vt ibi. adde 85. dist. Florentin.† Et dicuntur visitatores qui circuunt,vt in c.nō debere.80.di. Et qs dicatur visitator,& quis intercessor,& quid ad eorū spectet officium. vide in Spe. de le.§.1.ver.quis autem, & per quem dabitur ecclesiæ vacanti. vide in ti.de procur.§.2.ver.vtrum.& ꝙ episcopus est à iure vacantium ecclesiarum sibi subiectarum visitator datus, vide per

29 eum in tit.ne se. va.† Visitare etiam tenetur quilibet episcopus annis singulis limina Apostolorum, iuxta formam iuramenti,

30 ꝙ præstat in sui promotione,de quo in c.ego N.de iureiu.† Aliter etiam sumitur verbum,visitare,in capi.vt priuilegia, in fi.de priuileg.c.2.& c.licet.de voto. Dicitur etiam Deus nos visitare per varia flagella,de quibus in c.reuertimini.& c.decimæ.16.q.1.13.q.2.vnaquęque. Et de non facta visitatione infirmorum condemnabit nos Deus in generali iudicio dicens, infirmus eram,& non visitasti me.Matth.27. de quo in vlt. q. latius infra

31 patebit.† Item Iacobi.1.c.1.religio munda & immaculata hæc est,visitare pupillos & viduas in tribulationibus suis,quod intelligo largo sumpto vocabulo.propriè autem importat visitatio, quod supra descripsi.Et quia de his omnibus infra erit latius discutiendum, sufficiant præmissa quo ad primam quæstionem.

32 † Et attende,ꝙ etiam si prælatus vadit ad loca visitanda, gratia consignandi & crismandi pueros tantum, vel consecrandi ecclesiam,vt in c.1.de reli.domi.vel pro clericis ordinandis vel similibus, siue pro quocunque alio cōi negotio, vel quia multos tangit,intelligitur visitare.10.q.3.relatum.2.10.q.1.placuit,

33 secundum Inno.† Item secundum Host.& Io.Mo. quicquid fit pro salute animarum,aut pro cultu diuino ampliando, vel pro statu ecclesiæ in melius reformando.d.c.placuit. 10.q.j & idem refert Archi.Hugu.tenere in c.nullus primas.9.q.2.& allegat iura allegata per gl.in d.c.si episcopus.qui tex.facit pro hac opi. se-

34 cundum Dominicum.† secus tamen, secundum Inno.si vadit pro causis expediendis,prout potest per totam diœc. iuxta cap.

35 cum episcopus.de offi.or.li.6.† dicit tamen Archi. ꝙ pro conciliatione ecclesiæ non debetur episcopo procuratio, secundum Vince.de quo per Io.An.in c.proposuisti. de conse. ecclesiæ vel alta.allegat etiam ꝙ not.Lauren. Vincen. & Goff. in c. cum ab omni,de vita & ho. cle. Prouideant tamen diligenter ecclesiarum prælati,ne hoc salutare statutum ad quæstum pecuniæ vel grauamen aliud conuertant, sed illud studiosè ac fideliter exequantur,si canonicam uelint effugere vltionem: quoniam super his apostolica sedes, auctore Domino, attentissimè vigilabit,secundum ꝙ admonet salubriter Concilium generale in c.

36 irrefragabili,in fi.de off.or.† Sed & attendant accuratè, vt præsertim clericorum mores,& actus reformentur, ne facilitas veniæ incentiuum præbeat delinquendi, vt quos diuinus timor à malo nō reuocat,temporalis saltem pęna coerceat à peccato. Neque præsumant tales in suis iniquitatibus sustinere,maximè obtentu pecuniæ,vel alterius commodi temporalis, aliàs pu-

37 nientur,vt in c.vt clericorum,de vi.& ho.cle.† Et attendant præcipuè circa fugam carnalitatis animi,ꝙ non ex affectu carnali, sed discreto iudicio corrigant,& reforment,& præsertim,vt ecclesiastica officia & beneficia in personas magis idoneas dispensent,ne incurrant simoniam. c. vno.ver. circa. & ibi notatur,vt

38 eccle.benefi.† & meminerint,difficile esse vt bono peragantur exitu,quæ malo sunt inchoata princ.j.q.j.c.principatus facit cle.

39 frequens,de excess.præl. † Discant ēt multa per patientiam tolerare,nisi deducantur in iudicium.cap.cum iam dudum. de præben.in fi.cum & si aliqui fortè sunt etiam pro graui crimine puniendi,sunt tamen pro tempore quandoque vtiliter tolerandi,

40 † quia sanguinem elicit,qui nimis emungit.4.dist.denique. & c. nisi cum pridem.§.propter malitiam,de renū.Et alibi, noli esse nimis iustus,quia iustus qñque cum iustitia sua perit.2.q.7. §. de

41 his.de pęni.di.1.serpens.† Cauere tñ tenentur à nimia familiaritate subditorum,quæ parere solet contemptum.l.obseruandū. ff.de of.pręsi.l.nec quicq̄.§.circa.ff.de offi.proconsu.80.di.& qñ

42 q;& no.in c.& si Iudęos.de Iudęis.† Tenent ēt semp præmoniti existere ꝫ latrantis morsus. c.ex diligenti. de sim.nec moueant modica suspitione,q̄ sapientis animū immutare nō dēt. c.ex ꝫscientia,de crimine falsi.nec hęsitant,vbi nō est hęsitandū.† Me

43 minerint esse beatū,qui excutit manus suas ab oī munere,quod sapientis animū allicere,vel inuertere solet.c.2.si qōnes,de sim.

Et in oīb.conenī tenere mediā viā,& oīa cū discretione agere quæ noscitur omnium virtutum esse mater. Vnde versus.

Cum media semper gaudebam ludere forma:
Maior enim mediis gratia rebus inest. & illud,
Inter vtrunque vola,medio tutissimus ibis.

44 Et medium tenuere beati. † Virtus enim consistit in medio. c.j.& ibi not.de offi.custo.vbi vide concordantes, maximè vbi est multitudo & antiqua consuetudo.c.sanè.de tempori. ordinan. † In dubio tamen semper in meliorem partem debet p̄sumere.c.j.de scrutinio.c.fi.de præsump.plenè in c.estote. de re.iu.l meritò.ff.pro socio,tanquam in securiorē partem.c. ad audientiam,& c.significasti.de humi.c.illud,de cle.excom. mi. ca.

45 iuuenis.de sponsa.† sicut & in dubiis absoluitur reus quia illud

46 est benignius.c.iter dilectos,in fi.de fi.instr.c.ex literis,de ꝓbat.

47 nisi in casibus ibi notatis.† Tractent ergo clericos vt filios,& fratres benignè ac fraterna charitate foueant eos, c.j. de excess. pręla.Et propterea licèt in ecclesia & in publico super indumētis lineis,hoc est rocheris vti debeāt.c. clerici in fin. de vi.& ho. cle.intra domum tamen non, sed collegas presbyterorum se esse cognoscant.nec coram se stare presbyterum patiantur, sed sedere faciant.c.episcopus, cum se. 98. dist. secundum modernos adde not.in c.humilis,de ma.& obe.† honor suus tamen

48 vnicuique seruandus est.66.di.mos antiquus,sed nihilominus, quod ratione caret,extirpare necesse est c.licèt. 8. dist. non habebitur etiam superior,vt princeps ab eis, quos noluerit vt Se-

49 natores habere.c.esto subiectus,96. dist.† studeat ergo potius velare crimē,&c.c.in scripturis.96.dist.maximè in peccato carnis,sine quo pauci reperiuntur.c.tua.50. dist. non tamen tantū seruetur humilitas ꝙ regendi frangatur auctoritas. c. quando. 86.distin.nec fiat pro impietate pietas.c.illud,de ma.& obe.vbi concor.habentur.potest etiam paliare, &c.c. nisi, de vsu palii.

50 † Non est tamen aperienda via his, qui prauitatem suam satagunt paliare.c.j.in fin.vt eccle.benefi. Et hoc est quod intendit text.in c.Romana.§.sanè,de censi. lib.6.dum dicit, ad ipsorum emendationem per salubria monita,nunc leuia, nunc aspera, iuxta datam sibi à Deo prudentiam,diligenter intendens. facit 43.distin.sit rector.45.dist.disciplina de pœnis, omnes. ad hoc solum tamen agatur,vt vita hominum corrigatur.23.q.6. prodest,secundum Hostien.Archidia.& Ioan.Andr.

SVMMARIVM.

1 *Visitare possunt omnes prælati habentes subditos.*
2 *Papa totum clerum,& populum visitare potest.*
3 *Papa vicem Dei in terris gerit,& cœleste arbitrium dicitur.*
4 *Papa generale Concilium conuocat.*
5 *Et semel in vita conuocare deberet pro ecclesię reformatione.*
6 *Papa ad Concilium delegatos speciales legatos,& nuntios,mittere potest.*
7 *Visitare potest vicarius Papæ.*
8 *Visitare possunt Patriarchæ.*
9 *Patriarchæ sunt primi post Papam, præsertim quatuor.*
Quid de Patriarcha Aquilegiensi,& Gradensi.
10 *Primates,à Patriarchæ vnam formam tenent,& idem sunt.*
11 *Primates improrriè,qui dicantur.*
12 *Archiepiscopus,& metropolitanus idem sunt.*
13 *Visitare possunt legati nati,quia iurisdictionem habent.*
14 *Legati per simplicem querelam adiri possunt, secus in metropolitanis.*
15 *Visitare possunt Cardinales episcopi,quia pars corporis Papæ sunt.*
16 *Idem in alijs Cardinalibus.*
17 *Idem si Cardinales habeat Patriarchatum,archiepiscopatum,& episcopatum,vel aliàs dignitates.& infra num.19.*
Episcopi quòd fierent Cardinales, non fuit obseruatum vsque ad tempora Ioann. & Clemen. V.
Episcopatus,ordo est.
20 *Indulgentias dierum 100.dant diaconi & presbiteri Cardinales.*
21 *Cardinales presbiteri episcopalibus insignijs vtuntur, & minores ordines conferunt,& solenniter benedicunt.*
22 *Cardinales multis gaudent prærogatiuis.*
23 *Visitare possunt legati de latere.*
24 *Idem in legatis apostolicis,qui mittuntur auctoritate legati de latere.*
25 *Legati prędicti Concilium prouinciale & diœcesanum conuocant,& statuta condunt.*
26 *Cardinalium cętus sede vacante Concilium conuocat.*
27 *Cardinaliū cętus,in quib. succedat vacāte sede in iurisdictione,& exercitio.*
28 *Legatus,in quibus iurisdictione sedis apostolicæ fungatur.*
29 *Camerarij Papę officium durat sede vacante.*
Auditor Papę ordinariam habet iurisdictionem.
Pœnitentiarius Papę vacante sede durat.
30 *Visitator per Papam datus,ecclesiæ vacanti an visitare potest.*
31 *Visitare potest coadiutor datus episcopo,maximè dementi.*
32 *Coadiutores episcopi potestas à forma pendet.*
33 *Visitare archidiaconus quando possit.*
Et vicem gerit episcopi.
34 *Vicaria perpetua,an ordinariam iurisdictionem inducat, & num.seq.*
35 *Consuetudo iurisdictionem dat.*
36 *Priuilegia specialia visitandi consideranda sunt.*

Consuetudo

Source : BIU Cujas

37 *Consuetudo vicinarum ecclesiarum in visitationibus attendenda est.*
38 *Visitare an possit decanus siue archipresbyter ruralis.*
Archiepresbyteri officium, quale sit.
39 *Archipresbyteri, & decani est officium suum.*
40 *Visitatores deputati p prouinciale vel sinodale Concilium, quomodo visitẽt.*
41 *Visitare qualiter possunt, & debeant Abbates, priores, & alij prælati regulares.*
42 *Et quid de canonicis regularibus.*
43 *Quid de Abbatissis, prioriss, & prelatissis regularibus.*
44 *Quid de vicarijs quorunciunque prælatorum.*
45 *Visitare per alios non possunt delegati, visitare non possunt vicarij inferiorum ab episcopo, nisi sint priuilegiati.*
46 *Visitare non potest per se, nec per alium capitulum sede vacante.*
47 *Visitatio quotidiana per episcopũ alteri quã Archidiacono cõmitti non põt.*
48 *Visitare vt possit per alium, causa iusta est prouincia diffusa.*
49 *Visitans vice alterius, aut presbiter probus, aut vir idoneus esse debet.*
50 *Prælatus tenetur de excessu vicarij in visitando.*
51 *Visitator à Papa datus ab officijs remouere potest.*
52 *Visitator in episcopum eligi non potest.*

¶Quæstio secunda primæ partis.

1 SEcundò quęro, † qui debeant aut possint de iure visitare? Respondeo, ꝙ omnes prelati habentes subiectos, vt infra † Et primò Papa tenetur, & potest
2 visitare vniuersum clerum, & populum Christianum in vim potestatis clauium, & mandatis de pascendis ouibus, aliàs diceretur mercenarius, & non pastor, nec
3 Christi diligens. † Apud eũ est nanque suprema potestas, quã à Deo susċepit, & reliqui omnes omnem potestatem ab eo recipiunt, quia vicem Dei gerit in terris & nõ puri hominis. vnde dicitur cęleste habere arbitrium, de Summa Trinitate lib. j. *in fine.* sufficiat allegare. c. quanto, de transla. præla. c. omnis oppressus. ij. q. 6. c. principale, & c. præcedẽti, & seq. & c. cuncta per
4 mundum. & c. maiores, de bap. hoc deducitur specialiter. † qa sibi iniungitur conuocare Cõcilium generale Christianorũ, in quo cõcilio fundatur vera visitatio, & omnis illius effectus. 17. dist. c. j. ij. & iij. ij. q. 6. idem not. in c. ꝙ translationem, de offi. leg. c. sicut vnire. de excess. prela. plenè per Host. in Sum. de offi. leg. §. quid pertinet. ver. concilium, & per Specu. in tit. de leg. §.
5 nunc ostendendum. ver. 40. † & sanctè facerent Rom. Pon. si illud conuocarent saltem semel in vita cuiuslibet pro necessaria reformatione ecclesiæ Dei, imitãtes vestigia Alexãdri III. & Inn. III. cõuocantium Concilium generale ac Lateranen. Ex quibus habemus omnes optimos canones, similiter & Ioã. XXII. & Cle. V. in Cõcilio Vienẽ. qui fecit librũ Clementinarum, qui est iuris canonici condimentum, vt non desolaretur
6 status ecclesię. † Potest etiam Papa ad hoc destinare speciales delegatos, legatos, & nuncios, vt patet in ca. procurationes, de censi. & licèt non videatur arctari de necessitate ad Cõcilium conuocandum, maximè in arduis: negari tamen non potest, quin ita consueuerint Romani Pontifices facere de honestate saltem, vt patet in c. ad Apostolicæ, de re iudi. lib. 6. facit qđ not. Inno. in c. ex parte, de verbo. signi. & Anto. de But. in c. cum ve-
7 nerabilis, de censi. & in c. grauamen, de præben. † Quæro etiã, quid de vicario Papæ in vrbe? Respondeo, idem, quia talis vicarius omnia potest, quæ pertinent ad iurisdictionem illius, cuius vices gerit. C. de offi. eius, qui vices al. ge. l. j. ar. 93. dist. ca. vlti. exceptis illis, quæ specialiter Papæ reseruantur, probatur in ca. tuam. de offic. Vi. Et tam in vrbe quàm infra cẽtesimum miliare, quando Papa non est in vrbe, ad instar præfecti vrbis. l. j. §. in
8 initio. ff. de offic. proconsu. l. si in aliam. §. fin. Et vidi vicarium modernum, sinodum facientem in Minerua. † Quæro etiam, quid de Patriarchis? Respondeo, ꝙ indem. obtinent enim post Papam in subditos eorum super omnes alios ordinarios principatum. c. antiqua, de priuil. tex. est in c. exigit. & in c. fœlicis, de
9 censib. lib. 6. vbi specialiter præ omnib. habentibus visitare nominant, † quia sunt primi post Papã in ecclesia Dei. c. omnes. *siue.* 22. dist. præsertim illi quatuor, de quibus in d. c. antiqua. Ex quo infero idem in patriarcha Aquilegien. & Venetiarũ, olim Gradẽ. cum & ipsi inter prelatos Italiæ obtineant principatũ. Infero etiam in omnibus aliis primatibus. Sunt enim ad instar Patriarcharum, vt d. c. omnes, *siue.* 26. dist. vt sunt Magdeburgẽ.
10 in Alemania, & Bituricen. in Francia. † Et scias, ꝙ Primates & Patriarchæ, licèt diuersa nomina sint, vnde vnam formam tenent, & idem sunt 99. distin. c. i. not. glo. in c. vno. de statu regu. circa finem, lib. 6. Adde etiam ꝙ Patriarchæ & Primates idem sunt. 99. distinct. prouincię. quorum quatuor sunt principales.
11 † Alii verò propriè dicuntur Primates, vt Aquilegien. Venetiarum, subrogatus in locum Graden. per N. quintum & Toleta. & Bituricen. 9. q. 3. nullus primas, & ferè per totum, & c. cõquestus. 63. dist. cum longè. de offi. ord. duo simul. vbi gl. Et impropriè vocantur Patriarchæ hi duo, secundum Specu. in titu. de
12 dispen. §. sunt quoque. † vbi etiam dicit, quòd Archiepiscopus cum metropolitano idem sunt, in versi. & not. 92. distin. §. 1. &
13 ca. 1. 2. † Quæro etiam, quid de legatis natis? Respondeo, idem quia iurisdictionem & cura subditorum noscuntur habere amplioremalijs, vt est Canturiacen. in Anglia. capitul. j. de offi. le. Et Bituricen. in Francia. capitul. penult. de fi. presby. Et Eboraceu. in Anglia. capit. 1. de appel. & cap. humilis, de ma. & ob. † Et
14 quicunque alij legati nati, cum possint adiri etiam per querelã simplicem, quod non est in archiepiscopis & metropolitanis. capitu. j. de offi. leg. Et plenè not. in capitu. 1. de offi. ordi. lib. 6. &
15 in cap. pastoralis. de offi. ordin. in antiquis. † Quæro etiam, quid de Cardinalibus? Videtur idem, quia sunt pars corporis Papæ &c. per text in capit. cum Apostolus, de censi. vbi circa hoc taxatur euectionum Cardinalium visitantium numerus. hoc indubitanter teneo, si sunt episcopi Cardinales, prout Hostien. Portuen. Tusculanus, Prænestinus, Sabinen. & Albanen. in suis diœcesibus, vt possint plenè visitare subiectos eorum, saluis tamen in hoc priuilegijs subditorum, de quibus infra dicetur.
16 † Idem teneo in alijs Cardin. vt possint plenè visitare subiectos eorum ratione titulorum suorum, etiam in vrbe, maximè quando habent multitudinem subiectorum, & amplas parochias, vt patet in Cardinali sancti Laurentij in Damaso, & Cardinali sancti Marci, &c. vt probatur in capitu. ijs quæ, de ma. &
17 obed. iuxta determinationem illius capituli. † Idem teneo si Cardi. habet patriarchatum, vel episcopatum, vel alias dignitates in titulum vel in commendam ex plenitudine potestatis Papæ, vel quia antequam esset Cardin. erat patriarcha, archiepiscopus, vel aliàs episcopus, &c. quia etiam tunc tenetur & potest visitare sibi subiectos tanquàm talis prælatus, vt videtur velle Ioan. And. in nouella, in d. capitul. cum Apostolus, dum apostillat super verbo Cardinalis, scilicet non episcopi, quasi dicat, quòd si essent episcopi, vel archiepiscopi &c. tunc possent vti numero euectionum maiori, de quo ibi, sed hoc fuit tacitum
18 in illo Concilio, † quia vsque ad tempus Ioan. XXII. & Cle. V. non fuerat obseruatum, quòd episcopi &c. fierent Cardina. præsertim cum episcopatus sit ordo, secundum Canonistas, de quo in prohemio sexti libri, quia poterat aliqualiter notari excessus descensus. Dicit etiam constare, multos tepore Bonifacij VIII. & prædecessorum prætermissos cardinalari, quia erant episcopi & Cardinalium episcopatus, vt puta Hostien. &c. nõ vacabant, de quibus tamen summè fuisset prouisum ecclesiæ, tamen bene dicit commendabilem esse consuetudinem in tantum dilatam, quòd quandoque de solis episcopis fit vna ordinatio vel promotio cardinalium. erubescat ergo Bonifacius, auctor sexti libri, qui adinuenit reuocatorias gratiarum & alia multa, & hoc inuenire nesciuit. Ita dicit idem Ioan. in capitul. cum aliquibus,
19 de rescriptio. lib. 6. in nouella, circa princip. † Et propterea quæ dixi de dignitatibus obtentis per Cardinales in commendam, vel in titulum, puta si sit archidiaconus, vel decanus &c. teneo quòd idem in diacono Cardinali & presbytero quolibet Cardinali, quia & isti possunt & debent subiectos visitare: sed cum quo numero euectionum, dicam infra maximè propter eorũ
20 eminentiam hodiernam, † quia & tales, vt seruat curia, dant literas indulgentiarum dierum centum iuxta numerum taxatũ a Concilio, de quo in cap. cum ex eo. de pęn. & re. quod vt credo, facit scientia & tolerantia Papæ, qui in hoc potest tales priuilegiare, secundum Hostien. † Et dicit hoc patere in Cardinalibus
21 presbyteris, qui licèt supra sacerdotalem ordinem nullam habeant benedictionem, vtuntur tamen episcopalibus insignijs, & minores ordines conferunt, & solenniter benedicunt, vt refert Io. An in c j. de sup. neg. præla. in nouella, in ver. quod nõ habet.
22 † Et quia Cardinales multis alijs magnis gaudent prerogatiuis, de quibus per Spe. in tit. de off. le. § sequitur videre. ver. 1ed & sine legatione, & plenissimè per modernos, videlicet Martinum de Laude, & Andreã Barb. in eorum tractatib. de Cardinalibus.
23 † Idem ego & fortius infero si sunt legati, qui de latere appellãtur quasi ex corpore Papæ transmittantur, cum tales a iure habeant pleniorem ptãtem in prouincijs suæ legationi subiectis, q̃ omnes alii prælati, vt patet in c. studuisti, & c excõicatis, & per
24 totum titulum de offi. le. in antiquis, & c. j. e. ti. in 6. † Idem dico in aliis Legatis Apostolicis non de latere, si mittantur cum plena potestate Legati de latere, prout hodie cõiter fit vt probatur in c. j. de offi. leg. in vj. Et idẽ teneo, si mittũtur sine ista clausula, cũ plena potestate, nisi specialiter mittantur ad certos actus limitatos. & ideo in hoc casu est diligenter videnda eorum facultas, per l. j. C. de man. Princi. & plenè per Hosti. in ti. delegato. iij. §. nunc, &c. & multas pulchras dubitationes circa offiñ gene
25 ralis visitatoris apostolicæ sedis vide per Fed. consi. cxlv. † Possunt etiam isti omnes Concilium prouinciale & diœcesanum congregare, ſm Hostiẽ. licèt aliqui cõtra, vt ipse plenè disputat in Sũma de. off. lega. §. quid pertinet, in vlti. col. & statuta facere
26 duratura perpetuo, vt in c. fi. de offi. leg. vbi plenè. † Idẽ credo de cætu Cardinaliũ sede apostolica vacãte, qa fungitur tunc iurisdictione Papę, de quo no. per Hug. Io. & alios, lxxviij. di. c. nullus. ij. & plenius p Host. de pęni. & remis. c. cũ ex eo, in fi. † qui tenet,
27 ꝙ cętus Cardinaliũ succedit in iurisdi. & exercitio saltẽ in his, quæ de grãdi necessitate euidẽti, & imminẽti expediri debẽt. tũ

Source : BIU Cujas

quia alia collegia hoc habent, de ma. & obe. c. 1. li. 6. tamen quia sic vtuntur, &c. & quia delinquentes tunc anathematizant. 79. dist. si quis peccantium. & facit c. in nomine Domini 23. distin.

28 † & quia tunc etiam legatus aplicæ sedis fungitur iurisdictione de offi. legati. c. 2. quod placet saltem in grandi & imminenti periculo, quicquid dixerit Io. in c. j. de sciſmat. 6. in gl. in verbo, se-

29 de vacante. † Idem credo de Camerario Papę, cuius officiū durat sede vacan. cle. ne Romani. ver. eo tamen & fortè eius auditore, cum habeat iurisdictionem ordinariam de iure communi. Et etiam summo pęnitentiario & alijs, de quibus ibi nota. in gl. in verbo, expirare, quæ allegat Spe. in hoc defendentem Gui.

30 c. ti. in 3. §. de quo me remitto ad ea, quæ ibi notantur. † Idem teneo in administratore, vel procuratore, vel visitatore, quocūq; nomine appelletur, cum plena & libera in tēporalibus & spūalibus administratione, dato per Papam alicui ecclesiæ cathedrali vacanti, cū possit omnia facere, quę iurisdi. episcopali existent, & quæ potest electus confirmatus exequi, per tex. in c. is cui. de elec. li. 6. quod ibidem sentiunt Archi. & Io. An. allegant c. con-

31 querente. de offi. or. † Idem dico de coadiutore maximè quādo datus est demēti, &c. qa p̄t oīa, quæ poterat ille, cui datus est, maximè ea, quæ hn̄r in c. fi. de cle. ęgro. ſm Archi. & Io. An. allegāt 12. q. 2. vobis 7. q. 1. scripsit, & c. fin. de accusa. & de elec. cum nobis olim, in fi. nisi habeat facultatem à superiore specialiter limi-

32 tatam. † Potestas enim eius debet ponderari ex forma. faciunt

33 quæ habentur in c. 1. de cle. ęgro. lib. 6. † Quæro etiam, quid de archidiacono? Respondeo, q̄ potest visitare regulariter, maximè ep̄o impedito, aut negligente, & ꝯn̄r procurationes à subditis, & obsequia debita recipere. d. c. cum Aplus. probatur in c. 1. de off. Archid. vbi dn̄ illum gerere vices ep̄i. & in c. mādamus. & in c. fi e. tit. c. dudum. 2. §. tandem. de elec de excess. præla. ad hæc cū similib. Cum exerceat curam animarum, de cle. cum in cunctis.

34 §. inferiora. facit c. ad hæc. & c. non satis. e. ti. de off. archi. † facit, quia perpetua vicaria ordinariā iurisd. inducit, de off. eius, qui vices alterius gerit. l. 1. Nam & sibi hoc ius tribuit, de reser. postulasti. de off. vica. ad hęc. & c. ex parte. de fide instr. G. perpetuus. Sed p̄p nōnulla iura, quæ vident ꝯriū innuere, videlicet p̄p dictū c.

35 non satis. & c. archi. de of. arch. & c. nullus. 16. q. 7. cū similib. † Cō cludunt cōiter gl. & Doctores, q̄ in hoc sint attendendæ ꝯsuetudines diuersarum ecclesiarum, & ad eas recurrendum, & ſm eas iudicandum, quia iurisd. ant. l. j. & fi. C. de emanci. li. 9. q. 3. cō

queſtus. etiam priuatæ personæ. de for. compe. cum contingat.

36 Itē attendenda sunt priuilegia, ex quib. spāliter hoc facere possint, vt ibi & in c. nouit. primo respon. de iudi. & dem̄. c. ad hæc, & c. accedentibus. de exce. præla. c. j. de eo qui furtiuè ordines su scepit. Aduerte tn̄, qa nō prodesset ꝯsuetudo, nisi foret præscripta. & sic intelligitur c. cum sanè. de off. archid. & hæc opinio est

37 communior, & hanc videntur fouere iura prius allegata: † sed si non apparet de consuetudine, dic q̄ si de nouo instituatur, vel non sunt completi, 40. anni, & non apparet de forma institutionis ad vicinarum ecclesiarum consuetudinem recurrendum erit, arg. in c. cum olim, de consue. & in c. ecclesijs, ex parte, & super eo, de censi. vel metropolitanæ eccle. c. j. de postu. præla. de spon. du. c. fi. 12. dist. de his. vbi autem archidiaconatui certa forma canonica imposita fuit in eius institutione, siue de honore, siue de onere agatur, ei standum erit, nec vltra peti potest. ar. ff. de pac. l. traditionibus. de præben. significatum. de iure patron. præterea. 2. de quo plenè per Host. in Sum. de off. archi. in §. qd̄

38 sit eius officium, in princ. † Quæro etiam, qui de decano siue archipresbytero rurali, qui idem sunt. Respōdeo idem per omnia qd̄ in archidiacono dem̄ est. c. cū Apostolus. Est. n. archipresbyter vicarius episcopi quo ad quædā spiritualia. habet enim prouidere de vita omnium presbyterorum, &c. de conse. dist. 5. ca. nunquam, de frig. & male. c. literæ. in §. fin. facit. ca. quanto. circa princ. de offi ord. & c. ministerium, in §. prouideat. de off. archipresbyteri. & hoc intelligo, siue sit archipresbyter in ecclesia cathedrali, & sic ciuitatem, siue sit archipresbyter plebanus, siue ruralis. 70. dist. c. 2. 80. dist epiſcopi. probatur in c. fi. de off. archipresbyteri. † Et huiusmodi archipresbyteri, siue decani & archidia-

39 coni, possunt in hoc alijs committere vices suas. c. ministerium in fi. de offi. archipresbyteri. & 25. distin. perlectis. ver. archipresbyter vero, quod tenet Host. in Summa, de offi. archipresbyteri in §. quæ pertinent ad eius officium, ver. hęc quę supra diximus, & ver. finali. † Quæro etiam, quid si prouinciale Concilium, vel

40 sinodale deputet visitatores? Respondeo, q̄ possunt visitare eo modo, de quo in c. sicut olim. de accu. scilicet non ad effectum reformandi, vel corrigendi, sed denunciandi tantum. Et an isti tales debeant habere procurationes, & quomodo, dicam infra. † Quæro, quid de abbatibus, & prioribus, & alijs prælatis regula-

41 ribus, an & qualiter debeant, & possint visitare? Respondeo, q̄ debent & possunt visitare monasteria, & loca eis subiecta per se, vel per visitatores in eorum capitulis deputandos. † Et idem

42 de Canonicis regularibus modo, & forma, de quibus in c. in singulis. & c. ea quæ. de sta. mona. & de quibus in specialibus constitutionib eorū, quas obseruare tenētur, vt ibi no. à quarū ꝯstitutionum forma recedere nequeunt. tenent̄. n. irrefragabiliter ob

seruare, quę earū fuerint deliberatiōe puisa. d. c. in singulis, & j.

43 latius dicet̄. † Quęro ēt, qd de abbatissis & prioriſſis & aliis prę-latiſſis regularib. Resp. q̄ tā suum monasteriū, quàm inferiora sibi subiecta visitare p̄nt & debēt, si tn̄ clausurā exire nō p̄nt tāquā iustè impedite, debēt, & p̄nt p aliū ēt masculū omni exceptione maiorē visitare, no. gl. ī cl. attēden. de statu reg. q̄ allegat Archi. sic tenere, p c. ep̄m. 10. q. j. & de off. Arch. inter. & c. si ep̄s.

44 eo. ti li. 6. de hoc latius. j. dicet̄. † Quęro, qd de vicariis p̄latorū quorū cunq;? Resp. q̄ p̄nt c. si ep̄s. de off. or li. 6. ſm Inn. Host. Io.

45 Mo. Io. An. & Dn̄icū ibidē vide 9. q. c. nullus Primas. † Delegati autē alii non visitant p alios, vt plenè hn̄r in ca. cū l. & A. de re iud. Vicarii tn̄ inferiorū ab ep̄is visitare nō p̄nt, nisi sup hoc fue-

46 rint priuilegiati, ſm Io. An. in c. si ep̄s, in nouella. † Nec capꝰm ecclesię cathedralis sede vacā. p se, vel p aliū, vt not. Io. Mo. de supplen. negli. p̄la. ecclesię. sed Archid. vn̄ tenere ꝯrium in d. c. si episcopus, de offi. ordi. li. 6. dic vt hoc plenè habetur per glo. in clem. j. de hęretic. sūper verbo, capituli, quę dicit, q̄ hoc indigeret declaratione, licèt opin. Io. Mo. possit saluari in generali visitatione, & cōtraria in spāli visitatione, & inquisitione ꝯ cer-

47 tas personas & loca. † Sed etiā dicit, q̄ illā quotidianam visitationē, quę sit quotidie ex multis causis emergētib. non pōt ep̄s alteri q̄ Archidiacono demādare, sed hoc vsus non approbat, ſm Io. An. in nouella, nec vn̄ à iure p̄bari: ipse tamē allegat qd̄ no. Hug. in d. c. ep̄m, & in d. c. perlectis. & intelligit, c. si ep̄s. in visitatione annua, quā pōt ep̄s cōmittere, cui vult. Sed primū tenet idē. Io. An. in d. c. inter, de offi. Archi. & Dn̄icus in d. c. si epi-

48 scopus. qa d. c. ep̄m, loquit̄ simpꝰr nō astringēdo ad vnā visitationē tn̄. † Et addo, q̄ diffusa prouincia & lata diœcesi est iusta cā vt p̄latus possit p aliū visitare, vt no. gl. ij. in c. procurationes,

49 de censi. † Adde ēt, q̄ vice alterius visitās aut dēt esse presbyter probabilis. x. q j. ep̄m, aut aliàs vir idoneus. c. inter cætera, de off. ordi. & quomodo pro eius excessu teneatur prelatus, dicam in-

50 fra. † Et adde q̄ si vicarius excesserit in visitādo, prelatus cuius est vicarius, tenet̄ pro tali excessu. arg. ff. de exercito. l. j. in princ. ff. de offi. proconsul. l. obseruare. §. proficiſci. & remittit Archi. ad notata p Azo. in Sum. de exercito §. tenet̄. & ad Inn. in c. qd̄ quibusdā, de fide instr. & ad c. si ep̄s, de p̄ben. li. 6. qd̄ tenet Rot. deci. 326. quę incipit, vtrū ep̄s, ſm Dn̄icū. † Et adde, q̄ visitator datus à Papa pōt à beneficiis amouere, vt not. de rescrip dilectus fi-

51 lius Abbas. 61. dist. obitum, & de elec. c. sicut, lib. 6. † & q̄ visitator nō pōt eligi in ep̄m. 7. q. j. cōstitutus, in prin. & in d. c. obitū, & q̄ Deus dn̄ nos visitare plurib. mod. q not. 12. q. 2. vnaquæq;.

SVMMARIVM.

1 *Visitari qui possint, & debeant, & quomodo debeat fieri visitatio.*
2 *Exigere si quis ab alij debet multo magis à seipso.*
Coniugia frequentans, virginitatis hortator esse non potest.
3 *Sententiam contra se fert, qui de alio iudicat.*
4 *In abbatissam, corrupta eligi non potest.*
Corrupta virginitatem hortari non potest.
5 *Malorum doctrina, nulla est.*
Docens alios, ab alijs docere non debet.
6 *Visitari possunt vniuersi prælati.*
7 *Visitari à Papa possunt omnes prouinciæ terræ & gentes.*
8 *Papa remedijs subditorum inuigilat.*
9 *Papę potestas à Deo est.*
10 *Visitari à Papa debent cēs Patriarchę, Primates, Episcopi, & Archiepiscopi, & omnes in dignitate ecclesiastica existentes.*
11 *Visitari, & deponi à Papa possunt Cardinales absque fratrum consilio.*
12 *Visitari a Papa possunt Imperator, & Imperatrix, & eos priuare.*
13 *Imperij electores potestatem eligendi à Papa habuere.*
14 *Visitari possunt à Papa Reges, etiam exempti.*
15 *Papę Regis amotio pertinet, quando amoueri meretur.*
16 *Principes seculares à Papa gladij potestatem habent.*
17 *Regibus ex causa Papa coadiutores dat.*
18 *Visitari possunt à Papa oēs Principes, Duces, Marchiones, Comites, &*
19 *Et omnes officiales, populi, collegia & fraternitates.* (*Barones.*
20 *Visitare à Papa possunt Iudæi & Saraceni.*
21 *Iudæi per ecclesiam corporali pœna puniri possunt, & nume. seq.*
23 *Iudæi ob delictum de foro nostro efficiuntur.*
24 *Iudæi à Principibus secularibus priuilegiari non possunt circa ea, quæ sunt fidei opprobriosa.*
25 *Visitare possunt Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & c. suos subditos.*
26 *Visitare, quomodo debeant Episcopi suas diœceses, & quo ordine.*
27 *Visitari quę hospitalia debeant.*
28 *Priuilegia contra se Romana ecclesia concedere non solet.*
29 *Visitare potest Archiepiscopos siue negligat, siue non negligat Episcopus diœcesim visitare.*
30 *Visitare potest Archiepiscopos parochiam quamlibet, etiam minutam, & si procurationem non soluat, quod remedium sit.*
Visitari debent hospitalia per eos, ad quos visitatio.
31 *Monasteria monialium.*
32 *Visitatores, quam curam habere debeant circa vestitum monialium.*
33 *Et circa earum clausuram, & quòd non recipiatur aliqua vltra monasteriorum facultates.*

¶ Quæstio

¶Quæstio tertia primæ partis.

1 TErtiò † quæro principaliter, qui debeant, & possint de iure visitari passiuè? Respondeo, ꝙ quilibet visitator prius debet visitate,& emendare seipsum, & familiam suam,de sta.mo. ea quæ. §. si verò. Primò enim debet eijcere trabem de oculo suo, quàm festucam de oculo fratris sui.3.q.8.§.porrò,in fin.& c.iudicet.& 1.q. multi. & à quo debet alios prohibere,multo fortius se ipsum. ff.si seruitus vendice. l. altius. c.dudum.2.de elec.de na.ex libe.ven.c.1.ff.de condi.inde.
2 l.frater à fratre.& † ꝙ quis exigere debet ab aliis,multofortius à seipso.ff.de neg.gest.si pupilli.§. videamus. ff. de fideiuſ. l.tutor datus.Nec potest esse hortator viduitatis,qui coniugia frequen tauerit.26.dist.vna tantum.facit.ff de admi. tuto.l.quotiens.§.2. 43.dist.§.1.in prin.47.dist.§.necesse.ff.de pac.cum in eo. & quomodo potest alios corrigere, cum tacitus respondeat sibi eadē
3 quæ corrigit commisisse.25.dist.primum.† quia cum de alio iudicat,in se fert sententiam.d.c.iudicet,not.glo.in c.Romana.de censi.in sexto.Addo verba Grego.7.Moralium, nunquàm purè maculam in membro considerat oculus, quem puluis grauat,& superiectas sedes tergere non valent manus, quæ lutum tenent,vbi vide sequentia Item in eo.lib.Moral. 19.qui veraciter proximis misericordiam facere studet,sibijpsi prius debet iu stè viuendo misereri.vnde scriptum est Ecclesiastici 30.Miserere animę tuę placens Deo. & scriptum est Diliges proximum tuum,sicut teipsum.Ideo pater miserendo pius non est,qui adhuc iniustè viuendo fit sibimet impius.vndè Ecclesiastici 14.dicitur,Qui sibi nequam est,cui alij bonus erit.qui itaque indigenti proximo exteriorem substantiam præbet, sed vitam suam à
4 nequitia nõ custodit,rem suam Deo tribuit,& se peccato quod minus est offerens auctori, & quod maius seruans iniquitati.
† Hinc est ꝙ corrupta,non potest eligi in abbatissam.25.q.1.iuuenculas.nec electa potest benedici.facit.1.q.12. cap. 2.ver.nouimus.& no.26.q.1.quæ virginibus. non enim posset corrupta virginitatem hortari.26.dist.c.pen.in fi. ergo non potest præesse virginibus,vt no.glo.in d.cle.attendens.Item Ciprianus in c. siquis,inquit.1.q.1.nec cuiquam Dominus per eius preces & orationes prosit, qui Deum ipse violauit. & infra, Quomodo enim perficere quæ agunt,aut impetrare aliquid illicitis conatibus à Deo possunt,qui contra Deum quod eis non licet, molliuntur.vide omnino c.multi.11.dist.vbi dicitur,si bene docueris,& malè vixeris,tui solius condemnator eris.& infra,bene autem dicendo,& malè viuendo, cum instruis, quomodo te debeat condemnare.& in c.sit rector.43.dist sacerdos. qui prædicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est præco
5 mutus.† Adde ꝙ doctrina malorum nulla est.1.q 4.conueniēti bus.& imperitus matheseos risui patebit. 33. dist. qui de mensa. & qui alios docet, ab alijs tunc edoceri non debet, in Auct. de
6 sanc.episcopis.§.primus.notatur in c.1.de magistr.† Respondeo secundò,ꝙ debent & possunt visitari vniuersi prælati,& ecclesiastici tam superiores,quàm inferiores cuiuscunque status,& gradus,prœeminentiæ, ordinis, & qualitatis existant, necnon vniuersi Principes seculares,populi & gētes tam superiores, quàm inferiores à maximo vsque ad minimum, nullo regulariter excepto,vt de singulis omnibus subijciam.
7 † Visitabit ergo primò Papa omnia regna,prouincias, terras gētes ex superioritate, quam ad omnes non est dubium illum habere,& ex illius plenitudine potestatis, qua Christus Rex regum,& Dominus dominantium illi in persona beati Petri concessit,per text.in cle.pastoralis,in prin.& in fi.de re iudi.pastoralis enim cura solicitudinis illi diuinitus super cunctas Christiani populi nationes iniuncta illum vigilare remedijs subditorū, eorumque periculis obuiare, & scandala remouere compellit. sibi enim mandauit Dominus in euangelio Io.10.c.vt pasceret oues eius,quas etiam deperditas tenetur recuperare, de quo latè in c.significasti.de elec.in c.solitæ. de maiori. & obe. & facit extrauagans Bonifacij,vnam sanctam. facit excellens proœmiū
8 sexti lib.ad idem textus in c.officij.de offi.leg.lib.6.† vbi Papa officij sui debitum exequens remedijs inuigilat subditorum:quia dum eorum excutit onera,dum scandala remouet,ipse in eorū quiete quiescit,& fouetur in pace.ad idem c.frequens. de restit. spoliat.cum multis similibus,quod perfectius facere nō potest, quàm sœpe congregando Concilia generalia,& faciendo congregari,Concilia prouincialia. & diœcesana, in quibus potissima pars visitationis existit,vt ex inferioribus patebit.Et tūc plenè exequitur facto quod verbo profitetur,vt in c.pro humani, in princ.de homicid.lib.6.cum ibi not.iuncto cap.cum & plantare in prin.de priuileg.86.distin.fratrum.de reg.non solum.12.
9 quæstio.1.præcipimus.† à Deo est enim omnis eius potestas.11. q.3.qui resistit.cum simili.
10 † In specie igitur visitabit omnes patriarchas per se,vel alios, & primates,archiepiscopos,& episcopos,abbates, Priores, cœterosque omnes in quacunque ecclesiastica dignitate, ac omnes denique ecclesiasticos,in quibuscunque gradibus,& ordinibus ac officijs constitutos,de quibus in c.perlectis.25. distin.& in titulo de officio ordi.archi. Archipresbyteri custodis primicerij, & sacristæ,vt plenè per Host.in Summa de offi.ordi.de offi.Archidia.† Visitat etiam corrigit, & deponit Cardi. etiam absque
11 consilio fratrum,vt plenè not.in c.succidendos,de scisma.lib. 6. Credo tamen ꝙ si legem condendo hoc faceret, requireretur fratrum consilium,& ita intelligo Doc.ibi in c. fundamenta,de elec.not.in c.ex gestis.de cle. non rescin.† Visitabit etiam
12 Imperatorem,& Imperatricem, cum illū ex causa priuare possit,& imperium de vna gente ad aliam transferre,illumque habet coronare,& iungere,& approbare,& reprobare,& electis in
13 discordia gratificare,ab eo iuramenta recipere fidelitatis:† nam ab eo electores eiusdem eligendi potestatem fuerunt consecuti,secundum quod patet in c. Venerabilem.§.2.de elec.c. nouit. de iudi.c.solitæ.de maio.& ob.& c.ad apostolicæ,de re iud.lib.6. vbi patet ꝙ Bonifacius VIII.deposuit Federicum secundū.& c. fundamenta,circa medium,de elec.& plenè in cle. Romani.de iureiuran.& in c.Valentinianus. & c. tibi Domino.63.distinct.
14 † Visitabit etiam reges quoscunque, quantuncunque se perten dant exemptos,cum nemo tamen de iure exemptus sit c.in api
15 bus.7.q.1.& no.in d.c.venerabilem.de elec. † quia ad Papam regis amotio de iure pertinere dignoscitur, quando amoueri meretur,per tex.in c.alius.15.q.6.vbi Zacharias Papa regem Francorum non tam pro suis iniquitatibus,quàm pro eo ꝙ tantæ potestati erat inutilis,& regno deposuit, & Pipinum Caroli Imperatoris patrem in eius loco substituit,omnesque Francigenas à iu
16 re fidelitatis absoluit. † habent enim Principes seculares gladij potestatem ab apostolico.probat tex.in c.omnes.22.q. distinct. probat hoc textus in c.licet de voto,in fi. qui loquitur de Rege
17 Vngariæ,† Regibus etiam ex causa dat coadiutores, vt patet in c.grandi,de supplen.neg.præ.lib.6.qui loquitur de Rege Portugaliæ.no.in c.vergentis.de hæreti.facit.c.ad abolendam.§.statuimus.eo.titu.† Similiter visitabit omnes alios Principes, Duces,
18 Marchiones & Comites,Barones,iudices, cęterosque magistratus,vt probatur in ca.non minus.& c.aduersus.de immu. eccle. & alijs pluribus similibus.c.omnes principes.de ma.& obe.& c. solitæ.cum si.& adde omnino,quod no.Bar.in l.j.de requi. reis, vbi condemnat dantem,&c.† Et consequenter omnes officiales,populos,congregationes,collegia confraternitates, siue so-
19 cietas tam ecclesiasticas,quàm seculares, sicut & omnes ecclesias,tam cathedrales,quàm collegiatas,& earum capitula, & cō uentus,& tam in ciuitate,quàm in oppidis,& villis, ratione iurisdictionis, vel curæ quoquomoco sibi subiectis, quia omnes sub verbo cleri & populi,concluduntur, etiam si sint monasteria religiosorum,vel religiosarum,vel hospitalia,aut alia pia loca, secundum ꝙ tam ex supra, quàm ex infra dicendis plenissi-
20 mè patebit.† Ex quibus infero,quòd etiam infideles Iudęos sci licet & Saracenos debebit & poterit visitare,vt probatur de Saracenis in cle.2.de Iudęis,& Sarace.& cęlicolis. Et idem de cęlicolis in casibus,in quibus quoquomodo subsunt Romano Pontifici,vel Imperatori,vel alijs Principibus Christianis,& per censuras,& pœnas,de quibus per totum titulum C. de Iudeis & cęlicolis.& per totum tit.C.de paganis.& extra de Iudęis, per totū, & plenè per Doctores post Inno.in ca. quod super his, de voto. plene etiam in c.post miserabilem,de vsur.& c.quanto.e.ti c.sœ-
21 pe,in fi.28.q. 1. † in quibus dicitur Iudęos per ecclesiam corporali pœna non esse dubium posse puniri, ac etiam per Principes seculares,vt ibi,qui per ecclesias ad hoc sunt compellendi,dum modo nō ad vindictam sanguinis.c.in archiepiscopatu, de rap.
22 † Inquantum enim Deum offendunt, & si directa coercione compelli non possunt,debent indirecta compelli,vt in c.de teris,de deci.& d. ca. post miserabilem.& c.ita quorundam.de Iu-
23 dęis,† & quia propter delictum efficiuntur de foro nostro,ar.in c.nouit.de iudi.6.q.3.placuit.de raptorib.ca.1.cum similib. Et licèt glo.in cle.pastoralis,in prin.de re iudi.dicat, ꝙ regulariter iudex non compescit,tamen in contrarium videtur tex.in cle. cū
24 Iudęi quidem & Sarraceni.de test.vbi gl. tenet, ꝙ licèt Iudęi & Saraceni per Principes seculares,sub quibus degunt, sint corrigendi,vt probat tex.in c.2.& in c.postulasti.& in c.nonnullis,in fi.de Iudęis.tamen in pluribus casibus eos indicat, qui notantur in d.c.Iudei,† quibus additur casus in d.cle.j.de testi. & subdit,ꝙ licèt principes seculares consueuerunt ptopter magnum lucrū quod de Iudęis in terris suis consequuntur, eis fauere, eosque priuilegiare,vt ibi patet,& in c.quanto,de vsur.circa illa tamen,
25 quæ sunt opprobriosa fidei,illos nec debent,nec possunt priuilegiare.† Visitabunt Patriarchę,& Primates archiepiscopi,metropolitani,episcopi diœcesani,& alij omnes,de quibus supra in prę cedenti quæstione, similiter omnem populum, & clerum sibi subiectum,hoc est Patriarchę, & Primates, Archiepiscopi metropolitani,prouincias & diœceses suas seruato ordine, de quo in c Romana.de censi.in sexto. Adde cap. omnes Principes,de
26 ma.& ob.Adde c.clericis laicos,de immu.eccle.lib.6.ibi, Imperatores Reges &c. † Episcopi autem suas diœce. solum eodem ordine seruato,incipiendo ab ecclesijs cathedralibus eorum,& capitulis ecclesiarum ipsarum cathedralium, & prælatis inferioribus,& officialibus earundem,deinde monasteria religiosorū,

seruatis

Source : BIU Cujas

ſeruatis his,de quibus in c.in ſingulis. & c. ea quæ de ſta. mo. Itẽ monaſteria religioſorum etiam exemptorum & in cæteris caſibus auctoritate apoſtolica,in alijs verò propria ordinaria,iuxta
27 determinationem cle.atendentes.de ſtatu reg. † Item hoſpitalia & alia pia loca iuxta determinationem cle. quia contingit, de rel.domi.exceptis tantum grãgijs,de quibus in c.fin.de cenſi. Exceptis hoſpitalibus militantium omnium ordinum, aut religioſorum aliorum, qui ſolum per ſuperiores eorum cogi poſſunt.d.cle.quia contingit,in .§.præmiſſo.ac exceptis locis a viſitationibus alicuius eorum ſpecialiter exceptis per priuilegium apoſtolicum.c.cum inſtantia.de cenſi. ibi, niſi fortè per ſpeciale priuilegium ſedis apoſtolicæ, quod non credimus, ſit exem-
28 pta,† quæ priuilegia Romana eccleſia non ſolet concedere cõ-
29 tra ſe,vt ibi no.& no.in l.iubemus.C.de ſacroſanc.eccle.† Et attende quòd ſiue epiſcopus negligat propriam diœceſ. viſitare, ſiue non, poteſt archiepiſcopus & ſuperior viſitare ſecundum formam c.Roma.& c.fi.de cenſi.lib.vj. ſecundum Doctores reprobantes glo.& Vin.in c.cum nuper,de cenſi. & ibidem Hoſt. reprobat quoſdam dicentes archiepiſcopum viſitare poſſe loca opulenta tantum, non parochias minutas, niſi aliud audiat ſiniſtrum,& graue,cum nõ poſſint eum recipere cum tot equitatis.d.c.cum Apoſtolus.quia quicquid iſti dicant, ſtandum eſt
30 iuribus prædictis,† quia principaliter viſitare poteſt etiam quãlibet parochiam minutam,& ſi ſoluere non poſſit procurationem,habetur remedium in d.c. cum Apoſtolus,& omnino attendendum,quòd inter cætera eſt expreſſum mandatum omnibus,ad quos ſpectat officium viſitandi, quòd acedere debeant ad viſitanda hoſpitalia, xenodochia, &c. vt probat text. in cle. quia contingit. In verbo,iniũgimus,de religioſis domi.propter
31 qđ verbum ad id tenentur ex præcepto,vt ibi no.in gl.† Similiter etiam, quòd debeant viſitare monaſteria monialium, propter verbum debeant,qđ eſt in cle.ij.de ſta.reg. quæ dicit ꝙ malè faciunt prelatj,qui has viſitationes omittunt, cum illud verbum ſit præcepti,& neceſſitatem inducat, vt in c.oblatæ. de ap. & in c.vt famæ,de ſen.ex. Debent itaque ſingula monialiũ monaſteria per ordinarios exempta,videlicet ſedi apoſtolicæ,ita ꝙ nulli alij ſubiecta noſcuntur apoſtolica: non exempta verò auctoritate ordinaria,ac exempta alia per alios quibus ſubſunt,an
32 nis ſingulis viſitari. † Viſitatores autem huiuſmodi ſolicitudinis ſtudium debent diligenter impendere, vt moniales ipſe pãnis ſericeis variorum fodraturis,ſandalicijs,comatis,& cornutis crinibus,ſcaccatis & virgatis capucciolis non vtantur, non coreas, non feſta ſecularium ſequantur,non die noctuve per vicos & plateas incedant, aut voluptuoſam aliàs vitam ducant, easque ſolertius retrahere ab inſolencijs quibuſlibet,& mundi huius illecebris, & inducere eaſdem ad impendendum in monaſterijs ſuis deuotum, & debitum in totum domino famulatum,non obſtantibus exemptionibus, & priuilegijs quibuſcunque,& ĩ his compelli remedijs opportunis,& electas abbatiſſas inducere ad ſuſcipiendam benedictionem infra annum a tempore confirmationis computandum, niſi ſubſit cauſa rationabilis,aliàs cadant a iure ſuo,vt plenius not.in v.cle.ij.& in c. fi.in
33 fi.de ſtatu mon. † Debet etiam talis viſitator attendere ad omnia,quæ habentur in c.j.de ſta.regu.lib vj. videlicet circa clauſuram monialium,& quòd vltra facultates monaſteriorum non mendicantium nulla recipiatur, & quomodo fieri debeat homagium, et fidelitas dominis temporalibus, & ſecularibus, & quid agendum, quando in eccleſiaſtico vel ſeculari foro cauſas habent,& quòd ordinarij ſunt executores clauſuræ fiendæ, etiam quo ad exempta,ſalua tamen exemptione in alijs, &c.vt Deus omnipotens det viſitatoribus gratiam, vt in his poſſint proficere. Adde cap.monaſteria,de vi.& ho.cl.adde cap.monia les,de pur.ca.

SVMMARIVM.

1 *Viſitatio ſingulis annis fieri quotiens debeat.& quando.*
2 *Viſitatio ob neceſſitatem pluries fieri poteſt.*
Neceſſitas non habet legem.
3 *Viſitatio,quando de tertio ad tertium annum fieri debeat.*
4 *Capi. cum venerabilis,de cenſi,quomodo intelligatur.*
5 *Viſitari quotiens monaſteria debeant,conſuetudo,conſtitutiones & priuilegia attendenda ſunt.*
6 *Viſitationes per archiepiſcopos, quando eodem anno reiterari poſſint.*
7 *Viſitationis a diffinitione facta conſilium ſuffraganeorum appellare non poteſt.*
8 *Viſitatio prima,quam archiepiſcopus facit,libera eſt. ſecunda non.*
9 *Viſitari qui primò debeant in viſitatione ſecũda,quam archiepiſcopus facit.*
10 *Viſitatores plures admittendi ſunt, vt ſanctius eccleſia Dei regatur,& crimina purgentur.*
11 *Viſitari debẽt eccleſiæ per inferiores, quãdo epiſcopũ procurare nõ poſſunt.*
12 *Inquirere poſſunt epiſcopi de viſitatione religioſorum, & inferiorum.*
13 *Viſitatores plures in eodem tempore,an ſe per concurſum impediant.*
14 *Viſitatores ſi in ſententia diſcordent,ſententia pro reo tenet.*
15 *Viſitatores plures ſi concurrant,nec apparet quis primò, præfertur epiſcopus.*
16 *Epiſcopus in viſitando ſi cum prælato ſibi ſubiecto concurrat,epiſcopus præfertur,niſi conſuetudo obſtet.*
17 *In viſitatione monaſteriorum ſi epiſcopus & viſitatores religioſorum concurrunt,viſitatores Epiſcopo præponuntur.& numero ſequen.*
19 *Inquiſitio plena,ſemiplenè preiudicat.*
20 *Archiepiſcopo viſitanti ſeu viſitationem reiteranti,& procurationẽ petenti per ſuffraganeos vel eorum ſubditos obijci non poteſt.*
21 *Viſitatio,nec eius reiteratio,non poteſt per conſuetudinem, pactum archiepiſcopi & ſuffraganeorum impediri.*
22 *Procuratio quòd non detur,preſcribi non poteſt.& j.nu.24.*
23 *Conſuetudo contra ius publicum vtilitatis, quando ex cauſa valeat.*
25 *Viſitatores puniunt contumaces non venientes.*
26 *Viſitandi iuriſdictio non debet eſſe eluſoria.*
27 *Viſitatores compellunt ſubditos ad procurationem ſoluendam.*
28 *Viſitationem reiterans prius eos viſitat,qui non fuere viſitati in prima viſitatione.*

¶ Quæſtio quarta primæ partis.

1 QVartò † quęro principaliter, quotiens poſſit aut debeat fieri huiuſmodi viſitatio? Reſpondeo,ꝙ ſingulis annis ſemel tantum, ſecundum quòd videntur determinare omnia iura tam antiqua quàm moderna,ſufficiat allegare.c. conquerente,de offi.or.ibi, viſitationem quoque annuam. & c.epiſcopum.& c.placuit.x.q.j.Et quando dicitur in capitu.regenda,ea.q.& cauſa.& c.ſi ſemel.xxviij. q. ij. & in c. venerabilis. de cenſi.& in c.excõmunicamus. in §. dicimus. de hæ. vbi videtur quòd bis in anno debet fieri a nõnullis, intelligitur duobus mediis diebus quia vno ſero viſitabitur clericus, & mane ſequẽti viſitabuntur laici,quod alijs non placet. Et ideo dicunt,quod prima iura intelliguntur de viſitatione ordinaria, quæ tantũ ſemel in anno fieri poteſt. Contraria verò loquuntur, quando
2 emergit aliqua neceſſitas, † quia emergente neceſſitate pluries poteſt fieri viſitatio,& ita debet intelligi c.mandamus,de offi.archiepi.& d.c.regenda.& c.non ſemel, quia neceſſitas legem nõ habet c.ſicut,de conſe.di.j. Et quia ſibi debent imputare clerici & laici,qui ſe tales reddunt, vt totiens debeant viſitari, vt no.in d.c.cõquerente.facit tex.in c.viſitandi.xvij.q. ij. & qđ no. in d.c.
3 mandamus, de offi. archi. † Fallit primò, niſi viſitator limitat hoc ex cauſa,ne propter eius acceſſum grauentur eccleſiæ, vel quia epiſcopus ire nõ poteſt, vt no.in c.j. de of. arch. quia tunc ſufficeret viſitare de tertio in tertiũ annũ vniuerſas parochias,
4 ſuã tamẽ tenetur per ſe, vel aliũ ſingulis annis viſitare. † & qđ dicitur in c.cum venerabilis,de cenſi.ꝙ bis in anno poſſit viſitare,a nonnullis intelligitur, dũ tamẽ nõ capiat niſi vnã procurationẽ,vt ibi no.& probat.l.obſeruare.de off. proconſu.ff. in ſola enim prima viſitatione ſolenniter procurabitur: in alia verò non procurabitur,niſi tanq̃ hoſpes, vt probatur in c. de monachis . de p̃b.vel niſi in fundatione eccleſiarũ fuiſſet hæc ſeruitus impoſita,licèt hoc ſapiat diuinationẽ,vt no.in d.c.cum venera
5 bilis.† Fallit etiã in viſitatione monaſteriorum regularium, in quibus videt̃,ꝙ tantũ de triennio in trienniũ ſit facienda viſitatio,vt probatur in c.in ſingulis,in §.prouiſo,de ſta.mo. quia de triennio in trienniũ tantũ congregant ſinodos eorũ. circa qđ concludunt Docto.obſeruandas eſſe conſuetudines, & conſtitutiones,ac etiam priuilegia apoſtolica ſuorũ ordinũ, & locorum,per tex.in c.Romana,in fi.de cenſi. in ſexto . Vidi nanque aliquas diœceſ. priuilegiatas, vt tñ de triennio in triẽnium poſ-
6 ſint viſitari.† Fallit etiam in Archiepiſcopis,qui videntur poſſe eodem anno viſitationẽ iterare duobus cõcurrentibus, poſtq̃ omnes diœceſes ſuæ prouinciæ viſitauit.primò ꝙ requirat conſiliũ ſuper hoc ſuorũ ſuffraganeorum, licèt conſenſus eorum non interueniat,& hoc in Concilio prouinciali, qđ annuatim
7 facere debet.† Secundò,ꝙ coram eis diffiniatur in ſcriptis viſitationem prouincię ſuæ reiterendã per eum,a qua diffinitione appellari nõ poterit,cũ ſit ſuper executione officij ſui. d.c. Romana,in §.poſtquã autẽ.& ibi no.facit c.irrefragabili.de offi.or
8 dina.† Prima enim viſitatio,q̃ facit Archiepiſcopus, eſt libera: ſecunda verò nõ,ſed eſt neceſſe,quòd cõcurrant prædicta duo, & hæc difficultas diffinitionis ingeritur, ſecundũ Hoſt. ad hoc, vt Archiepiſcopus nõ ſit negligens ad prouinciale Cõciliũ cõuocãdũ,cũ aliter ſuffraganeorũ cõſilium, & præſentiã de facili habere nequeat,nec ſine hac diffinitione viſitare poſſit.Secundò,quia per hoc præcluditur via Archiepiſcopo, quòd vix, vel nunquam ſecundam viſitationem faciat, niſi Concilium celebret prouinciale. † In hac autem ſecunda viſitatione prius vi-
9 ſitabit illas eccleſias, & eos cleros, & populos, qui non fuerunt ab eo in prima viſitati, niſi magis ſit alijs viſitatoris officium opportunum, præſumuntur enim magis indigere viſitatione illi, qui prius non fuerunt viſitati, vt ibi not. & ſuper tali oportunitate ſtatur dicto archiepiſcopi, nec ſuper hoc qõ eidem referri poteſt,ſecundum Inn.Hoſt.Io.Mo.& Io. An.ibidem.

dem.Ex præmiſſis ergo patet, ſubditos nō eſſe niſi ſemel in anno viſitandos,ne nimium grauētur,vt prædictum eſt, quod eſt intelligendum ab vno viſitatore ſolùm. Sed quid faciet miſer Rector eccleſiæ?nam cum Archipræsbiter Archidiaco. viſitatores regulares,epiſcopus,archiepiſcopus,Cardinalis, & oēs,de quibus ſupra poſſint illum eodē anno viſitare. certè ſi omnes ij adeant eccleſiam ſemel in anno,declinabit citò.& ad exinanitionem extremæ virtutis & facultatis deueniet eccleſia, qđ eſt contra iura.x.q.ij.inter cætera,& ſ.de cenſi. cum Apoſtolus. putat Hoſti.in ſum.de off.archi.in §. quod ſit eius officium.ver. ſed dices,non debere ius calumniari,nec verba captari, ſed qua
10 mente quid conſtituitur animaduertere.ff.ad exhi.l.penul.† putat igitur,quòd ad hoc vt eccleſia Dei ſanctius regatur,crimina purgentur,& virtutes inſerantur,plures viſitatores ſunt eodem anno admittendi,reiectis aliorum Doctorum diuerſis opinionibus.arg.ff.de no.ope.nun. l. nam reipublicæ. & l. præcedenti. §. ſi. ſicut ergo ſeptem cohortes conſtitutæ ſunt præpoſitis eis tribunis,& ſuper omnes ſpectabili viro, qui præfectus vigilum appellatur,vt vrbes ab incendijs defendantur.ff. de offi. præfec. vigil.l.iij.ſic multofortius cauendum eſt eccleſiæ Dei ab incen dijs ſpiritualibus,vnde ad hæc incendia euitanda ſunt conſtituti inferiores,& eis ſunt præpoſiti epiſcopi & archiepiſcopi,& ſu per omnes ſummus Pontifex, vt debeāt viſitare ſaltē per alios, cum perſonaliter venire non poſſunt. Et iſtos omnes dicit reci
1 piendos.† Vbi tamen eccleſia non grauatur,aliàs ſufficit maioribus prælatis, quòd eccleſiæ, quæ epiſcopum procurare non poſſunt, per inferiores viſitentur, alioquin ipſimet ſibi prouideant.10.q.3.cauēdum.& c.placuit.arg.de loca.ppter ſterilitatē. & ſic poteſt intelligi c.inter cætera de offi. ordi. maximè de expenſis,quæ fiunt circa æquitaturas,emendas,& veſtimenta,& ſimilia,ad quæ viſitati non tenentur.& ideo ſi caſus accidat, qui non poteſt per alium expediri,exemplum in c.aqua, de conſecra.eccleſiæ, vel alta. debet ire proprijs expenſis, vel ſaltem de ſuo dare quantum eccleſia grauatur. hoc enim dicit eſſe de mēte iuris, quod in nullo caſu grauetur eccleſia, c. cum Apoſtolus,in princ.& c.ſopitæ,in fin.de cenſi. quod videtur communiter placere omnibus ſcribentibus.& ita iudicio ſuo plures viſitatores admittuntur in anno,vt cautius curentur animę, adeo ꝙ etiam hodie religioſi viſitatores quo ad religioſos inſtitui mandantur,qui etiam de viſitatione epiſcoporum inquirunt, vt apparet de ſta.mo.in ſingulis.§.porrò. Et tamen corrigere nō poſſunt,cum inferiores ſint,ſed ſuperiori denunciant.d.c. in ſingulis.in §.ordinentur,& c.ea quæ.§.ꝙ ſi abbas.eo.ti.& c. nullus,de iure pat.Similiter de offi. leg.ſtuduiſti. & de appel. conſtitutus,
12 in §.j. † Epiſcopi verò de viſitatione religioſorum & inferiorū poſſunt inquirere & punire.c.quanto.de of.or.ad fi.ergo ſequēs viſitator veſtigia prioris diligenter perquirat.Et ſecundum hoc occurritur eccleſiarum grauaminibus,iura ſeruantur,& crimina puniuntur,& inter eos non debet eſſe inuidia, neque zelus, ideſt odium,ſiue ſimulatio,ar.in c.ij.§.fi.de offi.cuſt.& de iu.pa.
13 c.j.† Sed quæro,ſi contingat iſtos inuicem concurrere in viſitādo eodem tempore,an ſe impediant per cōcurſum? Reſpōdeo, ſecundum Inn.Abb.Hoſt.Io.Mo.Archi.Io.An.& alios, ꝙ non ſe impediunt per concurſum, ſed omnes ſimul admittentur,
14 cum non ſit iure prohibitum.† Sed quid ſi diſcordarent in ſententia ? Reſpondeo ſecundum eos, quod teneret ſententia pro reo,niſi in cauſa fauorabili.c.ex literis de prob.& not. in c. fi.de re iud.vbi tamen eccleſia non ſufficit vtrique, videtur qđ debeat admitti primò veniens,ar.in l.qui prior.ff.de iud.& in c.
15 propoſuiſti.de foro compe. compe. cum concor.† Sed quid ſi aliter concurrunt,ꝙ non apparet quis primò?videtur epiſcopū tanquam immediatum præferendum, cui ſpetialius ineſt cura ſubiectorum.x.q.j regenda,cum ſimi.placet Archi.epiſcopum præferendum.xj.q.ij.qui reſiſtit.&c.ſeq.& no. Io. An.in c. cū ex officij,de præſcrip.ſuper gl.pe.qui caſus ſuperiorum ſit ſpetialis perimens regulam,in l.j.ff.de reg.iur. & facit de præben.c.ſi a ſe-
16 de.li.vi.† Si verò concurrat epiſcopus cum prælato ſibi ſubiecto,puta Archid.vel Decan.dicit Archi. ꝙ epiſcopus debet præferri,niſi obſtet ꝯſuetudo, alle.qđ no.Inn.in c.in Lateranen.de
17 præben. † Tamen ſi concurrerent epiſcopus & viſitatores religioſorum in viſitatione monaſteriorum,dicit ꝙ viſitatores prę ponerentur epiſcopo,quia præſumitur quòd epiſcopus hoc faceret malitiosè cauſa impediendi eos,qui melius ſciunt,quæ veniant reformanda in eorum religionibus, quàm epiſcopus,& maiorem notitiam habent de conſtitutionibus eorum,& non obſtante viſitatione epiſcoporum tenentur omnino exercere officium ſuum,vt in d.c.in ſingulis.§.porrò.licèt eo caſu epiſcopus fungatur auctoritate apoſtolica,vt not.gl.in d.c.in ſingulis.
18 §.ordinentur,ſuper verbo,vice noſtra,ad fi.† Quærit etiam Ioannes,quid ſi Archid.volebat in aliqua villa inquirere, & viſita re:inquiſitores autem,de quibus in c.ſicut olim, de accuſationibus etiam venerint illuc, an vtrique poſſint inquirere ? & dicit in iudicibus planum,quòd pro eodem negocio coram diuerſis quis trahi non debet,de reſcrip.c.ex tenore.licèt hoc caſu aliud videatur, quia vna inquiſitio alteri non præiudicat. dicit tamē, quòd iſti non poterunt inquirere ſine licentia Archidiaconi.
19 lxxx.diſt.non debere. † quia plena inquiſitio præiudicat ſemi-
20 plenè.Idē Vincen.vt refert Io.An.in c.ſicut olim,in fi.† Quæro, in caſibus permiſſis Archiepiſcopo ſiue viſitanti, ſiue reiteranti viſitationem & procurationem petenti, an poſſit per ſuffraganeos vel alios eorum ſubditos obijci, vel quòd ipſi ſuffraganei non ſint negligentes,vel aliqua alia contraria conſuetudo? & reſpondeo quòd non,per c.fina.de cenſi.lib ſexto.notat Hoſtien.eodem titulo.ſuper eo.& dicit Archidi.ſe vidiſſe quādam extrauagantem ipſius Innocen.quæ incipiebat, venerabilibus, & ſuſpicatur Ioan.Andre.quòd fuerit illius Pe. quæ quo ad arti culum iterandæ viſitationis,& damnandę conſuetudinis dicebat ferè idem,quòd dictum c. fina. ſuper qua dicebat ipſum Innocen.talem glo.poſuiſſe.† Nota quòd conſuetudo,& pactum
21 Archiepiſcopi,& ſuffraganeorum non poteſt impedire non ſolum viſitationem,ſed nec iterationem,& hoc ideo,quia ius,qđ eſt de viſitatione iteranda,eſt publicum auctoritate,& vtilitate.de foro compe.ſi diligenti.ſed ſi eſſet priuatum vtilitate, puta quòd modicam procurationem daret hoc, & pacto, & con-
22 ſuetudine poſſet induci.x. q. iij. relatum, † ſed quod non detur procuratio, non poſſet præſcribi, de præſcrip. c. cum ex officij. hoc ius quòd aliqua procuratio detur eſt publicum vtilitate,
23 quia ſi nulla daretur,negligeretur viſitatio.† & conſuetudo quę eſt contra ius publicum vtilitate, quandoque valet ex cauſa; ſed tunc tantum, quando expreſſo conſenſu Papæ, vel tacito
24 ex certa cauſa inducitur.xij.diſt.nos conſuetudinem.† Innocē. dicit,procurationem non præſcribi.probatur in d. c. fi. dum dicit,premiſſis contraria,&c.cum ſua glo.ad id,qđ dicit de quota procurationis,facit.eo.tit.felicis. & c.olim. quod no. xvj. q. vij. quicunque.& plenè in d.c.cum ex officij,de preſcriptio.& c.ſopite.de cenſi.Dubitat tamen Io.An.quòd ratio negligendi,quā redt de tota,locum habeat etiam in parte, ſcilicet quòd videns viſitator quòd de ſuo oportet eum impendere in ſe procuran-
25 do,abſtinebit a viſitando,de quo plenius dicam infra, q.viij.† & poterunt uiſitatores contumaces punire.c.Romana. de pęn.li. vj.poſſunt enim cogere omnes vnire,& in his, quæ officium reſpiciunt,obedire,ſecundum Bern.Inno.& Hoſtien. Io. Mo-
26 na.Archi.& Io.An.† alias enim eluſoria eſſet poteſtas, & iuriſdictio uiſitandi, ſi nullam coercionem haberent, de offi.deleg.ex literis quia cui committitur principale, & acceſſorium, de offi.deleg de cauſ.& c.prudentiam, ad fi.in caſu tamen incurrunt excommunicationem ipſo iure,de quo in cle. attendē
27 tes,de ſta.regu.† poſſunt ergo eos compellere ad ſoluendā procurationem.c.cum nuper, de cenſi. & excommunicare rebelles abſque metu cano.ſacro.vt no.Io.An.in d.c.ſacro. de ſen.ex commu.in verbo,præſumpſerit.& Inn in c. uenerabili, de cēſi. niſi excederet numerum perſonarum & euectionum.c.cum ad quorundam, & c. ſanè.de exceſ. prela.latius dicam infra q.
28 viij.† Et attende,quòd reiterans uiſitationē debet ſemper adhibere prouidentiam, ut in poſterioribus uiſitationibus illas eccleſias, eoſq; cleros, & populos prius uiſitet, qui non fuerunt ab eo uiſitati in prioribus,niſi magis ſit alijs uiſitationis officiū opportunū, dicto c.Romana. §.poſtquam in fi. de cēſi.Et circa reiterationem uiſitationis,uide omnino Cal. in conſilio viij.in tit.de cenſi. & uide omnino circa materiam viſitationis eundem,in conſilio ix. x. & xi. & ad idem uide conſilium viij.Pet. de Anc.& non omittas.

SVMMARIVM.

1 *Viſitator per ſuas literas ſubiectis,quos viſitare intendit, ſuum aduentum ſignificat.*
2 *Tela præuiſa,minus ſolent lædere.*
3 *Prælati audientes de ſubditis aliquit ſiniſtri,dicunt eos præmonere.*
4 *Facilis eſt, qui de facili credit.*
5 *Laici clericis ſemper ſunt infeſti.*
Laicorum diffamatio contra clericos audiri non debet.
6 *Ruiſtici contra ſuos rectores cartulas clanculò offerunt.*
7 *Viſitator,ſi eſt Papa ſinodum generalem prius conuocare debet, vel prouincialem,ſi eſt primas,vel Archiepiſcopus.*
8 *In ſinodis,quæ tractari debeant.*
9 *In ſinodis teſtes ſinodales deputari debent, qui inueſtigent ſingulo anno ea, quę corrigenda ſunt.*
10 *Teſtes ſinodales debent eſſe de eodem epiſcopatu.*
11 *Viſitatores dicuntur teſtes ſinodales,& quare.*
12 *Cathedraticū,quod epiſcopis ab inferioribus ſoluitur,in ſinodis exigi poteſt.*
13 *Cathedraticum,quare ſic appelletur,& quare ſinodaticum.*
14 *Cathedraticum,quomodo & quando exigatur,& infra nu. 15.*
16 *Pretij nulla exactio permittitur pro perceptione chriſmatis,& olei.*
17 *Simoniam committit,qui pro chriſmate aliquid ab eccleſijs extorquet.*
18 *Simonia,& furtum etiam in ouis committitur ab inuitis exactis.*
19 *Capi.ſicut olim.de accuſa.qucmodo loquatur.*
20 *Subditi ſuffraganeorum querelati per Archiepiſcopum in Concilio citari poſſunt.*

21 *Teſtes*

Source : BIU Cujas

21 *Testes plures sinodales vsque ad 7. per singulos episcopos statui possunt. Et quales esse debeant tales testes.*
22 *Regni alieni arcana scrutari non licet.*
23 *Sinodus, per quot vices in anno celebrari debeat, arbitrarium est. Et quando celebrari debeat.*
24 *Clerici in sinodo coguntur dicere, quomodo officium susceptum celebrent.*
25 *Legatus Concilium prouinciale, & sinodale congregare potest.*
26 *Excommunicari debet, qui vocatus ad sinodum venire contemnit.*
27 *Metus iustus excusat prælatum ad Concilium non venientem.*
28 *Non vocatus venire, non tenetur ad Concilium.*
29 *Visitator debet prius libros visitationum præteritarum examinare, & quare.*
30 *Et videre visitationes aliarum suffraganeorum.*
31 *Et secum habere duos in visitationibus expertos.*
32 *Et secum habere librū pontificalem, vt se instruat in cerimonijs ecclesiasticis.*
33 *Papa licet scrutinio non vtatur, quibus cerimonijs vtatur.*
34 *Liber pontificalis auctenticus esse debet.*
35 *Visitator debet habere secum vas cum chrismate cathecuminorum, & infirmorum, & quare.*
36 *Visitator debet habere ispum, & sal, & libellum pro apparando prelatum, & omnia prælatorum ornamenta.*
37 *Visitator secum habere debet confessorem pro casibus, presert im reseruatis, & multa alia necessaria.*
38 *Vna auctoritas alteri non præiudicat.*

Quæstio quinta primæ partis.

1 VIntò quæro principaliter † de præparatorijs visitationis faciendæ. Respondeo, ꝙ plura sunt præparatoria facienda. & primò, ꝙ quilibet visitator per suas literas significet aduentum suum subiectis, quos intendit visitare. Et non inuadat eos ex improuiso, exemplo Christi qui perituri mundi mala denunciauit, vt eo minus perturbent venientia quo fuerint præscita; & vt minus feriant iacula, quæ præuidentur; & tolerabilius mūdi mala suscipiantur cum clipeo prouidentiæ, secundum Augu. in ser
2 mone de martyribus. † Nam præuisa solent lędere tela minus, per text. in l. obseruare. ff. de offi. procon. & hoc specialiter no. Vinc. & Ioan. An. in ca. cum sit Romana. de simo. quapropter redarguendi sunt prælati, qui contrarium faciunt, secundum
3 Spe. in ti. de inqui. §. quando autem. ver. si verò aliquid. † qui dicit, ꝙ cum prælati aliquid siniſtri audiunt de aliquo ecclesiastico, prius debent eos monere & instruere, nec debent re incognita se accedere contra eos, vt 86. distin. si quid verò, in c. licet
4 Heli. de simo. † quia facilis est, qui de facili credit. 11. q. 3. in cunctis. Nō. n. debet delectari īfamia subditorū. extra de ac. licet. 95. dist. in scriptis. sicut quidam faciunt dicentes populo publicè dū visitant, si aliquis sciat de rectore vel clericis, dicat mihi, & ego
5 sic, & sic faciam & puniam. † Nam sunt laici clericis semper infesti. 2. q. 8. laicos. c. clericis laicos. de immu. eccle. li. 6. immo eorū diffamatio vel accusatio audiri non debet, vt ibi, & c. sicut. & c.
6 se. ca. q. † vnde secretè cum aliquibus de parochia fidedignis inquirere debet, nec debet passim recipere cartulas, quas frequenter rustici contra suos rectores clanculo offerunt, vt in c. sacerdotibus. 11. q. 1. de quo plenè per Specu. vbi supra qui videtur tenere ꝙ non liceat recipere nisi contra publicè infamatum, & in eo. ti. de inquæsit. in §. nunc tractemus. ver. hac igitur. probat c. si peccauerit. 2. q. 1. faciunt, quæ habentur in c. inquisitionis, de ac-
7 cusatio. † Secundò, ꝙ debet prius conuocare sinodum generalem, si est Papa; vel prouincialem, si est Primas; vel metropolitā. vel diœcesan. si est episcopus; vel abbatum & priorum regularium, si sunt regulares, per tex. in c. sicut olim, de accusatio. & in Auctē. de sanc. episco. §. vt autem omnis ecclesiasticus status, & in c. cum sit nimis, de Iudęis. & in d. c. in singulis, & hoc singulis annis, vt ibi, & in c. quandoquidem. 28. dist. abbates verò vel
8 priores de triennio in triennium, vt in d. c. in singulis. † In quibus quidem sinodis de corrigendis excessibus, & moribus reformandis, præsertim in clero diligentem habere debent cū Dei timore tractatum, cnonicas regulas & præsertim constitutiones legatorum metropolitañ. & diœcesanorum, necnon ea, quæ de iure communi statuta sunt in Concilio Lateranen. specialiter relegentes, vt eas faciant obseruari, debitam pęnam transgressoribus infligendo, non tamen pecuniariam ad quæstum in vsus proprios cōuertendum, sed in vsus pauperum, per c. suam,
9 de pę. & infra latius dicam. † Et in eadem sinodo ad facilius exequendum eorum officium per singulas diœc. statuant personas idoneas, & prouidas & honestas, quæ per totum annum simpliciter, & de plano absque vlla iurisdictione sollicitè inuestigent
10 singula, quæ correctione & reformatione sunt digna, illaque fideliter referant ad metropolitanum, & suffraganeos, & alios in Concilio subsequenti, vt super his & alijs prouideant prouida deliberatione, prout vtilitati & honestati congruit succedendo. Et quæ statuerint faciant obseruari, publicaturi ea in episcopalibus sinodis annuatim per singulas diœc. celebrandis. Qnod si quis hoc salubre statutum neglexerit adimplere, à sui execu-

10 tione officij suspendatur. † Et dicūtur isti quasi testes sinodales. Simile in c. præterea. de testi. cogen. & c. episopus sinodo. 35. q. 7. & debent esse de eorum episcopatu honesti & discreti, quia tales melius possunt inuestigare veritatem, quàm extranei, arg. in c. veniens. de test. io fi. 35. q. 6. c. 1. & 2. & in c. videtur. qui. ma.
11 accus. pos. † Et appellantur visitatores, uia circuere habent totā parochiam de villa in villam. 86. di. non debetur, vnde fuit sum
12 ptum d. c. sicut olim. de accus. † Et in hac sinodo videtur conuenienter posse, & debere exigi cathedraticum, quod episcopis ab inferioribus debetur, quod quidem cathedraticum alio modo dicitur sinodaticum, pro quo soluendi sunt duo solidi tantum, vt in c. conquerente, de offi. ordi. ibi sinodum, & sinodaticum siue cathedratici nomine duos solidos, prærerquam a monaste-
13 rijs. 10. q. 3. cap. inter cętera. † & appellatur cathedraticum, quia pro honore cathedræ datur. 10. q. 3. placuit. Et sinodaticum, quia in sinodo datur. c. olim. de censi. qui duo solidi dabuntur, secundum ęstimationē illius monetę, quæ antiquitus ab initio solui consueuit, nisi circa solutionem minoris monetæ, quæ modò
14 est in vsu, sit præscriptum, vt in d. c. olim. † Caueat tamen prælatus, ne etiam vigore alicuius consuetudinis in valore dictorum solidorum, & in tempore exactionis se taliter habeat, ꝙ incurrat simoniam. † Et permaximè caueat, ne huiusmodi cathedraticum exigatur in paschali tempore, quo datur chrisma nouū parochianis, quasi prætextu consuetudinis credat excusari à rea
16 tu simoniæ. † Nam pro chrismatis & olei perceptione nulla cuiuscunque pretij exactio est attendenda, etiam sub obtentu cuiusquam consuetudinis, quæ non tuetur reatum, cum diuturnitas temporis non minuat peccatum, sed aug. c. non satis, in fi. de
17 simo. † Quicquid enim chrismate ab ecclesijs extorquetur, siue cathedraticum appelletur, siue paschalis præstatio, aut episcopalis consuetudo, facit incurrere simoniā. c. ea quæ. e. ti. In tantum, ꝙ etiam si anticipetur recipiēdo in media Quadragesima, quod recipere consueuerunt post Pascha, licet denariorum nomen varient in consuetudinem mediæ Quadragesimæ nūcupantes, quos prius denarios chrismales, secundò pascales dicebant, etiā
18 incurrunt simoniam, vt in c. in tantum. eo. ti. de simonia. † Nec placet ꝙ etiam recipiantur oua ab inuitis seu exigantur, cum ēt in ouo committatur simonia, sicut & furtum, vt no. gl. Insti. de rerum diui. in §. gallinarum. nec alia aliqua cibaria eadem ratione. † Attende ꝙ d. c. sicut olim, loquitur de Concilio prouincia
19 li metropolitanorum, ad quod tenentur venire non solum episcopi suffraganei, sed etiam cęteri, quorum principaliter interest, vt no. Io. An. post Inn. ibidem, & in c. fi. de his quæ fi. à præla. & de præben. c. grauis. licet Petrus & Abbas videantur tenuisse
20 contrarium. † Dixit tamen Petrus, ꝙ subditi suffraganei, de quibus quis deponit querelam in cōcilio arctari possunt per archiepiscopum, de quo ibi per Io. And. quia certum est de Concilio prouinciali, ꝙ punit delicta. d. c. granem. de pręben. 18. di. c. quia,
21 per totum. † In sinodo autem diœcesano non solum duo, sed plures vsque ad 7. ad arbitrium cuiuslibet suffraganeorum possunt testes sinodales statui per singulos episcopos. 25. q. 6. episcopus in sinodo. nam secundum Host. alij sunt hi de quibus in c. sicut olim. & alij de quibus in d. c. episcopus in sinodo. Et tam primi quàm secundi statui debent, & requiritur ꝙ sint prouidi, vt procul videant, & de notorijs & manifestis inuestigent, de plano interrogando seniores, & honestiores. requiritur etiam ꝙ sint honesti, ne leuiter aliquem infament, in c. nemo. de sim. & melius est illos esse de illa diec. quàm de extranea. ar. c. qa ppter,
22 de elec. ibi, tres de collegio. † & quia alieni regni arcana scrutari non conuenit. C. de commer. & mercatori. l. 4. post prin. & quia præsumitur ꝙ citius perquirant veritatem, arg. de præsum. quosdam. & c. quanto, & de censi. veniens. 2. ad fi. ergo alijs præferantur, qui mat. ac. pos. videtur, quæ personæ censentur durare per totum annum, quia vltra non durat officium, & ideo sequenti anno sunt alij eligendi, vt euitetur suspicio, ſm Hosti. quem re-
23 fert Io. An. in d. c. sicut olim. † & licet aliqua iura videantur dicere, ꝙ sinodus bis in anno debeat celebrari, primò. s. ante quadragesimam, secundò verò circa tempus autumni, vt in c. habeatur. 18. dist. & alibi 11. Kalen. Nouembris. c. placuit, de cōse. dist. 3. tamē dico hoc esse arbitrarium, iuxta opportunitates locorū & necessitates. tamē conueniēter dico fieri in media hebdomada inter Pascha Resurrectionis, & Pētecostis, propter particulares visitati. subsequētes, vel in Kalen. Octobris. 12. die eiusdem', super quo sunt præmonendi omnes habentes venire ad sinodū de necessitate, videlicet presbyteri, diaconi, & omnes quotquot se lęsos existimant, vt sinodaticam expectent sententiam, per
24 tex. in c. propter ecclesiastica. 18. dist. † compelluntur autem clerici in sinodo rationem reddere, quomodo officium susceptū celebrent, & baptizent. 68. dist. c. quando adde no. in c. quod super his, de ma. & obe. † Et an legatus possit congregare Concilium prouinciale & sinodale, dic ꝙ sic, vt plenè per Hostien. in
25 sum. de off. leg. §. quid pertinet, in fi. De pęna non venientis ad sinodum, 18. dist. in. peruenit. & habetur in capit. quod super his, de ma. & obe. De materia Conciliorum, vide in cōsilio Lu. 382. 390. 391. & in quęstionibus Abb. quarum incipit vna, episcopus

& quidam

Source : BIU Cujas

& quidam rector.alia verò plenior,& per Doc.post Inno. in ca. grauē.de præben.& per Mar.de Lau.& Ant.de Ros.in suis tracta
26 tibus Conciliorum † & attende,excommunicari debere eum, qui canonicè vocatus ad sinodum venire contemnit. Item si postquàm illuc venit,sinodalibus respuit obedire præceptis,aut si ante finitum examen causæ abire præsumit,vt in c.certum. 11.
27 q.3.† Iustus tamen metus excusaret prælatum vocatum non eū tem ad Concilium, puta, si haberet incurrere scandalum cum Principe suo seculari &c no.Io.An.in c.consuluit, de offi.dele.
28 † Et qui non vocatur,non tenetur ire,secundum Butri.in c.ego N. de iureiur.qui ita dicit tenere Vincen.in ca.quoniam,de pri-
29 uileg.† Tertium præparatorium est, q̄ debet prius examinare libros visitationum preteritarum tam per se factarum q̄ per prę decessores suos,vt ex illis valeat informari, si quid notatum est quod indigeat emendatione,& suppletione,arg.in c.in singulis
30 in §.porrò.de statu mona.& c.fi. ver. sequentes,† & vt amplius valeant informari, videant visitationes aliorum cōsuffraganeo rum,ac sui metropolitani, & tenentur se eisdem conformare, per tex.in c.super eo.de censi.c.ecclesijs,& c.sopitę.e.li. & c.2.de capel,mo.c.cum ecclesia Vulterana,de elec.& c.super eo.de cogna.spiri.cum simi.ad hoc optimè facit tex.in simili, de inquisi-
31 tore,in c.vt commissi,circa medium,de hære.lib. 6.† Præparet etiam secum habere duos expertos in huiusmodi visitationi-
32 bus faciendis,vt probat tex.in c.singulis,in prin.de ha. mo.† Est & aliud præparatorium necessarium episcopis & alijs superioribus visitantib. vt s. super secum portent librum, qui appellatur Pontificalis,vt ex eo instruantur in omnibur cerimonijs ecclesiasticis seruandis,& præsertim in faciendo sinodum, in confe crando,vel reconciliando ecclesias,in consignando, chrismando,& in benedicendis vtensilijs ecclesiæ,& vestimentis, & alijs ornamentis, & campanis & omnibus alijs,de quibus in d.libro, & vt propterea instruantur in his,quæ debent non solum obser
33 uare,sed etiam cauere.† nam vt dicit Io.An.post Host.in c.consuluit,de ser.non ordi.licet Papa non vtatur scrutinio in ordina tione episcopi,vt in c.1. de scrutin. vtitur tamen fortè his & similibus instructionibus,de quibus patet in Pontificali, siue ordinario episcopali,& vt ibi patet sabbatho in vesperis, dum metropolitanus scrutatur consecrandum,inter alia dicit bigamos, aut curiales,aut de seruili conditione ad sacrum ordinem non promoueas,quorum verborum mens ponitur in d.c.consuluit.
34 † Et ibi no.duo.primò,q̄ liber Pōtificalis sit auctenticus,ex quo infra alle.sicut de arbore cōsanguinitatis solet probari per can. 35.q.6.ad sedem.ad idem 15.dist.canon.& c.sancta. 38.dist. quæ episcopis.vbi dictus liber videtur vocari Officialis. debet etiam habere dictum librum presbyter,vt sciat exibere sacramenta in partibus concernentibus eum, & similiter episcopus & quilibet Visitator in his,quę spectāt ad ipsos,nec episcopus quo qūo hoc libro debet carere,cum declinat ad parochiam,si tamē habere mentem verborum,ex multa.s.pratica sufficeret, etiam si non haberet librum,vt ibi per eū,per c.Marchion. 1.q.1.de quo in cle.Romani.§.quæ de iureiu. Tutius credo esse,q̄ portetur liber,& non solum liber Pontificalis, sed liber baptizandorum, & infirmorum inungendorum & commendationis animæ, & exequiarum defunctorum,& etiam summula confessorum, & liber computi ecclesiæ,& Missale bene correctum,quia sępe so
35 lent in parochijs tales libri reperiri corrupti,& defectiui.† similiter tutius & consultum esse dico,q̄ visitator secum portet vasculu cum chrismate oleo cathecuminorum, & infirmorum, vt si ibi inueniat antiquum remoueatur,& ponatur nouum, & sic hostias tam magnas quàm paruas,vt si corpus Christi videa
36 tur renouandum,renouari faciat.† similiter & isopum sal,& perfectiora pro honestate ceremoniarum ecclesiasticarum, & libellum pro apparando prælatum, & omnia prælatorum ornamenta.s.mitram,& baculum pastoralem; Casulam, dalmaticā, & strictam,camisium,& amictum,cingulum,chirothecas,& anulum,gremiale,bazile,broncinum,manutergium,nasitergiū, sandalia,caligas,faldistorium,crucem,candelas, thus, & thuribulum,ne quid ibi contingat deficere, quod ad eius officium ēt pro honestate,& reuerentia sit necessariò prouidendū, habeat capellanos sibi conformes in officio;tapetum, vbi honestè genuflectert possit,ne vilescat eius dignitas, aut diuinus cultus:habeat secum prędicatorem,vbi ipse prædicare non nouit: notarium praticum,nuncium fidelem, & alia de quibus infra patebit.† Insuper habeat confessorem tam pro se quàm pro alijs vi-
37 sitandis,præsertim propter casus reseruatos,habeat sigillum,habeat etiam formas iuramentorum,& potissimè libellum istum qui erit baculus suę senectutis & iuuentutis,memoriale directorum,speculum,& quicquid voluerit,& optauerit,& in eo facilè comperiet iura nedum probantia supradicta omnia, sed & auctoritates approbatas,ex quibus illuminabitur in omnibus agē dis.Præparet equos bene ferripidatos,frena,& sellas, & alia necessaria non indigentia reparatione, similiter & mulos, & salmarios,coopertoria,& cuncta similia,ne propter illorum defectum alliciātur ad grauandos subditos indebitè,nec secum ducant equos infirmos, vt ibi moriantur, ne coquos obriosos si-
cut Buzardum,nec laicos præsertim iuuenes solis lasciuijs vacā
38 tes. Et conentur in omnibus bonum exemplum præbere,ne dicantur magis vacare ventri quàm animarum saluti,aliàs quę se minauerint hæc & metent. Addo postremò consultum esse, vt visitarores sibi prouideant propter multa occurrentia de obtinendo literas apostolicas, per quas apostolica auctoritas accumulet ordinariè,præsertim propter casus reseruatos curiæ Romanæ,cum qua auctoritate vbi subesset multitudo errantium, aut paupertas,vel debilitas,vel aliàs necessitas,possint saluti animarum & reformationi morum opportunè cōsulere & prouidere,maximè in locis,vbi visitationes ordinariè iam dudū fue-
38 rint neglectæ, quia † per vnam auctoritatem non præiudicatur alteri,secundum Spe.in tit.de inqui.§.1.ver.item quod est ibi,ad quod facit extrauagans Benedicti. de qua infra inquantum de apostolico priuilegio facit mentionem.

SUMMARIUM.

1 *Visitatio fieri debet in locis visitandorum.*
Visitator debet personaliter accedere ad loca visitandorum, si hoc commodè potest.
Quid si non potest commodè accedere,quid agendum sit,infra nu. 4.
2 *Certior aure arbiter est oculus.*
3 *Inimicis,quis se credere non debet ob saluum conductum.*
5 *visitatoris locus,qualis esse debeat.*
6 *visitatoris difficultas,ex quibus causetur.*
7 *Paupertas ecclesię,an sit causa conuocandi ad se subditos visitandos.*
8 *visitator tenetur suis expensis visitare loca pauperum.*
9 *Cap.conquerente,de offi.ordi.quomodo loquatur.*
10 *Capi.cum instantia,& c.procurationes, de vi. & hone. cleric. quomodo loquantur.*
11 *Eccleſiæ duæ si sint vnitæ ob paupertatem, vna tantum soluet procurationē.*
12 *Archiepiscopus visitans potest conuocare visitandos in diœcesi suffraganeorum.*
13 *visitari possunt collegia,& capitula in communi,& singulatim.*
Inquisitio melius fit,quando proceditur singulariter.
14 *visitari potest ex causa vnum collegium in pluribus locis.*
15 *In visitatione fienda in capitulo,vel in communi,an sit de statu episcopi, & archiepiscopi inquirendum.*
16 *visitator debet visitare separatim clerum,demum populum.*
17 *Episcopis visitantibus monasteria,debent cibaria ministrari.*
18 *Carnes sicut ob necessitatem tempore prohibito comedere licitum est, ita in loco prohibito.*
19 *Prælati debent curare, vt monasteria monialium claudantur.*
20 *Sextum commixtio periculosa est.*
21 *Captiui,qui quete permittunt se ad carceres duci,percuti non debent.*
22 *Carcer quandoque ad pœnitentiam peragendam deputatus est.*
23 *Prælati debent curare,vt carcerati conuicti expediantur,& liberandi,ne in carceribus macerentur.*
24 *Prælati ad capturam clericorum prompti esse non debent.*
25 *Clerici non tenentur parere prælato de parendo suæ voluntati,& non appellare,*
26 *Prælati debent prouidere,vt carcerati alantur.*
27 *Et debent habere ministros expertos ad ligandum reos funi.*
28 *A quæstionibus inchoandum non est.*
29 *Prælati prouidere debent,quòd fustigatio fiat cum moderatione,ita quòd nō fiat sanguis.*
30 *Idem in impressione caracteris,quod in signum maleficij imprimitur.*
31 *Facies hominis fedari non debet,*
32 *Prælatus debet prouidere, vt degradandus degradetur secundum formam. c.degradatio,de pœn.libr.6.*
33 *visitandi sunt damnati ad mortem,& exhoreandi ad patientiam.*
34 *Prælatus pro degradato intercedere debet apud iudicem secularem,vt citra mortem puniatur.*
35 *Prælati prouidere debent,vt damnati in cauea sustententur in pane doloris, & aqua tristitiæ.*
36 *Prelatus mouere debet iudicem ad pietatem circa reum.*
37 *Prælatus,quomodo prouidere debeat circa carceres hæreticorum.*
38 *Prælatus prouidere debet, vt legata in pios vsus destribuenda cacceratis dentur.*
39 *Et compellet minorem partem creditorum ad consentiendum maiori.*
40 *Prelatus debet prouidere circa ornatum monachorum.*
41 *Et circa alios religiosos, etiam exemptos.*
Cle.dudum,de sepul.iam est reuocata,
42 *Prelati,quando debent prouidere circa capellas & loca religiosorum militarium.*

Quæstio sexta primæ partis.

SExtò quærò,† Vbi visitatio fieri debeat vel possit? Respondeo,q̄ in locis visitandorum,videlicet in ecclesijs,monasterijs,hospitalibus,& alijs locis visitandis, quoniam ad ea loca visitator quilibet debet personaliter accedere, & illic se personaliter præsentare & conferre,& tamen hoc commodè potest, & absque difficultate.

Source : BIU Cujas

tate.c.Romana.de censi.li.6.in prin. Et si ad vnamquanque cõ-
modè & absque difficultate accedere non poterit, de pluribus
locis ad vnum congruum clericos & laicos studeat conuoca-
re,in illis visitatio postponatur,vt ibi. facit. 22. q. 2. faciat. & de
elec.quia propter,in princi.c.conquerente.de offi.ordi.ibi,cum
eos visitandos accesseris.facit c. cum I. & A. de re iudi.ibi, vt ad
eccleſiam personaliter accedentes,in fi.quia res oculis subijciẽ-
2 da est,† quoniam certior aure arbiter est oculus.l.si irruptione,
fini.regun.l.si quis.C.eod.c.quia indicante,de præscrip.multum
enim operatur præsentia,de offi.dele.c.vlti. & in arbore consan
guinitatis, post prin. vbi autem commodè & absque difficulta-
te facere non posset,tunc ad vnum locum congruum de pluri-
bus locis tam clericos quàm laicos poterit conuocare, & aliàs
sufficeret ad suam ecclesiam conuocare, & intelligo locum se-
curum tam visitanti quàm visitando, non obstante saluo con-
3 ductu.c.accedens,vt li.non contest.† cum quo saluo conductu
quis nõ debet se credere capitalibus inimicis, vt ibi no.& quòd
facit c.decętero.& c.quamuis,de sen.excom.Et vbi aliàs non po
test sufficiens cautio præstari,ar.de rest.spo. literas, in fi.propter
fragilitatem cautionis.ff.ad Treb.quod ita,in §.j.Adde etiam lo
4 cum honestum, vt no.de offi. deleg. statuimus.2.lib.6.† Poterit
ergo hoc casu eos conuocare ad cameram,vel ad villam, dum
tamen vt prædixi, sit locus honestus & communis, prout erit
possibile,de fide inst.accepimus.de priuile.cum personæ,secun-
dum Archi.& Io.An.in d.c.Romana.Et adde vel aulam,aut aliã
eccleſiam ciuitatis,vt in directorio,lib.3.tit.23. ad arbitrium ta-
5 men boni visitatoris, secundum eum. † Et aduertendum q̃ lo-
cus debet esse sufficiens ad omnes recipiendos : aliàs enim lo-
cus visitationis non est de substantia, sicut ne locus electionis,
arg.in c.bonæ.i.de elec.& quod habetur in c.statuimus.2.de off.
6 deleg.secundum Francis.& Io.And. † Difficultas autem poterit
causari propter niues, & glacies, vel aquarum inundationem,
vel aliud simile.ar.in l.2.§.si quis in iudicio.ff. si quis cau.& in c.
2.de ecc.ędifi.& c.statuimus.de offi.dele.li.6.& no in d.c.Roma
7 na.† Sed paupertas eccleſiæ non esset iusta causa huius conuoca
tionis.sed Hosti.contra,& adde quod no.Io.10.q.3.illud, in fi.
& ca.inter.Dicit Archi.q̃ omnes contribuent tunc in procura-
tione,per c.cum instantia,& c.procurationes,de censi.facit.1.q.
8 2.placuit.10.q.3.cauendum.de rescri.statutum in § prouisionis.
li.6.† tenebitur ergo ad locum accedere pauperum,qui per hoc
non dicitur incongruus, & suis stipendijs visitabit, quia ad hoc
sunt sibi redditus episcopales deputati, de vi.& ho. cle. cum ab
omni,sicut etiam not.Ber.eo.tit.cum Apostolus,in glo. 2. con-
cordat q̃ no.Io.Goff.Vin.& Host.eo.tit.c.cum instantia.& cap.
procurationis.vide Io.An.ibidem,super ver.per seipsum,quan-
do de paupertate disputatur,intelligit tantum Archi. c. placuit,
de penitus impotente,quem euidens paupertas excusat ad con-
9 tribuendum.† c.autem,conquerente.de off.ordina.loquitur de
eccleſia,quæ contribuere potest,licèt non in totum procurare,
haberi tamen semper debet ratio ne ministri eccleſiæ egeant,
de regu.in c.condemnationes.Et ne fraudentur alimentis. ff.de
10 cessi.bo.l.qui bonis.† Dicit etiam quo c.cum instan.& c. procu-
rationes,non loquuntur de prelatis visitantibus, sed de legatis,
& nuncijs.dicit Ioan.And.quod c. procurationes, prætermissis
episcopis, de quibus præmiserat, contributionem permittit so-
11 lis legatis & nuncijs.argumen. 25. dist. qualis.etiam Archid.† si
duæ eccleſiæ propter paupertatem sunt vnitæ, vna tantum de-
bet procurationem.& idem si non sunt vnitæ,sed per episcopũ,
in procuratione coniunctæ:tenetur episcopus vtranque visita-
re,si commodè potest,ad hoc vt procuratio sibi debeatur, aliàs
ad locum idoneum conuocet clerum & populum vtriusque.d.
12 c.Romana.& c.fi.vbi per Io.An.† Sed an hanc communicatio-
nem possit archiepiscopus facere in diœce.suorum suffraganeo
rum,quando illam visitat.Respondeo, sic,cum eadem sit ratio,
de consti.transla.de excep.cum inter priorem, secundum Inn.
Hostien.Io. Mona.Io.An.& alios in d.c.Romana.vbi quo ad of-
ficium visitationis tota prouincia fungitur, seu dicitur esse vna
13 diœce.secundum eos. † Sed an visitabit capitula,& collegia in
communi,vel singulatim ? Respondeo, potest visitare in com-
muni. i.omnes simul,aut singulatim,prout viderit expedire. fit
tamen inquisitio melius,quan do proceditur singulatim. de ac-
cusa.c.inquisitionis.in §.3.de testib.c.cum clamor, quod est ser-
uandum,secundum Io. Mona. si negotij qualitas hoc exposcit,
alias in genere & in communi fiet inquisitio.d.c.Romana.§.sa-
14 nè.† putat tamen Inno. quòd ex causa vnum collegium possit
in pluribus locis visitari, licet sit honestius quòd vno loco visi-
tet.d.c.Romana,in verbo,de similibus.per quod patet, q̃ nõ de
15 omnibus ad vnum,secundum Ioan. And. † Sed an de statu epi-
scopi & metropolitan.inquirendum sit in capitulo vel in com-
muni?Respondeo,quòd potest fieri,sed decentius est quòd fiat
seorsum,& seorsum corrigatur,si quid foret corrigendum cum
episcopus sit alijs in exemplum, & tanquàm signum ad sagittã.
11.q.3.præcise de voto,magnæ.de ele.cum in cunctis. in §. 1.de
accu.qualiter.in 1.& bene potest corrigi sine membris,& cor-
rectio membrorum differri,de re iudi. cum I.& A.in §. 1.secun-
16 dum hoc,in d.c.Romana.† Et ideo visitator visitabit separatim
clerum,deinde populum,& non simul, cum talium iura sint se-
parata.12.quęst.1.duo.nec enim promiscuis actibus officia sunt
17 turbanda.C.de testa.l.consulta. † Sed attendendum, quòd epi-
scopis ad monasterium venientibus, & procurationes visitan-
do ibidem recipientibus sibi debitas de iure communi,consue-
tudine priuilegio,vel alio iure speciali,in domibus ipsorum mo
nasteriorum extra tamen septa ipsorum existentibus,si quę fue
rint ad hoc aptæ,alioquin infra septa,dum tamen non infra por
tam,quam regularem appellant carnium pro congruentia tem
poris,si voluerint,priuilegio non obstante,quæcunque cibaria
debent ministrari. Sed si extra portam illam non est locus ap-
tus,etiam si ibidem essent proximæ domus priuatorum,vel alia
rum eccleſiarum ad id aptæ,nisi aliàs visitantes ibidem consen
tirent procurari,dicit Ioan.And.quòd videtur quòd propter ne
18 cessitatẽ,q̃ sic arctat,possint tunc intra portã illã,† vt sicut pp nę
cessitatem tempore prohibito licet carnes comedere,sic liceat
ex ea.causa etiam in loco prohi.arg.in c.consilium, de obserua.
ieiuni.in fi.de regu.iur.quod non.Et facit de custo.eucari.cap.2.
Subdit tamen,quòd posset dici, quòd cum priuilegium monas-
teriorum non tollatur intra portam,quòd tunc episcopus,vel
alius visitator secundum formam priuilegij cibis regularibus
debet contentari,vbi tamen haberent priuilegium,sit locus ei,
quod prius dixi.Et addit,quòd honestè facerent visitatores de-
clinare ibidem sexta feria,vel sabbato,vel die quo cibaria regu-
laria comeduntur. per hoc tamen non sequitur, quòd inuitus
hoc facere debeat.41.dist.non coguntur.facit quod not.in cap.
cum instantia. de censi. de quibus plenè per Doc. in cle. ad no-
strum,de censi.tunc tamẽ credo quòd honestè faceret declinã
do ad alias domos vicinas,maximè cum visitantur monasteria
monialium, vel hospitalia, quoniam tales sub perpetua in suis
monasterijs clausura teneri debent cum sunt expresse vel tacitè
professę, nisi propter morbum aliqua non posset cum alijs absq
que graui periculo, seu scandalo commorari, & nulli maximè
inhonestę personæ, nisi rationabilis & manifesta causa existat
absque illius, ad quem pertinuerit specialis licentia ingressus,
vel accessus ad eas patere debet, vt sint à publicis & mundanis
aspectibus separatæ,& omnino Deo seruire valeant liberius, &
lasciuiendi opportunitate sublata eidem corda sua & corpora
19 in omni sanctimonia diligentius custodire. † Iniũgitur autem
episcopis & alijs prælatis superioribus,& inferioribus, Patriar-
chis,Primatibus,& Archiepiscopis,& reliquis prælatis vniuersis
à iure, quatenus eorum quilibet in ciuitate, & diœcesi propria
in huiusmodi monasterijs monialium sibi ordinario iure subie
ctis sua,in his verò quæ ad Ro. Pon. immediatè spectant aucto-
ritate sedis apostolicæ,abbatibus verò alijs tam exemptis quàm
non exemptis prælatis monasteriorum eccleſiarum & ordinũ
quoruncunque in monasterijs huiusmodi sibi subiectis de clau
sura conuenienti vbi non est, ipsorum monasteriorum expen.
& fidelium eleemosynis, quas ab hoc procurent diligentius fa-
ciendas,& de ipsis monialibus includendis,quàm primum com
modè poterunt prouidere procurent,contradictores atque re-
belles per censuram eccleſiasticam appellatione postposita cõ
pescendo,inuocato ad hoc si opus fuerit,auxilio brachij secula-
ris,vt plenius habetur in c.vno,de sta.regu.lib.6.per l.3.C.de cu
sto.reo.† nam periculosa est talis commixtio.c.1.de reg.li.6.ar.
20 17.q.2.diffinimus.ex prę missis infero,quod debebit accedere ad
loca carcerum tam eccleſiasticorum quàm inquisitorum hære
ticæ prauitatis,quàm etiam laicorum,& ibi prouidere,ne coha-
bitent masculi cum fęminis, tam pro custodia quàm pro pęna.
21 no.in c.quamuis.de pę.lib.6. † Item q̃ capti,qui ad carceres du-
cuntur, quando quietè se permittunt duci per ducentes eos si
non renitentes calce aut pugno non percutiant,vt dicit Io.An.
se iam vidisse de facto, quia tales sunt excommunicati, vt ipse
22 no.in cap.si clericos.de sen. excom. lib. 6. † quis enim carcer ad
reorum custodiam & non ad pęnam deputatus esse noscatur ?
tamen etiam non nullis prouida deliberationis pensatis in per
petuum,vel ad tempus,prout visum fuerit expedire quibusdam
ordinarijs, possunt rei carceribus mancipari ad pœnitentiam
23 peragendam.d.cap.quamuis.de pen.lib.6.† prouidebit etiam,q̃
in carceribus inclusi,aut conuicti loci pęna subducantur,aut li-
berandi custodia diuturna non commacerentur,vt ibi no. in l.
1.& vlti.C.de custo. reo.& in l.aut facta, in §. solent, de pę. facit
de hære.c.præsentis,in fi.& de ver.sign.nouimus.facit c.cum epi
scopus,de offi.ordi.lib.6.& hoc siue clerici sint in sacris,siue nõ,
licet alias inter eos in modo capiendi & detinendi debeat habe
ri distinctio,de qua 45.distin.cum beatus.quod intellige de car
ceribus honestis, & non nimis crudelibus. & idem de compe-
dibus & similibus,vt infra patebit. & adde quod not. Innocen.
24 in capitul.qualiter & quando,de accus.† Cauere tamen debent
prælati,quod nimis prompti non sint ad capturam clericorum
ne se & alios illaquent,vt not.Ioan.Andr. in d. capit.si clericos,
in nouella.vbi concludit,q̃ nisi pro grauibus excessibus & noto
riis,est facienda captura,non autem pro debito,etiam si se ad id
25 obligasset,no.de iureiuran.ex rescripto, cum si. † vbi etiam ad-
dit,q̃

Source : BIU Cujas

dit quòd clerici non tenentur cauere de parendo voluntati prælati, vel arbitratui,& non appellare, iuxta not. de appel.ad hæc. & ff.qui ſatisda.coga. l. fin. & ideo dicit bene debere ſibi cauere prælatos noſtri temporis, qui etiam conſtitutos in ſacris, & in dignitatibus detinent inuitos,donec ſic caueant,quibus facientibus eſſet imponenda freni temperies. argumen. C. de cuſto. reo. l. 2. in fi. Magis tamen in hoc debent ſibi cauere abbates, & alij regulares & inferiores prælati, ſecundum Ioan. Mona. in d. capitu.cum epiſcopus. allegat capit. vniuerſitatis de ſenten. ex-
16 com.† Prouidebit etiam quòd alatur is,qui ad inſtantiam alterius in carcere detinetur, de quo per Spec. in titu.qui fi.ſint leg. ver. quid de adoptiuo. adde quod not. in tit. de treu.& pace.ver. ſed pone. ne quis pœnis carcerum perimatur, quod etiam innocentibus miſerum,noxis verò non ſatis ſæuum eſſe dignoſcitur, vt in d. l. 2. in fi. de cuſto. reorum.

27 † Prouidebit etiam habere miniſtros expertos & aptos ad re ligandos reos funi ad quæſtionem habendam, ne fortè aliàs de bilitentur eorum manus. quam etiam funem tenebit, & teneri faciet in loco ſecreto,quod qualiter poſſit & debeat facere, plene habetur in capit. grauis. de depoſito. & de materia huiuſmodi quæſtionis & torturæ plenè vide per Anto. de But. & alios in
28 capitu. cum in contemplatione, de regu. iur.† vbi dicitur,ab initio cauſæ non eſſe à quæſtionibus inchoandum, facit. l. 1. ff. de quæſtionib. & l. militis. C. eod. titu. 2. quæſtio. 6. non ſolent. ver. ante ſententiam, nulla ſcilicet præſumptione præcedente. 5. quæſtio. 5. illi qui.

29 † Prouidebit etiam,vt cum aliquis condemnatur, vt flagellis publicè vel occultè fuſtigetur,fiat moderatione adhibita,quòd flagella in vindictam ſanguinis tranſire minimè videantur, & ita quòd flagella ad ſanguinem non procedant, vt plenè habetur in cap. in archiepiſcopatu, de raptorib. & 23. quæſt. vlti. his à
30 quibus.& c. ſe.& vt habetur in aliis iuri. alleg. per glo. in d. c. gratis.& in archiepiſcopatu. † Sic & in impreſſione caracteris, qđ *in ſignum maleficij imprimitur,in caſu cap. ad audientiam. de ſal.* quod ſolum debet taliter infigi, quòd ſola cutis ſuperficies
31 deformetur citra effuſionem ſanguinis, vt ibi not. † quia facies ad inſtar cęleſtis pulchritudinis facta fœdari non debet. l. ſi quis in metallum. C. de pœnis. facit. cap. ſententiam. ne cle. vel mon.
32 † Prouidebit etiam quòd degradandus degradetur,iuxta formam,de qua in capit. degradatio, de pœnis. lib. 6.& quòd traditi curiæ ſeculari ſi poſtmodum pœniteant, & pœnitentię ſigna in eis appareant manifeſta. nequaquam, ſi ſint humiliter petita ſacramenta pœnitentię, ac euchariſtiæ deneganda, ſicut nec quibuſlibet alijs vltimo ſupplicio damnatis, ſi ea petierint, ad quã
33 petendam per eorum curatum debent induci, † qui ſæpius ad eos viſitandos eſt compellendus & admonendus, vt eos ad patientiam exhortetur,& quòd deſperationem fugiant, nec ſeipſos occidant,de quo plenè in cle. 1. de pœn. & in l. Archigerontes. C. de epiſc. audien.

34 † Prouidebit etiam, quòd cum quis degradatur in præſentia iudicis ſecularis,vt eius curiæ tradatur,intercedat eccleſia efficaciter pro eo apud eundem iudicem,quod citra mortis periculũ circa eum ſententiam moderet,per tex. in cap. nouimus,de ver. ſigni. quod tamen non facilè eſt faciendum, niſi quando damnatus eſſet omnino incorrigibilis,vel pro criminibus maximis, per tex. in capitu. at ſi clerici, in fi. & capitu. cum non ab homine,de iudi. capit. ad abolendam,de hæret. & cap. ad falſariorum, de crimine fal.

35 † Prouidebit etiam, ne qui damnantur ad pœnam caueę ſeu ergaſtuli tanquam perpetuum carcer ad agẽdam pœnitentiam, vt ſaltem panem doloris, & aqua anguſtiæ ſuſtententur, vt ſic commiſſa deſleant,& flenda vlterius non committant, nec eis deficiant neceſſaria,ita vt ſtatim ibi non habeant mori,ſimiliter nec in eculeo,vt probatur,in d. cap. nouimus. arg. in l. pręſenti. C. his qui ad eccleſias confugi.& 14. q. 4. reum. † ſic ergo prælatus ſiue Abbas debet mouere iudicem ſecularem ad pietatem
36 dicendo,quomodo condemnatus eſt imago De rememorãdo etiam de Petro & de Magdalena & de alijs.& debet omnia cauere,ne conſentire videatur morti rei, per ea quæ habentur in ca ſententiam,& cap. clerici. ne clerici Ioan. Mona. nec alias proderit ei qualiſcunque color,ſecundum Hoſt. per cap. ex literis, de excel. præla. vnde dicebat etiam Abbas non eſſe dicendum iudici,vt reum in ſuum forum recipiat: ſatis enim hoc intellige re poteſt iudex,cum ad degradationem vocatur,vt refert Ioan. And. in d. capitu. nouimus. allegat tex. in capitu. ad audientiam. de crimine falſi.& hoc notat contra multos prælatos, qui contra faciunt.

37 † Similiter prouidebit circa cuſtodiam carcerum hæreticalium,qui muri in quibuſdam partibus vulgo appellantur,ad tollendas multas fraudes aliquotiens perpetratas, vt quilibet talis carcer vel murus ſit tam prælato quàm inquiſitori communis, & habeant duos cuſtodes principales diſcretos, induſtrios, & fideles: vnum,quem volet prælatus; alium, quem volet inquiſitor; & quilibet prouidebit ſuo de expen. & quilibet prædictorum cuſtodum ſub ſe alium bonum & fidelem poterit habere miniſtrum. in quolibet etiam conclaui eiuſdem carceris, ſiue muri, erunt duæ claues diuerſæ, quarum vnus vnam, & alius aliam tenebit prædictorum cuſtodum, & eam cum officio miniſtrandi,quæ incarceratis fuerint miniſtranda ſuo poterit committere,vel ſubdelegare miniſtro: quæ cuſtodes antequàm ſuũ officium incipiant,debent iurare corporaliter ad ſacra Dei euãgelia tacta coram prælato & inquiſitore, quòd in cuſtodia muratorum, & aliorum propter crimen ſupra dictum in ſua cuſtodia puniendorum omnem diligẽtiam & ſolicitudinem, quam potuerint,fideliter adhibebunt. & quod aliqui incarcerato nullus in ſecreto loquetur, quin hoc audiat alter cuſtos, & qꝰ prouiſionem,quam incarcerati recipiunt ex ordinatione communi, & illud quod à parentibus & amicis & alijs perſonis fidelib. offertur eiſdem, niſi prælati vel inquiſitoris, vel ſuorum commiſſariorum ordinatio refragetur,ipſis fideliter & abſque diminutione aliqua miniſtrabunt,nec in his fraudem aliquam adhibebunt.& idem iuramentum etiam coram eiſdem perſonis miniſtri cuſtodum prius quàm ſuum officium exerceant exhibebunt, & idem ſeruetur, cum prælatus habet carceres proprios non communes inquiſitoribus, vt plenè traditur in cle. 1. in §. ſanè. de hære.

38 † Prouidebit etiam, vt ſi qua ſunt legata in pios vſus diſtribuenda,vel hęreditates,vel aliæ eleemoſinæ de publico, vel aliter faciendæ,pauperes incarcerati non prætermittantur. ſimiliter in malè ablates incertis,& multo fortius in commiſſarijs ad illud opus ſpecialiter deputatis. & deputabit pro eis fidelẽ quæſtorem cum indulgentia,de qua in c. cum ex eo,in fi. de pœni. &
39 remiſ.† Similiter compellet minorem partem creditorum ad conſentiendum maiori parti partem debiti remittenti, iuxta l. maiore ff. de pact.& qꝰ etiam minor pars creditorum compellatur dare incarcerato dilationem quinquennalem,vel qꝰ admittatur ceſſio bonorum,iuxta. l. fi. C. qui bonis cedere poſ.& cap. Odoardus,de ſolutionibus.& omnia alia ſibi poſſibilia faciet in eorum adiutorium,aliàs in extremo iudicio ſibi dicetur, in carcere eram,& non viſitaſti me,& maledictus condemnabitur ad ignem ęternum,qui paratus eſt diabolo,& Angelis eius.

10 † Prouidebit etiam circa monaſteria monachorum ſancti Benedicti nigrorum & alborum, accedendo ad illa, & præcipuè vltra ea,de quibus in c. cum ad mona. de ſta. mona. circa exquiſitum ornatum & notabilem exceſſum in veſtibus,cibis, & potibus,equitibus,& lectiſternijs,& alijs veſtib. habitui proximis, almucijs,capucijs,zonis,veſtibus quotidianis,cultellis,& calcaribus,ſellis,& frenis ſuorum equorum, circa habitum ſuperiorum. Item circa eorum menſtruam confeſſionem,communem expoſitionem regulę & inſtitutionem nouitiorum. Item circa venationes,aucupationes ipſorum,vt puniantur tranſgreſſores iuxta diſciplinam regulæ. Item circa profeſſos ad curias principum euntes, vel alias vagantes, vel intra ſepta monaſterij arma tenentes, & alias eorum ſolitudines, & circa priorem ętatem, & ſacerdotium,& profeſſionem,& habitationem,& monachorum ordinationem, & ipſorum doctrinam in omnibus, iuxta
41 ſanctam determinationem cle. ne in agro. de ſta. mo. † Item circa quoſcunque alios religioſos etiam exemptos,qui eorum priuilegijs non obſtantibus, incurrunt in excommunicationem, cuius abſolutio eſt Papæ reſeruata,& tales per ordinarios locorum præcipiuntur denunciari. Item circa alias 7. culpas eorum à quibus præcipiuntur abſtinere ſub pœnis tam per ipſos quàm prælatos eorum incurrendis,ſalua moderatione, de qua in cle. religioſi,de priuile.& exceſ. priui. de reliquis concernentibus religioſos ſparſim infra dicetur. de exceſſibus autem mendicantium nihil curo dicere, quia iam reuocata quaſi eſt cle. dudum, de ſepul.& iam cum pecunia omnes indifferenter,vt exeant,diſpenſantur. Alii autem vel literas familiaritatis Cardinalium quærunt facientes alchimiam,vel necromantiam,& aliis prohibitis artibus operam dantes ſecularium Principum protectionem habent,vel titulares epiſcopi,& abbates fiunt,vel alias deſcendunt in profundum malorum, & etiam in capellanos &
42 confeſſores monialium inſtituuntur.† Circa tamen capellas,& loca curata religioſorum militarium,dico etiam prouidendũ, quando recognoſcunt, prout de iure debent curam animarum ab ordinarijs,per not. Hoſt. in c. cum deputati de iudi. ſuper quibus nihilominus conſulo diligenter, attendenda eſſe ipſorum priuilegiorum verba ſingulorum, de monaſteriis verò monialium dictum eſt ſatis.

SVMMARIVM.

1 *Viſitatio quo ordine,& modo fieri debeat.*
2 *Legati in viſitationem eandem formam ſeruare debent, quam ſeruant Archiepiſcopi.*
3 *Delegatus etiam ab alio quàm à Papa ad viſitandum, formam mandati, an ſeruare teneatur.*
4 *Delegatus maior eſt epiſcopo.*
Eccleſia Romana contra ſe reſcribere non ſolet, nec contra ſuos.
5 *Forma c. Romana, de cenſi. in 6. in religioſis ſeruanda non eſt.*

Correctio

Source : BIU Cujas

6 *Correctio iudicialis prælati ad eius subditum non pertinet.*
7 *Religiosi misericorditer corrigendi sunt, & non more latronum carcerandi.*
8 *Correctio prælati nimis grauis de consilio capituli temperanda est.*
Consuetudines, vel institutiones, per quas visitationes fiunt religiosorum, debent esse approbatæ.
9 *Archiepiscopus, quando plenè dicatur prouinciam suam visitasse.*
10 *Visitatio, quando dicatur plenè facta, mos regionis inspiciendus est.*
11 *Visus præsentia multum operatur.*
12 *Visitare si cepit Archiepiscopus aliquem de diœcesi suffraganeorum antequàm visitationem compleat, an possit ad illam causa visitationis reuerti, priusquàm reliquæ diœceses prouinciæ fuerint visitatæ.*
sitationem omnium diœcesum suffraganeorum suorum si archiepiscopus non compleuit, an possit redire ad visitandum partem alicuius diœcesis
13 *Vinterm issam.*
14 *Officium pastoris est, habere curam profectus animarum.*
15 *Visitator propriis oculis ecclesiæ structuram videre debet, & si destructę sint, restaurentur.*
16 *In ecclesia combusta cum tabula consecrata celebrari potest.*
17 *Ec clesia instaurata, quomodo iterum consecrari possit.*
18 *Ecclesiæ consecratæ semel, quando iterum consecrandæ sint.*
19 *Ecclesiam antequàm quis edificet, quæ facienda sint per episcopum loci.*
20 *Ecclesia auctoritate apostolica consecranda est.*
21 *Celebrari alibi non potest, nisi in altari, & locis consecratis.*
22 *Ecclesia, in qua corpora infidelium sunt sepulta, consecranda non est.*
Altaria erecta sine reliquijs Sanctorum, euertenda sunt.
23 *Celebrare licitum non est in priuatis oratorijs sine ep̃i consensu, sed orare sic.*
Consecratio fieri debet in panno lineo, & non sericeo.
24 *Passio aliqua si celebranti superuenit, missa per alium suppletur.*
Missa celebranda non est, nisi coram duobus ad minus, & quare.
25 *Ecclesia polluta, an sit pollutum cimiterium, & econtra, & nu. seq. & quando sit reconcilianda.*
27 *Ecclesia reconcilianda est, si ibi aliquis cum torsorio ad collum suffocaretur.*
28 *Ecclesia non reconciliatur, si vulneratus extra ecclesiam ad eam confugiat, sed econtra sic.*
Quid si quis cum sagitta super tectum ecclesiæ interficitur, dic q̃ non est reconcilianda.
Quid, si homo sanctus ibi occidatur.
Quid, si vir ibi vxorem cognoscat.
Quid, si ibi sepultus est excommunicatus.
29 *Cimiterium gaudet priuilegio, quo ecclesia.*
30 *Ecclesia, in qua diuina misteria celebrantur, licèt non consecrata, immunitate gaudet.*
31 *Deo semel dicatum, amplius ad vsus prophanos redire non potest.*
32 *Ecclesiarum in domibus non debet fieri forum, nec iudicium sanguinis.*
33 *Fugiens ad ecclesiam, inde extrahi non debet, nec puniri, nisi sit publicus latro, vel nocturnus agrorum depopulator.*
34 *Latro publicus, & nocturnus depopulator agrorum, impunè sine peccato occidi possunt.*
Virginum raptor, faciens aliquem occidi per assassinum, hæreticus, et scismaticus, & Cardinalem occidens, in ecclesia capi possunt.
35 *Impunitatem suorum delictorum sperans per defensionem ecclesiæ, eius immunitatem perdit.*
36 *Delinquere nemo debet sub spe veniæ.*
37 *Stulti, qui fuere in culpa, in pœna sint sapientes.*
38 *Rectores terrarum non debent angarijs clericos, & eorum bona, nec ecclesias aggrauare.*
39 *Excommunicatæ sunt personæ, & vniuersitas, quæ ecclesias vel ecclesiasticas personas pedagia soluere compellunt.*
40 *Bona clericorum eodem gaudent priuilegio, quo bona laicorum.*
41 *Potestates seculares ab ecclesijs, aut ecclesiasticis personis, taleas pro rebus exigere non possunt.*
42 *Excommunicati sunt impedientes literas impetrari super causis, quæ ad forum ecclesiasticum pertinent.*
43 *Excommunicati sunt domini subditis interdicentes, ne personis ecclesiasticis aliquid vendant.*
44 *Repræsaliæ contra personas ecclesiasticas concedi, nec extendi debent.*
Nec etiam contra hospitalarios, templarios, & Deo deuotos.
45 *Clericus coniugatus habitum clericalem ferens, priuilegio gaudet clericali.*
46 *Clericus ioculator ipso iure priuilegium clericale perdit.*
47 *Clerici etiam coniugati exercentes officium carnificum, & tabernariorum, puniendi sunt.*
48 *Diœcesani contra clericos seculares actus exercentes, agere debent.*
49 *Clerici vtentes in publico vestibus virgatis & partitis puniuntur.*
50 *Laici debent se circa vestitum moderari.*
Clerici ne videãtur hypochritę, debent se conformare cũ cõsuetudine regionis
51 *Clerici portantes arma, & vsurarij, puniendi sunt.*
52 *Idem in clericis comam relaxantibus, & nutrientibus.*
53 *Clericus tonso capite incedere debet.*
54 *Clericis, quare redditus ecclesiastici sunt deputati.*
55 *Iudici iustum iudicium vendere non licet.*
56 *Moderatio adhibenda est, ne litigatores enorme patiantur damnum.*
57 *Iurisconsultus licitè iustum consilium vendit.*
Et mercedem pro labore suo petere potest.
58 *Ludi theatrales, & spectacula in ecclesijs fieri prohibentur.*
Repræsentatio passionis Domini, & similia, in ecclesijs fieri possunt.
59 *Festum, est signum præteritarum rerum.*
60 *Homo, qualiter conuersari in ecclesia debeat.*
61 *Contractus licet ia ecclesia fieri non debeant, facti tamen tenent.*
62 *Clerici, à quibus abstinere se debeant, & infra nu. 67.*
63 *Clericus à iudice seculari captus, quando ad suum iudicem remitti debet, & quando non.*
64 *Clerici non debent esse laicorum ministri.*
65 *Nec mundanis actibus inuolui.*
66 *Legere medicinam & leges, quare clericis prohibeatur.*
68 *Monachi formas à clericis, vel laicis habere non possunt.*
69 *Clericus officium tabellionatus, quando exercere non possit.*
70 *Religiosus studere legibus & medicinæ prohibetur.*
71 *Clerici iurisdictionem temporalem habentes possunt suo officiali committere, vt sine irregularitate de maleficijs inquirant.*
72 *Et conqueri possunt de suis malefactoribus coram iudice seculari citra pœnã sanguinis.*
Clericus iudicium sanguinis agitare non põt, nec sanguinis sententiã dictare.
73 *Clerici canes & accipitres ad venandum habere non possunt.*
74 *Clericus secularibus negotijs se implicare non debet.*

Quæstio septima primæ partis.

1 SEptimò quæro principaliter, † quis ordo & modus in visitando seruari debeat? Respondeo, q̃ ordo & modus est, vt prius seipsum visitet. de quo ſ̃. q. 3. principali, in princ. si secundò est prælatus maior, debet visitare capitulũ ecclesiæ suæ cum quo facit vnum corpus. c. nouit. de his quæ fiunt à prelato. ca. cum non deceat, de electio. lib. 6. ergo meritò prius visitandum est, ſm Io. An. per d. c. Romana, de censi. li. 6. deinde clerum, & ecclesias ciuitatis suæ diœcesis. deinde prouinciã, si sit metropolitanus, vel primas. & si sit legatus natus, vel aliàs, totã patriã suæ legationi subiectã. d. c. Romana. quod verũ intelligit Host. si subsit facultas & cõmoditas, aliàs non est necessarium,
2 quem sequuntur Io. Mo. & Io. An ibidẽ. † Item ẽt Host. in summa de censi. in fi. §. qualiter. ver. sed nunquid legatus vult q̃ legati eandem formam in visitando ẽt monasteria & hospitalia teneantur seruare, quã archiepiscopi, de qua in d. c. Romana. † Di
3 cunt tamen Doctores, q̃ delegatus ad visitandum, tenet̃ seruare formam mandati, si aliqua forma specialis in mandato contineatur, per c. cum dilecta. de rescrip. & c. Pisanis, de resti. spo. cum similibus. etiam si sit datus ab alio quàm à Papa, ita tamen q̃ delegans non committat id, quod non potest, de iurepatrona. ca. quod autem triplici ratione. Prima, quia vices Papæ gerit. 93. di. c. si † Secunda, quia maior est ep̃o. de offi. dele. c. sanè. qui nõ in-
4 cluditur sub clausula generali, de sen. excõ. quàm periculosum. & de offi dele. c. quia pontificali. li. 6. Tertia, quia Romana ecclesia contra se, vel suos non consueuit rescribere, de censi. cũ inst. † dicunt etiam, q̃ forma, de qua in d. c. Romana non est seruan
5 da in religiosis, vt ibi patet, in fi. & in ca. in singulis. de statu mo. dicunt etiam, q̃ regulariter denunciatio. i. proclamatio, quæ fit in c. eorum, non requirit glosas, quia non secundum iuris subtilitates, sed ſm obseruantias regulares, & diuersas religiosorũ institutiones de plano & simpliciter expeditur eorum visitatio, in qua non est appellatio admittenda. c. ad nostram de appel. & c. reprehensibilis & c. cum speciali in fi, & de accu. qualiter & qſi.
6 2. ad fi † dicunt tñ, q̃ si prælatus, q̃uis religiosus, in peccato mortali constitutus, vel infamatus, incorrigibilis sit & p̃p hoc à suo subdito appelletur, debet prælatus vel appellationi deferre, vel pro tanto excessũ satisfacere cõpelletur, de ap. de priore, q̃a nec ad talẽ p̃tinet iudicialis correctio. 3. q. 6. iudicet. † Dicũt ẽt, q̃ re
7 ligiosi sunt misericorditer corrigendi, & non more latronũ in grauem carcerem detrudendi, ſm morẽ primæ consuetudinis, quæ quasi pro lege in quibusdam ecclesijs ẽt inoleuerat, de sta. reg. ea quæ. ſ. responso. † & nimis grauis correctio prælati de ꝯsilio capituli sui est tẽperanda. d. c. reprehensibilis. §. fi. de his, quæ fiunt à prælato. c. nouit. & c. ea noscitur. Requiritur etiam, q̃ cõ-
8 suetudines vel institutiones, per quas fiunt visitationes & correctiones religiosorũ, sint approbatæ & rationabiles. d. c. Romana, in fi. † Deinde incidenter quæro, quando dicatur archiepiscopus plenè visitasse suam ecclesiam & clerum ciuitatis vel diœc.
9 Respondeo, quando nulla parochia remanet non visitata, dum modò cõmodè visitari possit & securè. c. Romana ibi, securè nã ad impossibile non tenetur, de reg. iu. non põt. Et visitationis cã subsit. & sunt hæc redigenda ad bonum arbitrium, ſm Inn. vnde dicit Host. q̃ nõ dicetur non plena visitatio, q̃a duę vel tres, vel paucę remaneant visitandæ, allegat de ꝯse. di. 2. re vera, ꝯiũctim cũ c. 56. dist. ieiuniũ. & c. bonę. secũdo, de postu. præ. de quo vide in proœmio Gregoriano, in vlti. glo. allegat Archidia. 7. q. 1. denique, in prin. ibi, omni semini Israel. † Subdit Host. q̃ in his
10 inspiciendus est modus regionis. ff. de ven. inspi. l. 1. §. personaliter. pro his facit q̃ no. in arbore consanguinitatis, ſm Io. An. & dicen t̃ visitata ẽt loca, quæ ex causa ẽt conuocauerit ad visitationem suã, per notata in dict. c. Romana. in gl. in verbo, visitatus: & non sufficeret conuocasse sinodum annuam, de qua in c. cũ

olim de

Source : BIU Cujas

olim.de accuſa.quia in tam breui tempore non potuiſſet inquiſitio fieri ſingulorum,& quia ibi non veniũt omnes clerici qui
11 ſunt viſitandi, ſed ad prouinciale. † & quia ſubiicienda eſt res oculis.& præſentia viſus operatur.no.gl.in ver.plenè.in d.c. Romana.& idem Inno.Hoſt.Io.Mo.& alii ibi. & licet tale concilij examinet & corrigat de vita non ſolum ſuffraganeorum, ſed ſubditorum ſuorum,vt ibi patet,& de præbend. grauem.18. diſtin.per totum, non ſuperfluè facit: nam quæ non perpendet Archiepiſcopus in tranſeundo,videbit fortè prouinciale concilium. Item quamuis Archiepiſcopus poſſit viſitare ſingul.annis, non tamen ſequitur ꝙ viſitet,vt docet experientia,quia vt plurimum abſtinent. quare vtilis fuit vtraque prouiſio de concilio ſcilicet,& viſitatione,ſecundum Io.And.in c.fi.de cenſi.

12 † Quæro etiam, an ex quo Archiepiſcopus aliquem de diœceſi ſuffraganeorum viſitare cępit, antequam poſtea ſiue totũ, ſiue partem eius viſitauerit, reuerti poſſit cauſa viſitationis ad illam, priuſquam omnes reliquiæ ipſius prouinciæ diœce. in toto vel in parte,quas ſtatim viſitare poterit, fuerint viſitatæ. Reſpondeo,non. d. c. Romana, verſic.ex quo. & eſt duplex ratio. prima,ne illa diœceſis grauetur: ſecunda, ne aliorum viſitatio negligatur.quæ tamen ſunt cępta,ſunt complenda,C.de emenda.Iuſt.Co.l.cordi.ad ſil.l.vlt.§.fi.facit de reſcri. ſuper literis per hoc videtur ꝙ ſufficiat,ſi reliquas dięce.ſuffraganeorum,etiam ſi in aliqua parte viſitauerit,licet non in toto,ad hoc vt poſſit facere reuiſitationem etiam eodem anno, quod credo concurrẽtibus his,de quibus in §.poſtquam.hoc intelligo, ꝙ non poteſt reuerti eodẽ anno,ſeq.verò ſic,per c.fi.de cenſi.in 6.& ſentiunt
13 gl.in ver.recipit,& in ver.ſua.in d.c.Romana.ibi,vel in illa viſitatione,&c.& ibi, & ſecundum modum ſuperius dictum, ſecundam viſitationem incipiat.& probat tex.ibi,priuſquam, &c. & gl.in ver.requiſitus.ibi,cum per exitum renunciauerit viſitationi illius anni, &c. & facit de re iudic. quod ad conſultationem.
13 † Quæro, an ſi Archiepiſcopus non compleuit viſitationẽ omnium diœceſum ſuffraganeorum ſuorum, poſſit redire ad viſitandum partem alicuius diœceſis intermiſſam? Reſpondeo, nõ niſi fortè illa pars intermiſſa indiguerit plus aliis viſitari aliquo caſu ſuperueniente,vel ex antiquo,ſecundum Io.Mo.quia tunc altero de tribus concurrentibus poterit redire. primò ſi à loci diœc.fuerit requiſitus. ſecundò ſi de omnium, aut maioris partis eiuſdem prouinciæ proceſſerit conſilio, & aſſenſu, ad ꝙ ipſe
14 ſe debet exhibere, † ne animarum profectus aliquatenus negligatur, quem totis viribus procurare debet officium paſtorale. c.cum Apoſtolus.§.cum verò. tertiò ſi malitioſè ſe reddent difficiles ſuffraganei in præſtãdo aſſenſum, & ipſe Archiepiſcopus ſuper hoc licentiam à ſede Apoſtolica poſtulauerit, quam poſtulare debet confidenter, quia de facili hoc concedet, nec requiret probationem.Hoſt.in d.c.Romana.§.ſi fortè.nec tunc ſimiliter præiudicat ad redeundum ad finiendum viſitationem reliquarum,quia hoc facit de iuris licentia,ſecundum Hoſtien. ibi,in verſi.intermiſſa.

Verum quoniam difficile eſſet formalem ordinem per omnia ſeruare,ſicut in aliis proceſſibus ſeruari oportet, de quo plenè in c.cum dilecta,de reſcri.43.diſt.ſit rector,in fi.3.q. 4.in grauibus.2.q.j.in primis.de conſe.diſ.2.in Chriſto pater.l. quotiens, de vſufru.l.hæredes,in fi.ad Treb.cum multis ſimilib. tamen circa duo dico eſſe aliqualem ordinem in procedendo ſeruandũ per viſitatores.primò.ſ.circa eccleſiam materialem.ſecũdò circa miſticam. materialis eſt ſtructura & ornatus templi, miſtica
15 verò parochianorum, &c. † Circa primam ergo debet viſitans ante omnia oculis propriis velle cõſpicere ſtructuram eccleſię. Et vbi eccleſiæ deſtructæ ſunt,aut plures,q̃ neceſſe ſit,aut maioris magnitudinis, q̃ vt ex rebus ad eas pertinentibus reſtaurari poſſint,eius prouidentia modus inueniatur,qualiter conſiſtere
16 poſſint.c.omnes.de conſe.diſt.j.† In deſtructis autem & combuſtis eccleſiiis in capella ſi qua eſt cum tabula conſecrata poteſt celebrari,donec ipſæ eccleſiæ reſtaurentur. ſic & in itinere, vbi eccleſia fuerit ſub cliuo,& in tentoriis,ſi tabula altaris conſecrata cæteraq; ſacra miſteria ad officium pertinentia ibi adſint, poteſt miſſa celebrari,c.concedimus.ea.diſt.ſuper monumenta ve
17 rò in cãpum non licet celebrare. c. nõ oportet.ea.diſt.† Et qũo eccleſia inſtaurata iterum cõſecrari poſſit, vide in c. de fabrica. ea.diſt.quia ſi motum fuerit altare,denuò eſt eccleſia conſecrãda.ſi autem ſoli parietes moti ſunt, tunc eſt tantum reconcilianda. ſi autem homicidio vel adulterio eſt violata, diligentiſſimè
18 expurgetur, &c. † eccleſiis enim ſemel Deo ſacratis non debet iterum conſecratio adhiberi,vel reconciliari, niſi ab igne exuſtæ,aut ſanguinis effuſione, aut cuiuſquam ſemine fuerint polluta,vel fuerint eccleſię Arrianorum.c.ſi motum,cum ſequen. ea.diſt.vbi autem dubitatur de conſec.eccl. vel alta. debent cõ-
19 ſecrari & altaria ſuperflua abiici.c.eccleſiæ.ea.diſt. † & aduerte, ꝙ nemo eccleſiam ædificare debet, antequam epiſcopus ciuitatis veniat ibidem,& crucem figat.& publicè atrium deſignet,& ante præfiniat,qui vult ædificare, quæ ad luminaria,& cuſtodiã
20 ſtipẽdia cuſtodum ſunt neceſſaria,prout in c.nemo.ea. diſt. † & auctoritate Apoſtolica eſt conſecranda eccleſia.c. de locorum, cum pluribus ſe.ea.diſt.dum tamen non pro quæſtu.c.ſi quis.& ſingulis annis dedicationes eccleſiarum ibidem ſunt ſolẽniter
21 celebrandæ.c.ſolennitas,cum ſeq.ea.diſt.† Non poteſt etiam alibi celebrari quàm in altari conſecrato, & in locis ſacratis,vt in c.ſicut.cum ſe.ea diſt.aliàs punitur celebrans. c. nullus.ſicut etiã punitur erigens in eccleſia conſecrata aliud altare, quod ab epiſcopo loci non fuerat ſanctificatum vel permiſſum,vt ſit diſcretio inter ſacrum & non ſacrum ſimiliter & benedicens. c. nul-
22 lus. † nec eſt conſecranda eccleſia, in qua infidelium cadauera ſunt ſepulta.c. eccleſiam. cum ſe. diſt. ſunt etiam euertenda altaria,quæ ſine Sanctorum reliquiis eriguntur. c.placuit.ea. diſt. & adde ꝙ etiam altaria ſunt chriſmatis vnctione conſecranda,
23 ſi ſint lapidea,& aliter non.c.altaria,cum ſe.ea.diſt. † nec in priuatis oratoriis ſine conſen. epiſcopi licitum eſt celebrare, licet ſit licitum orare.c.vnicuiq;,cum ſe.ea.diſt.Adde etiam ꝙ nõ in ſerico, ſed in panno lineo eſt conſecrandum. c. conſulto. Et ꝙ non licet celebrare niſi à ieiunis,& ꝙ poſtquam celebratum eſt in die cęnæ Dñi,ſi aliquorum pro meridiano tẽpore defuncto rum,ſiue epiſcoporum, ſiue cęterorum commendatio faciẽda
24 eſt,fiat ſolis orationibus.c.ſacrãmentum.ea.diſt.† & ſi paſſio aliqua celebranti interuenerit, per alium ſuppleantur miſſarũ ſolennia,& qui vinum ponit,ſuppleat vſq; ad finem.ca.nullus.ea. diſt.& non minus q̃ coram duobus eſt celebrandum, vt verificetur,Dominus vobiſcum,&c.c.eps.ea.diſ.cum ſeq. & ꝙ in omnibus miſſis debet fieri oratio pro defunctis,non tamen eorum
25 ſunt nomina recitanda ante conſecrationem.c.viſum, cum ſe. ea.diſt.† Et attendendum circa cimiteria,ꝙ polluta eccleſia ſanguinis vel ſeminis humani effuſione non occulta, cimiteriũ cõtiguum cenſetur eſſe pollutum. vnde antequam per epiſcopũ fuerit reconciliatum,nõ debet in eo aliquis ſepeliri,ſecus ſi fuc
26 iit remotus ab eccleſia.† Econtra autem polluto cimiterio, nõ cenſetur polluta eccleſia,quamuis ſit cõtigua, ne minus dignũ maius,aut acceſſorium principale ad ſe trahere videatur.ex pluribus tamen cimiteriis vno etiam contiguo, medio tamen pariete,ſeparato,violato,alterum non cenſetur violatum,licet de vno ad alterum per portam inter medium habeatur acceſſus. c.j.de conſec.eccle.vel alta.lib.6.ſi ergo pollutio fuerit occulta, vel non fuerit ſeminis effuſio, aut ſanguinis humani iniurioſa,
27 non ſunt eccleſia,vel cimiterium reconcilianda. † ſi tamen ibi ſuffocaretur quis cum terſorio ad collum,pp criminis horrorẽ eſſet reconcilianda,ſecundum Hug.in c.eccleſiis.de conſe.diſt. j.& probatur in c.propoſuiſti,vbi dicitur,pp homicidiũ, & vulnera reconciliandam eccleſiam, nulla facta mentione ſanguinis.† & ſi vulneratus extra eccleſiam fugiat ad illam, & ibi ſan-
28 guinem ſpargit,non reconciliatur eccleſia, licet ecõtra ſic, vel cum ſanguinem colligit in ſcutella.ſi autem ſupra tectum, pone cum ſagitta homo interficiatur,dicit ibidem Hugo.non eſſe eccleſiam reconciliandã,qa extra eccleſiã vĩ factum. & idem ſi ibi ſanctus homo occidat̃,quia actio diſplicuit, licet paſſio grata fuerit:locus tñ ſanguinis nõ lauabitur. & idẽ,ſi vir cognoſcat vxorem ibidẽ,vt no.in d.c.j.lib. 6. nam alias licita ex loco fiunt nõ licita. 2.q.7.accuſatio.de immu.ec. c.j.Idem,ſi ibi fuit aliquis
29 excõicatus ſepultus.c.conſuluiſti.eo.tit.† Adde,ꝙ ſemper cimiteriũ eodẽ priuilegio gaudet cũ eccleſia. 17.q.4.quiſquis, & c. id conſtituimus.no.in c.cũ eccleſia. de immu. eccle. Attendendũ
30 eſt etiam circa immunitatem eccleſiarũ,† ꝙ eccleſia,in qua diuina miſteria celebrant̃,licet adhuc nõ conſecrata, gaudet immunitate:qa ea,quæ ſunt obſequiis diuinis dedicata,nullis ſunt temerariis auſibus prophananda.c.eccl.de immu.eccl. ſequitur ergo ꝙ ſi nondũ eſſent ibi diuina officia celebrata, ꝙ tunc ſanguine,vel ſemine polluta non deberet reconciliari.c.fi.de conſe.eccle.vel alta.de conſe.diſt.j. eccleſiam. & cõfugientes ad ipſam,priuilegium immunitatis non haberent.c.inter alia:de immuni.eccl.& no.in d.c.eccleſiæ.& nõ cõmitteret̃ ibi ſacrilegiũ.
31 † Semel enim Deo dicatum,ſanctũ ſanctorum erit Dño. 12.q. 2.nulli.vnde ad vſus prophanos redire non debet. de rerum pmu.manci.de reli.do. ad hæc.& in regula, ſemel Deo. cũ ſi. † Et
32 ideo in domibus eccleſiarũ, neq; miſſus executor vel officialis, neq; comes,vel iudex publicus,vel miniſter quaſi pro cõſuetudine placitũ vel hoſpitum pñt ſibi vendicare, ſed in publicis locis dẽt domus conſtitui,vbi placitum teneatur, & hoſpitium.c. j.de immu. eccl. cum eccleſia Dei domus orationis eſſe debeat & nõ ſpelunca latronũ,vel ſanguinis forũ,& abſurdũ eſt, & crudele ibi iudiciũ ſanguinis exercere,vbi eſt tutelæ refugium.c.cũ
33 eccleſia.eo.ti.† qñ ſ in leges & canones fugiẽs homo ad eccl̃am q̃tuncũq; grauia crimina ꝑpetrauerit,nõ eſt violẽter ab eccleſia extrahẽd⁹,nec inde dãnari dẽt ad mortẽ,vel ad pœnã aliq̃,ſed rectores eccl̃arũ ſibi obtinere dñt mẽbra & vitã,licet ſit aliàs ex arbitrio puniẽd⁹, niſi ſit publicus latro,vel nocturn⁹ populator agrorũ,qa plurib.exitia cogitãt q̃ alii,vt ĩ c.inter alia, de immu.
34 eccl.& 17.q.4.diffiniuit,cũ multis aliis ibidem.† qa tales pñt impunè occidi & ſine peccato. 23.q.5.cũ hõ.C.qñ licet ſine iu.vin. l.j. & idẽ de raptorib.virginũ. 36.q.j.de raptoribus.Idẽ credo de faciẽte aliquẽ occidi per aſſaſſinos.c.ꝑ humani, de homic.& in hr̃tico & ſciſmatico.c.j.de ſciſma.li.6.& in occidẽte Cardinalẽ.

Source : BIU Cujas

c.felicis.de pęn.eo.li.& in occidente eꝑm,cle.j. de pę.&c.Si uerò
seruus fuerit fugiens ad ecclesiam postquam de impunitate sua
Dñs eius clericis iuramentum prestiterit,redire compellitur.vt
35 in d.c.inter.& C.de his qui ad eccl.confugiunt.l. præsenti.† Qui
autem impunitatem suorum excessuũ per defensionem eccle-
siæ hr̃e sperant, homicidia, & mutilationes membrorũ in ipsis
ecclesiis,vel earũ cimiteriis cõmittere non verent̃,cũ in eo quo
deliquerũt sint puniendi,& frustra legis auliũ imploret, qui cõ-
mittit in legẽ,non dicunt gaudere priuilegio immunitatis,quo
36 faciunt se indignos. c.fi. eo.ti.† quia sub spe veniæ nemo debet
delinquere.c.illud.de cle.exc.mi.de conse.dist.4. qñquis.ne faci
litas veniæ præbeat incentiuum delinquendi. 33.q.4. est iniusta.
& quia nõ iure ad supplicandum debet admitti, vbi quis cõmit
tere sacrilegium non expauit.17.q.4 corpus,& seq.& vt fuerunt
37 stulti in culpa,sint sapientes in pęna.37.dist.qui ea.† Attenden-
dum quoq; est circa immunitatem bonorum &; rerũ ecclesia-
sticarum,ꝙ vnicuiq; ecclesiæ vnus mansus integer terræ quan-
titatis, scilicet quæ sufficit duobus bobus in anno ad laborandũ
& absque vllo seruitio tribuatur,& ꝙ de decimis,aut oblationi-
bus,nec domibus,areis,nec hortis iuxta ecclesiam positis, neq;
de dicto manso aliquod seruitium faciat, nisi ecclesiasticum. c.
38 j.de censi.c.nouum genus.de.deci.23.q.vlt.§ tertium.† Item, ꝙ
nemo etiam consul,vel rector ciuitatis ecclesias, vel ecclesiasti
cos viros, & bona eorũ, & pauperum vsibus deputata taleis,col
lectis,exactionibus,augariis,& aliis aggrauent sub anathematis
districtione prohibeant, & ꝙ iurisdictionem, & auctoritatem
prælatorum non euacuent,nisi prius consulto Ro.Pon.nisi vbi
laicorum non suppetunt facultates ad releuandas vtilitates, &
necessitates communes aliquando episcopus cum clero duxerit
aliquid conferẽdum laicis cum gratiarum actione, & sine vio-
lentia suscipientibus.aliàs etiam consulum successores censura
ligantur,& annullantur sententiæ,& statuta ipsorum.c.non mi
nus.& c.aduersus.de immu.eccles. sicut & in c.grauem.de sent.
excom.& in c.causa Carpensis.de ver.sig.vbi dicitur,tales esse ra
39 ptores & sacrilegos.† Item ꝙ si vniuersitas aut singularis perso-
na ecclesias vel ecclesiasticas personas suo vel alieno nomine
compulerit soluere pedagia,vel guidagia,vel exactiones pro re
bus suis, quas causa negociationis non deferunt. aliàs personæ
singulares sunt excommunicatæ,& vniuersitas interdicta, reie-
cta contraria consuetudine.c.quamquam.de censi. lib.6. Et ad-
dit cle.præsenti.eo.tit.ꝙ diœcesani,quibus constat aliquos inci-
disse has sententias publicare eos debent,& ipsas sententias fa-
cere obseruari,etiam si soluens non conqueratur.propter fauo
rem publicum & animarum periculum, maximè vbi factũ est
manifestũ,parte tamẽ vocata,vt ibi no. & quid sit pedagiũ, &c.
40 vide in c.super quibusdam,de verb. signi. † Et adde ꝙ bona cle-
ricorum eodem gaudent priuilegio,quo bona ecclesiarum. 16.
q.j.similiter.vbi no.ratio.& c.ex literis. de pignori.& d. c. quan-
41 quam.& 16.q.4. c.j.† Seculares ergo potestates ab ecclesiis vel
ecclesiasticis personis taleas vel exactiones pro rebus vel posses
sionibus etiã acquirendis exigere non possunt, nec illos cõpel-
lere ad ipsas distrahendum, vel extra manum suam ponẽdum.
c.j.de censi.lib.6.nisi prius fuissent tributariæ,vt ibi no.& c. j de
censi.præcipit etiam hodie Vienen.Concilium obseruari debe
re Concilium Lateranẽ.sub Alexand.III. & generale sub Inno.
III.de quibus in d.c.non minus.& c.aduersus,de immu.eccle.in
42 cle.j.eo.titu.de immu.eccle.† Sunt etiam excommunicati, qui
impediũt super causis, quę ad forum ecclesiasticum de iure vel
de consuetudine pertinent,literas à sede apostolica impetrari,
vel super ipsis coram ordinariis, vel delegatis ecclesiasticis liti-
43 gari.c.quoniam,de immu.eccle.lib. 6. † Sunt etiam eo ipso ex-
communicati habentes dominium & suis subditis interdicen-
tes,ne personis ecclesiasticis aliquid vendant, aut ab eis emant,
neq; ipsis bladum molant, panem coquant, aut alia obsequia
exhibeant,quę in derogationem libertatis ecclesiasticę cedunt.
44 c.fi.de censi.li.6.† Et adde ꝙ represaliæ,ꝙa æquitati,& ciuili iuri
sunt contrariæ, contra personas ecclesiasticas concedi nec ex-
tendi debent, & contrafacientes, nisi reuocent infra mensem,
sunt excommunicati,& vniuersitates interdictæ.c.j.de iniur.lib.
6.ne alter alterius odio grauetur, & ne quis locupletetur cum
iactura aliena, quod est verum etiam in hospitalariis, Templa-
riis,Conuersis,& Deo deuotis,vt ibi no. etiam si Dominus tem
45 poralis nollet iustitiam facere,de quo 23.q.2.Dominus.† Attẽ-
dendum est insuper circa vitam & honesta.cle. ꝙ si clericus cõ-
iugatus ferat habitum & tonsuram, gaudet priuilegio clericali,
46 & aliter non.c.j.de cle.coniuga. lib. 6. † Et ꝙ clericus ioculator
tertiò monitus non desistens, ipso iure perdit priuilegium cle-
ricale,quod est dignitas, vt in c.j.de vi.& hone.cle. lib. 6. In oc-
culto tamen, vel infirmitate, aut alterius honestæ rei causa ali-
quid ioci facere nõ reprobatur,vt no. Io.de citaristis, & his qui
variis vtuntur instrumentis.82. dist. donare.in j.glos.& in d.c.j.
47 † Necnon etiam puniendos esse clericos coniugatos, & alios ꝑ
sonaliter & publicè carnificum,& tabernariorum officiũ exer-
centes,qui nominatim per diœcesanos tertiò moniti illud offi
48 cium non dimittunt, vel dimissum reassumunt. † Similiter de-
bent diœcesani agere contra alios clericos, qui seculares actus
49 exercent,vt in cle.j.de vita & ho.cle.† Puniendi sunt etiam cle-
rici beneficiati,vtẽtes in publico virgata vel partita veste. Item
subdiaconi,& diaconi non beneficiati,& omnes clerici tonsu-
ram publicè cum tali veste portantes. Item & omnes dignitatẽ
personatum & beneficium curatum habentes,& sacerdotes,&
religiosi publicè portantes talem vestem,insulam seu pileum li
neum in capite,& vtentes tabardo notabiliter breui,integrè fo
drato,etiam vtentes caligis scaccatis,rubeis,aut viridibus, vt in
cle.2.eo.tit.sunt enim tales colores inhibiti clericis.c. pe. eo. tit.
Quia qui abiectis vestibus proprio congruentibus ordini aliàs
in publico portare pręsumitur,ordinis illius prærogatiua se red
det indignum,vt ibi facit,de sen.exc.c.in audientia.& c.si iudex
50 laicus.eo.tit.lib.6.† Debent etiam laici circa vestium congruen
tiam moderari,vt ibi no.41.dist.§.j.& c.per simoniam.& 30.di-
stin.si quis virorum.& c.si qua mulier. Conforment ergo se cle-
rici consuetudini regionis in habitu, ne videantur hypocritæ.
30.dist.c.si quis virorum.& ne vilescat dignitas clerical.80.dist.
episcopi.de quo 21.q.4.in sum.non tamen habitus monachalis
necessitatis timore susceptus præiudicat.c.perlatũ. quod me.
51 causa.† Attendant etiam puniendos esse clericos arma portan
tes & vsurarios.c. clerici. de vi.& ho. cle.& 23.q.vlt. clerici.& c.
quicunq;. nisi ex iusta causa, puta si per loca periculosa habeãt
transire pp terrorem latronum.licet percutere non debeãt. ar.
23.q.3.Maximianus.aliàs perdant priuilegium canonis.c.si quis
52 suadente,de sen.exc.& c.contingit.† Item puniendos esse cleri
cos comam relaxãtes, quia clericus neq; comam nutrire debet
neq; barbam.& clerici,qui comam nutriunt,etiam inuiti ab ar-
chidiaconis sunt tondendi.c.si quis.cum se.& c. clerici.eo.tit.&
de tonsura clericorum,vide plenè per gl.in cle.2.eo.ti.super ver
bo,tonsuram.& de tonsura monialium plenè in cle. attenden-
tes,de statu.reg.super verbo,criniris. † debet ergo clericus ton-
53 so capite & parentibus auribus incedere.23.dist.nõ liceat.quin-
immò etiam clericus coniugatus debet portare coronam. 20.
q.3.eos qui.& c.procliuis.de quo per Io.An.plenè in c. Ioannes.
de clericis coniuga.nisi ex causa.pp quod not. quendam repre-
hensum respondisse Papæ,

Tutius vt peterem laici sub imagine Romam,
Fas fuit,vt sinerem luxuriare comam.

Vt no.in d.c.eos qui.Attendant ẽt, ꝙ cum ab omni specie mali
54 præcipiat Apostolus abstinere, & † quia ad hoc clericis sunt ec
clesiastici redditus deputati, vt ex ipsis honestè viuere debeant,
ꝙ iudices vigorem iudiciarum gratis studeant litigantibus im-
55 pertiri,† cum nec iustum iudicium iudici vendere liceat, etiam
sub nomine assessorum,& venales sententiæ etiam à legibus se-
cularibus reprobentur.c.cum ab omni,de vi.& ho.cle.ac etiã ꝙ
aduocatus super certa parte litis cum clientulo non paciscatur.
l.si quis aduocatorum.C. de postulan. sic nec fideiussor iudica-
tum solui.ff.mandati.l.si remunerandi.§.Marcus. Ensenia ẽt nõ
56 licitè capiuntur.ff.de offi. procon.l.senatus.§.fi.† Est ergo adhi-
bẽda moderatione litigatoribus enorme damnum infligatur.
ar.10.q.3.c.illud.vbi pauperes sunt litigantes, debent etiam iudi
ces à sumptibus abstinere,quia nec tunc ordinarii habent spor-
57 tulas,in Auth.de mandatis Princip.§.sit tibi quoq;. col.3.† Iuri-
sconsultus tamen bene potest vendere iustum consilium.11.q.
3.c.non licet.14.q.5.non sanè,nam spe prẽmiorum inuitandus
est assessor.C.de assess.l.j.& ideo potest petere mercedem pro la
bore suo proprio, quia suis sumptibus ad hoc non cogitur. 24.
q.j.iam nunc.& nemo de suo beneficium facere cogitur.10.q.j.
58 precariæ.de præscri.cum ex officii.12. q.2.charitatem. † Atten-
dant etiam ad extirpandas consuetudines, & corruptelas ludo-
rum theatralium,& ludibriorum spectaculorum, & laruarum,
quæ in ecclesiis fiunt in certis festiuitatibus,& ne in sacris cõsti-
tuti illa exerceant, ne per huiusmodi turpitudinem ecclesiarũ
decor,& honestas inquinetur.c.cum decorem.eo.ti. nõ tũ pro-
hibetur repręsentatio præsepe Dñi,Herodis, magorum, & qũo
Rachel plorabat filios suos,& c.quę tangunt festiuitates illas,de
quibus ibi fit mentio,cũ tales potius inducant vulgus ad cõpun
ctionem q̃ ad voluptatem,sicut in Pascha sepulchrũ, & alia re-
pręsentantur ad deuotionem excitandam,arg.de conse. dist. 2.
59 semel.& dist.4.quæris,in fi.† est nanq; festum signũ & repręsen
60 tatio præteritarum rerum.76.dist.quod die Dñico.† Et qm̃ do-
mum Dñi decet sanctitudo, & vt cuius in pace factus est locus,
eius cultus sit cum debita veneratione pacificus,humilis,& de-
uotus ad ecclesias debet esse ingressus,& in eis deuota conuersa
tio,& Deo grata inspicientibus placida quæ considerantes non
solũ instruat,sed ẽt reficiat conuenientes ibidem nomen illud,
quod est super oẽ nomen,à quo aliud sub cęlo nõ est datum ho
minib.in quo saluos fieri credẽtes oportet, videlicet Iesu Chri-
sti,ꝙ saluũ fecit populũ suũ à peccatis eorũ, spãli reuerentia oẽs
attollãt,& qđ generaliter scribit̃,vt noĩe Iesu omne genu flecta
tur,& c.singuli singulariter in seip sis implẽtes,præcipuè dũ agunt̃
missarũ solẽnia,gloriosum qñcunq; illud nomẽ recolit̃,flectãt
genua cordis, qđ ex capitis inclinatione testent̃,& attendantur
in locis eisdẽ sacra solẽnia intẽtis p̃cordiis, & deuotis orationi-
bus insi-

Source : BIU Cujas

bus insistatur,& nullus in locis eisdē, in quibus cū pace ac quiete vota conuenit celebrari,seditionem debet excitare, conclamationem mouere, impetumve committere,cessare debent in illis vniuersitatū & societatū quarunlibet consilia, conciones, & publica parlamenta,vana,feda,aut prophana colloquia,cōfabulationes q̄libet,& q̄cunq; alia, q̄ diuinū solēt turbare officiū, aut oculos diuinæ maiestatis offendere, & ne vbi peccatorū est venia postulanda,ibi peccandi detur occasio,aut peccata deprehendant cōmitti.cessare ēt debēt in eis in cimiteriisq; negociationes,& præcipuè nūdinarū,ac fori cuiusq; tumultus,& oīs secularīū iudiciorū strepitus, nec vlla ibi cā per laicos præsertim criminalis terminari,& ordinarii locorū hoc debent facere ob seruari,& suadēda suadere,& prohibita cōpescere,aliàs tales ꝓcessus & snīæ sint nullæ &c.prout in c.decet.de immu.eccl.li.6.

61 †& licet cōtractus extraiudiciales in ecclesiis,fieri non debeat,

62 & facientes peccent,facti tñ tenent,vt ibi no.in gl.† Attentè ēt prouideant,ꝙ clerici officia, vel cōmercia secularia non exerceant,maximè inhonesta, minis oculatoribus, & histrionibus non intendant,& tabernas prorsus euitent,nisi fortè cā necessitatis in itinere constituti, & ꝙ ad aleas, & taxillos non ludant, nec hmōi ludis intersint,in quibus blasphemat Deus cum Sanctis suis.l.j.C.de aleato.alias si quid vicerint, restituere ꝯpellant: & ꝙ coronam,& tonsurā hēant congruentem, & se in officiis ecclesiasticis,& aliis bonis studiis exerceant diligētes,& ꝙ clausa deferant desuper indumenta,nimia breuitate,vel longitudine non notanda,& ꝙ pānis rubeis aut viridibus, necnon manicis,aut sotularibus ꝯsuticiis,frenis,sellis,pectoralibus, calcarib. deauratis,aut aliā superfluitatē gerentibus non vtātur: & ꝙ cappas manicatas ad diuinum officiū intra ecclesiā non gerāt, sed nec alibi,qui sunt in sacerdotio, & psonatibus cōstituti,nisi iusta cā timoris exegerit habitū trāsformari,& ꝙ fibulas oīno nō ferāt,neq; corrgias auri,vel argenti ornatas:sed nec anulos,nisi q̄bus cōpetat ex officio dignitatis.Pōtifices āt in publico, & in ecclesia sup indumentis lineis oēs vtant, nisi monachi fuerint, q̄ debēt ferre habitū monachalē, & ꝙ paliis diffibulatis nō vtā-

63 tur in publico,sed vel post collū,vel ante pectus hincinde cōnexis.c.clerici.eo.ti.& ꝙ tertiò moniti,si ptermissis diuinis officiis negociationibus secularibus institerint, non dēnt vt clerici defendi,cū facto abiiciant priuilegium clericale.c.fi.eo.ti.Alias ergo, si iudex laicus malefactorē captū tenet dicentē se esse clericū, cū huius rei cognitio ad ecclesiasticū iudicē spectet,si notoriè,vel publica fama, vel cōi extimatione hī pro clerico,statim dēt illum remittere.† Idē si prius se gerebat pro clerico, & modo captus fuerit in habitu clericali:sed si prius se nō gerebat pro clerico,licet in clericali habitu deprehensus fuit, non fiet remissio,donec fuerit de clericatu ꝓbatū,interim tñ iudex contra eū in nullo ꝓcedet.c.si iudex laicus de sen.exc.li.6.& in c.vt famæ.

64 eo.ti.† &q̄ñ indignū est clericis ab ecclesia subueniri,per quos cōstat in ecclesia scādalū gnari,denunciandū est oībus clericis, ne ministri laicorū fiant, nec in rebus eorū ꝓcuratores existāt, alias istis in fraude deprehensis per ecclesiā nō debet subueniri.

65 c.2.ne cler. vel mona. † Occasione ēt sciētiæ spūalis ecclesiastici viri,mundanis rursus actionibus nō debent inuolui sub obtētu languētiū fratrē ꝯsulendi corporibus,& ꝙ p eos ēt ecclesiastica negocia fideliter pertractent,quos Diabolus decipit sub Angeli lucis specie se transfigurans.& ideo regulares ꝓpea nō sunt ad legendas leges,& cōfectiones phisicales ponderādas de clau-

66 stris suis educendi.c.non magnopere.eo.ti.† & adde ꝙ ℨria diuinæ conditioni sunt medicinæ præcepta,à ieiunio reuocant, lugubrare non sinunt.ab oī intentione meditationis abducūt, ita ꝙ q̄ se medicis dederit,seipsum sibi abnegat.c.cōtraria.de cōse.

67 dist.5.† Sed nec ꝓcurationes villarū, aut iurisdictiones ēt seculares sub aliquibus principibus secularib⁹, vt iustitiarius eorū fiat clericus,quisquā pōt exercere.c.sed nec.eo.ti.alias & ipse,& alij

68 clerici cā lucri negociantes sunt excōicādi.† Prohibent ēt monachi,ne à clericis, vel laicis firmas hēant suo nomine,neq; laici ecclesias ad firmā teneant.c.fin. eo.tit.alias monachis se non corrigentibus loco eorū alii iusti debent subrogari, vt labores impiorum edant, & illi tandem cōfusi rubore ad sui ordinis ob

69 seruantiam reuertant. c. relatū. † Clericis ēt in sacris ordinibus cōstitutis p suorū beneficiorum sublationē,ēt tabellionatus officium est interdicendū,maximè si cōpetentia beneficia hīt, ēt in causa ecclesiastica, & spirituali, & corā ecclesiastico. c.sicut. eo.tit.& ibi no.& adde,ꝙ c.fi.quod interpretatur c.non magnopere.eo.ti.& cum clericis interdicit audire leges,vel phisicā, nō cōprehendit obtinentes parochiales ecclesias, nisi fuerint plebani ecclesiarum sub se capellas habentium,in quibus instituātur clerici perpetui nequeuntes ab ipsis absq; rationabili causa

70 amoueri.c.j.eo.tit.lib.6.† Excōicandus etiam est religiosus, qui habitu dimisso ad studia literarum accedit absq; licētia sui prēlati,atq; maioris partis conuentus.similiter & Doctor,qui tales

71 in scolis suis legum,& phisicæ admittunt.c.2.eo.ti.6. † possunt tñ clerici tpalem iurisdictionem obtinentes iniungere suo officiali,vt de maleficiis inquirat,& iustitiam faciat absq; metu irregularitatis,licet exinde sequatur pena mortis,vel sanguinis.c.fi.

72 eo.ti.li. 6. † Similiter ēt possunt de suis cōqueri malefactoribus coram iudice seculari,ēt de criminibus,de quibus debetur pena sanguinis,expressè protestando, ꝙ ad pēnam sanguinis nō intendunt.c.prelatis.de homicid.eo.li.alias verò non licet clericis iudiciū sanguinis agitare, nec officiū vicecomitis, aut ꝑpositi secularis exercere,nec sententiam sanguinis dictare, aut sanguinis vindictā exercere, nec literas scribere ꝓ vindicta sanguinis destinandas, nec sibi in curiis principum licitum est hanc curarum sollicitudinem subire,nec ruptariis,balistariis,aut viris sanguinis præesse,nec vllam cirugiæ partem exercere,quæ adustionem,vel incisionem inducit, nec per purgationem aquæ feruētis,aut frigidæ, seu ferri candentis ritum cuiuslibet benedictionis impendere,aut consecrationis,& c.clericis.& c.sententiam.

73 eo.tit.quinimmo † nec canes,aut accipitres ad venandum eis licitum est hre.alias enim sunt puniēdi,vt in c. j. de cleri.vena.oībus enim seruis Dei venationes,& siluaticę vagationes cum canibus, accipitribus, aut falconibus sunt interdictæ, vt in c.fi.eo.

74 ti.† nemo ergo militans Deo potest se negocijs secularibus implicare,quæ multa sunt,ad quæ pertinet oīs carnalis cōcupiscētia.quicquid enim plus iusto homo appetit,turpe lucrum est. s. munera iniusta accipere,vel dare ꝓ aliquo seculari quæstu, aliquem precio inducere ad malum, contentiones, lites,vel rixas amare, in plateis secularibus disputare, excepta defensione orphanorum,aut viduarum,conductores rerum secularium esse, aut procuratores,turpis verbi,vel facti ioculator, vel iocum seculare diligere,aleas amare, ornamentum suo proposito incōueniens quærere,in deliciis viuere velle,gullam, & ebrietatem sequi,pōdera iniusta,vel mensura habere: Iustum tñ non intericitur pp diuersas necessitates,sed quibuslibet causis superfluis interesse,canes,& aues sequi ad venādum,& has similias,vt plenius hī in c.j.ne cle.uel mo. sufficiant aūt hæc quo ad ordinem quendam generalem magis publicum circa ecclesias,& clericos per visitatores seruandum,gratia breuita.cætera sparsim in inferioribus q.supplebuntur.

SVMMARIVM.

1 *Visitatoris potestas est,compellere quoscunq; prælatos,& etiam Cardinales ad continuam residentiam faciendam.*

2 *Visitator non potest compellere residere eos,qui sunt in seruitio Papæ,nec qui causam suorum beneficiorum prosequūtur,nec eos, qui sunt in seruitio Papæ,& qui studiorum causa absunt.*

3 *Distributiones quotidianæ interessentibus tantum dantur.*

4 *Residentiam facere tenentur promoti ad ecclesias parochiales.*

5 *Episcopus super residentia ad tempus dispensat.*

6 *Papa super residentia non dat perpetuam indulgentiam.*

7 *Visitator compellit beneficiatos ad susscipiendum ordines beneficiis annexos.*

8 *Visitator compellit clericos habentes dignitatem,vel parochialem ecclesiam ad susscipiendum ordinem subdiaconatus à die suæ promotionis.*

9 *Clerici, si ad ordines beneficiis annexos non ordinantur, ipso facto à iure suo cadunt.*

10 *Tempus ad se ordinandum in parochialibus ecclesiis currit à die pacificæ possessionis.*

11 *Clericus,qui ordines susscipere tenetur,nisi ordinetur ad subdiaconatum, vocem non habet in capitulo.*
Idem in habentibus dignitates, personatus, vel officia habentia ordinem annexum.

12 *Visitator compellit regulares ad prioratus promotos,vt ad sacerdotium promoueantur.*

13 *Visitator compellit ministros ecclesiæ ad facienda ea,quæ eis incumbunt.*

14 *Visitator prohibet,ne fiat cessatio à diuinis,nisi vocatis omnibus,& habita diligenti deliberatione,& vocato eo,ob quem cessatio fienda est.*

15 *Cessationem generalem violans est irregularis,sicut violans interdictum.*

16 *Visitator compellit Archi.ad suum officium debitè exequendum.*
Archidiaconi officium,quale sit,& circa quæ versetur.& nu.seq.

18 *Visitator prohibet archidiaconis,ne alicui animarum curam committant.*

19 *Visitator compellit archipresbyterum, seu decanum ad suum officium debitè exequendum,& nu.20.& 21.*
Officium archipresbyteri,quale sit.

22 *Visitator primicerium cogit ad faciendum ea,quæ sibi incumbunt.*
Officium primicerii,quale sit.

23 *Visitator compellit sacristam,suum officium adimplere.*
Sacristæ officium,quale sit.

24 *Visitator compellit custodem,suum officium exequi.*
Custodis officium,quale sit,& nu.seq.

26 *Chrisma,& eucharistia diligenter custodiri debent.*

27 *Presbyter eucharistiam paratam semper habere debet.*
Et non bene custodiens,quomodo puniatur.

28 *Eucharistia in loco mundo conseruari debet.*

29 *Eucharistia,quomodo per presbiterum ad infirmum portari debeat.*

30 *Eucharistia non debet per laicos ad infirmum portari, sed per presbyterum, vel diaconum.si necesse sit.*

31 *In octaua Pentecostes fit officium corporis Christi.*

32 *Prælati prouidere debent,vt ecclesiæ mundæ,& vasa,& vestimenta munda conseruentur.*

33 *Vestimenta ecclesiæ honesta esse,& honestè teneri debent.*

Source : BIU Cujas

34 *Visitatores prohibent, ne corpus aliquod vti sanctum veneretur sine auctoritate Papæ.*
35 *Et ne reliquiæ extra capsam ostendantur.*
Nec reliquias de nouo inuentas venerari.
36 *Et prouidere quòd festa duodecim Apostolorum, & Doctorum ecclesiæ sub duplici officio celebrentur.*
37 *Et ad feriandum dies Dominicos singulis annis.*
38 *Et quòd obseruentur cerimoniæ ab ecclesia introductæ.*
39 *Diuersitas religionum à iure reprobatur.*
Christiani in suis domibus pœnitentiam agendo, licitè possunt Deo seruire.
40 *Visitatores prohibent crucem, & imagines Sanctorum in terram prosterni, & spinis supponi.*
41 *Imagines adorare debemus ob illorum reuerentiam, quos imago figurat.*
42 *Festum inuentionis sanctæ crucis celebrari debet.*
Crux prius erat supplicium latronum.
Christus, quare mortem crucis elegit.
Crux Christi ex quatuor lignis compacta fuit.
43 *Festum inuentionis sanctæ crucis, quando celebrari debeat.*
Pax in fine missæ, quare populo impartiatur.
44 *Osculo quis alij consentit.*
Pax quare non datur in missa defunctorum, nec inter monachos.
45 *Visitatoris officium, sicut ordinariorum, latissimum est.*
46 *Visitatori pertinet partibus tutum locum assignare, timorem à partibus, & testibus repellere, & dilationes moderari.*
47 *Visitatori spectat incidentes, & emergentes quæstiones terminare, interlocutorias reuocare, negocia finire, & suas, & aliorum sententias exequi, & lata sententia in Curia Romæ fructus sequestrare.*
48 *Visitator curam subditorum habere debet. singulos iuuare, & cunctis prodesse, ius suum vnicuiq; tribuere, delinquentes punire, scelera inquirere, & gratias ius reddere.*
49 *Visitatoris officium est in pœnis misericordiam adhibere, beneficia idoneis conferre.*
50 *Beneficiorum collatio est voluntariæ iurisdictionis.*
51 *Decretum irritans, etiam ignorantes ligat.*
52 *Beneficium in curia vacare dicitur, si ibi resignatur.*
53 *Beneficia conferendi facultas, nec admittendi resignationes, in generali mandato non venit.*
54 *Visitator intendit circa assignationem partis prouentuum faciendam prælatis, vel vicarijs ecclesiarum per earum patronos.*
55 *Visitator prouidet de beneficiis nouiter post datam literarum creatis, licet in dubio censeantur ante datam creata.*
56 *Visitator absenti, & ignoranti prouidere potest, & prouidere et instituendo præsentatos per patronos seculares, resignatione non obstante.*
57 *Et constituere plures vicarios principales potest.*
Pœnitentiaria, qua in literis quas dirigit ad vicarios ordinariorũ super dispẽsationibus incidit, & non complet, rio, vel riis, sed dicit vica.
58 *Visitator potest in causis beneficialibus pupillis curatores ad litem dare.*

¶Quæstio octaua primæ partis.

OCTAVO Quęro principaliter de oĩmoda potesta te visitantium. & qm̃ in hac q. habet relucere visitantibus cunctis colũna ignis, & lucerna ardẽs, &
1 illuminans oẽs tenebras, † ideo pro rm̃ione conabor sumere ordinem necessariũ, per quẽ rectè dirigantur. rm̃deo ergo primò, ꝙ eorũ ptãtem primò debent exercere in capitulo suæ cathedralis ecclesiæ cõpellendo oẽs prælatos ad continuã residentiam faciendã, siue sit Cardinalis, vt in c. ex gestis. de cle. nõ resi. siue sint Archiepi, vt in c. qualiter. eo. ti tu. siue epi, vel alii p̃lati. c. ex tuæ. eo. tit. siue sit ecclesiæ ẽt maior decanus, licet archipresbyter. c. ex parte. eo. tit. siue sit canonici, aut alii asisii, vel mansionarii. c. pe. eo. tit. siue alii quicũq; assecuti beneficii, quæ residentiã exigunt. c. fi. eo. tit. alias debẽt eos priuare, seruatis iis. de quibus in dictis iuribus, maximè vbi est constitutio ecclesiæ de faciendo residentiã, & p̃sertim iurata, vt ibi.
2 † Exceptis primò iis, ſqui in apostolicæ sedis seruitio detinẽtur, vel quos infirmitas excusaret. c. ad audientiã. eo. tit. & c. cũ dilectus. ex quo vniuersaliter se exhibẽt obsequiales, & negocia ecclesiæ ꝓmouent, vt ibi. Itẽ exceptis iis, qui suorũ beneficiorum iura fideliter ꝓsequunt̃. c. ex parte. eo. tit. item exceptis vno, vel duobus, q in seruitio epi, & p̃lati existãt. c. de cætero. & d. c. ad audientiã. eo. ti. Itẽ exceptis iis, quibus indulgẽt, vt gratia studiorũ excusent̃, dũmodo nõ in fraudẽ. c. tuæ. eo. ti. vel ex alia honesta & iusta. cã. c. inter quatuor. eo. ti. nisi qũ ecclesia ex hoc ferè esset destituta ministris. c. pe. eo. ti. dũ tm̃ in p̃missis casibus per aliũ cõ
3 gruè deseruiat̃ ecclesiæ. d. c. pe. † saluis tm̃ distributionibus quotidianis, quæ alias manualia beneficia, seu victualia nũcupantur, quæ tm̃ interessentibus tribuunt̃ in p̃missis casibus, vel aliis priuilegiatis, q consequunt̃ in absentia fructus beneficiorũ suorũ, nec ad residentiam cõpelli p̃nt, aut ex non residentia priuari. d. c. de cætero. & c. vno. de cle. non resi. lib. 6. vbi tollitur contraria ꝓsuetudo, nisi tenor priuilegii aliter se hꝫet, vt ibi no. vel nisi infirmitas, vel alia iusta, & rõnabilis corporalis necessitas, aut euidens ecclesiæ vtilitas excusaret, & alias receptorum dm̃ium nõ acquirunt, nec sua sunt, sed ad restõnem tenentur, & idem de distributionibus, q̃ dantur pro anniuersariis defunctorum, vt ibi.

4 † Et aduertẽdum, ꝙ oẽs promoti ad parochiales ecclesias oĩno tenentur ꝓsonaliter residere, vt regimen, & curã gregis sibi traditi diligentius regere possint. c. licet. ver. iis. ẽtiam. de elec. præterquam in casu c. extirpãdę. de p̃b. vbi per vicariũ residere p̃nt qm̃. s. dignitati, vel prębend. parochialis ecclesia est annexa, quo casu conceditur, vt qui habet talẽ præbẽdam, vel dignitatẽ, cũ oporteat eũ in maiori ecclesia deseruire, possit in ipsa parochiali ecclesia idoneũ, & perpetuũ hr̃e vicariũ canonicè institutũ, qui cõgruentem hẽat de ipsius ecclesiæ obuentionibus distributionẽ. † Itẽ in casu, quo ordinarius sup̃ residentia facienda gratiam
5 dispensationis ad tps facit. d. c. licet canon. in fi. Ex causa tm̃ legitima, puta studiorũ, & nõ vltra septennium, vt in c. cum ex eo.
6 eo. tit. † quia nec Papa sup̃ residentia dat perpetuas indulgẽtias,
7 & datas per prędecessores reuocabit, vt in c. vlt. de rescr. li. 6. † Secundò debent oẽs prælatos, & alios beneficiatos ad beneficia certos ordines requirentia cõpellere ad suscipiẽdos ordines eisdem dignitatibus, & beneficiis annexos. c. quæris. de ęta. & qua
8 li. † & hm̃tes dignitates, & parochiales ecclesias ẽt ex cã studiorũ ꝓpellet̃ ad ordinẽ subdiaconatus suscipiendũ. j. annũ à tpe suę ꝓmotionis, ne sicut à multis de Christi patrimoniis sublimatis olim factũ esse dignoscĩ à statu clericali valeant retrocedere. Interim tm̃ debẽt ꝓuidere, ꝙ p̃ bonos, & sufficiẽtes vicarios abeis in hmõi ecclesiis deputandos, aĩarũ cura diligenter exerceat̃, & deseruiatur laudabiliter in diuinis. Illisq; de ipsarũ ecclesiarum prouentibus necessaria congruè ministrent̃: & nisi tpe dispensationis elapso ad requisitos ordines. j. annum se faciant ꝓmoueri, ipsis beneficiis ipso iure sunt priuati, p̃ntq; dicta beneficia, & debẽt aliis cõferri. c. cum ex eo. de elec. lib. 6. † nã si Archi
9 diaconus in diaconum, & decanus, & reliqui non fuerint ad ordines bn̄ficiis annexos ordinati, ẽt appellatione reiecta, & absq; admonitione elapso anno, ipso facto cadunt à iure suo, & dẽnt talia beneficia conferri aliis, qui velint, & possint suũ officium diligenter implere. d. c. licet canon. per quod in pluribus supplẽtur. c. cum in cunctis. de elec. & alii canones ibidẽ in gl. alleg. &
10 c. j. cum seq. de temp. ordi. † In parochialibus aũt expectãdus est lapsus integri anni, qui currit à tpe, quo ꝓmotus possessionem pacificam est adeptus, vel cum per eũ stetit quominus hr̃et eandem iusto impedimento cessante, puta infirmitatis, &c. vel nisi secum sit dispensatum, ut in c. cõmissa. eo. ti. de elec. li. 6. Nec lapso anno poterit eidem de nouo fieri collatio, ne verbis & nõ rebus videatur lex imposita, & fiat ludibrio, & si ad parochialẽ promouetur, vt fructus primi anni tm̃ cõsequatur, tenebitur ad restitutionẽ eorum, cũ illos receperit fraudulenter, & conferẽs
11 incurret pœnas, de quibus in d. c. cõmissa. §. porrò. vsq; ad fi. † Et vt ij qui in diuinis, in cathedralibus, vel collegiatis seculariibus, vel regularibus ecclesiis ad suscipiendos sacros ordines propensius indu cantur, prohibetur, vt nullus vocem habeat in capitulo, ẽt si hoc sibi ab aliis libere concedatur, nisi saltẽ in subdiaconatus ordine fuerit cõstitutus, & illi qui dignitates, personatus, officia, uel prębendas, quibus certi ordines sunt annexi, pacificè obtinet, nisi iusto impedimẽto cessante, ad huiusmodi ordines se fecerint promoueri infra annum, ex tunc, donec ad eos promoti fuerint. similiter nullo modo vocem in capitulo habere debent, ipsisque distributionibus, quæ dantur iis, qui certis horis intersunt, pars dimidia subtrahitur. non obst. quibuslibet cõtrariis consuetudinibus, vel statutis, vt in cle. vt ij qui. de æta. &
12 qual. † regulares autem, qui ad prioratus promouentur, etiam compelli debẽt, vt ad sacerdotium promoueãtur, & in illis personaliter resideant, ꝙ si cessante probabili causa non fecerint, eo ipso, nulla etiam monitione præmissa, prædictis prioratibus sunt priuati, quibus etiam iteratò eo vice, nullatenus conferri possunt. cle. j. in §. cæterorum. de sta. mo. quinimmo ad ampliationem cultus diuini, ad monitionem abbatis quilibet monachi ad omnes sacros ordines debent promoueri, cessante excu-
13 satione legitima. d. cle. j. in §. ad ampliationem. † Tertio debent compellere omnes prelatos canonicos, & reliquos ecclesię ministros, vt modestiam ordinis clericalis non abiiciant, sed offerant Deo sacrificium laudis, fructum labiorum suorum in puritate conscientiæ, & cum deuotione, & horas canonicas dicere, seu psallere, non transcurrendo, vel syncopando, vel extranea, vt plerunq; fit, aut verba prophana, & inhonesta intermiscendo colloquia, nec tardè ad chorum conuenire, nec ecclesiam ipsam absque rationabili causa ante finem officii exire, nec aues ad ecclesiam portare, aut portari facere, nec canes secum ducere venaticos, nec quasi nihil prætendentes de clericali militia in corona vestibus, & tonsura excedere, nec in diuinorum celebratione nimis indeuotè interesse, nec in certis eorum festiuitatibus, dum in ecclesiis debent insistere diuinis, in ipsis, earumque cimiteriis coreas facere dissolutas, nec cancre cantilenas, aut alias insolentias perpetrare, ex quibus ecclesiarum, & cimiteriorum violationes, inhonesta, viariaque delicta quandoque sequuntur, & ecclesiasticum qm̃q; perturbatur officiũ in diuinę maiesta. offensam, & astãtiũ scãdalũ populorũ, nec in ecclesiis, cũ vasis, vestimẽtis, & cæteris ornamẽtis ad cultũ diuinũ necessariis indecẽtib. deseruire, nõ pẽsatis ecclesiarũ facultab. sed cũ

omni

Source : BIU Cujas

oī diligẽtia,& oī negligentia,& incuria penitus relegata dẽnt ꝓ uidere,vt in cathedralib⁹,regularibus,& collegiatis eccleſiis horis debitis deuotè pſallat:in aliis verò cõueniẽter, & debite celebret diuinũ diurnũ,& nocturnũ officiũ, & in aliis q̃ ad diuinũ cultũ,& morũ reformationẽ ꝑtinent, ac eccleſiarũ, & cimiteriorũ reſpiciunt honeſtatẽ,canonũ ſtatuta facere irrefragabiliter obſeruari cl.j.de celeb.miſſ.ſiſr ↄpellãt,nedũ ꝑlatos,ſed quoſcũq; clericos, vt diuinũ offi.noctur.pariter,& diuturnũ,q̃tũ eis Deus dederit,ſtudioſè pariter,& deuotè celebrẽt,nec expẽdant ferè medietatẽ noctis circa comeſſationes ſuperfluas,& ↄfabulationes illicitas,& alia tacenda, & ſomno reſiduũ relinquẽtes vix ad diurnũ officiũ ad cõcentũ auiũ, excitentur,trãſcurrẽdo vndiq; cõtinua ſincopa matutinũ,aut miſſarũ ſolennia vix quater in anno celebrãtes, & ꝙ deterius eſt intereſſe ↄtẽnẽtes. & ſi qñ dũ hæc celebrant choro interſint,ſilẽtiũ fugiẽtes,intẽdũt exterius collocutionib⁹ laicorũ,& auditũ ad indebitos ſermones effundẽtes,aures intẽtas nõ porrigũt ad diuina,vt hæc & ſimilia fugiãt,alias puniant,ꝓut in c.dolentes.de cele.miſ.vel vt ſaltem ſeorſum dicant, aut legant ſimul oẽs 7. horas canonicas ↄſulãt ꝑꝑ ſuperueniẽtes occupationes,& ꝓut tradit in c.j.eo.tit. de ce-
14 le.miſ.† Diſtrictius ẽt inhibeãt,ne à ſeculari,vel à regulari capitulo,collegio,ſeu cõuentu eccleſiæ cuiuſquã ceſſationes à diuinis nõ vocatis oĩbus, ꝓut ſunt ꝓ electionis negocio vocãdi, & deliberatione habita diligẽti,& eꝑo, alio ve quocũq; clerico, ſiue laico,cuiuſq; dignitatis prẽeminẽtię, ↄditionis,aut ſtatus exiſtat,ꝑꝑ cuius iniuriã vel offenſam eadẽ vī ceſſatio faciẽda, poſt p̃dictas vocationẽ,& deliberationẽ de ceſſando habitã,reg ſito ꝙ irrogatã iniuriã, vel offenſam emẽdet, aliquatenus attẽtent, neq; tunc,ẽt ſi emẽdã inde habuerint, vel ꝑ eos ſteterit quominus hẽant cõpetẽtẽ,alias. ℑ. vnius mẽſis ſpatiũ pars vtraq;, vc̃ q ceſſant,& ꝑꝑ quorũ factũ à diuinis ceſſãt,niſi ſupueniẽte cõcordia iter arripiant ad apoſtolicã ſedẽ,ſaltẽ ꝑ ꝓcuratores idoneos cũ munimẽtis,& actis neceſſariis,& ↄtinuatis diebus, q̃ citò potuerint cõmodè ſe Papę repſentẽt alias puniunt, ꝓut in c. pñti. de offi.or.li.6.ſaluis nihilominus pœnis,& aliis circa hoc ſtatutis,in c.ſi canonici.eod.tit.& li.& in c.irrefragabili,ad fi.eo.tit.in
15 antiq.in § cæterũ.& de app.dilectus.† ſecus tñ eſt in gñali ceſſatione in loco,de qua in c.nõ eſt.de ſpon.& de ver.ſig.cũ in partibus,qñ.ſ.hẽt effectũ interdicti,qa indicta ab eo q ꝑt vnde violãs illã,eſſet irregularis,ſic violãs interdictũ,vt ꝓbat in cle.j. de ſen.exc.no. Io.An.in nouel. in gl. 4.poſt Inn.in d. c.ſi canonici.
16 adde c.queſiuit.de iis q̃ fi.à pl.&c. † Quartò dẽt cõpellere ꝑlatos eccleſiæ ad eorũ officiũ debitè exequẽdũ.& primò Arch.q dẽt eſſe præordinator in cũctis,vt ſciat ſe eſſe vicariũ eꝑi in oĩbus,& oẽm curã in clero,tã in vrbe,q extra ad ſe ꝑtinere,tã circa eorũ ↄuerſationẽ,q̃ circa onus,& reſtaurationẽ eccleſiarũ,& doctrinã eccleſiaſticarũ, & cęterarũ rerũ ſtudiũ, & ꝙ ẽt delinquẽtiũ rõnẽ corã Deo redditurus eſt, & ſic circuẽdo parochiã vniuerſam cũcta,q̃ reparatione indigẽt,ad vicẽ ſui eꝑi corrigat,& emẽ det.c.j.de off.Arch.& vt Euãgeliũ legat,vel alicui de diaconis ſe gendũ prçcipiat, & vt qñ eꝑs miſſam canit ad iuſſionẽ illius induãt ſe leuitæ veſtimẽtis ſacris, & ordinet qualiter cũ Põtifice ad miſſã ꝓcedãt oẽ eccleſiaſticũ officiũ ꝓuidẽdo, & lectiones, & rñſoria in matrice eccleſia dare dẽt,& auſcultare, ita vt null⁹ Euãgeliũ,aut epiſtolã,rñſoria,vel q̃libet in eccleſia lectionẽ legat,& cãtet,donec auſcultẽt ab ipſo,& ordinet quis accolitorũ cãdelabra, & qs thuribulũ deferat, qsve minorũ in eccleſia aliqua officia agere dẽt.officiũ.eo.tit.& vt ꝓpriæ eccleſiæ, vel ea q̃
17 de diuerſis eccleſiis ſunt collecta ciminilia. i. oĩa vaſa eccłæ ſub oī ſollicitudine,& fide ſeruent.c.ea q̃. eo. tit.† & vt tanq̃ oculus eꝑi examinet clericos, cũ fuerint ad ſacros ordines ꝓmouẽdi, vel eis fuerint beneficia ↄferẽda, vt in c.ad hæc.eo.ti.& inſtallet
18 Abbates,& abbatiſſas, c.vt nr̃m.eo.tit.† ꝓhibeat verò Archidiaconis,ne ſine ſnĩa, & mãdato eꝑi p̃ſumãt alicui cõmittere curã aĩarũ,ẽt ſub obtẽtu alicuius ↄſuetudinis.c.cũ ſatis.eo.ti.Itẽ ꝙ in aliquos ſnĩas nõ ꝓmulgẽt,niſi de ↄſenſu eꝑorũ.c.Arch.eo.ti. & non pluries,q̃ ſemel in anno viſitẽt.c.mãdamus.eo.ti. nec ↄcedat literas cõmẽdatitias,vel ad ordines.c.ſignaſti.eo.ti.nec ĩ mo
19 naſteriis aliã iuriſdõnẽ ſibi vẽdicẽt,q̃ ipſi Arch.vel p̃deceſſores ſui in eiſdẽ monaſteriis dudũ habuiſſe ↄſtiterat.c.fi.eo.ti.† Scđò Archipresbyterũ,ſiue decanũ, q debet ſubeſſe Archidiacono, & eius p̃ceptis,ſicut eꝑi obedire, & ſuper oẽs p̃sbyteros in ordine poſitos curã agere,& aſſiduè in eccleſia ſtare, & in eꝑi ſui abſentiã eius loco miſſarũ ſolẽnia celebrare, ſeu collectã. aut alii celebrãdã iniugere.c.j.de off.Archipresb.Itẽ vt diligenti cura ꝓ uideat miniſteriũ ſacerdotum,Cardinaliũ,q ſolẽne dẽnt agere officiũ in cõicatione corporis, & ſanguinis Chriſti à ſacroſancto die Dñico incipiendo ꝑ oẽs horas canonicas indeclinabiliter ꝑſeuerent, & vt opus Dei dignè, & ſanctè ꝑficiat ab eo, cui
20 cõmittit,& ꝓuideat vitã ſacerdotũ, Cardinaliũ p̃ceptis obtẽpe rado eꝑi,ne aliq̃ cedãt, aut ſcurilitate torpeant & abſente eꝑo, exceptis ꝓhibitis ꝓuideat cuncta,q̃ in ſacerdotũ miniſterio ꝑfici dẽnt,fontes benedicendo,infirmos oleo perungẽdo,pœnitẽtes reconciliando, ↄſulto eꝑo pœnitẽtias cũctis aliis ſacerdotib. iniungẽdo, & in p̃cipuis ſolẽnitatibus celebrãdo ſolẽniter miſſam,aut alii iniungẽdo celebradã.c.2.eo.ti.& vt Archipresbyteri de vrbe benedictiones presbyterales in eccleſia tradant,& qñ ipſe miſſam celebrat,præcipiat ſacerdotibus, vt induãt ſe ſacris ſacerdotalibus veſti mẽtis, & ꝙ ad miſſam ꝓcedãt,& vt p̃cipiat cuſtodibus eccleſiæ, vt in ſacrario eucariſtiæ corpus Chriſti ꝑꝑ infirmos nõ deſit,& vt p̃cipiat ſacerdotibus,& ꝓuideat, ne fortè ſine ↄfeſſione,vel ↄfirmatione,aut ſacrõ Chriſti corporis,& ſanguinis moriant, & vt ↄfeſſiones à foris venientibus recipiat
21 cum oĩbus ſacerdõtibus,& alia,de quibus in c.officiũ. eo.ti.† & vt archipresbyteri rurales ↄſtituant in ſingulis plebibus ꝑꝑ aſſi duã erga populũ Dei curã.q non ſolũ imperiti vulgi ſolicitudinem gerant,immo ẽt p̃sbyterorũ,q per minores tit.habitant vitã vigili circunſpectione cuſtodiant, & quãta vnuſquiſq; induſtria opus Dñi exerceat,vt eꝑo ſuo renunciet,quia & ſi ẽt valde idoneus ſit eꝑs,decens eſt vt eũ aliis ſua onera partiat, vt in nullo tit.habet eccleſiaſtica ſollicitudo,dũmodo ℑ decretũ eꝑi ali
22 quid ordinare nõ p̃ſumat.c.ſi.eo.ti.† Tertiò primiceriũ, vt ſciat ſe ſubiectũ eſſe Arch.& p̃ſit in docẽdis diaconis,& reliqs eccłaſticis in ordine poſitis,& diſciplinæ,& cuſtodię inſiſtat, redditu ros ꝓ aĩab.eorũ rõnẽ,& vt ipſe diaconib. donet lectiones ad no cturna officia, de ſingulis ſtudiũ hñs,& in quibuſcũq; rebus capacẽ ſenſum hẽat abſq; vlla negligẽntia, vel vt aliis indicat inſtruendos.c.vno de of.primic.†
23 Quarto ſacriſtã,vt ſciat ſe ſubiectũ Archidiacono,& vt curã. & cuſtodiã hẽat ſacrorũ vaſorũ, veſtimentorũ eccleſiaſticorũ,& torius theſauri eccleſiaſtici, & eorũ,q̃ ad luminaria ꝑtinent.ſ.ceræ,& incẽſi,vt in c.nno.de off.
24 ſacriſtæ.† Itẽ cuſtodẽ, cui oĩa, q̃ eccleſiæ cõpetunt cuſtodienda cõmittunt,vt obediat Archi.& in horis canonicis ſigna tintina bulorũ pulſet,vel eo iubẽte ab alio pulſent, pallã, vel linteamina altaris, & vtẽſilia cũcta eccleſiæ mũda indeſinẽter cuſtodiat, & peruigil exiſtat,in accẽdendo,& extinguẽdo lampades, & lucernas,& ne ſupra modũ lucẽdo oleũ depereat,aut minus lucẽdo obſcura ſit eccleſia. hæc oĩa cũ diſcretione agant, q̃ noſcitur oĩum virtutũ eſſe mater.ꝙ ſi repertus fuerit eſſe minus aptus,ↄ
25 ſtituat alius,vt oĩa in laudẽ Dei fiant.c.j.de off.cuſt.† debet ergo cuſtos eſſe ſollicitus de oī ornamẽto eccleſię,& luminariis,ſiue incenſo,& panẽ,& vinũ oī tpe p̃paratũ ad miſſam hr̃e,& ꝑ ſingulas horas canoni.ſignũ,ex ↄſenſu Arc.ſonare,& oẽs oblationes,& eleemoſinas,ac decimas cũ eiuſdẽ ↄſenſu abſente eꝑo inter fratres diuidere,& ad p̃miſſa officia cõpellant tales ordinari, quales meliores,& ſanctiores eſſe viderint, vt nulla negligẽtia in ſancta eccleſia uideat,& inter hos tres, Archi. archipresbyterũ,& cuſtodẽ,nõ ſit inuidia,neq; zelus,ſed ſimul iuncti uno aĩo cũcta ꝓuidè agãt,& ꝑfectè.c.fi.eo.ti. & in iis,& aliis ↄpellat oẽs
26 ad obſeruãdas laudabiles eccleſię ↄſuetudines. † Statuit ẽt gñale ↄciliũ,ut in cunctis eccleſiis criſma, & eucariſtia ſub fidei cuſtodia clauibus adhibitis conſeruent, ne poſſit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua horribilia,uel nepharia exercẽda,alias
27 incautus cuſtos puniat,ut in c.j.de cuſto.euca. † Itẽ dẽt p̃sbyter ſemꝑ hr̃e eucariſtiã paratã,ut qñ qs ĩfirmat,ſtatim cũ cõicet,ne ſine cõione moriat.c.presbyter.de ↄſe.dif.2. & q bene nõ cuſtodierit ſacrificiũ,& canis,vel aliud aĩal illud comederit, uel ꝓdiderit in eccleſia,& pars eius,ſi ceciderit inuẽta nõ fuerit, hẽt pœ-
28 nitere,ut in c.q bene.ea.di.† Statuit ẽt Honorĩ⁹ III.ꝙ à ſacerdotibus eucariſtia in loco ſingulari mũdo, & ſignato ſuꝑ honorificè collocata,deuotè,ac fideli ↄſeruet, & ꝙ ſacerdos q̃libet frequẽter doceat plebẽ,ut cũ in celebra.miſſarũ eleuat hoſtia ſalu
29 taris,ſe reuerẽter inclinet,hoc eſt flexis genibus.† Idẽ faciãt, cũ eã portat presbyter ad infirmũ,q̃ in decenti habitu ſuperpoſito mũdo uelamine ferat,& referat manifeſtè, ac honorificè ante pectus cũ oī reuerẽtia,& timore.ſemꝑ lumine p̃cedẽte,cũ ſit cãdor lucis æternæ,& ex hoc apud oẽs,fides & deuotio augeat,& trãſgreſſores puniant,ꝓut in c.ſanè.de cele.miſ ubi gl.ponit oro
30 nẽ ꝑ oẽs dicẽdã tpe eleuationis ſacrificii. † nõ.n. dẽt ꝑ laicos ad infirmos deferri, ſed presbyter hoc dẽt facere.c. ꝓuenit. de ↄſe. diſt.2.uel diaconus neceſſe eſt.93.diſt.p̃tẽ.& c.diaconus.ut no. gl.in d.c.j.de cuſt.euca.reiecta hęreſi Beguinarũ,de qua in cle.ad
31 nr̃m uer.4.de hr̃ti. † Statuit ẽt ↄciliũ Vienẽ.ꝙ feria 5.poſt Dñicã de Trinitate, hoc eſt octaua Pẽthec. ſolẽniſſimũ officiũ fieri vł dẽat ꝑ 8.dies ↄtinuos in honorẽ tã ſalutaris,& p̃cioſiſſimi ſacramẽti cũ ſpãlib. indulgẽtiis, in cle.ſi dũ. reli.& uene.ſan.† De-
32 bent ẽt prouidere p̃lati,ut oẽs eccleſiæ mundę cõſeruent, & ut uaſa miniſterii,& ueſtimẽta miniſtrorũ, ac pallæ altaris, & corporalia mũda cuſtodiant,ne aliqbus ſint horrori,& ne ſupelle ctilia,tã ſacerdotis,q̃ aliena in eccleſiis admittant,niſi ꝑꝑ hoſtiles incurſus,aut incẽdia repẽtina, uel alias vrgentes neceſſitates ad eccleſias oporteat hr̃e recurſum,ſic tñ ut neceſſitate ceſſante eędẽ res in loca priſtina reportent.nimis.n.vī abſurdũ,ut oratoria,vaſa,corporalia & ueſtimẽta p̃dicta munda,& nitida non
33 ↄſeruent,ſed ſordes in eis negligant,q̃ dedecẽt in ꝓphanis.† Debent.n.ueſtimẽta eccleſiæ honeſta eſſe & honeſtè teneri.c.ſi.de cuſt.euca.& c.ueſtimẽta.de ↄſe.diſt. j.licet in eccleſiis iudicium eccleſiaſticũ ualeat exerceri,ut no.in d.c.ſi.& c.p̃ceptũ.2.q.2.ſed nõ iudicia ſecularia,ut in c...de immu.eccl.no.in c.deceț.eo.ti.li.
34 6.† Dẽnt ẽt publicè inhibere,ne aliquid corpus tanq̃ ſanctũ ue-

Source : BIU Cujas

neret̄ absq; auctoritate Romanę eccleſię. c.j. de reli.& vene.Sā. cum ad ſolū Romanū Pōtificē ꝑtineat ſanctos canonizare, & venerari mādare, vt ple.no.gl.in c.glorioſus.de reli.& vene.Sāc.
35 li.6.quę docet canonizādi formā.† Prouideāt inſuper, ne antiquæ reliquię ad modū extra capſam ullatenus oñdant̄, nec venales exponant̄,& ꝙ reliquias de nouo inuētas, nemo publicè ꝑſumat venerari, niſi prius auctoritate Ro.Pō. ſit̄ fuerint approbatæ,& ꝙ ꝑlati nō ꝑmittāt eos, q ad eorū eccleſias cā veneratio nis accedūt figmētis, aut falſ. documētis decipi, ſicut in pluribus locis occaſione q̄ſtus fieri ɔſueuit. c.fi. de reli.& vene.ſanc. non obſtanti. q buſcunq; miraculis, qñ ēt miracula qñq; fiunt ꝑ ma
36 los, vt ibi no.& in c. teneamus. j. q. j.† Prouideāt ēt, ꝙ feſta Sāctorū, 12. Apl̄orū, necnō 4. Euāgeliſtarū, videlicet Petri, Io. Iacobi Zebedei, Andreæ, Philippi, Thomę, Bartholomęi, Matthęi, Iacobi Alphei, Simonis Iudæ,& Matthię, Marci,& Lucę, necnō 4. Doc. eccl̄æ, videlicet Gregorii, Aug. Ambroſii, & Hieronymi, ſingulis annis in eorū feſtiuitatib⁹, in vl̄i eccleſia ſub officio duplici, ꝑ oēs orbis eccleſias in ꝑpetuū ſolēniter celebrant̄. d. c. glorioſus. ſil̄r & oēs ſolēnitates aliorū Sanctorū, quas ſinguli ep̄i in
37 ſuis dięc. cū clero,& populo collaudauerint, q̄ vicinis tm̄ circūmorātibus indicanda ſunt nō gn̄aliter oībus.† Inducāt ēt ad feriādū ſing. annis oēs dies Dn̄icos à primis veſperis, vſq; ad ſcd̄as veſperas, necnō feſtū Natalis Dn̄i, ſancti Stephani, ſancti Io. Euāgeliſtæ, Sanctorū Innocētiū, Sancti Sylueſtri, octauę Dn̄i. i. circūciſionis, Epiphanię, Purificationis. S. Marię, ſanctū Paſcha, cū tota ebdomada, Rogationes cū 3. diebus, Aſcēſio Dn̄i, dies Pentheс. S. Io. Bap. 12. Apl̄orū,& maximè Petri, & Pau. q mūdū ſua
38 ꝓdicatione illuminauerūt. S. Laur. Aſſumptio. S. Mariæ, Natiuitas. S. Mariæ virginis, dedicatio Baſilicę. S. Mich. Arcang.& dedicatio oīum Sanctorū,& S. Martini, & ieiunia quę ſunt de prę cepto, qñ fuerint denunciandū denunciari, vt ab oībus obſeruētur, vt de iis oībus patet in c. pnunciandū. de ɔſe. diſt. 3.† Prouideant ēt, ꝙ obſeruent̄ cerimoniæ ab eccleſia per ɔſuetudinē introductę laudabilē ad deuotionē augēda, de q̄bus in Miſſali, & in Pōtificali. ſ. benedictio cādelarū in die Purificationis Mariæ, & Palmarū. in 5. Dn̄ica quadrageſimæ,& lætania maior in feſto S. Marci cū ꝓceſſionibus,& baptiſm⁹ crucis ī nocte Epiphaniæ, & benedictio carniū, agni,& ouorū in Paſcate,& panis, & aliorū frugū in aliis ſolēnitatibus, ſicut facit Papa de benedictione Agnus Dei in ſabbato in albis primo anno aſſumptionis ſuę,& ꝙ tolerētur Mediolan. omittētes primos 4. dies quadrageſimę, laudent̄ ieiunantes ſemel in qualibet ebdomada iuxta curſum dierū annūciationis Virginis, & nō edentiū carnes die mercurii,& aliæ oēs ſil̄es laudabiles deuotiones,& ɔſuetudines, iuxta
39 no.in c.j. de pur. poſt partū.& 4. diſt. deniq;.& c.fi. de baptiſ.& c. j. de cele. miſ.† & licet nimia religionū diuerſitas à iure reprobetur. c.fi. de reg.& c.j. eo. tit. li.j. vbi no. ꝙ oē nimiū eſt malū, & ꝙ agendū ſit circa ꝓfitētes religiones nō approbatas, ibidē prouidè ſtatutū eſt tm̄ ſi qui, vel ſi quę ſint fideles, qui, vel q̄ ꝓmiſſa, vel nō ꝓmiſſa ꝓtinentia honeſtè in ſuis cōuerſantes hoſpitiis, pęnitentiā agere voluerit, & virtutū Dn̄o in humilitatis ſpū ſeruire hoc eiſdē licèt, prout ipſis Deus inſpirat, vt in cle. cū de q̄buſdā. in fi. de reli. do. dum tm̄ fiant ſine præiudicio parochialiū ec-
40 cleſiarū, iuxta ple.no.in cle. dudū. de ſepul.† Prouideaī quoque diſtrictius ꝓhibētes deteſtabilē, & horrēdā indeuotionē oīum, qui crucis, beatæ Virginis oīumq; Sāctorū imagines, ſeu ſtatuas irreuerēti auſu tractātes in cōtēptū ꝓteſternūt in terris, vrticis, ſpinisq; ſupponūt,& ɔ̄ tales ꝓcedant ad pęnas de quibus in c.ſi
41 canonici. in fi. de of. or. li. 6.† nā imagines adorare debemus ꝑꝑ reuerentiā illorū, quos figurat ima. qd̄. n. facit ſcriptura legētib. hoc pictura cernētibus idiotis. de cōſe. diſt. 3. perlatū. ita tm̄ ꝙ dutiā in latriā nō cōuertamus, de ɔſe. di. 3. venerabil.& iō ꝓhibenī ciuiles leges, ne ſignū Saluatoris in ſolo, vel ſilice, aut marmoribus humi poſitis ſculpatur, vel pingat̄. c. nemini licere ſignū Sa-
42 ua. l. vna. facit. l. j. in fi. C. de iis qui adſtat. ɔfu.† Mādēt ēt feſtū inuentionis ſanctę crucis celebrari. de ɔſe. diſ. 3. crucis. quā videm in ſing. particularib⁹ eccleſiis depictā in altū erigi, q̄a cū prius eſſet ſupplicīū latronū, trāſiuit ad frōtes Imperatorū. ſm Aug. & ſi tm̄ honorē Deus contulit ſupplicio q̄rū confert ſeruo ſuo, & quadruplicē cām quare Chr̄s crucis mortē elegit, ponit gl. ī ner. cruci. in cle. j. de ſum. Tri. ſubdēs ēt crucē 4. lignorū gn̄a habuiſſe. ſ. Cedrū in ſtipite, palmam in palo per lōgum, cipreſſum in ligno ex tranſuerſo, oliuam verò in tabula ſuper crucem loco quarti brachii,& datur verſus,

Ligna crucis palmæ, cedrus, cipreſſus, oliua.

43 † Adde ꝙ feſtū inuentionis ſanctę crucis, quarto nonas menſ. Maii celebrari mandat̄, vt in c. crucis de cōſe. di. 3.& ꝙ poſt oīa miniſteria miſſæ cōfecta pax populo ī partiri,& inter ſe ſacerdotibus tradi, eſt neceſſariò indicēda, per quā ɔſtet populū ad oīa, q̄ in miſteriis aguntur in eccleſia ꝑbuiſſe aſſenſum, ac finita eſſe pacis ɔcludētis ſignaculo demōſtrent̄. c. pacē. de conſe. di. 2. q̄a
44 per oſculū ɔſentit q̄s alii, vt no. 62. diſt. cū Adrianus.† nō tm̄ datur pax in Miſſa defunctorū, q̄a iā ſunt extra huius ſeculi ꝓturbationes,& quieſcunt in Dn̄o. nec inter monachos, q̄a mortui
45 ſunt mūdo. 2. q. 7. placuit, 16. q. j. placuit.† Et pro huius qōnis abſolutione ɔcludo ptātē,& officiū viſitatorū, velut ordinariorū eſſe latiſſimū,& ꝙ ad eos ſpectat cuncta diligenter inquirere, &
46 rerū ordinē plena inquiſitione diſcutere. 3. q. 5. indicātē.† Item tutū locū partibus aſſignare. 2. q. 2. c. vlt. de app. ex parte. timorē à teſtibus,& partibus remouere. 4. q. 9. ortamur. de ſponſ. cū locū. dilationes, prout viderit expedire moderari, de app. c. cū ſit Romana. ff. de re iudi. l. 2. ff. de iud. l. nōnunquā. 5. q 3. ſi ægrotās.
47 † itē incidentes, vel emergētes qōnes ꝑ ſuā interlocutoriā terminare, & interlocutorias cū expedire viderit reuocare. de or. cog. c.j. de re iud. l. ꝙ iuſſit. de re iud. c. ad Apoſtolicæ. li. 6. Itē negotia ſn̄ialiter diffinire, iuxta ordinem c.fi. de re iud. li. 6. & ſuas ſn̄ias, ac ſuorū delegatorum, ac ēt delegatorū Principis, ſi eis in iunctū fuerit, executioni debitæ demandare. de off. dele. c. quærenti, paſtoral.& c.ſi q̄n.& oī reiecta nullitatis exceptione, præterq̄ ex iuriſdōnis defectu, vt no. in cle. vt calūniis. de re iudi. ac ēt lata prima ſn̄ia in Ro. cu ſequeſtrum ſuper beneficio, & fructibus apponere, dūmodo poſſeſſor, ɔ̄ quē ſolū apponi debet, triennio non poſſederit, qd̄ ſequeſtrū violās cadit à iure ſuo, & alias pęnas incurrit, de q̄bus in cle. ad ꝓeſcēdas. de ſequeſt. poſ.
48 & fruc.† Itē curā oīmodā ſubditorū hr̄e, debet. 8. q. j. q ep̄atū. Itē ſingulos iuuare,& cunctis velle ꝓdeſſe. 8. q. j. clemens. Itē alienā neceſſitatē ſuā extimare. 86. diſt. fratrem. Itē ius vnicuiq; tribuere. 12. q. 2. cū deuotiſſima. C. de ap. eos q.& ſine delectu ꝑſonarū, de iud. nouit. de ſta. mo. c.fi. itē delinquētes canonicè punire. de of. or. c. j.& c. irrefragabili.& ſcelera inquirere in quolibet loco ſuæ dięc. nō exēpto. c. cū eps. de of. or. li 6. itē gratis,& ſine expē.
49 ius reddere. de vi.& hon. cle. cū ab oī.† Itē in correctionibus,& pęnis miſericordiā adhibere. 48. diſ. oīs.& c. licet. de pur. ca. inter ſolicitudines. itē oīa beneficia ad ſuā collationē ſpectātia ɔferre, dū tm̄ nō ɔferat ꝑſonis minus idoneis, ſcīa, moribus, vel ętate, ne eccleſiæ grauia ꝓp hoc, vt docet experientia perferant in ſpiritualibus,& tꝑalibus detrimēta, cle. j. de æta.& qual. cū ɔcor.
50 ēt ſi ipſe extra dięc. exiſtat,† cū collatio beneficiorū ſit voluntariæ iuriſdōnis, q̄ vbiq; ꝑt expediri, no. gl. in c. nouit. de of. leg. per c. poſt elec. in parte deciſa. de ɔceſ. ꝑb. ēt ſi ſit in Ro. cu. abſq; eo, ꝙ exeat muros vrb., put plures faciūt, ꝑ no. ꝑ Io. An. in c. ſi apoſtolicę de ꝑb. li. 6. in nouel. dū tm̄ non vacauerit in curia ꝑꝑ de-
51 cretū irritās, de quo in c. licet. de ꝑb ī 6.† ꝙ decretū ligat ēt ignorātes, vt plenè no. in c. ga cūctis. de ɔce. ꝑb. e. li & dr̄ vacare in curia, ſi ibi reſignat̄, ēt ſi alibi fuerit datū mādatū ad renunciandū in curia, vt ibi hr̄ in nouel. licet. infra mēſem Papa nō cōtulerit, cum hodie reuocatū ſit. c. ſtatutū. eo. tit. de ꝑb. li. 6.& dū tm̄ ſuper beneficio nō pēdeat lis in curia. c.j.& 2. vt li pē. li. 6.& in cle. j. co.
52 tit.† & dr̄ lis pendere ſtatim facta citationis executione. cle. 2. c. tit. ſi tm̄ lis ſit ſuper titt. beneficii,& non ſuper priuatione, vt in d. c. 2. vt li. pē. li. 6. niſi tm̄ cā priuationis ēt concerneret nullitatē ti.
53 vt vr̄ no. Io. An. in c. licet. de of. uica. li. 6.† & hmōi facultatē cōferendi beneficia non cenſetur ꝑlatus dediſſe per quodcunque gn̄ale mādatum, niſi illud exprimat, ſicut nec facultatem admittendi reſignationes, nec auctorizādi permutationes, nec corrigendi, vel deponendi, aut priuandi. cap. licet. & cap. fi. de of. vica. li. 6.& cle. j. de re. permu. dum tm̄ mandatū non detur ad vnicū beneficiū conferendū anteq̄ vacet, prout plenè hr̄ in c. fi. de conceſ. ꝑb. quia nec datum mandatum à patrono ſimiliter teneret, niſi prout plenè hr̄ in c. fi. de inſti.& ꝙ dictum eſt de benefi
54 cio litigioſo, intellige iuxta tex. in cle. j. vt li. pen.† Debet ēt, ac pōt intēdere circa aſſignationem partis prouētuū eccleſiarum faciendam ꝑlatis, vel vicariis ipſarum per patronos eccleſiarū, ſiue ſoleant, ſiue non ſoleant ipſarū onera ſupportare, vt in cle. j. de iur. pat.& qñ inſtituit pñtatum, debet proponere edictum, ſalua contraria conſuetudine, ſicut qñ confirmat electū. c. fi. de
55 elec. li. 6.† Pōt ēt prouidere de beneficiis nouiter creatis poſt datas gratiarū, licet in dubio præſumant̄ ante datā creati, vt plenè hr̄ in cle. fi. de reſcr.& hoſpitalibus ad quæ nō ſe extēdūt gratiæ ēt motu proprio, q nō ampliat gratiā, licet tollat ſubreptiones. c.ſi motu proprio. de ꝑb. li. 6.& quæ in dubio ꝑſumunt̄ hoſpitalia, vt plenè in cle. per literas. de præb. qd aūt alias ſit præſumendū circa ſtatū beneficiorū, plenè hr̄ in c.j. ne ſe. va.& in c. ſuper
56 eo.& in c.ſi capitulo.& c. cū de beneficio. de ꝑb. in 6.† Pōt ēt ꝓuidere abſenti,& ignoranti, adeo ꝙ ante cōſenſum prouiſi, uel diſſenſum, nihil ꝑt in ɔ̄rium attentari, ſm Io. Mo. in c.ſi tibi abſenti. de præb. li. 6. facit qd̄ hr̄ in c. ſtatutum. eo. tit. pōt etiā prouidere inſtituendo pñtatos per patronos ſeculares, nō obſtante reſeruatione, de qua in c. licet. de ꝑb. eo. li.† pōt conſtituere plures
57 vicarios principales,& ēt foraneos. cle. ſi principal. de reſcri. qui cenſetur cum eo idē tribunal, ut c. non putamus. de cōſue. li. 6. & ubi non apparet quis in dubio ſit principal. oēs ſimul officiū debent exercere, ut ibi no.& iō hodie ꝑꝑ hanc incertitudinem pęnitentiaria in literis, quas dirigit ad uicarios ordinariorū ſup diſpenſationibus incidit, r, non cōplet rio, uel riis,& poſt uica. in prima linea, ut poſſit cōcernere ēt plures uicarios,& adde ꝙ uicarii circa collationem beneficiorum cenſentur habere iuriſ
58 dictionē delegatā, ut no. in c. fi de off. uica. li. 6.† Poteſt ēt,& debet in cauſis beneficialibus dare pupillis curatores ad litem. c. ſi annum. de iudic. lib. 6. ad effectum procedendi ſummariè,&

in aliis

Source : BIU Cujas

in alijs quibuſdã caſibus, prout in cle. diſpendioſam. de iudi. & in cle. ſæpe. de ver. ſig. & ꝙ poſſit per aliũ legere ſententiã, &c. vide in c. fi. de iud. lib. 6 & de ap. ab eius collatione. in c. a collatione. de ap. eo. tit. Poteſt demum, ac debet intẽdere circa alia multa quæ ex ijs præcedentibus quæſtionibus dicta ſunt, & in inferioribus dicentur, patebunt ſtudiosè diſcurrenti.

SUMMARIUM.

1 *Viſitationi procuratio annexa eſt.*
Viſitatus viſitantem procurare tenetur.
2 *Viſitator in procurationibus non debet eſſe grauis.*
3 *Viſitatores, quot equitaturas habere poſſint.*
4 *Os ex nimia ingurgitatione olet.*
5 *Procuratio denegari poteſt in ſuperfluo. ſi plures equitaturæ ducantur: nec teneret ſententia, ſi ob hoc viſitati excommunicarentur, & infra. nu. 7.*
6 *Procuratio iuxta facultatem eccleſiæ facienda eſt.*
8 *Equitaturarum quantus numerus exprimitur, an tantus intelligatur numerus perſonarum præter ſeſſores.*
9 *Viſitator, an poſſit procedere contra non citatum extra locum viſitãdum.*
Plebanus an poſſit excõicare ſibi ſubditos procurationem non ſoluentes.
10 *Eṕo viſitante ſi ſuperueniant hoſpites, an eccleſia eos hoſpitari teneatur.*
11 *Perſonarum numerus, an excedere debeat numerum equitaturarum.*
12 *Eccleſiæ ciuitatis procurant epiſcopum eas viſitantem.*
13 *Populus viſitatus, an procurabit viſitantem.*
14 *Archiep̃s tranſiens per vnam dieceſim ſuffraganei cauſa viſitandi aliam iure hoſpitalitatis, non viſitationis ab illa procurãdus eſt, & infra nu. 22.*
15 *Viſitator, ſi perdit equum, vel ſoluit victuras equorum, procurationis nomine hoc exigere non poterit.*
16 *Nec poteſt petere expenſas, quas in via facit pro viſitando, & quare.*
17 *Procuratio potius datur in ſignum ſubiectionis, & ob hoſpitalitatem, quã de neceſſitate.*
18 *Archidiaconi per Archidiaconatus ſuos collectam denariorum faciunt ob viſitationem beati Petri.*
19 *Exactiones illicitæ ſub tributorum ſpe fieri non debent.*
20 *Victualium appellatione, quid veniat.*
21 *Ignominia eſt Chriſtum pauperem, & eſurientem eſſe.*
23 *Arch. abſente epiſcopo conſtitutus vicarius dúas exigit procurationes.*
24 *Solutio in duriorem partem præſumitur facta.*
25 *Procuratio, quo tempore ſolui debeat.*
26 *Operæ non debentur, niſi cum fuerint petitæ.*
Procuratio danda eſt, quando eccleſia viſitatur.
27 *Procuratio, quando a pauperibus ſit exigenda.*
28 *Philoſophi pecuniam contempſerunt.*
Ciuilis ſapientia, & canonica, precio nummario deuaſtari non debet.
29 *Fragmẽta, quæ de menſe viſitantium colliguntur, pauperibus dari poſſunt per ipſos viſitantes, ſecus in panibus.*
30 *Viſitatores, an poſſit exigere aliqd ṕ ferraturis equorũ, aut ſalmis multorũ*
31 *Viſitatorum coqui, nil a viſitatis extorquere poſſunt.*
32 *Viſitans plura loca vno die, vnam ſolam exigit procurationem.*
Procuratio in pecunia licitè exigi poteſt.
33 *Procurationum numerus, dierum numerum non excedit.*
Procuratio viſitationis eſt acceſſoria.
34 *Succeſſores paciſcentium, ſoluere procurationem in numerata pecunia ad hoc compelli non poſſunt.*
35 *Pecunia eſt quidquid homines habent.*
Procurationis quantitas hodie taxata eſt.
36 *Militibus, quare ſunt ſtipendia conſtituta.*
37 *Lex de ſacerdote periit, poſtquàm auaritia creuit.*
Diuites non debent cibis pauperum veſci.
38 *Prælati maiores latius procurandi ſunt, quàm minores.*
39 *Furti ſpecies eſt, velle de alieno largiri.*
40 *In procuratione viſitantium, an debeat detrahi, vel compenſare id, quod domi expenderetur.*
41 *Viſitatio ſi ſit facta de duabus eccleſiis diuiſis, quæ per vnum rectorem regebantur, nunc per duos, procuratio a qualibet exigi poteſt.*
42 *Capellani eccleſiarum collegiatarum, an procurationem ſoluant.*
43 *Monaſterium pro membris, & poſſeſſionibus alibi ſitis, an procurationem ſoluat.*
44 *Legatus, qui ante finem temporis reuocatur, an pro rata temporis teneatur reſtituere procurationem, quam exegit, vel non exactum exigere poſſit.*

Quæſtio nona, primæ partis.

1 NOnò quæro principaliter de procuratione viſitãtiũ. & qm̃ hic oẽs lachrimę, & oĩs dolor. † Rñdeo non ſine hæſitatione, ꝙ cũ ṕcuratio ſit annexa viſitationi. c. cum uenerabilis. de cenſi. ꝙ oĩs viſitatus tenetur ṕcurare viſitantem. c. cum inſtãtia. de cẽſi. & qa ſm Apoſtolũ, q ſpũalia ſeminat, non eſt magnũ, ſi metat carnalia. & quia nemo cogit̃ ſuis ſtipendijs militare.
1 c. cum ex officij. de præſcri. & c. cũ ſm de præb. † & qm̃ cauendũ eſt, ne uiſitantes in ṕcurationibus graues exiſtãt, ne ſubditi eccleſiaſtica ornamẽta exponere cõpellant̃, & lõgi tpis victũ, breuis hora cõſumat, vſq; ad extenuationẽ extremæ virtutis. c.
3 cauẽdũ. x. q. 3. 1. q. 2. placuit. & c. † ĩter cætera ſtatuit Latera. Cõciliũ, ꝙ ĩ illis locis, in quib. ampliores ſunt redditus, & eccleſia ſticæ facultates ꝙ Archiep̃i parochias viſitantes ṕ diuerſitate ṕuinciarũ, & facultatib. eccleſiarũ. 40. uel 50. euectionũ numerũ, ep̃i aũt 20. uel 30. Cardinales uerò. 25. nuſquã excedant. Archidiaconi aũt 5. aut 7. & decani conſtituti ſub ipſis, duob. equis cõtenti exiſtant, nec cũ canib. uenatoriis, aut auib. proficiſcant̃, nec quærãt ſumptuoſas epulas, ſed cũ gratiarũ actione recipiant, quod honeſtè, ac cõpetenter illis fuerit miniſtratũ vĩ nanq; multũ longè a paterna pietate, ſi præpoſiti ſubditi ſuis graues exiſtãt, quos in cunctis neceſſitatib. paſtoris debẽt more fouere. mandatur uerò in pauperibus locis cautã teneri menſurã, ut ex acceſſu maiorũ minores nõ debeãt grauari, ac ſub tali indulgentia illi, q pauciorib. equis uti ſolebãt ṕpea nõ credãt ſibi pluriũ ptãtẽ indultã. c. cũ Apoſtolis. de cenſi. qui ſe & ſuos ṕpriis manib. decreuit paſcendos, ut locũ prædicandi auferret pſeudo Apoſtolis, & illis quib. p̃dicabat, non exiſteret oneroſus. facit c. Principes. 36 diſt. & 4. diſt. deniq;. gl. tñ ĩ d. c. cũ Apoſtolus. dicit ꝙ ep̃i in ꝟriũ faciunt. nã vix cautela diuerſorũ coquorũ eos põt ſatiare. † vñ dicit lex ꝙ ex nimia in gurgitatione olet os. ff. de ædi. edi. q̃ clauũ. §. is cui. aliàs ſi qs. hẽant ergo pauperẽ cibũ. 42. diſt. c. vlt. 32. diſt. eccleſiæ Prĩcipes. 12. q. 2. gloria ep̃i. Laur. qđ. n. prouiſum eſt ad leuamẽ. nõ debet extẽdi ad grauamẽ. 42. diſt. licet. cũ cõcor. † ꝙ ſi plures euectiones ducãt, p̃t denegari ṕcuratio ĩ ſuperfluis, ut no. gl. ĩ d. c. cũ Apoſtolus. ṕ iura ibidẽ alle. & ſic remanet correctũ c. inter cætera.
6 10. q. 3. & ſi ṕpea uiſitati excõicarent̃, non teneret ſnĩa, niſi ut infra ſubdã ad intellectũ c. cũ ad quorũdã. de exc. p̃la. † patet ergo ex præmiſſis, ꝙ iuxta facultates eccleſiæ eſt facienda ṕcuratio. facit c. ſopitæ ĩ fi. & c. cum nuper. eo. tit. & ſm qđ creſcũt, uel decreſcunt. c. q̃to. eo. ti. in fin. alias grauantes puniunt̃ in reſtitutione dupli. vt in c. ṕcurationes. in fi. eo. tit. ſi vltra debitũ
7 grauãt viſitatos. † Et attende, ꝙ licet gl. in d. c. cũ ad quorũdã. in fi. quã ſequit̃ Alanus, videat̃ uelle, ꝙ excõicari poſſit, & valeat excõicatio, & ꝙ ille tex. fundet̃ ĩ priuilegio. Goffr. tñ ibi, & in ſum. de ſen. exc. ad fi. & ibi Phil. de of. dele. cũ ꝙtingat. tenẽt ꝟriũ, & ita dicit ibi Bonagui. tenere curiã. & hoc credit. Io. An. verò, ne illa decretalis ſit ſuperflua, alle. ſimile qđ dixit, de ſen. exc. ṕuenit. & eo. tit. pñti. li. 6. licet Vin. & Ho. hoc ĩtelligãt, qñ exprimit̃ ergo ĩ ſnĩa, vt ſi dicat, excõico te, qa me ad ṕcuratiõnẽ nõ recipis, cũ 50. equitaturus. qđ nõ placet Io. An. ibid. † & attẽde ꝙ ex eo qđ c. cũ Apoſtolus. nil vĩ dicere de p̃ſonis, iõ dixerũt qdã. ꝙ q̃tus ibi exprimit̃ numerus euectionũ, tãtus ĩtelligit̃ p̃ter ſeſſores numerus perſonarũ, vt ſic q̃libet euectio hẽt ſuũ peditẽ cuſtodẽ. abſurdũ. n. eſſet, ꝙ ſeſſores, & maximà ſocij ṕlatorũ ſternerẽt equos ſuos, & hũc intellectũ vĩ approbare ſtilus curiæ, q ſæpe ſcribit ṕ nũcio ſuo recipiẽdo cum quatuor equitaturis, & 8. perſonis. Alij verò dixerũt ad numerũ euectionũ addẽdã quartã ptẽ ṕſonarũ vt ſi 30. ſint eq, ſint 40. ṕſonæ. & ṕ hoc facit de ſta. mo. in ſing. in prin. & ſic ṕ tribus ducetet vnũ cuſtodẽ, uel melius ṕbat illa decretalis, ꝙ ṕ duob. vnũ, vt ibi dixit Io. An. dicebat tñ Hoſt. ꝙ prima opin. nimis erat lata, ſcđa verò nimis arcta, vñ dicit hoc boni uiri. arbitrio dirimendũ, ẽt ꝟſideratis ꝟſuetudinib. regionũ, & qualitatę ṕſonarum hñt. n. q̃dã regiones de cõſuetudine, ꝙ q̃libet equus habeat ſeruiẽtẽ; aliæ verò habẽt, & hoc eſt quaſi cõe, ſm Hoſti. ꝙ duo eq habẽt vnũ ſeruiẽtẽ, iis cõſideratis arbitrabit̃ de plurib. aut pauciorib. ſed nec ora ſeruari poſſũt ad vnguẽ, ſi plerũq; vnus, vel duo ducant̃ vltra boni uiri arbitriũ, nõ eſt vis faciẽda, ar. not. in ṕę. Decre. in fi. qđ ergo dĩ ĩ tex. ꝟſtitutũ, ĩtelligẽda eſt expreſsè quo ad euectiones, quo ad ṕſonas tacitè, facit de decim. c. i. & ṕ hoc vĩ, ꝙ id, qđ ibi dĩ de ſnĩæ nullitate, ſit reſtringẽdũ ad numerũ euectionũ, & nõ ṕſonarũ, q cũ ſit arbitrarius, nõ ita reddere p̃t patẽtẽ ſnĩæ nullitatẽ, niſi multũ excederet numer⁹, qđ pateret euidẽter notoriũ grauamẽ, ar. ff. q ſat. co. ſi uerò. §. q ṕ rei quali. & de fi p̃ſ. qm̃. Dicit tamẽ Hoſt. ꝙ ſalua ĩterpretatione Papæ, dici poſſet. ꝙ ṕ duob. equis vnũ pedeſtrẽ ad plus, ṕ trib. verò vnũ ad minus & inter hoc mediũ quot voluerit, ducere potuerit, ita ꝙ ĩ illo numero teneret ſnĩa lata ꝟ nõ ṕcurãtẽ; vltra illũ uerò numerũ locus eſſet arbitrio, ita ꝙ ſnĩa ligaret. ſuperior tamẽ recepta cautione de parẽdo ſuo arbitrio relaxaret illã, uel relaxari faceret ſine difficultate, & poſtea ṕcedet ĩ arbitrio, ar. de ſen. exc. ſacr. & c. ſolet. nõ ergo ṕhibet ṕ illis numerũ excedere, dũmõ ṕ illis ṕcurationẽ non exigat, vt refert
9 Io. An. nihil tñ firmãs ĩ hoc. † an aũt viſitator poſſit ṕcedere ꝟtra nõ citatum extra locũ uiſitandum, vide Fede. in cõſi. 79. & an plebanus poſſit excõicare ſibi ſubiectos non ſoluentes
10 ṕcurationem, &c. vide p Lap. alle. 28. † etiã ſi dum eṕs viſitat, ſuperueniũt hoſpites dicit Hoſt. ꝙ ſi ſufficit eccleſia tenet̃ ad hoſpitalitatẽ. de emp. & vend. c. 1. de ſup. neg. præla. c. 2. alias ſic debet epiſcopus prouidere, ꝙ vltra uires non grauetur eccleſia, dicit c. cum Apoſtolus. ad fi. & remittit ad ſummam, de off. Arch. §. ꝙ ſit eius officiũ. ver. quæro, & de cenſi. §. qualiter. & p
11 to. † mihi aũt cum uenia non placet. ꝙ numerus perſonarum excedat numerũ euectionũ, vt ṕbat tex. ĩ d. c. cũ ad quorũdã. ibi, euectionũ, & perſonarum, nam ſternentes equitant ſuos equos proprios, de quo me remitto iudicio cuiuſque prudẽtis alias facilè fuiſſet hoc in d. iuribus exprimere. & adde ꝙ Bo

Source : BIU Cujas

nisa.VIII.reprobata omni consuetudine etiã, cuius in cõtrarium memoria non existeret,ne eps Dulmen. visitãs esset capitulo suo onerosus,in quadã sua extraua.quæ inci. debẽt &c. suorum prædecessorum vestigiis inhærens statuit, vt cũ ad visitationem huiusmodi faciendam, eps descẽderet in visitationis actu,duas,vel tres honestas psonas clericali caractere insignitas,quarũ ad minꝰ esset religiosa ordinis supra dicti, & vnũ notariũ clericũ secũ haberet,& nõ plebes,reiecta etiã quacũq; compositione inter ipsos facta in cõtrarium , quæ extrauagãs multũ conformis est capitulo iuxta,de of.or.quem tex. etiam Ioan.Mo.dicit limitari per dictam extrauag.in gl.super ea. vbi ẽt dicit,ꝙ excepto casu illo præscriptio,& consuetudo sup numero assistentium visitanti,ita valeret,sicut præscriptio quãtitatis procurationis,p no.de præscrip.c.cũ ex officij.de cens.cũ venerabi.& ar.ff.vsu.qui semisses.i.responso. quemadmodum vsufr.amit.l.is qui.& si bene attenditur capitulũ in fine.probat cõtra ex eo,ꝙ si Lateran.cõcilium voluisset aliter intelligere de personis,quã de euictionibus,dixisset expressè,sicut ibi , & in ver.aduocent.ibi.qui absq; cõtradictione duos sibi associẽt.

12 †Sed quæro,an ecclesiæ ciuitatis procurabũt epm ꝓpriũ illas visitantem.Respondent Doc.ꝙ sic per c. venerabili. de cẽsi.licet.n.ita sint ꝓpinquæ episcopatui , ꝙ ipse eps propriis sũptibus talia expedire posset,ar.de elec.c.vt præteritæ. quod nõ habet obstare,sicut nec charitatem. quia non loquitur in epo visitante,sed in clericis procurantibus negocia ecclesiæ, secũ-
13 dum Io. An.ibid. † Quæro insuper,an populus visitatus procurabit visitantem.rũdet Io.ꝙ non. 10.q.1.placuit. & sic se hẽt consuetudo vt no.gl.in d.c.Roma.idem Host. & Ioã. Mo. sed Arch.contra alleg.quæ no.Hosti.& Inn.de of.or.inter cætera. alleg.ẽt.10.q.3.cauẽdũ.& ꝙ ibi tenet Hug.qui dicit , ꝙ vna die erit cũ clericis,& alia cũ laicis.& eorũ sumptibus,& idem not. 10.q.1.placuit.nec est magnũ,si vbi seminat spiritualia, metat carnalia.13.q.2.prout refert Io. An.in nouel. in d.c.Romana. Io.de Im.dicit ꝙ fortè ista opi.est veriora,de iure tñ credit , ꝙ in practica non seruarẽt ꝓp auctoritatẽ gl.fm eum,& de iure optimè probat tex.in d.c.cauẽdum.& hoc tenuit Pau. de Lea. in quodam suo cõsi.quod incip.quædam monasteria , & dicit casum esse in d.c.cauendũ.cõtraria autẽ opi. procedit ex con-
14 suetudine,& ita vñr loqui glo.fm do. Dñi. † Sed quæro,an Archieps ad vnã diec.suffragan.cã visitandi accedẽs , si transit p aliã diœce.sit ab illa ꝓcurãdus?Rñdeo,tñ iure visitationis , qa nõ visitat,sed iure hospitalitatis,nemini deneganda hospitalitas est.c.1.de emp.& vend.13.dist.§ 1.c.de mon.de præb. & fm
15 hoc est de ecclesia ꝓpriꝙ diœc.p quã transit. † Sed qd si perdit equũ vel soluit vecturas equorũ,vel iis similia , nunquid hoc exigere poterit,ꝓcurationis noïe.rñdet Inn.ꝙ nõ,qd patet fm Arch.in §.ꝓcurationes.ĩ d.c.Rom.ibi,in victualib.tñ, sed nec oĩa dẽt exigere cũ nimio grauamine subditorũ.10.q.3.cauen-
16 dum.& c.fi.& d.c.cũ Apostol9.§.1.& vlt.de cẽsi. † vñ dicit Inn. ꝙ multominus posset petere expen.quas fecit in via eundo ꝓ visitatione facienda,tũ qa hoc nullo iure cauẽt, tũ qa pp id habet bona dignitatis,vt q̃ ad dignitatis officiũ spectãt exerceat,
17 & † talis ꝓcuratio hoc respectu potius dat̃ in signũ subiectionis,& pp hospitalitatẽ,q̃ de necessitate iuris naturalis, cũ suos redditus habeat,& iõ de illis viuere dẽt,cũ pauperes visitat,fm
18 Doct. † Et attẽde,ꝙ Arch.pp beati Petri visitationẽ denariorũ collectã archidiaconat9 suos faciũt ecclesias, vel parochias in aliquo grauare non debẽt.ꝙ si hoc fecerit, ẽt hoc , qd vñr
19 hre,auferet̃ ab eis. c.ea,quæ.de censi.& ibi no. † Et idem dico de aliis collectorib. & subcollectorib.cameræ apostolicæ eadẽ rõne,qa sub spẽ tributorũ nõ debent illicitæ exactiones fie
20 ri.ff.de of.præsi.illicitas.§.illicita. † Et attende , ꝙ licet victualiũ noïe cõtineant esus,potus,vestis,& stramẽta,& oĩa homini necessaria ad viuendũ.ff.de ver.sig.l.victus, siue hospitium. ff.de ali.leg.l.legatis.& calciarium , & hoc non videant̃ remissa,ẽt si de alimentis transactum sit, nisi specificẽtur.ff.de transc. l.cum hi.§.eum q transegit.hoc tñ nõ possunt petere visitãtes a uisitatis , ne vltra facultates grauent̃.c.cum Apostolus.& c. sopitæ.de cẽsi.vñ clamat Host.ad prælatũ,cor mite,ne similã, & mella fastidies, qui natus in paupere domo, in tugurio rusti
21 cano &c.12.q.2.gloria † & ꝙ confusio,& ignominia est Christũ pauperẽ & esuriẽtem,&c.35.dist. ecclesiæ principes , caue ne de te dicatur,solus eps incũbit Dñi &c.92.dist. diaconi , vl-
22 tra med. † Et attende,ꝙ Archieps ad vnam diœc.cã uisitandi accedens,si transit per aliã diœce.nõ est ꝓcurandus iure visitationis,qa nõ visitat,ius tñ hospitalitatis nemini denegandũ est.c.1.de emp.& uend.13. dicti §.j.c.de monachis. de præb. &
23 fm hoc idẽ est de ecclesia ꝓpriæ diœcesis,p quã transit. † Dixit tñ Vinc.in d.c.cũ nup.de censi.per illũ text.ꝙ Archidiaconus absente epo cõstitutus uicarius hẽt ptãtẽ duas procurationes exigẽdi,vnã.l.noïe proprio visitando,vt Arch.aliam nomine epi,visitando,vt delegatus,& tanquã ordinarius habet potestã duplicis procurationis exigendæ,& tunc si soluitur vnica tãtum procuratio,in dubio vr̃ soluta procuratio delegationis,
24 cui minus resisti potest, † eo quia in duriorẽ cãm in dubio p-

sumitur facta solutio.ff.de so.l.1.& l.cum plurib. quia tamẽ facta prima visitatione nõ habet,vt accedat, cum desit negligẽtia,credo ergo ꝯrium, videlicet ꝙ debeat sibi sufficere vna.

† Quo aũt tpe debeat solui ꝓcuratio visitãti singulis ann.cõcludit Vincen.ꝙ cũ debeãt de fructib.soluer̃ dũmodo collectis fructib.l Firmio.§.1.ff.qñ di.leg.ced.& dẽt hoc p̃signare.ff. de of.proc.l.obseruare. † qa operæ non debent̃, nisi cũ fuerint petitæ.l.cũ patronus.ff.de oper.lib.nec solui dẽt ꝓcuratio per partes.ff.de oper lib.l.libertus. D.Ant.de But.dicit ꝙ procuratio dãda est,qñ ecclesia visitat̃,& nõ ĩ principio anni vel alias, alle.l.in singulis.de annu.leg & l.illam.C.qñ di.leg.ce. † a pauperib.aũt nõ est exigẽda ꝓcuratio, nisi congregent̃ oẽs simul, vt fiat exactio ab omnib.ꝓ mõ facultatis,fm Io.An.& Budriũ in c.cõquerente.de of.or.alleg.de cẽsi.cũ instãtia. † Et adde, ꝙ Philosophi pecunia cõtemserũt.ff.de va.mu.l.in honoribus. 12.§ Crates. fortius visitantes debent cõtẽnere.nam , vt dicit Host.si ciuilis sapientia p̃cio nũmario dehonestari non dẽt.ff. de va.& extraor.cog.l.1.§.est quidẽ.multo minus canonica de prauãda,quæ multũ reprehendit auaritiã clericorũ. c.ex parte.& c.ea q̃.de cẽsi.de decim.c.1.ad fi.de of.or.irrefragabili,ĩ fi. qd̃ posuit Gar.& Io.Mo.in c.2.de cẽsi.li.6.& Io.An.ĩ c.1.eo.tit. & li.& dicit Host.hoc ius nouũ ĩductũ est ad remouẽda grauamina clericorũ,& remittit de simo.c.& si qõnes. † & licet cõciliũ Viẽnẽ.qd̃ fuit celebratũ anno 1302. die Kal.Oct.& termi natũ fuit anno seq.die 6.April.& sic durauit vltra sex menses de quo in cle.ad nr̃m.de cẽsi.nõ reputet incõueniẽs,si fragmẽta q̃ de mẽsis visitantiũ,ac suorũ familiariũ colligunt̃, p ipsorũ uisitãtiũ eleemosinarios ibidẽ pauperib.erogent̃: panes tũ ĩtegri,vel similia nõ poterũt erogari inuitis visitatis, ꝓut not. in d.cle.ad nr̃m.in fi. † Sed an ꝓ ferraturis equorũ possint visitatores aliqd exigere,aut vecturis,puta salmis mulorũ,gl. in c. exigit.de cẽsi.li.6.ĩ ver.pecuniarią.post Inn.Host.Gar.& alios, vr̃ tenere ꝙ sic.sed ĩ noue.idẽ declarat,ꝙ Inn.bene tenuit hoc in c.ꝓcurationes de cẽsi.Intẽdẽs tm̃ de ea parte,q̃ de legatis,& nũciis loquit̃,& sup illa est gl.p̃dicta,& hoc forsan fecit errare Garsi.sic Inn.alleg.cui credidit ipsius gl.ponẽdo , licet quo ad casum nr̃m cũ de visitatione loquit̃,teneat Inn. ꝯriũ , vt scripsit Io.An.in c.Roma.§ j.sup ver.visitatis.de cẽsi.li.6.& Arch. illud tenet,& facit de of.or.si eps.nisi esset talis indigentia, per quã impediret̃ visitatio,ita p̃t intelligi gl.vera.de reg.iu. qd̃ nõ est. † Et adde,ꝙ neq; coq visitãtiũ possũt ꝓinde aliqd extorquere a visitatis,vt ꝓbat cle.2.de cen. & ꝙ recipiẽtes munera spõte oblata incurrit pœnas canonũ nõ solũ exportãda, sed ẽt benefaciũt,si abstinẽt a caponib,caseis,vel flascis vini , vt not. Io.And.in d.c.exigit sup gl.ĩ ver.consultè in nouel.& plenius ĩ d.c.Romana.§.caueãt,sup ver.quodcũq;.eo.ti. † Et attẽde,ꝙ visitãs plura loca vna die,quorũ qd̃libet ad ꝓcurationẽ per se sufficeret,nõ p̃t ab oĩb.nisi vnã ꝓcurationẽ recipere, vt no.gl. in ver.vna.ĩ cle.2.de cẽsi.ẽt ubi ꝓcuratio licitè recipi p̃t ĩ numerata pec.vt in c.felicis.ĩ fi.de cẽsi.li.6.ne sequat̃ absurdũ , qa posset vna die oẽs ecclesias ciuitatis uisitare , & tot ꝓcurationes recipere,quot ibi essẽt ecclesiæ,qd̃ tñ nõ est tolerãdũ. † numerus ergo ꝓcurationũ si excedit numerũ dierũ,iuxta c.ꝓcurationes.de cẽs.& qa ꝓcuratio est accessoria visitationi, & accessoriũ nõ dẽt excedere principale,fm Io.Mo.vt no.ĩ d.c.felicis. † vbi ẽt putat Io.An.ĩ nou.ꝙ successores pacisc̃tiũ , aut obseruãtiũ soluere ꝓcurationẽ ĩ nume.pec.ad hoc cõpelli nõ possũt,qa pactũ,& obseruatio hmõi nõ põt arctare successores,vt ibi.posset tamẽ ẽt cõcordari de certa mẽsura cõsistẽtiũ ĩ aridis,vel liqdis,vel de boue,pullo,uel re simili dãda p q̃titate taxata,vel sine alia taxatione,dũmõ seruẽt moderamẽ, de quo ĩ d.c.felicis. † qcqd.n.hñt hoïes,pecunia est.1.q.3.totũ. ho die aũt p cõstõnẽ Benedicti q ĩcipit , Vas electionis.taxata est q̃titas,fm diuersitatẽ ꝓuinciarũ diuersa,q̃ soluẽda est , siue in victualib.siue a uolẽtib.ĩ pecunia,in qua ẽt distinguit̃, an p se, uel p alios uisitẽt.ibi ẽt ad vnã ꝓcurationẽ taxata,cũ p alios uisitãt exigit̃ charitatiuũ subsidiũ,& ibi dicit Io.An.debere uideri,qa breuiter recitari nõ p̃t,fm eũ ĩ d.c felicis.ĩ nouel. † Aduertãt igit̃ tã legati,q̃ uisitatores,ne rẽ publicã agãt,ut diuitias ꝓprias augeãt,qd̃ dãnabile est,& ꝓpea quadã ꝓuidẽtia , militib. stipẽdia cõstituta sũt,ne dũ sũptus q̃rit̃,põdo crasset.23.q.j.militare,ne p potẽtiã uisitatorũ,aut legatorũ noïe totũ, qd̃ leuitarũ est,ĩ suos ꝓprios redigãt usus.93.dist.diaconi. nec cũ aliena iactura desiderẽt locupletari.c.suã.de pœnis,& regula,locupletari &c. † qa ex quo auaritia creuit,perit.l.de sacerdote, & uisio ꝓfecta,ut ĩ p̃d.c.diaconi.prãdia igit̃ eis dẽnt,fm vniuscuiusque loci mediocritatẽ.x.q.3.c.fi.nõ.n.licet uiuere de simbolis, uel cõfectis.44.dist.nõ oportet.& c.non liceat.sed fm decẽtiã sui stat9,ita tñ ꝙ diuites nõ cogant̃ pauperes cibis uesci.41.dist. nõ cogant̃,& fm cõsuetudinẽ aliorũ uisitãtiũ.ff.de leg.l.2.§ fi. de cẽsi.sup eo.ĩ fi. † latius.n.ꝓcurãdi sunt maiores , q̃ minores p̃lati.5.dist.ecclesiæ,ubi dr̃ peccare,q pauperibus nimis delicata,& sumptuosa cibaria ministrat,ut ibi.§.alias.non ergo multũ curẽt de spatiosis domib.& latis cõuiuiis, & multo labore epulis cõquisitis.35.dist.ecclesiæ prin.de cõse.dist.5.nõ tales nõ

similam,

Source : BIU Cujas

similam,& mella fastidiāt. 12.q 2.gloria episcopi. meliorib.tamen vtātur,quàm Io.eis præparet.in gl.quam ponit in c.cum instantia. de cens.ne super barbar.pauperum comessationes,
39 siue conuiuia extraordinaria frequentent. † nam species furti est,velle de alieno largiri,ne videatur victimare filium in cōspectū patris.14.q.5.immolās.ℭ si fortè tūc visitator morereṭ, pecunia procurationis collecta esset restituenda: & idē si fortè visitationē detereret.ff.de leg.l.legatus.C.eo.lib.x.l.2.quia illa est substantia pauperum,quæ non est imbursanda.45.dist.sicut hi.in fin.maximè hodie in his est cauendum, cū sedes apostolica pro magna parte per sua priuilegia diuites a præstatione procurationū exemerit.de his omnib.vide per Spe.in ti.de
40 leg.§.supereſt.ver.illud quoque.vbi plenè. † & adde ℭ de hac procuratione visitantium,& ecclesias consecrantiū nō debet detrahi illud,vel compensari, qđ haberet expendere existentes in domo,per c.cum sit.de simo.& no.Io.And.in c. statutū. §.insuper.de rescrip.lib.6.in gl.super vers.moderatas. sicut nec de expen.testium.4.q.3.venturis.alias sequeretur, ℭ nihil habe rent,cū sæpe tantundem,& plus expendant in domo propria, licet in contrarium faciat.§.illud tamē,in Auth.de man. prin. & propterea credo,ℭ emanauerit constitutio, vas electionis.
41 † Adde,ℭ si duæ ecclesiæ quæ reg bant̄ per vnum rectorē diuidantur,& postea per duos regantur,si episcopus visitat eas diuersis diebus,poterit a qualibet earum recipere procuratio-
42 nem,vt vult deci.90.in antiq. † an autem capellani collegiatarum ecclesiarū debeāt huiusmodi procurationē soluere, & an posset præscribi,ℭ vnus soluat ℘ alio,vide plenè ℘ Lap. in
43 alle.30. † & an monasterium pro membris, & possessionibus sitis in aliis diœcesib. teneatur soluere in sua diœcesi, vel vbi,
44 vide per Fede.in consi.151. † & an legatus, qui ante finem tēporis reuocatur,teneatur restituere procurationem, quā exegit pro rata temporis, vel non exactum possit exigere pro toto tempore,& de expiratione suæ potestatis absoluendi clericos nō soluētes procurationē,vide per eundem in cons.111.

SVMMARIVM.

1 *Negligentia prælati,peccatum mortale est.*
Excusatio pastoris esse non potest,si lupus oues comedit.
2 *Hominem a morte non liberans si potest,occidere dicitur.*
3 *Ouis morbida remoueri debet,ne totum corrumpat ouile.*
4 *Prælati prohibentur,ne subditos astringant, vt non exponant superiorib. ea,quæ corrigenda sunt.*
Visitatores non possunt cogere prædicatores,& minores in altissima paupertate constitutos ad synodos accedere.
5 *Religiosi,qui populum non habent,ad synodum venire non tenentur.*
6 *Visitatores prohibētur grauare archidiaconos super consuetudinibus suis.*
7 *Visitatores non debent grauare,& indebitè exigere subditos suos, & numero sequenti.*
9 *Prælati ab omnibus grauaminibus cessare debent.*
10 *Prælati prohibentur ecclesiarum rectoribus decedentibus ipsas interdicere,donec eis soluatur certa pecuniæ quantitas.*
11 *Prælati,quando nolunt consentire,quòd laici decimas monasterijs offerāt, eundum est ad Papam.*
12 *Prælati pro installatione abbatum pecunias extorquere non possunt.*
13 *Prælati nil possunt accipere pro consecrationibus ipsorum,benedictionibus abbatum,& ordinationibus clericorum.*
14 *Visitatorum excessus hic numerantur.*
15 *Episcopus non debet renuere benedicere abbates electos, & confirmatos.*
16 *Episcopi beneficia ad sedem apostolicam deuoluta conferre non possunt.*
17 *Legati manus extendere non possunt ad ea,quæ Papa sibi reseruauit.*
18 *Papæ,causæ fidei,translationes episcoporum sedium mutationes,episcoporum depositiones,electorum translationes,congregatio concilij, depositio,& restitutio,& exemptio episcoporum reseruantur.*
19 *Papa solus maiora vota commutat,in maioribus criminibus, cum illegitimis,& filijs presbyterorum dispensat,& vt ad dignitatem promoueātur,& ad ipsum omisso medio appellantur.*
20 *Papa solus subdiaconum diebus Dominicis ordinat.*
21 *Papa solos episcopos depositos restituit,& eos deponit, & episcopatum in duos diuidit.*
22 *Papa solus duos episcopatus in vnum vnit,episcopos, & abbates eximit, scripta aliorum probat, & conciliat.*
23 *Papa solus articulos fidei soluit,& cum de aliquo articulo fidei dubitatur, & synodum generalem,facit transfert sedem episcopalem,episcopos mutat,& nullus ab eo appellat.*
24 *Papa solus rerum naturam immutat,de nullo aliquid facit,sententiam nullam aliquam facit.*
25 *Papa solus supra ius dispensat,& de iustitia iniustitiam facit.*
26 *Papa quandoque contra Apostolum dispensat,contra canones,contra vetus testamentum in decimis non dandis,in voto,& in iuramento.*
27 *Papa contra vniuersalem statum ecclesiæ,non dispensat, nec vt monachus habeat proprium,nec contra quatuor euangelia, nec contra Apostoli præcepta.*
28 *Quid in gradu secundo consanguinitatis.*
Quid in bigamo.
29 *Papa dispensationem sibi reseruat cum monacho recipiente ordines in apostasia,cum hæreticis,cum filijs presbyterorum, cum rebaptizatis, cum his, qui in subuersionem fidei ordinem recepit.*
30 *Papa dispensat in matrimonio nondum carnali copula consumata,& quòd matrimonium secundum consumatum non consumato præferatur.*
32 *Papa ex magna causa dispensat,quòd clericus in sacris, & monachus contrahere possint.*
32 *Papa dispensare non potest,vt quis simul duas vxores teneat.*
33 *Papa licet possit de plenitudine potestatis sine causa dispensare, tamen peccat.*
34 *Papa si sine pœnitentia decedat, a Deo punietur.*
35 *Casus Papæ reseruati remittuntur.*
36 *Legati de latere non possunt apponere manus ad indispensabilia etiam per Papam, & quæ sunt Papæ reseruata.*
Legatus de latere in quatuor Legatum natum excedit, vt hic.
37 *Patriarchæ non portant crucem præsente legato de latere insignijs vtētc.*
Legati de latere mare transeuntes vestibus rubeis vtuntur,palaphreno,albo, & calcaribus deauratis.
38 *Cardinales etiam sine legatione priuilegiati sunt in non residendo in beneficijs suis.*
Cardinali creditur de actis coram se gestis sine scriptura.
39 *Cardinales,quæ priuilegia habeant.*
40 *Ad legati officium, quæ pertineant.*
41 *Legatum visitando non excusantur, qui Apostolorum limina visitare tenentur.*
42 *Papa non debet sibi aliquos tam familiares facere,vt alios a sua familiaritate excludat.*
43 *Honestum non est, vt alij multum habeant,alij detrimentum patiantur.*
44 *Cardinalium cœtus vacante sede,an legatum reuocare possit.*
45 *Legatus generalis de concilio Cardinalium mittendus est.*
46 *Legatus mittendus, qualis esse debeat.*
47 *Legato etiam post legationem reuerentia debetur.*
48 *Legato defuncto,Papa,& successor tenetur remunerare seruitores primi.*
49 *Patriarchæ,primates,& archiepiscopi in subditos suffraganeorum manus apponere non possunt.*
50 *Archiepiscopi licet sint ordinarij totius prouinciæ,non tamen cuiuslibet de prouincia.*
51 *Et in quibus casibus sint iudices ordinarij.*
52 *Forum qui sortitur ratione loci,in quo est res, & ratione contractus.*
53 *Episcopi nō possunt manus apponere ad subditos aliorum prælatorum inferiorum.*
54 *Vniuersitas iurisdictionem dat.*
55 *Episcopus de iure fundatam habet intentionem, nisi sit consuetudo in contrarium.*
56 *Curam habens excommunicare potest, nisi consuetudo, vel superior eum impediat.*
57 *Episcopi excedunt dispensando in casibus sibi non permissis.*
58 *Episcopi dispensare possunt in casibus grauioribus adulterio.*
59 *Episcopi dispensant,vbicumque non prohibentur.*
60 *Episcopus,& quilibet sacerdos canones pœnitentiales mitigare possunt.*
Sed non in canonibus pœnam depositionis,& suspensionis in enormibus criminibus imponentibus.
61 *Episcopi,quæ facere possint.*
62 *Dispensationes de stilo curiæ non committuntur, nisi diœcesanis, aut eorum vicarijs.*
Dispensare cum abbate potest, cui committitur, quod cum monachis dispenset.
63 *Dispensatio semel facta,amplius reuocanda non est.*
Dispensationem secundam petens,de prima mentionem facere debet.
Dispensationes etiam motu proprio,strictī iuris sunt.
64 *Prælati,& abbates excedunt,suis mensis applicantes prioratus, aut beneficia ad eorum collationem spectantia,& pensiones nouas imponentes, & veteres augentes.*
65 *Abbates,& priores,& etiam episcopi dispensare non possunt, quòd in eodem monasterio sint monachi, & moniales.*
66 *Abbas monachos verberare potest,si ob verba se non corrigunt.*
67 *Capitulum excedit dispensando in casibus sibi non permissis.*
68 *Capitulum ecclesiæ Senatui æquiparatur.*
69 *Capitulum aliquem indignum eligendo,quando cum illo dispensare intelligatur.*
70 *Concilium contra Apostolum dispensat.*
71 *Capitulum excedit statuendo super residentia in diminutionem diuini cultus,& contra sedem catholicam statuendo.*
72 *Et an videatur dispensare gerendo actum commutabilem in casu quo dispēsandi habet potestatem.*
73 *Episcopus an possit dispensare,vt quis duos obtineat personatus.*
Dispensatio si fiat cum illegitimo, vt possit promoueri ad beneficia curata & dignitates,an comprehendantur canonicatus ecclesiæ cathedralis.
74 *Episcopus ex magna causa contra concilium dispensat.*
Quid de legato de latere.
75 *Attentata per ordinarium visitantem subditos,non sunt reuocanda.*
76 *Pœnæ sunt statutæ in canonibus ad peruersorum malitiam reprimendam.*
77 *Benefacere nemo directè cogitur,sed malefacere prohibetur.*
78 *Pœnitentia,quæ infligantur per canones,& inf.num.81.83. & seq.*

Source : BIU Cujas

79 *Suspensus ab officio, an a beneficio suspensus sit.*
80 *Suspensus si iterum pendẽte primo tempore suspenditur ad idem tempus, quando secunda suspensio currat.*
Actus per suspensum factus, an valeat.
82 *Pœna infamiæ est famæ priuatio.*
83 *Infamia, quot modis irrogatur, & quid sit fama.*
84 *Pœna interdicti, an secum executionem trahat.*
Interdictum violans, licet nondum denuntiatum, punitur.
85 *Visitatores impedientes, excommunicationem incurrunt.*
86 *Ecclesia pœnam corporalem infligere potest.*
87 *Et habet carceris pœnam.*
88 *Et pœnam torturæ.*
89 *Et pœnam traditionis curiæ seculari.*
90 *Et pœnam exilij, & relegationis.*
Et pœnam confiscationis bonorum.
91 *Maritus quando possit vxorem verberare, & in vinculis tenere, vel castigare.*
92 *Ecclesia pœnam pecuniariam exigere potest.*
93 *Quid de pœna dupli, vel quadrupli.*
94 *Pœna l. si quis in tantam. C. vnde vi. an in prælatis locum habeat.*
95 *Clerici, an possint pro criminalibus pœna pecuniaria punire, vel puniri.*
Sors, & pœna, vel altera earum, quando peti possit.
96 *Pœna an possit peti, si contractus non teneat.*
97 *Clericus quando ab ecclesia remouetur, an sua sint ei reddenda.*
Bona clericorum se interficientium, vel in ecclesia crimina committentiũ, quomodo disponantur.
98 *Suspenso, vel deposito, an sit relinquendum, vnde viuat.*
99 *Clericus, an possit se obligare ad pœnam ordinis, beneficij, & excommunicationis.*
100 *Pœna vbi non est in iure determinata, iudicis arbitrio relinquitur.*
101 *In pœnis infligendis, quæ sint consideranda.*
Pœna minuitur ob minorem ætatem, & spontaneam confessionem.
In pœnis, an attendatur nobilitas, vel maioritas dignitatis.
102 *Pœna, an minuatur ob amicitiam.*
103 *Pœna, an minuatur ob bonum præcedens, vel sequens.*
104 *Pœna, an minuatur ob paupertatem.*
Quid alia afflictione.
105 *Pœna, an ob simplicitatem, vel ignorantiam iuris positiui minuatur.*
106 *Pœna, an minuatur ob furorem, vel ebrietatem.*
107 *Pœnam, & præmium, an quis ex eodem facto consequi debeat.*
108 *Pœnam, an pati debeam ob meorum consanguineorum delictum.*
109 *Pœnã, an quis patiatur ob delictum domini, vel patrisfamiliæ, vel domus.*
110 *Visitatores Deum præ oculis habere debent.*
111 *Aequitas est media inter rigorem, & misericordiam.*
Aequitas, quid sit.
112 *Rigor omnis mansuetudine temperandus est.*
113 *Visitator non debet esse auarus, si dominus est largus.*
114 *Defectus nostri temporis antiquam canonum mensuram non patitur.*
115 *Iudex officium pij patris facere debet.*
116 *Sententia, quæ misericordiam vetat, fugienda est.*
117 *Rationem reddere ob misericordiam melius est, quàm ob crudelitatem.*
118 *Misericordia nulli claudenda est, & nulli peccati impunitas relaxandi.*
Christus, quare Petrum cadere permisit.
119 *Iudex misericordiam potius, quàm rigorem sequi debet.*
120 *Iustitia vera compassionem habet.*
121 *Episcopus pro quolibet delicto fulminare non debet.*
Iudicium sine misericordia erit ei, qui non vult misericordiam fieri delinquenti.
122 *Consuetudo attendenda est, tam de superioribus, quàm de inferioribus.*
123 *prælatus in correctione beniuolus esse debet, & iustus in iustitia.*
124 *Visitatoris officium, quale sit.*
125 *Visitatoris virga, & baculus, qualis esse debeat.*
126 *Baculus pastoris, quare prælatis detur, & inf. num. 128.*
127 *Virga superbiæ est in ore stulti.*
129 *Baculus pastoris, quare summitatem curuam habet.*
130 *In baculi benedictione, quæ oratio dicatur.*
131 *Visitator discretus esse debet.*
132 *Facta ob bonum finem, si malè succedant non imputantur.*
133 *Baculi peregrinorum benedictio.*

Quæstio decima, primæ partis.

DECIMO Quæro principaliter de excessib. visitãtium, & eorum pœna. & quoniam excessus eorũ sunt plenè infiniti, iõ solum discurrã illos, q̃ mihi magis videnť necessariò reformandi, & iõ respõdeo q̃ primus est excessus negligẽtiæ. † Est. n. negligẽtia prælati, peccatũ mortale. 81. dist. dictũ de reg. iu. c. pe. no. gl. ĩ c. ea quæ. de offi. arch. & ĩ c. officiũ. de offi. archipre. qa nõ põt esse excusatio pastoris, si lupus oues comedit, & pastor nescit, vt d. c. pen. & q̃d ibi plenè no p̃ gl. & nõ caret scrupulo societatis occultæ, q̃ manifesto facinori desinit obuiare. sicut dignũ. de homi. 86. dist. faciens. † sic & qui potuit hominem liberare a morte, & non liberauit eum, occidit, ut ibi, & de hæret. c. 2. & qui alios cum põt ab errore non reuocat, seipsum errare demonstrat. facit c. negligere. 2. q. 7. adde c. excommunicamus. ĩ fi. de hæret. & in tãtũ tenet de negligẽtia, q̃ si dicat, q̃ ouis dolo eius perijt, & ipse neget, ipsi incumbit onus probandi, cum ipse ratione officij debeat custodiã. c. ea quæ. de of. Archi. no. gl. in c. pe. de reg. iur. facit c. significasti. de elect. quia nõ pro qualibet culpa dẽt pastor deserere gregẽ, ne mercenario cõparetur, qui uidet lupum, ideſt diabolũ venientẽ, & fugit dimittẽs oues. c. nisi cum pridẽ. uer. nõ tñ. de renun. sed baculo pastorali, & latratu verbi, scilicet & exempli arcere debet luporũ rabiem. c. sit rector. 40. dist. † & ouem morbidam debet resecare, ne corrumpat ouile. 24. quæst. 3. resecandæ. & 45. dist. sed illud. habetur in c. ea quæ de statu. mo. † Secundus excessus est, quia pleriq; p̃lati nõ sine multæ temeritatis audacia suis subditis aliquando interdicunt, ne ipsorum superiorib. aut apostolicis legatis, uel inquisitorib. ad inquirendum, corrigendum, reformandum in eorũ ecclesiis, monasteriis siue locis a sede Apost. deputatis, vel aliis q̃buscunq; personis, p̃ quas ad prædictorum ualeat notitiã peruenire, statum ecclesiarum, monasteriorum, seu locorum suarum personarum, & rerum ipsarum ĩsinuẽt, uel exponant sub censuris, & aliis pœnis, & astringunt vinculo iuramẽti, & iõ districtius prohibenť similia attentari & attentata nullius penitus existere firmitatis decernuntur, & præsumptores tales a superioribus, & legatis & inquisitoribus animaduersione condigna præcipiuntur castigari. c. qa plerique. de offi. ord. lib. 6. q̃ si prælati non faciunt peccant: qa quod præcipitur: imperatur. & c. 14. q. 1. q̃ præcipitur. de ver. sig. in his, & sunt ĩ culpa. 28. dist. quia sunt, & no. gl. fi. in d. c quia pleriq;. Tertius excessus est, qa pleriq; prælati & alij, religiosos prædicatores, & minores in altissima paupertate Christo pauperi famulantes regulam habentes approbatẽ cogunt ad sinodos suas accedere, & suis constitutionib. subiacere. & alios, quàm plures ĩ eos, & eorum loca excessus cõmittunt, quæ oĩa grauamina inferre prohibentur ipsis, ac subditos eorum ab eisdem grauaminib. arcere debent, ut in c. nimis praua. de exce. præla. † non eĩ tenẽtur religiosi, qui populum nõ habent, ad sinodum venire. 18. dist. episcop⁹ p̃all. 18. q. 2. §. vlt. & plenè in c. dilecti. de of. ord. & idem, ubi super hoc alias esset per speciale priuilegium exempti, qa tunc nec possunt eos cõpellere sinodare ea. quoniã. eo. tit. de priuil. alias uerò secus c. ex ore in fi. eo. tit. salua tamẽ prærogatiua sessionis, vt ibi. † Alius excessus est, quando grauãt Archidia. super consuetudinibus suis, & sic diminuunt eorũdẽ redditus, phibentur. n prælati hoc facere, & nisi se corrigant, sunt corrigẽdi ab archiepiscopis, & superiorib. c. ad hæc. de exce. præla. † nõ. n. debent prælati taleas, & exactiones indebitas exercere, nec irrationabiliter grauare, vel inhoneste tractare subditos. c. i. eo. tit. sed debẽt seruare manus suas innoxias Deo, legi, & Prĩcipi. nullumq; pertinere lucrum. in Auth. de manu. princi. §. 1. C. de superindic. l. 1. li. x. ff. de dam. infec. ex damni. i. responso. & in Auth. de colla. §. hoc q̃d coll. 2. nisi ex magna, & graui causa 16. q. 1. §. nouellarum. & c. cum Apostolus. de cẽsi. † Alius excessus est, qa pleriq; prælati, vt p̃curationem, aut seruitium aliq̃d impendant legatis, uel aliis plus extorquent a subditis, quàm soluant, & ĩ eorum damnum lucra sectantes, quærunt p̃dicta potius, quàm subsidium ĩ subiectis: nam sic extorta non solum tenentur restituere, sed etiam tantumdem de suo cogi debent pauperib. elargiri, ad quod per superiorem sunt cogendi ad quærelam grauatorum, alias puniendi sunt etiã superiores negligentes, & c. c. qa plerique. de immu. eccl. † Sunt & alij q̃plurimi excessus ordinariorum in religiosis, quos enumerat cle. frequens. de excep. præla. ubi mãdatur prælatis, q̃ ab hmõi grauaminibus cessare debeant, & subditos suos similiter cessare facere, & religiosos, tam exemptos, q̃ non exemptos etiam mendicantes charitatiuè fouere, & tractare. & sua iura, & priuilegia inuiolabiliter eis seruare, necnõ abbates, & priores, & religiosos quoslibet ad sua generalia, & p̃uincialia capitula quoquomõ accedere, nõ impedire, nec eos cõpellere, ut suis consanguineis, & nepotib. suarum ecclesiarũ possessiones concedãt in perpetuũ, uel ad tempus, quæ concessiones ibidem annullanť, nec etiã ad præsentandũ sibi ad ecclesias vacantes, in quibus obtinent ius patronatus, uel ad monachandum eosdem suos consanguineos, nepotes, uel familiares, nec alia multa diabolica, de quibus. ibi. similis etiam excessus reprobatur in religiosis. c. cum clerici. de cens. † alius excessus est, de quo in c. audiuimus. de simo. uidelicet, q̃ decedentibus ecclesiarũ rectorib. ipsas interdicto subdunt, nec patiuntur alios in eisdẽ instituí, donec ipsis certa summa pecuniæ persoluatur, & cũ quis religionem ingredit, vel apud eos eligit sepulturã, ingerunt difficultatẽ, donec munera manus eorum contingant, quoniam puniuntur ad duplum restituendum. † Alius est, de quo in c. nullus. de iure patro. ubi epi improbitatis auaritiæ cã consentire nolunt, q̃ laici decimas, ecclesias, aut aliquid ecclesiastici iure monasteriis offerãt sine iusta causa, quia tũc recurrendũ est ad Papã. † Alius excessus

est,

Source : BIU Cujas

eſt, quando prælati pro inſtallatione abbatum pecunias extorquere volunt, nec ſunt ea forma profeſſionis contenti, quæ ab origine ordinis noſcitur inſtituta, quæ habetur i c.ne Dei eccle-
13 ſiam.de ſimo. † Alius, quando aliqui præſumunt aliquid accipere, vel dare pro conſecrationibus epiſcoporum, benedictionib. abbatum, ordinationibus clericorum, iuxta certam taxam, etiã vigore conſuetudinis longęuæ, &c.c.ſicut pro certo.de ſimo. & quomodo excedũt Archi.patet in c.licet.de pœn.& alij presbyteri.de ſimo.c.nemo.de aliis multis exceſſibus, vide inf.in quęſt.
14 de interro. &c. † Magnus etiam numerus exceſſuum narratur in cle.ad noſtram.de cenſi. videlicet, quando viſitatores accedentes ad monaſteria præſertim exempta, & Ciſtercien.ordinis licet charitatiuè ſuſcipiantur, & eis charitatiuè neceſſaria, & curialiter miniſtrantur, cibis tamen regularibus non contenti, ꝫ priuilegia ordinum carnes petunt, & ſi eis non miniſtrentur, auferunt violenter, & licet in locis eiſdem fiant eleemoſynæ competenter, tamen religioſis inuitis alias eleemoſynas faciunt, & in locis in quibus non habent de conſuetudine, vel de iure pro equitaturis ferrandis, licet ferris non egeant, & coqui eorum ſui officij ratione pecuniam exigunt, & extorquent, nec compoſitiones ſuper procurationibus inter prælatos ipſas, & eas initas eis ſeruant etiam in recipiendis procurationibus, ita graues exiſtunt, ꝙ ipſis in eorum monaſterijs, & eccleſijs procurationes recipientibus longi temporis victum breuis hora conſumit, & dum procurationes recipiunt canes venaticos, falcones, & accipitres ſecum habent, & niſi ſatisfiat eorum voluntati, valuæ monaſteriorum, & eccleſiarum per violentiam ſępe franguntur, & ornamenta eccleſiæ exportantur, pluresque procurationes recipiunt vna die ſedis Apoſtolicæ priuilegio non ſuffulti, interdũ in pecunia numerata viſitationis etiam officio non impẽſo, & occaſione dictarum procurationũ. Idem prælati ab eis frequenter exigunt, quæ illis ſoluere non tenentur, ac etiam procuratio
nes nunciorum Apoſtolicæ ſedis, aliaque extraordinaria onera religioſis etiam exemptis pro maiori parte imponunt, vt ſe ac presbyteros liberent ſeculares religioſos ad ordinandum hmõi oneris diſtributionem non aſſumentes. In multis etiam alijs eccleſias ipſis monaſterijs etiam exemptis ſubiectas grauant, ſicut in procurationibus recipiendis, & oneribus inſolitis imponendis, idcirco tales puniri mandantur vt ibi, & in c.exigit. & c.fęlicis.de cenſi.
15 † Eſt & alius exceſſus, cum epiſcopus tertiò cũ humilitate & deuotione, ſicut cõuenit requiſitus, abbates electos & confirmatos renuit benedicere. Nã hæc & alia, quæ ad hmõi officium pertinent, exercere puta conferre lectoratum, ſi ſunt presbyteri, ipſis abbatibus licebit, donec ipſi duritiam ſuam re-
16 cogitent. c.j.de ſupplen.negli.præla. † Similiter, quia Papa non vult videri ius ſuum negligere, qui alios in ſua iuſtitia confouet non poſſunt ordinarij collatores conferre beneficia ad ſedem Apoſtolicam deuoluta.c.licet.eo.tit.delegati verò Papæ ſic, vt in cle.cum de beneficio.de præben.quia ordinata charitas incipit a ſeipſo, vt ibi no.& de pœ. diſt.3. ſanè.& 33.q.5.non licet.& l.ſecunda.C.de ſerui.& aqua & c.niſi ſpecialis, de auc. & vſu pal.
17 † Excedunt etiam legati, & quicunque alij apponentes manus ad ea, quæ Papa ſibi in ſignum priuilegij ſingularis tãtummodo reſeruauit, vt in c.niſi.& c.poſt trãslationem.cum ſe.de offic.or.
18 & c.ſicut vnire.de exceſ.præla. † Reſeruãtur autem Papæ.primò cauſæ fidei.24.q.j. quotiens.& c.maiores.de baptiſ. Item translationes epiſcoporum, ſedium mutationes.7.q.j. mutationes. de transla.præla.c.j. Item depoſitiones epiſcoporum, & ceſſiones eorundem, & translationes electorum.de transla.præla. c.inter corporalia. Item congregatio generalis concilij. 17.diſt.c.j. Item depoſitio & reſtitutio epiſcoporum, & ſumma negocia eccleſiarum. 2.q.6.ideo. Item exemptio epiſcoporũ. 16. q.j. epiſcopo-
19 rum. † Item vota maiora ſolus Papa commutat, de voto.ca.ex multa. Item ſolus Papa in maioribus criminibus, & cum filijs presbyterorum, & cum cæteris illegitimè natis diſpẽſat, vt promoueantur ad dignitatem, de iudi.at ſi clerici. de fil. presby.c.fi. Item ad ipſum ſolum omiſſis mediis appellatur.2.q.6.c.3. & 24
20 q. 7.metropol.& de app.dilecti. † Et ſolus Papa poteſt ordinare ſubdiaconum diebus Dominicis, de tempo.ord.c.j.& c.de eo.q caſus enumerantur in c.quod translationem.de offi.legat.& in cap.ſicut vnire.de exceſ.præla. vbi glo.not.& exponit iſtos verſus, videlicet.

Reſtituit Papa ſolus, deponit, & ipſe.
Diuidit, ac vnit, eximit, atque probat.
Articulos ſoluit, ſinodumq; facit generalem.
Transfert, & mutat, appellat nullus ab ipſo.

21 Vide 17.diſt.hic. † Solus ergo Papa reſtituit depoſitos epiſcopos.2.q.6.ideo. & deponit eoſdem.3. q.6. accuſatus, quamuis.& c.dudum.diuidit, epiſcopatum in duos. 16.q.j. præcipimus.& §.
22 ſicut. † Vnit, duos in unum.ca. ſicut vnire.de exceſ.præla.16.q.j. & temporis qualitas.eximit, epiſcopos & abbates. 16. q.j. frater noſter.probat, ſcripta aliorum, & conciliat, de ſum. Tri.c.2.in fi.
23 16.diſt.ſancta Roma.17.diſt.regula. † Articulos, fidei ſoluit.24. q.j.quotiens.& ca.quoniam vetus, etiam cum dubitatur de aliquo articulo.c.cum Chriſtus.de hæreti.ſinodum facit generalẽ. 17.diſt.c.j.2.& 3.transfert ſedem epiſcopalem de loco ad locum 7.q.j.& temporis.mutat, epiſcopos.7.q.j. mutationes. de transla. præla.per totum.appellat nullus ab ipſo.9.q.3.cuncta. Et dicitur cęleſte habere arbitrium.C.de ſum.Trini.l.j. in fi. & ideo etiam
24 † naturam rerum immutat ſubſtantialia vnius rei applicando alij.C, cõmunia de lega.l.2. de nullo poteſt aliquid facere. C. de rei vxo.act.l.j.in prin.& de conſe.diſt.1.re vera.& ſententiã, quæ nulla eſt, facit aliquam.3. q. 6. hoc quippe. quia in his, quæ vult eſſe, ei pro ratione uoluntas eſt. Inſti.de iure natu.§.ſed qđ Principi.nec eſt, qui ei dicat, cur ita facis? de pœni.diſt.3.§. ex perſo-
25 na. † ipſe enim poteſt ſupra ius diſpenſare. de conceſ. præb.propoſuit.& de iuſtitia poteſt facere iniuſtitiam, corrigendo iura, & mutando, de appel.ut debitus.& de conſan.& affi.non debet & plenitudinem obtinet poteſtatis.2.q.6.vt in decreto, quæ in-
26 tellige iuxta plenè no.in c.quanto.de transla.præla. † Poteſt etiã Papa quandoque contra Apoſtolum diſpenſare.24.diſt. lector. & contra canones Apoſtoli.82.diſt.presbyter. Item contra vetus teſtamentum in decimis non dandis.de deci.c.ex parte.cum ſeq. Item in voto.de voto.c.j. Item in iuramento. 15.q.6. ca.2. &
27 de reſcrip.c.conſtitutus.& no.de iureiur.quanto. † Contra tamẽ vniuerſal.ſtatum eccleſiæ, non 24.q.j.memor ſum, nec vt monachus habeat proprium, de ſta.mo.c.2.& ca. cum ad monaſteriũ. in fi. nec contra quatuor euangelia. 15.diſt. ſint. nec contra præcepta Apoſtoli 25.q.j. ſunt quidam. vbi de hoc. ꝙ intelligit glo.
28 in d.c.propoſuit, in his, quæ pertinent ad articulos fidei. † Item ſecundum quoſdam non diſpenſat in ſecundo gradu conſanguinitatis. de reſtitu. ſpolia. literas. ꝙ intelligunt quidam de collaterali inęquali linea, per c.Deus qui. de diuor. & an cum bigamis poſſit diſpenſare, plenè habetur in c.ſuper eo. de biga. de his plenè in d.c.cum ad monaſterium. in fine, de ſtatu monacho. & in mercuria. actus legitimi. de regulis iur. quia deliberaui ĩ hac materia ſuperficialiter pertrãſire nolens ponere os in cœlum: nam non multum pertinet hæc diſcuſſio ad propoſitum opuſculum poſitiuum, & ſolum viſitãtium, & viſitandorum inſtructiuum: ſolum hoc dicam, ꝙ audiui a ſanctiſſimis prælatis nimis dilatare Papæ poteſtatem pluſquàm periculoſum eſſe, vt docet rerũ magiſtra experientia. Nimis etiam reſtringere ſimiliter, ſed mediam viam tenendam, & decet Papam velle non poſſe facere, quæ boni Pontifices facere non conſueuerunt, adde de apoſtatis.c.fi.26.q.j. ſunt quidam. & c.quæ ad perpetuam. 15.q.6. auctoritate. & j.q.j. omnis cuiuslibet. † adde ꝙ Papa ſibi reſeruat diſpẽſationem cum monacho recipiente ordines in apoſtaſia. c. fin. de apoſta. & cum hæreticis, vt in c.excommunicamus.§. ſanè. de hæreti. & cum filio presbyteri.c.pen. & fin. de filiis presbyte. Itẽ ſi iterata vnctione fuerit maculatus. 1.q.vlt. ſaluberrimum. in fi. Item cum his qui rebaptizati ſunt, de conſecra.diſt.4.quibus. & c.eos. Item ſi quis in ſubuerſionem fidei ordinationem recipit
29 ab hæreticis. 1.q.7. conuenientibus. in fin. & in his caſibus ſolus
30 Papa poteſt diſpenſare, vt no.in d.c.fi. de apoſta. † Item & in matrimonio nondum copula carnali conſumato. c ex publico. de conuer. coniuga. Item ſecundum quoſdam, ꝙ ſecundum matrimonium conſumatum præferatur non conſumato. cap. fin. de
31 ſponſa duorum. † Item ꝙ clericus in ſacris conſtitutus, & monachus poſſit contrahere ex magna cauſa, vt in c. j. qui clerici uel uouen. & in c.cum olim. de cleri. coniug & quæ ſcribit Io. And. in regula, ſemel Deo. & in regula. act. legitimi. de regu. iur. lib. 6. & in c.poſt translationem. de renunciatio. & c.ſuper eo. & c.nu-
32 per. de bigam. † vbi non poteſt diſpenſare, ꝙ quis duas vxores habeat ſimul, & in aliis multis caſibus, de quibus plenè per Spe. in tit. de diſpenſatio. §. nunc breuiter, in prima parte, & in §. nũc oſtendendum. ver. 46. vbi inuenies omnes caſus, in quibus ei ſo
33 li liceat diſpenſare. † Veruntamen vnum non omitto, ꝙ q̃uis Papa ſine cauſa diſpenſare poſſit de plenitudine poteſtatis ꝓ eo ꝙ non habet ſuperiores in hoc mundo, nec eſt qui eum corrigat, uel emendet: attamen cum hoc ſit peccatũ, & peccare poſſit, ut no.in c.ſi Papa 40. diſtin. & ideo ſibi habet eligere confeſ-
34 ſorem, ut no.in c.ſanè. de offi.delega. † propter peccatum a dño rum Domino atque Pontifice, ſi ſine pœnitentia deceſſerit, punietur, & ideo nouerit ſibi terribilius iudicium, q̃ aliis inferioribus imminere. 9.q.3. aliorum. cum ſeq. arg. op. C. de iudi. l. rẽ nõ nouam. circa med. ita no. Hoſt. in Sum. de fil. presbyt. §. fin. in fi.
35 † Et adde, ꝙ licet Raymun. in Sum. de caſibus enumeret 28. caſus Papæ reſerua. ipſe tamen Hoſt. in Sum. de offic. leg. in §. quid pertinet, enumerat 60. qnos in 27. verſibus concludit, quorum
36 verſuum expoſitionem, vide ibi plenè per eum. † Excedunt etiã Cardinales legati de latere apponentes manus ad indiſpenſabilia etiam per Papam, & ad ea quæ ſunt Papæ ſpecialiter reſerua ta, de quibus ſupra, excedunt tamen ipſi in quatuor legatum natum. Primò, in abſolutione excommunicatorum extra prouinciam. c. excommunicatos. de offi. leg. Secundò, quia illo præſente alius tanquam minor inſigniis non vtitur, nec officium legationis exercet. eo.tit. uolentes. de priui. antiqua 21. diſt. denique. Tertiò, in beneficiorum collationibus. c.j. de offi. leg. lib. 6. Quartò in prouocationibus, vt patet de cenſi. c. procurationes. excedunt pariter Legatũ miſſum aliàs nuncium in primo & tertio.

† Et

Source : BIU Cujas

37 † Et adde, ꝙ præsente Legato de latere insignijs vtente patriarchæ cessant portare crucem ante se, vt d. c. antiqua. de priui. ubi plenè per Ioan. And, qui etiam dicit, ꝙ legati de latere transeuntes mare vtuntur vestibus rubeis, palafreno albo, freno, & calcaribus deauratis, & ꝙ sine literis creditur ei asserenti se Legatum
38 ex quo Cardinalis est, licèt quidam in hoc contra. † Quædã alia vide circa hoc in c. si abbatem. de cle. lib. 6. & addit ꝙ etiam sine legatione priuilegiati sunt in non residendo in titulis, siue beneficiis suis. Item eis creditur de actis coram se, licet non appareat scriptura, de quo per Io. An. in c. constitutus. de appel. circa quod vide dictum Cle. 4. in Spec. in tit. de teste. §. j. ver. quid si ad-
39 uocatus. † habet etiam priuilegium. c. fœlicis. de pœnis. lib. 6. & c. q a periculosum. de sen. excom. lib. 6. Et alia sex priuilegia episcoporum, de quibus in c. fi. de priuile. lib. 6. & circa decretalem, execrabilis, vt ibi patet, de quibus omnibus plenè in Spec. d. tit.
40 de offi. delega. §. sequitur videre. ad fi. † Quid autem ad legati officium pertineat, vide plenè in §. supereſt videre, immediatè ibi
41 dem sequenti. † & adde ꝙ non excusantur, qui teneretur limina Apostolorum visitare visitando legatũ, qui nec cõtra ipsius iuramentum sibi potest ad hoc terminum prorogare, vide ple-
42 nè per Specu. in tit. de offic. leg. §. nunc ostendendum. in fi. † debent tamen Romani Pontifices cauere, nec quos uolunt tantũ sibi in negocijs familiares efficiant, ꝙ omnino alios a sua familiaritate excludant contra Gregorium dicentem his, qui cũctis præest, omnibus distribuat, nec quicquàm vni personæ honora-
43 bilius exhibeat, vnde alii scrupuloso corde moueantur, † quia inhonestum est, vt alij satis habeant, alii verò detrimentum pa-
44 tiantur. 16. q. 7. c. j. † & an cętus Cardinalium sede apostolica vacante possit reuocare legatum, vide in cap. 2. de offic. lega. lib. 6.
45 † Et adde, ꝙ legatus generalis de concilio Cardinalium est mittendus, & aliter non probatur in l. fi. C. de legatio. lib. 10. ut tenet
46 Spec. in titu. de offi. lega. § qualiter autem. in fi. † Item, ꝙ debet talis legatus mitti, qui in semetipso habeat spiritũ Dei, & prȩcepta eius in conspectu suo sint, & qui Moysi i. Papæ valde notus, & familiaris sit, in quo sit charitas & legum scientia, Deum timens,
47 & qui odiat munera, vt audiant eũ filij Israel 8. q. j. si ergo. † Item ꝙ ei qui semel fuit Legatus, semper reuerentia debetur in memoriam pristinæ dignitatis, vt in l. j. C. de comiti. qui proprium regunt, cum suis concor. & in c. ex parte. de foro compe. & de episcopo, qui renunciauit episcopatui. c. j. & de transla. præla. ca-
48 inter. † & defuncto vel reuocato Legato, tenetur Papa, & successor remunerare seruitores primi, & beneficare socios Legati, quos ille non remunerauit, argu. in l. defuncto. ff. de offi. assess.
49 & no. Spec. in tit. de offi. lega. §. finitur. in fi † Excedunt etiam patriarchæ primates, & Archiepiscopi, metropolitani apponentes manus in subditos suffraganeorum, aut ad eorum causas, vel aliorum subditorum inferiorum prælatorum, exceptis casibus,
50 qui notantur in c. pastoralis. de offic. ordi. † licèt n. sint ordinarij totius prouinciæ, quia eius gerunt solicitudine: tamen non ideo sequitur, ꝙ cuiuslibet de prouincia 20. q. 3. c. 2. est enim eorum iurisdictio super quemlibet impedita, & ligata, argu. de re-
51 scrip. pastoralis. in fi. & de cleri. peregri. tuæ. † Solum ergo sunt iudices ordinarij in casibus not. per glo. in d. c. pastoralis. de offi. ordi. primus, cum deuiant in diuinis officijs a consuetudine metropolitanæ ecclesiæ 12. dist. de his. Itẽ si causa deferatur ad eos per appellationem. de offi. leg. c. j. de offi. ord. c. duo. 11. q. j. peruenit. Item cum absolutus ab archiepiscopo non vult parere episcopo, de offi. ordi. ad reprimendam. Item in casu c. irrefragabili. eo. tit. licet ibi dicatur, ꝙ tanquàm delegatus a Papa. Item qñ episcopus est negligens in eo, ꝙ ipse facere debet. 9. q. 3. cum simus. de sent excom. per tuas. de app. c. qua fronte. Item mortuo episcopo, quando ecclesia idoneos clericos non habet 12. q. 2. non liceat. Item cum euidens est sententiam episcopi esse iniustam, de appel. solicitudinem. Item cum visitat prouinciam. de
52 præscri. c. cum ex officij. & de censi. fopitæ. & c. cum nuper. Item si deliquit in eius diœcesi 6. q. 3. placuit. Item si habet prædium in diœcesi sua, adde vel si contrahat. de foro compe. c. fi. & c. sanè. † quia ī his casibus efficitur quis de iurisdictione cuiuslibet, vt ibi non obstante priuilegio generalis exemptionis. c. j. de priui. lib. 6. Host. in tit. de offi. ordi. §. sunt autem, enumerat & declarat 18. casus, qui his versibus continentur.

Officium varium, forus, appellatio crimen.
Peccans, non parens, res, consultatio deses.
Præsul canonici, tumidi sententia, nequam,
Visitat, indulget, custos, quia Papa dat vsus,
Permutant sociis suspectus cumq; remittit,
Casibus his primas subiectos præsulis arcet.

53 † Excedunt similiter & episcopi apponentes manus ad subditos aliorum prælatorum inferiorum suæ diœcesis, vt plenè hr̃ p glo. in d. c. pastoralis. & per Host. in Sum. de offi. ordi. in §. præallegato. ad fi. argu. in c. cum ab ecclesiarum. eo. titu. & de exc. prela. c. 2. 18. q. 2. c. cognouimus. vbi. s. illi inferiores prælati per electionem creantur. arg. 24. dist. c. 2. 92. dist. legimus. de immuni. eccl.
54 non minus. † quia vniuersitas dat iurisdictionem, vt probant dictæ concor. verum quia in multis ecclesijs super hoc & diuersis, diuersæ sunt consuetudines, ideo dicit Host. ibidem consuetudinem cuiuslibet obseruandam † vbi autem non apparet de
55 cõsuetudine, semper episcopus de iure communi fundatam intentionem habet de offi. ordi. c. j. 11. q. j. de persona. & q. 3. quire sistit. de foro compe. cum contingat. & c. seq. saluis exemptionibus. & c. ex parte. de priuile. & iura contraria procedant de consuetudine tantum. † Addit tamen, ꝙ quicunque habet curam,
56 potest excommunicare, nisi consuetudo, uel inhibitio superioris hoc impediat, argu. de electio. dudum. §. tandem. de senten.
57 excommu. si quem. † Excedunt consimiliter episcopi dispẽsantes in casibus sibi non permissis, sed prohibitis: quoniam communis opinio habet, ꝙ in omnibus non prohibitis possit dispẽsare. arg. a ꝛio sensu in c. at si clerici. in fi. de iudi. † quia in multis grauioribus criminibus adulterio permissa est dispẽsatio epi-
58 scopis, puta in hæresi. 50. dist. presbyteros. Item in sacrilegio. 50. dist. si qs pr̃sbyter. & de capitalibus criminibus occultis. 50. dist. de his verò. Item cum simoniaco, quãdoque in beneficio, qñq; in ordine. 3. q. 5. c. j. & vlt. de elec. c. si alicuius. Item cum scismatico. 50. dist. ut constitueretur. † & generaliter vbicunque nõ phibetur dispensatio, intelligitur esse permissa, arg. de sent. excom. nuper. & c. nobis. & no. in d. c. at si clerici. de iudi. & in d. c. si quis presbyter. 50. dist. per Hug. & 50. dist. miror. vbi no. casus, in q bus
59 est prohibita dispensatio. † potest etiam episcopus, & quilibet sacerdos mitigare canones pœnitentiales. de pœniten. dist. j. mensuram. 50. dist. de his. 6. q. 7. tempora plenitudinis. sed canones illos, qui inducunt pœnam depositionis, & suspẽsionis in enormibus criminibus mitigare, & dispensare non possunt. d. ca. miror. 12. q. 2. de viro. & de accusa. c. inquisitionis. primo respõso, & per Ioan. And. in c. pro humani. de homi. lib. 6. licèt glo. ī multis locis variæ reperiãtur, plenissimè autem hoc examinat Spec.
60 in prima parte, in tracta. dispensatio. §. nunc de episcoporũ &c. vbi enumerat omnes casus, in quibus episcopi possiunt dispensare in corpore iure clausos, & excedunt numerum 163. † deinde declarando, quàm sit episcoporum magna potestas, discurrit multa, quæ possunt, & debent facere episcopi, vt ibi Io. And.
61 addit de altari viatico, de quo in c. fi. de priuile. in 6. & ibi plura alia enumerantur. Item ꝙ religiosi eorum familiares se possunt illis in officio coaptare, in cle. dignum. de celebra. mis. & aliud priuilegium in clem. 2. de priuile. & aliud in cle. quamuis. de foro compe. & aliud in clem. j. de supplen. negli. præla. & ꝙ ibi no. super glo. in uerbo, apposto. Securitati etiam ipsorum multum prouidit cle. si quis suadente. de pœnis. de quibus omnibus plenè in d. §. nunc de episcoporum. ver. generaliter. † & adde ꝙ de
62 stilo curiæ dispensationes non committuntur nisi diœcesi. uel vicarijs eorum, vt in d. §. nunc de episcoporũ. in fi. & ꝙ cui mandatur, ꝙ dispenset cum monachis, potest etiam cum abbate dispensare. c. fi. de simo. & † ꝙ dispensatio semel facta non est am-
63 plius reuocanda. c. ex tua. de fil. presby. & ꝙ petens secundam dispensationem, debet facere mentionem de prima. cap. fin. de fil. presbyte. lib. 6 quia dispẽsationes etiam cum motu ꝓprio, sunt stricti iuris, vt plenè habetur in c. non potest. de præbend. lib. 6.
64 † Excedunt quoq; prælati, & abbates regulares applicantes mẽsis suis prioratus ecclesias, administrationes, aut beneficia ad eorum dispositionem spectantia, seu pensiones nouas eis imponẽtes, aut ueteres augentes, & ideo in exemptione apostolica aliàs auctoritate ordinaria diœcesani eorum etiam negligentiã supplentes, possunt illa personis idoneis conferre, ut in cle. quia regulares. de supplen. negli. præla. † Excedunt etiam tales cum dispensant in casibus sibi prohibitis, puta ꝙ in eodem monasterio
65 sint monachi, ac moniales, ꝙ etiam nõ potest episcopus 18. q. 2. diffinimus. & in c. in nullo monasteria. & ca. periculosam. Itẽ ꝙ monachus mortaliter peccet, immo tunc illi monachus obedire non tenetur 11. q. 3. si quis episcopus. 2. Item si vt defectu
66 sumptus monialis seruiat clericis 82. distin. ad reatum. † potest tamen monachus verberare, si se propter verba nõ corrigant. 41. distin. §. salonio. 23. q. 4. c. fin. de sent. excommuni. vniuersita. potest etiam dispensare in casibus 32. enumeratis, & examinatis in Spe. de dispen. §. sunt quoque. ver. abbas quoque. vbi plenè
67 videas. † Excedit etiam capitulum dispensando in casibus sibi non permissis, quia Archid. uel alius prælatus sub episcopo, vel etiam capitulum dispensare non possunt: minores enim prælati ardua ad episcopum debent deferre. de offic. archi. ad hæc. † in
68 casu tamen quandoque dispensare potest. c. ex insinuatione. de simo. de præben. cum non ignores. 16. q. j. alia. quia ęquiparatur senatui. ea. q. eccleſia, sed senatus restituit aliquẽ famæ. ff. de postul. l. j. §. de qua, secundum Host. Inn. & Ioan. And. in c. 2. de eo,
69 qui furti. ordi. fusce. & in c. fi. de post. præla. † nam capitulum eligendo aliquem indignum, intelligitur dispensare cum illo, nisi sit talis casus, in quo prohibita sit ei dispensatio, de quo ꝓ Spec.
70 in præalle. §. sunt quoque. ver. capitulum etiam, &c. † Et adde ꝙ concilium dispensat contra Aposto. no. 82. dist. presbyter. & sacerdos dispensat contra canones pœnitentiales. 50. dist. de his. cum concor. etiam in casibus, vbi sunt per canones pœnitentię expresse ex causa, ut probatur in ca. Deus qui. de pœni. & remis.
71 † Excedit etiam capitulum statuendo super residentia in diminuti onem

Source : BIU Cujas

nutionem cultus diuini, & ꝙ admittantur ad vocem capitulo non promoti ad ſacros ordines, ar.in c.fi.de reſcri. lib.6. & ī cle. vt hi, qui, de ęta.& quali.& ſtatuendo contra ſedem Apoſtolicā. c.conſtitutionem.in fi.de verb.ſig.lib.6.& alias, prout infra pate
72 bit in q.de interroga. † Et an gerendo actum commutabilem ſcienter in caſu, quo quis habet poteſtatem diſpenſandi, videat
73 diſpenſaſſe, vide in antiquis deciſ.34. † Et an epiſcopus poſſit diſpenſare.vt quis teneat duos perſonatus in eadem eccleſia, vide ibidem deciſ.43.Et an ſi diſpenſatur cum illegitimo, vt poſſit ꝓmoueri ad beneficia curata.& dignitates comprehendantur ca
74 nonicatus eccleſiæ cathedralis, vide ibidem, deciſ.59. † Et ꝙ epiſcopus diſpenſet contra concilium ex magna cauſa, vide in nouis deciſ.252.Quid de Legato de latere, vide ibidem deciſ.282.
75 quæ incipit, item ſi Legatus de latere. † Et ꝙ attentata per ordinarium loci viſitantem ſubditos non ſunt reuocanda, niſi appellans prius doceat de priuilegio, exemptione, vel præſcriptio-
76 ne, vide deci.129.in nouis, quæ inci.item ſi rector. † Circa ſecundam partem quæſtionis, videlicet, circa pœnas viſitantium, & viſitandorum, & attendendum, ꝙ certæ pœnæ ſunt in canonibus ſtatutæ ad reprimendam malitiam peruerſorum.c.ad reprimendam.in princ. de offic. ordi.facit c.factæ ſunt 4.diſt.adde de elec.nihil, de cenſi grauis.& per Inn. de appel.ad hoc.& in ca.2.
77 de accu. † nam per leges nemo directè benefacere cogitur, ſed malefacere prohibetur 33.q.5.ad fidem.vt boni inter malos qe-
78 tè viuant 32.q.5.non fruſtra. † variæ autem ſunt pœnæ in canonibus conſtitutæ. Quædam inducunt degradationem, & curiæ ſeculari traditionem, vt in c.falſariorum.de cri.fal. Quædam degradationem, & detruſionem in monaſterio 50. diſt. ſi epiſcopus. Quædam depoſitionem tātummodo 50.diſt.ſi quis viduā. Quædam ſuſpenſionem ſolummodo 1.q.5.ſi mala fama 32.diſt. nullus prę̄ter. Quædam excommunicationem 17.q.4.ſi quis ſuadente. Quædam priuationem officij & beneficij perpetuo 85.di. ſi qais. Quædam priuationem officii tantum ad tempus 82.diſt. presbyter 21.q.2.placuit 28. diſt.presbyterum. Quædam priuationem beneficij tātum 7.q.j.ſi quis de ordine. & c. cū in cūctis. de ele. Quædam priuationem communionis tātum 35.diſt.ante omnia 55.diſt.nullus. Alias pœnas habes, 73.diſt.ſicut 18.diſtin. placuit.& 2.q.6.qui ſe ſcit.& no.in d.c.ad reprimendam.& plenius per Hoſt.in Sum.de pęn.§.quot ſpecies.inter quas eſt pęna ſuſpenſionis, de qua plenè per Io.And.in cle. cupientes.de pęn.
79 ſuper ver.ſuſpenſi.vbi enumerat omnes ſpecies ſuſpenſionis, q̄ in iure reperiuntur. Demum ſubdit tres opin.ad deciſionē quæ-
80 ſtionis. † An ſuſpenſus ab officio eoipſo cenſeatur ſuſpenſus a beneficio, quas dicit coniungendas, & ſequēdas, niſi aliud pro, vel contra in ſententia iuris, vel hominis exprimatur. † Adde, ꝙ ſi ſuſpenſus interim pendente primo tempore iterū ſuſpendatur ad idem tempus currit ſecunda ſuſpenſio, etiam ante tp̄s finitum primæ, nec duplicatur totum tempus. ff.ad l.Aquil.l.ita vulneratus.l.Senatus.ad Turpil.ff.ad Carbo.l.Carbo.& l.ſe.facit de priu.c.j.ver.ſi qui verò.plenè per Ioan.And.in cle.cum ſit.de magiſtris,& in c.cum in cunctis.de elec.& in d.cle.examinat, an
81 actus interim per ſuſpenſum factus valeat.ibi vide. † Inter eas ēt eſt pœna irregularitatis, de qua quid ſit,& vnde dicatur, & quot modis ſumatur, ſiue accipiatur,& quibus modis,& in quibus caſibus contrahatur, plenè traditur per Spe.in trac.diſpenſationū. in tit.de offi.leg.bene per octo cartas, cum addi.Io.And.& Bald. & in ſuo aureo Reper.ſub ti.de temporibus ord. in rub. illa, hæ ſunt irregularitates, quæ impediunt promotum, & ī alia rub.ibi ſeq.& ſub tit.de pœn.in rub.caſus totius iuris, in quibus promoti deijciuntur,& deponūtur,& de his ſufficiat remiſſio ibidem, & ad Io.And.in c.cum ęterni.de re iud.lib.6.in nouel.& in c.tā-
82 ta.de exceſ.præla. † Inter has etiam eſt pœna infamiæ, quæ eſt famæ priuatio,& fit per capitis diminutionem maiorem, & mediam, non autem minimam.ff.de var. & extraor. cog.l.pen.§.ex
83 ti. † & quot modis irrogetur infamia, & quid ſit fama, habetur 3.q.5.§.porrò.& in c.veſtra.de coha.cle.& mulierum.& a quibus repellantur infames, & de omnibus cōcurrentibus dictam pę̄nam,& materiam, vide plenè per Spe.in ſuo trac. quem fecit de fama & infamia, in d.Reper.aureo, in tit.de pœn. ſub rub de fama & infamia.& per Io.And.in mercu.ſuper reg. infamibus.de
84 reg.iur.in 6. † Eſt & pœna interdicti ſeruandi, vt in cap.alma.de ſent.excom.lib.6.& an trahat ſecum executionem, vide Innoc. in c.ad hæc.de appel.& ſciens interdictum appoſitum, ſed nondum denunciatum, illud violans incurrit pœnas iuris, vt plenè no.in glo.in cle.grauis.de ſent.excom.ſiue ab homine, ſiue a iu-
85 re,&c. † Eſt & ſententia excom. communis & notiſſima pœna maioris ſolēnis.ſ.anathe.& minoris, vt in ca.ſi quem.de ſenten. excom.de qua plenè per Hoſt.in ſum.de ſent.excom.& inf. aliquid dicam in ſecunda parte, hanc ex cauſa.ſ.ne quis lędat conſcientiam, ſpernere poteſt.c.literas.de reſt.ſpo.hanc pęnā incurret quicunque impediunt viſitatores, nec exerceant ſuum offi-
86 cium, cle.attendentes.in fi.de ſtatu regular. † Eſt & pœna corporalis, quam quando eccleſia poſſit infligere, vide de calum. ca.j. de depo.grauis.de cri.fal.c.4.de rap.c.in arch.63.diſt.in fi.14.q.6.
87 c.1.de maio.& obe.c.1. † Eſt & pœna carceris, quem habet eccleſia, vide 17.q.4.accedendum 25.q.3.relegentes. de iudi. c.at ſi
88 clerici. † Eſt & pœna torturæ,& quando & qualiter actor, reus, teſtis, clericus, ſeruus, vel alij ſint torquendi, vel verberandi, vide 15.q.6.in ſum.5.q.5.illi qui 4.q.4.verſi.& in reſponſo. de regu. iur.cum in contemplatione 12.q.2.fraternitas 45.diſt.cum beatus.& ca.j.5.q.4.illi & q.5.in l.presbyteri.14.quæſt.6.c.j.de depo.
89 c.j. † Eſt & pœna traditionis ſeculari curiæ.pro quibus autē criminibus, qualiter,& quando quis tradi poſſit curiæ ſeculari, vide 11.q.j.ſi quis ſacer.de verb.ſig.nouimus.de hæreti.ad abolendam 17.diſt.nec licuit 3.q.4.clericus. † Eſt & pœna exilij,& relegationis, de qua 65.diſt.cum beatus.de iudi. cum non ab homine 3.q.4.his qui. Eſt etiam pœna confiſcationis bonorum,&c.de qua plenè in c.cum ſecundum.de hære.& in c.j. de ſciſmā.lib.6. Et de ſeptem generibus pœnarum legalium, & ſibi correſpondentibus, vide per Inn.in c.2.de accu. † Quando autem vir poſſit vxorem uerberare,& in vinculis ponere, vel caſtigare, vel de caluare,& qualiter ipſe ex hoc puniatur, habetur de iureiuran. quemadmodum 7.q.j.ſicut alteri 22.q.j.de benedicto.de apoſta.
92 c.pen.33.q.2.placuit. † Eſt & pœna pecuniaria, quam clerici, uel religioſi an poſſint exigere, vide 12.q.2.fraternitas.de pœn.licet
93 & c.ſuam.de arb.dilecti. † Et an pœna dupli, vel quadrupli a iure, vel alio peti poſſit, & an aliqua pœna excedat quadruplum 12.q.2.cum deuotiſſimā 14.queſt.2.debetur 17.q.4.quiſquis.de
94 exceſ.præla.cum ad quorundā. † Et an pœna legis, ſi quis in tantam locum habeat in prælatis eccleſiarum, uel quæ.de elec.ut p̄teritæ.de ſucceſ.ab inte.c.fin.16.q.6.§.ꝙ autem.& c.ſeq. † Et an
95 clerici poſſint pro criminibus pœna pecuniaria puniri, uel punire.8.diſt.quoniam quidē 12.q.2.in antiquis 16.q.j. ſtatuimus. Quando autem peti poteſt ſors & pęna, vel alterum tantum. Et an pœna ſoluta, contractus remaneat firmus 12.q.2.epiſcopus
96 qui 25.q.2.ſi eccleſia. † Et an pœna poſſit peti, ſi contractus vel obligatio non teneat, de offi.leg.ſignificantibus.de præca.c.2.Et an pœna, quæ magis timenda ſit, imponatur 23.q.4.ea vindicta.
97 vt li.non conte.quoniam in fi. † Et quid iuris ſi domus communis duorum fratrum, eſt dirimenda, vide de pę diſt.j.ſi & continuo.Et ſi clericus remouetur ab eccleſia, quando ſua reddātur ei 16.q.6.de lapſ. de cleri. coniu. quod te.Et quid iuris de bonis clericorum interficientium ſe, vel crimina in eccleſia committentium, vel damnatorum 16.q.i.in canonibus 23.q.4. diſplicet
98 27.q.j. ſi quis rapuerit.de conceſ.præben. quia diuerſitatem. † Et ſuſpenſo, vel depoſito relinquendum ſit vnde viuat 50. diſt. ſtudeat.de clericis pugnantibus in duello.c.fi.de non or.mi.cap.2.
99 † Et ꝙ quis poſſit ſe obligare ad pœnam ordinis, & beneficij, & excommunicationis, patet in c.ego Berengarius.de conſ.diſt.2. & q.7.c.quotiens.& c.cum dilecti.in fi.de cri fal. ꝙ facit ad obligationes, quas hodie faciunt prælati in forma cameræ. adde ꝙ no.in c.j.de offi.ord.lib.6.& ꝙ no.Domini.in c.quia periculosū.
100 de offi.dele.lib.6.& But.in c.j.de iud. † Et adde, ꝙ vbi certa pęna non eſt ſtatuta a iure, iudicis arbitrio remittitur.ca. ſuper his.de
101 accu.c.de cauſis.de offi deleg.c.finem.de do.& contu. † Quę aūt ſint conſideranda in pœnis infligendis, patet in c.fi. de tranſ.nā minor ętas facit minui pœnam.c.2.de delic.pue. Item ſpōtanea confeſſio.c.de hoc.de ſimo.& c.innotuit.de elec.50.diſt.presbyteri.& an attendatur nobilitas, vel maioritas dignitatis 24.q.1.c. qui contra.de pœ.c.fi.de ſta.mo.ea quæ.41.diſt. non cogantur. de offi.deleg.paſtoralis 50.diſt.ſi quis presbyter. de hæreti.excōi camus.§.credentes.& 1.quæſt.1.quicquid.de cleri.vena.capit.2.
102 † De amicitia autem vide de officio Legati, niſi 2.q.4.§.notandum.& 2.q.6.§.diffinitiua.ver.cum circa. De cohærentia criminis 2.q.1.prohibentur 23.q.5.relegentes. Et quando dolus cum dolo compenſetur. c.conſtitutus.de pœn. Quid de conſuetudi-
103 ne, vide Inn.in c.ſanè.de temp.ord. † Quid de bono prę̄cedenti, vel ſeq. 56.diſt.nunquàm.ne cleri.uel mona.ca.non magno.14. diſt.quod ait 1.q.1.ſi quaſi.& d.c.relegētes.23.q.2.ſi quid verius. & per Inn.de iureiur.ſicut.& de teſti.ſicut.de præben. quia diuer
104 ſitatem.& de cuſto.eu.c.2. † Quid autem de paupertate.de ſolu. Odoar.de do.& contu.finem de fur.c.2.& d.c.fraternitas. Quid de alia afflictione, an faciat miſereri.de cleric. non reſi.ad audiē
105 tiam.de cleri.ęgro.c.1. de cenſi.licet. † Quid de ſimplicitate vel ignorātia iuris poſitiui.de rerum permu. cum vniuerſorum. de ſent.excom.cum illorum.de loca c.j.de conſti.nam concupiſcē tiam.Item propter naufragium. de accu. cum dilecti. Itē pp rei reſtitutionem, de elec. ꝙ ſicut.de ſolu. ca.1.12.q.2.fraternitas.& c.ſi quis.& de ſimo.c.licet.Itē quid de ſcandalo.vide de no.oper.
106 nun.c.2.de renun.niſi.§.pro graui. † Item an ira furor vel ebrietas 15.q.1.in ſum.& c.aliquos ſanè.& c.inebriarunt 2.q.3.§. notandum.de pœnit.diſtin.1.diuortium. Quid de reiteratione 15.
107 q.3.c.2.qui. † Item an pęnam & præmium poſſit quis ex eodem facto conſequi 22.q.2.ſi quemlibet. Et de pœnarum commutatione vide de voto. c.1.22.q.4.innocens. Et de exceſſu in corrigendo facto.23.q.3.qui peccat. Et an in proprio 23.q.5.de occi-
108 den. † Et an propter delictum conſanguineorum meorum poſſim puniri.1.q.4.c.quia.& præce. de teſti. conſtitutus. Et de eo q ſe obligat ad pœnam excommunicationis.2.q.5.ſi quis presbyter.de elec.cum dilecti 23.diſt.q̄q̄. Et quot modis fiat obligatio.

Source : BIU Cujas

109 2.q.j.prohibentur.Et † quando propter delictū domini,vel patris familiæ,vel domus, possit puniri. I.6.dist.satis.de conse. dist. in scā.j.q.j.fertur.14.q.5.denique.de his quę fi.a pręla.quanto 11. q.3.quoniam multos 24.q.3.in sum.7.q.4.in prin.2.q.5.interrogatum.de hære.excommunicamus.§.moneantur.de pœnis. in quibusdam.De consultore defensore,&c.vide gl.in cle.j.de pęn.
110 in verbo,defensatur, vbi plenè.† Postremò attendendum esse censeo visitantes super Deum, & equitatem habere debere præ oculis,vt ff.de eo quod cer.lo.l.quod si Ephesi.in fi.& in c.vt no-
111 strum.in prin.vt eccle.beneficia,&c.in parte decisa.†& est equitas media. Item rigorem & dispensationem siue misericordiā. C.de iudi.placuit 33.de fraterni.& ita describitur a Cipriano,eqtas est iustitia dulcore misericordiæ temperata. vel est motus rationalis regens misericordiam & rigorem 42.dist. disciplina. &
112 c.qui emendat. & c.vera. † quia omnis rigor est mansuetudine temperandus.c.cum in iuuentute.de purga.cano.& no. Spec.in tracta.dispen.in prin.Et quia omnis Christi actio, nostra debet
113 esse instructio.12.q.j.exemplum.† & vbi Dominus est largus dispensator,visitator non debet esse auarus, quia melius est de misericordia quàm de seueritate reddere rationem 26. q. vlt. alligant 43.dist.dispensatio 33. dist. vsque adeo. & quia misericor-
114 dia communis est virtus 86.dist.non satis.de reg.iur.estote.† & quia defectus nostri temporis, quo non solum misericordia, sed etiam corpora defecerunt,antiquam canonum non patitur manere censuram 34.dist.fraternitas, censura huiusmodi est mi-
115 sericordia temperanda. † Vnde Augu. Imple Christiane iudex pij patris officium suæ succensere iniquitati. memineris in peccatorum auctoritatibus non exerceas vlciscendi libidinem,sed peccatoris vulneribus curandi adhibeas voluntatem 23.q.5.c.j.
116 † Vnde sententia,quæ misericordiam vetat, est fugienda.est.n. misericordia plenitudo virtutum, ideoque omnibus est præposita perfectè forma virtutis 86. dist. non satis, iuxta illud Luc.6.
117 Estote misericordes,de regu.iur. c.estote. † melius nāq; est propter misericordiam rationem dare,q̄ propter crudelitatem,aut inclementiam.si enim pater benignus est,ad quid eius filius austerus vult apparere;& si natura clemens est,& pia, & ad indulgendum prona,vt de pœni. dist.j. quia diuinitatis eius exemplo rectores prouidi aliorum infirma pensantes lapsos debent per
118 mānsuetudinē subleuare.45.dist. recedite. † quia nulli claudēda est misericordia, & nulli peccati impunitas relaxanda. 23.q.3. duo ista.Hinc est, q̄ Christus magna dispensatione Petrum cadere permisit,vt ex sua infirmitate cognosceret, quàm misericorditer alienas infirmitates tolerare deberet.Io.j.dist.consideran-
119 dum,cum se. † His igitur auctoritatibus iudicialis informaī auctoritas misericordiā in dispensatione sequi, potius quàm rigorem,ad quod accedit 9.dist.sanè.ff.de pęn.si de interpretatione.non.n.seueritatis,aut clementiæ gratia affectanda est, sed in leuioribus causis omnes promptiores ad leuitatem iudices esse debent in grauioribus,aut legum seueritatem cum quodam benignitatis tēperamento subsequi debent, vt l. respiciendum. ff.
120 de pęn.† quia vera iustitia compassionem habet.45. dist. vera. & disciplina destituitur,si sine misericordia teneatur. ea.dist.disciplina. ergo prælatos constituit ipsa diuina iustitia debitores, iuxta illud, dispensatio cœlestis seminis vobis iniuncta est.42. dist.dispensatio.vtitur.n.illis Deus in dispensando 23.q.3.ecce.&
121 de misericordia a iudice petenda,vide 9.dist. sanè. † & q̄ nō debet episcopus pro quolibet delicto fulminare 35.dist.c.j.& quando quis faciat malum impunè,vide in c.nouit. de iudi. Et quòd iudicium sine misericordia erit ei,qui non vult misericordiam fieri delinquenti 2.q.7.§.de his.23.q.3.§.præcepta.Et ex his absolutam esse volo primam partem opusculi huius,reliqua supplebuntur in sequentibus. Pro absolutione tamen pleniori huius vltimæ quæstionis,cōcludo episcopos, & omnes alios prælatos tam superiores,quàm inferiores iurisdictionem habētes,& potestatem visitandi,& similia exercendi, quando faciunt ea, quæ de iure communi facere reperiuntur prohibiti, vel de consuetudine approbata excedunt,vt satis plenè pōt ex præmissis apparere,& maximè in c.irrefragabili.de offi.ordi. lib.6. & de excess. præla.ad hæc.de maio. & obe. c. cum in ecclesijs. de præscri.c.cū
122 olim.de appel.dilectis. † Et q̄ tam de superioribus, quàm de inferioribus attendenda sit consuetudo,no.Goff.in d. c.irrefragabili.& c.cum ab ecclesiarum.de offi.ord. & Archid. in c.nō est.
123 de consue.lib.6. † qui etiam no. q̄ prælatus in correctione dēt esse beniuolus.45.dist.licet dū tamen in iustitia iustus.4.q.7.iudicet,& in animaduersione misericors.45.dist.vera.& hæc contra corrigibiles,sed contra incorrigibiles esse debet seuerus,de postul.c.j.ad fi.de elec.c.cum in cunctis.de vi.& ho.cle. vt clericorum.28.dist.quia sunt.45.dist.disciplina.23.q.4. est iniusta, q̄ intellige tam in clericos,quàm in laicos.95.dist.olim.10.q.3.cauēdum.de offi.ordi.licet.vt refert Ioan.And.in d.c. non est.in nouel.de quo vide plenè per eundem in c.nos inter. de purga. can. in his.s.quæ ad iurisdictionem ipsorum spectant. Et de processu contra incorrigibiles,vide plenissimè per Card.Flo.in repe.c.ꝑpendimus.de sent.excom.& per Petr.de Ancha.in repe.regu.ea quæ.de reg.iur.lib.6.& per omnes in c.cum non ab homine. de
124 iudi.† Pro absolutione verò totius istius primæ partis huius tracta.obsecro,humiliter adiuro & obtestor omnes visitare debentes,vt per viscera misericordiæ Domini Dei nostri,in quibus visitauit nos oriens ex alto verè,solicitè,ac diligenter studeāt hūc baculum,& virgam pastoralem gerere in dextera ad arcēda luporum.s.carnis,mundi,& diaboli truculentam rabiem ad ouiū sibi tanquàm super intendentibus pastoribus consolationem, & noctis vigilias custodientibus super eas, vt mereantur audire illas cantantes canticum Prophetæ, virga.s.tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.est nanque virga dilectionis,& virga regni,cum sitis gens sancta,genus electum,regale sacerdotium.c.j.
125 §.quia verò.de sacra vnctio.† Non sit quæso, virga ferrea cōfringens oues tanq̄ vas figuli, sed caput draconis ꝑterat:& sit virga varij coloris,per quam spiritualiter quisque pastor ditabit vltra modum,Gen.30.c.Nō sit baculus ad ludum noxium, qui est in culpa.c.continebatur,de homi.sed sit baculus Iacob, cum quo transeatur fluuius Iordanis.i.huius vitæ transeuntis more fluentis aquæ,de quo Gen.32.c. Non sit virga, per quam visitans ipse redarguendus sit.2.Reg.5.c.sed sit virga,de qua scriptum est Prouerb.13.qui parcit virgę,odit filium suum.& iterum,Si puerum virga percuties,ipsius animam de inferno liberabis. ibidem 23. c.Non sit baculus arundineus & confractus, in quo non est cōfidendum.4.Reg.18.Isaiæ 36.Ezechiel 29.& 39.aut qui faciliter facili quolibet vento agitetur, &c. sed sit baculus reiectis armis regijs sternens Goliā spuriū,& incircuncisum,de quo 1.Reg.17. per quem verè & propriè caro,mundus, & diabolus figurātur. Sit virga,quam quicunque in manu sumat facturus sit signa, & prodigia veritatis:& si proijciatur ad terram,conuertatur in colubrum,& in conspectu Pharaonis deuoret serpentes magorū eiusdem i.vitiorum & resumpta in virgam gratiæ redeat. Exo.j.
126 c.† est ergo baculus datus prælatis in arrabonem, vt cæteris iustiores probentur,figuratus Gen. 38.& tenendus in manibus ac cinctis renibus luxuriæ per vescentes agnum cum agrestibus,figuratus Exo.12.Est virga, quæ si percutit puluerē terrę Aegypti, nascitur cyniphex ad offensionem vitiorum, ibidem c.8.Si extē ditur super terram.i.terrenos homines, parit locustas eradicantes delicta.ibidē 10.c.Si extēditur supra mare rubrum.i.seculū, diuidit illud in pernitiem malorum, salutem verò bonorū. ibidem 14.c.Si percutit petram,facit abundanter scaturire aquam sitientibus per desertum abusionum.ibidem, 17. c. Et si mergitur in aquas amaras,pœnarum & pœnitentiæ, parit dulcedinem salutarem.ibidem 15.c.Est & baculus, quo & si percussus quis in lecto iacuerit, demum tamen surgit, & ambulat foris super illū reddit innocentem eum,qui percussit non ad mortem, iuxta legem,quæ traditur Exod.21.& no.in l.j.C.de emen. propin.cum concor.Est virga Iesse florens,& Ioseph,an cuiusq;, in cuius manibus germinat, qui est.s.a Deo electus, cuius figura hī Nume. c.17.Est & virga cum qua,si cędit ordei spica,plures colliguntur mensuræ.Ruth.2.Et cum qua mel salutis gustatur, figurata. 1.Reg.14.c.Et cum qua abstrahitur hasta de manu Aegyptij hostis 2.Reg.23.c.& 1.Paralip.c.11.huius virgæ extensio clemētiam regiam signat in animam bonam, vt notabili figura pater Hester.4.5.& 15.c.& aufert pauorem a iusto,vt patet Iob.9. c.Est & virga,quæ in dorso imprudentiū id operatur q̄ flagellum equo,
127 & chamus asino,Prouer.26.† Et quia in ore stulti est virga superbiæ,ut ibidem,14.c.ideo illa virga atque correctio tribuit sapiētiā.ibidem,29.c.debet ergo percutere dorsum eius qui indiget, ibidem 10.c.cuius etiam fructus est,q̄ tam bouis, q̄ ouis, & capræ,quæ sub pastoris virga transeunt, quicquid decimum erit, sanctificabitur Domino,Leuit.22.c. Non sit quoque claua, genus.s.armorum,per quod quisque præsumitur animum habere mactandi percutiens.l.j.§.sed si claua.ff.ad l.Corne.de sica.sed sit baculus senectutis non auferendus,nec transmittendus,sed tāq̄ lumen oculorum,& solatium vitæ custodiendus. Tobiæ 5. c. figuratus.sit baculus ponendus super faciem pueri defuncti, vt resurgat a malis moribus, figuratus 4. Reg.4.c.Vt sic dicat adhuc habitat senex,& baculus in manu eius,& cum hoc baculo excu-
128 ciatur Gath.& ciminum,&c.Isaiæ 28. † Edocet equidem baculus iste,quid faciendum sit in die visitationis,ne superueniat baculus indignationis Domini & exaltetur baculus q̄ ligneus est, vt eleuetur & percutiat &c.Isa.10.c.Et cōterat baculum impiorum & virgam dominantium cędentem populos in indignatione,& plaga insanabili, Esa.14. c. Et propterea caueant visitatores, ne tunc eis dicatur. Quomodo confracta est virga fortis & baculus glorioſus:Hiere.48.c.Caueant pariter,ne audiāt Dominum dicentem. Ecce ergo conteram baculū panis,&c. Eze-
129 chiel 4.& 5.c.ad fi. † Demum attendant,atque considerent baculi huius summitatem curuam.¦Et per hoc intelligant, q̄ si nō bene rexerint eorumque officium canonicè & ministeriū assiduè non impleuerint ab eo,qui dedit baculum recuruabunt,& ipsius,secundum Ioan.And.in d.c.j.in fi. de sacra vnc. Alteram ergo virgam prohibet verbum veritatis:Matth.10.c.& Luc.10. Alteram uero non.Marci 6.Et propterea in benedictione baculi pastoralis tempore quo cōsecratur episcopus, dī hæc oratio. Sustentator imbecillitatis humanæ Deus, benedic baculū istū;

Et

Source : BIU Cujas

Et ꝙ in eo exterius designatur,intẽrius in moribus huius famuli tui,tuæ propitiationis clemẽtia operetur,per Christũ Do.&c. Deinde cum consecrator stans tradit eum consecrando coram se genua flectenti dicit,accipe baculum pastoralis officij. Et sis in corrigendis vitijs pie sęquiens,iudicium sine ira tenens, in fouendis virtutibus auditorum animos demulcens, trãquillitate
130 seueritatis censurã non deserens,amen. † Et hoc est ꝙ intendit Bonif. VIII. in c.Romana. in §. sanè.de censi.lib.6.vbi statuit, ꝙ visitator ad subditorum emendationem per salubria monita nunc leuia,nunc aspera,iuxta datam sibi a Deo prudentiam, esse debeat,diligenter intendens,iuxta Lateranen.statutum cõcilij.vbi patet,quomodo debeat esse discretus visitans,secũdum Host.Archi.& Io.And.s.vt cautus more periti medici superinfundat vinum & oleum vulneribus sauciati diuersis experimentis vtendo ad sanandum ęgrotum,assistens illi tam consilio pru dẽti,q̃ remedio opportuno.c.omnis. ver. sacerdos. de pœni. & remis.& non more imperiti medici vno collirio credat mederi posse oculis singulorum.29.dist.necesse.& not. in d.cap.omnis. exerceant ergo audacter visitantes viriliter officium suũ ad laudem bonorum,vindictam verò malorum, omnia propter bo-
131 num finem facientes,nihil mali metuẽtes futuri. † absit.n.vt ea quæ propter bonum finem facimus,nobis imputentur,si prẽter nostram voluntatem etiam quicquàm mali contingat.23.q.5. de occidẽdis.no.in c. postulasti. de homi. oportet nãq; in huius baculi capite exaltare serpentem,vt ꝓpulus, qui mordet a serpente sathana,a Christo crucifixo serpente per intuitum oculorum cordis sanetur,& in illo qui semꝑ viuit morte,tamen vesti to mors occidatur,sicut frigus in calore, & amaritudo in dulcedine,secundum Augu.in sermone Martyr.vt hinc peregrinan-
132 tes illo duce ad patriam salui regrediamur, &c.† Et ideo præmissis adde benedictionem baculi peregrinorum,de qua in Pontificali,videlicet,præmisso Psal.Deus in adiutorium,&c. vbi ꝑ benedicentẽ dicitur oratio.Domine Iesu Christe redemptor mũdi,qui per os beati Apostoli tui Pauli innotuisti non habere hic nos ciuitatem permanentem, sed futuram debere hic inquire re, quique Sanctis Apostolis præcepisti,vt euntes ad prædicandum verbum Dei,virgas tantum sumerent,te suppliciter deprecamur,vt digneris hunc sustentationis baculum bñdicere, quatenus eum portantes in benedictionis signum,& sui corporis sustentationem cęlestis gratiæ plenitudinem in eo, & munimen valeant tuæ benedictionis percipere. & quemadmodum virga Aaron ad rebellium Iudæorum perfidiam repellendam benedixisti,ita & hũc famulum tuum per hoc insigne ad honorem, & reuerentiam tuam,& sanctorum tuorum assumere cupientẽ de manibus meis,& secum portare benedicas, & ab omnibus peccatis absoluas,vt in die iudicij in parte mereatur dextera collocari,amen.Aspergit demum aqua benedicta, dicens: Accipe hunc baculum habitum peregrinationis tuæ.In nomine patris, & filij,& spiritussancti, vt per eum merearis recipere in hoc seculo remissionem peccatorum, & in futuro consortium beatorum,& quo pergere cupis fœliciter peruenire, & peracto itinere incolumis remeare, cum aliis antiphonis & orationibus, de quibus ibidem.

SECVNDA PARS.

SVMMARIVM.

1 *In visitatione,quæ cerimoniæ spirituales requirantur,& per totum.*
2 *Presbyteri ante ingressum episcopi visitantis ingredi, & sedere non debent.*
3 *Diaconus a subdiaconis, & alijs clericis honorari debet.*
4 *Prior promotus locum priorem habere debet.*
5 *Visitantis episcopi cerimoniæ.*
6 *Visitatio, quare fiat.*
7 *De casibus episcopo reseruatis nemo se impedit.*
8 *Episcopus solum confert confirmationis sacramentum.*
9 *Compaternitas impedit matrimonium contrahendum,& cõtractũ dirimit.*
10 *Visitator, qualiter instruat populum.*
11 *Sinodus, quomodo in prima die celebretur.*
12 *Et quomodo in die secunda.*
13 *Et quomodo in tertia die.*
14 *Sinodus,qualiter alio modo celebretur in prima die.*
15 *Iustus ex fide viuit.*
16 *Sinodus ista,quomodo die secunda fiat, & celebretur.*
17 *Et quomodo tertia die.*
18 *Misericordia nil est Deo charius.*
19 *Deus verè sine proximo,nec proximus verè sine Deo diligitur.*
20 *Cathedraticum,quod est solidorum duorum solui debet,antequàm clerici rurales recedant a ciuitate, vbi fit sinodus.*
21 *Religio vana est religiosi linguam non refrenantis.*
22 *In sinodo ordinata obseruari debent ab omnibus.*
23 *Ad sinodum vocati venire, non debent contemnere.*
24 *Prælatus superior nil petere potest inferioribus ad sinodum venientibus aliquid portantibus.*
25 *Sinodus celebrari non potest per episcopum sine metropolitano.*
26 *Episcopi tenentur subditis suis aperire ea,quæ in sinodo sunt concluſa.*

¶ Quæstio prima secundæ partis.

1 PRIMO quæro principaliter, † quæ cerimoniæ spirituales in visitationibus requirãtur? Rũdeo ſm ordinem, qui in Pontificali continetur, ꝙ primò prælatus veniens ad visitandum processionaliter est recipiẽdus. processione.n.extra formas ecclesiæ ordinata cum reliquiis, vel cruce maior ecclesiæ paratus pluuiali sit ĩ vltimo capite processionis, & accedens visitator prælatus genua flectit ibi coram cruce,vel reliquijs super taperum paratum,& crucem, vel reliquias osculatur.deinde surgit,& tunc maior illius ecclesiæ cum osculo manus offert sibi hissopum cum aqua benedicta, vt se & circũstantes aspergat,& thus bñdicendũ in thuribulo ponẽdum. quo facto idem maior incensat visitatorẽ solum & dat illi euange ad osculandum, & mox duo ex maioribus ipsius ecclesiæ vnus a dextris,& vnus a sinistris, deducunt visitatorem in ecclesiam, & tunc processione ingrediente ecclesiam cãtatur, Sacerdos & Pontifex & virtutum opifex pastor in populo, sic placuisti Dño intercede pro nobis,vel aliud.Resp. Ecce vir prudens.vers.ecce. vers.Gloria patri. vel Resp.ecce sacerdos magnus. Vers.benedictionem.Et sic deducitur ad gradus coram altari, vbi prosternit̃ ad adorandum. Resp. autem finito eo prostrato manẽte maior ecclesiæ dicit super illum.Ver.Protector noster aspice. Resp. Et respice,&c.Si autem sit abbas,vel Cardinalis,non episcopus,dicit Vers.Saluum fac.Vers.mitte ei auxilium. vers. nihil proficiat inimi.Dñe exaudi.Dñs vobiscum.Oremus.Deus humilium visitator qui eos paterna visitatione,& dilectione consolaris,prętẽde societati nostræ gratiam tuam, vt per eos in quibus habitas tuum in nobis sentiamus aduentum, per Christum do. Et oratione finita erigitur ab accubitu a præmissis duobus eum deducentibus qui solẽniter benedicit,& indulgẽtiam concedit,si est talis qui uelit,aut cui competat bñdicere.Et mox ad hospitium accedat duobus depositis pluuialibus associantibus eum,demũ
2 disponit se ad prosequẽdam visitationem.† Et adde ꝙ nõ oportet presbyteros ante ingressum epi ingredi & sedere in tribunali,&c c.non oportet.95.dist.nec oportet diaconũ coram presby
3 tero sedere,sed iussione presbyteri sedeat, † sic & diaconus honorem habeat a sequentibus.s.subdiaconis & clericis.c.nõ oportet.93.dist.oportet ẽt seniores.i.dños honorare no.in c.j.de cẽsi.
4 & l.semp.ff.de iure immu.†& prior promotus dẽt priorẽ locum obtinere c.j.de maio.& obe.vbi concor. Et adde ꝙ venientibus epis de vrbe ob reuerentiam summi Pontificis,quem tetigerũt, & osculati sunt,vt in c.cũ olim.de priuil. ꝓcessionaliter obuiat,
5 vt no.Spe.in ti.de lega.§.sequitur videre.in prin.† Pontifex verò postea visitans parochias,cũ primũ venit,ingreditur cimiteriũ, dicens Psal.De profundis,&c.requiẽ ętern.&c.Kyrie elei.Christe lei.Kyrie elei.Pater noster.Et ne nos.a porta inferi.Dñe exaudi oratio.Dñs vobiscum.Oremus,Deus cuius miseratione animæ fidelium requiescunt &c.Idemq; facit recedere volens. deinde intrans ecclesiã prosternit se & orat ante altare,& mox surgens deosculatur mediam frontẽ eius,& dr̃ missa:qua finita & bñdictione data,accepto superpellicio amictu,stola, pluuiali, mitra simplici,& baculo pastorali proponit populo causas aduentus sui,videlicet,ꝙ sacri canones, & ecclesiasticus ordo hoc fieri ꝑ-
6 cipiunt,ꝑꝑ multa. † Primò, ad absoluendum aĩas defunctorũ. Secundò ut sciat,& videat qualiter ecclesia ipsa spiritualiter, & tꝑaliter gubernetur,qũo se hẽat in ornamentis, qualiter ibi ecclesiastica sacra ministrantur, & diuina officia peragunt̃, quale seruitium ibi impendat̃,qualis sit vita ministrorũ, & populi, vt ex officio suæ inquisitionis per eum,si qua in præmissis corrigẽda fuerint corrigantur,& emendentur, & præcipiat fieri libros & alia necessaria ecclesiastica ornamenta. Tertiò, ad adulteria, fornicationes,sortilegia,diuinationes,& similia crimina publica in populo punienda,ad qđ interdum non sufficiunt ecclesiarum rectores oñdens populo q̃ dãnabilia & detestanda sunt cri
7 mina ipsa.†Quartò,ꝑꝑ casus qui de iure vel ꝯsuetudine ad epm dumtaxat pertinere noscũtur,qui in ꝯstõnibus sinodalibus cõtinentur,de quibus nullus alius se intromittere põt, ꝓtestãs plebi ꝙ si quis,vel si quæ in aliquo illorum casuum,vel in quocũq; alio consilio eius indiguerit,paratus est benignè audire,& cõsilium,ac absolutionẽ impendere ac pnĩam misericorditer iniun
8 gere salutarem.†Quintò,ad exhibendũ sacr̃m cõfirmationis,ꝙ nullus alius,nisi soli epi ex diuina & apostolica ĩstõne dare põt. Nam Dñs Apostolos ꝯfirmauit,& per eos eorũq; successores.s. epos,& superiores populos cõfirmandos esse decreuit. dẽt autẽ insinuare plebi,ꝙ nullus cõfirmatus dẽt recõfirmari, vel ꝙ nullus,qui non sit ꝯfirmatus, potest esse in cõfirmatione patritius, ꝙ nullus excõicatus uel grauioribus facinoribus alligatus ingerat se ad ꝓcipiendũ hoc sacr̃m,uel ad præsentandũ,ꝯfirmandũ:
9 & ꝙ adulti prius debent ꝯfiteri,& postmodum ꝯfirmari.†& ꝙ in hoc sacro cõpaternitatis ꝯhitur impedimentũ matrimonij, & dirimit iam ꝯctum: & ꝙ nullus pñtet, nisi unum uel duos ad plus,& confirmandi de honestate non de necessitate debẽt esse ieiunni.hæc igit̃ & alia ppõ pronunciãtur, ꝓut in ꝯstõnib. sinodalibus

Source : BIU Cujas

10 dalibus plenius consueuit contineri. † Sextò inducat populum diligenter ad pnīam,& instruat in ecclesiasticis sacris, & in articulis fidei,& qualiter debent declinare a malo, & facere bonū: fugere vitia & sectari virtutes. Et ꝙ alteri nō faciant ꝙ sibi fieri nolunt,sed alteri faciant ꝙ sibi volunt. His expletis,indulgentia detur,& fiat populo cōfessio, & absolo gñalis. Post hæc assumpto pluuiali nigri coloris exeat in cimiterium cruce aqua bene dicta,& clero præcedentibus cantando. Resp. Qui Lazarum resuscitasti. ipse verò deductus a duobus hincinde tobaliam ante ipsum tenentibus sequitur dicens psalmum De profundis. Et finito præmisso Resp. incipitur Resp. Heu mihi Dñe. quo finito inchoatur solēniter Resp. Libera me Dñe. quo cum suis versi. finito,cātatur Kyrie eleison,Christe eleison, Kyrie eleis. Et mox ep̄s mitra deposita recipiens hisopum cum aqua bñdicta de manu alicuius,osculantis manum eius dicit Pater nr̄. Aspergens cimiterium coram se. Et mox tradit hisopum alicui sacerdoti super pellicium & stolam hñti manū eius osculanti,vt aspergat totum cimiterium: ipse autem prosequitur dicens,& ne nos inducas. Vers. in memoria ęterna erit iustus. Vers. a porta inferi. Ver. requiem ęternā. Vers. Dñe exaudi. Vers. Dñs vobiscū. Oremus. Et iunctis ante pectus manibus,dicit oronē,Deus qui inter Apostolicos sacerdotes. alia oratio,Deus veniæ largitor. alia oratio. Deus cuius miseratione animę fidelium &c. Quibus dictis,dicit, requiescāt in pace. Rñdetur, amen. & mox eleuata dextera,producit signum crucis ab omni parte supra cimiterium,& tunc regrediuntur in ecclesiam ordine,quo primo venerunt, dicendo alta voce Psalmum Miserere mei Deus,&c. Ipse dicit illum voce dimissa cum deducentibus illum. Psal. finito,dr̄ Vers. requiē ęternam dona eis &c. Ep̄s autem stans coram altari deposita mitra, dicit Pater noster. & ne nos. Vers. a porta inferi. Vers. requiescant in pace. Vers. Dñe exaudi. Dñs vobiscum. Oremus. oratio, Absolue q̄s Dñe aīas famulorum,&c. His peractis deposito pluuiali nigro & assumpto albo,confirmet pueros. Expedita itaque confirmatione, & benedictis ornamentis, si qua benedicenda sunt,depositisque indumentis ecclesiasticis,confessiones,& deinde querelas si quæ sunt audiat,& de vita & conuersatione cleri & populi,& qualiter spiritualia & tpalia in ipsa ecclesia ministrantur,& de libris & ornamentis diligenter & de plano inquirat. Verum quia præambulum quoddam visitationis est synodus,vt dixi sup. in q. de præparatorijs: idcirco necessarium videt̄
11 adijcere ordinem ad synodum faciendum. † Secundum ergo ordinem,qui in pontificali continetur,synodus, seu concilium celebratur hoc modo. Sacerdotes verò & clerici vniuersi, qui ad synodum de iure,vel consuetudine venire tenent,conueniāt in ciuitate,aut in alio loco,prout Pontifex ordinauit. Prima autē die synodi mane cōueniant in ecclesia,in qua debet synodus celebrari. Tunc Pontifex audita missa cum amictu, stola,pluuiali, baculo pastorali,& mitra paratus accedit coram altari, & ibi incipit flexis genibus & mitra deposita scola ꝓsequēte Aña, Exaudi nos Dñe,qm̄ benigna est misericordia tua fm multitudinem miserationum tuarum,respice nos Dñe. Psalm. Saluum me fac Deus,qm̄ intrauerunt aquæ. Gloria patri. A ña. Exaudi nos. Post hæc Pontifex se erigens dicit,Oremus. flectamus genua. oratio. Ops sempiterne Deus, qui misericordia tua nos īcolumes ī hoc loco specialiter aggregasti mentes nostras q̄s paraclitus qui a te
13 procedit illuminet,& inducat in oēm,sicut tuus promisit filius, veritatem,cunctos quoque in tua fide, & charitate corroboret, vt exercitati a tpali synodo ꝓficiamus ad ęternę fœlicitatis augmētum. Per eūdem. In vnitate,amen. Finita collecta dr̄ letania, quam require in Missali. Pontifice ante altare sup̄ faldistoriā cum mitra in capite accumbente, & oībus genua flectētibus, & postq̄ cantores in letania dixerint,vt obsequium seruitutis, &c. & idem a choro sensum fuerit, Pontifex se erigens ad chorum se vertens dicit,ut hanc pntem synodum visitare, & benedicere digneris,ter producēs signum crucis pariter super omnes. Quo facto iterum accumbit cantoribus resumentibus letaniam. qua finita,se erigens dicit,Oremus. & diaconus. flectamus genua, leuate. oratio. Da q̄s ecclesiæ tuæ misericors Deus, vt spiritusancto congregata secura tibi deuotione,seruire mereatur,per Do. in vnitate eiusdem & rñdetur ab oībus,amē. Deinde ad sedem suam accedit, & diaconus dalmatica indutus benedictione accepta legit Euang. ad sinistram partē presbyteri. Euang. est, Conuocatis Iesus 12. disci. require 5. Feria post Pent. vel illud,qui vos audit,me audit. require sub festo S. Felicis. quo finito Pōtifex flexis genibus, & mitra deposita, incipit coram altari alta voce Hymnum. Veni creator spiritus. quo expleto, oēs sedeant in silentio,& Pontifex,si velit,eos alloquitur dicens ita: Ecce beatissimi & venerabiles consacerdotes, ac fratres mei missis ad Deū p̄cibus sanctitatem vestrā oportet vt ea,quæ de diuinis officijs, vel sacris ordinibus, aut ēt de vestris moribus & necessitatibus ecclesiasticis a nobis conferenda sunt,cū charitate,& benignitate vnusquisq; vestrum susc̄ipiat,summaq; reuerentia quātū valet Dño adiuuante perficiat, vel quæ emendatione digna sunt cū oī deuotione vnusquisq; fideli studeat emēdare, & si cui fortè qđ dicetur,aut agetur displiceat, sine aliquo scrupulo cōtentionis palam coram oībus cōferat, quatenus Deo mediante ad optimū statū perueniat,ita vt nec discordans cōtētio ad subuersionē iustitiæ locum inueniat, nec iterū in ꝙquirenda veritate vigor nostri ordinis,uel sollicitudo tepescat. Post allocutionem hmōi,uel prius,ꝙ est melius,fiat sermo, in quo tractetur de disciplina ecclesiastica, de diuinis ministeriis, & de correctione morum in clero fm ea,quæ in ꝓstōnibus synodalibus inter īstructiones clarius demonstratur. Et mox post sermonē querelę si quæ sunt audiantur. Postremò charitatiuè moneātur oēs,ꝙ durante ipso synodo honestè se habeant in domibus, & extra,ita ꝙ eorum honesta conuersatio cęteris sit meritò in exemplum, & data solēni bñdictione. s. sit nomen Dñi bñdictum,licentiātur,
12 vt ad hospitia redeant. † Scđo quolibet die cōuenientibus oīb. in ecclesia Pontifex dicit missam,qua finita, paratus, vt sup. procedit coram altari ibi inchoans scola prosequen. Propitius esto peccatis nostris Dñe. Oremus,flectamus. oratio. Mentibus nr̄is q̄s Dñe spiritum sanctum benignus infunde, quatenus in noīe tuo collecti,sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iustitiam, vt hic a te in nullo dissentiat & voluntas nostra, sed semper rationabilia meditantes, quæ tibi sunt placita, & dictis exequamur & factis,per do. in vnitate eiusdem. rñdetur, amen. oremus. & diaconus. flectamus genua, leua. oratio, Deus q̄ nos iustitiam loqui,& quæ recta sunt p̄cipis iudicare,tribue nobis,vt nec iniquitas in ore,nec prauitas inueniatur in mente, sed puro cordi purior sermo consentiat ostendatur in opere iustitia, nec appareat dolus in lingua,sed ex corde veritas ꝓferatur. rñ. amē. Post hæc transit ad sedē & legitur Euang. Designauit dñs. reqre in festo S. Lucæ. quo finito incipit Pōtifex Hymnū, Veni creator spiritus, vt sup. Deinde sedentibus oībus alloquitur Pōtifex si velit synodum his uerbis. Reuerendissimi & sanctissimi nobis Dñi & patres nostri,piā sollicitudinē nostrā oportet,vt sicut hesterna die admonuimus,benignā mansuetudinē vestrā de diuinis officiis,& sacris altaris gradibus, aut ēt de moribus vestris, & necessitatibus ecclesiasticis quæcunq; emendanda, vel reuocanda sunt,charitas oīum vestrum vbicunq; nouerit aliqua emēdatione cōdigna in mediū proferre non ambigat,vt ꝑ nostrę sanctitatis studiū dño largiente ad optimū ꝓueniant statū, ad laudē noīs Christi Dñi nostri. Post hmōi allocutionem, vel prius ꝙ est melius,fit sermo. & post sermonē ꝓstōnes ꝓmulgant̄ & leguntur. Et si tunc synodus finiatur recōmendantur religiosi, & Pōtifex oīum oronibus se recōmendat deuotè. & oēs q̄ adesse debent noīatim vocant̄ & ꝫ absentes ꝓceditur, ꝓut ep̄o visum fuerit expedire. Expeditis igitur,quæ expedienda sunt, oēs cū reuerentia surgant de sedibus suis & Pontifex dicit, oremus. oro, Exaudi q̄s Dñe supplicium p̄ces & cōfitentiū tibi parce pctis,& si qd offensionis in hac synodi celebritate ꝫximus, ut in eo ꝙ soluturi sumus aggregatā synodū a cūctis primū absoluamur nostrorū nexibus delictorū, ꝑ ꝙ nos a cunctis excessibus Dñe q̄s propitiatus absolue,& qa im ꝓfectū nostrū oculi tui vident, ꝓfectionē deputa misericors,ꝙ ꝓfectæ ęquitatis finē ꝓcludere peroptamus,ꝑ do. rñ. amē. Deinde diaconus dicit alta voce, Humiliate uos ad bñdictionē. & Pōtifex dat benedictionē dicēs, Ops Dei filius,qui es initiū & finis, &c. vel aliā, require in bñdictionario,& dat indulgentiā. quo facto oēs in pace ad propria reuer
tantur. † Si uerò ꝑꝑ aliquas necessitates oportet tribus diebus sinodum celebrari, tunc non in scđa sessione, sed in tertia, datur bñdictio solēnis. Ops Dei filius. & in scđa dr̄ illa, sit nomē Dñi. & in tertia non,in scđa dr̄ illa,sit nomē Dñi. & in tertia non, in scđa recōmendantur religiosi,& Pontifex orationibus oīum se recōmendat,& q̄ adesse debent vocantur,& licentiantur, & dr̄ oratio,Exaudi q̄s Dñe. & indulgētia conceditur,vt ꝑmissum est. in ipsa autē tertia sessione per cūdē modū ꝓcedit sicut in scđa, nisi qa tūc prima oro est hæc. oro. Ops sempiterne Deus,q̄ sacro verbi tui oraculo promisisti,vbi duo, uel tres in noīe tuo ꝙgregati essent,te mediū fore adesto cętui nro propitius, & cor nostrū illumina misericors,ut a bono misericordiæ tuæ nullaten⁹ oberremus,sed rectū iustitiæ tuæ tramitē in oībus teneamus. ꝑ Do. In scđa oro est,Deus qui populis tuis indulgentia ꝙsulis, & amore dñaris,da eis spm̄ sapientiæ tuæ q̄bus dedisti regnū disciplinæ,ut de profectu sanctorū oīum fiant gaudia sempiterna pastorum. per. in unitate eiusdē,Euangeliū est,Designauit Dñs. require vt sup. Allocutio est, Dilectissimi & uenerabiles pres ac Dñi nri,oportet ut ea quæ de ecclesiasticis officijs,& sacerdotalibus gradibus,uel ēt canonicis sanctionibus ꝑꝑ diuersas occupationes,aut ꝙ negare nō possumus ꝑꝑ nostra aliorūq; desideria, non tam pleniter, ut oportet executa sunt oīum nostrum unanimi cōsensu & uoluntate requirant̄, & humiliter corā sanctitate uestra recitentur,& quæ condigna sint emendatione ad meliorē statum auxiliante Dño perducantur: unde si cui fortasse aliquid displicet, ꝙ digestum est sanctitati uestrę cum benignitate & modestia intimare non differat quatenus totū ꝙ nostra synodali cōuētione statutum fuerit, uel renouatum absque omni ꝫrietate, ꝓcordia sanctæ pacis ab oībus ęquè custodiat̄, ac teneatur ad augmentū ęternæ beatitudinis oīum nostrum. † Expediens tñ mihi uisum est ēt subijcere aliū ordinē celebrā-

di

Source : BIU Cujas

di ſinodum,qui videtur plenior in ſupplementum ordinis prę cedentis,& qui in multis Italiæ eccleſiis obſeruatur. Quoniam ſcilicet primo conuocandus eſt clerus totius epiſcopatus.cum autem clerus fuerit congregatus, prima die cantabitur miſſa in honore Spirituſſancti,vt probatur in c.quod ſicut.de elec.& c.omnis Chriſtianus.de conſe.diſt.j.facit,ꝙ no.Io.An. in proç. 6.ſicut in ſimilibus no.in c.te referente.de celeb.miſ.& c.inter corporalia.de tranſla. præla. qua miſſa finita dominus epiſcopus,& abbates,& priores cum canonicis maioris eccleſiæ,& archipresbyteri,& alii clerici omnes in pluuialibus, vel ſuppelliceis bini,& bini accedunt ad chorum in modum proceſſionis, ſiue ad locum vbi eſt cantanda miſſa, & tunc cantor debet incipere antiphonam,Exaudi nos domine.qua finita prælatus debet aſcendere ſedem ſuam cum inſigniis epiſcopalibus,& abbates reueſtiti,atque archidiaconus cum diaconibus a dextris domini epiſcopi,& a ſiniſtris archipresbyteri, vel præpoſiti, ſi ibi fuerint cum presbyteris & ſubdiaconibus. acoliti verò & inferiores maioris eccleſiæ,ſi fuerint,ſedeant ad pedes domini epiſcopi,cęteri autem clerici ſedeant in corpore eccleſiæ ſecundū eorum modum conſuetum,videlicet priores cum monachis, archipresbyteri cum capellanis eorū,& cęteri hincinde, prout commodius poterunt.finita vero antiphona ſ. dicta incipere debet dominus epiſcopus alta voce hymnū,Veni creator ſpiritus.quo finito,cantor debet incipere letanias,quibus finitis debent dicere,Pater noſter.deinde epiſcopus debet dicere, & ne nos inducas,&c.& clerus rñdere,ſed libera nos a malo. deinde ver.ſaluos fac ſeruos tuos.& reſp.Deus meus ſperantes in te.& ver.mitte nobis Domine auxilium de ſancto. Reſp. & de ſion tuere nos.& ver.nihil proficiat inimi.in nobis.Reſp.& filius iniqui.non apponat nocere.deinde, Domine exaudi orationem meam.Reſp.& clamor meus.Dominus vobiſcum. & cum ſpiritu tuo.Oremus,actiones noſtras quæſumus Domine aſpirando præueni,& adiuuando proſequere vt cuncta noſtra operatio a te ſemper incipiat,& per te cępta finiatur, & pacem tuam noſtris concede temporibus,& ab eccleſia tua cunctam repelle nequitiam,per Chriſtum dominum, &c. deinde alia oratio, adſit nobis quęſumus Domine virtus ſpirituſſancti,quę corda noſtra clementer expurget,& ab omnibus tueatur aduerſis,& omnis falſitas inimici deſtruatur,per Chriſtum Do.&c. His ita geſtis ſubdiaconus hebdomadarius reueſtitus tunica in corpore eccleſiæ ſuper lectorium dicere debet hunc ſermonem: Dilectiſſimi fratres, videte vobis a Deo conceſſum priuilegium
18 dignitatis,videte vobis iniūctum officium dignitatis:vos enim eſtis lux mundi de ſole iuſtitiæ radiantes:vos ſal terræ,tam vos, quàm alios ſale ſapientiæ condientes.vos Angeli Domini eius iuſſa perferentes:vos reges & principes Chriſti populum regētes a vobis exigitur paſcere, ac gubernare Dominicum gregē, verbo,exemplo,& præſidio:verbo prędicationis,exemplo conuerſationis,præſidio defenſionis. Ante omnia igitur fidē catholicam verbis docete,ipſammet operib.comprobate. fides eſt ſi
15 ne verbis nulla,ſine operib. mortua eſt.†Et ex fide fit homo iuſtus ex iuſtitia viuit,dicente propheta,iuſtus ex fide vſuit.habentes igitur ſcutum fidei arcete lupos a gregibus Chriſti,fures cauete,mercenarios tolerate,greges ſeruate,vigiliis & orationib. inſtate,honeſtatem diligite,lectioni & exhortationi vacate,viduas & orphanos defendite,hoſpites ſuſcipite,pauperibus vitæ ſubſidia miniſtrate,alter alterius onera portate,merentes confortate,infirmos & in carcere poſitos viſitate, ſit in corde veſtro affectus amoris,in lingua ſermo ædificationis,in manu donum largitionis,ſitis piè ſeuientes, & ſeuerè miſerentes. circa corrigibiles vtimini benignitate,circa incorrigibiles ſeueritate,ſubditi obedite prælatis,& ſubiacete ipſis,non eis detrahatis, non ſuperbè reſiſtatis,ſed onerosos humiliter ſupportetis. vos etiam prælati ſubditos non opprimatis, non immoderatè exaſperatis,ſed fraterna charitate tractetis,in dignitate ſeruāda nō quæratis quæ veſtra ſunt,ſed quæ Ieſu Chriſti.pacem habete ad omnes,& Deus pacis,& dilectionis erit vobiſcum. & pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum,cuſtodiat corda veſtra,& intelligētias veſtras in Chriſto Ieſu Domino noſtro. quo finito diaconus hebdomadarius reueſtitus incipere debet Reſ. Venite filij,&c.quo finito diaconus hebdomadarius reueſtitus dalmaticain corpore eccleſiæ ſuper lectorile debet dicere Euāge.Ego ſum paſtor bonus. Quo finito, debet dicere dominus epſ alta voce Benedicite. Rñdet clerus alta voce.Dominus.& tunc ſermocinare debet Dominus epiſcopus, & poſt eum archidiaconus,& poſt eum abbates ſi ſunt. finitis autem ſermonib. debet dicere dñs epſ,ſit nomen dñi benedictum.Et ſic debet dimitte-
16 re clerum ad hoſpitia ſua vſq; in craſtinum.†Secunda verò die idem ordo ſeruari debet cantata prius miſſa de trinitate, fieri debet ſermo,Conſtantes eſtote filii cariſſimi,certatimq; implete opere,ꝙ voce profertis.credite Ieſum Chriſtum Dei filiū ante ſecula cum patre manentem Deum ex Deo inuiſibilem de inuiſibili oīpotentem de oīpotente,& ut nos redimeret aſſum pſiſſe carnem ex Virgine,& per tempora ętatib. creuiſſe, vt verus homo in diuinitate permanens verus Deus,ſecurus q; Dñi-
20 cæ paſſionis gloriam oīb.audientib.aperuit ſacrm,annuncians illis diem iudicii atq; credentium gloriam ſempiternam Sanctorum dicens,Credite huic Chriſto filio Dei, qui pp noſtram ſalutem dignatus eſt formā ſerui accipere,quem Gabriele Archangelo nunciante integerrima virgo Maria concepit,quem Principes Iudæorum per inuidiam ſub Pontio Pilato flagellatum crucifixerunt,& quo crucifixo tenebræ factæ ſunt ſup vniuerſam terram ab hora diei ſexta vſq; ad horā diei nonā. Quid plura mortuus eſt,& ſepultus,ſed tertia die ſurrexit: conuerſatusq; cum diſcipulis ſuis per dies 40. ipſisq; aſpicientibus, atq; mirantib. aſcendit in cęlum, promittens in ſe credentib. diſcipulis ſuis ad ſuam gloriam acceſſum,non credentib.aūt ęterni flammas ſupplicij,quæ præparatæ ſunt eis & patri eorum diabolo.Quoniam vnuſq; ſq; cuius opera agit,eius filius eſt.Ego verò polliceor vobis confidens in dño,quia ſi crediderit is in filium Dei Ieſum Chriſtum,& malis actib. atq; vniuerſis idolis renunciau eritis,poſſidebitis cum ſanctis Angelis perpetuam vitā, in qua lux indeficiens erit,& tenebræ nullæ,neque eſuries, nec indigentia tegumentorum,ſed Chriſtus ipſe vera refectio ſuorū fidelium,qui dat credentibus in ſe candidiſſimas ſtolas,& quotidianæ felicitatis gloriam ſempiternam.Euāg.verò debet dici, Eſtote miſericordes.ſermocinare debet dñs epſ ſi voluerit,& alii clerici ciuitatis ſm ordinem ſuum.quibus finitis debet prius dñs epſ interrogare archipresbyterum, & alios archipresbyteros,qui ſedent ex parte ipſius cum oībus eorum ſubditis, & dēt dicere dñs epſ,ſunt omnia rectè apud vos. & rñdentibus rectè, debet dicere epſ,Deo gratias.Si autem rñderint non rectè, dēt dicere epſ,Veniemus vel mittemus, & emendari faciemus, & ſimiliter fiiri dēt,vt ſ.†Tertia verò die idem ordo ſeruari dēt. 17
Cantata prius miſſa de ſancta Maria, ſermo debet eſſe: Cariſſimi,charitas Dei vbique terrarum propagata nos a reatu primi parentis vetuſtate eripuit,cum pro nobis natus mori voluit,ipſe.n.charitas, veritas eſt credentium in ſe & pietas. De quo ait Io.Deus charitas eſt.Modo vos in ea firmiter conſtituite,illāq; circumquaque ſequi ſtudete.charitas dilectiſſimi eſt, ſi quis erroneū neceſſitateq; afflictum fratrem intuebitur, ſi miſereri ei conabitur charitatis diademate coronabitur. Vnde ad hūc Io. clamat.Qui viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere. & clauſerit viſcera ſua ab eo,qū o charitas Dei manet in eo? Videte vt lorica fidei induti operemini dicta Apoſtoli.Semper in corde & opere promiſſam fidem ſeruate, & in vobis peccantib. commiſſa relaxate.†Nihil Deo charius habetur,q̄ ſi quis poſcentib. miſericordiam præſtat.Nunq̄ tantum ſacrificium curat,q̄ ſi fieri poteſt alteri aliquis miſereatur.Vnde dicit Oſee ꝑpheta, Miſericordiam volo & non ſacrificium.& redēptor beati ait, miſericordes,ſpem veſtrā nolite impedire, ſed ꝙ dicitis adimplete:verbi gratia,Quid prodeſt multa proferre ſi deſinitis,ꝙ dicitis laborare? Cur hoc ſeruatis, niſi ꝙ decipere Chriſtum verbis tentatis? Non.n.veſtri Deus obliuiſcitur criminis, niſi pœnitēdo idem deleueritis. Vnde Chriſti fideles & ſancti appareatis. Quid Dauid dicat audite, fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis,& ſanctus in omnibus operibus ſuis. Audiſtis ſnīam, quæ non verbis,ſed ſanctos nominauit nos in factis. Vobis commito Dei eccleſiam cunctis quam ab hæreticis cautè auertatis, inter diſcordes pacem perficite,ad orandum per noctes ſolliciti eſtote,vnum hoc habete præcipuum Deum diligite, & proxi-
19 mum:†qm̄ vt dicit ſcriptura,nec verè Deus ſine proximo, nec proximus verè diligitur ſine Deo. Vnde qm̄ Deus ſic diligitur, dī plenitudo legis dilectio.hoc ergo ſi conſtanter egeritis, vobiſcum Chriſtum manſurum habebitis.euang.verò debet eſſe Deſignauit dñs.& tunc debet ſermocinare dñs epſ ſi voluerit, & alii prælati eccleſiarum forinſecarum. finitis autem ſermonibus interrogare dēt dominus epſ archipresbyterum,& alios archipresbyteros,qui ſedent ex parte ſua. Sūt ne rectè oīa apud vos, & ſubditos veſtros. quibus rñdentibus rectè, debet dicere Dñs epſ,Deo gratias.Si autem dixerint non rectè, debet dicere dñs epſ,veniemus,vel mittemus,& emendari faciemus.Et poſt legentur ſtatuta ſinodalia pertinētia ad diuina officia,& ad honeſtatē perſonarum,& ad vtilitatem rerum eccleſiaſticarum. Quibus perlectis quærimoniæ audiantur a dño epo,& cōmittā tur audiendæ & finiendæ. Peractis verò cunctis Dñs epſ debet dicere alta voce,Te Deum laudamus. quo finito, debet dicere diaconus, qui legit euang.alta voce,humiliate vos ad benedictionem & clerus debet rñdere alta voce,Deo gratias. Et tunc benedictio ab epo debet ſubſequi.Omnipotens Dei filius, qui eſt initium,& finis,complementū vobis tradat charitatis,amē. Et qui nos ad expletionem huius fecit peruenire ſinodi, abſolutos vos faciat ab oī contagione peccati,amē.& ab omni reatu liberiores effecti abſoluti, etiam per donum ſpirituſſancti fę lici reditu veſtrarum ſediū cubilia repetatis illæſi,amen. Quod ipſe preſtare dignetur, &c. Quibus expleris archidiaconus, vel diaconus hebdomadarius debet dicere alta voce, In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, recedamus cum pace. Deinde oēs debent ſurgere,& ad propria redire. prius tamen a Domino epiſcopo petita licentia & obtenta. † Rurales clerici a ciui-
20

Source : BIU Cujas

tate debent recedere,& prius antequam recedant quælibet parochialis ecclesia debet soluere cathedraticum,siue sinodaticũ scilicet duos solidos ipsi domino episcopo, vel ei cui commiserit persoluendum.Et attende,ꝙ in concilio Toletan. statuit, ꝙ in loco benedictionis,idest sinodo considentium dominorũ sacerdotum, nullus debet indiscretas vocibus perstrepere, aut quibuslibet tumultibus alios perturbare.Nec fabulis varijs, vel risibus agi & ꝙ est deterius obstinatis disceptationibus tu-
21 multuosas voces effudere,†quia si quis,vt ait Apo. putat se religiosum esse non refrenans linguam suam,sed seducens cor suũ huiusmodi vana religio est.cultum enim suum perdit iustitia, quando silentia iudicij obstrepentium turbo confundit,dicente propheta,Erit cultus iustitiæ silentium.debet ergo quicquid aut consulentium cõsultationibus agitur, aut,ab accusantium parte proponitur sic,mitissima verborum relatione proferri, vt nec contentiosis vocibus sensus audientium perturbetur, nec iudicij vigorem tumultus emergat, alias iuxta legem diuinam præcipientem,Eijce derisorem,& exibit cum eo iurgium, cum omni dedecore de confessione abstractus a cleri cętu secedat,& trium dierum excõicationis sententiam ferat.c.in loco.
22 5.q.4.cui adde.c.irreligiosa.de cons.di.3.† Attende, ꝙ postquã omnia in sinodo fuerunt ordinata,illud omnibus modis obseruetur,vt superuenturum anni Pascha,quo Kalẽ. die, uel quota Luna debeat suscipi a metropolitano intimẽt, ꝙ cęteri episcopi,vel reliquus clerus breui subnotantes, vnusquisque in sua ecclesia adueniente Natali Domini die post euangelicam lectionem populo annuncient.c.placuit.de cons.dist.3. vt per orbẽ vniuersum vno & eodem die Pascha celebretur.c. de obseruatione.ea.di.dum tamen semper in die dominico celebretur, vt in pluribus c.ibidem patet.Est ergo per prælatos dies venerabilis Paschæ omnibus intimandus formatarum literarum tantũ subscriptione,vt dies sinodi.11.Kal.Nouembris seruetur.Scribẽdum est etiam ad singularum quarumcunque prouinciarum primates ꝙ quando apud se concilia congregant, istum diem
23 non impediant.ca.placuit.i.ead.dist.† Attende etiam ꝙ vocati ad sinodum non debent contemnere,sed venire vt doceãt,vel doceantur,quæ sunt ad ecclesiæ cæterorumque correctionem vtilia,& contemnentes seipsos videntur accusare.ꝙ si fortè ire non possunt,excusatorias literas subscribere debent. c. non oportet.& c.placuit.ea.dist.aliàs puniuntur, vt ibi. & c. si quis autem.& c.si episcopus.ea.dist.& c.si quis.& c.peruenit.& c. quo-
24 modocunque.† nec habet prælatus superior licentiam ex his, quæ deferunt inferiores prælati secum siue iumentum, siue aliquam speciem expetendi,ꝙ si hoc egisse conuictus fuerit, soluet quadruplum,& idem de eulogiis.c.quomodocunque.cum
25 se.ea.di.†nulli etiam episcopo liceat diœcesanam sinodum celebrare sine metropolitano.c.propter ecclesiasticas.ea. distinc.
26 †Quæcunque autem in prouinciali sinodo concluduntur, tenentur diœcesani congregatis subditis suis infra sex mensium spatium eisdem referare alias puniuntur, vt in c. decernimus.e. dist.Adde Vinc.in c.quoniam.de priuileg. quem refert Bud. in c.ego enim.de iureiuran.

SVMMARIVM.

1 *Visitator,circa quæ proponere debeat verbum Dei.*
2 *Symboli sunt quatuor.*
3 *Symbolus,vnde dicatur.*
4 *Symbolus est collectio articulorum fidei.*
5 *Articuli fidei tot sunt,quot ex dictis Symbolis resultant.*
6 *Fides vera est,quòd prædicat ecclesia Romana,& obseruat.*
7 *Clerici,& laici tenentur scire articulos, qui in dictis symbolis continentur, & quomodo teneantur scire,& infra nu.seq.*
8 *Ignorantia supina,negligentia magna est.*
9 *Visitatores debent symbolum 12.articulos continentem docere.*
10 *In fide dubius,infidelis est.*
11 *Sine fide Deo nemo placere potest.*
12 *Fides est de re non visa.*
13 *Peccatum est omne,quod non est ex fide.*
14 *Fidem catholicam non tenenti,non prodest baptismus,eleemosyna,nec mors pro Christo.*
15 *Fides omnium virtutum fundamentum est.*
16 *Symbolum,quo tempore in ecclesia prædicari debeat.*
17 *Prælati debent legere summulas beati Bonauenturæ, aliàs non erunt apud Deum excusabiles.*
18 *Idolatria,quid sit.*
Et est maximum vitium.
Idolatriam,quomodo quis incurrat,& infra nu.20.
19 *Sors ex causa prohibetur.*
21 *Idolatriam inducunt omnia genera diuinationum.*
Ariolos,& incantatores obseruantes,quomodo puniantur.
Bremia facientes,quomodo puniantur.
22 *Gentilium traditiones Christianis tenere non licet,nec colere Lunæ,aut stellarum cursus.*
23 *Herbarum in collectionibus incantationes obseruari non debent.*
24 *Puniendi,qualiter sunt inimicorum altaria exuentes.*
25 *Magarum præstigij, facta non vera,sed fantastica sunt.*
Incantationes infirmis hominibus nil prosunt.
26 *Calendarum obseruationes & dies Aegyptiaci prohibentur.*
Dęmoniaci petris vel herbis sine incantatione vti possunt.
27 *Prælati debent insurgere contra mulieres,quæ Herodianę appellantur.*
28 *Peccata mortalia licèt facies diuersas habeant,caudas tamen inuicem alligatas habent.*
29 *Decimarum ob non solutionem ueniunt aduersa.*
30 *Pęnitentia,qualis esse debeat.*
31 *Peccatum mortale dupliciter dicitur.*
Ad peccatum tribus modis producimur.
Peccati,qoomodo sint tres differentiæ.
32 *In virtutibus tres sunt gradus.*
33 *Peccata mortalia septem sunt.*
34 *Superbia inter omnia principatum obtinet,quę Angelos de paradiso expulit,& Adam damnauit.*
35 *Anima omnis sublimioribus potestatibus subdita esse debet.*
Obedientia melior est,quàm victima.
36 *Auaritia est idolorum seruitus,& radix omnium malorum dicitur.*
37 *Ex auaritia quę mala procedant,& infra in discursu vsque ad nu.45.*
38 *Symoniam vitare debemus.*
39 *Ab vsuris abstinendum est.*
40 *Cum fure partiens,animam suam perdit.*
41 *Eleemosynam a raptore non debemus accipere.*
45 *Luxuria quæ mala producat,& infra in discursu.*
Luxuria contra naturam,vitium pessimum est.
46 *Maritus accusare potest vxorem de adulterio ob suspitionem violentam.*
47 *Stuprator tenetur stupratam ducere vxorem,& eam dotare.*
48 *Excommunicatio ob incestas nuptias incurritur.*
49 *Mulier fornicaria canonicè iudicanda est.*
50 *Pollutio nocturna,quando sit peccatum.*
51 *Ira impedit animum,ne cernere possit verum.*
Et quæ ex ea procedant mala.
52 *Seditionarij nunquàm in clericos ordinantur.*
53 *Duella prohibita sunt.*
Ars sagittariorum,quare prohibeatur.
54 *Homicida est,qui procurat sterilitatem,vel abortum.*
55 *Gula quinque modis dicitur vitium,& est peccatum mortale.*
56 *Carnium vsus contra vitium gulę est interdictus.*
57 *Quadragesimę dies omnes sunt ieiunandi.*
Vigiliæ quæ ieiunande sint.
58 *Inuidia virtutum inimica,quæ vitia producat.*
59 *Scismatici grauiter puniuntur.*
60 *Ocium,& voluptas sunt arma hostis antiqui ad animas captiuandas.*
61 *Accidia,quæ mala producat.*
62 *Faciendum non est alij,quod sibi fieri nolit,& nu.seq.*
64 *Auxilio esse proximo quisque tenetur.*
65 *Visitator debet admonere visitatos, vt credant Christi resurrectionem, & diem iudicij.*
66 *Visitator debet visitatis comminari diem iudicij, & quòd pro peccatis pœnam assequentur.*
67 *Prædicatio diuinorum colloquiorum opportuna est.*

Quæstio secunda secundæ partis.

1 SECVNDO quęro,†Circa q̃ principaliter oporteat proponi verbum Dei.Rñdeo,primo, ꝙ super oĩbus super quib.docere ignari clerici debent, specialiter vt sciant docere symbolũ,hoc est Credo in Deum patrem, &c. Secundò super eo.s. qũo plebs debeat fugere errores idolorum,& omnia peccata mortalia, & ꝙ nolunt sibi fieri alijs ne faciant.Et vt credant resurrectionẽ oĩum, & diem iudicij,in quo vnusquisq; ſm opera sua recepturus sit. x.q.3.eꝑm.Adde,ꝙ necessarium est visibile sacramẽtum aquæ ad ablutionem visibilis corporis, sicut necessaria est doctrina inuisibilis fidei ad sanctificationem inuisibilis aię,& renascitur homo,ex aqua visibili sacro,& spiritu inuisibili. s. intellectu, vt simbolum baptismi visibiliter accipiat, & spiritualẽ intellectũ ipsius symboli percipiat,vel ex aqua visibili & spiritu sancto. c.
2 necessariũ.de con.di.3.†Circa primum attendendũ,ꝙ quatuor sunt symboli.Primus est Apostolorum, qui dr̃ in officio diuino hora Primę & Completorii,& appellatur paruus.Secundus est concilii Niceni,qui dr̃,& cantatur in medio missæ,& istę dr̃ magnus.Tertius est Athanasij, qui dr̃, & cantatur post psalmos horę Primę,& incipit,quicunq; vult saluus esse.Quartus est cõcilii generalis,qui ponitur in decretali.idest de sum. Tri. & fide
3 ca.quæ incipit, firmiter credimus, &c.† Et dicitur symbolus a sim,quod est simul, & bolus, quod est morsellus, quia vnusquisque Apostolorum morsellum,hoc est partem suam appo-
4 suit.†Et est symbolus collectio articulorũ fidei, quę collectio dr̃ fides Christiana & catholica, idest vniuersalis, vt patet in d. c.j.de sum.Trinita.& 24.q.j.hęc est fides, & in psalmo Athanasij, hęc est fides catholica,quam nisi quisque, &c. Et licet multis aliis

Source : BIU Cujas

tis alijs modis ſumatur fides,de quibus per gloſſ.ſuper Rubr. de ſumm.Trinit.in prin.ac diuerſimodè diffiniatur, vt ibi, & articuli fidei vario modo numerentur vt ibi:tamen quia in hoc opuſculo intendo poſitiuè pertranſire,ac me iuriſtis conformare,& ea tantum attingere,quæ ſufficere ſatis videantur pro of-
5 ficij viſitationis implemẽto,† Cõcludo tot eſſe articulos, quot ex omnibus ipſis ſymbolis reſultare videntur,cum his,quæ adduntur,in c.j.de ſum.Trin.lib.6.& in cle.& in ca.cum Chriſtus.
6 & c.ad abolendam.cum ſim.de hære. † Et breuibus concludo, quòd quicquid ſacroſan.Rom.eccl.quæ eſt mater omnium eccleſiarum & magiſtra prædicat & obſeruat,eſt vera fides catholica cum omnibus articulis ſuis.ca.ad abolendam.de hære.& d. clem.j.&c.& quicunque contrarium dixerit,eſt hæreticus,& excommunicatus incontinenti, vt ibi . Et hæc omnia ſcire tenetur quilibet Chriſtianus per fidem,de conſe.diſt.4.ante 20.& c.
7 baptizandos.& c.j.†Et præcipuè ad ſciendum omnes articulos de quibus in dictis quatuor ſymbolis omnes indiſtinctè tenentur,tam clerici quàm laici.Sed clerici magis,qui legem perſcrutabiliter ſcire tenentur.28.diſt. quando epiſcopus . quilibet ergo tenetur credere,quod catholica tenet eccleſia,& hoc ſufficit laicis in talibus articulis,dummodo nihil in cõtrarium ſentiant.vt no.glo.in c.cum Chriſto.de hære.facit 11. diſt. quis ne-
8 ſciat.† & idem dicit gl.ſuper dicta Rubr.quòd articulos clerici tenentur ſcire explicitè , laici verò implicitè ſcilicet credere ſicut tenet eccleſia. aliàs non poſſent excuſari a craſſa & ſupina ignorantia,quæ eſſet magna negligẽtia,& culpa latiſſima.l.magna negligentia.& l.latæ.ff.de reg.iur.habent namque picturas hoc docentes,nec non feſtiuitates,quæ per annum ſolennizantur,ſcilicet Annuntiationis,Natalis,Paſc. Reſurrectionis,Aſcenſionis,Pente.Trinitatis,Corporis Chriſti & ſimiles.habent confeſſores & prædicatores,patrinos etiam ex ſacro fonte leuãtes, qui omnes eos ſuper ijs habent inſtruere. c. vos ante omnia.de conſec.diſt.4.& diſt.3.perlatum.Et habent denique viſitantes.
9 †*Docebunt* ergo prælati viſitantes ſymbolum,12.articulos cõtinentem,ſecundum Theo.explicitè, & ſyllogizando perſcrutabiliter ſacerdotibus parochialibus , vt ſuper eis ſciant docere cathecuminos,& plebes ſibi commiſſas , per iura ſuperius allegata,quia non eſt credendum eis,qui fidem veritatis ignorant,
10 & monendi ſunt firmiter credere,& nullatenus dubitare, † qa dubius in fide,infidelis eſt,vt in c.j. de hære. aliàs ſaluus eſſe nõ poterit,ſed abſque dubio in æternum peribit,vt in pſalmo,qui
11 cunque.† quia ſine fide nemo poteſt placere Deo.facit 23.diſt. quomodocunque epiſcopus.& 24.q.j.apertè.etiam in tenui articulo,vt C.de hære.l.fi.in fin.quo ſcilicet ad articulos fidei qui continentur in dictis ſymbolis,ſcilicet Credo in Deum , & cæ-
12 teris quibus per fidem ſolam eſt adhibenda credulitas,†quia fides eſt de re non viſa.de pœ.diſt.4.in domo.C.de ſumma Trin. l.fi.quia nec per ſigna,ſed per fidem veritas eſt colenda. de con-
13 ſecr.diſtin.4.venit ſacerdos.& no.gl.in d.c.j. de hære.†quoniam omne,quod non eſt ex fide,peccatum eſt.c.fi. de præſcrip. quæ ſine operibus mortua eſt.c.cum Chriſtus.de hære.j. q.j.c. fertur. & ex qua iuſtus viuit,& quæ per dilectionem operatur.c.j. de ſacra.vnc.† Omni verò homini,qui eccleſiæ catholicæ nõ tenet
14 fidem & vnitatem neque baptiſmus, neque eleemoſina quantumlibet copioſa,neque mors pro nomine Chriſti ſuſcepta ꝓficere poterit ad ſalutem,ſed cum diabolo & Angelis eius æterni ignis incendio participando damnabitur.c.firmiſſimè.de hę re.quia mali carent fide formata,quam habent ſoli boni, licet habeant informem,vt no.glo.ſuper dicta Rubr.de ſum.Trinit. ſicut & dæmones & infideles,qui carent fide formata charita-
15 te.†Nam fides per dilectionem operatur & eſt fundamentum omnium virtutum.j.q.j.cum Paulus.de pœnit. & remiſſ.diſtin. 2.§.item ſine charitate.Hinc dicit propheta,iuſtus ex fide viuit. & eſt fides virtus,a qua dicuntur fideles quicunque baptizãtur, de conſecr.diſt.4.quia apud.quorum præmium eſt vita æterna. quia qui crediderit & baptizatus fuerit,hic ſaluus erit.ca.maio-
16 res.de bapt.†Et adde,quòd ſymbolum ante octo dies Dominicæ reſurrectionis publicè in eccleſia compœnitentibus prædicari mandatur ab omnibus eccleſiis annuatim.c.ſymbolum.de conſecra.diſt.4.adde c.baptizandos,cum ſeq.de conſec. diſt.4.
17 †Conſulo omnibus prælatis & presbyteris parochialib. vt habeant & ſæpe perlegant ſummulas B.Bonauenturæ,quę incipit Flecto genua.& Alberti,quæ incipit, Veritatis Theo. alias non
18 erunt excuſabiles apud Deum.†Circa ſecundum eſt attendendum,quòd idolatria eſt quando latria,ideſt honor & ſeruitus, qui ſoli Deo debetur,datur creaturis , vt dicam infra ad finem vltimæ quæſtionis . Quod crimen eſt maximum, quia directo opponitur fidei catholicæ.Et multis modis incurritur.

Primò,adorando imagines,& picturas aliter quàm permittit.in c.venerabiles.de conſec.diſt.3.

Secundò,cum per ſortes furta in tabulis , aut codicibus , vel aliis inſtrumentis requiruntur , vel diuinationes aliquas in aliquibus rebus aliquis obſeruare præſumit, cum tales ſint puniẽdi.c.j.de ſortil.ne propter aſſiduitatem labantur in idolatriam, vt ibi no.& 26.q.2.ij qui.ſicut nec ad dæmonia conſulenda , ut
19 ibi,& c.illud.ea.cauſa,& quæſtione.& c.ſortes.& c.peruenit.ea. cauſa.q.5. Tertiò, quando per inſpectionem aſtrolabij furtum quæritur recuperari, ex quo non contrahitur modica macula peccati.ergo grauiſſimum eſt,licet etiam bono zelo & ſimplici ter fieret,de quo in c.2.eod.ti.de ſortile.† prohibetur ergo ſors ex cauſa.& licet Mathias Apoſtolus fuerit electus per ſortem,illud factum fuit inſpiratione diuina,vt no.eo.ti.de ſortileg. c.fi.
20 facit.26.q.j.non exemplo.†Item quando obſeruantur ea , quæ a diuinatoribus præcipiuntur.c.intelligi.ea.q.& cauſa.Item quã do ſeruatur aliqua de ſuperſtitionibus,de quibus in c. illud eo. cauſa & q.vel requiritur cura ſanitatis magicis artibus. c. qui ſine.ea.ca.& q.vel ſuperinde conſuluntur planetarii & mathematici.c.illos.ea.cau.& q. vel obſeruantur auguria & ſtellarum curſus,cum ex ijs reſultet cultus idolatriæ.ca.ſed licet.e.ca.& q. ſalua tamen ignorantia,puta ſi quis reliquias de area vel tofcu-
21 lari idolatrarum veſceretur,cum neſciret idolis immolatũ.ca. ſi de area cum ſeq.ea.cau.& q.† Omnia nanque genera diuinationum inducunt idolatriam,de quibus in c.j.ea.cauſa.q.2. qđ genus a Perſis allatum dicitur, vt ibi. Puniuntur autem multipliciter,qui ariolos vel incantatores obſeruant, vt in ca. ſi quis. cum ſeq.puniuntur etiam facientes filateria,ideſt breuia,&c.c. non oportet,cum ſe.e.ca.& q.& c.ſi quis clericus. & c.auguriis. cum ſeq.& contra tales oportet prælatos eſſe vigiles. c. contra. e.ca.& q.& illos tanquam Chriſti inimicos inſequi.c. peruenit,
22 &c.†Non ergo licet Chriſtianis tenere traditiones Gentiliũ, & obſeruare vel colere elemẽta,aut Lunæ,aut ſtellarũ curſus,aut inanem ſignorum fallaciam pro domo facienda , vel propter ſegetes,aut arbores plantandas,vel coniugia ſocianda.Scriptũ eſt enim omnia quę facitis,aut in verbo,aut in opere,omnia in
23 nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti facite,gratias agẽtes Deo.† nec in collectionibus herbarum,quæ ſunt medicinales aliquas obſeruationes,aut incantationes liceat atttendere, niſi tantum cũ ſymbolo diuino,aut oratione Dominica,vt tantum Deus creator omnium & Dominus honoretur.ca. non licet. ea.cau.q.5.
24 †Grauius etiam puniendi ſunt,qui liuore permoti impatiente inimicorum altare ſacris veſtibus exuunt,aut lugubri veſte accingunt,vel conſueta luminariorum obſequia de eccleſia ſubtrahunt , vel miſſam pro requie defunctorum promulgatam pro viuis celebrant hominibus , quorum omnium maleficia iniquiſſima Toletanum Concilium condemnauit.ca. quicun-
25 que.e.ca.& q.†Et quæ magorum præſtigiis fiunt , non vera ſed fantaſtica ſunt,vt plenè patet in c.nec mirum.e.ca.& q. & incãtationes infirmitatibus hominum nihil remedii preſtant. c.admoneant.ea.ca q.7.tanquam graue peccatum puniuntur, vt ſ.
26 †ac prohibentur ſimiliter Calendarum obſeruationes ritu paganorum & dies Egyptiaci.c.non licet.cum ſeq.ea.ca.& q. Dęmoniaci tamen petris uel herbis ſine incantatione vti poſſunt c.dæmonium.e.ca.& q.facit ad præmiſſa.l.cretionum.C.de iure delib.l. cęlicolarum.† & per totum.C.de pagan. & l.j. & per to-
27 tum. C.de malefi.& mathe.†Curent etiam prælati ſtudioſè inſurgere contra peſſimum genus mulierum,quę Herodianę appellantur,de quarum eluſione plenè tractatur in d.c.nec mirũ.
28 &c.†Circa tertium verò,ſcilicet circa fugam mortalium peccatorum,eſt attendendum,ꝙ oĩa peccata mortalia,licet habeant facies diuerſas,caudas tamen habent inuicem collegiatas.c.excommunicamus.in prin.de hęre.& ideo neceſſe habet deflere peccator,quia offendens in vno factus eſt omnium reus.ca.defleat.de reg.iu.& illud non minuit diuturnitas temporis.c.non ſatis.in fi.de ſimo.quinimmo tanto grauiora ſunt peccata, quã to diutius infęlicem animam detinent alligatam. c. cum in eccleſiæ.eo.ti.ſicut.& ex aliis multis circunſtantijs aggrauantur , de quibus per Hoſt.in Sum.de pęn.& re.§.quę interrogationes. & probantur de pęn.di.5.c.j.in prin.& in c.ſicut dignum.de homic.& de pęn.di.j.aut facta,quę his verſibus continentur .

Hęc ſunt ſeruanda cunctis medicamina danda.
Quis,quid,vbi,per quos, quotiens,vbi, quomodo, quando,
Aetas,forma,locus,ordo,ſapientia,tempus,
Quę mora,quisve modus,tentatio,quęve notantur.

29 †Propter quę peccata veniunt aduerſa.c.cum infirmitas,de pę. & re.& pręſertim ꝑp non ſolutionem decimarum,&c.c.reuertimini.16.q.j.Et non remittitur,niſi reſtituatur ablatum . regula,peccatum.de reg.iur.nec peccati venia datur , niſi correcto. regula,peccati.eo.ti.vide in c.cum tu.de vſu.nec eſt quis correctus,niſi ſubeat pęnitentiam ſalutarem.† Debet autem eſſe pę
30 nitentia,prout & his verſibus continetur.

Sit ſimplex,humilis,feruens,& pura,fidelis,
Vera,frequens,nuda,diſcreta,libens,
Verecunda,integra,ſecreta,lacrymabilis,accelerata.
Fortis,& accuſans,& ſępe punire parata.

Pro quorum verſuum omnium expoſitione videatur oĩno au
31 reum memoriale Sacerdotũ,de quo per Spec.in repertorio,in ti.de pę.& rem.& non omittatur.†Et qũꝺ mortale peccatũ dicatur dupliciter.vide gl.ĩ cle.ad nr̃am. ver.7.de hęr.& qũo trib. gradib.ad peccatũ peruenit.ſ.ſuggeſtione,delectatione,& conſenſu.& qũo peccati tres ſunt dr̃ię.ſ.in corde,in facto,& in con

Source : BIU Cujas

suetudine,&c.& quomodo committitur infirmitate,ignoran
32 tia,& studio,† sicut etiam in virtutib. tres sunt gradus. vide pul-
33 chros tex. de pœn. di. 2. §. hinc etiam. cum seq. † Et attende, quòd septem sunt crimina mortalia, quæ sub hoc termino continen tur, SALIGIA. cuius termini quælibet litera notat primam literam cuiuslibet criminis, videlicet S. notat superbiam. A. verò auaritiam. L. notat luxuriam. I. iram. G. gulam. I. inuidiam. A. ac-
34 cidiã. † Superbia inter oĩa retinet principatũ tanquàm vitiorũ. omnium regina. Expulit Angelos de Paradiso, primum hominem damnauit, omne genus humanum infecit: huic Deus resistit, qui dat humilibus gratiam, sæpius dicens, q̃ qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Hinc dicit prouerbium, secundum Hostien. quòd sputum missum in cœlum, in oculos reuertitur expuentis, vt refert Io. Andr. in ca. cum in ecclesijs de maior. & obed. hæc semper innititur maioritati, omnem studet excludere obedientiam, contra quam dicitur, qui non obedierit Principi, morte moriatur. c. 2. de ma. & obedien.
35 † Omnis enim anima sublimioribus potestatibus subdita esse debet, vt c. omnis. de censi. Disperfit etiam Deus superbos mente cordis sui. Et melior est obedientia, quàm victima & magis, quàm adipem arietum offerre. c. illud. de maior. & obed. 21. dist.
36 si qui sunt presbyteri. 33. dist. §. veris & 8. q. j. sciendum. † Auaritia autem est idolorum seruitus, & auaro tam deest, quod hẽt, quàm quod non habet. ca. auaritiæ. de præben. 28. q. j. idolatria. Hæc etiam dicitur radix omnium malorum. de pœn. distin. 2. §. quia radix. & 49. dist. c. j. ver. impetiginem quoque. Et ita scribit Paulus ad Thi. quia aliarum virtutum per hanc pulchritudo deprauatur, & quasi totũ corpus exasperat, quia per vniuersa animum supplantat. 47. di. c. bonorum, & in Auth. vt iud. sine quo quo suffra. §. cogitatio. col. 2. adde quod no. Io. An. in c. auaritiæ. de præben. in 6. in nouella, super gl. 2. & de renuntiatione. c. nisi
37 cum pridem. in prin. & de præben. c. auaritiæ. in princi. † Ex hac prodeunt simoniæ, vsuræ, furta, rapinæ, simulati contractus, deceptiones circa vel infra dimidiam iusti pretii, falsa pondera, & mensuræ, iniuriæ, & damna, sacrilegia, venditiones iustitiæ, retẽtiones decimarum, & latrocinia. c. inter alia, de commo. & assaf
38 sinamenta. c. pro humani. de homic. lib. 6. † A simonia etiã multum præcipitur caueri, vt patet in j. causa, in decretis, copiosissimè. & in ti. de simo. in decretalibus, quia nihil prodest homini si totum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum pa-
39 tiatur. c. Matthæus, de simo. † Similiter ab vsura: vt sicut non licet pro alterius vita mentiri, ita multo magis prohibetur quis, ne etiam pro redimenda vita captiua vsurarum crimine inuoluatur. ca. super eo. de vsur. † Sic & furta, vt qui etiam cum fure
40 partitur, occidat animam suam: & non fur solum, sed ille reus teneatur, qui furti conscius quærente possessore non indicat.
41 c. qui cum fure. de fur. † Ita & rapinę, vt a raptoribus non liceat eleemosinam accipere. cap. super eo. de rapt. & qui si spoliauerit damnata cupiditate Christianos naufragium patientes, quibus secundum regulas fidei auxilio esse tenentur sunt excom-
42 municati, nisi reddant. c. excommunicationi. de rapt. † Sic & simulati contractus, de quibus in c. illo vos, de pigno. & c. ad nostram. de empt. & ven. vbi plenè per Io. And. ita & deceptiones vltra dimidiam iusti pretii. ca. cum causa. de empt. & vend. & ad
43 tempus. c. in ciuitate. & c. fi. de vsu. † Sic & falsa pondera & mensuræ, de quibus in capi. 1. de empt. & vendi. iniuriæ & damna, vt emendentur in casibus, de quibus in ca. j. & per totum, de iniur. sed qui causam damni dat, damnum dedisse videtur. c. fi. eo. tit.
44 & c. de cætero. de homi. vbi de hoc. † Sic & sacrilegia & incendia ecclesiarum, de quibus in c. in literis. de rap. & c. super eo. ti. Sic & venditiones iustitiæ, de quibus in ca. cum ab omni. de vi. & honest. cleri. vbi sententia venialis est nulla, & officiorum. c. j. cum se. ne præla. vices suas. ita & retentiones decimarum, quę sunt tributa egentium animarum, de quo plenè. in c. tua nobis, de deci. 16. q. j. decimæ. cum similibus.
45 † Luxuria, ex qua procedunt adulteria, & stupra, fornicationes, pollutiones nocturnæ, crimen pessimum cum maribus, qđ dicitur contra naturam, propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ. c. vt clericorum. de vita & honest. cleric. & propterea quinque ciuitates igne consumptæ sunt. c. clerici. de excess. præla. 32. q. 7. c. flagitia. in Auth. vt non luxurientur contra naturã.
46 col. 6. C. de adult. l. cum vir. † Adulterium, propter cuius suspitionem violentam potest maritus vxorem accusare. c. maritis,
47 de adult. & 32. q. j. dixit Dominus. † Stupra, propter quę compellitur stupratio volens stupratam etiam de consensu patris ducere in vxorem & illam dotare. capi. j. de adulte. nolens autem corporaliter castigatur ad arbitrium superioris, & excommunicatus in monasterio ad agendam pœnitentiam detruditur, &c. cap. peruenit. eodem titu. & raptus virginum, vt l. j. C. de rapt. virginum. l. raptores, de episcopis & cleric. & incestæ & nephariæ nuptię, vt C. de incest. nup. per totum. etiam cum monia
48 libus, cle. j. de spon. † propter quas etiam nuptias incurritur excommunicatio, vt ibi patet. & adde not. in l. si quis non dicam rapere. de episcopis & cleri. vbi solum attentare facit incurrere pœnam capitis attentantem cum opere, licet non sola cogita-
49 tio. l. cogitationis. ff. de pœnis. † Fornicatio, propter quam fornicaria etiam mulier canonicè est iudicanda. cap. si quisquam. de cohab. cler. & mulierum, & in monasterio intrudenda. 34. distinct. c. fraternitatis, & excommunicanda de senten. excom
50 mu. si concubinæ. † Pollutio nocturna, de hac plenè habetur, quando sit peccatum vel non, in c. testamentum. & ca. non est peccatum. & in palea, sed pensandum. 6. dist. & ad uxorem men struatam & non purgatam accessus. c. ad eius verò concubitũ. ea. dist. & habetur in c. j. de pur. post partum.
51 † Ira, quæ impedit animum ne possit cernere verum. ex qua procedunt homicidia, seditiones, rixæ, contentiones, vulnera, duella, homicidia. scilicet parentum filios occidentium, qui puniuntur, prout habetur in c. j. 2. & fi. de iis qui fi. occi. & occidentium fures diurnos & nocturnos & alias & quomodo puniuntur tales, sufficiat remittere ad cap. 2. & 3. & totum tit. de homi.
52 † Seditiones, vt seditionarii, qui nunquam ordinantur in clericos. c. seditiones. 46. dist. & sic & iniuriarum suarum vltores, vt ibi. Rixæ & contentiones, vt in capi. perlatum. 90. dist. & ca. j. de
53 iniur. † Duella, quæ omnino prohibita sunt. c. 2. de cleri. pug. in duello. & not. quòd tam facto, quàm præcepto sine concilio, quàm non defensione committitur homicidium, vt ibi, & ca. ficut dignum. de homi. Et propterea prohibetur ars sagittariorum. c. j. de sagittar. & ars cirugiæ clericis. cap. tua nos, de ho.
54 † est etiam homicida, qui procurat sterilitatem vel abortum. c. si aliquis. de homi. l. si mulierem. ff. ad leg. Corne. de sicar. & ff. de pœnis. si aliquid, in §. qui abortionem. 32. quæst. 2. Moyses. & occasionaliter quis sit homicida. 86. dist. pasce fame. & C. de infanti. expositis. l. fi. ff. de liber. agnos. necessaria. 55. dist. si quis abscinderit. & plenè in d. ca. sicut dignum. & facit c. sicut ex literis. de homici.
55 † Gula. hæc quinque modis dicitur vitium, & peccatum mortale, & committitur primò, quando indigentiæ tempora præuenit. secundò, quando cibos lautiores quærit. tertiò, quando quæ sumenda sunt, procurari accuratius quęrit. quartò, in quãtitate sumpta vltra necessitatem, & superfluę mensuram refectionis excedendo. quintò, quando & si abiectius est, quod desiderat, tamen in ipso esu immensè desiderat, & sic grauius peccat. cap. quinque modis. de consecr. dist. 5. qui in hoc uersu continentur.

Propè, lautè, nimis, ardenter, & studiosè.

56 † Et attende quòd contra vitium gulę est interdictus esus carnium feria 6. & sabbato, nisi occurrat festum Natalis Domini, vel infirmitas aut alia necessitas, quæ non subiacet legi. c. consilium. ad fi. & c. fi. de obser. ieiu. adde ca. nullus, de consecr. dist. 5.
57 † Item quòd omnes dies quadragesimæ sunt ieiunandi, & vigiliæ Natalis Domini, Assumptionis Mariæ, & Apostolorum, exceptis Philippi & Iacobi, Ioannis euangelistæ. & si festa hæc cadant in die lunæ debet ieiunari in Sabbato præcedenti, ut in d. cap. consilium. & cap. j. eodem titu. vbi dicitur, bonarum mentium esse ibi timere culpam, etiam vbi non est. Item dies rogationum ante festum Ascensionis. c. rogationes. de conse. di. 5.
58 † Inuidia inimica virtutum. ab hoc procedunt scismata, detractiones, & calumniæ, id est falsæ accusationes. hinc est, quòd concilium Cartaginense inhibet, quòd clericus inuidens fratrum prouentibus, donec in vitio est, non debeat promoueri.
59 c. clericus inuidens. 66. distin. Adde c. j. de censi. lib. 6. † Scismata, hodie ij grauissimè puniuntur. c. j. de scisma. lib. 6. Eorum ordinationes, collationes beneficiorum, & alienationes bonorum ecclesiasticorum prorsus irritantur. c. j. & 2. de scisma. aliàs appellatur liuor & malus zelus, qui inter omnes esse prohibetur. c. fi. de offi. cus. sicut dolus malus. l. j. §. non fuit. ff. de dolo.
60 † Accidia. de hac dicit, quod ociositas & voluptas arma sunt hostis antiqui ad miseras animas captiuandas. ca. nisi cum pridem. §. verum. de renun. & dicit tex. ne in delitiis sis ociosus, facito aliquid operis, vt semper diabolus te occupatũ inueniat.
61 c. nunquam. de consecra. dist. 5. † Ex hac prodeunt omnes negligentiæ, &c. præsertim circa missam audiendam diebus Dominicis. ca. missas, de consecr. dist. 3. & audiendas illas vsque ad fi. c. omnes. ead. dist. scilicet vsque ad benedictionem sacerdotis, vel episcopi præsentis. c. cum ad celebrandas. ea. dist. debet etiã sacerdos celebrans in hoc deferre episcopo præsenti, vt ibi saluo eo, quod habetur in c. nisi. de vsu pal.
62 † Circa quartum, scilicet, vt quod nolunt sibi fieri, aliis nõ faciant. de hoc dat glo. versum.

Quod tibi vis fieri mihi fac, quod non tibi noli.
Sic potes in terris viuere iure poli.

In c. j. de sum. Trin. in ver. dispositionem. & Christus in euangelio, Omnia quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, & vos
63 eadem facite illis. capit. humanum genus. j. distinct. † non enim decet aliquem facere, quod sibi ab aliis fieri non vult, &c. capit. dilecti. de maiorita. & obedien. Et alibi, quod quis in suis repudiaturus fuit, in alijs contemnere debuit. cap. cum iuramento.
64 & ca. sicut dignum, de homi. † secundum enim regulam fidei vnusquisq; tenetur proximo esse auxilio. ca. excõmunicationi, de rapt. quæ regula est, diliges proximum tuum sicut teipsum,

de pœ-

Source : BIU Cujas

de pœnit.dist.2.charitas.50.dist. ponderet.hinc est etiam, quòd aliqui non debent nobis imponere legem, quam ipsi negligũt obseruare.c.primo illorum.de præben.Et in hoc mandato consistit perfecta charitas,& legis plenitudo,quæ est dilectio,cuius probatio est operis exhibitio : aliàs in qua mensura quis mẽsus
65 fuerit,remetietur & ei.c.qualiter & quando.de accus.†Circa ultimum verò,vt credant resurrectionem & diem iudicii,in quo &c.scilicet vnusquisque recipi & secundum opera sua.hinc dicitur in c.j.de sum.Trin.quòd Dominus noster Iesus Christus venturus est in fine seculi iudicaturus viuos & mortuos,& redditurus singulis secundum opera sua tam reprobis, quàm electis,qui omnes cum suis propriis resurgent corporibus,vt recipiant secundum opera sua,siue bona,siue mala illi cum diabolo pœnam perpetuam,isti cum Christo gloriam sempiternam. de quo etiam 24.q.j.ca.quoniam vetus. & cum hoc concordat Athanasius in psalmo dicens, ad cuius aduentum omnes homines resurrecturi sunt, & reddituri sunt de factis proprijs rationem.& qui bona egerunt,ibunt in vitam ęternam:qui verò
66 mala,in ignem æternum.†Comminetur demum eis diem iudicii,& quòd Deus zelotes est visitans peecata parẽtum in filios. c.nisi cum pridem.§.j.de renuntia. & quòd pro peccatis pœnas inferni assequẽtur,videlicet calorem ignis supernaturalis, qui non extinguitur,& erit instrumentum diuinæ iustitiæ stridor frigoris,tenebræ,fumus,lacrymæ interiores,aspectus dęmonũ, clamor,improperij,ariditas sitis, fœtor sulfuris,vermis conscięntiæ,vincula carcerum,inuidia,rancor,carentiæ visionis Dei,tristitia,ablatio omnis salutis,ipsam etiam esse quod omnis creatura appetit pœna erit eis,quia quærent mortem naturalem,& non veniet eis:& sicut ait Dionysius, proterua fantasia dæmones concupiscentia,& furor irascibilis, & quicquid deniq; opponitur dotibus corporis, & animæ beatorum, & plus & minus,prout aliter ignis comburit paleam & aliter lignum.a quo igne,qui paratus est diabolo & Angelis eius, nigri,graues, spissi passibiles cruciabuntur in æternum, in eisdem verò nullus ordo,sed sempiternus horror inhabitabit:& quòd non minus ardebunt,qui cum multis ardebunt.2.q.j.multi.no.in c.2.de tẽp. ord.Et adde quòd proponentes verbum Dei cauere debent,ne etiam per circumlocutionem alicui detrahant, de quo plenè
67 per gl.in ver.detrahant.in clem.j.de priuil.†& quòd prædicatio diuinorum colloquiorum fidelis est admodum opportuna. clem.j.in prin.de magis.Item adde quod habetur in c.interrogo vos,de consec.dist.6.& ꝙ hoc prædicationis officium est priuilegiatum,vt in c.quod Dei timorem.de statu mona.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus visitans debet audire confessiones subditorum suffraganeorum,& pœnitentias iniungere.*
2 *Casus episcopo reseruati,qui sunt.*
3 *Casus episcopo reseruati in generali concessione non veniunt.*
4 *In casibus etiam Papæ reseruatis,quis in articulo mortis absolui potest.*
5 *Iudex,ne quis in excommunicatione decedat,potest absoluere,etiam si pars aduersa appellet,ne absoluatur.*
Excommunicatio secum executionem trahit.
6 *Excommunicatus etiam stans extra ecclesiam,missam audire non potest.*
Ordinarius semper absoluit,vbi Papa absolutionem sibi non reseruat.
7 *Casus episcopo reseruati,quot sint.*
8 *Indulgentias potest concedere archiepiscopus in sua prouincia, quæ non extendentur ad aliorum subditos.*
9 *Archiepiscopus per quæcunque loca etiam exempta suæ prouinciæ potest portare crucem erectam,& in vijs benedicere.*
10 *Episcopus in locis exemptis suæ diœcesis populo benedicere potest,& in põtificalibus celebrare.*
11 *Non tamen crucem ante se deferre,quia competit Patriarchis,Legatis, & Archiepiscopis.*
Palium uenit appellatione Pontificalium Archiepiscopi.
12 *Archiepiscopus per totam prouinciam potest facere ea,quæ nõ sunt de exercitio iurisdictionis.*
13 *Palij vsus strictior est,quàm alionum Pontificalium.*
14 *Palium denotat plenitudinem potestatis officij.*
15 *Papa solus in missarum solennijs palio semper vtitur.*
16 *Palium,in quibus diebus utendum sit.*
17 *Festiuitas assumptionis Mariæ maior est aliarum festiuitatum.*
18 *Palium vnius alteri commodari potest.*
Archiepiscopo ante palium susceptum,quæ prohibeantur.
19 *Palio uti non potest,qui archiepiscopatui renuntiat.*
20 *Excommunicatio solennis,quomodo fiat.*
21 *Excommunicatus quomodo ueniam petit,& emendationem promittit.*
22 *Missarum celebratio per quos fuerit inuenta.*
23 *Missa in nocte Natalis celebrari debet, & hymnum angelicum decantari.& quare,& nu.seq.*
24 *Missæ tres in festo Natalis celebrari debent,& quid significent.*
25 *Missæ plures,quando celebrari possunt in una die.*
26 *Missam vnam in die celebrans valde fœlix est, & celebrans debet corpus & sanguinem Christi sumere.*
27 *Missa celebrari non debet sine vino uuæ, & aqua uera.*
28 *Missa celebrari non debet in pane fermentato,nec in calice ligneo.*
29 *Sacramentum in uase ligneo antiquitus fiebat, sed Syluester hoc prohibuit, & idem in ære,& auricalco.*
30 *In missis peculiaribus, nec hymnus angelicus, nec simbolum decantari debet.*
31 *In altari,in quo episcopus missam cantauit, presbyter ea die missam celebrare non debet.*
32 *Pascha Domini non nisi in die Dominico celebrandum est.*
Hymni Angelici sunt Alleluia,& Gloria in excelsis Deo.
33 *Baptismi pro sacramento presbyter debet habere fontem lapideum, vel aliud vas.*
34 *Baptizandus nomen suum dare debet.*
35 *Baptizandi non prius fontem adire debent,quàm exorcismis, & exsufflationibus clericorum spiritus immundus expellatur.*
36 *Baptizandi quare exorcizantur,& exsufflantur.*
37 *Baptizandus crucis signo signatur in fronte,& in corde.*
38 *Baptizando,quare sal in ore eius ponatur.*
39 *Baptizandi nares & aures,quare tangantur.*
40 *Baptizandus,quare vngitur in pectore.*
Et quare inter scapulas.
41 *Baptizandus,quare ter immergatur.*
42 *Baptizatus, quando descendit de fonte, quare cum chrismate in fronte signatur.*
43 *Baptizato,quare vestis candida tradatur.*
Baptizati,quare vestibus albis utantur.
44 *Baptizati caput post vnctionem velamine mystico,quare tegatur.*
45 *Chrismatis confectio omni anno facienda est.*
46 *Missa est de substantia confectionis chrismatis.*
Christiani omnes post baptismum per manus impositionem episcoporum spiritum sanctum accipere debent.
47 *Spiritus sanctus,quid in baptismo,& quid in confirmatione conferat.*
Sacramentum manus impositionis est dignius,quàm baptisma.
Sacramentum tale ab alijs,quàm ab episcopis perfici non potest.
48 *Baptizatus,quare per episcopum in fronte signetur.*
49 *Confirmandus ad confirmationem ieiunus venire debet, & prius cõfiteri debet.*
Christianus non est,nisi ab episcopo confirmatus.
50 *Episcopi nisi ieiuni per impositionem manus spiritum sanctum tradere debent.*
Confirmatio,sicut nec baptismus reiterari non debet.
51 *Chrisma a Christo dicitur.*
52 *Vnctio extrema,uiaticum appellatur.*
53 *Vnctio extrema morienti in torneamentis non negatur.*
Nec vltimo supplicio damnatis.
54 *Ordinarij compellunt iustitiarios,ut patiantur damnatis ad mortem sacramenta ecclesiastica dari.*
Furca suspensus non deponitur sine iudicis licentia.
55 *Sacramentum vnum cui conceditur,vel negatur,alia etiam intelliguntur negata,vel concessa.*
56 *Sepultura non est deneganda mortuo,cui viuo ecclesia communicauit.*
57 *Sepultura ecclesiastica,quibus denegetur,& nu.seq.*
58 *Excommunicatus excommunicatione minori ab ecclesia,sacramentis est separatus.*
Priuilegiari non debent clerici hæreticos & eis credentes sepelire.
Sepeliri non debent mortui, cum priuilegiati tempore interdicti celebrant.
59 *Sepultura negatur tempore generalis interdicti.*
60 *Sepulturam concedere humanum est.& pium,non concedere impium.*
61 *Sepeliri debet prælatus ante electionem successoris.*
Sepeliri debet archiepiscopus cum palio.
62 *Pactum factum per conductorem locatori, ut apud ipsius ecclesiam sepeliatur,non ualet.*
Sepultura matrici ecclesiæ competit,& ius tale præscribi potest.
63 *Cimiteria polluta per sepulturam excommunicatorum reconcilianda sunt.*
Pro sepultura vel mortuorum exequijs nil exigi potest.
64 *Sepultura excommunicato conceditur,qui in morte pœnitens per presbyterum fuit absolutus.*
Sepeliri non cogũtur religiosi extra monasteria sua.
65 *Sepultus quandoque ligatur,& soluitur.*
Exequiæ sine luctu fieri debent.

Quæstio tertia secundæ partis.

1 QVAERO principaliter, quomodo debeant & possint se exercere circa ea, quæ concernunt forum pœnitentiale.†Respondeo primò, quòd potest archiepiscopus, dum visitat confessiones subditorum suffraganeorum audire,ac absoluere confitentes, & ipsis iniũgere pœnitẽtias

Source : BIU Cujas

salutares.c.fi.in fi.de censi.li.6.& dic,nõ nimium austeras. 26.q. 7.alligant.& in eis imponendis considerare debet, q̃ legunt̃ de pœn.dist. 5.consideret.& de homicid.sicut dignum. Et credo,q̃ tunc poterit dare licentiam,vt eligant confessorem, vt in ca.si
2 episcopus,de pœn.& remi.lib.6.†Credo etiam, quòd absoluere poterit in casibus episcopo reseruatis, qui ibi enumerantur in glo.fortilegis. Et sunt hi videlicet,mutatio votorum. ca.j.de voto. Dispositio malè ablatorum incertorum vel certorum, quando non extant ij,quibus facienda est restitutio.ca cum sit. de ludæis.Item pœnitentia matrimoniorum clandestinè contractorum,vel contra interdictum ecclesiæ,quia per episcopos solet imponi.c.cum inhibitio.de clan.despon.& cap.fin.de ma. contrac.contra inter.ecclesiæ.Item pœnitentiæ omnium publicorum enormium criminum,scilicet oppressionis filiorum ex proposito,vel ex casu.Et cuiuscunque homicidij, falsi testimonij,vel falsi instrumenti,periurii,incestus, corruptionis monialium,coitus cum brutis animalibus,& ijs similia.ad hæc.50.dist. miror.& c.in capite.32.q.2.quicunque. cum similibus.hos etiã casus enumerat Io.Mo.super cle. dudum. de sepul.& Host.plenè in summ.de pœni.& remiss.§.cui confitendum.in fin.2. columnæ.Dicit etiam ibidem Ioã. Mo. q̃ episcopus illos casus,in quibus ante dictam cle.dudum.poterant curati absoluere,absolutionem sibi reseruare posset,vt refert Ioan. And.in d. cle.dudum.super glos.in verbo, concessa.& in gl.super verbo,audire. Et no.ordinem,vt primò audiatur confessio:secundò impona
13 tur pœnitentia:tertiò fiat absolutio.non ergo præcedat absolutio,sed præcedat cordis contritio,oris confessio,& operis satisfactio saltem affectu. adde casum de partu supposito. Item de iis,quæ concipiunt filios ex alijs,quàm maritis,quando proximi mariti fraudantur successione.c.officij. de pœnit. & remiss.
14 Item frangentium, & incendentium ecclesias, & sacrilegium in ipsis committentium.Item procurantium abortum,& sterilitatem.Item veneficorum. Item blasphemantium Deum &
15 Sanctos.Item intrantium monasteria monialium contra constitutiones.Item comedentium carnes in Quadragesima,& vẽdentium contra prohibitionem diœcesanorum. Item omnes casus,qui requirunt contentiosum iudicium & iudicialem in-
16 dagationem.Item excommunicatorum in casib. permissis ordinarijs,scilicet propter violentam manuum iniectionem, de quibus in c.mulieres.ca noscitur.& ca.fi.cum sim.de senten.excomm.Item eorum,qui occupant bona,decimas, quartesia & iura ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum.Item eorum
17 qui aliquid faciunt,vel dicunt contra libertatem ecclesię. Adde etiam plures alios casus,quos enumerat Spec. in repertorio suo aureo,in tit.de pœnit.& remiss. super manipulo aureo con
3 fessore,&c.†Et adde quòd in generali concessione non veniũt dicti casus.dicto c.si episcopus.Credo etiam, quòd poterit absoluere excommunicatos etiam qui ipso iure inciderunt in ex
4 communicationem,†exceptis tamen casibus Papæ reseruatis, saluo articulo mortis qui semper intelligit̃ exceptus, nisi aliud dicatur,vt cle.j.in fi.de hæred.ad quod vide quod no.in c.pastoralis,de offic.ordin.Et aduerte,quòd nisi taliter absolutus postquàm fuerit pristinæ sanitati restitutus, quàm citò commodè
18 potest conspectui Romani Pontificis se præsentet eius mandatum humiliter recepturus, prout iustitia suadebit, in eandem excommunicationis sententiam reincidit ipso facto.clem.j.de pœnis,nec sufficit spes ratihabitionis aut veniæ Papæ. &c.per
5 c.illud.§.illud.de cle.excomm.min.†Adde quòd iudex, ne quis in excommunicatione decedat,potest absoluere, etiam si pars aduersa,ne absoluatur,appellet.cap.qua fronte. de appel.Adde quòd excommunicatio trahit secum executionem.c. pastora-
19 lis,de appell.† Adde quòd excommunicatus non potest audire missam etiam stans extra ecclesiam,not.in cap.quod in te.de pœniten.& remiss. Et quòd vbi Papa specialiter sibi non reseruat absolutionem,semper potest ordinarius absoluere. ca.nuper.de senten.excommu.c.j.de scisma.& c.pro humani. de ho-
7 mi.lib.6.†Et attende,quòd Hostien.in Sum.de senten. excommu.§.3.in princi.colligit 26. casus ad propositum iuris veteris. Ioan.And.verò colligit alios 32.introductos per canones libri 6.in ca.cos, de sententia excommunic.eo.lib.6.in gl. super ver. canonis, & in clem.eodem titu.de senten. excommu.in glo.super verbo, excommunicationis sententia. colligit alios 50.ca-
21 sus per 18.constitutiones Clementinarum introductos, quorum 16.sunt reseruati Papæ,quibus quis ipso iure excommunicationem incurrit expressè & per duos tacitè.taciti sunt in cle. j.de sum.Trinit.§.porrò.& in cle.ex grandi.in fin.de vsur.Alios omnes casus,in quibus quis incurrit excommunicationem, ẽt per extrauagantes in corpore iuris non clausas, enumerantur in Directorio iur.titu.de senten.excomm.in §.2.& 3.versic.44.
8 cum eodem lib.3.†Poterit etiam concedere per totam prouinciam literas generales indulgentiarum & remissionum, dummodo numerum dierum statutum in generali Concilio non excedat.cap.nostro.de pœnit.& remiss.ubi no.idem in Legato. & nota.glo.penul.in cap.fi.de censi.lib.6. Hæ tamen indulgentiæ non proderunt subditis aliorum.ca. quod autem.de pœnit.
9 & remiss.† Poterit etiam archiepiscopus per quæcunque loca etiam exempta suæ prouinciæ crucem erectam ante se liberè portari facere,& benedicere simpliciter quoslibet in via. in ecclesiis verò solenniter, & officia diuina priuatim, vel publicè ibidem audire,& ea etiam in pontificalibus celebrare, & face-
10 re in sua præsentia etiam sine Pontificalibus celebrari. † Similiter & episcopus poterit per omnia loca etiam exempta suæ diœcesi. scilicet populo benedicere, audire diuina officia, & ea etiam celebrare in Pontificalibus, & in sua præsentia solenniter celebrari facere,vt plenè patet in cle.archiepiscopo. de priuileg.†non autem crucem ante se deferri,cum id sit priuilegiũ
11 tantum Patriarcharum, & Legatorum de latere, & Archiepiscoporum,ut in c.antiqua.de priuil.& appellatione Pontificalium archiepiscopi,venit palium diebus tamen permissis & intra ecclesiam,&c.cap.ad honorem,& c.Ioan.de auc.& vsu pal.
12 †Et nota.in dicta cle.archiepiscopo. vbi etiam notatur, quòd archiepiscopus per totam prouinciam poterit etiam in Pontificalibus prædicare,& prędicari facere coram se,& omnia alia, quæ fiunt sine iurisdictionis exercitio.facit c.fin.de priuile.lib. 6.& quod nota.6.q.3.c.j.Ea verò, quæ sapiunt iurisdictionem, vel officium, exercere non potest, puta ordinare, degradare, chrismare,& similia 9.quæst. 2.per totum.& nota.in dicta clem. archiepiscopo,nisi cum consensu & expressa licentia diœcesani.†Palio tamen vti non potest in casibus istis etiam de licen-
13 tia diœces. nisi super hoc esset priuilegiatus. cap. ex tuarum.de vsu palii.quia strictior est vsus palij, quàm aliorum Pontificalium,vt ibi patet,& in ca.j.2.& ad honorem. eodem titu.vtitur ergo archiepiscopus palio intra quamlibet ecclesiam suæ pro-
14 uinciæ,† per quod significatur plenitudo Pontificalis officij,& intra missarum solennia tantum. 100. distin. contra morem. extra autem ecclesiam in processione vti non debet.dicto ca.j. de vsu palij.†quia solus Papa,qui in plenitudinem ecclesiasticę
15 dignitatis est assumptus,in missarum solennijs palio semper vtitur.ca.ad honorem.eodem titu.ubi notatur forma,sub qua traditur palium,& dies quibus vtendum est eo, qui solẽt exprimi
16 in priuilegiis ecclesiarum singularium metropolitanarũ. † Et sunt ij videlicet festũ Natiuitatis Domini,sancti Stephani, sancti Ioan.Circuncisionis,Epiphaniæ,Ramis palmarum,cęna domini,Sabbato sancto,tribus diebus Resurrectionis & Pentecostes,sancti Ioan.Baptistę,omnium Apostolorum,omnium sanctorum,in tribus festiuitatibus Sanctæ Mariæ, † quarum maior
17 est festiuitatis Assumptionis,no.in ca.alma.de sentent.excommu.lib.6.& Dedicationis ecclesiarum,vel altaris, & in anniuersario dedicationis earum.aliqui addunt festum cuiuslibet Sancti,cuius corpus in sua prouincia requiescit, si illuc eum declinare contingat, & alii dies Dominicos, quod non est in vsu. Item in principalibus festiuitatibus ecclesiæ propriæ in ordinatione clericorum,in consecrationibus episcoporum,& in die anniuersarij suæ consecrationis,argum.de fer.c. fi. de consecra.
18 distin.3.pronuntiandum.facit ca.fi. de vsu palij.†Et non potest palium vnius alii commodari,& cum palio suo debet prælatus sepeliri.cap.2.eodem titu.nec debet quis se appellare archiepiscopum,nec congregare Concilium ante palium susceptum, sicut nec episcopus non consecratus. ca. quod sicut. de electio. §.præterea.aliàs potius est confundendus,quàm lædatur Pontificalis dignitas,nec Concilium conuocare, nec crisma conficere,clericos ordinare,Pontifices aut ecclesias cõsecrare,nec palio prædecessorum vti. si tamen aliquis esset super hoc aliter priuilegiatus,seruetur priuilegium c.nisi.& cap. ex tuarum.eo.
19 tit.& cap.cum sis.† & qui renuntiat archiepiscopatui, non potest vlterius vti palio,nec translatus potest vti primo palio, de quibus omnibus latius patet in dicto c. fi. Verum quoniam ad necessariam instructionem simplicium necessaria solum scribere statui,subijciam aliqua positiuè. † Et primò dico fore at-
20 tendendum circa excommunicationes solennes & aggrauationes,quòd aliqui,& si facile est 12.sacerdotes debent prælato circunstare,& lucernas ardentes in manibus tenere,quas in cõclusione anathematis, vel excommunicationis projcere debent in terram,& conculcare pedibus,deinde cum literis continentibus excommunicatorum nomina per parochias publi
21 care.capi.debent.11.quæstio.3.& clem.j.in fin. de pœn. † Cum verò aliquis anathematizatus vel excommunicatus pœnitentia ductus veniam postulat, & emendationem promittit, qui eum excommunicauit ante ianuas ecclesiæ venire debet, & aliqui presbyteri cum eo, qui cum hincinde circundent, & illum in terra prostratum,& veniam postulantem, & de futuris cautelam spondentem apprehensa manu eius dextra in ecclesia introducat, & communioni Christianæ reddat, & vij. psalmos decantet pœnitentiales,cum iis precib.&c.Kyrie eleison,Pater noster,&c. Saluum fac seruum tuũ, & Deinde dicat hanc orationem.Præsta q̃s domine,huic famulo tuo dignũ pę-
nitentiæ fructũ,vt ecclesiæ tuę sanctæ,a cuius integritate deuia uerat peccando,admissorũ veniã ꝙñdo reddatur innoxius,per

dom.

Source : BIU Cujas

22 dom.noſt.&c.Inſuper circa miſſarum ſolennia.†Primo ſciendum eſt,q̃ Iacobus frater Domini ſecundum carnem, cui primum credita eſt eccleſia Hieroſolomitana,poſtea Baſilius Cæſarien.epiſcopus,cuius claritas per totum orbẽ refulſit in ſcripturis addiderunt nobis miſſæ celebrationem.c.Iacobus, de cõ
23 †ſe.diſtinct.j.†Item quòd nocte ſancta Natalis Domini miſſas celebrare debent presbyteri & Hymnum angelicum ſolenniter decantare,quoniam in eadem nocte ab angelo paſtoribus eſt nuntiatus: reliquis verò omnibus diebus ante horam tertiam miſſa ſolennis non eſt celebranda, quia illa hora Dominus crucifixus eſt,& non niſi a ieiunis.c.nocte ſancta. cum ſeq.
24 cad.diſt.†In feſto ergo Natalis Domini debent tres miſſæ celebrari,prima in nocte,ſecunda in aurora,tertia in die, iuxta hos verſus,

Tres in Natali miſſæ debent celebrari.
Quarum prima ſacram Chriſti ſignat genituram,
Altera venturi deſignat gaudia Chriſti.
Tertia iam factum,quod lex fore facta deſignat.

25 †Alijs uerò diebus niſi vnam miſſam debet quis celebrare, ſcilicet de die.& ſi fuerit mortalitas,puta,quia aliquis poſtea moriatur,vel honeſtas,aut vtilitas, ut ſi poſtea ſuperueniat aliqua maior perſona,quæ velit miſſam,dum tamẽ poſt primam miſſam non fecerit perfuſionem,quam facere tenetur de vino.ca.
conſuluiſti.& c.j.2.3.& c.ex parte.& c. te referente. de cele.miſſ.
26 †vbi dicitur,q̃ valde fœlix eſt,qui in die celebrat miſſam vnã. & quotiens celebrat,debet corpus & ſanguinem Chriſti ſumere,de conſecr.diſt.2.comperimus,& c.tribus,facit de conſecra.
diſt.j.c.ſufficit.debet etiam ſemper ponere plus de vino, quàm
27 de aqua.c.perniciouſus.eo.tit.†cauere etiam debent,q̃ ſine vero vino vuæ,& uera aqua,non celebrent,& quòd ſemper plus ponant de vino in calicem,quàm de aqua,per text.in c. cum Mar
28 thæ.de cele.miſſ.& c.in quadam.eo.tit.& ibi plenè not.† cauere etiam debent in pane fermentato,aut ſcipho ligneo celebrare, nec ſine igne uel aqua.c.fi.eo.tit.de conſecr.diſt.j.vaſa. & de cõ
ſecr.diſt.2.in ſacramento.alias non eſſet confectum ſacramentum in eccleſia occidentali,vt ibi:in uaſe tamen ligneo eſſet ſa
29 cramentum,quia antiquitus ſic fiebat, † quod poſtea propter decus eccleſiæ prohibuit Syluester Papa, qui prohibuit etiam confici in ære & auricalco propter uini virtutem inducentem eruginem & vomitum prouocantem.Item nec in vitro, de cõ
30 ſec.diſt.j.calix.& no.in dicto c.fi.†Item q̃ in miſſis peculiaribus ad honorem ſancti Spiritus, Beatæ Virginis, & ſanctæ Crucis, neque hymnus angelicus,neque ſimbolum decantentur, vt in ter commemorationem & ſolennitatem differentia oſtenda tur,& tunc etiam in matutinis, Te Deum laudamus,dimittatur c.Concilium.eod.tit. Debet tamen decantari prefatio propria, vt ibi, videlicet de beata Virgine,de qua habetur 70.diſtin.San ctorum.& alias nouem in cathalogo Sanctorum inuentas, de quibus in c.inuenimus,de conſec.diſt.j. ſcilicet vna in albis paſchalibus,altera in feſto Aſcenſionis,tertia in Pentecoſtẽ, quar
40 ta in Natali Domini, quinta in apparitione domini, ſexta de Apoſtolis,ſeptima de Trinitate,octaua de cruce, nona de ieiunio in Quadrageſima tantummodo dicẽda,ut ibi. & illa de beata Virgine,de qua in d.c.ſanctorum.addita eſt per Vrbanum in Concilio Placentiæ celebrato, quæ ita ſe habet ſcilicet æquum & ſalutare,&c.quæ & vnigenitum tuum ſancti Spiritus obumbratione concepit, & virginitatis gloria permanente lumen
41 æternum mundo effudit,ideſt Chriſtum domi noſtr.†Et adde, q̃ in altari,in quo epiſcopus miſſam cantauit, presbyter eo die aliam celebrare miſſam non poteſt.c.in altari.de conſecr. diſt. 2.Item quòd epiſcopus ſi in infirmitate non fuerit impeditus eccleſiæ,cui proximus fuerit,die Dominico deeſſe non debet.
32 cap.epiſcopus,de conſec.diſtinct.3.† Item quòd non niſi in die Dominico eſt Paſcha Domini celebrandum, & eius curſus debet per prælatos omnibus ſubditis intimari.cap.noſce. cum ſe. de conſec.diſt.3.Item quòd Alleluia & Gloria in excelſis Deo, dicuntur hymni angelici,quia cantati ſunt per Angelos.ca. de hymnis,cum ſe.de conſec.diſt.j.& quòd ordo diuini officii ſeruandus eſt,vt traditur in c.in die.de conſecr. diſtinct.5.Supereſt
43 videre circa baptiſmi ſacramentum, qualiter ſe habere debeat, & quomodo habeat inſtruere curatos, & ad illud officium de-
33 putatos,†circa quod eſt primò attendendum,quòd omnis pre ſbyter debet fontem habere lapideum, quod ſi habere nequiuit, debet habere aliud uas ſolummodò conueniens ad baptizandi officium,quod extra eccleſiam non deportetur, & ſimile ad corporale lauandum,& ad pallas altaris propria debet ha bere vaſa,in quibus nihil aliud fiat.ca.omnis,de conſec.diſtin.
44 4.qui quidem fons debet eſſe Trinitatis præſentia conſecratus. ca.uenit.ea.diſtin.& cuius ſanctificationem non impediũt verba excommunicationis per imperitiam prolata. ca. ſi non ſanctificatur,& eius cõſecrationis myſteria,quot & quare celebrẽ-
34 tur,docet Augu.in ca.j.ead.diſtin.†deinde qui uenit,aut portatur ad baptizandum,debet dare nomen ſuum in ca. baptizandi.& quando baptizandus paruulus eſt vel ægrotans,debẽt omnia ſuppleri per compatres,quoniam illorum fide & profeſſione paruuli baptizantur,& ſacramentum fidei nõ ipſa fides paruulum facit fidelem.cap.paruuli. & ca. ægrotantes, cum ſeq.ea. diſtin.& primum debet interrogari ſi abrenuntiat diabolo, & omnibus pompis eius,& eius operibus, atque fallaciis cunctis, vt primum reſpuat errorem,& ſic appropinquet ad ueritatem, poſſitq̃ue iuxta Apoſtolum, deponere veterem hominem, & priſtinam conuerſionem,qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris abnegans impietatem, & ſecularia deſideria, &c. ut
35 in c.primum.cum ſeq.ead.diſt.†Deinde ſiue paruuli, ſiue iuuenes ſint,qui ueniunt ad regenerationis ſacramentum,nõ prius fontem adire debent,quàm exorciſmis, & exſufflationibus clericorum ſpiritus immundus abigatur.ca. ſiue paruuli. cum ſeq. cad.diſtin.nam poſtquàm ſe baptizandus per confeſſionem ve ræ fidei in alterius commendauerit dominium, & per eius abrenuntiationem a prioris poſſeſſoris alienauerit ſe ſeruitio, ex
36 ſufflatur ab eo ſæua poteſtas,ut per purum ſacerdotis miniſterium ſpiritui ſancto cẽdat, fugiant ſpiritus maligni.†Exſufflantur ergo paruuli & exorcizantur,ut pellatur ab eis diaboli pote ſtas inimica,quæ decepit hominem,ut poſſideret homines.nõ ergo creatura in infantibus exorcizatur, aut ſufflatur, ſed ille ſub quo ſunt qui ſub peccato naſcuntur. cap. poſtquam. cum
37 ſeq.ea.diſt.†poſtea ſignatur baptizandus ſignaculo ſanctæ Crucis tam in fronte,quàm in corde,vt in c.poſtea.ea.diſt.poſtea di
38 cuntur ſuper eum orationes,vt fiat cathecuminus,† & tunc da tur baptizando ſal benedictum in os, vt per ſal tipicum ſapientiæ conditus ſale careat fętore iniquitatis, ne a vermibus peccator ultra putrefiat, ſed magis illæſus ſeruetur ad maiorem gratiam percipiendam. Sal enim cęleſtis ſapientiæ quo initiantur cathecumini,in cunctis operum noſtrorum ſacrificiis offerre iubemur.c.ex hinc.cum ſeq.eadem diſtin. Dehinc iterum exorcizatur diabolus,vt ſuam nequitiam cognoſcens & iuſtum ſuper ſe Dei iudicium timens recedat ab homine, nec iam contendat eum arte ſua ſubuertere, ne baptiſmum conſequatur, ſed magis honorem Deo creatori ſuo exhibens reddat opus Deo factori ſuo. Sacerdotes igitur cum per exorciſmi gratiam manum credentibus imponunt, & habitare malignos ſpiritus in eorum mentes contradicunt, quid aliud faciunt, niſi quòd
39 dæmonia eiiciunt?capit.dehinc.cum ſeq. eadem diſtinct. † Poſtea tanguntur baptizandi nares,& aures de ſaliua, & dicitur ei verbum euangelicum,quod Ieſus quando mutum, & ſurdum ſanauit,tangens cum ſputo linguam eius,& mittens digitos in auriculam eius dixit, effeta, quod eſt aperire. hoc enim ſacramẽtum hic agitur,ut per ſaliuam tipicum & ſacerdotis tactum ſapientia, & uirtus diuina ſalutem eiuſdem cathecumini operetur,vt aperiantur ei nares ad accipiendum odorem Dei notitiæ,& ut aperiantur ei aures ad audiendum mandatum Dei,& aperiantur illi ſenſus in intimo corde ad reſpondendum propter gloriam etiam muneris & operis, non os tangit epiſcopus,ſed nares,vt bonum odorem accipiat pietatis. cap. poſtea,
40 tanguntur cum ſeq.eadem diſtinct.† Deinde a ſacerdote baptizandus inungitur,vt ſacrum baptiſma,cum fide accepta cuſtodiatur,vngit illius tunc pectus cum oleo ſanctificato, cum inuocatione Trinitatis, ut nullæ reliquiæ latentis inimici in eo reſideant,ſed in fide ſanctæ Trinitatis mens eius confortetur, vngit & inter ſcapulas de eodem oleo, vt vndique muniatur, & bona opera facienda per Dei gratiam roboretur.ca. deinde,
41 & capi. veniſti,eadem diſtinct.†demum iuxta varias conſuetudines,trina vel vnica fit immerſio,vt dicto modo euitetur ſciſmatis ſcandalum,& hæretici dogmatis vſus.c.priuſquam, cum
42 ſequen.iuncto capi.propter eadem diſtinct.† Poſtquam autem deſcendit baptizatus de fonte,ſtatim ſignatur in cerebro a baptizante cum ſacro criſmate ſequente oratione, vt Chriſti regni particeps fiat,& a Chriſto Chriſtianus poſſit vocari. oratio autem talis eſt, Pater omnipotens, qui te regenerauit ex aqua & ſpiritu ſancto, conceſſitq̃ue tibi peccatorum tuorum veniã, ipſe te vngat in uitam æternam.eſt enim ſapientis ſenſus in capite eius,ſupereſt ergo hoc poſt fontes, ut perfectio fiat, quando ad inuocationem ſacerdotis ſpiritus ſanctus infunditur. ca.
43 poſtquàm, cum ſeq. eadem diſtin. † Poſt baptiſmum ei traditur veſtis candida, quæ ſignificat innocentiam & puritatem Chriſtianam,quam poſt ablutas veteres maculas ſtudio ſanctę conuerſationis immaculatam ſeruare debet ad repreſentandum ante tribunal Chriſti. cuncti verò renati albis induuntur veſtibus ad miniſterium ſergentis eccleſiæ.Item vtuntur baptizati albis veſtibus,vt quorum primę Natiuitatis faciem erroris pannus fruſtrauerat habitus ſanctæ regenerationis gloriæ proferat indumentum. tegitur † nanque poſt ſacram vnctionem
44 caput eius miſtico velamine,vt intelligat ſe diademate Regis, & ſacerdotali dignitate potiri,& ut ſit inditium,quòd exiuit voluntatem peccatorum,& induit innocentiæ caſta velamina c. poſt baptiſmum.cum ſeq.ea.diſt.Sequitur videre de ſacramento criſmatis,alias confirmationis.† Circa quod eſt primò attẽ-
45 dendum, q̃ ſicut ſolennitas feriæ quintæ maioris hebdomadæ Quadrageſimæ in cęna Domini eſt ſingulis annis celebranda, ita ipſius ſancti Criſmatis confectio tunc per ſingulos annos

Source : BIU Cujas

est agenda,& de anno in annum renouanda, & fidelibus tradē da,quia nouum est sacramentum, & per singulos annos in iam dicta die renouandum,& vetus in sanctis ecclesiis cremādum, secundum quod ab Apostolis per Romanos Pontifices receptum est.c.literis,de consec.dist.3.& c.te referente.de cele.mis.
46 †vbi etiam no. q̄ missa est de substantia confectionis crismatis,sicut etiam collationis ordinum.de quo in c. inter corporalia.de transla.præla.Item quòd omnes fideles per manus impositionem episcoporum spiritum sanctum post baptismum accipere debent,ut plenè Christiani inueniantur:quia cum spiritus sanctus infunditur , cor fidele ad prudentiam & constantiā
47 dilatatur.c.omnis,de consec.distin.5.†sed & quid conferat spiritus sanctus in baptismo,& quid in confirmatione,vide ibi in c. spiritus.& quòd manus impositionis sacramentum est dignius, quàm baptisma.c.de ijs.e. di. Item quòd non ab aliis, quàm ab episcopis manus impositionis sacramentum perfici potest. cap.
48 manus.e.dist.†Per Pontifices ergo in fronte signatur baptizatus,vt spiritus sancti septiformis gratia cum omni plenitudine sanctitatis & scientiæ,& virtutis venire in hominem declaret.
49 c.nouissime e.di.†statuit etiam Concilium Aurelian. vt ieiuni ad confirmationem veniant perfectæ ætatis, & moneantur cō fessis facere prius,vt mundi donum spiritus sancti valeant recipere,& quia nunquam erit Christianus , nisi in confirmatione fuerit episcopali confirmatus.c.vt ieiuni.ea.dist.vt voluntas fa
50 ciat perseuerationem,non necessitas.c.quicquid.ea.dist.† similiter & episcopi non nisi ieiuni per impositionem manus spiritum sanctum tradere debent, exceptis infirmis, & morte periclitantibus.c.ut episcopi.ead.dist.Confirmatio etiam huiusmodi,sicut nec baptismus,non debet reiterari , aliàs sæpius baptizati,aut confirmati.compelluntur intrare religionem.c. dictū ead.dist.cum se.& adde quæ notantur per gl.& Doct. in c.quā to.de consuetud.& plenius in cap.j uer.ante baptismum. de sa-
51 cra vnc.†vbi patet,q̄ a Christo dicitur chrisma , non secūdum nominis formam,sed secūdum fidei rationem,& a Christo dicuntur Christiani,& tanquā vncti deriuantur ab vncto,vt omnes concurrant in odorem illius vnguenti,cuius nomen est oleum effusum.& tunc spiritus sanctus ad augmentum datur & robur,vt ibi latius.Restat videre de extremā vnctione & commendatione animę,&c.de qua Iacobus Apostolus ait,Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiæ & orent super eum,vngentes eum oleo in nomine Domini. c.j. de sacra unc.
52 †& attēde,q̄ appellatur viaticum, quod etiam tempore interdicti morientibus non negatur,vt in c.quod in te.de pœnit.& remiss.& ca.permittimus,de sent.excomm.pro eo,quia sunt in via recedendi de hac vita.nec est sacramentum necessitatis, vt
53 no.in d.c.quod in te.†& adde q̄ etiam morienti in torneamentis non negatur,vt no.in ca.j.de torneamen.26.q.6. & si quis de corpore.& 50.dist.c.pœnitentes,& facit 13.q.vlt.c.fi. & de furt. c.2.dum tamen petatur,de quo plenè per Io.And. in c.sanè. de
54 celeb.miss.& etiam deputatis ulti.sup.in d.c.fi.13.q.†Et iniungitur ordinariis,vt iustitiarios diligenter monere, & compellere debeant, vt patiantur dari sacramenta ecclesiastica talibus , ut in clem.j.de pœn.& rem.& not.Host.in c. ex parte.2. de sepult. quòd furca suspensus non deponitur sine licētia iudicis,ne bonum iustitiæ contemnatur,quam petitam facilè concedere debet.ff.de cadauer.punitorum.l.1.2.3.& postea,si fuit pœnitens ,
55 sepelietur.d.c.fi.& † adde quòd cui concedetur vnum sacramē tum uel negatur,alia ēt intelliguntur concessa, vel negata.5.distinct.ad eius.95.dist.illud.nisi quando ad terrorem aliorum, ut in d.c.2.de rap.no.glo.in c.fi.de sep.& in l.Archigerontes.C. de episcopali audientia. Postremò uidenda sunt aliqua circa ec-
56 clesiasticam sepulturam. † circa quod est attendendum , quòd nulli cui communicamus viuo,est deneganda ecclesiastica sepultura,cum illi communicare debeamus & mortuo. c.ex par
57 te.& c.sacris,de sepul.24.q.2.sanè. † Denegatur tamen ecclesiastica sepultura in casibus,primo furibus & latronibus.cap.2. de fur.Item morientibus in torneamentis.ca.j. de torneamen.Itē raptoribus.c.2.de raptoribus.Item ijs,qui se ipsos interficiunt, vel suis sceleribus interficiuntur.23.q.5.placuit.Item iis, qui cō stituunt presbyteros in suo testamento tutores. 88. dist. neque apud. & j.q.3. Cyprianus. Item in quemlibet,quem constat in mortali peccato decessisse.13.quæst.2.non extimemus.& c.pro obeuntibus.Item iis,qui post mortem conuincuntur de hæresi.24.quæstio.2.sanè profertur, prout de ijs omnibus nota. per gloss.in dicto c.ex parte.2.Adde casum de senten.excommu.is cui.libro 6.Vin.in c.prohibemus.de decim.notabat, per versus aliquos,casus in quibus denegatur sepultura & hos not. casus scilicet in omni pagano & Iudæo & hæretico de consecr. dist. j.ecclesiam.& c.seq.in vsurario publico,de vsur.quia in omnibus.in excommunicato etiā minori.24.q.2. sanè. quòd super.
58 †talis enim est a sacramentis ecclesiæ separatus , de clerico exc. c.si celebrat.& per Io.An.in c.sacris,de sepul. Item in blasphemo impœnitente,de maledicis.c.2.Item in monacho habente proprium c.2.& ca super. Item in excommunicato,& interdicto.dicto c.sacris.Item in casu d.c.prohibemus, de decim. & c. innouamus,de censi.& in c.omnis,de pœn.& rem. Clerici non debent etiam priuilegiati hæreticos & credentes eis sepelire. c. sicut.& ca. excommunicamus.§. sanè. & cum priuilegiati celebrant tempore interdicti,nec debent tunc sepeliri mortui,de priuilegiis,cum & plantare.§.quod si.& si sepeliunt excommu
59 nicatos,tenentur illos exhumare.eo.tit.ad hæc.† Tempore nāque generalis interdicti negatur sepultura,de pœnit.quod in te. nisi quo ad confratres,& qui dicantur, vide in ca. vt priuilegia. de priui.In lib.6.sunt casus 7.de pac.c.j.de religiosis.d.c.j.§. personis,de consecr.eccle.uel altaris.c.j.de hæreti.c.2. in princi. de vsu.quamquam.de priuil.c.episcoporum.de sent.excom.is cui. §.j.In cle.de pœnis,cupientes.§.sanè. Item in extrauaganti Bo-
60 nifa.quæ incipit,detestandæ.†& adde q̄ sepulturam concedere est humanum & pium, non concedere uerò impium. 13.q. 2.in ecclesiastico.Ideo in vniuerso Christianis est concedenda
61 sepultura.ea.q.qui diuina.in fi.† Adde etiam, q̄ ante electionē successoris debet prælatus sepeliri.c.bonæ.2.de elect. Item q̄ archiepiscopus cum palio debet sepeliri.c.2.de vsu pal.Item q̄ fideles a scismaticis sepulti propter hoc non sunt exhumandi.c.
62 2.de sacramentis non reiterand.† Item q̄ pactum factum per conductorem locatori,ut apud ecclesiam ipsius sepeliatur, nō valet,de pact.plerique.Item quòd matrici ecclesiæ competit sepultura,de præscript. ex transmissis, & tale ius præscribi potest.
63 eo.tit.cum olim.†Item quòd cimiteria polluta propter sepulturam excommunicatorum sunt reconcilianda.cap.consuluisti.de consecrat.eccles.uel altar. & quòd pro sepultura, vel exequiis mortuorum nil exigi debet.cap.non satis.cap.suam. capi. cum in ecclesiis,& ca.audiuimus,de sim.de quo in c.fi.de sepul quòd sepulti etiam Iudæi non debent exhumari.c.sicut.de Iu-
64 dæis.†Item conceditur sepultura excommunicato,qui in morte pœnitens fuit per presbyterum absolutus.c.in literis , de rapt. Item quòd religiosi non coguntur extra sua monasteria sepeliri.c.nimis iniqua.de excess.prælat.de quo in ca fi.de sepul.lib.6.
65 †& quòd etiam sepultus quandoque ligatur & soluitur, de sen. excomm cum a nobis.& no.in d.c.fi. de sepul. Item quòd exequiæ debent fieri sine luctu. 13.q.2.quam præposterum.cum seq.& hæc sufficiant pro absolutione huius q. curiosus volens plura videre,recurrat ad Io.And.in rub.de sepul. in nouella,& ad Host.in summa,eod.tit.

SVMMARIVM.

1 *Visitatoris notarij & alij de familia occasione alicuius officij,aut consuetudinis,nullam recipere possunt pecuniam.*
2 *Visitatoris clericus literas faciens,an possit pro labore aliquid habere.*
3 *Episcopus sicut non debet manum,quam imponit vendere, ita nec minister, nec notarius.*
4 *Notarius etiam si nil de publico recipiat,pro scriptura nil debet recipere.*
5 *Notarius alius quàm visitatoris non prohibetur pro opere præmium sui laboris petere.*
6 *Cap.j.de simo.quomodo loquatur.*
7 *Notarij Papæ pecunias exigunt,quia salarium non habent.*
Simonia in curia Romana locum non habet.
8 *In simonia,quia prohibita auctoritas superioris,vitium excusat.*
9 *Constitutio promulgantem non ligat.*
Curia Ro.ad exemplum a simonia cauere debet.
10 *Dari prohibitum,est etiam prohibitum exigi.*
11 *Interpretatio nimis amara reprobatur.*
12 *Via tutior in dubijs eligenda est.*
13 *Beatus est,qui ab omni munere manus excutit.*
14 *Notarius visitatoris debet esse persona ecclesiastica,& quare.*
Coniungi non possunt illi,quibus studia sunt diuersa.
Cythara cum psalterio non bene concordant.
15 *Notarij clerici ubi non sunt,duo alij clerici in consonantiam scribunt.*
Monachi arcentur a iuditijs publicis,& ciuilibus.
16 *Monachus tabellionatus officium non exercet, nisi in inquisitione hæresis.*
17 *Notarius effectus monachus,rogationes veteres complere non potest.*
18 *Monachus mundo mortuus dicitur.*
Notarij uisitantium specialiter non iurant,sicut in crimine hæresis, sed primum iuramentum sufficit.
19 *Notarij,& alij officiales si vident uisitantes peruersè agere, tenentur superioribus propalare.*
20 *Notarij uisitantium,quale officium sit,& in quo versetur.*
21 *Inuentarium tenetur facere quilibet prælatus, & beneficiatus de omnibus bonis,& rebus ecclesiæ.*
22 *Tutor,& prælatus,æquiparantur.*
23 *Inuentarij super veritate testes duo,vel tres examinari debent.*
Inuentarij sumptum debet in archiuo cōllocari.
24 *Notarij visitantium libros facere tenentur , in quibus omnia conscribant, & quare.*
25 *Visitator iuxta exigentiam non solum vnum notarium,sed etiam plures secum assumere potest.*
Visitator cum notario,nec vicario lucrum participare potest.
26 *Concussionis crimen incurritur per notarium vltra debitum exigentem.*

Nota-

Source : BIU Cujas

Notariorum salaria iudex delegatus moderare potest, etiam in scripturis iudicialibus.
27 *Iudex debet litigantes à grauaminibus releuare.*
28 *Iudex taxat notariorum salaria, vbi de certo salario conuentum non est.*
29 *Notarius si indebitè exactum restituat, an pars ei id possit donare.*
30 *Iudex delegatus plures notarios habere non debet, nisi causa necessitatis.*
31 *Notarius officia vendi non debent.*
32 *Visitatores monialium de duobus notarijs contenti esse debent, & de duobus clericis, & alijs quatuor viris maturæ ætatis.*
33 *In visitationibus monachorum seruari debet cap. vt iuxta, de officio ordina.*
Et quid seruari debeat in visitatione proprij capituli.
34 *Notarij scripturæ statur sine testibus.*
35 *Notario soli actorum creditur contra iudicis assertionem.*
36 *Negatiuæ nulla est directa probatio.*
Notarius duobus æquipollet testibus, & quandoque tribus, & nu. seq.
37 *Principis instrumentis de consuetudine creditur.*
Notario circa contractus sine testibus non creditur.
38 *Scripturæ episcopi cum sigillo creditur.*
39 *Episcopus si sigillat cartam albam, & alius scribat in ea, talis scriptura fidem facit, nisi ipse ea visa reclamet.*
40 *Falsi pœna tenetur faciens in instrumento nomina absentium scribi.*
41 *Testis non oportet quòd sciat contenta in testamento, quod sigillat.*
42 *Falsi pœna tenetur, qui sigillum capituli surripit.*
43 *Scriptura, in quibus casibus requiratur.*
Testibus magis quàm instrumento, an credatur.
Notarius an conficiat instrumentum in tertia persona, an in prima.

Quæstio quarta secundæ partis.

QVærò principaliter de notarijs visitantium, qualiter se debeant habere in redigendo in scriptis, & in alijs, &c. † Respondeo, ꝙ & ipsi & quilibet de familia visitantium occasione alicuius officij, aut consuetudinis, seu quolibet alio modo eorum nomine nullam pecuniã recipere possunt, sed in victualibus tantum expensas moderatas. c. Romana §. procurationes, de censi. lib. 6. siue sit ille scriptor, siue sigillator, siue aliud prætendat officium, vt ibi not gl. 1
2 †Sed an clericus visitatoris faciens literas, possit aliquid habere pro labore? Respondet secundum Hostien. ꝙ sic. argum. 12. q. 2. charitatem. & c. clericus. Idem Ioan. And. nisi de publico reciperet salarium, quo casu stipendijs suis debet esse contẽtus. 23. q. j. militare. nec tex. in dicto c. Romana. in verbo, offici, intẽdit hic damnare. vt per eum ibidem in nouella, & probatur in verbo, earum nomine, quasi aliàs secus. In contrarium tamen vi-
3 detur tex. expressus, in c. j. de simo. vbi dicitur, †ꝙ sicut nõ debet episcopus manum, quam imponit vẽdere, ita nec minister, vel notarius in ordinatione eius vocem, vel calamum vendere. & pro ordinatione vel vsu palij siue cartis atque pastellis is qui ordinatur omnino aliquid dare prohibetur. & licet aliqui intelligãt illud verum, vbi notarius recipit salarium de publico, quod
4 est diuinare, †dixit Lau. ꝙ etiam si notarius nihil recipiat de publico, nihil debet recipere pro tali scriptura, quia simoniam cõmitteret, & est speciale in odium simoniæ, ne per indirectum fraus posset procurari. Ex pacto igitur nihil accipere debet, sed si gratis & sponte aliquid offeratur & sine omni intentione ab initio ad hoc accesserit, non credit ibi glo. ꝙ peccaret notarius laicus, vt videtur expressum. j. q. 2. sicut episcopum. & j. q. 3. si qs obiecerit. nec in fraudem circa hoc aliquid fieri potest, nõ obstante aliqua consuetudine. j. q. j. emendari. ad quod videtur respondere Inno. ꝙ ibi Papa voluit tollere malam consuetudinẽ quarundam partium, in quibus legens euangelium, & scribens chartam ordinationis, & alij ministri ordinationis pro singulis officijs certum quid percipere consueuerunt. & idem obtinebat in traditione palij. hæc omnia voluit delere. sic & in c. audiuimus. †
5 si autem alius notarius peteret pro opere suo iustum salarium, vel aliquantulum plus iusto propter facti magnitudinem, non videtur hoc prohiberi, sed etiam in talibus locis aliquis sponte offerẽs non committit simoniam. c. dilectus. 2. eo. titu. ad fi. maximè si sit consuetudo de aliquo offerendo, quod pietatem, vel deuotionem moueat. c. ad apostolicam. eod. titu.
6 †vel secundum eum, loquitur de ministris ad quos iurati tantũ spectat officium, ꝙ alius legit euangelium, vel chartam fecerit nouam, non dicetur is canonicè ordinatus, vel aliàs aliquam calumniam recepit, vel non valet instrumentum. quasi dicat, secundum Hostien. si omnino esset extraneus notarius, nõ peccaret, immo nec ille notarius peccat, si ex postfacto siue pacto præcedente, & exactione sequente aliquid oblatum recipiat. & secundum hoc dicit Hostien. ꝙ esset omnino corrigendum, quia prætextu talium etiam hodie ministri & officiales Romanæ curiæ etiam violenter exigunt, vt patet de re iudic. in causis. quod etiam videtur fuisse de mente Phi. Vin. & Goff. vt refert
7 Ioan. And. ibi. †De notarijs autem Papæ qui exigunt, dixit Alanus esse ideo, quia non habent salarium à Papa. dicit autẽ Goff. ꝙ est ideo, quia simonia non habet locum in curia Rom. similiter nec lex Iulia. de ambitu. ff. ad leg. Iuliam. de ambitu. l. vna.
8 facit quod not. 82. distin. presbyter. & j. q. 6. c. vlti. † Dixit autem idem Hostien. in c. j. ꝙ in simonia, quia prohibita auctoritas superioris excusat vitium. Idem in scientia. allegat de offi. delega. ex parte. j. cum suis concor. Alij contradicentes, ꝙ ex quo priuilegiata est constitutio huiusmodi prohibens, & spiritualis est.
9 †ad quod respondet Ioan. And. illud verum, quòd non ligat ꝓmulgantem. ff. de legib. l. Princeps. sed quamuis eo casu non cõmittatur simonia, tamen in famia non tollitur, de generali abolitione. l. 3. Item est ibi species mali, & sic vitanda, secundũ Apostolum de vita & honesta. cleri. cum ab omni. & propterea ad aliorum exemplum deberet curia præ cæteris abstinere, de vo-
10 to. magnæ. de re iud. in causis. †Concludit ergo hos, quod id qđ prohibetur dari, multo fortius exigi. sed qui nimis emũgit, &c. 4. distin. denique. ideo putat exactionem reprobandam, gratuitam verò oblationem pro ijs spiritualibus expresse factam nõ scilicet quando aliquid gratuitum non ex spiritualibus, sed ex charitate sine pacto expresso, vel tacito, datur etiam ordinanti per ordinatum. ca. & si quæstiones, de simo. & non sic simonia
11 damnetur, † vt interpretatio nimis amara reprobetur. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. si id quod. §. si quis serui operas. facit quod not. Ioan. An. in nouella, in c. Romana, ad fi. de censi. lib. 6. Cre-
12 do abstineri debere, †quia in dubijs est tutior via eligenda. c. ad audientiam, & c. pen. de homi. & quia bonarum mentium esse debet timere culpam, etiam vbi non est. c. consilium. §. cum autem. de obserua. ie. † & quia illum sacri canones beatum prædicant, qui excutit manus suas ab omni munere. d. c. & si quæstiones, de simonia. & propter ambiguum dupliciter potest talibus pœnitentia imponi. 33. q. 5. excommunicatorum. 34. q. 2. in lec-
13 tum. facit 5. distin. ad eius. †Respondeo etiam, ꝙ notarius visitatoris debet esse ecclesiastica persona, ne laicis patefiant secreta clericorum, argum. in c. vt iuxta. de offi. ordin. quia cohærere & coniungi bene non possunt, quibus studia sunt diuersa. 16. q. 7. in noua. & oppido infesti sunt clericis. 2. q. 7. per laicos, nec cõ cordat bene cithara cum psalterio. c. diuersis fallacijs, de clericis coniug. & mulierum. & maximè in monasterijs, qua sine strepitu & figura iudicij talia fieri debent, de accusa. olim. & not in
15 d. cap. vt iuxta. †& vbi non sunt notarij clerici, adhiberi debent duo alij clerici idonei scribentes in consonantia. arg. in c. quoniam ꝯ. de proba. & in extrauaganti, debent, Boni. VIII. dum tamen non sint monachi, quorum vocem funestam facit eorum professio, & arcet à iudicijs, & publicis siue ciuilibus actib.
16 † nec patitur nisi in inquisitione hæreticæ prauitatis tabellioñ. officium exercere, de quo in c. vt officium §. ad conscribendas, de hære. lib. 6. & maximè quando essent aliqualiter suspecti, vel creare poterit prælatus vnum notarium clericum, ad id, vt not. Host. in d. c. j. de simo. per c. sicut te. ne clerici vel monachi, vbi
17 per Ioan. And. quod in tantũ credo. †vnde ꝙ etiam si ante monachatum fuissent in similibus notarij, ꝙ post monachatũ non possent veteres rogationes in publicum reuelare, quicquid dicat Speculator in tit. de statu mona. versi. 27. & no. Ioan. And. in d. §. ad cõscribendas. sed potius subrogabit alium ex officio tã-
18 quam in locum mortui, †cum monachus dicatur mortuus mũdo, &c. & facit quod habetur de Iudæis. ca. Iudæi. Et adde quòd isti notarij visitantium non habebũt specialiter iurare, sicut in crimine hæresis de quo in clemen. §. j. notarij. de hære. quia ibi est speciale ratione grauitatis criminis, sed sufficit primum iuramentum in creatione præstitum, vt ibi no de quo in c. ad audientiam. de prẽscrip. cuius formam ponit Ioan. And. in c. sicut
19 te. ne clerici vel monachi. † Adde ꝙ notarij & alij officiales, si secretè nouerunt visitantes agere peruersè, & quærere quæ sua sunt tantum, tenentur illa propalare superioribus, argumen. in clemen. volentes, in §. notarij. de hære. idem de officialibus dico, etiam nuntijs habẽtibus citare, & executiones facere vt ibi, quos etiam pro necessitate secum possunt habere visitantes ẽt portantes arma, dum tamen non abutantur illis, vt in d. clem.
20 volentes, in fi. † Notarij autem huiusmodi habebunt examinare testes, & eorum depositiones in scriptis redigere, & omnia quæ ad scriniarij seu tabellioñ. officium pertinẽt, fideliter exequi, vt in d. §. ad cõscribendas recognoscere, scilicet literas collationum, & ordinum, & dispensationum, & registrare inuentarium bonorum ecclesiæ tam mobilium quàm immobiliũ.
21 †Tenetur enim prælatus, & quilibet beneficiatus facere inuentarium de omnibus bonis, & iuribus ecclesiæ, & beneficiorum suorum. & ad hoc est per superiorem compellendus, & tam de ijs, quæ receperit suæ promotionis tẽpore, quàm de postea acquisitis. 28. distin. de Siracusanæ. 12. q. j. sint manifestæ. & ibi not.
22 & fiet ad instar tutoris, † nam tutor & prælatus æquiparantur, in Auct. de ec. tit. §. fi. col. 10. 3. q. 2. quia ea. & not. 5. q. 3. quia episcopus, & habetur in c. j. de testa. per Docto. & Spec. in tit. de instrumentorum edi. §. dicto. versi. prælatus. & collationabit noua inuentaria cum antiquis, vt videatur, si quid sit alienatũ, vel
23 vsurpatum, vel nouiter acquisitum, † & super eius inuentarij veritate consultum est examinari duos vel tres testes ad perpetuã

vel

Source : BIU Cujas

vel futuram fidem & memoriam, qui idem dicunt, vt not. glo. in c. ad Apostolicæ in prin. de re iudic. & in archiuis maioris ecclesiæ sumptum inuentarij & depositionis testium collocare, de quo archiuo habetur in c. j. de proba. & ca. ad audientiam. de
24 præscriptio. † Ex præmissis infero, quòd notarij visitantium tenentur facere libros, in quibus conscribant omnia, quæ geruntur in visitatione per visitantem, vt finitis visitationibus prælatus illos reuideat, & exequatur, quæ repentinè & in tempore tã paruo visitationis exequi nequit. Item vt in succeßiuis visitationibus, ac etiam succeßores visitantes valeant informari, & facilius intelligere, quid agendum, & sint in testimonium veritatis super pertinentia collationis, & quasi possessionis iuris visitandi, ac interruptionis præscriptionum, & super alijs quamplurimis effectibus, argu. in c. in singulis. §. porrò. & in c. fi. versi. sequentes, de statu mona. & optimè probatur in c. vt commissi. circa medium de hæret. lib. 6. & dixi ſ. in quæstione de præparato-
25 rijs. † Dico etiam, q̃ iuxta exigentiam potest visitator nõ solùm vnum notarium, sed etiam plures secum assumere: sed qa vt plurimum in exigendo salario metas rationis excedunt, debitum ex officio eos refrenare, nec cum ipsis, aut etiam vicario suo lucrum participare quoquo modo, aliàs ad restitutionem tenetur. nec prodest sibi remissio soluentis. ca. statutum. §.
26 notarium. de referip. lib. 6. † & incurritur per notarium crimen concussionis ratione officij vltra debitum exigendo. l. vlti. C. ad l. Iuliam. repetun. & not. glo. in d. §. notarium. quinimmo etiam iudex delegatus potest salaria notariorum moderare, argu. in c. præterea. de offi deleg. & c. fi. de iudi. Adde glo. in cle. frequens. ver. nonnulli: super vetsi. conficiant. de excess. præla. & de sentẽ. excom. c. nouerint. Et præmissa vera etiam in scripturis iudicia-
27 libus, † quia debet partes litigantes à grauaminibus releuare, de pœn. distin. j. nemo. de officio deleg. cum te. & cuncta quæ litigantes impediunt emendare j. q. j. emendari. de offi. deleg. c. j. & tales improbos exactores punire. de officio præfecti præto. Affricæ. l. in nomine Domini. versus finem. §. hoc etiam decernimus, iuxta, scilicet qualitates personarum, & causæ, & consuetudines fori, & si sibi videbitur per alios fideles notarios poterit
28 facere hoc taxari. † De extraiudicialibus, & vbi de certo salario non est conuentum, vel per constitutiones taxatum, similiter inspecta qualitate negotij & personarum, vel consuetudine loci superior taxabit, vel taxari faciet per viros expertos, vbi aliqs ad hoc non sit specialiter deputatus. ff. de varijs & extraor. cog. l. j. 3. q. 7. §. tria. versi. apud vrbem. not. Specu. in titu. de salarijs. §. 2. circa fi. & Ioan. And. in d. c. statutum. §. notarium. saluo tamẽ
29 esculento, & poculento moderato, vt ibi. † Quid autem si post indebiti exacti restitutionem pars sibi sponte & liberaliter do-
30 naret. vide in glo. super verbo, remissione, in d. §. notarium. † Et adde q̃ plures notarios habere non debet, nisi subsistẽte necessitate, quod est relinquendum conscientiæ suæ. argu. in d. c. sta-
31 tutum. §. assessorem. Item q̃ † huiusmodi officia notariatus vẽdi non debent, aliàs incurret vendens simoniam, tanquam vẽdens spirituali annexum, sed concedi debent ad tempus, vel ad vitam notarij, aut concedentis, iuxta consuetudinem loci, aut vicinorum, aut aliorum locorum, quorum consuetudo in alijs est attendenda, secundum quod sentit Host. in summa, ne prælati vices suas, versus finem. † Item est attendendum, q̃ in visita-
32 tionibus monasteriorum monialium debent esse contenti visitatores de duobus notarijs ad plus, & alijs duabus personis sue ecclesiæ, & sic ecclesiasticis, & quatuor alijs viris honestis, & maturis ætate, quod specialiter institutum est in visitatoribus mo-
33 nasteriorum monialium, † quia in visitatoribus virorum monachorum seruari debet c. vt iuxta. de offic. ordi. in visitatione verò proprij capituli seruari debet extrauagans Bonifac. debẽt. & est hæc taxa intromittendorum in c. non autem numeri, de quo in c. cum Apostolus, de censib. de quo plenè in clemen. attendentes. §. ipsos autem, de stat. mona. aliàs autem producens tenetur ministrare expen. tabellioñ. eunti ad examinandos testes præsertim mulieres, ad quas iudex ire debet cum notario, & eo præsente recipere iuramentum, & examen, vt patet in ca.
34 mulieres, & ibi not. de iudi. lib. 6. Et † adde quòd scripturæ notarij credetur sine testibus, ex quo ita scriptum reperietur in actis visitantium. argu. 30 q. j. c. j. & C. de fide instrum. Auct. ad hoc. & in Auct. de ijs qui ingredi. ad app. §. illud etiam, licet tutius esset
35 testes adhiberi. † & sicut in actis iudiciorum etiam extraordinariorum contra falsam & iniqui iudicis assertionem creditur soli notario, vel duobus viris idoneis ad scribendum deputatis, ne falsitas veritati præiudicet, aut iniquitas prævaleat æquitati, & ne per improuidos, & iniquos innocentium iustitia lædatur,
36 † maximè in probanda negatiua, cuius per rerum naturam nulla est directa probatio, quia tabellio æquiualet duobus testib. quia iuratus in officij principio, vt in c. quoniam cõtra falsam. de proba & c. ad audientium. & c. illud. in si. de præscrip. ita & in
37 casu isto. † facit quod in simili dicitur de cõsuetudine regionis, per quam creditur instrumentis Principis. c. cum dilectus, de fide instrumen. & q̃ notarius quandoque æquiualet tribus. 13. q. 3. potest. versicis autem. Circa contractus tamen non creditur ei sine testibus, vt in Auct. de hæred. & fal. §. sancimus, & in l. in
38 donationibus. C. de dona. † Credo etiam q̃ scripturæ solius episcopi in hoc casu crederetur cum sigillo suo, vt in c. post cessionem. de probatio. aliàs non, vt in c. cum à nobis, de testi. præterquam in præiudicium impetrantis, vel expectantis apostolici,
39 vt patet in decisionibus, not. decis. 29. & decis. 158. † Quinimmo credo quòd etiam si episcopus sigillasset cartam albam, vt alius postea scriberet in ea, faceret fidem, nisi postmodum ea visa reclamaret. l. Caius, de pigno. act. & l. fideiussor. §. j. ff. de pignorib. j. quæst. 7. saluberrimum. & de transact. ex literis. 17. quæst. 1. omnes fœminæ. 20. quæst. j. vidua. & plenè per Legistas in l. si ita
40 stipulatus. §. Grisogonus, de verbo. obliga. † Adde tamen, quòd qui nomina absentium facit inseri in instrumento, tenetur pœna falsi. cap quanto. de ijs quæ fi. à prælat. & l. qui veluti. C. de falsis, & non valet instrumentum. C. de testamen. iubemus, &
41 in Auct. de instru. cau. & fi. §. 2. colum. 6. † non tamen oportet testem scire, quæ in testamento continentur, cum sigillum apponit. l. hac consultissima. C. de testamen. quia non fit ei præiudicium, quin possit contradicere, vt d. l. Caius. † Et adde quòd
42 tenetur pœna falsi, qui sigillum capituli surripit. cap. tum literis, de testib. sicut & qui literas iudicis aperit. cap. cum olim. de offic. delega. & de referip. olim. & in l. 3. §. j. ff. de falsis, de quibus
43 omnibus plenè in dicto cap. quanto. † casus autem, in quibus scriptura requiritur, enumerat glo. in cap. Romana. de censib. libr. 6. quam vide, & an magis credatur testibus quàm instrumento, vide per glo. in cap. tertio loco. de probatio. & an notarius in tertia persona instrumentum conficiat, vel in prima, dummodo non mutetur substantia veritatis, nihil interest. ca. dudum. de conuersi. coniuga.

SVMMARIVM.

1 *Visitator potest exercere iurisdictionem super notorijs propter suffraganeorum, & subditorum negligentiam manifestam.*
2 *Crimina, an si sint notoria, si iudici dubium est, quid agendum.*
3 *Notorium intelligitur, cuius testis est populus, vel maior pars populi.*
4 *Ordinarius debet denunciari, vt inquirat diligenter super criminibus non notorijs.*
5 *Ob episcopi solam negligentiam, criminum cognitio ad Archiepiscopũ non deuolutur. sed superior inferiorem cogit, vt puniat.*
6 *Episcopi, & superiores iustè absentes possunt habere altare portatile.*
7 *Episcopus in quolibet loco suæ diœcesis non exempto sedere potest, & causas ecclesiasticas audire.*
8 *Episcopus in tota diœcesi ordinariam iurisdictionem habet, & quæ ibi facere possit, & infra num. seq.*
Idem in legato in sua legatione.
Idem in archiepiscopo in diœcesi sua.
10 *Visitator, cum opus est, potest publicum inuocare auxilium.*
11 *Visitator debet sententiam prælatorum in malefactores obseruari facere.*
12 *Visitator debet facere, quòd ecclesiæ vacanti omnimodo œconomi deputentur.*
13 *Et prouidere contra malitiam delegatorum apostolicorum.*
Et compellere monachos acquirentes aliquid, id in manibus superioris resignare.
14 *Archiepiscopus iurisdictionem in subditos suffraganeorum nõ exercet, nisi in casibus sibi permissis.*
15 *Et appellatione remota, corrigenda reformat.*
Et monasteria non molestet, vltra ea quæ sunt legis diœcesanæ, aut iurisdictionis.
16 *Visitator censuras malè latas reuocat.*
17 *Visitator prouideat, ne quis sub annuo pretio aliquos ad perpetuam iurisdictionem exercendam statuat.*
18 *Visitator solum ad Deum, & salutem populi rescriptum habere debet, & reuerentiam.*
20 *Visitator debet se interponere ad concordandum litigantes.*
21 *Seueritati aliquando detrahendum est.*
22 *Peccatum multorum inultum transire solet.*
23 *In dubijs in humaniorem partem est inclinandum.*
24 *Visitator pro quibus permittat clericos aduocare.*
Sacerdos debet omnibus velle prodesse, & nemini nocere.
25 *Visitator pronior esse debet ad absoluendum.*
26 *Misericordia dignus est, qui vitio alieno laborat.*
27 *Visitator debet à litigijs monachos remouere.*
Et in irritum, quæ metu facta sunt, reuocare.
28 *Et debet ecclesiam læsam in integrum restituere.*
Nec pati debet negligentiam clerici in ecclesiæ præiudicium, & opprobriũ redundare.
29 *Repente nemo fit summus.*
30 *Visitatores debent attendere, ne quid in alterius præiudicium, eo non citato, faciant.*
31 *Visitator debet inhibere, ne causæ matrimoniales per arbitros terminentur.*
Et facere quòd patrocinium potentiorum aduocare præsumentes causam amittant.
32 *Et partes cogere ad obseruandum arbitrium latum.*

Arbiter

Source : BIU Cujas

Arbiter non iudicat, nisi de contentis in compromisso.
33 Feminæ à publicis officijs remotæ sunt.
34 Visitator debet summoperè inhibere, ne laici negotia ecclesiastica pertractent.
35 Laici debent sacros canones, sicut leges imitari.
36 Visitator ita magnum, sicut & paruum iudicare debet.
37 Pax charitatis est vinculum.
Visitator viduas debet in iustitia fouere, alijs tamen iniustitiam non faciendo.
38 Viduas defensare, interest iudicis ecclesiastici.
39 Visitator debet prouidere, quòd sententia sit conformis libello bene concepto.
Et causas concordia terminare.
40 Et quòd per petitionem, & responsionem litis contestatio fiat.
Et non habenti detur aduocatus.
Et quòd ordo iudiciarius in iudicijs seruetur, exceptis causis matrimonialibus, & summarijs.
41 Visitator non debet aliquem compellere se credere inimicis, etiam cum saluo conductu.
42 Et debet prouidere, quòd actor recusans iuuare de calumnia à causa cadat.
43 Feriatis diebus, quando de partium consensu litigari possit.
44 Visitator debet attendere, quòd qui prior appellat, prior agat.
45 Et quòd contra partem inauditam sententia non feratur.
46 Et quòd spoliati restituantur.
Spoliatus non præsumitur, qui sponte renunciet.
47 Clerici suis beneficijs sine iusta causa spoliari non possunt.
48 Visitator debet facere, quòd violentus possessor condemnetur in fructibus, qui per spoliatum percepti fuissent.
49 Peccatum est omne, quod ex fide non est.
50 Spoliare, & spolium ratum habere, paria sunt.
51 Beneficia diu sine dispendio vacare non possunt.
52 Visitator debet attendere, quòd vbi facto opus est, voluntas sola non sufficiat.
53 Sapientis est reuocare, quod malè factum est.
Benefactum, quando reuocandum sit.
54 Visitator fructus, quando sequestrare possit.
Visitator confessum de se, an possit super aliorum conscientijs interrogare.
55 Confessio periculosa non est aduersus quemlibet admittenda.
Confessio erronea non nocet.
56 Quæ aguntur in capitulo, non possunt facilè probari, nisi per eos qui sunt de capitulo.
Testes si prohibeantur deponere per consanguineos partis aduersæ, pars punitur, & quare.
57 Testis infamis repellitur.
Nemo debet aduersario testes subtrahere.
58 Iura partium, quando sunt varia, & obscura, pro petitore iudicandum est.
Instrumentum duobus, aut tribus testibus non præfertur.
59 Dignitatem magnam præsumitur, quòd quis adeptus fuerit, ratione suæ virtutis.
60 Iurisperitus ex verbis senum rusticorum argumentatur.
61 Continentiam, siue castitatem seruare, difficile est ei, qui sepius illicitè concubuit.
62 Propositum in melius mutans, illud non infringit.
Iuramenti episcoporum forma ad vnguem seruanda est.
63 Periurij ecclesias non debent regere.
Veritatis est amica simplicitas.
64 Onus non remittitur, quando soluitur id, quod alias soluendum erat.
65 Iuramentum, omnis controuersiæ finis est.
Et dicitur veritatis confirmatio.
66 Iurans multum, iniquitate repletur.
67 Visitator debet aduertere, quòd exceptionem obijciens non confitetur partis aduersæ intentionem.
Sententia lata prætextu falsorum instrumentorum vsque ad 20. ann. rescinditur.
68 Ad defensionem quæ sunt inducta, ad oppugnationem non extenduntur.
69 Iudicibus suspectis causa committenda non est.
Excommunicato omnis legitima defensio seruatur.
70 Visitator debet attendere, ne nihil cum scandalo, aut forali strepitu in causis pauperum diffiniatur.
71 Possessio nulla antiqua malæfidei possessorem iuuat.
Laici decimas præscribere non possunt.
72 Præscriptio non valet sine bona fide.
Præscribens nullo vnquam tempore rei alienæ conscientiam habere debet.
73 Sententia lata contra leges canonicas, nulla est.
Possessio cum alicui est adiudicata, non sufficit dare fideiussionem vel pignora.
Appellationis remotio non valet à sententia iniquitatem continente.
74 Iudicis animus non semper ad vnam probationis speciem tantum inclinatur.
Sententia retractari non debet prætextu nouorum instrumentorum repertorum.
75 Sententia lata pro reo tenet, quando duo iudices ordinarij diuersam ferunt sententiam.
Limita vt ibi.
76 Appellationis remedium, ad quid inuentum sit.
77 Appellare facto plus est, quàm verbo.
78 Ad sedem Apostolicam venientes sub sua protectione securi sunt, & eis subtractum restitui debet.
79 Testes lite non contestata, quando examinandi sint.
80 Iura sua vnicuique seruanda sunt.
81 Visitatores, quomodo debeant se habere circa ecclesiarum reparationes.
82 Beneficiati debent adiuuare ad ecclesias reparandas, & numero seq.
84 Inuitans alium ad faciendum, etiam ipse debet facere.
85 Prælatus cum capitulo si determinent canonicos, & clericos aliquid ad fabricam ecclesiæ contribuendum, & aliqui resistant, plurium sententia prævalet.
86 Ecclesia secularis, quando in regularem erigitur, quid agendum tunc sit.
87 Ecclesiæ an teneantur contribuere fabricæ eccle. pauperis.
88 Hæredes si iussa testatoris non implent, per episcopum compelluntur.
89 Testamentorum defensio, & executio, ad episcopum pertinet.
90 Religiosus deputatus executor excqui non potest, nisi petita, & obtenta licentia à suo superiore.
91 Minor 25. ann. & mulier, executores deputari possunt.
Executio officium ad hæredes non transit, nisi testator voluerit.
92 Ordinarius exigere debet rationem à religiosis de testamentorum executionibus.
Executor puniri debet, si delinquat, etiam si à testatore sit liberatus ab onere rationis reddendæ.
93 Frater minor executor esse non potest.
94 Hospitalia, per quos reformari debent.
95 Hospitalia prohibentur in beneficium concedi.
96 Laici non debent decimas in alios laicos transferre.
97 Alexandria, à quo fuerit constructa.
Laici decimas possessas ante Concilium retinere possunt, & titulus præsumitur ante Concilium habitus.
98 Prælatus decedente feudatario, feudum alteri concedere potest.
Vasallo feudum alienante dominus potest de illo filium consanguineum, vel consortem alienantis inuestire.
99 Decimæ de singulis fructibus soluendæ sunt.
100 Decimæ, quomodo debeant ad domum eas recipientis portari.
Interdici potest domino fundi, ne fructus colligat, nisi præsente eo, cui decima debetur.
101 Visitator debet attendere, ne calices, & alia pignorentur laico.
102 Et quòd clerici non fideiubeant.
Decimarum fructus laicis ad tempus locari possunt.
103 Precariæ si à rectoribus irrationabiliter fiant, quid agendum sit.
104 Prælatus conditionem eccles. meliorem, & non deteriorem facere potest.
Donationes factæ per episcopum in detrimentum ecclesiæ, per successorem reuocantur.
105 Eccle. in suis actibus non debet aliquem fraudare.
106 Episcopus si ecclesias donat, omne ius præter cathedraticum transfert, & correctionem.
107 Ad donationem infringendam turpitudinem suam quis allegare non potest.
108 Donans, quod temperamentum habere debeat.
109 Donatio, ob quam causam reuocari possit.
Donationem reuocare non potest hæres donantis, qui tacuit.
110 Mulier donans filijs, & demum ad secunda vota transiens, ex tribus causis donationem reuocat.
111 Donatio perfecta reuocari non potest, nec postea conditionem recipit.
112 Donatio facta liberto, quando reuocetur.
113 Visitator aduertere debet, ne possessiones ad mensam prælati pertinentes alienentur.
114 Alienationis verbum, quid comprehendat.
115 Ecclesiæ rem quis emere non potest.
116 Clerici qui relinquunt sua ecclesiæ, vel hi qui acquirunt, possunt aliquos de familia ecclesiæ manumittere.
117 Ecclesiæ res de partium consensu commutari possunt.
118 Rem ab ecclesia possessa in dubio de mensa præsumitur, & ob iuramentum alienari non potest.
119 Venditiones ecclesiasticorum feudorum, & aliorum bonorum non tenent, etiam si sint iura spiritualibus annexa.
120 Alienatio bonorum ecclesiæ, quando non validetur per superioris consensum.
121 Alienationes bonorum ecclesiæ, sine consensu capituli & Apostolicæ sedis licentia celebratæ, & cum iuramento vallatæ, non valent.
122 Ecclesiarum bona, quando alicui vitam, aut ad longum tempus recepta inde pecunia concedi possint.
123 Ecclesia alteri vniri per prælatum non potest, non vocato rectore, vel ea vacante eius defensore, non tamen patrono, nec cum consensu capituli.
124 Patronis fundationibus ecclesiæ pro fundatione honor seruatur, & ei ad inopiam vergenti ab ecclesia succurritur.
125 Laicus potest donare ius patronatus eccle. sine consensu episcopi.
126 Ecclesiasticum vti maius dignum, trahit ad se minus dignum.
127 Hæredes plures vnius patroni, vnam in præsentan. vocem habent.

Quæstio

Ioan. Fran. Paui. De Visitationibus.

Quæstio quinta secundæ partis.

1 QVintò † principaliter quęro, quomodo debeant, & possint se exercere circa ea, quæ concernunt forum contentiosum? Respondeo primò, quòd archiepiscopus & superiores in diec. suffraganeorum, & subditorum super notorijs possunt liberè exercere iurisdictionem propter ipsorum suffraganeorum, & subditorum manifestam negligẽtiam. c. Romana. §. quòd si. de cens. li. 6. versi. notoria, & quæ examinatione non egeat liberè, scilicet corrigendo & pœnam pro illis debitam imponẽ-
2 do. † Et dicit Inno. q̃ si dubium est iudici, an crimina sint notoria. Primò de hoc inquiret, nec videtur, q̃ habeat aliud pronũciare, nisi quia suum est punire hæc maleficia, quia sunt notoria, cum solum in hoc videatur cognoscere, an sua sit iurisdi-
3 ctio puniendi. † Archid. dicit hoc notorium intelligi, cuius testis est populus. allegat 16. q. 3. sacerdotibus, in fin. 35. q. 3. quod scripsi. in princip. & dicit illius criminis populum testem esse, etiam si crimen sit notum maiori parti tantum. allegat. 2. q. j. de manifesta. de cohabi. cler & muli. vestra. facit c. bonæ. 2. de elec. §. contra legati. In his enim ordo iudiciarius est ordinem non seruare, de iureiuran. ad nostram. 3. Host. allegat de fil. presbyte.
4 quoniam, & de accus. euidentia. † vbi autem reuera crimen nõ est notorium, sed sola infamia cõtra aliquos orta est, debet ordinarijs locorum denunciari, vt super his solicitè inquirant, q̃ut viderint expedire, quam inquisitionem facere tenentur. 2. q. 5. Menã. & c. omnibus. & si ordinarius nollet, inquirere, superior inquirat, qui curam eius habet, & ad eius officiũ pertinet.
5 † No. tamen q̃ propter negligentiam episcopi solam tunc non deuoluitur ad archiepiscopum hæc cognitio, quia in canonib. non est expressum. ita ponit Inno. allegat ad hoc Archi. 10. q. 3. quia cognouimus. 18 distin. hoc tantum. 25. q. 2. amputato, facit quod not. Ioan. And. in c. Romana, de sup. negli. præla. lib. 6. super glo. no. Non obst. si dicatur q̃ propter hoc crimina remanebunt impunita, contra c. vt famæ, de senten. excom. quia superior coget inferiorem, vt procedat, & puniat, prout potest ratione peccati negligentiæ. 33. distin. quorundam. 12. dist. de his, in fi. & quod not. Inno. & Hosti. de cleri. non resid. ex tuæ. c. autem fi. de cens. li. 6. non de correctione simpliciter, sed de vi-
6 sitatione loquitur, secundum eos. † Et adde, q̃ episcopi & superiores cum iustè absunt, possunt habere altare portatile, & in eo celebrare, & facere celebrari vbique, salua violatione interdicti, quia nulla die debent missam prætermittere. c. fi. de priuil. lib. 6. & ibi enumerantur aliquæ episcoporum indulgentiæ. prima in c. quod nonnullis, de priuileg. 2. in c. fi. de pœnit. & remis. alia de offi. deleg. c. 2. lib. 6. alia de senten. excom. quàm periculosum. eo. lib. alia de iuramento calum. c. fi. alię in clemen. sicut dignum, de celeb. mis. poterit etiam ante diem, & c. vt not. in d.
7 c. fi. de priuileg. lib. 6. † poterit etiam episcopus in quolibet loco suæ diœce. non exempto per se, vel per alium pro tribunali sedere, causas ad ecclesiasticum forum spectantes audire, personas ecclesiasticas, cum earum excessus exegerint, capere, ac carceri deputare, necnon, & c. quæ ad ipsius spectant officium, li-
8 berè exercere, † quia in tota sua diœce. iurisdictionem ordinariam noscitur habere. c. cum episcopus, de offic. ordi. eo. tit. quibus casibus non exiget procuratio. vt dixi supra. Et idem in legato circa suam legationem. c. nouit, de offic. leg. & idem in archiepiscopo circa suam propriam diœce. sed non quò ad prouinciam. c. j. & c. vt litigantes, de offic. ordi. lib. 6. dum tamen locus sit honestus, maximè quãdo tractat causas spirituales. c. qua
9 fronte, de appell. † Et propterea etiam poterit ordines celebrare, virgines, & ecclesias consecrare, & his similia, vt not. in d. ca. cum episcopus. Dicit tamen Ioan. And. in clemen. j. de priuile. quædam no. digna, in glo. magna, ibi videas. verum quia circa hanc quæstionem esset necesse nimis amplam discurrere prouinciam: ideo percurram solum aliqua præcipua notabilia ad quandam generalem & facilem visitantium & visitandorum instructionem, cum ea maiori breuitate, qua potero. † dẽt ergo
10 attendere ordinarius visitans, cum sibi opus est, publicum conuocare auxilium, quod faciat non ad præiudicandum, sed potius ad ea, quæ sunt Deo placita prosequendũ. c. j. de offi. ordi. Itẽ p̃p ea, quæ nõ vt iudex, sed vt Deus nouit, neminem remo-
11 ueat a communione. c. 2. eod. tit. † Item q̃ cum ab ecclesiarum prælatis ecclesiastica sentẽtia in malefactores aliquos promulgatur, illam studeat facere obseruari vsq; ad condignam satisfa-
12 ctionem. c. cum ab ecclesiarum. † Item quòd ecclesiæ vacanti deputet iconomos, qui fructus perceptos in vtilitatem ecclesiarum expendant, aut futuris successoribus fideliter reseruent. c. cum vos. Item quòd fraudulenter obtinentes se absolui à cẽsuris per Apo. sed. remittat ad eandem cum literis suis rei veri-
13 tatem continentibus. ca. ex parte. † Item debet prouidere contra malitiam ac desidiam delegatorum Apostolicorum, prout in c. significauit. item debet compellere monachos acquirentes aliquid, illud in manibus superioris resignare, & c. vt in cap. quanto. item ad reprimendam malitiam peruersorum debet pœnas canonicas à subditis facere obseruari, & c. cap. ad repri-
14 mendam. † Item caueat metropolitanus, ne exerceat iurisdictionem in subditos suffraganeorum. c. duo. nisi in casibus permissis, de quibus in c. pastoralis, eod. titu. tamen si propter infirmitatem vel aliam iustam causam non potest suffraganeũ con-
15 secrare, potest alij vices suas committere. c. quod sedem. † item quòd appellatione reiecta si quos viderit corrigendos, statuat ad reformationem, quod regulare fuerit & honestum. c. licet, & Deum præoculis habens ipsos, vt animarum cura requirit, per censuram ecclesiasticam corrigere non postponat, reformando prudenter, ac diligenter subditorum mores, ne sanguis eorum de suis manibus requiratur. ca. irrefragabili, instruẽs eos verbo pariter & exemplo. c. quoniam. & instrui faciens p̃ alios similiter verbo & exemplo. c. inter cętera. quibus cum indigue rint necessaria subministret cõgruè, ne pro necessariorum de-
16 fectu compellantur desistere ab incœpto, vt ibi. item quòd vltra ea, quæ sunt legis diœcesanæ, aut iurisdictionis, nõ molestet monasteria. c. conquerente. sed conseruet eis priuilegia, & præscriptiones canonicas. ca. dilectus, eodem titu. excludere debet seculares à claustris, per quos possit dissolutionis materia pro-
17 uenire. c. vt iuxta. † Demum prouide seipsos corrigant reuocãdo censuras malè latas. ca. fin. Et q̃ vbi intentatur offi. iudicis, si loco actionis faciat litem contestari, aliàs non. c. fi. de offi. iudi. circa præmissa verò etiam dico esse præcipuè attendendum p̃ visitantes, † nę quisquam pro certa pecuniæ quantitate sub annuo pretio statuat aliquos ad perpetuam iurisdictionem exercendam, sed committant vices suas alicui, cui constituant salarium de camera sua, vt in c. j. ne prælati vices suas, & 12. q. 2. charitatem. & c. quicunq; .aliàs puniuntur vt ibi. & hoc ideo, quia illud ad clericorum grauamen, & iudiciorum subuersionẽ non est dubium redundare, & non est aliud, nisi substinere ecclesiastica iudicia sub dissimulatione peruerti. c. 2. eo. tit. & consuetudo contraria tanquam enormis reijcitur, quia dum sacerdotiũ sub huiusmodi mercede venale disponitur ad æternæ retributionis premium consideratio non habetur. c. quoniam. eo. tit.
18 licet alij fructus temporales locari possint. c. fi. eod. titu. † debet etiam ad solum Deum, & salutem populi habere respectũ omni trepidatione semota, & ad pacem firmiter tenẽdam, neque hoc alicuius amore vel odio prætermittere. c. j. de treuga & pa-
19 ce. etiam cõuocato auxilio vicinorum prælatorum, † quia funiculus triplex difficilius rumpitur, vt ibi. nec est rigor iuris exquirendus, ex quo sequi possit perplexitas causæ. c. interposita, de appella. nec nimia subtilitas, vt not. in c. capellanus, de ferijs.
20 † Debet etiam principaliter visitator, sicut & iudex interponere partes suas ad componendos litigantes, priusquam ad iudicium veniant, si potest 5. q. 2. si primates. 9. distinct. studendum. 23. q. vlti. si quis membrorum. 7. q. 4. si illis & de simonia, quere-
21 lam, & in l. quidam extimauerunt. ff. si cer. pet. † & interdum seueritati est detrahendum, prout statui superiorum & excedentium multitudini videtur expedire, vt maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat. 5. dist. vt constitueretur. & vbi saluti aliquid non detrahebatur, humilitati posteriores Docto-
22 res aliquid addiderunt, vt ibidem dicitur. † & quod à multis peccatur, transire solet inultum. 23. q. 4. non potest. j. q. 5. quotiẽs, de tempo. ordi. sanè. & cum multitudine peccantium magis docẽdo quàm iubendo agendum est. seueritas autem exercenda est in peccata paucorum. 44. distinct. comessationes. c. latores, de
23 cle. exc. mi. † In his etiam, super quibus ius nõ inuenitur expressum, semper in humaniorem partem est declinandum, secundum q̃ personarum conditio, loca, & tempora videntur postulare, procedendo de similibus ad similia, vel iuxta consuetudinem, & c. de quo plenè in c. fi. de transac. facit. C. de iudi. placuit,
24 & l. quod si Ephesi. de eo, quod certo loco, cum similib. † Debet etiam tolerare clericos coram seculari iudice aduocare etiam in negotijs secularibus, in propria causa, vel ecclesiæ suæ, aut p̃ miserabilibus personis, quæ proprias causas administrare non possunt. c. j. de postulan. debet enim sacerdos nulli velle nocere, omnibus autem velle prodesse, non autem cõtra ecclesiam suam, quoniam tanquam ingratus posset beneficio spoliari. ca.
25 fin. eod. titu. † Debet etiam semper visitator pronior esse ad absoluendum quàm ad condemnandum. l. Arriani. ff. de actio. & obligatio. l. respiciendum, de pœnis. de probatio. ex literis. 33. q. 7. tempora pœnitudinis, & promptior ad misericordiam, quàm ad rigorem, & melius est pręstare causas ad misericordiã, quàm prætendere inclementiam. 86. distinct. non satis. & melius est pro veritate pati supplicium, quàm pro adulatione benefi. 11. quæstio. 3. nemo. & sententia, quæ misericordiam vetat, est fugienda. 50. distinct. ponderet, & 28. quæst. vlti. alligant vbi dicitur, si dominus largus dispensator eius nõ debet esse tenax, quæ
26 omnia allegat glo. in d. c. fi. de transact. † dignus est etiam misericordia, qui alieno vitio laborauit. C. de naturalibus lib. l. legẽ
27 Anastasij. 16. quæst. j. frater noster. † Debet etiam visitator studere à litigijs forensibus monachos submouere, quia expedit pro paruo incommodo seruos Dei esse quietos. ca. fin. de procurat. Debet etiam reuocare in irritum, quæ metu & vi fiunt, si cade-

re

re potuerunt in constantem virum, non obstante iuramento, quia talia debent carere roboris firmitate, vbi scilicet subest metus mortis, aut corporis cruciatus, &c. c. abbas, & ad audien-
28 tiam, & ca. fi. de his, quæ vi metusve causa fiunt. † Debet etiã ecclesiam læsam in integrum restituere, cum clericus eius condi tionem non possit facere deteriorem, & fungatur ecclesia iure minoris. c. j. de in integ. restitu. & clem. j. eo. titu. nec debet pati ꝙ negligentia clerici redundet in ecclesiæ præiudicium. c. cum
29 venissent, eo. titu. maximè illius, qui in modico tempore multum præsumit addiscere, † cum nemo repente fiat summus, nec sufficiat diu in scholis fuisse, sed laudabiliter vixisse. 12. q. 2. gloria episcopi. 18 distin. §. quia nemo. 77. distin. monachus & l. 2.
30 C. de his qui veniam ætatis impetra. † debent etiam attendere, ꝙ nihil faciant in præiudicium alterius, eo non citato, quia merita causarum partium assertione panduntur, de quo plenè in c. in omni. de testib. & in cap. tum ex literis, de in integ. restitu.
31 † Debet etiam inhibere, ne causæ matrimoniales liberales aut criminales per arbitros terminentur. c. fi. de arbit. Debet etiam occurrere calliditati, & versutiæ malorum, & iactura causæ afficere illos, qui sibi potentiorum patrocinium fraudulentũ ad-
32 uocare præsumunt. c. 2. & fi. de aliena. iudicij. † Debet etiam cõpellere partes ad obseruationem arbitrij æquitate subnexi, licèt aliàs perperam arbitratum non debeat incorrectum relinqui. c. non sine, de arbit. qui tamen iudicare non valent, nisi de his tantum, super quibus in eos extitit compromissum. c. cum
33 dilectus eod. titu. dum tamen non sint fœminæ, † quia à publicis officijs sunt remotæ. c. dilecti, eod. titu. vel laici soli in causis clericorum. c. contingit, & c. per tuas, eo. tit. vel sit compromis-
34 sum de incerta persona. c. innotuit, eo. tit. & c. † Inhibere etiam debent, ne laici ecclesiastica negotia tractare præsumant. c. decernimus, de iudic. aliàs confessio facta coram eis, & sententia ab eis lata, non valebit. c. at si clerici, eod. titu. aliàs etiam puni-
35 tur, iuxta c. nullus, de fo. compe. † cum etiam decreuerit Imperator Iustinianus, canones patrum vim legum habere debere. c. j. de iuramen. calum. ne de malitia sua commodum reportet. c. intelleximus. nam etiam debẽt ipsi, sicut leges eorum, sacros
36 canones imitari. c. clerici, & de oper. no. nun. c. j. † studeat etiam ita magnum iudicare sicut paruum, nec apud eum sit acceptio personarum, & nullam discordiam sub dissimulatione fouere, sed taliter procedat super quolibet peccato, vt peccatorem re-
37 uocet à vitio ad virtutem, † ne præcipuè contra pacem peccet, quæ est vinculum charitatis, cap. nouit, de Iudæ. Et ita viduas in sua iustitia foueat, vt tamen alijs non faciat iniustitiam. c. ex tenore. de for. competen. & ita vt pacto priuatorum iuri publico
38 non derogetur. cap. si diligenti, eod. titu. † Iudicis tamen ecclesiastici interest, viduas defensare. cap. ex parte, cap. tua. attendat etiam valde iniquum esse ea, quæ collata sunt pro remedio peccatorũ venerabilibus locis, aut alijs iustis modis acquisita alijs
39 vsibus non applicentur. c. conquestus, eod. titu. † Et quòd quando libellus bene conceptus est, iuxta c. j. 2. & 3. de libel. oblati. ꝙ sententia fiat conformis libello. c. licet Heli. de simonia. vbi gl. allegat concord. aliàs fatuus est iudex, & c. l. fin. de fideicommis. li. Et non minus concordia quàm iudicio causas studeat terminare, & quòd actoris & rei vna sit conditio, & eadem & vno & eodemque iure circa appellationis remedium debeat vterque
40 censeri, & etiam reconuentionis. c. j. & 2. de mu. pe. † & quòd p petitionem & responsionem & non per positiones fiat litis cõtesta. c. j. de litis contest. testa. Et quòd aduocatus detur non habenti, & datus expectetur. c. 1. vt lite non contesta. Et quòd ordo iudiciarius in causis seruetur, præterquàm in matrimonialibus, & alijs summarijs, de quibus in clemen. dispendiosam, de iu. in quibus seruandus est ordo, de quo in clemen. sæpe, de ver-
41 bo. significa. † & quòd non compellat aliquem se credere capitalibus inimicis, etiam cum literis de saluo conductu. cap. accedens. 2. vt lite non contesta. & clemen. pastoralis, de re iudic. & quòd ne veritas occultetur probationis copia non subtrahatur. cap. quoniam frequenter, eo. titu. & quòd reus etiam tedio afficiatur, vt veniat responsurus actorem mittendo in possessionem bonorum rei contumacis pro mensura debiti ex pri-
42 mo decreto, vt ibi, † & quòd actor recusans iurare de calum. cadat à iure suo. reus autem habeatur pro confesso. cap. fi. de iuramen. calum. & c. cum in positionibus, de iureiurand. lib. 6. & ꝙ partibus dentur debitæ dilationes, de quibus in cap. j. & per totum, de dilatio. quibus pendentibus officium iudicis debet cõ-
43 quiescere, vt ibi, † sicut debet conquiescere iudicialis strepitus diebus feriatis, & quibusdam alijs temporibus, de quibus in ca. fina. & per totum, de fer. & an de consensu partium aliud fieri possit, distinguitur inter ferias ob reuerentiam Dei, & tunc nõ?
44 aut ob necessitates hominum, & tunc sic, vt ibi. † Item attendat quòd qui prior appellat, prior agere debet. cap. 2. de ordi. cogni. maximè in tribus iud. de quibus in l. in tribus. ff. de iudi. de quo plenè in cap. ex literis. de probatio. & in l. j. C. vti possidetis, & ꝙ puniantur plus petentes re loco & tempore & causa, prout in
45 cap j. de plus peti. & Institu. de actio. §. plus. † & quòd contra inauditam partem aliquid non diffiniatur. ca. j. de cau. pos. & pro-

prieta. & quòd repellantur vacillantes coram iudicibus aduersus fidem propriæ attestationis, & quòd actore non probante, reus etiam si nihil præstiterit, absoluatur. cap. cum ecclesia, eod. titu. & in l. manifestæ, de iureiuran. & l. qui accusare. C. de edendo. c. fin. de iureiuran. & quòd de qua re cognouerit iudex pronunciare debeat. c. cum super, eod. titu. & quòd lites litibus nõ
46 inculcentur, & nulla via fraudibus aperiatur. cap. pastoralis, eo. titu. † & quòd spoliatis res violenter ablata restituatur, c. j. de restitu. spoliat. non obstante renunciatione, quia non est verisimile quòd sponte iuri suo renunciauerit, qui renunciat spoliatus cap. 2. eod. tit. Item quòd prædo etiam secundum iuris rigo-
47 rem restituatur. c. in literis, eod. titu. † & meminerint quòd non decet honestatem iudicis clericos suę iurisdictionis sine manifesta & rationabili causa suis beneficijs spoliare, quibus tenetur paterna prouisione consulere. c. conquerente. eo. titu. Item quòd is possidet, cuius nomine possidetur. cap. cum venissent.
48 eod. titu. & c. si diligenti. de præscript. † & quòd violentus possessor etiam in fructibus, qui per spoliatum percipi potuissent, condemnetur. c. grauis. eod. titu. & quòd in huiusmodi vim etiã vi repellere licet. cap. olim, eod. titu. & c significasti, de homici. scilicet electa via media, ne ædificetur ad gehennam. c. literas,
49 eod. titu. † quia omne, quod non est ex fide, peccatum est, vt ibi, & in cap. fin de præscrip. quo casu potest iudicis excommunicationem. humiliter sustinere potius quàm parere. præsumitur tamen contra eum, qui spreto iudicio ecclesiæ suæ tantum nititur temeritati, vt ibi & in c. ne innitaris, de præsumptio. † Item
50 quòd paria sunt, mandare etiam hospitalarios spoliare, & spoliationem ratam habere, sicut per se spoliare. c. cum ad sedem, eod. titu. inanis tamen est actio, quam debitoris excludit inopia. cap. olim. i. eod. titu. Item quòd finis litibus est imponendus, ne partes vltra modum grauentur laboribus & expẽ. † præ-
51 sertim cum de beneficijs agitur, quæ sine dispendio diu vacare non possunt. cap. finem, eod. titu. Item quòd contumax non sit melioris conditionis quàm obediens. ca. contingit, de dolo & contuma. † Item attendere debet quòd sola voluntas non sufficit sine effectu, vbi scilicet de necessitate opus est facto, quod potest expleri, vt plenè habetur in c. j. de eo qui mit. in posses. &
52 86. distinct. non satis. Item quòd illud, quod illicitè factum est, potest licitè reuocari. 33. quæst. 9. quod quis, & cap. sententiam, † est enim sapientis reuocare, quod præcipitè fecit. 22. quæst. 4. magnæ. & errorem suum quilibet emendare tenetur, de accusat. qualiter & quando. j. & c. sacro. de senten. excommunica. quin-
53 immo & quòd bene factum est, si incipiat esse occasio mali, destruendum est. 12. quæst. 2. ego sum, & plenè not. in cap. j. vt lite
54 pẽden. † Item non debet sequestrare fructus, & c. lite pend. nisi in casibus, qui not. per glo. & Docto. in ca. dilectis, de sequestra. pos. & fructu. Item quòd secundum vtriusque iuris statuta de se confessus super aliorum conscientijs interrogari non debet &
55 excepto læsæ maiestatis crimine de reatu proprio confitentis † periculosa confessio non est aduersus quemlibet admittenda. c. j. de confes. & c. veniens. de testib. & quòd erronea confessio non nocet. c. fin. eod. tit. Item quòd si ambarum partium testes sint æquè idonei, possessoris testes præferuntur, cum prõptiora sint iura ad absoluendum, quàm ad condemnandum. c. ex literis, de probatio. & quòd dubia probatio non releuat probantẽ,
56 &c. c. in præsentia, eod. tit. & quòd duo eandem rem & eodem modo possidere non possunt. c. licet causam, eod. titu. & quòd sæpe manus fallitur, & oculus obstetricum c. causam, eod. titu. Item quòd parte citata testes recipiantur, aliàs quod contra legem actum est, non habet firmitatem. cap. 2. de testib. & quòd vnius testimonium ad cõdemnationem non sufficit alicuius. cap. veniens, & c. licet ex quadam, de testib. quia in ore duorum vel trium stat omne verbum. cap. licet vniuers. eod. tit. & quòd ne probationum angustetur materia etiam testes de capitulo
57 sunt recipiendi, † quia quæ aguntur in capitulo, non facilè possunt, nisi per eos probari. c. veniens. 2. eod. titu. & si per consanguineos impediantur testes deponere, punitur pars, quia verisimile non videtur vt eo inuito talia fierent, & non caret scrupulo societatis occultæ, &c. quando scilicet potuit prohibere, & iniquam se ostendit causam fouere & experiri debet iudicis auctoritatem elusam, qui defensionis copiam subtrahit aduersario. c. constitutus, eod. titu. † quòd testis infamis debet repelli. c.
58 testimonium. & licet quando factum est notoriũ non sit opus probationibus. cap. super eo. tamen nemo debet aduersario instrumenta, quorum appellatione testes continentur, subtrahere. cap. peruenit, de testib. cogen. i. Et quòd vbi non tenet principale, nec accessorium, &c. & quod alius est, ex alia causa eius fieri non potest, & ideo res intelligitur eo modo, quo magis possit valere: † tamen cum sunt iura partium obscura, consueuit contra eum, qui petitor est, iudicari. ca. inter dilectos, de fide instrumen. debet tamen attendere quòd nullum
59 instrumentum tanti debet esse momenti, quòd duobus aut tribus testibus preferatur. c. cum Ioannes, eod. titu. quia iudex vsq; ad prolationem sententiæ debet cuncta rimari, vt ibi. † Item ꝙ præsumitur quòd quis sit adeptus magnam dignitatem ratione suæ

ne suæ virtutis,& quòd is gradus cæteros antecellant, quem labor prolixior & stipendia meliora fecerint anteire.c.miramur. 61.distinct.l.nemo.C.de officio magistri officiorum. præsumitur etiam quòd ex quo quis semper honestus fuit, etiam in futurum sit honestus & magis pro senili ætate,quàm pro iuueni-
60 li,† & iurisperitus ex verbis senum rusticorum argumentatur.l. si chorus.§.j.de lega.3.nisi stultitia non sinat quem esse senem; nam quòd noua testa capit,inueterata sapit, vide in c.nisi cum
61 pridem, de renunciatio.§.alia verò. † difficile autem est continentiam seruare ei, qui se illicito concubitu sæpius maculare nō metuit, quia peccator cum venerit in profundo malorum contemnit,de quibus omnibus not.in cap.penul. de præsump. prima tamen facie quisque præsumitur idoneus, donec cōtra-
62 rium probetur.c.fi.eod.tit.† Item quòd quis non infringit propositum, qui illud in melius commutat, & quòd frangenti fidem, fides frangi potest eidem.cap.peruenit, de iureiurand.& cap.sicut, eod.titu. Et quòd forma iuramenti episcoporum est ad vnguem seruanda,de qua in cap.ego enim, eod.titu.Item ꝙ nulli debet auctor esse periurij, nec iuramentum est seruandū, quod seruatū vergit in interitum salutis æternæ.c.si verò,eo.ti.
63 †& ꝙ nō merent periuri ecclesias regere.c.querelam, eo.tit.Itē quòd veritatis est amica simplicitas. cap.veritatis, & iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum. cap.quanto. & in eo semper debet intelligi ius superioris exceptum. cap.venientes.
64 † & quòd onus non remittitur,sed augetur, cum cuiquam improuidè soluitur, quod alij ex debito est præstandum. cap.eam te.& quòd turpius eijcitur quàm nō admittitur hospes,& quòd patronus est turpitudinis, qui cęlat crimen vxoris, ne prębeatur ei facultas peccandi propter impunitatem. c.quemadmod.
65 eod.titu. † & quòd omnis controuersiæ finis est iuramentum, licet nemo propheta acceptus sit in patria sua, quia hominum excrescente malitia simplici assertioni vel negationi alicuius vix creditur, ideo iuramentum dicitur confirmatio veritatis.
66 vbi tamen cessaret causa,debet cessare effectus, † quia vir multum iurans repletur iniquitate.cap.& si Christus, eod.titu.non sunt etiam dicenda iuramenta,sed periuria,quæ contra vtilitatem ecclesiasticam attentantur. cap.sicut, eod.titu.nec prætextu aliquo est aperienda via periurijs.cap.cum contingat, eo.tit.
67 &c. † Debet etiam attendere, quòd exceptionem obijciens de intentione partis aduersæ non intelligitur fuisse confessus, & quòd delictum personæ in damnum ecclesiæ non redundet, & quòd falsorum instrumentorum prætextu lata sententia vsque ad 20.annos rescindi potest.cap.cum venerabil. de except.
68 † & quod inductum est ad defensionis remedium, non est ad materiam impugnationis extendēdum, & satis absurdum est, si actore impugnāte reo defensionis copia denegetur, & quòd periculosum est coram suspecto iudice litigare. c. cum vene-
69 rabilis,de exceptio. † nec suspectis iudicibus consueuit sedes apostolica scienter causas committere, nec grauatis appellationis remedia denegare, vt ibi plenius, etiam excommunicato, cui omnis defensio reseruatur in iudicio legitima. cap.significauerunt,ac etiam appellationis prosecutio:quia nihil prodesset excommunicato appellare,si non posset appellationem suā pro-
70 sequi, & super ea literas impetrare.cap.fin.de exceptio. † Debet etiam attendere,quòd nihil cum scandalo,aut forali strepitu in causis pauperum diffiniatur.c.2.de præscript.& quòd interdum facti quæstio de leui potest partibus præsentibus comprobari. cap.sæpe.de appella.& quòd licet melior sit conditio possidentis, † tamen nulla antiqua dierum possessio iuuat aliquem mala-
71 fidei possessorem.cap.vigilanti,& c.ad aures, de præscrip.nec laici possunt præscribere decimas, quas possidere non possunt. cap.causam,eod.titu.nec à capite licet membra recedere,sed ꝙ omnibus imminet ab omnibus,debet comportari. c.cum non
72 liceat,& c.accedentes, cod.titu. † Nulla ergo absque bona fide præscriptionum tam canonica quàm ciuilis, cum generaliter sit omni constitutioni,atque consuetudini derogandum, quæ absque mortali peccato non potest obseruari, & ideo oportet quòd præscribens in nulla temporis parte cōscientiam habeat
73 rei alienæ.cap.fina.eod.titu.† Item quòd sententia contra leges canonicas prolata,est nulla.c.j.& ꝙ æquitati conuenit & rigori iurgantium controuersias celeri sententia terminari.ca.1.& 2. de re iudica.& quòd cum aliquibus est adiudicata possessio, nō sufficit eis dare pignora, nisi corporali possessione lætentur.ca. cum aliquibus,eod.titu. & licet consuetudinis minima non sit auctoritas.c.cum causa, non tamen est recedendum à sentētia per iudicium ecclesiæ rationabiliter promulgata. cap. consanguinei, nisi iniquitatem contineat manifestam, quia nec tunc valet appellationis remotio. cap. inter cætera. quando tamen transit in rem iudicatam, præsumuntur omnia ritè celebrata.c.
74 cum inter, de re iudica.& in c.in præsentia, de renuncia.† quia iudicis animus non semper ad vnam probationis speciem inclinatur.c.causam quæ, eod.tit.nec moris est quòd omnia quæ iudicem mouent, in prolatione sententiarum exprimantur.c. sicut nobis. Ideo propter auctoritatem iudicis præsumuntur omnia legitimè processisse vt ibi, ne lites de nouo restaurētur prætextu nouorum instrumentorum, sententia non debet re-
75 tractari.c.inter monasterium.† duobus autem iudicibus diuersas sententias proferentibus ordinarijs tenet pro reo sententia nō pro actore,nisi in causa fauorabili, puta matrimonio, libertate,dote,aut testamento, si autem sunt delegati, tunc pendet sententia ex arbitrio delegantis: si verò sunt arbitri, est nulla.c.
76 fin.eod.titu. † Item appellationis remedium non est inuētum, vt alicui in sua nequitia debeat patrocinium exhibere.c.ad nostram,de appel.nec ad defensionem iniquitatis,sed ad prę̄sidiū innocentiæ, ca.cum speciali.nec ab executoribus appellari potest.c.nouit. nec fraus aut dolus alicui patrocinari debet. ca.ex
77 insinuatione.†tamen plus est facto prouocare quàm verbo,c. dilecti.contraria tamen petens non est audiendus. c.solicitudinem.debitus etiam honor iudicibus est deferendus, quorum iudicium de vultu Dei procedit & litigatoribus est consulendum, etiam super laboribus & expens. c. vt debitus, & c.vt nostrum.Tertiò etiam appellari non potest.c.sua nobis, eod.titu.
78 † Et adde quòd cum venientes ad apostolicam sedem debeant esse sub sua ꝓtectione securi, quicquid post iter arreptum subtractum est,debet restitui.c.j.de peregri.&c.† Item quòd ne ius
79 ecclesię remaneat indefensum, quando periculum testium formidatur,ne veritas occultetur,& probandi copia fortuitis casibus subtrahatur,etiam lite non contesta.testes valitudinarij,& alij, de quibus ex aliqua rationabili causa timetur, sunt examinandi, & eadem æquitate instrumenta, & priuilegia quasi iam nimia vetustate consumpta, & etiam in papiro conscripta sunt
80 innouanda. c.cum dilecta. de confir.vti.vel inuti. † Et demum adde, quòd sua iura vnicuique sunt seruanda, aliàs nihil aliud esset quàm ordinem ecclesiasticum confundere.cap.peruenit. 11. quæst. j. & ideo dicit Papa, nec honorem meum deputato, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. 29. distinct.ecclesiæ, & in c.fi.de confirm.vti.vel inuti. multa alia essent attendenda,sed omnium habere memoriam, & in nullo errare,potius est diuinitatis,quàm humanitatis.l.2.§.si quis autem. C. de veteri iure enuclean. & not. in c.porrecta. eod.titu.
81 † Quæro etiam, quomodo debeant & possunt se exercere visitantes circa reparationes ecclesiarum,& hospitalium,& bonorum temporalium earundem, & distribuēdorum in pios vsus, & maximè executiones testamentorum, &c. Respondeo circa
82 præmissa attendendum,†primò quòd quicunque ecclesiasticū beneficium habent,omnino adiuuare debent ad tecta ecclesię restauranda,vel ipsas ecclesias emendandas. c.j. de eccle.ædific. nam vbi est emolumentum, ibi debet esse & onus, & non est ferendus is,qui lucrum amplectitur, onus autem recusat. C.de cadu.tollen.l.j.§.pro secundo,in fin. & §.ne autem. sicut ad quē spectat periculum,& emolumentum.C.de fur.l.manifestissimi. §.penulti.in fin.nam & fructuarius tenetur ad sarta tecta. C.de vsufru.l.eum,ad quem.ff.eo.l.vsufru.leg.primo respōso.quod intelligit glo.quando quarta ad hoc deputata non sufficit,aliàs
83 secus,de quo habetur 10.quæst.4.vnio.† debent ergo cogi, qui habent parochiales ecclesias, ad reparationem & instructionē earum,cū opus fuerit de bonis,quæ sunt ipsius ecclesiæ, & quæ eis supersunt offerre,vt eorum exemplo cæteri inuitentur.c.de his.eod.tit.etiam si partem fabricæ non recipiant, vt ibi not.ar.
84 12.quæst.3.pontifices.† qui nanq; alium inuitat ad faciendum, in se debet habere,quod prædicat 26.distin. vna tantum.25.distin.primum.ff.de neg.gest.l.si pupilli. §. fi. ff.de fideiuss.l.tutor. ff.si seruitus ven.altius.61.dist.miramur.52.dist.§.j.48.dist.§.necesse. cū in officijs charitatis primo loco illius teneamur obnoxij, à quibus beneficiū nos cognoscimus recepisse, ideo penes ecclesias bona clericorum inde acquisita debent remanere. ca. cum in officijs, cum sim.de testam. obligatur enim ad antidora, sicut donatarius. l.sed si lege. §.consuluit. ff.de peti.hæred.8.
85 quæst.j.illud.†& ideo si prælatus cum capitulo super hoc duxerit aliquid contribuendum per canonicos, vel clericos ecclesię ad fabricam eiusdem,& aliqui duxerint resistendum,obtinebit sententia plurimorum,maioris, scilicet & sanioris partis capituli,vt in c.fin.de his, quæ fi.à maio.par.cap.16.quæst.j.si monachus.in subsidium autem parochiani laici sunt inuitandi,ar.c.j. de sta.regu.lib.6.& etiam compellendi, iuxta ea, quæ habentur
86 in dicto cap.j.de eccle.ædific. † Quid autem faciendum sit,quādo ecclesia secularis erigitur in regularem. traditur in ca. ad audientiam.2.eod.titu.& quomodo non obstante iuramento, de reb.eccles.non alien. populo indigenti sit salubriter prouidendum,traditur in cap.fin.& in c.ad audientiam,eod.titu.& idem
87 de hospitali.c.cum dicat,eod.tit.† & an ecclesiæ teneantur contribuere fabricæ plebis pauperis, vide per Frede. in consil.224. & adde quòd de his quæ in ornamentis,seu fabrica,vel luminarijs ecclesiarum, & alijs ob perpetuum cultum diuinum legantur ecclesiæ vel reliquis pijs locis canonica portio, dummodo in fraudem episcopi non fiat,vel parochialis eccle. deduci non
88 debet.cap.fin.de testamen. † Secundò est attendendum, quòd si hæredes iussa testatorum non impleuerint ab episcopo loci illius omnis res, quæ eis relicta est, canonicè interdicenda est, cum fructibus, & cæteris emolumentis, vt voluntas defuncti implea-

Source : BIU Cujas

impleatur.c.ſi hæredes, de teſtam.quod intellige infra annum.
89 C.de fideicommiſ.aucten.hoc amplius.†pertinet enim ad epiſcopum teſtamenti defenſio & executio.ff.de peti.hæredi.l.hæreditas. §.ſi defuncto.præciuè in his, quæ ad pias cauſas relinquuntur.cap.tua.de teſtamen.per diœceſanum nanque epiſcopum cogi debent executores teſtatorum explere voluntatem poſt mandatum ſuſceptum, & tam circa ſatisfactionem creditoris, quàm circa relicta venerabilibus, & pijs locis, vt in cap. Ioannes,de teſtamentis.in omnibus enim pijs voluntatibus eſt per locorum epiſcopos prouidendum, vt ſecundum defuncti voluntatem vniuerſa procedant,& vt executores teſtamentorum tam religioſi quàm clerici ſeculares & laici pecuniam, & alia bona, quæ per eorum manus ex teſtamentis decedentium in vſus pios expendi debent,alijs vſibus non applicent,ſed fideliter, & plenariè in vſus prædictos expendant monitione præuia, licet etiam à teſtatoribus id contingeret interdici. cap.tua. de teſtamen.proinde commonere etiam debet hæredes, quòd infra annum monaſterium,quod iuſſum eſt à teſtatore,debeat hæres ordinare & cuncta ſecundum voluntatem defuncti ſine alteratione conſtruere,& ſi iuxta prędictum tempus,ſiue in loco in quo conſtitutum fuerat,ſeu ſi ibi non poteſt,& alibi placet ordinare, p̄ epiſcopum ædificari debet, & omnia ipſi loco ſine diminutione qualibet aſſignari. ſic enim ſecundum piiſſimas leges dilatas defunctorum pias voluntates epiſcopali decens eſt ſtudio adimpleri.c.nos quidem, de teſtamen.& l.nulli. de epiſcop.& cler.& in Aucten.de eccleſ. titu. §.ſi quis ædificatione,colla
90 9 † Et attende, quòd ſi religioſus deputatur executor à teſtatore non poteſt exequi, niſi petita, & obtenta à ſuo ſuperiore licentia,cum non habeat velle,nec nolle: ſiue etiam ſit canonicus regularis,ſiue mendicans.c.fin.& ibi not de teſta.
91 lib.6.†minor ēt 25.annis, & mulier, poſſunt deputari executores de conſuetudine,& vno ex pluribus deputatis mortuo, vel in remotis agente, ēt nō citato, alius poterit officiū exercere, quia nō tranſit ad hæredē,niſi teſtōr aliud expreſſerit, vt ibi,qa
92 induſtria & amicitia vī electa. † Exigere etiam rationem debet ordinarius loci à religioſis etiam exemptis de teſtamentorum executionibus,quas geſſerunt, & ſi circa id deliquiſſe reperiantur, illos puniat, vt clemen.j. de teſtamen.licet ſecus ſit in alijs exemptis non religioſis, etiam ſi teſtator eos liberaſſet ab onere rationis reddendæ,vt ibi not.& in cap.Ioannes,prælegato, & de modo rationis reddendæ not. Specu. in titu. de inſtrumē. edic.§.nunc aliqua.verſic.ſed nunquid.quod ſi ordinarius non petat rationem reddi,illi nihilominus debent offerre, nec ſufficit licētia tacita ſuperiorum, & dicta licentia, quando quòd
93 poteſt per ſuperiorem reuocari,†hodie tamen frater minor inhabilis eſt ad hoc,vt in clemen.exiui, vt not.in dicta clemen.j. de teſtamen. & de materia executionis plenè vide reliqua per Ioan.Andr.in d.c.Ioannes, & per Specu. in d.§.nunc aliqua,& per Archidia.88.diſtinct.cap.epiſcopus, & Legiſtas in d.l.nulli,
94 & Ioan.And.in addit.in dicto.§.nunc aliqua †Et quoniam hoſpitalia reformari debent per collatores ipſorum, & cogi debent rectores eorum ad conſeruationem locorum, & ſuorum iurium,& ad hoſpitalitatem tenendam, iniunctum eſt ordinarijs locorum, vt ſuppleant defectum & negligentiam collato-
95 rum etiam circa exempta,†& prohibētur hoſpitalia in beneficium concedi, niſi in duobus caſibus, ſublata omni contraria conſuetudine,& tenentur hoſpitalarij iurare, & ad inſtar tutoris,& curatoris conficere inuentaria de bonis hoſpitalium, & annis ſingulis reddere rationem,aliàs eorum deputatio annullatur,exceptis tamen hoſpitalibus ordinum militarium, ſaluis etiam antiquis conſuetudinibus locorum circa diuina officia & ſacramenta,de quo plenè in clemen.quia contingit,de relig. do.heu heu, dolens, timeo, ne per dictam clemen.multitudo damnetur prælatorum,Chriſtum pauperem negligētium. Ade clemen.j in fin. de priuile. & c.de zenodochijs, de relig.do.
96 † Inſuper attendendum circa decimarum alienationem, quòd laici decimas cum animarum ſuarum periculo detinētes, illas prohibentur in alios laicos aliquo modo trāsferre,& ſi quis eas receperit, & eccleſiæ non reddiderit Chriſtiana ſepultura priuatur p̄ conciliū Laterañ.de quo in c.prohibemus,de decimis, quod cōciliū fuit celebratū de anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimonono,vt referunt Doctores per Hoſtien. in c.cum Apoſtolica, de his quæ fiunt à prælat.ſub Alex. III. qui fuit Se-
97 nenſis,† & refert cronica Martiniana,quòd Cremonenſes,Placentini,& Mediolanen. tunc conſtruxerunt Alexandriam cōtra Papiam, quam ab ipſo Alexandro ſic vocauerint, poſſeſſas verò ante cōcilium retinere poſſunt, & præſumitur titulus ante concilium habitus,ſi allegatur ex poſſeſſione immemorabili ſubſecuta, per ea quæ habentur in dicto cap. cum Apoſtolica.in dotem etiam dari poſſunt ad tempus, de quo in c.nuper. de donatio.inter virum,& in cap.cum Bertholdus, de re iudic.
98 †Et adde quòd ſi prælatus viderit expedire, poteſt feudum alijs concedere,decedente feudatario, non obſtante iuramento de non infeudando de nouo inconſulto Rom.Ponti. Item vaſallo alienante feudum poteſt dominus feudi de illo inueſtire filium conſanguineum & conſortem domini alienantis. Item feudum alienatum, quod pro ſe facilè recuperare non poteſt, alteri poteſt concedere, per quem eccleſia valeat ipſum rehabere. cap.ex parte, de feud. eccleſia autem recuperans feudum fructus ſuos facit,& feudatarius à ſeruitio liberatur interim.ca.
99 j.eod.tit.† Adde etiam, quòd de ſingulis fructibus ſunt ſoluendæ decimæ, videlicet de ſinguliis decem vnus,& non minus.c. cum homines,de deci.non obſtante conſuetudine, aut præſcriptione.cap.in aliquibus,eodem titu.& de prouentibus molendinorum,piſcariarum,fœno,lana,lacte,caſeo animalibus, &c. cap.peruenit,eodem titu.& non deductis expen. quæ fiunt pro
100 recipiendis fructibus.cap.paſtoralis,eod.titu.†& quomodo debeant portari ad domum habentis eas recipere, vide omnino in Specu.de deci.ad finem.qui allegat. 16. quæſt.j. reuertimini, prope principium,& quæſt.7.cap.j.vbi etiam dicit, quòd poteſt interdici non tundi,ne fructus colligat,vel exportet,niſi eo domino vel eius nuncio præſentes, ne fortè in decima defraudetur,de quo per Ioan.Andr.in cap.ex parte. 2.de deci. per l.2. C. quando & quibus quarta pars debetur.ibi, ſub aſpectu curialiū. concludit tamen Specu. attendendam conſuetudinem approbatam per Principem.l.ſi publicanus, in fin. de vectigalibus.& cō.niſi vbi conſuetudo præſtaret occaſionem ſubripiendi, per §.quia verò.in Aucten.vt nulli iudi. & dat ſimilem ſolutionem ad quæſtionem,qua quæritur,ſi mihi dudum ſoluiſti decimam in domo mea,& volo quòd præſtes in area,ſecundum Vbertū.
101 facit quod habetur in ca.in aliquibus, de deci.&c.† Attendere etiam debet viſitator,& inhibere,quòd nullus presbyter præſumat calicem,vel patenam,vel veſtimentum aliud ſacerdotale, aut librum eccleſiaſticum tabernario,aut negotiatori, aut cuilibet laico,vel fœminæ in pignus dare, niſi iuſtiſſima neceſſitate vrgente.cap.j.de pigno.quia ex quo fuerunt in ſacro vſu, ad manus laicorum peruenire non debent,de cō.diſt.j.ligna, &c.
102 †Item quòd nullus clericus fideiuſſionibus inſeruiat,aliàs abijciatur à clero.cap.j. de fideiuſſ.& præſertim religioſus. ca.quod quibuſdam.cod.titu.Et adde,quòd fructus decimarum poſſunt ad tempus locari laicis, non obſtante ſtatuto contrario epiſcopi.cap.veſtra,de locato.probatur in cap.fi. ne prælati vices ſuas,
103 de quo plenius not. in cap.quamuis, de deci. † Attendendum eſt etiam circa precarias,quę de quinquennio in quinquenniū, ſecundum conſuetudinem,&c.renouantur, vt in c.j.de præbē. quòd ſi irrationabiliter à rectoribus eccleſiarum factæ fuerint, ſe ſuosq; ſucceſſores pęna graui obligantibus,ne facta ipſorum poſſent diſſoluere,ſucceſſor anteceſſoris pœna non obligatur, ſed ſuæ prouidentiæ conceſſum eſt, vt ſi anteceſſor res eccleſiæ irrationabiliter diſtribuit, ab eo ad ius eiuſdem eccleſiæ reuocentur.cap.2.eod.titu.ſecus ſi factæ fuerint rationabiliter, quia tunc ante finem temporis non poſſent reuocari, vt in cap.fin. eod.tit. & ſoluuntur obitu concedentis, & alienatione & aliàs prout in dicto.cap.fin. in princip. Et adde, quòd quanquàm ſit ſcriptum,quòd nobilitas hāc ſibi quodammodo legem ponit, vt debere ſe quod ſponte tribuit, extimet, & niſi in beneficijs ſuis creuerit nihil ſe præſtitiſſe putet,vt in cap.j. de donatio.vnde dominus dixit, Beatius eſt dare quàm accipere. 16.quæſt.1. prædicator, de celebra. miſſ. cum Marthæ. vnde Martialis coquus reprehendit quendam, qui quotidie diſcurrebat per hoſpitia aliorum, dicens

Sceuola tu comedis apud omnes nullus apud te,
Tu ſemper alterius ſiccas pocula, nemo tuum.
Aut tu redde vicem,vel deſine velle vocari,
Dedecus eſt ſemper ſumere,nilq; dare.

104 † Tamen cum quilibet prælatus eccleſiaſticarum rerum procurator ſit,non dominus, conditionem eccleſiæ meliorare poteſt,deteriorem verò non debet facere, & ideo donationes factas per epiſcopum in detrimentum eccleſiæ inconſultis canonicis poteſt ſucceſſor tam à clericis quàm à laicis reuocare.c.2. de dona.facit 12.q.j.c.fi.& q.2.c.ſine exceptione,& 10.q.2.c.caſellas,& de in integ.reſti.c.j. modica tamen ex cōſuetudine poteſt donare c.cæterum, de donatio. ſine tamen præiudicio ter-
105 tij.c.conſultationibus, eo.tit.† Et quia eccleſia ſi iuſta donatione, ſicut nec in alijs ſuis actibus fraudem debet aliquam adhibere,ideo tenetur donatorio reintegrare,quod poſtea diminutum reperitur.c.per tuas, eod.tit.& clauſula in fi.donationis appoſita non refertur ad priora diuerſa, quia in contractibus plena, in teſtamentis plenior, in beneficijs verò pleniſſima eſt interpretatio adhibenda c.cum dilectus.eo.tit. vt tamen donatio
106 ſit legitima,eſt conſenſus ſui capituli inquirendus.† Et donantes patronus & epiſcopus eccleſias, transferūt omne ius ſuum præter cathedraticum, vt in c.paſtoralis, de don.ſemper etiam intelligitur correctionem ſibi retinuiſſe. 16.q.j. viſis,& procu-
107 rationem, & viſitationem, de cenſi.cum venerabilis. † nec ad donationem infringendam poteſt quis ſuam turpitudinem allegare,quia nō deceptoribus, ſed deceptis iura ſubueniūt. quo ad alios tamen ſecus, quia res inter alios acta alijs non præiudicat.

Source : BIU Cujas

108 cat.c.inter dilectos.eod.titu.vbi concord. pluri. † Debet etiam donans aduertere,vt temperamenti æquitas obseruet, qđ cui tribuit cōpetens subsidium conferat, & cui tollit, dāna grauia non infligat,quia p canones incautè largiri volētibus est occur
109 sum.† De superioris verò auctoritate pōt in magna sūma inopiæ alterius prouideri per abundantē. c.ad apostolicæ.eo.tit.& pp eius ingratitudinem,in quem liberalitas est collata,donatoris persona eam de rigore iuris pt reuocare, puta si in donātem impias manus iniecerit,aut atroces iniurias,aut graue rerū suarum damnū,vel vitæ periculū inferre presumpserit,quod tñ ad donatoris,q hoc tacuit,non extenditur successores.c.fi.eo.titu. Et idē si conditionē appositā non impleuit.l.fi. C.de reuocan. dona.Item pp liberos susceptos post donationē.l.si vnq C.de reuoc.dona.simile 17.q.vlt.c.fi.vbi de iure poli.non fori, &c.
110 †mulier aūt donans filiis, & transiens ad secta vota, ex trib.tñ causis donationē pt reuocare,vt in auct.hoc quoq;.C.de reuoc. don.& in auct.de nup.§ mater.aliàs aūt nō fit reuocatio, vt insti.de don.in §.aliæ de quibus oībus plenius hr in d.c.fi.de don.
111 & in l.si totas.C.de inof.don.† Adde ēt, q donatio pfecta, neq; p pnīam pt reuocari,neq; prætextu imperialis rescripti. l.possessionē,& l.si donationib.C.de reuoc.don.& 22.q.2.non em.nec recipit postea perfecta donatio cōditionē.l.perfecta.C.de don.
112 q̄ sub mō,† & reuocat non solū donatio facta liberto occasione obsequij non præstiti, sed ēt res empta ex pecunia donata. C.de reuoc. dona.l 1.licet libertas non. C.de liberali cā.l.sola. ex aliis verò causis reuocat ēt libertus in seruitutē. 12.q.2. octaua discussio.& in auct.vt liberti de cetero.§.illud. de quo in cap.
113 nullus,de seruis nō ord.† Demū est summè aduertendū ad alie nationē rerū & bonorū ecclesiasticorum.Circa quod attendat pcipuè visitator,q possessiones ad mensam prælati vel capituli pertinentes alienari nō debent,sicut nec ecclesiæ, in qbus monachi ministrare consueuerunt, non pnt clericis vel laicis assi-
114 gnari.c.possessiones,de re.ec. non alienan. † Alienationis autē verbū continet venditionē,donationē,conductionē,permutationē,emphyteusim,perpetuum contractum, nulli ergo licet alienare rē immobilē eccl.suæ,siue agrū, siue rusticū mācipiū, neq; ēt spālis hipothecæ tit.obligare.c.nulli.eo.ti.Et q res eccle. petunt a regibus & horrendæ cupiditatis impulsu egentiū substantiā rapiunt, puniunt,vt in c.2.eo.tit.† nā ēt epi,q nihil ex p-
115 prio eccle.Christi pferunt,famulos ecclesiæ liberare nō pnt,qa impiū est,vt q res suas ecclesiæ non attulerit, dānū inferat ei. c. epi.eo.ti.Quinimmò si quis clericorum aut defensorū alienat prædiū ecclesiæ quo iratus deus aīas percutit gladio anathematis est feriendus,& prout in c. si quis pbiterorū.eo.ti. †Clericis
116 verò,q ecclesiæ suæ relinquūt, aut nihil habentes aliqua pdia, seu familias ecclesijs acquirūt, licitū est aliquos de familia eiusdē ecclesię manumittere,iuxta rei collatæ modū,ita vt cū pecu lio & posteritate sua sub patrocinio ecclesiæ maneant.c.cōsen-
117 sus,eo.tit.† licitum est ēt cōmutare res ecclesiæ cū cōsensu partium & epi.c.j.eo.ti.Itē terras,quę de siluis sunt extirpatæ,& arabiles factæ pnt ecclesiastici sub annuo censu hæreditario iure concedere his,a qbus suo vel parētū labore fuerūt extirpatæ, ni si forsan tunc possint alijs causa maioris ecclesiæ vtilitatis & eo-
118 dem labore & honore conferri.c.ad aures.eod.ti.& est ratio,ne pauperes habeant miserabiliter deplorare labores suos. l.fin.C. de alluuionibus & palude.† Et adde, q in dubio cōsultius est rē possessam ab ecclesia præsumi de mēsa, & nō posse alienari ,ppter iuramentum fidelitatis,&c.c.vt super eod.tit.q si alienata reuocari de facto nō possunt aliter q̄ restituto pcio alienatorū, auctores ad susceptā inde pecuniam conductoribus refundere cōpellūtur.c.ad audiētiā, eo. titu. præsertim, quādo ,ppter alienationē ecclesiæ incurrūt enorme dispendiū, & pecunia in ecclesiæ vtilitatē fuit expensa, cū fructus p conductorem recepti sufficeere sibi debeāt & p labore.c.ad nostram. eo ti. Cōcludēdum est ergo, q laicis q̄is religiosis disponēdi de rebus ecclesiæ nulla est attributa facultas, quos obsequēdi manet necessitas,non auctoritas imperādi,& refrigescēte charitate immunitatem ecclesiasticæ libertatis, quā & sancti patres, & principes seculares multis priuilegijs muniuerūt suis cōstitutionibus im-
119 pugnare, & nō indēnitatibus consulere ecclesiarum. † & ideo vēditiones feudorum ecclesiasticorū, seu aliorū bonorū, siue ecclesiarū,& personarū sine earū assensu præsumptas occasione laicæ potestatis decernūtur non tenere. c.fi.eo.ti.facit c.quæ in ecclesiarū, de cōstitut.etiam si solū sint iura spiritualibus an-
120 nexa.c.quāto.de iudic.† Superioris tamē cōsensus bonorū ecclesiæ vacantis,& legitimo defensore carentis, quia superiore prius deputandus est tractatu solenni,& diligenti,qui in perpetuis alienationibus rerum ecclesiasticarum exigitur non interueniente,alienationem,ordinationem & concess.præsertim cū euidens necessitas,qua fieri debuerunt,non aderat,non validat
121 alienationem,c.1.de reb.ec.non alienan.lib.6. †Contractus autem etiam omnes iuramenti,pœnæ,vel alterius cuiusuis firmitatis adiectione vallati,qui de talibus alienationibus sine consensu capituli,& apostolicæ sedis licentia celebrati, & quicqd ex eis est subsecutum,viribus carent, nec ius aliquod tribuunt, nec præscribendi causam.quinimmo puniūtur tam alienantes quàm recipientes, ac etiam in casibus permissis laici vltra id, quod ex natura ipsorū contractuū pmittitur, aliquid vsorpare non possunt, aliàs etiam pœna loci interdicti puniri debent,
122 c.2.e.ti.li.6.† Et hinc est, q monasteriorū iura redditus,aut possessiones nullus religiosus alicui ad vitā eius,seu aliud certū lōgū tps videlicet 10.annorū, pecunia ēt inde recepta quouismō pcedet pt,nisi necessitas,aut vtilitas ec.expostulat,& pens°.c.accedat,& in defectū auctoritas superioris. vt ī cle.j.de re.ec.nō ali.
123 †vna etiam ecclesia alteri,seu dignitati,vel præbendæ etiam religioso loco vniri non potest,non vocato rectore,vel ea vacāte eius defensore,non tamen patrono, quinimmo etiam cum consensu capituli mensæ suæ per prælatum non potest vniri cle.fi vna.eo.titu.de quo in c.i.ne sede vacan.& c.sicut vnire,de excessi.præla.etiam per legatum Apostolicæ sedis.c.fin.de con-
124 fir.vti.vel inuti.† patronis autem ecclesiæ fundatoribus pro fundatione honor profes.seruatur,& si ad inopiam vergant, ab ecclesia illis modestè succurrendum est,vt in c.nobis,in fin.de iure patro.habito scilicet respectu ad facultates ecclesiæ,& qualitatem personæ. x. quæst. iii. capitul.fin. ff. de vsufruc. l. sed & si
125 quid.in §.i.facit.xvi.quæst.vii.quicunque.† Et adde,quòd laicus potest donare ius patronatus alicui ecclesiæ etiam sine consensu episcopi,sine tamen episcopi præiudicio,& vbi est commune ius patronatus inter clericum & laicum, habebit vterque tempus semestre ad præsentandum,capitu.i. de iurepa. libr. vi.
126 & non quadrimestre, † quia ecclesiasticum tanquam magis dignum trahit ad se laicale tanquam minus dignum. facit l.si communem,quemadmodum seruitus amittatur. & c. pen. de
127 conce. præ. † & plures hæredes vnius patroni, vnam tantum vocem habent in presentando,& quòd plures patroni possunt conuenire ad alternis vicibus præsentando, & quòd possunt præsentare plures, vt vnus ab episcopo eligatur. cle. plures, de iurepatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Visitator,quomodo se habere debeat circa ordinatos, ordinandos, & beneficiatos.*
Baptizans si non est ordinatus,reijcitur ab ecclesia, & amplius non est ordinandus.
2 *Baptizare in casu necessitatis cuilibet licitum est,etiam hæretico in forma ecclesiæ.*
3 *Diaconus missam celebrans ante presbiteratum, non promouebitur ad sacerdotium.*
4 *Promotus ante susceptum baptisma rebaptizandus est.*
Idem si sit baptizatus non secundum ecclesiæ formam.
5 *Idem si per saltum, suadiaconatu prætermisso, fuerit in presbiterum ornatus.*
6 *Presbiter non baptizatus,licèt quo ad se sacramentum non conficiat,alijs tamen proficit,qui credunt eum baptizatum.*
7 *Dispensari potest cum recipiente furtiuè diaconatum.*
8 *Promoueri quis non debet citra conscientiam sui episcopi, & sine eius examinatione.*
Anathematis interminatio,quæ dicatur.
9 *Dispensari potest cum eo,qui minores ordines, & subdiaconatum temerario ausu recepit.*
10 *Diaconorum prior ab ordinatore interrogatus, si tali ordine est dignus, quomodo respondere debeat,vt non peccet.*
11 *Dispensari potest cum clericis suscipientibus ordines ab episcopo excommunicato.*
12 *Dare quis non potest,quod non habet.*
Excommunicatus alium excommunicare non potest.
13 *Ordinatus in diaconum,vel presbiterum,si quis sit sine manibus consecratoriè ordinatis,quid agendum.*
14 *Idem in ordinato in subdiaconum, si fuerit prætermissa manus benedictio.*
15 *Cadaucra sepultorum a scismaticis,an exumanda sint.*
16 *Literæ clericorum peregrinorum super ordinatione sigillis quinque episcoporum munitæ esse debent.*
17 *Ad literarum fidem sufficit sigillum vnius episcopi noti.*
Clerici de alienis episcopatibus non debent in ecclesijs institui,cum de gremio ecclesiæ adsint idonei,& nu.seq.
19 *Ecclesia infamatur,quando eis procuratores, & actores ordinantur ante ratiocinia reddita.*
20 *Visitator diligenter debet scrutari literas clericorum peregrinorum.*
21 *Corpore vitiati,an & quando sint ordinandi.*
Clericus quis fieri non potest,nisi ingenuus sit.
22 *Exempla præsentia nos in futurum præcauere faciunt.*
23 *Casus omnes fortuitos præuidere difficile est.*
Serui per episcopum ordinari prohibentur.
24 *Ordo subdiaconatus sacer est.*
25 *Filij presbiterorum,nec alij ex fornicatione nati ad sacros ordines promouendi sunt.*

Bene-

Source : BIU Cujas

26 *Beneficij impetratio facta per natum ex illicito coitu, hoc tacito, non valet. Hæreditaria successio in beneficio detestabilis est.*
27 *Episcopus promouens natos ex coitu illicito, eis prouidere tenetur.*
28 *Natalium defectus vbi est manifestus, tela iudiciaria opus non est.*
29 *Filium illegitimum in altari patris ministrare, indecorum est. Papa solus dispensat in successione filij in beneficio patris.*
30 *Bigami, nec pœnitentes, nec repudiatarum mariti sunt ad sacerdotium promouendi.*
31 *Dispensari non debet contra Apostolum, etiam super ordinibus susceptis. Dispensari cum bigamis non potest.*
32 *Dispensari non licèt cum subdiacono, viduam in vxorem ducente.*
33 *Bigamus, quare promoueri non possit.*
34 *Promoueri ad sacerdotium non potest, qui duxit in vxorem ab alio ductam, sed non cognitam, & quare.*
35 *In matrimonio triplex designatur sacramentum.*
36 *Papa solus ad subdiaconatum, & ad alios sacros ordines promouet in alijs diebus, quàm in quatuor temporibus, aut sabbato sancto, aut ante Dominicam de passione.*
37 *Ordines minores in diebus Dominicis, & alijs festiuitatib. conferri possunt.*
38 *Diaconatus si in sabbato conferatur, ordo sacerdotij in Dominica sequenti conferri, non potest.*
39 *Ordines duo sacri eodem tempore conferri non possunt.*
40 *Regnum Dei in charitatis amplitudine acquiritur, & non in sublimitate gradus.*
41 *Ordines tres sacros eodem die suscipiens punitur. In ordinandis Græcis, quid attendatur. Quid in consecratione presbyteri, & episcopi. Quid in ordinatione occulti, vel notorij peccatoris.*
42 *Delictum notorium repellit à promotione, & non occultum.*
43 *Beneficia conferentes non constitutis in ætate puniuntur.*
44 *Sacerdotes bonos paucos habere melius est, quàm multos malos.*
45 *Electus in episcopum repertus insufficiens, & sine literatura, amouetur.*
46 *Ad ordinem sacrum ascendere volens, qualis esse debeat.*
47 *Tonsura abbate conferri potest. Subdiaconus in episcopum eligi potest.*
48 *Dispensationes ostendere per ordinarios habentes plures dignitates, & alia beneficia cum cura compelluntur.*
49 *Episcopi cum illegitimè natis, quando in minoribus ordinibus dispensant. Dispensatus, quòd non obstante, quòd sit illegitimè natus, possit ad curatum beneficium promoueri, non poterit duo beneficia insimul tenere.*
50 *Dispensatio secunda non valet à Papa impetrata super pluralitate beneficiorum, si in ea tacuit, qualiter fuerat in curato beneficio super defectu originis dispensatum.*
51 *Dispensare possunt episcopi cum his, qui 20. annum compleuere, quòd dignitates, & personatus obtineant, si aliud canonicum non obstet.*
52 *Bigamus omni priuilegio clericali nudatus est, & foro seculari est astrictus, nec tonsuram deferre potest.*
53 *Ordinare quando possit episcopus Italiæ vltramontanum.*
54 *Ordinans scienter clericum alienum, quomodo puniatur.*
55 *Literas commendantitias ad ordines, qui dare possint.*
56 *Ordinare quando possint episcopi priores prioratuum non exemptorum. Tonsuram clericalem nemo ordinans homini alienæ diœcesis sine sui superioris licentia potest conferre.*
57 *Commendare potest episcopus beneficium curatum ad sex menses. Et ecclesiæ vacanti economos constituere.*

¶Quæstio sexta secundæ partis.

SEXTO quæro principaliter, quomodo debeant, & possint se exercere visitãtes? Circa ordinatos, & ordinandos, & beneficiatos, ac super dispensationibus, &c. ac literis, & in titulis
1 eorum, &c. † Respondeo primò, quòd si quis baptizauerit, aut aliquod diuinum officium exercuerit non ordinatus propter temeritatem est abiiciendus de ecclesia, & nunquàm ordinandus capitulo primo. de clerico non ordinato minimè. quod intellige cum facit, ac si esset
2 ordinatus & ei liceret ex officio secus si in necessitate, † quia tunc licitum est cuilibet baptizare. tertia quæstione prima ad limina. vigesimatertia distinctio. diacones. & hæreticis. de consecr. distinctio. quarta. à quodam, dummodo in forma eccles. vigesimaquarta. quæstione prima. si qua fortè, & de Summa
3 Trinitate capitulo primo. §. sacramentum. † Item si quis diaconus ante ordinem presbyteratus susceptum missam celebrauerit, ad sacerdotis officium non poterit promoueri, & suspẽdetur, nisi religionem ingrediatur ad pœnitentiam peragendam, donec secum dispensetur, licèt possit ei de beneficio prouideri, ne sustentatione priuatus ad seculi negotia reuertatur, vt capitulo ex literis. de clemen. non ordin. min. nec confeciss
4 se dicitur sacramentum, vt ibi not. † Et idem si ante susceptum baptisma fuisset promotus, quia est rebaptizandus, vt in capitulo primo. de presbytero non baptizato. & reordinandus ex integro, vt in capitulo finali eodem titulo. & idem si fuisset baptizatus, sed non secundum formam ecclesiæ, vt ibi, quia non intelligitur reiteratum, quod ambigitur esse factum, & articulus necessitatis excludit religionis contemptum: vnde nec præsumptio pro certitudine debetur, quando euidentissimis argumentis contrarium probatur, & pro tali est in ecclesia orandum, quia saluus est asserendus & cœlestis patriæ gaudium adeptus, quia in sanctæ matris ecclesiæ fide & Christi nomi njs confessione perseuerauit. Vnde August. de ciuitate Dei, baptismus inuisibiliter monstratur, quem non contemptus religionis, sed terminus necessitatis excludit, & Ambrosius, Ventrem meum doleo, quia quem regeneraturus eram perdidi, ille tamen gratiam quam poposcerat, non amisit. capitu. 3. eod. titu.
5 † Idem si fuit promotus in presbyterum & prætermisso ordine diaconatus, & sic per saltum, iustam prætendens ignorantiam, ex quo ita asserebatur ab his, inter quos fuerat conuersatus, & quòd infra annos discretionis inferiores ordines suscepit, cui tamen pro negligentia tali iniungitur pœnitentia, & reiteratur ordo diaconatus, secumque potest dispensari, vt ministret in ordine sacerdotali, vt in cap. vno, de clerico per saltum promoto.
6 † Attende tamen, quòd licèt presbyter non baptizatus verè non confecerit sacramentum, tamen quo ad se & eos qui credebant eum baptizatum, proficit, vt no. in d. cap. 2. de presbyte-
7 ro non baptizato. † Dispensari etiam potest cum eò, qui furtiuè ordinem diaconatus suscepit iniuncta pœnitentia diuersa maiori scilicet quando interminatio anathematis tempore ordinationis per ordinantem facta fuit, vt in cap. 1. de eo, qui fur. or. susce. & idem si tunc ab aliquo archidiacono interminatio
8 facta fuit. † non enim debet quis citra conscientiam sui episcopi & sine examinatione promoueri. 54. distinct. extra conscientiam. 24. distinct. quando episcopo. & dicitur interminatio anathematis excommunicatio sub conditione facta, vt nota. in d.
9 capit. primo, de eo, qui furtiuè, &c. † Et idem in eo, qui minores ordines & subdiaconatum temerario ausu suscepit, in capitu. 2. eod. titu. & idem in his, qui non à vero suo episcopo clandestinè ordines susceperunt, in capitu. final. eod. titu. † Et propterea
10 quando ordinator aliquem in diaconum vel presbyterum promouet, prior diaconorum, qui ei assistit. dicit, postulat sancta mater ecclesia hunc diaconum, vel subdiaconum ad ordinem diaconatus assumi, vel presbyteratus, & ad interrogationem ordinantis, si eum cognouerit esse dignum, idem respondet, quòd quantum humana fragilitas nosse sinit, & scit & testificat illum ad huiusmodi officium esse dignum, nec in hac responsione peccat, dummodò contra conscientiam non loquatur, quia non simpliciter asserit, sed quantum patitur humana fragilitas, & illum quem indignum esse non nouit, dignum debet, extimare, vbi aliter de indignitate non constat, alias intimetur metropolitano antequàm ad scrutinium veniat, hæc tamen interrogatio non fit in consecratione Pontificis, vt in capitul. primo,
11 de scrutinio. † Et scias, quòd cum clericis, qui ab excommunicato episcopo ordines susceperunt per suos episcopos poterit dispensari. capitu. fina. de ordin. ab episcopo, qui renuntiauit episcopatui. Similiter poterit dispensari cum eo, qui sacros ordines suscepit ab episcopo, qui renuntiauerat prius loco & dignitati episcopali, dum tamen non scienter susceperit, vel in crassa & supina fuerit ignorantia. capit. primo, eod. titu. & est ratio,
12 † quia quod non habet, dare non potest. 1. quæstio. 7. Daibertum, & pro non dato habetur, quod datur ab illo, qui dare non potest. capitu. quod autem, in fi. de iurepatro. & licèt excommunicatus possit ordinare, non tamen potest alium excommunicare. 24. quæstio. 1. audiuimus, & not. in d. capitu. fina. de ordi. ab episcopo, &c. & quòd præsumptio nunquàm sumenda est ad
13 periculum animæ, vt not. in d. cap. 1. de scrutinio. per cap. iuuenis. de sponsalibus. & 68. distinct. presbyteri. † Et adde, quòd si quisquàm in diaconum vel presbyterum ordinatus fuerit absque manibus consecratoriè ordnatis sacerdotum assistentium in positione super caput tangendo illud, iuxta ritum ab Apostolis introductum, debet in tempore statuto ad ordines conferendos cautè supplere, quod fuit per errorem prætermissum. manus verò huiusmodi alleuari debent, cum super caput ordinandi effunditur benedictio. capitul. final. de sacramentis non
14 reiterandis. † Similiter si in ordinatione subdiaconi fuerit prætermissa manus benedictio, vel si confirmatus fuerit oleo tantum, & non chrismate per errorem delinitus. capit. primo, eod. titu. interim tamen debet abstineri ab administratione ordi-
15 nis illius, vt ibi not. † & non est reiteranda ordinatio in iniuriam sacramenti, de consecratio. distinct. 4. ostenditur, & 1. quæstio. 1. quod quidam. Circa cadauera verò sepulturum à scismaticis, nec circa indumenta sacerdotalia, nec altaria in quibus & cum quibus degradati episcopi celebrarunt, non est aliquid supplendum, vel iterandum, neque exhumando, neque rebenedicendo, vt in capit. 2. eod. titu. Præmissa autem facto melius intelliguntur quàm verbo, & sic fit sæpe econtra. capit. ad apostolicæ, de dona. & l. ratum ff. de solu. & no. in d. cap. fin. de sacra-
16 mentis non reiterandis. † Item est plurimum attendendum ad literas clericorum peregrinorum, & incognitorum, vt ad minus quinque episcoporum sigillis sint munitæ literæ super ordinatione sua, & nihilominus aliquanto tempore in suspensione

Source : BIU Cujas

ad probarionem sunt tenendi, vt plenior de actibus eorum habeatur instructio. Item & de inferioribus eorū ordinibus oportet inquiri, quia contingere posset ꝙ fuissent minus ritè & per saltum pro moti,& si digni tunc inuenti fuerunt,cum eis potest dispensari,vt in c.j.de cle.peregrinis. Et præsertim,si veniunt de transmarinis partibus sine cōmendatitijs literis suorum prelatorum,nisi saltem per testes fidem faciant de eorum ordinatione canonica,licèt substineri possint, vt secretò ex deuotione celebrent.c tuæ.eo. ti. iuramentum autem eorum sine alijs idoneis argumentis non sufficeret, non solum ad maiores ordines eis
17 dandos,sed nec ad tolerandos eos in minorib. ministrare.† vnū tamen sigillum episcopi noti sufficeret ad fidem literarum.c. 2. eo.ti.& 1.no.per glo.& Doc.post Inno. est enim honestati contrarium & à sanctorum Patrum institutionibus alienum,ꝙ sine dispensatione & conscientia episcopi,prælati suæ iurisdictionis
18 instituant in ecclesijs suis clericos de alienis episcopatibus.c. fi. eo. tit. † maximè cum adsunt de gremio ecclesiæ, & ciuitatis &
19 dięc.clerici idonei,qui sunt extraneis præferendi,vt ibi no.& in c.cum inter canonicos,de ele.† Infamatur,& ecclesia, quando procuratores,actores,executores, seu curatores pupillorum antequàm prius deposita onera & reddita ratiocinia actus eorum non fuerunt comprobati,& ante libertatem negotiorum,& officiorum suorum,ordinantur,vt in c. 1.de oblig. ad rati ocinia. circa quod distinguitur , an teneatur de dolo,vel nō;& an miserabili personę,vel non;& an fuit lis mota,vel non ante ordinē: & si creditor fuerit protestatus,licèt non ppea deponatur ordinatus,bona tamen eius traderentur creditoribus insolutum, & si non sufficiant tenebitur ordinans pro residuis creditori,& lis
30 mota prius coram seculari continuabitur,& coram eo post ordinationem,vt de omnibus his plenius no.in d.c.vno.& 89.dis.
20 fornicare.† debet ergo visitator diligenter scrutari omnes literas huiusmodi,& si reperit epm in ijs errasse, faciet fm ꝙ habet
21 in c. accepimus,de ętate & qualit.† Attendat etiam circa corpore vitiatos,qui aut in digito,vt in c. 1.& fi.de corpore vitiatis,aut in mutilatione brachij,vt in c.pen.eo.ti.aut in oculo , vt in c. 2. aut in virilibus,vt in c.ex parte,cum duobus sequentibus , defectum patiuntur.pro quorum intelligentia distingue ꝙ aut sunt corpore vitiati sponte,aut casu : si sponte , aut nulla iusta causa interueniente,& tunc ordinandus repellitur ,& iam ordinatus deijcitur. 51. di. qui partē,& c.si quis à medicis,& 32.di.maritū.
32 aut iusta causa interueniente, & tunc non prohibetur ab ordine,puta timore lepræ,vel aliquo consilij casu.c.ex parte. eo.tit. nisi generaret deformitatem,quia tūc omni casu repellitur . ar.
33 55.di.lator.& c.si euangelica,& c.pe.eo.ti. Si casu in magnis mēbris siue corpulētia,siue dignitate repellitur,& eijcitur,si deformitatem generet. 55.dist.si euangelica . in paruis verò membris non impedit,si deformitas parua sit, & sine culpa sua, vt in c.fi.
34 eo. ti. si uerò culpa sua in talem modicam deformitatem incidit,de misericordia toleratur.eo. ti. c. i. nisi præcisus quis fuisset tempore quo iudicium animi non habebat.c.ex parte . 1. eo.tit. qñ.s.ętas nescit,quid videat l. 1.C.de falsa moneta.& 3.q.7.§.tria Præcaueri etiam debet,quod infirmari vel vituperari potest , & ideo fieri clericus non permittitur quis, nisi ingenuitatis dignitate potiatur: & si quilibet seruus fugiens dominū qualibet fraude ad gradus ecclesiasticos peruenerit,deponitur,& domino restituitur.c. 1.& 2.de seruis non ordi.vbi not.ꝙ sunt futura præca
22 uenda.23.dist.in nomine Domini.† & exempla præsentia cauere nos præmonent in futurum.73.dist.pluries, in fi. & maior tristitia est de talibus,cum reuocatur, quam nascatur gratia de acquisitis,& sic ad cautelam fit aliquid summarium. 18.dist. de Siracusanæ, & præuidere quis debet , quod contingenter fieri po-
23 test.l.si quis demum.ff.locati. † licèt aliàs difficile sit omnes fortuitos casus præuidere.c.fi de homicid.Quinimmo prohibetur episcopo in ordinatione sua,ne seruos debeat ordinare.c. consuluit.eo.ti.sicut nec spurios vt ibi,& licet olim seruus ignoran-
36 te domino promotu in subdiaconum reuocaretur in seruitutē
24 † quia dictus ordo subdiaconatus facer est.c.miramur.eo.ti.partus etiam sequitur ventrem liberum,in c.fi.eo.ti. manumissi verò oblati ordini clericali ecclesiæ manumittenti,dum vixerint, debent impendere famulatum in obsequijs diuinorum,& trās-
37 ferendi se ad aliam ecclesiam est licentia deneganda, si eo tenore sunt manumissi,secus si absolutè.c.eo libentius.eo.tit.nisi postea in superbiam elati domino suo canonicas horas psallere noluerit,quia tunc accusati apud episcopum sunt degradandi. cap.nullus.eod.titu. ecclesijs autem manumittentibus reseruatur post obitum manumissorum quicquid illis extiterit debitum,aut quoquomodo collatum,nec vllo modo licebit in personas extrancas transmittere,quibus sicut cęteris ecclesiæ libertis accusandi vel testandi aduersum patronos est præclusus aditus , aliàs libertatis & honoris gradu priuandi sunt , quem non
38 dignitate,sed necessitate temporis meruerunt . cap. de famulis.
25 eo.tit.† Et sicut nec serui , ita nec filij presbyterorum , & cęteri ex fornicatione nati ad sacros ordines sunt promouendi , nisi
39 monachi fiant , vel in congregatione canonica regulariter viuentes , nec prælationem habere possunt . capit. 1. & capit. Michael.de filiis presby. quia ex hoc nimis ecclesię deformaī honestas.c.fi.eo.tit. si is sine dispensatione sedis Apostolicę pmo-
26 ueatur. † nec prodest impetratio bñficii , tacito hoc defectu.ca. ij.eod. tit. Itē si taceaī, ꝙ pr eius in eadem ecclesia ministrauit, vt in c.præsentium,& conquerente,& c.ex transmissa,eo.tit.ga detestabilis est hæreditaria successio in bñficiis, nisi vna perso-
27 na intermediauerit,vt ibi. † Eps tñ tales promouens , illis prouidere tenet,vt in c.veniens.eo.tit.& idem si ordinat tales,vt in c.proposuit.quia in ecclesiis,ad quas præsentantur, tenetur illis dimidiam fructuum reseruare:tñ prouiso,ꝙ ecclesię per alium deseruiatur,vt ibi:nō enim solus presbyter missas , vel alia diuina officia potest sine ministri suffragio celebrare: ꝙ si per potestatem laicalē eiiceretur,esset restituendus, maximè vbi pater eius persona,vel vicarius in dicta ecclesia nō fuisset , licèt in ea-
28 dē nomine alterius,qñq; ministrasset.c.constitutus. eo.tit. † & vbi defectus natalium est manifestus, nō est opus tela iudiciaria.c.quoniam.eo.tit. & hoc siue sint geniti in sacerdotio , siue nō.c.ad extirpādas.nisi sint filii Pōtificū prius ex legitimo mrimonio procreati.c.ad hæc.de vxore legitima, vel etiā solū concepti ante sacerdotiū.c.literas. quia a filiis paterna incontinē-
29 tia modis omnibus est postponēda , vt ibi. † & indecorum est, vt in altaris officio filius illegitimus ī publico patri ministret, vt in c.cum decorē. & illegitimi tales sunt a suis bñficiis suspēdendi.c.ad abolendam. nec prodest dispensatio Archiepiscopi in succedendo in beneficio patris.c.dilectus. sed sola dispensatio Papę,vt in c.ex parte.eod.tit.& non legati etiam de latere, vt not.in d.c.dilectus, sicut nō potest dispensare contra Concilium Lateranen.in c. dilectus. de præben. † Similiter nec bigami,nec solenniter pœnitentes , nec repudiatarum mariti sunt
30 ad sacerdotium promouendi.c.j.de biga. etiam defunctis vxoribus,cū hoc sit a doctrina Apostolica, & ab ecclesiæ constitutionibus alienū.c.j.de biga.eod. tit.nec † debet contra Apostolum dispensari etiam super suspectis ordinibus, licèt dispensari possit super suspensione ordinantis.c.super eo. & licèt aliàs veritas sit opinioni præferenda,tamen cum clericis qui quantum in eis fuit secundas mulieres sibi matrimonialiter coniunxerunt,tanquàm cum bigamis non licèt dispensari , licèt in veritate bigami non existant,non propter sacramēti defectum,sed propter affectum intentionis,cum opere subsecuto. ca. nuper,
31 eo.tit. † propter quod cum subdiacono viduā in vxorem ducenti non licèt etiam dispensari.c.fi eo.tit.dispensari verò aliàs licèt,sicut cum simplici fornicatore , cū eo qui duas habuit cō-
33 cubinas.c.quia circa. † Et quia pp sacramenti defectum inhibitum est,ne bigamus, aut maritus viduæ præsumat ad sacros ordines ordines promoueri, quia nec illa est vnica vnici , nec iste vnus vnius:ideo vbi deficit cōmixtio corporum,non est signaculum sacramenti. † & qui mulierem ab alio viro ductam,
34 sed non cognitam duxit vxorem,quia ille nec ipsa carnem suā diuiserūt ī plures,nō impeditur,quin possit ad sacerdotiū promoueri,quia in matrimonio duo sunt, videlicet consensus animorū,& communicatio corporum, quorum alterum significat charitatem quę consistit in spiritu inter Deum & iustā animam,sicut dicit Apostolus,qui adhæret Deo, vnus est spiritus cum eo. aliud designat conformitatem inter Christum & ecclesiam,sicut euāgelista testatur,Verbum caro factum est , &c. quo ad hoc non pertinet coniugium carnali copula consumatum,per incarnationis verò Christi misterium consumatum. ideo Apostolus exponens verba prothoplausti,Hoc nunc os ex ossibus meis &c.subdit , hoc magnum dico sacramētum in
35 Christo & ecclesia,vt in c.debitum,de bigam. † vbi no. triplex sacramentum in matrimonio designari , scilicet vnio cuiusq; fidelis animę ad Deum per virtutem. secundò vnio humanæ naturę ad Deum per incarnationem filii. tertio vnitas ecclesiæ ex omnibus gentibus collecta vni viro Christo subiecta, &c.
36 † Aduertendum est etiam,ꝙ ad subdiachonatum , etiam alios ordines sacros nulli episcoporum præterquàm Roma.Pontifici aliis diebus quàm in ieiunio quatuor temporum , aut sabbato sancto,& sabbato ante dominicam de passione licitum est aliquem ordinare.cap de eo,de tempo.ordinā. reprobata omni contraria consuetudine. capitu. sanè. eodem titu. † licèt in
37 omnibus diebus Dominicis & aliis festiuitatibus liceat minores ordines conferre,hostiarii.s.& lectores,exorcistæ,& accoliti,& Deo dicatas virgines benedicere : aliis verò diebus etiam in sabbato Penthecostes ordinans debet a suo Archiepiscopo corrigi & ordinati tamdiu a susceptis ordinibus reddi debent expertes,donec ab Apostolica sede restitutionis gratiam consequantur. capitu. primo. & capitu. cum quidam. eodem titu. quod intellige,iuxta ea quæ habentur in capitu.consultationi. codem tit. Sola ergo die sabbati debent conferri sacri ordines.
38 † adeo quòd si in sabbata conferatur ordo diaconatus,die Dominica sequenti non potest ordo sacerdotii conferri. & quia duo sacri ordines eodem tempore conferri non possunt, aliàs
39 punitur conferens. capitu. literas , eodem titu. † Soli etiam Papę,vel de eius mādato,licèt ordinare subdiaconū Apostolicū. ç.cum in distribuendis. nec possunt religiosos ꝓmouere ad superiores

Source : BIU Cujas

periores ordines contradicentibus eorum prælatis, cum tutius
sit subiectis debitam obedientiam superioribus impendere de
seruiendo in minori ministerio, quàm cum scandalo superio-
40 rem gradum appetere, & dignitatem. † & quia nō in sublimi-
tate graduum, sed in amplitudine charitatis acquiritur regnū
Dei. capitu. ad aures, eodem titu. punitur etiam episcopus tan-
quàm demens, vel ignarus qui constitutum in 13. suę ętatis an-
no in diaconum ordinauit, vt in capit. vel non est compos. eo-
41 dem titu. † punitur etiam, qui eodem die simul tres sacros or-
dines suscepit, & quia non debuit superior cōtra canones obe-
dire, & quia periurando variauit. capitu. dilectus. in eodem ti
tu. super ordinandis verò Gręcis, debet seruari quod habetur
in capitu. cum secundum, & capitu. quod translationem. eod.
titu. super consecratione verò Archiepiscopi, & episcopi debet
attendi, quod habetur in capitu. si Archiepiscopus, & capitu.
sequen. eodem titu. super ordinatione autem occulti, vel no-
torii peccatoris, seruandum est, quod habetur in capitu. ex te-
nore, & capitu. fin. eodem titu. & in monacho albo, qui se tran-
42 stulit ad nigros, dic vt in capitu. ex parte. eodem titu. † & licèt
delictum notorium repellat quem à promotione, vt in capitu.
fin. occultum tamen non, vt in capitu. ex tenore. & capit. fin. de
tempo. ord. Et quia indecorum est, vt hi debeant ecclesias re-
gere, qui non nouerunt gubernare seipsos, cum ad ecclesiarū
regimē tales personæ sint admittendę, quę discretione prę-emi-
43 neant, & morum fulgeant honestate. † puniuntur omnes be-
neficia conferentes non constitutis in ętate legitima, nec ha-
bentibus scientiam requisitam. capitu. ex ratione, & capitu. in-
decorum. cum sequen. de ętate & qualitate. & maximè ad be-
neficia curata hoc est inhibitum, cum sit ars artium, regimen
44 animarum. † sanctius est enim maximè in ordinatione sacer-
dotum paucos bonos, quàm multos malos habere ministros;
quia si cęcus cęco ducatum pręstet, ambo in foueam dilabun-
45 tur. c. cum sit ars. eodem tit. † Adeo quòd etiam electus in epi-
scopum repertus insufficiens in literatura a pontificalis officii
executione & ecclesiæ administratione amouetur. capitu. fin.
eodem titu. Similiter & suspensi propter suspensionem irregu-
laritatem incurrentes. capitu. ad aures. eodem titu. & idem in
excommunicato, vt ibi nota. & adde quòd erubescere debent
impii, & intelligere indicio Sancti Spiritus eos, qui in sacris or-
dinib. presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu sunt positi, si ca-
46 stè non vixerint, excludēdos ab omni graduum dignitate, † &
nemo ad sacrum ordinem accedere permittitur nisi aut virgo,
aut probatę castitatis existat, & episcopus nullum debet præsu-
mere facere subdiaconum, nisi qui castè se victurum promise-
rit, quia hodie subdiaconatus est sacer ordo, vt in capitu. a mul-
47 tis. eodem titu. † Est etiam tonsura, quæ conferri etiam potest
ab abbatibus, ordo clericalis. capitu. cum contingat. eodem tit.
potest ergo subdiaconus eligi in episcopum, vt ibi in ordinib.
etiam minoribus constitutus potest ad parochiales ecclesias
promoueri, dum tamen tales sint ꝙ infra breue tempus pos-
sint in presbyteros ordinari, vt in capitu. præterea. eodem titu.
quia paria sunt, aliquid factum in præsenti, vel in breui fiēdum,
vt ibi nota. maximè quando speratur esse ecclesiæ valde vti-
les, &c. vt in capitu. quæris. eodem titu. Debent ergo ordina-
rii, & visitatores super præmissis omnibus indefessam adhibere
diligentiam, ne propter negligentiam fiant in aliquo culpabi-
48 les. † Proinde statuit Papa, quòd habentes plures dignitates,
vel alia beneficia curam animarum habentia per ordinarios
compellātur ostendere infra tempus competens superioris ar-
bitrio statuendum dispensationes, quas si nō ostenderint, per-
inde procedatur, ac si nullas haberent, & si ostenderint & suffi-
cientes non amplius molestentur, prouiso ne in prædictis be-
neficiis animarum cura negligatur, vbi autem de iurib. dispen-
sationis dubitatur, ad sedem Apostō. recurratur. & talib. plu-
ra talia beneficia obtinentibus aliud non conferatur benefi-
cium, nisi ostensa dispensatione sufficientia, & tunc ita demū
conferatur, si per dispensationem illud cum aliis retinere pos-
sunt, vel si prioribus renuntiauerint, aliter collatio facta non
49 tenet. capitu. ordinarii. de offi. ord. libro sexto. † Et attende, ꝙ
episcopi cum illegitimè natis dispensant in minoribus ordini-
bus, & in beneficio sine cura, dummodo sit tale, in quo aliàs di-
spensare possit. in aliis dispensatio Papæ requiritur. & si dispē-
satum fuerit cum aliquo, quòd non obstante illo defectu pos-
sit ad curatum beneficium promoueri, prætextu illius dispen-
sationis, non poterit duo beneficia insimul obtinere. capit. pri-
50 mo. de fil. presbyt. libro sexto. † Et si ille, cum quo super defe-
ctu originis in curato beneficio fuerat dispensatum à Papa eo
tacito super pluralitate dispensationem obtineat ab eodem,
51 non valet secunda dispensatio. capit. fi. eodem titu. † Permitti-
tur tamen, vt episcopi cum his qui 20. annum compleuerint,
ꝙ dignitates, & personatus, quibus animarum cura non immi-
net, vale aut obtinere, si aliud non obsistat canonicum liberè
52 dispensare. capitu. j. de ætate & qualitate libro sexto. † Et adde
quòd hodie bigamus est nudatus omni priuilegio clericali, &
astrictus foro seculari, nec valet contraria consuetndo, & pro-
hibetur sub anathematè, ne tonsuram deferat clericalē, nec
53 habitum. c. 1. de biga. li. 6 † Item ꝙ episcopus Italiæ vltramonta-
num non debet ordinare, nisi de speciali licentia Papæ, vel per
patentes literas episcopi sui, continentes iustam causam, quare
nolit vel non possit illum ordinare: & si secus factum fuerit pu-
nitur ordinans pęna condigna, & ordinatus manet suspensus, ita
ꝙ etiam penitentiarius Papæ sine illius spāli licentia illum non
54 poterit absoluere. c. 1. de tempo. ordi. lib. 6. † Et qui scienter ordi
nat clericum alienum per annum à collatione ordinum est su
spensus, & cum suspensio fuerit manifesta, poterunt subditi sine
56 ipsorum licentia à vicinis epis ordinari. c. 2. e. ti. † Et eps domici
lij originis, vel ecclesiastici domicilij, & beneficii, commēdati-
tias literas ad ordines dare pōt, inferiores verò prælati non, nisi
ex priuilegio, nec officiales eporum, sed hi qui habent admini-
56 strationem spiritualium illas bene concedunt, † & possunt epi
ordinare priores prioratuum non exemptorum, & ipsorum so-
cios quandiu morantur in illis, licèt inde non fuerunt oriundi.
c. cum nullus. e. ti. li. 6. Et nullus ordinans absq; sui superioris licē
tia homini diœc. alienę clericalē debet conferre tonsuram, nec
ēt ꝙiugato, nisi volēti intrare religionē, aut ad sacros ordines ꝑ
57 moueri, aliàs punitur in eo, in quo deliquit, vt in c. fin. e. tit. † Itē
ēt beneficium curatum ad sex menses commendare pōt, prout
patet in c. nemo deinceps. de elec. li. 6. Et iconomos cōstituere
ecclesię vacanti, vt in c. cum vos. de offi. ordi. & alia plura circa
præmissa, de quibus satis ex superioribus patere potest.

SVMMARIVM.

1 *Visitator, qñ visitat, quam examinationem, & inquisitionem facere debeat.*
2 *Episcopus visitans debet exequirere, quæ ecclesia increpatione indigeat.*
3 *Et quomodo clerici ordinem baptismi & missarum teneant.*
Et quæ docere debeat.
4 *Episcopi in suis diœcesibus puniunt adulteria & scelera.*
5 *Episcopi inquirere de quibus debeant.*
6 *Visitator debet de vita & morieus ministrantium in ecclesijs quærere.*
7 *Visitatores debent arguere, obsecrare & increpare, & quomodo.*
8 *Visitator debet clericos interrogare, quomodo baptisma, & alia sacramenta*
ministrant & eos instituere.
Et quę populum docere debeat.
9 *Visitator etiam si nulla præcedat infamia, gradatim inquirit de vita & mo-*
ribus clericorum absque strepitu iudicij.
10 *Et quærit à populo, quomodo se clerici habeant.*
11 *Ordinarius, quando procedere contra aliquem potest, infamia non præ-*
cedente.
12 *Visitator debet facere inquisitionem de vita, & conuersatione clericorum et*
laicorum, & vtrum laici sumant eucharistiam, & si sint aliqui incestuosè
copulati.
13 *Nuptias incestuosas scienter contrahentes sunt excommunicati.*
14 *Visitator re non cognita non debet contra aliquos accendi.*
15 *Visitator in inquisitione generali examinando testes debet ab eis quærere si*
episcopus aliquid spirituale pro pecunia concessit.
16 *Et si quis aliquid dederit episcopo pro tenendo concubinam.*
17 *Et an aliquid episcopus habuerit ab aliquo pro beneficio ecclesiastico.*
Et an episcopus clericos moneat super vita & moribus.
18 *Visitator debet quærere, an sit aliquis clericus concubinarius, aleator, blas-*
phemus, vsurarius, coniurator & rerum ecclesiæ dilapidator.
19 *Visitator debet quærere, an vasa ecclesię & alia conseruentur.*
20 *Et an officia diuina horis competentibus celebrentur, an mos ecclesię seruē-*
tur, an clerici exequiis mortuorum interfint, an ecclesię cimiteria
munda teneant, quomodo pœnitentias iniungant, & baptisma ce-
lebrent.
21 *Visitator debet quærere, an aliquis in ciuitate sit hęreticus, vel hæreticorū*
fautor, & defensor & si possessiones ecclesię negligentia episcopi & capi
tuli sunt alienatæ.
22 *Testes, qñ de statu ecclesiæ inquiritur, debent meram dicere veritatem.*
23 *Testes licet non debeant occulta crimina reuelare, circumstantias tamen*
tenentur.
Testis ante publicationem dictum suum non debet reuelare.
24 *Testes deponunt solum de his, de quibus est data infamia, quando inquisitio*
fit de certo crimine.
25 *Prælatus tenetur facere inuentarium de rebus ecclesiæ tempore suæ crea-*
tionis.
26 *Prælatus si emit res de suis & ecclesiæ rebus pro rata pretij inter ecclesiam*
& hęredes diuiduntur.
27 *Bona empta per prælatum nil patrimonij habentem, de bonis ecclesię em-*
pta presumuntur.
28 *Præsbyter de facultatibus ecclesiæ suo nec alieno nomine fraudem facere de*
bet, aliter esset sacrilegus.
29 *Bona per presbyterum acquisita post consecrationem proprię ecclesiæ per eū*
relinqui debent.
Possessiones factæ per clericum in terra ecclesiæ, cui relinqui possunt.
30 *Visitatores episcoporum, eos interrogant si constituti in peccato mortali cele*
brant, ordinant, vel iudicent subditos & beneficia obtentu carnalitatis
conferant.

Source : BIU Cujas

Ioan.Fran.Pauin.De Visitationibus.

31 *Visitatores interrogant episcopum, si scienter indignum ordinauit, & si pro indigno scienter rogauit, si ordines, loco remunerationis conferat.*

32 *Et si clericos sine titu.promouent,si clericos sine literis recipiant,si relinquũt proprios clericos idoneos,si inuitos promoueant,si seruant tempora & interstitia in ordinibus celebrandis.*

33 *Visitatores interrogant episcopos.si sustinent clericos in delicto, si delicta punire omittunt, si magis consiliis laicorum quàm clericorum vtuntur,si pauperibus aliquid erogant,si negligenter viduas defendunt & miserabiles personas,& si vni plura beneficia conferunt.*

34 *Episcopus solus bonis incumbit,& sibi vniuersa vendicat.*

35 *Episcopus per pecuniam ordinans,lepram incurrit.*

36 *Charitatis perfectio,imperfectionem scientiæ supplet.*

37 *Omne artificium per exercitium suscipit incrementum.*

38 *Canonibus nesciens obedire,ministrare dignus non est.*
Canones instinctu Spiritussancti facti sunt,et eorum violatores in Spiritusancto peccant.

39 *In iudicio quamuis quædam sint vera,non tamen credenda sunt,nisi certis indiciis demonstrentur.*
Reus est non solum qui falsum dicit, sed etiam qui citò aures criminibus præbet.

40 *Incerta licèt sint vera,non sunt iudicanda.*

41 *Visitatores interrogant episcopos,si indiscretè excommunicant paratos corrigi, si expellunt qui suis prædecessoribus seruiuerunt, si seruitutes non remunerant, si soli clericos deponunt, & si exemptis priuilegium non obseruant.*

42 *Visitatores debent interrogare episcopos,si ligant, vel absoluunt sine causæ cognitione.*

43 *Missa in domibus sine magna causa celebrandæ non sunt.*

44 *Visitatores episcopos interrogant,si instrumenta ecclesiæ custodiunt,eius res dilapidant,si res alienas vsurpant.*

45 *Bona aliena inuadere, aut scienter detinere, paria sunt quo ad animæ periculum.*
Aequales omnes sumus,secundum rationem humilitatis.
Visitatores interrogant episcopos,si fructus ecclesiarum vsurpant.

48 *Visitator abbatum, quomodo eos debeat interrogare, & infra in discursu.*

49 *Abbatiam mentes saluari non possunt,nisi renuntient.*
Abbates recipere nolentes monachos sine pecunijs,deponendi sunt.

50 *Abbates monachos inciscretè eijcientes,eorum mortis rei sunt.*

51 *Monachi per laicos capi non possunt,nec verberari,sed per monachos.*

52 *Visitantes monachos, quomodo eos interrogare debet, & infra in discursu.*

53 *Monacho non licet cum monacha conuiuari, & quomodo cum eis loqui debeat.*

54 *Monasteria monialium nec clericus,nec laicus frequentare debet.*

55 *Bigami efficiuntur monachi,si matrimonium contrahant,licèt non teneat.*

56 *Ocium & voluptas,sunt arma hostis antiqui.*

57 *Monachi leges & phisicam audientes,sunt excommunicati.*

58 *Visitantes decanos,quid ab eis petant,& infra in discursu.*

59 *In dispensationibus solet apponi,quòd cura animarum non negligatur,nec ecclesiæ obsequium.*

60 *Visitantes archidiaconos,quomodo eos interrogent,& in discursu.*

61 *Archidiaconus est oculus episcopi.*

62 *Visitantes archipresbyteros,quomodo eos interrogent.*
Archipresbyter aliquando dicitur decanus,quandoque plebanus,quandoque Abbas,licèt impropriè.

63 *Visitantes priores,de quo eos interrogare debent.*

64 *Visitantes sacristam,quid ab eo petant.*

65 *Visitantes scholares & magistros scholarium,de quibus eos interrogent.*

66 *Promoti ambitiosè,à prælato puniuntur.*

67 *Visitantes cantores,quid ab eis requirant.*

68 *Visitantes canonicos,quomodo eos interrogent.*

69 *Clericus diues ex inope factus,tanquam pestis fugiendus est.*

70 *Canonici debent esse lumen boni, & speculum ciuitatis.*

71 *Vocem in capitulo non habent,qui in sacris non sunt constituti.*

72 *Visitantes presbyteros,de quo eos interrogent.*

73 *Visitantes Imperatorem & Imperatricem,quid ab eis petant.*

74 *Imperator in nullo magis Deo placere potest, quàm si iustitiam exerceat.*

75 *Cap.nobis fuit,in §.j.de iurepa.quomodo intelligatur.*

76 *Visitantes Reges,quomodo eos interrogabit.*

77 *Ecclesia plus adiuuat Regnum orationibus, quàm armiger armis.*

78 *Reges non facientes iustitiam,deponendi sunt.*

79 *Reges terras alienas occupantes, etiam si bene administrant, non saluantur.*

80 *Bellum iustum est pro nostris bonis repetendis,vel defendendis.*

81 *Rex vnus vix vni mulieri sufficit,vxores plures habere non licet.*

82 *Cap.ex speciali,de iudi.quomodo intelligatur.*

83 *In Principe nil melius resplendet,quàm recta fides.*

83 *Visitantes Duces,quomodo eos interrogent.*

84 *Duces constitutiones contra ecclesiam facientes,quomodo puniantur.*

85 *Duci soli Burgundiæ in aliquibus capella priuilegiata concessa est.*

86 *Visitantes Marchiones,de quibus eos interrogent.*

87 *Nil interest,an aliquid fiat nulla lata sententia,vel vitiosè lata.*

88 *Visitantes Barones & proceres,quomodo eos examinent.*
Barones non possunt facere suos filios in eorum domibus baptizari.

89 *Visitantes milites,super quibus eos examinent.*

90 *Visitantes Doctores siue magistros, quid ab eis petant.*

91 *Magister bonus vix erit,qui non fuit bonus discipulus.*
Magistri antiqui pro nobis deferendi non sunt.

92 *Doctor iustum consilium vendere potest.*

93 *Visitantes aduocatos, de quibus eos interrogare debent, & infra in discursu.*

94 *Aduocatus de quota litis paciscens,ab officio remouendus est.*

95 *Visitantes mercatores,de quibus eos interrogent.*

96 *Mercator fidem non seruans,nec ei seruanda est.*

97 *Visitantes Rusticos,quid ab eis petant.*

98 *Fame morienti,subueniendum est.*

99 *Rusticorum vita alijs tutior est.*

100 *Visitantes pueros,de quibus eos examinent.*

101 *Puer quidam in nono anno matrem suam grauidam reddidit.*
Salomonem in nono anno filium habuit.

¶Quæstio septima secundæ partis.

1 SEptimò quęro de examine † in visitatione facienda. & quoniam ista quæstio est valde notabilis,id-
2 circo in ea aliquantulum oportet me extendere. † Respondeo ergo primò, secundum ꝙ traditur in concilio Lateranen.de quo hĩ 10.q.j. in ca.episcopum euntem per totam diœce.oportet exquirere, quomodo vnaquęque basilica increpatione sua indiget. Item & reddi tus basilicarum,ac reparationes earum. Tertiò ministrantium vitam per se vel alios presbyteros,aut diaconos probabiles ex
3 causa. † Subditur verò in c.placuit,immediatè sequenti, ead.q. episcopos ambulantes per diœce. oportere discutere clericos, quomodo ordinem baptismi teneant,vel missarum, & qualiter quæcunque officia in ecclesia peragant. Item debent docere ignaros,& modis omnibus præcipere,vt ante dies 20.baptismi ad purgationem exorcismi, & cathecumini currant. in qbus 20.dieb. omnino cathecumini simbolum,hoc est, Credo in Deum patrem omnipotentem,specialiter doceãtur. & post discussionem & documentum clericorum, conuocata plebe doceant illos,vt errores fugiãt idolorum & diuersa crimina.i. adulteria,periurium, falsum testimonium, & reliqua peccata mortalia,& quod nolunt sibi fieri alteri ne faciant,& vt credãt resurrectionem omnium,& diem iudicii, in quo vnusquisque
4 secundum opera sua recepturus sit prẽmium.s.vel pœnam.† & ideo in sinodo Ioan.Papę statutum fuit, ꝙ episcopi singulariũ vrbium in suis diœce. liberam habeant potestatem adulteria, & scelera inquirere,vlcisci,& iudicare,secũdum ꝙ canones taxant,de quo in c.pernicioſam.de offic.ordi.vbi dicit glo ꝙ episcopi cãs sinodales inquirere debẽt, & testes maturiores in parochia constituere,qui causas sinodales ad episcopum deferãt.
5 † & ꝙ ad episcopos pertinet inquirere de criminibus ecclesiasticis,hoc est adulteriis,& consanguinitate etiam inter virum & vxorem.Itẽ de hęresi.Itẽ de crimine vsurarũ,sacrilegio,simonia & similib.& licèt de eis principalius debeant inqrere & punire,nihilominus etiam debent de quocunq; alio mortali peccato. allega.c.nouit.de iudi.c.cũ aliis multis.Bonifacius autem
6 VIII.in c.Rom.in §.fanè.de censi.in 6.† dicit ꝙ prælatus impẽsurus officium visitationis proposito verbo Dei quærere dẽt de vita,& conuersatione ministrantium in ecclesiis, & locis aliis diuino cultui deputatis,ac cæteris quæ ad officium ipsum spectant,absque coactione qualibet iuramenti ad ipsorũ emẽdationem per salubria monita,nunc leuia, nunc aspera, iuxta datam sibi a Deo prudentiam diligenter intendens. Respon-
7 deo vlterius ex mente Doctorum,præsertim antiquorum, † ꝙ prælati visitantes in primis debent arguere,obsecrare,& increpare,iuxta Apostolum ad Titum, videlicet ĩ occultis peccatis, in diuino iudicio in genere scilicet.vt in capi.si sacerdos, de offic.ordi.& in spem seorsum & secretò,iuxta illud euãgelicum, si peccauerit in te frater tuus, secundum fratrem Raimun. in Summa sua,arguendo scilicet de peccato obsecrando pro iustitia saluanda,increpando,timorem diuini iudicii comminando in omni patientia, & doctrina,& hoc præcisè conuenit in
8 propositione verbi Dei. † Secundò debet districtè clericos interrogare qualiter baptisma ministrant, & alia ecclesiastica sacramenta. Item qualiter se habeant in ecclesia & in vita. & si omnia rectè Deo agant gratias:si autem instruant eos, & puniant puniendos,& hoc nocte qua venit: sequenti verò die in mane conuocata plebe,doceat eos errores fugere, specificando crimina mortifera,& quod sibi nolunt fieri, aliis nõ faciãt, & vt resurrectionem & diem iudicii,& alios articulos fidei credant,& in bonis operib. se exerceant, & sic prelatus de ecclesia illa ad aliã proficiscaẽ,& cũ hac forma transit Host. in Summa. de offic.ordi. in §. sunt autem quędam. versicu. visitabit quem episcopus.Spe.autem latius in titu.de inquisitione.in §.quando autem.

Source : BIU Cujas

autem.versicu.licet autem,ad cuius formam se remittit glos.
9 in cle.attendentes.de sta.reg. super verbo, impediant. † dicit ꝙ
prælatus visitans,licèt nulla infamia præcedat,potest gradatim
& summariè inquirere absque iudicii strepitu de vita & morib.
clericorũ,vt eos corrigat,de censi.c.Romana.§. sanè. lib. 6. 10.
10 q.j.placuit.de accusa.c.sicut olim. † Et subdit, quæret.n.episcopus a populo,quomodo se clerici habeant: & si fortè inuenerit super aliquo diffamatum,vel suspectum rectorem, vel aliũ, poterit inquirere,an veritas infamiam comitetur, nec ille poterit appellare ex eo ꝙ inquiritur contra eum nõ infamatum, quia sic potest quilibet superior inquirere de fama subditorũ.
11 Et infamia reperta super criminibus veritatem inquiret. † Vnde si certum est aliquod crimen in parochia esse commissum, puta virginem esse violatam,oppressam, vel aliquem de possessione esse eiectum,ignoratur tamen quis fecerit, si sit contra aliquem suspicio,bene poterit contra eũ inquirere ordinarius, licèt infamia nõ præcedat,de offi.ord.c.j.de iureiu. c. ad nostrã. ij.similiter no.extra de diuor.porrò.nec ille poterit ex hoc appellare. procedet enim iudex ex officio suo, quo tenetur prouinciam suam purgare malis hominibus & aliis malis: aliàs autem ex hac causa tegulariter appellari potest.& si is,contra quẽ debet inquiri,contumaciter se absentet,nihilominus testes recipi debẽt.c.quoniã.§.sunt & alii,vt lite non cũtest. & de accu. qualiter.2.& compendiosam in 16.arti.tradẽs doctrinã † subdit,ꝙ prælatus visitans præparatoriam,quam aliqui vocant ordinariam,inquisitionem faciet de vita,& conuersatione ministrantium,& etiam laicorum,quærendo de laicis a clericis, & etiam ab aliis laicis,vtrum bene veniant ad ecclesiam & diuina audiant,extra de homi.c.Ioannes.& an saltem semel confiteantur in anno,vel eucharistiam recipiant in Pascate,de pœn. & remi.tit.omnis.de con.dist. ij. & si non frequenter. & an sint aliqui incestuosa coniuctione matrimonialiter copulati. 3.q.5. consanguineorum, † quia sunt hodie ipso iure excommunicati,si sciẽter contraxerint,per cle.eos.de consan. & af. vel ẽt si sint aliqui occultas conuenticulas celebrantes,extra de hære. cum ex iniuncto.C.de episc.& cle.l.cõuẽticulã. vel an sint ibi aliq homines scelerati,vel adulteri,extra de offi. or.c.j.vel vsuras, seu baratarias exercentes,extra de vsu.quoniam. 14.q.4.§. quoque.& per totum. & sic de similibus. Item debet a laicis q̃rere de clericis,an surgant ad matutinum ante auroram, extra de celebra.miss.dolentes. Quem ordinem & formam in baptizando,& celebrando,& in aliis officiis ecclesiasticis seruent.d. c.placuit.& de vita & moribus,& aliis multis, de quibus per eũ in tit.de teste.§.nunc tractandum.prope finem.§.porrò in causa.& si quid sinistrum de aliquo ecclesiastico audiat, instruant
14 eum, † nec debet re incognita contra illos accẽdi.86.di. si quid verò.de simo.licèt Heli.quia facilis est, qui de facili credit.xj.q. 3.in cunctis,nec debet delectari in infamia subditorum, de accu.licet.95.di.in scripturis.Latius autem in d.tit.de teste. §. nũc tractandum,vers.porrò, dum tractat de examinatione testium
15 in visitatione examinandorum dicit, † ꝙ visitans quæret a teste super inquisitione generali examinãdo,an sciat, vel credat, vel fama sit,episcopum,vel clericum aliquẽ ciuitatis,vel diœc. fecisse concessionem super quacunque re spirituali pro pecunia,vel alia re temporali,data vel promissa, vel retenta, vel ex pacto vel conuentione.j.q.ij.quàm pio.de simo.cum in eccle-
16 siæ. † Item an sciat,vel credat,vel fama sit,quòd aliquis dederit aliqd eꝑo pro eo,ꝙ est incõtinẽs,vel ꝓ eo ꝙ hẽt, vel habuit cõcubinã,vel sustinuerit eũ ꝓ aliquo cõmodo tꝑali,de vi. & hon.
17 cle.vt clericorũ.§.prælati.de simo.nemo. † Itẽ an sciat vel credat,vel fama sit,ꝙ eꝑs aliqd acceperit,vel habuerit ꝓ se, vel aliũ tacitè,vel expresè,vel clericus dederit,vel ꝓmiserit aliqd ꝓ se, vel per interpositã personã,pro bñficio ecclesiastico obtinendo,vel vt eligeret̃,vel precib.illud cõtulerit.j.q.j.reperiunt̃,& c. sunt nonnulli.de æta.& quali.c.tuam.Itẽ an sciat,vel credat,vel fama sit,ꝙ eꝑs monuerit clericos suos super vita & honesta.& diligentia in diuinis officiis & aliis,& ꝙ delinquentes puniuit, vt d.c.vt clericorum.primo respõso.12.dist. de his. de censi. c.
18 Romana.§.sanè.lib.6. † Item an sciat,vel credat,vel fama sit,aliquem clericum cuiuscunque ordinis,aut status, concubinam habere,aut ei cohabitare,vel eã suis expensis in domo, vel extra tenere,vel ad aliquã accedere,vel ad se venire,vel cũ aliqua muliere suspecta consortiũ,vel colloquiũ hr̃e,de cohab. cle.& mulie.c.j.2.3.& seq.C.de epis.& cler.auc.episc.32. di. presbyter. 81.dist legitur.Item an scis,vel credis,vel fama sit, aliquem eorum aleatorem esse. de vita & hone.cle.ne cleri. vel mo.ca.j.C. de epis.& cle.auct. interdicimus. vel blasphemũ,extra de maledicis.c.ij.25.dist.aliàs ea demum,in fin.& c.se.21.di.denique.24. q.5.si igitur,& seq.vel vsurarium.47.dist.nõ licèt.& seq. de vsu. præterea.vel coniuratorem seu conspiratorem.xj.q.j.coniurationes.& seq.de re iudi.exhibita, vel alienatorem rei ecclesiasticæ.xij.q.ij.monemus.& tribus seq. de reb.eccles. non alie. si quis presbyterorum.vel obligatorem.capitu.primo.& iij.de pignor.lege sancimus.de epis. & cleri. vel malum administratorem,uel res ecclesiasticas dilapidantem, uel consumentẽ, uel malè dispensantem.28.distinct.Siracusanę,de simo. licet Heli.
19 3.q.2.quia ea.de accu.cap.fina.de offi. deleg. venerabilis. † Item an scis,vel credis,vel fama est,ꝙ sacrista,vel thesaurarius,vel custos,vasa,vel vestimenta,& alias res,vel ornamenta ecclesiæ,puta ecclesiæ libros,vel alia diuino cultui dedicata, bene saluauerũt,& si aliqua de mobilibus diminuta sunt,& per quem,& quare,& quando,& qualiter.de offi.sacristæ,capi.2.de offi.custo. capitu.1.25.distin.perlectis. de offic. archi.ca quæ.12. quæst.2.alienationes. & sic quærere super singulis officijs de his, quæ ad quodlibet eorum noscuntur pertinere,vt in d.cap. perlectis. &
20 21.distin.cleros,& in titulis Decretalium,de offi.archi. &c. †Itẽ an scis,vel credis, vel fama est, ꝙ officia diuina de nocte horis competentibus & solemniter celebrentur. Et an in singulis ecclesijs mos diœc.vel metropolitanæ ecclesiæ seruetur in diuinis. de cele.miss.capitul.1.& cap.dolentes.12.distin.de his. de conse. distin.2.institutum.Et an intersint exequijs mortuorum,& an teneant ecclesias,vel cimiteria, vel euchariſtiam, vel reliquias,& alia huiusmodi,mundè,& cautè.extra,eo.capitu.cu mcreatura. 1.responso.& c.sanè.& de custo.eucha.cap.1.& 2.Et qualiter baptizant & pœnitentias injungant. & an ad hæc facienda prompti sunt,an negligentes.& an aliqui ob hoc sine pœnitentia & baptismo decesserint.de baptis.cap.1.de consec.distin.2.de cathecumino.& c.ne quod abs̃it.& extra de pœni.& remis.cap.fin.16.
21 quæst.1.si quis presbyter.& c.seq.† Item an scis,vel credis,vel fama est,aliquem esse in ciuitate, vel diœc. hæreticum, vel suspectum de hœresi,vel conuenticulas per tales fieri, & an scis domum, vel prędium, vel antrum, vel locum. vbi conueniant; vel an scis,vel credis,vel fama est aliquem esse receptorem,vel fautorem,vel credentem,vel defensorem, vel laudatorem, vel vitæ eorum ministratorem eis, quo ad victum vel vestitum & alia necessaria,extra de hœre.excommunicamus.1.§. credentes. & c.si aduersus.& c.se.de sum.Tri.l.2.& 3.C.de epis.& cleri.l.conuenticulam.30.dist.si quis,& c,seq.C.de hære.l.cuncti.& l.Ariani.& l.seq.& auc.credentes.32.q.6.episcopus in sinodo.Item an episcopi,& clerici sint assidui in officiis,& an surgant ad matutinas horis cõpetentib.& an intrent chorum honestè cum cappis vel sine cappis,cum superpellicijs,vel sine, si dormiunt in communi dormitorio,& comedunt in cõmuni mẽsa.Si acceperunt aliqua de possessionibus ipsius ecclesiæ auctoritate propria. Si episcopi,vel capituli negligentia aliqua de possessionibus ipsius ecclesiæ sunt alienata.de vita & hone.clericorum.quoniam.cũ suis con.Item an scis,vel credis,vel fama est, aliquos esse simoniacos,periuros,dilapidatores,de simo.licet.de re iud.cum.I. & A.Item quæratur de singulis, in quibus consistit honestas clericorum,quæ dic vt extra ne cleric.vel mona.c. 1.33.distin. his igitur.Et dixit in Repertorio in ti.de vi. & hone. cle. & de aliis, sicut inquisitoris diligentia viderit expedire,scilicet an aliqui sint adulteri,vel incestuosè coniuncti,& sic de similibus.3.quęs. 5.consanguineorum.35.q.3.c.2.3.& 6.q.1.infames.

22 † Ex quibus ergo patet,quòd cum inquritur de statu ecclesiæ, & tam de capite quàm de membris, iurant testes super omnibus his, quæ sciunt vel credunt in sua ecclesia reformanda, & tam in capite quàm in membris, saluo quàm de non occultis criminibus,meram & puram dicere veritatem,de accusa.c.qua
23 liter.1.in fi. & c. cum dilecti. † & licèt non debeant occulta crimina reuelare, occultas tamen circunstantias manifestorum criminum reuelare tenentur.adde,siue fuerit interrogatus,siue non.Addunt etiam quædam,quòd non reuelabit dictum suum
24 alicui,donec testes fuerint publicati.†vbi inquisitio fit super certo crimine,non debent testes deponere de occultis,vel manifestis,nisi de his solum,de quibus data est copia infamato, vt e.ti. c.qualiter.2.§.debet.† Item an fecerit inuentarium de bonis ecclesiæ,quod facere tenetur prælatus de rebus,quas tempore suę
25 creationis,in ecclesia ad quam eligitur inuenitur. 28.distin. de Siracusanæ.12.q.1. sint manifestè. & fiet ad instar tutoris. nam tutor & prælatus comparantur,in Auc.de ec.ti.§.fina.col.10.3. quæstio.2.quia ea.& no.5.quęstio.5.quia episcopus.& Spe. in tit. de instru.edic.§.dicto.versic. prelatus. probat hoc text.de bonis quę clericus superemit,in cap.2.de pecu.cle.& in cap. fina.12.q. 4.alias ab eius ordinatione habet discedere, vt ibi. quod verum
26 intellige de rebus ecclesię tantum: † quoniam si de suis & ecclesię rebus emisset,pro rata precij res diuiderentur inter ecclesiam & hœredes presbyteri,si hoc constaret.12.quęstio.3.capitu. & bene faceret si de parte sua faceret instrumentum per se separatim & non faceret instrumentum cõmune, vt tibi no. in glo.
27 † inuestigandum est etiam prœcipuè,si nihil patrimonii habens prœsbyter,quando promotus est ad ecclesiasticorum ordinem, & postea emit prędia,quoniam ecclesię, ad quam nihil habens promotus est,esse debent,vt in capit.j. de pecu.cle.& xij.q.iij.placuit.& quęstio.4.quicunque.& quęstio.5.nulli.& capit.fixum.& cap.1.vbi patet quòd præsumitur de bonis ecclesiæ empta,sicut dicitur in vxore.l.etiam C.de don.inter vir.& vxo.& l.Quintus. contra quam tamen præsumptionem admittitur probatio. 12.
28 quæst.1.sint manifestæ.& q.4.capitul.1. & 2.† Item præcipuè inquirendum est,si aliquis presbyterorum de redditibus ecclesiæ,

Source : BIU Cujas

vel oblationibus, vel notis fidelius alieno nomine res comparauerit: quia sicut nec suo, ita nec alieno nomine presbyter fraudem facere de facultatibus ecclesiasticis debet, quoniam hoc sacrilegium est, largo modo, & par crimini Iudæ furis, qui sacras oblationes asportabat & furabatur. capit. inquirendum. de pec. cle. poterit ergo ecclesia eas vendicare, licèt suæ non sint, quod est in ea speciale, sicut & in milite C. de rei vend. l. si vt proponis. & in pupillo. C. arbi. tu. l. 3. secus autem in alijs. C de rei ven. l. si ex ea. cum concor. fa. 46. distin. sicut non suo. & 12. quæst. 2. prædia. & cap. gloria episcopi. & in simili, cap. conquestus. de fo. com
29 pe. † & ideo vnusquisque presbyter res quas post dies consecrationis acquisiuit, proprię ecclesię relinquere debet, vt in cap. vt vnusquisque, de pecu. cle. & capitu. quia nos. & cap. requisisti. de testa. Si quis tamen clericorum agella, vel vineolas in terra ecclesiæ fecisse probabitur, sustentandæ vitæ suæ causa, post eius obitum nulli relinquere potest, nisi cui episcopus pro seruitijs, ac præstatione ecclesiæ largiri voluerit. cap. fi. de pecu. cle. & ibi plenè per no. inquirendum est etiam de his de quibus in cap. 1. de reli. domi. & c.

Verum quoniam ex præmissis non habetur sufficiens doctrina super interrogationibus faciendis per visitantes & inquirentes crimina & defectus singulorum, ideo per aliqua pleniori doctrina subijciam aliquas præcipuas interrogationes fiendas per eos, dum inquirunt tam contra capita, quàm contra membra, & primò quando inquirunt contra prælatos & alias ecclesiasticas personas. Secundò, quando inquirunt contra Principes & aliàs seculares personas. Cum ergo visitantes inquirunt contra maiores prælatos, videlicet episcopos & superiores, debent interrogationes facere, prout infra primo scilicet, contra episcopos. Quoniam ex interrogationibus faciendis, quando visitantur episcopi, facilè poterit intelligi, quæ interrogationes sint faciendæ, cum sui maiores visitantur, ideo omissis interrogationibus faciendis, quando maiores visitātur descendo ex
30 proposito ad interrogationes faciendas cum visitatur episcopus. † Debent ergo visitantes episcopos interrogare diligenter, si scienter celebrant vel ordines faciant, vel etiam iudicent subditos. dum in mortali se sciunt constitutos. ca. fi. de coha. cle. & muli de tempo. ordi. quæsitum. Item an conferat beneficia indiscretè, maxime obtentu carnalitatis, personis minus idoneis.
31 c. vt nostrum. vt eccle. benefi. & c. graue. de præben. † Item si indoctum & minus idoneum sciēter ordinaut, vel illum qui vnū pedem tenet in mundanis, & aliū in ecclesiasticis, contra 50. di uinam, 49. dist. fi. Item si rogant pro indignis scienter, l. dist. miror. Item si trahunt monachos & alios religiosos de monasterijs sine causa, contra voluntatem abbatum. 63. dist. ca. 1. & 2. 18. q. 2. quàm sit. & c. luminoso. Item si conferant ordines loco remunerationis, cum non habeant aliud quod conferant, cum ordinis collatio debeat esse discreta, & discreti iudicij, quia rarū est omne, quod magnum est, 63. dist. si officia. Item si ipsi ex laicis indiscretè sunt promoti. 58. dist. hic ad nos. & c. ordinatos. vel quia principium ordinationis suæ fuit aliter vitiosum, vnde nō
32 potest bono exitu peragi. 61. distin. miramur. & ca. in sacerdotibus, & c. miserum. de elec. per inquisitionem. † Item si promouent clericos sine titulo, qui postea cogantur mendicare. 70. distinc. neminem. c. sanctorum. & c. episcopus. de præben. Item an indistinctè sine literis recipiant clericos alienos. 71. dist. illud si quis de aliena. & c. clericos, vnde receptus & recipiens deponi debent. 1. q. 2. quoniam diuersorum. & c. placuit. & acrius puniri possunt, si non cessant, licèt ad hoc sufficiant literæ Papę de cle. non resi. fraternitati. Itē si negligunt proprios clericos idoneos, 40
& relinquunt eos quasi oues errantes. 72. di episcopus. itē si promouent inuitos nulla causa exigente, nisi fortè odij. 74. dist. ep̄s gesta. vbi ista. honoratus, & c. consuluit. item si seruent tempora in ordinibus celebrandis. c. 1. & c. de temp. or. item si seruant in-
33 terstitia. 78. di. & 67. dist. per totum. † item si sustinet clericos in delicto suo, nec corrigunt obtentu obsequij sibi præstiti, aut carnalis fauoris, vel pecuniæ corruptionis. 83. di. si quis ep̄s, error, & c. consentire. de off. or. irrefragabili. in fi. item si omittunt punire delicta, vt populis placeant, quod plebi commisse. & sibi p̄nicioſum est. item si magis vtuntur consilijs laicorum q̄ clericorum. 84. di. nihil pastore miserius. 84. di. peruenit. & c. nuntiatum Item si quid pauperibus erogent, & in vanum nomen ep̄i portent. 86. di. fratrem nostrum. & c. non satis. item si negligenter defendunt viduas & orphanos & pauperes & alias personas mi 41
serabiles ad ecclesiæ defensionem spectantes. 87. di. per totum. item si nimiam curam habent de rebus temporalibus, cum tñ scriptum sit, q̄ ep̄i nullam rei familiaris curam personalem ad se reuocent, sed lectioni, & orationi, & verbo prædicationis tantummodò vacent. 88. distinct. prælatum. cum sequentibus. item si plura beneficia vni personæ conferant. 88. dist. in. singula. item si habeat iconomos, sub quorum testimonio res ecclasiæ gubernentur. 89. dist. volumus, quibus quia & c. in quibusdam. 16. q. 6. quoniam. 9. quæst. 3. cum simus, & nolunt habere iconomos, nisi laicos. 89. d. indicatū. 16. q. 7. noua actione, vel consanguineos. 89. dist. decenter, aliàs suspendatur ad annum episcopus, & iconomus in duplum puniatur, item si vnus inuidet alij, & laborat vt cadat, & etiam ad inuicem discrepant in diuinis. 90. distin. c.
34 pe. & fi. Item si appropriant sibi omnia bona ecclesiastica: † solus enim episcopus incumbit bonis: solus sibi vendicat vniuersa: solus occidit vniuersos, hoc est principium litis & detractionis, & origo criminis: & ideo a clericis accusantur & damnantur a Domino Iesu Christo, & clamor eorum intrat in aures Domini, & c. 93. distin. diaconi. Item si contemnunt presbyteros, & vbi ipsi sunt, non permittunt eis officium facere, & c. 95. dist. olim. cum enim presbyter Christum consecret, quod maius est, quare præsente episcopo non poterit prædicare. 100. distin. ecce ergo. aliàs si non habent eos vt Principes patiātur, si non habent eos vt senatores. ead. distin. esto subiectus. Item
35 si ordinant per pecuniam, † quia tales incurrunt lepram. j. q. j. cum ordinetur, episcopus, eos. & c. citò turpem. & de radice infecta bonus fructus exire non potest. e. dist. fertur. & nisi renuntiet, saluari non potest j. q. j. si quis neque. Item si vtuntur consilio clericorum extraneorum, & suos, qui melius scirent, & vellent, & possent eis consulere contemnunt. ca. nouit. de his quæ fi. a præla. Item si laici sciunt eorum conscientiam, & presbyteri ignorant, nec habēt secum idoneos cubicularios. ij. q. 7. cum pastores. & c. peruenit. Item & si diu in clericatu fuerint, sint tamen idiotę, & permittunt se in episcopos promoueri. 23. dist. quia Christi. 28. omnis. ideo talibus dicit Dominus, tu scientiā repulisti a te, & ego te repellam. j. q. vij. conuenientib. j. q. j. vilissimus. c. quamuis. de ęta. & quali. † nisi imperfectum sententiæ
36 suppleat perfectio charitatis de renun. si cum pridem. §. pro defectu. Item si promoti negligunt addiscere, vel docere, quia tales reputanť infideles. 38. dist. nullus. & stultus est, qui in eo maiorem se existimat, vt bona quæ audiuerit, adiscere contemnat. 22. dist. Constantinopolitana. 23. q. 3. si habes. potest enim episcopus propter exercitium legendi acquirere scientiæ margaritam, de renun. post translationem. §. cæterum. versi. ne si quis.
37 † Nam omne artificium per continuum exercitium recipit incrementum. ff. de leg. 3. l. legatis seruis. §. ornatricib. Item si nolunt, vel sciunt canonib. obedire, aliàs debent ab administratione vsque ad cōdignam satisfactionem amoueri. 25. q. j. omnia
38 decretalia. 15. dist. sancta Romana. 29. dist. si Romanorū. † qui enim nescit obedire canonib. non est dignus altarib. ministrare. 25. q. j. hæc consona. nā canones instinctu Spiritussancti sunt facti. 50. dist. sed ille. & c. si qs diaconus. 8. dist. illud sanè. vnde & eorum violatores peccant in Spiritussancto. 15. q. j. violatores. & c. sunt quidam. ideoque si episcopi sæpius contraueniant, sæpius sunt puniendi. c. nimis iniqua, de excess. p̄la. & c. nimis praua. & c. tanta. igitur est presumptuosum asserere, q̄ statutis sacrorum canonum in sua firmitate manentibus, per solam Bibliam regi possit ecclesia, q̄ solum ignorantes asserere consueuerunt, qui tamen eosdem astringunt. c. j. & fi. de cōsti. de tēpo. ordi. vel non es cōpos. & hoc multi Sancti comprobant. 19. dist. & trib. dist. seq. per totum. & 8. dist. quæ ipsis. Item si sunt nimis creduli in præiudicium aliorum, & antequàm eis cōstet de
39 crimine sententias fulminant. 86. dist. si quid verò. † quamuis enim quędam vera sint, tamen in iudicio non sunt credenda, nisi certis inditiis demonstrentur. 11. q. 3. quamuis. & ideo non solum reus est, qui falsum de aliquo profert, sed etiam ille q̄ aures citò criminibus prębet. 11. q. 3. non solum. & si non essent auditores, non essent delatores, quia nemo inuito auditore libenter refert. 6. q. j. ex merito. indecens est enim super re dubia certam dare sententiam. 11. q. 3. graue. & in ambiguis nō est absolutum. i. certum iudicium ferendum. 33. distin. habuisse. † & ideo incerta nullus Pontificū iudicare pręsumat, quamuis vera sint. 30. q. 5. §. his ita. & frequens debet esse insinuatio & clamosa antequàm fiat inquisitio, de accusa. qualiter. ij. Item si in ecclesia erigūt in columnas quos nouerint meliores, vel quos ipsi magis diligunt, vel quorum sunt obsequiis deliniti. 8. quę. j. Moyses. multi enim ędificant parietes, & ecclesię colūnas subtrahunt. 22. q. ij. gloria episcopi. Item si paulatim quolibet anno ius personale sibi appropriant. 10. q. 1. quia cognouimus. & c. inter cętera. 16. q. j. constitutum. Item si indiscretè nitūtur vlcisci sibi illatas personales. j. q. 7. si quis matrem. 46. dist. seditionarios. vel indiscretè iniuriantur, & excommunicant. 23. q. 4. in ter querelas, & si volunt esse actores & iudices, & tamen cum persona actoris assumitur iudiciaria potestas amittitur. ij. q. j. §. sciendum. xj. q. j. si clericus. 4. q. 4. c. j. & ij. † Item si paratos corrigi etiam pro minimis culpis excommunicant. xj. quęst. iij. episcopi. & c. nemo. Item si expellunt eos, qui suis prædecessorib. fideliter seruiuerant, & quod deterius est, si remuneratione seruitii quam receperāt spoliant. xij. quæst. ij. hoc huius placiti. 16. quæstione 6. illud. Item si aduocatis & seruientibus nolunt reddere quod promiserunt, nec ipsos remunerare. xij. quæstio. secunda. quicunque, suffragio. & capitu. ecclesiasticis, lege qui opas. ff. locati. & de variis, & extra. cog. lege prima. §. in honorariis. Item si volunt quòd eis credatur in præiudicium aliorum. 6. q. ij. ep̄s. & capit. si tantum. & c. placuit. xv. q. v. capitu. ij. Item si soli volunt clericos deponere. 50. di. studeat. xv. q. j. de crimine.

vij. fœlix.

Source : BIU Cujas

vij.fœlix.& c.presbyteri.non.n.ſolus poteſt auferre, licèt ſolus poſſit dare.15.q.7.6.de tranſla.præla.inter corporalia.15.quæ.7. epiſcopus nullius. Item ſi impugnāt exemptos iniuſtè,nec ſeruant eorum priuilegia.16.q.j.frater noſter, de priuileg. dilecti.
42 & c.quanto. † Item ſi ligant & abſoluunt ſine cauſæ cognitione.24.q.3.de illicita.de ſentē. excom. ſacro. ſicut enim quoſdā gratia fauoris ſublimant, ſic plerunque alios odio inuidiaque humiliant.16.q.7.c.j.item ſi in quiuis legi faciunt ſacras lectiones. 44. diſt. pro reuerentia. nam dum corpus diuerſis ferculis reficit,lectioni detrahitur, lingua in detractionibus relaxatur, 44.diſtinct.conuiua.& capitu.præ.& Grego.in morali.lib.Item ſi in eccleſia, vel dum in publico prodeunt ſuperindumentis lineis vtantur,palia habent diffibulata,de vi.& honeſt.cle.clerici.in fin.Item ſi magis curant de conuiuiis,quàm de diuinis officiis,vnde luxurię & ocioſę fabulę prodeunt.44 diſtin.§.j.& c. ſeq.per totum. inde conſurgunt ad concentum auium, matutinum,ſincopa continua tranſcurrentes,& ſi vix celebrāt quater in anno,de cele.miſ.dolentes. & ſi faciunt cantari ſibi miſ-
43 ſam iuxta lectum in domo, vbi ſpurcitiæ multę fiunt, † & ſanctius eſſet miſſam non audire,quàm in domibus,in quibus ſine magna cauſa nullatenus ſunt celebrandæ,de con.diſt.j.c.j. & ca.
44 ſunt nonnulli. † Item ſi chartas & inſtrumenta eccleſiæ cuſtodiunt,& ſi res dilapidāt malè adminiſtrando.16.q.j. in canonibus.23.diſt de Siracuſanę.12.q.2.& ſi illi,& c Vulterra.& 12.q.ij. Apoſtolicos. Item ſi res alienas vſurpāt.16.q.6.placuit,ne ipſas reddere volunt à prędeceſſoribus occupatas eorum prędeceſſorum ſanctitatem & conſcientiam prętendens, † cum tamen
45 nihil interſit,quo ad periculum animæ inuadere alienum, aut ſcienter detinere,de reſtitu.ſpol.ſępe.cap.filius.de teſta. & nihil deperit eccleſiaſticis vtilitatib.ſi quę ſunt aliena reddantur. 54. diſtin.generalis,in fin. Item ſi cognoſcunt ſeipſos. cuius ſeminis,cuius vitę.cuiusve generis ſint, ſed in cathedris ſuis & cornibus gloriantes alios deſpiciunt, & contemnunt: ſed ſi reco-
46 gnoſcerent ſe collegas in domo.96.diſt. epiſcopus. † Nam cū culpa non ſubeſt,ſecūdum rationem humilitatis, omnes ęquales ſumus.12.diſtin.conſiderandum.& c.fidelior.fac.12.quæ.ij. gloria epiſcopi.curioſior poteſt plures interrogationes facere & colligere,maximè ſi iura noua diſcurrat, ſed magis vtile nil eſt,faciunt ſæpe indiſcretas,& ſuperfluas diſpenſationes, & remiſſiones,& in multis aliis excedunt, quæ ſparſim in hoc opuſculo poſſunt reperiri, neminem tamen epiſcoporum reprehendo cum ſint Patres, ſed vt a delictis abſtineant admoneo, quorum conſcientia cōueniet unumquemq;. 6.q.j.oues.8.q.j.
47 qui nos.& c.qualis.& ſeq.ad fin. † Idem ſi vſurpant fructus eccleſiarum vacantium.c.cum vos. de offi.ordi.j.q.ij..c.fi.de ſimo. audiuimus.de præbē. de multa.de ap.reprehenſibilis,vbi puniēdi ſunt,&c.de male.ſtatuimus.Item dando malum exemplum 53
c.magnæ.§.j.de voto.& tot mortib. &c. 1.q.iij. præcipuè. Itē ſi non vadunt ad ſinodum quolibet anno prouincialem.18.diſt. quandoquidem. Item ſi tranſgreditur iuramentum, de quo in
48 c.ego.n.de iureiur. † Viſitantes autem abbates debent primò 54 interrogare,ſi & ſpe & intentione ſpeciali ducti habitum regularem aſſumpſerunt,vt ſcilicet abbates fierent, contra capitu. 16.quæſtio.7.per laicos.de elect officii.& capitu.cum noſtrum. 55
in quo etiam multi religioſi delinquunt paupertatem,& laborem,& eſuriem fugientes,vt diuites fiant,quietè degant,ſplendidè reficiantur,non intendentes ſeculum fugere, ſed mutare,
49 53.diſtinct.capitu.j. † Item ſi abbatiam emerunt, qui ſaluari non poſſunt niſi renuntient, ſecundum Hoſtien. in ſumma, 56
de ſimo.§.fina. Item ſi nullum monachum volunt recipere ſine charitate pecuniæ,vel alterius temporalis commodi tacita vel expreſſa, ſuper quo plerunque obtenta abolendę conſuetudinis ſe ſatagunt excuſare,capitu.veniens. de ſimo.& capitu. dilectus ſi.A.vbi dicitur, tales eſſe deponendos.capitu.licèt Heli.& capitu.per tuas.aut arbitrio iudicis capitu. iuratum, & de accuſat. inquiſitionis. Item ſi eccleſias, in quibus habent ius patronatus, ſibi omnino appropriant, nec ponunt ibi vicarios perpetuos,& poſitos ita grauant quòd non poſſunt hoſpitalitatem tenere, nec epiſcopo in epiſcopalibus reſpōdere, de præbend. de monachis.& capitu.auaritiæ.de ſup.neg.pręla.cap. ij.& capitu.extirpandæ.de præbend. Item ſi ad eccleſias ad eos pertinentes ſine pecunia aliquos repręſentāt, & vt vitium ſuū vtrunque palient, etiam eccleſia vacante ſuper eam mutuū recipiunt.demum illam ſic obligatam conferunt, dicētes ꝙ trāſit cum onere ſuo,de pig.ex literis.de deci.paſtoralis.Item ſi dāt poſſeſſiones aliquas vel certas pecunias, vel domum commodam,cum pacto ꝙ decimas certarum poſſeſſionum eis ſoluāt, vel apud eos ſepulturam eligāt, de pact.plerique.Etiam ſi iuramentum interueniat. Item ſi negligunt punire monachos fu- 57
gitiuos.18.q.ij abbates,& eos reuocare, inquirere, & recipere, ſalua ordinis diſciplina.de regula. capitu. fin. Item ſi recipiunt 58
monachos alienos ſine literis commendatitiis.18.quæſt. ij. ab-
50 bates.in fin. † Item ſi indiſcretè monachos ſuos eiiciunt, de reſcript. cum dilecta. in quo mortis eorum rei ſunt. xvj. q.1, placuit. Item ſi monachis ſine cauſa literas dimiſſorias concedunt,& credūt monachi ſe per tales literas abſolutos ab obe dientia.71.diſtin.illud,& cap.de aliena.& cap.clericos. 7.quæſt.j. non oportet.& c.peruenit.21.q.2.c.1.& 2. ne ouis errans & peri
51 clitans inueniatur ſine paſtore.71.diſtin.epiſcopus. † item ſi reuertentes,vel alios fratres delinquentes ſicut latrones,cum aliter corrigi poſſent,ponunt in vinculis.74.diſtin.quorundam.& per laicum faciunt capi,vel verberari,quod niſi per monachum fieri debet,de ſenten.excom.vniuerſitatis.& de ſtatu mona. ea quæ. item ſi aliqui ex cauſa appellant, ſi appellationi deferunt, de accuſa.olim.propter quod ſunt ad ſedem apoſtolicam mittendi.cap.de priore.de appel.item ſi quos monachos ex carnali amore exaltant,alios ex odio vel inuidia,vel quia bene viuunt, & bene adminiſtrant opprimentes.15.q.2.cap.2.item ſi ſub ſpecie pietatis impietatem palliantes occaſione hoſpitalitatis manducant, carnes extra refectorium, illos quos habent familiares ſplendidè ſecum reficiunt, & alij qui pondus portant diei & æſtus eſurientibus in refectorio;cum tamen ſine delectu perſonarum,nunc hi nunc,illi eſſent ſecundum regulam euocandi, de conſe.diſtin.5.carnem.de ſtatu mona.ad monaſterium.§. in refectorio.item ſi de infirmis,& debilibus,vel medicina aliqua īdigentibus non curant,quibus tamen etiam in infirmitorio eſſet competenter tam in carnibus quàm in alijs, & in refectorio ad ſuſtentationem naturæ debilis, quando non poteſt vti communibus,de ſpeciali cibo eſt prouidendum.d.cap.cum ad monaſterium.§.porrò debiles.item ſi permittūt aliquos monachos habere pecuniam,contra c.de ſtatu mona.monachi.& capitul. ſuper quædam.item ſi eccleſiaſticas decimas, & alia ſpiritualia recipiunt de manu laici,& curam animarum committunt monachis ſine licentia epiſcopi,& ſacerdotes habentes curam animarum inſtituunt,& deſtituunt per ſe pro libito voluntatis, & alia vſurpant iura epiſcopalia.16.quæſtio.1.peruenit.de præben. in Lateranen.de priuileg.cum & plantare.item ſi monachis nobilibus parcunt ob potentiam amicorum,cum tamen incorrigibiles eſſent reijciendi de monaſterio, ne inficerēt ſanas oues. de ſtatu monacho.ea quæ.§. 1.45.diſtin. ſed illud,& in arctioribus monaſterijs detrudendi,&c.vt in c.fi.§.fi.de regula. † Viſitan
52 tes verò monachos petant,ſi contra abbatem volētem eos corrigere conſpirent ad deponendum,& alium faciendum. 18.q.1. nullam.Item ſi conſpirant etiam ad depoſitionem animæ eius. 7.q.1.§.quando.18.q. 2. ecce. tales enim ſunt infames, nec poſſunt eſſe teſtes.11.q.1.conſpirationem.& ca.coniurationum.de ſimo.per tuas.& c.licet Heli.de re iudic. cum I.& A. Item ſi incautam familiaritatem habent cum mulieribus,quas ſibi commatres faciunt,de conſe.diſtin.4.monachi.& cap.non licet. 18. quæſtio.2.peruenit.& capitu.pernicioſam. Item ſi incautè cum monialibus conuerſantur.18.quæſtio.2.monaſteria & capit.decima,& capit. diffinimus.† vbi patet quòd monacho conuiuari cum monacha, nec ſecum in eodem monaſterio manere, nec loqui,etiam cum conſanguinea,niſi per verba compendioſa,ita quod citò recedat,& ſub teſtimonio abbatiſſæ,& idem de abbate,† quia nec clericus, nec laicus debet ipſarum monaſteria frequentare.capit.monaſterium,de vita & honeſtate clerico.Item ſi matrimonium non erubeſcentes contrahant. 17. quæſtio. 1, vt lex 10.impudicas.† & licèt matrimonium non teneat, tamē bigami efficiuntur.27.quæſtio.1.quotquot.& cap. monacho.& hodie ſunt excommunicati,clemen.1.de ſponſa. Item ſi vagantur extra monaſteria ſine licentia ſui abbatis. 16.quæſtio.1. quidam monachi.& ſe.& capitu.legi epiſtolam, & capitul.quanto, de offi.ordi.Item ſi ſunt nimis ocioſi, cum † tamen arma hoſtis antiqui ſint ocioſitas & voluptas aptæ ad miſeras animas capti uandas,de renun.niſi cum pridem.§.cum verum. de conſe. diſt. 5.nunquàm.vbi dicitur.Facito aliquid operis,vt ſemper diabolus te inueniat occupatum,& ſubditur, Amabis ſcientiam literarum,& carnis vitia non amabis.Item ſi volūt comedere carnes,etiam vbi nulla neceſſitas imminēat,de conſe.diſtin. 5. carnem.& in d.§.in refectorio.Item ſi gloriantur de nobilitate ſua & potentia amicorum,propter quod nolunt regi,ſed alijs dominari,de ſta.mona.ea quæ.§.1.Item ſi gloriam mundanam & cōuiuia communia appetunt, & ſequuntur contra nominis ethimologiam..11. q. j. placuit.Item ſi volunt habere cellulas à domibus communibus ſeparatas, nec volunt abſtinentiam communem facere.20.q.4.c.monachum,& ſe.Item ſi proprium habent.d.c.cum ad monaſterium.Item ſi ſibi inuicē inuident, & ſic ſunt ſpirituales homicidæ detrahēdo ſibi inuicem.6.q.1.deteriores.de pęni.diſt.j.homicidiorum.& ſecundum regulam veritatis cauſa; condemnationis tuæ nihil debes facere, quo maior alius fiat,aliàs dedignabitur in tę charitas habitare.11.q.3.ſi quid ergo.item ſi exiſtunt aduocati in palatijs clericorum vel laicorum,de poſtu.c.ex parte.† item ſi phyſicam,& ciuile ius audiūt, vnde ſunt ipſo iure excōmunicati,& ſi alias in multis excedunt de quibus in tit.ne cle.vel mo.† Viſitantes etiam decanos petāt ſi ſuis epiſcopis graues,& ſuperbi exiſtunt.c.dilectis. de appella. item ſi in ipſius epiſcopi contemptum abſtinēt à diuinis.de off, ordi.irrefragabili.§. cęterū.Item ſi pro peccato alterius eccleſiā interdicunt.c.quæſiuit.de ijs quæ fi.à ma.par.ca.Item ſi ſigillo capituli

Source : BIU Cujas

pituli sine eius consensu sigillant, de proba. tertio. de testib. tam literis. in fine. Item si quod commune est, sibi appropriant, de præben. ratio. & licèt sibi prius possint prouidere, tamen quod supereſt, tenentur diuidere, & pauperibus erogare. 12. q. 1. §. fin. Item si nolunt ad sacerdotium promoueri, cum ad hoc tenentur, de ęta. & quali. c. j. Item si episcopis consentiunt in peccatis, de elec. per inquisitionem. Item si nolunt surgere ad matutinũ, nec alijs horis canononicis intereſſe, & volunt percipere prouentum, & nolunt seruire. c. diuersis. de cle. coniuga. & c. præcedentibus. Item si se absentant sine licentia episcopi, de cle. non resi. ex parte. & c. relatum. de conse. di. 5. non oportet. Item si audiunt leges. c. super specu. ne cleri. vel mo. & c. j. e. ti. lib. 6. Item si indifferenter excercent officium aduocati, de postu. cap. 1. & fi. Item si sunt nimis superbi, illiteratos & simplices conculcantes 96. dist. esto subiectus. Item si plura beneficia, & plures dignitates tenent sine dispensatione, & si dispensationem habent, ipsam non seruant, † cum ibi semper consueuerit apponi ꝙ cura animarum nõ negligatur, nec ecclesiæ obsequium propter auaritiam, & ambitionem, quia tantum laborant aliqui ꝙ nequeunt saturari, de præben. quia in tantum, & c. cum iam dudum, & c. relatum, de cleri. non resi. propter quod redduntur ineligibiles, de elec. dudum. 2. Item si non faciunt celebrare officia solẽnia duplicia cum antiphonis integris, tam ante psalmos quàm post, & cum solennitate sonitus campanarum, & solenniori apparatu, & coloribus superindumentorum appropriatis maioribus solennitatibus, & aliis cerimoniis, de quibus in Missali, & ordinario capellæ, iuxta no. in c. 1. in fi. de reliquiis & venera sanc. lib. 6. † Visitantes autem archidiaconos interrogent, an faciant talias in presbyteros. 94. dist. c. fi. de censi. cum Apostolus. §. inhibemus. Item si volunt habere vaccam albam, vel aliud certũ temporale pro facienda inuestitura. c. peruenit. de excess. præla. de simo. cum in ecclesiis, & c. in tantum. Item si clericos in suis peccatis tolerant pro pecunia, de pęnis. licet. Item si excommunicatos nolunt absoluere, nisi primò recipiant pecuniam. 1. q. 1. § quibus. & cap. nullus, & de simo. ad aures. item si vendunt iurisdictionem, & vices suas. capitul. j. & 2. ne prelati vices suas. itẽ si nolunt ad diaconatus ordinem promoueri. capitul. j. de æta. & qual. cum in cunctis. §. inferiora. 60. distinctio. innouamus. † Item si opponunt se indebitè contra episcopos, quorum oculi sunt, vnde vellent aliqui episcopi amisisse oculos, de off. arch. ad hæc. 93. distin. legimus. propter quod talis archidiaconus tanquam membrum putridum ab ecclesia est meritò remouẽdus, de excess. prælat. graues. Item si in deformitatem honestatis suæ volunt cum quibusdam mulierculis habitare. 81. dist. archidiaconum. Item si sunt circa suum officium negligentes, de offic. archid. de ęta. & quali. † Visitantes etiam archipresbyteros petant, si sunt negligentes circa suum officium, & si iudicant, & aliud quod etiam iustũ sit faciunt, nisi pecunia mediante, qua subtracta statim subtrahunt iustitiam. 11. q. 3. rectè. quod intelligo de archipresbyte. ciuitatis. Et idem de eo, qui aliquando vocatur archipresbyter ruralis. c. vt singula. de offi. archipresby. qui & aliquando decanus vocatur, de offi. archi. ad hæc. in fi. Aliquando plebanus, de offi. ordi. cum ab ecclesiarum. Quandoque abbas, licet impropriè. de renun. ex transmissa. † Visitantes verò præpositos siue priores, qui quandam prioratus curam præ alijs gerunt, de ver. sign. quamuis. interrogent de illius scientia, cuius curam episcopus debet habere, de cleri. ex. mi. proposuit, de pęn. omnes. † Visitantes etiam sacristam petant, si sunt negligentes circa suum officium, scilicet custodiam vestimentorum, & vasorum ecclesiasticorum, & si illa faciant tractari per laicos, vel minores clericos. 23. dist. non liceat. & c. non oportet. item circa ordinationem hostiarum & præparationem incensi, & curam baptisterij 25. di. perlectis. ad fi. † Visitantes scolasticos seu magistros scolarium interrogent, si vendunt docendi licentiam. c. quanto. de magistris. item si dignis licentiam denegant. c. prohibeas. de magistr. qui si accusentur directè à suo trono debent amoueri. j. q. 7. scimus. item si cum idiotæ sint permittunt se ad officiũ sublimari, de ęta. & qua. ad aures. ff. ad l. Aquil. ratio. 37. dist. qui de mensa. & c. legant. 61. dist. miserum. de elec. cum in magistrum. item si conspirant contra episcopos. c. 2. de calum. item si magisterium ambiunt. 24. dist. quando episcopus. † ij enim, qui ambitiosè promouentur, à diabolo punientur. 7. q. 1. illud inferendũ 1. q. 1. non est putanda. † Visitantes verò cantorem, petant si aliquid sciat de cantu, vel officio, & admittat indignos in choro, & dignos eijciat, & si tradat libram siue perceptiones quotidianas absentibus ab officio, & prẽsentibus subtrahat, & si statuta & consuetudines ecclesiæ cõtemnat, & violet. c. 1. de cle. ęgro. 8. li. 6. & de cle. non resi. per totum. † Visitans aũt canonicos interroget, quare nolunt ad ordines promoueri. 74. dist. si qui clerici. & c. placuit. de ęta. & qua. quęris. Item si per ambitionẽ permittunt, ĩmò quandoq; procurant se intrudi in loco viuentis. c. j. de conc. præb. 7. q. j. eũ qui. & c. non furẽ. 3. q. 2. audiuimus. Itẽ si ꝙiurõnes faciũt. 11. q. j. ꝙiurationũ. & c. clerici. Itẽ si sunt nimis delicati, nec volunt ecclesiã frequẽtare. 81. di. si quis. & c. his de cle. non resi. c. pe. & fin. Item si accumulant pecuniam, de prẽb. nec volunt aliquid pauperibus elargiri. 12. q. j. §. fin. † immo qđ peius est, ex inope diues factus, exignobili gloriosus, incipit negotiari de bonis ecclesiasticis, qui quasi quædam pestis fugiendus est. 86. dist. negotiatorem. Item si malè viuunt canonici luxuriæ deuacantes, vnde potest dici ꝙ tota ciuitas capite deorsum pẽdet. 32. q. 6. c. si. nam & totus ciuitatis status per tales cõturbatur, maximè quando nolunt episcopis obedire. 17. distin. §. hinc etiam. † Studeant ergo circa opera charitatis, quia dñt esse lumen boni & speculum ciuitatis. 11. q. 4. c. fi. item si discordãt in capitulis, & partes sibi faciunt maximè circa electiones, in quibus iam quasi nihil de Deo agitur, sed sequuntur carnalitatis affectum tam priuati quàm prẽlati, nõ iudicium rationis. c. fi. de his quę. fi. à ma. par. de ele. in causis. §. j. cum dilecti. cõgregato, auditis, & c. consideraui mus, & de præben. grauẽ. & si de his excessibus aliquis se regnare aliquod senserit, curet suo satisfacere creatori, qui eum expectat ad pœnitentiam. 93. distin. diaconi. ad fi. item si cessant a diuinis, nisi prout in c. ij. & c. quãuis. de offi. or. lib. 6. † Item si admittunt non constitutos in sacris ad vocem capitularem, ꝺ cle j. de ęta. & quali. Itẽ si faciunt statuta a iure reprobata, in c. fi. de rescrip. in 6. & constitutionẽ, in fi de verb. sig. eod. tit. Item si obseruent consuetudines a iure reprobatas, & non obseruant bona statuta ecclesiæ per eos iurata. c. j. de consue. lib. 6. † Visitantes demum presbyteros interrogẽt, si permiserunt indignos ad ecclesiasticam militiam promoueri. 33. dist. tales. & c. his qui de ęta. & qualit. cum sit ars. Itẽ si fuerunt promoti per simoniacam prauitatem, vnde celebrare non dñt, de simo. tanta. & c. tuę. j. q. j. quisquis. & c. repetũtur. Item si nimis incontinenter viuunt. 28. dist. diaconus, de coha. cle. & muli. per totum. de cle. coniug. c. 3. item si immiscent se spectaculis, & pompis mulierum, & conuiuiis publicis vitę inhonestę, vsuris, lucris turpibus, fraudibus, amori pecuniæ, secularibus officiis, atque negotiis, munera recipiunt pro beneficiis medicinę Dei dolosi sunt, conspiratores, sectantes odium, ęmulationes, contrectiones, inuidias, si sunt vagi oculis, effrẽni lingua, petulantia & gestu, fluido laborantes, inuerecundi, obsceni, virgines & viduas & aliàs mulieres frequentantes, inobediẽtes, sese iactantes, doctrinam, lectiones, psalmos, himnos, & cãtica fugientes, in quibus monentur. 20. dist. his igitur. Item si libentius dãt ioculatori, vel meretrici, quàm pauperi, & plus diligunt venari, quàm Domino psallere. 86. dist. qui venationib. & c. dare. & c. excus. Item de omnibus quæ habentur in ca. j. & ꝑ totum, ne cle. vel mo. Item si superioribus suis sunt infideles, & inuident & detrahunt & superiores eisdem, cum tamen potius deberent esse cõnexi adinuicem vinculo charitatis. 89. dis. ad hæc. 23. dist. quãquàm. 23. q. 5. prodet. Item si vnus subtrahat alii parochianos suos, & tam viuos quàm mortuos de paroch. capitu. ij. & iij. 9. q. iij. per totum. de pœn. distinc. 6. placuit. de sepul. ex parte. cum se. & c. in nostra. Itẽ si multa vitia sub speciè virtutis paliant, vt auari videantur boni dispensatores, crudeles videãtur iustitiæ zelatores, & remissi videantur subditis cõpatientes. 41. dist. sæpe. ij. q. 7. §. his ita. 7. q. j. §. hoc tunc, de hære. sicut in vno. Item si se inuicem inuidentes consumunt raptoribus deteriores, & homicidę, de pœni. dist. j. homicidiorum. 6. q. j. ex merito. & c. deteriores. & c. summa. Item si fingunt se lõgius ire, vt reuelent, vel velent odia, si sunt doli, fallaces, incõstantes, multa verba inhonesta, & illicita proferentes. 22. quæ. ij. nec artificioso. c. omnes genus. c. is autem. 7. q. 6. iuramẽtum, & q. eo. cauete. & c. quotiens. Item si non rectè pœnitenti ferũt testimonium, vel rectè pœnitentem accusant corrupti munere, inuidia, vel fauore, de simo. nemo. Item si cum parochiana propria, quam ad confessionem admittunt, fornicantur. 30. q. j. non debet. & c. si quis. & omnes. Item si hostiam fractam offerunt, vinum sine aqua, vel econtra, vel ponunt plus de aqua ꝙ de vino aut in priuatis domibus, aut bis in die sine causa celebrantes, aut sine lumine, aut in ecclesia violata, aut super altare moto, vel enormiter fracto, aut in altari, in quo eadẽ die celebrauit episcopus sine licentia, non custodiunt chrisma, vel eucharistiam, sicut debent, non mundant, seu lauant vasa ecclesiastica, vt decet. de cele. mis. c. j. consuluisti. ex parte, sanè, te referẽte, pernitiosus, de consec. eccl. vel alta. c. j. consuluisti, ligneis. de cultu. cuca. c. ij. de conse. dist. j. c. j. sicut, nõ alii, sufficit, nemo, vestimenta, vasa. de consec. dist. ij. scriptura. in sacramento. & c. fi. Item si subuertunt populum, & in omni loco ponentes scandalum vertuntur in laqueum tottuosum. 24. q. iij. transferunt. super aliis pluribus essent interrogationes faciendæ, de quibus sparsim patet ex prece. quæstionib. quę gratia breuitatis omitto, nam prudens inquisitor iuxta qualitatem locorum, & personarum, & tẽporis arbitrabitur, super quibus præcipuè magis habeat insistere, alia reseruans in subsequentibus visitationibus, & super omnia etiam faciat obseruari constitutiones ꝓuinciales, & diœce. † Visitans autem Imperatorem, vel Imperatricem interrogabit eos vel testes, an faciant iustitiam, ne aliàs veniant tempestates in populum, & flagella. xxiij. si quis violentos. & q. v. regum. † de nullo enim magis placere Deo

potest,

Source : BIU Cujas

potest,quàm si iustitiam exerceat,compescendo eos qui in suã, & aliorum perniciem debaccantur.xxiij.q.v. quali nos. Item si quęrit impugnare sanctam ecclesiam matrem suam, quam tenetur tueri,propter qđ deponeretur.c.venerabilem.§.obiectionem,& §.fi.de ele.quia siue pacata,siue turbata fuerit ecclesia tẽpore sui regiminis, Deus qui tuitionem ei commisit, exiget rationem.xxiij.q.v.Principes.in fi. Item si distringunt clericos in foro suo placitare in personalibus actionibus.xj.q.iij.continua. & c.nullus,inolita.& c.placuit. Item si immiscent se electionibus prælatorum,contra iura.lxiij.di.sacrorũ.& §.se. & c. Adrianus.& c.ego Ludouicus,de elec. sacrosancta.& c. quisquis. nisi
75 hoc habeat ex apostolico priuile. † & sic intellige de iurepa.c. nobis fuit.in §.j.Item si aliquos ex odio exhæredat,& deijcit,& alios ex leui opinionis aura sublimat.xv.q.vij.vj. actione. Item si sine causa pedagia concedit,vel pecuniam mutat. Item si relinquit vxorẽ suã propria temeritate,qui fi.sint legitimi.per venerabilem.§.videbatur.Item si labitur in hæresim.xi.q.iij.Iulianus.Item si non reueretur episcopos,sed capit,& mutilat, & occidit,de ma.& obe.solitæ.de elec.venerabilem.§. eos igitur.circa quæ adde dicta per Host.in summa, de elec.§. quis eligi. sub §.item secundum.ver.ne dum in prælatis,& seq.Item si electus in Imperatorem ante confirmationem administrauerit, & an virtute consuetudinis cum electo in discordia voluerit vincere in campo,prout examinat Old.in consi.142.quod incipit,an electus Imperatorem.Item an si duobus electis Imperatoribus in discordia vterque dederit priuilegia & sententias, de quo p eundem in consil.64. quod incipit, an cum duo sunt electi in
76 Imperatores.† Visitans verò reges debet specialiter interrogare,si trahunt clericos ad forum suum, vnde deponendi essent. 11.q.1.nullus. nam qui cœlestem militem pulsat, eius forum debet sequi.11.q.1.Christianus.c.si clericus laicum,& si diligenti.& c.cum sit generale.de fo.compe. Item si ab ecclesijs & personis ecclesiasticis pensiones, procurationes, & banna extorqueant,contra iura,& ecclesiasticam libertatem,quia incurrũt 87
pœnam 20.librarum auri 25.q.2.quæcunque igitur. & iniuria-
77 rum teneatur, de iniur.olim.23.q.8.§.quãuis.† nam plus iuuat ecclesia regnum orationibus q armiger armis, vt ibidem in c. quicunque. Item si ducunt secum ad exercitum contra iura sacerdotes.23.q.8.quo ausu.& c.si quis episcopus.si nobis fratres. & c.reprehensibiles. 30.di.si quis vult Põtfex, vt s. pugnent personaliter,secus si ad dandum consilium in bello iusto.de voto,
78 ex multa.§.pe. & fi. † Item si non faciunt iustitiam, vnde sunt deponendi.xv.q.vj.alicuius. Item si talis & exactionibus populum Dei affligant indebitè & pauperibus iniuriantur, de quib⁹ tenentur Deo reddere rationem. xiiij.q.5. non sanè. xxiii.q.4.
79 quando vult Deus.& c.si ecclesia,in fin.† Item si occupant alienas terras & non sunt cõtenti propriis finibus.xxiii.q.iiij. transferunt, & tales non saluantur,etiam si bene administrent, nisi res alienas restituant,secundum Aug.xiiii.q.v. neq; enim ratio est,in c.miramur.lxi.di.& ideo etiam possunt iustè impugnari.
80 † Est enim iustũ bellũ pro nobis nostris defendendis,vel repetendis.23.q.2.dominus.Item contra Saracenos, qui terras nostras per iniustitiam detinent occupatas.23.q.vi. dispar.nimirũ & intendũt occupare si possent,vt in capitulis ibi sequentibus, & contra excommunicatos.23.q.5.omnium vestrum.& c. excommunicatorum.& q.8.omni timore, si nulla. & c. vt pridẽ. Itẽ si volunt plures habere & tenere, & cognoscere mulieres, sicut equus emissarius;& sicut mulus, quibus nõ est intellectus, in animæ suæ periculum,& scandalum,plurimorum,† cũ tamẽ
81 vnus Rex vni mulieri vix sufficiat: quare excommunicari, & deponi deberent,si incorrigibiles apparerent.11.q.3.præcipuè, cum nulli liceat habere plures.c.gaudemus,de diuor.& c. porrò.& de sponsa. c.i. Item si crimen sacrilegii læsæ maiestatis, & vsuræ committant Iudæis super Christianos sua officia concedendo.
82 54.dis.nulla.vii.q.4. constituit. † & dic q capitulum ex speciali,de iudæis,debet intelligi de comparatiuè permissis, & non verè.Item si soluunt decimas, & primitias, & oblationes eccleſiis debitas,de conse.di.i.omnis ad quas soluendas tenentur.16.q.1.reuertimini.& c.decimæ.23.q.5.dicas aliquis,de conse.di.5.quadagesima. vbi etiam tenentur ad decimas dierum. Item si sequuntur auguria, & in ipsis confidunt, & in sortibus, & superstitionibus a vera fide deuiantes. 26. q. 5. auguriis. & c.
83 episcopi.& ideo sine luce sunt tales,† quia nihil melius resplendet in Principe quàm recta fides, de summa Tri. l. inter claras. xcv.dis. si Imperator. nec debet degenerare a bonis. vnde versus;

Rex superes si tu superes præceptor,honoris
Degener es si degeneres a laude prioris.

84 † Visitans autem duces specialiter interroget an in taliis & exactionibus indebitis excedãt, & an faciãt cõstitutiones, q̃n potius destitutiones contra ecclesiasticam libertatem, contra c.laicis,de re.ec.non alien.propter quod tam ipsi quàm scriptores & obseruantes sunt excommunicati ipso iure & feudis, quæ tenent ab ecclesiis sunt priuandi,de senten. excommu.nouerint. c. grauem. & possunt feuda eorum aliis potentioribus concedi,qui illa pro ecclesia recognoscant.c.2.de feud.Item si volunt habere capellas suas,& capellanos sine auctoritate episcopali,& quòd capellani habeant curam vxorum suarum, & familiæ, & quòd oblationes eis factas vbicunque etiam missas audiant, etiam imbursent, quod est iuri communi cõtrarium,
85 † & soli Duci Burgundiæ concessa est in aliquibus priuilegiata capella,vt in c.cum capella,de priuile. quod priuilegium ne videatur personale,debet concedi in persona alicuius ecclesiastici in dignitate constituti,iuxta not.in c.accedẽtibus,de excessi.
86 prælato.ad fi.de præscriptio.cum olim.† Visitantes etiam Marchiones qui dicuntur spectabiles,& Comites qui dicuntur elatissimi.2.q.6.anteriorum.præcipuè interrogent,an liberos homines subijciant seruituti,& eis graues exigant.14.q.5.nõ sanè. cum tamen nullus liber seruus fieri debeat.29.q.2.relatum. Et adde quod no.1.q.4.versi.item q̃ pro peccato. & versicu.item Dauid. Item an in licitis & honestis superioribus suis obedientes existant,& quando pauperiores sunt ipsos despiciant,vnde peccatum ydolatriæ incurrunt.xxxi.di.§.verum.xxiij.q.j.quid culpatur,2. q.5. cum miles. Itẽ an priuauerint filios legitimos, vt adulterini succedant eis, quibus tenentur ad restitutionẽ.c.cũtu. de vsu.de pœnit.officij.item si seruant iustitiam pauperi, qui non habet quod offerat,& ideo non auditur.xj.q. 3. pauper. & an plerunque eos suspendant pro modico, quandoque sine iustitia,& si non timent iustum iudicem,non credant eum pacifi cum inuenire. 23. q. 5. regum. Itẽ si episcopos & alios clericos honorant, sicut debent. c. solitæ. de maioritate & obedi. & an eis iura sua subtrahant,& quandoque subijciant seruituti,cõtra c.iuspublicum.50.distinct.11.q.j.continua. de iureiuran.peruenit.& c.nimis, cum sequen. de quo in tremendo iudicio habebunt reddere rationem.Item an pro nihilo & de facili moueãt guerras,quas etiam ex causa propria auctoritate facere non debent.Item si in causis proprijs dicunt sibi ius, contra titu. C.ne quis in sua causa.& l.damnamus.C.de his,qui ad ecclesias cõfu.
87 & l.nullus.C.de iudi.& l.j.quorum legat.† quia nõ interest, an aliquid fiat nulla lata sententia,vel vitiosè lata.ff. de auct. tuto. l.nulla.l.quotiens.ff.qui satisdare cog.Item an differant iustitiã tantum affligendo partes laboribus,& expensis,q̃ aut cogũtur iuri suo renuntiare,vel ipsum vendere, vel componere, de rescrip.nonnulli.vnde tenẽtur ad interesse & aliàs puniri debẽt, de rescrip.c.fin.in fine.& c.cæterum. de iudi.l.sancimus.& l.proberandum.§.illo.C.eo. titu. † Visitantes autem Barones & pro
88 ceres examinent super concussionibus,rapinis,& talijs, & bellis iniustis,& spolijs,& homicidijs,de iureiur.c. sicut, de rap.c.j. de pœnis. c.2.23.q.viij. vt pridem. item an faciant filios suos baptizari in domibus eorum priuatis,contra clemen. j. de baptismo.† Visitans verò milites petant,an sint contenti suis stipen-
89 dijs,& an concutiant homines contra euangelium,vbi dicitur neminem concutiatis,neque calumniam faciatis, estote contenti stipendijs vestris. 23.q.1. paratus. & c.militare.lxxxvj. dist. non satis.Item an impugnent patriam,& dominum proprium, cui ex iuramento fidelitatis seruire tenẽtur. ff.de reli. & sumpt. func.l.minime.23.q.5.quid culpatur.l.vt vim.ff.de iustitia & iure.22.q.5. de forma.item an faueant & seruiant dominis etiam in iniustis bellis,quando potius dicunt recognoscere Imperatorem cœli. xi.q.iii.Iulianus.Item an exerceant se in torneamẽtis,contra ti.de torneamentis, vel in duelli quæ tota die offerũt & acceptant,contra no.in titu.de purga.vulg.& pugnã.in duello. ac de omnibus aliis, de quibus in aliis præcedentibus exa-
90 minibus.† Visitantes insuper Docto. siue magistros petant, si cum indoctos & nimis insufficientes se sentiunt, se faciunt per
91 præces,& munuscula in magistros promoueri: † nam vix erit bonus magister, qui non fuit bonus discipulus,de electio.cum in magistrum.lxi.di.quid proderit, nec pro nouis sunt antiqui deserendi.lxi.dist.statuimus.nisi cum nouo a Deo aliquid madesendi.lxi.dist.statuimus.nisi cum nouo a Deo aliquid magis reuelatur. xcv. dist. esto. Item si despiciunt subditos cathedrati, & propter vitium arogantiæ ea quæ sciunt rectè docere non possunt.xlvi.dis.habet hoc proprium,& hi faciunt iniuriã cathedræ.xl.distin.multi.Item si contemnũt simplices,qui magis volunt vitare vitia morum,quàm verborum.xxxix. distin. sedulò.Item si conantur dicere non vtilia,sed subtilia,vt videãtur ab hominibus,& c.& sic confundant auditores.xliiii.distin. §.fin.xlix.distin.c.i.Item si docent falsa in cathedra contra cõscientiam,vt aliquibus placeant.xxii.q.2. primum. & c. hi mali sunt.& ideo eorum doctrina mala.i.q.viii. conuenientibus.Itẽ si tacent vetitatem & vitia,quibus vincuntur,ne seipsos repre
92 hendere videantur.ii.q.i.vilissimus.iii.q.ii.in grauibus.† Item super falsis consiliis,quæ dant pro pecunia,quamuis iustum vendere possent.xi.q.iii.non licet.not.in c. cum ab omni. de vi. & honest.clerico.Et quæ malè extorserunt,debeant restituere,vel pauperibus erogare. xiiii.q.v. si habetis.& §.multipliciter.& c. non sanè.alioquin cum diabolo perpetuis cruciatibus puniẽtur, de pœni.distin.i. §. his auctoritatibus.† Visitantes quoque
93 aduocatos interrogabunt,si subdolè foueant causas prodendo proprium cliẽtulum præuaricatores & infames.ii.q.iii.§. notãdum. Item si causas desperatas foueant contra conscientiam,

improbos

Source : BIU Cujas

improbos defendentes.xi.quæst.iii. si quis verò. Item si dilationes superfluas nituntur obtinere ad hoc tantum, vt fugiant, & negotium protrahant,cap.j.vt lite non contest. de dolo & contum.prout iii.quæstio.viii.§.tria.versi.præterea.aliàs puniuntur.

94 C.de iudic.properandum. §.illo. † Item si nimis magnum salarium recipiunt, & paciscuntur de quota lit. vnde officio essent amouendi.iii.quæstio. vii. §. tria. Item si ignorantes iura,cum nesciant,quid dicant,opprobriis certant.iii.quæstion. viii.versi. si quis adeo. Item si vt aliis lucrum subtrahant vbi est copia peritorum,paruissimo lucro tanquam viles & abiecti sunt contēti.iii.quæst.vii.§.tria.versicu. apud. Item si nimis magnum salarium recipiunt inspecta sua facundia,labore, & quantitate causæ,& fori consuetudine.ff.de var.& extraordina.cog.l.j.§.in honorarijs.Item si faciunt positiones cauillosas, vt aduersas partes decipiant, & inducant clientulos ad deierandum ponendo, & respondendo,informant falsos testes,& quærunt.xxii.q.v.ille qui.& c.si quis conuictus.Item si recepto salario curet de causa,nec studeant, nec vigilant circa eam, & patiūtur bonam causam,perdi.c.ad.aures.de æta.& qualita. l. sed & addes. §. illud.ff. locati.Item si sciant se non sufficientes, tamē recipiunt salariū, vt aliis sufficientibus vices suas committant.ff.de præscrip.ver. l.apud Labeonem.§.fi. sine consensu clientuli. l. inter artifices. ff.de solu.iuncta.l.qui rem.ff.de fur.qui nisi veram satisfaciendo fecerint pœnitentiam,apud inferos perpetuò cruciabuntur.de pœni.distinct.i.idcirco. nec habebunt in die iudicii de allegationis nitore vel eloquentia subsidium.ix.q iii. aliorum. Omitto ex sententia de iudicibus,procuratoribus & notariis, de quibus est specialis tractatus faciendus.

95 † Visitantes autem mercatores interrogent, an reddant decimas personales.xxxii.di.presbiter hæc. xvi.q.i.decimæ.c. pastoralis.& c.tua nobis, de decimis. Item an sub specie liberalitatis, & pietatis vsuram palient, vendendo ad terminum vltra verū valorem, de vsu.consuluit.& in aliis contractibus veris peccāt, de pœ.dis.v.qualitas lucri.xxiiii.q.iiii.quicunque.vbi.l. venditur carius quàm ematur. Item si vendunt carius transeuntibus & peregrinis quàm vicinis.c.i.de empt.& ven.vel in falsis ponderibus & mensuris.c.vt mensuræ,eo.tit.Item de mandatis, & per iuriis infinitis.xxii.q.ii.primum.& c.mihi autem & omne.ii.q.v.

96 iuramenti.† Item an seruent fidem datam,& iuramentum præstitum in societatibus,quia nec eis tunc est fides seruanda. cap. peruenit.de iureiur.& c.sicut.Item an soluant in termino iurato,de pig.c.significāte.Item an in remotis nimiam moram trahant,& cum diuersis maritatis adulterium committēdo & suis causam adulterii præbendo,contra c.in præsentia.de spon. vnde proueniunt multa mala.

97 † Visitantes verò rusticos petant,an reddant decimas prædiales,& personales,& an deducant expēsas, & salaria de fructibus, & alias fraudes adhibeāt. cum homines.de dec.& c.cum nō sit in homine,& c.non est.Item an rustici diuites reuereantur do-

98 minos pauperes eis in vitæ necessitatibus prouidendo, † quia tunc cuilibet fame morienti deberet subuenire.lxxxvi.di.pasce. & c.non satis,& c.cum in officiis,de test.Item an iura dominorum subtrahant,cum eis placitando, & vexando laboribus, & expensis,& aliquotiens aliis potentioribus dando illos contra veros dominos protegentes.c.eam te.de iureiu. de deci.tua nobis.& C.de agri.& censi.l.quemadmodum. cum multis aliis legibus illius ti.li.xi.& in Auc.de quæstore.col.vi.& de censi.omnis.& an colant festa, mercata, & alia festa seruilia non facientes,de feriis.c.i.& fi.de conse.dist.iii.c.i.Item de homicidiis, periuriis,falsis testimoniis, fornicationibus, & aliis communibus vitiis,iniuriis, & damnis vicinis per ipsos datis. de iniuriis. cap. si rixati.& capitu.si læserit.& capitul.si egressus,& capitul.si cul-

99 pa tua,& multis aliis,†quorum tamen vita tutior est aliis.xxxv. distinct.ecclesiæ.vnde versus.

Diuitiis vti res est aduersa salutis,
Paucos crede bonis,quos beat eris honos,
Mollities vestis,coitus,gula,cura,quietis,
Possunt luxuriæ quatuor esse rotæ.

100 † Visitans autem pueros petat,an commiserint sacrilegium, contra capitul.fin.de senten.excommu.Item an furtum, & periurium.capitu.i.de delic.pue.Item an recognoscant a Deo bona fortunæ,gratiæ,& naturæ,vitium ingratitudinis talis incurrerit,Institu.quibus modis tu.fi.§.finitur autem . Item an vitium calumniæ.C.de episco.& cleri.l.omnes. §. fina. Item an vitium luxuriæ aliquando anticipando tempus ætatis.capitu.impube-

101 res.de illis.& capitu.a nobis.de disponsa.impuber. † quia vt ait Gregor. in dialogo, in nono anno quidam imprægnauit matrem suam.& de Salomone dicitur quòd in xi. anno habuit filium,vt refert Hostien.in Summa de pœnis. §.cui.versi. cui pueri. Adde quod habetur in c. quod sedem. de frigi. & an sit doli capax,per exteriora bonus vir extimabit.cap. ex studiis,de præsum.xv.q i.§.vt itaque.

SVMMARIVM.

1 *Visitatores, super quibus populum admonere debent, & per totam hanc quæsti.*
2 *Parentes infantes secum ad dormiendum tenere non debent, sed in cunabulis infra annum.*
3 *Mulieres Christianæ ob fidei scandali Iudæorum pueros non debent lactare.*
4 *Mulieres filios ad hospitalia contra pietatem exponere non debent.*
5 *Et cauere debent,ne abortum faciant.*
6 *Pueri,apud quos post triennium educari debeant.*
Ante verò triennium magis materno,quàm paterno indigent auxilio.
7 *Matri puer ante partum fuit onerosus, in partu doloros⁹, post partum laborios⁹.*
8 *Matrimonium,quare potius appellatur,quàm patrimonium.*
9 *Patres,a quibus filios cauere debent.*
10 *Patres prouidere debent, ne filij in diebus festiuis saltationibus, sed diuinis officijs uacent.*
11 *Ciues,quos dies in villa non celebrent.*
Patres non debet committere filios docendos a magistris, & doctoribus histrionibus.
12 *Patres filiabus inhibere debent,ne se fucare debeant.*
13 *Et eis inhibeant vestium pompam.*
14 *Patres debent custodire puellas a clericorum conuersationibus, maximè solas cum solis.*
15 *Visitatores populum docere debent, ne a quæstoribus eleemosinarum decipiantur.*
16 *Quæstores damnantur per Concilium Vienense, & puniuntur, & quomodo recipi debeant.*
17 *Populus monendus est ad integrum decimarum solutionem primitiarum & oblationum.*
18 *Prædicatores populum a solutione decimarum retrahere non debent.*
19 *Monasteriorum ingressus,quibus non prohibitus.*
20 *Monachi ad moniales accedere non debent,nec econtra.*
Monasteria aliqua duplicia esse non debent.
21 *Meretrices debent compelli ad portandum habitum distinctum ab honestis mulieribus.*
Molestare nemo debet Romipetas,peregrinos,& mercatores.
Superstitiones sunt euitandæ.
Cum hæreticis,Iudæis & paganis comedendum non est.
22 *Patres corripere debent filios.*
Alchimia fieri non debet.
23 *Salomonis Clauicula, libri mathematicorum & nigromantiæ comburendi sunt.*
In festis diebus,a quibus abstinendum sit.
24 *Nuptiarum solmnitates temporibus interdictis fiende non sunt.*
25 *Religiosi falsi euitandi sunt,qui sermonibus suis detrahunt ecclesiarum prælatis faciendo ea,de quibus hic.*
26 *Decimarum solutio per populum fienda est.*
27 *Vasa sacra ab alijs quàm clericis contrectari non debent.*
28 *Iustus sæpissime pro impio perit.*
29 *Vestimenta deputata ad diuina ministeria ad nuptiarum ornatum, nec ad laruas faciendum,commodari non debent.*
30 *Altaris palla,candelabrum, & velum, si sunt consumpta vetustate, comburuntur.*
31 *In vestimentis altaris mortuus inuolui non debet.*
32 *Laici,in quibus festiuitatibus teneantur missas audire in ciuitatibus,& eorum paro chijs.*
33 *Clerici,quando missas prohibeantur celebrare in oratorijs.*
34 *Populus,quomodo debeat stare in ecclesia,quando diuina audit.*
Similiter,quando stat ad orationem.
35 *Verba quæ dicenda sunt quando eleuatur corpus Christi.*
36 *Laici non debent se ponere secus altare,dum sacra fiunt.*
37 *Mulieres etiam sacratæ circa altare incensum portare non debent.*
38 *Oblatio semper in missa fieri debet.*
39 *Aqua benedicta a sacerdote deuotè suscipi debet.*
Aqua benedicta,quos effectus operetur.
40 *Aqua non est prophana ob malam vitam sacerdotis eam benedicentis.*
41 *Nec ob eius imperitiam.*
42 *Aquam consecratam si quis in sabbato sancto velit accipere, debet accipere antequàm chrisma infundatur.*
43 *Crucis signo,quare nos signare debeamus.*
44 *Confessionis forma,quæ in missa dicitur,& dominicalis oratio, adiscenda est.*
45 *Patrini plures quàm vnus esse non debent ad baptizandum.*
Abbati vel monacho commatres habere non licet.
Patrinus vnus fieri potest in catechismo & confirmatione.
46 *Cognatio spiritualis per solum catechismum contrahitur, & matrimonium contrahendum impedit.*
47 *Cognatio spiritualis contrahitur si plures baptizatum leuauerint, quæ dirimit matrimonium etiam contractum.*
Idem in confirmatione,secus in alijs sacramentis.
48 *Baptismus fieri non debet,nisi in loco deputato.*
Limita,nisi filius Regis,vel Principis foret baptizandus.
49 *Baptizare mulier non potest,nec laici,nisi in casu necessitatis.*
50 *Baptizare,quomodo potest sacerdos eos, de quibus dubium est,an sint baptizati.*
51 *Hæretici fauendi,receptandi,aut defendendi non sunt sub excommunicationis pœna,& quas alias pœnas patiantur,qui eis fauent.*
52 *Saracenis arma,nec ligna deferenda sunt.*

Source : BIU Cujas

53 *Cum Sarracenis habentibus bellum cum Christianis commercium haberi non licet.*
54 *Matrimonium in gradibus affinitatis vel consanguinitatis vsque ad quartum gradum contrahendum non est.*
55 *Vxorem ducere nemo compellitur, quam odio habet.*
Matrimonium plena securitate gaudere debet.
56 *Matrimonium si negat mulier in monasterio detinetur, donec cã terminetur.*
Matrimonia libera esse debent a pęna conuentionali.
57 *Matrimonium non contrahitur cum sponsa fratris.*
58 *Impedimentum publicæ honestatis iustitiæ, quando & quomodo oriatur.*
59 *Matrimonium non contrahatur ob absentiam alterius coniugati, nisi de morte certa notitia habeatur.*
60 *Vxore, an teneatur maritum sequi, etiam in carcere vel sepultura.*
61 *Matrimonium contrahere cum aliqua de luparari, ad remissionem proficit peccatorum.*
62 *Ad matrimonium contrahendum solus consensus sufficit.*
63 *Marito dicenti quòd vxorem suam cognouit, ei creditur ea negante.*
Matrimonium inter impuberes ob perplexitam contrahendum non est.
64 *Matrimonia clandestina nullus contrahere debet.*
65 *Matrimonium cum alia non contrahat, qui fidem cõsensus alteri præstitit.*
In matrimonio conditiones contra substantiam matrimonis inseri nõ debẽt.
Matrimonij bona sunt, fides, proles & sacramentum.
66 *Matrimonium contrahendum per votum simplex impeditur, & per solenne dirimitur.*
67 *Matrimonium non debet cõtrahi cum ea, quam quis per adulterium polluit.*
68 *Matrimonium non est contrahendum cum coniunctis cognatione spirituali, vt hic latè declarat.*
69 *Idem in coniunctis coniunctione legali, donec durat adoptio.*
70 *Matrimonium non est contrahendum cum frigidis & maleficiatis; & si contrahatur, quid sit seruandum.*
Matrimonium contra interdictum ecclesiæ contrahendum non est.
71 *Diuortium fieri non debet.*
Mulier propria auctoritate diuertens, dotem repetere non poterit.
72 *Matrimonium quid sit.*
Matrimonia canonicè contracta, leuitate dissolui non debent.
73 *Viduis contra iustitiam fauor ecclesiasticus concedendus non est.*
Nuptiæ secundæ benedicendę non sunt.
74 *Coniugum altero mortuo, alter in domino nubat sine metu pęnę.*
75 *Monitio generalis in ecclesia fieri debet, quòd omnis Christianus semel in anno confiteatur, & eucharistiam sumat.*
76 *Sacerdos alienus nec soluere, nec ligare potest.*
77 *Confessor, qualis esse debeat, & nume. seq.*
79 *Pœnitentia, quomodo iniungenda sit confitenti.*
80 *Pœnitentiæ arbitariæ sunt.*
81 *Peccata publica occulta purgatione purganda non sunt.*
Pęnitentia ex causa commutari potest.
82 *Mulieres confessionem audire non possunt.*
Confessorem sibi eligere possunt episcopi & alij prælati superiores, si periculum immineat in dilatione pœnitentiæ sine superioris licentia.
83 *Confessorem eligendi licentiam concedere potest parochianus, qui adhuc non est præsbiter.*
84 *Diœcesis est parochia.*
85 *Confessorem sibi eligere posse sine licentia superioris, consuetudine aliqua inducinon potest.*
86 *Excommunicati, a quibus repellantur actibus.*
87 *Confitens debent habere intentionem a peccatis se abstinendi, & dolere se nõ posse dolere, & quod non est bene pręmeditatus dolere.*
88 *Visitator monitiones quas in vno anno facere nequiuit, in alio faciat.*
89 *Votum arbitratorium est, sed eius solutio est necessaria.*
90 *Voti transgressor non est, qui illud auctoritate sedis apostolicæ distulit adimplere.*
91 *Votum non frangit, qui religionem ingreditur.*
92 *Votum quis per alium implere potest.*
Votum mortui per superstitem soluitur.
93 *Ieiuniũ, vigiliæ, eleemosinæ & alia pietatis opera, per alios possunt impleri.*
Votum religionis faciens, votum implere tenetur, etiam si episcopus fiat, quia episcopatui renuntiare tenetur.
94 *Votum Jerosolimitanum, an possit perfici, conscientiæ vouẽtium relinquitur.*
95 *Dolus bonus circa spiritualia non vitiat.*

Quæstio octaua secundæ partis.

1 OCtauo † Quæro principaliter, super quibus obseruandis, populus a visitatoribus necessariò sit monendus? Respondeo, quòd super multis. Et quidẽ
2 secũdum qualitatem regionem & locorum.† Et primò ne parentes teneant infantulos secum ad dormiendum in lecto infra annum saltem, sed teneant in cunabulis propter periculum patricidij, de quo in c. j. & ii. de patrib. qui filios occiderunt † Item quòd mulieres Christianæ lac
3 non præbeant infantulis Iudæorum propter scandalum fidei.
4 c. & si. Iudæos. de Iudæis, & idem econtra eadem ratione.† Tertiò, vt non exponãt eos ad hospitalia cõtra pietatem & charita
5 tem, de quo in c. i. de infantibus expositis.† Quartò, vt caueant ne faciant abortum propter culpam inexcusabilem, de quo in
6 c. si aliquis. de homicid. & c. Moises. xxxii. q. ii. cũ cõcord. † moneantur etiam, vt pueri post triennium apud patrem nõ suspectum alantur, & cum eo nõ morentur, in cuius sunt potestate, & cuius sequũtur familiam, & quòd in ætate tali quisquis apud illas non remaneat personas, de quibus possit esse suspitio, ꝙ saluti vel vitæ insidientur illorum. c. fi. de conuersi. infidel. C. de patria potest. l. nec filium. C. de infantib. expositis. l. ij. & extra. e. ti. c. j. ante triẽnium verò magis materno indiget solatio quàm
7 paterno, † quoniam ante partum sibi fuit onerosus, in partu doloroſus, & post partum laboriosus sibi extitit, vt habetur in
8 dicto c. fi. † & hæc est ratio, quæ cõsueuit assignari a Doctoribus quare matrimonium sic appelletur quàm patrimoniũ. & quia vir non habet potestatem sui coporis, sed mulier. c. quidam. de conuersion. coniug. a sunt enim una caro. capisulo ad apostolicam. eo. tit. de spurio autem nefario & incestuoso, dic vt plenè habetur in c. cum haberet. de eo qui dux in matri. quam polluit per adult. vbi etiam vide de dote. & per Bar. in l. cum pater. §. pa
9 ter naturalis. ff. de leg. ij.† Quintò, vt moneant pueros suos grãdiusculos, saltem doli capaces, & corrigant, vt caueãt a furtis, mendacijs, & periuriis, quibus plena est puerilis ætas, & malis conuersationibus, & moribus, vt in c. i de delic. puero. & habetur in gl. Augusti. super c. de con. di. iii. paruuli. prouidè. aut etiã ne pueri seducantur ad ingrediendam religionem. c. ad nostrã,
10 c. significatum, & c. cũ simus. de reg.† Sextò, vt moneant paruulos iuuenes & puellas, ne in solennitatibus Sanctorum saltationibus turpibus, aut aliis cantilenis inuigilent, sed magis diuinis
11 officiis vacent, de condi. di. i. c. irreligiosa.† Septimò, quòd nulli ciuium vnquam Paschæ, natalis Domini, vel Quadrag solenni tates in villa celebrent, nisi quos infirmitas tenuisse probatur. c. nulli. ea. distin. Septimò, quòd non committantur docendi magistris & doctoribus histrionibus, & magis qui puerorum eruditendorum sed perdẽdorum causa id quod malè didicerũt cæteris quoque insinuant. cap. pro dilectione. de con. distinct. ii.
12 † Octauò inhibeant puellis, nese debeant fucare figmentis, vt rubicundiores, vel candidiores appareant adulterina fallacia, qua nõ dubium est etiam ipsos maritos se nolle decipi, quibus solis permittendæ sunt fęminæ ornari, secundum veniam, non
13 secundum imperium. † Inhibeant etiam vestium pompam, & sindale, & superfluitates ligaturarum, & ornamenta auricularum. Item quæ magis ad seruitutem dæmonum, quam placitũ
14 adhibentur, contra c. fucare. de conse. dist. v.† Nonò iubeant puellas custodiri a conuersationibus clericorum & confabulationibus, maximè solas cum solis. c. solus. lxxxi. distinct. & non
15 habere lauacra communia. c. non esset. ca di.† Decimò iubeãt omnibus, ne patiantur se decipi a quæstoribus eleemosinarum, qui vt simplices decipiant falso prædicant ad extorquendum aurum subtili & fallaci ingenio se posse super natalibus dispẽsare, a periuriis, homicidis, & a peccatis aliis sibi confitentes absoluere, malè ablata incerta data sibi aliqua pecuniæ quantitate remittere ac relaxare tertiam aut quartam partem de iniunctis pęnitentiis, animas tres vel plures parentum, vel amicorũ illorum, qui eis conferunt eleemosinas de purgatorio extrahere, & ad gaudia paradisi perducere, & benefactoribus locorum, quorum quæstores exiſtunt, remissionem plenariam in-
16 dulgere, & aliqui ex ipsis eos a pęna & a culpa absoluere.† Quorum quæstorum abusus damnat Concilium Vienense, & mandat puniri, tanquam cedentes in animarum periculum, & scandalum plurimorum, & inhibet eos recipi & admitti, nisi apostolicas & diœcesani literas exhibuerint, sed solum tolerari cũ literis præfatis indulgentias sibi concessas populo insinuare, & charitatiua postulare subsidia absque prædicatione, & aliis expositionibus. mandat etiam diocesanis, vt apostolicas literas eorum nequid fraudis committi valeat, antequàm admittantur ad quæstuandum, diligenter examinent, quarum literarum tenor habetur formalis in c cum ex eo. de pęnit. & remiſ. & reuocantur quo ad hoc omnia priuilegia contraria etiam apostolica, vt patet in clemen. abusionibus. eodem titu. de pęni. & re-
17 missio. adde cle. cupientes. §. i. de pęnis. Item monendus & informandus est populus ad integram solutionem decimarum, & aliarum rerum ecclesiis debitarum, tam verbo quàm opere, vt ad id sint promptæ voluntatis animo intenti, scilicet primitiarum, & oblationum, & omnium eorum quæ debentur ec-
18 clesiis ex laudabili cõsuetudine, puta oleum lampadis, &c.† ad qđ etiam prædicandum tenentur regulares prædicatores, & minores, quibus specialiter inhibetur, qđ tam in prædicationis, quàm confessio. & collationibus. & dispensationibus non retrahant aliquos a præmissorum solutione, vt in c. i. de decim. li-
19 vi. & ibi plenè no.† Monendus est populus, vt caueat ab ingressu monasteriorum. nam nulli etiam honestæ personæ, nisi rationabilis & manifesta causa exiſtat, sicut in medicis, barbitonsoribus, carpentariis, sartoribus, & aliis similibus, sine speciali licentia illius ad quem pertinet ingredi monasteria mulierum, nec econtra mulieribus virorum, vt sic a publicis, & mundanis suspectibus separatę omnino seruire Deo valeant liberius, & laiciuiendi opportunitate sub lata eidem corda sua, & corpora in omni scimonia diligentius custodire. c. i. de sta. reg. libr. vi.

20 † Quinimò

Source : BIU Cujas

20 † quinimò nec monachi ad eas accedere debent, nec econtra: nec cum eis colloqui, nisi in præsentia abbatissæ, & per modica verba. xxviii. q. ij. diffinimus. ideo nulla monasteria debent esse 21 duplicia, vt ibi, & in capitulis se. † Compellent etiam meretrices ad portandum habitum distinctum ab alijs honestis mulieribus, secundum Bald. in l. mimæ, C. de episcopali audi. Item ꝙ nemo Romipetas, & peregrinos, & mercatores molestare præsumat, inhibeant. c. si quis Romipetas. xxiiii. q. iii. cum duobus capitulis sequentib. Item quòd caueant a superstitionibus, scilicet de non iurando, non comedendo caules cum lardo. xxii. q. i. non est. xxx. di. c. vltimo. Item, quòd non comedant vel bibāt 22 cum paganis, Iudæis, vel hæreticis. c. si quis inquit. i. q. j. † Item ꝙ parentes. corripiant filios. c. displicet. xxiii. q. iiii. & C. de emēda. seruorum, & de emendatione propinquorum. Item quòd nō fiat alchimia, de qua per Bar. in vsibus feu. in tit. quæ sunt regalia. 23 † Item clauicula Salomonis, & alii libri mathematicorum, & negromantiæ, comburantur. l. mathematicos. C. de episcopali audien. Item monendus est, vt diebus festiuis caueat ab omni illicito opere, & abstineat, ne mercatum in eis faciat, nec placitum, nec ad mortem, vel ad pęnam aliquis iudicetur, prout habetur in c. i. & fin. de feriis. nisi in casibus de quibus in d. c. i. scilicet pro pace vel necessitate. & c. & c. licèt. eod. tit. † Item ꝙ non 24 faciant nuptiarum solennitates temporibus interdictis ab ecclesia, vt scilicet carnaliter non coniungantur, prout traditur in c. capellanus. de feriis. & xxxiii. q. iiii. non oportet. & c. non potest. de quo in c. ex literis, de matrimo. contra interdictum eccle 25 siæ. Item quòd caueant etiam a nonnullis falsis religiosis, qui in sermonibus suis detrahunt ecclesiarum prælatis & retrahunt laicos ab ecclesiarum suarum parochialium frequēti accessu, & indulgentias pronuntiant indiscretas, & factionibus testamētorum interessentes a restitutionibus debitis, aut legatis matricibus ecclesiis faciendis retrahunt testatores, ac legata, vel debita, aut malè ablata non certa sibi aut aliis singularibus sui ordinis fratribus & conuentibus in aliorum prejudicium fieri seu 37 erogari procurant, aut etiam in casibus sedi apostolicæ, aut locorum ordinariis reseruatis plures absoluunt, & personas ecclesiasticas præsertim coram iudicibus apostolicis delegatis suā 38 contra eos iustitiam prosequentes vexant indebitè, aut ad loca plura, & per præsertim multum remota conuenire præsumunt, quoniam tales puniri mandant, vt in cle. j. §. quibus. de priuil. 26 † ac etiam certis temporibus iniungitur illis, vt sermonem faciant populo super decimis integrè soluendis &c. vt ibi. Vnde est aduertendum ad verba & formam suarum conseruatoriarū, an. s. & quomodo derogent. c. j. & fi. de of. dele. & quòd non extendant aliter. quam no. Io. An. in c. cum in alijs, circa fi. in no- 27 uella, de pręb. li. vi. † Caueant etiam vt sacra vasa ab alijs, quàm a cleri. nō cōtractentur, ne pro talibus præsumptionibus iratus Dominus plagam imponat populo suo, & pij etiam qui nō pec 28 cauerunt, pereant, † quia perit iustus sæpissime pro impio. c. in sancta. de conse. di. j. similiter nec vestimenta ecclesię, quibus Domino ministratur, quia sacrata debēt esse, & honesta, & quibus in alijs vsibus nō debet frui quàm ecclesiasticis officijs, nec ab alijs debent contingi, nisi a clericis, ne vltimò, quæ Balthasar Regem percussit, super transgredientes veniat, & corruere 29 eos faciat ad ima. c. vestimenta. ea. di. † non præstentur etiam ad nuptiarum ornatū ad ministeria diuina deputata, ne dū improbo tactu vel pompa secularis luxurię polluuntur, ad officium sacri ministerij videantur indigna. ergo minus ad laruas faciendas contra c. cum decorem. de vita & honesta. cle. vt in c. ad nuptiarum. ea dist. ligna. etiam ecclesiæ non debent ad aliud opus iungi, nisi ad aliam ecclesiam, vel igni sunt comburenda, vel ad profectum in monasterio fratribus, in laicorum autem opera 30 non debent admitti. c. ligna. ea. dist. † sic & altaris palla, cathedra, candelabrum, & velum, si fuerunt vetustate cosumpta, incēdio debentur, quoniam n ōlicet ea quæ in sacrario fuerunt, malè tractari. cineres quoque eorum in baptisterio inferri debent, vbi nullus transitus habeatur, aut in pariete, aut in fossis pauimentorum iactentur, ne introeuntium pedibus coinquinen- 31 tur. c. altaris. † nec mortui obuoluantur vestimentis altaris. c. nemo. ea. di. vbi dicitur, pallas & vela quæ in sanctuario sunt, si forsdidata fuerint ad misteria, diaconi cum ministris intra sanctuarium lauent, non eijcientes foris a sacrario, & velamina dominicæ mensæ, ne fortè puluis corporis Dominici malè decidat, sindonem verò non foris abluant. idcirco intra sacrarium ministris præcipitur cum diligentia custodiri, si peluis noua comparatur, hæc nihil aliud tangat, sed nec ipsa peluis vellis apponatur lauandis, nisi quæ ad Dominici altaris cultum pertinent, & pallæ in alia pelui lauentur, & in alia vela ianuarum. debet etiā esse cura hostiariis ex ammonitione maiorū, ne quis vela ianuarum domus Domini negligens aut ignarus manibus incōgruè 32 tangat tergendo. s. manus, vt in d. c. nemo. † Caueant etiam laici de confratriis & habentes oratoria pro commoditate familię ꝙ in festo Paschæ aut Natalis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis, Pentecoste, natalis sancti Ioan. Baptistæ, & si qui dies maximi festiuitatis habentur, non nisi in ciuitatibus, aut parochijs 33 missas audiant: † nam clerici qui in his festiuitatibus oratorijs, nisi iubente aut permittente episcopo, miss. celebrauerint, pu- 34 niuntur, vt in c. si quis ea. di. † moneatur etiam populus conuenire cum deuotione in ecclesiis, & audire integram missam, & ꝙ dum euangelia leguntur, non debeant sedere, sed stare venerabiliter in conspectu euangelii, & verba dominica intenta audire, & fideliter Deum adorare. c. apostolica. e. dist. quando stāt ad orationem debent vigilare & incumbere ad preces toto corde, & omnis cogitatio carnalis & secularis debet discedere, nec quicquam animo quàm id solum cogitare, quod precantur. Ideo sacerdos ante orationem præfatione præmissa parat mentes eorum dicendo, Sursum corda. vbi dum respondens plebs, Habemus ad Dominum, admonere nihil aliud se quàm Dominum cogitare debere. claudatur ergo contra aduersariū pectus, & soli Deo pateat; & claudantur oculi iuuenum, ne ad se hostem Domini tempore orationis venire patiantur. c. quā do. ea di. Item quòd flectant genua, & se reuerenter inclinent, 35 dum eleuatur corpus Christi, scilicet flexis genibus, † & possunt dicere hæc verba,

Salue lux mundi, verbum patris, hostia vera,
Viuà caro, deitas integra, verus homo.

Vel transubstantientur res istæ corpus & sanguinem tuum Domine ad honorem & laudem nominis tui, & ad confusionem peccatorum, & ad salutem animarum nostrarum, vel orationem dominicam, vt no. in d. c. sane. de cele. mis. & in c. nihil. de conse. dist. ij. no. in cle. ad nostram. ver. viii. de hęreti. Itē quando pulsatur Aue Maria, in aurora, & in sero ad laudes Virginis, vt no. glo. in clemen. i. de Iudæis. & Saracenis, super verbo, zabulala. in fi. † Item quod non ponant se laici secus altare, dum sacra misteria celebrantur ad standum vel sedendum inter clericos, quia ille locus solis clericis psallētibus patere debet, ad orādum tamen & communicandum, sicut mos est laicis & fęminis patere debent sancta sanctorum. c. i. de vita & ho. cle. intrando, non tamen stando. c. sacerdotem. de con. di. ii. † incensum autem circa altare portare mulieres etiam sacratę non debent. xxiii. di. sacratas, de con. dist. i. in sancta. nec in missa presbytero 38 ministrare. c. j. in fi. de coha. cle. & muli. † Moneantur etiam, vt in missa semper aliquid offerant, reducentes ad memoriam, quod Deus per Moysē dixit, Non apparebis in conspectu meo vacuus. & quod apparet in collectis sanctorum patrum, ad ipsum enim prius confugiendum est, qui nostræ possit curare animæ passiones, & non peruerso ordine antea sibi opem ab hominibus accersiri, vbi humana subsidia defecerunt, & tunc opinari diuini postulandam fauoris gratiam. c. omnis Christianus, 39 de con. distinct. i. † Moneantur etiam, quòd deuotè suscipiant aquam benedictam a sacerdote sale benedicto aspersam, vt per eā aspersi sanctificentur, & purificentur. nā si cinis vituli aspersus, populum sanctificabat, multo magis aqua solet aspersa, diuinisque precibus sacrata populum sanctificat. & si sale asperso per Eliseum prophetam, sterilitas aquę sanata est, quanto magis diuinis præcibus sacratas sterilitatem rerum aufert humana rum, & coinquinatos sanctificat, & purgat, bona multiplicat, & insidias diaboli auertit, & a phantasmatis versutiis homines 40 defendit. c. aqua. de con. dist. iii. † Nec retrahat eos mala vita sacerdotis benedicentis, quia propterea non est aqua prophana, & adultera, super quam nomē Domini inuocatur, etiam si prophanis & adulteris inuocetur: quia nec ipsa creatura, nec ipsum 41 nomen adulterum est. c. non est. de con. di. iii. † Item nec imperitia, quia verba exorcizationis per imperitiam prolata non impediunt sanctificationem aquæ. c. si non sanctificatur. ea. distin. & vide omnino circa hæc, verba elegantia Cypriani de quibus 42 in c. necquicquam. e. di. † & adde quòd in sabbato sancto Paschæ, vel Ptēcoste, si quis velit aquam confectatam in domo sua ad aspersionem accipere, ante crismatis infusionē recipiat, 43 vt in c. in sabbato. e. di. † Moneantur etiam vt sæpe consignent se signo crucis, vt apostata diabolus in vase suo pristino interēptionis suę cognoscens signum sibi iam deinceps illud sciat esse alienum. c. postea de con. di. iii. nam & omnia sacramenta sacerdotalis ministerii crucis signo perficiuntur, & baptismatis vnda, nisi cruce sanctificata peccata relaxat, nec sine crucis signaculo quis sacerdotii gradus ascendit. c. nunquam. e. di. † Itē 44 vt addiscant confessionis formam, quæ dicitur in missa. Item orationem dominicam & simbolum, de quo in c. Deus qui. de pę. & re. & in c. id semper. de con. di. v. † Moneantur etiam, vt 45 non plures ad suscipiendum de baptismo infantem accedant, quàm vnus, siue vir, siue mulier. & idem in confirmatione chrismatis, dum tamen non fit abbas, vel monachus, quibus non licet commatres, vel compatres habere. capitu. non plures. cum se. ea. di. in catechismo enim & in baptismo, & in confirmatione vnus patrinus fieri. potest, si necessitas cogit, vel de consuetudine Romana singuli ad singulas debēt suscipere. c. in catechismo. e. di. † nam & per solum catechismum contrahitur cognatio spiritualis, & impeditur matrimonium contrahēdum vix, & quòd vix fit non est dubium fieri c. per catechismum, de co- 47 gna. spiri. lib. vi. † si tamen plures accesserint ad fontem & lauauerint

uerint baptizandum, contrahitur inter omnes ſpiritualis cognatio,etiam dirimens matrimonium iam contractum, & idē in cōfirmatione, licet ſecus ſit in aliis ſacramentis.c.fi.eo.tit.&
48 lib.† Et adde quòd extra eccleſiam & alibi quàm in fronte deputato debet baptiſmus preſtari, niſi vbi ſubeſſet neceſſitas, aut filius Regis, vel Principis foret baptizandus. De Principe dico, qui maior eſt Ducibus & Marchionibus & Comitibus,
49 vt in clementi.j.de baptiſ.& ibi no.† & caueat mulier, ne præſumat baptizare.cap.mulier.de con.diſtin.iiij.vbi mulier quantun cunque docta, & ſancta, viros in conuentu docere, vel aliquos baptizare prohibetur. ſic nec laici poſſunt baptizare, niſi neceſſitate cogente, cap. conſtat, & cap. in neceſſitate. ea.
50 diſtinct.† & tunc propter dubium an baptizati ſint,poteſt ſacerdos illos ſolenniter baptizare præmiſſis his verbis, ſi baptizatus es,non te rebaptizo : ſed ſi nondum baptizatus es, ego te baptizo.c. ſecundo. de baptiſmo. in forma, ſcilicet, de qua in c.
51 j. eod. titu. † Moneant etiam ne credant,aut faueant hæreticis, neque receptent eos, aut defendant, aliàs ſunt excommunicati, & niſi in annum ex tunc ſatisfecerint, efficiuntur infames, nec ad publica officia, ſeu conſilia, nec ad eligendos aliquos ad huiuſmodi,nec ad teſtimonium admittuntur,& efficiuntur inteſtabiles,& non poſſunt liberè teſtari, nec ad hæreditatis ſucceſſionem admitti, & nullus ſibi ſuper quocunque negotio,ſed ipſe alijs reſpondere cogitur. & ſi fortè iudex extiterit, eius ſententia annullatur, nec cauſæ aliquæ ad eius audientiam perferri poſſunt. ſi fuerit aduocatus, priuatur officio patrocinij : ſi tabellio, inſtrumenta confecta per ipſum nullius ſunt momenti, & idem de ſimilibus, ſed cum auctore ſuo damnati,vt in cap. excomunicamus.§.credentes, de hæret. c. ſi adueſus, eodem titu.cum concor. † Moneantur etiam, ne Sara-
52 cenis arma,ferrum, aut lignamina deferant galearum, aut galeas, vel naues,eis vendant, aut in piraticis eorum nauibus curam gubernationis exerceant, vel in machinis, aut quibuſuis alijs aliquod eis impendant conſilium, aut auxilium in Chriſtianorum diſpendium, aliàs ſunt excommunicati, & eſt hæc monitio ſæpius præſertim in diebus feſtiuis omnibus facienda per terras maritimas, vt in c.ad liberandam, & in cap. ita quorundam.de Iudæis,† quinimmò, durante guerra Chriſtianorū
53 contra eos, non licet habere mercimoniū cum eis, vel per ſe, vel per alios, nec nauibus, vel quocunque alio ingenio eis aliqua rerum ſubſidia, ſeu conſilia impendere, vt in capi.quod
54 olim.e.titu. vbi patet, tales eſſe excommunicatos. † Moneant etiam viſitātes, præcipuè omnes qui diuino timore poſtpoſito in ſuarum periculum animarum ſcienter in gradibus conſanguinitatis, ſcilicet in quarto vel citeriori, vel affinitatis ſcilicet primi generis conſtitutione diuina ac canoni. interdictis, de quibus in capitul.non debet.de conſang.& aff.aut cum monialibus matrimonialiter contrahere non verentur, necnon religioſas, & moniales, ac clericos in ſacris ordinibus conſtitutos matrimonia contrahentes quòd abſtineant,alias ipſo facto ſen-
55 excommunica.incurrent,&c.cle. j. de conſan. & affi. † Item ꝙ nullus compellatur ducere in vxorem,quam odio habet,iuxta cap.ij.de ſpon.& ideo,quia matrimonium, quod ſolo conſenſu contrahitur,plena debet ſecuritate gaudere ex parte cius,cuius eſt animus indagandus, ne per timorem dicat ſibi placere, quod odit; & ſequatur effectus, qui de inuitis nuptijs ſolet prouenire,nec locum habeat conſenſus vbi metus, vel coactio in-
56 tercedit,† mandatur quòd mulier negans matrimonium honeſtè detineatur in monaſterio libera,donec cauſa terminetur. c.cum locum.de ſpon.debent ergo matrimonia eſſe libera etiā
57 a pœna conuentionali.c. Gemma.eo.tit. † Moneant etiam omnes, ne ſponſas fratrum ſuorum quærant ſibi matrimonialiter copulare.c.ad audientiam eo.tit.quinimmò etiā ſponſam alterius,ſi eſt nubili ætati proximus, nullus conſanguineorum aliquando ſibi poteſt matrimonialiter copulare.c.ſponſam. eo.ti. propter ſcilicet impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ,
58 † quod impedimentum exoritur ex quibuſcunque ſponſalibus etiam ratione conſanguinitatis,affinitatis,frigiditatis, aut religionis,vel aliàs quauis cauſa nullis,puris tamen ex conditionalibus verò non oritur,vt in c.j.de ſponſalib.li.vj.quia conditio-
59 nalia ſponſalia conſenſum habent incertum.vt ibi.† Item moneantur ꝙ coniuges cauſa captiuitatis, vel peregrinationis abſentes non contrahant cum alijs,donec certum nuntium recipiant de morte,quocunq; temporis lapſu non obſtante. cap.in preſentia.eodem titu.& xxxiiij.q.ij.cum per bellicam. & ſi de facto contrahant,non exigant debitum,ſed reddant, & cum de vita fuerint certificati,ſtatim recedant abinuicem.c. Dominus. de ſecund.nup.& aucten.hodie.C. de repud. & in Aucten. vt li-
60 ceat matri & auiæ.§.quod autem.collatio. viij. † An mulier teneatur ſequi maritum etiam in carcere,vel ſepul.&c. & ſi in ſepulcro vltimi viri,vel primi,vide glo. in c. vnaquæq; xiij.q.ij.& quia inter opera charitatis non minimum eſt errātem ab erro-
61 ris ſui ſemita reuocare,† proficit ad remiſ.pecca. ei, qui ex lupanari extractam ducit in coniugem.c.inter opera.eo.tit. Prohibitorium eſt etiam edictum de matrimonio cōtrahendo, vt quicunq; non prohibetur,per conſequentiam admittatur, † & ſolus ſufficit conſenſus ad matrimonium cōtrahendum eorum, de quorum coniunctionibus agitur.c.cum apud,eod. titul.licèt etiam verba requirantur inter valentes loqui.c.tuæ. eodem tit.
63 † & viro dicenti,ꝙ vxorem ſuam cognouit etiam negante muliere creditur,prout dicitur in c.continebatur.de deſpon.impu. moneantur etiam impuberes,qui ex habitu corporis non oſtēdunt pubertatem,& puellæ non puerperæ in annis puerilibus, ne contrahant propter perplexitates,de quibus in cap.puberes', & per totum,de deſpon.impub.& cap.j.eod.tit. lib. vj.† Item ꝙ
64 nulli contrahant matrimonia clandeſtinè, videlicet ſine teſtibus, aut ſolennitate,aut contra tenorem cap.cum inhibitio.de
65 clande.deſpon.& cap.aliter.iij.q.v. † Item ꝙ qui vni præſtitit fidem conſenſus,non contrahat cum alia.cap.j. & per totum, de ſpon. duorum. Item ꝙ in matrimonio non inſerantur conditiones contra ſubſtantiam coniugij.c.fin.de condi.Opp.puta ſi generationem prolis euites,quod eſt vnum de bonis tribus matrimonij,vel donec inueniatur alius honore vel facultatibus dignior,aut ſi pro quæſtu adulterij ſe tradant contra fidem & ſa-
66 cramentum,quæ ſunt alia bona matrimonij. † Item ne contra votum ſimplex,quod impedit contrahendum, aut ſolenne qđ dirimit iam contractum,aliquis contrahere matrimonium nō præſumat. capit. rurſus, & per totum,qui clerici vel vouentes.
67 †Item ne quis contrahat cum ea,quam polluit per adulterium. cap.j.& per totum,de eo qui dux.in matr.quam polluit per adulterium. Item ꝙ caueant, quomodo contrahant cum leproſis, aut cum ſeruis,vt habetur in titulis,de coniugio leproſorum,&
68 de coniu.ſeruorum.† Item ꝙ caueant,ne contrahant cum coniunctis cognatione ſpirituali,iuxta determinatio.capit. j. de cognati.ſpiri.li.vj.non enim valet matrimonium inter confirmatum,& baptizatum,& ſuſcipientem,& confirmantem, & filios ſuſcipientis,nec confirmatum,& vxorem ſuſcipientis prius cognitam,& ſuſcipientes & parentes confirmati,& vxorem ſuſcipientis prius cognitam.Item inter confirmantem,& confirmatum,ac filios confirmantis,& eius vxorem prius cognitam,& ipſum confirmantem & parentes confirmati. Et ideo ſub verbis
69 eiuſmodi,xx.ſunt caſus propterea prohibiti,vt ibi. † Et idem de coniunctis cognatio.legali,donec durat adoptio.c.j. de cogna. legali. Item vt qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ abſtineat,prout in tit.de eo, qui cognouit conſang. vx. ſuæ. Coniugium ergo multum fauoris obtinet.c.tua.de conſang.& affi. ꝙ quos Deus coniunxit,homo non ſeparet. c. de infidelibus. eod. titu.non tamen propterea debet reprehenſibile iudicari, ſi ſecundum varietatem temporum etiam circa ipſum ſtatuta va-
70 riantur humana.cap.non debet eod.tit.† Item quòd caueant ne contrahant cum frigidis & maleficiatis:alias ſeruentur, quæ habentur in capitulis,fraternitatis,laudabilem,& fi. de frig. & male.Item ne contrahant contra interdictum eccleſiæ, aliàs puniantur,vt in cap.j.de matrimo.contracto contra interdictum
71 eccleſiæ.& per totum ti.† Item ne coniuges faciant diuortia cōtra cap.porrò,& per totum, de diuor. ſunt enim duo in carne vna,&c.vt in c.gaudemus eod.tit. & caueat mulier propria auctoritate diuertens,quia nec dotalitium poterit repetere.c. plerunq;. de donat.inter virum & vxor. † eſt enim matrimonium
72 maris & fœminę coniunctio, indiuiduam vitæ retinens conſuetudinem.capit.illud. de præſump. non enim debent diſſolui leuitate quadam matrimonia canonicè contracta. ca. lator.de
73 re iud.†Et adde ꝙ viduis contra iuſtitiam non eſt fauor eccleſiaſticus concedendus.cap.nuper.in fin. de dote poſt diuor. re. & ꝙ ſecundæ nuptiæ non ſunt benedicendæ.c.j.de ſecund.nup. & ideo cum fuerint ſemel benedicti,non debet reiterari benedi
74 ctio,vt ibi.†mortuo nanq; altero coniugum, alter poteſt alteri nubere in Domino ſine metu infamiæ & aliarum pœnarum ciuilium.cap.pen.& fin.eo.tit.propter auctoritatem Apoſtoli, de qua ibi,& ꝙ tolerabilius,&c.c.licet ex quadam. in fi. de teſtib.
75 †Demum ne quiſquam ex ignorantiæ cęcitate velamen excuſationis aſſumat,frequenter etiam in eccleſijs publicetur,& monitio fiat generalis,ꝙ omnis vtriuſq; ſexus fidelis poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit ſpiritus, ſcilicet doli capax omnia ſua ſolus peccata etiam venialia,de quibus recolit,ſaltem ſemel in anno,& ſi non frequentius, fideliter cōfiteatur proprio ſacerdoti,perito tamen vel alicui diſcreto,tunc de eius licentia, & iniunctam ſibi pœnitentiam proprijs viribus ſtudeat adimplere,aliàs non eſſet fructuoſa confeſſio:†quia alienus ſacerdos ip
76 ſum non poteſt abſoluere,vel ligare &c.niſi in caſu, de quo per glo.in c.dudum.2.de elec.& in cle.dudum. de ſepul. Item quòd recipiat reuerenter ad minus in Paſca ſimiliter Eucariſtię ſacramentum,niſi fortè de proprij ſacerdotis conſilio ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab eius participatione duxerit abſtinendum, alioqui viuens ab ingreſſu eccleſiæ arceatur,& moriens Chriſtiana careat ſepultura.cap. omnis,& c. Deus qui, de pœni.& re.†Debet autem ſacerdos eſſe diſcretus,& cautus,vt
77 more periti medici ſuperinfundat vinum & oleum vulneribus ſauciati,diligenter inquirens omnia peccata, & circunſtantias etiam peccatorum,prudenter intelligens, quale ei debeat præbere

Source : BIU Cujas

bere consilium,& cuius modi remedium adhibere diuersis experimentis vtendo ad sanandum ęgrotum,& non sicut imperitus medicus vno collirio mederi oculos singulorum.xxviij.di.
78 necesse.† Diligenter ergo debet experiri vires ipsius,qualem.s. pęnitentiam posset portare.ar.xxvj.q.vlti.alligant.& sic,vt potius reddant rationem de misericordia, quam de crudelitate, vt ibi.lxxxvj.dist.non satis.vltra medium,& xi.q.iii.nemo peri-
79 torum. † Pęnitentiam igitur non tam secundum quantitatem excessus quam pęnitentis contritionem pro cōfessoris discreti arbitrio moderanda est,pensata qualitate personæ, & consideratis circunstantiis omnibus,& præsertim noua reductione
80 ad fidem,quibus iuxta Apostolum,lac in potum dari non esca, & paulatim instrui in fide, confessionis formam, orationem Dominicam,& simbolum edocendi,& eucharistiæ sacramentum temporibus consuetis & in mortis articulo tribuendum. c.Deus qui.eo.tit.† Sunt ergo pęnitentię arbitrariæ. xxvi.q.vii. tempora pęnitudinis.de pęni.di.i.mensuram.& c.significauit.&
81 c.quæsitum.de pęni.& re.ita vt pro austeritate pęnitentię nullus a seruitio ecclesiæ retrahatur, & aliquod salutis periculum formidetur, vt d. c. significauit. † Manifesta tamen & publica
82 peccata non sunt occulta correctione purganda,vt in d.c.quæsitum,& c.i.de pęni.& rem. & c.ii.de maledic. ex causa etenim pęnitentia potest commutari.c.licet,eo.tit. † mulieres tamen confessionem audire non possunt,nec alia facere,de quibus in c.noua quædam,eod. tit. Et adde, quòd ne pro dilatione pęnitentię periculum immineat animarum,permittitur episcopis,
83 & aliis prælatis superioribus,ac etiam minoribus exemptis, vt etiam præter superioris licentiam prouidum & discretum sibi possint confessorem eligere sacerdotem.c.fi.eo.titu. † Et adde, quòd sufficit licentia parochialis,qui adhuc præsbiter non est, puta,quia est infra annum dispensatio.per episcopum, iuxta c. cum ex eo.de elec.lib.vi.vel est parochialis collegiata. eo. titu. statutum.facit de elec.suffraganeis.de transla.c.i. & ibi no.& videtur etiam sufficere licentia vicarii generalis, iuxta dictum c. cum ex eo.facit cle. cupientes. de pęnis. prius factum etiam excusatur a pęna,quando id facit de licentia diœc.& in c.2.in fin.
84 de pœniten.lib.6. †nam diœc.est parochia, de donat.apostolicæ.in princ.& episcopus præsbiter.xxv.distinct. olim.de pecul. cle.c.2.& no.Ioan.An.in dicto c.omnis,super uerbo, proprio, maximè quando uacat Ecclesia parochialis consultius tamen est abstinere,de quo no.per glo. plenè in clem.1. de priui. & in c.2.de offi.Archiep.facit in simili, de iureiur. uerū & quod habetur de Iudæis,significauit.& de re iudi.inter. super 3.glo.bona fide tamen confessus absolutus esset quo ad Deum, ut not. glo.in c.dudum,de sepult.super uerbo,audire. facit quod habe
85 tur de elect.dudum 2.In glo.quia cum.†nulla tamen consuetudine potest introduci, ꝙ aliquis possit sine superioris licentia confessorem sibi eligere, qui eum possit absoluere uel ligare.
86 c.2.in titu.de pœni.& remis. lib.6.ubi plenè no.†Et si sunt excō municati quoquo modo maiori. s. excōicatione, ut petant se absolui,aliàs sunt ab agendo,patrocinando,testādo, & ab aliis legitimis actibus faciendis,repellēdi, vt plenè habetur in c. de-
87 cernimus.de sent.exc.lib.6.†Moueantur etiam, vt confitentes proponant se de cætero velle abstinere à peccatis, & facturos iniunctam pœnitentiam,& ꝙ doleant se saltē non posse dolere,& lacrimari, &c. & se doleant nō esse debitè præmeditatos, ac petant à confessore,ꝙ omnia bona, quæ fecerunt, & facturi sunt,quæ opera mortua dicuntur, vltra alios eorū effectus disponant etiam cedere in remissiones suorum peccatorum, de quibus plenè.dist.j.& seq.& per Spec. in suo Repertorio de pœ-
88 nit.& remis.quæ omnino vide. †Moueantur etiā pariter super omnibus aliis necessariis & expedientibus pro arbitrio prudētis visitantis,attenta qualitate personarum & exercitiorum, & quas monitiones vno anno facere non potest, suppleat in annis sequentibus,& quod non potest facere vnus visitator, suppleat alius, & ita Deo adiuuante implebitur eorū officiū salu-
89 tare. † Moueantur insuper ad obseruātiam votorū: licet enim vniuersis liberum sit arbitriū in vouendo,vsq; adeo tamen solutio necessaria est post votū, vt sine propriæ salutis dispendio alicui non liceat resilire. c.licet. de voto. cum vox clamet prophetica, Vouete & reddite Domino Deo uestro, ut primū ad consiliū, secundū ad imperium referatur, quia nemo mittens manum ad aratrū,& aspiciens retroaptus est regno Dei. c.ma-
90 gnę.eo.tit.†attende tamen, ꝙ non est uoti transgressor, qui ꝙ uouit,auctoritate sedis Apostolicę distulit adimplere. c.nō est. eod.tit.pendet etiā ab eius,qui præsidet arbitrio,aut considerata personę infirmitate, & affluentia diuitiarum, aut alia causa probabili,quæ commutatio melior sit, & Deo magis accepta, ut sic possit cum uouente dispensare.c. 1.eod.tit.præsertim si in ætate tenera facilitate potius, q̄ ex arbitrio discretionis uouet. c.2.eo.tit.& si non diu moratus aliquid proponit in animo. c.li
91 teraturam, eod.tit. † reus etiam fracti uoti aliquatenus non habetur, qui temporale obsequium in perpetuam noscitur reli-
92 gionis obseruantiam cōmutare.c.scripturæ.eod.titu.† & adde, quòd aliquis potest ieiunare pro alio,& uotum alterius imple-
93 re, & mortuus soluit uotum suum per superstitem, argumen. 13.quæst.3. animæ defunctorum. 16.quæst. 6. si quis fuerit. & not.in d.c.licet. † Iuxta nanq; consilium superiorum vota, ieiunijs,vigilijs,eleemosinis,ac deuotis orationibus & alijs pietatis operibus, etiā per alios impleri possunt, licèt mulieres sint, quæ vouerunt.cap.2.& cap.magnæ.& cap.quod super his. eod. titu.& licèt idiotæ sint,& iuris ignari,qui votum religionis, vt plurimum fit, emisere. cap.ex multa. eod.titu.ad suam sanandam conscientiam, etiam si in Episcopos ante votum impletum eligerentur, renunciare tenentur Episcopatui, & votum
94 adimplere.cap.per tuas.eod.titu. † quandoq; tamen conscientiæ vouentium relinquitur,qui saltem verbo & exemplo proficere possunt, implere votum Hierosolimitanum. cap.postulasti.eod.titu.dum tamen clericus sine sui prælati, nec Episcopus absque sedis Apostolicæ licentia peragant. d. cap.magnæ.
95 † Adde, quòd circa huiusmodi spiritualia dolus bonus non vitiat.cap.veniens,& ca.dudum, de conuersione coniuga. Moueantur postremò ad restitutionem malè ablatorum, & damnorum illatorum per eos,prout plenè examinat Host.in Summa, de pœnit. §.quibus & qualiter & à quibus, & inquantum facienda est restitutio, cum multis. §. sequentibus. vsque ad finem totius Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Visitatores,ad quæ consilia plurimum animaduertere debeant.*
Consilia necessaria,quę sint.
2 *Irrepræhensibilis & sine crimine,vnum & idem est.*
3 *Crimina capitalia,quæ sint.*
4 *Pęnitentiam non agens de peccatis mortalibus damnatur.*
5 *Prælatus de moribus præcedentibus ante prælaturam, de quibus non fuit infamatus,inquiri non debet.*
6 *Prælati mores approbati,semel reprobari non possunt.*
7 *Prælatos sine peccatis minutis non reperiri credendum non est, quæ hic numerantur.*
8 *De verbis ociosis in die iudicij reddenda est ratio.*
9 *Maledici regnum Dei non possidebunt.*
Sensualitatis motum impossibile est in sensum hominis non cadere.
10 *Ordinandus ad sacros ordines castitatem vouere debet.*
Ordinare ad sacros ordines, & ad prælaturam habentes filios promouere periculosum est.
11 *Substantia ecclesię ob vxorem & filios perielitari solet.*
Inuentarium sui patrimonij,quare teneatur facere ordinādus habens filios.
12 *Sacerdotes castitatem seruare debent.*
Lex continentiæ eadem est ministris altaris,quæ episcopis, aut præsbiteris.
13 *Clerici concubinas tenere non possunt.*
14 *Missa clericorum concubinariorum,an & quando sit audienda.*
15 *Crimen,quomodo sit notorium.*
Suspensus licèt quis sit quo ad seipsum,quando est in peccato mortali,in officijs tamen euitari non debet.
Clerici possunt habere in domo mulieres, in quibus non cadit suspitio si sint antiquæ,quia si iuuenes cum illis sunt, scelus perpetratum præsumitur, & nume.sequen.
18 *Episcopus immoderatam familiaritatem consanguinearum vitare debet.*
19 *Episcopus abstinere debet a nuptiarum conuiuijs.*
20 *Clericus debet esse vnius vxoris vir, aliàs in bigamiam incidit, & irregularis fit.*
Papa non consueuit dispensare super irregularitate per bigamiā contracta.
21 *Prælati sobrij esse debent,& non vinolenti.*
22 *Ministri ecclesiæ in veteri testamento vinum bibere prohibebantur.*
23 *Noe & Loth a vino fuere victi.*
Carnibus a principio humanæ naturę non vescebamur.
24 *Vini lasciuia post paradisum orta est.*
Christum enuntians ab omni verborum incentiuo debet esse alienus.
25 *Ebrietas mentis exilium inducit.*
26 *Clerici a vino se temperare debent.*
Crapula,quę dicator.
27 *In arduis quid liceat,quid deceat,quid expediat,attendendum est.*
28 *A prelatis factum,ab alijs facilè in exemplum trahitur.*
29 *Prelati sunt tanquam signum ad sagittam.*
Exemplo plures occidimus gladio.
30 *Prelati prudentes esse debent.*
31 *Et sacris literis semper insistere debent.*
Episcopi libros Gentilium legere prohibentur, nisi pro necessitate.
32 *Nec debent occupari in sæcularibus disciplinis.*
33 *Beatus Hieronimus ab Angelo verberatus est,quia Ciceronem legebat.*
Episcopi grammaticam ignorare non debent.
34 *Ignorantia,maximè in sacerdotibus,vitanda est.*
35 *Episcopi debent tenere magistros ad docendum pueros.*
Sacerdotum insipientia excusatione digna non est.
36 *Saccrdotes non possunt esse prudentes,si nesciunt sæcularia negotia.*
37 *Prælati debent secularium negotiorum peritiam habere.*
38 *Episcopi non sunt despiciendi ob grammaticę ignorantiam.*
Morum vitia magis,quàm verborum præcauenda sunt.

Source : BIU Cujas

39 *Virtutes sunt ornamenta episcopalia.*
Vita & mores Sanctos faciunt sacerdotes, & non loca.
40 *Filij Sanctorum sunt, qui eorum opera exercent.*
Merita nos Deo coniungunt, & non loca.
Christianus, ob quæ fortiter in peccatum cadat.
41 *Papa damnatur, si est suæ salutis negligens.*
42 *Dignitas omnis corrumpitur, nisi legaliter conseruetur.*
43 *Sacerdos verè non est omnis, qui nominatur sacerdos.*
Sacerdotes multi nomine, pauci re.
44 *Sacerdos debet esse ornatus in habitu & incessu. & infra. num. 47.*
45 *Alimentis vti debemus pro moribus eorum, cum quibus viuimus.*
46 *Vitia ne suggerant sub virtutum specie cauendum est.*
Episcopus laudabilis magis est habens vilem supellectilem & mensam.
47 *Corporis incompositio, mentis qualitatem denotat.*
48 *Sacerdos debet esse hospitalis.*
49 *Abraam & Loth ob hospitalitatem Deo placuere.*
50 *Aliena rapere conuincitur, qui vltra necessitatem sibi retinet.*
51 *Clerici ad hospitalitatem tenentur.*
52 *Personarum delectus in hospitalitate habendus non est.*
53 *Sacerdos debet esse discretus.*
54 *Sacerdos & rector debet esse discretus, ne tacenda proferat, aut dicenda teneat.*
55 *Rector sacerdos ea docere non debet, quæ intelligi non possunt.*
56 *Ebrietas & voracitas prohibentur.*
Luxuriam facilè prouocat ventris ingluuies.
57 *Sacerdos de altari viuere debet, & non luxuriari.*
58 *Clerici tabernas intrare non debent.*
59 *Clerici & laici conuiuia de confectis facere prohibentur, & ante horam tertiam conuiuia celebrare.*
60 *Prælati ita irascibiles, & perturbati sensus esse non debent.*
61 *Episcopos verborum correctione, non verberibus timere debemus.*
62 *Prælati in corrigendo plus operatur beneuolentia quàm seueritas, plus correctio quàm comminatio, plus charitas quàm potestas.*
63 *Reuerentiam exhibet castigatus leuiter castiganti.*
Disciplina sine misericordia seruanda est.
64 *Misericordiam cum iustitia facere debet iustè iudicans.*
65 *Eleemosinarum tria sunt genera.*
Eleemosina cordis corporali præfertur.
66 *Prædicator culpantes paliare non debet. sed corripere.*
Populus ex vno peccatore sæpe polluitur.
67 *Rusticorum arrogantia impudentius nihil est.*
68 *Clericus adulator, maledicus, vsurarius, vel vltor suarum iniuriarum deponi debet.*
69 *Clericis vsuras exercere non licet.*
70 *Auarus omnium bona inuadit.*
71 *Episcopus faciendus non est, qui heri fuit catechuminus.*
72 *Sacerdos momentaneus humilitatem nescit.*
73 *Magistrum eum fieri miserum est, qui non didicit esse discipulus.*
74 *Animus erranti ad deteriora prolabitur, si is qui displicet ad intercedendum mittitur.*
75 *Corpore vitiati veteri lege a sacrificijs prohibebantur.*
76 *Ordinandus debet secundum Apostolum esse sine crimine.*
77 *Sancti, qui non sunt, sacramenta tractare non possunt.*
78 *Episcopus tenetur necessaria prouidere pauperibus, & his qui suis manibus laborare non possunt.*
79 *Mortem infligit, qui eam cum potest, non excludit.*
80 *Negligentia eruditionis est nouerca.*
81 *Episcopus monoganus esse debet & ætate & sapientia senior.*
82 *Episcopus non est faciendus, qui hospitalitatem nescit.*
Negligentiæ rectoris culpæ inferiorum imputantur.
Negligens emendare quod potest, facientis culpam habet.
83 *Sacerdos liberalis esse debet patientibus necessitatem.*
84 *Liberalitas perfecta, ex quibus commendetur.*
Clementiam non habens, legem Christi non impleuit.
85 *Episcopus non debet esse percussor. i. ad vindictam facilis.*
86 *Officia duo personæ etiam exercitatæ conferri non debent.*
87 *Episcopus debet habere œconomum ad prouidendum hospitibus.*
88 *Ordinari prohibetur litigiosus.*
89 *Obedientiam licèt debeant inferiores superioribus, tamen qui maiorem se credit, minor fiat.*
90 *Diuitiarum potentia, aut paupertatis humilitas, episcopum sublimiorem vel inferiorem non facit.*
91 *Inferior cum est locumtenens maioris, sicut maior est honorandus.*
92 *Visitator debet aduertere ad omnia consilia tam naturæ, quàm scripturæ.*
93 *Præcepta naturæ omnes obligant.*
94 *Præcepta scripturæ tria sunt.*
Præcepta moralia, quæ sint.
Quæ iudicialia.
Quæ cerimonialia.
95 *Præcepta moralia, quotuplicia sunt.*
96 *Præcepta moralia affirmatiua, semper obligant.*
Præcepta ogidecal possunt intelligi data vel innata.
Decalogus quod tenet explicitè, lex naturæ implicitè.
97 *Præcepta moralia affirmatiua, imperatiuè ponuntur, negatiua indicatiuè.*
98 *Præcepta Decalogi, quæ concernant.*
Præcepta Decalogi, concernentia habitum, quæ sint.
99 *Et quæ sint concernentia affectum, vt non concupiscas vxorem proximi.*
100 *Præcepta, quæ sunt in prima tabula.*
101 *Et quæ sunt in secunda tabula.*
102 *Proximus opere tripliciter lædit.*
103 *Præcepta iudicialia, quæ sint.*
Et quæ cerimonialia.
104 *Præcepta sine gratia diuina impleri non possunt.*
Papa non potest dispensare contra decem præcepta Decalogi.
105 *Præceptis quis ligatur altero de tribus modis.*
106 *Vouere est voluntatis, reddere votum est necessitatis.*
107 *Consilium euangelicum paupertatis, quod sit.*
Consilium obedientiæ, quod sit.
Et quod sit consilium maioris castitatis.
108 *Concupiscentia, quando sit peccatum mortale, vel veniale.*
109 *Malum omne ex triplici radice oritur.*
110 *Consilium charitatis, quod sit.*
111 *Consilium mansuetudinis, quod sit.*
112 *Et quod sit consilium misericordiæ & erogationis.*
113 *Dare superfluum est necessitatis, sed dare ea, quibus egemus est consilij.*
114 *Consilium simplicitatis verborum, quod sit.*
115 *Consilium rectitudinis intentionis, quod sit.*
116 *Actus omnes ad Deum referre tenemur.*
117 *Consilium conformitatis operis, quod sit.*
118 *Consilium de vitanda sollicitudine, quod sit.*
119 *Et quod sit consilium de fraterna correctione.*

Quæstio nona secundæ partis.

1 Onò † quæro principaliter, quæ sunt præcipua salutaria ꝑsilia, ad quæ debēt plurimū animaduertere visitantes, &c. Respondeo, quòd sunt plura, prout ex infra dicendis apparebit. primò quædam sunt necessaria, alia verò non adeò necessaria, sed summè vtilia. Ex necessarijs ibidem primum dico illa esse xiij. ſ. numero, quę docet Apostolis scribens ad Timo. & additum videlicet, quoniam tales, primò irreprehensibiles, & sine crimine esse oportet: secundò, vnius vxoris viros: tertio, sobrios: quartò, prudentes: quintò, pudicos, sextò, ornatos: septimò hospitales: octauò, Doctores: nonò, non vinolentos: decimo non percussores: vndecimò, modestos: duodecimò, non litigiosos, nec cupidos: tredecimò, & vltimò, non neophitos, & suæ domui bene præpositos, filios habentes subditos cum omni castitate. Quæ omnia & singula latè discurrit, & examinat Gratianus in decreto. 25. dist. vsque ad 50. inclusiuè. Redeo ad primum, videlicet irreprehensibilem & sine crimine. † Et dico quòd irreprehensibilem & sine crimine, vnum & idem sunt, tex. est in c. primum itaque. xxv. di. quod ideo est, vt ibi dicit Hieroni. quia quomodo potest præses ecclesię auferre malum de medio eius, qui in delictum simile corruit? Aut qua libertate peccantem corripit, cum totus ipse sibi respōdeat eadem se admisisse, quæ corripit? † sine crimine dico. ſ. capitali & mortali, puta sacrilegio, homicidio, adulterio, periurio, fornicatione, falso testimonio, rapina, furto, superbia, inuidia, accidia, & si longo tempore seruatur iracundia, & ebrietate si assidua sit. † Quodcunque enim de istis peccatis in se dominari cognouerit, & non dignè emendauerit, & si habuerit spatium lōgo tempore, pœnitentiam non egerit, & largas eleemosinas nō erogauerit, nec se ab ipsis abstinuerit, igne purgatorij purgari non poterit, sed ęterna illum flamma sine vllo remedio trucidabit, vt scribitur in §. criminis, ea. dist. xxv. quod intellige, quando non sunt occulta, sed de illis quis sit infamatus, ita vt ad indicendam purgationem, aut ad inquirendum contra eum ad effectum puniendi procedi possit, de quo plenè in c. fi. de tempo. ord. Intellige etiam de criminibus post promotionem de eo in conciſtorio factam per Papam cum ipso eius processu, secundū quod fieri ꝑsueuit, † quia de præcedentibus nō potest amplius quoquomodo īquiri, quasi tacitè censeat purgatus, ex quo tūc nō fuit infamatus, aliàs nō debuisset promoueri. c. tantis. lxxxj. dist. c. omnipotens. de accus. hęc probat tex. singu. in c. fi. de purga. cano. in fi. † quia censentur approbari mores ipsius, vnde postea reprobari non possunt. viij. quæst. ij. dilectissimi. xxv. quæst. v. horrendus. de iureiuran. quemadmodum. l. si vxor. in fin. ff. de adulte. & not. gloss. in d. capitul. fin. de purga. canonica. super verbo, postquàm. † non est etiam credendum possibile esse prælatos sine minutis peccatis reperiri etiam omnibus notis, puta quòd in cibo, aut potu plus non accipiat quàm necessarium, vel quòd plus non loquatur quàm oporteat, aut plus taceat, quàm expediat, aut pauperem importunè petentem, non exasperet, aut corpore sanus alijs ieiunantibus prandere si velit, aut somno deditus tardius ad ecclesiam surgat, aut si coniugatus excepto filiorum desiderio, vxorem suam cognouerit, aut in carcere positos tardius redemerit, &

infirmos

Source : BIU Cujas

in firmos tardius visitauerit, aut discordes ad concordiam reuocare neglexerit, aut si plus proximum, vel vxorem, vel filium, aut seruum exasperauit quam oportet, vel si amplius blanditus fuerit quam oportet, vel si cuiquam maiori personę, aut ex voluntate, aut ex necessitate adulari voluerit, vel si pauperibus esurientibus nimis delitiosa vel sumptuosa conuiuia præparauit. † Item si se in ecclesia, vel extra, fabulis ociosis, de quibus in die iudicij ratio reddenda est, occupauerit; vel si dum incautè iuratur, quod per aliquam necessitatem impleri non possit, vtiq; periuratur. Item cum facilitate, vel temeritate maledicimus, † quoniam scriptum est, neque maledici regnum Dei possidebūt, vt hęc omnia numerantur in d.§.criminis. supra alleg. Et quia impossibile est in sensum hominis non irruere motum sensualitatis calore, ille demum laudatur & prædicatur beatus, qui statim vt cęperit cogitare, vel excedere, interficit cogitatus, & excessus, & allidit eos ad petram, quæ Christus est, secundum Hieronymum, alias facilè transeunt in mortale, quia nullum peccatum adeo veniale est, quòd non fiat criminiale, dum placet, secundum Augu. in d.§.criminis. † Est insuper attendēdum, quia qui ordinantur ad sacros ordines, votum castitatis emittere debent. c. nullum. & c. quando. xxviij. distinct. & c. de his. & c. præterea. ea. distinct. quinimò valde periculosum est ordinare ad sacros & promouere ad prælaturas habētes filios, quasi longam sui corporis continentiam non habeant. c. priusquam. ea. distinct. † & quia propter vxorem & filios ecclesiastica solet periclitari substantia. c. diuersis fallacijs. de clericis coniuga. & propterea compellitur ad faciendum inuentarium de patrimonio suo, secundum quòd sanctissimè scribit Pelagius in c. de Siracusanæ. ea di. ne sub vmbra patrimonij audeat vsurpare bona ecclesiæ aut prælaturę suo tępore acquisita, quibus si deficiat patrimonium, oportebit prælatis necessaria submini
strare, vt in §. ecce. ea. distin. † debent ergo sacerdotes & ministri altaris obseruare castitatē. c. sacerdotibus. & c. episcopus. 31. distinct. quia eadem lex continentiæ est altaris ministris, quæ episcopis, aut presbiteris. c. lex continentiæ. ea. distin. maximè tempore oblationis, vt in. c. ordine. ea dist. † & propterea non possunt tenere concubinam, alias tam clerici quàm concubinæ sunt puniendi etiam ex sola suspitione. c. si quisquam. & c. sicut. & c. si aūt. de coha. cle. & mulie. licèt nō sint cōpel lēdi ad eas abiurandas metu periurij incurrēdi. c. clericos. eod. tit. adeo quòd si super inde haberet priuilegium apostolicum, sibi non prodest. c. super eo. eod. tit. † & quòd dicitur in c. nullus missam. & in c. pręter. xxxij. dist. quòd clericorū concubinariorum non est audienda missa verum est, nisi toleretur, & vt eorum ministeria tanquam non vera non respuantur. Secus si vt propterea peccandi licentia cæteris auferatur. Et ij ad pęnitentię fructum trahantur, † vel si crimen notorium sit, vt in c. vestra. de cohabi. clericorum & mulier. puta per sententiam, seu confessionem factam in iure, aut euidentiam rei, quæ tergiuersatione aliqua cælari non possit. nam si quilibet pro mortali peccato quo ad seipsum constat esse suspensum, non tamen in officijs debet euitare. c. fina. eod. tit. † sed si fortè essent mulierculæ, in quibus naturale fędus nihil permitteret de crimine suspičari, nequaquam forent euitandi. c. a nobis. eo. titu. & in c. interdicit. xxxij. distinct. quod loquitur de matre, sorore, aut amita, aut alijs personis idoneis, quæ cum fugiant suspitiones, hoc est, si sint antiquæ, † quia sæpe instigante diabolo etiam cum illis, quando iuuenes sunt, scelus perpetratum reperitur, & cum pedissequis earundem. c. j. de coha. cle. & mulie. Quibus iuuenibus in vico, aut in villa longa a sua conuersatione necessaria submini strētur, vt ibi. Et si sit presbiter orientalis, cui permittitur vxorem habere, illam quasi sororem diligat, sed quasi hostem fugiat, secundū Grego. in dialogo, de quo in c. presbiter quidam. xxxij. distinct. eius verò, qui non facit fraudem legi, suæ conscientiæ committitur, prout patet in c. habuisse. xxxiij. distinct. † Et adde quod omnino oportet episcopum vitare immoderatam familiaritatem etiam consanguinearum, etiam si sit filia, alias punitē dus est, prout scribit Nicolaus Papa contra Germanos, & Galli cos, in c. quorundam. xxxiiij. di. † Adde etiam, quòd non solum ab huiusmodi familiaritate, sed etiam a nuptiarum conuiuijs abstinere debent, maximè in sacris constituti, nec his cętibus se miscere debent, vbi amatoria canuntur, & turpia, aut obscęni motus corporum, coreis, & saltationibus efferuntur, ne auditus & obtuitus sacris ministeris deputatus turpium spectaculorum, & verborum contagione polluatur. c. presbiteri. xxxiiij. distinct. c. non oportet, de conse. distinct. v. & cap. de his. xxxi. q. j. † debet ergo esse vnius vxoris vir clericus aliàs incurrit bigamiā, & efficitur irregularis, quomodocunq; carnes suas diuidat in plures. super qua irregularitate, licet forte Papa dispensare possit, tamē non consueuit, quia contra Apostolum, de quibus omnibus plenissimè in c. debitum. de bigam. quæ induci possūt etiam ad matrimonium spirituale. arg. in c. inter corporalia, de trāsla. pręla. & c. de multa. de prębend. & c. j. de consuetu. li. vj. c. vt quis duas, de electio. c. ordinarij. §. in conferendis, de off. ord. eo. libr. cap. si beneficia. de præbend. eo. libr. in cle. si plures. de præben. & in extrauaganti, execrabilis, licet abusus modernus hoc non curet.

† Oportet etiam prælatos ēsse sobrios, & non vinolentos, circa quod aduertendum est, quòd luxuriosa res est vinum, & cōtumelioſa ebrietas: omnis enim qui cum his miscetur, non est sapiens, & contra hos clamat Hiero. in Micheam prophetā, quē omnino vide in c. ecclesiæ Principes, & c. luxuriosa. xxxv. distinct. ¶Et ideo in veteri testamento introductum fuerat, vt ministri templi prohiberentur vinum & siceram bibere, ne ebrietate grauarentur corda eorum, sed sensus eorum semper vigeret, & tenuis esset, quia venter mero ęstuans facilè spumat in libidinē, † vnde Noe ebrius nudauit fęmora: & Loth, quem Sodoma non vicit, vicerunt vina. ea. dist. in princ. & ideo tales ebrietati deseruientes si non desinant a communione priuantur. c. episcopus. e. dis. similiter nec ab exordio conditionis humanę carnibus vexabamur, sed post aduentum Christi. o. reuolauit ad a. quod vtinam seruaretur, cum dicat Apostolus, Bonū est vinum non bibere. c. ab exordio. e. distinc. † huiusmodi enim lasciuia post paradisum orta est, in quo regnabat abstinentia. nam sexta die bestię sunt creatę, & cum bestijs orta est edendi potestas, & vsus escarum vbi finis cibus cępit, ibi factus est mūdi, &c. vt dicit Ambro. vj. die. e. distinct. quem tex. omnino vide vsque ad illa verba, qui Christum enuntiat ab omni verborum incentiuo præstare se debet alienum. & cōtra huiusmodi ebrios vsque ad corporale supplicium procedi potest, per. c. ante omnia. e. di. facit. c. denique. iiij. di. † cum ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis incentiuum. vnde abusus Alemanorum ad potus æquales, vbi plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fecundiores exhaurit, reprobatur in c. a crapula. de vita & hone. cler. † vbi mādatur clericis quòd sibi temperent vinū, & temperent se vino, & ne quispiam ad bibendum incitetur. & dī crapula, quantum ad superfluitatem ciborū, quasi cruda epula: & ebrietas quātū ad potū, quasi sine bria, ab e, q̄ est sine, & bria, mensūra; vnde ebrius, qui sine mēsura bibit: vnde Horatius, Fecūdi calices quē nō fecere disertū, vt ibi no. ī gl. † Hoc est p̄terea attēdendū, vt in oībus maximè arduis, tria præcipuè semper attēdāt, videlicet, quid liceat ſm ęquitatē, quid deceat secundum honestatem, quid expediat secundum vtilitatem. Item aduertat tam ad præterita, cū multa reminiscentia quàm ad præsentia, cum multa intelligentia quam etiam ad futura cum multa prouidentia: † quod enim a prælatis agitur, citò trahitur a subditis in exemplum. Iuxta quod dominus ī Leuitico inquit ad Moysen, Si sacerdos, qui est vnctus, peccauerit, faciet delinquere populum. c. magnæ. de voto. dum tamen verè non recedamus a tramite veritatis, non habemus curare, quid os loquentium cuiuscunque loquatur, vt ibi, iuxta illud apponitur orbis regi ad exemplum. xj. q. i. præcipuè † sunt enim prælati tāquam signū positi ad sagittam, vnde histriones vitam eorum inspiciunt. c. qualiter & quando. de accu. Et dicit Greg. in pastorali, quòd plures occidimus exemplo, quàm gladio: & tot mortibus digni sumus, quot proximis nostris mala exempla monstramus, vt d. c. præcipuè. † Debent ergo prælati esse prudentes, dicente Dño, estote prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut columbæ, vt prius attendant tempus tacendi, postea loquendi, & vt quisq; sit paratus reddere rationem omni poscenti de ea fide & spe, quæ in eis est, & intendere debent lectioni, exhortationi, & doctrinæ. † Et ideo semper habent sacris literis insistere, nec nunc addiscere, cum ex officio alios debeant docere, vt in c. qui ecclesiasticis. 36. distinct. prohibentur etiam Episcopi libros Gentilium legere, aut hæreticorum, nisi pro necessitate. c. episcopus. e. dist. similiter etiam omissis Euangelijs, & Prophetis comedias legere, & amatoria Bucolicorum versuum verba cantare, ac tenere Virgilium. † Etenim id, quod in pueris est causa necessitatis, crimen in se facere non debent voluntatis & occupari in obscuritate sensus, se occupando in secularibus disciplinis. c. sacerdotes. cum seq. ea. dist. Quinimò reprehenduntur Episcopi, qui filios suos secularibus erudiunt disciplinis. † Et beatus Hiero. ab Angelo verberatus est, quia Ciceronis librum legebat. c. legant, & c. legimus, ead. dist. & beatus Gregorius legitur reprehendisse quendam Episcopum, quia contra Episcopale officium pro lectione Euangelica grāmaticam populo exponebat: non tamen debent grammaticam ignorare, aliàs Episcopatu priuantur. c. fin. de æta. & quali. Et quanquam sit magnus Episcopus, & senex, & nobilis genere, a paruulis vel minimis eruditis, si quid fortè est vtilitatis, aut salutis inquirere negligat, & sic rebelliter viuit, & discere atque agere bona recusat, magis diaboli, quàm membrū Christi esse ostenditur, & potius infidelis esse, quàm fidelis monstrat. † Nā sacerdotibus maxima ignorantia est vitanda. c. ignorantia. 38. & tenentur presbyteri cū ordinant ab Episcopo recipere libellum officialē, qui instruit administrationē sacramentorū. c. qñ. ead. dist. † & ad docēdū clericos tenent Epi cōgruis locis cōstituere magros. c. de qbusdā. 37. dist. docēdā etiā dico linguā Hebręā, & Caldęā, vt ī cle. de magis. qa insipiētia sacerdotū nec excusatiōe digna, nec venia ē, qb⁹ ēt nō licet ignorare canones. c.

in

Source : BIU Cujas

ſi in laicis,& cap.nullus.38.diſt.& cap.ſeq.vbi patet, quæ ſunt ne
ceſſaria ſacerdotibus, & epiſcopis ad diſcendum. inhærentes
enim ſacræ ſcripturæ non obſcurãtur iniquitate mundana, nec
dicuntur Chriſtum ignorare. c.ſicut ſtellas.cum ſeq.100.diſtin.
36 † nec poſſunt eſſe prudentes, qui ſunt ſecularium negotiorum
imperiti:quia hoc tempore talis regiminis debet in arce conſti
tui, qui non ſolùm de ſalute animarum,verum etiam de extrin
ſeca vtilitate,& cautela ſciat eſſe ſolicitus.c.Petrus.e.diſt. Ex his
nanque patet ſecularium negotiorum peritiam prælatis neceſ-
ſariam,qui ſubditis non ſolùm debent ſpiritualia,ſed etiam car
nalia ſubſidia miniſtrare, exemplo Chriſti, qui turbas ſequẽtes
non ſolùm docebat verbo, ſed etiam virtute ſanabat,& corpo
37 ralibus alimentis reficiebat. † Debent ergo prælati ſecularium
negotiorum habere peritiam, vt hæc omnia perficere poſſint
eorum cautela, eccleſiæ ſeruentur indemnes, & cuique neceſſa-
ria pro ſuo modo miniſtrentur. vnde quidam in epiſcopum ele
ctus à beato Grego.pro ſua ſimplicitate repellitur,ne eius occa-
38 ſione res eccleſiaſticæ dilapidarentur. † Et aduerte ꝙ licèt per
ignorantiam etiam grammaticæ artis aliquid vitioſum profe-
rant presbyteri, vel epiſcopi, non tamen ideo à ſcolaſticis ſunt
diſpiciendi,quia morum vitia magis,quàm verborum ſunt præ
cauenda.c.ſedulò.cum ſeq.39.diſt. circa verò ſecundum, de quo
39 ſatis ſupra dictum eſt, † eſt attendendum etiam, ꝙ ornamenta
epiſcopalia virtutes debent intelligi, quæ à Deo eis promittun-
tur,cum dicitur, ſacerdotes eius induam ſalutari. vnde in vete-
ri teſtamento variis veſtibus ex præcepto Dei ſacerdotes orna-
ti leguntur, quia multis modis virtutibus debet ſplendere vita
Pontificis,vt gradui conferat decorem, quem ab eo nõ accipit.
non enim loca, ſed vita & mores ſanctos faciunt ſacerdotes, vn
de ex officio ſuſcepto nõ licentiam peccandi, ſed neceſſitatem
40 bene viuendi ſe nouerint aſſecutos. † Sunt enim filij ſanctorũ,
qui exercent opera eorum,& morum nobilitas,non loci,vel ge
neris ſacerdotes nobilitet. nam merita nos Deo coniungunt,
non loca,vel ordines.40.diſt.in prin.& c.non nos. cum trib.ſeq.
Hinc dicit Chryſoſtomus, ꝙ homo Chriſtianus fortiter cadit ĩ
peccato,aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitu
41 dinem dignitatis. † & ideo damnatur etiam Papa, ſi ſuæ & ſuo-
rum ſalutis eſt negligens.cap.homo Chriſtianus. & cap.ſi Papa.
ea.diſt.vbi dicitur,ꝙ Papa negligens inutilis & remiſſus in ope-
ribus ſuis & à bono taciturnus, ꝙ magis officit ſibi,& omnibus
damnabitur ad gehennam. patet ergo ex præmiſſis,ꝙ non ordi
42 nes,ſed vita & merita nos Deo commendant.† & corrumpitur
oĩs dignitas,ac ad terram trahitur, niſi legaliter conſeruetur, &
niſi iuſtè viuẽdo laudet, & gratia & auctoritas nõ loci nõ gnis
nobilitate,ſed virtute comparatur,quæ gratia non locus animã
43 ſaluat. & † hinc eſt,ꝙ non omnis verè ſacerdos eſt,qui nomina
tur ſacerdos, & nobilitate loci paradiſi priuatus eſt Adam pri-
mus homo propter peccatum,ideo dicit Chryſoſt.multi ſacer-
dotes nomine,pauci verò in opere, nec cathedra facit ſacerdo-
tem,ſed ſacerdos cathedram, nec locus ſanctificat hominẽ, ſed
homo ſanctificat locum,vt hæc probantur in c.ante omnia.cũ
ſe.40.diſt.ex his patet,ſacerdotem oportere eſſe ornatum mo-
44 tibus, † ſed etiam præterea oportet,quòd ſit ornatus in exterio-
ribus habitu,videlicet,& inceſſu,nec ſordidis,nec fulgidis ſe ve-
ſtibus ornet.hinc Hierony.nec affectatæ ſordes,nec exqſitę deli
tiæ laudes pariunt.quod tam de veſtibus, quàm de cibis intelli-
45 gendum eſt. † vnde Augu.in lib.de doctrina Chriſtiana ſcribit,
quòd pro moribus eorum, cum quibus viuimus, alimentis vti
debemus.c.quiſquis.41.diſt.vnde ſuper epiſtolam Io. ſubdit, ꝙ
non cibus,ſed appetitus in culpa eſt.c.dilitiæ. ea. diſt. & in libro
de verbis Domini ſubdit,quod contra ſuæ infirmitatis conſue-
tudinem aliquibus cibis non ſunt cogendi diuites vti. & ĩ libro
quæſtionum Euangelij addidit, quòd ęquanimitas tolerãdi nõ
vſus,uel abſtinentia cibi iuſtitiam facit.c.non cogantur. & c.qđ
dicit Dominus.ea.diſt.vnde concludendum, quòd temperãtia
46 ciborum,& veſtimentorum,non diſſolutio eorum laudat. † &
cautè agendum eſt,ne ſub ſpecie virtutum vitia ſe ſuggerant,vt
pro parſimonia tenacia,pro largitate effuſio,ꝑ zelo iuſtitiæ cru
delitas,pro pietate remiſſio.c.per ſimoniam.& c.ſępe vitia. ead.
diſt.& verè magis laudabilis eſt epiſcopus vilem ſupellectilem,
ac menſam,& victum pauperem habens,& dignitatis ſuæ aucto
ritatem,fidem,& vitæ meritis quærens.& qui hoſpitiolum non
longè ab eccleſia habeat,& clericus qui profeſſionem ſuam ha
bitu,& inceſſu probet, quàm veſtibus, & calciamentis decorẽ
quærens.c.epiſcopus.ea.diſt.ſicut in cibis mores eorum, cum q-
bus viuimus obſeruare monemur, ſic & de indumentis intelli-
gendum eſt.vt enim alibi dicitur,quiſquis contemptis his, cum
quibus viuit lautiora ſibi,uel auſteriora præcęteris indumenta,
uel alimenta quærit, aut intemperans ſui eſt,aut ſuperſtitioſus.
47 † Inceſſu autem ſacerdos debet eſſe ornatus, vt grauitate itine-
ris mentis maturitatem oſtendat:incompoſitio enim corporis,
vt Aug.ait,qualitatem indicat mentis.vnde hiſtoriographus Sa
luſtius,cum eius mutabilitatem deſcriberet, cuius conſcientia
exitam curis vaſtabat mentem,inter cætera etiam hoc notabile
indicauit.inceſſus eius modo tardus,modò citus.ea. diſt.§. ſicut.

48 oportet ſimiliter ſacerdotem eſſe hoſpitalem, ne ſit in numero
eorum,quibus in iudicio dicetur, hoſpes eram, & non collegi-
ſtis me:qui enim Apoſtolum ſequitur,alios ad hoſpitalitatẽ de-
bet inuitare.quomodo hoſpitalitatis exortator poterit eſſe,qui
domum ꝓpriam hoſpitibus claudit?ſi enim ſacerdos primum a
ſeipſo,& a domeſtica eccleſia ſua dẽt exigere, quod poſtea po-
pulis imperet, ſi primum imitando Chriſtum, ipſe debet face-
re,quæ poſtea populum doceat,neceſſe eſt, quòd pauperes ho-
ſpitio recipiat,ut ad hoſpitalitatem facilius ſuo exemplo ſubdi-
49 tos attrahat,& ad memoriam reuocet,† quo Abraam,& Loth,
per hoſpitalitatis opera Deo placuere,& Angelos hoſpitio reci-
pere meruerunt,quomodo Angeli Sodomis hoſpitalitatis do-
mum ingreſſi Loth cũ familia ſua liberauerunt,quomodo clau
50 ſas domos,cum hoſpitibus ignis ingreſſus nõ perdidit,† & qũo
ſecundum Hiero.aliena rapere conuincitur, qui vltra neceſſa-
ria ſibi retinere probatur,ac ſic ſe per opera pietatis inſtruatur,
& etiã præſentis vitæ ſubſidia,& ęternæ claritatis præmia a Deo
percipiat.vtrumq; enim pietati permittitur. hinc Apoſtolus ad
Timo.Exerce teipſum ad pietatem,nam corporalis quędã exer
citatio ad modicum vtilis eſt,pietas autẽ eſt vtilis ad omnia ha-
bens promiſſionem vitæ,quæ nũc eſt, & futuræ ab hac quiſquis
alienus fuerit,uerus ſacerdos non eſt:& ſi vidua in eccleſia reci-
pi prohibetur,quæ pauperes non recipit in hoſpitio, quæ pedes
Sanctorum non lauit,&c.multo magis damnabiles ſacerdotes,
qui ab opere pietatis probantur alieni. vnde non deſpiciendi,
51 ſed laudandi,qui conuiuia pauperibus exhibent.† adde ꝙ cleri-
ci p̃cipuè tenentur ad hoſpitalitatem. 28.diſt. Florentinũ. quia
quicquid habent clerici,pauperum eſt 16.q.j.c.vlt.no.gl.in c.de
monachis.de præben.& Ioan.Euangeliſta Dio trepem excom-
municauit,ꝙ nec pauperes recipiebat, ſed recipientes de eccle-
52 ſia,ejiciebat. † & in hac hoſpitalitate non eſt habendus deletus
perſonarum,ſed indifferenter quibuſcunque ſufficimus hoſpi-
tales nos exhibere debemus:non enim ex vita eorum, quos ac-
cipis mercedem tibi retributurus eſt Deus,ſed ex uoluntate, &
ex honorificentia multa, ex miſericordia, & bonitate.c.ſi quis,
& c.quieſcamus.42.diſt.& ĩ prin.& caueãt miniſtri,ne capaſſent
hanc pietatem,nec intra eccleſiam illam exerceant,niſi neceſſi
53 tate coacti.c.non oportet cum ſe.ea.diſt.† Pudicum etiam opor
tęt eſſe ſacerdotem,& moribus, & uerbis pudorem indeſinẽter
exhibere.debet etiam gratiam docendi habere,vnde Hiero. in-
nocens abſque ſermone conuerſato,quãtum exemplo prodeſt
tanto ſilentio nocet:nam latratu canum, & baculo paſtorum
54 lupi ſunt arcendi. † in ipſa autẽ doctrina diſcretum oportet eſſe
rectorem,ne aut tacenda proferat,aut dicenda taceat. vnde eſt
attendendum, quòd ſicut incauta locutio męrorem pertrahit,
ita indiſcretum ſilentium eos,qui erudiri poterant,in męrorem
derelinquit: ſępe nanque rectores improuidi humanam perde-
re gratiam formidantes,loqui liberè recta permiteſcũt, & iuxta
veritatis uocem nequaquàm, iam gregis cuſtodiæ paſtoris ſtu-
dio,ſed mercennariorum vice deſeruiunt, quia ueniente lupo,
ideſt diabolo,fugiunt,dum ſe ſub ſilentio abſcondunt,quos per
prophetam Dominus increpat,dicens in Iſaia,Canes muti non
ualentes latrare,&c.c.ſit rector.40.diſt.inde Origenes, In man-
datis habemus,vt uenientes in ciuitatem,diſcamus prius,quis in
ea dignus ſit,vt apud eum cibum ſumamus: quanto magis no-
ſce oportet, ꝙs qualisve ſit is,cui immortalitatis verba credẽda
sũt.ideo ſoliciti eſſe debemus, ne margaritas noſtras mittamus
ante porcos,&c.& ſi quis in peccatis inuolutus permanet, non
oportet ſecum aliquid de ſecretioribus,& remotis diuinę ſcien
tiæ proloqui,ſed magis proteſtari,& conuenire eum, ut pecca-
re eum deſinat,& actus ſuos a uitio emendet.ꝙ ſi ſuggerat ſe,&
prouocet nos dicere, quæ eum minus rectè agẽtem non opor-
tet audire, prudenter eum debemus illudere: nam nihil omni-
no reſpondere auditoris cauſa utile non videtur,ne fortè exiſti
ment nos reſponſionis penuria declinare certamen, & lędatur
fides eorum non intelligentium propoſitum noſtrũ. c.in man-
datis.ea.diſt.& licet multi infeſtent Docto.vt eos reprehendãt,
& proprię voluntatis placita adimpleant, non propterea tamẽ
Doctores,inquãtum vires ſuppetunt,a recta emulatoria, & bo-
na intentione recedere debent ſcientes, quia beati qui perſecu-
tionem patiuntur propter iuſtitiam.c.ſcimus.ea.diſt. dicit enim
Paulus,Manus meę mundę ſunt a ſanguine omnium ueſtrũ.nõ
enim ſubterfugi, quominus annunciarem omne conſiliũ Dei
vobis.ergo aliàs non eſt mũdus,ſed proculdubio tacẽdo paſtor
occideret.c.eccleſiaſticis.ea.diſt.cum enim diſpenſatio cœleſtis
ſeminis ſit iniuncta prælatis,veh illis,ſi non ſparſerit,uel ſi tacue
rint.quòd cum Paulus formidet,& clamet, quanto magis cuili
bet exiguo metuendus eſt.ꝓinde,ſicut non leue diſcrimen incũ
bit Pontificibus ſiluiſſe,qđ cõgruit,ita his qđ abſit,nõ mediocre
periculum eſt,qui cum debeant parere,deſpiciunt. c.diſpẽſator.
ea.diſt.†Cauere ẽt dẽt docere ea, quæ ab auditoribus ĩtelligi nõ
55 valent,ne magis oſtẽtationẽ ſui faciat.vnde in expoſitione,Bea-
ti immaculati,dr,Vitium animi eſt indignis ſecreta vulgare,lo
quacitati incautę, dum volat irreuocabile uerbum indiſcretè,
uel adulatione,vt ei placeat,ſecreta reuelat,uel iactatione ſciæ,

Source : BIU Cujas

vt plura scire videat, alias tanq̃ torto naso sacerdotalis officij iu
56 dicatur indignus, ut in §. pariter. in fi. eiusdem distin. † Est attendendum etiam, q̃ ebrietas, & voracitas prohibentur, dicente Apostolo Romanis, non in comessationibus, & ebrietatibus ventris. namq; ingluuies ad luxuriam facilè prouocat, & omne bonum opus disoluit. vnde venter, & genitalia sibimet ipsis vicina sunt, vt ex vicinitate membrorum confœderatio intelligat vitiorum. hinc Nabuzardam Princeps Cochorum Babiloniæ muros Hierusalem destruxisse legitur, quia venter, cui Cochorum multitudo deseruit, ædificia virtutum ad solum redigit. † Sa
57 cerdos igitur de altari viuere, non luxuriari quærat, secundum Hieron y. quia comessationes etiam laicis noxiæ sunt, qui festiuos, & solēnes dies aliter se dignè celebrare nō putant, nisi comessationibus deseruiant, secundum quod Aug. scribit ad Aurelium episcopum, 44. distin. in prin. & c. comessationes. vbi dr̃, non asperè, non duriter, non imperiosè ista tollenda, sed magis docendo, quàm iubendo, magis monendo, q̃ minādo. sic enim agendum est cum multitudine, seueritas verò exercenda est in peccato paucorum, & si quid est minandum cum dolore, fiat de scripturis comminando vindictam futuram, ne ipsi prælati in eorum potestate, sed Deus in eorum sermone timeatur, vt ibi.
58 † non oportet ergo clericos tabernas intrare, aut ergasterium habere: quia si tabernas ingredi magis in ea, aliis ministrare, phibentur, & non cessantes deponendi sunt, nisi peregrinationis necessitate compulsi. ideo mandat Greg. episcopum, qui pastorali cura derelicta solis conuiuiis occupabatur, nec exhortationi inuigilabat, sed vsum ecclesiastici ordinis ignorabat, cuius testimonium erat, q̃ superioribus seruare irreuerentiam nesciebat, subdens q̃ conuiuia ex charitate veraciter prodeunt, cum in eis nulla absentium vita mordetur, nullus ex irrisione deprehenditur, nec in eis inanes secularium negociorum fabulæ, sed verba sacræ lectionis audiunt̃, & cum non plus, q̃ necesse est seruitur corpori, sed sola eius infirmitas reficitur, vel ad vsus exercendę virtutis habeatur, nam pro reuerētia Dei, & sacerdotum vniuersa constituit Toleta sinodus, vt quia solent crebrò mensis ociosæ fabulæ interponi. In omni sacerdotali cōuiuio lectio diuinarum scripturarum misceatur. per hoc. n. & animæ ædificā
59 tur ad bonum, & fabulæ non necessariæ prohibentur. † prohibentur etiam tam clerici, q̃ laici conuiuia de confectis facere, & ante sacram horam diei tertiam inchoare conuiuia, & ne aliq̃n clericus, nisi hymno dicto, & ad panē, & post cibos gratias Deo auctori referat. generat. n. crassum sensum, venter pinguis, cum sacerdotalis sensus vigil debeat esse, & tenuis, & qui vitiorū bello subiacent, nequaq̃ per prædicationis vsum præesse magisterio cæterorum debent. c. non oportet. cum se. vsq; ad fi. 44. dist.
60 † Est attendendum insuper, q̃ prælati non ita irascibiles, & perturbati sensus esse debent, vt alios percutiant, sed debent esse pa
61 tientes imitantes eum, qui dorsum posuit ad flagellum. † vnde Greg. ait, Verborum correctione, non verberibus timere episcopos debemus, nec asperis, sed blandis ad fidem verbis aliquos, p̃uocandos, nec seueritate, sed beniuolentia subditos corripiendos. & sicut non vult qui squā m fratrum aliorum se iudicio pr̃e grauari, ita non audeat alii inferre, quod sibi non vult fieri. c. q̃d
62 autem. & c. qui sincera. cū se. 45. dist. & c. licet nōnunq̃. † vbi circa corrigendos plus beneuolētia q̃ seueritas, plus coerctio q̃ cōminatio, plus charitas operatur q̃ ptās. & q̃ ab his, qui quæ sua sunt, quærunt, non quæ Iesu Christi, facilè ab hac lege discedit̃. & dum dn̄ari magis q̃ consulere subditis placet, honor inflammat superbiam, & q̃ prouisum est ad concordiam tendit ad noxam, vt ibi, & c. ep̃m, ea. dist. quoniam, exceptis grauioribus & mortalibus culpis, nullus dēt verberibus subiacere, nec passim dignum est, vt vnusquisque prælatus honorabiliora membra sua, prout ei placuerit & voluerit, verberibus subijciat, & dolori nedū incautè subdita membra perdita, ipse quoque debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahat.
63 † Et ideo Sene. ait, Leuiter castigatus reuerentiam exhibet castiganti: asperitatis autem nimiæ increpatio, nec increpationem recipit, nec salutem. c. cum beatus. ea. dist. non enim est seruanda disciplina sine misericordia', nec misericordia sine disciplina, vt patet in exemplis, & auctoritatibus, de quibus in c. disciplina. ea. dist. †
94 Iustè tamen iudicans etiam misericordiam cum iustitia seruare debet, & qui remittit, & qui corrigit, vterque miseretur. qui enim Dei iudicia oculis suis præponit, semper timens, & tremens in omni negocio formidat, ne de iustitiæ tramite deuians cadat, ne vnde non iustificatur, inde potius condemnetur. c. omnis. ea. dist. multa. n. bona præstantur inuitis, quando. s. eorum consulitur vtilitati, non vo
65 luptati. † Hic dicuntur tria genera eleemosinarum, corporalis scilicet cum das egenti, quicquid potes, spiritualis dimittendo, a quo lęsus fueris Tertia delinquentes corrigendo, & errantes in viam reducendo veritatis. & eleemosinæ corporali præfertur eleemosina cordis: mansuetudo autem, & discretio abinuicem nunquàm separantur. verè enim iustus miseris compatitur, & linquentibus non indignatur: boni etenim rectores ex sua infirmitate aliorum infirmitates pensantes, magis per humilitatis, & mansuetudinis leuamentum studeant peccantes ab erroris laqueo eruere, quàm per austeritatem in foueam perditionis nutantes propellere. vnde Pau. Factus sum, inquit, infirmus infir-
66 mis. c. tria sunt, nāq; vera. & c. recedit e. ea. dist. † prædicator nāq; culpantes palliare non debet, sed corripere. vnde Hiero. quæ mi sericordia, quæ bonitas vni parcere, & omnes indiscrimen addu cere. nā sępe polluitur ex vno peccatore populus, sicut ex vna pecude morbida totus grex inficitur. hinc dicitur, rectorem subditis pietas matrem, disciplinā verò patrem exhibeat. dicitur ēt percussor, qui sermone inutili infirmorum conscientias vulne-
67 rat. c. sed illud. cum se. ea. dist. † Est pariter attendendum, q̃ nihil impudentius, quàm arrogantia rusticorū, qui garrulitatē auctoritatem putant, & parati ad lites in subiectos timidè intonāt, qđ ex arrogantiæ superbia prouenire manifestum est. vnde Grego. arrogantes nesciunt humiliter inferre, quæ dicunt. cum austeritate enim & potentia imperant, qui subditos suos non tranqllè ratiocinando corrigere, sed asperè inflectere dominando festinant. Caueat igitur bonus prælatus, ne eum elatis moribus prædicet. s. diabolum, quem in cordis audientium sacris sermonib. infectatur: litigiosi nanque adulationibus animos Principum sibi reconciliare quærunt, uel fratribus suis detrahendo notam gerere infamiæ, vel inter fratres discordias seminando sępe sedi tiones facere. vnde Greg. sunt nonnulli, qui dum malę facta ho minum laudibus efferunt, augent, quæ increpare debuerant: & sicut ad hoc sub cubito puluillus, & ceruical sub capite iacentis ponitur, vt melius quiescatur, ita qui malè agentibus adulatur eum, qui corripi ex culpa debuerat in ea fultus laudibus molliter quiescere facit, & ędificare contra se parietem dicit, cum pec cati duritia reprehenditur, liuore verò cum peccatoribus adulatur. vnde sanctus vir ait, Absit hoc a me, vt uos iustos iudicem.
46. dist. in prin. & c hoc proprium. cum seq. propterea in Carta-
68 ginen. Concilio, † clericus, qui adulationibus & proditioni vacare deprehenditur, degradari ab officio mandatur sicut & maledicus. c. cum clericus. cum se. ea. dist. ita & clericus scurrilib. & verbis turpibus ioculator, seditionarius, vel vsurarius, uel iniuriarum suarum vltor. c. clericus maledicus. cum seq. ea. dist. † Itē
69 vsuras exigere clericis minimè licet, nec suo nomine, nec alieno quinimmo presbyter, aut diaconus illas exigentes, si nō desierit, est deponendus: temporalibus enim lucris deseruientes Deo, nequaquàm militare probantur. contra quos Gregor. post multa conclu dit, non debere ad sacros ordines promoueri, sed potius degradari, quia nec implicari errore, nec cupiditate violari sacerdotes oportet. & qui cupiditatem a se non abstulit, bo-
70 norum auctori inhærere non valet. † auari enim hominis est, omnium bona inuadere, quorum necessitatibus subuenire nō valet 46. dist. sicut hi. & per to. vbi cōcluditur, q̃ si bonorum disciplina malorum hominum mores immutare non valet, non tamen propterea, nec propter conuicia perditorum a via rectitudinis moueri debent. † Est aduerten. postremò, quòd qui heri
71 erat cathecuminus, hodie nō est faciendus episcopus: qui heri erat in theatro, hodie non sedeat in ecclesia: qui vespere erat in circo, hodie nō ministret altari: qui dudū fuerat fautor histrionum, hodie non sit consecrator virginum, ne secundum Apostolum elatus in superbiam, tanquàm religio Christiana plurimum eo egeret, incidat in ruinam diaboli. † momētaneus nāq;
72 sacerdos nescit humilitatem, aut modos personarum, uel se cōtēnere, non ieiunauit, nō fleuit, nō se correxit, non se pauperib. erogauit, sed in arrogantiam, quę est in ruina diaboli incidit, q̃ puncto ore, nec dum discipulus fit magister. † & sicut Inno. ait,
73 miserum est eum fieri magistrum, qui nec dum didicit esse discipulus, c. cum in magistrum. de elec. cum si. vnde Greg. casum apperit, q̃ ad summi loci fastigia post positis gradibus per aspera quærit ascensum, parietes nanq; ędificati, nisi prius tignorū pōdus accipiant, nisi a nonitatis suæ humore siccentur, & ante pōdera, quàm solidentur accipiant, cunctam simul ad terram deponunt fabricam, & solicitè formidandum est, ne qui placere
74 posse iram Dei credit, hanc ipse proprio reatu mereatur. † notū est enim quia cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur, & c. 48. dist. per totum. vbi subditur, quòd unusquisque solerter seipsum metiatur, ne soliū regiminis assumere audeat, si adhuc in se vitium damnabiliter regnat, ne is, quem crimen deprauat proprium, intercessor fie-
75 ri appetat pro culpis aliorum. † & sicut in veteri lege corpore vitiati a sacrificiis prohibebantur, iaxta discursum eiusdem Gregor. de quo 49. dist. per to. quem omnino vide, vbi etiam adducitur Hiero. super Malachiam Greg. se conformans, quorū verba literis aureis sunt describenda. Sub epilogo ergo etiam quæ-
76 dam pauca ad memoriam subijcimus. † debet ergo, secundum Apostolum is, quis ordinatur, esse sine crimine, etiam si in presbyterum ordinetur. & est crimen graue peccatum accusatione, & damnatione dignissimum. c. Apostolus. 81. dist. quia rectè monitoris personam suscipit, nisi qui actibus suis errata cōdemnat, & amorem innocentiæ conuersatione demōstrat. c. nemo. ea. dist. qualis. n. quisque sit, qui malos ordinat, ostendit. c. tantis. Daniel. in omnibus ergo solum, qđ est irreprehēsibile, defendit
77 ecclesia. c. si quis. † qa qui Sancti nō sunt, sancta tractare nō p̃nt.

c. Ma-

Source : BIU Cujas

c.Maximianus. & eſt plerunq; congruũ mutare locũ, ut & mẽtis affectus mutetur. c.ualet. Deus tamen nõ iudicat bis in idipſum &c.c.presby.ſi quis caueat ab illicitis, ut mundas ualeat ad Deum leuare manus.c.oportet.nec ſolus quis ad ſolam accedat
78 aut mulierem ſecum habeat.c.in omnibus.cum ſeq. † generaliter etiam pauperibus.& his qui ſuis manibus laborare non poſſunt,tenetur eps neceſſaria prouidere,de quo ſcriptum eſt,Sancti eſtote,qm̃ ego Sanctus ſum,&c.& qui in carne ſunt,Deo pla
79 cere non poſſunt.c.propoſuiſti.82.diſt.† Prouidendum quoque eſt,ne quis mortem inferat,vel admittat: mortem.n.languentibus probat infligere,qui hanc,cum poſſit non excludit,& q crimina non arguit,magis dicẽdus eſt canis impudicus,quàm eps: & error,cui non reſiſtitur approbatur,& veritas, cum non approbatur,opprimit.negligere quippe &c. & nõ caret ſcrupulo &c. quid enim prodeſt errore proprio non pollui ei, qui cõſenſum præſtat erranti,cui conſentire vr̃ eo p ad reſecandum, quæ cor-
89 rigi debent,non occurrit.nullus igitur paſtorum placere lupis, & ouium gregibus poteſt.perdit.n.laboris memoriã mens trien
80 nis obligata rationibus. † ſicut autem artium in ſuo quoq; opere inuenitur mater inſtantia, ita nouerca eruditionis eſt negligentia.c.j. & per to.83.diſt. ſolicitum ergo, ac vigilantẽ oportet eſſe epm̃ ad defenſionem pauperum,releuationem oppreſſorũ, & tuitionem monaſteriorum,aliàs eſt aſperè corripiendus,vt q̃ ſit graue nolle ab his,quæ reprehenſibilia, & valde vituperanda ſunt corrigi ſine excuſatione regulari in ſe valeat diſtrictione
81 ſentire. † & ſimiliter monoganus eſſe debet, & ſenior non tam
90 ętate,quàm ſapientia.vnde presbyter,dicitur.ca.nũciatum.cum
82 ſeq.84.diſt. † hoſpitalitas. etiam vſque adeo epis neceſſaria eſt, & hoſpitalitatem neſciens,non eſt faciendus eps.c.j.75.diſt.Doctorem etiam epm̃ oportet eſſe,ne inferiorum culpæ in eũ refundãtur,qui docendi officium accepit,quod exequi neſcit, vel
91 negligit: negligentiæ namque rectoris imputantur culpæ inferiorum, & non excuſat eos dilectio,aut amicitia: quia licet homines ſint diligendi,ſunt tñ peccata odio habenda, alias qui negligit emendare,quod poteſt,facientis culpam habet 85.diſt.Florentinum.cum ſeq. qui verò in corripiendo modum exceſſerit non a ſubditis,ſed a dño veniam petat.c.quando.e.diſt.in omni verò doctrina debet auctoritatẽ ſacræ ſcripturę proferre,& non ſecularium literarum peritiam oſtentare.non.n.de laudibus lo uis perſonare debent ora Pontificum. ca. cum multa.ea. diſt.&
83 ibi vide verba Sancti Greg. † Liberalẽ quoq; patientibus neceſſitatem ſacerdotem oportet eſſe: alias autem vacuum portabit nomen epi,niſi alienam inopiam ſuam credat.nõ tñ dẽt hiſtrionibus res ſuas donare, neque venatoribus, quia nihil prodeſſet ieiunare vxoribus,& luxuriare venatibus:alias ſicut videntes venatorem delectantur,videbunt Saluatorem,& contriſtabũtur, quia voluptatibus ſuis peccata accumulant aliena, & non ſatis
84 eſt bene velle,ſed etiam bene facere oportet,†& perfecta libera litas fide,cauſa,loco,& tpe commẽdat,& fige cordi text ſanctũ in c.non ſatis.86.diſt.literis aureis ſcribendum.& ibi ſubditur, p qui clementiam non habet,& c.non adimpleuit legem Chriſti.
85 c.quia clementiam. † Nec debet eps eſſe percuſſor.i.ad vindictã facilis,& facilè credens re incognita accendi. e.diſt. ſi quid ,phibetur.non debet etiam eps turpis lucri eſſe cupidus,& alius quilibet clericus,vel monachus.c.peruenit.ea.diſt.viduis etiam, & orphanis eccleſiæ præſidium implorantibus epi debent adeſſe, & ꝫ improborum violentias nõ negare illis protectionis patro cinium,& præſertim illis,quos in ſua protectione ſuſcepit, præſertim fugientibus ad eccleſiam,ne inde trahãtur, & libertis vt illos in libertate tueantur,ſaluis illis qui in ſeruitutem reuocantur. Item,& expoſitis contra calumniatores eorum. c.deſolatis. cum ſeq.87. diſt. prohibentur ergo clerici cupiditatis gratia negocia ſuſdipere,non pietatis curam viduis, & orphanis impendere,quia nemo militans Deo,debet ſe terrenis implicare negocijs,ne eccleſia,quæ domus orationis eſſe debet, per officia negociationis potius ſit latronum ſpelũca.c.ꝫñs.88. diſt. Nec ſicut caupones miſcere debent aquam vino, & qui reuocat clericos a ſuis officijs,priuatur ſuffragijs defuncto.c.eijciens. cum ſeq. ea. diſt.domui quoque ſuæ oportet bene eſſe præpoſitum, vt inde quodãmodo quędam futuræ diſpenſationis articulata ſumant.
86 † eſt ergo regula in diſpenſatione eccleſiæ ſeruanda,vt nulli q̃tumlibet exercitatæ perſonæ duo officia ſimul conferantur,nec ſecularibus viris res eccleſiæ gubernandum committãtur. ſicut
87 enim in uno corpore,&c.c.eccleſiaſtici.89. diſt. † habeat autem quilibet eps iconomum,& vicedñm ad prouidendum hoſpitibus,& pro aliis negocijs,& curis ſuis,iuxta ordinẽ Greg. de quo in c.uolumus.cum ſeq.ea. diſt. dum tñ ſecularibus viris res eccleſiaſticas non committant.c.indicatum.nec propinquis, nec fauore ſibi coniunctis.c.decentis.graduum quippe,& ordinum di
88 ſtributio dignitatem eccleſiæ conſeruat.c.ad hæc.ea. diſt. † Litigioſus etiam prohibetur ordinari, quia qui ſui poteſtate diſcordantes ad concordiam debet attrahere,qui oblationes diſcidentium prohibetur recipere, non debet litigãdi facillitate alios ad diſſidium prouocare,& qui inimicitias deponere pernitioſa intentione noluerit de eccleſiæ cœtu iuſtiſſima excommunicatione eſt pellendus.c.placuit.& per to.90.diſt.qui autem turpi lucro,vel inhoneſto negocio victum ſibi quærere prohibetur,de oblationibus eccleſiæ ſtipendia ſequatur,p ſi eccleſia ei ſuffice re non poterit,proprio artificio agricultura, exemplo Apoſtoli,ſibi neceſſaria.cõquirat,ita tamen vt propterea vigiliis eccleſiæ non deſit,quod abſque infirmitate ſui corpuſculi nulli interponere conceditur.& ideo qui non pro emẽdo aliquid in nundinis, uel in foro deambulant ab officio ſunt remouendi.c.clericus.& per to.91.diſt.& cum ad eccleſiam venerint magis corde,quàm ore meminerit eſſe cantandum, & officium cantandi non uſurpent ſibi diaconi, & qui ab epiſcopo non ordinantur in publico non legant,& ſacerdotis tantum officium gerat epiſcopus, quem ſua parochia non recipit,& aliis moleſtiam nõ inferant,& epiſcopus priuandus eſt,qui negligit propriam eccleſiã adire,& clericus,qui negligit intereſſe diuinis,eſt excommunicandus.c.j.& per to. 92. diſt. † q̃q̃ autem obedientiam ex ordine inferiores ſuperioribus debeant: tamen iuxta diuinam diſpoſitionem,qui maiorem ſe credit, minor fiat, neque etiam quòd Leuitarum eſt,epiſcopi in ſuos vſus debent conuertere, & cum hoc ſancto tex.uolo hanc abſoluere queſtionem,quia eſt cõtra epiſcoporum auaritiam.moderatio tamen Dei,ac nimia pietas ſolum illorum redditum requirit,ac eos cupit longa ſua bonitate ſaluari,ſi præmiſſa conſilia,monita ſalutaria, ac præcepta catholica,tandem,quatenus humana fragilitas patitur,attendere voluerint, & humiliter obſeruare in charitate non ficta. c.diaconi.93.diſt.† vbi aduertendum eſt, quòd potentia diuitiarum, aut paupertatis humilitas,uel ſublimiorem,uel inferiorem epiſcopum non facit,licet omne quod rarum eſt plus appetatur,q etiam priuilegium apud Indos eſt pretioſius pipere. † adde tamen quòd cum inferior locumtenens eſt maioris, ſicut maior eſt honorandus.c.præcipimus.ea.diſt. Hoſt. autem in Summa, de temp.ord.in §.& circa hoc oportet &c.ponit hos verſus.

Primum præcipitur, quòd ſine crimine præſul.
Monoganus, ſobrius, pudicus, ornatus, & hoſpes,
Caſta docens, non percuſſor,non litigioſus,
Non cupidus,bene diſpoſitus, non ne ophituſve.
Talis Apoſtolica, quòd præſit regula iuſſit.

Primò ad Timoth.3.c.& ſuper his.facit ibidem pulchrum diſcurſum,quem omnino vide.† Secundum principale cõſilium, ad quod debent aduertere viſitantes,eſt circa omnia præcepta, tam naturæ,quàm ſcripturæ.circa quæ eſt attenden. quòd præceptorum omnium principalis diuiſio eſt, quòd quædam ſunt præcepta naturæ, quædam verò ſcripturæ. † præcepta quidem naturæ omnes obligant,nam quicquid tenet lex naturæ implicitè,tenet Decalogus explicitè.Eſt enim lex ſcripta in corde cuiuslibet implicitè,& in his duobus præceptis concluditur,quod tibi non vis fieri alteri ne feceris.c.dilecti.de ma. & obe.& c.bona fides.de depo & c.cum iuramento.de homi. ca.pro illorum. de præben.& c.ex communi.de rap.& ibi no.& in c. cum in officiis.de teſta.& in diligẽdo Deum ſuper omnia, quibus duobus
94 præceptis etiam ligabatur Adam. † Secunda diuiſio præceptorum eſt de præceptis ſcripturæ.nam quædam ſunt moralia,quædam iudicialia,quædam verò cerimonialia. moralia ſunt, quæ concluduntur in præceptis Decalogi. Iudicialia verò, ut puta de ſoluendis decimis,primitijs,& oblationibus. Cerimonialia
95 ſunt,de quibus plenè habetur in Leuiti.† moralium ergo præceptorum datur.3.prin.diſt.quia quædam ſunt affirmatiua, ut honora patrem.quædam verò negatiua,ut non occides. præcepta itaque affirmatiua propriè dicuntur præcepta, negatiua uerò propriè dicuntur prohibitiones.
96 † Item præcepta affirmatiua obligant ſemper, ſed non ad ſemper: præcepta uerò negatiua obligant ſemper,& ad ſemper. Item quædã præcepta Decalogi poſſunt intelligi data, uel innata.primo modo pertinẽt tantum ad populum Iſraeliti.ſecũdo modo ad omnes,quos ideo obligãt, quia ut dixi,quicquid tenet Decalogus explicitè, hoc tenet lex
97 naturæ implicitè,quæ ſcripta eſt in corde cuiuslibet. † præcepta igitur affirmatiua ponũtur imperatiuè, negatiua autem ponuntur indicatiuè.propterea quia difficilius eſt facere bonũ, quàm declinare malum,& plures in faciendo bonum requiruntur circunſtantiæ. Et præceptorum Decalogi quædam concernunt
98 actum, quædam habitum, quædam affectum. † In quibuſdam enim ſolummodò prohibetur actus,ut ibi non occides, ſecundum ſcilicet formam trahendo: nam per infirmitatem intelligendi omnia præcepta negatiua manum ligant, & a iure ligantur multis modis,ſ.lege naturæ, ideſt Deum diligere ſuper oĩa, & nulli facere quod nobis fieri nolumus. & iſta concernunt ha
99 bitum. † concernentia verò affectum ſunt,nõ concupiſces uxorem proximi tui,nec rem proximi tui,& non mechaberis, quia appetitus inordinatus eſt ad illa. & ſumitur numerus præceptorum, ſicut quædam nos ad Deum ordinant, quædam ad proximum, quod Deus inſinuauit, quando in duabus tabulis le-
100 gem dedit. † In prima tabula ſunt tria præcepta, quæ pertinent ad Deum, & primum præcipuè pertinet ad patrem,quia eſt in diuina vnitate: ſecundum ad filium, quod eſt de iuramẽti ueritate:tertium ad Spiritum ſanctum,qđ eſt de ſpirituali uaca-

Source : BIU Cujas

tione. † In secunda tabula sunt septem ad proximum pertinentia, quorum primum est de exhibendis bonis, ut est illud honora patrem &c. reliqua verò sunt de cauendis malis, quæ inferri
102 possunt. s. corde, ore, & opere. † opere lędimus proximum tripliciter, propter quod dantur tria præcepta. primum, non occides. secundum, non męchaberis. tertium, non furtum facies. ore lędimus proximum, & propter hoc est illud, non dices falsum testimonium cõtra proximum tuum. corde lędimus proximũ dupliciter, qñque. s. respectu rei temporalis, qñque rei realis, & ꝫ hæc duo dicitur, non concupisces vxorem proximi tui, &c.
103 † iudicialia verò prędcepta sunt, puta de soluendis decimis, &c. vt dixi. cerimonialia, quæ quatenus erant figura nouæ legis, & ī nouo testamento sunt impleta, cessarunt, nisi quatenus per ecclesiam, & ius canonicum sunt innouata, de quo per Arch. in ca. j. de deci. lib. 6. vt probatur in c. j. de purg. post partum, & 6. dist. §. fi & est tex. in c. sextam. de com. dist. 3. vbi etiam prohibet Christus pingi figura agni. & no. gl. in c. j. de sum. Tri. & in idem redit
104 ꝙ non, Io. And. in c. j. de deci. lib. 6. † adde ꝙ sine gratia diuina mandata impleri non possunt. ca. placuit. de com. dist. 5. adde ꝙ Papa non potest dispensare contra decem præcepta Decalogi: & si non sint articuli, sunt tamen articularia fidei, & ita annexa articulis, ꝙ sine eis salutem præstare non possunt. c. sicut. secundum Io. de Deo. & 6. dist. §. fi. 86. dist. non satis. ad fi. & Spe. in titu. de dispen. § nunc breuius. ver. 2. & Io. And. in c. cum Christus. de
105 hære. † Item attendendum principaliter, ꝙ aliqui ligantur præceptis altero de tribus modis, videlicet vel præceptis diuinis, de quibus sup. vel præceptis, proprijs, vel alienis. proprijs, vt puta
106 voto religionis, vel alio, † qa fm Doct. vouere, est voluntatis, reddere verò est necessitatis, vt in to. ti. de voto. vnde quibusdã consilia fiunt præcepta, sicut religiosis si vouerint, alienis verò, sicut a decretis, vt est ieiunare aliquas vigilias, & hmõi. item consuetudine, vt puta ius primogenitur̨e. item mandatis prælatorũ, vnde super cathedram Moysi sederũt, &c. Item conscientia, qa
107 quicquid fit ꝫ conscientiam, ędificat ad gehennam. † Vnde postremò principaliter est videndum de duodecim consilijs euangelicis, quorum primum est paupertatis, vt ibi, qui non reliquerit omnia quæ possidet &c. & ibi, omnis q reliquerit domũ &c. super quo Hiero. ait, monachus obulum habens, non valet obulum. Secundum verò est obedientiæ, iuxta illud, super cathedrã Moysi &c. & illud, si qs vult venire post me, &c. abneget seip̃m, & istud consilium concernit obedientiam, de qua in ca. 2. & per to. de ma. & obe. Tertiũ est maioris castitatis, de qua Dominus dicit, sicut eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, de quo Matth. Audistis quod dictum est antiquis, non męchaberis. Ego autem dico vobis, qui viderit mulierem ad cõcu-
108 piscendum &c. † ex subito motu concupiscentiæ non est peccatum mortale, sed veniale, sed tantum concupiscere ex deliberatione, & sunt prædicta tria consilia specialia, & substãtialia oĩs religionis, quia suos obseruatores elongant a malo, non solum
109 quantum ad culpam, sed etiã quantum ad causam. † omne nãq; malum oritur ex triplici radice. s. concupiscentia carnis, & oculorum, & superbia vitæ. & ab hac radice triplici elongant prædicta tria cõsilia, de quibus in c. cum ad monasterium. in fi. de sta-
110 mo. † Quartum est charitatis, de quo Matth. Diligite inimicos vestros, quod est quantum ad dilectionem effectus, quantũ verò ad dilectionem affectus est præceptorium, quia inimico velle gratiam & gloriam necessitatis est, sed ostendere illi signa beniuolentiæ est perfectionis consilij, negare tñ homini signa familiaritatis, qñ petit veniã, vel necessitas exposcit, vindicta est,
111 nisi subsit præsumptio, ꝙ simulatè, vel irrisoriè faciat. † Quintũ est mãsuetudinis, de quo Matth. si quis te percusserit in vna maxilla, præbe ei aliam. & consilium patientiæ est respectu lęsionis corporis, ad quod pertinet aliud, quod est lęsionis rerum, vt ibi, qui vult tecum in iudicio cõtẽdere, tunicam &c. relinque ei & palium. repetere. n. suum cum charitate, est licitum imperfectis,
112 perfectis non. † Sextum est misericordiæ, & erogationis, vt illud, omni petenti te tribue. & illud, si vis perfectus esse, vẽde oĩa quæ habes, & da pauperibus: nam dare superfluum est necessitatis, sed dare quibus egemus est consilij. & ꝙ dicit dominus, quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, intelligitur rationabi-
113 liter, & dictante charitate. † Septimum est consilium de simplicitate verborum, vt ibi, sit sermo vester, est, est: non, non. de quo in c. & si Christus. de iure iu. cuius sensus est, si affirmatio, vel negatio est in ore, fit etiam in corde. & ad hoc reducitur illud, Audistis, quia dictum est antiquis, non periures: ego autem dico vobis, non iurare omnino, quantum ad perfectionem pertinet, secus quãtum ad infirmitatem. prohibetur etiam hoc fieri p̨ creaturas propter idolatriam, secus si per euangelium, & cruces, &
114 per eum, cui sunt dedicata. † Octauum est de vitanda occasione peccati, vt ibi, si oculus tuus scandalizat te &c. quod intellige de occasione peccati, & tunc oculus sinister scãdalizat ex aspectu, ex tactu verò manus sinistra, uel ex cõsiliario malo, qui dicitur oculus, vel ab adiutore malo, q dicitur manus sinistra, & eruen-
115 da. † Nonum consilium est de rectitudine intentionis, & simplicitate finis, vbi dicitur, Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, &c. Item illud, Nesciat sinistra vestra, &c. Item, Luceant bona opera vestra, vt glorificẽt patrem, &c. ī quo
116 finis ęternus attenditur. † tenemur enim omnes actus referre ad Deum, quorum habemus consilium ex imperio rationis, vt est manducare, cogitare, eligere &c. sed non nutritiua, & respi-
117 ratiua &c. † Decimum. de conformitate operis, & doctrinæ, vt ibi, onera grauia alligant &c. & hypocrita, eijce primum trabẽ de oculo tuo, vbi attãde in his, quæ pertinent ad statum salutis,
118 tenetur prædicator facere, quod dicit. † Vndecimum consilium est de vitanda solicitudine, ut ibi, nolite soliciti esse &c. & ibi, nolite cogitare de crastino. vbi attende, quòd solicitudo laudabilis præcipitur, ut prouidentia spiritualis solicitudo circa temporalia, tolerabilis solicitudo verò superfluè thesaurizandi vitu-
119 perabilis est propter auaritiam. † Duodecimum est de fraterna correctione, vt ibi, si peccauerit in te frater tuus &c. quod est, quando frater corripitur de venialibus, sed non mortalibus, & obligat omnes semper, sed non ad semper, quia pro loco, & tẽpore, quando vacat. & licet creditur, quòd vtilis sit correctio, & fit amore primò, secundò timore, tertiò pudore, de quo plenè no. in c. cum ex iniuncto. de hæret. & in ca. nouit. in princ. de iu. & in c. sed illud. 45. distinct.

SVMMARIVM.

1 *Visitatio operatur eradicationem multarum abusionum seculi, tam in clero, quàm in populo.*
Abusiones seculi, quæ, & quot sint.
2 *Visitatio eradicat duodecim abusiones claustri, quibus religio corrumpitur.*
Abusiones claustri, quæ, & quot sint.
3 *Visitatio eradicat septem peccata mortalia.*
4 *Visitatio eradicat peccata venialia.*
Peccata venialia ex deliberatione facta mortalia efficiuntur.
5 *Peccatum veniale dum placet, mortale efficitur.*
6 *Peccata venialia quæ sint, quæ etiam post mortem grauant, si in vita relaxata non fuerint.*
7 *Peccatum diuturnitas temporis non minuit.*
8 *Peccata venialia, quibus modis relaxentur in eo, qui non habet peccatum mortale.*
9 *Peccatum mortale sine venialibus dimitti potest, sed non econtra.*
10 *Peccator in vno, omnium est reus.*
11 *Visitatio crimina capitalia eradicat, & quæ sint illa.*
12 *Crimen lęsę maiestatis, quomodo incurratur.*
13 *Maiestatem ęternam lędere grauius est, quàm temporalem.*
14 *Hæresis a scismate quid differat.*
Adulteri qui sint, & quomodo puniantur.
15 *Stuprum, quomodo puniatur.*
16 *Siccarij, quomodo puniantur.*
Venefici qui sint, & qualiter puniantur.
17 *Occidentes Cardinales, & Episcopos, & assassini, quomodo puniantur.*
18 *Paricidium, per quos committatur, & quomodo puniantur.*
19 *Falsum qui incurrant, & quomodo puniantur.*
20 *Vis publica, quomodo inferatur, & quomodo puniatur.*
21 *Vis priuata, quomodo fiat, & puniatur.*
22 *Raptus virginum, aut viduarum, aut sanct. monialis, aut puerorum, quomodo puniatur.*
23 *Peculatus crimen, quomodo fiat, & puniatur.*
24 *Plagij crimen, quomodo committatur, & plectatur.*
25 *Ambitus crimen qui incurrat, & qualiter puniatur de iure ciuili, & quomodo de iure canonico.*
26 *Repetundarum crimen, qui incurrant, & quomodo puniatur.*
27 *Crimen committentes, vt annona sit carior, quomodo puniantur.*
28 *Lex Iulia de residuis, quos puniat, & quomodo.*
29 *Visitatio eradicat maleficia priuata.*
Maleficia priuata, quæ sint.
30 *Raptor tenetur furti in quadruplum.*
31 *Crimen inferentium in libello conuentionali maiorem summam veræ ęstimationis, quomodo puniatur.*
32 *Furtum manifestus dupli pœna punitur.*
33 *Visitatio eradicat omnia crimina extraordinaria.*
Crimina extraordinaria, quæ sint.
34 *Humilitas loco superbiæ ędificatur.*
35 *Humilitatis inditia, quæ sint.*
36 *Humilitatis tres sunt gradus.*
37 *Humilitas Sancti Macharij sola vicit diabolum.*
38 *Humilitas est clauis, quæ regnum cœlorum aperit.*
Sine humilitate virtutes congregans, in ventum puluerem portat.
39 *Misericordiæ opera spiritualia, quæ sint.*
40 *Orationis fructus, qualis sit remissiuè.*
41 *Cogitatio pro defunctis salubris est.*
42 *Animæ defunctorum, quatuor modis soluuntur.*
43 *Furca suspensis communio, & eucharistia, & sepultura deneganda non est.*
44 *Martiri iniuriam facit, qui pro eo orat.*
Misericordiæ opera corporalia, quæ sint.
45 *Misericordiæ operibus mensura imponi non potest.*

Source : BIU Cujas

46 *Visitatio virtutes tres plantat.*
Virtutes theologicæ, quæ sint.
Fides sine operibus mortua est.
Spes, in quibus sit ponenda.
47 *Spes, in quo a fide differat.*
48 *Charitas, quid sit.*
49 *Charitas ædificat, vbi scientia inflat.*
50 *Virtutes morales, seu cardinales, quę sint.*
51 *Iustitiam faciens, Deo gratus est.*
Iustitia non potest esse, vbi charitas non est.
52 *Fortitudo medium tenet inter audaciam, & pusillanimitatem.*
53 *Temperantia, quid sit.*
Temperantiæ partes integrales, quæ sint.
54 *Adam an ex creatione virtutes habuerit.*
Beatitudines, quot sint.
55 *Beatitudinum merita septem sunt.*
Beatitudines perfectæ, quæ sint.
56 *Virtutum merita tripliciter beatificantur.*
57 *Mansuetus non est, qui pauper non fuit.*
58 *Puuper, & mitis accenditur continuo desiderio, vt Dei voluntatem faciat.*
59 *Dominari in cęlis parum est, nisi seipsum possideat.*
60 *Beati sunt ob iustitiam persecutionem patientes.*
61 *Infelices qui sint in hoc, & in futuro sęculo, & num. seq.*
63 *Crudelem bene finire impossibile est.*
64 *Infelices sunt, qui exaltationes consequuntur ob iniustitiam.*
65 *Beatus est, qui legem custodit.*
66 *Dona Spiritussancti, quæ sint.*
67 *Timor seruilis, initialis, & filialis, qui sint.*
68 *Donum sapientiæ, quid operetur.*
69 *Omnis a malo declinat in timore Domini.*
70 *Donum Spiritussancti inimicis non datur.*
71 *Visitatio operatur quòd visitati possent consequi fructus spiritussancti.*
Spiritussancti fructus, qui, & quot sint.
72 *Charitas fructus spiritussancti, ex qua arbore nascatur.*
73 *Longanimitas, ex qua arbore nascatur.*
74 *Gaudium, vnde oriatur.*
75 *Pax, vnde nascatur.*
76 *Fides, vnde ortum habuit.*
77 *Bonitas ex pietate nascitur.*
78 *Benignitas ex charitate oritur.*
79 *Patientia oritur ex fortitudine.*
80 *Mansuetudo ex arbore humilitatis erit.*
Modestia, vnde nascatur.
81 *Continentia nascitur ex rationis arbore.*
82 *Castitas ex arbore temperantiæ nascitur.*
83 *Begini, quare vt hæretici damnantur.*
84 *Sacramenta ecclesiæ sunt septem, & quę sint necessaria, quæ voluntaria, & quæ reiterabilia.*
85 *Matrimonium reiteratum bigamiam inducit.*
86 *Baptismus est ianua omnium sacramentorum.*
87 *Chrisma est confirmatio soli episcopo competens.*
88 *Nec potest conferri per minorem episcopo, stante etiam consuetudine.*
Vnctio extrema fit ex oleo infirmorum.
89 *Pœnitentia ex tribus perficitur.*
90 *Culpam remittere gratia præueniens dici potest.*
91 *Christianus semel in anno, cum habet annos discretionis, debet confiteri.*
92 *Eucharistia semel in anno sumenda est.*
93 *Ordo est sacramentum, quod ministrantibus datur.*
94 *Tonsura prima, an sit ordo clericalis.*
Et quare dicantur quatuor minores.
95 *Episcopatus, an sit ordo.*
96 *Matrimonium dicitur sacramentum, & eius tria sunt bona, & perficitur per verba de præsenti.*
97 *Sponsalia contrahuntur per verba de futuro.*
98 *Corporis sensus, qui, & quot sint.*
99 *Oculus mentis purus, corporis pudicus, administratoris prouidus esse debet.*
100 *Cęcò miserendum est.*
101 *Adulatores per leges puniuntur.*
Similiter & calumniatores.
102 *Christianis prohibitum est poetica figmenta legere.*
Ebrij regnum Dei non possidebunt.
103 *Ebrietas mentis inducit exilium.*
104 *Papa delectatur potius in bono odore bonę opinionis episcoporum, quàm in eorum infamia.*
105 *Osculum mulierum, monachis prohibetur.*
Oscula, amplexus, & tactus pudib undorum, quando sit peccatum mortale.
106 *Linguæ peccata plurima sunt.*
107 *Blasphematori Dei publica indicitur pœnitentia.*
108 *Clericus iens ad spectacula excommunicatur.*
109 *Apostasia triplex est.*
110 *Apostata dicitur quasi retro stans.*
111 *Diuini cultus augmentatio principaliter in adoratione consistit.*
112 *Adorationis tres sunt species.*
Latria, qpot comprehendat.
Dulia, cui debeatur.
113 *Dulia beatæ Virgini debetur inquantum est persona sancta, hiperdulia quantum est mater Dei.*
Crux fuit instrumentum salutis nostræ.
114 *Latria debetur crucibus factis in signum Christi crucifixi.*
115 *Gratiæ Deo, & benefactoribus agendæ sunt.*
116 *Gratiæ gratis datæ fluxus, quot sint.*
117 *Visitatio necessaria est, vt prouinciæ, & diœceses pacatè conseruentur.*
118 *Christi hęres non est, qui pacem eius testamento relictam non habet.*
119 *Dignitate priuantur, qui sunt contra ecclesiæ pacem.*
Pax, quare inter homines non sit, sex sunt causæ.
120 *In bello diuitias, corpus, & animam perdimus.*
121 *Fiscus tollit, quod Christus non accipit.*
Pax seruanda est.
122 *Treuga inuiolabiliter obseruari debet.*
Treuga quid sit.
123 *Fides etiam hosti seruanda est.*
124 *Dissensiones, & scandala, quid operentur.*
125 *Visitatio operatur fœlicitatis, & beatitudi. æternæ patriæ acquisitionem.*
126 *Beati quatuor assequuntur dotes corpus glorificantes.*
127 *In elementis quatuor sunt proprietates.*
128 *Aureola, quotuplex sit.*
129 *Virginibus, viduis, & coniugatis, qui fructus dentur.*
130 *Beati tres animę dotes consequentur.*
131 *Peccatum in spiritum sanctum, quotuplex sit.*
132 *Visitatio operatur, quòd peccatum in spiritum sanctum purgatur, & infinita gaudia paradisi acquiruntur.*

¶ Decima quæstio secundæ partis.

1 DECIMO quæro, & vltimò de saluberrimo effectu, & fructibus salutaribus visitationum. Respon. huiusmodi fructus esse quàm plurimos. Et ut aliquo magistrali ordine procedam,† dico primum fructum, & effectum visitationis operari eradicationem multarum abusionum seculi, tam in clero, quàm in populo, de quibus librum fecit Cyprianus, quas refert glo. in clem. prima, de sta. mo. quarum prima eradicatio est, quòd sapiens nō erit sine operibus. Secunda, quòd senes non erunt sine religione. Tertia, quòd adolescens non erit sine obedientia. Quarta, quòd diues non erit sine eleemosina. Quinta, quòd fœmina nō erit sine pudicitia. Sexta, quòd dominus non erit sine virtute. Septima, quòd Christianus nō erit contentiosus. Octaua, quòd pauper non erit superbus. Nona, quòd Rex non erit iniquus. Decima, ꝙ episcopus non erit negligens. Vndecima, quòd plebs non erit sine disciplina. Duodecima, & vltima, quòd populus non erit sine lege. & sic non suffocabitur iustitia, quarum ordi-
2 nem ibi uide. adde c. Rex debet. 23. quæst. quinta.† Secūdus principalis fructus erit, quia eradicabuntur 12. abusiones claustri, quibus tota religionis massa corrumpitur, quas enumerat Hug. de Folet. lib. 2. de claustro animæ, & gl. sup. alleg. Prima eradicatio est, quòd prælatus non erit negligens. Secunda est, quòd discipulus non erit inobediens. Tertia, quòd iuuenis non erit ociosus. Quarta, quòd senex non erit obstinatus. Quinta, ꝙ monachus non erit curialis. Sexta, ꝙ monachus non erit causidicus. Septima, quòd habitus non erit pretiosus. Octaua, quòd cibus non erit exquisitus. Nona, quòd rumor non erit in claustro. Decima, quòd lis non erit in capitulo. Vndecima, quòd dissolutio non erit in choro. Duodecima, & vltima, ꝙ irreuerentia nō erit circa altare, de quibus omnibus prosequitur pulchrè ibi gl. quā
3 omnino uide.† Tertius principalis fructus est, quia eradicabuntur vitia. Primò septem capitalia. Secundò omnia uenialia. Primo enim eradicabitur superbia, arrogantia, & vanagloria. Secū dò eradicabitur Auaritia. Tertiò Luxuria. Quartò Ira. Quintò
4 Gula. Sextò Inuidia. Septimò Accidia, & ociositas.† Item eradicabuntur peccata venialia, de quibus per Bedam super epistola Iacobi, videlicet peccata quæ ex ignorantia, vel infirmitate committuntur. Si tamen ex deliberatione fiunt, transeunt in
5 mortalia: quia secundum Augu.† nullum peccatum adeo veniale est, ꝙ non fiat criminale, dum placet, de quibus plenè 25.
6 dist. in §. criminis appellatio.† Gregor. tamen enumerat aliqua venialia, sicut est assiduus sermo, & ociosus, immoderatus risus, pc̄tm̄ curæ familiaris, quæ vix sine culpa, vel ab ipsis agitur, ꝙ culpam qualiter declinare debeant, sciunt, quæ etiam post mortē grauāt, si adhuc in vita positis minimè fuerint relaxata, de quo in c. qualis. e. di. & 5. adde omnino text. c. qui vult, cum pluribus seq. de pœn. dist. 2. ubi plenè de gradibus virtutum, & vitiorum,
7 & non omittas.† attende, quia diuturnitas tpis non minuit peccatum. c. non satis. de simo. & tanto grauiora sunt peccata, quanto diutius infelicem animam retinēt alligatam. c. cum in ecclesia. eo. ti.† Relaxātur tm̄ in vita multis modis. & primo per benedictionem prælati deuotè susceptam. j. q. j. dictum. & c. maledicā. cū se. Scdo per generalem cōfessionē, quæ fit in missa, & officijs diuinis. Tertiò per orationem Dominicam, de pœniten. distinctione tertia, aquam. Quartò per eleemosinam. Quintò

Source : BIU Cujas

per ieiunia,de pœni.distinct.tertia,sanè.Sextò per eucharistiam deuotè sumptam,de conf.dist.2.cum ad omnem. Septimò, per vnctionem extremam,de sac.vnc.c.vno.ad prin.Octauò per deuotam pectoris contusionem,de pœ.distin.j.tres sunt actiones, secundū Host.qui hoc not.de pœni.& remis.in c.omnis. & amplius per Spe.in aureo Reperto.in tit de pœni.& re.vbi omnino vide.Quod est intelligendum verū in eo,qui nō est in mortali, vt no.de pœ.dist.j.perfecta,in vlt.glo.vide omnino de pœn. distinct.secunda,c.si quis semel. vide omnino gl. in ver.humilitatis.in cle.j.in fi.de relig.do. † mortale enim sine venialibus pōt dimitti,sed non econuerso, quia mortale opponitur charitati, veniale verò feruori charitatis. sublato ergo priori tollitur posterius,sed non econtra.de his plenè per glo.in salutatione sexti libri,super ver.benedictionem.†& adde,q̄ qui in vno offendit, deflere habet tanquam factus omnium reus.c. defleat.de re.iur. † alius fructus erit, quia eradicabuntur crimina capitalia,vel publica,quæ vltimo supplicio afficiunt, vel aquæ, & ignis interdictione,vel deportatione, aut metallo, & cætera, quæ infamiam irrogant,cum damno pecuniario,quæ publica sunt,licet nō capitalia,& sic inducunt capitis diminutionem maximā, vel mediam,Institu.de capit.dimi.§.j.† puta crimen lęsæ maiestatis, qđ incurrunt,qui contra imperium,vel rempublicam aliquid moliuntur, quibus lex Iulia maiestatis irrogat pœnam amissionis animæ cum damnatione memoriæ delinquentis,etiā post mortem,ad eius instar hæretici puniunt, † cū longè sit grauius ęternam,quàm temporalem lędere maiestatem.c.vergentis.de hæreti.l.quisquis.& per to.C.ad l.Iul.maiesta.de aposta. autem dic, vt in c.j.de aposta.& per Host.in Sum.eo.titu.& de scismati.& in capit. primo, de scismati.libro sexto, † & quid differat hæresis a scismate,dic,vt in cap.inter scisma.24.quæst,tertia.Item crimen adulterij,quod incurrunt temeratores alienarum nuptiarum,& qui cum masculis nephandam libidinem audēt exercere, quos lex Iulia de adulter.capite punit,& gladio.† Item crimen stupratoris virginum,aut viduarum honestè viuentium, quos si sunt honestiores, punit publicatione partis dimidiæ bonorum: humiles verò corporis coercitionem cum relegatione punit.l.cū vir.& per totum.ff.& C. ad l.Iul. de adulter. & stupr.† Item crimen sicariorum homicidarum a sica,quæ est ferrum, idest cultrum dictis,cognatos etiam,& affines occidentium,qui tū nuncupatione parentum non continentur, quos vltore ferro persequitur.l.Cor.de sica.& eos,qui occidendi causa cum telo ambulant,quod ab arcu mittitur in longinquo,vel manu.l.j. §.si quis claua.& l.si quis cum telo.ad l.Cornel.de sica.& per totum titu. † Item crimen veneficii, & illos qui artibus odiosis, & susurris, magicis homines occidunt,vel mala medicamenta publicè vēdunt. de occidentibus Cardinales,dic vt in ca.felicis. de pœn.libro sexto,de occidentibus episcopos,dic vt in cle.si quis suadēte.de pœn.de assassinis dic,vt in c.pro humani.de homi.libro 6. † Item crimen parricidij asperrimum,quod incurrunt, qui parentes, vel filios, aut omnino affines, qui nuncupatione parentum continentur,fato præpararunt clam,aut palam admittēdo, & eos,quorum dolo id factum est,vel conscij criminis fuerunt, licet extranei sint,quos punit.l.Pompeia,de paricid.vt suti ī ęculeo,cum cane,& gallo gallinaceo 7.ann.& vipera, & simia,ĩter eas ferales angustias compressi,secundum quod regionis qualitas patitur,vel in vicinum mare, vel in amnem proijciantur, ut omnium elementorum vsu viui carere incipiant,& eis cœlum superstitibus,& terra mortuis auferatur. † Item crimen falsi, qđ incurrunt testamentum, vel instrumentum falsum scribentes, signantes,recitantes,subijcientes,aut signū adulterinum facientes,sculpentes, & præmentes, scienter dolo malo, quos punit. l.Cornel.de falsis pœna cōsimili sicariorum, & veneficorum.l.si vteris.& per totum.C.& ff.de falsis.de falsatoribus litterarū apostolicarum dic,vt c.quàm graui.& c.ad falsariorum. de crimine falsi,de dissigilantibus literas dic,vt in c.cum olim. de rescrip. & c.olim.de offi.delega. † Item crimen inferentium vim publicā cum armis, quos.l.Iul.de vi publica punit pœna deportationis. l.si quis a se fundum.C.ad l.Iul.de vi publi.& ff.eo.titu.per totū. † Item crimē inferentium vim priuatam sine armis, quos.l.Iul. de vi priua.punit publicatione tertiæ partis bonorum.ff.& C.ad l.Iuliam de vi priua.per to. † Item crimen rapientium virgines, aut viduas,aut sanctimoniales,vel pueros &c.& eos, qui opem flagitio dederunt,quos puniunt leges raptores.C.de rap. virg.& de episcopis,& clericis. † Item crimen peculatus, quod incurrunt furantes pecuniam publicam,vel rem sacram, aut religiosam, & iudices, ac officiales administrationis tempore publicas pecunias subtrahentes,aut ministerium eis adhibētes, vel ipsas subtractas pecunias ab his scienter suscipientes, quos.l.Iulia peculatus punit pœna capitis.ff.ad l.Iuliam peccula.l.prima,& per totum. † Item crimen plagii,quod incurrunt distrahētes filios alienos,& seruos fugitiuos,aut liberos homines transportātes, quos punit.l.Flauia. de plagiar. interdum pœna capitis ex sacris constitutionibus, interdum verò leuiori.ff.ad l.Fauiam de plagiar.per totum.† Item crimen ambitus,quod incurrunt dantes pecuniam,vt sortiantur honorem aliquem extra vrbem Roma nam,& stantes in magistratu vltra annum, & ingredientes,domum iudicum, & iudices noua vectigalia instituētes, quos l.Iulia de ambitu punit in centum aureis. ff.ad l.Iuliam. de ambitu. per totum.sed secundum iura canonica tales incurrūt gyeciā, & simoniam, de quo plenè in decretis prima quæst. per totum, & extra de simo.per totum.aliquando etiam mentalem,de quo plenè per Doct.in c.tuā.de ęta.& quali. † Item crimen repetundarum,quod incurrunt iudices pecuniæ interuentu aliquid facientes,vel omittentes,quos l.Iulia repetundarum punit in quadruplum ciuiliter, & quandoque criminaliter extra ordinē.ff. ad l.Iuliam repetund. per totum. † Item crimen eorum qui faciunt,vt annona carior fit,quos lex Iulia,de annona punit in viginti aureis.ff.ad l.Iul.de annona,per to.† Item crimen eorum, qui in vsum suum conuertunt, quod superfuit ex aliqua administratione publica eis commissa,quos punit.l.Iulia.de residuis, in tertia parte pluris simpli.Item crimen Turpiliani. Item crimē falsę monetæ.l.j.C.de falsa mone. Ex qbus possibile est summo digito,& quasi indice prædicta tangere.Diligentior autem sciētia ex libris digestorum,scilicet 48.libro. Deo propitio aduenit, vt notabiliter dicit tex.Institut.de publicis iudic.in fi.† Eradicabuntur pariter delicta,& crimina,seu maleficia priuata,puta furtum manifestum,illatio metus.Item datio pecuniæ, vt calūniæ causa alicui negocium fiat,vel non fiat.Item exactio executorū litium, qui contra constitutionis condictitiæ normam a reis quicquàm exigunt,de qbus omnibus pœna quadrupli puniendis,tractat tex.Institu.de actionib §.quadrupli.Item crimen improbum raptorum rerum alienarum: † quia licet raptor etiam furti in quadruplum teneatur,renetur etiam propria actione infra annum quadrupli,in quo simplum computatur,scilicet rei persecutio,post annum verò simpli. † Item crimen inserētium in libello cōuentionali maiorem summam veræ extimationis, vt exinde viatores executores litium ampliorem summam nomine sportularum exigant.ex lege nanque condictitia, & nouis constitutionibus tales puniuntur in triplum.Institu.de actionibus. §. tripli. † Item crimen furti non manifesti, & serui corrupti, quia fur non manifestus punitur pœna dupli. Institu.de furt.§.non manifestis.& l.si quis seruo.& l.vt tantum.C.& ff. de seruo corrup.Item crimina de tigno iniuncto, & eius qui testamento liber esse iussus,& post mortem domini aditam hæreditatem subripuit, furti aduersus nautas,caupones, & stabularios. Item aduersus familiam.Item crimē arborum furtim cęsarum. Item crimina incēdij,ruinæ, & naufragii rate, naue expugnata. Item crimen famosi libelli,& contumeliæ, & iniuriarum, tam realium,q̄ verbalium,&c. † Item oīa crimina extraordinaria,vt puta sepulchri violati,cōcussionis,de abigeis, de quo ētī c. quia pleriq;.de immunitate ecclesia.Itē crimina præuaricatoris,receptatoris,furis,balnearij, effractoris,& expilatoris. Itē crimē expilatæ hērditatis. Itē crimen stellionatus.Itē crimē termini amoti, & crimē collegij illiciti.Itē ubique agi posset populari actione, de quibus omnibus sunt speciales tituli successiui in ff. lib. 48. Item omnia quasi maleficia,puta facientium litem suam,& malè iudicantium,& eorum qui ex domibus propriis aliquid deiecerunt,uel effuderunt,& exercitorum,& temere litigātium, & album corrumpentium, & vxorum res amouētium de domo viri,denique quæcunque alia varia extraordinaria crimina etiā ciuilia,de quibus Institut.de oblig.quæ ex quasi maleficio,&c.& ff.de variis,& extraordinariis criminib.& in aliis proprijs titulis. C.& digestorum,& sufficere volo Canonistis hunc breuē transcursum ad aperiendam viam exufflādi, & accēdendi ingeniū, & studium, & memoriam a quibus veniam peto de nimia brevitate, quam exigit præsens opusculū solum simplicium introductiuum. † Et loco superbiæ,de qua in c.nullus.de ser. non ordinan.eradicatur, plantatur, & ędificatur humilitas, quæ nihil splendidius in episcopali ceruice fulget.100.dist.contra morē. Circa etiam virtutem humilitatis sciendum est, quòd ab humo dicitur, secūdum Ber.in libro de gradibus humilitatis & est virtus,qua homo verissima cognitione sibi vilescit,& glorioſa dicitur,quia illa paliari etiam se appetit superbia, ne vilescat. octaua quæst.prima, in scripturis. de talibus dicitur, quòd sub agni specie lupum gerunt,de hæreti.vt offic.libro sexto, & inter 10. † humilitatis indicia, quæ ponit Cassian. 8. est, cum quis se reliquis inferiorem non superficie pronunciat, sed intimo cordis affectu. † Vnde dicuntur tres gradus humilitatis. Primus, subdere se maiori,& non præferre se ęquali. decima septima distin. de Constantinopolitana.Secundus, subdere se ęquali,nec præferre se maiori. Tertius, subdere se minori, de pœn. distinct.secunda,cap.primo.prima dicitur sufficiens, & necessaria. secunda abundans.tertia superabundans. † & de humilitatis efficacia diabolus ad Macharium in vita Patrum ait,ieiunas interdum, & ego nullo cibo vnquam reficior: tu sępe vigilas, me nūquam sopor oppressit, sola tua humilitas me vincit. † & dicit Ambrosius,quòd humilitas est clauis, quæ aperit regnum cœlorū, & referat ministeria scripturarum. & Gregorius, qui sine humilitate virtutes congregat, quasi in ventum puluerem portat, & vnde aliquid ferè nititur in deterius cęcatur.vide 23.distinctio.

Deo,

Source : BIU Cujas

Deo,& c.distinctio.contra morem,& Ioan.And.in clementina
39 prima,in fi.de religio.domib. † & illud quod dictum est sup. de ieiunio,& eleemosina,dico de aliis operibus pijs, quæ dicuntur misericordiæ,quorum septem dicuntur spiritualia, alia septem dicuntur corporalia.Spiritualia hoc versu comprehenduntur.

Consule, castiga, solare, remitte, doce,fer, ora.

Consule, scilicet errantibus,vt in viam salutis redeant, castiga discolos, vt non damnentur. Solare afflictos, ne in desperationem incidant.Remitte iniuriantibus,vt eos pœniteat.Doce ignaros, vt tanquam cęci non cadant in foueam. Fer, idest patiens esto in tribulationibus,exemplo Christi,& Sanctorũ.Ora,
40 pro viuis,atque defunctis, † de cuius orationis fructu, vide plenè per gl.in element.si dominus.de reliq. & vene. Sancto. super verbo,orationes.& per Hostien.in Summa,de pœn. in §.quis sit effectus.versic.casus autem,de quo plenè in c. cum creatura. de
41 celebrat.missa.& in c.cum Marthæ.eod.tit.†pro defunctis dixi, quoniam cantat ecclesia, ꝙ sancta, & salubris est cogitatio pro
42 defunctis exorare,vt a peccatis soluantur. † nam animæ defunctorum quatuor modis soluuntur,aut oblationibus sacerdotũ, aut precibus Sãctorum,aut charorum eleemosinis, aut ieiunio cognatorum. 13.quæst.vlt.c.animæ defunctorum.facit cap. pro
43 obeuntibus.ead.distin.& c.tempus. & c. † Ambrosius. etiam si fuerint in patibulo suspenti, quibus non est neganda communio,ead.distinct.c.de quibus.& in clemen.cum secundũ.de pęn. & remissio.& ca.2. de furt. Similiter illis etiam non est neganda eucaristia,secundum quod scribit Ioan.And.in c. sanè. de celebra.missarum.nec ecclesiastica sepultura,& debent induci ad pę nitentiam petendam,vide glo.in dicta clem.cum secundum.in verbo,pœnitentia,vide in c.primo,& secundo. de torneam. & c.cum Marthæ. in fin. de celebra. missa. nisi mortuus esset san-
44 ctus,&c. † quia tunc iniuriam faceret martiri,qui oraret ꝓ martire,&c.vt ibi.Alia verò septem opera corporalia hoc versu cõprehenduntur.

Visito,cibo, poto, tego, redimo, colligo, condo.

c.Cum ex eo.de pęniten.& remissio.Visito, scilicet infirmos. Cibo,esurientes.Poto,sitientes.Tego,nudos. Redimo, incarceratos.Colligo,hospites.Condo,corpora defunctorum,illa sepe
45 liens.† Quibus misericordiæ operibus mensura poni non põt, nec tempore diffiniri 26.q.5.is qui de pœn.dist.2.multiplex.no. glo.in clemen.j.de pœni. & remissio.& circa humilitatem vide
46 tractatum,quem feci,qui intitulatur de sac.humilitate. † Alius principalis fructus est,quoniam plantabuntur, & ędificabũtur virtutes,videlicet tres.Primò theologicæ fides,spes,& charitas. fides sine operibus mortua est 1.q.j.c.fertur.vide in c. cum Christus.& de hæret.& in c.primo.de sac.vnct.& quod dixi sup.ī quæstione de verbo Dei.Spes in suffragijs,scilicet præmijs, & auctoritat.prima ponenda est in sanctis,secunda in solo Deo. secũda triplex,scilicet veniæ,gratiæ,& misericordiæ. Effectus eius a tribulatione liberat,confortat pereuntes, mentem releuat, saluat temporalia,ministrat,comparatur galeæ salutis,anchoræ,medi-
47 cinæ,gemmæ,solatio,claui,& c. † Differt a fide, quia illa de præteritis,hęc de futuris:illa de bonis & malis,ista de bonis tantum: illa de bonis suis & alienis, hæc de suis tantum, vtraque tamen de inuisibilibus oritur ex diuina largitate,ex abundantia meritorum,ex prægustatione ęternorum.† Charitas,quæ est fons pro-
48 prius,cui non communicat alienus.c.licet.in fi.de reg.& si quãtumcunque virtutum flore refulgeas,& in te non habeas charitatem,nihil probaris habere.c.nisi cum pridem. ver. quippe. de
49 renuncia. † & quæ ędificat,vbi scientia inflat,ut ibidem in §.pro defectu.supplet imperfectum scientiæ,& tanquam perfecta fo-
50 ris mittit timorem.20.q.j.illud 23.q. 6. in fi. † & quatuor morales,siue Cardinales,videlicet prudentia,iustitia,fortitudo,& tẽperantia.De prudẽtia satis dictum est sup.in quæst.proximè prę-
51 cedente. † Iustitia, de qua dic, quòd in omni gente qui facit iustitiam acceptus est Deo.c.ad decorem.de iusti.& non põt esse, vbi charitas non est:& dilectio proximi, quæ malum non ope-
52 ratur.c.vbi sanè.24.q.j. † Fortitudo,quæ tenet medium inter audaciam, quæ vitium est, cuius contrarium vitium est pusillanimitas.no.Ioan.And.in c. exigit. de censi. in nouella. † Temperantia,quæ est habitus uoluntarius electiuus refrenans concupi
53 scentias delectationũ tactus,& sic passiones castigans vehementes præcipuè circa summè difficilia,cuius partes integrales,tanquam eius conditiones sunt verecundia & honestas, partes verò subiectiuæ sunt abstinentia & castitas, partes verò potentiales sunt continentia,clementia,& modestia, quæ se habet circa mediocriter difficilia, & plenè de hac virtute vide in tractatu, quem feci,qui intitulatur de morali temperãtia Circa has quatuor virtutes sciendum est,ꝙ temperãtia, & fortitudo sunt purgatoriæ passionum insurgentium se in voluntate hominis,uel actionibus seruientium hominis.Modificat enim temperanter delectationes existentes in cibis,& venere:fortitudo uerò timores,& audaciam,quæ sunt circa pericula corporis. & dicuntur purgatoriæ,quia sunt hominum nõdum purgatorum a passionum insultibus,& per consequens non summè perfectorum, ad id tamen toto conatu tendentium:aliæ sunt solum tenentes animam hominis in Deo,& in summa perfectione,vt si temperantia terrenas concupiscentias ignoret,fortitudo passiones nesciat,prudentia solis diuinis intendat, iustitia mentem cũ Deo perpetuo fœdere teneat.& quia hæc sunt solum hominum totaliter purgatorum,dicuntur homines ijs purgati a passionum molestiis,quod est paucissimorum in hac uita. vnde Aug.11.de Trinit. ꝙ nunc agit iustitia in subueniendo miseris, quòd prudentia in præcauendis insidijs, qđ fortitudo in perferrendis molestiis,quod temperantia in coercendis delectationibus prauis, ibi non erit, ubi nil mali erit, sed iustitiæ erit Deo regenti esse subditum,prudentię nullum bonum Deo præponere,uel equare,fortitudinis firmissimè cohærere.Temperantiæ nullo affectu noxio delectari, ut de his plenius habetur per glo.in clemen.ad
54 nostrum.versi.sexto. de hæretic. † Quid sit virtus, & quales, & qualiter gradus sunt in uirtute,& an Adam habuit ex creatione virtutes.; 2.quæst.quinta,de pudicitia.de consecrat.distinct.tertia,hæc quæ de charitate,& §. Romanos. Quibus correspondẽt tanquam habitibus septem beatitudines, tanquàm eorundem habituum actus,videlicet paupertas spiritus,mititudo,luctus,fames,& sitis iustitiæ,misericordia,mundicia cordis, & pax. qbus congruunt septem merita,videlicet regnum cœlorum, possessio terræ,consolatio,saturatio, misericordiæ consecutio,Dei vi
55 sio,filii Dei uocatio. † Sunt ergo septem merita beatitudinum, & quidem uera beatitudo,cum sint actus perfectæ virtutis, sed tamen diminutæ,& imperfectæ beatificant.patet enim, ꝙ paupertas,& luctus,& desiderium iustitiæ,& reliqua, diminutũ bonum sunt : præmia verò prædictis meritis debita sunt perfectæ beatitudines, scilicet regnare in cœlis, possidere terram uiuentium,consolari, saturari, superabundare,Deum videre, & filiũ Dei esse,cum plenitudine misericordiæ, quam summam beati-
56 tudinẽ diminutè beati merentur,& sperant. † Tripliciter ergo beatificantur merita illa virtutum.Primò,præsenti beatitudine virtutum.Secundò summa,& perfecta beatitudine,eam scilicet disponendo meritoriè.Tertiò,eam sperando securè,& tamẽ diminutè, donec ueniat quod perfectum est, & euacuetur quod ex parte est.Congruit autem ordo meritorum, quia initium & fundamentum eorum est humiliatio sui, & abdicatio suorum,
57 ideo primum locum tenet paupertas spiritus.† Ex his sequitur mansuetudo.glo.non est mitis,qui prius pauper non fuit.difficile est enim secundum gradum ascendere,nisi primum ascendens,quia inter diuitias,curas,& odia,animus non est mitis: & qa inter seculi curas leuitas animi sępe irritatur luctu, fit tempera-
58 tio mansuetudinis. † Qui autem pauper,humilis,mitis,& lugẽs est,accenditur continuo desiderio, vt perficiat Dei uoluntatẽ, qui non sitiuit iustitiam,iam non potest misericordiæ altiorem gradum conscendere,quia non bene miseretur, qui non est iustus.his autem altior est munditia cordis, sed demum pax, quæ superat omnem sensum cunctis supereminet. Congruit etiam ordo præmiorum:nam primum præmium est, ut homo terre-
59 nus fiat cęlestis,immo quòd ipsis cœlis imperet,† sed parum est dominari in cœlis,nisi se ipsum possideat,ideo excellẽtior beatitudo est possidere terram,& seipsum,sed hanc superat consolatio diuina omne gaudium continens.maius verò est saturari viris bonis, quàm consolari. saturitatem uerò excedit superabundantia misericordiæ, quam largitur misericordia diuina: sed excelsius est Deum videre præsentialiter,a quo proueniunt consolatio,saturitas,& superabundantia,vltimo cunctorũ eminentissimum est hęreditario iure habere Deum,quod filijs eius datur.Quæ omnia beatitudinis præmia vnicuique merito virtutum Deus largitur,sed per approbationem quędam conueniũt singula singulis.Concludo ergo, quòd qui sic prospexerit in lege perfectæ libertatis, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit, sicut & qui audit verbum
60 Dei discernendo, & custodit illud obseruando, † declaratur autem vtrum quis verè sit pauper spiritu,mansuetus, uel mitis, lugens, esuriens, & sitiens iustitiam, misericors, mundus corde, & pacificus, dum propter iustitiam persequutionem alacriter patitur, eius merces copiosa est in cœlis, & qui hæc sitiunt, verè beati sunt,si fecerint ea.Ioan.13.& beatificabuntur in glo-
61 ria. † Nam & econtra, infœlices in hoc,& in futuro seculo sunt diuites, superbi, & auari, quoniam ipsorum est seruitus idolorum. & infernales infœlices, iracundi, & crudeles,quoniam
62 ipsos possidebit ignis damnatorum. † Infœlices, qui exultant in terrenis fœlicitatibus, quoniam ipsi cum maledictis contristabuntur, nam extrema gaudij luctus occupat: Infœlices, qui incrassantur, & inebriantur in iniustitijs, quoniam ipsi a mente alienabuntur, & ab omni ueritate, & bono. Infœlices,
63 inuidi, quoniam ipsi omni misericordia priuabũtur,† est enim impossibile crudelem bene finire. Infęlices corde polluto, vano,& indurato, quoniam ipsi Dei uisione priuabuntur: etenim peccãt in spiritum sanctum irremissibiliter.Infelices belli,& discordiarum zelatores,quoniam filij diaboli vocabuntur, & hæ-
64 reditabunt eum.† Infęlices insuper, qui exaltationes cõsequuntur propter iniustitiam, quoniam ipsorum erit semper ꝓpetua seruitus inferorum absq; vlla redemptione. nam sedes Ducum

Source : BIU Cujas

65 superborum destruit Dñs, & sedere facit mites pro eis. † & qui custodit legem beatus est,& qui suffert tentationem, & qui intelligit super egenum,& pauperem, & qui post aurum nō abijt, nec sperauit in pecuniæ thesauris,& qui timet Dominū, & ambulat ī vijs eius,& beatus post se relinquit filios, & super omnia bona sua constituet eum Dominus,& præcinget se,ac ministrabit ei 23.q.5.ad fidem 24.q.5.c.a recta.cum similib.& 23.q.4.§.ex
66 his.† Beatitudinibus verò vltra congruentiam meritorum,de q bus supra, succedunt dona spiritussancti quasi earundem 7.virtutum delectationes, & instinctus diuini in quibus præmeditatus animus mouetur ad bonum,videlicet,sapientia,intellectus, consilium,fortitudo,scientia,pietas, & timor Domini. Sapientia enim quasi Sol illuminat, de spe, & certitudine ęternorum contra stultitiam,& correspondet virtuti charitatis:sapientia.n. infusa,quæ est donum,non est charitas,sed magis effectus intellectus, quasi Venus illustrat intellectum stabilitate penetrandi audita cōtra hebetudinem,& tarditatem ingenij. Et correspondent virtuti fidei,Isai.7.nisi credideritis,non intelligetis.Consilium quasi Mercurius illustrat mentem in agibilibus,quid,videlicet eligendum,quidve fugiendum sit contra præcipitium, & dirigitur a dono consilij,quod est de melioribus bonis. Et correspondet virtuti prudentiæ,quia circa ea quæ sunt agēda propter finem,sicut ipsam adiuuans,& perficiens. Fortitudo quasi Mars illustrat mentem radio confidentiæ,ne aduersa timeat cōtra pusillanimitatem correspōdet virtuti fortudinis, quod dat fiduciā euitandi quæcunque pericula. Sciētia quasi Luna illustrat mētem de veritate creatorū contra ignorantiā infusa correspōdet virtuti fidei. Et est solū circa res creatas. Pietas quasi Iupiter diffundit corda miserationis ad proximum contra crudelitatē corresp̄ondet virtuti iustitiæ.Timor Domini, quasi Saturnus pondere suæ lucis præmit mentem,ne de acceptis bonis superbiat, sed ęterna requirat.& hoc contra superbiam,& præcipuus est filialis, per quem timemus ab auxilio diuino nos subtrahere, cuius obiectum est malum.ideo timor,& spes inuicem correspondent,& perficiunt se,secundariò autem correspondet virtuti tēperantiæ ad fugiendum ea, quæ maximè alliciunt ad vitandam
67 Dei offensam.est & timor seruilis,& initialis,qui non sunt dona spiritussancti.† Et vocatur timor seruilis, quia refrēnat a temeritate formidine pœnæ.62.distinctio.docendus,de electio.cum in cunctis.C.de emenda.propinquorū.l.prima. iuxta illud, Oderunt peccare mali,& c.nec habet per se prȩmium,nisi quia solet inducere filialem. Timor autem seruilis,secundum Gregorium est,in quo viuit peccandi voluntas.Et sequeretur opus, si speraretur impunitas, & pertinet ad seruum. initialis autem respicit amissionem præmij,& pertinet ad mercenarium. Filialis autem respicit offensam,& propriè ad filium pertinet,vt no. glo.in ca.
68 eum qui.ad fin.de præben.libro sexto.† donum ergo sapientiæ inflammat amorem intellectus,occulta manifestat, consilium dirigit in via.fortitudo confortat timida,scientia delectat, pie-
69 tas seipsam extra multiplicat, timor fugat inimica,† quia in timore Domini declinat omnis a malo,Numeri 16.Sunt ergo dona spiritussancti quędam habituales animæ delectationes,& dispositiones,ac perfectiones potentiarum ciusdem, quibus reddimur bene prompti, & mobiles a spiritu sancto, sicut virtutibus moralibus potentiæ appetitiuæ redduntur bene mobiles a ratione, & sunt dona perfectiora virtutibus moralibus. & intellectualibus, in quibus mens humana habet se, vt mouens,& ut mota.Et horum actus manent in patria, licèt non actus virtutum, & naturalem facultatem excellunt, & cōmunia sunt om-
70 nibus sanctis, & participantur a creaturis, ac sunt gratuita.† vnde Chrisostomus ait, donum spiritussancti non datur inimicis. Ideo oportuit nos prius reconciliari per mortem Christi glorificati,& postea accipere spiritumsanctum. Adde omnino text.
71 de pœn.distin.secunda. c.quærendum. † Alius autem principalis fructus est, quia in tantum possunt reformari visitati, quod possunt consequi duodecim fructus spiritussancti.Et sunt ij, videlicet charitas, longanimitas,gaudium, pax, fides, bonitas, benignitas,patientia,mansuetudo, modestia, continentia,& castitas.Et sunt ij fructus similiter, delectationes de actibus virtutū, hoc est de beatitudinibus.inquantum enim homo hēt delectationem in suo actu,dicitur assequi fructum: inquātum verò est quid secundum operationem operās, dicitur habere rationem virtutis.Et in eo consequuntur ad beatitudines. Important eiñ delectationem quandam spiritualem,quæ consequitur pfectos actus virtutum. Et important quoddam vltimum in operatione, non autem in cognitione tantum.Et sunt primus fluxus fructuosus pertinens ad gratiam gratum facientem : & sunt quoddam præcipuum,quod nascitur ex virtutibus, quibus spiritussanctus fœcundat animam, quam irrigat, & in eis quasi fructibus animus pascitur, & delectatur.Et eo irrigante producuntur ex arbore virtutum.sunt & dona.vnde cum prædicta sic fiunt ī nobis,vt delectent in spiritu fructus eius sunt, secundo ad Corint. in suauitate, & spiritu sancto, ecclesiastici vigesimotertio, spiri-
72 tus meus super mel dulcis. † charitas ergo, & suauitas amoris, quæ nascitur ex arbore charitatis est,operante spiritu sancto,ad Roman.5.charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū
73 sanctum. † Longanimitas est respectu boni absentis,quæ nascit ex arbore spei operante spiritussancto, ad Ephesi. primo. signati
74 estis spiritu promissionis. † Gaudium respectu boni præsentis, & nascitur de bona conscientia per spiritumsanctum, Lucæ de-
75 cimo.Exultant in spiritusancto.† Pax est securitas respectu boni possessi tenendi, & nascitur ex arbore confidentiæ per spiritumsanctum,quia omnem perturbationem remouet,vt securè bonum habitu possideatur. Et sic intelligitur Esaiæ quarto, ibi,
76 erit in securitatē,& in absconsionem,a turbine,& a pluuia. † Fides respectu veri transcendentis,quæ dicitur fructus, cum delectabiliter creditur,& nascitur ex arbore intelligentiæ operante spiritussancto.Sapiētię nono. sensum tuum Domine quis sciet,
77 nisi dederis spiritumsanctum tuum? † Bonitas respectu boni tribuendi quibuscunque affectus, videlicet animi est omnibus se communicandi cum dilectione, qui fructus nascitur ex pietate per spiritumsanctum Sapientiæ duodecimo O quam bonus,&
78 suauis est spiritus tuus Domine. † Benignitas respectu boni tribuendi etiam mala inferētibus: benignus enim est,qui maliuolis bene facit,& nascitur ex arbore charitatis operāte spiritussancto,Sapientiæ primo.benignus est spiritus sapientiæ.Et propte-
79 rea dicuntur hi duo fructus correspondere dono pietatis.† Patientia respectu mali affligentis est tolerare etiam cum delectatione, nascens ex arbore fortitudinis per spiritumsanctum,
80 Sapientiæ 5.contra illos stabit spiritus virtutis.† Mansuetudo respectu mali illati,ne vindicetur,nascitur ex arbore humilitatis, cuius auctor est spiritussanctus, primo ad Corint. 4. veniam ad vos in spiritu mansuetudinis.Modestia est respectu hominis ad seipsum,quantum ad compūctionem, & modum debitū actuū suorum,nascens ex arbore prudentiæ, cuius auctor est spiritussanctus.Prouerbiorum 10. & Sapiētiæ septimo. Spiritussanctus
81 modestus est,& suauis.† Continentia respectu omnis mali cauendi generaliter, cum quis a malo abstinet, qui prouocatur, nascens ex arbore rationis, cuius proprium est cōtinere animū per spiritumsanctum.Sapientiæ octauo.Non possum esse continens,nisi Deus det.† Castitas respectu concupiscentiæ fugiędę,
82 quando delectabiliter a voluptatibus abstinetur, & nascitur ex arbore temperantiæ per spiritū sanctum, Matthæi duodecimo. In spiritu Dei eijciuntur dęmonia,idest carnis concupiscentia. & ad Galathas quinto.si spiritu ducimini,non estis sub lege,sci-
83 licet carnis.† Quod qa non intellexerunt Begini,ideo vt hæreti ci damnantur in clementina, ad nostrum, versiculo tertio, de hæret. Tunc ergo sunt fructus,cum delectabiliter perficiuntur, vt satis patet ex præmissis.& vide vigesimaquarta quæstione prima audiuimus.

84 † Alius fructus principalis erit fructus resultans ex sacramentis ecclesiæ. Et illorum exercitium, seu ministerium, videlicet ex baptismo,confirmatione,extrema vnctione,pœnitentia, eucharistia,ordine,& matrimonio. ex qbus quidem septem sacramentis,quinque sunt necessaria,scilicet prima,& duo voluntaria,scilicet vltima.quatuor nō reiterabilia, videlicet baptismus, chrisma,extrema vnctio, & ordo. Tria verò reliqua reiterabi-
85 lia.† Vltimum tamen, videlicet sacramentum matrimonij reiteratum inducit bigamiam, de qua in capitulo debitum. de bigam.Et excluditur a benedictione sacerdotali, capitulo primo,
86 de secund.nup. cum concordantibus.† Et est baptismus ianua omnium sacramentorum, de quo plenè, de consecratione, distinctione quarta, per totum. Et extra de baptismo, & eius effe-
87 ctu. In antiquis, Sexto,& Clementinis.† Chrisma verò est confirmatio soli episcopo competēs,de quo in capitulo primo. versu.de secunde.de sacra vnctione.Et cōficitur chrisma ex oleo,
88 & balsamo,mystica ratione,de qua ibi.† Nec valet consuetudo, qꝰ minor episcopo conferat huiusmodi sacramentum .c.quanto.de consuetudi. Extrema vnctio, quæ fit cum oleo infirmorum.de qua in d.c.primo.ver.de prima.de sacra vnctio.† Pœni-
89 tentia verò perficitur ex tribus,ex cordis contritione, oris confessione,& operis satisfactione. Nam cum ex corde procedant omnia mala, & ex lingua succesſiuè multipliciter offendatur Deus & proximus, & ex opere perficiatur omne peccatum, ita ex cordis contritione, oris confessione, & operis satisfactione omnis vera perficitur pœnitentia,vt in c. perfecta. de pœnit.distinct.j. † Quamquàm gratia ꝓueniens dici possit remittere culpam,vt plenè per glo.de pœni.dist.j. in summa. Absolutio verò
90 sacerdotis dicitur ex potestate clauium pœnam perpetuam cō mutare in temporalem iniungendo arbitrariam pœnitentiam ex arbitrio pœnitenti.c.ponderet.de pœni.distin.5.cum simi.&
91 c.omnis.de pœni.& remis.† Ad quod arctat vnumquēq; saltē semel ī anno,cum ad annos discretionis peruenerit sua solum peccata proprio sacerdoti confiteri, & sibi iniunctam pœnitentiam peragere,& sacerdotem arctat ad illum secretum tenendū
92 sub pœna depositionis ab ordine,& beneficio.† Eucharistia etiā semel in anno sumenda est,vt ibi hr̄, de cuius excellentia sacramenti plenissimè tractatur,de cōsecra.dist.2.per totum.† Ordo verò est sacramentum,qꝰ administrantibus in ecclesia ꝓfer̄, de
93 quo plenè.25.dist.c.perlectis. vbi connumerantur omnes ordi-

nes,

Source : BIU Cujas

nes.21.dist.cleros.23.distin. episcopus.& c.sequen. & c.de eo.de temp.ordinan.quorum tres maiores, videlicet subdiaconatus, diaconatus,& presbyteratus, sunt sacri. Reliqui verò minores,
94 videlicet,acolitatus,lectoratus,exorcistatus,hostiariatus,† psalmistatus,ideſt tonsura prima,quæ est ordo clericalis, vt in c. cũ contingat.de æta.& qualita.& plenè nota.ibi quare dicũtur minores, quia non sacri. Tonsura verò licèt priuilegium clericale inducat, nõ tamen inter ordines enumeratur per Theologos.
95 †Episcopatus autem licèt ſm Theologos etiam non sit ordo, ſm Canonistas dicitur esse ordo,vt plenè concludit Io.Andre. in salutatione 6. lib. in gl.super verbo,episcopus, pro quo optimè facit tex.in c.aqua.de consecra.eccle.vel alta.vbi hoc notat
96 Abbas. † Matrimonium autem dicitur sacramentum communius omnibus aliis, cuius bona præcipuè sunt tria, fides, proles, sacramentum, & perficitur per verba de præsenti inter valẽtes
97 loqui.Et bene dicitur,& parit cognationẽ carnalem. † Per verba verò de futuro non contrahuntur nisi sponsalia, inducentia iustitiam publicæ honestatis,& concernentia istud sacramentũ plenissimè examinantur à 27.causa vsq; ad finem causarum,in Decretis,& in 4.Decretalium,per totum, & 6. & Cle.in titu. de sponsa. & ma. de quibus omnibus satis dictum est in quæstionibus præcedentibus,quantum.ſ.attinet ad officium visitatorum.
98 † Alius principaliter fructus est, fructus regulatiuus quinq; sensuũ corporis.ſ. visus, auditus,gustus,odoratus,& tactus. & adde
99 affatus,& incessus. Primus ergo sensus est visus oculorum,† vnde oculus mentis purus erit.j.q.j.multi. & oculus corporis pudicus.32.q.5.qui viderit.& oculus administrationis erit prouidus. 93.dist.diaconi,primo & secundo.6.q.j.oues. & de offic.. Archi.
100 ad hæc no.gl.in c.quorundam.de elect.lib.6.† Cæco tũ verò mi serendum est,vt in c.licet.de censi.c.quotiens cordis oculus. & 35.q.5.nec solo.& c.seq.Solum Deum etiã iudicantes præ ocu-
101 lis habebunt.c.qualiter & quando.de accusa.† Auditus per verbum, vnde non coaceruabit sibi magistros prurientes auribus, vel adulatores quos iura puniunt.c.sunt nonnulli. & c.clericus. 46. dist.nec à veritate auditum auertant faciles aures præbẽtes calumniatoribus,quos etiam iura puniunt, & detractatores, & infamatores.c.accusatores.25.dist.& c.calumniam.de pęni. nec
102 ad fabulas conuertentur,† cum sit prohibitum Christianis poetica figmenta legere.37.dist.ideo.Gustus quoq;,vnde non vocabunt ebrietatibus, quia ebrii regnum Dei non possidebunt. c.j.de reliqui.& vene.Sancto.temperabũt se vino,in quo est lu-
103 xuria,& neminem ad bibendũ excitabunt,† cum ebrietas mẽtis inducat exilium,& libidinis prouocet incentiuum, non vocabunt etiam comessationibus.c.comessationes.44.distin.& c. deniq;.4.dist.c.à crapula.de vita & hone. cle.sed obseruabũt ieiunia,vt de obseruatio.ieiu.per totum.Odoratus,vnde nõ odorabunt fętorem vitiorum, sed odorem vnguẽtorum virtutum,
104 † sicut & Papa delectatur potius in odore bonæ opinionis episcoporum,q̃ in eorum infamia.c.licet, de accu.Item odorabũt odorem notitiæ Dei, & pietatis designatum per tactum nariũ cum saluia in baptismate.c. postea. cum sequen.de consecratione,dist.4.Tactus etiam, vnde non osculabuntur aliquos impu-
105 dicè.† Est enim osculum mulierum prohibitum monachis expresè.c.monachi.de consecratione dist. 4. Et quomodo ac qñ oscula,amplexus, vel tactus maximè pudibundorum sit mortale peccatum,plenè examinat glo.in clemen.ad nostrum.ver.7.
106 de hære.† Affatus linguę.vnde cauebunt à peccatis linguę,quę sunt quãplurima,& præsertim maledicus,&c.ne puniatur, iuxta c. clericus maledicus. 45. dist.nec verba etiam depressa,& in
107 infamiam Papæ proferat,contra c.j. de maledic. † Nec blasphemabit Deum,nec aliquem Sanctorum,& maximè beatam Virginem,ne indicatur sibi publica pęnitentia,de qua in c.2.de maledic.sic & clericum scurrilem & verbis turpibus ioculatorem ab officio detrahendum mandat Concilium Cartaginense. ca.
108 clericũ.46.dist.† Hinc etiam excõicatur, qui ad spectacula vadit,de consecratio.dist.j.qui dicit.& c.non oportet.de consecra.
109 dist.5.incessus pedum.vnde etiã non apostatabit.† Est autẽ triplex apostasia.ſ.perfidiæ,qñ quis recedit à fide.2.q.7.non potest. & inobedientiæ,qñ quis transgreditur præceptum,de maiorita. & obedien.si quis venerit.& c.illud.Et irregular.qñ quis recedit ab ordine suo,siue sumptæ religionis.50.dist.c.fi.& c.j.de apostа.
110 †& dicitur apostata,ideſt retro stans.26. q.vlt.nõ obseruet,cui minus malum esset viam Domini non agnoscere, q̃ post agnitam retroire.c.quidam.de apostа.quia qui ponit manum ad aratrum,& respicit retro,non est aptus regno Dei,vt ibi nota.& c. magnæ.de voto.simile 12.q.j.scimus.in fi.de pęn.dist.4.si refugiẽtes.versus finem dist.& abscindet omnem dissolutionis,& eua-
111 gationis materiam.c.quia in tantum.de præbendis. † Alius fructus principalis est gratiarum actio,& augmentatio cultus diuini,& laudis,ac gloriæ diuinæ,& hæc consistunt principaliter in
112 adoratione.† Cuius adorationis specie sunt tres. Latria prima, quæ est seruitus,& reuerentia Deo exhibenda. Vnde si creaturæ exhibetur,quia est honor Deo debitus est idololatria. Latria autem comprehendit quinq;,scilicet fidem,sapientiam, reuerentiam,sacrificium,& orationẽ. Prima duo sunt cordis. Alia duo sunt operis. Vltimum est oris: Dulia verò debetur creaturæ in quantum est imago Dei. Vnde Dulia est honor,qui debetur Sã
113 ctis.† De beata Virgine verò est sciendum, q̃ illi debetur dulia inquantum est persona sancta. Sed inquãtum est mater Dei, debetur ei hiperdulia. Si verò persona,cui debetur dulia,est in prælatione constituta,debetur ei reuerentia,quæ cõsistit in obediẽtia præceptorum,& in exhibitione honoris. hiperdulia etiã debetur excellenti,sicut est cruci Christi veræ,scilicet in qua pepẽdit Christus,quia fuit instrumentum nostræ redemptionis. Sed crucibus manu factis inquantũ sunt signa siue res tales nihil de-
114 betur.† Crucibus autem factis in signum Christi crucifixi debetur latria,imaginibus nanq; eadem debetur adoratio,quæ debetur & illis quorum sunt imagines,non inquantum res factæ,sed illa quorum sunt imagines adoramus, adde ca.aduersus. de immuni.ecclesia. Vnde dicebat Garsias versum,

Latria fit Domino, debetur dulia seruo.

De quo per Io.And.in c.si canonici.in fi.de officio ordina. li.6.
115 † Et attende, q̃ semper Deo,& benefactoribus sunt agendę gratiæ,de bono.c.placuit.10.q.j.44.distin.non liceat. Ad quod vide omnino.l.j.in prin.C.de officio præfecti prætorio Affricæ.& c. cum Apostolus. de censi. & est semper gloriosus Deus in Sãctis suis.c.j.de reliqui.& vene.sancto.lib.6.c.cauendum.10.q.3.& c. cum Apostolus.de censi.& hoc vult clemen. attẽdentes. de cẽsi.ibi,gratiosè recipiant.facit.44. dist. non liceat. & iubetur laudari in eisdem Sanctis suis.cle.si Dñm.eo.tit. Et hoc ideo, quia ab eo nõ omnes gratiæ procedunt gratum faciens & gratis da-
116 ta. † Gratis datæ autem gratiæ fluxus sunt octo fluẽtes extra ad aliorũ vtilitatẽ per spiritũ sanctum, quæ distinguit Apostolus.j. Cor. 12. videlicet sermo sapientiæ ad cognitionẽ diuinorũ. Itẽ sermo sciẽtiæ,ad cognitionem eorum omnium, quæ facta sunt in tempore, siue creata, siue mysteria Christi, siue humana. Itẽ fides,ideſt facultas credendi solum, quæ informis est. Item gratia sanitatum corporalium, quæ abundanter ab Apostolis fluxerunt,& frequenter ad tumulos Sanctorum emanant. Itẽ operatio virtutum,ideſt miraculorũ aliorum præter gratias sanitatum. Item prophetia,& discretio spirituum, ideſt cognitio futurorum occultorũ,dum vel insidiæ spirituum malignorum deteguntur,vel cogitata hoĩum propalantur. Item genera linguarum oĩum,videlicet loqui linguis, & loquentes intelligere. itẽ interpretatio sermonũ. i. expositio quis, videlicet, sit sensus, & intellectus cuiuslibet tam literalis, q̃ moralis, & tã anagogicus, q̃ tropologicus, fluit ergo extra in prædicationibus, cum idem sermo,aut historicè,aut moraliter,aut tropologicè, aut anagogicè exponitur:diuisiones aũt gratiarum ministrationũ, & operationũ sunt,idem aũt spiritus & Deus, qui operatur oĩa in oĩb. ad vtilitatem diuidens,prout vult singulis,sicut multa membra in vno corpore.& licèt aliqñ in peccatoribus sint, non tñ a fructum,ideo potius est optandum esse iustum,prudentem, castũ, q̃ mortuos suscitare, quia nullus damnatur, in quo manet fru-
117 ctus eius,& virtus, sed peruenit ad gloriam cęlestẽ. † Alius fructus erit fructus pacis & quietis cõis. Ad hoc enim principaliter vr̃ fuisse necessaria visitatio,vt prouincia, aut diœcesis pacata conseruetur:pp hæc enim summus Pontifex voluntarios labores appetit,vt quietem aliis præparet & pacem.c.frequens.de rest.spo.lib.6.Ad q̃ facit tex.in Auth.vt iud. sine quoquo suffra. coll.2.& in proę. eiusdẽ lib. 6. vbi pp hoc se dicit ducere noctes insomnes.facit gl.in Auth.vt diuinę iussiones, &c.in princ.coll. 9.Et pp q̃ idem summus Pontifex cõsueuit insistere ad pacẽ componendam priusquam procedat saltem ad principum pri-
118 uationem,vt in c.ad Apostolicæ,ver.sed licet.de re iud.li.6.† qa non esset hęres Christi,qui pacem eius testõ relictam non hr̃et, de quo Matthæi.33.q.j.nisi bella. Ad quam seruandam maximè tenentur Principes.23.q.j.noli.de treu.& pace. per totũ. in Au-
119 then.de pace tenen.in rubro & nigro,col.10. † adeo q̃ qui contra pacem ecclesiæ sunt,si dignitatem, aut cingulum hñt,illa debent nudari.24.q.5.qui contra pacem.causæ aũt,pp quas nõ est pax inter homines,dñr esse sex. Prima, qa non puniuntur malefitia,ecclesiastici.4.quia non profertur contra malos snĩa,&c.c. j.de offi.le.lib.6.23.q.2.Dñs.Secunda abundantia tpalium.Gen. 13.facta est quæstio inter pastores Abraam & Loth. Tertia,quia non occupamur in pugna contra dæmones,ad Ephes.5.non est colluctatio aduersus carnem,&c. Quarta,quia non considera-
120 mus damna guerræ,† in qua diuitias corpus,& animam perdimus,Hiere.56.fortis incidit in fortem,&c. Quinta,quia non cõsideramus dubium euentum belli. Reg. 12. varius euentus belli.&c.Sexta,quia non seruamus præcepta Dei, nec decimas soluimus,Hiere.3.Vtinam attendisses mandata mea.26.q.j. reuer-
121 timini.† Hinc est q̃ nõ accipit Christus,tollit fiscus.16.q.7.maiores.de quibus per gl.in d.c.ad Apostolicæ. vers. sed licet. de re iudi.lib.6.Et ideo in concilio Affricano mãdatur,q̃ pax seruetur.c.j.de pac.Item in concilio Lateranen. præcepit Alexander III. vt episcopi ad solũ Deum & ad salutem populi hñtes respectum oĩ trepidatione sepposita ad pacem firmiter tenẽdam maturum sibi consilium,vel auxilium præbeãt. Neq; hoc alicuius amore, vel odio prætermittant: q̃ si quis in hoc opere tepidus

inuentus

Source : BIU Cujas

inuentus fuerit, damnum proprię dignitatis incurrat. c. j. in fi. de
122 treu. & pace. † præcepit etiam idem Alexander in d. c. vno. in prin. treugas ab omnibus inuiolabiliter obſeruari tpibus, de quibus ibi, quæ quidem treuga eſt ſęcuritas præſtita rebus & perſonis, diſcordia nōdum finita. Sed quia non fuit moribus vtentiū approbata, hodie non ſeruatur. Conuentionalis aūt treuga ſem
123 per eſt ſeruanda, † cum fides etiam hoſti ſeruari debeat. 23. q. j. noli extimare, & no. gl. in d. c. vno. Et adde q̄ diſcordes inter ſe tenentur concordare viciſſim, & opem ferre, aliàs excōicantur, vt in c. periatum. 90. diſt. Adde q̄ non niſi pacis tempore bene
124 colitur pacis auctor, † & diſſenſiones, & ſcandala prauis actib. aditum præparant, rancorem, & odia ſuſcitant, illicitis moribus
125 auſum̄ præbent, cle. dudum. in prin. de ſepul. † Alius & vltimus fructus eſt felicitatis, ac beatitudinis æternæ patriæ acquiſitio, & aſſecutio, ad quam perducuntur corpora, & animæ perfectorū cum aſſecutione ſeptem dotium, videlicet, trium animæ, & quatuor corporum, & euaſione pęnarum infernalium, & ignis ęterni, qui paratus eſt diabolo & angelis eius, cum fletu, & ſtridore dentium, &c. Et oībus damnatis, quorum vermis non extinguetur, & quorum pàrs calcis eſt ſulfur, & ſpiritus procellarum.
126 † Beati ergo in patriam aſſequuntur quatuor dotes glorificantes corpus, qm̄ primò efficientur clari, ideſt facilè receptibiles ſpecierum ſenſibilium Item impaſſibiles, ideſt nō receptibiles paſſionum ignobilium, & hæc quantum ad ſenſum. Item agiles, ideſt non reſiſtentes motori per cōtrariam inclinationem. Item ſubtiles. vt corpora, per quæ mouemur non reſiſtant nobis, & hæc quantum ad motum per primum adęquantur trāſparentiæ aquæ, per ſecundum ſoliditati terræ, per tertium ſubtili-
127 tati ignis, per quartum mobilitati aeris, † ſecundum quatuor q̄ prietates, quæ ſunt in elementis, de quibus in c. in quadam, in fi. de celebratio. miſſarum. Prima dos etiam eſt contra nigredinē, quam contraximus ab igne. Secunda, contra paſſibilitatē, quā contraximus ab aere. Tertia contra frigiditatem, & tarditatem, quam contraximus ab aqua. Quarta, contra groſſitudinem, quā contraximus à terra. Et per primam mouetur corpus ab anima cum ſpiritibus lucidis, quantum ad perfectionem compoſitionis corporis cum eis. Per ſecundam autem ita adæquantur qualitates contrariæ, vt nulla pugnet contra aliam, quantum ad p̄fectam compoſitionem qualitatum contrariarum, per tertiam omnia organa ſine impedimento ſunt mobilia ab anima quantum ad perfectionem corporis organici cum anima, per quartam tota materia vincitur à forma, quantum ad perfectam cōpoſitionem materiæ cum forma. vnde Pau. primo ad Corinth. 15. ſeminatur in ignobilitate, ſurget in gloria, ſeminatur in corruptione, ſurget in incorruptione, ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute, ſeminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale. Ex his patet ſufficientia quatuor dotium corporis glorificati, quod cum coniuncta anima habet eſſe perfectius tanq̄ in ſuo toto ad conſequendam lauream, quæ eſt gaudium ſubſtātialis præmii, & quidam decor corporis, qui eſt gloria redundans in
128 corpore. † & etiam aureolam, quæ eſt mentis ſpirituale gaudiū, veniens ex corporepræcellenti, & priuilegiato, & eſt vna martyrum, ſecunda virginum, tertia prædicatorum actu, & non habitu tantum, quia non coronabitur niſi qui legitimè certauerit.
129 † Virginibus etiam datur fructus centenarius, viduis ſexagenarius, cōiugatis autem tricenarius, & omnibus beatis gaudium inexpliicabile, q̄ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs aſcendit meritis proportionatū, quia in domo patris mul-
130 tæ manſiones ſunt, & ſtella differt à ſtella. † Aſſequuntur etiam tres dotes animæ, quæ ſunt viſio, dilectio, fruitio. Ab aliquibus verò dicitur dilectio, comprehenſio, & fruitio dilectio: ſed reducuntur in idem, quæ quidem tres dotes correſpondent trib. virtutibus theologicis. ſ. fidei viſio, ſpei comprehenſio, vel fruitio ſm̄ aliquos, charitati verò dilectio, ſeu fruitio, ſm̄ alios. fruitio nanq; perfecta qualis in patria hr̄, includit in ſe dilectionē, & comprehenſionem, & ideo ſic diuerſimodè accipitur. Correſpondent etiam tribus animæ viribus. ſ. rationali viſio, concupiſcibili dilectio, iraſcibili verò fruitio, inquantum talis fruitio p̄ quandam victoriam eſt adepta, quatenus ſunt in ipſa mente, & non tantum in parte ſenſitiua. viſionis autem obiectum poteſt dici principaliter eſſe perſonam patris, comprehenſionis verò à perſona filii & intellectus, quia eſt intelligētia patris per quēdam dicēdi modum, fruitionis verò ſpirituſſancti perſona, cui principaliter attribuitur charitas. & dr̄ dos animæ eſſe aliquod inhærens, per quod ordinatur ad operationem, in qua conſiſtit beatitudo, ſm̄ Theologos. Ex præmiſſis ergo patet, q̄ fructus viſitationis ſunt illud ſummum bonum, q̄ aſſequi homo poteſt tam in vita. i. via. ſ. virtutum, quæ ſunt habitus beatitudinū, quæ ſunt actus earum & donorum ſpirituſſancti, quæ ſunt delectationes earundem, necnon præmiorum earundem, & donorū ſpirituſſancti illis correſpondentium, & eiuſdem ſpirituſſancti fructuum, & gratiarum, & fugæ oīum vitiorū. Et ſucceſſiuè aſſecutio quatuor dotium corporis, & trium animæ in ſumma felicitate æternæ patriæ, oīumq; vitiorum, & miſerabilium inferni
131 pęnarum euaſio & fuga, & delictorum in ſpiritū ſanctū, † quorum primum eſt deſperatio contra miſericordiam, ſm̄ verò eſt preſumptio contra iuſtitiam. Item obſtinatio contra dolorem commiſſi criminis, & finalis impęnitentia contra propoſitum de non cōmittendo. Item impugnatio agnitæ veritatis p̄tra cognitionem veri inuidentia falſa gratiæ cōtra amorem boni, & q̄ dr̄ de finali impęnitentia inquantum firmatur propoſitū nō pęnitēdi de peccato, in quo quis ſcienter decedit, non aūt prout ſimpliciter perſeueratur in continuatione peccati, & procedit ex improba voluntate liberi arbitrii directè oppugnat gratiam ſpirituſſancti per malitiam, non aūt oppugnat patrē per impo-
132 tentiam, nec filium per ignorātiam. † Vnde tanq̄ vitium oīum grauiſſimum viſitatione purgatur ſalutari, & acquiruntur inne narrabilia, & infinita paradiſi, & vitæ æternæ gaudia cum angelis beatis in æternum, & in ſeculum ſeculi duratura in cęleſtib. æternæ patriæ ſedibus. Adde de pęn. diſt. 2. illa anima, cum ſe. & c. intelleximus. in fi. de æta. & quali. Proinde viſitati cum beato & patientiſſimo Iob dicere compellentur viſitatori quærenti quæ ſunt Ieſu Chriſti, Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. Et cum plebe Naym maximam dare gloriam Deo cum gratiarum actione, pro ipſorum reſurrectione, & dicere magnificando Deū, quia propheta magnus ſurrexit in nobis, & quia Deus viſitauit plebem ſuam. & cum Zacharia Propheta laudare Deū in iubilo, & cantare benedictus Dñs Deus Iſrael, quia viſitauit, & fecit redēptionem plebis ſuæ, vt ſine timore de manibus inimicorum liberati. ſ. carnis, mundi, & Diaboli ſeruiamus illi, in ſanctitate & iuſtitia corā ipſo omnibus diebus noſtris, & quia illuminauit eos, qui in vmbra mortis ſedebant ad diligēdos pedes eorum in via pacis.

TRACTATVS ELEGANS,

De bonis per perſonas Eccleſiaſticas intuitu Eccleſiæ acquiſitis poſt mortem Relictis, vulgo Spolia nuncupatis.

Guilielmi Redoani I. V. D. Ianuenſis Vernatia, Epiſcopi Nobienſis.

SVMMARIVM.

1 *In etymologia vocabuli conſiſtit ſubſtantia.*
2 *A diffinitione eſt ſumendum principium.*
3 *Quid ſit diffinitio.*
4 *Vnde dicatur verbum ſpolium.*
5 *Spolia ſunt exuuiæ.*
6 *Quid ſit ſpolium numero ſingulari prolatum.*
7 *Diffinitio ſpoliorum Eccleſiaſticorum.*
8 *In materia ſpoliorum ſtrictè eſt, non latè interpretandum.*
9 *Applicatio ſpoliorum facta Camerę apoſtolicæ, eſt contra Ius.*
10 *Exemptio conceſſa Curialibus à ſpolijs per Sixtum, Alex. & alios.*
11 *Bona acquiſita per Clericum defunctum, ſpectant regulariter ad ſucceſſorem in beneficio.*
12 *Verba reſcripti ſunt improprianda, vt alteri nō præiudicetur, etiam ſi reſcriptum ſit in fauorem piæ cauſæ.*
13 *Prædium emptum de pecunia Eccleſiæ, efficitur Eccleſiæ.*
14 *Fructus pro penſione aſſignati, non percepti tempore mortis penſionarij, remanent ad Eccleſiam grauatam.*
15 *In hæredibus præſumitur continuari dominium.*
16 *Dominium rei legatæ tranſit recta via in legatarium.*
17 *Fructus percepti debentur hæredibus vſufructarii.*
18 *Fructus percepti ex præbenda clerici tranſeunt ad hæredes.*
19 *Fructus penſionum lucrati donari poſſunt.*
20 *Clericus poteſt teſtari de fructibus penſionum.*
21 *In beneficialibus Papa poteſt præiudicare ſine cauſa.*
22 *Papa poteſt ſine cauſa imponere penſionem in beneficijs.*
23 *In redditibus Eccleſiaſticis Clerici habent illud ius, quod eſt ſibi à Papa, & Canone conceſſum.*
24 *De redditibus Eccleſiæ Clericorum diſponunt pro victu tantum.*
25 *Decima fructuum datur pro alendis Clericis, & pauperibus.*
26 *Clericus expendens male fructus Eccleſiæ tenetur reſtituere de ſuo.*
27 *Diſtributiones quotidianæ acquiruntur percipientibus etiam quoad dominiū.*
28 *Diſtributiones quotidianæ in aliquibus locis diſtribuuntur in potu, in pane, & pecunia, & bladis.*
29 *In diſtributionibus quotidianis bene peſſunt ſuccedere hæredes.*
30 *De diſtributionibus quotidianis diſponit Clericus, veluti laborator diſponit de operis diurni denario.*
31 *Fructus penſionum, etiam non exactarum tranſmiti poſſunt ad hæredes.*
32 *Eſt ſancitum à Papa de quanta parte fructuum Eccleſiæ diſponat Clericus.*


33 Clericus

Source : BIU Cujas

33 *Clericus in testamento non potest disponere de rebus occasione Ecclesiæ acquisitis.*
34 *Res empta de pecunia aliena nomine suo est ementis.*
35 *Papa est dominus omnium beneficiorum.*
36 *Diffinitionis pensionis.*
37 *Papa pro necessitatibus Sedis apostolicæ solet reseruare fructus beneficiorũ.*
38 *Papa vtitur prouentibus beneficialibus, vti vult.*
39 *Dominium rerum Ecclesiæ est propriè apud Christum.*
40 *Papa Christi Vicarius cum omnimoda potestate.*
41 *De fructibus Ecclesiæ fiunt quatuor partes.*
42 *Papa potest tollere ius quæsitum ex lege sua.*
43 *Papa concedit, & concedere solet monachis licentiam testandi de fructibus Ecclesiarum.*
44 *Clausula Motu proprio facit præsumi Principem velle.*
45 *Clausula ex certa scientia idem operatur.*
Item facit præsumi, vti absoluta potestate.
Item supplet defectum solemnitatum.
Item æquiparatur clausulæ de plenitudine potestatis.
Item supplet defectus inductos à iure positiuo.
Item plus operatur quam clausula Motu proprio.
46 *Clausula de plenitudine potestatis includit defectum solennitatis, & equiparatur Clausulæ ex certa scientia.*
47 *Clausula non obstan. facit presumi velle prout in rescripto continetur.*
Item si sit omissa facit præsumi de contrario.
Item facit præsumi contra Ius commune.
Item facit valere rescriptum contra testamentum.
Item tollit Ius tertij.
48 *Romani Curiales exempti à spolijs.*
49 *Papa potest reuocare gratiam post Ius alteri quæsitum.*
Clericus indistributionibus quotidianis, & pensionibus acquirit dominium.
50 *Iura prohibentia Clericũ testari de fructibus beneficij loquuntur indistincte.*
51 *Reprobatio glossę in c. præsenti de off. ord. quæ distinguit inter fructus simplicis beneficij, & habentis administrationem.*
52 *Papa solet eximere à nexu spoliorum etiam collegia, etiam vniuersitates, immo Ciuitates & regna.*
53 *Bulla Pij Quinti edita super spolijs.*

Quæ sint spolia Ecclesiastica & ex quibus proueniant.

QVAESTIO I.



VM superioribus Annis in regno & Ciuitate Neapolit. apud Illust. & R. D. Nicolaum Fliscum bonæ mem. Episcopum Sauonen. Sedis Apostolicæ Nũtium, & spoliorum, decimarum, ac Iurium Reuerendæ Cameræ apostolicę Collectorem, causas spoliorum Ecclesiasticorũ cognoscerem, & iudicarem: à doctissimis causarum patronis summis precibus rogatus fui, vt quę in eo genere actionis collegissem, in cõem omnium vtilitatem differere, & certo quodã ordine disponere vellem. Qua in re & si preclarè intelligebam id opus, tanquam ab aliis, quos tñ viderim non tactum, difficile fore: spe tñ auxilii diuini quod iunctis manibus precor, amicorum preces, ac desiderium communis vtilitatis difficultatem oẽm, quę mihi offerebatur, tandẽ vicerunt: meq; ad istas quæstiones paucas pertractandas absq; vlla inanis gloriæ spe, vel intentione quodammodo compulerunt, in quibus, si cui forsan prolixior, quam par erat videbor, boni amabo consulat, cum enim materia noua sit vt dicebam, operepretium esse putaui, si rem ipsam altè repetendo, quæcũque in vtramq; partem dici possent proponerem sequẽdo Baldum dicentem, Ferro viam aperit, qui per contraria transit: vt ex multis hinc inde deductis res ipsa patefacta, & illustrata legẽtium oculis proponeretur.

Quare opus ipsum aggrediẽdo, vnde nomen istud spolia traxerint, quæ verè sint, ex quibus rebus proueniãt, primum discutiam cũ in etymologia vocabuli substantia consistat vt ait Bar.
1 † & Pau. de Cast. in prin. ff. de Instit. & Iur. vbi Bar. quia in etymologia vocabuli ait Pau. de Cast. ibi, consistit substantia, per text. quem allegat. in l. tugurii de verb. sign. & pro intelligẽtia illius, de quo tractatur, semper ad diffinitionem illius deueniri solet, à qua est semper sumendum principium, vt inquit Cic. in prin-
2 cipio officiorum, † vt quid sit illud, de quo disputatur intelligamus, quia diffinitio est, quæ ipsius rei, quę diffinitur, qualitatem, & essentiam demonstrat. Ias. in l. nemo potest. de leg. 1. sec. lect.
3 nu. 17. † Idem in l. siquis pro emptore, mihi nu. 88. ff. de vsucap. vbi dicit ꝙ bona diffinitio habet ponere substantiam diffiniti.
4 Vr igitur ꝙ nomen spolii sit dictum, † seu denominatum à verbo spolio, qđ significat exuere, vt spoliare se: ꝓ exuere se bonis, vt in l. j. ff. de dona. inter vir. & vxor. §. fi. Instit. de actio. & l. fi. ff. de
5 his, quæ in fraudẽ. † Et spolia sunt exuiæ, dicit Cicero pater ꝓprietatis vocabulorum, & latini sermonis, in oratione pro Sexto Roscio, si spoliorũ causa vis hoiem occidere &c. & ibi cręta spolia cuipiam detrahere. Idem pro Pomp. cum hunc locum nobis maiores nostri exuuiis nauticis, & Classium spoliis ornatum reliquerint. Idem in officiis aliorum spoliis suas opes augere &c. Idem pro Cutione, an ne de nobis trahere spolia fœderatis licebit, de hostibus non licebit? Idem in Tusculanis quæstionibus, nec quisq; è nobis spolia cepit laudibus. Idẽ in officiis Salmacida spolia sine sanguine, & sudore.

Vnde spolia possunt dici vestimenta, & indumenta, quibus
6 quis vestitur, induitur, & contegitur. Guido Papa Decis. Gratianopolitan. q. 110. dicit, † ꝙ est aduertendum circa istã materiã, quia de isto verbo spolium, prout vulgariter mortuis Prælatis accipitur, non reperitur in Iure ciuili, nec Canonico, sed bene reperitur in iure diuino. Ps. 138. ver. lætabor super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa: addo item in Psal. incip. exurgat Deus, ver. Rex virtutum dilecti, & speciei domus diuidere spolia. Ita dicit Dñs Petrus in suis notabilibus, & super facto spolii de quo loquitur dudum de Anno 1423. fuit facta transactio inter Priores, & Vicarios perpetuos diœcesis Grationopolitan. circa modum vtendi dicto spolio, vt constat Instrumento &c. Sed id quod dicit Guido Papa, non vr verum, quinimmo id habetur in tex. in c. sicut dignum. §. eos. ibi. post mortẽ eius spolia occupasse &c. de homic. Item tex. in l. diuus. ff. de bon. damnat. Idem habetur in gl. in c. fi. extra de pactis. in ver. Cæsare. ibi si solus hominem spoliare non possit, inueniat socium, cum quo paciscatur, & simul id faciant, & diuidant spolia.

Verum est ꝙ apud canones, vel leges in significatu nostro, verbum istud nõ reperi, † vnde difficillimum esset eiusdem veram tradere diffinitionem, quę de sui natura in iure satis periculosa esse solet. l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur.

Verum non diffiniendo, sed describendo potius, spolia dici
7 possunt bona quæcunq;, à quibusuis personis Ecclesiasticis, etiã regularibus, intuitu ecclesiæ acquisita: iuraq;, & actiones, ac fructus inexacti, tempore obitus eorundem relicta: à Ro. Pon. Cameræ apostolicæ reseruata.

Hanc descriptionem supponunt veram Dñi de Rota decis. 855. de probat. in antiq. & decis. mihi 37. in vltimis. de solutio. ambæ incipiunt. cum Camera apostolica. vbi hr, ꝙ per Papę speciales reseruationem, Camera recipit spolia decedentium ꝑlatorũ, ac in bonis, & spoliis per prælatos relictis, Camera in locũ successoris succedit, & debita soluit prædecessoris.

Quam descriptionem ẽt sequi & approbare vr Bertran. in ꝙs. 21. vol. 3. viso casu. vbi in casu spolii Archiepi Ebredunensis, disputando quid veniat appellatione, & noĩe spolii, dicit: de spolio esse vñr quæcunq; bona, quæ superfuerũt tẽpore mortis Archiepiscopi de bonis ecclesiæ Ebredunensis, & intuitu illius acquisita, ẽt debita, & quæ peti poterant tẽpore huiusmodi, vt fructus percepti, & alia bona intuitu ecclesiæ, & bona acquisita ex his, vel de pecuniis inde redactis, vt ibi per eum.

Et tempore Pauli III. super spoliis est facta quædam extrauagans, antiquas memorans reseruationes, & consuetudines sup spoliis. Sub Dat. Romanæ anno 1541. 3. Non. Ianuarii. Pontific. anno 8. quæ in fine descripta, & loquitur de bonis, & rebus spoliis nuncupatis, & sic per verba, quæ omnia comprehendunt.

Et quoad fructus inexactos, comprobatur descriptio, per cõstitutionẽ Iulii III. publicatam die 18. mensis Iulii ann. 1551. Põ. ana. 2. Incip. Regula siue constitutio perpetua &c.

Cęterum ius spoliorum fuit ab antiquissimo tempore introductum, & pro exactione, & perceptione spoliorũ, in variis ꝓuinciis, & locis noĩe cameræ apostolicę, varii fuere deputati collectores per Rom. Pont. vt idem Paulus III. in d. sua extrauag. attestatur. varię diuersorum Rom. Pontificum desuper emanarũt literæ, & noĩe Cameræ apostolicæ ab antiquissimo tpe citra, ad omnimodam Ro. Pontif. dispositionẽ fuerunt collecta, & exacta, vt affirmat Cardinalis in c. nisi cum pridem. §. intueri. de renunciat. vbi dicit, quod mos spoliorum prælatorum decedẽtiũ, est ab antiquo seruatus. Sequitur Sarnen. in tract. breuium §. facultas. nu. 17. affirmatur per Rotæ decis. allegatas, & per scripta Io. Calder. in d. suo cons. j. de pecul. cler. qui scripsit ante Concilium Viẽnen. vti refert D. Ant. Masse. in libello de Annatis. vbi dicit, ꝙ vsus spoliorum est antiquissimus, & ꝙ pro spoliis exigẽdis habuerunt Ro. Pontifices in prouinciis Collectores, prout adhuc habent, Et hr in decis. Egid. decis. 755. Et per dicta illius in c. non liceat 12. q. 2. ibi Papa recipit spolia decedentium prelatorum &c. facit decis. Boer. 224. vbi disputat ad quã peruenire debent spolia Monachorum morientium, ꝑꝑ auctoritatem q̃ in rebus ecclesiarum & in beneficialibus, Rom. Sedes seu Põtifex habet maximam, cũ bona & fructus ecclesiarũ cuiusmodi sunt spolia, sint oĩno ad Papæ dispensationem & dispensationem & in illis Papa sit principalis dispensator. per verba S. Thomæ secũda secundæ q. 100. per Gaetan. ibidẽ per Turre cremata. in summa de ecclesiast. lib. 2. c. 113. pet eundem sanctum Doctorẽ. 4. d. 25. q. 3. 3. ad secundum ibi bona ecclesiæ sunt Papæ aliquo modo &c. Et dicit Bernardus (secundũ ꝙ refert Gemin. c. fideli de rescrip. in 6.) ꝙ Papa est dispensator & administrator bonorum ecclesiæ, & illius sunt vti dispẽsatoris & administratoris, Et idẽ Bernardus dicit ꝙ bona ecclesiæ sunt Papæ, vt administratoris

principalis

principalis, vt refert Abb. in c. conſtitutus 3. col. nu. 13. de relig. dom. habetur etiam in Cõcil. Lateranen. nouiſſimo ſeſ. 9. c. de reformatione curiæ, ꝙ fructuum beneficiorum & eccleſiarum plenaria adminiſtratio & diſpoſitio pertinet ad Rom. Põtificẽ.

Hinc eſt ꝙ Papa fructus beneficiorum, pro tpe vacantium concedere ſolet cuilibet pro libito voluntatis. c. tua. de ver. ſig. vbi pro reualione onerum & debitorum. Honorius Papa III. concedit Epiſcopo Tolonen. fructus beneficiorum quæ in ſua diœceſi per biennij ſpatium vacare continget: Et Tex. in c. ſi pp de reſcrip. in 6. vbi propter debita ſoluenda Bonifacius VIII. cõ ceſſerat fructus primi anni beneficiorũ qui vacaſſent per quinquennium per quam tex. ponderatum apparet, ꝙ tales fructus poſſunt deberi etiam per ſtatutum, conſuetudinem vel priuilegium vt ibi, vbi Petr. de Anch. not. ꝙ fructus beneficiorũ vacãtium poſſunt concedi ex priuilegio Papæ alicui & non futuris ſucceſſoribus ſeruari, vbi etiam per Doct. & per Io. Cop. in trac. de fruct. c. 3. de fruc. ſacerdotiorum tit. 3. nu. 2.

Item & Papa concedit licentiam & facultatem teſtandi & diſponendi de rebus & fructibus eccleſiæ, ſaltim ex fructibus acquiſitis fac. tex. c. relatum, el ſecundo de teſta. per Dec. conſ. 512. vbi dicit, an Papa id poſſit non eſſe diſputandum, quia ꝙ poteſt eſt communis opinio communiter approbata, per eundẽ conſi. 157. vbi latè per Hoſtien. in ſumma. de pœnit. & remiſ. §. cui confitend. verſi. cui Cardinalis per Angel. & Imo. in l. ſi ſeruus. ff. de ſtipu. ſer. Bald. in l. ſi quando. C. de inoffic. teſta. & auth. niſi rogati. C. ad Trebel.

Et rurſus mos vel conſuetudo Ro. Pont. dandi & concedendi tales, teſtandi & diſponendi indulgentias eſt, vſque ab antiquiſſimo tempore ſeruata, vt colligitur ex licẽtia epiſcopi Portuen. tempore Innocen. III. conceſſa, ex regiſtris eiuſdem Innocentii, quæ eſt in quæſt. de licentia teſtandi, cæterum Innoc. electus fuit anno Domini 1198.

Item Papa cuilibet quotidie ſuper fructibus quorũcunq; beneficiorum reſeruat penſionem, pro ſuę libito voluntatis, id qđ poteſt auctoritate quam habet in beneficiorum fructibus & in beneficialibus, in quibus tantum poteſt quantum vult. d. clem. vt lit. pend. Doct. in c. quæ in eccleſiarum de conſtit. Dec. conſi. 436. vbi dicit ꝙ Papa etiam ſine cauſa, ſed ſola ſua voluntate ſuper fructibus beneficiorum penſionem imponit, quia (inquit) in beneficialibus ſtat Papæ pro ratione voluntas. late per Gig. Cacialup & Pau. de Ro. in eorum tractatibus penſio. Vnde ſi de fructibus & bonis eccleſiarum, oĩbus iſtis narratis modis diſtribuit & diſpenſat Papa, ad cõmodum & vtilitatem perſonarũ, vr̃ dicendum ꝙ in ſui quoq; ſubſtentationem, ſuarumq; ac ſanctę ſedis apoſtolicæ & Ro. eccleſiæ neceſſitatum ſubuẽtionem, diſponere & diſtribuere poſſit, per doctrinam fratris Augu. de Anchona theologi eximii 2. q. art. 8. in fi. dicentis ꝙ Papa habet poteſtatem rerum temporalium eccleſiarum, quantum ad ſui & miniſtrorum eccleſiæ ſubſtẽtationem, neceſſitatibus, etiam vnius eccleſiæ ſubuenit & ſubuenire poteſt Papa de redditibus alterius, per Sanctum Thomam 2. Cor. c. 11. lect. 2. in fi. vbi dicit ꝙ Papa pro neceſſitate vnius patriæ poteſt accipere ſubſidium ab aliis partibus mundi, & eſt (inquit) ratio quia eccleſia eſt ſicut vnum corpus, videmus enim ꝙ in corpore naturali, qñ virtus deficit in vno membro, natura accipiens ab aliis membris, ſubminiſtrat eidem honores & virtutes, vt ibi & per cundẽ clarius ad Philippẽ. c. 4. lect. 2. circa fi. vbi & hoc inquit eſt arg. ꝙ Papa p̃t ab vna eccleſia accipere in ſubſidium aliarũ, & per Gaetan. 2. 2. q. 187. 4. art. ad primum ex Aug. auctoritate dicentis, oĩum chriſtianorum, vnam rempublicam eſſe. vbi dicit ꝙ Papa à quantũcunq; remotiſſimis partibus eccleſiæ auferiæ põt & diſtribuere in alias eccleſiæ partes remotiſſimas & dicit Ant. de But. in d. c. conſtitutus quem ſequitur Abb. ibi nu. 15. verſi. aut quæritur. ꝙ de rebus vnius eccleſiæ põt Papa alteri eccleſiæ concedere etiã cum graui præiudicio, & ẽt ſine cauſa, & Eps de fructibus beneficii vacantis & anteq̃ conferatur, põt diſponere. vt per tex. in ca. vnico, vt eccl. beneficia. & c. vbi Abb. dicit ꝙ id põt ex cauſa rationabili puta pro ſoluendis debitis pro eccleſia contractis, & hr̃ per eundem ſanctum Doct. q. 100. art. 4. ad primũ in fi. vbi dicit ꝙ Eps põt ex aliqua cauſa aliquid ſubtrahere de fructibus beneficii conferendi, vnde ſi Eps, multo magis Papa qui princeps & in beneficialibus Dñs. vbi Gaeta. dicit quod Papa vel per viã vnionis vel charitatiui ſubſidii põt prouentus vacantis eccleſiæ ſibi applicare, & poſt alienare, prout opus fuerit & ratio ſua fuerit eccleſiaſticæ pietatis.

Præterea Romana eccleſia mater eſt aliarum eccleſiarum & aliæ dñr eius filiæ c. 1. 2. 3. 12. diſt. & pro vtilitate illarũ inuigilat, laborat, noctes in ſomnes ducit, eisq; in earũ neceſſitatibus ſubuenit tanq̃ mater filiabus, de poſtul. præla. c. ſeq. quo fit vt ita illæ tanq̃ filiæ matri cum opus habet, ei debent ſubuenire. l. cum non ſolum. §. ipſum. C. de bon. quæ lib. quia vt caput ſubuenit membris, ita membra ſubuenire debent capiti qñ indiget, p doctrinam Pau. de Caſt. qui hoc dicit conſi. 414. j. vol. vbi ẽt dicit, quod Papa poteſt obligare & alienare bona inferiorum eccleſiarum pro vtilitate & neceſſitate Ro. eccleſię. Idem tenet Bal. in c. j. in prin. nu. 5. qui feud. da. poſſ. ſequitur Prob. ad Io. Mon. in additio. c. ſi eo. tempore. de reſcrip. in 6. Pariſ. conſi. 103. lib. 4. p eodem facit, quia princeps ſecularis, poteſt rem priuati auferre eſt cauſa, & aliena l. Lucius. ff. de euictio. ergo multo magis Papa, qui diſponendo de re eccleſiæ particularis, potius dicitur diſponere ſuper vſu, quam ſuper dominio, vt per Paul. d. conſi. vbi ſubdit, ꝙ ſi Papa contractum factum per prælatum ſuper rebus eccleſiæ, ſua auctoritate validat, multo fortius hoc dici debet quando per ſeipſum, & pro ſeipſo contrahit.

Adde ẽt ꝙ ſi vult Papa, bona occaſione eccleſiæ acquiſita, (q̃ ſunt ſpolia) ad ſe pertinere, poteſt, alias non, quia liberam hẽt in beneficialibus auctoritatem c. 2. in fi. de præb. Clem. j. in fi. vt lit. pend. Anto. de But. Abb. & alii in d. c. conſtitutus. de relig. dom. ſunt verba Dec. conſi. 157.

Pro ſubuentionibus, ẽt ſedis Apoſtolicæ, Sanctæq; Rom. eccleſiæ, & ſuis, Papa ſibi reſeruat ius percipiendi fructus aliarũ ecclęſiarum pro tpe vacantium, extrauag. poſtulaſti. & cum non nullæ, la prima, & la ſecunda extrauag. comm. de præb. dicit gl. Cle. vnica. de ſupplen. in ver. reuocari. deciſ. Egid. 755. idem in c. non liceat. 12. q. 2. ſequitur Bellenci. in tract. de charitat. ſubſidio. q. 107. & id pp auctoritatem, & præeminentiam q̃ ſecundũ oẽs cõiter, habet in fructibus, & bonis eccleſiarum p But. & alios in c. conſtitutus. alleg. per Archi. in tract. de hęred. ꝙ in rebus eccleſiarum, & fructibus, tantam Papa habet præeminentiã, ꝙ in talibus eſt Dñs quantum ad vſum, quia eis vti poteſt ſicut placet, & decet ſuam potentiam, & ſtatum 12. q. 2. bonę. c. per priuilegium. 9. q. 3. per Egid. Bellemer. 24. q. j. 26. quæritur. vbi dicit, ꝙ Papa rerum temporalium eccleſiarum, & clericorum eſt Dñs, & illis vtitur vti decet ſuum ſtatum, & potentiam: & vlterius ſecundum Innocen. c. vt ſuper. de cauſa poſſ. & propr. dñium rerũ eccleſiarum proprie loquendo, non eſt apud aliquam eccleſiã, ſed apud Chriſtum, cuius Papa eſt Vicarius, cum oĩmoda poteſtate in terris, vnde cum Papa aufert rem alicui particulari eccleſiæ, dr̃ potius auferre adminiſtrationem, q̃ dominium. c. 2. de donat. quia ipſum dñium eſt potius penès Papã cum ſit apud Chriſtum, cuius ipſe eſt Vicarius, vel apud ipſam eccleſiam catholicam, quæ eſt vnica, cuius ipſe eſt princeps, per Feli. in c. quę in eccleſiarum de conſtit. col. 13. nu. 40. verſ. prima gl. & doct. d. c. cõſtitutus. Dec. d. conſi. 414. Et per Petrum de Anchar. conſi. 305. ꝙ licet Papa ſuper rebus & bonis eccleſiæ, habet pleniſſimã poteſtatem, tñ eſt verum, vbi apparet ꝙ vult ea vti, per Feli. c. quæ in eccleſiarum, de conſt. Bal. conſi. 175. ꝙ Papa vendendo rẽ eccleſiæ, non alienam, ſed ſuam vendit, quia res eccleſiæ ſuæ ſunt, quoad liberã diſpoſitionem, per Abb. c. cum veniſſent. de Iud. ꝙ Papa quandiu viuit, Dñs eſt rerum eccleſiarum, ſm Hoſt. ibidem, & poteſt oĩa diſponere tanq̃ Dñs. Fac. ꝙ dicit Pau. de Caſt. d. conſi. 414. j. vol. ꝙ conſilium fecit in cauſa caſtri Berbentanę eccleſiæ Auinionen. ꝙ Papa obligauit cuidam d. Georg. pro expenſis factis pro Ro. eccleſia, ꝙ dñium rerum eccleſiarũ eſt penès Chriſtum, cuius Immediatus Vicarius eſt Papa, & ꝙ ipſe facit, ab ipſo Dño factum vr̃, quia ipſe Dñs ſolus fundauit eccleſiã Roman. aliæ eccleſiæ particulares fuerunt fundatæ non à Chriſto, ſed à Petro, & eius ſucceſſoribus, & oẽm q̃ habent auctoritatem epi in alienatione rerum eccleſię, habuerũt à Papa, ſubdẽs, ſi d. Georg. expẽdiſſet pro eccleſia Auinionen. Eps Auinionen. potuiſſet obligare d. Caſtrũ, & illud totaliter alienare, Ergo multo fortius Papa pro debitis Ro. eccleſiæ, quia dñium eſt penès Chriſtum. & Papa eſt illius Immediatus Vicarius, & Papa maiorem ſibi auctoritatem retinuit, quàm epiſcopis conceſſit, per ea quæ ibi latè adducit, quia cicit Bart. Soc. conſi. 163. viſa Bulla ꝙ Papæ voluntati non eſt reſiſtendum, cum de factis ipſius dubitare ſit ſacrilegium, & eſt (inquit) vnicus Sol fori iuſtitię, fugãs tenebras, & in eo præſumuntur illa tria concurrere, quæ in actibus hominum conſiderantur, ſcilicet bona voluntas, modi cõgruitas, conceſſa poteſtas.

Merita igitur ex prædictis negari non põt, quum poſſit Papa fructus, & bona (ſpolia nũcupata) decedentium, clericorũ, ſiue prælatorum ſuæ diſpenſationi & diſpoſitioni reſeruare.

Notandum eſt præterea ꝙ acquiſita per Clericos illicitè & cõtra formam ſacrorum Canonum; vti ſpolia, nomine Cameræ apoſtolicæ per collectorem poſt eorum obitum percipiunt̃. per Conſtitutionem Pij Papæ IIII. ad deterrendos clericos ab illicite negotiando, & contractando editã, ſub datum Romæ Anno 1560. Non. Nouembris Pontif. anno primo inci. Decens. in ſeq. quæſt. deſcripta.

Eiuſdemq; Pij IIII. conſtitutione edita Anno 1564. 17. Kal. Nou. Anno 5. contra quoſcunq; beneficia, & eccleſias in confidentiam recipientes, & retinentes in execrationem, & deteſtationem, criminis ſymonię, & confidentię, per eoſdem Collectores Cameræ colliguntur, & percipiuntur, noĩe eiuſdem Cameræ oẽs fructus, iure prohibitarum confidentiarum, in quibus beneficia in confidentiam, ſeu eorum fructus retinẽtes ſunt condẽnati, vel declarati: prout etiam noĩe eiuſdẽ Cameræ, colligũtur, & percipiuntur fructus vacãtes beneficiorum reſeruatorũ, à die vacationis, vſq; ad prouiſionem, vel collationem de illis

factam

Source : BIU Cujas

factam, per cõſtit. eiuſdem Pij ſub dat. die 7. Decembris an. 1560. Pontif. anno 1. eidem Camerę pro eius ſubleuandis neceſſitatibus applicati, Iuxta antiquam Rom. Pontificum de huiuſmodi fructibus conſũetudinem, vt in extrauag. poſtulaſti. cum nõnullæ. la j. & la 2. gl. in Cle. vnica de ſupplen. negli. in ver. reuocari. & per Egid. in alleg. deciſ. 755. ſi rector. & in c. non liceat. 12. q. 2. Ex quibus omnibus manifeſtè apparet, ſpolia prędicta, ex fructibus beneficiorum, ac ex acquiſitis ex eis naſci, ac prouenire.

Sed res, & bona qualia ſunt Calices, Cruces, paramẽta, ornamenta, quæ quis vel in vita, vel in morte deſtinauit, aut aſſignauit cultui diuino, vel bona mobilia, aut immobilia, q̃ quis vel dedit, aut aſſignauit Eccleſiæ, vel loco Pio, licet prouenerint de rebus, quæ faciunt ſpolia, tñ ſemper obſeruaui ꝙ talia non colligerentur vti ſpolia, nec vti ad Cameram ſpectantia, ſed vidi illa remanere ſemper loco Pio, prout Pie fuerant diſpoſita. Sed hodie eſt per Bullam S. D. Pij. PP. V. expreſſe declaratum, vt per eã, quæ eſt edita anno 1567. 3. Septembris, quæ incip. Pius &c. Romani Pontificis &c. quæ eſt in calce deſcripta &c. fac. ꝙ hr̃ per
8 Io. Calder. in conſi. j. de pecul. Cler. vbi dicit, † ꝙ verba reſeruationis Papæ in materia ſpoliorum ſunt ſtrictè non largè interpretãda, quia reſeruatio talis apoſtolica eſt contra Ius, & omnia
9 bona Eccleſiæ dñr, † quæ intuitu Eccleſiæ, aut de facultatibus
10 Eccleſiæ acquiſiuit defunctus, † vt in c. j. de teſta. in tex. & in gl. à *qua reſeruatione* ſunt exempti curiales. Ro. cu. à Xiſto & Alex. *& alii* ẽt *vt in fi.* præſentis quæſtionis. & in Bulla Pij IIII. fo. 459.

Sed opponi poteſt, ꝙ iſta ſpolia debent de iure peruenire ad ſucceſſorem in beneficio vel Eccleſia, non ad Cameram, quia fructus beneficiorum etiam collecti, non tamen conſumpti, ac bona per eum intuitu Eccleſiæ acquiſita, mortuo clerico beneficiato tranſeunt in ſucceſſorem in beneficio, nam ſucceſſor in beneficio eſt quaſi hæres mortui. cap. conuenior. 23.
11 q. 8. ita dicit gl. c. j. de ſolut. † & gl. in c. hæc 12. q. 2. in verſ. cõſeruari. vbi dicit ꝙ oĩa conſeruãda ſunt ſucceſſori à prædeceſſoris, & ꝙ mobilia prædeceſſoris pertinent ad ſucceſſorem, & gl. in c. illud eodem in verſic. ſucceſſor. Spec. in tract. de mod. Generalis Concilii 2. parte, & ſucceſſor in beneficio ſuccedit ẽt in acquiſitis intuitu Eccleſiæ, vt hr̃ in c. relatum per text. & Doct. de teſta. dicit enim tex. Ibi autem loco defuncti vnus tñ eſt ordinandus, & ea bona ſicut & alia ipſius Eccleſiæ in Dei timore diſpenſet. Hinc eſt ꝙ clericus de his teſtari non põt d. c. relatum vbi not. Abb. poſt alios col. 2. ver. nota, & tenementi ſecunda lect. vbi dicit ꝙ acquiſita per Canonicum intuitu Eccleſiæ, vel præbendæ non cædunt ſucceſſori in præbenda, ſed capitulo ipſius Eccleſię, & decimas debitas Canonico prædeceſſori non põt exigere Canonicus ſucceſſor, quia non dr̃ proprie ſucceſſor, ſed habebit illas Capitulum. Feli. c. qm̃ Abbas. n. 6. de offic. deleg. Idem hr̃ in gl. in c. illud. 12. q. 2. vbi aũt beneficiatus non eſt de congregatione aliqua, ſed habet beneficium oĩno ſeparatum, puta qa eſt Rector Eccleſiæ parochialis, vel Præpoſitus, vel Archidiaconus non beneficiatus à capit. tunc bona acquiſita intuitu beneficij cædunt ſucceſſori, non capitulo, vbi ẽt ponit rõnem diuerſitatis, ad idem eſt tex. in c. cum vos. de off. ord. in fi. cum ibi gl. & optima gl. quæ iura allegat in c. j. extra de ſolutio. in ver. præceſſoris ibi eſt enim quaſi hæres ipſius & c. optimus tex. in c. prẽſenti de off. ordi. in 6. vbi cauetur, ꝙ morientibus rectoribus Eccleſiarum, vel miniſtris, bona in ipſis Eccleſiis, dignitatibus, perſonatibus, prioratibus inuenta, ſiue vacationis ipſorum tpe obuenientia, ex quo in vtilitatem ipſarum Eccleſiarum expendi debẽt, vel futuris reſeruari ſucceſſoribus, nemo ſuperiorum occupare præſumat, aut in ſuos vſus conuertere quoquomodo, niſi de ſpeciali priuilegio, & moriente Epõ vel Sacerdote ſucceſſori bona reſeruantur, & res decentium Clericorũ ponunt in manu Iconomi, ſi adſit, ſi non adſit, erunt in ptãte maiorum Eccleſiæ, *ſi illi non ſunt idonei*, erunt in ptãte aliorum Clericorum,
16 oĩbus deficientibus in manu Metropolitani, niſi adſit viſitator, quia ſi adſit, habebit ille, Mat. de Afflictis, deciſ. Neap. 390. & ſi
17 in cathedralibus, regularibus, ac collegiatis Eccleſiis Vacantib. ſi collegia conuentus, aut ſingularis perſona occupat bona reli
18 cta, vel tpe vacationis obuenientia ſunt ſuſpẽſi ab off. & benef. vſq; ad reſtitutionem, qa debent reſeruari ſucceſſori c. quia ſæpe de electio. in 6. late. Rui. conſ. 156. lib. 4. & c. ergo nec ẽt à Camera apoſtolica occupari, vel percipi debent, qñ iure ſtet cautũ in quos vſus conuerti, & ad quos peruenire habeant, eſt Conſ. Bar. Cępol. conſi. 51. inci. in Chriſti noĩe, quia ius acquiſitũ nemini auferri, debet, vel tolli, nec ẽt Iudæo, vel infideli per Papã, nec tolli præſumitur per Abb. in c. quæ in Eccleſiarum de conſtit. poſt Innoc. In c. ꝙ ſuper his. de voto, & ſi cõtingeret aliquo caſu Papam Ius tollere præſumitur hoc per Circunuẽtionem,
12 & Importunitatem potius q̃ per volũtatem feciſſe per Feli. † in c. cum olim. 3. & 4. col. de re. Iud. adeo ꝙ tali caſu verba reſcripti potius ſunt Improprianda, q̃ propriè intelligenda, ne alteri præiudicent trad. Rom. q. 334. circa primum Deci. cõſi. 11. col. 5. Iaſ. in l. ex facto 4. no. ff. de vulg. & pupil. Immo potius debent interpretari, ꝙ nihil operentur, q̃ ꝙ indebite quis damnum patiatur, vt no. Iaſ. poſt gl. Bar. & alios in l. ſi §. In computatione col. ſi. C. de Iur. delib. & hoc procedit, ẽt ſi reſcriptum Papæ emanaret in fauorem pię cauſæ, vt in caſu noſtro in fauorem Cameræ apoſtolicæ, vt probat Iaſ. in l. ſi. col. 6. ff. de Conſti. prin. poſt Alex. in l. pactum ꝙ dotali col. 2. C. de pac. nã licet viduis pupillis, ac aliis piis cauſis multum debeamus, non tñ adeo, vt ali præiudicium inferamus. d. tex. in c. ex tenore. de for. compet. & in c. nuper de dona. inter vir. & vxor. Et adeo eſt verum, ꝙ acquiſita per prælatum de bonis ac facultatibus Eccleſiæ vadunt ad eccleſiam, vel
13 in ea ſucceſſorem, † ꝙ procedit, ſiue emat res noĩe proprio, vel fraudulenter noĩe alieno per Abb. in c. j. de teſta. ver. not. 4. quia prædium emptũ de pecunia prębendæ, vel Eccleſiæ, adeo efficitur. Eccleſiæ, vel ſucceſſoris in ea ꝙ amplius non põt illud præ-
14 dium dari per emptorem alicui, † ẽt intuitu pietatis, licet pecunia potuiſſet dari, quia ſtatim fit Eccleſiæ, licet emerit noĩe Eccleſiæ, ſiue ſuo, ſiue alieno, Ang in ſumma in 5. empt. § vtrum emptum per tex. in c. j. & c. inquirendum de pecul. cler. fac. quia Iulius Papa III. ſanctæ memo. per ſuam conſtitutionem, q̃ ad dirimendas lites, tollendasq; controuerſias inter hæredes prælatorum defunctorum, ac ſucceſſores in beneficiis edidit diſpoſitioni Iuris cõis adhærendo, & ex mente Canonum ſanciendo, ſtatuit fructus in exactos per prælatos defunctos nõ ad hæredes, ſed ad ſucceſſores in Eccleſiis, aut beneficiis peruenire aut pertinere debere. id ꝙ fuerat per prius ſancitum per teſt. in c. quia ſępe & c. ſtatutum de electio. in 6. Et allegatur c. præſenti de officio ord. d. lib. 6. dicit Io. Copus in ſuo tract. de fruc. lib. 4. tit. 3. c. 2. & ſi fructus beneficii ſuper quibus fuit aſſignata, aut reſeruata penſio, non ſint percepti tpe mortis penſionarii, immo penderent, remanerent apud Eccleſiam tali penſione grauatam, & ſic
15 ad ſucceſſorem per Alex. cõſi. 157. 2. vol. inci. † Reuerendiſſimè Dñe per ea quæ volunt Abb. & Ant. de But. in c. fi. ne præla. vic. ſuas. vbi concludunt, ꝙ ſi moriatur Prelatus, qui beneficium locauerat fructus percepti poſt obitum locatoris, & penſio debita ratione fructuum poſt obitum perceptorum, debeantur ſucceſſori in prælatura, de quo ẽt per Doct. in d. c. præſenti Cacialup. in tract. de penſio. q. 25. & Gig. eo. q. 53. Sec. loco põt opponi de alio: ꝙ fructus beneficiorum recollecti tñ, ac ſpolia hmõi vadant non ad Cameram apoſtolicam, nec ad ſucceſſores in bebeneficiis, ſed ad hæredes defuncti: maximè ſi beneficiatus decedat teſtatus, quia fructus beneficii Prælatus, vel beneficiatus vr̃ facere ſuos, dit optima gl. in c. prẽſenti de off. ord. in 6. in ver. reſeruari: vbi diſtinguit, ꝙ vel beneficiũ habet adminiſtrationẽ, vel quis eſt ſimpliciter, & perſonaliter beneficiatus: quia pri. caſu de illius fructibus quamdiu viuit, & ſanus eſt, põt aliquid dare, moderate tñ: quia comparaẽ vſufructuario, cuius ius morte finit: vnde viuẽs põt ſuam voluntatẽ facere moderate. Incipiẽs vero infirmari cõparatur vſuario: & tunc nihil habet niſi vſum, & dñr Clerici non habere adminiſtrationem, qñ non hñt beneficium cui ſit agnata dos: vt per Geminianũ d. c. præſenti: & ſimpliciter beneficiati dñr, vt ſunt Canonici, & ſimiles, quibus id quod habent obuenit ſibi ratione perſonæ, non quod habeant præbendã in Eccleſia diſtinctã, quia ſic hr̃ent adminiſtrationẽ.

Si vero Clericus ſit non hñs adminiſtrationem, ſed perſonaliter, & ſimpliciter beneficiatus, in morte cõparatur vſufructuario, quantum ad faciendum fructus ſuos, & vſufructuarius fructus iam quæſitos ad hæredes tranſmittit, per tex. in l. defuncta. ff. de vſufruct. & de ipſis põt teſtari; Eccleſia tñ ſuccedet ei in iſtis, ſi decedet ſine teſtõ, & hæc eſt quaſi cõis cõſuetudo, ſubiungẽs ibidem d. gl. & quod dictũ eſt: ꝙ clericus ſimpliciter beneficiatus, faciat fructus ſuos intellige, inquit, de fructibus perceptis, & reconditis, alii vero per iura allegata, pertinẽt ad eccleſiam: vnde ſi in fructibus acquiritur dñium, ſi Prælatus illos facit ſuos, tranſmittuntur iſti hæredes, in quibus præſumitur continuatũ dñium l. ſiue poſſidetis, & ibi Bal. ff. de acquirenda poſſ. l. ſi ſororı, † & ibi Alex. C. de iure deliberandi, aut in legatarium, in quẽ pariter ſtatim recta via rei legatæ tranſit dñium. l. à Titio. ff. de fur. l. vnica. §. in nouiſſimo. † C. de caduc. tol. cũ ſimilibus, & hæredibus vſufructuarii, cum diximus Prælatum comparari, debẽtur fructus, † ſi erant percepti tenet Alex. conſi. 157. 2. volu. per tex. in l. defuncta præalleg. & l. Iulianus. §. ſi fructus, & ibi Bal. ff. de actio. emp. Gig. in trac. de penſ. q. 53. Et habere adminiſtrationem dicitur, qui habet beneficium etiam ſimplex quod habeat dotem: adminiſtrationem habere dicitur Papatus, Patriarcha, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Abatia ſecularis, & parochialis: ſine adminiſtratione dicitur canonicus, & alii Rebuff. in pract. in verbo ſeculare quotuplex.

Fac. optimus textus in c. vnico de Cleri. non reſidẽ. lib. 6. vbi beneficiatus in fructibus beneficiorum acquirit dñium, & facit illos ſuos, ibi rerum ſic receptarum dñium non acquirat, nec faciat eas ſuas, Facit, quod dicit Bar. in l. diuortio. ff. de ſol. mat. verſic. opp. vt ſup. de vſuf. vbi dicit ꝙ Canonicus fructus perceptos, & percipiendos tranſmittit ad hæredes pro rata anni, quo ſtetit in beneficio Canonicatus. non enim, inquit, percipit fructus tãquam ſimplex fructuarius, ſed pp onera Eccleſiæ, quæ ſuſtinet. Idem dicit Imol. Ibidem & gl. ac Bar. in l. j. C. de anno. ciuil. vbi dicit gl. ꝙ ille tex. & adducta ibidem ſunt argumento, ꝙ fructus

percepti

Source : BIU Cujas

percepti ex præbenda Clerici, tranſeũt ad hæredes dicunt Doc. in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem de reſcrip. in 6. Archi. in c. conſuetudinem in fine de Cle. nõ reſid. dicit, ꝙ ille tex. benefacit pro ſententia illorũ, qui dicunt, ꝙ Clericus facit fructus beneficij ſuos. Sed ipſe credit, ꝙ non faciat ſuos, ſed bene habeat eos, quoad vſum, & diſpenſationem.

Facit quod dicit Spec. in tit. de actiõ. §. j. verſ. Rector. & de fructibus, & interes. ver. pone Prælatus, & in tit. de ſtatu Mona. ver. 58. quæritur. vbi dicit, ꝙ fructus beneficii à ſolo ſeparati tempore mortis Prælati, debentur eius hæredibus, vel legatario, & ſufficit fructus eſſe à ſolo ſeparatos, non reconditos, ad hoc quod debeantur mortuo, eſt communis opinio Doct. in d. c. præſenti. de offi. ord. per Franc. in c. ſi propter nu. 5. de reſcript. Tiraq. de retract. ti. 11. §. 5. gl. 4. nu. 1. Fac. quia fructus penſionum ſuper aliqua Eccleſia, vel beneficio reſeruatorum maturati, & non exacti per penſionarium, cui debebatur penſio tranſmittuntur ad
19 hæredes, quibus ius exigendi præteritas penſiones non ſolutas competit, per ea quæ dicit Alex. conſ. ſuo 4. Incip. perſpectis his in fi. 3. vol. Pau. de Roma. in tracta. penſio. 8. q. verſi. j. eccleſiaſticas vbi dixit, † ꝙ penſionis fructus lucrati per penſionarium dicuntur proprij, & in illius dñium tranſeunt, & ab eo donari poſſunt: per tex. in l. ædibus. § vlt. ff. de donatio. ponit Gig. in ſuo tracta. de penſio. q. 52. vbi ad id probãdum multa adducit. Subdẽs, ꝙ acquiſitum ex penſione non dr̃ acquiſitum ex beneficio Eccleſiaſtico, & de penſionibus decurſis Clericus teſtari poterit,
20 de quo nil mirum, † quia fructus Eccleſiæ poſſunt vendi, & alienari: vnde etiam ad hęredes tranſmitti c. fi. ne Prælatus Vic. ſuas & Clem. j. §. fi. de rebus eccl. non alien. Fed. de Sen. conſ. 133. quęritur an Conſtitutio. in Spec. de hære. in prin.

Item fructus contingentes, & obuenientes tempore Sedis vacantis debentur Eccleſiæ vel futuro ſucceſſori per verba tex. c. præſenti de offi. ord. in 6. ſiue vacationis tempore obuenientia, idem in c. cui vos. eo. & c. quia ſępè de electio. in 6. & clem. ſtatutum. eo. tit. & dicit Philipp. Fran. ex mente Doct. in d. c. præſenti, ꝙ ſi beneficium habet bona diſtincta, tunc in illis ac in fructibus ſuccedit ſucceſſor, ſecus ſi non habet bona diſtincta licet ratione dignitatis plus percipiat, quàm alii Canonici, tunc enim ſuccedit capitulum, & ſi ſit Canonicatus ſuccedit in bonis capitulum, & fructus interim, capit. per d. Philipp. Franc. eſt deciſ. Boer. deciſ. 340.

Et videtur adeo verum, ꝙ fructus pendentes ſpectant ad ſucceſſores in eccleſia, ꝙ ſi Sede vacãte capitulum, aut cathedralis, vel collegiatæ, aut regularis Eccleſiæ illos occupat, eſt capitulũ, & alii occupantes excommunicati, quouſq; reſtituant. d. c. quia ſępe. in quo tex. & ibi glo. apparet ꝙ fructus, & emolumenta iuriſdictionis obuenientes tempore Sedis vacantis non pertinẽt ad capitulũ, licet ad ipſum ſpectet iuriſdictio, ſed ad ſucceſſorẽ.

Immo ſi hæredes Prælati defuncti recollegiſſent fructus immaturos, ne ad ſucceſſorem peruenirent Prelatum, tenentur ei ad intereſſe not. per Doct. in l. pe. ff. de vſufru. legat. fac. Tiraq. 2. tit. gl. 4. nu. 15. de retract.

Facit Calder. conſi. 2. de pecul. Cler. vbi poſita quæſtione de fructibus dicit, ꝙ in fructibus contingentibus poſt mortem, puta quando decedit clericus ante fructus recollectos, ſuccedit eccleſia.

Et dicit Io. Copus in tract. de fructibus lib. 4. titu. 3. c. 2. ꝙ tam fructus à prælato percepti, qui in bonis eius eſſe cęperũt, quam etiam ij, qui tempore vacationis obuenerint, debent futuro reſeruati ſucceſſori.

Et dicit Ruin. in conſ. 156. lib. 4. nu. 3. ꝙ non licet nec legato de latere nec Archiepiſcopo accipere fructus, vel bona ſedis vacantis, quæ debent futuro reſeruari ſucceſſori.

Item pro rata temporis fructus tranſmittuntur à Canonico ad ſucceſſores Bar. in l. diuortio in fine principii ſol. mat. vbi Alber. dicit communem, ꝙ ſeruatur idem, ꝙ in vſufructuario ſcilicet, ꝙ collecti fiant defuncti & hæredes, pendentes remanent ſucceſſori per Dida. Couarruia variarrũ reſolu. lib. j. c. 15. nu. 22. licet ipſe à dicta communi opinione recedat. Vt ego habui, & collegi, ex doctiſſimè notatis, & reportatis per Reuerend. d. d. Fileſium de citadinis nobilem ciuitatis interamnatis, Epiſcopũ muranum multæ lectionis, ſummæ doctrinæ, & iupicii, ac ſingularis probitatis virum præclariſſimum mihi vinculo amicitiæ antiquitus coniunctum.

Verum oppoſitis non obſtantibus, deſcriptio ſpoliorum, ſeu diffinitio, eſt vera, & firma remanet, quia ad Cameram ſpectãt, non ad ſucceſſorem, non ad hæredes, niſi in caſibus, & per ea, quæ dicuntur infra, nam iſta cum ſint beneficialia à beneficialibus dependentia, & introducta de iure poſitiuo, ſunt omnino ad Papæ diſpoſitionem liberè & ei manualia per Abb. in c. conſtitutus de religioſ. domib. per eundem in ſua diſputatione, quę incipit Epiſcopus col. 2. in quibus Papa põt attẽta poteſtate ſua magna ſine cauſa præiudicare per Doctor. in c. quæ in Eccleſia-
21 rum de Conſtit. † ſequitur Cacialup. in ſuo tracta. penſion. q. 19. col. 3. nu. 17. quia Papa concedit beneficialia ad nutum, ad tempus, & ſub condi. c. ſi gratioſè de reſcrip. in 6. c. veniens de filiis presbyt. c. quamuis c. periiſti. 7. q. j. dictum Abb. notabile. c. inter quatuor de maior. & obed. vbi dicit: ꝙ licet Papa non poſſit ꝓcedere, & ſententiare contra non citatum, & contra non vocatum, eſt ſecus in beneficialibus, in quibus habet plenariam poteſtatem, ita etiam notatur in c. cum olim de re iud. quæ cũ ſint introducta à Iure poſitiuo, & ſupra tale ius ſit Papa, merito ſuo modo de illis habet poſſe diſponere: quia Papa vti Dominus
22 beneficiorum poteſt etiam ſine cauſa imponere penſionem ſuper fructibus beneficiorum, † cũ de talibus fructibus poſſit ad beneplacitum ſuæ voluntatis diſponere per Docto. in c. quæ in Eccleſiarum. de conſtit. Sequitur Decius conſ. 436. col. 2. 3. vol. & in his redditibus eccleſiaſticis id iuris habent, & habere debẽt
23 Clerici, ꝙ à Papa, & à Canonibus expreſſum eſt ſibi cõceſſum, & conceditur. Innocen. in c. indecorum. de ætat. & qualit. gl. in c. res Eccleſiæ 12. q. j. Archi. in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem de reſcri. in 6. pulchrè Card. conſi. 110. col. 2. & quidem res Eccleſiarum ſubiacent adminiſtrationi Romani Pontificis, & Prælatorum, à quibus ipſa Catholica Eccleſia regitur, ſic & Canonibus eccleſiaſticis ipſum eccleſiæ patrimonium commiſſum eſt, quia bo-
24 norum Eccleſiaſticorum adminiſtratio Romano Põtifici, † & eius Canonicis conſtitutionibus commiſſa eſt eſſe videtur. c. videntes c. præcipimus. 12. q. j. quibus quidem Canonibus ſeparatim ab eccleſię Aerario conceditur Epiſcopis, & Clericis Eccleſiarum miniſtris certa portio ex redditibus Eccleſiaſticis. c. de redditibus c. cognouimus c. mos eſt c. ſancimus 12. q. 2. S. Tho. ſecunda ſecundæ q. 185. art. 7. & quolibet. 6. art. 12. refert Couarr. in c. cum in officiis de teſta. ver. vlt. hinc poteſt. Quia Canonib. diligenter conſideratis colligitur clericos beneficia habentes, ex eorum redditibus eos tantum expendere poſſe, quantum ad eorum victum, veſtitum, cęteroſq; vſus cõgruos, & neceſſarios ſufficiat. c. fi. 12. q. j. & c. videntes ea. cauſ. & quæſt. in prin. 44. diſt. tibi ò Sacerdos, inquit Hieronymus, viuere de Altari permittit̃, non luxuriari, bona etenim Eccleſiarũ ſunt proprie Chriſti patrimonium c. cum ex eo de elect. in 6. notat. Feli. & Decius in c. ꝓſtitutus. de reſcri. Hinc Diuus Bernardus epiſtola ſecunda ſcribit. deniq; quicquid præter neceſſarium victum, ac ſimplicẽ veſtitum de altario retines, tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegiũ eſt. Secundo clericis omnino permiſſum eſt antiquis Canonibus, redditus eccleſiaſticos, qui ad pręfatam congruam ſubſtentationẽ neceſſarii non ſint, in optima, vel aduerſa valetudine, in pios erogare vſus, iuxta illud Lucæ primo, quod ſupereſt date pauperibus. c. fi. 16. q. j. c. Caſellas. c. Epiſcopi 10. q. 2. noua etenim lex de dandis decimis Eccleſiæ miniſtris ex eo iuſtitiam præ ſe fert, qđ
25 pro congrua Miniſtrorum ſuſtentatione, & pro pauperibus alẽdis datur ipſa decima fructuum pars. Gaetan. 22. q. 87. art. j. & q. 185. art. 7. c. decimæ & c. fi. 16. q. j. Tertio clericus habens beneficium põt liberè diſponere de illis redditibus, qui ſunt neceſſarii ad eius honeſtum ſumptum inſpecta cuiuſq; qualitate, ſi eos præcipuos is habeat, qui aliunde victum, & neceſſaria ſibi miniſtrauit, ideſt, ꝙ licet aliunde puta ex patrimonialibus victum habeat, poteſt nihilominus de fructibus beneficii ꝓ rata ſui victus iuxta ſuam qualitatem ſibi conceſſam diſponere. Hæc etenim pars bonorum eccleſiaſticorum miniſtris per Canones antiquos conſtituitur c. Eccleſias. 13. q. j. tex. & ibi Abb. in c. de his de Eccleſiis ædificand. vel reparand. Sanct. Tho. 22. q. 185. art. 7. in reſp. ad 2. Io. maior in 4. ſen. diſt. 24. q. 17. & q. 20. & idem ipſe dicerem in his redditibus Eccleſię, & beneficii, quos digniſſima mercede induſtriæ, & laboris impenſi in Eccleſiæ regimine recipit ipſe, qui Eccleſiæ curam geſſit ex Bologninо in Anan. conſi. 87. vbi ipſe Ananias hoc ipſum probat.

Et non deſunt, qui opinentur Clericum habẽtem beneficiũ vltra ſibi neceſſaria, de redditibus illius in ꝓfanos, & voluptuoſos vſus expendentem, mortale peccatum committere, & ad illorum reddituum, ita expenſorum, & conſumptorum reſtitutionem teneri: ex verbis Hieronymi dicentis, aliena rapere cõuincitur, qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur. §. ordinandus 42. diſt. ſenſit hanc opinionẽ S. Tho. q. 43. arti. 8. aſſent. Alex. Hales. 3. p. q. 36. membros. Ricard. à media villa in 4. ſent. diſt. 45. art. 3. q. 1. Io. maior diſt. 24. q. 17. dicit hanc opinionem eſſe cõmunem, quam tandem probat Palud. in 4. diſt. 24. q. 3. art. vlt. q. bus ſuffragatur tex. optimus in c. Epiſcopus 12. q. j. & text. in c. j. 12. q. 3. pulchrè diuus Bernardus epiſto. 42. col. 3. clamãt, inquit, pauperes noſtrum eſt, quod effunditis nobis crudeliter ſubtrahitur, quod inaniter expẽditis, huic opinioni accedunt Abb. in c. cum ſecundum de præb. j. col. Archi. & Dominic. de Sancto Gemin. in ſumma 44. diſt. Fel. in c. poſtulaſti de reſcrip. Ant. Buc. j. num. 28. de emptio. Sed hæc, atq; alia à dictis Docto. adducta eo tendunt frequentius: vt ſit illicita hæc eccleſiaſticorum redditum in profanos vſus diſtributio, non tamen, vt ſit reſtitutio
26 neceſſario faciẽda. † Præterea redditus Eccleſiaſtici, q ſuperſunt vltra miniſtrorum victum, alieni dicuntur, non proprii, ſed ex quadam metaphora: eò quod eſſent pauperibus erogãdi, quod auctoritate Hieronymi comprobatur; is etenim ſcribit bona Eccleſiarum dici bona pauperum, quoad debitum, quia eis debentur, non quoad dominium, neq; quoad proprietatem: per

Card.

Source : BIU Cujas

Card. à Turre Cremata in c.vidētes.numero ſecundo 12.q.j. Et licet Canon.primus 12.q.3.probet:quod acquiſita ex fructibus, & redditibus beneficiorum ſpectent ad Eccleſiam, id quod nemo negat,non tamen ex eo ſequitur, ergò Prelatus fructus ſibi deſignatos malè conſumens,tenetur reſtituere, quia licet Tho. & Gaet.ſecunda ſecundæ q.185.art.7.dicant hanc conſumptionem non poſſe fieri abſque peccato mortali, negant tamen reſtituendi obligationem,Præpoſ.in ſumma.44.diſtin.col.5.ſanctus Thomas in ſcripto quolibet.artic.12. Sylueſter in ſumma in ver.Clericus quarto 20. quæritur vbi poſt diſtinctiones idem tenere videtur:& in verbo reſtitutio 3.q.5.Adrianus. in 4.ſenten.cap.incipientem pro clariori 4.concluſio.Quorum ſententia licet benignior ſit, & noſtris hiſce temporibus admittenda, ex totius orbis Chriſtiani cōſuetudine, qua plurimum iuuatur, vide tamen, & cogita non ne alia opinio forſan eſſet magis ſalubris animæ,& corpori,Clericis noſtri temporis: quia Abb. in d.c.cum ſecundum.nimis affirmatiuè dicit,quod Clerici tenentur reſtituere de ſuo Eccleſiæ illud, quod malè expenderunt de illis redditibus: & propterea cogita bene,quia anima eſt cūctis rebus preferenda.

Vlterius Canones permittunt,quod diſtributiones quotidiauæ,quæ dantur miniſtris Eccleſiæ ob laborem, & ob illud ſeruitium,& miniſterium,quod diuino cultui, ac diuinis officiis impendunt, acquirantur: & acquiſitæ ſint, percipientibus, etiam
27 quoad dominium per tex.† qui dicit in cap. vnico de cler. non reſid.in 6.ad fi.dicunt Domin.à Sancto Gemin. & Franc.ibidē, idem dicit Barba.in c.fi.col.fi.de pecul.cler. vbi dicit illum text. eſſe ſingularem.notat gl. Guilielmi ī extrauagan.prima ne ſede vacante in extrauag.communibus in verbo conſueuerit, idem dicit Decius conſi.280.col.j.quorum opinio eſt cōis, quam ſequitur Pariſ.conſi.33.vol.4.col.2.conceduntur enim iſtæ diſtributiones à Canon.Clericis ob illud miniſterium quod exhibēt altari,& diuino cultui. id quod etiam notatur per Bolognin. in Anan.cōſi.87.quia dictæ diſtributiones aliquando, & in aliqui-
28 bus Eccleſiis conſiſtunt,† & diſtribuuntur in potu,in pane, in pecunia,& in bladis extrauag.poſtulaſti. & cū nonnullæ de præben.& dignit.extrauag.comm.vnde ſic perceptas,& acquiſitas, poteſt Clericus ad libitum ſuæ voluntatis diſtribuere, ac de eis diſponere,& ad hæredes tranſmittere,quia conſanguinei ipſius Canonici bene ſuccedunt,in iſtis diſtributionibus, nam quoti-
29 dianæ diſtributiones non augent Corpus præbendæ. † Sed debentur propter operā perſonæ arg.l.j.ſec.reſp.ſi mens.falſ.mod. dix.l.ſi duobus.ff.pro ſoc.§. ſi in coeunda, & in c.licet nobis. de præb.videtur tenere lau.in Clem.fi.de præb.dicēs:quod talis ser
30 uiens fideliter diuino officio facit fructus ſuos: † & poteſt ſicut laborator de diurno denario diſponere: prout refert Dñs Florian.ibi,faciunt adducta per Oldra. conſi.118.incipit ex virtute gratia dicit Domin. in d. Clem. quod Clericus poteſt teſtari de quotidianis diſtributionibus. Ita dicit tenere Guiliel.in extraua. Ioan.XXII.Incipit ſuſcepti maximè glo.in verſi.ꝙ ſueuit quæ dicit ꝙ diſtributiones quotidianę de Iure ſunt fructus liberi à decimis,& ita aſſignantur vt lucrātur,& de iſtis teſtare poteſt Clericus.vltra prædicta faciunt omnia Iura: quæ dicunt Clericum; maximè non habentem dignitatem,adminiſtrationem,vel curam,prout eſt præbendatus,æquiparari fructuario:de quibus habetur in c.fi.de pignor.in c.requiſiſti de teſtamentis:ſed clarum eſt,quod fructuarius efficitur Dominus fructuum iam recollectorum.ff.quibus mod.vſuf.amit.l.ſi vſufructuarius, & eò mortuo non ſpectant ad proprietarium,ſed ad hæredes fructuarij,vt ibi not.Ergò idem videretur de fructibus prębendarum,& multò magis de quotidianis diſtributionibus:in quibus præbendatus habet maius Ius,vt patet ex iuribus ſupra allegatis,refert Nicol.de Vbal.in tract.de ſucceſ.cler.ab inteſtato.§. finita tādem, verſi.ſexto quæro.vbi multa in contrarium adducit: quod videlicet in diſtributionibus quotidianis Clerici vel ſacerdotis, ſuccedere habet Eccleſia,non hæredes defuncti,ſed dicit quod adducta in contrarium,ſunt adducta cauſa diſputationis, non cauſa deciſionis,quia ſententia illorum,qui dicunt in diſtributionibus,& huiuſmodi ſuccedere conſanguineos,non Eccleſiam in via Iudicii magis pręualet,& tenetur,ſed de his dicimus infra in q.de facultate prælati in rebus Eccleſiaſticis,& facientibus ſpolia.& in q.de ſucceſſione Clericorum ab inteſtato.ſed de diſtributionibus vide quæ dico in q.de poteſtate Cleri.& in q.de ſucceſſio.Cleric.ſecula.ſuis locis.

Idem etiam videtur in fructibus penſionum decurſarum,
31 etiam non exactarum. vt in eis acquiratur dominium,& tranſmitti poſſint ad hæredes, immò quod ius exigendi præteritas penſiones, non ſolutas, competat hæredibus Clerici defuncti: cui dicta penſio erat reſeruata, per ea quæ latè adducit Gign. in ſuo tracta.de penſio.q.52.& 53. vbi quæſtionem ponit, & examinatur latè.

32 Item videtur etiam ſancitum, & conſtitutum à Pōtificibus, & Canon.quantum,& in quanta quantitate, poſſint Clerici diſponere de bonis,ac redditibus Eccleſiæ, quia probatur in cap. ad hæc de teſta.ꝙ Clericus in ægritudine cōſtitutus, poteſt cauſa donationis inter viuos, redditus Eccleſiæ in piam erogare cauſam modo in donatione vtatur moderamine, ſi ex ea infirmitate decedat, ſed ſi eſt ſanus, & in bona valetudine, ſi pios vſus velit aliquid expendere de bonis mobilibus Eccleſię,id poteſt libere facere,nulla perfinita, vel taxata quantitate,id, quod probatur,in c.qa Io.vbi gl.12.q.5.dicunt,& notant Abb. Anch. Imo. & Barba. d.c. ad hæc, & ſecundum eundem Barba. ibi ſec. col.oportet,quod ſequatur traditio rei donatę viuēte ipſo Clerico, qui donat.

Et quod Clericus beneficiū Eccleſiaſticum habens, proprio teſtamento non poſſit diſponere de rebus occaſione Eccleſiæ acquiſitis,eſt tex.apertus in c.cum in officiis de teſtamen.idque procedit etiam ſi illa bona acquiſierit occaſione redditus ipſius
33 beneficii per tex.in c.relatum,† vbi Abb. & alii, ſed melius per eundem Abb.& latius in c cum eſſes in ſecunda lect.nu.23. cuius opinio eſt communiter recepta,& omnium cōſenſu approbata:licet Palud.in 4.ſent.diſt.15 q.3.arg.6. permittere videatur Clericis liberè teſtari de redditibus beneficiorum, quod manifeſtè conuincitur per dicta iura,& communem ſentētiam,quę procedit non ſolum in redditibus, & fructibus collectis ex beneficio,ſed & in rebus emptis de pecunia redacta ex eiſdem fructibus,per Barba.in c.inquirendum de pecul.Cler.nu.7.Bertrā. conſ.258.vol.2.id quod probatur in d.c.relatum,& d. c. cum in officiis,vbi paſſim Doctores:idem dicere videtur Ang. in ſumma in ver.emptio verſ.vtrum emptum,vbi poſita q.vtrum emptum pecunia aliena ſit ementis:† reſpōdit, quod ſit ſi nomine
34 ſuo emit.l.ſi ex ea.C.de rei vend. fallit in empto de pecunia Eccleſiæ c.j.12.q.3.& 2.q.ver.fixum:quod adeo eſt verum, inquit, quod ſi Clericus habens pecuniam de præbenda, emerit prædium,amplius non poterit illud dare, etiam intuitu pietatis, licet pecuniam potuiſſet dare: quia ſtatim prædium fit Eccleſiæ, ſiue emerit nomine Eccleſiæ, ſiue ſuo, ſiue alieno c.j.de pecul. cler.& c.inquirendum.

Per quæ ſatis conſtat,quod Prælati,& Clerici,ſiue ſint defuncti,vel ſucceſſores in beneficiis,quam habent,aut habuerūt poteſtatem,& facultatē,in bonis,ac redditibus Eccleſiæ,vel beneficiorum,eam habent à Papa conditore Canonum, & à Canon. & eo modo, forma,qualitate,& ꝺdōne,ītegrè,vel limitatè,qua Papa,& Canones conceſſerunt,& concedunt, & non alias, vel alio modo eadem facultate,ſeu poteſtate, vti debent. Vnde nihil mirum,ſi Papa, qui fructus beneficiorum, ac redditus, concedit Prælatis,ac Clericis,ad ſui, & ſuorum ſuſtentationem, & deducto victu reliqua de fructibus ſecūdum canones diſtribuere,& diſpenſare eorum vita durante acquiſita,& relicta per eoſdem ex dictis fructibus,remanſa canonicè non diſpenſata, aut, vt ius erat,non diſtributa,veluti eorum ſpolia,ac fructus in exactos,vel pro aliquo tempore decurrendos, Cameræ apoſtolicę, vel pro ſupplenda negligentia prælatorum in diſtribuendo, & diſpenſando,aut pro ſeruanda canonum ordinatione, aut pro ſanctæ Sedis apoſtolicæ,ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubuētionibus reſeruat,cui beneficia totius mundi illorūq; fructus ſunt
35 manualia, † & ei obedientialia,c.conſtitutus de relig. dom. qui illa ad nutum, & ſub conditione cōcedit c.ſi gratioſè de reſcri. in 6.in quibus poteſt Papa, vt in re ſua eſſe moderator, & arbiter.c.de his de ſepult.& qui potuit cōcedere totum, partem bene reſeruare potuit:quia,qui potuit illud,quod eſt plus, eſt etiā dicendum,quod poſſit illud,ꝙ eſt minus.l.Claudius Fęlix.ff.qui pot.in pign.hab.Bal.in l.conuenticula.C. de Epiſcopis, & cleri. Et ſi poteſt reſeruare partem alicui de fructibus beneficii, veluti eſt reſeruare penſionem,quę eſt portio certa dependens à fru
36 ctibus beneficii,à quo extrahitur,† inuenta à Romanis Pontificibus ex rationabili cauſa:vt per Cacialup.& Gig.in eorum tracta.de penſio.in princ.Item, & partem quoq; dictorum fructuū reſeruare poteſt Cameræ apoſtolicæ pro neceſſitatibus Eccle-
37 ſiæ Romanæ,† & Sedis apoſtolicæ extrauag. cum nonnullæ de præben.& dignitatibus extrauag.commu.la j.& la 2.& extrauagan.poſtulaſti eo.vbi Papa pro neceſſitatibus Rom.Eccleſiæ,& Sedis apoſtolicæ, applicat fructus beneficiorum vacatorum, & vacatorum ad certum temporis ſpacium, Cameræ apoſtolicæ, qua Papa fructus Sedis vacantis concedit Epiſcopo diœceſis ꝓ exhonorando Epiſcopatu debitis.c.ſi propter debita de reſcrip. & ibi gl.quia dicit Archi.in tracta.de hæreſi.incip. ſant. in Chriſto Patri.verſi.& quia tanta, quod in talibus Papa eſt Dominus
38 quantum ad vſum,quia eis vti poteſt,† ſicut placet,& decet ſuā potentiam ſiue ſtatum,per tex.in c.bonæ rei.12.q.2.c.per principalem.9.q.3.&c.nunc verò eadem cau.& q.quia dominium rerum eccleſiarum propriè loquendo non eſt apud aliam eccle-
39 ſiam:ſed apud Chriſtum, ſecundum Innocen. in c. † cum ſuper de cauſa poſſ. & propriè.cuius Papa eſt Vicarius cum omnimoda poteſtate in terris, vel apud Eccleſiam catholicam, quæ eſt vnica,c.loquitur.24.q.j.cuius ipſe eſt Princeps. gl.& Doctor. in c.conſtitutus de relig.dom. vbi Dominus Anto. dicit quod de
40 rebus Eccleſiaſticis poteſt diſponere Papa vt vult, † etiam ſine cauſa: & Papa de fructibus beneficiorum diſponit aliquando, vt debeantur, etiam perſonæ non habenti in eis titulum,cap. ſi

propter

Source : BIU Cujas

propter de reſcrip. in 6. cap. ſi tibi de conceſſ. præben. in 6. extra uag. Io. XXII. ſuſcepti cum ſimilibus, & ſecũdum antiquos Canones de fructibus beneficiorum fiebant quatuor partes, vna
41 Epiſcopo, alia fabricæ, † tertia pauperibus, quarta ſacerdoti, facit illud quod dicit Io. An. in c. inter cætera extra de off. ordinarii, quem refert Abb. vbi ꝙ optaret: ꝙ Eccleſia Romana perciperet vigeſimam partem redituum Clericorum, ad ſuſtentationem Papæ, & Cardinalium, & abſtineret à communibus ſeruitiis, & à fructibus primi anni, quos recipit à prælatis promouendis. Et neſcit, ꝙ de hoc aliis fuit factus Sermo in Concilio Viẽnẽſi & Papa pro ſuis neceſſitatibus applicat fructus ſedium vacantium Cameræ apoſtolicæ per extrauag. nonnullæ, la prima, & la ſeconda, de præben. extrauag. com. gl. quæ dicit in clem. vnica. de ſupplen. negligen.

Facit: quia ſiue habeas beneficium à Sede apoſtolica immediate: ſiue ab ordinario: omnino à Papa habes: quando auctoritate, quam ſibi concedit Papa ordinarius confert. ca. vt animarum. de conſtit. in ſexto clem. ne Romani eò. 27. q. 2. inſtitutiones. Et quando Princeps ex voluntate ſua fuit cauſa vt quis acquireret aliquid, ipſe illud idem acquiſitum poteſt ſola auctoritate auferre, ſecundum Angel. in l. Antiochenſium. ff. de priuil. cred. vbi dicit: quod princeps ſine cauſa poteſt alicui auferre rẽ, quã ipſe illi donauit, quia per eũdem Ang. in l. Lucius. ff. de edilitio. Imperator poteſt ſine cauſa auferre rem quæſitam ex præſcriptione, vel vſucapione, quia talis modus acquirendi fuit inductus ab eo, & ab eo auferri poteſt ſine cauſa: per Feli. vbi multa allegat c. quæ in Eccleſiarum. de conſtit. col. 16. verſi. 5. declara-
42 ratio, † & Papa poteſt tollere ius quæſitum ex lege ſua. Paul. de Caſt. conſ. 216. incipit quomodo. Felin. in cap. nouit. 8. col. de iudi. facit, quia Papa ſolet concedere quotidie ius teſtandi: etiam monachis de rebus, ac fructibus, per eccleſiam acquiſitis. Stafil. de literis gratiæ, & Iuſt. col. j. poteſt enim Papa licentiam Teſtãdi religioſis concedere arg. l. ſi quando in princip. C. de inoffic.
43 teſta. † Socinus conſi. 13. vol. j. Franc. in rubrica de teſtamentis in 6. col. Iaſ. & alii in authentica ingreſſi 2. col. de ſacroſan. Eccle. C. Baldus in d. l. ſi quando. Barba. in cap. cum in officiis de teſta. col. penul. Cacialup. de penſio. q. 19. in fi. Idem Barba. in tracta. de præſtan. Cardin. prima parte q. 4. vbi dicit licentiam hanc teſtandi, à Papa cõceſſam clericis, de redditibus beneficiorum teſtandi, eſſe intelligendam ad pios vſus: non alios Dec. conſi. 512. 2. col. vbi dicit hanc opinionem eſſe cõmunem: & Paulus Tertius in ſua conſtitutione, in materia ſpoliorum facta, de qua ſupra atteſtatur ſpolia ab antiquiſſimo tempore citra, nomine Cameræ apoſtolicæ exacta fuiſſe. & inter iura ipſius cam. connumerata, & prædeceſſores Roma. Pontifices, ac ipſum præliba tum Paulum, de ſpoliis diſpoſuiſſe donando, tranſigendo, & alias diuerſimodè contractando, ac collectores in variis prouinciis, & exactores, pro illis colligendis conſtituiſſe, & deputaſſe, ac multas literas ſui, ac prædeceſſorum, ſuper exactione ſpoliorum emanatas, in quibus continebatur ſpolia ad cameram apoſtolicam ſpectare, & pertinere.

Per quæ: cum latè conſtet: quod Papa in caſu noſtro optimè potuerit iſta acquiſita, iſta relicta, iſta ſpolia, & iſtos fructus, Cameræ Apoſtolicæ reſeruare, appropriare, incorporarę, & applicare: eſt etiam dicendum quod id voluerit, & expreſsè mandauerit, vt cum de poteſtate dixerimus, dicamus de voluntate, qa iſta duo perficiunt omnes actus, & ſi alterum deſit, nihil dicitur actum per Bald. in l. omne verbum. C. communia de leg. Alex. conſi. 52. nu. 27. lib. 4. Nec de Papæ voluntate in hoc eſt in aliquo dubitandum, tum quia Conſtitutiones, & leges deſuper factæ, id clarè dicunt, vt ex illorum inſpectione cuilibet conſtare poteſt intuenti, tum etiam: quia in dictis conſtitutionibus ſtat clauſula motu proprio &c. Quæ de ſui natura importat, quod facit principem præſumi velle: per ea quæ notat Bald. in l. om-
44 nes. in princip. C. de quadrien. præſcri. † Item facit præſumi rite factum à Papa Cardin. in clem. 2. q. 4. de offic. ordin. Item ſtant conſtitutiones ſignatæ, cum clauſula ex certa ſcientia, quæ facit præſumi Principem velle, etiam ſi deficiat clauſula non obſtan-
45 te tali lege, † ſecundum Bald. in l. omnes prędallegata. Item facit præſumi, vti abſoluta poteſtate. per gl. in c. ad hoc, in verſi. elegerint. in fi. de reſcrip. Item ſupplet defectum ſolennitatum Rot. deciſ. 234. Papæ in nonis: Item æquiparatur clauſulæ de plenitudine poteſtatis: per Innocen. in c. innotuit. de electio. Bald. in l. eos in princi. C. de appell. Barba. in conſi. 103. & clauſula ex certa ſciẽtia tollit omnes defectus inductos à iure poſitiuo, & plus operatur, quàm clauſula Motu proprio, vt per Feli. in c. cauſam quæ el 2. in 4. col. verſic. 5. nota. de teſtibus. Item conſtitutiones 49
ſtant cum clauſula, de Sedis apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quæ includit defectus ſolennitatis Specul. in titu. delega. §. nunc
46 oſtẽdendum eſt, verſ. & nota quod ſi clauſula. Et ibi Bal. in additionibus, ver. clauſula ſupplentes: per Alex. conſ. 16. col. pe. vol. 5. Deciſ. conſi. 116. col. 2.

Item ſtãt cum clauſula non obſtan. quæ operatur, quod prin-
47 ceps præſumatur ſic velle, vt in reſcripto continetur: quæ omiſſa faceret præſumi de contrario: per Bar. in d. l. omnes in princ. C. de quadrien. præſcrip. & in l. Idem Vlpianus. §. ſunt & alii. in ptincip. ff. de excuſat. tuto per glo. in l. fi. verſi. quod ſi dixit Imperator. C. ſi contra Ius. Item contra ius commune facit præſumi Principem facere de plenitudine poteſtatis, & facit valere reſcriptum contra teſtamentum. l. ſi non ſpeciali per Bald. in 2. col. ver. Item dixit Oldra. C. de teſta. Item tollit iſta clauſula ius tertii, & operatur, ꝙ clauſula de plenitudine poteſtatis, & ex certa ſcientia per Alex. conſ. 101. vol. j. 6. col.

Sed ab huiuſmodi generali Canonum diſpoſitione, ac particulari extrauagantium conſtitutione, ſuper ſpoliis clericorum, vel Prælatorum æditarum per Romanos Pontifices, Iulius ſanctæ Mem. Papa III. per ſuam quam deſuper edidit conſtitutionẽ, omnes incolas, & Curiales Vrbis Romæ exceptuauit, ac nõ comprehendi, nec comprehenſos eſſe declarauit. Et ante eum
48 Sixtus IIII. Alex. VI. Leo X. Idq; fuit confirmatum, † & approbatum à Pio IIII. per ſuam quam fecit conſtitutionem, ſub tali rubrica Bulla confirmationis, & Innouationis, priuilegiorum incolarum, & curialium Vrbis, ſuper libera facultate diſpenſandi de bonis ſuis, edita Anno M D L X I. nonis Februarii: per quam Curiales, & incolæ Vrbis, ſine aliquo timore, & ſecurè viuunt, quia de illorum bonis quomodocunq; acquiſitis liberè in teſtamento, aut alia ſibi bene viſa voluntate, contractu, aut diſpoſitione, poſſunt pro libito diſponere omni tempore, & in euentum etiam quod ſine diſpoſitione decedãt, ad hæredes ab inteſtato venientes tranſmittunt. In qua etiam conſtitutione Pius Papa IIII. declarat eoſdem Incolas, & Curiales non ligari nec comprehendi, à conſtitutione per eum ædita, ſuper bonis ex illicita negociatione, aut alias contra ſacros Canones acquiſita, cuius tenor ad cautelam erit in calce præſentis tractatus deſcriptus.

Et ad contraria j. & 2. loco adducta deuenio: quia non obſtãt j. adducta de ſucceſſore in beneficio: qui ſuccedit in fructibus non recollectis, non exactis, & pendentibus, ac in acquiſitis per defunctum occaſione Eccleſiæ, ſunt vera, & regulariter procedunt ex diſpoſitione iuris communis, ſed ceſſant in caſu noſtro, in quo ſunt factæ conſtitutiones, & extrauagantes in contrarium, per Romanos Pontifices, iuris antiqui in caſu præſenti derogatorię, quia quotidie cernimus oculis, ꝙ Papa beneficiũ concedit vni, alteri verò ſpolia defuncti: per cuius obitum beneficium vacauit, & ſucceſſor gratia beneficii ſibi conceſſi cõtentus, ſuper iure ſibi vti ſucceſſori ad ſpolia competenti, conquieſcit, vnde noua Iura debent attendi, in eò maximè in quo corrigunt, limitant, reformant, & tollunt ius antiquum. l. ideò. ff. de legibus.

Nec obſtat illud pari modo, ꝙ diximus: ꝙ Papa non præſumitur tollere Ius tertio acquiſitum: quia illud procedit, quando eſſemus in dubio de mente, & voluntate Papæ: quo caſu ſemper fit interpretatio, vt non lędat: vt non præiudicet: aut lędat, vel præiudicet minus q̃ fieri poſſit, toto titulo: ſi contra *ius*: vel vtilitatem publicam l. digna vox. C. de legibus. Sed quando ſumus in caſu, in quo Papa ſcribit expreſsè cum intẽtione præiudicandi, & ius quæſitum tollendi: prout in caſu præſenti: tũc eſt ſecus per Corn. conſi. 83. col. pen. in *lib.* 4. vbi *multa* allegat: quia bene id Papa poteſt: ſi vult cùm ſimus in beneficialibus: in quibus habet abſolutam poteſtatem vulg. c. 2. de præben. lib. 6. Cald. conſi. 12. Alex. conſi. 101. lib. j. 5. col. quia in beneficialibus tanta eſt potentia Papæ, quod poteſt Epiſcopum prò libito voluntatis de ſuo Epiſcopatu ad alium transferre: quia omnia beneficia mundi ſunt manualia, & obedientialia reſpectu Papa*lis* poteſtatis, dicit Bal. in l. reſcripta col. 2. & ſequen. C. de precibus Imperatori offeren. & ideo poteſt gratiam reuocare poſt ius alteri quæſitum, vt dicit idem Bal. in l. qui ſe patris col. pe. C. vnde liber. Socin. conſi. 156. pro fundamento in 2. col. & conſi. 164. viſa Bulla in 7. col. nec obſtat pariter cõſtitutio Iulii, quia, vt diximus, ipſemet illam reformando, corrigendo, & tollendo declarauit nolle habere locum in locis: vbi adeſſent ſpoliorũ, & iurium R. Cameræ, collectores, vt per conſtitutionem illius publicatam ſub die octaua Iulij 1551. Anno ſui Põtificatus ſcdo.

Ad contraria verò 2. loco adducta: ꝙ fructus in exacti, & ſpolia relicta per defunctum vadunt ad hæredes ſuos: nõ autem ad ſucceſſorem in beneficio: neq; ad Cameram, reſpõdetur, quod id eſt verum, & procedit in illis caſibus: in quibus Clericus facit fructus ſuos, & quorum dominium acquirit, & in quibus, & quã do habet vſufructum, veluti diximus in diſtributionibus quotidianis, in fructibus penſionũ, & huiuſmodi: in quibus diximus clericum æquiparari vſufructuario, & acquirere dominium in
illis, † de quibus habetur in c. fi. de pignor. in fi. in c. requiſiſti. de teſta. per Hieronymum Gig. in tracta. de penſio. q. 52. & 53. Item de bonis acquiſitis ex fructibus ſimplicis beneficii: de quo per gl. in c. præſenti de off. ord. in 6. in verbo reſeruari: quæ dixit Clericum poſſe liberè teſtari de bonis ex ſimplici beneficio acquiſitis: cuius opinionem tenuit Hoſtiẽ. in c. fi. de pecul. Cler. ex c. requiſiſti in fine de teſta. hanc opinionem dicunt eſſe receptam, & approbatam in practica Anto. & Imol. d. c. fi. quod verò non ſit bona opinio, & quod non ſit vera illa gl. videtur eſſe tex. in c.

Epiſcopus.

Source : BIU Cujas

Episcopus 14.quæstio.1. vbi probatur Canonicos, qui simplex habent beneficium, non habere bona Ecclesiæ, vti propria: sed habere potius ad dispensandum. Item iura quæ prohibent Clericum testari de fructibus beneficij, loquuntur generaliter, † & indistinctè, nec obstat text.in capit. requisisti de testamentis, vbi solum probatur: quòd relictum Canonico alicuius Ecclesiæ acquiritur Canonico, nec præsumitur ei legatum factum fuisse ex causa Ecclesiæ, ex quibus non videtur, quod glos. opinio procedat, & ita eam reprobat Abb. in capit. cum esses numero 23.in repetitione & capit.cum in offic.de testam. Idem in cap.2. de decim.& cap.fina.de pecul.Cleric.Archidiac. in capit.statutum.§.assessorem de rescript.in 6.Innocen.in cap. indecorum de ætat.& qualita.Domin.de S.Gemin. & Francisc. in dicto cap.præsenti colum.5.Barbat.in tractatu de præst. Cardina.parte 1.quæstio.3.numero 80.Idem Barbat.in cap.requisisti numero 34. de testamen. Idem in capit.fin. numero 14.de pecul.cleric.Et hanc opinionem dicunt esse veriorem Imol.in dicto cap.fina.Beltrand.consilio 288.Ias.consil.75.volum.3.Sequitur Didacus Couaruuias in cap.cum in offi. de testamen.super quo cogita: quia dicit Abb.in cap.fina. prælega.de pecul. cleric. quod illa glos. nunquam sibi placuit, † nec est fundata in aliquo iure, vbi etiam respondet ad iura per eandem adducta, & dicit Cardinalis Zabarella in cap. fina. de pecul.cleric. quòd tales distinctiones glos.iure non probantur. Ideo dixi, cogita, quia Geminia.in dicto cap. præsenti de offic. ordina. in 6.dicit quòd Clericus non habens administrationem: sed simpliciter, & personaliter beneficiatus,in vita, & in morte comparatur vsufructuario, quantum ad faciendum fructus suos, & de ipsis perceptis testari potest, & ei Ecclesia succedit, quantum ad hos, ab intestato. quam glos.inquit quidam sic intelligunt, quod quilibet habens beneficium simplex testari possit, quod dicunt falsam esse, & contra Capitulum relatum quòd loquitur in Canonico,& consequenter in habenti beneficium simplex, qui tamen vt ibi patet, testari non potest, & hoc inquit fateor sed glos. rectè intellecta est verissima, & id non dixit. Sed ad hoc; quod beneficiatus possit testari,tria requirit, primo quod non habeat administrationem, secundo, quod beneficium sit simplex, tertio, quod illud obueniat sibi personaliter tantum, & consequenter tales fructus sint concessi ratione stipendij personalis, quibus concurrentibus potest testari, & alias vt ibi per eum. Sed hodie in fructibus, & in acquisitis ex simplici beneficio, testari non valet Prælatus, nisi obtento priuilegio Apostolico, seu ex consuetudine loci, legitimè præscripta,per breue Pij IIII. directum Francis. Odescalco sub Datum Romæ die 6.Martij 1560. anno primo. & per aliud eiusdem Pij directum Matthæo Minali sub die 30.Iulij eiusdem Anni 1560. Anno primo: sed ego ex, quo iura allegata pro glos. distinctionem probare non videntur, adhærerem opinioni Abbatis, & aliorum sequacium, quia magis æqua,& fauorabilis Ecclesiæ videtur, pro qua in dubio semper est facienda interpretatio ad not.in cap. in præsentia de probatio. Felin. in cap.fina.de Iudic.huius opinionis esse videtur Did. Couaru. variarum resolutio.cap.15.versic. prius tamen. Ifthæc mihi occurrunt dicere ad diffinitionem vel descriptionem spoliorum Ecclesiasticorum, sed ad quæ constitutiones in hac materia editæ,se non extendant,& quænam sint personæ,quæ illis non comprehendantur,aut ligentur, dico in quæstione de potestate Clerici. & in quæstione de licentia testandi, & de successio. Clerici ab intesta.secula.vbi in multis locis videbis, tam personas particulares,quàm Collegia officialium Roma. Cu.& vniuersitates, quæ sint exemptæ, priuilegijs, & concessione Papę, à debitis,& solutione spoliorum,quia Romani Pontifices,quæ eorum solet esse erga fideles,& Sedis Apostolicæ deuotos liberalitas, seu benignitas,soliti sunt,& solent, ab huiusmodi nexibus, & debitorum solutionibus multos, etiam vniuersitates, immo Ciuitates,& regna in totum,vel in partem absoluere, & liberare,prout in præallegatis locis videre est,& meis temporibus vidi motum proprium Iulij III. concessionis gratiæ factæ regno Neapolis: per quem mandatur, in regno Neapolitano spolia exigi ab hæredibus prælatorum, & Clericorum defunctorum:si quidem Clerici,vel prælati habuerint in annuis redditibus Ecclesiasticis, computatis etiam distributionibus quotidianis, annum valorem ducat. centum auri de Camera, Et si spolia,& bona per defunctum relicta, ascēderint ad summam, & valorem ducatorum mille similium. declarando, quòd qui non habuerint in beneficijs, & bonis prædictum annum valorem, non comprehendantur, nec comprehensi intelligantur, in constitutionibus super spolijs editis,nec eorum hæredes occasione spoliorū, per Collectores Cameræ Apostolicæ molestari posse,cum expressa addita declaratione, quòd in constitutionibus spoliorum,comprehensi intelligantur omnino clerici,vel Prælati prædicti, modo per triennium continuum, vel interpellatum,habuerint in eorum vita, vltra annuum valorē ducatorum centum similium,licet tempore obitus talem redditum non obtinuerint, prout ego sæpe vidi in copijs, & simplicibus scripturis, licet non in auctentica,aut forma probante mihi præsentatis;Sub Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris Die 10. Augusti anni 1550. Pontific. sui Anno primo. Et alium similem motum vide felicis recordationis Pauli IIII. eidem Regno,quo mādatur, tantūmodo spolia exigi, si Clerici defuncti in redditibus Ecclesiasticis habuerint valorē annuum scutorum quinquaginta auri, & reliquerint in bonis tempore obitus, scuta similia ducenta,sub Datū Romæ sub eodem Annulo die 16. Martij anni 1558.sui Pontificatus anno 3.eodem modo, & forma in causis spoliorum exhibitum mihi,& præsentatum,quibus gratijs, & cōcessionibus per obitum prędictorum Pontificum expiratis,vigore breuium Pij IIII.cum clausulis derogatoriarum derogatorijs signatorū, & expeditorum, meis temporibus spolia indistinctè absque præfatis limitationibus exacta, & recollecta indistinctè fuerūt semper,& vbique in dicto Regno, dictis concessionibus in aliquo nō obstantibus. Et id pari modo fuit generaliter statutum per S.D. Pium PP. V per suam bullā hoc præsenti anno 1567. mense Septembris editam, per quam declarat,& statuit,ꝙ bona beneficiati relicta,qui in beneficijs, aut in pensionibus non habuerit excedentem valorem XXX. annuorum. Ducat. auri de Came. non comprehendantur sub spolijs, nec in eis aliquid nomine spoliorum prætendi possit.quæ incip. Romani Pontificis.&c.quæ est in calce præsentis laboris descripta.

SVMMARIVM.

1 *Clericum negociatorem, veluti pestem fuge.*
2 *Clericus mercator Deo placere non potest.*
3 *Clericis est consilium exercere manualia.*
4 *Clericis agricultura permissa.*
5 *Clericus artificiolo, & agricultura sibi victum paret.*
6 *Quę venatio sit permissa, & interdicta clericis.*
7 *In Scripturis sanctis piscatores inueniuntur sancti, non venatores.*
8 *Artificia sunt licita clericis pro sui sustentatione.*
9 *Clericus potest incumbere artificijs, dummodo non se subtrahat à diuinis.*
10 *Quando liceat Monachis conducere terras, & habere ad firmam.*
11 *Ratio quare clerici seculares possunt necessitate instante habere res conductas, eorum nomine, monachi verò non.*
12 *Licet clerici non possint conducere, possunt tamen in conducta, in qua succedunt remanere.*
13 *Clerici possunt conducere possessiones recolendas ad sui sustentationem.*
14 *Clericus potest locare animalia, & emere eadem, ad depascendum pascula: quæ ipse habet, ad sui sustentationem.*
15 *Clericus potest emere equum pullum nutriendum, & rem, vt melioratam vendat carius.*
16 *In casu necessitatis est licitum clerico negociari.*
17 *Clerico iniusta tantum negocia sunt interdicta.*
18 *Ratio quare non liceat Episcopis aduocare.*
19 *Sacerdotes in multis casibus licitè aduocant.*
20 *Quæ sint personæ miserabiles.*
21 *Clerici seculares de consuetudine Eccle. possunt exigere pro patrocinijs.*
22 *Hodie sacerdotes per contrariam consuetudinem possunt petere salarium.*
23 *Clericus habens beneficia ad sui sustentationem, prohibetur aduocare: secus si non habeat.*
24 *Clerici in minoribus: si non habent beneficia ad victum, indistinctè aduocare possunt.*
25 *Clerici in minoribus possunt aduocare, ne dum ad sui sustentationem: sed & ad lucrandum.*
26 *Clericus de acquisitis ex aduocatione disponit vti de patrimonialibus.*
27 *Quæ concurrere habeant, vt Religiosus, vel monachus aduocare possit.*
28 *Clericus potest esse Iudex, etiam in causa criminali, licet generalis officialis esse non potest.*
29 *Tabellionatus officium vile.*
30 *Clericus siue in minoribus, siue in sacris constitutus: si non habet beneficia ad sufficientiam, potest esse Tabellio.*
31 *Clericus habet cauere à negociatione de qua in cap. fin. de vsur.*
32 *Clericus negociator pestis.*
33 *Dominus eiecit mercatores de templo.*
34 *Clericis est interdicta negociatio sub anathemate.*
35 *Cleticus tertio monitus, vt à negotijs abstineat, perdit priuilegium clericale, quo ad bona, si non desistat.*
36 *Differentia inter negociationem, & artificium.*
37 *Quid sit artificium.*
38 *Quid sit propriè negociatio.*
39 *Licet Clericus possit facere artificium, tamen non potest, si Ecclesia ei sufficit ad victum.*
40 *Quid sit mercator.*
41 *Clerici non indigentes, non possunt exercere etiam honestas negociationes.*
42 *Vide, quæ honestæ, & inhonestæ negociationes.*
43 *Negocia causa lucri, vel cupiditatis, sunt interdicta monachis, & Clericis.*
44 *Religiosus non habet neque velle, neque nolle.*
45 *Negociatio, quæ non fit lucri causa, non est prohibita.*
46 *In casu necessitatis, est licitum negociari.*
47 *Clericus potest vendi facere vinum in domo, dummodo ipsemet non exerceat*

Source : BIU Cujas

Tabernam, aut vendat vinum, ſeu alter.

48 *Clericus poteſt emere victualia pro abundantia tempore famis pro ſe, & alijs.*

49 *Emens pro ſuo vſu, poteſt vendere propter aliquam neceſſitatem, pro maiori pretio.*

50 *Quicquid plus iuſto pretio appetit homo, turpe lucrum eſt.*

51 *Quibus modis negociatio licita fit illicita.*

52 *Negocium ſeculare non poteſt diffiniri, quia multiplex.*

53 *Peccatum tale eſt: qualis eſt finis, per quem fit.*

54 *Negocians, intendens principaliter ad lucrum, eijcitur de templo Paradiſi.*

55 *Vide multas circunſtantias quæ faciunt negociationem illicitam.*

56 *Vide caſus, quibus licet vendere carius.*

57 *Quatuor requiſita ad validitatem contractus emptionis.*

58 *Perſonæ: quibus creditur: quod leuitate, potius quàm liberalitate vendant.*

59 *Negotia ſecularia, prouenientia ex carnis concupiſcentia, ſunt prohibita.*

60 *Clericis in minoribus, non beneficiatis, non prohibentur negotia licita.*

61 *Clerici in minoribus poſſunt redire ad ſeculum, & apoſtaſiam non faciunt.*

62 *Clericus in minoribus habens beneficium, eſt apoſtata, ſi dimittat habitum & tonſuram.*

63 *Bulla Pij IIII. ſuper illicitis negociationibus comprehendit clericos, etiam in minoribus.*

64 *Quilibet præſumitur negociari cauſa cupiditatis, non cauſa neceſſitatis.*

65 *Vita hominis eſt prona ad malum.*

66 *Pœna Clerici negotiatoris.*

67 *Omne peccatum: quod eſt contra præceptum legis naturalis, & diuinæ, mortale eſt.*

68 *Non eſt curandum de verbis: quia accommodanda materiæ.*

69 *Nullus niſi pro peccato mortali excommunicatur.*

70 *An & quando contrafaciens legi, incurrat peccatum mortale.*

71 *Cum mortali peccato, nemo introibit in gloriam Dei.*

72 *Clerici eo ipſo, quod contrahunt matrimonium, ſunt priuati priuilegio Clericis circa bona conceſſo.*

73 *Clerici ordinari ſine beneficio, poſſunt agere contra promouentem pro victu.*

74 *Clericus negocians momtus, non ceſſans, ſpoliatur clericatu, & beneficio, & traditur curiæ ſeculari.*

75 *Peccatum mortale notorium inducit ſuſpenſionem, vt quis non exerceat officium ſuum.*

76 *Paria indicantur non fieri, & non rectè fieri.*

77 *Occultus peccator non tenetur reſtituere fructus medij temporis.*

78 *Male acquiſita prudenter facimus ſi in elemoſynam damus.*

79 *Acquiſita ex illicita negociatione tenemur in pauperes, & pios vſus erogare.*

80 *Nihil tam naturale, quàm rem acquirere, de voluntate domini tradentis.*

81 *Licet clericus non reſidens, priuetur beneficio, non tamen tenetur reſtituere fructus.*

82 *Verbum, alias, eſt aduerbium qualitatis, & ibi vide, quod habet plura ſignificata.*

83 *Contra illud, quod lex iubet, aut prohibet, nihil eſt faciendum.*

84 *Canon. multipliciter ſumitur.*

85 *Bulla Pij IIII. in preſenti materia edita, eſt iuris antiqui declaratiua.*

86 *Negociationes ſunt interdictæ clericis omni iure.*

87 *Illicitè acquiſitum dicitur tripliciter.*

88 *Datum ex cauſa Simoniæ non reſtitutur danti, ſed in elemoſynam erogari poteſt.*

89 *Mulier acquiſitum ex meretricio, retinere poteſt.*

90 *In quibus caſibus tenetur ludo lucrans reſtituere.*

91 *Tractus ad ludum lucrans, non tenetur reſtituere lucrum.*

92 *Vide remiſſiuè, quomodo, & quando illicitè acquiſitum reſtituatur.*

93 *Bulla non comprehendit acquiſita, quæ ſunt parti reſtituenda.*

94 *Verba reſcripti ſunt potius improprianda, quàm intelligenda in preiudicium tertij.*

95 *In reſcriptis Papæ ſemper intelligitur appoſita clauſula, dummodo non ſit alteri ius quæſitum.*

96 *Lex debet conuenire tempori.*

97 *Fiſcus, ſaccus malè ablatorum.*

98 *Turpia, & illicita lucra fiſcus aufert.*

99 *Bulla auferens malè acquiſita clericis, eos punit in eo, in quo delinquunt.*

100 *Verba Bullæ, viamq; contra ſacros canones, ſunt ſublata per aliam bullam Pij quarti.*

101 *Intentio Papæ non præſumitur de eo: quod verba non important.*

102 *Papa, & Imperator non poteſt diſponere, quòd ſtetur dicto vnius teſtis in preiudicium tertij.*

103 *Conſtitutio contra ius naturale non ſeruatur.*

104 *Vide caſus, in quibus illicitè acquiſitorum, fit reſtitutio.*

105 *Illicitè acquiſita, reſtituenda, non comprehenduntur in bulla.*

106 *Bulla comprehendit clericos cuiuſuis ordinis.*

107 *Vide quod veniat appellatione clericorum.*

108 *Bulla eſt malæ vitæ correctiua, & excitatiua virtutis.*

109 *Bulla comprehendit acquiſita cuiuſuis temporis.*

110 *Bulla impedit clericum teſtari de illicitè acquiſitis.*

111 *Licentia teſtandi à Sede Apoſtolica obtenta, habet clauſulam de licitè acquiſitis.*

112 *Quod illicitè acquiſita ſpectent ad Cameram, id declarat Bulla Pauli iiij.*

113 *Bulla Pij IIII. qua eximit curiales, Cardinales, prelatos, & officiales, & habentes facultatem teſtandi à generalitate bullæ editæ ſuper illicitis negociationibus.*

Quæ negotia ſint permiſſa, aut etiam interdicta Clericis.

QVAESTIO II.

SAnctiſſimus DD. Pius diuina prouidentia Papa IIII. curam habens gregis Dominici ſibi commiſſi, & præſertim clericorum, & eccleſiaſticarum perſonarum, quæ vti perſonæ ad aliorum regimẽ, & gubernium deputatæ, magis quàm alij, à ſcandalis cauere, & à peccatis, & delictis magis abſtinere debent: quia religioſi, qui nomen ſanctitatis habent, peruersè agendo, plus nocẽt in eccleſia Dei, quàm alij, 85. diſt. nemo, & clerici deprehenſi in aliquo crimine, plus peccant, quàm laici, per Archid. ca. Arrianus. 1. q. j. num. 33. qualitas enim perſonæ auget atrocitatem delicti. Arbitrans eſſe valde malum, ac ſcandaloſum, quod clerici cauſa acquirendi, vel lucrandi, ſeſe implicarent mercaturis, mercimonijs, ac ſecularib. negocijs, de quibus ſcriptum eſt, nunquã de manu tua, vel oculis tuis liber pſalterij diſcedat, dicatur ad verbum oratio tua ſine intermiſſione & c. cap. nunquam. de conſecra. diſtin. 5. & vita clericorum debet verſari circa vitam contemplatiuam, nõ autem de rebus mundanis habere curam, niſi quatenus ſunt neceſſaria ad corporalem vitam. 1. q. 3. ſi quis obiecerit. quia dicit tex. in cap. negociatorem. 88. diſtin. negociatorem clericum, & ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum, quaſi quandam peſtẽ fuge, quia teſte Cicerone, officium mercatoris nõ eſt officium
1 apti, † non ſimplicis, non ingenui, non iuſti, non boni viri. Sed verſuti, obſcuri, aſtuti, fallacis, & callidi, & vt ait Auguſtin⁹, nullus mercator ſine fraude diteſcit, & lucrum habere nõ poterit, niſi fraudem fecerit. Et Carthaginenſes mercatoribus diſtincta ſtatuerunt diuerſoria, nec ea illis cum ciuibus volebant eſſe cõmunia, nec aſpectus quidem cõcedebatur eis ad ſecretiora vrbis loca. Græci autem nequaquam eos intra vrbes recipiebant. Plato vituperat mercatores, qui optimos coinquinent mores, apud pleraſque reſpub. antiquas lexerat, ne quis mercator Magiſtratum gereret, nec in ſenatum, nec in cõſilium admitteretur. † Et ait Chryſoſtomus, clericus mercator Deo placere nõ poteſt. Aug. quoque ait mercatores, pariter ac milites, veram pœnitentiam agere non poſſe. Quod tamen eſt intelligẽdum, quandiu hanc artem iniuſtè voluerint exercere, quia legitimè & canonicè mercaturam facere, non eſt interdictum, idque eo eſt deterius in clerico: de quo ſcribit Apoſtolus, nemo militãs Deo implicat ſe negotijs ſecularibus, ideſt temporalib. & mundanis, quantuncunq; illa laicis liceant, per Abb. in rub. ne cleri. vel monac. ratus in quam prælibatus, ſanctiſſimus, malum eſſe, & ſcandaloſum, perſonas eccleſiaſticas, quæ alijs exemplũ probitatis, & religionis, & ſanctitatis præbere habent, in hoc vitiũ prolabi, ſimulq; ad officium ſuum ſpectare: qui gregis, & paſtorum curam habet, vniuerſali malo huic prouidere. Sanctiſſimã ſuper hoc ſub Datũ Romę Nonis menſis Nouemb. anni 1560. Anno ſui Pontifi. 1. Conſtitutionem edidit, qua decreuit, & declarauit quæcũque acquiſita per clericos, & perſonas eccleſiaſticas, ex illicita negociatione, vel alias contra formam ſacrorum Canonum, eſſe, & intelligi debere ſpolia, & vti ſpolia Reu. Cameræ Apoſtolicæ applicanda, & incorporanda, ac applicari, & incorporari recolligi, & percipi debere, accommodatum profectò morbi, & mali qualitati medicamen, & remedium, quia abſtinebunt omnino à negociaturis cauſa lucri, vel acquiſitionis clerici: quando ſciant, quòd illa quæ ſuo labore in huiuſmodi, & induſtria parauerint, poſt obitum non ad commodum, & beneficium ſuorum conſanguineorum, & hæredum, pro quibus libenter laborant, ſed in Cameræ Apoſtolicæ beneficium, & vtilitatem cedent, & erunt pro futura alijs, potius quàm ſuis, cuius conſtitutionis tenor ſubſequitur in hunc modum, videlicet, Pius &c.

Bulla Sanctiſſimi D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ IIII. ſuper declaratione Spoliorum.

Pius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

DEcens eſſe cenſentes, & æquum, vt nos, qui alios in ſua iuſtitia confouemus, Cameræ Apoſtolicæ iura nõ negligamus, quinimmo, ne prętextu incertitudinis, illa ab aliquibus vſurpari, aut ſuper eis dubia aliqua oriri contingat, ita noſtræ declarationis remedium prouideamus, quòd à nemine deſuper dubium aliquod deduci poſſit. Cum itaque, ſicut accepimus, à nonnullis vertatur in du-

Source : BIU Cujas

in dubium,an res, & bona,per clericos, etiam in ſacris ordinibus conſtitutos,ex negociatione illicita,aut alias contra ſacros canones, acquiſita, vti ſpolia, vel alias ad Cameram præfatam iure legitimo ſpectare, & pertinere debeant. Nos omnem deſuper hæſitationi materiam ſubmouere, ac cauillationibus, & altercationibus, ac litibus viam præcludere, & denique malitijs eorum,qui iura dicta Cameræ vſurpare ſatagunt, obuiare, aliasque in præmiſſis opportunè prouidere volẽtes: Motu proprio,& ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,decernimus, & declaramus,omnia,& ſingula, res, & bona,cuiuſcunque qualitatis,& quantitatis exiſtentia,ac in quibuſuis rebus,& Regnis,ac dominijs,tam citra,quàm vltra Montes, & maria conſiſtentia, per quoſuis Clericos, tam ſeculares, quàm quorumuis, etiam mendicantium ordinum, ac militiarum regulares,etiam in ſacris ordinibus conſtitutos cuiuſcunque ſtatus, ordinis, & conditionis fuerint, ac Archiepiſcopali, Epiſcopali, vel alia maiori dignitate, præfulgeant,ex negociatione illicita, aut alias contra ſacros Canones, quomodolibet acquiſita, quæ pro tempore, poſt obitum eorum, qui etiã ex facultate, quam habuerint teſtandi, condito teſtamento, vbiuis locorum deceſſerint,& decedẽt, aut quibus illos, etiam eis viuentibus,priuari, & eis deſtitui, contingerit, & præſertim quondam Andreæ Iapiro de Sancto Ioanne Rotundo presbyteri, ſeu religioſi, extra Rom.Curiam,ad illam forſan veniendo defuncti, hactenus, remanſerunt, remanent, & remanebunt, ad eandem Cameram, & non alios, etiam in quibuſuis Cathedralibus, etiam Metropolitan.& Collegiatis, ac alijs Eccleſijs, Monaſterijs, Hoſpitalibus, militijs, cæterisque beneficijs eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura Secularibus, & quorumuis ordinum regularibus,qualitercunque qualificatis, ſucceſſores illa in titulum,commendam,adminiſtrationem,commiſſionem, ac alias quomodolibet pro tempore obtinentes, etiam ſi ad illa, vigore prioris tituli, ius regrediendi, ſeu accedendi,& ingrediendi,aliquibus conceſſum fuerit, ſpectaſſe, & ſpectare, ac ſub nomine Spoliorum venire, illaque, vti ſpolia ad Cameram ipſam pertinentia, perpetuo colligi,& recuperari potuiſſe, & poſſe, ac debere, & ita per quoſcunque iudices quauis auctoritate fulgentes, in quacunque inſtantia, ſublata eis quauis, aliter iudicandi & interpretandi, facultate,& auctoritate, iudicari, & diffiniri debere. Necnon irritum & inane, quicquid ſecus,ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attemptari.Mandantes dilecto filio noſtro Guidoni Aſcanio, Santæ Mariæ in via lata, Diacono Cardinali, de Sancta Flora nuncupato Camerario noſtro, & eius in Camerariatus officio ſucceſſoribus, Quatenus ſpolia ipſa, prout alia ipſius Cameræ iura, exigi, & recuperari, ac præſentes inuiolabiliter obſeruari faciat, nec permittat Cameram ipſam,vel pro eo,ea Agentes,deſuper, modo aliquo, moleſtari,perturbari,aut inquietari. Contra dictores quoſlibet, & rebelles,per cenſuras,& pœnas eccleſiaſticas,appellatione poſtpoſita compeſcendo.Necnon legitimis, ſuper his, habendis, ſeruatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus,aggrauando.Inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.Non obſtãtibus fe.re.Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de vna, & Concilij generalis, de duabus dietis,& alijs conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, necnon eccleſiarum,monaſteriorum,ordinum,militiarum, & beneficiorum prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus,priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis,illis, & dilectis filijs illorum capitulis,conuentibus,ſuperioribus, & perſonis,ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam Motu, & ſcientia ſimilibus, conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, illorum tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris,hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, contrarijs quibuſcunque. Aut, ſi aliquibus,communiter, vel diuiſim, ab Apoſtolica ſit ſede indultum.quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari nõ poſſint, per literas Apoſtolicas,non facientes plenam, & expreſſam,ac de verbo ad verbum,de indulto huiuſmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri decreti,declarationis,mandati,& derogationis infringere, vel ei auſu temerario, contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit,indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ,Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, Nouembris, Pontificatus noſtri Anno primo.

Fed.Cardinalis Geſius. Cæ.Glorierius.

Barengus.

Vnde pro intelligentia materiæ, iudicaui facere ad propoſitum,aliqua in medium adducere,per quæ apparere poſſet: circa quæ licitè clerici, & perſonæ eccleſiaſticæ ſeſe poſſent exercere, & à quibus abſtinere, ſicque de negotijs permiſſis eis, & interdictis eiſdem quæſtionem facere, circa quod per contraria procedendo dico nulla,vel pauca eſſe negotia, quæ ſint clericis, vel perſonis eccleſiaſticis interdicta, immo videri ea eſſe conceſſa clericis:quæ laici facere poſſunt.

Nam primo videtur, quod perſonis eccleſiaſticis ſit licitum quæcunque negotia, & artificia etiam manualia facere, etiam quæ perſonis viliſſimis liceant, ac manibus proprijs operari, immo non ſolum videtur eis licitum, vel permiſſum, ſed præceptum ac præcepto iniunctum per tex. in cap. nunquam, de conſecrat. diſtinct.5. ibi enim legitur facito aliquid operis, vt ſemper te Diabolus inueniat occupatum, exemplo Apoſto-
3 lorum, qui manibus laborabant, & victum manu quærebant. Fiſcellam texe iunco, vel caniſtrum lentis plecte niminibus, ſeratur humus, areolę equo limite diuidantur, in quibus cum olerum iactata fuerint ſemina, vel plantæ per ordinem poſitæ, aquæ ducantur irrigue. Sic pulcherrimorum verſuum ſpectator aſſiſtas, Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis vndam Elicit,illa cadens raucum per leuia murmur Saxa ciet, ſcatebrisque
4 arentia temperat arua.inſerantur fructuoſi arbores, † vel gemmis, vel ſurculis, vt paruo poſt tempore,laboris tui dulcia poma decerpas. apum fabrica aluearia, ad quas te mittunt Salomonis prouerbia, dicentis, vade ad apem, & diſce: quo modo operatrix ſit, & caſtum opus faciat, texantur,& lina capiendis piſcibus. Scribantur, & libri, vt & manus operetur cibum, & anima ſaturetur lectione, & ibi dicit glo.quod in Aegypto non recipitur Monachus in monaſterium, niſi in aliquo opere ſit periurus.

Et operari manibus eſt in præcepto clericis,& religioſis,primæ ad Theſſalonicens. operemini manibus veſtris, ſicut præcepimus vobis, & Auguſt.libr.de operibus Monachorum, cæterum quis ferat homines contumaces, ideſt religioſos, non operantes, de quibus ibi loquitur ſaluberrimis Apoſtoli monitis reſiſtentes, non ſicut infirmiores tolerari, ſed ſicut fortiores prædicare. Et Apoſtolus III. ad Theſſalonicen. ſi quis non vult operari, nec manducet, & infra vult ſeruos Dei corporaliter operari, vnde viuant, & dicit Auguſt. prælleg. loco quid agant; qui operari corporaliter nolunt, ſcire deſidero, orationibus inquiunt vacamus, & pſalmis, & lectionibus, & verbo Dei, & dicit gloſ. Lucæ 12. ſuper illud, Vendite quæ poſſidetis: non tantum cibos veſtros communicate pauperibus, ſed etiam vendite poſſeſſiones veſtras, vt omnibus veſtris ſimul pro domino ſpretis, poſtea labore manuum operemini,vnde viuatis, vel eleemoſynam faciatis. & ad Corinth.4. laboramus operantes manibus noſtris, Ergo videtur:quod nedum ſit licitum, & permiſſum clericis, & religioſis manibus operari. Sed & quod eis ſit in præcepto commiſſum. Et eſt tex. in cap.clericus, el primo,& il ſecundo.91. diſtincti. ibi legitur Clericus victum, & veſtitum ſub artificiolo, vel agricultura
5 abſque officij ſui duntaxat detrimento paret. Clericus quilibet verbo Dei eruditus artificiolo victum quærat. Item omnes clerici, qui ad operandum validi ſunt artificiola, & literas diſcant &c. eſt glo. in cap.ad reatum 81.diſtinct. vbi ſanctimoniales otiosè eſſe non debent, & debent facere calatos &c. ſequitur glo. in cap. qui venatoribus lo primo 86. diſtin.quæ dicit, quòd venatio oppreſſiua, & venatio arenoſa eſt illicita.Itẽ venatio ſaltuoſa quæ fit in ſyluis,non eſt licita clerico, etiam ſi pauper ſit ſecundum quoſdam,vt 34.diſtin.quorundam: quia, inquit,poteſt alias victum quærere.91. diſtin.clericus: nam in-
6 quit faciat ciſtas, calatos, & retia de conſecra.diſtinctio.5.nunquam: ponere autem laqueum, vel retem ſine ſtrepitu, & clamore, & canibus licet etiam clericis, cum liceat Monachis etiam texere linum pro capiendis piſcibus, quia dicit text.& ibi gloſ.in cap.Eſau.ead diſtinctio.quod in ſanctis ſcripturis inue-
7 nimus piſcatores ſanctos, † venatores non, & dicit glo.in cap. Canonum 14. quæſtio. 4. quod clerici poſſunt emere rudem materiam, corium,& cartas,& inde facere ſotulares, & libros, & huiuſmodi,vt ſic lucrentur victum, quod eis eſt licitum, allegat tex.in c.j.21.q.j. & 91.diſtin. quia artificia ſunt licita cleri-
8 cis pro ſui ſuſtentatione, † & legitur in c.presbyter.91.diſtin.cp presbyter peractis horis,infirmis viſitatis,ſi voluerit ad opus rurale exeat iciunus, vt iterum neceſſitatibus peregrinorum, & infirmorum ſuccurrere poſſit.

Fac.quòd dicit Abb.in capit.clerici officia. de vit.& honeſta, cleric. vbi dicit: quòd clericus poteſt neceſſaria ſibi ad victum quærere ex honeſto artificiolo,facit text.capit.j. de celebratione miſſarum, & hoc verum per gloſ.in ſumma 91.diſtin.dummodo per hoc clericus,aut ſacerdos non ſe ſubtrahat à diuinis officijs, & dicit eleganter glo.in cap.fin.86. diſtin. quod monachi non reprobantur conducere, & habere terras ad firmam.c. dilecti,extra de decimis. Sed id eis licitum, quando eis ſua non ſufficiunt, vt leg.& not.cap.2.ne cleri.vel mona.& 21.quæſtio.

Source : BIU Cujas

10 3. placuit, vel cum ipſimet excolunt non vt inde plus lucrentur, ſed vt de fructibus viuant, & dicit Abb. in cap. cum ſecundum ne cler. vel mona. quod clerici ſeculares, poſſunt ſuo no-
11 mine neceſſitate inſtante, † res conductas habere, Monachi verò nomine proprio non poſſunt, & eſt ratio, quia clerici ſeculares poſſunt habere propria, Monachi verò non, nomine verò Monaſterij, poſſunt habere pro eorum neceſſitatibus, ſicut clerici, vt in gloſ. & probatur cap. dilecti de decimis, cum ſimilibus, ſubdens paulò poſt idem: quod clerico poſſunt locari omnes obuentiones Eccleſiæ, vbi etiam aſſignat rationem, quare eadem locatio non poſſit pari modo fieri laico, dicit enim laico autem non poteſt huiuſmodi locatio fieri ratione ſpiritualium obuentionum, ne Eccleſia ſubijciatur regimini, vel diſpoſitioni laicorum, inſtante tamen magna neceſſitate poſſet fieri taliis, vel conſimilis conceſſio laico, non tamen, vt ipſam regat Eccleſiam, ſed vt per alium eam faciat gubernari.

Et dicit gloſ. in cap. j. ne cleri. vel mona. verbo conductores,
12 quod licet clerici non poſſint conducere: tamen ſi ſuccedunt conductori in re conducta, poſſunt remanere in conductione, & conductam exercere vſque ad præfinitum tempus, argumen. l. de Curia. ff. de decur. vbi tex. not. quod ſi decurio, qui cõducere prohibebatur quædam lure ſucceſſit in conductione, remanet in ea: quod etiam eſt in omnibus ſimilibus ſeruandum, quòd eſt bene notandum ad ſimilia bon. tex. in l. 2. verſi. ſed ſi iure. ff. de Fal. conductio enim prædiorum prohibetur cle 22 ricis propter cupiditatem.

Et dicit Silueſter in ſua ſumma in verbo clericus 3. nume. 2. quod Clericus poſt recipere poſſeſſiones excolendas ad quartam, vel quintam partem, & huiuſmodi, ſeu ipſas conducere ad ſuſtentationem ſui, & ſuorum argumen. dicto cap. peruenit
13 † vbi hoc idem ſentit gloſ. in verbo auaritiæ cauſa & in cap. clericus 91. diſtinct. & ſatis concordat Hoſtien. & Abb. in cap. ſecundum ne Cleri. vel Mona. poteſt etiam clericus locare animalia, vt oues, & boues, ſcilicet ſi habet ex decimis: vel ſucceſ-
14 ſione: † aut aliàs ſibi data, aut ſi habens paſcua multa, emit eadem animalia, vt illa depaſcerent ad ſuſtentationem ſui, & ſuorum, & pauperum, non autem ſi emit, vt traderet ad incrementium, vel aliud ageret in fraudem negociationis ſecundum gl. Ray. & ſum. conſt.

Immo poteſt etiam emere rem clericus: vt eam melioratam, vendat carius, puta equum pullum nutriendum, vel tabulam vt imaginem faciat, quia in talibus non eſt negociatio,
15 † ſed artificium not. 14. 4. quæſtio. Canonum. cap. nunquàm. de conſecra. diſtinct. 5. & de his ſumma conſtitu. lib. 2. tit. 7. quæſt. 41. & titu. 8. quæſt. 2.

Et dicit notabiliter glo. in ſumma 14. q. 3. quod clericis in ca-
16 ſu neceſſitatis eſt permiſſum negociari: vt extra ne cler. vel mona. c. j. licitum tamen eſt clericis emere aliquam rem, & rudem materiam & inde aliquod artificium facere, ſi eis ſua non ſufficiunt. vt 91. diſtin. cler. victum & 21. q. j. c. j. & tunc non acquiritur lucrum eis ex negociatione, ſed ex artificio, talia enim lucra licita erant Apoſtolis 21. q. j. c. j.

Et dicit tex. in cap. j. ne cleri. vel Mona. quod clericis tantum 23
17 iniuſta nõ iuſta negotia ſunt interdicta, † ibi enim habetur, nec tamen eſt iuſtum negocium eis interdictum, propter neceſſitates diuerſas: qa legimus ſanctos Apoſtolos negociatos fuiſſe, & in regula beati Benedicti præcipitur prouideri per quorum manus negotia monaſterij procurentur.

Et licet Epiſcopi, & alij ſuperiores non poſſint aduocare, & in cauſis pro alijs aduocationem exercere, neque coram Eccle ſiaſtico, neque coram ſeculari Iudice 11. quæſt. j. te quidem 88. diſtinct. perlatum cap. Epiſcopus el primo 14. quæſt. 5. denique
18 21. quæſt. 3. per totum, & ratio poteſt eſſe, ne perſona Epiſcopi vilis reddatur coram alijs, d. cap. perlatum, & ne verbum Dei: ad quod Epiſcopus tenetur, impediatur, & quia aduocatus proponit ſtando l. quiſquis. C. de poſtulando, & id eſſet parum conueniens Epiſcopo, tamen ſacerdotes in multis caſibus licitè, & Iure non repugnante aduocãt: in cauſis pro ſe ipſis, pro ſua Ec-
19 cleſia, pro perſonis ſibi coniunctis, quando non poſſunt habere alium aduocatum, vel non æquè bonum cap. fi. de poſtulando cap. ſacerdotibus 15. quæſt. 2. cap. vnico. & glo. 14. quæſt. 5. in c. denique. Innoc. in c. j. de poſtulando: & perſonæ coniunctæ, 24 pro quibus poſſunt aduocare, intelliguntur vſque ad quartum gradum auctentica licentia. C. de epiſc. & cleri. l. petitionem. C. de aduoca. diuer. Iud. & dicit Abb. in d. c fin. 2. colum. de poſtulan. quòd pro ſtrictè coniunctis, & miſerabilibus perſonis poterit clericus contra Eccleſiam, à qua habuit beneficium aduocare, quia magis tenetur quis adiuuare cõiunctum: quàm eum, à quo habuit beneficium.

Item poteſt aduocare ſacerdos: etiam pro perſonis miſera-
20 bilibus, intelligendo miſerabiles perſonas, omnes illas, † quæ per ſe proprias cauſas non poſſunt miniſtrare, vel Eccleſiaſtico auxilio indigentes 86. diſtin. cap. fin. in fi. & 87. diſtin. defenſionis & C. quando Imper. inter pu. & vi: per totum.

Et non ſufficit, quod miſerabilitas ſit in habitu, ſed eſt opus quod ſit in actu, per tex. cap. j. de poſtulan. qui permittit non indiſtinctè pro miſerabilibus perſonis: ſed pro illis, qui cauſam adminiſtrare non poſſunt: vt quia ſunt viduæ pauperes, orfani, & pupilli, ad quorum defenſionem Eccleſia tenetur 87. diſtin. per totum per Abb. in cap. j. & cap. ſignificantibus de offi. delegat. Diaconi verò, etiam in iudicio ſeculari poſſunt aduocare pro cauſa ſua, vel Eccleſiæ ſuæ, vel miſerabilium perſonarum, dicto cap. j. de poſtuland. per Speculatorem in titu. de aduoca. vbi allegat dictum cap. j. vnde apparet, quod in omni caſu poſſunt Sacerdotes coram mero Iudice Eccleſiaſtico, quod videtur eis indiſtinctè permiſſum, per Innocen dicto cap. j. de poſtuland. vbi dicit in ſacris autem ordinibus conſtituti: & beneficiati non prohibentur coram Eccleſiaſtico Iudice litigare, nihil tamen quærent pro ſalario. Sed oblatum ſponte recipient.
21 15. quæſtio. 2. cap. vnico: † vbi glo. dicit quòd ſeculares clerici de conſuetudine Eccleſiæ pro impenſis patrocinijs, munera exigere poſſunt. Fac. quia nemo militat ſtipendijs ſuis. cap. cum ex officij de præſcript. facit cap. dilectus de Simonia, & cap. non licet. 11. quæſtio. 3. vbi habetur quòd aduocatus poteſt vendere ſuum iuſtum patrocinium: pro quo vide gloſ. in ſumma 15. quæſtio. 2. in verbo impenſis, quæ dicit poſt multa in materia, quod Epiſcopi: & ſacerdotes non debent indifferenter aduocare, ne vileſcat dignitas ipſorum. 88. diſtinct perlatum. & 14. quæſtio. 5. denique: ſed coram Eccleſiaſtico Iudice, licitè poſ-
22 ſunt omnes aduocare. ſed nõ poſſunt petere ſalarium: † ſi ſunt in ſacris ordinibus conſtituti, vt infra eodem cap. j. derogatum tamen eſt huic Canoni per contrariam conſuetudinem, nemo enim cogitur de ſuo facere beneficium. 10. quæſtio. 2. precarie. Item dignum eſt, cum recipere emolumentum qui præſtat obſequium cap. charitatem. 12. quæſtio. 2. Item nemo cogitur ſtipendiis ſuis militare dicto cap. dilectus de Simonia cum ſit in parte deciſa, immo eſt expreſſum extra de præſcript. cum ex officijs, religioſi verò, & Monachi, vel regulares, non niſi pro ſua Eccleſia debent aduocare, & ſuperiore ſuo precipiente 16. quæſt. j. monachi. Ioan. quod dicit de ſacerdote hodie corrigitur extra de poſtulan. ca. vltimo. Et quia dicimus, quod coram ſeculari iudice poſſunt aduocare pro cauſa Eccleſiæ, & eccleſiaſtica, eſt ſciendum: quod res, & cauſa eccleſiaſtica, poteſt dici altero de tribus modis, aut ratione perſonæ, vt quia perſona eccleſiaſtica ſequendo forum rei litigat coram ſeculari, aut ratione delicti, vt quia pro ſacrilegio Eccleſia voluit conuenire laicum coram Iudice ſeculari, id quod poteſt c. cum ſit generale de foro compe. aut ratione rei de qua agitur. vt quia res eſt Eccleſiæ per Abb. in c. j. de poſtulan.

Et dicit Abb. in dicto cap. j. de poſtulan. quòd clericus poteſt eſſe aduocatus in iudicio ſeculari pro perſona eccleſiaſtica ibi litigante de delicto, ſeu de rebus eccleſiaſticis, vbi ergo litigãtes negocia ſecularia ſunt debet exiſtens in ſacris tunc omnino abſtinere: niſi in caſibus ibi exceptis, & hoc procedit; ſi cõſtitutus in ſacris habet beneficia, ex quibus poſſit ſuſtentari, ſi non habet licet glo. dicat: quod non poteſt aduocare. ſed habet agere contra Epiſcopum qui eum promouit, vt ſibi prouideat:
23 † dicit Hoſtien. & melius: quod ſi iſte clericus de facto egeret, quod ſibi licet ex tali aduocatione victum quærere argumen. cap. clericus victum 91. diſtin. Et ſi dicas quomodo poteſt egere, cum teneatur Epiſcopus ei prouidere? reſpondetur: quod fortè hoc ab Epiſcopo obtinere non poteſt, vel propter impotentiam, vel propter indigentiam Epiſcopi, vel aliam cauſam, nam ſi propter indigentiam clericus licitè exercet opus rurale. cap. j. de celebr. miſſa. Et licitè emit materiam aliquam rudem, vt illam redigat in formam argumen. eorum: quę notat glo. in ca. Canonum 14. quæſt. 4. quæ glo. dicit quod poteſt emere corium, & inde facere ſotulares. fortius debet ſibi licere, aduocationis officium exercere: cum magis conueniat dignitati: & aduocati dicuntur defendere Rempublicam, ſicut milites armatæ militiæ l. aduocat. C. de aduoc. diuerſ. iud. faciunt verba Abb. in cap. conquerente extra de cleri. non reſiden. verſi. ſed quęro quare, vbi dicit: quòd imputandum eſt ſibi, ſi clericus acceptauit beneficium: tunc ſubdens quærat ergo ſibi victum aliqua induſtria 91. diſt. clericus victum.

In minoribus verò conſtituti: ſi ſunt beneficiati, nõ poſſunt
24 aduocare: niſi ſunt coram eccleſiaſtico Iudice, quod limita. ſecundum Abb. & Hoſti. quando habent beneficium ſufficiens ad eorum ſuſtentationem, quia ſi non habent, poſſunt peraduocationem acquirere ſibi, etiam ſi ſunt Diaconi, vel Subdiaconi. Si verò non ſint beneficiati poſſunt indiſtinctè, tam corã eccleſiaſtico, quàm ſeculari in cauſa ciuili aduocare. vt p Abb. dicto cap. j. de poſtuland. vbi dicit ſi clericus eſt in minoribus: & habet beneficia ſufficientia idem dicendum, quòd de conſtituto in ſacris, quia iſti æquiparantur: vt in tex. aut non habet ſtipendia ſufficiẽtia, & poteſt licitè in vtroque foro aduocare. & dicit Abb. in cap. ſicut te. ne cler. vel mon. num. 4. quod clericus in minoribus, non perdit clericatũ ſuſcipiendo aduocationis,
25 vel procurationis officium, & non ſolum videtur clerico licitum

Source : BIU Cujas

licitum aduocare,& procurare ad ſui, ſuorumque ſuſtentationem:ſed etiam ad lucrandum:per ea quæ dicunt Abb. & alij in cap.vt vnus de pecul. Cler. vbi ad acquiſita per clericum habetur conſideratio ad lucra: quæ facere potuit ex doctrina: puta cum clericus eſſet doctor. & ex doctrina multum lucraretur, in legendo, aduocando, & iudicando. Vbi de taliter acquiſitis
26 clericus diſponit:vti de patrimonialibus, vt per eoſdem ibidē: faciūt quæ diximus in hac materia in quæſtione ex quibus preſumatur clericus acquiſiſſe, & dicit Abb.in cap. ſacerdotibus ne cleri.vel monac.quod clericus poteſt, & procurare negotia laicorum: ſi redundant in vtilitatem Eccleſię:& ſi clericus negotia laicorum exercet, valet iudicium: ſi non excipiatur, per eundem ibi num.3.

In cauſis verò criminalibus, nullo modo poſſunt clerici aduocare coram Iudice ſeculari cap.ſententiam ne cleri.vel mona.22.quæſt.8.his à quibus ſi diſt.aliquantos,quidam tamen dicūt eos poſſe pro reis poſtulare,& appellare, & appellationem proſequi argumen.23. quæſt.5.cap. eos,ſed eſt tutius in totum abſtinere, quia dicit in dicto cap. j. de poſtulan. quod in cauſis criminalibus,vbi venit imponenda pœna ſanguinis, debet clericus omnino abſtinere, vt in dicto cap. ſententiam, & not.in cap.j.ſi diſt.

Et hoc indubitanter, cum vult eſſe aduocatus ex parte actoris:quia non poſſet petere reum puniri ſine metu ac periculo irregularitatis,ex quo agit ad pœnam ſanguinis quia præſtaret auxilium cap.ſi quis viduam. 50.diſtin.Sed dubium eſt:nunquid poſſit eſſe aduocatus ex parte rei, & videtur primò quod ſic,quia etiā Eccleſia defendit reos,& pro eis ſupplicat,ne mortis pœnam patiantur, vel membri abſciſſionem, vt cap. nouimus de verbo.ſignificatio.In contrarium facit, quia fortè propter imperitiam ſuam accuſatus poſſet ſuccūbere, vel propter aſtutiam:ſeu malitiam poſſet reus iniuſtè abſolui, & ſic condēnaretur actor ad pœnam Talionis. vnde quia lingua eſt nimis facilis &c.l.famoſi ff.ad l. Iul.maieſta.tutius eſt vt clericus abſtineat, etiam pro parte rei &c. & alias vt ibi per eum. Religioſus 31
etiam poteſt aduocare: & procurare duobus concurrentibus,
27 videlicet ſi vtilitas monaſterii expoſcat:Et ſi Abbas mādet, vel imperet per Abb.in c.ex parte extra de poſtulan.vbi dicit Abb. ex ſolo ergo imperio Abbatis: vel ex ſola vtilitate monaſterij, non poteſt monachus exercere officium aduocati, vel procuratoris,ſed requiruntur iſta duo cōiunctim, & intelligo quòd illis concurrentibus poterit eſſe aduocatus:nedum in foro Eccleſiaſtico,ſed etiam ſeculari,& ſubiungit ibi Abbas: quod vtilitas Monaſterij intelligitur:ſi cauſa quæ aduocatur, vel procuratur ſit Monaſterij:ſi verò cauſa quę aduocatur,non ſit monaſterij,ſed cauſa ſit alterius,& eam procuret, vel aduocet Monachus cauſa lucrandi: & lucrum in vtilitatem monaſterij conuertendi,puta in ſoluendo debita Monaſterij ære alieno grauati,tenet ſecundum Ioan.And.quod non ſit licitum,tamē Abb. contrarium ſeruauit.Et pro hoc contrario facit notabile dictū Innocentij in ca.cum I. & A.de re.iud. quod monachus poteſt eſſe aduocatus: & procurator in cauſa vnius amici monaſterij, & pro amico monaſterij Abbate mandante,quia in conſequētiam tractatur de vtilitate Monaſterij, quia per amicos Monaſterij,promouetur vtilitas ipſius,primum tamen dictum, quod videlicet non ſit licitum in tali caſu aduocare monacho, videtur honeſtius,& ſecurius.vnde crederem,inquit,quod pro amicis Monaſterij poſſet religioſus eſſe aduocatus ſuperiore impe rante, per dictum Innocen. Sequitur Idem Abb. in cap. ſacerdotibus ne cler.vel mona.vbi dicit, quòd monachus de licentia Abbatis poteſt procurare negotia laicorum amicorum Monaſterij:& in conſequentiam poteſt redundare in vtilitatem,& 32
beneficium monaſterij,quia bene etiam Clericus ſecularis, poteſt eſſe procurator vel aduocatus in cauſis laicorum,ſi redundat in vtilitatem Eccleſiæ, per eundem ibidem.

Et ne dum clericus poteſt eſſe aduocatus: vel procurator in 33
28 cauſis,ſed etiam Iudex: & Iudex deputatus à Principe ſeculari, etiam in cauſa criminali,videlicet ad vnam cauſam tātùm, per ea quæ dicit Abb.in cap.ſed nec:ne cleri. vel mona.vbi pro caſu allegat tex.in cap.Archiepiſcopatu de rapt.vbi Clericus, vel Prælatus poteſt eſſe delegatus Principis ſecularis etiam in cauſa criminali: licet generalis officialis eſſe non poteſt. Et dicit idem Abb.in cap.clericus: quòd ſi prælati ſint in conſilijs Principum, & quæritur ab eis de imponenda pœna in delicto grauiſſimo pro quo fortè venit imponenda pœna mortis,aut mēbrorum detrūcatio,quod ſi reus eſt in cauſa abſolutionis, poſſunt conſulere illum abſoluendum, ſi autem in cauſa damnationis nullo modo cōſulant, ex quo caſus imminet de præſenti:niſi veniret imponenda pœna corporalis leuis.ſi autem non imminet caſus, tunc bene poſſunt Prælati de iure reſpondere, per iura quæ ibi adducit.Subiungens ibidem,nota quòd Prælatus poteſt eſſe conſiliarius Princeps ſecularis, licet non debeat eſſe officialis iuſtitiæ exercendæ, vt ibi per eum; nec prælatus: 34
vel clericus incurrit irregularitatem, ſi ſuus officialis, cui iuriſdictionem demandauit, inflixerit pœnam ſanguinis iuſtitiam exequendo, vt per Abb. in cap. clericis ne cleri. vel mona. vbi dicit: quòd Prælatus, qui habet iuriſdictionem, debet alicui facere commiſſionem vt faciat iuſtitiam, immo: quod etiam poſſit caſum occurrentem delegare; vt inquirat: & iuſtitiam faciat:vbi vide num.13.

Item quod videtur plus:clericus, licet officium tabellionatus ſit viliſſimum in ſe,& ſit officium extraneum ab officio cle
29 ricorum, cum ſit quoddam genus negociationis, † & cum tabellio ſeruus publicus dicatur,ſeruiendo omnibus, quòd videtur officium ſeculare, à quo officio debet clericus abſtinere, q debet intēdere circa rempublicam Eccleſiaſticam, & ſpiritualem,non circa mundanam, tamen ſiue clerici ſint in ſacris cōſtituti, ſiue in minoribus, ſi non habent competētia beneficia,
30 †aut indigent, poſſunt exercere officium tabellionis, & tabelliones fieri: tam coram Papa, quàm in alia curia: per eundem Abb.in c.ſicut te ne cle.vel mona.col.3. & Zabarel.ibidem vbi vide per Abb. etiam in nu.7. an omnes clerici dicantur eſſe in ſacris,& per eundem Abb.in c.clericis nu.7.

Et clerici admittuntur etiam ad officia, & munera publica, puta ad munera tutelæ cap.peruenit. 86.diſtin.vbi glo.opponit de tex.in auctē.de ſanctiſ.Epiſcopis.§.Deo amabiles:vbi prohibetur Epiſcopo,& Monacho, etiam volenti, ſuſcipere onus tutelæ:cui auctenticè eſt præiudicatum per illum Canonem, vnde hodie non ſtatur diſpoſitioni illius, & concludit: quòd licet perſonæ eccleſiaſticæ, non admittantur ad datiuam tutelam,& teſtamentariam, tamen admittuntur ad legitimam: & ad tutelam miſerabilium perſonarum omnes clerici, ſiue monachi tenentur. 88 diſt.c.j. & c. Epiſcopus gubernationem.vnde cum per ſupradicta appareat: q Clerici poſſint exercere artificia,opus rurale,facere conductas,aduocare,procurare, iudicare,tabellionatum exercere,onus tutelæ ſuſcipere, & alia negocia pro ſuo vſu facere, & gerere, videtur clericis indiſtinctè conceſſum liberè poſſe negociari,& quæcunque negocia, tam publica,quàm priuata exercere. Id quod videtur innuere loan.
31 And.c.j.ne cler.vel mona.per illa verba:† caueat ergo clericus à negociatione de qua in cap. fina. de vſur. quæ negociatio eſt vſuraria vt ibi: vnde videtur: quod ſi cauere tantum habet ab illa ſpecie negotiationis, quod ab alijs abſtinere non debeat: immo quòd aliæ ei ſint permiſſæ, quia qui in vno prohibetur:in alio videtur permiſſus,& habilitatus l.ait prætor.vbi Barto. ff.de iudic.

Verum contrarium eſſe videtur, quòd immo ſit interdictū Clericis quòd nullo modo,& nullo quæſito colore poſſint negociari: & negocia alicuius generis exercere, quia dicit tex.in cap.forni cari diſtin.88.negociari antequam quis ſit eccleſiaſticus, licet, facto autem Eccleſiaſtico iam non licet, quia id dicunt Apoſtolica verba, nemo militans Deo implicat ſe negocijs ſecularibus,& cantat pſalmiſta Dauid:quoniam nō cognoui negociationes, introibo in potentias domini, & ſubiungit tex.in cap.2.88.diſtin.proinde huiuſmodi, aut ab indignis poſt hæc quæſtibus nouerint abſtinendum, & ab omni cuiuslibet negociationis ingenio, cupiditateque ceſſandum, aut in quocunque gradu ſint poſiti, mox à Clericalibus officijs cogantur abſtinere,quoniam domus Dei,domus orationis, & eſſe, & dici debet, ne per officia negociationis potius ſit ſpelunca latronum, & dicit tex.cap. Epiſcopus.ead.diſt. Epiſcopus, ſacerdos, aut diaconus nequaquàm ſeculi curas aſſumant, ſin aliter deijciantur. Et in cap. Epiſcopus el 2.eod. Epiſcopus nullam rei familiaris curam ad ſe reuocet,ſed lectioni,& orationi, & verbo prædicationis tantummodo vacet. Et clericus negotiator, eſt veluti peſtis fugiendus. per tex. in cap. negociatorem eod. ibi enim legitur negociatorem clericum, & ex inope diuitem, & & ex ignobili glorioſum, quaſi quandam peſtem fuge, & dicit tex. in cap. eijciens,eod. quod dominus eijciens vendentes, & ementes de templo,ſignificauit quia mercator nunquàm Deo placere poteſt.Et ideo nullas Chriſtianus debet eſſe mercator, aut ſi eſſe voluerit, proijciatur ab Eccleſia, dicente propheta: quia non cognoui negotiationes:introibo in potentias Domini:hoc tñ cum moderamine intellige,vt dico ſupra, quia mercatores Chriſtiani noſtri temporis legitimè,& canonicè negociantes,non debent iſtis notis appellari. Subiungens ibi tex.ſed ſubſtantia talium ſtabilis eſſe nō pōt, neq; ad bonum proficit, quod de malo congregatur. Quemadmodum enim, ſi tritici, aut aliud tale cernas in cribro,dū,huc, & illuc iactatur, omnia grana paulatim deorſum cadunt, & tandem in cribro nihil remanet,niſi ſtercus, ſic de ſubſtantia negociatorum, nouiſſimè nil remanet,niſi ſolum peccatum.fac.tex.in c.j.ne cler.vel mona.vbi multa negocia ſecularia enumerantur:à quibus clericos abſtinere pręcipitur.Et in c.ſacerdotib.eo.interdicitur clericis, ne laicorum res miniſtrent,vel procurent, cum interminatione q ſi ſecus faxint,eis non ſubuenietur ab Eccleſia, & in ca.2. eod.ſub interminatione anathematis ꝓhibetur clericis,ne negocientur.† Et in c.ſicut te eod.dicit q clerici in ſacris,compelli debent per ſubtractionem beneficiorum,vt deſiſtant ab officio Tabellionatus, veluti ab officio ſeculari, & in tex.in cap.ſi.

Source : BIU Cujas

de vit.& honeſta.cleri.dicitur, quod ſi clericus tertio monitus,
35 à negotijs ſecularibus non abſtinet,quoad bona perdit priuilegium clericale. facit c.j.2.& 3.21.quæſt.3. cap mollicijs c.hi qui ea.cauſ.& quæſt.vbi dicitur hi,qui in Eccleſia Domini ad ordinationem Clericorum promouentur, in nullo ab adminiſtratione diuina aduocentur,nec moleſtijs, & ſecularibus negotijs alligentur. & dicit tex.in cap.Canonum.14. q.4. canonum ſtatutis firmatum eſt,vt quicunque in clero eſſe voluerit,emendi vilius, & vendendi carius ſtudio non vtatur, quod ſi exercere 38
voluerit,cohibeatur à clero,& notat Abb.in c.j.ne cle. vel monac. quod clerici non debēt exercere negotiationem aliquam, etiam iuſtam,per Iura quæ ibi adducit.

Quid dicendum ergo in tanta varietate, & diuerſitate iuriū pro concordatione contrariorū,& intelligentia eorum in materia.dicit Innocen.quem ſequitur Ioan.And. in rubr.ne cleri. vel monac.quod tribus modis ſeculare negotium ſumitur:primo enim ſeculare negotium ſumitur pro quolibet actu rerum ſecularium, prout in enumeratis c.j.eo. à quibus actibus turpibus eſt abſtinendum.ſecundo pro iudicio de rebus ſecularibus, quòd clericis non licet, niſi inter clericos tātum : tertio dicitur ſeculare negotium,quod eſt inter ſeculares homines, quòd nō licet clericis niſi de his,quæ pertinent ad iudicium Eccleſiæ,puta de cauſis decimarum, iuriſpatro.& ſimilium. glo.in ſumma 21.q.3.aliter diſtinguit, tripliciter, inquit, quis dicitur exercere negotia ſecularia,vno modo, ſi aliquid ematur, vt carius vendatur,& hoc non licet, & hæc eſt materia diſtin.88.per totum, quandoque idem eſt: quod exercere cauſas ſeculares, & illud etiam non licet clericis: niſi pro certis perſonis c.j.extra de poſtulan. quandoque idem eſt quod eſſe procurator rerum ſecularium,ſine adminiſtrator, nec illud licet clericis c.2.ne cle.vel 39
monac. Quandoque idem eſt : quòd conducere poſſeſſiones à laicis,hoc non eſt interdictum clericis : quando indigent,quia hoc etiam licet Monachis cap.dilecti extra de deci.Hoſtien.diſtinguit aliter, quia ſeculare negotium tertio modo eſt hominum ſecularium, & inter ſeculares : & horum aliqua ſunt ciuilia, aliqua criminalia : vbi agitur de ſanguine, ſunt clericis interdicta: in quibus nec etiam vti aduocati pro parte rei comparere poſſunt.Ciuilia,aliqua ſpectant ad forum Eccleſiæ tantum, ſicut cauſa matrimonij,legitimationis, iuriſpatro. & talia tra- 40
ctant clerici iudicando, & non alij, aliqua ſunt fori principaliter ſecularis,de his ſe non intromittunt clerici, niſi in caſibus: vt not.ſup.de foro compe.cum ſit generale & cap.ex tenore.& quæ not.in c.j.cauſa exempli. Abb.in rubrica ne cler.vel mona. diſtinguit:quòd negotium ſeculare,poteſt ſumi ſtrictè,& largè: quia poteſt dici quicquid peruenit ex carnali concupiſcentia, non ſubiecta freno rationis,& dicitur tunc ſeculare,quia per illa omnino videtur ſeculare,ideſt ſecundum ſeculum,mundū, ſeu carnem,non ſecundum Deum, & Spiritum,agere, & tunc prohibetur etiam laicis: & multò fortius clericis: ſecundò poteſt ſumi magis ſtrictè, vt comprehendat negotium pertinens ad rempubli.mundanam, & ſeculares homines : quod licet ſit permiſſum laicis: tamen clericis eſt interdictum, vt negotiari. 88.diſt.fornicari & l.placet.C. de epiſc.& cleri.vbi dicitur quòd clerici nihil debent habere commune cum publicis actibus, quia debent clerici attendere circa rempub.ſpiritualem,& vita 41
clericorum debet verſari circa vitam contemplatiuam, nō autem de rebus mundanis habere curam, niſi quatenus ſunt neceſſaria ad corporalem vitam &c.

Ego vltra iſtas diſtin. doctorum, puto quòd in hac materia pro faciliori intelligentia ſit aduertēdum ad terminos, quibus vtuntur Docto.in materia iſta, vt videlicet conſideretur, illud quod agit clericus:an ſit artificium,an negotiatio, an cauſa lucri faciat,an cauſa neceſſitatis,an ſit clericus in ſacris ; an in minoribus tantum, an beneficiatus:an ſine beneficio competenti,& iſtis conſideratis:credo quòd materia melius intelligetur, & procedit magis de plano. Nam dicit Abb.in cap.fin.de vit.& honeſta.cleri.in fin. quòd eſt differentia inter negotiationem, & artificium,quia artificium nō eſt prohibitum clericis, negoti- 36
atio ſic,per ea quæ habentur 88.diſtin.per totum, & maximè in c.eijciens.& cap.quoniam non cognoui,quia artificio clericus poteſt,& debet ſibi victum,& ſuſtentationem quærere cap. clericus 91. diſt.c.nunquam de conſe.diſtin.5. dummodo non ſe ſubtrahat per hoc à diuinis, & diuinorum celebratione, per glo. quæ hoc dicit 91.diſt in ſumma : dicit enim ibi:vbi autem 42
clerico non ſufficit Eccleſia, proprijs manibus ſibi quærere victum debet.Iuxta Apoſtolum non tamē, quod ſubtrahatur ab eccleſiaſticis officijs, quia clericus non poteſt per totum diem operam ſuam locare, cum non debeat officio de eſſe 54. diſt.ſi ſeruus,& ſecundum Abb.dicto loco artificium eſt:quādo quis emit aliquam materiam : & per artificium reducit ad aliquam formam,vt ſi forte emat vimina,vt faciat caniſtra,vel emat car
37 tas,& ſcribat libros, vel emat aliquod lignum : vt faciat aliquā domum:vel emat filum,vt faciat retia:corium,vt faciat ſotularia, nam ſecundum D.Antonium tales non dicūtur mercatores, vel negotiatores. Sed potius artifices ſtrictè ſumpto vocabulo : quia negoriari propriè dicitur in commercijs, c.forus de verbo. ſigni. Id quod clericis eſt licitum deficiēte ſtipendio Eccleſiæ, vt per dictam glo.declarat hoc tex.in ca.eijciens 98.diſt. per illa verba quicunque rem comparat: non vt illam integrā, & immutatam vendat, ſed vt materia ſibi ſit aliquid inde operando,ille non eſt negotiator, & per Barba.in additio.ad Bart. in l.legatus de leg.tertio vbi dicit : q̄ differentia eſt inter negotiatorem, & artificem, quia negotiator eſt ille, qui emit vnam rem,& non mutata forma illam vendit.vt lucretur:artifex, eſt ille,qui rem emit,& mutata forma vendit, vt qui emit ferrum, & facit enſes, ca.paratum 88.diſtin. & not.ad ſtatuta loquentia de mercatoribus:quia iſti appellatione mercatorum non cōtinentur,quia mercatores propriè dicuntur à merce,& ideò emptores ſeruorum,& aliarum rerum, quæ non veniunt appellatione mercis non dicuntur mercatores, vbi vide ad longū pro iſta materia, vbi dicit mutuans pecuniam quādoq; dicitur negotiator,not.Bal.in l.j.C.de exercit.ſubdens Barbatia, & de differentia inter mercatorem,negotiatorem,& artificem vide per Feder.de ſen.in conſil.197. incipit in Chriſti nomine, & de artifice vide;quòd ſcripſi inquit poſt Barto.infra eod. l. ornatricibus, & an appellatione artificum veniat notarius vide Angel. conſi.33. & quis dicatur mercator vide Bart. in tractatu de teſt. in ver.de mercatore.Idem in l.mariti.C.ad l.Iul.de adulte.& in proœmio digeſtorum Paul.de Caſt. conſil.67. viſo puncto ſup. ſequitur Specu.in tit.de cler.coniuga.verſi.ſed quam dices: vbi ponit negotia quæ ſint permiſſa,& licita clericis,& Bar.in l.ſeruis legatis de lega.3. & licet clericus Iure permittente poſſit vti artificio,& artificium facere,debet hoc facere, ſi Eccleſia ei nō ſufficiat,& non propter lucrum principaliter Clem.j. de cenſi. 39
& c.quanquam eo.tit.lib.6.fac. q̄ dicit Abb.in c.clerici officia. de vit.& honeſta.cleri.tex.in cap.j.de celebr.miſſa.pulchra glo. in c.Canonum. 14.q.3.

Negotiari verò eſt, quando res empta non mutata materia alteri venditur,hæc negociatio appellatur,& videtur prohibita clericis per Abb.in d.cap.fin.de vit.& honeſta.cle. probat *optimè* tex.in cap.eijciens.88.diſtin.per verba tex.Qui verò rem cōparat, vt integram, & immutatam vendendo lucretur, ille eſt mercator, qui de templo Dei eijcitur &c. Item per tex.in cap. 40
penulti.eod.vbi quid eſt aliud negotium: niſi quæ poſſint vilius comparari,carius velle deſtrahere, negotiatores verò *illi* abhominabiles exiſtimantur, qui iuſtitiam Dei minimè conſiderātes,per immoderatum pecuniæ ambitū : polluunt merces ſuas plus periurijs onerando quàm pretijs, tales eiecit dominus de templo,dicēs, nolite facere domum patris mei domum negotiationis,facit lectura text.in ca.quoniam non cognoui eod.& hic dicit Abb.d. loco negotiari propriè dicitur in commercijs, c.forus de verbo.ſignifi.A quibus habent cauere:quia dicit tex. in c.clerici officia de vit.& honeſt cleri.clerici officia vel commercia ſecularia non exerceant vbi Abb.tertio notat.*dicit*: q̄ clerici non debent exercere negotiationes : maximè inhoneſtas. Idem Abb.conſi.6.2.lib.Alex.cōſil.62.quarto *lib*.& inquit Abb.d.c.clerici per illud verbum,maximè:*videtur* quod etiam honeſtas negotiationes,nō poſſunt exercere, & *intellige* hoc; quando clerici non indigent, ſi verò indigeant, bene poſſunt 41
vti honeſtis negotiationibus, & quærere inde victum manibus 91.diſt.clericus victum & c.j.de celeb.miſſarum.

Et quis propriè dicat negotiator honeſtus : ſeu inhoneſtus : vide pulchrum tex.in c.eijciens 88.diſt. & contra clericum negociatorem vide tex.elegantem in c.negociatorem clericū ea. diſt.vbi dicitur:quod eſt fugiendus: tanquam peſtis,*eſt etiā* tex. in c.prouenit 86.diſt.vbi dicitur : q̄ cauſa lucri non debent cōducere poſſeſſiones aliorum.Et dicit in materia Spe. §. ſed quā dices de cleri.coniuga. ſed quam dices honeſtam : vel inhoneſtam negociationem reſpō.inhoneſtum, & interdictum eis eſt publicas tabernas tenere.vt 44.diſt.nulli licet, ſed contra C.de epiſco.& cleri.l.2.ſed illud poteſt intelligi : & concedi propter neceſſariam,& honeſtam negociationem,vt per glo.in c.negociatorem 88.diſtin.quæ dicit. Sed dicimus : quod licet lex concedat clericis tenere tabernam, Canon tamen non permittit 15.q.3.§ Cum autem,uel dic: quod poteſt habere tabernā propter neceſſariam, & honeſtam negociationem, ex qua etiam cauſa poſſunt clerici præeſſe ergaſterijs,ſeu agaſtarijs,ſeu ſtationibus operarum,ut in eiſdem iuribus. Item eſt eis interdictum 42
uſuras exercere.ut 46.diſt.ſeditionarios, & c.ſeq.extra de uſur. Itē inhoneſtū reputo ſi ſit dilanio,ſeu carnifex,uel publicus faber,vel ſi pelles,vel coria parat,& huiuſmodi vilia, & immunda exercet.Clerici autem ſordida tractare non debent, quæ dedecent Eccleſiæ in prophanis extra de cuſtod. Euchariſt. cap.2. in fin. vel ſi publicè locat operas ſuas arandum, fodiendum, nauigandum, & ſimilia ſordida, vt in prēd. §.nouarum. Quæ aūt munera ſordida dicantur:habes multa ff.de mune.& hon. l.numerum vſque ad patrimoniorum. Veruntamen non prohibeo ipſos vineas proprias putare, vel fodere, vel domos ſuas reficere, & quodlibet iuſtum negociū decens eum exercere, propter diuerſas eorum neceſſitates, nam legimus Apoſtolos

negocia-

Source : BIU Cujas

negociatos fuiſſe, & manibus proprijs victui neceſſaria quæſiuiſſe.cap. primo ne cler.vel monac.11.q.3. cauendum,& 91.diſtin.§. primo,cap. nunquàm.de conſec. diſt. 5. poteſt caniſtros facere,ſeminare,plantare,rigare,arbores inſerere, apum aluearia fabricare, retia texere, libros ſcribere, & ſimilia in d.c.nunquam,licet ibi monachi non clerici inſtruantur, vt ibi patet in fine: poſſunt etiam honeſtam mercaturam exercere.C.de Epiſcopis, & Cleric. l.2. 1.reſp. & emere honeſtè,& vendere, dum tamen Eccleſias non negligant. 91.diſt.clericus 2.& ex artificio honeſto victum quærere cap. 2. ead. diſtinct. inhoneſtum ergo negocium, & turpe lucrum eis inhibetur.88.diſtinc. capit. 2. 91.diſtinct. §. j. 23. diſtinct. his igitur, honeſtum verò negocium conceditur,' vt patet ex præmiſſis : & dicit Cardinalis Zabarella in capit. fina. de vita & honeſta. Clericor. quod illæ negociationes ſunt prohibitæ Clericis: quæ ſunt conuenientes laicis tantùm, pro quo vide Ioan. de Anan. in capit.2. colum. de rapt.

Cauſa ergo lucri, aut cupiditatis, nec monachis,nec Clericis negotia ſecularia gerere licet : cauſa verò charitatis ſe negotijs ſecularibus cum debita moderatione ingerere poſſunt,
43 ſecundum ſuperioris licentiam in miniſtrando, & dirigendo. Secundum Sanctum Thomam ſecunda ſecundæ quæſt. 187.§. ad ſecundum : unde, inquit, dicitur in decretis, decreuit ſancta Synodus nullum deinceps Clericum : aut poſſeſſiones conducere,aut negotijs ſecularibus ſe permiſcere, niſi propter curam pupillorum,aut orphanorum, aut viduarum, aut ſi forte Epiſcopus Ciuitatis Eccleſiaſticarū rerū ſolicitudinem eum habere præcipiat,eadem autem eſt ratio de religioſis, & clericis, quia vtriſque ſimiliter negocia ſecularia interdicuntur, ibi Gaet.interpretando text.S. Thomæ,dicit.Sed diligenter aduerte ad actus licitos, ad conditiones quatuor in litera appoſitas, prima condictio eſt, quòd non ex cupiditate, ideſt propter lucrum, aut emolumentum aliquod temporale, pro ſe, vel pro alio hoc faciat, & ratio huius eſt, quia ſic ſunt prohibita clericis.ſecunda conditio eſt, quia ex charitate, hoc eſt propter amorem,quo proximus in Deo diligitur hoc fiat, & ratio eſt : quia ſic ſpectat huiuſmodi opus ad finem religionis, quæ eſt perfectio charitatis. tertia eſt : quod licentia ſuperioris hoc
44 fiat,Et eſt ratio, quia religioſus non habet neque velle, neque nolle, & ſic inuenitur ſtatutum ab Eccleſia, quo ad actum miniſtrandi. quarta eſt : quòd cum debita moderatione hoc fiat, non enim omnis modus miniſtrandi, aut dirigendi decet religioſos, non enim decet religioſos ſic dirigere proximorum negocia,aut eis inſeruire,vt perſonaliter ſint exactores,& quaſi negociorum geſtores ſecularib.tumultibus ſeſe immiſceant, ſed ita oportet dum neceſſitas charitatis vrget, vt & ipſi non ſe implicent ſecularibus negocijs, quamuis tractent illa, & nomen domini in religioſis non blaſphemetur, &c. Quia negociatio, quæ fit ex cupiditate, & non ex neceſſitate non eſt licita,& lucrum quod prouenit ex ea,turpe lucrum appellatur bonus tex. in c.quicunque 14.q.4.quicunque tempore meſſis,vel vindemiæ,non neceſſitate, ſed propter cupiditatem comparat annonam,vel vinum, verbi gratia de duobus nummis comparat modium vini, & ſeruat vſque dum vendatur denarijs quattuor, aut amplius,hoc turpe lucrum eſt.Et dicit Barbat. in apoſtil. ad Bart. l. legatis de legat. 3. quòd qui emit poſſeſſiones, vt fructus vendat,dicitur negotiator per d.Anto.in cap. fin. de vita, & honeſt. cler. pro quo dicit eſſe text. in l. ſi cum villico de inſtito. Quia dicit Innocen. in cap.magnus in fin. de oblig. ad ratioci.quòd clerici non poſſunt eſſe conductores. 21.quæſt. 3. capit.2.inquit publicorum vectigalium, vel vbi conducunt vilius,vt locent carius,quòd non licet.C.loc. milites.alias vnam poſſeſſionem pro opere manuum ſuarum licitum eſt conducere miſerabilibus perſonis,ſubdens,ſed non credo: quòd poſſint conducere villarum redditus, ſed ſolummodo, quòd pro ſuis manibus operetur, aliàs autem cadit in vitium cupiditatis, & queſtus, ab Eccleſia tamen dicit non eſt prohibitum conducere. Et vidi ſæpe in bannimentis, & ordinationibus Cardinalis Vicarij Papæ,& præſertim in editis per Illuſtriſſ.Cardinalem de Sabellis modernū Vicarium ſub die 30.Octobris 1566. ſtatutum : clerici mercaturam non exerceant, prędia ne conducant,non aduocent,non procurent,artem medendi, & maxime chirurgiam non exerceant. Et alia vt in bulla dictorum bannimentorum, ſub die 30. Octobris 1566. incip. Iacobus.in calce deſcripta, & licet poſſit opponi, quòd non ſit ſanctio generalis quæ vbique liget, vtpote quia facultas Vicarij Papæ ſit ſub certis finibus reſtricta, tamen actio eſt Rom.curiæ quæ eſſe habet vniuerſalis inſtructio,quia actus Ro.curię eſt vniuerſalis inſtructio. Quia dicit Abb.in c.ſecundum ne cleri. vel monac.
45 quod negotiatio quæ non fit lucri cauſa non eſt prohibita clericis,poſſunt enim vendere,& emere, vt eorum neceſſitas exigit,non tamen principaliter propter lucrū,ad hoc cle.preſenti de cenſi.& c.quanquam eo.tit.lib.6.& dicit ibidem Inno.quod etiam lucrum non eſt clericis prohibitum: quando prouenit ex opera ſeu rebus clericorum.Et Hoſtien.ibidem ſubdit : ſi lucrum proueniat,quaſi mercimonium exercendo, non licet,niſi ex cauſa,ſecus ſi neceſſitas immineret, quia tunc liceret, quia dicit Abb.ibidem intelligo,inquit verum,quod lucrum proueniens,vel ex opera, vel rebus clerici nō ſit clerico prohibitum, quando clericus operatur propter lucrum ſuadente neceſſitate, aliàs autem non debet clericus,vel monachus taliter negotiari, & ſic inquit in cauſa neceſſitatis intelligo loqui gloſſ. in ſumma 14. quæſtio.3. quæ dicit : quòd clerici in quantum poſſunt,debent abſtinere ab emptione, & venditione, quia illud
46 non facilè fit ſine peccato, tamen in caſu neceſſitatis permiſſum eſt clericis negotiari, licitum tamē eſt clericis aliquam rudem materiam emere, & inde aliquod artificium facere, ſi eis ſua non ſufficiunt, & tunc non acquiritur lucrum ex negotiatione, ſed ex artificio : talia enim lucra licita erant Apoſtolis
47 cap.j.21.quæſt.j.& per alia iura,quæ ibi adducit, quia Ioan.And. Domin. & Philip. Franc. in cap. vnico de vit. & honeſta.cleric. in 6.volunt clericos poſſe tenere tabernas,& etiam vendi facere vinum in domo, dummodo ipſimet non exerceant tabernam,aut vendant vinum,ſed alter, & per Doctor.in cap. indecorum,& in cap.clerici de vit.& honeſta.cleric.etiam refert, & ſequitur Lamber.de iure patron. lib.2.26.art.9. quæſt. principali pri.partis, Et dicit Bernard. Diaz de Luco Hiſpanus in practica crimi. Cano. in cap. 10. quòd negotiari clericis cauſa lucri eſt prohibitum cap.ſecundum ne cleric.vel monac. vnde in Concilio Cartaginen.6. Cap. 17. ſancitum eſt quòd clericus aliquid excogitans turpis lucri gratia, abijciatur à Clero,ac à communione alienus ſit.

Et dicit Abb. ſecundum Innocen.in cap.j. ne cleric. vel mona.quòd clericus poteſt licitè emere victualia, vt abundet tem-
48 pore famis, exemplo Ioſeph. Gen. 41. vbi emit frumenta pro abundantia multorum annorum, quia ei licitum eſt, id quod procedit etiam,ſi emat non pro ſe ſolum : ſed vt tempore famis alijs quoque vendere poſſit eo pretio, quo tunc venditur ab alijs,quod intellige dummodo faciat bono animo, puta, ne homines terræ ſuæ,& terra ſua deficerent in victualibus, puta quia videbat homines propter abundantiam illa victualia conſumere, vel ad extraneos deferre, vel non habere circa illa debitam curam,& diligentiam, ſi autem nulla vtilitate pēſata emat, vt carius vendat,dicit eum peccare, & grauius clericus, quam laicus. 14.quæſt.4.quicunque, & cap.j.de emptio.& venditio. Colligo inquit ex prædictis concluſionem, quod non eſt licitum emere rem,vt alio tempore illa carius vēdatur,ſi hoc principaliter fit propter lucrū, ſecus ſi emptio fit principaliter propter publicam vtilitatem : ſubdens,ſed ego hunc articulum latius exordiendo : dico, reſpectu clericorum indubitanter non eſt licitum emere rem cauſa negotiationis,vt integra vendatur cap.negotiatorem,cap.fornicari 88.diſtin. bona glo.in c.ſi quis clericus 14.quæſt.4.ſecundum verò Hugo.& Pau. 14. quæſt.4. ſi quis clericus,ſi laicus emit vilius:vt carius vendat,non ex cupiditate, ſed vt ſuis neceſſitatibus prouideat, licitum eſt, vnde etiam ſi emit ſine propoſito vendendi, & poſtea articulus neceſſitatis vendendi occurrat, poterit vendere pro maiori pretio,ſi tantum valet argumen.dicto cap.quicunque 14. quæſt.4. quaſi voluerit dicere quod ille tex.prohibet rem emi, vt carius vendatur propter cupiditatem,ſecus ſi fiat propter aliquam honeſtam cauſam, dicit clarè tex.in cap. Canonum 14. quæſt.4.ꝙ Canonum ſtatutis firmatum eſt, vt qui in clero eſſe voluit emendi vilius: & vendendi carius, ſtudiō non vtatur, quod ſi exercere voluerit cohibeatur à clero, faciunt dicta ſancti Thomę ſecunda ſecundę q.7.art 4.vbi dicit,quod ſi negociatio:quę fit propter lucrum, ordinatur ad aliquem effectum neceſſariū, & honeſtum,puta ad domus ſuæ ſuſtentationem, vel ad ſubueniendum indigentibus, aut ad publicam vtilitatem : eſt licita, quia capit lucrum pro ſui laboris ſtipendio. Idem dicit, ſi emit rem,non vt vendat, ſed ad ſui vſum, ſi poſtea propter aliquam neceſſitatem illam vendere vult, non prohibetur vendere pro
49 maiori pretio,ſi tantum nunc valet,quia iſta nō eſt negotiatio, nam poteſt contingere illam rem plus valere nunc, vel quia in aliquo meliorauit rem illam,vel quia pretium rei eſt mutatum ſecundum diuerſitatem loci, vel temporis, vel propter periculum, cui ſe expoſuit transferendi de loco ad locum. Sed illicitum eſt vbi finem principaliter conſtituit in lucro, quando emit rem,vt eam immutatam vendat carius,ad quod faciunt dicta Bart.in l.cætera.§.fin.de leg.1.vbi dicit, ꝙ ſi ſtatutum imponit crimen,ementi frumentum, vt vendat, non habet locum in illo,qui emit pro ſuo vſu, & poſtea vendidit, quia cò poſteà non indiguit,vt refert,& ſequitur Paul.de Caſtr. l.2.in princi.ff. ſi cert. peta. & de hac quæſtione vide Dominum Anto. & Doctor.in cap.in Ciuitate de vſur.& Ioan. de Ligna. cap.fin.co.tit. per Abb.in cap.nauiganti vltima colum.co.titu.& Lud.de Rodulfis in tract.de vſur.q.33.

Et concludit Abb.d.cap.j. ne cleri. vel monac.quod aut quis emit rem, vt carius illam vendat propter cupiditatem, & non licet,ratio, quin quicquid plus iuſto pretio appetit homo, turpe lucrum eſt.aut non facit propter cupiditatem, ſed ob hone-

Source : BIU Cujas

50 ſtam cauſam, puta propter ſuſtẽtationem familiæ, vel quid ſimile, & tunc ſi vendit rem illam omnino pro maiori pretio, non eſt licitum. cap. eijciens. 88. diſtin. ratio eſt, quia aut à principio emit minus iuſto pretio, aut nunc vendit plus debito, & ſic fuit iniuſtitia, aut temporè emptionis, vel vẽditionis, quod non licet. cap. primo de emptio. & venditio. non enim licet ex propoſito vendere, vel emere rem minus, vel plus quàm valet, not. glo. 10. quæſt. 1. hoc ius porrectum, ſi autem non eſt omnino integra, ſed immutata, tunc bene licet vendere pro pretio currenti & reperibili, licet ſit maius. Mutatio autem rei poteſt contingere multis modis: vt puta quãdo eſt translata in aliam formam, vel propter mutationem loci, & alias vt ibi per eum, vnde text. in dicto cap. eijciens, debet intelligi multis modis, & in hoc caſu procedunt dicta ſancti Doctoris, & Lau. & Hugo. hoc enim caſu ceſſat omnis cupiditas, & iniuſtitia, & videtur lucrari propter induſtriam ſuam, & ob honeſtam cauſam, negotiatio autem, licet in ſe aliquando ſit licita, tamen ex cauſa efficitur quandoque inhoneſta, & iniuſta per Anchar. in repetitione reg. peccatum in vltim. quæſtio. verſic. ſubiungit. & verſic. quid de negotiationibus lib. 6. vt puta propter cupiditatem.

51 14. quæſt. 4. cap. quicunque: item fit illicita negotiatio ex tempore, puta quando ſit facta die feriato de feriis cap. primo in fin. item ex loco cap. primo de immunita. eccleſ. item fit illicita ex perſona puta, quia clerici toto titu. ne cler. vel monac. item ex re, vt per Abb. d. loco.

Et in materia dicunt iſti ſummiſtæ, & maximè Ange. in verſicu. negotium, quòd negotium ſeculare eſt multiplex, & propterea non poteſt diffiniri. Sed ex aliquorum enumeratione 57
52 poſſumus alia ſimilia iudicare, ſicut fit. 25. diſtin. §. criminis appellatio, & c. de liguribus 23. quæſt. 5. & cap. j. ne cleri. vel monach. dicitur ergo ſeculare, primo cum quid plus iuſto appetitur, quod turpe lucrum eſt.

Item, & munera iniuſta accipere, vel dare, & vniuerſaliter omnia, per quæ viuit homo ſeculariter in peccato, dicitur ne- 58
gotium ſeculare, dicto c. j. item dicitur ſeculare negotium mercantia, ſeu negotiatio, item omne quod fit pro lucrando. Sicut artes procurationis cauſarum, & negotiorum factiones, & huiuſmodi, vnde dicitur negotium, quaſi negans otium cap. forus. de verbo. ſignificatio. §. conſtat. & ſeculare quia ſecularibus rebus impenditur, vel ſecundum glo. 21. quæſtio 3. in ſumma: primo pro mercantia, id eſt quod emitur aliquid, vt vendatur carius, vel etiam dicitur, quãdo quis cõducit poſſeſſiones cauſa cupiditatis vel lucri, quia, vt refert Bernardinus Diaz de Luco Hiſpanus in practic. crimin. Canon. in verſic. negotiatores, ac alienæ rei conductores, c. 50. quòd in Concil. Arelaten. habetur 2. cap. 14. quòd ſi clericus voluerit eſſe conductor alienæ rei, aut turpis lucri gratia aliquod genus negociationis exerceat, depoſitus à clero, & à communione habeatur: ſecundo pro cauſis ſecularibus tractãdis: tertio pro adminiſtratione rerum ſecularium. Negotia ſecularia ſecularibus hominibus ꝓhibentur illa: quæ ſine mortali peccato fieri non poſſunt. ſed clericis, & religioſis ſunt interdicta multa cap. primo ne cleric. vel monac. Et negotiatio, quæ conſiſtit in emendo, & vendendo, quæ alio modo vſitatiori dicitur mercãtia, de ſe non eſt mala, nec illicita ſecundum Alexand. 3. parte ſummæ tracta. de iudicialibus, cum quæſtio. concord. Innocen. cap. primo ne cleri. vel monac. Ioan. Andr. in rubrica, Abb. dicto cap. primo, ſed poteſt fieri illicita ratiõne circunſtantiæ, cauſæ, perſonæ, modi, temporis, loci, & commercij, ex circunſtantia cauſæ, ſcilicet quando propter cupiditatem, vel aliquod aliud malum fit, &
53 ſic tale peccatum eſt, qualis finis per quem fit. Vnde ille, qui negotiando intendit lucrum, tanquam vltimum finem, & cupit ſine labore, & ſollicitudine ex auaritia diuitias congregare: eijcietur de templo Paradiſi ſecundum Alexand. negotiari autem propter propriam neceſſitatem: vel pietatem ſcilicet ad diſpenſandum in pios vſus lucrum: vel propter Reipub. vtilitatem, vel proximi eſt cauſa legitima: quæ facit, vt fiat ſine peccato aliter non. Circunſtantia perſonę facit illicitam, ſcilicet ſi eſt clericus, vel religioſus, oportet ergo ſit ſecularis, qui negotiator eſſe debet. Circunſtantia modi fit illicita, ſcilicet quando exercetur cum dolo, & cum mendacijs, vel alijs pactis, ſeu periurijs.
55 cap. quoniam non cognoui. 88. diſtinct. & ſi ſunt peccata mortalia, ſicut mendacium, quod dicitur intẽtione decipiendi proximum, etiam in magna re ſi poſſet, vel periurium, ſic negotiatio eſt peccatum mortale. Item ex circunſtantia temporis, ſcilicet feſtiui. ab Eccleſia præcepti. Item ex circunſtantia loci, ſcilicet diuino cultui deputati, vt eſt Eccleſia, vel cimiterium. In Eccleſia enim nõ poteſt fieri ſine peccato mortali, niſi magna neceſſitas excuſet. cap. decet domum Dei, de immunit. eccleſ. lib. 6. iuncto cap. relinqui volumus, de cuſtod. Euchariſt. & hoc intellige de actuali contractatione rerum: quę ſine ſtrepitu fieri non poteſt: ſecus eſſet in venditione candelarum, quæ ſine verbis fit, aut in conuentione alicuius rei emendæ, vel vendendæ poſtea, quia nõ eſſet mortale peccatum. Item ex circunſtãtia commercij, quod quidem eſt damnoſum Reipub. ſicut cum quis emit vilius, vt carius vendat, & cum damno reipubli. ſicut faciunt illi, qui totum granum emũt, vel omnes merces, & huiuſmodi, vt poſtea vendant modo ſuo. Si verò commercium eſt vtile Reipub. ſicut illud: quando merces portantur de terra, vbi abundant ad terram: vbi deficiunt, vel illud: quod de vna re fit alia, ſicut faciunt artifices de lana pannum, de cera candelas, & illud, quo quis conſeruat res, quas emit, vt vendat tempore debito, eo quia quilibet non poteſt ſtatim emere, & ſic iſtis eſt licitum negotiari, & aliæ circunſtantiæ adſunt alijs, vt eſt damnationis, & de eis loquitur text. in cap. eijciens. 88. diſtinctio. Scot. in 4. 15. diſtinct. quæſtio. 2. articu. primo. Thom. ſecundæ ſecundæ quæſt. 77.

Et ille, qui carius vendit, quam emit: ſiquidem fecit emptionem pro ſe, & poſtea proceſſu temporis non indiget: licitè poteſt vendere pro pretio occurrenti, quamuis ſit carius: quam quando emit: quia nõ ad hoc emit, & lucrum aduenit ratione temporis. Si verò emit, vt venderet tempore, quo carius erit, eſt licitum, ſi fecit pro vtilitate terræ ſuæ, ſcilicet ne homines poſtea indigerent, & nõ inuenirent. Et ipſe aliquid lucraretur pro ſua, & ſuæ familiæ ſuſtentatione.

Vel ſi à caſu aliquod emit pro bono foro, & poſtea inuenit: qui illud vult emere pro cariori, & concurrant quatuor illa, videlicet quòd primo ſit ſcientia ab vtraque parte, ſcilicet quod
56 nulla ſit deceptio ex parte alicuius, & quilibet ipſorum agnoſcat rem, & eius qualitatem, & valorem, glo. penult. in l. mortis cauſa. § fin. ff. de donat. cauſa mort. ſecundo, quod adſit libertas voluntatis, quod non faciat ex tali neceſſitate, quæ excludat rationem voluntarij, id quod quomodo poſſit perpendi, vel intelligi. vide per Angel. in ſua ſumma in verſic. emptio. §. 7. Tertio, quod ſit prudens, quia magna mentis leuitas redderet contractum illicitum, vt mulier ruſticus, & iuuenis, & ſimiles, quibus non creditur quod ex liberalitate vendant, ſed imputatur magis leuitati. Et ideo eſſet reſtituendum eis, quod minus iuſto pretio à talibus emptum eſt, vel plus iuſto pretio vẽditum, ita firmat Imo. in cap. cum contingat de iur. iur. quod limita, niſi tamen iſtæ perſonæ eſſent ſagaces: quia tunc nõ præſumitur in eis donatio. Bal. in l. 2. C. de reſcin. vend. Abb. in cap. quia plerique. de immunit. eccleſ. 9. q.

Quartò quod ille: qui vendit, vel emit plus debito, poſſit donare arg. c. 7. de dona. quia ſi iſta quatuor non concurrant, non poteſt vendi niſi iuſto pretio res, nec poteſt vendi res: quãtum emptorem inuenis, interuenientibus iſtis circunſtantijs cum alijs antedictis hoc licet laicis, non autem clericis per Angel. in ſumma in ver. negotium, verſi. vtrum.

Si autem fecit emptionem, vt lucraretur tantum ſine aliqua vtilitate Reipub. immo potius, cum damno, ſic peccat mortaliter, vt c. eijciens allegato, & de iſtis intellige illud in c. quicunque tempore. 14. q. 4. vbi turpe lucrum dicitur tempore vindemiæ vilius emere, vt carius vendatur. concord. S. Tho. ſecunda ſecundæ q. 77. non tamen tenetur ad reſtitutionem talis turpis lucri de neceſſitate, ſed de cõſilio ſic, niſi fortè fuiſſet cauſa talis excreſcentiæ, puta quia totum emit: vt carius poſtea poſſet vendere, quo caſu teneretur ad recompẽſam, & ſatisfactionem damnificatis: ſi tale damnum incurriſſent.

Nec prælatus in vendendis prælaturæ fructibus debet expectare cariorem venditionem ſi id faciat cauſa lucrandi ſibi & ſuis: quia id videtur eſſe negotium ſeculare, & mercantia, cum ſeculare negotium mercantia, ſeu negotiatio dicatur omne illud, ꝙ fit pro lucrando vt deduco ſ. eo. verſ. item & munera, per Ang. in ſumma in verſi. negotium. Item turpe lucrum, & ſeculare id videtur eſſe negotium, quia iſto caſu prælatus videtur quid plus iuſto appetere. Ange. ibidem, non enim eſt contẽtus iuſto pretio, qui non vendit pro currenti pretio, & pro pretio, quòd Princeps, vel magiſtratus mercibus ſtatuit, ſed expectat quòd tempus venditioni augumentum afferat, vnde turpe lucrum. Abb. cap. j. ne cleri. vel monac. Quia non licet emere victualia vt carius vendantur, quia peccatum eſt & grauius quidem in clerico quàm ſit in laico, Innocen. in cap. j. ne cleri. vel mona.

Quia conſeruando, & non vendẽdo fructus, & victualia prælatus, ex quo facit forum carum, quia quanto magis abundant victualia, tanto minus venduntur. Et quanto minus abundãt, tanto carius venduntur, videtur pauperes emptores damnificare, quibus ſubſidium afferre ex officij debito tenetur, quia ꝑlatus pater pauperum.

Et licet conſeruando prælatus, non poteſt dici ꝙ emat, vt vendat: tamen mercatoris, & venditoris conditionem inducit, cuius eſt cariorem expectare vẽditionem, & cum det occaſionem carius mercandi, & carius vendẽdi, videtur idem ac ſi ipſe carius venderet, cum paria ſint facere, & faciendi occaſionem dare. glo. in l. ſi ita. §. ea. in ver. intereſt. ff. de verbo. oblig. Et videtur ſaltim modo indirecto ſeſe ſecularibus negotijs implicare, ꝙ non licet, quia ꝙ directo non eſt licitum nõ debet indirecto licere. c. cum quid vna via. de reg iur. in 6.

Et iſta cum ſit ſollicitudo in prælato non neceſſaria, ex quo

eſt

eſt cauſa lucri faciendi, videtur improbanda, per dictum Henrici quolibet. 8. quæſt. 27.

Si verò expectat cariorem venditionem prælatus, non pro lucrando, ſed pro bono publico pauperum, vel pro ſui ipſius cõmodiori ſuſtentatione cũ ſit pauper, & ei non ſufficiunt fructus eccleſiæ prouicti, tunc videtur nedũ eſſe licitum expectare cariorem venditionem, ſed etiam emere exemplo Ioſeph. Gen. 41. per Inn. & Abb. in c. primo ne cler. vel mon. modo tamen non vendat pauperibus, ne pauperibus pauperum ſangui ne prouidere videatur, vt per Henr. d. quolib. 8. q. 27. vbi dicit, ꝙ ſolicitudo præter neceſſaria, ſi habet finem non vtilitatis proprię ſui, & ſuorum, ſed finem pauperum, & boni publici, & ſui ipſius in quantum pauper eſt, & forte fructus illi non ſufficiũt, ꝙ non eſt ſollicitudo improbanda, quia hæc eſt neceſſitas, in cuius caſu eſt permiſſum clerico. negociatio ca. j. ne cle. vel mo. & ſi clerico eccleſia non ſufficiat, eſt illi licitum vti artificio, non tamen propter lucrum, vel ſi ſufficiat illi eccleſia ſua. cle. j. de cenſi. c. quanquam. eo. ti. lib. 6. gl. ca. Canonum. 14. q. 3.

Nec parimodo iſtud pretij augumentum, ꝙ fructibus attulit iſta expectatio, & dilatio eſt effectum prælati, nam ſi prælatus in fructibus ac rebus eccleſiæ habet tãtum vſum, & tantum percipit, quantum pro ſui ſuſtentatione, ſecundum gradus ſui decentiam conſumit, ſi non habet in eiſdem dominium, adeo, ꝙ etiam in morte de eis pro libito diſponere poſſit, niſi moderatè, ſi habet in vita tantum auctoritatem canonicè diſpenſandi, ſi de fructibus non poteſt ſibi, vel ſuis emere, aut acquirere, vt dico ſ. in q. de poteſtate circa fructus &c. & in q. an clericus de fructibus & c. eſt dicendum, ꝙ idemmet ius eandem met auctoritatem habeat in iſto augumento pretii, & non plus, quod habet in fructibus, quum plus iuris nõ debeat habere in acceſſorio & dependenti, quam in principali.

Immo tale augumentũ accreſcit fructibus, quibus eſt vel acceſſorium, vel dependens. l. Item ſi fundi. §. huic vicinus. ff. de vſufr. gl. j. circa med. in l. de quibus. & ibi Bart. in rep. in 2. col. ff. de leg. & ibi Ias. 4. col. Inſti. §. ſed & ſi poſt. vnde eſt qualitatis, & naturę cuius ſunt fructus, quia augumentum imitatur naturã eius cui accreſcit Soc. conſ. 153. incip. pulchra. & conſ. 254. viſa. vbi ponit, ꝙ debet eſſe naturę ſui principalis. Et ꝙ idẽ de vtroque iudicari debet. & augumentum iſtud eſt pars pretij, & pretium eodem iure cum re ipſa cenſetur, & loco rei ſuccedit. l. ſed & ſi rem. ff. de pet. hære. & pars cum ſit portio totius, eodem iure, quo totum cenſeri debet, & iudicabitur, & ꝙ de toto iudicatur, de parte quoque illius iudicari debet.

Et in iſta prohibitione negociandi, non videtur includi om-
59 nes clerici, ſed illi tantum, † qui ſunt in ſacris ordinibus conſtituti, & beneficiati, non autem omnes clerici ſimpliciter: quia in minoribus conſtituti non videntur comprehendi a conſtitutione, quia videntur poſſe exercere quæcunque negotia ſecularia. Subiungit. n. idem Abb. ibidem, ego dicerem, quod negotia ſecularia prouenientia ex carnis concupiſcentia, ſunt prohibita omnibus clericis, & etiam laicis, ſed maxime clericis, nam appetere plus iuſto pretio, hæc & ſimilia, indubitanter omnib. ſunt prohibita, negocia verò ſecularia ſtrictè ſumpta, ideſt: quę licent laicis, cum ſint mundana, prohibentur miniſtris altaris, & etiam beneficiatis, vt voluit Hoſt. & ex his nota inquit d. c. j. ne cler. vel mon. quod clericis in minoribus non beneficiatis,
60 † minime prohibentur negocia ſecularia alias licita, quod tene menti, diligenter: & credo quod ſit ratio, quod clericus exiſtẽs in minoribus id facere poſſit: quia poteſt impunè redire ad ſeculum, & laicare; † quia apoſtaſia non conuenit clerico in mi-
61 noribus, quia impunè poteſt ſeculariter viuere; & renuntiare in totum ordini clericali, & ſi non verbo: ſaltim facto, exercendo actum omnino contrarium, vt docetur per Abb. in ca. tuæ de apoſta. fallit tamen ſecundum Inn. ibidem ſi habet benefi-
62 cium, † quia eſt apoſtata, ſi dimittat habitum, & tõſuram, & cogi poteſt habitum reaſſumere, vt ibi per eundem Inn. quem refert Abb. ibidem: ſed dic quod immo ex ſui generalitate bulla comprehendit omnem clericum, vt dico ſ. in fi. q. ſic ergo ha-
63 bemus, † quod negociatio ex cupiditate, & cauſa cupiditatis, nõ cauſa neceſſitatis, vel alterius vtilitatis, & honeſtatis prohibet, & non eſt licita. Et ſemper cupiditas ipſa præſumitur, & cauſa cupiditatis negociari quilibet exiſtimatur, niſi ipſa neceſſitas probetur per gl. quæ eleganter dicit in c. j. 88. diſt. in ver. conducere, ſemper inquit intellige cauſa cupiditatis hoc fieri, niſi ne-
64 ceſſitas probetur: arg. 12. q. j. cap. j. ubi probatur † vitam hominis
65 eſſe pronam ad malum, vt ibi dicitur. Et pro præſenti materia vide ea quæ eleganter deducit Barto. in l. legatis ſeruis. de leg. 3. vbi habetur: ꝙ negociatores dicuntur eſſe illi: qui cum aliis cõtrahunt, non qui exercent aliquod officium: vbi cõtractus nõ immineret, & ꝙ locatores roncinorum, vel equorum dicãtur, & dici poſſint mercatores, ſeu negociatores, & mutuator dicit mercator; & negociator, ſi interuenit contractus vltro citroq; obligatorius, quia tunc illa eſt propriè negociatio, & mercatura: vbi tenet, ꝙ ille, qui nihil aliud facit, niſi quia locat poſſeſſiones ſuas, & conducit poſſeſſiones aliorum, ꝙ non eſt neq; mercator, neque negociator per tex. in l. ſi cum villico. de inſtit. qa oportet, vt quis dicatur mercator, vel negociator, ꝙ faciat negociationem quæſtuariam, ex qua aliquid quęratur. Sed percipere fructus de ſua poſſeſſione non dicitur aliquid de nouo q̃rere: vbi ſubdit quæſtionem: an mercator, vel negociator dicatur ille qui ſemel tantum in vita ſua fuit negociatus, vnam vel vnicam tantum ſemel fecit negociationem, vel mercaturam, aut negotium: puta ſi ſemel emit pannos, & vendidit pannos: & non obſtantibus deductis in oppoſitum per eum, dicit, ꝙ nõ dicitur mercator, qui ſemel mercat̃, vel negociator, qui ſemel negociatur, ſed requiritur, ꝙ exercuerit, & ſępius fecerit ꝑ text. in l. 1. in d. prin. & ibi gl. de tributor. vt ibi per eum: ſequitur do. Petrus de Anch. in c. Canonum ſtatuta in ver. quis dicatur mercator, & idem Bar. in rubr. de nauicularijs lib. 11. ibi negociatores verò non propriè dicuntur artifices, quia de iure gentium quilibet ſcit emere, & vendere, licet vnus cautius, quàm alius, & appellantur negociatores ex frequentia d. l. legatis in principio: niſi conſuetudo regionis aliud inducat. Alex. tamen in d. l. legatis, in principio dicit, ꝙ ille dicitur mercator, qui ſolum vnam negociationem fecit. Idem Bal. in rubr. C. de conſti. pecu. in fi. qui ſub dubio forte videtur tenere, ꝙ mercator, ita demũ ſit, ſi profeſſus eſt matriculam, & Bald. in proęmio digeſtorum verſi. item fallit in mercatore, vbi videtur dicere, ꝙ ille dicatur mercator, qui ſolam vnam negociationem facit, & idem in artifice: & idem Bal. in tract. de conſti. in fi. refert Ale. in additio. ad Bar. in rub. C. de nauicul. lib. 11. Corſet. in repertorio in ver. mercator: Hæc in laico, & de iure ciuili procedunt.

Sed in caſu noſtro: quia eſt interdictum clericis negociari, & negociari clerico eſt delictum perpetrare de iure Canonico toto titulo ne cle. vel mo. ſunt attendenda ſuperius dicta, & an faciat cauſa lucri, uel cupiditatis, & auaritiæ, an ex alia cauſa, & in caſu bullæ noſtræ, quę generaliter loquitur de illicitè acquiſitis, ueniunt etiam comprehenſa acquiſita ex uno, & ſemel facto negocio, ex una, & ſemel tantum facta negociatura, & mercatura, modo fuerit illicita in clerico, & damnata negociatio.

Pœna autem qua clerici negociatores puniri debeant, uide-
66 tur eſſe primo peccatum mortale: quia negociari clericis prohibetur ſub præcepto ca. fornicari. 88. diſt. ibi clerico facto iam non licet cap. Epiſcopus eo. Ibi Epiſcopus, ſacerdos, Diaconus nequaquam ſeculi curas aſſumant. c. Epiſcopus eo. el ij. Epiſcopus nullam rei familiaris curam ad ſe reũocet. ca. negociatorẽ eo. negociatorem clericum, ueluti peſtem fuge c. eficiens. nullus Chriſtianus debet eſſe mercator, & ſi eſſe uoluerit proijci de Eccleſia debet, & eſt præceptum per uerba domini, nolite facere domum patris mei domum negociationis, ca pen. ca. diſt. & per illud, nemo militans Deo implicat ſe negociatoribus ſecularibus in tex. in c. j. ne cler. uel mon. ibi talia miniſtris altaris domini, omnino contradicimus, & c. 2. ſacerdotibus, & clericis tuis publicè denunties, ne miniſtri laicorum fiant, nec iuribus eorum procuratores exiſtant. Idem legitur c. ſed nec, eod. ti. ibi clericorum quiſquam exercere præſumat. Idem in c. ſicut eod. & ferè per totum, & non ſolum eſt prohibitum cum pręcepto, & per uerba præceptiua, ſed cum appoſitione, & interminatio. ne pęnę excommunicationis c. ſecundum e. ti. & tranſgrediẽs
67 præcepta legis diuinæ, uel naturalis, & nonnunquam humanę ligatur mortali peccato, † quia trãſgreſſio præcepti diuini, naturalis, uel humani mortale peccatum eſt, ut per Abb. in c. clerici, de uita & hon. cle. ubi uide, & ſecundum gl. Gem. etiam in c. ut animarum, de conſt. lib. 6. & Io. An. in c. relatum ne cle. uel mona. & rurſus Gem. in cap. perpetuæ. de elect. lib. 6. quomodo cognoſci poſſit aliquam legem humanam eſſe præceptiuam, ubi dicunt: quod ſi conſtat materiam eſſe præceptiuam, ut quia eſt de neceſſarijs ad iuſtitiam, aut charitatem, aut diuinam reuerẽtiam, ſic eſt præceptum, & quod non fiant matrimonia clandeſtina, vel corrigatur frater, vel non communicetur pleno ſtomacho, nec eſt de verbis curandum; quia ſunt accomodanda materiæ, tex. eſt cum gl. in c. Rogo 11. q. 3. & text. in Clem. exiui
68 de paradiſo, de ver. ſig. ſi verò non conſtet † de materia, & conſtet de intentione ſtatuentis, quod fuerit præceptiua, eſt præceptum, quia intẽtio præponderat verbis: ſi verò nec de materia, nec de mente ſic conſtet, eſt reſpiciendum ad pœnam: quæ cõtrafacientibus, & tranſgredientibus imponitur, quia ſi imponitur pœna ſpiritualis vt excommunicationis latè ſententiæ, ſec. omnes eſt præceptum, & contrafacere eſt mortale peccatum,
69 velut eſt in c. ſecundum, ne cler. vel mona. quia nullus, niſi pro mortali peccato excõmunicatur 11. q. 3. nullus & c. nemo Epiſcoporum. & cap. j. lib. vj. de ſenten. excommu. & ſimiliter ſi imponatur pœna excommunicationis comminatoriæ, id eſt nõ latæ, ſed ferendæ ſententiæ; quia licet aliqui dicant, hoc non eſſe clarum, tamen vt refert Ioã. de Neap. quidam hoc tenent, & bene, ꝙ tales contrafacientes merentur excommunicari, & ſic mortaliter peccauerunt, & hoc etiam ſi ab homine: & ſimiliter ſi imponitur pœna ſuſpenſionis, depoſitionis, vel interdicti, & ſi imponitur pœna maledictionis æternæ, vel indignationis omnipotentis Dei, c. vnico de ſtat. reg. & ſimiliter quoad pœnas

corpo-

Source : BIU Cujas

corporales,eſt præceptum,ſi imponitur pœna mortalis, vel mutilationis prout fit per leges, aut ſtatuta ciuitatum: quæ ſecundum S.Thomam obligant etiam in foro conſcientiæ,quia non infertur talis pœna,niſi pro eo quod eſt ualde læſiuum iuſtitiæ, & ſimiliter, ſi imponitur pœna grauioris culpæ,vt fit in religionibus:idem autem dico per omnia eſſe iudicandum de præceptis ab homine,refert Silueſter in c.præceptum. in fin.ſed vide Abb.in c.nam concupiſcentiam.de conſtit.vbi facit quæſtionẽ an & quando faciens contra legem, vel regulam incurrat peccatum mortale,& puto ego negociatorem clericum committere peccatum mortale,non ex eo ſolum,q̃ conſtitutiones Ca
70 nonicè ſuper negociationibus ſtant præceptiuæ: ſed quia ſtat prohibitũ lege diuina,vt deduximus ſupra, & quicquid eſt contra præceptum legis Dei,mortale peccatum eſt.S.Tho.ſecunda ſecũdæ q.35.§.ad tertium:& per illud maximè pſalmiſtæ, quia non cognoui negociationes, introibo in potentias Domini: quaſi innuatur, quod per negociationes incurratur in peccatum mortale,& quia abſtinuit,non incurrit, merito introibit, quia cum peccato mortali nemo introibit in gloriam Dei.

Et vltra peccatum mortale,ſi clericus tertio monitus,nõ deſtiterit ab illicitè negociando,† perdit priuilegium clericale.c.
71 fi.de vit.& hon.cle.& ſecundum aliquos,dico, quod ſi clericus in minoribus negociatur,negocium ſeculare non prohibitum laicis,non peccat mortaliter:uel ſit coniugatus, uel non:ſed ſi non eſt coniugatus,poteſt compelli ad deſiſtendum negociari per priuationem priuilegij clericalis,non quidem illius de quo in c.ſi quis ſuadente Diabolo.16.q.4.ſed illo priuilegio:quo nõ poſſunt vexari ab impoſitionibus, & exactionibus in perſona, vel in bonis propriis.l.2.C.de epiſ.& cleri.coniugati verò clerici negociantes non perdunt per negociationem,quia illud nõ
72 habent,quia ipſo facto,quo matrimonium cõtraxere, eo ſunt priuati c.vno.de cler.coniug.lib.6.& c.Ioan.eod. religioſi verò, & clerici,qui ſunt in ſacris,peccant mortaliter c. ſecundum.ne cler.vel monac.& ſimiliter poſſunt compelli per priuationem priuilegij clericalis,id quod tantò magis eſt dicendum, quia ſe cerunt ſibi prę̃iudicium:quando permiſerunt ſe promoueri ad ſacros ordines,vel ſine beneficio,vel ſine ſufficienti beneficio, per ea quæ dicit glo.in c.clericus victum 91.diſt. & in hoc caſu habent etiam actionem contra promouentem, qui habet eis prouidere,& ſupplere neceſſaria victui:quoad eis de competenti beneficio prouideatur.c.cum ſecundum.de præben.c. ſi quis
73 cum ibi gl.de ſim.& quando eis ſunt data plura remedia,eo minus eis eſt licitum ſe negocijs immiſcere,vnde magis peccant. Quod verò clerici in minoribus,vel coniugati vel non,non pdant per negociationem priuilegium dicti Canonis,ſi quis ſuadente,vt videlicet ſit excommunicatus illa excommunicatione qui eos percutit, nec etiam fori, vt poſſint pro criminibus, & exceſſibus puniri,ſeu condemnari criminaliter,aut ciuiliter per iudicem ſecularem,id ex eo clare conſtat, quia clerici coniugati,quos oportet intendere negocijs mundanis, & ſecularibus c.Ioannes præallegato ſi in habitu,& tonſura incedunt,illo gaudent: id quod eſt multo fortius dicendum de clericis in minoribus non coniugatis, quod per negociationem illud nõ amittant,quando illud retinetur a clericis cõiugatis, qui in negociis intendunt,& intendere debent.

Et dicit Inn.in d.c.fi.de uit.& hone. cler: quod clerici primo monendi ſunt,vt negociationes clericis non conuenientes dimittant,& ſi eas non dimiſerint,cum eas forte ſine peccato facere poſſent,clericatu dimiſſo,ſpoliabũtur beneficio,& Eccleſiis,ſi habent,& dimittentur Domino ſeculari, hoc modo: q̃ eccleſia non defendat eos; quia perdunt priuilegium:quoad iudicium,vel forum,& functiones municipales c.pen. de cle. cõiug.ſequitur Io.And.ibidem,qui dicit, ſi vero non ſunt coniugati,monentur vt negociationes clericis non conuenientes dimittant,ſi non dimiſerunt, quia fortè ſine peccato facere poſſunt clericatu dimiſſo,ſpoliabuntur beneficio, & dimittentur Domino ſeculari,hoc modo:quòd Eccleſia eos non defendat & ſecundum Hoſt.hanc eſſe veritatem,quod ſi moniti non obediunt,nudati ſunt omni priuilegio clericali, & etiam curiæ
74 ſeculari finaliter ſunt tradendi:tamen poſt pœnitentiam, & reconciliationem priuilegium amiſſum recuperant. Satis credo, q̃ clericus incedens in habitu,& tonſura, negociationes exercens,& de hoc monitus non deſiſtens, perdit priuilegium ſolũ quoad illa:illis autem negociationibus dimiſſis, vti poteſt priuilegio clericali,ſed intellige,vt per Abb.ibidem,qui recitat,& dat plures intellectus ad tex.

Item alia pœna videtur puniendus clericus,illicitè negociãs, quia videtur teneri ad reſtitutionem ex talibus negociationibus acquiſitorum, ex quo exiſtit in peccato mortali, quod de ſui natura,ſi ſit notorium,inducit præciſionem, & ſeu ſuſpẽſionem a Canone,ne exerceat quis officium ſuum per d.Anto. in
75 c.veſtra.de cohab.mulier.& cler. nec valet dicere, † vt quidam opponunt,quod ille tex.loquitur in fornicatore tantum, quia loquitur etiam ſi eſſet aliud crimen,vt per Inn.ibi: vel etiam ſi eſſet aliud crimen quàm fornicatio. Et paulo poſt: ſi crimina, pro quibus eos ſuſpendit,ſint notoria per facti euidẽtiam: idẽ exponendo tex.dicit Io.And.ibidem,quia conſtitutio pœnalis etiam quoad pœnam extenditur ad caſum ſimilem ex identitate rationis, ſi ratio in ea conſtitutione eſt expreſſa, vt in l.his ſolis.C.de reuocan.donat.& tex.in l.ſecunda.§.quod ſi curatores,& §.quid ſi deciſerant.ff.ad Tertul.refert Angel.in ſumma in ver.clericus.ſeptimo circa finem: vbi dicit,quod clericus indubitanter obligatus eſt reſtituere fructus, quos percepit exiſtens in peccato mortali, ſi peccatum ſit notorium, quia cũ ſit ſuſpenſus,perinde eſt,ac ſi non reſideret,quia nullum,& inutile idem eſt c.inter corporalia.de tranſla.prælat.ſicut paria iudicant̃ non fieri,& non ritè fieri c.veniens.de presb. non baptiz.

Facit:quia quando clericus committit cauſam, propter quã
76 meretur priuari beneficio eccleſiaſtico, licet non ſit priuatus ipſo iure:antequam feratur ſententia ſecũdum Inn.c. cum noſtris.de conceſ.præb.c.ex parte.de Feud.per Bal. in c. quæ in Eccleſiarum de conſti. tamen quam primum commiſit cauſam efficitur indignus,& ſic malę fidei poſſeſſor: & ſic a tempore commiſſæ cauſæ,tenetur ad omnes fructus reſtituendos; ita pbat tex.ſecundum Ang.Pau.de Caſtr.in l.j.C. de his quib. ut indig.licet contrarium videatur probari ex gl.no. in Auth. de inceſt.nupt.in principio in ver.immineret in fine,quæ vult, quod ipſo iure perdantur bona a ſcienter contrahentib. inceſtas nuptias,& licet requirant ſententiam declaratoriam, tamen fructus medij temporis perduntur,de cuius gloſ.veritate dic: ut in Auth.inceſtas.C.de inceſt.nup.per Ang.& Bald.ibidem: de occulto verò peccatore ſubiũgit Ang.in ſua ſumma d.loco,† credo quod non teneatur reſtituere, quamuis tutius eſſet reſtituere:quia & ſi inutiliter ſeruiat,quoad ſe: nõ tamen quoad alios: aut quoad Eccleſiam. 77

Et dicit in terminis Inn.in c.quia pleriq; de immunit. Eccle. quod vbicunque aliquid male quæritur, vel ex negociatione, vel extorſione,ex qua tamen reſtituere non tenetur: prudẽter facit,ſi omnia acquiſita in eleemoſynas dat 14. q.5. qui habentis & c vlt.non tamen damnamus eos,ſi hęredibus relinquant: ſi autem illicitas negociationes faciãt, vel alias iniuſtè aliquid 78
quærant ſine calumnia alicui facta, ſacerdos debet eis iniungere,vt in bonos vſus ſic acquiſita expendant, puta erogãdo pauperibus,vel Eccleſijs,vel alijs,arg.24.q.3.ſi quis.ca.de vot.& vot. redemp.c.magnę.c.qđ ſuper his, ſequitur Hoſt. & alij vbi Abb. col.antep.ver.tertia concluſio ibi dicit:quod exercens illicitas negociationes,vel alias iniuſtè acquirẽs aliquid ſine calumnia alieni facta: tenetur in foro animæ quicquid fuerit inde lucratus in pauperes,vel alios pios vſus erogare.arg.17.q.4.ſi quis cõtumax & in c.magnę.Et in c.quod ſuper his.de vot.fac.ca. cum Tu.in fi.de vſur.de hoc quærit Math.in Clem.j.de vit. & honeſ. cler.vbi tenet quod acquiſita,& lucrata ex illicitis, & prohibitis negociationibus,tenentur acquirentes in foro animæ dare pauperibus.c.qui habetur præallegato Abb.in c.cum ſit de Iudæis,tenet quod illud ſit de conſilio, & non de neceſſitate, q̃ reſtituatur taliter acquiſitum.idem tenet Archid.in d.c.qui habentis.14.q.5.dicas ergo: quod vbicunque aliquod male quæritur,vel de negociatione, vel extorſione, ex qua inde tamen reſtituere,quis non tenetur, prout de acquiſitis ex contractib. per eum celebratis illicitè negociando, ex quorum forma ſibi acquirit,& illi cum quo contrahat,tenetur reſtituere, prudenter facit,ſi omnia det in eleemoſinam c.pœnale. c.non ſanè.14. q.5.non tamen ſunt damnandi ſi hæredibus relinquãt, per Inn. d.c.quia pleriq;.vnde cum nullo iure probetur,licet ſit bonum conſilium,vt in pauperes erogetur,vt ſic ſatisfiat in quo fuit delictum,& peccatum,tamen nõ eſt de neceſſitate ſalutis. Et hoc tenet Cardinalis d.c.quia pleriq; & gl.& Ray.in tit.de rap. §.ſed quid de iocarijs:& iudicio meo idem tenet Inn.d.c. quia plerique,licet communiter Doctores, qui tenẽt contrarium pro ſe adducant,& male,quia,ſi intelligeretur,quod dicit ipſe Inn.foret neceſſarium,q̃ ipſe ſacerdos debeat ei iniungere, vt in pios vſus expendat,quod acquiſiuit faciẽdo illicitas negociationes, aut quod alias iniuſte acquiſiuit ſine calumnia alicui facta, certe ſibi contradiceret,quia ſuperius ibidem præmiſit,quod vbicunque aliquid male quæritur,vel ex negociatione, vel extorſione,ex qua tamen reſtituere non tenetur,nec damnat eum ſi hæredibus relinquat:ſed ideo oportet intelligatur,quod ſacer dos debet ei iniungere,ut reſtituat pauperib.de bono,& ęquo, non tamen de neceſſitate, & ſic tene, quod tali fauet ius naturale in retentione,propter conſenſum domini tradentis, nam nihil,tam naturale,vt acquiſitio fiat ſecundum volũtatem domini tradentis l.nihil tam naturale.de reg.iur.§.per traditionẽ. Inſtit.de rer.diuiſio: fac.quod habetur in c.fi.de ſim. & gloſſ.in
80 † ſumma 14.q.5.& j.q.j.non eſt putanda, & in ca. ex tranſmiſſa. de decim.dicunt enim illæ gl.q̃ poteſt eleemoſina fieri de illicitè acquiſitis,vbi non datur reſtitutio,per quæ videtur dicere Abb.in c.relatum.de teſtam. quod illicitè acquiſita per artificium inhoneſtum,& illicitum, quod ſi poſitis clamoribus apparent repetentes:quòd eis debet fieri reſtitutio, aliàs fieret diſtributio per Epiſcopum inter pauperes argum.in l. nulli. C. de

Epiſco-

Source : BIU Cujas

Episcopis,& clericis:quod tamen dictum limita,inquit, procedere,vbi talia illicita acquisita subiacent restitutioni, sed vbi non subiacent restitutioni, licet illicitè essent acquisita, cum possit alias clericus pœnitere de peccato sine restitutione, non impeditur,quo minus de his clericus faciat voluntatem suam, 84
Sequitur Nicol.de Vbal.in tract.de succeſſ.cler.ab intesta. ver. de acquisitis verè per artificiū. Et ad tex.in c.cum sit. de Iudeis, vbi dicitur quod assumptus ad officium contra iuris dispositionem,tenetur dimittere officium cum pudore,& acquisita restituere,ad id quod adducit Host.dici potest, quod illud est statutum in pœnam,quia assumpsit iure prohibente: & non excedit casum suum:nec obstat similiter text. in cap.non hanc.14 q.5. quia loquitur consultiue,secundum Abb. d.cap.quia plerique, nec est obligatiuum ad peccatū mortale, vel veniale per Abb. in c.j.de constit.nu.4.vbi vide,quando constitutio, quæ continet consilium,non præceptum liget contrauenientes.nec facit contra tex.in c.contumax.17.q.4. loquitur enim de eo qui ex cōtumacia,vel superbia Ecclesiæ immunitatem violauerit, extrahēdo seruum suum ab ea, qui tenetur soluere Episcopo 90. 85
solidos:nec pari modo obstare videntur tex.in c.magnę.& c.super his.de vot.quæ iura allegat Inn.quia non videntur probare dictum suum.Et sic intelligatur, vt teneatur de necessitate, quia loquuntur de illis,qui nouent:qđ si adimplere nequeunt, commutantur vota:adde,quæ adducit Archiep. Flor. secunda parte secundi tit.c.j.§.19.dicit Ange.in summa in verſ.clericus 9.ver.vtrum clerici & in ver.restitutio.j.versi.turpe lucrum: super quo cogita: pro eo quod dixi de peccato mortali, in quo exstit clericus negociator, & quia etiam clerico est prohibita negociatio sub interminatione Anathematis.ca.2.ne cler.vel mona.quamuis Sylucster in ver.clericus quarto.teneat contra- 86
rium secūdum summam Rosel. quia inquit ista forte etiā possent non habere locum in fornicatore notorio,qui indubitanter est suspensus arg.eius quod no.gl.in c.pastoralis. de appella. vbi habetur,quod excommuoicato non subtrahitur redditus, nisi hoc sit expressum in sententia,vbi subiungit,quod non residens,non tenetur restituere fructus,nisi condemnetur: quia licet clericus non residens priuetur beneficio,non tamen repe- 87
ritur arctari,vt fructus restituere teneatur. cap.ex parte.de cler. non resid. patet de eo,qui per annum non resedit,& occasione
81 tituli quem habet,donec priuetur percipit fructus,& si non seruiuit iste,dicendo officium tamen seruiuit Ecclesiæ vniuersali in ordine clericatus, vbi etiam ponit,in euentum, quod cleticus sit obnoxius restitutioni,quomodo,& de quibus bonis habeat fieri restitutio.

Verba bullæ sunt prægnantia & generalissima, & compre- 88
hendunt,non solum casum,quādo clericus acquirit illicitè negociando,verum etiam,quando turpiter,iniustè, & male, aliter,& alio modo,quàm ex negociatione:id quod aperte demōstrant verba in bulla,ex illicita negociatione, aut alias contra sacros Canones,quomodolibet acquisita,quæ cōprehendunt casum acquisitorum ex illicita negociatione, & quemcunque alium,factum prꝛter,& contra Canonum dispositionem nam 89
verbum aliàs,licèt habeat diuersa significata,tamē in casu bullæ,stat aduerbium qualitatis,& ponitur aliàs,idest aliter, vel alio modo.l.deniq;.§.vtrum.ff.de pec.& ff.de acq.quor.id.ęsti.l.j. §.illud:vel ponitur alias,idest alio casu. vt l. qui in testamento.
82 §.mulier.ff.de testa.per magistralem doctrinam Bart.in l.j.ff.de cond.& demonstr.vbi dicit,quod significatio talis dictionis, alias, deprehēditur facile ex natura orationis,in qua hæc dictio 90
ponitur.Id importat etiam dictio alternatiua, aut, posita ante dictionem alias,quæ cum de sui natura tribuit actum cuilibet insolidum,est dicendum,ꝙ importet etiam acquisita quomodolibet;pari modo, vel vt ex negociatione acquisita dicit Iaſ. in l.si ex toto.§.si ita scriptum.de leg.j. nu.1. Et intellige contra Canones,idest contra mentem,& verba Canonis, vt per Iaſ.in l.non dubium.C.de leg.vbi dicit,quod facere contra Canonē, &.contra leges,est contra mentem,& verba legis facere, exemplo posito per eum ibi numero primo:vbi etiam dicit quod facere fraudem legi,est quando quis non venit contra verba legis,sed contra mentem, exemplo posito per eum ibidem nu- 91
mero 2.vbi subiungit,ꝙ committere in legē,vel Canones est, quando quis facit de directo contra legem, vel Canones, siue quando facit contra mentem solum Canonis, vel legis, vtroque casu est committere in Canonem vel legem,exemplo per eum numero 3.& per Doct.in c.quæ contra.de reg.iur.in 6.tex. & Doct.in l.contra legis.ff.de leg.Et illud dicitur fieri cōtra Canones,vel leges,quod non fit secundum formam legis, vel Canonis,exemplo,quod minor contrahit sine consensu tutoris, vel filius sine consensu patris,dicuntur facere contra leges, vel Canones,glo.no.in leg.non intelligitur.§.diuus Hadrianus,& ibi Doct.ff.de iur.fis.Pau. de Castro. in d.l. non dubium, nume 92
ro 8.tex.in l.contra.ff.de pact.quia contra illud,quod lex iubet,
83 aut prohibet,nihil est faciendum,† latè per gl. in l.paciſci.ff.de pactis,vbi ponit de dictione contra.Nec intellige verbum,Canones,stricto modo,pro constitutione quæ fit in vniuersali cō cilio,per glo.cap.Canon.dist.3. quasi constitutio videatur pœnalis:quia aufert acquisita,ab hæredib.acquirentium,vnde tanquam odiosa sit restringenda:quia iudicio meo uidetur potius largè sumendum,vt appellatione Canonis, hic veniat omnis constitutio ecclesiastica,vt per Abb.in cap.j.de constitut. vt videlicet contineat,etiam sub se quatuor species,videlicet decretum,decretalem Epistolam,dogmata,sanctionem, interdictū, & mandatum,contra quorum formam, & tenorē aliquid malè acquisitum fuerit,quæ enumerantur 25.q.2.si quis dogmata, vt sic comprehendantur, non solum acquisita cōtra formam constitutionis conciliaris,quæ Canon propriè dicitur, sed etiā acquisita contra formam cuiuscunque ecclesiasticæ constitutionis,id quod patet ex eo:quia præsens constitutio est iuris antiqui declaratoria.patet ex inscriptione bullæ,p illa verba, nos omnem desuper hæsitationis materiam submouere &c. decernimus, & declaramus,quod verbum declaramus videtur iuris antiqui declaratiuum,non noui editiuum.arg.ff.de acq.rer.domi.l sicut.§.sed si quæratur.gl.extrauag.Io. XXII. cum inter.de verb.sign.in versi.Deinceps,† & deinde per illa verba spectasse, & spectare,ac sub nomine spoliorum venire &c. Et per illa verba principii,ne prætextu incertitudinis illa ab aliquibus vsurpari,aut super eis dubia aliqua oriri contingat,&c. quæ verba demonstrant Papam velle tollere dubia & hæsitationes,ac materiam spoliorum,quomodo intelligatur declarare:vnde non videtur inductiua alicuius pœnæ de nouo,& sic nec vt odiosa restringibilis,quamuis etiam lex pœnalis recipiat aliquando interpretationem extensiuam,vt per Abb.c.translato. de constit. extra eo. quòd magis dicendum videtur, quia negociationes sunt interdictæ clericis omni iure in decreto.88.di.& 91.14.q.
86 4.21.q.3.c.j.& 2.c.mollicijs.c.hi q:& in decreta.est factus titulus ne cle.vel Mona.tex.in c.fi.de vi.& honesta. cler. & titulus iste est repetitus in 6.

Vnde bulla,quouis modo illicitè,& contra Canones acquisita comprehendit,& illicitè acquisitum dicitur tripliciter,per Sanctum Thomam q.32.artic.7.§.ad septimum: uno modo id quod illicitè ab aliquo acquiritur:quod debetur ei,a quo est acquisitum,nec potest ab eo retineri,†qui acquisiuit,veluti est rapina,furtum,& vsurę,de quibus homo tenetur ad restitutionē. 87
Et propterea de eis inquit eleemosyna fieri non potest.

Alio modo illicitè acquisitum dicitur,quod ille, qui acquisiuit retinere non potest,quod tamen nō debetur ei: a quo fuit acquisitum,quia accipiens contra iustitiam accepit, & dans cōtra iustitiam dedit:Sicut contingit in symonia quod nō debet restitui danti,sed in eleemosynas erogari potest. Et eadem ratio est in similibus.in quibus datio,†& acceptatio est contra legem.Tertio modo est illicitè acquisitum, non quidem, quod ipsa acquisitio sit illicita,sed quia id,ex quo acquiritur est illicitum,sicut patet de eo,quod mulier acquirit per meretricium, lenocinium,& huiusmodi,vt per Gaetan.ibidem, Et hoc propriè vocatur turpe lucrum:quia licèt mulier agendo meretricium turpiter agat,& contra legem Dei, in eo tamen quod accipit non iniustè agit,†nec contra legem, vnde sic acquisitum potest retinere, nec de eo eleemosyna fieri debet, iuxta illud Deute. 23.non offeres mercedem prostibuli in domo Dei tui. Ludo etiam illicitè acquiritur,& per aleas aliqua acquiruntur illicitè de iure diuino:puta quando aliquid lucraris ab his, qui rem suam alienare non possunt:veluti sunt minores, furiosi,& huiusmodi,& quando aliquis trahit alium ad ludendum ex cupiditate lucrandi,& fraudulenter ab eo lucretur,†in quibus casibus tenetur ad restitutionem lucrans,& de eo inquit non potest eleemosynam facere,& dicit Io.de Imo.in c.j.de pecul.cle. in fi.ꝙ quis acquisita ex industria in baraterijs, tenetur ad restituendum illis,a quibus extorsit,vt ibi per eum. 90

Aliud videtur esse illicitè acquisitum ex iure positiuo ciuili: quod prohibet vniuersaliter tale lucrum: de quo lucro sic facto,tenentur ad restitutionem illi, qui sunt tali iure obstricti: nisi fortè contraria consuetudo prænaleat, aut nisi tractus ad ludum,ucratus sit aliquid ab eo; qui traxit,quo casu non tenetur ad restitutionem,quia ille,qui amisit,non est dignus recipere.Item turpissimè etiam acquiritur illud, † quod acquirit per Symoniam.per quàm acquirens Spiritui sancto iniuriam facit de quo inquit potest fieri eleemosyna pauperib. vel Ecclesię, quia non est debitum ei,qui dedit,quia ex quo dedit contra iustitiam,meretur illud amittere,& cui & quomodo debeat tale acceptum restitui,vide per eundem sanctum Doctorem. q.ca. eadem secunda secundæ arti.vlti.ver.ad quartum:sed de hoc vide,quod diximus in tracta.nostro de Symonia in titu. de dat. & accept.symoniacè restitutione.Gaetan. in suis Commentarijs super dicta q.32.d.loco, facit aliquas distinctiones, quomodo intelligi debeat quando aliquid illicitè acquiritur, vbi pro intelligentia,& perceptione materiæ dat regulas.†Sed uide materiam tractari per Inn. Abb. & alios in c.quia plerique.de immunita. Eccles.vbi ponunt,quomodo,quando,& quibus personis debeat de illicitè,& turpiter acquisitis fieri restitutio. 92

Item sciendum est,ꝙ clericis in sacris, & in minoribus ordinibus

Source : BIU Cujas

nibus competenter beneficiatis eſt interdictum medicari: niſi gratis,& pro miſerabilibus perſonis,vel conſanguineis, in phyſica medicina, nec tunc tibi poſſet eſſe periculum, id ꝙ etiam in clauſtralibus eſt diſtrictè obſeruandum.c.multa.ne cleri.vel mona,officium verò chirurgi eſt interdictum omnibus clericis,quia id officium inciſionem,& aduſtionem requirit. c. ſententiam.d.titulo.& ca.tua nos.de homici.in quibus locis, licèt non videatur dici,niſi de exiſtentibus in ſacris, tamen idem poteſt intelligi de exiſtentibus in minoribus ſufficienter beneficiatis,per Abb.dicto c.ſententiam.arg.ca.1.de poſtul.& contrahit talis clericus irregularitatem:vbi eam laicus non contraheret,quia dat operam rei illicitæ,vt per ſummiſtas in verſi.medicus.Vnde ex medicina acquiſita per clericum,illicitè acquiſita cenſeri poterunt.

Sed eſt videndum: an comprehendantur in bulla acquiſita turpiter,vel illicitè de quibus parti læſæ,vel damnificatæ competat repetitio,vel per viam actionis, vel officiū iudicis, quod non videtur pro nunc dicendum,quia de hoc nihil apparet ex preſſum in bulla,& in dubio nunquam Papa cenſetur tollere ius partis,per ſuam quamcunque commiſſionē,niſi id expreſſe manifeſtet,latè per Abb.in c.quæ in eccleſiarum.de cōſti. poſt Inn.in ca ꝙ ſuper his.de voto &c.id quod eſt adeo verum inqt Abb.ibidem,quòd procedit etiam,ſi ille,de cuius iure agitur eſſet infidelis,vel Iudæus,& hinc euenit, quòd ſi aliquo caſu contingeret Papam ius tollere, præſumitur hoc per circumuentionem, & importunitatem potius, quàm per voluntatem feciſſe,latè per Felyn. in capitu. cum olim. 3. & 4. colum. de re. iudica. adeo quòd tali caſu, verba reſcripti ſunt imponenda potius,quàm propriè intelligenda,vt alteri præiudicent tradit
94 Rom.conſi.334.circa primum.Decius conſi.111.col. 5.Iaſ.in l. ex facto 4.not.ff.de vulg.& pup.immò potius debent interpretari,quod nihil operētur,quàm quod indebitè quis damnum patiatur,vt Iaſ.no.in l.fi.poſt gl.Bart.& alios.§. in computatione.col.fi.C.de iur.delibe.id quod procedit etiam ſi reſcriptum emanaret in fauorem piæ cauſæ,prbbat Iaſ.in l.fi.col.7.ff.de cōſtit.prin.poſt Alex.in l.pactum. quod dotali col.2.C. de pac.nā licet viduis,pupillis,ac alijs pijs cauſis multum debeamus, non tamen adeo debemus,vt alijs præiudicium inferamus, dicit tex. in c.ex tenore.de for.compet.& ca.nuper.de donat.inter vir.& vxor.& in reſcriptis Papæ,licèt nō apponatur, vel exprimatur,
95 †tamen ſemper cenſetur appoſita,vel expreſſa clauſula, dummodo non ſit alteri ius quæſitum,tradit Fel.in cap. Capitulum. col.17.ver.de duabus.de reſcr.fac.tex.in c.extuarum de auctor. & vſu pal.c.ex parte,el 3.& ibi Abb.in ſecundo nota.de decim. vnde licèt ſit omiſſa illa clauſula in noſtra conſtitutione,vt poſſet opponi,tamen nihil refert,quia expreſſio eorum,quæ tacitè inſunt,nihil operatur.l.conditiones.ff.de cond.& demonſtra.

Quamuis poſſit dici cōtrarium per verba illa generalia,alias contra ſacros Canones quomodolibet acquiſita &c.& per illa: quæ hactenus remanſerunt,remanent,& remanebunt, ad eandem Cameram,& non ad alios ſpectare & pertinere. &c. quæ importare videntur omnem acquiſitionem quomodolibet facta cōtra Canones,eſſe Cameræ apoſtolicę, & omnem aliū excludere, ita,vt legis antiquæ diſpoſitio,tollatur per hanc cōſtitutionem contrariam,id quod poteſt per ea: quæ dicit Abb. in c.cum acceſſiſſent.2.col.ver.vlti.adduco,de conſtit. Bart.10. col.ver.circa ſecundum.poſt Cyn in l.omnes populi.ff.de iuſt. & iur.etiam abſq; facta mentione de prima lege,niſi tamen prima lex haberet clauſulam derogatoriam, ad ſecundā, quia tūc eſſet opus facere mentionem. de prima. arg.l. ſi quis. in prin.ff. de leg. 3.& in c.nonnulli.de reſcri.aliqui tamen.in d.l. ſi quis dicunt,quod ſi loquamur de priuilegio,vel reſcripto,vel teſtamēto,quæ ſunt priuata lex,ſic oportet, quod fiat mentio, quando habent clauſulam derogatoriam ad ſecundam,ſi autem loquamur de legibus, vel ſtatutis,vti eſt in caſu noſtro, non oportet, quod fiat mentio,etiam ſi habent clauſulam derogatoriam ad
96 ſecundam,†per Clem.dudum.de ſepul.quia cū Papa,vel princeps præſumatur omnia ſcire,videtur ſcienter velle reuocare ſtatuendo in contrarium.Nec eſt proptereа mirabilis hæc conſtitutio,cum ſecundum varietatem temporum debeant ſtatu-
97 ta humana mutari:quia lex debet conuenire tempori.4.diſtin. erit.nec pari modo eſſet mirabile,ſi etiam in iſtis fiſcus apoſto-
98 licus ſuccederet,†cum omnia lucra turpia,& illicita fiſcus aſe-
99 rat,& recipiat,quia fiſcus eſt ſaccus malè ablatorum,† & quod Chriſtus non capit,fiſcus rapit,per Abb.in c.cum ſit.de iud.per tex.in l.latius.ff.de iur.fiſci.Et Papa ita ſtatuendo videt clericos
100 delinquentes in eo puniſſe,†in quo deliquerunt qđ agere dēt.

Sed poſt hæc ſcripta,legens bullam Pij IIII.ſuper confirmatione priuilegiorum incolarum vrbis,necnon declarationis literarum,ſuper bonis ex illicita negociatione acquiſitis,vidi qđ illa verba contra Sacros Canones in bulla poſita remouentur,
101 †& per eundem Pium declarando ſtatuitur,quod bulla ſuper illicitè acquiſitis facta ſit,& intelligatur ſine dictis verbis, ac ſi non eſſent in bulla poſita,vnde in illis nulla vis fieri hēt quoad curiales,& incolas,in quorum fauorem bullam reformat. Sed pro nunc non recedo a prima opinione, ut per hanc conſtitutionem Papa non voluerit tollere iura,& actiones tertio competentia,quia primo Papa nihil videtur dicere in bulla, vnde intentio eius non præſumitur de eo,qđ verba non important.
102 l.quod †conſtitutum,ff.de teſta.milit.tradunt moderni Papiē. in l.j.in 3,col.ver.3.fac.ff.ſi quis in ius voc.non ier,Gomes.in regu.de infir.reſig.q.13.nu.3.quia Imperator, & Papa non poteſt auferre rem ſuā alicui ſine cauſa:quia Imperator, licèt habeat iuriſdictionem in vniuerſo,non tamen habet dominium rerū priuatarum,quæ ab olim fuerunt conceſſæ occupantibus.Inſt. de rer.diuiſ quaſi per totum: id quod etiam procedit reſpectu bonorum infidelium,& Iudæorum,nam ſine cauſa Papa, nec Imperator poteſt auferre bona eis:de quo plenè per Inn. in ca. quod ſuper his.de vot.licet poſſit princeps modicam leſionem afferre,vt puta dare debitori dilationem,vt non poſſit interim conueniri a creditoribus.l.quoties.C.de preci.impe.offer.ſecus ſi in totum vellet concedere,vt non poſſit conueniri aliquo tē pore:quia ſine cauſa hoc non poteſt, vt not.ibi gl. & Inno.in c. quæ in Eccleſiarum.de conſti.licèt enim ſecundum Inn. ibidē, poſſit Imperator mihi tollere actionem, quæ eſt de iure Ciuili per l.2.ff.de orig.iur.non tamen poteſt facere,quod iuſtitia mihi non reddatur,vnde reditur ad primęuum ius, in quo non erant actiones,ſed manu regia adminiſtrabant iuſtitiam.Et dicit Bal.in rubr.extra de iud in 4.col.& in l.j.ff.de conſti.prin quod ſi princeps excedit iuſtitiam,nunquam præſumitur velle excedere,niſi in modico,non in totum. Et dicit Roma.in ſing. ſuis quod in c.iudicas humanum.13.q.9.eſt caſus ſingularis, quod Papa,vel Imperator non poteſt diſponere,quod ſtetur dicto vnius teſtis in præiudicium partis,vide per Abb.d.c.quæ in eccle
103 ſiarum.de conſti.col.4.facit in hoc caſu,quia ille,†cui eſt faciēda reſtitutio,poteſt eſſe de alieno territorio,& iuriſdictione, & non ſubditus Papæ,quo caſu non poteſt,nec debet eſſe comprehenſus,vel ligatus conſtitutione Papæ:qui non eſt ei dominus. quo caſu ſi Papa ei mandet,vt det rem ſuam alicui, nō tenetur ei obedire,per Inn.in c.inquiſitioni.de ſent.excom.vbi dicit qđ ſi Papa mandat laico ſibi non ſubiecto temporaliter: quod alicui det rem ſuam,non tenetur ei obedire,ſi nō appareat aliqua legitima cauſa obediendi,cum non ſit ei ſubiectus temporaliter,refert Abb.d.c.quę in eccleſiarum col.4.vbi dicit,quod hoc dictum facit ad multa.Item poteſt eſſe pauper pari modo, cui auferre non eſt de mente Papæ:qui eſt pater pauperum,quorū cauſa ſpiritualiter ſpectat ad illum extra.de prec.c.nihil.

Item videtur:ꝙ iſto caſu conſtitutio eſſet contra ius naturale:quia transferret dominia rerum de vno in alium: quæ non eſt ſeruanda ſecundum Inn.quem ſequitur Abb.ibi col. pen.c. plerique.de immuni eccle.ver.tertia decima.

Item ſi ſit verum,quod acquiſita reſtituenda comprehendū
104 tur in bulla †& ſint debita Cameræ apoſtolicæ,naſcitur vnum abſurdum,quod ille erit obligatus pro eadem re duobus, illi videlicet cui abſtulit,cui ius auferre nō poteſt per reg.quod meū eſt ſine facto meo &c.Et Cameræ apoſtolicę; cui per conſtitutionem applicatur, quod eſſe non debet, quia ex verbis bullæ non apparet,quod debitor ſit a prima obligatione liberatus.Et peccatum violentiæ,& furti non purgatur, per quaſcunq; manus res furtiua ambulauerit,niſi reſtituatur domino, cui fuerit ſubtracta.l.ſequitur.§.quod autem.ff.de vſucap.nec eſt purgatū vitium,niſi facta reſtitutione,latę gl.in reg.peccatum. de regu. iur.in 6.Et iuſtitiæ partes ſunt,alterum non lædere, ius ſuū cuique tribuere.§.iuris Inſtit.de iuſt.& iure, & iuſtitia eſt ius ſuum vnicuique tribuens eo.vbi gl.dicit,quod ne dum non lædere: ſed alteri proficere debemus.

Et pro cognitione iſtorū reſtituēdorum,vide quæ dicit Inn. in c.quia plerique.de immu.Eccl.vbi magiſtraliter dicit: quod reſtitutio,tunc eſt ſemper facienda, ubicunq; ſit commiſſum furtum,rapina,oppreſſio,dolus,vel calumnia.14.q.5.c fin.Et ꝙ
105 hæc inquit,comprehēduntur omnes caſus,† in quibus competit repetitio,ſiue per viam actionis puta metus cauſa, vel dedolo,uel conſimiles,ſiue ludicijs officio.Idem dicimus, quod tenetur reſtituere,ſiue iure naturali tantum,quale eſt illud,quod debetur ſeruo.Et ideo inquit de eo non faciat eleemoſynam, ſed illud reſtituat obligatus.Item tenetur reſtituere illi: qui eſt tutus præſcriptione odioſa bona fide,vel etiam exceptione tantum:vbi tamen non fuerit crimen. Item habens exceptionem odioſam,puta Macedoniani tenetur reſtituere, quia illa exceptio,& illud ius,non eſt tantū factū in odium creditoris,ſed ēt propter bonum publicum,vt vitentur mortes parentum.l.j.in prin.ff.ad Maced.Item tenetur reſtituere habens aliquid ex donatione minoris,vel ex alio contractu inito,qui non tenet ipſo iure:puta,ſi in alienatione minoris abſit authoritas Tutoris, vel decretum iudicijs:ad hoc.n.inquit,vt quis reſtituere non teneatur,oportet,quod adſit bona fides,& iuſtus titulus. Item vī reſtituendum eſſe,quando aliquid eſt vltra debitum exactum, in tm̄ quod iudex ex officio ſuo deberet cogere ad reſtituēdū, & tunc etiam in foro pœnitentiali reſtituere præcipitur. Item maiores officiales reſtituere tenentur, ſi quid indebitum recipiant.

Source : BIU Cujas

piant. 14.q.5.c.vlt. Item tenetur restituere, qui aliquid est lucratus in ludo, si trahens lucratus est, non si tractus, quia nihil tñc dolo fecisse videtur, & de quæsitis in bello remittit se idem Inno. ad dicta per eum. in c. sicut extra. de homicid. Item hypocrita acquisita per hypocrisim tenetur restituere, quia sub nomine boni Christiani, & per fraudem acquisiuit, quãuis fortè non debeat restituere illi qui dedit d.c.fi.14.q.5. quia cõsecutus fuit meretedem suam. subdens ibidem Inn. quod si princeps facit aliquam constitutionem contra ius naturale, sine causa: puta, ꝙ dominia rerum de vno in alium transferantur, quod nõ est seruanda, nec in foro animæ, nec in foro iudiciali, vbi etiam dicit, quod constitutiones, quæ sunt cõtra salutem animæ, vt de vsuris, & de iuramento non seruandis, seruari non debent &c. pro quo vide Abb. ibidem qui pulchrè Inn. interpretando materiã declarat in ver. 10.q.& 11.q.12.ac 13.& per totum vsq; ad finẽ, merito ista indebitè acquisita, quæ sunt restituenda, non debẽt in bulla intelligi comprehensa, nec Cameræ debentur, quia dicit Abb. in c. relatum. 2. lect. de testam. in fi. quod si clericus aliqua acquisiuit ex illicita aduocatione, † negociatione inhonesta, vel ex ludo secundum Host. quod primo sedãdi sunt clamores si qui apparent, quasi velit dicere, quod si apparent repetentes, eis primo est indulgendum, alias autem fieret distributio p Episcopum inter pauperes, sed hæc inquit consideratio est indistinctè vera, vbi illicitè acquisitum subiacet restitutioni, &c. vt ibi per eum & refert Bernar. Diaz in practi. crimi. Canon. c. 50. ꝙ quæsita per clericum ex illicita negociatione danda sunt pauperibus, vt no. Mathe. quem refert Card. in cle. j. in fi. de vi.& hone. cler.& alij, quos refert Imo. ibi 2.col.& per eos ibi, si totũ non reddiderint, non sunt in statu damnationis. Et per Archi. Flor. in summa in 3. parte tit. 13.c.2.§.fi. habetur, ꝙ hoc sit in foro pœnitentiali, vbi dicit, ꝙ in foro pœnitẽtiali debet clericis iniungi, vel saltim consuli, ꝙ ea, quæ taliter lucrati sunt studeant pauperibus erogare. c. qui habetis. 14.q.5.

106

Et ex sui generalitate bulla videtur etiam comprehendere clericos cuiusuis ordinis, etiam clericos seculares, in minorib. tantum cõstitutos, etiam non beneficiatos, quib. dicebat Abb. minimè prohibentur negotia secularia alias licita, † vt per eundem c.j. in fi. ne cler. vel mona. maximè per verba illa bullę, primo, per clericos, ẽt in sacris ordinibus cõstitutos, & paulo post per illa verba per quosuis clericos, tam seculares, quàm quorũuis ordinum etiam mendicantium &c. etiam in sacris ordinibus constitutos cuiuscunq; status ordinis &c. vbi verbum, etiã in sacris ordinibus constitutos. Et paulo post per illa verba per quosuis clericos, tam seculares, quàm quorumuis ordinum, ẽt mendicantium &c. etiam in sacris ordinibus constitutos cuiuscunq status ordinis &c. vbi verbum etiam in sacris, videtur additum ad denotandum, quod etiam clerici non existentes in sacris sunt comprehensi per naturam suam copulandi, & coniũgendi, & dictio quosuis, & dictio cuiuscũq; status, ordinis, sunt dictiones generales, Siue vniuersales, quæ generaliter intelligi debent l. de pretio. de publician. in rem actio: quæ, vt generaliter intelligantur, debent comprehendere quamcunq; personam clericali caractere insignitam, ac demum quemcunq; clericum, quia alias nihil operarentur, facit, quia ab huiusmodi negocijs videntur prohibiti de iure omnes episcopi, omnes sacerdotes, omnes Diaconi c. episcopus. 88. dist. fac. rubrica decretorum ne cle. vel mona. vbi Abb. dicit, ꝙ appellatione clericorũ, veniunt omnes in quacunq; dignitate sint positi, ex quo sunt electi ad seruitium Dei. Vnde inquit, omnes qui non sunt laici dicuntur clerici, cum duo sint genera Christianorum vnũ cle-

107

ricorum, † aliud laicorũ. 12.q.1. duo sunt genera, eo ꝙ magis debent intelligi comprehendi a constitutione, quia est malæ vitę & malorum morum correctiua, & reformatiua, boni inducti-

108

ua, † & excitatiua virtutis, & malos mores prohibens, a quib. magis clerici abstinere habent, quia clerici deprehẽsi in crimine plus peccant, quàm laici, latè per Archi. in c. Arrianos. j. q. 1. quia religiosi, qui nomen sanctitatis habent, peruersè agendo, plus nocent in Ecclesia Dei, quàm alij 83. dist. nemo.

109

Et videtur etiam comprehendere acquisita cuiusuis temporis, quamuis regulariter noua constitutio nouiter edita recipiatur, & operetur circa futura tempora tãtum, ne afficiat aliquos sine culpa not. Abb. per illum tex. c. cognoscentes. de constitu.

110

gl. † est extrauag. cum inter col. 4. ver. deinceps extrauag. fo. 22. de verb. sig. quia in ea sunt expressa tempora per illa verba. videlicet remanent, remanserunt, & remanebunt, quod tollit dubietatem, quia illud, ꝙ constitutio nouiter edita comprehẽdat & concernat tempora futura tantum, intelligitur, nisi aliter caueatur expresse in lege, vt extendatur ad præterita, vt per Abb. d. loco. Fel. c. fi. de consti. Bar. & Bal. in l. de vsur. C. de vsur.

Et taliter acquisita applicat, & incorporat Cameræ, ꝙ ẽt per testamentarium, aut alium modum impedit clerico dispositio-

111

nem, per illa verba in Bulla: quæ etiam ex facultate, † quàm habuerint testandi condito testamento, aut quibus illos etiã eis viuentib. priuari, & etiam eis destitui contingeret &c. Idque ex vsu comprobari videtur, quia in facultatibus testãdi a Romana Curia venientibus, vel per viam breuis sub Annulo Piscatoris expeditis, vel per bullam in forma Cancellariæ sub plumbo, vel per viam literarum sacræ pœnitentiariæ expeditis, de qua-

112

cũque summa pecuniæ rerum, vel bonorum semper inest, † & apponitur clausula, licitè tamẽ acquisitis, nec hactenus vidi facultatẽ sine dicta clausula: & ꝙ acquisita maximè ex industria, mercatura, & commercio clericorum, spectent ad Cameram, seu fiscum apostolicũ, ante videtur declarasse Paulus quartus, in sua quam edidit constitutione contra apostatas, vbi, vt facilius apostatæ reciperentur a monasteriis, vnde exierant, acquisita per eos etiam ex mercatura, industria, vel cõmercio, amouet a Camera apostolica, vel fisco apostolico, & illa eisdẽ monasterijs applicat, quæ constitutio fuit reformata a Pio IIII. vt in bulla reformationis Sub Datum Romæ 1560. tertio Non. Aprilis Pontificatus sui Anno primo, & ab istius cõstitutionis generalitate, Pius IIII. confirmando, & innouando priuilegia curialibus, & incolis vrbis, eosdem incolas, & Curiales, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Prælatos, officiales, ac alios clericos, tam seculares, quàm regulares, ac omnes alios testandi facultatem, vel codicillandi a Sede apostolica habentes exe-

113

mit, ac non comprehendi, aut comprehensos esse declarauit, per suam, quam desuper factam constitutionem edidit, Nonis Februarij anni 1561. quæ est inserta in calce tractatus, quæ est cum rubrica, seu intitulatione, Bulla Confirmationis, & Innouationis priuilegiorum incolarum, & Curialium Vrbis, super libera facultate disponendi de bonis suis, necnon declarationis literarũ, super bonis ex illicita negociatione acquisitis edi-

114

tarum, ex quibus sit absolutum pro nunc, † quòd dicere volumus super ista quæstione.

SVMMARIVM.

2 *Prælatus potest alienare mobilia Ecclesiæ: quæ seruando, seruari non possunt.*
2 *Quod in vno est prohibitum, in cæteris videtur esse permissum.*
3 *Prælatus habet liberam dispensationem in fructibus.*
4 *Hæres licet sit dominus rei fideicommissæ, non potest alienare.*
5 *Clericus de fructibus suæ præbendæ, potest dare cui vult.*
6 *Clericus de fructibus remunerat seruitia.*
7 *Abbas stante consuetudine, potest dare etiam puellæ maritandæ.*
8 *Prælatus in disponendo de rebus Ecclesiæ, debet habere Deum ante oculos.*
9 *Eleemosynam debet facere prælatus de rebus Ecclesiæ.*
10 *Prælatus tenetur de redditibus Ecclesiæ alere consanguineos.*
11 *Frater de iure ciuili tenetur dare dotem sorori non habenti. Item & alere.*
12 *Frater clericus potest dotare sororem, vel aliam consanguineam de fructib. Ecclesiæ.*
13 *Clericus potest pascere filios de fructibus Ecclesiæ.*
14 *Minus est peccatum dare consanguineis, quàm extraneis.*
15 *Quantitas rei facit donatum licitum, & illicitum.*
16 *Rex potest donare de rebus regni moderatè.*
17 *Quid sit beneficium habens administrationem.*
18 *Qui sint personaliter, & simpliciter beneficiati.*
19 *Practica quam debet seruare dans aliquid de rebus Ecclesiæ.*
20 *Si decedat clericus post mensem Augusti, & ante Cal. Martij fructus Anni sequentis sunt ecclesiæ.*
21 *Item si decedit post Calendas Martij ante mensem Augusti sunt clerici. Fructus pendentes sunt Ecclesiæ, separati verò a solo sunt clerici.*
22 *Fructus separati, & reconditi sunt clerici. Qui non sunt separati, aut reconditi, spectant ad Ecclesiam.*
23 *Non reperitur in iure, quod clericus satisdet.*
24 *Clericus ita acquirit distributiones quotidianas; quòd de illis disponit, vti Rusticus de diurni operis denario.*
25 *Fructus recollecti mortuo vsufructuario, vadunt ad illius hæredes, non ad proprietarium.*
26 *Distributiones quotidianæ dantur propter seruitium Altaris.*
27 *Fructus pensionum exacti, vel decursi acquiruntur taliter clerico: quòd illos in testamento, vel ab intestato transmittit ad hæredes.*
28 *Fructus pensionum lucrati dicuntur proprij & possunt donari.*
29 *Curia seruat: quòd clericus cedit fructus beneficij creditoribus, deductis sibi necessarijs.*
30 *Camera apostolica succedeas in spolijs clerici defuncti, tenetur soluere illius debita.*
31 *Fructus beneficij possunt dari creditoribus in causam iudicati.*
32 *Clericus, quæ acquisiuit in seruiendo pro Capellano, sibi acquirit.*
33 *Fructus Ecclesiæ possunt locari, vendi, & obligari.*
34 *Vendere fructus, & locare idem est.*
35 *Res, quæ proueniunt de fructibus ecclesiæ, vendi non possunt.*
36 *Non est prohibitum vendere fructus decimarum, & oblationum.*
37 *Clericus potest vendere, & obligare fructus præbendæ ad modicum tempus sine consensu episcopi.*
38 *Vide quando, & in quibus casibus prælatus disponat de fructibus ecclesiæ.*
39 *Fructuum Ecclesiæ male, & voluptuosè consumptorum restitutio non est necessaria.*

§. Vc-

Source : BIU Cujas

Guliel. Redoani. De Spol. Eccleſiaſt.

§. Verum quia.

1 *Clericus non debet habere de fructibus beneficij vltra neceſſaria.*
2 *Nihil debet ab eccleſia accipere, qui habet aliunde, vt viuat.*
3 *De redditibus Eccleſię, illud tantum eſt clericorum, quod probabili ratione conſumunt.*
4 *Equus emptus de pecunia Eccleſię, Eccleſię eſt.*
5 *Clericus de fructibus eccleſię non poteſt vendere, nec teſtari, nec donare.*
6 *Nullus clericus dicitur habere dominium ſui beneficij.*
7 *Clericus poteſt facere donationem de rebus Eccleſię in remunerationem accepti ſeruitij.*
8 *Vane, & delicate expenſę factę per clericum, non dedacuntur de fructibus Eccleſię.*
9 *Quæ expenſę deducantur de fructibus eccleſiæ.*
10 *Clericus capiens de bonis eccleſię vltra neceſſaria aliena capit.*
11 *Clericus tenetur ad reſtitutionem fructuum Eccleſiæ voluptuoſe conſumptorum.*
12 *Clericus expendens de rebus eccleſię vltra debitum, tenetur reſtituere.*
13 *De fructibus eccleſię habet viuere prælatus: & qui illi ſeruiunt.*
14 *Victus melior, vel peior datur ſecundum qualitatem perſonæ,*
15 *Nomine cibariorum non veniunt veſtimenta.*
16 *Nomine alimentorum veniunt veſtes, & habitatio.*
17 *De fructibus eccleſiæ, datur victus clerico commode.*
18 *Clericus debet habere beneficium, quod ſufficiat ſibi, & ſuis.*
19 *Ecce, quòd in victu clerico ſubminiſtrando, attenditur nobilitas, dignitas, ſcientia, &c.*
20 *Clerico doctori conuenit habere famulum.*
21 *Hodie clerici non debent viuere ita ſtrictè ſicut olim.*
Et dos hodie magis ampla aſſignatur clericis, quàm olim.
22 *Hodie eſt difficile dicere, quot fructus ſufficiant beneficiato; quia plus vni, & minus alteri ſufficit.*
23 *Clericus non facit fructus beneficij ſuos.*
24 *Clericus de fructibus eccleſiæ ſibi non acquirit.*
25 *Clericus in fructibus beneficij, habet ſolum ius Canonicè diſpenſandi.*
26 *Clericus poteſt diſpenſare ad libitum de fructibus ſibi pro victu debitis.*
27 *Clericus diſponens de fructibus contra ius, punitur.*
28 *Clericus non poteſt vſurpare ſibi fructus eccleſiæ, quamuis eoſdem in alios diſpenſare poſſit; alioqui committeret furtum, & ſacrilegium.*
29 *Quæſita de rebus eccleſiæ ipſa eccleſia vendicat.*
30 *Si ędificas de rebus eccleſiæ in ſolo tuo, ſolum cædit ędificio.*
31 *Si prælatus res eccleſiæ conferat in conſanguineos, fur eſt & latro.*
32 *Longa interpretatio doctorum non eſt mutanda.*
33 *Clericus non bene adminiſtrans res eccleſiæ habetur loco prædonis.*
34 *Acquiſita per clericum ex iniunctione pœnitentiarum, ſunt Eccleſię.*
35 *Clericus de melioratiouibus factis per eum in rebus eccleſiæ, non poteſt prolibito diſponere.*
36 *Nullus eſt proximior clerico, quàm eccleſia.*
37 *Melioramenta facta in rebus eccleſiæ de ſuo patrimonio, clericus repetit.*

§. Sed in contrarium.

1 *Quę interuenire debeant in alienatione rerum eccleſię.*
2 *Ratio quare in rebus eccleſię alienandis non requiritur ſubſcriptio: niſi in caſibus expreſſis.*
3 *Vide, vbi requiratur ſubſcriptio.*
4 *Cauſæ legitimæ alienationum rerum eccleſiæ,*
5 *Quæ ſint illa, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*
6 *Conſuetudo loci dat iuriſdictionem.*
7 *Quę dicatur minima, vel modica quantitas.*
8 *Quatuor caſus: in quibus clericus diſponit de rebus eccleſiæ.*
9 *Verbum aliquid importat modicitatem.*
10 *Clerici legantes nepotibus, & conſanguineis committunt ſæpe fraudes.*
11 *Oportet fieri traditionem a viuente illarum rerum, quas donat clericus.*
12 *Caſus, in quo donatio facta de fructibus eccleſiæ reuocatur.*
13 *Fructus clerico pro victu debiti ſunt ſui: ſi in vſum ſuum conuertet.*
14 *Fructus pro victu debentur clerico: licet aliunde victum habeat.*
15 *Multis modis: quid poteſt dici ſuum, & proprium.*
16 *Si clericus diſtrahit fructus beneficij, & donat pecuniam amico, valet donatio.*
17 *Beneficiorum genus multiplex.*
18 *Clericus non poteſt ſibi fructus conſeruare, nec ex eis ſibi acquirere.*
19 *Vide tres opiniones diuerſas Doctorum, de poteſtate clericorum circa fructus, & res eccleſiæ.*
20 *Ad quem peruenit ree eccleſiæ, ille tenetur reſtituere.*
21 *Rei vendicatio competit eccleſiæ contra quemcunque.*
22 *Ad recuperandum bona eccleſię, competunt plures actiones.*

§. Quid dicendum.

1 *Fructuum eccleſiæ plura genera.*
2 *Pro eccleſia ſemper benigna fit interpretatio.*
3 *Communis vſus inualuit, quod hodie clerici appropriẽt ſibi omnes redditus.*
4 *Bulla Pij IIII. contra facientes legata in fraudem Cameræ.*
5 *Diſtributiones quotidianæ, non computantur in valore beneficij, nec ſunt de corpore beneficij.*
6 *Capellanus ad nutum amouibilis, poteſt diſponere de fructibus Capellanię.*
7 *De fructibus penſionum clericus videtur pro libito poſſe diſponere.*
8 *Penſio eſt quid prophanum.*
9 *Penſiones, etiam laico aſſignari poſſunt.*
10 *Penſio aſſignatur in cauſa alimentorum.*
11 *Alimenta in vita non ſoluta, ſoluuntur hæredibus.*
12 *Penſiones decurſæ, non ſolutæ in vita, tranſmittuntur ad hæredes etiam ab inteſtato.*
13 *Clerici ſunt Domini fructuum perceptorum, quo ad diſpenſationem debitã.*
14 *Meliorationes factæ per prælatum in rebus eccleſiæ, ſunt eccleſiæ.*
15 *Emptum de pecunia aliena acquiritur ementi.*
16 *Caſus, in quibus res empta efficitur non ementis, ſed illius, cuius fuit pecunia.*
17 *Non eſt aliquod dominium, vel poſſeſſio clericorum in reb. eccleſiæ.*
18 *Oblata eccleſiæ Deo oblata dicuntur.*
19 *Res eccleſiæ ſunt prælatorum, quo ad gubernationem, pauperum quoad ſuſtẽtationem.*
20 *Bona ſunt diuiſa eccleſijs diuerſorum locorum, pro communi vtilitate.*
21 *Bonorum eccleſiæ adminiſtratio auctoritate Papæ conceſſa prælatis.*
22 *Xiſtus, & alij Pontifices concedunt curialibus poſſe diſponere de acquiſitis ex fructibus eccleſiæ.*
23 *Caſus enumerati, in quibus clericus prohibetur diſponere de rebus eccleſiæ.*
24 *Prælatus tenetur de culpa per eum in rebus eccleſiæ commiſſa.*
25 *Clericus de iure antiquo non poterat habere bona particularia.*
26 *Clerici poſſunt aliqua in eleemoſynam erogare, non ratione teſtamenti.*
27 *Clerici poſſunt pro ſeruitio recepto moderate donare.*
28 *Clericus poteſt tantumdem de bonis eccleſiæ relinquere: quantum de ſuo contulit eccleſiæ.*
29 *Clericus poteſt teſtari de expenſis factis per eum cauſa eccleſiæ.*
30 *Clericus poteſt teſtari de bonis eccleſiæ, ſi hoc habet conſuetudo.*
31 *Vide, an condẽnato clerico poſſit fieri exequutio in fructib. pro victu debitis.*
32 *Quando permiſtim eſt facta acquiſitio per clericum, iudicis eſt arbitrium: quantum de patrimonialibus, de artificio, vel doctrina, & de eccleſiaſticis ſit acquiſitum.*
33 *Præſumitur eſſe eccleſiæ illud, quod poſſidet prælatus poſt adeptã ꝓlaturã.*
34 *Conſuetudo attenditur in diſpoſitione fructuum eccleſiæ.*
35 *Intellectus ad gl. in c. præſenti. de off. ord. in vj.*
Clericus teſtari poteſt de diſtributionibus quotidianis.
36 *Clericus teſtari poteſt de ſtipendio Capellaniæ ad nutum amouibilis.*

§. Et in hac materia.

1 *De quib. fructib. eccleſiæ poſſit teſtari clericus.*
2 *Clericus fructus eccleſiæ, quos potuit, & noluit conſumere, non poteſt legare etiam Terræ ſanctæ.*
3 *Vſuarius tantum facit ſuum, quantum conſumit.*
4 *In adminiſtratoribus quales ſunt clerici, potentius eſt ius in vita, quàm in morte.*
5 *Ratio, quare clericus magis poſſit donare, quàm legare.*
6 *Penſionarius tranſmittit terminos penſionis non exactos ad hæredes ex Teſtamento, nec non ab inteſtato.*
7 *Clerici de acquiſitis, ex litteratura, vel alias licitè, liberè diſponunt in teſtamento, & ab inteſtato.*
8 *De illicite quęſitis non diſponet clericus, quia ſunt ſpolia.*
9 *Clericus ex ſua induſtria acquirit ſibi, non ſuæ eccleſiæ.*
10 *Datum ſacerdoti pro miſſis dicendis acquiritur eccleſiæ, ſi intuitu eccleſiæ datum fuerit.*
11 *Cardinales reges appellantur: quia cum Papa regunt totum orbem.*
12 *Epiſcopi poſſunt teſtari de illis, quæ ſibi offeruntur pro ordinationibus.*
13 *Acquiſitum ex cauſa Simonię, turpiſſime acquiſitum.*
14 *Epiſcopus regularis non poteſt diſponere de rebus poſt Epiſcopatum acquiſitis, etiam intuitu perſonæ.*
15 *Prælatus regularis non poteſt teſtari, etiam ſi ſit Cardinalis.*
16 *Diſpenſatio de rebus eccleſiæ eſt conceſſa magis lata clericis ſecularib. quã regularibus.*
17 *Prælatus ſecularis intuitu perſonæ acquirens ſibi acquirit. Regularis uerò acquirit eccleſiæ.*
18 *Religioſus profitens tria ſubſtantialia prohibetur teſtari: ſecus ſi non profitetur.*
19 *Licentia teſtandi ſolet impetrari ab epiſcopis, non a clericis, quia clerici ſecundum aliquos liberè diſponunt de fructibus eccleſię, ſine licentia.*

§. Et ex his.

De poteſtate circa fructus, & res eccleſiæ clericis, vel prælatis conceſſa.

QVAESTIO III.

§. VERVM quia ſæpe occurrit, quod mortuo Clerico, Collectori Cameræ ſpolia recuperare procuranti offeruntur eidem teſtamenta, donationes, ac aliæ diſpoſitiones factæ per defunctum, quib. hæres nititur iura Cameræ occupare, & impedire, vnde dubium naſci ſolet, nunquid potuerit facere talem diſpoſitionem. Ideo hanc de facultate Clerici, vel Prælati quæſtionem facere, iudicaui ad propoſitum: vt cõſtito quid poſſit, vel

Source : BIU Cujas

vel non poſſit ſuper his Clericus,cõſtet etiam, quid efficaciter, vel effectualiter Camera apoſtolica,qd hæres, vel donatarius, ſeu alius ſuper ſic diſpoſitis prætendere,vel obtinere poſſit.

Et videtur,quòd Clericus, vel Prælatus de fructibus beneficiorum,ac de alijs acquiſitis,quæ faciunt ſpolia, poſſit liberè ꝓ libito ſuæ voluntatis,tam inter viuos diſponere donando,& cõ tractando,quàm in vltima voluntate teſtando,& codicillãdo. In hac materia ſcribũt Doctores variè,& diuerſis modis laborant.Conabor ego hinc inde collecta ordinare, & quæſtionẽ clarius,quam potero diſputare,vt facilius,quàm fieri poſſit,materia pro ſui difficultate legentibus exponatur.

Et primo (inquam) videtur, ꝙ Clericus, ſeu Prælatus in redditibus,ac fructibus beneficiorũ, & eccleſię habeat omnimodam facultatem, ac de illis poſſit pro ſuæ voluntatis libito diſponere,quia in huiuſmodi æquiparatur Clericus,vel Prelatus vſufructuario,quia vſumfructum in illis habet, vt dicit gl. in c. ex literis.extra de probat.vbi inquit, licet prædia Eccleſiæ non ſint propriè Clericorum, agere tamen poſſunt Clerici finium regundorum,cum habeant ius in illis.ſ.vſumfructum.ff.fini.re. l.3.§.finium.Item gl.in c.fi.de pecul.cler.in verbo obitus.ibi,qđ beneficiati in Eccleſijs,vſufructuarijs comparãtur &c. videtur dicere tex.ibi vſque ad diem obitus ſui poſſideat.Item in tex.in c.relatum.il 2.de teſta.ibi per Eccleſiã acquiſita ad eam in Clericorum obitum deuoluantur.

Item gl.in c.nulli.de reb.eccl.non alien.in ver. immobilem. ibi mobilia verò,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,poteſt prę latus alienare inſtar Tutoris.l.lex.C.de adminiſt.tut.& l.vlt. C.
1 quan.Decreto op.nõ eſt,† & vſufructuarius fructus perceptos, immo ſeparatos a ſolo,& reconditos facit ſuos:taliter quod illos etiam ad hæredes tranſmittit.tex.videtur notabilis.in l. defuncta.ff.de vſufr.Bar.in l.fi.§.frui.ff.de iur.fiſci,& Doct.in l.Iul. §fructibus.ff.de act emp.Sal.in l.fructus.C.de act.emp.l. arboribus.§.Iulia.alias,ſi fur.ff.de vſufr.& quib.modis vſuf.amit.ſi vſu fructuarius,& dicit Zabarella in c.Cæterum. extra de donatio. ver.3.no.ꝙ Prælatus poteſt de fructibus liberè conferre, etiam ceſſante conſuetudine,per tex.iuncta gl.in c.nulli.de reb. eccl. non alien.vbi fit prohibitio,quòd per clericum non alienẽtur res immobiles ſuæ Eccleſię,& per gl.ibi dicitur,ꝙ mobilia,quę non poſſunt ſeruari,poſſunt alienari,quia ſi ſunt prohibita alienari immobilia tantum,poteſt dici,quod mobilium ſit permiſ
2 ſa alienatio,† quia quod in vno eſt prohibitum, in cęteris eſſe videtur permiſſum,& econtra.l.cum prętor.& ibi Bar.ff.de iud. Et per eundem Cardinalem Zabarellam ibidem verſ.& dic. ꝙ aut loquimur de fructibus eccleſiæ, aut de alijs. Et primo caſu videtur tenere donatio in quantacunque quãtitate facta, quia
3 Prælatus habet liberam diſpenſationem in iſtis. Et paulo poſt, dic vt prædixi,quia tenet donatio etiam immodica, quoniam præiudicatur ſoli donanti, qui omnes fructus poterat in ſuos vſus conuertere,idem in c.inquirendum,de pecul.cler.ibi. Sed ſi Prælatus vendit fructus, quos libere poteſt diſtrahere &c. Idem refert in c.fin.eo.quod Io.& Laur.12.q.1.duo.dicunt credendum, videlicet quod clericus ſit dominus fructuum collectorum, & de eis pro libito diſponere poſſit, ita quod ꝓprietas ſit ipſius,vbi gl. in ver.proprietatem dicit, tamen bene concedẽdum eſt, quod clericus ſit dominus fructuum collectorum. Sed licet proprietas fructuum ſua ſit, tamẽ non poteſt eam, cũ moritur,alicui largiri,ratione teſtamenti. Sed intuitu eleemoſynæ ſic quemadmodum hæres: qui licet ſit dominus rerum, quas tenetur reſtituere alij per fideicommiſſum, tamẽ nihil ꝑt
4 alienare.l.deducta.§.vlt.ff.ad Trebel.& l.quidam.§.ſi quis. Item dicit etiam Bar.in l.ſacroſanctæ.C.de epiſco.& cler. ꝙ clericus de fructibus ſuæ prębendæ,poteſt dare cui vult,modo ſit clericus ſecularis.Itẽ poteſt clericus donare de fructibus, vel rebus eccleſiæ in remunerationem, ſeu compẽſationem recepti ſer-
5 uitij,c.relatum ij.§.licet, de teſtam.item de fructibus poteſt erogare in pauperes.1.q.2.paſtor.& c.clericos.16.q.1.quoniam.32.
6 q.4.ſicut non ſunt, Archid.c.ſtatutum, de reſcrip.§.aſſeſſorem, lib.6.per Abb.in c.ad hæc,de teſtam.in princ.& in fine, Et tales erogationes facere conſiderata conſuetudine, & facultate eccleſiæ. Daturq; exemplum,vt ſi eſt conſuetudo in terra: vbi eſt Abbatia,quòd Abbas det viginti, vel centum ſolidos, aut rem
7 mobilem de bonis eccleſiæ pauperi, vel egenti nobili,vel puellæ maritandæ.Immo dicit Io.And.in c.cæterũ, de donat. quòd ſi eſſet cõſuetudo loci, ꝙ epiſcopus cauſa pietatis, faceret vnũ, vel duos milites, & pro eis militandis expenderet,talis conſuetudo minime improbaretur,dummodo nõ grauetur eccleſia: quia nec militare eſt peccatum.23.q.1.militare. Et cum prædicta (inquit) liceant ſine conſuetudine ſpeciali,putat Hoſtien.ꝙ ratione conſuetudinis valebit donatio ſimpliciter facta, ſi forſan donatarius non nimis egeat. Conſulit verò Hoſt.ꝙ Prælatus in iſtis faciẽdis,ſemper habeat Deum ante oculos, Et quòd
8 Donatarius caueat a vitio ingratitudinis. Et ꝙ licet Prælatus hoc poſſit facere de fructibus ſuperfluentibus, non tamen cauſa iſtorum habet obligare eccleſiam, vel habet parẽtes ditare, vt ibi per eundem Ioan.Andre.

Et hæc erogatio ſiue donatio valet:ſiue in vita ſit facta,ca.ad hoc.de teſtam.ſiue in morte c.relatum. ij.eo.vbi dicit text. ꝙ licet de iure,clericus mobilia,eccleſiæ acquiſita, non poſſit pro libito voluntatis in alium transferre, conſuetudinis tamen nõ eſt improbandæ,vt pauperibus,& religioſis locis,& illis qui viuenti ſeruierant,vel fuerint conſanguinei, vel extranei, iuxta ſeruitij meritum,aliquid de his conferatur,per Card.Zabarellã d.c.cæterum.Et Abb.ibidem dicit: quod non eſt neceſſaria cõſuetudo,quia eleemoſynam debet facere Prælatus.de reb.eccl. 16.q.1.c.quoniam.& ideo datur inquit illi tex. ſecundus intelle
9 ctus,†vt intelligatur de vera donatione,quàm facit Prælatus alicui non pauperi.puta amico, vel conſanguineo, tunc etiam valet donatio:ſi concurrit conſuetudo &c.ſubiungens ibidem ꝙ Prelatus poteſt donare fructus beneficij:quos facit ſuos,& rẽ mobilem eccleſiæ minimam,etiam ſine conſuetudine,& conſenſu capituli.

Item clericus non ſolum debet,ſed & tenetur de redditibus eccleſiæ alere ſuos conſanguineos per tex.in c.j.de coha.cle. & mul.per tex.in c.omni,iuncta gl.31.diſt.bonus tex.in c.non ſatis.86.diſt.vbi habetur:ꝙ quis prius tenetur ſuis conſanguineis ſubuenire quàm extraneis,voluit Anch.conſi 437.vbi dicit, ꝙ
10 ſunt laudandi exequutores teſtamẽti,†qui in propinquos pauperes teſtatoris,vel defuncti, bona diſtribuunt. Et dicit Abba. in c.peruenit.extra de arb.quod quemadmodum iure ciuili,frater laicus tenetur dotare ſororem:quæ dotem nõ habeat, quæ
11 ſit ei coniuncta ex parte patris,†vt per gl.in l.cum plures,& ibi doct.§.pen. ff.de admi. tut.& in l.non omni. C.eo.ti.& ſicut eã tenetur alere in caſu neceſſitatis:ita & dotare, cum longè ſit fauorabilior cauſa dotis:quàm cauſa alimentorum. Ita ſimiliter eſt dicendum,quod frater clericus teneatur ad ſororem dotandam,cum clericus teneatur magis actum humanitatis exercere,†& charitatis,quam laicus.c.j.& quod ibi no.de empt. & vẽ.
12 ſubdens ibidem,& credo, ꝙ cum bona conſcientia, ſi clericus non habet bona patrimonialia,poterit dotare ſororem, vel aliam conſanguineam de fructibus eccleſiaſticis, ac redditibus beneficiorum.Et dicit gl.in c.omnino.31.diſt.ꝙ clericus habẽs vxorem,& filios poteſt eos paſcere de redditibus eccleſię;ergo a fortiori,etiam dotare,quia dicit gl.in c. peruenit.1.q.3. ꝙ minus eſt peccatum dare conſanguineis,quàm extraneis.86.diſt.
13 non ſatis:& hæc eſt ordinata charitas,† quamuis grauius puniatur,†quia propter affectionem magis lædit eccleſia. Quia di
14 cit Abb.in c.inquirendum.de pecul.cler.ꝙ Prælatus debet,immo tenetur de redditibus eccleſiæ, competens ſubſidium conferre ſuis conſanguineis, immo potius tenetur ſuis, & amicis, quàm alienis.

Item eſt tex.apertus in c.vnico.de cle.non reſid.in 6. vbi clericus fructus beneficii facit ſuos,& in eis dominium acquirit, per verba tex.qui ſic dicit ad literam.

Item dicit Hoſt.in c.fi.de pecul.cler.ꝙ ſi clericus, vel Prælatus habet adminiſtrationem:quàm diu viuit,& eſt ſanus æquiparatur in fructib.beneficij vſufructuario; Vnde poteſt de fructibus donare,moderate tamen,notatur extra.de dona.c. cæterum.vbi gl.Bern.dicit,nota,ꝙ quantitas rei facit donatum licitum,& illicitum.Et gl.in ver.ratum d.c. cęterum, dando intel-
15 lectus ad tex.dicit, † ꝙ Prælatus poteſt facere erogationem in pauperes de rebus eccleſiæ,dummodo non proroget illam ad nimiam quantitatem, conſiderata conſuetudine, & facultate eccleſiæ,facit,quid dicit Petr.de Ancha.no. in ca. intellecto.de iureiu.vbi dicit,ꝙ rex poteſt donare de rebus regni moderatè, non obſtante iuramento de non alienando præſtito, quia iuramentum intelligitur de graui donatione. nõ de modica. Et po teſt facere donationem,ſi ſit ita loci conſuetudo, cum conſuetudo loci tribuat iuriſdictionem,& liberiorem adminiſtrationem.Ita tamen,† vt eccleſia non enormiter grauetur, vt ibi ꝑ
16 eam gl.Quando verò non eſt ſanus, ſed ægrotari incipit, tunc non eſt ampl ius vſufructuarius. Sed ex vſufructuario fit vſuarius,& vſum tantum habet, & aliquantulum etiam plus, quia poteſt aliquid in eleemoſynam erogare c.ad hæc.de teſtam.Et ita intelligi debet tex.in c.cum in officiis, & omnia ſimilia iura ſecundum Hoſtien.

Si verò clericus non habet adminiſtrationem,ſed habet tantum ſimplex,vel perſonale beneficium,veluti Canonicatum, quantum ad fructus faciẽdos ſuos,æquiparatur vſufructuario: quia ſemper facit fructus ſuos vſque ad diem mortis,& de ipſis ẽt teſtari poteſt,arg.c.requiſiſti.§.illud.de teſta.extat deciſ. Rotæ.330.in antiquis.incip.Nota cum,ꝙ clericus.Alia deciſ. ſimiliter in antiq.855.incip.cur camera.Et hoc,inquit, Hoſt.ſeruat conſuetudo generaliter vbiq;:ſubdens ibidem, quod Canonici,ẽt fructus lucratos ex prębendis faciunt ſuos, & de eis teſtantur,ſi tñ decedunt ſine teſtamẽto, in eis ſuccedit eccleſia de ęq tate.c.relatum.§.noĩe.& §.fin.& hęc eſt cõis opinio ſm Nicol. de Vbal.in ſuo tract.de ſucceſ.ab inte.cler.2.ſpetie.§. non obſt.
17 Et pro intelligentia:nõ habere adminiſtrationem dr̃ clericus: quando non habet beneficium,†cui ſit aſſignata dos,vt per Gemin.in c.præſenti.de off.ord.in 6.Et dicit Inn.in c.requiſiſti.de

teſta.

Source : BIU Cujas

teſta. ꝙ qui poteſt abſoluere, dicitur habere adminiſtrationem, & adminiſtratio verificatur in eo, qui habet aliquam dignitatē ſeu miniſterium in eccleſia ſeparatum a congregatione, & Vicarius temporalis alicuius eccleſię, vel commendatarius dī habere adminiſtrationem temporalem per Abb. in c. 2. de Iud.

Simpliciter verò, & perſonaliter beneficiati ſunt, & intelli-
18 guntur, veluti ſunt Canonici, † & ſimiles, quibus id, qđ habent, obuenit intuitu, ac ratione perſonæ, non ꝙ habeant præbendā in eccleſia diſtinctam, quia ſic haberent adminiſtrationē, hanc diſtinctionem, & opinionem Hoſt. videtur approbare Io. And. qui nihil dicendo tranſit, & eam ſequitur glo. in ca. præſenti. in ver. reſeruari de off. ord. in 6.

Et epiſcopus: dum viuit, poteſt dare centeſimam, vel quinquageſimam eccleſiæ per eum conſtructè, vel conſtruendæ. c. quia. 12. q. 5. no. Doct. in c. apoſtolicæ. de donat. extra, quod tñ, non poteſt in morte, vt per Abb. in c. ad hæc. de teſta. vbi ratio-
19 nem diuerſitatis aſſignat, † & dat practicam, quam debet ſeruare clericus, ſi de reb. eccleſiæ vult aliquid dare intuitu eleemoſynæ, vel per remunerationem ſeruitii, vt videlicet, actualiter donet, dum viuit, non autem relinquat poſt mortem dādum.

Item pro declaratione, ac pro cognitione materiæ, ide Hoſt. in d. c. fi. de pecul. cler. quærit: qui nam ſint fructus, qui pertinēt ad eccleſiam, de quib. non poteſt teſtari clericus, & reſpondet: 28
quod eſt aduertendum ad tps, quo moritur clericus: quia ſi mo-
20 ritur poſt finitum menſem Auguſti, & ante Kalendas Martii, omnes fructus anni proximè ſequētis pertinent ad eccleſiam: ſi verò decedat poſt Kalendas menſis Martij, & ante menſem Auguſti, i. inquit, ante meſſes, fructus pertinēt ad clericum, vel
21 dic alio modo, ꝙ fructus pendentes pertinent ad eccleſiam, † ſeparati verò a ſolo ad clericum, vel dic, quod inter exequutores clerici defuncti, & eccleſiam fructus habent diuidi, ſicut fit inter virum, & vxorem facto diuortio. Sed eſt verius, vt intelli-
22 gamus illos fructus tantum pertinere ad clericum, † qui ſunt ſeparati a ſolo, & reconditi, quos clericus vti uſufructuarius facit ſuos, cui clericum comparari debere diximus, alii autē, qui non ſunt ſeparati, aut reconditi, nō ſunt clerici, nec clericus facit illos ſuos, immo ſpectant ad eccleſiam: & hæc procedūt, niſi obſtet aliqua ſpecialis conſuetudo in contrarium, cui eſt ſtādum, niſi eccleſia ob eam nimis grauetur. Et dicit Zabarella in d. c. fi. de pecul. cle. ꝙ in iſto caſu, clericus eſt potius comparandus bonæ fidei poſſeſſori, quàm vſufructuario, quia poſſeſſor bonæ fidei facit fructus ſuos ſtatim, cùm ſunt ſeparati, etiam non recōditi, & fiunt illius, a quocunq; ſint a ſolo ſeparati, per ipſum, vel alium eius nomine. Vnde congruentius videtur comparari clericus bonæ fidei poſſeſſori, quia licet in aliquo poſſit æquiparari vſufructuario (facit enim fructus ſuos, vti vſufructuarius, & ſicut ius illius finitur morte, ita ius clerici defunc̄i finitur in beneficio) tamen in plurimis diſſert ab eo, quia dicit gl. ibidem in
30 ver. obitus, quia clericus de terra aratoria poteſt facere vineā, quod non poteſt vſufructuarius. Item vſufructuarius, poteſt facere fructus ſuos taliter, ꝙ poteſt de illis teſtari, quod non pōt clericus: niſi cum moderamine, de quo habetur in c. ad hoc. & c. relatum. §. licet. extra de teſta. & vſufructuarius ſatiſdat, ſatiſ-
31 datione de qua habetur in c. fi. de pign. de vtendo, & fruendo immobilibus ſalua rerum ſubſtantia, de pecunia verò, ac mobilibus, de reſtituendo tempore mortis. Cæterū Prælatus ad hoc non cogitur, quia iure expreſſum non reperitur, vt per Cardinalem Zabarellam ibidem. Item clericus diſtributiones quoti-
32 dianas, acquirit taliter: quod facit illas ſuas, & quod de eis pro libito ſuo teſtari poteſt, videtur tex. in c. vnico. de cle. non reſid. in 6. ibi rerum ſic receptarum dominium non acquirat, nec faciat eas ſuas, videtur tenere Laur. in cle. fin. de præben. dicens, ꝙ talis ſeruiens fideliter diuino officio facit fructus ſuos. Et pōt ſicut laborator de denario diurno diſponere, prout Dom. & Flo-
24 rian. ibi. faciunt ea, † quæ adducit Oldr. conſi. 118. ꝙ incip. ex virtute gratiæ, & fac. & quod voluit Dñic. in ca. vnico, vbi dixit, ꝙ clericus poteſt teſtari de quotidianis diſtributionib. Et hoc dicit tenere Guliel. in extrauag. ſuſcepti, extrauag. Io. XXII. vltra prædicta ad hoc faciunt oīa iura, quæ dicūt clericum, maximè non habentem dignitatem, adminiſtrationem, vel curam, put præbendatus clericus, vel ille, qui hēt diſtributiones ęquiparari fructuario: qui eſt clarum, ꝙ efficitur dñs fructuum, iam recollectorum. Et eo mortuo non ſpectāt ad proprietarium, ſed ad hæredes fructuarij. Ergo idem eſt dicendum de fructib. præben-
25 darum. † Et multo magis de fructibus ipſarum diſtributionum quotidianarum, in quib. præbendatus habet maius ius, vt per p̄dicta patet, & maximè per adducta per Oldr. d. ſuo conſi. ſequitur Fran. d. c. vnico. & Barbatia, dicens illum text. eſſe ſingularē in c. fi. de pecu. cler. notat gl. in extrauag. Io. ne ſe. vac. inter cōes in ver. conſueuerit. Dec. conſ. 280. col. j. quorum opi. cōis eſt, & eam ſequitur Pariſ. ꝯſ. 33. vol. 4. col. 2. quia conſtat, qđ iſtæ diſtri-
26 butiones conceduntur ex Canon. diſpoſitione miniſtris eccleſiæ ob ſeruitium, ſeu miniſteriū, qđ impendunt: vel exhibent altari, aut diuino cultui. Idem notat Bologn. in. ad Anan. conſ. 87.

Item fructus penſionum eccleſiaſticarum ſunt, & fiūt ipſorum penſionariorum, & taliter eis acquiruntur, quod eos exactos, & non exactos, tranſmittunt clerici ad hæredes eorum, ſiue teſtamentum condant, ſiue ab inteſtato decedant, p̄ ea, quæ adducit latè Gig. in ſua q. 52. de penſio. vbi dicit: quod ius exigē
27 di penſiones decurſas, † & penſionario eius vita durante nō ſolutas, competit hęredib. clerici defuncti, cui dicta penſio erat reſeruata, per multa quæ ibidem adducit, vn de inquit, clericus de penſionibus decurſis teſtari poterit, allegat Alex. conſ. 4. incip. perſpectis his in fi. in tertio vol. vbi concludit, quod penſiones decurſæ, perceptis fructibus in vita vſufructuarii ſpectent ad illius hæredes. Subdens ibidem Gig. erit ergo firmata concluſio, quod penſiones decurſæ in vita penſionarij non exactę rrāſeūt in eius hæredes: ſine ab inteſtato deceſſerit, ſiue teſtamentū cō-
diderit, vnde tales fructus exacti, & non exacti efficiuntur penſionarii oīno, & in eis acquirere vī dominium, quando de eis poteſt teſtari, & ab inteſtato decedens ad hæredes, & conſanguineos eos tranſmittere. Et ita inquit ſæpe conſului, & Rotam iudicaſſe intellexi, ita etiam dixit ſenſiſſe Paulū de Roma in ſuo tract. de penſionib. q. 8. ver. j. eccleſiaſtica penſio, vbi dixit: quod früctus lucrati per penſionarium, dicuntur proprij, & in illius dominium tranſeunt, & ab eo donari poſſunt, per text. in l. ædibus. §. vlt. ff. de dona. idem Gig. in q. 53. vbi tenet: ꝙ penſio debe-
28 tur hęredib penſionarii, † ſi tempore, quo moritur, fructus ſunt percepti. Et paulopoſt ibidem tenet, ꝙ penſio erit hæredum, p̄ rata fructuum perceptorum, & ante illum tenuit Io. Bapt. Caſial up. qui id refert in tracta. penſio.

Item de fructibus ſuorum beneficiorum clericus debet, immo tenetur ſatisfacere ſuis creditoribus, ēt ſi ſint creditores illius de debito ſuo, etiam priuato, nec intuitu eccleſiæ, facto, vt in c. peruenit. de fideiuſſor. & ibi Abb. & Card. Et ibi quoq; Io. de Imo. col. 7. per hoc dicit poſſe colligi, ꝙ clerici faciunt fructus ſuos, ſeu redditus beneficiorum &c. & But. in c. cum olim. de reſtit. ſpo. 2. & collect. & Doc. in c. Odoard. de ſoluti. dicit, ꝙ vidit in curia ſeruari, ꝙ clericus nil habens in bonis, admittitur cedens creditorib. ſuis fructus beneficiorū, deducto eo, ꝙ ſuffi-
29 ciat pro adminiſtratione diuinorum, † de quo per Cald. in cōſi. 111. id quod ego quoq; poſſum teſtari vidiſſe ſeruari in curia, coram multis iudicibus, pro tempore 12. ann. quo in ea verſor. Et quamuis Abb. in rep. c. cum eſſes. de teſtam. & in ſua diſputatione: quæ incip. clericus, & Archi. in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſc. in 6. teneant contrarium, quia volunt: ꝙ clericus de red-
ditib. beneficij non poſſit ſoluere debita propria: Sed tantū rōne, ac intuitu eccleſiæ facta, tñ dicit Gig. tract. de penſio. in q. 39. nu. 3. ꝙ illi, qui contrariam opinionem tenēt, ſunt plures quorum opinio, vti plurium voto vallata, magis eſt attendenda, facit Rotæ deciſ. 855. incip. cum Camera, in antiquis. vbi Camera apoſtolica ſuccedens in ſpoliis, ac bonis relictis per clericū de-
30 functum, tenetur ſoluere illius debita, † vt latè ibidem.

Item vī, ꝙ fructus beneficiorum poſſint aſſignari, & dari creditorib. clerici in cauſam iudicati, per d. Antonium in c. peruenit. de fideiuſſor. 2. col. & per eundem in ca. reprehenſibilis in j. col. de appel. gl. & Bar. in l. ſtipēdia, C. de exequutio. rei iud. quē ſequitur Imo. in c. j. † in fi. 4. col. de cler. ægro.

Item facit: quia quicquid acquirit clericus cauſa, & rōne ſui officij, vel ſuæ dignitatis clericalis, puta quia fuit cappellanus, & in ſeruitio Cappellani inſeruiuit alicui Principi, qui ei multa donauit, illud omne ſibi acquirit. Et taliter, ꝙ de illo, etiam p̄t
32 p̄ libito ſuæ voluntatis teſtari, & diſponere, dicit Innoc. in c. quanos, de teſta. quem ſequitur Hoſt. in illis verbis, idem dicimus, ſi ratione officij, vel ſeruitij aliqua acquiſiuit, puta Cappellanus fuit alicuius Principis, qui ei multa donauit, ſequitur Io. Andr. & Abb. in c. cum in officijs, eo. qui declarando matcriam dicit: ꝙ licet Pet. vt refert Cyn. in authen. licentiam. C. de epiſ. & cler. dicat, ꝙ ſi clericus lucratus eſt multa in miſſis dicendis, puta, ſint ei relicta centum pro miſſis dicendis, poſſit de eis teſtari libere, tñ non vī ſimpliciter id tenendum: quia ſi relinquens habuit in relinquendo reſpectum ad Eccleſiam, quia forte legauit cētum ſuo parochiali presbitero pro miſſis dicendis, quæ non reliquiſſet, ſi non fuiſſet relinquēti proprius ſacerdos Parochialis, cum iſta videantur relicta potius intuitu, & contemplatione eccleſiæ, quam perſonæ, de ſic acquiſitis non diſponet, nec teſtabitur. Secus vbi nulla qualitas ſuggerit eccleſiæ rationem habitam fuiſſe, ſed perſonæ tantum. vnde ad coniecturus eſt recurrendum ſm eum, & in dubio, ſi ſint relicta cantum clerico non habenti adminiſtrationem, curam, vel prælationē, intuitu perſonæ relicta præſumentur, ſecus ſi habeat adminiſtrationē, curā, prælationē, vel dignitatē, vt per eūdē Abb. in c. requiſiſti. de teſt. 2. col. ver. ſi aliqua uer. j. no. & ver. no. ver. & col. fi. ver. in gl. in ver. nec, nu. 23. Idē Abb. in ca. cum eſſes. in 2. lec. 11. col. de teſta. negat Inno. hoc dicere: ex quo facit gloſellam ſuam ſuper ver. conſiderationē Hoſt. & Io. And. id dicunt ex mente Inn. & refert Card. Zabarel. in d. c. quia nos, ꝙ Abb. dicit, quod per illū text. prȩcedens Magiſter ſuus conſuluit cuidam ēpo, quod concederet clericis, vt poſſint diſponere de reb. & fructib. eccleſię, ſi ſtatim in vita vellēt dare, vſq; ad certā ſummā, dimiſſa

tamen

tñ in ea eccleſia,ea quãtitate, q̃ ſufficiat vſq; ad nouos redditus.
Et quid vlterius in hoc laborandum, & ſic,vt dr̃, eundũ per mẽdicata ſuffragia, teſtes habemus omni exceptione maiores: immo teſtibus non egemus, nonne fructib.Eccleſiæ,& beneficiorum poſſunt per prælatum locari, vendi, & obligari? certè
33 negari non poteſt,quia id dicunt tex.in c.fi. ne Pręla.vices ſuas. tex.in c.veſtra.ex loca.qui ad hoc ſemper allegatur, vendere.n. fructus,& locare idem eſt,Clem.j.§.fi.& ibi Io. de Imol. de reb. eccleſ.non alien. & hoc caſu venditio æquiparatur locationi, per Cardinalem ibi,dicit gl.in d.c.veſtra,ꝙ poſſunt locari,vendi,& obligari,licèt res,ex quibus prouentus tales veniunt,
34 alienari nõ poſſint,dicit gl.ĩ extrauag.Io.XXII.ſuſcepti.in ver.nulla ſubhaſtatione,quæ dicit,ꝙ id eſt intelligendum eſſe permiſſum,ex quo non reperitur prohibitũ, nonne Prælatus vendẽs trãsfert talium fructuum venditorum dominium, & poſſeſſionem,ſequuta traditione,certè ſic, quia id eſt de natura contractus venditionis,cuius diffinitio eſt quædam alienatio, qua dominium, & poſſeſſio rei venditæ transfertur per traditionẽ ipſius domini,& dicit gl.in c.hæc huius.12.q.j.ꝙ vendere fructus decimarum,& oblationum,licèt non ſit honeſtũ, non reperit tamen prohibitum,& tenet,ꝙ clericus põt vendere fructus p̃bendæ,& illos etiam obligare, maximè ad modicum tempus, etiam ſine conſenſu epiſcopi,vel eius auctoritate.Et ꝙ decimę, ideſt decimarum fructus vendi poſſint, pignorati, & obligari, eſt tex.in c.veſtra.loca.per ſpecul.in tit.de pign.§.j.col.vlti.verſ. quid de decima.per Alber.poſt Iac.Aret.in l.in ædibus.§.j.ff.de dona.per eundem Alber.in l.monumenta. C. de leg. & ꝙ fructus eccleſiarum, poſſint alienari per Prælatum in præiudiciũ ſui ipſius,non autem ſucceſſoris,tenet Card. in Clem. j. de reb. Eccleſ.non alien.q.27.per tex.in c.fi.ne præla. notat glo. in c.ij. de his,quæ fi.a præla.Inn.c.vnico vt eccleſ.benef.Feder.de Sen.
35 conſi.52.incip.quidam Prælatus.Quid plus? nonne Pręlatus taliter facit fructus eccleſię ſuos, & taliter acquirit ĩ eis dominiũ, & poſſeſſionem, ꝙ poteſt illos,ſi velit,etiam porcis,quod aiũt, dare? certè ſic,quia id dicit gl.in ſumma.j.q.j.ait.n.de fructibus nulla eſt quæſtio,quia etiam porcis dari poſſunt,& vendi, extra ne Pręlat.vic.ſuas c.fi.hoc ſequitur Florentinus, ſecundum qđ dicit Imo.in c.fi.de pecul.cler.col.antepen.vbi dicit, ꝙ ſi clericus,vel prelatus vult diſponere de fructibus eccleſiæ, poteſt indiſtinctè id facere,etiam donando, quia clericus beneficiatus efficitur Dominus fructuum,quos percipit,vt c.vno.de cler.nõ reſiden.nam comparatur vſufructuario qui facit fructus ſuos, quando percepti,& reconditi ſunt in horreo,ſeu granario, nõ prius.l.vſufructuarius.ff.quibus modis vſufr. amit. immo comparat̃ bonę fidei poſſeſſori, q facit fructus ſuos ſtatim ꝙ ſunt, nedũ re conditi,ſed ſeparati a ſolo. Item facit ſuos:ſi per quemcunque ſeparati ſint. Vſufructuarius verò ita demum, ſi per ſe-
36 ipſum,vel eius nomine ſint ſeparati. cum ergo habeat talem, & tantã auctoritatem Prælatus, vel clericus in fructibus eccleſiæ ſuæ,vel beneficii,quare non eſt intrepidè dicendum, ꝙ de eis poſſit tam in morte, quàm in vita per modum teſtamenti, & quemcunque alium cõtractum ſibi bene viſum diſponere, & contractare,& quod acquiſita ex eis ſibi, ſuisque hæredibus acquirat per dominium poſſeſſionem, & quemcunque alium
37 modum,qui de iure melior,& firmior reperiatur.De hoc certè dubitari nihil poteſt,eo potiſſimum funda.quia, licèt clericus, vel prelatus fructus,redditus, vel prouentus eccleſiæ vltra ſibi
38 neceſſaria in prophanos vſus malè, & voluptuosè expendens, mortale committat peccatum, nõ tamẽ tenetur ad reſtitutionem illorum,ſecundum Didacum Couarruuias Doctorẽ Hiſpan.in c.cum in officiis,verſ quantum. de teſtam. vbi dicit: ꝙ adducta per Abb.Sanctum Thomam,Archid.& Domini.quos ibi in ſuis locis allegat qui contrariam opinionẽ tenent, eo potius tendunt, vt ſit illicita hæc eccleſiaſticarum reddituum cõſumptio quam, vt ſit reſtitutio conſumptorum neceſſario facienda, quia redditus tales victui prælati ſuperfluentes non dicuntur alieni propriè,ſed per quãdam metaphoram, quaſi ſint
39 pauperibus erogandi, id quod probatur auctoritate Hieronymi dicentis,bona eccleſiarum dici bona pauperum,quoad debitum,quia eis debentur,non quoad dominium,nec quoad ꝓprietatem.Cardinalis a Turre Cremata in c. videtes. 12.q.j.qui licèt,inquit,dicunt talem conſumptionem fieri cum peccato mortali,negant tamen reſtituendi obligationem.Tho.& Gaetan.ſecunda ſecundæ q.185.art.7. Præpoſitus in ſumma 44. diſtin.col.5.S.Tho.quolibet.6.art.12.Silueſter, ver. clericus quarto q.20.& in ver.reſti.iij.q.5.& alii q latè ab eo allegantur.

1 §. Sed in contrarium faciunt multa,quia de redditib. eccleſię videtur,ꝙ clericus, vel prælatus habeat tñ ſumere neceſſaria ad victum,& veſtitum,& de neceſſariis contentus eſſe,per dictum Apoſtoli ſancti,victu,& tegumento, his contenti ſumus.c.Epiſcopus. 10.q.ij.vbi dicitur,habeat Epiſcopus poteſtatem in rebus eccleſiæ, vt diſpenſet in neceſſitatẽ habentib. cum omni reuerentia, & timore Dei: participare eum etiam oportet,quæ neceſſaria ſunt,ſubdẽs tex. quod ſi Epiſcopus res eccleſiæ in ſuas proprias voluntates vſurpare voluerit, vel fratrib.filiis, vel quibuſcunq; propinquis poteſtatẽ dederit, vt ꝓ eos lædant̃ res eccleſiaſticæ,epiſcopus ſit ꝓcilio obnoxius, & ſi epiſcopus,vel p̃sbyteri,aut Diaconi cũ eo exiſtẽtes, in ſuos vſus colligunt ea,quæ ex redditu, vel ex quolibet actu eccleſiæ obueniunt,& pauperes fraudant,ac famæ conficiunt, oportet eos corripi, ſm qđ fuit a S.Concilio ordinatum, ex quo textu colligo etiam vnum,quod ſi epiſcopus habeat aliunde neceſſaria victui,ꝙ non habet illa habere, vel percipere ab eccleſiæ redditibus,per illa verba,quæ id clarè dicunt,ſi tamen ipſe, aut qui cum eo ſunt fratres,indiguerint aliquo, vt neceſſitatẽ nullo modo patiãtur, &c.id, quod concordat cũ eo, quod habet̃ in c.clericos.j.q.ij.vbi habetur:ꝙ clerici,qui habẽt aliunde, vnde viuãt,nihil debent ab eccleſia accipere,immo ſi accipiũt,tãquam de rebus,quę ſunt pauperum, accipientes cõmittunt ſacrilegium,& per tex.in c.ſeq.vbi illi,quibus ſua ſufficiũt, nõ de-
2 bent eccleſiæ alimentis ſuſtineri,nec redditus eccleſiaſtici, vel res eccleſiæ ſunt epiſcoporum,ſeu prælatorum, aut clericorũ propriè,ſed cõmunes,c.expedit in j.12.q.j. quia cum antea bona,hæreditates,prædia, & poſſeſſiones,quæ offerebantur a cõfluentib.ad Chriſti fidem,& ſanctam fidem Catholicam, venderentur pro ſuſtentandis Chriſti fidelib.ad fidem confluẽtib. & in communione viuentib.iudicarũt ſummi ſacerdotes, Leuite,atque alii fideles,eſſe melius,qđ predia poſſeſſiones,& alia oblata nõ venderentur amplius,ſed matricib.eccleſiis applicarentur,vt ex eorum ſumptib.neceſſaria victui præſentib.& futuris temporib. fidelib. cõmunem uitam ducentibus, elegantius ſubminiſtrarentur.c.videntes,ead.cauſa & q.ubi legitur,ꝙ ipſe res erant,& ſunt uſque adhuc,& futuris ſemper debent eſſe tẽporibus in ditione epiſcoporum ſingularum parochiarũ. Eꝙ bus Epiſcopi,& fideles diſpenſatores eorum,omnibus cõi vita degere uolentibus,miniſtrare cuncta neceſſaria debent, prout melius potuerint,ut nemo in eis egens inueniatur, facit text.in c.res eccleſię,ubi res eccleſiæ non ſunt proprię, ſed cões,& domino oblatę debent fideliter diſpenſari, per quæ iura apparet, ꝙ bona eccleſiarum ſunt oblationes diſpoſitione ad ſubuentionem fidelium,ne egeant inſtitutę,& ordinatæ, non ad proprios uſus Prelatorum tantum,quia dicit gl.d.c.res eccleſiæ:qđ de redditib.ac rebus eccleſiæ illud ſolum eſt clericorum,ꝙ probabili ratione conſumunt,per iura, quę allegat, quia inquit, ſi emiſti equum, uel aliud de rebus eccleſiæ, illud non eſt tuum,
3 quicquid.n.habes ſupra illud quod ſufficit tibi, illud uioleter detines.c.ſicut diſt.47.Quia non uidetur uerum eſſe,quod Præ
4 latus,uel clericus ĩ rebus,ac fructib.beneficii ſit uſufructua rius, uel uſufructuario cõparetur.Quia immo eſt uſuarius, & vſuario comparatur, cui ad uſum quotidianum tantum uti licet inſtit. de uſu, & habit.§.j.quod dicit gl.in c.fi.de pig.in uerſ.fruat̃, quod clerici poſſunt dici uſuarii,quia,nec,poſſunt uẽdere, nec
5 teſtari,nec donare,ſed uictu tantum,& ueſtitu cõtenti eſſe debent.præalleg.c.epiſcopus.10.q.ij.Item gl.in c.cum olim de rerum permut.in uer.diffinitum,ꝙ nullus dominium dicitur habere ſui beneficii,cum quaſi uſuario clerici comparantur.Item
6 gl.in c.quia uos,de teſta.in uerſ.teſtamẽtum,ꝙ clerici de rebus eccleſię nullum poſſunt facere teſtamentum,cum eorum proprietas nõ ſit ſua,ſed ſolum uſum habeant,& tñ victu, & ueſtitu debeãt eſſe cõtẽti.& 12.q.j.c.clericus qui.c.duo,& d.c.Epiſcopus,& totum ſuperfluum,deducto uictu,& ueſtitu,eſt erogandũ pauperib.c.ult.12.q.j.elegãs tex.in c.ſine exceptione.12.q.2. vbi Epiſcopus rebus eccleſiæ,tanquam cõmendatis,nõ tanquã propriis utatur, moderatè tñ cauſa remunerationis ſeruitii recepti donationem facere poſſunt c. relatum, de teſta.cũ quaſi filiofamil. cõparentur, qui non poteſt facere teſtm̃: niſi de Caſtrenſi pecul.C.de aduocat.diuerſ.iud.l.Fori.gl.in c.fi. de pecul. cler.Imo.in Clem.gratię de rer.permut.in 4.col.in fin.idem in Clem.gratię de reſcrip.Bal in authen.licentiam. C. de Epiſcopis & cler.tex.in c.cum M.Ferrarien. de conſtit. faciunt latè adducta,& diſputata per Gaſparem Calder.filium Ioãnis Calder. in cõſi.2.de pecul.cler.ubi poſita quæſtione,quis ſuccedere debeat in fructib.præbendæ Canonici defuncti, uidetur indiſtinctè tenere,ꝙ eccleſia non alius ſuccedere debeat,& addit: ꝙ ſi clericus decedat ante fructus rcollectos, in his ſuccedit eccle-
7 ſia,non autẽ hæredes ex teſtamento:vel ab inteſtato:ſine æquiparemus clericum vſufructuario, ſiue vſuario. Si decedit poſt fructus ſeparatos a ſolo,diſtinguit quinq; caſus:primus eſt:ſi decedit fructib.a ſolo ſeparatis,ſed ĩ area, vel ĩ cãpo iacẽtib. Secũdus,ſi recõditi ſint a Colono,ſed nõdũ clerico traditis. Tertius, ſi aggſſinati ſint fructus Canonico,nõdũ tñ conſumpti.Quartus, qñ certi fructus, vel pretiũ debent̃ Canonico poſt ſeparationẽ ꝓ vnũ,duos,vel tres mẽſes,& interim Canonicus moriť. Quintus,qñ Canonicus moriť poſt dictũ terminũ,tñ nõdũ dicta ſpecies,vel pecunia erat ſoluta,vbi dicit,ꝙ in j.& ij.caſu ſpectãt ad eccl̃iã. Tertio caſu de fructi.aſſignatis nõ cõsũptis,teſtari nõ p̃t Canonicus niſi adſit cõſuetudo,q̃ hoc caſu,inqt,ſeruãda eſt,ĩ aliis duo.caſi.ſuccedit eccl̃ia,nõ hr̃s.Itẽ ꝓ In.ĩ c.cũ ĩ officiis,vbi vr̃ dicere:qđ clericꝰ đ fru.bñficii, p̃t tñ expẽdere neceſſaria, & neceſſarias expenſas facere,qa alię vltra neceſſarias,hñt deduci de

Source : BIU Cujas

bonis ipſius clerici,& eccleſiæ,vel ſucceſſori reſtitui. ibi cũ om-
8 nes vanas delicatas expenſas,prius deducet de bonis clerici, ſo-
las autẽ expenſas approbabit iudex de bonis, quæ factę fuerint
in alimoniam ſuam,& pauperum,aut in redemptionem capti-
9 uorum,hoſpitalitatemve, ſeu aliàs pias cauſas, & ſacerdoti vi-
uere licèt de altari,ſed nõ luxuriari. 44. diſt. in principio vbi gl.
dicit,ſufficere debet ergo clerico,quòd viuat,ideſt ſola neceſſa-
ria habeat, & arctatur,inquit, illa neceſſitas ad victum & veſti-
tum,quia clericus, qui vltra neceſſaria de redditibus eccleſia-
ſticis capit,aliena capit,& reſtituere tenetur, dicente Hiero-
nymo aliena rapere conuincitur,qui vltra neceſſaria ſibi retinere
10 probatur.§ ordinandus. 44. diſtinc. huius opinionis eſt Sanctus
Thomas ſecunda ſecundæ q. 43. arti. 8. Alexan. de Ales. iij. parte
q. 36. membro quinto. Ricar. in quarto ſententiarum. diſtin. 45.
Io. maior in diſt. 24. q. 17. dicens hãc opinionem eſſe commu-
nem,quam probat Palud. in quarto diſtin. 24. q. 3. articu. vltimo
quibus ſuffragatur tex. in capit. j. 12. q. iij. & pulchrè Bernardus
in Epiſtola 42. colum. iij. clamãt,inquit,pauperes, noſtrum eſt,
quod effunditis, nobis crudeliter ſubtrahitur,quod inaniter ex-
penditis,in quibus locis tenent doctores, quod quæcũque cle-
ricus de fructibus eccleſiæ vltra neceſſaria cæpit,voluptuoſeq;,
ſeu malè,& inaniter expendit,aut conſumpſit,ex quo pauperi-
bus abſtuliſſe videtur,vltra quod peccauit, teneatur reſtituere,
idem tenet Abb. in cap cum ſecundum de præben. Dominic. in
ſumma. 44. diſt. Felin. in cap. poſtulaſti. num. 6. de reſcript. idem
in capi. de quarta numero 33. de præſcrip. Anton. Butr. capi. pri-
11 mo nume. 28. de emptio. Idem dicit Archid. diſtin. 44. in prin-
cipio,quem ſequitur Ioan. de Lignan. in clem. gratiæ de reſcrip.
quòd ſi clericus vltra debitum aliquid expendit de rebus eccle
ſiæ,tenetur ad reſtitutionem, & pro prædictis optimè videtur
facere text. in capit. Epiſcopi. 12. q. j. vbi dicitur, quod quicquid
de prouiſione fuerit,ſiue de agris, ſiue de fructib. ſiue de obla-
12 tionibus,quod omnia debent conſeruari eccleſiæ, ſi Epiſcopus
aliter pręſumpſerit,poterit deponi,facit text. in capit. duo. 12. q.
j. vbi loquendo de clericis dicit,illi enim victu, & veſtitu con-
tenti nullam inter ſe proprietatem habentes, debent habere
omnia communia.

Item dicit Abba. in cap. fin. de pecul cler. per text. quem dicit
expreſſum in §. fi. cum cap. ſeq. 12. q. j. quod præbendę non dan-
tur canonicis ſimpliciter, vt de redditibus illarum faciãt, quic-
quid velint,ſed vt primo neceſſaria accipiant pro ſe, & ſi quid
ſupereſt,eo deducto,expendant in vtilitatem eccleſiæ, quia res
eccleſiæ,ſunt diuiſæ per præbendas, vt commodius percipian-
tur neceſſaria. Idem dicit Abb. in capit. cum eſſes in repet. col.
8. circa finem de teſtamen. Innocen. in ca. indecorum de ætate
& qualitate vbi dicit: quòd Prælatus, vel clericus de fructib. be-
neficii,habet diſpenſare in ſuas neceſſitates,& illorum, qui ſibi
inſeruiunt,idem habetur deciſum in canon. Apoſtolorum ca-
non. 40. vbi præcipimus (inquit tex.) vt Epiſcopus res eccle-
ſiæ habeat in poteſtate,nã ſi pretioſæ homini animæ fidei eius
committendæ ſunt,multo magis oportet & de pecuniis mãda-
tum dare,vt illius arbitratu diſpenſentur, necnon cum timore 21
Dei ſummaq; ſolicitudine per presbyteros,ac diaconos erogẽ-
tur in pauperes: percipiat autẽ & ipſe (ſi modo indiget) quan-
tum ad neceſſarios vſus ſuos, & hoſpitio exceptorum fratrum
vſus opus eſt ne quomodo ipſe poſteriori loco habeatur, quã
cæteri,ordinauit. n. lex Dei,vt qui altari ſeruit,de altari nutriat,
quando nec milites vnquam ſuis annonis arma hoſtib. inferũt.

Per quæ deducta apparet, quod clericus poteſt tantum ſu- 22
13 mere neceſſaria de fructib. eccleſię,pro ſe,& ſuis, quia reliqua,
quæ ſuperfluunt: ſunt iuris canonici diſpoſitione deſtinata, &
ordinata pauperibus,& in vtilitatem eccleſiæ. Et iſta neceſſaria
ſunt arctata ad victum,& veſtitum tantum. per glo 44. diſtinc.
in principio glo. in cap. Epiſcopus. 10. q. ij. in verſi. indiguerint,
& vide glo. ſeq. quæ dicit, ꝙ victus melior, vel peior dandus eſt
ſecundum qualitatem perſonæ, & nomine cibariorum nõ in-
14 telliguntur veſtimenta, ſed nomine alimentorum intelligunt
15 veſtes,& habitatio per Soci. conſ. 32. col. 2. nu. 4. j. volu.

Immo videtur, ꝙ clerici habere debeant plura quàm neceſ-
16 ſaria ad victum,& veſtitum,& vltra quàm neceſſitas exigat, qa
immo tantum habent percipere de redditibus eccleſiæ, quan-
tum eis ſufficiat ad victum eorum commodè, & illorum, qui
ſibi inſeruiunt,iuxta qualitatem,& dignitatẽ perſonę, per text. 23
in capi. j. de ſtat. reg. §. ſanè. vbi glo. in ver. ſine penuria dicit: qđ
multa non poſſum facere cõmodè quæ facere poſſum ſine pe-
nuria,facit text. in capi. poſtulaſti, ibi, valeat commodè ſuſten-
tari, vbi Abb. declarat verbum commodè,& text. in cap. cum 24
17 adeo,de reſcrip. extra,ibi ſufficientem,per quem text.& ibi glo.
videtur, ꝙ clericus debeat habere eccleſiam, aut beneficium,
quod ſibi,& ſuis ſufficiat. 50. diſtin. ſtudeat. in fin. & ꝙ aduenię-
tes poſſit recipere,& iura Epiſcopalia perſoluere. cap. de mo-
18 nachis,de præben. & cap. ſicut. de ſupplen. neglig. prælat. & di-
cit glo. Bernardi in dicto capitu. de monachis, quòd clericus
debet competenter beneficiari,ita quòd poſſit commodius ſu-
ſtentari,& dicit text. cum ibi glo. in capitu. j. de inſtitu. quòd tot
ſunt ponendi,& inſtituendi in monaſterio, quot poſſint in eo
commodè ſuſtentari, & quòd poſſint iura Epiſcopalia, & ho-
ſpitalitatis perſoluere: per quæ manifeſtè apparet: quod de fru-
ctibus beneficii,& redditibus eccleſiæ, clericus debet tantum
habere,quòd commodè viuere poſſit, nec ſufficit, quòd viuat
ſine penuria,puta habẽdo neceſſaria, quia multum inter ſe dif-
ferunt viuere commodè,& viuere ſine penuria, quia ſępe po-
teſt quis ſine penuria viuere cum quadraginta florenis: Sed nõ
commodè,quia dicit gloſſ. in capitu. primo. §. ſanè. in verſic. ab-
ſque penuria de ſtat. reg. in 6. quòd canonicus Bononienſis nõ
poſſet de centum florenis commodè ſuſtentari, qui tamen de
25. ſuſtentaretur abſque penuria. Sequitur Decius conſ. 555. nu-
me. 14. Cardi. in clem. prima. §. ſanè. de iure patro. vbi exponit
illum text. in verſicu. ſatisfactione ſufficienti, & congrua in vi-
ctu,non de tali per quem non periret fame. Feli. in capit. poſtu-
laſti. iij. colum. de reſcrip. nam in illa commoditate,inquit glo.
in d. §. ſanè,inſpicitur conſuetudo regionis,& qualitas perſonę:
quàm gloſſ. vide quia docet actum in practica, & modum
articulandi.

Atque in tali ſuſtentatione, vel victu commodè ſubmini-
ſtrando clericis de redditibus eccleſiæ,eſt habenda ratio nobi-
litatis,perſonæ. 41. diſtinc. non cogantur. Item ſcientiæ. cap. de
multa,de præben. Item dignitatis. ff. de variis, & extraordin. co-
gni. l. prima. §. in honorariis,& l. ſed & ſi quid. §. j. ff. de vſufru. qa
19 aliis cibis veſcuntur nobiles,aliis viles, & pauperes. & alio mo-
do viuunt nobiles,alio pauperes. Innocent. in capitu. dudum ij.
ad fin. de electio. gloſſ. in capitu. conſtitutus. in verſi. impoten-
tia. de appella. Philip poſt alios in capitu. de multa in fi. de præ-
ben. 5. colum. verſicu. ſublimes,& literatas, Sanct. Thom. in 6.
quolibet 6. articu. 10. text. in capitu. de multa in fin. de præben.
& aliàs, vt latius dicturi ſumus in quæſtione, ex quib. præſuma-
tur cler. acq. Et quatenus dicit gloſſ. quòd debet ſufficere ſibi,&
ſuis,intellige de ſuis,quos ſecum neceſſario debet habere: nam
ſi eſt doctor,vel nobilis,vel habens dignitatem eccleſiaſticam,
non debet eſſe ſolus,nec ſine miniſtro. Sed illud dic procede-
20 re ſecundum iura moderna, quia ſecundum antiqua ſufficie-
bat dare tantum,quod eſſet ſatis ad neceſſaria, hodie verò cum
auxerit Deus eccleſias,atque ipſum decus eccleſiarum, non ſa-
tis eſt dare clerico,quantum ſit ſatis ad neceſſaria,ſed quantum
ſit ſaris ad viuendum commodè, iuxta perſonæ qualitatem,
gradum,& conditionem,per gloſ. in capitu. j. 21. quæſtione j. in
verſicu. neceſſitatem in fin. per text. cap. vaſa de conſec. diſtin.
prima. per glo. in capi. cum adeo de reſcript. aliquod enim ſuffi
cit vni,qđ non ſufficit alii: & minus ſufficit manenti extra vias
communes,quàm in viis &c. Et melior victus, vel peior dan-
dus eſt ſecundum qualitatem perſonarum, & nomine cibario-
rum,non intelliguntur veſtimenta, nomine verò alimentorũ
veniunt veſtes,& habitatio per glo. in verſi. victu. capit. Epiſco-
pus. 10. q. ij. ſupra allegat. quia hodie clerici non debent viuere
ita ſtrictè,ſicut olim,& dos eſt aſſignanda magis ampla benefi-
ciatis hodie,quàm alio tempore fiebat per gloſſ. in capitu. Epi-
ſcopus. 41. diſtin. Et non debent hodie Epiſcopi habere vitam
ita ſtrictam in viſitationibus, & procurationibus, quia hodie
creuit decus eccleſiæ,capitu. vaga prælleg. per Ioan. de Sylua
in tracta. de beneficio, prima parte q. j. numerò 228. & ſeq. vbi
vide pro eo etiam quòd hodie eſt difficile dicere, quot fructus
ſufficiant beneficiato,quia plus vni, & minus alteri ſufficit ſe-
cundum qualitates,& conditiones illorum. Et per hæc ſatis ap-
paret,quòd clerici ſecundum iura antiqua, debent è fructibus
eccleſiæ habere tantum neceſſaria: hodie verò aucto decore
eccleſiæ,debent habere quantum ſufficiat eis ad viuẽdum cõ-
modè,& ſic de neceſſitate res videtur extenſa ad commodita-
tem,& non vlterius, merito eſt dicendum,quòd non ſit verum
illud, quod dicunt aliqui, quod clericus habeat vſufructum in
bonis eccleſiæ, & quod illud ſit veriſſimum, quòd ſit vſuarius
tantum,cum ad vſum quotidianum vti liceat,& quòd nullo
modo faciat fructus ſuos, dicit Abb. in rubrica de pecul. cleri.
in fin. verbis ibi,& hoc eſſet verum tenendo opinionem,quòd
clericus faciat fructus ſuos. Sed tenendo contrariam opinio-
nem,quæ mihi plus placet &c. Idem in capi. Inquirendum. eo.
ibi nota. primo quod Rector eccleſiæ, nec redditus, nec obla-
tiones,nec data prætextu voti facit ſua. Sed cedunt vtilitatibus
eccleſiæ,& capitu. presbyter. vbi Abb. not. quòd Prælatus non
eſt Dominus fructuum beneficii ſui, nam ſi efficeretur Domi-
nus, poſſet acquirere ſibi ex redditibus ſecundum libitum,
cuius contrarium hic decediturr. Idem Abba. in capitu. cum eſ-
ſes. in ſecunda lect. 8. colum. ibi, nam ſi clericus faceret fructus
ſuos,non video, quare de illis fructibus non poſſet ſibi emere
prædia. Et paulo poſt ibidem, quod non eſſet, ſi canonicus fa-
ceret fructus ſuos. Et ibidem paulo poſt, reſpondeo, quòd cle-
ricus recipiendo fructus ſui beneficii, dicitur illos facere ſuos,
quo ad hoc,vt ſibi prouideat,primo quaſi innuens, ꝙ illos tãtũ
faciat ſuos,qui de omni maſſa fructuũ bñficii obueniũt ei ꝓ vi-
ctu. idem ibidem col. antep. verſ. iiij. principaliter,in fin. per illa
uerba,ex quo infertur, quòd beneficiatus fructus nõ facit ſuos,

ſed

Source : BIU Cujas

ſed tantum in eis ius obtinet canonicè diſpenſandi. Sequitur Gig.in tracta.de penſio.q.12.paulo poſt principium.Idem dicit Cardinalis Zabarella c.fi.col.fi.de pecu.cler.circa fi.per illa verba,ſecundo caſu indiſtinctè poteſt etiam donando, quia Dominus,eſt fructuum.d.Cle.de cler.non reſid.c.vno ſubiungens & æquum eſſet ſtatuere,ꝙ de omnibus fructibus, quaſi pariter innuat,quod pro parte ſibi tangente tantum pro victu, nõ autẽ totos fructus faciat ſuos,quinimmo dicit Archid.ĩ c. ſtatutũ. §.aſſeſſorem,de reſcrip.lib.6.quem refert Zabarella in cap. fi.de pecul.cler.ꝙ hæreticum eſt de iure canonico dicere, ꝙ clericus faciat fructus beneficii ſuos:ſed ſecundum eũ eſt Dominus eorũ,quoad diſpenſationem.31.diſt. omnino. ſubiungens ibidẽ Zabarella,quòd fructus beneficij, quos conſumeret clericus in victu,& veſtitu,facit illos ſuos,q habẽt eſſe plus, & minus iuxta clerici,vel prælati conditionem,& qualitatem.

Didacus Couarruuias Doctor Hiſpanus in c.cum in officiis, de teſt.ver.tertio.dicit, ꝙ clericus de beneficiatis poteſt libere diſponere de illis fructibus,qui ſunt neceſſarii ad eius honeſtũ
26 ſumptũ,inſpecta qualitate,ſi eos prẽcipuos is habeat,qui aliunde victum ſibi miniſtrauit,hæc etenim pars bonorum eccleſiaſticorum miniſtris per canones antiquos conſtituitur.ca.eccleſias.13.q.j.tex.& ibi Abba.in c.de his, de eccleſiis ædificand. vel reparan.Thomas ſecunda ſecundæ q.185.art.7.reſpon.ad ſecũdum & quicquid ſuper eſt illis deductis, debet erogari pauperibus,vt per eundem Zabarellam paulo ante,quia fructus:qui ſuperſunt clericis,non ſunt ipſorum:Sed ſunt eſuriẽtium, vt habetur in c.ſicut hi.47.diſt.immo ſi quid vltra victum,& veſtitũ capit clericus,tenetur reſtituere,vti nõ ſuum, vt diximus ſupra, quia Canones diſtribuerunt redditus beneficiorum in quotas, aliam partem fabricę,aliam Epiſcopo,aliam pauperibus, aliam ſacerdoti aſſignando,c.quatuor c.cognouimus conſequen.12. q.j.quamuis ſecundum Abb.in c.j. de eccleſiis ædifican. quoad quartam Epiſcopi,& quartam fabricæ ſit ſtandum conſuetudini,quæ in huiuſmodi valet derogare iuribus &c.

Vnde deducta portione ſibi debita,clericus fructus eccleſiæ, nec pro ſe,nec pro alio ſubtrahere debet,immo in vſus ordinatos,& deſtinatos debet diſpenſare, quia ſi extra modos licitos diſpenſat,peccat,& poteſt puniri,adeo ꝙ poteſt quandoque ab eccleſia remoueri,c.ij.de pecul.cler.Zabarella c.fi.col. antepen. vbi ſubiungit per tex.in c.inquirendum, ꝙ licèt clericus poſſit
27 diſpenſare fructus eccleſiæ in alios,non tamen poteſt diſpenſare in ſe ipſum,quia iſta non erit diſpenſatio, ſed ſubtractio,& ſubtrahendo ſic fructus,committit clericus nõ ſolum furtum, ſed & ſacrilegium,per text.in c.qui oblationes 13.q.ij.nota.in d.
28 c.inquirendum.in iij.not.vbi etiam dicit, ꝙ empta per Prelatũ ex emolumẽtis eccleſiæ,efficiunt̃,& cedunt eccleſię, licèt Prelatus emerit nomine alieno,immo ꝑ tex.vbi Abb.in c. presbyter,de pecul.cler. Prælatus aliquid emens de bonis eccleſiæ, debet facere cantare inſtrumentum nomine eccleſiæ, & ſi faciat aliter,adminiſtratione eccleſiaſticarum rerum priuatur. Et paulo poſt ibidem nota,inquit,ꝙ Prælatus non eſt Dominus fructuum beneficii ſui,nam ſi efficeretur Dominus poſſe acquire-
29 re ſibi ex redditibus ſecundum libitum, cuius contrarium hic decidi̇tur.dicit optima gl.in c.apoſtolicus.12.q.ij.in verſ. confluxiſſe, quod ad acquiſita de rebus eccleſiæ,poteſt eccleſia vẽdicationem habere.Et ſi clericus de peculio eccleſiæ ĩ proprio
30 ſolo ædificat, ædificio cedit ſolũ in fauorem eccleſiæ, quod eſt ſpeciale in eccleſia, vt res empta de ſua pecunia ſtatim fiat eccleſię,optimus tex.in c.fixum 12.q.5.Et dicit Ang. in ſumma in ver.emptio num.12.§. vtrum emptum; ꝙ ſi clericus habẽs pecuniam de prẽbenda,emerit prędium de ea pecunia, amplius non poterit illud prædium alicui dare,etiam intuitu pietatis,licèt pecuniam potuiſſet dare,quia ſtatim prædium ita emptum fit eccleſiæ,ſiue emerit nomine; ſiue ſuo,ſiue alieno, quia Prælatus acquirendo aliis,puta conſanguineis,vel amicis de rebus eccleſiæ,committit furtum & ſacrilegium.Vnde ſi conſtitutio remitteret pœnam furti,non videretur remittere pœnam tali
31 clerico,vel prelato,eo quia tale eſt furtum qualificatum. faciũt notata,per Petr.de Anch.in c.cum ab homine de iud. idem dicit Abb.in c.inquirendum. in iiij.nota.vbi Prelatus committit ſacrilegium,& grauiſſimũ crimen acquirendo conſanguineis, vel ſibi de redditibus eccleſię,quia fratribus,filiis, & amicis nõ ſunt danda bona eccleſiaſtica,per tex.in c.Epiſcopus.10.q.ij.& glo.ibidem,ꝙ dando talibus,præſumitur quod carnali amore faciat,& legitur in concilio Triden. Seſſione 25.c.j.ſub rubrica de reformatio. omnino verò Prælatis Sinodis interdicit, ne ex redditib. eccleſiæ conſanguineos,familiaresve ſuos augere ſtudeant,cum & apoſtolorum canones prohibeant, ne res eccleſiaſticas q̃ Dei ſunt,conſanguineis donent:Sed ſi pauperes ſint: his tanquam pauperibus diſtribuant; eas autem non diſtrahãt, nec diſſipent illorum cauſa. Immo quam maximè poteſt, Sancta Synodus monet, vt omnem humanum hunc erga fratres, nepotes,proprinquoſq; carnis affectum, quæ plurium malorũ in Eccleſia Dei ſunt ſeminarium, prorſus deponant. vt etiã legere eſt in Canone apoſtolorum,Canon.37.inci. omnium rerum eccleſiaſticarum curam Epiſcopus gerito. Per hoc tamen non intelligas,inquit gl.prelatum non poſſe competens ſubſidium de rebus eccleſię conferre ſuis,immo potius tenetur ſuis, & amicis,quàm exteris,& alienis,c.non ſatis.85.diſtin.c.j.de cohabit.cler.& mulier.ſed non debet eis tradere tãtum, vt faciat eos diuites,ſed vt ſubueniat indigẽtib.12.q.ij.monemus.Immo ſi clericus,vel prælatus in aliquem transfert, vel alicui det bona eccleſiæ,competit eccleſiæ contra illum rei vẽdicatio, quia acquiſita de bonis eccleſiæ,poteſt eccleſia vendicare. 12.q.iiij. Sacerdos.& q.vlt.fixum.arg.ea.cauſ.q.ij.apoſtolicos.in fine, vbi de hoc.facit,quod legitur,& notatur in tex.in d.c.inquirendũ, de pecul.cler.vbi gl.in ver.comparauit, ꝙ clericus taliter emẽs, puniendus eſt,& competit eccleſiæ rei vendicatio,licèt ſuę res non ſint,& eſt ſpeciale in eccleſia.vbi dicit Hoſt.quod hoc non probatur per illum tex.tamen pro hoc facit longa interpretatio magiſtrorum,quæ non eſt mutanda l. minimè.ff.de legi. &
32 caſus in gl.notati.cum in eccleſia ſit maior ratio,aut ſaltem eadem.Item quia ſi aliquid de meo peruenit ad te,bonũ,& æquũ eſt,vt illud mihi reddas,vt not.in c.vt vnus,de pecu.cler.vt per Ioan.And.in d.c.inquirendum,& facit,quod idem Io.And.dicit in c.j.de voto.& c.j.de offi.deleg.& facit c.clericus. cap. duo ſunt genera.12.q.j.& c.quia tua,in fi.eandem opinionem tenet Archid.in cap.ſtatutum.§.aſſeſſorem,de reſcript.in lib.6. Ioan. de Lignan.in clem.gratię.eod.tit.quia dicit gl.in c. res Eccleſiæ 12.q.j.quòd ſi emiſti æquum de reb. Eccleſiæ, ille non eſt tuus, quia illud ſolum eſt clericorum : quod probabili ratione cõſumunt,quicquid enim habes vltra illud,quod ſufficit tibi,violenter detines,& in tex. in c.j.12.q.iij. habẽt indiſtinctè de quolibet clerico,ꝙ quæcunque acquiſiuerit de bonis eccleſiæ, debet conferre eccleſię,aliàs punitur, vt ibi nota. idem in c.Pontifices,ibidem faciunt adducta per Inno.in c.indecorũ.de ætate & qualitate,vbi dicit,ꝙ clericus in rebus eccleſiaſticis nec ꝑ ſucceſſionem,nec alio modo commercium habebit,quia non poteſt de eis teſtari,ſed omnia debent eccleſiæ remanere.& dicit Abb.in præallegat.c.cum eſſes.in ſecunda lec.de teſta.col 8. propè fi.ꝙ pro prędictis facit tex.in §.fi.cum c.ſeq.12.q.j.vbi dicitur,ꝙ præbenda aſſignatur Canonico, vt ipſe ſibi ex illa neceſſaria percipiat,& ſi quæ ſuis neceſſitatibus ſuperſunt, in cõmunes vſus eccleſię expẽdat,ſimilis tex.habetur in §. his ita reſpondetur.14.q.j.vbi dicitur apertè, ꝙ canonicus vtitur rebus eccleſiæ,non tanquam ſuis, ſed tanquam ad diſpenſandum ſibi creditis,quoniã ipſe in rebus eccleſię eſt procurator, & alia per eundem Abbatem ibi adducta,vbi concludendo dicit, qđ, ſiue clericus habens beneficium, cum adminiſtratione, vel ſine,non poteſt vllo modo res eccleſiæ vendere, ſed ex ſumptibus earum communem vitam cum fidelibus ducere, nec debet ad alium vſum,vel ad alium modum, niſi ad quem ſunt inſtitutæ,res eccleſię diſpenſare,vel diſtribuere. Et ſi contrarium facit,talis diſpenſatio reuocatur.c.ſi quis de ſeruis.12.q.ij.c.monemus c.diaconi,12.q.j.& clericus non bene adminiſtrans res eccleſiæ,habetur loco prędonis.& non dicitur diſpenſator,ſed
33 diſſipator.per text.in l.qui fundũ.§.ſed tutor.ff.pro emptor.notatur per glo.in c.fin.12.q.j.vbi dicit etiam, ꝙ Prælati aliquando dicũtur procuratores rerum eccleſiaſticarum, vt ibi & 14. q.j.§ j.Quandoque dicuntur domini,16.q.j.canonicus, quãdoque partes.88.diſt.quorum voces,non tamen habent liberam, & generalem adminiſtrationem, ſicut procurator Cæſaris, vt ff.de off.procur.Cæſar.l.j modicum tamen donare poſſunt,capitu.cęterum extra de donat. & loco quidem domini habentur, cum bene adminiſtrant, ſed loco prędonis cum male. id quod puto procedere,& intelligi, tam in fructibus, & redditibus eccleſiæ, nec non in acquiſitis ex eis, quàm in quibuſcunque aliis emolumentis occaſione eccleſiæ obuenientibus, & illius occaſione acquiſitis, puta ex iniunctione pœnitentiæ: aut aliàs quouiſmodo,vt per Innocent.in capitu.cum inter. de verborum ſignificatio.vbi dicit: quòd ea, quæ acquirit ſacerdos iniungendo pœnitentias per parochiam, debent eſſe eccleſiæ,ſubdens,quòd argument. eſt, quòd quæcunque acquiruntur intuitu eccleſiæ,ſunt eccleſiæ.12.quæſtione iij. Pontifices. capitu. requiſiſti.de teſtamen. & aliàs, vt ibi per illum, faciunt verba text. in capitu. Epiſcopis. 10. quæſtione iij. ibi ſin autem Epiſcopus,vel qui cum eo ſunt, presbyteri, aut diaconi accuſentur, quia ea,quæ,vel ex reditu, vel quolibet actu ab Eccleſia veniunt, in vſus ſuos colligunt, &c. Nec id propterea mirabile videtur, quia dominium rerum eccleſiæ non eſt penes Prelatum,vel clericum: ſed eſt penes Eccleſiam,dicit glo. in capitu. hoc conſultiſſimo. de rebus eccleſiæ alien. in 6. in verſicu. ipſarum, vbi Ioannes Andr. dicit: quòd eccleſia eſt congregatio fidelium : cuius caput eſt Chriſtus,qui habet dominium bonorum. Sed bona pauperum ſunt, quoad ſuſtentationem: clericorum, quoad adminiſtrationem. Et ita dicit concordari contraria.Quinimo clericus ſi ex induſtria ſua
35 fecit aliquas meliorationes in rebus eccleſiæ, non poteſt de talibus melioramentis, ſicut de re ſua diſponere, quia cedunt eccleſiæ, ſecundum Abba.in capitulo finali,de pecul.cler. ſe-

Source : BIU Cujas

cūdum no. vbi Zabarella dicit, ꝙ eſt ſecus in extraneo, quia factam meliorationem extraneus, vel eius hæres repetit, & dicit, qđ ratio eſt propter coniunctionem: quam habet clericus cum eccleſia, ga alibi dicitur: qđ nullus eſt proximior clerico, quàm
36 eccleſia, vt ibi per eum. Si verò melioratio ſit facta per clericū de patrimonio ſuo, nō ꝓtēplatione ſua, ſed eccleſiæ: ꝑt ille cle-
37 ricus, vel hīs eius repetere illud, qđ in tali melioratione de ſuis patrimonialibus impendit, per text. cum glo. in c. 2. 12. quæſt. 4.

§. Stantibus iſtis repugnantiis: & tot in cōtrarium, pro concordatione contrariorum, & repugnantium, credo, ꝙ erit bonum dicere, ꝙ aut quærimus de poteſtate clerici rebus eccleſiæ, aut in illius fructibus, aut in acquiſitis ex fructibus, item quam poteſtatem habet inter viuos, vt quàm in vltima voluntate, vel quàm poteſtatem Epiſcopus habeat, quam inferior regularis, ſiue ſecularis.

Et quoad primum videtur, ꝙ clericus, ſiue Prælatus in rebus eccleſiæ, maximè in immobilibus nullam habeat diſpoſitionē, vel poteſtatem, niſi in caſibus a iure expreſſis, ac niſi ſeruatis ſolennitatibus, & modis a iure traditis, de quibus per Abb. in c. cū Apoſtolica, de his, quæ fiunt a præla. videlicet, vt primo tra-
1 ctetur, an expediat, vel non, ſecundo interueniat conſenſus capituli, tertio fiat diſpoſitio, vel alienatio pro vtilitate, vel beneficio eccleſiæ vel alia cauſa, quarto interueniat auctoritas ſuperioris. quinto ſubſcriptio, per Abb. in c. j. tua c. de his, quæ fiunt a præla. & c. j eo. & c. nulli de rebus eccleſ. alien. de qua ſubſcriptione idem Abb. dicit in c. j. de his, quæ ꝙ Inno. dat vnā regu-
2 lam, ꝙ nunquam requiratur ſubſcriptio, niſi in caſibus a iure expreſſis, ratio eſt, quia regulariter in qualibet diſpoſitione ſufficit conſenſus, nec requiritur ſcriptura l. pactum. C de pact. gl. in c. j. de cenſibus lib. 6. & ideo venditionem, permutationem, & donationem Prælatus nō poteſt facere: niſi de conſenſu capituli, & ſubſcriptione Canonicorum. Alber. verò in authen. hoc ius porrectum, de ſacroſanct. eccle. tenet, ꝙ ſubſcriptio in alienatione rei eccleſiaſticæ regulariter non ſit neceſſaria: niſi in tribus caſibus prædictis, ſcilicet venditione, permutatione, & donatione, vt d. c. tua, & in caſibus not. per Archid. in c. ſine exceptione. 12. q. ij. & cauſę legitimę alienationis rei Eccleſiaſti-
3 cæ, numerantur quatuor, per Abb in d. c. nulli: prima eſt neceſſitas, ſi debita vrgēt, & eccleſia non poteſt ſatisfacere de fructi-
4 bus. Secunda vtilitas, ſcilicet, vt habeat rem meliorem. d. authē. hoc ius de ſacroſan. eccl. & 10. q. ij. c. hoc ius. Tertia pietas 12. q. ij. aurum, & c. ſacrorum. Quarta, incommoditas, vt quia res ſit magis damnoſa, quàm vtilis eccleſię, cap. terrulas 12. q. ij. & per gl. in ſumma, hodie ex quo prælati iurant non alienare res eccleſiæ ſine conſenſu Papæ, videtur ꝙ Papę auctoritas in alienationibus, & diſpoſitionibus requiratur, de quo iuramēto, quomodo intelligatur, & de multis ſpeciebus dicti iuramenti, vide per Abb. in ca. vt ſuper, de rebus eccleſiæ non alie. vbi Abb. ponit, & diſputat quæſtionem, an poſſit prælatus alienare, ſeu cōcedere conſanguineis rem eccleſiæ, concludēs ibidem: ꝙ prælatus poteſt concedere rem eccleſiæ, etiam ſine vtilitate eccleſiæ, propter priuilegiū quod habet, ſatis eſt enim, ꝙ eccleſia nō deterior etur. Id quod poteſt etiam prælatus in fauorem conſanguineorum facere: pro qua materia, vide etiam Archid. in c. ſine exceptione 12. q. ij. Hodie prouiſum eſt per extrau. Pauli ij. in extrau. com. de rebus eccleſię non alienan. vbi excommunicantur alienantes res eccleſiaſticas, ſiue facientes pactum, per quod ipſarum dominium transferatur, ac omnes cōcedentes, hypothecantes, infeudantes, aut in emphyteuſim dantes, ſiue locantes: niſi in caſibus a iure conceſſis, exceptis fructibus, & bonis, quæ ſeruando ſeruari nō poſſunt, & hodie habemus extrauag. Pauli Quarti, editam temporibus meis, in confirmationem cōſtitutionum Do. Pauli ij. & etiam Papæ Simmachi, cuius vigore fuit reſciſſa locatio dohanarum, pecudū, & paſcuorum vrbis, facta dominis de Saulis, propter quam fuerunt damnificati vltra centum millia ſcuta. Idem dicit glo. in d. cap. nulli, in verſi. immobilium. Ibi, mobilia verò, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, poteſt prælatus alienare inſtar tutoris l. lex quæ. C. de adminiſt. tutor. Abb. verò dicit in dicto capi. nulli, ꝙ mobilia, quæ commodè ſeruari non poſſunt, etiam alienantur ſine ſolennitate, veluti veſtes, quæ quotidiæ magis veteraſcunt. Itē frūctus, & ſimilia, & dicit Ange. in §. & quia parum. in authent. de nuptiis, quod omne illud, quod corrumpitur triennia. com-
5 putātur inter illa: quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, eſt gl. ſing. in l. vnic. C. ſi adūerſ. vſu. & ſic quæ vſu conſumuntur, non ſunt de illis: quæ ſeruando ſeruari poſſunt: pro qua materia vide gl. ſi in c. cæterum de donat. quæ dicit, ꝙ Prælatus poteſt donationem facere de rebus eccleſię, ſi adſit conſuetudo loci: quia cōſuetudo loci dat iuriſdictionem, & liberiorem tribuit adminiſ-
6 trationem. ff. quod vi, aut clam. l. prohibere. §. non tantum. Ita tamen, vt Eccleſia enormiter non grauetur. cap. fraternitatem. §. accepimus, extra de donatio. vbi dicit Ioā. Andr. quem etiam ibi refert Imola, ꝙ ſi in loco, vbi eſt ſita Abbatia, adſit conſuetudo, ꝙ Abb. poſſit dare 20. ſolid. vel cētum, vel rem mobilem, quæ ſuperſit ipſi eccleſiæ, alicui pauperi, vel nobili indigenti, vel puellæ maritandæ: vel ſi ſit conſuetudo, ꝙ Epiſcopus faciat aliquos milites, & eis aliquid donetur, in iſtis caſibus valebit datio, & donatio: ſiue in vita ſit facta, ſiue in morte: & ibi dicit Hoſtiē. ꝙ forte valebit donatio facta in conſuetudinariis, ſi fiat egenti, licèt non nimis, non tamen poterit obligare eccleſiam, & ſic inquit. Imola reſidet Ioan. And. Sed addit, quod per prædicta non habetur plena veritas. Ideo dicit: ꝙ ſi Prelatus vult immobilia donare, vel mobilia pretioſa, nō poterit: ſiue ſit cōſuetudo, ſiue nō, niſi interueniant ſolennitates requiſitę in alienationę rerum eccleſ. At Flor. inquit tenet contrariū: quia tex. loquitur indiſtinctè, & ideo videtur intelligi poſſe de immobilibus, & per hoc dicit, ꝙ licèt non valeat donatio, quæ fiat per prælatum, de bonis immobilibus ſine debita ſolennitate, tamen nō videtur verum: niſi hoc habeat conſuetudo, quia tūc valebit, dum tamen ſit moderata, & idem dicit de mobilibus pretioſis: quia de illis iudicatur idem, ꝙ de immobilib. l. lex quæ tutores. C. de admi. tut. & pro iſta opinione inquit Imola, poſſet adduci ꝙ habetur in ca. terrulas. 12. q. ij. per quem text. videtur, ꝙ hæc opinio poſſit ſatis ſuſtentari, ſi eſſet res modici valoris, tamen tutius eſſet abſtinere propter opiniones vitandas.

De fructibus, & in fructibus eccleſiæ, dicit Hoſtien. in ca. fin. de pecu. cler. ꝙ clericus, vel prælatus poteſt in vita, pro ſuo libito diſponere, & diſtinguit ibidem inter clericum habētem eccleſiam, vel beneficium cum adminiſtratione, vel quia ſi habet cum adminiſtratione, quandiu viuit, & ſanus eſt, æquiparatur vſufructuario, qui facit fructus ſuos, vnde donare poteſt, ſed tamen moderatè, c. cęterū de dona. ꝙ ſi ægrotet, tunc nō eſt amplius vſufructuarius, ſed ęquiparat vſuario, aliquid tn plus hēt, quā vſuarius: quia eleemoſynas facere pōt. ca. ad hęc de teſta.

Si abſque adminiſtratione ſimpliciter, & perſonaliter ſit beneficiatus, habet omnimodam in fructibus poteſtatem, & diſpoſitionē, quia quantū ad fructus ſuos faciendum, æquiparatur vſufructuario, & facit illos ſuos vſque ad obitum, ac de eis etiam teſtari poteſt, c. Requiſiſti. §. illud. de teſta. & ita dicit Hoſtien. ſeruari de conſuetudine, quæ quaſi vbique viget generalis, hanc opinionem ſequitur & approbat glo. in ca. preſenti, in verſi. Reſeruari de off. ordin. in 6. quæ glo. multū inualuit apud omnes, vt dicit Abb. in c. fin. de pecul. cler. verſ. in gl. ij. & idem in c. cum in officiis. de teſtam. ibi, ſed alia opinio multum inualuit de conſuetudine, & illam approbare videtur Rota in antiquis deciſ. 855. incip. cum Camera Apoſtolica, & eadem Rota in antiquis in rubrica de oblig. & ſolutio. Deciſ. 330. incip. nota ꝙ clericus, & ita communiter teneri dicit Butr. in ca. peruenit, de fideiuſſor. Corne. conſ. 314. But. cap. j. de cauſa poſſ. & propr. Imo. cap. fin. de pecul. cler. vbi Calder. Imola. capi. relatum ij. de teſta. & capi. requiſiſti. & capi. quia nos, vbi dicit ꝙ eſt communis opinio, & idem dicit in d. cap. peruenit, Bellon. conſ. 3. num. 2. & dicit Boer. conſ. 48. ꝙ illam glo. ſequuntur omnes ſcribentes. Sed Abb. ſubiicit, illa gloſ. mihi nunquam placuit, quia per Capitulum requiſiſti, quod allegat, & in quo ſe fundat, in nihilo probatur in iure eius intentio, quinimo potius ille text. facit contra, quia in text. ſolum dicitur: quòd relictum clerico non habenti adminiſtrationem, ſed tantum ſimplex beneficium, præſumitur relictum non intuitu eccleſiæ: ſed perſonę, & ſic acquiritur perſonæ, non eccleſiæ, &c. vt ibi per eum, facit optimus tex. in capitu. Epiſcopus. 14. quæſt. j. vbi probatur, ꝙ Canonici, qui ſimplex habere dicuntur beneficium, non habent bona ſui Canonicatus, & eccleſiæ, vti ꝓpria, ſed vti ad diſpenſandum, & prębendę cum procedant de rebus eccleſiæ, non dantur Canonicis ſimpliciter, vt de eis faciant quicquid velint ex redditibus. Sed vt primo neceſſaria percipiant pro ſe, & ſi quid ſupereſt, expendant in vtilitates eccleſiæ, quia inquit Abba. in capitu. relatum. ij. bona prębendarum ſunt Eccleſiæ: quanquā ſint diuiſa per præbendas, vnde per hanc diuiſionem non perdunt bona naturam ſuam, quia bona Eccleſiæ cedunt piis vſibus, non autem, vt Canonicus de eis poſſit teſtari ad libitum. Vnde bona iſtorum ſimpliciter beneficiatorum, ita ſunt, & debent dici res eccleſię, ſicut bona habentis adminiſtrationem: ſunt autem diuiſa per præbendas, vt commodius percipiantur neceſſaria. Etiam in acquiſitis de ſimplicibus beneficiis, ſtatuit Pius Quartus, ꝙ clerici non poſſint diſponere, niſi habeant ad hoc ſpeciale Apoſtolicum priuilegium, vel adſit conſuetudo in loco legitimè præſcripta, vt per breue ſuum Franciſco Odeſcalco ſub die ſexto Martii 1560. Anno Pōtificatus primo. per ea verba, quod beneficia ſimplicia, niſi ex priuilegio Apoſtolico, ſeu ex conſuetudine legitimè pręſcripta &c. Item, & in breui Donato Matthæo Minali theſ. ſub die 30. Iulii eiuſdē anni 1560. fac. gloſſ. in cap. res, quæ 12. quæſt. j. quę dicit, quod ſi clericus emit equum de redditibus eccleſię, eſt eccleſię, non proprius, & redditus poteſt eſſe tam beneficii adminiſtrationem habētis, quàm ſimplicis, ex quo eſt verbum generaliter prolatum, non ſpecialiter, & gñaliter, iccircò dicit intelligi. l. de pretio, de publici. in rem actio. faciunt, quæ leguntur, & notantur 44. diſtin. in principio. vbi dicit gl. ꝙ de rebus eccleſiæ ſufficere debet clerico, ꝙ habeat neceſſaria tantū, & illa neceſſaria arctā-

tur ad

Source : BIU Cujas

tur ad victum,& vestitum,& text.ibidem habet, ꝙ sacerdos viuere debet de altari,non luxuriari.nec ibidē fit distinctio qualitatis beneficii,an habeat administrationē, nec ne, & in terminis dicit Angel.in summa in versi.emptio.versi. vtrum emptum,de aliena.ꝙ si clericus habens pecuniam de præbenda, de illa emat prædium,non poterit illud dare,etiam intuitu pietatis,licèt pecuniam potuisset dare,quia statim prędium sic emptum,fit Ecclesiæ:eandem glo.reprobat Abb. in ca. cum esses. nume.23.idem in cap.cum in officiis,de testam.item in cap. secunda de deci.nec illa gl.placet Archi.in c.statutum.§. assessorem de rescrip.in 6.idem tenet Innoc.in c.indecorum,de ætat. & qualitate.qui dicit indistinctè, ꝙ clericus non debet dispensare res ecclesiæ,nisi in sua necessitate,& illorum qui sibi inseruiunt,& potest donare pro remuneratione seruitii, vbi Innoc. nullam facit differētiam,an bona,& res sint beneficiata simplicis,vel alterius generis.Idem tenet Dominic.de Sancto Gemi. & Fran.in d.c.præsenti,de off.ordin.col. 5.Barba.in tracta.de pstan.Card.j.q.iij.num.80.Idem in ca.requisisti de testam. num. 34.Idem in ca.fi.nu.14.de pecul.cler. vbi Imo. Bertrand.in cōsi.268.ij.volu.Ias.consi. 75. vol.3.

Quia clericus de rebus ecclesiasticis mobilibus, ac fructibus ecclesiæ potest in ægritudine constitutus, si sit compos mentis,dare,& disponere pauperibus,locis religiosis,& his, qui sibi honesta exhibuerint seruitia:etiā si tales fuerint sibi sanguine, vel affinitate coniuncti,c.ad hęc,c.relatum. de testam. & idem potest donare,dum sanus est,ex iusta causa,dummodo moderatè donet,c.certum,de donat.& c.ad Apostolicę: sed dicit Io. de Imo.in d.c.cæterum, secundum Do. Anto. ꝙ si Prælatus velit rem mobilem pretiosam alienare,aut vult facere donationem de redditibus quos facit suos,quod quando sit, notatur per gl. in c præsenti de offi.ordi.lib.6.§. porrò.& tunc potest donationem facere, in quantacunque quantitate voluerit, etiam sine cōsensu capituli,vel superioris,ex quo sunt sui: nec obstat (inquit) ꝙ habetur in c.cum olim ij.de priuileg. quia ibi non loquitur de fructibus;sed de mobilib. acquisitis ecclesiæ, nempe de pecunia:quam episcopus,qui erat religiosus,acquisierat, nā illa cedit episcopatui c.j.18.q.j.ideo nō poterat de illa disponere in quantitate immoderata, sed quādo esset moderata sic,in fructibus autem agitur tunc de præiudicio solius prælati, ideo potest donare in quantacunque vult,cum prælatus de illis possit liberè disponere.Si verò vult donare de redditibus: quos nō facit suos,tunc si vult donare aliquid minimum benemerenti, potest,etiam sine consensu capituli, etiam non subsistente aliqua consuetudine:& quid dicatur minimum,vel non,stabitur determinationi consuetudinis,si de illa apparet, aliàs videtur, ꝙ arbitrio superioris hoc poterit determinari,arg.ca.dę causis, de off.deleg.qui habet considerare quantitatem, seu valorem rei, vide per D.Imo in d. capi. Cæterum quæ dicatur minima, seu modica quantitas.

Si autem vult donare aliquid,quod non sit minimū, non tamen lęderet ecclesia enormiter,& tunc sine consensu capituli non poterit,nisi hoc habeat consuetudo,sed cum consensu capituli hoc posset:si autem vellet immoderatè donare,tunc nō posset etiam cum consensu capituli, etiam si consuetudo hoc haberet,quia talis consuetudo,veluti onerosa ecclesiis, nō valeret; Subdens idem Imola,tamen Floren. hic dicit, ꝙ si prelatus donet rem mobilem, non pretiosam, si moderatè donat, valebit donatio,etiam cessante consuetudine,quòd,inquit,tene menti,tamen propter vitandas opiniones tutius videtur, ꝙ fiat cum consensu capituli,nisi consuetudo aliud haberet, sed inquit Bal.in consi.298.j.volu. ꝙ secundum quosdam prælatus potest donare consanguineis ex generali consuetudine, quam Papa scit,& tolerat arg.l.filius.ff.de donatio.alii dicūt, ꝙ ista cōsuetudo est abusiua,& inualida:per quam Papa dicitur pati, nō facere:alii dicunt,ꝙ causa pietatis,vel meritorum potest vsque ad competentem modum,non enim intelligitur iactari,quod propter benemerita ecclesiæ,vel prelati erogatur:alii dicunt,ꝙ donare nullo modo potest:nisi fortè, quod potuisset nugatoriè expendere,puta in equis,domicellis,& conuiuiis, nam si ab iis abstinuit,vt posset prouidere consanguineis, ecclesia nō est facta pauperior ex tali donatione: De redditibus ergo appropriandis ipsi prælato potest facere,quicquid vult,dum viuit, in morte autem non,not.in c.præsenti.de off.ordi.vt ibi per eum, quia est Dominus,sed hoc Abba.intelligit, si vtatur,fruatur,vel quod idem est,si in vita de illo legitimè disponat,per eum in c. reprehensibilis,de appella.& dicit Abb.in ca.cum in officiis. de testam.quod clericus de bonis intuitu ecclesiæ, vel de facultatibus ecclesiæ acquisitis,non potest testari, vel aliter de ipsis bonis in alios disponere regulariter,nisi ī quatuor casibus: primo si clericus tantundem de suo ecclesię contulerit, quantū vult
8 relinquere,† vel disponere.12.q.ij.si quis quilibet,ca.caus.q.5.c. si episcopus.secundo de rebus mobilib.& modicis si absit consuetudo:tertio potest donare intuitu eleemosynæ, quam clericus potest facere in infirmitate constitutus: quando clericus vult remunerare seruitia honesta recepta, tam a cōsanguineis, quàm ab extraneis.§.licèt.dicto capitu.relatum,& per eundem Abb in c.relatum.ij.versi.nota in verbo vbi dicit,ꝙ clericus in ægritudine, de qua postmodum decessit, potest aliqua mobilia ecclesiæ, conferre religiosis locis, & pauperibus item his, qui sibi seruiunt,siue consanguinei sint,siue extranei, secundū seruitii meritum:ex quibus verbis infertur,ꝙ in pauperibus, & locis religiosis,sufficit ad erogationē faciendam sola charitas, sed in aliis qui non sunt pauperes, vel non sunt loca religiosa, requiritur quod præcedat aliquod seruitium. Et ex hoc infero secundo,ꝙ consanguineo diuiti qui non seruiuit ecclesiæ, vel prælato,non potest prelatus aliquid conferre,etiam de mobili-
9 bus ecclesię,† & pondera ibi verbum aliquid, quod denotat quandam moderationem,non enim debet omnia mobilia ecclesię dispensare in ægritudine,quia dicit Specu.in titu.de statu.monach.versicu. 57.quæritur.ꝙ episcopus,& presbyter,non tamen religiosus, de fructibus ecclesiæ suæ,& mobilibus sibi ratione ecclesię acquisitis,poterit seruitoribus mercedes relinquere, & donare, & remunerare: l.iubemus.C.de sacrosanct. eccle.cum tamen non fiat in fraudem, prout quidam faciunt,
10 legantes nepotibus,† & consanguineis suis maximas,& diuersas pecuniæ quantitates sub nomine remunerationis receptorū ab illis seruitiorum contra iura,vt 65.distin. non satis. prope princip.melius est quod dicit Did. Couarruuias in capitu. cum in offi.de testa.ver.& his:quod per text.in capi. ad hæc de testa. probatur, videlicet ꝙ clericus in ęgritudine constitutus, causa donationis inter viuos,potest redditus ecclesię in piam erogare causam,modo in donatione moderamine vtatur, si ex ea ægritudine decedat, sed si in bona existens valetudine, velit in pios vsus erogare aliquid de bonis mobilibus,id agere poterit liberè nulla prefinita quantitate:id quod probatur etiam in capi.quia Ioannes,iuncta gl.12.q.5.notat. Abb. & maximè per finalia verba, Anchar.Imol.Barba.in d.capi.ad hęc,vnde oportet a viuente fieri traditionem horum bonorum,quæ sic donātur Barb.in dicto loco ij.col.& isti sunt modi,vel casus per Abba.enumerati,in quib. videtur licita,& permissa clerico dispo-
11 sitio in fructibus,† & reb. ecclesię,nec vltra hos, alios enumerat. nec in eis iura allegata distinguunt magis in fructibus, ac rebus ecclesiæ habentis administrationem, quàm simplex beneficium:quia inquit Abb.in capit.cum esses, in repetiti. de testam.col.8.ante numerum 22. quod indistinctè quilibet clericus,quęcunque acquirit de bonis ecclesiæ, debet conferre ecclesię,aliàs punitur,per text.in cap.primo 12.q.iij.& in hac materia est in terminis (inquit) tex.§.fin.cum capit.seq. 12.q.j.vbi expressè habetur de clerico non habente administrationem, & dicitur ibi,ꝙ præbenda pro necessitatibus datur canonico, & si quid deductis necessitatibus supereſt, illud in communes vsus ecclesiæ expendat,eundem tex.allegat idem Abb. in capi. fin.de pecul.cler.in confutatione dictæ glo.& similis tex. habetur,vt diximus,in §.his ita respondetur.ca.episcopus 14.q.j. vbi habetur expressum,ꝙ canonicus non vtitur rebus ecclesiæ tāquam rebus suis:sed tanquam ad dispensandum sibi creditis,& commissis:quia ipse in rebus ecclesiæ est procurator, pro hac parte est tex.in cap.videntes.12.q.j.vbi habetur,quod ideo fuit ordinatum,quod bona, quæ offerebantur ecclesię per Christi fideles ad fidem confluentes,reseruarētur ecclesię, & non amplius venderentur,prout a principio fiebat: vt ex sumptib. eorum necessaria tribuerentur egentibus, & communem vitam ducentibus:quia non est vera secundum Abb.in d.capitu. cum esses,in repeti.eadem col.octaua,& nona, & per eundem in rubrica de pecul.cler.in fi.eorum opinio,qui dicūt, ꝙ clericus siue prælatus faciat fructus beneficii suos,nisi ad hoc,vt de illis sibi prouideat primo,& de superfluis deducta sua prouisione, dispensęt in vsus pios,non vt de illis possit vel testari,vel pro libito suæ voluntatis facere:quia est de hoc bonus tex.in ca.si quos
12 deseruis 12.q.j.vbi donatio facta de fructibus reuocatur,† & ꝑ non facta habetur:& per eundem Abba.in ca.cęterum, de donatio.versicu.sed dubium,vbi dicit,ꝙ clericus de redditib. ecclesiæ potest dare illos redditus,& fructus,quos facit suos puta quales sunt quotidianę distributiones, & huiusmodi, vt habetur in cap.vnico.de cler.nō resid.in 6.item de fructib.beneficii illam partem,quę est sibi pro necessitatibus suis, & suorum ex canonis dispositione assignata: sed illam clericum facere suam
13 tamen intelligit Abb.si in vsum,& alimoniā suā cōuertat,† vt per eundem in capitu.reprehensibilis,extra de appella. & dico infra in seq.quæstione,fac.tex.in ca.iudicatum.89.distin. vbi dicitur,ꝙ episcopatus est patrimoniū episcopi,& debet intelligi quantum ad dispensationem,quia clerici sunt dispensatores,& habent potestatem dispensandi res ecclesiæ:& ꝑ prędicta,ac per alia,q̄ ibi adducit Abb.nulla est differentia inter habentē administrationē,& nō habentē:innuēs, qđ tam sunt ecclesiæ bona ex simplici beneficio prouēta:quā ex beneficio administratio nis acquisita,quia talis distinctio iure non probatur. Id qđ sentit Cardi.Zabarella in c.fi.de pecul.cler.col.fi.circa finem, ꝑ illa verba,scđo casu,licèt vt p̄dixi, quidam distinguant inter bñficia simplicia,vel non simplicia.Itē alii distinguāt inter clericos

Source : BIU Cujas

ſeculares,& regulares: tamen tales diſtinctiones iure non probantur,& per illa verba paulo inferius ſecundo caſu indiſtinctè poteſt,etiam donando,quia Dominus eſt fructuū, & æquū eſſet ſtatuere, ꝙ de omnibus fructibus &c. per quæ concludit, Abb.id,quod etiā videtur tenere Zabarella, quòd clericus,vel prælatus non habet in fructibus, ac prouentibus eccleſiæ, niſi victum pro ſe,& ſuis:& illo deducto, ius in eccleſia, & in pauperes illos fructus canonicè diſpenſandi:& iura dicentia,quod clericus facit fructus ſuos,ac quod in illis acquirit dominium, loqui,& intelligi in illam partem fructuum,quę ſibi pro neceſſitatibus eſt aſſignata,quę eſt omnino ſua, quia clerico omnino debetur,licèt aliunde habeat victum, alimenta, vel ſuſtentationem,per Didacum Couarruuias in capitu. cum in officiis
14 de teſtam.verſi.tertio.vbi dicit, † ꝙ clericus habēs beneficium eccleſiaſticum,poteſt libere diſponere de illis redditibus, qui ſunt neceſſarii ad eius honeſtum ſumptum, inſpecta cuiuſque qualitate,ſi eos præcipuos is habeat,qui aliunde victum, & neceſſaria ſibi miniſtrauit,hæc etenim pars bonorum eccleſiaſticorum miniſtris eccleſiæ,per canones antiquos conſtituitur c. eccleſias 13.q.j.text.& ibi Abb.in cap.de his,de eccleſ. ædifica. vel repar.S.Thom.ſecunda ſecundæ q.185.arti.7.reſpond.ad ij. quod intelligit Abb.ſi vtatur vt dico ſupra, & hoc intellige de quocunque beneficio eccleſiaſtico nulla habita diſtinctione ſimplicis,curati,vel habentis,aut non habentis adminiſtrationem. Super qua materia vide,quæ dicit Gemin. in capitu. præſenti de officio ordin.ſuper illa glo.vbi dicit,ꝙ quidam intelligūt glo.illam,vt loquatur de ſimplici beneficio, vt quilibet habens beneficium ſimplex teſtari poſſit,quod dicunt falſum, & contra tex.in c.relatum,quod loquitur in canonico, & ſic conſequenter in habenti ſimplex beneficiū,qui tamen non poteſt teſtari,atque hoc (inquit) etiam ego fateor.At glo.rectè intellecta eſt veriſſima,& id non dixit,ſed bene dixit, quod ad hoc, vt beneficiatus poſſit teſtari,tria requiruntur: Primū quod nō habeat adminiſtrationem: Secundum ꝙ beneficium ſit ſimplex:Tertium quod illud obueniat ſibi perſonaliter tantum,& conſequenter tales fructus conceſſi ratione ſtipendii perſonalis:quibus concurrentibus poterit diſponere,& teſtari,& aliàs, vt ibi per eum:quia ſic intelligendo bene procedit id, quod dicit glo.& ea,quę dicuntur per Abb.qui intelligit,quod gloſ.loquatur in ſimplici beneficio tantum, non autem in fructibus, qui obueniunt ratione ſeruitii perſonalis, quia diſtributiones quotidianæ,& alia huiuſmodi,quæ dantur,& diſtribuūtur clericis ratione laboris,& exercitij perſonalis, acquiruntur clericis,quo ad liberam eorum diſpoſitionem, per Didacū Couarruuias in dicto capitu.cum in officiis, de teſtamen. numero 4. text.in capitu vnico de cler.non reſiden.in 6.

Id,quod etiam procedit in commendatario, ſecundum Nicol.de Vbal.in tracta.de ſucceſſ.cler. ab inteſta. verſic. ſecundo quæro,vbi propoſita quæſtione: An fructus commēdatarij reſeruentur futuro ſucceſſori,an verò commēdatarius faciat eos ſuos,ita ꝙ veniant poſt mortem commendatarii ad eius hæredes,dicit,ꝙ Lud.Pontan.in conſi.352.incip.omnipotentis Dei poſtulato ſuffragio,in caſu ꝓpoſitæ conſultationis, diſtinguit, ꝙ aut commenda eſt facta ad vtilitatem eccleſiæ, & tunc fructus reſeruantur ſucceſſori, quia in tali caſu commendatarius
18 non facit illos ſuos 61.diſt.quoniam feſtus,ſed bene verum eſt, ꝙ ex redditibuus tantum poteſt detrahere,quātum ſibi,ac ſuorum victui ſufficiat,12.quæſt.2.charitatem.cap. vnico de clerico ægrotante.§. primo libro 6.de quo nihil mirum, quia commenda in tali caſu,nihil aliud eſt, quam depoſitum, quod poteſt ad libitum deponentis reuocari,etiam ſi dictum fuiſſet, ꝙ depoſitum vſq; ad obitum depoſitarii duraret.l.prima.j.§.ſi depoſuero.ff.depoſit.c.j.extra eod.Et tali caſu poteſt commendatarius ad libitum remoueri.Et beneficium commendatum,tāquam vacans conferri,per Lud.Gomes.reg. de publican. reſig. q.4.vbi vide,eo ꝙ commenda fit duobus modis, & quādo cōmendatarius æquiparatur titulari, aut commēda fit non in fauorem,vel vtilitatem eccleſiæ,ſed commendatarii tantum, & eo caſu commendatarius facit fructus ſuos, & eos lucri facit, inſtar depoſitarii,ad cuius gratiam factum eſt depoſitum, quoniam illos redditus ex re depoſita perceptos, ſibi depoſitarius acquirit,& lucratur ſemper niſi eos percipiat poſt moram,quia perceptos poſt moram, & a die moræ debet reſtituere deponēti,cuius fuit res depoſita l.dies ſpoliorum.§.pecuniam.ff.depoſ. & ita debet (inquit) intelligi glo.in ca.nemo deinceps, de electio.in 6.ſed inquit idem D.Nico.quicquid ipſe D. Pontan. dicat,mihi videtur,ꝙ non ſit magis priuilegiatus, commendatarius in aliqua commenda, quam intitulatus in aliqua eccleſia, vel beneficio,qui vt ſupra dicit,in morte potius cenſetur vſuarius,quam Dominus &c.Et Card. Zabarella in præallegato loco colum.antepen.declarando materiam dicit, ꝙ multis mo-
15 dis quid poteſt dici ſuum,& proprium: † ſed ſecūdo modo poteſt dici proprium id de quo quis habet liberam diſpenſationē, tamen ſi malè diſpenſet poteſt puniri, non tamen reuocabitur diſpenſatio, & hoc modo dico (inquit) habere clericos proprietatem in fructibus beneficiorum, & ſic loquuntur omnia iura,quæ dicūt clericos debere eſſe contentos victu, & veſtitu: ſi enim extra modos licitos diſpenſant, peccant, vt in allegatis iuribus per eum,& poſſunt puniri,adeo, ꝙ quādoque poſſunt ab eccleſia remoueri:ſubiungit idem, quin ſi clericus diſtraxit fructus beneficii,& donauit pecuniam amico, non valet dona
16 tio,nec id quod acquiret † ille ex illa pecunia,ſed erit eccleſiæ. Idem dicit in c.peruenit,de fideiuſ. idem dicit gl.ſi.cap.ſi.in ſi. 12 q.j.glo.& Archid.c.ſi.quinta.q.iij.ſubiungens Zabarel.d cap. ſi.de pecul.cler.licèt autem ſecundum prædicta teneat diſpenſatio qualitercunq; facta per clericum in vita, ſecus videtur in vltima voluntate,per quæ verba videtur innuere, quod poteſt clericus qualitercunque diſpenſare fructus ſuæ eccleſię, & idē circa finem,per illa verba,dic ergo,ꝙ aut loquimur in adminiſtrationibus,quæ non ſunt propriè beneficia, aut in illis, quæ ſunt beneficia,vel in beneficiis ſimplicibus. primo caſu exemplum poni poteſt in hoſpitalibus,quæ nō ſunt beneficia. clem.
17 per literas de prēben.& clem.quia contingit,de religio.dom.& inſtitutus in talibus non facit fructus ſuos. ſecundo caſu, licèt quidam diſtinguant inter ſimplicia beneficia, & nō ſimplicia, & inter clericos regulares,vel ſeculares, tamen hæc diſtinctio iure non probatur. Vel quæritur, an beneficiatus faciat fructus ſuos,ita ꝙ libere diſponere poſſit, ſicut Dominus, adeo quod, etiam ſi malè diſpenſet,non poſſit puniri,& dic, ꝙ non poteſt, vt c.ſecundo de pecul.cler.aut an faciat ſuos in tantum, quod poſſit ſibi conſeruare, vel ex eis aliquid acquirere, quod ſuum ſit,& adhuc idem,quod non poteſt capi.tertio eo.aut an faciat ſuos,adeo quod de eis poſſit diſponere,ita ꝙ nō reuocetur, qđ fecerit.& hoc,aut in vltima voluntate, aut inter viuos, & primo caſu non poteſt capit.ad hæc cap.relatum. de teſtamen. ſecundo caſu indiſtinctè poteſt,etiam donando, quia Dominus eſt fructuum capit.vnico de cler.non reſid.in 6.& ęquum eſſet ſtatuere quod de omnibus fructibus,idem dicit Imola ibidem per eadem verba. Subdens idem Zabarella, item eſſet ęquum, ꝙ clericus poſſet libere diſponere in vita,& in morte de omnibus acquiſitis eccleſiæ mobilibus,ſiue immobilibus, & hoc, ſi ſint acquiſita tēpore ſuo,niſi conſtaret manifeſte, quod eſſent acquiſita intuitu eccleſiæ,per hoc enim clerici eſſent prōptiores ad bene agendum, & bene acquirendum, & multi magni viri,qui abſtinent a clericatu,non abſtinerent, nec facerēt clerici fraudes,quas faciunt,in faciendo cantare inſtrumenta emptionum,& aliorum contractuum in alterius perſona, prout quotidie faciunt:& ibidem paulo ante, valde abſurdum eſt ita reſtringere poteſtatem clericorum, vt videātur nudi miniſtri, nam per hoc ſurgerent lites, & multi retraherentur a beneficiis,& a clero,ſi putarent non poſſe aliquid in amicos, vel propinquos ex fructibus beneficii erogare:qui tamē aliàs ſunt vtiles beneficiis,& beneficia magnificant,& ita inquit ſeruat: vnde etiam in foto conſcientiæ videtur beneficiatus tuto poſſe largiri de fructibus beneficii,dummodo per hoc non omittat hoſpitalitatem,eleemoſynas cōdecentes,& alia, ad quæ de iure tenetur:Domi.verò Flor.ſecundum ꝙ refert Ioan.de Imol. in c.ſi.de pecul.cler.tenet indiſtinctę, ꝙ clericus ſit Dominus fructuum beneficii perceptorum, & ꝙ de illis poſſit quoquo
18 modo,& ꝓ quātacunq; quātitate in vita diſponere libere, † & ſine aliqua difficultate,vt p eundē Imo.d.loco col.antepenult.

Et ex prædictis habes tres principales opiniones:vnam,quæ multum reſtringit,poteſtatem clericorum circa fructus beneficii;quæ fuit opinio Inno.c. Indecorum de ætate & qualitate. Archi.in c.ſtatutum.§.aſſeſſorem præallegato.Ioan. Cald. capi. ſi.de pecul.cler.Abb.in c.cum eſſes,in repet. & aliis locis ſupra adductis,& quam etiam de iure ſequitur Do.Anto.c.ſi. iij. cauſa.de cauſa poſſeſſ.& proprie:Secunda opinio principalis eſt D. Flo.de qua vltimo dixit; quæ dat magnam,& largam poteſtatē clericis circa fructus, & redditus beneficiorum: qui voluit, ꝙ clericus beneficiatus nō diſtinguendo, an habeat adminiſtrationem,vel nō,faciat fructus ſuos,& de illis habeat in vita plenam adminiſtrationem,& poteſtatem, adeo ꝙ poſſit etiam alteri donare,ſi velit:& non reuocetur donatio.

Tertia opi.Hoſti.in c.ſi.de pecul.cler.& glā in ca. præſenti de off.ordi.quæ mediam viam eligendo,diſtinguit inter clericum ſimpliciter,& perſonaliter bñficiatum,& habentē adminiſtrationē:quia in primo caſu eſt Dñs fructuum beneficii, & de illis habet plenā diſpoſitionē in vita, & in morte: ſecundo caſu in vita dicitur facere fructus ſuos,& poteſt de eis diſponere, ēt donando aliquid de eis,dummodo moderate hoc faciat: & in hac materia ſtantib.iſtis opinionib.reſoluit Io.de Imo.in d.c.ſi. de pecul.clericorum,& opin.Inno. Abb. Archid. & ſequentiū ſit vera de iure,& ꝙ clericus poſſet moderate aliqd donare de fructib.ſaltim ſi adeſſet conſuetudo; & ꝙ dicitur, ꝙ dicit Hoſt. ꝙ ſeruatur de conſuetudine,& vbiq; obtinet conſuetudo, vī, ꝙ conſuetudo illa poſſit tolerari, per illud ꝙ habetur in c.ſi ꝓpter tua debita de reſcrip.in 6.& in extrauag.Io.XXII.ſuſcepti. ꝙ fructus beneficii vltimi anni,in quo clericus decedit,ēt ſi nōdum ſint percepti,ſpectant ad hæredem ipſius clerici: vnde vī

ꝙ valeat

Source : BIU Cujas

ꝙ valeat cõsuetudo,ꝙ clericus personaliter, & simpliciter beneficiatus,faciat fructus suos:si verò habeat administrationem, ꝙ non possit donare magna quantitate alteri,sed moderate:id, quod inquit Imol.puto verius de iure.

Et ī hac materia pro declaratione veritatis, est meo iudicio bonum subdistinguere, inter qualitates fructuum, reddituum, & prouentuum,qui percipiuntur ab ecclesia, & inter eos qui percipiuntur occasione ecclesię: quia iudico, ꝙ de omnib. indistinctè non sit habenda eadem ratio: vt videlicet aliqui fructus sunt,qui obueniunt beneficiato regulariter ratione tituli tantum,non ratione alicuius,vel residentię,vel seruitii,vel personalis interessentię,vel sit beneficium habens,vel non habēs administrationem,quia nihil refert,per Abb.in rep.capit. cum esses,de testamen. & c.fin.de pecul.cler. puta redditus, qui veniunt ex prędiis,domibus,censibus,terris,locis,aut aliàs ex reb. ecclesiæ,quia ei debētur ex eo, quia est in beneficio institutus, aut ītitulatus:& de istis est satis dictum supra,vbi deduxi, ꝙ sūt tres opiniones,vna Innocen.& sequac.alia Floren.alia Hostiē. quæ mediam viam elegit &c.pro qua est decis.rotę 855. in antiquis.incip.cum camera Apostolica. Item alia decis. eiusdem rotę decis.37.in vltimis incip.pariter cum camera Apostolica. fac.pro ea vsus communis,& communis consuetudo, quæ illa approbat,vt per Abb. capit. peruenit, de fideiusso.numero 12. circa finem.& per eundem in capit.reprehensibilis. de appella. in additio.numero 20.vbi dicit, esse consuetudinem generalē apud omnes,ꝙ personaliter beneficiati faciunt fructus suos.Et per eundem in capitu.nouum genus.iij.col.in fin.extra de decimis.ꝙ vtrum canonici,& sic personaliter beneficiati,faciāt fructus suos,nec ne, standum est (inquit) consuetudini.

Alii verò fructus sunt,qui obueniunt beneficiato,non ratione tituli tantum,neque ex eo, quia est in beneficio institutus tantum,vel intitulatus:sed quia in ecclesia,in diuinis horis, & laudibus Dei deseruit,veluti sunt illi fructus,vel prouentus,qui debentur tantum seruienti,& qui non seruit, illos nō percipit: *veluti* sunt distributiones quotidianæ,quæ dantur pro seruitio in diuinis personaliter impenso,& huiusmodi:de quibus habetur capitu.vnico de cler.non resid.in 6.& in c.licèt.de præben.

Alii demum fructus sunt,qui non debētur habenti titulum, nec deseruiēti in ecclesia in diuinis, sed quia sunt tertio auctoritate Apostolica,vel alia,ex fructib.vel emolumentis alicuius ecclesiæ canonicè reseruati,ex aliqua cā,vel arbitrio superioris regulariter,vel concessi,prout sunt fructus ī aliqua ecclesia alicui specialiter reseruati,& prout sunt fructus pensionum,& pēsiones,quæ non debentur nec ratione tituli,nec seruitii,sed sola Papæ, aut alterius superioris ordinatione, aut concessione obligantes in id,habentem beneficium,siue ecclesiam,de quibus habetur per Caccialup.Gig.Paulum de Roma.in eorū tracta.de pensio.in principio,& per totum : Et de his duobus videtur res aliter sese habere,quia in huiusmodi multo maiorē potestatem clericus,vel prælatus habere videtur: & primo videntur vera esse,quæ diximus supra de distributionibus quotidianis, videlicet quòd acquiruntur etiam ratione Dominii recipiēti,& canonicus,siue clericus,facit illas suas adeo, quòd pro libito suæ voluntatis potest de illis receptis disponere.d.capit. vnico de cler.non resid.quia distributiones quotidianę,dantur pro labore impenso,& in multis locis,vt diximus supra, dātur in pane,vino,& huiusmodi,nec augent corpus præbendę, seu beneficii fructus, nec inter fructus beneficii numerantur, nec veniunt appellatione fructuum beneficii, per probū qui multos enumerat in cap.primo col.fin.de cler.resid. est decis. rotę decis.Achil.incip.pensionem titu.de pensio. in manuscript. & dicit summa Tabiena in versicn. restitutio.§.19.ꝙ de bonis sibi deputatis,& de distributionibus simplicis beneficii non habētis administrationem idem est iudicium, quod de bonis propriis,pro quo etiam pondera,ꝙ aliud esset in distributionibus beneficii curati,dignitatis,& administrationem habētis, aliud in simplicibus distributionibus,quæ debentur propter operam personæ,argumen.l.j.secundo respon.ff.si mens.Fal.mod.dixit. ff.pro Soc.l.si duobus.§.si in coeunda,& in capitu. licèt vobis, de prębend.optimus text.in extrauag. communi postulasti. de præben.vbi distributiones,quæ dantur illis,qui horis intersunt diuinis,sunt exclusæ ab impositione collectę fructuum primi anni,& si impetratur beneficium certi valoris, distributiones non sunt computandę in valorem fructuum, quia illę dantur
4 ratione certi ministerii, † puta clericis interessentibus diuinis, & non sunt de corpore beneficii, nec sub illo comprehendūtur prout legitur & notatur in capitu.licèt de prębен. & per Ioan.And.in capitu.vnico.de cler.non resid.in 6. in nouella, & per eundem in additione ad speculator.titulo de concess. præbend.§.in illis,fac.capi.fin.de concess.prębend.§.in illis verò.in 6.vbi distributiones quotidianæ sunt aliud, quā illud, quod datur ratione prębędę,Rota decis.134.in nouis. Eadem Rota decisio.406.in antiquis est decisio.Boeri.decisio 340.incip.Christi benedicti.vbi condemnatus restituere fructus, non restituit distriburiones quotidianas distributas ꝑ interessentia in diuinis horis.sequitur Nicol.de Vbal.in suo tracta.de succes.cler.ab intesta.§.sexto quęro.vbi multa adducit in contrarium, sed id dicit facere disputationis gratia,de quibus clericus videt posse ad libitum donare,disponere,dispensare, & contractare, cum ei obueniant in præmium & solutionem laboris, & ministerii sui personalis,vt per Didac.Couaruuias capit.cum in officiis de testa.§.tertio ex eadem & §.quinto ex principali quia licite clericus potest locare operas suas,quamuis spirituales, ac etiā eas vendere per Innocen.capi.quoniam ne prælat.vic.suas.

Subdens idem de Vbalbis ibidem,ver.quæro primo, de fructibus prębendę:si præbenda non est distincta,vel separata: sed canonicatui, aut beneficio annexa; dicendum esse ꝙ vadunt ad successorem:si verò est distincta,aut separata, sine dubio in locum defuncti alius est ordinandus,ex notat.in ca. dilecto. de prębен.in capi.cum M.de constitu.tamen dicendum est, ꝙ dicti fructus prouenientes,etiam ex præbenda distincta, reseruētur capitulo:nec est verum, ꝙ canonicus propriè habeat successorem,nisi tantum,quoad corpus antiquę prębędę, ad hoc glo.& quod ibi no.in cap.ꝙ sicut.de electio.quapropter de fructibus præbendę,idem est censendum quod de fructib. beneficii,nec prębendę in hoc aliquid habere videntur commune cum distributionibus:in quibus præbendatus non videtur habere tantum iuris,quantum in distributionibus, vt per dictum D.de Vbal.vers.6.quæro ibi, & multo magis de quotidianis distributionibus,in quibus prębędatus habet maius ius, &c. de quibus clericus potest disponere,sicut mercenarius, & rusticus de lucro operis diurni:quia canonicus, habēs præbendam distinctam non potest de illis fructibus,nec testari,nec disponere, ex quo dicitur habere administrationem,per Innocent. in capitu. nouum genus de decimis,& est casus in ca. relatum de testam. secus si prębendæ non sint distinctæ,sed quia omnia veniunt in communi,& postea distribuuntur,singulariter tantū pro quolibet,quia de istis bene potest disponere & testari. Idem videtur dicendum de eis, qui habent capellanias in ecclesiis ad nutum amouibiles, quæ non dantur eis in titulum, sed datur eis
5 certum stipendium in anno in pecunia, de tali stipendio possunt disponere:quia datur eis intuitu personę, & pro labore. Si verò distributiones quotidianę sint quæ nō dentur, vel soluantur illis qui horis intersunt,sed & illis qui sunt præsentes in ciuitate vel loco,licet non interfint horis, crederem ꝙ istę nō sunt naturę & qualitatis,prout sunt quæ dantur pro seruitio,qa videntur valde ab istis differre,quia illę sunt exemptę a b impositione collecte,istæ verò non,per extrauag.postulasti. & extrauag.cum nonnulle.de prębен.extra.com. vbi etiam vide de capellantiis quæ sunt institutę ꝑ Missis pro anima decedentium celebrandis, quæ gaudent priuilegio distributionū,si nō excedant summam 20.librarum: vnde intellige hic de distributionibus quotidianis propriis,& propriè sumptis, quæ actu distribuuntur,de quibus,per glo.in extrauag.suscepti.ne sed. Vacan. in glo.priuilegio.inquit enim, distributiones enim propriè dicuntur quæ actu distribuuntur,ita intelligit Deci.consi. 280. in casu proposito,vbi tenet,quod distributiones quotidianę sunt, quę ipso actu distribuuntur, & quod ab actu distribuendi sunt denominatę,per not.per Domi.capit.primo de cler.non resid. in 6.vbi dicit,quod in talib. distributionibus quotidianis, plus habent iuris clerici,quàm in aliis fructibus,& bonis ecclesiæ, qa in illis consequuntur dominium, & de illis possunt testari, de quo latè per Didac. Couarruuias.varia.resolut.lib.iij.capitu. 13. per Paris.cons.33.lib. 4. & consil. 32.optimè Boe.Decis.340. ad fi.vbi dicit quod distributiones pro interessentia in diuinis horis sunt priuilegiatę ab aliis distributionibus : & in materia distributionum quotidianarum,an clericus possit de illis testari, videtur ꝙ varię sint opiniones doct. secundum Iul.Clar.lib.iij. §.testamētum.versicu.quinto dixi. & ꝙ distributiones efficiātur clericorum proprię,tenet Guliel.de Monte Laud. & hanc esse communem affirmat Paris.consi.33.num.8.lib.4.& hęc in via iudicii obtinet, licèt enim videantur acquisitæ intuitu ecclesiæ,tamen principaliter dant intuitu personę propter diurnam operam,merito clerici eas faciunt proprias,& de eis ad libitum possunt disponere,& ita obseruatur in practica,maximè in exactis,secundum Iul.Clar.lib.3.& testamentum.d.loco.

Idem venit dicendū,etiam de pensionib.ac pensionum fru-
6 ctibus, † de quibus clericus,vel pensionarius videtur posse pro libito disponere,adeò ꝙ pensiones decursas, & nō exactas per pensionarium,eius hęredes exigere,& recuperare possunt, qa pēsio nō est ecclesiasticū beneficiū propriè,sed est aliqđ ꝑpha-
7 nū, † in mera tēporalitate cōsistens,vt ꝑ Fel.& alios doctor.in c.ad audiētiā.ij. de rescrip.& in Clem.j.vbi Card.Imo.& alii.de
8 supplen.negli.pręla.intelligēdo,nō de pēsione,q̄ consueuit assignari pro bñficio ecclesiastico,q̄ reputat vt bñficiū ecclesiasticū:sed de pensione q̄ est certa portio ex aliqua mēsa, vel bñficio,ex cā, ad tps, non perpetuo separata,per Lauren.in clem. præallegata,& Gig.in princi.sui tractatus de pensio. qtalis sunt hodie regulariter pensiones, quæ ēt laico assignari possunt, vt
9 per doctor.† in c.quamuis,vbi Archi.& Fran.ij.not. de præben.

Source : BIU Cujas

in 6. per Imol. dicta clemen. pri. col. 6. ver. quærit Gulielmus. de rebus eccleſi. non alien. Bald. & poſt eum Fel. in dicto capitu. ad audientiam. Item quia pẽſionarius videtur ęquiparari vſufructuario, quia penſio extinguitur morte, ſicut vſufructus morte vſufructuarii. §. finitur autem. inſtit. de vſufruct. & vſufructuarius facit fructus ſuos, adeò quòd illos etiam tranſmittit ad hæredes, per text. in l. defuncta. ff. de vſufruct. per Ioan. de Imo. in in clemẽ prima. §. primo. colum. 3. de ſupplen. negli. pręla. Gig. in tracta. penſio. quæſtio. prima, num. 2. quæſtio. 25. num. 4. Pau. de Roma in tracta. penſio. q. 8. & Gig. quæſt. 52. Item quia penſio aſſignatur penſionario, vt commodius ſuſtentari valeat: & ſic
10 videtur aſſignari in cauſam alimentorum, vt per Gig. in tracta. de penſio. q. 51. num. 12. per Rom. conſi. 388. incip. in caſu propoſiti thematis. Et ille, qui habet legatum pro alimentis, taliter ius habet in eo, quod decedens tranſmittit ius exigẽdi præterita alimenta non ſoluta ad ſuos hæredes. l. vti frui. §. fin. ff. ſi vſu-
11 fru. pet. l. fructus, in fin. cum l. ſeq. ff. de rei vendica. l. cum vſufructum. §. fin. & l. quęſitum l. defuncta. ff. de vſufr. faciunt adducta
12 per Alex. conſi. 4. in fin. incip. perſpectis his. tertio vol. per Gig. in ſuo tracta. penſio. q. 52. Accedit ad prædicta, ꝙ in iſta opinione inclinant domini de Rota, ſicut poſt meum in vrbem reditum, inueni concluſum in vna Turritana penſionis. 31. Ianuarii 1567. corã R. P. de Gratis Rotæ Auditore & Domino meo, in hæc verba concluſionis, videlicet, ſtrictè ad dubium, ſeclusis conſtitutionib. & Bullis Pauli iij. & Iulii iij. ac etiam vſu cameræ, fuit concluſum ꝙ penſiones decurſæ, & non ſolutæ, non computentur inter ſpolia, ſed magis tranſeant ad hęredes, quia penſio non eſt beneficium eccleſiaſticum, ſed conſiſtit in mera temporalitate, ca. quamuis, vbi doctor de pręben. 6. Fel. ca. ad audientiam. i. j. cõl. de reſcrip. &c. vt in d. concluſione.

Sed in contrarium vidi breue Pauli iij. ſub dat. Romæ apud ſanctum Petrum Die iij. Martii 1544. Anno deci. cuius tenor ſequit videlicet. Venerabili fratri Hiero. Epiſcopo Caſtrẽ. Pręlato domeſtico, & dilecto filio Tyberio Palello phyſico noſtris.

Venerabilis frater & dilectè fili ſalutem &c. Cum ſicut accepimus venerabilis frater Saluator Alleputius Archiepiſcopus Turritan. bonę me. Franciſci olim Archiepiſcopi Turritan. & Epiſcopi Aretin. in ſumma octingentorum ducat. auri de Camera, ratione annuæ penſionis eidem Franciſco Archiepiſcopo, & Epiſcopo ſuper fructibus menſæ Archiepiſcopalis Turriran. Apoſtolica auctoritate reſeruatę, debitor remanſerit, & dicta ſumma octingentorum ducatis, tanquam eiuſdem franciſci Archiepiſcopi, & Epiſcopi ſpolia, ad cameram noſtram Apoſtolicam deuoluta ſit, & ad ipſam camerã pertineat. Nos ſingularibus meritis, & antiquis, & recẽtibus ſeruitiis erga nos 13
veſtris attentis, ſummam octingentorum ducatorũ prædictã, vobis æquis portionibus inter vos diuidendã, auctoritate Apoſtolica gratioſè donamus, & liberaliter elargimur per præſentes: mandantes dilecto filio curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicę generali Auditori, vt ſummam prædictam vobis, per ipsũ Saluatorem Archiepiſcopum, iuxta tenorem præſentium tradi, & conſignari faciat, eum per cenſuras eccleſiaſticas, & alia opportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita ad id cogendo, & compellendo inuocato etiam ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis, non obſtan. conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcunque: ſeu ſi eidem Saluatori Archiepiſcopo ab Apoſtolica ſit ſede indultũ quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſit, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbũ de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum &c. die iij. Martii 1544. Anno decimo.

Per quod breue videtur declarari penſiones, & penſionum terminos eſſe ſpolia, ac venire appellatione ſpoliorum, & illas, vel illos, vti ſpolia per collectorem colligi, tanquam ad Cameram Apoſtolicam ſpectantia. Vnde tenore talis declarationis, ſeu breuis attento, & attento, ꝙ Deciſio Rotæ eſt facta, dicto breui, & vſu cameræ ſecluſis, & attento, ꝙ Pius quartus in breui Mattheo Minali Theſaurario declarat fructus redditus, & prouentus eccleſiarum ſpolia colligi, & non ſolum fructus, ſed & omnia, quæ ex fructib. empta, reædificata, refecta, reſtaurata, ſeu quæ ex fructibus quomodolibet prouenerint, attento etiam, ꝙ penſio eſt de fructibus eccleſiæ, quia penſio eſt portio &c. per Gig. Caccialup. & Paul. de Roma in eorum tractatibus in princ. necnon attento ꝙ penſio, quam tibi ſoluo de fructibus mei beneficii, ita videtur eſſe fructus eccleſiæ, vti ſunt fructus, qui mihi remanent ea ſoluta, attento inſuper ꝙ penſio regulariter reſeruatur, & reſeruari ſolet clerico non laico: quia in ſupplica. reſeruationis pẽſionis factę ſcholari poni ſolet clauſula, ſi & poſtquã clericali caractere fuerit inſignitus, prętera attento, ꝙ penſio aliqñ datur in titulum beneficii, & conſiderato, ꝙ penſio non conferẽ niſi a Papa, vel ab ordinario in caſibus ei permiſſis, nõ ab aliis perſonis, per Do. Doctor. d. locis atque item attento, ꝙ penſio non exigitur a penſionario regulariter, niſi bullis expeditis, aut ſaltim ſupplicatione cum obligatione in forma Camerę Apoſtolicæ, vt per Hieronymũ Pau. in practica Cancellarię, vbi dicit ꝙ aliter exigens incidit in excõmunicationem, & tenetur ad reſtitutionem videtur (inquã) his attentis ꝙ penſio ſit ius eccleſiaſticum non autem quicquã mere temporale Et attento, ꝙ adducta per Gig. & alios, vt ſupra non præ ſe ferunt caſum ſucceſſionis, vel ꝙ in fructib. penſionum ſuccedatur per hæredes, niſi a ſimili, ſimilitudinario, vel illatiuo modo, ſine caſu canonis, vel legis expreſſo faciendas illationem penſio eſt quid mere prophanum nihil eccleſiaſtici vel ſpiritualis in ſe habẽs, ergo in ea, vel eius terminis nõ ſolutis per hæredes ſucceditur &c. Et attento ꝙ iura adducta per eos loquuntur in penſionib. ac vſufructib. meri prophani, non eccleſiaſticis inter ꝙę, vti diuerſa, nõ bene infertur, & attento etiam ꝙ Pius quartus in bulla ſua ſuper reſidentia prælati edita ſeptimo Kalendis Decembris 1564. decreuit, ꝙ nõ reſidentes non gaudeant priuilegio teſtandi de fructib. ac de pẽſionibus, per ꝙ infertur, ꝙ de penſionibus non diſponitur ſine obtenta licentia, iſtis dico attentis putarem ꝙ ſi quis inclinaret ꝙ penſiones, & penſionum termini comprehendantur inter ſpolia, & ꝙ tam in penſionib. exactis, & nõ exactis, quàm in acquiſitis ex penſionibus Camera Apoſtolica ſuccederet, & ſuccedere haberet, vt in ſpoliis forſan ꝙ inclinatio poſſet eſſe non ſine aliquot fundamento, veruntamen communis vſus, & ſtylus curię eſt (vt dico) in contrarium, a quo nõ eſt recedendũ, ſed poſt hæc ſcripta vidi bullam Sãctiſſimi D. N. Pii Papæ quinti, per quã declarauit, ꝙ bona relicta per beneficiatum 30. ducati auri de camera valorem annuum in beneficiis, aut penſionem ſimilis valoris non habentem, non comprehendantur, nec appellatione ſpoliorum venire poſſint, per quod aperto ore (vti mihi videtur) eſt declaratum penſionum fructus facere ſpolia, iuxta quam bullam regulabitur quicquid per me in toto hoc labore in qualibet parte fuit dictum de penſionum, fructibus ac de quæſitis ex penſionibus, vt per cũdem bullam, quæ eſt in calce deſcripta edita Anno 1567. kalen. Septembris incipit Romani &c.

In acquiſitis verò de fructibus beneficiorum, vel eccleſiæ: vt ad aliud caput diſtinctionis veniamus, parimodo videtur. ꝙ nõ poſſit diſponi pro libito voluntatis in vita ſeu inter viuos, quia ſtante, ꝙ clericus, vel Prælatus non facit fructus eccleſiæ ſuos, qui ſuperſunt, deductis expenſis, vt per Archid. in capitu. ſtatutum de reſcrip. lib. 6. vt refert Domin. a Sancto Geminiano. in capitu. præſenti de offi. ordin. eodem lib. 6. per tex. in capitu. primo. 12. quæſt. & ita intellexit Bartolus Brixien. illum text. patet, ꝙ res acquiſitę de bonis eccleſię nõ ſunt clericorum: quia clerici debent ea quæ ſuperſunt deductis neceſſaris, pauperibus erogare, aliàs iniquè agunt. Vnde empta, vel acquiſita ex fructibus eccleſię, ſunt eccleſiæ, c. Epiſcopi 12. q. j. & conſequenter ſolus vſus competit clerico, licèt Archi. eo loco fateatur, ꝙ clerici ſunt præceptorum fructuum Domini, & habent eorum ꝓprietatem, quantum ad fidem, & debitam diſpenſationem faciendam: & iſtam partem Archid. veram credit Gemi. in d. loco, quia illam optimè probant iura, quæ allegantur: quia clericus non dicitur Dominus, ſed procurator: fac. optimè tex. in c. clericus 12. q. j. per totum illum text. & maximè in illis verbis, ſi autem ego pars Domini ſum, & funiculus hæreditatis eius, nõ accipio partes inter cęteras tribus, ſed quaſi leuita; & ſacerdos viuo de decimis, & altari ſeruiens, altaris oblatione ſubſtentor; habẽs victum, & veſtitum his contentus ero, & nudam crucẽ, nudus ſequor: & per illa verba paulo ante pars mea Dominus, nihil extra Dominum habere põt, qđ ſi quippiam habuerit, puta aurum, argentum, poſſeſſiones, ſeu variam ſuppellectilem, pars eius nõ erit Dñs, optima gl. in c. quia nos. de teſta. in glo. j. ibi. Item nota, quod de bonis rõne eccleſiæ acquiſitis, teſtari nõ poſſunt, optimus text. in c. placuit 12. q. 3. ubi glo. in verbo. ſuo. dicit qđ ſpeciale eſt ꝓ eccleſia: quod licèt ſacerdos aliquid ſuo emat nomine, de pecunia eccleſiæ, ꝙ res illa ſtatim facta eſt eccleſiæ Abb. in cap. j. verſ. not. ibi, de pecu. cler. quod res empta ex fructibus, aut pecunia eccleſiæ, licèt emptio ſit nomine emẽtis, efficitur eccleſiæ, & acquiſitum eccleſiæ, debet remanere eccleſiæ, nec de eo poteſt clericus diſponere. Abb. in capit. fin. in princip. de pecul. cler. Ludo. Rom. conſi. 159. incip. ſuper eo qđ. quia ut dicit idem Abba. in capitu. presbiter eo, uerſicu. Item nota. Prælatus non eſt Dominus fructuum beneficii ſui: nam ſi efficeretur Dominus, poſſet acquirere ſibi de redditibus ſm libitum; cuius cõtrarium, inquit, hic deciditur. Subdens ibidẽ, quod quemadmodum prælatus alienans rem acquiſitã per eccleſiam, debet a gubernio amoueri, & adminiſtratione priuari, ita pari modo ſi fraudant eccleſiam in acquirendo, vti qa acqſita ex redditib. eccleſiæ appropriat ſibi, uel alteri, eſt conſiliũ Bal. in cõſi. 298. cũ conſ. ſeq. j. uol. ubi dicit, ꝙ ubi duo cõcurrũt, ꝙ ſcilicet ſit adminiſtrator eccleſiæ, & ꝙ emat de pecunia eccleſiæ, quocũq; noĩe emat, efficit eccleſię. Vbi ſubdit, conclude ergo quatuor caſus, nã, aut qs adminiſtrat negotia eccleſię tñ, & acquirit eccleſiæ, aut gerit negotia ꝓpria tñ. & acquirit ſibi, aut ſimul, & ſemel gerit negocia ſua; & eccleſiæ, & acqrit cõiter, aut ſeorſum negotiatur quandoque ſibi & eccleſiæ: & tũc, ſi conſtat,

ſi conſtat, ꝙ ipſa pecunia ſit eccleſiæ, in dubio pro ipſa eccleſia negociari preſumitur: quia realiter negocium pertinet ad eccleſiam propter precium. Sed ſi hoc non conſtat, acquirit ſibi, quia licite potuit negociari. Sed ſi negociator ſit clericus, ego hodie aliter puto, per ea quæ dico ſup. in 2. conſ. & paulo poſt idē Bal. d. conſ. 299. in additio. vbi dicit in emptis de pecunia: vel re eccleſiæ ꝙ eccleſiæ acquiritur aliqñ directum dominium, ſi prælatus ſe nominat in contractu, ſi verò nominet amicum, aut conſanguineum, vtilem rei vēdicationem, & eſt in electione eccleſiæ, vtrum velit rem, vel p̄tium: & ſi eccleſiæ contractus non placet, poteſt redupiare rē, & pecuniam ſuam repetere, & alias, vt ibi per eundem Bal. Item Abb. in c. inquirendum. e. optima gl. in c. res eccleſiæ 12. q. 1. quod ſi clericus emit equum de redditibus eccleſiæ, equus eſt eccleſiæ, bona gl. in c. cum in officijs, quę multa allegat de teſt. dicit, quod quicquid acquirit ſacerdos, vel quilibet alius clericus, intuitu eccleſiæ ad eccleſiam ptinet. idē tenet Floren. ſecundum ꝙ refert Io. de Imo. c. fi. de pec. cler. col. antepen. verſ. quia reſpondet, vbi dicit, ꝙ allegata capitula probant ſolum, ꝙ ſi emitur res de redditibus eccleſiæ, debet inſtrumentum confici nomine eccleſiæ. Si tamen aliquid acquirit ex eis, debet acquirere eccleſiæ, vt in dictis iuribus, & dicit Angel. in ſumma in ver. emptio verſ. vtrum emptum ꝙ ſi clericus habens pecuniam de præbenda, & de illa emat prædium, non poterit clericus illud prædium dare, etiam intuitu pietatis, licet pecuniam præbendę potuiſſet dare: quia ſtatim prædium ſic emptū fit eccleſiæ. Immo dicit gl. in c. apoſtolicos in ver. cōtraxiſſe. 12. q. 2. ꝙ ſi clericus de pecunia eccleſiæ in proprio ſolo ędificet, ꝙ tunc non ædificium ſolo cedit, ſed in fauorem eccleſiæ ſolum ipſum cedit ædificio, per tex. quem allegat 17. q. 4. c. conqueſt. & hoc eſt, inquit, ſpeciale in eccleſia, ꝙ ſi res comparatur de bonis eccleſiæ, ſtatim eſt facta eccleſiæ &c. & paulo ante, eadem gl. ꝙ acquiſita de rebus eccleſiæ poteſt eccleſia vendicare. Idem gl. in ver. acquiſiſſe c. primo. de teſta. Immo ꝙ videtur plus meliorationes factæ per prælatum, ſeu clericum in eccleſia vel rebus eccleſiæ, ſunt acquiſitæ eccleſiæ adeo, quod clericus non poteſt diſponere in eius morte, & ſi ex ſua induſtria rem eccleſiæ fecerit meliorem, repetere non poteſt, per Abb. in c. ſi quis de pecul. cler. vbi dicit, quod meliorationes, ſiue expenſæ factæ in meliorationibus eccleſiæ de patrimonio prælati, vel clerici, repetit ipſe vel ſuus hæres, ſecus ſi ſint factæ ex induſtria, & in hærede fortius hoc procedit, ſi clericus ſpecificè decreuit illas eſſe repetendas, ad not. per eundem in c. de multa. 4. col. verſ. ſecundo fallit, de pręben. Immo beneficiatus, qui in primo beneficio de ſuo patrimonio fecit expenſas, non cogitur dimittere illud accipiēdo incompatibile, niſi ſibi ſatisfiat de dictis expenſis, ar. 12. q. 2. c. quicunque, ex quo nota, quod retentio pro expenſis habet locū in beneficijs Corſetus in repertorio in ver. beneficiatus, & dicit Abb. in c. cum eſſes col. 8. in repet. de teſtam. quod dici conſueuit: quod acquiſita de bonis eccleſiæ, poteſt eccleſia vendicare. 12. q. 4. ſacerdos. & q. vltima fixum arg. ea. cauſ. q. 2. apoſtolicos. in fi. vbi etiam dicit quod, in tex. in c. j. 12. q. 3. dicitur de quolibet clerico indiſtinctè, quod quęcunque acquiſierit de bonis eccleſiæ, debet cōferre eccleſiæ, alias punitur, vt ibi, nam ſi faceret fructus ſuos non video: quare de illis fructibus non poſſent clerici ſibi emere prædia, eſt tex. in c. relatum. de teſta. vbi dicitur: quod acquiſita per eccleſiam, debent remanere penes ipſam eccleſiā ſiue clerici decedant teſtati, ſiue ab inteſtato, vbi idem Abb. ſecundo notat. dicit, quod ſi clericus de redditibus eccleſiæ emat equum, vel prædium, hæc poſſunt dici acquiſita per eccleſiam, vnde ſunt eccleſiæ, non clerici, bona glo. c. res 12. q. prima. tex. in c. fixum. eadem cauſ. q. 5. immo dicit Couarruuias in ca. primo. de teſta. verſ. 3. ex vltimis: quod res emptæ à prelato de pecunia eccleſiæ dominio eccleſiæ, acquiruntur à die emptionis etiam ſi proprio prelati nomine fiat emptio, & hęc eſt communis opinio, & id colligitur optime in autem licentiam. C. de epiſcopis, & clericis: nec obſtat regula in contrarium, quod emptum de pecunia aliena, ementi acquiritur, non illi cuius eſt pecunia l. ex ea. C. de rei vendic. quia in rebus eccleſiæ eſt ſpeciale, vt emptum de rebus eccleſiæ, dominio acquiratur eccleſiæ, non ementi, gl. quam omnes ſequuntur in cap. inquirendum. de pecul. cler. & maximè Card. & Barba. ibi col. prima. glo. in c. Apoſtolicos. 12. q. 2. Corſetus in ſingul. in ver. emptio. Roma. in auten. ſimiliter, C. ad l. Falc. col. 6. Bal. in l. ſi quis presbyter. C. de epiſcopis, & clericis, Aretinus in l. cum hæredes in principio. ff. de acquiren. poſſeſſ glo. in l. vxor. marito. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. 2. ff. quando ex facto. & in l. vt proprius. C. de rei vendic. vbi dicitur in re empta ex pecunia militis, ſicut in re empta ex pecunia populi, aut minoris. l. 2. quan. ex facto tut. l. 3. C. arbit. tutel. eſt & in eccleſia, glo. in l. 1. C. ſi quis alteri vel ſibi, cuius opinionem aſſerit communem Rip. in l. ſenatus conſulto, num. 16. ff. in quibus caſibus pig. vel hipot. contrah. vbi etiam quærit an idem ſit dicendum, quando res pecunia eccleſiæ emitur expreſſo nomine eccleſiæ, ab eo, qui non eſt prælatus eccleſiæ, nec eccleſiæ adminiſtrationem habet: & eſt ex argumento minoris ad eccleſiam cap. primo. cap. auditis. de in integr. reſtitut. l. orphanotrophos. C. de epiſcopis. & cler. & C. in Bar. Alber. Bal. Salic. & Paul. de Caſtro aſſerunt non eſſe idem: nec valere argumentū, immo rem ex pecunia eccleſiæ, ab eo qui rerum eccleſiæ adminiſtrationem non gerit. effici ementis, non eccleſiæ, nec vindicari ab eccleſia poſſe, niſi in ſubſidium, ſicuti in re empta pecunia miporis, idem eſt in l. 3. ff. de rebus eorum. in principio. l. filię & ibi Bar. ff. de ſolut. Pariſ. conſ. 80. lib. primo. num. 19. licet in pecunia militis abſque vllo diſtinctione ſit ſecus, quia res ex ea empta, etiam ab eo, qui res militis non adminiſtrauit, ipſius militis effi citur, idque Cin. Bar. & alij, exceptis Bald & Gulie. de Cuneo ad not. in d. l. ficut vt proponis. C. de rei vendic. vbi tenēt, ꝙ res empta ex pecunia eccleſiæ, ſi eſt empta per clericum rectorem expreſſe, vel tacite, ſcilicet per interpoſitam perſonam, poteſt vēdicari ab eccleſia, ſed ſi per alium eſt empta, habet rem obligatā pro precio, per eundem Bal. in l. 3. C. ſi quis alteri vel ſibi, & idē in l. cum ipſe. C. de contrahē. emptio. per Bal. in conſ. 299. primo volum. & quamuis in prędictis locis Bernard. & Accurſ. à milite ad eccleſiam faciant argumentum, id tamen argumentum ita recipiendum eſt, vt nimium à regulis iuris non recedamus, vt ibi per eundem Didacum Couarruuias: & hæc opinio, vt res acquiſita de fructibus eccleſiæ ſit eccleſiæ eſt adeo vera, ꝙ eccleſia ędificata de fructibus eccleſiaſticis, eſt ſubijcienda per epiſcopum illi eccleſiæ, de cuius fructibus eſt cōſtructa. 12. q. 2. apoſtolicos. & ibi gl. ſed in hoc omne dubium ſi quod eſſet, an res emptæ de prouentibus eccleſiæ, ſint eccleſię, & per conſequens hodie Camerę apoſtolicę in locum eccleſię ſuffectę, vel ſucceſſoris potius eſt penitus ſublatum per breue Pij quarti Mattheo Minali, collectori generali deputato, ſub Datum 30. Iulij 1560. in illis verbis: Et etiam illa, quę ex fructibus, redditibus, & prouētibus eccleſiaſticis empta, reędificata, refecta, & reſtaurata fuerint, ſeu alias ex eiſdem fructibus, redditibus, & prouentib. quo modolibet prouenerunt &c. & ꝙ dicitur res empta de pecunia eccleſię eſt in eccleſia, id non intelligitur, ſi pecunia eccleſiæ ſit alicui mutuata, & de illa quis prædium emit, quia tāliter emens, ſibi non eccleſiæ emit, quia ſecus eſt, ſi emit de pecunia eccleſię non mutuata, per Bal. in l. etiam. C. de fideicom. quia ſi Cardinalis mutuat pecuniam nepoti ad emendum poſſeſſiones, emens ex tali pecunia ſibi acquirit. Bal. in cap. eccleſia. vt lit. penden. refert Io. Bertachin. in tracta. de epiſcopis 4. parte. 44. quæro, ꝙ dicit; niſi conſtet de fraude. l. fraus. de leg. facit pro hoc, quod dicit Bal. in conſ. 298. volum. primo. vbi dicit, quod ſi prælatus pecuniam mutuat conſanguineo, quod res empta ex tali pecunia non eſt eccleſiæ, quia dominium pecunię tranſiuit in accipientem mutuum: vnde pecunia non erit eccleſiæ, ſed ſibi debita actione perſonali, & quia pretium non erat eccleſiæ, ideo nō acquiritur eccleſiæ, quia ſic eccleſia haberet rē, & pretium, immo prelatus poteſt ſibi mutuare pecuniam, & ſe dominum pecunię facere, vt ibi per eum, pulchrè Bal. d. cap. eccleſia. quod naturæ mutui eſt, quod proprietas pecuniæ acquiritur ipſi debitori. l. 2. §. appellata. ff. ſi cert. pet. & contrahitur obligatio non ad eo ſdē nummos in ſpecie, ſed in genere: igitur dictæ res ſunt emptę pecunia debitoris, nō eccleſię, nec etiam eidem eccleſiæ hipothecatæ, ideo non ſunt eccleſiæ, quia nullibi cauetur quod contractu mutui pupillus aut ciuitas habeat tacitam hypotecam, ergo nec eccleſia, quia iſtæ tres perſonæ æquiparātur. l. fi. C. de ſac. ſan. eccleſ. ſequitur ergo quod eccleſia habet ſolum certi conditionem ex mutuo, & quod nepos Cardinalis prædictus poteſt pro libito has res alienare: porrò ſicut tutor pupilli, ita prælatus eccleſię pecuniam mutuat. vbi etiam Bal. dicit quod ſi quis de pecunia eccleſiæ facit mercantiam nomine proprio, quod cōmodum eſt ſuum, non eccleſiæ, ſubdens idem Bal. quod ſi prælatus iſtam pecuniam donauit nepoti, ſicut de conſuetudine generali faciunt prelati, dicit inquit Frater Io. in ſum. confeſſ. ſi ponis donationem valere quia eſt moderata, dominium rerum ex tali pecunia emptarum, acquiritur ipſi nepoti, quia ſi eccleſia abundat, & quotidie etiam extraneis largitur, poterit etiam & ſuis, vnde ſequitur quod id, quod ex pecunia poſſibiliter donata emit, poteſt alteri liberè vendere. Subdens pariter, quod ſi non appareat, an fuerit mutuata, vel donata ſi eſt magnę quantitatis, preſumitur mutuata, ſi paruę aut mediocris ex affectione perſonarū, preſumitur donum. l. verum. ff. de dona. inter vir. & vxo. glo. l. cū quid. ff. ſi cer. pet. Bal. ibidem, pro quo vide Abb. in c. & ſi quęſtiones. de ſimo. quando preſumatur donatio, mutuum, aut depoſitum, quod debet attendi ad circunſtantias qualitatem dantis, & recipientis quantitatem rei, tempus, quia ſi ſit dictum alicui, tolle hanc pecuniam, ex coniecturis poteſt aliquando donatio, aliquando mutuum, aliquando depoſitum preſumi, ceſſantibus illis in dubio debet præſumi mutuum, vel depoſitum: quia nemo preſumitur iactare ſuum, vt ibi per eum: & ſolet in Romana curia; cuius ſtilus attendi debet, quia fundatur in iure, per Spec. in tit. de reſcrip. preſentatione. §. ratione formæ. Fel. in cap. ex parte. de reſcrip. in licentia teſtandi., quę expeditur per viam ſacrę pœnitentiarię, poni clauſula ꝙ de immobilibus ex fructibus eccleſię acquiſitis, & acquirendis, parce vtendo, per clericum poſſit in remunerationem ſeruitiorum, & funeris impenſas diſponi: pro

ni: pro quo non eſſet neceſſe obtinere diſponendi licentiam, ſi taliter acquiſita eſſent effecta clericorum, non eccleſiæ.

Per quæ videtur conſtare, quod acquiſita de redditibus, & fructibus eccleſiæ ſunt ipſius eccleſiæ, & ipſius eccleſiæ effecta, & ſunt ad libitum clericorum, vel prælatorum, vt de illis prout ſibi placet canonicè diſponant, & diſpẽſent, quoad canonicam
17 diſpenſationem, † quia dicit Inn. in c. cum ſuper. de cauſ. poſſeſſ.
18 & proprie. quoad quæcunque homines eccleſiis offerunt, † oblata Deo dicuntur. 12. q. 2. nulli. & ſecundum aliam opinionem dicit, quod eccleſia, ideſt fidelium congregatio, habet huiuſmodi rerum poſſeſſionem, & proprietatem. Vnde per eundẽ Inno. ſi inueniantur aliquando hæc bona Deo oblata, eſſe Epiſcoporum, vel prælatorum, vel capellanorum, debet intelligi, quod ſunt eorum, quo ad gubernationẽ, dicuntur etiam eſſe illa pau-
19 perum quoad ſuſtentationem: † quia de eis ſuſtenrari habẽt pauperes. vt 16. q. 1. cap. quoniam. ſubdens idem Inno. quod hæc bo-
20 na propter vtilitatem communem, † diuiſa ſunt in eccleſijs diuerſorum locorum, auctoritate pontificum, & epiſcopis, & alijs
21 prælatis conceſſa extitit adminiſtratio eorũ. 12. q. 1. vidẽtes, † & cap. præcipimus. ſequitur Abb. d. cap. cum eſſes col. 13. vbi dicit, quod illa opinio eſt præſtantior, q̃ dominium rerum eccleſiæ eſt penes Deum, pro quo inquit eſt optimus text. in cap. cum ex eo. de electio. lib. 6. ibi de Chriſti patrimonio ſublimatis. Item, quia homines offerentes eccleſiæ, habent reſpectum ad Deum, &c. & de huiuſmodi acquiſitis idẽ dicẽdum puto, quod dicimus ſup. de rebus eccleſiæ, & iſta procedunt in acquiſitis ex fructibus beneficiorum, in quibus clerici, vel prælati habent limitatam poteſtatem, quia ſecus eſt in acquiſitis ex fructibus penſionum, vel diſtributionum quotidianarum, quæ acquirũtur etiam per dominium clericis, & in quibus diximus ſupra clericos habere omnimodam, & ad libitum ſuæ voluntatis poteſtatem, ac poſſe diſponere de illis veluti ruſticus poteſt de lucro diurni operis
22 vel laboris, pro hoc facit, † quia Sixtus Papa quartus, & Alexander Papa ſextus, vt in bulla dicti Alexandri, ſub Datum Romæ 1494. pridie Nonis Octobris, ſui pontificatus anno tertio, per ſuam, quam edidit conſtitutionẽ determinauit quod curiales, & perſonę degentes in vrbe & ab vrbe ad 10. miliaria, poſſent diſponere pro libito in vita ipſorum, & mortis articulo, & etiam ab inteſtato relinquere de palatijs, ędificijs, ac bonis immobilibus quibuſcunque cenſibus, bonis ephiteoticis, & alijs quibuſcũque iuribus de officiorum, ac beneficiorum eccleſiaſticorum fructibus acquiſitis, & acquirendis, dummodo non pertineant ad eccleſiam alia via, quam ex fructibus. & quam, vt ex fructibus acquiſita: quàm conſtitutionem confirmat, & innouat Iulius Papa II. anno 1507. 13. Kal. Ianuarij, anno quinto: ꝓpter quod dico, quod ſi de acquiſitis ex fructibus, conceditur curialib. per ſpecialem conceſſionem, & gratiam poſſe diſponere, quod regula videtur eſſe in contrarium, quod ſint de iure diſponi prohibita, quia limitatio, & exceptio firmat regulam incontrariũ, quia limitatio preſupponit regulam.

Idem firmat Pius quartus in fauorem curialium, & incolarũ vrbis, per ſuam conſtitutionem, quæ incipit bulla confirmationis, Nonis Februarij. 1560. anno ſecundo. Et quamuis clericus
23 poſſit de aliquibus diſponere ad libitum, hoc tamen non poteſt in multis caſibus, in quibus tenetur, & eſt obligatus eccleſiæ: puta ſi dolo, vel culpa eccleſiam lęſit, intelligendo tamen vt per Inno. in c. cum in officijs. de teſta. de culpa non leuij quãuis ipſum teneri etiã de culpa leui ſit tex. apertus in l. quicquid. C. arbit. tutel. fac. tex. in l. ſi res ff. de adminiſtr. tutor. & gl. in c. ea
24 quæ. † de offi. ordin. tamen eadem gl. dicit q̃ non tenetur de negligentia: niſi craſſa, ideſt lata, quæ tamen negligentia eſt culpa: vnde videtur, quod teneatur de leui culpa, ſi deliquit ſcienter, & ſolum de non leui, ſi ignoranter, ſiue ex negligentia. Item videtur non poſſe diſponere, ſi de bonis eccleſiæ alicui fecit gratiã, per Inno. dicto loco, vbi allegat l. oſtendimus. ff. de fideiuſſor. tutor. & C. eodem l. 2. & vltima, Tertio ſi paſſus eſt rem eccleſiæ propter negligentiam ſuam præſcribi, ſecundum Abb. in ca. ex præſentium de pignor. per tex. quem allegat in c. placuit el. 2. 16. q. 3. Quarto ſi fructus, & redditus eccl. conuertit in vſus inhoneſtos q. 4. c. primo. Quinto in caſibus, in quib. dicitur, quod cle
ricus tenetur ad reſtitutionem, in iſtis enim caſibus primo tenetur ad ſatisfaciendum eccleſiæ, antequam aliud diſponat, quoniam prius ſunt ſoluenda debita, quam beneficia ſit præſtanda, ſicuti magis tenetur homo ſoluere creditori cęteris paribus, q̃ amicis bene facere: ſed eſt aduertendum, q̃ ſi fructus diſtributionum quotidianarum, & huiuſmodi ſunt clerici quo ad dominium, & quo ad omnimodam diſpoſitionem in vita, & in morte, eſt quoque neceſſario dicendum, quod quæcunque quæ de talibus acquirunt clerici, q̃ omnino pari modo faciant ſua, ac de eis pro libito, vt de ſuis bonis proprijs poſſint diſponere arg. eorum quæ dicta ſunt ſupra à contrario ſenſu, q̃ vt acquiſita de eccleſiæ fructibus, quę nõ ſunt clericorum, efficiuntur eccleſiæ; non clericorum, ita acquiſita de fructibus: qui ſunt proprij clericorum, non eccleſiæ, efficiantur clericorum, & ſint ad eorum liberum arbitrium, & diſpoſitionem &c. acquiſita verò de pẽſionibus, & penſionum fructibus, per Bullam Sanctiſſimi Pij quinti, videntur non acquiſita clericis penſionarijs, ſed nomine appellatione ſpoliorũ, vt per eandẽ bullam editam anno 1567. 3. Kalendis Septembris, quæ inci. Pius &c. Romani Pontificis &c.

Omitto dicere de rebus patrimonialibus, & alijs aliunde, q̃ ab eccleſia licitè tñ acquiſitis, de quibus clericus poteſt pro ſuo libito diſponere. c. primo. c. quia nos. c. relatum el. 2. §. cęterum. & per Abb. in c. cum in officijs de teſta. 12. q. 5. c. primo & c. epiſcopus, & quaſi per totum, & per Bal. conſ. 80. vol. 5. incip. ad euidentiam, & conſ. 313. vol. 2. Cępol. conſ. ſi incip. In Chriſti nomine. licet videatur contra, per tex. in cap. clericus 12. q. 1. vbi videtur
25 prohibitum clerico habere propria, † & bona particularia, ſed id eſt ſm iura antiqua: ſed ſi clericus vel prælatus non habet filios vel conſanguineos, vñ q̃ omnino teneatur eccleſiam inſtituere, & q̃ eccleſiæ extraneum præferre non poſſit cap. epiſcopus qui. 12. q. 2. ibi, alium quam eccleſiam nõ relinquat hæredẽ: ſed dic q̃ ille tex. loquitur de conſilio, non de præcepto, vt glo. ibidem vnde poteſt libere diſponere, & iſta eſt cõis opinio, Barba. in tracta. de præſtan. Card. 3. q. baſilica primę partis, verſi. nũc nemo. Iul. Clar. lib. 3. §. teſtamentum verſ. circa bona.

Deuenio ad aliud caput principalis diſtinctionis: & vñ, quod in teſtamento, vel alia vltima voluntate clericus, ſiue prælatus non habeat liberam auctoritatem in fructibus eccleſiæ, vel reb. alias eccleſiæ acquiſitis, vel illius contemplatione comparatis. c. fixum. 12. q. 5. c. cum in officijs. c. ad hæc. de teſtam. per Inn. in c. cum in officijs. de teſta. immo ſecundum eum, nec etiam in rebus emptis de redditibus eccleſiæ, quem refert, & ſequitur ibidẽ Card. Zabar. item ibi Hoſtien. per illa verba, idem dicendum eſt de rebus: quas emerunt de redditibus ſuæ eccleſiæ, q̃ de ipſis nõ poſſet teſtari: nam, vt ſupra dictum fuit, multæ auctoritates glo. ſunt quod clerici in huiuſmodi comparantur, & comparari debent vſuarijs, aliquæ verò vſufructuarijs, & gl. in ca. duo ſunt 12. q. 1. dicit quod clerici ſunt dñi fructuum collectorũ, & licet habeant in illis proprietatem, tñ illos non poſſunt in morte alicui largiri ratione teſtamenti, licet aliquid poſſint facere intuitu eleemoſynæ c. quia nos. c. ad hæc. de teſta. ſicut dñ dñs rerum, hæres per fideicommiſſum reſtituere obligatus: qui tñ nihil alienare poteſt. l. deductum. §. vltimo. ff. ad Trebel. & l. quidam. in §. ſi quis, eſt tex. in c. j. de teſta. in fi. ibi. quicquid verò eccleſiæ ante ipſius conſecrationem fuiſſe cognoueris, vel prædictum Epiſcopum in Epiſcopatus ordine acquiſiſſe, eiuſdem eccleſiæ dominio conſeruetur. Vbi gl. in ver. acquiſiuiſſe tex. in d. c. cum in officijs in fine, ibi ſiue inteſtati deceſſerunt, ſiue alijs conferre voluerint &c. Vbi neque per viam teſtamenti; nec alio modo poſſunt clerici de acquiſitis intuitu eccleſiæ diſponere. tex. in c. ad hæc. ibidem, de mobilibus per eccleſiã adeptis non poſſunt clerici de iure teſtari, poſſunt tñ aliqua; eleemoſynæ intuitu, non ratione teſtamenti erogare, tex. in c. quia. ibi. de his tñ, quæ conſideratione eccleſiæ perceperunt, nullum de iure poſſunt facere teſtamentum. vbi gl. dicit, quod clerici de rebus eccleſię nullum poſſunt facere teſtamentum, cum eorum proprietas nõ ſit ſua; cum ſolum vſum habeant, & tantum uictu, & veſtitu contenti eſſe debent, & totum ſuperfluum erogandum eſt pauperibus, moderatam tñ donationẽ cauſa ſeruitij recepti facere poſſunt, cum clericus, quaſi filio familias comparetur: qui non poteſt facere teſtamentum niſi de caſtrenſi peculio, per iura, quę allegat. eſt conſilium Bal. in con. 313. inci. pręmittendum. vol. ſecundo. vbi dicit: quod bona acquiſita per clericum intuitu eccleſię nõ tranſeunt ad ꝯſanguineos, nec ex teſtõ, nec ab inteſtato eſt tex. in c. relatum. el ſecundo. de teſta. vbi bona mobilia, & immobilia per eccleſiã acquiſita, poſt clerici defuncti obitum, ad eccle-
ſiam deuolui debent, & in §. licet, habetur: † quod licet clericus 26
27 de mobilibus de iure diſponere non poſſit, tamen de his poteſt aliquid conferre pauperibus, locis religioſis, & illis: qui honeſta ſeruitia clerico viuenti impenderint, vel fuerint conſanguinei, vel extranei, iuxta ſeruitij meritum, eſt tex. in ca. 1. 2. 3. 12. q. vltima. vide Abb. in c. cum in officijs. vbi dicit quod de bonis intuitu eccleſię: vel de illius facultatibus acquiſitis, non poteſt teſtari clericus, nec aliter de ipſis bonis diſponere, niſi in caſibus per
28 eum ibidem enumeratis, puta ſi clericus, † vel prelatus tantundem de ſuo eccleſię contulerit, quantum ipſe velit relinquere
29 de eccleſię facultatibus, † & etiam in ſimili dñ per Soci. conſ. 13. primo vol. nu. 39. quod rector eccleſię poteſt teſtari de expenſis factis per eum cauſa eccleſię, & quod dicitur: quod clericus poſſit teſtari de rebus eccleſię, ſi tantundem de ſuo confert eccleſię. Intellige, ſi confert tantundem ante alienationem, non ſi poſt, quia tunc videtur facere ad euitandam pęnam depoſitionis, & talis damni reſtauratio, vel compenſatio ſibi non proderit, per Abb. in c. cum eſſes, verſ. 5. principaliter. circa fi. col. antepen. de teſta. in repet. ſecundo loco per eundem Abb. poteſt teſtari ſi hoc habet conſuetudo. tertio in donatione intuitu eleemoſynę qñ clericus vult remunerare ſeruitia; † vt ibi per eũ: qa
30 dicit Abb. in c. relatum. el ſecundo 4. col. quod bona prębendarum ſunt eccleſię, & quanquam ſint diuiſa per prębendas, per hanc diuiſionem non perdunt naturam ſuam; quia bona eccleſię cedunt

siæ cedunt pijs vsibus, non autem; vt canonicus possit de eis testari ad libitum, pro quo vide Imol. in c. fi. de præben. 4. col. ver. an Canonicus. Arch. 12. q. 5. in summa. vbi disputat an valeat cõ suetudo quod clericus possit testari de fructibus perceptis, & qd de percipiendis, Specul. de statu mona. vers. 63. & de illa consuetudine, quæ dicat dominus Anto. in cap. relatum. tertia, col. eo. tit. de testa. & per Cardinalem, q. 79. & ibi quid si clericus habeat patrem &c.

Curiales verò, & incolæ Romanæ Curiæ, & vrbis Romæ, possunt de quibuscunque bonis per eos acquisitis, etiam ex prouentibus beneficiorum, & officiorũ ecclesiasticorum, ac etiam ex illicitè acquisitis in vrbe, & districtu existentibus, tam in testamẽto, quàm ab intestato disponere, & relinquere respectiuè, concessione generali per prẽallegatam bullam Alex. VI. sub Dat. anno 1494. Non. Octobris, & per bullam Pij Quarti sub titulatione Bulla confirmationis, & innouationis priuilegiorum incolarum, & curialium vrbis. Non. Februarij. 1560. & Iulij III. 1549 sexto idus Martij. quarum tenor videlicet Iulii. & Pij est infra descriptus: sed istud priuilegium disponendi de huiusmodi, & reliquendi, hodie non habent incolę, & districtuales vrbis: si fuerint beneficiati beneficijs personalem residentiam requirentibus, si extra residẽtiam decedunt, per constitutionem eiusdem Pij Quarti sub Dat. Romæ. anno 1564. septimo, Kalend. Decembris contra non residentes editam: quorum bona ex ecclesiasticis fructibus acquisita, applicat Cameræ apostolicę, rescissa, & sublata eisdem licentia generali eis concessa, & speciali si q̃ obtinuerint: quam eis saluam reseruat, si resideant: prout in bulla prædicta in qua etiam irritat, & annullat testamenta, & alias dispositiones, quæ iam factæ forẽt, cuius tenor est infra descriptus in q. de licentia testandi: de acquisitis verò ex iniunctione pœnitentiarum per sacerdotem iniunctarum, ex quo ecclesiæ acquiruntur per Inn. in c. cum inter. de ver. sig. non potest clericus testari, vel alias disponere, pulchrè Abb. in c. reprehensibilis, col. 3. num. 18. de appellat. vbi dicit quod ipse semper tenuit illã opinionem: quod clerici non faciunt fructus beneficiorum suos,
31 ita quod possint de illis testari, vbi vide pro eo, an condemnato clerico pro aliquo debito possit fieri executio in illa parte fructuum beneficij, quæ stat pro victu, & vestitu illius: & vide Bal. cons. 374. secundo vol. quod intellige tamen, quando sacerdos esset principalis curatus, qui intuitu ecclesiæ, ex pœnitentijs iniunctis acquireret: sed vbi esset capellanus vel canonicus, tunc bene potest de taliter quæsitis disponere, & testari secundũ Do. Ant. de Butr. secundum quod refert Imola in cap. requisisti. de testa. refert Nicol. de Vbal. in tracta. de successio. ab intesta. cler. §. finita. vers. videretur: & in materia vide eundem Bal. in auth. licentiam. C. de episcopis & cler. vbi distinguit quòd aut bona prælati propria, & ecclesiastica sunt distincta, & tunc de proprijs potest testari, de ecclesiasticis autem nõ, 12. q. 2. sunt manifestę, aut sunt communia, & sunt communiter acquisita ex redditib. proprijs, & redditibus ecclesiæ, & tunc dicit Inn. quòd quia difficiles, & quasi impossibiles sunt probationes testium, vel instru-
32 mentorum, † scilicet quid, & quantum de redditibus ecclesiæ, & quãtum de suo proprio emerit: ideo iudex in hoc facto multum ex prẽsumptionibus procedet, & arbitrabitur, quid sit patrimonium suum, & quid sit redditus ecclesiæ: item quid lucratur de artificio, seu doctrina, & alia similia: & sic videtur dicere tex. in c. sacerdotes. 12. q. 4. cum ergo apparet per subtilitatem iudicis, quid sit proprium, & quid ecclesiasticum: ergo sequitur de necessitate, quod in proprijs iudicabitur testamentum valere, sed in ecclesiasticis non valere, secundum Inn. d. c. in officijs: aut bona non sunt distincta, nec communia, sed sunt omnino incerta ad quem pertineant, & vnde proueniant, & tũc stamus (inquit) præsumptioni huius auth. nam quicquid prælatus reperitur possidere post prælaturam: & non constat de titulo, vel possessione antiquiori, præsumitur esse ecclesiæ, & nomine ecclesię possidere.
33 † Vnde prælatus de his testari non potest, nec aliquis alius ad ministrator ecclesiæ, nec etiam Rector hospitalium: vt ibi per eundem Bal. quia si nihil econtra probetur, in dubio est prẽsumptio q̃ sint ecclesiæ acquisita, per Io. And. in c. 3. de testa. quem sequuntur communiter Doctor. vt per Soc. cons. 91. lib. tertio, Corne. cons. 88. dicit hanc esse communem opinionem lib. 2. & cons. 314. & cons. 288. lib. 4. bene verum est, q̃ si probetur q̃ clericus habebat patrimonium, vel officium, vel exercitium aliquod, vel aliquid aliud ex quo potuerit illa acquirere, prẽsumitur acquisiuisse secundum q̃ magis verisimile est: & in hoc concordant communiter omnes, per Corne. cons. 83. lib. 2. & ideo hoc casu esset bonum habere iudicem fauorabilem: sed hoc nõ videtur ita indistinctè tenendum, quia id dicendum videtur tãtum de fructibus, & acquisitis de beneficio administrationem habente, non alio, quia gl. in c. præsenti. de off. ordi. in 6. & Host. in c. fi. de pecul cler. distinguunt; quòd videlicet aliud sit in clerico habente administrationem, & aliud in non habente, & simpliciter, ac personaliter beneficiato: quia habens administrationem quãdiu viuit, & sanus est, comparatur vsufructuario: vnde donare potest, sed moderatè, no. in c. cęterum. de dona. & habet plus etiam quam habeat vsufructuarius, quia qualitatem terræ mutare potest, puta de aratoria, vineatam facere, nec tenetur satisdare datis fideiussoribus, vti tenetur vsufructuarius, vt not. in c. fi. de pignor. & ex quo incipit infirmari comparatur vsuario, licet hoc plus habeat, quod potest eleemosynam facere: si verò non habet clericus administrationem, sed est simpliciter, & personaliter tantum beneficiatus, quantum ad fructus suos faciendos, omnino videtur comparari vsufructuario, vnde & quamuis infirmus sit, semper facit fructus suos vsque ad diem obitus sui, & de ipsis testari potest, arg. c. requisiti. §. illud. de test. & hoc seruat (inquit) consuetudo, quæ quasi vbique obtinet generalis: subdens Host. quod etiam canonici fructus perceptos de prę ben. suos faciunt, & inde testantur: in quibus tamen si decedat clericus sine testamento, ęquum est, quod ei ecclesia succedat. Vbi posita quæstione: qui nam fructus ecclesiæ sint, de quib. clericus testari non possit, post multa concludit, q̃ clericus separatos tantum, & reconditos fructus facit suos, quia prẽter istos alij omnes pertinent ad ecclesiam: sic enim est in vsufructuario, cui talem clericum duximus comparandum, id quod inquit procedit, nisi aliud sit de speciali statuto, vel consuetudine, quæ debet
34 attendi, nisi per eam nimis grauetur ecclesia, † si de ea appareat: hanc distinctionem videtur approbare Io. And. qui nihil cõtra dicendo ibi pertrãsit, & eam sequitur Rot. dec. 855. in antiquis. incip. cum Camera apostolica. ibi quia talis beneficiatus, non habens administrationem omnes illos fructus, & prouentus perceptos in vita; adeo facit suos, quod potest de illis testari, & nisi testetur de illis, ab intestato ei succedit ecclesia: hãc opinionem Anto. & Imola in d. c. fi. dicunt esse in practica receptam. Abb. in c. reprehensibilis de appella. in additio. nu. 20. & in c. fi. de pecul. cler. in c. peruenit de fideiussor. videtur attestari ita esse de cõmuni consuetudine, licet ipse aliter teneat: Sequitur Guido Papa cons. 110. vbi quęrit, an clericus possit testari de fructibus suorum beneficiorũ, & spolio. ibi: Et hæc vera sunt in simplici clerico, vel sacerdote administrationem, vel curam animarum nõ habente, episcopus verò, vel Abbas, vel alius habens curam animarum testari non possunt, nisi de his, quę ante eis obuenerunt iure consanguinitatis, vt authen. licentiã. C. de episcopis & cler. Ita dicit in decis. Grationopolitan. d. loco, & ita esse de consuetudine communiter obseruata dicit Butrius in c. peruenit. de fideiussor. Corne. cons. 314. lib. 3. Imol. c. fi. de pecul. cler. vbi etiã Calder. Imola. c. relatum. el secundo in fin. de testa. & c. requisisti. nu. 45. in fi. & c. quia nos. vbi dicit q̃ ita communiter seruat̃, & tenetur hanc esse communem opinionem, idem Imola, d. c. peruenit de fideiussor. & Boer. cons. 48. dicit q̃ illam gl. sequũtur communiter omnes scribentes.

Ista distinctio gl. & Host. non placet Abb. in c. fi. de pecul. cle. & in c. cum esses. in repe. de testa. vers. secundo principaliter. vbi nullam facit differentiam, an fructus, vel acquisita sint intuitu beneficij habentis administrationem, vel beneficij simplicis administrationem non habentis, quia talis distinctio non probatur iure: quia Canonicus qui est simpliciter beneficiatus, habet præbendam: vt ex illa primo necessaria victui percipiat, & quæ supersunt suis necessitatibus deductis, in communi vsu ecclesię expendat: nec iura in quibus (inquit) fundatur ista distinctio, maximè in cap. requisisti. probant illam, cum loquantur de Canonico, & sic de simpliciter beneficiato, per multa, quæ adducit in d. c. fi. de pecul. cler. & d. c. cum esses, vbi examinat istam quæstionem latè per multa contraria: eandem reprobat idem in d. c. cum in officijs. de testa. & in c. secundo. de decimis. eandem reprobat Archi. in c. statutum. §. assessorem de rescri. in sexto. Inn. in c. indecorum. de ętat. & qualit. Dom. & Fran. in d. c. præsenti. Barba. in tract. de præstan. Cardin. prima parte q. 3. nu. 80. idẽ in c. requisisti. de testa. idem in c. fi. de pecul. cle. Card. Zabarel. in d. c. fi. circa. finem, ibi, tamen tales distinctiones iure non probantur: eandem opinionem dicunt esse veriorem Imol. d. cap. fi. & Bertran. in cons. 358. vol. 2. Ias. cons. 75. vol. 3. quos refert Didac. Coũarruuias. in c. cum in officijs. de testa. & quod clericus non possit de fructibus sui beneficij testari: tenet simpliciter gl. in c. fi. de pecul. cler. in ver. obitus. & hanc opinionem dicit communiter teneri Card. ibidem. refert Bolognin. in additio. ad cõs. Io. de Anan. 87. Nicol. de Vbal. de succes. ab intesta. vltima particula. post num. 19. vers. non obstant. quod in quibuscunque redditibus beneficiorum, clerici in morte ęquiparantur vsuario potius, quàm vsufructuario, & quod hæc videtur magis communis sententia doctorum. Et Ias. d. cons. 75. quod est magis cõmunis opinio, quod clericus siue habet administrationem, siue nõ, indistinctè prohibetur testari, siue illi succedat ecclesia, vel successor. Et dicit Gemin. in c. præsenti. de off. ordi. li. 6. quod Arch. in c. statutum de rescri. co. li. tenet, quod clerici non faciunt fructus suos qui supersunt deductis expensis, per tex. in ca. 1. 12. q. 3. & ita intellexit Bar. Brixien. illum canonem, & sic patet, quod res acquisitæ de bonis ecclesiæ, non sunt clericorum, quia clerici debent, ea quæ supersunt deductis necessarijs, in pauperes erogare, alias iniquè agunt, & quod acquisita sint in prouisione ecclesiæ, patet per tex. 12. q. 1. episcopi. & consequenter de acquisi-

tis solus

tis ſolus vſus competit eis, licet fateatur quod clerici ſint domini fructuum perceptorum, & habent eorum proprietatem, quã tum ad fidem, & debitam diſpenſationem, ſibi, & ſuis faciendã, id quod verum credit Gem. quia clerici non dicuntur domini, ſed procuratores, pro quo eſt optimus tex. 12.q.1.c. clericus, tenet gl. in c. quia nos. de teſta. & dicit, ꝙ clericus non habens adminiſtrationem ſed ſimpliciter, & perſonaliter beneficiatus, in vita, & in morte comparatur vſufructuario, quantum ad faciẽdum fructus ſuos, & de ipſis perceptis teſtari poteſt, & ei eccleſia ſuccedit quantum ad hos ab inteſtato, ſecundum gl. d. c. præſenti. de off. ordi. in 6. gloſam (inquit idem Gem.) quidam ſic intel
35 ligunt, † ꝙ quilibet, habens beneficium ſimplex, teſtari poſſit, quod dicunt falſum eſſe, & contra tex. in c. relatum, qui loquitur in canonico, & conſequenter in habente ſimplex, beneficium, qui tamen, vt ibi patet, teſtari non poteſt, ſed hoc (inquit idem) & ego fateor, ſed gl. recte intellecta eſt veriſſima, & id non dixit: Sed dicit: ad hoc, ꝙ beneficiatus poſſit teſtari, tria requiruntur: primo quod non habet adminiſtrationem: ſecundo quod beneficium, quod habet ſit ſimplex: tertio quod illud, quod obuenit obueniat ſibi perſonaliter tantum, & conſequenter, quòd fructus, quos ex beneficio, vel occaſione beneficij percipit, ſint ei conceſſi ratione ſtipendij perſonalis tantum, quibus tribus concurrentibus poterit teſtari. Et ex his infertur, Primo, quòd canonicus habens præbendam diſtinctam in eccleſia. de fructib. eius teſtari non poteſt, cum habeat adminiſtrationem, id, quòd voluit expreſſe Inno. in c. nouum genus. de decim. & eſt caſus in d. c. relatum. Secundo. quòd canonicus teſtari poteſt de quotidianis diſtributionibus, quia dantur propter ſtipendium perſonale, & pro diurno labore, vt in c. primo. de cler. non reſid. li. ſexto. vnde de hoc teſtari poteſt: ſicut mercenarius, & ruſticus de lucro operis diurni, & ita intelligi poterit iſta glo. quia talis quoad iſtas diſtributiones, eſt beneficiatus ſimpliciter, & perſonaliter: quia dantur pro ſtipendio perſonali tantum: nec habet rerum adminiſtrationem. Vnde tales diſtributiones ſoluuntur per capitulum ſingulis, & hanc partem videtur tenere Abb. dicens, qđ ea, quæ recipit clericus intuitu ſeruitij perſonalis tantum, tranſmittit ad ſucceſſores. Et tertio quòd ſi præbendæ nõ ſunt diſtinctæ in eccleſia, quia omnia veniũt in communi, & poſtea diſtribuuntur ſingulariter tantum pro quolibet, quod etiam de iſtis poſſit de iure teſtari. Et quarto, quòd habens capellanias in eccleſia ad nutum amouibiles, quæ non dantur in titulum, ſed datur certum ſtipendium in anno in pecunia, de tali ſtipendio teſtari poſſunt. c. quia nos c. relatum. de teſta. quia datur eis intuitu perſonæ pro ſuo labore: & ſic alio modo intelligi poteſt dicta gl. quia tales ſunt ſimpliciter, & perſonaliter beneficiati, abſque alia adminiſtratione. Et quinto infert, quod ſacerdotes, qui ſunt in conſortijs ciuitatum, ſicut Bononiæ: vbi habentes beneficiũ in ciuitate, ponuntur in quibuſdam conſortijs, & vniuerſitatib. & conueniunt in certis eccleſijs, ad certam miſſam celebrandã habentes poſſeſſiones illi cõſortio deputatas, de quarum fructibus datur tantum venienti ad illam miſſam, de talibus poſſunt teſtari, quia dantur ratione ſeruitijs perſonalis, & non principaliter intuitu eccleſiæ, vt per eundem Gem. in d. c. præſenti: & diximus nos ſupra totam præſentem quæſtionẽ, vbi dicimus, quod diſtributiones quotidianæ acquiruntur recipiẽti, etiam quoad dominium, & recipiens taliter acquirit, ꝙ eas facit ſuas, qualiter vſufructuarius qui fuit fructus perceptos donat, ac ad hæredes, tam per viam teſtamenti, quàm ab inteſtato tranſmittit, merito etiam poterit dici idem de iſtis diſtributionibus, quod illas perceptas, & lucratas licet non perceptas, ac ex illis acquiſita; ad hęredes tranſmittere poſſit ex teſtamento: ſed vt dico per breue Pauli IIII. Epiſcopo Torcellano Theſaurario octaua, Februarij. 1556. & Pij IIII. Matthęo Minali die 30. Iulij. 1560. bona quæcũque ex beneficijs, adminiſtrationem habentibus peruenta, & ex ſimplicibus beneficijs non diſpoſita ob facultatem teſtandi ex priuilegio apoſtolico, vel conſuetudine in loco vigente habente, colliguntur, & colligi mandãtur, vt ſpolia: & eſt eiuſdem Pij quarti conſtitutio anno 1560. 26. Maij. quod teſtamenta, & donationes, ſeu aliæ diſpoſitiones per perſonas eccleſiaſticas, etiã in fauorem piorum locorum factæ, non valeant.

Et ex his cum alijs ſupra adductis videtur quomodo clericus, ſiue prælatus poteſt, vel non poteſt de fructibus ſuæ eccleſiæ teſtari, aut alia voluntate diſponere, & ꝙ poſſit omnino de illis, quæ ſibi dantur ratione ſeruitij, ac eius opere perſonalis, ac de illis, quę ex redditibus eccleſiæ ſibi obueniũt pro ſuo, & ſuorum victu, quã partem facit ſuam taliter, † quod poteſt diſponere li
I berè ſecundum Didac. Couarruuias in ſępę d. c. cum in officijs. de teſta. ſed intelligit Abb. ꝙ poſſit diſponere de illa parte pro libito, vtendo tamen, & fruendo, & ſi vtat, vel fruatur: quia ſi non vtatur, & fruatur, vt ſecus, per d. Abb. in c. reprehenſibilis col. 3. nu. 18. de appella. per eũdem in c. cum eſſes. 2. lectura. 9. col. uerſ. ad adducta. ibi. ad c. Vnicum &c. per Io. And. in c. peruenit. de fideiuſſor. ibi redditus beneficiorum. ſ. & præbẽdarum, quos ſuos faciunt, de alijs enim non fieret ſolutio, cum nec illos obligare potuiſſet &c. pro qua etiam materia vide Bal. in auth. licentiã. C.

2 de epiſcopis. & cle. in fi. vbi ponit quæſtionem, † ſi rector eccleſiæ percepit fructus, & poterit conſumere plus q̃ conſumpſit, donec viuit, an poteſt diſponere illos fructus ad pias cauſas, & nunquid moriens poſſit relinquere de eis in teſtamento pauperibus, vel in ſubſidium Terræ ſanctæ, dicunt Canoniſtæ, ꝙ non, quia viuens ęquiparatur vſufructuario, & ideo habet liberam adminiſtrationem fructuum: ſed in morte aſſimilatur vſuario,
3 † qui ſuum facit, quantum conſumit non vltra: & ideo de talibus non poteſt teſtari, ſecundum Canoniſtas, qui (inquit) bene dicunt: quia in adminiſtratoribus, quales ſunt clerici in rebus eccleſię, †potentius eſt ius in vita, quàm in morte: quia, ꝙ clericus
4 aliqua donare poſſit, non legare, eſt ratio ſecundum Abb. in ca. ad hæc. de teſta. quia teſtamentum morte confirmatur. ca. cum morte. de celebr. miſ. & conſequenter effectus confertur in tem-
5 pus, † quo clericus non eſt futurus prelatus, ideo non poteſt de aliquo diſponere in teſtamento, ex facultatibus eccleſiæ: quando autem vult diſponere, dum viuit, modo faciat ſecundum canones, non prohibetur: quia hoc facit, tanquam adminiſtrator eccleſię: pro quo vide infra quęſtionem an clericus de fructibus &c. Et ꝙ dictum fuit de diſtributionibus, illud idem poteſt dici de penſionibus, vel de acquiſitis de pecunijs penſionum, vt penſionarius poſſit proprio teſtamento diſponere, de redditibus ex
6 penſione eccleſiaſtica perceptis, † ac de pẽſionum terminis maturatis decurſis, licet non exactis: ac etiam ab inteſtato ad legitimos hæredes, vel ſucceſſores tranſmittere per Gig. in q. 52. ſuo tracta. de penſio. Couarruuias in c. cũ in officijs de teſt. verſ. octauo põt in fi. Faciunt adducta per eundem in c. 1. §. cęterum. e. tit. ſed vide quæ adduxi contra ſupra ſuo loco hac ead. quæſt.

Idem venit dicendum de acquiſitis per clericum, vel prælatũ ex propria induſtria, aut labore, etiam ſi presbyter, vel prælatus ea bona fuerit conſequutus ratione ordinis ſacri, nullo tĩ prætextu beneficij, vel bonorum eccleſiæ, nempe pro celebrandis miſſarum ſolemnibus, aut ex ſtipendio alicuius prelati, vel alicuius principis, cui presbyter vti cappellanus ſeruierit: Idem etiam ſi ſeruierit, vti cantor, magiſter domus, vel à ſecretis ſeruiẽs ſcri
7 bendo, vel lector, diſcipulorum magiſter & huiuſmodi, † honeſtè ſeruiendo: de quibus dicimus in quæſtione, Quæ negoc. ſint permiſſa, & interdic. cler. quia de acquiſitis ex huiuſmodi, vt licite acquiſitis, libere clericus poteſt teſtari, & ſuam vltimam voluntatem condere pro libito, quia ſunt ei non ab eccleſia acquiſita, per Cyn & Docto. in auth. licentiam. C. de epiſcopis & cler. vbi Bal. dicit, ex hoc etiam apparet, ꝙ ſimplices clerici, qui lucrantur ex proprijs laboribus, & nullam habent adminiſtrationem eccleſiarum, non pertinent ad iſtam authenticam, ſed ad authenticam presbyteros. C. e. vbi habetur: quod clerici poſſunt libere diſponere de acquiſitis per eos eorum induſtria, vel labore, vel alias, vt ibi, etiam donando, & teſtando. & per Hoſt. Ant. Cardi. & Imo. in c. quia nos. Abb. in cap. cum in officijs, verſ. nota ꝙ clerici, vbi dicit, ꝙ clerici de bonis acquiſitis intuitu perſonæ, puta ex ſucceſſione cognatorũ, donatione amicorum, induſtria clericorum, de his poſſunt (inquit) clerici liberè teſtari: & intellige de induſtria licita; qualiter diximus ſupra: quia ſi ſit acquiſitum de illicita induſtria prohibita, & non permiſſa clerico,
8 †vltra diſpoſitionem iuris communis, non poteſt hodie clericus de illo diſponere, quia facit ſpolium, & vti ſpolium eſt applicatum reuerendæ cameræ, per extrauag. Pij Quarti ſuper hoc expreſſe, & particulariter factam; de qua diximus in quæſtione:
9 † Quæ negocia ſint permiſſa & interdic. cler. vbi eſt tenor extrauagantis inſertus. Et ſubdit Abb. ibidem: Nota, ꝙ clericus etiam habens eccleſiam, ſibi, & non eccleſiæ ſuę, ex ſua induſtria lucratur. Et in hoc differt à coniuge carnali, quæ operatur, & acquirit ad vtilitatem mariti. l. ſicut. de oper. liber. & ꝙ de acquiſitis ratione clericalis dignitatis, poſſit teſtari clericus, dicit, & tenet idẽ Abb. in ca. cum eſſes. de teſt. col. 11. verſ. quid autem. qui (inquit) hoc donatur ſibi, vt ſit ſuum, & non contemplatione eccleſiæ, item hoc videtur ſibi datum in recompenſationem damnorũ, quæ ſuſtinuit in trahendo ibi moram, nam interim ex aliquo artificio potuiſſet tantundem acquirere, per ea, quæ ponit Inn. in c. quoniam. ne præla. vic. ſuas. Barba. in d. c. cum in officijs col. 4. Boer. deciſ. ſecunda. Dom. in ca. præſenti. de off. ordi. in 6. Bologninin addi. ad Anan. conſ. 87. Barba. fatetur hanc eſſe communem opinionem in c. quia nos. col. fi. de teſta. Corne. conſ. 314. col. 3. vol. tertio. Socin. conſ. 91. 3. vol. pro quo vide glo. ordi. in c. præſenti de off. ord. in 6. glo. in l. vxor marito. ff. de donat. inter vir. & vxor. quam ponderat Bart. in l. mancipia. C. ſi quis alteri, vel ſibi. illud tamen, quod clericus, ſiue ſacerdos acquirit pro miſſis celebrandis, limitat, & intelligit Abb. in cap. cum in officiis. de teſtam niſi, qui dedit, tanquam parochiali ſacerdoti dedit, quo caſu cum eſſet datum intuitu eccleſiæ, eſſet eccleſiæ acquiſitum, vnde diſponere non poteſt: per quæ videtur, quod clericus in illis, quæ ſua induſtria, vel labore, aut alias intuitu perſonæ ſuæ comparauit, habeat liberam teſtamẽti factionem, & hęc in clericis inferioribus: ſed quid in epiſcopis, vt ad alia capita diſtinctionis deueniamus. Et in epiſcopis videtur eſſe ſecus, quia quæſita per epiſcopũ, poſt epiſcopatum adeptũ, ex propria induſtria non

Source : BIU Cujas

ſtria non videntur ſibi, ſed eccleſiæ ſuæ acquiſita, adeo quod non poteſt de illis nec diſponere, nec teſtari, ſecundum Petrum, quem refert Cyn. in authen. licentiam. C. de epiſcopis & cler. per quem text. ſolum conceditur quod poſſint diſponere de acquiſitis ante epiſcopatum, vel prelationem, & de acquiſitis per ſucceſſionem tantum cognatorum vſque ad quartum gradum: de reliquis uerò qualitercunque acquiſitis, non poſſunt diſponere, ſed acquirunt eccleſiæ, idem videtur tenere Iacob. Butrig. in leg. ſacro ſanctæ. C. de epiſcopis, & cler. vbi dicit, quod epiſcopi teſtari non poſſunt de bonis poſt epiſcopatum, etiam ex propria induſtria perſonæ vtcunq; acquiſitis, cui opinioni videtur ſuffragari tex. in d. auth. licentiam vbi omnia bona acquiſita Epiſcopo poſt Epiſcopatum, ſunt acquiſita Eccleſiæ præter bona: quæ ſibi obueniunt à cognatorum ſucceſſione, quæ ſibi non Eccleſiæ acquiruntur: facit pro hac opinione etiam tex. in cap. 1. de teſta. & in c. 1. 12. q. 11. vbi permittitur epiſcopis teſtari de bonis ſolum, quæ habuerunt ante dignitatem epiſcopalem, non de acquiſitis poſt: niſi taliter acquiſita obuenerint ex cauſa, vel iure ſanguinis: Eãdem opinionem ſequitur Barba. & illam defendit ab oppugnationibus in c. 1. de teſtam. & latius idem in ſuo Tracta. de præſtantia Cardin. parte prima. q. 3. cõtrarium tenet Abb. in c. cum in officijs. ibi Petrus tamen, vt refert Cyn. dixit hoc procedere in clericis inferioribus: epiſcopus autem ſecundum eum lucratur eccleſiæ ex induſtria perſonæ: ſed inquit mihi placet primũ dictum indiſtinctè in clericis ſecularibus cuiuſcunq; gradus, quia eadem ratio videtur in epiſcopo, quæ in aliis, tenet glo. in c. 1. de teſtam. in vj. acquiſiuiſſe, vbi dicit, ꝙ quicquid acquirit epiſcopus de rebus eccleſiæ, eccleſiæ acquirit, ſecus eſt de alijs rebus, ideſt aliundè: quam ab eccleſia acquiſitis, & Abb. ibidem in finalibus verbis, vbi no. quòd etiam Epiſcopus acquirit ſibi quicquid adipiſcit, intuitu perſonæ: ſicut dicimus in ſimplicibus clericis, & dicit hoc notandum: quia iura apertè hoc non dicunt de epiſcopo, ſed potius contrarium innuere videntur authẽ. licentiam. &c. Sed tene (inquit) primum dictum. tenet Corn. in conſil. 214. col. 3. volu. 3. vbi dicit, quòd talis opinio Butrij eſt communiter reprobata, idem dicit Soci. conſi. 91. 3. volu. ex qua opinione infert Socin. quod Cardinalis teſtari poteſt de illo ſtipẽdio: quod à Romano Pontifice datur cuilibet Cardinali ratione Cardinalitij galeri, quod vulgo à Romana Curia appellatur le diſtributioni del capello, quia id non datur Cardinali, reſpectu alicuius eccleſiæ, ſed reſpectu perſonę ipſius Cardinalis, qui ipſum Romanum Pontificem in regimine eccleſiæ conſilio, & induſtria coadiuuat, quia Cardinales, ideo Reges appellantur, quia cum Papa regunt totum mundum, vt per Hoſtien. in c. dilecti. el primo, de præben. & quia Cardinales ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ præſunt curæ eccleſiæ vniuerſalis cap. bona. de poſtul. prælat. & illius caput ſunt Fabia. de Monte in Tracta. de empt. quarta parte principali. nume. 28. Martin. Lauden. in tracta. de Cardinal. q. 31. Et ex hoc etiam aliqui inferunt: quod epiſcopi
11 poſſunt teſtari de illis, quæ acquirunt, ex illis, † quæ offerũtur ipſis, & dantur ab his, qui ſacris Ordinibus initiantur, & inſigniuntur: ſed cum epiſcopus pro ordinando nihil licite recipiat. c. 1. de ſimonia videtur, ꝙ de taliter oblatis, & receptis non poſſit teſtari, ſi ſunt illicitè acquiſita, quia ſimoniacè datum, & receptum, turpiter & illicitè acquiritur, per S. Thomam 4. cap. arti.
12 vltimo. ver. ad quartum ſuper quarto cogita. † Et hęc opinio videtur eſſe melior, & pręualere opinioni Petri, & Iac. Butr. quia ad tex. in auth. licentiam, & tex. & in c. 1. de teſta. qui in contrarium, & pro Butrigario adducitur, reſpondetur, quia ſi rationẽ dictorum canonum conſideremus, & perpendamus, idem, eſt dicẽdum in epiſcopis, ꝙ in cęteris clericis, ea etenim quæ poſt dignitatem epiſcopalem acquiruntur à Prælatis, ideo per illa iura adiudicantur eccleſiæ, & eccleſiæ eſſe cẽſentur, quia de bonis eccleſiæ, & de redditibus eccleſiæ acquiſita cenſentur per tex. iuncta glo. in cap. 1. de pecul. cler. quę ratio probatur efficaciter in cap. fixum. 12. q. 5. vbi ſtatuitur, quòd epiſcopus res de facultatibus eccleſiæ comparatas, ſiue ſuo, ſiue alieno nomine non tranſmittat ad propinquos, ſed ad eccleſiam deueniant, de cæteris verò pro libito ſuæ voluntatis diſponat, ſiue ante epiſcopatum eius fuerint, ſiue per eum in epiſcopatu acquiſitę: vnde tex. in d. authen. licentiam, & in c. j. de teſta. ita eſt intelligendus, vt idem dicatur de rebus quas epiſcopus propria induſtria acquiſiuit, quod dicitur de rebus, quę manifeſtè ei iure ſanguinis obuenerunt, vt per Abb. & alios in d. locis. Nec id eſt intelligendum in omni epiſcopo, nec de omni epiſcopo: quia ſecus videtur, ſi epiſcopus ſit in regularis, qui non poteſt diſponere, nec teſtari modo aliquo de rebus, per eum poſt epiſcopatũ acquiſitis, cum talis acquiſitio in epiſcopo regulari cędat epiſcopatui, dicit glo. in c. j. de teſtam. in vj. quam ſequitur Io. And. licet contra Hoſtien. ibidem, dicit enim quicquid dicat Hoſtien. etiam, quod acquirit intuitu perſonæ epiſcopus regularis acquirit epiſcopatui, & c. quem ſequitur Abb. vbi dicit Io. And. tamẽ tenet cum glo. & melius, quia quicquid religioſus promotus
13 ad prelaturã acquirit, † prelaturę acquiritur, vt eſt tex. ĩ c. vnico. 18. q. j. vbi habetur, quòd acquiſita per monachũ ſiue religioſum ante illius promotionem ad epiſcopatũ, cędunt acquiſita monaſterio per Abb. in c. reprehenſibilis, ex. de appell. num. 19.
14 † quę verò ei obuenerũt poſt adeptam epiſcopalem dignitatẽ, cędunt in acquiſitione illius eccleſię, & altaris, ad quod intitulatur, & ſanctificatur: idẽ voluit Feder. de Sen. in cõſi. ſiue queſt. 20. & Cald. in conſi. 1. de pecul. cler. ſequitur Bald. auth. licentiã. C. de epiſc. & cler. ibi concluſiuè autem loquendo de teſtamento eorum clericorum, vel prelatorum ſic diſtingue, aut eſt prelatus regularis, & non poteſt teſtari, & ſi eſſet Cardinalis, nã nulla dignitas liberat monachũ à ſubſtantialib⁹ regulę & eſt ratio, quia dignitas facit quem aſcendere, ſed liberari à ſubſtantialibus regulę eſſet deſcendere in deteriorem ſtatum, vt hic apertè
15 probatur, & c. Idem ſentit Barbat. ad Bal. ibi. no. † quòd prelatus regularis non poteſt teſtari, etiam ſi eſſet Cardinalis, vide text. in c. quia ingredientibus. de teſtam. & ibi do. Anto. limitat, niſi de licentia Papę, & quid operetur illa licentia vide Bald. in leg. ſi quando. C. de in offic. teſta. l. ab Anaſtaſio. C. mand. Bald. in cap. primo in fin. de cler. qui inueſt. fac. & dicit Zabarella in cap. fin. de pecul. cler. col antepen. quòd non eſt ita lata conceſſa di
16 ſpenſatio religioſis de rebus eccleſiæ, ſicuti clericis ſecularib⁹, tamen non eis puto, quòd valeat ſi ſint prælati, quia de fructibus habent liberam diſpenſationem. cap. cæterum. de donatio. quia clericus ſecularis, & religioſus, habens adminiſtrationem
a quiparatur, quoad diſpenſandi poteſtatem. cap. fin. ver. ſed & talis. de vita & hone. cler. vbi optimè probat. Idem Zabarella in cap. peruenit. de fideiuſſor. dixit illud cap. procedere in regulari, ſed in alio differunt, quia prælatus ſecularis quicquid acquirit intuitu perſonæ, acquirit ſibi, & ei ſuccedunt in hoc propin-
17 qui. † d. cap. cum in officijs. prælatus verò regularis acquirit eccleſię cap. 2. de teſt. 18. q. j. cap. primo, & not. cap. primo. de inſtitu. in glo. pen. cap. olim. de priuileg. el ij. & alijs, vt ibi per eundẽ Zabarel. d. cap. fin. vbi multa pro & contra adducit, & intellige de religioſo; qui profiteretur tria ſubſtantialia regulę: qui teſtamentum facere prohibetur cap. 2. de teſtam. xij. q. j. non dicatis.
18 ſecus eſt de religioſo largo modo, qui iſta tria non profiteatur, vt per Abb. in rub. de teſtam. num. 6. idem dicit Zabarella in d. cap. cum in officijs. ibi, procedunt hęc in clerico ſeculari ſecus eſt in regulari, qui de nullis teſtari poteſt: & in materia dicit Did. Couarruuias in c. eum in offic. de teſta. §. vltimo hinc poteſt: quod moribus receptum eſt, vt licentia quoad facultatem teſtandi de fructibus eccleſię ſit tantũ neceſſaria epiſcopis, non
19 alijs eccleſiaſticis, † vnde epi magis aſtricti videnᵗ ad res eccłię cuſtodiendũ, & cõſeruãdũ, ex quo alij clerici ẽt ſine licẽtia pñt diſponere, & teſtari pro ſuo libito, vt dixit eſſe conſuetudinem in Francia, & in Regnis Hiſpaniarum, ac ferè in toto orbe terrarum ab immemorabili tempore introductam, immo talem cõſuetudinem vti bonam, & laudabilem, eſſe pragmaticis ſanctionib. Caroli Cæſaris Hiſpaniarum Regis confirmatam, ac illam ſeruari iuſſam anno 1523. Comitijs totius Regni habitis Pintiæ c. 47. idem atteſtare vr̃ Petrus Duenas in ſuis regulis regula. 306. ver. porrò circa. vbi etiam dicit, quod hodie per extra uag. Iulii tertij eſt deciſum, quod oẽs clerici poſſint de quibuſcunq; bonis, etiam intuitu eccleſiæ acquiſitis in teſtamento diſponere; quam extrauagantem ego nunquam vidi, nec in cauſis ſpoliorum ab aliquo vnquam vidi illã adduci, aut allegari, immo cõtrariũ ſemper ſeruari. Sed credo, quod dicat, & intelligat de motu proprio eiuſdem Iulij facto in fauorem incolarum. & curialium vrbis, cuius tenor eſt inſertus in bulla confirmationis innouationis priuilegiorum incolarum, & curialiũ vrbis a Pio IIII. edita, ann. 1561. quæ eſt in fine præſentis noſtri laboris edita, vel quod intelligat de cõſtitutione aliqua, quàm ego nõ vidi: ſed uide eum d. loco: ubi facit quæſtionem, an clericus poſſit donare nurui, iam quod non ꝑt inſtituere, uel donare filio. Sed quod dicunt iſti docti viri de iſta conſuetudine ego valde dubito, quia contrarium uidi ſeruari in Vrbe Roma in cauſis ſpoliorum clericorum extra vrbem decedentium, ꝑ tempore, quo ego fui in vrbe in huiuſmodi cauſis Auditor Reuerend. Theſaurarij, & in ciuitate, ac Regno Neapolis Auditor Illuſtriſſ. & Reuer. Domini Nicolai Fliſci epi Sauonenſis ſedis Apoſtolicę in dicto Regno Neapolis Nuntij & iurium Cameræ Apoſtolicæ collectoris a Pio IIII. deputati, pro quo tempore ſemper collegimus iura Cameræ, nec talis conſuetudo, nedum ab aliquo vnquam fuit deducta, ſed nec allegata quidem; nec fuit unquam aliqua habita dr̃ia, vel cõſideratio, quo ad huiuſmodi ſpolia inter epiſcopos, aut alios clericos; quia omniũ ſpolia paſſim, & indiſtinctè camera colligit, niſi decedens, vel fuit epꝰ, vel clericus, obtinuerit licentiam a ſede apoſtolica de bonis diſponendi, id, quod ego & audio ſeruari in Regnis Hiſpaniarum, vt mihi fuit dictum a Reuerendiſſimo D. domino meo Leonardo de Marinis nobili Ianuen. Archiepiſcopo Lãcianen. qui fuit in Hiſpaniarum Regnis ſedis apoſtolicæ Nuntius, ac Cameræ apoſtolicæ iurium collector a prelibato ſanctę memoriæ Iulio III. deputatus. ſed bene audiui: quod ĩ regnis Hiſpaniarum per collectores, & commiſſarios apoſtolicos colli-

guntur

Source : BIU Cujas

guntur tantummodo ſpolia Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum magnorumque prælatorum, non aliorum inferiorum clericorum aut presbyterorum. Sed id etiam poteſt bene euenire conniuentia etiam collectoris, & commiſsarij, aut illorum tolerãtia; ſuper quo me remitto veritati. Sed de hac conſuetudine, ac conſuetudine teſtandi uel diſponendi de fructibus beneficiorum aliqua dicemus infra ſuo loco.

Credo quod per hæc ſit dictum aliquid, quomodo epiſcopus, vel clericus ſecularis, vel regularis debeat, vel poſſit inter viuos, vel in teſtamento diſponere de fructibus beneficij, de diſtributionibus quotidianis, de fructibus penſionum, de acquiſitis opera, vel intuitu ſuæ perſonæ, ac de alijs, quæ alij obuenire poſſint eccleſiaſticis perſonis ab eccleſia, vel aliunde: aut ſaltim quòd ſit demõſtratum vbi, & in quibus locis materia per Doctores pertractetur, ad quos pro caſus contingentia recurri poterit, & quod etiam materiam ſic intelligendo, & ſic diſtinguẽdo, multa repugnantia ſint concordata.

Vnde pro reconciliandis contrarijs pauca erunt dicẽda; quia per eas quæ latè dicit Abb. in c. cum eſſes. verſ. ij. principaliter, & per ea quæ diximus ſupra, clericus non eſt vſufructuarius, ſed vſurarius; quia de fructibus non habet niſi pro ſuo victu, vnde illud quod dicitur: quod habet vſufructũ, vel dominiũ, intelligitur, quo ad canonicam diſpenſationem, quia cæteros fructus ſuperfluentes, deducto victu, habet canonicè diſpenſare; quia quando malè, & non canonicè clerici diſpenſant ſunt prædones glo. in cap. fi. 12. q. j. in glo. fi. de quibus etiam poteſt clericus alere filios, parentes, conſanguineos, ſi egeant, & ſorores, ac filias maritare, non poteſt tamen eos ditеſcere per Abb. in cap. inquirendum. de pecul. cler. & quòd dicitur quod clericus de redditibus poteſt donare, intellige vt dictum fuit moderate, & in caſibus a iure expreſſis, & iura loquentia quod beneficiatus habens adminiſtrationem ſit vſufructuarius, & vſufructuario equiparetur, intelliguntur quo ad hoc quòd finiatur morte, & quoad fidelem adminiſtrationem per Rebuff. in praxi ſub verbo ſeculare quotuplex.

De diſtributionibus quotidianis, ac de illis quæ clericus ſuo labore acquirit, etiam ratione ſui officij, dummodo ei non detur vti Parochiali, dictum fuit quod vti de ſibi acquiſitis habet liberam adminiſtrationem. Quod verò dicitur, quòd de fructibus eccleſię põt clericus ſoluere debita particularia, licet Abb. teneat contrarium, tamen Gig. in tracta. de penſio q. 39. dicit quod illi, qui hanc opinionem tenent, ſunt plures; quorum habet opinio præualere. Sed de hoc dicimus in Quæſtione de debitis ſoluendis de fructibus eccleſiæ & ſpolio. Et quod dicimus: quod prælatus poteſt eccleſiæ fructus locare, vendere, & hypotecare, credimus verum ſi faciat, tanquam adminiſtrator, ſed non ſequitur propterea, quin pecunias ex tali venditione redactas, deductis pro ſe neceſſarijs, nõ habeat canonicè, vt tenetur diſpenſare: & pro recuperãdis rebus eccleſiæ poteſt agere finiũ reg. omnemque aliam actionem intentare, per Abb. in c cum ſuper de cauſ. poſſeſſ. & proprietat. & quod dicit glo. in ſumma. j. q. j. quod clericus poteſt fructus eccleſiæ dare etiam porcis, nõ intelligas fructus illos, qui habent in pauperes, & in vtilitatem eccleſiæ erogari, aut in alios pios, & legittimos vſus a iure expreſſos diſpenſari. Sed hos intellige: quos clericus ſibi acquirit, & quos facit ſuos vere, vt diximus de his, quos de diſtributionibus quotidianis, & de his, quos ſuo labore ratione ſui offici clericus acquirit: & quos pro ſuæ voluntatis arbitrio poteſt etiam proiicere, vt rem ſuam in qua poteſt eſſe moderator, & arbiter: niſi forte glo. intelligat de fructibus putrefactis, vel marcidis, qui bene porcis, & aliis beſtiis dari, & proiici poſſunt. Et ad illud quod dicimus quod clericus de fructibus beneficii ſoluit ſua debita, dici pariter poſt, de illis fructibus, quos facit ſuos, qa ſecus eſt in fructibus, qui ſunt conuertendi in vtilitatem eccleſiæ, vt per Abb. d. cap. peruenit. de fideiuſſor. verſ. in glo. in verbo. vbi dicit: quod hoc dictũ quotidie allegatur in practica, vbi concludit: quòd ex quo communis opinio inualuit, quod clerici hodie appropriant ſibi omnes redditus: viſum fuit Curiæ, & iudicibus, melius eſſe, vt clerici darent fructus ſuos creditoribus, quam vt diſpergant in aliam cauſam. Et ad illud: quod dicit Couarruuias, quòd clericus voluptuosè expendens redditus eccleſiaſticos, non tenetur ad reſtitutionem, reſpondeo, quod opinio Abbatis eſt in contrarium, quod immo tenetur reſtituere de ſuo patrimonio, ſi habet, vt per eundem in cap. cum ſecũdum, de pręben. & in cap. fi. de pecul. cler. in fi. vbi dicit: quòd vt clericus non teneatur, fuit opinio Archid. quę eſt opinio periculoſa: ex quibus ſit abſolutum pro nunc quod volumus dicere in preſenti quæſtione de poteſtate clerici circa fructus beneficiorum, & circa acquiſita de fructibus.

Circa verò alia ex quibus hodie fiunt ſpolia, qualia ſunt acquiſita ex illicita negociatione per clericos, idem erit dicendũ, quod diximus de fructibus eccleſiaſticis data paritate terminorum, quia per extrauag. Pij Quarti ſuper declaratione ſpoliorũ editã anno 1560. ſui Pontificatus Anno primo Nonis Nouembris, fuit declaratum taliter acquiſita fuiſſe & eſſe ſpolia, & vti ſpolia ſpectaſſe, ac ſpectare ad Reuerend. Cameram, vnde cum ſit de eis eadem ratio: quæ & de acquiſitis ab eccleſia, in eis debet eadem eſſe iuris diſpoſitio. l. ſi ſocer. ff. ſolut. mat. immo in illis arctius, & magis ſtrictè procedendum eſſe, quàm in eccleſiaſticis, in quibus clerici habent liberam adminiſtrationem, & diſpenſationem fructuum in bene diſpenſando, quia ex forma Bullæ, non ſolum non videtur aliqua clericis diſpenſandi de eis, & diſponendi relicta facultas, ſed omnino eis, tam in uita, quàm in morte diſponere interdictum expreſſe, & penitus prohibitum: ſuper quo vide, quæ dicimus in quæſtione: quæ negocia ſint permiſſa, & interdicta clericis: vbi tenor bullę eſt deſcriptus, ac ſuper illius intelligentia aliqua dicimus, ex quibus ad laudem Omnipotentis Dei, & illius beatæ Matris, ſit impoſitus finis præſenti quæſtioni.

SVMMARIVM.

1 *Eſt ſtandum conſuetudini in diſpoſitione fructuum eccleſiaſticorum.*
2 *Tenere non debent quæ fiunt contra ius habens perpetuam prohibitionis cauſam.*
3 *Conſuetudo irrationabilis non eſt attendenda.*
4 *Improbatur conſuetudo: per quam diſtributiones quotidianæ dantur non intereſſentibus diuinis.*
5 *Non valet ſtatutum: per quod minuitur cultus diuinus.*
6 *Fructus eccleſiarum debent diſtribui in ſtipendia miniſtrorum.*
7 *Clerici fructus eccleſię, vltra neceſſaria, non poſſunt in ſeipſos conuertere.*
8 *Conſuetudo ſacris obuians canonibus non debet attendi.*
9 *Valet conſuetudo, quod clericus diſponat de fructibus eccleſiæ, & de acquiſitis de fructibus.*
10 *Valet conſuetudo, quod propinqui ſuccedant clerico ab inteſtato in rebus per eccleſiam acquiſitis.*
11 *Canonicus abſens percipiens, percipit contra ius.*
12 *Conſuetudo dat iuriſdictionem non habenti.*
13 *De conſuetudine clerici diſponerent de acquiſitis per eccleſiam, ſine licentia.*
14 *Prohibitio teſtandi eſt de iure poſitiuo.*
15 *Conſuetudinẽ clericorũ diſponendi de rebus eccleſię approbat rex Carolus.*
16 *Valet conſuetudo: quod fructus pertineant ad defunctũ per aliquod tempus.*
17 *Conſuetudo immemorabilis idem effecit: quod Principis licentia.*
18 *Conſuetudo diſponendi de rebus eccleſię intelligitur ad modica, nec ſe extendit ad magna.*
19 *Conſuetudo diſponendi de rebus eccleſiæ non ſe extendit ad immobilia.*
20 *Valet conſuetudo, quod canonicus poſſit teſtari de fructibus percipiendis anno ſequenti.*
21 *Conſuetudo non debet afferre grauamen eccleſiæ.*
22 *Conſuetudo de fructibus percipiendis videtur approbata per extrauagan. ſuſcepti.*
23 *Conſuetudo in aliquibus eccleſijs Regni Neapolis.*
24 *In redditibus eccleſiaſticis tantum habent iuris clerici, quantum ſibi a canone permittitur.*
25 *Principes ſeculares non poſſunt conſtituere legem in rebus eccleſiæ.*

¶ De conſuetudine teſtandi; vel diſponendi de fructibus & rebus eccleſiaſticis.

QVAESTIO IIII.

VErum quia in materia teſtandi de fructibus eccleſiæ perceptis, & percipiendis, dicunt quidam ꝙ debet maxime attendi illud, quod eſt in conſuetudine, cui quoties de ipſa appareat eſt ſtandum, vt ꝙ
1 Hoſtien. in cap. fi. de pecul. cler. duxi eſſe ad propoſitum hic annectere quæ ſparſim ex dictis doctorum in hac materia colligere potui. Quæ conſuetudo videtur primo quod in huiuſmodi non ſit aliquo modo attendenda; quia cum ſit prohibitum expreſſe a iure, quod clerici de rebus eccleſię non
2 teſtentur xij. q. v. § j. c. j. ij. & iij. c. cum in officijs. & c. ad hæc. de teſtam. & illa quę fiunt contra ius habens perpetuam prohibitionis cauſam tenere non debent. x. diſt. iudex. c. ſi diligenti. de for. compet. & l. non. C. de leg. ergo teſtamentum prętextu illius cõſuetudinis, quæ eſt contra iuris formam expreſſam, valere non poteſt, quia talis conſuetudo grauamen inducit eccleſiæ. c. j. de
3 conſuet. quæ cum ſit irrationalis, & ſic impræſcriptibilis, eo tit. c. fi. non eſt attendenda. ſecundo loco talis conſuetudo eſt omni iuri cõtraria, ideo valere non dẽt, ꝙ tex. in c. clerici. de iudi. & c. noſtram. de probat. cũ ſimilib. Facit pro hac opinionc, ꝙ clerici nõ poſſunt dare in morte, ſeu relinquere ſuis parentibus oĩa mobilia, licet de hoc ſit, & obtineat generalis cõſuetudo, q̃ illos propterea non excuſat, facit illud: ꝙ dr̃ clericos in rebus eccleſię non habere, niſi vſum, & vſuario comparari, not. in c. fi. de pecul. cler. & xij. q. j. epiſcopi de rebus. Facit illud qd̃ hẽtur in tex. in c. vnico. de cler. non reſid. in vj. vbi improbatur conſuetudo; ꝙ q̃ fuerat inductum, vt quotidianæ diſtributiones quæ dantur tantum diuinis officijs intereſſentibus, darentur ẽt non intereſſentibus: facit quia, ſi adſit conſuetudo, quod clerici de rebus eccle
4 ſiæ poſſint teſtari, per hoc vr̃ aperta via ad minuendum Chriſti patrimonium, & ad minuendũ cultum diuinũ, & cũ in iure nõ valeat ſtatutum, per qd̃ minuitur cultus diuinus per tex. in cap.
5 pen. de conſtit. ita pari modo non dẽt valere conſuetudo, quia

iſtorum

Source : BIU Cujas

istorum duorum de vno ad aliud, valet argumentum, immo ambo æquiparantur c.j.de constit.& c.j.de iureiur.Facit tex.in c. pastoralis. in principio de ijs quæ fi. a præla. vbi dicitur: quòd
6 prouentus ecclesiarum habent conuerti, & distribui in stipendia ministrorum,quod non erit vigore consuetudinis,si clerici ad hæredes illos testati vel ab intestato transmittant, quia ministri non sunt,qui non seruiunt,prout possunt esse hęredes clerici defuncti.c.proposuit.de fil.præsbit.facit quod diximus supra, quod clerici fructus ecclesiæ non possunt pro se ipsis vltra victus sui necessaria percipere,nec in suos vsus conuertere,vel ap
7 propriare,quia istud esset subtrahere per Zabarel. cap. fin. col. pen de pecul.cler.ergo multo minus in hæredes transmittere ꝑ tex.in reg.nemo plus iuris.de reg.iuris.facit, quòd consuetudo, quæ sacris canonibus obuiat,& aduersatur, non est attendenda
8 per tex.in cap.cęterum.extra de donatio. facit, ꝙ quicquid acquirit sacerdos,siue clericus acquirit ecclesiæ, & ecclesiæ efficitur,ac statim illius dominio aggregatur,dicit gl. in cap. cum in officijs.de testa.ergo de eo clericus disponere non potest per
15 aliquam consuetudinem,immo si in alium tranfert, competit ad illud repetendum ecclesiæ remedium rei vendicationis, & alia quæ latè diximus supra in multis locis in præcedenti quæstione,per totam &c.

In contrarium multa facere videntur,ꝙ immo valeat,& admittatur consuetudo,quæ permittat clericis testari de fructib. ecclesiæ:tam perceptis,quàm percipiendis post mortem, per ali quod tempus,quia id videtur apparere per ea, quæ dicit Hostiē. in c.cum in officiis de testa.vbi dicit,nemo prælatus, siue clericus,siue laicus de rebus ecclesiæ,etiam mobilibus testari potest, & pari modo de rebus,quas de redditibus ecclesiæ emerunt: ni
9 si incompensationem relicti tantundem darent, vel aliud obtineat de consuetudine:idem dicunt, & tenent per eadem verba ibi Innocen. Io.And.& Zabarella allegantes quòd talis opinio fuit Hugo.per text. in cap. si episcopus. xii. q.v.dicit in terminis *Abb.in* cap.cum tibi.de verb.signi.ibi nota ex text. prędecentē *intellectum*.ꝙ valet consuetudo quod clerici possint disponere de bonis acquisitis intuitu ecclesiæ, & ꝙ propinqui succedāt eis ab intestato in huiusmodi rebus,& tene inquit hoc menti.
10 Idem dicit,& tenet Gaspar.Calderin. consi. secundo de pecul. cler.circa.finem,ibi puto concludendum, quod si loci consuetudo specialis,vel ecclesiæ sit,quod consanguinei succedant in fructibus perceptis,& separatis a solo:illa seruetur alias dico, ꝙ de iure ecclesia succedit ab intestato, & ex testamento &c. nā consuetudo potest disponere,quod cōsanguinei succedant ab intestato clericis,non solum in bonis intuitu personæ acquisitis,sed etiam,si sint acquisita intuitu ecclesię,vt not.in cap.cum tibi.de ver.sig.in cap.si propter sua. de rescrip. lib. sexto. in cap. præsenti.de off.ordi.eo.lib. in extrauag suscepti.Io.XXII.de ele
19 ctio.sequitur Nicol.de Vbal.in suo tracta.de succes. cler. ab intesta.in finalibus verbis.fac.tex.in c.præsenti.de offi. ordin. in 6. vbi episcopi vel eorum superiores,vel quiuis alii prelati prohibentur occupare,vel in suos vsus conuertere, vel auferre bona inuenta in ecclesiis vacantibus earum rectoribus morientibus siue vacationis tempore obuenientibus, nisi hoc sit de speciali priuilegio, vel de consuetudine legitime præscripta &c. facit
20 quia canonicus absens potest percipere fructus præbendæ suæ,si
11 de hoc adsit consuetudo,vt not.in c. dudum el. 2. de electio.in gl.pen.& gl.in c.conquerenti.extra de cler. non resid. inuer. deseruiat,quod tamen est contra ius:quia si vult percipere,de iure debet esse præsens,& deseruire,non autem abesse d.c.conquerē te.& c.inter,de appell.c.peruenerit. facit, quia consuetudo dat iurisdictionem non habenti,& liberiorem administrationem c.cum contingat.de for. compet. fac. quod dicunt quidam qđ cum clerici personis priuilegiatis comparentur, tolerari debet in eis consuetudo ad instar aduocati fisci;qui residuū salarii nō exactum & non maturum transmittit ad hęredes.l.post duo.C. de aduoc.diuers.iud.fac.tex.in cap. si propter. de rescrip. vbi patet,ꝙ fructus primi anni possunt deberi, etiam singulari personæ,& ꝙ ecclesiarum consuetudō, etiam in ecclesiis sit seruanda,habetur in tex.12.dist.illa.& c.ex parte.de conces.præb.in fi. immo dicit Did.Couarruuias in c.cum in officiis.de testam.qđ moribus receptum est,ꝙ episcopis tantum est necessarium obtinere a summo pontifice vel a sede apostolica licentiam testādi:siquidem omnes alii clerici sine licentia,& liberè testātur, & testari possunt,& in vltima voluntate pro libito suæ voluntatis disponunt de omnibus bonis, quæ ex redditibus ecclesiarum sunt adepti,& in eisdem intestati decedentes successores habēt parentes,fratres,cęterosque ab intestato venientes: & hæc consuetudo a plerisque damnatur,ex eo quia per text.in cap.relatū
12 el secundo.probatur consuetudo tantum, quæ permittit clericis testari in pios vsus,in præmium seruitij exhibiti clerico vienti:generaliter autem consuetudo non recipitur, id quod vi
13 detur approbari communiter per scribentes in c. cum in officijs,& d.c.relatum.& licet inquit hæc sit magis communis opinio,tamen quando animaduerto, ꝙ isti redditus ecclesiastici, de quibus agitur,assignātur ex dispositione canon.ministris ecclesiarum separatim ab aliis bonis, quæ in ecclesijs concedunt ad vestes,paramenta,ędificia,aliaque necessaria,quoties video, quod hæc prohibitio est inducta non de iure diuino, sed huma
14 no,ego(inquit) non possum consuetudinem præfatam damnare: quippe qui certo sciam, quod Romanus Pontifex ecclesiæ Principes totiusque orbis christiani consensus eā applausu saltim tacite probant, & Carolus Cæsar Hispaniarum Rex anno 1523.comitiis totius Regni Pyntię habitis c. 7. eandem cōsuetudinem vti bonam,laudabilem, ac legitrime inductam seruari mandauit:idem apud Gallos communi vsu receptum,& obseruatum esse præter alios testatur gl.in prag sanctio.tit. de annatis.§.item quod.in ver.acquisitos, id quod placet Io.Fabro.in stit.de rer.diuisio. §. his verò. Guido. Papæ decis.115.Guliel.Benedic.in c.Raynutius.de testa.in ver.& vxorem.Io And. in reg. nemo plus.de reg.iuris.& aliis qui allegantur per Philip. Probū in c.præsenti.de offi. ordin. in sexto. facit pulcherrimus text. in extrauag.suscepti.de elect.extrauag Io.XXII.vbi habetur quod
15 valet consuetudo,qua inducitur,vt fructus beneficij vacantis ꝑ aliquod tempus pertineant ad defunctum, ergo(inquit)de illis clericus de consuetudine potuit testari, ac illos consanguineis aliisque hæredibus relinquere:subdens,ꝙ hæc consuetudo, cuius initii memoria hominum non est,idem efficit,quod princi
16 pis licentia,& priuilegium.l.iij.§.ductus aquę.ff.de aqua quot.& æst.& alias vt ibi per eum:vbi multa allegat.

Sed hoc videtur meo iudicio satis magnum dictu,& auditu, quia stat communis opinio scribentium in contrarium, vt ipse Couarruuias asserit,Abb.in c.cum in officiis, quem omnes sequuntur hoc ita indistinctè non intelligit:nam,inquit,nota,qđ valet consuetudo,ꝙ clericus possit testari de bonis per ecclesiā acquisitis,ꝙ ego non admitto indistinctè,sed restringo ad bona mobilia,& modica:qualiter etiam valet consuetudo, vt modi
17 ca possit donare cap.cæterum de donat.ita dicendum est respectu facultatis testandi,nam si consuetudo haberet de magnis,illa esset onerosa ecclesiæ,& per consequens non valeret c.j.si de
18 consuetudine respectu verò bonorum immobilium, puto nō sufficere consuetudinem:quia illa non possunt alienari: nisi cū solemnitate:de qua in c.sine exceptione.xii.q.ij. nec illam solēnitatē remouere potest irrationabilis consuetudo, vt communiter per Doctor.in c.nulli.de rebus ecclesiæ non alien.valet tñ consuetudo,vt canonicus testari possit de fructibus ecclesiæ ꝑcipiendis anno seq.post mortem:quia potius præiudicat canonico successori:quam ecclesiæ vt ꝑ Io.And. in reg. nemo plus. in mercurial.vbi ponit de hoc quæstionem de canonicis Mutinen.an de fructibus præbendarum furarū post mortē ad annū percipiendis de consuetudine illius ecclesiæ testari possint, vbi in vtranque partem materia disputata concludit pro affirmatiua scilicet:quod valeat cōsuetudo quod possint canonici de
19 fructibus suarum præbendarum percipiendis testari, potissimū ratione,quia per hanc consuetudinem in his fructib. percipiendis principaliter non præiudicatur ecclesiæ, sed successori: qui hēt de fructibus viuere,qui habet sibi imputare, & quod talem canoniam cum tali onere assumpsit,vnde(inquit) viuat,quo respectu videtur facilius consuetudinem permittere de percipiē
20 dis,quàm de perceptis,de illis(inquit) dico in quibus succederet ecclesia cui grauamen consuetudo afferre non debet c.j.de cōsuet.nec talis consuetudo canonico successori propterea luctū afferre debet,quia eadem lege sibi successorem ligat,quia eosdē fructus ipse successori aufert,quos ei abstulit suus anteces or, & talis consuetudo de percipiendis videtur approbata hodie per dictam extrauag.suscepti.Ioan.XXII.de electio. sed melius per tex.in c.præsenti.de off.ordin.ibi sine vacationis tempore obuenientia.& paulo post.nisi,de spetiali priuilegio,aut consuetudine iam præscripta legitime,&c.vbi Pet.de Ancha.3.not. dicit ꝙ valet consuetudo præscripta super istis bonis obueniētibus, aut dimissis,alteri quam futuro prælato applicandis.& dicit Bellon. consi.4.nu.x.qđ est cōis opinio,quod valeat cōsuetudo, qđ hæredes bñficiati hēant fructus illius anni,quo bñficiatus, moriť, seqť Zabar.in c.fi.de pecu.cler.2. col. ibi modicā erogationē ꝑt facere clericus,vbi hoc hēt cōsuetudo,q̄ valet ēt in morte,etiā, quoad fructus ꝓcipiēdos,vt extrauag.suscepti, vbi approbať cōsuetudo,ꝑ quā fructus applicanť defuncto,qđ nō ꝓbabiliter in
21 telligiť vbi relinquit,ꝑ aīa,tūc(inqt).n.propriè applicatur defuncto;seqť Io.de Imo.in d.c.fi.de pec.cler.circa fi.vbi tenet,ꝙ clericus posset de redditib. ecclesiæ aliqd moderatè donare.saltim si adsit cōsuetudo,& vī,ꝙ illa cōsuetudo possit tolerari ꝑ text. in c.si pp tua debita.de rescrip.in 6.& in d.extrauag. suscepti, in gb.patet ꝙ valet cōsuetudo,ꝙ fructꝰ bñficii vltimi anni,in quo clericus decedit,ēt si nōdū sint ꝓcepti,spectēt ad hæredē ipsius cler.& sic breuiter consuetudo in talib.multū posset operari:& sic vī,ꝙ valeat cōsuetudo,ꝙ cler.& simpliciter ꝑsonaliter bñficiatus faciat fructus suos,& alias,vt ibi ꝑ eundē Imolā.Idē Imola in c.penit.de fideiussor.col.8.ver.q̄ aūt.vbi dicit ſm aliquos quos allegat:ꝙ illud,ꝙ dicit gl.in c.pſenti. de off. ord. in 6.& ꝑ Host.in c.fi.de pec.cler.ꝙ clerici sunt vsuarii & vsufructuarii in fructib.bñficiorū,ꝑt tolerari ꝓp cōsuetudinē,ꝑ tex.in c.dilectꝰ.

de con-

Source : BIU Cujas

de conſuetu. vbi conſuetudo habet poteſtatem interpretandi ius, vt ibi per eum. & vide Abb. in cap. nouum genus. ext. de decimis. col. 3. ꝙ hodie eſt ſtandum conſuetudini, an clericus faciat fructus beneficij ſuos, id quod etiam dicit Io. And. in præallegata reg. nemo plus. tenet Tancred. per illud quod in ſimile dicitur de Vaſallo, qui decedit poſt calend. Martij ante Kalen. Octob. in tit. lex. regni cap. ſi Vaſallus. & per text. & ꝙ ibi notatur in l. defuncta. ff. de vſufru. & audiui poſtquam ſum Neapoli hanc conſuetudinē vigere in aliquibus eccleſijs Apuliæ, quod clerici decedentes, etiam ab inteſtato tranſmittunt ad hæredes fructus ex præbendis per aliquod tempus poſt eorum obitum recolligendos, id quod etiam atteſtatur Io. And. in regula nemo poteſt, in fin. vbi dicit, ꝙ in multis eccleſijs viget hæc conſuetudo, in quibus minimè eſt immutandum, & dicit And. de Iſernia in vſib. feud. lib. 3. conſuetudines &c. §. his conſequenter, ꝙ Neapoli circa fructus decedentis clerici habent conſuetudinem certam præſcriptionem &c. vti vidi ego in Codice dicti Andreæ apud magnificum D. Fabritium Sanmarcū, aduocatum primarium in ciuitate Neapolis mihi amiciſſimū: cum
22 quo alloquutus ſum ſuper iſta quæſtione: quem reperi apoſtillarum manu d. Magnifici viri de iſta conſuetudine Neapolitana vide Innoc. cap. relatum. de teſtam. & cap. fin. de pecul. cler. Gemin. in cap. præſenti. de offi. ordi. in 6. & pro iſta conſuetudine eſt bulla, quæ reſeruatur per canonicos de capitulo eccleſiæ Cathedralis Neapolitanæ, & reperies illam præſentatam in quodam proceſſu inter Carolum della Gatta & donum Marcum Salernum in ſacro Conſilio. & Lofre. d. conſi. 40. prout eſt videre in Codice dicti excellentis Aduocati.

Et quod dicitur de conſuetudine, ſecundum eundem Ioan. And. eſt intelligendum de conſuetudine legitimè præſcripta c. 3. de conſuet. & de offi. ordi. cap. præſenti. nam verbū conſuetudo ſimpliciter prolatum intelligitur, de præſcripta. c. Cumana. de elect. & multo fortius, ſi tanto tēpore ſeruata eſſet, quod ipſius contrarij non eſſet memoria. de verb. ſign. ſuper quibuſdam. & cap. primo. de præſcrip. cum concordantijs, facit etiam, quia Pius Papa IIII. in ſuis breuibus deputationis Frāciſci Odeſcalchi, & Matthæi Minalis videtur velle, ꝙ de bonis quētis ex beneficio ſimplici, poſſit clericus diſponere in locis vbi vigeat conſuetudo teſtandi legitimè præſcripta, in illis verbis, & quoad beneficia ſimplicia, niſi ex priuilegio, &c. vt in dictis breuibus in fine deſcriptis: ego quoad fructus perceptos nō diſcedo ab opinione Abbatis, quod reſtringatur conſuetudo ad modica, quę mihi videtur magis ratione ſuffulta, per ea, quę latè ſunt dicta ſupra per totam præcedentem quæſtionem, vbi dixi pro quota parte, & de quibus clericus de redditibus eccleſię poſſit pro libito diſponere, & quomodo reliquos habeat diſpenſare, & quod eius opinio magis amica eccleſię videtur, qa, ſi ad magna conſuetudo eſſet, oneroſa eſſet eccleſię, & per conſequens admitti non haberet. cap. primo. de conſuetudine. & immobilia non alienantur ſine ſolennitate: & ꝙ ſolennitas remoueri non poſſit prętextu forſan irrationabilis conſuetudinis, ſequitur Silueſt. in ver. clericus quarto, vbi dicit, ꝙ clerici alicubi de conſuetudine teſtantur de fructibus, ac rebus mobilibus eccleſię acquiſitis, & ſecundum aliquos valet conſuet. quia de his teſtari non eſt illicitum, niſi quia in fauorem eccleſię prohibitū, & hęc inquit ſi ſint modica, quia alioquin eſſet oneroſa. ſubdens limita ſi piè in foro animę diſponat, non ſe extendat ad vaſa ſacra diuino cultui deputata, niſi vaſa eſſent ſuperflua, & trāſirent ad aliam eccleſiam &c. pro quo facit, quod dixi ſupra, quod ſi de pecunia prębendę ematur prędium, vel fundus, non poteſt amplius clericus de illo diſponere, nec etiā intuitu pietatis dare, licet ante potuiſſet de pecunia diſponere, quia ſtatim ſic emptum fit eccleſię, vt per Doctor. in cap. j. de pecul. cler. & cap. inquirendum. refert etiam Ang. in ver. emptio. verſi. vtrum emptum. & per illud etiam, ꝙ ipſe Couarruuias dicit in d. cap. cum in officijs. in fin. vbi dicit ꝙ in redditibus eccleſiaſticis tan-
23 tum ius habēt clerici, quantum expreſſe ſibi à canonibus conceditur: quia canones expreſsè tantum concedunt clerico neceſſaria victui, & reliqua diſponere in caſibus prenarratis tantum. Item ꝙ ipſe dixit in fi. verſ. prędicti deniq; quicquid pręter neceſſarium victum ac ſimplicem veſtitum de altari retines, tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt: & ꝙ ipſe in verſ. ſecundo. vbi clericis permiſſum eſt redditus, qui ad eorum congruā ſuſtentationem neceſſarij non ſint, in pios erogare vſus, iuxta illud ꝙ ſupereſt dare pauperibus: & ꝙ dicit in verſi. 3. vbi dicit, clericum poſſe diſponere de illis fructibus pro ſuo libito, qui ſunt neceſſarij ad eius honeſtum ſumptum, iuxta ſui qualitatē, & quod dicit in cap. 7. vbi clericus non poteſt diſponere in teſtamento de rebus occaſione eccleſię acquiſitis, nec de rebus emptis de pecunia de redditibus eccleſię collecta: per quę deducta optimè apparet, ꝙ non poteſt eſſe locus allegatę conſuetudini; Facit quia per hanc conſuetudinem videretur quodammodo introduci ſucceſſio in rebus eccleſię, quod non eſt à canone permiſſum, immò expreſsè prohibitum, cap. Michael. de fil. presbyterorum, Nec video, quod hęc ſit conſuetudo totius orbis, vt ipſe, Couarruuias aſſerit, quia in Vrbe Roma pro tem-pore, quo fui Auditor Reuerendiſs. Theſaurarij in cauſis ſpoliorum camerę, & in Regno Neapolis pro tēpore, quo iam per triennium eaſdem cauſas audio apud Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Nicolaum Fliſcum epiſcopum Sauonen. ſedis Apoſtolicę Nunciū in eodem Regno à Pio IIII. deputatū, contrariū ſeruari vidi, nec de tali quidem conſuetudine, verbū audiui: facit in contrariū vſus quotidianus, qui videtur oculis ab immemorabili tempore citra inductus, quia quotidie pro Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac cuiuſuis gradus, & dignitatis prælatis, & clericis quibuſcunq; à ſede Apoſtolica, & Romano Pontifice pro tēpore exiſtenti, procurant̄, concedunt̄, & expediuntur licentię, & facultates teſtandi pro ſumma, quę petitur, per literas Apoſtolicas ſub plūbo, vel per Breue ſub annulo Piſcatoris, vel per literas Sacrę pęnitentiarię, quod non accideret, ſi allegata conſuetudine ſe tutos fore clerici putarent: facit in contrarium illud, quod habet̄ in extrauag. Pauli III. edita ſuper ſpolijs in principio, vbi atteſtatur res, & bona ſpolia nuncupata prælatorum etiam Pontificali, vel alia maiori dignitate fulgentium cęterarumq; perſonarum eccleſiaſticarum ſecularium, & regularium tempore obitus ipſorū remanentia, ſemper vti ſpolia ad cameram Apoſtolicam pertinuiſſe, & ſpectaſſe, prædeceſſoresq; ſuos, ac ſe ipſum in varijs mundi prouincijs pro illis recolligendis collectores, & exactores conſtituiſſe, & deputaſſe, ac ab antiquiſſimo tempore citra nomine Cameræ Apoſtolicæ exacta, ac inter iura ipſius cameræ annotata, & annumerata fuiſſe. nec valet dicere, ꝙ conſuetudinem hanc atteſtatur Carolus Cæſar, & ꝙ illam mādauerit ſeruari, & ꝙ etiam dicat ita obſeruatum glo. in pragmat. ſanctionibus, quia Paulus III. (vt vidimus) atteſtatur de contrario, cui maior venit adhibenda fides, vt dico in prima quæſt.

Nec refert, ꝙ Carolus Cæſar prędictus ita ſeruari mandauerit, quia eius cōſtitutio, & lex ciuilis de ſe nō erit regul'r ſeruanda tanq̄ eccleſię prędudicialis & oneroſa. Neq; enim *principes* ſeculares habent diſponere ſup rebus eccleſię, vel in rebus eccleſiaſticis ſe intromittere, & ſi ſecus faxint; illorū conſtitutio, & ordinatio, nullius eſt auctoritatis. 96 diſt. in principio. Et ibi glo. cap. bene quidem. cap. vbi nam. cum ſimilibus. Eadem diſt. dicit glo. cap. ſicut epiſcopum. 1. q. 2. in glo. magna in fi.

SVMMARIVM.

1 *In fructibus maturatis à die mortis vſque ad apprehenſam poſſeſſionem beneficiorum reſeruatorum ſuccedit Camera.*
2 *Diſtinctio, ad quem ſpectent fructus eccleſiæ.*
3 *Seruatur conſuetudo, quæ non eſt grauis Cameræ.*
4 *Fructus ſolo cohærentes ſunt pars fundi.*
5 *Conſuetudo in Regno Neapolis, ꝙ fructus in exacti pertinēt ad capitulū &c.*
6 *Conſtitutio Iulij III. applicat fructus in exactos Cameræ.*
7 *Priuilegio dubio inſpicitur intentio concedentis.*
8 *Intentio apparet ex coniecturis.*
9 *Contrariorum incluſio vnius, eſt excluſio alterius.*
10 *Quando ſit ſumendum argumentum à contrario ſenſu.*
11 *Illa præſumitur cauſa finalis, quę eſt poſita in lege.*
12 *Vbi ratio legis reddi poteſt vnica habetur pro expreſſa.*
13 *Verba dubia interpretantur ſecundum quod expedit proferenti.*
14 *Inſpicimus ſemper illud, quod eſt magis veriſimile.*
15 *Digniora ſemper ſunt præferenda.*
16 *Vide quid importet dictio, &.*
17 *Verba debent aliquid operari.*
18 *Lex non debet habere ſuperfluam ſyllabam.*

An in fructibus inexactis relictis per clericum defunctum ſuccedat Camera Apoſtolica ſucceſſor in beneficio, vel hæres defuncti.

QVAESTIO V.

Nihil dicemus hic de fructibus inexactis penſionū, vel alias reſeruatis, vel diſtributionum quotidianarum quæ dantur inſeruienti horis diuinis, quia illos diximus peruenire ad hæredes ex teſtamento, vel ab inteſtato ſecundum aliquorum opinionem pro quanto tempore decurrerint vſque ad mortem clerici: prout in quæſtione, quam fecimus de ſucceſſio. clerici ſecularis ab inteſt. & etiā in q. de poteſtate clerici circa fructus &c. quia non ſunt præſentis quæſtionis, vnde dicemus tantum de illis fructibus, qui obueniunt prælato ratione tituli prælaturæ, vel clerico beneficiato, ratione tituli ſui beneficij, ex eo, quia eſt in beneficio intitulatus, vel inſtitutus, qui decurrerūt & maturarunt in vita prælati, vel clerici, & remanſerunt inexacti, vt puta quia per ſuperueniētiam obitus illos exigere clericus, vel exactionem inchoatā ad finē perducere aliquo caſu nō potuit.

Quia de illis, qui decurrūt, obueniunt, & maturant a die obitus, vſq; ad diem apprehenſæ poſſeſſionis beneficij reſeruati, vel prælaturæ, per nouū ſucceſſorem nihil attinet dicere: qa de illis nihil eſt dubitandū, vel diſputandū eum per extrauagātem Pij IIII. ſub Dat. Romæ apud ſanctū Petrū die ſeptimo Decembris 1560. ſit clarè prouiſum, quod in illis ſuccedat Camera apoſto-

Source : BIU Cujas

apoſtolica,ſi beneficium dico ſit reſeruatum, quia ſi non reſeruatum ſit,dico ſecus.Vnde per contraria procedendo,quia iſto modo magis habetur,& magis apparet veritas,non videtur, qđ fructus,prouentus,redditus,obuentiones,& emolumenta,quæ obuenerunt ante obitum,vel tempore obitus, & quæ per mortem clerici,vel prælati,qui illa exigere non potuit,remanſerũt, inexacta perueniant,aut peruenire poſſint, aut debeant ad Cameram apoſtolicam,capitulum,conuẽtum,collegia, aut ad ſingulares perſonas,ſed potius ad ſucceſſorem in prælatura,vel beneficio, vel ꝙ potius conuerti debent in vtilitatem eccleſiæ ſui paſtoris obitu deſolatę:quia id videtur per ius nouũ hodie apertè deciſum per tex.in c.quia ſæpę.de electione.in 6.vbi determinatur,ꝙ tam bona dimiſſa per prælatum,quàm obuenientia tẽpore vacationis eccleſiæ,& mortis prælati,non vſurpentur modo aliquo per capitula,conuentus,collegia,vel ſingulares perſonas earundem,ſed reſeruentur fideliter futuris ſucceſſoribus:itẽ per tex.in c.præſenti.de offi. ord. eo. lib.ibi ſiue vacationis tempore obuenientia,quæ in vtilitatem earundem, vel futuris ſucceſſoribus fideliter reſeruari.&c.

Nec hoc habet locum tantum in fructibus, ſed in omni alio emolumento, quod peruenit ex iuriſdictione, & ſigillo curiæ eccleſiaſticæ,vel ſecularis,aut alias vndecunq; iux. tex. in clem. ſtatutũ.de electio.Et hoc etiam fuerat ante prouiſum per ius antiquum.per tex.in c.illud.& c.non liceat. 12.q.2. cum ibi gl.vbi habetur quod bona epiſcoporum, & prælatorum decedentiũ debent ſub cuſtodia fideli,futuro ſucceſſori conſeruari: & quãuis dicta iura videantur loqui de bonis dimiſſis per defunctum tempore obitus illius, intelliguntur etiam de bonis obuenientibus tempore vacationis, & poſt per generalitatẽ, quæ habetur ibi,ꝙ bona decedentium epiſcoporum res ſuæ,aut eccleſiæ ſuæ debent cõſeruari, & illibata futuro ſucceſſori,qui epiſcopus ordinabitur reddi.vbi gl.tradit quis debeat deputari ad illarum cuſtodiam,& conſeruationem,& perceptionem.Clarius id videtur dicere gl.in c.hæc huius.eiſdem cauſ.& q.vbi dicit,ꝙ omnia à morte prædeceſſoris ſunt ſeruanda ſucceſſori,in gl.conſeruari.Idem tenet Hoſtien.in c.fi.de pecul.cler.vbi poſita queſtione qui nam ſint fructus qui pertineant ad eccleſiam, de quibus nõ poteſt teſtari clericus.reſpondet,ꝙ eſt aduertendum ad tempus quo moritur clericus, quia ſi moritur poſt finitum mẽſem Auguſti & ante Kalend.Martii,omnes fructus anni proximi ſequẽtis pertinent ad eccleſiam, vel dic inquit alio modo. quod fructus pendentes pertinent ad eccleſiam, ſeparati vero à ſolo,ad
2 clericum:vel dic alio modo, ꝙ inter exequutores clerici defuncti,& eccleſiam fructus habent diuidi,ſicut fit inter virũ,& vxorem,facto diuortio:ſubdens,ſed eſt verius,vt intelligamus illos fructus tantum pertinere ad clericum, qui ſunt ſeparati à ſolo, & reconditi,quos clericus,vti vſufructuarius facit ſuos, cui clericum (inquit) cõparari debere diximus,alii autem qui nõ ſunt ſeparati à ſolo,nec reconditi, prout eſt in caſu noſtræ præſentis quæſtionis,non ſunt clerici,nec clericus facit illos ſuos,quia ſpectant ad eccleſiam,& hæc procedunt: niſi obſtet aliqua ſpecia-
3 lis conſuetudo in contrarium. † cui ſtandum erit, niſi eccleſia, ob illam nimis grauetur.

Idem dicit,& tenet Gaſpar.Calder.conſi.2.de pecul. cler. vbi poſita quæſtione, quis ſuccedere habeat in fructibus præbendæ canonico defuncto,dicit indiſtinctè, quod eccleſia,maximè,ſi decedat clericus ante fructus recollectos: quia in illis ſuccedit eccleſia nõ hæredes ex teſtõ,vel ab inteſtato: ſiue æquiparemus clericum vſufructuario,ſiue vſuario:ſi verò decedit poſt fructus à ſolo ſeparatos,tũc diſtinguit quinq; caſus,vt ibi latè per eũ videri põt.Et dicit Io.Copus in tract.de fructibus lib.4.tit.3.c.2.qđ tam fructus à perlato percepti, qui in bonis eius eſſe cęperunt, & mortis tẽpore extant,quàm ẽt ij,qui tempore vacationis obuenerunt,debent futuro ſucceſſori reſeruari. Idẽ videtur tenere Spec.in tit.de fructibus & intereſſe.ver.ſed pone prælatus.vbi dicit,quod quidam decedens talem fecit ordinationẽ, volo qđ de omni mobili meo,quod nunc habeo,fiant tres partes,ſic diſtribuendæ:quæritur,qui fructus pertineãt ad defunctum, & reſpõdet, quod omnes fructus à ſolo ſeparati tẽpore mortis ſuæ, quia quandiu ſolo cohærent ſunt pars fundi. l. fructus. ff. de rei
4 vend.† Vnde in caſu noſtro fructus inexacti cum nõ ſint, & cũ non poſſint dici à fundo ſeparati ſunt eccleſiæ,cuius eſt fundus, & per conſequens ſucceſſoris in beneficio. Item eſt Bulla ſiue motus proprius ſuper hoc factus per Iulium III.qui incipit Motu proprio. &c. Cum ſicut nobis nuper innotuit. &c.de qua fit mentio in alia regula, vel Bulla eiuſdem edita pari modo ſuper fructibus inexactis relictis,q̃ eſt deſcripta in fine,in qua expreſsè huic caſui prouidetur,& determinatur,ꝙ tales fructus inexacti, non vadant modo aliquo ad hæredes defuncti, ſed ad ſucceſſores in beneficio,vt in dicta conſtitutione.

In contrarium videtur opinio Bar.in l.diuortio.§.ecõtrario. ff.ſol.ma.vbi dicit, canonicus decedens tranſmittit ad hæredes ſuos fructus perceptos,& percipiẽdos pro rata temporis, etiam pro rata anni,quo ſtetit in canonicatu.

Item facit in cõtrarium pari modo illud, quod tenet Io. An. in regula nemo plus.de reg.Iur. vbi diſputando quæſtionem de canonicis Mutinenſibus,tenet,quod canonicus,ſtante conſuetudine,poteſt diſponere in teſtamento de fructibus ſui canonicatus, etiam percipiendis pro tempore poſt mortem, & quòd valet diſpoſitio.

Item audiui eſſe multas eccleſias in regno Neapolitano: in q
5 bus ineſt conſuetudo ꝙ fructus inexacti per clericum,ſeu beneficiatum defunctum,& illi etiam qui obueniunt, & decurrunt poſt eius obitum vſq; ad nouam prouiſionem accreſcunt capitulo,collegio,vel canonicis,ſeu conclericis dictæ eccleſiæ.

Quid tenendum ergo in caſu iſto?ego puto in iſtis fructibus inexactis ꝙ non ſuccedant nec hæres defuncti,nec ſucceſſor in beneficio, nec alius, qui alias de iure communi poſſet ſuccedere,quandoquidem fuit expreſſe determinatum per prælibatum Iulium III.ꝙ iſto caſu ſuccedat camera apoſtolica,in locis, vbi ſunt collectores cameræ apoſtolicæ: prout per ipſius Iulii conſtitutionẽ editam, vel publicatam ſub anno Domini 1551. die decimaoctaua menſis Iunii. in qua Papa declarat, quod conſtitutio,quã alias fecit,ꝙ in fructibus inexactis, relictis per defunctum clericum, non haberent ſuccedere hæredes defuncti, ſed ſucceſſores in beneficio,comprehendebat tantum loca,vbi nõ ſunt collectores ſpoliorum,& iurium cameræ apoſtolicæ: & ꝙ in dictis locis ſuum effectum ſortiri haberet tantum, nõ autem in locis vbi eſſent,& eſſe conſueuerunt collectores, & in locis, vbi eſſent collectores,voluit,ꝙ circa iſtos fructus inexactos,haberent locum conſuetudo, priuilegia, & iura particularia, quæ iubet ſeruari:per quam conſtitutionem Iulius III.adimendo illos fructus inexactos à ſucceſſoribus in beneficiis, in locis, in quibus adſunt collectores ſpoliorum, & iurium reuerendæ cameræ, vt de ſe patet, voluit, & intellexit illos applicare iuribus cameræ, ac vt bona cameræ per collectores colligi in dictis locis.

Verum quia ego ita dictam conſtitutionẽ intelligo,& ſimul audiui, quendam magnum doctorem in ciuitate Neapolis ali-
6 ter intelligere,†& aliter ſentire, in cuius opinionem,& ſententiã licet pro eius auctoritate, quæ apud omnes magna, & apud me maxima,ego iuuenis deſcendere deberem,tamen hic adducam rationes,& fundamenta,quibus moueor ad dictam conſtitutionem,ita interpretandam,& eam ita intelligendam, prout aliter intelligi rectè non poſſe puto.

Et pro euidentia præmitto,quod ſenſus Bullæ talis eſt,videlicet conſtitutio,quam fecimus, quod fructus inexacti relicti per clericum defunctum, non vadant ad illius hæredes, ſed ad ſucceſſores in beneficio,quos ſolutis primo certis debitis,& legatis defuncti, in ſuos vſus conuerterent, habet locum in locis tantum, vbi non ſunt collectores iurium cameræ apoſtolicæ, circa quæ loca ſeruari habet ius commune, nec comprehendit loca, vbi ſunt, vel eſſe conſueuerunt collectores, & in locis collectorum, valeant conſuetudo, priuilegia, & iura particularia quę vigeant.Credo quod iſte ſit germanus eius intellectus, & verus ſenſus Bullæ.

Præmitto ſecundo & aliud,ꝙ cum per conſtitutiones,de nouo factas per Romanos Pontifices,hodie camera apoſtolica ſit ſubrogata, & ſuffecta in bonis acquiſitis de fructibus beneficiorum,ac in acquiſitis, occaſione eccleſiæ, & in fructibus relictis per clericum defunctum in locum,ac in vicẽ ſucceſſoris,prout per Bullas,& conſtitutiones extrauag. in materia ſpoliorũ editas,de quibus in prima quæſtione per deciſio. Rotæ 855.in antiquis.camera apoſtolica, & ſucceſſor in beneficio habent ſe, vti contraria,& incompatibilia.

Et vbi ſit vnum de iſtis,ibi aliud eſſe non poſſit de iure, quia, vbi colligit camera,ibi colligere non poſſit ſucceſſor,& vti cõtraria,alterum excludatur ab altero.

Item prẽmitto etiam,quod de iure intentio legem condentis eſt conſideranda clem.2.§.fi. vbi Card. de religio. do.quia cũ
7 priuilegium eſt dubiũ,concedentis intentio inſpicitur, per tex. in l.Neratius.ff.de reg.iur.c.cum veniſſent.ex.de iudic.per Spec.
8 in tit.de inſtru. edit. §.11.incip. nunc autem.ver. † ſi autem dubium eſt.& intentio apparet ex coniecturis.l.ſi quis intentione. ff.de iudic.per Specu.in tit.de libelli conceptio.§.iam nunc.ver. ſed cum ex his.

Iſtis ita præſuppoſitis,ego iudico,quod principale intentũ Pape in hac cõſtitutione fuit prouidere de iſtis fructibus,ac rebus inexactis camerę apoſtolicę,in locis,vbi ſunt collectores,ſi nulla adſit conſuetudo, priuilegium, aut ius particulare in contrarium,& quod cauſa finalis,quæ illum ad ſic ſtatuẽdum induxit, fuit ipſa camera, & ita intelligi debet, licet per verba expreſſa non appareat,id quod ego deduco hoc modo.

Et primo,quia reformatio cõſtitutionis,vt non habeat locũ, vbi ſint collectores iurium cameræ apoſtolicæ, videtur facta p camera apoſtolica,& reſpectu cameræ,per illa verba in Bulla ſępius repetita prouidere intelleximus ſolum eccleſiis, monaſteriis,& beneficiis in locis in quibus collectores fructuũ,& puentuũ cameræ apoſtolicæ debitorum deputari,ſeu eſſe nõ conſueuerunt &c.Vnde,ſi reſpectu cameræ ſit facta, ad illius vtilitatẽ,

Source : BIU Cujas

commodum,& beneficium facta interpretari debet,quia in locis collectorum excluduntur à perceptione talium fructuũ ſucceſſores in beneficiis, ad quos tales fructus regulariter de iure communi ſpectant,vt iuribus primo allegatis,ergo ipſis excluſis incluſa intelligitur camera apoſtolica quæ eſt ſucceſſoribus in materia ſpoliorum contraria,per regulam cõtrariorũ, quod incluſio vnius eſt excluſio alterius, & electo vno de contrariis
9 alterum perpetuo eſt extinctum. Notat Bal. per illum tex. in l. j.C.de fur.& fer.corrup.notat & dicit Specul. in tit.de exceptio. §.4.verſic.illud autem,quod contrariorum electo vno,videtur alteri renunciatum.

Item ex eo,quia in prima conſtitutione, vel motu proprio à talibus fructibus,vti à rebus eccleſiaſticis inalienabilibus excluduntur omnino hæredes,& illi concedũtur ſucceſſoribus in be
13 neficio,ad quos ſpectant de iure, cum facultate illos in ſuos ꝓprios vſus conuertendi ſolutis certis debitis, & legatis factis ad
14 pias cauſas defunctorum. in ſecũda conſtitutione adimuntur à ſucceſſoribus,in locis vbi ſunt collectores cameræ, in quibus locis eſt ſeruanda conſuetudo,& priuilegiũ:& ſi nulla adſit cõſuetudo,vel priuilegium,vel ius particulare,prout euenire põt, de neceſſitate eſt dicendum, quod tunc iſti fructus ſint cameræ apoſtolicæ,cuius reſpectu limitatur conſtitutio generalis,in locis vbi ſunt collectores:quia ſi non intelligerentur eſſe camerę iſta noua conſtitutio reformatiua primæ,nihil operaretur,quæ operari debet etiam vltra ius commune,per Bar.& alios in l. 4. §.prætor ait.ff.de dãno infec.per Fel. in c.de cauſis. de off. deleg. in ver.in gl.ibi & per tex.in l.re coniuncti.ff.deleg.3.vbi dicit: ꝙ
10 quando verba ſtatuti in ſenſu directo nihil operantur, † tũc de neceſſitate ſumi debet argumentatio à cõtario ſenſu, etiam ad correctionem iuris communis:immo illa verba Bullæ,in locis in quibus collectores,ſeruirent deuẽto,& eſſent eluſoria,& ſtatuta ſemper debent intelligi,ne reddãtur eluſoria. l.j.§.pecunia. ff.de calumniat.gl.in c.quamquam.de vſur.in 7.

Item ſi dicamus iſtos fructus,& res inexactas non ſpectare ad cameram apoſtolicam in locis collectorum, ſi veniat caſus,ꝙ ꝑ conſuetudinem,priuilegium,aut ius particulare ad neminẽ ſpectent,naſcitur inconueniens,videlicet quod nullius erunt,& in dominio incerto permanebunt,quod eſſe non debet.

Vnde ad euitandum inconueniens,cum non ſint hęredum, non ſint ſucceſſorum, nec per aliquam conſuetudinem, priuilegium,aut ius particulare ab aliquo vendicentur:eſt de neceſſitate dicendum,quod ad cameram apoſtolicam pertineant, cuius intuitu, & contemplatione videtur emanaſſe iſta noua reformatiua conſtitutio,argumento à ſufficienti partium enumeratione, quod valet in iure. l. obligatione ferè. §. placet. ff. de actio.& obliga.l.filius.§.filius.de lega.primo, & §. in bonæ fidei. inſtitu.de actio.

Item cum in Bulla dicatur,ꝙ ſucceſſores habent ceſſare percipere fructus, & res inexactas in locis vbi ſunt collectores iu-
16 rium cameræ apoſtolicæ,niſi adſit conſuetudo, priuilegia, vel aliquod ius particulare,ipſa camera, & reſpectus ipſius cameræ, videtur fuſſe cauſa finalis,quæ ad ſic ſtatuendum, & diſponen-
11 dum Papam mouit,quia iſta cauſa eſt poſita,& expreſſa in lege, vt per Bar.in l.metum autem. §. ſed licet. in primo not.ff. quod metus cauſ.per Bal.in l.generaliter.5.col.ver.ſecundo principaliter.C.de epiſ.& cler.& cauſæ, quæ cohærẽt ipſi diſpoſitioni inſpecta iuris diſpoſitione inducunt, & arctant ad ita diſponẽdũ, dicuntur eſſe cauſæ finales,per Bart.Soci.cõſi.159.& conſi.245. quia cauſa finalis videtur eſſe mens legis,quæ inſpici debet,per Specul.in tit.de aduocat.§.4.verſi.vel tale. Item cũ hic non poſſit dici,quod ratio, quæ mouit Papam principaliter fuerint hæredes defuncti,à quibus tales fructus omnino ademit per primã conſtitutionem. Item nec ſucceſſores,à quibus adimit in terris
17 collectorum. Item,nec conſuetudo,vel priuilegia,cuius clauſula (ſi inſpicitur Bulla) eſt poſita poſt determinationem principaliter factam de intereſſe cameræ, per iſta verba, Et omnino ea non obſtante,quæ præſupponunt,vr eorum eſt ſenſus, aliã determinationem præcedere, eſt de neceſſitate dicendum, quod fuerit ratio cameræ apoſtolicæ,quia præter iſtam, nulla alia ap-
12 paret, & nulla alia reddi poteſt, † quæ debet haberi in caſu noſtro pro expreſſa,latè per Feli. in c.ſi quando.ex.de reſcri. 2.col. ver.circa reddendum &c.

Accedit ꝙ non videtur in veriſimile, quod Papa qui pro ſubueniendis neceſſitatibus ſedis apoſtolicæ pro regimine Vrbis, totiusq; ſtatus eccleſiaſtici,ac manu tentione Põtificalis dignitatis in vniuerſo orbe terrarum, applicauit cameræ apoſtolicæ bona quæcunq; de fructibus eccleſiaſticis acquiſita, relicta per clericos defunctos,quæ ſpolia hodie vocamus.

Item fructus obuenientes à die vacationis,vſq; ad apprehenſam beneficii vacati poſſeſſionem,quod voluerit etiam in ſubuentionem oñerum dictæ ſedis,& cameræ dictos fructus, & res inexactas conuertere, charitate, & dilectione adductus Romanæ eccleſię, & Sedis ſuæ præfatę, quę charitas,& dilectio eſt vna de coniecturis ad mentem coniecturandum, per text. vbi Iaſ.in l. ſeruus plurium. §. ſi numerus de lega.j.id, quod videtur tanto magis dicendum,cum attenta eius abſoluta, & quam habet ampla poteſtate in beneficialibus,ac fructibus beneficiorũ, id facere poſſit pro libito,& ſolet,per extrauag.cum nonnullę. la prima & la 2.in tit.de præben. vbi fructus beneficiorum vacãtium pro eccleſiæ Romanæ neceſſitatibus releuandis, cameræ apoſtolicæ applicantur, vbi vide in extrauagan. communibus, idem vide in extrauag.antecedenti,quæ parimodo incip. nonnullæ.& in extrauag. poſtulaſti. eo. & dicit gl.in clem. vnica.de ſupplen.negli.in verſi. reuocari. quæ dicit ꝙ hodie Papa recipit fructus vacantium &c.

Et cum in hoc non preiudicet niſi clericis,qui in dictis fructibus ſuccedere poſſent,quibus præiudicare poteſt de iure,ſecundum libitum voluntatis ſuæ,& cum verba dubia debeant inter
13 pretari,ſecundum quod expedit proferẽti,† per Pau.de Caſt. &
14 alios in l.ſi quis intentione.ff.de iudic. & in obſcuris inſpicimus ſemper illud, quod eſt magis † veriſimile c. inſpicimus. de regu.iur.in 6.

Item cum verba dubia, regulariter interpretantur in fauorẽ proferentis.l.habemus.& d. l.ſi quis intentione.de iudic. tamen fauore eccleſiæ verba dubia interpretantur in eius fauorem ẽt contra eius intentionem,per gl.in verſic.dubium. ex.de probatio.c.in præſentium.

Per hæc ego dicebam, quod mens Papæ in d. regula,vel conſtitutione reformatiua fuit,ꝙ fructus, & alia inexacta, quæ adimuntur ſucceſſori in beneficio,peruenirent ad camerã apoſtolicã in locis,vbi eſſent collectores iuriũ cameræ,ſi tñ aliqua cõſuetudo, priuilegiũ, vel ius particulare non adeſſet in cõtrariũ, & quod collectores,vti bona,& iura cameræ colligere poſſent.

Nec iudico verum illud: quod dicebat ille magnus Doctor, ꝙ cauſam præbuit conſtitutioni conſuetudo, & quod illa fuit cauſa finalis,& impulſiua conſtitutionis, quia, ſi bene inſpiciamus Bullam,non loquitur de conſuetudine,niſi ſecundo loco, ſiue inſpiciamus in narratiua parte, ſiue indiſpoſitiua, & niſi poſtquam eſt loquutus Papa,reſpectu collectorũ cameræ, nec de conſuetudine ſtatuit, niſi poſtquam determinauit de cauſa, & loco collectorum iurium cameræ apoſtolicæ,quam cauſam reputauit,& habuit Papa pro digniori, quia de illa primo loco
15 tractauit,quia digniora habent ſemper præcedere.† vnde de cõſuetudine ſtatuitur ſecũdo loco, vnde cauſa conſuetudinis nõ videtur fuiſſe cauſa principalis,neq; principale intentum,quod mouit Papam ad ſtatuendum.

Item ſtatuit de conſuetudine per illa verba,videlicet, & omnino eadem conſtitutione non obſtante &c.

Per quæ vĩ, ꝙ conſtitutio fuit iam facta ſuper alio penitus diuerſo à cõſuetudine,vnde illam limitat, vt non habeat locum, vbi ſit conſuetudo in cõtrarium, priuilegia,vel ius particulare.

Item ſtatuit de conſuetudine, addẽdo ad principalem cõſtitutionem,iam factam per dictionem, &,quæ eſt dictio copula-
16 tiua copulans ſemper † aliquid alicui.l.titiæ.textores. §. nihil.ff. de leg.j.l.ſi quis inquilinos.eo. tit. quæ dictio aliquando importat ordinem ſucceſſiuum,l.Gallus.§.buædam. ff. de lib. & poſth. & de ſui natura implicat caſum minus dubitabilem Raphael. Fulgo.& Ludo.Roma.in l.qui ſe patris.C.vnd.lib.Iaſ.in l.j.§.municipes 2.colum.verſi.reſpondetur not.de acquir. poſſeſ. & per Bar. in l.ſicut & in l.3.ff.de Fund.inſtru.vbi dicit quòd dictio,&, coniungit æquè principaliter,per Feli.in c.quanto. de iudi. col. antepen.verſ.ſed poſito.

Item dicat mihi ille magnus doctor, ſi conſuetudo ſola fuit, quæ præbuit Papæ cauſam ſtatuendi,ad quid ponere in Bulla illa verba,ſæpè repetita,conſtitutionem eandem ſolum comprehendere eccleſias,& monaſteria, in quibus collectores iurium cameræ non eſſent, vel eſſe non conſueuerint, quid operantur
17 illa verba? Nam verba debẽt aliquid operari,† vt diximus,& ſuperfluitas debet euitari per Spec.in tit.de teſte.§. iam de interrogatoriis.j.col.in fi.ver.habita.

Quid accidebat: niſi dicere, regula ꝙ ſucceſſores percipiant fructus inexactos,non habeat locum vbi ſit conſuetudo in contrarium,& profectò ſi conſuetudo ſola fuit:quę Papam mouit, & non camera apoſtolica,illa verba ſufficiebant.

Profectò illa verba in locis, in quibus collectores eſſe nõ cõſueuerunt,fuerunt ſuperfluo addita,ꝙ eſſe,non debet,maximè in lege,quæ nedum verba ſuperabundantia,ſed ſuperfluam ſil-
18 labam habere non debet.† per gl.in l.j.ff.quod met.cau.& in ca. ſolitæ.de maiorit.& obedient.

Ego ſalua pace tanti viri,Bullam intelligo, quod Papa principaliter ſit motus ad ſtatuendum pro intereſſe cameræ apoſtolicæ,& ꝙ collectores cameræ tales inexactos fructus nomine camerę perciperent,& ſi adeſſet aliqua conſuetudo,priuilegium, vel ius particulare in contrarium,quod vigeret, ꝙ conſtitutione non obſtante ſeruaretur,& ſeruari haberet.

Nec obſtant,quæ primo loco deduximus in cõtrariũ.de tex. in.c.quia ſępe.de elect.in 6.& de tex.in c.præſenti.de off.ord. eo. lib.& de tex.in c.illud,cum aliis adductis.12.q.2.vbi apparet: ꝙ fructus,& emolumenta, obuenientia, quo vis tempore relicta per defunctum deberet futuro ſucceſſori fideliter reſeruari:nec

minus

Source : BIU Cujas

minus illud,quod adduxi de Hoſt.in c.fi.de pecul. cler.de Cald. & Spec.& de Io.Copo.

Quia iſta haberent locum de iure antiquo, & quando nihil ſtatutum eſſet in contrarium per ius nouum,prout determinatur de fructibus obuenientibus à die vacationis vſque ad apprehenſam poſſeſſionem beneficii per de nouo prouiſum per Bullam Pij IIII.

Item de fructibus inexactis, relictis per defunctum per dictã conſtitutionem, Iulij III.quæ,vti iura noua attendi debent vulgatis Iuribus.

Non obſtat,quod pari modo adduxi.de Bart.in l.diuortio. ff. ſolut.matr. quod clericus decedens tranſmittit ad hæredes ſuos fructus perceptos, & percipiendos pro rata anni, vel temporis quo ſtetit in canonicatu,quia ipſemet Bart.non firmat ibi eam opinionem, ſed dicit, ꝙ contrarium tenent Canoniſtæ,quibus in hoc eſt ſtandum,vt ibi per eum.

Nec eſt aliquid,quod dixi.de Io.And.qui diſputat quæſtionẽ de canonicis Mutinenſibus,qui ſtante conſuetudine poſſunt diſponere de fructibus canonicatus percipiendis: quia non dico: quod in huiuſmodi fructibus non debeat attendi conſuetudo: quia immo eſt attendenda, & obſeruanda, prout latius dixi ſupra in quæſt.de conſuetudine.

Et aduerte, quod fructus inexacti: de quibus in præfatis Bullis,habent intelligi,ſi ſunt maturi,& in ſtatu,quod decedens ipſe illos decerpere,& colligere potuiſſet.

Sed nunquid collectores poterunt tẽpore ſedis vacantis,ſcindere nemora nõ cẽdua,vel alia,vel pulchras arbores:ſeu exhaurire,aut euacuare ſtagna de groſſis piſcibus ꝑ multos annos nutritis:& licet videatur,quod ſic,quia quicquid fructuum nomine vtiliter ſuo tempore euenit,totũ ſuum eſt oneribus ſupportatis c.præſenti.de off.ord.li.6. tñ, quia iſta ſunt talia,ſine quibus deterioratur proprietas,vñ de iure contrarium,quia iſta non cadunt ſub fructuum nomine, nec appellatione fructuum venire poſſunt.l.arboribus.& l.pridem.ff.de vſufr.& c.forma.de cenſi. vnde videtur dicendum,quod magna nemora,& arbores non cẽduas non vaſtabunt,nec cẽdua,vel ſtagna,niſi quatenus augumentum,ſeu emolumentum eorum tempore iſtis cõpetẽti poterunt adẽquari,ad inſtar mariti fructus dotis lucrantis.l.diuortio.§.non ſolum.ff.ſol.mat. per gl.in verſ. collectores extrauag. ſuſcepti.extrauag.com.ne ſed.vacan.

Regula ſiue conſtitutio perpetua Sãctiſſimi Dñi Iulij diuina prouidentia Papę III.in qua declarat qđ fructus beneficiatorũ, tẽpore obitus beneficiatorum inexacti, debeãtur ſucceſſoribus in beneficiis,& non hæredibus dictorum beneficiatorũ, ac qđ ducati 500.& reliqua per mortẽ Reuerendiſſimorũ S.R.E.Cardinalium Cameræ, & Capellæ apoſtolicæ debita ſolui debeantur,nec de eiſdem per præfatos Cardinales teſtari poſſit.

Motu proprio &c.Cum ſicut nobis nuper innotuit diuerſi diuerſorum beneficiatorum,etiam Epiſcoporum, Patriarcharũ, & aliorum prælatorum,ac S.R. E. Cardinalium pro tẽpore decedentiũ hæredes,nõ ſolum bona relicta ſpolia nuncupata, ſic decedentium beneficiatorum,Epiſcoporum, Archiepiſcoporum,Patriarcharum,& aliorum prælatorum, ac etiam Cardinalium verum ẽt fructus &c.eccleſiaſticos,ac pecunias,& res alias per ipſos beneficiatos,Epiſcopos,Archiepiſcopos, Patriarchas, & alios prælatos,ac etiam Cardinales ante eorum obitum non exactos, etiam ſi eorum ſolutionis dies ante obitum ipſorũ nõ aduenerit,ſub eo forſan prætextu:quod pro tempore ante obitum huiuſmodi decurſo,debeãtur exigere,& quandoq; ſolutionem debitorum per ipſos beneficiatos, & Cardinales, dum viuerent contractorum,& legatorum per eos in ſua vltima volũtate, etiam ad pias cauſas factorum ſubterfugere, & hæredes Cardinalium huiuſmodi paramenta,& ornamenta capellæ ipſorum Cardinalium,quæ iam tanto tẽpore, quod eius initij hominum memoria nõ habetur capellæ apoſtolicæ, in qua miſſæ Papales celebrantur,& ex qua pauperibus prælatis ad Romanã Curiam pro tempore confluentibus & paramenta eccleſiaſtica,cum quibus proceſſionibus,& aliis ſolẽnitatibus per Romanum Pontificem fieri ſolitis incedere poſſint non habentibus ſubuenitur,deuolui conſueuerunt occupare, ac ſolutionẽ quingentorum ducatorum auri de Camera,qui poſt obitum ſingulorum Cardinalium,pro pretio anuli,eis in eorum ad Cardinalatus aſſumptione exhiberi ſoliti, Cameræ perſoluuntur declinare contendant,& ſatagant.Nos attendentes fructus &c.& pecunias,ac res alias,occaſione eccleſiarum,monaſteriorũ,& beneficiorum eccleſiaſticorum pro tempore prouenientium, licet poſtquam ad manus beneficiatorum peruenerunt, & cum aliis ipſorum beneficiatorum fructibus &c. pecuniis, & rebus, ſeu ipſis beneficiatis incorporatæ ſunt, non vlterius in eccleſiaſticis,ſed potius ipſorum beneficiatorũ propriis,& ab eis acquiſitis bonis iudican.& propterea,quod modo pro ſecularibus,& prophanis haberi,& de eis teſtõ,aut alias diſponen. facultas eiſdem beneficiatis per ſedem apoſtolicã concedi conſueuerunt: nihilominus,donec in manibus eorum,qui illos,tãquam eccleſiaſticos ſeu ex eccleſiis,monaſterijs,& beneficijs prędictis prouenien.& pro talibus cõſeruant,aut,vt tales detinent, ipſiq; beneficiati pecunias huiuſmodi realiter non exegerint, & fructus &c.non perceperint, necnon aliis eorum bonis cõmiſcuerint, & ſibi incorporauerint ſemper ipſarum eccleſiarum, quarũ ipſi beneficiati ſunt, ac verè eccleſiaſticos eſſe, & cenſeri debere: & propterea iuri non cõgruere, vt ipſi beneficiati de rebus certis ipſarum eccleſiarum,quę omni iure alienari prohibentur diſponere,etiam in eorum vltima voluntate poſſint,nec ipſis beneficiatis,etiam epiſcopis, Archiepiſcopis, Patriarchis, & aliis, ac Cardinalibus pro tempore defunctis,eorum hæredes, qui,vt plurimum ſunt laici,in præiudicium ſucceſſorum beneficiatorum fructus &c.ac res,& pecunias inexactos huiuſmodi, os boui trituranti alligando exigunt,& hęredes Cardinaliũ mala malis addendo,bona capellæ apoſtolicæ debita occupãt, ſeu quod Cameræ, & creditoribus, ac legatariis debent pro ſe retineant. Volẽtes in præmiſſis opportunè prouidere. Motu ſimili &c. de claramus noſtræ intẽtionis nunquã fuiſſe,nec eſſe, quod quiuis quoruncunq; beneficiatorum,ẽt,vt præfertur Epiſcoporũ, Archiepiſcoporũ,Patriarcharum & aliorum prælatorum, ẽt Cardinalium vbilibet,etiam in Romana Curia,aut diſtrictu pro tẽpore decedentium,ſiue ex teſtõ per eoſdem beneficiatos,etiam vigore facultatum quoruncunq; eis in ſpecie,vel in genere,etiã prætextu quoruncunq; capitulorum,ac ſtatutorum,& ordinationum, etiam noſtrorum ſub quibuſuis tenoribus, & formis ac alias quomodolibet conceſſorum cõdit, ſiue ab inteſtato hęredes fructus &c.ac pecunias, & res alias per ipſos ſic defunctos beneficiatos,etiam Epiſcopos,Archiepiſcopos, Patriarchas, & alios prẹlatos,ac Cardinales,ante eorum obitum non exactos, etiam ſi pro tempore ante obitum huiuſmodi decurſo debeantur,ac eorum ſolutionis dies beneficiatis & Cardinalibus viuẽtibus aduenerit,& per ipſos beneficiatos,& Cardinales non ſteterit,quominus illos exigerint,quinimmo oĩum pro illorũ exactione neceſſarium diligentiam,etiam iudicialiter agendo fecerint, quoquomodo exigere aut etiam ſpõte oblatos percipere, aut cruces,cãdelabra,imagines, patenas, calices,& alia cuiuſuis ſortis,tam aurea quàm argentea vaſa,& iocalia,ac quæuis ornamenta,paramenta,& alia vtenſilia, capellæ ſingulorum Cardinalium,pro tempore decedentium, cæteraq;, tam ad ipſam capellam quàm eius miniſtros circa altaris miniſterium,celebrationem miſſæ pertinen.pro ſe retinere,aut ſolutionem quingẽtorum ducatorum huiuſmodi euitare poſſint, ſed quod de cætero perpetuis futuris temporibus fructus &c.ac pecuniæ & res, vt præfertur inexacti huiuſmodi,ac ipſorum ſic defunctorũ beneficiatorum etiam Epiſcoporum,Archiepiſcoporum,Patriarcharum,& aliorum Prælatorum,& Cardinaliũ in eccleſiis,monaſteriis,& beneficiis prædictis ſucceſſores: qui ex illis quorũ ſolutionis dies ante obitum beneficiatorum hmõi aduenerit,oĩa ipſorum beneficiatorum,etiam, vt præfertur Epiſcoporũ, Archiepiſcopum,Patriarcharum & aliorum prælatorum, ẽt Cardinaliũ debita & ad pias cauſas facta legata,ſi aliunde ex aliis ipſorum beneficiatorum bonis ſolui non poſſint, ſolueretenẽatur liberè deuenire,& impoſterum deueniant,ac per eos, & nõ hæredes prædictos exigi poſſent,& impoſterũ poſſint, necnon cruces,candelabra,imagines,patenas,calices,& vaſa iocalia, ornamenta,paramenta,vtenſilia,& alia ad capellã ſingulorũ Cardinaliũ,& eius miniſtros, vt præfertur pertinen.& ad eandẽ capellã apoſtolicam pertinerent,& ſpectarent, ac in poſterũ pertineant,& ſpectent,& per agentes pro ea realiter,& cum effectu capi,& apprehendi poſſent,& deberent, ac impoſterũ poſſint, & debent,ac hæredes Cardinaliũ, tam hactenus defunctorum, quàm pro tpe decedentium quingẽtos ducatos huiuſmodi eidem Cameræ perſoluere tenerentur,& in poſterum teneantur, & propterea ſucceſſores in eccleſiis, monaſteriis, & beneficiis hmõi fructus &c.ac pecunias.& res per eorum anteceſſores nõ exactos,liberè,& licitè percipere, exigere,& leuare,ac ſolutis ſi aliunde,vnde ſoluant non erit(vt præfertur)debitis,& legatis ꝑdictis,quod reſiduum fuerit in ſuos vſus,& vtilitatem conuertere,necnon agentes pro capella Apoſtolica,cruces,candelabra, imagines patenas,calices,vaſa,iocalia,ornamenta, paramenta, vtenſilia, & alia prædicta, propria auctoritate liberè capere, & apprehendere poſſe,ac hæredes Cardinaliũ,tã hactenus defunctorum,quàm aliorum pro tpe decedentium ad cruces,candelabra,& alia prædicta agen.pro dicta capella apoſtolica realiter, & cũ effectu cõſignandi,& eoſdẽ quingentos duc.agentibus ꝑ eadem camera,vt præfertur ſoluend.teneri,& obligatos eſſe,ac ad id oĩbus iuris,& facti remediis cogi,& cõpelli poſſe. Sicq; in præmiſſis oĩbus,& ſingulis caſibus ad præſens occurrẽtibus, ſeu penden. per quoſcũq; &c. in quauis cauſa,& inſtan. ſublata &c. iudicari,& diffiniri debere,ac irritum &c.decernimus.Nõ obſt. præmiſſis,ac conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis ſtatutis &c.priuilegiis quoq; indultis,ac teſtandi, & alias de dictis rebus,& bonis diſponẽdi facultatibus capitulis,& literis apoſtolicis ſub quibuſcunq; tenoribus,& formis,ac cũ quibuſuis clauſulis,& decretis,etiam per modum ſtatuti, & ordinationis perpetuorum Motu proprio &c. aut alias quomodolibet etiã per

Source : BIU Cujas

nos ad dictam ſedem conceſſis, & emanatis: quibus omnibus, etiam ſi de illis &c. eorum tenores &c. hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & ſufficienter derogatum eſſe decernimus, cæteris q̃; contrariis quibuſcunque. Volumus autem hæredes ipſorum beneficiatorum, qui iam ante præſentium publicationem pecunias, ac fructus per ipſos beneficiatos inexactos huiuſmodi exegerint, per ſucceſſores in beneficiis huiuſmodi amplius præſentium vigore moleſtari non poſſe, necnon præſentes in Cancellaria apoſtolica, vt moris eſt publicari, & illius quinterno inter alias conſtitutiones perpetuas ad perpetuã rei memoriam deſcribi.

Regula S. D. N. Iulij Diuina prouidentia Papæ III. per quam declaratur, q̃ conſtitutio perpetua, alias ſuper fructibus beneficiorum tempore obitus beneficiatorũ in exactis edita, locum non habeat in locis: in quibus collectores cameræ apoſtolicæ, eſſe conſueuerunt.

Motu proprio &c. Dudum ex certis tunc expreſſis rationabilibus cauſis per quandam conſtitutionem noſtram perpetuo duraturam, inter alia motu ſimili declaramus noſtræ intentionis nunquam fuiſſe, nec eſſe, q̃ quiuis quoruncunque beneficiatorum etiam epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharũ, & aliorum Prælatorum, ac S. R. E. Cardinalium, vbi libet, etiam in Rom. Cur. aut eius diſtrictu pro tempore decedentium, ſiue ex teſtamento per ipſos beneficiatos, etiam vigore quaruncunque facultatum eis in ſpecie, vel in genere, etiam prætextu quoruncunque capitulorum, ac ſtatutorum, & ordinationum, etiam noſtrorum ſub quibuſcũq; tenoribus, & formis, ac alias quomodolibet cõceſſorum condito, ſiue ab inteſtato hæredes fructus &c. ac pecunias, & res alias per ipſos defunctos beneficiatos, etiam Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, & alios prælatos, ac Cardinales ante eorum obitum non exactos, etiam ſi pro tempore ante obitum huiuſmodi decurſo deberentur, ac eorum ſolutionis dies beneficiatis, & Cardinalibus viuentibus adueniſſet, ac per ipſos beneficiatos, & Cardinales non ſtetiſſet, quominus illos exegiſſent, quinimmo oẽm p̃ illorũ exactione neceſſariam diligentiam, ẽt iudicialiter agendo feciſſet, quoquomodo exigere, aut etiã ſponte oblatos præcipere tunc, vel in poſterum poſſent: ſed q̃ ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus fructus &c. ac pecuniæ, & res, vt præfertur inexacti huiuſmodi, ad ipſorum ſic defunctorum beneficiatorũ, etiam epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, Prælatorum, & Cardinalium in eccleſiis, monaſteriis, & beneficiis eccleſiaſticis, quorũ fructus &c. ac pecuniæ, & res huiuſmodi eſſent ſucceſſores, qui ex illis, quorum ſolutionis dies ante obitũ beneficiatorum huiuſmodi adueniſſet omnia ipſorum beneficiatorum, etiam epiſcoporum Archiepiſcoporum, Patrarcharum, prælatorum, & Cardinalium debita ad pias cauſas facta legata, ſi q̃ ex aliis ipſorum beneficiatorum bonis ſolui nõ poſſent ſoluere tenerentur, libere deuenirent, ac per eos, & non hæredes prædictos exigi poſſent, & propterea ſucceſſores in eccleſiis, monaſteriis, & beneficiis huiuſmodi fructus &c. ac pecunias, & res per eorum prædeceſſores non exactos liberè, & licitè percipere exigere, & leuare, ac ſolutis, ſi aliunde vnde ſoluerentur non eſſet debitis, & legatis prædictis: quod reſiduum foret in ſuos vſus, & vtilitatem conuertere poſſe. Sicq̃; in præmiſſis caſibus, etiam tunc occurrentibus, ſeu pendentibus iudicari, & diffiniri debere, ac irritum &c. decreuimus, prout in eadẽ cõſtitutione: quam in cancellaria apoſtolica publicari, & in illius quinterno inter alias conſtitutiones perpetuas ad perpetuam rei memoriam deſcribi voluimus plenius continetur. Cum autem, ſicut nobis nuper innotuit: licet nos per conſtitutionem noſtram prædictam ſolum eccleſiis, monaſteriis, & beneficiis, in locis in quibus collectores fructuum, & prouentuum Cameræ apoſtolicæ debitorum deputati, ſeu eſſe non conſueuerant conſiſtentibus, & circa quæ ius commune ſeruari debet, prouidere intellexerimus: nihilominus diuerſæ perſonæ eandem cõſtitutionem noſtram ad eccleſias monaſteria, & beneficia, etiã in locis: in quibus collectores huiuſmodi deputari, ſeu eſſe cõſueuerunt conſiſtentia: & in quibus diuerſæ conſuetudines, diuerſaq̃; particularia iura, ſeu priuilegia vigent trahere, & extendere conentur, contra mentem, & intentionem noſtras, ac in fraudem, & detrimentum quamplurimum. Nos fraudibus, & ſigmentis huiuſmodi occurrere, mentem, & intentionem noſtram in præmiſſis declarare volentes Motu ſimili &c. conſtitutionem eandem ſolum eccleſias, monaſteria, ac beneficia eccleſiaſtica in locis: in quibus collectores prædicti deputari, ſeu eſſe non conſueuerant comprehendere, & ad ea tantum extendi. Nec in eccleſiis, monaſteriis, & beneficiis in locis: in quibus ijdem collectores deputari ſeu eſſe conſueuerunt conſiſtẽtibus locum habere, aut effectum aliquem ſortiri poſſe, aut debere. Et omnino ea non obſtante conſuetudines, & particularia, ſeu priuilegia cuiuſlibet loci: in quo collectores huiuſmodi deputari, ſeu eſſe conſueuerunt in præmiſſis vigentia obſeruari, & exequutioni demandari. Sicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis, etiam ad præſens occurrentibus caſibus: ſeu pendentibus cauſis per quoſcunq; &c. Sublata &c. iudicari, & diffiniri debere, ac irritum &c. decernimus, & declaramus. Non obſtantibus omnibus quæ in eadem conſtitutione noſtra volumus non obſtare præſentes in præfata Cancellaria, vt præmittitur publicari deſcribere debere decernentes.

Placet, & ita declaramus.

SVMMARIVM.

1 *De fructibus eccleſiæ certa portio eſt aſſignata pro victu clerici.*
2 *Competit actio clerico pro victu contra eum, qui illum ordinauit ad Eccleſiã non ſufficientem.*
3 *Clericus fructus ſibi pro victu aſſignatos facere ſuos.*
4 *Clericus fructus eccleſiæ videtur poſſe proijcere, & etiam porcis dare.*
5 *Suum videtur illud, quod poteſt vendicari.*
6 *De fructibus eccleſiæ poſſumus alere, & dolare conſanguineas, & filias ſeu ſorores.*
7 *Hodie inoleuit quòd clerici appropriant ſibi omnes fructus eccleſiæ.*
8 *Poteſt clericus dare conſanguineis ad ſubueniendum, non ad illos ditandum.*
9 *Clericus de fructibus eccleſiæ participat, quatenus indiget.*
10 *Non põt fieri exequutio pro debitis clerici in fructibus pro victu aſſignatis.*
11 *Clericus fructus pro victu debitos facit ſuos, ſi vtatur.*
12 *Non conſumpta per clericum reſeruantur eccleſiæ.*
13 *In fructibus non conſumptis ſuccedit eccleſia.*
14 *In fructibus non conſumptis ſuccedit conſanguineus ſi adſit conſuetudo.*
15 *Papa concedit licentiam teſtandi de acquiſitis parcè viuendo.*
16 *Acquiſita parcè viuendo ſunt eccleſiæ.*
17 *Camera apoſtolica eſt hodie loco ſucceſſoris.*
18 *Diſtributiones quotidianæ acquiruntur clerico, etiam quo ad dominium.*
19 *Non reperitur iure cautum, quòd clericus ſibi præſeruet portionem ſibi pro victu aſſignatam non conſumptam.*

An Clericus de fructibus beneficij non conſumptis poſſit pro libito decedendo diſponere.

QVAESTIO VI.

QVia clerici beneficiati aſſiſtunt aliquando in ſeruitijs alicuius, à quo aluntur, &, nutriuntur. Vnde taliter viuẽdo, nihil de fructibus ſuorum beneficiorum expendunt vel conſumunt pro victu eorum, vel veſtitu, quales ſunt clerici aſſiſtẽtes ſeruitio Sãctiſſimi Papæ, Cardinalium, vel aliorum prælatorum, ſeu alicuius Principis, vel Dñi ſecularis, à quibus non ſolum victum, & veſtitum, ſed & ſalaria prouiſiones, & recompenſationes magnas capiunt. & eueniẽte caſu obitus iſtorũ, ſolent naſci qõnes, ac ſuboriri dubia, an potuerint, vel poſſint in vita & in morte diſponere de fructibus, ac redditibus ſuorum beneficiorum, ſaltem pro illa portione, vel parte, quæ de dictis redditibus ſibi ex diſpoſitione canonum pro victu, & veſtitu ſui, ac ſuorum obueniebat, ideo, & quia etiam quæſtio mihi de facto ab amico propoſita fuit, iudicaui non eſſe ab re, de hoc quæſtionẽ præſentẽ formare, quia, quanto magis ſingula diſcutiuntur, vel declarantur, tãto magis mihi videtur, quod materia aperitur, & apparet.

Pro quo, more ſolito procedendo per contraria, quo modo magis ſplendeſcit veritas. l. munerum. §. mixta. ff. de mun. & honor. dico q̃d clerici, vel ſacerdotes de portione ſibi p̃ victu ſuo & ſuorũ de fructibus beneficii debitã faciũt acquiſitionẽ, & q̃d eſt eis taliter acquiſita, q̃d in vita pro libito de ea diſponere poſſint, & in morte, & tam ad hæredes ex teſtõ, quàm ab inteſtato illa tranſmittere: quia talis portio bonorũ, & fructuũ eccleſiaſti
1 corũ eſt miniſtris eccleſiæ per canones, & ab antiquo conſtituta; & aſſignata, vt per tex. in c. quatuor. c. de redditibus. c. cognouimus. c. mos. 12. q. 2. c. eccleſias 13. q. j. per tex. & ibi Abbatem in c. de his. de eccleſiis ædifican. vel repara. & per Abb. in c. j eo. vbi clerico de iure certa portio de omnibus redditibus debetur, & aſſignatur, & vltra illam partem: nihil expectet clericus, vt ibi.

Et in tantum eſſe verũ vr̃, quod de redditibus eccleſię eſt portio aſſignata clerico pro eius victu: q̃ pro illa, & ad illam conſequendam datur actio clerico contra obligatum, vt puta contra epiſcopum, vel eum qui illum ordinauit ad eccleſiam minus ſufficientem, & à qua clericus non habeat integrè; & ſufficienter
2 iuxta ſuam qualitatem, † & conditionem victu pro ſe, & ſuis p̃ tex. in c. cum ſecundum Apoſtolum. de preben. & per tex. & ibi gl. in c. pen. de ſimonia, per quæ iura apparet, & probatur, q̃ portio victu debetur clerico de fructibus eccleſiæ ex iuris diſpoſitione, quia ad illam petendam ius competit clerico.

Quia clericus, ſiue ſacerdos poteſt etiam de iure ſubtrahere, & denegare ſacramentorum exhibitionem populo, ſi ei nõ tribuat neceſſaria pro uictu.

De quo nihil videtur dubitandum, maximè per illa quæ tradit Abb in c. cum eſſes in repet. de teſta. col. 9. verſi. ad inducta. vbi dicit quod clericus fructus pro ſua prouiſione aſſignatos facit ſuos, ibi dr̃ illos facere ſuos quoad hoc, vt ſibi prouideat, &c.
3 & in tex. in c. vnico. de cler. non reſiden. in 6. dicitur quod clericus ſtructus beneficiorũ facit ſuos, & in eis acquirit dominiũ, de

quibus

Source : BIU Cujas

quibus poteſt taliter diſponere,& in illis talem,& tantam habet auctoritatem,quod de illis poteſt pro libito ſuæ voluntatis diſponere,ac etiam proiicere,† & porcis dare, vt vtar verbis gloſ. 4 in ſumma j.q.j. & verbum ſuos, importet dominiū. l. non ſolū. §.meum.de rei vendi.Bar.in l.cum res.2.col.ver.quid dicemus. C.ſi res alie.pig.data.& per Cardi.in clem.fi.de procura. † & ſuū 5 dicitur,quod vendicari poteſt.l.quintas.§.argento & ibi Bart.in princ.ff.de aur.& arg.leg.

Et non ſolum clericus poteſt pro ſuo victu diſponere, ſed ēt parentes,amicos,filias,& ſorores ſi ægeant,& non habeant aliū de alere,& dotare, † & eis competens ſubſidium conferre. per 6 Abb.in c.inquirendum.de pecul.cler.

Dicit in terminis Io.And.in c.peruenit. de fideiſſor. vbi aſſerere videtur,quod clericus poteſt ſoluere ſua debita de illis redditibus eccleſiæ quos facit ſuos,† ibi redditus beneficiorum,ſci 7 licet & præbendarum,quos facit ſuos, de aliis autem non fieret ſolutio, cum nec illos obligare poteſt id quod tanto magis videtur dicendum,& tenēdum,† quia hodie inoleuit vſus, quod 8 clerici omnes fructus beneficiorum,& eccleſiarum appropriāt ſibi, nedum quod non poſſint de portione ſibi tangente per victum pro libito diſponere per doctrinā Abb. in ca.peruenit de fideiuſſor.verſi.in gl.in ver.

Et in hoc videtur omnis ſublata dubitatio per dicta Didaci Couarruuias Doctoris Hiſpani in c.cum in officiis. de teſta ver. 3.ex eadem.vbi de hoc poſita quæſtione,tenet quod poſſit clericus omnino diſponere, dicit enim ex eadem ratione apertū fit,clericum habentem eccleſiaſticum beneficium poſſe liberè diſponere de illis redditibus, qui eſſent neceſſarii ad eius honeſtum ſumptum,inſpecta cuiuſcunq; qualitate ,ſi eos præcipuos is habeat,qui aliunde victum,& neceſſaria ſibi miniſtrauit, hæc etenim pars bonorum eccleſiaſticorum, miniſtris eccleſiæ per canones antiquos conſtituitur per iura quæ adducit, & maximè per dicta per ſanctum Thomam.q.155 art.7.verſi. ad ſeptimum.vbi dicit,quod bona eccleſiarum,non ſolum ſunt expendenda in vſus pauperum,ſed etiam in alios vſus,& ideo ſi de eo, quod vſui epiſcopi, vel alicuius clerici deputatum eſt, velit aliquis ſibi ſubtrahere,& conſanguineis vel aliis dare,non peccat, dummodo illud faciat moderate,ideſt vt non indigeant nō autem, vt ditiores inde faciat. Vnde Ambr. dicit in lib.de officiis, & eſt approbāda libertas,vt proximos ſeminis tui,ne deſpicias, ſi egere cognoſcas,nō tñ,vt illos ditiores fieri velis,ex eo quod tu potes conferre inopibus,vbi ſequitur Caietan.in ſuis cōmentariis ibidem & in d.verſ. ad ſeptimum. dicit quod clerici de his prouētibus qui ſunt vſui ſuo deputati,vī eſſe eadem ratio, quæ eſt de propriis eorum bonis, de quibus habent liberam diſpoſitionem.ſequitur Bal.in conſ.298.j.vol.vbi dicit, quod de redditibus clerico, vel prælato appropriandis, poteſt facere prælatus quicquid vult,dum viuit,in morte autem non,Andreas Iſernia in conſtit.regni tit.de decimis præſtan.ver.quantum ad partem fructuum deputatam pro victu epiſcopi poteſt prælatus facere, quod vult,ſicut de ſuo pro ſe deputato,nec cenſetur ſicut res eccleſiæ illud, quod pro ſuo vſu eſt deputatum, ſequitur de ſoto. lib.10.de iuſt.& iur.q.4.art.7.vbi dicit,quod fructuum ex poſſeſſionibus prouenientium quæ ratione alicuius obſequii clericalis ſunt annexæ eccleſiæ,nempe anniuerſarii,aut capellaniæ,clerici pro ſua quiſque portione,ſunt verè Domini,exemplo pauperum, qui largitarum eleemoſynarum, & magiſtratus ciuilis 15 qui ſtipendiorum pro ſuis laboribus dominium acquirunt .idē tenent ſumma Tabiena verbo reſtitut.vbi dicit, quod de bonis ſibi deputatis, & de diſtributionibus ſimplicis beneficii idē eſt iudicium ſicut de bonis propriis.facit ad hoc Abb. in c. 2.de his quæ fi.à præla.2.col.ver.limita: vbi dicit , quod bona diſtincta à capitulo poteſt prælatus ſine capitulo alienare ad ſui vitā, quia ſolum agitur de ſui præiudicio.

Sed in contrarium videtur eſſe veritas,quia dicit gl.in c.fi. de pecul.cler.quod clerici in fructibus,ac rebus eccleſiæ habent tā tum vſum, & vſuario comparantur, idem gl.in c.cum olim.de rer.permut.in c.fi.de pignor.& c.quia nos.de teſta.huius opinionis eſt Ricar.IIII.ſen.diſt.45.art.3.q.j.vbi dicit quod in fructibus eccleſiæ clerici non acquirunt dominium meritò non poſſunt teſtari,ſequitur Alex.de Ales 3.parte.q.36. Memb.5.ar. 2. Tho. Valdenſ.Tom.j.lib.4.c.42. affirmat Henri. quolibet 8.q.27.vnde ſi habet clericus vſum tantum,& ſi ſint iſta ſibi data ad vſum tantum,& non aliter,videtur ꝙ ſi non vtatur,habere nō poſſit, 17 quia data ad vnum effectum nō debemus habere aut vti ad aliū c.ratio.ex.de præb.quia debemus vti conceſſione iuris,modo & forma à iure tradita:clem.ſępe.de re iud.

Quia eccleſia alit clericos ad ſui decorem , & dat clericis in fructibus beneficiorum vſum in alimoniam,ac alimenta,vnde ſi clericus non venit alendus, non tenetur eccleſia ei in aliquo contribuere, puta ſi ſibi aliunde victus, vel alimenta ſubmini- 9 ſtrentur,quia clericus debet participare de fructibus,† ac bonis eccleſiæ,quatenus indiget,ad neceſſitatem ſui victus,& non aliter,vt in c.epiſcopus.12.q.2.12.q.j.§.fi.& c.ſeq.& hæc eſt doctrina Abb.in cap. reprehenſibilis.de appellatio.in addi.in col.fin. vbi ad literam , vbi dicit etiam , quod ipſe ſemper tenuit illam opinionem , quod clericus nō facit fructus beneficiorum ſuos, & quod pro debitis clerici, non poſſit ad inſtantiam creditorū 10 fieri exequutio in redditibus, etiam in illa parte fructuum , qui debent conuerti in vtilitatem perſonæ clericorum , & qui ſunt clerico pro ſuo victu, & veſtitu aſſignati,quia illam partem clericus videtur facere ſuā, † ſi pro ſuo vſu,& neceſſitate expēdat, 11 vel conſumat,& quatenus vtatur,non ſi præſeruet.

Quia non conſumpta per clericum præſeruantur eccleſiæ, cuius eſt dominium,† & proprietas, vt per Abb. in c. cum eſſes 12 in repet.de teſta.verſic. quinto principaliter:quia dicit Archid. in c.ſtatutum.§ aſſeſſorem.de reſcrip.in 6.hæreticum eſſe in iure quod eccleſiaſticus acquirat ius dominii fructuum præbendæ vel eccleſiæ . Fac. quia prælatus prælaturam accipiens profitetur ſe pater pauperum , vnde ſi diſponeret , eſſet ponere manum ad aratrum & reſpicere retro, quod Euangelicæ repugnat diſciplinæ.

Vnde cum potuiſſet clericus vti, & noluit de talibus in vita diſponere,vt per Bal.præallegato cōſi.298.j.vol.vbi dicit, quod de redditibus ſibi appropriādis,poteſt prælatus facere quicquid vult:dum viuit,ſi noluit,dico videtur voluiſſe eccleſiæ rem preſeruaſſe, ut ſic interpretatio benigna fiat in fauorem eccleſiæ not.in c.in præſentia.de probatio.Felin.cap.fin. de iudic.nec eſt quod ille quicquam ulterius quærat , quia quod potuit noluit &c.& dicit lex, qui ſemel noluit petere bonorum poſſeſſionē, perdit ius eius,ubi enim noluit,cępit ius eius pertinere ad alios. l.j.§.tutor.ff.de ſuc.edict. etiam quando ſemel potuit noluit, & quando uoluit adimplere,nequiuit c. cum ſuper: de off. delega. optima gl.c.eccleſia ueſtra el ſecundo extra. de electio. in uerſi adiicere &c.Fac.quia iſta portio,& iſti fructus ſunt & poſſunt d. ci fructus non cōſumpti , quo caſu ſuccedit,quod dicit Gaſpari Calder. in ſuo conſi.ſecundo.de pecul. cler. ubi poſita quæſtione,quis ſuccedat,uel ſuccedere habeat in fructibus canonici defuncti , poſt multas diſtinctiones tenet , quod in fructibus noe conſumptis,ſi non adſit conſuetudo quod ſuccedant in illis cognati,† ſuccedit eccleſia,in teſtamento,uel ab inteſtato, uō 13 ibi per eum,facit quod habetur per Bal.in ſuo conſi.313.2.uolt incip.præmittendum eſt.

Fac.pro hac opinione,quod dicit Bal.in auth.licentiam.C.de epiſcopis & cler. in fi. ubi ponit quæſtionem ſi Rector eccleſiæ percepit fructus , & potuit conſumere pluſquam conſumpſit , donec ipſe uiuit , poteſt diſponere illos fructus ad pias cauſas, nunquid moriens poſſit relinquere de eis in teſtamento pauperibus,uel in ſubſidium Terræ ſanctæ,dicunt, inquit,cano niſtæ, quod non:quia uiuēs æquiparatur uſufructuario , & ideo habet liberam adminiſtrationem fructuum, ſed in morte aſſimilatur uſuario,qui ſuum tantum facit de fructibus,quantum cōſumit, non ultra.Et ideo de talibus non poteſt teſtari ſecundumcano niſtas:qui bene dicunt ſecundum eum ibi.

Facit quia ita eſſe interpretatur & intelligit Ro. curia per illud quod notatur in practica in licentia,ſeu indulgentia teſtandi:quæ conceditur per Papam clericis in Romana Curia, maximè per uiam ſacræ Pęnitentiariæ , ꝙ Papa concedendo talem licentiam clericis:concedit etiam de fructibus beneficii acquiſitis parcè utendo,& parcè uiuēdo:id eſt de illa parte, quā de iure potuiſſent pro uictu ſuo conſumere,quam parcè uiuendo non conſumpſerunt,† de quo nihil eſſet, quod partes ſupplicarent, 15 & quod Papa ꝯcederet,ſi pars aſſignata clerico pro uictu de redditibus eccleſię,conſumpta,uel non conſumpta eſſet in effectu ſua,id quod declarat Abb.in c.cum eſſes.in repe.de teſta. uer. 4. principaliter,ubi dicit:ꝙ de fructibus beneficii , etiam parcè uiuendo acquiſitis , per clericum non debent ſatisfieri debita clericorum,dixi aliqua in quæſtione de licentia teſtandi.

Per quæ puto poſſe dici , quod portio de redditibus eccleſiæ aſſignata clerico pro uictu,eſt ſua ipſius clerici,ſi ea utatur,& nō aliter, quia ſibi ad talem uſum aſſignata uidetur , unde ſi per eū non expendatur , uel alias præſeruetur , non intelligitur per ſupradicta ſibi,uel hęredibus reſeruata,uel acquiſita:ſed eccleſiæ, cuius eſt proprietas fructuum ac rerum eccleſiaſticarum acquiſita,& erit cenſenda,uti de fructibus non conſumptis cenſetur, unde in huiuſmodi relictis ſuccedit eccleſia,& loco illius camera apoſtolica hodie in locū eccleſiæ , uel ſucceſſoris ſuffecta,qa ſi bene conſideres,omnes,& toti fructus eccleſiæ ſunt aſſignati 17 diſtincti,†& deſtinati,quia uidelicet alia pars clericis,alia epiſcopo,alia fabricæ,alia pauperibus.d.c. quatuor. ca.de redditibus.c. cognouimus.12.q. 2. & ſicut aliæ partes ſi non diſpēſentur, aut diſtribuantur locis,& perſonis deſignatis,uel deputatis, debentur ſucceſſori eccleſiæ,& hodie Cameræ apoſtolicæ,quare non idem eſt dicendum de portione clerico aſſignata? quare nō idē ius in ea ſtatui debet,in qua eſt eadem non diuerſa ratio.l.ſi Socer.ff.ſol.mat.l.hoc amplius.ff. de dam. infect.

Et ad contraria reſpondendo , dico, quòd non obſtat illud quod primo loco dictum fuit, quod portio aſſignata clerico ꝓ uictu , fuit aſſignata per antiquos canones , & eis debeē de iure quia id ego non nego , ſed dico, qđ dēt intelligi, ꝙ ſit aſſignata

Source : BIU Cujas

pro vſu, ſi vtatur, non autem aliter, quia talis portio fuit aſſignata pro neceſſitatibus: & in caſu quo illa clericus vtatur, vt per Abb. in d.c. reprehenſibilis. quia ſi non conſumetur tali vſu debet illa portio ſequi naturam, & conditionem reliquorum fructuum, in quibus regulariter eccleſia, vel ſucceſſor ſuccedit, & hodie camera apoſtolica iuribus allegatis. Et de ſe patet, quod non ſunt contraria ſeu pro contrariis cenſenda, dicere ꝙ pro ſuo victu, vel ſua ſubſtentatione competat actio clerico contra illum: qui ad eccleſiam non ſufficientem inſtituit, vel ꝙ poſſit clericus ſubtrahere populo ſacramenta ſi ſibi de neceſſariis nō contribuat, & ad illud Abb. in repet. c. cum eſſes. de teſta. ꝙ clericus dicitur facere fructus ſuos, quoad hoc, vt ſibi prouideat, & diſpenſet, dic verum ſi ſibi prouideat, & de prouiſis vtatur, aut prouiſus vſu conſumat, vt diximus ſupra: quia eſt verum, quod clericus dicitur Dominus fructuum, ac illos fructus ſuos facit, qui ſunt pro ſua prouiſione deputati, quia dicti fructus ſunt ſui proprii quoad vſum, quia illis vti poteſt, veluti proprium dicitur ſecundo modo, id de quo quis habet libet liberam diſpenſationem, vt per Cardin. Zabarel. in c. fin. de pecul. cler. 3. col. verſi. ſed ſecundo.

Illud verò de c. vni. de cleric. non reſid. eſt verum in caſu in quo tex. loquitur in diſtributionibus quotidianis, quę cum dentur clerico ſeruienti pro miniſterio, & ſeruitio perſonali acquiruntur clerico, etiam quoad dominiū, & facit clericus illas omnino ſuas d.c. de quibus poteſt diſponere clericus, † veluti ruſticus de denario diurni operis, put ſuo loco diximus in q. de pot. cler. & in q. de ſucceſſ. cler. ſecul. ab inteſta. modo tamen ſint diſtributiones quotidianæ, quæ diſtribuuntur inſeruientibus horis diuinis, non quæ dentur vel ſoluantur præſentibus in ciuitate, vel loco, non tamen ſeruientibus iuxta diſtinctionem tex. in extrauag. poſtulaſti. de præben. extrauag. cōmu. quia talibus nō cadit exemptio quæ cadit in aliis. vt d. tex.

Nec minus obſtat illud: ꝙ clericus de fructibus, ac rebus eccleſiæ poteſt alere parentes, amicos, filias, & ſorores dotare, quia id eſt ei permiſſum in caſu quo aliunde non habeant, quia clericus eſt diſpenſator non Dominus rerum, ac fructuum eccleſiæ. Vnde bene tenet diſpenſatio facta per eum in tales perſonas, & in tali caſu, nec ex hoc infertur ergo portionem, & fructus non conſumptos facit ſuos, quia ſi diſpenſare in alios permittitur, † non valet, ergo portionem ſibi præſeruare poteſt, quia id iure cautum non reperitur.

Nec obſtat dictum Io. Andreæ, & aliorum dicentium, ꝙ clericus poteſt ſoluere ſua debita de fructibus beneficiorum, quos facit ſuos, quia cōtrarium ad illud tenet Abb. in præallegata repet. in c. cum eſſes. vbi tenet, ꝙ nedum etiam poteſt ſoluere de portione, ac de fructibus ſibi pro victu aſſignatis, & ꝙ clericus nullos omnino fructus beneficii facit ſuos, quę opinio mihi magis in æquo, & bono fundata videtur, & ſi vſus inoleuit, quod clerici appropriant ſibi fructus, ideſt ex vſu non ex iuris diſpoſitione, quia fructus, & redditus beneficiorum habēt expendi, vt canones determinant, & iura ſuper quibus fundatur dictum Didaci Couarruuias, qui de hoc quęſtionem facit, & tenet affirmatiuè, probant tantū, quod pars certa, & portio aſſignatur de redditibus eccleſiaſticis clerico pro victu, quod non negamus, ſed habet intelligi, ſi vtatur, vel fruatur, expendat, vel conſumet vſu, non aliter vt per Abb. in ca. reprehenſibilis. allegato. de appella. vbi decidit caſum, & præſentem quæſtionem, dictum verò ſancti Doctoris facit in caſu quo loquitur, ne egeant conſanguinei, & vt loquitur vt per verba illius moderatè, ideſt, vt non indigeant &c.

SVMMARIVM.

1 *Licentia teſtandi conceditur per viam iuſtitiæ, & per viam gratiæ.*
2 *Quare licentia conceſſa per viam pœnitentiariæ dicatur per viam iuſtitiæ.*
3 *Vide de clauſulis, quæ ponuntur in licentia ſacræ Pœnitentiariæ.*
4 *Labores, & ſeruitia debent recompenſari.*
5 *Seruitium impenſum prælato, dicitur impenſum eccleſiæ.*
6 *Prælatus habet viuere cum ſuis famulis de bonis eccleſiæ.*
7 *Prelatus licitè remunerat de bonis eccleſiæ illum: qui inſeruiuit eccleſiæ.*
8 *Pro remuneratione ſeruitij eccleſiæ impenſi, poſſunt alienari res eccleſiæ.*
9 *Clericus partem fructuum, quam potuit, & noluit conſumere facit ſuam ſecundum aliquos.*
10 *Videtur verius, quòd faciat ſuam, ſi vtatur.*
11 *Eccleſia non tenetur ſoluere condemnationes clericorum.*
12 *Eccleſia tenetur contribuere in alimonia clericorum, non in aliam cauſam.*
13 *Quare in licentia ponitur clauſula; parcè viuendo acquiſitis.*
14 *In adminiſtratoribus quales ſant clerici, eſt potentius ius in vita: quàm in morte.*
15 *Licentiam teſtandi per viam gratiæ.*
16 *Per canones antiquos non poterat clericus habere propria.*
17 *Acquiſita de fructibus eccleſiæ ſunt ſucceſſoris.*
18 *Clericus de fructibus eccleſiæ non poteſt donare.*
19 *Licentia teſtandi eſt indultum odioſum;*
20 *Habens licentiam teſtandi non videtur poſſe codicillari.*
21 *Qui poteſt teſtari, poteſt codicillari.*
22 *In licentia teſtandi habet clericus, quod poteſt teſtari, & codicillari.*
23 *Clericus non poteſt erogare ſanguineis, niſi in ſubuentionem.*
24 *Perſonę in capaci regulariter legari non poteſt.*
25 *Licentia ſolet concedi in forma, etiam ſuccedenti ab inteſtato.*
26 *Tres opiniones diuerſę, penès quem ſit dominium rerum eccleſię.*
27 *Dominium rerum vniuerſitatis eſt apud ciues.*
28 *Hereditas vacans obtinet vicem perſonę.*
29 *Chriſtus habet dominium, & poſſeſſionem rerum eccleſię.*
30 *Eccleſię fidelium congregatio.*
31 *Bona eccleſię ſunt prelati, quoad gubernationem, pauperum, quo ad ſuſtentationem.*
32 *Quare bona eccleſiarum ſunt diuiſa eccleſijs diuerſorum locorum.*
33 *Patrimonium eccleſię eſt commune, & propterea nullus ſibi appropriet.*
34 *Quare bonorum eccleſię gubernatio ſit prelatis conceſſa.*
35 *Moriente prelato proprietas, & poſſeſſio eccleſię remanet penès Chriſtū.*
36 *Vniuerſalis eccleſia nunquam moritur.*
37 *Licet eccleſia vacat, eius poſſeſſio non vacat.*
38 *Dominium, & poſſeſſio rerum eccleſię eſt apud quamlibet eccleſiam.*
39 *Homines offerentes eccleſię, habent reſpectum ad Deum.*
40 *Secundum Abb. licentia teſtandi non datur ſine magna cauſa.*
41 *Bona eccleſię ſunt bona Dei.*
42 *Dimittens debita Dei ſine cauſa, Deum offendit.*
43 *Papa Vicarius Chriſti non habet diſſipare bona Dei.*
44 *Pro communi vtilitate datum, vſibus particularibus non eſt applicandum.*
45 *Subtrahens bona eccleſię videtur necare pauperes.*
46 *Deus peccare non poteſt.*
47 *Expreſsè cauetur quòd Papa non alienet bona eccleſię.*
48 *Quòd clericus poſſit alienare de rebus eccleſię, ſi tantundem contulerit intel ligeſi contulit ante alienationem.*
49 *Ex quibus cauſis alienentur res eccleſię.*
50 *Alienatio bonorum eccleſiæ, videtur pęnitus interdicta ſine cauſa.*
51 *Papa in beneficialibus, & in bonis beneficiorum eſt Dominus.*
52 *Papa in beneficialibus poteſt quem ſuo iure ſine cauſa priuare.*

§. Occurrit.

1 *Beneficialia ſunt de iure poſitiuo introducta.*
2 *In illis quæ ſunt de iure poſitiuo, Papa poteſt omnia.*
3 *In beneficialibus Papa eſt Dominus, quantum ad vſum.*
4 *Dominium rerum eccleſię eſt penès Chriſtum, & Papam eius Vicarium.*
5 *Papa Vicarius Chriſti cum omnimoda poteſtate.*
6 *Papa habet plenitudinem poteſtatis.*
7 *Non poteſt Papa auferre ab vna eccleſia, & dare alteri ſine cauſa.*
8 *Papa in bonis beneficiorum, habet omnimodam poteſtatem.*
9 *Papa poteſt ſubiicere eccleſiam alteri, & iura vnius alteri dare.*
10 *Papa facit monacum profeſſum teſtabilem.*
11 *Clerici ſeculares magis poſſunt diſponere de rebus, quàm regulares.*
12 *Monaci non habent velle, nec nolle.*
13 *Monaci non poſſident, ſed poſſidentur.*
14 *Licentia teſtandi conceditur à Papa ſine cauſa expreſſa.*
15 *Quòd in licentia teſtandi apponitur clauſula in pios, & non pios vſus.*
16 *Quotidie per quēlibet obtinetur licētia pro qualibet ſumma teſtādi à Papa.*
17 *Licentia teſtandi conceſſa Cardinali Saripando.*
18 *Licentia teſtandi ſeruatur inuiolabiliter à collectoribus ſpoliorum.*
19 *Odioſa conceſſio reſpicit primum actum tantum.*
20 *Licentia teſtandi eſt indultum odioſum.*
21 *Quomodo intelligatur regula, qui poteſt teſtari, poteſt codicillari.*
22 *Licentia teſtandi non extenditur ad codicillandum.*
23 *Actus odioſus extinguitur, morte concedentis.*
24 *Secundum Abba. licentia teſtandi non conceditur à Papa: niſi cū magna cā.*
25 *Non valet diſpoſitio, niſi facta mentione de licentia ſecundum aliquos.*
26 *Non ſufficit habere poteſtatem gerendi, niſi quis gerat eo modo, quo poteſt.*
27 *Valet diſpoſitio, licet non ſit facta mentio de licentia.*
28 *Præſumitur teſtator voluiſſe vti facultate; quam habet.*
29 *In dubio quis videtur vti priuilegio.*
30 *Paria ſunt non teſtari, & inutiliter teſtari.*
31 *Præſumitur quis facere actum ex capite, quo ſibi eſt vtile.*
32 *In forma licentiæ ponitur clauſula toties, quoties.*
Item clauſula per plura teſtamenta.
Item per codicillos, item quandocunque tibi placuerit.
33 *Vide quid importet verbum quandocunque.*
34 *Gratia Papæ nunquam expirat.*
35 *Verbum prolatum à Papa, interpretatur ſecundum ius canonicum.*
36 *Licentia teſtandi non amittitur, etiam ſi quis non teſtetur per decennium.*
37 *Priuilegium teſtandi, eſt priuilegium aliquid faciendi.*
38 *Priuilegium faciendi, numquam perditur.*
39 *Non valet diſpoſitio Papę contra legem, niſi de lege faciat mentionem.*
40 *De fructibus eccleſiarum diſponit Papa pro libito voluntatis.*
41 *Papa quotidie concedit licentiam teſtandi, etiam collegiis officialium Romanæ Curiæ.*
42 *Papa, ſi non poſſet concedere de iure licentiam teſtandi, non concederet.*
43 *Geſta à Papa, ſanctè geſta præſumuntur.*
44 *Clericus de fructibus poteſt alere conſanguineos.*
45 *Papa præſumitur motus cauſa rationabili.*

Source : BIU Cujas

46 *Papa faciens ad ſupplicationem ſi non apparet cauſa, præſumitur motus ad importunitatem.*
47 *Papa concedit licentiam ex certa ſcientia.*
48 *Certa ſcientia facit præſumi principem velle.*
49 *Certa ſcientia facit præſumi. quod vtatur abſoluta poteſtate.*
50 *Actus Papæ in bonam ſemper partem interpretantur.*
51 *Non poſſumus de actis Papę iudicare.*
52 *Ad Deum ſolum ſpectat iudicare de Papa.*
53 *Facta Papæ excuſantur, etiam ſi videantur iniuſta.*
54 *Factum Papæ eſt iuſtum, licet videatur iniuſtum.*
55 *Papa poteſt facere de vno aliud.*
56 *Papa Chriſti Vicarius, & Dei Locumtenens.*
57 *Papa omnia diſponit, & iudicat.*
58 *Papæ non eſt, qui dicat, cur ita facis?*
59 *Papa diſpenſat in omnibus, in quibus expreſſe non prohibetur.*
60 *Eſt inhærendum ſemper opinioni, quæ fauet Papæ,*
61 *Papa poteſt aſſignare penſionem, etiam laico, etiam ſine cauſa:*
62 *Papa in beneficialibus dominus.*
63 *Papa ſanctus reputatur.*
64 *Prohibitio teſtandi clericis eſt de iure poſitiuo.*
65 *Papa regulariter non diſpenſat ſupra ius diuinum.*
66 *Papa in licentia teſtandi diſpenſat ſine cauſa.*
67 *In illis, quæ ſunt iuris poſitiui Papa poteſt præiudicare ſine cauſa tertio, & non citato. etiam non audito.*
68 *Papa quotidie concedit monacis poteſtatem teſtandi.*
69 *Monaci in ipſo ingreſſu dedicant ſe, & ſua Deo.*
70 *Sufficit licentiam ſuperuenire monaco poſt conditum teſtamentum.*

§. his.

1 *Forma licentiæ teſtandi per viam pœnitentiariæ.*
2 *Forma per viam Bullæ.*
3 *Forma per viam Breuis.*

De licentia, vel diſpenſatione teſtandi clericis, vel prælatis conceſſa.

QVAESTIO VII.

OCcurrit ſæpe, ꝙ mortuo clerico pro defenſione ſpoliorum, ac rerum relictarum per defunctum, exhibent hæredes teſtamenta & indulgentiam, diſpenſationem, ſeu licentiam teſtandi de bonis occaſione eccle. acquitis per defunctum à Rom. Pont. pro tempore exiſtenti obtẽtam. Super quo ſæpenumero oritur controuerſia inter agentes pro Camera, & venientes pro parte defuncti: puta quia non ſit ſeruata forma literarum Apoſtolicarum dictæ licentiæ in teſtamento, vel in diſpoſitione, quam fecit teſtator: vel quia modum, formam, & ſummam exceſſerit, aut alias ea vti debebat non vſus fuit. Vnde, quæ mihi occurrerunt, & quæ inueni in hac materia dicta. & diſputata à Doctoribus in medium deducere propoſui, vt quoties occurreret haberemus loca ſaltim recollecta Doctorum, ad quos recurrere ſtatim poſſemus. Et omiſſo dicere de bonis acquiſitis ex hæreditate, artificio, vel doctrina, de quibus. liberè clericus teſtari poteſt ſine licentia, & diſponere. cap. j. & ſecundo 12. q. 3. c. quia nos. c. relatum, el 2. verſic. cęterum, quæ ex hæreditate c. requiſiſti. ante fi. extra. de teſtam. per Bal. in conſi. 313. vol. 2. incip. præmittendum eſt. dicemus de bonis acquiſitis per eccleſiam ſeu intuitu eccleſiæ, de quibus ideo conceditur licentia, vel diſpenſatio teſtandi de illis, & diſponendi clerico: quia de iure de illis teſtari non poteſt: c. j. c. cum in officiis. c. quia nos. & præalleg. c. relatum. de teſtam.

Vnde animaduerti indulgentias, vel licentias teſtandi conce
1 di clericis à ſede apoſtolica duplici via, † & ſeu duplici forma: vna ſcilicet, quæ poteſt dici iuſtitiæ, qualis eſt illa, quæ conceditur, per viam ſacræ pœnitentiariæ, quæ in Rom. Curia appellatur ex forma quinterni Cancellariæ, cuius tenor pro forma erit deſcriptus in calce præſentis laboris, alia via eſt gratiæ, qualis eſt illa, quæ conceditur per viam literarum apoſtolicarum per viam Cancellariæ, ſub plumbo expeditarum: vel in forma breuis ſub annulo Piſcatoris, quarum ibidem tenor deſcribitur, & dico formam ſacræ pœnitentiariæ poſſe dici per viam iuſtitiæ, ex eo, quia per illam conceditur clerico, vel concedi ſolet pri-
2 mo, vt de ſuis mobilibus, † aut de immobilibus iuribus, actionibus per eum propriis laboribus, induſtria parentum, vel aliorũ ſucceſſione, aut alias non per eccleſiam licitè acquiſitis, & acquirendis liberè teſtari valeat, quia id videtur poſſe facere clericus ex iuris diſpoſitione, abſq; aliqua ſpeciali, vel particulari diſpenſatione deſuper, vel licentia obtinenda, quia id habetur expreſſum in tex. in cap. quia nos. & cap. relatum. de teſta. per quæ iura videtur ei permiſſum poſſe diſponere quocunque modo de acquiſitis ex hæreditaria parentum, vel aliorum ſucceſſione, artificio, vel doctrina, ac de illis, quæ proueniunt dono parentum, vel amicorum per Doctores ibi, & per Alex. conſi. 101. 7. vol. in prin. ſecundo loco conceditur poſſe teſtari de bonis ecclęſiaſticis mobilibus, ac de immobilibus quæ non fuerint altari, aut diuino cultui deputata, & hoc pro impenſa funeris clerici, in remuneratione ſeruitiorum, ac in pios, & licitos vſus moderatè tamen ære deducto alieno, in quibus caſibus, maximè de bonis mobilibus, & ſi adſit conſuetudo, videtur de iure clerico permiſſum d. c. relatum. §. licet ibi improbandæ conſuetudinis. Id quod omne videtur extractum ex tex. in d. c. relatum el 2. de
3 teſtam. † vbi ferè ſunt eadem verba tex. quibus vtitur ſacra pœnitentiaria in forma prædictæ licentiæ.

Item ex eo videtur ex forma iuſtitiæ, quia de iure labores, &
4 ſeruitia accepta debent recompenſari præmio, † vel pretio ca. charitatem. & c. eccleſiaſticus. 12. q. 2. gl. in c. ad noſtram. in verſi. ſufficere. de reb. eccle. non alienan. & notat Abb. in c. relatũ. ver. item not. de teſtam. ex quo ſeruitium impẽſum, vel præſtitum prælato viuenti, videtur eccleſię impenſum, ex quo de bonis ec
5 cleſiæ talis ſeruitii poteſt fieri remuneratio. ca. per tuas. † vbi idẽ Abb. de donat. quia clericus habet viuere de bonis eccleſiæ ipſe cum ſuis famulis, quibus habent ſolui ſalaria, ob ſeruitia clerico præſtita, dicimus infra quæſtione ex quibus cler. præſumatur acquiſiſſe. Idẽ Abb. in c. cõſenſus de reb. eccle. non alie. vbi dicit, ꝙ prælatus licitè remunerat de bonis eccleſiæ eos, qui exhibuerũt obſequia eccleſiæ, & in margine ad Abb. ibi allegatur Alex. conſi. 101. j. lib. & Oldr. conſi. 278. Immo dicit Bar. in l. iubemus. la 2. verſi. quæro vtrum: ꝙ pro remuneratione illorum, qui exhibuerunt ſeruitia, poſſunt alienari res eccleſiæ, vt ibi per eum, vbi vide gl. in verſ. permiſſum, quæ dicit, ꝙ etiam de immobilibus bonis eccleſiæ habet fieri remuneratio, & prælatus poteſt donare in remunerationem ſeruitii ſuæ eccleſiæ collati, etiam in præiudiciũ ſucceſſoris. 16. q. 5. illud: Alex. conſi. 55. prima parte, vbi dicit verum, ſi de ſeruitiis conſtat aliter, quam per confeſſionem. Io. And. in additio. ad Spec. in rub. de reb. eccl. non alie. id quod nota pro eo, ꝙ qui talia accipiunt à prælatis, vel rectoribus pro ſeruitiis impenſis, ꝙ habẽt probare ſeruitia, nec eis ſufficit ſola prælati, vel clerici confeſſio, aſſerentis ſe id legare, vel dare pro ſeruitiis impenſis.

Item videtur ex forma iuris, quod pauperibus, & locis piis, & religioſis fiat erogatio, & eleemoſyna id quod habetur cap. ad hæc. in fi. de teſtam. vbi tex. vtitur verbo moderate, quia de fru-
6 ctibus, & redditibus eccleſiæ, † deductis neceſſariis pro victu clerici, aut prælati, reliquorum ſuperflentium debet per eum fieri diſpenſatio c. videntes 12. q. j. & per Abb. in c. cum eſſes. in repe. de teſta. ver. ſecundo principaliter. per totum, in caſibus, etiam
7 prænarratis dat licentiam clerico, † diſponẽdi, & teſtãdi de immobilibus acquiſitis per eum de fructibus beneficii parce vtendo, de acquiſitis ex illa parte fructuum: quam licitè conſumere poterat, ſi voluiſſet, puta potuiſſet pro ſui gradus qualitate conſumere mille, conſumptit tantum ſeptingẽta, vnde parſimonia
8 trecentum perſeruauit, † ac de illis immobilia acquiſiuit, quam partem fructuum clericus facit omnino ſua, cum eſſet pro ſuo
9 victu, † ac ſuorũ, ac pro ſuis neceſſariis deſtinata à canone & cõſtituta, de qua debuit poſſe pro libito diſponere, vt per Abb. in c. cum eſſes. in repe. col. 9. ver. ad inducta ibi reſpondet, quod clericus fructus beneficii dicitur illos facere ſuos, quoad hoc, vt ſibi prouideat, per eundem. melius in c. cęterũ. de dona. vbi dicit: quod prælatus põt donare pro libito fructus, quos facit ſuos per Did. Couar. in c. cum in officiis. de teſta. ver. 3. ex eadem. ibi clericum habẽtem beneficium eccleſiaſticũ poſſe liberè diſponere de illis redditibus, qui eſſent neceſſarii ad eius honeſtum ſumptum, inſpecta cuiuſq; qualitate, ſi eos præcipuos is habeat, qui aliunde victũ & neceſſaria ſibi miniſtrauit, hæc etenim pars bonorum eccleſiaſticorum miniſtris per canones antiquos cõſtituitur. & c. Sed videtur intelligi, quod faciat ſuos conſumendo, non præſeruãdo, & qnatenus vtatur, & fruatur, quia eccleſia clericis dat tantũ vſum, & in caſu, quo ſibi prouideat pro victu, per ea, quæ dicit Abb. in c. cum eſſes. ver. 4. principaliter. ver. aut nõ
10 pro ſui ſuſtentatione, † ibi: tunc dico indiſtinctè, quod de fructibus beneficii ſatisfieri non debet, etiam parce vtendo, nam clerici hñt ſolum vſum, melius per eundem in c. reprehẽſibilis. de app. ubi dicit: quod pro debito clerici nõ poteſt fieri exequutio in fructibus beneficii, neq; etiam in illa parte fructuum, qui hñt conuerti in utilitatem perſonæ clericorum, quia ad tales redditus non dẽnt extendi manus, & eſt ratio quia eccleſia tenẽ clericos alere ad ſui decorem, nec tenetur ſuas condẽnationes ſol-
11 uere, unde ſi clericus nõ alitur, † non tenetur eccleſia in aliquo cõtribuere, & eccleſia uult contribuere in alimoniã clericorũ,
12 † non aliam cauſam, ideſt uult eccleſia tenetur ad ſupplendum de uictu neceſſario, quatenus cędant, uadãt, & conuertant uerè in uictũ, ut per Abb. d. loco, & cũ talia parcè uiuendo ſint acquiſita eccleſię: quę tñ potuiſſet clericus nõ parcè uiuẽdo in uictu conſumere, meritò apponitur in licentia clauſula parcè uiuendo, ad tollẽdum dubium, quod forſan oriri potuiſſet, quod pars
13 fructuũ deſtinata pro uictu clerici, † eã faceret clericus ſuã in totum, uel in parte parcè uiuendo: quia immo ſi illã uictu nõ ꝙſumit in totũ, uel in parte eſt eccleſiæ, pro parte nõ cõſumpta, declarat optimè Bal. in auth. licentiam. C. de epiſcopis & cler. in fi.

Source : BIU Cujas

vbi poſita quęſtione ſi Rector eccleſię pcepit fructus, & potuit conſumere pluſquam cōſumpſit donec ipſe viuit, poteſt diſponere illos fructus ad pias cauſas, nunquid moriens potuit relinquere de eis teſtamēto pauperibus, vel in ſubſidium Terræ ſanctæ, dicunt Canoniſtæ (inquit) quod non, quia viuens æquiparatur vſufructuario, & ideo habet liberam adminiſtrationem fructuum, ſed in morte aſſimilatur vſuario, qui ſuum tantum facit quantum conſumit, non vltra, & ideo de talibus non poteſt teſtari. ſm Canoniſtas, qui (inquit) bene dicunt, quia in adminiſtratoribus, quales ſunt clerici in rebus eccleſiæ potentius eſt ius in
14 vita, † q̄ in morte, & de hoc vide in quæſtione an clericus de fructibus beneficij. vbi aliqua, & per eundem Bald. in conſi. 298. j. vol. vbi dicit, quod de redditibus appropriādis pręlato, poteſt prælatus diſponere, vt vult, dum viuit, in morte aūt non, vidi tamen aliquam formam huius licentiæ pęnitentiariæ ſub nomine, Laurētius, in forma gratioſa, vt de bonis eccleſiaſticis in amicos, cognatos, & affines diſponi poſſit.

Aliam formam per viam literarum apoſtolicarū, & breuium dixi eſſe per viam gratiæ, ex quo per eam conceditur clerico teſtari, primo de quibuſcunq; bonis ex patrimonio quaruncunq;
15 perſonarum ſucceſſione, † ac etiam ex induſtria, proſpera fortuna, & alias quomodolibet, non per eccleſiam licite tamen acquiſitis, per eundem obtentis, & obtinendis, ſeu ad illum quomodolicet tunc, & pro tēpore ſpectantibus, quod per antiquos canones non concedebatur, per quos non licebat clerico habere hæreditaria bona, vel propria c. clericus & ibi gl. 12. q. j. cum ſimilibus. licet per tex. in c. relatum. c. quia nos cum ſimil. de teſta. ſit ſecus. tamen ideſt ad tollendum dubietatem iuris antiqui: ſecundo loco conceditur clerico poſſe teſtari de fructibus, ac redditibus beneficiorum, ac ex fructibus, ſeu redditibus acquiſitis,
16 pro ſumma petita & conceſſa, † quæ ſunt eccleſiæ, vel ſucceſſoris in euentum mortis illius c præſenti. de off. ord. in 6. c. quia ſępe. de electio. eo lib. c. illud. c. non liceat. 12. q. 2. cum ibi gl. de quibus regulariter clericus non habet teſtamēti factionem c. cum
17 in officiis. c. ad hæc. c. quia nos. de teſtam. cum ibi nota. Franc. in rub. de teſta. in ſexto num. 54. item, & poſſe donare ſummam conceſſam, quod regulariter non poteſt clericus c. cæterum. de
18 donat. Item conceditur etiam de eis bonis diſponere per viam codicillorum, & toties, quoties. & c. quod regulariter cum tali licentia teſtandi, vēl diſponendi non poteſt, nec poſſe habet clericus, quia indultum quo quis habilitatur ad teſtandum de bonis eccleſiæ. vel ſpectantibus ad eccleſiā eſt odioſum, & ſic ſtricte
19 non latè interpretandum, † aut intelligendum, vnde habēs tale priuilegium debet intelligi, quod poſſit teſtari tantum non autem codicillari: & quod vnum poſſit facere teſtamētum, nō
20 plura, † vt gratia ſit euacuata, & ꝙſumata omnis in primo actu. arg. l. boues. § hoc ſermone. ff. de verb. ſign. l. dotis promiſſio. ff. de iure dot. Marian. Socin. in conſi. 13. præſens conſultatio: vbi in col. 5. dicit ꝙ Cardinalis ex tali priuilegio poteſt teſtari, & nō codicillari, non obſtante reg. quæ dicit. quod qui teſtari poteſt,
21 † poteſt & codicillari, quæ eſt in l. 2. ff. de lega. j. & l. conficiuntur. §. j. ff. de iure codicill. quæ procedit & habet locum in eo. qui regulariter habet de iure communi teſtamenti factionem, & teſtari poteſt per dec. conſ. 512. col. 2. poſt princip. ſecus eſt de iure ſpeciali, vnde ad gratiandum clericum ſupplicantem, Papa ad tollendum iſtas iuris difficultates, ſolet apponere in literis talis
22 formæ clauſulam huiuſmodi, etiam donationis inter viuos, aut teſtamenti, ſeu cuiuſlibet vltimæ voluntatis, vel codicillorum ſeu alio modo, † de quo tibi videbitur pro libito tuę voluntatis ordinare, diſponere, & erogare, ſimul vel ſucceſſiue, ac quoties tibi videtur liberè, & licitè valeas plenam, & liberam auctoritate apoſtolica tenore præſentium licentiam, & facultatem concedimus, pariter, & indulgemus. Item ſolet apponi clauſula in
23 pias, & non pias cauſas, id quod eſt gratia, quia de iure tātum in pias cauſas concedi ſolet erogatio, & diſpenſatio c. relatum. de teſtam. §. licet per Barba. in tract. de præſtan. Cardi. prima parte q 4. vbi limitat priuilegium teſtandi, & reſtringit ad pios vſus tātum. Item clauſula parentum, conſanguineorum, & affinium, nepotum, ac etiam propriorum filiorū, quibus regulariter clericus de rebus eccleſiæ diſpenſare, vel erogare non poteſt, niſi in illorum ſubuentionem, & quatenus indigeant, non autem poteſt illis relinquere ad illos diuites faciendum, per Abb. in c. inquirendum. de pecul. cler. Item apponi ſolet clauſula, aut ſeruitiorum, etiam vltra ſeruitii meritum, quod eſt gratia, quia id habent ſecundum verba. textus videlicet iuxta ſeruitii meritum, non autem vltra per tex. d. c. relatum. § licet in fine. §. Item apponi ſolet clauſula perſonarum etiam penitus extranearum,
24 & incapacium, † quibus perſonis incapacibus regulariter nihil relinqui poteſt, vel debet, neque per viam inſtitutionis, neque per viam legati per tex. in §. legari. vbi gloſ. in verſi. teſtamenti factio. inſtit. de lega. Item quod plus eſt, Papa ſolet gratiare ſupplicantem, vt de ſumma petita, & conceſſa, † nedum in quos
25 voluerit diſponat in teſtamento, aut alia voluntate, ſed etiam ſi deceſſerit ab inteſtato ad hæredes ſibi ab inteſtato venientes tranſmittat, qualis eſt forma, quæ eſt in calce deſcripta, per hæc & alia, quæ in eiſdem literis euidenter in forma gratiæ conceſſa videntur, † dicebam hanc formam eſſe, & videri formam, ſeu licentiam teſtandi, vel diſponendi in forma gratię, & in forma, vt appellatur gratioſa.

De qua licentia, ſeu indulgentia reperio variè ſcribere Doctores, quia Abb. in c. fin. de pecul. cler. in fi. dicit hanc eſſe quæ-
26 ſtionem quotidianam, † nunquid Papa poſſit dare clerico poteſtatem teſtandi de rebus intuitu beneficij acquiſitis, & illam ſe tractare pleniſſimè in c. cum eſſes. in repetit. de teſtam. in verſi. 5. principaliter quæro. Ia ſ. in authen. ingreſſi. C. de ſac. ſan. eccle. num. 11. gloſ. in pragmat. ſanctio. de nume. & qualit. card. §. ſint viri. in verſi. mouebat. Alex. conſi. 101. lib. 7. & dicto loco Abb. pro faciliori ſolutione quæſtionis præſupponit, penès quem ſit dominium rerum eccleſiaſticarum, & inquit gl. in c. expedit. 12. q. j. de hoc ponit tres opiniones, prima ꝙ dominium ſit penès eccleſiam, ſecunda quod ſit penès Deum, tertia quod dominiū
27 eſt apud clericos, ſicut dominium rerum vniuerſitatis eſt apud ciues. §. vniuerſitatis. inſtit. de rer. diuiſio. glo. in c. cauſa. de verb. ſigni. in ver. ſolis eccleſiarum, tenet, † quod iſta bona ſunt Dei, cuius licet omnia ſint, tamen ſunt iſta ſpecialius, & hoc tenet
28 illa gl. licet ante dixerit, † ꝙ ipſa ſunt ſecundum Alb. loci concluſi muro ad inſtar hæreditatis vacantis, quæ obtinet vicem perſonæ. l. hæreditas. ff. de acqui. rer. dom. ſecundum alios, quod ſunt vniuerſitatis illius loci, alii, vt Innocen. & Hoſtien. in cap. cum ſuper. de cauſa poſſeſſ. & propriet. ꝙ Chriſtus eſt, non prę-
29 latus, qui habet dominium & poſſeſſionem rerum eccleſiaſticarum, vnde oblata per homines eccleſiis Deo oblata dicuntur 12. q. 2. nulli liceat, † & 12. q. j res. & c. videntes: alia opinio eorundem Innoc. & Hoſtien. quod eccleſia, ideſt fidelium con-
30 gregatio ſit, quæ habeat proprietatem, † & poſſeſſionem, vbi dicit Innocen. ꝙ ſi aliquando inueniantur hæc bona Deo oblata
31 eſſe epiſcoporum, aut prælatorum, aut capellanorum, † debet intelligi quod ſunt eorum, quoad gubernationem & adminiſtrationem, & dicuntur etiam pauperum, quoad ſubſtētationē. 16. q. j. cap. quoniam. ad quod vltimum fac. quod dicit Did. Couarruuias. in cap. cum in officiis. de teſta. verſi. quantum quoad, i bi: præterea redditus eccleſiaſtici, qui ſuperſunt vltra miniſtrorum victum, alieni dicuntur, non proprii, ſed ex quadam metaphora, eo ꝙ pauperibus eſſent erogandi, quod auctoritate Hieronymi comprobatur, is etenim ſcribit, bona eccleſiarum dici bona pauperum, quoad debitum, quia eis debentur, non quoad dominium, nec quoad proprietatem, ſicut refert Cardi. à Turre Crema. in c. videntes. nu. 2. 12. q. j. ſubdens ibidem Inno. in d. c. ſuper, quod iſta bona eccleſiarum ſunt diuiſa in eccleſiis diuerſorum locorum, auctoritate ſummorum Pontificum, propter commmunem vtilitatem, & epiſcopis & aliis prælatis, cō-
32 ceſſa fuit adminiſtratio earum c. videntes. & c. † pręcipimus 12. q. j. quia vt legitur d. c. qm̄. 16. q. j. quicquid habent clerici pauperum eſt, dicuntur. n. habere clerici quoad adminiſtrationē. pauperes. quoad ſubſtentationem, patrimonium enim eccleſiæ eſt
33 commune, † vnde nullus debet ſibi appropriare. c. 3. de præb. ex. propterea fuerunt diuiſa, & limitata bona eccleſiarum, & ipſorum adminiſtratio epiſcopis, & aliis prælatis conceſſa, vt nullus in clero penuriam patiatur, & per ſupradicta infert Inno. quod
34 quantuncunq; moriatur pręlatus, † & omnes clerici alicuius ec-
35 cleſiæ, † tamen proprietas, & poſſeſſio remanet penès Chriſtū, qui viuit in æternum, vel penès vniuerſalem, & ſingularem ec-
36 cleſiam, quæ nunquam moritur, nec vnquam eſt nulla, † & per hoc dicit Spec. in tit. de pet. & poſſ. §. j. verſ. ſed pone. quod vacāte eccleſia, ſi quis ingrediatur poſſeſſionem eccleſiæ, quod prælatus de eccleſia prouiſus, poteſt agere contra talem ingredientem, tanquam contga inuaſorem & ratio eſt, quia poſſeſſio nō
37 erat uacans, licet eccleſia uacaret, † immo eccleſia poſſidere cē ſetur & habes (inquit,) Abb. in d. c. cum ſuper. de cau. poſſ. & propri. duas opiniones, vnà ꝙ dominium, & poſſeſſio ſit apud Chriſtum, alia, quòd apud eccleſiam: alii dicunt, quod eſt tertia opinio, quod dominium & poſſeſſio eſt apud quamlibet eccle-
38 ſiam particularem, † & quòd ipſa bona eccleſiarum ſunt quoad dominium, & poſſeſſionem ipſarum eccleſiarum particularium, quæ habent illa loco Dei. gloſ. in cap. fin. de reb. eccleſ. aliena. in 6. in uerſic. ipſarum. & inquit Abb. in d. ca. cum eſſes, ego puto quod inter iſtas opiniones illa ſit præſtantior, quæ habet, ꝙ dominium rerum eccleſiæ ſit penès Deum, per tex. in c. cum ex eo. de electio. in ſexto. ibi de Chriſti patrimonio ſublimatis, & no. ibi gl. in uer. Chriſti fac. cap. qui Chriſti, & cap. qui abſtulerit. 12 q. 2. Item teneo hanc opinionem, quia inquit (ut
39 dixi) offerentes homines eccleſiæ, † in oblatione habent reſpectum ad Deum d. c. nulli. 12. q. 2. & c. res eccleſiæ. 12. q. j. ibi Domino oblatis &c.

His præmiſſis per Abb. & præſuppoſitis, deueniendo ſolutionem dubii & quæſtionis, putat ille quod licentiam hanc teſtādi de rebus eccleſiæ, † non poſſit concedere Papa, niſi cum ma
40 gna cauſa, quia hęc bona ſunt Dei, & ſine facto noſtro, quod noſtrum eſt à nobis euelli non poteſt c. ab eo. de electio. lib. 6. &
41 qui dimittit debita Dei ſine cā, profectò Deum offendit. c. ſiis

quoniam

Source : BIU Cujas

42 quoniam 23. q.4. quia † si prælatus debitori dominico culpam impunè dimittit,non mediocriter profecto offendit. per Spec. in tit.de dispensat.§.qualiter & quando in princip. & licet Papa sit vicarius Christi,& in terris Dei locumtenens capit.vnico. ut
43 ecclesias.beneficia siue dimi.confer.tamen † debet legitime administrare & conseruare bona Dei, non dissipare, quia ex officio susceptο non licentiam peccandi,sed necessitatem bene viuendi fuit assequutus.§.i.4.dist.Item de fructibus rerum ecclesię debet subueniri egentibus.cap. videntes.12.q.j. & est sine ratio-
44 ne,vt quod communi utilitate datum esse dignoscatur,† vsibus cuiuslibet particularis personæ applicetur,de præben.cap.ratio. Item qui subtrahit bona ecclesiæ dicitur homicida, qa videtur
45 necare illos pauperes,† qui ex huiusmodi subtractis, & alienatis fuissent alendi,vel sustentandi. Item vicarius non habet maiorem potestatem, & dignitatem pontificatus, quam habet ipse Deus,sed Deus peccare non potest dist.2.de pœn.§.sic.ergo nec
46 vicarius debet hoc posse immo expresse iure canetur, quod nō licet Papæ bona ecclesiæ alienare.c.non liceat.12.q.2.ergo,nec
47 † potestatem testandi alicui dare,quia per hoc videtur alienare, fac.quia licet clericus non habeat a iure concessum, ꝙ possit de rebus ecclesiæ testari, si tamen de suo proprio tantum contulerit ecclesiæ,quantum vult alienare,vel testari,hoc bene licebit.
48 cap.si episcopus 12.q.5.& q.2.c.siquis quilibet, id quod intellige verum,si contulit ante alienationem,seu testamentum,quia est secus si post, quia tunc videtur dare in fraudem ad euitandum pęnam depositionis,quam incurrit de qua in capi. nouimus.12. q.2.quia talis restauratio damni,seu recompensatio sibi nō proderit ad euitandam depositionem no.in cap.quod sicut.de elec. facit quia clericus res ecclesiasticas,alienare non potest nisi eau
49 sa pietatis,necessitatis,commoditatis,† vel vtilitatis,in isto casu nulla subest istarum causarum merito &c.potest addi quod dicit Archid.cap.hoc consultissimo,de reb.eccle.in ver.quod bona ecclesiastica dicūtur esse ecclesiæ, ita quod ecclesia habet dominium per multa quæ ibi adducit.

Per hoc dicit Abb.teneo quod Papa licentiam testandi de rebus ecclesiæ clerico sine causa indulgere non potest:Clericus tamen,si tantundem de suis patrimonialibus contulerit ecclesiæ, de rebus ecclesiæ testari poterit. Idem videtur tenere Barba.5. col.in cap.cum in officijs de testam.Franc.in rub.eo.tit. 6.col. & mouetur Abb.& alii,qui eius opinionem sequuntur ex eo,quia pęnitus videtur interdicta alienatio bonorum ecclesiæ sine cā,
50 † ut per Abb.in c.cum in ecclesiarum.col.2.versi.nota vltimo, de constit.& dicimus in q.de potesta.cler.vel præla.versi.quid dicendum.vbi aliqua diximus de causis,quæ à iure requiruntur in alienatione rei ecclesiasticæ,potes ad plenum videre ī meo tracta.de rebus ecclesiæ non alienan. propediem diuino auxilio ꝙdēdo,facit quod dicit Rebuf.in practica beneficia. in rubrica de breui apostolico nu.38.vbi loquendo de ista facultate testandi, quæ conceditur in forma gratiæ dicit,quod facultas testandi cō ceditur per breue ad certam summam modicam tamen, nec in quit est componenda,si de modico, quia de modico Romani, & mulieres non currant.l.scio.ff.de rest.in integ. secus inquit, si de magno.

Sed meo iudicio in Papa aliter dicendum videtur, & opinio communis in hoc videtur contra Abb. quia dicit Nic. de Vba. in suo tract.de suc.cler.ab intest.§.finita. versi.non obstant motiua Oldr.quod illud quod dicit Abb.quod Papa non potest dare licentiam.&c.ꝙ illud est uerum de honestate, sed non de potētia,per ea quæ habentur in c.cum ad monasteria de stat.regular. & per alia quæ copiose idem Nic.ibi adducit.

Et antequam ad alia deueniamus præsupponimus duo, vnū, ꝙ in huiusmodi licentia Papę testari conceditur de fructibus ec
10 clesiæ,uel de ex eisdem fructibus,aut occasione ecclesiæ tantum acquisitis per clericum supplicantem, quia nō uidebis licentiā, uel in forma sacræ pœnitentiariæ literarum apostolicarum, vel breuium,sine illa clausula per te tamen acquisitis,& acquirēdis, per te obtentis,& obtinendis,id quod uidetur non solum quod facere possit Papa & debeat,immo sine licentia aliqua clerici a se ipsis deberent posse testari,& disponere de huiusmodi, qa dicit Zabarella cap fi.de pecul.cler.col.pen. quod esset bonum statuere,quod clericus posset disponere de omnibus fructibus,itē etiā de acquisitis omnibus ecclesiæ siue mobilibus siue immobilibus libere,& in vita,& in morte, & hoc si sint acquisita tempore suo.Aliud quod præsupponendum puto,est potestas maxi
51 ma quam habet Papa in beneficialibus,† ac in bonis beneficiorum,in quibus est ualde potens clem. prima & ibi Doctores ut lit.pendent.in quibus tantam habet auctoritatem, & potentiā,
52 quòd potest etiam,† quem iure suo priuare sine causa, & pro suæ libito voluntatis.ut per Archi.in suo tracta. de hæresi incip. Sanctiss.in Christo Patri.fol.15.versi.& quia tanta est præeminētia.ubi dicit,quòd Papa in huiusmodi est dominus, cum aliis similibus,quæ in infinitum adduci possent.

§. His præsuppositis est indubitanter dicendum,qđ Papa possit concedere clerico līam testandi,de hmōi,& 11
quouis modo disponendi:quia huiusmodi beneficialia sunt in-

1 troducta de iure positiuo,per Abb. in cap.constitutus. de relig. dom.Et per eundem magis ample in sua disputatione quæ incipit Episcopus col.2.& in illis,quæ sunt de iure positiuo Papa ha
2 bet omnimodam potestatem,& quæ vult,omnia potest,† quia supra ius dispensare potest.ca.proposuit.de concess.præben. per Doctor.in cap.quę in ecclesiarū.de constit.quia licet Papa non possit quem regulariter iure suo priuare sine causa,tamen in beneficialibus,quæ sunt inducta iure positiuo, potest quem priuare pro libito uoluntatis suæ,ut per Archid.in d.tracta.de hæresi.
3 d.loco.ubi dicit quod Papa in talibus est dominus, quantum ad usum,quia eis uti potest,licut placet,& decet suam potentiā siue statum,alleg.12.q.2.bonæ rei.& c.per princip.9.q.3.cap.2.de prę ben.in 6.clem.j.ad fin.ut lit.penden.Paul.de Cast.consi.281.in 3. col. quia dominium rerum ecclesiasticarum. proprie loquēdo
4 non est apud aliquam ecclesiam,† sed apud Christum secundū,
5 quòd dicit Inno.in præallegato cap.cum super.† de caus.poss.& propriet.cuius Papa est vicarius cum omnimoda potestate ī terris,unde si aufert rem alicui particulari ecclesiæ, potius dr̄ auferre administrationem quam dom.iuxta tex.in c.2.de donat.quia dominium est potius apud ipsum Papam cum sit apud Christū, cuius ipse est uicarius,uel apud ipsam ecclesiam catholicā quæ est unica.24.q.j.capit. loquitur. cuius ipse est princeps:quia dicit S.Thom.q.88.versi.ad tertium,quòd sum.Pont.gerit plenarie vi
6 cem Christi in tota eccl. & ipse habet plenitudinem potestatis dispensandi in omnibus dispensabilibus,& dominus Anto.in c. constit.de religio.dom. quòd de rebus ecclesiæ Papa potest disponere.prout vult,etiam sine causa remouendo unū.à beneficio suo per d.tex.in 2.c.de præben.in 6. & hinc est, quòd in talibus multo magis potest auctoritas Papæ, quàm in aliis, ut dicit Abb.in c.cum a nobis.2.col.uersi.ego credo de test. in clem.j.in uersi.ego limitarem.de probatio.si dicatur quòd quamuis respectu beneficiorum latissima sit potestas Papę,tamen respectu.bonorum ipsarum ecclesiarum est secus,quia non potest Papa auferre bona unius ecclesiæ & dare alteri sine causa,ut not.gl.Archid.& Dom. cap.j.10.dist.& glo.in c.j.in uersi.in iustitia.22.dist. Archid.in c.j.12.dist. Et ideo dixit Archid.in c. non liceat Papæ. 12.q.2.post Hugo.quòd Papa peccat, si vult res ecclesiasticas cō sumere in turpes usus,uel dare consanguineis,ut eos diuites pręaliis faciat, uel ut ipsi construant palatia, & huiusmodi.

Est dicendum in casu præsentis quæstionis, ut dicit Socin. in consi.13.primo uol.ibi,nec quispiam dicat quòd Papa nō possit præiudicare ecclesijs, uel monasteriis super huiusmodi bonis, hoc enim est manifeste falsum, quoniam Papa in beneficiis,&
8 in ipsorum bonis habet omnimodam, & absolutā potestatem ca.2.in princip.de concess.præben.lib.6.in clem.j.ut lit. penden. no.glo.9.q.3.cap.per principalem.& probatur 78. dist.cap.oportebat.& 97.dist:ecclesiæ.tenet Io.And. in c.j. de summa Trin.19. dist.cap.in memoriam.& posito quod uerum duminium nō sit suum,secundum quòd aliqui uoluerunt, tamē ipse Papa habet omnimodam,& absolutam dispositionem,administrationem,
9 & dispensationem,& potest unire ecclesias, & supprimere † dignitates,& alteram alteri subiicere,& iura vnius alteri dare. 16. q.j.c.& temporis.cap.sunt duo.de excess.Prælat.&c. & dicit Bal. in consi.175.uolum.2.quod Papa quando uendit rem ecclesiæ, nō uendit rem alienam, sed suam, nam omnes res ecclesiarum suæ sunt,quoad plenam,& liberam dispositionē,& nullus prela tus mundi potest aliquid facere, sine auctoritate saltē tacita Papæ,qui tāquam per patrum cum omni prælato iurisdictione cō currit ut no.in c.si eo tempore.de electio.lib.6.ut per Bal.in cōsil.175.incip.Papa.

Per quæ concluditur dicit Socin. præallegato consil. clarissime,quòd Papa potest facere etiam Monachum professum te-
10 stabilem,& potest ei concedere potestatem testandi, & donādi de bonis monasterio acquisitis:& dicit Rebuf. ī sua practica beneficial.,ꝙ quandò hæc facultas datur religiosis, statuitur summa arbitrio Papæ taxanda,& quòd testetur de licentia sui superioris c.ad monasterium.de stat.monac.clem.religiosi.de ꝓcur. & Egid.Bellamer.decis.247.si ergo prędicta conclusio procedit in ueris monachis professis,quanto magis id est dicēdum,quòd possit Papa in clericis secularibus,aut aliis religiosis,qui possent habere proprium,quia facultas siue potestas disponendi de rebus ecclesiæ est concessa regulariter magis lata clericis secularibus,quam regularibus? Card.Zabarel.in fi. de pecul. cler. in col. antepen.Rot. Bellamer. 247. frater minor.quia religiosis datur cum clausula,& de licentia superioris. & dicit D. Quintilianus Mandosius in sua practica,in rubrica licentia testandi, uers. aduertendum,quòd hodie monacis,seu religiosis nullo modo testandi facultas huiusmodi conceditur: quod nō videtur uerum quod sit pace tanti viri dictum,quia quotidie religiosis cuiuscū que religionis sint,licentiam concedi uidemus,uel iuxta forma quinterni Cancellariæ per satis standi extra cum beneficijs,& in talibus habentibus proprium, seu tria omnino substantialia regulæ non profitentibus non videtur esse tāta difficultas,quan
11 ta in ueris monachis professis: † qui ex quo tria substantialia regulæ sunt professi, ut de se manifestum est, non possunt testari

respectu

Source : BIU Cujas

reſpectu inhabilitatis perſonæ, quia nec habent uelle, nec nolle
22 12.q.2.cap.non dicatis. Item † defectu bonorum, quia cum oĩa
eorum ſint monaſterij, & cum ipſi nil poſſideant ſed poſſiden-
23 tur, nihil habent, tam in habitu, quàm in actu cap. ad monaſte-
rium. de ſtat. monac. tum etiam, quia ſunt in poteſtate alterius.
16.q.j.cap. de præſentium, & dicta Authen. ingreſſi. in quibus ſi
licentia teſtandi a Papa conceſſa tenet, fortius in clericis ſecula
ribus, aut aliis illa tria non profitentibus, in quibus ſola rema-
net difficultas reſpectu teſtandi de bonis ad eccleſiam, ſeu reli-
gionem pertinentibus, quia manifeſtũ eſt, ꝙ de eis, quæ ſumunt
de dignitate eccleſiæ, ſeu beneficio ſuo, non poſſunt teſtamen-
tum conficere. 12.quæſt. vltima cap. j. 2. 3. & quaſi per totum, niſi
ad id accedat ſummi Pontificis licentia. Ita tenet Barto. Socin.
in d. conſi. 13. primo uol. per totum quòd eſt in materia factum.
Marian. Socin. conſi. 89. per totum, & maxime num. 29. ubi dicit
quod contrarium ſeruatur de conſuetudine, quòd iſta licentia
14 conceditur a Papa ſine cauſa expreſſa, ſequitur Deci. in conſilio
512. ubi dicit hanc eſſe opinionem communem, & communi-
ter approbatam, melius idem Dec. conſi. 157. ubi dicit non eſſe
diſputandum in hoc an Papa poſſit, quia id tenetur ab omnibus
communiter per Hoſtien. in ſumma. de pœnit. & remiſſ. §. cui
confitendum. Angel. & Imo. in l. ſi ſeruus communis. ff. de ſtip.
ſeruo. Bal. in l. ſi quando. C. de inof. teſtam. in Authen. niſi roga-
ti. col. fin. C. ad Trebel. ſequitur Couarruuias Doctor Hiſpanus
in cap. cum in officijs. de teſta. verſi. vltimo. hinc poteſt, vbi dicit
quòd uſus Chriſtiani orbis hanc opinionem recipit. Idem tenet
Bàrba. in ſuo tracta. de præſtan. Cardin. j. par. q. 4. ubi dicit licen-
tiam teſtandi a Romano Pontifice clericis de bonis eccleſię eſ-
ſe intelligendam, & habere intelligi ad pios uſus, & pias cauſas,
& non alias? Sed ego video, quod in formula teſtandi maxime
literarum apoſtolicarum, ſub plumbo, forſan ad tollendũ iſtud
motiuum, aut dubium doctorum, adeſt clauſula in pias, & non
15 pias cauſas, † in pios, & non pios uſus, & ſic habes meo iudicio
per communiter ſcribentes communem opinionem ꝫ Abb. ꝙ
Papa poteſt pro libito cum cauſa, & ſine cauſa, quando ſibi vide
tur teſtandi facultatem clericis religioſis, & prælatis, & clericis
beneficiatis pro ſumma quæ ſibi uidetur concedere, & indulge
re, de quo inualuit uſus, & conſuetudo ab immemorabili tem-
pore citra, qui hodie eſt quotidianus in Romana Curia, tam San
ctæ Ro. Eccleſiæ Cardinalium, quàm Patriarcharum Archiepi-
ſcoporum ipſorum, uel aliorum quorumcunque prælatorum
16 clericorum, & religioſarum perſonarum, † quæ quotidie a Pa-
pa licentias, & ſeu indulgentias teſtandi, pro ſumma quam uo-
lunt, petunt, & obtinent ſine vllo labore, & eas, uel per uiam ſa-
cræ pœnitentiariæ, uel per ſignaturam ſanctiſſimi per viam lit-
terarum apoſtolicarum, uel breuium, ut melius ſibi uidetur ex-
pediunt, qualis mihi hodie 10. Kal. Aprilis fuit præſentata licen
tia conceſſa per Pium quartum Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſi-
mo D. Hieronymo Seripando Neapolitano Sanctæ Ro. eccle-
ſiæ Card. in ęcumenico ꝯcilio Tridentino Sanctiſſimi Pij quar
17 ti, & ſanctæ ſedis Apoſtolice legato a latere, defuncto in ampliſ-
ſima forma de quibuſcunque bonis ſuis ex fructibus beneficio-
rum, & alias quomodolibet acquiſitis, in morte, & in uita pro
ſuo libito diſponendi, & teſtandi ad quamcunque ſummam
aſcenden. ac iuxta dictæ diſpenſationis formam de ſummis pe-
cuniarum, ac rebus obtentis diſponunt, & teſtantur, nec eorum
taliter factæ diſpenſationes ſi ſit in eis ſeruata forma per colle-
ctores ſpoliorum ac iurium Cameræ, in totum uel parte aliqua
violantur, immo uti factum proueniẽs a ſanctiſſimo, uel ſancta
ſede Apoſtolica omni cum reuerentia obſeruantur, ac obſerua
18 ri per collectores mandantur † inuiolabiliter & indiſtinctè. Et
hunc pium uſum dandi, & concedendi licentias teſtandi, & di-
ſponendi de bonis huius modi, ſemper approbarunt Ro. Ponti
fices, ut uidere eſt per breues huiuſmodi gratiarum uſque a tem
pore Innocentij. III. ut in calce præſentis quæſt. & eſt hodie in
viridiſſima conſuetudine in curia & ſtilo qui debet ſeruari, quia
ius facit & pro lege ſeruatur Specul. in tit. de teſti. §. publicatis.
rota in antiq. deciſ. 710. & authoritas Papæ in hoc operatur ple-
nam ſecuritatem etiam in foro conſcientiæ, quia ſi eſſet aliter
Ro. Pontifices iſta non toleraſſent, nec eis formam dediſſent. p
Felin. in cap. ad audientiam 2. de reſcrip. Cacialup. de penſio. q. 9.
& pię & ſanctę factum cenſeri debet, ex quo factum a Ro. Ponti
ficibus quorum geſta, ſanctè geſta reputantur, quia a Papa geſtũ,
a ſancto geſta haberi debent. Car. in clem. j. de præben. l. j. in fin.
C. de ſum. Trinit. & fid. cathol.

Et iſta gratia, ſeu licentia teſtandi de bonis eccleſiæ, ſecũdum
Doctor. eſt intelligenda cõceſſa in teſtamento & pro primo
teſtamento, ſeu pro prima diſpoſitione non pro ſecunda. argu.
l. boues. §. hoc ſermone. ff. de uerb. ſig. l. dotis promiſſio. ff. de iure
dotiũ. cap. non poteſt. §. primo. de præben. in ſexto. probatur ex
pluribus quæ adducit Alcia. in d. §. hoc ſermone. Hyppolitus in
rub. ff. de fid. iuſt. num. 97. Laſ. in l. diuortio. x. quod in anno. ff. ſol.
matri. Alex. conſi. 16. 4. uolu. per totum. in his enim, quæ odioſa
ſunt, ſimplex cõceſſio primum actum tantum reſpicit, & idem
eſt in oneroſis d. c. non poteſt not. in l. placet. ff. de liber. & poſth.
Felyn. in ca. 2. de treug. & pace, quia dicit Dec. quod non poteſt
negari quin indultum ſeu conceſſio, in quo quis habilitatur ad
20 teſtandum de bonis eccleſiæ, † uel ſpectantibus ad eccleſiam,
non ſit odioſa, & ideo merito reſtringenda, ut per eũdem Dec.
conſi. 512. & propterea dixit Bar. Soci. in conſi. 13. col. 5. uerſ. 17.
quod Cardinalis qui ex tali priuilegio poteſt teſtari, non poteſt
codicillari, quia regula illa iurisconſulti, de qua in l. conficiun-
tur. ff. de iure codicill. & in l. 2. de leg. j. quòd qui poteſt teſtari, ha
bet etiam poſſe codicillari, habet locum, & intelligitur, in his, q
21 poſſunt teſtari de iure communi, † ſecus eſt ſi ex priuilegio con
ceſſo per principem uiuentem, ſequitur Socin. Iun. in conſil. 89.
col. 5. uerſi. nec in hac licentia: ibi & huic eſt, quòd clericus, qui
hoc modo habet licentiam teſtandi, non poterit facere ſimpli
ces codicillos, licet pro regula ſoleat dici: quòd qui poteſt teſta-
22 ri poteſt codicillari. † immo minus eſſe videtur codicillari, quã
teſtari, & ideo uideretur licere debere c. cui licet de reg. iu. lib. 6.
ubi uide quòd etiam nititur probare licentiam teſtandi a Papa
alicui clerico conceſſa, morte Rom. Pont. re integra ceſſare, ut
non habeat locum niſi uiuente Pontifice concedente, adeo, ut
23 ſi in vita concedentis priuilegiatus non † cęperit uti priuilegio,
poſtmodum euaneſcat, quia actus odioſus reſtringitur, & mor-
te concedentis uel auctoris extinguitur, per glo. in c. a nobis. de
ſenten excom. ibi recepta. l. fi. ff. de pen. notat Abb. & Felyn. in c.
ex litteris de conſtit. Martin. ab Alzpicueta in cap. placuit. de pę
niten. diſt. 6. num. 161. Did. Couarruuias in capit. cum in officijs.
de teſtam. faciunt adducta per Abb. in c. cum eſſes. de teſtamen-
uerſi. 5. quæro. ubi diſpurat, & concludit, quòd licentia teſtandi
24 non poteſt concedi a Papa niſi cum magna cauſa, † & ea quæ
accumulat Dec. præallegato conſi. 512. & ſecundum aliquos te-
ſtatoris diſpoſitio non ualet, † niſi in ea ſit facta expreſſa mẽtio
de priuilegio uel licentia, quia alias uidetur noluiſſe uti iure ſibi
26 cõceſſo, † quia non ſufficit aliquem habere poteſtatem actum
gerẽdi, niſi eo animo, & effectu gerat, quo poteſt, & aliter nihil
ualet, ut l. quæro. ff. de eo qui pro tutor. per Anchar. conſi. primo
prima col. per Corn conſi. 304. nu. 11. lib. 3. ubi de prælato qui ha
bebat talẽ licentiã teſtandi de eccleſiaſticis non fuerat uſus &c.
ſed ſecundum aliquos, licet expreſſe nõ ſit dictum, præſumitur
27 teſtator, † ꝙ uoluerit teſtari, ſecũdum facultatem quam habet,
quia in dubio videtur quis uti priuilegio, quando diſpoſitio de
28 iure communi † non ualet. l. miles qui deſtinauerat. ff. de milita
ri teſta. Dec. cap. inter cætera. col. 3. verſic. & hoc tantum proce-
dat. de appell. cum debeat conſiderari effectus diſponens, non
28 modus conficiendi, † quia paria ſunt teſtamentum non fuiſſe fa
ctum, & inutile eſſe cap. inter corporalia. §. ſicut. de tranſla. epiſ.
30 glo. in l. fin. C. de pignor. Bar. in l. gerit. ff. de acquir. hæred. Alex.
conſi. 55. col. j. vol. 5. Aymo conſi. 116. ſub nume. 9. ubi, qui facit
31 actum præſumitur facere † ex illo capite quo poteſt, & quo ſibi
eſt vtilius: Facit quia actus, ſi non ualet, ut agitur ualet, ut ualere
poteſt. Bar. & Alex. in l. prima. §. ſi quis ita. ff. de uerbo. oblig. per
Fely. in c. cum ſuper 3. col. de offi. legati.

Sed aduerte ꝙ in forma priuilegiorum, ſeu licentiarũ teſtan-
32 di, ſolent apponi clauſulę, † quæ videntur tollere dubietates nar
ratas, nam conceditur teſtari, nedum per unum teſtamentum,
ſed per plura, & toties quoties: & nedum per teſtamentum, ſed
etiam per codicillos ut videre eſt in formis in calce deſcriptis,
& ne dum in uita Papæ concedentis, ſed omni tempore, per ap-
poſitionem illius clauſulæ, uidelicet quandocunque tibi placue
33 rit &c. vbi verbum quandocunque, † quod eſt verbum, diſtribu
tiuum temporis, & multiplicatum ſignificat, & dicit infinitatẽ,
per Alex. in l. 3. ff. qui ſatis d. cogan. Bal. in l. ſi quis ad declinand.
11. col. verſi. reſtat dubium. C. de epiſ. & cle. licet etiam poteſt di-
ci, quòd gratia Papæ etiam re integra, & non mãdata executio-
34 ni, nunquam expirat eo mortuo. ca. ſi ſuper gratia. de offi. deleg.
in 6. cap. ſi cui nulla. de pręben. & ibi per Franc. tertio nota. Rot.
deciſ. 12. in no. de offi. deleg. Dec. conſi. 407. id quod videtur fa-
ctum ad tollenda hæc dubia quæ forſan oriri poſſent, ꝓ qua ma
teria uide Socin. d. conſi. 13. & Socin. Iunio. d. conſi. 89. & etiam
d. conſi. 512. & Bal. in prælleg. locis, & maxime in l. ſi quando.
C. de inoffi. teſta. ubi dicit ꝙ conceſſio teſtandi liberè intelligit
iuris ordine, & ſolemnitate ſeruata, vnde ſi licentia ſit conceſſa
a Papa alicui teſtandi ille in teſtamento uti habet ſolemnitate
35 iuris canonici, quia verbum prolatum a Papa † interpretari dẽt
& intelligi ſecundum ius canonicum, non ſecundum ius com
mune ciuile, ut extra de teſtam. cap. cum eſſes. ut per eundẽ Bal.
ibidem, & per Socin. Iun. in d. conſi. 89. Bart. in l. j. q. 5. prin c. C. de
ſacr. ſan. eccle. idem Bal. in addi. ad Spec. de libel. concep. uerſic.
licet. Felyn. in c. quam ſit. de Iudæis, nec credo etiam uerum il-
lud quod uidi allegari in caſu iſto, ꝙ ſi a die conceſſionis licẽtię,
uel priuilegij teſtandi effluxerit ſpatium 10. annorum abſq; vſu
illius, quòd ſit amiſſa facultas priuilegij, per dicta Barto. in l. j. de
nundin. Abb. & Felyn. in c. cum acceſſiſſent. de conſti. quia cum
36 priuilegium teſtandi, † ſit priuilegium aliquid faciendi, tale pri-
37 uilegium nunquam † perditur glo. penultima in fi. cap. ut priui-
38 legium. † de priuileg. Felyn. & Dec. in capit. cum acceſſiſſent.
de conſtit.

Et

Et dixit Petrus de Anchar.conſi.305.incip.tres domini,quòd licet Papa ſuper bonis,& rebus eccleſiaſticis habeat pleniſſimã
39 poteſtatem,tamen hoc eſt verum, † cum apparet ꝙ vult ea uti, ſed vbi p̃cedit lex derogatoria uoluntati ſuæ, prout in caſu d.c. non liceat.non valet eius diſpoſitio contra illam legem, niſi de ipſa faciat mentionem,ad no.in l.reſcripta.& in l.vniuerſa. C.de precib.imper.offer.quia tunc præſumitur moueri Papa cum cã ſecundum D.Anto.in d.cap.conſtitutus: quem ſequitur Abba. col.3.mihi num.15.Domi.in cap.j.diſt.10.refert.Felyn.in c.cum in eccleſiarum.de conſtit.col.13. Facit quòd dicit Gig.de pẽſio. in q.6.mihi nu.7.ubi dicit per Doct.in c.cum in eccleſiarum.de conſtit.& per ea quæ dicit Dec.in conſi.436.col.10.in 3.uolu. ꝙ
40 Papa de fructibus beneficiorũ poteſt ſine aliqua cauſa, † immo pro libito ſuæ voluntatis diſponere,quia Papa habet dominiũ rerum eccleſiæ ſicut Chriſtus, cuius ipſe eſt vicarius.Fely.in cap. quæ in eccleſiarum.num.60.de conſtit.Paul.de Caſt.conſi.414. primo vol.& licentiam teſtandi de huiuſmodi, pro quantitate certa quotidie Papa concedit, non ſolum particularibus perſo-
41 nis,ſed etiam collegijs militum † ſiue officialium Ro.Curiæ:puta militibus Lauretanis,de Lilio,Sancti Petri,& Sancti Pauli & ſimilibus, ut eſt videre in eorum officiorum erectionis bullis. Item ex ſpeciali priuilegio & conceſſione Ro.Pont.omnes curiales,ac incolę vrbis poſſunt de omnibus per eos acquiſitis pro libito diſponere,& illa etiam ab inteſtato relinquere per bullã Alex.VI.ſub datum 1494.Non.Octobris.& Iulij III. ſub datum 1549. Idus Martij anno primo.ſub rubrica de reuocatione & 48 caſſatione gabellarũ,confirmatã,ac innouatam per Pium IIII. per ſuam conſtitutionem Non.Februarij 1560.incip.bulla ꝓfirmationis,& bulla Alex.VI.necnon Sixti Quarti, Leonis X. Iulij III.prædicti loquuntnr de bonis tantum exiſtentibus Romæ, & in diſtrictu vrbis.Sed Pius Quartus,in dicta ſua conſtitutione *videtur* extẽdere ad bona in quibusvis prouinciis extra vrbem 49 *vltra* montes, & maria exiſtentia, in illis uerbis bullæ declaran. eiſdem Motu &c.tam ſtatuta Iulij &c.ſuper quo cogita quia ſenſus videtur perplexus,& credo quòd textus ſit deprauatus, tamẽ verba vidẽtur habere talem ſenſum, ſed audio, quòd in Ro. Cu. 50 in practica ſeruatur, quòd bulla non extendatur ad bona extra vrbem,& diſtrictum exiſtentia,& verba illa bullæ,de bonis vbiuis locorum &c. intelligi non in decedentibus in curia, ſed in aliis priuilegiatis,& habentibus ius teſtandi per priuilegium a ſe 51 de Apoſtolica,ut officialibus Ro.Cu.aut de illis,quæ ſpecialiter licentiam teſtandi,vel diſponendi obtinuerunt,& dicit d.Quintilianus Mandoſius in ſua praxi.ſignaturæ gratiæ in rub. Licẽtia teſtandi & ſpoliorum conceſſio, ꝙ ſi bona ſint per eccleſiam, uel intuitu eccleſiæ acquiſita,de illis prælatus teſtari non poteſt 52 niſi ſit in caſu bullæ Sixti:& Leonis,quæ ſunt in 6. lib. ſtatutorũ vrbis,ſub bulla poteſtatis teſtandi,& ędificandi,vel niſi ſit ex of- 53 ficialibus Ro.Cu.quorum ratione officiorum ſuorum, habent 54 licentiam teſtandi,cæteri facultatem teſtandi impetrare debẽt, 55 quæ indifferenter conceditur:ſubdens idem Quintilianus, Cardinales an teſtari poſſint licentia non obtenta, & quid in Card. religioſis,& quid in ſecularibus, uide per Hoſtien.in ſumma de 56 pœnit.& remiſſio.§.cui confiten.verſi. cui Card.ubi dicit quòd ſine licentia a Papa obtenta teſtari non poſſunt Cardinales per Bald.in l.ſi quando.C.de inoffi.teſtam.Alex.conſi.101.domini. volu.7.per Hier.Alber.in tracta.Cardin.quæſt.48.per glo.prag. 57 rub.de num.& quali. Card.§.ſint viri.verſi.moribus.uide de hoc latè per Barba.in tract.de præſtan.Card. quæſtione tertia & quarta baſilica,per Hyer.Manfredi in tracta.Card.deciſ.128. Et Martin.Lauden.in eod.tracta.q.52. ſed quid ſi Cardinalis teſtatus ſit de bonis ab eccleſia quæſitis & ſpoliis, an præſumatur in tali te- 58 ſtamento quòd Papæ interuenit auctoritas, & ſi adſit diuturnitas temporis in teſtamento,videtur præſumi Aretin. conſil.36. Dec.cõſi.409.Aymo.Crauet.de antiq.temp.3.parte.§.uidimus. verſic.7.num.31.& quòd Card.regularis non poteſt teſtari, niſi obtenta licentia a Papa.Bal.in Authen. licentiam. C. de epiſcopis & cler.Bertachin.de epiſcopis.quarta parte.§.ſupereſt.& Car 59 dinalis ex bonis ex Cardinalatu acquiſitis poteſt ędificia in ſolo proprio conſtruere dicit glo.ſingularis in c. apoſtolicos 12.q.2. Barba.d.tract.de præſtan.Card.q.3.num.14.Manfredus.eo.tract. 60 deciſ.135.conclauiſtæ quoque poſſunt de omnibus ſuis bonis, etiam ex fructibus beneficiorum, aut alias per eos licite acquiſitis mobilibus, & immobilibus, ad quamcunque ſummam, & inter viuos quomodolicet diſponere,beneficio bullæ Pij quarti eiſdem conceſſo.1559.8.Idus Ianuarii,nec eſt dicendum,quod 61
42 Papa faceret,ſi facere non poſſet,† quia a Papa geſta,a ſancto ge
43 ſta reputantur † per Card.in clem.j. de probatio.

Et quia dicit Abb.d.c.cum eſſes.de teſta. quòd hoc non concedit,ſiue non poteſt cõcedere Papa ſine cauſa, eſt dicen. quòd Papa huiuſmodi gratiam cõcedendo motus ſit,uel propter me 62 rita clerici,cuius intuitu facit gratiam, uel propter ſubuentionẽ parentum,aut conſanguineorum, vel hæredum clerici in quorum fauorem,uel beneficium gratia cędit,& aut redundat, aut redũdare poteſt,quos clericus in vita de fructibus beneficij ale-
44 re,& ſuſtentare poterat,per Abb.& alios in ca.inquirendum.de 63 pecul.cler.aut alia iuſta,& bona cauſa,ex quo concedit, & facit gratiam ſcienter,& de certa ſcientia, prout ex forma gratiæ apparet,ubi de ſumma & quantitate,pro qua diſpenſat, & concedit,apparet clare,licet de ea cauſa non appareat: quia dicit Cyn. in l.fi.C.ſi cõtra ius,uel vtil.& in l.reſcripta.C.de præcib.Imper. off.quòd ſemper præſumitur, quòd Papa ſit motus ex cauſa rationabili,eſto quòd de illa non appareat,quem ſequitur Abb.in 45 cap.quanto. col.5.verſi.ſi tamen Papa.de iureiur.& in c.cum in cauſ.ſecundo nota.de rẽ iud.& per eundem in cap.conſtitutus. de relig.dom.col.11.num.15.per Fely. in cap. quæ in eccleſiarũ. de conſtit.col.20.verſi.quinta concluſio.

Et licet iſtud procedit,quando Papa aliquid motu proprio diſponit,& ſit ſecus, quando aliquid facit ad inſtãtiam partis, put eſſe videtur in caſu licentiæ teſtandi, ubi Papa mouetur ad pre- 46 ces porrectas,& concedit ſupplicationibus inclinatus,† vt ex forma apparet,quia tunc, ſi non apparet cauſa præſumitur potius ad importunitatem petentis,quam ex iuſta cauſa reſcribere per ea,quæ adducit Lud.Rom.conſ.437.incip.ꝙ indultum Petri colum.6.idem in l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolut.matri.& Felyn. ca. quæ in eccleſiarum.prędalleg.col.22.verſ.limita quinto.tamen in caſu licentiæ teſtandi,licet non adſint verba motu proprio &c. nihil obſtat,quia Papa loquitur bene informatus, & ex certa ſciẽtia, quòd facit præſumi Papam velle ita vti reſcripſit,& diſponit,† ſecundum Bal.in l.omnes.in prin.C.de quadrien.præſcrip. 47 & quando Papa uel princeps loquitur de certa ſcientia, præſumitur,† ꝙ vtatur abſoluta poteſtate.per glo.in c.ad hoc.in verſi. 48 elegerint.in fin.de reſcrip. Item ita diſponendo uidetur ſupplere omnem defectum ſolemnitatum.Rota deciſ.234.incip.Papę in no.& quando facit de certa ſcientia, videtur Papa facere de plenitudine poteſtatis per Inno.in ca. cum innotuit. de electio. Bal.in l.eos.in prin.C.de appell.Bar.conſi.103.immo plus eſſe videtur, ꝙ † Papa faciat,& diſponat de certa ſcientia, & ſcienter, 49 quàm ſi faciat cum clauſula motu proprio ꝑ Fely.in c.cauſamq; el 2.4.col.verſi.5.nota de teſti. dando ergo licentiam teſtãdi clerico de rebus eccleſiæ,feciſſe cum cauſa bona & rationabili Papam arbitrari debemus,† quia animus & actus Papæ ſemper in 50 bonam, & non malam partem ſumi, & interpretari debet per Fely.in cap.ex parte de offi.& pot.iud.deleg. Gaſpar de Peruſ. in tract.de reſeru.ben.col.3.& nos de Papa, ſiue de eius mente, uel 51 intentione, † vel facto iudicare non debemus,cuius ad Deũ ſolum ſpectat iudicium c.cum nunc autem.21.diſt.cap.auditu. ſecunda quæſt.5.c.nemo. & ca.ſeq.9.q.3. quia non habet in terris hominem qui illum iudicare poſſit,niſi in crimine hæreſis cum deprehenditur a fide deuius cap.ſi Papa.41.diſt.immo facta Papæ excuſantur,etiam ſi uideantur iniuſta ca.j.12. diſt.quia † licet Papa aliquid faciat, quod nobis videatur iniuſtum, nihilominus eſt iuſtum 23.q.5.de liguribus,† immo ipſe ſolus poteſt face re,de aliquo,aliud,argum.de conſe.diſt.11.c.re vera.no.gl.in ca. venienti.de tranſac.& de nõ iure Papa,† facit ius, & naturam rei immutare poteſt 3.q.6.hoc quippe.l.j.in prin.C.de rei vxo.actio. & dicit Spec.in titu.de leg.§.nunc oſtendendum.verſ.2. qđ Papa eſt uicarius Chriſti non puri hominis, † ſed veri Dei locum gerens in terris.cap.inter corporalia.de translat.prẽlat.in primo reſpon.c.5.j.reſpon.& c.licet.& c.vnico.§.j.verſi.porrò.ut eccle. benef.21.diſt.c.j.c.pro human.de homic.lib.6.vnde omnia regit & diſponit,& iudicat, † prout ſibi placet.q.3. c.cuncta per mundum.& c.per principalem.& habet plenitudinem poteſtatis, ad quam vocatus c.ad honorem.de aucto.& uſu pal.11.q.6.c.decreto.& cap.qui ſi ſcit.& dummodo contra fidem non veniat, in omnibus & per omnia poteſt dicere, quicquid placet, auferendo etiam ius ſuum cui vult,† quia non eſt qui ei dicat,cur ita facis. 19. diſt.in memoriam. de pœnit. diſt.3.§. ex perſona.alias in c.quamuis.nam apud eum eſt pro ratione voluntas, & quod ei placet legis habet vigorem,inſtit.de iur.nat. gen. & ciuili.§. Sed quod principi,idem Specul.ponit in tit.de diſpenſa.§. nunc breuiter:quod Papa poteſt in omnibus caſibus diſpenſare: in qbus non reperitur a iure expreſſe † diſpoſitum contrarium,item tenet Hoſt.in c.rurſus,qui cle.vel vouen.& Io.And.ibi dicit,quod ſemper eſt inhæren.opinioni quę fauet,& nõ quę detrahit ſummo Pontifici:ex quibus clariſſima ſequitur concluſio,quod clerici de redditibus eccleſię,ac de acquiſitis eccleſię ex conceſſione,vel licentia Papę poſſunt teſtari,& diſponere: quia Papa attenta eius maxima auctoritate,vel poteſtate,quam habet in beneficijs,& beneficiorum fructibus,poteſt pro libito ſuę uoluntatis in fructibus cuiuslibet beneficii aſſignare penſionem alicui, etiam ſine cauſa,etiam laico,& alias incapaci per not.in clem.j. vt lit.pend.& per ea quę tradunt Doc.in c.cum in eccleſiarum. de conſtit.quia de fructibus beneficiorum poteſt ad libitum diſponere.ſequitur Dec.conſi.436.col.11.tertio vol.quia in hmõi beneficialibus,eſt dominus,† & illius ſtat pro ratione uoluntas per gl.in c.ſi gratioſe.de reſcrip. vbi Dominic.in verb. ad Rom. & in beneficialibus Pontifici omnia ſtant ad nutum amouibilia per Bald.in l.reſcrip.C. de precib.imper. offe. Gig.in tract. de penſion. quęſt. 6. Facit quia geſta a Papa, a ſancto geſta reputari debent: † quia Papa ſanctus reputatur,& prẽſumitur Cardin.in clem.

Source : BIU Cujas

clem. prima. de probat. l. j. in fin. C. de ſumma Trinit. & fid. catholica: & eſt Chriſti non puri hominis: ſed veri Dei Vicarius: Facit quia prohibitio teſtandi indicta clericis, videtur indicta de iure poſitiuo, vt apparet cap. ad hæc. c. quia nos. c. relatum. de teſtam. ſuper quo iure habet plenariam poteſtatem Papa, immo ſtat ꝑ ratione voluntas, ſecus eſſet, ſi eſſet de iure diuino, ſupra qđ Papa regulariter videtur non poſſe diſpenſare, late per Abb. in ca. extirpandæ. §. qui verò. de præben. vnde Papa hanc licentiam teſtandi diſpẽſare poteſt etiam ſine cauſa, quia in introductis a ta-
64 li iure, Papa ſine cauſa diſpenſat, † nec in eo cauſa requiritur, qa
65 ſola eius voluntas pro cauſa habetur, † immo poteſt tertio etiã non citato, nec audito, in iſtis ſine cauſa præiudicare, per Felyn.
66 Abb. & alios in d. c. quæ in eccleſiarum. † de conſtit. latè ꝑ Caccialup. in tract. de penſio. q. 29. & q. 30. ſed in hoc nõ eſt eundum per argumenta & mendicata ſuffragia, quia quotidie Papa monacis concedit facultatem teſtandi, quod videtur eſſe profectò multo plus, quia monachi maxime profeſſi in ipſo ingreſſu in monaſterium, ſe, & ſua dedicant Deo, de quibus dixit text. in Authen. ingreſſi. C. de ſacr. ſanc. eccleſi. ingreſſi monaſteria ipſo ingreſſu, ſe & ſua dedicant Deo, nec ergo de his teſtantur, vtpote, nec domini rerum. quia etiam ſi adeſſet conſuetudo monachus teſtari non poteſt, quamuis videatur, ꝙ filiusfamilias ſtãte conſuetudine, teſtari potuit argum. c. Rayn. de teſta. & quod ibi notatur per Innoc. quia repugnat ratio & regula, & non poteſt teſtari monachus de iure reſpectu perſonę, quia non habet velle, nec nolle 12. q. 11. c. non dicatis: item defectu bonorum tam in habitu, quàm in actu. c. cum monaſterium. de ſtat. monachorum, tum etiam reſpectu, quia monachi nõ ſunt ſui in iuris, ſed ſunt in poteſtate alterius. 16. q. j. de præſentium. & d. c. non dica-
67 tis. & qui eſt in poteſtate alterius, † non habet teſtamenti factionem actiuam. l. qui in. ff. de teſtam. 19. q. 3. cap. quia ingredientibus, tamen iſtis non obſtan. Papa iſtas habilitates tollendo, monachis licentiam teſtandi concedit, vt dicimus ſupra, & pluribus auctoritatibus probari poteſt adductis per Bal. in l. ſi quando. C. de inoffi. teſt. poſt prin. ibi dum dicit ex iſta lege habes, qđ ſi Papa concedit monacho. per eundem in Authen. niſi. C. ad Trebel. prope finem verſi. quæro, quòd ſi monachis. ubi firmat
68 Papam poſſe concedere monacho profeſſo † poteſtatem teſtandi, & quamuis non exprimat ſpecificè de profeſſo, tamen de neceſſitate ita eſt intelligen. quia ante profeſſionem abſque aliqua Papæ conceſſione poteſt teſtari. l. generaliter. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. traditur in ca. benef. de reg. iur. lib. ſexto. ubi per Io. Andr. in nouel. & per Iac. de Bel. in Auth. de monachis. §. ſi quis autem. Item probatur per eundem Bal. in l. certum. C. vnde legit. ubi dicit illud non eſt dubium quod Papa poteſt cõcedere monacho
69 teſtandi licentiam per not. in Auth. ſi qua mulier. C. de ſacr. ſan. eccl. probatur auctoritate Ang. & Io. de Imo. in l. ſi ſeruus cõmunis. ff. de ſtip. ſeruo. qui prædictam opinionem videntur approbare, in quantum dicunt, quod ſi Cardinali, qui prius fuit regularis, qui non poteſt teſtari, a ſummo Pontifice teſtamenti factio conceditur, quod tale teſtamentum, ſi ex omiſſione alicuius ſolemnitatis non ualet iure teſtamenti, nec etiam ualere iure codicillorum, quamuis in eo eſſet appoſita clauſula codicillaris, videlicet quòd ſi non ualet iure teſtamenti, ualere debeat iure codicillorum, quia regula iurisconſulti de qua in l. conficiũtur. ff. de iure codicillorum. & ĩ l. 2. ff. de leg. pri. quæ vult ꝙ ꝙ, poteſt teſtari, poteſt codicillari, habet locum in his: qui poſſunt teſtari de iure communi, ſecus ex priuilegio conceſſo per Principẽ viuentem. & ſic tacite ſentiunt quod Papa poteſt ex poteſtate teſtandi licentiam cõcedere regularibus idem tenet Fran. in rubr. de teſtam. 6. col. Iaſ. & alii per eum adducti in Authen. ingreſſi. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. 11. col. Barba. in cap. cum in officijs. eo. de teſta. col. pen. Io. Baptiſta Caccialup. in trac. de penſ. q. 19. in fin. immo quod fortius videtur, ſufficit licentiam Papæ de teſtando monacho conceſſa ſuperuenire poſt teſtamentum conditum ſecundum Bal. in l. fi. 9. col. C. unde legi.

Sed in hoc ſi teſtamẽtum factum ſit ante licentiam obtentã, an ſubſiſtat, & conualidatur per ſuperuenientem licentiam, plura pro vtraque parte adduci poſſent, & inter alia diſcutien. ueniret an habilitas ſuperueniẽs reſpectu alicuius actus, vel effectus producẽdi, ita operetur cum ſuperuenit, ſicuti ſi a principio adfuiſſet, ſed tenendum eſt conceſſionem, licentiam, uel indultũ tale reſpicere ſeu validare teſtamentum iam factum, prout ĩ terminis noſtris uoluit Alex. poſt Pau. de Caſt. in l. ut militibus. in principio. C. de milit. teſta. uoluit in ſimili Gemin. in c. vni. col. 2. in principio de exceſſ. prælat. in ſexto. indultum conceſſum fratribus de obſeruantia Bononiæ, ut poſſent ędificare eccleſias in monte, extendi ad eccleſiam iam ędificatam, & dixit Bal. in l. fi. C. de ſenten. quæ ſine cert. quanti. quod ſi teſtator legat centum Bertæ maritandę, & ipſa iam maritata erat tempore teſtamenti: quod ſibi debentur illa centum. per l. ſi iam facta. ff. de condi. & demonſtr. Paul. de Caſtr. in l. ſi quis filio. §. irritum. ff. de inoff. teſtam. ubi concludit, quod ſi data ſit licentia alicui quod faciat molendinum in flumine publico, ſi ille habebat iam factũ, pot illud retinere uirtute illius conceſſionis, pro quibus uide Barba. c. conſtitutus. penult. col. de reſcrip. Felyn. in c. quoniam. col. 12. de conſtit. Hyppoli. de Marſil. qui loquitur in propriis terminis noſtris in l. quæſtionis habendæ nu. 45. & ſeq. ff. de quæſt. refert Quintilian. Mando. in prac. ſignaturæ licentia teſtandi.

Et in licentia teſtandi ſolet peti & apponi hæc derogatio, uidelicet non obſtan. ſę. recor. Alex. Papa VI. etiam prædeceſſoris noſtri conſtit. diſponente, tertiam partem bonorum de quibus per quaſcunque perſonas uigore quarumcunque facultatũ conceſſarum teſtari, uel alias diſponi contigerit, Cameræ Apoſtolicæ ꝑ illius neceſſitatibus applicare debere, & quibusvis alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis &c. unde poſſet dici, quod ſi reperiatur licentia ſine derogatione talis Alex. VI. cõſtitutionis, quod tertia pars talium bonorum poſſet ab hæredibus teſtatoris per cameram peti, uerum meis temporibus iſte caſus non accidit, ideo, in hoc conſulo, quod aduertatur quid in hoc practicetur in Romana Curia, ſed non uidi breue, uel bullã ſine dicta derogatione, uel ſub anulo, vel ſub plumbo, de alijs clauſulis, & formulis dictæ licentiæ teſtandi, vide Quintilianum d. loco, & per Stafil. in tract. ſignaturæ fol. 187. verſi. ſolet ẽt per breue, & per Sarn. in tract. breuium. verſ. facultas etiam teſtãdi.

Sed huiuſmodi licentia teſtandi obtenta non gaudent hodie prælati, uel clerici non reſiden. in beneficiis eorum, reſidẽtiam perſonalem requirentia, etiam quoad teſtamenta condita, uel diſpoſitiones factas, quia tali obtenta gratia eos priuauit Pius Papa quartus per ſuam, quam edidit, bullam contra non reſid. & in eorum odium, ſub dat. Romæ 1564. ſeptimo Kal. Decembris, anno quinto. cuius tenor eſt infra deſcriptus. Didacus etiã Couarruuias Doctor Hiſpanus uir doctiſſimus, in c. cum in offi cijs. de teſtam. dicit, quod moribus receptum eſt, quod licentia teſtandi ſit tantum neceſſaria epiſcopis, non autem aliis clericis, quia alii clerici poſſunt teſtari, & diſponere ſine licẽtia, id qđ forte dicit dictus excellens uir Hiſpanus, quia ut audio a collectoribus Hiſpaniarum, in illis partibus non colliguntur ꝑ parte reuerendæ Cameræ ſpolia per obitum clericorum, uel prælatorum inferiorum ab epiſcopo.

Et licentia accipitur & intelligitur, etiam paſſiuo modo, puta, non quando teſtator aut diſponens habet facultatem diſponendi, ſed quando diſponitur in fauorem alicuius loci, uel perſonæ quæ per gratiam, uel priuilegium Apoſtolicum fuit effectus habilis, & talis cui bona eccleſiæ, quæ alias eſſent ſpolia & Cameræ Apoſtolicæ debita, valide poſſunt legari, & donari, & qui valide poteſt talia acceptare, & ſua facere, ueluti eſt Neapoli venerabile hoſpitale Beatæ Mariæ Annunciatæ, & Beatæ Mariæ Incurabilium, quibus per priuilegium Apoſtolicum diuerſorum Rom. Pont. conceditur quod clerici, & prælati poſſint in eorum fauorem, diſponere de bonis a beneficiis, & ab eccleſijs prouentis: prout ego vidi bullas in forma Rom. Cu. expeditas, coram me pro parte dictorum venerabilium hoſpitalium ſępe prẽſentatas in Curia Reuerendiſſ. Collectoris ſpoliorũ eſſe in viridi obſeruantia.

Licentia teſtandi in forma ſacræ Pęnitentiariæ.

RAynutius miſeratione diuina tituli Sancti Angeli presbyter Cardinalis. Dilecto in Chriſto Marco de Cauallantibus Archidiacono Cuſentino ſalutem in Dño. Quia prẽſentis vitæ conditio ſtatum habet inſtabilem, & quæ uiſibilem habent eſſentiam, tendunt inuiſibiliter ad non eſſe. Cum igitur ſalubri cogitatione præmeditans, diem peregrinationis extremum diſpoſitione teſtamentaria præuenire deſiderasti: hinc eſt quod nos tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, auctoritate domini noſtri Papæ, cuius Pœnitentiariæ curã gerimus. & de eius ſpeciali mandato ſuper hoc viuæ uocis oraculo nobis facto, tibi, ut de quibuſcũque bonis tuis mobilibus, & immobilibus, iuribus, actionibus, obuentionibus, & emolumentis per te tuis propriis labore, & induſtria, aut ex parentum, uel aliorum quorumcunque ſucceſſoribus, aut alias vndecũq; licite tamen acquiſitis, ac acquirendis, quæ ad te omnino pertinere dignoſcuntur libere teſtari ualeas, ac de bonis mobilibus eccleſiaſticis tuæ diſpoſitioni, ſeu adminiſtrationi cõmiſſis, quæ tamen non fuerint altaris, ſeu altarium tibi commiſſorum miniſterio, ſeu alicui ſpirituali earundem eccleſiarum diuino cultui, uel uſui ſpecialiter deputata, Necnon de quibuſcunque bonis ad te per eccleſiam, uel eccleſias tibi cõmiſſas, ac etiam immobilibus ex fructibus redditibus, & prouentibus eccleſiæ, ſeu eccleſiarum ipſarum illis parce vtendo pro tempore acquiſitis, ac acquirendis pro decentibus, & honeſtis tui funeris impenſis, ac remuneratione illorum, qui tibi uiuenti ſeruierint, ſiue ſint conſanguinei, ſiue alii, iuxta ſeruitii meritum, moderate tamẽ, ac in quoſcunque pios, & licitos vſus, etiam in extremis exiſtẽs, & ultimam condendo voluntatem, ac quotieſcunque tibi videbitur illam mutando, reuocando, & corrigendo diſponere, cõuertere, & erogare, ac cauſa mortis donationes facere, liberè, & licitè poſſis, & ualeas, prius tamen de redditibus, & rebus præfatis ęre alieno, & his, quæ pro reparandis domibus, ſiue ędificijs conſi-

Source : BIU Cujas

consistentibus in locis dictarum ecclesiarum,seu beneficiorum deperditis ex culpa uel negligentia tua, vel procuratorum tuorum destructis, seu deterioratis, necnon restaurandis aliis iuribus earundem ecclesiarum,vel beneficiorum deperditis ex culpa,vel negligentia præfatis deductis,plenam, & liberam tenore præsentium concedimus facultatem. Quocirca discretis viris Decano,& Cantori ecclesię Cusentinæ,& eorum cuilibet eisdē auctoritate,& mandato committimus,& mādamus, quatenus per se, vel alium, seu alios tibi in præmissis efficacis defensionis auxilio assistentes,faciant te facultate, & concessione hmōi pacifice frui,& gaudere,non permittentes de & super per loci ordinarium, aut alios quoscūque tam ecclesiasticos quàm seculares iudices, & personas etiam Cameræ Apostolicæ Commissarios quacunq;,& Apostolica auctoritate fungentes publice, uel occulte directe,uel indirecte,quouis quæsito colore, uel ingenio, contra præsentium tenorem quomodolibet indebite molestari impediri,aut alias in quietari,contradictores quoslibet, & rebelles per censuram ecclesiasticam, & alia iuris opportuna remedia appellatione postposita compescendo: Inuocato, etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis non obstantibus constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis,etiam prouincialibus Synodalibus, necnon ecclesiarum in quibus beneficia prędicta forsan fuerint statutis,& consuetudinibus cæterisq; cōtrariis quibuscunque,volumus autem quod in earundem ecclesiarum bonorum dispositione,iuxta quātitatem residui, ac alias ecclesias ex quibus eadem perceperis taliter te exhibeas, prout conscientia tibi dictauerit.& animæ tuæ saluti videris expediri. Dat.Romæ &c. Præcedens forma licentiæ videtur restricta ad viam iuris,& iustitiæ,tamen ego uidi dari licentiam per viam sacræ Pœnitentiariæ in ampla forma gratiæ, prout vidi vnā expeditam sub nomine Laurētius Card.Sāctorum Quatuor. qui tūc erat summus Pœnitentiarius,quæ fuit mihi ostensa uti pulchra & quæ sibi fuit visa præter solitum mirabilis, ab Illustriss. & Reuerendiss.D.D.Antonio Scarampo Episcopo Nolano sedis, & Cameræ Apostolicæ Nuntio,& Collectori in Regno Neapolis sub Pio IIII.viro summi ingenij,eximiæ ingenuitatis, & bonitatis,ac denique omnium virtutum præclaro,sub istis dispositiuis verbis,videlicet:tibi vt de quibuscunque,tam mobilibus, quàm immobilibus bonis,per te ex industria tua, aut successione uel alias licite acquisitis,& in posterum acquirendis, etiam si de fructibus redditibus & prouentibus beneficiorum ecclesiasticorū huiusmodi per te pro tempore obtentorum, & obtinēdorum existant, dummodo ecclesijs,uel beneficiis ipsis,uel alias diuino cultui deputata non sint,in cōsanguineos,vel affines,& amicos tuos,ac tibi inseruientes etiam in mortis articulo disponere,relinquere, & testari libere, & licite possis, & valeas, tenore præsentium indulgemus plenam, & liberam concedimus facultatem, non obstan.

Licentia testandi ex forma literarum Apostolicarum.

PAulus episcopus seruus seruorum Dei, filio Antonio Amabile Canonico Neapolitano salutem, & Apostolicam benedictionem.quia præsentis vitæ cōditio statum habet instabilem,& quę visibilem habent essentiam,tendunt inuisibiliter,ad non esse cumque hoc salubri meditatione præmeditans, diemque peregrinationis extremum dispositione testamētaria desideras preuenire, nos te a quibusvis excommunicationis suspen. interdicti, alijsq; ecclesiasticis sententijs cen.& pœnis a iure,vel ab homine quauis occasione, uel causa latis,si quibus quomodolibet,innodatus existis,ad effectum prę sentium dumtaxat consequen.harum serie absoluen.& absolutum fore censentes, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tibi vt vltra pecunias,res,& bona quæcūque per te ex successione parentum,uel consanguineorum, aut industria tua per te hactenus quomodolibet acquisita, & imposterum acquirenda, ac etiam præter illa omnia,& singula,de quibus, tam de iure communi,quàm vigore quarumcūque facultatum, priuilegiorum, & indultorum Apostolicorum tibi pro tempore cōcessorum, & alias absque infrascripta facultate legitime disponere potes, & poteris in futurum,de quibuscunque aliis mobilibus, & immobilibus bonis,iuribus,actionibus,& aliis rebus quantūcunq; pretiosis,& quouis nomine nuncupatis,ac vbilibet constitutis, & quocunque iure modo, via, forma, causa, & occasione ad te nunc, & pro tempore spectantibus & pertinētibus cuiuscunq; qualitatis,seu conditionis fuerint,& in quibuscunque rebus cōsistant etiam si illa,seu eorum pars ex prouentibus ecclesiasticis cathedralium,etiam metropolitan.ecclesiarum,& monasteriorum quorumcunque,aliorumq; similium, vel dissimiliū beneficiorum ecclesiasticorum cum cura,uel sine cura secularium,& quorumuis ordinum regularium quomodocunque,& qualitercunque qualificatorum per te in titulum, vel commendam, ac alias hactenus obtētorum, & imposterū obtinēdorum, aut alia quauis occasione,causa, uel cōtemplatione ad te peruenerint, & imposterum peruenient,& qualitercūque, quomodocunq;, & vndecunque per te,acquisita fuerint,& acquirentur, ac quæ ad te pertinent,& in futurum,quomodolibet pertinebunt, etiā si prouentus,& alia præmissa tempore dispositionis per te vigore præsentium faciendæ,aut die obitus tui exacta nondum fuerint,sed penes illorū debitores,aut detentores reperientur, quorum omnium qualitates,quātitates,& denotationes, ac causas præsentibus pro sufficien. expressis, & specificatis haberi volumus.etiam si talia forēt, quæ in generali appellatione bonorum suppellectilium non venirent,vsque ad summam videlicet mille scutorum auri in auro per viam testamenti nuncupatiui, seu inscriptis codicillorum, vel epistolæ, aut alio quouismodo pro libito tuæ voluntatis testari, seu donationis, tam inter viuos, quàm causa mortis in quosuis pios,& non pios, ac tibi quomodolibet visos vsus,& inter quascunque personas, etiam fratres, nepotes, filios naturales,spurios,incestuosos, ac alios legitimos etiam ex tuis propriis lumbis procreatos,& procreandos, ac cōsanguineos,affines familiares,seruitores,amicos, & beneuolos tuos,& alias quascunque personas,collegia,communitates, & vniuersitates,ac alias quomodolibet incapaces quoriens, & qñ tibi placuerit,& videbitur tam vnico cōtextu,quàm successiue, & diuersis temporibus,ac alias,prout de bonis patrimonialibus disponere,& erogare liberè,& licite valeas,liberam,& omnimodam licentiam,& facultatem auctoritate Apostolica earūdem tenore præsentium concedimus:ac de pecunijs rebus bonis per te,& pro tempore acquisitis prædictis libere testari,ac tam inter viuos,quàm causa mortis,prout tibi placuerit disponere posse, necnon testamētum dispositionem erogationem, & quicquid per te super præmissis fieri,& ordinari cōtigerit, vel iam forsan ordinatum fuit,ac omnia,& singula inde quomodolibet sequuta, & quæ in futurum sequētur, etiam ex nunc,prout ex tunc,& econtra cum primum,& quoties sic vt profertur facta fuerunt, dicta auctoritate confirmamus,& approbamus, illaque valida & efficacia fore, & perpetua roboris firmitate subsistere necnō hæredes legatarios,& personas,etiam si spurij,vel filii tui illegitimi,incestuosi,aut alias quomodolibet incapaces fuerint,aliosq; prædictos quibus bona,iura res,& actiones hmōi,quouismodo hactenus reliquisti,aut in futurum relinques, ac executores, & alios quibus negocium exequutionis vltimæ volūtatis tuæ,iam forsan commisisti,& imposterum committes, ad tertiam, uel quamuis aliam partem per te relictorum,nobis aut Rom.Pont. pro tempore existenti,vel ecclesijs,monasterijs,alijsque beneficijs,ecclesiasticis prædictis per te pro tempore obtentis, seu eorum prælatis,& rectoribus quomodocunque nūcupatis, etiam pro quibusvis pijs vsibus,& vrgentissimis causis, etiam cōtra infideles,aut fabrica basilicæ Principis Apostolorum de vrbe,seu ecclesiarum a quibusvis relicta per te quomodolibet obtinuerint soluen.& præsentanda minime teneri,ac easdem præsentes literas sub quibusvis reuocationibus,limitationibus,seu modificationibus specialibus,uel generalibus, etiam per cōstitutiones per nos,& Rom.Pont.tam prædecessores, quàm successores nostros,aut sedem Apostolicam nunc,& pro tempore factas, nullo modo comprehendi,sed semper ab illis exceptas fore, & esse,ac quoties ille reuocari, aut modificari viderentur, toties in pristinum statum ex nunc,prout ex tunc, & econtra restitutas, & reintegratas fore, & esse perpetuo statuimus, omnesq; alios, & singulos,tam iuris,quam facti, ac quorumcunque qualitatū, & solemni tatum tunc forsan omissarum defectus, etiam si tales fuerint,de qbus specialis expressio specifica,& expressa mentio habenda esset & qui forsan interuenerint in eisdem,supplentes,& quatenus te ab humanis nullo per te condito testamento decedere contingat,hęredes tuos,qui erunt tibi magis consanguinei tunc extabunt, alioquin affinitate coniunctos in oībus, & singulis rebus iuribus actionibus pecunijs,& bonis tuis vsque ad summam prędictam mille scutorum auri ī auro huiusmodi succedere eaquoadipiscere sic ab intestato, eo ipso puenire posse,& debere,ac eadem præsentes surreptionis, uel obreptionis, nullitatis,vel alio vitio,seu intentionis defectu notari,vel impugnari nullatenus posse,sed validas, & efficaces existere, ac suos plenarios effectus sortiri,& sic ī præmissis omnibus, & singulis, per quoscūque iudices,& commissarios quauis auctoritate fungen.etiam camerę Apostolicæ clericos sublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate,in quauis instan.iudicari,& diffiniri debere,ac quicquid secus a quoquam quauis auct.scienter,vel ignoranter attemptari contigerit, irritum,& inane decernimus,& declaramus:non obstan.q; fructus beneficiorum huiusmodi inexacti, personarum in ipsis beneficiis succedentium sunt,& esse debeant,ac aliis cancellarię Apostolicę regulis editis, & edendis, necnon fe, rec. Alex. Papa VI. prędecessoris nostri, tertiam parte bonorum eorum, quibus huiusmodi facultates testandi pro tempore conceduntur,& de quibus ipsi testati fuerint,ipsi camerę applicatam esse & censeri debere disponen.litteris,ac quibusvis illarum innouationibus, ac etiam simul facultatum reuocationibus,& limitationibus ēt per quoscunque Ro.Pont.prędecessores nostros, ac nos, & sedem prędictam forsan factis, necnon alijs Apostolicis, ac prouincia-

uincialibus,& ſynodalibus concilijs editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus,& ordinationibus ac eccleſiarum, & monaſteriorum, ſeu aliorum regularium locorum: in quibus regularia beneficia huiuſmodi exiſtunt, vel erunt, & ordinum quorum illa extiterint iuramento, confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis,& conſuetudinibus, vſibus,& naturis,priuilegiis,quoque indultis,& litteris Apoſtolicis illis illorumque ſuperioribus,& perſonis aliis, ſub quibuſcunque tenoribus,& formis,ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisq; efficacioribus clauſulis ac irritantibus,& aliis decretis,etiam motu proprio,ex certa ſcientia ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam cõciſtorialiter, etiam iteratis vicibus,cõceſſis,approbatis,innouatis, quibus omnibus etiam ſi pro ſufficienti illorum derogatione, de illis eorumque totis tenoribus,ſpecialis,ſpecifica,indiuidua,& expreſſa mentio haben.aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret,tenores huiuſmodi,ac ſi de verbo ad verbum,nihil penitus omiſſo,& forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent præſentibus pro ſufficienter expreſſis haben.illis,alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus,ceterisque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Marcum,anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quinto, tertiodecimo Kalen. Septembris Pontificatus noſtri anno primo.

Alia forma Teſtandi litterarum Apoſtolicarum.

PIus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio Hieronymo titulo Sanctę Suſannæ Presbytero Cardinali Seripando nuncupato ſalutem, & Apoſtolicam benẽ. Quia præſentis vitæ conditio ſtatum habet inſtabilem, & ea, quę viſibilem habent eſſentiam,tẽdunt inuiſibiliter ad nõ eſſe, tuque hæc ſabri meditatione præmeditans,diem tuæ peregrinationis extremum,diſpoſitione teſtamentaria deſideras præuenire.Hinc eſt quod nos te, qui etiam ordinis fratrum Eremitarũ Sancti Auguſtini profeſſo eccleſiæ Salernitanæ: ex cõceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica præeſſe dignoſceris, ſpecialis gratiæ fauore proſequi volen.tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati circumſpectioni tuæ, ut de quibuſcunque mobilibus, ac immobilibus bonis,necnon pecuniis iuribus,& actionibus per te,tam ex tuis induſtria, & labore ac Sanctæ Suſannæ, quæ titulus tui Cardinalatus exiſtit, & Salernitan. prædictæ aliarumque quarumuis Cathedralium,& Metropolitan.eccleſiarũ necnon quorumcunque monaſteriorum & aliorum beneficiorum eccleſiaſticarum cum cura,& ſine cura.ſecularium,& quorumuis ordinum regularium quę ex quibusvis cõceſſionibus & diſpen. Apoſtolicis in titulum commendum, & adminiſtrationem ac alias,quomodolibet in poſterum obtinebis, necnon quorumcunque fructuum reddituum,& prouen. eccleſiaſticorũ & pen ſionum annuarum ſuper ſimilibus fructibus redditibus, ac prouen. tibi etiam in poſterum reſeruan.& ſignandorum ratione, quàm alias quomodolibet, & qualitercunque licite habitis & acquiſitis, ac in poſterum haben.& acquirẽdis ſeu alias tibi pro tempore donatis,vel quomodolibet conceſſis, & in poſterũ donandis,& conceden.vbicunque conſiſtant, & eſſe reperiantur, ac cuiuſcunque qualitatis,quantitatis, etiam ſi iocalia quantũlibet pretioſa,ac alias talia, quæ ſub generali bonorum pecuniarum iurium,& actionum appoſitione non comprehẽdanturq; omnia,& ſingula ac ſi ſpecifice exprimerentur præſentibus pro expreſſis haberi volumus:vſque ad quamcunque ſummam & valorem, etiam ſi ſpeciali nota digna & neceſſario propter ſui magnitudinẽ,& importantia præſentibus exprimi debuiſſe cenſerentur,tam donatione inter viuos,& cauſa mortis:quàm teſt. codicillis: fideicommiſſis, legatis, & quibusvis aliis vltimis voluntatibus,ſeu titulis ſemel,uel pluries ſimul,aut ſucceſſiue,put volueris, & tibi placuerit diſponere illaque quibusvis conſanguineis,& affinibus,ac aliis etiam a iure prohibitis,& aliis incapacibus perſonis. necnon collegijs vniuerſitatibus eccleſijs, & pijs locis,ac in quosvis pios,& non pios.alias tum licitos vſus donare,concedere,relinquere,legare, erogare obligare, & hypothecare libere,& licite valeas plenam,& liberam auct. Apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem.Ac ex nunc donationes,teſtamenta,codicillos,fideicommiſſa legata,& relicta cõceſſiones erogationes,& obligationes & hypothecas hmõi, necnon quamcunque aliam,etiam vltimam tui volũtatem, & diſpoſitionem,ac quicquid ſuper præmiſſis per te fieri donari teſtari codicillari fideicommiſſi,legari,concedi,erogari,obligari, hypothecari,relinqui,& alias quouiſmodo ordinari contigerit, ex nunc,prout ex tunc ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine confirmamus, & approbamus omnesque & ſingulis iuris,& facti,ac quarumcunque ſolemnitatum,tũc forte omiſſarum defectus,ſi qui forſan interuenerint in eiſdem etiã ſi tales fuerint, de quibus ſpecialis & ſpecifica mentio habenda eſſet eiſdem,auctoritate,& tenore ſupplemus, ac illa perpetua roboris firmitate ſubſiſtere, ſuosque plenarios effectus ſortiri, necnon tuos donatarios hæredes,& ſucceſſores,ac alios,quibus negocium exequutionis tuæ ultimæ voluntatis commiſeris,ad ſoluen.tertiam,vel aliam partem bonorum, aut aliorum per te relictorum Cameræ Apoſtolicę aut nobis,uel alio Rom.Pont. ſucceſſori noſtro pro tempore exiſten.forſan pertinentem, ſeu in pios,vel alios vſus, etiam forſan contra infideles conuertendam minime teneri,nec ſuper rebus bonis & iuribus per te, ut præfertur,vel alias quomodolibet pro tempore donatis conceſſis,relictis,legatis,& erogatis per dicti ordinis ſuperiores, & perſonas,aut tuos in dictis ſic obtinen.eccleſijs monaſteriis, & aliis beneficijs ſucceſſores, vel alios quoſcunque quouiſmodo directè,vel indirectè moleſtari,vel inquietari,neque præſentes litteras de ſubreptionis,vel obreptionis,aut nullitatis vitio, ſeu intentionis defectu notari vel impugnari poſſe: ſed illas validas, & efficaces exiſtere, ſuosque plenarios effectus ſortiri, nec ſub quibusvis ſpecialibus,vel generalibus ſimilium, vel diſſimilium facultatum,& gratiarum reuocationibus,ſuſpẽſionibus, modificationibus,limitationibus, & derogationibus a nobis, & ſucceſſoribus noſtris Rom. Põt.pro tempore exiſten. ac ſede Apoſtolica pro tempore emanatis comprehendi,ſed ſemper ab illis exceptas exiſtere,& quoties ille emanabunt,toties in priſtinum ſtatum reſtitutas,& etiam eo ipſo de nouo ſub data p te eligen. cõceſſas fore,ſicque in premiſſis omnibus,& ſingulis per quoſcunque iudices,& commiſſarios etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores in quauis cauſa,& inſtantia ſublata eis,& eorũ cuiliber quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari,& diffiniri debere: ac quicquid ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attẽptari contigerit irritum,& inane decernimus.Non obſtan. litteris ſę.rec.Alexãdri Sexti per quas inter alia ſtatuit, & ordinauit, quod tertia pars bonorum eorum,quibus huiuſmodi facultates teſtandi,pro tempore concederentur, & de quibus ipſi teſtarentur,dictæ Camerę applicaretur,Ac pię me.Iulij tertij Rom.Põt. prædeceſſorum noſtrorum, qua voluit, vt fructus redditus, & prouentus menſarum eccleſiarum cathedralium etiam metropolitan.ac monaſteriorum,necnon canonicatunm,& præben. ac dignitatum, perſonatuum, adminiſtrationum, & officiorũ, ac aliorum quorumcũque beneficiorum, eccleſiaſticorum qui tempore obitus illa obtinen.non exacti eſſent, ſucceſſorum in eccleſijs,monaſteriis,canonicatibus,& præb.dignitatibus, perſonatibus adminiſtrationibus officijs alijsque beneficiis hmõi fierent,ac quibusvis alijs ꝓſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ac Salernitan.prædictæ aliarumq; etiã in quibus beneficia huiuſmodi forſan fuerint eccleſiarum,necnon monaſteriorum & aliorum,etiam regularium locorum per te,vt prefertur pro tempore obtinendorum, ac ordinum quorum illa fuerint iuramento,confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis,& cõſuetudinibus,priuilegiis quoque indultis,& litteris Apoſtolicis illis eorumque ſuperioribus capitulis, conueniibus, & perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis,ac cum quibusvis etiã derogatoriarũ derogatorijs,alijsque efficacioribus,& inſolitis clauſulis,ac irritantibus, & alijs decretis in genere,uel in ſpecie,etiam quòd tales facultates, quomodolibet conceſſas approbari,& innouari &c.Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis earumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica expreſſa & indiuidua mentio habẽda,aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruanda foret illorum tenores, formas,& decreta, ac dat. ac ſi de verbo ad verbum,nihil penitus omiſſo,& forma in eis tradita, obſeruata,inſerti forent præſentibus pro ſufficien. expreſſis haben. ac illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter,& expreſſe derogamus,cæterisqne contrariis quibuſcunque.Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam noſtræ conceſſionis,confirmationis approbationis, ſuppletionis, decreti,& derogationis infringere,vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ Apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo Tertiodecimo Kalend. Aprilis. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

PAVLVS PAPA TERTIVS
Licentia teſtandi in forma breuis.

VEnerabilis Frater Salutem & Apoſtolicã Benedictionem. Quia preſentis vitæ conditio ſtatum habet inſtabilem,& ea quæ viſibilem habent eſſentiam, tendunt viſibiliter ad non eſſe, tu hæc ſalubri meditatione præmeditans diem tuę peregrinationis extremum diſpoſitione teſtamentaria deſideras præuenire. Nos itaque tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati,fraternitati tuæ,ut de quibuſcunque bonis mobilibus,& immobilibus,ac ſe mouentibus, & pecuniarum ſummis, ac rebus quibuſcunque ad te: tam ex patrimonio quàm quarumcunque perſonarum ſucceſſione, ac etiam induſtria,

Source : BIU Cujas

ſtria,& proſpera fortuna, & alias quomodolibet non per eccleſiam licitè acquiſitis per te obtentis,& obtinẽdis,ſeu ad te quomodolibet nunc,& pro tempore ſpectantibus: quam etiam ex menſa epiſcopali eccleſiæ Boianen. cui præeſſe dignoſceris, & quibusuis beneficijs eccleſiaſticis cum cura,& ſine cura ſecularibus,& quorumuis ordinum,regularibus,quæ ex quibusuis conceſſionibus,& diſpenſationibus Apoſtolicis in titulum, & commendam,ac alias quomodolibet obtinuiſti,obtines, & obtinebis,ac penſionibus annuis ſuper quibusuis fructibus redditibus, & prouentibus,eccleſiaſticis tibi aſſignatis,& aſſignãdis,ac ſimilibus fructibus redditibus,& prouentibus,etiam loco penſionibus tibi conceſſis,& concedendis, ac alijs quomodolibet habitis,& acquiſitis,ac habendis & acquirẽdis, aut tibi donandis vbicunque exiſtentibus,& cuiuſcunque quantitatis fuerint,dũmodo per eccleſiam acquiſita huiuſmodi ſummam quingentorũ ducatorum auri de Camera non excedant, quandocunque tibi placuerit libere teſtari,& de illis in pias, & non pias cauſas, etiã in parentum conſanguineorum,& affinium nepotum,ac etiam propriorum filiorum,aut ſeruitorum, etiam vltra ſeruitij meritum quarumcunque perſonarum,etiam penitus extraneorum, & incapacium,ac operum,& locorum quorumcunque: de quibus tibi videbitur,& placuerit commodum, & fauorem, etiam cauſa donationis inter viuos,aut teſtamenti, ſeu cuiuslibet vltimæ voluntatis,vel codicillorum,ſeu alio modo, de quo tibi videtur pro libito tuæ voluntatis ordinare,diſponere,& erogare, ſimul,vel ſucceſſiuè,ac quoties tibi videbitur libere, & licite valeas plenam,& liberam,auctoritate Apoſtolica tenore præſentium,licentiam,& facultatem concedimus, & pariter indulgenus:diſtrictius inhibentes quibusuis locorum ordinarijs,ac Cameræ Apoſtolicæ Collectoribus,Subcollectoribus,necnon ſedis Apoſtolicæ Officialibus,ac quibuſcunque aliis quauis facultate, & auctoritate,etiam Apoſtolica fungentibus,ne perſonas, opera,& loca huiuſmodi deſuper directè, vel indirectè quouis quęſito colore moleſtare impedire,aut inquietare,quoquomodo præſumant:ac decernentes teſtamenta codicillos donationes,& quasuis alias diſpoſitiones huiuſmodi, poſtquã facta fuerint plenam roboris firmitatem,obtinere, ac plenum affectum ſortiri,& inuiolabiliter obſeruari,& ſic per quoſcũque iudices, & commiſſarios quauis auctoritate fungen. ſublata eis quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate,& authoritate iudicari,& diffiniri debere,necnon irritum,& inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari, ſupplentesque omnes, & ſingulos iuris, & facti defectus ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Quocirca venerabilibus fratribus Caſertan.& Iſernien.ac Allarin.Epis, ſiue eorum in ſpiritualibus vicarijs generalibus per præſentes cò mittimus & mandamus,quatenus ipſi,uel duo,aut vnus eorum per ſe,vel alium, ſeu alios executoribus a te ſuper præmiſſis pro tempore deputatis,tuisque hęredibus,& alijs,quorum intererit in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes,non ꝑmittant eos, vel eorum aliquem deſuper contra teſtamentum, diſpoſitionem,erogationem,& legata, ac alia inſtrumentis deſup conficien.contenta,vel eorum aliqua per locorum ordinarios, ſeu Collectores, vel Subcollectores præfatos, aut quoſcunque alios,quauis auctoritate directè,uel indirectè, quomodolibet, impediri ſeu moleſtari,cõtradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras,& pœnas eccleſiaſticas, ac alia opportuna iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo,ac cenſuras,& pęnas ipſas iteratis vicibus aggrauãdo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit,auxilio brachij ſecularis. Non obſtãtibus quibusuis Apoſtolicis,ac in prouincialibus,& Synodalibus Concilijs editis generalibus,vel ſpecialibus conſtitutionibus & ordinationibus,ac prædictæ Boianen. & aliarum eccleſiarum in quibus ſecularia, necnon regularium locorum,in quibus regularia beneficia huiuſmodi forſan,ſeu a quibus ipſa regularia beneficia dependere contingerit,& ordinum,quorum illa extiterint ſtatutis, & conſuetudinibus ipſorumq; beneficiorum fundationibus,etiam iuramento cõfirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis,necnon quibusuis priuilegiis, & indultis, & literis Apoſtolicis & quod tertia,vel alia pars bonorum, de quibus vigore ſimilium facultatum diſponi contigerit, eo ipſo Cameræ Apoſtolicæ pro eius neceſſitatibus applicata ſit diſponentibus, qbus omnibus tenores illorum,ac ſi de verbo ad verbum inſererẽtur præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes:quo ad prędicta ſpecialiter,& expreſſe derogamus,contrariis quibuſcunque,aut ſi ordinariis Collectoribus,& Subcollectoribus, & officialibus prædictis,uel quibusuis alijs communiter,vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdicis ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mẽtionem Datum Romæ Apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 28. Octobris M. D. XXXVIII. Pontificatus noſtri anno Quarto. V. Regien. F. de Torres.

Licentia Teſtandi ex Regiſtri Innocentij III.

Innocentius &c.P.Epiſcopo Portuen.&c.

CVm prouida deliberatione diſponas de rebus tuis condere teſtamẽtum, a nobis humiliter poſtulaſti ut ſuper hoc tibi licentiam concedere dignaremur. Nos igitur tuo ſalubri propoſito benignum impertiãtes aſſenſum, pręſentium tibi auctoritate concedimus,vt de rebus tuis liberã ſecundum Deum facultatem habeas diſponendi. Datum Romæ apud Sanctum Petrum.2.Non.Aprilis Anno Nono.

Bulla S.D.N.D.Pij diuina prouidentia Papæ Quarti, Super Reſidentia Prælatorum, Parochialium, & aliorum curam animarum habentium, & reſidere debentium.

Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IN ſuprema militantis eccleſiæ ſpecula meritis licet inſufficientibus diuina diſpoſitione conſtituti,cunctos non ſolum vigilantiæ noſtræ commiſſos Dominicos greges,ſed etiam ſingulorum paſtorum ſuorum actus intenſa noſtræ mentis acie colluſtrantes,ſtudium efficax, operamque ſedulam ad hoc omninò ſtatuimus adhibere:vt quemadmodum operoſum Sacri Concilij Tridentiñ.progreſſum,fœlicemque exitum domino cooperante præſtitimus;ita Sanctiſſima illius decreta,ipſorũ præſertim qui in Apoſtolicæ ſolicitudinis partem vocati ſunt, Paſtorum officium concernentia, non tepide, neque diſſimulanter exequamur. Sanè licet in Concilio præfato ſaluberrima fuerit ordinatione decretum,quod omnes, & ſinguli venerabiles fratres noſtri,Patriarchæ,Primates,Archiepiſcopi,Epiſcopi, & alij beneficiati,apud Eccleſias ſponſas ſuas reſidere teneãtur; Nonnulli tamen, quod nõ ſine animi noſtri mœrore referimus adeo ſui,gregiumque quos olim deperditos,Saluator noſter ꝓprio ſanguine redimere dignatus eſt, ſibi creditorũ obliti ſunt, ut etiam nunc in Alma Vrbe,vel alibi commorantes, & ſacroſancta ſpiritualis matrimonij inter eos ſuasque eccleſias ſolemniter contracti iura cõfundentes,ſponſas ſuas in longa quaſi viduitate relictas,ac prædictas eccleſias quomodocunque ſibi cõceſſas inuiſere, & apud illas, vt probos, & prouidos patresfamilias decet,reſidere non curent, in perditionem animarum ſuarum,& ſubditorum ſuorum,ac pernicioſum exemplũ & ſcandalum plurimorum.Nos hanc illorum contumaciam alicuius, etiam temporalis pœnę metu frangendam,ſeu conuincendam eſſe cenſentes. Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,omnibus, & ſingulis,Patriarchis,Primatibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis præfatis, ac alijs quibuſcunque,etiam quauis authoritate, dignitate, gradu, uel præeminentia præfulgentibus, prædictas eccleſias in commendam,vel adminiſtrationem, aut alio quouis nomine obtinentibus,& aliis quibuſcunque beneficiatis curam animarum habentibus,qui iuxta decreti ſuper reſidentia in Concilio prædicto ꝓmulgati tenorem, perſonalem in ſuis eccleſijs reſidentiam facere tenentur,in virtute Sanctæ obedientiæ, & ultra pœnas in dicto decreto Concilij contentas,etiam ſub priuationis eorum a regimine, & adminiſtratione eccleſiarum ſuarum, ac aliis noſtro,& pro tempore exiſtentis Romañ. Põtificis ſucceſſoris noſtri arbitrio imponendis pœnis,diſtrictè præcipiendo per Apoſtolica ſcripta mãdamus,quatenus omni mora ceſſante,ĩ eiſdẽ ſuis eccleſijs iuxta formam,& tenorem dicti concilij perſonaliter reſideant.Et nihilominus ſi quos mandato noſtro hmõi, qđ abſit,non parere contigerit,ne etiam tales abſentes melioris in hac parte conditionis quã cæteri in ſuis eccleſijs reſidentes exiſtant, hac noſtra perpetuo valitura ſanctione per præſentes ſtatuimus,& ordinamus,quod deinceps omnia,& ſingula mobilia, immobilia,etiam in vrbe,vel eius diſtrictu exiſtentia, & ſe mouentia,res,& bona,iura,& actiones cuiuſcunque qualitatis,quãtitatis,& valoris,ac vbicunque locorum, conſiſtant, ad Patriarchas,Primates,Archiepiſcopos,Epiſcopos, & alios quoſcunque etiam quauis auctoritate,dignitate,gradu,& præeminentia pręfulgentes,eccleſias prædictas in titulum,vel commendam,ſiue adminiſtrationem,aut alio quouis nomine obtinentes,& alios quoſcunque beneficiatos curam animarum habẽtes, qui extra prædictas Eccleſias,& dioeceſes,etiam in Romañ. Curia,aut alibi degentes,& iuxta decretum,& formam Concilii huiuſmodi non reſidentes deceſſerint,pertinẽtia,& per illos ſuarum eccleſiarum,ac quorumcunque Monaſteriorum, prioratuum, præpoſiturarum,& aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum, cum cura,& ſine cura ſecularium,& regularium,quæ illi quomodolibet obtinuerint,ac fructuum, reddituum,& prouentum eccleſiaſticorum, necnon pẽſionum annuarum ſibi ſuper ſimilibus fructibus, redditibus, & prouentibus reſeruatarum, & aſſignatarum occaſione quæſita, etiam ſi facultatem ſpecialem de illis, aut eorum parte teſtandi, & alias liberè diſponendi a nobis, & quibusuis aliis Romañ.Pontificibus prædeceſſoribus,& ſucceſſoribus noſtris,etiam cum clauſulis quod facultates huiuſmodi

reuo-

Source : BIU Cujas

reuocari nequeant, alijsque irritantibus decretis obtinuerint, & in vim illarum literarum deſuper confectarum de rebus, & bonis huiuſmodi iamque diſpoſuerint, tanquam ſpolia ad Cameram Apoſtolicam legitimè pertineant, liceatque dilectis filiis moderno, & pro tempore exiſtenti Commiſſario noſtro Generali, & ſuis, dictæque Cameræ deputatis, in euentum deceſſus huiuſmodi, ſolitum inuentarium ſuper rebus, & bonis prefatis conficere, illaque prout de reliquis clericorum ſpolijs fieri ſolet, ad dilecti filij noſtri moderni, & pro tempore exiſtentis Generalis Theſaurarij manus redigere, dictæque Cameræ applicare, cuiusuis licentia deſuper minime requiſita. Ac facultates, & deſuper confectas literas prædictas, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, etiam in recompenſam laborum, & obſequiorum, etiam nobis, & Eccleſiæ Romañ. dictæque ſedi impenſorũ, quomodolibet conceſſas, & etiam iteratis vicibus approbatas, illarum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, in euentum obitus huiuſmodi, etiam ſi in vrbe, aut eius diſtrictu, vel alibi extra ſuas eccleſias, vt præfertur, contigerit, ex nunc prout ex tunc, & e contra, in dictæ contumaciæ pœnam eiſdem poteſtatis plenitudine, & tenore reuocamus, caſſamus, & annullamus. Ac tam eas, quàm earum prætextu quomodolibet pro tempore condita factaque teſtamenta, codicillos, legata, donationes, & alias diſpoſitiones quaslibet, etiam ad pias cauſas, vel in remunerationem ſeruitiorum nulla, & inualida nulliusque roboris, vel momenti fore, neque quicquam contra præſentium tenorem ſuffragari. Et ſic per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam S.R.E. Cardinales in quauis inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere. Ac quicquid ſecus e quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attemptari contigerit irritum, & inane decernimus. Per hoc autem noſtris, & Romañ. Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, ordinationibus, reſeruationibus, & decretis quo ad prælatorũ, & aliorum beneficiatorum, etiam in ſuis eccleſijs, aut dioec. reſidentium, & ibi decedentium, quæ etiam ampliamus, & extendimus ad habentes eccleſias in vrbis diſtrictu, vbique reſidentes, & decedentes, ſpolia Cameræ Apoſtolicæ applicata, hactenus emanatis, nullatenus præiudicare, neque quicquam in eis alterare intendimus, ſed ea in ſuo robore, vt antea manere volumus, præterquam, quo ad eos qui in ſuis Eccleſijs iuxta formam prædicti Concilij reſederint, & ſpecialem licentiam teſtandi habuerint, hanc enim tantum ſaluam eis eſſe volumus, ita vt generalis licentia teſtandi eis, quamquam reſidentibus, minime ſuffragetur, ſed ſola ſpeciali, ſi quam habuerint, tueri ſe poſſint. Cæterum, vt præceptum, mandatum, ſtatutum, ordinatio, reuocatio, caſſatio, decretum, & alia præmiſſa, præſentesque literæ ad eorum quorum intereſt notitiam deducantur, nullusque poſſit aliquam illorum ignorantiam prætendere, vel excuſationem allegare, ſed illa perpetuo firma, & illibata permaneant, volumus, & mandamus, quod eędem preſentes in Baſilicæ principis Apoſtolorum de vrbe, & Cancellariæ noſtræ valuis, ac Acie Campi Floræ per aliquem ex Curſoribus noſtris affixæ, copia illarum ibi dimiſſa, ab ea die omnes perinde arctent, ac ſi illis perſonaliter intimatæ fuiſſent. Non obſtan. præmiſſis, ac in fauorem curialium per fœ. re. Sixtum IIII. Leonem X. Iulium III. & quoſcunque alios Rom. Pontif. prędeceſſores noſtros, ac etiam per nos editis, & approbatis: Necnon aliis litteris, conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cęterisque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri prędecepti, mandati, ſtatuti, ordinationis, reuocationis, caſſationis, annullationis, decreti, ampliationis, extenſionis, intentionis, & voluntatis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei: ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo Quarto. Septimo Kal. Decemb. Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Cę. Glorierius.

Viſa de curia M. de Enciſo.

H. Cumin.

SVMMARIVM.

1 *Clericorum alij ſeculares alij regulares.*
2 *Regularium, alij mendicantes, alij non mendicantes.*
3 *Regularibus mendicantibus habere propria regula prohibet.*
4 *Qui & quales ſint mendicantes.*
5 *Fratres ſeruorum ſanctæ Mariæ non connumerantur inter mendicantes. Religio clericorum ſocietatis Ieſu, inter mendicantes computatur.*
6 *Qui ſint regulares non mendicantes.*
7 *Monaci ſunt dicti ab vnitate.*
8 *Monaci regulariter intelliguntur Sancti Benedicti.*
9 *Regula fratrum minorum eſt fundata in arctiſſima paupertate.*
10 *Minores non poſſunt acquirere nec in communi, nec in particulari.*
11 *Frater minor habetur pro mortuo.*
12 *Statutum excludens feminas, non excludit ſi maſculus ſit de ordine minorũ.*
13 *Frater minor eſt ſucceſſionis incapax, ſicut damnatus in metallum.*
14 *Fratres minores poſſunt capere legata pro alimentis.*
15 *Fratres minores non poſſunt eſſe pro aliqua re in iudicio.*
16 *Fratres minores non poſſunt accipere legatum annuum, qui habet aliquid proprietatis.*
17 *Frater minor poteſt accipere legatum annuum pro expenſis ſtudij.*
18 *Frater minor non eſt capax acquiſitionis, etiam ſi promoueatur ad epiſcopatum aut alias dignitates.*
19 *Dignitas non liberat a ſubſtantialibus regulę.*
20 *Frater minor aſſumptus acquirit eccleſiæ, ad quam eſt aſſumptus.*
21 *Frater minor aſſumptus ad Cardinalatum ſibi non acquirit.*
22 *Frater minor ſibi non acquirit, etiam translatus ad monaſterium capax.*
23 *Aſſumptio non liberat quem a voto.*
24 *Frater minor, aſſumptus poteſt acquirere ex priuilegio Papæ.*
25 *Vbi eadem ratio: ibi idem ius ſtatuitur.*
26 *Frater minor bene poteſt diſpenſari ad ſuccedendum.*
27 *Diſpenſatus ad ſuccedendum videtur capax: tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato.*
28 *Nihil habens, nihil dare poteſt.*
29 *Fratri minori ſuccedunt conſanguinei ſtatim facta profeſſione non expectata morte.*
30 *Regula fratrum minorum non poteſt gloſſari.*
31 *Legata, & hæreditates relictę fratribus minorum, ſoluuntur officio iudicis.*
32 *Duplex ratio, quare ad relicta fratrum minorum ſubuenitur tali officio.*
33 *Anima eſt cunctis rebus preferenda.*
34 *Pium eſt illius adimplere voluntatem, qui loqui non poteſt.*
35 *Quilibet de populo agere poteſt ad legata ad pias cauſas.*
36 *Fratres conuentuales, & fratres de obſeruantia, habent ſe diuerſimode.*
37 *Conuentuales poſſunt habere propria.*
38 *Si frater de obſeruantia tranſeat ad Conuentuales, non gaudet priuilegio conuentualium.*
39 *Fratres Prędicatores ſunt incapaces ad acquirendum, item ad retinendum.*
40 *Fratres Prædicatores ſunt mendicantes.*
41 *Fratres Prædicatores de conſuetudine poſſunt acquirere, non vt retineant.*
42 *Forma profeſſionis fratrum Prædicatorum.*
43 *Fratres Prędicatorum poſſunt habere bona in communi ex conſuetudine, & etiam ex priuilegio.*
44 *Vſus precij, non vſus prædij, ſtat cum mendicitate.*
45 *Pretium non prędium vſu conſumitur.*
46 *Eſſe non dicitur quod non durat.*
47 *Monaſterium ſuccedit profeſſo.*
48 *Fratres Prædicatores non habent actionem, ſed imploratur officium iudicis.*
49 *Rei vendicatio competit dominium habenti.*
50 *Vbi eadem ratio, ibi eidem ius.*
51 *Fratres Prædicatores poſſunt ſuccedere in bonis temporalibus priuilegio Clementis Quarti.*
52 *Fratres heremitani ſunt mendicantes, ſed priuilegio Alex. IIII. poſſunt acquirere in communi.*
53 *Fratres heremitani non poſſunt ſuccedere in feudalibus.*
54 *Conſuetudo obuians canoni, eſt irrationabilis.*
55 *Secundum canones omnes profeſſi habent ſeruare, vel regulam Sancti Benedicti, vel Sancti Auguſtini.*
56 *Non valet conſuetudo contra canones præceptiuos, vel prohibitiuos.*
57 *Fratres Carmelitæ habent idem priuilegium, quod fratres heremitani.*
58 *Non mendicantes non poſſunt acquirere ſibi in particulari.*
59 *Monaci poſſunt acquirere in communi.*
60 *In feudalibus religioſi non ſuccedunt.*
61 *Religioſi non ſuccedunt in illis, quę non poſſunt pertinere: niſi ad heredes ſanguinis.*
62 *Monaſterium poteſt ſuccedere in illis, quę poſſunt ſuccedere extra ſanguinem.*
63 *Hereditas delata monacho, aditur per monaſterium adito monaco.*
64 *Hereditas non delata, nec repudiata, tranſmittitur per monachum morientem ad monaſterium.*
65 *Monaſterium habetur loco filij.*
66 *An Ciſterſienſes poſſint poſſidere.*
67 *Conuerſi poſſunt ſibi acquirere.*
68 *Monaſteria ſuccedunt in bonis delatis conuerſis.*
69 *Heremitę poſſunt ſibi acquirere.*
70 *Vide an moniales poſſint acquirere.*
71 *Monacho non tacitè, nec expreſſe profeſſo, ſuccedunt conſanguinei.*
72 *Vide quomodo iſtud limitatur, vel intelligatur per plures caſus enumeratos.*
73 *Profeſſo habenti filios ab inteſtato, ſuccedit monaſterium, filijs legitima remanente.*
74 *Item eadem legitima remanet parentibus.*
75 *Legitima per patrem, vel filium profeſſum, debetur emiſſa profeſſione.*
76 *Monachus vagans apoſtatando, non recuperat bona monaſterio acquiſita.*
77 *Quæ vagans acquirit monachus, acquirit monaſterio.*
78 *Monaſterium debet reuocare vagantem.*
79 *Si monaſterium negligit reuocare vagantem, interim acquiſita per eum, non cędunt monaſterio.*
80 *Translato monacho ad aliud monaſterium, quando acquiſita remaneant ad primum, & quando vadunt ad ſecundum monaſterium.*

81 *In*

Source : BIU Cujas

81 *In acquisitis ex beneficijs,& ex illicitè negociatis per quemuis regularem succedit Camera apostolica.*

§. Ad maiorem.

1 *Clerici possunt habere bona multiplici modo.*
2 *Clerici de iure antiquo non poterant habere bona particularia.*
3 *Postea autem constitutum fuit, vt haberent.*
4 *Non valet Statutum excludens clericos a successione.*
5 *Species bonorum: quas possunt habere clerici.*
6 *Concubinatus magis prohibitus clericis: quàm laicis.*
7 *Filij ex concubina non succedunt clericis in illis duobus casibus de iure ciuili inductis.*
8 *Clerici possunt contrahere matrimonium ante & post ordines minores.*
9 *Constitutis in sacris est interdictum matrimonium.*
10 *Non existentib. descendentib. succedunt ascendentes & collaterales.*
11 *Deficientibus descendentibus, ascendentibus, & collateralibus ad decimum gradum clerico succedit ecclesia.*
12 *Genera, & qualitates fructuum ecclesiasticorum.*
13 *In fructibus ecclesiæ, vel in acquisitis de fructibus, non succedunt consanguinei, sed successor in beneficio.*
14 *In locum successoris, & ecclesiæ in spoliis, hodie est suffecta Camera.*
15 *Clerici habent bona triplicis generis.*
16 *In fructibus non recollectis succedit ecclesia.*
17 *Vide per quinque casus, quis succedat clerico post fructus a solo separatos.*
18 *Vide constitutionem Iulij super fructibus inexactis.*
19 *Vide quis succedat in fructibus commendæ.*
20 *Camera apostolica est subrogata in locum successoris.*
21 *Vide quis succedat in distributionibus quotidianis.*
22 *In distributionib. quotidianis videtur succedere cõsanguinei et ab intestato.*
23 *Vide multa circa hoc in contrarium.*
24 *In fructib. pensionum, & in fructibus reseruatis succedunt consanguinei.*
25 *Acquisitum ex pensione non dicitur acquisitum ex beneficio.*
26 *Pensio potest assignari, etiam laico.*
27 *Pensionarius non tenetur dicere officium.*
28 *Vsufructuarius fructus quæsitos ad hæredes transmittit.*
29 *Pensio videtur assignata pro alimentis.*
30 *Decedens transmittit ad hæredes ius exigendi alimenta non soluta.*
31 *Termini pensionum non exacti exiguntur ab hæredibus ab intestato.*
32 *Fructus lucrati per pensionarium sunt proprij.*
33 *Acquisita ex artificio transmittuntur ad hæredes ab intestato.*
34 *Per artificium clericus licitæ sibi victum parat.*
35 *Quare clericus non potest locare operam suam per totum diem.*
36 *Habens beneficium licitè exercet etiam aliquod artificium.*
37 *Vide quid sit artificium.*
38 *Non est licitum artificium clerico, quando ei ecclesia sufficit.*
39 *Clericus egens iustas negociationes facere potest.*
40 *Quis dicatur honestè, vel inhonestè negociari.*
41 *Causa lucri, cupiditatis, & auaritiæ negociari non licet.*
42 *Negociatio quę non fit lucri causa, non est prohibita.*
43 *Non est prohibitum lucrum, quod prouenit ex opera, aut rebus clericorũ.*
44 *Est licitum negociari clerico necessitate suadente.*
45 *Quando sit licitum clerico negociari.*
46 *In acquisitis ex doctrina, succeditur clerico ab intestato.*
47 *Acquisita ex doctrina, & patrimonialia, quoad successionẽ, æquiparantur.*
48 *Clericus in minoribus non habens beneficium sufficiens, potest per aduocationem sibi acquirere.*
49 *Idem potest & diaconus.*
50 *Clericus in minoribus beneficiatus, æquiparatur clerico in sacris.*
51 *Clericus potest aduocare nedum pro victu, sed pro lucro.*
52 *Clericus habens beneficium, licitè exercet etiam artificium, & doctrinam.*
53 *Clerici non sufficienter beneficiati, possunt esse tabelliones.*
54 *Religiosi non aduocant, nec procurant.*
55 *Acquisita ex seruitijs, & officijs vadunt ad hæredes ab intestato.*
56 *Acquisita ex seruitijs sunt acquisita intuitu personæ.*
57 *Clericus uti Cappellanus, & pro missis dicendis sibi acquirit.*
58 *Ratio quare clericus acquisitum pro missis faciat suum.*
59 *Quando relictum clerico, vel parochiali intelligatur reliceum intuitu ecclesię, vel personę.*
60 *Acquisita ex officijs per clericum, sunt quasi castrensia, & vadunt ad cõsanguineos.*
61 *Quęcunque acquisita ex officijs, vadunt ad consanguineos.*
62 *Non sunt mutanda, quę certam habuerunt semper consuetudinem.*
63 *De consuetudine possumus succedere clerico in acquisitis intuitu ecclesię.*
64 *In acquisitis ex illicitè negociatis succedit Camera.*

§. Deueniendo.

De successione Clerici ab intestato regularis, vel secularis.

QVAESTIO VIII.

§. AD maiorem declarationem,& intelligentiam materiæ, volui annectere quæstionem de successione clerici ab intestato, quia id non fore extra propositum putaui, vt defectus qui forsan in antedictis interuenerint, possit aliqualiter per infradicenda suppleri.

Et omisso de successione actiua, id est, quomodo clerici, aliis succedant, quia non est ad rem nostram, de passiua tantum dicam successione, videlicet quomodo clericis succedatur, quia est materia nostra.

1 Et quia clericorum duo sunt genera, quia alii videlicet sunt clerici rſares, alij verò sunt clerici seculares, cum dictum fuerit de rſarib. deueniemus secundo loco ad dicendũ de secularib.

Et primò est dicendum, quod clericorũ regulariũ duo sunt
2 genera, quia videlicet alij sunt regulares mendicantes, alij rſares non mendicantes,& regulares mendicantes sunt illi, quib.
3 ad congruam substentationem redditus, aut possessiones habere professio, siue rſa quælibet interdicunt: sed per quæstum tri-
4 buere victum solet incerta mendicitas. c. vnico. de relig. do. lib. 6. quales sunt fratres Prædicatores, Minores, Heremitani,& fratres Carmelitæ, licet de Carmelitis dubitet Lap. alleg. sua 45.& alleg. 4. fratres autem Seruorum sanctæ Mariæ Io. And. in d.c. vnic. dicit, quod non connumerantur inter mendicantes, quia p Benedictũ Vndecimum fuit anno sui Põtificatus primo declaratum, eos non comprehendi inter mendicantes,& dicit qđ sibi constitit de dicta declaratione: Et merito ita debuit declarari, quia nec regula, nec constitutiones arctant eos ad mendi-
5 candum, licet aliquando de facto mendicent, id quod sequitur Gaspar de Cald. in cons. suo 17. quod incipit an ordo. Hodie tñ prout testimonio fide digno accepi a summo Pontifice nostro sanctissimo & religiosissimo Pio V. declaratũ est, ipsos esse mẽdicantes,& ea propter ad cõtribuendum pro seminariorũ expensis in regno Portugalliæ nõ teneri, simulat quæ declarauit concessionẽ a sua Sanctitate nuper factam in fauorem ordinis mendicantium, super interpretatione aliquot capitum concilij Tridentini,& super exemptione subsidiorum & cõtributionis etiam Seminarijs, ipsos seruitas comprehendere.

Et insuper silentio prætermittendum non putaui, quod religio clericorum Societatis Iesu, ẽt ipsa inter ordines mendicantium cẽseri debet & annumerari, id quod aptissimè cũ ex eius; tum instituto, tum etiam constitutionibus, quæ in publica, & authentica forma vidi, mihi per admodum R.P.D. Ferdinandũ Solieres iur. vtr. Doct. excellentissimum, virum candidis moribus,& summę dexteritatis in tractãdis negotijs dicti ordinis, procuratorem generalem ostensa, neq; priuatim, neq; in cõmuni possunt pro societatis sustentatione, aut vsu, ad bona aliqua stabilia, prouentus, vel introitus aliquos, ius aliquod ciuile acquirere, sed contenti esse debent vsu tãtum rerum sibi ex eleemosyna donatarum, quamuis possint pro studentium cõmoditatibus collegia habere, bonis ẽt stabilib. dotata, quib. tñ bonis ip si studentes ipsisq; inseruientes, non tñ ipsius societatis professi substentari pñt. Quod quidem verissimũ est de iure, cum, vt supra diximus, mendicantes sunt illi qui redditus vllos, neque in particulari, nec in cõi habere possunt, sed ex incertis eleemosynis viuunt. c. j. de relig. dom. lib. 6. vbi omnes doct.

Alia species clericorũ regularium non mendicantium, sunt
6 veluti rſr oẽs monachi,& omnes canonici rſares. & monachi vocabulo propriè sumpto, possunt dici illi, qui virtute rſæ, stãt solitarij in monasterio, nec immiscent se prædicationib. nisi habeant administrationẽ, dñr. n. monachi a solitudine & vnita
7 te,& ẽm communem vsum loquendi, appellamus cõiter mo-
8 nachos illos, qui sunt de ordine sancti Benedicti, habentes bona in cõi, alios verò appellamus fratres mendicantes, per Abb. in c. causam quæ. extra. de iud. ver. additio. Nicolai.

De successione fratrum minorũ nihil est, quod dicamus,
9 nam cum ipsorũ rſa, ordo, constitutio,& professio, sint fundatę in arctissima paupertate per tex. in c. exijt, qui seminat. §. ad hęc. de ver. sig. in 6. in clem. exiui de paradiso. §. quia ergo, & §. cũ q; annui redditus. & per tex. in extrauag. ad conditorem canonũ. de ver. sig. Io. XXII. ibi nihil sibi approprient, neq; domum, neque locum, neque rem aliquam aliam, sui ordinis professores.
10 &c. non videntur quicquam posse acquirere, nec in cõi, nec in particulari, nec per viam successionis qua alteri succedant, nec alias quouismodo, quia eis vī interdictum habere propria, quia eo ipso quod profitentur, renuntiant oĩbus rebus mundi, & est magis præcisa renunciatio, quæ possit inueniri, quia habentur pęnitus pro mortuis, vt per Bal. in auth. ingressi. C. de sacrosan.
11 eccl. in fin. vbi dicit, quod stante statuto, quod masculus excludat fęminam a successione, quod fęmina non excluditur, si ma
12 sculus sit de fratribus Minoribus, quia est sublatus de medio: qa dicit Socy. in l. si cognatus. secundum Io. de Imola: quod frater
13 Minor efficitur omnino incapax ad succedendum, sicut damnatus in Metallum,& dicit Bar. in l. legatum. ff. de ca. dimi. quod fratres Minores nõ pñt habere in proprio, vel in communi tamen legata eis pro alimentis possunt capere, quia potius in fa-
14 cto, quàm in iure consistunt. Sed cum isti pro nulla re ipali in
15 iudicio esse possunt, quis petit (inquit) istud legatũ, dixi in libello Minoricarum. legatum tñ in annos singulos, seu legatum annuum habere non possunt, qa aliquid proprietatis habet. Abb.
16 tamen in consilio 46. tenet quod frater Minor est capax annui

Source : BIU Cujas

legati pro expenſis ſtudij,& quod pro alimentis poſſint capere,
17 tenet Bar.in l.ſeruos ad cuſtodiam.ff.de alim.& cib. lega.Bal.in
l.j.ff.de his qui ad libe.prouen.Imol.& Lud.in l.Stichum.§. ſti-
pulat.in prin.ff.de verb.oblig.Immo non videtur frater minor
capax alicuius acquiſitionis,aut ſucceſſionis,etiã ſi promoueatur
18 ad Epiſcopatum,Archiepiſcopatum,aut alias dignitates,vt
no.in cle.fi.de elect.in c.quorundam.co.tit.lib.6. quia dignitas
non liberat eum a ſubſtantialibus regulæ,per glo.d.c. quorun-
19 dam.in ver.mendicantium,quia bona,quæ obuenirent ipſi fra
tri minorum iam aſſumpto,non acquirerentur ipſi, ſed eccle-
20 ſiæ,adquam fuit aſſumptus.

Idem dicendum,ſi aſſumatur ad Cardinalatum iuxta doctri
21 nam Bal.in auth.licentiam.C.de epiſco. & cleri. & idem ſi eſſet
22 tranſlatus ad monaſterium capax ad habẽdum proprium,qua-
le eſt monaſterium monachorum,& canonicorum regulariũ,
de quibus in c.cum ad monaſterium,de ſtat.regul.vt monaſte-
rium ſuccedat,adeo,quod ſi ante aſſumptionem, vel trãſlatio-
nem prædictas fuiſſet ſibi delata hæreditas,quàm nõ adiuit,poſ
ſet hodie eccleſia,vel monaſterium adire,dummodo res ſit in-
tegra,hoc eſt:quod non fuerit agnita per conſanguineos ſequẽ
tes in gradu.per Bar.in auth.ingreſſi.C.de ſacroſ.eccl.per Bal.in
l.Deo nobis.C.de epiſ.& cle.quia aſſumptio non liberat eum a
23 voto,vel continentia paupertatis,per gl.c.3.16.q.j. nec ab habi
tu,ſiue profeſſione.16.q.fi.ca.noua actio,qualiter hodie tempe-
ſtate noſtra videmus Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum Do.
Clementem Dolera Monelianum S.R.E.Cardinalem ſub titu
lo Sanctæ Mariæ in Araceli nuncupatum patriæ meæ ſplendo
rem,& patronum meum,incedere in habitu,& colore ſuæ Re
ligionis fratrum Minorum,de quorũ gremio ob preclaras eius
virtutes fuit ad apicem Cardinalatus tempore felicis record.
Pauli Quarti aſſumptus,& promotus,& Illuſtriſſimum & Re-
uerendiſſimum D.Michaelem Chiſilerium, tunc vulgo dictũ
Cardinalem Alexandrinum,nunc verò Papam Pium Quintũ
ad apoſtolatus apicem verè diuina non humana prouidentia,
pro bono totius mundi regimine aſſumptum, retinuiſſe habi-
tum ſuæ Religionis fratrum Prædicatorum:niſi tamen ad acq-
rendum,vel ſuccedendum fuerit capax frater minor ſic aſſum
24 ptus ex priuilegio apoſtolico,Cuius tenor,& verba tunc eſſent
attendenda.c.porrò.de priuileg.& c.recepimus.qualiter aſſum
ptis,& promotis ad Cardinalatum euenire puto, quia tunc ſe-
cundum eorum tenorem eſſet iudicandum.c.cum & plantare
& c.peritis.de priuilegiis,& c.accepimus.de fid.inſtr.& ſi eis pri-
uilegium daret,quod ſibi poſſet acquirere, vel aliis ſuccedere,
tunc de eo dicendum erit,ſeruata forma ſui priuilegii,quod di
cemus in fra in fructibus beneficiorum,& aliis rebus pro cleri-
co ſeculari ſuo loco quãuis regulariter,ſi ex priuilegio poſſent
acquirere,vel poſſidere,ſuccederet eis monaſterium, ſicut ſuc
cedit religioſis non mendicantibus, in quibus eſt eadem ratio,
25 ergo idem ius venit ſtatuendum.l.ſi ſocer.ff.ſol.mat.& de dam
26 no infe.l.hoc amplius.quia bene poteſt diſpenſari frater minor
27 ad ſuccedendum,vt per Soc.in l.ſi cognatus. de rebus dub.col.
4.§.6.concluſ.verſ.ex quo infertur.vbi videtur dicere,quod ca-
pax factus ad ſuccedendum ex diſpenſatione Papæ,videtur ca-
pax,tam ex teſtamento,quàm ab inteſtato,vnde cum nihil ſibi
acquirat,aut acquirere poſſit regulariter frater minor, nec per
viam beneficiorum,vel dignitatum per eum adeptarum,aut p
viam ſucceſſionis,nihil eſt,quod dicamus, aut quæramus de il-
28 lius ſucceſſione,quia,qui nihil poteſt acquirere,nihil poteſt re-
linquere,& qui nihil habet,nihil dare poteſt.ca. Daibertum.j.q.
7.quia in bonis eius patrimonialibus:quæ ingrediẽs ad religio-
nem relinquit mundo ſuccedunt ei conſanguinei,qui ei ſucce
derent,ſi nunquam eſſet religionem ingreſſus.d. ca. exit qui ſe-
minat.& auth.ingreſſi.& extrau.Io.Vigeſimi ſecundi ad condi
torem.de verb.ſign.vbi renunciatur reſeruationi iuris quam fe
cerat Nicolaus Papa Quartus in bonis oblatis, aut qualitercun
que ipſis fratribus Minoribus obueniẽtibus in fauorem Roma
næ eccleſiæ,vt per Gaſpar.Cald.in ca. in præſentia. de probatio.
& ſuccedunt eis conſanguinei ſtatim facta profeſſione, non au
tem expectata morte naturali per nota.ca.beneficium . de reg.
iur in ſexto.& dicit Bald.in auth.ſi qua mulier.C.de ſacroſanct.
eccl.quod regula fratrum Minorum eſt prohibita gloſſari,quia
ſicut prolata,ſic fideliter exponatur ad literam, & ſuper ipſam
29 gloſſæ non fiant,niſi forte per quas verbum,ſenſus,ſeu conſtru
ctio grammaticaliter ad litteram intelligibilius exponatur,ſed
circa materiam hæreditatum,legatorum,ſeu relictorum eſt ad
uertendum,& notandum,quod licet fratres Minores non ſint
30 capaces hæreditatum,& relictorum in teſtamentis, vt patet in
clementina exiui.§ cum igitur.de verbor.ſignifi.& per Bart. in
l.nequaquam.§ fi.ff.proconſul.& in l.j.colum.quarta. de lega.j.
attamen relicta exiguntur,& eis conſulitur duobus modis ſe-
cundum Doctores.

Nam primo eis ſubuenitur officio iudicis,poteſt namque iu
31 dex ex ſuo officio mero nomine,etiam ad hoc agente,compel
lere hæredem,vel illum,qui ad hoc tenetur ex teſtamento,vel
ali.s,quatenus relicta monaſterio,vel fratribus Minorib.adim
pleant,& exoluant,per Specu.in tit.de inſtrum.edit.§. nunc ve-
rò aliqua.& Bar.in d.l.nequaquam.& per Io.Andr.in cap.ſi hæ-
redes de teſta.& Bald.in l.nulli.C.de epiſcopis & cler.& de hoc
poteſt aſſignari duplex ratio,quia intereſt rei publicæ, ne quis
re ſua malè vtatur.§ ſed hoc tempore.Inſtit. de his qui ſunt ſui.
& ſi commodo rei priuatæ prouidetur.l.ſi quis.C. de ꝓſcriptio.
fortius circa voluntates defunctorum prouidendum eſt per
33 Barba.in rubr.de teſta.& glo.in l.Iulianus.ff.de actio empt.facit
etiam,quia anima cunctis rebus de mundo eſt præferenda.l.Sã
cimus.C.de ſacroſanct.eccle.alia ratio eſt,quia ſi ita cautum nõ
eſſet,accideret nonnunquam,quod pium propoſitum defun-
34 ctorum improba fraudantium calliditate celaretur d. l. nulli.
C.de epiſcopis & cler.& quia magna eſt pietas volũtatem illius
adimpleri,qui nec ſe iuuare,nec iam loqui poteſt,idcirco volũ
tati defunctorum itaconſultum iri oportet, & hæc quoad pri-
mum modum,& primum remedium,quo fratribus Minorib.
& aliis pauperibus non valentibus agere in iudicio ſubuentũ
eſt officio iudicis.

Alio modo,& alio remedio dictis fratribus minoribus ſub-
35 uenitur, quia ad talia legata,ſiue relicta fratribus Minorib. cui-
libet de populo competit actio, & quilibet de populo poteſt
agere,vt legata,& relicta ad pias cauſas,puta monaſterio,hoſpi
tali,fratribus pauperibus & ſimilibus adimpleantur,& ſoluan
tur,per ipſum qui grauatus eſt a teſtatore, vel qui alias, ad hoc
tenetur in Auth.de eccl.tit.§.ſi autem.colla.nona.tenet Ludo.
Rom.in auth.ſimiliter.C.ad l.Falc.& fuit dictum Angel.de Pe-
ruſ.in d.§.ſin autem.tenet Bar.in l.nequaquam.quę allegat.l hę
reditas.ff.de petit.hær.fac.l.nulli.C de epiſco.& cler.in fi. refert
author compendij priuilegiorum fratrum Minorum in verſi.
hæreditas.

Sed iſta habent locum,& intelliguntur in fratribus Minori-
36 bus:qui ſunt & appellantur de obſeruantia,non autem habent
intelligi de fratribus Minoribus qui appellantur cõuentuales,
37 qui ſe in huiuſmodi habent diuerſo modo, quia conceſſione
Clementis Quinti poſſunt liberè ſuccedere in bonis tempora-
libus,in quibus ſuccederent,ſi in ſeculo exiſterẽt, ac bonorum
ipſorum poſſeſſionem apprehendere, & vendere liberè bona
ipſa,eorumq; pretia in vtilitatem ſuam conuertere,prout præ-
fectis ordini melius viſum fuerit expedire.Item idẽ fuit eis pa-
ri modo conceſſum per Sixtum Quartum per quaſdam ſub pri
die Kal.Septembris incipien.Vniuerſalis eccleſię,Mare magnũ
nuncupatum,& Leonem Decimum per alias ſuper electione
magiſtri generalis eiuſdem ordinis,vniuerſaliq; vnione & con
cordia inter fratres dicti ordinis minorum de obſeruantia, &
conuentualium,ſub pridie Idus Iunij,datas eorum Pontifica-
tus anno quarto & quinto reſpectiuè deſuper cõfectas ſub plũ-
bo literas, & per literas Pauli Tertij ſub datum Romæ, die 27.
Octob.1540.Pontificatus ſui anno ſexto,ſub anulo Piſcatoris
expeditas,directas Dilectis filijs generali,ac Prouincialibus ma
giſtris,vniuerſisq; fratribus ordinis minor.Conuentualium nũ
cuparorum.Paulus Papa Tertius Dilecti filij ſalutem &c. Quo-
rum Tenor inſeritur in fine præſentis quæſtionis,vnde Conuẽ
tuales habere bona,ſuccedere,in hæreditate vẽdere,& in ſuos
vſus conuertere poſſunt,per priuilegia,& reſcripta,ſeu conceſ-
ſiones particulares & ſpeciales &c.

Sed hoc non eſt ſimpliciter verum in omnibus fratrib. Mi-
38 noribus conuentualibus,quia ſi aliquis frater Minor de obſer-
uantia,tranſeat ad conuentuales,non habet,nec habere poteſt
iſta priuilegia, qa Alex.Sextus decreuit, quod nullus profeſſor
ordinis Minorum de obſeruantia,ſi illum egrediatur,& ad cõ-
uentuales eiuſdem ordinis tranſeat, poſſit ſuccedere parentib.
propinquis,aut affinibus ſuis quouiſmodo, nec aliquo indulto
prædictis fratribus Conuentualibus ad hoc conceſſo gaudere
valeat,nec etiam conuentus aliquis occaſione fratris ſic egre-
dientis,ius aliquod in hæreditate,vel quauis alia ſucceſſione p-
pinquorum acquirere,& conſequi poſſit,&c.& idem Alex.ite-
rum decreuit,& prohibuit,ne fratres obſeruantes tranſeuntes
ad conuentuales,ſuccedere propinquis valeãt vllomodo, put
habetur in authentico,ad literam refert idem author in d.com
pendio d.ver.hæreditas.vbi vide.

De fratribus Prædicatoribus per Hoſt.in cap.in præſentia.de
39 prob.Fed.de Sen.in conſi.12.incip.fratres Prædicatores, tenẽt,
quod ſint incapaces,nedum ad retinendum, ſed etiam ad acq-
rendum,& ẽm conſtitutiones juratas,& a Sede apoſtolica con
firmatas fratres Prædicatores ſunt mendicantes c.vnico.de re-
lig.do.quia ſubdit ipſe Feder.ibi quod ſi fiat eis relictum annuũ
ad longum tempus quod non valeat,quia per indirectum vide
40 tur ſublata incerta mendicitas,& idem eſſet in effectu,prout ẽt
tenet Bal.in auth.ſi qua mulier.C. de ſacroſan.eccl. tertia col. q
41 dicit quod ſibi videtur,quod hoc acquirere, & mẽdicare impli
cat contradictionem,ſed ſubdit ibi,ꝙ eſt ſeruanda cõſuetudo,
quæ habet,quòd poſſint acquirere,non ut retineant, ſed vt vẽ-
dant, quia forma profeſſionis fratrum Prædicatorum eſt, ut
42 ſubſcribitur videlicet, ego N. facio profeſſionem, & promit-
to obedientiam Deo, & Beatæ Mariæ, & Beato Dominico,
& ti-

Source : BIU Cujas

& tibi patri Magiſtro fratrum Prædicatorum, & ſucceſſoribus tuis ſecũdum regulam beati Auguſtini, & inſtitutiones fratrũ Prædicatorum, quod ero obediens tibi, tuisq; ſucceſſoribus vſque ad mortem: & ſecundum regulam Beati Auguſtini, fratres
43 Prædicatores poſſunt acquirere, & habere bona ſaltem in cõi, quia regula Beati Auguſtini habet proprium in cõi. 12.q.j.non dicatis. vnde ſecundum regulam de eis iudicare deberemus, ſicuti de fratribus non mendicantib. meritò ſaltim reſpectu cõmunis, eſſet aliqua habenda conſideratio de illorum ſucceſſione, quia poſſunt ſuccedere & acquirere, non vt bona, & hæreditates retineant, ſed vt vendant, per cõiter ſcriben. in d.c.vni. & per Spe. in ti. de ſta. mon. §.j. ver. 3. & ver. 4 ſequitur Gaſpar Cal.
44 q.46. de teſta. vbi dicit, quod id tenent omnes doct. ſubdens ibi,
45 quod vſus pretii ſtat cum mendicitate, ſed vſus prædii non, qa per vſum pretii conſumitur ipſum pretium prædium verò nõ,
46 & ſic habere pretium poſſeſſionum, ſtat cum ipſa mendicitate, cum eſſe non dicatur, q̃ non durat. de pœnit. diſt. j. diuortiũ. & de verb. ſign. nam & ego. hodie tamen ipſi fratres prædicatores, ex priuilegio Sixti quarti ſub dat. apud ſanctum Petrum anno Incarnat. 1475. Kalẽ. Iunij, An. Pont. IIII. bona ſtabilia in cõi poſſidere & retinere poſſunt perpetuo, non enim ex hoc deſinunt eſſe mendicantes, vt per ſcribẽ. & maximè Dom. & Fran. in c.j. de relig. dom. lib. 6.

Vnde, ſi tenemus, prout tenendum eſt, quod ipſi fratres Prædicatores poſſint capere bona, & vendere, in illis, quæ ipſi acquirent, ſuccedet eis monaſterium, non autem cõſanguinei veniẽtes ab inteſtato: quia iura indiſtinctè dicunt, quod monaſteriũ ſuccedit profeſſo, ſiue in bonis quæ habeat in tempore ingreſſus, ſiue poſtea obuenientibus.
47 2.q.2.nolo. & c. non dicatis. 9. q.2. quia ingredientibus. auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccl. auth. ingreſſi. & de prob. c. in præſentia. quia iſta permiſſio extẽditur ad quolibet monaſteriũ, niſi prohibitum reperiatur. c. ſta tutum. de elec. lib. 6. conſuluit Gaſpar. Cald. in conſ. ſuo 46. de teſta. incip. an bona ingreſſi & ad ipſa bona obuenta, vel acquiſita conſequendum non habent actionem, nec poſſent intentare rei vẽdicationem, ſed bene poſſunt implorare officium iu-
48 dicis, vt dicit Nicol. de Vbald. in ſuo quem conſcripſit tracta. de ſucceſſ. cler. ab inteſta. §. reſtat, ſecundum Gaſpa. Cal. præallegato conſ. ſed Gaſpar id non dicit, quia ad hoc ego legi totum cõ ſilium, & ſi promouerẽtur ad Epiſcopatus, Archiepiſcopatus,
49 vel alia beneficia eccleſiaſtica, & ex eorum fructibus, vel ex negotiationibus interdictis clerici facerẽt acquiſitionem dic de
50 eis in iſto caſu, prout dicimus ſ̃. de clerico ſeculari: ſed Clemens quartus conceſſit fratribus ordinis prædicatorum, & minorum, quod poſſint liberè ſuccedere in bonis temporalibus, in quibus ſuccederent, ſi in ſeculo exiſterent, ac bonorum ipſorum poſſeſſionem apprehendere, & vendere libere bona ipſa, eorumq; pretium, vel bona in eorum vtilitatẽ conuertere, put prælatis dictorum ordinum melius viſum fuerit expedire, prẽallegato compendio d. loco in principio.

De fratribus Heremitanis, nõ eſt aliquod dubium, quia licet ipſi ſint de mendicantibus, tamẽ ex priuilegio eiſdem cõceſſo
51 per Alex. IIII. poſſunt in cõi & acquirere, & retinere. quæcũq; bona mobilia aut immobilia, quæ potuiſſent acquirere & retinere, ſi remanſiſſent in ſeculo, exceptis bonis feudalibus, ſed in particulari nihil acquirunt, vel retinent, & ſi cõſuetudo aliqua
52 habeat, vt acquirant, vel retineãt penes ſe particulariter, bona, vel bonorum adminiſtrationem ſibi relictorum per cõſanguineos, vel alios, vel proueniẽtium ex ſua induſtria, aut artificio, licet etiam talis conſuetudo ſit cõiter vbiq; obſeruata, non tamen eſt dicendum, quod valeat, quia eſt irrationabilis, merito non toleranda, ſed extirpanda. 8. diſt. mala. & c. ſeq. & hæc conſuetudo eſt irrationabilis, quia obuiat canonicis inſtitutionib.
53 11. diſt. c.2. quia canones mandant quibuſcũque profeſſis, vt ſer-
54 uent regulam vel beati Auguſtini, vel beati Benedicti, vel aliã, quæ tria ſubſtantialia profitentur, & ꝑriam cõſuetudinem deteſtantur, quia præcipiũt illa omnino ſeruari, & Prælatis in hoc prohibetur diſpenſatio. ca. cum ad monaſterium. de ſtat. regul. quia contra canones præceptiuos, vel prohibitiuos non ualet conſuetudo. 4. di. §. hæc & alias. vt per Gaſpar Cald. in conſ. j. in-
55 cip. an ſit licitum de regular. de ſtatu regular. vbi dicit quod talis conſuetudo obuiaret obedientiæ, & ſic alteri de ſubſtantialibus regulæ, item iuri naturali quod in lege, & in euangelio continetur, item inducit peccatum mortale, vt ibi per eum, quod conſilium fecit, in caſum, an ſit licitum fratribus Heremitanis ſancti Auguſtini retinere penes ſe adminiſtrationem bonorũ ſibi relictorum, vel ſua induſtria, aut artificio prouenientium, ſtante de hoc conſuetudine communiter approbata.

Simile priuilegium eſt credendum, quod habeant & fratres
56 Carmelitæ, alioquin eſt iudicandum de illis: prout de cæteris mendicantibus, ſecundum ius commune, & de his omnib. idẽ videtur dicendum: prout diximus de prædicatoribus, quia ſi ex priuilegio poſſunt acquirere, ſuccedit eis in acquiſitis etiam & monaſterium, ſicut religioſis non mendicantibus, quia eadẽ eſt ratio: ſi verò habuerint beneficia eccleſiaſtica, vel ſeſe exercuerint in induſtriis, ac negociationibus non permiſſis, dic de eis prout ſ̃. de clericis ſecularibus, quandoquidem conſtitutiones in materia ſpoliorum editæ, in ſua generalitate cõprehendunt omnes ordines etiam mendicantes.

Alij verò clerici regulares non mendicãtes, monachi, & omnes canonici regulares, nõ poſſunt habere, & acquirere ſibi bona in particulari, quia eſt vnum prohibitum in ſubſtantialibus
57 regulæ, in quo Papa non diſpenſat. no. in c. cum ad monaſteria. & ca. quod Dei timorem. de ſtatu reg & ſi canonicus regularis aliquid propriũ tenet in vita, & illud in morte nõ reſignat monaſterio, tanquam excõicatus exhumatur. c.4. de ſtat. monac.

In cõi verò bene poſſunt acquirere, & habere bona, iuxta illud beati Auguſtini in c. nõ dicatis. 12.q.j. auth ingreſſi, & auth.
58 ſi qua mulier. C. de ſacroſ. eccl. In bonis verò feudalibus nõ poſ-
59 ſunt nec habere ſucceſſionem, nec facere acquiſitionem, quia in illis religioſi non ſuccedunt, per tex. in c. ſi clericus. ſi de feu. fuerit controuerſia in vſib. feud. Item non ſuccedunt, nec acq. runt alia bona, quæ de ſui natura non poſſunt pertinere niſi ad hæredes ſanguinis, vti Regnum, Ducatus, Marchionatus, vel ſi-
60 milia, in iſtis non ſuccedit monaſterium, quia remanent generi in ſanguine. Spec. in ti. de ſta. mona. §. j. ver. 11. dicit ita ſeruari de facto. Si verò bona ſint, quæ poſſint teneri extra ſanguinem & extra ius ſanguinis, tunc monaſterium ſuccederet, per Cy. d. auth. ingreſſi. per Io. And. & alios d. c. in præſentia. de prob. Mo-
61 nachi verò albi ſancti Benedicti, habent in prouincia Calabriæ vnum feudũ, in caſtro vulgo dicto lo Citraro, vbi per iudices, ſeu Gubernatores per eos deputatos, exercent iuriſdictionem, & credo etiam ſanguinis, ſed credo, quod id ius ſibi indultũ ſit, vel conceſſum a Sede apoſtolica, & in d.c. in præſentia. de probat. Io. And inter alia diſputat, an monachus ſtipulatus pro ſe, & filijs rem emphyteuticam ante ingreſſum monaſterii, nunquid poſt profeſſionem emiſſam, res reuertatur ad dominum, an remaneat ad monaſterium, pro quo vide Spe. in ti. de loc. §. nunc aliqua. verſ. 116. vbi tenet, quòd non remaneat ad monaſterium, ſtante maximè, quod hodie apponitur pactum, q̃ non transferatur in potentiorem, vel in cauſam duriorem per Bart. d. auth. ingreſſi. Immo intantum acquiritur per monachum in communi, & Monaſterio, quòd hæreditas delata monacho no-
62 lenti illam adire, eo inuito aditur per monaſterium, per latè diſputata, & adducta per Soc. in l. hæredes. ff. de vulga. & pup. ver. circa tertiam. & verſi. circa primum. per totum, quia monaſterium, vt inquit ibi, acquirit mediante perſona monachi, ſequitur Nicol. de Vbal. in tract. de ſucceſſ. cle. ab inteſta. ver. ſecundò fallit. vbi dicit, quod licet de hoc ſint diuerſæ opiniones cõiter tamen opinio eſt, quòd monaſterium poſſit adire inſcio, & inuito monacho, vide Barto. in l. ciuibus. in fi. ff. de rebus dub. vbi dicit, q̃ in his qui ſunt regulares, & nõ poſſunt habere propriũ, quicquid legatur, vel quicquid eis acquiritur, eccleſiæ acquirit, vt ibi per eum, immo ſecundum D. Nico. de Vbal. d. loco. ſi de-
63 lata ſit hæreditas ſuorum aſcendentium monacho, & ea non adita, nec repudiata moritur, illam tranſmittit ad monaſteriũ ex beneficio ſcilicet l. vnicæ C. de his, qui ante apertas tabulas.
64 quia monaſterium, quoad hoc loco filij habetur. Et idem eſt dicendum, quod fortius videtur in hæreditate extraneorum, ſecundum Ioan. de Imol. d. l. j. & Abb. in dicto c. in præſentia. Itẽ fallit ſecundo, quia Ciſtercienſes non poſſunt poſſidere villas
65 fidelitates hominis, iuſtitiarios, tributarios, eccleſias, & altaria & ſi acquiſierint illas debent vẽdere vel ea cum aliis bonis cõmutare, aut ſi nõ poſſunt aliter alienare, faciant ex eis eleemoſynam, aut abiiciant, de ſtatu monac. per tex. ibi glo. & Doctor.
66 in cap. recolentes. Conuerſi etiam ſi ipſi non renunciant ſeculo, nec profitentur aliquam religionem, acquirunt ſibi, & ſuccedunt conſanguineis, perinde ac ſi non eſſent oblati, Si verò renunciant ſeculo, & profiteantur aliquam religionem, approbatam, ſi monaſteria ſunt capacia ad acquirendum, qualia diximus ſupra omnia monaſteria præterquam fratrum minorum quæ ſunt omnino incapacia, & arctiſſima degunt paupertate,
67 ipſa monaſteria ſuccedent in hæreditatibus, & bonis ſuis conuerſis delatis, ad notata per gloſſ. & Doctor. capit. vt lex continentiæ. 27. quęſtio. j. per Bald. in l. generaliter. C. de ſacroſanct. eccleſ. authent. ingreſſi. C. eodem per Ioan. de Imo. in ca. ſecundo. de Teſtam.

Heremitæ etiam poſſunt ſibi acquirere, quia poſſunt ſuccede-
68 re in hæreditatibus ſuorum conſanguineorum, ac in bonis etiam ſibi quomodolibet delatis, & oblatis, ſicut meri laici, & hoc uerum, niſi profiteantur aliquam regulam approbatam, quia ſi profiteantur, ſuccedit regula ſine monaſterium, ſi ſit capax, notatur 19. quæſtio. 3. §. eodem. de fide inſtr. cum Ioannes.

De monialibus verò dico, quod aut profitẽtur regulam Beati Benedicti, aut Beati Auguſtini, vel aliam regulam, quæ ꝑt habere proprium, & acquirere, & de eis tunc dicendũ eſt, prout dicimus de maſculis religioſis, ad not. in c. vnico. de relig. dom. in Cle. ut profeſſores. de regulari. in cap. generali. de elect. lib. 6.
69 Aut profitentur regulam mendicantium, quas vulgus appellat ſorores, licet iſta vocabula ſint ſinonima, dicit Io. And. in c.

Source : BIU Cujas

cauſam. de elect. & in hoc eſt maius dubium, nam dicit Guielmus de mōte Laud. in cle. vt profeſſores, quod omnes ordines mulierum ſunt in ſtatu non mendicantium, & ita refert, & ſequitur ibi Do. Flo. 8. q. Lap. Abb. dicit, q̄ ſorores Prædicatorū, & minorum ſunt mendicantes, per tex. in c. periculoſo. §. ſanè. de ſtatu regul. & licet habeant priuilegium, vt poſſint habere proprium, q̄ dicit ſe vidiſſe, & legiſſe, tamen per illud priuilegium non tolluntur alia, quæ requiruntur in ordine mendicātium, & propterea ſorores Prædicatorum, & ſanctæ Claræ cōprehendunt diſpoſitione. c. non ſolū. de regular. lib. 6. & ita dicit ſe de facto conſuluiſſe, videtur ſentire Io. And. in d. clem. ut profeſſores, vt per Lap. all. 4. Tamen ex quo habent priuilegiū vt poſſint habere poſſeſſiones, & alia bona in communi. hēt locum in iſtis mulieribus illud quod dictum fuit de fratribus, nō mendicantibus, ſiue profiteantur regulam mendicātium, ſiue non mendicantium, per rationem in d. c. periculoſo. in princ. ne ſcilicet occaſione quæſtus habeant uagari, quam vagationē iura abhorruerunt in mulieribus religioſis maximè, & etiam in mulieribus ſecularibus, vt in c. mulieres. de iud. libr. 6. merito attento priuilegio poſſunt ſuccedere, & acquirere.

Clericis regularibus non mendicātibus ſucceditur hoc modo, videlicet, ſi monachus non ſit tacitè, vel expreſsè profeſſus, & decedat in monaſterio ab inteſtato, ei ſuccedunt conſanguinei, vel veniētes ab inteſtato in monaſterio eſt tex. in c. cum ſimus. de regu. & c. beneficium. eo. ti. lib. 6. per Bal. in auth. ingreſſi. Id quod procedit ſi ſimpliciter ſit ingreſſus: Item ſi ſe obtulit non facta mentione de bonis: Item ſi ſe obtulit cum bonis, vel ſe & bona obtulit, quia videtur ſe obtuliſſe, & feciſſe omnia ſub iſta tacita conditione, ſi ſequatur profeſſio, & non aliter: fallit tamen hoc ſi antequam ingreſſus eſſet, lōgè ante bona ſua monaſterio obtuliſſet, quia tunc bona remanēt monaſterio, & monaſterium ſiiccedit, non autem conſanguinei, quia in dubio videtur obtuliſſe non contemplatione ingreſſus, ſed monaſterii, quo caſu bona non recuperat.

Secundo fallit, ſi conſtat, q̄d ingrediens voluit mutare vitā. vt d. c. beneficium. quia tunc pari modo ſuccedit illi monaſterium, non conſanguinei.

Tertiò fallit ſi ingrediens obtulit expreſſe bona monaſterio tempore ingreſſionis, declarans velle illius eſſe, quia tunc pari modo ei non ſuccedunt conſanguinei, ſecus ſe intendebat, q̄d bona venirent monaſterio conſequutiuè, i. quod ipſo ingreſſo, & profeſſo bona item ad monaſterium venirent, prout eſt veriſimile, quia tunc monaſterium non capit bona, niſi emiſſa, & ſequuta profeſſione. ad not. in authen. ingreſſi, & c. cum ſimus. præallegatis.

Quartò fallit: niſi monachus fuiſſet intruſus coactè per delictum in monaſterium, vt per Spe. in tit. de ſtatu mona. §. j. verſ. ad præmiſſorum.

Quintò limitatur regula, vt ſi non tota ſubſtātia, quæ ſpectabat ad ingredientem nondum profeſſum, perueniat ad monaſterium, tamen perueniat tm̄, quantum poſſunt eſſe alimenta, pro tpe quo permanſit in monaſterio, quia nō debuit eſſe oneroſus domui. 14. q. 16. de lapſis. & qui ſentit onus, & commodū quoq; ſentire dēt. reg. qui ſentit. de re. iur. in 6. per Pet. de Anch. in c. beneficium. de reg. in 6. licet caſus in quo ipſe loquitur ſit, non de nouitio mortuo in monaſterio, ſed de exeūte monaſteriū, & cōis opinio eſt Doc. ibi, quod monaſterium nihil capiat.

Si verò monachus ſit profeſſus, vel tacitè, vel expreſsè, ita q̄d conſtet eum voluiſſe vitam mutare, ſi habet filios, & decedat ab inteſtato, bona perueniunt ad monaſterium, ſola legitima filijs remanente, auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. eccl. quæ eſt canonizata 19. q. vlt. ſi qua mulier. etſi filij nō ſint lgitimi, ſed ſpurij, & naturales, auth. in eis non habet locum, ſecundum Spe. in tit. de ſta. Mona. ver. 53. Bar. in d. auth. vlt. col.

Item ipſa legitima, reſeruatur etiam parentibus ſicuti filiis, ſi eos profeſſus habeat, per rationem. l. nam & ſi parentibus. ff. de inof. teſta. Spec. in ti. de ſtat. mona. §. j. verſi. 54. videtur tenere, q̄ ſic: in verſi. verò ad Præmiſſorum, qui eſt in fine illius §. videtur concludere, quod monaſterium ſuccedat in vniuerſō. & ita tenet gl. prout Ant. in d. auth. ſi qua mulier, quæ opinio nō placet Nicol. de Vbal. in tract. de ſucceſ. ab inte. cle. ver. 2. concluſio. in fine, quia dicit, quod eſt opinio minus rigoroſa, vnde dicit, q̄ ſi parentes non habent vnde ſe alant, quod apud eos debet aliqd remanere pro alimentis, ad quæ filius ſibi tenetur ratione naturali. l. ſi quis a liberis. ff. de lib. agnoſc. §. parens. & in Auth. de inceſt. nupt. §. ſi verò. & legitima quæ debetur filiis per patrē profeſſum, vī debita ſtatim emiſſa profeſsione, non aliter expectata morte naturali patris per tex. in c. cum ſimus. de regu. præallegato quem caſum dicit ſingularem Bald. in d. Auth. ſi qua mulier, & id tenent communiter omnes Canoniſtę, refert idem de Vbal. d. loco.

Et in materia, ſi monachus recedit a monaſterio illicitè, & il licentiatus, vt vagetur apoſtatando, & tunc bona acquiſita monaſterio non recuperat, dicit gl. in c. quod ante. de cler. coniug. in ver. redire, ibi aliud eſt, cum quis ſua ſponte recedit, & tūc nihil ei reſtituitur, immo quicquid interim vagando, & apoſtatā. 76 do acquirit, monaſterio acquirit. 18. q. 2. ſi abbates. & 27. q. j. ſi qs 77 rapuerit, ſed intellige hoc diſtinctè, videlicet, quod monaſte- 78 rium debet illum vagātem reuocare, quia ſi id facere negligit, interim acquiſitum non erit monaſterij, & pari modo nō recuperabitur, ſi recedet a monaſterio, vt abſq; licentia ingrediatur aliud monaſterium, quia cum non teneat ingreſſus ſecundi, bona non poterunt auferri a primo.

Si verò monachus licitè transfertur de vno monaſterio ad aliud, & tunc bona acquiſita ante ingreſſum primi monaſterii 79 vel tpe ipſius ingreſſus, ſi ipſi monaſterio ſint collata non ratione ipſius ingreſſus, ſed ex alia cauſa, puta ex deuotione quā habuit erga monaſterium, quod remaneant monaſterio, Lap. allegat 62. Secus ſi contemplatione ingreſſus, quia eo exeunte monaſteriū. perſonam eius ſequuntur. not. in c. beneficium. de reg. 80 dicit gl. d. c. quod aūt de cle. coniug. ibi propter hoc dicunt quidam, quod oīs donatio facta eccleſiæ, vel monaſterio tempore ingreſſus, tacitam habet conditionem, vt duret eo ibidem perſeuerante. ad inſtar dotis. l. vnica. C. de vxor. actio. Et idem inqt in monacho, vt illa transferat ſecum in ſecundo monaſterio ad qd̄ tranſit, q̄ pro hac materia vide, ſi bona ſint acquiſita poſt ingreſſum monaſterij, & antequam exeat, & ea remanent monaſterio, in quo illa acquiſiuit 18. q. j. ſtatutum, & hoc verum ſi bona ſint acquiſita effectualiter, vt quia hęreditas delata monacho in primo monaſterio exiſtenti, ſit adita per monaſterium, ſecus ſi non fuiſſet adita, quia illam poſſet ſecundum monaſterium adire. d. c. ſtatutum. no. in l. Deo nobis C. de epi. & cler. Bona verò acquiſita poſt tranſlationem ſine dubio videtur dicendum, quod ſint acquiſita ſecūdo monaſterio, cum a primo ſit abſolutus. 21. q. 5. ſi quis autem de monachis. § ſi verò.

Sed cuiuſuis generis, vel ordinis fuerint clerici regulares, ſi acquiſita ex fructibus beneficiorum, vel ex illicitis negociatio- 81 nibus relinquerint, in taliter acquiſitis vti ſuccederet eccl. c. p̄ſenti. de offi. ord. ita ſuccedit illis Camera apoſtolica, hodie in locum eccleſiæ ſuffecta Rota deciſ. 855. quia & ipſi quoque veniunt comprehenſi in generalitate conſtitutionum, ſeu bullarum in materia ſpoliorum æditarum, in quibus comprehendūtur & clerici regulares, ēt cuiuſuis ordinis mendicantium, vt videre eſt in bullis, & meo tempore taliter acquiſita relicta, ſemper Camera apoſtolica collegit, in aliis verò bonis aliunde prouenientibus, quomodo & per quem ſuccedatur monacho, vel fratribus decedentibus, vltra prædicta, habes latè per Boer. deciſ. 224. incip. Chriſti benedicti & primo. vbi concludit, quod per monaſterium & Abbatem capiūtur ſpolia, & bona monachorum decedentium.

Dilectis filijs Generali, ac Prouincialibus Magiſtris Vniuerſisq; Fratribus Ordinis minorum Conuentualium nuncupatorūm.

PAVLVS PAPA TERTIVS.

DILECTI Filij ſalutem & Apoſtolicā *benedictionem*. Exibita nobis nuper pro parte veſtra petitio cōtinebat, q̄d licet quā plura priuilegia, exemptiones, immunitates, libertates, gratię, & indulta vobis, & ordini veſtro per diuerſos Romanos Pontifices, & præſertim Sixtum quartū, per quaſdā ſub pridie Kalend. Septemb. Incipiēdo Vniuerſalis Eccleſiæ Maremagnum nūcupatum, & Leonē Decimum prædeceſſores noſtros, per alias ſuper electione magiſtri Generalis eiuſdem ordinis, Vniuerſaliq; vnione & concordia inter vos & fratres dicti ordinis minorū de obſeruantia nūcupatorū initis ſub pridie Idus Iunij datis eorū pōtificatus quarto, & quinto, reſpectiuè annis deſuper confectas ſub plumbo literas bullam concordiæ nuncupatas conceſſa fuerint, & inter cętera vobis per ſedē Apoſtolicā indultū fuerit, quod in tpalibus bonis in q̄b. de Iure ſuccederetis ſi in ſeculo maneretis, ſuccedere, Necnon legata, relicta, eleemoſynas, & quācunq; pecuniarū ſummam, aliaq; bona q̄ uobis in futurū relinqui vel elargiri contingeret recipere, tenere, & habere, ac in veſtros vſus conuertere. Omnibusq; ſingulis aliis priuilegijs exēptionib. immunitatib. libertatib. gratiis & indultis fratrib. dicti ordinis minorū de obſeruantia nuncupatis, & illorū ordini p̄dictis qūolibet p̄ceſſis vti frui, & gaudere libere, & licitè poſſetis, put in ſingulis p̄dictis & aliis deſup p̄fectis literis plenius continet. Ipſaque priuilegia, exēptiones, īmunitates, & libertates, gratię, indulta & conceſſiones in viridi ſint obſeruātia, cupitis tm̄ p maiori aī veſtri ſatisfatione priuilegia, exēptiones, immunitates, libertates, gr̄as, indulta & conceſſiones hmōi auctoritate nr̄a roborari. Quare nobis humiliter ſupplicari feciſtis, Vt votis vr̄is hmōi annuere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui quorūlibet Chr̄i fidelīū, p̄ſertim religioſorum, qui ſalutiferos fructus in agro dn̄ico continua eorū cultura p̄ducūt. votis quantū nobis cum Deo, licet annuimus. Eaq; fauorib. p̄ſequimur, opportunis huiuſmodi ſupplicationibus inclinati,

omnia

Source : BIU Cujas

omnia & ſingula priuilegia,exemptiones,immunitates, libertates,gratias,indulta,& conceſſiones huiuſmodi & deſuper cõfectas literas,quarum omnium tenores hic pro ſufficienter expreſſis haberi volumus,authoritate apoſtolica tenore præſentium approbamus & confirmamus , ac præſentis ſcripti patrocinio communimus.decernentes ea ita tamen quod temporalia bona vobis per prædeceſſores noſtros conceſſa de ſuperioris veſtri licentia tantum in veſtros vſus particulares conuerte re poſſitis inuiolabiliter obſeruari & uobis ſuffragari debere. Sicque per quoſcunque Iudices & commiſſarios quacunq; authoritate fungentes ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretãdi facultate iudicari & diffiniri debere. Irritum tamen & in hanc ſi ſecus ſuper his a quocunq; quauis authoritate ſcienter,vel ignoranter cõtingerit attemptari. Eaque quatenus opus ſit innouamus & de nouo ꝓcedimus .Non obſtantibus conſtitutionib. & ordinationib. apoſtolicis. Necnon dictorum ordinum,etiam iuramento cõfirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinib. Priuilegijs quoq; indultis & litteris apoſtolicis quibuſuis incontrarium forſan conceſſis,vel concedendis.Quibus ẽt ſi ꝑ illorum ſufficienti derogatione de eis eorum quæ totis tenoribus ſpecialis ſpecifica & expreſſa,ac de verbo ad verbum mentio, ſeu quæuis alia expreſſo habenda foret.Tenores huiuſmodi pro ſufficienter expreſſis,ac de verbo ad verbum inſertis habentes,ac vice dum taxat illis alias in ſuo robore permanſuris ſpecialiter & expreſſe derogamus cæterisq; contrarijs quibuſcunq;. Volumus etiam quod præſentium tranſumptis manu notarij publici ſubſcriptis. Et ſigillo alicuius perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis,eadem prorſus fides adhibeatur,quæ originalibus litteris adhiberetur ſi forent exhibitæ,vel oſtenſæ.Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo piſcatoris, die xxvij. Octobris, M. D. XXXX. Pontificatus noſtri Anno Sexto. Bloſius.

De ſucceſſ.Cler.ſecularis ab inteſtato.

§. DEVENIENDO ad clericos ſeculares, dicimus, quod poſſunt acquirere ſibi, & habere bona particularia multiplici modo,licet ſecundum antiqua iura,id eis non erat permiſſum,immo videbãtur excluſi ab hæ-
1 reditatibus,& ſucceſſionibus quibuſcunque,quia Deutero nomii 18.ſcriptum eſt de eis. Non habebunt ſacerdotes & leuitæ, & omnes,qui de eadem tribu ſunt partem, & hæreditatem cũ reliquo Iſrael,quia ſacrificia Domini,& oblationes eius comẽdent,& nihil aliud accipient de poſſeſſione fratrum ſuorũ, Dominus enim ipſe,eſt hæreditas eorũ,ſicut loquut us eſt illis: & Hieronymus ad Nepotianum ſcribens, non accipio partes inter cæteras tribus,ſed quaſi leuita, & ſacerdos viuo de decimis, & altari ſeruiens,altaris oblatione ſuſtentor, habẽs victum, & veſtitum his contentus ero, & nudam crucem, nudus ſequar.
2 12.q.j.Clerici.& c.duo ſunt genera,id quod,vt dixi procedit de iure antiquo conſiderato tẽpore legis,immo etiam conſiderato tempore gratiæ in primitiua eccleſia,quo tempore etiã,non ſolum clerici,ſed & omnes,qui primo crediderunt, nihil proprij poſſidebant.c.4.in actib. Apoſtolorum,vbi omnes,qui poſſidebant agros illos vendebant,& precia ante pedes Apoſtolorũ offerebant,12.q.j.videntes.Deinde cęperũt habere propria.
3 12.q.j.certè.ibi,qui volunt aliquid proprium habere, quibus nõ ſufficit Deus,& eccleſia,maneant vbi volũt, & vbi poſſunt, nõ igitur aufero eis clericatum.& c.Fac.c.ſicut.c.ſint manifeſtę. ea. cau.& q.vnde clerici poſſunt hodie acquirere tam ſucceſſionẽ aſcendentium,& deſcendentium,q̃ etiam collateralium in oĩbus,& per oĩa,ſicut laici.l.ſacroſanctę.& l.Deo nobis.C. de epi. & cle.c.quia nos.c.relatum.el .ver.cæterum.extra de teſta.vn-
4 de non valet ſtatutum excludens clericos, vel monachos a ſucceſſione parentum,agnatorum,ſeu cognatorum, quia eſt contra libertatem eccleſiaſticam.ad no.in Auth.caſſa.de epiſ.& cleri.& in l.j.C.de ſum.Trini.& fid.cathol.per Bald.d.l. Deo nobis. Vnde cum bona habere poſſint,& acquirere & poſſidere, iure optimo poſſumus de illorum ſucceſſione paſſiua tractare, & quomodo,& per quem illis ſuccedi poſſit aliquid dicere.

Pro cuius rei intelligentia, credo,ꝙ ſint attendendæ ſpecies bonorum:in quibus,iſti clerici ſucceſſionem,vel ſucceſſorem relinquere poſſunt,nam vna eſt ſpecies bonorũ, quæ patrimonialia appellantur,quæ illis ex hæreditatibus,legatis,donationibus,aut huiuſmodi largiſſimè ſumpto vocabulo obueniunt: alia ſpecies bonorum ſit,quæ ei proueniũt de fructibus eccleſiæ vel occaſione eccleſiæ: Tertia verò ſpecies bonorum ſit, q̃ illis
5 proueniũt ex artificio,doctrina,officijs,& ſeruitijs. Et in prima ſpecie bonorum patrimonialium,quæ acquirit clericus ex hæreditate,legato,vel donatione ſibi factis, aut bonis ſibi ab inteſtato venientibus,vĩ,ꝙ ſuccedant clerico ſeculari deſcendentes,& aſcendentes, vel collaterales qui ei ſint in gradu proximiores per tex.qui dicit,in c.fi.12.q.vlt.& c.j.q.3.& c. quicunq;. vbi gl.in ver.vendicabit.in Auth.de eccl.ti.§.ſi quis Epiſcopus. col.9.& ita intelligit gl.per illũ tex.in c.j.extra de ſucc.ab inteſt. in verſi.tradantur,quia in huiuſmodi ſucceditur clerico, prout laico ex diſpoſitione iuris ciuilis,per tenentes primum gradum in ſucceſſione,inſtit.de hære.q̃ ab inteſt.§.j.in Auth.in ſucceſ.C. de legit.hęr.per Bal.in conſ.313.2.vol.ver. certum eſt igitur,& per totum conſilium,quod eſt in materia factum,an bona relicta per clericos poſſint pertinere ad conſanguineos, tam ex teſtamento,quàm ab inteſt.Et quid de fructibus perceptis,tam ex patrimonio,q̃ de beneficijs eſt conſilium Bart.Cępol. conſi.51.
6 incip.in Chriſti nomine,ſed de deſcendentibus intellige,dummodo ſint legitimi,& ſit ſoboles legitima , quia concubinatus eſt magis prohibitus clericis,q̃ laicis, adeo quod filii in concubinatu nati,non ſuccedunt clerico etiam in illis duobus vncijs ;
7 in quibus de iure ciuili ſuccedunt filij naturales, cum eorũ matre in bonis patris,authẽ. de trien.& ſemiſ.§. conſideremus,per Bald.qui ita ſentit in l.quiq; litigandi.ff.de in ius voc.dicens ita diſputando tenuiſſe Ricar.Malumbræ,pro quo aduerte in materia, quia deſcendentes clericorum ſimplicium in minoribus ordinibus conſtitutorum. ſiue ipſi ſint ante ipſum clericatum procreati,ſiue poſt adeptum clericatum ex matrimonio legitimo,ſunt legitimi,poſſunt enim, & ante ſuſceptionem ordinũ,
8 & poſt ordines minores ſuſceptos,contrahere matrimonium toto ti.de cle.coniug.quia ſi loquimur de deſcendentib.& filijs clericorum,qui non ſunt tantum in minoribus ordinibus conſtitutis,ſed in ſacris,tunc intelligemus de conceptis ante ſuſce-
9 ptionem ſacrorum ordinum,quia alias eſſent ſpurij,quia cõſtitutis in ſacris regulariter eſt interdictum matrimonium not.in
10 c.a nobis.de big.ex j.gl. Deſcendentibus verò non exiſtentibus, veniunt aſcendentes, & collaterales exiſtentes reſpectiuè vſq; ad decimum gradum,illis verò deficientib. ſuccedit clerico de-
11 functo in illis bonis,eccleſia,vt habetur 12.q.3.c.j.de ſucceſſ.ab inteſt.vbi gl.pulchrè diſtinguit in ver. moriẽtium. ꝙ ſi clericus decedat inteſtatus,in acquiſitis intuitu ꝑſonæ,ſi res ſint diſtinctę ſuccedunt ei conſanguinei , ſi ſint permixtę cum reb. eccl. tunc diſtingue,quia aut dubitatur,an habuit proprium, aut certum eſt,ꝙ habuit,ſi dubitetur,ſemper pro eccleſia præſumetur, & totum vendicabit eccleſia,argu.12.q.3.quicunq;.ff.de rebus dub.ciuib.ſi verò certum eſt,ꝙ aliquod habuit,ſed neſcit, quantum,obtinet,tunc diſtinctio de qua in tex.ſubdens glo.nec immerito,quia nullus hæres nobis proximior eſt, quàm qui nos eo ſociauit,& c.vbi concludit,ꝙ in talib.acquiſitis ſuccedit clerico eccleſia tantum,ſi non habet conſanguineos 12.q.vlt.c. vlti.& c.fi.eo.ti.per Inn.in c cum tibi.de ver.ſig.no in Auth. de eccleſiaſt.tit.§.presbyteros.col.11.& in auth.licentiam. de epiſco. & cler.Eſt optima deciſio Rotę in antiquis deciſ.864.inci. mortuo.vbi dicit,ꝙ ẽt eccleſia habet fiſcum c.quia diuerſitati. de cõceſſ.præb.in gl.antepen.& loco eccleſiæ hodie ſuccedit camera apoſtolica,in locum eccleſiæ ſubrogata Rota deciſ. 855. ſed an in iſtis bonis hodie poſſit ſuccedere camera,poſſet dubitari, quia hunc caſum non comprehendunt bullę ſpoliorum,vnde dic ſi non ſuccedet vigore bullæ, ſuccedet ex diſpoſitione iuris communis, & in cõcilio Romano ſub Sancto Syluestro Papa c.4.clerici bona decedentis ſine hærede ſanguinis, in partes diuidebantur,vna videlicet epiſcopo,vna reparationi eccleſiæ,altera clerico,altera pauperibus,in ſumma concilio. fol. 36. & alias vt ibi.vbi Abb.dicit,ꝙ bona clericorum decedentium ab inteſtato ſine eccleſia,pertinent ad prælatum eorum. Secunda ſpecies eſt bonorum, quæ proueniunt clerico de fructibus, & prouentibus eccleſię, & occaſione eccleſię, quorum bonorum ego feci tres ſpecies ſupra in quæſtione de poteſtate clerici,vel prælati circa fructus &c.ver.ſi in hac materia,vt videlicet aliqui fructus,& emolumenta ſint quæ obueniunt beneficiato ratione tituli tantum,non ratione alicuius reſidentiæ, vel ſeruitij,aut perſonalis intereſſentiæ,quę poſſunt dici, vt vulgo di-
12 citur deportatis,qualia ſunt redditus,qui obueniunt ex prędijs domib. cenſibus,terris,locis,aut alias ex rebus, aut contemplatione,vel occaſione eccleſiæ,aut oblationibus,quæ ei debẽtur: quia eſt in beneficio inſtitutus,vel intitulatus.

Alij verò fructus ſint,quæ obueniunt beneficiato,non ratione tituli tantum,neq; ex eo, quia eſt in beneficio inſtitutus tantum,aut intitulatus,ſed quia in eccleſia in diuinis horis,ac Dei laudibus deſeruit,veluti ſunt illi fructus,vel prouentus, qui dãtur tantum ſeruienti,quos qui non ſeruit,non percipit,ſed aliis conſeruientibus accreſcunt, veluti ſunt diſtributiones quotidianæ,quæ dantur pro ſeruitio in diuinis perſonaliter impẽſo, & huiuſmodi de quibus habetur in c.vnico. de cler. non reſid. in 6.& in c. licet. de pręb. in quorum numero poſſunt ẽt computari fructus:qui dãtur Cappellano amouibili,vel ſalaria,quæ dantur Cappellano,vel alicui ſacerdoti ſeruienti in diuinis, de quibus in d.quęſtione.

Alij verò fructus ſunt,qui non debentur habenti titulũ,neq; deſeruiẽti in eccleſiæ in diuinis,ſed quia ſunt clerico auctoritate apoſtolica,vel alia,ex fructib.aut emolumentis eccleſię reſeruati,aut ex aliqua cã regulariter cõceſſi, veluti ſunt fructus ſpecialiter reſeruati,vel fructus penſionum,& penſiones,quę non

Source : BIU Cujas

debentur, nec ratione tituli, nec ſeruitij, ſed ſola Papæ, vel alterius ſuperioris ordinatione, vel conceſſione ad id beneficium, vel eccleſiam ius habentem, obligantis, de quibus habetur per Io. Baptiſtam Cacialup. & per Hiero. Gig. & Paulum de Roma. in eorum tract. de penſio. in princ. & per totum.

Et in prima ſpecie, ex quo clericus fructus beneficij, aut eccleſiæ non facit ſuos, nec de eis vltra neceſſaria pro victu, & veſtitu ſui, & ſuprũ poteſt diſponere, immo illos habet diſpenſare, prout in iure fuit ordinatum, per latè deducta, & diſputata per Abb. in c. cum eſſes. de teſta. in repetit. non ſuccedũt in illis, aut in acquiſitis ex illis modo aliquo conſanguinei, ſed ſucceſſor in beneficio per tex. in c. relatum. el 2. ver. vbi autem. de teſta. &
13 per tex. in c. præſenti. de off. ord. in 6. per Bal. in conſ. 313. ſecũdo volu. incip. præmittendum eſt in ver. certum eſt, & melius, niſi hoc intelligo vbi dicit, q̃ bona acquiſita per clericum, ratione eccleſiæ, non tranſeunt ad conſanguineos, nec ex teſtamento, nec ab inteſtato, idem puto poſſe dici etiam ſi beneficium ſit ſimplex, dummodo extra congregationem, veluti ſunt vicarij perpetui, cappellani, & ſimiles, vt per Io. Andr. in c. requiſiſti. de teſta. 4. col. ibi prælationem largè &c. vbi dicit per eum acquiri eccleſiæ, vel cappellę, cuius curam gerit. Sed in locum ſucceſſoris eccleſiæ, vel cappellæ in huiuſmodi acquiſitis relictis per clericum, vel prælatum per conſtitutiones, & extrauagantes editas per Romanos Pontifices in materia ſpoliorum eſt hodie ſuffecta, & ſubrogata Camera apoſtolica, ut per dictas conſtitutiones ac Rotæ deciſ. 855. cum camera. de probat. in antiquis, prout latè diximus ſupra in quæſtione quid ſint ſpolia &c. vbi bullas notauimus, vnde ſi clerici de huiuſmodi acquiſitis, obtẽta licentia a Sede apoſtolica non diſponunt. (aliter enim diſponere nõ poſſunt, vt latè diximus in q. de poteſtate cler. circa fructus &c.) per extrauag. Pauli III. ibi vel abſq; ſufficienti facultate &c. in eis vti ſpoliis ſuccedit camera, cui talia ſunt applicata ex forma extrauagantium deſuper promulgatarum, id quod etiam eſt intelligendum, vt procedat ſi fructus iſti prouenerint ex beneficiis ſimplicibus, & perſonalibus, ac adminiſtrationẽ non habentibus, quia de huiuſmodi, ac acquiſitis ex eis, ſi decedat clericus abſque diſpoſitione in illis, ſuccedit eccleſia ei ab inteſtato, & per conſequens hodie camera apoſtolica per gl. q̃ id dicit in c. præſenti. de off. ord. in 6. & per Hoſt. ante illam in c. fi. de pecul. cle. ſubdens ibi quod hoc ſeruat conſuetudo, q̃ quaſi vbiq; obtinet generalis, quia inquit canonici fructus pceptos de præbendis ſuos faciunt, & inde teſtantur, de quibus tamen, ſi decedat clericus nullo facto teſtamẽto, & ab inteſtato, æquum eſt in iſtis ei eccleſia ſuccedat, ſed Abb. in repetit. in c. cum eſſes. de teſta. & in c. fi. de pecu. cler. vbi ẽt Cardinalis Zabarella indi-
20 ſtinctè tenet cum bona ratione, quòd de fructibus cuiuſcunq; beneficii, ac ex quocunq; beneficio acquiſitis, non poſſint etiã teſtari, nec in teſtamento diſponere aliquo modo, reprobando gl. d. c. præſenti multis rationibus, & euacuando fundamenta, quibus ſe fundat, ut ibi, vt diximus in præall. q. de poteſtate cle. circa fructus & res eccleſiæ: dicit in caſu noſtro Nicol. de Vbal. in ſuo tract. de ſucceſſ. ab inteſt. cler. § finita. ver. 3. eſt videndum vbi dicit ſecundum Iac. But. in l. ſacroſanctę. C. de epiſ. & cle. q̃d clerici habent bona triplicis generis, quædam enim ſunt acqui
15 ſita non contemplatione eccleſiæ mediatè, vel immediatè, & in iſtis ſunt clerici veluti cæteri priuati, Quędam ſunt acquiſita contemplatione eccleſiæ immediatè, vt ſi relinquitur eccleſiæ vel de acquiſitis ex bonis eccleſiæ, & de iſtis non teſtantur clerici, & multo minus (inquit) ſuccedunt eis conſanguinei venien 21
tes ab inteſtato. Et idem dicas ſi non relinquantur eccleſiæ, ſed relinquantur eis contemplatione eccleſiæ, iuxta no. in c. requiſiſti. de teſta. in qua materia vide deducta per Gaſpar. de Cald. in ſuo conſ. 2. de pecul. cler. vbi poſita quæſt. quis ſuccedat in fructibus canonici defuncti dicit. q̃ ſi canonicus decedit ante fructus collectos, quia de iure communi non facit canonicus tũc
16 fructus ſuos, nec poteſt de eis diſponere, non ſuccedunt illi cõſanguinei, nec ex teſtamẽto, nec ab inteſtato, ſed eccleſia cuius eſt proprietas, illos percepit, ſi verò decedit canonicus poſt fructus ſeparatos a ſolo, & tunc diſtinguit, quinq; caſus, quia ſi moritur fructibus ſeparatis, ſed adhuc in area, & campo iacentibus vel fructibus reconditis a colono, ſed nondum canonico traditis: & iſtis caſibus, quando non ſunt reconditi in domo coloni ad inſtãtiam canonici, ſuccedit in illis eccleſia, cum ante tra-
17 ditionem non ſint effecti canonici inſtit. de rer. diuiſ. §. per traditionem. Si verò decedit canonicus fructibus ſibi aſſignatis, nondum tamen ipſis conſumptis, & tunc licet, inquit, caſus ſit dubitabilis, quia aliij, non diſtinguentes inter clericum habentem adminiſtrationem, & non habentem, volunt clericos eſſe dominos fructuum beneficiorum perceptorum, alii verò æquparant illos vſuariis, quibus ad vſum quotidianum, uti licet. §. j. Inſtit. de vſu, & habit. Et ſecundum Hoſtiẽ. debet diſtingui in-
18 ter habentem adminiſtrationem, & ſimpliciter & perſonaliter beneficiatum, tamen concludit, quod ſi adſit conſuetudo loci ſpecialis, vel eccleſiæ quod conſanguinei ſuccedant in fructib. perceptis, & ſeparatis à ſolo, illa debet ſeruari, & tunc ei in illis conſanguineos ſuccedere, alias dicit, quod eccleſia de iure ſuccedet illi ab inteſtato, & ex teſtamẽto. Si verò certi fructus, aut precia debẽtur canonico poſt ſeparationem, per vnum, duos, vel tres menſes, & interim canonicus moritur, vel, & ſic quinto loco canonicus moritur poſt dictum terminũ, tamen nondum dicta ſpecies, vel pecunia erat ſoluta, & his duobus caſib. parimodo eccleſia ei ab inteſtato ſuccedit, ſubdẽs ibidem ſimiliter ſi penſione non ſoluta, vel affictu canonicus moriatur, q̃ tamen fructus debebant ſolui tempore vitæ ipſius, etiam eccleſia ſuccedit, quia iſto caſu apparet, quod non ſunt conſumpti, vt ibi per eum. Sed hoc hodie fuit deciſum per conſtitutionẽ Iulij tertij, de qua dico in prima quæſtione, & quod diſputo in qõne, an in fructib. in exactis. &c. relictis &c. vbi vide veritatẽ.

Commendatarius verò, ſi commenda ſit facta illi in vtilitatem eccleſiæ, non facit fructus ſuos, vnde in illis eo decedente habet ſuccedere ſucceſſor in beneficio 61. diſt. in ca. quoniam
19 feſtus. Si verò commenda ſit facta in vtilitatem commendatarii, tunc ipſe lucratur fructus ad inſtar depoſitarij, ad cuius gratiam, & vtilitatem eſt factum depoſitũ, quia redditus ex depoſito prouenientes ſibi lucri facit. l. dies ſponſaliorum. §. qui pecuniam. ff. depoſit. & hæc fuit opinio Ludo. Pontan. conſi. 352. incipien. omnipotentis Dei poſtulato. ſed quare debet (inquit) idem Nicola. de Vbald. dicto loco, eſſe magis priuilegiatus commendatarius, quàm ſit titularis, qui in morte æquiparatur vſuario, & cenſeatur magis vſuarius, quàm dominus, unde in fructibus, & ex eis acquiſitis ſuccedet ab inteſtato eccleſia, vel ſucceſſor, & hodie in locum eccleſiæ, & ſucceſſoris Camera Apoſtolica, pro quo vide glo. in ca. nemo. de elect. in 6. in verſi. comendare, quæ tenet quod cõmendatarius non facit fructus ſuos. Capic. deci. 8. dubitat & alios refert.

In fructibus præbendæ diſtinctę, qui tempore mortis remanſerunt, & qui euenient, ac decurrent à die vacationis beneficij, vſque ad diem apprehenſæ poſſeſſionis, vel ſpectarent ad ſucceſſorem in canonicatu, aut beneficio ſecundum aliquorum opinionem, per tex. in cap. relatum. el ij. de teſta. ibi vbi autem in locum defuncti, vnus tantum eſt ordinandus, is ea bona &c. nam vbi prębenda eſt diſtincta, ſine dubio in locum defuncti, alius eſt ordinandus ad not. in cap. dilecto. de præben. & c. cum M. de conſtitu. vel ſpectet ad capitulum Eccleſię, vbi defunctus erat præbendatus, aut ad epiſcopum, ſi ab ipſo præbendam habuiſſet, per ea, quæ volunt Ioan. And. & do Pet. Anchar. in cap. cum in officijs, de teſta. aut haberet ab epiſcopo ſimul, & à capitulo, quo caſu haberet diuidi ſucceſſio inter eos ſecundũ Imo. d. cap. relatum, in huiuſmodi fructibus relictis ſuccedit Came-
20 ra per extrauagan. Pauli III. & breue Pij IIII. ſub dat. 30. Iulij 1560. & in decurrendis vſque ad apprehenſam poſſeſſionẽ noui prouiſi per breue eiuſdem Pij IIII. ſub die 7. 1560. ſi quidem beneficia ſic vacantia ſint Papæ, vel Sede Apoſtolicæ reſeruata, quia alias ſecus, quia in locum capituli, aut alterius ſucceſſoris, eſt ſuffecta, ac ſubrogata Camera Apoſtolica, vt diximus ſupra in quæſtione prima.

In ſecunda ſpecie, in fructibus, qui obueniunt clerico non ratione tituli, ſed ſeruitij & reſidentiæ, veluti in diſtributionibus quotidianis & eiuſmodi, ego puto quod ſuccedant conſanguinei clerico decedente abinteſtato, quia taliter acquirit clericus, q̃d illas facit ſuas, immò in eis acquirit clericus dominiũ per tex. cap. vnico. de cleri. non reſiden. in 6. ibi rerum ſic receptarum dominium non acquirat, nec facit eas ſuas cap. licet. de
21 præben. † vnde de illis videtur poſſe facere clericus, quæ vult, videtur tenere Lauren. in clem. fin. de præben. dicens quòd talis ſeruiens fideliter diuino Officio, facit fructus ſuos, & poteſt de eis ſicut laborator de denario diurno diſponere, prout per Domi. Flor. ibi. facit Oldrad. in conſi. ſuo 118. incipiẽ. ex virtute gratię, & facit quod voluit Dominic. ibi. Sequitur Franc. in d. c. vnico, & Barbat. dicens illum text. eſſe ſingularem in cap. fin. de pecul. cler. not. glo. in extrauag. prima. ne ſede vacan. inter communes in ver. conſueuerint. Decius conſil. 280. colum. prima.
22 ſequitur Pariſ. conſil. 33. vol. 4. col. 2. † quia conſtat, quòd iſtæ diſtributiones conceduntur ex canonis diſpoſitione miniſtris Eccleſiæ ob ſeruitium, ſeu miniſterium, quod impendunt, vel exhibent altari, vel diuinis: Idem notatur Bologni. in Anan. conſ. 87. & tenet Nicol. de Vbald. in ſuo tract. de ſucceſſ. ab inte. cle. § finita. ver. 6. quæro, & ver. non obſt. motiua Oldra. vbi multa in contrarium adducit, quod in huiuſmodi diſtributionibus non ſucceditur clerico per conſanguineos ab inteſtato, ſed dicit, quod dicta adducit cã diſputationis, quia in via iudicij contraria ſnĩa eſt tenenda, vt per eundem in ver. his tñ Sed inter alia fundamenta, quæ adducit ꝰ illud, mihi videtur conſiderabile, quod tenet gl. in c. præſenti. de offi. ord. & Hoſt. in c. fi. de pec. cle. quod in fructibus eccleſiaſticis acquiſitis de beneficio ſimplici, & perſonali ab inteſtato ſuccedit eccleſia, non cõſanguinei, ſuper quo conſidera, quia talis vĩ eſſe diffinitio diſtributionũ quotidianarũ, & tales fructus eſſe diſtributiones quotidianæ, quæ ex ſimplici, & perſonali beneficio percipiuntur regulariter, put ex canonicatu, licet ego viderim in materia ſpoliorũ

in

Source : BIU Cujas

in multis locis regni Neapolis,multos Archipresbyteros & alios institutos in beneficijs non simplicibus, sed curatis habere etiam distributiones quotidianas,si inseruiunt,immo prꝛeter distributiones nihil,nisi gallinam, quæ sibi datur in benedictionibus nubentium,pro benedictionibus,quod vulgo vocant in gaudiare,vnde illud Host.& glo.quatenus intelligetur in distributionibus quotidianis, posset intelligi in distributionib. quæ ex simplici,& personali tantum in quib.terminis loquitur,non in beneficijs administrationem habentibus, vel alias diuersis, sed videtur quod in distributionibus quotidianis non succedatur per consanguineos,nisi ex testamento,quia talia veniũt ratione,& contemplatione ecclesiæ,licèt dentur pro labore personali,per ea,quæ secundum Ant.de Butri.dicit in c.requisisti. de testa.Nicol.de Vbal.in d.loco.§. finita versi. videretur super quo cogita.& distributiones quotidianæ dic esse duplicis generis,scilicet,quæ dantur horis interessentibus diuinis,& quæ dantur non interessentibus horis vt extrauag.com.postulasti. de p̃ben.& extrauag.seq.primo casu videntur priuilegiatę,secundo verò casu videtur suppositæ impositioni collectæ,vt cæteri fructus ecclesiastici, & primo casu videtur esse proprię distributiones,quia proprię distributiones dicuntur,quę actu.distribuuntur gl.in extrauag.suscepti ne se.vacan in gl.priuilegio.

In tertia specie, in illis fructibus beneficiorum, qui non debentur clerico, ex eo, quia habet titulum, vel quia seruiat, sed sunt ei apostolica authoritate, vel alia concessi, vel reseruati, quales sunt pensiones,& pensionum fructus, vel quando fructus beneficii alicui reseruantur, †alteri titulo beneficij assignato,in illis non succedit ecclesia,vel successor,vel in locum eius Camera, sed in illis ex testamento, vel ab intestato succedunt consanguinei,& moueor primo,quia pensio non est beneficiũ ecclesiasticum propriè,sed quid prophanum in mera temporalitate existens,vt per Fely.& alios in c. ad audientiam. el 2. † de rescrip.& in cle.j.vbi Card.Imol.& alij de suppl.negli.præla.vnde acquisitum ex pensione, non dicitur acquisitum ex beneficio.facit quia pensio,quæ non cõsueuit reputari pro beneficio ecclesiastico,prout sunt hodie regulariter pensiones, potest ẽt laico assignari,& illius laicus capax esse potest,per Doct. in ca. quamuis,vbi Archid.& Franc.in 2.no.de prẽb.in 6. Imo. in cle. j.col.6.versi.quærit.Guliel.de rebus eccles.non alien. per Bal.& Fel.d.c.ad audientiam.& quod pensio nõ sit beneficium ecclesiasticum,vel aliquid spiritualitatis habens, id ex eo patet, quia Pensionarius non tenetur dicere officium, licèt percipiat pensionem,vt tenet ille antiquus doctor practicus Hispanus in libello,quod vulgo appellatur practica Cancellariæ fol. 51.sequitur Iacob.de Ferrarijs in trac.de horis canonicis.Io.Bap. Cacialup.in tract.de pensio.q fi.Pet.Andr.Gamar.in tract. de off.leg. vbi assignat rationem.Item pensionarius æquiparatur vsufructuario,extinguit̃.n.pensio morte pensionarij,sicuti vsufructus morte vsufructuarij.§.finitur ãt.Inst. de vsufr.vsufructuarius ãt fructus iã quæsitos ad hĩdes trãsmittit,tex.est notabilis in l. defuncta.ff.de vsufr.ideo pariter dicendũ,quod pensiones exactę & decursę non exactæ, & iam quæsitæ pensionario defuncto, transibunt ad eius hꝛedes.Item pensio assignatur pensionario vt commodius sustentari valeat,& sic videtur assignata pro alimentis,vt per Rom.consi.388.in casu propositi thematis.& is, cui est factum legatum pro alimentis,decedens transmittit ius exigendi prætꝛita alimenta non soluta ad suos hæredes. l. vti frui.§.fi.ff.si vsufru.pet. l.fructus in fi.cum l.seq.ff. de rei vend.faciunt adducta per Ale.in cõs.suo 40.perspectis his fi.3. vol. vbi concludit quod pensiones decursæ perceptis fructibus in uita vsufructuarij,spectant ad illius hæredes vnde pensiones, etiam non exactæ,& decursæ in vita pensionarii, transeunt in eius hæredes,siue ab intestato,siue ex testamento, sunt verba Hyeron. Gig.in q.52.de pensio.vbi dicit se ita consuluisse sæpe, & Rota iudicasse,sequitur Didac.Couarruuias Doct.Hispa.in c.cum in officijs.de testa.ver.octauo potest.in fi.& hanc opinionem sequitur Pau.de Roma in tract.suo de pensio.in 8.q.in ver. primo ecclesiastica pensio,vbi dicit quod pensiones & fructus lucrati p pensionarium,dicuntur proprij,& in illius dominiũ transeunt, & ab eo donari possunt.l.in ædibus.§.vltimo.ff.de don.facit idẽ Gig.in q.53.vbi tenet,quod pensio debetur hæredibus pensionarij,si tempore quo moritur, fructus sunt percepti, & paulo post ibidem,quod pensio erit hæredum,pro rata fructuum perceptorum,& ante illum tenuit Io.Bap. Cacialup. quem refert: ista sunt valde vrgẽtia.vt vides,& valde rationibus fundata, sed mihi videtur magnum,quod in huiusmodi succedant, & succedere habeant consanguinei pensionario decedente ab intestato,quia id non videtur permissum, vel concessum in distributionibus quotidianis secundum aliquos,quæ ex simplici,& personali beneficio administrationem non habente percipiũtur,in quibus non succedunt consanguinei clerico decedente ab intestato,per ea quæ dicimus in præcedenti quæstione,in quibus maior videtur esse ratio, quàm in pensionibus, propter laborem,& seruitium,quod impendunt in diuinis, & diuino cultu,id quod cessat in pensionibus,pro quibus nullus labor, nullum seruitium, nullum onus pensionario imponitur, qui nec ẽt ad dicẽdum officium obligatur,vt dicimus supra, super quo puto cogitandũ in foro poli,quia licet allegata, & adducta sint vera,& subsistant in iure,tamen negari non potest,quin pensiones non sint prouentns,& fructus, qui proueniant a beneficiis ecclesiasticis,& rebus beneficii,& per consequens redditus ecclesiastici,de quib.non habet posse disponere clericus in testamento,vel ab intestato,nisi per modos a iure traditos per ea, q̃ dicit Abb.in c.fi.de pecul.cle.& in c.cum esses, in repet. de test. dum allegat ad reprobationem,& confutationem gl. in c. præsenti.de off.ord.in 6.& ad reprobandum Host.in c.fin. de pecu. cle.quæ multum veritati,canonicæq; sanctitati,& puritati consona videntur,pro quo vide,quæ deduco in q.de potestate clerici suo loco,vbi facio mentionem de Bulla Pij V. nuper edita in materia spoliorũ,per quam vr̃ ore aperto declarari,quod pẽsiones ac pensionum fructus,ac de eis acquisita faciunt spolia.

In tertia verò specie principali bonorum,quæ obueniũt clerico,ex artificio,doctrina,officijs,& seruitiis dico prout j̃ Et primo quoad artificium,videtur quod inde quæsita sint ad liberã dispositionem clerici & quod eo non disponente in taliter acquisitis,succedant ei ab intestato venientes,quia artificium nõ reperitur prohibitum clericis,per ea quæ dicit Abb.in c. fin. de vi.& hone.cle.& 88.dist.per totum,& maximè per tex. in c.ejiciens.& c.quoniam non cognoui.quia artificio potest clericus sibi victum,& substentationem quærere. c.clericus.91.dist.cap. nunquam de conse.dist.5.dummodo non se subtrahat per hoc a diuinis,ac diuinorum celebratione per gl.in summa.91.di. qa clericus non potest per totum diem locare operam suam,quia non debet deesse officio. 54.dist. si seruus. fac. quod dicit Abb. in c.relatum.ver.not.in v.cæterum quod ibi est textus apertus, quod habens beneficium,licitè exercet aliquod artificium,vel doctrinam indocendo alios,& lucrum inde proueniens,cędit sibi,non autem ecclesiæ.

Et artificium intelligitur, quando quis emit aliquam rem, aut materiam,& per artem,seu artificium reducit quis illam ad aliquam formam,vt si forte emit lignum,vel marmor, & inde statuam,uas,vel quid aliud faciat, & non recedendo ab exemplis Doctorum,si quis emit vimina,vt faciat canistra, vel emit cartam,vt faciat, vel vt scribat libros, vel emit ligna, vt faciat, vel fabricet domum,vel filum,vt faciat retia, vel corium vt faciat sotularia,& licèt clericus iure permittente, vti possit artificio,vel artificium facere,tamen id non est intelligendum simpliciter, quia non semper hoc eidem facere licet, quia non est licitum artificium facere clerico,nisi in casu, quando non habet substentationem,& victum sufficienter ab ecclesia, & in casu in quo ecclesia sibi non sufficiat,non autem propter lucrum principaliter cle.præsenti.de censi.& c.quanquam.eo.ti.li.6.facit quod dicit Abb.in c.clerici officia.de vit.& hone.cler.tex.in c.j.de celeb.missarum,pulchra gl.in c.canonum.14.q.3. licet dicat Nicol.de Vbal.in tract.de succes.cle.ab intest.ver.videretur dicendum.§.finita.quod clericus,tempus, quod superest sibi a seruitio ecclesiæ in diuinis,operetur in aliquo seruitio,vel officio honesto,& quod exinde quærit, quærit sibi, & de eo disponit,prout disponeret de suis bonis patrimonialibus,quia lex tãtum excipit de bonis acquisitis contemplatione ecclesiæ, non aliunde. Quia si eget clericus,vti potest iustis negociationibus, & iustas negociationes facere,& inde sibi sustentationem pro se,& suis parare d.c.clericus.91.dist.& c.j.de celeb. missa. & quis dicatur iustè,honestè,vel inhonestè negociari, habes pulchrè per tex.c.ejiciens.88.dist.sed melius per Spec.in tit.de cler. coniug.§.sed quia dices.& potest clericus honestam mercaturam exercere.l.2.primo respon.C.de epis.& cle.& emere honestè,& vendere,dumtamen ecclesias non negligat d.dist.91. clericus. el 2.pro se sustentando,quia causa cupiditatis,lucri,vel auaritię negotiare non licet,secundum.S.Thomam, secunda secundæ q.187.§.ad secundum,sequitur Abb.in cap.2.ne cler.vel mona. vbi dicit,ꝙ negociatio quæ non fit lucri causa, non est prohibita clericis,possunt enim vendere clerici,& emere,vt eorum necessitas exigit,non tamen principaliter propter lucrum d. cle. præsenti.de censi.& c.quamquam.eo.ti.li.6.& dicit ibidem Innoc.quod etiam lucrum non est prohibitum clericis, quando prouenit ex opera,aut rebus clericorũ,& intellige,inquit Abb. ibidem,quod lucrum proueniens ex opera,aut rebus clericorum sit licitum,quando clericus operatur necessitate suadẽte: quia alias clericus non debet negociare.

Immo clericus potest negociari etiam propter lucrum principaliter,si talis negociatio est licita, & honesta,dummodo negociatio,quæ fit propter lucrum ordinetur ad aliquem effectũ necessarium,& honestũ,puta ad domus suæ sustẽtationem,aut ad subueniendum indigentibus, vel propter publicam vtilitatem,quia tunc clericus capit lucrum pro sui laboris stipendio, per Sanctum Tho secunda secundæ q.77. artic. 4. Idem dicit si emit rem,non vt vendat,sed ad sui vsum, si postea propter aliquam necessitatem illam vendere vult, non prohibetur vendere maiori pretio,si tantum nunc valet.

Source : BIU Cujas

Per quæ clarè conſtat iudicio meo, quod clericus acquiſita ex artificio, & ex negociatione etiam, quæ nõ ſit cauſa lucri cupiditatis, vel auaritiæ, & in caſibus prænarratis, ꝙ ſibi acquiſita tranſmittit, & tranſmittere poteſt ad quoſcunque hæredes, etiã ab inteſtato venientes, pro quo vide quæ diximus ſupra in quęſtione, quæ negocia ſint permiſſa, vel interdicta clericis.

Id quod parimodo dicendum venit de acquiſitis per clericum ex doctrina, quia ſunt ſibi acquiſita, & de eis diſponit pro
46 libito, & in talibus ſucceditur illi perueniẽtes ab inteſtato, † per tex. qui dicit ad literam. in c. relatum. el 2. §. cæterum. de teſtam. quia clericus doctor poteſt habere officium lucroſum, & acqrere multa, vt quia ſit deputatus ad legendum cum ſalario, uel ex induſtria aduocationis, aut conſultationis, & pro conſulendo, vel ſimiliũ, quia taliter acquiſita ſunt ſibi acquiſita, nec ius aliquod in talibus eccleſia, & hodie Camera apoſtolica prætẽdit, per Abb in c. vt vnus. de pecul. cler. vbi dicit talia non præ-
47 ſumi acquiſita de bonis eccleſiæ, † nec eccleſiæ, ſed in caſu talis induſtriæ eſt idem de huiuſmodi acquiſitis præſumendum, qđ de patrimonialibus bonis clerici, vt ibi per eum, & per eundem in c. j. de poſtulan. vbi dicit, quod clericus in minoribus conſti-
48 tutus licitè poteſt aduocare, & procurare, & per aduocationẽ, vel procurationem ſibi acquirere, ſi tamen non habet beneficium ſufficiẽs, quia ſi ei eccleſia ſufficit, aliter videtur dicendũ. Item id poteſt etiam ſi ſit diaconus, vel ſubdiaconus, & tam in
49 cauſis pendentibus coram eccleſiaſticis iudicibus, quàm corã ſecularibus, in cauſis tamen ciuilibus, ſed ſi habeat beneficium
50 ſufficiens. tunc non poteſt: † quia in tali caſu æquiparatur clericus beneficiatus. cleri co in ſacris conſtituto, cui id non videtur permiſſum, vt per eundem ibi, & nõ ſolum videtur licitum clerico procurare, & aduocare, pro ſui, & ſuorum ſubſtentatione, ſed etiam ad lucrum, per ea quæ dicit Abb. in c. vt vnus. de pec. cler. vbi ad acquiſita per clericum habetur cõſideratio ad lucra
51 quæ facere potuit ex doctrina, † cum clericus eſſet doctor, & ex doctrina multum lucraretur, in legendo, aduocando, iudicando. Idem in c. relatum. verſi. not. in ver. cæterum de teſta. quod ibi eſt tex. apertus. quod clericus habens beneficium licitè exer-
52 cet aliquod artificium vel doctrinam in docẽdo alios, & lucrũ inde proueniens, cædit ſibi non eccleſiæ, ex hoc ẽt tex. colligo, inquit, ꝙ clericus poteſt eſſe artifex, & licitè ſumere officium docendi alios &c. Et clerici, ſiue ſint in ſacris, ſiue non, ſi nõ habent beneficia ſufficientia, vel indigent poſſunt exercere offi-
53 cium tabellionatus, † & tã in curia Papæ, quàm alia, per Abb. in c. ſicut te. ne cle. vel mon. col. 3. & Card. Zabarella ibidem.

De religioſis verò clericis, nihil attinet dicere, quia nõ poſſunt nec procurare. nec aduocare, & alia huiuſmodi facere, niſi duobus concurrẽtibus, ſi videlicet monaſterij vtilitas id expo-
54 ſcit, vnde pro monaſterio, † & non pro ſe ipſis, & ſi Abbas, vel ſuperior id ſibi mandet, aut imperet, vt per Abb. in c. ex parte. de poſtulan.

Acquiſita ex ſeruitijs, & officiis videntur pari modo, quod p clericum decedentem ab inteſtato tranſmittantur ad conſan-
55 guineos, licet Inn. contrarium videatur tenere in ca. quia nos. de teſta. in ver. conſideratione, & in c. j. eo. in verſ. acquiſiſſe. ibi idem dicimus, ſi ratione officii, puta quia capellanus alicuius principis, qui multa ei donauit. Sed contra Inn. tenet Iac. Butri. in l. ſacroſanctæ. C. de epiſ. & cler. vbi dicit, ꝙ bona clericorum ſunt triplicis generis, vbi tertio ſunt bona, quæ conferuntur ipſis non immediatè cõtemplatione eccleſiæ, ſed dignitatis, quã habent, veluti eſt pro miſſis dicendis, pro orationibus, pro anima alicuius, & ea acquiruntur clericis, & de eis poſſunt diſponere, & teſtari ſecundum ipſum Iacob. Idem tenet Petr. de Anch. D. Anto. D. Flor. d. c. quia nos, vbi dicunt quod taliter acquiſita eſt verius, quod cenſeantur acquiſita intuitu perſonæ, & ſic nõ
56 contemplatione eccleſiæ, ꝙ dicitur ſignanter notandum, † vt per Io. de Imo. ibidem. Sequitur Abb. in c. cum eſſes. in repetit. col. xj. qui dicit, quod ſibi placet iſtorũ opinio, vt videlicet clericus poſſit diſpenſare de iſtis, quæ acquiſiuit non ratione beneficii, nec omnino ratione perſonæ, ſed ratione dignitatis cleri-
57 calis, vt quia pro miſſis dicendis fuerunt ſibi legata cẽtum, † vel quia fuit capellanus alicuius domini, & ex hoc multa acquiſiuit, quia hoc donatur ſibi, vt ſit ſuum, & non contemplatione eccleſiæ, cum nullam habeat. Item quia hoc videtur ſibi datũ in recompenſationem damnorum, quæ ſubſtinuit in trahẽdo ibi moram, nam interim ex aliquo artificio potuiſſet ſibi tantundem acquirere, per Inno. in ca. quoniam. ne Prel. vic. ſuas, &
58 idem Abb. in ca. cum in officiis. in hac materia diſtinguit, † vbi dicit attendendas eſſe coniecturas, utrum ſcilicet relinquens, aut donans habuit reſpectum ad perſonam, vel ad eccleſiam, quia fortè relinquens centum ſuo parochiali presbytero pro miſſis dicendis, non reliquiſſet ei ſi non fuiſſet ſuus proprius ſacerdos, quia tunc contemplatione eccleſiæ donatum, datum,
59 † vel relictum cẽſeri debet ſecus videtur, ubi nulla qualitas ſuggerit eccleſiam contemplatam eſſe, ſed perſonã duntaxat, quo caſu non eccleſiæ, ſed perſonæ acquiritur, vt per Abb. ibidem, & in c. j. de teſta. in finali. verbis. Nicol. tamen de Vbald. in tra
60 cta. de ſucceſſ. cle. ab inteſta. tenet, ꝙ opinio Butrig. Anch. Ant. & Flor. & Imo. non ſit tuta in foro poli, vbi etiam tenet, ꝙ ſi officia, ſiue ſeruitia, quæ exercuit clericus, ſint officia, aut ſeruitia, quæ conueniunt, tam clericis, quàm laicis, & tam per clericos, quàm per laicos exerceri, & fieri conſueta, veluti ſunt gubernationes, legationes, item aliæ adminiſtrationes ſimiles, veluti ſunt theſaurariæ, caſtellaniæ, ad quę officia obtinenda, nullus reperitur ordo eccleſiaſticus neceſſarios, & de his inquit, quæ quærunt clerici poſſunt ad libitum diſponere, & ſi non diſpoſuerint, veniunt ad conſanguineos, ſicut bona caſtrenſia, nam iſta appellantur bona quaſi caſtrenſia. l. fi. C. de inoff. teſta.

Item, ſi ſint officia vel ſeruitia, quæ conueniunt clericis tantum, non laicis, quale eſt officium maioris pœnitentiarij, ꝙ ſolet exerceri per Cardinalem gl. in clem. ne Romani. de electio, item quale eſt officium Camerarij, & Vicecancellarii, quę ſimiliter per Cardinales exercentur, prout de facto videmus, quæ non poſſunt exerceri, niſi per clericos, vel diaconos notat. gl. in clem. ut hi qui, de ęta. & qual. & quales ſunt Prothonotarij, Scriptores, minores Pœnitentiarij, & alij in Romana Curia officia exercentes, quæ ex conſtitutionibus, & conſuetudine regulariter non poſſunt exercere, niſi per exiſtentes in ordine clericali, item quales ſunt Vicarij, & officiales in ſpiritualibus epiſcoporum, & aliorum prelatorum: qui debent eſſe in ordinibus ſaltim minoribus conſtituti. per not. in c. quia nos. de teſta. ſuccedunt conſanguinei clerico ab inteſtato decedẽte, pro quorum opinione faciunt notata in c. ſignificatum. de præben. & in ca. 3. ne præla. vic. ſuas, & cap. cum ſecundum. de præb. facit etiam, quia clericus, tempus quod ei ſupereſt, ab eo, quod impendit in diuinis, poteſt collocare in aliquo opere, vel ſeruitio honeſto, & quòd exinde quærit, quærit ſibi de quo diſponit, prout de bonis patrimonialibus, quia lex tantum excipit bona acquiſita contemplatione eccleſiæ, non aliunde, & iſta non poſſunt dici taliter acquiſita, quia ſunt ſtipendia perſonalia dicit Inn. Petrus de Ancharan. in cap. cum in officiis. de teſtam. Iacob. Butr. & Bal. in Authen. licentiam. C. de epiſcop. & cleri. & ſi lex per-
61 mittit clericis talia operari, videtur etiam per conſequens permiſiſſe, quod ex talibus acquiſita ſint eis acquiſita, & quod ad quoſcunque ſuos hæredes etiam ab inteſtato venientes tranſmittere poſſint, & habet communis obſeruantia, & conſuetu-
62 do, vt in huiuſmodi ſuccedant conſanguinei, non eccleſia, qa non ſunt mutanda, quæ certam ſemper habuerunt conſuetudinem. l. minime. ff. de leg. & conſuetudo poteſt operari, vt con-
63 ſanguinei ſuccedant clericis abinteſtato, non ſolum in bonis intuitu perſonæ acquiſitis, ſed etiam, ſi ſint acquiſita intuitu eccleſiæ no. in cap. cum ibi, de verbo. ſign. in cap. ſi propter tua. de reſcrip. in 6. &c. In acquiſitis verò per clericum ex illicita negociatione, vſura, mercatura, & huiuſmodi via clericis interdicta
64 dicimus ſupra quod ſuccedit Camera apoſtolica, vt per bullã Pij quarti deſuper editam, de quo dico in quæſtione quæ negocia ſint permiſſa, & interdicta cler. & in quęſtione quid ſint ſpolia ad longum.

Curialibus verò clericis Romanæ Curiæ, & alijs incolis Vrbis, & diſtrictus, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato ſuccedi tur per ſuos hæredes in omnibus bonis, per eos tam ex beneficiis, officijs eccleſiaſticis, quàm alias quomodolibet etiam illicitè acquiſitis, conceſſione, & priuilegio ſpeciali ſibi a Roman. Pontif. conceſſo per bullam Alex. VI. ſub Dat. ann. 1494. non. Octobris, & aliorum Põtificum, ſpecialiter Iulii tertij ſub Dat. Romæ 1549. vi. idus Martij anno primo. & Pij quarti ann. 1560. non. Februarij incip. Bulla confirmationis priuilegiorum incolarum vrbis, & curialium. quarum bullarum tenor eſt in calce laboris iſtius inſertus, per quam conſtitutionem Pius quartus innouat, & de nouo cõcedit priuilegia curialibus, & incolis vrbis & diſtrictus, conceſſa circa diſpoſitionem bonorum ſuorũ, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, de quibus bullis ego dico ſupra in præcedenti q. & eoſdem curiales eximit, & declarat non comprehendi in generalitate conſtitutionis per eũ factæ, ſuper illicitè acquiſitis, de qua in quæſtione, quæ negotia ſint permiſſa, & interdicta cler. a qua diſpoſitione etiam eximit milites ſacroſanctæ militiæ ordinis Hieroſolimitani, declarando bona illicitè per eoſdem milites acquiſita, relicta poſt mortẽ, non comprehendi in bulla per eum edita.

Bona verò, quæ eiſdem militibus ex beneficijs, commendis, & eccleſiis obuenerũt, recta via ad ordinem eius militiæ, & ſeu religionem, quæ in eis dominum habent, & proprietatem ſpectant, vnde moriente milite talis militiæ, in ſpolijs, & bonis relictis ſuccedit religio, prout in capitulis ſtabilimentorum dictæ Hieroſolimitanæ religionis legitur, quæ inſeruntur, & præſertim in c. cum bona, & facultates. c. conſuetudo laudabilis, & ca. omnia bona. quę capitula, & ſtabilimenta ſunt cõfirmata a fel. recor. Paulo III. prout ego vidi cõfirmationem mihi exhibitã Neapolis, in cauſa ſpoliorum cuiuſdam Guiſcardi Marcheti militis eius militiæ coram me tunc vertente, ſub dat. 4. non. Iunij 1539. & a Pio quarto Kalend. Iunij, anno Pontificatus primo 1560.

Ca-

Source : BIU Cujas

Capitula in ſtabilimentis ſacræ Hieroſolymitanæ religionis.

CVm bona & facultates, quæ ordo noſter poſſidet piorum hominum liberalitate collata ſint, ad ſubſtinendas hoſpitalitatis impenſas, & propulſando Chriſtiani nominis hoſtes, certum eſt fratres noſtros proprij in eis, aut priuati iuris nihil habere, ſed eorum verum dominiū, ac proprietatem, & poſſeſſionem ad ſolum ipſum ordinē noſtrum ſpectare, verum cum in communi rectè adminiſtrari nō poſſent propter locorum diſtantiam, & diſſidentiam nationū, maiores noſtri ea viritim fratribus per partes regenda cōmendarunt, vnde nomen commendarum ſumpſerūt, impoſitis annuis penſionibus, quæ augerentur & minuerentur, prout, & rei, & tempori, hoc eſt neceſſitati conuenire viſum eſt, etenim, vt minimum quinta, ſæpe quarta fructuum pars penditur, & in commune ærarium inferri iubetur, nonnunquam etiam dimidia, vel omnes etiam fructus, ſi ita à capitulo generali fuerit ſtatutum, penes quod vnum imponendarum, & aſſignandarum penſionūm, & collationum huiuſmodi (quas reſponſiones & impoſitiones vocamus) ius eſt. Id autem, quid à quoque ſit pēdendum, & ſoluendum decernit, & publicè declarat. Decretum, & declarationem ſuam Prioribus Caſtellano empoſtæ, & capitulis prouincialibus per literas ſuas ſignificat, mandatq;, vt penſiones à ſe impoſitas exigi, & perſolui ab adminiſtratoribus procurent, ſi qui fratrum noſtrorum eius mandatis, & ſcriptis non paruerint, habitu priuentur.

Conſuetudo laudabilis, & inueterata in noſtro ordine inoleuit, aut per obitum Priorum Caſtellani Empoſticæ Bauiloruorum, Commendatarium, & aliorum adminiſtratorum bonorum noſtri ordinis, commune noſtrum ærarium percipiat iura mortuarij, & vacantis, ideſt pro mortuario, fructus prioratus, Bauiluiatus, & commendæ, & adminiſtrationis à die obitus prioris Bauiliui, aut Commendatarij vſque ad feſtum natiuitatis ſancti Ioannis Baptiſtæ proximè ſequens, & pro vacante, ab eo die vſque ad alium feſtum Sancti Ioannis Baptiſtæ, proximè futurum peracto anno, præter, & vltra iura ſpoliorū, quæ ad idem commune ærarium ſpectant, quam conſuetudinem, hac lege, & ſtatuto confirmamus, & pro lege haberi volumus, & obſeruari mandamus.

Omnia bona mobilia, ac ſe mouentia quorumcunque fratrum noſtrorum, tam in conuentu, quàm extra decedentium cuiuſcunque conditionis, & qualitatis fuerint, quæ ſpolia vocamus, ad commune noſtrum ærarium pleno iure pertinent, exceptis fratribus Capellanis obedientiæ, & ſeruientibus officij, quorum ſpolia peruenient ad illos, in quorum prioratibus bauiluiatibus, aut commendis reſidētiam, & ſtagiū habuerint.

SVMMARIVM.

1 Clericus diuerſimodè facultates acquirere poteſt.
2 Quale ſit peculium aduentitium clericorum.
3 Quod in laico dicitur peculium aduentitium, in clerico eſt quaſi caſtrenſe.
4 Clericus manibus acquirere poteſt, & de acquiſitis teſtari.
5 De fructibus beneficiorum non diſponit clericus: niſi pro neceſſarijs.
6 Bona eccleſiarum, ſunt Chriſti patrimonium.
7 Clericus in prophanos vſus redditus eccleſiæ expendens, peccat mortaliter & tenetur ad reſtitutionem.
8 Clericus de altari debet viuere non luxuriari.
9 Quid ſit luxuria.
10 Quicquid habent clerici, ſunt bona pauperum.
11 Pars ſuperabundans, debet erogari in pauperes.
12 Decima datur pro miniſtris eccleſiæ, & pauperibus alendis.
13 Fructus eccleſiæ in quatuor partes diuiduntur.
14 Conſuetudo valet derogare iuribus.
15 Conſuetudo non efficit, quin pars debita pauperibus ſoluatur.
16 Detractis neceſſarijs cæteri fructus debentur pauperibus.
17 Clericus eſt pars domini.
18 An, & quomodo clericus habens ſufficiens patrimonium, poſſit habere beneficium.
19 Fructus beneficiorum non habent inſeruire pro theſaurizando.
20 Tutor præſumitur acquiſiſſe ex propria induſtria, non ex bonis pupilli.
21 Tutor, & Prælatus regulariter æquiparantur.
22 In dubio de acquiſitis per clericum, æqualis fit diuiſio inter eccleſiam, & hæredem.
23 Clericus in bonis eccleſiæ, habet vſum tantum.
24 Relictum clerico adminiſtrationem non habenti, videtur relictum intuitu perſonæ.
25 Relictum intuitu perſonæ, non acquiritur eccleſiæ.
26 Beneficiatus non eſt dominus in rebus eccleſiæ, ſed procurator.
27 Prębendæ ad quid dentur canonicis.
28 Nihil habens, dare non poteſt.
29 Luxuriantes in bonis eccleſiæ, tenentur ad reſtitutionem.
30 Dominium rerum eccleſiæ, pertinet ad Deum.
31 Acquiſita per clericum beneficiatum, acquiſita eccleſiæ præſumuntur.
32 Eccleſia habet intentionem fundatam ſuper bonis poſſeſſis à clerico defuncto.
33 Bona acquiſita per vxorem, præſumuntur acquiſita de bonis mariti.
34 Bona acquiſita per prælatum, præſumuntur acquiſita de bonis eccleſię.
35 Suſpicio turpis queſtus eſt euitanda, tam in vxore, quàm in prælato.
36 Mulieribus non conueniunt negociationes.
37 Quando mulier præſumatur acquiſiſſe de bonis ſuis.
38 Clerico eſt delictum negotiari.
39 Res de quibus dubitari poteſt, an ſint eccleſiæ, occupabit eccleſia.
40 Bona ante epiſcopatum, & tempore epiſcopatus ratione ſanguinis, acquiſita ſunt hęredum.
41 Res empta de pecunia eccleſiæ ſit eccleſiæ.
42 Fructus eccleſiæ poſſunt dare porcis, ſecundum glo.
43 Diſtributiones quotidianæ efficiuntur clerici.
44 Clericus poteſt diſponere tantundem de fructibus, quantum de ſuo impendit in eccleſia.
45 In quibus caſibus poſſit clericus diſponere de fructibus eccleſiæ.
46 Hodie inualuit, quod clerici appropriant ſibi fructus eccleſiæ.
47 Clericus fructus recollectos videtur facere ſuos.
48 Ad quem pertinent fructus eccleſiæ, ſtari ſolet conſuetudini.
49 Tenet alienatio tutoris in illis quæ ſeruari non poſſunt.
50 Punitur clericus, malè diſpenſans.
51 Non poteſt clericus de fructibus eccleſiæ ſibi acquirere.
52 Clericus poteſt in vita donare ſecundum aliquos.
53 Vſufructuarius fructus, reconditos facit ſuos.
54 Bonæfidei poſſeſſor, fructus ſeparatos à ſolo fecit ſuos.
55 Differentia inter bonæfidei poſſeſſorem, & vſufructuarium quoad fructus.

§. Et quia.

1 Acquiſita poſt conſecrationem, præſumuntur acquiſita eccleſiæ.
2 Vel eccleſia, vel hæres poſſideat, tuenda eſt poſſeſſio poſſidenti.
3 Quicunque poſſideat, præſumptio eſt pro eccleſia.
4 Actor probat intentionem ſuam, niſi ſit pro eo præſumptio.
5 In rebus mobilibus poſſeſſor eſt tuendus in poſſeſſione.
6 Diſtinctio pro facienda præſumptione.
7 Præſumitur contra prælatum, qui non fecit inuentarium.
8 Præſumitur ſemper pro eccleſia, niſi hæres probauerit.
9 Triplex diſtinctio præſumptionis circa bona relicta per clericum.
10 Hæredes poſſidentes, res mobiles modicas, ſunt tuendi in poſſeſſione.
11 Vide de bonis clerici, quæ vadunt ad eccleſiam, & quæ vadunt ad hæredes.
12 Clerici, non prelati præſumuntur acquirere intuitu perſonæ.
13 Hæres clerici, licitè occupat bona poſt mortem.
14 In preſumptionibus faciendis circa acquiſita per Clericum, iudex arbitrabitur.
15 Iudex in præſumptione, & computatione facienda circa bona acquiſita, deducet expenſas victus, ſemper de bonis eccleſiæ.
16 Iudex vanas, & delicatas expenſas, deducet de bonis clerici.
17 Quas expenſas factas per clericum approbet iudex.
18 Quando præſumatur pro eccleſia.
19 Eccleſia ſuccedit clerico decedenti ſine hærede ad vij. gradum.
20 Quæ bona defuncti occupet eccleſia, & quæ hæres.
21 In rem, quam poſſidet eccleſia per clericum defunctum, ſibi ius dicit.
22 Res relictas per clericum, non petit eccleſia, vti hęres, ſed vti domina.
23 Si res relictę per clericum ſint in alium tranſlatę, competit eccleſiæ rei vendicatio.
24 Debeo potius præſumere, quod quis fecerit, quod ius precipit, quam contra ius.
25 Diſtinctio Abb. ex quibus preſumitur clericus acquiſiſſe.
26 Si patrimonium eſt ſufficiens ad acquiſita, eccleſia verò non, nec in totum, nec in parte, tunc preſumitur pro hęrede ſecus contra.
27 Si Patrimonium & eccleſia eſt ſufficiens in totum, vel in parte, tūc acquiſita diuiduntur inter eccleſiam, & patrimonium, ſecundum quantitatem vtriuſque.
28 Detrahitur primo quantum veriſimiliter potuit expendere clericus de bonis eecleſię.
29 Non eſt facienda preſumptio captioſa alicui.
30 Parificatur in acquiſitis per clericum, patrimonium, & induſtria.
31 Vide quando adminiſtrator preſumatur acquiſiſſe ex induſtria, & quando ex adminiſtratione.
32 Si dubium ſit vtrum bona ante, vel poſt ſint acquiſita, defenditur poſſeſſor, in poſſeſſione.
33 Quando conſtat clericum ante beneficia habuiſſe patrimonium, agens probet.
34 Hęres repertus in poſſeſſione, ſtat quouſque de coniecturis dignoſcatur.
35 Tollitur preſumptio pro eccleſia, ſi probetur patrimonium, induſtria, vel artificium.
36 In ſingulis clericis preſumitur pro eccleſia, ſed magis in prelatis.
37 Nullus, niſi ſit Prelatus habet officium acquirendi pro eccleſia.
38 Vna preſumptio elidit aliam.
39 Ex coniecturis conijcitur per arbitrium iudicis, an acquiſierit clericus intuitu eccleſię vel perſonę.

40 Semper

Source : BIU Cujas

40 *Semper preſumitur pro eccleſia.*
41 *Præſumitur contra prælatum omittente facere inuentarium.*
42 *Propter culpam prælati, defertur eccleſiæ iuramentum in litem.*
43 *Vbi non apparet de tempore, & titulo acquiſitionis, præſumitur pro eccleſia.*
44 *Quando hæres inſtitutus occupans relicta per clericum incidat in pœnam.*
45 *Succedens, vel iure inſtitutionis, vel ab inteſtato, licitè occupat, quod à nemine eſt poſſeſſum.*
46 *Quando vicarius eccleſiæ præſumatur acquiſiſſe de bonis eccleſiæ, vel non.*
47 *Quando rector eccleſiæ præſumatur acquiſiſſe de bonis eccleſiæ vel non.*
48 *Non arctatur hæres ad probandum bona eſſe ex induſtria acquiſita, ſed ſufficit probare clericum ex induſtria multum lucratum.*
49 *Prælatus, emens nomine eccleſiæ, acquirit eccleſiæ dominium, & poſſeſſionem.*
50 *Hæres capiat poſſeſſionem hereditatis clerici ſaluo iure eccleſiæ.*
51 *Clericus præſumitur feciſſe mutuum de pecunia eccleſiæ, niſi probetur, quod erat talis, qui tale mutuum potuit acquirere.*
52 *Vide quando legatum factum Titio epiſcopo, intelligieur factum contemplatione eccleſiæ vel perſonæ.*
53 *Quid ſit adminiſtrationem habere in eccleſia.*
54 *Quid ſit prælationem habere in eccleſia.*
55 *Vide quando legatum clerico adminiſtrationem non habenti, eſt factum intuitu perſonæ, vel eccleſiæ.*
56 *Canonici non habent adminiſtrationem in eccleſia.*
57 *Religioſus regulariter non dicitur poſſe habere propria.*
58 *Legatum factum religioſo, præſumitur intuitu monaſterij factum.*
59 *Quando legatum factum canonicis preſumitur factum eccleſiæ, vel ſingulis.*
Item vide de legato facto ciuibus, & ciuitati.
Item quando legatum filiofamil. præſumatur factum contemplatione patris.
60 *Quod dicitur, quod acquiſita per prelatum præſumuntur eccleſiæ acquiſita, intellige quando contentio eſt cum eccleſia, ſecus, ſi cum alia perſona.*
61 *Quando officialis preſumitur acquiſiſſe de bonis reipu.*
62 *Quando tutor præſumatur acquiſiſſe de bonis pupilli.*
63 *Circa quæ tenetur operari Rector.*
64 *An epiſcopus ex induſtria acquirat ſibi.*

§. Quod dicendum.

1 *Sacerdos habet ſemper viuere de redditibus beneficiis.*
2 *Verbum victus etiam veſtimenta comprehendit.*
3 *Id ſolum eſt clericorum, quod probabili ratione conſumunt.*
4 *Clericus, qui non intereſt diuinis, non facit ſuas quotidianas diſtributiones.*
5 *Clerici habent viuere de patrimonio Ieſu Chriſti.*
6 *Epiſcopus tenetur prouidere clerico, quouſque ei detur beneficium.*
7 *Ad quid Apoſtolus manibus victum quærebat.*
8 *Hodie bona eccleſiarum ſunt deputata principaliter ad vſum miniſtrorum.*
9 *Habens patrimonium, non poteſt petere aliquid ab eccleſia vniuerſali, ſed bene a particulari cui clericus deſeruit.*
10 *Hodie clerici ſine penuria, & commodè habent viuere.*
11 *Non poſſum facere commodè, quæ poſſum facere ſine penuria.*
12 *Quomodo intelligatur beneficium ſufficiens clerico.*
13 *Competenter quis debet beneficiari, vt poſſit commodè ſuſtentari.*
14 *In hoſpitalitate exercenda, habetur reſpectus ad ſitum beneficij.*
15 *Multum differunt viuere commodè, & ſine penuria.*
16 *Hodie clerici non debent viuere ita ſtrictè.*
17 *Hodie eſt difficile dicere, quot fructus ſufficiunt beneficiato quia plus vni, & minus alteri.*
18 *In ſubminiſtratione victus clerico, habetur conſideratio ad qualitatem perſonæ.*
19 *Alijs cibis veſcuntur nobiles, alijs pauperes.*
20 *Sine ſcientia mundus regi non poteſt.*
21 *Eccleſia vniuerſalis indiget viris literatis.*
22 *Perſona literata prodeſt eccleſiæ vniuerſali.*
22 *Quomodo intelligatur illud, quod eccleſia habet ſufficere clerico, & ſuis.*
24 *Quomodo iudicatur ſufficientia beneficii.*
25 *Scientia requiritur, ſecundum locum, dignitatem, & ordinem, ad quem quis ſumitur.*
26 *Quæ ſcientia requiritur in epiſcopo, & quæ in alijs inferioribus.*
27 *Expenſæ quę fiunt in recolligendis fructibus in primis deduci debent.*
28 *Quid continetur appellatione fructuum.*
29 *Habens patrimonium poteſt viuere de beneficio.*
30 *Nulla eccleſia poteſt ædificari ſine dote.*
31 *Hodie bona eccleſiarum, ſunt principaliter deputata ad vſum miniſtrorum.*
32 *Nemo debet proprijs expenſis militare.*
33 *Hodie beneficia ſunt principaliter deputata pro clericis.*
34 *Stipendium datur clerico non propter indigentiam, ſed propter ſeruitium.*
35 *Clerici diuites licitè ſtipendia ab eccleſia accipiunt.*
36 *Decimę ſoluuntur clericis, ſiue ſint diuites, ſiue pauperes.*
37 *Hodie clericus licitè viuit de beneficio, & conſeruat patrimoniū hęredibus.*

§. Fiet ergo.

Ex quibus præſumatur clericus acquiſiſſe.

QVAESTIO IX.

§. ET quia plerunque dubitatur, vnde prouenerint acquiſita per clericum beneficiatum, an ſcilicet ex fructibus, ſeu prouentibus beneficij, an verò aliunde, puta ex patrimonio, vel induſtria, ideo ad propoſitum eſſe iudicauimus præſentem quæſtionem facere.

Et primò non videtur, quod poſſit præſumi ex prouentibus eccleſię acquiſita ex infra dicendis, ſtante quia clericus diuerſi-
1 modè facultates, ſubſtantias, & peculium acquirere, & habere poteſt, quia poteſt habere peculium aduentitium, caſtrenſe, & quaſi, quia quod artificio, vel induſtria, paterna ſucceſſione, vel materna, vel intuitu cognationis, vel dono conſanguineorum,
2 aut amicorum intuitu perſonæ, non eccleſiæ, clericis acquiritur, aduentitium dicitur peculium clericorum, quod dici poteſt eſſe quaſi caſtrenſe, quia quod in filiofamilias laico dicitur aduentitium, in clerico quaſi caſtrenſe peculium appellatur,
3 quia de iſto teſtari poteſt clericus, & diſponere per tex. in c. tua nobis extra de teſta. l. vlti. C. de inoffic. teſtam. authen. presbyteros. C. de epiſco. & cler. 91. diſtin. cle. 10. q. 3. cauendum in fin. c. j. 21. q. j. in fi. per quæ iura probatur clericum honeſtè proprijs
4 laboribus, & manibus ſibi acquirere, & de talibus teſtari poſſunt clerici, etiã ſi ſint in poteſtate. C. de epiſcop. & cleri. l. ſacroſan. C. de aſſeſſ. velut caſtrenſe.

Secundò conſideratis canonibus colligitur, quod clerici beneficia habentes, ex eorum redditibus non poſſunt diſponere, nec expendere, niſi tantum, quantum ſufficiat ad eorum honeſtum victum & veſtitum cæterosque vſus neceſſarios, aut con-
5 gruos. c. fi. 12 q. j. c. videntes. ea. q. in princ. 44. diſt. tibi, o. ſacerdos viuere de altari permittitur non luxuriari, bona etenim eccleſiarum ſunt proprium Chriſti patrimoniũ. c. cum ex eo. de elec.
6 in 6. notant. Fely. & Deci. in cap. conſtitutus. de reſcrip. & diuus Bernar. in epiſtola ſecunda ſcribit. Deniq; quicquid præter neceſſarium victum, ac ſimplicem veſtitum, de altari retines, tuũ non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt.

Immo non deſunt, qui opinantur, clericum habentem beneficium vltra ſibi neceſſariam in prophanos vſus redditus illius expendente, mortale crimen committere, & teneri ad reſtitutionẽ illorum reddituum: quos ita expendit, dicente Hie-
7 ronymo, aliena rapere conuincitur, qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur. §. ordinandus. 42. diſt. huius opinionis eſt San. Tho. 2 2. q. 43. arti. 8. ſequitur Alexan. Hales. 3. parte q. 36. membro 5. Ricar. in 4. ſent. diſt. 45. arti. 3. q. j. hanc opinionem probat Palud. in 4. diſt. 24. q. 3. arti. vlti, ſuffragatur tex. in cap. epiſcopus 12. q. j. & in c. j. 12. q. 3. & inquit diuus Bernard. epiſtola 42. col. 3. Clamant pauperes, noſtrum eſt, quod effunditis, nobis crudeliter ſubtrahitur, quod inaniter expenditis, ſequi videtur Abb. in c. cum ſecundum. de præben. col. 3. Archi. & Domin. in ſumma 44. diſtin. Fely. in c. poſtulante. de reſcrip num. 6. & in c. de quar-
8 ta. nu. 23. de præſcrip. quia de altari debet viuere, non luxuriari, & accipitur luxuria, pro omni luxu, ſeu illicita concupiſcentia. 43. diſt. in princip. & dicit Augu. in ſumma in 5. clericus 3. quod talis contractat rem alienam inuito domino, quia quicquid ha-
9 bent clerici ſunt bona pauperum. 12. q. 2. aurum, & 16. q. j. col.
10 fina. ſubiungens, quod etiam recipientes, tenentur ad reſtitutionem, niſi in caſu conceſſo. 14. qõ. 6. ſi res. quod verum dicit quoad forum conſcientiæ.

Et detracta portione, pro congrua, & neceſſaria ſuſtentatione clerici, vel beneficiati, pars ſuper abundans de redditibus, in
11 pios vſus, & in pauperes erogari dẽt, iuxta illud Lucæ 1. Quod ſupereſt, date pauperibus. 16. q. 1. c. caſellas. cap. epiſcopi. 10. q. 2. Abb. in c. de his, de eccle. ædifican. vel reparan. noua etenim lex de dãdis decimis eccleſiæ miniſtris, ex eo iuſtitiam præ ſe fert,
12 quod ipſa decima datur, pro congrua miniſtrorum in eccleſia Dei ſeruientium ſubſtentatione, & pro pauperibus alendis datur ipſa decima fructuum pars, Gaiet. in 22. q. 87. arti. j. & q. 188. art. 7. c. 10. & c. fi. 16. q. j.

Et clericus præbendatus per antiqua iura de redditibus eccleſiæ, & oblationibus fidelium, tenetur facere quatuor partes,
13 videlicet epiſcopo, pauperibus ſibi ipſi ſacerdoti, & fabricæ ca. quatuor. cap. cognouimus. & cap. ſequen. 12. q. j. vbi vltra quartam ſibi debitam, nihil vltra expectet ſacerdos, quamuis ſecundum Abb. in c. j. de eccleſ. edifican. quoad quartam epiſcopi, &
14 quartam fabricæ, eſt ſtandum conſuetudini, quæ in huiuſmodi valet derogare iuribus, niſi tamen fabrica remaneret derelicta, quia tunc talis conſuetudo eſſet irrationabilis, & non valeret, & ſic tali conſuetudine non obſtante, beneficiatus tenetur da-
15 re quartam fabricæ argumen. d. cap. cognouimus. Quoad verò quartam debitam pauperibus, non valet aliqua conſuetudo in contrarium, quin teneatur eam beneficiatus ſoluere: immo ſe-

cundum

Source : BIU Cujas

16 cundum quosdam,non solum quartam partem sed & omnia, quæ supersunt eius necessitatibus detractis,pauperibus erogare tenetur,nisi fabrica egeat reparatione,vel nisi vellet conuertere talia,ad ampliandum cultum Dei in ecclesia, nulla extrema necessitate in aliquo occurrente,in quibus duobus casibus licitè,desistit ab erogatione in pauperes,alias nō sine mortali peccato argu.eorum quæ not.in c.dubium el 2.de electio. & in ca. cum secundum.de præben.facit c.clericus qui.c.duo.ca.vlti.12. quæst.j.& 10.quæst.2.episcopus.quia dicit tex.in d.cap. clericus.
17 quod cum clericus sit sors, idest pars Domini, debet se talem exhibere,vt sit domini pars:si verò aurum, argentum, supellectiles varias habet, cum istis partibus Dominus non dignatur fieri pars eius: vnde stante diuisione fructuum beneficij facta à iure in quatuor partes, stante, quod clericus vltra ratam sibi tāgentem, nihil debeat accipere,stante quod clericus aliunde acquirere,& habere facultates potest, non videtur posse præsumi acquisitionem esse factam de fructibus,& prouentibus beneficij, quia esset ista præsumptio contra iura disponentia cōtrarium quod esse non debet.

Nec secundum Innocen.& Hostien. relatis per Abb. in cap. postulasti. de rescript. clericus habens bona patrimonialia, de quibus possit viuere, potest simpliciter licitè beneficium ecclesiasticum suscipere, quia secundum Ricard. etiam in quolibet 3.q.21. si bona patrimonialia sufficiunt ad necessitatem naturæ,potest beneficium suscipere in tantum, quantum exigit ne-
18 cessitas status,& personæ,& pro supplēdo tali necessitati, Si verò tantum habet de patrimonio, quantum requirat necessitas status naturæ,& personæ, in tantum, quod multa etiam posset erogare pauperibus, si vltra accipit beneficium ecclesiasticum non intendens ecclesiæ deseruire, peccat mortaliter facit. cap. clericos j.q.2.& cap.sequen. per quod apparet quod fructus beneficiorum,habent tantum seruire in necessitatibus beneficia-
19 ti,non vltra,nec habēt inseruire pro thesaurizando, & acquirēdo rem: facit pro ista opinione quod habetur in text.in l.si defunctum.C. arbitrium tutel. vbi habetur quod curator, seu tu-
20 tor præsumitur acquisisse non ex bonis pupilli,seu minoris,sed ex propria industria seu prosperitate fortunæ, ergo idem dicendum in clerico,quia prælatus, & tutor regulariter comparātur
21 not.de in integ.restitu.c.auditis in 4.glo.Item facit tex.& ibi gl. in versi. compensatione 12.quæst.4.c.j. vbi de acquisitis per cle-
22 ricum,tam de rebus ecclesiæ,quàm suis, existente dubio,æqualiter fit diuisio,inter ecclesiā,& hæredes, nec propterea ex quo clericus sit beneficiatus, aut præbendatus, præsumitur acquisitum de bonis ecclesiæ, vlterius, non potest etiam alia ratione præsumi acquisita per clericum,esse acquisita de bonis ecclesię,
23 quia in eis non habet clericus nisi vsum, & vsuario comparatur,dicit glo.in c.cum olim.extra de rerum permuta. glo.in ca. fin.de pigno.in c.quia nos.de testamen. Innocen. in c. indecorum.circa fi.de æta.& qualit.Imo.in clemen.gratiæ. de rer.permuta.4.colum in fi.per Abb.in c.cum esset.de testamen. Bal.in authen.licentia. C.de episco. & cleri.& tex.in ca.cum M.Ferra-
24 riensis. de constitu.Item facit, quia si aliquid relinquitur clerico prælationem,vel administrationem non habenti à propinquo,vel ab extraneo.illud non præsumitur ei relictum ratione,
& respectu ecclesiæ,sed bene respectu personæ,& sic nō acqui-
25 situm ecclesiæ præsumi debet, est tex.in c.reliquisti in fin.de testamen.& glo.ibi dicit siue habeat beneficium ecclesiasticum, siue non,sequitur Abb.qui illum tex.declarat in c.fin.de pecul.
26 cleri. quia prælatus, vel beneficiatus non est dominus in rebus ecclesiasticis,sed procurator 12.q.j.si priuatum. per Abb.in ca.
27 fraternitatem.de donatio.ex.& ibi domi.Anto. & idem in cap. petitio.in 2.colum.post Innocen.de procurat.Item facit, quia cum præbendæ procedant ex rebus ecclesiæ,non dantur canonicis simpliciter, vt faciant quicquid velint ex redditibus, sed vt primo necessaria accipiant pro se, & si quid supersit debent expendere in vtilitatem ecclesiæ Abb.c.fi. de pecul. cleri.ergo nihil habet,ergo non acquirere potest de illis, nec disponere, quia qui nihil habet,donare non potest.j. q.7. Daybertum. 54. distin. abbati. glo.in cap.cæterum.ex.de donat. facit quod dicit
28 Abb.in c.cum secundum.ex.de præben.quod est licitum viuere de fructibus beneficij,non luxuriari, ex quo nota contra beneficiatos,conuertentes redditus in vsus inhonestos, & inquit
29 Abb. credere, quod si haberent patrimonium, tenerentur de suo reddere ecclesiæ,quod malè expenderunt.12.q.4.cap.j.& 2. & paulo post idem Abb. dicit bona ecclesiarum non sunt præ-
30 latorum, sed patrimonium Iesu Christi suo sanguine acquisitum,dominium ergo rerum ecclesiasticarum pertinet ad Deū, & est,inquit Abb.contra præfatos,reputantes se dominos,quia dicit glo. in c.ad aures.12.q.j. de fructibus ecclesiæ illud solū est clericorum, quod probabili ratione consumunt, sequitur Zabarel.in c.fi.de pecul.cler.sequitur Soci.consi.32.vol.j.nu.4.vbi dicit secundum Archi.& Ioan. de Lig.in cle.gratiæ. quod si clericus vltra necessitatem aliquid expendit de bonis ecclesiæ tenetur ad restitutionem.12.q.2.c.episcopi.

Contrarium videtur per tex.in c.j.de pecul.cleri. vbi est text.

31 rotundus,quòd acquisita per clericum beneficiatū,presumuntur acquisita de fructibus beneficij, non aliunde, & ibi notan omnes,& maximè Abb.versi.& nota.sic vbi dicit, quòd ecclesia habet intentionem fundatam de iure communi, super om-
32 nibus bonis possessis à prælato defuncto, vnde omnia præsumūtur esse ecclesiæ, nisi probetur ex aduerso illa esse patrimonialia,& videtur iste tex.inquit, probare quod etiam cōtra hæredem possessorem, ecclesia habeat intentionem suam fundatam,vt colligitur ibi,quicquid ipsum habuisse poterit &c.Et qđ clericus præsumatur acquisisse de bonis ecclesiæ, vide per glo. in l.etiam.in versi.credidissent. C.de donat.inter vir.& vxo.per Specu. de testamen. monac. versic.53.& cap.j. & fin.de pecul. cleric.Bald.in cap.j.ad fin.versi. quæro quid in dubio.de cleric. qui inuestit.fecit.Barto.in l.facultas.in fin. C.de iure fisci. lib.10. Specu.de loca.§.6.versi.76 Cardina.in clemen.gratiæ 19.quæst. versi.ad 5.de rescrip.& dicit Zabarel.d.c.j.de pecul.cler.quod sicut præsumitur pro marito carnali, quòd acquisita per vxorē, sint de bonis suis acquisita,sic præsumi deberet pro marito spi-
33 rituali, scilicet pro prælato contra ecclesiam, quòd acquisita p eum sint acquisita de bonis ecclesiæ, quia dicit Hostien.ca.j.de
34 testamē.quod in vtroque casu,tam vxoris quàm prælati, est eadem ratio præsumptionis, vt euitetur suspicio turpis quæstus, mulieres enim rarò negociantur, quia negociationes non cōueniunt mulieribus, quia non debent se immiscere cætibus virorum.l.aliena.C.de procur.Et si negocia faciunt,de bonis mariti faciunt:dicit tamen Ioan.de Imo. secundum d.Pet. d.ca.de pecu.cler.quòd si in vxore poneretur in facto, ꝙ ipsa fuisset dies,& maritus,nihil habens,tunc illud, quod vxor quæsiuisset, non debet præsumi de bonis viri quæsitum, qui nihil habebat, quia ex bonis,quæ non apparent lucrum aliquod proficisci nō potest,facit quod habetur in l.j.ff.de contrahen.empt.per Imo.
35 d.c.j.de pecul.cler.colum.2.sic & in prælatis, & clericis benefi-
36 ciatis si negociantur est turpis quæstus,ideo presumitur non ex negociationibus acquirere, quia non præsumitur prælatus negociatus fuisse,cui negociari est à canone interdictum, qa cle-
37 rico hoc facere est delictum toto titu.ne cleri.vel monac.secular.neg.se astr.& dicit Innocen.quem sequitur Zabarel. in cap.
38 cum in officijs. extra de test. quod de rebus, de quibus dubitari
39 potest, an sint acquisitæ ecclesiæ & an sint ecclesiæ, nec ne, qđ etiam illas occupabit ecclesia,quia pro ipsa presumitur,alias verò de quibus est certum,quod fuerunt testatoris, occupabit hęres.est tex.in terminis in authen. licentiam. C.de episcopis.vbi episcopus, quæcunque fuit probatum habuisse ante episcopatum,& quæ ratione cognationis acquisiuit post episcopatum,
40 potest ad quem voluerit transmittere vbi glos.notat, ꝙ si habet probari, ergo præsumitur pro ecclesia, & ecclesiæ acquisitum, facit in terminis, in c.j.12.q.3.vbi clerici nihil habētes ante ordinationem suam,postea acquirendo agros,& prædia, ac alia quæcunque suo nomine comparata, de bonis ecclesię acquisisse præsumuntur, & tanquam rerum dominicarum inuasores tenentur,nisi admoniti, ecclesiæ eadem acquisita contulerint, vbi dicit glo. quod speciale est in ecclesia, quod res empta de ecclesiæ pecunia,statim fit ecclesiæ, licet clericus emerit
41 nomine proprio,id quod est secus in rebus priuatorum:& prælatus,vel beneficiatus,attento,quòd habet liberam administrationem in rebus ecclesiæ, & facit fructus beneficij suos, secundum aliquos.potest disponere de eis per tex.vbi glo.Abb.& alij in c.cæterum.de donatio.extra.& æquiparatur vsufructuario in vita,per ea,quæ dicit Abb.in c.fi. de pecul. cleric. versi.in glo.2. vbi videtur dicere ꝙ clericus in vita, & in bona valetudine cōparatur vsufructuario,in infirmitate verò,æquiparatur vsuario, quia nō potest donare aliquid:nisi intuitu eleemosinę, c.quia. cap.relatum.el 2.extra de test. Abb.in cap.cum in offi.eod.titu. gl.est multū notabilis. in c.præsenti. de offi.ordi. lib.6. Item fa
42 cit quia videtur, ꝙ clericus habeat omnimodam dispositionē pro libito suæ voluntatis, circa fructus beneficiorum, & quòd quouismodo expendere potest, quia etiā potest illos dare porcis.gloss. est notabilis in summa j.q.j.quæ dicit de fructibus nulla quæstio,qui etiam vendi,& dare porcis possunt per tex.in ca. fin.ne prælat. vic.suas.

Facit,quòd habetur in tex.in c.vnico.de cler.non residen.in fin.vbi videtur, quòd fructus, idest distributiones quotidianas clericus faciat suas,& illarum dominium acquirat, Dec.consi.
43 280.Paris.consi.33.vol.4.

Facit vlterius,quia clericus licitè disponit de fructibus,ac rebus ecclesiæ in quantum expendit de suo in vtilitatem eccle-
44 siæ,& de eis testari potest c.si quis quilibet.12.q.2.& c.li episcopis.quæst.5.immo.si non testaretur hæres posset petere, & facit c.de multa.de præben. & quòd not. Abb.ibidem in 4.colum & l.quæ omnia.in fi.ff.de procura. glo. in l.si non sortem. §.si centum.ff.de condit.indeb.

Item potest disponere de rebus, & fructibus ecclesiæ, stante consuetudine. Item potest disponere in eleemosinam, quam
45 clericus potest facere etiam in ægritudine constitutus.c.ad hæc. & c.relatum el 2.extra de testam.Item potest disponere, & donare

nare de fructibus beneficij in remunerationem ſeruitiorū honeſtè receptorum, tam à cōſanguineis, quàm ab extraneis. d.c. relatum. de teſta. §. licet. Item poteſt diſponere clericus de fructibus eccleſiæ in dando locis religioſis. d.c. relatum. & Abb. in d.c. ad hæc dat practicam, q̄ ſi clericus vult diſponere aliquo de iſtis modis validè, & efficaciter det, donet, diſponat, & faciat dū ipſe viuit, & in vita, & non relinquat, quia non valet.

Et dicit apoſtilla ad Ang. in ſumma in ver. cler. 3. verſ. vtrum prælatus. in ver. de fructibus. loquendo an prælatus poſſit ſolue re debita perſonalia de fructibus beneficij, quod ſic, quia hodie
46 inualuit communis opinio, quod hodie clerici appropriant ſibi fructus eccleſiæ, vnde, melius viſum eſt curiæ, vt ſatisfaciant creditoribus: & dicit Cardinalis Zabarella in c. inquirēdum. de pecul. cleri. quòd de fructibus clericus liberè diſponit. ait enim, ſed ſi prælatus vendit fructus, quos liberè poteſt diſtrahere & c. facit, quod dicit Couarruuias Doctor Hiſpanus in c. cum in officijs. de teſtamen. vbi tenet, quod prælati, licet in prophanos vſus expēdant redditus, & fructus beneficiorum, propter quod crimen mortale committunt, non tamen tenentur reſtituere, neque ad reſtitutionem aliquo modo, quia dicta Doctorū circa hoc adducta, eo tendunt frequentius, vt ſit illicita hæc eccle ſiaſticorum reddituum diſtributio, non tamen, vt ſit reſtitutio neceſſario facienda: præterea redditus eccleſiaſtici qui ſuperſunt vltra miniſtrorum victum, alieni dicuntur, non proprij, ſed ex quadam metaphora, eo quòd pauperibus eſſent erogandi, quod auctoritate Hieronymi comprobatur, is etenim ſcribit bona eccleſiarum dici bona pauperum, quoad debitum, q̄ a eis debentur, non quoad dominium, nec quoad proprietatem, ſicut refert Cardinalis à Turre Cremata c. videntes numero 2. 12. q. j. per multa quæ allegat ibidem d. Couarruuias, & per mul torum Doctorum opiniones, quorum opinio inquit, & ſenten tia benignior eſt, & noſtris hiſce temporibus admittēda, ex totius Chriſtiani orbis cōſuetudine, qua plurimū adiuuatur & c.

Quia nemo videtur teneri ad reſtitutionem ſuæ rei, quia cle
47 ricus beneficiatus, & prælatus facit fructus ex beneficio recollectos ſuos, latè per Hoſtien. in ca fi. de pecul. cleri. vbi poſt longam diſtinctionem concludendo dicit: ſed eſt verius, quod clericus fructus ſeparatos, & recōditos ſolummodo facit ſuos, alij autem omnes ad eccleſiam pertinebunt, ſic enim eſt, & in vſufructuario, cui talem clericum beneficiatum diximus comparandum, & quod ſit in vſufructuario habetur in l. arboribus. §.
48 Iulianus ff. de vſufruct. id quod inquit eſt verum, niſi de ſpeciali ſtatuto, vel conſuetudine eccleſiæ, in contrarium appareat, quia tunc tali ſtatuto, & conſuetudini ſtandum erit, ſequitur ibidem Ioan. Andr. ibi poſſeſſio reſtituitur, non fructus, quos facit ſuos. Sed vltra omnes pulchrius ibidem per Zabarellam, vbi dicit, quod quicquid diſponit clericus de fructibus benefi-
49 cij in vita, tenet, ſicut valet alienatio tutoris in illis, quæ ſeruando ſeruari nō poſſunt, ſubiungens ſic in ſimili dico, quod prælati habēt liberam diſpoſitionem de fructibus beneficij, & plus dico, quod ſunt domini fructuum c. vnico de cler. non reſiden. in fin. lib. 6. & diſtinguit in fin quòd aut quæritur, an beneficiatus faciat fructus ſuos, ita quod liberè diſponere poſſit, ſicut Do minus, adeo quod etiam, ſi malè diſpenſet, non poſſit puniri, & dic quod non. c. 2. de pecul. cleri. aut quæritur, an faciat ſuos in
50 tantum, quod poſſit ſibi conſeruare, vel ex eis aliquid acquirere quod ſuum ſit, & adhuc idem: quia non poteſt c. 3. eod. tit. de
51 pecul. cleri. aut, an faciat ſuos, ita quod de eis poſſit diſponere, adeo quod non reuocetur, quod fecerit, & tunc, aut in vltima voluntate, aut inter viuos, primo caſu non poteſt. c. ad hæc. de teſtamen. & c. relatum. licet in hoc poſſit aliter dici, vt prædixi, ſed hoc communius, ſecundo caſu indiſtinctè poteſt, etiam do
52 nando, quia dominus eſt fructuum. c. vnico de cler. non reſid. in fi. lib. 6. & æquum eſſet ſtatuere, quod de omnibus fructibus, item etiam de omnibus acquiſitis eccleſiæ: ſiue mobilibus ſiue immobilibus, poſſet clericus liberè diſponere, & in vita, & in morte, & hoc ſi ſint acquiſita intuitu eccleſiæ, per hoc enim cle rici eſſent promptiores ad bene agendum, & bene acquirēdū, & multi magni viri, qui abſtinent à clericatu, non abſtinerent, nec facerent clerici fraudes, quas faciunt, in faciēdo inſtrumen ta cantare in alio, hæc quæ dixi beneficiatum poſſe diſponere in vita de fructibus. procedunt, quando diſpoſuit de eis, ſed ſi moritur diſpoſitione non facta, fructus reſeruantur eccleſiæ, & remanēt futuro ſucceſſori. c. præſenti, præallegato in principio lib. 6. in eo autem, q̄nod dictum eſt de fructibus, quod fiunt cle rici, intelligunt communiter omnes, verum eſſe cum ſunt per cepti, ſeparati à ſolo, & reconditi, comparando in hoc clericos. vſufructuario, qui facit fructus ſuos, tunc cum ſunt reconditi,
53 non ante. ff. quibus mod. vſufruct. amittat. ſi fructus. alias & vſufructuarius, quę tamen lex hoc non dicit ſecundum verum intellectum: immo, inquit, verius dic, quod ſicut bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos ſtatim cum ſunt à ſolo ſeparati, etiam non reconditi d. l. ſic, & vſufructuarius, ſed in hoc eſt differen-
54 tia, quia bonæ fidei poſſeſſores faciunt fructus ſuos à quocunq; ſint à ſolo ſeparati, vſufructuarij verò, tunc tantum, quādo per ipſum ſunt ſeparati, vel per alium eius nomine d. l. quod tenet Cyn. in l. certum. C. de rei vendi. in clerico autem videtur magis cōueniens, comparare ipſum bonæ fidei poſſeſſori potius, quàm vſufructuario, quia differt ab uſufructuario, & quādo cle
55 rici faciunt fructus ſuos, ſe remittit idem Zabare. ad eius ſcripta in cle. gratiæ. vlti. q. de reſcri. Et per hæc cum clariſſimè conſtet, quod clericus de fructibus beneficij poſſit omnimodo diſponere, eosque faciat ſuos, & quod inoleuit quod hodie clerici appropriant ſibi omnes fructus beneficiorum per ſupradicta, poteſt indubitanter dici, quod de eis acquiſitionem facere, & acquirere poſſit, & quod beneficiatus, acquirēdo faciat preſumptionem, acquiſita eſſe de fructibus beneficiorum.

§. Quid dicendum, in tanta contrarietate, de hac materia habeē 12. q. 3. & 12. q. 4. & eſt in hac materia diſtinguendum, & intelligendum, prout per Doctores in c. vt vnus. de pecul. cler. vbi dicit Hoſtien. quod acquiſita per epiſcopum poſt conſecrationē, debēt præſumi acquiſita eccleſiæ, & de rebus eccleſiæ, niſi probetur, quod non occaſione eccleſiæ acquiſiuit, per tex. in c. quia
1 nos. de teſtam. authen. licentiam. C. de epiſcopis, & cle. & ſic incumbit ſemper probatio hæredibus epiſcopi, quod quidam intelligunt, ſi eccleſia eſt in poſſeſſione rerum acquiſitarum, & de quibus conuertitur, quia, ſi non eccleſia, ſed hæres poſſidet, tuenda eſt ei ſua poſſeſſio. l. fi. C. de rei vendi. c. j. 12. quæſt. 5. in fi.
2 ſed contrarium eſt verius, ſecundum eum, quia quicunq; poſſideat, præſumptio eſt pro eccleſia, vnde poſſidens habet pro-
3 bare intentionem ſuam, & ſi non probet, ſuccumbit per tex. in c. 1. de teſtamen. per illa verba detineri nullatenus patiaris. nec obſtant iura, quæ volunt, quod actor probet intentionem ſuā, quia intelliguntur, & vera ſunt, niſi præſumptio ſit pro actore,
4 vbi enim præſumptio eſt pro actore, ſuccumbit reus, niſi probet, ſubiungens ibi Hoſtien. porrò, ſi conſtat, quod nihil habēs promotu fuerit, nec probatur, quod aliunde acquiſierit pro eccleſia iudicabo, & hoc in rebus immobilibus, porrò in mobilibus modicis, q̄libet poſſeſſor tuendus eſt in poſſeſſione, in quātum dari potuerunt, ſequitur Ioan. Andre. ibidem, dicens vltra
5 Hoſtiē. quod quidam diſtinguunt, an prælatus promiſcuè, vtatur tebus eccleſiæ, & ſuis, nec ne: alij an cōſtet, prælatum habuiſſe proprium ante promotionem, nec ne: Tertij quis poſſideat, & quis petat, vt probet contra poſſidentem: aliqui, an prælatus fecerit inuentarium, nec ne, vt primo caſu, vltra expreſſa in inuentario præſumatur pro hærede, ſecundo caſu præſumatur p
6 eccleſia. fuit enim in culpa prælatus non faciendo inuentariū, quia ſegregare debuit res ſuas à rebus eccleſiæ. 12. q. j. ſint. & habetur id in canone Apoſtolorum canon. 35. incipiē. manifeſtè ſumpto res priuatæ epiſcopi. & c. & multum contra eum in tali
7 caſu præſumitur, ſi omiſerit, & ſæpe poteſt propter culpā eius, deferri iuramentum eccleſiæ. argu. 2. q. j. imprimis. & maximè, vbi lata, & manifeſta deprehenderetur culpa prælati per eun-
8 dem Ioan. And. in c. cum in officijs. de teſtamen. vbi etiam ſubiungit, quod ſemper pro eccleſia præſumitur: niſi hæres clerici defuncti probauerit, ante clericatum defunctum clericum habuiſſe aliquid, vel aliunde ſuo intuitu obueniſſe, addens idem Ioan. And. d. c. vt vnus. aut conſtat clericum habuiſſe proprium tempore promotionis, aut conſtat non habuiſſe, aut dubitatur:
9 primo caſu, vera ſit opinio, vt probet agens contra poſſidentē, ſecundo caſu, vt preſumatur pro eccleſia idem in tertio, maximè ſi defunctus clericus non fecit inuentarium, ſed in ſecūdo caſu, licet præſumptio ſit pro eccleſia, tamen hæres acquiſitum intuitu perſonæ probabit, in tertio probet etiam eum habuiſſe aliquid promotionis tempore, quia hoc probato, elidetur præſumptio, ſequitur Cardinalis Zabarella ibi: quæro inquit, an in dubio, cum non apparet, an occaſione eccleſiæ acquiſierit clericus, vel prælatus præſumēdum eſt pro eccleſia, niſi probetur, quod non acquiſiuit intuitu eccleſiæ, ſed aliundè, vt ſic ſemper incumbat probatio hæredibus, etiam ſi poſſideant, vt ſemper præſumptio ſit pro eccleſia, etiam, ſi nō poſſideat, niſi hęredes poſſederint res modicas mobiles, quia in illis eſt eis tuenda ſua poſſeſſio, & ſi prælatus promiſcuè ſit vſus rebus eccleſiæ, & ſuis
10 quod ſit præſumendum pro eccleſia, ſecus, ſi ſeparatim, & ſi cōſtat preletū aliquid habuiſſe ante promotionē, quod tunc non preſumatur pro eccleſia, ſecus ſi non conſtet, & demum ſequēdo diſtinctionem Ioan. And. quod ſi conſtat habuiſſe illum ante promotionem, quod non ſit præſumptio pro eccleſia, quin agens probet contra poſſidentem, ſi non conſtet, præſumptio eſt pro eccleſia, & incumbit hæredi probare, quod non acquiſiuit, ratione eccleſiæ, ſed intuitu perſonæ: ſecundo caſu etiam præſumitur pro eccleſia, maximè ſi prelatus non fecit inuentarium, ſed ſi probabit hæres, eum aliquid habuiſſe tempore promotionis, tollitur hæc præſumptio, & eſt locus primo caſui. Et ante omnes dixit Innocen. in c. cum in officijs. de teſtam. quod ea veniunt ad hæredes inſtitutos, vel ab inteſtato, quæ clericus
11 habuit ante clericatum, vel ea quæ poſtea obueniūt ex ſucceſſione, vel donatione, vel artificio, ſeu doctrina cap. relatum. de teſta. §. cęterum eo. ea verò, quæ acquiſiuit poſt clericatum, prima

Source : BIU Cujas

ma facie præſumitur,quod intuitu eccleſiæ ſint acquiſita, & de redditibus illius c.j.eo.12.q.3.c.j.hoc præſumitur in ſingulis clericis,& maximè in prælatis.12.q.3.quæcunque.& q.4.ſacerdotes,& in tantum valet iſta præſumptio,quod pronunciatur pro eccleſia,niſi probetur,vel præſumatur in contrarium:aliquorū eſt opinio, & non malè ſecundum eundem, quod clerici non prælati, præſumuntur acquirere intuitu perſonæ, non autem
12 eccleſiæ,cum ad quærendum nomine eccleſiæ,nullum habeāt officium,onus, vel obligationem, ideo ſuo eorum nomine videntur quærere,ſi aliunde habent bona, quam ab eccleſia, vn-
13 de hæres ſuus licitè poſt mortem bona occupabit: ſed quia difficiles,& ferè impoſſibiles ſunt probationes,vel teſtium,vel inſtrumentorum, quantum de redditibus, & quantum de patrimonio ſuo proprio acquiſierit,vel emere potuerit, idcirco iudex multum ex præſumptionibus procedet: & quia contingit aliquādo,quod vna præſumptio aliæ cędit, & vna aliam elidit,
14 iudex arbitrari debet,quantum fuit patrimonium, quanti ſint redditus eccleſiaſtici: item quid lucratur, vel lucrari potuerit de artificio,vel doctrina,& ſic multa alia. latè per Alexā.conſi.101.in princ.7.vol. & ſemper in computatione, deducet prius expēſas,victus,& veſtitus ſuper eccleſia, & de redditibus illius, de quibus ſemper primo habent deduci, quia debet de altari
15 viuere,qui altari ſeruit,& quia prelatus tenetur tenere ſegregatas res eccleſiæ, magna eſt præſumptio contra eum, ſi id facere omittit,& ſæpe poſſet propter culpam illius deferri iuramentū
16 eccleſiæ. Item iudex omnes vanas, & delicatas expenſas prius deducet de bonis clerici, ſolas autem expenſas approbabit iu-
17 dex de bonis eccleſiæ quæ factæ fuerint in alimoniam ſuā, pauperum, in redemptione captiuorum, hoſpitalitatem, aut alias pias cauſas, nec ex eo credimus eſſe melioris cōditionis quoad probationem hæredes,eo quia poſſident,quantum ad hoc, qđ onus probandi alij incumbat, quia ſemper pro eccleſia præſu-
18 mitur, niſi hæres defuncti clerici probauerit ante clericatum clericum aliquid habuiſſe, vel aliunde bona ſui intuitu, eccleſiæ obueniſſe,vel,niſi ſit probatum quod fructus erant adeo tenues,vt ex illis viuere non poſſet, aut vix ad ſuſtentationē ſufficerent,quia tūc non eſt dicendum,vel præſumendum, quod bona quæ reliquit,ſint acquiſita ex prouentibus eccleſiæ, & qđ eidem debeantur, cum pro vſu, & neceſſario victu, & veſtitu tales fructus ſint ipſius clerici.c.cum ſecundum.de præben.Archid.in c.ſtatutum.col.penul.de reſcript.lib.6. Gemi.in ca.præſenti. ſub num.12.de offi ordin.eo.lib. & in dubio, eſt præſumptio.tales tenues fructus eſſe integros conſumptos, & proprios ex patrimonio preſeruatos. per Bal.conſil.;13.vol.2.incip.prætermittendum. ſi plures quis eccleſias habuerit, æqua diſtributione inter eas,bona clerici diuidentur, & ſi clericus nullū ha-
19 bet hæredem vſque in 7.gradum, ſuccedit ei eccleſia.c.pen.12.q.5.ſecundum aliquos verò, vſque ad decimum gradum, dicimus ſupra, in præcedenti q.de ſucceſſ.cler.ſecul.ab inteſt.verſi. deſcendentibus verò. in bonis eccleſiæ bona relicta per clericum occupabit eccleſia,quia non habet hæredem,ſed ſucceſſorem,illa verò de quibus certum eſt,quod fuerint clerici teſtatoris, occupabit hæres illius, ea de quibus eſt dubium occupabit
20 eccleſia,quia pro illa præſumitur, & ſi fortè hæres illa occupauerit propria auctoritate,competit contra eum actio, & remedium ex conſtitutione.Si quis in tantam &c.Item,quia in rem,
21 quam poſſidet eccleſia per clericum defunctum ſibi ius dixit, vel edictum diui Marci,vel furti,vi bon.rap.vel ad exhib. actio autem expilatæ hæreditatis,vel edictum diui Adriani, non cōpetunt eccleſiæ, quia prædicta non petit, tanquam hæres, ſed vti Dominus,ſi in alium ſint bona tranſlata, competit rei vendicatio,vel ad exhiben.ſi in teſtamento relicta, videtur, quod
22 hæres inſtitutus, non habeat formidare pœnam conſtitutio-
23 nis, ſi quis in tantam, aut aliarum conſtitutionum, & alias, vt ibi per eundem Innocen.

Subdens ibidem: quod ſi eccleſia ignoranter occupaſſet rē, quam ſuo nomine poſſidebat prælatus, non teneretur prædicta pœna,quia iuſtam cauſam habuit ignorantiæ, & contrariæ præſumptionis, cum enim præſumatur, vt dictum eſt, omnia acquiſita de bonis eccleſiæ, Item cum quid emit prælatus præſumatur emptum nomine eccleſiæ, aut nomine eccleſiæ emere debeat, vt 12.quæſtio.3.epiſcopus.ſi aliud non appareat. de-
24 beo eum præſumere potius feciſſe, quod ius præcipit quam contra ius, &c.

Sed Abb.in d.c.vt vnus.amplectendo totam materiam,melius diſtinguit,& clarius.dicit enim, aut conſtat prelatū habuiſſe patrimonium,aut non conſtat,aut dubitatur, & hoc vltimo caſu diſtinguo,quod aut dubitatur, vtrum habuit bona ex qui-
25 bus potuerit acquirere illa,de quibus eſt contentio, aut nō habuerat illa bona tempore ſuæ promotionis, de quibus eſt contentio:primo membro principali, ſi conſtat ex quibus emit illa bona,tunc non eſt quæſtio,quia illius erunt,ex cuius redditibus acquiſita fuerunt,vt c.inquirendum.aut dubitatur,qa promiſcuè vtebatur rebus eccleſiæ, cum ſuo patrimonio, & tunc ſi patrimonium erat ſufficiens ad acquiſitionem illorum bo-
26 norum,eccleſia verò non, nec in totum, nec in parte, & tunc præſumitur pro hærede, quia ceſſat hoc caſu præſumptio text. in c.j.eo.tit.& c.j.12.q.4.aut ecōtra, quia eccleſia ſolum erat ſuf-
27 ficiens,patrimonium verò tenue,ſeu induſtria perſonæ,& tunc præſumendum eſt pro eccleſia d.c.j.eo.Si verò vtrunq; erat ſufficiens in totum, vel in partem, tunc fiet diuiſio inter hæredē, & eccleſiam ſecundum quantitatem patrimonij, & rerum eccleſiæ, & pone in terminis,quod ab eccleſia habebat trecenta, & ex patrimonio ducenta,debet prius detrahi, quod veriſimi-
28 liter Prælatus expendit in perſonam ſuam pro victu,veſtitu, & ad ſubſtentationem ſui,& nomine eccleſiæ, nec debent deduci expenſæ nimis delicatæ, ſi fingas,q huiuſmodi ſumptus aſcēdat ad centum aureos, præſumptio inſurgit, quod tunc de bonis eccleſię expendit in acquiſitionem bonorum ducentū aureos, & ex patrimonio alios ducentum, ex quo tantum percipiebat,fiet ergo æqualis diuiſio inter eccleſiam,& hæredem, & ſi minus percepiſſet de patrimonio, minorem partē percipiet ex acquiſitis,ita videtur velle lex.in d.c.j.12.q.4.& expreſſius ibi glo.ſentit Inno.c.cum in officijs.extra de teſtam. Anto.de But. Abb.Didac.Couaruuias,& alij communiter ibi, Bal.conſi.313. præmittendum eſt ad euidentiam, ad ſi.lib.2. Corn.conſi.81.in caſu præmiſſo. & eſt ſatis rationabile. vt ex quo nō conficiebat rationem de redditibus eccleſiæ,ſed promiſcuè vtebatur cum patrimonio, vt fiat præſumptio non captioſa alicui, & hoc in-
29 telligo,etiam,ſi prælatus emerat nomine proprio,quia non eſt ſibi credendum,ex quo facultates eccleſiæ exuberant,& nō apparent in quem vſum fuerint conuerſæ, & idem per omnia di-
30 cendum quando non habet patrimonium, ſed induſtriā æquialentem,eadem ratione,puta ſi Doctor, qui ex aduocationis, vel munerum, ac officiorum functione, & huiuſmodi multa lucraretur,ſed ſi non habet patrimonium,nec induſtriam,prę-ſumitur pro eccleſia. Et vide Cyn.in auth.licentiam. C.de epiſ. & cle.vbi idem ſentit in adminiſtratoribus ſecularium rerum, nam dicit, quòd ſi adminiſtrator erat perpetuus, & nihil habe-
31 bat,præſumitur acquiſiſſe ex adminiſtratione: Si verò temporalis erat, & ad tempus, & reddebat rationem, tunc non ex adminiſtratione, ſed ex induſtria acquiſiſſe præſumitur, ſcilicet defunctus.C.arbit.tutel.vltimo membro.ſi dubitatur, vtrū bona fuerint acquiſita,vel an illa habuerit prælatus, tempore quo fuit promotus,vel beneficiatus,dico ſic,ſi dubitatur,an aliquid habuerit, procedit opinio Ioan.Andr.vt videlicet præſumatur pro eccleſia, poterit tamen probare hæres, prælatum, vel mortuum,illa, vel alia bona habuiſſe tempore promotionis, ſed ſi dubitatur,vtrum illa bona,de quibus eſt quęſtio acquiſierit ante promotionem,aut poſt, tunc defendam poſſeſſorem in poſ-
32 ſeſſione ſua, ſiue hæredes, ſiue eccleſiam, & ſic inquit Abb.loquitur tex.cum glo.ſi bene intelligatur.in c.j.12.q.4.hęc diſtinctio Abbatis placet D.Quintiliano Mādoſio in ſua praxi ſignaturæ gratiæ in rub.licentiam teſtandi, & ſpoliorum conceſſio. pro qua adducit conſi.20. Benedicti de Bene. qui vulgo Capra nuncupatur incip.punctus quidam Franciſcus.in primo quæſito. ſequitur Didacus Couaruuias Doctor Hiſpanus in ſuis cōmentarijs c.j.de teſtamen. per multas columnas, & Alex.conſi. 101.7.vol circa princi. vbi optimè. ſequitur pulcherrimè hanc opinionem Zabarella.in c.cum in officijs.de teſtamen.in fi.vbi ponit quæſtionem de domino Franciſco Petrarcha Archidiacono Parmæ, qui acquiſiuerat ante Archidiaconatum quaſdā domos, ſuper quibus fuit poſt mortem eius lis inter ſucceſſorē in Archidiaconatu,& hæredes eius, quia illa concluſio, vt pro eo,qui eſt in poſſeſſione bonorum præſumatur,& dicenti incū-
33 bat probare,videtur vera per glo.c.nulli 12.q.5. Bar. cum additio.ad eum in l.ſi inter.ff.de rebus dub.præſertim,quando conſtat clericum ante beneficia habuiſſe patrimonium,tunc enim agens contra poſſidentem probat, Lap.alleg.113.pro declaratione.& probatur expreſsè d.c.j. de pecul.cleri.à contrario ſenſu,vbi præſumitur promotus.ita punctualiter conſulit Cardin. conſi.79.Thema.in morte Illuſtriſ.Vatis D.Franciſci Petrarcę. vbi ſubdit magiſtraliter, eſſe in hoc conſiderandas cōiecturas, & præſumptiones,quia vna aliam elidit, & ſic quātum eſſet patrimonium ſuum,quot redditus eccleſię,quantum lucratus ex doctrina,vel artificio ſuo,vel aliter,c.relatum.el ſecundo,verſi. cæterum.de teſtamē.& ſi hæres reperitur in poſſeſſione, donec de dictis coniecturis dignoſcitur,non excluditur à poſſeſſione,
34 d c. nulli. & per allegata per Cardina. d. loco addo adducta per Corn.conſ.314.videtur lib.3.2. col. & ſeq. Vbi tenet conſulendo in hac materia, quod communis opinio eſt, q ſi nihil probatur,præſumitur pro eccleſia, ſed ſi probatur induſtria, patrimonium,officia,artificia,vel doctrina, vel aliquid aliud, vnde
35 veriſimiliter potuit quęrere,tollitur dicta præſumptio,dato ēt, quod formaliter non probaretur, quod dicta bona, de quibus agitur fuerint empta deſuper lucratis pecunijs, & in hoc omnes communiter concordant,præſertim ſi apparet, quod tempore promotionis aliquid patrimonij habuerit, tunc enim poſtea quæſita,ſi non apparet vnde, in dubio præſumptio eſt pro poſſeſſore, ita quod ſucceſſore defuncti vniuerſali vel particu-

lari

Source : BIU Cujas

lari poſſidente, incumbat onus probandi eccleſiæ, aut camerę, pro quo vide Imo. in c. vt vnus. de pecul. cler. vbi quærit, quid ſi reperitur rector eccleſiæ, mutuaſſe pecuniã nomine proprio, an poſt mortem eius, præſumetur dictã pecuniam fuiſſe quæſitam de bonis eccleſiæ, & dicit Domi. Anto. quod non, ſi probetur; quod habuit bona tempore promotionis, & idem dicit, ſi probetur, quod erat perſona talis, quæ licitè potuit acquirere dictam pecuniam, puta ratione aduocationis, vel lecturæ, nam dicit, quod ſatis præſumeretur tunc dictam pecuniam mutuatam fuiſſe quæſitam de proprio ipſius prælati, pro hoc videtur, quod actio quæſita contra extraneum per prælatum nomine proprio, acquiratur hæredi prælati, ſi probetur, quod tempore promotionis habuit bona propria, vel quod habuit officium aduocationis, aut lecturæ, vel aliud, ex quo potuit lucrari &c. & ante omnes, has diſtinctiones, & regulas tradit in hac materia Inno. vbi dicit, quod ea, quæ ſunt acquiſita poſt clericatum, prima facie præſumuntur acquiſita intuitu eccleſiæ, & de redditibus eccleſiæ. & licet in ſingulis clericis præſumatur pro eccleſia, maximè præſumitur pro prælatis, quidam tamen ſecundum Inno. dicunt, & fortè non malè, quod ſi non ſunt prælati,
36 creditur acquiri intuitu perſonæ, non eccleſiæ, cum ad acquirendum nomine eccleſiæ, nullus niſi ſit prælatus, habeat offi-
37 cium, ideo ſuo nomine acquirere videatur, ſi aliunde habeant bona, & tũc hæres ſuus licitè taliter acquiſita, poſt mortem occupabit. arg. c. requiſiſti. de teſta. & dicit Inno. quia in is difficiles, & quaſi impoſſibiles ſunt probationes teſtium, vel inſtrumentorum, ſcilicet quid, & quantum de redditibus eccleſię, & quantum de ſuo proprio emerit, ideo iudex in hoc multum ex præſumptionibus procedet, & quia cõtingit aliquando, vnam præſumptionem aliam elidere de præſump. c. illud. & c. literas.
38 de elect. cum inter. iudex arbitrabitur, quantum ſit patrimoniũ eius, & quot ſint redditus eccleſiæ, item quid lucretur de artificio, ſeu doctrina, tex. c. ſacerdotes. 12. q. 4. ex hoc enim habes, ꝙ
39 ex coniecturis conijcitur per arbitrium iudicis, an clericus acquiſierit intuitu eccleſiæ, an perſonæ, & hoc intelligo, quando aliquæ coniecturæ ſunt, quod clericus acquiſierit aliqua intuitu perſonæ, quibus ceſſantibus, videtur procedere illud, vt prima facie præſumatur, ꝙ intuitu eccleſiæ: & in hoc dicit Innoc. ſe non credere, quod melioris conditionis ſit is, qui poſſidet, ſiue hæres, ſiue eccleſia, quoad probationem faciẽdam, vt ex eo,
40 quod poſſidet, alteri incumbat probatio, quia ſemper preſumitur pro eccleſia, niſi hæres clerici defuncti, probauerit defunctum habuiſſe aliquid ante clericatum, vel aliunde ſuo intuitu obueniſſe, & probet ſecundum eum verè, vel præſumptiuè, c. requiſiſti. de teſta. dicit etiam Inno. ꝙ ex alio præſumitur contra clericum, quia cum prælatus debeat ſegregare res ſuas à rebus eccleſiæ 12. q. j. c. ſint. multum cõtra eum præſumitur, ſi hoc
41 facere omiſit, & ſæpe poſſet propter culpam eius deferri iura-
42 mentum eccleſiæ. arg. 2. q. j. in primis. maximè vbi manifeſta, & lata deprehenditur culpa, refert, & ſequitur Zabarel. c. cum in officijs. de teſtam. hanc opinionem ſequitur Bal. in auth. licentiam. C. de epiſco. & cler. vbi dicit, aut bona non ſunt diſtincta, nec communia, ſed ſunt omnino incerta ad quem pertineant, & vnde prouenerint, & tunc ſtamus præſumptioni d. authenticæ, nam quicquid prælatus reperitur poſſidere per prælaturã, ſi non conſtat de titulo, vel poſſeſſione anteriori, vel antiquiori, præſumitur eccleſiæ, & nomine eccleſię poſſidere. Vnde de his. prælatus teſtari non poteſt, nec aliquis alius adminiſtrator eccleſiæ, nec etiam rectores hoſpitalium, vt expreſsè apparet in corpore huius authenticæ: quod eſt notatu dignum, vbi idem
Bald. reddit rationem, quare ſit, quod vbi non apparet de tem-
43 pore acquiſitionis, preſumatur pro eccleſia, & quod, vbi non apparet cuius cõtemplatione, præſumatur itidem pro eccleſia, quia inquit ſecundum Innoc. primum contingit propter culpam prælati, quia debuit inuentarium facere, & res ſuas ſegregare à rebus eccleſiæ, & omnia agere cum conſilio ſuorum clericorum, vnde ſi omittit hoc, multum contra eum preſumitur, ſicut contra tutorem, ſi ergo eſſet factum ſolemne inuentariũ, poſſet diſcretio bonorum per ipſum probari. l. cum lege. ff. de proba. Secunda ratio eſt, quia ex quo prælatus reperitur in poſſeſſione præſumitur poſſidere nomine eccleſiæ, quia ad officiũ ſuum pertinet acquirere eccleſiæ, & per hoc dicit idem Innoc. quod ſi ille, cui prælatus relinquit talem poſſeſſionem, etiam iure inſtitutionis, eam occupat propria authoritate, ꝙ ipſe incidit in pœnam in l. ſi quis in tantam, nec excuſatur etiam obtentu teſtamenti: & eſt ratio, quia cum ciuilis poſſeſſio ſit penès eccleſiam per Abb. in c. cum eſſes. de teſta. in repet. verſi. 5. principaliter dixi in quæſtione, quæ actio competat ad ſpolia. neque hæres, neque teſtator poſt eam interuertere, ſequit Bart. in l. cum ipſe. verſi. quæro lex. C. de contrahen. emp. vbi firmat, ꝙ res emptę per prelatum, præſumuntur emptę nomine eccleſię, ſi autem bona occupata, reuera pertinent ad occupantem, tunc quia nemo erat ante in corporali poſſeſſione, conſiderata
44 veritate licita eſt occupatio, & prȩuentio in poſſidẽdo, ſcilicet, ꝙ omnis, qui recta via ſuccedit in titulo inſtitutionis, vel ab in-
teſtato habet hanc poteſtatem occupandi, quod reuera perti-
45 nent ad ſe, & à nemine eſt poſſeſſum, quod eſt valde notabile. Sequitur Alexan. in ſuo conſil. 116. vol. 7. quod conſilium fuit factum in preſenti materia, vbi examinando quęſtionem Ioã. And. an ſi quis eſt vicarius in eccleſia, preſumatur illud, quod habet acquiſiuiſſe de bonis eccleſię, diſtinguit, aut eſt vicarius temporalis, qui fortè habet certam portionẽ pro ſeruitio, qã
46 preſtat, & tunc non preſumitur acquiſitum de bonis eccleſię acquiſitum per eum, quia talis non dicitur habere adminiſtrationem eccleſię. c. conſtitutus. de filijs presbyterorum, ſi autem eſſet vicarius non temporalis, ſed perpetuus, tunc dicit, quod ex qualitate vicarię, & quantitate patrimonij, ſeu ex his, quę ex proſpera fortuna probatur eum acquiſiuiſſe de bonis eccleſię, an non, & in totum, an in parte arg. c. fin. de tranſact. & eadem ratione idem dicendum eſt, nedum in vicario, ſed etiam in rectore, & prelato: quid enim, ſi aliquis eſt rector eccleſię, ex qua modicum, vel nihil percipit, & habet officium lucroſum, vt qa
47 forte eſt doctor deputatus ad legendum cum ſalario, vel etiam ex induſtria aduocationis, vel ſimili multa acquirit, certè non preſumetur tunc, quod quęſitum per eum ſit de bonis eccleſię acquiſitum, per eundem etiam Alexã. in conſil. 101. eod. vol. in princ. quia dicit Abb. d. c. vt vnus. de pecul. cleri. in caſu talis induſtrię eſt idem preſumendum, quod & quando habet patrimonium, quia tunc non preſumitur pro eccleſia, cum ſępe lõgè maior ſit induſtria, quàm ſit facultas patrimonij, quia nõ debet hęres onerari ad probandum, quod bona fuerint acquiſita
48 ex induſtria perſonę, ſed ſufficit probare ꝙ prelatus multa lucrabatur ex induſtria perſonę, & tunc idem preſumendum eſt, ſicut in caſu, quando habebat patrimonium, quia ſimilium eadem debet eſſe ratio. c. cum dilecta. de confirm. vtil. vel inutili. & per Ioan. de Imo. d. c j. de pecul. cleric. vbi ad dubium ibi propoſitum reſpondendo, dicit, quòd ſi reſpectu eius, quod quis reperitur habere induſtria eſt non parua, vt ponit exemplum ibi de quodam qui adminiſtrauerat negotia cuiuſdam maximi domini, qui demum redijt ad ciuitatem cum centum millibus ducatorum, ꝙ non preſumitur acquiſiſſe ex adminiſtratione, & cum induſtria fuerit parua, præſumitur acqſiſſe ex induſtria in Barataris, extorquẽdo ab hoc, & ab illo, ſuffultus fauore domini, & hoc ſecundum opinionem Petri, quem ibidem Imola adducit: ipſe verò dicit, ꝙ ſi ille talis reddidit rationem ſuę adminiſtrationis, nõ preſumitur tunc ex bonis domini quæſiuiſſe, alias ſi non reddidit, videretur ſecus, & in materia dic, quòd clericus ſecularis emens nomine proprio acquirit ſibi, & hęredibus ſuis, ſed ſi emat de bonis eccleſiæ, debet eccleſiam cõſeruare indemnem, alias eccleſia in ſubſidium vendicat rem emptam, in quacunque cauſa cantat inſtrumẽtum, ſed ſi emit nomine eccleſiæ, acquirit eccleſię dominium, & poſſeſſionem: in
49 dubio autem preſumitur emiſſe nomine eccleſiæ, & ipſo mortuo, poteſt eccleſia capere poſſeſſionem rei propria authoritate, niſi hæres prius ſit ingreſſus eam, quo caſu debet conueniri via ordinaria, nõ autem ſibi poſſeſſio auferri de facto, ſed ſi clericus relinquit hæredem nominatum, poteſt hęres propria auctoritate occupare impunè, nec dicitur mala fide verſari, nec
50 eccleſiam voluiſſe ſpoliare, ſed cautius erit, quòd hęres poſſeſſionem capiat ſaluo, & reſeruato iure eccleſię, quia tunc nihil ſibi poteſt impingi. ita Bald. in l. cum ipſe. 2. col. verſ. tertio caſu. C. de contrahen. emptio. & clericus emens equum de bonis eccleſię, non eſt dominus equi. 13. q. j. res eccleſię. 44. diſt. in prin. verſ. ſacerdos. & clericus emens fundum de pecunia eccleſiæ, ſi in inſtrumento faciat poni nomen alterius, preſumitur facere in fraudem. Bald. in l. mancipia. C. ſi quis alteri vel ſibi. poſt Innocen. in c. cum in officijs. de teſtam. in glo. ſua magna. & dicit Bal. in conſ. 298. vol. j. incip. Chriſti nomine in hac materia, ꝙ prelatus aut celebrat contractũ per ſeſe, interdum per interpoſitam perſonã, interdum eſt dubiũ, ſi per ſe, & tũc, aut noĩe eccleſiæ, & acquirit eccleſię, quia ſiue moriatur ſiue remoueatur, vel recedat, remanet acquiſitũ fixum eccleſiæ: ſi noĩe proprio, ẽt tũc ſi ſit prelatus, qui non poſſit habere propriũ, vt quia monachus, vel canonicus regularis, & acquirit eccleſiæ: ſi verò ſit, qui poſſit habere proprium, & tũc, ſi ex re eccleſię, acquirit eccleſiæ ſi ex re patrimonij: acquirit ſibi, & hęredibus: ſi dubitatur ex qua re, & tunc, ſi eſt epiſcopus & preſumitur, ꝙ ex rebus epiſcopatus, ſi tempore quo fuit factus epiſcopus, non habebat patrimonium, niſi probetur, ꝙ ex alia cauſa acquiſiuit: ſi autem dubitatur, ex quibus bonis, tunc agenti incumbit probatio, qa in dubio poſſeſſor abſoluitur, ſubdens, interdum prelatus emit pro ſuis conſanguineis, vel amicis, & tunc ſi de pecunia eccleſię, indubitanter eſt eccleſiæ, & præſumitur pecunia eccleſiæ, ſi eccleſia erat in poſſeſſione pecuniæ, quia in rebus, quę vſu conſumuntur, preſumitur ex poſſeſſione dominium: nam quia eſt facilis tranſitus per conſumptionem, meritò facilius præſumi-
51 tur: ſi prælatus mutuat pecuniam conſanguineo, res ex tali pecunia empta, non dicetur empta eccleſiæ: & dicit, quod ratio, eſt, quia dominium pecuniæ tranſiuit in accipientem mutuum, quia hoc modo eccleſia haberet pecuniam, & rem, vt per Bal.

d. conſ.

Source : BIU Cujas

d.conſ.298. ſed ſi prælatus emit per interpoſitam perſonam, & eadem inquit Bald.ibidem dicenda ſunt, vt ff.de autho.tut.l.pupillus.§.per interpoſitam.C.quod met.cau.l.ſi per impreſſionē. C.de ſecundis nup. l. hac edictali. ſed in dubio non præſumitur fraus, ſed aut donatio, aut mandatum.l.quæ dotis.ff.ſol.matri. præterea videndum eſt, quomodo cantet inſtrumentum, niſi concipiens inſtrumentum aliud fateatur,vel per teſtes aliud p̄betur. l.4. §. ſi ab ignoto. ff.de manum.nam quod non dicit inſtrumentum,nec nos dicere debemus, niſi contrariam probationem habeamus.l.fideiuſſores magiſtratum. §.j.de fideiuſſor. & per eundem conſ.299.d.vol. ibi.& conclude quatuor caſus. nam,aut quis adminiſtrat res eccleſiæ tantum, & acquirit eccleſiæ,aut gerit propria negotia tantum, & acquirit ſibi, aut propria & eccleſiæ,& acquirit communiter, aut ſeorſum negotiatur,quandoque ſibi,quandoque eccleſiæ, & ſi conſtat quod de pecunia eccleſiæ,& eccleſiæ acquirit,ſed ſi non conſtat, acquirit ſibi,quia licitè potuit per ſe negotiari, hęc per Bald.d.loco, ſed hoc locum non habebit,ſi clericus fuit,qui negotiatus fuit. quia poſt eius mortem,acquiſita ſunt applicata eccleſiæ per bullam Pij quarti,de qua in ſecunda queſtione illius laboris,& clerico eſt interdictum negotiari. toto titulo ne cleri. vel monac. vnde merito in dubio acquiret eccleſiæ,ex quo clerico eſt peccatum,& delictum negotiari,idem Bald.in addit.ibidem quod adminiſtrator,qui à principio,& ex poſtfacto eſt neceſſarius,vt prælatus,acgrit eccleſiæ,de pecunia eccleſiæ, velit,nolit, & acquirit directum dominium,ſi ſe nominet in inſtrumento,ſi nominat conſanguineum, vel amicum, cui vult acquirere, ſi venditor hoc agit,vt non quæratur eccleſiæ,acquirit vtilem rei vēdicationem,ſi hoc eligat eccleſia,quæ poteſt de duobus vnum eligere,quod ſibi placet,vel rem,vel pretium,& magis intereſt eccleſiæ habere pecuniam, quam rem, tunc non videtur acceptare contractum, ſed ſi magis rem, videtur acceptare eo ipſo quod non contradicit, quia, vbi de lucro agitur, facile quis conſentit, ſed vbi de damno, diſſentit, & aliàs, vt ibi per eundem Bald.

Et ſecundum Inno.dicit idem Alexā. d.loco, quod iudex in his diſcernendis, & diijudicandis habet arbitrari ex cōiecturis, inſpecta qualitate,& quantitate reddituum eccleſię,& inſpecta qualitate induſtriæ,ſeu artificii, vel doctrinæ, ex quibus lucrari potuit, quantum præſumendum ſit eum acquiſiuiſſe ex bonis eccleſiæ,& quantum aliunde, per id, quod habetur in ca.ſacerdotes.12.q.4.in qua computatione, iudex prius deducet de redditibus, & bonis eccleſiæ quantum expendere oportuit prælatum,vel clericum in victu,& veſtitu.quia qui altari ſeruit,de altari viuere debet.12.q.j.ex his & c.epiſcopus. ead.cau.q.2.c.charitatem.habetur per Bal.in ſuo conſ.313.vol.j. ibi per ſubtilitatem igitur iudicis,iſta ſunt determinanda, & reddenda ſingula ſingulis &c. Barthol.Cœpol.conſ.51.incip.in Chriſti nomine. quod eſt conſilium in materia noſtra factum.Item debet deduci in dicta computatione illud, quod fuit expenſum in expēſis factis in alimentis pauperum,vel in hoſpitalitatem,vel in redēptionem captiuorum,aut alias pias cauſas.12.q.2.aurum.& ceſſantibus iſtis coniecturis, præſumeretur in dubio pro eccleſia, pro qua iura præſumunt, niſi probetur clericum, ante clericatum quid habuiſſe,vel aliunde interim ſibi obueniſſe.per Bald. conſ.80.vol.5.Roma.conſ.159.Veron.conſ.51.col.pen.Corne. conſ.314.lib.3.& conſ.79.colum.j.lib.4.Franc.in Rub.de teſta. col.30.lib.6.Alexan.conſ.101.col.j.num.4.conſ.116.colum.2. num.3.lib.7. per iura, & doctores quos allegat ibi idem Alexā. ſecundum quos,& maximè Ioan.de Imol.dicit, quod ſi rector eccleſiæ reperitur mutuaſſe pecuniā nomine proprio, an poſt eius mortem præſumetur acquiſita de bonis eccleſiæ, & dicit quod ſic, niſi probaretur quod talis erat perſona, quæ licitè potuiſſet dictam pecuniam quærere, puta ratione aduocationis, vel lecturæ, vel ſimilis exercitij, quia tunc præſumetur acquiſita aliunde,potius quam de bonis eccleſiæ,prout ſonat actus geſtus à prælato, qui proprio nomine dictam pecuniam tāquam ſuam mutuauit, facit quæſtio poſita per Abb.in ca.requiſiſti.de teſtamen.vtrum legatum factum epiſcopo, præſumatur factū contemplatione eccleſię,vbi dicit,quod in dubio eſt recurrendum ad coniecturas,vt ſi eſt factum à perſona coniuncta, non præſumatur, quamuis dixerit relinquo hoc epiſcopo: idem ſi longam amicitiam ſimul habuiſſent: ſimiliter ſi diceret relinquo Domino Titio,non expreſſo epiſcopo, & ſic erit ſuum, & ſuccedunt propinqui ab inteſtato c.quia nos. de teſtam. ſi verò ab extraneo legetur præſumitur factum, & legatum contemplatione eccleſiæ per tex.in l.annuum. ſecundum vnum intellectum.ff.de annuis leg.& glo.ſingu.in c.requiſiſti,vide glo.nota.in c.2.de teſtamen.lib.6. Idem dicendum eſt, non ſolum de epiſcopo, ſed de quocunque habente adminiſtrationem, ſeu prælationem in eccleſia,accipiendo adminiſtrationem pro dignitate,ſeu miniſterio in eccleſia ſeparato à congregatione, vt quia eſt vicarius temporalis alicuius eccleſiæ, ſeu commendatarius ſecundum Abb. in c.2. de iudi.prælationem verò intelli-
ge, quando habet adminiſtrationem perpetuam. & largè acci-
piendo, vt comprehendat etiam habētem eccleſiam curatam, ſecundum Inno.in d.c.requiſiſti.qui dicit, quod qui poteſt abſoluere,dicitur habere adminiſtrationem, & extraneus in caſu iſto accipitur,qui non eſt ei coniunctus, in quarto gradu conſanguinitatis,vel affinitatis,vt eſt text.in authē.licentiam.C.de epiſ.& cler.glo.12.q.3.c.pontifices.

Si verò legatum ſit factum clerico, non habenti adminiſtrationem in eccleſia, dicit idem Abb.d.ca.requiſiſti. quod in dubio præſumetur factum intuitu perſonæ, non eccleſiæ, exemplum poſſet poni in canonicis, quia ipſi non habēt adminiſtrationem in eccleſia,quod tamen, intellige ſi talis cui legatur, ſit perſona, quæ poſſit habere propria, ſecus ſi non poſſit habere, puta quia religioſus,quia tunc præſumitur legatum factum, intuitu monaſterij,vel eccleſiæ facit tex.in l.Deo nobis.C.de epiſcop.& cleri.c.vnico.18.q.j. & ſic quando eſt factum intuitu eccleſiæ,non poterit diſponere,niſi,ſicut de rebus eccleſiæ, idem tenet Barto.in l.ciuibus.ff.de reb.dub.& ſecundum Abb.in cap. Raynutius.de teſtam.legatum factum canonicis omnibus talis eccleſiæ,præſumitur eccleſię contemplatione factum, etiam ſi per legantem exprimantur nomina cuiuſlibet canonici,p̄ text. in l.ciuibus.ff.de reb.dub. vbi dicit text.ciuibus ciuitatis legatū, vel fideicommiſſum datum,ciuitati relictum videtur,quod verum eſt ſecundum gloſ.niſi ſit datum vti ſingulis, quia non acquiritur tunc ciuitati,ſed ipſis ciuibus.Barto.in d.l.ciuibus.glo. in l.Titius.la ſecunda.§.ciuibus.ff.de leg.2.licet. glo.in l.nō plures.C.de ſacroſan.eccleſ.aliter dicat, ſed intellige, & declara, vt per Barto.ſupra allegato loco facit l.annua.§.à Titia. ff.de ann. leg.quando verò legatum factum filio familias præſumatur factum intuitu,& contemplatione patris, vide per Bart. in l.cum aliquis.C.de iure delibe.& per Abb.in c. Raynutius.extra de teſta.pro qua materia vide Alex.d.conſ.100. vbi tenet quod præſumptio quæ ſit, quod aliquis acquiſierit de bonis eccleſiæ, habet locum, quando contentio eſt cum eccleſia, ſecus, quando contentio eſt cum alia perſona, ſicut quando contenditur inter virum,& vxorem,quia tunc preſumitur acquiſiſſe de bonis mariti,ſecus quando contenditur cum extraneo, per doct.Bal. in l.ſi vxorem.C.de condi.inſer.in 3.col. & per eundem Alexā. d.conſ.in principio.

Vide in hac materia Ludo.Roma.conſ.159.vbi inter alia dicit,quod ad propoſitum præſentis materiæ facit illud,quod dicitur officialem præſumi ex bonis reipu.quæſiuiſſe, quando tēpore promotionis ad officium, non apparet eum aliquod habuiſſe patrimonium, vt in glo.ſingulari in l.facultas. C.de iure fiſci lib.10.de cuius veritate vide per Guliel.de Cun.in l.preſentibus.ff.ſi cert.peta. & per Bal.in auth.licentiam.C.de epiſco.& cler.non obſtat tex.in l.ſi defunctus. C.arbit.tutel. vbi non præſumitur tutor acquiſiuiſſe ex bonis pupilli,poſito,quod tempore ſuſceptionis tutelæ nihil haberet tutor in patrimonio, quia eſt diuerſa ratio in tutore,& ī clerico, quia tutori,ſi fuit laicus, licitum fuit negotiari,vnde eſſe potuit,quod quæſita, ex ꝓpria negociatione acquiſiuerit,quod eſt magis præſumendū,quam præſumendum ſit eum ex bonis pupilli quæſiuiſſe, clerico autem non licet aliquo modo negotiari.c.j.extra ne cle. vel monac.& ideo, vbi patrimonium, vel artificium non habet, præſumitur ex bonis eccleſiæ quæſiuiſſe, ne alias dicendo præſumamus criminem commiſiſſe negociationis & alias, vt ibi p̄ D.Ludo.d.conſ.159.

Et quicquid acquirunt clerici ratione officij, vel ſeruitij, vel pro miſſis dicendis,vel orationibus,aut ſimilibus,ſibi acqrunt, ac de eis poſſunt liberè diſponere, nec intelligitur acquiſitum ratione eccleſiæ,vel illius cōtemplatione, ſed intuitu perſonæ, quicquid dixerit Iaco.Butr.in authen.licentiam.C.de ſacroſan. eccleſ.vbi dixit,quod rector eccleſiæ debet operari eccleſiæ, & pro eccleſia, à qua recipit alimenta.argu.l.quod in vxorem.C. de nego.geſt.l.quod ſi nulla.ff.de relig.& ſump.func.& per hoc velit,quod de quæſitis ex induſtria non poſſit diſponere, tamē non mouetur bona ratione, quia clericus operari non debet eccleſiæ,& pro eccleſia,niſi circa diuinum officium, & conſeruationem ſuorum iurium, & bonorum. l.qui ſub prætextu.C. de ſacroſan. eccleſ. & propter hoc alimenta percipit ab eccleſia,& non ſimpliciter,vt alimenta,ſed vt fructus, & reditus ſibi conceſſos,ſed vide quæ dicit Abb.in c.cum eſſes.in repet. de teſta. vbi indiſtinctè tenet, quod clericus de fructibus eccleſiæ habet habere tātum ſolummodo,quod ſufficiat ad victum, & veſtitum.Item non ſemper quis,ex eo quod alimentatur tenetur operare, vt probatur in l.ſcio.in princip. & in l.Mœuia.ff.de ann.lega.& ſic concludit, quod de quæſitis ex opera ſua, clericus poteſt diſponere,ſequuntur Abb.Petr.de Anchar.& Ioan. de Imol. in c.cum in officijs. de teſtam. Quidam tamen dicunt, quod eſt ſecus in epiſcopo,qui de ſua induſtria,& labore acquiſitis,non poteſt diſponere,nec in aliquos conferre,ſed hāc opinionem non iudicat veram Alexand.in d.conſ.116. in 7.volu. per iura,quæ ibi adducit,quia illud, quod habetur in authen.licentiam prælegatam, non ſeruatur de iure canonico, & per alia ibi per eum adducta.

§.Fiet

Source : BIU Cujas

Guiliel. Redoani. De Spol. Eccleſiaſt.

§. Fiet ergo in computatione acquiſitorũ deductio expenſarum, victus primo, de fructibus beneficij, de quibus habet ſemper viuere ſacerdos, vel clericus, per ea, quæ dicit Fel. in cap. ad audientiam. de præſcriptionibus
1 j. colum. vbi dicit, quod Papa Vrbanus V. dixit Ioan. de Lignano, qui reſpuebat fieri Cardinalis, quia nolebat bibere ſanguinem martyrum, quod poterat viuere de redditibus eccleſiæ, ẽt habens patrimonium. per glo. Innocen. in c. epiſcopis, de præben. dicit etiam Bal. in conſi. 313. 2. volu. incip. præmittendum eſt. quod ſi fructus reperiuntur conſumpti, potius videntur cõſumpti de fructibus eccleſiæ, quàm de patrimonio, quia de eccleſiaſticis viuere debet &c. quia qui altari ſeruit, de altari debet viuere. 12. q. j ex his. & c. epiſcopus. & ead. cau. queſt. 2. c. charitatem. c. cum ſecundum. de præben. idem tenet Ioan. Dil. de arte teſtan. tit. j. cauſ. 3. in fi. vbi dicit, quod in dubio cenſetur qs potius fructus eccleſiæ, quàm proprios conſumpſiſſe, & in verbo victus, & clerici veſtimenta comprehenduntur. ff. de verb.
2 ſigni. l. verbo victus. Ludo. Rom. in conſ. 440. quod conſilium eſt factum in materia ſpolij cuiuſdam hoſpitalarij, Innoc. in c. indecorum. extra de ætat. & qualit. vbi dicit, quod de fructibus, & rebus eccleſiæ, clericus habet diſponere in ſuas neceſſitates, & eorum, qui ſibi inſeruiunt, dicit glo. in c. fi. de pecul. cle. quod clericus de redditibus eccleſię, habet habere victum, & veſtitũ. glo. in c. fin. de pigno. & c. quia nos. extra de teſta. pro hoc. 12. q. j. duo. & c. res eccleſiæ. vbi Ioan. dicit, quod illud ſolum eſt clericorum de fructibus eccleſiæ, quod probabili ratione cõſumũt ea. cauſ. q. j. c. fi. & q. 5. per totum. facit: quia clericus fructuum, & reddituum eccleſiæ eſt in bona valetudine vſufructuarius, per tex. & glo. ibi in c. fi. de pecul. cler. aliquando eſt vſurarius, quia
3 ei vti licet fructibus, & redditibus ad vſum quotidianum, & ſuũ facit, quantum conſumit. Bal. in authen. licentiam. C. de epiſco. & cler. Cardinalis Zabarella, & alij in d. c. fi. vbi in 3. colum. dicit, exponat clericus fructus beneficij pro victu, & veſtitu ſuo, plus, & minus, habita conſideratione ſuæ conditionis, & quicquid ſupereſt, debet erogari pauperibus, & paulo poſt, idem de fructibus, quos conſumeret clericus in victu, & veſtitu, quos facit ſuos.

Et paulo inferius ſecundum Ioan. Cald. idem Zabarel. quod
4 clericus, qui nõ intereſt diuinis, quotidianas diſtributiones nõ facit ſuas, etiam propter victum, & veſtitum, ſiue probabilem conſumptionem, vbi eum vide, dicit Alexã. conſ. 116. 2. colum. verſ. benefaciũt, ponit, & diſputat Abb. in ſua diſputatione, quæ incipit Titius clericus, quia dicit tex. in c. cum ſecundum. extra de præben. qđ clerici debent viuere de patrimonio Ieſu Chriſti, cuius obſequio ſunt deputati, & facit quod colligitur, & no-
5 tatur in eo tex. quod in tantum eſt verum, quod clericus habet viuere de fructibus beneficij, quod ſi epiſcopus ordinat clericũ ad ſacros ordines ſine aliquo titulo, vel beneficio ei collato, te-
6 netur, immo compellitur ei de neceſſarijs prouidere, quouſq; ei prouideatur de titulo, vel beneficio. vbi Abb. dicit, quod licitum eſt clerico ſecũdum Apoſtolum, viuere de redditibus eccleſiæ, licet enim ipſe Apoſtolus abſtinuerit, quærendo ſibi vi-
7 ctum manibus, vt non daret locum falſis Apoſtolis, ſeu materiam exercendi quæſtum, non tamen per hoc impoſuit alijs, vt ſic teneantur facere, immo expreſsè permiſit, vt hic: & Hieron. ponderauit illud verbum viuere: quaſi licitum ſit, de beneficio percipere neceſſaria vitæ, vnde dicit, quod ſacerdoti licitum eſt de altari viuere, non luxuriari, facit quod habetur in tex. in cle. j. de iure patronat. & quod dicit Abb. in c. de monacis. verſic. in glo. j. Idem Abb. in e. poſtulaſti. verſ. nemo. de reſcrip. vbi dicit, quod habens patrimonium non ſuſcipit indignè beneficium, dummodo benè expendat, & hodie bona eccleſiarum, ſunt de-
8 putata principaliter ad vſum miniſtrorum, vt in ca. paſtoralis. de his quæ fiunt à prælat. & cap. fin. 19. queſt. 2. vbi indifferenter permittitur clericis, vt poſſint viuere de redditibus, & fructibus beneficij, ex quo ei deſeruiunt, & licet habentes patrimonium, nihil poſſint petere ab eccleſia vniuerſali, tamen ab ec-
9 cleſijs particularibus, qui deſeruiunt licitè poſſunt capere, vt ibi latè per eum.

Per quæ loca clarè videtur conſtare, quod clericus de fructibus beneficij poteſt ſumere ſibi neceſſaria pro ſe, & ſuis, & iſta neceſſitas arctatur ad victum & veſtitum tantum, vt 12. q. j. epiſcopus. glo. in c. j. 21. quæſt. j. quæ dicit, quod hoc obtinuit ſecundùm tempora illorum iurium. 41. diſtin. epiſcopus vilem hodie verò creuit decus eccleſiæ, auxitque Deus eccleſias, de con-
10 ſecra. diſtin. j. vaſa. quia hodie ſine penuria, & commodè viuere debent clerici de redditibus eccleſiæ. per tex. in c. j. de ſtat. regu. §. ſanè, & ibi gl. in 5. ſine penuria, vbi dicit quod multa nõ poſſum facere commodè, quę facere poſſum ſine penuria optima glo. in extrauag. ſuſcepti. ne ſed. vacan. in glo. in totum. quæ dicit quod commodè habent viuere clerici de fructibus eccleſię, & commodè dicitur quod ſit conſideratis nobilitate, ſcientia,
11 & dignitate c. cum adeo. de reſcrip. facit tex. in ca. poſtulaſti. ibi valeat commodè ſubſtentari, vbi Abb. declarat verbum commodè & tex. in c. cum adeo. de reſcrip. ibi ſufficientem, per quẽ text. & ibi glo. videtur, quod clericus debeat habere eccleſiam aut beneficium ſibi ſuiſque ſufficiens, & ſufficiens intelligit gl. ibi, quod ſufficiat ſibi & ſuis, 50. diſt. ſtudeat. in fi. & quod aduenientes poſſit recipere, & iura epiſcopalia perſoluere. c. ſicut. de
12 ſupplen. neglig. prælat. tex. c. de monaeis. extra de præbend. vbi dicit glo. Bernardi, nota quod clerici tenentur ad hoſpitalitatẽ.
13 Item competenter quis debet beneficiari, ita quod poſſit commodè ſuſtentari, & iura epiſcopalia perſoluere dicit text. & ibi glo. in cap. j. de inſtitut. vbi dicit, quod tot ſunt ponendi, & inſtituendi in monaſterio, vel eccleſia, quot poſſint in eo, aut in ea commodè ſuſtentari, & quod poſſint iura epiſcopalia, & hoſpitalitatis perſolui, & notat Abb. in c. de monachis. quod ẽt clerici ſeculares tenentur ad hoſpitalitatem, & intellige ſecundũ Inno. ad ſolitam, iuxta vires facultatum, non enim tenetur omnes recipere, & poſtea mẽdicare, ſed primo ſubueniendum eſt ſeruitoribus in c. his. de eccle. ædifi. Item reparanda eſt prius eccleſia, c. paſtoralis. de his quæ fi. à prælat. & ex alijs redditibus poterit teneri hoſpitalitas, & intellige, niſi eſſet tanta neceſſitas proximi, quod fame moreretur, tunc eidem eſt ſubueniẽdum, nam tunc eccleſia tenetur etiam vendere bona mobilia, & ẽt vaſa eccleſiæ. 12. queſt. 2. aurum. & hoc caſu, etiam quoad laicos eleemoſyna eſt in præcepto: & in aſſignanda portione victus huic clerico rectori, vel vicario, inquit, Abb. & in tenenda ho-
14 ſpitalitate, habebitur reſpectus ad ſitum eccleſiæ, nam magis indiget quando eſt extra vias communes: item conſiderabitur conſuetudo loci, & vbi religioſi omnia onera ſubirent, ceſſaret hæc prouiſio in eccleſijs inferioribus, per quæ manifeſtè apparet, quod de beneficij fructibus, & redditibus clericus debet tãtum habere, quod commodè viuere poſſit, nec ſufficit, quod vi
15 uat ſine penuria, quia multum intereſt viuere commodè, & viuere ſine penuria, quia ſæpe poteſt quis ſine penuria viuere cũ quadraginta florenis, ſed non commodè, quia dicit glo. in ca. j. §. ſanè in 5. abſque penuria de ſtat. regul. in 6. quod canonicus Bononienſis non poſſet de centum florenis commodè ſubſtẽtari, & tamen de vigintiquinq; ſubſtentaretur abſq; penuria, ſequitur Dec. in conſ. 555. num. 14. & Cardinalis in clem. j. §. ſanè. de iur. patro. vbi exponit illum text. in 5. ſatisfactione ſufficiẽti, & congrua, in victu, non de tali per quam nõ periret fame. Fel. in c. poſtulaſti. 3. col. de reſcript. Quia hodie clerici non debent
16 viuere ita ſtrictè, ſicut olim, & dos eſt aſſignanda magis ampla beneficiatis hodie, quàm olim, per glo. in c. epiſcopus 41. diſtin. & non debent hodie epiſcopi habere vitam ita ſtrictam in viſitationibus, & procurationibus, quia hodie creuit decus eccleſiæ c. vaſę. de conſec. diſt. j. per Ioan. de Silua in tracta. de beneficio, prima par. q. j. num. 228. & 227. vbi vide pro eo etiam, quod
17 hodie eſt difficile dicere, quot fructus ſufficiat beneficiato, qa plus vni, & minus alteri ſufficit, ſecundum qualitates, & condiciones illorum, nam in illa commoditate inquit glo. inſpicitur conſuetudo regionis, qualitas perſonę, vnde licet non poſſum commodè ſuſtentari, tamen poſſum ſine penuria, quam glo. vide quæ docet actum in practica in modo articulandi.

Et in tali ſubſtentatione, vel victu ſubminiſtrando clericis,
18 de redditibus eccleſiæ, eſt habenda ratio nobilitatis perſonę. 41. diſt. non cogantur. item ſcientiæ. c. de multa. de præben. item dignitatis. ff. de varijs & extraordi. cog. l. j. §. in honorarijs. & l. ſed & ſi quid. §. j. ff. de vſufruct. quia alijs cibis veſcuntur nobiles, alij viles, & pauperes, & alio modo viuunt nobiles, alio pauperes.
19 Inno. in c. dudum. el 2. ad fi. de electio. glo. cap. conſtitutus. in 5. impotentiam. de appe. Philip. poſt alios in c. de multa. in fin. de præben. 5. col. ver. ſublimes, & literatas. S. Tho. in quolib. 6. art. 9. tex. in c. de multa. in fi. de præben. & dicit Abb. in ca. cum adeo. de reſcrip. & ſi diceres quare in rebus Dei, habetur reſpectus ad iſtas qualitates extrinſecas, cum poſſit illud allegari, quod apud Deum non eſt acceptio perſonarum, reſpondetur, ꝙ per has
20 qualitates prouidetur bono vniuerſali, nam ſine ſcientia mundus regi non poteſt, vnde eccleſia vniuerſalis indiget viris literatis, vt per Ioan. Mon. in c. ſuper eo. de hære. lib. 6. vbi dicit, qđ
21 eccleſia indiget viris literatis, non aſinis ferratis, & dicit Abb. in c. de multa. de præben. 3. col. nu 8. quod ſi diſpenſatur cum ſublimibus perſonis, ſeu literatis habetur conſideratio ad bonum
22 publicum, quod per iſtos prouenit vniuerſis, nam perſona literata prodeſt eccleſiæ vniuerſali, & cum maximo labore inſiſtit in exercitio ſcientiæ, merito debet recompenſari, vt ibi per eũ facit c. cum ex eo. de electio. lib. 6. & in c. fi. de magi. facit authẽ. habita. C. ne fil. pro pat. & quatenus glo. dicit, quod debet ſufficere ſibi, & ſuis, intellige de ſuis, quos ſecũ neceſſario debet habere, nam ſi eſt doctor, vel nobilis, vel habẽs dignitatem eccleſiaſticam, non debet eſſe ſolus, nec ſine miniſtro, & dicit Corſetus in repertorio in 5. beneficia. quod redditus beneficiorum debent eſſe ſufficientes, nedum clerico, ſed ſuis, & d. c. ſtudeat. 50. diſt. & intellige (inquit) de ſuis: qui quaſi neceſſario trahunt moram cum clerico, nam ſecundum qualitatem perſonæ, dẽt habere ſeruitores, non enim debet ſibi coquinare, ſi ſit doctor, vel nobilis, vel notabilis perſona: nã oportet, quod hẽat famulos, ideo dicit gl. in c. extirpãdæ. de pb. quod minus ſufficit pauperi,

Source : BIU Cujas

peri,quàm diuiti,nam pauper qui alias non eſt nobilis,uel literatus,non indiget tanto apparatu:de diuite autem,qui non eſt ſublimis,uel litteratus,non debet haberi talis reſpectus, ut not. in d.c.de multa.in fi.11.q.j.cap.primo.& in ſumma, & nota.in capitu.cum adeo.de reſcrip.not.Abb.in capitu.extirpandæ. §. primo.de præbend.& quod debet recipere aduenientes, intellige hoc ſecundum ſitum eccleſiæ,nam poteſt eſſe, quod eccleſia ſit extra ciuitatem,etiam in itinere frequentato, ita qđ non poteſt cum honeſtate,quin ſeruet hoſpitalitatem,ſecus autem ſi eſſet in ciuitate,ubi beneficium eſſet ſimplex,ita quod hoſpitalitas non ſeruatur,in ſumma conclude ſecundum eundem Abb.quod ſecundum qualitatem perſonæ,& ſecundum ſitū eccleſiæ iudicabitur ſufficientia beneficii:dicit idem glo.in ca.
24 primo.21.q.j.in 5.neceſſitatem.in fi.vbi.dicit,quod hodie non datur victus clericis ad neceſſitatem tantum, ſed commodius, quia hodie creuit decus eccleſiæ,& Deus auxit eccleſias, ut de conſe.diſt.prima.vaſa.& hæc omnia conſideranda ſunt ſecundum qualitatem petſonæ,& ſitum eccleſiæ, aliquid enim ſufficit vni,quòd non ſufficit alteri d.capi.non cogantur.41.diſtin. & minus ſufficit manenti extra uias communes, quam in uiis, & conſuetudo prouinciæ in hoc ſeruanda eſt,diſt.iiij.erit.& 29. diſt.ſciendum.& dicit glo.in cap.ſtatuimus.de maior.& obed. in 5.potiorem, quod conſideranda eſt nobilitas, ſiue ſcientia, ut etiam maioribus,& pluribus beneficiis honorentur ab illis, qui eos promouent,ſequitur Hoſtien.& Cardinalis Zabarella in cap.de multa.præalleg.de præben.ubi loan.And.& de qualitate huiuſmodi ſcientiæ,& quæ,& qualis ſcientia requiratur,
25 vide latè per Innocen.in capit.cum in cunctis.de electio. quod ſcientia eſt requirenda ſecundum locum,dignitatem, & ordinem,ad quem aſſumitur capi.eccleſia veſtra.el ij.de electio. qui 33 enim aſſumitur ad epiſcopatū, debet habere ſcientiam noui,& veteris teſtamenti,cum ſit iudex animarum,& iuris, & cum ius dicere debeat:presbytero,ſufficit quod ſciat canones pœniten-
26 tiales communes,de quibus 37.diſt.quæ ipſis, cantor. debet ſcire cantum,& ſic de omnib. ordinibus, quod talis colligitur ex his,quæ dantur in ordinatione 23.diſtin.per totum: & ex pote- 34 ſtate,& officio; quod habent exercere.iſtę ſunt qualitates ſciētiæ quæ requiruntur in deſignatis ordinibus, ſed in caſu materiæ noſtræ,intelligitur de quolibet literato, in qualibet facultate,& ſciētia,cuius qualitati debet circa victum haberi ratio.

Et ex fructibus eccleſiæ, in iſtis ſupputationibus faciendis, habent deduci ſumptus & expenſæ quæ fiunt,in illis recolligēdis,& recondendis,vt vera fiat omnium computatio,nam fru-
27 ctus ſunt illi,& eſſe intelliguntur,qui ſuperſunt deductis expēſis,quæ fiunt gratia fructuum quærendorum,congregandorū, & conſeruandorum.l.ſi a domino vel patre.ff.de pet.hæredi. §.
28 fructus.& l.planè in fi.eo.& l.prima.C.de fructibus & litis expē. vbi dicitur, quod fructuum nomine continetur, quod iuſtis ſumptibus deductis ſupereſt,nam nullus caſus interuenire pōt, qui hoc genus expenſarum deductionis impedire poſſit. l.fundus.ff.famil.herciſ.j.reſponſo.l.fructus.ff. ſolut. matrimo. vnde dicit text.in dicto § fructus. fructus intelliguntur deductis expenſis, quę quærendorum, colligendorum, & conſeruandorum eorum gratia fiunt,& non ſolum in bonæ fidei poſſeſſoribus naturalis ratio expoſtulat, verum etiam in prædonibus.

Et in tātum videtur verum,quod clericus prelatus,vel ſacerdos habet viuere de fructibus,& redditibus eccleſiæ, quod clericus habens patrimonium ſufficiens ſibi ad victum, poteſt cū bona conſcientia recipere beneficium, ac de illius fructib. viuere,ſibiq;ue,ac ſuis hæredibus patrimonium, ac fructus patri-
29 moniales reſeruare,tenet Abb.poſt Innocen.& alios in ca.poſtulaſti.de reſcrip.dicit enim, & ſecundum illa tempora emanarunt multa iura,in quibus dicitur quod clerici habentes propria,non debēt participare de rebus eccleſiæ, ſed poſt modum, & tertio fuit ſtatutum,vt nulla eccleſia ædificaretur ſine dote
30 pro miniſtris,& aliis neceſſariis eccleſiæ,& clerici ſine ſcandalo incęperunt poſſidere bona eccleſiæ, ad hoc 12.q.j.certè, & de conſec.diſt.prima.nemo.& ſecundum hæc tempora procedunt iura:quæ videntur velle,quod clerici poſſunt,& habēt vi-
31 uere de redditibus eccleſię,nec ponderatur patrimonium,quia hodie bona eccleſiarum, principaliter ſunt deputata ad vſum miniſtrorum cap. paſtoralis.de his,quæ fiūt a præla.& vide bonum tex.j.q.ij. cap.fin.vbi indifferenter permittitur clericis, vt poſſit viuere de beneficiis,ex quo eis, & in eis deſeruiunt conclude ergo dicit Abb.ibi, quod ab eccleſia vniuerſali, clerici habentes patrimonium,nihil poſſunt petere, ſed ab eccleſiis 35 particularibus, quibus ſeruiunt licitè poſſunt capere, ex quo honeſtè viuant, hinc emanarunt iura hodierna, quibus diſponitur, quod habens beneficium, & patrimonium poſſunt 36 libere teſtari de bonis patrimonialibus.12.quæſtio.quinta.per totum,tenet gloſſ.in capitu.illi.12.quæſtio.prima.quæ ibi allegat multas rationes, quare clericus habeat,& poſſit uiuere de beneficiis, ac reſeruare patrimonium; quia debet uiuere de altari, cui ſeruit, quia nemo debet propriis expenſis, & ſtipē-
32 diis militare &c. tenet Innocen.in capitu.ſtatutum.de reſcript. lib.ſexto. nec obſtat.tex.in capitul.paſtor.1.quæſtion.ſecunda. quia ſecundum Innocen.loquitur,quando clericus vellet viuere de beneficijs, & auarè theſaurizare de patrimonio, ſecus autem, ſi vult conſeruare patrimonium pro ſuis hæredibus. Item ſecundum Hoſtien.poteſt intelligi contrarium, quādo non deſeruit beneficio,& vult viuere de redditibus beneficij, augendo proprium patrimoniū,& quia iura in hoc vario modo loquuntur,quædam enim videntur innuere, quod clericus peccat, tenendo beneficium, & patrimonium, quædam verò, quod poteſt tenere patrimonium, ſed non debet viuere de redditibus beneficij, quædam verò iura ſimpliciter permittunt clerico viuere de bonis beneficij:pro concluſiua deciſione,eſt aduertendum, quod in primitiua eccleſia vnuſquiſque conuerſus ad fidem vendebat proprium patrimonium,& ponebat pretium ante pedes Apoſtolorum demum ſtatutum fuit,vt bona non venderentur,ſed relinquerentur eccleſijs cathedralibus.vt ex eorū redditibus ſubueniretur indigentibus.cap.videntes.12.quæſt.1. Item,& quieſcente illo magno feruore fidei,laici Chriſtiani incęperunt poſſidere propria,clerici occultè poſſidebant, quapropter,vt euitaretur hipocryſis ſtatutum fuit, vt quiſque clericus poſſet poſſidere propria.capit.certè.12.quæſtio.prima.vnde pro concordantia iurium eſt dicendum, quod iura quæ dicunt clericos poſſidere non poſſe propria, loquuntur ſecundum tempus primitiuæ eccleſiæ, item, antequam clerici haberent beneficia ſeparata,nō poterant viuere de redditibus eccleſiæ, ex quo habebant ſufficiens patrimonium,quia illa bona erant deputata ſolum pro indigentibus,& ſecundum hoc tempus procedunt iura,quæ dicunt, habentem patrimonium, non debere viuere de redditibus eccleſiæ:Sed cum hodie beneficia ſint principaliter deputata pro clericis.de conſecra.diſtin.prima.nouo.nec ſit horridum, quòd clericus poſſideat propria bona, emanarunt alia iura nouiſſima,quę volunt,vt clericus poſſit viuere de redditibus beneficij,ex quo ſeruit beneficio, vnde pondera text. in ca.fin.1.quæſtio.2.vbi datur clerico ſtipendium, non propter indigentiam,ſed propter ſeruitium:non enim tenetur de ſuo patrimonio militare,ſed inquit Abb.ſimpliciter concludo, quòd hodie licitè clericus ſecularis,viuit de fructibus beneficij,& conſeruat patrimonium ſuis hæredibus, dummodo honeſtè viuat, ſequitur Cardinalis in ca.poſtulaſti.de reſcrip.col.fina. vbi Feli. num.6.Socin.conſ.91.vol.tertio.Bal.conſ.313.ſecundo vol.incip.præmittendum.Gaetan.ſecunda ſecundæ quæſtio.185.art. 7.rep.ad 3.& hanc eſſe communem opi. fatentur in ca. Epiſcopus.de præben.Fel.& Barba.in col.pen. in cap.poſtulaſti. de reſcrip.licet ab hac opinione recedunt, firmat Couarruuias Doctor Hiſpanus in ca.primo.extra de teſta.vbi reſpondet ad obiecta,& tenet pro iſta opinione, pro quo vide Innoc.& Doctor. d.ca.epiſcopus.de pręben.Innocen.in c.quoniam.in fine ne prę lat.vic.ſuas. Abb.in ſua diſputatione, quę inci.Titius clericus. quarto dubio,idem Abb.in ca.3.de pignor.tex.in ca.cum ſecundum.de pręben.qui aſſignat rationem quia videlicet ille,qui eſt aſſumptus ad onus,emolumentum habere debet: & repelli nō debet à mercede, quia clerici debēt viuere de patrimonio Ieſu Chriſti,cuius obſequio ſunt deputati, & dicitur ad Corintios: quis militat ſuis ſtipendijs nunquam? quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat?S.Th.q.100.de Simonia.ver.quis militat.§.ad tertium tenet Io.Dil.in tract.de arte teſtan. titu.de his qui in hab.teſtam.factio.cautel.3.in fin.Corn.conſ.88. col.fina. vol.ſecundo.Ro.conſi.159.colum.fin. Alexan.conſi.116.col.2. num.3.lib.7.

Nec obſtat contrarium,quod opponi poſſet de tex.in c.clericos.j.q.2.vbi probatur,q̄ clerici qui habent aliunde vnde uiuāt, nihil debent ab eccleſia accipere,immo ſi accipiunt, tanquam accipientes de rebus,quę ſunt pauperum, ſacrilegium committant,per tex.in c.ſeq.vbi,q̄ illi:quibus ſua ſufficiunt,non debent eccleſię alimentis ſubſtineri,quia poteſt reſponderi,vt diximus ſupra,quia loquuntur illa iura,ſecundum tempora antiqua,quibus non licebat clerico patrimonium habenti, viuere de eccleſię redditibus,vel intellige ſcilicet quando accipiunt, & in malos vſus conuertunt,ac malè diſpenſant,vt per glo.d.c. clericos. qui varios dat ad tex.intellectns,& in d.ca.ſeq.in ver. priuilegiū. ſecundum quos intellectus tex.intelligendo ceſſat omnis repugnantia,quia poteſt intelligi,vt ſit potius dictum ad exhortandum,quàm ad pręceptum:quia nemo ſuis ſtipendijs militare cogitur,vide Didac.Couarruuias d.loco qui ad obiecta hęc reſpōdet,& reconciliat. Et clerici diuites licitè ab eccleſia ſua ſtipendia accipiunt.Archi.in c.clerici.q.2.facit q̄ habetur in gl.in c.de cimę.16.q.j.in verſ. tributa, vbi dicit q̄ decimę ſoluuntur clericis:ſiue ſint diuites,ſiue ſint pauperes,quia non ſoluuntur eccleſię intuitu perſonarum,facit q̄ dicit idem Archi. in ca. ſicut.ea. cauſ.& quęſt. vbi habetur q̄ diuites non debent ſumere partes de bonis eccleſię, niſi corporaliter inſeruiant eccleſię. Ex quibus ſatis latè deductis,credo,q̄ ſatis conſtet,quę,& quomodo ac quiſita p clericum,vel p̄latum pręſumātur,vel pręſumi poſſint, & q̄ in coniecturatione facienda per iudicē circa talē p̄ſumptionem, habet haberi ratio expēſarum victus clerici,qui habet vi-

Source : BIU Cujas

uere de beneficijs, iuxta ſtatum, qualitatem, & conditionem ſuam, ita, & taliter, quòd poteſt viuere de eccleſia, & ſuum pręſeruare patrimonium, nec contraria, primo, & ſecundo loco in principio ſupra adducta, obſtant, quia ex diſtinctionibus ſuprafactis, & declarando, & intelligendo, vt ſupra, apparet, quòd inter ſe non repugnant, immo ſe ad inuicem cõpatiuntur. nam quòd dicitur, quod de fructibus beneficii habet tantum clericus percipere ad victum neceſſaria, & quòd de fructibus eccleſiæ, & beneficii habent fieri quatuor partes, procedit & intelligitur ſecundum iura antiqua, quæ ſemper ſtare, & manere intelliguntur, niſi vbi alia conſtitutione, vſu, vel conſuetudine quæ attendi debent per Abb. capit. primo, de eccleſ. ædificand. vel reparan. eſſe correcta, & mutata reperiantur. leg. conficiuntur. C. de codicil. Quod vero clericus in bonis beneficii ſit aliquando vſufructuarius, aliquando vero vſuarius, id intellige in caſibus, in quibus iura adducta loquuntur, pro quo vide Bal. in l. omnis. C. de epiſcopis & cler. vbi dicit ſecundum Iac. Butrig. vtrum clerici qui percipiunt fructus beneficiorum ſuorum, dicantur vſuarii, vel vſufructuarii, nam ſi dicis, quòd debeant habere ſolum id, quod eſt eis neceſſe, ſunt vſuarii, ſi vero, ꝙ habeant totum, & diſtribuant reſiduum, ſunt vſufructuarii: ſecundum Iac. ego, (inquit) dicerem per hanc legem, quòd tenent medium inter vſuarium, & vſufructuarium, nam in percipiendo ſunt vſufructuarij, ſed in diſponendo, & diſtribuendo redigantur ad inſtar vſuarii ſecundum Iaco. per hunc text. ſed vide nonne opinio Abb. in cap. fina. de pecul. cleri. in cap. cum eſſes. in repet. de teſta. & aliis locis tenentis, quòd clericus in fructibus eccleſiæ habeat tantum victum, & veſtitum, & ꝙ de illis tantum ſuum facit, quantum conſumit, ſit magis canon. ſanctio. & veritati amica; ad cætera contraria primo loco deducta non accidit reſpondere, quia non obſtant, intelligẽdo ea in caſibus, in quibus loquuntur, ſecundo vero loco deducta, intellige pariter ea in ſuis caſibus: in quibus loquuntur, & in terminis, & videbis illa non eſſe repugnantia, ſed ſeſe ad inuicem cum diſtinctionibus ſupra factis compati, & concordare, vnde ex iſtis pro nunc erit expeditum, quod circa hanc quęſtionem dicere, & deducere volumus &c.

SVMMARIVM.

1 *Succedens in bonis tenetur ad debita.*
2 *Prælatus tenetur ſoluere omnia debita ſui prędeceſſoris, ſi non fecit inuentarium, ſi fecit, tenetur pro viribus hæreditatis ſecundum aliquos.*
3 *Hęreditas delata eccleſiæ intelligitur, in quantum non ſit oneroſa.*
4 *Debita contracta pro ſubſtentatione prælati, debent ſolui.*
5 *Item debita facta cauſa eccleſiæ.*
6 *Prælatus poteſt pro ſua ſubſtentatione pignorare rem eccleſiæ; quam ſucceſſor tenetur reluere.*
7 *Licet fructus eccleſiæ non poſſunt obligari per clericum, poſſunt tamen obligari per iudicem.*
8 *Iudicium redditur in inuitum.*
9 *Miles ſeculi, & miles cœleſtis ęquiparantur, vel aſſimilantur.*
10 *Poteſt fieri alienatio de rebus eccleſiæ pro ſolutione debitorum.*
11 *Reddituus futuri beneficiorum pro eccleſia obligantur.*
12 *Communis opinio, quod hodie clerici ſibi appropriant fructus.*
13 *Ad damnum illatum eccleſiæ per clericum, tenetur hæres.*
14 *Caſus in quibus prælatus, vel hæres tenetur eccleſiæ.*
15 *Sunt prius ſoluenda debita; quam beneficia præſtanda.*
16 *Datum ad communem vſum non trahitur ad particularem.*
17 *Alteri per alterum iniqua conditio afferri non debet.*
18 *Eccleſia alit clericos ad ſui decorem.*
19 *Quando eccleſia teneatur ad expenſas litis factę pro ipſa.*
20 *Pro ſubſtentatione clerici, non poſſunt vendi res eccleſiæ.*
21 *Imputetur ſacerdoti: qui acceptauit eccleſiam minus potentem.*
22 *Tenetur clericus reſtituere expenſum de fructibus eccleſiæ vltra debitum.*
23 *In quot partes diuidi habent fructus eccleſiæ.*
24 *Clericus non conuenitur vltra quam facere poteſt.*
25 *Clericus ſuſpenſus habet habere moderatam ſubſtentationem.*
26 *Clericus habens patrimonium, habet viuere ab eccleſia.*
27 *Quando clericus habet ſatisfacere debita de patrimonio.*
28 *Quotidianæ diſtributiones acquiruntur clerico, etiam quoad dominium.*
29 *Penſiones ſunt quid prophanum.*
30 *Penſiones non exactæ tranſmittuntur ad hæredes ab inteſtato.*
31 *Acquiſita per clericum per laborum ſunt ſua.*
32 *Seruat curia, ꝙ clerici cędunt fructus creditoribus.*
33 *Ad debita contracta pro ſubſtentatione tenetur ſucceſſor.*
34 *Tenemur alere, & veſtire illum, cuius opera vtimur.*
35 *Caſus in quibus tenemur eſſe ſolliciti, vt res vertatur in vtilitatem eccleſiæ.*
36 *Expenſas per prælatum de ſuo patrimonio pro eccleſia, repetit hæres.*
37 *Expenſas pro expeditione bullarum beneficij repetit hęres.*
38 *Expenſę funeris concernentes animam fiunt à Camera, concernen. ſolatium viuorum fiunt ab hæredibus.*
39 *Si clericus non habet eccleſiam ſufficientem, ſupplet epiſcopus eidem.*

De debitis clerici, vel prælati ſoluendis. ex fructibus eccleſiæ & ſpoliis.

QVAESTIO. X.

QVBITV clerici, vel prælati occurrente, inſurgunt creditores, qui diuerſimodè credita prętendentes, variis prætenſionibus hæreditatem; bona defuncti ac totum ſpolium inuoluere, ac abſumere tentant, & quia de huiuſmodi debitis, video aliqua, quæ debẽt ſolui ab hærede defuncti, alia a ſucceſſore, & eccleſia, vnde non omnia de ſpolio a Camera, quæ in locum eſt ſuffecta ſucceſſoris, vel eccleſiæ, diximus ſupra in prima quæſtione duxi, ꝙ ſit ad propoſitum pro diſcernendo, & liquidando, quæ & qualia debita hodie debeant ſolui de ſpoliis per Cameram, ꝙ ſit facienda de hoc quęſtio, vt ſuper hoc diſcuſſo, & veritate perſpecta ſciant creditores ſuper quibus agere, & quę debita poſſint ſine calũnia petere, & ad quæ illis camera: quæ ſuccedit in ſpolia teneatur, vel ſit obligata.

Et per contraria procedendo, quo modo magis eluceſcit veritas, iuxta text. in l. munerum §. mixta. ff. de muner. & honor. & per contraria & oppoſitiones procedere hoc vnum illuſtrauit ingenium Bartoli, quia veritas diſputatione diſcuſſa magis ſplendeſcit. Ludo. Gom. ſecunda quæſtio. prohemii. In regu. Cancella. videtur, quòd ſuper bonis ſpolii prælati, dari debeat curator bonis ex officio curiæ, contra quem experiãtur creditores lite pendente, ſaltem ſede vacante, & donec venerit futurus paſtor, ſicut dicitur in ſimili de iacente hæreditate. l. prima. ſecunda, & tertia, cum ibi not. per gloſſ. & Barto. ff. de cur. bon. dan. nam & ſede vacante debet deputari, æconomus ad regendum, & defendendum bona, & iura eccleſiæ capitu. i. & ij. cum ibi not. ne ſede Vacan. capit. primo, de rebus eccleſiæ non alienan. lib. 6. per glo. capi. iudicatum. 89. diſtin. Innoc. c. j. vt eccleſ. benef. ſine dimi. confer. & pendente cauſa inuentarii diſcuſſionis, & declarationis datur curator bonis, ſeu hæreditati; contra quem quis poteſt experiri, nec iura ſua confundantur, per Bal. in l. fin. §. in computatione. C. de iur. delib. habetur in deciſ. delphina. q. iij. vbi dicitur. ꝙ de ſtilo curiæ delfinalis, ex quo bona ſpolii ſunt redacta ſub ſequeſtro, fiſcus ſubſtinet vicem œconomi, ſeu curatoris contra quem experiuntur creditores, & tradunt eorum ſummarias petitiones, & petunt ſe allocari in eorum gradu ſecundum antiquitatem temporis, & potioritatem hypothecarum, & iſtud etiam facit inquit deciſio illa, pro cauſa bonorũ ſpolii dicti dñi Ioannis Leſpinai epiſcopi Valen. &c.

Sed hodie non deputatur Aeconomus, vel curator, quia videtur ꝙ camera, quæ hodie ſuccedit in ſpoliis, teneatur ad ſoluendum omnia debita defuncti, ex quo ſuccedit in fructib. beneficiorum relictis, ac in ius vniuerſum acquiſitorum per clericum, vel prælatum per ea, quæ diximus ſupra in quæſtione qd ſint ſpolia &c. quia ſuccedendo, efficitur quaſi hæres mortui, vnde ſuccedendo in bonis, & adeundo hæreditatem, videtur quod teneatur ad perſoluenda debita hæreditaris, vel defuncti. l. j. & ibi Bar. C. ſi cert. pet. not. in l. pro hæreditariis. C. de hæreactio. l. in controuerſia. C. de tranſac. gloſſ. in l. ſi cum dotem. §. pen. ff. ſolut. mat. Bald. in l. quemadmodum. de iuofficio. teſtamen. not. in l. ſi curatoris. C. de iur. delib. Specu. in titu. de actio. ſeu petit. §. ij. verſ. ſed quando. & eſt in materia factus, optimus tex. in capit. j. de ſolut. vbi dicitur, quod, ſicut filius tenetur ſoluere debita patris, ita prælatus tenetur ſoluere debita per ſuum prædeceſſorem contracta, vbi dicit Hoſtien. quod ſicut filius,
2 & hæres ſuccedit in vniuerſum ius defuncti. l. hæreditas. de reg. iur. ſic & prælatus ſuccedit prælato, & ideo ſicut filius tenetur de omnibus, de quibus tenebatur pater, cui ſuccedit, ita, & ſucceſſor tenetur de omnibus, de quibus prælatus tenebatur, in quantum prælatus, & ſic eſt bona ſimilitudo, vbi gloſ. dicit, eſſe intelligendum quod ſit obligatus ad omnia debita, ſi non fecerit, inuentarium, ſed ſi fecerit, inuentarium, ſed ſi fecerit quod teneatur ſolum in tantum, in quantum ſe vires hæreditarię extendunt. l. ſcimus. C. de iure delib. facit quod habetur in deciſ. delfinat. 95. & 105. vbi dicitur, quod non tenetur ſoluere ſucceſſor in beneficio, niſi in quantum ſe vires ſpolii extendunt, etiam ſi non fecerit inuentarium, id quod procedit, ſi debita ſint ex contractu, vel quaſi contractu, quia ſi debita ex delicto procedant, vel quaſi non tenetur ſucceſſor, niſi quatenus peruenerit ad illum, vel niſi fuerit cum defuncto lis conteſtata, ſubdens, quamuis ſecundum Alan. per canones videtur quod hæres tenetur ex delicto defuncti, per iura, quæ allegat, vbi Abb. in fin. dicit, quod eccleſia hæres inſtituta non tenetur vltra vires hæreditarias, licet non fecerit inuentarium ſecundũ Bald. l. fin. C. de iur. deliber. & Barto. in l. prima. C. de ſacroſanct.
3 eccleſ. contra gloſ. in capitu. primo. de teſtament. quia hæreditas delata eccleſię, intelligitur delata, in quantum non ſit oneroſa, ne indirectę alienentur bona eccleſiæ vt ibi, & per Abb. in conſi. 102. primo volum.

Et ibidẽ Abb. notat, qđ prælatus pro ſe ſubſtentando, poteſt contrahere debita, & ad illa ſoluenda tenetur ſucceſſor, quia

pro

Source : BIU Cujas

pro neceſſitate eccleſiæ contraxiſſe videtur, ex quo eccleſia illum tenetur alimentare, quia vt per eundem in ca. ſecundo. de
4 ſolut. prælatus poteſt obligare eccleſiam pro ſua ſubſtentatione, & ita (inquit) ego pluries in facto reſpondi in iſtis rectoribus eccleſiarum, in infirmitate, de qua decedunt multa contrahunt debita, quia ſucceſſor tenetur illa ſoluere.

Item tenetur ſucceſſor ad ſoluendum debita defuncti, ſi pe-
5 cunia, vel debitum ſit contractum per eum ex cauſa neceſſitatis eccleſiæ, vt per Hoſt. d. ca. primo. de ſolutio. & per Inno. ibidem dicitur, quod tenetur ſucceſſor, ſi debitum contractum ſit verſum in vtilitatem eccleſiæ.

Faciunt adducta per Abb. in c. ex præſentium. de pigno. vbi dicit quod, ex quo ſacerdos debet viuere de redditibus eccleſiæ c. cum ſecundum apoſtolum, de præben. & per Innocen. in capit. epiſcopus. eo. vbi dicit, quod beneficiatus habens patrimonium licet debeat viuere de illo, tamen cum bona conſcientia, poteſt viuere de redditibus eccleſiæ, tamen ſacerdos, vel prælatus po-
6 teſt pro ſua ſubſtentatione, & pro ſua neceſſitate pignorare rem eccleſiæ, & debitum pignorationis ſoluet ſucceſſor, & pignus redimet ipſe, non hæres defuncti, ſubdens ibidem, & ex hoc poteſt notari ſingulariter, quod ſi beneficiatus tempore infirmitatis ſuæ, contraxit multa debita pro ſua neceſſitate corporali, tenetur ſucceſſor illa ſoluere: & paulo poſt ibidem in uerſ. 2. caſu quod ſi eccleſia ſit potens, & ſacerdos. non habeat vnde ſe ſubſtentet, & contrahat debita ſub ſpe ſoluendi, illa de fructibus percipiendis, ſed morte præuentus non poteſt hoc facere, tunc eſt æquum, quod teneatur ſucceſſor, & ita procedit dictum Io. Andreæ ibidem dicentis, quod licet beneficiatus habeat patrimonium, tamen ſoluere debita contracta pro ſua ſubſtentatione, incumbat eccleſiæ, & non hæredi.

Facit tex. in ca. peruenit. de fideiuſſor. vbi mandantur debita ſolui de redditibus clericorum, & redditus ipſos pro ſolutione 11
debitorum, ac reſarcimento damnorum aſſignari, vbi notat gl. quod pro debitis poſſunt clericis interdici quotidiana ſtipendia
7 in cauſam iudicati, licet ſpeciali conuentione non poſſunt obligari, per iura, quæ allegat in ver. redditibus. vbi dicit Hoſt. quod clerici ſoluunt debita de redditibus beneficiorum prębendaliū quos faciunt ſuos, idem dicit Abb. ſecundum eum in c. cum eſſes. de teſta. verſ. quarto principaliter.

Immo dicit dominus Anto. in c. peruenit. de fideiuſſor. quod hoc procedit indiſtinctè in quibuslibet fructibus beneficiorum quia prælatus tenetur pro debito contracto prǫ ſe, & non intuitu eccleſię ſatisfacere de redditibus beneficiorum, nec per hoc præiudicat eccleſiæ, quia per ſe viuendo poterit ſatisfacere, etiã ſi ſit prælatus regularis, habens redditus diſtinctos, habet enim liberam adminiſtrationem in eis.

Facit, quia contraria opinio ſaperet iniquitatem, quia frauda rentur creditores qui mutuarent, vel clerici non inuenirēt, qui ſibi crederent & eſſent vt Iudęi inter Chriſtianos, vt per Abb. d. c. cum eſſes. verſ. quarto quęro.

Facit, quod dicit Spe. in tit. de ſent. excom. §. ſequitur. ver. quid ſi debitor, quod aut clericus non habet alia bona vnde poſſit ſoluere debita, & eo caſu poſſunt aſſignari redditus eccleſiæ, aut habet alia bona & tunc ſecus.

Idem tenet Barba. in additio. ad Abb. in c. olim nobis de reſt. ſpo. vbi dicit, quod de fructibus epiſcopatus. pro debito perſonali poſſunt capi redditus.

Secundo inquit hoc eſt verum, quia id dicit gl. formalis in l. ſtipendia C. de exequut. rei. iud. quæ dicit idem in præbendis clericorum: facit, quod dicit Io. de Imola. in cap. fina. de pecul. cler. in finalibus verbis, vbi dicit quod propter debitum clerici factum ex alia cauſa, quam cauſa donationis, poterunt capi fructus beneficij in cauſam iudicati, etiam ſi ſit debitum non modicę quantitatis, quia talis alienatio, videtur eſſe alienatio neceſſaria, cum fiat iudicium, quod redditur, & reddi ſolet in intui
tum. l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verbo. obligatio. & per eundē 13
in cap. peruenit. ex. de fideiuſſor. tertio hoc inquit decidit ratio, quia miles ſeculi, & miles cęleſtis ęquiparantur gloſſ. in l. miles.
9 ff. de re iudic. & in l. miles C. locatio. ſed miles ſeculi tenetur pro debito de ſtipendijs ſuis in ſubſidium, ita & clericus debet tenere in ſubſidium tantum, ideſt quando non habet alias, vnde ſoluat, idem tenet dominus Petr. in cap. peruenit. de fideiuſſ. ſecundum Ioan. de Imola. ibidem colum. antepen. ibi, ſi autem haberet alia bona &c.

Facit deciſio Rotæ. cum Camera apoſtolica deciſ. 855. in antiquis. in prima parte. ibi aliud eſſet prælato viuente, vel benefi- 14
ciato, quia tunc, cum fructuario comparetur, fructus, & prouentus beneficij facit ſuos, & ideo cum perſona ſua ſit ad huiuſmodi debita obligata, nimirum ſi etiam de fructibus ſuorum beneficiorum, quos facit ſuos ſatisfacere teneatur.

Item, quod dicit in vltima parte, aut loquimur de clerico non habente adminiſtrationem, & tunc tenetur Camera ad omnia debita, quatenus ſufficerent fructus, & prouentus, quos ante mortem fecerat ſuos, quia talis beneficiatus non habens adminiſtrationem, omnes illos fructus, & prouentus perceptos in vita, adeo facit ſuos, quos poteſt teſtari de illis, facit quod bene poteſt fieri alienatio de rebus eccleſiæ pro ſatisfactione creditorum per ea quæ tradit Socin. conſ. 15. primo vol.
10 num. 14. col. 5.

Facit pro hac opinione illud quod habetur in glo. in cap. duo ſunt genera. 12. q. 1. quæ dicit, quod clerici ſunt domini fructuū perceptorum, & latè adducta per Cardinalem Zabarella. & alios in cap. fina. de pecul. cler. quod clericus habet omnimodam fructuum diſpenſationem, & adminiſtrationem. item quod habetur, & legitur in cap. ceterum. ex. de donario. vbi clericus poteſt ex permiſſione canonum donare. Item, quod habetur in capit. relatum, el 2. de teſtam. cum ſimilibus, vbi clericus poteſt erogare in piam cauſam de fructibus, & rebus eccleſiæ, ac ſua debita illis, qui ſibi ſeruierunt ſoluere, facit quia ſtante conſuetudine quod clerici faciunt fructus ſuos, videntur de illis licitè poſſe ſoluere ſua debita, additio ad capella. Toloſan. quæſtio. 303. dummodo eccleſia non patiatur, eſt bulla Iulij tertij, quod ſucceſſor de fructibus inexactis ſoluat legata, & debita.

Subdit & Hoſtien. d. cap. peruenit. ſi canonicus fideiubeat, de præbenda ſua ſatisfiet, ſi verò ſit rector eccleſię fideiuſſor, de reddiribus eccleſiæ creditoribus nō ſoluetur in eccleſiæ leſionem, ideſt non ſoluetur de illis fructibus, qui ſunt conuertendi in vtilitatem eccleſiæ; vt per Abb. ibi, & paulo poſt ibidem Hoſti. & ſic habes hic, quod clericis, ob ſolutionem debitorum per eos contractorum poſſunt interdici redditus eccleſiaſtici, & capi in cauſam iudicati.

Idem tenet Spe. in tit. de ſent. excom. §. ſequitur. verſ. quid ſi debitor. vbi dicit, hoc procedere in defectum bonorum patrimonialium, & not. Abb. dicto c. peruenit. quod pro debitis pro vtilitate eccleſię contractis, poſſunt bene obligare per clericum
11 redditus futuri beneficiorum, ibi not. glo. quod clericus non poteſt obligare redditus futuros ſui beneficii, quod intellige, niſi cō traheret pro vtilitate eccleſiæ. ar. c. nulli. de reb. eccleſiæ nō alie.

Item dicit, quod Collectaneus refert in cap. Odoardus. de ſolut. ſe vidiſſe ſeruare in curia, quod clerici admittuntur ad beneficium capituli, cędentes fructus ſuorum beneficiorum creditoribus in ſolutionem, & ſatisfactionem ſuorum debitorum, quia
12 communis opinio inualuit inquit Abb. quod hodie clerici appropriant ſibi omnes. fructus beneficiorum, & diſponunt de illis ad libitum, vnde viſum fuit curiæ, quod ſit melius, vt clerici dent fructus ſuorum beneficiorum ſuis creditoribus, quàm, vt diſperdant illos in aliam cauſam.

Item, ſi clericus litigando condemnetur in expenſas, ſoluet debitum dictarum expenſarum de redditibus beneficij, per ea, quæ dicit Abb. in c. reprehenſibilis. in additio. verſ. ſed circa. ibi. dicunt enim hoc caſu, & principaliter Hoſt. ꝙ condemnatus ſatisfaciet de redditibus beneficij, dummodo eccleſia enormiter non lędatur, nec debet ſecundum eum haberi ratio confuſionis, & inopiæ ipſius delinquentis, quaſi velit dicere, quod non dimittetur ſibi, vnde viuat, ſed ſimpliciter debet ſatisfieri, dicens ibi, ꝙ tales expenſas clericus ſatisfaciet de illis fructibus & redditibus beneficij, quos clericus facit ſuos, ſecus, de illis, quos nō facit ſuos, ſecundum opinionem Hoſti.

Itē fac. quia d. Ant. in ca. olim nobis de reſt. ſpo. vt refert Abb. ibi tenet ex illo tex. ꝙ prælatus pro debito perſonali, poteſt ſatisfacere & ſoluere debitum de fructibus eccleſiæ, patet in c. peruenit. de fideiuſ. & poſſunt fructus capi in cauſam iudicati.

Item facit optimus tex. in c. præſenti. de off. ordi. in 6. vbi habetur, quod bona relicta per clericum defunctum debent eccleſiæ, & ſucceſſori reſeruari, ſed imprimis debent ſolui debita, facit in materia quia clericus debet ſoluere de ſuo debita, in quibus eccleſiæ tenetur ipſe, quia potens alias diſponere de rebus, ac fructibus eccleſiæ, hoc non poteſt in caſibus, quando tenetur eccleſiæ, niſi prius illo debito ſoluto, quia omne damnum,
13 quod facit clericus eccleſiæ, ipſe & eius hæres ſoluere, & compenſare tenetur. 12. q. 2. epiſcopus. & ca. qui filios. & hoc ſi dolo, vel culpa, intelligendo de culpa non leui, vt per Inno. in c. cum in officijs. de teſta. quamuis ipſum etiam de culpa leui teneri ſit tex. apertus. C. arbit. tutel. l. quidquid. facit glo in c. ea quæ. de off. ordi. tamen eadem gloſa dicit, quod non tenetur de negligētia, niſi craſſa. i. lata. quæ tamen negligentia eſt culpa & culpæ aſſimilatur. Vnde videtur, ꝙ tenetur de leui culpa ſi delinquit ſcienter, & ſolum de non leui, ſi ignoranter, ſiue ex negligentia: ſecundo loco tenetur ſoluere debitum eccleſiæ, & recompen-
14 ſationē facere, ſi de rebus eccleſię alicui gratiam fecit per Inno. prælegato loco in finalibus verbis ibi.

Itē, ſi prælatus aliquid fecit dolo, vel culpa, & ēt ſi prælatus de bonis eccleſiæ alicui gratiam fecit l. cū oſtędimus. ff. de hęr. inſt. &c. col. 2. & vltima: tertio teneē reſarcire, & ſoluere damnū clericus, quod fuit p eum cauſatū ex mala adminiſtratione. ſed deſinente clerico, tenentur, & compelluntur hęredes ad reddendam eccleſiam indemnem, no gl. 16. q. 3. placuit. & l. 2. qui dicit, ꝙ ſi rector ob negligentiam ſuam, paſſus eſt rē eccleſię pſcribi, tenetur de proprio patrimonio ſatisfacere eccleſiæ. ꝙ Abb. in c.

Source : BIU Cujas

ex præſentium.de pignor.ver.nota.3.ibi nam per iſtum tex.dico quod hæres ſuus,poteſt compelli ad ſatisfaciendum, idem dic vbi potuit acquirere eccleſiæ aliquid,& neglexit,vide tex.bonũ cum gl.12.q.1.cap.quicunque ad inſtar tutoris, qui in hoc tenetur.l.quicquid. C. arbitrium tutel.

Quarto,ſi redditus eccleſiaſticos conuertit in alios vſus.12.q.4.ca.primo.per illum tex.videtur teneri ad reſarciendum,& recompenſandum,vbi pulchrè glo.ver.in caſibus, quibus dicitur quod clericus tenetur ad reſtitutionem,in iſtis enim caſibus primo tenetur eccleſiæ ſatisfacere debitum,antequam aliud diſponat,quia prius ſunt ſoluenda debita,quam beneficia præſtanda, 15 ſicut homo magis tenetur ſatisfacere debitori, cęteris paribus, quàm amicis benefacere,ſequitur Syluester in ver.clericus quarto.nu.4.ver.clericus autem,& bene debent prius ipſius eccleſiæ ſolui debita,quia agris eius ſitiẽtibus,alij rigandi non ſunt l.profeſ.C.de ſeruit.gl.in ca.præſenti.de off.ordin.in 6.facit,quod habetur per Abb.in ca. ꝙ quibuſdam de fideiuſſor. vbi dicit debitum mutui:ſiue receptum è prælato & capitulo, ſiue à ſolo prælato,poteſt ſolui bene de fructibus eccleſiæ,quia prælatus debet liberam in fructibus eccleſię adminiſtrationem, & ſi ſit factum ſoli prælato, ſi petitur ſolutio in vita illius, non habet probari verſum in vtilitatem, quia poteſt de fructibus ſatisfacere. quia habet liberam adminiſtrationem fructuum, & omnia adminiſtrat excepta alienatione immobilium, ca.is cui.de electio.in 6. & cap.cum nobis.extra de electio.

Merito per ſupradicta videtur dicendum,quod ſua debita clericus ipſe in vita,& poſt mortem Camera ſuccedens in eius ſpolijs,poſſit immo teneatur ſoluere,& ſatisfacere.

Sed in contrarium faciunt multa:per quæ videtur,ꝙ de fructibus, ac redditibus eccleſiæ non debent ſolui debita clerici, vel prælati,vt per Archid.in ca.ſtatutum.in 6.quo de reſcrip.dicit,& tenet indiſtinctè,ꝙ ſiue clericus habeat adminiſtrationem,ſiue non, quod non poteſt de fructibus ſui beneficij ſatisfacere ſuis creditoribus,quia ipſe de dictis fructibus non habet aliud,quàm purum vſum:quia id ſolum eſt clericorum, quod probabili ratione conſumunt.ponit Io.And.cap.præſenti.de off.ordin.in 6. & de illis habet tantum ſumere neceſſaria ad victum,& veſtitũ & vltra illa in talibus redditibus, non debet manus extendere, per dictum Apoſtoli ſancti,victu tantum,& tegumento his contenti ſumus,c.epiſcopus.10.q.2.vbi dicitur, ꝙ habeat Epiſcopus poteſtatem in rebus eccleſiæ in neceſſitatem habentibus cum omni reuerentia,& timore Dei,participare eum etiam oportet quæ neceſſaria ſunt, ſubdens text. quod ſi epiſcopus res eccleſiæ in ſuam propriam voluntatem vſurpare voluerit, vel fratribus, filijs, vel quibuſcunque propinquis poteſtatem dederit, vt per eos lędantur res eccleſiæ,epiſcopus ſit concilio obnoxius, & ſi epiſcopus presbyter, aut diaconus cũ eo exiſtentes in ſuos vſus colligunt ea,quæ ex redditu,vel ex quomodolibet actu eccleſię obueniunt,& pauperes fraudantur,ac fame conficiuntur, opor 19 tet eos corripi, ſecundum quod fuit à Sancto Concilio ordinatum &c.

Facit:quia redditus eccleſiaſtici,vel res eccleſiæ, non ſunt epiſcoporum ſeu prelatorum,aut clericorum propriæ, ſed communes c.expedit.in principio 12.q.1.quia per epiſcopos debent diſpenſari communiter, cum omnibus communem vitam degentibus, vt nemo in eis egens inueniatur, vnde ſi redditus eccleſiaſtici ſunt inſtituti ad communem vſum, communem vitam degentium,& ad vtilitatem eccleſiæ,non poſſunt, nec debent in alium vſum particularem,& proprium, & in ſolutionẽ debitorum clerici conuerti,quia eſt ſine ratione,vt quod com- 16 muni vtilitati datum eſſe dignoſcitur,vſibus cuiuſlibet, perſonæ particularis applicetur,de præben.ca.ratio.& inquit Abb.in ca.cum eſſes.de teſtam. in repet. verſ. quarto principaliter quæro.quòd ſi clericus de redditibus eccleſiæ poſſet ſoluere ſua debita,ſequeretur vnum,quod eſſet iniquum, quòd eccleſia, ſiue pauperes damnificarentur ex facto illius clerici, contra illud, quod habetur in ca.venerabilis.de exceptio.nam alteri per alte- 17 rum iniqua conditio afferri non debet,quia fructus eccleſię,qui ſuperſunt deductis neceſſarijs pro victu clerici,vel prælati,non ſunt clericorum,ſed eſurientium,vt habetur in ca. ſicut. 47. diſtinct.Et per eundem Abb.in ca.peruenit.de fideiuſſor.ibi,& credo firmiter, quòd de rigore iuris,inſpecto ſtatu beneficiorum, & deputatione, non habet aliquo modo de redditibus beneficij ſatisfieri creditoribus,quia de redditibus eccleſiaſticis, id ſolum,eſt clericorum, quod probabili ratione conſumunt, ergo (inquit) non debent accipi fructus,qui ſunt conuertendi in cauſam piam,pro vtilitate clerici,quia ſi iſto modo clericus ſubtrahet fructus,& bona eccleſiæ,dicitur homicida: quia videt necare illos pauperes,qui ex huiuſmodi ſubtractis, & alienatis eſſent alendi,vel ſubſtentandi.Facit quia Bal.in conſ.71.li.primo.conſuluit per multa,quæ ibi adduxit, quòd epiſcopus qui ante adeptũ epiſcopatum iurauerat ſe ſoluturũ ſua debita creditoribus, & ſi qñ deueniſſet ad meliorem, & pinguiorem fortunã, quod non tenetur ſoluere de fructibus epiſcopatus poſtea adepti, rõnibus, argumentis, & alijs ibidem adductis per eum, refert, & ſequit Barbat.in addi.ad Abb.in c.olim nobis.de reſti. ſpoliato.

Facit ꝙ habetur in tex.in c.præſenti.de off.ordi.in 6.vbi dicit ꝙ bona per clericum defunctum relicta,debẽt eccleſię,vel ſucceſſori reſeruari ſolutis debitis,vbi gl.intelligit,debita eccleſiæ, ideſt ꝙ illa debita ſolũ debent ſolui,quibus eſt obligata eccleſia,vnde non debita clerici,vel ſolum reſpectu clerici cõtracta.

Facit quod habetur in ca.de multa.de prẽben.ꝙ ille qui duo incompatibilia beneficia obtinuerit cogit reſtituere, de prouentibus ſuis,non de prouentibus eccleſiæ illud totum, quod perceperit de fructibus primo loco obtentis,vbi gloſ. (inquit) bene dicit de ſuis,quia de rebus eccleſiæ,vel aliis,obſtaret regula delictum perſonale &c.ſic debita clerici debent ſolui de bonis clerici,& non de bonis eccleſiæ.

Faciunt latè diſputata,& adducta per Abb.in capi. reprehenſibilis.de appellatio.in additio. vbi ſi clericus litigans in cauſa propria,condemnatur in expenſis,pro dictis expenſis, non poteſt,nec debet fieri exequutio,niſi in bonis patrimonialibus, & ſuis,non eccleſiæ;non etiam in illa parte reddituum, eccleſiæ quæ debet conuerti in vtilitatem,& beneficium perſonæ clerici,puta in ſui ſubſtentationem.immo,id quod plus videtur,idẽ dicit,ſi litigauit nomine eccleſiæ quod habet ſoluere expenſas in quibus erit condemnatus de ſuo,quod videtur durum, licèt etiam clericus iniuſtè litem mouerit,quia expenſas litis,in quibus condemnatus exiſtet nomine eccleſiæ non deberet ſoluere de ſuo,ſed de bonis illius eccleſiæ, cuius nomine litem fecerit,dicit enim quod hoc caſu clerici condemnantur in expenſis,in cauſa propria,aut in cauſa quam agitarent nomine eccleſiæ,primo caſu indubiæ condemnatio expenſarum mandatur exequutioni in bonis patrimonialibus,ſi habet:ſi verò non habet patrimonialia bona,ſed beneficia, tunc nõ poteſt fieri exequutio reſpectu eorum reddituum,etiam in illa parte redditũ nomine eccleſiæ,pro eccleſia,quæ debet in vtilitatem eccleſiæ conuerti,per regulam delictum perſonæ de regulis iuris *in 6.* ſed reſpectu illorum reddituum,qui debent conuerti in vtilita- 18 tem perſonæ clericorum,eſt dubium: & credo (inquit) quod ad tales redditus non debeat manus extendi, & eſt ratio; quia eccleſia tenetur clericos alere ad ſui decorem:nec niſi alimenta,vel ſubſtentationem clerico præbet, vnde non tenẽtur eius condemnationes ſoluere:quia ſi clericus nõ venit alendus, nõ tenetur eccleſia in aliquo contribuere,quia eccleſia vult teneri,& eſſe obligata in alimoniam clericorum, & in cauſam ſubſtentationis,& alimonię eorum,non in aliam cauſam,debet.n. clericus participare de bonis eccleſiæ,quatenus indiget, ad neceſſitatem ſui victus,& non aliter.capit.epiſcopus.12.q.ii. & 12. q.j.§.fin.& capit.ſeq. aut clericus litigauit, nomine eccleſię, & tunc,ſi collegialiter mandatur fieri exequutio in bonis eccleſię,quia delictum prelati communicato conſilio,nocet,& præiudicat eccleſię preſertim in iudicio in hac cõdemnatione ſal- 19 tem,pro quo allegat Abb.ibidem text. in capit.primo. de dolo & contuma. ubi probatur etiam in religioſis. Aut nõ collegialiter,ſed ſolus prelatus,vel de per ſe litigauit, & tunc ipſe habet ſoluere expenſas,& condemnationes de ſuo per tex. iunctæ gl. in l.non eſt incognitum.C.de admini. tutel.

Faciunt dicta per Abb.in capit.preſentium.de pignori.quod 20 pro debito contracto pro ſubſtentatione clerici,uel prælati,nõ poſſunt vẽdi,uel pignorari res eccleſię,quia dicit, quod uel eccleſia erat impotens ad ſubſtentandum rectorem, uel potens, primo caſu,ſi impotens fuit a principio,tempore quo accepta uit eccleſiam: & dico indubiè quod debita incumbunt ſibi,& hæredi,& non eccleſiæ,quia habet ſibi imputare:qui acceptauit 21 eccleſiam minus potẽtem,nam hoc caſu tenetur uiuere ex induſtria,& ſic fortius ex patrimonio, non autem pro huiuſmodi debitorũ ſolutione,uendere debet bona eccleſiæ, uel pignorari,uel obligare. per text.in capitu.primo.21.q.j. cum ibi glo. ſi uerò eccleſia ex poſt facto, eſt facta impotens, adhuc dico idẽ, vt non debeant bona eccleſiæ uendi,uel pignorari pro ſubſtẽtatione ſacerdotis, ſed debet agere ſacerdos contra parochianos,qui ab eo percipiunt ſacramenta,& diuina, vt præſtent ei neceſſaria,ex quo eis ſeruit in diuinis, & eis præſtat ſacramẽta, per dictum Apoſto.ſi vobis ſpiritualia impendimus, non erit magnum,ſi a vobis carnalia metamus,& ſi ceſſent in hoc parochiani ſubuenire ei,eſt cauſa licita ſubtrahẽdi eis diuina eſt bo. glo. in c.omnis Chriſtianus.de conſecratione diſtin.j.

Facit quicquid capit,vel expẽdit clericus de fructibus eccleſię,debitum,tenetur clericus reſtituere, per ea, quæ dicit Abb. in capitu. cum ſecundum.de prẽben.Dom.de Sancto Gemi.& Archid.in ſumma.44.diſt.Fel.in capitu.poſtulandi. num. 60.de reſcrip.idem in capitu.de quarta.num 33.de preſcript. Antõn. But.in capit primo.num.28.emptio. Item dicit Abb. in capitu. fin.de pecul.cler.per text.quem dicit expreſſum in §.fin.cum c. ſeq.12.q.j.quod prẽbendę non dantur canonicis ſimpliciter, vt faciant quicquid velint ex redditibus, ſed ut primo neceſſaria accipiant pro ſe,& ſi quid ſupereſt, eo deducto, debent expendere in utilitatem eccleſiæ.

Facit,quia per canones redditus, & fructus beneficiorũ ſunt diſtincti,

Source : BIU Cujas

distincti.& distributi,quia de illis aliam partem fabricæ, aliam episcopo,aliam pauperibus,aliam sacerdoti assignant, per text.
23 in cap.quatuor.capit.cognouimus. & capit. sequenti.12.q.j.per Abb.in c.j.de eccles.ædifi.aut reparan.vnde clericus subttahere non debet nec pro se, nec pro alio fructus ecclesiæ, sed in vsus ordinatos,& destinatos debet eos dispensare, quia si extra modos licitos dispensat, peccat,& potest puniri, adeo quod quandoque ab ecclesia poterit remoueri.c.ij.de pecul. cler. quia dicit Cardinalis Zabarella in cap. fin.de pecul.cler.per tex.in cap. inquirēdum.quod licèt clericus possit dispensare fructus ecclesiæ in alios,non tamen potest dispensare in se ipsum,nec pro cā sua,quia ista nō erit dispensatio,sed subtractio, & subtrahendo sic fructus,clericus committit non solū furtum, sed & sacrilegiū.per tex.in c.qui oblationes.12.q.ij.notatur ī d. c. inquirēdū.

Faciunt,quæ latè deduximus supra in quæstione de potestate clerici,vel prælati.§. sed in contrarium. per totum. quæ videre potes ad longum,& per hæc ego credo, quod sit satis,clarum, 26 quod de fructibus,aut de rebus ecclesiæ,nō possunt clerici, aut prælati soluere sua debita,ex aliqua sua necessitate,vel facto cō tracta:qa de rebus ecclesię nō dēt clericus dispēsare,aut disponere,nisi prout ab ecclesia,aut canonibus fuit statutum, & ordinatum ex quo clericus,vel prælatus in illis non habet omnimodam auctoritatem,vel potestatem absolutam,sed restrictā, & limitatam,cuius fines,non transgredi,sed seruare, & custodire debet,& per consequens quod debita clerici defuncti, non habent solui de spoliis per cameram.

Stantibus istis repugnantiis,& contrariis, pro intelligentia materiæ,& pro concordatione contrariorum,quia quæstio est difficilis,puto quod sit bonum habere considerationem, & respectum ad qualitatem debiti contracti, puta ex qua causa, & pro qua re sit contractum. Item ad tempus quo solutio debiti petitur,an videlicet,in vita clerici,an post mortem &c.Quia dicit Abbas in capit.cum esses,in repet.de testa.vers.quarto principaliter.declarando,& distinguendo materiam, quod aut clericus contraxit debita pro sua substētatione, vt se aleret, & tūc dico,quod nedum in eius vita,sed etiam post mortem, de fructibus sui beneficii debet satisfieri suis creditoribus, per doct. Ioan.And.quem omnes sequuntur ibi communiter in capi.ex præsentium.de pignori.pro quo inquit Abb.est casus in c.cum olim.de restitutio.spolia.vbi episcopus spoliatus suo episcopatu,non habens,vnde viueret,contraxerat debita pro sua substātatione,& victu,sequitur Calderin.in consi.20.de pecul.cler.in fine.ibi tamen æquum est dicere, quod si contigisset ipsum canonicum dum viuebat habuisse tales fructus, pensionem, aut afflictum,& ipsum expendisse in suis necessitatibus, & quia nō habuit,contraxit,debita,quod de dictis fructibus, vel pensionibus soluantur:vel non contraxit debitū pro suo victu,vel substētatione,sed pro alia sui ipsius necessitate, veluti esset pro reparandis suis domibus,vel vt vtar verbis Ioan.And. sua necessitate,puta refectione domus propriæ,quę minabatur ruinam, vel pro vineis patrimonialibus putandis, aut pro alio casu consimili,& tunc dico indistinctè, quod de fructibus beneficii satisfieri non debet, etiam parcè viuendo, quia clerici habent solum vsum,ergo si debita sunt contracta nō pro suo vsu, ecclesia non tenetur capi.j.de solu.vbi patet, quod tunc tantū tenetur succesor soluere debita prædecessoris,quando pro ne- 27 cessitate ecclesiæ sunt contracta, vnde nec camera apostolica in locum ecclesiæ suffecta,probatur ex littera d.cap.ex præsentium.vbi calice in pignoratum per prælatum, pro sui, non ecclesiæ necessitate,hęres de hæreditate ex patrimonio defuncti, non succesor,nec ecclesia,tenetur soluere,& ecclesiæ restituere.Nec est (inquit) bona ratio Domi.Anton.dicentis,quod ex quo clericus habet administrationem in rebus ecclesiæ, quod potest de illis rebus,& redditibus satisfacere, quia licet habeat administrationem, debet tamen dispensare ad eum vsum, ad quem tales redditus sunt instituti,& si talis dispensator contrarium facit,reuocator capi.si quis deseruit.12.q.ij. capitu. monemus.capitu.diaconi.12.q.j.potest addi quod dicit Zabarella in capit.fin.de pecul.cler.per tex.in cap.inquirendum. eo quodlicet clericus possit dispensare fructus,& res ecclesiæ in alios, nō tamen potest dispensare in se ipsum,nec pro sua causa, quia ista non esset dispensatio,sed subtractio, & subtrahendo sic fructus ecclesiæ,non solum committit furtum, sed & sacrilegium.

Nec valet dicere,potest modicum donare,eleemosinam facere de rebus ecclesiæ,ergo sua debita soluere, quia dico, quod illud facit,tanquam administrator ecclesiæ dispensando bona in pias causas,sed sua debita soluendo, non esset dispensator, 29 sed dissipator,& vti prædio,vt per gloss.in capitu.fina.12.quæst. prima. Nec minus valet illud quod ad minus ,debet posse satisfacere debita de fructibus de quibus viuebat, quia fieri non 30 potest; nam primo clericus habet priuilegium, ne conueniatur vltra quam facere potest, sicuti habet miles armatæ mi-
24 litiæ, cui comparatur. ff. de re iudica. miles. vbi gloss. & lege milites.C.loca. secundo ecclesia tenetur clericos alere ad sui decorem, vnde si clericus non alitur, non tenetur ecclesia in aliquo ei contribuere, quia ecclesia vult contribuere in alimoniam clericorum, & si cędat verè in alimoniam, non in aliam causam per Abba. in capitu. reprehensibilis. de appellat. tertio non debent cogi clerici mendicare in opprobrium clericorum, quia esto quod clericus propter crimen sit suspensus à beneficio, inde tamen habere debet moderatam substentationem.per gloss.in capitu.Vintonien.de electio.in capit.studeat.50. dist. per quod apparet, quod non etiam potest clericus soluere debita de illis fructibus,de quibus habet viuere, ex qui-
25 bus inquit idem Abb.concludo,quod clericus etiam si sit personaliter & simpliciter beneficiatus,de fructibus sui beneficij, suis creditoribus satisfacere nequit, nisi debita essent facta pro substentatione,pro quo optimus tex. in cap. peruenit.de arbitr.vbi casus,sic,Abb.in repet.d.cap.cum esses.de testa.d. loco, & Abb. in cap.ex presentium . de pignor. dicit quod sacerdos debet viuere de fructibus beneficij,per dictum Iunocen.cap.episcopus.
26 de præben.vbi dicit,quod beneficiatus habēs patrimonium, debet viuere de illo, tamen cum bona conscientia potest viuere de redditibus ecclesiæ : cum ergo gratia illius pignorauit bona ecclesiæ,pro sua substentatione, & pro sua necessitate, non habet compelli hæres ad pignorata redimenda,sed habet compelli successor in bñficio:secus quando contraxit debita, non pro sua necessitate,aut pro sua substentatione,sed pro necessitate sui patrimonij conseruandi,puta pro reparatione suę domus paternæ ruinam minātis,vel pro sua vinea, quæ erat inculta,cultiuāda & similibus,quia eo casu non tenetur ecclesia,vel successor. Ita intellexit & tenuit Hostien.d.capitul. primo.ibi sed ecclesia non tenetur nisi de contractibus ob necessitatem ecclesiæ. Innocen.ibidem,idem tenet,si debitum contractum ob necessitatem sit versum in vtilitatem ecclesiæ,alias non,vnde dictum Innocen.videtur exigere quod probetur versum in vtilitatem, & quod creditores teneantur probare debita conuersa in vtilitatē ecclesiæ,dicit glo.in authen.hoc Ius.canonizata in ver. in solutum.10.q.2.quod sic,vbi Archid.per Hosti.& doctores,cap.grauis extra.de depos.super verb.vtilitatem,cap.quod quibusdam vbi Inno.& alij de fideiussor. Et per Hosti.in summa de fideiuss. & de testa.capitu.cum in officijs.Rota.dec.37.incip.cum camera apostolica.decis. vltimi. in fin. sed Abb. magis placet dictum Host.in d. capi.vt probare sufficiat, quod debitum contractum fuit pro ecclesiæ necessitate,vt per eum vbi,& nota, ex hoc, & ex tex quod in debito contracto per prælatum,ecclesia obligatur etiā post mortem contrahentis,dummodo probetur,quod p necessitate ecclesiæ debitū fuit cōtractū,& bene pōdera text. qđ nō exigit probationē versionis in vtilitatē ecclesiæ, sed solū requirit, quod pro necessitate ecclesiæ fuit cōtractū debitū.

Aliorum opinio,veluti gl. in l.stipēdia.C. de exequut.rei iud. Bartol.in l.commodis.ff.de re.iudic.& Specul.de sentē. excom. §.sequitur . est quod fiat executio in fructibus beneficiorum in subsidium,nullis aliis existētibus bonis,vt per Ioan.de Imola.d. cap.penit de fideiussor.circa finem,vbi etiam tenet secundum Flor.per illum tex.quod indistinctè possit fieri exequutio in reddit ibus beneficij,pro debito clerici,etiam nulla facta discussione,& etiam, sit sit beneficium habens administrationem, opinio verò aliorum,vt Hosti.& Ioan.Andreę d. capitu. peruenit. de fideiussor.est, quod si clericus habeat beneficium, quod ha-
27 beat administrationem,puta,si sit rector,vel prælatus quod tūc tenetur satisfacere debita de patrimonio, per id, quod habetur in capitul. reprehēsibilis . de appellat. vt per eundem Ioan. de Imola.in d.capitu.peruenit . colum. antepē. & quod indistinctè possint solui quæcunque debita clerici,vel prælati,de illis fructibus beneficiorum,quos facit suos,quia de alijs , vt dico non fieret,solutio , cum nec illos clericus obligare possit, veluti est in clerico administrationem non habēti, & simpliciter , & personaliter bñficiato,qui etiam fructus facit suos im morte, quia de illis testari potest gloss.in capitu.præsenti.de offi.ordin. Hosti.in capitu.fina.de pecul.cleri.,qualiter diximus supra in quæstio. de potestat.cler.vel prelat.de distributionibus quotidianis,quæ acquiruntur clerico etiam quoad dominium.capitu.vnico.de cle-
28 ri. non resid. in 6. quas clericus facit omnino suas, quia dantur pp seruitium,& corporale ministerium, & in recompēsam laboris personalis,de quibus clericus;ita potest disponere, veluti rusticus de diurni operis denario.

Itē de pēsionibus, ac pēsionum fructibus, quæ cum sint quid non ecclesiasticum,sed prophanū, sunt ad omnimodam ptātē, & dispositionē pēsionarij,adeo q̄ pōt de illis pro libito disponere. & testari de illis,ac ēt ab intestato terminos maturos,nō exactos,ad succedētes transmittere,p Gigan. in q. 52. tractat.pēsio. 29 ibi, erit ex præmissis firmata conclusio, quod pēsiones decursæ in vita pēsionarij,non exactæ,transeunt in eius hīdes siue ab intestato,siue ex testamēto succedāt . sed in contrarium vide quæ deduco supra in quęstione de ptāte clerici,suo loco maximè p bullam Pij V.nouissimè editam .

Itē qualiter diximus,de illis,quę lucratur sacerdos rōne suę dignitatis clericalis,vel sacerdotalis officij, puto p Missis dicēdis, vel p alijs horis canonicis,diuinis laudibus celebrādis,aut decā

Source : BIU Cujas

tandis, dummodo non ſint ei, veluti proprio parochiali data,
31 nec reſpectu, ſeu contemplatione eccleſiæ, ſed reſpectu perſonæ tantum clerici, vel ſacerdotis, & pro recompẽſatione ſuorum laborum, quia talia clericus acquirendo, facit ſua, & de eis omnimodè poteſt diſponere, per Abb. in cap. cum in officijs. de teſta. Et hæc opinio Ioan. And. & Hoſtien. quòd de fructibus, quos facit ſuos clericꝰ, poſſit ſatisfacere creditoribus, dicit Abb. in capitu. reprehenſibilis. de appella. poteſt admitti, ſtante generali conſuetudine, quæ inoleuit apud omnes, quòd clerici perſonaliter beneficiati faciunt fructus ſuos, dummodo clerici non mendicarent, quia hoc redundaret in opprobrium eccleſiæ, quia iſto modo per indirectum puniretur eccleſia, in perſona clericorum, quod eſſe non debet, arg. reg. delictum perſonale. de reg. iur. in 6.

Sed in caſu iſto, quando petitur ſolutio debiti à clerico in vita, dicit Collectaneus in ca. Odoardus. de ſolutio. vt refert Abb. in cap. peruenit. de fideiuſſor. quod vidit in curia ſeruari, quod clericus poteſt cedere fructus ſuorum beneficiorum, loquen-
32 do indiſtinctè, & nullam faciendo differentiam inter fructus, & fructus in ſatisfactionem ſuorum creditorum pro eius debitis, & idem dicit D. Ant. in cap. cum olim. de reſtit. ſpoliat. vbi dicit eſſe caſum, id quod approbat Abb. ibi quia inquit communis opinio inualuit, quod hodie clerici appropriant ſibi omnes fructus, ac redditus beneficiorum, & diſponunt ad libitum, vnde viſum fuit curię, & iudicibus, quòd melius ſit, vt clerici darent redditus ſuis creditoribus, quàm, vt diſperdant illos in aliam cauſam, ſed ſi facerẽt, vt deberent, non deberent extendi manus ad redditus beneficiorum, quamuit (inquit) firmiter credo, quòd de rigore iuris inſpecto ſtatu beneficiorum, & deputatione, nõ debet aliquo modo de redditibus beneficij ſatisfieri creditoribus, quia de redditibus beneficiorum, id ſolum eſt clericorum, quod probabili ratione conſumunt, ergo non debent fructus apprehendi, cum ſint conuertendi in cauſam piam. Idem videtur dici in allegata, deciſione 855. in antiquis incip. cũ camera. in prima parte. ibi aliud eſſe in prælato viuente, vel beneficiato, quia tunc cum fructuario comparetur, fructus, & prouentus beneficij facit ſuos, & ideo cum perſona ſua ſit ad huiuſmodi debita obligata, nimirum ſi etiam de fructibus beneficiorum quos facit ſuos, ſatisfacere tenetur, & loquitur deciſio generaliter de quibuſcunque fructibus, quia non diſtinguit, prout facit in ſecũda diſtinctione, & habetur in Rotæ decis. 330. in antiquis. rubrica de oblig. & ſolutio. incip. nota ꝙ clericus. ꝙ licet clericus ſe ſimpliciter obligando, non obligat fructus beneficiorũ, ad hoc ꝙ ratione obligationis fructus debeant creditoribus applicari, niſi debitum eſſet conuerſum in vtilitatem eccleſiæ, tamen Auditor Cameræ tenet contra, quia pro debito fructus beneficiati ſequeſtrabitur, & concludit Rota, ꝙ ſi clericus habet adminiſtrationem, ꝙ tunc fructus poteſt obligare in vita, ſi ſit ſimplex beneficiatus, etiam id poteſt poſt mortem vt ibi.

Quando verò petitur ſolutio debiti contracti per clericum poſt mortem, quæ eſt materia noſtra, tunc ſi debitum ſit contractum pro neceſſitate eccleſiæ, ſucceſſor vel Camera Apoſtolica, quæ loco ſucceſſoris habetur in ſpolijs, & cum eo quantum ad ſpolia vnum & idem cenſetur, per ſpeciale Papæ reſcriptum D. Rotæ deciſ. 855. ad illius ſolutionem tenetur, per tex. in c. primo. de ſolutio. qui dicit ad literam. vbi Hoſtien. Ioan. And. Abb. & alij, quia ſucceſſori, & cameræ nunc reſeruantur bona relicta per defunctum, ſolutis tamen debitis per tex. in cap. præſenti. de off. ord. in 6. vbi glo. intelligit debita ad quæ eccleſia & ſucceſſor remanet obligata.

Et pro eccleſiæ neceſſitate contractum videtur debitum, ſi ſit contractum pro ſubſtentatione clerici, vel prælati, quia dicit Abb. ibi, ꝙ ſi prælatus contraxit debita pro ſua ſubſtentatione,
33 tenetur ſucceſſor ad illorum ſolutionem, quia pro neceſſitate eccleſiæ videtur contraxiſſe, quia eccleſia tenetur illum alimentare: expenſæ etiam, ſalaria ſeruitorum, vel ſeruitiorum, debent ſolui de ſpolijs, quia clericus habet viuere, & ſubſtentare ſe bonis eccleſiæ, iuxta conditionem ſuam, quia ſi ſit nobilis, vel doctor, non habet ſtare ſine famulo, per ea, quæ adduco ſupra in quæſtione ex quibus præſumatur clericus acquiſiſſe, verſ. & in tali ſubſtentatione. & ſeruitia præſtita prælato, videntur præſtita eccleſię, dico ſupra in q. de licentia, vel diſpenſatio. teſtandi. in principio, verſ. Item ex eo. eſt deciſio Rotæ deciſio. Fabij Peregrini de ſolutio. in manuſcrip. ꝙ ſucceſſor teneatur ſoluere ſalariũ aduocato, qui patrocinatus fuit pro mortuo epiſcopo, dũ eſſet carceratus, quę fuit facta in vna Zamorẽ. vbi doctor pſtiterat patrociniũ, & mutuauerat pecunias, & pro eius neceſſitatib. expenderat, & cũ iſta fuerint debita contracta pro neceſſitate pſonæ epiſcopi, fuit dictum, ꝙ ſucceſſor teneatur, per Abb. in c. pręſentium. & c. per tuas. de dona. & ſalarium etiã aduocati propter ſeruitiũ, & operam pręſtitũ. per Abb. in ca. relatum. el ſecundo. de teſta. laſ. conſ. 222. lib. 2. ſed ſalaria famulorum quę famuli in vita prælati petere, & conſequi diſtulerunt, non debent ſolui poſt mortẽ per camerã de bonis, &, ſeu ſpolijs pręlati meo iudicio indiſtinctè, ga ſuper hoc emanauit motus ꝓprius Pauli III. quo determinatur, quòd ſalaria, quę famuli non habuerunt in vita pręlati, niſi pro biennio petantur, & poſt mortem infra annum petantur, & aliàs quod ſoluta præſumantur, vt eſt videre in dicto motu proprio, qui in cauſis ſpoliorum ſæpe fuit exhibitus, eſt in lib. bullarum Põtificum in Bullis Pauli tertii mihi folio 102. incip. motu proprio, cum ſicut nobis &c. publicatũ, Romæ in Cancellaria anno 1545. die 21. Aprilis Pontificatus eiuſdem Pauli anno 11. ſed cum diſpoſitio iſtius motus ſit exorbitans, & contra iuris communis diſpoſitionem, crederem, ꝙ non deberet extendi vltra perſonas in ea ſpecificatas, & nominatas, cum in iſtis ſtrictè, & nõ largè ſit facienda interpretatio, & inquit Abb. d. loco, pluries ego in facto reſpõdi, in iſtis maximè rectoribus eccleſiarũ qui in firmitate ſua, de qua decedunt, multa debita contrahunt, nam ſucceſſor tenet illa ſoluere facit Ludo. Roma conſi. 440. quod conſilium eſt factum in cauſa cuiuſdam hoſpitalarii, qui contraxerat certa debita in vita pro ſuis veſtimentis, vnde quærebatur, an talia debita deberent ſolui per ſucceſſorem in hoſpitali, an verò per hæredem hoſpitalarii, vbi dicit, ꝙ hoſpitale tenetur alere, & conſequenter ve-
34 ſtire hoſpitalarium, cuius opera, & ſeruitio vtitur tribus fundamentis, primo, quia eſt regula quod tenetur alimentare, & veſtire illum, cuius opera vtitur. l. In rebus. §. poteſt. ff. commod. cum aliis ibi allegatis, ſecundo quia ſcriptum eſt, qui eccleſiæ ſeruit, debet de eccleſia viuere. capit. cum ſecundum. de præbẽ. tertio appellatione victus comprehenduntur etiam veſtimenta, adeo quod eccleſia dans victum intelligitur etiam dare veſtimenta. l. legata. ff. de alimen. & cib. leg. ſubdens ibi, ex his ergo concludo, ꝙ pro pretio, quòd titulo emptionis ille hoſpitalarius pro ſuis veſtimentis, atque alimentatione percepit, tenetur ſucceſſor in hoſpitali, non hæres defuncti hoſpitalarii, cum ſucceſſor præcedentis rectoris, debita expedientia eccleſiæ, vel hoſpitali contracta ſoluere teneatur, quod eſt verum, etiam ſi non probent creditores iſta talia venditionis titulo, in expedientia hoſpitalis conuerſa fore in vtilitatẽ per dictum Inn. in c. grauis. extra. depoſit. vbi allegat glo. in l. j. C. de venden. rebus ciuitat. lib. 12 qui dicit, quod contrahens cum eccleſia, vel hoſpitali debet eſſe ſolicitus, vt res conuertatur in vtilitatem, in tribus caſibus qui ſunt à iure expreſſi, primus eſt in mutuo. l. ciuitas. C. de loca. capit. quod quibuſdam. extra de fideiuſ. ſecundus caſus eſt in depoſito dicto capitu. grauis. extra depoſit. tertius caſus, cum res eccleſiæ pro debito venduntur. authent. hoc ius. 12. q. ij. in aliis autem caſibus, licèt verſio nõ probetur in expedientiam eccleſiæ, vel hoſpitalis, ſi in hoc datum ſit, ipſa eccleſia tenetur, idem videtur, ſi debitum contractum, per clericum, ſit verſum in vtilitatem eccleſiæ, quo caſu debet fieri ſolutio per ſucceſſorem per d text. in cap. j. de ſolut. capitu. præſenti. de offi. ordin. in 6. in fine. d. tex. capitu. quod quibuſdam. de fideiuſſor. cap. j. de depoſit. vbi gloſſ. in verſic. vtilitatem. per Abba. in dicto capi. peruenit. de fideiuſſ. ibi dicit nota. gloſſ. quod clericus non poteſt obligare redditus futuros ſui beneficii, qđ inquit, intelligo, niſi contraheret pro vtilitate eccleſiæ. argum. capitu. nulli. de rebus eccleſiæ non alien. videtur dicere Innoc. Abb. & alii. in dicto capitu. j. de ſolut. & hoc dummodo verſum in vtilitatem, non prouenerit ex induſtria clerici, vel prælati per Abb. in conſi. 102. ſecunda parte. ſequitur Hoſtien in capitu. cum in offi. §. hoc igitur. de teſtamen. ibi ſolas autem expenſas deducet de bonis eccleſiæ, quæ factæ ſunt in alimonia Pręlati, pauperum, redemptionem captiuorum, hoſpitalitatẽ, & alias pias cauſas, vel pro oneribus eccleſiæ ſupportandis, dicit Abb. in capi. ſi quis. de pec. cler. circa princip. ibi not. ij. quod ſi prælatus ex induſtria perſonæ ſuæ, facit rem meliorem eccleſiæ, non poteſt repetere illud, quod impendit ex induſtria, ſed cædit eccleſiæ: credo tamen, quod ſi prælatus ex ſuis patrimonialibus impẽdit eccleſiæ aliquid, non ſua contemplatione, ſed
36 eccleſiæ, poterit ipſe, aut ſuus hęres repetere id qđ impendit de ſuo, per tex. nota. cum glo. 12. q. iiij. c. ij. idem dicit Rota d. deciſio. 855. ibi, vel poſſit fieri diſtinctio inter habẽtem adminiſtrationem, & tunc tenetur ſucceſſor, vel Camera, etiam de fructibus acceptis in vita prędeceſſoris, niſi ad debita conuerſa in vtilitatem eccleſiæ, ad quę ſolum tenetur eccleſia d. c. j. de ſolut. ad alia debita contracta per clericum, puta pro reparandis ſuis domibus patrimonialibus, pro putandis vineis, uel pro aptandis prędiis, & locis paternis, & conſimilibus extra ab eccleſia indiſtinctè dicendum, quod Camera non teneatur per ea quę dicit Abb. d. c. cum eſſes. uerſic. quarto principaliter, & habetur in d. deciſio. in tertia parte primæ diſtinctionis ibi, ſed ſecus, cũ moritur, quia tunc uſuario comparatur, & poſt mortẽ omnia bona ſua, quæ ab eccleſia acquiſiuit, tãquam bona eccleſię remanent eccleſię, & futuro ſucceſſori reſeruantur, ut d. ca. præſenti. de off. ordin. in 6. in cuius pręiudicium bona illa non potuit obligare, maximè, quia non habet cauſam ab illo, nec cenſetur habere ius, ad not. per Innocent. in capit. quanta. de iud. & ideo non mirum, ſi ſucceſſor ad debita illa non tenetur, ex quo ad illa, eccleſia nõ cenſetur obligata, & in eius ſucceſſoris locum hodie Camera apoſtolica ꝑ ſpecialẽ Papæ reſeruationẽ ſucce-

dit

Source : BIU Cujas

dit in iſtis ſpolijs,ſeu bonis in eccleſiam pertinentibus,& eius occaſione per ipſum acquiſitis, quia in alijs bonis patrimonialibus ſuccedit hæres ſuus, qui ad omnia alia eius debita tenetur auth. licentiam.C.de epiſcopis & cleri.

Dicta deciſio facit aliam diſtinctionem an Camera apoſtolica,quæ hodie ſuccedit in ſpolijs, ac bonis relictis per defunctum clericum,teneatur ad ſolutionem debitorum creditoribus,& an creditores teneantur probare debita conuerſa eſſe in vtilitatem eccleſiæ,facit dico aliam diſtinctionem,cum qua, vti vltimo loco facta,videtur tranſire,vel (inquit) poſſet fieri diſtinctio inter habentem adminiſtrationem,& tunc tenetur ſucceſſor, vel Camera,etiam de fructibus acceptis,in vita prędeceſſoris,niſi ad debita conuerſa in vtilitatem eccleſiæ,ad quæ ſolum tenetur eccleſia d. cap. primo, de ſolut. aut non habuit adminiſtrationem,& tunc ad omnia tenetur, quatenus ſufficerent fructus & prouentus,quos ante mortem fecerat ſuos, quia talis beneficiatus, non habens adminiſtrationem,omnes illos fructus & prouentus perceptos in vita,adeo facit ſuos,quod poteſt de illis teſtari.Idem habetur deciſio 330.in antiq.incip.nota quod clericus.rubr.de obligat.& ſolutio.& ſi non teſtetur de illis, ab inteſtato clerico decedenti ſuccedit eccleſia glo.d.cap.præſenti.de offi.ordi.lib. ſexto.& probatur.de teſta.cap.relatum.el.ſecundo per Hoſtien.cap. fin.de pecul. cler. id quod eſt intelligendum in caſu, in quo Camera ſuccedit clerico,decedenti ab inteſtato,quia,ſi non habens adminiſtrationem,de illis teſtetur, non ſuccedit ei Camera, ſed hæres qui teneretur ipſe ad debita,quatenus ſufficerent prouentus,& id eſt ex eo, quia clericus tales fructus videtur facere ſuos, & hanc eſſe generalem conſuetudinem, atteſtatur Abb.in cap. reprehenſibilis.de appella.in additio.num.ſecundo.in cap.fin.de pecul.cler.in cap.peruenit.de fideiuſſor.licet ipſe in dictis locis fateatur ſe tenere contrarium,maximè in cap.cum eſſes.de teſta.in verſ.ſecundo principaliter in repet.& hãc opinionem vltra alios tenet Innocen.& D. Anto. in d.cap.fin. ſed tamen iſta diſtinctio nunquam placuit Abb. vt late dicimus in quæſtione de poteſtate cler.vel vbi ad longum per rationes quas adducit Abbas ad cõfutationem glo.in cap.præſenti.de off.ordi.in ſexto.& dixi,prout etiam dico, quod eius opinio mihi magis amplexanda videtur, quia eſt magis amica,& magis fauorabilis eccleſiæ ſed hodie talis ſimplex beneficiatus,non habens adminiſtrationem,non poteſt teſtari de fructibus talis beneficij,niſi obtento priuilegio apoſtolico, vel niſi de conſuetudine legitime præſcripta per breue ſanctiſſimi Pij quarti ſub dat. die ſexto Martij, anni 1560. directum Franciſco Odeſcalco generali Collectori, & per aliud eiuſdem Pij quarti ſub Datum Romę die 30.Iulij dicti anni 1560.anno primo directum Matthęo Minali.

Vnde habetur ex præmiſſis concluſum,ſecundum doctrinam Abb. quod debita contracta per clericum pro ſua ſubſtentatione,vel pro neceſſitate,& vtilitate eccleſiæ tantum, ſolui debent à ſucceſſore,vel à Camera de illis fructibus in quibus ſuccedit,& de peruentis in eam.

Et ſecundum doctrinam Hoſtien.Io.And.& eandem deciſionem,nedum, ita contracta, ſed omnia indiſtincte debent ſolui, de illis tamen fructibus,quos clericus facit ſuos,puta de illis, quãdo clericus non habet adminiſtrationem,ſed eſt perſonaliter,& ſimpliciter beneficiatus,& ratio iſtius diſtinctionis Rotæ poteſt eſſe,quod cum clericus iſtos fructus faciat ſuos, ſuccedendo Camera in illis,prout ſuccedit ab inteſtato d.glo.in cap.præſenti. de off.ordi.in ſexto.efficitur hæres,& vti hæres clerici,merito ad illius debita ſoluenda, pro eo quod de illis ad cameram peruenerit tenetur,& obligata eſſe debet, quia etiam hæres ſuus, ſi clericus decedit de his teſtatus,tenetur debita ſoluere,doctrina Abb. 38
indiſtincte loquitur, cuius opinio videtur magis de iure ſubſiſtere,& magis amica eccleſię,& Camerę, quia diſtinctio iſta, quod clericus de beneficijs non habentibus adminiſtrationem,& ſimpliciter,& perſonaliter,faciat fructus ſuos,ſibi nunquam placuit immo illam in cap.fi.de pecul cler.& in cap.cum eſſes in repe.de teſtam.pluribus rationibus reprobauit, tamen in dictis locis, & alijs quos notauimus paulo ante, atteſtatur ita ſeruari de conſuetudine generali apud omnes,& maxime in c. reprehenſibilis. de appella. vbi dicit, quod veritas quæſtionis, de ſoluendis debitis, dependet ab illa, nunquid clerici faciunt fructus beneficii ſuos, & pro hac concluſione faciunt ea quæ habentur per Socin. con. 13.prima parte.num.39.vbi dicit, quod ſi debita fuerunt contracta pro neceſſitate,aut vtilitate eccleſiæ, prædictarum dignitatũ, præceptoriarum,ſeu commendatoriarum,dignitas,& eccleſia eſſet obligata,ſecundum ea quæ traduntur in cap.primo,de depoſito.nec eſt obligatus aliquo iure hæres ipſius beneficiati, etiam, ſi fuiſſet prælatus ſecularis, ſiue eſſet hæres ex teſtamento, vel ab inteſtato,vt traditur in d.cap. primo, immo, ſi prælatus, vel rector ſecularis expoſuiſſet de proprio patrimonio pro vtilitate eccleſiæ,ſeu dignitatis,ſuus hęres qui ſucceder ex teſtamento,vel ab inteſtato repeteret,& poteſt ipſe rector,quas fecit pro neceſſitate,aut vtilitate eccleſiæ de ſuo expenſas, in alium teſtari, tex.& ibi Abb.in cap.cum pro cauſa. de procurat. Facit tex. cum gl. 12. quæſt.4.cap.2.tenet Abb.cap.fin.de pecul.cler.idem tenet in cap. de multa.de præben.facit quod not.in §.ſi Vaſallus. hic finitur lex Corradi in vſibus feud. tenet etiam Abb. in ſua diſputatione late diſputando,quæ incipit Sempronius quæ eſt ſecunda,ibi vult, quod hæres prælati poſſit repetere omnes expenſas, quas fecit pro impetratione,& prouiſione dignitatis prælaturæ, vel beneficij,etiam, ſi ſint factæ pro literis ſuper prouiſione confectis,vel propter aliam ſimilem cauſam, ad quod etiam faciunt notata per glo. & docto.in cap fin.de electio.lib.6.facit,quia expenſæ factæ in negotio electionis indiſtincte debent, & poſſunt per capitulum recipi de bonis Prælaturæ,etiam ſi fecerit illas de proprijs bonis,poterit eas repetere à ſucceſſore,ſiue fuerint pro electione fienda, puta pro conuocandis canonicis abſentibus, vel pro notario,ſcribente proceſſum electionis, vel pro conſulendo iuris peritis,& ſimiles, pro obtinenda confirmatione electionis iam factæ,vel pro habendo conſenſu electi abſentis, & ſimiles,per Compoſtel in d.capitu.vt præteritæ. quem ſequitur Archid.capitu.fina.64.diſtin. ne officium capituli in eligendo,habeat ſibi eſſe damnoſum. capit. cum expedita.de electio. libro 6.capitu.cum pro cauſa de procur. capitu. cum ſit Romana.de ſimonia.capitu.cum ex offic. de præſcriptio: vt per Ioan. Franciſcum Pauin.in tracta.de off.& pote. capitu. ſed. vacan.q. 8. ſecundę partis ad fin. cuius verba refero infra, & illud quod mutuatur pro proſequutione electionis factę de prelato, abſque aliqua probatione preſumitur verſum in vtilitatem eccleſiæ.Alber. in authen. hoc ius. C. de ſacroſanct. eccleſ. ſequitur Bald.conſ.298.primo volum.verſi.alij dicunt, vbi tenet, quod expenſum in promotione Prelati,vel in cauſis prelaturę,poteſt ſolui de fructibus eccleſię,glo.ad capell.Toloſan.deci.497.Si vero debita fuiſſent contracta per prelatum,vel rectorem abſque neceſſitate,vel vtilitate eccleſię,non eſt dubium,quod eccleſia, vel dignitas ad expenſas reſtituendas non tenetur,per not.in d. cap.primo.de depoſito.& in authen. hoc ius porrectum . C. de ſacro ſan. eccl. canonizata 12.q. 2.hoc ius porrectum.quia ſucceſſor & ſeu camera,non ſunt,nec habentur loco vniuerſalis hę redis clerici qui ſuccedit in vniuerſum ius defuncti,& in omnibus bonis illius,quia immo in bonis proprijs ſuccedunt agnati. Iac.de Beluiſ.in authen.vt nulli iud.§.& hoc.per ea, quę habentur in cap.cum in officijs.de teſta.cap.1.de ſucceſ.abinteſta.quia ſucceſſor in beneficio,& ſeu camera apoſtolica tenetur tantũ ad debita pro vtilitate,& neceſſitate contracta,capit.1.& ſecundo. de ſolutio. hęres verò tenetur ad debita quęcunque defuncti regulariter.l.fin.§.& ſi poteſtate C.de iur.deli.Alex.conſ.160. lib.6.Rota in no. 232. de rebus eccleſ non alien. incip. ſi prelatus. ideo eſt quod iudex eueniente caſu bene animaduertat ad qualitatem debiti contracti,& cuius contemplatione,vel intũitu ſit contractum,quia ſi ratione patrimonij ſit contractum,nõ erit iuſtum quod ſoluatur à Camera de fructibus beneficiorũ, & ſi ſit taliter contractum, quod veniat ſoluendum de acquiſitis ab eccleſia,relictis per defunctum,quę defunctus fecerat,vel facere poterat ſua:erit etiam conſiderandum meo iudicio quãtum de huiuſmodi peruenit ad hęredes, & quantum ad Cameram,& pro rata ſucceſſionis erit meo iudicio ſoluendum, quia bene eſt ęquum,quòd qui commodum habet, ſentiat etiam de incommodo pro rata commodi, & ſuccedens in hęreditate, ſoluat debita pro portione hæreditaria. l.prima & ibiem . Bartol. C. ſi cert. petat. per nota. in l. pro hęreditarijs. C. de hęredita. action. quia expenſę funeris, & funeralia pertinent ad hęredes bonorum,non ad ſucceſſores in beneficijs, nec ad Cameram,ita conſuluit Deci. in conſ. 157. verum tradit Abba. in capitu.vt preteritę col.pen.verſ.& ex prędictis.de electio. quòd expenſę concernentes ſolatium, vel remedium animę defuncti,debent fieri ex bonis prelaturę,& ſic ex ſpolijs,quantumcunque prelatus defunctus habuerit proprium, expenſę vero, quæ fiunt ad conſolationem,& pompam viuorum, vt magnus apparatus funerum in veſtibus,& alijs ſimilibus, non ſunt ſoluendę à Camera,nec ex bonis Prelaturę, ſed ſolui debent ab hęredibus,& de iſtis intelligit Decius,Ita Petr. Rebuff. in ſuo enchiridion.iudi. eccl. notat. 159.quia licet alias ſponſa teneatur ad funeris impenſas, quando inſtituitur hęres, vel quando eſt dies,ex quo afficeretur iniuria,ſi ſponſus inſepultus remaneret, & pater eſt impotens.l.cenſus& l.quòd ſi nulla: de relig.& ſum. fun.tamẽ eccleſia,& hodie Camera, non tenetur ad impenſam funeris rectoris, quæ ſit ad ſolatium viuorum,puta ad longam pompam,& veſtes lugubres,licet teneatur ad illam,quę fit ſolatio animę,puta pro candelis, & aliquibus venientibus ad illud funus . ita Abb. in diſputatione quę incip. Sempronius clericus . in primo dubio . refert Benedictus Canophilus in expoſitione conſtitutionis Paulinę, ſecundo tracta. titu. de ſepulturis.eſt deciſio Antonij Capitij in terminis noſtris facta 14.quam vide pro preſenti materia, an videlicet cultra ſerica, ſepulchrum marmoreum,veſtes lugubres, & aliq impenſę funerales debeantur de ſpolijs, an vero de hęreditate, vbi concludit quod Camera,& eccleſia tenetur tantum ad impenſas,quę tendunt ad remedium animę defuncti, veluti ſunt impenſę, quę fiunt circa clericos confluentes ad officiũ ſepulturę,in quib. in

Source : BIU Cujas

quit, tenetur eccleſia, etiam ſi defunctus alium heredem habeat in patrimonialibus, non ad impenſas, quæ tendunt ad viuorum ſolatia, veluti eſt apparatus funeris, conſtructio ſepulturæ, pretioſa exequiorum pompa, quod multi induantur veſtibus luctuoſis, allegat pari modo Abb. d. diſputatione. Item per Ioan. Franciſcum Pauinum in ſuo tracta. de officio & pot. cap. Sede Vacan. quæſt. 8. ſecundæ partis ad fin. ibi ſimiliter & expenſæ, quæ fiunt pro exequijs prælati defuncti, debent fieri de bonis prælaturæ, ſecundum Cardi. Floren. qui ita pluries conſuluit per tex. in cap. bonæ. el ſecundo de electio. Calder. conſ. primo. & ſecund. de ſolutio. Abb. in diſputatione Sempronius. in expenſis concernentibus ſolatium ſeu remedium animæ defuncti. arg. cap. ad apoſtolicæ. de donatio. cap. bonæ rei. 12. q. 2. cap. vbi periculum. de electio. lib. 6. ſecus in expenſis concernen. pompam viuorum, & magnus apparatus veſtium, & ſimilia arg. 13. quæſt. 2. animæ defunctorum &c. & dicit Bertachinus in tracta. de epiſcopis. quarta parte. quinquageſimo quarto quæro. verſi. vltimo quod prælatus ſucceſſor tenetur ad funeralia ſui prædeceſſoris, quia eccleſia arctatur ad id onus, cum ex bonis eccleſię ſit alendus prælatus. 12. quæſt. prima. illi autem qui. 16. quęſt. j. quoniam quicquid: 1. quæſt. 2. clericos. item debet de eiſdem curari infirmos. cap. 1. & cap. de rectoribus. de cleri. ęgrot. facit l. verbo victus de verbo. ſigni. & quod not. in l. alimenta. C. de nego. geſtis. item, & debet ſepeliri prælatus, vel rector ſumptibus eccleſiæ, etiam ſi velit epiſcopus, vel prælatus ipſe pro hoc largiri centeſimam bonorum eccleſię 12. quæſt. 2. bonæ rei. de donatio. cap. apoſtolicæ, quod intellige ſcilicet in vita, quia id non poteſt in teſtamento diſponere pro magnificando ſepulchro ſecundum Ioan. & Doct. d. cap. apoſtolicæ. & intellige ſepeliri debere ſumptibus menſæ, ſuæ etiam ſeparatis à menſa capituli ſecundum Petrum de Peruſio in tracta. canon. parochi. cap. 8. vbi plene, vide quid de Papa, quid de Cardinali, quid de Abbate, quid de alijs clericis, cuius ſumptibus ſint ſepeliendi, & idem habetur per dominum Bartol. Cępol. in conſ. ſuo 51. incip. in Chriſti nomine. verſi. circa ſecundum. & debita, quæ fuerunt contracta aut contrahentur, ſede vacante, vel per ſucceſſorem, pro oneribus eccleſiæ, circa diuinum cultum, fabricam, hoſpitalitatem, vel ſimilia neceſſaria ſupportanda, credo quod debent ſolui de prouentibus ſedis vacantis: qui ſi nulli ſint, vel non extēt, puta quia Camera collegerit ſpolia, & fructus futuri temporis, credo ꝙ Camera, vel ſpolia tenebuntur, pro ea rata fructuum, qui in ſpolia & in cameram peruenerunt, vt ſi collegerint collectores fructus, aut redditus tantos, qui ſint fructus trium menſium, ad ratam fructuum vnius integri anni, ſpolia, & camera ad onera trium menſium ſupportanda teneantur, vt ſinguli fructus ſingula onera ſua prò rata æqualance ſupportent per tex. qui dicit in terminis cap. præſenti. §. porrò. de offi. ordi. in ſexto. ibi & his, quæ fuerint neceſſaria pro ſeruitoribus, miniſtris, ac incumbentibus oneribus vſque ad nouos redditus &c. quia ſi integri anni fructus, integra onera totius anni ſupportant, ſucceſſor non debet teneri ad onera: niſi pro rata fructuum per ſe, non per cameram perceptorum ita videtur intelligere Didac. Couuar. variar. reſolut. cap. 15. verſi prius tamen. in fine.

Ad obiecta deuenio, & dico, quod licet per ſupradicta videātur contraria ſatis concordata, volo nihilominus hic ſubiungere quæ occurrit particulariter & ſpecialius reſpondere.

Et primo ad illud in cap. peruenit. de fideiuſſor. quod mādantur ſolui debita clerici de redditibus beneficiorum, & ꝙ fructus beneficiorum obligari poſſunt in cauſam iudicati, eſt intelligēdum de illis fructibus, quos clericus facit ſuos, vt per Hoſt. Ioan Andr. ibi; ſecus eſt de fructibus qui ſunt conuertendi in vtilitatem eccleſiæ, id quod non placet Abbati, & propterea dicit id procedere, quia communis opinio inualuit, quod hodie clerici appropriant ſibi omnes fructus, & redditus eccleſiæ, quia de rigore iuris, inſpecto ſtatu beneficiorum, & deputatione, & ſi clerici facerent quod deberent, non extenderent manus ad redditus beneficiorum, vel ſecundum eum, ille tex. deberet intelligi, de redditibus proprijs patrimonialibus, vt exponit glo. in ſimilibus terminis in cap. de multa. de præben. in verſi. de ſuis prouentibus, vel fuit inquit ſpecialis prouiſio Papæ per rationem, de qua ibi &c.

Ad illud, quod dicitur clericus litigans condemnatus, ſoluet expenſas de redditibus beneficij quos facit ſuos, ſecundum Hoſtien. dicit Abb. ibi quod illa opinio attenta conſuetudine generali, ſecūdum quam clericus perſonaliter beneficiatus facit fructus ſuos, iuxta diſtinctionem glo. in cap. præſenti. de off. ordi. in 6. poſſet admitti, dūmodo, clerici non mendicarent, ideſt, quod ſolutis debitis, tantum remaneret clerico, quod viueret, qa hoc redundaret in opprobrium eccleſiæ.

Illud, quod dicit d. Ant. in c. olim de reſti. ſpol. quod prælatus debitum perſonale poteſt ſoluere de fructibus eccleſiæ, intelligitur procedere, per illud quod diximus ſupra, quod appropriant ſibi clerici omnes redditus, quod facere non debent.

Nec obſtat illud, quod dicitur in c. præſenti. de off. ordi. quod relicta per defunctum, reſeruantur futuro ſucceſſori ſolutis debitis, qnia intelligitur de debitis, pro quibus eccleſia remanet obligata, non de alijs debitis, puta quæ cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis eccleſiæ, eſſent contracta, vt per gl. ibidem.

Nec obſtat, quod clericus, qui damnum eccleſiæ ob negligentiam, aut prauam adminiſtrationem intulit, ſoluet debitum eccleſiæ, quia illud procedit in caſibus enumeratis: in quibus expreſſe à iure, eſt obligatus ad reſarciendum damnum illatum eccleſiæ, quia ſi debita habent ſolui de acquiſitis ab eccleſia alijs perſonis, debent etiam ſolui eccleſiæ, quia agris eccleſiæ ſitientibus, alij rigandi non ſunt.

Nec valet dicere, quod ſi non ſoluerent clerici de redditibus eccleſiæ, quod fraudarentur creditores; vel quod clerici eſſent, veluti iudęi inter Chriſtianos, qui non inuenirent, qui eis crederet; quia dico primo, quia creditores ſibi habent imputare, cum debeant non ignorare conditionem contrahentis.

Item clerici debent habere pro ſuo victu ſufficientem eccleſiam, aliàs epiſcopus eis prouidere tenetur. c. cum ſecundum. de præben. tex. & gl. in c. ſi quis ordinauerit. de ſimonia. in ver. per triennium, & ſibi imputet clericus, ſi minus ſufficientem eccleſiam acceptauit, per Abb. in c. ex præſentium. de pignor. verſ. ſed aduerte quod Ioan. And. vnde merito non haberent contrahere debita, & ſi contrahunt videtur clericus habere priuilegium, quod non poteſt cōueniri, vltra quam facere poteſt, dicit Abb. in c cum eſſes. in repetit. verſ. quarto principaliter. in verſic. nec obſtat ſi diceretur: quod ad minus: quæ omnia debent eſſe non incognita contrahentibus. 39

Et illud Spe quod prius clericus ſoluet debita de ſuo, ſi habet, deinde de redditibus eccleſiæ, intelligi debet, de illis redditibus eccleſiæ quos facit ſuos, & de illis etiam ſibi tantum retinebit, ne mendicet vt dixi ſupra per Abb. id quod parimodo dici pōt ad illud quod clerico conuenit ſoluere debita de ſtipendijs in ſubſidium, ſicut militi, ex quo clericus, & miles ęquiparantur.

Ad quod dicitur: ꝙ poteſt fieri alienatio rerum eccleſiæ in ſatisfactionem creditorum intelligi, in caſibus, modis, & formis à iure expreſſis, & non aliter.

Et quod clerici ſint domini fructuum, intellige ad bene & canonicè diſpenſandum, non autem ad illos in malum, vel alium vſum, quam ſit à iure ſtatutum, conuertendū, quia clericus non vtitur rebus, & fructibus eccleſiæ, tanquam ſuis, ſed tāquam ad diſpenſandum ſibi creditis, per ea quæ tradit Abb. in cap. cum eſſes. in repet. de teſta. verſ. ſecundo principaliter Zabarel. in cap. fi. de pecul. cler.

Quod verò clericus poſſit donare, & eleemoſynā facere &c. intelligitur in caſibus, & pro cauſis à iure expreſſis, & permiſſis, vt in iuribus allegat.

Et ad doctrinam Abb. in cap quod quibuſdam. de fideiuſſor. reſponde quod Abb. loquitur ibi, & intelligit de contractu facto nomine eccleſiæ, & pro eccleſia, non autem quod illud eſſet debitum ſpectans ad prælatum particulariter, vnde nimirum ſi poteſt illud prælatus ſoluere de redditibus eccleſiæ, quos liberè adminiſtrat canonicè diſpenſando.

SVMMARIVM.

1 *Quod non mutatur ſtare non prohibetur.*
2 *Figura iudicij, & verum iudicium, quid ſit.*
3 *Quid ſit, quaſi figura iudicij.*
4 *Subſtantialia iudicij.*
5 *Citatio eſt de ſubſtantia circa abſentem.*
6 *Subſtantialibus iudicii non poteſt renunciari.*
7 *In ſpolijs fuit datus certus modus procedendi.*
8 *In cauſis ſpoliorum, quomodo procedatur.*
9 *In cauſis ſpoliorum verbum ſummariè reijcit ſolemnitates.*
10 *Clauſula ſummariè in cauſis magni præiudicij admittit probationes plenè, in cauſis non magni preiudicij ſemiplene.*
11 *Item importat, quod libellus ſubſtinetur etiam ſine die, & ſine loco.*
12 *Item, quòd tolluntur dilationes.*
13 *Item facit agentem ex vna cauſa, obtinere ex alia.*
14 *Item, quòd poſſit peti debitum naturaliter.*
15 *Item, quòd debetur ex nudo pacto.*
Item, quod credatur vni teſti cum fama.
16 *Clauſula ſimpliciter remouet omnes ſubtilitates.*
Difficultates.
Duplicitates ambiguitates &c.
17 *Clauſula de plano importat, quod poteſt procedi ſine proceſſu.*
Et ſine cauſæ cognitione.
Item ſine libello in cauſis modicis.
In cauſis vilibus proceditur ſine libello.
Sufficit, quod petitio deſcribatur apud acta.
18 *Libello, euidenter inepto, non eſt reſpondendum.*
19 *Iudex poteſt procedere in domo.*
Item reiectis exceptionib. appellationib. dilatoriis per verbū ſine ſtrepitu.
Quod importat, quod poſſint poſtponi ferię non in honorem Dei.
20 *Quid ſit ſtrepitus iudicij.*

21 Vide

Source : BIU Cujas

21 *Vide quid import et clauſula ſine figura iudicij.*
22 *Importat, quod iudex pronunciat, incognita veritate per indaginem.*
Non citatur pars ad videndum iurare teſtes.
Admittitur libellus generalis.
Admittitur libelluss ſine ſolemnitate.
Pars poteſt incipere ab articulis.
Probatis articulis poteſt cauſa terminari.
23 *Clauſula inſpecta veritate importat.*
Quod proceditur ſine apicibus iuris.
Caſus in quo valet probatio perſuaſiua etiam non concludens.
Aequipollet clauſulæ ſecundum meram voluntatem.
Item facit, quod ſeruatur lex fori, non lex poli.
24 *In cauſis ſpoliorum poteſt procedi etiam criminaliter.*
25 *In cauſis appellationis ſpoliorum proceditur, prout in prima inſtantia.*
Theſaurarius eſt collector generalis ſpoliorum.
26 *Cauſæ ſpoliorũ nõ poſſunt cognoſci ab alio, quàm à Theſaurario regulariter.*
27 *Cauſa appellationis eſt vna cum principali.*
28 *Eſt vtendum contra impetrantem iure, quod impetrauit.*
29 *Legitima ſemper admittitur exceptio: licet Papa mãdet aliqd præciſe fieri.*
30 *Illa forma nunquam debet omitti, ſine qua negotium non poteſt expedari.*
31 *Quid importet clauſula, vocatis vocandis.*
32 *In cauſis ſpoliorum admittitur appellatio facto depoſito.*
33 *Item proceditur appellatione poſt poſita friuola tamen.*
34 *Quid importat clauſula appellatione remota.*

De modo procedendi in cauſis ſpoliorum.

QVAESTIO XI.

MVlti, etiam aduocati, in foro cauſarum huiuſmodi Cameralium non verſati hæſitare, dubitare, ea petere ſolent, quomodo, ac per quos terminos in cauſis ſpoliorum procedi habeat, vnde ad tollendum illis hæſitationem, & dubietatem, ac ad ſatisfaciendum illorum petitioni, ac deſiderio, neceſſarium eſſe exiſtimaui aliqua dicere de modo in cauſis huiuſmodi procedendi, ratus etiam meo iudicio non eſſe bonum, nec integre ſatisfactionem patronis cauſarum huiuſmodi me afferre, ſi poſito quid ſint ſpolia, quomodo diſcernantur, cognoſcantur, & iudicantur, non poneretur etiam modus, quo pro patrocinio cauſarum, auxilio ſuorum clientulorum & veritatis aſſiſti poſſit, & procedi, tam per aduocatum Cameræ, quàm per alium.

Et quia in cauſis iſtis poſſet dici, quod ſpecialis modus procedendi non ſit traditus, vel alius, vel diuerſus a reliquis cauſis ordinarijs, videtur dicendum meo iudicio primo loco, quod in cauſis ſpoliorum procedi habeat per eoſdem modos, ac terminos, per quos regulariter, & ordinarie procedi ſolet in omnibus cauſis: & ijdem proceſſus fieri, & formari qui fieri & formari ſolent in cauſis ordinarijs, quia quod regulariter eſt traditum, regulariter, & ſemper ſeruari debet, & inomnib. & quod non eſt immutatum ſtare ſemper non prohibetur vbique, & 1 in omnibus. l. præcipimus. C. de appella.

Vnde in hoc iudicio illa hñt interuenire, & eſſe, q̃ regulariter eſſe, & interuenire ſolent, & debent in iudicijs ordinarijs aliarum cauſarum, vt videlicet in cauſis huiuſmodi ſit vera, & 2 ſolita figura iudicij, & iudicium verum, vt videlicet, actoris, & rei, Inſtit. de interdi. §. retinendæ: & l. in tribus. ff. de iudic. in l. inter litigantes. & ibi Barto. eod. titul. cuius forma, & figura conſiſtit in his principaliter, & altero iſtorum deficiente, non dicitur 3 figura, ſed quaſi figura. Item habent interuenire alia ſubſtantialia iudicij, & veluti ſunt citatio, libelli oblatio, litis conteſtatio, 4 iuſm de calumnia, & quod ſententia feratur in ſcriptis, cõgruo loco, & tempore, ſeruatis ſolennitatib. debitis, quamuis citatio 5 ſit tm̃ de ſubſtantia circa abſentem 3. qõ. 8. caueant. non contra præſentem per not. per Inno. in c. fi. de elec. per Bar. in l. prolata C. de ſent. per Bal. in authen. ſi omnes. C. ſi vt ab hære. & alias vt late per Abb. in c. cum I. & A. extra. de ſent. & re iud. col. 3. & ſubſtantialia iſta appellantur, quia ſine iſtis iudicium eſſe non poteſt. l. precia. ff. de contrahen. emptio. & §. precium. inſtit. de emptio. & vend. & huiuſmodi ſolemnitates iudiciorum, adeo vi- 6 dentur neceſſarię, quod non poſſunt per partes relaxari, nec illis modo aliquo poteſt per conſenſum renuntiari per ea quæ dicit Bar. in l. quoties. verſ. vltimo nota. C. de priuileg. ſcolarium. li. 12. cap. de cauſis. de off. deleg. Bar. in l. j. §. j. in verſ. quid de alijs ſolemnitatibus. ff. de ferijs. Bart in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. 3. colum. in fin. verſ. dices tu iſtud falſum. ff. pro ſocio. quod eſt verum, quando litigatur coram iudice, ſecus ſi coram arbitro, vt per eundem ibidem, & eundem in authen. offeratur. in fine. ca. de litis conteſta.

Verũ rẽ aliter ſeſe habere puto: q̃a in cauſis ſpoliorũ non venit aliquo mõ ſeruãda figura iudicij ordinarij, tã circa ſolemnitates, q̃ circa ſubſtantialia, quia qũo in talibus procedi habeat, & qui proceſſus fieri, & quæ iudicij forma, vel figura ſeruari debeat, fuit expreſsè per Sanctiſſimorum Pontificum cõſtitutiones in materia ſpoliorum editas ſtatutũ, & ſpecialiter ordinatum, & præſertim per literas Pii quarti in forma breuis ſub annulo piſcatoris expeditas Matthęo Minali Collectori ſpoliorũ 7 generali Theſaurario, directas, ſub Dat. Romæ 30. Iulii 1560. Anno ſui Pontificatus primo. In quibus datur expreſſa, & ſpecifica forma in talibus cauſis procedendi: Mãdat enim ibi Papa 8 procedi ſummariè, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicii, ſola facti veritate inſpecta &c.

Per quæ verba, nedũ videtur datus modus procedendi alius, & diuerſis ab aliis cauſis ordinarijs, ſed & ordo iudicarius, qui in cauſis ordinariè ſeruatur, penitus in cauſis ſpoliorum remotus, & ſublatus videtur: iſtud. n. videntur importare iſtę clauſulæ, & iſtud illa verba ſignificare, Quia nullę ſolennitates ſeruari debent in cauſis ſpoliorum. ita. n. importat verbum ſummariè, per ea quę dicit Barto. in l. iudicis. ſecunda oppo. C. de iudic. 9 interpretatur. n. ſummariè. j. remotis ſolemnitatib. ſed tamen, ſi cauſa ſit magni pręiudicii, non excludit iſta clauſula quin recipi, ac fieri non debeãt plenè probationes: ſi verò ſit cauſa nõ 10 magni præiudicii ſemiplenè ſufficiunt, vt ibi per eum.

Id quod intãtum videtur verum, quod ſi in libello ſit omiſſus dies, vel locus, nihilominus virtute talis clauſulę ſubſtineẽ, 11 & ſufficit: vel agatur ĩ cauſa ciuiliter, vel criminaliter, quia etiã in cauſis ſpoliorum poteſt agi criminaliter, per extrauagantẽ Pii quarti deſuper editã, vel melius p breue S. Sãctitatis directũ Matthęo Minali Theſaurario die 20. Aprilis. 1561. p ea, q̃ tradit 12 Alex. in ſuo cõſ. 6. in 3. vol. & tollunt̃ dilationes per Bar. in extraua. ad reprimendũ. ver. ſummariè, p Alex. in l. in sũma. de condit. indebit. & ſeruantur, vel ſeruari habent tantummodo termini, de quibus in clem. ſæpe. de verb. ſig. vigore iſtius clauſulę, per dominos de Rota deciſ. 35. incipien. quando committatur. in nouis, qui etiam abbreuiari poſſunt, vt per eoſdẽ dominos. deciſ. quæ incip. quando cauſa. num. 488. quia dicit Bal. qđ clauſula, ſiue verbum ſummariè, importat idem, & eſt eiuſdẽ qualitatis, & naturæ, cuius eſt clauſula ſecundum æquitatem, vel de æquitate, per ea, quæ idem Bald. in l. obſeruari. §. proficiſci. ff. de off. proconſul. quæ clauſula importat, quod intelliguntur reiectæ ſubtilitates, & ſolennitates iuris, quę veritatem negocii nõ tãgunt, vt per Bal. in l. ſi pro ea. vlti. col. ver. vnde facit ad quæſt. C. mandat. Barto. in l. ſi fideiuſſor. §. quędam. ff. eo. Bar. in l. quintus. ff. mandati. quæ etiam operatur, quia facit agentem ex vna cauſa, obtinere ex alia, vt per Alexã. l. ſi ita. §. Griſogonus 9. col. 13 verſicu. ſequitur. de verborum obliga. per Felyn. in ca. ſi cautio. de fide inſtrumen. per Franc. de Areti. d. §. Griſogonus. 7. col. per Butr. conſ. viſo dicto puncto.

Item operatur, quod poteſt peti illud, quod eſt debitum naturaliter, vt per Bald. d. l. ſi pro ea. C. mand. 14

Item illud, † quod ſolo pacto nudo debetur, vt per eũdẽ Bal. 15 in l. nemo in fi. C. de ſent. Item etiam operatur, quod creditur vni teſti cum fama, ſicut in arbitro, qui credit teſti reddẽti rationem veriſimilem, licèt nõ concludentem, vt per Aretin. cõſi. 60. ſed hoc intellige, ſi ſit æquitas legib. approbata, vt per Bal. 16 d. l. nemo. quia aliàs ſecus, † item in cauſis ſpoliorũ debẽt reijci, & remoueri omnes rigoroſæ ſubtilitates, difficultates, duplicitates, ambiguitates, obſcuritates, ſcrupuloſitates, doloſæ machinationes, rigor ordinarii iudicii, & de ęquitate procedi. Ita. n. importare dr̃ clauſula, vel verbũ ſimpliciter, vt p Bar. in extrauag. ad reprimẽdũ. in ver. ſummariè. in fi. exponit. n. ibi ſimpliciter. j. ſine rigoroſa ſubtilitate, c. dilect⁹ extra. de iud. reiectis difficultatib. duplicatib. ambiguitatib. obſcuritaib. & doloſis machinationibus ſequitur Ange. in l. j. §. ſi quis. de verbo. ſigni. vbi allegat Do. Anto. d. c. dilectus.

Et propter clauſulam de plano, poteſt procedi in cauſis ſpoliorum ſine proceſſu, & cauſæ cognitione, per ea, quæ dicit glo. 17 & Barto. in l. ne quicquam verſ. de plano. ff. de off. proconſu. Itẽ ſine libello, ſi cauſa ſit parua, quia in modicis & vilibus cauſis, vbi ſcriptura non requiritur, non requiritur libelli oblatio. per glo. in c. j. de libelli oblat. verſ. libelli. quia non eſt neceſſarius libellus per Bart. d. loco, ſed ſufficit, quod petitio deſcribat̃ apud acta, quod etiam fieri debet proter iudicem, vt pronuntiationem petitioni conformet, & propter actorem, ne fruſtra fatigetur, & vt videat ſuper quo articulos, & poſitiones formet, & vt ſibi ex alia cauſa agenti non obſtet exceptio rei iudicatæ. Itẽ expedit rei, vt poſſit ſuas defenſiones formare, ita vt ex ineptitudine abſoluatur ab inſtantia, & abſolutus in principali non poſſit iterum conueniri. Credo tamen, quod ſit intelligendum de ineptitudine euidenti: propter quam libello non eſt aliquo modo reſpondendum, nec ſuper eo lis conteſtanda, & de qua 18 Rota deciſ. 35. in nouis: in additio. incip. ſi quis in cauſa. quia libellus alia ineptitudine conceptus ſubſtinetur, & valet. Item iſta clauſula operatur, quod ſi quis agit ineptè, propoſita actione obtinere poteſt, vt per Alexand. in l. vinum. ff. ſi certum petatur. & in l. ſi filio. ff. de liberis & poſthumis, nec in libello requiritur locus, neque etiam dies, ſi criminaliter agatur, aut procedatur. per Alexand. conſi. 63. volumi. per Aretin. conſi. 61. colum. fina. poteſt procedi feriis in fauorem, & utilitatem hominum, non in honorem Dei, uel ſanctorum indictis non obſtantibus.

Source : BIU Cujas

ſtantibus. Item iudex poteſt procedere in domo, de plano, non
19 pro tribunali ſedendo per gloſſ. d. clem. ſæpe. in verſ. feriarum. abbreuiat dilationes, & excludit exceptiones, quæ requirũtur, altiorem indaginem per glo. d. clem. ſæpe. & per Iaco. Butr. in l. ſi certo. §. cuſtodiam. ff. commoda. & hic ſufficit vna citatio aliàs tripla requireretur. gloſſ. in dicta clem. in verſicu. citationem: nec requiritur aliqua litis conteſtatio, quã tollit iſta clauſula de plano, quia dicit gloſſ. in l. pro eadem. la ij. ff. ad l. Aquil. quod iudicium debet ſolemniter incipere per litis conteſtationem, & finire per ſententiam in omnibus cauſis, niſi quando proceditur de plano. Item proceditur in iſtis cauſis reiectis exceptionibus, & appellationibus dilatoriis, quæ fruſtratorię, & ad differendum iudicii proceſſum malitiosè opponuntur, quia iſtud importat verbum ſine ſtrepitu in conſtitutionibus poſitum, talia enim per quendam cõuocum clamorem, & tumultum ſolent examen non obſtrepere, & veritati habẽdæ obſtaculum præbere, vnde dicitur: quod cultum ſuũ iuſtitia perdit, quando ſilentia iudicii obſtrepentium turba perfundit. 5. quæ. iiij. in loco. refert gloſ. in alleg. clem. ſæpe. in verſi. exceptiones. quia inquit Innocent. in capitu. olim de accuſa. quod exceptio excommunicationis contra impetrantem inquiſitionem, vel ob aliam cauſam oppoſitam, propter quam repelleretur à proſequutione inquiſitionis, quod non admittitur, quia nihilominus habet procedi ad teſtium receptionem, & ad ſententiandũ, & poteſt iudex refrenare teſtium multitudinem, & reprobationem, etiam in omnibus aliis, tam partium, quàm aduocatorum probationes, exceptiones, & allegationes compeſcere. Item poſtponere ferias indictas, non in honorem Dei, etiã partibus reclamantibus, vel contradicentibus vigore talis clauſulæ. Item ſentẽtiam ferre etiam ſine ſcriptis, & ſine libello, quia
20 ſecundum quoſdam appellatur ſtrepitus iudicii, ille totus proceſſus, qui non pertinet ad rem petitam, nec principaliter, nec acceſſoriè, & aliàs, vt ibi per eum. Subdens ibidem, quod ſi adſit clauſula ſine figura iudicii in reſcripto commiſſionis cauſæ,
21 prout eſt in materia noſtra, quod nullus tunc ordo iudiciarius
22 requiritur ſeruari, nec per indaginem cognita veritate pronũciabit, ſed mandata ſibi iniuncta iudex exequutioni mandabit, veluti exemplum dat ſi Papa mandat alicui, quod de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicii, ſi ei conſtiterit eccleſiam tãto tempore vacaſſe, quod eius collatio ſit ad ſedem apoſtolicam deuoluta, tandem eccleſiam enim clerico conferat, amoto quocunque illicito detentore, quia tunc non citabuntur aliqui, nõ fiet litis conteſtatio, non iurabitur de veritate dicẽda, teſtes tamen recipientur, nec citabitur aliquis ad iurare videndum, nec admittetur aliquis ad dicendum contra teſtes, vel eorum dicta, nec fiet aliqua publicatio: ſed ſi ex dictis teſtium conſtiterit de præmiſſis, nulla interiectione ſentẽtiæ, eccleſiam conferet, detentorem amouendo, & ſi de falſitate literarum, aut aliàs excipiatur, quod iudicem moueat, nõ cognoſcet de hoc iudex, ſed ſicut merus exequutor ſuperſedebit, & ipſas exceptiones ad ſedem apoſtolicam deferet. capitu. de cętero. de re iud. Item cum tali clauſula poteſt admitti libellus generalis, qui aliàs parte opponente non eſſet admittendus, vt per Alex. conſi. 186. ſecunda parte, & per Barto. in extrauag. ad reprimendum. ver. figura. idem Alex. conſi. 31. prima parte. Item libellus ſufficit in tali iudicio, licèt careat ſolemnitatib. regulariter requiſitis per Alex. in l. ſi ita. §. Chriſogonus. 8. colum. de verb. obliga.

Item poteſt pars incipere ab articulis, quibus probatis poteſt cauſa terminari per Ioã. Monachum in capi. fin. de hæret. quia cum per iſtam clauſulam ſit ſublata figura iudicii, iudex non videt aſtrictus ad aliquas formas, rimulas, vel figuras iudiciorũ, vnde merito dici poteſt, quod collector, vel iudex in cauſis ſpoliorum, tali cum clauſula, iuriſdictionem habens, nõ teneatur ſeruare formam iudicii.

Vnde nimirum, ſi etiã tribus ſolitis perſonis non interueniẽtibus, ideſt actore, iudice, & reo, cauſas expedit, quod facere videtur virtute, d. clauſulæ ſine figura iudicii, quia cum figura iudicii dicatur, quando contradictor comparet, & ſic tres perſonæ ſunt in iudicio, ſcilicet iudex, actor, & reus, per Bald. Alex. & Doc. in l. j. C. qui admitti, & ibi Sali. Bal. in l. ne quiſquã verſi. de
29 plano. de off. proconſul. & Ioan. And. in nouella. in c. de indemnitatibus. de electio. in 6. poteſt iudicium, & cauſas terminare, etiam non interueniente actore, etiã non interueniẽte reo, &c. non tollit tñ iſta cauſula defenſiones, & probationes, p Dominos de Rota deciſ. 33. in nouis per Bald. in l. nemo. C. de ſenten.
30 & in l. iuſtitia. de inſtitu. & iur. & in capitu. finali, de not. for. fidelita.

Et per clauſulam inſpecta veritate, maximè quia, non eſt de
23 p ſe poſita, ſed adiuncta clauſula ſiue figura proceditur in cauſis ſpoliorum: ſiue apicibus iuris, qui non habentur in conſideratione, immo per talem clauſulam tollitur etiam iuris ordo, dicit Aretin. conſilio 84. columna 3. immo licèt proba-
31 tio ſit perſuaſiua, & non concludens, tamen in iuditio vbi eſt talis clauſula, valet, & tenet, vt per eundem conſi. 61. immo poteſt iudex cũ tali cauſula pcedere, vt vult, qa æquipollet clauſulæ ſecundum meram voluntatem, vt per Imol. in cap. dilecti. de iudic. Lanfran. in ſæpe allegata clem. ſæpe, facit agentem ex vna cauſa, & probantem ex alia obtinere. per Felin. in c. ſi cautio. de fide inſtrum. Item facit, quod in contingentia caſus non ſeruatur lex poli, ſed lex fori.

Inſuper vltra prædicta in cauſis ſpoliorum poteſt etiam agi criminaliter contra occupatores vſurpatores illorum vigore literarum Sanctiſſimi Pij IIII. in forma breuis ſub annulo piſca
24 toris Matthęo Minali generali ſpoliorum collectori ſub die xx. Aprilis 1561. expeditarum pro faciliori ſpoliorum recuperatione, & recollectione editarum, quarum tenor in calce præſentis laboris deſcribitur, & Paulus quartus in breui deputationis Hieronymi epiſcopi Torcellani, dat quod poſſit cogere quoſcunq; ad coram ſe comparendum ad ſeſe exanimi ſubijciendum, expedita ſub die viij. feb. 1556. Per quę habes meo iuditio, quod cauſæ ſpoliorum omiſſis ſolemnitatibus, & paucis etiam ſeruatis ſubſtantialibus iudiciarijs, non tamen illis omiſſis, ſine quibus non poteſt negotium expediri, ſed illis tantum prętermiſſis, per quæ poſſit expeditio negocij prærogari, vel impediri, & quali, quali petitione, articulis, vel partis intentione probatis in ſtatuto partibus termino, parte citata, vel præſente, non citata, expediuntur in prima inſtantia.

In cauſis verò appellationum in hac materia proceditur pa-
25 ri modo ſine figura iudicij, & cum præallegatis clauſulis, & modis in reſcripto primæ inſtantiæ contentis. per iudicem: qui de appellatione cognoſcit, qui eſt regulariter collector generalis, qui eſt in Romana Curia pro tempore Reuerẽd. Theſaurarius generalis, cui cauſæ omnes ſpoliorum facta auocatione, a quibuſcunq; iudicibus in Italia committuntur, cũ expreſſo decreto, quod cauſæ ſpoliorum non poſſint ab alio iudice cognoſci,
26 vel terminari: niſi ſint ſpecialiter a Papa commiſſæ, commiſſione Sãctiſſimi manu ſignata, vt per bullas Iulij iij. Sub Datũ Romæ die x. Ianuarii 1553. & Pauli iiii. datũ die 21. Octobris 1557. anno iii. quæ ſunt in calce præſentis laboris deſcriptæ, ad quem a grauamin ſibus commiſſariorum, vel ſubcollectorum appellatur in locis vel terris eccleſię, quia in regno Neapolis, vbi eſt collector generalis ſpecialiter deputatus. appellaẽ a ſubcollectoribus ad collectorẽ regulariter, prout ego ſeruari vidi, ſed ego cõſulerẽ ad tollẽdas dubietates, qđ appellareẽ ad Sanctiſſimũ Papam, vel Sedẽ apoſtolicam, vel ad camerã apoſtolicã, a qb. ego poſſem valide obtinere, vel cãm cõmitti per reſcriptum, vel p decretũ, vel Reuerend. Theſaurario vel alteri: qa nõ vidi breue aliquod collectoris in regno Neapolis cum tali facultate, & in cauſis appellationum proceditur dari modo ſine figura iudicij,
27 & cum clauſulis primæ inſtantię, niſi ex forma literarum appellationis aliter appareat. quia cauſa appellationis eſt vna cum principali, & quaſi vnus articulus, vt C. ne in vna eademque cauſa tertio prouocetur. & eſt vtendum contra imperrantem iure,
28 quod impetrauit. l. ſi quis. ff. quod quiſque iur. vt per Innoc. d. ca. cum olim. de accuſa. vbi dicit, quod ſi iudex cum clauſula ſine ſtrepitu, & figura iudicij deputatus, eccleſiam conferendo voluerit illicitum detentorem amouere, prout illi ex forma commiſſionis iniungitur, & ob hoc appellari contingat, quod iudex appellationis parimodo, ſine figura iudicij de appellatione cognoſcat, quia cauſa appellationis eſt vna cũ principali, & quaſi vnus articulus, & ibi facto quæſito, quomodo iudex appellationis, qui habet recenſere acta prioris iudicij, & cauſę, vt cognoſcat an bene, aut male ſit appellatum, cum nulla acta per iudicem primum facta inuenit procedere debeat, reſpondendo dicit, quod iudex appellationis quærit à iudice, qui ita pronuncia
uit, quid eum ad ſic procedendum mouit, & teſtes ab eo receptos repetet, & ſi tam ex reſponſo iudicis, quàm ex dictis teſtiũ, reperiet illum perperam proceſſiſſe, reuocabit non pro tribunali ſedendo, nec in ſcriptis, quod malè fuit per primum iudicem factum.

Quia licet Papa mãdet ſine figura iudicij procedi, inquit idẽ, iuriſdictionis eſt, teſtes recipere, & eos ad perhibẽdum teſtimonium coercere, & quod non prouidè factum eſt in prima inſtantia, iuriſdictionis ſit, & quantuncunque Papa mandet aliquod pręcisè fieri, ſemper tamen intelligitur, quod legitimę exceptiones admittantur. c. ex parte. de off. deleg.

Et licet Papa mandet ad celerem expeditionem negocij deueniri, & procedi ſine forma iudicij, non tamen intelligitur, illud de iudicij forma debere omitti, ſine quo non poteſt negotium expediri, quia illud tantum vult Papa prætermitti, per quod poteſt expeditio negotij prorogari, vel impediri. Si verò literæ appellationis ſint diuerſę, & diuerſam contineant formam, ſecundum illarum formam eſt procedendum, & forma ſeruanda: ſicut eſt, ſi in cõcluſione ipſarum literarum, eſſet clauſula vocatis illis, qui fuerint euocandi. 8. quęſt. vltima. nouit. quę clauſula importat, vt iudex teneatur ſeruare ordinem iudiciarium, per ea quæ habentur per Deci. conſ. 173. & conſ. 275. quæ clauſula poſita in literis Papæ, operatur quod exequutor nõ poteſt ſubdelegare alteri Rota deci. 375. in nouis. ſi in forma. & Deci. 385. in antiquis.

Sed à

Source : BIU Cujas

Sed à ſententijs in cauſis ſpoliorum latis non licet appellare nec executio ſententiæ differri, vel ſuſpendi poteſt, niſi facto prius per condemnatos rerum, de quibus condemnati fuerint, in manibus collectoris, ſeu miniſtrorum ſuorum actuali depoſi
32 to, quo facto videntur poſſe audiri in ſecũda inſtantia, & in cauſa appellationis, per verba breuis Sant. Pij IIII. Matthęo Minali directo. ſub Dat. Romæ Anno 1560. die 30. Iulij ſui Pont. Anno primo. cuius tenor deſcriptus erit in fine.

Et licet breue deputationis Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi D. Nicolai Fliſci Epiſcopi Sauonen. collectoris in Regno Neapo-
33 litan. deputati D. mei, habeat, quod cognoſcat cauſas, & terminet cum clauſula omni appellatione poſtpoſita, per quæ verba generaliter prolata, & per ſignum, ſeu terminum, omni, quod eſt vniuerſale, quod omnia comprehendit, & nihil excipit per Specu. in titu. de Sind. verſ. quid ſi in aliquo l. à procura. C. mandatore, poſſit intelligi, quod ſit ſublata appellatio, & quod exequutio per appellantem retardari, aut impediri non poſſit, quia verba generaliter prolata, habent generaliter intelligi. l. de pretio. de publi. in rem actio. tamen facto depoſito, vidi ſeruari ſemper, quod appellanti defertur, & appellationes in forma admittuntur: licet poſſit dici, quod iudex à quo non deberet appellationem admittere, ſtante dicta clauſula, appellatione remota, quæ operatur, quoad iudicem à quo vt non teneatur deferre appellationi, vt per Felin. in capitu. nonnulli. de reſcript. col. 25. Bald. in additio. ad Specul. de appellatio. verſic. clauſula appellatione remota.

SVMMARIVM.

1 *Actio rei perſequutoria competit ad ſpolia.*
2 *Dominium eſt cauſa directæ actionis.*
3 *Fructus eccleſiæ, & vnde acquiſita, ſpectant ad eccleſiam iure dominij.*
4 *Clericus ſubtrahendo, vel donando, non poteſt diſponere de rebus eccleſiæ.*
5 *Clericus expendens fructus luxurioſe, tenetur ad reſtitutionem.*
6 *Eccleſia in fructibus eccleſiæ, habet poſſeſſionem, & proprietatem.*
7 *Acquiſita de bonis eccleſię, eccleſia vendicat,*
Etiam ſi ſint empta non nomine eccleſiæ.
8 *Sex caſus: in quibus res empta de pecunia alterius, fit illius cuius fuit pecunia.*
9 *Emptum de pecunia aliena, ementi acquiritur regulariter.*
10 *Diſtinctio doctorum circa occupationem bonorum Clerici defuncti.*
11 *Eccleſia, vel camera petit ſpolia, non vt hæres, ſed vt domina.*
12 *Prælatus poſſidet nomine eccleſiæ, & vti commodatarius.*
13 *Agitur contra heredem prælati, pro eo, quòd prælatus gratiam fecit de bonis eccleſię.*
14 *Quilibet laicus poteſt agere pro recuperatione ſpoliorum nomine Camerę.*
15 *Item poſſeſſor ſemper eſt conueniendus, licet exhibeat authorem ſuum.*
16 *Acquiſita de illicitè negociatis, parimodo ſunt ſpolia.*

Quæ actio competat Cameræ apoſtolicæ ad Spolia.

QVAESTIO XII.

REMEDIVM, vel actio, quæ competat Cameræ ad conſequenda, vel recuperanda ſpolia ab
1 hæredibus clerici, vel ſacerdotis defuncti, vel alijs detentioribus ciuiliter agendo, mihi videtur eſſe rei perſecutoria, vel actio directa in rẽ, quæ competit eccleſię, vel ſucceſſori in eccleſia, ratione directi dominij, quod habet eccleſia in fructibus eccleſiæ, ac in rebus, vel ex fructibus, vel occaſione eccleſiæ acquiſitis: in cuius locum hodie Camera à Papa fuit poſita, & ſuffecta in ſpolijs Rota deciſ. 855. in antiquis, per ea, quæ dicimus in pri-
2 ma quæſtione, quia directum dominium eſt cauſa directę actionis in rem l. in rem. ff. de rei vendic. glo. in §. nanque. inſtitut. de actio. in ver. directum. Quia quòd fructus eccleſiæ, vel prouentus, redditus, aut emolumenta, & ex eis prouenientia vel inde acquiſita per clericum, ſpectent ad eccleſiam, etiam iure dominij, videtur clarum per tex. in cap. videntes. 12. q. 1. vbi inquit tex.
3 ratione maioris vtilitatis, agri, hæreditates, prędia, & alia bona, quę antea vendebantur, matricibus eccleſijs tradita fuerunt per ſummos ſacerdotes, & leuitas, vt de redditibus illorum elegantius communem vitam degentibus ſubminiſtraretur.

Quorum adminiſtratio, & diſpenſatio ſpectaret in omni tẽpore, ad epiſcopos Apoſtolorum locatenentes, eſt tex. in c. epiſcopi. eiſdem cauſ. & q. vbi dicitur, quod quicquid de prouiſione fuerit, ſiue de agris; ſiue de fructibus, ſiue de oblationibus, quæ omnia debent conſeruari eccleſię, & quod ſi epiſcopus aliter præſumpſerit, poterit deponi.

Similiter habetur in tex. c. epiſcopus. 12. q. 2. vbi clericus, vel
4 epiſcopus non poteſt diſponere, vel ſubtrahendo, vel donando de rebus eccleſiæ, quia non ſunt eius: ſed eccleſiæ, & ſi aliter facit, factum irritum, & inane cenſetur, quia clericus in fructibus beneficij, & eccleſiæ habet tantum vſum, & vſuarius tantummodo reputatur, eſt glo. in cap. fi. de pignor. cap. quia nos. de teſtam. cap. ſi quis ſane. de pecul. cler. quia debet victu, & veſtitu eſſe contentus, quia de rebus eccleſiæ ſolummodo eſt clericorum, quantũ probabili ratione conſumunt. gl. eſt in cap. res eccleſiæ. 12. q. 1. & clerici tantum neceſſaria habere debent ab eccleſia, & talis neceſſitas arctatur ad victum, & veſtitum: immo dicit Io. de Lignan. in clem. gratiæ. quod ſi clericus vltra debitũ expendit aliquod, luxuriosè viuendo de rebus eccleſiæ, tenetur
5 ad reſtitutionem eccleſiæ, idem dicit Abb. in cap. fina. de pecul. cler. in fi. & dicit Abb. in capitu. inquirendum, in primo not. de pecul. cler. quod rector eccleſiæ, nec redditus, nec oblationes, nec data eccleſiæ prætextu voti, facit illa ſua, ſed cędunt eccleſiæ vtilitatibus.

Quia eccleſia in fructibus, & rebus eccleſiæ habet poſſeſſio-
6 nem, & proprietatem per Abb. in cap. cum eſſes. in repetit. de teſta. verſ. 5. principaliter. vnde ſecundum eum dicit Innoc. quod ſi aliquando inuenietur, hęc bona Deo oblata eſſe epiſcoporum, prælatorum, aut capitulorum, debet intelligi, quod ſunt eorum, quoad gubernationem, ſubijiciendo ibi: quod hæc bona propter vtilitatem communem, diuiſa ſunt in eccleſijs diuerſorum locorum, auctoritate ſummorum Pontificum, & epiſcopis, & alijs prælatis conceſſa extitit adminiſtratio eorum. c. videtes. 12. q. . & c. præcipimus.

Et dicit Abb. in rep. cap. cum eſſes. de teſta. verſ. ſecundo principaliter. quod dici conſueuit, quod acquiſita de bonis eccleſiæ,
7 poteſt eccleſia vendicare. 12. q. 4. ſacerdotes. & cap. fin. 12. q. vltima, quia quicquid acquirit prælatus de rebus eccleſiæ, vel occaſione eccleſiæ, poſt ſuam inſtitutionem, eccleſiæ eſt. glo. in cap. vt vnus. de pecul. cler. & glo. in cap. res eccleſię. 12. queſt. 1. dicit, quod de bonis eccleſiæ, illud tantum eſt clericorum, quod probabili ratione conſumunt, vbi infert quod ſi clericus emit equũ de bonis eccleſiæ, clerici non eſt, ſed eccleſię, eſt bona glo. in ca. cum in officijs. de teſtam. quę multa allegat, quę dicit, quod quicquid acquirit ſacerdos, vel quilibet alius clericus intuitu eccleſiæ, ad eccleſiam pertinet. Idem glo. in cap. primo eo. in verb. acquiſiſſe. & habetur in tex. in cap. primo. 12. q. 3. de quolibet clerico indiſtinctè, quod quęcũque acquiſierit de eccleſię bonis, debet conferre eccleſię, alias punitur, quia dicit Abb. prędalle. loco in cap. cum eſſes. ſi faceret clericus fructus ſuos, non video, quare de illis non poſſet clericus ſibi emere prędia.

Habetur in tex. in cap. relatum. el ſecundo, de teſta. quod acquiſita per eccleſiam, debent remanere penes eccleſiã, vbi Abb. ſecundo not. dicit, quod ſi clericus de redditibus eccleſiæ emat equum, vel prædium, hæc poſſunt dici acquiſita per eccleſiam, vnde ſunt eccleſiæ, non autem clerici. bonus tex. in cap. placuit 12. q. 3. vbi glo. in verb. ſuo. quod licet clericus de pecunia eccleſiæ aliquid ſuo nomine emat, quod res illa ſtatim facta eſt eccleſiæ. Idem inquit Abb. in cap. primo. verſ. nota ibi. de pecul. cler. id quod eſt ſpeciale in eccleſia per d. glo. optima glo. in cap. inquirendum. de pecul. cler. in verſ. comparauit, quod ſi clericus nomine alieno prædia comparauit, puniendus eſt, & eccleſia taliter empta vendicare poteſt, licet ſua non ſint, & eſt ſpeciale inquit in eccleſia, vbi Hoſtien. enumerat ſex caſus ſpeciales, in quibus res empta de pecunia alterius efficitur illius, cuius eſt pecunia, quod eſt contra regulam, quia licet res ematur de pecunia alterius, tamen ementi acquiritur, non domino pecuniæ, & primus caſus in eccleſia, inquit, ſecundum magiſtros, vt ſcilicet res
8 empta de pecunia eccleſię, ipſi eccleſiæ acquiratur, & vendicari poſſit. ſecundus in re empta pecunia militis: tertius in pecunia pupilli: quartus in re empta à marito de pecunia ſibi data ab vxore. quintus in re empta à liberto de pecunia domini, vel patroni. ſextus in re empta de pecunia funebri. Et ſi aliquid de meo peruenit ad te, bonum, & ęquum eſt, vt illud mihi reddas, vt per Io. And. de cap. inquirendum. & dicit glo. in cap. vt vnus. de pecul. cler. quod clericus acquiſita occaſione eccleſię, habet eccleſię reſtituere, quemadmodum quis tenetur, quando occaſione rei tuę, aliquid ad eum peruenit. capitu. ad noſtram de iureiuran.

Sequitur Couarruuias doctor Hiſpanus in cap. primo, de teſtam. verſ. tertio ex vltimis. quod res empta à prelato de pecunia eccleſię, dominio eccleſię queruntur à die emptionis, etiam ſi proprio prelati nomine fiat emptio, & hęc eſt inquit, communis opinio, licet in contrarium ſit opinio Hoſtien. & id colligitur optimè in authen. licentia. C. de epiſcopis & cler. nec obſtat regula in contrarium, quod emptum de pecunia aliena, ementi
9 acquiritur, non illi cuius eſt pecunia. l. ex ea. C. de rei vend. quia in rebus eccleſię, eſt ſpeciale, vt emptum de rebus eccleſię, acquiratur dominium eccleſię, non ementi. Barbat. & Cardinalis d. cap. inquirendum, glo. in cap. apoſtolicos. 12. queſt. 2. Corſet. in ſing. in verſ. emptio. Roman. in authen. ſimiliter. C. ad l. fal. col. ſexta. Bal. in l. ſi quis presbyter. C. de epiſcopis & cler. dixi latè in q. de poteſtate clerici vel prelati. & maximè in verſ. immo dicit Couarruuias.

Per quę meo iudicio manifeſtè apparet, quod tam fructus eccleſiæ, quàm prouenientia ex fructibus, ac occaſione eccleſię acquiſita per clericum, & relicta poſt eum, vti ſpolia ſunt eccleſię, & per conſequens camerę apoſtolicę in loco ſucceſſoris, & eccleſiæ

Source : BIU Cujas

cleſiæ ſuffectæ, ſepe allegara Deciſio. Rotæ in antiquis 855. incip. cum camera apoſtolica. & ad illam ſpectant ratione dominij; meritò ſi dici poteſt, quod ad illa conſequenda, vel recuperanda, competat actio rei vendicationis, cum eccleſia, cuius loco ſuccedit Camera, habeat in talibus dominium per Abb. in repet. in c. cum eſſes de teſta. verſ. quinto, ſecundum vnam opinionem. & gl. in §. & quoniam. in authen. de alen. & emphi. vbi eccleſiæ ad res eccleſiaſticas, competit rei vendicatio, ſed Inno. in c. cum officijs. de teſta. poſita quæſtione quis occupabit bona
10 clerici defuncti abinteſtato, diſtinguit, quod, vel ſunt bona eccleſiæ, & talia occupabit eccleſia, vel ſunt bona defuncti, & de eis eſt certum, quod fuerunt illius, & illa occupabit hęres ſanguinis, vel ſunt bona de quibus dubitari poteſt, ſintne eccleſiæ, vel defuncti, & tunc quia pro eccleſia pręſumitur, occupabit eccleſia, & ſi forſan illa occupet hæres ſua auctoritate, habet actionem eccleſia, vel camera ex conſtitutione. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.

Item quia in rem, quam poſſidebat eccleſia, per clericum defunctum, ſibi & à ſe ipſa ius, dicit competit edictum diui Marci, vel furti, aut vi bon. rapto. vel ad exhibendum, vt in ſingulis notare poteris, actio autem expilatæ hæreditatis, vel edictum diui Adriani non competunt eccleſiæ, quia prędicta non petit vt hęres, ſed vt domina, ſi autem prælatus in alium transferret, tunc ad recuperandum non habet eccleſia, niſi rei vendicationem,
11 vel ad exhibendum. Idem dicunt Hoſtien. Io. Andr. Zabarella, vbi vide per eos vniformiter loquentes, quid ſit in caſu, in quo hęres inſtitutus, occupat bona clerici defuncti ſibi relicta, an formidare habeat pœnam conſtitutionis d. l. ſi quis in tantam. ſubdens ibidem Innoc. quod ſi clericus ſolummodo dimittat rem poſt mortem ſuam inter aliar res ſuas proprias, ciuilem poſſeſſionem retinet eccleſia, cum prælatus non poſſideat nomine ſuo, ſed eccleſię, ſicut commendatarius. ff. de acqui. poſſeſſ. ſi co-
12 lonus c. ſine exceptione. 10. q. 1. quo loco etiam habetur per Innoc Hoſtien. Io. And. quod pro damno illato eccleſię per prælatum, ad ſatisfaciendum agetur contra hęredem prælati. 12. q. 2. epiſcopus qui filios ſi tamen ante mortem prælati lis ſit conteſtata, & lite non conteſtata, de illis quę peruenerunt ad illum, & quatenus ad illum peruenerit, quia hęres tenetur de dolo, & culpa prælati, ſi tamen non ſit leuis culpa, reficiendo, & recompenſando eccleſię.

Item poteſt agi contra eum, ſi prælatus de rebus eccleſię alicui gratiam facit, allegāt. l. cum oſtendimus. ff. de fideiuſſor. pro
13 quo vide Franc. Mar. in deci. Delfin. deci. 117. vbi dicit, quod ſuccelſor in beneficio, tenetur remota adminiſtratione prælati, iuxta vires ſpolij, quę ad illum prouenerint, id quod hodie eſt dicēdum de camera apoſtolica, vel de illo ad quem ſpolia vadunt, & deciſ. 105. habetur, quod bona clericorum habent inuentariari per iudicem eccleſiaſticum &c. vt ibi latè quam deciſio. vide pro hac materia: & pro recuperatione rerum eccleſię, & ſpolij non ſolum camera apoſtolica poteſt agere, ſed & quilibet laicus poteſt intentare rei vendicationem nomine camerę. per tex. in c. ſi quis presbyterorum. de reb. eccleſ. non alien. vbi Abb.
14 Sicul. & per Doctor. in l. iubemus. la ſecunda. verſ. iconomus. C. de ſac. ſan. eccleſ. contra quemcunque detentorem, & ſeu poſſeſſorem rerum eccleſię, quia poſſeſſor eſt ſemper conueniendus, licet exhibeat auctorem ſuum per glo. c. quicunque. 12. q. 2. quam vide, quę diſtinguit an res ſit mobilis, vel immobilis, & an poſſideat nomine ſuo, an alieno, pro quo vide etiam gl. in c. ſi quis. de reb. eccleſ. non alien. in glo. fin.

Et hęc pro nunc ſufficiant, pro eo quod mihi occurrit dicere in hac materia ſpoliorum, prouenientium ratione fructuum ec
15 cleſiæ, vel occaſione eccleſię. Ad illa vero ſpolia, quę non veniunt cauſa eccleſię, ſed occaſione illicitarum negociationum, vel alias contra ſacros canones acquiſitorum, quę itidem ſunt effecta, & declatata ſpolia, per bullam Sanctiſſimi Pij quarti edi tā ſub anno 1560. Anno ſui Pontificatus primo, quę eſt inſerta in quęſtione quę negocia ſint permiſſa, aut interdicta cler. Credo quod poſſit parimodo dici, quod competant actiones illę, quę cōpetunt pro ſpolijs eccleſiaſticis, quia parimodo ſunt ſpolia, & parimodo applicata, & incorporata camerę, pariąue modo committitur illorum exactio, veluti fit aliorum ſpoliorum, vel ſaltim poſſet dici, quod ad illa competat conditio ex lege, ex noua obligatione, quę datur, ſi non caueatur de nomine actionis. Idem. §. j. ff. naut. caupo. ſtab. gl. in §. nanque. in ver. deficiente inſtit. de actio. pignor.

Vlterius eſt facta conſtitutio per Paulum IIII. contra occupatores bonorum camerę, apoſtolicę, debitoresque illius &c. edita anno 1556. 8. Kalen. Nouembris. in qua renouata bulla Gregorii XII. & pœnis in ea contentis, contra inuaſores, & occupatores talium bonorum, ac conſtitutionibus aliorum prędeceſſorum pontificum, ſententijsque Reuerendiſſimorum camerę apoſtolicę clericorum. de ſuperlatis, ac proteſtationē Alexandri Palanterij camerę apoſtolicę procurationis fiſcalis, de nouo ſtatuit, & mandat, quod pro recuperatione talium bonorum, cōtra detentores, & occupatores procedat. & procedi poſſit ad varias atroces pœnas, cuius conſtitutionis vigore poterit procedi contra occupatores, & detentores ſpoliorum ad pęnas in d. conſtitutione contentas, modo, & forma in eadem conſtitutione traditis, & expreſſis, cuius tenor eſt in fine deſcriptus.

SVMMARIVM.

1 *Contra agentem datur conuento exceptio.*
2 *Exceptiones ſunt comparatæ gratia reorum defendendorum.*
3 *In cauſis ſpoliorum, proceditur ex forma reſcriptorum.*
4 *Quid importet verbum ſine ſtrepitu.*
5 *Iuſtitia perdit cultum ſuum, per turbam obſtrepentium.*
6 *Quid importet clauſula, ſola facti veritate inſpecta.*
7 *In cauſis ſpoliorum, admittuntur exceptiones releuantes.*
8 *Exceptiones ſunt de iure naturali.*
9 *Exceptio habuit ortum in paradiſo ab Adam peccante.*
10 *Defenſio, nec per reſcriptum, nec per ſtatutum tolli poteſt.*
11 *Princeps non poteſt tollere illa, quę ſunt de iure naturali, vel gentium.*
12 *Iudex non poteſt aliquid immutare; vbi ius eſt alteri quæſitum.*
13 *Exceptio peremptoria non tollitur per reſcriptum de certa ſcientia.*
14 *Ius præſcriptionis, ſitt inductum auctoritate Principis.*
15 *Durum eſt coram ſuſpecto litigare.*
Et lites habent procedere ſine ſuſpitione.
16 *Ex leui cauſa remouetur iudex ſuſpectus.*
17 *Delegatus à Principe ſuſpectus recuſatur de iure cili, & canonico.*
18 *Iudex delegatus impetratus à procuratore non recuſatur à domino.*
19 *Exceptio ſuſpicionis, tollitur per conſenſum procuratoris.*
20 *Quando iudex delegatus poſſit recuſari.*
21 *Quando de iure ciuili, vel canonico ordmarius poſſit recuſari.*
22 *Allegans iudicem ſuſpectum, proponat in ſcriptis cauſam ſuſpicionis.*
23 *Exceptio ſuſpicionis propoſita impedit procedi in cauſa.*
24 *In notorijs non eſt locus ſuſpicioni.*
25 *Vide de cauſis ſuſpicionum num. 70.*
26 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum æquipar atur ordinario.*
27 *Quę ſit exceptio litis finitę.*
28 *Omnis lis finitur iuramento.*
29 *Iuramentum & tranſactio à pari procedunt.*
30 *Pactis & conuentionibus eſt ſtandum.*
31 *Quid ſit tranſactio.*
32 *Vide de effectu tranſaccionis.*
33 *Quid ſit res iudicata.*
34 *Exceptio ſolutionis elidit actionem.*
35 *Iudex ſupplet pro reo non opponente exceptionem ſolutionis, de qua cōſtat.*
36 *Exceptio compenſationis tollit obligationem naturalem, & ciuilem.*
37 *Vide de effectu exceptionis compenſationis.*
38 *Decimę ſunt integrę ſoluendę, & portandæ ſumptibus ſoluentis.*
39 *Exempti non veniunt in generali ſermone comprehenſi.*
40 *Exempti non tenentur ad collectas Papæ.*
41 *Pauper non tenetur vltra quam facere poteſt.*
42 *Per paupertatem actum redditur inane.*
43 *Vide de effectu, ac de priuilegijs paupertatis.*
44 *Pauperes cancellantur de libro extimi.*

De exceptionibus in cauſis ſpoliorum opponendis, & de præſcriptione.

QVAESTIO XIII.

VT in cauſis, & litibus aliarū rerum euenire ſolet, quod licet actio intentata in ſui ſubſtantia ſit efficax, puta quæ intentatur contra ciuiliter, & naturaliter obligatum, qui prima facie videtur cōdemnandus, ſed tamē non eſt efficax quantum ad opem exactionis, ſepe enim accidit, vt licet ipſa proſecutio, qua actor experitur iuſta ſit, tamē iniqua ſit aduerſus eum, cum quo agitur, ideoque contra agētem datur conuento exceptio. §. primo inſtit. de exceptio. ita parimodo credo
1 quod in cauſis ſpoliorum accidere ſolet, vt actio intētata per Cameram contra hæredes defuncti, ſeu ſpoliorum detētorem, aut alium obligatum, clipeo exceptionis oppoſitæ ſubmoueatur, & inefficax reddatur, quia exceptiones ſunt comparatę gra
2 tia defendēdorum eorum, cum quibus agitur, inſtit. eo. in principio, vnde meo iudicio non erit factum ſine aliqua ratione, ſi hic ſubnectam, an, & quæ, & quando competant, vel opponi poſſint exceptiones in cauſis ſpoliorum à reis conuētis, ad impugnandam actionē contra eos intētatam, & more ſolito ꝓtraria procedēdo, quomodo magis elicitur, & habetur verita. l. munerum. §. mixta. ff. de mun. & honor. & Bartoli ingenium illuſtrauit procedere ꝓ contraria ꝓ Lud. Gom. q. ſecunda prohe. 2. in reg. Cancellarię. Dico, quod in cauſis ſpoliorum non videtur admitti debere, nec poſſe aliquę exceptiones, vel dilatorię, vel pemptorię, vel ſubreptionis, aut nullitatis, ꝓtra reſcriptum: vel recuſationis ꝓtra iudicem, aut alias cuiuſlibet generis exceptiones: quia in cauſis huiuſmodi non proceditur, nec procedi habet, niſi ex forma reſcriptorum, à Romanis Pontificibus deſuper

Source : BIU Cujas

3 ſuper editorum,ſecundum quorum formam, propter cauſas in eis appoſitas,& maximè propter clauſulam ſine ſtrepitu,& figura iudicij, proceditur ſemotis omnibus exceptionibus, per tex. & ibi glo.in clem.ſępe. de verb. ſignif. quia verbum ſine ſtrepitu.importat,quod procedatur reiectis exceptionibus, & appellationibus dilatorijs, quæ fruſtratoriè, & ad differendum iudicis
4 proceſſum malitioſè opponuntur talia enim per quendam cōuocum clamorem,& tumultum,ſolent examen obſtrepere, & veritati habendæ obſtaculum præbere,vnde dicitur, quod cultum ſuum iuſtitia perdit,quando ſilentia iudicij obſtrepentium turba perfunduntur,ſexta q.4.in loco.gloſſ. in dicta clem.ſæpe.
5 in verbo exceptiones.quia,inquit Innocen.in cap.olim.de accuſa.ꝙ exceptio excommunicationis contra impetrantem inquiſitionem,vel ob aliam cauſam oppoſita,propter quam repelletur à proſequutione inquiſitionis,non admittitur,quia nihilominus habet procedi ad teſtium receptionem,& ad ſententiandum,quia poteſt iudex magis refrenare teſtium multitudinem & probationem,& in omnibus alijs,tam partium,quàm aduocatorum probationes, exceptiones, & allegationes compeſcere:item poſtponere ferias indictas,non in honorem Dei, etiam partibus reclamantibus,vel contradicentibus,& alias,vt ibi per eum: Item per clauſulam ſola facti veritate inſpecta, adiuncta clauſula, ſine figura in reſcriptis appoſita, proceditur in cauſis
6 ſpoliorum ſine apicibus iuris,& vt vult iudex,quia talis clauſula æquipollet, clauſulæ ſecundum meram voluntatem, & per Io.de Imo.in c. dilecti. de iudi. & per tales clauſulas tollitur ordo iuris,per Areti.conſi.84.col.3.per quæ,& per ea,quæ deducimus in q.de modo proceden.in cau.ſpolio.vbi diximus de clauſulis,& de virtute clauſularum,in reſcriptis ſuper ſpolijs, & materia ſpoliorum factis appoſitarum, videtur, quod nullæ exceptiones in cauſis huiuſmodi admitti debeant,immo quod quibuſuis exceptionibus remotis, & reiectis, procedere habeat iudex ad expeditionem,& ſeu terminationem cauſarum.

Verum his non obſtan. ego credo, quod exceptiones maxi-
7 mè,quæ ſint releuantes,& quę non calumniosè,& malitioſè ad differendum,& quæ fruſtratoriè,non opponantur, admitti debeant,nec poſſit in cauſis ſpoliorum reijci per iudicem, aut ſub
8 moueri:quia exceptiones proueniunt à iure naturali, per Abb. in rubr.de excep.extra.cum exceptiones, ſint defenſiones .l. ſiquidem.l.defenſiones.C.de exceptio.cap.dilecti.e x.eod.titu. ſed defenſio eſt de iure naturali.l.prima.§.arietes.ff.ſi quad.paup.fe. dic.l.vt vim.ff.de iuſ.& iu.& dicit Abb.in rub.de exceptio.quod exceptio habuit ortum in paradiſo,Adam excepiente,quod de-
9 ceptus ab Eua,peccauerat,per Spec.in §.ſanè.in prohęmio, ſubdens Abb. ego credo quod proceſſit ab ipſa natura, quia exceptio eſt quædam defenſio,quæ eſt de iure naturali,quæ defenſio
10 nec per reſcriptum,nec per ſtatutum tolli poteſt,per Bal. in d.l. vt vim.merito exceptiones tales, non poſſunt, non admitti, & per Fel.in cap.cauſam quæ. de reſcrip. extra. verſ. ſimiliter dicit Car.vbi dicit, quod ſtatutum tollens exceptionem, intelligitur de iniuſta exceptione,non de iuſta,quia illa quę ſunt de iure na
11 turali,vel gentium,princeps non poteſt tollere, niſi ſubſiſtente cauſa,iuſta,& rationabili.glo.& doctor.in l.fi.C.ſi contra ius,vel vtil.publi.immo quæcunque clauſula ponatur in commiſſione ſub quacunque verborum forma, neque prætextu talis amplę commiſſionis, poterit iudex reijcere exceptionem acquiſitam parti,quantuncunque ſit talis exceptio,de rigore iuris inducta,veluti eſt dare exemplum in exceptione præſcriptionis, qa in his,quæ ipſe iudex habet facere,verum eſt,quod non tenetur ſequi regulas iuris,ſed in his,quę iam facta ſunt,ex quibus eſt ius
12 alteri quæſitum,iudex non poteſt aliquid immutare, ſed tātum illud ſequi. l. bona fides. ff. depoſ. alias eſſet auferre ius alterius, quod eſt contra naturalem æquitatem,per Barto.ſolemniter in extrauag.de reprimen.in verſ.videtur.in fi.id,quod dicit Iaſ.ſem per eſt cordi tenendum, & nunquam obliuioni mandandum, vt per eum in l. ſi ſit legatum in principio. de leg. primo col.6. mihi nu.29.& dicit idem Iaſ.in l.ſi quis iniquum. §. ſi is pœna.2. col.ff.quod quiſque iur.quod exceptio peremptoria, non tollitur licet in reſcripto adſit clauſula de certa ſcientia,& clauſula non obſtan.niſi expreſsè ſit dictum,& expreſſe facta mentio,qa
13 niſi de eo fieret mentio,princeps nullo mō intelligeretur perēptoriam exceprionem tollere,cum ſit nimis grauis præiudicij. not.Ant.de Butr.in cap.ex parte.de for.compet.primo not. per Innocen.in ca.ſuper literis.de reſcrip.& quod princeps ſi expreſ ſe dicat, poſſit tollere exceptionem peremptoriam tertio competentem,credo quod ſit intelligendum de exceptione, quæ ſit acquiſita tertio iure poſitiuo,& iure ſupra quod eſt princeps,puta ſi mihi cōpetat exceptio acquiſita iure præſcriptionis, quod eſt ius inductum auctoritate principis, in quo princeps poteſt
14 mihi ſuo modo præiudicare,etiam ſine cauſa.l.digna vox.C.de leg.ſecus ſi alio iure,puta iure naturali ſi mihi acquiſita illa exceptio, quia cum non poſſit tollere princeps iura naturalia, ego credo,quod non poſſit præiudicare in inductis,& mihi acquiſitis à iure naturali,vt dixi ſupra.

Nec obſtant in aliquo in contrarium ſupra adducta, & pri-
15 mo illud, quod clauſula ſine ſtrepitu &c.in reſcriptis, importat quod procedatur reiectis exceptionibus, & appellationibus dilatorijs,quia intelligitur de exceptionibus, quæ fruſtatoriè etiā ad differendum iudicis proceſſum malitioſè opponuntur,non autem,quando vere,& cum cauſa opponuntur,vt per gl.d. cle. ſępe.loco ſupra allegato Item non obſtat, quod vigore clauſulæ,ſola facti veritate inſpecta,importetur,quod iudex poſſit procedere ſine ordine iudiciario, & ſine apicibus iuris, & vt vult, quia per hoc non intelligitur,quod habeat procedere,demptis ſubſtantialibus,tam pro parte rei, quàm pro parte actoris, nec quod per hoc auferatur, vel ablata intelligatur facultas alicui ex partibus faciendi ſuas defenſiones, quæ per iſtam clauſulam non tolluntur,per dominos.de Rota deciſ.33.in nouis. per Bal. in l.nemo,C.de ſent.& in l.iuſtitia.de iuſt.& iur.& in ca. fina. de no.for.fidel.vnde merito poſſet dici,quod in cauſis ſpoliorum poſſunt admitti exceptiones,quæ in alijs cauſis venirent admittendæ,quia illud quod expreſsè non reperiatur prohibitum, regulariter in omnibus permiſſum eſſe intelligitur, vulgatis iuribus,qualiter poſſet dici de exceptione ſuſpitionis,vel recuſationis iudicis ſuſpecti,quæ ex multis cauſis poteſt coram quolibet iudice,tam ordinario, quàm delegato opponi, nec vllo modo videtur poſſe reijci,vel non admitti,quia lites habent procedere ſine ſuſpitione, quia durum eſt litigare coram iudice ſuſpecto,& à quo quis non ſperat poſſe conſequi iuſtitiæ complemē
16 tum 3.q.5.ſuſpecti.& l.apertiſſimi.C.de iudic.glo. in ca.accedēs. il ſecundo. vt lite non conteſta. immo ex leui cauſa remouetur iudex ſuſpectus per d.glo.in c.accedens,il ſecundo vt lit.non cōteſt.& per gl.in ca.poſtremo.de appella. & ego poſſum atteſtari eſſe de ſtilo ſignaturę,& Romanæ curiæ,quod præſtito ſolū per partem iuramento perhorreſcentiæ,cauſæ auocantur, & alteri committuntur,prout ſeruari vidi,& practicaui,maximè ſi ſit Iudex delegatus,& ad inſtantiam partis procuratus,quem in curia iudicem affectatum vocant:Quia iudex delegatus etiam à principe de iure ciuili,vt ſuſpectus recuſatur,& multo fortius de iure canonico,non tamen ab illa parte, ad cuius inſtantiam eſſet
17 delegatus,ex quo ſemel in eum conſenſit auth.offeratur.C.de litis conteſta. per Iaſ. in l apertiſſimi.C.de iudi.immo ſi procurator in ſpecie delegatum impetrat,non poteſt dominus eum recuſare,per glo.quæ eſt notabilis.in ca.cum olim.in gl.2.de cauſ.
18 poſſeſſ.& proprie. quod tamē intelligitur,niſi noua cauſa ſuper uenerit,per Iaſ.dicto loco, quia exceptio ſuſpectionis, tollitur per conſenſum procuratoris in iudicem.per Bald. in additione
19 ad Spe.in tit.de reſcrip.præſenta.verſ.conſenſus.ſi verò eſſet delegatus ad inſtantiam partium, & de conſenſu vtriuſque partis, puta data liſta confidētium,& ſuſpectorum, vel viua voce eum partes elegiſſent,tunc à neutro poſſet,vt ſuſpectus recuſari,quia
20 recuſatio tunc eſſet temeraria pp interuētum conſenſus ab vtraque parte,& licet de iure ciuili poſſet fieri,tamē eo caſu non fit, niſi cum iuſta cauſa p no.p Ang.in l.quia poterat.ff.ad Treb.

Iudex ēt ordinarius pōt allegari ſuſpectus, & recuſari de iure canonico.ca.cum ſpeciali.vbi glo.& Doctor.de appella.ca.ſi qs contra.de for.comp.ca.ſuſpitionis.de off.delega.& de iure canonico eliguntur arbitri iuris,qui de cauſis ſuſpitionis cognoſcunt
21 ca.ſecundo requiris.§.fin. de appella. & ca. cauſam quæ. de offi. deleg.de iure verò ciuili,an ordinarius, poſſit vt ſuſpectus recuſari,diſputat glo.ſecunda.in l.apertiſſimè.C.de iud. idē facit in l. quia poterat. ff. ad Trebel. ſed tamē communis concluſio Doctorum vī eſſe,quod de iure ciuili non poſſit recuſari, vt remoueatur,tanquam ſuſpectus à cauſa, ſed ſi eſt ſuſpectus, poteſt peti ſibi dari aliquē adiunctum, cum quo procedat in cauſa auth. ſi verò contigerit.C.de iud. per Iaſ.in prælegata. l. apertiſſimi. prima col. verſ. nunquid. fallit tamē in caſibus enumeratis per eundem Iaſ.ibi.

Et in caſu noſtro,cum cauſæ ſpoliorum ſint cauſæ camerales cameræ apoſtolicæ,& cauſæ eccleſiaſticæ, vī quod in eis habeat ſeruari diſpoſitio iuris canonici,non ciuilis tanquam magis ꝑpitia,& magis fauorabilis.glo.3.in ca.fin.de conſuet. not.in ca.illud.de præſcri.& in ca.ſanctorum.eo.Card.Flo.in d.c.fin.de conſuet.ca.lege.c.ſi in adiutorium.10.diſtin. refert Alex. conſ. v. 5. vol.3.col.rep.in clem. prima.de off.ordin.& eſt argumēto à minori ad maius,quia ſi ſecundum Bartol. in l. quia poterat. ff. ad Trebel.in terris imperij ſeruatur, & ſeruari habet ius ciuile indiſtinctè, in terris verò eccleſiæ ius canonicum, multo fortius id videtur dicēdum in cauſis, vt ſcilicet in cauſis eccleſiaſticis ſeruetur dictamen canonum potiuſquam cenſura legum ciuilium.gl.3.ca.fina.de conſuet.not.in c. illud.capit.ſanctorum.de præſcriptioni.

Et qui iudicem recuſare intendit, debet cauſam iuſtæ recuſa-
22 tionis allegare coram ipſo,& taliter cauſam alleget,quæ ſi eſſet probata, deberet legitima reputari.ca.cum ſpeciali.de appell. & ca.vt debitus. & iſta recuſatio,ſiue ſuſpecti allegatio, nō eſt oretenus faciēda,ſed danda in ſcriptis.c.quoniam.de probatio,& ſemel quod fuit propoſita iſta exceptio, impedit procedi in cauſa,quouſque ſi probata,ꝑ gloſſ. in ca. quoniam. de probatio. in
23 verſ.recuſationis.& in glo.ſequenti. quia eſt exceptio dilatoria.

Source : BIU Cujas

3.q.3. afferat. & ꝓbari dēt corā arbitris a partib. electis.c.ſuſpitionis.de off.del.qua ꝓbata ſuperſedere hēt iudex, nec in cā hēt ſe aliquo mō intromittere, quia apparet ipſum non hēre iuriſdictionem, poſt pronunciationem arbitrorum: ſi verò non ſit probata, delegatus in cauſa procedit.

Item habet proponi ante litem conteſtatam, vt exceptio dilatoria capi. intra monaſterium. de re iud. l. apertiſſimi. C. de iudi. & iij. q. iij. afferatur, aut ſaltem infra terminum ſtatutum a lege ad proponendas dilatorias capitu. paſtoralis. extra de excepcio. & poſt litem conteſtatam nō opponitur, niſi ex noua cā. capi. inſinuante. de off. deleg. non tamen opponitur, ſi ſuperueniat poſt concluſum in cauſa per Ioan. And. in capitu. dilect. de ordin. cogni. per text. in capi. de auditis. de procura. quia iudex in notoriis non allegatur ſuſpectus, & concluſio in cauſa facit
24 notorium. per gloſſ. in capitu. ſignificauerunt. de teſti. Ludo. in ſingu. verſ. exceptio dilatoria.

Secundum tamen leges habent proponi vſq; ad viginti dies d. §. afferatur. & authen. conſeq. C. de ſentent. & interlocutoriis. per glo. in cap. ſecundo requiris. in verbo coram eo. de appella.

De cauſis verò ſuſpitionis, quæ allegari poſſint contra iudicem, vide per gloſſ. in capitu. cauſam quæ. de off. deleg. vbi multas enumerat, puta ſi iudex ſit vaſſallus aduerſarii: ſi ſuffraganeus impetrantis: ſi conſanguineus: ſi extitit aduocatus in eadē cauſa: ſi habet conſimilem caſum in cauſa propria, vbi ponit verſum, quatuor iſta, timor, odium, dilectio, cenſus. ſæpe ſolent hominum rectos peruertere ſenſus, & glo. in cap. ſuper eodem titu. allegat alias cauſas, puta quia habet litem, vel cauſam cum ſuo monaſterio, quia illum redeuntem a Romana curia non admiſit ad oſculum pacis. Item quia ei dixit, quod ſi poſſet ei noceret in illa cauſa.

Item maxima amicitia aduerſarii cum iudice, nō enim omnis amitia eſt cauſa ſuſpitionis. l. latè. §. amicos. de verborum ſignifi. per glo in capitu. accedens. el ſecundo vt lit. non conteſta. vide cauſas iſtas numeratas ad longum per Dec. in capi. poſtremo. de appella. Item per Specu in tit. de iud. delegat. in §. ſuper eſt videre & per Ioan. Andr. & alios in cap. legitima de appella. in 6. per Abb. in capi. ſecundo. vt lit. non conteſta. per laſo. d. l. apertiſſimi. C. de iud vbi latè, ſed vltra omnes vide Card.
25 Alex. in d. capitu. poſtremo. de appella. vbi in cauſa ſuſpitionis enumerat ſeptuaginta caſus.

Sed quęquæ ſint, & quot cauſæ ſuſpitionum, quæ contra iudicem allegari poſſint, non videntur poſſe allegari, neque cōtra generalem Collectorem, nec contra eius ſubdelegatos cōmiſſarios ī cauſis ſpoliorum, quia tam collector generalis, quā ſubſtituti, ſeu ab eo ſubdelegati cōmiſſarii, ſunt delegati regulariter ad vniuerſitatem cauſarum. ſubdelegantur enim commiſſarii ad omnes, & ſingulas cauſas quoruncunque ſpoliorū occurſorum, & occurrendorum in diœceſibus, in quibus deputantur, & ſubdelegantur, quia delegatus ad vniuerſitatem cauſarum dicitur, quando ſit delegatio ſub nomine territorii, puta delego omnes cauſas talis caſtri. glo. eſt in l. prima. & ibi Barto. Bald. Saly. ff. quis & a quo. per laſ. in l. a iudice. ij. col. C. de iudic. vnde contra eos non videtur quod poſſit allegari ſuſpitio, qa deputati, & delegati ad vniuerſitatem cauſarum de iure ciuili
26 non poſſunt recuſari, per glo. quę ſingulariter dicit. in l. fi. in gl. prima. C. de iudic. quia delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, æquiparatur ordinatio, per ea, quæ dicit laſo. in l. a iudice. C. de iudic. qa regula, quod poteſt iudex delegatus allegari ſuſpectus, intelligitur ſi ſit delegatus in cauſa particulari, per d. gloſſ. ſed d. glo. vti non bonam, nec approbatam reprobāt Iacob. Butr. Bal. Saly. & Rapha. Fulgo. vnde forſan poſſet dici, quod talis exceptio poſſet admitti contra commiſſarios cameræ, aliqua iuſta, & legitima cauſa ſuſpitionis ſubſiſtente, licet videantur & ſint delegati ad vniuerſitatem cauſarum, vt per d. doctores, quia lites, & cauſæ habent procedere, ſine ſuſpitione per glo. in capit. accedens. el ſecundo vt lit. non conteſta. & cum non reperientur expreſsè excluſæ in cauſis ſpoliorum, meritò in illis quoq;, prout in aliis tales exceptiones admitti debēt, quia illud, quod non reperitur prohibitum, permiſſum regulariter, & conceſſum videtur, & illud, quod non eſt immutatum ſtare ſemper non prohibetur. l. conficiuntur. C. de codicil.

27 Item videtur, quod poſſit opponi quæcunque exceptio, quæ eſt inducta, vt ſit finis litiū, qualis eſt exceptio litis finitæ, q̄ eſt ſ. iuri, trāſactionis, rei iudicatę, & ēt p̄ſcriptionis. l. j. & ij. vbi Bar. ff. de iureiu. l. fi. C. de exceptionib. enumerant̄, ꝑ Bart. in l. fratris. C. de tranſ. q impediū t litis cōteſt. & ꝓceſsū, vt ꝑ Bar. d. l. fratris. & ꝑ Bal. ī l. poſtquā liti. C. de pac. ſi tñ nō reqrat exceptio, q̄ opponit̄ altiorē indaginē, qa tūc nō impedit, ſed reſeruat̄ poſt litē cōteſta. diſcutiēda. not. in l. nā, & poſtea. vbi Alex & Doct. ff. de iureiu. & dicit Bar in d. l. fratris. de exceptione trāſactionis probatur ibi. de exceptione iuriſiurādi ꝓbat̄. in l. j. de iureiu. de exceptione rei iudicatæ probatur. l. finali. ff. de re iudi. & de præſcriptione probat̄ in l. ſi ꝓ ſuo de præſcrip. lōg. tēp. Quia omnis cōtrouerſia dirimit̄, & finit̄ iuro ꝑ tex. in c. ſi Chriſtus. de iureiur.
28 qa (inquit ibi gl. in ver. oīs cōtrouerſia) poſt iuramētum dela-

tum, & præſtitum nihil amplius eſt quærendū. l. nō erit. §. delatum. ff. de iureiuran. & iuramentum parem habet auctoritatem cum tranſactione, & maiorem quam habeat res iudicata. leg. 2. ff. de iureiuran. quod eſt verum de iuramento delato a parte parti, iſtud enim retractari non poteſt. leg. admonendi. ff. eod.
29 titul. debet etiam eſſe delatum cum approbatione iudicis, per Bartol. in l. manifeſtè. ff. eo. & dicit Abb. d. cap. & ſi Chriſtus. ſecunda colum. verſ. not. quarto. quod licitè iuratur vt recedatur a lite, & infertur ex hoc, quod exceptio iſta, quòd cauſa fuit iuramento finita, impedit litis conteſtationem, ſicut quælibet aliqua exceptio litis finitæ, cum iuramentum debeat eſſe finis controuerſiæ. gloſſ. in c. primo de lit. conteſ. lib. 6. vt per eundem Abb. d. loco. Et parimodo per tranſactionem ſequutam inter partes, videtur finitum, & terminatum litigium ſuper re, ſuper qua fuit tranſactum, vnde ſi ſemel fuit ſuper ſpoliis facta concordatio, vel tranſactio, Cameræ Apoſtolicæ de nouo agenti, habet obſtare tranſactionis exceptio, quia pa-
30 ctis, & conuentionibus eſt ſtandum. l. ait prętor. ff. de pact. quia per tranſactionem quælibet pars videtur a lite receſſiſſe, quia tranſigere eſt ab actione tranſire, & a lite recedere. leg. eius vi.
31 ff. de rei vend. Bartol. in l. prima. ff. de tranſa. quia tranſactio licitè facta, impedit ſequens iudicium per Specul. in titu. de reſcrip. præſenta. §. 4. verſ. item ſi quid. & ſi ſit facta tranſactio poſt ſententiam, impedit ſententiæ exequutionem. idem Specula. de exequu. ſenten. §. poſtremo. verſic. 12. ſi obiicitur. vide tamen Barto. in l. eleganter. ff. de condi. in deb. vbi dicit, quod non poteſt fieri tranſactio poſt ſententiam, vbi rationem aſſignat, videlicet quod tranſactio fit ſuper re dubia, & lite incerta, ſed poſtquam eſt iudicatum, non eſt dubia, ergo. ſed ego intelligo iudicatum, ideſt in caſu rei iudicatæ, quoniam poteſt verè dici res iudicata, non quando eſt ſententiatum, vt per eundem Bartol. in l. litigatoribus. C. de appella. vbi ponit differentiam inter ſententiam, & rem iudicatam, quia cum res iudicata pro veritate habeatur, tunc non poteſt dici res dubia, immo exceptio tranſactionis impedit fieri accuſationem de crimine, de quo non potuit tranſigi. per Alexand. in l. ſi maritus. §. ſi negauerit ad. l. iul. de adul. per Bald in l. ſi accuſationis. C. de accuſatio. & exceptio tranſactionis impedit petitionem reſidui. l. poſt deciſionem. vbi Bald. in principio. C. de fur. immo tranſactio, maximè ſi ſit facta cauſa a lite recedendi, non poteſt reſcindi etiam ex capite, vel prætextu enormis læſionis. per Alex. in conſ. 42. colu. quarta lib. primo. quia magnum commodum ſentit, qui a lite recedit. Lud. Gomeſ. in reg. de annali. q. 2. mihi num. 4. & pactum de non petendo, quod eſt in tranſactione, parit duas exceptiones, ſcilicet declinatoriam, & peremptoriam. Bald. in margarita. verſ. pactum verſicul. primo. & debet allegari talis pacti exceptio, quia non repel-
32 lit agentem, niſi per reum allegetur. Bartol. in l. ſi vnus. §. pactus. 6. colum. ff. de pact. & exceptio pacti de non petendo, eſt de iure naturali, vel gentium. leg. prima. ff. de pac. & exceptio tranſactionis, admittitur etiam poſt litem conteſta. in Specul. de exceptio. §. 2. verſic. ſed pone quod in cauſa appella. & verſi. ſequen. & per Bartol. in l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de conditione indebit. vbi dicit quod iſta exceptio poteſt opponi in quacunque parte iudicij, vbi vide pro iſta materia.

Item rei iudicatę exceptio, opponitur contra agentem in cauſis ſpoliorum, quæ tunc competit, quando non fuit appellatum infra decendium, quo caſu fecit ſententia tranſitum
33 in iudicatum, aut quando appellatio non fuit legitimè proſequuta, vel quando ſunt latæ tres ſententiæ conformes, quia tunc eſt res iudicata per Abba. extra de ſenten. & re iudicat. in rubrica. & per Bartol. in l. litigatoribus. C. de appella. & per eundem in l. prima. ff. de re iudic. quæſt. prima. & per Pau. de Caſt. in conſ. 38. quod incipien. in caſu prę ſenti. quę exceptio poteſt opponi etiam ſtante ſtatuto, quod nullæ exceptiones opponantur, vt per Docto. in leg. prima. ff. de re iud. & impedit litis conteſta. per eundem Bart. in l. fratris. C. de tranſac. & per eundem in l. eleganter. §. ſi quis. ff. de condi. indeb.

Item poteſt opponi exceptio rei conceſſę, gratiæ factæ, & ſeu ſpoliorum condonatorum. puta quando a ſede, vel camera apoſtolica eſſet facta gratia conceſſionis, ſeu condonationis ſpoliorum alicui, qualiter quotidie, quæ eſt eius benignitas, & liberalitas ſolet facere Sanctiſſim. Pius Quintus, quia talis exceptio oppoſita, excludit agentem, vt per glo. in cap. cauſam in verbo detinere. de præſcriptio. in fi. glo.

Item quando eſſet per alia tempora ſolutum, & ſatisfactum cameræ pro ſpoliis, tunc etiam poteſt opponi exceptio ſo-
34 lutionis, quæ de ſui natura actionem elidit. per Bald. in l. iuſiurandi. ff. de iureiuran. Paul. de Caſtr. conſil. 405. quia ſolutione illius quod debetur, tollitur omnis actio. inſti. quibus. mod. tol. oblig. vbi gloſſ. ſiue re, ſiue verbis, ſiue conſenſu ſit obligatio: Item ſiue ex delicto, uel, quaſi, Item ſiue ex ciuili, ſiue naturali, vt ibi per eam, quia exceptio ſolutionis dicitur exceptio litis finitę, de qua ſi conſtet in actis, licet de ea non opponatur
35 iudex ꝑt ſupplere pro reo non opponente exceptionē, quando

ſibi

Source : BIU Cujas

sibi maximè constat ex actis, actorem actione carere, per ea quę dicit Bar. in l. si vnus. §. pactus. 6. col. & ibi Bald. ff. de pac. & exceptiones solutionis, prescriptionis, iuramenti, & rei iudicatę equi parantur ad effectum liberationis per gl. in l. vbicunque in principio. ff. de fideiuss.

Item si ex alia causa liquida quis esset creditor cameræ apostolicę, qui pro spoliis tenetur, si petat compensationem admitti pro suo credito, ego credo, quod liquidato pariter spolio, eo casu posset admitti exceptio compensationis contra cameram agentem, quę regulariter admitti solet de liquido ad liquidum. per Fel. in c. cum Io. heremita extra de fide instru. quia exceptio compensationis, tollit obligationem naturalem, & ciuilem, per
36 Bal. in l. reiudicatæ. §. hæredi. ff. sol. mat. & quia exceptio compẽsationis, est exceptio peremptoria, quæ non venit ad impugnandum sententiam, sed venit ad limitandum, vel moderandũ exequutionem, si non fuit opposita ante sententiam, potest nihilominus opponi post ad impediendum exequutionem, quia se compatitur cum sententia. l. secunda. & ibi Bal. C. de compensa. per Ias. in l. prima. C. de iur. & fac. ignor. secunda col. per Felin. in c. Io. hæremita de fid. instru. vbi dicit, quod etiam post sententiã, quæ transiuit in rem iudicatam potest opponi talis exceptio, &
37 fieri possent positiones de compensatione, & tenetur pars respondere, non obstante iudicato, quia secundum Bal. in l. Iulianus. ff. de cond. & demon. exceptio compensationis, dicitur fictę exceptio solutionis, & sic vides, quod potest opponi exceptio compensationis, sed posset instari de vno contrario, ꝙ non posit opponi talis exceptio in spolijs, quemadmodum non potest admitti, vel opponi in decimis, & in tributo, per Abb. in ca. tua nos. secunda col. de decimis. num. 50. in fi. quod dicit ibi tenere omnes doctor. Sed potest responderi, quod illud est speciale in decimis, quæ habent semper solui sub præcepto integrę ecclesiæ sine diminutione, & sunt portandæ vsque in horreum ecclesiæ à debentibus illas soluere.

Item sumptibus soluentis per Abb. in ca. ex parte. & c. peruenit. de decimis. & c. tua nos. vbi dicit, quod debentur decimę nõ
38 facta deductione seminis, & sumptuum.

Item si quis haberet priuilegium, aut cõcessionem exemptionis à spolis à sede apostolica, propterquod non possent pro spolijs conueniri per cameram, qualiter ego vidi per aliquos exemptos prætendi, ego pari modo in isto casu puto debere admitti exceptionem exemptionis, vel priuilegij concessi, & per istam impediri actionem per cameram intentatam, quia licet constitutiones, & extrauagantes in materia spoliorum editæ sint generales, & generaliter formatæ, adeo, quod comprehendant, & cõprehendere intelligantur clericos cuiusuis status, & conditionis existentes. l. de pretio. de public. in rem actio: tamen per illas non arctãtur exemptæ personæ; quin saltem exceptionis clipeo à generalitate legis non se defendant, q uia exempti non veniũt
39 in generali sermone comprehensi, per Bal. in l. prima. pen. col. C. de furt. per l. legatorũ. §. qui plures. de leg. 2 quia exempti non tenent ad collectas, pro quibus exigẽdis missus est per ꝓuinciã Collector Papę, Ang. in l. fi. C. sine ꝓf. vel rel. sed exẽptio allegata dẽt probari ante oĩa, veluti qñ excõicatus allegat se exemptũ per Inn. in c. solet. de sent. excommu. in sexto.

Item qñ fuisset mandatum Collectori, seu Commissarijs sub delegatis per superiores, quod in exactione supersederetur, prout meis temporibus fuit de ordine Sanct. Pij quarti iniunctum domino meo generali collectori, vt in certis ciuitatibus & diœcesibus regni Neapolis supersederet pro tunc in exactione certorum spoliorum, propter deuastationes, & seu direptiones locorum in dictis diœcesibus ab infidelibus per annos antea factas, à quibus magnas plagas homines prędictorum locorum receperant. Ego & in isto casu exceptionem quoque competere, & admitti debere puto, ad instar pacti de non petendo, vel pacti prærogatiui in vim dilatoriæ ad impediendum processum, & pacto durante ad impediendum sententiam, instit. de exceptio. §. perpetuæ, & gl. ibi & per Bal. in l. lecta. ff. si cer. pet. per Ias. in l. creditori tuo. C. de pactis, vbi dicit, quod tale pactum est ad impediendum litis ingressum, quod potest opponi ẽt post litẽ contestatam ẽt per iudicem, si sibi de eo constet ante, per Inno. in c. præterea. de dilatio. extra Ang. in l. fi. de pet. hęr. Bar. d. l. lecta Io. And. in nouell. in c. exceptiones. 2. col. de for. compet.

Sed quid dicendum in casu, quando mortuo prælato per multos annos hæredes, ad quos spolia peruenerunt abliguriarunt, & consumpserunt omnia bona, tam spoliorum, quàm sua, & sunt in effectu pauperes, an clipeo exceptionis paupertatis se defendant à Camera, contra eos actionem spoliorum intentantẽ, & vĩ quod sic, quia debitori pauperi, datur exceptio, ne teneatur vltra quam facere possit glo. & Abb. in ca. cum tu de vsur. id
41 quod procedit secundum Abb. ibi in foro contentioso si debitor cessit bonis, quia tunc habetur ratio, ne egeat, quia per Abb. in c. cum. extra de decimis, ad inopiam debitoris non habetur respectus, nisi post cessionem, dixi, inquit, in c. 2. de pign. Immo per paupertatẽ redditur inanis actio, quæ intentatur cõtra pau-
42 perẽ, quia inanis est actio, quam in copia excludit debitoris. ca. olim. el secundo. de rest. spol. l. nam is. ff. depositi. gl. in c. ea nescitur. in vers. iuxta. extra de sent. excom. gl. in c. cum tu. in ver. euidenter extra. de vsur. Item pauperes in foro conscientiæ absoluuntur ab excommunicatione, non facta satisfactione, ob paupertatẽ. c. à nobis. el secundo de sent. excom. extra. & in cle. prima. §. verum. & cle. 2. §. primo. de hære. pro hoc facit, quod dicit Abb. in c. cum homines. de decim. vbi dicit, quod si quis tanto tẽpore non soluerit decimas ecclesiæ, quod si vellet integrę satisfacere, oporteret vẽdere omnia bona sua, quod licet teneat hoc facere, ecclesia tamẽ dẽt sibi remittere, vnde possit viuere, subdẽs ibi credo ẽt, quod vbi esset tanta inopia, quod fame periret, si decimam solueret, quod non teneatur ad solutionẽ, quia in tali necessitate omnia sunt communia, vnde licite sine vitio furti põt subtrahere de bonis alterius, vt no. in c. sicut. 47. dist. & in c. si quis per necessitatẽ. de fur. id, quod tanto magis vĩ facere in casu nostro, quia decimæ sunt debitæ de iure diuino, vt per Abb. in c. parochianos de decim. facit, quia pauperes non tenẽ tur ad solutionẽ collectarum. l. indictiones. C. de annuis tribu. li. decimo. l. fi. C. de his qui num. fil. immo in casu paupertatis administrator reipub. põt remittere impositam collectã pauperi, & il
43 lum à collecta liberare, per Bar. in l. oẽs. C. de ann. tribu. li. 10. refert & sequitur Fel. in c. significantib. de off. dele. Itẽ dicit Ang. in l. nõ facile. ff. si cui plusquam per l. falci. quod pauperi ꝓp paupertatẽ, remittitur onus cautionis præstandæ, & dicit Bal. in c. sedes. de rescr. quod per clausulã quosdam alios, non possunt conueniri pauperes, & si pauper ꝓp paupertatẽ non prosequitur causam appellationis, est iusta causa dandi sibi biennium, ꝓ Bar. in l. 2. §. si quis in ff. si quis cautio. id quod dixit Inn. in c. ex ratione. de appella. ex. per Fel. in c. significantibus. de off. dele. vbi enumerat sex priuilegia paupertatis, facit, quia debitor pauper non potest excommunicari, nec interdici: sed carcerari, nisi cędat bonis, per Inn. in ca. P. & G. de off. dele. de hac materia vide Abb. in c. Odoardus. extra. de fideiuss. vers. in gl. quæ est in verbo non valẽte, & pauperes non tenẽtur ad solutionẽ collectæ, & debẽt cã cellari de libro ęstimi. per Bal. in auth. defun. tertia col. ad tertulia. ibi: ad quam præstandam non tenẽtur pauperes, quorũ opera vix sufficiat alimẽtis, & si tales scripti sunt in ęstimo debẽt cã cellari de ipso, per habẽtes officiũ ad hoc eis supplicatione porrecta &c. & exceptio, ne quis cõueniatur vltra quam facere possit, videtur dilatoria, & perẽptoria fm quod no. gl. & Alb. in l. prima. C. de iur. & fac. ignor. vbi vide Ias. col. quarta. qui tenet, quod sit tm̃ dilatoria per gl. in §. appellant. instit. de exceptio: quæ id dicit & Ias. mouetur per rationes adductas à dicta glo.

SVMMARIVM.

1 *Exceptione præscriptionis, tollitur ciuilis, & eliditur naturalis obligatio.*
2 *Tutus præscriptione 30. annorum, soluens repetit.*
3 *Tempus non est causa entis, nec priuationis.*
4 *Prescriptio operatur vti decretum.*
5 *Præscriptio est similis solutioni.*
6 *Præscriptio prodest fideiussori.*
7 *Præscriptione firmatur, quòd alias est inualidum.*
8 *Vsucapio, & præscriptio sunt inductæ in fauorem publicum.*
9 *An spolia possint præscribi.*
10 *Spolia sunt bona temporalia.*
11 *Contra Rom. ecclesiam prescribitur centum annis.*
12 *Quę, & quot requiruntur ad substantiam prescriptionis.*
13 *Quid sint spolia.*
14 *Spolia non sunt res sacræ, nec sacris annexę.*
15 *Fructus ecclesię non sunt spiritualitati annexi.*
16 *Rector ecclesię rem patiens prescribi, tenetur ecclesię de damno.*
17 *Res ecclesię, vel principaliter, vel secundario ad Papam spectantes, omne prescribuntur.*
18 *Spolia sunt de pertinentibus ad Papam principaliter, non secundario.*
19 *Verbum spectare importat principaliter.*
20 *Ecclesia inferior, prescribit contra Papam.*
21 *Res fisci, tam vacantes, quàm denuntiate prescribuntur.*
22 *Illa: quę sunt pro vsu publico: nunquam præscribuntur.*
23 *Præscribuntur etiam patrimonialia Cæsaris.*
24 *Etiam dos ecclesiæ potest præscribi.*
25 *Spiritualibus annexa præscribuntur.*
26 *Rei ecclesiæ possessio numquam vacat, nec etiam per mortem prælati.*
27 *Christus, & ecclesia semper possidet res ecclesiæ.*
28 *Relictum Ecclesiæ, Deo relictum censetur.*
29 *Oblata ecclesiæ, Deo sunt oblata.*
30 *Parietes ecclesiæ, mortuo prelato possident vendicant &c.*
31 *Dominis non currit præscriptio.*
32 *Vnius rei possessio, pænes duos insolidum esse non potest.*
33 *Tempus non est modus perdendæ possessionis.*
34 *Verbum pertinere, & spectare est vnius significati.*
35 *Verbum pertinere, importat dominium, & possessionem.*
36 *Item in libello positum importat petitorium, & possessorum.*
37 *Prohibitum alienari, est prohibitum vsucapi.*
38 *Verbum alienationis, continet vsucapionem.*

39 Deten-

39 *Detentores ſpoliorum, ſunt excommunicati.*
40 *In illis in quibus tractatur de animę periculo, non currit preſcriptio.*
41 *Semel Deo dicatum, non reuertitur, ad vſus prophanos.*
42 *Ignoranti, & abſenti non currit præſcriptio.*
43 *Ignorantiæ eſt ſubueniendum.*
44 *Nulla antiqua poſſeſſio iuuat mala fide poſſidentem.*
45 *In inuaſis non currit preſcriptio.*
46 *Quæ actiones competant contra inuadentem ſpolia.*
47 *Quod non eſt ex fide, peccatum eſt.*
48 *Quomodo intelligatur bona fides.*
49 *Bona fides ſemper preſumitur.*
50 *Semper preſumitur ignorantia: niſi probetur ſcientia.*
51 *Res eccleſię non poſſunt præſcribi ſine titulo, & bona fide.*
52 *Succeſſor vniuerſalis non præſcribit mala fide ſui auctoris.*
53 *Perſona hæredis cenſetur vna cum perſona defuncti.*
54 *Spolia bene poſſunt præſcribi.*
55 *Requiritur centenaria in rebus vicariorum Rem eccleſiæ.*
56 *In illis; quę poſſunt poſſideri iure communi, ſufficit ſola bona fides ſine titulo.*
57 *Laicus percipiens decimas, ſi ſpoliatur à rectore eccleſię, non intentat ſpolium.*
58 *Res eccleſiæ poſſunt alienari cum ſolemnitatibus.*
59 *Spolia præſcribuntur centenaria preſcriptione.*
60 *Verbum pertinet importat principaliter.*
61 *In ſpectantibus ad Papam principaliter, currit centenaria.*
62 *Eccleſia ſuccedens in re priuati, vtitur ſuo, non priuati priuilegio.*
63 *Tempus finitum, importat canonem latæ.*
64 *Quæ eccleſiæ gaudeant hodie centenaria.*
65 *Quomodo probetur centenaria.*
66 *Fiſcus eſt vbique præſens.*

De exceptione præſcriptionis.

QVAESTIO XIIII.

ET ſi cum bona fide, ac iuſto titulo per tempus à iure ſtatutum ſint poſſeſſæ res ſpoliorum ab aliquo, interuenientibus alijs concomitantijs à iure expreſſis, adeo quod incurrerit præſcriptio, eo caſu debitorem tempore liberatum eſſe puto, taliter, quod ſi Camera, aut eccleſia contra eum pro ſpolijs agat, quod ſit præſcriptione tutus, & contra actionem intentatam, poſſit per eum opponi de exceptione præſcriptionis, per quam tollitur obligatio ciuilis, & illiditur naturalis, quæ tolli non poteſt
1 tempore l.fin.§.primo. & ibi glo. in verbo conditio. ff. rem rat. haberi vbi gloſſ & Barto. quod tutus præſcriptione triginta annorum, ſi ſoluat repetere poteſt arg. l. ſi pupillus. de adminiſtra. tuto. vbi dicit, quod præſcribens eſt ſimilis ſoluenti, & licet li-
2 beratus tempore, adhuc remaneat obligatus naturaliter, quia tempore non tollitur naturalis obligatio, quia tempus ſolum, cum non ſit cauſa entis, non poteſt eſſe cauſa priuationis, tamē
3 tollitur omnis eius effectus, vt ibi per eundem Bart. & per Bald. in authen. ad hęc. verſ. Item dubitatur. C. de vſur. per Abb. in ca. ad aures. de præſcriptio. verſ. not. vltimo. vbi per Fel. pulchrè, immo præſcriptio etiam cum mala fide, acquirit præſcribenti iſtā exceptionem, licet non dominium, videtur dicere tex. in l. quis emptionis. §. quid ſi quis. in fi. C. de præſcriptio. 30. vel 40. an. &
4 præſcriptio operatur vti decretum, & habet vim decreti, in illis, quæ non poſſunt alienari, niſi ſub certa forma, puta cum decreto. l. poſt mortem. ff. de adoptio. & l. prima. C. qui admitti idem per Bar. in l. fin. C. in quibus cauſis in integ. reſt. non eſt nece. col. fin. ibi quod rei minoris, non eſt prohibita ſimpliciter alienatio, ſed eſt permiſſa cum decreto, merito præſcribi poteſt, &c. vi detur dicere tex. in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. ſecundum Barba. in additio. ad Bald. in l. prima. C. de ſeruis fugit. vbi dicit, idem in conſuetudine, tantoque magis videtur poſſe excipi de iſta exceptione præſcriptionis, quia præſcriptio, eſt ſimilis ſolutioni, & qui præſcripſit, videtur ſoluiſſe, per verba Bald. in l. tam
14 mandatori. C. de non nume. pecu. col. 3. ibi item dubitatur, an præſcriptio rei proſit fideiuſſori, & videtur quod ſic, quia præſcriptionis exceptio eſt rei cohærens, ergo tranſit ad fideiuſſores, &
6 quòd ſit rei cohærens, patet quia eſt ſimilis ſolutioni l. ſi pupilli. ff. de adminiſtratione tutorum. & preſcriptio, & abſolutio procedunt à pari, vnde qui præſcripſit, videtur ſatisfeciſſe, & debitam ſatisfactionem impēdiſſe, per tex. in l. ſed ſi vnus. §. ſi autem. in fin. ff. de iniur. & quod alias eſſet ipſo iure irritum, & non validum, per præſcriptionem firmatur, per Bal. in l. prima. C. ne de ſtat. defun. &c. immo exceptio præſcriptionis, non poteſt per
7 partes pacto renunciari, quia vſucapio, & præſcriptio ſunt inductæ in fauorem publicum, ne dominia ſint incerta per Bart. in l. nemo poteſt. de leg. primo. Abb. in rub. extra de præſcript. ergo
8 de neceſſitate exceptio præſcriptionis debet admitti, quia finem litibus imponit, & punit negligentes, prout per eundem Abb. ibidem dicitur in diffinitione preſcriptionis.

Sed an ſpolia præſcribantur, vel præſcribi poſſint, videamus, pro quo videtur eſſe reſpondendum affirmatiuè, quia conſiderato verbo ſpolia, quod importet bona acquiſita de fructibus ec
9 cleſię, aut occaſione eccleſiæ relicta per clericum, vel fructibus eccleſiæ, vel bona acquiſita ex negociationibus, & illicitis factis, per clericum ſua vita durante, prout dicimus ſupra in pri-
10 ma q. vbi de diffinitione ſpoliorum dicimus ſpolia omnino videntur eſſe bona temporalia eccleſiæ, vel eccleſiæ debita, in quibus ſi ſint mobilia nō ſacra, preſcriptio currit trium annorum. gloſſ. in §. res fiſci. verſic. non poteſt. inſtit. de vſucapio. & long. tempo. præſcript. Abb. in capitu. placuit. de præſcriptio. & etiam triennio vſucapitur res Romanæ eccleſiæ. per Angel. in authen. vt eccleſia Romana. in principio. Abb. in capit. primo. de reſtit. in integ. tertia col. ſi immobilia corporalia, veluti fundus, ager, domus, aut incorporalia, veluti ſunt iura actiones & huiuſmodi, ſpatio annorum quadraginta præſcribuntur, per tex. in auth. de eccle. tit. §. pro temporalibus autem, tex. glo. & Abb. in capit. de quarta. de præſcriptio. extra. gl. in d. §. res fiſci, quia tanto tem-
11 pore bona immobilia iura & actiones præſcribuntur, niſi tamē contra Romanam eccleſiam contra quàm non præſcribitur, niſi ſpacio centum annorum. l. fin. & authen. quas actiones. C. de ſacr. ſanct. eccleſia. per glo. in l. vniuerſus. C. ne rei dom. vel templo. Item per Dynum in reg. poſſeſſor. de regu. iuris verſ. in præſcriptione autem. vſque ad verſ. Item nunquid. vbi dicit, quod in præſcriptione quadraginta annorum in rebus eccleſiæ, requiritur titulus, & bona fides, aut ſaltim bona fides, ſecundum diſtinctionem: quam ipſe dicit rationabilē de iure nouiſſimo, in illis rebus eccleſiaſticis, quæ de iure communi poſſunt poſſideri, nec præſumptio eſt contra poſſeſſores, in quibus ſufficit bonam fidem habere, ſed in his rebus eccleſiaſticis: quæ de iure communi nequeunt poſſideri, vel contra poſſeſſorem eſt præſumptio, non ſufficit bona fides, ſed eſt neceſſarium etiam habere vltra bonam fidem, titulum, qui poſſeſſori cauſam tribuat præſcribendi, niſi tanti temporis allegetur præſcriptio, cuius contrarij memoria non exiſtat, vt ibidem per eundem Dynum, idē habetur ad literam in tex. in cap. primo. & ibi gloſſ. de præſcrip. in ſexto. bona glo. in cap. cum eccleſia ſutrina. de cauſ. poſſ. extra in glo. antepen. pro quo vide, quæ dicit Abb. in cap. illud. extra. de præſcrip. col. ſecunda verſ. ad cuius. vbi dicit, quod ad ſubſtantiam præſcriptionis, quandoque requiruntur tria, quandoque
12 duo, quandoque vnum duntaxat: ſecundum naturam præſcriptionis tria requiruntur, quando preſcriptio eſt talis, quę deſiderat titulum bonam fidem, & poſſeſſionem, vt in preſcriptione contra ius commune, vt ca. primo. eo. lib. ſexto. vel in præſcriptione decem, vel viginti annorum, contra prelatum: duo requiruntur, vbi non eſt titulus neceſſarius, vt regulariter contingit in preſcrip. 40. annorum iure communi non refragante, vt d. ca. illud. & ca. de quarta. ſcilicet poſſeſſio, bona fides: vnum requiritur in preſcriptione, inducta in odium negligentis, vt in actionibus preſcribendis, ſcilicet curſus temporis vt l. ſi quis emptionis. C. de preſcri. 30. ann. ſubdens ibidem, quod vbi alterum de requiſitis perit, naturaliter præſcriptio interrumpitur, quia deficiente altero ſubſtantialiter requiſito ad confectionē actus, naturaliter deficit actus. c. fi. de condi. appoſ. & c. cum ſuper abbatiam de oſt. deleg.

Per quę videtur, quod res eccleſiæ, & ad eccleſiam pertinentes, vel ſint mobiles, vel immobiles, vel incorporales poſſunt p̄ſcriptione, vel vſucapione amitti, vel acquiri reſpectiuè, per quemlibet, & appellatione iſtorum bonorum, veniunt omnia bona, quę ſunt in mundo l. bonorum. ff. de verb. ſigni. vnde etiā & ſpolia, quia ſpolia, vel ſunt bona mobilia, ſe mouentia, vel im
13 mobilia, vel iura, vel actiones de fructibus eccleſię, vel occaſione eccleſię, vel de illicitis negociationibus prouenientia, vel fructus ipſius eccleſię percepti, vel percipiendi. vt dicimus in prima q. & ſunt inſertę bullę extrauagantes, à Pontificibus Roman. facte in materia ſpoliorum in fine, vnde ſpolia, vel conſideres ea quatenus fructus, vel quatenus de fructibus acquiſita, vel ſint ab illicitis negociationibus deſcendentia, ſunt res temporales, nō ſacrę, nec rei ſacrę aliquam adherentiam habentes immo res p̄phanę, & in mera temporalitate conſiſtentes, cōtractabiles per cuiuſuis nominis contractum, p̄ tex. in c. fi. ne prelati vices ſuas. vbi fructus beneficiorum, & eccleſiarum pretio venduntur ad
14 ſeptennium, cle. prima. §. fi. & ibi gl. in verb. vt tempus. de reb. eccleſię non alienan. p̄ Feder. de Sen. con. 123. inci. quęritur an cō ſtitutio. Item fructus eccleſiaſtici, nedum venduntur pretio ad ſeptennium, vt in d. c. fi. ſed. & pro toto tempore vitę beneficiati venduntur, etiam abſq; ſimonia, per Prepoſi. in c. ſed adhuc. j. q. j. & nedum fructus percepti, & in aliquam acquiſitionem conuerſi, qualia ſunt ſpolia acquiſita de fructibus, ſed etiam fructus p̄cipiendi, id quod vī plus in caſu noſtro, vt p̄ Prepoſitum d. loco. dicit enim, quod p̄cipiendos fructus etiam ex prebēda, & beneficio emere licet, quia non ſunt ſacris adiūcti officijs, cum ēt à laicis haberi poſſint, quia fructus bñficii, aut eccleſię non ſunt nec poſſunt dici ſpiritualitati annexi, vt p̄ Archi. in c. ſed adhuc.
15 prima. q. prima. vnde ſi fructus emi, vel p̄cari poſſunt, ergo multo magis

Source : BIU Cujas

to magis ſpolia de fructibus acquiſita, & a fructibus prouenientia, & quia ſunt temporalia, & emere, vel contractare temporalia, non eſt de genere prohibitorum, vt de ſe patet. ſecũdum Hier.Gig.qui ita refert in ſuo tracta de penſio.quæſt.87.per totũ facit quod dicit Barto.in l.Paulus. ff. de acquir hæred.in fi.verb. quod ſi res eccleſiæ tranſeunt ad priuatum, perdunt priuilegiũ, & efficiuntur vſucapibiles.

Facit quia,ſi Rector eccleſiæ ob negligentiam ſuam patiatur
16 res eccleſiaſticas præſcribi, tenetur de ſuo proprio patrimonio ſatisfacere eccleſiæ.per glo.in cap.placuit. el ſecundo 16. q.3. in verſic. pertineant,per Abbat.in capit.ex præſentium.de pignor. verſi.not.3. ibi nam per iſtum tex. dicit,quod hæres ſuus poteſt compelli ad ſatisfactionem faciendam,per Abb. in cap. auditis. de præſumptio.col.10. nu.34. ibi taciturnitas prælati nocet eccleſiæ in præſcribendo,tenetur tamen prælatus de ſuo ſatisfacere eccleſiæ,in quo leſit eccleſiam,permittendo præſcriptionem contra eam currere, &c. & quod ſpolia poſſint præſcribi, videtur eſſe ex eo ſolum manifeſtum,quia ſpolia ſpectant ad Cameram Apoſtolicam Papæ, & ad Papam ipſum principaliter, per extrauag.de quibus in j.q.& in ſecunda, quæ inſeruntur in fine præſentis tractatus,& illa quæ ſpectant ad Papam principaliter, vel ſecundario omnia præſcribuntur, & præſcribi poſſunt, per ea, quæ dicit Abb.in c.audientiam. extr.de præſcriptio.in 3. col.
17 verſ.quæro,quare.vbi diſtinguit Abb.inter illa,quæ ſpectãt principaliter,& illa quæ ſpectant ſecundario:illa enim,quæ principaliter ſpectant, inquit, requirunt centenariam præſcriptionem: quæ verò ſecundario, 40.ann.tantum præſcribuntur, vt ibi per eum, & quod ſpolia ſint de pertinentibus ad Papam principaliter,non ſecundario,id ex eo apparet,quia in bullis,vel in conſti-
18 tutionibus editis in materia ſpoliorum, dum Papa declarat, qđ ſpolia ad ſe ſpectant, vel ad eius Cameram Apoſtolicam vtitur verbo ſpectare, pertinere, ſpectaſſe, vel pertinuiſſe, vt eſt videre in bulla Pauli III. in principio, quæ eſt inſerta,quod verbum de ſui natura importat principaliter,non ſecundario. l. non ſolum.§.quæritur.ff.de procu.l.qui liberis.§ hæc verba. C. de vulg. & pupill.per Bal.in l.licet.C.de pact.vbi dicit,quod verbum pertinet, eſt verbum directum.

Itẽ facit,quia in rebus incorporatis eccleſiæ Romanæ, qualia ſunt ſpolia,currit præſcriptio centum annorum, in delatis verò rebus,currit tantum quadraginta annorum, in rebus verò aliarum eccleſiarum,vel ſint delatę,vel ſint incorporatę,ſpatio qua
19 draginta annorum præſcribuntur,per Abb.in capit.cum nobis. 3.col.ver.& ex hoc pone.de præſcrip. vbi dicit pone vnum ſingulare dictũ,qđ licet in iuribus principis, ſeu fiſci fiat diſtinctio in caſu præſcriptionis,inter bona fiſco incorporata,& bona delata,nondũ incorporata,tñ reſpectu eccleſiæ non vr̃ differentia fienda, ſed ſemper vniformis eſt præſcriptio: requirit.n.tempus quadraginta annorum, vt probatur in d.c.2.quatenus loquatur de eccleſijs citra Romanam eccleſiam,ſed in eccleſia Roma.eſt differentia ſaltim,quoad illum caſum, quia in incorporatis requiritur curſus cẽtum annorum, in delatis verò ſufficit tempus quadraginta annorum, ſicut in alijs eccleſijs.

Item facit, quia eccleſia inferior poteſt præſcribere bona, &
20 iura ad Papam ſpectantia no.Abb.per illum text.in c.ſi diligenti.de præſcrip.3.col.verſi.ex prædictis,& col.2.ibidem, quod cõtra Romanam eccleſiam poteſt præſcribi, de rebus, de ciuitatibus,& regnis, ad eam pleno iure pertinentibus, ſed requiritur præſcriptio, non minor centenaria.

Facit quia res fiſci, tam vacantes,quàm initiatæ, ſeu denunciatæ,& incorporatæ præſcribuntur, inſtit. de vſucap.§. res fiſci,
21 quia ſi ſint bona vacantia,præſcribuntur viginti an.ante denunciationem fiſco factam,ſed poſt quadriennio, glo.in l.pen.C.cõmunia de vſucap.vbi dicit,quod res fiſci vacantes,vſucapiuntur omni titulo iure cõi,& ſine titulo tunc 20. ann. computandis a tempore,quo cęperunt bona eſſe vacantia, ſi verò vellet cõputare ab eo tempore, quo fuit initiatum, tunc ſufficit quadriennium.idem glo.in l.j.C.de quadrien. præſcrip. ſed melius p̃ Bal. ibi,vbi dicit,q̃ illa,quæ ſunt in vſu publico, nunquam præſcri-
22 buntur.l.viam publicam.ff.de via pub.alia verò, ſi ſunt incorporata in fiſcum,non vſucapiuntur,niſi an. quadraginta. l.omnes. de p̃ſcrip.30.ann.ſi verò nõ ſunt ĩcorporata, titulo & bona fide vſucapiuntur,quia mobiles triennio, immobiles longo tẽpore. 10.ann.& c.per Bal.in l.iam pridem.C.cõia. de vſucap. vbi dicit etiam, quod res Cęſaris præſcribuntur,& quod ad illorum præſcriptionem, hodie requiritur ſpatium centum annorum.

Item prędcribuntur patrimonialia Cæſaris,vel principis.l.pri
23 ma.C. ne rei dom. vel templo. Bald.in d.l.iampridem. C. communia.de vſucap.

Item præſcribuntur res ciuitatum,vel caſtri.l.fi.C. de ſac.ſan. eccleſ.gl.in d.§.res fiſci.quia dicit glo.quam ſequitur Abb.ibi in cap.cum nobis.extra de prędcrip. quod contra eccleſiã Roman. reſpectu prędlationis.& ſupremæ poteſtatis nõ currit p̃ſcriptio, ſed in rebus,& poſſeſſionibus,& iuribus,eccleſię ipſius bene currit Abb.prima col.ibi.

Facit argumen.a maiori,ad minus, quia cõtra eccleſiam præſcribuntur etiam iura ſpiritualia.c.ad aures.extra de præſcriptio. vbi Abb.primo nota.qđ iura ſpiritualia ſunt præſcriptibilia &c.
24 & ibidem Felyn.in principio,vbi dicit,quod etiam dos eccleſię poteſt præſcribi,vt per Bal.Nouellum, quem allegat in tractatu
25 dotis primo fol.Item,& ſpiritualibus annexa præſcribuntur,veluti eſt ius patronatus,quod eſt ſpirituali annexum prędſcribitur, venditur, donatur, ad hæredes tranſmittitur, per Felyn. in cap. quanto.de iudi.propter quod multo magis videtur dicendum, quod præſcribi poſſunt ſpolia,quæ ſunt temporalia, nec ſunt de genere prohibitorum præſcribi,per Gigantem q.87. per totum in tract.de penſio.argumento a maiori ad minus, quod in iure eſt validum glo.in clem.j.in verb.profecto.de reliquijs, & vene. ſancto.Authen.multo magis C.de ſac.ſan.eccleſ.

In contrarium multa faciunt,per quę videtur,quòd ſpolia cũ ſint res eccleſiæ,& templorum dicimus ſupra in q.j.ad longum, nõ poſſint aliqua vſucapione,aut ſpatio temporis prędſcribi, qa id videtur prohibere titulus qui videtur in materia factus. C.ne rei dominicæ,uel templorum vendicatio,temporis exceptione ſubmoueatur,per quam inſcriptionem res eccleſiaſticæ videntur eſſe tutæ, & defenſæ, a cuiuslibet temporis curriculo, & uoracitate, ſemper enim videntur,& a quocunque detentore poſſe vendicari, temporis lapſu non obſtante.

Item facit in contrarium vnum,quod vrgere videtur,qa ſpolia, quatenus bona acquiſita de fructibus eccleſiæ, uel eccleſię occaſione relicta,per clericum defunctum,de quo ſupra in diffinitione ſpoliorum in prima q.ſunt,& poſſunt dici res eccleſię, quarum poſſeſſio nunquam dicitur vacare,nec etiam, per mor-
26 tem Prælati,quia uniuerſalis eccleſia, vel melius Chriſtus habet illarum dominium,& poſſeſſionem, & ſemper Chriſtus, & eccleſia illas poſſidet,per Bar.in l.ſicut.§.fi.ff.quod cuiuſq; vniuer.
27 per eundem in l.prima.§.municipes. ff. de acquir. poſſ. ubi Pau. de Caſt.dicit,quod quicquid relinquitur eccleſiæ,Deo relictum
28 cenſetur,in Authen.de eccleſ.tit.§.ſi quis innominatus. colla. 9. latè per Abba.in repet.c.cum eſſes.de teſta.licet Rector eccleſiæ mortuus ſit,poſſeſſio tamen non perditur,ſed remanet apud eccleſiam,ideſt apud Deum,& Apoſtilla ad eũdem Paulũ ibidem dicit,quod Rota uoluit in deciſ.ibidem adductis.quod Prędlatus confirmatus,qui nondum eſt adeptus poſſeſſionem ſuę dignitatis,poteſt agere interdicto vnde vi, quia licet vacet dignitas,nõ vacat poſſeſſio bonorum eccleſię,& eccleſia eſt in anima viuẽtis, quod ſecus eſt in hæreditate iacenti, de quo per Oldradum conſi.172.ut per dictam apoſtillam,quia dicit Inno. quem dicti doctores adducunt in c.cum ſuper.de cauſa poſſeſſ. & proprie. prope finem, quod non prędlatus,ſed eccleſia,& Chriſtus dominium,& poſſeſſionem rerum eccleſiæ habet, vnde quęcunque homines offerunt eccleſijs,dicuntur eſſe oblata Deo, & ſi aliqñ
29 inueniantur hęc bona Deo oblata,eſſe epiſcoporum,uel prælatorum,uel capitulorum, dic, inquit, eſſe eorum, quoad gubernationem,propter quod dicimus, quod quantuncunque moriatur prędlatus, & omnes clerici, tamen proprietas & poſſeſſio remanet penes Chriſtum, qui viuit in ęternum, uel penes vniuerſalem, uel ſingularem eccleſiam, quæ nunquam moritur, nec eſt vnquam nulla,& etiam ſi ſpolietur eccleſia aliquibus rebus,antequam earum poſſeſſio obtineatur,ueluti poſſet dici,qñ hæredes prędlati, uel alij mortuo prędlato immiſcent ſeſe in ſpoliis, ac bonis illius de beneficiis acquiſitis, in quorum poſſeſſione eſt eccleſia, vel Chriſtus,vti erat prælatus ante, ita hodie Camera, quæ locum prælati obtinet, habet interdictum unde vi.ſi cut tutor nomine pupilli,uel quilibet adminiſtrator nomine eccleſiæ, per iura per eundem Inno.ibidem adducta.

Immo parietes ipſius eccleſię,uel ipſa eccleſia parietibus circundata, & conſecrata, & hodie Camera Apoſtolica in ſpolijs
30 loco eccleſię, vel prælati ſuffecta,& ſubrogata,videtur ius habere,& poſſidere,& vẽdicare etiam mortuo prędlato, vel collegio ſecundum opinionem Moyſis Archiep.quem refert glo.in fin. in d.l. ſicut.ff.quod cuiuſque vniuerſitatis nomine.

Facit id,quod habetur per eundem Innoc.in cap.ex parte. de arbitr.prima colum.& per eundem cap in prędſentia.ext.de probatio.ubi dicit,quod licet prębendæ ius vacet,res tamen,& iura pertinentia ad præbendã,nõ vacant,immo poſſidẽtur ab eccleſia, etiam dum viuit præbendarius,quia poſſidet illa nomine eccleſiæ,ut not.in cap.ex litteris.de probatio. facit Bald. in margarita.in ver.mortuo.idem Bald.in l.minus. ff.de hæredibus inſtit. ſequitur Abb.d.c.cum eſſes. verſi. quarto principaliter. de teſta. idem Abb.in cap.cum ſuper.de cau. poſſ. & proprie. quarta colum.quia dominis non currit prędſcriptio, text.cum glo.in l.male agitur. C. de præſcriptio. 30. anno.in glo.ibi eſt autem ratio
31 prędictorum,quare non prędſcribitur a dominis, quia ipſi habẽt poſſeſſionem, & poſſidenti non currit prędſcriptio, per Abb.in cap.vigilanti.prima colum.ibi addo tamen ad prędicta notabile dictum.extra de prędſcriptio.

Vnde ſi poſſeſſio rerum eccleſię, & ſpoliorum, ut vides per mortem clerici,uel prędlati nõ uacat,quia ſemper eſt penes Chriſtum, penes eccleſiam, penes parietes eccleſię, & hodie penes
32 Camerã, non poſſunt ab aliquo prędſcribi, quia non poſſunt ab

Source : BIU Cujas

aliquo poſſideri, quia vnius rei poſſeſſio, nec ciuilis, nec natura
lis penes duos inſolidum eſſe poteſt. l. 3. §. ex contrario. ff. de acq.
poſſeſſ. Dynus in reg. ſine poſſeſſione. de reg. iur. verſi. præterea
autem & in fin. vbi pulchrè. l. ſi vt certo. §. ſi duobus. ff. cõmoda.
cum glo. ibi in verſi. dominium. Spec. in titu. de reſti. ſpoliat. §. i.
verſi. item circa & quia tempus non eſt modus perdendæ poſ-
33 ſeſſionis. l. ſi mulieri. ff. quibus mo. vſufruct.

Vnde, nec præſcribi poſſunt, quia ſine poſſeſſione non ꝓcedit præſcriptio. cap. ſiue. de reg. iur. in 6. quia poſſeſſio eſt ſubſtantia præſcriptionis, qua deficiente, deficit actus præſcriptionis. per Abb. cap. illud. ſecunda colum. verſ. ad cuius declarationem. in fi. ext. de præſcriptio.

Item, quia quando Papa declarat, bona relicta per clericum, acquiſita de beneficijs, eſſe ſpolia, & eſſe, ac fuiſſe Cameræ Apoſtolicæ, vtitur modo verbo ſpectaſſe, ſpectare, modo pertinuiſſe, vel pertinere, vt videre eſt in bulla Pauli tertij edita ſuper ſpoliis anno 1541. nonis Ianuarij ibi ſpectaſſe, & ſpectare, illaq; tanquam ad ipſam cameram ſpectantia, &c. & in breui Pij IIII ſub Dat. Romæ die tertio Iulij 1560. ibi ad Cameram Apoſtolicam ſpectare, & pertinere, decreuit, & declarauit, & paulo poſt, ibidem, ad ipſam cameram pertinentium, & in bulla eiuſdem Pij quarti edita anno 1560. nonis Februarij, quæ incipit bulla cõfirmationis, & innouationis priuilegiorum &c. ibi ad eandem cameram, & non alios ſpectaſſe, & ſpectare, ac ſub nomine ſpoliorum venire, illaque, tanquam ſpolia ad eandem Cameram pertinentia &c. quæ bullę ſunt in fine huius laboris inſertæ. item in bulla eiuſdem Pij quarti edita ſuper declaratione ſpoliorũ anno 1563. nonis Nouembris, quæ eſt inſerta in 2. q. quæ verba pertinere, & ſpectare vnius, & eiuſdem ſignificati, & promiſcuè, vnũ
34 pro altero ponitur, vt videre eſt in bullis, & affirmat Marius Nizola locutionum latinarum Ciceronis magnus enucleator, in ſuo repertorio in verbo ſpecto, vbi declarando ſignificatũ verbi ſpectat, exponit, ideſt pertinet, attingit &c. quibus verbis vtẽdo Papa, denotat & intendit, quod ſpolia ſpectent, & pertineãt ad Cameram Apoſtolicam pleno iure, tam quoad proprietatẽ, & dominium, quàm quoad poſſeſſionem, quod camera in illis
35 habeat dominium, & poſſeſſionem, quia id videtur importare verbum pertinere, de ſui natura, quod latiſſimum eſt, & importat, tam illa, quæ ſunt noſtri dominij, quàm illa, quæ alio aliquo iure poſſidemus. l. verbum pertinere. ff. de verb. ſig. per Innoc. in c. cum eccleſia ſutrina. de cauſ. poſſeſſ. & proprie. vbi dicit, quod per verbum pertinere, poſitum in commiſſione, vel in libello, cẽſetur, & intelligitur deductum omne ius in iudicio, tã quoad proprietatem, quàm quoad poſſeſſionem, etiam quã alias quouiſmodo parti competens, & intentatum iudicium, tã quoad petitorium, quàm quoad poſſeſſorium. per tex. in l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iud. & ibi gl. per Abb. in ca j. de ſequeſt. poſſ. & fruct. 3. col. verſi. ſed circa. idem Abb. c. cum contingat. ext. de decim. primo not. ſequitur Alex. in conſi. 42. 4. volu. vbi dicit, quod tale verbum poſitum in libello, importet petitorium, &
36 poſſeſſorium ſecundum Feder. de Senis. conſi. 283. incip. conſilium latum. in glo. & Abb. & in c. inter dilectos. de fide inſtrum. Rota deciſ. 396. in nouis. incip. ſi committatur cauſa. vbi ꝓpter verbum pertinere poſitum in commiſſione, inclinat Rota, qđ intelligatur commiſſa cauſa, tam quoad proprietatem, quàm quoad poſſeſſionem, & tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio, vnde ſi ſpolia ſpectant ad cameram, tam quoad dominium, q̃ quoad poſſeſſionem, & ſi dominium, & poſſeſſio eſt Cameræ Apoſtolicæ, non videtur quod in illis procedat præſcriptio, qa præſcribens non habet in illis dominium, titulum, vel poſſeſſionem, quæ ſunt penes alium, vnde penes eum eſſe non poſſunt, quia dominium, & poſſeſſio inſolidum non eſt reperiri penes 45 plures, ſed penes vnum tantum. l. ſi vt certo. §. ſi duobus. & ibi gloſ. in verb. dominium. ff. commoda, & quod noſtrum eſt ad alios ſiue facto noſtro transferri non poteſt. l. id quod noſtrum de reg. iur.

Item poteſt dici alia rõne, & alio fundamento, qđ ſpolia non poſſunt per quenquã præſcribi, quia negari non põt, quin ſpolia, quatenus a fructibus beneficiorũ, non ab illicitis negociationibus prouenientia, non ſint bona eccleſiaſtica de fructibus eccleſiæ, uel occaſione eccleſiæ acquiſita, quæ debent eccleſiæ, vel in ea ſucceſſoribus reſeruari. c. præſenti. de offi. ordi. in ſexto. quæ nullo modo poſſunt alienari, vel ſunt alienari prohibita. 12. q. 2. ſine exceptione. & tota illa cau. & q & toto ti. de rebus ec cleſię nõ alien. ac d. c. pſenti. & res prohibita alienari, eſt ꝓhibita vſucapi, & præſcribi. no. gl. in l. vbi lex: de vſucap. tex. in l. alienationis verbum. de verb. ſig. vbi dr̃, quod alienationis verbum cõ
37 38 tinet vſucap. merito ſpolia non vſucapiuntur, aut præſcribũtur, quia qui contra iura mercatur, bonam fidem præſumitur non habere. c. qui contra de reg. iur. in 6. & l. qui ius. de reg. iur.

Item, & alia ratione, quia detentores ſpoliorum, vel occupatores ſunt occupatores, & detentores rerum Cameræ, & ſedis Apoſtolicæ, quia ſpolia ſunt applicata cameræ, vt per extrauagantes per Pontifices factas in materia ſpoliorum, & detentores huiuſmodi ſunt excommunicati etiã excõicatione maiori, c. ſi quis. de rebus eccleſiæ non alien. c. indignum. 12. q. 2. & put
39 in annuali proceſſu, vel Bulla in Cęna Domini nuncupata ĩ ſingulo anno in hebdomada ſancta coram Papa legi ſolita, & in Bulla Pauli IIII. cõtra occupatores bonorum Cameræ Apoſtolicæ ſub Datum Romæ 1556. Kalen. Nouembris anno ſecundo. vnde in huiuſmodi tractatur de periculo animæ, & in illis, in quibus tractatur de aĩæ periculo, non currit aliqua præſcriptio,
40 per Spe. in tit. de ſent. §. 2. verſi. & no. merito per aliquem ſpolia præſcribi non poſſunt, quouis temporis ſpatio interueniente.

Item, & alia ratione, quia ſpolia eccleſiaſtica ſunt de prouentibus bonorũ eccleſiæ, & Deo dicatorum acquiſita, vt de ſe patet, & ſemel dicata Deo, nec in totum, nec in partem ad vſus humanos, aut prophanos reuerti poſſunt, reg. ſemel Deo dicatum.
41 de reg. iur. in ſexto. merito, nec etiam per viam præſcriptionis, quia illud quod vna via, & directo prohibetur, non debet alia via cenſeri permiſſum, per regulas iuris.

Item Camera Apoſtolica, ad quam hodie ſpectant ſpolia relicta per clericos decedentes, reſpectu clericorum decedẽtium in quibuſcunque locis remotis, longinquis in qualibet mundi parte, de quorum obitu nullam habet notitiam, vel habere poteſt dicitur ignorans, & abſens, & ignoranti, & abſenti, qui habet dominium, & poſſeſſionẽ in re, veluti habet Camera Apoſtolica in ſpolijs, quæ ſuccedit hodie loco eccleſiæ, prout dicimus ſupra, non currit præſcriptio aliqua per text. in l. malè agit.
42 C. de præſcrip. 30. anno. & glo. ibi in ver. poſſidentibus. per Abb. in c. vigilanti. de præſcriptio. ibi addo tamen notabile dictum, quod præſcriptio currit contra abſentem, & ignorantem, niſi abſens, & ignorans poſſideat ciuiliter, quia ſi poſſidet ciuiliter, non currit contra eum præſcriptio. d. l. male agitur, &c. gl. eſt notab. in §. ſed aliquando. inſtit. de vſucap. in verb. ſeruum, immo & ignorantiæ, ſi ſit iuſta, & probabilis, licet non impediat præſcriptionem, regulariter eſt ſubueniendum. arg. c. cum illorum.
43 de ſent. excommunicationis. ver. circa. per Abb. d. loco.

Meritò poteſt dici, quod Cameræ Apoſtolicæ in ſpoliis non curat præſcriptio, ex quo in illis ſemper retinet dominium, & poſſeſſionem, & in iſto caſu propter impedimentum ignorantiæ, ęquiparatur, ac ęquiparari poteſt non valenti agere, cui non currit præſcriptio. l. ſed & ſi per Prętorem. ff. ex quibus cau. maior. latè per Abb. vbi diſputat regulam in cap. ex tranſmiſſa. ext. de præſcriptio.

Stantibus tot ꝓrijs in hac materia, quæ eſt multum difficilis, puto diſtinguendum eſſe, an videlicet ſpolia poſſideãtur ab aliquo, qui ſciat illa eſſe ſpolia eccleſiaſtica, & ad Camerã Apoſtolicã, vel eccleſiam ſpectare, & ptinere, puta ab hærede clerici defuncti, vel alio eius immediato ſucceſſore, aut ab alio, qui id neſciat, ſed bona fide accipiat, putans tradentẽ dñm eſſe, & qui de mala fide, etiam ex poſt ſuperueniente redargui non poſſit.

Et primo caſu, puto dicendum, quod ſpolia nõ poſſunt vllo, quantumuis longiſſimo tempore ab illo vſucapi, uel præſcribi, attento eius animo, & mala fide, cum qua fuit ingreſſus, & cum qua detinet poſſeſſionem rei alienæ, quoniã nulla antiqua dierum poſſeſſio iuuat mala fide poſſidentem. c vigilanti. extra. de
44 præſcriptio, quia mala fides illius, indiſtinctè vitiat præſcriptionem, vbi præſcriptio cauſatur facto poſſidẽtis. per Abb. ibidem verſi. an autem. ſecunda col. quia dicit Bal. in l. res creditoris. C. de pign. actio. 2. q. quod præſcriptio impeditur per ſcientiam rei alienæ, quàm habet etiam bonę fidei poſſeſſor, exemplum dat in creditore poſſidente pignus, qui habet bonam fidem, cũ habeat pignus a domino, ideſt a debitore, tamen, quia ſcit pignus alienum, nullo tempore præſcribit ipſe, nec hæres, quia in d. primo caſu, talis hæres ſucceſſor, vel occupator, poteſt dici inuaſor
45 rerum eccleſiæ, & inuaſis non currit præſcriptio, notatur, & ſumatur in c. nihil. de præſcriptio. vbi Abb. verſi. venio ad glo. per tex. in cap. licet. in reg. 16. q. 3. & 93. diſt. illud. glo. d. c. nihil. & contra talem ſcienter inuadentem ſpolia, & bona ad eccleſiam, uel Cameram ſpectantia, competunt Cameræ interdictum vnde vi, actio furti, remedium legis ſi quis in tãtam, & alia, de quibus
46 per Inno. in c. cum in offi. de teſta. quia mala fides, tam a principio quàm poſt ſuperueniens, ſemper impedit præſcriptionem. d. c. vigilanti. c. ſi diligenti. c. fi. ext. de præſcriptio. vbi glo. in ver. tam canonica. dicit ſecundum vnum intellectum ad illum tex. quod omnia iura ciuilia, quæ tractãt de præſcriptione triginta, vel quadraginta annorum, quæ procedunt etiam cũ mala fide, in odium rei ſuæ negligentis, in malę fidei poſſeſſoribus non tenent hodie, per illũ tex. attẽtą cauſa peccati, quia, qđ non eſt ex
47 fide, pctm̃ eſt, d. c. fi. & per glo. d. c. ſi diligenti extra eo. in verſi. bona fides quæ dicit illud generaliter verũ eſt, quod ſm canones bona fides præſcribentis neceſſaria eſt, ſiue de ſpirituali, ſiue ciuili, ſubdens ibidem, & fides bona intelligitur, cum accipiẽs credit tradentem eſſe dominum, vel habere ius diſtrahendi, licet
48 erret in facto. l. bona fides. ff. de verb. ſig. & hæc bona fides ſemp præſumitur, niſi probetur contrarium, cum lex dicat præſumi
49 ignorantiam, niſi probetur ſciẽtia. ff. de probatio. verius, & alias vt ibi per eandem glo. nec etiam iſte talis ſucceſſor habet titu-
50 lum, qui pari modo, de iure ciuili in præſcriptione rerum eccleſiæ

siæ requiritur, & est necessarius, quia non possunt præscribi res ecclesiæ sine titulo, & bona fide, etiam in præscriptio. 40. ann. &
51 ēt de iure canonico veteri vt per Dyn. ī reg. possessor. de reg. iur.

Secundo verò casu, quando accipit bona fide, putans tradentem dominum esse, & habere ius distrahendi, qui rei veritate nō fuerit dominus, sed fuerit in mala fide, ego puto subdistinguendum esse, quod, vel ille est successor singularis, vel vniuersalis, quia si succedit in rem singularem vsucapit, & præscribit, etiam cum mala fide sui auctoris. quę ei in nihilo nocet. glo. est notab. in §. furtiuæ. instit. de vsucapio. in ver. competat. per Abb. in cap. nihil. secunda colum. de præscrip. ibi secus in præscrip. longissimi temporis. 30. vel 60. ann. nam illa procedit etiam in inuasis, & violentis, si successor sit singularis, & fuit bonę fidei possessor, & velit a se incipere præscriptionē, vt not. glo. d. §. furtiuę quoq; res. pro hoc facit tex. in l. sicut. & l. omnes. C. de præscrip. 30. ann. ad quam glo. est additio in fine, sed hodie vitium personæ, nocet singulari successori. per Authen. malę fidei. C. de præscrip. long. temp. propter quam additionem, videtur peruerti sensus omnium, quæ superius glo. dicit, sed illa Authen. loquitur, & intelligitur in præscrip. 10. vel 20. ann. vt Felyn. in cap. si diligenti. 5. col. in fi. versi. dum glo. bona fides.

Si verò non sit singularis successor, sed vniuersalis in omnibus spolijs, dicit Dyn. in reg. possessor. circa fin. quod talis successor, si habuit bonam fidem præscribit, non obstante quod eius actor, & defunctus malam fidem habuerit, si tamē velit a seipso præscriptionem inchoare de equitate canonica, sed immo videtur contrarium verius, quod si iste vniuersalis successor, habuit auctorem malę fidei, eius mala fides ei noceat, quia successor vniuersalis non præscribit de iure ciuili, si defunctus habuit ma-
52 lam fidem, etiam sine violentia. l. cum hæres. ff. de diuers. & tēp. præscrip. quia censetur eadem persona cū defuncto, vt in Auth. de iureiur. a mori. prędtan. per ea quæ dicit Abb. in cap. nihil. de præscrip. tertia colum. vbi respōdendo ad iura adducta p Dyn. reprobat talem illius opinionem, & tenet indistincte, quod hęres vniuersalis, non potest præscribere cum mala fide sui authoris defuncti, quia hæres, cum ius suum causat a defuncto, cēsetur
53 eadem persona cum defuncto, idem Abb. in d. cap. si diligenti. & ibi Felyn. colum. quinta. versic. contra opinionem famosam Dyni. vbi recitat, qui teneant opinionem Dyni, & qui teneant opinionem contrariam Dyno, affirmat tamen, quod opinio cō traria est magis communis, vt ibi per totam vnam col. vbi dicit saluando, & declarādo Dynum, quod oportet quod mala fides fuerit authoris immediati, non autem mediati. secūdum Alex. in l. Pomponius. ff. de acquir. possess. Item quod opinio Dyni habet locum in terris ecclesiæ, vbi seruatur ius canonicum, non in terris imperij, vbi seruatur ius ciuile, per Angel. in l. si ego. §. si pactus. ff. de publi. in rem actio. Item opinio Dyni habet locum in terris imperij, si hæres non vult vti adminiculo defuncti, quia tunc præscribit cum bona fide, nō obstante, quod probetur mala fides defuncti. per Marian. in rubr. de cau. possess. & proprie. Item saluatur opinio Dyni, in hęrede, qui adiuit hęreditatem cū beneficio inuentarij, quia non tenetur restituere illam, quàm cum bona fide præscripsit, cum eam habeat ex alia causa, quàm hæreditaria, nec vult vti titulo defuncti, neque quoad dominiū, neque quoad possessionem, per Alex. in d. l. Pompo. Item saluatur etiam Dynus, quando defunctus non fuisset in mala fide vera, sed præsumpta, puta causata ab errore iuris, quia illa non nocet hæredi, per Paul. de Cast. in l. nunquam. ff. de vsucap. per glo. quam ad hoc extollit in l. tutor rerum. in glo. magna. in fin. ff. de adminis. tuto.

Sed si non adsit mala fides ab aliqua parte, si adsint, concomi
54 tantiæ iuris, & canonum requisita, ego puto quod spolia, & res spoliorū possint bene præscribi, quia mobilia, immobilia, iura, & actiones, castra, ciuitates, & regna, etiam spectantia ad Papam, & Romanam ecclesiam spatio temporis prędscribuntur, per Abb. in cap. si diligenti. & glo. & Abb. in cap. cum nobis. de præscriptio. per Felyn. in c. ad audientiam. colum. nona, de præscriptio. ibi per istum tex. habes, quod requiritur prędscriptio centenaria ad præscribendum bona, & iura vicariorum Romanæ
55 ecclesiæ, adduximus supra in contrariis, quia iudicio meo, licet spolia sint, & possint dici res ecclesiæ, & ecclesiastica, tamē sunt res ecclesiæ, quæ possunt possideri iure cōmuni, nec in illis præsumptio cōtra possessores habetur, vnde sola bona fides, etiam sine titulo, sufficit in illorum præscriptione, vt per tex. & ibi glo. in cap. primo. de præscriptio. lib. sexto. vbi secundum Dynum in reg. possessor. de reg. iuris. rationabiliter distinguitur, quia in rebus ecclesiasticis, quæ possunt possideri iure communi, nec prę-
56 sumptio habetur contra possessores ad præscribendum, sola bona fides sufficit, etiam sine titulo, secus est in illis, quæ de iure cō muni nequeunt possideri, vel est præsumptio contra possessorem, quia tunc nō sufficit bona fides, sed est necessarius titulus, qui possessori causam tribuat præscribendi, nisi tanti temporis allegetur præscriptio, cuius contrarij memoria non existat, vt etiam per Abb. in c. si diligenti. de præscriptio. extra, exemplum ego darem in rebus sacris, uel spiritualibus, quæ nō possunt possideri a laicis, merito etiam nec præscribi, nisi cum titulo, uelut dicit glo. in cap. ad decimas. de restit. spol. quod licet persona sit capax iuris decimarum, tamen non potest decimas præscribere, nisi mediāte titulo, nec etiam possidere, quod plus est, nisi cum titulo, & titulus legitimus poterit esse donatio episcopi de consensu capituli, vel legitima præscriptio, pro 60. ann. tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, de iure ciuili per tex. in Authen. quas actiones. C. de sac. san. eccl. de iure canonico in cap. de quarta. de præscrip. & ideo dicit glo. quod laicus, quantocūque tempore percipit decimas in aliqua ecclesia parochiali, si rector illius ecclesiæ spoliauerit illum, non potest laicus contra rectorē
57 intētare interdictum vnde vi, nisi allegat titulum, ideſt infeudationem ante concilium Lateranen. non autem ante auditur, si allegat præscriptionem, quia non potest prędscribere, cum non possit possidere, cum si possideat cōtra formam iuris. subdēs Dynus Paulo post ibidem, quæro vtrum bona fides requiratur tēpore contractus, & tempore traditionis, & tempore continuatę possessionis, dicens, quod de iure ciuili, in titulo emptionis, & venditionis requiritur bona fides, uel probabilis error, qui bonæ fidei prędsumptionem inducat tempore contractus, & tempore traditionis, in cæteris verò requiritur tempore traditionis tantum. ff. de usucap. si his qui pro tempore. §. fin. sed de iure canonico non requiretur tempore contractus in his, quæ de iure communi possunt possideri, cum sine titulo præscribuntur, sed tempore traditionis, & continuatę possessionis, usque in finem completę prędscriptionis, sed in his, quæ de iure communi non possunt possideri, in quibus prędscribendis, requiritur titulus, est dicendum, quod bona fides non requiritur tempore cōtractus, & tempore traditionis, & tempore continuatę possessionis, secus in cęteris, nisi post tempus contractus mala fide celebrati error facti probabilis interueniat, qui malę fidei præcedentis suspicionem remoueat, vt ibi per eum, vbi vide, quando fuit erratum in iure, & quando in facto, etiam quando in iure, & in facto, quę fides bona, ne, an mala fides arguatur &c. vbi magistraliter per eum.

Nec valet, quod posset allegari, quod spolia uti res ecclesiæ non possunt possideri iure communi, quia res ecclesię, iure cōmuni in tertiam personam alienari prohibentur, vnde videtur
58 non posse possideri regulariter de iure communi, stāte iuris cōmunis prohibitione, super alienatione, totis titulis de reb. eccle. alienand. Quia responderi potest, quod non est uerum obiectū, quod res ecclesię sint prohibitę, a iure cōmuni aiienari, sed bene sunt prohibitę sine solemnitate, & sine causa, quia cum causa, & seruata solemnitate a iure tradita, quotidie alienantur, & alienari possunt, totis dictis titulis de rebus ecclesiasticis alien. vnde illę possidentur, & possideri possunt de iure communi, ut per Abb. in cap. cum non liceat. de prędscriptio. colum. 3. versi. & circa. ubi dicit, quod res ecclesię non prohibentur alienari simpliciter, & indistinctè, sed bene prohibentur sine certa solemnitate, & data bona fide, & excluso iuris errore, in illis procedit prędscriptio, si habet concomitantiam suam, vnde ego puto per supradicta, quod spolia prędscribantur, & prędscribi possint in prędiudicium ecclesię, & Camerę Apostolicę.

Sed ego credo, quod spolia, dato quod prędscribantur, nō prędscribuntur, nec præscribi possunt, nisi centenaria prędscriptio-
59 ne, quia sunt applicata Camerę Apostolicę, & Papę, ut bona Papę, & Camerę, & vti bona ad Papam, & Cameram Apostolicam spectantia, ut per Bullas, & maximè per extrauagantem Pauli III. in materia editas, in quibus Papa utitur verbo spectat se, & spectare, pertinuisse, & pertinere, quod verbum de sui
60 natura importat principaliter, non secundario per tex. in l. non solum. §. queritur. ff. de procurat. facit. l. qui liberis. §. hęc verba. ff. de vulga. & pupilla. & per Bald. in l. licet. C. de pact. vnde si spolia sunt principaliter applicata Camerę, & Papę & principaliter ad Papam spectant, succedit illud, quod regulariter dicit Abb. in c. ad audientiam. extra de prędscrip. quod in spectantibus principaliter ad Papam, non currit prædscriptio, nisi centū
61 annorum, quia tanti tēporis, & non minoris currit prædscriptio contra Papam, & Roman. ecclesiam cap. ad audientiam. c. cum nobis. extra de præscriptio.

Nec valet illud, quod posset obijci, qđ cū Camera Apostolica capiat spolia p obitū Prælatorū quarūcunq; ecclesiarū de mundo, in quarū locū est suffecta, & subrogata Camera Apostolica in spoliis, Rota decis. 855. in antiquis, incipit. cū Camera. qđ propterea iure, & priuilegio illarum ecclesiarū, in quarum iuribus succedit, uti debeat, non suo, & sic gaudere prędscriptione 40. ann. nō cētū, prout quęlibet ecclesia gaudet. Quia rñdetur, qđ immo Papa, licet succedat in loco, & iure priuati, tñ debet habere suū priuilegium, & habet uti etiam in illa re suo priuilegio, saltim in fuiurum, & a tempore quo succedit, quia si prędscriptio incipit p̄
62 priuatum, & ecclesia illi succedit, prędscriptione pendente, prædscriptio habet compleri, tanquam contra ecclesiam, non tanq̄ p̄ priuatum, licet in priuati iuribus succedat ecclesia, quia ecclesia vtetur iure sui priuilegij. per glo. in Auth. quas actiones. C. de sac. san. eccl. vbi Bal. secunda colum. versi. 7. & vltimo quæritur.

Source : BIU Cujas

vbi poſita q. an priuilegiatus, qui ſuccedit non priuilegiato, vtatur ſuo priuilegio quantum ad præſcriptionem. & tenet quod a tempore, quo ſuccedit in futurum, & pro tempore futuro, priuilegiatus habere debeat ſuum priuilegium, etiam in re priuati, in qua ſuccedit. Idem tenet Abb. in cap. de quarta 6. col. verſi. ſed quæritur. vbi dicit, quod glo. in d. Authen. tangit. q. ſed non firmat pedem. idem dicit Ioan. And. in cap. primo. de iure patron. And. de Iſern. in conſtit. regni. in titulo de purgatio. præſcrip. circa principium. Idem tenet Abb. in cap. ad aures. extra de præſcript. Idem Bar. in d. Authen. quas actiones. vbi ponit & diſputat, an priuilegiatus vtatur priuilegio ſuo contra priuilegiatum, licet videatur de iure regulariter cõtrarium, cum ille, qui in ius ſuccedit alterius, eo iure vti debet, quo ille, cui ſuccedit, capit. is qui. de reg. iur. in 6. & ſubrogatus ſapere debet naturam, & conditionem ſubrogantis in re ſubrogata. §. fuerat inſti. de actio. & ceſſionarius plus iuris in receſſa &c. ſed Papa debet habere a die obitus Prælati ſuum priuilegium centenariæ præſcriptionis, qa ſtatim, quod moritur clericus, rector, vel Prælatus, ſpolia decedentis ſunt applicata Cameræ, vt per extrauagantes in materia editas, & maxime in extrauagan. Pauli III. vbi declarat ſpolia a die mortis ſemper ſpectaſſe, & pertinuiſſe ad Cameram Apoſtolicam, vtendo verbo ſpectaſſe, quod eſt finiti, & perfecti temporis, quod importat canonem latæ, non ferendę ſententiæ, per ea quæ latè adducimus, in q. de priuilegijs Cameræ &c. primo priuilegio. ante verò obitum Prælati, & in eius vita, ſi quis incipit præſcribere pro illo tempore, vſque ad diem mortis, non currit præſcriptio Cameræ ad rationem centenarię præſcriptionis, ſed ad rationem præſcriptionis 40. annorum cuilibet eccleſiæ currentis, vt per glo. Bald. Abb. Io. And. in dictis locis, vnde videtur concludendum quod ſpolia, ex quo ſunt de ſpectantibus ad Papam principaliter, non præſcribuntur, niſi centenaria præſcriptione Papæ, & Romanæ eccleſiæ conceſſa, quia etiam tanto tempore præſcribitur vſusfructus ciuitati relictus per glo. in ca. nemo. 16. q. 3. quæ dicit, quod hæc præſcriptio centũ annorum habebat locum olim in qualibet eccleſia, ſed hodie tantum Romanæ eccleſiæ eſt appropriata, iſtud etiam habet locum in eccleſia Nonantulana glo. in Authen. quas actiones. C. de ſac. ſan. eccleſ. & in omnibus eccleſijs, quæ ſunt de patrimonio Roma. eccleſiæ, Felyn. in c. ad audientiam. de reſcriptis.

Sed quomodo iſta præſcriptio centenaria probetur, vide per Bal. in l. fi. C. de ſac. ſan. eccl. per Abb. in c. ſi diligenti. de prę ſcrip. c. cum vobis 2. col. verſ. 2. principaliter eo. vbi ponit multos modos, primo per inſtrumenta, & viam conſtituti, & ſm Bal. qđ in p̄ſcriptione centenaria ſufficiat probatio per prę ſumptiones, qa directa probatio eſt difficilis, & per Fely. d. c. cũ nobis. p̄allegato.

Et ad reſponſionem, ſeu concordationem contrariorum deuenio, & primo non obſtat illud, quod adduxi in cõtrarium de titulo, ne rei domini, vel templo. quia tempus indefinitũ illius rubricæ, per quod videbatur excludi omnis præſcriptio, fuit per ſubſequẽtia tempora determinatum, & generalitas illius declarata, & limitata per titulos ſubſequentes, quia poſt illam rubricam factus eſt titulus de præſcriptione 30. vel 40. ann. per quem videtur excluſa, & adempta facultas vendicandi cuique rẽ prę ſcriptam, vel poteſt dici, quod illa rubrica loquatur de præſcriptione 10. & 20. anno. non de alijs præſcriptionibus 30. 40. & centum anno. quæ currunt in rebus eccleſiæ, etiam de iure ciuili. l. fin. & Authen. quas actiones. C. de ſac. ſan. eccl. quia tali rubrica non obſtante, præſcribuntur res eccleſiæ, & templorum, vt dictis iuribus, vel quod generalitas illius rubricæ, intelligatur generaliter loqui in caſibus in nigro contentis.

Nec obſtat parimodo illud, quod rerum eccleſiæ poſſeſſio, & dominium nunquam vacet, nec etiam per mortem prælati, qa illarum poſſeſſio, & dominium eſt penes Chriſtum, & eccleſiã vniuerſalem, vel particularem, vel quod parietes eccleſiæ, vel eccleſia ipſa conſecrata ſemper poſſideat, vendicet, & ius habeat, & quod ſpolia per verbum pertinere poſitum in bullis, ſpectent, tam quoad dominium, quàm quoad poſſeſſionem ad Cameram Apoſtolicam, vnde cum ſint in poſſeſſione, & dominio Cameræ, non videntur poſſe ab aliquo poſſideri, ne ſequatur abſurdum quod inſolidum duo poſſideant, & duo præſcribant, vnde nec etiam præſcribi. Quia reſpondetur, quod etiam illa, quæ ſunt in dominio, & poſſeſſione alterius, concurrentibus, & concomitantibus concomitantijs præſcribi poſſunt, & præſcribuntur, & per præſcribentem rei præſcriptæ, vel vſucaptę acquiritur dominium, & poſſeſſio, & etiam dominium, nedum vtile, ſed & directum, per tex. in l. 3. ff. de vſucapio. vbi diffiniendo vſucapionem dicit, quod vſucapio eſt acquiſitio dominii per continuationem poſſeſſionis temporis lege diffiniti. Idem videtur dicere tex. in l. traditionibus. C. de pact. id quod intelligi debet, etiam de directo dominio, per Cyn. in reg. poſſeſſor. de reg. iur. quia appellatione dominij intelligitur de directo. l. prima. & ſecunda. ff. ſi ager vectigal. uel emphiteu. & hæc in vſucapione fauore poſſidentis, in præſcriptione verò 10. & 20. anno. acquiritur vtile dominium poſſidenti bona fide, propter bonam fidẽ, quam habet, in præſcriptione verò longiſſimi temporis 30. vel 40. ann. quãdo cum bona fide, vel contra eccleſiam, vel contra priuatum, ſine titulo, quod vtile dominium acquiritur, ſicut in præſcriptione longi temporis, & etiam directum per glo. in l. ſi quis emptionis. C. de præſcriptio. 30. ann. per Ioan. And. in regu. poſſeſſor. ver. quartum præponebatur, vbi concludit, qđ quoad modum vtendi, præſcribens acquirit omne dominium, quia poteſt illa re vti vt vult, & ſicut poteſt quilibet dominus diſponere de re ſua, & per Innoc. in cap. cæterum. de iudic. extra quod per præſcriptionem acquiritur directum, & vtile dominium. Idem dicit glo. in Auth. niſi. C. de bon. mater. per Archid. in c. j. de præſcrip. lib. 6. per Abb. in cap. ad aures. ver. item facit vbi dicit, quod ille tex. Facit pro eo, quod per præſcriptionem de iure canonico acquiritur dominiũ vtile & directum, &c. & per eundem in rubrica extra de præſcrip.

Et per præſcriptionem perditur, & acquiritur reſpectiuè poſſeſſio rerum, quia licet contra ciuiliter poſſidentem non curat præſcriptio. l. malè agi. C. de præſcrip. 30. anno. tamen, ſi ſcio poſſeſſionem meam naturalem vacãtem, ab alio eſſe occupatam, perdita eſt naturalis poſſeſſio, & ſi negligo per modicum tẽpus illam recuperare, perdo etiam ciuilem, quia videor ſuſpicari me poſſe repelli. l. clam poſſidere. in fin. cum l. ſeq. ff. de acquir. poſſ. vbi ſi volo ad fundum reuerti, quia vim maiorem timeo, amitto ciuilem poſſeſſionem, non ex facto illius poſſidentis, ſed ex voluntate mea, fac. l. 3. §. ſi quis nunciat. eo. tit. vbi ſi ego audiens domum meam a latronibus occupatam timore cõterritus nolui accedere, amitto ciuilem, etiam ſi timor eſſet falſus, vt ibi in glo. per Bar. & Ang. in l. ſi de eo. §. j. eo. tit.

Item perditur ciuilis poſſeſſio, quando ignoro rem meam ab alio occupatam, & negligo tanta negligentia, quod res quaſi perijt. per Barto. dic. l. ſi de eo. §. j. de acquir. poſſeſſione. Itẽ quando ignoro rem meam ab alio occupatam, nec perijt, tunc perditur ciuilis tanto tempore, quo præſumor de ea oblitus, ut per Barto. d. loco. per Abb. in cap. vigilanti. ubi Felyn. enumerat caſus, quibus perditur ciuilis poſſeſſio, extra de præſcriptio quia. dicit Dynus in reg. poſſeſſor. circa finem, quod licet tempus nõ ſit modus perdendę poſſeſſionis, & contra ciuiliter poſſidẽtem præſcribi non poſſit, tamen iure cauetur, quod tempus eſt modus inducendi obliuionem, & obliuio eſt modus inducendi diſpoſitionem animi, & diſpoſitio animi eſt modus perdendi poſſeſſionem, vt legitur & not. in l furtum. §. fundi. C. de vſucapio. ſubdens idem Dynus, & propterea dico, quod ſi ciuiliter poſſidens neglexerit naturalem poſſeſſionem per decem annos, vel vltra, quod illa negligentia circa poſſeſſionem naturalem, priuat eũdem poſſeſſionem ciuili, ſicut alias cauetur in iure, quod negligentia commiſſa in adipiſcenda, vel recuperanda poſſeſſione naturali, inducit amiſſionem ciuilis. l. ſi ideo. §. ſi forte. ff. de acquir. poſſeſſ. & alias, vt ibi per eum, vnde per hęc non videntur obſtare argumenta in contrarium adducta, quia ad illa, vt vides reſpondetur.

Nec obſtat parimodo illud, qđ ex quo ſpolia, vt res eccleſiæ ſunt prohibitæ alienari, quod non poſſunt etiam prę ſcribi, uel vſucapi, quia quod prohibetur alienari, & præſcribi, & uſucapi prohibetur, quia non eſt verum, quod res eccleſię prohibeãtur alienari indiſtinctè, ſed bene non ſeruata ſolemnitate, & ſine cauſa, per Abb. in c. cum non liceat. de prę ſcrip. colum. 3. verſi. & circa prę ſcriptionem &c. & quod dicit gloſ. in l. ut lex. ff. de vſucap. quod non poteſt alienari, non poteſt vſucapi, vel præſcribi, intelligitur verum in terminis, quibus loquitur, quia ſi res minorum, durante minoritate, non poſſunt alienari, nec etiam poſſunt prę ſcribi, quia prę ſcriptio venit appellatione, & vocabulo alienationis. &c. vnde contrarium non obſtat.

Ad illud etiam, quod adducebamus pro contrario, quod detentores, & occupatores rerum ſedis, vel Cameræ Apoſtolicæ ſunt excommunicati bulla in cœna domini, & aliis iuribus, reſpondetur, quia bulla cum iuribus loquitur in ſcienter occupante, & ſcienter detinente res Cameræ, & talem etiam dicimus ſupra, quod attenta eius mala fide non præſcribit.

Nec minus facit, contra quod ſemel dicata Deo non poſſunt ad prophanos vſus remeare, ergo nõ poſſunt prę ſcribi. quia res eccleſię, & etiam ſpiritualia de iure canonico, & ciuili prę ſcribuntur totis titulis. de prę ſcriptio, & regula quod ſemel debet intelligi in illis, quę omnino ſunt ꝓhibita, vel prę terquam per viam a iure permiſſam, & conceſſam.

Nec facit ꝯ illud, qđ vltimo adducimus, quod Camera Apoſtolica, cum non habeat notitiam de morte clericorũ. q in qualibet parte mundi decedũt, ęquiparatur ignorãti, & abſenti, cui ſi retinet ciuilẽ poſſeſſionẽ, non currit p̄ſcriptio, & ęquiparatur parimodo non valenti agere, q p̄ſcriptione rẽ non amittit, quia rñdetur per Dyn. in reg. poſſeſſor. in fi. quod quandiu abſens retinet poſſeſſionem ciuilem, nunquam inchoatur p̄ſcriptio ꝯ illum duplici ratione; primo quia contra poſſidentem ciuiliter non prę ſcribitur. l. 2. C. de prę ſcriptio. ſecundo quia, qui poſſidet ciuiliter prę ſcribit, ergo alius non prę ſcribit eodẽ tempore, ne plures in ſimul inſolidum quęrerent, ſed ſi ſcio poſſeſſionẽ meã naturalem vacantem, ab alio eſſe occupatam, ſi eam negligo

per

Source : BIU Cujas

per modicum tempus recuperare, perdita eſt naturalis, & perditur ciuilis,quia videor ſuſpicari poſſe me repelli.l.clam poſſidere.in fine cum l.ſeq.ff.de acquir.poſſeſſ. & alias, vt dixi paulo ante.per quod eſt etiam reſponſum ad regulam non valēti agere,pro qua vide Abb.in c.ex tranſmiſſa.de præſcrip.vbi illam regulam diſputat,declarat, limitat, & ampliat, multis modis.

Item poteſt reſponderi etiam alio modo,quia videtur, quod ignorantia, vel abſentia Cameræ Apoſtolicæ,non ſit modo aliquo in ſpoliis conſiderabilis, etiam in quacunque mundi parte decedant clerici,quia eccleſia Romana,ad quam ſpectāt ſpolia, vel Camera Apoſtolica,habet ſuum fiſcum,per Felyn.in cap.ad audientiam.de præſcrip.& per tex.in clem.ſecūda.§ j. de hæret. vbi Cardin.not.& fiſcus regulariter vbique eſſe præſumitur, &
66 ſemper,& vbique præſens gl.not.in l.prima.C.de quadrien.præſcrip.vnde non poteſt dici abſens,meritò non obſtat obiectum. Has exceptiones,puto poſſe opponi & admitti in cauſis ſpoliorum per reos conuentos, contra actionem aduerſus eos intentatam. Itē puto poſſe opponi omnes alias exceptiones, vel ſint dilatoriæ, vel ſint peremptoriæ, aut cuiuſuis generis ad differendum, impediendum proceſſum, litis conteſtationem, ſententiam executionem,limitandum, moderandum,ſeu quouiſmodo impugnandum, & maximè, quæ non cauillosè, calumniosè, malitiosè, & fruſtatoriè opponantur, prout diximus ſupra in principio quæſtionis, ſi non reperiantur expreſſe prohibitæ. Et ex his pro nunc fit abſolutum, quod volumus dicere in præſenti quæſtione ad laudem omnipotentis Dei, & eius glorioſiſſimæ Virginis Matris.

SVMMARIVM.

1 *Duobus modis Camera facit ſpolia.*
2 *Acquiſita tempore epiſcopatus, vel beneficij præſumuntur eccleſiæ.*
3 *Prælatus tenetur acquirere eccleſiæ.*
4 *Acquiſita poſt beneficium adeptum, eccleſiæ acquiſita præſumuntur.*
5 *In dubio prælatus præſumitur acquirere eccleſiæ.*
6 *Immobilia acquiſita per clericum, præſumuntur eccleſiæ acquiſita. Nec prodeſt alteri poſſeſſio.*
7 *Quilibet ordinari debet ad beneficium.*
8 *Eſt bona ſimilitudo de vxore ad eccleſiam.*
9 *Negociator clericus, vt peſtis vitandus.*
10 *Spoliorum, & rerum acquiſitarum de eccleſia, poſſeſſio eſt penes eccleſiam.*
11 *Prælatus habet interdictum vnde vi ad bona eccleſiæ occupata.*
12 *Prębendarius poſſidet bona nomine eccleſię.*
13 *Hęredes habent probare, ſi eccleſia ſit in poſſeſſione. Et econtra.*
14 *Clerici ſimplices,non præſumuntur acquirere niſi intuitu perſonę.*
15 *Clerici in minoribus,poſſunt exercere quælibet negocia licita.*
16 *Præſumere negocium in clerico eſt præſumere delictum in eo.*
17 *Etiam clericus in minoribus prohibetur hodie negociari.*
18 *Sacerdos factus præſumitur beneficiatus.*
19 *Quodlibet beneficium præſumitur habere redditum pro victu duorum.*
20 *Aliquando quis ordinatur ad titulum patrimonij.*
21 *Acquiſita ob ſeruitia ſunt clerici propria.*
22 *Diſtinctio Doctorum pro præſumptionibus faciendis circa ſpolia.*
23 *Induſtria equiparatur patrimonio clerici.*
24 *Adminiſtrator perpetuus præſumitur acquiſiſſe ex adminiſtratione.*
25 *Spolia capiuntur a Camera legitime,& per actus ſolemnes.*
26 *An Camera ſcienter occupans bona hęredis, incidat in conſtitutio. l. ſi quis in tantam.*
27 *Prælatus non pręiudicat eccleſiæ,ſi poſſeſſionem rei eccleſiæ legat alteri,vel dimittat.*
28 *Non eſt præſumędum hæredem velle alio modo poſſidere,quam vt defunctus.*
29 *Cautela pro hęrede ſeſe immiſcente in bonis clerici defuncti.*
30 *Illicitè per clericum acquiſitis, non eſt pręſumptio pro Camera.*
31 *Acquiſita per clericum,nunquam præſumuntur ex negociatione.*
32 *Negocia ſunt prohibita tantum beneficiatis.*
33 *Probet Camera, ſi prætendat acquiſita eſſe ex negociatione.*

De probationibus & ſeu pręſumptionibus pro capienda poſſeſſione ſpoliorum faciendis.

QVAESTIO XV.

MORTVO clerico,vel prælato, hæredes omnia bona illius,vti propria ſimpliciter,& temere nulla habita diſtinctione occupant, illorumq; poſſeſſionem indiſtinctè in damnū eccleſiæ, & hodie Cameræ Apoſtolicæ, quæ illius loco ſuccedit inuadunt,& in illa ſe confouent, allegantes vel defuncti omnia bona, ſibi fuiſſe in teſtamento a defuncto relicta,vel illa clerico ex patrimonio, vel alio modo obueniſſe, vt in illis ſucceſſionem ab inteſtato etiam de iure habeāt, ita & taliter,quod ſi eccleſia, vel Camera Apoſtolica contrarium prętendat,illorum ob temerariam occupationem,inuaſionem,ſeu detentionem neceſſe habeat probare de ſuis iuribus, cōtra iuris debitum. Et quia in tali cauſa ſæpę ſuboriuntur dubia, Cameræne, an verò hæredibus incumbat probatio, tam in petitorio, q̄ in poſſeſſorio, merito mihi viſum fuit, non eſſe extra propoſitum hanc de præſumptionibus, & probationibus faciendis in cauſis ſpoliorum quæſtionem ponere, vt conſtito pro qua parte ſit præſumptio,& Cameræ,ne an verò hæredi onus probandi incumbat, & vter bona clerici, vel illorum poſſeſſionē illo defuncto, licite capere,vel apprehendere poſſint, abſtinere hēant hæredes ab occupando, uel vſurpando res, quæ ad eos non ſpectant, & bona clerici defuncti detentando, ad onus ſuperfluæ probationis Cameram reuerendam indebitè non aſtringant.

Et cum duobus modis hodie Camera faciat ſpolia,per viam
1 videlicet acquiſitorum de beneficiis eccleſiaſticis,& per viā negociationum,& alias illicitè acquiſitorum,prout diximus in prima quæſtione prędentis materiæ,primo loco attingendo relicta per clericos,acquiſita de eccleſijs,& bonis beneficiorum. Videtur, quod quomodocunque relicta, vel remanſa poſt mortem clerici, acquiſita per eum, ſint, & eſſe intelligantur eccleſiæ, & eccleſiæ, vel Cameræ acquiſita.per text.qui dicit ad litteram in cap.primo.12.q.3.vbi habetur, quod epiſcopi,presbyteri,Diaconi, vel quicunque clerici quæcunque comparauerint, vel acqſierint poſt adeptum ordinem,vel tempore ſui epiſcopatus,præsbyteratus, vel clericatus, debent eccleſiæ conferre,alioquin tenentur crimine, tanquam inuaſores rerum dominicarum.

Et in cap.quicunque ſeq.q.habetur, quod clericus, vel ſacer-
3 dos tenetur acquirere ſuæ eccleſiæ,quia ſi prælatus negligit acqrere eccleſiæ, & maluit ſibi quam eccleſiæ, imputatur ei, & dē hoc tenetur ad inſtar tutoris, quia non debet præponere vtilitatem ſuam vtilitati eccleſiæ, vt per tex.& glo.ibidem.

Idem videtur dicere Abb.in cap. presbyter.de pecul.cler.in finalibus verbis,& in cap.ſacerdotes.ead. 12. quæſt. quarta, habetur.quod ſi clericus aliquid emit de pecuniis ſuis,& eccleſiæ, q̄d de eo debet conficere inſtrumentum, vt ſciat, quantum de ſuo impedit, & quātum de rebus eccleſiæ,quia aliter pręſumitur de rebus eccleſię, & pro eccleſia, ut ibi. facit quod habetur in text. cap.pontifices. 12.quæſt.tertia,vbi datum Pontifici, datum eccleſiæ cenſetur, vnde illud Pontifices computabunt inter res, & bona eccleſiæ facit.text.in cap.presbyter. d.quæſt. quarta, vbi presbyter, qui dioceſim tenet, de omnibus quæ comparat ad eccleſiæ nomen ſcripturam facere debet, alias remouetur, ab eccleſiæ adminiſtratione.eſt bonus tex.in cap.j. de pecul. cler. ubi acquiſita per presbyterum poſt presbyteratus ordinem adeptū, iuris eccleſiæ cenſentur.

Et acquiſita per clericum poſt clericatum,de quibus ex ſui natura,& qualitate in uita poterat diſponere,& ordinare, ſi decedat non diſpoſito,uel ordinato de illis,vadunt illa ad eccleſiam, cui prędfuit,uel vbi fuit clericus,aut miniſter.text.eſt ī c.quicū q;. 12.q.3.facit quod habetur in Auth.de eccleſiaſt. tit. §. interdicimus. ubi interdicitur epiſcopis,& perſonis eccleſiaſticis ſimpliciter diſponere in cognatos, uel alio modo, de bonis poſt epiſcopatum, uel ordinem adeptum, quouiſmodo acquiſitis,quia ſunt & intelligūtur eſſe eccleſiæ, & eccleſiæ per eum acquiſita.

Hoc idem dicit Ioan. And. per dicta iura in cap. cum in officijs. de teſtam.ibi de his, quæ acquiſiuit poſt clericatum, præſu-
4 mit quod intuitu eccleſiæ, & de redditibus eccleſię acquiſierit, hoc autem licet præſumatur in ſingulis clericis,vt in prælegatis iuribus,in.prælatis tamen,maxime prędfumitur, ſubdēs quod in tantum ualet iſta prędfumptio,& in tantum eſt ſtandum huic prędfumptioni,quod per eam ſententia fertur pro eccleſia, niſi exaduerſo probetur,vel prędfumatur de cōtrario, ut in prędalleg. §.interdicimus.prędalleg.authentico.Idem dicit Innoc. & Hoſt. per eadem uerba d.cap.cum in officijs,quos ſequitur Card. Zabarella ibidem,idem videtur dicere Bal.in l.cum ipſe. C. de ℈h. emp.& vend.ibi tertio caſu ſcilicet quando dubitatur, quod in dubio vī emiſſe nomine eccleſię.& eſt ratio, quia tenetur acqrere eccleſiæ,& ideo præſumitur pro eccleſia,qñ dubitatur vtrū clericus,uel prælatus,quo nomine emerit, eccleſię ne, an verò ſuo proprio,quia prędfumitur feciſſe illud,quod facere debuit,&
5 illud,ad quod tenebatur. Idem Bal.in Auth. licentiam.C.de epiſcopis & cler.ibi ſecunda ratio eſt, quia ex quo prędlatus reperīt in poſſeſſione, præſumitur poſſidere nomine eccleſię, quia ad officium ſuum pertinet acquirere eccleſię &c.

Quia prędlatus in dubio videtur emiſſe, & cōparaſſe rem nomine eccleſię, merito ī caſu iſto pro eccleſia,& Camera eſt prędfumendum,quia dicit Hoſt.d.c.cum in officijs.quod ex quo clericus debet inire contractum nomine eccleſiæ. 12. q. 4. epiſcopus.& c.presbyter.de pecul.cler.in dubio debeo magis prędfumere,quod contractum inierit nomine eccleſię, quod eſt ſecundū ius,quàm nomine ſuo,quod eſt contra ius.

Idem videtut dicere Hoſtien.in cap.j.§. hortamur. de teſtam. vbi dicit, quod in acquiſitis per clericum eſt prędfumptio pro ec
6 cleſia, ſaltem quoad bona immobilia, ibi & ſic patet qd̄ quoad bona immobilia,eſt prędfumptio pro eccleſia, nec prodeſt alteri poſſeſſio, niſi aliud probet.

Facit, quia nemo ordinari debet, niſi habeat beneficiū, alio-

Source : BIU Cujas

7 quin videtur quod epiſcopus ei teneatur ſupplere de victu. cap. non liceat extra de præben. & dignita. facit quia ſponſa & vxor quicquid acquirit matrimonio conſtante, matrimonio acquirit, & de illius bonis acquirere præſumitur. l. etiam. C. de donat. inter vir. & vxor. & ff. eo. quintus. Abb. in cap. j. de pecul. cler. per Hoſtien. Io. And. & Inno. & alios d. c. cum in officijs. de teſtam.
8 quia bene infertur de vxore ad eccleſiã, & eſt bona ſimilitudo, prout dicit Bal. in l. cum ipſe. C. de contrah. emptio. quia inquit prælatus, dicitur ſponſus, & eccleſia dicitur ſponſa. l. vxor marito. ff. de donat. inter virum & vxorem.

Idem dicit Hoſtien. in cap. primo. §. quicquid. de teſta. vbi reddendo rationem talis præſumptionis, ideo eſt, quod ſponſa, & vxor præſumitur acquirere de rebus mariti, & marito, quia vix de aliis mercimonijs ſe intromittunt mulieres, quam de rebus mariti, & ſi hoc faciunt, faciunt de rebus mariti, vnde bene eſt, quod ſit præſumptio pro marito, & hac etiam ratione præſumitur pro ſponſa ſpirituali, ideſt eccleſia, vt videlicet clericus, vel prælatus præſumatur de rebus eccleſiæ acquirere, Quia videlicet omnia mercimonia ſunt illicita ſponſis ſpiritualibus, & ſi exerceant ipſa, turpis eſt quæſtus, quia negociator clericus, eſt
9 vt peſtis vitandus. 85. diſtinc. negociatorem. ſed ſi talis negociator hoc conſueuit facere de rebus eccleſiæ, ergo bene eſt, vt eadem ratione pro ſponſa ſpirituali contra ſponſum ſpiritualem præſumatur, quamuis in multis differat, vt per Docto. ibidem. vnde per hæc videtur, quod præſumptio eſt pro eccleſia, & in tantum valet iſta præſumptio, quod pro eccleſia ſententia eſt ferenda, niſi aliud ex aduerſo probatur, vel præſumatur, vt ſupra fuit dictũ. Immo Santiſſ. d. n. Pius Papa IIII. per ſuam, quam edidit conſtitutionem ſub Datum Romæ anno 1560. die 26. Maij qua ordinat, quod de rebus eccleſiaſticis, vel occaſione eccleſiæ acquiſitis non poſſit fieri donatio, vel diſpoſitio, vult, quod rerum donatarum huiuſmodi, contra dictam conſtitutionem relictarum capi poſſit poſſeſſio per Cameram, ſine vitio ſpolij.

Et ſpoliorum, ac rerum per clericum relictarum, acquiſitarum de eccleſia, poſſeſſio ſemper eſt penes eccleſiam, & penes
10 Chriſtum per Innoc. cap cum ſupra. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. vbi dicit, quod quantumcunque moriatur prælatus, & omnes clerici, tamẽ proprietas, & poſſeſſio remanet penes Chriſtum, & eccleſiam, quæ nunquam moritur, & non eſt vnquam nulla, per Archid. cap. hoc conſultiſſimo. de reb. eccleſ. in 6. in ver. ipſarum. ad hoc 16. quæſt. tertia, inter mem. leg. & not. 12. queſt. ſecunda, expedit. & c. cauſa. de verbo. ſignif. late Rui. conſi. 156. incip. primo videndum. volum. quarto. Et ſi ſpolietur eccleſia aliquibus bonis, antequam illius poſſeſſio apprehendatur, prę-
11 latus ſucceſſor habet interdictum vnde vi, vt per Barto. in l. prim. §. municipes. de acquir. poſſeſſio. vbi Paul. de Caſt. quod licet rector eccleſiæ mortuus ſit, poſſeſſio tamen non perditur, ſed remanet apud eccleſiam. i. apud Deum, & Apoſtilla ibidem ad eundem Paulum, quod prælatus confirmatus, qui nondum eſt adeptus poſſeſſionem ſuæ dignitatis poteſt agere interdicto vnde vi. Quia licet vacet dignitas, nõ vacat poſſeſſio bonorum eccleſiæ, & eccleſia eſt in anima viuentis, per Barto. in l. ſicut. §. fin. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine.

Merito videtur ſemper præſumendum pro eccleſia, & agentes Cameræ poſſunt capere poſſeſſionem relictorum per clericum, quia non non videntur alienam poſſeſſionem capere, ſed ſuam continuare, quia clericus etiam viuens illa poſſidet, nomine eccleſiæ, non ſuo, vt per Innocen. in capit. in præſentia. extra de probatio. vbi dicit, quod licet ius præbendæ vacet, non tamen vacant res, & iura pertinentia ad præbendam, immo e-
12 etiam poſſidentur ab eccleſia, etiam dum viuit præbendarius, quia poſſidet illa nomine eccleſiæ not. in cap. ex litteris. de probatio. text. ad literam in cap. ſine exceptione. 12. quæſt. ſecunda, vbi habet, quod clericus vtitur rebus eccleſiæ, non vti proprijs, ſed vti ſibi cõmendatis: ergo in iſtis taliter per clericum, acquiſitis, probabit hæres, ſi de contrario prætendet, vnde ſeſe non intromittet poſſeſſionem, vel proprietatem præoccupando, vel inuadendo, ſtante præſumptione, quouſque de meliori iure ſuo contra Cameram non docuerit, quia dicit Hoſtien. in capit. vnico. vt eccleſia beneficia. & c. quem refert ibi Io de Imol. quod quando eccleſia petit bona, quæ clericus tempore mortis poſſidebat, videtur quod hæres conuentus habet probare quod non ſunt bona eccleſiæ, & c.

Sed videtur, quod non præſumatur, neque pro eccleſia, neq; pro hærede in bonis per clericum, vel prælatum acquiſitis, & poſt mortem relictis, ſed pro eo qui eſt, vel reperitur in poſſeſſione bonorum, vel ſit hæres, vel eccleſia, vnde non poſſidenti, vel extra poſſeſſionem exiſtenti incumbit probatio, eſt bo-
13 na glo. in cap. quicunque. 12. quæſt. tertia, vbi habetur, quod ſi eccleſia ſit in poſſeſſione, hæredes habent probare. ſed ſi hæredes eſſent in poſſeſſione, oporteret eccleſiam probare de iure ſuo, ead. cau. quæſt. quinta, cap. primo. in fin. & eadem cauſa queſtione prima, ſint manifeſti. ibi, Vel dic, quod ſi poſt mortẽ epiſcopi eccleſia inuenitur eſſe in poſſeſſione rerum per clericum relictarum, hæredibus incumbit onus probandi, ſed ſi hæredes ſunt in poſſeſſione, tunc eccleſia probabit 12. q. 5. in fin.

Idem ſentit glo. in cap. primo. 12. quæſt. quinta, in glo. fin ibi ideo epiſcopo incumbit onus probationis, quia illa erat in poſſeſſione, & ibi in margine allegatur Bald. in Auth. ex teſtamento. ſeptima colum. 11. verſi. C. de collat. & quod notat Barto. in l. ſi inter. ff. de rebus dub. Ioan. And. in addit. ad Specul. tit. de act. §. primo. verſ. ſed quid ſi dubitatur. moderni legiſtæ. in l. cum fundus. §. ſeruum. in fin. ff. ſi cer. pet.

Sed pro intelligentia materiæ, & pro concordatione contrariorum iſtorum, ego puto dicendum, quod aut defunctus fuit clericus ſimplex, nullum officium habens, vel beneficium, aut fuit beneficiatus præſumptiuè, veluti ſi in ſacris, aut ad ſacerdotalem ordinem promotus: aut beneficiatus apparenter, veluti prælatus, & primo caſu videtur, quod in bonis relictis, ſit præſumendum, & ſit præſumptio facienda pro hęredibus, quia iſte cũ non fuerit prælatus, ſed clericus ſimpliciter, creditur acquirere intuitu perſonæ, non eccleſiæ, quando ad hoc quærendum, ſcilicet nomine eccleſiæ nullum habuit officium, ideo ſuo nomine quærere videtur, ſi aliunde habet bona, quã de eccleſia, vnde eius hęres legitimus, licite poſt eius mortem, bona relicta occupabit, dicunt Ioan. And. Innocen. & Hoſtien. d. cap. cum in officijs. de teſtam. ſecundum aliquorum opinionem, quàm omnes atteſtantur eſſe non malam, & eam ſequuntur, clerici enim inquiunt, ſimplices, qui nullum in eccleſia habent certum officium, ſiue dignitatem non præſumuntur acquirere intuitu ec-
14 cleſiæ, ſed perſonæ, vnde & hęres ſuus legitimus ſuccedit eis ab inteſtato, argumen. cap. requiſiſti. §. fin. de teſtam. ex quia clerici
15 in minoribus conſtituti non beneficiati, minime prohibentur exercere quælibet negocia ſecularia, alias licita, ut per Abba. in cap primo, ne cler. vel mona. vnde ob hoc poſſet dici, quod pro tali clerico eſſet pręſumendum, quod potuiſſet acquirere ex negociationibus, & ex negociando, ſi negociari poteſt. quod videtur contra regulam, quàm facit Abb. in cap. j. de pecul. cler. & cap. cum eſſes. de teſta. 11. colum. nume. 26. vbi dicit, quod clericis eſt indiſtinctè prohibitum negociari, & præſumere quod clericus acquiſierit ex negociationibus, eſt pſumere in eo crimen,
16 & delictum, ſed intellige pro concordatione de alio clerico, q̃ de ſimplici, puta de in ſacris conſtituto, de miniſtro altaris. & de beneficiato, ut per eundem Abb. ibidem.

Et poteſt clericus in minoribus impunè redire ad ſeculum, & laicare, quia apoſtaſia in eo non conſideratur, quia impunè poteſt ſeculariter viuere, & renunciare in totum ordini clerica-
17 li, & ſi non verbo, ſaltem facto, exercendo actum omnino contrarium, vt docetur per Abb. in cap. tuæ. de apoſta. ex. Sed negociari, & negocia ſecularia exercere, prohibetur clericus toto tit. ne cler. vel monac. & etiam tacito modo conſtitutione Pij quarti. de qua diximus ad lõgum in queſtione, quę negocia ſint prę-miſſa, aut interdicta clericis. vbi inferitur copia dictę conſtitutionis. Sed de pręſumptione in clericos, quoad negociationes, dicemus infra in pręſenti queſtione.

Si verò ſit beneficiatus pręſumptiuè, puta, quia defunctus fuerit in ſacris ordinibus, vel ad ſacerdotium promotus, videtur q̃ circa acquiſita relicta per eum, ſit pręſumendum pro eccleſia, & Camera, & quod ſi hęredes aliquid prętendant ipſi de eorum iuribus probare habeant, vnde nec bona occupare, nec in illis ſe intromittere debent, quia talis defunctus, ex quo fuit ad ſacros ordines promotus, vel ſacerdos factus, fuit pręſumptiuè be-
18 neficiatus, & illum habuiſſe beneficia pręſumitur, quia ad tales ordines regulariter, & de iure ordinario promoueri non debet nec poteſt ſine titulo beneficij, de quo neceſſaria vitę percipiat, per text. ad literam in d. cap. epiſcopus. idem dicit tex. in ca. cum ſecundum apoſtolum. §. licet autem, cap. de monac. cap. ſuis quę-
19 ſtionibus. extra. de pręben. cap. accipimus. de ętat. & qualitat. & beneficiũ pręſumitur habere redditum ſaltim pro vita duorũ. capit. ut quiſquis. de vit. & honeſt. cler. Card. in conſi. decimo, & Card. in cap. fin. colum. ſecunda, de pręſumpt. Felyn. in c. conſtitutus. colum. prima, verſi. & ſubdit. Hier. Gig. in tracta. de penſio. quæſt. 9. in fin. Sed quia non ſemper intitulatur ad beneficiũ eccleſiaſticum d. cap. accepimus. cum ſimilibus, quia etiam aliquando promouetur ad ordines ſacros ſine titulo beneficii, puta quando ordinatus habet in bonis ſuis patrimonialibus ſubſidium vitæ. vt per tex. in cap epiſcopus. de pręben. ubi notat glo. in verb. ſubſidium, quod poteſt ordinari ad titulum patrimonij. Et quia etiam ſi non habet ex patrimonio, vnde viuat, debẽt ei, de ſuo neceſſaria victui ſubminiſtrari per epiſcopũ, vel per eũ, qui ordinauit eum, quouſque ei in aliqua eccleſia conuenientia ſtipendia militię clericalis aſſignet, ea. non licet, & d. cap. epiſcopus. de pręben. & d. cap. cum ſecundum apoſtolum. §. licet. vbi glo. in ver. donec. d. capit. accepimus. de ętat. & qualitat. & melior glo. in cap tuis queſtionibus. eo. in verb. patrimonialibus, vbi dicit, quod ſi patrimonium, ad cuius titulũ fuit clericus promotus periret cauſimate, vel alluuione, quod epiſcopus ei tenetur prouidere de beneficio eccleſiaſtico, qa cũ iſte ad ſeculũ redire non poſſit, redundare in opprobrium ordinis clericalis. arg 93. diſt. Diaconis. & c. Ioannes. de cler. coniugat. habẽ in gl.

in

in cap.ſi quis ex.de ſimonia.in verb.per triennium.Iſtis attentis, nō videtur quod prę ſumptio circa bona relicta per taliter promotum ſit talis, quod non poſſit admitti probatio in contrarium, & quod hæredes ſi iſta probare intendant, non debeant audiri,& illorum probationes admitti.immo ſtante,quod non
20 ſemper ad titulū beneficij,ſed etiam¦† quotidie fit promotio ad titulum patrimonij,non videtur præſumendum pro eccleſia,& Camera, cum non probat hoc eſſe,quod ab hoc contingit abeſſe.l.quod attinet.C.de probatio. Et maxime, quia etiam ratione clericalis dignitatis, potuit talis ſacerdos multa ſibi acquirere, puta, vt cum pro miſſis dicendis fuerint ſibi legata centum, vel ducenta contemplatione ſui ipſius, non autem eccleſiæ, iuxta diſtinctionem quam facit Abb.in hoc articulo in ca.cum in offic.de teſt.vel cum fuerit capellanus alicuius principis, qui & ex hoc multa acquiſiſſet,vt per eundem Abb.in cap. cum eſſes. in repet.de teſta.colum.11.§.ſed contra.verſi.quid autem in acquiſitis,quia de taliter acquiſitis,quia ſunt ſibi data in recompenſationem laboris, & ſui ſeruitij,& ſunt ſibi ꝓprie acquiſita, ꝓteſt pro libito in vita,& teſtamento diſponere,& in illis etiam ab in
21 teſtato decedente, ſuos hæredes ſuccedere.vt per Abb. d. locis, facit deciſio Rotæ in antiquis 263.incip.nota,quod qui rubricatur clericus qualiter probetur &c. Vbi ſecundum Ioan.And.in cap.licet.de ſent.excom.lib.6.habetur,quod licet poſſeſſio clericatus,ſine alia probatione tituli,inducat præſumptionem,tamē in beneficialibus præſumptio nō eſt ſufficiens ad adiudicandū beneficium, niſi verus titulus probaretur,ſuper quo cogita pro hoc membro diſtinctionis.

Sed ſi fuit beneficiatus apparenter, puta epiſcopus,vel prælatus,Abb.in cap.vt vnus.de pecul. cler. vbi ponit & diſputat, an bona, quæ emit beneficiatus nomine proprio,intelligantur acquiſita hæredibus, an vero eccleſiæ,& in cap. cum eſſes. in repe. de teſtam.colum.10.verſi.vnde, complectendo omnia &c. bonis rationibus reprobatā diſtinctionē, quam in hoc caſu faciūt Ioan.And.& Hoſtien.ipſe ſic diſtinguit: quod aut conſtat prælatum habuiſſe patrimonium: aut non conſtat, aut dubitatur, & ſi dubitatur ſubdiſtinguit,quod aut dubitatur an habuerit vnde potuerit acquirere illa bona, de quibus eſt lis, & contentio, aut non habuit illa bona de quibus eſt contentio, tempore ſuæ pro
22 motionis ad prælaturam, vel beneficium.

Et quoad primum membrum diſtinctionis prę ſentis,ſcilicet quando certum eſt, quod habuit patrimonium tempore promotionis ad prælaturam, & tunc poteſt conſtare,ex quibus redditibus illa bona acquiſierit, de quibus eſt contentio, aut nō poteſt, vel dubitatur.

Et primo caſu, ſi poteſt, bona erunt illius, ex quibus redditibus erunt acquiſita.12.q.3.ca.quicunque.c.inquirendum. extra de pecul.cler.c.ſint manifeſte.12. q.j. ſi non poteſt, quia dubitatur,ex eo quia ſacerdos,aut prælatus fuit permixtim, & promiſcuè vſus patrimonio,& rebus eccleſiæ, quod facere nō debuit, quia debuit res ſuas tenere ſegregatas a rebus eccleſiæ, & de eis ſingulariter inuentariumfacere. ca. ſint manifeſtæ.debet primo deduci,quantum veriſimiliter prælatus potuit expendere,in victu ſuo, & ſuorum,& pro eccleſia,deinde præſumptio eſt,quod illa bona ſint acquiſita,tam ex redditibus propriis,quàm ex redditibus eccleſiæ:& ideo cum debeant in rei veritate inter hæredem, & eccleſiam ęqualiter diuidi,ita etiam pari modo ꝓ vtroque erit in caſu iſto præſumendum. Vnde vterque poterit ſine aliquo periculo occupare,cum tam pro Camera, quàm pro hęrede,tunc p̄ſumatur,& hæc poſſunt intelligi habere locum, qñ facultas patrimonij,& beneficij bonorū illam acquiſitionē patiebatur ęqualiter,iuxta no.Inn.in c.cū in officijs.de teſt. & facit quod in ſimili no.gl.in l.cum oportet.C.de bon.quæ lib.

Et dico ęqualiter,quia vnum in hoc nō debet prævalere alteri,ad hoc,vt ſit ęqualis præſumptio,quia ſi patrimonium ſit ſufficiens ad acquirendū,illa bona in totum, uel in partē, eccleſia verò non,nec in totum,vel in partem,tunc eſt præſumptio pro hærede,& eccleſia vel Camera habet tunc probare, quia ceſſat præſumptio c.j.de pecul.cler. & c.j.12.q.4.

Vel eſt contrarium,quia eccleſia erat opulenta, & ſufficiens ad acquirendum,patrimonium verò,vel induſtria perſonæ erat tenue,& tunc eſt præſumendum pro eccleſia, & habet locū præſumptio.ca.j.prælegato.quia tunc,ſi prætendat aliquid hæres, probare habet, quia omnis præſumptio eſt pro eccleſia, & Camera: facienda,ſi verò vterque erat ſufficiens, puta eccleſia, & patrimonium, & induſtria perſonæ, quæ hoc caſu ęquiparatur
23 patrimonio, & eſt ut patrimonium, & ſuccedit in locum patrimonij,& tunc ſecundum plus & minus erit facienda diuiſionis ponderationis,& præſumptionis conſideratio,& diuiſio,& præſumptio fiet ſecundum qualitatem vtriuſque . ſecundum qualitatem patrimonij, vel induſtriæ, & rerum eccleſiæ,& patrimonij,& induſtriæ,& rerum eccleſiæ,ſi omnia iſta inſimul concurrerint,& ponit exemplum Abb.eccleſia habebat in redditibus trecentum, patrimonium ducentum, poteſt addi ex induſtria ducentum lucrabatur,prælatus,detrahatur de redditibus tantū, quātum potuit expendere pro ſuo victui, & ſuorum defunctus. Sed non facias expenſas,nimis delicatas, quia de redditibus eccleſiæ habet expendere clericus pro ſuo victu,& patrimonium, & alia ſua præſeruare,prout latè fuit dictum ſupra in quæſtione ex quibus præſumatur cler.acquiſiſſe, & pone quod iſta expēſa aſcendant ad centū, præſumptio, tunc inſurgit, quod de bonis eccleſiæ in acquiſitione impenderit ducenta, de patrimonio alia ducenta, de induſtria alia ducenta, ſic fiet ęqualis præſumptio, & ęqualis diuiſio, & ſi minus percepiſſet de patrimonio, minus de induſtria, minorem partem de acquiſitis haberet, & minus etiam præſumetur.

Et hoc, inquit,intelligo in caſu,quo prælatus emiſſet,vel acqſiſſet,nomine ſuo,quia non eſt ſibi credendum, ex quo facultates eccleſiæ exuberant, & non apparet in quem vſum ſint conuerſę,ſed ſi nō habet neque patrimonium,nec induſtriam,præſumitur tunc pro eccleſia,ut per Cyn.in Authen. licētiam.C.de epiſcopis & cler.vbi idem ſentit in adminiſtratoribus rerum ſecularium,nam dicit quod ſi adminiſtrator erat perpetuus,& nihil habebat,ex adminiſtratione acquiſiſſe præſumitur, ſi verò
24 temporalis erat & reddebat computum adminiſtrationis, tunc non præſumitur acqſiſſe ex adminiſtratione, ſed potius ex ſua induſtria,ſecundo caſu principali,ſcilicet,quando non conſtat, & certum eſt,quod nihil in patrimonio habebat, & eo caſu eſt videndum,an habuerit aliquod artificium,vel ſciētiam,uel doctrinam,ex quibus potuiſſet acquirere, & tunc idem dicēdum, prout diximus de patrimonio:quia per omnia idem eſt dicendum de induſtria in iſto caſu,quod dictum fuit de patrimonio. vt per Abb. d.ca. vt vnus.de pecul.cler.Aut non habebat induſtriam,ſiue doctrinam,vel artificium aliquod, & tunc fit omnis præſumptio pro eccleſia,ſecundum diſpoſitionem ca.primi. de pecul.cler.& c.primi.12.q.3.Aut dubitatum,an aliquid habebat defunctus,tempore quo fuit promotus & ſumus in tertio membro principali,& tunc,aut dubitatur,vtrum habuerit aliqua bona,ex quibus potuit iſta acquiſita cōparare, & præſumitur pro eccleſia,vel dubitatur,an acquiſierit iſta bona,de quibus eſt contentio,antequam promoueretur,vel poſt promotionē, & tunc pro nemine eſt præſumendum,ſed ille, qui erit in poſſeſſione, erit tuendus,& defendendus quouſque per alium de contrario probetur,hæc Abb.d.repetit.ī c.cum eſſes.de teſta. & c.ut vnus. de pecul.cler. ſubdens paulo poſt Abb. in d.repetit. ex iſtis tales elicio concluſiones,prima eſt, bona per clericum beneficiatū, & patrimonium habentem acquiſita,in dubio acquiſita præſumuntur, tam de redditibus proprijs, quàm de eccleſiæ bonis. Alia concluſio eſt,ſi dubitatur, an bona clerico decedente dimiſſa,ſint acquiſita ante ꝓmotionem ad beneficium, vel poſt, hæres clerici in poſſeſſione defendatur, quouſque de iure eccleſiæ cōſtiterit,vel Camerę.Idem dicitur de eccleſia, vel camera, ſi ſit in poſſeſſione,quia ex quo parimodo eſt pro ea,vel eſſe poteſt prę ſumptio,in eadem poſſeſſione venit tuenda,& manutenenda, quia verba Abbatis,quod hæres eſt defendendus in poſſeſſione,intelliguntur, ſi hæres in poſſeſſione reperiatur,& ideo ita prę ſumendum in iſtis caſibus eſſe dicit Abb.ne fiat captioſa præſumptio, tam contra hæredem,quàm contra eccleſiam,aut cameram in hac materia,ſi opponatur,quod beneficium fuit tenue,vel quod fructus ſunt diminuti,debet opponēs hoc probare,quia præſumitur de contrario per tex.in Authen. de ęqualita te dot.§.ſin autem fortuita.per Ang.in conſi.270.incip.Bonifacius.in vltima.col.Calder.in tit.de probatio.conſi.10.Cardin.in cap.fin. de præſumptio. in 2. colum. per Andre.Mocenigum in additio.ad Felin.in cap.propoſuiſti.de probatio. ſed quia hodie hominum laicorum, & ſecularium multum excreuit malitia, & temeritas, qui etiā vſque ab antiquis temporibus ſemper clericis infeſti, & moleſti fuerunt cap. clericis. de eccleſ.im munit. qui non habito reſpectu,quem debent ad religionem,& ſanctimoniam, nullo iure res eccleſiæ occupant, inuadunt modis quibus poſſunt, eccleſiam, & Cameram defraudantes, & quia etiam quidam clerici ℨ canonum diſpoſitionem, & eorum cōſcientiam,quotidie eccleſiam defraudantes res illius cognatis, & conſanguineis ſuis applicant,& appropriant, facientes cantare inſtrumenta,& ℨctus emptionum factarū de rebus eccleſiæ, in perſonam patris,fratris,vel conſanguineorū,ut per Card.Zabarellam in c.fi.de pecul.cler.circa fin.videtur ob hoc eſſet melius,& ęquius in cauſis dubiis dictæ diſtinctionis,p̄ſumere ſemp pro eccleſia,& Camera tantum,non autem pro hærede.

Et eccleſiā,uel camerā apprehendere debere poſſeſſionē ſpoliorum,& in illa manuteneri,potius q̄ hæredē,vt per glo.in c.2. de ſucceſ.ab inteſta.in ver.morientium.vbi tenet,quod in rebus acquiſitis intuitu perſonæ,ſi ſint diſtinctæ,ſuccedūt conſanguinei decedētis clerici ab inteſtato, ſi verò ſint permiſtę cū rebus eccleſię diſtinguit,qđ aut dubitatur,an habuit ꝓprium, vel certum eſt,qđ habuit,ſi dubitatur ſemper pro eccleſia eſt p̄ſumendum,& totum ſemper vēdicabit eccleſia,&c.& per doctrinam, vel regulam generalem Inn.in c.cum in officiis.de teſt. ubi in fi. primę col.dicit,quod relicta per clericū, de quibus poteſt dubitari ſint ne hæredū,vel eccleſiæ,debent occupari ab eccleſia, qa pro illa præſumitur. Quæ doctrina, & illius verba, videntur ge-

Source : BIU Cujas

neralia, quoquomodo dubitetur. vel dubitari poſſit, vnde videntur etiam poſſe extendi ad caſus diſtinctionis Abbatis, & etiam doctrinam Ioan. Andr. & Hoſtien. d. loco Dicunt enim ibi Innocen. Ioan. Andr. & Hoſtien. generaliter, quod ſi clericus inteſtatus decedat, bona relicta occupãtur hoc modo, videlicet, bona eccleſiæ occupat eccleſia, illa de quibus eſt certum quod fuerunt teſtatoris occupat hæres, ea de quibus dubitari poteſt, cum pro eccleſia præſumatur occupabit eccleſia. Id quod ſentire, & ſequi videtur Bald. in l. cum ipſe. C. de contrahen. emptio. vbi dicit, quod clericus, aut emit nomine eccleſiæ, aut nomine ſuo, aut dubitatur: primo caſu acquirit eccleſiæ poſſeſſionem, & proprietatem: ſecundo caſu acquirit ſibi, & hæredibus ſuis, tamen ſi de bonis eccleſiæ emit, debet eccleſia conſeruari indemnis, alioquin in ſubſidium vendicat rem emptam de pecunia ſua, in quacunque perſona cautet inſtrumentum. Tertio caſu ſcilicet, quando dubitatur, dicit Innocentius, inquit idem Bal. valde eleganter, quod in dubio videtur emiſſe nomine eccleſiæ, & eſt ratio, quia tenetur acquirere eccleſiæ, & ideo in dubio præſumitur feciſſe, quod debuit facere, intelligendo maxime de prælato, cuius ad hoc eſt officium, dicimus. in q. ex quib. præſum. & ſi bona aut pecuniæ de quibus agitur, tempore mortis epiſcopi, vel prælati erant intra domus epiſcopatus, in quibus habitabat epiſcopus, quamuis poſt mortem fuerint aſportatæ, præſumendæ ſunt eccleſiæ. Ruin. conſi. 156. primo videndum lib. 4.

Quia per eundem Innoc. & alios, eccleſia prælato mortuo, ſi occupat bona, ipſius prælati nomine empta, ignoranter non incidit in pœnam conſtit. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. quia iuſtam cauſam habet ignorantiæ, & contrariæ præſumptionis, cum enim præſumantur, inquit, idem omnia acquiſita de bonis eccleſiæ. Item, cum quicquid emit prælatus, præſumatur emiſſe nomine eccleſiæ, vel nomine eccleſiæ emere debeat, ſi aliud non appareat, debeo potius pręſumere feciſſe, illud quod ius præcipit, quam contra ius, ſcilicet quod emerit, & poſſederit nomine eccleſiæ.

Id quod non eſt dicendum in hærede clerici defuncti, qui occupando incidit in pœnam d. l. ſi quis. qui occupans non excuſaretur, vti eccleſia, quia pro eo non facit præſumptio, ſicut facit pro eccleſia, de cuius bonis ſemper præſumitur pręlatus acquirere; vide per per gloſ. in l. etiam. in verbo merito crediderint. C. de donat. inter vir. & vxor. & in Authen. licentiam. in ver. probatum. C. de epiſcopis & cler. in Spec. de ſtat. monac. cũ alijs ſimilibus. & dicit D. Quintilianus Mandoſius vir doctiſſimus, & rerũ Roman. Curiæ peritiſſimus, in ſua praxi ſignaturę gratiæ, in rubrica licentia teſtandi & ſpoliorum cõceſſio: quod in cauſis ſpoliorum, commiſſarius Apoſtolicus poſſeſſionẽ bonorum mobilium, & immobilium aſſequi ſolet non expectata declaratione, an defunctus teſtamentum condiderit, & an illud facere potuerit, vel ſuper quibus bonis facere potuerit, & conſanguineos, ſiue clerici defuncti hæredes, ſi quid prętendunt contra Camerã agere, ſeu experiri neceſſe eſt, eius opinio mihi placet per ſupradicta.

Pro quo cogita, quia eccleſia, & Camera legalius, & magis
25 legitime ſe intromittit in rebus ſpoliorum, quàm faciant hęredes mortui, quia Camera apprehendit ſpolia auctoritate iudicis commiſſarij deſcribẽdo in inuentario particulariter omnia bona, & per eam conſeruantur, percipiuntur itidem fructus, redditus, & prouentus eorum, & pari modo conſeruantur oĩa legaliter manu notarij publici cum ſolemnitatibus in forma re
30 quiſitis faciendo. Vnde magis, quod ſuum eſt poteſt conſequi hæres, & integrius obtinere a Camera Apoſtolica, quam poſſit Camera ab hæredibus, qui de facto nullo ordine iuris, vel ſolemnitate ſeruata, pauca cum religione, & reuerentia, ut ita dicam, ſeſe intrudunt in bonis, & ſpolijs, occupando, inuadẽdo, occultando, aſſumendo, & defraudando, vt vidi ſępe fieri poſtq̃ cauſas ſpoliorum audio: ſed tamen, quando hæres occupando bona, & ſpolia per clericum relicta incidat in pœnam. dic. l. ſi quis in tantam. ex cuius diſpoſitione eſt, quod violenter inuadens poſſeſſionem rei ſuæ apud alium conſtitutæ, illam tenetur reſtituere, & dominio eius priuatur, & vbi res ſit aliena illam reſtituet, & in eius extimationem condemnatur, omnino vide per eoſdem Innocen. Hoſtien. Ioan. Andream vbi dicunt, quod tunc demum incurrit hęres dictæ conſtitutionis pœnam, quando rem, quam quoquomodo eccleſia incœpit poſſidere ſcienter, & violenter occupat, vltraque etiam tenetur interdicto vnde vi. puta, quia eſſet empta per clericum nomine eccleſiæ, vel alias nomine eccleſiæ per clericum poſſeſſa, immo ne-
31 dum ſcienter & violenter, ſed & ſi clandeſtine eſt deciſio. Rotę quæ. l. ſi quis. ita interpretatur deciſ. Putei 53. incip. diſpoſitio. de reſtitut. ſpoliat. in manuſcriptis.

Si vero clericus teſtator hæredi relinquat rem, quam emiſſet, non nomine eccleſię, ſed ſuo: vel ſi alij pictę rei poſſeſſionem tradidiſſet, vel ipſe, vel alius inuitus de illa fuiſſet expulſus, tunc hęres ab eo inſtitutus, cum poſſeſſio fuerit penes clericum teſtatorem, non nomine eccleſię, ſed ſuo, rem illam occupando, non incurrit pœnam d. conſtitutionis, quia tunc bene poteſt occupare abſque aliqua ſuſpitione pœnę.

Idem quoque videretur dicendum de eccleſia, vel hodie de Camera Apoſtolica, quod ſi prælatus emit rem ſuo nomine, ſi ſucceſſor, eccleſia, vel camera ipſam ſcienter occupat, quod te-
26 netur pœna d. conſtitutionis, ſi leges ſeculares Cameram ligare poſſent Apoſtolicam, vel conditione ex illo canone 16. quęſtione ſexta, placuit.

Si verò ignoranter, non quia iuſtam cauſam habet ignorantię, & contrarię pręſumptionis, tum quia clericus quicquid acquirit, prima facie eccleſię acquirere pręſumitur, tum quia no mine eccleſię debet prælatus inire contractum, & in dubio debeo potius pręſumere, quod inierit contractum nomine eccleſię quod eſt ſecundum ius, quam nomine ſuo, quod eſt ꝟ Ius.

Si verò prelatus dimittat rem eccleſię, inter alias res ſuas proprias, eſto quòd poſt mortem ſuam inter eas inueniatur, nihilominus eccleſia eiuſdem rei ciuilem poſſeſſionem retinet, cũ
27 ipſam prælatus nomine ſuo, non nomine eccleſiæ poſſederit, vnde non prejudicat eccleſię ſi illius poſſeſſionem dimittat, vel eam alteri leget.

Vnde eccleſia, vel Camera bene illa occupare poterit, & eꝟ ſi illam occupat hæres, incidet in conſtitutionem, & tenebitur vnde vi, quia ad hoc ſufficit, quod eccleſia quoquomodo poſſidere incipiat, & hoc verum eſt, quando prælatus relinquit, uel dimittit res, quas conſtat eſſe eccleſiæ.

Si verò relinquat illa, de quibus poteſt eſſe dubium, tunc bene ratione dubij, poterit illam occupare hæres, abſque periculo incurſionis alicuius in pœnam, puta quando illã acquiſiuit prelatus poſt ſuam promotionem, cum in optione ſua fuerit, quando acquiſiuit, vtrum illam nomine ſuo receperit, an verò nomine eccleſiæ, quia quamuis male faceret, ſi ius eccleſiæ peruerteret, non tamen hoc eſt præſumendum arg. j. q. 7. ſancimus.

Facit etiam, quia ad hæredem veniunt, & per eundem occupari poſſunt, non ſolum ea omnia, quæ poſſedit teſtator, ſed etiã ea, quæ non poſſedit, putà commendata, depoſitata, dummodo in hæreditate inueniantur.

Ideoque non incidit occupando illa in pœnam aliquam, vel
28 etiam dictæ conſtitutionis, cum non debeat præſumi ipſum hæredem aliter ea velle poſſidere, quam teſtator poſſederit, & per conſequens, nec proprietate, nec poſſeſſione eccleſiam ſpoliat.

Sed ſi vult eſſe tutus hęres in huiuſmodi ſe immiſcendo, vel illa occupãdo, faciat proteſtationem ante actum occupationis, vel in ipſo actu, quod talia occupat, vel apprehendit, ſaluo iure
29 eccleſię, tam in proprietate, quàm in poſſeſſione, vt ibi p eoſdẽ Hoſt. Io. And. & Inn. vbi etiam ponunt, quę actio competat hęredi contra eccleſiam occupantem, vel detinentem res prelati defuncti, & econtra, quæ competat eccleſiæ contra hæredem, vel alium detentorem, ubi videre, & recurrere ſemper potes.

Ita materia intellecta, & diſtincta, non habet, vt videmus difficultatem, quia tam primo, quàm ſecundo loco adducta in contrarium, ſunt conciliata per diſtinctionẽ Abb. d. c. vt vnus, præallegato, intelligendo, prout ipſe intelligit, & per eundem d. ca. cũ eſſes. col. 10. in repetit. vnde remanet ſine aliqua repugnãtia, vel difficultate, circa quorum concordationem non inſiſto, quia eſſet labor ſine fructu aliquo, & penitus inanis: & iſta ſufficiãt pro nunc quantum ad præſumptionem circa ſpolia prouenięntia ab eccleſia, uel a beneficiis eccleſiaſticis.

Quia quantum ad illa ſpolia, quæ facit clericus illicitè negociando, & ex illicitis negociationibus deſcendentia, ego credo,
30 quod nulla poſſit eſſe, vel fieri præſumptio pro Camera contra clericum defunctum, immo quod ſi camera aliqua ſpolia ex huiuſmodi prætendat, quod probare ipſa habeat, quia negociari, vel quod quis negocietur, eſt quid facti, quod regulariter non præſumitur, quia facta non præſumuntur per Doct. in l. ſciendũ. ff. de verb. oblig. immo clericis eſt penitus interdicta, & prohibita negociatio c. fornicari. 88. diſt. vbi antequam quis ſit eccleſiaſticus negociari licet, facto autem iam eccleſiaſtico non licet, quia id dicunt Apoſtolica verba, nemo militans Deo, implicat ſe negocijs ſecularibus, & cantat pſalmiſta Dauid, quoniã non cognoui negociationem, introibo in potentia Domini.

Et clericum negociatorem veluti quaſi peſtem fuge, diximus late ſupra in q. illa quæ negocia ſint permiſſa, aut interdicta clericis. in ſecunda parte diſputationis. §. vtrum contrarium. immo nullo modo debet fieri præſumptio, quod clericus ex negocijs acquiſierit, quia dicit Abb. in c. cum eſſes. de teſta. in rep. col. 11. nume. 26. quod acquiſita per clericum nunquam præſumuntur
31 acquiſita ex negociationibus, quia clerico nõ eſt licitum aliquo modo negociari. c. fi. ne cler. vel monac. & plenè 24. q. 3. in ſumma. & ideo inquit eſt præſumendum, quod acquiſita per eum, ſint acquiſita ex redditibus beneficiorum, non ex negociationibus: quia ſi ex negociationibus, præſumeretur crimen in clerico, quod eſſe non debet, vt ibi per eum.

Idem Abb. in c. j. de pecul. cler. vbi dicit, quod prælatus nõ prę ſumitur, acquiſiſſe ex negociatione, quia ſi præſumeremus ĩ eo negociationem, præſumeremus delictum, id quod non eſt fiendum. Idem per Lud. Rom. conſilio 159. vbi dicit, quod queſiſſe

prę-

Source : BIU Cujas

præsumitur clericus ex fructibus beneficiorũ, ne alias dicendo p̃sumeremus in eo crimen cõmisisse negociationis, vt ibi p eũ.

ld,quod non est intelligendum simpliciter,& indistinctè, qa
32 nõ oĩbus clericis est interdictũ negociari,& negociationẽ facere:sed beneficiatis tantum,& ministris altaris, quos iura prohibent exercere negocia secularia, quia in clerico in minoribus constituto est secus,quia ei non est interdictum negociari, vel negocia secularia exercere, secundum ius commune per Doc. Abb.in c.j.ne cler.vel Monac.in finalibus verbis. Vnde in clerico in minoribus constituto,cessat ratio præsumptionis ex prohibitione,vel interdictione,quia ex dispositione iuris,põt quæuis negocia facere, quamuis secus sit ex dispositione Bullæ Pij IIII.quæ generaliter loquendo complectitur, & comprehendit clericos cuiusuis generis,de qua in quæstione, quæ neg. sint permissa & interdicta clericis.Sed qualitercunq; sit, ego credo pro nunc, quod si Camera prætendat relicta, & per clericum
33 fuisse ex negociatione acquisita, quia negociari est facti, quod non præsumitur pro ipsa,immo,quod probare habeat intentionem suam,& sibi incumbentia.

SVMMARIVM.

1 *Interest Camerę,quod quis potius præsumatur sacerdos,quàm clericus.*
2 *Sacerdos ordinatur ad titulum ecclesiasticum.*
3 *Quis esse præsumitur talis,qualem esse requirit beneficij qualitas.*
4 *Regulariter currit annus ad faciendam se promoueri.*
5 *Qulibet præsumitur esse talis,qualem habitum portat.*
6 *Habitus non facit monachum.*
7 *Maius bonum est in sacerdotio:quàm in alijs ordinibus.*
8 *Bonum est obiectum voluntatis.*
9 *Magis lucrosa,magis desiderabilia.*
10 *Effici sacerdotem est quid facti.*
11 *Illud,quod facti est,non præsumitur.*
12 *Seruitus est contraria naturæ.*
13 *In Sacerdotio plura requiruntur.*
14 *In beneficialibus præsumptio non est sufficiens ad iudicandum.*
15 *Arcta est via,quæ ducit ad vitam ęternam,& lata est via,quæ ducit ad perditionem.*
16 *Cogitatio cordis prona ad malum.*

An quis præsumatur potius sacerdos,quàm clericus.

QVAESTIO XVI.

MIs volo annectere,quæ mihi succurrerunt tunc, & quę respondi ad quęstionem mihi propositam de quõdam clerico defuncto,an esset præsumẽdum, quod esset clericus tantum,an sacerdos.

Quæ etiam ad materiam præsumptionũ in cau- 11
tis spoliorum faciunt,quia multum interest pro camera, quod potius presbyter & in sacerdotali ordine quis fuisse præsumatur,quàm simplex clericus,quia si presbyter,aut sacerdos,erit dicendum semper,quod fuit beneficiatus,vel apparenter,vel præ
1 sumptiuè,prout dicimus supra, cum sacerdos non promoueatur,nisi ad titulum ecclesiasticum de iure ordinario,vnde circa
2 bona per eum relicta,erit præsumptio pro camera.

Et pro solutione istius quæstionis quærebam ego,an talis cle 12
ricus fuisset prælatus,vel alias apparenter beneficiatus, & etiam quærebã de qualitate prælaturæ,vel beneficii, quia si beneficiũ, dignitas,vel prælatura illius fuisset talis,quod de sui natura requreret altaris administrationem,& ordinis sacerdotalis exequutionem,& quod non posset consistere in persona,quæ nõ esset presbyter,vel quæ non haberet ordinis sacerdotalis gradũ,puta beneficium curatum,parochia,& huiusmodi.

Quia tunc indistinctè tenendum putabam, esse præsumẽdũ, 13
quod ille fuisset presbyter,& talis qualem esse requirebat bene
3 ficii qualitas,c.præterea.& c.eam te.de ætat.& qualit.c.extirpande.§.qui verò.de pręben.si tamen à die quo beneficiũ obtinuit,
4 cucurrerit annus datus ad faciendũ se promoueri capi. cum ex eo.de electio.in sexto.

Item quærebam de alio, an ne incederet talis in habitu sacerdotali,vel incedere visus fuerit, quo casu stante, quod quilibet debet præsumi esse illius ordinis,status,& professionis, cuius ha
5 bitum gerit, & esse talis qualem habitum portat, l. moueor. & ibi Bar. C. si serui export. veni. videretur pro sacerdotio præsumendum, quamuis propter multa, & frequentem facti cõtingentiam,in contrarium de hoc est valde dubitandũ, quia quotidie videmus canonicos cathedralium, & aliarum ecclesiarũ, & etiam clericos, incedere in habitu sacerdotali vestes vsque ad talos protensas portantes.

Item in monasteriis videmus regulares indistinctè habitum 14
ferre,nulla facta differentia inter sacerdotes, & nõ sacerdotes, pariformiter vnum, & eundem habitum gestantes monachalem,quia habitus non facit monachum.gl.in c.ex parte.de con
6 uers.coniugato.

Item quia Matthæi 6.legitur:cauete à fermento Pharisæorũ, quod est hypocrisis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, & diuus Paulus: Sathanas se transfiguravit in Angelũ lucis:& Lucifer in forma serpentis, Aeuãq; decepit, vñ meo iudicio nõ est ĩ hoc vis aliqua faciẽda.

Et pro præsumptione sacerdotij,recordor,quod respondendo vtebar istis argumentis,quod videlicet vita sacerdotis,& status vitę sacerdotalis,est vita qualitatis magis perfectę,& gradus,
7 seu conditionis melioris,quia maius bonum in sacerdotio est, quàm in aliis ordinibus,habetur in c.cleros.21.distin. & ibi per Doc.ad cuius officium spectat sacrm corporis,& sanguinis Domini conficere,orationes dicere,& Dei dona benedicere. c.per lectis.25.dist.ergo vita magis appetibilis, magisq; desiderabilis propter sui perfectionem,& bonitatem,cum quilibet magis appetere debeat illud,quod est magis bonum, quàm illud, quod est minus, sic Luc. quinto,Christus magis laudauit vitam contemplatiuã Magdalenæ,quàm vitam Marthæ, quia est vita nobilior ratione finis,& ratione obiecti,vt habetur Arist. in secũdo Meth.4.& j.de anima.probat.Sãctus Bonauentura in j. sent. dist.j.vtens hoc argumento bonum est amabile, magis bonum magis amabile, ergo summum bonum,summum amabile,qa
8 bonum est obiectum voluntatis,& hæc rationes fuerunt Platonis in libello de pulchro,& huius sententię est sanctus Thomas in prima parte summæ,ergo magis inesse, & adesse in appetente præsumitur,vel præsumi debet,maximè,si appetens fuit ætatis habilis ad sacerdotium.

Item illa,quæ maius lucrum,& maiorem commoditatẽ affe
runt,ex quo sunt magis appetibilia, & magis desiderabilia ho-
9 minibus, pari modo magis in homine inesse præsumi debent, quale est sacerdotium,& presbyteratus, quæ in ecclesia debent habere de iure commoda propensius, & largiori manu propinata,quam clerici, diaconi, & alii ordines inferiores,per tex.in c.consuluit.quod est c.vltimum.79.dist.

Quia ad similitudinem,& exemplum graduum,& dignitatũ 18
secularium, singulis maioribus gradibus ecclesiasticis,maiores dignitates,& maiora p̃mia debent.tex.& gl.in c.si officia.59.dis.

Quia inter alios ordines, ordini sacerdotali maximè datur beneficium,vel titulus quia ad illum regulariter iure ordinario promoueri nemo debet, nisi titulum habeat, vel beneficium, vt supra diximus. ergo &c.Hæc recordor,quod adduxi pro præsumptione sacerdotis.

Sed rem sese aliter habere,de iure tenui: quia immo nõ pro sacerdotio,sed pro clerico, & clericatu tantum est præsumen-
10 dum, quia cum effici sacerdotem sit quid facti,vti de se patet,& quod facti est nunquam præsumitur.per Docto. in l.sciendum. ff.de verbo.obliga.merito non potest dici,quod sit pro sacerdotio præsumendum.

Item quanto magis est facti in aliquo negocio, tanto minus
11 præsumitur, & si minus facti negocium habet,magis præsumitur,nam aucto subiecto,augetur qualitas,& diminuto diminuitur qualitas,vt pet Doct.in c.similiter.§. de manso. si de inuesti. feud.fuer.& in l.4.ff.de cond.& dem.Sed magis,& plus facti habet sacerdotalis ordo,quàm clericatus,nã sacerdotalis p̃supponit alios præcedentes per Spec.in tit.de ætat. & qualit. ergo &c.

Item naturà fecit homines magis procliues appetentes,& in
clinatos ad statum liberum,quàm ad obligatum,magis ad vitã
12 liberã,& laxiorem,quàm ad vitam strictam facit. l. Arrianus.ff. de act.& oblig.quia vita subiecta,est cõtraria naturæ, quia seruitus est contra naturam.§.ius autem.de iur.nat.gen.& ciuil. inst.

Merito non videtur præsumendum pro sacerdotio, quod re
quirit ordinariè vitam multis regulis & ordinationibus subiectam,quod repugnat naturæ, quæ regulariter libertatem appetit,& subiectionem abhorret.

Item ex eo etiam non est præsumendum pro sacerdotio, qa
ad illud obtinendum plura requiruntur,quæ de facili non repe
13 riuntur in homine:idoneitas videlicet in ætate, in moribus, in scientia literarum c.eam te.& toto tit. de ætat. & qualitat. per q̃ putaui quod non esset in dubio p̃sumendum pro sacerdotio, immo qđ quis potius esset præsumendus clericus, quã sacerdos.

Pro quo in hac materia facit Decisio Rotæ 263. in antiquis quæ est rubricata.clericus qualiter probetur. vbi habetur quod Rotæ opinio est,vbi clericus fuit in possessione per aliqua tempora,& vixit vt clericus, sufficit probare possessionẽ clericatus, licet alias per literas & testes non probet titulus: cõtrariũ videtur in decis. eiusdem Rotæ in antiquis 864. in c.mortuo. de testam.vbi clericatus habet plenè probari,sed intellige hoc,vt in fine dictæ decisionis.

Et licet possessio clericatus secũdum Io. And. ibi allegatum, sine alia probatione tituli,inducat præsumptionem, tamen in beneficialibus præsumptio non est sufficiens ad iudicãdum be-
14 neficium,nisi verus titulus probaretur. Nec obstat illud: quod vita magis perfecta,est magis appetibilis,& magis desiderari debeat, secundum dogmata religionis christianę; quia non valet consequentia,est appetibilis,vel magis appeti debet,ergo inesse magis præsumitur.Quia immo videtur cõtrarium, quia ex quo est magis perfecta,magis difficilis videtur, per illud Matthæi 7. arcta est via quę ducit ad vitam æternã, & pauci sunt, qui ingrediuntur

Source : BIU Cujas

15 diuntur per eam, lata eſt, quæ ducit ad perditionẽ, & multi ſunt, qui ingrediuntur per eam. ergo minus ineſſe in homine præſumitur, quia ſepties in die cadit iuſtus.

Et multo difficilius inueniuntur homines ſancti, & vitæ ſanctę, quàm peccatores, quia homines magis ad malum, quàm ad bonum natura inclinat, ſenſus enim & humani cordis cogita-
16 tio, in malum prona ſunt ab adoleſcentia, 8. Gen. & in authen. de Monac. §. ſi verò. ibi humana enim natura labitur quodammodo ad delicta, meritò dici poteſt quod contrarium non obſtat. Nec minus obſtat illud, quod ſecundo loco adduxi, quod ex quo gradus ſacerdotalis magis honoribus, & præmiis honoratur, quàm cęteri ordines, magis deſiderari, vel appeti debet, qa ex hoc nõ infertur pari modo, ergo magis in homine ineſſe prę ſumitur: quia multa bene deſiderantur, quæ tamen à deſiderantibus, uel appetentibus non obtinentur, uel habentur, diuitiæ, honores, dignitates non habentur, quandoq; tamen cum difficultate obtinentur, niſi alicui ſit proſpera fortuna. Quia ad obtinendum ſacerdotium nõ requiritur ſolum, quod quis uelit fieri ſacerdos, ſed multa alia, de qbus ſupra. Quæ regulariter in quolibet homine non reperiuntur, aut ineſſe præſumũtur, quia cum illis homo non naſcitur, puta morum, literarum & ætatis idoneitas, quod ſit legitimus. item aliorum præcedentium ordinũ in eo exiſtentia, merito illud in aliquo non contrariatur.

SVMMARIVM.

1 *Spolia ſunt eccleſiæ.*
2 *Camera apoſtolica ſubrogata eſt in ſpolijs, loco eccleſiæ.*
3 *Eccleſia habet fiſcum.*
4 *Fiſcus Papæ eſt Camera apoſtolica.*
5 *Verbum ſpectaſſe importat canonem latæ ſententiæ.*
6 *Lex promulgata per tempus præteritum importat canonem latæ.*
7 *Verbum præſentis temporis in dubio eſt canon. latæ.*
8 *Spolia ſunt applicata Cameræ ipſo iure.*
9 *In cauſis ſpoliorum non requiritur ſententia diffinitiua, ſed declatoria.*
10 *In cauſis ſpoliorum, admittitur appellatio facto depoſito.*
11 *Fructus percepti de rebus ſpoliorum, ſunt Cameræ à die vacationis.*
12 *Caſus in quo adhuc non declaratus delinquens, non facit fructus ſuos.*
13 *Dominium ſpoliorum, tranſit in Cameram ſine traditione.*
14 *Dominium, & poſſeſſio ſpoliorum eſt penès Chriſtum, & eccleſiam.*
15 *Acquiſita per clericos: illicitè ſunt ſpolia.*
16 *Non eſt neceſſaria ſententia declaratoria; quando eſt notorium, ſpolia proue nire ex beneficijs, vel ex illicitè negociatis.*
17 *In ſpolijs non currit preſcriptio, niſi vt contra eccleſiam.*
18 *Præſcriptio contra eccleſiam, currit ſpatio 40. anno.*
19 *In rebus mobilibus eccleſia nullum habet priuilegium.*
20 *Poſſeſſor tenetur ad omnia ſpolia, & ad annexa.*
21 *Spolia ante ſententiam non poſſunt alienari.*
22 *In ſpoliis occultus poſſeſſor afficitur.*
23 *Debitores ſpoliorum, non debent ſoluere poſſeſſori, ſed cameræ.*
24 *Confeſſio circa ſpolia facta, non poteſt reuocari.*
25 *Vbi ſententia eſt lata à lege, non poteſt reuocari confeſſio.*
26 *Spolijs alienatis non agitur reſciſſoria: ſed rei vendicatione.*
27 *Debitor ſpoliorum, non poteſt purgare moram.*
28 *Cum debitore ſpoliorum confeſſo, non agitur mitius.*
29 *Vide quando confeſſus, & conuictus parificentur.*
30 *Spolia poſſunt peti, etiam ſi conſtitutio ſpoliorum abierit in deſuetudinem.*
31 *In cauſis ſpoliorum poteſt quis allegare de iure tertij: quia conuentus poteſt dicere, quod res ſpectat ad cameram.*
32 *In ſententia excommunicationis, regulariter factum hominis requiritur.*
33 *Dictio ex tunc, importat canonem latæ.*
34 *Verbum incurrat, importat pœnam ipſo iure.*
35 *Camera apoſtolica poteſt cædere iura potentiori, cauſa iudicii mutandi.*
36 *In cauſis ſpoliorum, etiam mulier poteſt eſſe teſtis, procuratrix, & arbitrix.*
37 *Vbi tractatur de ſalute animarum, non diſputatur de apicibus iuris.*
38 *Emens ſpolia, non tenetur ſoluere aliqua vectigalia.*
39 *Obligatus exigere ſpolia, ſi deficit tenetur de ſuo.*
30 *Spolia poſſunt exigi, etiam conditione in ſpecifica forma non adimpleta.*
41 *Reſpectu eccleſiæ, & Cameræ, attenditur leuior conditio.*
42 *Regulariter non eſt recedendum à verbis teſtatoris.*
43 *Conditio appoſita in ſpolijs, reſoluitur in modum.*
44 *Confeſſio in ſpoliis, abſente parte facta pro Camera valet.*
45 *Confeſſio prælati præiudicialis Cameræ, non valet.*
46 *Confeſſio in vltima voluntate non valet; niſi ſit iurata.*
47 *Confeſſio in teſtamento, etiam non iurata, in fauorem Cameræ valet.*
48 *Camera gaudet ſuis priuilegijs, in bonis, & in creditis.*
49 *Camera contra confeſſionem, petit reſtitutionem in integ.*
50 *Valet conſuetudo; per quam eccleſia acquirit rerum dominium.*
51 *Dominium transfertur in Cameram, ex ſolo contractu abſque traditione.*
52 *Valet in fauorem Cameræ contractus factus calore iracundię.*
53 *Merita, & ſeruitia debent probari, reſpectu Cameræ.*
54 *Pro Camera valet promiſſio: ſiue ſtipulatione ſiue cauſa.*
55 *In debitis Cameræ non valet regula, de liquido ad liquidum debet fieri compenſatio.*
56 *Camera non tenetur de depoſito facto penès prælatum.*
57 *Camera poteſt agere contra illum, qui accepit eccleſiam, non animo ſe promouendi, ſed fraudandi.*
58 *Occupantes ſpolia ſunt ſuſpenſi.*
59 *Camera in ſoluendo debita habet præuentionem.*
60 *Rei emptæ de pecunia, eccleſiæ acquiritur Cameræ, ne dum dominium: ſed actio perſonalis.*
61 *Licet contractus, factus eccleſia vacante, ſuper rebus eccleſię eſt ipſo iure nullus, tamen poteſt ratum haberi, ſi ſit vtilis.*
62 *Camera poteſt opponere exceptionem non numeratę pecunię ſemper, & omni tempore.*
63 *Camera poteſt vti pro libito legibus ciuilibus.*
64 *Solum cędit ædificio facto de pecunia Camerę.*
65 *In cauſis ſpoliorum, poteſt procedi etiam feriis indictis honorem Dei.*
66 *Mulier obligata pro ſpoliis, non iuuat ſe beneficio velleiano.*
67 *Camera agit hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, non diſcuſſo principali, & contra fideiuſſorem non diſcuſſo principali.*
68 *Camera vtitur priuilegiis minoris.*
69 *Camera petit reſtitutionem in integ. ex duplici capite.*
70 *Contra Cameram iuſtus titulus non excuſat.*
71 *Camera non poteſt renunciare reſtitutioni in integ.*
72 *Camera læſa reſtituitur ante ſententiam.*
73 *Cameræ reus tenetur exhibere etiam ad fundandam eius intentionem contra ſeipſum.*
74 *Quilibet admittitur ad intentandum interdictum, pro rebus Camerę recuperandis.*
75 *Quilibet agit pro iniuria illata Cameræ.*
76 *Quilibet poteſt agere pro Camera, etiam ſine mandato.*
77 *Camera habet regreſſum contra male adminiſtrantes res ſuas.*
78 *Camera poteſt exigere debitum ante diem ſoluto inter vſuario.*
79 *Camera creditrix, vel debitrix non tenetur cauere.*
80 *Verba in iudiciis interpretantur in fauorem Cameræ.*
81 *In dubio pronunciatur in fauorem Cameræ.*
82 *Camera agit de euictione ante rem euictam i. ad intereſſe.*
83 *Camera eligens vnam viam, illa omiſſa, diuertit ad aliam.*
84 *Inuadens ſpolia, eſt ſacrilegus.*
85 *Prædia acquiſita de ſpolijs, ſunt exempta.*
86 *Pro rebus Cameræ agi poteſt ex officio, & iudex ſupplet in his, quæ ſunt facti.*
87 *Pactum, vt quis ingrediatur propria auctoritate, non ligat Cameram.*
88 *Quilibet poteſt ſtipulari pro Camera.*
89 *Pro Camera agitur ex ſola pollicitatione.*
90 *Omne contractus Camerę, ſunt contractus bonæ fidei.*
91 *Impoſſibilitas non vitiat promiſſionem factam Cameræ.*
92 *Cameræ etiam per alternatiuam ſtipulationem acquiritur.*
93 *Camera læſa ex contractu, venit contra contractum.*
94 *Stantibus pluribus inſtrumentis vno tempore factis, præſumptio eſt pro inſtrumentis Camerę.*
95 *Ædificia, habentia inſignia Cameræ, præſumuntur eſſe Cameræ.*
96 *Præſumitur in dubio pro hypotheca Cameræ.*
97 *Res inter alios acta prodeſt Cameræ, contra regulam.*
98 *Poteſt ferri ſententia pro Camera, etiam ipſa non inſtante.*
99 *Exigens plus debito à Camera, tenetur in duplum.*
100 *Camera agit ante diem, ſtante neceſſitate.*
101 *Solutum Cameræ, etiam ex falſa cauſa, non repetitur.*
102 *Camera conuenit inſolidum hæredes portionarios.*

De priuilegijs Cameræ Apoſtolicæ circa ſpolia.

QVAESTIO XVII.

QVia multum facere ad propoſitum duxi ad cauſas ſpoliorum, & illarum expeditionem ſcire, quæ, & qualia priuilegia, vel ſingularia habeant, vel habere poſſint ſpolia: Ideo hanc de ſpoliorum priuilegijs, quæſtionem facere volui, quia vltra ſpecialia, etiã illa omnia priuilegia, & ſingularia ſpoliis, & ſpoliorũ cauſis competere videntur, quæ rebus eccleſiæ cõpetunt, quia ſpo-
1 lia relicta per clericum defunctũ, acquiſita de fructibus, & emolumentis eccleſiæ, ſunt res eccleſiæ. eſt tex. in terminis in c. relatum. el 2. de teſta, ibi iis ea bona, ſicut, & alia in Dei timore diſpenſet, &c. Et paulo poſt ibi, licet autem mobilia &c. & deniq; facit totus ille tex. & de iure nouo, & antiquo, vti res eccleſię, & res ad eccleſiã ſpectãtes ꝺſeruabant, & cuſtodiebant eccleſiæ, vel in eccleſia, ſeu in prelatura ſucceſſori, ꝑ tex. in c. qa ſæpe. de elect. in 6. vbi determinatur, qđ, tam bona dimiſſa per prælatũ, quàm obuenientia tempore vacationis, & tempore mortis prę lati, non vſurpentur modo aliquo per capitulum, conuentum, collegia, vel ſingulares perſonas eorundem, ſed reſeruentur.

Item per tex. in capitulo præſenti. de offic. ord. in 6. vbi bona rectorum, vel miniſtrorum eccleſiæ inuenta poſt eorum mortem, ſiue eccleſiarum vacationis tempore obuenientia, quæ in vtilitatem eccleſiarum expendi debent, vel ſucceſſoribus in eccleſia fideliter reſeruari &c. & ante ius nouum hoc fuerat, & per iura antiqua ſtatutum per text. in c. illud. & c. non liceat. 12. q. 2. cum ibi gl. vbi habetur, quod bona epiſcoporum, & prælatorũ

deceden-

Source : BIU Cujas

decedentium,debent ſub cuſtodia fideliter reſeruari. vbi gl.tradit qũo,& per quos debeãt cuſtodiri: faciunt hic quę adduco in quæſtione. de poteſtate cleric. vel præla.verſic.in acquiſitis.vbi multa deduco quod acquiſita de fructibus, & occaſione eccleſiæ, vti res eccleſiæ conſeruantur, & cuſtodiuntur, & non alienantur,vel diſtrahuntur niſi vt res eccleſiæ,& de eis mandatur, & ſtatuitur vti de rebus eccleſiæ.

Item eſt præſupponendum, & præmittendum vnum aliud,
2 quod in locum talis eccleſiæ, aut ſucceſſoris, hodie ſubrogata ſuccedit in huiuſmodi bonis dimiſſis, pleno iure, Reuerenda Camera apoſtolica,prout per conſtitutiones extrauagantes in materia ſpoliorum editas per Romanos Põtifices, vt per Rot. deciſ. 855. incipien. cum Camera apoſtolica. in antiquis. in rubrica de probatio.

Item eſt etiam prę̃mittendum, quod eccleſia habet fiſcum p
3 Bal.in auth.bona damnatorum.C.de bon.damna.& gl.ſingu.in c.quia diuerſitatem.in verbo præter.de conceſſ. præbẽ.vbi But. & Imo.Abb.Ana.Marian.in c.excommunicamus.de hęreticis. Card.in clem.volentes.de hære.§.j.Oldra.in conſi. 302. Alberi. de Roſa.in ſuo dictio.in verbo fiſcus. & quamuis aliqui Doctores dubitent,ſi epiſcopi fiſcum habeant,vt Bal.in auth.bona dãnatorum.C.de bon.damnat.& Ang.in auth vt null.iud.§.vt autem.tamen nemine diſcrepante in hoc conueniunt, eccleſiam Romanam habere fiſcum,vt in locis allegatis, qui fiſcus Papę, eſt Camera apoſtolica,vt elicitur ex.c.2.§.eo tamen prouiſa. &
4 ibi gl.Doct.de elect.in clementinis.

Iſtis ita præſuppoſitis,& præmiſſis,eſt videndum,quia in Bulla,ſeu conſtitutione Pauli III. facta in materia ſpoliorum, ſub Dat.Romæ tertio nonas Ianuarij anno 1541. anno Põtificatus
5 Octauo,adſunt illa verba videlicet,Declaramus ſpectaſſe,& ſpectare,quæ important canonem latæ,non ferendæ ſnĩæ: quia qñ lex promulgatur per participium,vel per verbum tẽporis prętęriti,regulariter eſt latæ ſnĩæ,gl.eſt in c.quicunq;. de hæret.lib.6.
6 facit tex.in c.2.de teſti.cogen. & per alia iura, quia dicit Abb. in c.ſi diligenti.extra de for.compe.& iſta ſunt verba declaratoria, quæ important canonem latæ, vt per Abb. ibi ſi dicat decernimus &c.immo verbum, aut participium, etiam præſentis tem-
7 poris,in dubio eſt canon latæ ſententiæ,dicit gl. in l. ſi quis maior in §.infamia.C.de tranſac. & ibi eam ſequuntur Doct. Bart. Bal.Sali.& expreſſius gl.in l.j.§.afficerentur. C.ne lic. pot. & in l. ſicut.in verbo minime.C.de teſt.milit.& in l.quis in tantam.in gl.magna.verſi.4.quæro.& ibi Bar.& Ang.C.vnde vi. Bart. in l. iubemus nulli.§.ſanè ſi hoc. C. de ſacroſan. eccle. col. vlti.& ibi Alex.& auth.qui ſemel.ante fi.C.quomodo & quan.Archi.in c. inolita.col.j.ad fi. 11.q.j.Bal.in l.2.in addi.in 3.q. & ibi Sali. C. de iure emphi.Sed dubium eſt,ſi lex habeat verbũ, ſpectare, quod eſt infinitum præſentis temporis,& poteſt trahi ad omnia tempora gl.Bart. in l.2.§.ſtipulatio.in ver.datur.ff.de verb.oblig.Io. And.in proęmio libri ſexti. Sali. in l.vt proponis. paulo ante fi. C.de condi.ob cau. tamẽ in dubio potius ferendę eſt, quàm latæ gl.in §.j.in ver.imminere.in auth.de inceſ.nup.& in c.j.in ver. ſuſtinere.2.q.3.Cardi.Alex.in c.j.in prin.quib.mo.feu. amit. Sed hoc dicendum eſt in dubio:ſecus in caſu noſtro, vbi verba ſunt prolata temporis præſentis expreſsè,vbi expreſſe verba ſunt declaratoria.Item in conſtitutione Pii IIII.ſub Dat.Die.7.Decembris 1560.ſui Pontificatus Anno primo,ſunt iſta verba,videlicet incorporamus,& appropriamus,applicamus, illaq; applicata,incorporata,appropriataq; fore,& eſſe decernimus, & ſtatuimus.ideo ſpeculemur,an etiam per dicta verba Camera apoſtolica ipſo iure,an verò per ſententiam habeat ſpolia,& certè, cũponatur verbum ſint,cum dictionibus illis incorporata,appro-
8 priata &c.conſtitutio importat vim, quod ipſo iure ſint Cameræ apoſtolicæ,per ea,quæ dicit Alex. in addit.ad lecturam Bart. in l.Imperator.ff.de iure fiſ.vbi dicit,quod vbi ponitur verbum ſit, vel erit, cum iſtis dictionibus excõicatus, priuatus,& ſimilibus,importat actum ipſo iure,nec opus eſt ſnĩa,allegat tex. in c. à vobis.de ſnĩa excommu.& c.fi.in fine.de temp.ordi.in 6. & c. quia in omnibus.de vſu.Bal.in l.j.C.de rit. nupt. & hoc ipſe pro regula ponit,additq; aliquas fallentias, quæ ſunt extra noſtrum caſum ad Bar.in l.j.ff.ad l.Iul.de vi.priua.apoſtillam Barba.ad lecturam Bal.in l.iubemus.§.ſanè.C.de ſac.ſan.eccle.in uerbo.Itẽ niſi dicatur ſit bannitus.Fel.in c. Rodulfus in ver.publicata ſint. de reſcri.tamen iſta intelliguntur cũ modificatione, nam quãuis non requiratur ſententia diffinitiua,tamen requiretur declaratoria,Ita Maria.Soci.in c.Iudæi.de Iudę.& Card.conſ. 128.incip.habui talem punctum,à quodam Cardinali.& in conſi.132. incip.T.presbyter.& Alex.in d.apoſtilla ad Bar.in l. Imperator. ff.de iure fiſci.& Bald. in l.iubemus d.§.ſanè.C.de ſac.ſanc.eccle. Barba.in allegata apoſtilla.& Feli.d.c.Rodulfus circa fi.qui multum copioſè allegat.

Et hoc erit primum priuilegium Cameræ apoſtolicæ circa
9 ſpolia,ſcilicet quod non requiratur diffinitiua ſententia,ſed ſolum declaratoria,ad quam tamen debet procedi rite,cum ordine iuris,& ab illa appellatur,vt dicunt Doctor.in dictis locis allegatis, ſed appellatio hodie non admittitur, niſi facto actuali depoſito condemnationis, vt per breue Sanctiſſimi Pii IIII. di-
10 rectum ſuo generali Theſaurario,quod eſt in fine præſentis tractatus deſcriptum.

Secundum priuilegium eſt: reſpectu fructuum rerum ſpoliorum,nam cum ſit facta applicatio ſpoliorum ipſo iure, nec requiratur ſnĩa diffinitiua, fructus ex dicta cauſa à die vacationis
11 ſunt Cameræ apoſtolicæ,nec requiritur ſententia, vel diffinitiua,vel declaratoria per ea,quæ dicit Domi.in c.felicis.de pęnis. lib.6.vbi dicit poſt Io.And.quod cõſtitutio imponens pęnã ip-
12 ſo iure,per hoc eſt bona, nam quamuis aliquis non ſit declaratus delinquẽs,tñ interim non facit fructus ſuos,idem Soci.in c. Iudæo.de Iudęis.& Fel.c.j.de conſt.vbi Abb.per Bar.in l.poſt cõtractum.ff.de dona.latius Abb.in c.dilecti.de arbi.

Tertium priuilegium eſt, nam in cauſis ſpoliorum procedit ſummariè, de plano, ſine forma, & figura iudicii. ſed ſola facti veritate inſpecta,quæ clauſulæ quomodo intelligantur,ad nauſeam Doct.in cle.ſępe de verb.ſig.explanant,& Bar.in extrauag. ad rep.& Spec.in tit.de ſumma.cogni.Par.de Puteo in tracta. de ſindi.in verbo ſententia.Bar.in l.cum filius familias. ff.de dona. dicimus ſupra in q.de modo procedendi &c.

Quartum priuilegium eſt, nam dñium rerum ſub ſpolio contentarum,tranſit in Cameram ſine traditione,& hoc ita proba
13 tur,nam in iudiciis vniuerſalibus ex ſola ſnĩa trãſit dñium. Bat. & Ang.in l.& ideo.ff.de condi.furti.& Bal.in l.2.& 3.ff. de publ. & in l.traditionibus.C.de pactis. & in l.j.C. commu. vtri.iud.& Alex.in additione ad Bar.in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur.in verbo dictio.& etiam Bar. ibidem. ſed iudicium ſpoliorum poteſt dici iudicium vniuerſale,cum in eo contineantur actiones,iura,& corpora,per ea quæ tradunt Doct.de dote in rubrica ſolu. mat.ff.quod ſit iudicium vniuerſale,& in rub.de acqui hære.ff. vbi diffiniunt hæreditatem eſſe ius vniuerſale,& in l.hæreditas. ff.de verb.ſig.& in l.pecu.neq; poteſt dici, quod ſententia abſit, & ideo non transferatur dñium,nam adeſt ſententia legis,quæ ipſo iure transfert per Abb.& Fel.in c.j.de conſtit.Feli.in d.c.Rodul.de reſcr. nec opus eſt aliqua ſnĩa diffinitiua, vt dñt Doct. in dictis locis,ergo requiritur neceſſario, quod dñium transferat̃
14 ſine traditione: ſed dico melius,quod dñium, & poſſeſſio rerũ ſpoliorum,eſt ſemper penès eccleſiam,per Inn.in c. cum ſuper. de cau.poſſ.& propriet.dicimus ſupra in quæſtione de probatio. & ſeu præſumptio:& ſic penès Cameram.

Quintum priuilegium eſt,nam quoad bona acquiſita intuitu eccleſiæ,Camera nanciſcitur poſſeſſionem illius rei,quæ acquiritur ſine aliqua apprehẽſione, quod hoc modo iure probatur: de iure antiquo,hæc acquiſita intuitu eccleſiæ, dabantur ſucceſſori in beneficio,habetur in c.relatum.c.quia nos.c.ad hæc.c.cũ in officiis.c.filius noſter.de teſta.c.quia ſæpe.de electio. in 6.c.illud & c.non liceat.cum ibi gl.12.q.2.ſed per extrauagantes conſtitutiones poſtea promulgatas. in iſtis acquiſitis Camera apoſtolica ſuccedit.eſt deciſ.Rotæ 855.in antiquis.inci.cum Camera apoſtolica.vnde,cum ſit ſubrogata loco eccleſiarum,iure illarum vti debet,vt dicunt Doct.in l.fi.in auth.quas actiones. C. de ſac.ſan.eccle.& in l.cum filius familias.§.in hac.ff.de ver.obl. & in l.pola C.de his qui.vt indignis.rex.& Doct.in l.j.in fi.ff. eod.tit.ergo eodem modo in Cameram, quæ ſubrogatur loco eccleſiæ:ſed iſtud quintum priuilegium poſſet dici,quod locũ obtinet in ſpoliis acquiſitis intuitu beneficiorum,in quibus ſuccedebat eccleſia,cuius perſona Camera fungitur, non in bonis acquiſitis,reſpectu negociorum illicitorum, quibus non ſuccedebat eccleſia:ſed cum per extrauagantem Pij IIII. editam ſup
15 illicitis negociationibus,quæ eſt inſerta in 2.q. præſentis tractatus, hodie ſint iſta pari modo ſpolia, pariq; modo Cameræ incorporata,non deberent diuerſo iure cẽſeri: quia vbi eadem ratio,idem ibi ius ſtatui debet,vulgatis iuribus.

Sextum priuilegium eſt,nam neq; eſt neceſſaria ſententia de
16 claratoria,quando eſt notorium,ꝙ bona fuerũt acquiſita reſpectu beneficiorum, vel negociorum illicitorum contemplatione,per ea,quæ dicit Abb.in c.cum non ab homine.ver. ſed certe ſi ſubtiliter de iud.vbi dicit ſubſtantialiter, quod per clauſulã ipſo iure,vel æquipollentem, quando eſt notoriũ id ſuper quo lex diſpoſuit non eſt opus ſnĩa, nec etiam declaratoria, quia in incertis,non certis opus eſt coniecturis c.2.de reg.iur.lib.6. vnde tex.in c.cum non ab homine. non dicit aliquid de declaratoria ſententia prę̃mittenda,traditioni curiæ ſeculari,quia videbatur notoria incorrigibilitas.in d.c.facit quod dicit Alber.de Roſa.in 3.par.ſtatu.q.91.nam cum ſtatutum factum eſſet, vt vulneratus cum armis ad effuſionem ſanguinis,ipſo facto eſt in banno, & aliud ſtatutum permittebat impunè occidi bannitum, modo quidam interfecit illum,qui vulnerauerat cũ armis, antequam per declaratoriam poneretur in bãno, quærebatur,an gauderet beneficio ſtatuti ille interfecto,& dixit,quod ſic, nec obſtabat, quod non præceſſerat declaratoria. quia factum erat notorium:quia tantum operabatur ſententia legis,quantũ hominis.l.cum quaſi.§.ſi plures.ff.de fideicom.lib.Idem dicit Abb.

in clem.

Source : BIU Cujas

in clem. prę ſenti. de cenſib. & in c. peruenit. el j. de app. & ibi Philip. Franc. & ita etiam intelliguntur verba Bal. in l. iubemus. la 2. in §. ſanè. ad fi. verſ. additio tñ. C. de ſac. eccle. & ita etiam intelligitur gl. in c. commiſſa, in ver. iuſto impedimento. de elect. lib. 6. dicens, quod in caſu c. licet canon. cod. tit. poteſt collator cõferre beneficium ipſo iure vacans, abſq; alia pronunciatione, ſuper priuatione incurſa, eſt enim notoriè incurſa illa pęna priuationis. & idem dicit Domi. Lap. allega. 127. & Dom. in d. c. commiſſa. §. j. in fi. allegat in ſimili Io. And. in duobus locis, de quibus ibi, facit etiam glo. fi. in c. pro humani. de homic. in 6. vbi dicit quod beneficia illorum conferuntur, non vocato poſſeſſore: ſimilis caſus in c. vbi periculum. §. præterea. ver. ipſos de ele. lib. 6. vt ibi Domin. in vlt. notab. & ſic per omnia dicta illud ſextum priuilegium manet firmum.

Septimum priuilegium eſt, nam quoad bona, intuitu beneficiorum acquiſita, nõ curr it præſcriptio, niſi eo modo, quo cur-
17 rit contra eccleſiam, ad quam de iure antiquo pertinebant illa bona, quod ita faciliter probatur. Canones dictabant, quod bona acquiſita intuitu beneficiorum, peruenirẽt ad eccleſiam, cuius contemplatione erant acquiſita, vt vnanimiter Doct. in c. re
22 latum. & c. cum in officiis. de teſtam. dicunt cum ſimilibus: nũc per extrauagantes, & Bullas poſtea emanatas, fiſcus eccleſiæ Roman. qui dicitur Camera apoſtolica ſuccedit in illis bonis, ergo, cum hodie ſit ſubrogata Camera loco, & vice eccleſiarum, priuilegiis, & prærogatiuis illarum vtitur quoad tẽpus decurſum, quoad decurrendum verò iure proprio, vt Bar. Bal. Sali. dicunt in l. fi. & auth. quas actiones. C. de ſac. ſanct. eccle. & Doct. in l. cũ filius familias. § in hac. ff. de verb. oblig. cum ſimilibus. ſed con-
18 tra eccleſiam non pręſcribitur niſi ſpatio quadraginta annorũ,
23 vt habetur in auth. quas actiones. & ibi Iaſ. & Doct. C. de ſac. eccle. & in auth. de eccle. tit. § pro temporalibus. 9. collat. & tex. & Doct. in c. de quartadecimæ. & c. ſanctorum patrum. & c. ad aures. de pręſcri. ergo eodem tempore vtitur Camera apoſtolica, ad excludendam præſcriptionem, cum loco illarum eccleſiarũ quondam ſuccedentium ſit ſubrogata, vt ſupra probatum eſt: ſed hoc priuilegium limitatur primo, ſolum procedere, quoad
24 tempus decurſum, non quoad tempus decurrendum. vt dicunt Bart. & Bald. in dicta authẽ. quas actiones. C. de ſac. eccle. & in l. cum filiusfamilias. & de hoc dic, vt dixi in q. de exceptionibus, & præſcriptione, vbi abunde.

Secundò limita procedere, quoad res immobiles tantum, nõ
25 quoad res mobiles: nam priuilegium procedens ex dicta auth. habet locum ſolum in illis rebus, in quibus de iure cõi præſcribitur contra laicos ſpatio decem, vel viginti, vel triginta annorum, in illis caſibus eccleſia habet priuilegium quadraginta annorum, vt loquuntur Iaſ. & Doct. in d. auth. & Docto. in d. c. de quartadecimę, & ſic in rebus immobilibus tantum, in rebus ve-
19 rò mobilibus, nullum priuilegium habet eccleſia, ergo nec Camera, cum in mobilibus, ita pręſcribatur contra eccleſiam triẽnio, ſicut contra laicum, Iaſ. in allegata auth. Bal. in l. 2. in j. lect. C. ne rei Dom. vel. templ. Dyn. in regula poſſeſſor. de reg. iur. lib. 6. & amplius in omnibus annalibus exceptionibus, ſeu præſcriptionibus, vel ſemeſtribus, vt ſunt regulariter ptoriæ actiones, vt actio de dolo. l. fi. C. de dol. & actio quanto minoris, & redibitoria. l. cum ſex. ff. de ædil. edict. ita præſcribitur cõtra eccleſiã, ſicut contra priuatum, iſtudq; ampliat Panor. in ca. cum cauſa. de emp. & vend. dicitq;: quod eſt notandum pro intellectu tituli de præſcr. & ita etiam in præſcriptione quadriẽnii, quæ ita currit contra eccleſiam, ſicut contra priuatum quamuis hoc ſit de iure ciuili, vt in d. auth. quas actiones. per Iaſ. ibi in 3. nota. tamen per ius canonicum eſt ſublatum tex. in c. quicunq; militum. & ibi gl. 12. q. 2. & Doct. in c. 2. de reb. eccle. non alie.

Tertio hoc priuilegium poſſet limitari in rebus, non prouenientibus ex fructibus beneficiorum, ſed ex negociis illicitis, nã in illis cum camera non ſubrogetur loco eccleſiæ, non obtinet dictum priuilegium, &c. ſed dixi ſupra, quod prouenientia ex illicitis negociationibus ſunt declarata eſſe ſpolia, & parimodo
28 applicata Cameræ, vnde non debent diuerſo iure cenſeri.

Octauũ priuilegium eſt, nam propter applicationem, quæ fit ipſo iure, ſtatim poſſeſſor in foro conſciẽtiæ tenetur ad omnia
20 ſpolia, & eorũ annexa Panor. in c. j. col. 3. & ibi Feli. qui hoc admodum confirmat. col. 13. ver. incipit enim illa gl. de conſtit. & idem Panor. in c. extirpandæ. §. quia verò. in rep. col. 8. ver. ex his dico. & iterum col. ſequen. ver. & ex prædictis. de præben. & in c. dilecti. col. 3. ver. ſi in gl. fi. de arbi. Barba. in rep. c. Raynaldus. in col. 45. & iterum. col. 61. de teſta. Card. Alex. in c. fraternitatis. col. pen. verſ. noto. & gl. de teſtib. Feli. in c. cum nobis. col. vlt. de reſcrip. Thom. Parpalia in repet. l. ſiquis maior, in 9. q. extra glo. C. de tranſac. Carol. Rui. conſ. 4. proponitur in Themate. col. 3. nu. 2. li. 5. Corſe. in ſuis ſingula. in verbo pęna. & iterum in eodẽ verbo pęna in ſingula. in foro conſcientiæ. Matt. Afflict. in cõſti. regni. violentias. col. 3. q. 2. vbi reprehendit Yſer. dicentẽ cõtrarium: verum ex Theologorum ſententia cõdemnatus ad pęnam, eam debet in foro conſcientiæ, vt per diuum Thom. 2. q. 62. arti. 3. & voluit Bald. in l. id quod pauperibus. in 9. q. verſi. ſed pone teſtator. C. de epiſc. & cler. Pet. Anch. in c. poſſeſſor malefi dei. col. 25. ver. 3. quæro. de reg. iur. li. 6. & Feli. in d. c. j. col. 14. ver. limitatur. 2. extra de conſtit.

Nonum priuilegium eſt: nam cum ſpolia, ſint ipſo iure appli-
21 cata Cameræ, & confiſcata, nullo modo ante ſententiam alienari poſſunt: ſi autem non eſſent confiſcata: ipſo iure, tunc ante ſniam alienarentur, ſed propter fraudem reuocarẽtur: ſed ante reuocationem remaneret firmus contractus. Cyn. & Bald. in auth. inceſtas nuptias. C. de ince. nup. & Arch. Zenz. Io. And. Pe. Anch. Domi. & Philip. Franc. in c. cum ſecundum. poſt principium. de hæred. lib. 6. Bart. in l. poſt contractum. col. 4. ver. ſecũdum tempus. & ibi Pau. à Monte Pico in rep. col. 28. verſi. circa ſecundum tempus. & iterum col. 2. ver. 3. principaliter. ff. de dona. Angel. in l. ſi quis poſt hac. in col. 2. ver. 2. limita. C. de bono. præſcript. Ancha. in c. 2. in 6. notab. de præſcript. lib. 6. & in c. felicis. col. pen. verſi. quæro. poſt Io. And. & ibi etiam Philip. Fran. in §. nullus. de pęn. lib. 6.

Decimum priuilegium eſt. nam eccleſia de occultis non iudicat, c. ſicut tuis. extra de ſymo. tamen propter applicationem
22 ipſo iure, occultus poſſeſſor afficitur, per ea, quæ dicit gl. in cle. j. §. verum. in verbo eo ipſo. & ibi Card. tum in 12. not. tum in 7. q. de hære. vbi dicit, quod pęna quæ imponitur ipſo iure, affligit occultum delinquẽtem, & Panor. in c. vlt. in 2. not. & ibi etiam Io. Ana. & Feli. de hæret. & idem Panor. in c. ad falſariorum. col. 2. & ibi Io. Ana. col. 5. extra de crim. falſi. in c. perpetuo. col. 2. verſi. ſuper dubio gl. de elect. lib. 6.

Vndecimum priuilegium eſt propter prędicta: quod debitores in ſpoliis contenti, non debent ſoluere poſſeſſori ſpoliorũ,
23 quia non liberantur: ſed debent ſoluere Cameræ apoſtolicę, p ea, quæ dicit tex. in l. 3. C. ad l. Iul. de vi. pub. & c. felicis, &c. vbi facta applicatione fiſco ipſo iure, debent debitores ſoluere fiſco, quod vtrum ante ſentẽtiam declaratoriam procedat, vide Anchar. vbi ſupra, & vide Card. Flor. in clem. paſtoralis. §. verum ad finem. de ſententia & re iudi.

Duodecimum priuilegium eſt. nam propter applicationem,
24 quæ ipſo iure fit, interueniens confeſſio circa ſpolia, nõ põt reuocari, ſi eſt facta, vel pręſumpta, pp errorem allegatum, per ea, quæ dicunt Doct. in l. qui. ff. de his qui no. infa. & l. ſi tutor. C. de interd. mat. vbi hĩ, quod vbi ſententia eſt prolata à lege, non poteſt confeſſio, tanquã erronea reuocari, licet alias reuocari poſſit. l. diui. ff. de pęn. & in §. ſi verò. auth. de exhi. rei. hæc etiam Bal.
25 in l. error. paulo ante finem C. de iur. & fact. igno.

Tertiumdecimum priuilegium eſt: nam cum ſit facta incorporatio Cameræ de ſpoliis ipſo iure, & ſic tranſierit in eam dominium ſpoliorum ex prouiſione legis, vt ſupra probatum eſt,
26 ſi hæres, vel poſſeſſor ſpoliorum alienet aliquid de ſpoliis, nõ valet alienatio, nec opus eſt agere reuocatoria ad reſcindendũ alienationem, ſed ſtatim poteſt intentare rei vendicationem contra poſſeſſorem, per ea, quæ habentur in l. j. §. ſed res. titu. per quos fiat inueſt. ſecus ſi non eſſet ipſo iure. cod. titu. qual. ol. feu. alien. poterat & Mar. & Cardin. in cap. Titius. titu. ſi de feud. defunc. mili. fue. cont.

Quartumdecimum priuilegium eſt: nam debitor ſpoliorum
27 nullo modo poteſt purgare moram propter clauſulam ipſo iure, per ea, quæ dicit Bar. in l. ſi is cui. de leg. 2. ff. & in l. qui ob rem non defenſam. & ibidem Bar. Bal. Sali. & recentiores. ff. de condi. indebi. voluit gl. in c. ult. quam ita intelligit & ſequitur Bald. ibi. col. 2. uerſi. Bernar. tractat hic. de elect. & uoluit gl. in c. licet. in gl. ult. & ibi Ant. col. j. uerſi. nota quod collatio. & iterum col. 2. uerſi. oppono quod hic mora. de ſuppl. negl. prę l. & gl. in c. ult. in gl. ult. & ibi item Ant. in 2. no. eo. tit. & gl. in c. cupientes. §. qđ ſi per uiginti. in uerſ. expectari. & ibi Io. Mon. Io. And. Archi. de elec. li. 6. & gl. in c. licet canon. §. is. & in uerbo priuatus in prin. & ibi Io. Mona. col. 2. paulo ante finem. & Pet. Anch. col. j. uerſi. item no. in textu. col. ult. uerſ. 4. quæro.

Quintumdecimum priuilegiũ eſt: nam licet debitor ſpolio-
28 rum, deberet mitius condemnari confeſſus, quàm conuictus, p regulas, & communes doctrinas: tamen propter clauſulam ipſo iure, eſt contrarium per d. Bar. in l. ſi id quod ſeruo. §. j. ubi &
29 Alex. in addi. ipſius, ubi hoc reputat ſingulare. ff. de pęn. lega. ubi dicunt, quod quando infligitur aliquid ipſo iure. aut ius condẽnet, tunc idem eſt ſi ſit conuictus, & ſi ſit confeſſus, & idem Bar. in l. qui ob cauſam. ff. de rit. nup. & uoluit Bal. in l. ea quæ. in 2. q. C. de condi. indebi. ubi hoc uocat notabile, & in l. peculium. §. ſed & ſi. ff. de pecu. Petr. Anchar. in c. perpetuò. circa medium. de elect. lib. 6. & in c. j. colum. ulti. de homic. lib. 6. Floria. ubi id dicit menti tenendum in l. Aquilia. quæ eſt ſecunda. circa medium. ff. ad l. Aquiliam.

Sextumdecimum priuilegium eſt: nam quando pęna, & cõfiſcatio fit ipſo iure, ut noſtro caſu, etiam ſi conſtitutio, uel Bul-
30 la non fuiſſet recepta, uel iret in deſuetudinem, tamẽ bona ſpoliorum poſſunt peti per cameram apoſtolicam, argumento c. ueſtra. de loca. & c. 2. de conſti. lib. 6. & c. catholica. 11. diſt. ita uoluit Matth. in proœmio clem. in §. uniuerſitati. de quo uide Car. Floren. ibi & Io. And. & Ant. in c. j. de treg. & pac. Pet. Ancha. in

in repe.

Source : BIU Cujas

in repe.c.j.in 12.q.in prin.uerſi.ſed hic quæro reperitur extra. de conſtitu.& Cepol.conſi.13.incipiente ſtante ſtatuto.colum. 3. verſic.& licet dictus.

Septimumdecimum priuilegium eſt:nam cum quis ipſo iure non priuatur,ſed expectatur ſententia, non impeditur interim agere,& proſequi ius ſuum:ſecus in ſpoliis, nam cum ſint applicata ipſo iure per Bullam, hæres clerici, qui tenetur ad dandum ſpolia Camerę Apoſtolicæ,non poteſt,vel ante ſnīam,vel poſt aliquo modo agere,vel contra cohæredes,vel cōtra debitores in ſpoliis exigendis,vt diſtinguit gl.in l.his conſequenter.§.j.in verbo nō pertinere.per tex.ibi,ad alios quos allegat, & ibi Bart. qui monet hoc eſſe multum notabile.Bal.& Flor.qui id reputat multum ſingulare.ff.fam.hær.vbi dicunt, quod cum hæreditas auferatur ab indigno ipſo iure,non poteſt aliquo modo,vel ante,vel poſt ſnīam agere contra cohæredes:ita dicendum in ſpoliis,nam cum ſint ablata ipſo iure ab hærede clerici, & applicata Cameræ,non poteſt ille hæres exercere iura in ſpoliis contēta,& Bal.in l.j.in fi.C.qui.in cau.in integ.reſt.non eſt neceſſ.

Decimumoctauum priuilegium eſt: nam regulariter de iure tertii non poſſumus opponere, vbi ſnīa requiritur ad priuationem,& incorporationem bonorum fiſco,ſecus eſt in ſpoliis,nā cum ipſo iure incorporentur,poteſt litigator, qui litigat cū hæ
31 rede prælati mortui dictum hæredem excludere,dicēdo, quod bona non ſunt hæredis, ſed Cameræ. & ſic poteſt opponere de iure tertij,contra iuris regulas cōes, per ea, quæ dicit Bal.in l.his ꝓnr.§.j.& in l.cum ſeruum.col.2.& ibi Cyn.& latè Franc. Aret. C.de ſeru.fugit.vbi dicunt, quod cum bona applicātur fiſco ipſo iure, tunc poſſeſſor illorum bonorum agens cōtra aliquem, poteſt ille conuentus excludere poſſeſſorem opponēdo, quod bona non ſunt ſua, ſed fiſci, & ſic opponit de iure tertij. ita etiā dicendum in camera de ſpoliis,nam camera fiſcus ſummi Pōtificis eſt,vt certi iuris eſt,& ſupra probaui.idem Bal.in l.cū mulier.col.10.ver.de tertio dubito.ff.ſolu.mat.& in l.2.poſt principiū. C.quibus res iudicata non nocet.no.in l.indebiti §.vlt.ff.de condi. inde.& in additione Speculatoris tit.de loca.§.nunc aliqua in 46.q.& ipſe Specu.in eo.§.47.q.& iterum in 66.q.

Decimumnonum priuilegium eſt: nam regulariter à ſententiis appellatur,vt patet per totum ius ciuile,& canonicum, exceptis quibuſdam caſibus,de quibus C.quorū app.rec.vel non. per totum tamen in cauſis ſpoliorum non appellatur,niſi prius facto depoſito,& hoc per Bullas ſummorum Pontificum, dixi ſupra in q.de modo procedendi in cauſis ſpoliorum.& talis diſpoſitio Bullæ,quomodo per cōe ius interpretetur, & patiatur interpretationē paſſiuam,poſſunt cōſiderari dicta Bar. & Doc. in l.j.§.interdum.ff.à quibus app.non lic.& Doct.in c.j.de reſcr. & in c.paſtoralis.& c.vt debitus.de app.

Vigeſimum priuilegium eſt:nam in ſententia excommuni-
32 cationis,regulariter requiritur factum hominis, vt per Inn. Io. And.Hoſt. in rub. de ſententia excommuni. exceptis aliquibus caſibus,de quibus dicunt iidem Doct.in d. rub.& in c.j.eod.tit. & Hoſt.in ſua ſumma.& Io.And.in c.eos.de ſent. excom. lib.6. & in clem.j.eo.titu.& forte inter iſtos caſus exceptuatos,poſſumus connumerare excommunicationem,quæ contra detinentes res camerę datur,& incurritur,vt poſſumus notare ex Bullis ſummorum Pontificum,contra detinenter res Camerę apoſtolicæ prolatis, & poſſumus ſpecialiter hoc elicere ex Bulla Pauli IIII.Incipienti.incumbentia nobis.ſub rub. cōtra occupatores bonorum Cameræ Apoſtolicæ. nam ibi ponitur dictio, ex tūc, quæ dictio denotat canonem latæ ſententiæ Franc. Aret.in c. ſi diligenti.col.3.ver.in gl.poſita ſuper verbo cauſam.de for.cōp. & tex.in c.cupientes.§.cæterum. ibi extunc inchoandum volu-
33 mus fore ſuſpenſos. de elect.lib.6.& Cor. in conſi. 104. licet in hac conſultatione.col.2.ver.licet ergo non fuerit.lib.j.& tex. in c.excommunicamus.§. credentes.ibi extunc ipſo iure ſit factus infamis.& c.cum ex eo.in fi.de elect.lib.6.& alia ratione hoc ꝓbatur,nam in dicta Bulla ponitur verbum incurrant,quod verbum ita poſitum,infert pęnam ipſo iure non expectata ſenten-
34 tia diffinitiua, ſed ſolū debet interuenire ſentētia declaratoria, per illa,quæ habentur per gl.in c.vlt.ver.pars verò. in verbo incurrat.de officio delegati.li.6.vbi dicit, quod verbum incurrat, importat pęnam ipſo iure,& gl.in c.eos.de ſenten.excom.dum inter caſus latæ ſententiæ excommunicationis,ponit c.j.de religio. domi.& c.j de iniuriis. lib. 6. quæ c.eodem verbo vtuntur, nec aliud addunt,quod ſignificat latam ſententiam.& in clem. j.in verbo incurrant,& ibi Pau. Lau. Imo.Card.Flor.in 27.q.de vſuris,& rurſum gl.in clem. j. in verbo excommunicationis. de ſent. excom.dum inter canones latæ ſententiæ allegat clem. j. de deci.& clem.j. de vſur.quæ eo verbo vtuntur, ſine adiectione dictionis latæ ſententiæ, & voluit etiam nuncupatim Corn. conſ.89.viſo ſubſcripto.col.pen.ver.poteſt etiam lib.3. nec obſtat quod multi textus huic verbo,incurrat,addunt clauſulam, ipſo iure, ipſo facto,eo ipſo,& ſic vidētur innuere,quod ſine illis clauſulis ſolum verbum incurrat,non importet ipſo iure pę nam,ſed per ſententiam,vt ſunt tex.in auth.agri.in fi.C. quæ res obl.non poſſ.& in c.vlt.extra,ne cle.vel Monac.& c.vbi pericu-
lum.§.nulli.& rurſum.§.quod ſi præmiſſa.de elect.lib.6.& in c. fundamenta.eod.tit.& lib.& in c.cum ex.eo.in fi.eo.tit.& lib & in c.indemnitatibus.§.porrò.ver.ſed procuratores eo.tit.& lib. & in c.2.de iud.eo.lib.& in c.vlt.in fine.de reb.eccle. non alien. eo.lib.& in c. quanquam in fi. de cenſib.eo.lib.ſed prima eſt cōmunis Doct.conſentientium auctoritati gl.dicentis, quod importat exequutionem ipſo iure,neq; ſententia diffinitiua eſt neceſſaria:non obſtant tex.allegati incontrarium, nam vnica reſponſione tolluntur,ſcilicet quod ideo verbo incurrat adiungitur clauſula ipſo iure,vt magis declaret, & exaggeret voluntatem Pontificis non vt diſponant,& ſic non ſunt neceſſaria, ſed potius declaratoria.

Vigeſimumprimum priuilegium eſt: quia licet regulariter, nemo cædere poſſit ſua iura in potentiorem, cauſa iudicii mu-
35 tandi.l.j.2.& quaſi per totum.C.de alie.iudi.mut.cau.fac.tamen ſi Camera non valeat ſpolia recuperare à manibus potentis, poteſt cædere ſua iura alteri potentiori, vt ipſe recuperet, & recognoſcat, prout dicitur de eccleſia, quæ non valens recuperare feudum à manibus potentis, cædit iura ſua alteri potenti,vt ipſe recuperet,& feudum recognoſcat ab eccleſia per tex. quem ibi ad hoc ponderat Barba.in c.2.de feud.

Vigeſimumſecundum,eſt priuilegium: quia in cauſis ſpoliorum nō appellatur, quia cum cauſa Cameræ Apoſtolicæ eſt cā eccleſiæ,in cuius locum ſuffecta eſt Camera,& eſt cauſa pia, & debitum fiſcale,in quibus non datur appellatio,arg eorum quæ notantur per Bar.in l.Ancilla.de alim.& cib.lega.& l. fi. de acq. poſſ.Idem in cauſis decimarum quibus debitum fiſcale æquiparatur.c.fi.Epiſcopi 2.q.5.& l.abſtinendum.quę appel.non recip. C.& ibi Bal.& c.tua de decim. ſed de appellatione in cauſis huiuſmodi,dic vt per nos dicitur in q.de modo procedendi in cau. ſpoliorum.& ſupra decimonono priuilegio.

Vigeſimumtertium item habet priuilegium Camerę in cau ſis ſpoliorum:quia ſi vult petere reductionem ad arbitrium bo ni viri à laudo per laicum,vel clericum, poteſt hoc facere corā iudice eccleſiaſtico per Doct.in c cum ſit.de for.compe.iuncto
36 c.2.de arbi. Item habent priuilegium ſpolia,quia in eorum cauſis etiam mulier poteſt eſſe procuratrix,quia in huiuſmodi cau ſis tractatur de ſalute animarum,prout in cauſis eccleſiæ, & decimarum per Archi.in c.reſcriptum.in 6. q.3. quia vbicunq; de ſalute animarum tractatur,nunquam diſputatur de apicibus iuris.c.duæ ſunt. 19.q.2.& iſta exceptio,tu nō es procurator,eſt de
37 apicibus iuris l.ſi fideiuſſor.§.cum quædam.ff.mandati.

Vigeſimumquartum,item poteſt dici eſſe priuilegium quod
38 ſi quis emat ſpolia à Camera apoſtolica,quod non teneatur ad ſolutionem aliquorum vectigalium maximè ordinariorum. ꝓ ea,quæ dicit Bar.in l.licitatio. §.mercatores.ff.de publicia.licet quilibet emens à priuato teneatur.l.j.& per totum. ff. de vectig.

Vigeſimumquintum. Item eſt priuilegium Cameræ circa ſpolia. quod qui tenetur exigere ſpolia, vel res ſpoliorum pro Camera,ſi ſui culpa non exigit,tenetur reficere de ſuo,reſerun-
39 ta ſibi actione contra eum, qui tenebatur per Barto.in l.niſi.de exact.tribut.

Vigeſimumſextum.Item eſt priuilegium Cameræ circa ſpolia:quia ſi ſit legatum cum conditione factum,quod veniat exigendum à Camera,ratione ſpoliorum, is ab alio nō poteſt exi-
40 gi,niſi conditione in ſpecifica forma adimpleta, poſſet tamen exigi à Camera, per ea, quæ dicit Lud. Rom. in l.ita ſtipulatus à te.de verb.obl.per tex.in l.Pau.§.grauis.ff.de liberali cauſa.

Vigeſimumſeptimum. Item licet pluribus conditionibus in legato appoſitis,vltima conditio pro exequutione legati ſit ad-
41 implenda l.quod tradit.ff. de condi. & demon. tamen reſpectu eccleſiæ,& Cameræ attenditur leuior conditio tantum l.5. & l. vulg. de manumiſſ.teſt.

Vigeſimumoctauum, Item eſt priuilegium . quia fauore eccleſiæ,& Cameræ, etiam tempus interpellatum contra teſtatorem cōiungitur l.Paulus.§.Gaio. de lib.lega. alias eſt l. Aurelio. & l.ſi fideicommiſſa libertas.§.fi.de fid.liber.& ſic ſi relictum ſit ſub conditione,ſi continuis annis quid fecerit, nam nihilominus tale legatum conſequitur Camera, ſi ex pluribus temporibus ad inuicem cōiunctis reſultaret tempus perfectum, poſito, quod non continuaret,& regulariter non eſt recedendū à verbis teſtatoris.l.non aliter.de legatis 3.

Vigeſimumnonum eſt priuilegiū, quiā donatio ſub modo,
42 quæ alias modo non adimpleto reuocaretur, per condict. ob cau. vel quia poſſet agi admodum implendum actione præſcr. verbis,id,quod eſt in electione agentis l.ſi proponas. C.de cōdi. ob cau.& l.j.C.de condi.ſub certo modo,nō adimpleto, nō agitur fauore Cameræ & eccleſiæ ad illam reuocādam, niſi in donatione id expreſsè ſit dictum, quod modo non adimpleto donatio ſit nulla.tex.in c.verum.de dona.& de multis aliis priuilegiis,vide per Bal.in l.j.C.de ſac.ſan.ecc.per Canoniſtas in c.cum eſſes.de teſta.Bal.in tract.de dote priuilegio 50.

Trigeſimo.Item fauore eccleſiæ,& Cameræ,condictio appoſita reiicitur,& reſoluitur in modum, ſicut dicitur de libertate,
43 quæ æquiparatur l.menia.de manum.teſta.per Barba. in c.Ray-

naldus,

Source : BIU Cujas

naldus,de teſta.16.char. & vide de effectu,modi,& ꝯditionis,in c.verum.de condi.appoſit. extra.& ego dixi.aliquid in meo tracta.de ſymonia.in ſymonia conuentionali.in quæſtione an ſententia committatur per modum:ſicut per conditionē vbi vide.

Trigeſimūprimū, Item priuilegium eſt Cameræ apoſtolicæ & eccleſiæ:quod cōfeſſio debitoris Cameræ, facta abſente parte,quæ alias non valeret,valet,& probat per D.Ant.de But.in c. ſi conſtiterit.de accuſa.

Trigeſimūſecundū.Item quia ſi clericus,aut prælatus fecit ꝯfeſſionem,alias eccleſiæ,& cameræ præiudicialem, illa confeſſio non afficit eccleſiam,vel Cameram.per Io.And.in c.fi.de ſolu.niſi tamen in illis quæ ſunt ſibi permiſſa,ſecūdum D.Ant. in c.j.de poſit.extra.

Trigeſimumtertium. Item eſt priuilegium,quia licet regulariter cōfeſſio in vltima voluntate non inducat probationē,niſi ſit iurata,ex quo tunc,quis non præſumitur immemor ſuæ ſalutis l.Aurelius.§.fi.de lib.leg.l.Lucius.§.j.de leg.3.tamen ſi quis in teſtamento confiteatur ſe teneri prælato eccleſiæ,vel Cameræ, vel piæ cauſæ valet,& tenet,talis confeſſio,vt ibi not. per Bal. in conſi.incip.cęcus petroli.quia optima eſt ratio,quæ pro religione facit l.ſunt perſonæ.de religio.

Trigeſimūquartū.Item eccleſia,& Camera habet priuilegiū, quod non ſolum gaudet priuilegiis ſuis in bonis, quæ habet in dominio. ſed in illis etiam, ad quæ quis confitetur ſeſe teneri eccleſiæ,vel Cameræ,dummodo confeſſio non ſit facta in fraudem,argumento eorum,quæ not.in l.in contractibus,& in l. fi. C.de dot.caut.non numerat.

Trigeſimumquintum,eſt priuilegiū.quod ſi eccleſia, vel Camera confiteatur aliquid in ſui præiudicium,contra talem confeſſionem poteſt petere reſtitutionem in integrum infra quadriennium no.in c.2.de in integ.reſt.

Trigeſimumſextum eſt priuilegium, quod cōtra eccleſiam, & Cameram,nunquam præſcribitur crimen falſi, dicit Spec. in tit.de ſen.§.quoniam licet. alias tale crimen regulariter præſcribatur ſpatio 10.ann.l.querelam.C.de fal.

Trigeſimumſeptimum.priuilegium Cameræ,& eccleſiæ eſt: quod valet conſuetudo,per quam eccleſia,vel Camera, quæ in ſpoliis etiam ſuccedit,acquirit rerum dominium,& poſſeſ. ſine ſolemnitate legali c.2. extra. de conſue. Item conſuetudo inferens grauamen non valet.c.j.eo.

Trigeſimumoctauum. eſt priuilegium : quod quando debeť aliquid eccleſiæ,Cameræ apoſtolicæ,& ſimilibus locis ,dñium transfertur ex ſolo contractu abſq; aliqua traditione l. fi. C. de ſac.ſan.eccl.licet ſit ſecus in contractibus aliorum:vbi ita demū transfertur dominium,ſi ſequatur traditio l.traditionibus.C.de pact.l.ſi ego C.de rei vend.Ant.de But.in c.fi.de ca. poſ. & prop. 20.col.no.in c. in præſentia. de præben. vnde effectus eſt maximus,quia ſtatim agit Camera rei vendicatione.

Trigeſimumnonum.eſt priuilegium:quod cōtractus, factus calore iracundiæ, qui alias regulariter de iure non tenet, quod valeat,& teneat fauore eccleſiæ,& Cameræ c.ſunt qui opes. 17. q.4.vnde contrahentes cum eccleſia,vel Camera, non vñr habere exceptionem,quod iracundia,& calore cōtraxerit.p Corſetum in ſuis no.incip.teſtium Alex.conſi.181.5.vol.

Quadrageſimum eſt priuilegium ſpoliorum:quia ſi clericus, vel beneficiatus donauit aliqua alicui benemerito in recompenſationem accepti ſeruitii,id quod facit prælatus per tex.in c. relatum.el 2. de teſta. dixi ego latè ſupra in q.de poteſtate clerici &c.& in q.de licentia teſtandi.tamen fauore Cameræ illa merita debent probari. quia in hoc non ſtatur confeſſioni prælati. per tex.d.c.relatum credo per illa verba in tex.iuxta ſeruitij meritum &c.per D.Ant.de But. in c.j.de cau. poſſ. ex quo tractatur de damno eccleſiæ & Cameræ.Bal.in l.ſi donat.de collat.niſi tamen donatarius ſtetiſſet Domini in poſſeſſione rei donatæ, vt ibi no.& in c.noſcitur.de his quæ fiunt à præla.

Quadrageſimumprimum.Item eſt priuilegium,quia alias ꝓ miſſio ſine ſtipulatione non valet, ſi cauſa, quia ſaltim tollitur ope exceptionis per tex.in l.2.§.circa.de dol.excep.tamen valet fauore Camerę,& eccleſię,ſicut dicitur in dote,vnde multo fortius in rebus cameralibus,& eccleſiæ,cum maius ſit vinculū ſpirituale,quàm carnale.l.ſancimus.C.de ſac.ſan.eccl. videtur dicere Bal.in ſuo tracta.de dot.priuilegio 114.

Quadrageſimumſecundum eſt priuilegium: quod temporalia collata eccleſiæ,vel Cameræ cenſentur pleno iure collata,licet regulariter contra per not. in ca.meminimus.de accuſa.per Feli.ibi.2.col.verſi.no.3.

Quadrageſimumtertium eſt priuilegium:quia cum regulariter de liquido ad liquidum fieri debet compenſatio.l.fi.C.de cō penſa.tamē fallit in debitis Cameræ apoſtolicæ,fauore ipſius eccleſię,per gl.in c.decimę.16.q.j.exemplificat,& loquitur in caſu decimarum,per Roma.in ſingulari incip.an ſacerdoti.

Quadrageſimumquartū eſt priuilegiū: quod fauor Cameræ, & eccleſiæ eſt iuſta cauſa abbreuiandi terminum peremptoriū. l.non nunquam.in fi.ibi pro conditione eccleſię.C.de iud.licet regulariter contrarium ſit verum.l.ad peremptorium.eo.tit.

Quadrageſimumquintum eſt priuilegiū:quod Camera, vel eccleſia non tenetur de depoſito facto apud clericum,vel beneficiatum,niſi in vtilitate eccleſiæ probetur verſum.c.j.de depo.

Quadrageſimumſextū. Item eſt priuilegium Cameræ: quod illa pōt agere,vel eccleſia ad fructus perceptos ab illo, qui non animo ſe promouendi:ſed fraudulenter fructus percipiendi,parochialem eccleſiam accepit.tex.in c.commiſſa.de elect. lib. 6.

Quadrageſimumſeptimum priuilegium eſt in cauſis ſpoliorum: qđ illi,qui occupant bona dimiſſa à prælato, vel bona vacationis tempora obuenientia, quæ itidem dicimus ſpolia,vigore extrauagantium Pij IIII.& aliorum canonum,vt dicimus ſupra in prima q.tales occupatores ſunt ſuſpenſi, vſque quo fecerint condignam ſatisfactionem.cap.quia ſæpè.de electio.lib. 6.& c.generali.eod.

Quadrageſimumoctauum priuilegiū eſt in cauſis ſpoliorū: quod bona acquiſita de fructibus beneficii,vel eccleſiæ,debent ad Cameram,& eccleſiam reuerti.opt.gl.in c.apoſtolicos.12.q.2.& c.fixum.2.q.6.& hoc ſiue empta ſint nomine eccleſiæ,ſiue nomine alieno.c.j.c.inquiren.de pecul.cler.extra.

Quadrageſimumnonum eſt priuilegium:quod res empta de pecunia eccleſiæ,non nomine eccleſiæ,ſed alieno,eſt effecta eccleſiæ:& ſic eſt hodie cameræ per Doct.in c.inquiren. de pecul. cler.licet regulariter ſecus.l.ſi Dominus tuo.C.de rei.vend.

Quinquageſimum eſt priuilegium camerę,& eccleſiæ:quod ſi camera vendat ſpolia diuerſis temporibus duobus, quo caſu ille præferri habet, cui primo fit traditio, licet ſit poſterior emptor. l. quoties.de rei vendi. & primus agit ad intereſſe contra vendentem:præfertur ille,qui primo emit,per Doct.in c.cō tinebatur.de his quæ fi.à maio.par.c.quia in rebus eccleſiaſticis eluſio maximè reprobatur.

Quinquageſimumprimum eſt priuilegiū Cameræ, & eccleſiæ.quod cum in perſonalibus actionibus,non habeat locū prę uentio.l.priuilegia.de priuileg.creditorum.tamen Camera, vel eccleſia,habens debitorem, primo poteſt deducere ſuū per Io. And.in c.eam.de ætat.& qualit.

Quinquageſimumſecundum priuilegiū eſt: quod res acquiſita de pecunia eccleſiæ,licet alterius nomine ſit acquiſita, eius fauore contra regulas cōmunes,efficitur ipſius eccleſiæ, vel Cameræ per tex.& Doct.d.c.inquiren.de pecul.cler.tamen hoc eſt intelligendum,quando contrahens non exiſtit ſoluēdo, vt per Lud.Roma.conſi.9.inci.ſuper eo quo quæritur, an permutatio pecuniarum montis Martii,&c.

Quinquageſimumtertium eſt priuilegium:quod non ſolum acquiritur dominium rei emptę de pecunia eccleſiæ, ſed etiam acquiritur actio perſonalis ex cōtractu per alium celebrato ſuper re ipſius eccleſiæ,vel Cameræ: quod intellige , vt dixi ſupra verum eſſe,ſi ille qui contraxit non ſit ſoluendo , alias ſecus no. Bal in l.ſi vt proponis.C.de re.vend.

Quinquageſimumquartum eſt priuilegium:quod cōtractus geſtus ſuper rebus eccleſiæ,eccleſia vacante,eſt nullus ipſo iure. c.ſi qua.de reb.12.q.2.quo tempore, dicimus ſupra in q.j. quod dimiſſa per cleric.& obuenientia tempore vacationis , ſpectant ad Cameram:tamen talis contractus , ſi ſit in vtilitatem , poteſt per Cameram , vel ſucceſſorem ratum haberi. gloſſ. in cap. 1. ne ſede vacan.

Quinquageſimumquintum eſt priuilegium : quod Camera, vel eccleſia poteſt opponere ſemper,& omni tēpore exceptionem non numeratę pecuniæ per Bal.in auth.hoc ius porrectū. C.de ſac.ſan.eccl.quia non ſufficit ſola confeſſio,ſed expedit qđ probetur verſum in vtilitatem eccleſiæ.c.fi.de ſol. quod eſt contra regulam,quia dicta exceptio non opponitur regulariter,niſi intra biennium inſti.de literarum obl.per totum.& in l.in cō tractibus.C.de non nu.pec.per Doct.d.c.fi.

Quinquageſimumſextum eſt priuilegiū: quod eccleſia , ſiue Camera apoſtolica,vti poteſt pro libito ll.ciuilibus, quæ pro ſe faciant,& econtra poteſt nolle illis ſtare,quando cōtra ſe faciāt per Inn.in c.nouit extra.de iud.Imo.c.fi.de ſol. vbi exceptio nō numeratæ pecuniæ,opponitur etiam vltra biennium.

Quinquageſimumſeptimum eſt priuilegium : quod contra miniſtrum Cameræ , vel eccleſiæ opponentem pro defenſione iuris Cameræ , & eccleſiæ exceptionem excommunicationis, non poteſt fieri replicatio exceptionis excommunicationis. c. dilect.extra de exceptio.

Quinquageſimumoctauum eſt priuilegiū : quod ſi ædificas ædificium in ſolo tuo de pecunia Cameræ, vel eccleſiæ,ad quā ſpectat pecunia,ſolum cædit ædificio. gl. eſt ſingularis.in c.apoſtolicos.12.q.2.& c.conſequenti.17.q.7.Spec. in titu. de emphi. §.3.loco.ver.quod ſi clerici. qđ eſt contra regulā iuris, qa ędificiū cędit ſolo,refecta ædificatione inſti.§.cū in ſuo.de rer.diuiſ.

Quinquageſimumnonum eſt priuilegiū:quod in cauſis ſpoliorum , poteſt procedi diebus feriatis introductis in honorem Dei.c.fi.de fer.l.dies feſtos.C.eo. id quod nota vltra illa quæ adduxi.in q.de modo procedendi in cauſa ſpoliorum.

Sexageſimum,item eſt priuilegium : quod ſi mulier in cauſa ſpoliorū ſe obligat,& fideiubet pro alio, non ꝑt iuuare ſeſe beneficio

66 neficio Velleiani Senat.consul.l.pe.C. de Velleia. vbi per Doc.
Sexagesimumprimũ est priuilegiũ Camerę:quod põt agi hy pothecaria contra tertium possessorem, non discusso principa
67 li,& contra fideiussorem,non discusso principali, sicut est in fisco & republica quibus ecclesia comparatur.l.fi.C.de sac.san.ec cle.not.in l. Moschis.de iure fis.l.j.C.de decurio.lib. 10.in l.libertas.§.j.ad municip.in l.cũ filius.de verb.obl.& præsuppositimus. in principio quæstionis,quod ecclesia habet fiscum.
Sexagesimumsecundũ est priuilegiũ:quod ecclesia,& Came
68 ra vtitur iure minoris,& reip. ita quod omnia priuilegia cõcessa minori, & reip.quæ sunt infinita, intelliguntur concessa ipsi ecclesiæ,vel Cameræ in locum ecclesiæ subrogatæ.c.auditis. iũcta gl.& c.j.de in integrum rest.dummodo tamen ipsi ecclesiæ, vel Cameræ talia priuilegia conueniant, nam bona ecclesiastica dicuntur bona publica.c.quid ergo.24.q.4. & bona ecclesiarum sunt bona reip.Feli.in c.nonnulli.co.21.de rescrip.
Sexagesimumtertium priuilegium est:q Camera põt petere restitutionem in integrum contra prescriptionem,duplici capi
69 te.j. ex iure speciali,quo ecclesia vtitur, vt per omnes in cle. j. de in integ.restit. Item ex capite probabilis ignorantiæ per Alex. consi.168.Dec.cons.29.4.col.
Sexagesimum quartum priuilegium est:quia Camera, & ecclesia non solum petit restitutionem in integrum, vbi est læsa, & vbi non habet aliud remedium. Docto.in c.j.de in integrum resti.sed etiam petit d. restitutionem, vbi etiam competit aliud remedium,de iure communi per Abb.in d.c.dilecti.de empt.& vendi.2.col.licet sit secus regulariter.
Sexagesimumquintum priuilegium est: quia Cameræ datur restitutio in integrum ad appellandum, etiam aduersus præscri ptiones iudiciales,idest aduersus terminos exclusiuos probatio nis faciendæ, vel exceptionis proponendæ per text.in clemen.j. cum ibi gloss.de restit.in integr.c.coram.c.auditis. eod.tit. Abb. in c.cum inter.de re iudi.
Sexagesimumsextum est priuilegium Cameræ: quod contra
70 illam,iustus titulus non excusat tertium possessorẽ à fructibus, qui percipi potuerunt.l.fiendum.C.de rei vend.
Sexagesimumseptimum: si ecclesia carens rectore recipiat mutuum,& deinde Camera, vel ecclesia petat restit. in integr. non habet probare læsionem, quia præsumitur consumpsisse, nisi aduersarius probet contrarium: argumento, & exemplo minoris carentis curatore.l.1.C.si aduersus credit. iuncto cap.j. de restit.in integr.
Sexagesimumoctauum priuilegiumest:quod Camera,vel ec
71 clesia non potest renunciare beneficio rest.in integ.nisi in casibus,de quibus pe Abb.5.col.de for.comp.c.si diligenti.
Sexagesimumnonũ priuilegium est:quia Camera, vel ecclesia probata læsione,admittitur contra sententiam, ex causa rationabili etiam post quadriennium per tex. & ibi gloss. in cap.j. de restit. in integr. in sexto. etiam si fuisset sententia Papæ. cap. tum ex literis.extra.eod.
Septuagesimum. Item priuilegium est: quod licet non detur Cameræ,vel ecclesiæ restitutio post peremptorium,datur tamẽ per beneficium restitutionis in integr.cap.coram.de in integr. restit.& si sibi denegatur, restituitur ad appellandum à sententia denegationis.c.fi.eo tit.
Septuagesimumprimum.Item est priuilegiũ ecclesiæ & Cameræ:quia restituitur aduersum læsionem ante sententiam, pu
72 ta aduersus probationes omissas, etiam non probata læsione p Spec.in tit.de rest.in integ.§.2.ver.illud.
Septuagesimumsecundum.Item priuilegiũ est: quod in iudicio, vbi Camera,vel ecclesia est actrix,licet regulariter reus nõ
73 teneatur exhibere, & edere iura, ad fundandã intentionẽ actoris.l.fi. C. de edendo.tenetur tamen edere Cameræ actrici Ant. de But.in c.j.de præben.arguendo de fisco ad ecclesiam, & fortius argumento.c.vt gentes.de hæreti.in 6. similiter in fauorem fisci.l. ne quisquam. de eden. & in casu nostro dicimus supra in prin.quod ecclesia habet fiscum.
Septuagesimumtertium priuilegium est: quod Camera, vel ecclesia potest ipsa agere interdicto recuperandæ, & similibus interdictis:& quilibet laicis in fauorem Camerę,& ecclesiæ ad-
74 mittitur ad intentandum huiusmodi interdicta l.j.§.2.l. interdictorum.ff.de interdict.gl.in l.j.de iust.& iur.
Septuagesimumquartũ priuilegium est: quia, si fuit illata iniuria Camerę,vel ecclesiæ,quilibet, de populo põt pro illata in-
75 iuria Cameræ,vel ecclesiæ comparere, per ea, quæ dicunt gl. & Doct.in l.j.§.in sacris.ff.de iust.& iur.
Septuagesimumquintum priuilegium est: quod quilibet potest agere pro Camera,vel ecclesia, etiam sine mandato.c. dilec
76 ti.& ibi gl.extra de maiori.& obed.c.cum olim.cum ibi glo. & Doct.de testi.
Septuagesimumsextum priuilegium est: quia ecclesia,vel Camera habet regressum contra malè administrantes bona sua:
77 & ideo si instantia sit peremptа, aduersum quam non restituatur, recurrit contra administratores, quando tamen sunt soluendo tex.in l.properan.§.fin.& ibi Docto.ff.de iudi. Cardin.in cle.j.decima q.de rest.in integr.
Septuagesimumseptimum est priuilegiũ: quod licet aliquis non possit exigere suum dibitorem in diem,ante diem, & ante tempus completum,not.in l.cedere diem.de verbo.signi. tamẽ ipsa Camera,& ecclesia exigit,dummodo deducatur interusu-
78 rium medij temporis Guilielmus de Cun.in authen.hoc ius.C. de sacrosan.ecclesię.
Septuagesimumoctauum est priuilegium: quod si Camera agat contra laicum, & laicus opponat de præscriptione, vel de consuetudine.in tali præscr.& consuetudine,attenditur dispositio iuris canonici,tãquam magis propitia, & magis fauorabilis Cameræ,& ecclesiæ gl.3.in c.fi.de consuet.not.c.illud.c.sanctorum.de præsc.Alex.in 2.consi.6.vol.repet.in clem.j. de off. ord. Alex.consi.2.j.vol.
Septuagesimumnonum priuilegium est: quod vbi Camera, vel ecclesia conuenitur,vel est debitrix in aliquo, non tenetur
79 ad cauendum,nec de iudicio sisti,nec dare fideiussores.Abb.c.j. de fideiusso.cap.secundo.de solu.quod notet fiscalis reuerendę Cameræ apostolicæ Neapolitanæ, pro causis Cameræ quando magna curia vicaria Neapolis, pro pecuniis ibi per debitores Cameræ depositis,vult illum astringere ad fideiubẽdum,quod non tenetur,alii tamen bene tenentur ipsi Cameræ satisdare,& si fit vitiosè satisdatum etiam ex integro ad satisdandũ cogi possunt.per Angelum,& Doct.in l.quoties,qui satisdare cogan.
Octuagesimum priuilegium est:quod in iudiis verba prolata contra eius intentionem, interpretantur in fauorem Cameræ, & ecclesiæ.per glo.in ver.dubium.cap in præsentia.extra de pro
80 batio. licet verba dubia in iudiciis, interpretentur in fauorem proferentis.l.solemus.l.si quis intentione ambigua. de iudic. &
81 quando sumus in dubio in iure,vel in facto, tunc fauore ecclesiæ, & Cameræ est iudicandum pro ipsa, quia optima ratio est, & melior,quæ pro religione facit.Arg.l.sunt personæ.ff.de religio.Bar.in l.j.C.de iur.fisci.
Octuagesimumprimum est priuilegium:quod licet regulari ter nõ agatur de euictione nisi re euicta,l.habere licere.ff.de eui
82 ctio.tamen est secus fauore Cameræ,vel ecclesiæ,quæ ante potest agere ad interesse particulare.no.in l.creditor.§. prædiũ. eo. tit.& c.fi.de empt.& vend.
Octuagesimumsecundum priuilegium est:quia licet alias re gulariter,quis eligẽs vnam viam, non potest illa omissa ad aliã
83 diuertere,vel redire.l.3.ff.de actio.tritic.tamen ipsa Camera,aut ecclesia id bene potest.c.cum olim el secundo,& ibi Docto. de priuil.& excess.priuilegiat.
Octuagesimumtertium priuilegiũ est: quia defraudator Cameræ,vel ecclesię,Christo iudice homicida iudicatur,& sacrilegus.c.non liceat.iuncto c.qui Christi 12.q.2.
Octuagesimumquartũ priuilegiũ est:quia inuadens rem, vel
84 bona Cameræ est sacrilegus,& tanquã sacrilegus puniri debet. c.2.& ibi Doct.de rebus ecclesiæ non alien.
Octuagesimumquintum priuilegium est:quia dominium,& possessio spoliorum, & rerum ecclesiarum est penès Christum per Abb.in c.cum esses.in repet.de testam.Ideo caueant seculares,& alii ab illicitis occupationibus, & inuasionibus spoliorũ, aliarumque rerum ecclesiasticarum,quia Dei sunt,quoad proprietatem,& possessionem, qui proculdubio in talibus offendi tur.glo.in c.cum ex eo.de electio.in 6.Inno. in c. cum super. de causa possessionis & proprie. Archi.in c.2. de rebus eccle. alien. lib.sexto. vbi dicũt quod Christus habet dominium bonorum ecclesiæ,sed vide, quæ dico in q.de potestate clerici &c.in q. de licentia testandi.
Octuagesimumsextum priuilegium est:quod bona,& spolia
85 ecclesiastica, possessiones, etiam prædia acquisita de pecuniis ecclesiæ,sunt exempta à quibusuis collectis, & à quibusuis exactionibus:& hoc,siue in acquisitis, siue in acquirendis.gl.notabilis.in c.j.de immuni.ecclesiæ lib. 6.in ver.bonorum.
Octuagesimumseptimum priuilegiũ est Camerę, vel ecclesiæ Rom.cuius sunt omnia spolia ecclesiastica de mundo,vt dixi,supra in q.de præsc.quia si qui sint qui notoriè bona mobilia, & stabilia,etiam oppida,& ciuitates illius teneant,contra detentores deuenitur ad sententiam latam,& factam contra Romandiolas,notoriè detinentes quasdam ciuitates ecclesiæ Roma.& sedis apostolicæ,vt per Bal.in proę.feu.
Octuagesimumoctauum priuilegium est:quia licet non procedatur in causis ex officio, & iudex non impartiatur officium suum,nisi petenti l. 4. §. hoc dictum.ff.de dam. infec.tamen fa-
86 uore Camerę,& ecclesię potest procedi ex officio pro bonis ipsi Cameræ, & ecclesiæ recuperandis, & acquirendis.Bart in l. si quis rem.de custo.& exhiben.reis.
Octuagesimomnonum priuilegium est: quod licet iudex regulariter nõ suppleat in facto,nec in his,quæ sunt facti, per tex. in l.2.vt quæ desunt aduoca.par.iud.in causis tamen Cameræ,& ecclesiæ iudex potest supplere.no.in l.si dotem.§.eo.autem tempore.ibi iudicis officium.ff.solu.mat.
Nonagesimum priuilegium est: quod creditor paciscens cũ Camera,vel ecclesia debitrice, vt possit propria auctoritate intrare

Source : BIU Cujas

87 trare poſſeſſionem rerum obligatarum, non poteſt intrare poſ
ſeſſionem rerum Cameræ, vel eccleſiæ, nec valet talis conuen-
tio cum Camera vel eccleſia. c. nulli liceat 12. q. 2. & ca. licet. de
for. cõp. licet regulariter cum alia perſona tale pactum valeret.
l. creditores. C. de pigno.

Nonageſimumprimum priuilegium eſt Cameræ, vel eccle-
ſiæ: quod quilibet poteſt pro illa, & illi ſtipulari gl. eſt in c. cor-
88 dis oculus. j. q. 7. l. illud. C. de ſacroſan. eccleſ. licet quis regula
riter alteri ſtipulari non poſſit. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de ver-
bo. obligatio.

Nonageſimumſecundum priuilegium eſt: quia pro Came-
ra, vel eccleſia agitur ex pollicitatione, ſicut agitur pro rep. l. j.
89 §. j. de pollicit. cum à pari procedant reſpub. & eccleſia. l. fi. C. de
ſacroſan. eccleſ.

Nonageſimumtertium priuilegium eſt: quod omnes cõtra-
ctus Camerę, & eccleſiæ in ſpoliis, & aliis rebus eccleſiæ, ſunt ꝑ-
tractus bonæ fidei per Bal. in c. j. de plus peti. in fi. & in ſtipulatio
90 ne interpoſita ꝓ eccleſia, & Camera, quę eſt bonæfidei, veniunt
omnia, quæ veniunt in actione bonæfidei. Iaſ. in §. actio. de act.
inſtituta. vbi ad longum.

Nonageſimumquartum priuilegium eſt: quod licet hæres
promittentis aliquid ob cauſam finalem, & decedentis cauſa
non impleta, non teneatur, etiam ſi ſit pro parte aduerſarii po-
ſtea impletum, tamen, ſi ſit promiſſum eccleſiæ, eſt ſecus, quia
hæres tenetur poſt mortem eccleſia, vel Camera adimplente.
not. in l. ſi ego §. j. de iure dot. iuncto textu in cap. ius publicum.
prima diſtinct.

Nonageſimumquintum priuilegium eſt, quia licet impoſſi-
bilitas ex parte promittentis regulariter vitiat ſtipulationem,
91 no. in l. ſtipulatio iſta. § ſi quis ita ſtipulatus. de verb. obl. tamen
eſt ſecus ex parte promittentis aliquid eccleſiæ. vt ibidem.

Nonageſimumſextum eſt priuilegium Camerę, vel eccleſię:
quia illi etiam per alternatiuam ſtipulationem acquiritur. not.
in l. Gaius. ibi matri, & ibi per modernos, iuncta l. ſunt perſonæ.
ff. de religio. licet alternatiua ſtipulatio, inter perſonas qui-
92 bus acquiritur, ſit inutilis. l. item ſi ſeruus. §. fin. conſequen. ff.
de ſtipula ſeruorum.

Nonageſimumſeptimum eſt priuilegium Cameræ, & eccle-
ſiæ: quod ſi faciat contractum, per quem ſit læſa, aut malè alie-
naſſe rem ſuam dicatur, poteſt venire contra cõtractum à ſe fa-
ctum, & contra factum ſuum, & eandem alienationem repete
re, ſicut dicimus in marito alienante rem dotalem. l. j. §. cũ lex.
93 C. de rei vxor. actio. licet regulariter, nemo veniat contra factũ
ſuum. l. fundum. ff. de ſer. vrb. præd.

Nonageſimumoctauum priuilegiũ eſt: quia Camera habet
intentionem fundatam ſuper omnibus bonis poſſeſſis à præla
to defuncto, vnde omnia bona præſumuntur eſſe eccleſiæ, niſi
extraordinariè probetur illa eſſe patrimonialia. Doct. in c. j. de
teſta. per Moder. ca. j. & c. 3. de pecul. cler. dico ſupra in q. ex qui-
bus præſum. cler. acquiſi.

Nonageſimumnonum priuilegium eſt cameræ, vel eccleſię:
quod ſi reperiuntur plura inſtrumenta, omnia vno die celebra
ta, in dubio inſtrumentum Cameræ, & eccleſiæ preſumitur an-
94 te factum, quia in dubio, pro religione iudicamus. l. quod fauo-
re, & quod ibi no. ff. de religio.

Centeſimum priuilegium eſt: quod ſi Camera, vel eccleſia
non habet inſtrumenta ſuarum poſſeſſionum, terrarum, vel ꝑ-
diorum, ſufficit quod habeat famam, & communẽ opinionẽ: ſi
cut dicitur in ipio Imperio, cui eccleſia, vel Camera æquipara-
tur. gl. eſt in c. auditis. de in integ. reſt. Bal. in l. conuẽticulam. C.
de epiſcopis & cler. & in l. proprietatis. de proba. & in l. cum ſu-
per. ff. de rei vend. per Inno. in c. veniens. de verb. ſig. & ſi in ali-
95 qua domo, vel fundo ſunt affixa arma, & inſignia eccleſiæ, vel
Cameræ apoſtolicæ, illa domus, & fundus eſſe præſumuntur de
Domino ipſius eccleſiæ, vel Cameræ, per Io. An. in c. eos. de im-
mun. eccle. lib. 6. Bal. in l. iubemus. C. de ſac. ſan. eccl.

Centeſimumprimum eſt priuilegium eccleſiæ, vel Cameræ:
quia licet alias inutilis contractus transfert dominiũ, & minus
iuſtus titulus dedit cauſam præſcribendi, prout no. in c. ſi diligẽ
ti. de præſcri. ex. l. eleganter. ff. de dolo. fallit tamen fauore eccle
ſiæ, vel Cameræ, per gl. in c. 2. ver. præſcribendi. de rebus eccleſia
ſticis alien. lib. ſexto.

Centeſimumſecundum item priuilegium eſt: quia diſtinctio
Io. And. in c. 2. de pecul. cler. quod ſi clericus habebat tempore
promotionis, ille, qui agit contra poſſidentem habet probare,
ſi non habebat, præſumitur, quod intuitu eccleſię nunc habeat.
in dubio habet locum, etiam & intelligitur in promiſſis ipſi cle
rico: vt ſi tempore promotionis nihil habebat, Camera poſſit
agere ad illa promiſſa poſt mortem clerici, & etiam ſic in aliis
caſibus Lap. deciſ. 113.

Cẽteſimumtertium priuilegium eſt: quia eccleſia, vel Came
ra volens agere hypothecaria, non habet probare rem hypo-
thecatã, ſicut eſt in fiſco, cui Camera apoſtolica, & eccleſia cõ-
paratur. Bart. in l. j. C. de iur. fiſc. licet quilibet agens hypotheca-
ria, probare habeat hypothecam. l. de reb. C. de dona. ante nup.
96 & ſi quis concurrat in hypotheca cum Camera eodem tempo-
re pro hypotheca Cameræ præſumitur, not. in l. circa fi. C. de his
qui ſe. de fe.

Centeſimumquartum eſt priuilegium: quod licet reficiens
domum alterius, præferatur creditori habenti expreſſam hypo
thecam. l. interdum. & quod ibi no. ff. qui pot. in pig. hab. tamen
eſt ſecus quando Camera, vel eccleſia haberet priorẽ hypothe-
cam. §. his conſequens. in fi. in auth. de æqualit. dot.

Centeſimumquintum eſt priuilegium: quod licet quælibet
res ſubiaceat pignori prætorio, & conuentionali, tamen eſt ſe-
cus in re eccleſiæ, & Cameræ, quæ nõ poteſt pignorari indiſtin-
ctè, notat. in l. quinq; legibus. de bon. damnat.

Centeſimumſextum priuilegium eſt: quia quilibet laicus po
teſt agere actione rei vendi. pro rebus Cameræ prædictis, vel
malè alienatis, ca. presbyterorum. vbi Abb. de reb. eccleſiæ non
alienan. gloſſ. & Docto. in l. iubemus. la ſecunda. §. æconomus.
de ſac. ſan. eccleſ.

Centeſimumſeptimum priuilegium eſt: quod Camera, vel
eccleſia non cogitur admittere retentionem expẽſarum, in re-
bus ſuis factarũ, ſicuti dicitur in dote à fortior. l. vnica. §. taceat.
verſic. ſed nec ob impenſas. C. de re. vx. actio. ſed eccleſia bene
retinet ſuas inpenſas. Bar. l. fin. C. de pign. actio. licet regulariter
admittatur pro quolibet retentio, ob impenſas factas not. in l.
fin. C. de compenſatio.

Centeſimũoctauũ priuilegium eſt: quod licet res inter alias
acta nemini noceat, vel proſit, prodeſt tamen Cameræ, vel ec-
97 cleſiæ ſicut dicimus in fiſco: quæ à pari procedunt per Cano-
niſtas in cap. penul. de re iudic. & per Ciuiliſtas. in l. 2. de com-
mu. rer. alien.

Centeſimumnonum eſt priuilegium: quod licet non poſſit
ferri ſententia pro reo, niſi petatur l. ad peremptorium. & l. poſt
98 ædictum. de iudi. hoc tamen fallit in eccleſia rea, vel Camera ſi-
cut dicimus in republica & fiſco, quibus eccleſia comparatur. l.
fi. C. de ſac. ſan. eccl. l. 2. §. ſenatuſconſult. de iur. fiſ.

Centeſimumdecimum eſt peiuilegium. quod in dubio ſem-
per debet ferri ſententia pro eccleſia, & pro Camera, not. in ca.
in præſentia. de probatio. & Feli. in c. fin. de iud. & ſententia lata
ꝓtra eccleſiam ex falſa, cã vel obreptitia, eſt nulla ipſo iure, In-
nocen. in c. in præſentia. de renunciat. eſt tex. in l. j. de ſenten. ad-
uer. fiſ. la. lib. decimo.

Centeſimumundecimum priuilegium eſt Cameræ, & eccle-
ſiæ: quod Camera poteſt exigere ſuum debitorem ante diem, &
99 ante tempus, maximè inſtãte neceſſitate Camerę, vel eccleſię,
vel ſtante dubio, quod debitor efficiatur non ſoluẽdo. Bal. Cy.
in l. j. §. exactio. C. de rei. vxor. actio.

Centeſimumduodecimum eſt priuilegium eccleſiæ, vel Ca-
meræ: quod debitum ſemel ſolutum Camerę, vel eccleſiæ non
100 repetitur, etiam ſi ex falſa cauſa ſit ſolutum. Bald. in l. mandatũ.
C. manda. per l. ſi pater. de manum. vindi. in l. ſicut. de actio. &
oblig. refert & ſequitur Bald. nouell. in tract. de dote 45. priuil.

Centeſimumdecimumtertium priuilegium eſt: quod Came
ra poteſt delegare ſuum debitorem, etiam inuitum alteri, ſicut
dicitur fauore dotis, & reip. cui eccleſia, & Camera æquiparan-
tur. l. fin. de ſac. ſan. eccleſiæ. licet regulariter hoc fieri non poſ-
ſit. l. j. C. de nouat.

Centeſimumdecimumquartum priuilegium eſt: quia licet
alias regulariter proniores debeamus eſſe ad abſoluẽdũ, quàm
ad condemnandum. l. Arrianus. de actio. & obligatio. & Cano-
niſtæ in cap. ex literis. de præbend. fallit tamen fauore Cameræ,
& eccleſiæ, quia ſi ſint teſtes idonei, fertur ſententia in fauo-
rem ipſius eccleſiæ, vel Cameræ actricis. not. in d. cap. ex literis.
& cap. fin. de re iud.

Centeſimumdecimumquintum eſt priuilegium: quia ſentẽ-
tia lata in fauorem Camerę, & eccleſiæ ſine certa quantitate te
net. Barto. in l. fin. de ſenten. quæ ſine certa quantitate fer. Item
ſententia poteſt ferri in fauorem eccleſiæ, & Cameræ etiam de
nocte, & tenet, gloſſ. in cap. ſi Imperator. 96. diſtinc. iuncto cap.
ius publicum. id.

Centeſimumdecimumſextum eſt priuilegium: quod ſcien-
ter occupantes bona eccleſiarum vacantium, vt eſt in ſpoliis, ip
ſo facto ſunt excommunicati per Domi. in c. generali. de elect.
lib. 6. c. j. de ſciſma.

De regalibus, contractibus, & decretis collectoris, & ſubcollectorum.

SOlet reuerenda Camera apoſtolica pro curis, ſoli-
citudinibus, & labore, quem adhibet Reuerẽdiſſ.
Collector in colligendis ſpoliis, & circa illorum
exactionem, & recuperationem, perſoluere illi ꝑ
regalibus (ita enim appellant) 10. pro omni num.
centenario, quem ex ſpoliis redigit, imburſat, & incamerat, ex
quibus idẽ Collector duo Illuſtriſſimo, & Reuerẽdiſſimo Car-
dinali Camerario de more antiquo, & inueterato reſpondet.

Quæ decem recipit de omni ſpolio ad ſummam cẽtum aſcẽ-
dente,

Source : BIU Cujas

dente,vel plus,si transcēdit,vel minus,si non ascendit, semper ad ratam,& pro rata incameratæ quantitatis: modicum profectò emolumentum,& leuis admodum recompensatio ad immensos, & importabiles sumptus, ac labores quos pro Camera, & sede Apostolica sustinet Reuerendissimus Nuntius, & Collector Neapolis.

Verum,quia accidit vt plurimū, quod clericus prælatus, vel beneficiatus decedens,facultate testandi obtenta,testatur, & disponit de bonis suis,& spolijs, suum condendo testamentum, & suam vltimam ordinando voluntatem: vel absque speciali facultate sibi cōcessa testatur,& disponit in fauorem, vel venerabilis Hospitalis beatæ Mariæ annunciatæ, vel Hospitalis incurabilium Neapolis, vel Hospitalis Sancti Iacobi incurabilium de vrbe, aut alterius loci indultum, & priuilegium à sede Apostolica habentis, recipiendi spolia sibi in testamento, aut alia via per prælatos,vel beneficiatos relicta, vel relinquenda:qualia priuilegia ego temporibus meis vidi dictis locis concessa:vel accidit,quod Papa spolium, & spolia donat, qualiter sæpe vidi donari à Sāctissimo D.N.D. Pio Papa V. diuersis pauperibus episcopis,quę est eius immensa liberalitas:in istis casib. ego vidi seruari,& audiui seruatum,quod si spolia sint recollecta opera,medio,& diligētia, aut labore Subcollectoris, vel alterius ministri Collectoris,integrè in totum, vel in partem, qđ regalia præfatorum 10. pro centenario ab hæredibus debentur in totum,vel pro rata exactorum,& recollectorum Reuerend. Collectori ad instar spoliorum: quæ pro Camera colligit: in qbus, quia est eadem ratio, idem ius statui debere videtur rationabile, vulgatis iuribus, & quando res est cum hæredibus, vel ministris locorum, quibus relinquitur discretis, & rationabilibus ciuiliter, ac vrbaniter agentibus, vidi rem semper peragi, absque discrepantia,& differentia aliqua.Si verò sequuta morte re integra,antequam Collector, vel Subcollector sese in spolijs immisceat,comparet hęres,vel hospitalium minister,qui in promptu Collectori,vel subcollectori de licētia,aut priuilegio testandi,ac de testamento,aut dispositione doceat,simulque se offerat in spolio agere vices subcollectores,& propterea instat per Reuerendissimum d.Collectorem, vel subcollectorem in causa per eum,& eius ministros nihil fieri,aut innouari, attento quod ipse de per se causam,rem, ac negotium suum peragere intendit,sine opera,auxilio,vel medio collectoriæ: licet forsan de stricto iure,regalia tunc Collectori secundum aliquorū opinionem non debeantur, tamen pro auctoritate,& facultate,quam exhibet Collector in deputando subcollectorem,pro parte hæredis,vel hæredum nominatorum, pro substitutione, & commissione, quàm facit iuxta suas ordinarias facultates in formam amplissimam,cum omnibus clausulis, & solemnitatibus extensa: vt cum omni facilitate spolia recolligere,& negotium sine labore peragere possit, attento labore in perspiciendis,perscrutandis,& discutiendis licentia, testamento, scripturis,& iuribus productis,& exhibitis: impartiendo suum nomē, & suam auctoritatem interponendo, circa exactionem, recuperationem,& recollectionem rerum spoliorum, tā circa nomina debitorum,quam quascunq; alias personas detinētes,occupantes,vsurpantes,& occultantes,ac quomodolibet obligatos,à quibus sine Nuncij,& Collectoris auctoritate,nomine,& auxilio vix exigi,& recuperari possent:attento quod ipse Collector,qui est iudex ordinarius rerum,& causarū huiusmodi,ius, & iustitiā contra personas præfatas ministrat, & ministrare habet,& alijs attētis, quæ in causis huiusmodi diuersimodè occurrit agere,noīe,& auctoritate Collectoris. Ego vidi, & obseruaui,licet non nomine regalium,vel pro ordinarijs regalibus,per tales hæredes,vel ministros in recognitionem officiorū, & seruitiorum præfatorum sibi,vel locis pijs prædictis impēsorū, sic honorificè persolui honoraria Collectori, quæ sufficerent pro integra ordinariorum regalium solutione,seu satisfactione.

Quādo verò Papa spolia donat, ego vidi quod de taliter donatis spolijs, Collector sua semper percipit regalia ad rationē 10.pro centenario,& vidi ita seruari, & seruatum semper audiui. Idque merito duplici ratione: Primo,quia spolia sunt auctoritate sua, & suorum ministrorum, ac subcollectorum opera, diligentia,& labore recollecta, & in tuto posita.Secūdo, quia Papa donando spolia, fuit semper præsumptus intelligi, quod donet illa,quæ ad seipsum spectent, & illa, quæ in eius Cameram Apostolicam intrarent, deductis regalibus Collectoris, & subcollectoris,ac expensis factis pro illis recolligendis,quæ expensæ in primis, & ante omnia debent refici,quia fructus, intelligunt,deductis expensis,recollectionis,exactionis, & repositionis,Spe.de expen.§.j.verſ.& hæ expēsæ,Nec Papa in dubio donādo intelligit,nisi de eo,quo ad seipsum spectat,nec præsumit tollere ius tertij per Sarnen.de reg.de nō tollen.iur.quæsit.

Subcollectori vidi semper solui expēsas, quas feciſſet vtiles, & necessarias circa spolia,illorumque exactionem,& pro laboribus,& diligentia sua,vidi solui regalia videlicet 4. pro nume. cuiuslibet centenarij pecuniæ:quàm redigit de spolijs, & incamerat, & plus, & minus iuxta quantitatem redactam,& ad rationem summæ incameratæ ratam regalium dictorum 4.Et hoc si Commissarius colligit in sua patria, & non exeundo extra patriam.Quia: si exit extra patriam, vel per collectorem sit destinatus ad spolium,tunc quia indiget equis, famulis, & notario, siue actuario:quos secum ducit,vnde multas expēsas sustinet, res se aliter habet.Quia tunc vidi, & obseruaui esse solitum solui dietas,ad rationem vnius, vel duorum ducatorum pro qualibet die, secundum qualitatem, conditionem, & dignitatem personæ subcollectoris arbitrio Reuerendissimi domini Collectoris,aut regalia ducatorum 4.si spolium esset notabilis valoris,ad electionem dicti subcollectoris: in vrbe verò vidi & obseruaui, quod soluitur commissario in primis expensa victus, deinde scutum vnum ad minus singulo die pro salario suo, & medium scuti pro notarij sui salario,cū expensis victus,& alias arbitrio collectoris, secundum qualitatem personæ, & negotij super huiusmodi.& de huiusmodi nō vidi bullas statutum, vel constitutionem Apostolicam, vel Cameræ aliquam ordinarionem, sed vidi obseruari, audiui obseruatum semper, & esse hodie in viridi obseruantia.

Solet, vt plurimū immo ferè semper Reuerendissimus Collector, habita informatione capta per subcollectorem sup spolijs, cum hæredibus clerici defuncti vel eius consanguineis cōcordare,vel transigere,transactionemque cum eis nomine Cameræ, facere,relinquendo,& dimittendo eis omnes res, & bona cuiusuis generis, cedendo, & transferendo, eis omnia iura Cameræ Apostolicæ competentia, eosque in ius ac locum Cameræ ponendo pro summa, & quantitate per eosdem soluta, vel soluenda conuenta pactis,modis,conditionibus, & temporibus eidem beneuisis, qui est contractus frequens immo ordinarius in causis spoliorum, vsque ab antiquo celebrari solitus. In quibus concordijs, & transactionibus faciendis obseruaui, quod collectores mei temporis procedebant cum omni circunspectione,vrbanitate, & charitate, benignissimè hæredes, vel consanguineos defuncti pertractādo, semper eosdem quibuscunque personis,etiam aliquanto plus offerentibus, ac aliquanto meliorem conditionem Cameræ offerentibus, præferendo:& inter alia vidi,& obseruaui spolia,& spoliorum negotia bene,piè cum charitate, ac diligentia tractari tempore Sanctissimi D. N. Pij Papa V.in regno Neapolis, per Reuerendissimum D.meum. D. Cyprianum Pallauicinum prothonotariū prælibati Sanctissimi D.N. & sedis eius Apostolicæ in ciuitate, & Regno Neapolis Nuntium,& Collectorē, nunc meritò Archiepiscopum Genuæ virum vti nobilitate,ita etiam animi bonitate,probitate,ingenio,prudentia, scientia,& moribus prędi tum,ac in negotijs, & rebus gerendis, miræ dexteritatis. Ita, vt non facilè dignoscas in eo,maior ne sit diligētia, & dexteritas pro rebus Cameræ,an charitas, & pietas erga defuncti hæredes, & consanguineos. Modus profectò procedēdi cōueniens Nūtio sic Pij, & Sancti Pontificis. Solet etiam aliquādo Collector nolentibus super spolijs hæredibus,vel consanguineis concordare,conuenire cum tertio extraneo,illiq; pro pretio conuento spolia,& spoliorum iura cedere,& vendere, sed à talibus solet Collector cauere,quia,vt ego vidi, & obseruaui tales cōtractus non transeunt cum pace,& quiete,nec bonum sortiuntur effectum,sed ex talibus conuentionibus cum extraneo, exclusis hæredibus,aut consanguineis celebratis, oriri solent litigia, clamores,& sæpe etiam scandala,ideo abstinere vidi.

Et nolentibus hęredibus concordare immo ad causam suā, & iura sua defendendum comparentibus, dato termino fisco Cameræ,& parti ad docendum,ac probandum de sibi incumbentibus,deductis,ac probatis hincinde,seruatis, de iure, stylo, ac in causis spoliorum seruari solitis, solet reuerēdissimus Collector ad determinationem causæ pro iustitia deuenire, condemnando,vel absoluendo: condemnando videlicet applicādo, & incorporando fisco Cameræ Apostolicæ vel declarādo esse spolia, & bona Cameræ relicta per defunctum: absoluēdo verò,si bona relicta non fuerint spolia vel si fuerint,tantum ęs alienum soluendum insurgat,quod relicta absorbeat.

Item vidi obseruatum,quod Reuerendissimus Collector,visa causa coram se,& introducta, & vertente, vel visa informatione capta in partibus per subcollectorem super spolijs alicuius defuncti,ex qua constat,vel ius non competere aliquod Camerę super bonis inuentariatis,vel sequestratis, vel relictis, vel quod hæredes contra quos agitur sunt pauperes, egentes potius vt sibi detur,quam quod eis aliquid auferatur, solet ex eisdem actis,& ex eadem informatione capta,etiam nullo termino iudiciario seruato,mandare quod ab impetitis per fiscū Cameræ Apostolicæ absoluantur hæredes,decretum absolutoriū ad pedes processus causæ, vel dictæ captæ informationis interponēdo,& describendo,perpetuum desuper procuratori fiscali silentium imponendo: vel per literas suas ad subcollectorē in partibus ordinare,qđ prędictos hęredes vel absoluat, vel eos molestare desistat,idq; facere potest attēta auctoritate procedē di amplissima, sibi in causis spoliorū per bullas, breuia ac alias constitutiones in causis spoliorum factas concessa, quorum

Source : BIU Cujas

vigore poteſt procedi ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, vt in quæſtione de modo procedendi diximus.

Detegentibus etiam perſonis, & reuelãtibus ſpolia bona, ac iura Cameræ occulta, ſolet Reuerendiſſimus Collector ꝓmittere, ac promiſſionem facere quartæ partis retractus faciẽdi, rerum reuelatarum: modo ſint res, de quibus neque Collector: neque miniſtri Collectoris notitiam habeant, & modo ſint ſpolia antiqua, cũ iſtis clauſulis modificatis ego vidi breue Pij IIII. R.D. Paulo Odeſcalco Nuntio, & Collectori directo, emanato in principio ſui Pontificatus.

Et ex his ſit abſolutus iſte libellus ad laudem omnipotentis Dei: in quo ſi fuerit aliquid bene dictum, honor ſit eius diuinæ maieſtati: ſi ſecus ſit vel aliquid ſit per quod aliquo modo aures catholicæ offendi poſſint, ſit ſemper correctioni Sãctę Romanæ Eccleſiæ ſubiectus, cuius cenſuræ & iudicio dicta in quacunq; parte libelli ſubiaceant, & remiſſa eſſe omni tempore intelligantur. Ad laudem domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

MOTVS PROPRII
BVLLÆ ET BREVIA Sanctiſſimorum Rom. Pontificum in materiam ſpoliorum ecclesiaſticorum emanata.

MOTVS PROPRIVS. S. D. N. PII PAPA IIII. Quo declaratur, quod ſingula Teſtamẽta, Donationes, & quæcunque aliæ diſpoſitiones per perſonas eccleſiaſticas, facultatem à ſede Apoſtolica non habentes, etiam in fauorem Piorum locorum facta, de rebus eccleſiaſticis, nulla ſint, & deputatur modernus ſpoliorum collector generalis ad illas exigendum, priuilegijs dictorum piorum locorum, cæterisque contrarijs non obſtantibus.

Dilecto filio Odeſcalco Cameræ noſtræ Apoſtolicæ præſidenti, ac ſpoliorum quorumcunque in vniuerſa Italia Collectori noſtro generali, Pius PP. IIII.

DIlecte fili, ſalutem, & Apoſt. benedictionem. Graue nobis, & moleſtum accidere ſolet, cum de perſonarum eccleſiaſticarum actionibus, quæ integritatis exemplo cæteris præſtare debent, ea nobis deferuntur, quæ & eorum famæ ſinceritatem denigrare, & Cameræ noſtræ Apoſtolicæ incommodum, detrimentum afferre videntur. Vnde nos vt malitioſorum prauis intentionibus occurrere valeamus, debita poſtmodum remedia in mediũ afferre, & pernicioſis fraudibus, ꝓut ex vniuerſalis noſtræ Curiæ ſollicitudine tenemur, obuiare cogimur. Cùm itaque (ſicut ex proborum, & fide dignorum hominum relatione nuper accepimus) quamplures prẹlati, presbyteri, & aliæ eccleſiaſticæ perſonæ diuerſarũ prouinciarum locorum, & dominiorum, & præſertim Regni Neapolis nulla à nobis, ſeu ſede Apoſtolica facultate teſtandi ſuffulti, vel muniti, ſed temeritate propria, & forſan ad ſuorũ importunam ſuggeſtionem impulſi in eorum vltimis voluntatibus teſtamenta ſua cõdendo, ac donationes, ſeu legata, aut codicillos faciendo, de bonis ſuis diuerſimodè, licet id facere nullo modo poſſint, neque debeant, diſponere audeant, ipſaq; bona ſub diuerſis confictis præteſtibus & coloribus hoſpitalibus ac pijs locis & forſan cum promiſſionibus clandeſtinis, quod eorum cõſanguineis, vel affinibus, aut alijs perſonis ab eiſdem teſtatoribus nominatis, poſt illorum obitum ab ipſis hoſpitalibus, & locis de certa, ſeu quota portione bonorum hmõi ſubueniatur, teſtari, relinquere, legare, codicillari non erubeſcant, in dictæ Cameræ noſtræ graue damnum, & præiudicium maximum: dictæ Cameræ indemõitati opportunè cõſulere, & incõuenientib. hmõi pro officij noſtri debito, congruum remediũ adhibere volentes. motu ꝓprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra, non ad tuã, vel alterius pro te nobis ſup hoc oblatæ petitionis inſtantiam, auctoritate Apoſtolica tenore pñtium decernimus, & declaramus omnia, & ſingula teſtã, donationes in illis, vel mortis cauſa factas, codicillos, legata & quæcunq; alia in vltimis voluntatib. per quoſcunq; eccleſiarũ prælatos, etiã ſi patriarchali, Archiepiſcopali, vel Epali præfulgeant dignitate, ac quorumuis monaſteriorum cuiuſcunq; ordinis Abbates, ſeu ꝯmendatarios, ac presbyteros, & alias quaſlibet eccleſiaſticas perſonas prædictas, & quaſcũq; alias q̃ ex bonis, & redditibus eccleſiaſticis, & beneficiorum fructus percipiunt, abſq; noſtra, ſeu eiuſdẽ ſedis ſpeciali licentia, & facultate qũolibet quæ in futurum ab illis quocunq; prætextu, aut q̃ſito colore, ẽt in fauorem hoſpitalium, & aliorum piorum locorũ hmõi de dictis redditibus fieri, condi, & teſtari, ſeu relinqui, aut quouis vltimæ voluntatis in titulo diſponi contigerit, nulla, irrita, inania, inualida, ac nullius prorſus roboris, vel momẽti fore, & eſſe, ac nemini, neq; ẽt hoſpitalibus & pijs locis præfatis cum ad Camerã ipſam ſolum fraudãdum, prout ex multis fraudib deſuper commiſſis, & repertis nobis conſtitit, præmiſſa fieri clarè appareat vllatenus deinceps ſuffragari, neq; ſubſiſtere, aut teſtamentis ſuis hmõi quemq; iuuare aut tueri, nec effectũ aliquẽ vlla rõne habere, vel ſortiri. Quinimmo te, de cuius ꝓbitate, & fide ſpecialem in dño fiduciam obtinemus, bona quęcunq; poſthac in dictis teſtamentis relicta, tanq̃ ſpolia ad nos, & eandem Cameram ſpectantia, & deuoluta per te, vel ſubcollectores tuos deputatos, iam, vel deputandos liberè exigere, & recuperare, illorumq; poſſeſſionem abſq; vitio ſpolij apprehẽdere, ingredi, ac retinere poſſe, & debere, necnon pro tollendis omnino fraudib. prædictis quæcunq; teſtã, donationes, codicillos, legata, & alias quaſcunq; vltimas voluntates, vt præfertur impoſterum faciendas, & facienda, atq; in eis contenta, & inde ſequuta quæcunq;, ẽt quoad ſubſecutas dictorum bonorũ poſſeſſiones, & illorũ apprehenſiones hmõi Motu, ſcientia, & deliberatione prædictis ex nunc, prout extunc reuocamus, irritamus, caſſamus, & annullamus, ac virib. prorſus euacuamus, pro reuocatisq;, irritatis, caſſatis, annullatis, & penitus virib. oĩb. euacuatis vbicunq;, tam in iudicio, quàm extra ab oĩb. haberi dẽre volumus, decernimus, atq; mandamus, ſicq; per quoſcunq; ẽt S.R.E. Camerarium, & alios Cardinales, ac clericos, & p̃ſidentes eiuſdem Cameræ cæterosq; iudices, & cõmiſſarios, ac alios tam eccleſiaſticos, q̃ ſeculares quauis dignitate, & auctoritate, ẽt Marchionali, Ducali, & Regali fulgentes in quibuſuis cauſis, & inſtantijs ſublata, & eorum cuilibet quauis aliter iudicãdi, & interpretandi, ac decidẽdi facultate, & auctoritate iudicari, interpretari, atq; decidi debere: irritũ quoq;, & inane, ſi ſecus ſup his à quoq; quauis auctoritate, ſcienter, vel ignorãter cõtigerit atteſtari decernimus: non obſt. præmiſſ. ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnõ prouinciarũ locorũ dñiorum regni Neapolis, & quorumcunq; aliorum Regnorum ac hoſpitalium, & præſertim pauperũ incurabilium, & aliorũ piorum locorum cuiuſuis ciuitatis, ẽt Neapo. iurõ, confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoq;, & indultis, & literis Apoſtolicis illis, & quibuſcunq; alijs perſonis, & locis ẽt actu hoſpitalitatẽ exercentib ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis, ac cũ q̃buſuis ẽt derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficaciorib. & inſolitis clauſulis irritantibusq; & alijs decretis, ẽt motu proprio, & ex certa ſcientia per Ro. Pontifices prædeceſſores noſtros, ac ſedẽ Apoſtolicam, aut alias ẽt, per nos qũolibet conceſſis, cõfirmatis, & innouatis: ẽt ſi in illis expreſsè caueatur, quod teſtã clericorum, presbyterorum, vel ẽt prælatorum facultatem teſtãdi, à dicta ſede minimè habentium in fauorem hoſpitalium, aut aliorum piorum locorum hmõi qũolibet facta valeãt, plenãq; roboris firmitatem obtineant, & executioni demandare dẽant. Quibus omnibus, ẽt ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenorib. ſpeciali, ſpecifica expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, nõ aũt per clauſulas generales idẽ importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habẽda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores hmõi præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & totaliter inſertis habẽtes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus, illaq; aduerſus p̃miſſa nullatenus ſuffragari poſſe, vel debere decernimus. cæterisq; contrarijs quibuſcunq;. Dat. Romæ apud S. Petrũ ſub Annulo Piſcatoris die 26. Maij. M D LX. Põt. noſtri Anno primo.

S. D. N. D. PAVLI DIVINA PROVIDENTIA PAPAE III.
BVLLA EXTRAVAGANS SVPER SPOLIIS.

Paulus Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

ROman. Pontif. prouidentia circunſpecta dubia quælitium diſpendia afferre poſſent, in ſuæ declarationis arbitrio tollit, ac deſuper ſtatuit & ordinat, prout rerum qualitate penſata, conſpicit in domino ſalubriter expedire. Cum itaque, ſicut accepimus, à nõnullis nimium curioſis, qui iura Cameræ Apoſtolicæ vſurpare, ac Cameram præfatam illis defraudare vellent, indubium redigatur, an res, & bona, ſpolia nuncupata prælatorum, ẽt Pontificali, vel alia maiori dignitate fulgentium, cęterarũq; perſonarũ eccleſiaſticarum ſeculariũ, & regularium, tpe obitus ipſorũ remanẽtia, ex eo ꝙ Ro. Pont. pro tpe exiſtenti, & Camerę p̃fatæ reſeruata foré, aliqua gñali Apoſtolica conſtitutione, forſan non caueãt, ad Cameram prædictam iure legitimo ſpectare, & pertinere debeant.

Source : BIU Cujas

beant.Nos, & ſi ſatis euidenter conſtet, & appareat, prædeceſſorum noſtrorum Roma. Pontif.& noſtram indubiam intentionem, & voluntatem ſemper fuiſſe, vt ſpolia huiuſmodi, ad dictam Cameram & non ad alios,ſpectarent,& pertinerent, & quod pro eadem Camera exigerẽtur, & recuperarentur. Cum prædeceſſores præfati,diuerſos dictorum ſpoliorum, vt ad Cameram prædictam ſpectan. & pertinentium collectores,& exactores, in varijs prouincijs & locis deputauerint, & conſtituerint, & nos deputauerimus & conſtituerimus, variæq́ue literæ ab eiſdem prædeceſſoribus, & à nobis ſuper exactione, aliquorum eorundem ſpoliorum,in quibus ſpolia huiuſmodi,ad præfatam Cameram ſpectare expreſsè cõtinebatur, emanauerint, ac ſemper de illis, dicti prædeceſſores,per pleraſque alias literas,tanquam de rebus ad Cameram prædictam pertinen.donãdo vel tranſigendo,aut alias diuerſimodè diſpoſuerint, & nos diſpoſuerimus:necnon ea ab antiquiſſimo tempore citra.dictæ cameræ noſtræ nomine exacta, & inter iura ipſius cameræ cõnumerata fuerint. Ne tamen præmiſſorum veritas deprimi, & mendacium deſuper in præfatæ Cameræ præiudicium, locum ſibi vendicare, valeant. Attendentes quod iniquum eſſet, ſi ex Apoſtolicæ ſedis benignitate vel alia rationabili cauſa, ad ſingula quæq; loca,collectores non deſtinantur,iura ipſius Cameræ propterea depereãt,dubium huiuſmodi enucleare,ac in præmiſſis opportunè prouidere volentes: Motu proprio,& ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Declaramus res,& bona huiuſmodi,ſpolia,vt præfertur,nuncupata,in quibuſuis regnis,ac dominijs, tam citra quàm vltra montes,& maria, conſiſtentia, quæ pro tempore poſt obitus prælatorum,& perſonarum prædictarum, quantumcunq; etiam, vt præfertur, vel alias quomodolibet qualificatarum, etiam cardinalatus honore fulgentium, qui vel nullo condito teſtamẽto, vel abſque ſufficienti facultate,aut vltra quãtitatem, de qua facultatem habuerint condito,deceſſerunt, & decedent,remãſerunt,remanent,& remanebunt,etiam quòd ad illa recuperãdũ,aliqui collectores deputati non fuerint,ad Cameram Apoſtolicam, & non ad alios, etiam in quibuſuis Cathedralibus, etiam Metropolitan. & Collegiatis, ac alijs eccleſijs, monaſterijs,cæterisq́ue beneficijs eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura, ſecularibus,& quorumuis ordinum regularibus, qualitercunque qualificatis,ſucceſſores, illa in titulum, commendam, adminiſtrationem,& alias quomodolibet pro tempore obtinẽ. etiam ſi ad illa vigore prioris tituli, ius regrediendi ſeu accedẽdi,vel ingrediendi,conceſſum fuerit,ſpectaſſe,& ſpectare.Illaq; tanquam ad ipſam Cameram ſpectantia, perpetuò colligi, & recuperari potuiſſe & poſſe,atque debere, ac ita, vt præfertur, eorundem,prędeceſſorum,& noſtram intentionem & voluntatem, ſemper fuiſſe, fidem facimus, & atteſtamur per præſentes.Decernentes ſic,& non aliter per quoſcũque, tam ordinaria, quàm delegata, & mixta auctoritatibus fungentes iudices, & perſonas,vbique in quacunque inſtantia,iudicari,diffiniri,& decidi debere.Sublata eis & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi,interpretandi,& decidendi facultate.Necnon irritum & inane,quicquid ſecus ſuper his à quoquam,quauis auctoritate, ſcienter,vel ignoranter,contigerit attentari.Quocirca dilecto filio Guidoni Aſcanio Sfortiæ.S.Euſtachij. Diacono Cardinali, & in Camerariatus officio ſucceſſoribus committimus & mandamus, quatenus exactioni & recuperationi ſpoliorum huiuſmodi incumbant, & illa ad Cameram Apoſtolicam pertinere,ac præmiſſa ab omnibus inuiolabiliter obſeruari faciãt, nec permittant Cameram ipſam, vel eius agentes deſuper modo aliquo, moleſtari, impediri, vel inquietari. Contradictores &c.compeſcendo: inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, & quibuſuis Apoſtolicis,ac in prouincialibus, & ſynodalibus concilijs, editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus & ordinationibus,necnon quarumcunq; eccleſiarum, & monaſteriorum, etiam iuramento,confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & cõſuetudinibus. priuilegijs quoq; indultis,& literis Apoſtolicis quomodolibet conceſſis,confirmatis& innouatis. Quibus illorum tenores, præſentibus, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur pro ſufficienter expreſſis habentes, ac vice duntaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter expreſsè derogamus, cæterisq́; contrarijs quibuſcũque. Aut ſi aliquibns cõmuniter vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum,quod interdici,ſuſpendi,vel excõicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſsã ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mẽtionem. Volumus autem,quod præſentes literæ, in Cãcellaria Apoſtolica, & Camera prædicta, publicentur, & inter cõſtitutiones extranagantes,ad perpetuam rei memoriam,valituræ conſcribãtur. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam noſtræ declarationis,atteſtationis,decreti,mandati,derogationis, & voluntatis infringere, &c.Si quis &c.Dat.Romæ apud S Petrum, Anno &c. M D XLI. Tertio nono.Ianuarij. Pontif.noſtri. Anno octauo.F.Galeanus.Collationata.Michael Angelus.

BREVE DEPVTATIONIS DONATI MATTHAEI Minalis Theſaurarij generalis in Collectorem generalem ſpoliorum eccleſiaſticorum ad Cameram Apoſtolicam pertinentium in tota Italia.

PIVS PAPA IIII.

Dilecto Filio Donato Matthęo Minali de Bellano Laico Mediolanẽn.Dioc.Theſaurario noſtro generali.

Dilecte fili ſalutem & Apoſtolicam beñ.Cũ ſicut accepimus nonnulli res,& bona,mobilia, & immobilia, ac ſe mouẽtia ex fructibus beneficiorum eccleſiaſticorum acquiſita, per obitum Prælatorum, & aliarum quarumcunq; perſonarum eccleſiaſticarũ ſecularium,& quorumuis ordinum regulariũ, quæ extra hanc almam Vrbẽ deceſſerunt,remanentia, & relicta,quæ tanq̃ ſpolia aliàs fe.re. Paulus Papa III. prædeceſſor noſter ad Cameram Apoſtolicam ſpectare,& pertinere decreuit,& declarauit,necnon fructus,redditus,& prouentus menſarũ Patriarchaliũ,Metropolitanarum,& aliarũ Cathedralium Eccleſiarũ, & Monaſteriorum in tota Italia conſiſtentium, & per obitum illorum Prælatorum vacantiũ, indebitè occupare, & ſpolijs,ac fructib. redditibus & prouentibus hmõi dictam Cameram defraudare præſumpſerint,& præſumãt, in animarum ſuarum periculum, ipſiusq; Cameræ præidicium nõ paruum. Nos pro nr̃i, paſtoralis officij debito,talium perſonarũ auſus temerarios reprimere, & ne ſpolia ac fructus hmõi in poſterum diſſipẽtur opportunè puidere volentes, ex certa noſtra ſciẽtia, ac de Apoſtolicæ ptãtis plenitudine,omnes,& quaſcunq; dictorum ſpoliorũ,& fructuum per totam Italiam ad hunc vſq; diem quomodolibet ẽt per nos,ſeu de mandato noſtro deputatos Collectores,& Subcollectores etiam ſi S R.E. Cardinales, & Camerarius fuerint, primum & ante omnia reuocantes, omnemq́; illis deſuper attributam auctoritatem,& poteſtatem abdicantes,te, qui cõiugatus ex iſtis,& de cuius fide,integritate, & diligentia plurimũ in dño confidimus, noſtrum & dictæ Cameræ in vniuerſa Italia ſpoliorum ad ipſam Cameram pertinentium, necnon fructuum, reddituum & prouẽtuum menſarum hmõi Collectorem generalẽ auctoritate Apoſtolica tenore præſentiũ quoad vixeris, & quãdiu Theſaurariatus noſtri generalis officium obtinueris,conſtituimus,& deputamus. Dantes tibi plenã & omnimodam poteſtatem, & auctoritatẽ omnes & ſingulas res & bona quæcunq; mobilia,& immobilia, ac ſe mouentia ſpolia nuncupata huiuſmodi,& ẽt illa,quæ ex fructibus,redditibus, & prouẽtibus eccleſiaſticis empta, reędificata,refecta & reſtaurara fuerint,ſeu alias ex eiſdem fructibus,redditibus, & prouẽtib. qũolibet prouenerint, per obitum quarumcunq; perſonarum eccleſiaſticarum ſeculariũ beneficia non ſimplicia,ſed adminiſtrationem habentia,obtinentium, & quo ad beneficia ſimplicia niſi ex priuilegio Apoſtolico eis conceſſo, ſeu ex cõſuetudine legitimè præſcripta in loco vigente teſtari valentium, & quorumuis ordinum regularium, quauis ẽt Põtificali dignitate fulgentium,in vniuerſa Italia, extra tñ dictam Vrbem ꝑ tpe decedentium,remanſura,& relicta,cuiuſcunq; qualitatis, generis,& ſpeciei fuerint,ẽt gemmas,& alia pretioſa,& pecuniarum ſummas,necnon ẽt fructus, redditus, & prouentus menſarum hmõi,à die Eccleſiarum,& Monaſteriorum vacationis hmõi, vſq; ad diem præfectionis,ac prouiſionis,ſeu commendæ de illis faciendis,quos omnes & ſingulos fructus,redditus,& prouẽtus ad nos & dictam Cameram ſpectare & pertinere volumus, & decernimus,ac eidẽ Cameræ applicamus, & appropriamus, noſtro & præfatæ Cameræ Apoſtolicæ nomine colligẽdi, percipiendi,& recuperandi,ac tã ſuper illis,quàm alijs quibuſcũq; ſpoliis,quæ hactenus in ipſa Italia per ſimilium perſonarũ obitum,aut alias remanſerunt,& indebitè vſurpantur,omnib.vijs, & modis inquirendi,& inueſtigandi.Et ꝑ faciliori inquiſitione quaſcunq; perſonas cuiuſcunq; dignitatis,ſtatus, gradus, ordinis,& præeminẽtiæ fuerint,etiam exemptas,ac præteritos Collectores,& Subcollectores ad corã te, vel alio, ſeu alijs à te deputandis,comparẽdum,necnõ de adminiſtratis, exactis, & receptis per eos computum,& rationem reddẽdum. Illosq́; quorum teſtimonio te indigere cognoueris, ad ſe examini ſubijciẽdum,ac ſpoliorum, necnon fructuum, reddituum, & prouentuum huiuſmodi occupatores,& detẽtores ad ſpolia, fructus, redditus,& prouentus eadem relaxandum,& tibi conſignãdũ, & ſoluendum ſub cenſuris,& pęnis eccleſiaſticis per perſonam eccleſiaſticam à te eligendam infligendis,ac ẽt pecuniarijs tuo arbitrio moderandis,& applicandis monendi,& compellendi: Ac contradictores quoſlibet, & rebelles, ac renitentes cẽſuras, & pœnas prædictas incurriſſe declarandi,& illas aggrauandi,& reaggrauandi,Interdictumq́; eccleſiaſticum inuiolabiliter obſeruandum apponendi, auxiliumq́; brachij ſecularis ad hoc ſi opus fuerit,inuocandi.Et ſuper ijſdẽ ſpolijs ac fructibus, redditibus,& prouentib.pro dicta Camera,prout tibi videbitur ꝯponendi, & cõcordandi, ſoluentesq́; de compoſitis ac ſolutis per

Source : BIU Cujas

eos,& receptis abſoluendi,& liberandi:necnõ ad cor reuerſos, ſi id humiliter petierint,à cenſuris & pœnis, ſi quas inciderint, per perſonam eccleſiaſticam à te eligendam,prẽuia ſatisfactione abſoluendi, & liberandi. Ac in præmiſſis omnibus & ſingulis ſummariè,ſimpliciter,& de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta procedendi. Vnum quoque vel plures loco tui Subcollectores, cum ſimili aut limitata poteſtate deputandi & ſubdelegandi, illosq; quoties tibi videbit reuocandi,cæteraq; omnia & ſingula faciendi, gerendi, & exequendi,quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet opportuna. Et inſuper vt exactio ſpoliorum,ac fructuum,reddituum,& prouentuũ hmõi celerius,& facilius fiat: ꝑ de cætero omnes,& ſingulæ lites,cauſæ & controuerſiæ ſuper quibuſuis ipſorum ſpoliorum,ac fructuum,reddituum,& prouentuum negotijs,nunc & pro tempore pendẽtes,à nullo alio quàm à te,ſeu altero ſuper dictis ſpolijs ac fructibus,redditib.& prouentibus pro tꝑe deputatis Collectoribus,aut Subcollectoribus,aut particularib.delegatis cognoſci,nec alteri, niſi ꝑ cõmiſſionem manu noſtra ſignatam, vel per noſtras literas committi,aut delegari poſſint. Et citato moderno,& pro tꝑe exiſtẽte dictæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſario generali, quodque citationes,inhibitiones vel mandata,quæ alias, quàm ex commiſſionibus,vt præfertur manu noſtra ſignatis,eodemq; Commiſſario citato,vel literis noſtris emanauerint, quoad earundẽ cauſarum introductionem,& litis pendentiam,ſeu ſuorum miniſtrorum,per ſe ad id deputandorum iuriſdictionis, & proceſſuum impedimentum,vel retardationem, nullius ſint roboris vel momenti. Quodq; à ſententijs per te, ſeu tuos miniſtros p̃fatos ſuper præmiſſis pro tẽpore latis, nullatenus appellari, ſeu earum executio differri, aut ſuſpendi nullatenus poſſit aut debeat,niſi facto prius per condemnatos rerum de quibus cõdẽnati fuerint in tuis,ſeu miniſtrorum prædictorum manib.actuali depoſito, dicta auctoritate per eaſdem præſentes ſtatuimus, & ordinamus, ac quicquid ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritũ,& inane decernimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,necnon Eccleſiarũ, Monaſteriorum,& ordinum prædictorum etiam iuſo, confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis,& conſuetudinibus,priuilegijs quoq; indultis, & literis Apoſtolicis Eccleſijs,Monaſterijs, & ordinib.prædictis, eorũq; ſuperioribus Prælatis,& perſonis, ac quibuſuis alijs ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarũ derogatorijs,aliisque efficacioribus,& inſolitis clauſulis,irritantibusq;,& alijs decretis,etiam iteratis vicibus conceſſis, cõfirmatis, quibus omnibus, ẽt ſi de illis eorumq; totis tenoribus ſpecialis,ſpecifica,indiuidua, & expreſſa,ac de verbo ad verbũ, nõ aũt per clauſulas generales idem importantes mentio, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores hmõi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis,& inſertis habentes, illis alias in ſuo robore ꝑmanſuris,hac vice duntaxat,ad effectum preſentiũ,ſpecialiter, & expreſsè derogamus,cæterisq; contrarijs quibuſcunq;:aut ſi aliquibus cõmuniter vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum,quod interdici,ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum,de indulto hmõi mẽtionem. Dat.Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris Die 30. Iulij. M D LX. Pontificatus noſtri Anno primo.

Cæ.Glorierius.

PIVS PAPA IIII.

AD futuram rei memoriã. Cupientes malitijs nonnullorum qui fructus monaſteriorum, & aliorũ beneficiorum eccleſiaſticorum,diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruatorũ vſurpare non verẽtur occurrere,& Cameræ nr̃æ Apoſtolicæ indemnitati q̃tũ cum Deo poſſumus conſulere: Motu proprio, & ex certa ſciẽtia,ac matura deliberatione noſtra,deq; Apoſtolicæ ptãtis plenitudine omnes,& ſingulos fructus redditus,& prouẽtus,ac iura,obuentiones,& emolumenta quæcunq:, qũolibet, & qualitercunq; nuncupata omnium, & ſingulorum beneficiorũ eccleſiaſticorum cum cura,& ſine cura ſecularium, & quorumuis ordinum regularium,& monaſteriorum,ẽt conciſtorialiũ nobis,& ſedi Apoſtolicæ, tã per cõſtitutiones Apoſtolicas, quàm cancellariæ Apoſtolicæ regulas editas, & edẽdas,ſeu alias qũolibet,& ex quauis cauſa generaliter, vel ſpecialiter reſeruatorũ ſeu affectorum in Regno Neapolis, & quibuſuis illius prouincijs,ciuitatibus,terris,oppidis, & locis conſiſtentium per obitũ, & alias quouis modo præterquã per ceſſum illa obtinentiũ ꝑ tꝑe vacantium, à die ipſorum beneficiorum, & monaſteriorũ vacationis,pro rata tꝑis, vſque ad diem quo prouiſi per nos de eiſdem beneficijs, & monaſterijs vigore literarum noſtrarum ſub plumbo, illorum poſſeſſionem de manu dilecti filij Magiſtri Pauli Odeſcalchi notarij,& in dicto Regno nũcii, & Collectoris noſtri, quẽ per alias noſtras literas commiſſarium ad capiendum poſſeſſionem beneficiorum, & monaſteriorũ hmõi deputauimus,habuerint,& acceperint, & aliter capta poſſeſſio nullius ſit roboris, vel momenti, ac prouiſis ipſis nullum ius ꝑ eam acquiri,neq; eis vllatenus ſuffragari poſſit,eidem Cameræ Apoſtolicæ, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium applicamus,incorporamus,& appropriamus,illaq; applicata,incorporata,& appropriata eſſe,& fore,& ad illam ſpectare, & pertinere nullumq; præter nos,& dictam Cameram,aut ipſum Paulum Nuncium,& Collectorem,aut ab ipſos deputatos Subcollectores,ea ꝑcipere,exigere,aut alias ſe in illis intromittere poſſe,aut debere ſtatuimus,& ordinamus:& nihilominus,ne aliqd impedimentum huic noſtræ ordinationi occurrat, quibuſuis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs locorum ordinarijs in virtute ſanctæ obedientiæ,ac ſub ſuſpenſionis à diuinis,& interdicti ingreſſus eccleſiæ quo ad Archiepiſcopos,& Epiſcopos,quo verò ad alios inferiores,etiã ſub excõicationis, & alijs arbitrij noſtri, & quo ad omnes ſub priuationis facultatis cõferẽdi beneficia in eorum menſibus pro tꝑe vacantia,pœnis diſtrictæ præcipimus,& inhibemus, ne beneficia diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruata,ſeu affecta prædicta quouis prætextu,cauſa, aut queſito colore,cuiquã conferre,ſeu de illis prouidere quoqũo audeãt, vel præſumant: ſicq; in præmiſſis omnibus,& ſingulis per quoſcunq; quauis auctoritate fungẽtes iudices commiſſarios, & ꝑſonas,ſublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicãdi, & interpretãdi facultate,& auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoq;,& inane,ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter,vel ignoranter contigerit attentari decernimus:ac mãdantes eidem Paulo Nuncio,& Collectori, vt nr̃o, & dictæ Cameræ nomine fructus,redditus,prouentus,iura,obuentiones,& emolumẽta hmõi exigat,percipiat, & leuet ſibi q̃ cõſignari,& tradi ab omnibus, ad quorum manus peruenerit, pro rata prædicta per cẽſuras,& pœnas eccleſiaſticas,& alia opportuna iuris, & facti remedia quacunq; appellatione poſtpoſita faciat,& curet: inuocato,ẽt ſi opus fuerit,auxilio brachij ſecularis:ſuper quibus omnibus,& ſingulis plenam, & liberã illi per præſentes concedimus facultatem,& poteſtatem: non obſtantibus conſtitutionib.& ordinationibus Apoſtolicis,ac monaſteriorum,& illorum ordinum, ac beneficiorũ prædictorũ, ẽt iuſo,cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis,& conſuetudinibus, priuilegijs quoq;, indultis, & literis Apoſtolicis illis,& quibuſuis alijs perſonis ſub quibuſcunq; tenoribus,& formis,ac cum quibuſuis,ẽt derogatoriarũ derogatorijs,alijsq; efficacibus,efficaciſſimis,& inſolitis clauſulis irritantibusq;,& alijs decretis, ẽt motu, & ſcientia ſimilibus conceſſis,confirmatis,& innouatis: quibus,ẽt ſi pro illorũ ſufficienti derogatione,de illis eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica,expreſſa,& indiuidua,ac de verbo ad verbum, nõ aũt per clauſulas generales idem importantes,mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habẽda foret, tenores huiuſmodi præſentibus ꝑ ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes,illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus,illaq; aduerſus præmiſſa nullatenus ſuffragari poſſe,ſiue debere decernimus cæterisq; contrarijs quibuſcunq;. Volumus autem quod præſentium manu notarij publici ſubſcriptis tranſumptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ,ſeu curię eccleſiaſticæ munitis,eadẽ prorſus fides in iudicio,& extra adhibeatur, quæ eiſdẽ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die ſeptima Decẽbris. M D LX. Pontificatus noſtri Anno Primo.

BREVE DEPVTATIONIS REVER. PATRIS domini Hieronymi Fuſcari Epiſcopi Torcellan. Cameræ Apoſtolicę Theſaurarij generalis in collectorem generalem Spoliorum ad dictam Cameram pertinentium in tota Italia.

PAVLVS PAPA IIII.

VEnerabilis frater ſalutem,& Apoſtolicam benedictionẽ. Cum (ſicut accepimus) nonnulli res,& bona mobilia,& immobilia,ac ſe mouentia ex fructibus bñficiorum eccleſiaſticorum acquiſita,per obitũ Prælatorum,& aliarum quarumcunq; perſonarum eccleſiaſticarum ſeculariũ,& quorumuis ordinum regularium,quæ extra Rom. curiam deceſſerunt remanentia,& relicta, quæ tãquam ſpolia alias fe.re.Paulus Papa III. prædeceſſor noſter ad Camerã Apoſtolicam ſpectare,& pertinere decreuit,& declarauit, indebitè occupare, & ſpolijs huiuſmodi dictam Camerã defraudare p̃ſumpſerint,& præſumant,in animarum ſuarum periculum, ipſiusq; Cameræ præiudicium nõ modicum. Nos pro noſtri paſtoralis officij debito, volentes temerarios taliũ perſonarũ auſus ꝓprimere, & ne in futurum ſpolia prædicta diſſipent̃ opportunè prouidere, Motu proprio,& ex certa noſtra ſcientia, ac de

Apoſtolicę

Source : BIU Cujas

Apostolicæ potestatis plenitudine,omnes & quoscuoq; dictorum spoliorum per totam Italiam hactenus quomodolibet ēt per nos,seu de mandato nostro doputatos,etiam si S.R.E.Cardinalis & Camerarius fuerit, Collectores, & Subcollectores primitus,& ante omnia reuocantes, omnemq; illis desuper attributam auctoritatem,& ptātem abdicantes.Te de cuius fide, probitate,& diligentia plurimum in dño cōfidimus, nostrum & dictæ Cameræ in vniuersa Italia spoliorum ad ipsam Cameram pertinentium huiusmodi, Collectorem generalē auctoritate Apostolica tenore præsentium ad beneplacitum nostrum constituimus,& deputamus:dantes tibi plenam,& omnimodā potestatem, & auctoritatem omnia, & singula, res, bona quæcunq; mobilia,& immobilia,ac se mouentia, per obitum quarumcunq; personarum ecclesiasticarum secularium,beneficia non simplicia, sed administrationem habentia obtinentiū, & quo ad beneficia simplicia,nisi ex priuilegio Apostolico eis cō cesso,seu ex consuetudine legitimè præscripta, in loco vigenti testari valentium, & quorumuis ordinum regularium, quauis etiam Pontificali dignitate fulgentium in vniuersa Italia,extra tamen hanc almam Vrbem, pro tempore decedentium remanētia,& relicta,cuiuscunq; qualitatis,generis, & speciei fuerint etiam gemmas,& pretiosa,ac pecuniarum summas, nostro, & prædictæ Cameræ Apostolicæ nomine colligendi,& recuperādi,& tam super illis, quàm alijs quibuscunq; spolijs, quæ hactenus in ipsa Italia per similium personarum obitum remāserūt, & indebitè vsurpantur,omnibus vijs,& modis inuestigandi,& inquirendi,ac pro faciliori inquisitione huiusmodi, quascunq; personas,cuiuscūq; dignitatis,status,gradus,ordinis,& prçeminentiæ fuerint, etiam exemptas, ac præteritos Collectores, & Subcollectores, ac alias personas ad coram te comparendum, necnon de administratis,& acceptis per eos computum, & rationem tibi reddendum,illosq; quorum testimonio te indigere cognoueris,ad se examini subijciendum, ac spoliorū huiusmodi occupatores,& detentores ad ipsa spolia relaxandum,& tibi consignandum,& soluendo sub censuris,& pęnis ecclesiasticis fulminandis, ac etiam pecuniarijs arbitrio tuo moderandis,& applicandis,monendi,& compellendi, contradictoresq; & retinentes censuras,& pœnas prædictas incurrisse declarādi, & illas aggrauandi,& reaggrauandi, Interdictumq; ecclesiasticum inuiolabiliter obseruandum apponendi,& auxilium brachij secularis ad hoc, si opus fuerit inuocandi, & super eisdem spolijs,pro dicta Camera cōponendi,& concordandi, necnon soluentes,de per eos solutis,& receptis quietandi,& absoluēdi, & ad cor reuersos,si id à te humiliter petierint,à censuris, & pęnis quas incurrerint satisfactis, absoluēdi, & liberandi cęteraq; omnia, & singula faciendi, seu quomodolibet opportuna.Nō obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis statutis quoq;,& consuetudinibus, etiam iuramento roboratis cæterisq; contrarijs quibuscunque.Datum Romę apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris,die 8.Februarij. M D LVI. Pontificatus nostri Anno primo.

PAVLVS PAPA IIII.

AD futuram rei memoriam.Vt exactio spoliorū,tam status Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quàm aliarum partium Italię celerius,& facilius fiat,nec ministrorum multitudine confundatur:Motu proprio, & ex certa nostra scientia omnes,& singulas lites,causas, & controuersias,quæ coram quocunq; iudice ordinario, vel delegato, præterquam Dilecto filio Christophoro Cincio Thesaurario nostro generali, & eorundem spoliorum in tota Italia Collectore generali per nos deputato,& illius ministris, ac substitutis super quibusuis ipsorum spoliorum negotijs,in Italia huiusmodi indecisæ pendent,earum status,& merita,ac nomina, & cognomina iudicum,& collitigantium, præsentibus pro expressis habentes,ad nos harum serie aduocamus, illasq; , ac ipsa negotia in statu ac terminis,in quibus reperiuntur,eidem Christophoro Cincio per se,vel eius ministros,iuxta tenores suarum facultatum cognoscendas, & fine debito terminandas, Apostolica auctoritate,tenore præsentium remittimus,& quatenus oporteat, de nouo committimus : & quod de cætero lites, & causæ huiusmodi,à nullo alio,quàm eodem Christophoro,seu ab eo super dictis spolijs pro tempore deputatis collectoribus,cognosci,nec alteri,nisi per commissionem manu nostra signatā,vel per eiusdem Christophori Cincij literas committi, vel delegari possint, & citato dilecto filio Sigismundo Martignone nro, & Cameræ Apostolicæ Commissario generali : quodque citationes,inhibitiones, vel mādata, quæ aliter, quàm ex commissionibus,vt præfertur,manu nostra signatis, eodemque cōmissario citato, vel literis eiusdē Christophori emanauerint, quo ad earum causarum introductionem, & litis pēdentiam seu iurisdictionis, ac processuum prædicti Christophori, & eius ministrorum impedimentum,vel retardationem, nullius sint roboris,vel momenti,dicta auctoritate per easdem præsentes statuimus, & ordinamus. Decernentes ex nunc irritum, & inane quicquid aliter à quoquam cuiusuis auctoritatis & præeminētiæ,& quacunque etiam legationis de latere, vel alia dignitate, ac potestate fungente,quomodolibet contigerit attentari, nō obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; cōtrarijs quibuscunque.Dat.Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris Die 21.Octobris. M D LVII. Pont.nostri anno Tertio.

Io.Barengus.

Die 12.Nouembris 1557. admiss.ex decreto Cameræ,& regist. libro signaturarum Sanctiss. D. N. Papæ apud me notarium folio 163.Hie.de Tarano.

BVLLA CONFIRMATIONIS, ET INNOVATIONIS priuilegiorum Incolarum, & Curialium Vrbis super libera facultate disponēdi de bonis suis, necnon declarationis literarum super bonis ex illicita negotiatione acquisitis editarum.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, Ad perpetuam Rei memoriam.

ROmanus Pontifex ex sua circunspecta prouidētia attendens suam Almam Vrbem Apostolorum Petri, & Pauli glorioso Martyrij cruore Domino nostro Iesu Christo cōsecratam, Caput Orbis existere, & altissimum in ea sacerdotij principatuum,Christianæq; Religionis caput instituisse, & ad illam tanquam communem omniū Christi fidelium patriam, de vniuersis mundi partibus Christi fideles ipsos in copioso numero confluere: Vt illa eo amplioribus prærogatiuis decoretur,quo est omnium aliarum mater, cunctorumque ad eam vndequaq; accedentium benigna receptrix,& alumna ac illius Incolę & habitatores,ac Roma.Curiā sequentes, eo quietius & tranquillius in ea degant, quo se amplioribus fauoribus & gratijs nouerint communitos. Nōnunquam à suis prædecessoribus in illorum fauorem cōcessa, pro illorum subsistentia firmiori,non solum approbat, sed etiā innouat,& quę postmodum ab eo emanarunt literæ Apostolicę, ne defectu incertitudinis aliquid, quòd à mēte sua alienum sit, oriri cōtingat,illas ita suæ declarationis adminiculo dilucidat, vt nulli hęsitationis & dubitationis scrupulus relinquatur, & alias desuper disponit.prout rerum & temporum qualitate pēsata,cōspicit in dño salubriter expedire. Nuper siquidem postquam fe. re. Iulius Papa III. prædecessor noster, cupiens Vrbis decori,& Curiæ prædictarum frequentiæ, necnō Vrbem incolētium,& Curiam hmōi insequentium, indemnitati cōsulere. Motu suo proprio ꝙ perpetuis futuris tpibus omnes & singuli Vrbis Incolæ,seu Curiam hmōi sequentes,cuiuscunq; dignitatis status,gradus,ordinis,præeminentiæ, vel cōditionis existerēt,etiam si Cardinalatus,aut Patriarchali,archiepiscopali, Abbatiali,vel quauis alia ecclesiastica, seu mūdana dignitate præfulgerent,si eos in dicta Curia seu eius districtu decedere cōtingeret,de omnibus & singulis eorum immobilibus, mobilib.& se mouentib. bonis,pecunijs,iocalibus,iuribus actionib.& reb. alijs in dicta Vrbe, & eius districtu pro tpe cōsistentibus, & per eos ēt ex fructibus,redditibus,& prouentibus ecclesiarū,Monasteriorum,& beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine, Secularium, & quorumuis ordinum regularium qūocunq; & qualitercunq; qualificatorum,per eos etiam ex quibusuis concessionibus,& dispensationibus Apostolicis in titulum vel cōmēdam, aut administrationem seu alias qūolibet obtētorum, aut alias licitè tñ acquisitis cuiuscunque dignitatis,quantitatis, qualitatis,summæ valoris, & pretij seu conditionis existerēt, ēt si talia essent,quæ sub generali bonorum expressione nō comprehenderentur,sed speciali nota digna essent, tam donatione inter viuos, & causa mortis, quàm testō codicillis,fideicōmissis,legatis,& quauis alia vltima voluntate in fauorem cōsanguineorum, & affinium suorum, ac quarumuis aliarum personarum,ēt penitus extranearum,ac de iure incapaciū seu alias prohibitarum,ēt diuitum & potentum,ac nothorum suorum,illegitimorum,seu spuriorū,ac Collegiorum,& vniuersitatum Ecclesiarum,& piorū,& nō piorum locorum disponere, ac in eis consanguineos,affines,& quasuis alias personas, ac natos etiā, vt præfertur procreatos,necnon Collegia, vniuersitates,ecclesias,& loca,hæredes, particulares, & vniuersales pro libito eorum voluntatis instituere,liberè,& licitè valerent. Quodq; Vrbis Incolæ, & Curiam huiusmodi sequētes,si ab intestato decederēt,eorum bona,pecuniæ,iocalia,iura,actiones, & res huiusmodi non ad pro tempore existentem Ro.Pontif.aut Camerā Apostolicam, sed ad ipsorū decedentiū proximiores agnatos & alios,qui eis nisi beneficiati fuissent, de iure succedere deberent,alias iuxta iuris cōis dispositionem liberè deuoluerentur, nec per Cameram præfatam,aut pro ea agentes, etiam prætextu quòd hæredes præfati in Curia tunc non existerent, aut ꝙ aliqui eisdem defunctis sanguine coniuncti, in eadem Vrbe

Source : BIU Cujas

non reperirentur, vel temere dilapidationis bonorum, pecuniarum iocalium', & rerum huiuſmodi occupari, aut inuentariari poſſent, ſed ſi hæredes præfati in Curia non forent, aut aliqui eiſdem pro tempore defunctis, ſanguine coniuncti in Vrbe non reperirentur, tũc & eo caſu pecuniæ, & alia bona huiuſmodi, per ad id pro tempore deputatos ſingularum nationum, quarum ipſi defuncti eſſent, apprehenderẽtur, & iuxta iuris formam inuentariarentur, & ſub fideli cuſtodia pro eiuſdem hęredibus conſeruarentur, per quaſdam ſuas ſtatuerat & ordinauerat, diſtrictius inhibendo pro tempore exiſtentibus S.R.E. Camerario, ac eiuſdem Cameræ preſidentibus & clericis, necnon alijs Vrbis, & Curiæ prædictarum officialibus, ac eccleſiarũ, Monaſteriorum, & beneficiorum prædictorum Prælatis, capitulis, conuentibus, Rectoribus, & illa pro tempore obtinentib quocunq; nomine nuncuparentur, ne de bonis pecunijs iocalibus iuribus actionibus & rebus per prælatos & alios ſupradictos, p tẽpore decedẽtes in dicta Vrbe, & infra eius diſtrictum, vt præfertur relictis, ſe intromittere, aut illa petere, ſeu vendicare, vel hæredes, & ſucceſſores decedentium perſonarum huiuſmodi, illorum occaſione impedire, ſeu alias qũlibet moleſtare pſumerẽt. Nos ex certis tunc expreſſis cauſis Motu ſimili, & ex certa nr̃a ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, p alias noſtras literas Sub dat. videlicet non. Nouemb. Pontif. noſtri anno primo, decreuimus, & declarauimus, omnia & ſingula, res, & bona cuiuſcunque qualitatis, & quantitatis exiſtentia, ac in quibuſuis rebus, ac regnis & dominijs, tam vltra, quàm citra montes, & maria conſiſtentia per quoſuis clericos tam ſeculares, quàm regulares, etiam ſi Epiſcopali. Archiepiſcopali, vel alia maiori dignitate prefulgerent, ex negociatione illicita, aut alias contra ſacros canones, quomodolibet acquiſita quæ pro tempore poſt obitum eorum: qui etiam ex facultate quam habuerant teſtandi condito teſtamento vbiuis locorum decederent, aut quibus illos etiam viuentes priuari, & eis deſtitui contingeret eatenus remanſerant, & in poſterum remanerent ad eandem Cameram, & non alios ſpectaſſe & ſpectare, ac ſub nomine ſpoliorum venire illaque tanquam ſpolia ad eãdem Cameram pertinentia perpetuo colligi, & recuperari potuiſſe, ac poſſe & debere, prout in ſingulis literis prædictis plenius continetur. Cum autem ſicut nobis innotuit à nonnullis hęſitetur, ne ex his literis noſtris ſtatuto & ordinatione Iulij prædeceſſoris huiuſmodi præiudicium aliquod generatum ſit, aut dici ſeu cenſeri poſſit. Nos qui vrbis decorem, & venuſtatem, ac illius Incolarum prædictorum proſperum, & felicem ſucceſſum ſinceris exoptamus affectibus, quiq; illam non minoribus fauoribus quàm dicti prędeceſſores proſecuti ſunt proſequi intendimus: ne propter noſtrę declarationis defectum, & veritatis ſuppreſſione, contra mẽtem, & voluntatem noſtram, cuiquã præiudicium generetur, quantum in nobis eſt prouidere volẽtes, ac dictarum noſtrarum literarũ veriorem tenorem præſentib. pro ſufficienter expreſſo habentes, necnon motu, & ſcientia ſimilibus, literas noſtras prędictas ad S.R.E. Cardinales, ẽt vbiuis locorum decedentes, ac eorum bona vbiq; exiſtentia nullo pacto, ac Vrbem, & Curiam præfatas, necnon prælatos, officiales, ac alios ſeculares, & cuiuſuis ordinis regulares clericos, cęterosque tam in Vrbe, & Curia præfatis pro tempore exiſtentes, & in ea, ſeu eius diſtrictu decedentes, quàm alias alibi vbiuis locorum, etiam vltra montes, & maria exiſtentes, teſtandi tamẽ, codicillandi, & alias de bonis ſuis quibuſcunq; quomodolibet diſponendi facultatem, ſeu etiam, q̃ eis ab inteſtato decedentib. eorum bona ad ipſorum proximiores, & qui niſi beneficiati eſſent, ſuccedere deberent, deuoluantur & debeant ſpecialem ab Apoſtolica ſede, vel officiorum ſuorum rõne priuilegiorũ, aut ex alio quouis titulo pro tempore habentes, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, condõnis, & præeminẽtiæ perſonas minimè ſe extendere, neq; illos, aut eorum aliquem comprehendere: ſed ab eis penitus exceptos fuiſſe fore & eſſe, ac dici & cenſeri, & alias eaſdem noſtras literas ẽt abſq; verbis, aut alias contra ſacros canones, in illis appoſitis, in oĩbus & per omnia, ac ſi illa in eis appoſita non fuiſſent, ſeu illæ ſine eis emanaſſent ſtare, & in ſuis robore, & efficacia permãſiſſe & permanere debuiſſe & debere. Declarantes eiſdem motu, & ſcientia tam Iulij ſtatutũ, & ordinationem huiuſmodi, quàm per Sixtum IIII. & Alexãdrũ VI. Leonem X. & alios Ro. Pont. ẽt prædeceſſores noſtros, ac ẽt in Conclaui in quo diuina diſponente Clementia ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumpti fuimus, ẽt in ipſius Vrbis, & eius ædificiorum Romanæq; Curiæ, & eius officialiũ, ac aliarũ perſonarum prędictarum, etiam extra Vrbem, & in quibuſuis prouincijs, etiam vltra montes, & maria, vt prętertur, in genere vel in ſpecie, circa teſtandi & ſuccedendi huiuſmodi facultatẽ, quomodolibet cõceſſa priuilegia, & indulta, ac cum inhibitionum decretorum, & in eis contentis clauſulis Iulij prædictas, ac aliorum prædeceſſorum prædictorum, ſingulas deſuper cõfectas literas, & inde ſequuta quęcunq;, quorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, etiam ad hoc vt omnes, & ſinguli ſupradicti, de omnibus, & ſingulis eorum rebus & bonis, etiam nulla quantitatis, & acquiſitionis ipſorũ bonorum diſtinctione habita, liberè diſponere valeant, ac ſi dictæ noſtræ literæ nõ emanaſſent, aut aliæ impoſterum emanarẽt, dicta auctoritate Apoſtolica, tenore pr[illegible]ſentium approbamus, confirmamus, & innouamus, necnon illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus. Et nihilominus pro potiori cautela, illa oĩa, & ſingula eiuſdẽ modis, & formis quibus per dictos prędeceſſores conceſſa fuerũt, de nouo eiſdem auctoritate, & tenore, ac motu, & ſcientia ſtatuimus, ordinamus, & concedimus, necnon illa valida, & efficacia exiſtere, ſuoſq; plenarios, & integros effectus ſortiri, & inuiolabiliter obſeruari, ac ſingulis ſupradictis ſuffragari, ſicq; in præmiſſis omnibus, & ſingulis per Camerariũ, præſidentes & clericos præfatos, ac quoſcunq; alios iudices, & Cõmiſſarios, quauis authoritate fungentes, etiã cauſarum Palatij Apoſtolici auditores, & ipſius Eccleſ. Rom. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iũdicari, & diffiniri debere, ac quicqd ſecus ſuper his à quoquã quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus: non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Cameræ, & eccleſiarum, ac monaſteriorum, & ordinum prædictorum, & quibuſuis alijs etiam juramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, necnõ priuilegijs, indultis, & literis Apoſtolicis, illis ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu, & ſcientia ſimilibus cõceſſis & approbatis, ac innouatis: quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, ac omnibus illis quæ Iulius, & alij prædeceſſores præfati, in dictis ſuis literis voluerunt non obſtare, cæterisq; contrarijs quibuſcunq;. Et quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæq; loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod earum tranſumptis, ſeu copijs, etiam impreſſis, manu notarij publici ſubſcriptis, & alicuius Prælati ſigillo munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra vbiq; adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrarum declarationum, decretorum, approbationis, cõfirmationis, innouationis, adiectionis, ſtatuti, ordinationis, conceſſionis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem. Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo, Nonis Februarij, Pont. noſtri anno Secundo.

FED. CARD. CAESIVS.

Cæ. Glorierius.
Barengus.

Anno natiuitate Domini quingenteſimo ſexageſimo primo, indictione quarta, die verò decimaquinta mẽſis Februarij, Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto patris, & Domini noſtri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quarti, Anno ſecundo, Retroſcriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt in Acie campi Floræ, & Valuis Cancellariæ Apoſtolicæ per nos Iacobum Carra, & Antonium Clerici Curſores.

Franciſcus Rogerius Magiſter Curſorum.

BVLLA GRATIOSA S. D. N. IVLII III. PONT. Max. Reuocationis, & caſſationis Gabellarum Farinæ, & contractuum, ac liberationis ab illarum ſolutione, necnon ampliſſimi priuilegij Incolarum, & Curialium Vrbis ſuper liberè diſponendi de rebus ſuis, facultate, cum decreto quod Fiſcus, & Camera Apoſtolica ſuper eorum bonis, etiam ab inteſtato decedentium ſe non intromittant, ſed illa reſeruentur ipſorum hæredibus.

Iulius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

CVpientes, vt alma Vrbs noſtra, in qua beatus Petrus Apoſtolorũ Princeps ſibi, & ſuis in Chriſti Vicariatu ſucceſſoribus ſedem conſtituit, & ad quam veluti communem ciuium fidelium patriam, frequẽs eſt hominum acceſſus, ſpecialibus fauoribus, & prærogatiuis decoretur, & q illam pro tempore incolunt, ſeu Ro. Curiam ſequuntur, tam in his, quæ ad victum hominis pertinent, quàm in ſuorũ diſpoſitione bonorum, & poſt eorum obitum hæredes ſui in eorũdẽ bonorum aſſecutione plena libertate fruantur, & Vrbis decori, ac Curiæ prędictarũ frequentiæ, necnon Vrbem incolentium, & curiam hmõi inſequentium indemnitati conſulatur. Motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis

Source : BIU Cujas

nis inſtantiam,ſed de mera liberalitate,& certa ſcientia noſtris plurium Roman.Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, qui eandem Vrbem diuerſis gratijs, & priuilegijs decorarunt veſtigijs inhærendo, Gabellarum Farinæ,quæ dudum per fe.re.Clemẽtem VII. impoſita, & per Paulum tertium Roma. Pontifices,etiam prædeceſſores noſtros, aucta fuit, ac innouationem, ſeu nouam impoſitionem Gabellæ contractuum, per eundem Paulum prædeceſſorem, cum adiectione certarum pœnarum in illam ſoluere differentes,& mandato,vt ab omnibus rigoroſiſſimè exponentur factam, & quaſcũque ſuper illis ab eiſdem Clemente, & prædeceſſoribus emanatas literas Apoſtolicas, aut alias deſuper confectas ſcripturas, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium,ex certa ſcientia reuocamus,caſſamus,irritamus,& annullamus,ac pro reuocatis, caſſis,irritis,& nullis haberi volumus: ac de cætero Farinæ nullatenus, contractuum verò Gabellas, huiuſmodi ſolum his modo, & forma quibus ante dictum Paulum prædeceſſorem exigi ſolebat, exigi poſſe volumus,ipſasque Gabellas in poſterum per nos,aut ſucceſſores noſtros Roma. Pontifices pro tempore exiſtentes innouari, vel de nouo imponi, ſeu ampliari non poſſe, & ſi innouentur,vel de nouo imponantur, aut amplientur, earum innouationes,vel de nouo impoſitiones,aut ampliationes,nullas,irritas,& inanes,ac nullius roboris,vel momenti fore, & illis non obſtan.Gabellas prædictas nullatenus,vltra quam,vt præfertur exigi poſſe decernimus. Et inſuper authoritate, & tenore prædictis ſtatuimus,& ordinamus,quod de cætero perpetuis futuris temporibus, omnes, & ſinguli Vrbis incole, ſeu curiam huiuſmodi ſequentes,cuiuſcunque dignitatis,ſtatus,gradus, ordinis, præeminentiæ, vel conditionis exiſtant, etiam ſi Cardinalatus honore, aut Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, Abbatiali, vel quauis alia eccleſiaſtica, ſeu mundana dignitate præfulgeant, ſi eos in dicta curia, ſeu eius diſtrictu decedere contigerit, de omnibus, & ſingulis eorum immobilibus, mobilibus, & ſe mouentibus bonis, pecunijs, iocalibus, iuribus, actionibus,& rebus aliis in dicta Vrbe,& eius diſtrictu pro tempore conſiſtentibus,& per eos etiam ex fructibus, redditibus, & prouentibus eccleſiarum,monaſteriorum, & beneficiorum eccleſiaſticorum,cũ cura, & ſine cura ſecularium, & quorumuis ordinum regularium quomodocunque, & qualitercũque qualificatorum,per eos etiam quibuſuis conceſſionibus, & diſpenſationibus Apoſtolicis in titulum, vel commendam, aut adminiſtrationem, ſeu alias quomodolibet obtentorum, aut alias licitè tamen acquiſitis, cuiuſcunque quantitatis, qualitatis,ſumme, valoris, & pretij, ſeu conditionis exiſtant, etiam ſi talia ſint,quę ſub generali verborum expreſſione non comprehendantur, ſed ſpeciali nota digna ſint, tam donatione inter viuos,& cauſa mortis,quàm teſtamento, codicillis, fideicommiſſis, Legatis, quauis alia vltima voluntate in fauorem cõſanguineorum,& affinium ſuorum, ac quarumuis aliarum perſonarum,etiam penitus extrànearum,ac de iure incapacium, ſeu alias prohibitarum,etiam diuitum, & potentum, ac natorum ſuorum illegitimorum,ſeu ſpuriorum,ac collegiorum,vniuerſitatum, eccleſiarum, & locorum piorum, & non piorum diſponere,illaque eis donare,concedere,relinquere, & erogare, ac in eis conſanguineos,affines,& quaſuis alias perſonas,ac natos etiam,vt præfertur procreatos,necnon collegia,vniuerſitates eccleſias,& loca,hæredes particulares, & vniuerſales pro libito eorum voluntatis inſtituere liberè,& licitè valeãt. Quodque ſi vrbis incole,aut curiam huiuſmodi ſequentes,ab inteſtato deceſſerint, eorum bona, pecunia, iocalia, iura, actiones, & res huiuſmodi,non ad nos,& pro tempore exiſtentem Roma. Pontificem, aut Cameram Apoſtolicam, ſed ad ipſorum pro tempore decedentium proximiores agnatos, & alios qui, eis niſi beneficiati eſſent, de iure ſuccedere deberẽt, alias iuxta iuris communis diſpoſitionem, liberè deuoluantur, nec per Cameram prædictam,aut pro ea agentes,etiam prætextu quod hę redes præfati in curia non exiſtant, aut quod aliqui eiſdem defunctis ſanguine coniuncti in eadem vrbe, non reperiãtur, vel alias timore dilapidationis bonorum, pecuniarum, iocalium, & rerum huiuſmodi occupari,aut inuentariari poſſint,ſed ſi hę redes præfati in curia non fuerint, aut aliqui eiſdem pro defunctis ſanguine coniuncti in Vrbe non reperiantur,tunc & eo caſu bona,& pecuniæ, ac alia huiuſmodi, per ad id pro tempore deputatos ſingularum nationum,quarum ipſi defuncti fuerint apprehendantur, & iuxta iuris formam inuentarientur, & ſub fideli cuſtodia, & eiſdem hæredibus conſeruentur: diſtrictius inhibentes dilectis filijs moderno,& pro tempore exiſtenti Camerario noſtro,& clericis eiuſdem Cameræ,præſidentibus, ac alijs noſtris,& vrbis,ac curiæ prædictarum officialibus,necnon eccleſiarum, monaſteriorum, & beneficiorum prædictorum Prælatis,Capitulis,conuentibus,& Rectoribus,ac illa pro tempore obtinentibus quocunque nomine nuncupẽtur,ne de bonis,pecunijs, iocalibus, iuris, actionibus, & rebus per ipſos pro tempore decedentes in dicta vrbe, vel infra eius diſtrictum, vt præfertur,pro tempore relictis ſe intromittere, aut illa petere, ſeu vendicare, vel hæredes, & ſucceſſores decedentiũ perſonarum huiuſmodi illorum occaſione impetere, ſeu alias quomodolibet moleſtare præſumant. Ac decernentes ex nunc irritum,& inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,ac Cameræ,necnon eccleſiarum,& monaſteriorum prædictorum, etiã in quibus beneficia huiuſmodi fuerint, etiam iuramento confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Cameræ eccleſijs, monaſterijs, & beneficijs,ac quibuſuis alijs, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs aliisque efficacioribus,& inſolitis clauſulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere,vel in ſpecie quomodolibet, etiam motu proprio,conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis,quibus omnibus etiam,ſi pro illorum ſufficienti derogatione,de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis,ſpecifica expreſſa,& indiuidua,ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales,idem importantes mẽtio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda,aut alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo, ad verbũ nihil penitus omiſſo,& formam in illis tradita, obſeruata inſerti forent præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris,hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ſufficienter derogatum eſſe decernimus,cæterisque contrarijs quibuſcunque.Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginã noſtræ reuocationis,caſſationis,annullationis, voluntatis, decreti,ſtatuti,ordinationis, inhibitionis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurũ. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono, Sexto Idus Martij.Pontificatus noſtri Anno Primo.

ADVOCATIO CAVSARVM SPOLIORVM pendentium coram aliis, quàm Theſaurario Sanctitatis ſuæ, & illius miniſtris, & ſubſtitutis, & illarum commiſſio, eidem Theſaurario cum ſtatuto, quod de cętero alteri committi non poſſint niſi propria manu eiuſdem Sanctitatis ſuæ.

IVLIVS PAPA III.

AD futuram rei memoriam. Vt exactio ſpoliorum, tam ſtatus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, quàm aliarum partium Italiæ celerius, & facilius fiat, nec miniſtrorum multitudine confundantur, motu proprio,& ex certa noſtra ſcientia omnes, & ſingulas lites cauſas,& controuerſias, quæ coram quocunq; Iudice ordinario, vel delegato, præterquam dilecto filio Magiſtro Franciſco de Aſpra Theſaurario noſtro Generali, eorundem ſpoliorum in tota Italia Collectore Generali per nos deputato,& illius miniſtris,ac ſubſtitutis ſuper quibuſuis ipſorum ſpoliorum negotijs indeciſæ pendent, earum ſtatus, & merita, ac nomina, & cognomina Iudicum, collitigantium præſentibus pro expreſſis habentes,quatenus inſtructæ non ſint,ad nos harum ſerie aduocamus,illasque,ac ipſa negotia in ſtatu,& terminis in quibus reperiuntur,eidem Frãciſco Theſaurario, per ſe,vel eius miniſtros, iuxta tenorem ſuarum facultatũ cognoſcendas, & fine debito terminãdas Apoſtolica auctoritate tenore præſentium remittimus, & quatenus oporteat, de nouo committimus: & quod de cætero lites, & cauſæ huiuſmodi, à nullo alio, quàm ab eodem Franciſco Theſaurario, ſeu ab eo ſuper dictis ſpolijs pro tẽpore deputatis collectoribus cognoſci, nec alteri niſi per commiſſionem manu noſtra ſignatam, vel per dicti Franciſci Theſaurarij literas committi, vel delegari poſſint:quodque citationes,inhibitiones,vel mandata, quæ aliter quàm ex commiſſionibus, vt præfertur, manu noſtra ſignatis, vel literis præfati Franciſci Theſaurarij emanauerint, quo ad earum cauſarum introductionem,& litis pendentiam, ſeu iuriſdictionis, ac proceſſuum prædicti Franciſci Theſaurarii, & eius miniſtrorum impedimentum, vel retardationem, nullius ſint roboris, vel momenti, dicta auctoritate per eaſdem præſentes ſtatuimus, & ordinamus: decernentes ex nunc irritum, & inane quicquid aliter à quoquam cuiuſuis authoritatis, & præeminentiæ, & quacunque etiam Legationis de latere, vel alia dignitate, ac poteſtate fungente, quomodolibet contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæterisque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, Die X. Ianuarij. M D LIII. Pontificatus noſtri. Anno Tertio.

Source : BIU Cujas

Guiliel. Redoani. De Spol. Eccleſiaſt.

BREVE DEPVTATIONIS REVERENDI D. Franciſci Odeſcalchi in Collectorem generalem ſpoliorum ad Cameram Apoſtolicam pertinentium in tota Italia.

Dilecto filio Franciſco Odeſcalcho Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Præſidenti.

PIVS PAPA IIII.

DIlecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionẽ. Cum ſicut accepimus, nonnulli res, & bona mobilia, & immobilia, ac ſe mouentia ex fructibus beneficiorum eccleſiaſticorum acquiſita, per obitum Prælatorum, & aliorum quarumcunq; perſonarum eccleſiaſticarum, ſecularium, & quorumuis ordinum regularium, quæ extra hanc almam Vrbem deceſſerunt remanentia, & relicta, quæ tanquam ſpolia alias ſe. re. Paulus Papa Tertius prædeceſſor noſter ad Cameram Apoſtolicam ſpectare, & pertinere decreuit, ac declarauit: necnon fructus, redditus, & prouentus menſarum Patriarchalium, Metropolitanarum, ac aliarum Cathedralium eccleſiarum, & Monaſteriorum in tota Italia conſiſtentium, per obitum illorum Prælatorum vacantium, indebitè occupare, & ſpolijs, ac fructibus, redditibus, & prouentibus huiuſmodi dictam Cameram defraudare præſumpſerint, & præſumant, in animarum ſuarum periculum, ipſiusque Cameræ præiudicium non paruum. Nos pro noſtri paſtoralis officij debito, talium perſonarum auſus temerarios reprimere, & ne ſpolia, ac fructus huiuſmodi in poſterum diſſipẽtur, opportunè prouidere volentes, motu proprio, & ex certa noſtra ſciẽtia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & quoſcunq; dictorum ſpoliorum, & fructuum per totam Italiam ad hunc vſque diem quomodolibet, etiam per nos, ſeu de mandato noſtro deputatos Collectores, & Subcollectores etiã ſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, aut Camerarius fuerint, primum, & ante omnia reuocantes, omnemq; illis deſuper tributam authoritatem, & poreſtatem adimẽtes. te de cuius fide, integritate, & diligentia plurimum in Domino cõfidimus, noſtrum, & dictæ Cameræ in vniuerſa Italia ſpoliorũ ad ipſam Cameram pertinentium, necnon fructuum, reddituum, & prouentuum menſarum huiuſmodi Collectorem generalem authoritate Apoſtolica tenore præſentium ad noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum conſtituimus, & deputamus: Dantes tibi plenam, & omnimodam poteſtatem, ac authoritatem omnes, & ſingulas res, & bona quæcunque mobilia, & immobilia, ac ſe mouentia, & etiam illa quæ ex fructibus, redditibus, & prouentibus eccleſiaſticis empta, ædificata, refecta, & reſtaurata fuerint, ſeu alias ex eiſdem fructibus, redditibus, & prouentibus, quomodolibet prouenerint, per obitum quarumcunque perſonarum eccleſiaſticarum ſecularium, beneficia etiam ſimplicia, ſed adminiſtrationem habentia obtinentium, & quo ad beneficia ſimplicia, niſi ex priuilegio Apoſtolico, ſeu ex conſuetudine legitimè præſcripta in loco vigente, teſtari valentium, ac quorumuis ordinum regularium, quauis etiam Pontificali dignitate fulgentium in vniuerſa Italia, extra tamen dictã Vrbem, pro tempore decedentium, remanſura, & relicta cuiuſcũque qualitatis generis, & ſpeciei fuerint etiam gemmas, & pretioſa, ac pecuniarum ſummas, necnon etiam fructus, redditus, & prouentus menſarum huiuſmodi à die eccleſiarum, & monaſteriorum vacationis huiuſmodi, vſq; ad diem præfectionis, & prouiſionis, ſeu commendæ de illis faciendis, quos omnes, & ſingulos fructus, redditus, & prouentus, ad nos, & dictam Cameram ſpectare, & pertinere volumus, atq; decernimus, ac eidem Cameræ applicamus, & appropriamus, noſtro, & præfatæ Camere Apoſtolicæ nomine colligendi, percipiendi, exigẽdi, & recuperandi, ac tam ſuper illis, quàm alijs quibuſcunq; ſpolijs, quæ hactenus in ipſa Italia per ſimilium perſonarum obitum, aut alias remanſerunt & indebitè vſurpantur, omnib. modis, & vijs inquirendi, & inueſtigandi, & pro faciliori inquiſitione, quaſcunq; perſonas, cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & præeminentiæ fuerint, etiam exemptas, ac præteritos Collectores, & Subcollectores ad coram te comparendũ, necnon de adminiſtratis, exactis, & receptis per eos computum, & rationem tibi reddendum, illosq; quorum teſtimonio te indigere cognoueris, ad ſe examini ſubijciendum, ac ſpoliorũ, necnon fructuum, reddituum, & prouentuum huiuſmodi occupatores, & detentores ad ſpolia, fructus, redditus, & prouentus eadem, relaxandum, & tibi conſignandum, & ſoluendum ſub cẽſuris, & pœnis eccleſiaſticis, ac etiam pecuniarijs, tuo arbitrio moderandis, & applicandis, monendi, & compellendi, ac contradictores quoſlibet, & rebelles, ac renitentes, cenſuras, & pœnas præfatas incurriſſe declarandi, ac illas aggrauandi, & reaggrauandi, interdictumq; eccleſiaſticũ inuiolabiliter obſeruandũ, apponendi, auxiliumq; brachij ſecularis ad hoc, ſi opus fuerit, inuocandi, & ſuper ijſdem ſpolijs, ac fructibus, & prouentib. prædicta Camera, prout tibi videbitur, componendi, & cõcordandi, ſoluentesq; de ſolutis per eos, & receptis abſoluendi, & liberandi, necnon ad cor reuerſos ſi id humiliter à te petierint à cenſuris, & pœnis, ſi quas inciderint per te, ſeu aliam perſonã eccleſiaſticam præuia ſatisfactione abſoluendi, & liberandi: ac in præmiſſis omnibus, & ſingulis ſummariè ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta procedẽdi. Vnumquodq;, vel plures loco tui Subcollectores cum ſimili, aut limitata poteſtate ſubſtituendi, & ſubdelegãdi, illosq; quoties tibi videbitur reuocandi, cæteraq; omnia, & ſingula faciendi, gerendi, & exequẽdi, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, fuerint, ſeu quomodolibet opportuna. Et inſuper vt exactio ſpoliorum, ac fructuum, reddituum, & prouẽtuum, huiuſmodi celerius, & facilius fiat, quod de cętero omnes, & ſingulæ lites, cauſæ, & controuerſiæ ſuper quibusvis ipſorũ ſpoliorum, ac fructuum, reddituum, & prouentuum, negotijs, nũc & pro tempore pendentes, à nullo alio, quàm te, ſeu abs te ſuper dictis ſpolijs, ac fructibus, redditibus, & prouentibus, pro tẽpore deputatis Collectoribus, aut Subcollectoribus cognoſci, nec alteri, niſi per commiſſionem manu noſtra ſignatam, vel p tuas literas committi, aut delegari poſſint, & citato moderno, ac pro tempore exiſtente dictæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſario generali, quòdq; citationes, inhibitiones, vel mãdata, quæ alias, quàm ex cõmiſſionibus, vt præfertur, manu noſtra ſignatis eodemq; Commiſſario citato, vel literis tuis emanauerint, quo ad earundem cauſarum introductionem, & litis pendentiam, ſeu tuorum miniſtrorum per te ad id deputandorum iuriſdictionis, & proceſſuum impedimẽtum, vel retardationem, nullius ſint roboris vel momenti. Quòdq; à ſententijs per te, ſeu tuos miniſtros præfatos, ſuper præmiſſis pro tempore latis, nullatenus appellari, ſeu earum exequutio differri, aut ſuſpẽdi nullatenus poſſit, aut debeat, niſi facto prius per condemnatos rerum, de quibus condemnati fuerint, in tuis ſeu miniſtrorum prædictorum manibus, actuali depoſito, dicta authoritate, per eaſdem præſentes ſtatuimus, & ordinamus, ac quicquid ſecus ſuper ijs à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignorãter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, & ordinum prædictorum etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & literis Apoſtolicis, eccleſijs, Monaſterijs, & ordinibus prædictis, eorumq; ſuperioribus, Prælatis, & perſonis, ac quibusvis alijs ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibusque, & alijs decretis etiam iteratis vicibus conceſſis, confirmatis, quibus omnibus etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica, indiuidua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, nõ autem per clauſulas generales idem importantes mentio, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore pmanſuris, hac vice duntaxat ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæterisq; contrarijs quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari nõ poſſint per literas Apoſtolicas non faciẽtes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionẽ. Volumus autem quòd earũdem præſentium tranſumptis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu curiæ Eccleſiaſticæ munitis; eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, Die 6. Martij. M D LX. Pontificatus noſtri anno primo.

Franciſcus Aragonius.

BVLLA S. D. N. D. PII PAPAE IIII. SVPER reductione facultatis teſtandi vſque ad quancunque ſummam, alias Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Patriarchis vigore ſcriptoriæ Apoſtolicæ per Iulium Papa III. conceſſę, iuxta tenorem literarum Pauli Papæ III.

Pius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

DEcet Roma. Pont. in ſupremo Iuſtitiæ ſolo conſtitutum, in his per quæ ius ſuum vnicuiq; conſeruetur, ac quorumlibet præſertim Cameræ Apoſtolicę indemnitati conſulatur, minifterij ſui partes fauorabiliter interponere: ac aliquãdo geſta per eius prædeceſſores, ex rationabilibus cauſis moderari, ac alias deſuper diſponere, prout rerum, & temporum qualitate penſata cõſpicit in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidẽ ſe. re. Paulus

Source : BIU Cujas

lus Papa III.prædeceſſor noſter,ex certis tunc expreſſis cauſis, tunc & pro tempore exiſtentibus litterarum Apoſt.Scriptoribus inter alia,vt vltra patrimonia,& alia bona,de quibus de iure communi,ac iuxta priuilegia,& indulta,Dilectis filiis Populo Rom.& Curialibus cõceſſa teſtari,codicillari,erogare, & diſponere poterant,de aliis quibuſcunq; bonis mobilibus, & immobilibus,necnon fructibus,redditibus, prouentibus, & emolumentis Eccleſiarum etiam Cathedralium, & Metropolitan. ac Patriarchalium,& Monaſteriorum,ac aliorum beneficiorũ eccleſiaſticorum per eos pro tempore obtentorum, ac alias p eos quomodolibet acquiſitis,ac penſionibus annuis ſibi ſuper quibuſuis fructibus,redditib.& prouentib. Eccleſiaſticis Apoſt. authoritate pro tempore reſeruatis, vſq; ad ſummam ſex millium ducatorum auri de Camera dũtaxat,liberè teſtari,& alias diſponere valerent dicta authoritate facultatem conceſſit. Et deinde piæ memoriæ Iulius Papa etiam III.etiam prædeceſſor noſter,ex ſimilibus cauſis facultatem huiuſmodi,vſque ad quãcunque ſummam dicta authoritate extendit,& ampliauit, put in eorum litteris deſuper confectis,quarum veriores tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur,præſentibus haberi volumus pro expreſſis,plenius continetur.Cum autem, ſicut nobis innotuit,quàm plures prelati eccleſias etiam pingues,& magni redditus obtinentibus,ex præfati Iulij,prædeceſſoris extenſione,occaſionem Camera Apoſt.de eorum ſpoliis,alias ad eã deuoluendis,fraudandi arripiẽtes,Officia Scriptoriæ huiuſmodi pro modico eorum prẽtio, de facili quotidie acquirere ſtudeant,ita quod præter ipſius Iulij prædeceſſoris intentionẽ, ex extenſione & ampliatione huiuſmodi quoad Epiſcopos, Archiepiſcopos,& Patriarchas Officia Scriptoriæ litterarũ earundem pro tempore obtinentes,qui etiam inter alia de fructibus redditibus,& prouentibus Eccleſiarum,quibus præſunt, tã iuxta priorem facultatem,quàm illius extenſionem,& ampliationem,vſque ad quamcunque etiam notabilem ſummam diſponere poſſunt,& diſponunt, graue & intolerabile præiudicium dictæ Cameræ inferatur.Nos attendentes Cameram ipſam p̃pter grauia onera,quæ continuo ſupportare habet, in magnis diſpendiis verſari,ac ad illa perferenda eius facultates nullatenus ſuppetere,ac pro huiuſmodi onerum faciliori ſupportatione Spolia perſonarum eccleſiaſticarum,ad id dudum per prædeceſſores noſtros reſeruata,& deſtinata fuiſſe, necnon extenſionem & ampliationem huiuſmodi quoad ipſos Epiſcopos, Archiepiſcopos,& Patriarchas exceſſiuas eſſe,ac Camerã Apoſto.nimium fraudandi apertiſſimam occaſionem,vt præfertur præbere.Idcirco Motu proprio,non ad alicuius nobis ſup hoc oblatæ petitiones inſtantiam,ſed de noſtra mera deliberatione,& certa ſcientia extenſionem,& ampliationem, ac deſuper confectas literas,quoad eoſdem Epiſcopos,Archiepiſcopos,& Patriarchas duntaxat,illis alias in ſuo robore permanſuris, authoritate Apoſtolica,tenore præſentium reuocamus,caſſamus & annullamus,ac pro reuocatis,caſſis, & annullatis haberi volumus, illaſq; ad priorem facultatem teſtandi pro ſumma ſex millium ducatorum limitata huiuſmodi in omnibus & p omnia,ac ſi ille nõ emanaſſent reducimus,& reductas eſſe, dictoſque Epiſcopos,Archiepiſcopos,& Patriarchas,iuxta prioris facultatis,ac ſecundum illam illiusque tenorem tãtum, de eorũ bonis diſponere poſſe,& ita per quoſcunque Iudices in quauis cauſa,& inſtantia ſublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretãdi facultate,& authoritate iudicari & diffiniri debere,necnon ſi ſecus ſuper his a quo quã quauis authoritate ſcienter,vel ignoranter contigerit attemptari irritum & inane decernimus.Non obſtan.prẽmiſſis,ac quibuſuis aliis conſtitutionibus,& ordinationibus apoſt.ac omnibus illis,quæ dicti prædeceſſores in ſuis literis voluerunt non obſtare cæterisque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reuocationis,caſſationis, annullationis voluntatis,reductionis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire.Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei,ac beatorũ Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dñicæ Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo,Idus Martij.Pont.noſtri anno ſecundo.

Fed.Card.Cæſius.

BVLLA S.D.N.D. PII DIVINA PROVIDENTIA PAPAE IIII. Contra quoſcunque Eccleſias,& beneficia eccleſiaſtica quęcunque in confidentiam retinentes, ſeu recipientes.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, ad perpetuam rei memoriam.

ROMANVM Pontificem in excelſa militantis Eccleſiæ ſpecula conſtitutum vigiles mentis oculos,nõ ſolum in abſentium extendere,ſed potiſſimum in præſentium domeſticorumque fratrum, & filiorũ ſuorum mores diligenter perſcrutandos, aliquando reflectere, ac eos,præſertim quos in Apoſtolicæ ſolicitudinis partem euocauit altiſſimus,ne dum ab omni pactionis illicitæ cõtagione,verum etiam ab eius omnimoda ſuſpitione, vacuos & immunes conſeruare decet,Vt qui cęteros illuſtris officij ſublimitate antecellunt,eoſdem priſca etiam illa morum integritate, præſtare dignoſcantur . Sanè licet dudum , cum certam ſymoniacæ prauitatis ſpeciem,quàm beneficiorum confidentiam vocant etiam Rom.Cur.atque adeo in ſacrum ven.fratrum noſtrorũ S.R.E. Cardinalium collegium,quaſi per cuniculos irrepſiſſe, ac nonnullos ex ipſis fratribus,nimia quadam facilitate, ſeu potius importunis amicorum familiariumq; precibus adductos, beneficia eccleſiaſtica in confidentiam huiuſmodi recepiſſe,& frequenter recipere intelleximus,hanc illicitam beneficientię exercendæ,ſeu amicitiæ colendæ viam,a tãto ſaltem Collegio prorſus eliminare cupientes,eoſdem fratres in Conſiſtorio noſtro ſecreto,non ſemel admonuerimus, huic aliena beneficia cuſtodiendi modo ne aſſueſcerent, neve illa hoc pacto recipe rent,vtque ſic recepta dimitterent. Nihilominus nuper ad aures noſtras peruenit,eorum aliquos,monitionis noſtrę,immo potius ſuimet oblitos,ea,quæ cuſtodienda receperãt,beneficia, nondum tamen dimiſiſſe.Et inſuper illos,& nonnullos alios, ẽt Patriarchas, Archiepiſcopos,& alios Epiſcopos,ac etiam Cameræ Apoſtolicæ Clericos,Eccleſias, Monaſteria,dignitates,& alia beneficia huiuſmodi,in ſui fauorem reſignata,ceſſa , vel alias dimiſſa,acceptaſſe,aut de illis,per obitum, vel alias vacantibus,a nobis,& prædeceſſoribus noſtris,ſeu etiam ab ordinariis, & aliis inferioribus collatoribus,etiam ad patronorum præſentationem,ad alterius commodum, ſibi prouideri obtinuiſſe, illaq;,ac etiam alia aliter vacantia,ſibi in titulum,commendam, vel adminiſtrationem,aut alias dicta authoritate cõceſſa, quãdoq; in reſignantium,vel credentium,ſeu etiam aliorum fauorem ceſſiſſe,vel alias dimiſiſſe,Ac ſibi propterea penſiones annuas,ac fructus,redditus,& prouẽtus Eccleſiarum, Monaſterio rum,Dignitatum,& aliorum beneficiorum huiuſmodi, in toto,vel in parte,etiam aliquando cum facultate illas,& illos trãſferendi,ac etiam collationem,prouiſionem,præſentationem, & aliam diſpoſitionem beneficiorum eccleſiaſticorum ad eorundem eccleſiarum,monaſteriorum,& dignitatum Prælatos pro tempore exiſtentes,ac alios huiuſmodi beneficia pro tempore obtinentes pertinentium, necnon regreſſus, ſiue acceſſus,& ingreſſus ad eccleſias,etiam Cathedrales, monaſteria, ac alia diuerſa beneficia eccleſiaſtica, ſibi reſeruari procuraſſe, & obtinuiſſe,ad hoc videlicet,vt confidentes ſic decimarum apoſtolicarum,vel communis dicti Collegii,& annatæ, aliorumq; iurium dictæ Cameræ debitorum,ſolutionẽ eludant, integrisque beneficiorum,etiam in menſibus Apoſtolicis vacantium aut alias diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ generaliter reſeruatorum,collationibus,ac interdum,vt beneficia ipſa,tempore procedente,in aliquorum,tunc forſan de iure inhabilium,& incapacium,vel nondum adhuc natorum, fauorem cedantur, ſeu reſignentur,vel vt perſonæ inhabiles, & incapaces huiuſmodi, etiam laici,penſionibus,ac fructibus , redditibus, & prouentib. eccleſiaſticis fruantur,& gaudeant,ſeu potius illis , & facultate transferendi prædicta abutantur,in animarum ſuarum periculum,& pernicioſum exemplum . Quare nos hãc Cardinalium eorundem,in monitionibus noſtris parendo incuriam,& tam illorum,quàm cęterorum Prælatorum , etiam clericorum , ac aliorum quorumcunque indignam fallaciam , conniuentibus oculis diutius minimè diſſimulandam,ſed huic errori, ne radices altius agat,occurrendum tandem eſſe cẽſentes , Et quoniã hanc ipſorum,qui monitioni noſtræ non parentes, beneficia huiuſmodi in confidentiam,vt præfertur retinuerũt,& fructus ex eis indebitè,vel percipiendo,vel per alios nomine ſuo, ẽt p ſimulatas illorũ locationes,& fictas de receptis quietantias, ac donationes,& remiſſiones percipi ſinendo,grauiter exceſſerũt Cardinalium metam,potius ex immoderata erga ſuos indulgẽtia, quàm aliquo præceptorum noſtrorum ſpretu, proceſſiſſe facile reputamus:idcirco omnes,& ſingulas Eccleſias, etiã metropolitanas , & alias cathedrales , ac monaſteria , etiam conciſtorialia , Prioratus , præpoſituras , prępoſitatus , dignitates etiam maiores,& principales,etiam conuentuales,perſonatus, adminiſtrationes,& officia,cęteraq;,beneficia eccleſiaſtica, cũ cura,& ſine cura,ſecularia, & quorumuis ordinum regularia , ẽt de iurepatronatus,etiam laicorum,etiam nobilium , & illuſtrium,etiam ex fundatione,& dotatione exiſtentia,per eiuſdẽ Ro.Eccl.etiam Epiſcopos Cardinales,& quoſcunq; alios,ẽt Patriarchas, Archiepiſcopos,& alios Epiſcopos, ac ẽt eiuſdem Camerę Clericos,in titulum,commendam,vel adminiſtrationẽ, aut alias,in huiuſmodi confidentiam iure prohibitam,cuiuſuis perſonæ,vt præfertur,contemplatione,vel intuitu,quouismodo recepta,illorum liberam collationem,& diſpoſitionẽ, nobis,& Sedi Apoſtolicę,harum ſerie reſeruantes,ipſo iure a die receptionis eorundem,vacauiſſe,& vacare, Ac fructuum,& pẽſionum reſeruationes,ac facultates transferendi,& collationis

bene-

Source : BIU Cujas

beneficiorum conceſſiones,eis,vt præmittitur factas,ac regreſſus,ſiue acceſſus,& ingreſſus conceſſos huiuſmodi, ceſſaſſe, & ceſſare,ac extinctos eſſe: Et eoſdē Cardinales,ſeu quoſuis alios, a prima die receptionis beneficiorum huiuſmodi citra,fructus, redditus,& prouentus eorundem eccleſiarum, monaſteriorū, dignitatum,& aliorum beneficiorum,ac penſiones prædictas, indebitè percipere ſuosque facere non potuiſſe,neque debuiſſe,ſed illos omnes,& ſingulos ad Cameram eādem deuolutos fuiſſe,& eſſe,illiq; deberi,ac ipſos Cardinales,& alios,ad quorū manus quomodolibet peruenerunt,& eorum hęredes,ad integram illorum reſtitutionem,in vtroq; foro teneri, & ad id opportunis iuris remedijs compelli debere,authoritate Apoſtolica,tenore præſentium,decernimus, & declaramus: & inſuper vniuerſis,& ſingulis,tam eiuſdem Ro. Eccle. Cardinalibus etiā epiſcopis,quàm Prælatis,& clericis,& aliis prędictis, præſentib. & futuris,ne deinceps vllo vnquam tempore, aliquas eccleſias monaſteria,dignitates,vel alia beneficia,etiam,de dicto iure patronatus vti præfertur exiſtentia,aut fructus,vel penſiones,aut regreſſus,acceſſus in confidentiam prædictam,aut ad effectum reſeruationum huiuſmodi,ſibi poſtmodum cedentibus procurandarum,recipere præſumant,Cardinalibus videlicet, & aliis Prælatis huiuſmodi,in virtute ſanctæ obedientiæ,ſub interdicti ingreſſus eccleſiæ,reliquis verò ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ pœna,per contrafacientes eo ipſo incurrenda,a qua,niſi a nobis,aut Ro. Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo conſtituti,abſolui nequeant, di ſtrictius inhibemus. Ac quaſcunq; collationes,prouiſiones,pfectiones,commendas,reſeruationes,facultates,etiam transferēdi,ac regrediendi,ſiue accedendi, & ingrediendi,ac alias diſpoſitiones de eccleſijs,monaſterijs,dignitatibus,& alijs beneficiis eorumque fructibus,& beneficiorum collationibus per nos,& alios Rom. Pontifices ſucceſſores noſtros,etiam motu ꝓprio, ſeu cōciſtorialiter,aut etiam per ordinarios, & alios inferiores collatores,etiam ad patronorum eorundem præſentationem; & alias quomodolibet cum interuentu confidentiæ huiuſmodi,expreſſe,ſiue occultè; ac de iure præſumpta; & alias contra præmiſſa,pro tempore factas, nullas, & inualidas, nulliusq; roboris, vel momenti fore,neque cuiquam ſuffragari, Sed eccleſias,monaſteria,dignitates,ac alia beneficia huiuſmodi,ipſo iure vacare,ac noſtræ,& Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſeruata, fructusq;, & penſiones Cameræ Apoſtolicæ applicatos, vt præfertur eſſe,& cenſeri. ſicque in præmiſſis omnibus & ſingulis; per quoſcunq; Iudices,& Commiſſarios, etiam ipſius eccleſiæ Rom. Cardinales; ſublata eis quauis aliter interpretandi,& iudicandi facultate,etiam per præſumptiones,& coniecturas legitimas,& eorum arbitrio (com alias confidentias huiuſmodi, in lucem erui,& probari non poſſe conſtet) procedendo, iudicari,& diffiniri debere. Ac quicquid ſecus ſuper his a quoquam quauis authoritate ſcienter,vel ignoranter attemptari contigerit,irritum,& inane ſimiliter decernimus. Non obſtantibus fec. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri,de vna, & concilij generalis de duabus dietis,ac aliis conſtitutionibus apoſtolicis,necnon collegij præfati,iuramento,confirmatione apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis,& conſuetudinibus contrarijs quibuſcunq; Aut ſi aliquibus, communiter, vel diuiſim,ab eadem ſit ſede indultum,quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint; per literas apoſtolicas, non facientes plenam,& expreſſam,ac de verbo ad uerbū,de indulto huiuſmodi mentionem. Et ne quiſquam vllo vnquam tempore præſentium ignorantiam prætendere poſſit,Volumus,& eadem authoritate decernimus, quod ipſe præſentes litteræ ad Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe,Valuas,per aliquem ex Curſoribus noſtris, illarum copia ibi affixa, & dimiſſa, & etiam in Cancellaria Apoſtolica, de more publicentur, ac in eiuſdem Cancellariæ quinterno, ad maiorem partium,illas in iudicio producere volentium, commoditatem deſcribantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reſeruationis, declarationis,inhibitionis,decreti, & voluntatis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit,indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimoquarto,decimoſeptimo Kalend. Nouembris. Pontificatus noſtri anno quinto.

Viſa de Curia M. de Enciſo.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

AMPLIATIO FACVLTATVM PRO DONATO Matthæo Minali Theſaurario, Et ſpoliorum ac iurium Cameræ Apoſtolicæ in tota Italia Collectore apoſtolico Generali.

PIVS PAPA IIII.

Dilecto filio Donato Matthæo Minali Theſaurario, ac ſpoliorum,& Iurium Camerę Apoſtolicæ in toto Italia Collectori generali noſtro.

DILECTE filij ſalutem & apoſtolicam benedictionē. Cupientes res,& negocia Cameræ noſtræ apoſtolicæ,prout noſtro incumbit officio, rectè tractari, & celeriter perfici, necnon ſpolia quæcunque ad eandem Cameram ſpectantia,ac per obitum quarumuis perſonarum eccleſiaſticarum,ad eam pro tempore deuoluta, ſublatis quibusuis impedimentis facilius exigi,ac recuperari. Tibi vltra alias facultates,ſuper officio Collectoriæ ſpoliorum huiuſmodi,per noſtras in forma breuis litteras tibi conceſſas,omnes,& ſingulos dictorum ſpoliorum occupatores,detentores,& vſurpatores,ad coram te perſonaliter,& non per procuratores cōparendum,ſub pęnis in dictis litteris expreſſis,etiam per edictū publicum,conſtito tibi de non tuto ad eos acceſſu,per te,vel alium quemcunq; Romanę Cur. Iudicem euocandi, atq; citandi,& illos quando,& quoties opus fuerit, & tibi opportunum eſſe videbitur,ad ſe examini ſubiiciendum monendi, & requirendi,& ipſos ad id,ac reſtitutionem occupatorum, & vſurpatorum bonorum huiuſmodi, plenariè faciēdam ciuiliter & criminaliter iuris,& facti,remediis,& opportunis, cogendi, compellendi,& legitimè puniendi: necnon ſub collectoribus tuis, ſi tibi viſum fuerit,facultatem huiuſmodi impartiendi: cæteraq; omnia,& ſingula in præmiſſis,& circa ea neceſſaria, ſeu quo modolibet opportuna faciendi,mandandi,& exequendi, alias iuxta dictarum literarum formam,& tenorem,plenam & liberam,auctoritate Apoſtolica,tenore pręſentium facultatem cōcedimus. Non obſtantib. fęlicis recordationis Bonifatij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de vna,& Concilij generalis, de duabus dietis,dummodo ultra tres dietas aliquis authoritate pſentium præterquam ad Romanam Curiam ad iudicium non trahatur,& quibusuis aliis conſtitutionibus,& ordinationib. apoſtolicis,necnon omnibus illis, quæ in dictis noſtris litteris voluimus non obſtare,cæterisq; contrarijs quibuſcūq;. Volumus autem quod præſentium litterarum tranſumptis manu Notarij publici ſubſcriptis,& Sigillo tuo munitis eadem prorſus fides in iudicio,& extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitę,vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctū Petrum ſub Annulo Piſcatoris Die. XX. Aprilis M. D. LXI. Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Cæ. Glorierius.

BVLLA SANCTISS. D. N. D. PII DIVINA prouidentia Papæ Quinti ſuper ſpoliis.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, Ad perpetuam Rei memoriam.

ROMANI Pontificis prouidentia circumſpecta,ad ea ſolicitudinis ſuæ partes potiſſimun conuertit, per q̄ ſingulis eccleſiis debita obſequia,& opportuna ſubuentionis auxilia,minimè ſubtrahātur. Cum itaq;,ſicut accepimus, nōnulli Patriarchæ,Archiep̄i,Ep̄i, & Abbates, ſeu Commendatarij, ac alij beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, proprij honoris,& ſaluris,immemores,ēt prætextu facultatum teſtandi eis per Sedem Apoſtolicam conceſſarum, in eorū ultimis voluntatibus res ſacras,ac vaſa,ornamenta,& paramenta Eccleſiaſtica,aliaq; cultui diuino dicata,quandoq; ex fructibus Eccleſiaſticis per eos acquiſita,non Eccleſijs,& Monaſteriis, ac beneficijs,quibus pręfuerunt,ſeu a quibus prouentus Eccleſiaſticos,& ſtipendia acceperunt,prout rationi, & honeſtati conſentaneum foret,ſed alijs locis, etiam aliquādo non pijs,ac interdum eorum cōſanguineis,& affinibus relinquere, ac Cameræ Apoſtolicæ Collectores,prætextu quod illa ſub appellatione ſpoliorum veniant,tanquam eiuſdem Camerę ſpolia exigere,& percipere non erubeſcant,in maximum Religionis dedecus,ac Eccleſiarum,Monaſteriorum,& beneficiorū eorundem detrimentum,ac relinquentium aīarum periculum,ſcandalūque plurimorum. Nos abuſib. ſcandalisq; huiuſmodi prouidere,ac ſingularum eccleſiarum,& monaſteriorū,ac beneficiorū indemnitati,aīarumq; quorumlibet ſaluti conſulere volentes. Motu proprio,& ex certa ſcīa,ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,hac noſtra perpetuo valitura cōſtitutione ſtatuimus, ordinamus,decernimus,& declaramus: quod de cętero oīa,& ſingula ornamenta,& paramenta,ac vaſa, necnon Miſſalia,& Gradualia,ac cantus firmi,& muſicę, aliiq; quomodolibet nūcupati libri,& alię res ſacrę,etiam auri, & argenti, ac quęcunq;

alia

Source : BIU Cujas

alia bona per quoſcunque Patriarchas, Archiepiſcopos, Eꝑos, Abbates, ſeu Commendatarios, & alios quoſcunq;, quæcunq;, & qualiacunq; beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, ſecularia, & quorumuis ordinum regularia, in titulum, vel Commendam, aut alias quomodolibet obtinentes, quocunq; noīe, vel titulo cenſeantur: etiam ſi de illis, & eorum qualitatib. ſpecialis & expreſſa mentio habenda foret, ad vſum & cultum diuinum, etiam in eorum priuatis ædibus, & Cappellis, vel oratorijs deſtinata, tempore eorum obitus ex teſtamento vel ab intę ſtato relicta, ſub quibusvis facultatib. teſtandi, & alias diſponendi, de bonis per eos ex altari, vel alias quomodolibet acquiſitis, per quoſcunq; Roman. Pontifices prædeceſſores, & ſucceſſores noſtros, ac nos, ſub quibusvis tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clauſulis, & decretis, etiam Motu proprio, & alias qūolibet conceſſis, & concedendis, minimè comprehendantur, nec ſub appellatione ſpoliorum veniant, ſed ad ſingulas Eccleſias, Monaſteria, etiam Conuentu carentia, & beneficia huiuſmodi in quibus reſederint, aut quibus præfuerint, ſeu quæ alias obtinuerint, omnino ſpectent, & pertineant, ac ſpectare, & pertinere illaque poſt eorum obitum eiſdem Eccleſiis, Monaſterijs, & beneficijs, etiam ſi in Ro. Cur. & procul ab illis deceſſerint, vel ad illa nunquam acceſſerint, ēt ſi antea Eccleſiarum, & Monaſteriorum regimini ceſſerint, vel beneficia huiuſmodi renūciauerint, eo ipſo applicata & incorporata ſint, & eſſe cēſeantur. Ita quod liceat illis defunctis, in eiſdem Eccleſiis, Monaſterijs, & beneficiis ſucceſſoribus, ac Eccleſiarum, & Monaſteriorum huiuſmodi Capitulis, & Conuētibus, reſpectiuè, illa propria auctoritate, liberè apprehendere, ac eorum Eccleſiis, & Sacriſtijs applicare, & incorporare: ac quæcunque donationes, ac relicta, & legata, teſtamenta, & codicilli, & aliæ vltimæ voluntates, ſeu ſpolia deſuper contra præſentis cōſtitutionis noſtræ tenorem quomodolibet pro tempore facta, quo ad præmiſſa, nulla, & invalida nulliusq; roboris, & momenti exiſtant: & perſonis, ēt ecclesiaſticis, ſeu locis ēt piis, aut eccleſiaſticis alijs quibuſcunque in quarum, ſeu quorum fauore, pro tempore facta fuerint minimè ſuffragētur, nec per ea eiſdem perſonis, ſeu locis, vel alijs Eccleſijs huiuſmodi, aliquod ius in rebus prædictis, vel ad illas acquiri poſſit. Quinimmo res ſacras, ac alia bona prędicta, quocunque noīe, vel titulo pro tempore detinētes, ad illa Eccleſiis & Monaſteriis, ac beneficiis per defunctos quomodolibet acqſitis, vt præfertur, iuxta præſentium tenorem realiter, & cum effectu reſtituendum, & conſignandum, quibusvis diſpoſitionib. de illis in contrarium quomodolibet factis minimè attentis, omnino teneantur, & ad id per cenſuras, & pęnas, etiam furti, & ſacrilegii, ac alia iuris, & facti remedia opportuna cogi, & cōpelli poſſint, & debeant. Et inſuper ne deinceps contingat, inſolentia ſpoliorum Cameræ Apoſtolicæ Collectorum, vel Subcollectorum, aliquas Eccleſias, nec hominum quemquam dāno, & iniuria affici, nec cuiquam decętero vertatur in dubiū, q̄ res habendæ ſint nomine ſpolij, ſimili modo ſtatuimus, decernimus, & declaramus: quod quæcunq; ſcamna, cathedræ, Arcę & etiam ligneæ, vel lapideæ, etiam Marmoreæ Menſę, & Tabulę, ac quæcunque dolia, ſeu Vaſa vinaria vacua, & alia ſimilia ſupellectilia domeſtica, per quosvis presbyteros, ſeu clericos ab humanis pro tempore decedentes, tempore eorum obitus in eccleſiis, ſeu eorum domibus eccleſiarum earundem, vel alibi vbivis locorum relicta, etiam ſi ex fructibus, & prouentibus beneficiorum, quæ dum viuerent obtinebant, acquiſita fuerint, ſub ſpoliorum appellatione minimè veniant, nec pro ſpolijs vllo modo reputari poſſint, præterea quod nullum ſpolium Cameræ præfatæ, fieri, nec quicquam a quibusvis ſpoliorum Cameræ huiuſmodi Collectoribus, vel Subcollectoribus exigi poſſit, per obitum illius, qui dum viueret, vnum vel plura beneficia eccleſiaſtica obtinuerit, cuius, vel quorū inſimul fructus, redditus, & prouentus, Triginta ducatorum auri de Camera, ſecundum communem æſtimationem valorem annum nō exceſſerunt, aut qui penſiones annuas ſuper quibusvis fructib. eccleſiaſticis, vſq; ad dictum valorem annuatim perceperit, dummodo tamen is ſe ab omni illicita negociatione, & a ſacris Canonibus prohibita abſtinuerit. Ita quod ſi quis dictorum Collectorum aliquid ex bonis quorumvis defunctorum, qui ſimilia beneficia obtinuerint, ſeu ſimiles penſiones perceperint, p̄textu ſpoliorum eiuſdem Cameræ percipere, aut alias contra præſentes noſtras litteras attentare pręſumpſerit, ad totalem bonorum per eum perceptorum reſtitutionem teneantur, ac ad id via iuris, etiam per ſimiles cenſuras, & pœnas & cogi, & cōpelli poſſit, & debeat. Diſtrictius inhibentes quibusvis Cameræ p̄fatę ſpoliorum Collectoribus nunc, & pro tempore exiſtentibus, ne ſub indignationis noſtræ, & priuationis eorum officiorum pœna, in ornamentis, & paramentis, ac Vaſis, & Libris p̄fato cultui diuino dicatis, ac aliis rebus ſacris, necnon ſupellectilibus præfatis, quomodolibet ſe intromittant, nec in eorum Inuentarijs tanquam ſpolia redigant, ſeu deſcribant: ſed ornamenta, & paramenta, necnon Vaſa, & libros, aliaq; diuino cultui dicata huiuſmodi Eccleſijs, Monaſterijs, Cappellis, & alijs beneficijs huiuſmodi, eorumq; Rectoribus, & alijs præfatis liberè dimittant, & conſignent, ac conſignari faciant, cum effectu. Ad ſupellectilia prędicta in locis vbi cōſtiterint relinquāt. Ac decernentes, ſic in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoscunque Iudices, & Commiſſarios, quauis authoritate fungētes ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper ijs a quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filijs Curiæ cauſarum Camerę Apoſtolicæ generali Auditori, & ſingulis locorum ordinarijs, ac Maiorem dignitatem, poſt Pontificalem in vniuerſis Eccleſiis Cathedralibus, & Metropolitan. pro tempore obtinentibus, per Apoſtolica ſcripta, Motu ſimili mādamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, præſentes litteras, & in eis contenta quęcunque, vbi, & qñ opus fuerit, ac quotiens pro parte quorumcunque in præmiſſis intereſſe habentium, vt præfertur fuerint requiſiti, ſolēniter publicantes, eisq; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtētes, faciant auctoritate noſtra præſentes litteras, & in eis contēta, quæcunque, firmiter obſeruari. Ac ſingulos quos litteræ ipſę concernunt, illis pacificè gaudere. Non permittentes eos deſuper quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in prouincialibus, & Synodalibus Cōcilijs editis Generalibus, vel ſpecialibus, conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon eccleſiarum, monaſteriorum huiuſmodi, Iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, facultatibus teſtandi, alijsq; priuilegijs, indultis, & litteris Apoſtolicis, quibusuis conceſſis, approbatis, & innouatis, etiam ſi de illis, eorumq; totis tenoribus ſpecialis, & expreſſa mentio facienda eſſet, illorū tenores pro ſufficiēter expreſſis habētes, illis in reliquis, in ſuo robore permanentibus, cæterisque contrarijs quibuſcunq;. Volumus aūt, quod ſi aliquis ex Patriarchis, Epiſcopis, Abbatibus, ſeu Commēdatarijs, & alijs beneficiatis prefatis, pluribus Eccleſijs, ſeu Monaſteriis, pro tempore, ſimul, vel ſucceſſiuè prędefuerit ſeu plura beneficia obtinuerit, ornamenta, & paramēta, ac res, & bona prędicta, ad illa omnia, habita ratione fructuum, & temporis quo eadem beneficia poſſedit omnino pertineant, & proportionabiliter inter ea diuidantur, quodq; præſentes litterę in Cancellaria noſtra Apoſtolica, & Acię Campi Florę, de more publicentur, & inter Conſtitutiones perpetuò valituras deſcribantur, Et quia difficile foret præſentes ad ſingula quęque loca deferri, volumus, & ēt declaramus earum Tranſumptis, ēt impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Prælati, vel alterius perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę ſigillatis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quę eiſdem pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrę ordinationis, ſtatuti decreti, declarationis, inhibitionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si qs autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotētis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romę apud Sāctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo ſeptimo. Tertio Kalend. Septembris, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Cę. Glorierius.

H. Cumyn.

Pro Domino Summiſta Ludouicus Ripa

Regiſtrata apud Cęſarem Secretarium.

IACOBVS MISERATIONE DIVINA
tt. Sanctę Marię in Coſmedin S.R.E. Presbyter
Card. Sabellus S.D.N. Papa Vic. Generalis.

SACROSANCTA Tridentina Synodus, probatę eorum vitę, & Sanctę conuerſationis exempla qui ſe diuino miniſterio dedicarunt, pręter ſacri inſtituti neceſſitatem, ad vniuerſam quoque Chriſtiani Populi reformationē plurimum prodeſſe intelligens, ſalutariter ſtatuit, vt quę a Summis Pontificibus, & a ſacris concilijs, de honeſta clericorum, vitę, doctrinę, cultusq; ratione, decreta fuiſſent, per eos, ad quos ea cura pertineret, in vſum reuocata, & in mores inducta, propagarentur. Nos igitur eiuſdem ſacri concilii iuſſa exequi cupientes, nonnulla, ſine quibus recta viuendi, Clericorum diſciplina conſtare non poteſt, ex ſacris & Canonibus, & Concilijs collegimus, vel ad eorum mentem conformauimus, quæ ex auctoritate Sanctiſſimi Domini Noſtri Papę viuę vocis oraculo nobis conceſſa, inuiolatę obſeruanda proponimus.

Vt igitur, cum vitę, & animi clericalis integritate, externus etiam habitus, veſtitus omnisque conuerſatio congruat.

Pręci-

Source : BIU Cujas

Io. Baptiſtæ Pontani. De Spolio.

Præcipimus omnibus, & ſingulis ſacris ordinibus initiatis, aut q̄cunque beneficia eccleſiaſtica, etiam ſimplicia obtinenti bus, cuiuſcunq; gradus, aut dignitatis ſint, vt intra quindecim dies, a præſentium litterarum promulgatione numerādos, Clericalem tonſuram (quæ eſt Militiæ ſpiritualis inſigne) vnius cuiuſque ordini, & gradui conuenientem, perſpicuè gerant. Presbyteri verò ab ſuperiore labro Barbam ita tōdeant, ne ſalutare Corporis, & Sanguinis Chriſti Domini Sacramentū ſumentibus, impedimentum afferat.

Veſtem ſuperiorem, & interiorem, ſimplicem, & talarē oēs geſtent, non reflexā, ſed compoſitè, & aptè ad collum annexā.

Pallium, quod ferraiolum dī, id habeāt, vt Clericali decoro non ſit alienum, idq; tantum in pluuiæ, & frigoris neceſſitate, ſemperq; cum talari tunica induant. Quas tamen veſtes, ad lōgioris itineris neceſſariam cōmoditatem, breuiores, modo ordinis honeſtari conueniant, adhiberi permittimus.

Caligis non inflatis, nec diſſectis calceis, crepidisve non inaniter inciſis, ſed ſimplicibus, & integris vtantur.

Camiſias ad manum, & ad collum criſpas, & (vt dicūt) lactucatas, aut arte laboratas, ne ſumant.

Pileos ne habeant, niſi valetudinis cauſa, & eos ſimplices, neque Turbinatos, quos ingredien̄. in Eccleſiam, vel ædes, maximè publicas, ſemper omittāt. Neq; reticulum, aut ſubbirretū, niſi valetudinis neceſſitas poſtulet, idque ſine redimiculis, Nec annulos, niſi id honoris gradus, aut officij munus requirat.

Pretioſioribus pellibus, vnguentis, & aliis odorum ſuauitatibus abſtineant.

Ab omni mulæ, & equi inſtrumento, & ornamento, aurum argentum, villutum, & omnino ſericum amoueant.

Veſtium colorem tātummodo nigrum, niſi alium magiſtratus, aut honoris ratio poſtulet adhibeant.

Veſtes holoſericas, aut ſerico ornatas, domi, aut foris ne habeant.

Arma ne ferant, neve perſonati incedant.

In omni deniq; veſtitu nouitatem, & tam elegantiæ, & concinnitatis, quàm negligentiæ, ac ſordium ſuſpitionem vitent.

Qui in aliquo horum deliquerit, præter veſtium aliarumve rerum amiſſionem, vigintiquinque aureis mulctetur, locis piis arbitrio noſtro attribuēdis, carcere etiam, ac beneficiorum priuatione, maioribusve pęnis, pro delicti, & perſonarum genere arbitrio noſtro puniatur.

Quōniam verò qui habitant in tabernaculis Dñi, nō ſolum omnem impudicitiæ cauſam, ſed etiam occaſionem, & ſuſpitionem a ſe remouere debent, ideo p̄ter ea, quę de cōtubernio, & conſuetudine mulierum ſuſpectarum, a Sacro Concilio ſtatuta ſunt, eadem authoritate edicimus, ne in ædibus ad domicilium, & vſum Canonicorum, aliorumve miniſtrorū eccleſiæ ædificatis, fœminæ, ēt cum illis quouis ſanguinis vinculo p̄iunctæ, vllo modo cōmorentur, in aliis verò Canonicali, aut Clericali vſui nō attributis, niſi ex cauſa tm̄ iudicio noſtro p̄bata.

Item, ne ædes Eccleſiæ, aut earum partes, in quibus ipſi habitant, vel habitare debeant, laicis locent, niſi nobis locationis neceſſitas comprobetur. Quę verò ab Eccleſiis ſeiunctę, etiam ſi iuris Eccleſiæ nō ſint, eas nemini, niſi is bonæ exiſtimationis ſit, locare audeant.

Clerici, quos propter Chriſtum ſpectaculū fieri oportet mūdo, Angelis, & hominibus, maximè debent ab ijs ſpectaculis, quæ Chriſtum non ſapiunt, abſtinere. Itaq; decernimus, ne comedias, fabulas, choreas, haſtiludia, aut ludicrum, & profanum vllum ſpectaculi genus agant, vel ſpectent.

Ne talis, teſſeris, pagellis pictis, & omnino alea, aut vllo prętea vetito, aut indecoro ludi genere ludant, neve huiuſmodi ludi ſpectatores ſint.

Non canes, accipitres, aut aliud venaticum animal alant, vllumve genus venationis aduerſus ſacros canones obeant.

Ne comeſſationibus, aut minus honeſtis conuiuijs interſint cauponasque, aut tabernas ne ingrediantur, niſi longioris itineris cā, neve cuiquam propinent, aut prouocari ad bibēdum reſpondeant, ſed ſobriè, & caſtè ex doctrina Apoſtoli viuant.

Interdicimus āt eis procuratione, aduocatione, patrocinio, & oī actione cauſarum apud iudicem ſecularem, exceptis cauſis iure permiſſis, quo loco, ſcripta licentia a nobis impetretur, quos prętera in rebus profanis, oī notariatus, & tabellionatus officio, necnon arte medendi, maximè chirurgica p̄hibemus.

Nullus tutelam, curamve, niſi pietatis cauſa, idque conceſſio ne noſtra ſuſcipiat.

Mercaturam ne exerceant, neve in rebus contrahēdis ſe medios, vel interpretes adhibeant, prædia ne conducāt, pro nemine ſpondeant, Principum, & omnino laicorum negotia ne p̄curent, aut eis inſeruiant, niſi cauſa id poſtulet a ſacerdotali officio non aliena, qua in re tamen conceſſio noſtra (quam hac in re, & alijs a nobis permittēdis gratis ſemper fieri volumus) intercedat, eaq; quotannis renouetur.

Ne fęminas nobiles aſſectentur, neve officij cauſa ſtent circū menſam, illis accumbentibus.

In famulatu verò Eccleſiaſticarum perſonarum, vilia officia aut opera, quę clericali decoro non ꝓueniant, minimè faciant.

Quicunque in ijs, q̄ a nobis ſupra prohibita ſunt, deliquerint præter mulctam vigintiquinq; aureorū, ob ſingula delicta exigendam, & quemadmodum diximus in pios vſus erogandam, carcere, priuatione beneficij, & grauius etiam pro perſonæ cōditione, & facinoris, ac flagitii mō, arbitratu noſtro plectātur.

Mandamus autem omnibus, qui ordinis, vel beneficij, aut alia ratione, canonicas horas recitare debent, vt eas nullo modo omittant, alioquin pœnas, in Lateranen. generali Concilio ſub Leone decimo celebrato, propoſitas, & alias, arbitratu noſtro, ſubibunt.

Inhærentes prætera eiuſdem Concilij Tridentini decretis, per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti Domini noſtri uehementer hortamur presbyteros, ut ſingulis dominicis, & aliis feſtis diebus, niſi iuſtè impediantur, ſalutare Miſſę ſacrificium faciāt, Diaconos, & Subdiaconos, vt bis ſingulis menſibus, & ſemper cum miſſæ ſacrificio inſeruient, Clericos deniq;, & inferiorū ordinum gradibus initiatos, vt ſaltem ſemel ſacroſanctum Eucharistiæ ſacramentum ſumant.

Diuinam ſcripturam aſſiduè ſcrutentur, ſacros ſanctorum Patrum libros in manibus habeant, ex quibus vitalibus, & perennibus fontibus, ſalutaris doctrinæ, & vitę pręcepta, & exempla hauriant.

Præterea edicimus Clericis, alijsve aliquo inferiorum ordinum gradu initiatis, ſi Clericalibus veſtib. vti voluerint, ut tonſuram quoq; gerant, & reliqua, quæ præſcripta ſunt, propoſito eodem pœnæ periculo, obſeruent.

Laicis verò, qui Clericali habitu uti conſueuerunt, ut in poſterum birreti ſaltem forma, a Clericis, ſub eadem pœna, internoſcantur.

Quia autem difficile eſt propter multitudinem eorum, qui in Vrbem ex diuerſis orbis terræ partibus conuenire ſolēt, Clericos a Laicis internoſcere, ideo iubemus oēs, & ſingulos Clericos, in ſacris ordinibus conſtitutos, aliosq; Beneficia eccleſiaſtica, etiam ſimplicia, obtinentes, qui in Romana Curia commorātur, ad decem dies, ab harum literarum promulgatione, eos aūt, qui poſthac in Vrbem venturi ſunt, a die eorum aduentus numerandos, ſe in curia noſtra ſiſtere, & nomen, cognomen, patriam, ordines, & beneficia profiteri, & literas (vt vocant) dimiſſorias oſtendere.

Qui autem aliquem eo gradu, & conditione, qua diximus, vel hoſpitij, vel famulatus, aliave cauſa, domi habent, aut in futurum ſint habituri, illo de hac noſtra lege præmonito, ad præſtitutum tempus ad curiam noſtram deferre.

Qui contra fecerit, vigintiquinque aureis, & carcere, aliave pena, iudicio noſtro irroganda, punietur.

Volumus aūt, & decernimus, vt his litteris, in locis ſolitis publicatis, & affixis, ita earum quoſcunq; arctet executio, perinde ac ſi perſonaliter vnicuiq; intimatæ fuiſſent. In quorum fidem &c. Datum Romę in ædibus noſtris die xxx. menſis Octobris, 1566. Pontificatus autem Sanctiſſ. D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti anno primo.

Alphonſus Binarinus Vicegerens.

Triphon Victorellus Notarius.

TRACTATVS
IOANNIS BAPTISTÆ
Pontani Aduocati Romani,

De Spolio, in libros quatuor diſtinctus.

LIBER PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Spolium dicitur denegatio poſſeſſionis primo poſſeſſori.*
2 *Spolij iudicia duo: altera cum qualitate violentiæ, altera verò ſine.*
3 *Violentiæ ſpecies, plures ſunt.*
4 *Conſenſus eſt, licet coactus, niſi in caſibus requirentibus purum conſenſum, vt in matrimonio.*
5 *Violentia compulſiua in pluribus differt ab expulſiua, & in pluribus congruit.*
6 *Violentia inquietatiua vocatur ea, in qua conſenſus abeſſe, & adeſſe pōt.*
7 *Spolium aliud violentum, aliud non violentum, aliud promiſcuum.*
8 *Operis diuiſio.*
9 *Violentiæ ratificatio per alium factæ pro violentia recipitur.*
10 *Agens prætorio interdicto legitimè agit, etſi prædo fuiſſet.*
11 *Colonus etiam ſubijcitur interdicto vnde vi.*
12 *Intereſſe debitum per violentum ſpoliatorem.*
13 *Mobilia reſpicit vis ablatiua, cum actione vi bon. rap.*

14 *In-*

Source : BIU Cujas

14 *Interdictum vnde vi, procedit etiam pro rebus etiam mobilibus.*
15 *Vtilis actio legis ei datur, cui etiam vltra uerba legis suffragatur æquitas.*
16 *Incorporalia recipiunt vtile interdictum vnde vi.*
17 *Familiæ violentia obstat domino per annum.*
18 *Condictio triticaria competit etiam pro violentia; & in plerisque differt ab interdicto vnde vi.*
19 *Bona fide possidens non conuenitur condictione triticaria.*
20 *Successor in vitium spolij, iure ciuili non tenebatur, & nu. 149.*
21 *Bonæ fidei possessor conuenitur ex æquitate l. si me & Titium ff. si cer. pet. si non possideret ex tit. oneroso.*
22 *Conductor recusans restitutionem rei sub prætextu dominij, non auditur.*
23 *Spolium committit, qui rem per se detentam, alieno nomine restituere recusat.*
24 *Certa scientia principis facta confirmatio, tollit spolium.*
25 *Ciuilis possessio amittitur ex negligentia recuperationis naturalis.*
26 *Ciuili deperdita non potest naturalis recuperari.*
27 *Recuperatio ex interuallo admittitur in edicto, quòd met. cau. non aũt in subita violenta recuperatione idem euenit nu. seq.*
29 *Spoliatus recuperat in continenti, etiam ab alio quam spoliante.*
30 *Cessio, an fieri possit de iure recuperandi in continenti.*
31 *In continenti dicitur regulariter in triduo, & specificè, secundum subiectam materiam.*
32 *Iudicis copia vbi desit, interuallo licet recuperare possessionem.*
33 *Turbatio possessionis ex interuallo non prohibita, sicut recuperatio.*
34 *Spolij secundi successor ex interuallo non conuenitur ex l. si quis ad se fundum.*
35 *Legis, inuasor, C. vnde vi, origo.*
36 *Iudicis decreto nullo possessionem capiẽs incidit in pœnam l. meminerint, sed non criminaliter.*
37 *Iudex dicitur spoliare ex possessione capta virtute eius decreti nulli.*
38 *Pupillus ex violentia tutoris nullam pœnam incurrit.*
39 *Interdicta omnia dicuntur in rem scripta.*
40 *Possessio iudicis decreto nullo capta subijcitur pœnæ l. meminerint.*
41 *Iudex demandare potest parti victrici in vim executionis facultatem ingrediendi rem aliquam auctoritate propria.*
42 *Citatio potest per iudicem committi partis, sed citatus non teneretur ei credere.*
43 *Executio violenta non potest committi ipsimet parti per iudicem inferiorem principem.*
44 *Compensatio fit de possessione vtrinque nulliter capta sine violentia, cuius compensatio cessit.*
45 *Confirmatio possessionis peti posset citata parte, si fuisset non rectè tributa per iudicem.*
46 *Citatione eget executio in persona lib. secus in realibus in eadem re.*
47 *Citationis defectus in executione facta in re per alium possessa, nõ operatur incursum pœnæ l. meminerint.*
48 *Aliena res capta pro executione, quomodo restituatur domino.*
49 *Adiudicatio cum bona fide in re aliena tribuit causam præscriptionis.*
50 *Adipiscendæ possessorium ex l. fin. C. de edic. Di. Adr. requirit diligentem inquisitionem possessoris cum eius citatione.*
51 *Certa scientia factum non eget verificatione precum.*
52 *Decreto primo locus fit ex contumacia procuratoris.*
53 *Violentia rei propriæ, vel alienæ punitur ex l. si quis in tantam, cùm ante in re propria esset immunis.*
54 *Creditor occupans rem sibi hypothecatam punitur ex l. extat.*
55 *Incorporalium iurium distinctio.*
56 *Incorporalium quasi possessio venit sub nomine possessionis etiam in pœnalibus.*
57 *Actionis directæ, & utilis idem effectus.*
58 *Murus ab alio extructus, quando liceat alteri propria auctoritate demoliri.*
59 *Personalis minima pœna, maior censetur, quàm realis.*
60 *Canonicus per vim eiectus, non potest tollere ostium domus, nisi esset canonicalis.*
61 *Socius violenter ingressus rem communem, quando teneatur ad pœnam l. si quis in tantam.*
62 *Fideicommisso rem subiectam si hæres occupet per vim ab alio possessore, incidit in pœnam l. si quis in tantam.*
63 *Incontinenti recuperata possessio cum violentia non subiacet pœnæ l. si quis in tantam.*
64 *Furto capiens rem sibi prius furto subtractam non amittit pœnam quadrupli iam sibi quæsitam.*
65 *Pœna l. si quis in tantam. committitur etiam post recuperatam possessionem voluntariè, vel iudicialiter.*
66 *Omittendi crimen pœnitentia minuitur.*
67 *Donatio facta ecclesiæ non reuocatur ex ingratitudine prælati.*
68 *Capituli violentia vnà cum prælato præiudicat ecclesiæ secundum Ant. sed Abb. contra.*
69 *Bona ecclesiæ dicuntur in dominio Dei, & administratione prælati.*
70 *Capitulum per uim occupans bona prælati defuncti possessa per hæredem, incurrit pœnam l. si quis in tantam.*
71 *Error falsæ credulitatis quando excuset a pœna l. si quis in tantam.*
72 *Filij violentia nocet patri peculiotenus.*
73 *Credulitas est iusta in eo, qui peritiores consuluit.*
74 *Error iuris excusat mulierem in damnis, sicut masculum.*
75 *Mulier in iuris errore excusatur in damno euitando.*
76 *Masculinum continet fœmininum, nisi in maximè odiosis.*
77 *Rustici excusantur ex ignorantia, sicut milites.*
78 *Beneficialis violentia ponitur etiam pœna l. si quis in tantam. C. vnde vi.*
79 *Possessio amittitur virtute decreti apostolici.*
80 *Resignans si violenter fuerit eiectus a tertio, non agit ex l. si quis in tantam, licet de spolio sic.*
81 *Annalis regula cum sola detestatione locum sibi vendicat.*
82 *Pœnalia licèt cessent contra patrem, non tamen contra vitricum.*
83 *Furto sibi rem subtractam si dominus uiolenter recuperat, an incurrat pœnã l. si quis in tantam.*
84 *Filius occupans legitimam in vna re violẽter, an incidat in pœnam l. si quis in tantam.*
85 *Legitima quota bonorum, deducta funeris impensa & ære alieno potest per iudicem consignari in aliqua re particulari eius arbitrio.*
86 *Legitima arbitrio iudicis consignari potest in aliqua re particulari, licèt sic quota bonorum.*
87 *Hæres conditionalis violenter rem occupans, quomodo puniatur.*
88 *Castrum per vim occupatum diruens, etiam tenetur ratione iurisdictionis ad pœnam l. si quis in tantam. C: vnde vi.*
89 *Beneficialia ipso iure puniuntur pœna c. eum qui. de præben. lib. 6.*
90 *Alexandrinæ pœnæ incursus non eget declaratione.*
91 *Criminalis non dicitur causa ex l. si quis in tantam, cuius pœna non applicatur fisco.*
92 *Ipso iure, quando incurratur pœna à lege introducta.*
93 *Beneficium occupans etiam sine vi, non adhibito executore, incurrit pœnam c. eum qui. de præben. in 6.*
94 *Beneficij pleni possessio non potest capi sine executore.*
95 *Legis, si coloni origo. C. de agric. & censit. lib. 11.*
96 *Bona fides requiritur in agente.*
97 *Seruus, qui sese domino subtraxerit, potest recuperari ex l. si coloni, nisi clericus factus, vel diu se pro libero gessisset.*
98 *Bonæ fidei possessor, licèt non titulo, tenetur ex l. si coloni. C. de agric. & cẽ si. lib. 11.*
99 *Emphyteutæ rei ascripti, qui se subtrahunt, subiacent dispositioni l. si coloni.*
100 *Absolutio domini excommunicati non prodest ei ad recuperationem vasallorum, qui fuissent ab alio interim occupati.*
101 *Conductor recusans restitutionem vsque ad sententiam, tenetur vltra rem, ad eius etiam æstimationem, velut violentus spoliator.*
102 *Commodatum restituere recusans, incurrit pœnam l. conductores. C. loca.*
103 *Hæres conductoris non tenetur pœna l. si quis conductionis, ex recusatione restitutionis, nisi probata eius scientia.*
104 *Conductor potest recusare restitutionem rei ante tempus completum, nisi in bonis ecclesiæ cuius successor non tenebitur ad tempus tributum per prædecessorem licèt per aliquod tempus recepisset pensionem.*
105 *Pœnitentia non prodest violento in l. si quis in tantam. C. vnde vi. licèt prosit in terminis l. conductores. C. loca.*
106 *Possessio vacans capta ponitur ex l fi. C. vnde vi.*
107 *Anomalum dicitur iudicium possessorium rei vacantis.*
108 *Mobilia etiam continet prouisio l. fi. & l. inuasor. C. vnde vi.*
109 *Vacuam rem occupans tenetur ad interesse, licèt possidere desierit.*
110 *Vacantem occupans non tenetur, si doceat de dominio.*
111 *Vacuam possessionem relictam etiam per prædonem qui cœperit, tenetur ex l. fi. C. vnde vi.*
112 *Adipiscendæ possessori recipit exceptionem dominij.*
113 *Possessio non dicitur vacans quomodolibet possideatur, seu detineatur.*
114 *Ecclesiæ bona nunquam dicuntur vacua, cum sint penes Deum.*
115 *Canones plurimi conditi ante quasdam constitutiones imperatorias.*
116 *Canon, reintegranda, dicitur nouum ratione qualitatis non autem originis.*
117 *Canon, reintegranda, salubrior est cæteris remedijs spolij.*
118 *Canonis, reintegranda, remedium datur contra colonum commendatarium, cæterosq́, alieno nomine detinentes, qui restituere recusent, ac communicatur cum omnibus iudicijs spolij. & nu. 150.*
119 *Annua præstatio si recusetur, agi potest ex can. reintegranda.*
120 *Annua præstatio non cohærens rei, si denegetur, potest agi de spolio ad restitutionem eiusdem status.*
121 *Annua præstatio decemnouennalis, licet sine titulo, si per alium denegetur, agitur de spolio.*
122 *Canon, reintegranda, etiam porrigitur ad mobilia.*
123 *Iudex incompetens si sequestret, potest de spolio agi.*
124 *Beneficij resignatio ad fauorem spoliantis non eximit eum a iudicio spolii.*
125 *Literæ apostolicæ, nisi expediantur ante captam beneficij possessionem, agi posset de spolio ex constit. Iul. III.*
126 *Colonus potest etiam conueniri ex can. reintegranda.*
127 *Spolio agit qui possidet per alium, non is, qui pro alio.*
129 *Ratificatio non operatur, re non integra.*
129 *Reintegranda agitur contra, possidentem titulo & bona fide.*
130 *Cessio persecutionis violenti spolij valet, cum etiam personalia videantur.*
131 *Cessio fieri potest de rebus transmissibilibus.*
132 *Actio personalis in rem scripta transit in singularem successorem sine cessione.*
133 *Hæres filius, qui quæsiuit possessionem patri ignoranti si pro eo illam retineat defuncto continuat sine alio facto.*
134 *Possessio continuata, statuto in hæredem, dicitur ficta, nec restitui tibi lis in spolio,*

Source : BIU Cujas

spolio, nisi ab initio fuisset vacua & nu. 136.

135 *Ficta possessio parit etiam fictum spolium.*

136 *Fictiones plures non debent concurrere.*

137 *Colonus retinens possessionem pro hærede post obitum domini verum possessionem ei quærit ante possessionem captam.*

138 *Symoniæ exceptio obstat agenti de spolio beneficij.*

139 *Resignans si reseruet sibi vsumfructum, quid agat.*

140 *Fructus sibi retinens in resignatione, ciuilem possessionem transfert.*

141 *Contumacia propria spoliatus à iudice, potest post purgatam contumaciã de spolio agere.*

142 *Prębendę res connexa peti potest per spoliatum præbẽda, licèt eius rei possessionem nunquam habuisset.*

143 *Resignans spoliatus à resignatario, non agit spolio.*

144 *Abbas non tenetur de spolio de re concessa monacho ad eius nutum.*

145 *Canonicus regularis licèt sit regulariter incapax beneficij, tamen ex possibili capacitate agit de spolio.*

146 *Excipiens de spolio in verò iudicio si succumbat, potest principaliter de spolio agere.*

147 *Actor potest esse pupillus in spolio sine tutore, sed non reus.*

148 *Iactationis causa frustra de spolio agitur, de quo agens fateri dicatur se non possidere.*

149 *Capituli, sępe, de restitutio. spoliat. origo.*

150 *Reintegrandę presidium competit in cunctis casibus spolij.*

151 *Scientia quandocunque proueniens de vitio spoliatiuo sufficit ad effectum c. sępe, de restit. spol.*

152 *Matrimonialis impedimenti scientia quo ad prolem sufficit ante natiuitatẽ quandocunque.*

153 *Scientia dubia inducit tertium statum inter bonam, & malam fidem, quæ si initio aduenerit operatur malam fidem, secus si postea.*

154 *Prędoni non competit remedium c. sæpe, de restit. spol.*

155 *Spoliator violentus condemnatur, etiam si non possideat.*

156 *Restitutio possessionis officio iudicis poterit dari ei, cui competeret restitutio in integrum, cessantibus cęteris remedijs.*

PRAEFATIO OPERIS.

1 QVONIAM igitur omnis præsens disputatio de spolio futura est, sumendum est initium ab vniuerso genere spolij, cuius † verbum sit in iure latissimum, continẽs id omne, cuius restitutio denegat̃ primo possessori; plures tamen habens in se sinus, ac species inuicem dissimiles, varijsq; temporibus editas, & proprijs subsidijs munitas, prout temporum euentus, & occasio postulare videbantur. Quorum omnium sit ab incunabulis cognitio deducẽda, vt ex vera eorum notitia, hanc quam petimus spoliationis materiam, plenariè perlustremus. Quæ quidem non suo ordine, oculis, ac menti obiecta, quasdam tenebras interdum afferat, vt pleraque videantur inter sese pugnare, quæ tamẽ temporum distinctione adhibita, facillimè concordentur.

DE SPECIEBVS

Violentiæ. Cap. I.

2 MAius quidem spolij iudicium, licet à violentia primordium assumpserit, successiuo tamẽ tempore plurima spolij iudicia inducta sunt, etiam contra possessores nullatenus violentos, adeo vt hoc spolium, de quo tractamus, duas † partitiones principaliter respiciat, quarum altera sit cum qualitate violentiæ: altera verò sine violentia: nec quælibet violentia hoc spoliatiuũ iudicium pariat, sed quædã sit, quæ alio præsidio muniatur: q̃d facilè apparebit, si ad oculum proponantur omnes violentiæ
3 species, inter se plurimum distincte, † quarum aliæ nullũ prorsus habeant consensum eius, qui violentiam patitur: aliæ hẽant consensum, sed coactum: aliæ verò sint promiscuæ, in quib. possit consensus abesse, & adesse. Vis etenim expulsiua, quæ in immobilibus versatur, omni prorsus consensu careat, habens in se apertum dissensum, ad quam coercendam prodita sint plurima iuris præsidia, mox suo loco excutienda. Vis autem ablatiua ad mobilia pertinens, nullum pariter habeat partis lęsæ consensum. Bar. in l. extat. nu. 3. ff. quod me. cau. Inn. in c. super hoc. nu. 1. de renun. Ias. in l. si quando. in prin. C. vnde vi. In turbatiua etiam vi deficit in totum consensus, siue versetur in mobilibus, cui medetur interdictum vtrobi, sine in immobilib. in interdicto vti possidetis. gl. in l. j. §. item Iulian. ff. de vi & vi ar. Cy. in l. j. nu. 8. C. vbi cau. sta. Bar. in d. l. extat. Corn. latè consi. 33. lib. 4. Vis verò compulsiua, cui prospicit edictum, quod met. cau. licet habeat coactum consensum, nomen tamen consensus reci
4 piat: cum & consensisse censeatur, qui per metum † cõsenserit. l. si mulier. §. si metu. ff. quod me. cau. gl. in l. j. §. metum. e. ti. Fely. in c. j. nu. 2. de iureiuran. Rota in no. decis. 374. in fin. nisi tamen esset talis res, quæ formaliter requireret puritatem consensus cum qualitate libertatis, qua libertate cessante, consensus penitus euanesceret. Indeque sit, quòd si matrimonium (velut summam libertatem exposcens) per metum contrahatur, omni cõsensu requisito careat. c. significasti. de eo qui dux. in vxo. c. cum locum. de sponsa. vbi Abb. & in c. veniens. nu. 8. c. cum dilectus. c. consultationibus. in fi. eo. ti. Fely. in c. causam matrimonii. nu. 7. de offi. deleg. Ias. in l. interpositas. 1. no. C. de transa. Cald. in cõsi. 1. quod me. cau. Paris. consi. 53. nu. 41. & consi. 58. nu. 56. consi. 60. nu. 4. cõsi. 65. nu. 11. li. 4. & dicit Staphil. in tract. de litt. Apost.
5 fol. 66. col. 1. † Ex prædicta tamen violentia compulsiua cũ cõsensu licet mẽdoso, multo mitius in iuditio agitur, quàm in expulsiua, in qua plura specifica remedia competant, quæ non reciperentur in compulsiua, vt per Paris. consi. 1. nu. 176. li. 1. Nec in compulsiua detur præsidium, de quo in l. si quis in tãtam. C. vnde vi. vt ibi dicit Bar. in 3. oppo. & in l. extat. nu. 4. quod met. caus. Nec compulsiua rem efficiat litigiosam, sicuti expulsiua. Bar. in l. sequitur. § si rem. nu. 3. de vsucap. Nec pro compulsiua competat remedium introductũ in l. meminerint. C. vnde vi. vt per Alex. in l. à diuo Pio. §. in venditione. nu. 6. ff. de re iudi. & ibidem Iaso. nu. 13. Aequo tamen iure censeantur compulsiua cum expulsiua in terminis. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iuli. de
6 vi. & l. extat. quod me. cau. sicut inquit Ale. post Barto. in d. §. in venditione. nu. 5. in fi. & in d. l. si quis ad se fundum. col. fin. † Illa aũt violentia, in qua diximus posse consensum abesse & adesse, appellatur inquietatiua, quæ non in eiiciendo, sed in faciendo versatur, iuxta l. metu autem. ff. quod me. cau. per Bart. in d. l. extat. nu. 3. & in l. fi. nu. 5. e. ti. Neq; per eã vim amittat̃ ius rei quod amitteretur ex violentia expulsiua. Neq; eius factũ deleat̃ ex secunda violentia, ex dictis per Bar. in d. l. si quis ad se fundum. in fi. Propterea q̃; in hac violẽtia fuerit tributum specificum interdictum, quod vi, aut clam, ab aliis distinctum in l. j. e. tit. & refert Ias. in l. si quando. nu. 6. C. vnde vi. Est & quædam tertia species, quasi violentiæ (quam ita appellat Dec. in consi. 91. col. penul. ver. 3.) velut in qua nulla vis fiat personæ, sed tantum rei, quę sit possessore vacua, vt siue mobilis sit: siue immobilis, nouum habeat remedium in l. fi. C. vnde vi. si tamen dolus cum violentia concurreret, quo cessante, æquè cessaret id remedium, sed daretur condictio ex l. inuasor. eo. ti. vt ibi dicit Bart. in fi. & in d. l. fi. Quod latius proprio loco discutietur. Harum autem omnium specierum violentiæ, quas recitauimus, illa est, quæ propius accedit ad spolium, de quo tractamus, quàm expulsiuam nominauimus: cum cæteræ omnes distinctas habeant actiones, & prosecutiones à iudicio spolij discrepantes. Neque tamen sit vsque adeo hoc spolium connexum cum violẽtia expulsiua, vt ab ea secerni nequeat, cum vt mox dixi, pleraq; sint iudicia spolij, q̃
7 ex se subsistant sine aliqua violentia. Sunt etenim † tripartita, quorum alia expetunt qualitatem violentiæ, alia sint specificè introducta contra non violentum: quædam verò sint communia, tam contra violentum, quàm non violentum. Eorum etiã quæ sunt sine violentia: quædam sunt quæ respiciunt spolium cum annexo vitio; aliæ sine vitio: omniumq; præfatorum iudiciorum pars sit rei tantum persecutoria; pars verò pœnæ tantũ, & quædam tam pœnæ, quàm rei, vt ex inferius dicendis apertissimè colligetur.

Diuisio totius operis. Cap. II.

8 IN quib. pleniss imè exponendis hoc ordine progrediar, † vt primum vniuscuiusq; iudicij originem, atq; initiũ proponam, quod ve tempore in singulis speciebus spolii fuerũt propriæ constitutiones editæ, & qua de causa, vt eorum initiis rectè cognitis, reliquorum vera notitia recipiatur ad præcidendas præsertim disputationes interdum exortas, dum quęsitum est, quod nam ius spolij esset noui iuris inductiuum, vel aliorũ correctiuum, aut limitatiuum, in quo interdũ valde fuerit æquocatum, ex ordine temporum ignorato. Ac successiuè sint exponendæ omnes partes iudicij spoliatiui; cum non alia ratione fuerint desuper leges conditæ, quàm vt eorum transgressores mucrone iustitiæ iudicialiter compescerentur. Inchoãdum sit igitur ab ipso iudice, coram quo iudicia hæc legitimè exerceri possint; deinceps tractandum de libellorum porrectione, quib. cautius, & celerius ad victoriam properetur, quibusve cautelis, ac verbis possessorium tantum intẽtetur, aut petitorium cumuletur: deq; eius suspẽsionis effectu. Post hac suo ordine annectẽdæ sint congruæ probationes actori necessariæ ad obtinẽdum in singulis iudicijs spolij, omnesq; insuper exceptiones proponendæ, quæ vel prorsus perimant, aut saltim differant cuiusque generis spolium. Tractaturi demum de eius sentẽtia, cum subsequẽti appellatione, & executione, ac fructuum recuperatione. Quib. saturissimè explicitis, ac digestis in quatuor libris, pauca admodum erunt desideranda, q̃ ad hoc spolij iudiciũ ptineant.

De ordine & virtute singularum actionum spolij. Et prius de violento. Cap. III.

AVspicabor itaq;, Deo optimo duce, ab origine, vt sum pol licitus, singulorum iudiciorum spolij, quorum initia recitaturus

taturus ab eo exordiar,quod eſt & antiquius & odioſius ꝓpter inſitam qualitatem violentiæ, qua nihil ſit ſocietati humanæ exitioſius,nilq; tam iuri,& legibus contrarium, quàm per vim agi:vt merito huic violentiæ inter prima iuris initia proſpectū
9 fuerit per Vrbanum †Prætorem,qui rectè exiſtimans,primū & maximum prę ſidiū ciuitatis fore,ab ea vim abeſſe,proprio edicto vetuit ac interdixit,cuiquam poſſidenti vim inferri in l.j. ff. de vi & vi ar.Cuius interdicti uirtus fuit deinceps per Iuriſconſultos ampliata,etiam contra eos,qui violentiam mādauerint, ſeu ratam habuerint,in d.l.j. §.hoc interdictum. §. deieciſſe. & §.quoties.Fuit ſucceſſiuè eadem interpretatio per ſacros canones meritò approbata ſub Inn.III.in c.cū ad ſedem.de reſt.ſpo. vt ibi dicit Abb.in prin.& Roma.in l.rem quæ nobis.nu.7.ff.de acqu.poſſ.Cuius prætorij interdicti directum ac proprium ſubſidium eiſcompetat, qui fuerit è poſſeſſione rerum immobiliū deiectus,quibus tantum vis expulſiua cōueniat,vt in d.l.j.§.hoc interdictum. Abb.in c.querelam.§.fi.de elect.Nec referat,quod agens eo interdicto fuiſſet prædo, cum nihilominus legitimè
10 †ageret,vt in d.l.j.c.in literis. de reſti.ſpol. Abb.in c.ſæpe. nu.17. eo.ti.& in c.cum eccleſia.nu.32.de cauſ.poſſ. & propr. Lucas de Pen.in l.ſi coloni.nu.23.C.de agric.& cenſi.lib.11.Nam licèt regulariter ex prę ſcriptione ēt triginta annorum,nullū ius agendi quæratur malæ fidei poſſeſſori,ſed tantum excipiendi, ex nota.in l.Celſus.ff.de vſuc.In hoc tamen interdicto id ſpecificè receptum ſit in odium violentiæ, vt qui eam patitur, & ſi prædo ſit,agere poſſit ad poſſeſſionis recuperationem, niſi ex eiſdem actis in iudicio receptis iam conſtitiſſet ex eiuſdem cōfeſſione, illum fuiſſe prædonem vt per Abb.in d.c.in literis. nu.25. verſi. ſed tenendo,& in d.c.cum eccleſia.nu.26.verſ.ſed circa.Corſet. de ſpoli.limit.5.Staphil.de litter.Apoſt.fol.178.col.j. in paru. Id tamen interdictum ita demum tribuitur,ſi tempore eiectionis agens verè poſſideret.Nec aliàs propriè eiectus diceretur. d.l.j. §.interdictum autem.Abb.in c.ſignificauerunt.3. nota. de teſti. adeo vt recepta ea opinione pro vera,q; immiſſus in poſſeſſionem ex primo decreto,non propriè poſſideat,minus ei hoc interdictum opitularetur,velut expoſcens veram & propriam poſ-
11 ſeſſionem.Spe.de primo decre §.fi.nu.14.ver.ſed quid ſi.† Dabitur tamen hæredi ipſius eiecti poſſidentis, licèt hæres nūquam poſſederit, cum in eum id ius agendi tranſeat ex repreſentata perſona defuncti.d.l.j.§.hoc interdictum. eademq; ratione paſſiuè competat cōtra omnes vniuerſales ſucceſſores, vt ibidem dicitur,& per Abb in c.quia.nu.7.de iud.ſed ad id tātum cōtra hæredem dabitur,quod ad eum peruenerit. Nec ad aliud quicquam teneatur ex violentia per alium patrata.d.l.j.§.fi.cum ſeq. de vi,& vi ar.ſed contra ſingularem ſucceſſorem ceſſabit.Abb. in d.c.ſæpe.Io.Bap.Rota.deciſ.1378.3.no.contra quem fuit (ex interuallo tamen) nouum remedium proditum,de quo in d.c. ſæpe.vt vberius in eo dicam.Eodemque interdicto experiri poterit colonus,qui fuiſſet ab alio per vim eiectus,ac pariter cōtra ipſum paſſiuè agi poterit,ſiue locatorem ad poſſeſſionem non admiſerit,ſiue eum,cui locator ipſe fundum vendidiſſet.l.colonus.l.cum fundum.ff.de vi,& vi ar.de quo videnda gl.2.in l.emptorem.C.loca.Fely.in c.ex parte.il 2.nu.4.de reſcr. Aequè etiā hoc directum interdictum ſuffragabitur ad recuperationem
12 omnium damnorum,& †intereſſe,quæ quiſquam paſſus fuerit ex violentia ſibi illata,de quibus ſit prius. & ante omnia inquirendum,& examinandum.d.l.j.§.rectiſſimè.l.4.C.vnde vi.Bart. in l.ſi quis ad ſe fundum.1.oppo.C.ad l.Iul.de vi.Pau.de Caſt.cōſi.318.nu.3.li.1.Signoro.conſi.75.nu. 2. Inter quæ damna contineantur etiam omnes fructus,qui potuiſſent percipi per violēter ſpoliatum.l.ſi de poſſeſſione.C.vnde vi.de quibus fructibus
13 inferius latè diſputabitur.† Pro rebus autem mobilibus, in quibus non verſetur propria vis expulſiua,ſed ablatiua, proſpectū eſt per aliud prætorium edictum vi bon.rap.§.j.Inſti.eo.ti.Iaſ.in l.ſi quando.nu.2.C.vnde vi.Oldr.conſi.190.in fi.Quamuis forte Domini de Rota has ciuiles actionum ſubtilitates paruipendētes,more canonum,(vt in ca.dilecti.de iud.) promiſcuè receperint libellum interdicti vnde vi in † rebus mobilibus in eorum
14 deciſ.157.in no:& 409.in antiq.niſi dicamus id fuiſſe ſeruatum virtute clauſulæ adiectæ; Non ſe aſtringens,quę paſſim in libellis apponi ſoleat:aut ibi Rotam intellexiſſe de rebus mobilib. ſolo cohærentibus;quibus licet non conſonent verba huius interdicti:tamen quia eius mens,& ratio illis conuenit, vtile pro his detur interdictū,ex ea iuris interpretatione recepta, ut quoties æquitas ſuggerit,quamuis uerba legis deficiant, utilis actio
15 †tribuatur:æquumq; ſit interdictum dari pto integra recuperatione cuiuſcunq; commoditatis per violentiam amiſſæ; ac reſolo acceſſoriè eodem iure cenſeantur cum ipſa re principali. l.3.§.pertinet.ff.de vi,& vi ar.Abb.in c.querelam.in fi.de ele.Faſto.dub.17.Ea propter vtilis huius interdicti actio detur pro ſeruo aſcriptitio,& pro omnibus inſtrumentis fundo cohærentibus,& in eo exiſtentibus.l.j.§.ſi fundus.ff.de vi,& vi ar.Cy. in l.j. nu.8.C.vbi cau.ſtatus.pro quibus etiam detur hoc utile interdictum,quamuis fundus,cui res ipſæ cohærēt,fuiſſet integraliter reſtitutus,vt in d.§.cum fundus.Hisque rebus peremptis etiam ſine dolo euidenti poterit effectualiter agi ad earum æſtimationem,eadēmet vtili actione,in qua ſufficiat dolus præſumptus, in quo præſumatur ſemper verſatus qui violentiam intulerit, quamuis poſſidere deſiſſet.l.j.§.rectiſſimè. & §. ſi interdicto.& l.ſi vi me.de vi,& vi arm.Abb.in c.ſæpe.nu.10.de reſti.ſpol.Eritque in facultate agentis,vel petendi æſtimationem ab ipſo ſpoliatore,vel rem ipſam ab eius ſucceſſore in vitium, neq; altera via delecta,altera ſit præcludenda,vt ibidem dicit Abbas in fin.
16 †Eodemq; vtili interdicto vtimur pro recuperatione commoditatis iurium incorporalium,quibus per violentiam fuerimus priuati,cū in his ſuffragari deſint edicti verba, ex quo egeamus vtili remedio ex edicti mēte deducto pro recuperatione cuiuſque iuris incorporei.Bart.in l.3.§.vnde vi.ff.de vi, & vi ar.Abb. in c.querelam.in fi.de elec.& in c.cum eccleſia.num.37.de cau. poſſ.in c.ex conquæſtione.nu.9.de reſti.ſpol.Spec.eo.ti.§. nunc dicamus.nu 9.Faſto.in d.dub.17.Ideoq; eodem vtili interdicto ſuccurratur tam eiecto è quaſi poſſeſſione iuriſdictionis, q̄ alterius cuiusq; iuris.l.ſi plures.§.j.ff.de vi,& vi ar.Bar. in l. ſequitur. §.ſi viam.nu.5.ff.de vſuc.Idemque vtile interdictum dabitur in eum,qui ab initio poſſeſſione clādeſtinè occupata, anteriorem poſſeſſorem reuerſum non admiſerit, ex quo diceretur ei vim inferre.l.clam.§.qui ad nundinas.ff.de acq.poſſ. & not. in l.non ab re.C.vnde vi.Cy.in l.ſi nulla.in fi.C.de acq.poſſ.Pau. de Caſt.
17 conſi.399.nu.3.lib.1. Soz.conſi. 22.nu.17.libr.4.†Quod quidē interdictum vnde vi,licet perpetuum ſit, ſi agatur contra eum, qui vim intulerit,per ſe,vel alium,ſeu ratum habuerit, & ſic ꝓprium factum adhibuerit:ſi tamē ſine aliquo eius facto, aut culpa,eius familia vim intulerit, huius interdicti proſecutio concluderetur anno,ſi inde nihil ad dominum familiæ deueniſſet. l.j.in prin.& §.familię.ff.de vi,& vi ar.gl.fi.in l.extat.ff.quod me. cau.De eo verò,quod ad ipſum dominum ex facto ſuæ familiæ deueniſſet,vtile quidem, ſed perpetuum daretur interdictum, cum directum nullatenus competeret. Abb. in c. cum ad ſedē. nu.29.de reſti.ſpol. Id nanq; vtilis interdicti præſidium tribuit etiam contra eum,ſine cuius mādato eius familia rem per violentiam abſtuliſſet,quæ ad eius manus peruenerit:ne aliàs poſſeſſio ita vitioſa,& violēta remaneret impunis penes dominū, vt ibi dicit Abb.ac æque dabitur vtile interdictum cōtra eum, qni dediſſet generale mandatum procuratori ſpolianti, ſi res poſtea ad eum deuenerit,qui licet directo non teneretur ex eo generali mandato,in quo non præſumatur delictum.l. meritò. ff.pro ſocio.c.j.vt lit.non conte.Rota in nota.deciſ.81. Tamen quia res vitioſa ad eum peruenit, dabitur ex æquitate etiam cōtra eum vtile interdictum:nec ſecus futurum,ſi de eo certioratus,id non ſtatim pro poſſe correxerit, aut de ſe ipſo ſuſpicionē nō purgauerit,vt tradit Aegi.deciſ.510. & ſeq.& deciſ.551.in fi.

In odium quoq; violenti inuaſoris ſpecificè receptum eſt,vt quamuis rei ratione ſolius poſſeſſionis non ſint à iure conditiones introductæ,ſed ratione ipſius rei (cum poſſeſſioni tantum interdicta conueniant) tamen à rei ratione receditur, vt ex cauſa violentiæ,ne dum ipſa res,ſed & poſſeſſio à non domino con-
18 dici poſſit † triticaria condictione.l.2.& ibi gl.fi.ff.de condic.tritic.§.j.Inſti.de interdic.Luc.de Pen.in l.ſi coloni.num. 21.C. de agric.& cenſi.lib.xj. Et ſecundum quoſdam pro recuperatione poſſeſſionis eiuſdem fundi, poteſt concurrere triticaria, cum interdicto vnde vi, vt latè refert Spec.de acto.§.1.nu. 68. Quod interdictum in eo differat à triticaria,quę competat pro re mobili principaliter per vim ſubtracta.l.j.in fi.de triti. cum interdictum hoc(vt mox dixi) res tantum immobiles reſpiciat: in eoque pariter differant,quod ex interdicto agi poſſit ad ęſtimationem rei mobilis connexæ,& peremptæ.l.j.§.rectiſſime.ff. de vi, & vi arm.cum triticaria agi nequeat ad aliquam æſtimationē, ſed tantum ad ipſius rei poſſeſſionem,ac æſtimatio recuperanda ſit propria actione vi bonorum raptorum.

Nec vndiq; tutum ſit quod dixit Ale.in conſi.92.col.2.lib.5. quod triticaria condictio dari poſſit ꝺ bonæfidei poſſeſſorem,
19 cuius contrarium†dr̄ in l.2.ff.de tritic.videlicet vt detur ei, qui fuerit eiectus, quod quidem raptorē reſpiciat, vt dicit ipſemet Alex.in l.rem quæ nobis.ver.& propter hanc.ff.de acq.poſ.Neque Bar.citatus ab Alex.in d.conſi.92.figat pedem,ſed dubium excitet,ſub verbo fortè,nil in eo concludens, quod nec etiā eo tempore potuiſſet verificari in bonæfidei ſucceſſore illius, qui
20 per vim occupauerit,†cum iure ciuili,quo talis condictio inducta eſt, nihil fuiſſet diſpoſitum de ſucceſſore ipſius violenti,cuius quidem fuit primum ratio habita iure canonū, nouo ad id remedio introducto in c.ſæpe.de reſti.ſpo.vbi oēs,& Cyn.in l.ſi nulla.in fi C.de acq.poſ.cum nec iure ciuili conſuleretur ꝓ officium iudicis contra ſucceſſorem ēt in vitium, ut eſt cōis relata per Ripam in d.ca.ſæpe.nu.9.Neq; fuerat iure ciuili introductum aliud præſidium pro poſſeſſione qūolibet recuperanda, vltra hoc interdictum (vſque ad tempora eorum Principum,
21 de quibus dicam inferius) niſi ſolum ex l.ſi me & † Titium. ff.ſi cer.pet.ex rōnis Pauli antiquiſſimi iuriſconſulti, qui ea lege ꝓſpexit pro recuperatione poſſeſſionis cōtra bonæfidei poſſeſſorem,cuius legis æquitatē interpretes traduxerunt ad hanc ma-

teriam

Source : BIU Cujas

teriam ſpoliationis,vt quomodolibet res aliena,licet optima fide teneretur,ei ſit reſtituenda,qui antea poſſediſſet,ne quiſquã cum alterius iactura locupletaretur,vti dicunt Bar.in l. ſi coloni.vbi Lucas de Pen.nu.21 C.de agric.& cenſi.lib.11.Ale.conſ. 92.col.2.ver.ſed præmiſſis.lib.5.Corn.conſ.18.lit. C.lib.1.Pet.de Peru.conſ.509.col.2.Abb.in c.grauis.nu.5.de reſti.ſpol. Indeq; ſit quod eius legis æquitas ceſſet, ſi poſſeſſor docuerit de titulo oneroſo,vt eſt cõis relata per Alexã. in l.rem quæ nobis.col.3. ver.ſed non puto,& Soz.col.2.ver.& conſidera.Quamuis idem Alex.in d.conſi.92.col.2.dicat eam l.ſi me. generaliter ſuffragari contra omnes,qui alterius poſſeſſionem bona fide retinerẽt nulla adhibita diſtinctione tituli lucratiui,aut oneroſi.cõis verò opinio ſit pro diſtinctione.

De origine & effectu l.Si quis conductionis.C.loc. Cap.IIII.

POſt Prætoris interdictum vnde vi.de quo iam diximus, ex ordine temporum inter conſtitutiones Principum de Spolio editas,offert ſe in primis conſtitutio legis, ſi quis conductionis.C.loca.condita tempore Diocletiani Imperatoris,qui regnauit in annis Domini Redemptionis humanæ 286.cum poſt id interdictum nulla fuiſſet eatenus lex edita ſuper fauorabili reſtitutione poſſeſſionis, qua primum le
22 ge fuerit conſultum contra † conductores, qui palliata quadã violentia,locatores ipſos propria poſſeſſione deturbaſſent ſub ſpecie quæſtionis dominij,in quo id ſalubre remedium introduxerit, vt in primis poſſeſſio conductoribus concredita ſine mora reſtitueretur,ipſis inauditis ſuper prætenſo dominio, donec rem ipſam integrè reſtituiſſent.Bart.in l. commodare.col. 2.verſi.aut reus.ff.loca.Alex.in l.ſi aliquam rem nu.34.in l. ſi qs rem.in fi.ff.de acq.poſ.Dec.in regu.neq; pignus.num.4.Nam &
23 † ſpoliare dicatur,qui alieno nomine rem detinens,illam tempore congruo reſtituere recuſat.l.colonus.ff.de vi & vi ar. Bal. in l.non ab re.C.vnde vi.vbi Bart.nu.2.& in l.fi.ff.de præca.Spe. de loca. §.poſtquam.nu.8.Anchar.conſi.248.nu.4.Alexã.conſi. 90.nu.1.lib.5.Vt cum interdictum vnde vi. apertam violentiã compeſceret,hæc conſtitutio etiam tacitam uiolentiam corrigat in conductoribus,qui rem ipſam reſtituere abnegent, non habita ratione,an locans eſſet dominus,ſed id tantum ſufficiat, q̃ res conductionis titulo alterius nomine detineretur, vt dicitur in gl magna.in fi.in l.ſi quis in tantam.C. vnde vi. Eademq; ratione huius legis ſubſidium commune ſit etiã cõtra eos qui rem commodatam,vel aliàs detentam propriis authoribus reſtituere tenuerint,ex quo ſpoliare dicantur.Bart.in l. ſi rem aliquam.l.2.nu.3.ff.de pigno.acti.& in d.l.commodare. Abb. in c. inter dilectos.nu.16.de fide inſtrumen.& poſt eum latè Corſe. Io.de Imo.conſi.105.num.8.& latiſſimè tractabitur inter exceptiones in eo congruas.

De origine & effectu l.Authoritatem.C.vnde vi. Cap. V.

SVb eodẽ principe Diocletiano pariter ortum habuit lex, auctoritatem. C.vnde vi.contra eos, qui ſub clypeo Imperialis auctoritatis rem violenter occupatam retinere
24 auſerint. Ne talis authoritas ſi eis in aliquo † profutura. Idemq; ferè tanquam ſalubre remedium, fuit longo poſt interuallo renouatum & comprobatum per Archadium & Honorium imperantes in annis Domini 399.in l.fi.C. ſi per vim, vel alio modo.de qua Roma.in l.rem quæ nobis.nu.12.ff.de acquir. poſ.ne is qui violentiam paſſus fuiſſet ex tali principis auctoritate,aliquod detrimentum ferat,vt dicunt ibi Doc.& Bal. in l.j.in prin.C.de Carbo.edic.Iaſo.in l. iuſtè poſſidet.2.limita ff. de acquir.poſeſſ.& ibi Soz.ver.ſecunda concluſio.Fely.in c. poſtulaſti nu.65.& 70.quod planè etiam reciperetur,quamuis ita confirmata poſſeſſio ad ipſummet principem pertinuiſſet, ut dicit Saly.in d.l.authoritatem.vt nec ſpoliantes cum litteris regiis hoc iudicium reſtitutorium euitarent ex mẽte eiuſdem legis,vt inquit Afflic.deciſ.116.num.5.de quo inter exceptiones vberrimè videbimus.Nam ratione violentiæ,tanquam iuri ꝓprius aduerſæ,omnis confirmatio principis cenſeatur ſubreptitia & per circumuentionem obtenta Bal.in c.2.per quos fiat inueſti.Fely.in d.c.poſtulaſti.nu.69.niſi ex vera eius ſcientia, de qua conſtaret,fuiſſet per principem facta confirmatio,ex quo rata, & firma futura eſſet,ex præſumptione iuſtę cauſæ in facto prin
32 cipis cum præuia eius certa ſcientia,vt ibidem per Fely.dicentẽ idem fore,ſi de occupatione fuiſſet facta expreſsa mentio, ſiue tantum tempus effluxerit,vt veriſimiliter violenta occupatio deueniſſet ad notitiam principis.

De origine & virtute l.ſi quis ad ſe fundum. C. ad legem Iul.de vi. Cap. VI.

DIocletiani cõſtitutiones prædictas ſucceſſiuo tempore ſequitur conſtitutio,de qua in l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad l. Iul.de vi.ſub Conſtantino l.q̃ imperauit in annis Domini 309.
33 per quam quidem ad euellendam omnem ſpeciem violentiæ, conſultum fuit contra eos,qui ex interuallo rem ſibi violenter ablatam pari violentia recuperauerint,non expectata, ſed tacitè contempta iudiciali auctoritate,ſibiipſis ius dicendo contra formam iuris.l.extat.ff.quod met.cau.l.pen.ff.ad l.Iul.de vi.priua.l.1.C. de ſuffra. † vt meritò qui per vim,& ex interuallo rem
25 ſibi ſubtractam ex ſe ipſo recuperauerit,in pœnam ſuę audacię ad reſtitutionem ipſius rei tenebitur,vt eſt communis cũ Bart. in dicta l.ſi quis ad ſe fundum.1.oppo.cum ex illo tempore intermedio,vna cum naturali poſſeſſione per violentiam amiſſa,deperdatur etiam ciuilis propria culpa,ex negligenti recuperatione,vt cenſeatur amitti eodemmet timore violentiæ, quo fuiſſet naturalis amiſſa,vt per Pau.de Caſtr. conſilio 399.num.
26 3.lib.1.Pute.deciſ.247.lib.1.† Nec ſine ciuili retenta poſſit propria manu naturalis recuperari, ſed recuperata reſtituenda ſit, ita vt poſtremum ſpolium expurgetur.Bar.in dicta l.ſi quis.colum.3.in fi.Paul.in dicto conſi.num.4.Pariſ.conſi.24.num.31.&
27 conſil.41.nu.42.lib.1. († licet ea recuperatio ex interuallo recipiatur ad effectum vitãdi edictum,quod metus cau.l.ſed & partus.§.j.ff.quod metus cau.) Non tamen idem euenturum in ſu-
28 bita violenta recuperatione,quæ de iure ſit † licita, virtute ciuilis poſſeſſionis adhuc retentæ, ex qua legitimè poſſit naturalis recuperari.l.clam poſſidere.§.qui ad nundinas.ff.de acquir.poſ. l.3.§.cum igitur.l.qui poſſeſſionem.ff.de vi & vi arma.c.olim.il 1.de reſtit.ſpol.Soz.conſi.122.num.12.lib.4.Dec.conſi.460.nu. 17.Pariſ.latè dicto conſi.24.num.14.& ſeq.Caſsad.de reſtit.ſpolia.deciſ.4.num.4. Idemq́ue euenturum, ſi ſpoliatori in continenti reuerſo animo recuperandi,oſtium clauderetur,cum inde eliceretur animus feſtinæ recuperationis, licèt nondum aſsecutæ,quæ ſi continuetur poſt naturalem amiſsam, poſset nihilominus legitimè recuperari,non obſtãte lapſu temporis.Bar. in d.§.cum igitur.Roma.in l.ſi verò.§.de viro.40.fallen.verſ.13. ff.ſolu.matr.qui dicit id æquè licere ex interuallo,ſi res tunc nõ recuperata fuiſſet de proximo peritura ex imminenti corruptione ipſius rei,aut fructuum.gl.in l.ſi alius.§. belliſſimè. & in l.fi.§.ſi ad ianuam.ff.quod vi aut clam. cum cæteris ibidem relatis per Roma.Quæ autem diximus de recuperatione facta in
29 continenti,ſibi etiam locum † vendicant,licèt per violentiam ea poſſeſsio recuperaretur de manu alterius, non primi inuaſoris,ſed ſucceſsoris ſcientis cum omnimodo talis poſſeſsio, tanquam legitimè recepta non ſubiaceret alicui reſtitutioni, vt ꝓ Abb.in conſi.100.colum.2.lib.1.Caſsad. de reſtit. ſpoli.deciſ.4. ſed non idem futurum, ſi recuperaretur poſſeſſio exiſtens penes alium bonæfidei detentorem,quæ licet recuperata, nihilominus eſset ei reſtituenda. l.3.§.eum igitur.ff.de vi, & ui arm.gl. in l.j.§.neceſsario.vbi Bar.ff.ſi ven.nomi.Mohe.deciſ.86.in cauſa Ferrar. dicens ceſsare feſtinam recuperationem, ſi poſſeſsio fuiſset capta ex Pontificis,aut iudicis auctoritate.Hęc tamen ſu-
30 bita recuperatio,etiam in caſib.licitis per ſemetipſum fieri † debeat,vt non poſſit alteri in totum demandari, ne videretur dubitare ſe poſse repelli,ac timore perterritum non intereſse recuperationi, ex quo ciuilem eatenus retentam,ex tali timore amitteret.l.cum fundum.§.quæſitum.ff.de vi,& vi ar.Roma.in l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.nu.46.ff.ſolu.mat.

In continenti autem recuperatio, licèt tunc demum regula-
31 riter facta † cenſeatur,ſi intra triduum fiat.Bart.in l.j.§.cum igitur.ff.de vi,& ui arm.& in l.1.C.vnde vi.Lucas de Pen.in l.ſi coloni.num.45.& 58.C.de agric.& cenſi. Archid.in ca. reſtitutio. num.5.3.quæſtio.j.Ripa in l.j.nume.13.ff.quorum bonor.Abb. in conſi.100.nu.1.lib.1. Attamen ſubiecta materia aliud interdum ſuadebit,vt per Bar.in d.§.cum igitur. Ideoq́ue poſſeſsionis recuperatio tanquam licita recipienda ſit,etiam ex interuallo facta,ſi ageretur de ſpolio alicuius fortilitij, cuius propera recuperatio ſit ferè impoſſibilis,velut plura præparamenta expoſcens,& vt pluries occaſio ſit expectanda, ex quo cenſeatur in continenti facta,licet ex interuallo fieret,ſi tamen interim continuè verſatus fuerit in neceſsariis ad talem recuperationem, (quod etiam ex coniecturis elici poſſit,ex ſolerti animo recuperandi naturalem,quo interim ciuilis retineretur,demum amittenda per inertiam tantum. Abb dicto conſil.100.num.2. Corne.conſilio 91.litt.V.libro 4.Dec.conſil.460.nume.18.Pariſ.cõſilio 23.num.223.& conſilio ſequen.num.27.& conſilio 41.nume.39.lib.1.) uideretur æquè incontinenti facta recuperatio,
32 ac legitimè, ſi in eo loco deeſset † copia iudicis, uel iudex talis eſset cui deſint uires cogendi uiolentum, & potentem ſpoliatorem ad reſtituẽdam poſſeſsionem, ut inquit Bar.in l.ſi alius. §.belliſſimè.ff.quod ui,aut clam.Rui.conſilio 44. nume.11.lib. 4.& latè Marti.Lauden.in tract.de repreſa. nume.21. Ac generaliter, An recuperatio in continenti facta cenſeatur, iudex ſit arbitraturus ex circunſtantiis vndique collectis, ex quibus conijectari poſſet continuatus animus recuperandi. Abb.in c.prętea de teſti.cogen.ubi Fely.nu.9. Ac poſset ex interuallo recuperari,ſi res uacua remanſiſset,ut per Rui.conſil.38.nu.8.lib.4. In quibus autem ſpeciebus illicita eſt uiolenta recuperatio ex
33 interuallo. Non erit tamen prohibita † turbatio poſſeſſionis, quæ

Source : BIU Cujas

quæ fieri poſſit per ſpoliatum, non obſtante vllo temporis intermedio, vt tradit Roma. in l. naturaliter. §. nihil commune. num 18. ff. de acquir. poſſeſ. & Pariſ. conſi. 24. nu. 14. lib. 2. Vnde conſequens ſit, ita turbantem non ſubiacere iudicio, de quo in l. diffamari. C. de ingenu. & manu. neque turbato deberi aliquod mandatum de manu tenendo ex cauſa violentiæ per ſe
34 patratæ, cuius turbatio a iure non improbetur. † Non tamen huius legis remedium cõtra eum competeret, qui ſucceſſiſſet in locum huius ſecundi violenti poſſeſſoris, cum reſpiciat tantum perſonam ipſius violenti, nec tempore huius conſtitutionis, nec vniuerſi iuris ciuilis fuiſſet aliquo remedio conſultum contra ſucceſſores in vitium violentiæ. In quo diuturno poſt tempore proſpexerit Innocent. III. in c. ſæpe. de reſtit. ſpoli. vt nec fortè eius canonis præſidium ſuffragaretur primo violento contra dictos ſucceſſores, ne videretur ex eo canone confoueri prima violentia, per quem in primis occurratur periculo animarum, vt in eo dicitur. ibidemque dicit Abb. num. 16. Reliqua autem pertinentia ad huius conſtitutionis materiam latiſſimè explicabuntur inter exceptiones.

De origine. l. Inuaſo. C. vnde vi. Cap. VII.

35 EIuſdemque Conſtantini tempore, qui tulerat legem, ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de vi. etiam ortum habuit † l. inuaſor. C. vnde vi. quæ quidem lex ꝑtineat ad reſtitutionem poſſeſſionis contra eos, qui rem vacantem ſine dolo occupauerint, cum in occupatione ꝑ dolum facta, fuerit poſtea proſpectum per l. fi. C. eo. tit. de quo dicam ſuo loco, ſub eodemque Conſtantino principe fuit etiam condita l. ſi conſtiterit. C. fini. regun. & dicit glo. fi. in l. extat. ff. quod met. cau. Qđ verũ eſt ſm correctos Codices, cum in aliquib. mẽdoſis inſcribat Iuſtiniano, a quo tñ & res & ſtylus ipſe ſit alienus.

De origine. l. Meminerint. C. vnde vi. Cap. VIII.

PRomiſcuum autem remedium competens tam contra violentum, quàm non violentum ſpoliatorem, fuit in primis introductum ſub imperatoribus Gratiano, Valentiniano, & Theodoſio in l. meminerint. C. vnde vi.
36 in annis Domini 384. qua lege fuit iudicio poſſeſſorio † cautũ ꝯ eos, q ſub clypeo iudiciarii decreti, nulliter tñ ĩterpoſiti, violẽter ſeu violenter poſſeſſionem alienam inuaſerint, indicta eis pœna amiſſionis cuiuſque iuris, quod in ipſa re prætendere poſſent, vt dicitur in ipſamet l. meminerint. & in gl. magna, in 3. parte in l. ſi quis in tantum. eo. titu. & per Roma. in l. rem quæ nobis. num. 14. ff. de acqui. poſſ. Iaſ. in l. a diuo Pio. §. in venditione. nu. 13. ff. de re iudi. Abb. in c. conquerente. num. 8. de reſtitu. ſpol. Caſſad. eo. tit. deciſ. 1. num. 7. & de cauſ. poſſ. & propri. deci. 6. num. 6. Nam & ſi iudicis auctoritas licet non rite interiecta, eximat ab incurſu pœnæ criminalis, non tamen eximat ab incurſu pœnæ ciuilis, aut ſtatutariæ. Bar. conſi. 91. nu. 4. Anchar. conſi. 133. col. 2. & conſi. 270. num. 5. Soz. cõſi. 158. num. 19. lib. 2. de quo per Fely. in c. cum cauſa. num. 3. de offic. delega. Ac ex eo decreto nullo cenſeatur ipſemet iudex † ſpoliare, vt inquit
37 Oldrad. conſi. 227. Vt q virtute eius decreti nulli alterius poſſeſſionem inuadit, vti dicatur quaſi violentia, vt in d. c. cõquerẽte. & ſiue poſſeſſorem ibi repertum deiecerit, ſiue reuerſum non admiſerit, vel is non fuerit auſus regredi, apertam violentiam committet. l. clam poſſidere. §. fi. ff. de acquir. poſſeſ. Barto. in l. ſequitur. §. ſi fundum. in fi. ff. de vſucap. Verum ſi poſſidens timore ipſius decreti, licet nulliter editi, deterritus nõ expectata alia executione, è poſſeſſione receſſerit, quam alter virtute eiuſdem decreti vacuam ingrederetur, ceſſaret vtiq; huius legis diſpoſitio, quæ locum habeat in poſſeſſione occupata ſine aliquo conſenſu poſſeſſoris, cum in hoc interuenerit conſenſus, licet meticuloſus, qui nihilominus vim conſenſus habeat, cũ qualitate metus, vt latè dixi initio huius operis, ex quo euadat vis compulſiua, in qua ceſſet huius legis virtus, vt per Alex. in l. a diuo. §. in venditione. num. 5. & Iaſ. ibidem. num. 13.

Nec tamen ſi uigore eius decreti nulli poſt captam poſſeſſionem fuerit aliquid perſolutum, velut debitum, quod repeti nequeat ex l. fi. in fi. ff. quod met. cauſ. euitaretur propterea pœna incurſa ex hac l. meminerint. cum verum ſit, omnia fuiſſe ſubſecuta virtute eius decreti nulliter interiecti; & per conſequens illam ſolutionem poſtea factam nihil prodeſſe ad declinãdam pœnam prius incurſã ex ſolo ingreſſu poſſeſſionis, virtute præfati decreti, vt ꝑ Alex. in d. §. in vẽditione. vbi Iaſ. nu. 12.
38 Quam † quidẽ pœnã nõ incurreret minor ꝑ uiolẽtũ ingreſſum tutoris, vel curatoris; ſed tñ teneret ad ſimplicẽ reſtitutionem ipſius rei, cũ eorum factũ minori obeſſe nequeat ad nullam incurrendã ex traditis per Barto. in l. j. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius di. non obtemp. ubi per Iaſ. num. 21. & in l. j. §. item acq-rimus. nu. 47. ff. de acquir. poſſ. Afflic. deciſ. 403. nu. 20. ſed ex eo tutor ſeu curator, ad exilii cæterasque pœnas in hac lege recitatas dãnaretur, ſi dolo verſatus fuiſset, cũ aliàs nimis graue eſſet ſine dolo ſubire pœnã perpetui exilii, morti cõparatã, vt latè ꝑ Ange. in eius dictionario verb. poſſeſſionẽ ingrediẽs. In quo tamen attendi oporteat ad gl. in hac l. meminerint. verſ. colludio. quæ velit idẽ fore in tutore bona fide faciente: idq; firmat Iaſ. in d. l. j. §. ſi procurator. (vbi tamen Bar. in fi. contra ſentiat) qui ex mẽte aliorum, quos recitat, in primis ſe fundat in dictione, plerunque, quæ recipiat ſignificationem, non certi, ſed frequentis uſus. l. j. C. de petit. bono. ſubla. c. j. de teſti. in 6. c. inſpicimus. de reg. iur. eo. lib. ex quo dicant hanc legem non fundari in certo colludio, ſed in eius frequentia, indeque concludant id colludium non eſſe omnino neceſſarium, ſed nihilominus poſſe interdum hanc pœnam uerificari in bona fide. Quæ tamen uarietas inter glo. & Doct. prædictos poſſit de facili, cum æqua diſtinctione concordari, de qua per Ang. in d. eius dictionario, qua quidem non adhibita, vtriuſq; opinio ab æquo ſenſu eſſet plurimum diſſona, cum durum eſſet tutorem bona fide verſatum, ſubire tantam perfidiæ pœnam deportationis, & mortis ciuilis; ac pariter durũ, ſi ex eo facto tutor impunis euaderet in ludibrium huius legis, ſi exacta in hoc doli probatio requireretur, qui poſſet ex qualibet leui cauſa excuſari. Ideoq; hęc res eo æquo moderamine egeat, vt id, quod dicitur in hac lege de frequenti colludio tutorum, inducat contra eos iuris preſumptionem, vt id factum cenſeatur, quod plerunque agitur. l. nam ad ea. ff. de legi. d. c. inſpicimus. de reg. iu. Sed ne tutor ex certa bona fide puniatur, poſſet ſibi aſſumere onus probandi bonam fidem, qua demum probata, contra dictam iuris ꝑſumptionem, tutor ad hac pœna ſit eximendus, ac ita vtraque opinio ſuam firmitatem retineat, cum hac æqua declaratione & congrua huic actioni, competenti ex hac lege, quę tanquàm perſonalis in rem ſcripta innitatur reali ęquitati ex qua inducũtur tales actiones, vt ibidem latè dicit Ang. Nam hęc actio naturam induit interdicti vnde vi, ſub cuius titu. collocatur, cunctaque interdicta dicantur in rem † ſcripta. l. j. §. interdicta. §. de
39 interdic Iaſ. in §. omnium. num. 7. & in §. quædam. nu. 22. Inſtit. de actio. & quęlibet actio in rem ſcripta ſequitur ipſam rem, licet non exiſtentẽ, penes eum qui eieciſſet, cũ detur etiã ꝯ pupillũ ex facto tutoris poſſidentẽ, vt dicitur in hac met l. in fine.

Quamuis autem alienam poſſeſſionem propria auctoritate ingreſſus ex decreto nullo defectu citatiõis, ſeu alias, huius cõſtitutionis pœnam amiſſionis proprii iuris incurrat, eam tamẽ
40 euitaturus ſit, ſi non ex ſeipſo, ſed † adhibito executore, uirtuet eiuſdẽ decreti, poſſeſſionem recepiſſet, ex quo ceſſaret huius legis diſpoſitio, vt in ea dicit Bar. nu. 8. Alex. in l. a diuo Pio. §. in venditione. nu. 37. ff. de re iudi. Iaſ. in l. iuſte poſſidet. ff. de acqui. poſſeſ. Fely. in c. cum cauſa. nu. 4. de offi. delega. Soz. conſi. 158. nu. 29. lib. 2. Caſad. de cauſ. poſſeſſ. & propri. deciſ. 6. num. 7. In quo ipſe tantum executor diceretur modum excedere cũ inani facultate, ex decreto nullo, nulliter ſibi tributa. Ideoq; velut
41 ab eius exceſſu, appellationis remedio opus eſſet. l. ab executore. C. quorum appella. non reci. c. ſi quando. 2. q. 6. † Et dicunt Doc. præfati: vt & ſi iudici de iure liceat demãdare parti victrici in vim executionis facultatem ingrediendi rem aliquàm, auctoritate ꝓpria, iuxta tradita per Bar. in l. ſi finita. §. Iulianus. col. j. ff. de dam. infec. & Caſad. in d. deciſ. 6. non tamen ea licẽtia eſſet tribuenda ſine præuia, ac ſpecifica citatione partis, quę poſſet pleraque obiicere aduerſus rem iudicatam. l. j. ff. de iur. & fac. ig 10. Cyn. in d. l. ab executore. In quo nec ſufficeret citatio per edictum, ut per Bar. in hac l. meminerint. col. 2. & conſi. 91.
42 Ripa in c. ſæpe. nu. 86. de reſti. ſpo. † Nã licet iudex ipſi parti citationis executionẽ cõmitteret (uti fieri poſſe dicit Spe. de citatio. §. ſequit. uer. qñq;, & Bal. in l. vt proponis. C. quo. & quan. iudex. Fran. in c. cum parati. uer. 6. quæritur de appella. & eſt cõis, de qua per Abb. in c. de cætero. col. fi. de re iudi.) nõ tñ teneret citatus adhibere fidẽ ipſi parti, ut ibidem dicit Bal. ſed licẽtia legitimè, ut decet, obtenta, citata parte, liberaret ꝓculdubio poſſeſſionẽ ingrediẽs ab incurſu huius pœnæ, dum tamẽ nõ uiolẽter ingrederetur. Fely. in c. cũ cã. nu. 4. de offi deleg. & in d. c. de cętero. Idq; Rotã ſequi dicit Caſad. in d. deciſ. 6. nu. 6. Violẽter autẽ poſſeſſionem ingreſſus, licet cum licentia, an huius cõſtitutionis pœnam effugiat, uariè admodum inter Doct. diſſeritur, vt ibidem dicunt Caſad. Fely. & Ripa in d. c. ſæpe. num. 86. niſi tamẽ licẽtia ingrediẽdi per uim fuiſſet per Summum Principẽ tributa, quod † inferiori nõ liceat ex cõmuni opin. de qua ꝑ
43 Ang. in l. qui reſtituere. ff. de rei uẽd. Iaſ. in d. l iuſte poſſidet. Ripa in d. c. ſæpe. nu. 87. Summi tamẽ Principis licẽtia uiolẽtũ ingreſſum excuſet, vt ibidẽ per Ripa. † Quod autẽ dictum eſt, ex
44 licẽtia iudicis nõ euitari hanc pœnã, deficiẽte pręuia citatione partis, ſanè intelligi oporteat, niſi is qui primo poſſeſſionẽ recepiſſet abſque partis citatione, æque nulliter fuiſſet ingreſſus, in quẽ caſum ſuccederet vtrinq; erroris, ac nullitatis cõpenſatio, ut ꝑ Inn. in c. quærelã. de elec. Bal. in l. ſi pacto. C. de pact. Ripa in d. c. ſæpe. nu. 86. Rom. ſingu. 766. ſecus uerò futurũ, ſi utrinq; fuiſſet uiolẽtia cõmiſſa, q̃ nullatenus cõpenſaret, ſed vterq; incideret in pœnã l. ſi. qs in tantã. hoc eo. tit. ut paulo poſt dicam, declarando conſilium Pau. de Caſt. 389. Licẽtia † aũt ꝑ iudicẽ
45 tributa

Source : BIU Cujas

tributa in eafibus in quibus ipsi parti de iure licuisset absque licentia possessionem capere; non censeretur eius possessio vitiosa, licèt talis licentia fuisset nulliter, & absq; partis citatione tributa: sed reputaretur nō adhibita, sine qua possessio nihilominus remansisset legitimè capta. Posset tamen ad cautelam confirmatio impetrari a iudice citata parte, quæ nec posset denegari, cum petita immissio etiam denuo danda fuisset, ex not. per Ange. & Imol. in l. si finita. in prin. ff. de dam. infec. per Bar. in l. iij. §. iussu. ff. de Carbo. edic. Iaso. in l. fin. num. 18. C. de edic. diui. Idque præsertim si constaret de bono iure ipsius ingressi, vt dicit Dec. in consi. 191. in fin. quem immerito carpit Ripa in d. c. fæpe. num. 86. Si verò possessio nullatenus posset absque iudicis fomento apprehendi, tunc eius licentia, vt dixi, sine citatione habita, redderetur nulla; & per consequens vitiosa, cum incursu pœnæ huius l. meminerint. vt dicit Barto. l. creditores. num. 26. C. de pigno. Ac non solum ex simplici decreto de immittendo nulliter facto locus fiat huic pœnæ, sed etiam si post legitimam rem iudicatam, & de iure obtētam, fieret executio
46 in personalibus sine præuia † citatione ad id de iure necessaria l. nam ita Diuus. ff. de adopti. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. Docto. communiter in l. ab executiōe. C. quorum appell. non reci. sed non idem futurum si in rem ageretur, & executio fieda esset in ipsamet re, in quo dicant Doctores non esse necessariam citationem in executionem eiusdem rei condemnatæ per sententiam legitimè latam. Barto. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. & in hac l. meminerint. & in extrauag. ad reprimē. vers. per executorem. Inno. in c. cum super. de re iudi. Abb. in c. cum causa. eo. tit. & esse communem dicit Iaso. in d. §. in venditione. Et Cassad. de caus. posse. & proprie. decis. 6. num. 2. sed tamen dicant de iure verius esse, citationem in omnibus requiri. Quod si rem iudicatam in spolio, obtinens possessionē ingrediatur, nulla præcedente citatione, non incurreret hanc pœnā, si non violenter id fecerit: nec refert siue possessio esset vacua, siue plena, dum ingrederet, iuxta formam sententiæ, vt inquit Franc. in c. cum qui. § j. col. ij. de præb. in 6. Rot. in no. decis. 417. in fin. Cassad. de caus. possess. decis. 6. num. 6. Idemq; si cum violentia ingrederetur, quo ad pœnam huius legis; sed subiret pœnam l. si quis in tantam. eodem titu. vt dicit Fely. in d. capi. cum causam. num. 4. de offic. delega.

Sin autem fieret executio in alia re non petita, seu in re per tertium possessa sine eius citatione, fieret interdum locus huic pœnæ l. meminerint. & interdum cessaret, secundum qualitatem actionis in iudicio ꝓpositæ. Si enim ageretur actione reali, siue personali contra certam personam non citatam cum mādato de immittēdo in possessionem, locus erit huic pœnæ, velut immissione facta cum decreto prorsus nullo, defectu citationis, vt dicit Soz. consi. 158. nu. 19. lib. ij. Quod si super vna re fuerit actum, lataque desuper sententia contra legitimè citatū, fieret executio super alia re, licet in eo fuisset pars citanda. Nō tamen deficiente citatione agere posset ad pœnam l. meminerint, vt ibi dicit Barto. num. 6. sed agi posset secundum formam
47 traditam in l. a diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. † Quando autem post actionem directam contra certam personā, indeque sententiam obtentam, eius executio fieret in re possessa per alium non citatum (siue cum primo decreto in personalibus, siue per immissionem in realibus) hæc constitutio locū non vendicaret, cum in eo decreto nulla versaretur nullitas, aut iniustitia, nec respectu partis, quæ fuisset in iudicio legitimè citata, nec respectu iudicis, cui esset ignotum ius tertii possessoris non citati, ex quo nullatenus posset cōiectari, illum voluisse tertio præiudicium aliquod afferre in eius iure, quod nihilominus illæsum remanserit ab eo decreto contra eum nō directo. Inno. in c. quoniam frequenter. vt lit. non contest. Bart. in l. j. C. vbi in rem actio. & in l. iustè possidet. num. 6. ff. de acquirē. possess. & est communis relata per Soz. d. consi. 158. num. 23. cū esset omnino integrum illi tertio, vel rei suæ possessionem ꝓ-
48 pria manu † recuperare, ratione ciuilis possessionis animo retentæ, secundum Barto. in l. iustè possidet. num. j. ff. de acquirē. possess. & notata in d. l. a diuo Pio. §. si post addictum. ff. de re iudi. licet ibi Ange. contra senserit, & refert Soz. in d. cōsi. vel poterit cōfestim summaria cognitione præmissa, suam possessionem recipere, videlicet infra annum in reali, cum post annum libello opus esset, vt ibidem dicit Bart. iuxta tex. in l. si quis emptor. §. sed si quis. C. de præscrip. 30. ann. In personali autem facta immissione ex primo decreto ī re per tertium possessa, poterit vlterior executio per eundem legitimè impediri, præhabita summatim cognitione: sed si fuisset iam deuētum ad terminum adiudicationis, esset omnino ordinariè procedēdum ad rei recuperationem, actione ad id directa, iuxta formam traditam ī d. l. à diuo Pio. §. si super rebus. & §. si post addictum. vt dicit Barto. in d. l. iuste possidet. & Soz. in d. consi. 158. nume. 3. Ac
49 omni † casu, quo in plena rei alienæ possessione immissus, iusta ratione credere posset, rem illam sibi fuisse legitimè adiudicatam, tanquàm rem debitoris præscriberet cum legitimo tēporis cursu, concurrentibus cæteris ad præscriptionem necessariis, vt ibidem dicunt Bart. & Soz. † Directo verò iudicio cō-
50 tra incertam personam pro adipiscenda possessione, iuxta terminos l. fin. C. de edic. diui Adri. & c. fi. de elec. in 6. essent perquirendi ac legitimè citandi singu. rerum possessores, seu detētores, ne eorum cuiquam fieret detrimētum: vt si prætermisso ordine diligentis inquisitionis, ages possessionem ingrederetur, sit incursurus pœnam huius l. meminerint. velut ingressus cum mandato nulliter interposito, nō præuia diligentia requisita. Barto. consi. 91. num. 4. Soz. d. consi. 158. num. 20. Ac ita intelligi debeant dicta per Ancha. in consi. 143. & consi. 270. Quæ aliàs intellecta de iure non subsisterent. Cauendum tamē esset in materia d. l. fi. à citatione simpliciter facta contra reum, ne ex tali citatione is euaderet legitimus cōtradictor, qui aliàs nō esset sine ea simplici citatione, quæ illum reddat habilē ad cōtradicendum, velut ab ipsomet actore approbatus pro legitimo contradictore, vt ibi dicit Alex. num. 23. Iaso. num. 24. Deci. num. 45. Fely. in capi. cum inter. de excep. num. 20. Ex quo cautius fienda sit citatio cum ea clausula; Quatenus sua putauerit interesse, vt ibidem dicunt Doc. & latè discussum in causa Vrbeue. fideicom. de anno 1569. coram R. P. Domino Seraphino.

Sicuti autem capiens possessionem ex decreto nullo subiacet pœnæ l. meminerint. ita pariter si vigore iniqui decreti possesso caperetur, eidem pœnæ locus fieret, vt per Barto. in hac l. meminerint. Nec secus futurū si tribueretur possessio, non ꝑuia
51 cognitione veritatis narratorū, in rescripto † habēte clausulam. Constito: vel si ita est, quod frustratorium redderetur, precibus non verificatis, vt dicit glo. in hac l. meminerint. Verum si aliquo Principis priuilegio seu rescripto ex certa scientia, & plenitudine potestatis, possessio concederetur, aliter iudicandum. Nam & si Princeps in simplici rescripto censeretur cuiq; proprium ius illæsum conseruare, ex not. per Abb. in ca. ex parte. il 3. 2. notab. de decim. Fely. in ca. capitulum. vers. de duabus. de rescrip. cum vulga. tamen ex adiecta clausula certæ scientiæ eius animus eliciatur, vt id enixè voluerit, licet cedat ī alterius præiudicium, seu præter, aut contra iuris dispositionem, à qua videatur velle recedere ex vbertate clausularū, vt latè per Dec. consi. 191. in fin. Vt igitur possessio capta virtute rescripti, aut decreti, non subiacet pœnæ huius legis, inhærendum sit cautelæ. Odofre. in eius summa, vt dicit Ange. in suo dictio. vers. possessionem ingrediens. uidelicet ꝙ citetur pars principalis ad allegandam causam, cur immissio fieri non debeat, neq; aliàs
52 † citatio, aut procuratoris contumacia obesset principali, nisi ad effectum primi decreti ex dictis per Iaso. in l. j. §. si procurator. ff. si quis ius dist. non obtem. & in l. non amplius. §. fin. ff. de dā. infect. & in l. eum qui res. in fin. C. de procu. Reliqua autem ad hanc constitutionem pertinentia latissimè inter exceptiones discutientur.

De origine l. Si quis in tantam. C. vnde vi. Cap. IX.

PAulo post editam prædictam constitutionem l. meminerint. sub Gratiano, Valentiniano, & Theodosio Imperatoribus (vt iam dixi) defuncto Gratiano, cæteris superstitibus, vnà cum Archadio in annis Dñi 407.
53 promulgata fuit hæc lex † si quis in tantam. C. vnde vi. qua opportunè consulitur ad maiorem violentiæ pœnam, vt vltra restitutionem ipsius rei, cum omnibus damnis, & interesse (in quibus antea fuerat prospectū ex interdicto vnde vi) posset etiā peti ipsiusmet rei violētatæ adiudicatio, ſm glo. in c. pastoralis. verb. intentare. in fi. de caus. pos. & propri. vt s. ablatum per violentiā adiudicaretur ipsi spoliato, siue esset res eius propria, siue esset violēti inuasoris; vt in prima specie, violentus subiret pœnam dupli, vt vnà cū ipsa re, eius etiā æstimationē solueret in pœnā violentiæ. In secūda autē specie, si res esset ipsius met inuasoris, amitteret omne ius, tam in re q̄ ad rē (Nā & rei propriæ violentia cōmitti diceretur l. cū a te. ff. de vi & vi arma,) Noua quidem pœna ad id introducta, cū antea rei ꝓpriæ violētia esset impunis, vt dī in §. j. Instit. vi. bo. rap. Neq; etiā vlla lege eatenus fuisset cautū in violētia rei alienæ, sed tātum in occupatione facta per metū in l. extat. ff. quod met. cau. cū tm̄ subsidium huius legis, si quis in tantā. sit pinguius, & generalius q̄ d. l. extat. quæ tantum respiciat occupantem rē alienā sibi obligatam. Hæc autē lex, siquis in tantā. eos etiā puniat, qui rē omnino propriā ꝑ violentiā occupauerint, vt in ea dī, & ꝑ Abb. in consi. 3. nu. 9. lib. 2. Ripa in c. fæpe. nu. 93. de restit. spol. vt opportunè aliquid dicēdum sit etiam de † origine ipsius l. extat. quæ initiū habuit ex edicto diui Marci Antonini impetrātis de anno Dñi septuagesimo secūdo: cuius edictū recitat ꝑ eundem Calistratum Iurisconsultum, tā in d. l. extat. q̄ ī l. pen. ff. ad l. Iuli. de vi priua. pœna eis indicta, q̄ propria auctoritate rē debitoris
54 velut sibi obnoxiā occupauerint, nulla expectata iussione iudicis a quo id petere debuisset, ex quo amitteret omnē sui crediti actionē a iure introductā, quo se ī dignū reddiderit, eiusdē iuris adminiculū ꝙtēnēs: In cui⁹ edicti cōformitatē fuit ex ītervallo post ꝙdita lex vni. C. de suffr. de qua ꝓprio loco inferius dicā.

Huius

Source : BIU Cujas

Huius autem constitutionis l.si quis in tantam.directa actio generaliter ad corporalia tantum pertinet, siue res sit mobilis, siue immobilis.§.j.Instit. vi bo.rap.glo.magna in hac l.in ij. eius parte vbi Barto.nu.18.Specul.de restitu.spol.§. nunc dicamus. num.11.Ripa in c.sæpe.num.68.de resti.spol.Ancha.cons.248. num.6.Pro iuribus verò incorporeis,licet interdum tribuatur directa actio ex glo.approbata in hac lege,quam refert Ias.in l. iij.in prin.num.12.ff.de acquir.possess.non tamen semper competat,sed quandoque ex æqua legis interpretatione vtilis actio
55 tribuatur. † Sunt etenim quędam incorporea, quę ī seipsis subsistunt absque aliqua participatione cuiusq; possessionis rei corporeæ,vti sunt reales seruitutes,seu subiectio, aut ius colligendi pedagium,& eius generis alia,de quibus per Specul.in d.§.nunc dicamus.in prin.& Cyn.in hac l.si quis in tantam.nu.11.in quibus detur vtilis huius legis condictio, vt ibidem dicit Spec.nu. 2.& 9.cum in his iuribus non cadat vera possessio, sed quasi.l. quotiens.ff.de serui.l.seruus.§.incorporales.ff. de acquir.possess. Alia sunt iura adeo ipsimet rei connexa,vt etiam ratione ipsorum iurium,res ipsa possideri censeatur,quæ sint duplicis generis;alia quę habent communionem cum proprietate,vt feudalia,emphyteutica,superficiaria,hisque similia, pro quorū vio-
61 lentia huius legis directum iudicium competat,vt dicit ibi glo. & Bar.num.19.Cyn.num.11.Ias.in l.possideri.num.12.& 18.ff. de acquir.poss.Est aliud ius licet rei connexū, nihil tamen participans de proprietate, sed tantum de possessione, vt est ius vsusfructus, quem obtinens dicatur rem naturaliter possidere lege naturaliter.ff. de acquirenda possessione.In quo pariter
56 directa actio † dirigitur, cum quasi possessio horum iurium, quæ sint ita rei annexa, sub nomine verè possessionis cōtineatur,etiam in mere pœnalibus.Bald.in c.licèt causam.in fi.de ꝓba.Areti.consi.30.vers.his tamen.Sed an idem sit in pensionib. ecclesiasticis vsufructui comparatis (vt per Caccialup. in tract. de pensio.q.17.nu.2.& q.20.num.3.Gig.in eo.trac.q.48. nu.3.) alia erit cognitio,dum inferius specificè de pensionum spolio tractabitur,cum & in his cadat iudicium spolii ex nota.in capi.
62 quærelam.de elect.& suo loco dicam.

57 Siue † igitur directa,siue vtilis in his actio tribuatur, non ꝓpterea aliquo effectu inter se differant, sed potius conueniant, vt eadem restitutio,eademque pœna consequenda sit ex directa siue vtili actione,sed quo nam pacto in his tribus incorporeis succedat executio huius pœnæ,tam in amissione rei,quàm
63 eius æstimatione, variè per Doct.traditum sit,cum hæc violētia super his iuribus possit verificari tam actiuè, quàm passiuè, vt vel habens id ius incorporeum ab eo eiiciatur,seu prohibeatur,vel quod ipse alium possidentem eiiciat. Ideoque ad plenā huius rei notitiam præuia distinctione sit procedendum. Vt si quidem possidens ius prædictum,prohibeatur a domino ipsius rei,& sic passiuè succedat pœna huius legis,vt ille ita eiectus, id sibi ius quærat,licet nullum habuisset,gaudens beneficio quęsiti iuris,a quo violentus fuisset eiectus,vt ait Cyn.in hac l. nu.11. Sed si a tertio per vim eiicerē,sit recuperaturus ipsi usmet iuris æstimationem:si verò ius id prætendens violenter eiecerit aliū quempiam quasi possidentem idem ius, siquidem eiecerit dominum totius corporis rei,animo occupādi integram rem, nedum ius per se prætensum amitteret,sed ad totius rei æstimationem condemnaretur. Verum si ratione sui tantum prætēsi iuris id occuparet,vtique si id ius sibi verè competeret,illud amittit:si autem non competeret, ad eiusdem iuris æstimationem damnaretur,ex dictis ibidem per Cyn.& Bart. nu.32. & Corn. cons.158.col.2.lib.4.cum delicta ex animo distinguantur, nec maior,aut minor esse debeat pœna, quàm ipsa culpa. Nec mirum ꝙ prædicta pœna differat,cum plurimum etiam differant iura rei connexa ab ipsa re.l.rectè.ff.de verbor. signifi. Quod si non Dominus possessorem eiecerit, idem proportionabiliter iudicandum,vt ibidem per Cyn.

58 Huc etiam annectitur ea † quæstio,an sepes,vel murus extructus ad impediendam alterius seruitutem possit impunè ꝑ vim demoliri ad effectum liberè vtendi seruitute debita; variè inter Docto.tractata cum Inno.in c.j.de immuni. eccle. neget id licere,cuius opinionem approbant Hostien. & Ioan. And. ibi relati per Abb.col.2.in fin.vers.idem dicit,ea potissimum ratione freti,ꝙ prætendens id ius incorporeum, nequeat corporeis vim inferre. Nec per consequens possit in eo quod supra constructum,ex se corporeum sit,ac rei corporeæ inhærēs, dicūtq; insuper nihil in hoc referre, quod Dominus possit impunè ab alio ædificatum in suo fundo demoliri, cū id ex eo proueniat, quod regulariter omne super ædificatum solo cedat, ac lucro domini;qui id demoliendo, propriū ædificium censeretur de-
64 struere; quod quidem cesset in habente solam seruitutem, qui cum non dicatur Dominus fundi.l.rectè.ff.de verborum significatio.nec etiam fiat Dominus ædificii super cōstructi: ideoq; nec id tanquàm alienum ei liceat propria auctoritate demoliri, vt secus faciendo dicant Doct.prædicti illum incursurum in pœnam huius constitutionis. Cuius tamen contrarium firmat ibi Abb.approbta sententia Anton. & Ancha. ac cæterorum,quos ipse refert,qui ea naturali ratione nituntur, quod liceat vim vi repellere,etiam cum eiectione personæ impedientis:ex quo inferret,ꝙ si ex causa proprii iuris continuandi licitum est vim inferre personæ,in qua nullum ius cōpetat, multo magis id licere debeat cū demolitione ædificii,& cuiusque impedimenti:cum quælibet vel † minima personalis violentia, 59 maior sit quacunque reali,vel vt maius damnum,& irreparabilius allatura,ex not.in l.seruorum.ff.de pœnis. & latè dicit Abbas in dicto capitu. primo. de immuni. eccles. Indeque etiam inferat. Prælatum,seu alium,cui ius visitandi competit ratione iurisdictionis, a se quasi possessæ posse, si in continuatione sui iuris impediatur,cum clausura ostii,aliisque impedimentis obiectis,omnia per vim tollere, perfractisq; ostiis per vim irrumpere,vt notat Innocen.in capitu.olim.ij.de restitu.spol.& in c. venerabilibus. de censi. secus sentiens, si quisquam canoni-
60 cus ab ecclesia eiiceretur, cui non esset pariter licita † perfractio ostii domus ecclesiæ, sub specie recuperationis possessionis; nisi ea domus specificè esset destinata pro eius canonicali habitatione, quod futurum in cęteris prelatis ecclesiæ dicit ibidem Abbas columna iij.

61 Inde dicant Docto.quòd † socius communem domum indiuisam per vim ingressus,non incurrit hanc pœnam,si consocius pro sua tantum parte possideret,cum ī alia parte per se nō possessa,nemini fiat iniuria,ac talis ingressus referatur ad suam tantum portionem a nemine possessam, in qua cū dicatur cessare eiectio,per consequens,& pœna cesset,vt dicit glo. magna in hac l. versicu. tertio quæro. & ibi Barto. columna penulti. Ripa in capitu.sæpe.nnme.96.de restitu. spol. Bartholom. Veronen.in consi.4.in fin. Qui tamen dicant,ipsum socium tunc incidere in hanc pœnam,si eo animo,& intentione vim inferret,vt vniuersam rem possideret,seu consocius esset in ipsa re, animo vniuersum possidendi,& non pro indiuiso: Ex quo alter violenter ingrediens incurreret pœnam amissionis suæ ꝑpriæ partis,& in æstimatione partis alienæ,vt ibidem dicunt gl.
62 & Barto.ac Alex. consi. 103. numero 17. libro j. † Eademque ratione idem sit futurum in hærede,qui rem fideicōmisso subiectam,ab alioque possessam,per uim occupauerit, aut è conuerso, vt ius proprium amittat cum condemnatione ad æstimationem alterius partis.

63 † Sed quicunque vim passus, qui festina violentia eum expulerit,qui per violentiam illum antea eiecisset, hanc pœnam non incurrit,velut id faciens virtute.l. si quis ad se fundum.C. ad l.Iul.de vi.& l.iij §.eum qui.ff.de vi & vi arma. quæ tribuunt facultatem celeris recuperationis,ex quo frustra de hac pœna contenderetur,vt dicit Barto.in d.l.si quis ad se fundum. num. 6.& in l.qui possessio.num.3.ff de vi & vi arma.Signor.consilio 75.num.21.Corn. consil. 91.litte. V. libro 4.Soz. consilio 122. numero 12.lib.4.Vt nec subsecuta recuperatione incontinenti,prior violētus incurreret pœnam violentiæ per se commissæ,cum primo eiectus nondum amisisset omnem eius possessionem,ciuili retenta,animo recuperandi naturalem,quam illico recuperauit, ac ad effectum huius pœnæ incurrendæ requratur omnimoda cuiusquam possessionis amissio, vt inquit Bart.in d.l.si quis ad se fundum.num.6. communiter receptus, ac relatus per Ripam in capitu.sæpe.num.75. de restitu. spol.& Abb.in consi.100.num.4.lib.2.quamuis ipsi in eo dissenserint, ea ratione freti,quod in hac l.si quis in tantam. introducantur duo remedia inuicem distincta. Alterum videlicet directum ad restitutionem ipsius rei:Alterum ad pœnam amissionis iurium rei propriæ,& æstimationis rei alienæ; vnde inferant, ꝙ licet ex ea celeri recuperatione satisfiat primo,quo ad ipsius rei recuperationem,in quo nulla pœna versetur non etiam dicatur satisfactum secundo,quod tantum pœnam respiciat, nihil commune habens cum recuperatione rei in continenti facta. Quorum sententia non obstante, inhærendum sit opinioni ipsius Barto.quæ & merito communiter recipiatur, ea potissima & solida ratione; ne is, qui iuris permissione possessionem illico recuperauerit (nihil delinquens) aliquam pœnam incurreret contra reg.l.Gracchus.de adul.secus verò futurum, si ex interuallo fieret violenta recuperatio,quo casu dicant Bartol.in dicta l.si quis ad se fundum. vltra opposi.in fin.in d. l.qui possessionem.numero 3.& in hac l.si quis in tantam. 4. opposi. Ripa in dicto capitu.sæpe.numero 3.quod diu post recuperans amittit ius in re,pro re,& ad rem, cum ex eius postrema violētia euanescant omnes effectus primę violentię, qui tamen respicerent rem ipsam, sed non pereat effectus eius iuris, quod fuisset iam ex prima violentia quęsitum extra rem, pro damnis,& interesse. † Idque dicant ad eius instar,qui rem sibi furto
64 subtractam ab ipsomet fure pari crimine subtraxerit, ex quo licèt amitteret furtiuam condictionem, sibi iam competentem pro ipsa re, non propterea amittit ius agendi ad pœnam quadrupli, sibi quæsitam ex priori furto.lege qui uas. ff. de furtis.Ex qua quidem lege asserant hanc quæstionem in terminis dirimi, de cuius legis verò sensu vberius dicam inter exceptiones,vbi de hoc latius differendi sit locus congruus.

Source : BIU Cujas

65 † Quòd & ſi è poſſeſſione per vim deiectis iudicialiter illam recuperauerit, interdicto vnde vi, adhuc erit ei integra actio ad pœnam iam ſibi ex violentia quæſitam ex hac l. ſi quis in tantam. glo. in ca. paſtoralis. verſ. intentare. de cauſ. poſſes. & propr. Abb. in c. ſæpe. in fin. de reſtitu. ſpolia. & in conſi. 100. num. 4. li. j. & conſi. 3. num. 9. lib. 2. Rota in nouis deciſ. 393. in fi. Acidem futurum ſi ſeiunctim recuperaſſet poſſeſſionem, condictione eiuſdem l. ſi quis in tantam. quæ vt dixi, duas in ſe partes contineat. Alteram rei perſecutoriam; aliam verò pœnæ: nec ex ſatisfactione primæ partis cenſeatur ſatisfactum ſecūdæ, quæ nihilominus integra remaneat ad pœnam petendam, ſi tamē ad eam ſpecificè actio dirigeretur, nec aliàs ſub generali petitione reſtitutionis, proſecutio pœnæ contineretur, vt dicitur in eadē glo. verb. intentare. Nec ſecus eſſet quo ad pœnam, licet violētus ante aliquod iudicium contra ſe directum, ſpontaneæ poſſeſſionem reſtituiſſet, ex quo non eximeretur ab incurſu huius pœnæ, ſi rem recuperans, etiam pœnam proſequi deſtinauerit. c. ſicut dignum. §. eos. vbi Abb. de homici. gl. fi. in l. non ab re. C. vnde vi. cum in hoc non ſit pœnitentiæ locus, nec delictum in
66 committendo † purgationem recipiat. l. j. §. ſi rē. ff. depoſi. Bart. in l. ſi inſulam. vbi latè Roma. ff. de verb. obli. & præſertim ſi in ipſa reſtitutione poſſeſſionis interceſſiſſet recipientis proteſtatio, ſaluo iure pœnæ, qua nihilominus omiſſa, remaneret integra ipſius pœnæ petitio, vt inquit Ripa in d. c. ſæpe. nu. 72. nam licet in terminis l. conductores. & l. non ab re. C. locati. pœnitētia ſit recipienda vſque ad ſentētiam, vt ſuo loco dicam: id eueniat tam expreſſa iuris permiſſione, quàm ex eo, quod illæ leges verſentur in omittēda reſtitutione debitæ poſſeſſionis, nō autem in aliquo committendo, inter quæ difformiter recipiat pœnitentia, vt palam eſt in iure. Ad inſtar pupilli, quem dixi ex facto ſui tutoris non incidere in pœnam l. meminerint. C. vn-
67 de vi. vt ibidem dicitur in fin. nec † Eccleſia incurrit pœnā huius cōſtitutionis. l. ſi quis in tantam. ex violentia proprii prælati, qui ſub falſo nomine eccleſię vim intulerit in bonis alterius eccleſiæ. c. ſi Epiſcopum. 16. q. 6. gl. magna in hac l. ſi quis in tantam. in j. parte vbi Bar. nu. 14. Abb. in c. fi. nu. 4. de dolo, & cōtu. Doc. in l. iubemus nullam. C. de ſacroſan. eccle. Corſet. de Spol. limita. 37. cum nec donationi factæ ad fauorem ipſius eccleſiæ, detrimētum aliquod afferat ingratitudo ſui prælati: & per Specula. de dona. §. j. verſ. quid ſi Abb. Rom. conſi. 289. in fi. Abb. in c. fin. de donat. ſed in caſum talis violentię per prælatum commiſſæ teneretur eccleſia ad inſtar pupilli, quem ſuperius dixi, te neri tantum ad reſtitutionem poſſeſſionis ex facto tutoris; & ita ad alteram partem prouiſionis huius conſtitutionis ca. dilectus. de ordi. cogni. c. cū ad ſedem. de reſtitu. ſpolia. Eſſet tamen interdum ipſa eccleſia ſaltim per indirectū particeps huius pœnæ, ſi prælatus rem propriam ipſius eccleſiæ per vim inuaſiſſet; ex quo licet eccleſia non eſſet paſſura perpetuam amiſſionē iuris proprii, tamen pateretur temporalem ad vitā ipſius prælati, qui ratione propriæ violentiæ puniēdus eſſet in amiſſione cuiuſque iuris, & commoditatis, donec vixerit: ſi tamē eſſent bona ad eius menſam pertinenlia, & non aliàs. Abb. in d. c. j. nu. 13. de dolo, & contu. Rom. d. cōſi. 289. Aegid. deciſ. 725. col. 2. verſ. iij. opin. Idq; cōmuniter receptum dicit Ripa in ca. ſæpe. nu. 95.
68 de reſtit. ſpolia. licet ipſe cōtra ſenſerit. † Verum ſi prælatus de conſilio, & conſenſu capituli vim intuliſſet, non ipſe, ſed eccleſia repręſentata in vniuerſo capit. velut miſtyco corpore, cenſeretur violentiam commiſiſſe, vt in reg. delictum. glo. in hac l. ſi quis in tantam. Bar. in d. l. iubemus. C. de ſacroſan. eccle. Abb. in d. c. j. nu. 12. & in c. cum liberum. num. 3. de ſepul. & eſt communis, licet Anto. in d. c. j. de dolo, & contu. diſtinctionem adhibuerit: ex quo, vt ipſe dicit regulariter capitulum eccleſiæ nō præiudicet in amiſſione iuris quæſiti: Et ideo neque in hoc ſimpliciter præiudicare, ſed diſtingui oporteret, vt ſiquidem delictum violentiæ fuerit commiſſum per capitulum contemplatione ipſiuſmet eccleſiæ, capitulum non eccleſia ſit punienda; 73
ſi id delictum ſit in vtroq; formaliter punibile; ſed ſi pœna nō congrueret capitulo, ſed ſoli eccleſiæ in cuius tātum dominio eſſet res per violentiam inuaſa (vnde ſuccedat amiſſio rei propriæ) tunc eccleſiæ pœnam nō incurreret capitulum, in cuius dominio non ſint bona eccleſia, iuxta opinio. Anto. in d. c. j. relatam ibi per Abb. qui tamen aliter diſtinguat, videlicet, quod ex eo facto capituli, nullum perpetuum detrimentum fiat eccleſiæ; quia licet ſit eius corporis repreſentatiuū, in his quæ poſſunt ad factum eccleſiæ referri; non tamen poſſit repręſentari in delicto, quod in eccleſia cadere nequeat, cui nec vllus error adſcribi poſſit, vt ibi dicit Abb. num. 14. Ideo in hoc diſtinguēs, 74
quod ſi res violentata ſpectaret ad menſam ſolius prælati, ipſe tantum ſit plectendus in eius amiſſione dum vixerit. Idemque ſi res communiter ſpectaret ad prælatum, & capitulum: ſed ſi res eſſet communis inter menſam capitularem & eccleſiam, dicit capitulum eſſe puniendum ad rei æſtimationem extrahēdam ex menſa capitulari, ne impunis eſſet violentia, ac ipſa eccleſia remaneat illæſa a pœna per capitulū incurſa, quæ in eius tantum damnum redundet, vt per glo. in c. de hoc. & c. quoniā. de ſimo. Abb. in d. c. j. num. 18. verſ. quarto moueor. de dolo, & contu. ne alias præberetur facilis anſa capitularibus, per indirectum donandi res eccleſiæ poſſeſſoribus per vim eiectis, ex quo virtute huius conſtitutionis poſſeſſores violentati euaderent ex poſſeſſoribus domini cum præcipua iactura eccleſiæ, eoque pacto poſſent capitulares gratificari cuiq; emphyteutæ, aut cēſuario, cæterisque habentibus iura vtilia ab ipſa eccleſia, qui ex violentia capituli quærerent directum dominium in pœnam violētię, licet confictę ex colludio: quę quidem gratificatio cū directo non liceat capitulo, nec per indirectam fallaciam licere debeat. † Eoque præſertim, quod in prima parte huius l. ſi qs 69
in tātam. preſupponatur dominium eſſe penès illum, qui violentiam inferat ad effectum vt priuetur rei dominio: quod quidem capitulo non conueniat, ad quod ſola rerum adminiſtratio pertineat, non dominium, remanens penes Deum & eccleſiam, in qua Deus ipſe repręſentetur, cui dicata, atque oblata cē ſeantur cuncta bona eccleſiæ relicta. c. non liceat. c. præuia. 12. q. ij. Vt ſicuti pupillus ex violentia tutoris, ad qnem ſola rerum adminiſtratio pertineat, ipſius rei detrimentum non patitur; nec pariter eccleſia id pati debeat ex facto ſuorum miniſtrorū, cum eodem iure eccleſia cenſeatur cum pupillis, vt ibidem dicit Abb. num. 14. Tamen vt dixi, communis opinio ſit, qđ omnino eccleſia teneatur ex violentia capitulariter cōmiſſa. Qua
70 quidem opinione recepta æque tenebitur † eccleſia ex violētia capituli illata in bonis prælati iam defuncti, poſt eius hęredi tatem aditam, & poſſeſſam, vt per Inno. in c. cum in officiis. de teſtamen. adhibito tamen in hoc moderamine, quatenus conſtaret bona præfata plenè fuiſſe per prælatum nomine proprio poſſeſſa; cum ſecus futurum, ſi vel per prælatū nomine eccleſiæ poſſiderentur, vel iuſta ratione dubitari poſſet, an ea tāquā bona eccleſię poſſediſſet, ex præſumptione inſurgēte, quod ex bonis eccleſię quęſierit. c. j. 12. q. iij. Bal. in authen. licentiam. C.
71 de epiſ. & cler. vti eueniſſe † fertur in bonis Franciſci Petrarcæ, de quo Card. conſ. 79. & Ripa in c. ſępe. num 95. in fin. de reſtit. ſpol. cum a pœna huius legis excuſet quęlibet iuſta credulitas proprię poſſeſſionis. glo. & Barto. in hac l. num. 16. Alex. in l. iuſte poſſidet. num. 14. in fin. ff. de acquirē. poſſeſ. Corn. conſ. 158. libro 4. In quo tamen ipſe Bart. videatur contrarium ſentire in l. ſequitur. §. ſi fundum. in prin. ff de vſucap. quod non obſtante eo errore committatur pœna iſtius l. ſi quis in tantā. cuius opinio eſſet ipſimet veritati conſona, ſi verſaretur error circa dominium cum ad incurrendam huius legis pœnam, violentia tantum requiratur, quam qui in re vere per alium poſſeſſa intulerit, violentiæ notam incurrat; cum verum ſit, eum per vim eieciſſe, & per conſequens hāc pœnam incurrere, quam & patitur, qui ſciens ſe uerum dominum, uiolentiam inferat, ut dicitur in hac lege: nec dubitari poſſet de uiolentia illata in re poſſeſſore vacua, in qua prorſus ceſſet, hęc pœna; ſed conſulitur ex l. fin. C. eod. titu. uti per Alex. d. l. iuſte poſſidet. Verum ſi alias quomodolibet rem poſſidens per vim repellatur, locus ſit huius conſtitutionis pœnæ. Nec prætextu erroris, etiā rei proprię uiolentię uitiū excuſaret, ut plenius dicetur inter exceptiones.

72 † Pater autem, aut Dominus ex uiolentia filii, uel ſerui tenebitur ad hanc pœnam, peculiotenus, uel noxaliter, in peculio ſcilicet profectitio, cum in aduentitio id uerificari nequeat, in quo cum non poſſit ex uera alienatione patri præiudicium inferri. l. cum non ſolum. §. filiis. C. de bon. quę lib. Nec poterit ei pręiudicari ex delicto uiolentię, ut inquit Barto. in hac leg. ſed nec igitur ipſius filii uiolentia impunis remanebit, quę puniretur in amiſsione cuiuſque iuris in dicto peculio aduētitio ad ſe pertinentis, & ſic in iure proprietatis filio debita, ſaluo ſemper remanente integro uſufructu penes patrem, conſolidando demum poſt patris obitum cum proprietate iam alteri quęſita, ex filii uiolentia, ut per Ripa in d. cap. ſępe. num. 72. qp dicam inter exceptiones inferius diſcutiendas.

73 † Minor etiam ſi ſit doli capax pœnam hanc incurrit ex violentia per ſe commiſſa. glo. in hac l. ſi quis in tantam. Abb. in c. j. num. 9. de dolo, & contum. Alexand. conſ. 23. num. 11. & conſ. 103. num. 18. libro j. Cui in hoc nec tribueretur reſtitutio in integrum non recipienda in delictis, niſi iuſta ratione credidiſſet id ſibi licere l. j. C. ſi aduer. delic. Bar. in hac l. q. iij. Anto. & Abb. in d. ca. j. in qua nec quęlibet ſimplex credulitas attenderetur, niſi adeo eſſet dilucida, vt de ea latè pateret, uelut ſi peritiores de eo conſuluiſſet; ex quo ratione id credidiſſe cenſeretur Ange. in l. ſed ſi lege. §. ſcire. ff. de petit. hęre. Alexand. in d. conſ. 4. ubi latè id proſequitur, & Ripa in d. c. ſępe. num. 92.

74 † Nec ſecus reſpondendum ſit in milite, qui rem propriam inuadat, ſed ſi alienam rem per uim occuparet, nullatenus excuſaretur, tanquàm ex facto contra ius naturale, aut gentium, cuius ignorantia non excuſet, nec in uiro quoquam toleretur, cum ab ipſa natura doceamur, vt nemini fiat iniuria. l. uenia. ff. de in ius uocan. Alexand. d. conſi. 103. num. 17. libro j. & conſ. 64. num. 6. libro 3. Quod quidem ceſſet in occupatione rei proprię, quę nec iure naturali, gētium, aut ciuili prohiberetur occupari ante hanc l. ſi quis in tantam. ut dicitur in §. j. Inſtitu. vi

Source : BIU Cujas

bon. rap. Indeque dicant iuſtam ignorantiam in hoc poſſe per milites merito allegari, ut hic dicitur per Barto. quæſt. 13. & per Ripa in d. capitu. ſæpe. num. 90. qui id applicant etiam ad mulieres, in quo concordat Saly. in hac l. ſi quis in tantam. licet contrarium dicant glo. in l. regula. ff de iur. & fact. ignorã. Bald. in hac l. & Alex. in l. iuſtè poſſidet. col. pen. & in d. conſil. 103. num. 18. aſſerentes ꝙ licet uiolenta inuaſio rei propriæ nõ ſit iuri gentium contraria, tamen uerſatur in facto prohibitiuo, & uiolento: quod equidem ſit ab homine præcipuè alienũ, ut qui in eo dicit ſe erraſſe, uideatur iuris quaſi naturalis errorem allegare, quo iure quælibet uiolentia damnetur, ac in ipſis iuris ciuilis incunabulis fuerit genericè per prætorem inhibitum, ne ius fiat, & ne quis ſibimet ius diceret in l. extat. ff. quod met. cau. licet ante hanc conſtitutionẽ l. ſi quis in tãtã. nulla eſſet ſpecifica pœna contra eos directa, qui rem propriam violenter inuaſiſſet, propterea quæ non eſſe in hoc recipiendã aliquam erroris excuſationem, dicit ibidem Rip. † Nec pariter
75 in ipſa muliere, cuius excuſatio ratione erroris iuris ſit cũ maſculis promiſcua, ſi de damno ageretur l. error. in fi. ff. de iur. & fact. igno. Ex quo lex noua ſuperueniens, quæ reiicit maſculorum excuſationem, dicatur inſimul reiicere muliebrem excuſationem, cum in æquiparatis antiquo iure, cẽſeatur per nouũ ius idem diſponi, quod in altero tantum fuiſſet expreſsè diſpoſitum. glo. in l. ſi quis ſeruo. C. de furt. & in clem. conſtitutio. de regula. Abb in c. fi. colum. iij. de reſcrip. Ripa in d. ca ſæpe. num.
90. † Ac lex maſculinum genus exprimens, & ad fœminas re-
76 gulariter porrigatur, ut hic dicit Barto j. q. iuxta text. in l. ſi id qđ ff. de iuriſdic. om. iudic. ubi latè per Iaſ. & in l. ſi quis maior. C. de tranſact. glo. in l. j. verb. ſponſam. C. de rap. virg. & in ca. in generali. de elec. in 6. Fely. in c. cum cauſam. colum. fi. de proba. Cur. ſeni. conſi. 6. niſi uerſaretur caſus immenſi odii, ut in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſtatis. & dicit Bald. in l. quicunque. C. de ſeruis
77 fugi. † Quæ autem mox de milite dicta ſunt, etiam ad ruſticos trahuntur per eoſdem Doct. quinimmo in his magis reciperẽtur, quàm in militibus hodiernis, qui nullo gaudeant priuilegio militiæ; cuius nec iura ſeruẽt. l. auxilium. ff. de mino. & plenè tradit Alexand. d. conſi. 103. num. 17. lib. j.

78 Porrigitur huius legis uirtus etiam ad † beneficialia, ac perſonas eccleſiaſticas, vt communiter per Doct. in c. j. de dolo, & contuma. poſthabita opinione gl. in verb. rigor. relata per Bene. Capram. in conſi. 32. verſicu. circa quartum. Indeq; inferat Ripa in d. cap. ſæpe. nu. 68. ꝙ uiolenter occupans beneficium ſibi debitum uirtute reſeruationis, incidit in pœnam huius cõſtitutionis, ea ratione fretus, quod negari nequeat quin alter eſſet in poſſeſſione naturali, ex qua ſola per vim eiecto competat beneficium huius l. etiam contra uiolentum reſeruatiuum, nõ obſtante, ꝙ non poſſet de ſimplici ſpolio conueniri, defectu tituli diſcolorati ex reſeruatione, vt per Soz. in l. rem quæ nobis. q. 9. ff. de acquir. poſſeſ. Rota in nouis deciſ. 16. & 56. Quam quidem rationem dicat ceſſare in hoc iudicio. l. ſi quis in tantam. velut in quo amiſſum fuerit vniuerſum ius per uiolentiã, & per conſequens omne etiam ius ſibi competens, virtute reſeruationis, quo ſublato dicit nihil ſupereſſe, qđ impediat hoc
79 iudicium: cuius quidem † dicta per Ripa non planè procedãt, ſublato eius præcipuè fundamento naturalis poſſeſſionis retẽtæ: quæ tamen ſtante reſeruatione minimè retineatur, cum ex ea inficiatur titulus, cum ademptione vniuſcuiuſque poſſeſſionis, tam naturalis, quàm ciuilis, vigore inſerti decreti, & inhibitionis. Rot. in antiq. deciſ. 476. Caſſad. de cauſ. poſſ. & propri. deciſ. j. & de reſtitu. ſpolia. deciſ. j. Soz. in d. l. rem quæ nobis. q. 9. de cuius decreti virtute latè dicam in exceptionibus. Adeo ut nõ poſſit conſiderari cõtra reſeruationem niſi quoddam nudum factum, & ſit detentatio, quæ non ſufficiat, vt dixi, in hoc iudicio requirente veram poſſeſſionem in corporalibus, ſeu quaſi poſſeſſionem iurium incorporalium. Nec inſuper detentatio virtute talis decreti ab omni colore deſtituta, etiam in ſimplici ſpolio (in quo detentatio ſufficiat) operetur reſtitutionẽ, vt ſũo loco dicam, vnà cum DD. de Rota in no. deciſ. 252. & 393. Staphil. de litt. Apoſt. fol. 127. in paruis.

80 † Poſt reſignationem autem factam, ſi reſignans adhuc poſſeſſioni inhærens a Tertio eiiceretur, non iuuabitur præſidio huius l. ſi quis in tantam. quæ uerum poſſeſſorem expoſcat, vt dixi cum gl. in hac l. & dicit Soz. conſi. 122. lib. 4. quamuis agere poſſet ſimplici ſpolio ad recuperationem prioris detentationis, ſecundum Rot. in no. deciſ. 158. & 352. Caſſad. de reſtit. ſpolia. deciſ. 4. num. 2. & 6. Sarnen. in reg. de trien. q. 24. num. 8. cum
81 † ſola detentatio ſufficiat ad ad effectum actionis de ſpolio, ſicut etiam ſufficeret ad effectum regul. de anna. & de publican. in quibus poſſeſſio uerificetur in ſola detentatione. Sarnen. in d. reg. de anna. q. 51. Corn. conſ. 137. verſicu. tamen his. libro 3. & latè dictum in cauſa Abulenſis præſtimonii coram Puteo tunc Rotæ Decano. & referam in lib. ij. Sed non propterea eadem detẽtatio, vt dixi, proficiat pro incurſu pœnæ huius legis, quæ verum poſſeſſorem expoſcat, ex quo nec colonus hoc remedio gaudeat. Ripa in c. ſæpe. num. 77. de reſtitu. ſpolia.

82 † Quamuis condictio huius l. ſi quis in tantam. velut dolum præſupponens, non detur contra patrem, contra quem regulariter agi nequeat; nihilominus ſi per victricum hæc uiolentia committeretur, agi poſſet ad pœnam huius conſtitutionis, licet vicem patris obtineat. §. affinitatis. Inſtitu. de nupt. cum ab huius iudicii pœna, victricus non eximatur, ſicut nec ab actione furti, licet famoſa l. in his. C. de furt. Ripa in capitu. ſæpe. nu. 82. de reſtitu. ſpolia.

83 Ac eiectio è poſſeſſione rei furti uitio infectæ, † cõpetit huius conſtitutionis præſidium contra violentum inuaſorem, licet ipſius rei dominum; qui prius debuiſſet experiri de ſuo iure, quàm rem violenter conſequi; niſi tamen res ſic violenter occupata conſignaretur iudici, ad effectum, vt pro iuſtitia deſu per conſuleret, vel violentiam commiſiſſet deficiente iudice, qui iuſtitiam miniſtrare poſſet. In quibus caſibus licuiſſet quãdocunque rem propriam recuperare, ceſſante omni ratione prohibitoria occupandi rem propria auctoritate. glo. in c. humanum. j. diſtin. Salyc. in hac l. ſi quis in tantam. colum. 4. Ripa in d. c. ſæpe. num. 80.

84 † Filius etiam ſimpliciter inſtitutus in legitima ſibi de iure debita ſi rem aliquam ratione ſuæ legitimæ uiolenter occupauerit, in hanc pœnam incidit, ſecundum Barto. in l. ſuus quoq; in fi. ff. de hæredi. inſtitu. & in l. ij. num. 3. C. quando, & qui. quar. pars debe. lib. 10 & eſt communis relata per Ripa in d. ca. ſæpe. num. 94. Areti. conſi. 155. num. 9. Alex. conſi. 134. lib. 4. † Cum
85 legitima (velut quota bonorum ære alieno deducto, & funeris impenſa, iuxta l. Papinianus. §. quæſitum ff. de inoffic. teſta. l. hæreditarium. ff. de bo. auctorita. iudi. poſſi. Bal. in l. quoties. col. j. C. de hæredi. inſtitu. Alex. in l. ſi pluribus. §. ſi duobus. num. 5. ff. de lega. j. & in conſi. 31. lib. 4. Soz. conſi. 150. num. 23. lib. j. Pariſ. conſi. 35. lib ij.) non poſſit verè dignoſci quanta ſit, aut in qua re conſtituta, niſi prius citato hærede etiam ære alieno diſcuſſo, iudicis arbitrio † implorato, qui legitimam ipſi filio conſi-
86 gnaret in aliqua re eius arbitrio moderanda ex not. per Iaſo. in l. Marcellus. §. res quæ. in fi. ff. ad Trebelli. & in l. planè. §. ſi duobus. num. 21. & 24. ff. de lega. j. Roma. in l. j. num. 40. in fi. C. quãdo non peten. par. Aret. d. conſi. 155. Paul. de Caſt. conſi. 52. nu. 1. Quibus diligentiis nõ præhabitis, nullo quidem colore poſſit aliqua res pro legitima occupari, velut confuſim proportionabiliter conſiſtens in ſingulis rebus: niſi tamen fuiſſet ei legitima relicta in aliqua re certa, quã & ſi potuiſſet filius ab initio in ea re particulari recuſare, petẽs ſibi aſſignari in aliis reb. iudicis arbitrio ex no. ꝑ Bar. in d. l. ſuus quoq; in fi. ff. de hęr. Inſti. Rẽ tamen illam pro legitima ex ſe recipiens diceretur eam acceptare, ac impunè occupare, ſi nõdum hæres poſſeſſionem eius rei quæſiuiſſet, ſecundum Bald. in l. ſi quis in ſuo. C. de inoffi. teſta. Curt. ſeni. conſ. 13. col. 3. in fi. Qui pariter dicant non incurſurum aliquam pœnam filium inſtitutum vniuerſaliter cum onere fideicommiſſi, ſi in hæreditatis reſtitutione rem particularem per ſe electam pro ſua legitima retinuerit, vt per Imo. in d. §. res quæ. Quod quidem ſano modo intelligendum ſit, niſi elegiſſet rem meliorem arbitrio boni viri, vt per Iaſo. in d. §. res quæ. colum. fi. Sed attendendum ſit, neutrum ex caſibus præpoſitis per Doct. prædictos eſſe applicabilem ad hanc l. ſi quis in tantam. requirentem violentiam, quæ in his caſibus nemini inferatur, cum primo caſu res eſſet vacans, in ſecundo verò nõ eſset violenta occupatio, ſed retentio. Ideoque hi caſus magis congruant pœnæ, de qua in l. non dubium. C. de lega. introductæ per Anton. Impe. multo ante hanc l. ſi quis in tantã. de quo
87 ſit inter exceptiones ad hanc legem differendum. † Neque indiſtinctè verum ſit quod dixit Iaſo. in l. inter omnes. num. 10. ff. qui ſatiſd. cogan. videlicet, quod non incidat in pœnam huius legis hæres inſtitutus ſub conditione, qui ea pendente bona hereditaria occupauerit. Nam licet hanc pœnam non incurrat, ſi hereditas iaceret poſſeſſore uacua (ex quo nemo dici poſſet violenter eiectus) ſi tamen bona hæreditariaria ab alio poſſiderentur, non euitaret hanc pœnam, quam ſi incurrit indubitatus Dominus per uim eiiciens poſſidentem, multo magis eam ſit incurſurus Dominus, futurus ſub ſpe condictionali, & ſic incerta. Qua pendente diceretur rei alienæ inuaſor, cum conditio nihil iuris interim tribuat l. cedere diem. ff. de verb. ſig. Ripa in c. ſæpe. num. 97. Qua etiam conditione purificata, ac hærede effecto dño, nihilominus hæres ex violentia huic pœnæ ſubiiceret, vt pluries dixi. Sed an ita conditionaliter inſtitutus, poſſeſſorem interim eiiciens, incidat in primam, vel ſecũdã partẽ huius l. ſi quis in tantam. diuerſimodè tractatum eſt inter Doctores, vt quidam dixerint, in hoc eſſe expectãdũ euẽtũ conditionis, ex cuius purificatione puniẽdus eſſet occupãs, tanquàm inuaſor rei propriæ, in amiſsione ipſius rei: cõditione verò deficiente puniendus velut occupator rei alienæ ad æſtimationẽ rei. Alii uerò dixerint in hoc attẽdendũ eſſe ſtatũ tẽporis ipſius violentiæ illatæ, vt ſine vlteriori mora incurratur pœna amiſſionis cuiuſq; iuris tũc cõpetẽtis, vt iam dictum in emphyteuta, feudatario, vſufructuario & ſimilib. ꝙ ſiue actiuè, ſiue paſſiuè in vim inciderint, non ſit habẽda rõ alicuius, niſi competentis

Source : BIU Cujas

tempore violentiæ, non expectato futuro euentu, vt per Cy. in hac l. ſi quis in tantam. nu. 11. cū aliis inferius latius deducendis.

88 Qui † caſtrum per uim inuaſerit, licet illico id ſolo æquaſſet, nihilominus incurreret pœnam l. ſi quis in tantam. habita ratione, tam ipſius caſtri quàm ſolitæ iuriſdictionis, non obſtante, ꝙ ex demolitione caſtri deſiiſſet iuriſdictio exerceri, nec per violentum quaſi poſſideretur. Nam cum id eius dolo & uiolētia prouenerit, in eius odium pro poſſeſſore reputabitur l. ſed ſi lege. §. proinde. ff. de peti. hæredi. Barto. in l. quanquam. §. Iulianus. de aqu. plu. arcē. Dyn. in reg. qui dolo & in reg. pro poſſeſſore. ij. oppoſi. Oldra. conſi. 320. Ipſeque locus licet ita dirutus, capax remaneat iuriſdictionis, quotiens in eo caſtrum ædificaretur, cum iuriſdictio ſit quædam, velut nebula ſupra paludem, vt dicit Paul. de Caſt. conſ. 187. num. 3. lib. ij. Soz. conſi. 74. num. 2. lib. j. Ideoq; talis violentus, ſi Dominus fuiſſet, quodlibet eius ius amitteret, vnà cum poſſibili iuriſdictione: ꝙ ſi id caſtrum fuiſſet alienum, ne dum ad eius nouam ædificationem teneretur, verum & ad æſtimationem integram caſtri, ac iuriſdictionis, vt per Barto. in l. ſi quando. oppoſ. ij. C. vnde vi. Abb. in capi. fin. num. 4. quod metus cau. Idque proportionaliter conueniat huic pœnæ, de qua nunc agitur.

89 † Quæ pœna huius legis hactenus diſcuſſa, nō incurritur ipſo iure, ſed domum per ſententiam in eo iudicio legitimè obſecutam, cum in ea lege ſit verbum futuri temporis, videlicet amittatur, quod non habeat effectum temporis præteriti. ſententiæ latæ, ſed in futurum ferendæ. gloſ. in l. in criminali. C de iuriſdic. omnium iudic. Abb. in cap. ſi diligenti. de foro competen. de quo ſit cōmunis opinio, relata per Iaſ. in l. rem quæ nobis. in fin. ff. de acquirenda poſſeſ. Idemque futurum quamuis verba præſentis temporis inferrent pœnam iam incurſam, iuxta notata per Iaſ. in l. quamuis. nume. 9. C. de iur. & fac. igno. cuius contrarium ſentiat Pau. in cap. cum in cunctis. colum. fi. de elec. relatus per Ripa in capit. ſæpe. num. 99. de reſtitu. ſpolia. In coque pœna huius legis differat inter cętera a pœna de qua in l. non ab re. C. vnde ui. quæ ipſo facto incurritur, cum hęc ſpecificam ſententiam expoſcat. gloſ. fin. in fin. in hac l. ſi quis in tātam. ac pariformiter differat a pœna, de qua in c. cum qui. de p̄ben. in 6. quæ ipſo iure incurratur, ex his verbis ipſo facto ſubſecutis, poſt verbum, amittat; quod ex ſe ſumptum, licet alium ſenſum caperet, tamen ſuperadditis aliis verbis, inducit effectū pœnæ ipſo iure incurſæ. c. nullus. c. ſi religioſus. de elec. in 6. Frācus in d. ca. eum qui. † vti dictum per dominos de Rota in pœ-

90 na conſtitutionis Alexandrinæ ipſo iure infligenda, cuius meminit Mohed. deciſ. 272. in cauſa Vrbeuet. caſtri. Idemque fore in crimine hæreſis dicit Aegi. deciſ. 690. & ſi in cæteris crimini- 95
bus, quamuis læſę maieſtatis opus ſit declaratoria, vt dicitur in prædictis deciſ. nec diceretur conſtare de ſubſecuta declaratoria ex ſola principis aſſertione, non concurrentibus aliis adminiculis, vt ibidem deciſum. Nec propterea virtute eius ſententiæ ab ipſo iure latæ in caſibus prædictis liceret abſque præuia citatione poſſeſſorem eiicere, in quo requireretur hominis declaratoria. cap. licet epiſcopus. de præben. in 6. & nota. in capi. ij. de hæreti. eod. lib. & in l. ſi quis maior. C. de tranſact. Nam & ſi ex ſola iuris ſententia priuatiua liceret legitimè beneficium alteri conferri (vt per Gemi. in c. j. de homicid. in 6.) non tamē in terminis d. c licet epiſcopus. impunè liceret poſſeſſorē eiice-

91 re. Neque ad huius conſtitutionis pœnam dicatur agi † criminaliter, quæ non ſit fiſco applicabilis, ſed tantum parti agenti, ex quo ceſſet omnis criminalis executio. glo. in l. iij. ff. de ſepul. violat. adeo vt tam actio, quàm pœna ex hac l. ſtatuta, ciuili iudicio ſit proſequenda. Ripa in dicto capi. ſępe. num. 67. in fi. ſentiens contra Abb. vt ibidem per eum. 96

Cumque adeo iſthæc conſtitutio l. ſi quis in tantam. eſſet ſalubris contra violentiam, fuit meritò longo poſt interuallo re nouata per Iuſtinianum Imperatorem in annis Domini 530. dum in §. fi. Inſtitu. ui bo. rapt. hanc conſtitutionem recitans, eā etiam vberius interpretatur: Quę diu poſtea fuit ad beneficialia traducta per Bonifaciū VIII. in annis Domini 1294. in c. cum qui. de præben. in 6. eo ſuperaddito ad maiorem pœnam, vt pri-

92 uatio in his beneficialibus ipſo iure † incurreretur, vt ibi dicitur per Francum in §. j. verſ. in eadem glo. Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 121. ff. de acquiren. poſſ. Rot. in nota. deciſ. 158. in fi. & eſſe communem dicit Ripa in cap. ſæpe. nu. 69. 75. & 90. de reſtitu. ſpolia. Quam quidem decretalem dixit La- 97
pus alleg. 127. ſibi locum uendicare, etiam in eo qui abſque pa-

93 tenti uiolentia, beneficii poſſeſſionem † ingrederetur: ſed ad eius pœnam incurrendam, ſatis eſſe poſſeſſionem beneficii ꝓpria auctoritate occupari ſine iudice, vel executore, ut ibi latè per eum, & per Franc. in dicto §. j. in princip. de qua decretali pleraque ponantur per Deci. in conſi. 219. numero 10. verſicu. quinto quæritur. In quo idem Bonifacius ſtrictius agendo proſpexit contra eos qui poſſeſſionem beneficii ſibi ab ordinario collati reciperant, non citato poſſeſſore in capitu. licet epiſcopus. de præben. in 6. ut per Deci. in conſi. 191. in fi. Caſſad. de ſequeſt. poſſeſ. deciſ. 4. Quod tamen non ita ſimpliciter dicant re- 98
cipi in prouiſione beneficii facta per Apoſtolicum: cuius poſſeſſio poſſit illico impunè recipi: nam ſi id licet electo, c. auaritiæ. de elec. in 6. & not. Doc. in c. qualiter. eo. tit. multo magis licere debeat prouiſo per ſummum principem. Abb. in c. tranſmiſſa. de elect. Fely. in c. eam te. de reſcrip. Franc. in d. c. eum qui. Ripa in d. c. ſæpe. num. 69. Id tamē procedat ea diſtinctione adhibita, vt ſi quidem poſſeſſio eſſet uacans, omnino ceſſaret hæc pœna expoſcens perſonalem ſpoliationem. Ac ita ex ſe poſſeſſionem vacuam recipiens, eſſet reſtituibilis, ſi ſpoliaretur. Milis verſ. poſſeſſio beneficii. Abb. in c. cum veniſſent. de reſti. ſpolia. idque deciſum in cauſa Aſtoricen. die 15. Septembris 1542. re-

94 fert Puteus. Si verò beneficii poſſeſſio eſſet † plena, nullatenus licuiſſet ex tali prouiſione beneficium ingredi ſine Apoſtolico executore. Rot. in no. deciſ. 303. in fi. Ripa. qui ſupra Sarnen. in reg. de trienna. q. 27. Ac ſecus factum puniretur cum deperditione proprii iuris, vt in d. c. eum qui. Si enim poſt reſignationem beneficii pleni, nō eſt licitum reſignatario, licet legitimo, ex ſe poſſeſſionem recipere ſine executore, vt notatur in d. c. eū qui. & ꝑ Rot. in not. deciſ. 158. minus licere debeat virtute ſimplicis prouiſionis, quæ licet ex ſe tantum (ſicut & ſimplex ſupplicatio) inducat colorem tituli ad effectum iudicii ſpoliatiui. Geminia. conſi. 106. & in c. j. col. pen. de lit. conteſt. in 6. Rot. in antiq. deciſ. 881. & in nouis. 433. Caſſad. de cauſ. poſſeſſ. deciſ. 4. nu. 8. & Puteus dicit cū Proſpero deciſum 23. Februarii 1545. in deciſ. 226. lib. j. cum cæteris latè deducēdis inter probationes huic iudicio congruas. Non tamen incurſus pœnę, de qua in l. ſi quis in tantam. (cui comparator pœna inducta in d. c. eum qui.) euitaretur, ex eo tituli colore, cum nec veritas eius tituli ipſum uiolentum eximeret a pœna amiſſionis cuiusque ſui iuris in beneficio, non iuris ordine per uim inuaſo, vt dicitur in dictis Decretalibus. Quæ tamen ceſſarent in ficta violentia, quę committeretur ī fraudem ordinarii collatoris, ad effectum vt poſſet eo inuito, transferre proprium beneficium in aliquem poſſidentem, fingendo violentem illius eiectionem, vt omne ius beneficii ipſo facto poſſeſſori quæreretur in pœnam deiectionis, iuxta d. c. eum qui. Cum in talem caſum ea violentia tāquàm ficta, & aerea, ac in fraudem commiſſa nihil operaretur, omniq; huius canonis beneficio careret, qui eo fuerit abuſus ca. fin. de renuntiatio. in 6. & in hoc dicunt Dominic. Franc. & Ancha. in d. c. eum qui. & Ripa in d. c. ſæpe. nu. 75. Ne alias inducta in odium violentiæ fraudem confouerent.

¶De origine. l. Si coloni. C. de agrico. & cenſi.
Libro XI. Cap. X.

SVbſequenter in annis ſalutis noſtræ 412. fuit in hoc iudicio reſtitutorio ſub Archadio, & Honorio conſortibus imperii, edita conſtitutio, de qua in l. ſi coloni. C de agric. & cenſi. lib. 11. ſecundum tamen correctos Codices, cum quidam alii falſam inſcriptionem habeant Valentini, qui prius regnauerat, vt dixi in l. meminerint. & in l. ſi quis in tātam. Fuit inquam hæc lex edita ſub Archadio, & Honorio, nouum adhibens præſidium in ſpoliatione non violēta, licet cum vitio cōtra eos qui ſeruos, vaſallos aut aſcriptitios, colonos, fugitiuos poſſiderent: uel contra eoſdem ſeruos, aut alios, qui ſe ipſos domino ſurripuiſſent, obedientiamque ſubtraxiſſent, vt ibi dicit Barto. in princ. & Rom. in l. rem quæ nobis. col. ij. verſ. ſecundū. ff. de acquir. poſſeſ. vbi Soz. q. 9. col. 3. Abb. in c. ij. 3. notab. de capell. monach. Ripa in c. ſæpe. num. 30. de reſtit. ſpolia. Alex. cōſi. 90. num. 2. lib. 2. Corn. conſi. 18. litt. G. lib. j. † In quo tamen iu- 96
dicio is ageret, qui bona fide verſatus ſit, alias hoc præſidium denegaretur, vt per Lucam in d. l. ſi coloni. num. 23. Soz. in l. rē quæ nobis. q. ij. verſ. iiij. Alex. cōſi. 94. nu. 9. lib. 5. Pet. de Peruſio conſi. 509. colum. fi. Ripa. in d. c ſæpe. num. 34. cum in reliquis huius l. remedium ſit plurimum fauorabile, veluti competens ſpoliato, etiam ſine vlla violentia, ac contra eum, qui nec vnquam ſpoliauerit, vt nihilominus ad reſtitutionem condemnetur cum ſummario proceſſu, ordineque iudicii, ac ſi ſpoliaſſet, vt ibidem dicunt Barto. & Luc. Soz. in d. l. rem quæ nobis. q. 9. verſicu. ſed pro prima. Id nanque proprium habeat hæc cōſtitutio, vt eius cōdictio ac præſidiū, ne dū detur ꝫ eū, qui non ſpoliaſſet, verū etiā ꝫ ipſam rē, quatenus a nemine poſſeſſā, vt puta ꝫ ſeruum, q ſuimet furtū feciſſet. l. j. C. de ſeruis fugi. & ꝫ va ſallū, ſeu aſcriptitiū (ſeruo cōparatos. l cū ſatis. l. ne diutius. C. de agric. & cenſi.) q ſeſe dño † ſubtraxerint, vt ſi quidē dño ad- 97
huc addicti vagarent̄, poſſint ꝓpria auctoritate a primo poſſeſſore recuperari, vel ꝙueniri corā iudice, vt ſemetipſos reſtituāt primo poſſidēti: niſi tn adeo diutina recuperādi, ſeu repetendi mora interceſſiſſet, vt lōgo tēpore ꝓ liberis interim ſeſe gerere potuerint, ſiue fuerint ꝓmoti ad clericatū, aut aliquē dignitatis gradū, vt ibidē per Lucā in 5. & 7. oppo. Abb. in c. 2. de ſeruis nō ordinā. Qui ſi nō eſſent vagabūdi, ſed alteri ſe iā addixiſsēt, erit in facultate ipſius agentis, vel conueniendi poſſeſſorem ipſius rei vitioſę, vel ipſummet ſeruum, velut ſui ipſius ſpoliatorem, vt ibi per Luc. quæſtio. 6. in fin. Neque eorum poſſeſſores ab hoc iudicio ſubleuarentur ex aliquo titulo, aut † bona fide 98

cum

Source : BIU Cujas

cum ipſius rei vitium (quod pro conſtanti præſupponit in hac conſtitutione (velut ipſimet rei inhærens, integrè tranſeat in quemcunque ipſius rei futurum poſſeſſorem, licet vitii ignarum.l.vitia.C.de acquir.poſſeſ.§.furtiuè.Inſtit.de vſucap. quàm opin.firmant Alex.in l.rem quæ nobis.col.3.in fin. vbi Roma. verſicu.ſecundum eſt remedium.ac idem Alex.conſi.91.num. 3.lib.5.Corne.d.conſ.18 lib.j.qui dicunt hanc eſſe communem contra Cyn.in l.j.q.4.vbi cauſ.ſtatus. In eoque differat huius l. auxilium,ab eo quod fuit poſtea inductum in c.ſæpe. de reſtitu. ſpolia.in quo requiritur, nedum res vitioſa,ſed poſſeſſor vitii conſcius, vt per omnes in dicto capit.ſæpe. de cuius ſenſu mox ſim dicturus.

99 †Virtus & ratio prædictę cõſtitutionis l.ſi coloni,porrigitur per interpretes etiam ad fauorem nobiliũ, qui vaſſallos habeãt proprio eorum facto aſcriptos, quorum & ſi non ſint directi domini,iuuantur tamen præſidio huius cõſtitutionis, quæ etiã vtili domino ſuffragetur: propterea que competat etiam emphyteutæ,cæterisque vtilibus dominis,vt ibi per Luc.q. 10.

100 Quæ tñ ita †demum recipianrur in vaſſillis, allisque aſcriptitiis, primis poſſeſſoribus reſtituendis nisi eorum fuga, aut ſubtractio legitimè excuſaretur ex vera dominorũ ſæuitia,ſeu fuerint a ſummo Deo,eiusque in terris vicario ab omni nexu, & iuramenti vinculo abſoluti,ex dominorum rebellione, aut incurſu nefariæ hæreſis,alteriusve enormis criminis:vel ſi Dominus eſſet excommunicatus,ex quo licuerit ipſis vaſſallis recede re a dominorum conſortio, ne eorum contagione inficerentur,vt ibi per Luc.q.12.& ſeq.Adeo,vt nec ſi Dominus rebellis ad gratiam reciperetur,vel hæreticus Eccleſiæ reconciliaretur, aut excommunicatus abſolueret,ſit ex eo recuperaturus vaſſallos,aut colonos iam alterius vinculo addictos.Verum ſi adhuc vagi a nemine poſſiderentur,poſſent propria dominorum auctoritate, aut virtute huius legis iudicialiter recuperari,vt ibi per Luc.q.7.& 12.& latius explicabitur inter exceptiones.

Eiuſdem conſtitutionis virtus fuit ex Doct.interpretatione generaliter porrecta,contra omnes, qui rem quamlibet ex ſe vitioſam,licet bona fide poſſiderent, vt ad eius reſtitutionem compelli poſſint iudicio huius legis,vt per Soz.in d.l.rem quæ nobis.col.2.Alex.conſi.90.in princ.lib.5.

De origine.l.Conductores. C.loca. Cap. XI.

101 NE temporis ordinem ab initio pollicitum prætereã, ſubſequenter † recitabuntur pertinentia ad l. cõductores.C.loca.& ad l.non ab re. C. vnde vi. cũ ambo conſtitutiões fuerint editæ ſub eodem Zenone Imperatore,ſecundum bonos codices ſub annis Domini 474. & ſic longo interuallo poſt prædictas conſtitutiones. Neque vllũ aliud remedium reſtitutorium reperiatur interim compoſitũ, ſubcreſcente etiam conductorum malitia, qui obſtinatè recuſarent locatam rem ſuo tempore conductoribus reſtituere, in quo non fuiſſet ſaturiſſimè cõſultum in l.ſi cui.in fi.ff. loca. nec per Diocletianum (de quo mox dixi) in l.ſi quis cõductionis. eo.tit.vt cum in d.l.ſi cui eſſet tantum inducta recuſantiũ, pœna maior addita, vt ſi hi detẽtores requiſiti in recuſatione vſq; ad ſententiam obſtinate perſtiterint,vltra reſtitutionem ipſius rei,etiam ad æſtimationis pœnam teneantur,cum ex ea recuſatione inſurgeret tacita violentia,ex qua ne dum exturbare videantur locatores, verumetiam è poſſeſſione deiicere.l.colonus.ff.de ui,& ui arma.l.cum fundum.eo.tit.Bart.& Bald.in d.l. non ab re.& in l.fi.ff.de preca.Specu.de loca.§.poſtquam.nu.8. Rom.in l rem quæ nobis.nu.18.ff.de acquir.poſſeſ.Alex. in l. ſi quis rem.in fi.eo.tit.& conſi.90.nu.2 lib.5. Ac propterea contra tales cõductores ita recuſantes,velut per vim rei alienæ inuaſores,fuit ſuperaddita pœna æſtimationis rei ad exemplum l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.ut dicitur in hac l.conductores. in fi.& per Bal.in l.non ab re.in princ.Nec in d.l.ſi quis cõductionis.eſſet alia pœna ſtatuta,quàm ipſiuſmet rei libera reſtitutio.

102 † Et licet glo.in hac l.cõductores.dicat eam eſſe ſpecificam in colono,inquilino,aut precario detinente:verius tamen eſt huius legis remedium eſſe commune contra omnes, qui rem alieno nomine ſibi traditam,ſeu cuſtodiæ commendatam, aliũve temporalem uſum conceſſam,poſthabita bona fide, reſtituere recuſauerint. Ideoque Bald.initio huius l.illam exemplificat in uſufructu ad certum tempus conceſſo, ac in aliis quibusque temporalibus detentatoribus.vt puta commodatario depoſitario,eiusque generis aliis,ut ſatis ſit ad hanc pœnam ſubeundam,ſi alieno nomine detinens,eius reſtitutionem ſuo tempore obſtinate deneget,ut dicit Roma.in d.l.rem quę nobis.num. 12.Neque in ea quicquam referret,an is cuius nomine detineretur, eſſet eius rei Dominus; cum nihilominus futurus eſſet legitimus actor, vt dicit gloſſ. magna in fin. in lege ſi quis in tantam. C. vnde vi.

103 † Earundemque conſtitutionum verba,ac uirtus æque porrigantur contra hæredes dictorum conductorum, aliorumq; detinentium alieno nomine,qui eius rei conſcii, eam reſtituere renuant,ut dicitur in hac l.conductores.& per Barto.in l.nõ ab re.in fin.de quorum ſcientia recte conſtare debeat, cũ alias eorum ignorãtia ſit regulariter probabilis & ueriſimilis,ex re-
104 gu.in alterius. † Vt nec principales ipſi conductores in hanc pœnam inciderent,ſi admiſſibilem recuſationis cauſam habetent,vt ibidem dicit Barto.& Bald.in l.non ab re.4.not.Rot. in not.deciſ.233.in princip.cuius meminit Felyn. in capitu. inter dilectos.numero 35.de fide inſtrumen.Cagno.in reg neque pignus.num.8.In eademque deciſ. fuit inter dominos dubium excitatum.An ſucceſſores in beneficiis,in hoc ſuccederent loco prædeceſſorum; ut agere poſſint uirtute huius l. conductores.ſi ipſis non reſtituerentur res per prædeceſſores locatæ ad certum tempus nondum lapſum; quod affirmatiuè fuit reſolutum:quia licet regulariter fruſtra agatur cõtra conductores ad reſtitutionem rei,ante lapſa tempora conductionis, ut per Alexand.conſi.90.numero 2.libro 5.tamen cum in beneficialibus,ſucceſſor non teneatur ex facto prædeceſſoris,cenſebitur cõductio vnà cum ipſo obitu beneficiati extincta, ut uelut cõpleto tempore,res ſit ſucceſſori petẽri reſtituenda, nec remorari poſſit ſine incurſu huius pœnæ. Quinimmo & ſi ſucceſſor poſt mortem prædeceſſoris aliquandiu continuaſſet in perceptione eiuſdem penſionis,non ex eo cenſeretur comprobaſſe integram locationem prædeceſſoris, ſed pro eo tantum tempore,quo penſionem recepiſſet:quo lapſo ei omnino competeret agendi ius ad reſtitutionem rei locatæ, qua diutius denegata,ageret ad pœnam huius l.ut ibidem expreſsè dixerunt domini de Rota, licet deciſionem prædictam aliter intellexerit Fely.in d.capit.inter dilectos.magis attendens ad ſummarium ipſius deciſionis, quàm ad eius textum, vt ad oculum legentibus latè patebit.

Quamuis autem dictarum legum cõſtitutiones fuerint editæ ad inſtar l.ſi quis in tantam.vt dixi; non tamen in omnibus ei comparentur,ſed in pleriſque differant,ut dicit ibi gloſi.magna in fin.& inter cætera,in eo etiam dicat differre, quòd ex l. ſi quis in tantam.conſultum ſit contra eos, qui ueram vim intulerint in re propria,ſeu aliena,cum per has conſtitutions ꝓſpiciatur tantum contra tacitam eorum uiolentiam, qui alieno nomine detinentes, poſſeſſionem reſtituere recuſauerint,
105 vnde tacita uiolentia exoriatur,ex † qua non protinus pœna incurratur,ſed uſque ad ſententiam ſit pœnitentiæ locus; quæ tamen non reciperetur in uiolentia uerè commiſſa,ſecundum terminos d.l.ſi quis in tantam.in qua nec purgatio, nec pœnitentia admittantur.glo.fin.d.l.non ab re.C. vnde ui. & ibi Bald. in 3.notab.

De origine.l.fin.C.vnde vi. Cap. XII.

106 DEmum Iuſtinianus (qui regnauit † in annis Domini 526.) inter ſecularium principum conſtitutiones per ſe in proprium codicem receptas, illam etiã adiecit ĩ hac materia poſſeſſoria,& inter ſuas quinquaginta conſtitutiones inſeruit,de qua in l.fin.C.de ui.qua conſulitur uiolentiæ non perſonali,ſed illatæ rei uacanti, in quo differat a l.ſi quis in tantam.eodem titu.quæ perſonalem eiectionem requirit,ut per Barto.in hac l.fin.numero 6. Ideoque hoc
107 poſſeſſorium dicatur,quaſi † anomalum,quod nec propriè ſit adipiſcendæ,nec retinendę, nec reuperandæ; ſed ſit quædam quarta ſpecies quaſi recuperandæ,ut ibidem per Bald. ac interdum comparetur adipiſcendæ.Barto.in hac l.fin. num.11. neq; in hac re uacanti dicatur propriè committi uiolentia, quæ nemini inferatur,ſed quaſi uiolentia.glo.in l.ſequitur.§. item ſi.ff. de vſucap. Alex.in l.Pomponius.§.cum quis.num. 24. ff. de acquirenda poſſeſ.Deci. conſi. 191.col.pen. verſ.3. Ac propterea tanquàm uiolentia a cæteris differens, nec inter alias ſpecies uiolentiæ concluſa,merito egeret proprio, atque opportuno remedio huius l.ut per Corſet. de ſpolio. limit.15. Nam antea poſſeſſio,quę caperetur alienæ rei uacuæ,abſque conſenſu Domini,dicebatur tantum improba,ſed impunis.l. improbam. C.
108 de acquir.poſſeſ. † Cum ex hac l.fin.ſuperaddita ſit pœna contra eos,qui uacantis rei poſſeſſionem dolo fuerint ingreſſi. In eoque ſufficere dolum elicitum ex præſumptionibus, & conjecturis dicit hic Barto.num.15.quo etiã præſumptiuè ceſſante,ceſſat pariter huius l.diſpoſitio,ut ibi Barto.num.2.& 9.Ripa in c.ſæpe.num.67.de reſtitu.ſpolia.Corn.conſi.8.litte.E.lib.j.ac ceſſante dolo ſit locus remedio prius inducto, in l.inuaſor. eo. titu.ut per Roma.in l.rem quæ nobis.num.13.ff.de acquirenda poſſeſ.Bald.in d.l improbam.Ripa in d.capitu.ſæpe. numc. 54. 59. & 65.Aegid.deciſ.36.Biſigne.de reſtitu.ſpolia.deciſ.11. cum prouiſo huius l.velut fundata in præſumptione malæ fidei, cõtraria præſumptione dilabitur.Barto. in l. hac l. in fin. Vtraque autem conſtitutio,videlicet l.inuaſor.& huius l.fin. in eo inter ſe conueniat vt ambo competat tã pro recuperatione rei mobilis,q̃ immobilis,ut dicit Bar.in hac l fin.nu.6.& in l.ſi qs ad ſe fundũ.nu.4. C.ad l.Iul.de ui.Lapus alleg.52.col.j. in fi. Et eſt cõmunis relata per Alex. in d.l.rem quæ nobis col.j. idque fateatur Ripa in d.c.ſæpe.num.55.quamuis ipſe contra ſentiat.

109 † Dolo igit interueniente,dat huius l.fi.condictio,non ſolũ

Source : BIU Cujas

contra occupantem, qui in rei possessione continuauerit, verũ etiam contra eum, qui post possessionem occupatam, illã amiserit, ex quo succedat actio ad interesse, tam passum, ratione iectæ violentiæ, quàm ratione prosecutionis, & recuperationis ipsius rei, vt hic dicit Barto. num. 4. Ripa in d. c. sæpe. num. 64. ex l. si vi me. ff. de vi, & vi arma. Si enim primus occupans rem ipsam vendidisset; quæ diutius bona fide ac titulo possessa, legitimo tempore fuerit præscripta, ad eam restituendam non teneretur præscribens; Ideoque id damnũ resarciri oporteat per primum occupatorem, vt dicit Barto. in hac l. fin. in fi. nisi tamen fuisset negligenter lapsum tempus triginta annorum, quo precludatur omnino ius agendi contra occupatorem, ex hac l. fin. vt in eadem dicitur in fi. Sed si primus vacuam possessionẽ occupans, rem non alienasset, sed eam pro derelicto habitam, alter velut vacuam occupasset, poterit vtique primus possessor contra secundum occupatorem agere, reiecto primo occupatore, qui vellet cum eo concurrere, cum primus possessor non vitiosus, ptæsumptione iuris Dominus censeatur l. bona fides. ff. depos. Ripa in d c. sæpe. num. 66. Quod si primus, & secundus æque occupatores agerent contra tertium occupantem, in eorum concursu res erit restituẽda secundo occupatori, nisi pri-
110 mus de proprio dominio † docuerit. l. j. §. qui vi à me. & l. cum a te. ff. de vi, & vi arma. & ibi Bar. & Alex. post eũ, & idem Bart. in hac l. fi. num. 12. Nam docto de eius dominio, nõ haberetur pro occupatore, quo ad hanc constitutionem attinet, disponẽ tem super occupatione rei alienæ. Neque is primus agens posset aliquod detrimentum afferre secundo, ex aliqua cessione litis, & causæ, ad fauorem illius tertii occupantis, cum nihilominus posset secundus agere hoc iudicio ad ipsius rei restitutionem, reiecta cessione, ad instar eius, quod dicitur in decis. 158. in no. de resignante per tertium spoliato, ac ita decisum in causa Bononiensi refert Crescen. in sua decis. 158. Si verò is tertius causam habuisset ab ipso occupatore, vt non possit dici rei vacuæ inuasor, quam ab alio recepisset, nõ teneretur ex hac l. quæ exposcit rei vacuæ occupationem, vt dicit Ripa in d. c. sępe. nu. 63. licet alii quidam per eum recitati contra sentiant.

111 † Neque in hoc iudicio referret, ꝙ agens fuisset alias eiusdẽ rei occupator, cum & prædoni communicetur effectus huius constitutionis l. fi. vt est ibi communis cum Barto. teste Ripa in d. c. sæpe. nu. 60. cum hæc constitutio fuerit inducta ad instar interdicti vnde vi, quod prædoni etiam competit. c. in litteris. de restitu. spolia. licet quidam in hac constitutione cõtra dixerint, ea potissimum ratione freti, quod cum in ea agatur de occupatione rei alienæ, videatur ad id requirere agẽtis dominium verum, vel præsumptiuum; quod tamen fundamentum non esse recipiendum, latè pateat, ex eo quod mox dixi, huius legis subsidium competere etiam primo occupatori contra secundum æque occupatorem eiusdem rei, quæ fuisset relicta vacãs a primo occupatore, vnde appareat in eo non requiri dominium verum, nec præsumptum.

112 † Cum itaque in alienæ rei occupatione vẽdicet sibi locum hæc lex fi. vt & eius verba, & mens indicant, sciendum sit, rem in hoc semper censeri alienã, ac eius qui fuisset postremus possessor, nisi occupans de proprio dominio in continenti docuerit, vt hic dicit Barto. numero 11. Innocen. in ca. ex parte. de restitu. spolia. Cyn. in l. j. C vnde vi. Luc. de Penn. in l. si coloni. nu. 28. C. de agric. & censi. lib. 11. quamuis enim obiectio dominii regulariter reiiciatur in spolio (vt latè dicã suo loco) recipietur tamen in hoc possessorio, quod sit quasi adipiscẽdæ possessionis, quę fuisset vacans tempore occupationis, vt ibidem dicunt Docto. & Soz. in l. rem quæ nobis. q. 9. col. pen. vers. ad quã obiectionem. ff. de acquiren. poss. In quo quidem possessorio adipiscendæ recipiatur exceptio dominii in continenti probãdi, vt est communis cum Barto. in l. fin. C. de edic. diui Adri. & in l. si de vi. ff. de iudi. & refert Afflict. decis. 14. nu. 4.

113 † Cumque ad effectum huius iudicii requiratur vacuitas possessionis, vtiq; cessabit, si in aliqua eius parte possessio esset plena, vt siue ciuilis sola, siue naturalis obtineretur, huic constitutioni locus non sit, vt dicit gloss. communiter recepta in hac l. fin. licet Barto. secus sentiat, vt etiam referunt Anton. in dicto capitu. sæpe. vbi Ripa num. 56. vt non dicatur propriè vacare possessio, quæ in aliqua eius specie plena reperiretur: Quinimmo si res nullo iure possessionis retineretur: sed de facto, non diceretur vacans ad effectum huius iudicii, vt dicit Fely. in cap. cum Ioannes. num. 27. de fide instrum. tradens exemplum in eo qui esset in possessione causa rei seruandæ. Hæc etenim l. fin. attendit vacuitatem in facto consistentem, non aliquam verã iuris possessionem sicut dicit hic Barto. num. 3 & Ripa in dicto
114 capit. sæpe. num. 55. † Neque etiam vacans censebitur possessio bonorum ecclesię post obitum beneficiati possessoris, cum remaneat continuata in ipsamet ecclesia perpetuo viuente, tãquàm membro ipsius summi Dei sempiterni, vt inquit Specu. de possess. & perito §. j. versic. sed pone vacante eccleſia. Bar. in l. sicut. §. fin. in fin. ff. quod cuiusque vni. quos sequuntur Ange. in hac l. fin. Anton. & Ripa in c. sæpe. num. 57.

115 LIbuit hactenus ex ordine temporum recitare cũctas Imperatorũ sanctiones super hoc possessorio promulgatas (quorum postremus, vt dixi, fuit Iustinianus Imperator) priusquam aggrederer sacros Pontificum canones desuper editos per varios Pontifices, quorum pleriq; vixerint ante ipsum Iustinianum, & quosdam alios Principes prædictos, vti sunt omnes canones Pontificum descriptorum in Decretis 3. q. 3. Nam primus canon est Caii Pontificis, qui vixit in annis Domini. 281. tempore Probi Imperatoris. Secundus verò sit Fabiani Põtificis assumpti tempore Gordiani Imperatoris de anno Domini 247. Tertius fuit Ioannis primi Pontificis electi anno salutis 522. temporibus Iustini Imperatoris immediatè prædecessoris Iustiniani, qui ipsum Ioannem Pontificem ad se venientem venerabundus, ac maximo cũ honore excepit Cõstantinopoli, & demum pluribus muneribus donatum ad Vrbem remisit. Plati. in eius vita. Isque Pontifex fuit author huius canonis reintegranda. de quo tractamus, cum sequen. canon. pariter reintegranda. Quartus in ordine fuisset conditus p Eusebium antecessorem Pontificem, qui fuit temporibus Constãtini primi, & sic diu ante Iustinianum. Adeo vt omnes prædicti canones fuerint multo ante eum editi per varios Pontifices. Quod quidem ideo describendum esse duxi, vt sanè intelligatur, quod communiter dicitur per Doct. in c. sæpe. de restit. spolia. vbi Abb. num. 26. Ripa num. 20. Soz. in l. rem quæ nobis. col. 3. vers. ex quibus. ff. de acquirenda poss. Corne. in consi. 18. in prin. lib. j. huius canonis remedium esse noui iuris, cũ tamẽ
116 nõ videatur ius† nouum, editum post omnes ciuiles constitutiones huius possessorii. Nam post Eusebium latorem, vt dixi, vnius canonis, rei ntegranda. fuerunt quàmplurimæ leges ab Imperatoribus desuper editæ, quas recitauimus, & tempora in his descripta indicant. Alter verò canon, reintegrãda, per Ioãnem Pontificem fuerit compositus ante Iustinianum. Quapropter non dicitur id esse nouum ratione temporis, sed ratione qualitatis nouæ prouisionis vberioris omnib. aliis eatenus introductis, cum huius canonis remedium competat tam contra violentum, quàm non violentum, ac vitiosum, & nõ vitiosum, velut generaliter omnibus communicatum, qui sine iusta causa è possessione ceciderint, nouo quodam, & ab aliis distincto præsidio, quo consultum sit in singulis generibus spolii tã comprehensis, quàm omissis in aliis cõstitutionibus de spolio latis, vt per Alex. in d. l. rem quæ nobis. & consi. 51. in princ. lib. j. & consi. 90. lib. 5. consi. 33. lib. 6. Dec. cons. 440. num. 32. ex quo possit nuncupari nouum, non ex eo, quod post alias Imperatorum constitutiones fuerit editum, & in hanc formam redactũ, vt credidit Corn. consi. 18. litt. F. & consi. 23. col. fin. lib. j. & con-
117 si. 56. litt. T. lib. ij. sed appellatum † nouum tanquàm generalius remedium, & commune omnibus casibus possessoriis, prospiciens insuper in aliis speciebus, in quibus cęteræ constitutiones non prospexissent. Indeque sit, ꝙ eius canonis præsidium sit in
118 iudiciis frequentius, velut & salubrius. † Datur etenim contra colonum, & inquilinum, qui rem locatam restituere renuunt, licet in eo fuisset introductum speciale iudicium. l. si quis condictionis. C. loca. vt mox dixi, & dicit Alexand. in consi. 90. nu. 2. lib. 5. & consi. 33. num. 2. lib. 6. Cum & spoliare dicatur, qui ita restituere abneget. Barto. in l. fin. ff. de preca. Cyn. in l. ij. quæstio. ij. in fin. C. si certum petatur. Idemque seruetur in cæteris detẽtoribus, quibus ex denegatione spolium impingitur. l. si colonus. ff. de vi, & vi arma. l. Pomponius. §. fin. l. si quis rem. eod. tit. vbi dicit Alex. in hoc nihil obesse. l. 3. §. si rem. eodem titu. qui dicat ibi non fuisse expressè denegatam restitutionem, sed tãtum animo, qui ad actum non deuenerit, neque ex affectu, sine effectu subsecuto (vt ipse ait) dicatur spoliatio. Pariter hoc remedium canonis, reintegranda. detur contra violentum spoliatorem, contra quem agi possit, licet desiisset non dolo possidere. Abb. in d. capitu. sæpe. num. 10. de restitu. spolia. in capitu. conquerente. num. 13. eodem titu. in c. ij. num. 5. de ordi. cogni. Ac insuper huius canonis virtus communicetur agenti contra occupatorẽ rei vacantis, relictam ab eo, qui metu pestis, belli, aut famis recessisset, si eum reuersum non admiserit, cum huius canonis iudicium nõ egeat ea allegatione, ꝙ primus possessor ex iniusta causa ceciderit, nisi ex aduerso probaretur illum ex iusta causa cecidisse. Abb. in c. cum ad sedem. num. 28. de restit. spolia. Aeque huius canonis beneficium, sit mutuatum cæteris quibusque actionibus spolii, velut omnibus commune: nam & in successorem vitii competit, quamuis in eo specificè prospiciat. cap. sæpe. de restitu. spolia. Et sic in aliis singulis speciebus ipsius spolii. Ideoque consultius sit de spolio agi, generali: huius canonis subsidio, qđ & breuiores, & leuiores probationes exposcat, ex deductione tantum duorum extremorum, quorũ probatio in hoc sufficiat, & non in aliis possessoriis, vt per Abbas in dicto capitu. sæpe. numero 14. & 26. cum aliis deducendis inter probationes.

119 † Cuius quidem canonis iudicium legitimè agitetur p eum cui

Source : BIU Cujas

cui fuerit denegata ſolita præſtatio iuris incorporei, ex quo diceretur quaſi poſſeſſione ſpoliatus, quamuis ad id pariter competat condictio l.ſi coloni. C.de agric.& cēſi.lib.11.vt ibi Alex. poſt Bar.Et ipſe Bar.in l.2.§.vnde vi.ff.de vi & vi arma. Soc.in l. rem quæ nobis.q.5.verſi.3.ff.de acqui.poſſeſs. Abb.in c.cū eccleſia.nu.37.de cau.poſſ.& propr.Doct.oēs in c.querelam.de elect. & in c.accedens.il 1.vt lit.non conte. Ideoq; is agere poſſit, cui denegetur ſolita præſtatio alimentorum, vt per Faſto. dub.18. niſi talis preſtatio fuiſſet conſtituta in re feudali, aut ſimili, quæ id onus eijciat.Pariſ.conſi.98.nu.15.lib.2.& latè dictum in lib. alimentorum.Nec ſecus futurum in cæteris preſtationibus annuis non ſimpliciter perſonalibus, ſed conſtitutis ratione alicuius rei; eiuſdemque generis ſint etiam penſiones beneficiales pro quibus agi poſſe hoc remedio paſſim concludant.Bald.in l. ſi quis conductionis.2.oppo.C.loca.Abb.in d.c.querelam.3.notab.& conſi.23.num.2.lib.2.Roma.conſi.311.in fin.Dec.conſi. 136.Rot.in antiq.deciſ.xj.& in no.deciſ.4.Aegi.deciſ. 639.Toloſa.deci.59.Gig.in tract.penſio.q.57.& ſeq.Mohed. deciſ.153. Afflic.deciſ.395.qui dicit poſſe ad id conueniri etiam vniuerſitatem ſpoliantem.Ac pro præterita penſione denegata, hoc ca none agatur, licet ſolutio in futurum offerretur ex quo minimè purgaretur ſpolium,præteritæ denegationis. Innoc.in d.c. querelam.num.2.Abb.in d.conſi.23.Biſigne.de reſtit.ſpol.deciſ. 13.Mohed.& Gig.qui ſupra.Verum ſi præſtatio annua nullam rem reſpiceret,ſed tanquam merè perſonalis, ex ſeipſa niteret, quid futurum ſit,Doct.inuicem diſſentiunt, vt quidam negent in eo competere præſidium huius canonis,vti ſunt Bar.in l.2.in fi.ff.quo.bon.Io.And.in c.peruenit. de cenſi. ea ratione freti, ꝙ reſtitutio peti nequeat ſine præuia poſſeſsione,non conſiderāda dempto ſubiecto rei,cui poſſit applicari, nec in præſtatione merè perſonali dicatur quicquam poſſideri,vt per Dec.in conſil.136.col.j. Bal.in l.j.num.2. C.de fideicommiſ.quam opi.dicit Abb.in d.c.peruenit.nu.3.eſſe veriorem inter ciuiliſtas, ſed inter canoniſtas contrarium recipi. Idemq; comprobat Io.And. poſt Spec.de reſtit.ſpol.§.nunc dicamus. num.10.

120 †Alij verò ſint,qui ſecus ſentiant,ea præcipua ratione,quod etiam ceſſante poſſeſſione rei annexa, remaneat nihilominus quidam ſtatus,ad quem peti poſſit reſtitutio ab eo, qui in eo ſtatu permanens fuiſſet ab eius ſtatus quaſi poſſeſſione ſpoliatus. d.c.querelam.vbi Ant.& Abb.3.not.& cæteri mox deducti, cū Fel.in c.conqueſtus.in fi.de fo.compe.Afflict. deciſ.395. num.4. Put.deciſ.30.de reſti.ſpol.Nam & iniuſtè excommunicatus petit ſe reſtitui ad ſtatum priſtinum, reſpectu tantum habito primæui ſtatus.Glo in c.nullus.2.q.2.Afflic. d.deciſ.395.nu.5. licet enim quadam iuris ſubtilitate videretur incongrua reſtitutio, non præcedente alicuius rei poſſeſſione: id tamen ab ęquitate canonica receptum eſt, vt etiā primi ſtatus quaſi poſſeſſio ſuffragetur ad petendam eiuſdem ſtatus reſtitutionem, vt per Gemi.in d.c.nullus.Fel.in d.c.conqueſtus.Abb. in d.c.querelam.& in c.ſicut.de re iudi.Nam & tutor, qui durante tutela nec poſſidet,nec detinet,vt dicit Bar.in l.j.num.20. ff.de acquir.poſſeſ.& ibi laſ.num.42.& 101.nec ſpoliatus reſtitueretur ex eius perſona;tamen ſi finita tutela ſpoliaretur rebus quæ haberet ſub eius cuſtodia,ſit reſtituendus ad eundem ſtatum cuſtodiæ, ratione proprij intereſſe,propter onus reddendi rationem adminiſtrationis,vt per Paul.de Caſt.in l.ſancimus.nemini. nume.3. C.de ſacr.ſan.eccl.& dictum inter dominos in cauſa Vrbeue.caſtrorum coram R.P.D.Seraphino die 20.Iunij 1569.

121 †Quæ quidem antedicta annua præſtatio ſi fuerit per decennium continuata,licet nullo titulo ſuffulta, adhuc qui illam p annum denegaſset,ſpoliare diceretur,ſubiturus propterea hoc iudicium reſtitutorium,vt fuit deciſum in capel. Toloſa. deciſ. 59.Quando autem poſt diuturnam continuationem præſtationis in annuis præſtationibus requiratur aliqua iuſtificatio, ſeu ſaltem allegatio iuſti tituli,ad effectum agendi ad futuram præſtationem,late ponunt Doct.in l.cū de in rem verſo.ff.de vſur. & in l.ſi certis annis.C.de pact.vbi late per Iaſ.& in §.præiudiciales.nu.56.Inſtitu.de actio. Bar.in l.ſolent.§.j.ff.de offi. proconſu. Ale.in l.ſi duo.nu.3.ff.de iu. iurand. & in conſi. 124. col.2.lib.4. Paul.de Caſt.conſi.51.lib.2.Rom.conſi.109.nu.3.Soz.conſi.145. lib.j.Balb.in tract.de præſcrip.2.par.3.par.q.x.& deciſiuè ponam inter probationes huius poſſeſſorii.

122 †Spoliato etiam rebus mobilibus pariter cōmunicatur hoc iudicium,virtute eorum verborum vniuerſalium, reintegranda ſunt omnia,quæ ita prolata cuncta reſpiciat, quæ continentur ſub eo vniuerſali verbo,quod proculdubio referat ad mobilia,& immobilia,ex his quæ dicit Soz.in l.rem quæ nobis.q.5. ff.de acquir.poſs.& alij per ſe relati,cum & poſſeſſorium.l. ſi coloni.C.de agric.& cenſi.ad mobilia pertineat, vt ibi Alex. poſt Bar.Idque remedium ſit ferè ad inſtar huius canonis. Qui licet in ſuis verbis videatur reſpicere ſpoliationem tantum rerum eccleſiæ, tamen fuit ex eadem ratione per interpretationem porrectum eius canonis præſidium ad recuperationem etiam rerum prophanarum, ex communi Doct.opi.in c.ſępe.& in c. cum ad ſedem.de reſtitu.ſpolia.& referunt Bald.in d. l. coloni. in fi.& Alexan.poſt eum in conſi.51.lib.j.conſi.6.num.4. lib.3. & conſi.94.num.13.lib.5.& in l.rem quæ nobis. num.10.& ibi. Soz.q.2.refert Corn.conſi.18.litt.B.& conſi.23.col.fi.lib.1. licet contra ſenſerit in conſi.56.litt.Z.lib.2.

123 †Poſſet & ex hoc canone iudicium agitari ratione ſequeſtrationis commiſſæ per prætenſum iudicem, qui vel eſſet incōpetens,vel aliàs notoriè,iniuſtè,aut nulliter id fieri mandaſset, vt per Anchar.conſi.248.Quamuis enim regulariter hoc iudiciū ceſsare dicatur in ſequeſtro decreto per iudicē, vt in deciſ. 198. Moheda.id tamen nō reciperetur,ſi iudex id fecerit extra clauſtra propriæ iuriſdictionis, aut non ſeruato iuris ordine,aut iniqui iudicis officio fungeretur in adminiſtratione debitæ iuſtitiæ,quæ ſi appareat ceſsare,ex eiſdemmet actis parum differret eius ſpolium à priuato, vt mox dicam.

124 †Quamuis poſt inchoatum hoc iudicium ſuper aliquo beneficio,id renunciauerit agens,ſeu eius iuri ceſserit ad fauorem ſpoliantis:nihilominus poterit in eodem iudicio perſiſtere, cū præſumeretur non ſpontaneè renunciaſſe.c.ſollicite.de reſtitu. ſpolia.Rot.antiq.deciſ.863.in fi.in no.deci.216.Pariſ.conſ.x.nu. 66.lib.j.ſed ceſsaret ſuſpicio non ſpontaneæ renunciationis, ſi priuſquam fuiſset ſpoliatus iam conſtituiſset procuratorem ad renunciandum ad fauorem illius,vt inquit Abb. in d.c. ſollicite.nu.xj. Neq; alias per talem iuris ceſsionem cenſeretur facta ceſsio iudicii poſſeſsorii,ad quod non trahatur renunciatio,niſi id fuerit expreſsum.In quem etiam caſum, ſi in vim pacti, aut iuramenti fuiſset renunciatum poſſeſsorio, cum promiſſione non amplius agendi,id ſeruari oporteat, tanquam ſpecificè petitorium percutiens.Abb.in d.c.ſollicite.in fi.Ale.conſi.93. nu.

125 2.lib.5.Rot.in antiq. deciſ.428.†Poſſet ęque agere de ſpolio beneficij.qui poſt obtentam eius poſſeſſionem (licet cum ſimplici ſupplicatione) eo ſpoliaretur,ex quo ad effectum huius iudicii ſpoliatiui ſatis ſit doceri de colore tituli, qui ex ſola ſupplicatione oriatur,abſque alia litterarum expeditione,quę ad tituli tantum canonizatoriam ſit neceſſaria,vt deciſum refert Caſſad.de reſtitu.ſpolia.deciſ.8.nu.j.In quo tamen ſecus eſſet euenturum virtute bullæ deſuper editæ per felic.record. Iulium III. in qua cautum fuerit cuiuſq; beneficij poſſeſſionem adeptam, litteris non expeditis,ſed cum ſola ſupplicatione cenſeri violē tam,vnde oriatur diſcolor tituli, & per conſequens excluſio ſpolii beneficialis,cuius reſtitutio denegetur abſque colore tituli,vt latè dicam inter exceptiones.

126 Neq; in hoc iudicio agitato virtute huius canonis,reintegrāda,attendatur ad veram, & propriam iuris poſſeſſionem, cum & competat cuilibet ſimplici detentori iecto,vt commodatario, depoſitario,aliisq; nomine alieno rem detinētibus,ex verbis eiuſdem canonis,quæ iectos reſtituant;quod quidem verbum etiam ad detentores referatur:adeo vt tam ex eius verbis, quàm ex mente ipſius canonis,detentores cōtineri dicant Specul.& Io.And.poſt eum in §.j.num.xii.verſic.ſed nunquid depoſitarius.de petito.& poſſeſ.& ſequitur Soz. in l. rem quæ nobis. q.ij.verſi.tertio dubitatur.ff.de acquir. poſſeſ. cumulans plures in hoc rationes,& Luc.de Penn.in l. ſi coloni.numer. 44. C. de agric.& cenſi.lib.xj.Non tamen procederent prædicta in depoſitario & commendatario ſpoliato ab eius authore, ſed ſi ſpolientur à tertio, vt in commendatario ad certum tempus dicit Rot.in antiq.deciſ.j.ne poſſit agere contra commēdantem, qui poſt tempus lapſum poſſeſſionem receperit,& refert Pute. in cauſa Placen.canon.de anno 1549.deciſ.204. lib.3. niſi tamē in his noua cauſa poſſidendi acceſſiſset, vt ibidem dicit Pute. Cum & reſignans in ſola detentatione perſiſtens, agat de ſpolio,ſi à tertio ſpolietur.Rot.in no.deciſ.158.Caſsad.de reſtit.ſpoliat.deciſ.4.Sarnen.in reg.de trienna.q.24.num.8.Creſcent.deciſ.158.in fi. Idemq; futurum ſi per ipſum reſignatarium fuerit ſpoliatus poſt diutinam eius poſſeſsionem.Idem Sarnen.in eadem reg.47.num.6.Sed non idem futurum ſi reſignans ſpoliaretur per reſignatarium, ſeu eius ſucceſsorem poſt reſignationem ſimpliciter factam,ex qua reſignans, velut proprio conſenſu ſpoliatus,non ſit reſtituendus.& per Caſsad. de reſti.ſpol. deciſ.4.de qua Pute.eo.tit.deciſ.4. Secus tamen ſi reſignatio fieret ſub conditione tacita,aut expreſsa,vnde remanerent aliquę reliquiæ primi iuris, ac conſenſus reſignantis ambiguus, vt de conditione expreſsa dicit Pute.in deciſ.14.eo.tit.ponens exemplum in reſignatione facta,reſeruata penſione aliquandiu recepta,ex quo non diceretur renunciaſſe conditioni, ac de tacita cōditione dictum in cauſa Burgen.præſtimo.relata per Achil. deciſ.x.de reſti.ſpol. in eo qui reſignauerit ad fauorē certæ ꝑſonæ,& non aliàs,ex quo reſignans adhuc detineat, cū colore,ex euentuali ſpe reuertendi ad reſignantē, ꝑꝑ aliquā poſſibilē incapacitatē reſignatarij, cuius fauore dūtaxat ſeſe abdicaſſet in expreſſione certæ perſonæ ac ita intellectam prædictam deciſ. Caſſa.dicit ibidē Achil.Ac æquè agit de ſpolio.epiſcopus tranſlatus,ex quo ammittit omne ius, atq; poſſeſſionē beneficiorū quæ obtinebat,ſi in ſua detētatione pſtiterit, vt dicit Mohe.deciſum ī cauſa Cracouien.die 5.Iunij,1538.dē quo ī eius deciſ.15. Nec non & hīs vſufructuarij,ſi à ꝓprietario ſpoliaretur, ſit reſtituendus.

Source : BIU Cujas

tuendus. Glo. in c. licet epiſcopus. de præben. in 6. Pariter & bona fide rem detinens reſtituitur, ſpoliatus ab eo, qui prętextu ciuilis retentæ, crederet ſibi licere naturalem recuperare, virtute l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iuli. de vi, cum talis recuperatio permittatur, tantum ei, qui fuiſſet per vim eiectus. l. 2. §. cum igitur. ff. de vi & vi ar. Ac etiam detinens reſtituatur in caſu relato per Creſcen. deciſ. 158. & in aliis plurimis, ne oſtiatim cuncta exempla quæramus, quæ ſint diuerſi generis. Sed an colono ſpoliato per tertium competat ex ſpoliatiua actio, variè interdum fuit in Rota diſputatum, & nihil deciſum, vt refert Pute in deciſ. 10. lib. j. Non tamen ita ſint detentores reſtituendi, vt ad aliquem gradum poſſeſſionis, quam non haberent, reſtituantur; ſed ad primæuum, eundemque detentationis ſtatum, in quo ante ſpoliationem reperirentur, vt ibidem dicit Specul. in §. j. nu. 12. de peti. & poſſ. & Roma. in d. l. rem quæ nobis. in fi. vbi Soz. q. 2. verſ. ſecundo dubitatur. Caſad. in regu. deciſ. 14. nu. 8. Neque hæc eodem iure cenſerentur in qualibet detentatione, ſed ea tantum veniat reſtituenda, quæ nec habeat iuris reſiſtentiam, aut notorium, non iuris obſtaculum, vt ibidem dicit Caſſa. & Alex. in l. j. num. 65. ff. de acqui. poſſeſ.

127 †Pro reſtitutione autem ſtatus, veræ & propriæ poſſeſſionis, admittitur ad agẽdum quilibet, cuius nomine alter poſſideat, non autem is, qui eius nomine detineat. c. cum veniſſent. de reſtitu. ſpolia. Abb. in c. ex parte. il 2. nu. 5. de reſcrip. vbi Dec. 5. nota. Sed nec is cuius nomine poſſidetur, ageret, niſi etiam cum effectu alter eius vice poſſideret, ex quo nec ſatis eſſet poſſidentẽ id verbo profiteri, niſi prius illum verum poſſeſſorem agnouerit, ſeque eius loco ſubſtituerit, ſiue eius loco ſubſtituerit, ſiue eius poteſtati ſubiectus ſit. l. j. §. per ſeruum. vbi per Docto. ff. de acquir. poſſeſ. cum aliàs ſimpliciter aſſerens ſe alterius nomine poſſidere, illum poſſeſſorem non conſtitueret, non præuio mãdato, aut ratihabitione ſubſecuta. l. ſi ego. ff. de nego. geſt. Alex. in l. quod meo. nu. 4. ff. de acquir. poſ.

128 †Neque etiam cum ratihabitione ſemper poſſet agi de ſpolio, ſi ante eam ita poſſidens alterius nomine fuiſſet ſpoliatus, cum verum eſſet eum tempore ratificationis non poſſidere, nec ratificatiore non adhuc integra retrotrahatur. Rot. in not. deciſ. 150. relata per Ale. d. l. quod meo. per Abb. in d. c. cum veniſſent. nu. 6. Deci. in reg. contractus. num. 20. & in reg. ſemper, nu. 9. & conſi. 247. nu. 5. conſi. 160. in fi. Sarnen. in reg. de anna. q. 49. in fi. cuius tamen contrarium videatur ſentire, Afflic. deciſ. 300. nu. 3. cuius opi. ex eo cõfundatur, quòd ratihabitio nullatenus retrotrahatur, ſi res in eodem ſtatu non permaneret, ſed per aliquod accidens fuerit immutata. l. fin. ff. rem rat. habe. Spe. de obli. & ſolutio. §. j. nu. 31. Ale. conſi. 78. nu. 5. Corn. conſi. 37. lit. l. lib. j. & dicit idem Afflic. deciſ. 335. nu. 11.

129 †Idemque remedium canonis, reintegranda. tributum eſt, etiam contra poſſeſſorem titularem, & cum bona fide, ex communi doctrina Canoniſtarum in c. ſæpe. & c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpolia. quæ paſſim comprobatur per Ale. in l. rem quę nobis. & in conſi. 51. in prin. lib. j. & conſi. 91. col. 2. in fin. in conſi. ſeq. lib. 5. Corn. conſi. 56. lib. 2. Deci. conſi. 136. in fin. Ripa in d. c. ſæpe. nu. 28. cum in hoc iudicio non requiratur vitium poſſidẽtis, ſed ſat ſit primum poſſeſſorem abſque proprio facto è poſſeſſione cecidiſſe. Idque in iudicio ſeruari dicit Deci. conſi. 57. nu. v. docens in hoc communem iudiciorum ordinem obſeruandum. Non obſtante, quòd iuris ciuilis interpretes ſecus ſentiant communiter, vt per Bar. in l. rem quæ nobis. vbi late Soz. q. 4. in fi. ac Bar. ibidem q. 7. dicit agentem de ſpolio contra titularem poſſeſſorem teneri in eius petitione ad inferendam eam clauſulã, quòd aduerſarius poſſideat à ſe clam vel precario: Indeque dicat malam fidem tacitè elici poſſe, eiusque opinionẽ ſequitur Soz. conſi. 166. nu. 15. lib. 2. & conſi. 39. nu. v. lib. 3. Cor. conſi. 23. lit. B. lib. j. Alex. conſi. 118. nu. 6. lib. 2. & conſi. 89. nu. 4. lib. 5. Pariſ. conſi. j. nu. 166. lib. j. Luc. de Pen. in l. ſi coloni. nu. 44. C. de agric. cenſi. Afflic. deciſ. 361. nu. 3. Ac Deci. ſibimet contrarius, conſ. 671. nu. 3. dicens, dolum poſſidentis requiri in hoc iudicio, ſicut dicitur etiam in deciſ. xj. in antiq. Prior tamen opin. vt dixi, in iudiciis recipitur, tamquam fundata iure canonum, qui præcipuè attendendi ſint, vbi tractatur de animarum periculo, quod verſari in hoc remedio dicit Soz. in d. l. rem quæ nobis. q. v. Et ſatius dicam inter probationes.

130 †Succeſſori uniuerſali tribuitur eiuſdem canonis præſidiũ, ſi experiri velit in iudicio ex perſona prædeceſſoris de ſpoliatione ei facta, in cuius locum ſucceſſit. l. j. in fin. ff. de vi, & vi arm. c. ſignificauerunt. de teſtib. Io. An. poſt Spec. de peti. & poſſeſ. nu. 12. ver. quæſtionibus. Creſcen. deciſ. 83. Pute. de reſti. ſpol. deciſ. 8. cum & violenti ſpolii perſecutio, quæ ſit merè perſonalis, ẽt in hæredẽ tranſeat. d. l. j. §. hoc interdictũ. l. 3. in fi. eo. tit. Ac pariter ea actio cedi poſſit, cum & perſonalia cedantur. l. damni. §.

131 ſi is & §. emptor. ff. de damn. infec. regulariterque† cedi poſſint omnia, quæ poſſunt tranſmitti. l. ex pluribus. ff. de admini. tuto. l. quod ſi in diem. §. Iulianus. ff. de peti. hære. Soz. in d. l. rem quę nobis. q. 2. in fi. de acq. poſſeſ. Ripa in c. ſæpe. nu. 25. de reſtit. ſpoli. Si igitur interdictum vnde vi. poteſt cedi, vtique cedi poterit huius canonis indicium, introductum ad inſtar eius interdicti, vt per Bal. conſ. 309. lib. iij. Non obſtante qp Iaſ. in l. j. §. fi. ff. de noui ope. nunci. prædixerit illam regulam de tranſmiſſibili ad ceſſibilem recipiendam eſſe tantum in partem negatiuam, nõ in affirmatiuam, cuius opi. communiter damnetur. verum ſi p aſſertum filium, ſeu eius ſucceſſorem ageretur ſpolio ex perſona patris probanda eſſet in primis allegata filiatio, vt per Iaſ. in l. neque. C. de teſta. quam voluerunt in hoc domini de Rota in cauſa Anagnina caſtri, probari, etiam ex ſola communi reputatione annorum 60. licet fuiſſet probata ex aduerſo illegitimitas, vt refert Pute. deciſ. 2. de reſti. ſpol. ac poſſet aliàs apparenter probari, vt inquit Bar. in l. j. C. quorum bono. & in l. 2. §. fi. C. vbi in rem actio. Ale. conſ. 90. lib. v. Deci. conſ. 6. nu. 56. num. 242. & quo ad iam dicta attinet, dicit Soz. in d. l. rem, quæ. q. ij. de iure verum eſſe huius canonis remedium tranſire in quemcunque etiam ſingulatem ſucceſſorem, ſine expreſſa ceſſione in conſequentiam ipſius rei, ſeu iuris ad rem, eo fundamento fretus, qp hoc iudicium velut competens contra quemlibet poſſidentẽ, poſſit dici perſonale in rem ſcriptam ex l. emptor. & l. poſt con-

132 ditionem. ff. de aqua pluu. arce. l. j. in fi. ff. de interdic. †Cuius generis iudicia, & actiones abſque ceſſione tranſeant in ſingulares ſucceſſores. Bar. in l. ſi tertius. §. ſi quis priuſquam. ff. de aqua pluu. arcen. Iaſ. in l. præter. §. hoc interdictum. ff. de ope. no. nun. de quo tamen dubitet Ripa, in d. c. ſæpe. num. 26. dicens qp & ſi proprietas tranſeat cum ipſa alienatione rei, non propterea trã ſiret iudicia poſſeſſoria velut diſcrepantia à cauſa proprietatis. Neque ex eo, quod ſit actio in rem ſcripta, tranſitũ faciat in ſingularem ſucceſſorem ſuper damnis præteritis, vt ibi latè proſequitur, cuius opinione Ripenſis minime attenta, fuit inhæſum opinioni Bar. & Soz. in locis prædictis per dominos de Rota in cauſa Parmen. 14. Nouembris. 1544. deciſione deſuper facta, qp actio ſpolii eius caſtri tranſiſſet ad filium primogenitum, licet non hæredem, ratione primogenituræ inductæ per patrem, in eo caſtro, vt retulit Pute. in deciſ. 8. de reſtit. ſpolia. aliàs 174. lib. ij. & Moheda. deciſ. 40. Per ſucceſſorem autem in beneficio virtute ſubrogationis in alterius iure, non poteſt agi de ſpolio ex perſona principalis, niſi de eo fieret mẽtio in narratiua, vt alias deciſum in cauſa Camerinen. dicit Pute. deciſ. 331. lib. j. ex deciſ. Aegi. 351. cuius meminit Sarnen. in reg. de trienna. q. xi. nu. xiij. diſtinguens pro concordia deciſionis 64. in not. vt per Mohe. deciſ. 325. Sarnen. in reg. 184. de quo Veral. deciſ. 241. & 344.

133 †Pro ſpolio autem commiſſo tempore ſucceſſoris tunc demum ei hoc remedium dabitur, ſi iam poſſeſſionem fuiſſet adeptus, cum actuali rerum apprehenſione per ſemetipſum facta, ſeu per alium eius nomine ex nota. in l. cum hæredes. ff. de acq. poſſe. Corn. conſi. 18. litt. A. lib. ij. & conſi. 91. litt. D. lib. 4. Quod vſqueadeo verum ſit, vt nec ſi filius eſſet hæres (in quem veluti ſuum, ipſo iure dominium tranſeat l. in ſuis. ff. de libe. & poſth.) agere poſſet hoc iudicio ante adeptam per ſe poſſeſſionem, q̃ facti ſit, nec prius poſſit dici ſpoliatus, quàm eam fuiſſet facto adeptus. nec per conſequens reſtituendus, defectu primi extremi. Bar. in d. l. in ſuis. vbi Iaſ. num. 30. Glo. in d. l. cum hæredes in prin. Bal. in l. j. in fi. C. de appella. Ale. in l. qui vniuerſas. §. per colonum. ff. de acquir. poſſ. Afflic. deciſ. 167. nu. iij. & 325. nu. 3. Pariſ. conſi. j. num. 160. lib. j. & conſi. 41. eo. lib. Vt nec iurium incorporalium quaſi poſſeſſio diceretur vllatenus tranſire in hæredem ſine aliquo actu poſitiuo, ex quo factum inferretur, vt dictũ in dicta cauſa Anagni. refert Achil. in deciſ. 5. & 6. de reſtit. ſpol. Quæ quidem indubiè procedant. ex concludenti ratione reddita per Scæuolã in l. j. §. Scæuola. ff. ſi quis liber eſſe ius. fue. quia hæreditas ex ſe nullatenus poſſideat, neque in hæredẽ tranſeant, niſi ea, quæ ſunt hæreditatis; aut ſi defunctus ignorans, dũ viueret poſſideret alieno corpore, & animo, vtpote ſi poſſeſſio fuiſſet ei quæſita ignoranti per ſeruum, quo viuente talis poſſeſſio defuncti tranſeat in ipſamet hæreditate, vt limitando dictum Scæuolæ, dicit Angel. in l. qui vniuerſas. §. per colonum. verſ. conclude. ff. de acqui. poſſe. quem ibi ſequuntur Roma. Io. & Ale. de Imo. j. not. & comprobauit Rota in cauſa Vrbeue, hę reditatis. Idemque fore dicat Ang. in filio, qui poſſeſſionem patri ignoranti quę ſiuiſſet retentam animo & corpore filii, iuxta nota. per Iaſ. in l. ſi is, qui pro emptore. nu. ij. verſi. quędam. & iij. vt poſt patris obitum, ſi eius ſit hæres, dicatur indubius poſſeſſor ſine alio facto extrinſeco, cum iam retineret, vt in maioribus terminis ibidem dicit Ang. Sed licet, vt dixi, regulariter poſſeſſio in neminem hæredem tranſeat, quo ad ipſum factum; ttã ſiret tamen quo ad iuris effectum extrinſecum in præſcriptione à defuncto inchoata, vt continuetur in hærede etiam ante adeptam poſſeſſionem, vt notant Bar. & Ale. in d. l. cum hære-

134 des. relati per Balb. in tract. p̃ſcrip. iij. par. iij. par. q. j. num. 4. †Quę tamen regula, vt poſſeſſio in hæredem ipſo iure non tranſeat, ſecundum Soz. in d. l. rem quæ nobis. q. 5. in fi. non procederet in loco vbi ſtatutum, ſeu alia conſtitutio diſponeret, poſſeſſionem ipſo iure tranſire, quam ciuiliſſimam appellat, velut ortã à lege, vel ſtatuto. & Iaſ. in l. j. nu. 72. ff. de acq poſſ. Rip. in rub. de cauſa poſſeſ. nu. 24. & de legi. & conſue. j. reſpon. num. 85. Pute.

deciſ.

Source : BIU Cujas

rede continuatam daretur hoc iudicium restitutorium absq; alia corporali apprehensione: nam cum id iudicium animæ fauorem respiciat,latè dicit esse interpretandum,vt etiam porrigatur ad casum huius fictæ possessionis ex nota.in l.j. §.lex Falcidia.ff.ad l.Falc.& in l.Gallus.§.& quid si tantum. Verum postea Soc.id reliquit dubitandum, ac vt plerique dicunt in contrarium sit communis opi.firmata per Bald. in auth. defuncto. q.3.C.ad Tertul.Alex.in d.l.cum hæredes & in d.l.in suis. & cõsil.37.nu.4.lib.1.consi.83.lib.2.Iason.in l.si sorori.col.fin. versi.2.limit.C.de iure delib.vbi Tho.in addi.ad Alex.Rip.in rub.de causa possess.nu.24.Afflic.decis.299.nu.13.Card. cõsil.121.col.pen. Curt Iunior consi.108.num.20.versi.nec obstat.Barb. consi.18. lib.2.Paris.consi.41.num.7.lib 1.& refert Pute. decis. 315. lib.1.
135 & Fab.in decis.29.circa med.de ordin.cognit. cum †ex ea ficta possessione non posset oriri nisi spoliũ æquè fictum, & imaginatiuum, nec ex possessione ita intellectuali sit deducendum spolij iudicium,defectu plenæ probationis primi extremi, nõ fictè,sed concludenter probandi. vt per Alex. consi.139.in fin. lib 6.& consi.187.vers.& quamuis. lib.7. licet enim iudiciũ hoc dicatur fauorabile,vt ait Soc.satis erit ei faueri à iure, ex p̃sumptione specificè in eo inducta, ex sola probatione extremorũ, vnde fingatur medium spolij,quamuis nulla deiectio, vel violentia probaretur,ac possidens conuentus,de suo titulo, & bona fide docuisset, nec propterea talis fauor sit tot præsumptio-
136 nibus, ac fauoribus cumulandus contra iuris † regulam, quæ abhorret concursum multiplicis fictionis. Bart.in l.si quis pro emptore.col.pen.ff.de vsucap.vbi Iaſ.col.fi.Card.in cle. vt circa.q.20. de elect. & in terminis nostris dicit Luc. de Pen. in l.si coloni.nu.23.C.de agric.& censi. lib.11. vt opi. hæc cõmuniter recipiatur,vt etiam dicit Fab.in d.decis.29. licet sit contra Bal, in rub.de cau.possess.& prop.& prob. in c.si tibi absenti. nu.25. de præben.in 6.Fulg.consi.230.Rip.de leg. 1.respon. nu.85. Affirmatiuam tamen sententiam secuti sunt domini de Rota in causa Parmen.17.Febr.1543.vt talis possessio à lege ficta, prosit etiam in hoc remedio recuperandæ:quia licet ficta non operetur effectum ex constituto,ob concursum duplicis fictionis: tamen statutum,siue lex statuit,q̃ nõ obstante duplicitate fictionis,vera possessio transeat ad omnem iuris effectum: duplex enim ibi concurrebat fictio, videlicet, vt possessio transiret in hæreditatem iacentẽ,quæ velut carens animo, & corpore possidere nequeat.l.3. §.sed nulla. ff.si quis liber esse ius. fue. ac ab hæreditate oritur fictus transitus in hęredem; quo tamen non obstante lex,seu statutum desuper statuit,quòd possessio in hæredem transeat sine extrinseco eius facto iure communi requisito ad possessionem adipiscendam,vt refert Pute. in decis.387.
137 lib.j.facta in prædicta causa. † Nec ficta censeretur hæredis, & successoris possessio, quam colonus continuaret pro hærede post possessoris obitum. Sed tanquam vera ipsi hæredi sit omnino in hoc iudicio profutura,vt per Alex.in d.l.qui vniuersas. §.quod per colonum. num.2. ff.de acquir. possess. cum aliis de quibus latè dicam inter probationes.
138 †Poterit interdum agi de spolio ad restitutionem beneficij simoniacè quæsiti, interdum verò non poterit,secundum difformes species simonię. In quo quidem crimine, si ipsemet agens inciderit,indignus fiat omni iuris beneficio, ex tam nefario facinore commisso: Verum si id crimen fuisset se inscio ab alio patratum,si quidem super beneficio vacanti per obitum, non denegabitur ipsi beneficiato, qui vacuam beneficij possessionem fuisset adeptus,huius iudicii remedium, si eo fuerit postea spoliatus,cuius tamen beneficij possessionem per se recuperatam teneretur detecto crimine,renunciare in manibus superioris, velut carens omni colore, & veritate tituli sublati ex labe simoniæ, qua etiam censeretur omni iure priuatus, licet fuisset per alium commissa.Abb.ĩ c.pen.1.& 2.nota.de elec. & in c.nobis.1.nota.de iure patro.Sarnen. in reg. de trienna.q. xij.num.8.sed interim eius vitij ignarus haberet titulum coloratum.Card.in c.nisi cum pridem.de renun.Si talis simonia cõmissa fuerit in prouisione beneficii non vacantis per obitum, sed per resignationem, minimè suffragabitur ipsi beneficiato spoliato beneficium huius canonis, defectum cuiuslibet coloris tituli simoniacæ resignationis, ex qua veluti nulla, nec vllũ ius à se resignans abdicauerit.Inno. in c.cum vniuersorum. de rerum permuta. Rota in antiq.decis.235. Cassad. de renun. de-
139 cis.3.nu.3.Sarnen.qui supra num.9. †Idemq; euenturum, quo ad frustratoriam resignationem in casu aliàs posito in Rota, relato per Crescen.decis.64. In quo quidam supina ignoratione ductus virtute publici instrumenti beneficium resignauerat incongruis verbis cessionis,& donationis inter viuos,reseruato sibi vsufructu beneficij, cuius vigore fuerit de mandato ordinarij coactus ad tradendam possessionem, cuius tandem errore comperto obtinuerit in partibus restitutionem in Rota demum confirmatam, ex eo præsertim, q̃ per tam inanem resignationem,vltra quod nullum prorsus ius transtulerit,nec etiam habuit animum amittendæ possessionis, sed retinendæ, dum vsumfructum sibi reseruaret. l.naturaliter. ff.de acq. poss.

140 †Nam & si legitimè resignasset, reseruatis sibi fructibus, tanq̃ vsufructuarius adhuc diceretur naturaliter possidere. l quisq̃s. C.de donat.glo.in l.3.verb omnino.& ibi.per Alex. ff.de acqu. poss.Iaſ.in d.l.naturaliter.nu.12.eod.tit.Corn.consi.16. litt.B.la 2.lib.2.Alex.consi.14.in fi.lib.j. translata tantũ tantũ ciuili possessione in resignatarium,velut proprietarium. Bar.in l.j. §.interdictum autem.ff.de vi & vi arma.& in l.3. §.vnde vi.eod.tit. & in l.à diuo Pio.§.si super rebus.nu.5.ff.de re iud. Bal.in l.nũc. C.de acq.poss.Inno.in c.Abbate sanè ver.sed oppones. de verb. sign. Abb.in c.olim.il.1. num. 12.de resti.spolia. Rota in antiq. decis.67.& esse communem dicit Iaſ.in d. l. naturaliter. col.4. versi.pro ista opinione. & latissimè discussum in causa Abulẽ. præstimo. coram Puteo, & coram Fabio & demum in causa Sypontinæ præceptorię, in disputationibus super regula de publicandis.

141 † Iudice auctore spoliatus adhuc potest agere de spolio, si vltra duo extrema regulariter in hoc iudicio probanda, ęque nullitatem, vel notoriam iniustitiam probauerit, de quo late Dec.consi. 449. & cęteri de quibus proprio loco dicam, inter probationes huius iudicij, qua auctoritate spoliatus erit æque pariter restituendus,si per iudicem fuisset contra eum processum in contumaciam,quam postea purgauerit.Bal.in l. si quis. §.sed si quis.vltimo nota. C de præscrip. 30. ann. Agitur etiam ex hoc canone, per eum qui prius succubuisset in possessorio retinẽdę,vt inquit Moheda in decis.174.nec in eo iudicio examinati testes probarẽt in hoc possessorio, nisi fuerint repetiti vt ibidem dicit, & pariter dicit Puteus decis. 2. de iudi. & Aug. decis.3.& 254.

142 † Præbendæ legitimus possessor cum capitulari traditione huius canonis remedio vti poterit contra eum,qui rem aliquã sub eius præbenda comprehensam occupauerit, quamuis eius rei particularis actualem possessionem nondum fuisset adeptus,cum non suo nomine ageret,sed nomine præbendæ,quæ rem ipsam tanquam ei annexam possideat: Neque in eo opus sit docere de proprio iure in præbenda,sed satis sit docuisse,illam rem in prębenda contineri,ac præbendam ipsam per agentem possideri. Inquam sententiam inclinasse maiorem partem dominorum de Rota,refert Bisigne.de resti.spol.decis.10. versi. quidam etiam.licet ipse contra senserit ex pluribus, quibus nõ attentis dicit contrarium fuisse diffinitum.

143 † Ex resignatione beneficij,licet resignãs omni prorsus possessione priuetur,remanens in simplici detentione(vt quodam precario iure censeatur pro resignatario possidere) nihilominus si ab alio, quàm à resignatario spolietur, poterit hoc canone experiri, ratione solius detentionis per se retentæ, quamuis proprio facto iuris possessionem amisisset.Inno.in c.super hoc & in c.quod in dubijs.de renuncia.Rot.in no.decis.158. Cassad. de restitu.spolia.decis.4.Sarnen.in reg.de trienna.q.24.nu.8. & latius inter exceptiones congruè disputabitur.Non tamen idẽ futurum,si spoliatus fuerit ab ipsomet resignatario, cui dicatur ex resignatione tributa facultas capiendi possessionem auctoritate propria,ab eoq̃ue dicatur resignans, quasi precario possidere.Ideoq̃ue licet resignatio non operetur ad fauorem tertij spoliantis,operabitur tamen contra eum,à quo precario possideret.l.& habet.l.si precario.ff.de preca.Rot.in antiq.decis.j.Aegid.decis.397.Augu.deci.785.notat Abbas in c.olim.de accusati.Fely. in c.cum dilecta.nu.81.de rescrip.idq̃ue proueniat siue manualitas sit ex ordinatione expressa,siue ex solito,vt dicit Aug.decis. 789.Tanis.decis.111.& seq.Quin potius si ipse monachus per abbatem requisitus, rẽ ipsam ab eo precario receptam restituere abneget,illum spoliare existimaretur.Bar.in l.fi.ff.de preca.Nec secus erit,si aliqua pensio fuisset monacho reseruata, qua posset quandocunque ad nutum abbatis priuari absque aliquo vitio spolij,nisi in ea accessisset confirmatio Apostolica, ex qua ipse monachus euaderet solius Pontificis obediẽtiarius, vt p̃ Abb. in c.nisi essent.in fi.de præben.Rot.d.decis.j.Aegid.d.decis.397. & decisi. 639. Idemq̃ue si monachus per viam denunciationis imploraret officium superioris,in quo audiretur, licet præclusa via spolii.Abb.in d.c.olim.in fi.de accu.Ex quo si monachus ab eius superiore spoliaretur aliquo regulari prioratu,de spolio non ageret,cum non ipse,sed monasterium possideret:nec monasterium agere posset, tanquam non spoliatum, sed possidẽs per superiorum,sicut ibidem dicit Abb.licet Hostien. secus senserit, cuius opinio posset comprobari in vim denunciationis, quæ vt dixi,monacho competat,licet ei via ordinaria pręclude retur:Ac denunciationis via tunc demum ei patebit,si ex odio aut malitia,& sine aliqua legitima causa spoliaretur, vt ibi dicit Abb.ex nota.per Io.And.in c.cum singul. de præb.in nouella. Qui monachus si ꝑpriis alimonijs spoliarẽ, vel è monasterio repelleretur, hoc iudicio restitutorio legitimè agere poterit,

vel si

vel ſi ſpoliaretur cappa, vel alia re quapiam; ſi tamē Abbas abeſſet, vel ſyndicus,qui agere poſſent nomine monaſterij, cuius ſint omnia,quæ poſſidet monachus, vt per Speculat.in titul.de acto.§.j.nume.51.

145 † Canonicus regularis ſi ſpoliaretur ſeculari beneficio ſibi p ordinarium collato, agere poterit ad eius recuperationem ex hoc canone,reintegranda. non obſtante obiectu incapacitatis, quæ non ſit adeo concludens, vt eius contrarium ſit impoſſibile,cum potuiſſet fieri capax præſcriptione, diſpenſatione, aut aliàs.c.cum de beneficio.de præben.in 6.c.cum noſtris.de conceſſio.præben. Fely.in c.de quarta.nume.27.de præſcrip. Rot.in antiq.deciſ.114. relata per Caſſa. in deciſ.4.in fi.de ſequeſt.poſſeſſ.lo.de Selua.in trac.de benefi.q.11.nu.128. Et Staphil.de litt. Apoſt.fol.76.col.1.in paru.Ideoq; vigore eius dubiæ incapacitatis nemo ſit ab hoc iudicio poſſeſſorio repellendus, ſi eius capacitas ſit poſſibilis, cuius cognitio ad iudicium petitorium reij-

146 ciatur,vt ibidem dicunt Docto.† Aeque poterit iudicio huius canonis experiri, qui prius in alio iudicio de ſpolio reus conuentus,per viam exceptionis obijciens,in eo ſuccubuiſſet, etiā ſubſecuta re iudicata,cum excipiens nihil dicatur firmiter petere, nec propterea talis res iudicata contra eum operari poſſit ad impediēdam petitionem reſtitutionis in principali iudicio ſpolii per ſe inchoato,tanquā plurimū vario ab exceptione, in qua ſuccubuerit,nec res iudicata porrigatur ad rem a ſe diſſimilem.Inno.in c.2.in fi.& c.fi.ver.itē ſi aget. de ordi.cog.ubi Hoſt. col.3.ver.ſecus eſt.& Abb.col.fi.ver.ſed primo.

147 †Minor etiam ſine interuētu tutoris,uel curatoris, legitimā perſonam obtineat in iudicio ſpolii,in quo pro maiori reputetur.l.fi.C.qui legi.perſo.glo.in l.j. verb.reformationem.C.ſi de momen.poſſ.& ibi Bal.Alex.in l.ſciendum.nu.36. ff.de ver.obl. Afflic.deciſ.283.nu.4.uerſ.3.Aret. conſi.160.num.9. Guido de Suſa.in tract.de ordi.iudi.num.71.in eoque iudicio læſus poſſet etiam reſtitutionem petere. Non tamen poſſet paſſiuè de ſpolio conueniri ſine auctoritate tutoris vel curatoris,ne prędicta maioritatis fictio inducta fauore minoris agentis retorquatur in eiuſdem odium,contra regu.quod fauore.& in hoc firmant Bar.in d.l.fin.verſ.quæro vtrum.& ibi Bal.nume.6.Cuius ſpolij fauore,licet plures Docto.dicant id ſpeciale recipi, vt poſſit agi ſine mandato,quod dicit Bar.Bal.& Cyn.in l.1.C.ſi per vim.gl. in c.j.de cleri.peregri.Hoſt.de reſti.ſpol.in ſumma,in fin.tamen Rota id non ſequitur,ſed mandato opus eſſe diffiniuit in cauſa Spoletana ſpolii coram Fabio,& ſæpe aliàs, cum perſonæ legitimatio non ſequatur naturam ſummarietatis cauſæ,tanquam non reſpiciens rem,ſed perſonam ipſam,vt per Dec.in l.fin.nu. 47.C.de edic.diui Adri.& ibi cęteri communiter,& Pute.deci. 315.in fi. li.j. Quod & ſi ageretur in cauſa ſpolii ex mandato inſufficienti, eius proceſſus adhuc redderetur nullus, licet aliud adeſſet legitimum mandatum, nondum in actis productum, vt coram ſe deciſum 9 Martii 1550.refert Pute.deci. 295.lib.3. ſed rectè poterit populariter agi,abſq; aliquo mandato,de ſpolio contra abſentem commiſſo,vt dicunt Cyn.Bar. & Bal.in d. l.i.C.ſi per vim. vel alio modo. Ac pariter admitteret decanus pro capitulo ad iudicium ſpolii ſine aliquo mandato, uti deciſum in cauſa Lucen.6.Februarii 1549. refert Pute. in deciſ.208. li.3.ex nota per Fely.in c.edoceri.de reſcrip. Ac mandatum factum ad cauſam petitorii,cenſeretur legitimum in poſſeſſorio velut comprehenſo in petitorio, ut fuit deciſum coram Aug. 16.Iunii 1553.& refert Veral.in deciſ.120.

148 †Licet tamen huius canonis,reintegrāda. beneficium ſit ſaluberrimum,ac fauorabile,uelut animę fauore inductum, eius nihilominus petitio inconſultè in iudicium propoſita, inanis futura ſit.Ideoq; facta per eum qui rem poſſideat cōtra alium, velut ſe iactantem,ac moleſtiam inferētem,nulla erit, cum ita agens tanquam faſſus ſe non poſſeſſorem, cadat ab omni poſſeſſione,quæ ſolo animo amittatur.l.quemadmodū. ff.de acq. poſſ.Inn.in c.cum veniſſet.nu.2.de reſti.in integr. ſed cōſultius ageret poſſeſſorio retinendę,quod pręſupponit poſſeſſorē agētem cupidum manuteneri,& a moleſtiis eximi per iudicem in poſſeſſione propria.

¶De origine.c.ſępe.de reſti. ſpol. Cap. XIIII.

PRoſequendo ex ordine temporum reliqua ſubſidia ſpolii a Summis Pontificibus edita, opportunè ponendū ſit decretū generalis, & celeberrimi Concilii Lateranēſis celebrati ſub Innocen. III. viro quidē doctrina,& moribus inſigni,q fuit in hac Apoſtolica ſede, anno Dñi 1198. in c.

149 †ſępe.de reſt.ſpol.qđ fuit conditū multo poſt canonē c. reintegranda. de quo mox dixi:nec aliud interim ſpolii p̄ſidiū fuiſſet ab aliis editū.Nā cum inter alia ſpecifica ſpolii iudicia p uarios legumlatores eatenus introducta,nullum eſſet qđ egrederetur perſonā ipſiuſmet ſpoliantis,aut mandantis, ſeu ratū habentis (in quibus ſingulis ſpeciebus fuiſſet proſpectum p leges,q̄ violentiam corrigerent in l.cum a te.ff.de ui & ui arm.ubi p Barto. Abb.in c.cū ad ſedē.nu.2.de reſti.ſpol.Soz.in l. rē q̄ nobis. q. 4. in fi.ff.de acq.poſſ.) remiſſo in hoc rigore iuris ciuilis,de quo in d.l.cum a te.hoc decreto primum ſpecificè fuit ꝓſpectum contra ſucceſſores ſcientes vitium ſpolii,ne eorum malitia in eo eſſet impunis,ac ſpoliatus propria medela careret, ut dicit Abb. in hoc c.ſępe.nu.j.& 18.Soz.in l.rem quæ nobis.col.4.dicentes neceſſariam fuiſſe huius canonis cautionem, ut in hoc ſpoliato conſuleretur,nulla tunc actione prodita contra eos, qui ab alio cauſam habuiſſent, cum cętera iuris ciuilis prędidia ueluti perſonalia non excederent perſonas,vt ibi dī per Abb.ac Cyn. in l.ſi nulla.in fi.C.de acq.poſſ.Roma.in d.l.rē quæ nobis. nu.7.

150 Nec dum † etiam ante tempora Innocen. III. fuerat ex interpretatione Doctorum is ſenſus communiter receptus ad canonem reintegranda.vt eius beneficium veluti generale porrigeretur ad quoſcunq; caſus,licet profanos,ac eſſet commune cūctis aliis remediis ſpolii.In quam quidem ſententiā, & opinionem deſcenſum fuerit communiter per Doctores poſt varias, ac multiplices eorum alterationes deſuper habitas: quibus tandem diremptis,ea veritas prævaluit,vt agi poſſit virtute dicti canonis,in quibuſuis caſibus ſpolii,vt in eo ſpecificè iam dixi: indeq; euaſerit non neceſſarium hoc remedium c.ſæpe. quod antea merito neceſſarium videretur:ſeriatim tamen eius canonis tractatus habendus eſt ad uberiorem omnium intellectum,cū excuſſione plurium,quæ ſunt congrua huic iudicio, qđ in pri-

151 mis eos tantum proſequitur,qui ſcirent ſpolii † vitium, nec cōtra ignarum,ac bonæfidei poſſeſſorem tribuatur, vt in eo dicit Abb.num.14.pleraque exempla excitans,ex quibus poſſit elici huius ſcientiæ pręſumptio ad hunc effectum:quæ quidem congruentius recitabuntur in materia probationum. In eoque ſatis ſit,id uitium fuiſſe notum cuique,vel mediato ſucceſſori, licet per mille manus res tranſiiſſet:quod dicit Inno.in hoc c.ſępe.& Abb.num.15.Roma.in l.rem quę nobis.num.7. ff.de acq. poſſeſſio.Petrus de Peru.conſi.509.col.fi.& Mohed. deci. 206. Neque referret,an eius uitii ſcientia fuiſſet habita initio ſucceſſionis,vel ſuperueniſſet poſt bonam fidem cum ignorantia eatenus habitam,cum ſufficiat ſcientiam hanc deduci ab eo tempore,quo primum huc iudicium dirigitur contra poſſidentem cum & ſuperueniens mala fides inducat peccatum,in quo prędipuè verſetur fundamentum huius canonis c. ſępe. vt ibi dicitur per Anto. & Abb.num.13.a quibus aliquatenus diſſenſerit ibi Ripa.num.41. dicens, id ſibi dubium uideri in ſucceſſore ex titulo oneroſo,cui dicat non obeſſe ſuperuenientem ſcientiā, ex quo fuiſſet ab initio uerſatus in bona fide, recipiendo rem non gratuitam,ſed oneroſam:præſertim quod in hoc canone dicatur de eo qui ſcienter acceperit: quod quidem iudicare uidetur,(ut ipſe ait) initium receptionis,ex nota. per gl. in c.quia. de iudi.Bal.in l.j.C.de reuocan.his quę in frau. Veron. conſi.60. Idque inſuper deducat ab abſurdo,dicens, non poſſe aliàs dari perfectum ſtatum ignorantiæ, ad effectum euitandi hoc iudicium,ſed omnino inanis redderetur ſcientia tantopere requiſita,quę ſemper ex poſtfacto ſuccederet, ex publicatione proceſſus,ex quo patefieret, ipſum agentem fuiſſe interdum ſpoliatū,ac ex ea notitia ſpolii inſurgeret malafides ipſius ſucceſſoris,adeo ut ex hoc iudicio cōtra ignorantē inchoato, & ꝓſecuto,ſemper ſucceſsura eſset ſnīa,velut contra ſciētem,ex cauſa publicationis prędictę ante ſnīam in fine iudicii.Quę ſingula eo ſolido fundamento facile diluantur, quod ex ſuperueniē ti ſcientia peccatum oriatur,pariens eundem effectum inducti

152 uum malęfidei,ac ſi ab initio ſciētia interueniſſet, ad inſtar † p ſcriptionis interrumpendę de iure canonico ratione peccati, ex qualibet ſcientia quę ſuperuenerit,de qua per Bar. in l.naturaliter.nu.8.ff.de vſucap. late Balb.in trac.prędcrip.2. par.3.par. q.8.& ſeq.Ac pariter exemplo eius quod dī de mala fide cōiugum,deducenda ex ſcientia impedimenti,vt malam fidem inducat etiam reſpectu prolis,quamuis poſt matrimonium contractum,quandocunq; ante natiuitatem ſuperuenerit. c. quod a nobis.q fi.ſint legi.Abb.& Prępoſ.in c.ex tenore.vlt.not.eo.ti. Anch.conſi.401.in prin.Vñ pateat, ad malā fidē inducendam, nō ſecus operari conſcientiam ſuperuenientem re integra, q̄

153 ſi ab initio interueniſſet. † Non tamen idem eſset, ſi non vera, ac indubia ſcientia aduenisſet, ſed anceps quędam dubitatio, inducens tertium ſtatum inter bonam & malam fidē, de quo in l.ſed ſi lege.§.ſcire.ff.de peti.hæred.qui quidem ſtatus,quamuis ab initio potuiſset operari effectum malefidei ad impedien dum prędcriptionis initium non tamē ſuperueniens poſt eius curſum iam inchoatum,eum interrumpat.Bar.in d.l.naturaliter.nu.9.Fely.in c.fi.nu.14.de prędcri.idque communiter cōclu di dicit Balb.qui ſupra q.2.Et in hoc ſtatu dubitationis verificari poſset opi.Ripen. quæ aliàs non verificaretur in aperta mala fide, non attento titulo oneroſo, ex quo licet inducatur præſumptio bonæ fidei l.pen.C.de prędcrip.long.temp. non tamen tollatur contraria probatio ſcientię,& ſic malę fidei probandę per agentem,etiam in hoc canone contra regularem prędumptionem ignorantię, in ſucceſsore: Neque maior ſit prędumptio ignorantiæ, quę oritur ex titulo oneroſo, quàm quę oritur ex ſucceſſione in locū alterius,ex regu.qui in alterius.vt eorum

Source : BIU Cujas

rum nihil sit quod obsit, quin ex superuenienti scientia suboriatur effectus huius canonis: quod etiam ex eius verbis colligitur,in quibus dicatur, non multum interesse, quo ad animæ periculum, iniustè rem detinere, vel alienum inuadere, Indubiumq; sit,quòd & is iniustè detinere dicatur, cui vitium spolij postea innotuerit. Abb.in d.cap.sæpe.nume.13.versi.in contrarium facit. In quo quidem nec titulus onerosus debeat eum eximere, qui eo cautius sibi non consuluerit, cum fideiussoribus de euictione,etiam in casu possessionis euictæ de stylo;sed quēadmodum dixi, ex superuenienti scientia procedere hoc iudicium,pari etiam ratione dicam, ex superuenienti bona fide ex veritate,vel rationabili credulitate oriri purgationem ipsius vitij, ac cessare beneficium huius canonis, vt hic dicit Abb. nume. 15. & cæteri deducendi inter exceptiones.

154 † Cumq; hæc canonica sanctio d.c.sæpe, fundetur in euitatione peccati,minimè conueniat cuiquam raptori agenti, cuius restitutio diceretur confouere peccatum, nec qui in legem committit,eius prēsidio gaudeat.in l.in causæ.ff.de mino. Abb. in c.sæpe.nume.16. Non tamen idem futurum in alio mala fide possessore,qui non fuerit raptor,vt ibidem dicit Abb.nume.17. quamuis Ripa voluerit hoc remedium communicari etiā raptori,ea ratione fretus,quod & qui scienter rem ab alio raptam detineat,eodemmet peccato sit irretius, idemq; sentiat Barbat. post Abb.in hoc c.sæpe.ex nota.per Inno.in c.Pisanis. de restit. spol. Quod tamen eo moderamine egeat, vt & si rem ab alio per vim raptam detinere,peccatum sit,non tamen inde peccatum oriatur respectu ipsius raptoris,cui restituendo,maius peccatum incurreretur: sed peccatum esset respectu Domini, à quo fuisset res per violentiam rapta: Propterea q; sit eidem restituenda,vt persona remaneat à peccato libera, ac res sine vitio, non restituenda ei, qui rem à domino rapuisset,adeo vt peccatum de quo in hoc canone, non respiciat realem restitutionē, sed eius tantum peccatum,cui res sit restituenda, ac etiam si dominus fuisset raptor pariter iniquum esset ei rem non restitui. Sunt insuper qui dicant hoc remedium competere contra occupatorem rei vacantis,vt Ripa in c.sæpe. nume.53. cuius contrarium firmat hic Inno. ac Abb. num.16. cum iam diu antea fuisset in re vacanti tributum specificum remedium in l.fin. C. vnde vi. Nec qui huius canonis vigore inchoauerit iudiciū contra successorem in vitium possidentem, prohibeteretur agere
355 per interdictum vnde vi, contra principalem spoliatorē, † qui possidere desijsset,vt veluti dolo versatus, esset merito pro possessore in eius odium reputandus. Neque alterius iudicij præoccupatio tollere debeat alterius remedij actionem, ratione eiusdem odij competentem,vt per Abb.in d.c.sæpe.in fin.

De origine cap. Ex litteris. de restitutio. in integ.
Cap. XV.

PEr eundemque Innocentium III. fuit aliud subsidiariū remedium introductum, pro quibusdam spoliatis, qui à cæteris remediis spolij essent aliqua ratione destituti, vt quoties iudici videretur equitati consonum, illis restitutio deberetur, sicuti minori, aut ecclesiæ, & cęteris eius generis, quibus à iure succurri consueuerit per restitutionē in integrū, ad cuius instar etiam in hac restitutione iudex suum officium impartiatur, si spoliato cętera omnia prēsidia deessent. in c. ex
156 † litteris. de restitu. in integr. de quo Abb. in c. cum ad sedē. nu. 24. de restitu. spolia. & in c. accedens. il 1. nu. 19. vt lite non conte. Alex. in c. bonę. nu. 18. de appell. Soz. in consi. 166. nu. 22. lib. 2. & consi. 39. nu. 5. lib. 3. Quod quidem officium prędictis opem ferat, si vel proprio, aut suorū authorum facto seu desidia, è possessione cecidissent, in quibus casibus, cum cesset etiam generale subsidium, canon. reintegranda. vt dicit Abb. in d.c. cum ad sedem. nu. 6. ver. 3. principalis. Soz. in l. rem quę nobis. q. 2. ver. 3. & vlt. Lap. alleg. 52. col. 2. in fi. Paris. consi. 1. nu. 164. lib. 1. alio remedio succurri oportuit. Idemq; officium iudicis, ęquè poterit implorari per excommunicatum ad effectum recuperationis quasi possessionis matrimonij, licet aliàs nullū ei recuperatiuū iudicium spolij regulariter competeret. c. intelleximus. de iudi. Specul. de petito. & possesso. §. fi. num. 3. Anto. & Abb. in c. fi. de ordi. cogni. Ac generaliter idem iudicis officium, omnibus cōmunicetur, quibus consueuit consuli per restitutionem in integrum, si possessionem rerum priuatarum amisissent. c. accedēs. il 1. vt lite non conte. Soz. in d. l. rem quę nobis. q. 2. Alex. consi. 92. col. 2. lib. 5. Ac in incorporeis tale officium implorabitur vnà cum vtili interdicto vnde vi. directo cessante. Abb. in c. cū ecclesia. num. 37. versi. sed contra. de caus. posse. & proprie. An autem hoc iudicis officium claudatur terminis quadriennii ad exemplum restitutionis in integrum, de qua in c. j. eod. tit. late fuit discussum per Soz. in d. q. 2. versic. vnde inferebat. cuius dubii erit congrua disputatio inter exceptiones.

DE SPOLIO

LIBER SECVNDVS.

SVMMARIVM.

1 *Spolij iudicium, est multiplex.*
2 *Clericus interdum conuenitur coram iudice laico super spolio.*
3 *Clericus spolians, si rem laico tradat, agitur contra laicum, coram iudice seculari.*
4 *Laicus conuenitur coram iudice ecclesiastico de spolio rei ecclesiæ.*
5 *Ecclesia habet protectionem bonorum personarum miserabilium.*
6 *Spolium feudale per quem iudicem cognoscatur.*
7 *Libellus in causa spolij concludat omnia in quibus petitur sententia conformanda petitis.*
8 *Libellus in spolio violento continere debet expressionem loci & temporis.*
9 *Iudicium criminale non potest iuuari ex libello violentiæ ciuiliter instituto.*
10 *Libellus in iudicio l. si quis in tantam, requrit expressionem corporis rei, & violentiam personæ.*
11 *Violentia incorporei iuris, quomodo puniatur ex l. si quis in tantam.*
12 *Criminaliter agi potest ex violentia, ciuili iudicio completo.*
13 *Prosecuta in iudicio principaliter attenduntur, non petita.*
14 *Libellus in canone, reintegranda.*
15 *Commissio vim libelli obtinet in summarijs.*
16 *Violentiæ qualitas expressa in libello probanda, nisi adijciatur clausula, Non se astringens. & nu. 22.*
17 *Clausula, non se astringens, in libello, eximit à probatione omnium narratorum, quę tamen interdum non operetur. & nu. 32.*
18 *Clausula, quam & quas, continet omne ius competens agenti.*
19 *Contraria in libello deducta, nocent agenti.*
20 *Contrarietas qualitatis, non inducit qualitatem speciei.*
21 *Libelli declaratio potest quādolibet fieri ante sententiam, ac facta semel, reuocari non potest.*
22 *Loci expresio necessaria in libello spolij.*
23 *Causa expressa in libello spolij, non eget probatione, & nu. 85. & 168.*
24 *Commissio in causa spolij procedit non obstante regula de literis expediendis ante commissionem causę. & nu. 69.*
25 *Spolio obstat titulus, secundum Bar. de iure ciuili.*
26 *Causa exprimenda in spolio iudicis, qui processerit ordine iudiciario.*
27 *Libello si res petatur, dicitur petitorium tantum intētari: sed si petatur restitutio rei, etiam possessorium contineretur. & nu. 30.*
28 *Petitorio suspenso, potest procedi cum eisdem terminis seruatis.*
29 *Conclusio libelli in primis attenditur in causa. & nu. 31.*
30 *Libello si petatur liberè rem restitui, dicitur petitorium tamen deduci.*
31 *Canonicè institutum dicens in libello, petitorium tantum dicitur intentare.*
32 *Conclusio tantùm non attenditur, sed omnia narrata ex clausula, non se astringens, quæ tamen interdum non operatur.*
33 *Pertinere, verbum libello insertum petitoriū, & possessorium contiuet: sed verba, spectare pleno iure, ad petitorium tantum referuntur. & nu. seq.*
34 *Appellationis commissio censetur continere eadem, quæ sententia.*
35 *Petitorium si committatur, poterit de possessorio cognosci, sed non econtra, nisi in commissione petitorij adesset taxatiua dictio.*
36 *Clausula, ad ius & proprietatem redigas, importet etiam petitorium.*
37 *Petitorio mixto poterit super possessorio tantum procedi absque, suspensione expressa, nisi de petitorio constaret.*
38 *Absolutoria peti potest in spolio, si actor in petitorio tantum cumulato obtinuerit. & nu. 44.*
39 *Petitorij suspensio recepta in odium spolij permittitur, etiam si reus id inchoasset.*
40 *Litis contestatio in petitorio non impedit eius suspensionem.*
41 *Confessio contraria spolio, facta per agentem, ei nocet quo ad suspensionem petitorij.*
42 *Petitorij suspensio potest fieri in qualibet parte iudicij.*
43 *Expensę litis reficiuntur ex stilo signaturę in reuocatione suspensionis petitorij.*
44 *Instantię tertiæ conclusio adimit facultatem suspendendi petitorium.*
45 *Cautionis præstatio inserta in commissione possessorij, non habebit locum in iudicio petitorio.*
46 *Petitorij suspensio fit etiam in terminis c. sæpe, de restitu. spol. dicturq; tacitè reuocata ex processa in eo, non obstante protestatione. & nu. 50.*
47 *Absurdum euidens operatur interdum, vt possit iudex cognoscere super petitorio suspenso.*
48 *Attentata ante conclusionem non reuocantur post conclusionem, secus si post conclusionem attentetur,*
49 *Actor & reus differunt quo ad initium inducendæ litis.*
50 *Testium admissio iurisdictionis est.*
51 *Petitorium suspensio non obest tertio.*
52 *Petitorium suspendens, quando sit in expensis condemnandus.*
53 *Feriæ non obstant petitioni suspensionis petitorij.*
54 *Libellus qualis sit in spolio, implorato officio iudicis.*
55 *Interdictum vnde vi, est interdictum directum interdum vtile.*
56 *Possessio clandestina efficitur violenta ex non admissione primi possessoris.*
57 *Cautela probandi violentiam.*

58 Conti-

Source : BIU Cujas

Io. Baptistæ Pontani. De Spolio.

60 *Continuatio, quando præsumitur de præterito in præsens.*
61 *Præsumptio in pluribus casibus æquipollet veritati.*
62 *Interdictum vnde vi, est personale, vt nec probationes in eo obsint successori particulari ignorantia.*
63 *Probationes factæ in iudicio ciuili, quando prosint criminali causæ.*
64 *Petitorij condemnationem etiam concludit probatio violenti spolij.*
65 *Possessio condici potest etiam ex causa violentiæ commissæ in consequentiam dominij, si eius probandi onus agens subire malit.*
66 *Violentiam probari factam ipsi rei non sufficit, sed necesse sit personæ factæ probari in l. si quis in tantam.*
67 *Cautela Roberti.*
68 *Confessio extra iudicialiter facta absente parte, probat cum concordia vnius testis.*
69 *Contractus locationis probat possessionem locantis inter contrahentes, licèt non quo ad tertium.*
70 *Sublocatarius etiam incurrit pœnam l. non ab re, C. vnde vi. non requisita scientia.*
71 *Possessionem vacuam per dolum occupans, incurrit pœnam l. fin. quam non euitat, licèt eam relinquat.*
72 *Dolus saltem præsumptus requiritur ad pœnam l. fi. C. vnde vi. quo cessante, quomodo agendum.*
73 *Violentia aut spoliatio an sit probanda in l. si coloni, C. de agr. & cens.*
74 *Scientiam successionis probare tenetur agens remedio c. sepe. de restit. spol.*
75 *Consanguinitas inducit præsumptionem scientiæ.*
76 *Iuramento debetur aliqua præsumptio scientiæ.*
77 *Officio iudicis poterit dari restitutio possessionis ei, cui competeret restitutio in integrum cessantibus cæteris remedijs.*
78 *Quadriennium ad petendam restitutionem in integrum est probandum lapsum fuisse per eum, qui de eo excipit.*
79 *Canon, reintegranda, varias probationes recipit, iuxta subiectam materiam.*
80 *Probatio plena extremi requiritur in spolio. & nu. seq.*
81 *Probatio primi extremi plena requiritur.*
82 *Fructuum naturalium perceptio probat possessionẽ quo ad primũ extremũ.*
83 *Census receptio, tanquam ciuilis fructus probat possessione inter eosdem, sed non contra tertium.*
84 *Pensio recepta alterius nomine per non habentem mandatum, non constituit: quasi possessionem exigendi regulariter.*
85 *Annua prælatione denegata, agitur spolio sine aliqua tituli probatione, aut causæ in libello expressæ.*
86 *Clausula sine retardatione, in commissione nullitatis pensionis inserta, operatur ne retardetur iudicium desuper commissum.*
87 *Possessio percipiendi probatur ex solutione pensionis per alium facta sine mandato.*
88 *Instrumentum locationis cum perceptione pensionis, probat possessionem inter eosdem, ac titulum ad effectum prescriptionis.*
89 *Fides de pretio habita in venditione facta super ipsa re probat possessionis traditionem.*
90 *Fides de pretio non dicitur habita in venditione facta per fiscum, vel ad subhastationem.*
91 *Instrumentum antiquum emptionis probat possessionem.*
92 *Instrumentum antiquum venditionis probat possessionem.*
93 *Extremum secundum, minori probatione eget, quam primum. & 185.*
94 *Canon reintegranda, solam detentationem requirit.*
95 *Antiquitas operatur vt fama probet primum extremum spolij.*
96 *Antiquitas operatur vt testes inter alios ac de auditu probent, sed non in spolio. & nu. 151.*
97 *Antiqua probantur ex verbis enunciatiuis.*
98 *Extremum primum probatur per testes singulares in tempore & qualitate fructuum.*
99 *Citationis defectus non nocet in testibus examinatis ad perpetuam memoriam in spolio facto è longinquo.*
100 *Extremum primum non probat vnitus testis.*
101 *Continuationis discordia inter testes de possessione, non impedit probationẽ primi extremi.*
102 *Remissoria arbitrio iudicis conceditur etiam in spolio.*
103 *Ciuilis possessio transfertur ex retẽtione vsus fructus vel iuris emphyteu. facta per possidentem ciuiliter & naturaliter.*
104 *Resignans cum reseruatione fructuum retinet naturalem, quæ etiam prodest in reg. de publicandis.*
105 *Possessio iam recepta, ex causa præcedentis tituli quæsita præsumitur.*
106 *Extremum primum deducitur ex probatione possessionis momentaneæ.*
107 *Cõsuetudine põt introduci modus quærendi possessionẽ alio non possidenti.*
108 *Consuetudo non attendenda si postremò fuerit contra iudicatum.*
109 *Detentor colonus efficitur possessor, si post obitum locatoris constituat se possidere rem vocantem nomine alterius.*
Constitutum factum per possidentem transfert possessionem.
110 *Antiquitas ex se vim etiam habet constituti, ac probat possessionem.*
111 *Constitutum de consuetudine Notariorum apponi solitum, habetur pro apposito.*
112 *Absens non querit ius constituti ante ratificationem.*
113 *Causa nulla non impedit translationem possessionis, sed dominij.*
114 *Constitutum in inuestitura abusiua feudi transfert possessionem.*
115 *Extremum primum recipit iuramentum in supplementum vnius testis concludentis.*
116 *Fructus colligi ac possideri quotupliciter dicuntur familiaritatis iure.*
117 *Possessio rei dotalis non probatur vxoris per obitum mariti sine apprehensione.*
118 *Heres ex sola aditione non fit possessor regulariter.*
119 *Castri possessio si continuetur in heredem ex aliqua constitutione, non tamẽ continuaretur merum vel mixtum imperium.*
120 *Feudi possessio non continuatur in hæredem sine apprehensione, non obstante statuto, quòd possessio in heredem continuetur. & nu. 178.*
121 *Alluuione fluminis auctũ, dicitur possideri vnà cũ fundo; secus in insula.*
122 *Inundatio secuta quo casu adimat possessionem.*
123 *Claues rei præsentis si tradantur, dicitur etiam tradi eius rei vacantis possessio.*
124 *Colonus quomodo retineat possessionem pro domino.*
125 *Castri possessio non quæritur, si alter per vasallos reciperetur.*
126 *Colono electo amittitur possessio, vel si recusset soluere.*
127 *Possessio hæredi quæsita censetur, si colonus defuncti pro hærede cõtinuet.*
128 *Mandatum subsequens inducit ratificationem possessionis per alium captæ.*
129 *Communitas non quærit possessionem absque vniuersali consilio, nisi cum actu diuturno, ex quo quærit possessionem etiam quo ad pœnam.*
130 *Impeditus immitti in possessionem habens iudicis mandatum, habetur pro possessore.*
131 *Possessio incertę partis non dicitur quæsita.*
132 *Bannitus non amittit ciuilem possessionem animo retentam, licèt diu ad fundum non accesserit. & lib. 3. num. 28.*
133 *Commendi bona si dismembrentur ratione prepositurę nouiter erectę, dicitur eorum possessio continuari ex prouisione prepositurę.*
134 *Possessio continuata presumitur regulariter de præterito in futurum, nisi pro forma requiratur possessio tempore obitus.*
135 *Continuatio non præsumitur nisi probetur, quando requiritur de tempore mortis alicuius.*
136 *Conditio, quæ inest de iure non suspenditur possessionem ita tributam.*
137 *Beneficialis spolij iudicium requirit colorem tituli.*
138 *Colore tituli non eget qui agit de spolio pensionis.*
139 *Authoritas superioris colorat titulum, licèt fiat irrita.*
140 *Antiqua collatio vltra annos quinquaginta inducit colorem tituli sine alia recognitione.*
141 *Canonizatoria eget literarum expeditione, non requisita ad spolium.*
142 *Color tituli deducitur ex transumptu supplicationis.*
143 *Acceptationis vim operatur capta possessio, quò ad colorem tituli, in expectatiua.*
144 *Color tituli deducitur ex narratiua reseruationis pensionis pro resignatione.*
145 *Collatio facta ex causa priuationis alterius, non tribuit colorem, non constito de priuatione.*
146 *Impetratio certo modo facta ab ordinario inducit colorem tituli, licèt non verificato modo, de quo creditur ordinario in possessorio.*
147 *Color tituli deducitur etiam ex gratia subreptitia.*
148 *Articuli inducerent confessionem ad effectum coloris tituli, licèt respicerent petitorium.*
149 *Capitulo non obest confessio facta per particulares.*
150 *Antiquitas inducit veritatis præsumptionem.*
151 *Dispensationis allegatio decennalis inducit colorem tituli in execrabili.*
152 *Color tituli ex decennali deductus, recipit contrariam probationem.*
153 *Color tituli inducitur si allegetur instrus non plenè probatus.*
154 *Color tituli potest per iudicem perquiri ex officio.*
155 *Publicatio testium in spolio non obstat, in articulis postea datis in petitorio.*
156 *Canonicatus possessio eget capitulari traditione, & lib. 3. nu. 57.*
157 *Præbendæ possessio annexis porrigitur.*
158 *Spolium beneficii annexi requirit probationem connexitatis.*
159 *Possessionem non amittit, per se, vel per alium retentam, dubitans se posse repelli.*
160 *Bonæ fidei possessor dici non potest in mixtis, qui omni colore careat.*
161 *Matrimonium clandestinum non restituitur in spolio.*
162 *Quasi possessio dicitur incorporalium, quæ non dicantur verè possideri, sed quasi: nec eorum dicitur spolium, sed quasi, restituendũ ad statũ pristinũ.*
163 *Incorporalium iurium distinctio.*
164 *Annua præstatio decennalis colorem tribuit, vt sit in spolio restituibilis.*
165 *Annua solutio decennalis caret colore, si non fuerit vniformis, aut semel facta pro omnibus.*
166 *Capones qui annuatim dederit, non obligatur.*
167 *Mementorum spolium etiã in re feudali recipit restitutionẽ ad eundẽ statũ.*
168 *Agens de spolio si in allegatione longæuę quasi possessionis causam adiecerit illam probare non tenetur, quæ petitorium respiciat.*
169 *Ignorantia iuris socii prodest alteri, vt in re communi non constituatur securitas, nec eius quasi possessio.*
170 *Præscriptio antiquissima etiam in incorporeis non eget probatione patiẽtiæ.*
171 *Hospitii ius, & eius generis alia, quæ concedi solent ex amicitia, non quæritur per mille annos.*
172 *Colore tituli quando egeat iudicium spolii decennalis.*
173 *Institutio ordinarii facta de præsentatione facta per procuratorem assertũ, non inducit quasi possessionem præsentandi, nisi constaret de mandato.*
174 *Iurisdictionis quasi possessio est indiuidua, vt in una specie ꝓbata ꝓsit oĩbus.*
175 *Communem iurisdictionem possidens alter ex sociis, dicitur etiam pro alio possidere.*
176 *Iurisdictionis antiquissimę quasi possessio probari põt ex fidelitate iurata.*

177 *Au-*

Source : BIU Cujas

177 *Auctoritas ingressus possessionis non probat possessionem feudi ex inuestitura abusiua.*

178 *Adipiscendę possessorium recipit probationem possessionis feudi ex eius inuestitura, licèt secus in spolio.*

179 *Beneficium conferri potest non clerico, qui diu fuerit pro tali reputatus.*

180 *Possessio hominis liberi non quæritur sine titulo, tanquam habens iuris resistentiam.*

181 *Attestatum spolium non eget colore tituli, etiam in beneficialibus.*

182 *Spolium si prætendatur ortũ habuisse ex facto iudicis, quæ ratio sit habẽda.*

183 *Iudex si extraiudicialiter spoliat, potest contra eum de spolio agi tanquam contra priuatum.*

184 *Dominij exceptio statim probandi obstat in spolio iudicis.*

185 *Mandans spolium tenetur, non possidens.*

186 *Doli probatione specifica in extremo deducendo opus non est, si contra etiã ageretur de spolio qui possidere desijsset, cuius par sit ratio cũ possidẽte.*

187 *Continuatio presumitur ex preterito in præsens ad fauorem affirmantis se possidere, sed non in odium negantis.*

De iudicio spolij, & foro competenti. Cap. I.

1 VM itaque tot varia, & inuicem dissimilia sint spolij subsidia, diuersisque temporibus introducta, secundum varias causas & qualitates, singulaq; habeant proprios & distinctos termi nos superius iam recitatos; nimirum sit, si his confusim in iudicium deductis, plerunque in eorum cognitione laboretur, & interdum æquiuocetur, cum indistincte proposita reprobum, & incongruum præbeant intellectum, qui apertissimus sit futurus, si cuique remedio spolij iudicia propria distinctim applicentur. Igitur post singulas actiones spolij superius latè relatas, subsecutiuè proponenda sunt earum iudicia, sine quibus actiones ipsæ inanes redderentur. Ideoque ad plenam horum cognitionem, ex ordine sint deducendæ omnes præcipuæ iudiciorum partes, quę constãt ex libello, probationibus, exceptionibus, sententiis, appellationibus, & executionibus, de quibus singulis seiunctim tractandum sit, vt cuncta, quæ specicè ad hęc iudicia pertinent, dilucida reddantur, ac nihil reliquum sit, quod ad eorũ necessariam cognitionem desideretur.

Ac ad eorundem iudiciorum veram notitiam, quędam præmittenda sint de competentia iudicis, cum receptum sit priui-
2 legio spolij, vt interdum etiam iudicis laici legitima sit †cognitio, & iurisdictio contra clericum spoliantem: si tamen prius charitatiuè & euangelicè ab eius prælato monitus, spoliũ purgare contempsisset. c. perimus. 11. q. 1. c. quidam monaci. 17. q. 1. Idemque euenturum, si à Rectore Prouincię extraiudicialiter requisitus, possessionem à se occupatam primo possessori non restitueret, vt ibidẽ dicitur: Quinimmo & Senator Romæ sit iudex competens contra clericum violentum spoliatorem laici,
3 vt in lib. 2. statutorum Rom. cap. 132. in fi. ac in cunctis casibus, in quibus recurri consueuerit ad iudicem secularem ex negligentia, seu impotentia proprij iudicis ecclesiastici, qui plenè non tantur per Lucam de Pen. in l. si coloni. col. fin. & nu. 39. C. de agric. & censi. lib. 9.) Iudex secularis erit etiam in hoc iudicio cõpetens ꝺ clericum. † Pariformiter, si spolio per clericum patrato, res ad manus laicales deuenerit, poterit corã iudice laico iudicium agitari, nulla habita ratione clericatus primi spoliantis, cum in hoc restitutorio iudicio, non in personam, sed in rẽ actio dirigatur, ut in persona clerici non possidentis, nequeat in hoc clericale priuilegium operari, ex nota. per Cyn. in auth. quas actiones. C. de sacrosã. eccl. vbi per Ias. nu. 41. vt si clericus spolians non teneretur statuto specificè edito ꝺ spoliãtes: ei tñ subijceretur laicus, qui a clerico possessionis causam habuisset,
4 sicut etiam dicit Pet. de Perus. in subscriptione ad consilia Bal. consi. 277. † Et econuerso, quicũque laici regulariter nõ cõueniendi coram ecclesiastico iudice, sed coram proprio seculari. c. si clericus. c. cum sit generale. de fo. compet. Poterit conueniri coram ecclesiastico ratione spolij rei ecclesiasticę, ex quo cũ cuadat sacrilegus, foro ecclesiæ subijciatur. glo. singularis in c. pen. quod met. cau. Inno. in d. c. cũ sit. vbi ꝑ Soc. in 7. fallẽt. & in cõsi. 18. nu. 32. li. j. Abb. in c. exposita. j. oppositi. de arbit. dicens tñ id verũ, si notoriè ꝓstaret rẽ ita inuasam esse de bonis ecclesiæ, non tñ idem fore, si id redderetur dubiũ ex aliqua negatione agentis noĩe ecclesiæ. Nã eo casu suamet cõfessione conuictus, cogeretur corã iudice rei cõuenti actionẽ dirigere, nisi aliunde doceretur speciali aliquo iure eã cognitionẽ ad ecclesiasticum iudicẽ pertinere ex no. per Soc. in l. rẽ quæ nobis. q. 3. ff. de
5 acq. pos. † Si verò ageret de spolio, licet rerũ profanarũ ptinentium tñ ad psonas miserabiles, quæ (licet laicales sint, sub protectione ecclię ꝑmaneãt. c. significãtibus. de off. ord. c. ex parte. de fo. cõpe. & 88. dist. per totã) ab ipsius ecclesię iudice sint fouendæ, & in proprio eorũ iure restituẽdę. Abb. in c. causam. 2. nota. qui fil. sint legi. & ĩ c. super quibusdã. de verb. sig. cũ & clericus agens contra laicũ sup restitutione in integrũ possit eum corã ecclesiastico iudice cõuenire. Inno. in c. cũ sit. in fi. de for. cõpe. Rom. sing. 112. An aũt si in causa spolij corã iudice laico introducta super tẽporalibus inciderit q̃stio spiritualitatis, vtpote matrimonij, necessario annexa iudicio principali, possit de ea cognosci corã eodẽ iudice seculari; variè admodum fuit vtrinq; inter Doct. altercatũ, vtra pars sit de iure verior, & communior: nã & in Cõcilio Neapolitano post magnũ conflictũ doctissimorũ virorũ, fuit tandẽ concluſum, laicũ esse iudicẽ cõ petentẽ, quãuis principaliter ageret super spolio beneficiali, vt latè refert Afflic. decis. 24. in quo vĩ cõcordare apos. ad decis. Tolo. 470. cũ spiritualis causa, quo ad spolij iudiciũ habeat pro tẽporali, vti decisum dixit Guido Papæ in sua decis. 1. & 85. cuius meminit Ripa in rub. extra de iud. nu. 90. asserẽs talẽ esse cõem Doct. opi. quã deducit, sed nõ idẽ fore dicit, si ageret possessorio adipiscendæ: Attamẽ alii sint, q in cõtrariũ dicãt esse cõem opi. vt Dec. in c. 2. nu. 24. de iudi. Ale. in l. Titia. nu. 6. ff. solu. mat. & ibi Roma. nu. 5. cũ nec iudex laicus sit cõpetẽs in cã mixta tẽporali, & spirituali. c. tuã. de ordi. cogni. c. lator. q fil. sint legi. Ac demum cũ isthęc quæstio incidisset in causa matri. corã Puteo per eundẽ proposita sub die 30. Octob. 1542. in partẽ negatiuã, fuit concluſa, vt iudex laicus cognoscere non posset de spirituali cã incidenti, vt ipsemet refert in decis. 315. lib. j. & Fabius decis. 23. de ordi. cogni. Quinimmo in alia cã Collecten. matri. à Fabio proposita 6. Nouemb. eiusdem anni, vt refert Pute. in decis. 319. lib. 1. dixerũt DD. q̃ licet ꝓbaret ab immemorabili tẽpore, seruatũ iudicẽ laicũ cognoscere de cã spirituali, aut mixta, adhuc eã immemorabilitatẽ nõ esse profuturã, stante inhabilitate possessoris, vt ꝑ Card. cõsi. 57. & 87. Soz cons. 260. col. fi. lib. 2. Fely. in c. debito. de testi. cũ nec vlla consuetudine induci possit, vt Rex hẽat iurisdictionẽ cognitiuã inter clericos. Bisgne. de iudi. decis. xj. nisi saltem concurrente fama publica priuilegii, vt dictũ fuit in eadẽ cã, cũ nec pariter ꝑ gñalẽ cõstitutionẽ id tribui posset iudici laico, q̃ id statuẽs esset irrationabilis, vt latè Rom. cõsi. 299. col. 2. versi. ꝑmissis. Attendendũ sit pariter quo ad iudiciũ spolij attinet, q̃ licet petitoriũ cumularet, seu seꝑatim de eo ageret, non tñ cognitio eius petitorij, ac possessorii esset diuersis iudicib. demandanda, sed eidemmet. q vtrũq; iudiciũ diffiniret, ne aliàs cãrũ cõtinentiæ ad earũ cõfusionẽ diuiderent. c. nulli de iud. c. tuã. de ordi. cogni. c. j. de caus. possess. Cy. in l. j. oppositi. C. vbi caus. stat. Abb. in c. j. nu. xiij. de sequest. possess. Verũ si cuiquã iudici taxatiuè delegaret ꝑprietatis cã, nõ posset iisdem iudex quoquo mõ sup possessione cognoscere, sed iudiciorũ cognitio esset seꝑanda. gl. in l. pen. C. si à nõ cõpet. iud. quam ibi sequitur Bar. cum iurisdictio ad proprietatem tantum coarctata non possit eius fines egredi.

6 † Quòd si seruus, q seipsum in libertatẽ vẽdicauerit, suimet spoliũ faciẽdo, in aliã ꝓuinciã migrauerit, in eadẽ corã eius loci iudicib. erit cõueniẽdus, quorũ in primis ea erit cognitio, an seruus diutius fuerit in possessione ꝓtensæ libertatis, cuius rei veritate cõperta, demũ sit de integra cã spoliationis plene cognitu rus index, velut cõpetẽs ꝓtra eũ, q existẽs in finibus suę iurisdictionis, esset in longęua quasi possessione suę libertatis. Cy. in l. j. nu. x. C. si de cau. stat. Luc. de Penn. in l. si coloni. q. 4. C. de agric. & cẽs. lib. xj. si aũt illũ repererit, vel in nulla quasi possessione libertatis, vel de recenti, remittat eũ ad iudicẽ loci, vũ aufugisset. l. de iure. ff. de munici. & dicit Cy. in d. l. j. cũ is sit eius ꝓprius iudex, ẽt futurus, quoties de petitorio ageret, vt ibidem ꝑ Docto. Quis aũt sit iudex cõpetẽs sup possessorio rei feudalis, ponunt Doct. in c. ceterũ vbi ꝑ Abb. & Fely. nu. 23. de iudi. Quorũ dicta nõ trãscribã, & hęc pauca de iudice ꝓlibata sufficiãt, vt nũc ex ordine spolii iudicialia aggrediamur, cuius prima pars, cũ sit libellus, seu cãe cõmissio, in primis ẽt eius cognitio subiiciẽda sit.

De libello spolii violenti. Cap. II.

7 COram iudide igit cõpetẽti sumẽdum sit huius iudicii spoliatiui initiũ à porrectione libelli, in quo oĩa ꝓtẽsa ꝑ actorẽ cõcludẽter ꝓstringant, cũ regulariter ad ipsum libellũ cũcta referant, q̃ deinceps in rectũ iudiciũ sunt deducẽda, ex cuius tenore formãda sit ẽt sñia, q̃ ex se ipsa egredi nequeat fines primę petitionis. gl. in c. cũ dilectus. de ordin. cogni. in ver. restitutio. late Fel. in c. licet heli. de simo. Rota in no. decis. 353. & in termi. spolii dicit Lap. alleg. 52. (nisi tñ versaremur in casib. exceptis inferius recitãdis, sed cũ plurima fuerint à iure introducta remedia spolii inter se plurimũ distincta, opus sit nosse sub qua forma, q̃busve cautelis singula eius remedia in iudiciũ deducant, seu gñaliter oĩa, vnica tantũ petitione cumulent. Agit. n. interdũ de spolio simplici, idq; diuersimode, & interdũ de violento pariter hẽnte diuersas ꝓsecutiones, directas q̃nq; ad ipsammet rẽ, q̃nq; ad pęnã cõsistẽtẽ extra rẽ, vt sicuti singula spolii iudicia in eorũ effectu, ac executione inter se differunt, æq̃ differãt in ipsa prima iudiciali petitione, q̃ ꝓpea distinctim sit applicanda cuilibet iudicio spolii, ne cõfusim deducta ꝑagẽtẽ, ei afferrent succũbẽtiæ detrimẽtũ; qd facile aduẽturũ sit, nisi fieret cõgrua petitio ipsi remedio intẽtato, cũ in alio tãtũ incaute agẽs, succumbe-

Source : BIU Cujas

cumberet: q̃uis in alio non ꝓpoſito plenè ꝓbaſſet, vt latè dicit Lap. in d. alleg. 52. niſi tñ poſt id remediũ ſimplr intentatũ opportunas adhiberet cautiões cuilibet iudicio applicabiles, quas inferius ſuo loco recitabimus, cũ latiſſima declaratione ſingulorũ verborũ, ex qb⁹ inferaꝫ petitio poſſeſſoria tñ, vl mixta cũ petitorio, quove pacto petitorij ſuſpẽſio fiat cũ ei⁹ plenario effectu. † Inchoandũ eſt itaq; ex ordine iã ꝓpoſito à libello eius violenti ſpolij, quod & antiquius ſit, & magis abhorrens ab hominũ natura: In quo vltra expreſſionẽ ipſius violẽtiæ requiriꝫ etiã expreſſio loci, ac tẽporis patrati ſpolii, quæ quidẽ ſint neceſſario ꝓbanda in ſpolio violẽto, in quo incurraꝫ infamia, ad quã infligẽdã loci, ac tẽporis adiectione, ac ꝓbatione opus ſit. l. prętor edixit. vbi Bar. ff. de iniur. in l. neq; ff. de vi & vi arma. Nã violẽtia crimẽ hẽt admixtũ, in quo tẽpus & locus deducẽdi ſint ad concludentẽ eius probationẽ. Inno. in c. quaſr, & qñ. de accuſa. Abb. in c. cũ ad ſedẽ. nu. 17. de reſt. ſpol. Soc. in l. rẽ q̃ nobis. q. 6. verſ. dubiraꝫ. ff. de acq. poſſ. Rom. cõſi. 191. col. j. Ac inſuper in eo libello modus cõmiſſę violẽtię ſit exprimẽdus, ac in ꝓſecutione eius iudicij latè ꝓbandus. Rota in no. 437. & 439. Lap. d. alleg. 52. & 127. & ſpecificè ſit liquidãda res ipſa ꝑ violẽtiam inuaſa, ſi immobilis ſit, licet ſpecificatio in mobilib⁹ nõ ſit neceſſaria, ſed ſat ſit in actis rẽ fuiſſe probatã ſuccedẽte ſpecificatione cũ ſacto agẽtis, ex latè not. ꝑ Laſ. in l. ſi qñ. C. vnde vi. Rot. in antiq. deciſ. 409. & in no. 157. Quæ oĩa in hoc libello req̃ſita, erunt æquè adhibẽda tã cõtra ipſum violentũ ſpoliatorẽ, q̃ cõtra mandantẽ, aut ratũ habentẽ. c. cũ ad ſedẽ. & ibi Abb. nu. 10. de reſt. ſpo. Spec. eo. ti. in prin. & ver. porrò. Luc. de Penn. l. ſi coloni. nu. 31. C. de agr. & cẽſ. li. xj. q̃uis dãna, & cętera ſpolii ſubſecutiua, ẽt nõ expſſã tacitè petita cẽſerenꝫ, vt ibidẽ ꝑ Abb. & Spe.

9 †Nec tñ hic libellus violẽtię, & ſi rectè in iudiciũ ciuiliter ꝓpoſit⁹, qcq̃ ſit ꝓfutur⁹ in cã criminali, ad effectũ vt virtute eiuſdẽ libelli poſſet ẽt criminaliter ꝓcedi, cũ nec plenę ꝓbationes factę in cã ciuili proficerẽt in criminali. l. 2. §. 1. ff. vi bo. rap. vbi Bar. & in l. ſi quis ad ſe fundũ. ver. j. quęro. C. ad l. Iul. de vi. Nec è contrario ex iudicio violentiæ criminaliter intẽtato, & cõcluſiuè probato, poſſet de iure ꝓnunciari ſup reſtitutione rei, ad q̃ non fuiſſet id iudicium ſpecificè directũ, quod tantũ pœnã reſpiceret: quo tñ caſu poſſet iudex ex quadã eius æqtate ꝓpriũ officium impartiri in reſtitutione ipſius rei, vt inquit Bar. in d. l. ſi quis ad ſe fundum. in fi. & in l. defuncto. §. 1. ff. de publi. iudi.

De libello in iudicio l. Si quis in tantam. C. Vnde vi. Cap. III.

10 HVic libello violentiæ ꝓxima eſt cognitio † libelli ꝓponẽdi in iudicio virtute l. ſi qs in tantã. q̃ pariter violẽtã ſpoliationẽ reſpiciat. In quo in primis deducendũ ſit ꝑ actorẽ, corporeæ rei poſſeſſionẽ ꝑ ipſũ prius detẽtã fuiſſe occupatã ꝑ alicuius violentiã: nã in hoc iudicio, & de corpore rei, & de ꝓpria li violẽtia cõſtare oportet; aliàs incongruè conueniret, q non ꝓſonæ, ſed rei tãtũ vim intulerit, ad qd̃ fuerit proditũ ſpecificũ remediũ l. fi. C. vñ vi. vt ibi ꝑ gl. & Ale. in l. naturaliter. in §. nihil

11 cõe. nu. xiiii. †propterea q; ad res incorporeas hoc iudiciũ non porrigaꝫ, vtpote in violenta eiectione ab exercitio iuriſdictionis, in quo nihil dicaꝫ corporeè poſſideri, vt latè diſerit Signoro. conſi. 75. nu. xi. Neq; ſatis eſſet in petitione huius reſtitutionis deduci ſolã violentiã ad effectũ conſequẽdi integrũ cõmodũ huius legis (quod ẽt pęnã contineat) ſed neceſſe ſit, expſsè ſimul petere cõdẽnationẽ ipſius pęnę. vt ibidẽ Signoro. in princ. Rota in no. deciſ. 393. in fi. qua quidem pęna nõ expſſim petita ceſſaret vtiq; eius condemnatio, q̃ tantũ fieret ad ipſius rei petitę reſtitutionem cum omnibus damnis incurſis ratione illatæ violentiæ, accedentibus ipſimet rei. gl. in c. paſtoralis. ver. intẽtatę. de cauſ. poſſeſ. Abb. in c. ſæpe. in fi. de reſtitu. ſpolia. vbi Ripa nu. 68. & hanc eſſe cõem dicit Soz. in l. rẽ quæ nobis. q. 12. ff. de

12 acq. poſſeſ. In † caſum aũt pęnę non petitæ in libello, poſſet nihilominus recuperata ipſa re cum omnibus damnis ex integro nouũ iudiciũ inſtitui pro pęna aſsequenda, cũ iudiciũ criminale nullatenus impediatur ex antecedenti iudicio ciuili. l. j. C. qñ ciui. actio. Abb. in d. c. ſępe. Sit tamen conſultius vtrunq; iudiciũ ſimul inſtitui, nec per concurſum ſe impediant, ex late dictis ꝑ Paul. de Caſt. conſi. 301. nu. 3. lib. j. Quinimmo poſſint eadẽ iudicia contra diuerſas perſonas eodẽ tempore agitari, videlicet ⁊ ſucceſſorẽ in vitium ſpolii pro aſsequenda re ꝑ ſe poſſeſſa, virtute d. c. ſæpe. & ⁊ primum violentũ ad pęnã ex eius violentia incurſam, virtute huius l. ſi qs in tantã. à qua violentus non liberet ex trãslatione rei in alterius ꝓſonã. Abb. in d. c. ſępe. in fi.

13 †Quòd ſi agendum eſſet ad reſtitutionẽ rei inuaſę auctoritate decreti nulli, ſecundũ terminos l. meminerint. C. vñ vi. erit in libello ſpecificè exprimenda qualitas prætẽſę nullitatis, vnde decreti nullitas oriatur. Bar. in d. l. meminerint. nu. 19. Si aũt agere tur contra detinentem alieno nomine, ac denegantẽ reſtituere in terminis l. non ab re. C. vnde ui. & l. conductores. C. locati. libellus alternatiuè, ac conditionaliter eſſet proponẽdus, cum petitione. ſ. reſtitutionis ipſius rei & ſi contumax perſtiterit uſque ad ſnĩam, petatur condemnari in pęnam dupli: qua quidẽ non petita, nec eius condemnatio ſubſequi poſſit, vt per Bar. in d. l. non ab re. nu. 2. vbi Bal. nu. 4. & in d. l. conductores.

De libello in canone reintegranda. iij. quæſt. j. Cap. IIII.

14 QVamuis iudiciũ agitãdũ virtute canon. reintegrãda. dicaꝫ eſſe ſummariũ ꝑ Doct. in l. meminerint. C. vñ vi. & Bar. in l. j. ff. quorũ bono. ac in eo congruant ijdẽ termini, q in beneficialibus, vt deciſum tradit Veral deciſ. 237. attamen libello opus ſit ad inſtar iudicii intẽtãdi, ex l. ſi coloni. C. de agric. & cẽſ. lib. xj. in quo licet procedẽdum ſit celeri ſatisfactione, vt ibi dr: Nihilominus libellus ſit neceſſarius, ſicut ibi dicit Bart. nu. 3. & Luc. nu. 42. cũ & in iudiciis vtcumq; ſummariis, ſit ferenda ſnĩa, iuxta ea quæ fuerint in libello petita, velut à quo ſnĩa reguleꝫ. Roma. conſi. 191. in fi. Corn. conſi. 227. in prin. lib. 3. Attamẽ ſuf

15 ficiat in eo breuis libellus, ſeu cõmiſſio, quæ in ſummarijs† fungatur vice libelli. Abb. in c. præterea. nu. 7. de dilatio. Laſ. in l. j. C. qñ libel. princ. datus. 2. nota. Pariſ. conſi. xviii. nu. xxiii. lib. iiii. In quo nec ſuperflua, vel minus neceſſaria ſint cumulãda: ſed ſatis ſit, qd̃ in primis narrata ipſius agẽtis, aut ſui auctoris aliqua poſſeſſione cũ ꝑſenti poſſeſſione rei cõueti, ꝓcludaꝫ reſtitutio poſſeſſionis rei, vnà cũ fructib. ex qua narratiua ſpoliũ de iure inferaꝫ. Abb. in c. accedẽs. nu. xix. vt lit. nõ ꝓteſt. Soz in l. rẽ q̃ nobis. q. 2. de acq. poſſeſ. Ale. cõſi. 6. nu. v. lib. iij. Milis verſi. poſſeſſio ex canone. Quinimmo ſat futurũ ſit, ſi in eo libello conquereret agens ſe ſpoliatũ, abſq; alia expreſsa petitione reſtitutionis taciꝫ ſub his verbis comprehenſa. gl. in c. qa. j. q. iij. relata ꝑ Fel. in c. inter dilectos. nu. ij. de fide inſtr. cũ ſub eo verbo, ſpolii, cõtineaꝫ q̃libet inuaſio, ablatio, deuaſtatio, & eius generis alia, vt ꝑ Frãc. in c. ſciant. vlt. nota. de elec. in 6. Cuius quidẽ libelli propria forma traditur ꝑ Spe. in §. j. in prin. de reſtit. ſpolia. ꝑ Bart. in l. interdicto. ff. de vi & vi arma. † In quo tamen libello ſi reperirentur

16 inſertæ aliæ qualitates, minus ad hoc iudicium neceſsariæ, vti eſt qualitas violentię, ſeu alterius gñis, q̃ ſit magis congrua cętęris remediis poſſeſſoriis, diceret actor ex eo ſe ſe arctare ad ꝓbandas eas qualitates, quibus nõ probatis, minimè obtineret in iudicio huius canonis, quamuis cętera in eo req̃ſita plenè ꝓbaſſet. C. dilecti. c. examinata. de iudi. Lap. alleg. 52. Abb. in c. cũ ad ſedem. nu. 29. uerſ. iij. de reſtitu. ſpolia. & in d. c. accedens. Pau. de Caſt. cõſi. 253. nu. ij. lib. j. Soz. conſi. 39. nu. xx. lib. j. Cũ qualitates

17 expreſſim in libello deductæ ſint etiam probandæ, ut late Hippoly. ſing. 187. † Verum huic ſuperfluñ narrationi, poſſet ſalubris & propria medela in eodẽm et libello adhiberi, adiecta clauſula paſſim inſeri ſolita, uidelicet, Nõ ſe aſtringeus, ſed in his petens ſibi ius & iuſtitiam miniſtrari. Qua quidẽ appoſita, ſatis eſſet ꝓbationes iam factas in iudicio poſſe cõcludenter applicari cuilibet poſſeſſorio, in quo quidẽ obtinebitur, uirtute eius clauſulæ, non attentis aliis non neceſsariò narratis in ipſo libello, & non probatis. c. ij. ubi Abb. nu. 51. de ordi. cogni. Bal. in l. fi. C. de anna. excep. Alex. cõſi. 6. nu. 6. lib. 3. & conſ. 96. nu. 5. lib. j. Corn. conſi. 8. lit B. & conſi. 18. lib. j. & conſi. 91. lit. B. lib. 4. Soz. in l. rẽ quæ nobis. q. ij. in prin. ff. de acquir. poſſeſ. Ripa in repeti. §. nihil commune. nu. 178. eo. tit. Fel. in c. licet Feli. de ſimo. Capiti. deciſ. 86. nu. 16. † Idemque euenturum, ſi in libello aut commiſ-

18 ſione, inſereret clauſula, Quã & quas, ex qua cẽſeaꝫ omne ius cõpetẽs in iudicium deduci, vt per Pau. de Caſt. conſi. 153. nu. 3. lib. j. Rot. in no. deciſ. 343. & 414. Sarnen. de infir. reſignan. q. 34. nu. 4. Veſta. deciſ. 68. Idq; ꝑſertim in cauſis ſummariis, vti deciſum corã Caputaquen. in cã Ilerden. cano. 20. Octob. 1561. Quarũ tamẽ clauſularũ cautio nõ proderit agẽti, ſi probationes q eũ in iudicio factæ nõ cõcluderent aliqd̃ remediũ, qd̃ poſſet elici ex verbis expreſſis in libello, vel aliqd̃ fuerit probatũ, qd̃ cõtrarieꝫ cæteris narratis in ipſo libello. Ale. d. conſi. 96. & conſi. 121. nu. x. Ripa in d. §. nihil cõe. Nam ſi agens de ſpolio narraſſet in arti-

19 culis † ſe tenere & poſſidere, id eſſet cõtrariũ ſpolio, vt per Ale. in d. §. nihil commune. nu. 44. & ibi Rip. nu. 178. idẽ Alex. cõſi. 110. nu. ij. lib. v. Signoro. cõſ. 75. in prin. Soz. cõſi. 122. nu. ij. lib. 4. Idemq; ſi hrs agens de ſpolio defuncti narraret illũ vſq; ad eius obitum poſſediſſe, de directo cõtrariaret ſpolio, vt patet ad ſenſum, & dicit Corn cõſi. 18. lib. j. & conſi. 30. col. 4. lib. 3. vel ſi inepte petereꝫ ꝑ agentẽ de ſpolio mandari aduerſario, ne amplius poſſeſſionẽ ingrederet. Idẽ Corn. conſi. 127. verſi. cõſidero. lib.

20 3. † Ea tñ non dicerentur ⁊ria, quæ inter ſe differrent tantũ in qualitate, quæ nec inducat ⁊rietatẽ, nec dr̃iam in ſpecie. Bar. in l. j. nu. 19. C. de actio. & oblig. Idẽ futurũ, ſi narraret cõpatibilia, vtpote ſi agẽs de ſpolio denegatæ penſionis ꝑ ſucceſſorẽ, q nũquã eã ſoluiſſet, narraret ſe eſſe in quaſi poſſeſſione exigendi, ẽt ab eo, cũ poſſet talis poſſeſſio intelligi ꝓ ciuili, cui cõueniat iudiciũ recuperãdæ, vt in h. d. Guido Papæ deciſ. 629. col. v. Ne tñ ex clauſulis, & ꝓdictis cautelis gñaliter adiectis in libello iudiciũ ꝓpetuo verſaret in ambiguo, tradita eſt medela ꝑ Bal. in l. edita col. x. C. de eden. & in l. fi. nu. 4. C. de anna. excep. relata ꝑ Caprã in c. paſtoralis. j. not. de cauſ. poſſ. & Ripã in d. §. nihil cõe. in fi. vt reus ſpolio ⁊uẽtus petat ⁊pelli agẽtẽ ad declarãdũ, qua actione vti velit ex gñaliter cõprehẽſis in his clauſulis, ne iudiciũ ſemꝑ eſſet in ſuſpẽſo, qd̃ niſi declarauerit ⁊. terminũ ſibi ꝑ iudicẽ ꝓfinitũ, ſit inanis euaſura eius clauſulę adiectio, ac attenderet tantũ iudiciũ principaliter deductũ: quo declarato, iudi-

21 ciũ in aperto verſabit. † Neq; à declaratione ſemel facta liceret amplius

Source : BIU Cujas

amplius variare ex dictis per Iaſ.in l.quod iuſſit.nu. 45.ff. de re iudi.& in l.edita.nu.8.& 20.C.de eden. Parte autem id non petente, poterit quandolibet fieri declaratio generalis libelli vſq; ad ſententiam,vt tradit Feli.in c.2.nu.32.de libel.obl.Dec.in d.l. edita.num.47.Quinimmo poſſet ante ſententiam fabricari noua petitio ex actis,& iam probatis,vti ſeruari dicit de ſtylo Pariſ. conſi.76.num.12.lib.j.

22 † Neq; in hoc libello huius canonis requiratur deductio loci,& temporis,ſicut in violēta ſpoliatione requiri diximus, nec eorum probatio,velut ſuperflua,eſſet quicquā profutura ex nota.per Soz.in l.rem quæ nobis. q.6.ver. dubitatur.ff.de acq. poſſ. niſi in eodem libello fuiſſet deducta qualitas doli,ſeu violētiæ, vel alterius generis, quod contineret admixtam criminis cām: quo caſu neceſſe eſſet in libello hoc tempus exprimi,ac in iudicii proceſſu probari.Abb.in c.cum ad ſedem.nu.27.de reſti.ſpo
23 lia.latè Roma.conſi.191.col.j. † Id tamen in huius libelli cognitione non eſt prætereundum;ꝙ licet in cæteris iudiciis,cauſam exprimens in libello cenſeatur ſeſe arctare ad probationē cauſæ deductæ:priuilegio tamen ſpolii receptum eſt, vt de eo agēs ab eius probatione eximatur,omnino obtenturus,licet deficeret in probatione cauſæ expreſſæ in libello,probatis cæteris extremis,ſpolium concludentibus.Inno.in c.querelam. in fin. de elec.Feli.in c.licet cauſam.nu.88.de proba.& in c.2.nu. 42.de reſcrip.Bald.in l.fi.in prin.C.de anna.excep.Dec.conſi.136.col.2. & conſi.172.in fi.Gigas de penſio.q.47. num. 6.& latè dictum
24 in cauſa Vrbeue.caſtri.† Eodemque priuilegio ſpolii receptum eſt,vt eius commiſſio, atq; iudicium minimè ſubiaceat regulis de expeditione literarum, cum his etiam non expeditis, cauſa ſpolii legitimè committeretur,vt per Caſſa.in regul.deciſ.j. nume.2.Sarnen.in regul.de non iudi.q.5.Ne aliàs cogeremur dicere,in ſpolio eſſe neceſſariam deductionem veri tituli.Cuius tātum color in beneficialibus ſufficiat,vt inferius inter probationes diſputabitur.

25 † Si contra titulo poſſidentem agatur de ſpolio, quidam exiſtiment cautius eſſe in libello exprimi, aduerſarium à ſe clam vel præcario poſſidere: Quorum quidem verborum adiectio, ne dum eſſet opportuna, ſed prorſus neceſſaria, ſi ſequeremur eam opi.Bart. quòd poſſeſſio titulata obſtet in hoc poſſeſſorio, quam ſequuntur Soz.in l.rem quæ nobis. q. 7.& in conſil.266. nume.16.lib.2.Alexand.conſi.118.lib.2.Pariſ.conſi.j.num.167. lib.j.Sed ſi ſequamur Canoniſtarum ſententiam, communiter vtrinque receptam, quòd titulus aduerſarii nihil obſtet agenti ex hoc canone (vt latiſſimè inferius dicam) talis adiectio futura ſit fruſtratoria.

26 † In ſpolio autem iudicis requiri libellum cū inſertione cauſę amotionis (ſi fuerit iudicialiter proceſſum) dicit Feli. in c.dilectus.il j.col.j.de reſcr. Tamen ſemper cenſui etiam experiētia doctus,conſultius eſſe,in libello principali non exprimi ſpoliū iudicis,ſed ſimpliciter agi de ſpolio, vt ſi reus obiecerit ſe iuſtè poſſidere,auctore prætore,aut virtute rei iudicatæ, (vt fuit obiectum in cauſis ſpolii Abbatiæ Farfen. & Vrbeue. caſtri, & aliis quamplurimis) poſſet replicari de nullitate vel notoria iniuſtitia,quarum alterutra probata,nihil eſſet obfutura auctoritas iudiciaria,de quo latè tractabitur inter exceptiones.

De verbis libelli inferentibus poſſeſſorium ſeu petitorium, aut vtrunque. Cap. V.

SEd quoniam in libellis, ſeu commiſſionibus ſpolii ſæpius, ac diuerſimodè conſueuit commiſceri petitorium cū poſſeſſorio, quod equidem cumulatum maximi momēti ſit plerunq; futurum;operæpretium erit noſſe ex quibus verbis ea cumulatio inducatur, quiſve futurus ſit eius cumulationis effectus,quove pacto poſſit per ſuſpēſionem ſeparari, & cuius effectus ſit ſuſpenſio, & quando poſſit aut cenſeatur petitorium iam ſuſpenſum reintegrari.

Erit nanq; in facultate ipſius agentis, vel mixtim in vtroque
27 ſcilicet, vel in eorum altero tantum cauſam inchoare. † Qui ſi in commiſſione cauſæ rem petat, petitorium tantum cenſebit in iudicium deducere,& non poſſeſſorium,in quo non reſtitutio rei,ſed poſſeſſionis petenda ſit,latè Alex.conſi.92.col.2. lib. 5.Non tamen idem erit ſi ſimpliciter peteretur reſtitutio rei,ex quibus verbis etiam poſſeſſorium inferatur,vt mox dicam. Cōmiſſione verò cauſæ facta ſup beneficio abſq; aliqua tituli, aut poſſeſſionis expreſſione,intelligeretur mixtim in vtroq; procedi.gl.& Abb.in c.j.de ſequeſ.poſſeſſ.& fruct.Eritq; tamen in agē
28 tis facultate,qua nam via malit progredi.† Poſſeſſorio autem iudicio per agentem delecto, poſſet reus in petitorio procedere inuito actore, eoque probato obtinere, niſi prius fuiſſet per ipſum actorem re integra petitorium ſuſpēſum:ſed id fruſtra fieret,ſi ex probationibus, iam per reum completis concluderet petitorium,ex cuius plena probatione poſſeſſorii effectus euaneſceret. Suſpenſione autem tempeſtiuè,ac legitimè facta,prodeſſent nihilominus termini ſubſtantiales in vtroque iudicio ante ſuſpenſionem ſeruati,ita vt noua eorū obſeruatione opus non ſit. Idq; de ſtylo ſeruari dicit Caſſa. de cauſ. poſſ. & propri. deciſ.9.nu.7.& latè mox dicam.

29 † Nec propterea commiſſio poſſeſſoria diceretur alterari,aut commiſceri cum petitorio, ſi obiter in ea enunciarētur aliqua ad proprietatem applicabilia, dum tamen in eius concluſione ea tantum exprimantur,quæ poſſeſſorium reſpiciunt. Bart. in l. naturaliter.§.nihil commune.vbi Iaſ.col.fi.ver. vltra. ff. de acq. poſſ.Soz.in l.rem quæ nobis.q.6.eo.tit.Abb.in c.cum ad ſedem. 5.nota.de reſti.ſpol.Feli.in c.in præſentia.nu.6.de proba.Dec.in c.ex parte.2.nota.de fo.compe.& conſi. 28.num. 3. Guido Papæ deciſ.629.col.6.Alex.cōſ.117.nu.2.li. 2.& cōſ.92.col.2.lib.5.cū in primis concluſio libelli attendi debeat, vt ibidem per Doct. & in terminis poſſeſſoriis dicit Pariſ. conſi.112. nu. 64. lib.j.Indeque dicat Deciſ.d.conſi.28.num.6.quod agens ex l.ſi quis cōductionis.C.loca.licet narret caducitatem,ſeu priuationem dominii, quæ petitorium reſpiciat, ſi tamen in concluſione dicat de ſola poſſeſſione,cenſeatur ſolum poſſeſſoriū intentaſſe.Idq; multo magis verum eſt,ſi ab initio peteretur reſtitutio rei, quæ licet inferat petitorium c.inter dilectos.de fide inſtr. non tamē
30 ſit penitus à poſſeſſorio aliena, cum ex † petitione reſtitutionis fundi,vtrunq; iudicium cenſeatur deductum.Io.And.poſt Specul.de actio.& petitio.§.ſequitur.ver.hæreditatem.Soz.in d.l.rē quæ nobis.q.6.& conſi.90.in prin.lib.3.Iaſ.in d.§.nihil commune.nu.187.Alex.conſi.43.num.j.lib.4.vt nihilominus poſſit ſuper ſolo poſſeſſorio pronunciari,ſi concluſio libelli, aut commiſſionis ad id tantùm fuerit directa, vt ibi dicit Soz. Quod tamen ſanè intelligendum ſit, niſi in ipſo initio cōmiſſionis non ſimpliciter peteretur reſtitutio rei,ſed cū tali qualitate, q̄ prorſus adimeret ſpēm omnem retractationis in iudicio petitorio, vtputa,ſi peteretur rem liberè reſtitui, ſeu aliis verbis in eundē ſenſum,quæ nequeant ad poſſeſſorium applicari, quod de facili ſit ſui natura retractabile in iudicio petitorio.l.j.C.de momēta.poſſeſ.Nec vllatenus poſſet dici liberè reſtituta,integra remanente dominii petitione, qua poſſit illicò poſſeſſorium emendari.Alex.conſi.96.in prin.lib.5.Deci.conſi.62.num.2.Soz.d.q. 6.ver.quod limita.de qua dictione,liberè,latè ponit Iaſ.in l.nemo poteſt.2.lectu.num.54.ff.de leg.j.Quod ſi èconuerſo in prę fatione libelli inſerantur verba ad poſſeſſorium tantum pertinentia,in concluſione autem peteretur reſtitui,orta eſt altercatio inter Doct.An ex eo dicatur petitorium deductum, in quo affirmatiuè reſpondeant Iaſ.in d.§.nihil commune. num. 187. Capra in c.paſtoralis.j.no. de cauſ.poſſeſ. & propri.Idemq; ſentit Veſtan.deciſ.104. cum verbum reſtituere, poſſeſſionem ſolā reſpiciat.l.qui reſtituere.ff.de rei vend.Io.And.poſt Spec.in d.§. ſequitur.verſi.ad hoc tamen.& verſi.veritatem. ac dicit idē Specula.de reſtit.ſpolia.§.j.num.8.cuius contrarium ſentiant Abb. in c.cum olim.il 2.j.notab.de reſti.ſpolia. Soz. qui ſupra, verſic. notabis. Afflic.deciſ.77.num.7.Fede.de Sen.conſi.283.in prin. intelligentes ea verba rem reſtitui in reſtitutione poſſeſſionis rei petitæ. Omnes tamen vtrinque deducti fatentur conſultius fore, vt in libello aut commiſſione petatur poſſeſſionem reſtitui,vnde ceſſaret omnis ambiguitas, ac poſſet etiam ſuper poſſeſſorio pronunciari,vt ibidem dicit Afflic. & Capra in c. cum ad ſedem.3.notabili.de reſti.ſpolia.ex eiſdemq; verbis æquè poſſet ferri ſententia ſuper dominio, quod in conſequentiam ſecū afferat reſtitutionem poſſeſſionis, vt in hoc dicit Pau.de Caſt. conſi.85.num.2.lib.2.

Vbi autem tam in narratiua, q̄ in cōcluſione commiſſionis
31 actor expreſſiſſet,ſe † canonicè inſtitutum, petitoriū tātum iudicium cenſebitur introductū, cū inſtitutio canonica nequeat ad poſſeſſorium applicari.gl.in c.conſtitutus.ver.eiectus.de fili. presbyt.Milis ver.poſſeſſorium ſolum.ſecus ſi dictum in narratiua non fuerit in cōcluſione repetitū,ſed inſerta verba,quæ poſſeſſorium reſpiciūt,cū libellantis vera mentis declaratio ad cō cluſionē redigatur obtinens potiorem partē, vt dicunt Ant. in c.ex parte.5.not.de fo.comp.Feli.in c.licet cauſam.nu.5.de proba.Ripa in §.nihil commune.num.197.Soz.conſi.262. num.2. lib.2.Deci.conſi.92.num.1.Iudæq; ſit ꝙ licet in ipſius libelli exordio fuerit poſſeſſorium narratum,ſi in eius concluſione peteretur ſuper ſpoliatione,ac etiā in re ipſa iuſtitiam miniſtrari,petitorium diceretur concludi ex ea deductione rei, vnà cum implicatiua dictione,etiam gl.in c.cum dilectus, ver. exceptionis. de ordi.cogni.& in c.fin.ver.ſi verò quis.eo.tit.& è contra idem futurum, ſi concluſionis verba poſſeſſorium tantum perſtringerent, vt de eo tantum cognoſci poſſit, licet primo fuiſſent expreſſa verba congrua petitorio, vel ad vtrunque, cum concluſio in primis attendatur,niſi tamen alterum eorum tantum fuiſſet in iudicio proſecutum.

32 † Ex quo magis attēderētur ꝓſecuta, q̄ petita,ex no.per Doc. in l.ſub prætextu.la 2.C.de trāſac.Pariſ.conſi.45.in fi.lib.j. & cōſ. 112.num.55.co.lib.conſi.113.num.7.lib.4.Aut ſi in libello fuerit inſerta ea ſalubris clauſula,Petens ſibi ſuper præmiſſis ius,& iuſtitiam miniſtrari, quæ refertur ad ſingula narrata in libello, non habita rōne concluſionis.Abb.in d.c.cū dilectus.num. 52. Iaſ.in §.nihil commune.nu.121.Alex.conſi.43.nu.2.lib.4. Cor.

Source : BIU Cujas

conſi.8.lit.B.lib.j. Milis ver.poſſeſſorium non ſolũ.cuius clauſu
læ vigore,fiat condemnatio in eo quod minus cõtineat,vt latè
Alex.conſi.97.nu.2.lib. 2. Cuius tñ clauſulæ adiectio redderet
inanis,ſi in toto libello fuiſſent tñ appoſita verba, proprietatẽ
reſpicientia,cum eius clauſulæ virtus non porrigatur vltra ea q̃
reperiuntur in libello expreſſa, ad quę tantum ſit applicabilis.
Alex.d.conſi.107.& conſi.43.nu.2.lib.4.Cor.d.conſi.8.col.2.Ri
pa.in §.nihil cõe.in fi.ac minus ea clauſula operaretur,ſi in con
cluſione libelli peterentur bona liberè,& expedite dimitti, ſeu
relaxari,& ſic irreuocabiliter:quæ verba petitorio tantum con-
gruant,& à poſſeſſorio diſſonẽt, quod ſit ſui natura reuocabile,
vt per Deci.in d.conſi.62.nu.2.

Quòd ſi quis narret in libello rẽ ad ſe pleno iure pertinere,
mixtum iudicium petitorii,& poſſeſſorii intentaſſe cenſebitur.
Inn.in c.querelã.verſ.pleno iure.de elec. Idemq; ſi dixiſſet,ad ſe
pertinere,nõ adiecta ea iuris plenitudine, quæ oĩno tacitè ineſ-
33 ſet virtute dictionis,† pertinere;quæ latiſſimè patẽs tam petito-
riũ,q̃ poſſeſſorium reſpiciat.l. verbũ illud pertinere.ff.de verb.
ſigni.Bal.in l.j.nu.15.C.ſi à non cõpe.iudi. Soz.in l.rem quæ no-
bis.q.6.de acq.poſſ.Iaſ.in §.nihil cõe.nu.184.eo.titu. Abb.in c.j.
nu.16.de ſeque.poſſ.Feli.in c.inter dilectos.nu. 4. de fide inſtru.
Rota in no.deciſ.196.Caſſa.de reſcrip.deciſ.6.in fi.de cau. poſſ.
deciſ.9.nu.12.Staphil.de lit.Apoſt. fol. 173.col.2.Idq; verbũ eã-
dem vim obtineat,ſiue ſubalternetur cum verbo,ſpectare,dicẽ
do rem ad ſe ſpectare,vel pertinere. Milis ver.poſſeſſorium nõ
ſolum.in fi.Alex.conſi.43.in prin.lib.4.ex adiectis tñ verbis,ple
34 no † iure ſpectare,petitorium oĩno ſignificaretur.Alex.cõſ.89.
in prin.lib.5.Idemq; ſi adiiciantur verba,iure dominii ſpectare,
vt per eundem Alex.conſi.159.in prin.eo.lib.Quinimmo, & ſi
poſt narratiuam,in qua dixiſſet rem ad ſe ſpectare cõcluſiuè pe-
teret cõdemnari reum ad poſſeſſionis reſtitutionem, petitoriũ
etiam ſimul deducere cẽſeretur Iaſ.in d.§.nihil cõe.nu.186. In-
deq; dicatur,q̃ commiſſio indefinite concepta in cauſa verten
te inter Titium,& Sempronium ſuper occupatione, ſpoliatio-
ne,ac detentione caſtri,quod agens dicat ad ſe pertinuiſſe,& p̃-
tinere,continet tàm poſſeſſorium,q̃ petitoriũ ex latiſſimo ver-
bo,pertinere,de quo mox dixi.

35 † Nec ſecus futurũ in cõmiſſione ſimpliciter obtenta,in cauſa quæ vertitur inter perſonas expreſſas,vt mixtim vtrunq; iudi
cium intelligatur cõmiſſum.Iaſ.in d.§.nihil cõe nu. 189. quod
tamen recipiatur, ſi illa cõmiſſio eſſet primo introductiua eius
iudicii c.j.vbi Abb.nu.5.& 15.de ſequeſ. poſſ.cum in alia cõmiſ-
ſione poſtea obtenta in cauſa appellationis interpoſitæ à ſentẽ
tia vtriuſq; iudicii non dicerentur contineri, niſi ea tantum de
quibus fuiſſet in prima inſtantia pronunciatum, vt inquit Pau.
de Caſt.conſi.277.col.4.lib.j.

36 † Expreſſim vero commiſſa cauſa ſuper poſſeſſorio,minimè
poterit virtute eiuſdem cõmiſſionis agitari iudicium petitorii.
Abb.in c.j.nu.15.de ſequeſ poſſ.de quo eſſe cõem opi.dicit Caſ-
ſa deciſ.9.nu.12.de cau.poſſ.a qua cũ aliqualiter diſſentiat Rot.
in no.deciſ.396.diſtinctionẽ adhibeat Staphil.de lit. Apoſt. fol.
173.col.2.in fi.de qua ibi per eum. Verum ſi è cõtra petitorii cã
fuiſſet ſpecificè cõmiſſa, poterit in eodem iudicio poſſeſſoriũ
agitari,tanquam inſitum in ventre ipſius petitorii, vt ibidem di
cit Rota,& Caſſa.& Aegi.deciſ.606.iuxta tex.in l.3. C.ſi à non
compe.iudi. niſi tñ in cõmiſſione expreſſi petitorii fuiſſet adie-
cta aliqua dictio taxatiua, ſeu aliud verbũ excluſiuũ alterius re-
medii, vnde poſſet cenſeri iudex priuatus ab alterius cuiuſque
actionis iuriſdictione,vt ibidem per Dominos de Rota.Si tamẽ
cã petitorii,ſeu poſſeſſorii tantum committeretur adeo conne
xa,vt ſeparari non poſſet petitorium à poſſeſſorio,nec alterũ ſi-
ne altero diffiniri:iudex poſſet de vtroq; cognoſcere,vti euenit
q̃ in his,quæ mixtã naturam obtinent,cõmittitur tantum poſ 41
ſeſſorium,vel petitorium ex no.in d.l.3.& per Iaſ.in l.2.nu.5.ff.
de iuriſdi.omni iudi.de quibus tamen ſuo locõ diſputabitur.

37 † Moleſtationis aũt cauſa cõmiſſa tribuitur iuriſdictio, tã ſu-
per petitorio,q̃ poſſeſſorio,vt firmare conſueuerũt Domini de
Rota contra Cald.in conſ.6.de reſcrip.cum moderamine tñ di
ſtinctionis,de qua p̃ Caſſa.deciſ.6.eo.tit.& deciſ.9.nu.6. de cau.
poſſ.Mohe.deciſ.298. videlicet, vt ſi quidem cauſa expreſſe cõ-
mitteretur ſuper poſſeſſione certæ rei, ſiue cũ enarratione tur-
bationis,vel eiectionis,quæ ſolam poſſeſſionem reſpiciãt,intel-
ligatur deduci ſolum poſſeſſorium,cuius ſola lis, nec faciat pro
prietatẽ litigioſam,velut plurimum ab eo diſtinctam. auth. liti-
gioſa.C.de litigi. Sed ſi cauſa fuiſſet cõmiſſa ſuper moleſtatione
certæ rei,ſeu beneficii, cum ex ea appareret deductũ petitoriũ,
diceretur æquè deduci & poſſeſſorium quod in ventre gerit, vt
dicit ibidem Caſſa. Ac pari ratione vtrũq; in iudicium deduce-
reẽ ex ea clauſula;ad ius,& ꝓprietatẽ redigas,vt p̃ Inno.& Abb.
in c.Epiſc.de reb.eccl.non alie. Soz.in l.rem quæ nobis. q.6. ver.
5.de acq.poſſ.Iaſ.in §.nihil cõe.nu.188.cõ.tit.Alex.cõſi.98. nu.
2.lib.5.Staphil. de lit. Apoſt.fol.178. col.j. Iuris autẽ patronatus
expreſſa commiſſio,petitorium tantum infert,diſſerens ab eius 42
quaſi poſſeſſione, vt per Caſſa.deciſ.2.de proba. Pau.de Citad.
in tract.iuris patro.art.3.6.par.num.27.

38 † Quamuis autem poſſeſſorium fuerit in iudicio cum petito
rio cumulatũ,non propterea impediretur actor priuilegio ſpo
lii poſſeſſorium tñ proſequi,ẽt ſine expreſſa petitorii ſuſpẽſio-
ne, qua licet prætermiſſa integrũ oĩno remaneat idẽ odiũ ſpo-
lii.Ant.in c.j.de ſequeſt.poſſ.Abb.in c.cum ad ſedem.nu.7.de re
ſtit.ſpolia.Soz.in l.rem quæ nobis.q.6.ver.5.ff de acq. poſſ. Luc.
de Pen in l.ſi coloni.nu.26.C.de agric.& cenſi.li. 11.Quinimmo
non obſtante ea mixtura petitorii,poſſe eodemmet priuilegio
ſpolii,in eo petitorio ꝓcedi tempore feriato, dicit Aegi. deciſ.
465.in prin niſi tamen fuiſſet antea à reo plenè deductum,& ꝓ
batum ius proprium in petitorio,ex quo non poſſet agens pro
miſcuo iudicio obtinere reſtitutionem poſſeſſionis, quamuis
plenè, atq; legitimè ſpoliationem probaſſet, cum probationes
concludentes ius petitorii ad fauorem rei obſint agenti contra
eum in iudicio ſpolii.c.j.de reſtit. ſpolia.Franc.in c.ad decimas.
eo.tit.in 6.Alex.conſ.159.col.j.lib. 5. (quod latius terminabitur
inter exceptiones) Si verò plenè probato poſſeſſorio nihil con
cluſiuè probatum conſtitiſſet in petitorio, pronunciabitur ad
fauorem actoris in poſſeſſorio,neq; ex ea mixtura petitorii poſ
ſe actorem declarari Dñm, dicunt quidam ita intelligentes di-
cta per Bar.in §.nihil cõe.qui tamen id minimè dicat,ſed q̃ non
propterea ex ea cumulatione teneatur actor ad aliquam proba
tionem peritorii vt ibidem dicit Alex.num.68.& Ripa nu.148.
39 ſed in eo tantum cumulatio hæc † præiudicaret agenti, quod ſi
inſtaret pro ſuĩa petitorii per ſe iam probati, poſſet pariter per
reum peti abſolutoria à poſſeſſorio per actorem non probato,
vti deciſum refert Creſcen.in deciſ.96.& latè dictum in cã Vr-
beue.ſpolii. Afferat etiam ea cumulatio id præiudicium actori,
vt ſequeſtrum per eum obtentum virtute primæ ſuĩæ poſſeſſo-
riæ (iuxta Clem.ad compeſcendas.) nullatenus eſset conſignan
dum poſt tertiam ſententiam in poſſeſſorio, cũ adhuc integrũ
remaneret petitorium in eodẽmet iudicio cumulatũ, quo de-
mum completo,& nõ aliàs,ſequeſtrũ relaxetur, velut tunc de-
mũ finito iudicio p̃ ſeipſum mixtim cõmiſſo, vt merito vtriuſ-
que iudicii exitum expectaret teneatur. Card.in d. cle. ad com-
peſcendas.in fi.prin.relatus per Caſſa.in deciſ. 2. in fi. de ſequeſ.
poſſ.& dicit Rot.in no.deciſ.417.in prin.

De ſuſpenſione petitorii & eius effectu. Cap. VI.

QVare ad euitandas omnes ambages, quæ oriuntur ex
mixtura petitorii, conſultius ſit, vt qui deſtinauerit
rem propriam à ſpoliante petere,in ſolo poſſeſſorio
iudicium inſtituat, ſi extrema ſpolii ſe legitimè pro-
40 baturũ confidat. l. is qui. de rei vendi. † aut ſi incautè vtrunq; in
iudicium deduxerit, petitorium per ſe cumulatum ſuſpendat,
idem commodum recepturus in executione ſolius iudicii ſpo-
liatiui, cum integra reſtitutione poſſeſſionis,vnà cũ fructibus,
& expenſis, vt mox tractabitur in executione diſcutienda. Id
nanque in odium ſpoliantis fuit à iure inductum, vt qui vtrun-
que iudicium mixtim inchoauerit, poſſit petitorium ſuſpen-
dere, procedens in ſolo poſſeſſorio. ca. paſtoralis. de cauſ. poſ-
ſeſſ.vbi Abb.nume. 21. Rot.in nota.deciſ. 383. Clemen.vnica.
eod.titu.Bart.in l.naturaliter. §. nihil commune.ff.de acquiren.
poſſeſſ.vbi Iaſ.nume.117.& Ripa nume.147. (de cuius clemen.
ſenſu, latè tradit Lap.allega.97.) & licet Faſto. dub. 63. dixerit
ad effectum ſuſpenſionis requiri vltra extrema etiam probatio-
nem violentiæ ſpoliationis: tamen id non recipitur, cum & in
quolibet ſpolio, quamuis non violento, admittatur ſuſpenſio,
iuxta communem ſententiam Docto.in cap.ſæpe.de reſtit.ſpo
lia.relatam per Soz.in l.rem quæ nobis. q.6.in fin. ff. de acquirẽ.
poſſeſſ. † Eademque ſuſpenſio de iure permittatur agenti nedũ 41
ſi petitorium fuiſset ab eo cumulatum, verum & ſi fuiſset per
reum ita cumulatè commiſsum, priuſquam eſset inchoatum
ſpolii iudicium,cum pariter liceret ipſi ſpoliato petitorium ab
ab alio antea commiſsum ſuſpendere, cum proſecutione ſo-
lius ſpolii, vt in d.clemen.vnica.in fi.Quod tamen ita licere di-
xit Bar. in d.§.nihil commune.4.combi.ſi inchoaretur iudiciũ
ſpolii priuſquam fuiſset in petitorio lis per alium conteſtata,ea
potiſſimum ratione fretus, quòd priuilegium hoc petitorii ſu-
ſpenſiuum vim obtineat dilatoriæ exceptionis non recipiendæ
poſt litem conteſtatam.l.fin.C.de exceptio. In quo voto pleri-
que concurrentes fateantur tandem eſse in contrarium com-
munem opin.Canoniſtarum in beneficialibus, cæterisque ſpi-
ritualibus cauſis.In profanis verò dicant Bar.opi. comprobari,
qui tamen cõmuniter redarguatur etiam in cauſis cuiuſq; ge-
neris per Doct.in d.§.nihil commune.vbi firmant eam opinio-
nem,q̃ conuentus petitorio,etiam poſt litem in eo conteſtatã,
poſſit priuilegio ſpolii cauſam ſuæ ſpoliationis committere,cũ
ſuſpenſione petitorii undiq; intentati. Pau. de Caſt. conſi. 277.
lib.1.Idemq; firmant Aegi.deciſ.406.& latè Capi. deciſ.28.nu.
7. † niſi tamen in contestatione litis petitoriæ per alium com-
miſsæ,agens nũc de ſpolio faſsus fuiſset ſe poſſeſsorem: ex quo
ſicut excluderẽ à iudicio ſpolii,defectu ſecũdi extremi, pariter
exclu-

Source : BIU Cujas

excluderet à ſuſpẽſione petitorii tñ inducta ad fauorẽ vere ſpo liati,vt per Capi.d.deciſ.28.nume. 8. Non tamen idem euentu- rum,ſi illa confeſſio nõ fuiſſet prorſus excluſiua ſpolii, licet in aliquo coadiuuatiua petitorii,cum nihilominus ſuſpẽſionẽ ré- cipiendam dicit Aegi.deciſ.450.vt circumſcripta cõfeſſione ip- ſi ſpolio directè contraria ſemper admittenda ſit ſuſpẽſio in iu- dicio ſpolii,licet cõmiſſo poſt petitoriũ ex aduerſo inchoatũ.c. ex cõqueſtione.vbi Abb.nu.8.de reſti.ſpolia.cõmuniter Doc. in d.c.paſtoralis.de cauſ.poſſ. & d.Clem.vnica.eod.titu. vbi ex-
43 preſſe dicitur,† eam recipi in quacunq; inſtantia ac parte iudi- cii,quod æquè firmãt Abb.in d.c.paſtoralis.nu 34. Iaſ.in §.nihil cõe.nu.117.Rota in not. deciſ.283. 382.& 393.col.j.& in antiq. deciſ.69.Pute.deciſ.337.lib.2.cum ea ſuſpendendi facultas, ve- lut inducta ad fauorem ſpoliati,ac odio ſpoliantis,tam diu per- duret,donec id odium nõ fuerit extinctum purgato vitio ſpo- liatiuo:& ibidem dixerũt Dñi de Rota, & Milis.ver.poſſeſſoriũ cum petitorio.Cuius odii ratione licita eſſet talis ſuſpenſio,etiã in cauſa reclamationis,ſeu gratioſæ ſupplicationis, vt per gl.j.in d.cle.vni.& Capi. d. deciſ. 28. in fi. Quòd ſi actor poſt petitoriũ per ſe ſuſpenſum in iudicio ſpolii ſuccumberet,poſſet in ſecun- da inſtantia redire ad petitorium accumulatiuè cum poſſeſſo- rio,in quo appellaſſet,nõ aliàs ſeparatim, vt dicit Vitelli. in cle. j.de cau.poſſ.ac dictum in cauſa Toletan. 9. Decemb. 1552.co- ram Ant.Aug.refert Veral.deciſ.322.

44 † Poterit pariter per agentem ſuſpenſio in iudicio iam per ſe facta reuocari,ac reuocata pluries ad nutum renouari, vt dicũt Dñi de Rota in dictis deciſionibus:quod tñ Abb.in d.c. paſtora lis.nu.21.cenſuit coarctandum de æquitate intra duas vices, ne toties reuocata,& repetita, faciem potius vexationis q̃ legitimè litis haberet: quam æquitatem ſecuti ſunt Domini de Rota in cauſa Teruiſina penſionis. In eoq; commendatur ſtylus ſigna- turæ,vt petens per cõmiſſionẽ,denuò procedi in petitorio reie- cta ſuſpenſione iam per ſe facta,eam non obtineat, niſi refectis expenſis,in quibus reum fatigaſſet in iudicio tñ poſſeſſorio, vt dicitur per Hoſt.in ſumma de cauſ.poſſ.§. his igitur. de quo me- minit Rota in no.deciſ.205.in fi.& Staphil.de lit.Apoſt.fol. 153. col.j.Qua ſuſpenſione reuocata,& ſi non poſſit agenti denegari ſententia in petitorio per ſe plenè probato, nec poterit etiam reo denegari abſolutoria in poſſeſſorio per actorem non pro- bato.vt iam dixi, ex deciſ. 96. Creſcen. Cuius tamen ſuſpenſio- nis libera facultas,an locum ſibi vendicet in cauſa merè profa- na,dubitatum coram Fabio 20. Nouẽb. 1545. & nihil deciſum dicit Pute.deciſ.337.lib.2.

45 † Ac inſuper facultas ſuſpendẽdi petitoriũ cẽſeretur preciſa, ſi ante ſuſpenſionẽ adeo vrgentes probationes fuiſſent per reũ factę in cauſa petitorii,vt dici poſſit de petitorio legitimè lique re ad fauorẽ rei,quo caſu iſthæc ſuſpẽſio,velut per calumniã pe- tita ad impediendam ſnĩam liquidi petitorii, eſſet omnino per iudicem reiiciẽda.d.c.paſtoralis.§.ſi verò.d.cle.vni. in fi. Rot.in antiq.69.Aegi.deciſ.44.Mohed deciſ.198. Roma.in l. naturali- ter.§.nihil commune.nu.3.de acqui. poſſ. Quod tamen intelli- gatur,vbi peteretur ſuſpẽdi petitorium in eadẽ inſtantia,in qua de eo iam liqueret:ſed lata ſnĩa petitorii ex veris probationibus ad fauorem rei conuẽti de ſpolio,poſſet nihilominus actor ap- pellans ſuſpendere petitorium vſq; ad concluſionem tertiæ in ſtantiæ,quæ demum claudat quamlibet ſuſpendendi facultatẽ. Rota in nou.deciſ.382. Afflic. deciſ.352.nu.j. Capi.deciſ.28.nu. 2.Milis ver.poſſeſſorium cum petitorio.dicẽs ſecus videri, ſi in prima inſtantia fuiſſet pronunciatum in petitorio nõdũ ſuſpẽ ſo ad fauorẽ illius,qui mixtim egiſſet petitorio, & poſſeſſorio: quo tñ ſuſpenſio,ſi lata fuiſſet ſententia poſſeſſoria ad fauorem agentis,à qua reus appellaſſet,poſſet vtiq; eo non obſtante redi re ad petitoriũ, reuocata priori ſuſpẽſione ſine præiudicio Rei in proſecutione ſuæ appellationis,in qua poſſet oĩno inſtare,p infirmatione primæ ſnĩæ poſſeſſoriæ contra ſe latæ. In quo ſibi reus caueat,ne eius labor euaneſceret, obtinente actore in peti
49 torio q̃d reaſſumpſerit;quo caſu poſſeſſoriũ iudicium redderet inane,velut eneruatum ex victoria actoris in petitorio. Rot. in no.deciſ.417.Hoſt.in ſumma,de cau.poſſ.& propri.§ his igitur.
46 ver.dixi.Milis ver.poſſeſſorium intentans.† lata autem ſentẽtia ſpolii in prima inſtantia,poſt petitorium ſuſpẽſum omiſſa fru- ctuum cõdemnatione, ſi reus appellãs obtinuerit cõmitti cãm appellationis,ac procedi ſuper petitorio,& poſſeſſorio cũ dero gatione ſuſpenſionis,data tñ cautione de fructibus:poterit nihi lominus vtrumq; proſequi abſq; alia fructuũ cautione, in qui- bus non fuiſſet condemnatus:Ac ẽt ſine reſtitutione poſſeſſio- nis,cuius cã pẽderet per appellationem,quæ oẽ robur ipſius ſen tentiæ poſſeſſoriæ ſuſpendat,vt per Aegi deciſ.559.oĩs tamẽ ſu ſpendendi poteſtas præcideretur ei, qui expreſſim conſenſerit 50 in probatione petitorii,à quo per ſuſpenſionẽ recedi non poſſe dicit Collec.in c.j.de reſti. ſpolia.ad hoc inductus per Dños Ro tæ,vti refert Pute.in cã Bono.de qua Veſta.deciſ.76.20.Nouẽb. 1545.& in alia de menſe Martii 1543.Pute.de reſti.ſpolia.deciſ. 24.aliàs 29.lib.3.Quæ quidẽ petitorii ſuſpenſio inducta in odiũ ſpolii,ne dũ ſit recipienda contra ipſum ſpoliantẽ,aut mãdan- tem,ſeu ratum hñtem(qui ęquè directo ſpolii iudicio cõueniũ tur) verum & contra eorum ſucceſſores, ſcientes vitium ſpolii, iux.termi.c.ſæpe. in quorum odium pariter ſuſpenſio reciperetur,Abb.in d.c.paſtoralis.nu. 10.licet ibidem dicat,ſe aliàs cõtra
47 firmaſſe,vt etiam ſentit Milis ver. poſſeſſoriũ deducẽs. † Et hęc ſuſpenſionis reuocatio,non ſolum expreſſe fieri poſſit, ſed etiã tacitè oriatur ex patientia proceſſus in petitorio.In quo ſi reci- perentur probationes ꝙcludentes,cenſereẽ receſſum à ſuſpen- ſione,vnà cum reintegratione iuriſdictionis ſuſpenſæ in petito- rio,cũ ex eo cẽſeretur tacite renunciari prærogatiuæ huius poſ- ſeſſorii.d.c.j.de reſti.ſpolia.& dñt Bar.in l.ſi quis ad ſc.col.2. in fi. C.ad l.Iul.de vi.vbi Ang.verſ. in hoc.Lucas in l.ſi coloni.nu.27. de agric.& cẽſi.Alex in §.nihil cõe.nu.30.& ibidẽ Ripa. nu. 72. Veron.caut.82.Corſet.in fallen.ſpo.limi. 7. & latè excuſſum in Rota in cã Regien.parochia.de quo mox dicã,cũ Soz.qui alios cumulat.in l.rẽ quæ nobis.q.9.col.2.in fi.Nam & ex ſolo poſſeſ ſorio iudicio inchoato intelligatur in eo tñ tributa iuriſdictio, cum tacita petitorii ſuſpenſione: tñ ex ſubſecuta patientia pro- ceſſus petitorii, tacitè diceret eius ſuſpẽſioni derogatũ, poſſet- q́ ex iuribus deductis in petitorio pronũciari.c.j.de reſti. ſpo. de quo latius dicam inter exceptiones. Quod tñ non reciperet ſi cã fuiſſet cõmiſſa cũ expreſſa forma cognitionis prius in poſ- ſeſſorio, q̃ petitorio, ex quo Iudex impediretur excedere fines ſibi demandatæ iuriſdictionis,adeo vt ẽt tacente parte, proceſ- ſus in petitorio cõtra formã ipſius reſcripti futurus eſſet fruſtra- torius,ex not.in c.venerabili.de off.deleg.& per Alex.in §. nihil commune.nu.94.Non autem idem futurum ſi reus poſt cõmiſ- ſam ab actore cãm vtriuſq; iudicii,obtinuerit in ſignatura fauo rabilem cõmiſſionem procedendi ſimul ſuper vtroq;, cum ex eo non precideretur iudici facultas cognoſcendi eius arbitrio, terminandi poſſeſſorium prætermiſſo petitorio, eaq; cõmiſſio id tñ operaretur,qđ non obſtante priuilegio ſpolii, poſſet vnà cũ eo de petitorio cognoſci,vt dñt Aegi.deciſ.506.in fi.Staphil. de lit.apoſt.fol. 150.in prin. qđ pariter arbitrio Iudicis licuiſſet, ſine aliqua cõmiſſione. ex nota. per Abb.in c. 2. de ordi.cogni.
48 † Sitq; etiam iudici arbitrariũ recipiẽdi probationes in petito- rio,ſi ex non præuia eius cognitione futurum ſcãdalũ immine ret,vel oriretur notoria abſurditas,de qua per Fed. de Sen. cõſi. 283.nu.j. Hæc nanq; ſuſpenſio, vt dixi, demandat iudicis arbi- trio,qui poſſit,quoties ei per iuſtitiam videbitur,de meritis cau ſæ rectè cõſcius,ſuſpenſionẽ,vel recipere,vel reiicere,vt in d. c. paſtoralis,in fi. Cuius arbitrio circumſcripto, non eſſet de iure ſuſpẽſio recipienda,niſi vſq; ad cõcluſionẽ cauſæ,ex qua demũ dicat plenè liquere de eius meritis,& non antea.gl.in ver.lique re.in c.ſignificauerũt.de teſti.l.diuus.ff.de off. præto.ad hoc no. per Feli.d.c.ſignificauerunt nu.4.niſi tñ ex actis ante concluſio- nem conſtaret de alterius iure,quod videret iudici nõ poſſe ali quatenus impugnari,vnde pariter de cã liquere cẽſeretur, vt iã dixi,& refert Pute.deciſum.18.Martii 1547.in deciſ.24.de reſti. ſpolia.Nec impugnatio eſſet veriſimilis,ſi ex aduerſo nihil releuãs obiiceret,vt ibidẽ latè Feli.Non tñ liquere diceretur ad hũc effectum,ſi de poſſeſſorio tantum cõſtaret,cum de petitorio li- quere oporteat,vt ex mẽte Rotæ dicit Tanis.deciſ.44.Ad quas tñ difficultates dirimendas,circa iudicis arbitrium,& veriſimili tudinem colligẽdã, fuit expreſsè ſuſpẽdendi facultas coarctata ad concluſionem,ex qua demũ fiat cã notoria,quæ fuiſſet eate- nus cõmutabilis per alias poſſibiles probationes quãuis cetera iudicii acta ex ſe ipſis ẽt ante concluſionem ſint notoria.d.c.pa ſtoralis.Clem.vni.de cau.poſſ.Abb.in c.cũ olim.2.nota. de ver. ſig. Ideoq; licet acta iudicii ante concluſionem non operarent effectum adimendi poteſtatem prędictę ſuſpenſionis;tñ proba tiones iam ante ſuſpẽſionem factæ ſuper petitorio, prodeſſent ad oppugnandum poſſeſſorium, etiam poſt ſubſecutam ſuſpẽ- ſionem,licet regulariter in ſpolio non obſit ius petitorii, vt dñt Aegid.deciſ. 404.& ſeq. Dñi de Rota in not.deciſ.393.col.2.in
49 prin.† Idq; ad inſtar attentatorum,quæ ante concluſionem cõ miſſa,non veniant poſt concluſionẽ reuocanda,licet facta poſt concluſionem reuocarentur, nõ obſtante preuia cõcluſione, vt dicit Rota in no.deciſ.57.in antiq.307.& Afflic.deciſ.352.nu. 3. Ac vſq; adeo verum ſit non adimi ſuſpẽdendi ius regulariter ante concluſionẽ,vt & ſi actor obtinuiſſet cãm cõmitti in vtro que,ac paſſus fuerit ſuper petitorio diſcuti ac ꝓbari, adhuc ei li- ceret ante concluſionẽ ſuſpẽdere petitoriũ, ex mente Rotæ in deciſ.382.& dicit Goza. conſi. 10.ver.8.ac ita deciſum in cã Bo- non.retulit Veſta.deciſ.76.ac ita intelligendus eſſet Abb. in c.j. 4.no.de reſti.ſpolia.de quo tñ videnda ſint dicta per Pute. deciſ. 24.eo.tit.aliàs deciſ.29.lib.3.dicentem cõcluſum cẽſeri poſt ter minos ſeruatos,ex quo poſſit iudex concludere, vt ibi per eum.
50 † Nec q̃ diximus de tacita reuocatione ſuſpẽſionis,impedirẽ tur ex aliqua preuia ꝓteſtatione,in qua actor fuiſſet atteſtatus,ſe nunq̃ ex animo tacitè receſſurum à ſuſpenſione per ſe facta, ſi- ne expreſſa eius reuocatione, cũ nihilominus hac ꝓteſtatione non obſtante,cẽſeretur receſſum à ſuſpẽſione ex impetratione cõmiſſionis,in qua poſtea peteretur cõmitti poſſeſſorium cum petitorio,per quem actum contrarium diceret renunciaſſe ſuæ

Source : BIU Cujas

proteſtationi. Rota in no. deciſ. 250. Milis. verſi. poſſeſſorio agere. Pariſ. conſi. 112. nu. 56. lib. j. Idemque euenturum ex articulis porrectis, qui percuterent vtrumq; iudicium tā petitorii, quàm poſſeſſorii. Rota in d. deciſ. 250.

51 † Præcipuus autem huius ſuſpenſionis effectus eſt diminuendæ iuriſdictionis, quæ cum eſſet ſuper poſſeſſorio, & petitorio, remaneat limitata tantum in poſſeſſorio facilius expediendo, præciſa prorſus eorum omnium cognitione, quæ poſſint reſpicere petitoriū, vt per Aegi. deciſ. 98. & 536. in fi. Rota in no. deciſ. 393. col. j. & deciſ. 437. in fi. Soz. in l. rem quæ nobis. q. 9. col. 2. Milis ver. poſſeſſorium ſi ſimul. vt nec fatalia petitorii interim currant, vt per Veral. deciſ. 364. qui dicit ita deciſum de anno 1555. in cauſa Pampilon. licet fuiſſet obtenta fauorabilis commiſſio procedendi ſuper vtroq; conſtito de aſſertis, de quibus niſi conſtiterit, remaneat petitorium ſuſpenſum, vt ibidem dicitur: cuius tamē petitorij cognitio prorſus adimatur ex eius ſuſpenſione, niſi eſſet adeo vtrumq; iudicium inuicem connexū, vt diffiniri nequeat poſſeſſoriū ſine aliqua ſaltim cognitione petitorii, vt inquit Iaſ. in l. 2. nu. 5. ff. de iuriſdic. om. iud. Idque verificetur in his, quæ mixtam naturā obtineant (quæ inferius recitabunt ſuo ordine,) vel niſi iudiciū verſaretur ſuper aliquo beneficio reſeruato. In quo adeo decretum inficiat tam poſſeſſorium, q̄ petitorium, vt eorum vires prorſus adimat. Aegi. deciſ. 536. vt quomodolibet poſſeſſio fuerit in iudicium deducta, & probata, inanis euaſura ſit ex tali reſeruatione. Milis verſ. poſſeſſorium recuperandæ. Ripa in c. ſæpe. num. 82. de reſti. ſpolia. cuius fiat mentio per Pute. in deciſ. 9. eo. tit.

52 † Atq; adeo ex ſuſpenſione petitorij ſuſpendatur eius cognitio, vt & ſi poſtea fiant probationes promiſcuæ, reſpiciētes poſſeſſorium, & petitorium, omnino ſint fruſtratoriæ remanſuræ in ea parte, quæ petitorium ſuſpenſum reſpicerent, ita vt nec teſtes examinati, durante hac ſuſpenſione fidem facerent, etiā inter eoſdem in iudicio petitorio ſubſecuto poſt reuocationē ſuſpenſionis, tanquam recepti per iudicem, qui velut carens iuriſdictione ſuper petitorio, nec poſſet ſuper eo teſtes recipere, q̄d iuriſdictionis ſit. Rota in no. deciſ. 437. Tanis. deciſ. 87. Neq; ſuſpēſo petitorio, ad diſcolorem tituli reciperentur articuli ſuper execrabilitate, vt inquit Pute. deciſ. 13. 32. de reſti. ſpolia. nec ſup excōicatione, quę percutiunt petitorium, vt ibidem & deciſ. 15.
53 & 76. lib. 3. † Si tamē hoc iudicio introducto cum ſuſpenſione petitorii reſtitutoriam ſententiam actor obtineret, qua nō dū executa, reus condemnatus prętendens interim ſe à tertio ſpoliatum contra eum de ſpolio agens ſuſpenſo petitorio, defectu probationis ſuccubuerit per abſolutoriam ſententiā, à qua appellans petitorii cauſam commiſerit contra primum, poſſet is tertius abſolutus, & appellatus cōcurrere in eodem iudicio petitorio, ea ſuſpenſione non obſtante, ne aliàs ei præiudicium fieret, ſi clam ſe nec vocato, id petitorium iudiciū inter alios diffiniretur, vt in Rota deciſum dicit Biſigne. de reſtit. ſpolia. deciſ. 7. Et econtra pariter euenturum ſi reus conuentus petitorio, & poſſeſſorio ſuper eccleſia ac eius beneficio commiſerit contra agentem cauſam ſpolii cuiuſdam particularis domus eiuſdem eccleſiæ, ſuſpenſo in hoc petitorio vtrinq; intentato, vt primus agens non iccirco impediatur ex tali ſuſpēſione in proſecutione primi petitorii, quod differat à petitorio domus: cuius quidē ſuſpenſio, cum nihil commune habeat cum petitorio eccleſię, nec per conſequens ad id porrigenda, neq; ſuſpenſio ad fauorē ſpolii introducta, conueniat poſſidēti eccleſiam, licet domum non poſſideret: ideoq; velut inter ſe diſtincta diuerſo etiam iure cenſeri debeant, vt latè per Aegi. deciſ. 567.

54 † Neq; ex hac ſuſpēſione petitorii quomodolibet in iudicio facta, teneatur actor ad refectionē aliquam expenſarum, quas feciſſet reus in proſecutione petitorij ante eius ſuſpenſionē, ſub prætextu mutationis libelli. Nam cū hęc ſuſpenſio fiat iure permittente in odium ſpolii, ex d. c. paſtoralis. de cau. poſſ. Cle. vni. eo. rit. nullam pęnam mereatur, qui ea iuridicè vſus fuerit. gl. in d. Clem. vni. ver. ſuſpendere. Spec. de expen. §. ſi ante. nu. 12. relatus per Bar. in l. naturaliter. §. nihil cōe. num. 6. ff. de acqui. poſſ. vbi Iaſ. nu. 78. Sed non idem futurum in actore, qui petitorio à ſe in iudicium deducto tacitè vel expreſsè renunciauerit, qui in expenſis condemnaretur, veluti faſſus ſibi nullum ius competere in petitorio, cui renunciauerit, nec iuuari poſſet priuilegio nouæ ſuſpenſionis, quæ importat reſeruationem iuris in petitorio, in quo ſi quis ſuccubuerit, ex non iure iam cōfeſſato, fruſtra eius ſuſpenſionem amplius ſit impetraturus, vt per Io. And. poſt Spec. in d. §. ſi ante. & Iaſ. in d. §. nihil cōe num. 167. Eſſet pariter tanquam temere agens in expenſis condemnandus, qui ſuſpenſo petitorio ſuccubuiſſet in poſſeſſorio, vt ibidem dicit Spec. ſe
58 reſpondiſſe in caſu propoſito per Clem. 4. coram ſuis capellanis Rotæ auditoribus, q̄ ibi Io. And. intelligit in expenſis ſolius poſſeſſorii. in quo ſuccubuiſſet: non autem in expenſis factis in iudicio petitorio ante eius ſuſpēſionem, cuius cognitio adhuc integra remanſiſſet non dum plenè diffinita, neq; ante finē cauſæ lis expenſæ debeantur. Vt nec ēt in expēſis factis in poſſeſſorio, teneretur ante finem petitorii, ſi ſuccumbēs in poſſeſſorio obtineat reſcriptum concedi ſolitum, quod cōſtito de paupertate audiatur in petitorio, recepta pro expenſis iuratoria cautione, vt per Aegi. deciſ. 557. Verum vt ſupra dixi, teneretur ad expenſas agens de ſpolio, qui ſuſpenſo petitorio maluerit ad id redire vigore reſcripti, & per Staphil. de lit. Apoſt. fol. 153. col. j. & alios ſuperius deductos.

55 † Cui quidem ſuſpenſioni fiendæ non obſtabunt feriæ ad eā impediendam, cū nec obſtent principali iudicio ſpoliatiuo, q̄d æquo iure cenſeatur cum ſuſpenſione, ac ſe inuicē reſpiciāt ad fauorem ſpoliati, cuius cā inducta fuerit ſuſpenſio, velut plurimum coadiuuans celerem expeditionem ſpolii, circumſcripta ardua ac difficili dominii cognitione, diutius impeditiua ipſius ſpolii, vt dixi in eorum cumulatione vnà cum dñis de Rota, q pluribus rationibus ita ſeruatū dicunt in deciſ. 140. in no. Aegi. deciſ. 665. Veſta. deciſ. 273. Idemq; Capr. in c. paſtoralis. 3. nota. de cau. poſſ. & propri. In quo licet videatur ſecus ſentire, deciſ. 95. in antiq. non tamen ſit attendenda, tanquam tenui rōne innixa. Dicitur enim ibi multum partis intereſſe non procedi in ſolo poſſeſſorio tempore feriarum, quæ quidem ratio nihil cōcludat, cū & abſq; ſuſpenſione expreſſa, potuiſſe in ſolo poſſeſſorio procedi tempore feriato dicit Aegi. d. deciſ. 665. in princ. Ideoq; nihil partis interſit fieri ſuſpēſionem expreſſam in feriis, in quibus potuiſſet pars poſſeſſorium tātum proſequi tacita ſuſpenſione. Abb. in c. cum ad ſedem. de reſti. ſpolia. Poſſet forte partis intereſſe in iudiciis mixtorum iurium, in quibus, vt dicā, recipitur aliqua cognitio petitorii, ſi non poſſet iura ſibi cōpetentia in petitorio deducere feriis obſtantibus, in quibus procederetur in poſſeſſorio contra reum, qui nō poſſet vti ad ſui defenſam probationibus petitorii, indeq; iudiciū claudicaret. Sed hæc locum non haberent in iudiciis nō mixtis. Et hæc ſunt quę de mixtura poſſeſſorii, & petitorii, eorumq; ſuſpenſione dicenda erant, vt ad reliqua deſcendamus.

56 † In implorando autem iudicis officio, de quo in c. in literis. de reſt. in inte. (de cuius effectu ſupra diximus) nullum ſpolium ſit enarrandum, ſed ſatis id tantum exprimi, quod id implorans conſueuerit quaſi poſſidendo, quibuſdam iuribus frui, à quorū quaſi poſſeſſione ceciderit ppria deſidia, ac negligētia diutius ea non percipiendo, propterea q̄ue petens opem officii iudicis, qui eum in priſtinū ſtatum reponat, ac reintegret, vt dicit Lap. alleg. 52. col. 2. in fi. relatus etiam per Soz. conſi. 266. nu. 22. ver. prēterea ad hoc. lib. 2. De cæteris autem variis formis libellādis in hoc iudicio ſpoliationis, latè diſſerit per Oria. in rub. de cau. poſſ. de quo meminit Ripa in c. ſæpe. nu. 18. in fi. de reſti. ſpolia.

De probationibus primi extremi in ſpolio: & prius de violento. Cap. VII.

QVoniam aūt tot ſunt pro iudicia ſpolii ſuperius recita ta ſuper recuperatione poſſeſſionis introducta, totq; ſint eius ſpecies, quibus ea iudicia applicantur, ac inter ſe diſtinctæ, & diſſimiles; operępretium ſit, poſt libellos deſuper propoſitos, ſingulis etiam eorū libellis proprias & cōcludentes probationes adnectere, cum plena earum diſcuſſione, collecta ex omnibus iuris partibus. Nā alia atq; alia in eodem etiam genere ſpolii interdum requiritur probatio, ſiue de ſpolio rei, ſiue iuris tractetur. Varia enim exquiritur probatio in ſpolio rei corporeę, vel incorporeę: rerumq; corporaliū q̄dā ſimplex ſpoliū recipiant, quędā qualificatū. Incorporaliū verò alia reſpiciant profana, quædam ſpiritualia, quę obtineant mixtam naturam cum petitorio. Quibus ſingulis applicandæ ſint probationes congruæ, ac victoriam concludentes, in vnoquoque genere ſpolii.

57 † Aſſumendo igitur initiū à probationibus requiſitis in ſpolio violento, velut grauiori, id præſupponendū ſit in primis, duplex in eo ſubſidium eſſe à iure introductum: alterum directū, alterū vtile: vtrumq; tñ competēs ad effectū eiuſdem poſſeſſionis recuperandæ. Directum enim contra eos tñ tribuitur, qui p vim ſpoliauerint, vel id fieri mandauerint, iux. termi. c. cū ad ſedem. §. j. de reſti. ſpolia. (quorum perſonas directum nō egrediatur) ſufficiatq; eorum alterum fuiſſe probatum. l. cum à te. ff. de vi & vi arma. Lap. alle. 52. col. j. in fi. Lucas de Pen. in l. ſi coloni. nu. 21. C. de agric. & cenſi. lib. 11. In utili verò interdictò neutrū eorum probari oportet, ſed in eo ſat futurum ſit probari priſtinā agentis poſſeſſionem in libello enarratā cum inſertione, q̄ ipſe agens nō audeat ad eā accedere, dubitans ſe per violētiam repelli: ex quibus probari, atq; concludi violentiā ad effectū huius vtilis interdicti dicit gl. in l. ſi nulla. de acqui. poſſ. quā ſequendo refert Abb in c. olim. il j. nu. 9. in fi. de reſti. ſpolia. Ad † effectum autem probandi violentiam in iudicio directò, reciperet de iure illa etiam probatio, in qua concluderet, poſſeſſionē clā ſe fuiſſe per alium occupatam, & ſe redeuntem nō fuiſſe admiſſum, ex quo oriretur concluſiua probatio deiectionis, cum nō recipiens cenſeatur paratus ad deiiciendū, vt per Lap. d. alle. 52. col. 2. Pau. conſi 3. 99. nu. 4. lib. j. Alex. conſi. 133. num. 7. lib. j. Vis pariter probata cenſeretur cōtra eum, qui probabitur nō pmiſiſſe

Source : BIU Cujas

ſiſſe agrum liberè coli,ſeu domum ędificari,& his ſimilia l.vim facit.ff.de vi & vi arma.l.3.§.videamus.ff.vti poſſi. Lucas in d. l.ſi coloni.num.32.Cuius quidem violentiæ æqua probatio requireretur contra eum, qui confirmationem poſſeſſionis ita captę à Principe impetraſſet,ex l.auctoritatem.C.vnde vi.de qua Roma.in l rem quæ nobis.num.12.ff.de acquir.poſſ. Eademque vis expulſiua probanda ſit pariter in remedio.l.meminerint.C.vnde vi. qua quidem lege perperam ageretur ex vi compulſiua, deducta ab adulterino conſenſu decreti nulli, cuius proprium ſit remedium in l.fi.ff.quod me.cau.quæ in eo diſtat à d.l.meminerint.cui diſpoſitioni non ſubiicitur,niſi qui poſſeſſionem inuaſerit ſine alicuius citatione,aut conſenſu. Iaſ. in l.à diuo Pio. num.13.ff.de re iudi.

59 † In qua violentia deducenda & probanda, cautelam adhibet Specul.in titu.de petito.& poſſeſſo §.j.verſi.poſtremo.collectam(vt ait de conſilio ſapiētum, vt qui primam poſſeſſionem, ſiue deiectionem plenè probare nequeat, fundum ingrediatur cum notario & teſtibus, in cuius ingreſſu ſi nō fuerit admiſſus, vel inde deiectus, eius rei fide publica per notarium facta, dicit inde violentiam probari ad effectum huius interdicti vnde vi. quam tamē cautelam velut inanem reprobat Anto. in c. olim. il 1.de reſtitu. ſpolia. non probata anteriori eius poſſeſſione, ſine qua nihil proſit deductio violentiæ defectu primi extremi neceſſarii ad obtinendum in ſpolio,licet violento.Abb.in cap. cum ad ſedem. de reſtitu. ſpolia. Probanda ſit inſuper poſſeſſio temporis illatæ violentiæ.Paul.conſi.253.colum.2.lib.j & conſi.205.num.j.lib.2.

60 † Cuius temporis poſſeſſio eliceretur ex præſumptione poſſeſſionis de præterito ante violentiam, vnde oriri præſumptionem continuationis vſque ad violentam eiectionē dicunt Bar. in l.Celſus.ff.de vſucap.vbi Bal..vlti.par.q.j.num.6.& Abb.in d. c.cum ad ſedem. num. 16.Alexan. conſi.80.nume.1.lib.2.Non obſtante, quod forſitan oporteat exprimi diem violentiæ in eius libello, vt mox dixi cum Bart. in l. prætor edixit.ff.de iniuri. Innocen.in c.qualiter,& quādo.de accuſa. Soz. in l.rem quæ nobis.q.6.verſic.dubitatur quarto.de acquir. poſſeſſ.cum ſat eſſet diem ita in libello deductum probari verè,vel pręſumptiuè,
61 vt in † plerisque iuris ſpeciebus recipitur, de quibus per Abb. in d.c.cum ad ſedem.num. 17. Prædictam etiam cautelam Specu.damnat(velut nec vtilem,nec neceſſariam) Abb.in d.c.cum olim. nume. 14. dum ſimulat ſe in primis illum à cæterorum morſibus conſeruare.

Quamuis pleriq; ſint Doct. dicentes, ſemiplenam probationem ſufficere in ſpolio ſimpliciter deducto(vt dicam latè in ,pbationibus canon.reintegranda.) Nemo tamen ſit qui neget in hoc violento vberiorem requiri probationem,vt latè Iaſ.in l.ſi quādo.3.nota.C.vnde vi. vt & ſi in libello principaliter directò ad iudicium dicti canonis,inſereretur hæc qualitas violētiæ, teneretur agēs ad eius violētiæ probationem,velut ad quam probandam ſe ipſum coarctauerit,regulariter non neceſſariam ad effectum dicti canon.Lap.alleg.52.col.j.Pau.de Caſt.conſ.253. verſi.circa ſecundum.lib.j.& conſi.205.in prin.lib.2.Soz.in l.rē quæ nobis.col.4.verſic. ſed contra. ff.de acquir.poſſeſſ.Sed non idem è contra futurum, ſi in libello violentiæ exprimeretur qualitas poſſeſſionis bonæ fidei,quæ non propterea eſſet neceſſario probanda Abb.in c.cum eccleſia.nume.32.de cau.poſſeſſ. & propri. Neque tamen per violentiam è fundo eiectus ſi agat, teneatur ad plenè probanda mobilia acceſſoria ad fundum in hoc interdicto comprehenſa, quæ probata violentia poterunt ſingula iuramento probari.Iaſ.in d.l. ſi quando. C. vnde vi.Rota in antiq.deciſ.409.

62 † Ex probationibus autem violentiæ (quamuis contra perſonam ipſius violenti concludentibus) non poſſet continuari iudicium contra ſucceſſorem particularem, contra quem ſit ex integro nouum iudicium inſtituēdum, ac diuerſi generis,cum hoc interdictum velut perſonale perſonam non egrediatur, vt dicam proprio loco,niſi ſciēter in vitium ſucceſſiſſet. In quem etiam caſum inſtantia inchoata cum perſona principalis violēti in eum tranſiret tanquam participem patratæ violētię,& eius vitii.Abb.in c.quia.num.11.verſi.ſed quæro.& verſi.nota bene. 67
de iudi. Nec probationes receptæ in iudicio violentiæ ciuiliter
63 † agitato, eſſent cuiquam profuturæ in criminali iudicio,ſi diri gerentur ad abſolutoriam.l.j.§.præſes.ff de plagi.l.2.§.j. ff.de vi bo.rap.Bar.in l.ſi quis ad ſe fundum.verſi.j.quæro. C.ad l. Iul. de vi.neque ad condemnationem directæ plenam fidem facerēt, ſed quoddam adminiculum,haud ſufficiens in criminali,requirente probationem propriam & exactam.l.fi.C.de proba.gl. in d.l.ſi quis ad ſe.probationes verò,quę non tenderent ad directā & concludentem criminis deductionem, ſed ad adminiculum cęterarum probationum fidem facerent inter omnes alios,quibus obfutura eſſet ſententia deſuper lata.Bar.in d.l.ſi quis.num. 4.& in l.2.§.j.ver.quæro vtrum.ff.vi bo.rap. Quæ quidem cōcludens probatio violentiæ criminaliter deductæ, licet ex ſe nō reſpiciat reſtitutionem rei, ſed tantum tendat ad pęnam,nihilominus ex æquitate officii iudicis porrigitur etiam ad ipſam rei reſtitutionem, ut inquit Bart.in d.l.ſi quis in fi.& in l.defuncto.
64 §.j.ff.de publi. iudi. Ac † ex probationibus concludentibus priſtinam poſſeſſionem,cum uiolenta deiectione,oriatur effectus condemnationis ne dum in poſſeſſorio,ſed etiam in petitorio, ex odio uiolentiæ, quamuis aliàs ad petitorii uictoriam requireretur ex acta dominii probatio.l.ſi quis emptionis. §. ſed hæc. C.de præſcrip.30.anno.& ibi Bar.Iaſ.in §.cato.num.20.& 24.ff. de uerb.obli.Roma.conſi.424.in fi.Aegi.deciſ.740.poſt princ.
65 Balb.de præſcrip.2.par.3.par.q.6.num. 7.† Poſſet etiam ex cauſa uiolentiæ commiſſæ condici poſſeſſio in conſequentiam dominii,ſi eius probandi onus,agens ſubire malit.ex l.j.§. fi. & l. 2. ubi Bar. ff. de tritica. cuius condictionis præſidium non ſit ex ſe principale, ſed cum aliis commune, ac comitatiuum . Nam & qui rem uendicare uelit hac condictione uti poſſit unà cum ipſa rei uendicatione, & qui pro recuperatione ſuæ poſſeſſionis agere poteſt interdicto unde ui,poterit æquè condicere hac generali, & certa condictione ad cuncta remedia poſſeſſoria applicabili,ut in d.l.2.Corn.conſi. 56.col.4.uerſic.3.lib 2. Tamen ut iſthæc condictio competat in poſſeſſoriis,neceſſe ſit uiolentiam aut aliud poſſeſſionis uitium probari.Bar.in l.fi.§.ſed cum. q.j.C.de furt.Corn.qui ſupra.Alex.in l.rem quę nobis.col.3.uer. & per hoc.ff.de acquir.poſſ.

De probationibus in l. Si quis in tantam.C.Vnde ui. Cap. VIII.

COnſtitutio huius l.ſi quis in tantam.cum dirigatur, nedum ad reſtitutionem rei, ſed etiam ad pęnam ibi narratam,nimirum,ſi quid plus probandum expoſcat, q̄ interdictum unde ui (de quo dixi) reſpiciens rei tan-
66 tùm reſtitutionē.† Ideoq; in hac lege non ſufficiat probari uiolentiam ipſi rei factam, ſed neceſſe ſit probari factam perſonæ poſſidenti. Indeque eueniat quòd ingreſſus uiolenter fundum ab alio poſſeſſum, eo tamen abſente, & ſic nemine deiecto, huius conſtitutionis pœnam non incurrit.Barto.in l.fin.nume. 6.C.unde ui.Signor.conſi.75.num.11.Soz.conſi.122.nume.18. lib.4. Nec pariter alterius poſſeſſionem clam inuaſus huic pœnæ ſubiaceat, quæ in primis uim perſonalem expoſcit, ut ibidem Soz.& Paul.conſil.399. nume.3.lib.j.niſi clam ingrediens adeo paratus uenerit ad occupandam poſſeſſionem, ut ex eo poſſet coniectari deiiciendi animus, ſi poſſidentem, ibi renitentē reperiſſet,ut dicit gloſſ.magna in hac. l. ſi quis in tantam. circa medium. Idemque ſi reuertentem non admiſerit,ex quo uiolentus euaderet,eandem uiolentię pęnam ſubiturus.l.clam poſſidere. §.qui nundinas. ff. de acquiren. poſſeſſ. ac dicit Pute. deciſ. 34.& ſequen. de reſtitu. ſpolia. ut & quia ita primum ſe ſpoliantem ſpoliauerit, amittat actionem ſui primi ſpolii, qua agere ulterius nequeat,etiam purgato poſtremo ſpolio, ut per eundem Pute.deciſ.37.& ſequen.eod.titu. Ac ultra uiolentam perſonæ deiectionem, probanda ſit in hoc iudicio uera poſſeſſio ipſius eiecti, ſine qua iudicium non ſubſiſteret, propterea non competens colono,depoſitario, commodatario, cæterisque eius generis detentoribus, licet per uim eiectis. Bart. in l.ſi de eo.§.fi.ff.de acquiren.poſſeſſ.& in d.glo.mag.uerſi.3.Soz.conſi.122.nume.3.lib.4.ſiue Dominus,ſiue non Dominus uiolentiam commiſſiſſet contra prædictos. Verum ſi non Dominus, alium detinentem nomine ueri Domini, per uim eiecerit, ipſi Domino ſuffragaretur huius conſtitutionis præſidium,non dictis detentoribus,niſi tamen hi praua intentione,atque animo interuertendi poſſeſſionem Domini,prius ex detentoribus eua ſiſſent poſſeſſores, cū recuſatione debitæ reſtitutionis,in quam caſum etiam ſi ipſe Dominus illum ita refricātem per uim eiecerit,huius legis pęnā incurrit,qui maluerit uti uiolētia, quam iudicialiter breui manu uelut ſpoliatus ipſam rem recuperare, ut dicitur in d.gl.mag.uerſ.3.

Neq; ſola probatio poſſeſſionis propriæ uſq; adeo profutura ſit per uim eiecto,ut omnino in hoc remedio obtineat. Nam & uiolētus poſſet ęquè probare eiuſdem temporis poſſeſſionem, ex quo non diceretur ſpoliare, ſed propriam poſſeſſionem cōtinuare.Indeque ortum habuit quædam † cautela Roberti Aduocati,relata per Specul.de petito.& poſſeſſo.§.j.num.24.uerſi. nota tamen.& per Alexan.poſt Bart.in l.ſi id quod.ff. de acqui. poſſeſſ.uidelicet, ut in hoc concurſu æqualis poſſeſſionis is qui eſſet altero potentior, poſſeſſionem ingrederetur forti manu ad incutiendum metum aduerſario, cui denunciato ut ad poſſeſſionem redeat,ſi is metu repulſæ accedere non auſerit,amitteret omnem poſſeſſionem, ſolo remanente alio in continuatione priſtinę poſſeſſionis,ſine incurſu (ut ipſe ait) huius pęnę l. ſi quis in tantam. Qua tamen cautela minimè uterentur prudētes,& cōſciētiati. Aduocati,uelut iniqua,ac pariter fruſtratoria, cū nihilominus ita è poſſeſſione deiectus agere poſſet interdicto unde ui pro recuperatione priſtinę poſſeſſionis,à qua dicat̄ per uim eiici, qui certo metu ad eam regredi non audeat.Lap. alleg.127.col.2.Pau. conſi.399.nu.4.lib.j.Alex.conſ.133.nu.7. lib.j. & minus iſthæc cautela, uelut notiſſima fraude reſperſa,

Source : BIU Cujas

cuicquam prodeſſet, ad declinandam hanc pœnam, quæ non eſſet euitanda per eum, qui impura mente diceret, ſe propriam poſſeſſionem inuadere cum alterius tam euidenti iniuria, quæ omnino ſubiaceret pœnæ huius conſtitutionis, vt hic dicit gl. & Bart. nume. 16.

De probationibus in l. Si quis conductionis. C. loca.
Cap. IX.

68 PRęſidium poſſeſſorium quod primo libro dixi, fuiſſe introductum in l. ſi quis conductionis. C. loca. & in l. non ab re. C. vnde vi. pro recuperandis tantum rebus locatis, poſteaque ex interpretatione porrectum ad ſingulos contractus, ex quibus res detineretur nomine alieno, neceſſario expoſcit præuiam exiſtentiam contractus, ac propterea is in primis probandus ſit ab eo, qui huius legis iudicium intendere velit, vt per Roma. in l. rem quæ nobis. nume. 10. ff. de acquiren. poſſeſ. Afflic. deciſ. 12. Probabitur tamen contractus, ne dum per inſtrumentum in ſcriptis, ſed & alias ex confeſſione etiam extraiudiciali, parte abſente facta, cum concordia vnici teſtis, vt per Cagno. in reg. neque pignus. col. 4. numę. 8. & Aflic. d. deciſ. 12. in fin. Ex cuius contractus probatione oriretur inter eoſdem pariter probatio poſſeſſionis ipſius agentis, quæ
69 † licet ex contractu tantum non diceretur omnimodo probata, quo ad intereſſe tertii: probaretur tamen inter ipſoſmet cõtrahentes. Rot. in antiq. deciſ. 87. cuius meminit Feli. in c. inter dilectos. nume. 19. de fide inſtrumen. & Alexan. conſi. 12. num. 4. lib. 4. Vltra tamen probationem contractus, requireretur in hoc iudicio conſtare, ipſum detentorem denegaſſe reſtitutionem vero poſſeſſori, vt iuſta ratione petere poſſet ſibi vacuam poſſeſſionem dimitti virtute initi contractus. Quibus concludenter deductis, & probatis, locus fiat conſtitutioni huius. l. ſi quis conductionis. vt ibi Bart. nume. 2. & Bald. 2. oppoſi. cum diſtinctione tamen in hoc adhibita, vt ſi quidem agenti ex contractu locationis contra conductorem opponeretur exceptio proprii dominij, poſſit conductor condemnari ex diſpoſitione huius. l. etiam nondum completo tempore locationis, cuius cõtractu cum fuerit malafide abuſus, contra naturam ipſius contractus, non poſſit ex eo ſe iuuare in tempore ſibi tributo in eodem contractu, quem oppugnaret, profitendo ſe dominum, non conductorem. regu. ex cod. lib. 6. Qui ſi non exciperet de dominio, ſed de intempeſtiua petitione reſtitutionis ratione temporis non dum completi, audiretur, eoque verificato, eſſet abſoluendus, cum ex permiſſione iuris, virtute eiuſdem contractus, reſtitutionem denegaſſet, ex quo non poſſet dici ſpoliator, ſed legitimus detentor, vt ibidem per Bald. Quod ſi in caſibus non admiſſę, ſed prohibitę recuſationis, reus ipſe in ea obſtinatè perſtiterit vſque ad finem cauſæ, tenebitur ipſam rem
74 reſtituere, vnà cum eius eſtimatione vigore. l. non ab re. & dicit
70 Roman. in d. l. rem quæ nobis. nume. 11. † Quod ne dum procedat contra ipſummet conductorem, verum & contra omnes, qui illum habuiſſent auctorem; vt dicit Alexand. in d. conſi. 12. lib. 4. Nec tamen tales ſucceſſores condemnandi ad pœnam d. l. non ab re. niſi probata eorum ſcientia, ne aliàs ſucceſſores omni culpa vacui, veluti ignari (vt de iure præſumitur quilibet in alterius locum ſuccedens) pœnam alienæ culpæ patere ntur, vt dicit Bald. in d. l. non ab re. in fin. quæ quidem iuris præſumptio proculdubio ceſſaret in ſublocatario, de quo in l. nemo prohibetur. C. loca. qui recipiens rem ſibi ſublocatam non poſſet prætendere primæ locationis ignorantiam, niſi ſupinã, ex qua nullatenus excuſaretur.

De probation. in l. fin. C. vnde vi. Cap. X.

QVo vero ad effectum poſſeſſorii, de quo in l. fi. C. vnde vi. ſufficiat tantum probatio realis violentię, ſine aliqua perſonali, cum eius remedium detur contra eos, qui rem alienam poſſeſſore vacuam per vim occupaſſent, vt ibi Barto. nume. 16. In quo nulla ſit habenda ratio eius
71 † probationis, quod tempore inchoati iudicii, is occupans non poſſideret, cum ex eo non eſſet euitaturus pœnam huius conſtitutionis, quæ illico operetur plenarium effectum ex primæua occupatione, licet poſtea poſſidere deſiiſſet, aut contra aliũ poſſidentem agere poſſit, vt ibidem dicit Bart. num. 14. Verum ſi vacans poſſeſſio ita inuaſa, denuo ab occupatore vacua relicta, à tertio eadem reali violentia occuparetur, is eſſet inter eos in hoc iudicio præferendus (tam quo ad rem, quàm quo ad pœnam) qui de ſuo dominio docuiſſet, vt ibi Bart. num. 12. & refert Creſcen. deciſ. 158. in princip. Cum nec regulariter ſuffragaretur huius legis præſidium non probanti ſaltim præſumptiuè ſe dominum, ſed ea præſumptio eliceretur ex probatione ſolius poſſeſſionis, ſuſpendenda tamen ſi reus obtulerit ſe de proprio dominio incontinenti probaturum, quo probatio, prorſus euacuaretur diſpoſitio huius conſtitutionis in qua tractatur de occupatione rei alienæ vacuæ. gl. ibi. in ver. ignorãtia. & Bart.
72 num. 11. verſi. quid ſi res. † Et licet vltra probationem dominij, neceſſe ſit in hoc iudicio probari dolum occupantis, eius deductio ſit futura facilis ex probatione præſumptiua ipſiuſmet. l. fi. quæ præſumit dolum ex ipſomet ingreſſu rei vacuæ quam ſciret ad ſe non pertinere, vt etiam hic dicit Bar. & Roma. in l. rem quæ nobis. num. 13. Aegid. deciſ. 37. in prin. Verum ſi occupans iuſtis de cauſis credere poſſet rem ad ſe pertinere (quod quidẽ prouenit etiam ex lapſu 30. annorum, vnde oriatur retro præſumptio præuii tituli, ac bonæ fidei) eo caſu velut ceſſante dolo, ceſſaret & huius l. diſpoſitio, quę præcipuè in dolo fundetur. Bar. ibi num. 9. & 17. Roma. qui ſupra. Inno. in c. fi. de præſcript. Qui tamen dolus non ſit neceſſario deducendus aut probãdus in materia. l. inuaſor. C. vnde vi. in qua legitimè procederetur abſque aliqua doli præſumptione, vt ibidem per omnes, & in hoc differat ab hac. l. fi.

De probationibus in l. ſi coloni. C. de agric. & cenſi.
lib. xi. Cap. XI.

QVamuis autem reciperemus, quod ad effectum excitãdi iudicium virtute. l. ſi coloni. bona fides agẽtis eſſet probanda, vti ſenſit Pet de Peru. cõſi. 509. in fi. Satis tamen eſſet eam tacitè deduci ex probatione anterioris poſſeſſionis, quæ bonæ fidei prę ſumptionem faciat reſpectu tertioris poſſeſſionis aduerſarii, vt per Alex. cõſi. 91. num. 3. lib. 5. Cum ex noua poſſeſſione oriatur indicium ſpolii etiã in hoc,
73 ad inſtar probationis in canon. reintegrãda. † Neq; aliàs ſit probanda ſpoliatio aut violentia in hac lege, in qua ſeruus fugitiuus dicatur occupatus abſque aliqua illatione violentiæ rei vel perſonæ. Idque declarant Abb. in c. cum ad ſedem. num. 28. de reſtitu. ſpolia. & in c. ſæpe. num. 18. eod. tit. Soz in l. rem quę nobis. q. 9. verſi. ſed pro prima. ff. de acqui. poſſ. Alex. cõſi. 90. & cõſi. ſeq. lib. 5. ſed ſit probanda malæfidei qualitas, etiam tacitè deducẽda ex qualitate rei fugitiuæ, vnde oriatur vitium poſſeſſionis ipſimet rei adnexum, quæ præſumptio malæ fidei, ita deducta pariat effectum, non recipiendi contrariam probationem, cum ſit præſumptio iuris, & de iure, reſultans ex probatione ipſius vitii, vt declarant Luc. de Pen. In hac l. ſi coloni. q. 11. Soz. in d. l. rem quæ nobis. q. 9. verſi. ſed deſcendendo. adeo vt probata ſerui tantum fuga, & ſic rei vitio ſit omnino ex hac conſtitutione debita reſtitutio, vt etiam dicitur in l. fi. §. pen. ff. de lib. hom. exhiben. & per Lucam in hac. l. quæſt. 17. niſi tamen militaret in contrarium aliqua legitima exceptio, quæ reſtitutionem impediret, vt inferius dicam in exceptionibus.

De probationibus in c. Sæpe. de reſtitut. ſpoliat. Cap. XII.

INductum fuit, vt ſuperius diximus, id iuris prę ſidium in c. ſępe. vt contra ſucceſſorem ſpoliantis in re vitio affecta agi poſſit. † Verum quia ſuccedens in ius alterius habet ignorantiæ præſumptionem, ex iuris regula, quæ transferat in
74 aduerſarium onus probandi ſcię tiam operæprecium ſit, vt qui hoc remedio vti velit, onus eam probandi in ſe ſuſcipiat, vt dignoſci poſſit vel ſucceſſorem in vitium ſpolii ab initio ſcientiã habuiſſe vel poſtea ſuperueniſſe, cum in hoc nihil referat, quòd ab initio rationabiliter vitium ignorauerit, ſi pendente iudicio ſcientia ſuperueniſſet, cum in iudicio huius cano. potiſſimè attendatur animarum periculum proueniens ex conſcientia rei alienę, quę pariter adueniat ex ſuperueniẽti ſciẽtia, ex qua illico peccatum incurritur. Abb. in hoc c. ſæpe. num. 13. verſi. ſed dubium. Lap. alle. 52. col. j. Soz. in l. rem quæ nobis. col. 2. in fi. de acqui. poſſeſſ. Quæ quidem ſcientia ſiue antecedens, ſiue ſuperueniens, velut in animo cõſiſtens, probari poterit ex proximis cõiecturis, †
75 vtpote ex notoria violentia ſui auctoris, ex qua notorietate oriatur præſumptio ſcientiæ. Roma. cõſi. 127. in fi. laſ. in l. is poteſt. ff. de acqui. hære. Ideoq; & eius ſciẽtiæ probatio deduceretur ex fama publica ipſius facti, vt dicũt Bal. in d. l. is poteſt. & laſ. num. 73. Feli. in c. cum cõtingat. num. 6. de reſcript. Caſſa. de probat. deciſ. j. Pariſ. conſi. 57. num. 14. lib. 4. Aegid. deciſ. 128. vbi tamen in fi. dixit, aliquid plus eſſe conſiderandum in ſciẽtia ſucceſſoris, cuius maior ſit ignorantiæ præſumptio. Eiuſdemq; ſcientiæ præſumptio ex vicinitate oriretur, quæ à iure connexam habeat ſcientiæ præſumptionem. l. fi. ff. de his qui ſunt ſui. c. quoſdam. c. quanto. de præſumptio Feli. in c. in literis. eo. titu. Idemq; euẽturum in ſucceſſore cõſanguineo, cuius ſciẽtia præſumeretur de facto cõſanguinei. l. octaui. ff. vnde cogna. l. de tutela. C. de in integ. reſti. c. cõſtitutus. de teſti. Abb. in hoc c. ſæpe. num. 14. vbi Ripa num. 43. Alex. cõſ. 94. num. 13. lib. 5. Dec. cõſi. 206. Sed ea præſumptio ſciẽtiæ deducta ratione vicinæ, aut cõſanguinitatis nõ ita ſimpliciter reciperet, ſed cũ moderamine quodam adhibito, vt ſi quidẽ ſit vicinus loco violenter inuaſo, inferatur ex vicinitate ſciẽtia inuaſionis, cum aliàs vicini habitatio nõ argueret ſcientiam ſpolii fundi inde diſtãtis, cum præſumptio à iure illata ex vicinitate locum habeat in re vicinorũ oculis obiecta. c. j. §. ſi tres. de pace tenen. & ibi Bal. Rip. in d. c. ſępe. num. 44. Nec æquè in cõſanguineo ſemper reciperetur præſumptio ſcientiæ, ſed tũc demum, ſi factum adeo eſſet ſucceſſiuum, vt

Source : BIU Cujas

uum,vt eius notitia faciliter ſit ad coniunctos deuentura:ſecus futurum dicunt in facto momentaneo,ſicut eſſet ſpolium.Bal. in l. quoniam. C.de iure deliberan. Iaſ. in l.j.ff.ſi cert. peta.Ripa in d.c.ſæpe.num.43.Quorum tamen dicta non videtur applicabilia ad violentum ſpolium,de cuius ſucceſſore tractatur, cum violentia,quæ fit perſonæ,velut palam fieri ſolita, conſueuerit conſanguineis innoteſcere,præſertim propter reclamationes, & querelas ꝯſanguineis precipue notas, nam & ſi ſpolium momento expediatur.quando committitur, tamen habet ſucceſſiuam permanentiam,cuius facillima ſit notitia.Proptereaque per eundem Ripam adhibetur hæc diſtinctio,vt ſi quidem conſanguineus titulo lucratiuo ſucceſſerit in re vitio violentię,affecta, vigeat præſumptio ſcientiæ vitij : ſed ſi ſucceſſerit ex titulo oneroſo, non idem futurum, ceſſante præſumptione ſcientiæ, ex alia vrgenti iuris præſumptione in contrarium,ꝙ nemo prę ſumatur iactare ſuum,emendo rem vitioſam, ſeque ſubiiciens certo periculo reſtitutionis,vt ibi dicit Ripa,& Abb.nume.14. verſic.ſi verò. Neque ſcientia priſtinæ occupationis auctoris, ęquè oriretur in occupatione vitioſæ rei vacantis, in quo licet dolus præſumptiuus verſaretur,quo ad l.fin.C. vnde vi.non tamen inde reſultet præſumptio ſcientiæ inuaſionis violentæ per quondam eius rei poſſeſſorem, qui non fuiſſet auctor occupatoris rei vacuæ,vt per Anto.in d.c.ſæpe.quem ibi recitando approbat Abb.num.14.

Sed quoniam res vitio ſemel affecta, ſemper in eadem affectione continuare dicatur, donec id vitiū fuerit prorſus expurgatū, licet per plurimas manus res ipſa ſucceſſiuè tranſiuiſſet. l. ſequitur.§.lana.ff.de vſucap.non erit neceſſaria agēti ex hoc canone probatio ſcientiæ immediati ſucceſſoris,qui licet ignora 79
uerint nihil ad hunc effectum referat,ſed ſatis ſit probari ſcientiam poſtremi poſſeſſoris, contra quem agitur, cuius tantum animæ periculum verſetur,ſi ſciens eius rei vitium,id ſua ſponte non purgauerit, ſed cum læſione conſcientiæ rem retinuerit,vt dicit Inn.in hoc cap.ſæpe.& Abb.num. 15. verſi. ſed quæro.quamuis in contrarium Barba. ponderauerit verba huius canonis,dum dicit de re in alium tranſlata per ſpoliatorem, velut reſpiciens immediatum ſucceſſorem ſpoliantis:indeque inferat huius canon. effectum non egredi perſonam primi ſucceſſoris, nec ad vlteriores porrigi; verum quia in colligendo 80
vero ſenſu canonum, (vbi præſertim agitur de periculo animarum)non cortex verborū, ſed ipſa mens rationabilis in primis attendatur huius canonis effectus porrigendus ſit contra omnes ſucceſſores, cum eius finalis ratio ſit animæ periculum, atque conſulatur ſpoliato, vt in eo dicitur & notat Roman. in l.rem quæ nobis.nume. 7. de acquiren. poſſeſſ. Quæ quidem ratio pariter vigeat contra quoſcunque etiam poſtremos ſucceſſores, ad quos idem animæ periculum tranſeat ex vitii ſcientia, etiam vt dixi præſumpta; cuius tamen præſumptio ceſſaret in eo qui iuſta ratione credere potuerit auctoris vitium iam fuiſſe purgatum, priuſquam ad eum res peruenisſet,in quo tamen non crederetur eius ſimplici aſſertioni, ſed aliunde eſſet deducenda ſuæ iuſtæ credulitatis dilucidatio: † Quinimmo ſi aliàs 76
deduci poſſet notoria ſcientia primi ſucceſſoris oriretur præſumptio continuatæ ſcientiæ ipſius poſtremi etiam ſucceſſoris, qui id perquirere teneretur.Anchara.in cap.eos qui.2.nota. de tempo. ordin. Ac ratione quidem in hoc teneretur ſuccedens in re notoriè vitioſa perquirere,an in eodem vitio continuauerit,vel fuerit expurgatum.Lap.allega.127.colum.3.Ripa in hoc c.ſæpe.nume.43.Sed hæc præſumptio ſcientiæ inde deducta, ꝙ quis teneretur perquirere,delebitur proprio iuramento, ſecundum Anchara.in d.c.eos, qui. Quapropter ad euitandas omnes ambages circa probationes ſcientiæ,inhærendum ſit ſententiæ Goffredi,& communi ſtylo.Vt agatur de ſpolio virtute canon. reintegranda.in quo nulla ſcientię probatio requiritur,ſed ſufficiat ſola,& ſimplex probatio extremorum, cuius ſententiam recitat & approbat Abb.in c.ſæpe.nu.14. verſ. ego dico.negans tamen canonem illum applicari ad bona laicorū, cuius tamen contrarium communiter comprobatum, & à ſtylo receptum ſit,vt latiſſimè dicam loco congruo.

De probationibus in officio iudicis in C. Ex literis. de reſtit. in integ. Cap. XIII.

77 SOla probatio priſtinæ poſſeſſionis ſine alia probatione eiectionis aut ſpoliationis ſufficit ad implorādum officium iudicis ex æquitate deductum pro recuperatione poſſeſſionis,in cap.ex literis.de reſtitu. in integr. Quod quidem tam maiori,quàm minori communicetur, ad inſtar reſtitutionis in integrum, adeo vt poſtremus poſſeſſor, non obſtante eius bona fide ad reſtitutionē teneatur,vt per Afflic. deciſ.327. in fin. Ad effectum autem vt id officiū maiori ſuffragetur,opus ſit probari iuſtam cauſam,ſaltem ſemiplene per vnum teſtem, cum adminiculo iuramenti.Abb.in hoc.cap.ex literis. in gloſſ. 3. Minori verò ſuffragabitur ſine ea probatione, ſed probata tantum læſione, licet ex propria negligentia profecta.cap.cum veniſſent.cap.auditis.de reſtitu.in integr. Abb. qui ſupra verſic. item not.† Quod quidem iudicis officium licet præcluderetur 78
termino quadriennii, ad inſtar reſtitutionis in integrum, de quo in cap.j.eod.titu.in 6.& in Clemen. j. non propterea id implorans teneretur ſubire onus probandi id tempus eſſe infra quadriennium, ſed ei ſat eſſet probaſſe minoritatem ſuam tempore læſionis,qua tantum probata ſit debita reſtitutio, niſi probaretur lapſus quadriennii probandi per allegantem,tanquam fundamentum ſuæ propriæ intentionis.Roma.in l.nam, & poſtea.§.ſi minor.nume.8.ff.de iureiuran.Alexand. in l.ſi minorē. nume.3.C.de in integr.reſtit.Idque communiter receptum dicit Iaſ.in d.§.ſi minor.4.notab.& ſequitur Innocen.in cap. conſtitutus.de reſtitu.in integr. & Aegid. deciſ.654. & latè dictum in cauſa Peruſina ſpolii de Balionibus coram Puteo:Cuius quidem quadriennii lapſus non ita paſſim reciperetur in alio iudicio ſpoliatiuo, in quo verſetur continua læſio : nec propterea dari poſſit præciſum initium quadriennii,vt per Anto. in ca. ex parte.de reſtitu.ſpolia.& deciſum in cauſa Toletan.refert Arag. de anno 1534.idque ad inſtar ſententiæ erroneę,quę continuo lædit,vt dicit Feli.in ca.lator.7.declaratio. de re iudic. quod eo preſertim procedit in ſpolio,in quo vertitur animę periculum, nec propterea recipiat aliquam temporis præſcriptionem, vt ſuo loco dicam inter exceptiones.

De probationibus in canone Reintegranda. Cap. XIIII.

HOc poſſeſſorium tanquam cæteris frequentius atque vberius continens varias,& inter ſe diſtinctas ſpecies, etiam diſtinctas probationes vnicuique ſpeciei congruas requirit. Alias videlicet in beneficialibus, alias in profanis,alias in ſpiritualibus, aut incorporeis,ſeu mixtis,atque alias,vbi prætendatur iudicialis auctoritas.Quibus ſingulis propriæ ſubiiciendæ ſint probationes cum opportuna earum diſtinctione, vt cuncta in hoc tam celebri iudicio ſaturiſſimè compleantur. 79

Rerum etenim corporalium,ac profanarum ſpolium (in qbus etiam hunc canonem ſibi locum vendicare communiter receptum ſit, vt ſuperius dixi) † indiget ſola probatione duo- 80
rum extremorum,ex quibus tantum concludatur ſpolium,velut ex duobus initiis formalibus, quorum alterum retro reſpiciat agentem poſſediſſe: alterum verò reſpiciat præſentem ſtatum poſſeſſionis ipſius rei conuenti, ex quibus vti decet, legitimè probatis, inſurgat præſumptio medii temporis. latè Docto.in cap.cum ad ſedem.vbi Abb.nume.17. de reſtitu. ſpolia. & in c.conſulta.de offic. delega.Alexan.conſi. 6.nume. 5.lib.3. Specul.de proba §.j.nume.33. Rota in not. deciſ.439. Afflic.deciſ.327.in princip. Cum ex probatione priſtinæ poſſeſſionis inferatur præſumptio iniuſtæ amiſſionis: ex poſſeſſione verò recentiori ipſius rei oriatur præſumptio ſpoliatiua, niſi contrariū probaretur, vt ibi per Abb. nume.28. & in cap. ſæpe. nume.18. eod.titu. Afflic. qui ſupra. Alexand.conſi.103.in princip.lib.7. Rui.conſi.12.nume.10. lib.4. Non obſtante, quod Innocen.in c.qualiter & quando. de accuſa. dixerit in hoc opus eſſe probatione temporis amiſſæ poſſeſſionis, aſſerens id eſſe de ſubſtantia eius iudicii. Quod tamen tempus æquè præſumptiuè deducatur ex probatione priſtinæ poſſeſſionis,quæ inducat præſumptionem continuationis,vſque ad diem ſpolii,pariter præſumpti ex poſſeſſione rei cōueti. l. ſiue poſſidetis. C.de probat. Abb. in d.c.cum ad ſedem.nume.18.Rota in nouis deciſ.124.& 439. ſicuti dicitur in præſcriptione per Bart.in l.Celſus.ff. de vſucap. Corne.conſi.130.lit.M.lib.j.Ex quo non ſit recipiendum, quod dixit Specul.in titu.depoſiti.§.7.nume.4.in fin.probandum eſſe tempus deiectionis è poſſeſſione, cuius contrarium communiter firment Docto. ne ſpoliatus nimiis probationibus vrgeretur. Sed ſatis ſit,vt eius ſpolium deducat,ex probatione ſuæ anterioris poſſeſſionis, & poſtremæ poſſeſſionis rei, vnde inferri ſpolium concludant Docto.in d.cap.conſultationibus, & aliis locis mox recitatis : & quamuis Paul.de Caſt. in conſi.306. nume. 3. lib. 2.dicat, fuiſſe interdum abſolutum reum ex defectu non probatæ ſpoliationis per actorem, qui probaſſet extrema poſſeſſionis, vnde inferat ſpoliationem neceſſariò probādam. Idemque videatur approbare Abb. in cap. olim.num.10.de accuſat. communis tamen opin. eſt in contrarium, ac ipſemet Abb. alibi ſe ipſum declarauerit id eſſe intelligendum de præſumptiua probatione ſpolii, quæ inducitur ex pbatione vtriuſque extremi. Nec aliàs directam ſpolii, aut vitii probationem eſſe neceſſariam poſt conſtitutionem huius canon.reintegranda.fatetur communem Abb.in d.ca.cum ad ſedem. nume. 26. ac Soz.in l.rem quæ nobis.q.7.ff.de acquir.poſſeſſ.Nec ſit probāda poſſeſſio actoris, tempore patrati ſpolii, vt pariter eſt communis in d.c.cum ad ſedem. & in cap.cum eccleſia.de cauſ.poſſeſſ.& propri.relata per Alex.conſi.133.lib.j. ſed antiquiori poſſeſſione probata cenſeatur recentior infecta, & propterea reintegranda:idq; ſeruetur,licet ſecus ſenſerint,aliqui recitati p Ri-

Source : BIU Cujas

ram in d.c.cum eccleſia.nume. 32. & per Curti.ſenio.conſi.72. num.11.Neque Deciſin conſi. 471. num. 3.dicens requiri probationem doloſæ deiectionis, ſit attendendus tanquam ſibi ipſi contrarius in conſi. 136.in fi. ex quo ſeruanda ſit omnino cõmunis opin. cum obſeruantia conformi Dominorum de Ro-
81 ta,quæ ẽt ex ſe tantum pro cõmuni reciperetur. † Verum quia huius præſentis iudicii, præcipuum ſit fundamentum in probatione primi extremi, non leuiter eius probatio in iudicio recipiatur, ſed exactiſſima requiritur, ac concludens gl.communiter recepta in l.j.C.quo.bono.& per Bar.in extraua.ad reprimẽdum.§.ſummarie. nume.12. Alex. conſi.139.in fi.lib.6.& conſi. 187.veſi.& quamuis.lib.7. Idq́ue paſſim ſeruetur per Dominos meos de Rota,vt & refert Sarnen.in reg.de infir.reſign. q. 36. & Io.Paul.deciſ.105.in fi.& ſæpe Pute.Afflic.deciſ. 364. nume. 6. Capi.deciſ.55.nume. 11.Ideoq́; de eius probatione ſit latiſſimè diſſerendum,velut in qua conſiſtat omne robur ſpoliatiui iudicii.Nam licet hoc iudicium cenſeatur ſummarium, nihilominus teneatur actor plenas probationes,ſaltim huius primi extremi in actis exhibere.Bar.in d.extraua. ad reprimen.§ ſummarie. num.12.Ang.in l.j.C. ſi per vim,vel alio Mo.Lanfran. in repeti. clem.ſepe.verſ. ſimpliciter.concluſ.9.de verbo.ſigni.Quod quidem primum extremum, & ſic ſuam priſtinam poſſeſſionem, non concluſiuè probãs, nihil ſe facturum exiſtimet,vt nec etiã poſſit prætendere ſe ſpoliatum non ita probata poſſeſſione ꝓpria,vt inquit Afflic.deciſ.331.nu. 2.& licet Bar. & quidam alij dixerint, ſatis eſſe per vnicum teſtem hoc primum extremum probari: id tamen de iure minime comprobetur,vt dicetur inter probationes teſtium.

82 † Primum autem extremum poſſeſſionis rei de cuius ſpolio agitur rectè probabitur ex effectuali perceptione naturaliũ fructuum ipſiuſmet rei, niſi ex aduerſo probaretur perceptionem illam fuiſſe clandeſtinam,vel iure familiaritatis,ex quo diceretur quædam poſſeſſio mendax,& carẽs omni effectu reſtitutionis,vt per Afflic.deciſ.167.Soz.conſi.131.num.2.lib.2.Corn.cõ ſi.91.lit.Q.lib.4.Idq́; iure familiaritatis factum,colligi poterit ex variis indiciis,& cõiecturis,inferius ſuo loco deſcribẽdis.Ac ẽt ſine fructuum collectione poſſit rei poſſeſſio plenè probari ex cultura agri in arando,ſerendo,cæterisq́; exercendis,quæ ad ipſius rei neceſſariam,atq́; vtilem culturam pertineant, nec alias per ſolam deambulationem fundi eius poſſeſſio probaretur.gl. in l.3.C.fi.regun.vbi Bal.nu.4.in l.indicia.col.2.C.de rei vend.& in l.poſt ſententiã.col.2. C.de ſent.& in l.Põponius. ver.itẽ nota.ff.quibus mo.vſusfru.amitta.Bal.in l.2.nu.3. ff.de acq. poſſ. & in l.Titia.ff.pro ſocio.Alex.poſt Bar.in l.2.ver.eum.C.de acqui. poſſ.Dec.conſi.57.col. 2. niſi tamen vltra deambulationẽ aliud probaretur, vti eſſet cuſtodis appoſitio, ſiue aliud eius generis, ex quo poſſet cõcludens poſſeſſio inferri, vt per Alex. in l.3.nu. 7.de acq.poſſ.Afflic.d.deciſ.167.

83 † Ciuilium autẽ fructuũ perceptio ex re ipſa, & ratione eiuſdem rei (vti ſunt cenſuum ac penſionum rei locatæ) licet probaret rei poſſeſſionem inter eoſdem.gl.& Roma. l. qui vniuerſas. §.quod per colonum.l.quamuis.§.ſi conductor.ff.de acqui.poſſeſſ.l.litibus.C.de agric.& cenſi.lib.11.Bal.in auth.quas actiones. num.24.C.de ſacroſan. eccl. Nõ tamen probabit poſſeſſionem contra tertium tempore ſolutæ penſionis poſſidentem. gl.in c. bonæ.verb.procuratorium.de appell.Idq́; cõmuniter teneri dicit ibi Card.num.17.gl.in c.cum Bertoldus.de re iudi. Docto.in c.cum veniſſent.de reſtit.ſpolia.Bald.in l.Pomponius.ff.quibus mo.vſusfruc.amitta.Roma.in d.§.p colonũ.verſi.in gl.& in cõſi.127.in princ.Corne.conſi.315.lit.E.lib.4.Alex.conſi. 10. nume.3.lib.4.ſed neceſſe ſit eius tertij poſſeſſionẽ probari, ad effectum, vt ex dicta receptione ciuilium fructuum contra eã non reſultet probatio ſecundum gl.in d.§.quod per colonum. Bal. in l.Celſus.ff.de vſucap.Felin.in d.c.cum Bertoldus.nu.35. Cardin.in d.c.bonæ.Alex.conſi.266.num.13.lib.2. Ex quorum ciuilium fructuum perceptione quæratur ab initio rei poſſeſſio, ſi eorum ſolutio fiat per poſſidentem, vel de eius expreſſo man-
84 dato,vt ibidem dicit Feli.† quamuis per alium hi fructus exigerentur,de cuius mandato exigendo conſtiterit.l.j. §. per procutorem.ff.de acqui.poſſ.& dicit Veſta.deciſ.97.ſeu ſaltim conſtiterit, dominum interdum antea exegiſſe,vnde inſurgeret prę-ſumptio continuatæ poſſeſſionis,abſq́; alia neceſſaria probatione præuii mandati de exigendo,vt per eũdum Veſta.deciſ.237. Non tamen è contra probaretur non poſſeſſio ex nõ receptio-
85 ne penſionis,vt per Rom.in d §.quod per colonũ.in fi. † Quòd ſi ex perceptione talis penſionis,ſeu cenſus, aut alterius annuæ reſponſionis, non prætenderetur ipſius rei poſſeſſio, ſed ſola quaſi poſſeſſio perceptionis annuæ, eo caſu ſi recuſaretur ſolita ſolutio,poſſet contra recuſantem peti reſtitutio illiuſmet iuris ſolitæ perceptionis, quæ tamen peti nequeat cõtra alium ad quẽ res deueniſſet,niſi habuiſſet cauſam à primo ſoluente, quẽ tantum illa quaſi poſſeſſio perceptionis afficiat, & eius iudicij ſucceſſorem.Neq; in reſtitutione ad eam quaſi poſſeſſionẽ (licet eſſet de fructibus eccleſiaſticis) neceſſaria eſſet aliqua tituli deductio,aut probatio, vt eſt communis in d.c.bonæ. ſecundũ Card.ibi nu.17.quamuis ibidem Abb.dixerit in eo requiri titu li probationem:cuius contrarium dixit in c.querelam.3. no.de elec & Dec.conſi.226.col.j.Nec deſint pleriq; Doctores in hoc inuicem diſſentientes.Nec mirum,cum & huius rei opinio varietur inter antiquos & nouos Dominos de Rota, qui in deciſ. 11. in antiq. generaliter dicant non poſſe obtineri in hoc quaſi poſſeſſorio percipiendi, ſine aliqua iuris præuia probatione. In deciſ.autem 4.in no. id limitauerint eſſe verum in quaſi poſſeſſione quæſita de recenti,& non aliàs.Ideoq́; Gigas in tract. penſio.q.47.nu.4.in hoc adhibet concordem diſtinctionem,dictisque deciſionibus conformem,vt ſi quidem recens ſit quaſi poſſeſſio,exigat iuris probationem: antiqua verò nullã requirat iuris probationem,cuius prę-ſumptionẽ afferat antiquitas:Neque etiam reſtitutio ad quaſi poſſeſſionem primi ſtatus perceptionis alicuius eccleſiaſticæ penſionis egeat probatione cuiusque cauſæ,quamuis narratæ in commiſſione,ad quam nihilominus probandum agens non arctaretur,vt per Ang.in l.j.col.2. ff. de eden.Feli.in c.licet cauſam.num.88.de proba.172. in fi. Gigas q
86 ſupra.nu. 6. † Vt nec in his penſionibus annuis clauderetur via reſtitutoria ex commiſſione cauſæ nullitatis penſionis cũ clauſula paſſim ſolita ſine retardatione,vt plurimum proficua,tam pro conſeruatione, q̃ pro recuperatione ſolitæ eius perceptionis ex latè dictis per Caſſa.de reſcr.deciſ.10.nu. 8. per Gigan.de penſio.q.8.nu. 9.& alios latè deducendos inter exceptiones.

87 † Aeq; poterit hæc quaſi poſſeſſio perceptionis penſionis ad hũc effectum reſtitutorium probari,ex ſolutione per alium facta eius nomine,contra quem de ſpolio agitur,cum ita ſoluens alieno nomine, cenſeatur iuris præſumptione ab eo mandatũ recepiſſe, cum nemo præſumatur ſuum iactare, ſicut eueniret ex ſolutione indebiti pro alio facta,vt dicunt Domini de Rota deciſ.23.in antiq.de qua Feli.in c.ſicut.num.39.2.limit.de re iudic. Soz. conſi. 46. nume.3.lib.3. Dec.conſi.36.nume.8. Quod maximè verum eſſe dicitur in eadem deciſ.ſi talis ſolutio fuerit facta per tertium ſciente eo cuius nomine ſoluitur, ex qua quidem ſcientia videretur ſolutionem ratificaſſe. Quinimmo dicat Gig.de penſio. q. 48. ſcientiam cum patientia omnino eſſe neceſſariam ad deducendam hanc mandati præſumptionem, ne aliàs ex ſolutione ita per alium facta præiudicaretur alteri ignaro, vnde ſuccedere poſſet colluſio in tribuẽda tertio quaſi poſſeſſionem percipiendi penſionem nullatenus ſibi debitam. Proptereaq́; ne præbeatur fraudis occaſio,ac occurratur excreſcenti hominum malitiæ,exquirẽda ſit probatio ſcientiæ illius, pro quo ſoluitur,vt etiam dicit Abb. conſi. 23. col.2.lib.2.relatus ibidem per Gigan.Poſſet tamen oriri mandati præſumptio etiam ſine probatione ſcientiæ, ſi fieret ei ſolutio, qui iam antea fuiſſet in quaſi poſſeſſione percipiendi, vt inquit Caſſa. deciſ.3.num.4.in fi.de procurat.Adeo vt d.deciſ.21.in antiq. nõ ſit ita ſimpliciter intelligenda, ne inter corruptos mores præberet anſam promptæ fraudationis,vt inter exceptiones latius dicam: neque alteretur hæc quaſi poſſeſſio percipiendi ex mutatione beneficiati,cum nihilominus ſucceſſor in beneficio recuſans ſoluere conueniri poſſet de ſpolio ex rationibus relatis per Guido Papæ in deciſ. 642. comprobata per Dominos de Rota in cauſa Eboricen.penſio. de anno 1548.teſte Pute. ac relata per Gigan.de penſio.q.47.nu.10.

88 † Per inſtrumentũ locationis domus, vnà cum ſubſecuta receptione penſionis probaretur etiã ipſius domus poſſeſſio, ex qua inferretur concludens probatio primi extremi inter ipſoſmet contrahentes,eorumq́; ſucceſſores:ſed quo ad tertium nõ omnino cõcluderet.l.ad probationem.C.loca.c. inter dilectos. de fide inſtru.Bar.in l.2.ff.de acq.poſſ.Bald.in l.fi.q.8. C. de edic. diui Adri.Pariſ.conſi.104.num.88.lib.j.Soz.conſ.125. nu.5.lib. 2.Rota in antiq.deciſ.87.de qua meminit.Alex.conſi.10.num. 3.lib.4.& cõſi.12.num.5.eo.lib.& conſi.57.num.10. lib. 7. Pariſ. conſi.111.num.44.lib.j.(licet tam in alio num.deducat) Caſſad. in regu.deciſ.20.num. 2. Si tamẽ tertius docuiſſet per ſe vel aliũ eo tẽpore fuiſſe poſſeſſorem, vti deciſum refert Afflictus deciſ. 325.& dicit Bar.in l.quidam in ſuo.ff.de condi.indebi.& in l.nõ a re.C.vnde vi.Alex.in l.ſi conductor.ff.de acqui.poſſ. & conſi. 118.in fi.lib.2. & conſi. 88. & 90. lib.1. Corn.conſi.6.lit.E.lib.3. Atque adeo ex inſtrumento locationis cum aliquo actu extrinſeco probaretur ipſius rei poſſeſſio,vt inſuper inde oriretur effectus idonei tituli ad præſumptionem,ſi fuerit diuturno tempore continuata,quod maximè notandum dicit Bar.in d.l.ad probationem.C.loc. An autem per cataſtum probaretur poſſeſſio, latè diſſerit Soz.d.conſi.205.

89 Pariter † ex inſtrumẽto vẽditionis celebrato intra fundũ vẽditum,ne dum inferatur rei traditio,verum & tranſlatio poſſeſſionis in emptorem.Bar.in l.prædia.2.oppo.ff.de acqui.poſſ.vbi Rom.& Alex.j.no.Bal in l.fi.nu.47.C.de edic.diui.& in l.j.1.no. C.de ſuffra.Abb.in c.cum nobis.col.3.verſi.quo verò.C.de prę-ſcri.Faſto.dub.41.Nam & ſpolium probaretur ex inſtrumento notarii,ſi ciuiliter,non ad pęnam, ſed ad reſtitutionem tantum ageretur,vt per Feli.in c.cũ in eccleſiis.7.fallen.de maio.& obe. ad hoc notata per Rotã in cauſa Calaguritan.27.Aprilis 1542.

de qua

de qua Puteus decis.10.lib.2.Quæ tamen ita demum recipiãtur, si pretium conuentum fuisset integrè persolutum, vnde posset elici animus transferendi ius vniuersum. l. quod vendidi. ff. de contrahen.emptio.Bar.in l.quædam mulier. ff.de rei vendi. Sed si nihil conuenisset de certo pretio statim soluendo, censeretur
94 eius fides habita,vt dicit glo.communis in d.l.quod vendidi. & in l.procurator.§.planè.ff.de tributo. § venditę. instit. de rerum diuisio.Fabia.de Monte in tracta.emptio.& vendi. q.5. num.37. nisi verisimiliter vẽditor crederet se illico pretium recepturũ, ex quo non diceretur de eo fidem habuisse.gl.in l.inciuile.C.de rei vendi.Bar.in l.si quasi.ff.de pigno.actio.Anto.Negu.de pign. quæst.6.num.38.Bertech.in tract.de episcopis.nu.134.Et minus censeretur fides de pretio habita per eum,qui præfixisset soluendi terminum decem dierum & non vltra,vt ibidem per Bertec. ex nota.per Bald.in d.l.inciuile.& in l.3.ff.de pignora.actio. Nec pariter diceretur habuisse fidem de pretio, qui contraxisset statim recessurus vt esset mercator, qui iam decocturus se ad fugã præpararet.Bal.in l.si eum dotem. §.fi.in fin.ff.solu. matri. & ibi Ang.& Roma.in eadem l.§.transgrediamur.Fabia. qui supra nume.37. Idemque futurum si emptionis instrumentum fieret in nundinis in quibus quilibet censeatur illico recessurus, vt ibidẽ
90 Fabia.& Franc. Curt. in tract. sequest.nu.31. † Quæ tamen fides de pretio,nec haberi nec præsumi posset in instrumento venditionis fiscalis,seu aliàs per subhastationem, in qua talis fides haberi nequeat.l.si procurator.§.j.ff.de iure fisci.gl.in l.procurator. §.sed si.ff.de tributo.& in l.cum vẽdente.C.vbi cauf.fisca.Ideoq; in his possit,pretio non soluto res statim vendicari,licet contractus diceretur ex se perfectus. Bart. in l.licitatio.q.j.ff.de publica. & in l.si tempora.q.3.C.de fid.instrum.Alex.ĩ l.à diuo Pio. §. sed si emptor.nu.6.vbi Iaf.num.6.versi.adde.ff.de re iudi.Minus haberi posset fides de pretio per procuratorem specificè constitutum ad rem vendendam,licet id posset procuraror generalis,ac factor,seu institor mercatoris,non facta expressa prohibitione. Bal.in l.inciuile.num.2.C.de rei vendi.Bert.versi. procurator ad negotia.num.4. Verum in casibus in quibus haberi potest fides de pretio quæ habita fuerit, venditio sola absque pretij solutio-
91 ne transferret dominium, ac possessionem, vt dixi, † nisi pacto expresso fuisset reseruata possessio,donec pretium fuerit ĩtegrè persolutum,vt per Fab.de Mon.in d.tract.emptio. nu.39. Quod & si instrumentum venditionis non fieret intra rem ipsam, sed extra rem venditam,adhuc diceretur possessio translata, dummodo contractus fieret in cõspectu ipsius rei. l.pretia. ff. de acq. possef.& ibi Alex.Bar.in l.2.in fi.C.eo.tit.Bal.in l.indicia.q.j.C.de rei vend. quamuis solo aspectu non transferretur possessio per executorem ad id destinatũ,nec per iudicem aut tutorem, seu curatorem,ne duplex fictio concurreret,sicuti dicitur in consti tuto,per Bar.in l.j.in princ.nume.23. vbi Iaf.nu.108.ff.de verbo. oblig.Instrumento autem extra rei conspectum celebrato,q̃uis dicatur tributa licentia capiendi possessionem,non tamen dicetur translata effectualis possessio absq; cõcursu alicuius actus
92 possessorij,vt ibidem per Bald.† inter quos erit signatio rei venditæ, quæ vim habeat traditionis. Indeque inferatur possessio l.quod si neque.ff.de pericu.& commo.rei vend.l.j.§. idem erit. ff.nautæ,caupo.Probaretur insuper possessio ex antiquo instrumento,præsertim inter easdem partes tunc contrahentes, vt p Dec.consi.36.num.6.Non tamen per instrumentum venditionis transferretur vlla possessio rei venditæ, si esset litigiosa, seu tali vitio affecta,ex quo contractus redderetur inutilis.l.fi. C. de litigio.glo.& Abb.in c.j.de confir.vti. vel inuti. sicut nec quæreretur possessio ex contractu insolemni,qui nullius esset roboris secundum Bal.in l.fi.num.20.C.de edic. diui Adri. licet ex causa nulla,vel iniusta possessio quæreretur.l.j.§.si vir.ff.de acquirend. possess.Bald.in l.si quis conductionis.num.1.& 6. C.loca.Nisi tamen ei possessioni ius resisteret,vt per Abb.in c.ex parte. nu.19. de restitu.spolia.Calder.cõsi.5.de cauf.possess.& propri. de quo
93 Achil.de resti.spolia.decis.1.Corset.de spolio limit.47.†Verum possessionis traditio instrumẽtalis nullatenus probaret adeptionem possessionis alio tunc existente in possessione, ne aliàs fraudi locus esset,per mendosum instrumentum clandestinę possessionis traditæ, ex qua oriretur maximum possidentis præiudiciũ, nisi doceretur de recognitione coloni, vel eius eiectione, seu alterius possidentis,facta per eundem, qui instrumentali pos 96
sessione niteretur.Deci.cons.103.ĩ fi.& ita decisum refert Mohed. decis.238.& aliàs corã Achil.de anno 1555. & in alia cã Hispanen.matri.Verum si duo æque concurrerent in probatione possessionis ab initio captę per instrumentum, is censendus esset prior,qui aliquandiu postea in ea continuasset,vt dictũ in causa Oxomen.21.Nouemb.1538.retulit Arago. decis.34. quæ tamen continuatio minimè suffragaretur ei,qui eam probaret p solos testes de fama altero probãte prioritatem,vt inquit Pute. decis. 175.lib.j.& decis.19.lib.2.Instrumentalis tamen traditio probaret possessionem rei,vndiq; alio possessore vacuæ, vt per Fasto. dub.41.ita intelligendum ne aliàs contineret reprobũ sensum. Per instrumentum autem sententiæ licet antiquissimæ nõ probaretur possessio capta ad effectum primi extremi, non cõstito de eius executione,vt in causa Caualicen.dixit Pute. decis.6. de restitu.spolia.Nec tamen alienæ possessionis probatio facta per instrumentum sit in aliquo profutura, reo conuento, ad effectum reprobationis primi extremi.Crescen.decis.298.

† Probata detentatione à iure non reproba, saris censeretur probata possessio ad effectum reintegrationis pristini status vigore canon.reintegranda.cuius prędidium etiam habere locum in commodatario,depositario,cæterisque eiusdem generis iustis detentoribus dicunt Spec.de peti.& possess.§.j.nu.12.versic. sed nunquid.Archid.in c.j.in fi.3.q.j.Alex. in l.j.nu.65.ff.de acq. poss.Soc.in l.rem quæ nobis.q.2.versi.tertio dubitatur. eo.tit.& consi.122.num.4.lib.4.Nam & verbum, detẽtatio, instar habet naturalis possessionis, ad quam porrigatur dictum testis deponentis de detentatione,vt cõcludat facti possessionem, cum testificari nequeat nisi de eo quod sensu percipitur, vt per Alex. in l.3.§.fin.nume.11.ff.de acquiren.possess.& consil.51.nume. 8. lib.primo, ex quo testis deponentis de possessione intelligatur de naturali,quæ facti sit, non autem de ciuili, quæ velut in iure consistens in eius sensum non caderet, ut inquit Afflict. decis. 403.nu.15.ac testis dicẽs vidisse Titium possidere, eius possessionem probaret,vt per Dec.consi.215.num.5.Alex. in l.stipulatio ista.§.hæc quoque.num.3.& Iaf.num.4.ff. de verb. oblig. Idem Alex.consi.133.in prin.lib.j.

95 † Plures Docto. sunt, qui dicunt, ex sola fama probari posse hoc primum extremum possessionis tanquam leuis præiudicij, vt Ancha. consi.42.in fi.Deci.in l.2.nu.28.C.de edic.diui Adria. & in c.2.num.17.de appella.Marsi.in l.de minore.§.plurium.numero 71. ff.de quæst.& in suo singul.2.Corset.in trac.testi.6.par. prin.col.3.6.fallen.Fely. (licet obiter) in c.veniens.il 1.nu.19.de testi.Nec secus videatur sentire Alex.in consi.103.num.2. lib.7. Non tamen serio in eo persistens, cum & contrarium firmet in consi.139.in fi.lib.6.& consi.187.versi.& quamuis.lib.7. dum requirit in hoc primo extremo exactissimas probationes,& testes omni exceptione superiores:& idem in consi.133. lib.j. famam autem non inducere plenam probationẽ in huius primi extremi deductione firmant Areti.in d.c.veniens.num.7. Afflic. decis.364.Paris.cons.99.lib.4.& alii plerique: idque seruari per Dominos de Rota refert Sarnen.in reg.de infir. q.36.dicens id esse notissimum cum approbatione dictorum cõsiliorum Alexan. idemque dicit Pute.decisum 16.Decemb.1541. in causa Placen. in decis.j.de restitu.spolia.asserens Ancharani consilium esse nimis durum. Neque ex fama probari vnionẽ ad effectum primi extremi dicit Vesta. decis. 53. Nam cum ad primum extremum requiratur legitima,& plena ꝓbatio,fama de iure non suppleat, vt latè Felyn.in rubri.de proba.nu.13. Sed virtute statuti Roma. lib.2.cap.132.ad spolij probationem sufficiat fama, quinque testibus probata.Ex qua tamen fama deduci vehementem pſumptionem dixit Rom.consi.70.versi.vlt.& consi.127.num.4.quæ concurrens cum vno teste induceret plenam probationem secundum Deci.in consi.57.num.3.Filiatio autem ad effectũ successionis in actione spolij,ex fama ꝓbaretur post annos 60.quo tempore vix memoria habeatur,vti decisum refert Pute. in causa Anagnina castri 24.Ianuarij. 1547. Idemq; ex communi opi. probari etiam,stante fama illegitimitatis, in eadem causa dicit, decis.2.de resti.spolia.sola tamen fama in antiquissimis,ex testibus de auditu deducta,probaret hanc possessionem,quam quærimus.l.si arbiter.& ibi Doc.ff.de proba.l.2.§.idem Labeo. ff. de aqua pluuia.arcen.ac decisum ĩ causa Placen.dicit Io. Paulus in decis.105.in eademque causa id adnotauit Pute. in decis. 69.71. lib.j.aliàs 23.& 26.de resti.spo.allegans consi. Cassanei 54. versi. sed deuenio.& notant Lanfranc.in clemen.sępe.versi.simpliciter.num.12.Felyn.in c.licet ex quadam. de testi. Idemque dicũt Cassad.de proba.decis.2.& Mohed. decis. 178. Cum in his antiquissimis excedentibus hominum memoriam quæ sint difficil limæ probationis, pro exacta probatione recipiantur testes de auditu auditus.Alex.consi.187.num.21.lib.2.& consil.116.in fi. lib.5.Iaf.in rubri.de iureiuran.num.10.Soc.in regu.274.& in termi.probandi extrema spolij dicit Io.Pau.d.decis.105.cum in eo haberi nequeant testes de visu,quinimmo priuilegio eius antiquitatis plenè probare indicia & coniecturas, dicitur per Abb. in d.c.veniens.il 1.nu.8.& Felyn.ibidem,num.12. Bal.in l.cũ super.in fi.ff.de rei vendi.Anchar.consi.310.num.2.† Nec propterea eodem priuilegio antiquitatis reciperentur ad probationẽ primi extremi testes in vim exceptionis tũc deducti,vt ait Pute. decis.14.de testi.nec pariter testes inter alios deponentes recipi ad hoc idem Pute.refert decisum in causa Parmen.2.Nouemb. 1547.de restitu.spolia decis.25.quod etiam firmat Mohed.d.decis.178. licet hi testes plenè regulariter probent in aliis casibus antiquis,ut per Alex.consi.197.num.5.lib.7.in quibus passim recipiantur ad plenam probationem tam testes de auditu, quàm de credulitate,ut per Iaf.in rubri.de iure iu.nume. 10. Decius in c.cum causam.num.2.de proba. Alex.consi.187.nume.21.lib.4. & consi.116.in fi.lib.5.Soc.consi.89.nume.2.lib.1.& in reg. 274. & propterea etiam testes de fama.Alex.d.consi.116.nume.3.& consi.139.nu.6.lib.6.Iaf.in l.cum aliquis.num.5.C.de iure delib.

Aret.

Source : BIU Cujas

Aret.conſi.36.num.3.Deci.conſi.42.num.9.Curt.Seni.conſi.76. nu.5.& in antiquis ęque probent coniecturæ, indicia, & veriſimilitudines.Iaſ.in l.ſi quis.§.prætor.nu.2.ff.de eden.Anch.d.cõſil.310.num.2.Curt.Sen.d.conſi.76.num.3.Ruyn. conſi.115.nu. 13.lib.5.Pariſ.conſilio 104.nume.23.& 44.lib 1. Affli. deciſ.23.

97 † Verbaque enunciatiue licet incidenter prolata inſtrumentis antiquiſſimis, etiam inter alios rectè probant,ex dictis per Fely. in d.c.cum cauſam.num.6.de proba.Deci.in l.ex his. num.24.C. de milit.teſta.& conſi.152.nume.4.Ripa in l.admonendi.num. 200.ff.de iure iu.Pariſ.d.conſi.104.nume.20. & 48.Creſcen.deciſ.89.ac deciſum in cauſa Parmen.Vallium die 27.Febru.1545. refert Pute.dicens antiquitatis annos denumerari vſque ad diẽ inchoatæ litis,nec ad antiquitatem ſufficere decurſum annorũ 70.ac qualis qualis probatio,& argumenta in antiquis ſufficiãt, vt dicit ibidem Pariſ.num.42.& 52.ſubiiciens,etiam exemplum ſine originali in his plenè probare,ac confeſſionem authoris,licet extraiudicialem,in antiquis probare contra ſucceſſores, inquit Aretin.conſi.36.nume.2.verſic.ſecundo principaliter.Probationes etiam, quæ ſingulæ eſſent imperfectæ, ac regulariter non coniungendæ,in antiquiſſimis coniungerentur,vt quę nõ proſunt ſingula, multa iuuent.glo.& Doct.in d.c.cum cauſam. Areti.conſi.42.nume.3.

98 † Licet hoc primum extremum regulariter exigat teſtes, vt dixi,omni exceptione ſuperiores,vt per Alex.conſi.133.lib.j.recipiantur nihilominus hi teſtes,etiam ſingulares,& inuicem diſcordes in qualitate fructuum perceptorum, ac in tempore receptæ poſſeſſionis.gl.eſt in l.ob carmen.ff.de teſti. vbi Alex.poſt Bar.Specul.eo.tit.§.iam de interrogatoriis.num.14.Corn.cõſil. 247.litt. L.lib.2. Ac pariformiter probari poſſeſſionem iuriſdi-

99 ctionis aut iuris decimandi,dicit ibidem Spec.Non † tamen teſtis inductus ad probationem poſſeſſionis traditæ virtute litterarum Apoſtolicarum,quicquam de iure probet,licet deponeret de viſu,niſi etiam doceretur de his litteris, vt per Aegi.deciſ. 595.Admitterentur inſuper teſtes ad perpetuam memoriã examinati,ſine partis citatione in ſpolio patrato de longinquo; ſi ratione dubitari poſſet de eorum morte,vel abſentia. Soc.cõſil. 262.nume.9.lib.2.ſicut ita examinati reciperentur pro damnis fortuitis,licet coram iudice incompetẽti.Alex.poſt Bart.in l.cũ hi.§.tranſactiones.ff.de tranſac.& in l.2.addi.2.C.de naufra.li.12. & in conſi.57.col.2.Soc.in d.conſi.262.Neque in hoc iudicio ,p futuri eſſent teſtes,licet inter eoſdem legitime examinati prius in iudicio retinendæ,qui non facerent fidem in recuperãdo ſpolio niſi denuo repetiti,vt tradunt Mohe.deciſ.174.Aug. deciſ.3. 254.Pute.deciſ.2.de iud.Minus probarent poſſeſſionem iuris paſcendi, aut ligandi,deponentes paſcuationem, & lignationem per homines factam.Corn.conſi.234.lib.j.& 46.lib.3.& ita deciſum in cauſa Nurſina.8.Iulij 1543.refert Pute.deci.28. lib.2.

100 Quamquam † vnico teſti adhibendam eſſe plenam fidem in ſpolio plures ſint qui dixerint,vt Iaſ.in l.ſi quando.3.nota.C. vñ vi.& in l.admonendi.2.lect.nume.187.ff.de iureiuran.Deci.in c. cum cauſam.num.4.de proba.Matthefil.ſing.2. freti doctri.Bar. in l.j.C.quo.bono.Tamen contrarium paſſim ſeruari in Rota refert etiam Io.Pau.deciſ.105.in fi.vt pluries deciſum, poſthabitis verbis Bar. (ſi in hunc ſenſum intelligerentur eius verba) communiter reiectus,etiam per ſemetipſum, dum conſultius agendo contrarium firmat in extraua.ad reprimen.§. ſummarie. nu. 12.& in dic. l.admonendi. in eoque communiter recipiatur per Alex.conſi.139.col.fi.lib.6.& conſi.187.lib.7.Deci. conſi.56.nu.j. Aegi.deciſ.480.Afflic.deciſ.364. Nam nec Spec. inter tot caſus per ſe ſpecificè collectos,ac enumeratos in tit.de teſti. §. reſtat. in quibus vnico teſti creditur quicquam ſpecificum recitet in poſſeſſorio.Neque Roma.noſter exactiſſimus ſingularium collector,hanc ſpeciem poſſeſſorij recitet inter cęteras, latè per ſe deductas,in ſingul.416.incip.dictũ vnius teſtis.Nec pariter Soc. in regul.369.aliquid excipiat de ſpolio,dum narrat caſus in quibus vni teſti de iure creditur.Nec etiam Felyn. in c.veniens. il 1. de teſti.aliquid dicat ſpecificũ in ſpolio. Ex quo omnes cenſeantur inhærere ipſi regulę,quod nec vnico teſti ĩ ſpolio credatur,

101 vt verum eſt,ac rationi congruit. † Neque hoc primum extremum de quo quærimus,probaretur ex ambigua poſſeſſione tacitè collecta ex commiſſione cauſæ, ĩ qua narraretur ſpoliatum eſſe ſpecificum poſſeſſorem, vt inquit Mohe.in deciſ. 37. Aegi. deciſ.691.fallen.5.

Teſtes etiam diſcordes in tempore continuatæ poſſeſſionis in hoc poſſeſſorio reciperentur pro concordibus in tẽpore breuiori,ſi in expreſſo poſſeſſionis initio concordauerint, vel initium tacuiſſent.Bal.in l.j.num.14.C.de teſtam.cuius opin. dicit eſſe communem Soc.conſi.59.num.5.lib.4.Alex.conſi.54. nume.3.lib.5.& conſi.238.num.5.lib.6.qui alios cumulat in l.j.§.ſi ſtipulanti.num.13.ff.de verb.oblig.ex ea iuris regu.quod in maiori ſumma minor inſit, quàm quidem regulam plerique dixerint non recipi in probatione actus certi, ſed tantum in probatione rei vniuerſalis,ſeu genericæ,vt refert idem Alex. conſil.118. num.3.lib.j.dicens id communiter firmari.& Nellus in trac. de teſtibus.nume. 283.& minus recipi, vbi cadere poſſit diuerſitas actuum,vt ſi teſtes variè deponerent in aliqua ſumma, qui non dicerentur in minori ſumma concordes,ſed reijcerentur,velut prorſus diſcordes, vt dicunt Barto.in l.fin. §.j.in fi.ff.de leg.2. & in l.qui vas.ff.de furt.Roma.in d.§.ſi ſtipulanti.num.7. Felyn.in c.licet.nu.11.de teſti.Areti.conſi.65.col.j.Afflic.deciſ.72.Nell.in d.tract.nume.89.Quam regulam nec habere locum in cõtractu oneroſo dicit Alex.conſi.18.nu.3.verſi.quinimmo.l.br.1.Teſtis autem dicens ſe vidiſſe Titium poſſeſſorem decennalem, probat eius poſſeſſionem vnà cum fructuum perceptione.Barto.in l.ſi quis ita.nu.2.ff.de condi.& demon.

102 † Pro quibus teſtibus examinandis plerunque concedi ſolet in partibus remiſſoria,eiusq; concedendæ arbitrium, ipſiuſmet iudicis cõſcientiæ committatur etiam in ſpolio,in quo ſi iudex arbitretur illam nõ calumniosè peti,eius rei poteſtatem tribuere poſſit,vt puta,ſi teſtes ex legitima cauſa,de qua mox dixi, fuiſſent examinati ad perpetuam rei memoriam,licet nulliter ĩ partibus,ad quos denuo examinandos remiſſoria cõcederetur.Rota in antiq.deciſ.110.in fi.Caſſad.de dilatio.deciſ.3.nu.2.Quãuis enim teſtes ita nulliter deponentes,ſi adhuc viuant, nihil ꝓbarent (licet his mortuis aliqualis fides tribueretur) tamen adhuc viuentium depoſitio licet nulla, operaretur excluſionem ſuſpicionis calumniæ ad effectũ obtinendi remiſſoriam in partibus pro eiſdem teſtibus legitime examinandis,ut in d.deciſ.110. Bar. in l.2.C.de naufra.lib.12.Roma.in l.ſi verò. §. de viro. nume.88. verſi.15.Corſet.in ſuis ſingul.verb.teſtis in loco. Ac vbicunque procul eſſet calumniæ ſuſpicio, cõſueuit paſſim etiam in ſpolio concedi remiſſoria.Idem Caſſad.de dilatio.deciſ.4.nume.4. Sed in dubio agente ſimplici ſpolio, remiſſoria denegaretur ne eius petitio fieret ad remorandam ſuſpenſi petitorij cognitionem, cuius tunc poſſet reo probandi occaſio præberi,vel ad cætera retardanda quæ ex iudicio ſpolij ſuſpendi ſolent:cũ agens de ſpolio congruas,& promptas probationes in primis conſulto prępparare debuerit. Qua tamen ratione in reo ceſſante, ei facilius remiſſoria ſit concedenda ad excluſionem ſpolii cuius iudiciũ potuerit ex inſperato contra ipſum forte innocentem cõmitti, qui tunc careret promptis probationibus propriæ innocentiæ, vt per Dominos in deciſ.439.in no.& refert Caſſa. dic.deciſ.4.& Staphil.de litt.Apoſt.fol.178.col.j.in quibus cõcedenda eſſet remiſſoria,vtique concederetur etiam in tertia inſtantia, ſi materiæ in articulis deductæ eſſent, quoad poſſeſſorium releuantes, vt per Mohed deciſ.183.In cũctis autem ſpeciebus,in quibus ſolet in ſpolio concedi remiſſoria,ęquè eſſet concedenda in iudicio attentatorum, quæ ſpolij imaginem præ ſe ferant, vt inquit Caſſado.d.deciſ.4.de dilatio.& deciſ.5.de ſequeſtra. poſſeſſ.Non obſtante deciſ.775.in antiq.ut Sauarol. refert in eius tract.remiſſoriæ.cap.11.in fi.Idque ad excuſanda attẽtata, niſi iam fuiſſent ex actis probata,in quem caſum remiſſoria ad ea excuſanda denegaretur, vt inquit Simonet.in deciſ.28.46.

103 † Vſumfructum ſibi retinens in traditione reſidui ſui iuris, tacitè cenſebitur transferre ciuilem poſſeſſionem. l.quiſque.C. de dona.de quo per Pariſ.conſi.vlt.in prin.lib.4. Nec ſecus futurũ per retentionem iuris emphyteutici.gl.in l.3.in prin.uerſ.animo.ff.de acquir.poſſeſſ.Iaſ.in d.l.naturaliter.nu.12.co.tit.Corn. conſi.176.litt.A.lib.2.remanente tamen naturali poſſeſſione penes ipſum tradentem,velut vſufructuarium,qui ſi è ſua naturali poſſeſſione deijceretur,non ſit propterea dominus ciuilẽ amiſſurus,tanquam à naturali diſtinctam. Abb. in c.olim.il 1.nu.12. de reſtitu.ſpolia.Alex.conſi.153.num.9. lib. 6. Quod tamen ſibi locum non vendicaret in emphyteuta alienante cum retentione vſusfructus,abſque cõſenſu domini, vt deciſum refert Guid. Papæ in deciſ.46.num.7.Neque etiam trãsferretur ciuilis ex retentione non ſolum vſusfructus,ſed dominij,& cuiuſque adminiſtrationis facta per donantem,ut deciſum corã ſe refert Pute. deciſ.214.lib.3.Et quod dicitur in vſufructuario, pariter reciperetur in vſuario,qui ipſius rei naturalem dicatur habere poſſeſſionem,uſus verò,quaſi poſſeſſionem.Corn.cõſi.33. lit.R.lib.4. Id verò quod dictum eſt de translatione ciuilis poſſeſſionis ex retentione vſusfructus,tunc demum reciperetur,ſi doctum fuerit eum qui ſibi uſumfructum retinuiſſet, eo tempore fuiſſe tam ciuilem quàm naturalem poſſeſſorem,nec aliàs poſſet ciuilem quam non haberet in alium transferre,ut per Corne.conſil.16.

104 litt.B.lib.2.† Quæ quidem translatio ciuilis poſſeſſionis,trahitur etiam ad beneficialia, ex quo ſi reſignans vniuerſos fructus ſibi reſeruauerit vicem vſufructuarij obtineat cum retentione naturalis,trãslata tantum ciuili poſſeſſione in reſignatarium. ex d.l. quisquis.C.de donatio.Pariſ.conſi.172.in prin.lib.4. & ita fuiſſe pluries deciſum in Rota refert Ioan. Bap. de Senis ſui temporis aduocatus diſertiſſimus in quibuſdam eius informationibus, ac Simon.in deciſ.41.Idemque traductum ad regu.de public. reſignatio.in cauſa Abulen.præſtimo.coram Puteo tunc Rotæ decano,poſtea coram Fabio in eadem cauſa,& aliàs pluries, cum reſeruatio vſusfructus ciuilem tantum transferat, & in termi. huius regu.dicit Corn.conſi.137.litt. E.lib.3. Quinimmo ibidẽ dicat Corn.fieri locum d.regu.licet reſignans in ſola eius beneficij detẽtatione deceſſiſſet,licet de iure regulariter inter ſe differant

Source : BIU Cujas

ferant esse in possessione, vel possidere. l. si quis autem. ff. de acq. possess. glo. in c. ad decimas. versi. præsumantur. de restitu. spol. in 6. Quamuis autem ex tali probatione vsusfructus probaretur ad hunc effectum possessio, non tamen ex dominij probatione inferretur probatio possessionis, quæ velut facti sit specificè deducenda, & probanda. c. cum olim. il 3. de restitu. spolia. l. traditionibus. C. de pactis. l. cum res. C. de proba. nam cum nihil commune inter se habeant dominium, & possessio, nec ab vno ad aliud inferatur, tanquam ex diuersis. c. 2. de translat. præla. Abb.
105 in c. cum ad sedem. num. 19. de restitu. spolia. † quamuis possessio iam recepta præsumeretur quæsita ex causa præcedentis tituli. glo. & Bar. in l. 2. C. de acq. possess. & in l. quædam mulier. ff. de rei vendi. & in l. eum qui. in fi. ff. de publica.

Nec tamen ex eo quod in hoc primo extremo requiratur vrgens probatio possessionis, cogatur etiam agens ad possessionis
106 diuturnitatem probandam, cũ & quælibet † momentaneę possessionis probatio operetur effectum restitutorium virtute canon. reintegranda. secundum obseruantiam Rotæ relatam per Cassad. de præben. decis. 20. in fi. & in suis regu. decis. 4. in fi. cum & in alijs horæ momentum plurimum operetur, vt per Ias. in l. inter stipulantem. §. facsam. num. 20. ff. de verbo. obliga. Felyn. in c. pastoralis. num. 5. versi. ratione horę. de rescrip. Soc. consil. 67. lib. 3. Ioan. And. post Specu. de instrum. edi. §. breuiter. versic. dies & hora. In duobus tamen testamentis eadem die celebratis, nõ operaretur in altero horæ appositio, sed operaretur prior possessio, vt per Pute. decis. 209. 285. lib. j. Sed habens horam expressam in instrumento captæ possessionis, prior possessor reputetur, propterea quę sit primo restituendus, etiam aduersus eum qui haberet eiusdem diei instrumẽtum adeptæ possessionis sine aliqua expressione horę, vt ibidem per Cassad. & latè Mohe. decis. 149. in causa Oxomen. 13. Iunij. 1538. & Veral. decis. 350. ac in causa Astoricen. 9. Nouemb. 1547. decisum refert Pute. decis. 3. de restit. spol. subijciens tamen, quòd si vtrinque probaret eiusdem horæ capta possessio, illa potior censenda esset, quæ cõcludentius probaretur continuata, quin immo in concursu possessionis eiusdem diei, talem continuationẽ dicat operari prioritatem, licet continuans fuisset secundus in hora, nõ tñ eadem prioritas eliceretur ex possessione capta per assertum procuratorem eadem die, aut hora qua alter proprio nomine possessionem cepisset, quorum sit futura diuersa ratio, non obstante domini ratificatione postea subsecuta, vt dicit idẽ Pute. decis. 12. de resti. spo. Temporis autem breuitas, atque momentum circa possessionem probandam ad effectum primi extremi, remittenda sit iudicis arbitrio, & si ei videretur, coadiuuãda ex aliquibus indicijs bonę fidei. Franc. in c. ad decimas. 2. not. de rest. spol. in 6. Aegid. decis. 17. in fi.

107 † Ad effectum etiam restitutorium, de quo agitur, esset pariter congrua possessionis probatio à consuetudine recepta, qua propter ex cõsuetudine reciperet possessio beneficij sine actuali apprehensione: sed tantum ex pupillo terræ super altari impositò (quod dicitur per sartationem in c. 2. §. j. & ibi Abb. de cõsuetu.) ex qua tantum probatione locus esset restitutioni, tanq; ex possessione per consuetudinẽ inducta. Bald. in l. pen. §. j. in fin. C. ad Trebell. & in sua Marga. verbo, possessio. nu. 8. Afflic. decis. 299. nume. 2. nisi tamen ex aduerso probaretur, eodem tempore alium possedisse, cum eo casu talis possessio consuetudinaria nihil operaretur contra possessorem à iure comprobatum, vt ibidem per Afflic. Idque ad instar possessoris instrumentalis, de quo mox dixi. Nam & si de consuetudine fructus beneficij primi anni essent alicui debiti, qui eos propria auctoritate percepisset, minime posset beneficiatus, post eiusdem beneficij plenam, & liberam possessionem adeptam, ratione perceptorum fructuum agere de spolio, quod cessaret virtute consuetudinis
108 exclusiuæ ipsius spolij, vt per Aegid. decis. 465. & seq. † Nõ tamẽ dicta cõsuetudo, aut ei similis quo vis tempore comprobata esset vllatenus in hoc possessorio attendenda, si contra eam fuisset semel aut bis postremo iudicialiter obseruatum. cum in possessorio pręcipuè postremi actus considerentur. Dec. in l. nemo alieno. §. temporalis. in fin. ff. de reg. iur. Abb. in c. cum ecclesia. de caus. possess. & propr. sicut dicitur de possessione iuris patronatus, cuius vltimus possessionis status attenditur. c. consultationi bus. de iure patro. Calder. consi. 12. eod. titu. Dec. consilio 129. & cæteri deducti per Decium in d. §. temporalis.

109 † Oritur præterea concludens probatio possessionis ad hunc effectum restitutorium, ex constituto per possidentem inserto in instrumẽto ad alterius fauorem, vnde deriuetur actus fictus, translationis tam naturalis, quàm ciuilis possessionis. l. certè. ff. de precario. l. quod meo. ff. de acquir. possess. & ibidem Alex. nume. 12. & consi. 92. num. 4. lib. j. in l. interdum. in prin. eod. titu. & in l. si quis pro emptore. nume. 54. ff. de vsucap. vbi latè Ias. Abb. in c. nobis. nu. 5. de præscrip. & in c. 2. nu. 14. de cõsuetu. Ias. in l. fi. num. 133. C. de iure emphyt. Afflic. decis. 299. num. 12. Paris. cõsil. 172. nu. 2. lib. 4. ac censeatur talis possessio vera, licet modus quærendi sit fictus, vt dicit Balb. in l. Celsus. in 2. par. nu. 16. ff. de vsucap. & Ias. & in l. si quis pro emptore. nume. 394. ff. de vsucap. Bar. in l. ab emptione. in fi. ff. de pac. Dec. in regu. contractus. nume. 16. Non obstante q̃ idem Bar. in l. j. in fi. C. de acquir. possess. & Bald. in l. ab emptione. in fi. C. plus valere. quod agi. dicant ex constituto solam ciuilem possessionem transferri, cuius cõtrarium communiter recipiatur, cum constitutum operetur ratione cuiusque iuris, quod ipse cõstituens habeat tam in rebus corporeis, quàm incorporeis. d. l. quod meo. vbi Bar. in princ. Milis versi. possessio vera. & versi. possessio ciuilis. & versi. possessio, seu quasi. Iurisdictionis tamen, cæterorumque iurium quasi possessio, per cõstitutum tunc transfertur, si constituens postea id ius exercuerit nomine cõstituti, vt per Bar. in d. l. quod meo. numero sexto, & seq. vbi Alex. num. vigesimoquarto, quibus authoribus, id dictum per Rotam in causa spolij, de qua Achill. decis. 6. de restitu. spolia. nec aliàs constitutum, seu precarium tribueret cuiquam possessionem, qui illam saltim fictè non receperit animo & corpore. Alex. consi. 153. num. 3. lib. 6. Omnem itaq; possessionem, quam haberet constituens transferat ex constituto, velut fassus se alterius vice detinere, vt si nullam eo tempore haberet, inanis sit futura eius constitutio deficiente extremo, à quo constitutum trahit originem. glo. & Ange. in l. 2. C. de acq. possess. & in l. quamuis. §. j. ff. eo. titu. vbi Alex. in fi. & in consi. 10. num. 2. lib. 4. Bart. in l. quędam mulier. 2. nota. de rei vend. Corn. consi. 16. lit. B. lib. 2. Dec. consi. 247. num 4. & consi. 400. num. 9. Balb. in repe. l. Celsus. ff. de vsucap. in 2. par. prin. Pute. decis. 422. lib. 2. Ideoque ad effectum constituti necesse sit in primis docere de possessione constituentis, vt quam habuisse, probatum fuerit, transtulisse censeatur. Bart. in d. l. interdũ. §. fi. in fin. Ias. in l. 3. §. in amittenda. num. 8. de acquir. possess. Indeque proueniat, cõstitutum collatum post mortẽ constituentis nihil operari tanq; collatum in tempus, in quo extinguitur omnis possessio constituentis, vt per Ias. in l. j. num. 106. ff. de acquir. possess. & in l. quotiens. nume. 10. C. de rei vendi. Dec. in reg. contractus. nume. 17. Paris. consi. 98. num. 20. lib. 2. Nec etiam factum per procuratorem, possessionem vllam transferat, quàm non habet. Ias. in l. si is qui pro emptore. num. 398. ff. de vsucapi. Et pariter nec constitutum per colonum factum, possessionem trãsferat, quæ penes dominum integra remaneat, cui non possit colonus in sua possessione præiudicare. Bar. in d. l. 3. §. in amittenda. & ibi Ias. nu. 8. licet colonus ita se constituens si fructus alteri traderet sciente domino & possessore, ex eo nullã possessionem dominus amitteret, nisi suspicaretur se posse repelli. Bart. in d. l. quod meo. nume. 7. ubi Alex. num. 25. Afflic. decis. 325. in fi. Verum si vtraque possessio naturalis & ciuilis, seu earum altera vacaret, illa quę esset vacans, tranferretur ex constituto coloni, remanente altera penes eum qui eam retinuisset, vt ibidem dicit Bar. & Alex. Milis versi. possessio ciuilis. Aegid. decis. 669. Ideoque si post obitũ locantis, colonus constitueret se rem ipsam dum vacat alterius nomine possidere, in eum possessionem transferret, cum ex eo cõstituto ipse colonus ex detentore euaserit possessor. Claudi. in d. l. quod meo. col. fin. Tiraquel. de constitu. q. j. nu. 26. & limita. 4. num. 3. & dictum in Rota in causa Roma. fideicom. de Rubeis, refert Veral. decis. 20. Ac etiã ex constituto coloni trãsferretur in alium naturalis, quàm precario haberet, vt inquit gl. in l. interdum. §. fin. ff. de acquir. possess. ubi Ias. & in l. 3. §. in amittẽda. num. 9. eod. tit. Cum & talis clausula, constituto adiecta operetur, naturalem remanere penes cõstituentem. l. & habet. §. eũ qui. vbi glo. ff. de preca. illaque trahit ad se ciuilem requiescentẽ in naturali. glos. in l. j. §. fi. ff. vsufruc. quemad. caue. & per Alex. in l. interdum. §. fin. de acquir. poss. Vt si debitor post hypothecam omnium bonorum, cum constituto, se ea precario creditoris nomine possidere, quicquam eorum vendiderit, constituens se nomine noui emptoris possidere, dicatur illum primum priuare ea possessione, quàm precario constituens transtulerat, vt cõmuniter Doct. in d. §. fi. secuti opin. Bart. in l. Celsus. ff. de vsucap. vt ibi refert Balb. in 2. par. num. 15. & 17. cum aliàs simpliciter si ne ea clausula se pro aliquo constituens, frustra se pro alio constitueret, cum ex simplici constituto omnis possessio transferatur, nec posset in alium transferre, quàm ex primo constituto amisisset. l. quamuis. §. j. vbi Bar. & alij. ff. de acquiren. possess. licet posset ex actu veræ traditionis, seu conductionis, possessionem in alium transferre, vt ibidem per Balb. nume. 18. constitutum enim maius esse, quàm precarium dicit Alex. in d. l. interdum. & Afflic. decis. 139. in fi.

Quæ autem dicta sunt de colono, pariter recipiantur in tutore, curatore, aliove administratore, etiam rerum ecclesiæ, qui proprio nomine nõ possideant, sed fictione quadam possessoris vice fungantur, ex quo nequeant per actum ficti constituti possessionem in alium transferre. Bar. in l. j. in prin. nume. 24. ff. de acq. possess. vbi Ias. nu. 107. dicentes, quòd & si tutor dicatur habere mandatum cum libera, non tamen censeatur possidere, idemq; dicit Alex. in consi. 81. num. 10. lib. 3. quamuis finita eius tutela diceretur habere custodiam, donec duraret proprium interesse rationis reddendæ. Bar. consi. 239. eiusque custodiæ ratione sibi deberetur restitutio si ab ea spoliaretur, vt superius dixi disputatum coram Seraphino in causa, Vrbeve castri. ex nota. per Paul.

de

Source : BIU Cujas

de Caſt.in l.ſancimus nemini.num.3.C.de ſacroſan.eccle.Neq; etiam vaſallorum conſtitutum transferat aliquam iuriſdictionis poſſeſſionem in feudo,quæ penes eos nulla ſit actiuè, ſed paſſiuè tantum,vt per Bar.in l.quod meo.nu.7.ff. de acquir.poſſeſſ. Milis ver. poſſeſſio ciuilis.& dicam latius proprio loco. Nec recognitio facta de aliquo tanquam domino ſeu fideicommiſſario transferat in eum poſſeſſionem ſine expreſſo conſtituto, qđ ſit in eo neceſſarium,vt deciſum coram Paleot. 2. Decēb. 1558.

110 refert Veral. deciſ. 293. † Quæ quidem dicta ſuper probatione poſſeſſionis primi conſtituentis non vendicarent ſibi locum ſi ageretur contra ipſummet conſtituentem, ne ex ſui met mēdacio,commodum reportare, eludendo alium ſub ſpecie conſtituti dum nihil poſſideret. Nec conſtitutum ageret probatione poſſeſſionis conſtituentis,ſi inſertum reperiretur in inſtrumento excedente hominum memoriam,vt dicit Soc. conſi.187.numero 12.& 13.lib.2.Quinimmo ea poſſeſſio,cuius initij memoria non extet,ex ſe vim obtineret effectualis conſtituti, velut facti per eum, qui haberet ius transferendi omnimodam poſſeſſionem.l.j.§.denique.ff.de aqua pluu.arcen.l.hoc iure. §. ductus. ff.de aqua quotidia.cum cæteris relatis per Iaſ.in l.j. nume.76.ff.

111 de acquir.poſſeſſ.per Corn.conſi.284.lib.4.† Vt ſi ex conſuetudine notariorum, ſolitum ſit apponi conſtitutum in omnibus inſtrumentis ad id cōgruis,licet non expreſſum, pro adiecto cēſebitur,veluti ex errore omiſſum,cum notariorum cōſuetudo inter eoſdem p lege recipiatur.Bal.in l.ſi fugitiuus.§.qui aſſidua. ff.de edili.edic.Anto.in c.fi.de conſuetu.Soc.conſi.55.in fi.lib.4. Sicuti autem ad effectum transferendæ poſſeſſionis ex conſtituto requritur habilitas primi extremi, videlicet vt is à quo oritur conſtitutū,poſſideret,pariter requiratur habilitas ſecundi extremi,vt is ad cuius commodum fit cōſtitutum, ſit capax eius poſſeſſionis conſtitutæ. Inane enim futurum eſſet omne conſtitutum à clerico factum ſeculari de re ſpirituali, vel à patre qui ſe conſtitueret poſſeſſorem filiationis, nomine extranei, & ita in cæteris, quibus ratione incapacitatis repugnaret conſtitutum, vt per Anto.in c.fi.verſi.eſt & alius.de cauſ.poſſeſſ.& propri.Milis verb.poſſeſſio,ſeu quaſi.data autem vtrinque habilitate,tranſferretur per conſtitutum poſſeſſio,vna cum præſumptione cōtinuationis vſque ad polium, cuius iudicium poterit efficaciter per eum inſtitui,pro quo fuerit factum conſtitutum. glo.cōmuniter recepta in d.l.ſiue poſſidetis.C. de probat. Soc. conſil.262. nu.8.lib.2. Licet per conſtitutum quælibet poſſeſſio transferretur, nihilominus ſi in donatione facto conſtituto, donatarius poſſeſſionem corporalem ceperit, poſt litem ſibi motam viuo donante,diceretur attentare, vt coram Achille deciſum de anno 1555.refert Veral.374.

112 † Hæc autem quæ de conſtituto tradita ſunt vt poſſeſſionem omnem transferat, ita demum ſint recipienda,ſi fieret,pro præſente, & acceptante, ex quo diceretur ſibi animo poſſeſſionem quæſiuiſſe,ſed factum ad fauorem abſentis, nihil ſit ei profuturum,quo ad effectum poſſeſſionis,ante eius acceptationem, cū ſine animo poſſeſſio non quæreretur.l.ſeruus communis. §. j.ff. de acqui.poſſeſſ. Alex.in l.quod meo.num.3.eo.tit.Deci.in regu. contractus.nu.20.& 22.Adeo vt ſi ante eius acceptationem res per alium occuparetur,futura eſſet fruſtratoria quælibet ſubſequens acceptatio, ſeu ratificatio ad effectum agendi de ſpolio, vt dicit Curt.Iun.conſi.120.nume.3. Nam ante acceptationem adeo dicatur res integra,vt ſi conſtituens eam interim alteri traderet veram poſſeſſionem,eam transferret, non obſtante priori conſtituto facto ad fauorem abſentis.Soc.in l. j. §. ſi iuſſerim. colum.fina.ff.de acquirend.poſſeſſ.Dec.in d.reg. contractus.numero 16.Curt.Iun.conſi.55.colum.3.Tiraq.de conſtitu.par.3.limit.30.num.8.Idemq; futurum,notario ſtipulante,qui nec quereret abſenti poſſeſſionem ante eius ratificationem. Curt. Iun. in d.conſi.120.num.quarto.Veſta. deciſ.329.Tiraq. ibidem. numero 59.vbi de hoc latiſſimè diſſeruit, velut in proprio tractatu, quem tranſcribere non ſit inſtituti mei, ſed ea tantum libare, quæ ſpolium contingunt.

113 † Non tamen conſtitutum in quolibet contractu adiectum operaretur effectum transferendi poſſeſſionem, cum inaniter adijceretur in ſimplici mandato aliave diſpoſitione, ſeu contractu non principaliter diſpoſito, aut congruo ad translationem poſſeſſionis.Alex.conſi.82.num.12.lib.2.& conſi.81.nume.10. lib.3.cum in hoc conſtituto potiſſimum ſit attēdendus animus, vt aliàs deciſum in cauſa Bononien. de Pepulis pro D.Comite Romeo coram Oradino.Aeque inane futurum ſit conſtitutum in alienatione rei emphyteuticæ ſine conſenſu domini, ex qua cum ipſe emphyteuta illico cadat ab omni eius iure, nec poſſit in alium quicquam trāsferre,vti deciſum refert Guido Papę deciſ.42.nu.2.Sit etiam fruſtratorium conſtitutum in inſtrumento nullo,aut ſimulato.Bal.in l.ex teſtamento.C. de fideicom. in l non dubium.10.oppo.C.de legi.Alex.in l.quod meo. in fi.ff.de acquir,poſſ.And.de Neap.in l.j.§.is cui.ff.eo.tit.Afflic. deciſ.331. num.3.Veſta.deciſ.214.Pariſ.conſi.54.num.31.lib.j. Hippoly.in rubri.de fideiuſſo.nu.352.cum & precarium,cæteraque in contractu nullo, aut ſimulato inſerta pariter ſimulata cenſeantur, vt per Roma.conſi.246.col.1.Pariſ.conſi.59.num.32.lib.j.nec ratione ſimulationis diceretur contrahens habuiſſe animū trāsferendi poſſeſſionem,ut inquit Bar.in l.emptor.ff.de aqu.pluu.arcen.Verum ſi eius animus tradendæ poſſeſſionis poſſet elici ex receſſu à re conſtituta, ſeu alio extrinſeco actu, intelligeretur translata poſſeſſio ex contractu,quāuis ſimulato, ſeu aliàs inutili. l.1.§.ſi vir.ff.de acquir.poſſeſſ.vbi Alex.nu.6.Bal.in l.emptione.C.plus valere quod agi.Ex cauſa enim nulla,& inualida,licet non transferatur dominium, transferretur tamen poſſeſſio per conſtitutum. Alex.in l.quod meo.nu.11.Abb.conſil.100.num.j.

114 lib.j.† Indeque ſit,quòd conſtitutum adiectum abuſiuæ inueſtituræ feudi per annuli immiſſionem,ſeu bireti,veram transferat poſſeſſionem,quæ aliàs ex ea inueſtitura non transferretur ſine adiectione conſtituti,ut per Afflic.deciſ.299.num.11. Verum ſi conſtitutum inſertum ſit in reciproca conuentione conditionali de ſuccedendo,erit habile ad transferendā quamlibet poſſeſſionem, vt purificata conditione,eius effectus retrocurrat,vt inquit Oldr.conſi.139.col.3.verſi.tertium. Et hæc de conſtituto dicta ſufficiant, quo ad ſubiectam materiam ſpolij attinet, cum in cæteris latiſſimè ſuppleat Tiraq.in proprio tractatu.

Quamuis autem,vt dixi,hoc primum extremum (de quo agit

115 in iudicio ſpolij) plenā egeat probatione.† (Qua requiſita,non conſueuerit regulariter deferri iuramentum ſuppletiuum. glo. in l.fin.verb.pręſumptioni.ff.quod met.cau.Iaſ.in l.admonendi. 1.lect.nume.106.ff. de iureiuran.) Nihilominus ex ſententia ab omnibus ferè recepta,ſi primum extremum fuerit per vnum teſtem ſemiplene probatum,deferri poterit id iuramentum tanq̄ in re modici ponderis,ex l.j.C.ſi de momen.poſſeſſ.ad id notata per Bar.in d.l.admonendi.nu.55. & ibidem ſequitur Iaſ.in 1.lect. nume.101.ac in 2.lect.nu.278.dicens in eo neminem contradicere,cum tamen contradixerit Imo.relatus per Felyn. in c.cum Ioannes.num.44.de fide inſtrumen. Sed cæteri indiſtinctè conueniunt cum opin. Bar.vt Soc.in l.rem quæ nobis.q.7. verſi.notabis.ff.de acquir.poſſeſſ.Gemini.conſi.147.col.fin.Anch.conſi. 248.col.3.Alex.conſi.91.num.2.lib. 5.& conſi.103.nume.8.lib.7. Deci.conſ.252.nu.2.Quod præcipuè verum eſſe dicant,ſi agens de ſpolio petierit in libello ſibi ius & iuſtitiam miniſtrari, vt paſſim conſueuit. Quod tamen iuramētum nec eſſe neceſſarium poſt legitimè examinatum & concludentem vnum teſtem, dicit Matthęſilla.ſingul.2.in fi.cui ſoli dicat eſſe credēdum in poſſeſſorio,iuxta opinionem eorum,qui arbitrati ſunt, vnicum teſtem in hoc ſufficere ad plenam probationem, quàm communiter reijci mox dixi proprio loco. Ac propterea huius iuramenti delatio ſit neceſſaria poſt vnicum teſtem, licet concluſiuè deponentem.

Quod verò iam diximus probari poſſeſſionem ad effectū primi extremi,ex ſola fructuum collectione ſibi locum vendicat ſi

116 proprio iure colligerentur,non autem iure† familiaritatis,quę ex variis indicijs & coniecturis elicitur, vt ex vindemia facta de licentia poſſeſſoris,vnde potius concludatur eius poſſeſſio, qui licentiam dediſſet, vt dicit Corn.conſil.91.litt.Q.lib.4.& conſi. 315.litt.E.eo.lib.aut ſi ſoror ex vinea paterna quam pater hēat, poma fructus collegerit,præſertim ſi probaretur cæteros actus poſſeſſorios per fratrem ſolitos exerceri,vel ſororem tanquam dotatam renūciaſſe bonis paternis ad commodum ſui fratris, ut ibidem per Corn.qui etiam ſentiat idem poſſe deduci ex collectione fructuum per maritum ex bonis uxoris,aut ſi ſocius ſiue cohęres integros fructus rei cōmunis collegiſset,ex quo censeretur aliorum portionem ad eorum cōmodum iure familiaritatis percepiſſe.l.communis ſeruus.& ibi Bar. ff.de acquir. poſſeſſ.Alex.in l.qui iure.eo.ti.Rocc.de Curte in tracta.iuriſpat.§.cōpetens.nu.36.ac ex plerisq; aliis ſignis & indiciis eliciatur ius familiaritatis,de quibus per Angel.& Roma.in d.l.qui iure.Corn. conſ.63.litt.F.lib.4.Soc.conſi.131.in princip.lib.j.Pariſ.conſi.99. num.5.lib.4.latè Ripa in c.cum eccleſianum.49.de cauſ. poſſeſſ.

117 & propri.† Dotalis autem rei poſſeſſio poſt uiri obitum non illico reuertitur ad uxorem, ſed eius noua apprehēſione opus ſit. l.cum hæredes.ff.de acquir.poſſeſſ.Deci.conſi.671.nu.6.Ex quo nec poſſet antea per eam efficaciter de ſpolio agi,defectu primi extremi:uerum ſi poſſeſſio bonorum ſibi hypothecatorum pro dote ad uxorem uacua deueniſſet, vtique poſſet eorum poſſeſſionem retinere,uiro mortuo, ratione ſuæ dotis,nec aliàs nouā poſſeſſionē iure caperet niſi uirtute pacti, ſeu iudiciariæ authoritatis.Bar.in l.ſi filio.la j.ff.ſolut.matr.Bal.in l.pen.C.de non numer.pecu.Deci.d.conſi.671.in fi.

118 † Neque poſſeſſio requiſita diceretur ad hūc effectum plenè probata,ex ſola aditione hęreditatis animo facta,niſi etiam poſſeſſio ipſarum rerum corporalium apprehenderetur, quæ nec aliàs etiam in ſuo hærede diceretur de iure continuata. l.cū hæredes.ff.de acquiren.poſſeſſ.Bal.in authen.defuncto.nume.6.C. ad Tertul.gl.in l.cum duobus.ff.idem reſpondet.ff.pro ſocio.& in l.fin.C.de ſacroſan.eccle.in l.j.in fin.C.de appella.& in l.cum antiquioribus.col.6.uerſi.10.C.de iure delib.Iaſ.in l.ſi ſorori.colum.fin.eod.tit.& in l.in ſuis.nu.30.ff.de libe.& poſthu.vbi Alex. dicit communem.Afflic.deciſ.167.nu.3.Pariſ.conſi.j.num.160.

lib.j.

Source : BIU Cujas

lib.j.Achilles de cauſ.poſſeſſ.deciſ. fin. niſi per colonum continuaretur (vt mox dicam) Guido Papæ deciſ.355.ſeu ſi ad fauorem defuncti alter fecerit cõſtitutum pro eo & eius hæredibus, in quem caſum hæredes non egerent noua apprehenſione, vt per Pariſ.conſil.vlt.num.3. lib.4.Alex. & Soc.in l.qui vniuerſas. §.per colonum.ff.de acquiren.poſſeſ.ad quos tamen nullatenus tranſiret aliquis effectus cõſtituti,niſi in eo fieret hæredum expreſſa mentio.l.cum precario.ff.de preca.Alexand.conſi.153.li-
119 bro 6. † Vt nec ſi ſtatuto caueretur,quòd mortuo teſtatore ſtatim poſſeſſio cenſeretur in hæredem continuari, deduceretur aliqua poſſeſſio reſtituibilis,vt inquit Bald.in d.Authen.defuncto.& Alex.conſi.37.num.4.lib.j.& conſi.163.num.6. lib.6. Afflict.deciſ.299.num.14.Quamuis Soc.in l.rem quæ nobis.q.5.in fin.ff.de acquiren.poſſeſſ. ex tempore videatur aliquatenus contradicere,non tamen in hoc eius opin. attendenda, cum iſthæc ficta poſſeſſio ſtatutaria appelletur ciuiliſſima ſine aliquo effectu remedij reſtitutorij, niſi tamẽ poſt obitum poſſidentis eius rei poſſeſſio remãſiſſet vacua,quo caſu talis ficta poſſeſſio obtineret effectum reſtitutorium in iudicio ſpolij.Abb.in c.2.de cõ
120 ſuetu.Iaſ.in d.l.ſi ſorori.col.fi.de iur.deliber.Alex.conſi.85.lib.3. Pariſ.d.conſi.j.num.158.ſiue aliàs,vt dixi 1.lib. Ac fuit dubium vtrinque latè in Rota diſcuſſum in cauſa Placen. caſtri Sarmati ſub die 3. Decembris 1543. An ficta poſſeſſio hæredis vniuerſalis impediret hæredem rei particularis, quin poſſet illius poſſeſſionem ex ſe capere ſine vitio,vt in ea refert Puteus,& Mohe.de
120 ciſ.302. † Nec tamen ea ficta poſſeſſio quicquam operaretur in ſucceſſione rerum feudalium,in quibus nulla ſit poſſeſſionis cõtinuatio,per Iaſ.in d.l.ſi ſorori.ad fin.& conſi.147.lib.2.cum cęteris relatis per Pariſ.in d.conſi.j.num.160.vt ſi ex aliquo decreto caſtrum continuaretur in hæredem,ex quo ſit ſeparatum ab alijs ciuitatibus,& nulla ſit eius inueſtitura, cõtinuaretur etiam iuriſdictio,ſed non merum vel mixtum imperium, vt deciſum refert Pute.deciſ.319.lib.2.Neque ſubrogato per Papam in iure defuncti etiam quo ad poſſeſſionem cenſeretur tributa ac continuata poſſeſſio, niſi inſererentur adeo prægnantes clauſulæ, quæ continuationem inferrent, de quibus in deciſ.64. in no. vt ꝑ Mohed.deciſ.87.328.& ſi Guido Papæ deciſ.355.624.in prin. dixerit, ſucceſſori in beneficio canonicè poſſeſſionem quæri abſque apprehenſione.

121 † Fũdum verò poſſidens cenſebitur ęque poſſidere omne id quod ipſi fundo per alluuionem accreuerit, abſq; actuali apprehenſione illius partis,quę adeo inuiſibili quodam augmẽto ipſi fundo connectitur,vt vnum & idem corpus eſſe credatur.gloſ. in l.in agris.ff.de acquiren.rerum domi.& in §.præterea.Inſtitu. de rerum diuiſi.nam qui integri corporis partem poſſidet, totũ integraliter poſſidere intelligatur.l.3.ff.de acquiren. poſſ. l.eum qui ędes.ff.de vſucap.& qui fundi poſſeſſionem cęperit, omnes partes ipſi fundo adiacentes poſſidere dicatur. l. vulgaris. ff. de furt. Ang.in l.licet.C.de acquiren.poſſeſſ.Alex.conſi.54.num.3. lib.5.ſed non idem futurum in inſula,quæ ſit fundi propinquioris,iuxta l.adeo.§ inſula. & in l.inſula. ff. de acquir. rerum domi. cum uelut ab agro diſtincta non dicatur eius pars, nec per cõſequens eius poſſeſſio quæſita ſine effectuali adeptione, atque ingreſſu animo poſſidendi. Barto. in tracta. Tyberia.§.acquiritur. Bal.in rubr.de rerum diuiſi.col.8.Iaſ.in d.l.3.3.notab. Caſſad. de acquir.rerum domi.cum alijs de quibus per Curti.Senio. conſil. 72.nu.9.verſi.ad aliud motiuum.

122 † Poſſeſſio tamen agri diceretur cõtinuata vſque ad ſpolium, licet aliqua vtilis eius inundatio aut breui tempore permanſura interim ſucceſſiſſet,ex qua non deficiat prior poſſeſſio,ſed nihilominus dicitur continuari. Iaſ.in l.3.§.Labeo. nume. 7. ff. de acquir.poſſeſſ.ex vera autem ac diu permanẽte agri inundatione,poſſeſſio quælibet tam ciuilis quàm naturalis deperderetur. l.adeo.§.inſula.in fi.ff.de acquir.rer.domi.l.cum vnus.§.fin.ff.de bon.aucto.iudi.poſſi.l.ſi ager.& ibi Bar.quib.mo.vſusfruct.amitta.Bal.in tracta.de præſcrip.3.par.vlt.par.nu.9.Iaſ.in d.§. Labeo. nu.2.ſi tamen diu fuerit derelicta, verũ ſi poſſidens fuerit in cõtinuis præparamentis & operibus ad effectum deſiccãdi talem inundationem,demum ceſſante,cenſebitur ſaltim ciuilem poſſeſſionem continuaſſe ſemper animo retentam, ad eius inſtar qui ab hoſtibus expulſus, ſemper fuerit in præparamentis recuperandæ poſſeſſionis, ex nota.per Bart. in l.tertia.§.cum igitur. ff.de vi,& vi arma.per Iaſ.in d.§. Labeo.num. 10. vbi latè Socin. colum.ſecunda,& latius dicã proprio loco in l.ſi quis ad ſę fundum.C.ad l.Iul.de vi.

123 † Ex traditione clauium præuio robore tituli, totius rei præſentis poſſeſſio ſimul tradita cenſeretur,ſecundum Bart. relatũ per Iaſ.in l.j.nu.91.ff.de acquir.poſſeſſ. Idque ſufficere ad probationem primi extremi dixit Afflic.deciſ.299.& Abb.in c.2.nu.7. de conſuet.dicens id verum,ne dum ſi res ſit præſens, verum & ſi eſſet proxima,licet non in conſpectu, idemque dicit Alex.in d.l.j.num.34.(licet ibidem Roma. nu.30. in hoc contradixerit) niſi tamẽ tempore traditionis illarum clauium alter quiſquam rem ipſam poſſideret:nam cum poſſeſſio non poſſit eſſe penes duos inſolidum,nec pariter clauium traditio poſſet operari effectum poſſeſſorium alio poſſidente. Rota in antiq.deciſ. 717. Soc.conſi.131.num.8.lib.j.Sed ſicuti clauium receptio in prædictis caſibus facit eum poſſeſſorem qui nõ poſſidebat,pariter induceret poſſeſſionis amiſſionem, ſi reciperentur per eum qui poſſideret,ſi eo præſente caperetur per alium poſſeſſio cũ clauſura & apertura oſtii clauibus traditis primo poſſeſſori, vt fuit deciſum coram Lancillotto in cauſa Romana domorum 18. Iunij. 1558. fuiſſe tamen dubitatum in Curia refert Iaſ. in d.l.j. nu.92.An per traditionem clauiũ eccleſiæ transferatur inſimul poſſeſſio prælaturæ vel beneficij, de quo ibi videatur.Poterit tamen penes alium clauibus exiſtentibus ad effectum cuſtodiæ, alteri quæri poſſeſſio rei clauſæ, per traditionem anuli oſtij domus ſeu eccleſiæ per eum factam, qui tradendæ poſſeſſionis haberet poteſtatem,vt per Io.And. in regul. beneficium. Oldrad. conſi.109.col.j.Soc.in d.conſil.131. Rot. in antiq.deciſ.153.Tradens enim anulum eccleſię tanquam rei partem,eius integram poſſeſſionem transferat.l.j.§.ſi iuſſerim.l.quod meo. §. ſi venditorem.ff.de acquir. poſſeſſ. Adeo vt effectus poſſeſſionis etiam ad non capta porrigatur,ex not.per Innoc.in c.tranſmiſſæ.& c. in literis.de reſtit.ſpoli.Neque talis acquiſitio impediatur ex rei cuſtodia penes alium exiſtente, quamuis impediretur per alterius veram poſſeſſionem integralem, eiusque anuli traditio ad poſſeſſa per neminem trahi poſſit,& ſic ad rem vacãtem,ex no. in d.c.tranſmiſſę.& per Biſignet.d.deciſ.8.de reſti.ſpolia.quæ ſit eadem cum deciſ. 153.in antiq. Ad hoc nota. per alios Dominos de Rota in cauſa Vlixbon.de qua Achilles in deciſ.j. & 3.de reſti.ſpolia.in qua dictum,qꝰ ſi executor accedens ad fundũ pro poſſeſſione alicui tradẽda,repererit illum clauſum,alio ibi permanente,nec de eius animo poſſidendi conſtaret,vacans pręſumeretur poſſeſſio,ex quo diceretur poſſeſſio per executorẽ tributa ex anulo oſtij,ſeu pugillo terræ tradito,ex dictis in d deciſ. 8.& 153.& 302.Felyn.in c.cum aliquibus.nu.5. de re iudi. Socin. conſilio 131.verſi. amplia.lib.j.Quinimmo in ſecunda inſtantia eiuſdem cauſæ deciſum fuit,idem fore ſi pars præſente taſtum executore ex ſeipſa ſumpſerit anulum aut terrã, vt ibidem per Achillem: An autem ocularitèr tantum & per aſpectum poſſit tradi poſſeſſio per executorem,latè tradit Felv. in d. c.cum aliqbus.Iaſ.in l.j.num.96.& ſeq.ff.de acquir.poſſ.Ripa in tracta.peſtis nume.101. & 192.Ac quemadmodum dixi clauibus ſimpliciter traditis poſſeſſionem domus cenſeri traditam, ita pariter cum ea tranſibit poſſeſſio aliarum rerum in domo exiſtentium.l.clauibus.ff.de contrahen.empti.l.ſi ergo.§.dotis.ff de iur.doti.l.qđ meo.§.ſi venditæ.ff.de acq.poſſ.Bald.in l.de his.C. de furt. Ang. in l.qui vniuerſas.in prin.de acquir.poſſeſ.Iaſ.in l.j.nu.92. eo.tit. Soc.d.conſi.131.num.2.Niſi fuiſſet ſpecificè petita immiſſio in poſſeſſionem domus,ex qua quidem petitione regularetur immiſſio domus,nec cæterarum rerum poſſeſſio quæſita cenſeretur deficiente animo in primis requiſito ad quærendam poſſeſſionem, ut ibidem dicit Soc.num.9.

124 † Per colonum etiam dicitur adeo retineri poſſeſſio tam ciuilis quàm naturalis,vt ſit ſufficiẽs ad probationem primi extremi,licet colonus ab eo fundo abeſſet, ut eſt in quolibet alio nomine alterius poſſidente.l.ſi colonus.ff.de acquir.poſſeſſ.Bart.in l.j.§.non autem.ff.de vi,& vi arma Abb.in c.olim.nu 11. verſi.3. caſu. de reſtitu. ſpolia. Quòd multo magis verum futurum ſi in eo fundo permaneret,niſi per alium ibi vinctus detineretur, ad effectum ut pro eo poſſideret, ex quo primus poſſidens amitteret vtranque poſſeſſionem huic ſecundo quæſitam per detentũ in vinculis,qui pro ſeruo reputaretur.l.2. ff.de libero homi. exhiben.glo.in d.l.j.§.pen.Bar.qui ſupra,Signoro.conſi.75. nu.24. Milis verb.poſſidens per colonum.Ac pariter dominus poſſeſſionem amitteret,ſi ipſum accedentem ad fundum colonus nõ admiſerit.l.colonus.l.cum fundum ff.de vi,& vi arma. Barto.in l.malè agitur.C.de præſcrip.30.anno. Deci. conſi.400.nume.9. cum ex eo timere videretur ſe poſſe repelli niſi illico poſſeſſionem recuperaret.l.ſi.verſic.è contra.& ibi Bar.ff.de preca.Alex. in l.ſi quis rem.ff.de acquir.poſſeſ.& in l.peregrè.§.quibus.nu.5. eo.tit. vbi tamen nondum fuiſſet deuentum ad extrinſecũ actũ recuſationis animo retentum,ex quo non occupari, ſed contur bari dicatur poſſeſſio,ut ibidem per Alex. Cuius tamen poſſeſſionis amiſſio inferatur ſi inſiſtens in fundo dixerit verò poſſeſſori regredienti,nolo te ingredi, illeque receſſerit,ex quo diceretur dubitare ſe poſſe repelli.l.clam poſſidere. §. qui ad nundinas.ff.de acquir.poſſeſ.Alex.conſi.133.nu.7.lib.j. Sed ſi colonus ſibi commiſſam poſſeſſionem deſeruerit animo tradendi eam alteri, non propterea deperderetur poſſeſſio per eum cuius nomine detineretur, niſi cum effectu alter poſſeſſionem occupaſſet.l.3.§.quod ſi ſeruus.ff.de acquir.poſſeſ.l.fin.C.eo.tit.Quæ quidem leges licet videantur inuicem contrariæ,tamen ita concordari ac cõmuniter intelligi & practicari dicit Aegid. deciſ.104. recepta in hoc opinione Io.And.de qua ibi per eum,ex ſola aũt deſertione coloni tunc demum poſſeſſio per dominum amitteretur,ſi ita deſertam diutius recuperare neglexiſſet, ex quo & ipſe eam deſerere cenſeretur,vt ibidem Aegid.& Abb.in capit. olim.nu.11.verſi.quarto caſu.de reſtitu.ſpolia.Per proditionem verò

verò coloni, ſi alter poſſeſſionem inuaſerit, poterit vtique dominus velut propria poſſeſſione deiectus illam incõtinenti recuperare, vt ibidem dicit Abb. verſi. ſecundo caſu. verum ſi id ſciens, illam recuperare non curauerit metu repulſionis, omnẽ poſſeſſionem amitteret: ſed non idem futurum, ſi eſſet ignarus, in quo nõ poſſet cadere aliqua ſuſpicio repulſionis, aut animus poſſeſſionis amittendæ. l. per colonum. C. de agrico. & cenſi. lib. 11. Milis verb. poſſidens per colonum. † Quod verò dictum eſt, per coloni traditionem alteri factam, poſſeſſionem in illũ trãſferri, & dominum priuari, eo caſu verum ſit, ſi effectualis, & vera traditio ſucceſſerit, & nõ ficta, vti eſſet ſi ab illo colonus rem dolo conduxerit, poſſeſſionem nullam transferret: nam licet regulariter in locantem transferatur poſſeſſio, in hoc tamen non idem futurum. l. quamuis. §. j. ff. de acquir. poſſeſſ. Bal. in l. j. verſic. quæro nunquid. C. commu. de vſucap. Deci. conſil. 400. verſic. 3. quod communiter ſeruari dicit Alex. in l. 3. §. in amittẽda. nu. 6. ff. de acquir. poſſeſſ. & Milis qui ſupra. Idemque futurum, ne dominus poſſeſſionem amittat ex ficta traditione coloni conſtituentis ſe alterius nomine poſſidere, ex qua prior poſſeſſor ſua poſſeſſione non priuaretur. Bal. in l. Pomponius. in fin. ff. quibus mo. vſusfruct. amitt. Deci. d. conſi. 400. cum poſſeſſio ficta non poſſit tranſire per conſtitutum æque fictum, & ideo non operetur in poſſeſſione, quæ fictione ſtatuti in hæredem tranſit ſine aliqua facti apprehenſione, quę poſſeſſio appelletur ciuiliſſima, velut ex diſpoſitione ſtatuti aut legis inducta, vt per Iaſ. in l. j. nume. 72. ff. de acquir. hæred. & dixit Pute. deciſ. 387. lib. j. Verum ſi non dolo colonus id faceret, ſed vt propriis rebus conſuleret, videns aliquem qui illum eieciſſet è domo fundi, paratum ad eijciendum à poſſeſſione fundi, quam ne amitteret ſibi cauit conducẽdo ab eo fundum, quo caſu deperderetur poſſeſſio per primum, vt dicit Pute. in deciſ. 129. lib. 2. Nec æquè id ſibi locũ vendicaret in vaſſallis, cæterisque ſubditis recipientibus aliquem ad ipſius caſtri poſſeſſionem, ex quo non diceretur ei tributa vera poſſeſſio ad præiudicium verè poſſidentis, licet ſecus eſſet, ſi caſtrum eſſet omni poſſeſſore vacuum, vt per Aegid. deciſ. 669. ex nota. per Imo. in c. cum veniſſent. de reſtitu. in integr. & in c. cũ olim. il 3. de reſtitu. ſpoliat. Sed quid ſi conſtituerent ſe alterius nomine tenere quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis, mox dicam.

126 † Colono verò defuncto retineretur per dominũ ciuilis poſſeſſio, amittenda tandem per eum ſi diutiſſime fuerit negligens in recuperatione naturalis poſſeſſionis, ĩ qua ciuilis fundata deperdatur per longęuam negligentiam. Alex. in l. ſi de eo. §. ſi fortè. in prin. ff. de acquir. poſſeſſ. Abb. in c. cum olim. il j. nume. 12. de reſtitu. ſpolia. quòd ſi colonus è poſſeſſione deijceretur, ſeu alter poſſidens, dominus amitteret quamlibet poſſeſſionem. l. j. §. quod ſeruus. ff. de vi, & vi arma. Abb. in d. c. cum olim. verſi. primo caſu. & in conſi. 100. dub. j. lib. j. Afflic. deciſ. 325. nu. 3. Deci. conſi. 103. verſic. ſed tamen. ſecus ſi eijcerentur inciſores lignorum, vel ſimiles operarii miſſi à domino, cui eorum eiectio nõ adimeret poſſeſſionem. Corn. conſi. 91. lit. V. lib. 4. quòd ſi colonus domino petenti poſſeſſionem, tradere recuſauerit, ſeu ſolitam ac debitam penſionem perſoluere, eo animo vt ei poſſeſſionem adimeret, dominus poſſeſſionem amitteret, ſed non idẽ ſi colonus recuſandi cauſam habuiſſet. d. l. colonus. §. fin. Bal. in d. l. Pomponius. nume. 2. de acqui. poſſeſſ. ſi autem alteri, inſcio domino penſionem ſolueret, non quæreretur recipienti poſſeſſio, illęſa remanens penes dominum. Abb. cõſi. 23. num. 1. lib. 2. Ac ſimiliter ciuilem retineret dominus, licet colonus naturaliter pro eo poſſidens, ac in fundo perſiſtens agitaret tantum animo ſe nolle pro domino poſſidere, cum nihilominus penes eũ naturalis remaneret ad beneficiũ ipſiusmet domini. gl. in l. peregrè. §. quibus. ff. de acquir. poſſeſſ. Bar. in l. quod meo. nume. 2. eo. tit. Milis verb. poſſidens per colonum. in fi.

127 † E conuerſo autem defuncto domino dum per colonũ poſſideret, ſi per colonum fuerit continuata poſſeſſio pro hæredibus domini illam eis quærit abſque alia noua apprehenſione, vt per Alex in l. qui vniuerſas. §. quod per colonum. ff. de acqui. poſſeſſ. Bal. in l. fin. num. 42. verſi. 6. opponendo. C. de edict. diui. Pariſ. conſil. 252. nume. 4. lib. 4. dicens ibidem nume. 3. quod & qui retinebat vſumfructum nomine defuncti, ſi perſiſtat in eadem detentatione nomine hęredum, pro eis poſſeſſionem continuat, de qua Afflic. deciſ. 167. nume. 5. & deciſ. 325. nu. 3. Pute. de cau. poſſeſſ. deciſ. 26. 17. Achil. eo. tit. deciſ. fin. niſi colonus alium poſſeſſionem prius ingreſſum in verum poſſeſſorem recognouiſſet, ex quo diceretur ei poſſeſſio quæſita, ſed nõ idem futurum ſi antea penſionem hæredi perſoluiſſet. Alex. in d. l. peregrè. §. quibus. ff. de acquir. poſſeſſ. Bar. in l. j. §. non autem. ff. de vi, & vi arma. qua ſolutione prius hæredi facta, non ſit ipſi hæredi præiudicialis ſubſecuta alterius recognitio, ſed ſi illi recognito etiam penſionem ſoluiſſet, hærede ſciente & non contradicente, ſecus fore dicant Corn. conſi. 6. litt. C. lib. 3. Afflict. d. deciſ. 325. col. 2. Hæredi autem quæreretur poſſeſſio abſque alia apprehenſione aut recognitione, ſi defunctus infans, ſeu aliàs ignorans, poſſideret dũ viueret corpore & animo alieno, vt puta infans p tutorem. l. j. §. adipiſcimur. in fi. ff. de acquir. poſſ. vbi Iaſ. num. 17. & in l. potuit. nume. 25. C. de iur. deli. quo caſu per eius obitũ nõ alteraretur poſſeſſio, ſed remaneret in hæreditate ſpeciali iure contra id quod regulare eſt, in l. j. §. Sęuola. ff. ſi quis omiſ. cau. & concludit Ange. in d. §. quod per colonum. quem ibi ſequuntur Roma. Imo. & Alex. j. nota. & latè de hoc diſcuſſum in cauſa Vrbeuetana caſtrorum coram Seraphino de anno 1568. Sed in eo quod dixi, per ſolum tutorem quæri infanti qui omni ſenſu careat non propterea poſſeſſionem quæri per matrem cui deiure fuerit tutela delata ex Authen. matri & auiæ. niſi etiam doceretur tutelam ita per ſe legitimè captam eo iure cum potuiſſet illam alio iure capere, & poſſeſſionem non quærere, ut dictum in cauſa Romana domus coram Palleoto. 5. Iunij. 1558. refert Verallus deciſ. 15.

128 † Nemini quęreretur poſſeſſio alterius nomine capta p aliũ, qui non ſit eius ſeruus, filius, tutor, aut procurator, & eius generis alii, de quibus in l. j. ff. de acquir. poſſeſſ. niſi tamen poſt captã poſſeſſionem per alium, eius ratificatio ſubſequatur, quo pacto poſſet etiã ſimplex negotiorum geſtor alteri poſſeſſionẽ quærere ratificatam. l. communis ſeruus. §. j. ff. de acquiren. poſſeſſ. l. ſi ego. ff. de nego. geſt. Alex. in l. quod meo. nu. 12. de acquir. poſſ. quàm tamen ratificari oporteat priuſquam talis poſſeſſio fuerit per alium occupata, neque aliàs poſſet re non integra ratificari, nec is agere de ſpolio cuius nomine fuiſſet poſſeſſio capta, ſed non quæſita ante ratificationẽ. Bald. in l. obſeruare. nu. 2. & ſeq. ff. de offic. procon. Abb. in c. cum veniſſent. nu. 6. de reſtitu. ſpol. Corn. conſi. 190. lit. G. lib. j. Deci. conſi. 226. nu. 8. conſi. 247. nu. 5. conſi. 460. in fin. & in reg. contract. nu. 20. & in regu. ſemper. nume. 9. Affli. deciſ. 300. nu. 2. Rota in no. deciſ. 150. Quam ad hoc notant Alex. in l. quod meo. nu. 5. ff. de acquir. poſſeſſ. & conſil. 110. col. 2. lib. j. Corn. conſi. 110. lit. M. & conſi. 173. col. pen. libr. 2. Sarn. in regu. de trienna. quæſt. 69. nu. 2. ac etiam in negotiorum geſtore ſpecificè deciſum dicit Achil. deciſ. 2. de reſti. ſpol. Cum ratificatio poſſeſſionis per alium cuiuſquam nomine captę, requirat adeo rem in eodem ſtatu permanentem, vt tunc poſſet in integro quæri poſſeſſio. l. bonorum. ff. rem rat. habe. Bald. in l. fi. C. ad Macedo. Areti. conſi. 95. in fi. Paul. cõſi. 195. nu. 3. libr. 2. Alex. conſi. 78. nu. 17. & conſi. 81. nu. 5. lib. 5. Afflic. deciſ. 335. nume. 12. Propterea æque non poſſit ſuum naturalem effectum operari, ſi interim ante ratificationem exoriretur aliquod iuris impedimẽtũ, aut aliqua inhabilitas, aut incapacitas perſonæ ipſius ratificantis, vt per Bald. in l. ſi feriatis. verſi. item quia. ff. de feriis. Milis verb. ratificatio. col. 3. Idemque futurum ſi ab initio tẽpore poſſeſſionis per alium eius nomine captæ ratificans fuiſſet inhabilis ea hæreſi ſeu aliàs. Quibus impedimentis ſemotis, ratificatio eliceretur ſaltim tacitè ex mandato ſubſecuto ſine clauſula ratihabitionis, quæ nihilominus comprehenſa cẽſeretur. l. Iulianus. ff. qui ſatisda. cogan. vbi per Iaſ. nu. 3. Alex. conſil. 146. colum. 3. lib. 5. Curt. Iun. conſi. 63. num. 6. & dicit Pute. in deciſ. 12. 34. de reſti. ſpolia.

129 † Nec cenſebitur cuiquam vniuerſitati per priuatas perſonas quæſita poſſeſſio, niſi fuiſſet per eas vniuerſaliter capta, conſilio ad id de more conuocato ad effectum vt poſſet vniuerſali nomine agitari iudicium ſpolij, cum ex ſingulorum facto ſeu vſu non inferatur vniuerſalis poſſeſſio, ſed particularis. l. j. §. vniuerſitatis. vbi Paul. de Caſt. ff. de rerũ diuiſio. & in l. qui iure. ff. de acq. poſſeſſ. latè Corn. conſi. 130. col. fi. lib. j. & conſi. 46. lib. 3. & cõſil. 63. litt. C. lib. 4. vt in paſcuatione priuatorum refert Puteus deciſum in cauſa Arnulforum caſtri. 8. Iunij. 1542. Verum ſi eſſet particulare exercitium alicuius rei ad vniuerſitatem ſpectantis, licet ex ſingulorum vſu momentaneo non quæreretur poſſeſſio vniuerſitati. ex uſu tamen priuato habente tractum ſucceſsiuũ & continuatum poſſeſsio in vniuerſitatem tranſiret, cum & ex eo vſu priuatorum diutino & continuato ad pœnam incurſam vniuerſitas obligaretur, quamuis non fuiſset conſilium conuocatum aut adhibita cętera requiſita in actu momentaneo: Nam ex longa patientia continuati actus inducatur ipſius vniuerſitatis ratificatio, quæ non induceretur per actum momento expeditum, ut per glo. & Bar. in l. aut facta. §. j. ff. de pœn. Felyn. in c. cũ omnes. nu. 10. de conſtitu. & in c. dilectus. nu. 12. de ſimo. Anch. conſi. 158. nu. 12. Deci. conſi. 486. in fi. Pariſ. conſi. 21. nume. 33. lib. 4. Afflic. deciſ. 376. num. 3. & ſequitur Rota, teſtibus Mohed. deciſ. 125. & Creſcen. deciſ. 89.

130 † Is etiam pro legitimo poſſeſſore ad effectum huius canonis reputaretur, qui ex iudicis mandato de ingredienda poſſeſſione ad locum deueniſſet, fuerit in eo actu ſui ingreſsus ab alio impeditus, ut nihilominus pro poſſeſſore haberetur ex dolo aduerſarii. l. quamuis. C. de bo. autho. iudi. poſſi. quam vt ſingulare ad hoc notant Bald. in l. ſi poſtquam. C. vt in poſſ. legato. Alex. in l. 3. num. 16. ff. de acquir. poſſeſſ. Iaſ. in l. j. num. 3. ff. eo. tit. Afflic. deciſ. 302. num. j. cum aliàs ex ſola rei adiudicatione per iudicem ſimpliciter facta abſque mandato de immittendo ſeu corporea traditione, poſſeſsionis effectus non oriretur. l. nõ eſt mirum. ff. de pigno. actio. & no. in cap. cum aliquibus. de re iudi. Anchar. conſi. 353. nu. 3.

131 † Incertæ autem rei poſſeſsio non poſſet dici cuiquam quæſita,

Source : BIU Cujas

ſita,ſi alicui trâderetur rata ſeu pars, quàm qui aſseruerit ſe habere in certo fundo, ſeu aliquid iuris, ex eo actu nulla oriretur vera traditio, nec per conſequens vera poſſeſſio, tanquam rei ambigua.l.3.in fi.princ.l.locus.ff.de acquiren.poſſeſſ. Corn.cõſi. 110.lit.M.lib.ſecundo.

132 †Ciuilis poſſeſſio animo retenta (de qua iam dixi) non propterea cẽſeretur amiſſa, quòd ita poſſidens per plurimos annos ad fundum non acceſſerit ex cauſa extrinſeca præpeditus, vt ſi fuiſſet aliqua iuſta cauſa detentus,vt accedere ad fundum rationabiliter pertimuerit: quinimmo & ſi in eodem ſtatu deceſſerit, cenſeretur in eadem poſſeſſione vſque ad obitum cõtinuaſſe, cum ſemper interim ei de iure licuerit naturalem recuperare: Nec ei nulla negligentia impingi poſſet, ex qua oriri ſoleat ciuilis poſſeſſionis amiſſio,vt dicunt Bald.in l.fin.C.de his qui à non domi.Corne.conſi.56.litt.L.lib.ſecundo. Soc. conſil.122. nume.12. libro quarto, & dicam congruentius in exceptionibus, vbi vide.

133 †Continuari pariter diceretur per commendatarium poſſeſſio bonorum eccleſiæ,ſi poſt obtentam à Sede Apoſtolica erectionem præpoſituræ cum diſmembratione bonorum cõmendæ,obtinuerit ſibi illam præpoſituram conferri, ex quo continuaretur eorundem bonorum poſſeſſio,non obſtante præcedẽti diſmembratione, eſſetque reſtituendus, ſi interim fuiſſet his bonis ab aliquo ſpoliatus,vti deciſum refert Veſta. deciſ.217.in fi.In eoque etiam ſufficerent actus poſſeſſorij poſt talẽ diſmembrationem geſti per eius agentes,abſque preuio mandato minime requiſito in continuatione poſſeſſionis,licet titulo mutato, vt ibidẽ per Veſta. quamuis ĩ prima adeptione poſſeſſionis de mandato doceri oporteat.l.j.§.per procuratorem. ff. de acquir. poſſeſſ.dicit ibidem Veſta.in deciſ.97. ſed mandatum generale ſufficeret,vt per Iaſ.in d.§.per procuratorem. 2. nota. Nã & qui continuandi animo ſub prætextu retentionis poſſeſſionem ceperit,eam de nouo quærit,& ſi nullam eatenus habuiſſet,vt cõmuniter Bar.& alii in l.3.in prin.ff.de acquir.poſſeſſ.& ibidem tẽ ſtatur Iaſ.nume.26.reprobata glo.& in l.ſequitur.§.item Labeo. & l.quod vulgo.ff.pro empt.cum & nouam acquiſitionem operetur,id quod factum fuerit ad continuandum & conſeruandũ. l.2.C.commun.vtri.iudi.cum aliis,de quibus per Alexand.conſ. 146.num.10.lib.5.

134 †Quę quidem poſſeſſionis continuatio vſque ad diem ſpolij præſumatur in eo qui probauerit ſe interdum de præterito poſſediſſe, cum de præterito in præſens præſumi cõſueuerit Abb. in c.cum ad ſedem.num.15.de reſtit.ſpoliat. Alex. conſil.30.nume.1.lib.2.Balb.in l.Celſus vltima par.num.6.de vſucap. ex qua præſumptiua probatione in hoc deduci primum extremum ſuperius latè dixi.

135 †Eademque præſumptio eundem effectum operaretur extra materiam ſpolii,in vſucapione & præſcriptione, nam poſſeſſio defuncti qui probaretur quondam poſſediſſe, præſumeretur cõtinuata vſque ad obitum,vt dicunt ibidem Abb. & Balb. ſed tamen ceſſaret talis præſumptio, remanens ſine aliquo iuris effectu,vbi in aliqua lege requireretur expreſsè probatio poſſeſſionis certo tempore obitus,vt requiritur in l.fina. C. de edic. diui Adri.toll.In quem caſum dicatur id pro forma requiri, nec in ea ſat ſit præſumptiuam probationem deduci, ſed vera poſſeſſio ne opus ſit,vt dicit ibi Bar.verſi.ſi verò probat titulum.cuius dictum intelligitur per Balb.in d.l.Celſus.verum eſſe quando è cõtra probaretur alium poſſediſſe poſt tempus primę poſſeſſionis, vnde eliceretur interruptio continuationis. Propterea q; dicat requiri arctiorem probationem poſſeſſionis de tempore mortis,cum tamẽ ibi Bar.ſimpliciter dicat hæredem nullatenus immittendum in poſſeſſionem ſi dubitaretur, An teſtator tempore obitus poſſideret, ex quo probatio poſſeſſionis tẽpore mortis à lege requiſita formã reſpiciat. Adeo vt ex hoc Domini de Rota interdum fuerint ancipites,dum diſputaretur cauſa Sarſinatẽſis comitatus, in quo videnda erit eorum reſolutio, ad quã veluti ſolidam me remitto,ac ad ea quæ ponit Ripa in c.cum ecclesia.nume.vigeſimotertio,de cauſ.poſſ.& propriè.ne egrediar materiam ſpolij.

136 †Cenſebitur poſſeſſio effectualiter quæſita,ac in ſpolio reſtituibilis,licet tributa per ſuperiorem ſub ea cõditione,quatenus de iure deberetur,quæ tãquam omnino tacitè ſubintellecta minimè impediat poſſeſſionis adeptionem, nec habeat naturã ſuſpenſiuam,ſed tantum reſolutiuam in contrarium euẽtum: nã conditiones quæ tacitè inſunt,non ſuſpẽdunt, ſed reſoluũt.l.cõditiones,quæ extrinſecus.ff.de cond.& demonſt.Iaſ.in l. Gallus. §.quidam rectè.num.6.ff.de libe.& poſthu.Abb. in c.fi.num.11. de præſcrip.vbi Fely.num.24.& in c.2.nu.6.de reſcrip. Dec.cõſi. ſecundo,num.4.Biſigne.de conceſſ.præben. deciſ.9. Staphi. de lit.Apoſto.fol.114.col.j.cum aliàs adeptus poſſeſſionem ſub cõditione omnino ſuſpenſiua minimè iuuaretur præſidio ſpolij, velut ceſſante puritate primi extremi.c.olim.de reſti.ſpolia. l.q; abſenti.ff.de acquir.poſſeſſ.Corſet.de ſpol.23.fallen.Sunt & aliæ pleręque ſpecies probandę poſſeſſionis ad hunc effectum primi extremi,quarum plurimas deduxiſſe ſat ſit, ac alias ponant gl. & Docto.in l.poſſideri.in prin.ff.de acquir.poſſeſſ. Bald.in c.j.quid ſit inueſtitura. Abb.in c.2.de conſuetu. Ex quibus poſſit ad cæterarum ptobationum veram notionem deueniri. Et hæc de primo extremo poſſeſſorij rerum profanarum & corporalium dicta ſint, vt iam ad probationes requiſitas in beneficialibus & in corporeis conſcendamus.

De colore tituli & probationibus in Spolio beneficiali. Cap. XV.

137 SVo† ordine ſubnectendæ ſunt probationes poſſeſſionis in beneficialibus requiſitæ ad effectum ſpolij,ſecũdum diſtinctionem initio propoſitã. Nam beneficialia ſicuti dignitate plurimum antecellunt ſecularia, ita pariter exactiorem alicuius boni iuris colorem probatum poſtulent,ne aliàs cõtingeret iudicialiter confoueri vitioſum ingreſſum beneficii interdum per artes occupati contra c.j.de eo qui mitt. in poſſeſſ. & dicit Gemin.conſil.147.col.2. Proptereaque in beneficialibus agens de ſpolio nõ ita ſimpliciter probaturus ſit primum extremum ſicut in profanis,in quibus non attendatur vitium poſſeſſionis,ſed prædo reſtituendus.c.in litteris.de reſtitu.ſpolia.verũ poſſeſſio in beneficialibus deducenda cum titulo ſaltim colorato.Nam & ſi in his ex ſola poſſeſſione inferatur præſumptus titulus.c.ſi à ſede.de præb.in 6.Rota in antiq.deciſ.577.col.2.Non tamen ex ea ſola probatione poſſeſſionis oriretur effectus reſtitutionis in ſpolio, cum ad beneficium reſtitui nequeat carens omni canonica inſtitutione,de ſtylo ſaltim deriuanda ex coloratione iuſti ingreſſus.c.j.de regu.iuris.in 6.c.ex frequentibus.de inſtitu.gloſ.in clem.j.de cau.poſſeſſ.& propri. vbi latè per Imol. col.16.Inno.in d.c.in litteris.Oldr.conſi.j.col.3. Aegid.deciſ.49. Rota in not. deciſ.14.253.393.439. & in antiq.deciſ.99.& 673. Sarnen.in regu.de anna.quæſt.57.nume.6.Caſſad.de reſtit. ſpol. deciſ.j.num.8.& deciſ.4.nu.7.& de ſequeſtr. poſſeſ.deciſ.4.nu.6. Staphi.de litte.Apoſt.fol.177.quod paſſim recipiatur, poſt habita opi.Cardin.in clemen.j.quæſt.10.de iudi.& Abb.in c.accepta. 1.notab.de reſtitu.ſpoliat.& in c.conquerente.num.4. de teſtib. cum ipſemet Abb.in d.c.in litteris. nume.15. & 25.verſi.quarta opinio.fateatur hanc eſſe communem opin.nam & ſi agens de ſpolio non teneatur titulum exactè probare, tenebitur tamen poſſeſſionem priſtinam iuſtificare ex aliquo colore tituli. Idq; recipi à ſtylo curiæ dicãt Anto.in d.c.in litteris.col.6.Imo.in d. clem.j.col.15.Rota in no.deciſ.257. & 393.colu.2.Puteus deciſ. 137.lib.j. Attamen non ſit opus exacta ꝓbatione veri tituli,neq; eius intrinſeci valoris, ſed ſufficiat forma quædã extrinſeca ſui facie valida,vt per Inno.in c.ex parte.de reſtitu.ſpoliat.Anto. in d.c.in litteris.Lapus alleg.30.verſi.vlt.vt ĩ eo ſat ſit veriſimiliter ceſſare poſſidentis calumniã,quæ ex tali colore diluitur. Aegid. deciſ.455.Soc.conſi.13.nume.25.lib.4.Quicunque igitur aliquo tituli colore beneficium poſſidens, non poteſt impunè ab eius poſſeſſione ſpoliari,ſed iectus omnino ſit reſtituendus. cap.licet epiſcopus.de præb.in 6.Gemi.conſi.147.col.2.

138 †Qui tamen color non requiritur ſi ageretur de ſpolio penſionis, in qua ſufficeret ſola quaſi poſſeſſio,ex qua deberetur reſtitutio ad eundem priſtinum ſtatum perceptionis, vt per Caſſ. de reſcrip.deciſ.11.num.8.Mohed. deciſ.153. Guido Papæ deciſ. 629.colu.6.qui dicit illam quaſi poſſeſſionem verificari ex parte agẽtis,licèt à ſucceſſore in beneficio nunquam exegiſſet, cum ius exigendi fundatum in ipſo actore non alteretur ex variatione perſonæ,vt ibidem dicit colum.ſecunda, cuius meminit etiã Gigas in trac.penſio.quæſt.47.nume.10. latè differens ſuper hac coloratione in penſionibus.

Is autem color tituli beneficialis multipliciter deduci poſſit, vel ex ipſamet facie poſſeſſionis, vel ex eiſdem litteris, quarum virtute fuiſſet capta poſſeſſio,aut ex ſententia,ſeu probatione pteſtes,vel per confeſſionem, aut diuturnum temporis curricu-

139 lum,vt inferius ſubijciam.†Nam poſſeſsio authoritate ſuperioris capta,ſiue de eius ſcientia cum patientia cenſebitur colorata ad effectũ ſpolii de quo agitur,ex vrgenti præſumptione bonitatis,& diligentiæ adhibitæ per ſuperiorem,vt per Inno.in ca. in litteris.vbi Anto.col.4.de reſtitu.ſpolia. dicens idem futurum ſi fuiſſet ſimpliciter per ſuperiorem poſſeſsio confirmata, quod cõprobat Rota in antiq.deciſ.94.& in no.deciſ.180.& 195.Quinimmo ijſdem color ęque inſurgeret ex confirmatione electionis,quamuis irritæ,vt ĩ d.deciſ.189.& deciſ.Tholoſana 431.Milis verb.electio licet caſsetur. Nec ſecus eſset ex inſtitutione beneficii patronati,etiam non conſtito de præuia præſentatione, vt in d.deciſ.& dicit Rebuf.in titu.de pacifica poſſeſ.nu.32.& in tit.de anna.fol.267 verſi.ſeptima regula.in fi Cum & pariter eliceretur color ex gratia perinde valere quatenus de cõſenſu patronorum,licet in ipſa gratia fuerit dictum de conſenſu maioris partis,niſi tamen conſtaret de iure patro. ex cõfeſsione partis,vt in Rota deciſum in cauſa Aſtoricen.Parochia.die 21.Nouembri 1547.refert Puteus de præb.deciſ.7.aliàs 63.lib.3.Iſdẽq; color deriuaretur ex conceſſione tributa per Pontificem alicui promoto ad epiſcopatũ in retẽtione beneficiorum,iuxta termi.

c.ſi

c.si gratiosè.de rescrip.in 6. cum & illa retentio vim confirmationis obtineat,tribuens colorē tituli,vti dicunt Domi.& Fran. in d.c.si gratiosè.vlti.no.Felyn.in c.de causis.nume.4. de offi.de leg.Rota in no decis.331.in fi.ac interdum sine obtenta retētione,translatus haberet colorem,ex quo restituendus esset,si probauerit se post translationem adhuc per se vel alium possessionem cōtinuasse de facto cum fructuum perceptione, vt ad eundem statum perceptionis fructuum restituatur, vti decisum in causa Cracouien.15.Iunij 1538.Refert Mohe.decis.15.cuius retentionis dispensatione minimè egeat promotus ad Cardinalatum, in his beneficiis,quæ cura & dignitate careant: nisi postea Cardinalis episcopatū obtineret,vt inquit Puteus in decis.434. lib.2. Ad eundem effectū restitutionis oritur color tituli ex col-
140 latione facta alicui † incapaci cum mandato de dispensando, quamuis non constaret de subsecuta dispensatione. Rota in no. decis.393.Pute.de dispen.decis.117.Cassad.de restitu.spoliat.decis.j.Mohed.decis.140.vt & si in eadem confessione, in qua narrasset se illegitimum,adiecisset se dispensatum virtute mandati obtenti per pœnitētiariam,titulum coloraret, vt inquit Mohe. d.decis.140.licet aliàs se mandatum pœnitentiariæ de dispensando colorem nō induceret,vt no.Io.Bap. Rota decis.828. Ac pariter exoriatur color ex prouisione facta per ordinarium vltra quinquaginta annos, licet non fuisset recognita propter difficultatem recognitionis ex diuturno tempore, vt refert Vesta. decis.180.dicēs insuper oriri colorem ex tacita confessione aduersarij,qui in eius prouisione dixisset se prouisum ex illius priuatione,vnde dicetur fāteri titulum priuati.Ijsdemque color insurgat ex collatione facta tanquam de beneficio, cum tamē verba ibi inserta gratiam importarent,vt per Vesta. decis.176.eundemque colorem probet instrumentum inductionis in possessionem.Rota in no.decis.437.Staphil.de litt.Apost. fol.178. Ac æquè deduceretur ex traditione facta per eum, qui de iure statuto,aut consuetudine,facultatem haberet possessionis tradendę, vt merito ab eo receptus pro colorato possessore esset recipiendus.Inno.in c. ex parte.in fi.de restitu spolia. ad id nota. per dominos de Rota in decis.421.in no.& 65.i antiq. eliceretur etiam
141 † color ad hoc requisitus ex litteris,licet non vndique validis,sola enim supplicatio data,licet titulum non tribuat, vt p Sarnen. in regul.de publican.decis.7.nume.5.Eius tamē colorem inducit ad hunc effectum spolij.Gemin.in c.j.col.pen.de litis contes. in 6.& in consi.106.Rota in antiq.decis.882.& Inno. 437. Sarn. in regul.de non iudi.quæst.5.Cassad.de caus. possess. & propriet. decis.4.nume.3.& de restitu.spolia.decis.8.in prin.& in regu.decis.36.num.7.cum virtute solius supplicationis posse capi legitimam possessionem ad effectum spolij refert Puteus decisum corā Prospero in sua decis.226.lib.2.vt & si supplicatio esset eiusdē datæ cum supplicatione alterius,etiam litteris non expeditis,colorem tribueret,licet opponeretur subreptio, quæ petitoriū respiciat,vt per Mohe.decis.306.Non tamē talis color ex sola supplicatione deductus sufficeret ad obtinendam canonizationē, vt latè in regula de non iudican. Quod vsqueadeo verum est,vt & si in noua prouisione,velut non principali, sed accessoria ad gratiam non requiratur litterarum expeditio, vt per Sarnen. in d.regu.de non iud.quæst.7.& in regu.de anna.quæst. 27. num.5. & in compen. signa.nume.83. tamen ad effectum canonizatoriæ,earum expeditione opus sit,vt ibidem per Sarnen. & Vesta. decis.99.in quo nec sat esset, si testes deponerent se litteras vidisse,vnde titulus nō probaretur,vt per Aegidi.decis.595. Redeundo autem ad colorē tituli, dicimus illum pariter probari ex pos-
142 sessione capta virtute† transumpti ipsius supplicationis,vt dicit Ioan.Paul.decis.32. quamuis eius virtute capta fuisset possessio sine aliquo mandato,vt ibi dicit,ac notat Ioan.Bap.Rota. decis. 34.Quibus tamen recitatis pro colore tituli deducendo ex supplicatione sine litteris, videntur contrariari constitutiones fæ. re.Iulii.III. in quibus prohibetur, ne virtute solius supplicationis,aut eius transumpti,capi possit beneficii possessio, nisi cum insertione clausulæ Motusproprij, & quod sola signatura sufficiat. Ac similis constitutio de litteris expediendis,fuerit edita p Martinum V. Kalen.Septembris,anno 8.de qua meminit Rom. in suis notis,tit.de dilatio.in causa Coloni.canoni.coram se proposita.Quæ tamen non contrarientur ad effectum huius spolij, caute deducti.Sed verificarentur, si de spolio agens expresse pfiteretur, se recepisse possessionem cum sola supplicatione, seu transumptu,ex quo diceretur suamet cōfessione discolorare pprium titulum,non tamen idem futurum,si docto prius de eius possessione,postea ad colorādum titulum vteretur sola supplicatione,cum in eo non esset opus expeditione litterarum,quarum esset verisimilis expeditio,nec de contrario constare diceretur ex productione solius supplicationis, ex qua non probaretur possessionem fuisse sine litteris captam, de quorū defectu, si ex aduerso obijceretur,id tanquam petitorium respiciens, ad id iudicium esset reijciendum,cum in spolij iudicio litteræ non requirantur per Cassad.de restitu.spolia.decis.8.nume.j. de quo latè discussum in causa Ciuitaten. præstimo. retulit Verall. decis.394.& latius dicam inter exceptiones.

143 † Per expectatiuam, quamuis reuocatam per subsequentem generalem reuocatoriam, probatur color tituli, vt sæpius decisum in Rota referunt Sarnen.in regu.de trienna.quæst.24.nu.4. Vestan.decis.75.& seq.Fabi.decis.36.Mohed.decis.184. Io. Paul. decis.110.Idque verum esse, licet pluries fuisset reuocata, dicit Achil. in decis.4. & 6.de restitu. spolia. qui idem dicit ad instar expectatiuæ,in priuilegijs & facultatibus reuocatis, quæ nihilominus colorem præstant,id exemplificans in priuilegio magni Magistri Hierosolym.& Conclauistarum,& aliorum de quibus in d.decis.4.ac Pute.in decis.11.de restitu.spolia. Vesta. decis.75. Verall. decis. 405. Idque in omnibus prouenire dicunt ratione præsumptæ reualidatoriæ,Ac in expectatiua gratiæ id procedat quoad colorem inducendum, quamuis prouisus possessionem cepisset propria authoritate sine aliquo executore, nisi tamen beneficium esset eius qualitatis quod egeret capitulari traditione ex relatis per Vesta.decis.137.& dicit Pute.etiam notatus in causa Barchin.bene.22.Septembris 1541.ac ad instar expectatiuæ reuocatæ etiam vnio reuocata colorem tribueret,quæ licet non sit propriè expectatiua,tamen pinguis expectatiua nuncupetur,ut inquit Cassa.in regu.decis.25.num.1. ex processu fulminato coloraretur titulus,etiam non apparente expressa citatione expectantis,quæ tacitè censeatur deducta ex sola adeptione possessionis,vt decisum tradunt Arago. decis. 33. in causa Oxomen.Io. Pau.decis.120.Io.Bap.Rota decis. 117.cum etiam ex immissione in possessionem præsumatur expectatiua prius accepta, adeo vt sine alia probatione acceptationis ex sola expectatiua color tituli oriretur,ut ait Ioan. Pau.decis.110.ac licet virtute expectatiuæ constaret fuisse captam possessionem instrumentalem,quamuis nullibi constaret cōtinuatam per anno 20. sed id esset dubium,adhuc per eam tribueretur color.Nam & si ex negligētia 10 ann.deperderetur possessio.Soc. in l.rem quæ nobis. quæst.2.ff.de acquir.possess.Ruyn.consi.32.lib.j. ea tamen negligentia sit per allegantem plenè probanda,ut ibi Soc. quæst.7.ex quo præsumatur cōtinuata vsque ad diem spolij,nisi talis expectatiua concluderetur certo tempore iam elapso ante diem acceptationis,uel si expectatiua,seu eius acceptatio esset sub conditione non purificata,ut per Sarnen.in regu. 323.& Verall. decis.120.Necnō idem fore si beneficium fuisset litigiosum, dicit Sarnen.in regul.& Tanis decis.16.Non tamen expectatiua lædetur ex clausula citra coadiutorias,quam haberet tertius q nōdum declarasset se velle vti decreto respectu possessionis, nec detur de iure tertij,nisi ex eo clarissimè constaret de non possessione agentis,de spolio,vnde tollantur vires primi extremi, ac ita decisum in causa Toleta. spolij, ac intellectam decisionem 439.in no. refert Achil.in decis.7.de restitu. spolia. Continuata autem possessio,etiam prioritatis præsumptionem induceret inter expectatiuos,si alter instrumentalem tantum probasset, vt in causa Oxomen.dictum 20.Nouembris 1538.refert Arago.in decis.34.In beneficiis cōsistorialibus, Litteræ Apostolicæ licet discordet à cedula consistoriali,tribuunt colorem tituli,quāuis cedula sit matrix ac totius gratiæ fundamentum, ab eaque velut à matrice litteræ corrigātur, vt latè discussum ac diffinitum in causis Marianen.& Montisregalis pensionum,tamen ex prædictis litteris oriri colorem quem quærimus ad effectum spolij concluſum fuit in ambabus causis, cum eius cedulæ tāquam in consistorio secreto confectæ verisimilis sit, eorum ignorantia qui in eo non interfuerint, & ideo apud eos litterarum discordia esset excusabilis,vt fortè non esset in prouisione facta p cōmunes supplicationes,quarum sit verisimilis notitia,cum publicè impetrari soleant. Ijsque nouus modus prouidendi tantum per cedulam, in consistorialibus seruetur, in quibus Pontificis præsentia vnà cum sola patrum discussione interueniat, ut per Sarnen.in regu.de infir.resignan.quæst.14.num.4.& in tract.breuium. nume.9. vbi dicit, non esse arguendum ab hac cedula ad expeditionem per breue,seu aliàs.Indeque proueniat, quòd in prouisione per consistorialem cedulam non sibi locum vendicet regula de publican. Velut in qua cesset omnis vel minima suspicio penitus sublata ex præuia discussione tātorum patrum cum præsentia & consensu summi Pontificis, nec pariter in ea habeat locum regu.de infir.resigna.ut per Sarnen.in d.q.14.nume. 4. & minus in his consistorialibus concedatur derogatio regu.de subrogan.vt per Sarnen.in ea.regu.quæstio.15.in fi.& dicit Staphil. de gra. expecta. §. dicendum. numero 65. tom.4 in magnis.

144 † Eundem tituli colorem ad fauorem resignatarii agentis de spolio,affert narratiua suæ resignationis facta in litteris expeditis super reseruatione certæ pensionis ad fauorem resignātis,cū eo casu pensio & resignatio uelut correlatiuæ se inuicem respiciant (vteędem litteræ quæ probant reseruationem pensionis) probent pariter ipsam resignationem,vnde profecta est pensio. Idq; satis esse ad effectum huius coloris decisum refert Sarnen. in regul.de trien.quæst.39.in fin.& in regu.220. (Nam & per titulum in qualibet dispensatione insertum color ipse deducitur ad hunc effectum,vt per Crescen.decis.62.) nisi tñ ea resignatio conditionaliter enūciaretur, quia tunc nullū prorsus tribueret colo-

Source : BIU Cujas

colorem tituli,ex intrinseco defectu adiectæ conditionis suspẽ siuæ,quæ sui natura nihil ponit in esse,nisi docto de eius purificatione,vt in hoc Sarnen.in d.reg.de trienn.q.27.nu.6.Quæ tñ cõditio si fuisset apposita in resignatione, nihil obesset resignãti; quin interim ea pendente spoliatus ẽt à resignatario agere posset de spolio,licèt aliquandiu ei pacificè persoluisset pensionem,ex cuius solutione non censeatur renunciari dictæ cõditioni adiectæ in resignatione,ut in causa Compos.retulit Pute. decis.30.de restit.spol.Quo verò ad enunciationem attinet, ex ea oritur color tituli,si enuncietur titulus vnionis factæ per ordinarium,vt inquit Pute.decis.2.& 5.de rest.spol.secus in vnione vicarij,vt dicam: Ac enunciata dispensatio cum mandato dispensandi affert tituli colorem.Mohe.decis.140.

Constare etiam diceretur de colorato titulo resignantis, ex continuatione possessionis triennalis post resignationẽ,ex qua cum oriatur præsumptio retrocessionis ex notissima allegatione Lapi.89.vt & si minus triennio perstitisset in possessione, diceretur habere titulum coloratum,si resignatio fuisset facta ad fauorem certæ personæ,ex cuius possibili incapacitate,cum posset beneficium redire ad ipsum resignantẽ virtute clausulę,nõ aliter nec alio modo,colorẽ tñ detinendi haberet,vt per Pute. deci.4.de rest.spo.& Achil.deci.10.eo.ti.de quo inter exceptiones,ex qua triennali possessione color exoriretur in prouiso ab ordinario per obitũ possidentis,licet haberet desuper litẽ in curia,vt per Sarn in reg.221. de quo dubitat Aug. in eius reperto.

145 †Ac sicuti mox dixi,ex intrinseco defectu resignationis cõditionalis cessare colorem tituli,ita & mandatum de prouidẽdo,laborans vitio intrinseco,nullum tribuit colorem,vtputa si in eius mandati corpore constaret, fuisse concessum ad p̃finitum tempus,eoq; lapso beneficium vacasse,indeq; mandatum remansisse frustratorium, nullum afferens commodũ in beneficio vacante post id tp̃s,vt decisum referunt Mohe. decis.184. Tanis decis.76 Fabi.decis.56.quamuis dicant secus futurum in expectatiua reuocata ex rationibus ab his recitatis. Pariterque inanis futura sit collatio,ac oĩ coloris effectu vacua,si fieret ex causa priuationis illius,de cuius processu nusquam constaret, adeo,vt ex facie eiusdem collationis,titulus appareret mancus, & sine aliquo colore per Sarn.in reg.de trien.q.33.nisi tñ id narraretur in prouisione Papę,quæ hoc specificum habeat, vt per Fely.in c.2.nu.4.de rescr. & alios de qb.dicã inter exceptiones.

146 †Collatio facta per Vicarium tribuit colorem tituli,licet de specifico eius mandato conferendi (quod in eo requiritur. c.fi. de offi.vica.in 6.) Non aliter constaret,quàm per iuratam assertionem eiusdem vicarij,seu depositionem vnius testis, aut ex effectu secuto in aliis collationib. per eum iam factis, vt per Aegid.deci.50.idq; seruari per Dominos de Rota dicit Cassad. decis.8.nu.5.de restit.spol.& Sarnen.in regu. de trienna.q.27.nu.5. Verall.decis.405.eiusq; mandati obiectus petitorium respiciat haud impeditiuum iudicii spoliatiui.Rota in antiq.decis.46. & Inno.decis.16. ac ita decisum testatur Pute. in causa Firman.28. Nouembris 1543.in sua decis.72.lib.2. vt & resignatio inde subsecuta in manibus Papæ eundem colorem tribueret.Sarnen.in regu.319.Mohe.decis.139.asserentes talem colorem æquè deduci ex vnione facta per ipsum vicarium absq; editione alicuius mandati:Idemq; dicit in decis.337. cum & ex quasi possessione conferendi,aut faciendi cõtra ius,licet semiplenè probata, deducatur ad hunc effectum color tituli: & idem dicit Mohe. deci.136.Ac per ordinarium enunciata vnio inducat colorẽ hũc, licet per eius vicarium enunciata nihil prodesset,vt ait Pute.in decis.5.& 22.de rest.spol. Necnon & collatio Ordinarii cũ enũciata potestate sibi delegata, (de qua aliàs non constaret) colorem tribuat,& quęlibet superioris auctoritas afferat p̃sumptionem coloratiuam tituli.Gemin.cõs.147.col.3.cum aliis mox recitandis,eiusdemq; Ordinarij litteræ expeditæ in forma cõi rationi congruit colorem inducere,decisum in causa Regien.refert Pute.in deci.29.de resti.spol.cuius ẽt prouisio de beneficio vacante per eius obitum, qui in Curia desuper litem haberet, eundem effectum tituli operaretur,vt per Sarnen.in reg.222.& 351.Qui,si prouideat de beneficio vacante certo modo inducat colorem,non alias verificata ea vacatione, quæ percutiat petitorium,ac de eo credatur Ordinario, qui visitando priuare possit,vt in decis.22.de resti.spol.per Puteum, qui alibi refert idem decisum in causa Irunden.18.Maij, 1545. ut sicuti ex litteris in forma rationi congruit oritur color,vt dixi, æquè oritur ex similibus litteris expeditis per legatum super gratia præcessoris, vt ait Puteus.in decis.30.de resti.spol.& decis.16.de fid.instr.Ac ex gratia perinde valere parem colorem oriri dicit idẽ Puteus in decis.7.de prẽben.

147 †Noua prouisio licet simplex,colorem tituli tribuit sine obstaculo alicuius obiectæ subreptionis, cuius discussio ad cognitionem iudicij petitorij reijciatur, nõ remorata interim restitutione spoliatiua,vt inquiũt sępe decisum Put.lib.j.deci.137.Mohe.decis.306.Vesta.decis.189.319.Io.Pau.decis.71.Verall.346. Sarn.in reg. de trien.q.38.ac ex gratia subreptitia exoriat color. Pute.decis.173.li.j. Neq; ẽt in petitorio necesse sit narrata in noua prouisione legitimè iustificari, sed tantum ea de facto vera esse sat sit. Aegid.decis.116.in fi.Crescẽ.decis.154. Vestan.decis. 277.287.Sarnen.de anna.q. 27. ex qua aũt subreptione lædatur noua prouisio dicunt Aegid.decis.698.in fi.Cassa.in regu.dec. 21.nu.9.Neq; adeo verum, hanc nouam prouisionem ex se titulum tribuere ut & obtenta per eum qui iam fuisset prouisus virtute mandati de prouidendo (in quo adesset clausula citra coadiutorias) operaretur hunc colorem ex nouo titulo,q prodesset impetranti agenti de spolio,etiã p̃ coadiutorem, cum & ex eo nouo censeretur possidere,vt inquit Crescen.decisum in Rota non sine magna controuersia,quàm refert decis.168. vbi distinctionem congruam adhibet super mutatione causæ possessionis,de qua mox dicam.Nec secus futurum si ex noua prouisione fuisset capta possessio,non constito, q̃ fuisset capta ex prima gratia.Sarnen.in regu.322.aut si noua prouisio superueniisset post iam captam possessionem, quæ nihilominus prosit ad colorem sine alia nouiter possessione adepta,sed in ea sufficiat continuari ad effectum euitandi uitiosum ingressum. notatur per Cassa.deci.4.de restit.spoli.vti decisum testatur Pute. decis.7.de resti.spo.Achil.decis.2.eo.ti.Tanis decis.52.Gem.cõs.56.sed tñ,ratione vitiosi ingressus,haud esset profutura noua prouisio,si impetraretur post litem motam in spolio: verũ hęc sanè intelligenda de noua prouisione impetrata p̃ præsentem, cum alia sit ratio in impetratione facta noĩe absentis,quæ non eundem effectum operaretur sine aliqua euidẽti præsumptione,quæ aliàs in p̃rium vrgeret ex modica impensa, vt per Put. deci.38.de resti.spo.Sarnen.de trien.q.38.nu.2.& in reg.218.cũ nec pro absente impetrata arguat acceptationem.Io.Pau.deci. 71.Vesta.decis.10.vt cessante modicitate impensę omnino p̃sumeretur impetrata instante,eo quia interest.Fely.in c. nõnulli.§.sunt & alii.nu.18.de rescr.& in c.sicut.nu.44.de re iud. Mohe.decis.212.Sarnen.de trienn.q.38.nu.2.de qua noua prouisione plura dicuntur per Rom.consi.433.Paris.consi.118.li.4.Cassad.in reg.deci.21.& seq. Ac similiter ex qualibet gratia, licet sine prouisione prætẽti subexecutoris exoriatur color tituli,sufficiens ad effectum huius restitutionis, si constaret virtute eius gratiæ fuisse per dominos de Rota processum ad terminos adiudicationis,vnà cum executorialibus,ad eius fauorem,qui de spolio ageret,vt per Aegid.decis.578.circa fi.cuius meminit Fely.in c.in causis.in fi.de re iud.cum nõ sit credendum, nec cuiquam verisimile sit, q̃ fuisset relaxata executio per hos dominos priusquam ipsis constiterit de iure obtinentis aliunde, q̃ ex simplici partis confessione,ex qua tantum non consueuerit fieri adiudicatio,vt ibidem per Aegi. Aliud verò futurum si vigore eius gratiæ fuisset tantum lata sinĩa,quæ non tribueret colorem,nisi alias coadiuuaretur aliqua superioris auctoritate,vt p Sarnen.in reg.de trien.q.27.nu.6.Ac æquè color tituli elicitur, si is titulus cuius vigore primo fuerat capta possessio esset infectus,& alter secundo obtentus sit legirimus, quamuis non declarauerit animum mutandi possessionem, vt mox dixi in noua prouisione,& dicit Pute.decis.8. de caus.pos.Sarnen.in regu. 225.cum Crescen.decis.168.cum ex se censeatur animus mutatus ex nouo titulo obtento, licet à prima possessione nõ fuerit recessum.l.quod vulgo ff.de vsuca.l.3.§.genera.ff.de acqu.pos. idq; velut æquius secutos dominos de Rota refert Achil.de peti.& pos.decis.4.Crescen.d.decis.168.

148 †Ijsdemq; color tituli beneficialis pariter exoritur ex cõfessione,licet obiter facta per spoliantem,in cuius odiũ id specialiter recipi dicant Ant.in c.in litteris.col.6.de restit.spoli. Et ibi Abb.nu.25.Rota in no.decis.408.& 421.Felyn.in c. olim.nu.21. de rescri.Cassad.in reg.decis.j.nu.5.& de restit. spoli.decis.8.nu. 6.Nam & si talis confessio,nec verè probet,nec titulum beneficij iustificet, quo ad se (cum titulus oriri nequeat ex voluntate partium.c.fi.de eo qui mitt.in pos.c.fi.de confes.in 6. ex quo palatium ex sola confessione non adiudicet, vt per Aegid. decis. 578.) operabitur tamen colorem requisitum ad hũc effectum recuperatiuũ,vt per Franc.in c.j.col.pen. de eo qui mitt.in pos. Imo.in clem.j.col.15.de cau.pos.Bisigne.de litis conte.decis.2. col.ij.Eamq; confessionem etiam tacitè deduci ex articulis per partem exhibitis,firmant Aegid.decis.96. Rota d.deci.Cassad. qui supra.Sarn.de trien.q.39.nu.5.Franc.in d.c.j.col.pen.Neque in hoc referret tales articulos petitorium respicere, quia licet prodesse non possent ad effectum probandæ possessionis,proderunt tñ ad deducendum colorem tituli, vt fuisse seruatũ de mandato Clem.IIII.dicit Spe.de testib.§. nunc vidẽdum. nu.7.

149 ver.sed pone.de quo meminit Guido Papę decis.71.†Quæ tacita confessio ęquè deriuetur ex verbis enunciatiuis ipsius spoliãtis,qui asseruerit se prouisum ex priuatione illius,qui nunc agit de spolio,ex quo diceretur fateri, spoliatum habuisse titulum, quem pręuium præsupponat eius priuatio, uti decisum retulit Vesta.in decis.180.cum & titulum fateri censeretur defuncti,q̃ per eius obitum impetrasset.Aegid decis.596.& aliàs dixi. Sed hæ confessiones minimè obesent capitulo, si emanassent ab aliqua persona particulari eiusdem capituli principaliter conuenti in iudicio spolii,ut per Vesta.decis.57.

Source : BIU Cujas

150 † Coloratur titulus etiam ex probatione diutinæ poſſeſſionis, vt per Ant. in c. in litteris. col. 5. de reſt. ſpol. Rom. conſ. 465. Aegid. deciſ. 455. in fi. cum ex longa poſſeſſione beneficij oriat̃ præſumptio canonicæ poſſeſſionis. Rom. cõſ. 117. in fi. ſicut diu tius perſiſtens in quaſi poſſeſſionę prælaturæ, præſumitur talis, qualem ſe tandiu fecerit. Ang. in l. qui in aliena. in prin. ff. de acqui. hære. Bal. in l. ſi filius. in prin. C. de petit. hæred. Deci. in rub. de fi. inſtr. nu. 17. Fed. de Sen. conſil. 103. Iaſ. in l. ſciendum. num. 17. de verb. obl. Balb. in tract. prę ſcrip. j. par. iij. par. num. 32. Quæ quidem diuturnitas diceretur ex decennio ſaltim continuato, in quo quis pro beneficiato ſe geſſerit cum eiuſdem beneficij poſſeſſione, vnde pariter proueniat tituli præſumptio, ex eo p̃ſertim orta, quod non ſit credendum Ordinarios viſitantes tãdiu illum toleraturos abſq; iuſtificatione tituli, ex no. in c. ordinarij. de offi. ord. in 6. per Fely. in c. illud. nu. 6. de præſumpt. & in c. Albericus. nu. 4. de teſti. Anch conſi. 117. in fi. quæ quidem ratio viſitationis cum ceſſet in prophanis, nec æquè in his talis p̃ſumptio reciperetur. Hoſt. in d. c. illud col. 3. vbi Bohic. in fi. Neque etiam ea præſumptio reciperetur in eccleſia nullius dięceſis, ſeu non curata, quæ non cõſueuerit viſitari, velut in qua ceſſaret cauſa viſitationis, vt per Fely. in d. c. illud. nu. 17. Deci. conſi. 121. col. ij. Sarnen. in reg. de trien. q. 26. num. 9. niſi id eueniret in ſpecie mixtę poſſeſſionis, vt inferius dicam. Neq; ex hac temporis diuturnitate eliceretur propterea aliquis verus titulus, cuius ſola præſumptio minimè ſufficiat ad probationem veritatis, ſed ad eius tantum colorationem, quæ proficiat ad tollendã contrariam præſumptionem calumniæ, ac vitioſi ingreſſus: verum ſi tempus immemorabile interceſſiſſet, ex eo deriuaretur etiam præſumptio veri tituli, ac alterius priuilegij, vt per Alex. conſi. 6. nu. 3. lib. j. & conſi. 78. nu. 3. Deci. conſi. 85. nu. 7. & conſ. 586. nu. 2. Pariſ. conſi. 25. nu. 62. & conſi. 27. li. j. Curt. Iuni. conſ. 158. nu. 11. Afflict. deciſ. 254. num. 4. Ac ad eundem tituli colorẽ
115 eliciendum ſufficerent teſtes de ſimplici † auditu. Fely. in d. cap. Albericus. & in c. ex parte. in prin. eod. tit. Aegid. deciſ. 455. in fi. cum & in execrabili, ex qua dicatur diſcolorari titulus, ſi tamẽ poſt lapſum temporis allegaretur diſpenſatio, titulus euaderet coloratus ſine alia probatione, vt per Sarnen. in reg. de trien. q. 10. nu. 12. Ceſſante autem diuturnitate prędicta, quælibet recẽs poſſeſſio beneficii nullo colore vallata, pariter iniuſta cenſeretur, vt ait Aegid. deciſ. 589. Niſi igitur ſimplex poſſeſſio decennium tranſcendat, omnino egeat extrinſeco colore, ex quo tẽpore lapſo inſurgat quædam præſumptio inuiſibilis tituli, qui proſit ad eius colorem. Sarnen. in regu. de trien. quæſt. 5. nu. 28. & quæſt. 26. nu. 12. licet ibidem nume. 10. dixerit, vltra decenniũ requiri partis iuramentum. Idemq; confirmat Fely. in d. c. illud.
152 nu. 9 † Nec tamen vſqueadeo ex decennali poſſeſſione cõcludatur tituli præſumptio, ut prorſus ex ea adimatur contraria ꝓbatio non tituli, ſeu alicuius tituli ipſius excipientis ante decennium, ſed ea præſumptio, quæ oritur ex decennali, onus tantũ probandi transferat. Fely. in d. c. ſicut. & in c. illud. de re iudi. vbi Hoſtien. col. 3. Nam & ordinarius lapſo decennio reciperetur ad probationem non tituli per diligentias. Fely. in d. c. illud. nu. xj. in c. ſicut. num. 37. de re iud. & in c. licet Heli. nu. 15. de ſimon. Ioan. de Silua in tract. de benefi. part. 3. quæſt. 25. Quæ tamen cõtraria probatio minimè reciperetur in regu. de trien. poſt id tẽpus lapſum, vt in ea dicit Sarnen. quęſt. 26. nu. xj. Caſſad. de cau. poſſeſ. deciſ. 3. Ac contra hanc decennalem poſſeſſionem probari poſſet eius euidens iniquitas, quæ præcideret omnem temporis effectum tituli colore deleto, vt dicit Anto. in d. c. in litteris. de reſtit. ſpol. Nam ſi conſtaret poſſeſſionem fuiſſe captam virtute prouiſionis receptæ ab eo, qui reperiretur prohibitus à iure vel ab homine, vtique diceretur verè intruſus, veluti poſſidens titulo prorſus incolorato, propterea q̃ue deciſum ei non prodeſſe decennalem cui ius commune refragatur, vt per Pute. deciſ. 367. in prin. lib. j. Idemq̃ue eueniat in aliis pleriſque ſpeciebus recitatis per Fely. in c. veniens. . nota. de accuſ. vtpotè ſi Ordinarius contuliſſet, poſt inhibitionem ſibi intimatam per apoſtolicum executorem, vt per gl. in c. ſi ſoli. de conceſ. præb. in 6. de qua Sarnen. de trienn. quæſt. 27. nu. 5. & 7. ſeu ſi conſtaret de contraria Pontificis ſententia, quę cum deleat omne ius ſuper beneficio (cuius ſit dominus) multo magis delebit ipſius beneficii poſſeſſionem, inquit Paul. conſi. 253. colum. ij. li. j.
153 † Sed non idem euenturum in productione reſignationis infectę ſi poſſeſſio allegaretur ex lapſu temporis colorata, cum ex ea infectione non concluderetur infecta poſſeſſio reſignatarii, quæ potuiſſet euadere legitima ex aliquo nouo & iuſto titulo oborto poſt reſignationem, vt per Caſſad. in d. deciſ. 3. nume. 3. de cauſ. poſſeſ. Nam & ſi talis titulus deducatur, qui ſi probaret̃, ex prima ſui facie videatur canonicus, omnino debita eſſet reſtitutio etiam non aliàs eo probato, nec in eo obſtaret contraria oppoſitio illegitimi tituli, cuius cognitio eſſet reijcienda ad futurum iudicium petitorium ſecundum Paul. in d. conſi. 253. num. 4. Ac inſuper, licet infecti tituli productio impediret reſtitutionem alio non deducto; eam tamen non impediet, ſi fuerit alter bonus productus, ſed non ita plenè probatus, ut dicit Aegid. deciſ. 150. cum hæc inter ſe plurimum differant, titulum plenè probari, vel illum colorari ex aliqua apparenti præſumptione, vt ibidem Aegid. in fi. cum, vt dixi, tenues probationes recipiantur ad colorandum titulum, vt puta teſtium de auditu & aliorum ſimilium, de quibus ſupra. Et dicit Fely. in c. Albericus. nu. 4. de teſtib. in c. ex parte. in prin. e. ti. Aegid. deciſ. 455.
154 in fi. † Quinimmo & iudex ex eius officio nemine petente, tenetur inquirere, an ex aliquib. indicijs, vel coniecturis poſſit conſiderari talis color tituli, qui propriæ eius conſcientiæ ſatisfaceret, quo comperto, per ſe ipſum reſtituere poſſit, alias reſtitutionem denegaturus, vti ſe in iudicando obſeruaturum dicit Lapus allega. 52. in fi. & Ant. in c. in litteris. col. v. Idq; in Rota ſeruari teſtatur Fabius deciſ. 36. Quemadmodum è contra poſſet iudex nemine excipiente ex ſe ipſo reijcere agentem de ſpolio beneficiali, ex defectu notorio apparente ex facie prouiſionis iam in actis productæ, vt ibidem per Fabi. Non tamen quilibet color de iure recipiendus ad effectum regulæ de trien. qui reciperetur in hoc poſſeſſorio, vt dicit Sarnen. de trien q. 27. nu. 3. ponens in eo plures inſtantias, quas non tranſcribam.

155 † Huius autem coloris publicatis teſtibus in hoc ſpoliatiuo iudicio, poterunt nihilominus per reum ſuccumbentem dari ℞rij articuli in ſubſequenti iudicio petitorio, non obſtante allegata ſuſpitione de qua in ca. fraternitatis. de teſtibus & in cle. teſtib. eo. ti. quæ quidem ſuſpitio ceſſet ex diuerſitate iudicii petitorii & poſſeſſorij, ac alijs rõnib. deductis in deciſ. 437. in not.
156 † Canonicatus legitima poſſeſſio capta cenſebitur, & ad effectum huius reſtitutionis probata ex capitulari eius traditione, nec aliàs quærenda, quamuis omnes canonici ſeparatim eã tradidiſſent, cum in ea capitulari conuentu opus ſit, niſi cõtrariũ fuiſſet ex conſuetudine receptum, ex dictis per Caſſad. in deci. 8. nu. 3. de cau. poſ. & deciſ. 5. nu. 3. de iure patro. ſeu ſi Pontifex litterarum executori mandaſſet, vt aliquem faciat recipi in canonicum, in quem caſum ex eo mandato remaneat canonico rum miniſterium, nudi tantum facti, in aſſignandi locum in capitulo, ſtallum in choro, cæteraq; factum tantum reſpicientia: non enim ab his tribueretur iuris poſſeſſio iam tributa auctoritate Apoſtolica, cuius vice fungitur executor abſq; collegiali traditione, transferens poſſeſſionem tanquam non dependentem à canonicis, qui in eo ſint meri tantum facti executores, ac ſingulariter id exequi poſſint. Inn. in c. bonæ. il ij. verſi. temerè. de poſtu. pręla. Fely. in c. omnes. nu. 44. ver. 2. declaratio. de cõſtitu. & in c. eam te. nu. 29. de reſcrip. Archid. in c. ſi capitulo. in prin. de conceſ. pręb. in 6. Staphil. de litt. Apoſt. fol. 17. col. j. verum ſi eisdemmet canonicis mandaretur, vt quemquam in canonicum & fratrem reciperent, diceretur inde tantum excitari eorum ordinaria poteſtas, omnino remanens in eius primæua natura requirente collegialem traditionem, vt ibidem per Staphil. Nec propterea traditio aliàs nõ collegialiter facta, vim obtineret legitimę poſſeſſionis, niſi ſubſequeretur canonicorũ patientia cum actibus poſitiuis ad canonicos tantum pertinentib. ex no. per Inn. in c. ex parte. in fi. de reſtitu. ſpol. Gemi. conſi. 147. col. 3. quæ quidem patientia eorundem canonicorum req reretur, qui ab initio fuiſſent ex ſe habiles ad tribuendam capitularem & legitimam poſſeſſionem. Ant. in ca. in litteris. col. 6. de reſcri. Caſſad. d. deciſ. 5. nu. 3. de iure patro. Quorum quidem omnium requiratur pręuia cognitio, atque iuſtificatio in iudicio ſpolii, pro fundamento eius primi extremi, ut dicit Caſſad. in d. deciſ. 8. nu. 3. de cau. poſ. & propr. Nec propterea requiritur adeo exactus conſenſus capitularis, vt in hac poſſeſſione tradẽda omnium canonicorum conuentione opus ſit, ſed in eo ſat futurum ſit ſi omnibus legitimè more ſolito vocatis, eorum pars, & non oẽs capitulariter conueniret, cum nihilominus integrum capitulum ex intereſſentibus conſtare cenſeret̃. Oldra. conſ. 122. Lapus alleg. 131. Rom conſi. 142. & eſt communis relata per Abb. in c. in cauſis. nu. 9. c. quapropter. 2. not. c. eccleſia. il 2. nu. 13. c. cum nobis olim. de ele. cuius canonicalis poſſeſſio legitimè tributa, quęreretur ẽt minori 11. anno. ſine aliqua tutoris auctoritate, vti reſponſum refert Pute. deci. 47. li. 2. 12. Nouemb. 1543. ex §. pupillus. in fi. Inſti. de inuti. ſtipu. & not. Alex. & Iaſ. in l. j. §. adipiſcimus. ff. de acq. poſ.

157 † Neq; canonicalis præbendę diceretur cuiquam tributa legitima poſſeſſio vnà cũ canonicatu, per ſtallũ locum, & vocẽ in capitulo, nec per capituli mandatũ, vt ei reſponderet̃ de fructibus, niſi ẽt fuiſſet aliquid ei cum effectu reſponſum ratione præbẽdę, aut inde aliquos fructus percepiſſet, prout dicit Inn. in c. in literis. de reſtit. ſpol. in quo tamen alia obſeruantia poſſet inducere contrariã conſuetudinẽ, in hoc oĩno attendẽdã, iuxta Rotę deci. 275. in not. relatã per Caſſad. in deciſ. 8. de cauſ. poſſeſ. & propr. & per Fel. in c. cũ M. num. 32. de conſtit. Neque etiam cuiuſlibet modicè pecunię receptio prębendæ poſſeſſionem probaret, ſi alter eius receptionis ignarus prębẽdã poſſideret, vt per Aegid. deci. 379. Cuius tñ præbendę poſſeſſione legitimè quęſita, poſſet illico p̃bendatus agere de ſpolio rerũ particularium ſuę præbendæ, quamuis earum poſſeſſionẽ nõ fuiſſet antea ſpecificè adeptus, cum & ſimplex prębendę poſſeſſio ꝓtineat

Source : BIU Cujas

neat res omnes ſingulares ei annexas,vt per Biſigne.deci. 10.de reſtitu.ſpol. licet ipſe contra ſentiat. Neq; præbenda ſpoliatus teneretur probare ſingulas res præbendales ad præbendam pti nere,ſed ſufficiat probare poſſeſſionem ipſius prębendæ, cum ea pertinentia petitorium reſpiciat. Rota in not.deciſ.276.Sed non propterea ex poſſeſſione rerum particularium eccleſiæ,in ferretur probatio poſſeſſionis eiuſdem eccleſiæ, vt de eius ſpolio agi poſſet:verum agi poſſet de ſpolio earūdem rerum, quarum poſſeſſio fuiſſet adepta,ad quas ſolas fieret reſtitutio, iux. nota.per Ioan.Andr.in reg.beneficium.verſ. quærit demum.li. 6.& Rotam in antiq.deciſ.717.in fi.

158 †Agens autem de ſpolio annexi beneficij, quamuis in eo ob tineat probata tantum poſſeſſione principalis & maioris bene ficij ſine alia probatione poſſeſſionis beneficij annexi, vt dixit Iac.de Belui. in quæſt. cauſ.crimi.nu.121. Tenebitur tamen ad plenam & ſpecificam probationem annexionis prætēſę,in qua nec ſufficeret confeſſio facta per aliquos de capitulo, qui ſicuti ſingulariter non potuiſſent præiudicium afferre capitulo in pri ma annexione,ita nec pariter commodum afferre poſſit in poſ ſeſſione,vt coram ſe deciſum refert Veſtan.deci.57.quod & in poſſeſſione caſtrorum ſibi locum vendicare dixit ibidem Iaco. vt qui maius caſtrum poſſideat,cenſeatur poſſidere cętera omnia minora caſtra eiuſdem ſtatus,ſed non æqualia,in quib. ſpecifica poſſeſſione opus ſit.

159 †Non cenſebitur probata cuiuſquam poſſeſſio per eius inſtallationem factam in eccleſia poſſeſſa per vicarium nomine epiſcopi, qui ciuilem poſſeſſionem non amiſiſſet animo eam retinens,nec dubitans ſe poſſe repelli, quàm nec repulſus perdidiſſet,alio eius nomine poſſidente.l.j.§.ſi quis.verſi.non autē. vbi gl.ff.de vi,& vi arma.Neq; naturalem amiſiſſet, velut per alium ſuo nomine retentam,licet dubitaſſet ſe poſſe repelli, cū eius rei timor non operetur in eo,qui nihilominus per ſe,vel p alium in eadem poſſeſſione perſtitiſſet,ac ita intelligi text.in l. ſi id quod.§.fi.ff.de acquir.poſſeſ.dicit Pau.de Caſt.in cōſi.153. num. 1.lib.j.

¶De probationibus in ſpolio mixto. Cap. XVI.

160 SAtisfaciēdo in reliquis,diuiſioni propoſitæ in initio huius partis probatoriæ, ſubnectam probationes neceſſarias in ſpolio earum rerum,quæ habent poſſeſſionem adeo cōnexam cum natura petitorij,vt ſeparari nequeant,ex quo mixtæ nuncupentur.Proptereaq; earum poſſeſſio aliquo iuris colore ſit coadiuuanda ad inſtar beneficialium, in quibus nuper diximus opus eſſe probatione coloris tituli,ut de eo etiam in mixtis doceri oporteat,vt dicunt Ant.& Abb.in c.in literis. num.24.de reſtitu.ſpoli.Oldra.conſi.1.Gemi.conſi.57. Cur.iun. conſi.175.in fin.lib.2.Caſsad.de reſtit.ſpol.deciſ.j.num.10.cum in his omni iure,aut ſaltim iuris colore carēs haud cenſeri poſſit bonæ fidei poſſeſſor.l. pro legato.ff. pro lega. Cyn.in l.ſuper longi.C.de longi temp.præſcrip.Calde.de cauſ.poſſeſ.& propr. conſi.3.num.2.

161 †Mixtæ autem naturæ dicuntur omnes cauſæ matrimoniales,interdicta de libero hom. exhib. de locis ſacris & religioſis, eiuſdemq; generis alia,de quibus in c.paſtoralis.in gl.magna.de cauſ.poſſeſ.& propri.in l.ij.§.quædam.ff.de interdic.in l.3.§.hoc autem.ff.de iti.actuq; priu.Abb.in c.in litteris.num.12.de reſtit. ſpolia.Alex.in l.naturaliter.§.nihil commune.nu.10.vbi Iaſ.nu. 22.ff.de acquir.poſſeſ.Oldra.conſi.1.verſi.3.Aegid.deciſ.17.Ro ta in no.deci.14.in 3.addit.Corſet.in 1.fallen.ſpolii.In matrimoniali enim ſpolio,probandus color matrimonij ex publicitate iuxta formam eccleſiæ contracti,ad effectum vt tollatur initiū clandeſtinitatis,quo non ſublato,minimè ſit reſtitutio concedenda,non probata emiſſione bannorum, & aliis requiſitis in c.cum inhibitio.de cland.deſpo.vt per Hoſt.in c.ex tranſmiſſa. de reſtitu.ſpolia.& ibi glo.j.& communiter ibi cæteri ſequunt, vt teſtatur Alex.conſi.150.colum.pen.verſic.quinimmo.lib.5. Idq; præſertim verum ſit poſt concilium Tridentinum in ca.j. de refor.matri.ſeſſio.24.in quo annullatur matrimonium clandeſtinè cōtractum,cum antea ſubſiſteret vinculum matrimonij etiam clandeſtini,niſi adeſſet aliud impedimentum. c. ſi qs. c.nec illud.in fi.20.quæſt.5.c.j.de clan.deſpon. Spec. eod.titu.in prin.Dec.conſi.231.Ioan.Bru.in tract. de ſponſa. conclu.2.nu. 18.ſed talis clandeſtinitas tolleret præſumptionem bonæ fidei inter coniuges,ad effectum legitimitatis prolis ſuſceptæ,ſtante aliquo impedimento.l.fi.ff.de rit.nup.c.fin.§.j.vbi Præpo.num. 3.de clandeſt.deſpon.gl.in l.qui contra.C.de inceſt.nup. & in l. j.C.de interdic.matri.Roma. ſingul. 714. Nec clandeſtinitas ex ſubſecuta publicatione purgaretur, niſi ex integro matrimonium fuiſſet publicè contractum.Abb.& Præpo.in c.2.de clan deſ.deſpon.Iaſ.in l.clam poſſidere.in prin.ff.de acq.poſ.Ant.de Roſell.de legitima.§.viſum.in fi.Caſsad.de ſponſa.deci.j.in fi.& latè dictum in cauſis ſtatus de Vrſinis,& Hiſpalen.matrimonij. Eiuſdemq; naturæ ſit etiā quaſi poſſeſſio iuriſdictionis, de qua Caſsad.in deciſ.51.nū.10.de reſtit.ſpol. ſi de ſpolio ageretur cōtra dominum caſtri,quo caſu teneretur agens colorem adhibere quaſi poſſeſſionis iuriſdictionis, quæ aliàs precaria cenſeret, vt per Pute.deciſ.13.de cau.poſ.deciſ.25.de reſtitu.ſpolia. & deciſ.3. de Aegidia. Sed non idem ſi ageretur contra non dominum,cuius diſpar ſit ratio.Bald.in l.2.quæſt.9. C. de ſeruitu. Aegid. deciſ.433.Achil.deciſ.3.& 5.de reſtitu.ſpolia.de quo etiam Auguſt.deciſ.611.638.Pute.deciſ.453.lib.2.& 375.lib.3. Cæteraque omnia quæ indigeant aliqua conceſſione,aut diſpenſatione Principis,pariter mixtæ ſint naturæ,vt per Aegid.d.deciſ 17. & 49.Imol.in clem.j.verſic.aduerte.de cauſ.poſſeſ. & propr.ac cuncta etiam iura incorporea mixtæ naturæ eſſe cenſeantur, quorum quaſi poſſeſſio ſit cum iure adeo vnita,vt etiam ipſius iuris probatione iudicium hoc reſtitutorium indigeat, ut dicit Rota in deciſ.4.in no.& in antiq.deciſ.11.quamuis Dec.in conſi.136.col.j.deciſionem illam in hoc non approbet,quam tamē comprobat Gigas in tract.penſio.q.47.col.3.cum eadem diſtinctione.de qua in d.deci.4.videlicet,vt ſi quaſi poſſeſſio ſit recēs, aliquem colorem expoſcat,vt in d.deciſ.4.col.2. Et per Aegid. in deciſ 569.cum ex earum recēti poſſeſſione omni colore vacua,nihil inferatur,ex notatis per Inn.in ca.2.in gl.ver.per monachos.in fi.de in integr.reſtitut.Et Aegid. deciſ.17.in fi.dicens requiri in ea recenti quaſi poſſeſſione colorationem aliquam bonæ fidei ex aliquibus ſaltim præſumptionibus: nec aliàs eorum iurium eſſe debitam reſtitutionem in ſpolio, de quo per Abb.in c.conſtitutus col.pen.de elec.Andr.de Iſer. in §.præterea.de prohi.feu.per Frede.ad hoc notata per Putcum deciſ.25.

162 de reſtit.ſpol.† In quibus quidem iuribus ita incorporeis ſicuti non cadit vera poſſeſsio,ſed quaſi(quę uerè poſſideri nequeāt) nec æquè quiſquam poſſit his verè, ſed quaſi dici ſpoliatus, vt inquit Pau.in c.querelam.de elec.relatus per Specu. in §. nunc dicamus.num.6.de reſtitu.ſpol.qui ibidem nu.10.dicat, nec eorum iurium dici poſſe reſtitutionem, ſed quaſi reſtitutionem, cum quodam reditu ad priſtinum ſtatum, vt per Abb.in d.c.q̄relam.3.notab.Dec.in d.conſi.136.col.j.

163 †Quorum equidem iurium incorporalium,diuerſæ ſint ſpecies inuicem diſſimiles,quędam ex ſola patientia conſtituta,q̄dam verò ſint etiam cum facto coniuncta: Ac eorum quæ patientiā reſpiciunt.Alia habent connexitatē,cū ipſa re, vt eſt pati aliquem recipere vſumfructum,qui ſit pars ipſius rei.l.4.ff.de vſufr.Alia ſint,quæ nullam habeant participationem cū re, vti ſunt ſeruitutes,ex nota.per Bar.in l.de in rem verſo. verſic. non obſtat.ff.de vſur.Balb.de præſcr.2.par.3.par.quæſt.10.nu 7. in fi. de quibus per Iaſ.in l.ſi prius.nu.35. de ope.no. nun. Quæ quidē iura cōionem obtinentia cum ipſa re comparantur iuribus cōſiſtentibus in annua præſtatione,vt ibidem confirmant Doct.

164 †De quo iure præſtationis annuę,tanquam frequentiori,nobis ſit in primis diſſerendum, ea diſtinctione præhabita, quod eius iuris aliud ſit reale,aliud perſonale, ac in utroq; decennalis ptæſtationis continuatio inducit præſumptionem tituli, & ſic colorem requiſitum in iudicio ſpolij,ſi talis præſtatio in poſterum denegaretur.Quod pariter recipiatur in materia l. ſi certis annis.C.de pact.vt dicunt Tholoſa.deciſ. 59. nec alias recentioris temporis præſtatio ſine colore tituli in poſterum obligaret,ut in d.l.nam & ſi in his annuis præſtationibus ex vnico, ac poſtremo tantum actu quęratur quaſi poſſeſſio receptionis,ex dictis per Bar.in l.j.nu.7.C.quomo.& quā.iud. & in l.j.§. hoc interdicto.2.nota.ff.de itine.actuq; priua.Roma. conſi.311.in fi. Abb.in c.cum eccleſia.nu.4.de cau.poſ.& proprie. & in conſil. 25.col.ij.lib.ij.Alex.conſi.5.lib.v.Aegid.deciſ.128.Rota in no.

165 deciſ.416.†Non propterea vnici actus recens poſſeſsio ab omni colore tituli deſtituta eſſet in ſpolio reſtituibilis ſicuti decennalis,ne aliàs fateri cogeremur ſemper poſſe agi de ſpolio in d. l.ſi certis annis.quod tamen veritate careat,vt dicitur in d.deci. Tholoſa.cum talis præſtatio requirat,vel exiſtentiam rei ſuper qua debeatur,vel ſubiectionem perſonæ,quę illā debeat, quorum vtrunq; coloris concurſum expoſcit,vt dicit Bal. in l.j. oppo.1.C.de fideicom.Color igitur,vt mox dixi, oriatur demum ex decennali pręſtatione,non ex eo quidem,quòd is temporis curſus inducat propriam obligationem prętationis, ſed quòd inducat preſumptionem pręuię obligationis: Idq; ius cenſeat ſaltim debitum ex ea temporis pręſumptione, quę ſufficiat ad effectum coloris ad id requiſiſti,ut per Spe.in §. nunc dicamus. nume.10.de reſtitut.ſpolia.quod tamen ſanè intelligi debeat, ſi dubitaretur de obligatione annuę prętationis.Verum ſi cōſtaret de contraria ueritate prętationis, ceſſaret ſpolii iudicium,ex tituli diſcoloratione, quę inſurgit ex apparenti veritate non iuris, ſicut è contra color induceretur ex alicuius iuris pręſumptione,ut notat Alexan.in l. ſi duo.nume.3.ff. de iureiurando.

Nec pariter genericè verum ſit,ex qualibet decēnali p̄ſtatione oriri effectū quem diximus,qui oriatur tantum ex prętatione vniformiter continuata per ſingulos annos, ita ut nec ex p̄ſtationibus diuerſimodè factis, aut ex vnica prętatione p̄ decem annis inferrē ea decennalis p̄ſtatio,unde diximus colorē deduci,vt inquiunt Cyn.& Bal.in l.2.C.de dot. promiſs. Bart.in

Source : BIU Cujas

l.cum qui.ff.de annu.leg.Deci.in d.l.ſi certis annis.nu.12. Iaſ.in. §.præiudiciales.nu.58.Inſti.de actio.Gigas in tract. penſio.q.81 num.3.Nec ſecundum quoſdam huiuſmodi decennalis præſtatio operaretur contra ruſticos,in quibus dicant ſpecificè requiri longiſſimum tempus 30.annorum,ad effectum de quo quę-rimus:eiuſdemq; opinionis fuit Spec.in d.§.nunc dicamus.nu. 8.& 13.de reſti.ſpol.quem ſequitur Rom.in l.qui in aliena.nu. 7.ff.de acq.hær.cuius tamen contrarium firmat Bar.in d.l. ſi certis annis.col.pe.quem in hoc communiter recipi dicit Paul. de Caſt.conſi.51.col.2.in fi.lib.2.Ant.in c.ſignificauit.de cenſi.& ſequuntur Iaſ.in d.§.præiudiciales.nu.59.Alex.conſi.124.nu.2.li. 4.Soz.conſi.145.nu.1.lib.j.

166 †In his autem,quæ iure familiaritatis, ſeu facultatis fieri ſolent,ſicut nulla oritur quaſi poſſeſſio, ita nec eorum diuturnitas aliquem colorem inducat,vt per Doct.in c.bonæ.de poſtul. prælat.& in c.cum eccleſia.ubi Abb.nu.24.& Ripa num.40.de cauſ.poſ.Indeq; proueniat,ꝙ diuturnus hoſpes nullo temporis curſu quærit quaſi poſſeſſionem hoſpitij.l.& habet.§. hoſpites. ff.de preca.Abb.in c.ſuam nobis.nu.5.de ſimo.& in c. Abbate. nu.10.de verb.ſig. Neq; is cui annui capones dari cõſueuerint. gl.in l.ſolent.ff.de offi.proconſ.& ibi Bart.& in l.cum de in rem verſo.ff.de vſur.Iaſo.in l.ſi certis annis.C.de pact. vbi Cyn.nu.5. Alex.in d.conſi.124.nu.2.lib.4. Idemque euenit in eo qui plurimis annis ire conſuenit ad alterius molẽdinum, & in cæteris eiuſdem generis,de quibus per Abb.& Ripam in d.ca. cum eccleſia.cum in incorporeis nulla quæratur quaſi poſſeſſio ex aliquo actu qui non fieret iure proprio.d.c.cum eccleſia.l.j.ff.quẽad.ſerui.amitt.Ideoq; ſi extrinſecus probaretur aliqua cauſa ꝓxima,ex qua facile cognoſci poſſet prædictis iuribus quemquã vſum fuiſſe,velut proprio iure ad ſe pertinentibus,inde oriret quaſi poſſeſſio reſtituibilis,in quo tamen potiſſimum verſetur iudicis arbitrium,qui ſecundum diuerſitatẽ ſpecierum ſit diiudicaturus; quo iure id factum cenſeri debeat, vt per Abb. in d. c.cum eccleſia.Neq; in hoc defuerunt,qui dixerint,ex decennali præſtatione nullatenus induci præſumptionem ad effectum continuandæ præſtationis:cuius opi. fuiſſe Azzo. & Vgo. antiquorum iuris interpretum,dicit Spe. in d.§. nunc dicamus.nu. 8.de reſt.ſpo.ipſumque Vgo.ita iudicaſſe in cauſa Bononienſis canonicatus:quod tamen à recentioribus Doc. non recipitur;

167 A quibus, nec † mirum eſſet Doctores illos celeberrimos in hoc diſcrepaſſe:nam vt inquit.Io.And.ibidem poſt Spec.num. 10.de iure ciuili in annuis præſtationibus poſſeſſorium non cõpetit; ac demum iure canonum dicit fuiſſe introductum, vt ꝓ his iuribus ſubtractis,ſeu denegatis competat conditio decretalium.c.querelam.de elect.ac d.c.cum eccleſia.vt res redigatur ad eundem ſtatum in quo prius eſſet,vt dicit ibi Ioã.And. ſe latius dixiſſe in c.peruenit.de cenſi.ex nota.per Abb.in d.c.querelam.3.notab.per Deci. conſi. 36.col.j.vnde Spec.ibidem dicat conſultius eſſe pro his iuribus ſubtractis agi poſſeſſorio, qnàm peritorio:in quo Rota diſtinctionem adhibuit in cauſa coram Veſta.16.Nouembris 1544.vt ſi annua præſtatio perſonalis debeatur ratione rei,in ea competat actio ſpolii.Bar.in l. ſolum.§. cum verò.col.fi.ff.de offic.procon.Abb in d.c.querelam. Affli. deciſ.395.nu.8.pro perſonali tantum detur iudicis officium iure ciuili.Ripa in l.fi.ff.quor.bonor.vbi per Ange. ac conſtito de bono iure vtile interdictum competere dicit Bart.in l.3.§.vnde vi.ff.de vi,& vi arma.ex quo iure ciuili nulla eſſet directa actio introducta,ſed demum iure canonum in d.c.querelam.vt dicit Bal.in d.l.fi.& Abb.dicit eſſe communem in c.peruenit.de cau. poſ.vti refert Pute.deci.178.lib.2.ſubdens fuiſſe inde deciſum, id ſtatutum Roma.in quo cauetur,Ius ciuile ſeruandum,ſibi ẽt locum vendicare cum hîs annuis præſtationibus: erit tñ opus ad effectum,vt ex ea diuturna præſtatione oriatur aliqua p̃ſumptio coloris tituli,vt in actis allegetur aliquis titulus cum cauſa quæ non habeat iuris reſiſtentiam,ex qua tantum allegatione, vnà cum diutina poſſeſſione,abſq; alia probatione cauſæ allegatæ oriretur præſumptio veritatis tituli, vt per Roman. conſi. 109.num.3.Alex.conſi.124.col.2.lib.4.Caccialup.in tract.feud. artic.6.nu.44.Bald.de præſcrip.1.par.3.par.quæſt.10.num.6.Neque tamen hæc temporis diuturnitas quicquam operaretur ſine cõcurſu effectualis præſtationis,qua ceſſante omne temporis curriculum eſſet futurum inane,quo ad hanc tituli præſumptionem,vt per Iaſ.in d.l.ſi certis annis.nu.15.C.de pac.ubi Ale. col.fin.Balb.qui ſupra nu.7.Ac etiam in fauorabili alimentorũ præſtatione,ad hunc effectum reſtitutorium,ſaltim decem annorum præſtatio requiratur,vt dicit Bart. in d.l.ſolent.§.j.nu.5. ff.de offi.procon.Quorum tamen alimentorum ſpolium non attenderetur,ſi fuiſſent præſtita ex re feudali,quæ ſui natura nõ recipiat onus alimentorum, neque in his quibus ius reſiſtit ſit locus reſtitutioni, ut latius dixi in materia alimentorum, unà cum Pariſ.conſil.94.nu.15.lib.2. ſed contra deciſum refert Mohed.deciſ.127.videlicet,quòd hac alimẽtorum præſtatione ſpoliatus,etiam ſuper re feudali,ſeu emphyteutica ſit ad priſtinum ſtatum reſtituendus,ac ad inſtar alimentorum,etiam in pẽſionibus beneficialibus,quæ eorum vice ſuccedũt, eadem diuturnitas ſit requiſita ad victoriam iudicii ſpoliatiui. Nec recentior penſionis præſtatio operaretur aliquem colorem ad hunc effectum reſtitutorium,vt latè Gigas de penſio.q.47.

168 Nec ſi in allegatione huius longæuę quaſi poſſeſſionis agens de ſpolio cauſam adiecerit, vllatenus ad eius probationem teneretur,quæ petitorium reſpiciat.Innoc.in c. querelam.in fi.de elect.cuius auctoritate fretus,dixit Ang. ſe ita conſuluiſſe in l.j. col.2.verſi.ſequitur.ff.de eden.relatus ad hoc per Gigan.in trac. penſio.quæſt.48.nu.6.quapropter dicit Mohe.in deci.158.fuiſſe inter dominos reſolutum, quòd ſi de ſpolio actum fuerit pro penſione perſolui ſolita & denegata,iux. formam d.c. querelã. cum narratiua cauſæ trãſlationis,non ex eo agentem teneri ad docendum de facultate transferendi,quæ petitorium ſapiat,niſi tamen de contrario conſtaret ex confeſſione eiuſdem partis ad exemplum eorum,q̃ mox dicam inter exceptiones,in obiectu illegitimatis,& execrabilis.

169 †Eorum verò iurium,quæ in ſuperiori diſtinctione cõſtare diximus ex ſola patientia,ſi quid prætendatur in repluribus cõmuni pro indiuiſo,requireretur & ſingulorũ patientia,& ſcientia,quæ licet concurrat in eorum altero tantum minimè ſit obſtatura cæteris ignaris.Quinimmo aliorum ignoratio ipſi ſcienti,& patienti ſit profutura tanquam in iure indiuiduo. In quo per vnum ex ſociis,pro omnibus ſocijs retineatur poſſeſſio.l.loci corpus.§.ſi fundus.ff.ſi ſerui.vend.& latè per Roc.de Cur. in tract.de iur.patr.§ competens.nu.37. In iure autem diuiſo,nec vnius ſcientia cæteris prodeſſet,nec obeſſet.Bal.in l.2.nu.58.C. de ſeruitu.Neq; etiam patientia alicuius ex dominis non poſſidentibus operaretur hanc quaſi poſſeſſionem in alium, vt ibidem per Bald.nu.16.Igitur in horum iurium quaſi poſſeſſione quærenda,docendum ſit in primis de eius ſcientia, & patientia qui rem poſſideat.Bal.in d.l.2.nu.18.C.de ſeruitu. vbi Bar nu.8. & in l.j.nu.5.eo.tit.in l.j.§.deniq;.nu.5.ff.de aqua plu.arcen.Inn. in c.2.nu.5.de in integ.reſti. Abb.conſi.23.col.ij. lib.2.& cæteri de quibus Alex.conſi.16.nu.8.verſi.nec etiam.& conſi.94. nu. 5.li.5.Balb.in trac.præſcrip.4.par.4.par.ver.28.nu.5. Veſtan.deciſ.97.in fi.Pute deciſ.237.lib.j. vnde dicat Afflict. deciſ.400.in fi.non probari quaſi poſſeſſionem vectigalis exigendi de piſcibus alicuius lacus, non probata patientia domini ipſius lacus: atque in his etiam patientiæ libertas requireretur,nõ ex aliquo metu profecta,ad effectum trãsferendi quaſi poſſeſſionem horum iurium: adeo vt ſi penſio fuerit ſoluta metu cenſurarum virtute clauſulæ ſine retardatione,non cõſtitueretur quaſi poſſeſſio exigendi, cum ſoluens vigore eius clauſulę non dicatur voluntariè,ſed metu ſoluiſſe,ex quo minimè quęratur poſſeſſio iurium.c.olim.il 2.vbi Abb.Inno.& Hoſt.de reſti.ſpol.ac ita deciſum in cauſa Hiſpalen.penſio.27.Maij,1548. dicit Pute.deciſ.278.cum ſine hac ſcientia & pura patientia, nemini quærat iurium poſſeſſio ad aliquem effectum poſſeſſorium,quę patiẽ-

170 tia vim traditionis † obtineret.l.quoties.ff.de ſerui.Bald.in l.2. nu.16.& 18.C.eo.tit.Alex.in d.l.ſi certis annis. in fi. C. de pact. vimq; habeat tituli,vt tradit Abb.in ca.cum eccleſia. nu.43.de cau.poſ.& propr.vbi Ripa num.120.ſed hęc probatio patientię haud requireretur ad effectum immemorabilis pręſcriptionis, vt dicit cõmunem Balb.in 2. par.4.par. q.j.nu. 14. qui plurimos Doctores citat in hoc.

171 †Neq; in omnibus viribus ac ſeruitutibus,ſola prędicta ſciẽtia cum patientia operaretur hanc quaſi poſſeſſionem, cum in ſeruitutibus negatiuis fruſtra ageretur de ſpolio ſine concurſu alicuius actus poſitiui,vt eſt in ſeruitute altius non tollẽdi, quę nequaquam cenſeret quaſi poſſideri, niſi prohibitus altius tollere,in eo acquieuiſſet gl.in l.qui luminibus.ff.de ſeru.vrb.p̃di. Ripa in d.c.cum eccleſia.nu.50.Veron.de ſeruitu. vrba.c.17. In quorum iurium quaſi poſſeſſione quęrenda ſemper requiritur ſaltim vnicus actus,vt ſit reſtituibilis:vt ſi eſſet ius tanti momẽti,ꝙ non conſueuerit ex amicitia concedi,vti eſset ius votandi in capitulo,cenſeretur ex vnico actu votandi ſimul cum patiẽtia concurrere eius iuris conceſſionem,& per conſequens trãſlationem quaſi poſſeſſionis.Bar.in l.j. § hoc interdicto.2. nota. ff.de itin.actuq; priua.Abb.in c.cum eccleſia.nu. 22.de cau.poſ. & in c.bonę. il 2.nu.19.de poſtul.præl. & in conſi.fi.col.j. ver.2. lib.j.Roma.conſ.311. in fin. Idq; à Canoniſtis cõiter recipi dicit Balb.de pręſcripi.j.par.v.par.q.8.nu.xj. Quod ſi eſset ius non ita grauis pręiudicij,nec tamen paſſim,ſed interdum concedi ſolitum (vti eſt intereſſentia in capitulo abſq; voto) tunc in eo vnicus actus nõ ɔcluderet, q̃ poſset p̃ſumi p̃carius: ſed plures actus ɔtinuati requirerentur ad quęrendã quaſi poſſeſſionẽ. Abb.in d.c.cũ eccleſia. nu.24.& ɔſ.23. col.ij.li.ij. In his verò q̃ facillimè p̃mitti ſolẽt atq; exerceri,vt eſt aliquẽ hoſpitari & alia ſuperius dicta,nõ deducereẽ quaſi poſſeſſio reſtituibilis in ſpolio p̃ mille annos,ex no.ĩ l.ſi certis annis.C.de pac.& alibi pluries, vt ſuo

172 loco dixi. † Hunc colorẽ que dixi requiſitũ in his poſſeſſorijs mixtis interdũ expoſcit annua p̃ſtatio decimarũ ad effectũ reſtitutionis in ſpolio; idq; ad inſtar beneficialiũ: quinimmo interdũ maiorẽ colorẽ expeteret,ſi de ſpolio is ageret cui de iure nõ cõpeteret ius decimandi,à quo eſset in primis deducẽda, & proban-

Source : BIU Cujas

probanda aliqua legitima possessionis adeptio,ex no. in cap.ad decimas.de rest.spo.in 6.& per Alex.in l.naturaliter.§. nihil cõmune.nu.23.ff.de acq.pos.& consi.70.lib.3.Archid. in ca. quod autem.nu.7.24.quæst.j.Soz.in reg.235.in fi.Corset. in 50. limit. spol.Ideoque eo colore egeãt decimæ perceptæ extra propriã diœcesim.d.c.ad decimas.nisi sacerdos qui eas ita exegerit,fuisset solitus exhibere sacramentum baptismi in aliena diœcesi, & in ea aliquid percipere,quod si in posterũ denegetur, possit petere se ad pristinum statum absque tituli deductione restitui,cũ ratione eius sacramenti parochiales decimæ debeantur. Barba. consi.49.lib.3.& ita decisum in causa Fanen.dicunt Pute. dec. 19.& 39.de restit.spol.Fabi.decis.39. Neque in decimis legitima possessio oriri posset in eo cui ius resistat,nisi ex priuilegio, seu præscriptione,aut conuentione gl.fi.in capi.cum contingat.de decim.& dicit Pute.decis.367.cuius cõuentionis color ex subsecuta contraria conuentione eliditur, præsertim si ageretur ꝯ eum cui ius decimandi competeret ex dispositione iuris cõmunis,qui potius præsumeretur proprium ius continuare, quàm aliquem spoliasse.c.olim.cap.cum venissent.de restit.spolia. lateque alias dictum in causa Conchen.decimarum.Iuris autem resistentiam omnino habere censeretur quælibet decimarum perceptio per laicum.Rota in not.decis.4. in vlti.addit.Idemq; futurum si percipiantur per quemlibet carentem cura animarum,& sacramentorum ministerio, quorum tantum causã decimæ debeantur ecclesiæ parochiali.c.cum contingat. de decim. c.1.de præscr.in 6.& dicit Fabi.fuisse resolutum in sua decis. 39. vbi etiam dicit in eo nullum requiri colorem, qui nullo iure resistente quærit restitutionem ad decimas.

173 †Iuris præsentandi quasi possessio,licèt dicatur quæri vnico actu ex not.in c.consultationibus.de iure pat. cum aliis deduc. per Roc.in tract.eo.tit.§.competens.num.30.& in tract.de consue.nu.414.Fely.in c.cum accessissent.num.54.de constitu.& p Crescen.decis.200.& Pute. tradit decisum in causa Regien. capel.4.Nouembris.1541.& in causa Oscen.paroc.eadem die:quitamen dicit,quòd ex eo actu non præsumeretur bonafi. nisi in antiquis,vel aliunde probaretur,nec ex vnico actu quæreretur possessio contradicente Ordinario, vt per Mohe. decis.269.in eoq; dicit non sufficere consensum vicarij capituli sede vacante. Ac id ius in vna specie possessum ab vno patrono, in totum possideri dicatur,vt per Abb.in c.j.de religio domi.Fely.in c.auditis.nu.28.de præscrip.Crescen.decis.17.in fi. dicit decisum in causa Vercellen.ac ita etiam decisum in causa Eluen.prioratus. 23.Octobris 1545.refert Pute.non obstante cõsi. Decij 149.nu. 4.quod tamen reciperetur,altero possidente, aut iure resistente,vt ibidem per Pute.sicuti & vnius socij præsentatio aliis quo ad possessionem prodesset.Abb.in consi.54.col.3.lib.j.Crescen. dicta decis.17. videlicet in præseruando iure socij, non autem in quærendo de nouo,vt inquit Pute.dec.185.lib.j. allegando Deci.consi.129.& Tanis.decis.97.sicuti in alijs sociis pro indiuiso dicit Alex.in l.qui iure.in prin.ff. de acqu.possess. Non tamen aliquis actus possessorius diceret oriri ex aliqua specie præsentationis sine subsecuta confirmatione, & institutione superioris vnà cum eius effectu.c.Cumana.de elec.Indeq; dicat Calde. in cons.12.& seq.de iure patro.ad id quinque esse requisita.Primum,realem præsentationem. Secundum quòd fiat ab eo qui se firmiter credat vti iure proprio.Tertium,bona fides.Quartũ effectus subsecutus.Quintum,adeptio possessionis, vt etiam refert Ripa.in c.cum ecclesia.nume.92.de cau.possess.& propriet. Vt & si facta institutione ab ea fuerit appellatum, ac institutio annullata,nullam tribueret quasi possessionem illa præuia præsentatio,licet post ita cassatam institutionem præsentatus continuasset pristinam possessionem beneficij, cum id ius possidẽs sine iuris adminiculo, nequeat restitutionis præsidium consequi in beneficio,quod non possit sine iure legitimè possideri: nec per consequẽs ex ea institutione cassata oriri possit aliqua possessio præsentandi,quæ cessante bona fide locum non hẽat c.consultationibus.de iure patro.& dicit Calderi.de cau.possess. consi.3.Qui secus forè sentiat,si ipse præsentans prius iam fuisset in quasi possessione præsentandi,quàm non amitteret, licèt subsequens eius præsentatio irrita fieret,vt ibidem per Calder. & in consi.14.de iure patro.& ne dum hæc præsentandi possessio requirat simplicem confirmationem, verum & quòd confirmatus fuerit pro beneficiato reputatus,scientibus his de quorum præiudicio ageretur: Ac insuper requireretur, quòd præsentans fuerit in bonafide,vt per eundem Calderi.in consi.fin. de cau.possess.Neque eorum etiam omnium concursus prodesset ad quærendam,quasi possess.si præsentatio postea detegeretur iniusta,vt ibidem dicit Calderi.ex nota.per Ioan.And.in regu.mora.lib.6. Ac iuris præsentandi quasi possessio transiret ex solo actu iudicis in sententia.Cassad.de cau.possess.deci.7. Pau. in tract.de iure patr.nu.24.Roc.in eo.tracta. nu.9. sed non quereretur ex præsentatione asserti procuratoris, de cuius mandato non constaret,quamuis fuisset subsecuta confirmatio,& institutio Ordinarii,cui licèt credatur in his quæ ad eius officium pertinent.Rota in no.decis.22.tamen præsentatio non est eius generis,præsertim ꝙ a iure requiratur in hoc specificum mandatum,vt per Roc.in trac.iuris patr.§.honorificum.& dicit Pute.decisum in causa Salam. 13.Martij.1545.

174 †Pariqué modo, & quasi possessio iurisdictionis ex vnico actu quæritur, qui non consueuerit ex gratia concedi, vt dicit Abb.in consi.61.nu.4.lib.1.& consi.23.colum.2.versi.cum vnica.libr.2.Afflic.decis.167.in prin. ac æquę per quasi possessionẽ in vna specie iurisdictionis quæritur vniuersalis quasi possessio, vt per Roma.consi.70.colum.pen.versi.2.quia probatum. Bar. in l.hostes.nume.4.ff.de capti.ex quo ad effectum spolii,probaretur primum extremum ex perceptione aliquorum fructuũ ipsius iurisdictionis,consistentium in exactione pœnarum, in positione mulctarum,locatione,cũ subsecuta perceptione pẽsionis,vt est gl.cum Inno.in ca.2.nume.3. de capell.mona.& in c.olim.c.ex parte.de resti.spol.Roma.in consi.368.ver.vlti.Mohe.decis.244.Pute. decis.307. in causa Eluen.patro.12. Octobr. 1545.(nisi vti dicunt) ius resisteret,vel alter esset in alterius speciei possessione,vt etiam mox dixi in iure præsentandi; & dicit Abb.in d.c.2.in fi.vel iurisdictio fuisset præscriptione quæsita, in qua tantum præscriptum quantum possessum, vt in hoc dicit Mohe. decis. 225. Quorum singulorum actum quasi possessio profutura sit ad vniuersalem possessionem iurisdictionis, cum in vno articulo eam exercens censeatur in omnib. illam exercere,si iurisdictionem habuisset a domino.Bar.in l.hostes. num.4.de cap.& postli.reuers.& in l.j.§.si quis.ff.de iti. actu pri. Ias.in l.3.nu.34.ff.de acq. pos. In quo etiam ipsius domini scientia cum patientia requireretur per Alex.consi.16.nu.8.vers.nec

175 etiam,& cons.94 nu.5.li.5.†Cuius iurisdictionis quasi possessio iam quæsita retineatur per socium,ex cuius possessione probetur alterius socii possessio,sicuti iam diximus in præsentatione seruitute,cæterisq; iuribus incorporeis,de quibus per Floria.in l.seruitus.ff.quemadmo.serui.amitt.Roc. de Cur. in trac.iur.pa. §.competens.nu.37.Cum enim iurisdictio diuisionem commodam non recipiat,consueuit alternis annis per socios exerceri. gl.& Doc.in c.prudentiam.de offi.deleg. Ale.in l.2.§.ex his.nu. 13.ff.de verb.obl. vt alteri non exercenti fieret prejudicium, si interim,quod alter exercet, socius possessionem amitteret: nã & eius quasi possessio continuaretur in hæreditate iacente, ac penes dignitatem vacantem,vt inquit Oldr.consil. 227.versi. quia dato.Neq; hęc iurisdictionis possessio deperderetur, & si tyrannice eam occupatam extraneus exerceret;si tamen subditi adhuc,licèt occupationis ignari persisterent in recognitione primi & veri possessoris.Bar.in l.arborib.§.de illo.ff.de vsufr.& in l.j.§.si tibi fundum.in fin.ff.de iti.actuq; pri. & vtrobiq; Alex. post eum. Nec tamen ijsdem effectus oriretur in iurisdictione de nouo adipiscenda, quæ per subditos ignoranti non quæreretur, vt ibidem per Doct. Quinimmo si vasalli constituerent se pro alio possidere,nulla in eum trãsiret possessio iurisdictionis,cuius nulla sit quasi possessio penes vasallos actiua,sed tantum passiua,quæ in illos exerceatur,ut per Bar. in l. quod meo. num.6.ff de acq.pos.& ibi Alex.nu.24.relati per Achil.indeci. 6.de restitu.spol.

176 †Iurisdictionis vero antiquissimę quasi possessio probari poterit ex instrumento iuratę fidelitatis,vel per constitutum adiectum in venditione castri vnà cum iurisdictione.Abb.in c.si diligenti.& c.cum nobis.de præscr.& in consi.62.nu.1.lib.2.Quę iurisdictionis possessio amitteretur per eum qui proprium castrum solo æquauerit animo non reædificandi,ut per Alex.cõs. 43.nu.2.lib.1.Paris.consi.101.nu.33.& seq.lib.j.Ac in singulis casibus prędictis possunt actus iurisdictionales probari per testes singulares,vt dicunt Alex.consil.100.nu.5.lib.j.Soz.consil.295. num.5.lib.2.

177 †Rei feudalis possessio pariter egeat alicuius tituli adminiculo,si haberet iuris resistentiam,vel defectu ipsiusmet rei, seu inhabilitatis personæ, vt puta,si mancus sit, aut surdus, vel mutus,quibus ius specifice resistat in possessione feudi:nec propterea agentes de eius spolio. regulariter obtinere possent ex nuda eorum possessione,vt dicunt And.de Iser.in ca.imperialem. §.illud.de prohibi.feu.alie.per Fede.Lucas de Penn.in l. si coloni.q.30.de agri.& cens.li.xj.Sed talis possessio esset coadiuuanda cum titulo priuilegii. Afflict.decis.161.nu.40.Idemq; futurum in possessione feudi obtenti per ecclesiam, aut clericum, quibus æquè vis resistat, vt ibidem per Afflict. nu.15. Nec secus erit si communitas ageret de spolio castri existentis in alterius territorio,vt teneatur possessionem propriam iustificare ex aliquo titulo,si velit agere de spolio,Ale.in l.naturaliter §. nihil commune.nu.23.ff.de acq.possess. Idq; tituli adminiculum sufficeret,licet non vndiq; solidi dummodo colorati, vt & mulier de spolio feudi legitimè agere possit,virtute possessionis feudi sibi per uirũ donati,quis aliàs eius resisteret.l.j.§.si vir.ff. de acq. pos.Abb.in c.constitutis.col.3. de ele.Affli.d. decis.361.num.41.

178 †Non tñ probaret possessio ipsius rei feudalis, ex quoquã facto,siue abusiuis priuilegio,vl inuestitura, ut esset bireti immissio,ensis accinctio, aut eius generis alia q possessionẽ non tribuerent (maximè altero possidente) nisi constitutũ apponeret,

Source : BIU Cujas

ſiue aliud quidquam eiuſdem ponderis. Abb. in c. 2. de conſue. Bal. & Aluerot. in c. j. in prin. quid ſit inueſtit. Alex. in l. 3. nume. 15. verſi. iuxta. ff. de acquiren. poſſ. Iaſ. in l. ſi ex ſtipulatione. lim. 3. ff. de acquir. poſſeſ. Afflict. deciſ. 99. nu. 18. & ſeq. Pariſ. conſil. 1. num. 162. lib. 1. Caſſad. de cau. poſſeſ. deciſ. 7. nu. 9. Quę tamen inueſtitura vim haberet facultatis capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, ex qua quidem non transferatur poſſeſſio ſine facto ſubſecuto, vt ibidem dicunt Abb. Aluerot. & Alexã. præterquam ſi in ipſamet inueſtitura fuerit expreſſe cautum, vt haberet vim realis & corporalis traditionis: ex qua cautela transferretur poſſeſſio etiam ad effectum iudicij recuperatiui. Luc. de Penn. relatus per Afflict. in dicta deciſ. 99. num. 17. licet aliud quo ad ſpolium fuiſſe concluſum in conſilio dicat ibidem Afflict. num 29. ſed non in poſſeſſorio adipiſcẽdæ, vt ibi per eum. Cuius feudi poſſeſſionem, quamuis Bal. in l. cum antiquioribus verſic. 10. C. de iur. deliber. dicat ſpeciali iure continuari in hærede abſque eius apprehenſione: eius tamen contrarium dicit eſſe verius. Iaſ. in l. ſi ſorori. verſi. 2. limita. C. eo. tit. Idque ex mẽte eiuſdem Bal. quam opi. ſequitur Paris. conſi. 1. nu. 169. lib. 1. & Afflict. d. deciſ. 229. nu. 29.

179 †Clericatus quaſi poſſeſſionem probari ex diuturna vita clericali abſque aliis litteris, receptum eſt in Rota ex ſolita eius ęqtate, in deciſ. 262. & 312. in antiq. cuius clericatus reputatio ꝓſit, ſi teſtes deponant de aliorum communi reputatione: ſecus ſi de eorum propria reputatione, vt in cauſa Arboren. cano. de ciſum in vltima audientia 1549 coram ſe refert Veſta. deciſio. 349. nec reputatio prodeſſet ſi in contrarium eſſent aliquæ litterę, vt ijſdem dicit in cauſa Barchin. pẽſionis 10. Ianuarij. 1547. vel ſi reputatus eſſet illegitimus, qui ex eo non præſumeretur clericus, non docto etiam de diſpenſatione, dicit Ioan. Pau. deciſ. 24. Cum & non clerico poſſit beneficium conferri, ſi diutius fuiſſet communiter clericus reputatus, vt dicitur in d. deci. 312. quam refert & ſequitur Fely. in c. cum adeo. nu. 4. de reſcri. & Staphi. de litt. Apoſto. fol. 75. col. j. Non obſtante, quòd Ioan. Andr. in c. licet. de ſentent. excommuni. in 6. dicat contrariam ſententiam ſibi videri de iure probabiliorem, de quo ipſemet videndus in c. non licet. de regu. iur. eod. lib.

180 †Liberi vero hominis poſſeſſio (quæ nec quæratur, licet conſtrictis vinculis homo retineretur) dicitur habere expreſsam iuris reſiſtentiam: nec propterea de eius ſpolio effectualiter agi poſſet, niſi prævio titulo à iure comprobato. l. qui vniuerſas. ff. de acq. poſ. l. cum hæredes. eo. ti. c. ex parte. de reſt. ſpol. vbi Abb. 3. notab.

181 †Singula autem quæ hactenus de requiſito colore tituli dicta ſunt, tam in beneficialibus, quàm in his quæ mixtam naturam obtinent, ſibi locum non vendicant, ſi ſpolium fuiſſet cõmiſsum lite pendente, & ſic attentatum cuius odio ex cauſa cõtemptus iudicis primum eius extremum nullatenus egeat aliqua coloratione tituli, ſed in eo ſufficiat offenſæ maieſtatis iudiciariæ ptobatio, vt inquit Aegid. deciſ. 49. qui licet cõtra ſenſerit in deciſ. 186. tamen prior eius deciſio comprobetur per Rotam, in qua paſſim id ſeruari dicant Abb. in c. in litteris. nu. 26. de reſtit. ſpolia. Caſsad. deciſ. 3. nume. 2. eod. tit. Auguſt. deciſ. 3. & 474.

182 Quod ſi prætenderetur ſpolium habuiſſe ortum ex facto iudicis, alia ſit habenda ratio, vt vberiori ſpecie probationis opus ſit in eius iudicio, vltra probationes regulariter requiſitas in cæteris iudicijs ſpolii, de quibus hactenus dictum eſt. Quia cum poſſeſſio iudicis auctoritate tradita iuſtitiæ ſpecimen præ ſe ferat, velut pro cuius facto ſit iuris pręſumptio, ex l. iuſtè poſſidet. ff. de acquir. poſſeſ. cap. in præſentia. de renun. glo. fi. in cap. præſentium. 7. queſtio. 1. congruum eſt, vt in primis, qui de eius poſſeſſionis vitio dicere velit, adimat illam iuris præſumptionem, cum plena probatione nullitatis, ſeu notoriæ iniuſtitiæ ex eiſdẽ actis, ſine qua quidem præuia probatione, ſit fruſtratorium ſpolij iudicium ſubſecutum. Abb. in cap. ad petitionem. num. 6. de accu. in c. ſi conſtiterit. nu. 7. de reſtitu. ſpolia. Fely. in c. dilectus. il 1. in prin. de reſcrip. & in ca. cum cauſa. de offic. deleg. Deci. in ca. referente. nume. 2. de præben. & in regula, non videtur. §. iuſſu. nume. 3. & conſi. 125. 449. nu. 30. Anto. Negu. in tract. de pig. 2. membro. 3. par. num. 22. Gigas de penſi. quæſtio. 47. in fi. & ita deciſum in cauſa Vrbeuetana caſtri non obſtante prætenſa re iudicata: ex qua quidem probatione nullitatis, ſeu notoriæ iniuſtitiæ inſurgat doli præſumptio deleta alia iuris præſumptione, cuius cauſa de ſpolio agi ſoleat, vt in d. glo. fin. in ſumma. 3. quæſt. j. Gemi. conſi. 5. in prin. Aegid. deciſ. 105. Tholoſa. in deci. 490. in fi. ac ſine ea probatione, illæſa remaneret iuris pręſumptio, quod iudex ritè & rectè proceſserit, vt de eius ſpolio agi nequiret, glo. in c. in nomine Domini. 23. diſt. Pariſ. conſi. 1. nu. 165. lib. 1. Quæ tamen iuris præſumptio ratione qualitatis iudiciariæ recipiatur, ſi fuerit per eum iudicialiter proceſsum, ceſſetque ſi extra iudicialiter, vel abſque omnimoda iuriſdictione proceſſiſset in eo ſaltim actu, quem geſserit, vti contingeret ſi iudex mixtus tanquam merus proceſserit: quo caſu proprię iuriſdictionis terminos excedens, nulliter ageret, ut per Oldra. conſi. 227. Io. And. poſt Spe. in tit. de petito. & poſſeſ. §. quoniã. vlti. addi. Fely. in d. c. cum cauſa. ver. 2. fallit. Soz conſi. 12. nu. 11. lib. 1. Deci. conſi. 125. nu. 5. Ac æque cenſeretur iudex vt priuatus proceſſiſſe, ſi ſcienter poſſeſſionem alteri ademerit virtute ſentẽtiæ nulliter latæ, ſeu cum iuris errore. Abb. in c. ex inſinuatione. nu. 4. de procu. Deci. d. conſi. 125. nu. 8. Idemq; futurum ſi proprio decreto non ritè interpoſito, fuerit impartitus licentiam ipſimet parti, vt propria auctoritate poſſeſſionem reciperet, quàm ex ſe receperit: ſed non idem futurum, ſi id cum executore feciſſet, vt per eundem Anto. Negu. ibidem latè, quamuis in turbatione poſſeſſionis alia diſtinctione vtatur Bald. in

183 tract. de vi turbati. col pen. uer. 3. quæritur. Vbi igitur ita† extraiudicialiter fuiſſet per iudicem proceſsum ad quemquam ſpoliandum, nedum de eo agi poterit contra poſſeſſorem, verum & contra ipſummet iudicem, ad eandem pœnam cõtra priuatos editam, cum pro priuato reciperetur, qui ſic extraiudicialiter proceſſiſſet ceſſante quacunq; iudiciaria præſumptione. Fely. in d. c. cum cauſa. & c. dilectus. eoq; caſu ſatis eſset, agentẽ de ſpolio, ſeu aliàs contra iudicem, allegare defectum, ſeu exceſsũ iuriſdictionis, ex qua ſola allegatione transferretur onus probãdi ꝺ̃rium: quo non probato omnimoda reſtitutio eſset ei debita; niſi tamen (ſecundum Archid. in ca. quod reſtitutio. nu. 2. 3. q. j.) ex tali reſtitutione euidens ſcandalum immineret: in quẽ caſum id ſpolium, licèt à non ſuo iudice profectum, non eſset illico reſtituendum. Neq; ẽt in ſpolio, licet iudicialiter facto ſi-

184 ne tñ ordine proceſsus, oriretur effectus reſtitutionis, † ſi reus conuentus ſe paratum obtulerit confeſtim docere de ſuo iure, idq; effectualiter probauerit, ex quo denegandam eſse reſtitutionem poſſeſſionis in ſpolio iudicis dicunt Luc. de Penn. in l. ſi coloni. nu. 23. C. de agric. & cenſ. lib. 11. Ale. in l. a diuo Pio, §. in venditione. nu. 5. & ſeq. de re iud. vbi Iaſ. nu. 12. & in l. 1. §. fin. ff. de acq. poſ. Afflic. deciſ. 7. nu. 3. Quo tñ ſpolij iudicio minimè is egeret cuius colono mandaſset iudex, vt virtute adiudicationis nullæ, de fructib. alteri rñderet, cum ex tali mandato non diceretur adempta poſſeſſio, q̃ non fuiſset alteri effectualiter tradita, vt per Inn. in ca. quoniam frequenter. ut lite non conteſta. Anchar. conſi. 253. nu. 3.

De probationibus ſecundi extremi. Cap. XVII.

ET hæc de probationibus primi extremi in iudicio ſpoliatiuo dicta ſufficiant, vt deſcendamus ad probationem ſecũ-

185 di† extremi, quod leuiores probationes expetit ex vrgenti præſumptione, quæ militat contra ipſum reum, dum litem ſpolij ſubſtinuit, ex quo dicatur tacitè profiteri ſe poſſeſſorẽ, cũ aliàs fuiſset illico liti ceſsurus, vt per Aegid. deciſ. 311. & ita in Rota fuiſſe pluries deciſum palam eſt, & ſpecificè in cauſa Spoletan. ſpolii coram Fabio, ut ipſe refert, & Veral. in deci. 394. vt ſola ſuſtentatio litis, ſecũdi extremi inducat probationem: niſi tamẽ ſpolii iudicium fuiſset agitatum per contradictas, quo caſu ſaltim requireretur eius ſemiplena probatio, vt dicit Veſta. deciſi. 287. Cuius ſecundi extremi probatio, nec ſit neceſsaria ꝺ̃ eum qui ſpolium mandaſset, cum nihilominus ẽt non poſſidens cõdemnaretur: nec tamen eius rei mandatum præſumeretur ex mandato generali capiendæ poſſeſſionis, quod non cenſeretur datum ad quemquam ſpoliandum, ex not. in c. j. vt li. non cõte. & per Rotam in no. deciſ. 81. niſi eo tempore fuiſset mãdatum, quo non poſset ſine alterius ſpoliatione capi poſſeſſio, vel ex alijs circunſtantijs deduceretur aliqua præſumptio participationis doli ex ſubiecta materia ꝓuia, vel ſubſequenti, ſiue ex ſciẽtia cum patientia, & taciturnitate, ſm Old. in cõſ. 199. col. 2. Neque ad id ſm extremũ deducẽdum eſset opus probatione violentiæ, vel doli, aut alterius vitij: ſed in eo ſat ſit probaſſe poſſeſſionem recentiorem aduerſarij, ex quo clãdeſtina præſumeretur, & antiquior iuſta, alio in ꝺ̃rium non doc. Soz. in l. rem quæ nobis. q. 3. ff. de acq. poſ. Ale. conſ. 90. in prin. li. 5. Cor. conſ. 130.

186 litt. B. li. 3. & conſ. 33. litt. P. & conſ. 282. lit. Q. li. 4. † Quinimmo, nec egeret ſpecifica doli probatione, ſi ꝺ̃ eum ageretur de ſpolio qui poſſidere deſijſset, cuius par ſit ratio cum poſſidẽte. l. parem. ff de reg. iur. l. ſi rem. de exce. rei iud. gl. in l. qui petitorio. ff. de rei ven. Bart. in l. quanquam. §. Iul. ff. de aqua plu. arcen. & in l. elect. nu. 1. ff. de noxa. Mohe. deciſ. 183. cum ex eo de iure pręſumeretur dolo deſijſſe poſſidere, niſi de contrario cõſtaret. Bal. in l. nec creditores. ver. ſed nunquid. C. de pig. act. & in l. ſi minorem. uer. quęro vlterius. C. de in integr. reſtitu. Cuius etiam non euidens pręſumptio vrgeret contra reum, qui tempore conteſtatę, ſeu inchoatę litis, aut parum antea poſſediſſet. l. non ignorabit. C. ad exhiben. Ripa in c. eccleſia. nume. 30. de cauſ. poſſeſ. & propr. Indeque ſit, quòd lite pendente renuncians beneficio ac perſiſtens in ſimplici detentatione, reputatur ad hunc effectum pro vero poſſidente, condemnando ad omnimodam reſtitutionem, vnà cum fructib. per ſe perceptis. Rota in no. deci. 158. Caſsad. de reſtitu. ſpol. deciſ. 4. in prin. Sarnen. in reg. de ann. q. 56. Verũ eius doli pręſumptio ceſsaret in eo, qui ex interuallo ante litem motam, relicta poſſeſsione, negaret tunc ſe poſſidere, tranſlato in agentem de ſpolio onere probandi, q̃ dolo poſſidere deſijſset, ſeu quod nunc poſſideat, ut per Abb. in ca.

cum

Source : BIU Cujas

cum ad ſedem.nu.15.verſi.colligendo.de reſtit.ſpol.

187 †Neque tunc contra negantem ſe poſſidere, poſſet cõtraria probatio elici ex præterita poſſeſſione,cuius continuatio de iure non præſumatur in præſens,niſi tantum ad fauorem affirmãtis ſe poſſidere; non autem in odium negantis. Bal. in d.l.ſi minorem.nu.1.& in l.ſiue poſſidetis. C.de prob.vbi Bar.in fi.Abb. in c.ſæpe.de reſti.ſpol.Rip.in c.cum eccleſia.de cau.poſs. Corn. conſ.91.litt.I.lib.4.& præcipuè ſi talis poſſeſſio de præterito deduceretur ex ſola eius confeſsione,qui poſtea ſe nunc poſsidere inficeretur,nec poſſet aliunde de facili probari, vt ibidem p Ripam.In alia tamen cauſa,quam ſpolij,negans ſe poſsidere, ſi haberet veram cauſam ab ipſo agente præſumeretur continuè poſſediſſe:ſecus in cauſa ficta,in qua fides tribueretur eius iuramento.l.prætor.§.ſed ſi ſeruo.ff.de eden.l.fi.C. de fide inſtr. Rip. qui ſupra.Aret.conſi.120.

DE SPOLIO
LIBER TERTIVS.

SVMMARIVM.

1 *Spolij exceptionum diſtinctio.*
2 *Excommunicationis exceptio,obſtat principali agenti de ſpolio,ſed non ceſſionario.*
3 *Ceſſionario agenti de ſpolio non obeſt exceptio excõicationis principalis.*
4 *Excommunicatio non nocet in ſpolio ſerui fugitiui.*
5 *Dilatoria eſt regulariter exceptio excommunicationis.*
6 *Abſentia iuſta differt iudicium ſpolij.*
7 *Clericatus defectus obeſt agenti de ſpolio beneficij.*
8 *Animi deſtinatio ad clericatum in eo,qui pro tali habitus ſit,ſufficit ad agẽdum pro ſpolio beneficij.*
9 *Hæreſis exceptio,principaliter obſtat in ſpolio.*
10 *Res non integra reddit ratificationem ſubſecutam inanem ne factum a tertio re non integra alteri noceat.*
11 *Schiſmatis exceptio, vel ſimoniæ obſtat in ſpolio.*
12 *Mandata plurima reciproca ad reſignandum,inducunt præſumptionem ſimoniæ conuentionalis.*
13 *Illiteraturæ exceptio obſtat agenti de ſpolio beneficij curati.*
14 *Dilapidationis bonorum eccleſiæ,exceptio,obſtat agenti de ſpolio.*
15 *Criminis enormiſſimi,vel notorij,vel condemnati exceptio, obſtat in ſpolio.*
16 *Diſpenſandi mandatum pœnitentiariæ non tribuit ex ſe colorem.*
17 *Clementis VII.conſtitutio de filijs presbyterorum,non habet locum in tranſlatione penſionis.*
18 *Diſpenſatio ad colorem deducta,non læditur ex allegata ſubreptione reijciẽda ad petitorium.*
19 *Emphyteuta non agit ſpolio contra dominum ingreſſum poſſeſſionem ex non ſolutione.*
20 *Auctoritas ingrediendi poſſeſſionem ex pacto,excuſat a ſpolio, niſi talis facultas fuiſſet reuocata re integra ceſſante conſtituto.*
21 *Menſuratio adiecta permutationi,aut alteri contractui non verificata, non obſtat agenti de ſpolio.*
22 *Conductor rei propriæ dicitur ſuo facto amittere poſſeſſionem, & nu.55.*
23 *Prædoni non datur reſtitutio in beneficialibus.*
24 *Caſtrum difficilis recuperationis recipit exceptionem dominij in ſpolio ac ciuilis retentæ.*
25 *Caſtri parte ſpoliatus poteſt quomodocunque illam recuperare ratione partis retentæ.*
26 *Caſtro ſpoliatus poteſt licitè inuadere aliud caſtrum ſpoliãtis, ẽt proditorie.*
27 *Recuperatio ratione ciuilis retentæ, an incontinenti fiat, iudicis arbitrio committitur.*
28 *Bannitus non amittit ciuilem poſſeſſionem animo retentam, licèt diu ſundũ non acceſſerit.*
29 *Auctoritate propria poteſt recuperari poſſeſſio per bannitum reſtitutum a principe cum integra reſtitutione etiam quo ad poſſeſſionem.*
30 *Ciuilis nec amittitur per mortẽ coloni, nec ex timore domini colono uiuẽte.*
31 *Breuis apoſtolici vigore poſſeſſione naturali amiſſa non retinetur ciuilis.*
32 *Breuis uirtute ciuilem poſſeſſionem amittẽs, eam recuperat ex reuocatoria ſucceſſoris.*
33 *Ceſſio an fieri poſſit de iure recuperandi incontinenti.*
34 *Emphyteuta non amittit ſuam naturalem,alio clam ingreſſo.*
35 *Decimarum perceptione ſpoliatus,non ſemper reſtituendus.*
36 *Reintegranda locum habet etiam immobilibus,ac prophanis.*
37 *Fœmina non eſt omnino incapax feudi.*
38 *Dominij exceptio obſtat ſpolio,ſi euidens ſit eius probatio.*
39 *Dominij probatio facta in iudicio ſpolij ſine contradictione, obſtat ſpoliato.*
40 *Articuli reſpicientes petitorium,admittuntur in ſpolio,ut ponantur ad partem teſtes deſuper examinati.*
41 *Dominium probatum,dicitur liquidum poſt concluſionem, vel per confeſſionem ante concluſionem.*
42 *Petitorij ſuſpenſio ſuſpendit etiam iuriſdictionem ſuper eo, niſi in mixtis.*
43 *Familiaris regulæ probatio non recipitur poſt ſuſpenſum petitorium.*
44 *Dominij exceptio nõ recipitur,quamuis poſſeſſio ad verum dominum poſtea deuenerit ſine vitio.*
45 *Attentati qualitas expreſſa in commiſsione ſpolij,probanda eſt.*
46 *Dominij exceptio obſtat in ſpolio iurium incorporalium.*
47 *Bonæ fidei exceptio non obſtat in ſpolio.*
48 *Attentatum ſpolium recipit exceptionem non iuris in petitorio.*
49 *Dolo facis petere regula,non obſtat in ſpolio.*
50 *Exceptiones omnes,quæ adimunt primam poſſeſſionem agentis de ſpolio,recipiuntur.*
51 *Actor attentare dicitur ſtatim poſt decretam citationem.*
52 *Attentatum non committitur ex non paritione monitorij auditoris Cameræ de non moleſtando.*
53 *Poſſeſsio conditionalis dicitur,tributa ſine præiudicio iurium,cui non obſtat contrarius actus.*
54 *Exceptio defectus primi extremi obſtat ſpolio decimarum.*
55 *Decimarum ſpolio obeſt defectus primi extremi.*
56 *Cenſurarũ metu facta ſolutio penſionis non parit quaſi poſſeſsionẽ exigẽdi.*
57 *Spoliato canonico,obſtat ſi non capitulariter poſſeſsionem acceperit.*
58 *Contrarietas in libello deducta nocent agenti.*
59 *Beneficiali ſpolio obſtat exceptio diſcoloris tituli.*
60 *Exceptio execrabilis tollitur ex allegata diſpenſatione, licet non probata.*
61 *Exceptio falſi coloris probati,obſtat in beneficiali,ſpolio.*
62 *Attentata,licèt non requirant colorem tituli,tamen eis nocet diſcolor tituli producti.*
63 *Reſeruatio narratiua in noua prouiſione diſcolorat titulum.*
64 *Confirmatio ſuperioris præſumitur ex lapſu 30.an.*
65 *Color non oritur ex reſignatione,in qua exceduntur fines mandati per procuratorem.*
66 *Conſecrationis tempus lapſum diſcolorat titulum.*
67 *Beneficium viuentis obtinens,caret omni colore tituli.*
68 *Alternatiua tollit decretum regulæ octo menſium.*
69 *Canonicus regularis,licèt ſit incapax iuris beneficij, non tamen ſit incapax poſſeſsionis.*
70 *Colorem non tribuit noua prouiſio obtenta poſt illegitimam prouiſionem ordinarii.*
71 *Renunciationis exceptio,quando obſtet in ſpolio.*
72 *Certæ perſonæ fauore facta reſignatio dicitur conditionalis.*
73 *Abiuratio cauſa renunciatione dicitur,ſi renunciatur iuri agẽdi,ſeu promittitur per pactum iuratum,non petere reſtitutionem in ſpolio.*
74 *Renunciatio ſemper obſtat agenti de ſpolio in prophanis.*
75 *Spolium poſtremum eſſe purgandum non obſtante eiuſdem rei recõuentione.*
76 *Reconuentionis exceptio,non obijcitur ſpolio poſt dies 15.*
77 *Spoliationis omnium bonorum etiam a tertio exceptio obſtat agẽti ciuiliter ſeu criminaliter contra ſpoliatum.*
78 *Domini nominatio,non prodeſt in ſpolio,ſed alterius poſsidentis.*
79 *Auctoritate propria poteſt capere poſſeſsionem hæres rei certæ.*
80 *Sepulturę ſpolium non admittit ex æquitate exhumationem cadaueris.*
81 *Beneficij fructus primi anni,quòd querantur ſucceſſoribus, non poteſt conſuetudine introduci.*
82 *Abbatiſſę reſtituendę in ſpolio oppoſitum ſcandalum incontinentię.*
83 *Ferię non obſtant iudicio ſpoliatiuo.*
84 *Præſcriptionis exceptio non obſtat agenti de ſpolio.*
85 *Præſcriptio 40.annorum,tollit omnem actionem,& oẽ vitium purgat.*
86 *Præſcriptio 30.ann.requirit probationem initij,& finis cuiuſq; decennij.*
87 *Negligentia poſt ſpolium,quando obſtet agenti.*
88 *Dominium præſcriptum,quòd non prodeſt in iudicio ſpolij, proderit in petitorio poſt intentandum.*
89 *Dominium uendicari non poteſt ex præſcriptione 30.annorum ſine initio bonæ fidei:ſed poteſt retineri, niſi ſpolium ſucceſserit talemq; preſcriptionis diſputationem Rota diremit.& nu.ſeq.*
91 *Conditio temporis,quo pacto intelligatur.*
92 *Exceptio non iuris obſtat agenti de ſpolio iurium incorporalium.*
93 *Adulterij exceptio obſtat ſpolio matrimoniali.*
94 *Dotis non ſolutæ cauſa,quando poſsit vxor repelli a uiro.*
95 *Dominij exceptio poteſt per tertium obijci ad impediendam executionem ſpolij,non autem proſecutionem.*
96 *Spolii matrimonialis reſtitutio impeditur ſi alia mulier allegetſecum fuiſſe prius contractum.*
97 *Auctoritate principis tributa poſſeſsio alicui ſcienter nominato, eximit a iudicio ſpolii,niſi ſit principis ſecularis in beneficialibus. & nu.100.*
98 *Citatio requiritur in ſententia principis,licet in proceſſu non requiratur.*
99 *Poſſeſſore non citato,nec nominato ſi poſſeſsio capta ſit cum ſola ſuperioris auctoritate, an de ea excipiatur in ſpolio.*
100 *Beneficiale ſpolium non excuſatur auctoritate principis ſecularis,ſed Papæ tantum.*
101 *Beneficij uacatio ex crimine,uel non promotione,ſi narretur per Papã, probatur vacatio,ſed non reliqua.*
102 *Enunciatiua uerba Papæ de facto alieno non probant,nec ita probãt in prophanis,ſicut in beneficialibus.*
103 *Enunciatiua uerba in motu proprio Principis aſſerentis, ſe ita declaraſſe aliquem rebellem,probant.*
104 *Narrata in aliquo priuilegio probant contra producentem.*
105 *Pacis capitula eximunt à uitio ſpolii.*
106 *Pacis capitula in quibus promittitur reſtitutio male abbatorum,non dicuntur continere ea,quæ incontinenti probantur fuiſſe ipſius occupantis.*
107 *Exceptio auctoritatis iudiciariæ obſtat in ſpolio.*

Source : BIU Cujas

Io. Baptistæ Pontani. De Spolio.

108 *Processus iudicis extraiudicialis, non habet præsumptionem rectitudinis.*
109 *Possessio vero creditori tributa per iudicem, licèt non ordine, non est restituibilis in spolio.*
110 *Decretum iudicis non ritè factum non obstat agenti de spolio contra eum qui virtute talis decreti fuit immissus, licèt cum executore.*
111 *Possessio amissa contumaciter potest purgata contumacia recuperari.*
112 *Animus non spoliandi ex coniecturis collectus eximit a iudicio spolij.*
113 *Exceptionis in vim datur retentio in pœnalibus, quæ tollunt actionem.*
114 *Arbitrium est iudicis, an incontinenti censeatur recuperatio possessionis ad effectum ciuilis retentæ.*
115 *Ciuilis possessionis etiam iusta credulitas, liberat a pœna l. si quis in tantam.*
116 *Dolus, seu culpa requiritur in l. si quis in tantam.*
117 *Sententia de ingrediendo, licèt iniqua, eximit à pœna violentiæ.*
118 *Capitulo non conuocato commissa molestia non incurritur pœna l. si quis in tantam.*
119 *Alienatio ecclesiæ rei non potest per prælatum cum capitulo fieri sine iusta causa.*
120 *Capituli cõsensus requiritur in possessione beneficij, licet detur potestas capiendi propria auctoritate.*
121 *Pœna l. si quis in tantam compensatur, si primus violentus fuerit pari uiolẽtia ex interuallo eiectus.*
122 *Delicta non recipiunt purgationem morę.*
123 *Violentiæ reciprocæ compensatio non admittitur nec pœnam violentię euitat, qui incontinenti fuerit eiectus.*
124 *Dominus recuperando per vim, propriam rem sibi furto subtractam, non incurrebat pœnam tempore. l. qui vas, ff. de fur.*
125 *Aetatis defectus obstat in iudicio ex l. si quis in tantam.*
126 *Violentia culposa potest per filium obijci patri, licèt dolosa non possit.*
127 *Clandestinitas non operatur in cursum pœnæ l. si quis in tantam, nisi ita possidens primum possessorem reuersum non admiserit.*
128 *Dominij exceptio prodest domino in uiolentia emphyteutæ, vel feudatarij.*
129 *Canonicum ius, an recipiat pœnam l. si quis in tantam.*
130 *Exceptiones, quæ obstant in casu reintegranda, obstat & in l. si coloni.*
131 *Clericus factus vasallus non potest recuperari à domino ex l. si coloni.*
132 *Exceptio deficientis contractus obstat agenti ex l. si quis conductionis. C. locat.*
Contractus simulatus nihil in eo contentum probat.
133 *Dominij exceptio sicut non obest in l. si quis conductionis, ita nec obst. exceptio locationis rei proprię.*
134 *Dominij proprii exceptio, quando recipiatur contra locantem.*
135 *Conductor non possidet, sed facit possessorem illum, qui locauit.*
136 *Confessio dicitur probatio probata, inducens notorium.*
137 *Conductori licita est retentio ratione expensarum utilium.*
138 *Conductor recusans restitutionem vsque ad sententiam, tenetur ultra rem, ad eius etiam æstimationem, velut uiolentus spoliator.*
139 *Possidens titulo oneroso non potest iudicio conueniri, cum cesset æquitas l. si me & Titium.*
140 *Dominij exceptio non obstat in iudicio virtute capitu. sæpe. de restitutio. spoliat.*
141 *Possessionem capiens uirtute authoritatis iudiciariæ absque iuris ordine, an eximatur a iudicio l. meminerint.*
142 *Auctoritas iudicis nihil prodest in spolio violento.*
143 *Possessio confirmari potest nulliter tributa, nemine contradicente, & constito de bono iure.*
144 *Citationss defectu immissio nulla non adimit possessionem ignaro.*
145 *Commissarius principis potest tollere vitium spolij.*
146 *Adipiscendæ possessorium comparatur possessorio ex l fi. C. vnde vi.*
147 *Furti actio cessat in re hæreditaria ante aditam, cum non dicatur in bonis alicuius.*
148 *Ciuilis si per aliquem retineatur, non dicitur possessio vacans.*
149 *Communitatis res non dicitur possessore vacua, licèt aliquis possidens decedat.*
150 *Canonico iure non currit præscriptio 30. ann. sine bona fide, nisi ad effectum l fi. C. unde vi.*
151 *Actio ipso iure tollitur per exceptionem ortam ex eadem lege.*
Actio si non sit confessionata, ita pariter est exceptio orta ex eodem contractu.
152 *Mala fides tacita, non operatur ut expressa, in successore quoad præscriptionem.*
153 *Exceptio subitę recuperationis obstat in violento.*
154 *Recuperatio possessionis interuallo, quibus casibus liceat.*
155 *Possessionem occupatam incontinenti non licet recuperare, dum fuisset vacua.*
156 *Obliuionis presumptio iudicis arbitrio committenda.*
157 *Recuperatio ubi sit prohibita interuallo interiecto, non prohibetur turbatio.*
158 *Auctoritas recipiendi possessionem a iure tributa, quando amittitur ex aditione iudicis.*
159 *Protestatio si fiat per eum, qui adit iudicem pro restitutione possessionis, quam poterat ex se recuperare, quòd ex eo non intendit recedere a sua ciuili ei prodest.*
160 *Animus amittendi ciuilem possessionem, quomodo colligatur ex metu repulsionis.*
161 *Auctoritate propria potest incontinenti recuperari, licèt iudex vel amici offerant restitutionem.*
162 *Spolij violenti datur actio contra mandantem specificè, aut ratificantem.*
163 *Annalis regula non prodest in spolio violento, licèt in alio prosit.*

De exceptionibus in iudicio spolij. Cap. I.

EX probationibus prædictis ad spolium attinentibus ad fauorem actoris, plerũq; succederet eius victoria, nisi probationes illæ eliderẽtur aliqua legitima exceptione p reum obiecta, & pbata. Nam & si tradatur pro regula, spoliatum esse in primis restituendum à spoliante velut quem iura maximo odio prosequuntur. c. fi. de ord. cog. c. in literis. c. cõquerente. de restit. spol. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iuliam. de vi. de quo Franc. in c. j. §. j. tertio notab. de resti. spol. in 6. Ale. cõ-
1 si. 6. nume. 8. lib. 3. Paris. consi. 70. nu. 25. lib. 4. † Ea tamen regula ex iustis probatisq; rationibus plurimas recipit exceptiones inter se dissimiles secundum varietatem actionum, ad quas reijciendas principaliter diriguntur: Ideoq; singularum exceptionum cognitio tanquam potissima ac necessaria pars plenissimè sit tractanda ac excutienda cum congrua earum distinctione, ne aliàs præberent confusum omnium intellectum: separata etenim est harum exceptionum doctrina, sicut separatę sunt species actionum competentium in spolio, de quibus primo libro dixi, quæ si dissimiles probationes exposcunt, pariter difformes exceptiones recipiunt, secundum naturam cuiusq; iudicij, ut latè subiiciam: ad quarum faciliorem enarrationem in primis ponam. Quod exceptionum quædam sunt personales, quædã reales; aliæ mixtæ, tam rem, quàm personam respicientes: Aliquæ etiam sunt, quæ oriuntur extra rem & personam, earumq; omnium; aliæ sunt peremptoriæ prorsus elidentes actionẽ intentatam; aliæ dilatoriæ, quæ eam non perimant, sed differant, de quibus per Bal. in l. j. C. de appel. & Abb. in c. fi. de or. cog. Ac quædam impediant ortum ipsius actionis: Quædam verò non ortum, sed prosecutionem impediant, de quibus per Soz. in l. rẽ quæ nobis. col. 5. ver. 4. in fi. ff. de acq. pos. Sunt & aliæ per tertiũ legitimè obiiciendæ, qua per principalem inaniter obijcerent. Conueniunt insuper quædam ad exclusionem rerum profanarum, quæ tamen in nihilo læderent agentem de spolio beneficiali, seu mixto, aut iudiciario. Quæ singulæ exceptionum spẽs sint ad oculum obiiciendæ, vt omnium separata sit notitia, secundum dissimiles earum operationes.

De exceptionibus in canone Reintegranda. 3. q. j. Cap. II.

CApiendo igitur initium ab his exceptionib. quæ respiciũt personales defectus, inchoandum sit ab his, quæ ꝙueniunt Iudicio canonis reintegrãda. tanquam cæteris vberiori: Inter
2 quas primum se offert exceptio † excõicationis, quæ propter cõmunionis periculum personam agentis repellat à limine iudicij, uelut ab hominum consortio eiectam. c. intelleximus. de iudi. c. cum inter. de excep. c. pia. eo. ti. in 6. c. rursus. in fi. c. cum excõicatio. xj. q. 4. gl. in verb. audientia. in ca. in nomine Domini. 23. di. gl. pen. in c. ex insinuatione. de procur. quæ cõiter recipiatur, vt dicit Fely. in c. significa. nu. 21. de excep. & in ca. dilectus. il 1. nu. 17. de rescrip. vbi Abb. nu. 7. & in c. fi. nu. 16. de ord. cogn. in c. item cum quis. nu. 9. de restitu. spol. Ioan. And. post Spe. de petito. & possess. §. fi. ver. 21. Rota in no. decis. 48. Corset. in 17. fal len. spolii. Sed non quælibet excommunicatio pariat hunc effectum exclusiuum, sed ea tantum, quæ adeo notoria sit, vt alia p̃ batione non egeat: seu fuerit probata ante suspensum petitorium, vt in causa Conchen. 6. Decembris 1547. decisum dicit Pute. decis. xv. de restitut. spolia. nec ex minori excommunicatione cuiquam audientia denegetur, quæ cæteros communione nõ inficiat, ac cessante ratione infectionis, cesset etiam eius exceptio, vt inquit Abb. in d. c. intelleximus. nu. 4. & ibi Fely. in 10. decla. Gigas in tracta. pensio. q. 14. nu. 8. & minus operaretur exceptio maioris excommunicationis, si spoliãs data opera curasset actorem excommunicari ad effectum repellẽdi eum, ac se eximendi à iudicio spolii, cui malitiæ ius occurrit, relaxando in hoc vinculum excõicationis, ne calliditas hoc commodum afferat, vt per Spec. de rescr. præsent. §. ratione autem impetrantis. & de peti. & possess. §. fi. in fi. Fely. in d. c. intelleximus. num. 23. Roma. in singu. 716. incip. Illud quod dicitur. Corset. in 17. limit. spolij. Neq; talis exceptio personã ipsius excommunicati egrediatur, cum nec eius † cessionario esset obfutura cessante in eo
3 ratione infectæ communionis. Gl. pen. in c. j. de iure patro. in 6. Fely. in d. c. cum dilectus. xiij. declara. de rescrip. Quæ autem dicta sunt de eiectione excommunicati ab hoc spolij iudicio, verificentur in restitutione iure actionis instituta ac petita. Nam aliàs excõicatione non obstante, posset interdum iudex ex se proprium officiũ impartiri in restitutione spoliati, si periculum imminere conspexerit, vt puta, si uir peteret uxoris restitutionem, quam posset iudex ex proprio officio mandare restitui

viro

Source : BIU Cujas

viro etiam excommunicato propter periculum fornicationis. glo.in c.quoniam multo.11.q.3. Abb.in d.c.fi.num.12.de ordi.
4 cogni.Specu.de petit. & poſſ. §.fi. num.3.† Neque hæc excommunicationis exceptiò eundem excluſiuum effectum operaretur,ſi opponeretur per ſpoliatum fugitiuum, ne contingeret ſpolij iudicium reddi fruſtratorium ex fuga ipſius rei, dũ actor inſtaret pro obtinenda abſolutione à cenſuris. Abb.in ca.cum inter. nume.13. de exceptio. Non tamen idem euenturum in periculo rei tempore perituræ ſine aliqua culpa ipſius ſpoliantis,quod magis tribuendum eſſet culpæ ipſiuſmet ſpoliati, qui non omni ope curaſſet interim ſe ab excommunicationis vinculo abſolui, vt ibidem dicit Abb. ex mente Hoſtien.& tradit Corſet.in 17.limit.ſpol.

Neque etiam is defectus excommunicationis hũc effectum pariat,niſi expreſsè fuerit per partem obiectus,ex cuius ſilentio non repelleretur actor à limine iudicij: ſed proceſſus cum eo celebratus ſubſiſteret, non obſtante nota excommunicationis nondum oppoſitæ,vt per Fely.in d.c.intelleximus.8.declara.de iudi.Nec inſuper ſtatim obiecta,agentem excluderet ante legitimam excommunicationis probationem, cuius exceptio interdum non eſſet profutura in præſenti iudicio, ſi in alio facta fuiſſet,vt latè per Innoc.in c.dilectus.de ordi.cog.non adhibita diſtinctione tradita ibi per Abb.num.39.Poſſitq; hæc exceptio opponi in iudicio ſpolij inchoato coram iudice ſeculari.l.quo-
10 ties.in fi C.de iudi.& ibi Bal.in l.placet.num.12. C.de ſacroſan. eccle.& cæteri de quibus per Fely.in c.tuę.num.3.vt lit.non cõteſt.ſed eius probatio atq; cognitio eſſet ad proprium iudicem
5 remittenda,vt per Bal.in d.l.quotiens. † Nec equidem talis exceptio in totum perimeret iudicium ſpolij ad perpetuam excluſionem agentis; verum id differret, donec abſolutionis beneficium fuerit per actorem impetratum. Nam effectus excõmunicationis ex contumacia profectus per abſolutionem diluitur.Spec.de petito.& poſ.§.fi.in fi.Bald.in l.cum quis. §.ſed ſi quis. in fi.C.de præſcrip.30.ann.Abb.in c.ex inſinuatione.de ,pcu.& in c.item cum quis.num.9.de reſtitu.ſpol.Verum ſi excõmunicatio incurſa ante ſpoliationem, illum incapacem reddidiſſet ne dum communionis hominum, ſed etiam ipſiuſmet
11 poſſeſſionis, adeo vt obtineret virtutem peremptoriam primi extremi,vt nec ſubſecuta abſolutio in hoc ei eſſet quicquã profutura.Nec ſecus euenturum, ſi poſt ſpoliationem ſuperuenerit excommunicatio reddens eum incapacem cuiuſque poſſeſſionis, ſi interim res ſpolij vitio effecta alteri tertio fuiſſet legitimè quæſita,cum abſolutio ſuperueniens non offenderet rẽ integrã, nec poſſit operari ad præiudicium tertij, cui fuiſſet ius quæſitum,dum ſpoliatus eſſet incapax poſſidẽdi, vt diſtinctim dicit Lucas de Penn.in l.ſi coloni.q.15.de agrico.& cenſi.lib.11. cuius quidem exceptionis effectus oriretur etiam ex præpoſita excommunicatione de tempore prouiſionis beneficij, de qua in actis conſtaret ante petitorium ſuſpenſum, cum collatio facta excommunicato,ac poſſeſſio inde ſecuta fuiſſet irrita.c.poſtulaſti. de cle.excom.vt decolorata diceretnr ad offenſionem primi extremi,vt per Pute.deciſ.15.de reſtit.ſpo.Sarnen.in reg.j.
12
6 &98.† Differtur & interdum iudicium ſpolij per exceptionẽ ipſius rei conuenti ex cã ſtudij, aut iuſtæ peregrinationis Chriſtianæ, ſeu reipublicæ, vel alterius legitimæ, in qua nulla eius culpa aut malitia notari poſſet.c.conſultationibus.de offic.deleg.Spec.de petito.§.poſſeſ.§.fi.num.10.

7 † Ex defectu pariter perſonali excipitur contra agentem de ſpolio ſi de eius inhabilitate notoria iure communi reproba opponeretur, vt ſi agenti de ſpolio beneficij obijceretur,quòd nullo eſſet clericali charactere inſignitus, aut ſi prælatus ageret de ſpolio decimarũ extra propriam diœceſim, vel monachus peteret reſtitutionem vxoris, quibus ſingulis cum ius maximè reſiſtat etiam pars reſiſtere poſſit, ne ex cauſa inhabilitatis poſſidendi agens de ſpolio audiatur. Bald.in l.j.in fin. C.de appell. Alexã.in l.naturaliter.§.nihil commune.num.24.ff.de acquir. poſ.Abb.in c.j.num.4.de reſtitu.ſpol.& in c.ex parte. num.19. eod.titu.vbi glo.antepen.Oldra.conſi.274. Soz.in regul.235.12. fallen.Corſet.in limit.ſpol.48. Caſſad.de præben. deciſ.j.Sarnẽ. de trien.q.51.Pute.deciſ.5.de reſtitu.ſpol. cum ſpoliatus poſſeſſione tam notoriè contra ius, minimè ſit reſtituendus: ex quo dicat etiam Abb.in c.ſignificauit.num.2.de cenſi. licere epiſcopo interdicere ſibi ſubiecto ſacerdoti, ne ſoluat onera contra ius, quamuis ſolita, cum ex quaſi poſſeſſione percipiendi non poſſit prætendi reſtitutio, quæ ſit impedita à iuris communis reſiſtentia.Oldra.d.conſi.274.cum pro poſſeſſore non ſit reputandus cui ius commune reſiſtat. Abb.in ca.ex inſinuatione. in fin.de procur.& in d.c.ex parte.num.19. Calder. de cauſ.poſſeſ. 13
conſi.5.Biſigne.de reſtitu.ſpol.deciſ.4.Afflic.deciſ.361. num.15. Idemq; futurum ſi clericus ageret de ſpolio ad reſtitutionem feudi,cuius ipſe de iure ſit incapax, vt ibidem per Afflic. gloſ.in ſumma 14.q.j.Abb.in d.c.ex parte.in fin. cum cæteris de quibus per Card.Iacoba.in tract.de conci.fol.144.lit.B.Qui etiam dicit Pontificem violenter intruſum in Petri ſede,poſſe velut incapacem, impune & abſq; vitio ſpolij à ſede depelli iuxta not. in 14
c.Deus.§.patet.3.quæſt.j.& latiſſimè ibi dicitur per eum, & per Specu.de petito.& poſſeſ.§.fin.verſi.2.Martin.Lauden.in trac. de Principe,quæſt.70. Qnæ tamen inhabilitatis exceptio nõ eſſet aliàs obſutura,quàm ſi notoria eſſet,aut antea iam probata,
8 vt deciſum refert Tanis deciſ.70.†Quod autem de non clerico dixi, vt ſit beneficiorum incapax, limitatione recipiat à Rota in deciſ.312.in antiq. niſi incedens in habitu & tonſura pro clerico reputaretur,cum animi deſtinatione ad clericatum, non obſtante,q̃ cõtrarium videatur communiter approbari, vt dicit Fely.in c.cum adeo.nu.8.verſi.contrarium.de reſcrip.& Staphil.de lit.Apoſt.fol.23.col.j.& fol.123.col.j.

9 †Hæreſis exceptio, adeo inficit omne fundamentum poſſeſſionis ex perſonali incapacitate, vt prorſus eijciat agentem de ſpolio à quolibet iuris præſidio. glo.in c.quo iure. 8.diſtinc.c.ſi tres.24.quæſt.5. Quæ ne dum dicatur poſſeſſorium extinguere, ſed vnumquodque petitorium.Specu.de petito. & poſſeſ.§.fin. num.23.Abb.in c.item cum quis.num.9. de reſtitu.ſpol.in c.ex parte num.19.eo.titu.Caſſad.in regu.deciſ.14.num.8. eundẽq; effectum operetur ſiue agens tempore priſtinæ poſſeſſionis hęreticus fuiſſet,ſiue talis poſtea euaſerit,cum vtroq; caſu fiat penitus incapax:ſed in primo,nec ſit reſtituendus,licet poſtea abiuraſſet,cum verum ſit illum ante prætenſum ſpolium caruiſſe omni poſſeſſione: ſi tamen ex ea hæreſi fuiſſet ipſo iure priua-
10 tus,aut declaratus,vnde oriretur defectus primi extremi. In † ſecundo autem caſu, per ſubſecutam abiurationem fieret capax poſſeſſionis, & per conſequens reſtituendus, niſi interim alter tertius non habẽs cauſam ab ipſo ſpoliante,adeptus fuiſſet poſſeſſionem ipſius rei: quia tunc ei tertio nõ obeſſet talis abiuratio,ſecundum diſtinctionem traditam per Lucam de Pen.in l. ſi coloni.q.15.C.de agri.& cenſi.lib.11.Idq; ad inſtar eius, quod plures dixi in ratificatione poſſeſſionis per alium captæ, q̃ non operetur ſuum naturalem effectum,ſi interim ante ratificationem alter accepiſſet eius rei poſſeſſionem,ex quo res deſineret eſſe integra,vt per Alex.in l.quod meo.num.5.de acqui.poſſeſ. Abb.in c.cum veniſſent.nu.6. de reſtit.ſpolia.Rota in no.deciſ. 150.cum cæteris aliàs deductis.

11 † Schiſmatis quoq; eadem ſit ratio cum hæreſi, ex cuius crimine omnis audientia ſpoliato denegetur.glo.in verb.audientia.in c.in nomine Domini.23.diſtin.c.cum nos.23.q.5. Specul. de petito.poſſ.§.fi.num.22.Ac pariter apoſtata ſit incapax poſſeſſionis.Bal.in l.Barbarius.colum.7.ff.de offi. prẽto.Staphil.de lit.Apoſto.fol.25.colũ.j.Necnon & ſimoniacæ prauitatis obiectum crimen reſtitutionem impediat,velut ipſo iure inficiens quodlibet ius poſſeſſionis & proprietaris, omnẽq; titulum decolorans.Caſſad.relatus à Sarnen.in regul.de trienna. quæſt.11. num.3.Corſet.in 21. limit.ſpol. Niſi id crimen committeretur per tertium eo ignaro qui fuiſſet de beneficio prouiſus per alterius obitum,qui non poſſet dici ſuſpenſus, ſed in euẽtum declarationis ſuſpendendus, vt inquit Abb.in c.tanta. verſic.3.de ſimo. Propterea q̃; cum non ſit interim priuatus, nec eius titulus diſcoloratus,minimè repellendus à iudicio ſpolij, vt deciſũ
12 refert Sarnen.in d. quæſt.12. num.9. † Quæ tamen ignorantia nõ excuſaret ſimoniam commiſſam in reſignatione beneficij, quamuis reſignatio ita facta,etiam ignaro reſignante, remaneret fruſtratoria, nullo iure abdicato à reſignante, nec quæſito reſignatario,vt ibidem per Sarnen. glo.in c.ſuper hoc verb.pecuniæ.de renun.Inno.in c.cum vniuerſorum.de rerum permu. Caſſad.deciſ.2. de renun. Rota in antiq. deciſ.236. Quod tñ ius abdicaretur ſi Pontifex, in cuius manibus fuiſſet facta reſignatio,id beneficium alteri conferret (vti poteſt) transferẽdo omne ius tanquam abdicatum à reſignãte, niſi reſignatio fieret ex cauſa permutationis, ex qua non transferretur proprium ius à reſignante,non tranſlatum in alium permutãtem: ſeu ſi fieret virtute priuationis ſucceſſuræ ex eo crimine ſimoniæ. Gemin. conſi.125.q.j.Staphil.de lit.Apoſto.fol.67.colum.j.Ac conuentionalis præſumptiuè deduceretur ex tribus mandatis eadẽ die factis,coram eiſdem Notario, & teſtibus, & procuratoribus ad reſignandum cum reſeruatione regreſſus. Creſcẽ deciſ.78. Pute.deciſ.3.de ſimo.Mohe.deciſ.224.Veral.deciſ.342. Nec tamẽ ita pręſumptiuè deducta ex conreſpectiuitate, excluderet agẽtem de ſpolio,cum inde non diceretur de ea notoriè conſtare, ſed potius de illicita pactione, vt dictum in cauſa Lucen.ſpolij coram Chiſan.1. Februarij 1557. refert Verall.in d.deciſ.ex not. per Abb.in c.conſtitutus.3.nota.de tranſa.Neq; ijſdem effectus nullæ reſignationis ratione ſimoniæ proueniat ex qualibet cõuẽtione,aut traditione reali:ſed ita demum, ſi id fieret ante reſignationem,ſeu poſtea incontinenti,vt per Sarn.in d.quęſt.12.
num.10.†Prorſus etiam omnium literarum ignarus,qui ſit cuiuſq; beneficij curati incapax, ſeu alterius requirentis conſiliũ, vel induſtriam,ab hac reſtitutione ſpolij repellitur eodem perſonali defectu,ne cõtingeret beneficia per inhabilem poſſideri ſub colorato prætextu reſtitutionis ſpolij, vt inquit Innoc.in c. dilectus.de tempo.ordin.Rota in antiq.deciſ.312.in fin. Staphi. qui ſupra fol.25.col.j.

Exceptio inſuper† dilapidationis bonorum eccleſiæ recipe-
retur

Source : BIU Cujas

retur in hoc iudicio, impeditiua restitutionis, si fuerit legitimè & effectualiter probata. c. quia. 3. quæst. 2. licet heli §. quia verò. de simo. Specu. de petito. & possess. §. fin. versi. 3. Sed non posset eius dilapidationis inquisitio principaliter per spoliantē intentari contra spoliatum non effectualiter restitutum, ne aliàs ipse spoliatus omni præsidio destitutus occumberet ex impotētia defensionis, quod per indirectum cederet ad fraudem iudicij spoliatiui, vt inquit Abb. in c. venerabilibus. num. 3. de offi. deleg. sed dilapidatio sit obijcienda in vim exceptionis, seu replicationis, vti euenisse refert Roma. in suis noris decisionum sui temporis in titu. de præscript. in causa Cardinalis Firmani agētis de spolio fundi pertinentis ad quandam Abbatiam, contra eius possessorem excipientem de diuturna possessione habita ab eius prædecessore: in quo pro parte ipsius Cardinalis fuit replicatum, & plenè doctum, illum prædecessorem fuisse valde dissipatorem bonorum ipsius Abbatiæ, ex qua replicatione dicat excipientem fuisse reiectum.

15 †Alterius verò criminis obiectio eo demum casu sit obfutura agenti de spolio, si crimen adeo sit notorium, vt illico possit inde subsequi condemnatio, licet non esset crimen inductiuū priuationis ipso iure. Abb. in c. nisi cum pridem. num. 6. de renunc. & in c. si constiterit. num. 11. vbi Fely. num. 5. de accusat. ita limitans dispositionem. c. item cum quis. de restit. spolia. Sed si crimen non esset notorium, sed egens alia extrinseca probatione, secus futurum; cum eius probatio posset esse ita anceps, vt in processu criminalis iudicij subsequeretur absolutoria ex nō plena criminis probatione, vt per Abb. in d. c. item cū quis. num. 9. idem sentiens in crimine non notorio, quamuis manifesto, quæ plurimum inter se distare dicat ibidem. Quam criminis exceptionem multo magis recipi dicant Abb. in d. cap. nisi. num. 6. & Spec. de posses. & peti. §. fin. versi. 6. si de eo constaret ex sententia criminis declaratoria seu condemnatoria, quę inficeret, & discoloraret titulum. Quinimmo ante declaratoriā priuationis inaniter de crimine obijceretur, si de spoliantis iure notoriè constaret in proprietate, vt dicit Fely. ex mente Bal. in c. ad petitionem. num. 7. de accu. Idq; per Rotam approbatū in causa Oueten. cano. 27. Ianuarij 1542. testatur Puteus in suis decis. eius temporis, nisi criminis deducti ea esset enormitas, vt restitutio esset hominibus scandalum allatura, de quo Corset. in 21. limit. spol. Non tamen id crimen posset obijci contra eū, qui ex literis Pontificijs rebellis, fuerit restitutus per reuocatoriam successoris, quæ operetur etiam quo ad ius possessionis, vt refert Mohed. decis. 87. & sequen. qui tamen in eius decis. 214. dicat posse interdum effectualiter obijci per tertium illa criminis exceptio quæ frustra per spoliantem operaretur, de quo mox latius disputabitur.

16 †Illegitimitatis exceptio, licet regulariter non obsit agenti de spolio, etiam non beneficiali, vt per Sarnen. in reg. de anna. quæst. 58. in fin. Mohed. decis. 214. Is tamen defectus si notorius fieret ex propria confessione, vel aliunde, seu per tertium obiectus, restitutionem impediret, nisi illico doceretur de dispensatione. Idem Mohed. decis. 158. & d. decis. 214. Pute. de restit. spoliat. decis. 20. Archid. in c. j. num. 4. 14. quæst. j. Abb. in c. constitutus. de fil. presbyt. Idemq; si in confessione dixerit secum dispēsatum, etiam per pœnitentiarium, docto de mandato dispensandi, vt per eundem Mohed decis. 140. cum mandatum de dispensando equè in hoc operetur colorem tituli, vt ipse dicit cū Puteo decis. 117. de dispen. & licet ex se mandatum dispensandi obtentum à pœnitentiaria colorem non tribueret: tamen quando id mandatum est insertum ac connexum cum confessione partis prædictæ, colorem inducat, vt aduersarius, qui velit iuuari hac confessione teneatur contra se recipere qualitatem confessioni annexam, vt decisum refert Ioan. Bapt. Rota decis. 828. Ac ratione eiusdem notorietatis dixit Abb. in d. ca. constitutus. agētem de spolio beneficij per patrem quondam possessi, non esse restituendum apparente notorio defectu tituli per sacros canones improbati, qui filiū à paternis beneficijs excludunt, in c. Apostolica. 8. qō. 2. ex transmissa. c. ad extirpandas. de fil. presby. editum per Alex. Pontificē III. vbi hanc successionē in beneficijs per patrem immediatè possessis plurimum detestatur. Quæ prohibitio non porrigeretur ad nepotem possidentem beneficium aui, patre adhuc viuente, ex quo cessaret in eo immediata successio, & per consequens prohibitio dicti canonis ad extirpandas. vt ibi Henri. Bohic. & Abb. num. 8. Hostien. in sum. eo. tit. §. qui fili. versi. sed nunquid. Eorundemq; canonū

17 statuta fuerunt diu postea per Clementē VII. † ampliata, & dilucidius declarata: nam cum eorum mens passim eluderetur, saluo tātum in eo verborum cortice, ac dum in ijs dicitur per patrem immediatè possessis, in fraudem legis per medias personas ad id arte suppositas, patris beneficia in filios transferrētur, adiectis quibusdam cautelis, ei malitiæ fuit per ipsum Clementem proprijs literis prospectum, ac declaratum, vt prohibitio prædicta locum habeat in cunctis beneficijs qñlibet per patrem possessis, quamuis per plurimas manus postea transijssent, nisi pater iam tempore huius constitutionis editæ beneficium dimisisset. Cuius clementinæ tenor integer recitatur per Gigan. in trac. pensio. q. 86. Vbi tñ dicit, ex ea ꝑstitutione haud impeditam translationem paternæ pēsionis in filium, quę non contineatur sub nomine bñficij prohibiti per dictam Clemētis constitutionē. Ac ibidem Gigas num. 10. ponit quæstionem è conuerso, An videlicet ex ea clemētina æquè prohiberetur pater à beneficio quondam possessio per filium, de qua ibi per eum: sed obtentum fuit hanc clementinam non hīe locum in casu olim discusso in Rota coram Fabio in causa Calciatensis canonicatus de anno 1549. in quo pater obtentum beneficiū illico absq; alia literarum expeditione, aut possessionis adeptione alteri resignasset, ac tādem per manus ad filium deuenisset, nondum natum tpe primæ resignationis paternæ; ex quo cessaret prorsus ratio dictæ clemētinæ, & latius dictum in informationibus eius causæ, in qua pariter fuit decisum, vt sibi locū nō vēdicaret, si beneficium euasisset post patrē alterius qualitatis, vtpote, si ex portione euasisset canonicatus, vti tunc euenerat, & refert Achil. decis. j. de fil. presby. Cuius clemētinæ dispositio fuit postea specificè dilata in concilio Tridentino sess. 25. c. 15. refor. vt impediatur etiam facultas transferēdæ pensionis: vnde inanis redditur quæstio Gigan. negatiuè decisa per Cōcilium, vt non possit pensio paterna in filium transferri. Idq; ēt adauctum per idem concilium Tridentinum, vt filij clericorum nedum sint incapaces beneficiorum, quæ pater obtinuisset, verū & cæterorum omnium beneficiorum eius ecclesiæ, in qua pater aliquod beneficium obtinuisset. Ne contingat ambos sub eodem tecto cum scandalo fidelium, sacra ministrare.

18 † Defectus ætatis reddēs personam beneficij incapacem obstaret agenti hoc iudicio spolij, nisi in hoc forte reciperemus distinctionē traditam per dominos de Rota in materia execrabilitatis, proprio loco deducta, de qua latè Io. Pau. decis. 110. videlicet vt eius defectus ei obsit, si patiatur de eo discuti in iudicio, sine saltim allegatione dispensationis, qua tantum allegata cessaret talis exceptio, reseruata eius articuli excussione in iudicio petitorio: Idq; operetur dispensatio etiā possibilis, vt nec ab ordinario spoliari posset. Archid. in c. licet episcopus. in fin. de præben. in 6. à quo discrepat Io. And. post Spec. in rub. de restitu. spolia dicens, per exceptionem euidentis defectus ætatis, omnino impediri restitutionem, non plenè docto de dispensatione quamuis allegata. Quod quidem videtur cōtrariari dispositioni eiusdem cap. licet episcopus. in fin. vbi tantum attēditur possibilitas dispensatiua considerata per dominos de Rota in materia execrabili, vt in ea dixi. Nec cuiquam dispensationi productæ ad effectum coloris in spolio obstaret allegatio subreptionis ad iudicium petitorium reijcienda, vt dicit Verall. decis. 347.

19 †Ex ventre eiusdem canonis reintegranda, insurgit illa exceptio, quę adimit vires eiusdē constitutionis, si agēs de spolio iusta de causa è possessione cecidisset, & sic proprio facto: nam ex eo canone ijs tantum prospicitur, qui per iniustas causas ceciderint, adeo vt à contrario sensu ab eius remedio illos cēseatur excludere, qui ex iusta causa possessionē amisissent, cum hęc exceptio velut inficiēs proprium fundamentum ipsius canonis, adimat ēt eius effectum, vt communiter Doct. in eo. c. sentiūt. & Alex. & Soz. in l. rem quæ nobis. q. 2. versi. 5. dubitatur. & q. 7. ff. de acqui. pos. cum alijs cumulatis per Paris. consil. j. num. 164. lib. j. Afflic. decis. 392. num. 27. Cassad. de restitu. spol. decis. 4. nu. 6. Propterea q; si emphyteuta propter moram non soluti canonis possessionem amiserit domino ingrediente, qui haberet in eum euentum potestatem ingrediendi propria auctoritate, nequeat de spolio contra dñm cōqueri, velut propria culpa possessione amissa ex eius mora. Alex. d. consi. 90. num. 3. & cōsi. 33.

20 lib. 6. Soz. qui s. † Idemq; euēturum, quoties ex pacto tributa sit facultas ingrediendi, ex quo dici nequeat spoliatus, qui talē facultatem libens tribuisset: ea tamen moderatione adhibita, vt talem potestatem habens recipiendi possessionē beneficij non possit illam capere sine consensu capituli, licet possit sine executore, vt decisum 11. Maij 1543. dicit Pute. decis. 22. libr. 2. & ꝙ eam possessionem apprehendēs neminem resistentē offenderit, nec aliàs id ei liceret sine nota violentiæ, tum ita resistēs cēseretur mutasse voluntatē, vti pariter contingeret, si possidens transtulisset interim possessionē in alium, quo casu ea facultas euanesceret, vt non posset tali facultate munitus possessionem apprehēdere eo nouo possessore inuito. Bart. in l. creditotes. nu. 5. C. de pigno. Corn. consi. 27. lit. G. & N. lib. 4. & decisum refert Mohed. in decis. 302. Sed non idem futurum, si pacto prædicto fuisset inserta clausula, constituti, ex quo denegaretur tā facilis reuocatio potestatis tributæ, cum iam per id constitutum fuisset effectualis possessio quæsita ex l. quod meo. ff. de acquir. pos. de quo latius dictum. 2. lib. in discussione constituti, seu si emphyteuta cœpisset possidere tanquam proprietarius, interuertendo primam possessionem, ex quo non posset dominus vti facultate ingrediēdi propria auctoritate sibi tradita in contractu emphyteutico, nisi incontinenti id faceret, iux. nota in l. si quis ad se fundum. & per Ias. in l. 2. nu. 117. C. de iur. emphyt. atq;

in hoc

Source : BIU Cujas

in hoc dominus tali auctoritate vſus poſſet de ſpolio cõueniri, vt in cauſa Tarẽ.ſpolij deciſum refert Verall. deciſ.359. Eadẽq; exceptio virtute eiuſdem canonis orta verificaretur in poſſeſſione alteri quæſita,ẽt ex alio poſſidentis contractu.Ideoq; nec permutanti eſſet hoc remedium profuturum, veluti excluſo contractu proprio.Rota in no.deciſ.62.Caſſad.de reſtit.ſpo.deciſ.4.nu.9.Quod verum ſit, quamuis proprius contractus fuiſſet nullus ratione deficientis ſolemnitatis, in minori, ſeu alio, cum ſubſecuta effectuali traditione poſſeſſionis, quæ ex cõtractu quamuis nullo trãsferri poſſit, velut facti.Iaſ.in l.j. §.ſi vir.in fi.ff.de acqui.poſſ.& in l.indebiti.§.ſed & ſi. 2. nota. ff.de cõdict. indeb.Ruin.conſi.32.col.3.& conſ.137.col.fin.lib.2.Pute.deciſ. 273.lib.3.& Achil.in deciſ.j.de reſti.ſpolia. licet poſſeſſio minimè transferatur ex contractu nullo defectu conſenſus, vt per Bal.in l.non dubium.10.oppo.de legib.Cur.iuni.conſ.131.colũ. fi.In quo quidem Alex.conſi.69.nu. -.lib.5.indiſtinctè locutus, ſeipſum diſtinguendo declarat in d.l.j.§.ſi vir.num.9. exẽplum adhibens in contractu ſimulato qui ſit nullus ex carentia conſenſus,ex quo poſſeſſio fictè tradita precario,aut cõſtituto, pariter nulla ſit,cum ad inſtar reliqui contractus nulli,ſit ẽt nulla quælibet clauſula ipſius cõtractus,vt dicit idem Alex. & Rom. conſi.246.nu.2.Bar.in conſi.90.in fi.ex l.doli clauſula. ff.de noua. ſed ſi traditio poſſeſſionis ẽt in hoc facta fuerit cum effectu,
21 dicunt transferri poſſeſſionem:† Ac prædicta vera ſint, ſi purus & vndiq; completus eſſet contractus, non aũt conditionalis, ſeu aliàs ſuſpenſus,ex euentu modi, aut menſurationis futuræ, vt per Alex.in d.conſi.90.lib.5.& conſi.33.lib.6. Soz.in d.l.rem quæ nobis.q.2.ſicut dictum lib.j. in reſignante ſub conditione, quæ defecerit,de qua Mohed. deciſ.59. & Verall.deciſ.347. Verum ſi permutans(adiecto modo,ſeu conditione menſurationis, vel extimationis, & aliàs contractus eſſet nullus) poſt verè adeptam poſſeſſionem ſpoliaretur, eſſet reſtituendus ſine alia probatione purificationis,quæ petitorium reſpiciat,ac clauſula nullitatis referri poterit ad inſtrumentum & cõſtitutum in eo adiectum, cuius ſola virtute non potuiſſet agere de ſpolio ante quæſitam veram poſſeſſionem.Idq; reſolutum refert Pute.29. Martij 1546.in ſua deciſ.422.lib.2. Ac idem eſſet quo ad excluſionem ſpolij,ſi ea quæ de contractu proprio diximus, contingerent ex contractu, aut ſimili facto auctorum, cum ex eo idẽ euenturum,ac ſi proprio facto poſſeſſio amitteretur, vt ibidem
22 Alex.& Corn.conſi.23.lib.j.Deci.conſi.302.num.24.& conſil. 449.num.21.Pariſ.conſi.j.num.164.lib.j.† Eodemq; proprio facto cecidiſſe cenſeatur,qui rem propriam ſcientes ab alio conduxerit,ex quo amittitur poſſeſſio.l.qui bona.l.ſi rem aliquam. ff.de acquir.poſſ.& vtrobiq; glo.Bal in l.rem.in fin.2.lect.C.locati.Roma.in d.l.ſi rem aliquam.in fin.& conſil.350. num.5. & eſſe communem dicit Alex.in l.quod meo.num.10.ff.de acqr. poſſ.& in d.l.ſi rem.num.34.eo.tit.Pariter & is, qui inani timore ductus, ex puſillanimitate è poſſeſſione receſſerit nemine re
23 pellente,ſe ipſum deieciſſe diceretur,proprioq; facto poſſidere deſijſſe,vnde ceſſaret huius canonis præſidium,ſuccedente alio præſidio edicti,quod me.cau.vt inquit Bar.in l.2.ff.eo.tit. Alex. & alij communiter in l.naturaliter.§.nihil cõmune. Pariſ.conſ. j.num.276.lib.j. Suamet etiam culpa cecidiſſe intelligatur, qui rei propriæ poſſeſſionẽ per annos viginti recuperare neglexiſſet, quam iudex per errorem ex alterius debito, eius creditori tradidiſſet,vt dicit Soz.in d.l.rem quæ nobis.q.2.verſic.3.& vlti. Huius autem exceptionis, videlicet, ꝙ de ſpolio agens ex iuſta cauſa ceciderit, non ſit quælibet leuis probatio recipiẽda, neq; ad effectum repellendi agentem de ſpolio,ſufficiat qualis qualis eius negligentiæ deductio, quæ plenè ſit deducenda,& probanda,vt dicit Deci.conſ.57.nu.4.& Achil.in deciſ.4.6.de reſtit. ſpol.aliàs præſumeretur poſſeſſio continuata vſq; ad diẽ ſpolij, vt per Abb.in c.cum ad ſedem. de reſtit.ſpoli.Soz.in l.rem quæ nobis.q.7.ff.de acquir.poſs.

† Quamuis enim in c.in literis.in fi. de reſti.ſpol.latè dicatur, prædonem de iuris rigore eſſe regulariter reſtituendum : Id tñ in beneficialibus nõ recipiatur,velut in quibus exceptio intru
28 ſionis,ac apparentis defectus tituli reſtitutionẽ impediat. Rota in no.deciſ.439.quod quidem eueniat, ſi conſtaret ex actis agẽtem de ſpolio fuiſſe prædonem, vt limitando dictum c.in literis.dicunt Abb.in c.cum eccleſia.num.26.de cauſ.poſſ.Paul.de Caſt.conſi.253.num.4.lib.j.Staphil.de lite.Apoſt. fol.178.col.j. Corſet.in 5.limit.ſpo.dicentes, tunc demum procedere regulã de qua in d.c.in literis.ſi de exceptione obiecta dubitaretur, ac de ea non conſtaret in actis: Nam nec ſit reſtituendus qui bñficium reſeruatum poſſediſſet,ſeu alio Apoſtolico decreto affectum, vt dicit Abb.in d.c.in literis.num.28. ex quo ad oculum pateret de agentis non poſſeſsione, quæ per decretum prorſus adimitur, vnà cum reliquo iure eiuſdem beneficij latè per Aeneam de Falco.in tracta.reſeruatio.quæſt.4.11.effec. In quo tamen dixerit Soz.in l.rem quæ nobis.quæſt.2. num.4.prædonẽ, etiam in his caſibus in quibus eſſet reſtituendus, non propterea eſſe reſtituendum virtute huius canonis reintegranda. ea ratione fretus,quòd in eo canone non requiratur bona fides, quod quidem fundamentum cum communiter rẽdarguatur, vt latè dixi 2. libr. etiam eius opinio. deſuper fundata in conſequentiam dilabitur.

Et hæc dixiſſe ſat ſit de exceptionibus, quæ reſpiciunt perſonam agentis,vt deſcendendum ſit ad eas, quæ percutiunt rẽ de cuius ſpolio agitur,& ſint pariter multiplicis generis, ĩter quas illa ſit, quæ opponi ſolet contra agẽtem de ſpolio alicuius ca-
24 ſtri† difficilis recuperationis in petitorio,in qua admittitur dominij exceptio,regulariter non admiſſibilis, ne aliàs iudicium petitorij prorſus redderetur fruſtratorium ea difficultate recuperandi,vt per Alexã.in l.naturaliter. §. nihil commune.nu.21. ff.de acqui.poſſ.Bal.in ſua marga.verb.caſtrum. Iaſ.in l.2.col.1. C.de edic.diui Adri.Rui.conſi.42.nu.10.lib.4. Paris.conſil.j.nu. 177.lib.j. Quinimmo ratione eiuſdem difficultatis, liceret eidẽ ſpoliato id caſtrum ex interuallo recuperare, ſi tamen interim fuerit continuè verſatus in præparamentis,ex quo virtute ciuilis poſſeſſionis continuatæ,velut animo retentæ, ſemper poſſit abſq; vitio ſpolij naturalis recuperari propria auctoritate, quãuis ſerius potuiſſet eandem viã iuſtitiæ recuperare. Felyn.in c.j. num. 26. de iudic.cum ciuilis retenta elidat omnem ſpolij notam,vt per Barto.in l.3.§.cum igitur.ff.de vi & vi arma. Bald.in l.ſi.num.3.C.de his qui à non domi.Docto.in c.olim.il j.de reſt. ſpolia.Abb.& Fely.in c.vigilanti.num.8.de præſcrip.Soz.conſi.
25 122.num.12.lib.4.Cardin.Iaco.de conci.fol.147.lite.B.† Quod tamen ei non perpetuò licebit, ſed cum moderamine adhibẽdo iudicis arbitrio, qui omnibus circunſtantijs excuſſis,arbitraturus ſit,quid quantumve interſit,an timore,ſeu notabili negligentia ſuam ciuilem amiſerit:Idq; interuallum commẽſurandum ex naturali difficultate recuperationis.Fely.in d.c.vigilanti.Rota in antiq.deciſ.54. & latè dictum lib.1. inter effectus. l.ſi quis ad ſe fundum. C.ad l.Iuli.de vi. Verum qui fuiſſet parte tãtum caſtri ſpoliatus, ſeu eo integro (retento tamen fortilitio) poſſet quandolibet,ratione partis retentæ, reliquam partẽ impunè recuperare, virtute ciuilis, quæ ſit nobilior naturali : Ac fortilitium retinens ſeu caſtri partem, cenſeatur eſſe in continuis præparamentis recuperandi reliquum, nec vnquam habuiſſe naturalem pro derelicta.Bald.in l.data opera.colum.fin. C.qui accuſ.poſſ.Alex.poſt Barto.d.l.3.§. cum igitur. de vi & vi
26 arm. Et nedum ita ſpoliato † liceret idem caſtrum recuperare, quo quis fuerit exſpoliatus, verum & aliud caſtrum ſpoliantis inuadere,ad effectum id retinendi,donec proprium & aliàs per ſe poſſeſſum,ſibi reſtitueretur,dummodo id fieret ſine ſcandalo,vt per Innoc.in c.olim.num.8.verſi.item plus. de reſtit.ſpol. Bal.in l.2.col.20.C.de ſeruitu. in l.fin. C.de his qui à non domi. & in marga.verb.caſtrum.Fely.in c.j.nu.26.de iud. Paul.de Caſt. conſi.399.num.2.lib.1.Alex.conſi.135.num.2.lib.1.Veron.cõſi. 26.num.4. poſſentq; prædicta etiam furtiuè & proditoriè fieri, licet iudicis copia haberi poſſet, vt ibidem dicunt Doct.& Pa-
27 ris.conſil.10.num.81.lib.j.† Quæ nedum recipiuntur in caſtris, (quorum ſera recuperatio permittitur) verum etiam ſint profutura eadem ratione,in alijs quibuſdam caſibus, prout materia ſubiecta ſuadebit:Nam & ſi Docto.in d.l.ſi quis ad ſe fundũ. dicant recuperationem ex interuallo nõ eſſe licitam : in eo tamen ſemper erit iudicis arbitrium,qui ad interuallum ſit ex ꝓximis indicijs collecturus.Iaſ.in l.ſi quis ita. §.Seia.num.14.ff.de verb.oblig.Fely.in d.c.vigilanti.num.8.Rota in antiq.deciſ.54. Pariſ.conſi.24.num.27.& ſeq. lib.1. ſicuti & è contrario : Nam licet in continẽti dicatur fieri, quod intra triduum ſucceſſerit. Archid.in c.ꝙ reſtitutio.3.q.j.Iaſ.in l.4.§.condemnatum.nu.26. de re iudi.& in l.2.num.12.C.de iur.emphyt. Lucas de Penn.in l.ſi coloni.num.30.C.de agri.& cenſi.lib.11.In eo tamen varietur interdum ex accidentibus per iudicem rectè ponderandis. Abb.in c.j.de mutu.peti.num.15. Indeq; dicatur, nullum tempus labi contra eum qui ſit in vinculis detentus,donec propria libertate potiatur,per Bal.in l.rectè.num.34.C.vnde vi.Idemq; in eo qui iuſto metu inimicorum ſeu latronum, ad poſſeſſionẽ recuperandam non acceſſerit, vt non cenſeatur interim ſuam
28 ciuilem deperdidiſſe,quam pari ratione retineant† banniti ſeu exititij, velut per timorẽ impediti in recuperatione naturali, quam nec per centum annos amitterent, ſecundum Ant.in c.
29 j.de noui ope.nunci.de quo Corn.conſi.56.litt.I. lib.2.† In quo nihil aduerſatur,quod paſſim dici ſolet,ciuilẽ amitti ex timore recuperandi naturalem.l.ſed & ſi nolit.ff.de acquir.poſſ. Paul. de Caſt.d.conſi.399.nu.3.lib j. cum id recipiatur in eo timore, qui verſetur in diffidentia recuperandæ poſſeſſionis,quam metus immediatè reſpiciat,ſed non reciperetur in eo metu, q non ſit relatus ad rem ipſam, ſed ad propriam tantum perſonam & extra rem, vti contingit in eo qui timeat latronum aut inimicorum offenſionem, quorum metus cum rem non reſpiciat, ſed extrinſecus ſit à re, nec ipſius rei poſſeſſionem conturbare poſſit.l.licet.in fi.C.de acqui.poſſ.vbi Doct. communiter ſecuti Bart.in l.3.§.in amittenda.ff.cod.titu. Ibiq; Iaſ.in 4.nota.poſt diſcuſſas omnes contrarietates Docto.reſidet tandẽ cum opin. communi,quam ſequitur Corn.conſ.48.litt.C.lib.4.Quæ tamẽ de bannito dicta ſunt,ſanè intelligenda, vt ſibi locum non vẽ-

dicet

Source : BIU Cujas

dicent in bannitis ex tam graui cauſa, quæ rebellionẽ inferret, in qua ſpecie non dicantur ciuilem retinere, quam vnà cũ naturali amittant, quam tamen recuperarent ex plenaria reſtitutione Principis, cum integra reuocatione priuationis ẽt quoad poſſeſſionem, ex qua dicatur tributa facultas recuperandi propria auctoritate, ſine tamen vi, vti deciſum refert Mohe. in cauſa Ferrarien. in eius deciſ. 87. & ſeq. ſubdens, q̃ licet ciuilis retineatur per alium animo, qui adimi nequeat, ex no. in l. j. §. ſi vir. ff. de acquir. poſſ. poteſt nihilominus tolli effectus ipſius ciuilis poſſeſſionis, tanquàm à iure inductus, vt ibidem dicunt Doct. cum Bar. in l. ſi maritus. §. lege. ff. de adult. Idemq; dicit Mohed. deciſ. 86. adeo vt ſi in conceſſa reſtitutione per Principem inſerantur vberes clauſulæ, de quibus in deciſ. 64. in no. quæratur ex ea poſſeſſio priſtina etiam ſine alia noua apprehenſione, vt in d. deciſ. 87. nec ſecus futurum dicit, ſi reſtitutio fieret ex cauſa pacis compoſitæ, quamuis ex legis reſtitutione, virtute poſtliminij, ſeu aliàs non recuperetur poſſeſſio ſine facto nouæ adeptionis. l. ſciendum. §. deniq; ff. ex qui. cauſ. maio. l. in bello. §. fi. ff. de cap. Neq; etiam ciuilis aliquo temporis lapſu amitteretur per eum, qui à furore obſideretur, in quo omnino deſit poſſeſſionis amittendæ animus, qui ſicuti vnà cum corpore requirit̃ ad quærendam poſſeſſionem, æquè requiratur in ea amittẽda. l. quemadmodum. l. ſi is, qui. ff. dè acqui. poſſ. nec in furioſo animus conſideretur. Bar. in l. ſi id quod. §. j. eo. tit. † dicens, hanc ciuilem pariter retineri, quamuis colonus p̃ quem dominus poſſidens iam obiiſſet, quo viuente adeo ciuilis poſſeſſio per dominum retineatur, vt eam nullatenus amitteret, licet ad fundum per colonum ſuo nomine retentum non acceſſerit ſuſpicãs ſe poſſe repelli, cuius quidẽ rei timor non operetur in poſſeſſione per alium eius nomine retenta. Signoro. conſi. 75. num. 21. verſic. nec etiam, ita intelligens. l. ſed & ſi nolit. de acquiren. poſſeſ. Neque poſſeſſio per colonum retenta animo ſolius domini poſſidentis amitteretur, niſi concurrente etiam animo acquirentis, vt notat Barto. in l. j. §. non autem. num. 2. verſic. contra hoc. ff. de vi & vi arma.

31 †Non tamen eius ciuilis poſſeſſionis retẽtæ virtus, operabitur facultatem recuperandi naturalem etiam in continenti, ſi fuiſſet amiſſa iudicis auctoritate. In quem caſum, ſimili auctoritate eius recuperatio egeret. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper. & §. ſi poſt. ff. de re iud. Vbi Ang. verſi. ſed prædictis. Mohed. deciſ. 87. niſi tamẽ ea iudicis auctoritas fuiſſet verſata in traditione poſſeſſionis rei alienæ ex alterius debito, non vocato ad id poſſeſſore, q̃ propterea poſſet ex ſemetipſo recuperare naturalẽ, ſine obſtaculo iudiciariæ auctoritatis, q̃ tertio non citato nequeat obeſſe. Soz. in l. rem quæ nobis. q. 2. verſi. 3. & vlti. ff. de acquir poſſ. & in conſil. 158. num. 23. lib. 2. Minusq; tribuatur ei facultas recuperandi naturalem ſub prætextu ciuilis retentæ, qui amiſiſſet poſſeſſionem, virtute breuis Apoſtolici, inſerta clauſula, ſine vitio ſpolij, cuius virtus adimit quancunq̃ poſſeſſionem etiam ciuilem, quæ quidem poſſit per Principem ſine cauſa auferri. Iaſ. in l. j. in princ. num. 48. ff. de acquir. poſſeſ. & ita deciſum refert Mohed. d. deci. 86. Ex quo nec liceat naturalem ita p̃ alium
32 captam recuperare, velut ciuili amiſſa vnà cum naturali. †Si verò poſt poſſeſſionem ita quæſitam virtute breuis, ſuperuenerit reuocatoria ſucceſſoris, primus poſſeſſor cenſebitur in priſtinum reſtitutus, ſublata prorſus virtute præcedentium literarũ. Idem Mohed. deciſ. 87. & ſeq.

Qui igitur poſſeſſione ciuili retenta, tempeſtiuè naturalem amiſſam recuperauerit, eiuſdem iuris cẽſendus ſit, ac ſi priſtinã poſſeſſionem eatenus illæſam continuaſſet, in eodem met ſtatu priſtino perſiſtens. Bal. in c. j. verb. Marchio. qui feud. dar. poſ. Abb. in c. cum veniſſent. nu. 7. & 16. de reſti. ſpolia.

Nec tamen verum eſſe quidam dicunt, adeo licere retinenti ciuilem recuperare naturalem amiſſam, vt & poſſit id ius recu-
33 perandi alteri † cedere, quod negauit Ioan. antiquus gloſſator, contradicentibus tamẽ Petro & Accur. in l. cum fundum. verſ. poſtea. ff. de vi, & vi arm. quos ſecutus eſt ibi Bar. in prin. & Ale. poſt eum, multa cumulans, quæ tranſcribere nolui, quorum varietatem tandem ad concordiam redegit Lucas de Penn. in l. ſi coloni. num. 30. verſi 7. C. de agrico. & cenſi. lib. 11. adhibita diſtinctione, quæ recitabitur inter exceptiones ad l. ſi quis ad ſe fundum. Ac quemadmodum naturaliter, & ciuiliter poſſidentes ſi naturalem tantum amittant, poſſunt eam virtute ciuilis retentæ recuperare exceptis ſpeciebus mox recitatis, ita pariter
34 & hi qui tantum naturaliter poſſident (vt † vſufructuarij, Emphyteutæ, Feudatarij, & ſimiles, de quibus Bar. in l. 3. §. è contrario. num. 20. & in l. naturaliter. num. 15. ff. de acquiren. poſſeſ.) eandem poſſeſſionem retinere dicerẽtur, & ſi alter rem ipſam clam occuparet, ex quo non quæreret naturalem, velut ab alio retentam. glo. communiter recepta in l. 3. §. ſi vi. verſi. amiſit. ff. de vi, & vi arma. vbi Barto. in princip. Iaſ. in l. clàm poſſidere. §. qui ad nundinas. num. 14. ff. de acquirẽ. poſſeſ. ex eaq̃ naturali retenta, ſibi liceret abſq; metu ſpolij occupantem illum repellere, tanquam non verè poſſidentem, cum duo nequeant cãdem rem, eodemq; genere poſſeſſionis in ſolidum poſſidere. d. l. 3. §. ex contrario. & ibi Iaſ. & in d. §. qui ad nundinas.

35 † Ratione ipſiuſmet rei poſſeſſæ oriatur etiam exceptio in decimarum perceptione, cuius quaſi poſſeſſionem adeptus, & dehinc ſpoliatus, non vniformiter reſtituatur, licet eſſet clericus, ac decimarum capax, cui nihilominus reſtitutio denegaretur, obiecta veriſimili præſumptione contraria, vti eueniret ſi in alterius territorio decimę colligerentur, vnde pręſumeret̃ occupatio, niſi aliàs probaretur legitima cõtinuatio, quaſi poſſeſſionis. c. ad decimas. de reſtitu. ſpol. in 6. Archid. in c. j. num. 7. 14. quæſt. j. dicens idem futurum ſi ea quaſi poſſeſſione ſpolietur clericus, propter denegata per eum ſacramenta, quorum tantum cauſa fuerit decimarum vſus introductus; qua cauſa fundamentali deficiente, poſſet illis velut indignis reſtitutio denegari, ex tali exceptione obiecta. c. cum dilectus. de ord. cognit. vbi Anto. & cæteri recitati per Corſet. in 49. limita. ſpol. & per Rip. in lib. j. reſponſo. c. 14. nume. 20. cum eo caſu videretur ſemetipſum ſpoliare ex ſacramẽtorum non exhibitione, quorum tantum ratione decimæ percipiantur, latè Domin. in c. j. §. fi. in fin. de reſtit. ſpolia. in 6.

Quamuis fortè defendi poſſet hoc remedium canonis reintegranda. in quo verſamur non competere in ſpolio rerum p̃fanarum, quod ex verbis eiuſdẽ canonis colligi videatur. 36 † Fuit tamen contraria ſententia de iure recepta per Roma. in l. rem, quæ nobis. num. 9. ff. de acquir. poſſ. vbi Alex. nu. 10. & in conſil. 6. nu. 3. lib. 3. & conſi. 94. num. 13. Corn. cõſi. 56. litt. Z. lib. 2. Abb. in c. ſæpe. num. 14. in fi. de reſtitu. ſpolia. qui in eo concordat, vt hæc conſtitutio velut generalis conueniat etiam ſpolio rerum profanarum. In quibus tamen dixerunt, & prædonem eſſe reſtituendum Ang in l. Paulus. §. j. 3. notab ff. quib. mo. pig. vel hypoth. Caſſad. de reſtit. ſpol. deciſ. 3. nu. 5. cum in profanis non attendatur vitioſus ingreſſus ſicut in beneficialibus. Old. conſi. j. col. 2. Inno. in c. conſtitutus. de fil. presby. quẽ ita intellexit Bal. in l. ordinarij. nu. 14. C. de rei vẽdi. & Marſil. ſing. 11. ac in his ceſſet animarum periculum, in ſpiritualibus præcipuè notatũ: In quo Saly. in l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de vi. dixerit in eo non differre profana à ſpiritualibus, ſi notoriè conſtet de non iure ſpoliati: eiusq; opi. velut communem comprobat Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 46. ff. de acqui. poſſ.

37 †Neq; feudalis rei ſpolium erit interdum reſtituendum, obſtante exceptione qualitatis eiuſdem rei, cuius ſit incapax clericus, mancus, & mutus, non prius docto de priuilegio diſpẽſatiuo. Afflic. deciſ. 361. num. 15. Sed poſſent prædicti obtinere reſtitutionem feudi ſcienter conceſſi per Principem, qui ſicut potuit condere iura feudi, ita poterit ea relaxare, vt ibidem dicit Afflic. nu. 39. ſed id non pariter reciperetur in fœmina, quæ licet regulariter ſit incapax feud. c. j. de ſucceſſione feu. Abb. in c. ex parte. nu. 2. de feu. non ideo poterit obijci incapacitates exceptio in eius poſſeſſorio feudali, cum de iure poſſit multipliciter eſſe capax feudi; propterea q̃ talis obiectio, velut ſapiens petitorium ad eius futurum iudicium reijceretur. Roma. conſi. 1. & 33. & 234. nu. 6. & conſi. 367. nu. 6. in l. etiam. col. 2. ff. ſol. matr. Corn. conſi. 16. litt. I. lib. j. Alex. conſi. 90. nu. 2. lib. j. Deci. in reg. fœminæ. nu. 56. & conſi. 139. 390. nu. 14. & conſil. 413. num. 14. Curt. ſeni. conſi. 49. Pariſ. conſi. 98. nu. 15. lib. 2. Mohed. dec. 127. & 281. cum alijs deductis in cauſa Sarſinatẽ. comitatus: Indeq; cõis inſurgat opinio, fęminas non impediri in feudali poſſeſſorio adipiſcendæ, de quo in l. fi. C. de edic. diui. vbi Alex. nu. 30. & Iaſ. nu. 26. Pariſ. conſi. 23. nu. 89. lib. j. & Mohed. qui ſupra: bene tamen obſtabit exceptio qualitatis feudalis agenti poſſeſſorio ad quaſi poſſeſſionem perceptionis alimentorum, quorum ſit incapax feudũ, de quo per Pariſ. conſi. 98. lib. 2. & aliàs latè dixi.

38 † Dominij exceptionem regulariter non obfuturam huic iudicio ſpolij dicit Bar. in l. j. nu. 3. C. ſi per vim, vel alio mo. Dy. in regu. qui ad agendum. verſic. item videtur. Idq; communiter p̃ Doct. recipitur, vt per Deci. conſi. 57. nu. 6. ẽt ſi offerretur probatio in continẽti parata, vt etiam dicit Soz. in l. rem quæ nobis. q. 9. ff. de acquir. poſſ. & alij relati per Fely. in c. exceptionem. nu. 28. de excep. reprobata in hoc opi. glo. in l. ſi de vi. in fi. ff. de iud. A qua tamẽ regula excluſiua huius exceptionis, plurimi caſus excipiuntur, in quibus dominij exceptio recipiatur: quorum primus eſt, quando ea exceptio tam euidentem, & paratam habeat faciẽ veritatis, vt alia extrinſeca probatione non indigeat. Oldra. conſi. 274. in fi. citatus per Bald. in l. penult. verſi. vltimo. C. ſi à non compe. iudi. Quæ euidentia in primis deduceretur, ſi iam ex actis probatis de ea conſtiterit per ſententiam & rem iudicatam ſuper petitorio agitato poſt ſpolium commiſſum, ſiue ſpoliatus eo petitorio egiſſet, ſiue ſpolians cauſam iactationis commiſiſſet, vel aliàs obtinuiſſet fauorabilem ſententiam in petitorio cum ſubſecuta re iudicata, ex qua ſpoliatum agentem repelli communiter firmant Doct. contra Barto. in l. naturaliter. §. nihil commune. vt ibidẽ atteſtatur Iaſ. quamuis ipſe ſenſerit cum Barto. multa congerens; hoc tandem faſſus, communem eſſe contra eum: & idem dicit Pariſ. cõſi. 1. num. 143. lib. 1. Atq; adeo id verum dixerint domini de Rota, teſte Puteo deciſ. 3. de reſtitu ſpolia. vt & ſi hæc ſententia ſuper petitorio pro-

ceſſiſſet

ceſſiſſet virtute cõmiſſionis mixtæ, tam petitorij quàm poſſeſſorij,idem operaretur ad abſorbendas vires poſſeſſorij, licet de ipſo poſſeſſorio iam conſtaret,de quo per Alex.conſi.130.lib.5. In quo non aliud præiudicium inferatur ſpoliato, quàm quod ipſemet ſibi intuletit,permittendo procedi ſuper petitorio, qđ potuiſſet ad libitum impedire odio ipſius ſpolij, vt meritò per eam ſententiam excludatur, ex qua conſtet de euidenti probatione petitorij, quod abſorbeat poſſeſſorium; nihil tñ obſtura,ſi talis ſententia ſpolium præceſſiſſet, iux.notata per Abb. in c.paſtoralis.num.26.de cauſ.poſſ.& propri.Roma.in l.rem quæ nobis.nu.11.verſi.vlterius. ff.de acquir.poſſ. Nam dominus ſpolians nedum non eximeretur à iudicio ſpolij, ſed ēt ſubijceretē
39 pœnæ l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.† In qua exceptione dominij (ad inſtar ſententiæ prædictæ) recipienda eſſet ēt probatio virtute inſtři, quod habeat paratam executionem, vt latè per Corſet.in 36.limit.ſpol.Ac ne dum res iudicata ſuper petitorio pariat legitimam exceptionem ſpolij excluſiuam(velut ex qua oriatur notiſſima dominij probatio)verum & eundem effectū operaretur quælibet concludens probatio iam recepta in petitorio poſt ſpolium,cuius iudicio ſpecificè inchoato, ſi agēs patiatur de petitorio diſcuti,de quo palam conſtiterit, ſero ſapiet ſpoliatus, ſi poſtea alleget excluſionē exceptionis dominij. Nā & ſi per eum poſſet ante receptas petitorij probationes efficaciter excludi allegatio dominij:inanis tamē ſit futura quælibet eius allegatio poſtea facta, cum ex his probationibus receptis, & concludentibus petitorium ad fauorē ſpoliantis, eſſet ei debita abſolutoria,c.j.de reſtitu.ſpolia. Bal.in l.ſi quis ad ſe fundū. verſi.videndum.C.ad l.Iul.de vi.vbi Ang.verſi.prima eſt.Alex. in l.naturaliter.§.nihil commune. num.3.& 39.de acquir.poſſ. & ibidem Ripa num.72.& 147.& Iaſ.num.118. & in l.patre furioſo.nu.34.ff.de his qui ſu.ſu.Abb.conſ.55.col.pen.lib.2.Veronen.caute.82.Pariſ.conſi.112.nu.61.lib.j.Cum is qui negligenter paſſus fuerit ſuper petitorio diſcuti, gaudere nequeat ſpolij priuilegio,cui ipſemet diceretur renunciaſſe per tacitum conſenſum in petitorio iam poſtea probato.Spec.de petito.& poſſ. §.fi.num.24.Franc.in c.ad decimas.in fin.de reſtitu. ſpolia.in 6. Cuius tamen conſenſus tacitus non prodeſſet ſpolianti, quotiens ex non reſtitutione ſpoliati redūdaret aliquod animæ periculum,iuxta terminos c.2.de conuerſ.coniugat. In qua ſpecie poſſet iudex etiam parte non petente poſſeſſionem ſpoliatam
40 reſtituere. Abb.in c.j.num.3.de reſtit.ſpolia.†Nec tamen vſque adeo diſſenſus, aut proteſtatio ſpoliati eſſet impeditura probationem petitorij, vt etiam omnino reijciat admiſſionē articulorū,qui nihilominus reciperentur, licet non profuturi ad excluſionem poſſeſſorij,inſerta clauſula,ſaluo iure impertinētiū, ac teſtes examinatos poni ad partem, vt per Afflict. deciſ.7.nu. 2.& in fi.Pariſ.conſi.31.num.54.lib.4.Ac ita intelligendum qđ dicit Pute.deciſ.12.32.de reſti.ſpolia. vt in ſpolio non recipiantur articuli in exceptione execrabilitatis,videlicet,vt examinati deſuper teſtes non impediant reſtitutionem ſi præcedat ꝓteſtatio. Poſſent tamen hi teſtes interdum prodeſſe ad debilitationem ipſius poſſeſſorij,vt inquit Soz.in d.l.rem quæ nobis. q.9.col.3.Eodemq; pacto dominij exceptio ſit excluſiua ſpolij, ſi de eo fuiſſet cognitum, & plenè probatum in iudicio, ab initio mixtim propoſito,poſſeſſorij & petitorii.
41 † Neque petitorij ſubſecuta ſuſpēſio quicquam operaretur, ex quo petitorij probationes congruo tempore receptæ ante eius ſuſpenſionē plenarium effectum ſortiantur ad probationem dominij ex actis eliciendam,de quo Caſſad.deciſ.2.num.7.de reſtitu.ſpol.Aegid. deciſ.404.& ſeq.dicens tamen, intelligi de petitorio plenè cōſtare, ſi eius probatio nequeat reddi dubia ex aliqua probabili impugnatione. Quod demum eueniat ſecundum Rotā in no. deciſ.393.col.2.ex concluſione in cauſa, quæ receptas probationes efficiat indubias.Abb.in c.cum olim.2.notab. de verbo.ſignifi.Lucas de Pen.in l.ſi coloni.nu.26.de agric. & cenſi. lib.11. Fely.in c.ſignificauerunt.num.3.de teſtib.qui dicit, ꝙ & ſi ante concluſionem dici poſſet probatio notoria,velut ex actis conſtans,eſſet tamen illa notorietas commutabilis vſque ad concluſionem cauſæ,cum eatenus probari poſſet contrarium, vt licet probatio eſſe notoria non tamen eſſet notoria ipſius rei veritas,quæ poſſit adhuc probari contraria,vt ibidem per Abb. & Fely.& in c.ad petitionem.nu.7.verſi.3.de accuſa.in c.laudabile.vt lite penden.Non obſtante d.deciſ.Aegid.404.à qua diſſonat deci.393.in no.cui magis adhęſerunt domini de Rota in cauſa Parmen.vt inquit Pute.deciſ.24.de reſtitu. ſpol. & Veſta. deciſ.76.cum ante concluſionem non dicatur notoriè conſta-
46 re,licet ex actis ita conſtaret.Pute.deciſ.281.libr. 2. Quæ autem de concluſione requiſita dicta ſunt,ceſſarent in ea probatione, quæ oriretur ex propria confeſſione,ex ſe paritura notorietatem ante aliquam concluſionem,vt per Alex.in d.§.nihil commune.Bartol.in l.1.verſi.rem manifeſtam.ff.de ope. no. nunci. Fely.in d.cap.ſignifi.nume.3.Ex quo ſi confeſſus dominium rei communis pro indiuiſo,de ſpolio egerit contra prætenſum ſocium,in totum ſuccumbat obiecta ei dominij exceptione, cū ex eius confeſſione, reus præſumeretur inſolidum dominus, niſi communio probaretur.Paul.conſi.110.nume.2.lib.2.Quæ tamen probatio dominij ex confeſſione deducta non obſtaret niſi vndique concluderet.Archid.in cap.1.nume.14. quæſtio.1.
42 Aegid.deciſ.691.fallen.5.Mohed.deciſ.7.37.† Cuius generis ꝓbationes dominij,ſi poſt ſuſpenſum petitorium, & obiectionē in actis factam reciperētur,fruſtratoriæ ſint futuræ, quo ad impediendum reſtitutionem ſpolij, tanquam receptæ coram iudice, qui careret iuriſdictione ſuper petitorio poſt eius ſuſpenſionem,quæ habeat vim ſuſpēſiuam iuriſdictionis,Rota in no. deciſ.393.col.3.& 437.in fi.Aegid.deciſ.36. in fi.& deciſ.98. Et
43 latius dixi in libellis ſpolij.† Propterea q; in cauſa Caſtella.parochialis, de qua meminit Veſtan. deciſ.61. nihil profuit familiaritas probata poſt ſuſpenſionem petitorij velut id ſuſpenſum percutiens. Nec pariter in cauſa Toletana parochialis fuit poſt ſuſpenſionem petitorij recepta probatio veri valoris (de cuius non expreſſione fuiſſet obiectum) reſeruata eius cognitione in iudicio petitorio poſt completam cauſam ſpolij. Vnde tollitur omnis effectus ſuſpenſionis,vt per Veſtan.deciſ.185. licet Ripa in tract.de reſcrip.c.fi.reſponſo 35.dixerit, obiectum falſi valoris reddere titulum incoloratum, vt de eius veritate in iudicio ſpolij cognoſci oporteat, de quo inferius dicam. Quam regulā excluſiuam exceptionis dominij, non habere locum ſi id fuiſſet præſcriptione quæſitum,dixit Balb.in tract.de præſcri.4.par. 4.par. q.24. num.3. de quo latius ſit differendum inter proprias exceptiones præſcriptionis.

44 †Eamq; dominij exceptionem dixit Spec. de petito. & poſſ. § fi.num.20.eſſe recipiendam, ſi obiecta ſit per poſſeſſorem & dominium, ad quem res propria ſine aliquo vitio violētiæ deueniſſet etiam per manus malæ fidei poſſeſſoris, aſſerens illum non poſſe dici ſpoliatorem,qui rem propriam è manibus alterius recepiſſet:neq; etiam ſucceſſorem in vitium, ſed rei ꝓpriæ recuperatorem,cum quo videretur ſentire Bal.in l.2.in fi. C.de ſer.fug.& Lapus alleg.301.cuius tamen contrarium verum eſſe dicit idem Bal.in l.inciuilem. C.de furt.Anto.in c paſtoralis.de cau.poſſ.& proprie. Corſet.in 43.limit.ſpoli. & eſt communis, cum ex hoc canone reintegranda. agatur contra quēlibet poſſidentem probato primo extremo,nulla habita ratione, an ipſe poſſidens fuerit ſpoliator,vt proprio loco dixi.

45 †Dixerunt quidam hanc dominij exceptionem generaliter obeſſe in hoc iudicio, quotiēs fuiſſet dominium ſpolianti quæſitum facto ſeu negligentia ipſius agentis de ſpolio,vt Bal.in c. in literis.de reſtitu.ſpoli.Anto.in c.ſollicitè.eo.tit. Alex.in l.naturaliter.§.nihil commune. num.26. Soz.in l.rem quæ nobis.q. 2.de acqui.poſſ.Corſet.31.limit.ſpol.freti ea poriſſimum ratione, ꝙ videretur proprio facto ſibimet præcluſiſſe viam poſſeſſorij,contenti ſub ventre dominij per eum tacitè renunciati,& in alium tranſlati. Quæ quidem cōcluſio quamuis ſpecificè in pluribus verificari poſſit, non tamen generaliter ſit vera, cum nec generaliter excludatur iudicium ſpolij ex propria renūciatione,ſi ante eam fuiſſet commiſſum ſpolium, ex quo ea renūciatio recipiat contra ſe ex præcedenti ſpolio eam iuris pſumptionem,ꝙ non fuerit ſpōtanea d.c. ſollicitè. & dicam in propria exceptione renunciationis. Tunc demum cōcluſio ſupradicta verificaretur, ſi appareret de renunciatione facta procul ab omni metu & ſuſpicione fraudis,vt ibidem not. Docto. Minus & generalitas pdictæ concluſionis recipienda eſſet in qualibet negligentia,cum nec ſemper præſcriptio ortum habēs ex negligentia hoc iudicium excludat,vt inferius dicetur:ſed talis concluſio ſit ſanè intelligenda in eiſdem terminis, in quibus loquitur hic canon c.reintegranda. ſuperius recitatis, ac deductis per Pariſ.conſi.j.num.171.lib.1.

Eandemq; dominij exceptionem alij plerique dixerunt recipiendam,ſi ageretur de ſpolio clandeſtino,ex l.ſi de eo.§.fin.ff. de acquir.poſſ.ad id notata per Bal.in l.Titia.nu.6. C.eo titu.& in l.ſi quis emptionis.§.ſed hæc.C.de prēſcrip.trigin.ann.& per Dy.in regu.qui ad agendum.col.2.Corſet.in 29.limi.ſpo cuius contrarium comprobat Alex.in d.§.nihil commune.num.17. alio ſenſu dato ad §.fi.vt ibi per eum, dicētem ſatis eſſe, quoad victoriam iudicij ſpoliatiui,extrema deduxiſſe & probaſſe, ſine alia inquiſitione cauſę,aut qualitatis ſecundi extremi.In eoque futuram inanem probationē vitioſæ poſſeſſionis, velut in quo non requiratur vitium;ſed tantum poſſeſſio, quæcunq; ſit, vt eſt communis relata per Abb.in c.cum ad ſedem. nu.26.de reſtit.ſpo.& per Corſet.in addi.poſt eum,& latè Soz.in l.rem quæ nobis.q.4.num.7.in fi.

46 †Eſſet pariter recipiēda hæc exceptio dominij in ſpoliatiuo iudicio incorporalium, in quibus petitorij cognitio compatitur cum poſſeſſorio,vt inquit Barto.in l.naturaliter. §.nihil cōmune.num.18.Ibi Iaſ.num.152. Bald.in l.incerti.nume.8. C.de interdict.& in l.j.num.31.C.de ſeruitu.Parij.conſi.54.lib.4.Eandemque exceptionem recipi,dicit Afflic.deciſ.7.num.3.in ſpolio iniquo iudicis,quod ex notoria iniuſtitia reuocetur,de quo ſuo loco dicam: Nec ſit prætereunda notabilis concluſio Bal. in l.ſi quis.§.& ſi quis.C.de præſcrip.30.ann. dum dicit hanc exceptionem dñij (licet incontinenti probandi) minimè obeſſe

cuiquam

Source : BIU Cujas

cuiquam eiecto per iudicem ratione contumaciæ, poſt contumaciam delatam, vt ibidem per eum, & in alijs pleriſque caſibus hæc dominij exceptio reciperetur, latè recitatis per Soz.in eius regu.96.quos tranſcribere nolui. Bene tamẽ proderit proprium dominium agenti de ſpolio, qui concurrat agẽdo cum alio non domino: In quo concurſu dominus eſſet præferẽdus, vt per Specu.de petito.& poſſ.§.fi.verſi.20.

47 †Cui quidem exceptioni proprij dominij, videtur eſſe ꝓxima exceptio bonæ fidei cum titulo, ex quo pleriq; ſint qui exiſtiment excludi huius canonis remedium, vt Alex.cõſi.76.nu. 5.lib.2.& conſi.94.num.15.lib.5. Soz.conſi.166.nu.15.lib.2. Pariſ.conſi.j.num.166.lib.j. quod tamen dicant tunc verum eſſe, ſi excipiens cauſam habuiſſet à iuſto poſſeſſore, ac res careret violentiæ & furtiuitatis vitio. Verum idem Alexã.in conſil.92. col.2.verſi.inſuper.lib.5.contrarium cõcludit, vnà cum Rom. in l.rem quæ nobis.num.9. ff.de acqui.poſſ. qui partem negatiuam cenſuit veriorem, & Rui.conſi.46.num.6.lib.5.Deci.cõſi. 57.num.5.Caſſad.de reſtit.ſpol.deciſ.7.in princ.Simo.deciſ.4.& 30.niſi in tit.eſſet decretum irritans. Poſſet tamen titulus in eo caſu prodeſſe,ſi tam agẽs,quàm reus probaret ſe poſſediſſe, ſed alter cum titulo,alter ſine eo,in quo titularis præferretur carẽti titulo,qui præſumeretur iure familiaritatis poſſediſſe, vt per Pau.de Caſt.in l.qui iure. ff.de acqui.poſſ.qui ab omnibus comprobatur,vt per Veſtan.deciſ.214.in fi.

48 His coniuncta eſt † exceptio, non iuris ipſius agentis de ſpolio, quæ interdum proueniat ex defectu perſonæ inhabilis ad poſſidendum,de quo mox dixi:interdũ verò proueniat ex negligentia illius qui paſſus fuerit ſuper eo iure diſcuti ac ſine cõtradictione palam conſtare in actis, ex quo iam receptæ & cõcludentes probationes, euidentem defectum iuris operentur. Aegid.deciſ.36.Fran.in c.ad decimas. col.fi.de reſtitu.ſpol.in 6. Iaſ.in l.j.num.8.ff.de no.ope. nunci. Idem dicentes ſi de eodem non iure conſtaret ex indubia partis confeſſione, ex qua deduceretur notorium non ius,vt dicunt Pute.deciſ.24. de reſti.ſpo. Mohed.deciſ.184. Ideoq; execrabilitas ex confeſſione deducta noceat ſpoliato agenti, vt idem Pute.deciſ.32.eo.tit. ac pariter confeſſus illegitimitatem,nõ reſtitueretur ad beneficium, niſi dixiſſet etiam ſecum diſpenſatum. Pute.deciſ.20 eo.tit.Mohed. deciſ.140.ſecus ſi eſſet ambigua,licet iurata,de quo exemplum ponit Veſta.in deciſ. 166. in eo qui fuiſſet confeſſus ſe priuatũ ob non ſolutionem pẽſionis, ſeque paratum ſoluere facto calculo,& deductis expenſis, vt ibi per eum, cum nec ex ancipiti confeſſione probaretur primum extremum, vt per Mohe.deciſ.37. Pariter & non iuris notorietas deduceretur ex ſentẽtia, ac ex decreto ſuper certo beneficio,ſeu corpore iuris clauſo,vt ait Mohe.deciſ.184.& Pute.d.deciſ.24.Verum ſi aliunde quàm ex actis, vel confeſſione allegaretur notorietas non iuris egens aliqua extrinſeca probatione,nihil obeſſet ſpolio prophano,in quo etiam prædo reſtituatur.Inno.in c.conſtitutus.de fil.pſby. cuius dicta ita fuerunt moderata in Rota,vt refert Sarnen.in regu.de non iudi.q.5. in fi. vt in beneficialibus aliud eſſet futurũ, velut in quibus non poſſit ſine animæ detrimẽto retineri poſſeſſio,non ſaltim iuris colore munita,vt ibidem dicunt Docto. & eſt communis relata per Anto.in c.bonæ.de appell & ꝑ Caſſad.deciſ.3.num.5.de reſtitu.ſpolia.Cum (vt aliàs dixi)exceptio ſubreptionis gratiæ beneficialis,tanquam cuiuſque iuris perẽptoria obſtet in ſpolio,vt per Aegid.deciſ.491. Vnde ſi conſtet de eo agentem impetraſſe beneficium curatum,nulla facta mẽtione eius qualitatis in qua ſe fundet ſpoliatus,vtiq; ſuccumbet ratione iuris per ſe iam amiſſi ea taciturnitate. Fely. in c. in noſtra.num.20 de reſcript.cuius non iuris obiectio eſſet obfutura etiam ſpolio attentato, vt inquit Fely. in c.ad petitionem.in 4. declaratione.de accu.licet in eo iudex poſſet ex ſeipſo,ratione contemptus,poſſeſſionem reſtituere, vt ibi Fely.allegans deciſ. 14.in no.cum qua concordant deciſ.55.348.412. in no. & 505. in antiq.Caſſad.de reſtitu.ſpoli.deciſ.3.num.4.Verum hæc non iuris exceptio non eſſet ei profutura,qui de iure tertij, nõ de ꝑprio docuiſſet. glo.in c.ad decimas. de reſtit.ſpolia.in 6.Fely.in d.c.ad petitionem.num.7.verſi.3. nec exceptio notorij nõ iuris ſpoliati obeſſet,ſi eo iure eſſet priuandus, ſed nõdum priuatus, vt ibi per Fely.verſ.& in hoc.licet notorium ius ſpoliantis ei ꝑdeſſet,quamuis de proximo eſſet ex aliqua cauſa eo iure priuãdus,vt dicit idem Fely.Ac inſuper iuris reſiſtentia cum prẽſumptione contraria, hanc reſtitutionem impediat ſecundum Oldra.conſi.274.In quo attendi debeat,ꝙ dicta exceptio defectus iuris non poteſt cõtra eum obijciꝫ, qui docuerit ſe poſſidere ex præſcriptione,quæ licet non tribuat dominium niſi in vim exceptionis:non tamen is qui ſit poſt talem prẽſcriptionem ſpoliatus,excluderetur à proſecutione iudicij ſpoliatiui ſecundum Balb.de præſcrip.2.par.3.par.q.6.num.7.

49 †In cunctis verò ſpeciebus in quibus non obeſt iudicio ſpolij exceptio iuris ſpoliantis,vel non iuris agentis, nec æquè obſtet iuris regul.dolo facis petere. de qua in l.dolo. C.de doli exceptio.& in c.dolo.de regul.iur.in 6.Cum nec ea obſtante,ſit in primis poſſeſſio reſtituenda.Bart.in l.naturaliter. §. nihil commune.ff.de acquiren.poſſeſ.& in l.meminerint.num.2.C.vnde vi.in l.ſi quis conductionis num.2. C.loc. Aegid.deciſ.36. & eſt communis cum Barto. vt dicunt Abb.in c. in literis.num.7. de reſtitu. ſpolia. Iaſ. in l.2. in princip. C. de edict.diui Adria. Soz. in l.rem quæ nobis. quæſt.9. Ripa in c.cum eccleſia.nume.5 de cau. poſſeſ. Vt nec eius regulæ exceptio proſit excipienti, licet omnino res eſſet ei reſtituenda certo tempore à iure præfinito, vt per Roma.in l.ſi donatarius.§.j.nume.5. ff.de condict. ob cau.Et minus ea regul.prodeſſet, quotiens aliqua lege aut conſtitutione expreſsè caueretur, illico fiẽdam eſſe reſtitutionem, vel id fieri mandaretur virtute capitulorum pacis, de quo per Afflict.deciſ.403.num.19.

50 †Ex his tamen exceptionibus, quæ contra agẽtem de ſpolio recipiuntur, nulla ſit,quæ proprius accedat ad eius excluſionẽ, quàm quæ obijciꝫ ex defectu primi extremi,ex qua prorſus tollitur omne fundamentum ſpolij: quod quidem dici nequeat, non præuia poſſeſſione. Propterea q; omnes exceptiones quæ poſſunt elidere poſſeſſionem priſtinam agentis de ſpolio,in eo iudicio recipiantur, vt per Abb.in c.in literis. de reſtitu.ſpolia. Pute.eo,tit.deciſ.9.Soz.in l.rem quæ nobis.quæſt.9.ff.de acquir. poſſeſ.quæ tamen exceptiones tendentes ad eneruandum primum extremum, eadem exacta probatione indigeant, qua diximus egere idem primum extremum. Ideoq; inter dominos de Rota fuit deciſum, non ſufficere ad probandam hanc exceptionem alterius poſſeſſionem inſtrumentalem probari,vt dicit Creſcẽ. deciſ.298. ſicuti nec ita probari primum extremum iam dixi lib.2. Nam cum eodem iure cenſeantur actio & exceptio, vtraque etiam in ſuo genere pariter ſit probanda. Indeq; ſit, quòd cum in beneficiali ſpolio ſit magis deducẽda & iuſtificanda actio,velut egens iuſtificatione tituli,ſit & æquè magis iuſtificanda exceptio, vt inquit Fely. in c.ad petitionem.nu.7. verſi.2.declara.de accuſa.Probabitur igitur exceptio primi extremi excluſiua,ſi concluſiuè probetur alterius poſſeſſio eiuſdẽ temporis, cum duo inſolidum poſſidere nequeant, vt dictum in cauſa Imol.ſpolij.1542. refert Mohed. deciſ.198. æquè probaretur defectus primi extremi, ex precaria cõceſſione,aut inquilinatus,ſeu colonatus,quibus probatis omne ſpolium elideretur.c.olim.il 1. de reſtitu.ſpolia.c.cognouimus.10. quæſtio.3. Specu.de petito.& poſſeſ.§.fi.verſi.17.& ſeq. Idemque futurum in poſſeſſione iure familiaritatis obtenta, quæ vim precarij obtineat. l. qui iure. ff. de acquir. poſſeſ. quod ex varijs coniecturis proximis proueniat, de quibus per Doct. in d.l.qui iure.& Soz. conſi.131.lib.j. Nam & iure familiaritatis præſumatur poſſidere,qui non habens titulum ageret contra titularem,vt per Pau. de Caſtr. & Alex.in d.l.qui iure.omnes tamen coniecturæ prædictæ ceſſarent in eo qui haberet aliam cauſam poſſidendi, vt

51 inquit Mohed.deciſ.302. † Eiuſdemq; primi extremi pateretur defectum qui lite pendente nactus fuerit poſſeſſionem, qui ſi ea ſpolietur, fruſtra ſit acturus de ſpolio, propter initiũ poſſeſſionis ab ea litis pendentia impeditum ex c.2. vt lit. pendẽ. Rota in no.deciſ.16.& in antiq.429. repetita per Biſign.in deciſ.4. de reſtit.ſpol.Caſſad.de cauſ.poſſeſ.deciſ.fi.num.2. & de reſtitu. ſpolia.deciſ.3.in fi.Sarnen.de trien. q.27. num.4. In quo tamen opus ſit legitima litis pendentia,vt per Afflict.deciſ.85. num.3. Ripa lib.j.reſponſo.c.5. cum non vniformiter dicatur pendere lis quo ad reum, & quo ad actorẽ, quorum ſit diuerſa ratio. Nã in actore lis introducta cẽſebitur, ſtatim ac obtinuerit cauſam committi cum decreto citationis, quod operaretur etiam reuocationem attentatorum.Felyn. in c. ſuper literis.num.31.de reſcript.Roma.conſil.330.num.3.Aegid.deciſ.380.& 545.in fi. Rota in no.deciſ.75. & 402. Afflict. deciſ. 366. in fin. Caſſad. deciſ.1.nu.4.vt lite pend.& in regul.deciſ.6.in princi.Sarnen.de ſubrogan. q.48.num.3. & in regul. de trien. quæſt.56. nume.5. & quæſtio. 61. nume. 19. & in compendio ſignat. nume. 64. Staphil.de litte.Apoſto.fol.144.colum.j.Milis verb.litis pendẽtia.niſi eſſet actor,qui commiſiſſet cauſam pro ſuo intereſſe,& nondum fuiſſet admiſſus;in quem caſum non diceretur adhuc

52 litis pendentia quo ad eum, vt per Creſcen. deciſ.68. † In reo autem non cenſeretur pendere lis ante citationem cõtra eum legitimè executam. Rota in no. deciſ.279. Caſſad. d.deciſ.1. nu. 4.vt lite pendẽ. Aegid.d.deciſ.545. Nec etiam executa citatione lis diceretur pendere, niſi citatio induceret ſpecificam litis cognitionem, vt ait Lapus allega.89.& Rota in no.deciſ.469. nec quidem eius notitiæ confeſſio probaret litis pendentiam, niſi conſtaret aliũde veram notitiam ad eum deueniſſe, vti refert Sarnen.in regul.de trienna. quæſt.55. Et multo minus cenſeretur oriri notitia ad hunc effectum ex tacita procuratoris confeſſione.Idem Sarnen.in regul.de anna.quæſt.48. Verum ſi poſt cauſam commiſſam,citationemque decretam, reus fuerit litem confeſſus, diceretur cum eo velut ex veris præambulis, lis pendere etiam ante citationem contra eum executam. Creſcen.deciſ.124. Idemque, ſi poſt ſpecificè conſtitutum à ſe procuratorem, confeſſus fuerit ſe citatum, quamuis de citationis executione in actis non conſtaret: ſed tantum de præſentatione commiſſionis,vt ibidem per Creſcen. ſed nulla litis pẽdentia

Source : BIU Cujas

tia induceretur per monitorium Auditoris Cameræ de nō molestando, quo neglecto qui contrafaceret, nec diceretur attentare, vt inquit Pute. in decis. 17. de restit. spol. Neq; ex aliqua litis pendentia, impediretur Papa alium subrogare sine vitio spolij ac attentatorum, vt per Aegid. decis. 749.

53 † Necnon eius primi extremi defectus oriretur contra agētem de spolio, cui fuisset tributa possessio sub vera conditione suspēsiua, & ita per eum recepta, qua nondum purificata, nulla possessio diceretur ei quæsita, sed in suspenso, nec nulla præuia vera possessione posset deduci spolium. c. olim. il j. de restit. spo. l. qui absenti. §. j. ff. de acquir. poss. Specul. de possesso. & peti. §. fi. versi. 16. Corset. in 29. limit. spoli. Indeq; diffinitum in Rota in causa Militen. præcedētiæ. 12. Octobris 1543. quòd tributa possessio sine præiudicio iurium, & sic conditionaliter iux. l. testamento. §. j. ff. de manu. testa. Non noceat quamuis postea fieret contrarius actus tacente parte, quæ non censeretur ex taciturnitate recessisse à prima protestatione facta in ipso actu partib. expresè consentiētibus, vt per Pute. decis. 33. lib. 2. & dicit Alexan. consi. 27. colū. j. num. 3. lib. 3. Non tamen idem futurum in adiecta conditione resolutiua, quæ nihil suspendit, sed resoluit in aliquem euentum. l. 2. ff. de in diem adiec. de qua latè Paris. consi. 5. nu. 12. & seq. lib. 4. Idemq; eueniat in ea conditione, quę tacitè insit, nec expressa quicquā suspendet. l. conditiones, quæ extrinsecus. ff. de condit. & demon. Abb. in c. fi. num. 16. de præsumpt. vbi Fely. num. 26. & in c. 2. num. 6. de rescrip. Deci. cōs. 5. num. 4. Staphi. de litt. Apost. fol. 114. col. j. quæ conditiones cum non impediant quæri possessionem, neq; etiam impedire possint, quin de ea possit spolium committi, & per consequēs restitutionem deberi, vt inquit Bisign. decis. 9. in fi. de cōcess. præben. Neq; tantum ex deductione non possessionis adimantur vires primi extremi, verū & ex probatione possessionis ipsius agentis, qui fortè iuris ignorantia ductus crederet se non possidere, vt si fuisset eius possessio de mandato iudicis sequestrata, ex quo nō alteretur possessio, nec per consequēs agere posset de spolio velut adhuc possidēs, vt fuit dictum per dominos de Rota in moniali sequestrata, de quo per Mohed. decis. 198. Nec iure visitandi diceretur spoliatus episcopus, licet probaretur eius vicarium fecisse actus possessorios visitationis, vt per
54 eundē Mohed. decis. 257. † vt nimirum sit, si exceptio defectus primi extremi excludat agentem de spolio, cuius radix debilitetur ex defectu præuiæ possessionis agentis. Abb. in c. sollicitè. num. 5. de restitu. spol. Ideoq; cōtra prælatum agentem de spolio decimarum (quas etiam probasset continuo decennio per se exactas) possit obijci p alios æquè religiosos, ac probari diuturna eorum quasi possessio continuata annis triginta, vnde p̄cideretur agentis probatio ex vberiori contraria probatione. Abb. in c. j. col. fi. vers. oppono vlterius. de resti. spo. Fely. in c. exceptionem. nu. 29. de except. Rota in no. decis. 259. In quo nec ipsi reo excipienti obesset ea iuris resistētia, q̄ non esset diœcesanus, quæ licet obsit agenti de spolio decimarum, non aliūde iustificata eius possessione cum aliquo colore tituli: non tamē idem operaretur in reo, qui eam in vim exceptionis deductā, ad defensam propriæ possessionis probauerit, non ad quicquā de nouo quærendum, sed ad excludendum fundamentum agentis ex diutina continuatione propriæ possessionis, quæ etiā careret omni vitio spolij, licet fuisset lite pendente continuata. c. olim. c. cum venissent. de restitutio. spolia. Rota d. decisio. 259. in fi ad id notata per Deci. consil. 460. num. 20. & latius dictum in causa Conchen. decim.

55 † Aequè oberit defectus primi extremi agenti spolio, si dum possideret, eandem rem sciens ab alio conduxerit, ex quo cum semetipsum censeretur possessione priuasse, nec iudicio spolij iuuari posset, si inde deijceretur, vt est communis relata p Ale. in l. si rem aliquam. num. 34. ff. de acqui. poss. & in l. rem quę nobis. col. 5. versi. his tamen. eo. tit. Bal. in l. qui rem. 2. lectu. in fi. C. loca. Roma. in d. l. si rem. in fi. & consi. 350. ver. quo præsuppositio. Deci. in regul. neq; pignus. num. 4. Sarnen. in regu. de trienn.
56 q. 5. num. 14. † Isque defectus noceat agenti de spolio, ad solitā pensionis perceptionem (iuxta termi. c. querelam. de electio.) qui in probanda quasi possessione docuisset pensionem fuisse per alium solutam velut procuratorem; de cuius tamen mandato nihil constaret, quo deficiente non potuerit per eius solutionem inferri alteri præiudicium. nisi etiam constaret, eo sciēte & patiente fuisse factam solutionem. Abb. consi. 23. lib. 2. Gigas in tract. pensi. q. 48. num. 2. seu aliàs probaretur fuisse eandē pensionem interdum ab ipsomet principali persolutam, vt dicunt Cassad. de procur. decis. 3. nu. 4. Fely. in c. sicut. nu. 39. versi. limita quinto. de re iudi. Soz. consi. 46. num. 3. lib. 3. Deci. consi. 36. nu. 6. & seq. vt & si per principalem fuisset soluta pensio, nihilominus si pensionarius ageret de spolio virtute suæ quasi possessionis exigendi probata solutione ei pluries facta, id eius primum extremum adimeretur, si reus probaret se metu cēsurarum soluisse virtute clausulæ, sine retardatione. ca. olim. il 2. vbi Docto. de restitu. spolia. atque ita decisum in causa Ispalen. pensio. 27. Maij 1547. tradit Pute. decis. 278. lib. 2. Repelleretur pariter agens spolio ex eodem defectu primi extremi, si ab initio possessionem eius rei accepisset, quę ab alio possideretur, eo non deiecto, cum ante deiectionem possidētis dici non posset verus possessor, vt per Mohed. decis. 238.

Isdemq; defectus primi extremi oriretur contra agētem de spolio beneficiali ex regula octo mensium, quæ inclusa clausula decreti, inficit quamlibet possessionē ordinaria auctoritate tributam, vti decisum referunt Cassad. decis. j. de resti. spol. Mohed. decis. 241. Nec secus futurum in prouisione facta cōtra dispositionem c. 2. vt lit pendē. in 6. eadem ratione decreti, quod reddit inanem possessionem subsecutam. Rota in antiq. decis. 429. repetita per Bisign. decis. 4. de restitu. spolia. Cassad. de caus. pos. & propri. decis. fin. nu. 3. Sarnen. in reg. de trienn. q. 27. nu. 4. Eiusdemq; primi extremi effectus prorsus cessaret in possessione ecclesiæ, cum clauibus tantum ab eo tributa, qui eius possessionis tradēdæ nullam haberet facultatem: Idq; præsertim si in eo intercessisset auctoritas manus Regiæ, quæ ex se iustum metum præ se ferat. Oldra. consil. 209. Fely. in c. postulasti. nu. 73. de rescript. Ac æquè elideretur probatio primi extremi, si contra agentem de spolio obijceretur, & probaretur illum non fuisse verum possessorem: sed tantum fuisse in possessione, quę plurimum de iure inter se distant, vt palam est ex l. si quis ante. ff. de acqui. poss. quod eo prę cipuè verum esset, si aliquod ius resisteret probationi possessionis, seu nullo coadiuuaretur iuris fomēto, vel adminiculo, de quo gl. in verb. præsumantur. in c. ad decimas. de rest. spo. Nam ius diceretur resistere filiofamilias agēti de spolio profano, qui regulariter non sibi, sed patri possessionem quærat. l. j. §. item acquirimus. ff. de acqui. poss. Deficeret pariter in probatione primi extremi, qui agens de spolio, tantum probasset se hæredem possidentis, vnde nulla concluderetur eius possessio, nec per consequens spolium. l. cum hæredes. ff. de acq. poss. Bald. in l. j. in fi. C. de appell. & latius supra dictum in materia probatoria. † Primi extremi defectus etiam appareret, si agenti de spolio canonicatus, non fuisset capitulariter tributa eius possessio, vnde virtus possessionis deficiat. Rota ī no. decis. 275. Cassad. de resti. spolia. decis. 8. & de iure patro. deci. 5. num. 3. nisi de contraria cōsuetudine plenè fuerit doctum, vel ita receptus, canonicales actus congruos tantū canonicis exercuerit, vt ibidem dicit Cassad. qua consuetudine probata corā Vesta. in quadam causa Colubrien. canon. fuit eidem commissum per reliquos dominos, vt pronunciaret super spolio, tanq̄ rectè probato primo extremo, præuia tamē aliquali cognitione boni iuris actoris, aut non iuris ipsius rei possidentis, vt ijsdē Vesta. refert decis. 3. & 16. in fi. Nec secus euenturum si per literas Apostolicas mandetur executori, vt quemquam in canonicum recipi faciat, quo casu posset ea possessio canonicalis tradi per singulos de capitulo etiam non capitulariter congregatos. Staphil. de litt. Apost. fol. 17. col. j. Idemq; si sola executio mādaretur canonicis per superiorem, vt tradit Fely. in c. cum oēs. nu. 44. versi. secunda declaratio. de consti. & in c. eam. vers. actus de rescrip. in c. irrefragabili. num. 3. de offi. ord. Cassad. decis. 8. de cau. possess. & propr. Nec tamen conuentus capitularis requireretur in cæteris beneficijs ad effectū primi extremi & veræ possessionis quærendæ, vt per Vesta. decis. 137. Nihil tamen lęderet probationem primi extremi ea iuris præsumptio, de qua in l. quintus. ff. de dona. inter vir. & vxo. quæ minimè respiciat possessorium; sed petitorium tantum, vt per Bal. in l. vxorem. C. de condi. inser. Soz. consi. 131. nu. 6. lib. j.

Secundi verò extremi defectus frustra obijcerētur per reum conuentum de spolio, si diceret non probatam eius possessionē, ex quo negaret se possidere, cum possit semetipsum eximere ab eo iudicio ac molestia per litis cessionem, cum aliàs ex sola subsistentatione litis diceretur fateri se possessorem, & sic veritatē secundi extremi, vt plenè diximus 2. lib. inter probationes.

58 Obiecta exceptio † contrarietatis libelli est recipiēda in hoc iudicio, si agens de spolio narraret in sua petitione seu cōmissione, se & olim, & nunc possidere, vnde concluderet contrarium eius spolij de quo agit, quod non verificetur in eo q̄ possideat, vt ait Corn. consi. 227. litt. A. lib. j. Ac æquè diceretur agēs de spolio contraria deducere, si id intentaret ex persona sui auctoris defuncti, narrādo illum vsq; ad obitum possedisse, vnde inferretur non spoliato illius, qui vsq; ad obitum possederit, vt per eundem Corn. consi. 18. litt. C. lib. j. Idemque si spolio agens peteret in integrum restitutionem aduersus venditionem per se factam rei de qua agitur de spolio, quæ sint inuicem contraria, vt per Aegid. decis. 494. Rota in no. decis. 116. vbi dicit̄ idem fore si peteretur rescissio dicti cōtractus virtute l. 2. C. de rescinden. vendi. Ex quibus contrarietatibus libellus redderetur inanis, & agens velut sibimet contrarius reijceretur. Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 178. ff. de acquiren. poss. Signoro. consi. 75. in prin. Soz. consi. 122. in princ. lib. 4. Neque in eo esset profutura solita clausula libelli, petens sibi ius & iustitiam ministrari, ex qua quidem non possit mederi contrarietati eiusdem libelli, vt ibidem Ripa nu. 179. & Alex. nu. 44. & superius dixi in materia libelli.

Et hæc

Et hæc de exceptionibus contra primum extremum profani ſpolij dicta ſint, vt tranſeamus ad obiectiones in ſpolio beneficiali, contra eius primum extremum exactius probandum
59 cum colore tituli, vt dixi. Adeo vt in beneficiali, hoc †primum extremum nedum poteſt oppugnari ex defectu veræ poſſeſſionis, ſicuti in profanis, verum etiam ex diſcolore tituli, quo quidem ſublato, primum extremum prorſus euaneſceret, etiã plenè probata poſſeſſione. Qui diſcolor in vim exceptionis, quo ad rem noſtrã attinet, multipliciter deduci poſſit, & in primis per obiectum execrabilitatis, ſi ſpolium ſucceſſiſſet poſt tẽpus præfinitum in extrauagan. execrabilis. Quo tempore lapſo, ſubintret reſeruatio inficiens titulum & poſſeſſionem. Rom. cõſi. 499. verſi. 3. Rota deciſ. 16. in addi. in no. ante quod tempus elapſum ſpoliatus, ſicut non poſſet dici execrabilis, ita nec pariter ei decretum obeſſet, vt dicit Aene. de Falco. in tracta. reſerua. quæſt. 4. effect. 41. Nec tamen ea execrabilitas ſemper eundem effectum operaretur ad excluſionem ſpolij, ſed ita demum ſi de ea notoriè conſtaret ex confeſſione, licet extraiudiciali, ſiue ex actis, ante ſuſpenſionem petitorij, vt dicit Pute. de reſtit. ſpolia. deciſ. 133. 132. & de confeſ. deciſ. 4. aliàs 78. lib. 2. & Creſcẽ. deciſ. 221. Ioan. Baptiſt. Rot. deciſ. 111. vel ſi ſpoliatus fuerit paſſus ſine contradictione ſuper ea exceptione diſcuti & plenè probari. c. j. de reſtitu. ſpolia. Fran. in c. fi. in fin. cod. titu. in 6. cum ab initio licuiſſet impedire cognitionem eius exceptionis cum reiectione articulorum, petendo illos non admitti ſicuti poteſt de iure peti, vt dixerunt prædicti domini. Idemque licuiſſet cũ
60 †ſola allegatione diſpenſationis, cuius cognitio reijceretur ad iudicium petitorium latiorem cognitionem expoſcens, cũ nõ ſtatim ac conſtet de poſſeſſione beneficiorum incompatibiliũ, concludatur execrabilitas, cuius diſpenſatio probari poſſet in iudicio petitorio, vt deciſum refert Pute. in cauſa Colubriẽ. de reſtitut. ſpolia. deciſ. 3. & Ioan. Paul. deciſ. 110. quod comprobat Sarnen. in regul. de trienna. quæſt. 10. nu. 12. vbi præceſſiſſet diuturna poſſeſſio beneficij: de quo tamen Caſſad. in deciſ. 4. nu. 3. de ſequeſtra. poſſeſ. & in deciſ. 7. colum. 4. in regul. dicit vſque ad eius tempora id fuiſſe diuerſimodè diſcuſſum, ac deciſum, ſecundum varias Docto. opin. cum in deciſ. 16. in no. in poſtrema addit. dicatur execrabilitatem cenſeri quandam ſentẽtiam iuris ad inſtar ſententiæ hominis: nec Roma. d. conſil. 499. hoc approbet, vt allegatio ſolius diſpenſationis operetur effectum euitandi execrabilitatem, ac Ioan. Andr. poſt Specul. in rubric. de reſtitutio. ſpolia. ſentiat, nihil operari allegationem diſpenſationis obiecta illegitimitate perſonæ, niſi etiam ſubſecuta concludenti probatione ipſius diſpenſationis. Nihilominus domini de Rota demum ex odio ſpolij contrarium comprobarunt, vt refert Pute. deciſ. 67. 92. libr. 1. & Ioan. Paul. in d. deciſ. 110. attenta tantum poſſibilitate eius diſpenſationis allegatæ, iuxta c. licet epiſcopus. in fi. de præben. in 6. cuius diſpoſitio ſibi etiam locum vendicet quotiens dubitetur de iure aliunde poſſibili, vt ibi dicitur: Nec propterea idẽ euenturum, ſi de non iure notoriè conſtaret, vel per confeſſionem, vt i dicunt Archi. in c. ordinarij. num. 3. de offic. ordi. in 6. Biſign. de appel. deciſ. 4. in fin. Mohed. deciſ. 158.

61 †Ad inſtar execrabilis, decolorabitur titulus per obiectum, & probationem non veri valoris expreſſi in gratia: Indeq; impediretur beneficialis ſpolij reſtitutio, cum valore mendaciter expreſſo (qui ſit pars gratiæ) remaneat ipſa gratia ex ſubreptione vitioſa. Biſign. deciſ. 6. colum. 2. de prẽben. Caſſad. in regu. deciſ. 20. num. 2. Fely. in c. ad aures. nume. 13. de reſcrip. Rebuff. de anna. verſic. notandum. nec poſſeſſio recepta virtute eius gratiæ vitioſæ, ſit reſtituibilis. Verum hæc procedunt, ſi probationes concludentes ſuper valore reciperentur ſine aliqua obiectione, cum agens potuiſſet ab initio tales probationes impedire velut percutientes petitorium dicit Veſta. in deciſ. 285. in fin. & Pute. deciſ. 453. libr. 2. Hæc autem obiectio non veri valoris non poſſet impedire poſſeſſorium retinendæ ad incolorandum titulum, cum id poſſeſſorium ex petitorio coadiuuetur, & cum eo compatiatur, ex nota. in l. ſi de eo. in fin. ff. de acquiren. poſſeſ. & eſt communis, de qua Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 37. & 41. eod. titu. in c. paſtoralis. num. 26. de cauſ. poſſeſ. Felyn. in c. cauſam. num. 20. de probat. latè Ripa de reſcript. c. 35.

62 †Quòd ſi titulus, qui fuerit pro colorato in actis productus, ex ſui met facie appareret improbus, ne dum ſit quicquam profuturus ad colorem requiſitũ: ſed adeo omnia inficeret, vt plurimum obeſſet illum in actis deduxiſſe, cum & in attentatis, in quibus nullus color requiritur, ſi tamẽ titulus diſcoloratus deducatur, agentem excluderet, vt per Aegid. deciſ. 393. & 553. Quod quidem eueniat ſi ad effectum coloris exhiberetur ſuperioris prouiſio, cuius auctoritate eſſet poſſeſſio capta, quæ prouiſio ex ſui facie laboraret vitio intrinſeco, ac deducta ad fomẽtum tituli, contrarium effectum operaretur. Abb. in c. conſtitutus. col. fi. de elec. Aegid. deciſ. 36. & 50. Rota in no. deciſ. 393. in fi. ex ea nanq; productione velut tacita confeſſione reprobi tituli, detegeret non ius agentis, qui ſeipſum proprio ligone percuſſerit, ac propterea repellẽdus à iudicio ſpolij, vt ibidẽ Aegi. & Abb. in c. cum ſuper. nu. 3. de cau. poſſ. Caſſad. de re iud. dec. 2. nu. 4. Staphil. de litt. Apoſto. fol. 178. col. j. Veſtan. deciſ. 285. in fi. Gigas de penſio. q. 47. num. 7.

63 † Idemq; futurum ſi talis prouiſio pro colore deducta appareret facta virtute mandati de prouidendo præfiniti ad certum tempus, ex eademq; prouiſione appareret facta poſt id tps, & ſic virtute facultatis expiratæ p lapſum termini, de quo Veſtã. deciſ. 285. in fi. Mohed. deciſ. 184. Tanis deciſ. 16. qui in deciſ. 19. dicit, q; etiam producẽs nouam prouiſionem pro colore tituli, repelletur ex eadem, in qua narraretur contraria reſeruatio concludens exceptionem contra ſpolium, & mox dicam.

64 † Eademq; infectio tituli eiusq; diſcolor oriretur, ſi cõſtaret collationem fuiſſe factam excommunicato, vnde tolleretẽ ipſo iure omnis effectus collationis. Rota in antiq. deciſ. 363. de qua per Fel. in c. Apoſtolicæ. nu. 21. de excep. Pute. deciſ. 78. lib. 3. vel ex facie collationis factæ per Ordinarium virtute ſententiæ priuatoriæ, cuius proceſſus deeſſet. Sarnen. in regu. de trienn. q. 33. ſed non idem fore in ſentẽtia Pontificia, quæ non egeat aliquo proceſſu. dicit Fely. in c. 2. nu. 4. de reſcrip. & in c. in cauſis. de re iudi. Conſtaret pariter titulum allegatum carere omni iuris fomento, ſi in eo exprimeretur collatio vicarij virtute mãdati generalis, vnde eliceretur indubiũ non ius conferendi, quod non competat ſine ſpecifico mandato c. fi. de offi. vica. Aegi. deci. 50. niſi ſaltim per vnum teſtem doceretur de eius ſolito exercitio conferendi cum ſubſecuto effectu ſine aliqua controuerſia, vt ſeruari dicit Caſſad. deciſ. 3. nu. 5. de reſtit. ſpol. Ac deſuper deciſum refert Sarnen. in regu. de trien. q. 27. nu. 5. Quòd ſi id generale mandatum non fuiſſet in collatione expreſſum, in dubio præſumeretur pro eius validitate: Indeq; oriretur color tituli ex not. per Aegid. deciſ. 50. Mohed. deciſ. 39. ac per lapſum triginta annorum præſumeretur ſuperioris ordinarij ratificatio: Idem Mohe deciſ. 225. Diceretur ẽt notoriè conſtare de incolore tituli, ſi in eodem conſtaret executorẽ deſtinatum ad conferendum cum certo mandato, contuliſſe beneficiũ non ſeruata forma ſui mandati, cuius fines excedens fruſtra egiſſet. Anto. in c. in literis. in fi. de conceſ. præben. & deciſum dicit Sarnen. in
65 regu. de trienn. q. 27. in fi. vnde proueniat q; † reſignatio beneficij in manibus Apoſtolicis ad fauorem certæ perſonæ reſeruata penſione: nec aliàs aut alio modo cenſeatur infecta, ſi ſecus fieret, vt ibidem Sarnen. & Ioan. Paul. deciſ. 62. Idemque euenturum ſi pro colore deduceretur prouiſio Nuncij Apoſtolici de beneficio extra eius legationem. l. fina. ff. de iuriſdict. om. iudic. ad hoc per dominos de Rota, vt refert Fabi. deciſ. 16. niſi tamen probaretur, eam diœceſim, vbi eſt beneficium, eſſe p maiori parte intra prouinciam ipſius Nuncij, iux. not. per Barto. in l. j. §. fi. ff. de rei vendi. Abb. in c. poſtu. in fin. de priuileg. de quibus per Pute. deciſ. 16. de reſtitutio. ſpolia. dicens ita deciſum in cauſa Concordien. 1544. in Nuncio Venetiarum: Nec ſecus cõtingeret, ſi conſtaret agẽtem eſſe duplicem in eadem eccleſia, de cuius beneficij ſpolio ageretur contra decretum iuris in c. j. de conſuetu. in 6. quod omnem poſſeſſionem adimit, & ita deciſum in cauſa maiori. refert Achil. deciſ. 1. de reſtitu. ſpol. Necnon idem futurum ſi mandatum prouidendi expreſsè reſpiceret beneficia vnius diœceſis, ſeu pertinentia ad collationẽ certi nominati, ac beneficium de cuius ſpolio agitur, eſſet de alia diœceſi, aut alterius collationis, vt in cauſa Compoſt. deciſum teſtatur Creſcen. deciſ. 281. Quod tamen non procedere in mãdato prouidendi citra coadiutorias, ſi ſpoliaretur à coadiutore poſt nouam prouiſionem deſuper obtẽtam poſt mandatum prædictum, ex qua coloraretur titulus, dicit Creſcen. deciſum in cauſa Cæſaraug. deciſ. 160.

66 †Decoloraretur, & inficeretur titulus, ex lapſu tpis cõſecrãdi, iux. termi. c. cum in cunctis. de elect. ex cuius lapſu cũ ſuccedat priuatio ipſo iure, non poſſit inde prætendi color eius tituli, qui fuiſſet antea deletus, vt illius virtute qui retineret id bñficium pro intruſo eſſet reputandus, ex traditis p Hoſt. in c. niſi de renũ. Pauin. in trac. de offi. c. ſed. vac. verſ. vacare. Sarnẽ. in regu. de trien. q. 27. nu. 5. verſi. ſecundus caſus. Ac ſimiliter exoriretur diſcolor tituli in quibuſcunq; caſibus intruſionis, vti eſſet in his qui obtinuerint ab eo collationẽ, qui iam fuiſſet à iure vel ab homine priuatus iure conferendi. c. de multa. de p̃bẽ. c. licet epiſcopus. eod. tit. in 6. ac in cæteris ſpeciebus notatis per Fely. in c. in noſtra. 2. corola. de reſcri. & in c. veniens. 2. nota. de accuſ. Caſſad. de ſequeſtr. poſſ. deciſ. 4. in prin. Sarnen. d. q. 27. nu. 6. Ideoq; collatio facta per ordinarium poſt inhibitionem ſibi præſentatam per Apoſtolicum executorem, habentẽ id facultatem cum inſertione decreti, ſit penitus infecta, vt nullus tituli color inde oriri † poſſit, decreto obſtante. gl. in c. ſoli. de conceſ. præben. in 6. Abb. in c. in literis. de reſti. ſpol. Soz. in l. rẽ quæ nobis. q. 9. de acquir. poſſeſ. Caſſad. in regu. deciſ. 7. num. 3. deciſ. 1. num. 2. de reſtitu. ſpolia. Aene. de Falco in tract. reſerua. quæſt. 4. effec. 11. Staphi. de litt. Apoſto. fol. 98. colum. 2. Iſdemque defectus tituli verſetur in beneficio ordinariè collato lite pendẽte, contra cap. 2. vt lit. penden. in 6. de quo Rota in deciſ. 16. in no.

& in

& in antiq.429.Bisigne.de restit. spolia.decis.4. Cassad. de caus. possess.decis.9.num.3.& de iure patro.decis.5.in fin. Sarnen. in reg.de trienna quæstio.27.& in regul.211. nume.4. sed beneficium litigiosum in Curia si Ordinarius post vacationem contulerit,eius collatio triennio lapso colorem tribueret,vt idem Sarnen.dicit in regul.222. Eademque discoloris species oriretur in beneficio obtento viuente adhuc beneficiato..cap.j.& ij. de conces.præben.Rota in d.decis.439.in antiq.uti etiam redderetur titulus improbus,post sententiã latam a iure,vel ab homine cum præuia causæ cognitione d.decis.16.in ult.addit.Cassad.decis.4.num.2.de sequestr. possess. propria etiam culpa titulum inficeret,qui receptus litteris canonizatoriis sui tituli,ex sine auctoritate superioris, beneficii possessionem accepisset. Rota in antiq.decis.65.& ita de stylo seruari dicit Sarnẽ. d.quæstio.17.num.6. Ac titulus futurus sit omni colore vacuus, qui sit respersus aliqua turpi labe simoniæ, quæ prius adimat omne lumen tituli,ut superius latè dixi,& dicit Specu.de petito. & possess.§.fin.Cassad. decis.j. in fin.de simon. Sarnen. de trienna. quæstio. 12. numero 9.

68 † Reseruationis obstaculum delebit quemlibet colorem tituli,virtute decreti quod omne ius tollit,etiam ad effectum repellendi agentem de spolio c.si eo tempore. de elect.in 6. Lapus alleg.16.Soz.in l.rem quæ nobis.quæstio. 9.de acquir. poss. Ripa in §.nihil commune.num.82.eod.tit.Abb.in c.in litteris. num.28.de restitu.spol.Aegid.deci.42.& 66.& 536.Rota in antiq.decis.56.275.& 429.& in no.decis.16.Cassa. de reseruat. decis.3.num.6.de caus.possess.& propri.decis.j.& de resti.spol. deci. j.nu.4.Aene.de Falco tracta.reserua.4.par.effect.11. & 41. Sarnen.in reg.de trienna.quæst.49.num.3.& quæst.51.num. 2. Pute.decis.195.lib.2. Quod tamen in eum sensum recipitur ꝑ Rotam,teste Vesta.decis.285.in fin.& Aegid. decis.536. si tamẽ de tali reseruatione constiterit per litteras Apostolicas, seu alias probationes concludentes ante suspensum petitorium,de quo videndus Pute.in decis.9.de restitu.spoli.alias 195. lib.3. dicẽs de ea opponi posse,licet non constet ex actis tamen possit probari sine extrinseca deductione: & in hoc idem operari reseruationem generalem seu specialem; si tamen sit clausula in corpore iuris,seu sit adiecta super certo corpore beneficii,vti decisum 14.Nouembris 1548.testatã Pute.decis.177.lib.3. Nec propterea (vt ibidem dicit Vesta.& in alia decis.91.& Pute.de prẽben.decis.7.& de restitu.spoli.decis. 10.) reciperẽtur probationes falsi valoris,aut familiaritatis,cum tamen in vtroque sit insitum decretum. Ac demum post reseruationẽ plenè probatã, ne dum,vt dixi ex eius decreto inficeretur possessio, verum & detentatio.Abb.in c.in litteris.num.28.de restit.spoli. Aene de reseruationibus dicto effect.41.Mohed.decis. 241. dicens ratione eiusdem decreti infici detentationem,etiam in regula octo mensium,in quibus prouisus ab alio quàm ab Apostolico,non sit in spolio restituẽdus, ex defectu primi extremi deleti ex decreto regulæ prædictæ,nisi fuisset cõcessa alternatiua, vt ꝑ Cassad.de restitu.spoli.ij.Pute.eo.titu.ij. Quæ quidem per regul. Pij IIII.fuerit concessa omnibus episcopis residẽtibus in eorũ ec- 70
clesiis,ac æque cessaret regula octo mensium ex alia regul.familiaritatis Cardinalium,vt dixit Pute.de præben. decis. 27. de
69 resti.spoli.decis.10. † Sed non ideo generaliter verum sit vnũquodq; regulæ decretum operari exclusionem spolii, cum sint quædam regularum decreta, quæ velut ex propriis verbis petitorium respicientia, nõ sunt ad possessoriũ porrigenda, vti est decretũ in regula de triẽna.qđ non adimit vim iudicii spoliatiui,vt per Sarnen.in eadem regu.quæst.11.num.6.Pute.deci.45. lib.j.1540.facta.Nec etiam decretum regulæ de commissionibus inualidis,litteris nõ expeditis, operetur quicquã in iudicio spolii; quãuis consueuerit adimere iurisdictionẽ procedẽdi in petitorio,saluo fauorabili iudicio spoliatiuo, ĩ quo nihil noui petatur,sed tantum restitutio ad pristinum statũ, vt inquit Sarnen.in reg.de non iudican.q.5. in fin.& latè discussum in causa Farsen.Nec etiã ex defectu expeditionis litterarum in gratiosis oriat tituli discolor quo ad spolii iudiciũ,in quo nõ requiratur litterarũ expeditio.Cassad.decis.8.nu.1.de resti. spoli. Augu. de- 71
cis.3.sed sola supplicatio plenã tribuat coloratiõnem, vt plenè dixi inter probatiões.Nam ante lapsum tẽporis prẽfiniri ad expeditionẽ litterarũ,nõ possit earum non expeditio obesse; nec post lapsa tẽpora pendente iudicio spolii necessaria esset litterarũ expeditio, licet requireret ad pacificã possessionẽ, ex dictis ꝑ Mohed.decis. 158. Adeo vt æquiuoce interdũ dicat ꝑ decretũ infici possessionẽ, ac reiici iudicium spolii, ex quo dixerunt Achill.in decis.8.de restit.spol. & Vesta. decis.75. nũquam dominos de Rota voluisse audacter decidere, ꝙ decreta regularum velut tẽporalia,possessionis ius adimant, cũ vt dixi,plerunq; id non recipiatur, ac pariter decretum super Cardinalis indulto,non obesset in spolio, vt inquit Pute.in decis.3. de decre.irritan. Neq; decretũ coadiutoriæ reseruatæ tertio, discoloraret expectatiuã deductã in spolio, ꝑ colore tituli,nisi doceret tertiũ iã declarasse animũ suũ vtendi decreto etiam quo ad possessionẽ,cum in spolio ius tertii minimè obsit, nisi inde cõclusiuè deduceretur defectus possessionis ipsius agentis, ac ita intelligendam decis.439.in no.dixerunt domini in causa Thole.vt refert Achill.in decis.7. de resti. spoli. Verum si decretum esset in coadiutoria partis,obstaret agenti spolio, sicut reseruatio certi beneficij vacantis, cum ex ea euidentissime constaret de non iure; sed non idem fore in expectatiua, aut prouisione de certo vacanti,in quibus sine calumnia dubitari posset de colore propter concursum gratiarum, pluries decisum tradit Simo.in deci.7.& 78.Nec decretum inficiat gratias de vacaturo, sed tantum de vacanti ex quo dixerint domini de Cota in causa Gerunden.25.Iunij.1543.quòd si resignans in manibus Papę ad fauorem certæ personæ, adhuc possidens resignet ad fuorẽ alterius,qui nacta possessione spolietur per primum resignatarium,aget spolio,vt refert Pute.decis.29.lib ij.Nec decreta hęc operari contra prouisum Apostolicum agentem de spolio dicit Crescen.decis.168.cum possint indubiè tolli per Pontificẽ, vt tantum de eius voluntate dubitari posset,cuius cognitio velut petitorium respiciens,ad id sit reiicienda,vt ipse dicit ibidẽ, de quo videndus Pute.in decis. 38. de restitu. spoli. Verum vbi decretum sit certo corpori beneficij adiectum, seu in corpore iuris claudatur,possessioni officere passim recipiatur. Rota in no.decis.16.Cassad.decis.2.& 10.de resti.spol. Pute.decis.38.eo. tit.Simo.decis.10.Mohed.decis.184.Vestan.decis.76. vnde dicãt decretũ in coadiutoria,regressũ,& accessus velut super certo bñficio,obesse regulariter agẽti de spolio. Atq; ita nocet decretum regressus, vt cõtra id non prosit aliud decretũ adiectũ nouæ prouisioni.Cassad.de restitu.spol decis.2.Pute.decis. 140. lib.2. nisi tamen regressus esset ob non solutionem pensionis, in quo non operaretur decretum ante rem iudicatam, vt dicit Augu. decis. 3.& 692. ac in reseruationibus super certis beneficijs decretum sortiatur effectum exclusiuum spolij,sicuti decretum in corpore iuris clausum,in beneficijs lite penden.c.1.& 2. eo.titu.ac in decreto duplicitatis sub eodem tecto in c.1.de consue.in 6.vt per Achill.decis.j.de restitu.spolia. aliaque eiusdem generis decreta in canonibus inserta.Non tamen diceretur infici titulus beneficij secularis,quanuis possideretur per Canonicum regularem,qui licet sit iuris incapàx,possessionis tamẽ, velut facti sit capax.Rota in antiq. decis. 114.relata per Cassad.in decis.4.in fi.de sequestr.possess. de quo in Concilio Triden. sess. 14.ca.11. reforma. & è contrario idem receptum est in clerico seculari,qui regulare beneficium possideat, cui cõpetere actionem de spolio dicit Felyn. in c. in nostra.num.40.de rescrip.& Achill.decis.8.de restitu. spolia. cum & ex vnione regularis beneficij cum beneficio seculari colorem tituli exoriri dicat, ac etiam oriatur color ex collatione Imperatoris, qui facultatem habeat conferendi secularia & regularia: & licet talis facultas sit intelligenda, vt regularia regularibus, & secularia secularibus conferantur;tamen quia in hoc potuisset dispensari,sat erit id simpliciter in actis allegari ad effectum coloris inducendi ex decis.393. in no.vt decisum in causa Leodicen. dicit Achill. decis.9.de restit.spol.

70 † Neq; prodesset improbitati cuiuscunq; tituli, aliqua impetratio nouæ prouisionis facta lite pẽdẽte super spolio,quæ mederi nequeat infectioni tituli præteritæ possessionis, de cuius spolio agitur,quo intẽtato haud possit per spoliatum impetrari nouus titulus possessionis iã deperditæ: Nec noua prouisio, quæ ex nunc in futurum tantum operatur,purget vitium prętęritæ occupationis,vt per Cassad.decis.1.& 2.de resti. spol. verũ si fieret mentio litis pendentiæ in impetratione nouæ ptouisionis,seu gratiæ,si neutri,vel alterius eius generis,sit profutura impetratio,vt per Aegid.decis.102.cuius meminit Staphil.de litte. Apo.in par.fol.86.col.1.& fol.148.col. 2.de quo nouo iure impetrato vel aliàs superueniente post litem dicunt Aegid.decis: 662.Rota in no.decis.320.in fi.Sarnen.in compen. signa.num. 77.Pute.decis.506.lib.2.Verall.decis.397. Nec tamen noua ꝑuisio facta post illegitimã collationem Ordinarii tribueret colorem tituli, præterquam si probaretur succesiua continuatio prioris possessionis,vt inquit Pute.decis.32.de resti.spol.

71 † Quanquam renunciatio beneficii ad fauorem ipsius spoliantis subsecuta,ꝑsumat à iure non voluntaria nec ꝓpea recipiat in vim evceptionis.c.sollicite.vbi latè Abb.de rest.spo.Bisigne.deci.2.in fi.Rota in antiq.deci.216.Tholosa.decis.492.Soc. in regu. 234. Si tñ ea renunciatio fieret ex conscientia læsa ob iniustã retentionẽ, vel intrusionẽ, aut in propriis manib. superioris eã recipientis,haberet vim legitimæ exceptionis ad exclusionẽ spolij c.accepta.de restitu.spoliat.Rota in no.deci.353.& Achil.de restit.spol.deci.xj.Corset.in 33. limit. spoli.Dicens idẽ futurum in tacita renunciatione præsente, & auctore superiore,à quo prorsus adimat cuiusq; vis & metus suspicio,nisi aliun de metus probaretur.l.fi.ff.quod met.cau.Abb.d.c.sollicite.nu. 10.Soz.in d.reg.in j.& 4. limit. Eademq; vim exclusiuam spolii haberet renunciatio facta tertio ob tędium litis,vel aliàs,vt per Achil.de resti.spo.deci.11.vel si fieret ante commissum spoliũ, licet nondũ admissa per superiorẽ,vt in d.deci.Tholos.& d.decis.216.& Milis verb.possessoriũ recuperandæ. cum ex ea renũ-

Source : BIU Cujas

citatione censeretur possessionem amisisse proprio facto citra aliquam fraudis notam: Nam & si resignatio ante receptionem superioris ad eius præiudicium non operetur: ipsi tamen renuncianti plenè præiudicetur quo ad possessionem. Abb. in c. cum in dubijs. nu. 3. de renuncia. Alex. consi. 93. nu. 3. li. 5. Rota in no. d. decis. 352. nisi tamen post completam renunciationem diutius perstiterit in eius pristina possessione, vnde oriretur præsumptio alicuius iuris sibi nouiter quæsiti: Adeo, vt non obstante renunciatione per se facta, audiendus esset in spolio subsecuto, ex
72 nota. per Abb. in d. c. sollicitè. nu. 7. † Sicuri dicitur in decennali possessore, post renunciationem, qui præsumatur nouum titulum adeptus: Ne aliàs videretur Ordinarius tam diu neglector inquisitionis tituli beneficialis, ex traditis per Fely. in c. illud. nu. 11. de præsump. & in c. sicut. nu. 37. de re iudi. per Anchar. consi. 117. in fi. Quinimmo idem esset ex lapsu triennij, ad quod fuit redactum id tempus decennij ad effectum præsumendæ retrocessionis, ex notissima Rotæ obseruantia, de qua Vesta. deci. 87. Lapus allegat 89. Quod & si ante hanc diuturnam naturalis possessionis continuationē cum perceptione fructuum, ipse resignans spoliaretur à tertio, posset agere de spolio, vt in decis. 58 in no. de qua Cassad. decis. 4. de restitu. spolia. Mohed. decis. 15. Quod tamē per dominos de Rota intellectum, quando resignatio fieret ad fauorē certæ personę, ex cuius incapacitate possibili resignans haberet colorem detinēdi beneficium, cum posset ex incapacitate resignatarij ad ipsum redire: ac propterea si interim à tertio spoliaretur, pēdēte ea conditione de spolio ageret virtute eius coloris. Pute. decis. 4. de restit. spolia. Achil. deci. 10. & 14. eo. tit. Idemque futurum si resignatio fieret ad fauorē certæ psonæ cum reseruatione pēsionis, & non aliàs, aliter, ex quo
76 cēseretur conditionalis, adeo vt ex nullitate pēsionis, velut ex conditionis defectu, resignās spoliatus ageret spolisi. Veral. deci. 347. & 385. quæ quidē cessarēt in resignatione simpliciter & purè facta in manibus superioris, nullam personam respiciēte; in qua specie loquuntur contraria, de quibus p Docto. in c. acceptа. de restitutio. spolia. Cassad. in decis. 4. eod. titu. ac ita in Rota diffinitum dicunt Pute. d. decis. 4. eod. titu. & Achil. decis. 10. sub eod. titu. In qua simplici & pura resignatione non possit de spolio agi ne dum contra resignatarium, sed nec cōtra tertium ab eo ius habētem, seu in eius locum subrogatum, vt decisum in causa Compostellan. 14. Martij. 1547. tradit Put. decis. 14. de restitu. spolia. aliàs 172. lib. 3. Eademq; ratione, qua non pōt purus resignatarius conuenire, nec posset ad eius instar conueniri episcopus, qui bñficium commendasset ad tempus tunc lapsum: ni
74 si tamē commēdatarius obtinuisset interim nouam prouisionē à superiore, ex quo diceretur sibi mutasse causam possessionis, vt coram Vestano decisum de anno 1549. dicit Put. decis. 204. lib. 3. in quo vidēdus Put. decis. 459. lib. 2. Ab ipsomet igitur puro resignatario spoliatus, de spolio frustra ageret, cum eius tantum ratione habita, diceretur amissa quælibet possessorio, vt p Cassad. in d. decis. 4. & seq. de restitu. spolia. nisi in eadem resignatione fuisset expressè reseruata fructuum pceptio, ex qua retineatur naturalis possessio. l. quisquis. C. de donat. & latè aliàs dictum in causis Abulē. præstimo. & Sypon. præcepto. & superius latè dixi. Idēq; receptum in quadam abusiua reseruatione fructuum facta per Rusticum & ignarum in resignatione cuiusdā bñficii sub nomine donationis, reseruato sibi vsufructu dum vixerit, cuius virtute cum bñficium retineret percipiēdo singulos fructus spoliatus p resignantē fuit p Rotam restitutus ad possessionē naturalē, & solitam fructuum perceptionē, quam sibi reseruando nunquam diceretur habuisse animum amittendæ possessionis, sed retinendæ, vt decisum in causa Brixien. refert Cresceen. decis. 64.

73 † Quæ vero dicta sunt de renunciatione ante spolium, locū sibi etiam vendicant, & si mandatū ad resignandū præcessisset spoliū, cum tēpus datæ mandati sit attendēdum, in quo possidēs habuerit animū resignandi, non autē tēpus effectuatæ resignationis per procuratorem cessetq; omnis suspicio non spōtaneę renunciationis, ex tradi. p Abb. in d. c. sollicitè. num. 11. qui allegat Lapum alleg. 24. in prin. dum dicit, tunc iudicari renū ciationē fieri post spolium, si postea habuerit verum initium, & effectum: sed initio prius habito ex data mandati, etiam prius cēsebitur facta renunciatio. Omni tamen casu sit agenti obfutura renunciatio, siue ante, siue post spoliū fieret, seu ēt facta sit iuri agēdi, vel iuri tam reali, quàm personali, seu cum pacto iurato non petendi restitutionem (quam adiurationem appellant.) In quibus omnibus & singulis præcideretur quęlibet via agēdi de spolia. Abb. in c. fi. num. 12. de ordi. cogni. Soc. in l. rem quæ nobis. quæst. 6. in fin. ff. de acquirē. possess. Alex. consil. 93. num. 4. lib. 5. Rota in antiq. decis. 68. & in no. decis. 401. Milis verb. possessorium recuperandæ. Paris. consi. 1. num. 151. lib. 1. Et † hæc de renū
74 ciatione ante spolium vel post planè procedant in beneficialibus, quæ & in hoc diuerso iure censeantur à profanis, in quibus renunciatio sit obfutura, licet post spolium fieret, vt ibidem dicunt Alexan. & Soc. Abb. in d. c. sollicitè. num. 9. verti. ego puto. & Spec. de petito. & possess. §. fin. vers. 15. Nam & transactionem. initam post inchoatum spolii iudicium esse seruādam dicit ibidem Paris. & consi. 11. num. 13. lib. 4.

75 † Quamuis omni iure passim caueatur postremum spolium esse purgandum. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi. & dicūt Abb. in c. accedens. num. 5. vt lite non contest. Afflic. decis. 403. num. 8. Corn. consi. 266. lit. P. lib. 4. Nec ppterea licere ipsi spoliato ex interuallo spoliātem reiicere, nec alio regulari iure vti, etiam in vim exceptionis ante plenam restitutionem, vt ibidē per Abb. & per Paris. consi. 1. num. 143. & consi. 24. num. 31. lib. 1. Rota in no. decis. 319. Aymo. consi. 142. numero 3. lib. 1. Cum postremus possessionis status in spolio attendi debeat, ex not. in capi. cum ecclesia. de caus. possess. per Deci. in l. nemo. §. temporalis. in fin. ff. de regulis iuris. Posset tamen conuētus de spolio interdum in vim exceptionis, aut reconuentionis, opponere de alia spoliatione agentis. capitu. fin. de ordin. cogni. Specu. de petito. & possess §. fin. versicu. 12. Quod intelligendum sanè sit, non de spoliatione eiusdem rei, de cuius spolio tunc principaliter agitur, sed de alterius rei spolio, vt inquit Abb. d. cap. fin. num. 71. Quem sensum recipit communis opi. relata per Alex. in consi. 94. in fin. lib. 5. Corset. in 2. limit. spoli. non obstantib. dictis per Paris. consi. 1. num. 146. lib. 1. qui loquitur in licita recuperatione velut incontinenti facta, quę permittente iure fieri censeatur. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iuli. de vi. Neque id ita communiter intellectum lædatur ex prædicta regula purgationis postremi spolii, cum & alterius rei spolium eodem met iudicio, eademque sententia esset terminādum, introducto eius iudicio in vim reconuentionis, ante litis cōtestationē, vel paulo post. c. vnico. de mut. peti. vbi Abb. & Fely. num. 2. Spec. in tit. de reconuen. §. sequitur. Et licet tanquàm dilatoria litis
76 † contestationem respiciat; tamen quando libet facta, reciperetur si fuisset tacitè sine oppositione admissa. c. j. de restit. spol. in 6. vbi Archid. & Domi. 2. notab. Specu. in d. §. sequitur. & de petito. & possessо. §. fin. versic. 6. Abb. in d. c. fin. de ordi. cogni. Cui quidē opponi potuisset, ne dum de litis contestatione, verum etiam de notorio non iure, magis attendendo, quàm litis contestatione, vt ibidem per Spe. licet Fran. in d. c. j. §. fi. in prin. quādā controuersiā in hoc inducat demū cōcordatā ibidē per Domi. in §. solet. 6. notab. Neq; etiā litis contesta. in hoc esset obfutura, si rectè constiterit notitiā spoliationis post litem contestatā successisse. Franc. in d. c j. in prin. in gl. verb. derimitur, vbi Domi. §. j. num. 12. Idem futurum si id spolium, de quo fit reconuentio, fuisset commissum post litem contestatam, vt ibi Domi. licet Archid. ibidem contra senserit, & Inn. in eo sit sibi contrarius, vt refert Abb. in c. 2. num. 14. de ordi. cogni. Qui tādem resident in ea opi. videlicet in singulis prædictis casib. esse licitam reconuentionem post litis contestationem: cuius quidem reconuētionis naturam licet obtineat compensatio, vt per Bald. in l. neque. nu. 3. C. de compē. tū hæc de iure possit regulariter obiici in quacunque parte iudicii, vt & executioni obiecta eam impediat: sed in hoc iudicio nihil sit obfutura, vt latè Fely. in ca. suborta. col. 2. in fi. de re iudi. Bar. in l. compensationes. in fin. C. de cōpen. Dicens etiā nec recipiendā reconuentionem in spolio, nisi super simili spoliatione. Idemque dicit in §. illud. nu. 7. in auctен. de executo. & in §. nihil commune. nu. 38. ff. de acquirē. possess. Ac dictæ spoliationis exceptionem etiam recipiendā, vt secundo spolianti noceat, dicit Abb. in d. c. 24. notab. licet desiisset rem ipsam possidere, quæ in alium deuenisset, cū nihilominus in odium suæ spoliationis impediretur, ex ea exceptiōe obiectā ī prosecutione proprii iudicii spoliatiui, ne alias ad hāc exceptionem seu reconuentionē eludendā cōfingeret aliud nouum spolium. Et ne contingat eā exceptionē aut reconuentionem calumniosè proponi, fuit prę finitus terminus quindecim dierum ad eas exceptiones probandas in d. cap. j. de restitu. spoli. in 6. cum antea nullum esset tempus præfixum, sed id tā tum cautum, vt eius probatio incontinenti fieret, vt per Abb. in dicto cap. 2. 5. notab.

77 † Huius tamen exceptionis obiectio minimè proderit spoliato per tertiū, cuius crimen alteri non noceat, sed suos tm̄ teneat auctores. l. sancimus. C. de pœnis. d. c. j. de restitu. spoli. in 6. regu. non debet. eo. lib. Nisi tamen fuisset à tertio omnibus suis bonis spoliatus, seu maiori eorum parte: quo casu nec posset ciuiliter nec criminaliter conueniri. d. ca. j. Abb. in c. j. nume. 6. de ordi. cogni. in cap. venerabili. num. 3. de offic. delega. & in cap. nouit. num. 9. de appella. Barto. in l. propter. ff. de excu. tuto. & in l. si re. ubi laso. C. de iur. delib. & in d. l. si quis ad se fundum. in fin. Specu. de petito. & possess. §. fin. num. 4.

Illa verò exceptio spoliatiois eiusdem rei, de qua mox dixi, licet nō esset proficua in principali iudicio spolii; tamen rectè proderit reo cōuēto super dānis post spolium illatis in ipsa re, ad effectū differēdæ prosecutionis damnorum usque ad plenā restitutionem spolii, vt in d. capitu. 2. de ordin. cogni. quod distinguendo prosequitur Barto. in d. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iuli. de vi. Nec quicquam operetur in restitutione ipsius rei, ad quam non porrigitur illa exceptio ex nota. per Abb. in d. ca. ij. de restitu. spoli.

Si con-

Source : BIU Cujas

78 † Si conuentus de ſpolio nominet alium poſſeſſorem, cuius vice aſſerat illam rē detinere, ſe ipſum eximit a iudicio ſpolii. glo.in l.locum.§.j.ff.de tabu.exhiben.quam refert & ſequit Bar. in l.ij.num.10.C.ubi in rem actio. Abb. in c.quoniam frequenter.§.in allis.num.52.vt lit. non conteſt. & alii deducti per Soz. in l.rem quæ nobis.quæſt.10.qui dicit communem.ff.de acqui. poſſeſ.licet ſit in contrariū gl.j.in fin.in c.quicunque.12.quæſt. ij.de qua meminit Biſigne.deciſ.j.in fin.de offi.Archid. & Fely. in c.edoceri.num.8.de reſcript. vt prædicta communis opinio ſanè intelligenda ſit, ſi ipſe nominans omni culpa careat: ſecus ſi eſſet alicuius culpæ particeps, ex mandato ſeu alia probatione ſpolii, vel ſciens vitium ſpoliatiuum rem nomine poſſidentis detineret, in quib. ſpeciebus, nihil eſſet ei profutura alterius nominatio, ſed in primis teneretur dimittere quā haberet detentationem, vt ibidem dicit Soz. Nec pariter ei prodeſſet nominatio, qui etiam in caſu permiſſo nominaret alium poſt litis conteſtationem, ex nota.in d.l.ij.& per Abb.in d.§.in aliis.num. 53.vt lit.non conteſt. Minusque reciperetur. nominatio domini non poſſeſſoris, cuius nominatio non poſſeſſorium, ſed petitorium reſpiceret, vt inquit Mohed.deciſ.183.

79 † Tutus erit ab hoc iudicio ſpolii inſtitutus ī re certa, q eiuſdem rei poſſeſſionē propria auctoritate nactus fuerit priuſquā vniuerſalis hæres effectualem poſſeſſionem facti accepiſſet, nō obſtante decreto aut ſtatuto, quo caueretur poſſeſſionem continuari ī hæredem vniuerſalem, cuius ficta poſſeſſio nihil proſit ad effectum iudicii ſpoliatiui, ex communi ſententia Doct. de qua per Pariſ.conſi.41.num.7.lib.j. & Ripa in rubri. de cauſ. poſſeſ.num.24.Mohed.deci.302.& Fabi de ordi.cogn. deciſ.29. col.pen.& latè dixi lib.j. Neque etiam ſi vniuerſalis realem poſſeſſionem accepiſſet, impediretur hæres rei certæ eius rei poſſeſſionem capere propria auctoritate, quia licet dato vniuerſali hærede, vicem obtineat legatarii.l.quotiens.C.de hære. inſtit. qui non poſſit ex ſe poſſeſſionem impunè capere.l.non eſt dubium.C.de legat. tamen hæres in re certa aliquid plus habeat, vt id nomen hæredis, inferat eam facultatem, vt per laſo.in d.l. non eſt dubium.col.fin.verſ.3.nota.Barto.in l.ex facto.ff.de hæred.inſti.quæ facultas firma remaneat etiam vniuerſali hærede poſſidente, vt nihilominus inſtitutus in re certa eā capere poſſit; ſi tamen id fiat ſine vitio aut violentia, vt dictum in Rota reſtantur Pute.deciſ.28.de reſtit.ſpol. Mohed. deciſ. 302. Idemq; firmat Deci.in l.fin.nu.24.verſicu.immo quòd plus.C. de edic. di.Adr. Et idē futurū in filio inſtituto in eius legitima iure naturæ debita, vt ppria auctoritate poſſit eā capere, dicit ibidē laſ.

80 Quamuis ratione † ſepulturæ interdum de ſpolio agi poſſit. Non propterea cadauer repoſitū, erit inde exhumādū, ex quadā æquitate, priuſquā cōſtiterit de pleno iure ſpoliati: nec alias liceret humana cadauera vexari cū eorū impia exhumatione, cuius cauſa amplectanda ſit via tutior, de qua Inn. in c.cū liberū. de ſepultu.vbi dicit Hoſtien. ſecus futurum de iuris rigore, & referūt dñi de Rota deciſ.303.in antiq.ſecuti opinionē Inn. velut æquiorem, in quam inclinant Fely.in c.ſicut nu.2.de iudæ.Domi.in c.non ſolum.in fin.de appella.in 6.Marſi.ſingula. 199.cum & regulariter ſepulcrorum violatores pœnis grauiſſimis a iure plectant̄, de quibus in l.iij.§.aduerſus. ff.de ſepul.viol. & per Roma.conſi.185.num.4.

81 † Conſuetudinis receptæ exceptio præbet iuſtam excuſationem ſpolii, ſi eius virtute poſſeſſio fuiſſet recepta, velut ſi in aliqua eccleſia vigeret conſuetudo, q fructus cuiuſque beneficii primi anni non quærantur ipſi beneficiato, ſed alteri, qui illos propria auctoritate percipiens etiam poſt adeptam poſſeſſionem per ipſum beneficiatum, ſit futurus omnino tutus a iudicio ſpolii ex allegatione eius conſuetudinis, vt deciſum refert Aegid.in deciſ.466.dicens tamen ſe in eo contrarium ſenſiſſe, ac in deciſ.præcedenti dicit illam conſuetudinem non eſſe rationabilem, ex qua fructus primi anni tribuerentur hæredibus beneficiati defuncti. Proptereaq; velut eccleſiæ oneroſam eſſe prorſus reſpuendam, vt & ſi ſpoliato obſtaret cōſuetudo legitimè præſcripta, non tñ obeſſet ſi in poſtremo euentu fuiſſet contrarium obſeruatum in iudicio, cum vltimis tantum ſtatus ſit attendendus in poſſeſſorio, vt latè Abb.in ca.cum eccleſia. num.39.de cauſ poſſeſ.& ibidem Ripa Bar.in l.j.§. hoc interdicto.2.notab.ff.de iti.actuque pri. Iaſo.in l.de quibus.num.79.ff. de legi.Fely.in c.cum veniſſet.num.54.de conſtitu.Roma. ſingu.42.Rocc de Curt.in trac. de conſuetu.num. 414. Ac pariter obſtaret Monacis agentibus ſpolio conſuetudo in aliquo loco recepta, vt ad nutum Abbatis repelli poſſent, vt deciſum refert Thanis deciſ.3.& ſeq.

82 † Vniuerſalis, ac imminētis ſcādali obiectio de iure ſuſpēderet reſtitutionē ſpolii.c hoc quippe.3.quæſt.6.Spec.de petito.& poſſeſ.§.fi.ver.9.Anto.in c.ex parte.de reſtitu.ſpoli.glo.in ca.in primis.ij.quæſt j.& in c.ad petitionē.de accuſ. Paul.de Caſt.in l. ji.in fi.C.de edic.diui Adri.vbi Iaſo col.j. Alex.in l.naturaliter.§. nihil cōe.num.22.de acqui poſſeſ. vbi Ripa num.76. Lucas de Penn.in l.ſi coloni.num.48.C.de agrico.& cenſi.lib.11.Federic. de Senis, conſi.283.nu.1.Rui.conſi.37.lib.4.cum ea ratione ſcādali conſueuerit declinari iuris diſpoſitio, nec repugnante publica vtilitate ſit fiēda reſtitutio.Bal.in l.ſi quis cōductionis.nu. 5.C.loca.Fely.in d.c.2.Corſet.in 13.& 21.limit.ſpolia. Propterea-que in cauſa Colubriē.Monaſterij 4.Nouēbris 1545.coram Dezza, cum ex cōdemnatione in iudicio ſpolij Abbatiſſa ſpoliata eſſet reſtituēda eiecta alia poſſidēte, cum rex futurum ſcādalum allegaret, ſi illa reſtitueretur ob eius notoriam impudicitiam, fuit̄ p dominos de Rota id moderamē adhibitum, vt remota in primis Abbatiſſa cōdemnata, ſtatueretur Regi breuis terminus ad docēdum in curia de eius intereſſe, de quo ſi doceret, fieret Abbatiſſatus ſequeſtratio, aliàs reſtitueretur Abbatiſſa ſpoliata, quæ in iudicio obtinuiſſet, vt referūt Mohed.deciſ. 214.& Pute.deci.323. lib. 2. Cum nec imminēte ſcādalo reſtituēda eſſet poſſeſſio data p iudicē nō ſeruato iuris ordine, vt dicit Arch. in c.quia nu.3.1.q.4.& in c.1.nu.2.3.q.1.& in l.hæc quippe.nu.1.3. quæſtio.6. Si vero ſcādalum nō eſſet vniuerſale, ſed priuatos tātum reſpiceret, nō eſſet attendēdum in repetitione rei propriæ, niſi aliquo animi affectu repetitio fieret ad alterius tātum iniuriam, ac proprium ſcādalum, aut proximi, vt idē Arch.in c. 1.in fi.14.queſt.1.

83 † Tēporis verò qualitas, nec in breuitate, aut diuturnitate regulariter impediat agētem de ſpolio, ita vt nec feriarum qualitas attēderetur in proſecutione eius iudicij Rota in antiq.deciſ. 95.& in no.deciſ.140. Veſta.deciſ. 273. Aegid. deciſ.465. Milis, verb.poſſeſſorium ſi ſimul. & verb. ferijs. Capra in c. paſtoralis. col 2.de cauſ. poſſ. Neq; momētaneæ poſſeſſionis breuitas ſpoliato obiecta, reciperetur in hoc iudicio, in quo ad probationē primi extremi ſufficeret ēt probatio poſſeſſionis p horam tantū effectualiter retētæ, ſecūdum obſeruātiam Rotæ, de qua Caſſa. deciſ.20.in fi.de præb.& in regu.deciſ.14.num.4. Adeo vt & qui horā adeptę poſſeſſionis in inſtrumēto adiecerit, eſſet reſtituendus ab eo, qui eiuſdē rei probauerit ſe poſſeſſorē nulla hora adiecta, cum expreſſio horæ inducat priuilegium ac præſumptionē prioritatis,& anterioris datæ, vt inquiūt Mohed. deciſ.149. Veſta.deciſ.192.Caſſad.de præb.deciſ.20.in regul.deciſ. 3.num. 8.Creſcē.deciſ.149.laſ.in l j.num.4.ſolu. matri. Fely. in c. paſtoralis.nu.5.verſi.ratione.de reſcrip.dicit tamē Aegid.in eo requiri vltra tam breuem poſſeſſionē, aliquod iuris lumē & adminiculum in deciſ.17.in fi.† Neq; etiam lapſus temporis triennalis

84 præcluderet viam agēdi de ſpolio, vt p Simo.deciſ.37. Sarnē.in regul.de trienna.quæſt. 1.num.6.de quo Caſſad.deciſ.5.de reſt. ſpolia. An autē diuturnioris tēporis curſus obſit in iudicio ſpoliatiuo variè admodum tractatum p Doct. diſſimiliter interpretantes ea verba canonis reintegranda. videlicet quacunq; tēporis conditione, vt p Caſſad.in deciſ.6.in prin.de reſtitu.ſpolia. vt quidam ſint qui ea verba intelligant pro ppetuo tēpore, vt Anto. in c. ſollicite.de reſtitu.ſpolia. Lucas de Penn.in l.ſi coloni. num.10.C.de agrico.& cēſi.lib.11. Alex. conſi. 6.num.11.lib.3. Alij ſunt, qui eam perpetuitatē concludant termino triginta annorum, vt Socin in l.rē quæ nobis.quæſt.8.ff.de acquir.poſ.Pau. de Caſt.conſi.105.num.2.lib.1.Pariſ.conſi.j.num.155.lib.j.Balb.in tract.præſcrip.4.par.quæſt.24.nume.3 quo tempore dicant præſcribi omnia contra priuatos, cum ſola bona fide non aliàs do-

85 cto de aliquo titulo.† Ac contra eccleſiam ſufficere lapſum 40. annorum, quo tēpore prorſus tollitur omnis actio.l.ſicut. C. de præſcrip.30.anno. Auth quas actiones.C.de ſacroſan.eccl. c. de quarta.de præſcri. In quo nec diſſentiat ius Canonicum à ciuili, vt ibi p Balb.num.5.Abb in c.ſollicite.num.14.de reſtitut.ſpolia. quam quidem præſcriptionē nec impediat aliquod vitium ipſimet rei annexum, quod cēſeretur expurgatum ex curſu tanti tēporis.l.j.§.ad hæc.C.de anna.excep.gloſſ.in §. furtiuè. inſtitut.de vſucap.Balb.qui ſupra, licet Pariſ.conſi. 24.num. 10 lib.j.in contrarium inclinet, quo ad partē vitij, ex quāpluribus rationibus, quarum diſcuſſionē velut extra materiā propoſiti ſpolij prætereo.† Id tantum dicam, velut pertinēs ad preſcriptionē 30.anno

86 rum, quod ad eius plenam & concluſiuā probationē, requiritur exactè doceri de initio & ſine poſſeſſionis cuiuſq; decennij, qđ notat.Math.ſingul.117.Balb.in l.Celſus.nu. 5.verſi.adde vltra.ff. de vſucap.Sed quo ad rē noſtram attinet, videantur Doct.cōcludere, quòd & ſi ſpolio non obſtet præſcriptio decē, vel viginti annorum, velut petitorium tantum percutiens, vt dicunt Alex. conſi.92.nu.11.lib.5.Pariſ.conſi.j.nu.154.lib.j.obſtura ſit tamen p̄ſcriptio 30.annorū, quæ uniuerſum ius petitorij & poſſeſſorij abſorbeat, ut p Soc.d.l.rē quæ nobis.q 8.& conſi.39.uer.p̄terea remedio.li.3.Deci.conſi.302.nu.24.Eoq; potiſſimū, q agēti de

87 ſpolio, ut mox dixi, obſit ius alteri quæſitū ex ſuamet † negligētia poſt ſpolium commiſſum, ex nota.in c.ſollicite.de reſti.ſpol. Rui.conſi.32.lib.j.Indeq; dicat Soc.in d.l.rē quæ nobis. quæſt.2. uerſ.3.& ultimo, quòd ſi poſt completam executionem iudiciariā pro alterius debito in poſſeſſione bonorū tertii creditor immiſſus, poſſederit pacificè ac bona fide annis 30.excludat illum tertiū agentē de ſpolio, tanq; ſuamet negligentia à proprio iure delapſum: uerū ſi in ſuæ poſſeſſionis initio bona fides deficeret, non poſſet de iure canonico præſcribere.c.fin.de præſcri. Cum ex eo temporis curſu non deleatur vitioſum initium: quod ſi eſ

Source : BIU Cujas

ſet dubium, tunc illa temporis diuturnitas eſſet ei ad prę ſcriptio nem profutura, qui poſſeſſionem vacantem fuiſſet ingreſſus, ac transferretur onus probandi malam fidem vrgentioribus probationibus, quæ delerent bonæ fidei prę ſumptionem inſurgentem ex lapſu tanti temporis. Bar. in l fi. in fi. Alex. poſt eum. C. vn de vi. Fely. in c. vigilanti. in fi. de reſcrip. Areti. conſi. 112. verſi. ſed his breuiter. Quod tamen recipitur ſecundum Ioan. de Imol. in d. c. fin. relatum per Ripam in c. ſępe. num. 67. de reſtitu. ſpolia. ſi primus ingreſſus vacuæ poſſeſſionis fuerit ſine aliqua doli ſuſpi tione, nec alias temporis curſus vllam bonam fidem induceret in eo qui malam fidem indubiam habuerit, vt ibidem per eum. De qua tamen poſſeſſione vacanti latius proprio loco diſputabitur in materia d. l. fi. C. vnde vi. Regrediendo autem ad poſſeſſorem bonæ fidei cum titulo, dicti Docto. eicunt eum ex lapſu triginta annorum excludere agentem de ſpolio. Quinimmo di cat Balb. in d. quæſt. 23. in fi. 4. par. 4. par. Idem etiam operari poſſeſſionem titularem cum bona fide ex curſu decem, aut viginti annorum tantū, vnde oriatur legitima præſcriptio, ne alias, vt ip ſe dicit, contingeret antiquum poſſeſſorem poſt dominium ſi-
bi præſcriptione quæſitum fruſtrari effectu ſuæ præſcriptionis
88 ſub prætextu ſpolij.† In quo tamen attendendum ſit, quòd non propterea præſcriptio remaneret inanis, licet poſſeſſio eſſet reſtituenda agenti de ſpolio. Cum nihilominus ea præſcriptio eſ ſet ei vti domino profutura in iudicio petitorio: Nam & ſi in ſpo lio reijciatur exceptio cuiuſlibet dominij, non ex eo id dominium remaneat fruſtratorium in peritorio mox agitando poſt
89 reſtitutionem.† Idq́ue pariter in ea præſcriptione 30. annorum notandum ſit, quòd licet iure ciuili currat atque compleatur ēt ſine initio bonæ fidei, non regulariter tribuens dominium vendicandum, ſed retinendum per exceptionem: tamen poſt eam præſcriptionem, poſſit violenter ſpoliatus tam rei vendicatione, quàm de ſpolio agere ad eius rei recuperationem l. ſi quis em ptionis. §. ſed hæc. C. de præſcrip. 30. anno. quam ad id pro ſingu. notant Roma. conſi. 424. in fi. Aegid. deciſ. 740. col. 1. Iaſ. in l. 4. §. Cato. nu. 24. ff. de verb. obli. Balb. de præſcrip. 2 par. 3. par. quæſ.
90 6. nu. 2.† Sed hanc tandem præſcriptionis diſputationem prorſus diremit deciſio dominorum de Rota in cauſa Parmen. ſub die 29. Aprilis. 1541. vt refert Pute. deci. 27. de reſtit. ſpo. & de præ ſcrip. deci. 8. & deciſ. 108. lib. j. paſſim in obſeruantiam redacta, ac poſt diuturnam diſcuſſionem huius dubij pluries propoſiti, in eam ſententiam declinauerint ſex ex decem Dominis, vt nec exceptio centenariæ prę ſcriptionis, impediat reſtitutionem ſpo lij agitati virtute canonis reintegranda. cuius effectum dixerunt eſſe perpetuum, ac nulli temporis ſpatio ſubiectum etiam mille annorum. Ita intelligentes perpetuum, de quo in gl. fi. in c. ſollicite. de reſtitu. ſpo. ſic intellectum per Sarnen. in regul. de trienna. quæſt. 11. in fi. de quo per Simo. deci. 39. 87. & Caſſad. deciſ. 6. de reſtit. ſpoli. dicens id fuiſſe in Rota receptum pro communi, ac Mohed. deciſ. 343. potiſſimum ſecuti communem opinionē in canon. reintegranda. vbi Calde. Domi. Cardi. Archid. ac gl. & Docto. in d. c. ſollicite. ac auctoritatem Ale. in conſi. 6. nu. 11. li. 3. quamuis id perpetuum aliter declaret Pariſ. conſi. j. nu. 155. li. j. cuius rei quæſtio dū diſputaretur in Rota in dicta cauſa Parmē. reperi inter quaſdam notas Lud. Ponta. propria eius manu in ti. de præſcrip. & de reſtitu. ſpoli. bis fuiſſe ſuper hoc diſputatum in Rota tempore ſui Auditoratus. Primo in quadam cauſa Cardinalis Firmani: ſecundo in alia cauſa Roma. Caſalis, in quibus di cit fuiſſe reſolutum huius canon. iudicium eſſe omnino perpetuum: ſed in eo quendam Ioannem de Baroncellis Auditorem Romanum contra ſenſiſſe, ſubdens id etiam apud ſe eſſe plurimum dubitabile, tanquam præbens anſam perpetuæ circunvolutionis, ſi poſtquam res per centū manus tranſiuerit, eſſet omnino reſtitutioni ſubiecta cum ſola probatione primi extremi, etiam facillimè per famam probandi in antiquiſſimis, vt ſuo loco dixi. Propterea q́; dicat, id egere aliquo moderamine Papæ aut Concilij, ac Mohed. in d. deci. 343. fateatur eam deciſionem fore periculoſam, ac Pute. deci. 108. lib. j. dicit pluries contra fuiſ ſe antea deciſum. Neque iura & rationes pro dicta deciſione de-
91 ductæ adeo vrgeant, vt omnino id nos fateri cogant:† cum perpetuum de quo in d. gl. fi. in c. ſollicite. poſſit intelligi pro diuturno, & non pro ſempiterno, tanquam verbum diuerſimodè captum in iure ſecundum varietatem ſubiecti. l. iuris peritos. & ibi Bartol. ff. de excuſ. tuto. l. de pupillo. §. ſi quis. ff. de no. ope. nunci. Ale. in l. principalibus. in fi. ff. ſi cert. peta. Iaſ. in l. ſi ſtichum. §. 1. 5. nota. ff. de verb. oblig. nec ea verba vniuerſalia eius canonis reintegranda. videlicet, quacunque conditione temporis, ſint neceſ ſario intelligenda pro curſu temporis, ſed potius intelligenda p qualitate temporis ex recto eorum ſenſu, vt dum ibi dicitur, epiſcopos ſpoliatos eſſe reſtituendos, quacunque conditione tem poris, aut captiuitate vel dolo res ſuas amiſiſſe noſcāt, intelligatur epiſcopos reſtituendos, ſiue dolo, ſiue captiuitate, aliave temporum conditione ſpoliati reperiātur, vt ea temporis conditio vniuerſaliter ꝓtineat cęteros omnes caſus mali euentus, ex quibus epiſcopi ſpoliari conſueuerint, ac ſi dicerē, quacunq; mala temporum qualitas id ſucceſſerit, vt ait Auguſt. de ciuit. Dei, dicens eam eſſe temporis conditionem, vt nec de iniurijs conqueri liceat: ac ſæpe Cice. deplorat miſeram temporis cōditionem, ſenſumq́ue prædictum ad hunc canonem recipit etiam Paul. de Caſt. in conſi. 105. num. 3. lib. j. cuius meminit etiam Simo. deciſ. 39. Quæ tamē excitationis cauſa dicta ſint, vt dignoſcatur quàm anceps ſit huius rei dubitatio. In qua etiam Caſſa. d. deciſ. 6 in fi. de reſtitu. ſpoli. dixerit, plurimum eſſe cogitandum, vtra pars ſit uerior. verum quia poſt eum vt dixi, fuit pro parte ſempiternitatis in Rota firmiter deciſum in dicta cauſa Parmen. & ſæpe alias, ac more ſolito dominorum conſultiſſimè ei deciſioni omnino ſit inhęrendum, cæteris poſthabitis. Quinimmo id fuit in Rota extēſum corā Guidobono die 10. Octobris 1552. in cauſis ciuiū Romanorū: quāuis uirtute eorū ſtatuti ſit inter eos ius ciuile ſeruādū, vt refert Verall. deciſ. 296.

92 † Spolium tam matrimoniale quàm cæterorum iurium incorporalium, quæ mixtam naturam obtinēt, vt eſt iuriſdictio, & eius generis alia, de quibus Abb. in c. ex parte. num. 29. de reſtitu. ſpoli. Caſſad. eodem titu. deciſ. j. num. 10. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 10. & 19. de acquir. poſſeſ. Rota in not. deci. 14. in j. addi. recipit exceptionem non iuris, quod ſit adeo cum ipſa poſſeſſione connexum, vt ab eo nequeat legitimè ſeparari. l. ij. §. quędam. ff. de interdic. c. cum eccleſia. de cauſ. poſſeſ. & propri. vbi latè Abb. & Ripa Milis verb. poſſeſſo. & peti. nec ſit debita reſtitutio matrimonialis non præuia cognitione iuris in petitorio, cuius habeat mixtam naturam, vt p Alex. qui ſupra, & Abb. in c. ex parte. num. 19. de reſtitu. ſpo. & Rot. in d. deciſ. 14. idq́ue procedat, licet exceptio non iuris non fuerit expreſsè oppoſita, vt ibidem per Docto. Ac matrimoniale ſpolium recipiat exceptionem impedimenti iam probari, cū ſpolium niſi nequeat quod fiat iure permittente. l. iij. §. cum igitur. ff. de vi, & vi arma. Specul. de petito. & poſſeſ. §. fin. ver. 26. Alex. in d. §. nihil commune. num. 20. Lucas de Penn. in l. ſi coloni. num. 47. C. de agri. & cenſi. libro 11. Ripa 14. reſpon. num. 19. lib.
93 j.† Idemq́ue ſpolium matrimoniale inchoatum contra virum denegantem connubia, recipiat exceptionem adulterii commiſſi per vxorem agētem ad reſtitutionem matrimonialis debiti, & è conuerſo, vir agens de ſpolio eadem exceptione excluderetur, ſi nota adultetarii laboraret. capitu. ſignificaſti. cap. gaudemus. §. ſi. de diuor. Abb. c. intelleximus. 3. notab. de adulter. Corſet. in 23. limit. ſpolii. Recipiat inſuper idem ſpolium exceptionem, contra virum agentem de eius nimia ſæuitia, vt in c. tranſmiſſa. c. litteras. de reſtitu. ſpoli. Abb. ca. j. num. 13. vt litte. non conteſ. Necnon quo ad torum obſtabit exceptio legitimi impedimenti conſanguinitatis, ſiue alterius ex ſeptem recitatis per Specul. de petito. & poſſeſ. §. fin. nu. 26. de quo Hoſt. in ſumma. titu. ſi mulier petat. num. 3. & pariter exceptio defectus ætatis obſtitit in ſpolio agitato per ſponſum contra ſponſam, quæ deſponſata in pupillari ætate, ſeſe ſubtraxerit, ſeu a ſponſo receſſerit priuſquam pubertatem attingeret, vt refert Pute. deciſ. 36. de reſtitu. ſpoli. in cauſa Senen. propoſita de menſe Ianuarii 1545. ſi tamen in continenti exceptiones prædictę probentur, nec alias profuturæ. c. j. c. litteras. de reſtitu. ſpoli. ca. porrò. de diuor. c. cauſam matrimonii. de offi. deleg. Lucas de Penn. in d. l. ſi coloni. num. 47. Præpoſi. in c. cum locum. nu. 3. de ſponſa. Ale x. in d. §. nihil commune. nu. 20. Ripa libro j. reſponſorum, quæſt.
94 14. num. 20. Vxori etiam agenti de ſpolio poſſet opponi† exceptio dotis non ſolutæ, ſine qua non teneatur uir conuentus vxorem alere, nec ad alia matrimonii onera ſubeunda. Abb. in c. per veſtras. de donat. inter virum & vxo. quod tamē recipiēdum ſit in eo viro, qui ſine dote recepta non poſſet vxorē cōmodè ſuſtinere, alias cogēdus eſſet ad reſtitutionem debiti ſtatus maritalis, propter periculum fornicationis, ſalua tamē integra dotis petitione, vt not. Docto. qui ſupra. Sed huic ſpolio matrimoniali non oberit exceptio ſpoliationis aliarum rerū, quæ ſint plurimū inter ſe diſtinctę, ac diuerſæ ſint ſpeciei, ex regul. c. j. in fi. de reſti. ſpol. in 6. ubi gl. fi. in fi. Nec ſecundum Inno. in c. veniens. de ſponſa. exceptio alterius matrimonii obiecta per aliam mulierem, impeditura eſſet reſtitutionem matrimonialis ſpolii. Cuius contrarium dicit Abb. in c. in litteris. col. fi. de reſtitu. ſpoli. de quo dicam in ſequen. verſic.

95 † Interdum exceptiones obiectæ per tertium recipiētur cōtra agentē de ſpolio, quæ non fuiſſent recipiēdæ oppoſitæ per principalē, qui licet excipiendo de dñio reſtitutionem nō impediat, vt mox dixi, eam tamē impediret tertius de eo opponēs pro ſuo intereſſe, ne ei innocenti alterius ſpolium præiudicet l. bona fide. §. j. ff. depoſi. Fely. in c. veniens. il 2. num. 15. de teſti. Rota in no. deciſ. 149. & 438. Tholoſa. deciſ. 493. Mohed. deciſ. 214. Niſi tamen id ius tertii eſſet cū ipſo ſpoliāte annexū, vt ibidē p Rotā, ſiue exceptio per tertiū obiecta eſſet aliquod cōmodū ſpoliāti allatura, ne alias præberetur anſa ſpolii, ſi poſſet eā colluſione ſpoliator per ſociū defendi, vt dicunt Abb. in c. in litteris. nu. 33. de reſtitu. ſpoli. & in c. ij. nu. 12. verſic. hinc dicūt. de ordi. cogni. & in capi. ueniens. il 2. num. 3. de teſtibus ubi Fely. num. 16. Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 80. de acqui. poſſ. Corſet. in 38. limit. ſpoli. Et ne dum tertius admitte-

retur

Source : BIU Cujas

retur ad exceptionem dominii, verum etiam audiretur in obiectione criminis,ac illegitimatis, & cæteris quibuſdã caſibus, qui opponi nequeant per principalem de ſpolio conuentum, vt ibidem dicit Corſet.quem ſequitur Rota relata per Mohed. deciſ.214.ex quibus tamen obiectis per tertium, licet impediretur effectus reſtitutionis, nõ tamen poſſit impediri eius cauſæ proceſſus,vt idem per Mohed.& dicit Rota in d.deciſ.438.in no.de qua Pute.deciſ.192.libro j.

96 † Quòd & ſi ageretur de ſpolio matrimonii tam fauorabilis, adhuc tertia mulier eſſet eius reſtitutionem impeditura ex allegatione prioris matrimonii cum ea contracti & conſummati, vt deciſum fuit per Abb.in c.item cum quis.& in ca. in litteris. colum.fi.de reſtit.ſpoli.& in c.veniens.in fi.de ſponſa.cuius cõtra ſenſerit ibi Inno.reprobatus ibi per Abb.& Fely nu.16.dicẽtem ſe ita de facto obtinuiſſe,& latè Ripa in d.§. nihil commune.nu.80. Non obſtante ꝙ hoc vitium ſpolii tertium excludat ab effectu regu.de trienna.vt refert Mohed.eſſe de mente Rotę in deciſ.205.& 207.de quo latè Sarnẽ.in eadem reg.q.22.nu.3.

97 † Summi Principis auctoritate certaque eius ſcientia poſſeſſionẽ adeptus legitimè ſe tuebitur a iudicio ſpolii, ſi de eo exceperit,cum ea poſſeſſio tanta auctoritate munita præſumptionẽ habeat ſummæ iuſtitiæ,vt inde profecta poſſeſſio, dici nequeat ſpoliatiua.Cyn.in l.meminerint.quæſtio.ij.C.vnde vi.relatus per Aegid.deciſ.105.in fi.& Afflic.deciſ.85.num.4.& 302. num.2.361.num.13.dicens idem fore in poſſeſſione tradita per commiſſarium Principis,qui velut eius perſonam repreſentãs, æquo iure cum eo cenſeatur in ſibi commiſſis,vt dixerunt Angel.in l.Princeps.ff.de legi.& in l.fi.de impub.& ali.ſubſtitu. Pariſ.conſi.99.num.19.libro quarto. In quo & ſi idem Afflic. videatur contrarium ſentire in deciſ.116.num.5.& deciſ. 119. nu. 6.& Angel.in l.Paulus.§.primo.ff. qui poti.in pigno. habe. In effectu tamen nihil a ſeipſis diſſentiuut,cum loquatur in Principe decepto & circumuento per ſurreptionem iuxta termi.l. auctoritatem.C.vnde vi.vt dixi ſuo loco:nam alias ſi Princeps ſciens, & volens poſſeſſionem alteri tribuerit nominato poſſeſſore,eius poſſeſſio tuta ſit a quolibet iudicio ſpolii, cum nec
98 proceſſus ab eo factus contra ſubitum † egeat aliqua citatione, aut iuris ordine,niſi in ſententia,quæ citationem expectaret. ca. j.de cauſ.poſſeſ.& propri. clemen. paſtoralis. de re iudic. Alex. latè poſt Barto.in l.fin.C.de legibus qua citatione, nec eo caſu egere ſententiam dicit Bald.in l.ne cauſas. numero quarto. C. de appellat. Deci.conſilio 125.num.4. Idque propter immenſam ſummi Principis poteſtatem in ſubditos,de qua Fely.in ca. quæ in eccleſiarum.de conſtitu.& in capitu.poſtulaſti.num. 71.
99 de reſcript. † Verum ſi nec citato nec nominato poſſeſſore,capta fuerit poſſeſſio cũ ſola ſuperioris auctoritate, fruſtra de ea exciperetur in ſpolio, niſi fuiſſet adiecta facultas capiendi poſſeſſionem,inde amoto quolibet poſſeſſore,& ſine uitio ſpolii, in Rota deciſum tradit Mohed.deciſ.47. vel niſi verſaremur in his in quibus Põtifex poſſet inuitis præiudicium afferre, vt per Fely.in capitu.cum olim.num.42.3.declarat. de re iudica. cum ad id eius priuilegium, ſeu lex lata ad perpetuam rei memoriam uim citationis obtineat. Abb.in capitu.cum inter.colum. 3.de except.Mohed.deciſ.86.& plenè dictum in cauſa Lateranen.præeminentiæ. Quando autem etiam in Principe citatio requiratur,ponunt Abb.in d.capit.cum olim.num.23.vbi latè Fely.& Soz.conſi.266.num 49.libro ij.Gemi.conſi.53.Abb.in c.j.num.4.de cauſ.poſſeſ.Iaſo in l. ne quicquam. num. 29. ff.de
100 offi.proconſ.Gigas de penſi.quæſt.37.num. 8. † Non tamen ſecularis Principis auctoritas,qualiſcunque ſit, ſpolii vitium adimat in beneficialibus, quorum poſſeſsio quæſita, etiam auctoritate regia,ne dum non ſit tuta exceptiua a iudicio ſpolii, verum nec eſſet actiuè reſtituenda, cum talis auctoritas velut in alienam meſſem adhibita, non careat metus aut violentiæ ſuſpicione.Oldra.conſi.14.& 209.colum.fin.Fely.in c.poſtulaſti. num.73.de reſcript. quamuis Pontifex poſſet in his beneficialibus quodlibet ius ad nutum tribuere & ædimere tanquàm in dubius eorum Dominus:ac eius ſententia ſuper ademptione iuris beneficii cenſeretur æque poſſeſsionem adimere, quæ ſine iure in beneficialibus retineri nequeat. Pau.conſi.253. col. 2.lib.j.ut & tacitè per eius clauſulam, & quæcunque inde ſecuta,poſſeſsionem etiam reſpicere cenſeat.c.ſi eo tẽpore. de elec. in 6.ac ita per Rotam interpretatum tradũt.Sarnen.de anna.q. 78.Veſta.deciſ.75.qui inſimul declarat ſenſum clauſulæ,ſublata alias iudicandi facultate,de qua Caſſad.in reg.deciſ. 10. num.3. & Pariſ.conſi.99.in fi.lib.4.Poſitq; Pontifex ex certa ſcientia ꝑ litteras in forma breuis,cum clauſula,ſine uitio ſpolii, adimere omne eius vitium, cum quo etiam adimatur ſpes reſtitutionis in ſpolio,velut inducto ab eodẽ Principe,ꝙ poſſet omne iudicium ſpolii, (velut iure poſitiuo conſtitutũ) ſuamet auctoritate adimere,etiã ſine cã,vt per Mohe.deciſ.86.ſicuti poteſt cętera põſitiua iura,de quibus Fely.in c.quæ in eccleſiarum. nu. 68. de conſtitu.Corn.conſi.312.litte.I.lib.j.atque cuncta ſuo libero. munere alteri tributa,ſeu donata adimat ad nutum, vt ibidem Fely.& Capici.deciſ.69.num.13.Prædictumq; breue ita obtentum inducat præſumptionem, quòd eius tantum virtute poſſideatur: licet aliàs non conſtaret de executione ipſius breuis, vt dicit Pute.deciſ.19.vt lit.penden.

Adeo vt tunc demum poſſeſſio capta auctoritate Principis ſit tuta à iudicio ſpolij, ſi ex certa ſcientia tribuatur in his quæ eius poteſtati ſubijciuntur, vt ſunt in Pontifice beneficialia, de
101 quibus ad nutum diſponat. † Indeque ſit quòd ſi ſcienter reſcribat in collatione beneficij,aut mandato de conferendo, id vacare ex aliquo expreſſo crimine,plenam fidem eius criminis faciat quo ad incurſum eius priuationis,cum & epiſco po de vacatione certo modo credatur: quia viſitando priuare potuit, vti dictum in Rota refert Pute.deciſ.22.de reſtit.ſpolia.Non tamen ex ea enunciatione criminis per Principem facta incurreretur alia pœna ipſo facta,vt dicit Fely.in c.2.num.4.de reſcrip. Caſſa. de vnio.deci.2.col.fi.ſed tantum priuationis, cum ex certa ſcientia Pontifex reſcribens præter ſeu contra ius, cenſeatur adimere omnia iuris poſitiui obſtacula, vt ibidem per Caſſad. In quo nec recipienda eſſet contraria probatio, videlicet, quòd ex eo crimine non veniat de iure infligenda pœna,priuationis: nam cum in Pontifice prę ſumatur cuiusque iuris ſcientia,dicatur ex ea enunciatione ſcienter facta,de eo iure diſpoſuiſſe. Fely. in d. c.2.& in c.cum nobis.4.notab.de teſtib. Ancha.conſi.293.nu.2. Ideoque ſi ex certa ſcientia beneficium conferat cum narratione priuationis incurſæ ex non promotione,plenam adeo faciat eius priuationis fidem,vt nec oblata probatio,in contrariũ re-
102 ciperetur,vt per Anch.in d.conſi.† Non tamen eadem fides Põtificiæ narratiuæ adhiberetur in profanis negotijs, in quibus nõ æqualem obtinet poteſtatem,quàm in beneficialibus,in quib. ſibi tantum locum vendicet diſpoſitio clemen.1.de proba.vt teſtatur Paul.de Caſt.conſi.46.in fi.li.2.Et præſertim in his quæ ad ſui commodum alteriusq; prę iudiciũ redundarent,ex latè traditis per Deci.conſ.455.nu.62.& ſeq. vt nec in beneficialibus eius narratiuæ crederetur in his quæ reſpicerent factum alienum, vt ſi Pontifex narraret, beneficium vacare per reſignationem factã per procuratorẽ reſignãtis in manibus ſui commiſſarij, in quo ei non præberet plena fides,niſi de procuratoris mandato aliunde conſtaret. Aegid.deci.253.relatus per Staphi.in trac. de litte. Apoſt.fol.155.col.2.ſecus tamen futurum in narratiua deſignationis factæ in manibus ꝓprijs,ſeu ſuorũ prædeceſſorũ .In quo ſtatuit.d.clem.1.ei eſſe credendum,& ita intellectam.d.deci.Aegid.ab omnibus dominis de Rota retulit Creſcẽ.deci.115.

103 † Pariformiter & Pontifici narranti alicuius rebellionẽ crederetur, ſi etiam narraſſet ſe ita declaraſſe, aut Motuproprio id dixiſſet vt dicit Mohe.deci.83.& deci.381.cum ſeq.de quo Soc. conſi.266.nu.27.lib.2.vel ſi deſuper fundaretur Pontificis diſpoſitio,vt dicitur per Alex.conſi.112.num.1.lib.7.& in d.deci.371. latè Rebuff. de concordia.in ſublatione d.clem.1.pigna. 143.& ita procedunt,quæ in hoc dicit Curt.ſeni.conſi.49.nu.32.& non aliàs,niſi ex antecedentibus verbis, aut ſubſequentibus conſtaret Pontificem rectè fuiſſe de narratis conſcium, vt dicit Corn.
104 conſi.312.litt.P.lib.1.† Neque etiam ex Apoſtolico priuilegio, aut immunitate cuiquam tributa ratione alterius rebellionis probaretur talis rebellio,quæ tẽdat in maximum tertij detrimẽtum, nec rebellio incurratur abſq; graui culpa, vt inquit Pute. reſolutum,deci.122.lib. j. niſi tamen ad præſumptionem rebellionis accederẽt alia adminicula, quæ eam magis detegerẽt, vt per Creſcẽ.deci.49.& 89. cuius tamẽ priuilegij verba rectè probare contra eum qui id in actis produxiſſet,dicit Afflic.deci.14. nu.6.cum ex ea productione cẽſeretur approbaſſe omnia in litteris contẽta,niſi fuiſſet expreſſe proteſtatus.Fely.in c.imputari. in fi.de fide inſtru.& in c.cum venerabilis.nu.14.de excep. Iaſ.in l.edita.in fi.C.de edẽ.Roma.conſi.433.verſi.quo ad vltimũ.Rota in no.deci.282.Indeq; dicat Deci.conſi.445.nu.62.non fuiſſe credẽdum Duci Mediolani de alicuius ſubditi rebellione, non obſtante eiuſdẽ Ciuitatis decreto,ꝙ credẽdum ſit de rebellione aſſertionis Principis.idemque dicit Pariſ.conſi.j.num.48. lib. 1. quod quidem decretum, velut tribuens in manu cuiusque vel peſſimi Principis facultatem priuandi ſubditos ad eius nutum, non eſſe vllatenus recipiẽdum dicit Fely.in c. quæ in eccleſiarũ. col.5.de conſtitu.

105 † Pacis capitula inter Principes,aut Cõmunitates poſt diutur num bellum inita,ſuper non reſtitutione bonorum priuatorũ quæ fuiſſet durante bello inuicẽ occupata, omnino eſſe obſeruãda ad prę iudiciũ priuatorũ quorũ ius ex publica auctoritate auferri poſſe dicũt Bar.in l.quæcũq;.in fi.C.de fid.inſtr.li.10.Bal. in l.quicunque.nu.27.verſi.deinde nota. C. de ſeruis fugi. Ang. in l.creditor.§.fi.ff.commu.prædi.& in l.conuentionũ.in fi.ff.de pact.ubi Iaſ.in fi.Roma.conſi.310. col. 2. uerſi. tertio probatur. Card.Zaba.conſi.85.nu.4.Deci.conſi.602.nu. 14. & eſt commu. cum Innoc. in cap. in noſtra.de iniurijs.ut ibi dicit Abb.num. 5. Quod tamen ita recipitur per Hoſti. in c. quando. de iureiur.& in ſua ſumm.de pœnit.§.1.uerſ.ſed pone.ſi ea pacis capitula fuiſſet inita de conſenſu totius populi, ſeu ſi aliàs nõ fuiſſet pax ſuceſſura ſine tali remiſſione bonorũ, cuius opi. ſecuti ſunt Anc. in regul.peccatum.nu.18.in 6. Socin.in l.gallus.§.& quid ſi tan-

Source : BIU Cujas

tum.nu.11.verſi.3.adde.ff.de libe. & poſthu.& alij quàmplures, cohærentes dicto Hoſtien. plenè deducti in cauſa Peruſina de Balionibus de anno 1566.coram Sarmiento, ex qua fauorabili cauſa pacis reſtitutus à rebellione per Principem conſequitur etiam bona, quę fuiſſent aliena, ad quæ aliàs non porrigeretur
106 generalis reſtitutio Principis, vt inquit Mohed.in deci.87.† Sub his tamen capitulis pacis, in quibus generice promiſſa fuiſſet affirmatiua reſtitutio omnium bonorum occupatorum in bello non contineretur earum rerum reſtitutio, à quibus hodiernus poſſeſſor fuiſſet ante bellum ab alio per vim ſpoliatus, qui nec virtute capitulorum teneretur, rem per ſe poſſeſſam reſtituere, dummodo ſit paratus in continenti docere de eius bono iure in proprietate, ſeu de alia cauſa, quæ notoriè redderet reſtitutionem iniuſtam, vt per Afflict.deci.361. & 403. Pariſ.conſi.24.nu. 35.li.1.& latè diſcuſſũ in alia eorundẽ cã corã Cardi. de Puteo.
107 † Et ne dum ſummi Principis auctoritas, de qua iam dixi, præſumptionem pariat iuſtæ poſſeſſionis, excluſiuam ſpolij, verum & auctoritas inferiorum iudicum eam inducat, ex l. iuſtè poſſidet.ff.de acquir.poſſeſſ. vt ex ea præſumptione transferatur in agentem de ſpolio onus probandi iniuſtitiam notoriam ex eiſdem actis, ſeu nullitatem poſſeſſionis traditæ per iudicem; Adeo vt qui de eius ſpolio agere intendit vltra duo extrema regulariter per ſe probanda, teneatur ad effectum victoriæ id tertium plenè probare, videlicet nullitatem, aut iniquitatem inſurgentem ex eiſdem actis.c.conquerente.vbi Abb.2.notab. de reſtitu.ſpoli.Deci.in c.cum cauſa.4.notab.de offi.deleg. & in c.referente.1.notab.de præben.Fely.in c.eccleſia.nu.32.de conſtit. Gem.conſi.5.in prin.Soc.conſi.12.nu.11.lib.1. Corn. conſi.175. nu.5.lib.2.Pariſ.conſi.1.nu.165.lib.1.Nam cum iudiciaria auctoritas, ſui natura habere debeat annexam iuſtitiæ qualitatem, nimirum ſi ipſius iuſtitiæ defectus deleat omne nomen iudicis deductum ab adminiſtratione iuſtitiæ.c.forus.§.iudex. ff.de verb. ſigni.qui ſi nulliter & iniuſtè proceſſerit à ſemetipſo, ſe alienum reddat.Deci.in l.factum.ff.de reg.iur.Ad reiiciendam igitur hãc exceptionem iudiciariæ auctoritatis obiectam per reum de ſpolio conuentum, ſi invim replicationis allegetur ab actore nullitas vel notoria iniuſtitia, eius cognitio in primis ſit excutienda. Archid.in c.quia.nu.37.q.j.Deciſ.conſi.125.in fi. qua poſſeſſione nulla ſeu iniuſta probata actor ſit omnino reſtituendus. Abb.in c.ad petitionem.nu.6. de accuſ. Deciſin d. c. cum cauſa. nu.11.& in c.referente.& in regu.non videtur.§ qui iuſſu.& 2ſi. 449.nu.30.Roma.conſi.158.verſ.3.Fely.in c.dilectus.il 1.nu.3.de reſcrip.Aegid.deciſ.105.Gigas in tract.penſi.q.48.in fi. Ad effectum autem vt dicatur ex actis notoriè conſtare de iniuſtitia, ſat ſit id deduci etiam ex poſt facto Nam ſiue ab initio, ſiue poſtea de eo conſtiterit, verum erit id ex actis vniformiter notorium, vt ibidem per Fely.& Soc.conſi.12.nu.11.li.j.Non enim poſſit vllo pacto dici quicquam à iudice profectum, qui in forma iudicij non proceſſiſſet gl.in d.c.præſentium. Abb.in c.conquerente.nu.8.de reſtit.ſpol.& in c.ſi conſtiterit.nu.7.de accuſ. Spe. de petito.& poſſeſ.§.fi.in prin.Iaſ.in l.qui in aliena.§. Celſus.nu.
108 29.ff.de acquir.hære.Soc.d.conſ.12.nu.20.† Iure autem proceſſiſſe præſumeretur contrario non probato, vel niſi proceſſiſſet extraiudicialiter, vel ſine iuriſdictione, aut aliàs nulliter, vti euenit, ſi mixtus executor tanquam merus procedens, ad poſſeſſionis traditionem deueniſſet, quæ propterea ſit reſtituenda ex defectu auctoritatis indecenter interpoſitæ, vt per Old. conſi.227. Fely.in d.c.dilectus.nu.4. Ac ęquè cẽferetur nulliter proceſſum per iudicem cum procuratore reuocato, ſiue id iudex ſciuerit ſiue iuris ignoratione ductus id fecerit: ſecus futurũ ſi iuſta credulitate aut veriſimilitudine fuerit motus. Abb.in c.ex inſinuatione.nu.4.de procur.Fely in d.c.dilectus.Deci. in d. conſi.449. In quibus caſibus, & eius generis aliis, quæ militant contra factũ iudicis, retorqueretur præſumptio contra eum, vt qui auctoritate iudicis niteretur, ſubire teneatur onus contrarium probandi Abb.Fely.& Deci.in d.c.conquerente.in c.cum cauſa. & c. dilectus. Aliàs agens de ſpolio probare debeat iniuſtitiam vel nullitatem, licet dubitaretur, an iuris ordine id factum ſit, quia (licuti dixi) ſi de contrario conſtaret, reſtitutio daretur, nulla habita ra
109 tione ipſius iudicis.† Sed tamen ſi planè conſtaret in iudicio de veritate alicuius crediti, cuius cauſa fuiſſet poſſeſſo per iudicem tradita, eſſet in eum caſum reſtitutio deneganda; licet non ordine proceſſum fuerit, vt dicunt Ale.in l.à diuo Pio.§.in vendi tione.nu.5.de re iudi.vbi Iaſ.nu.12.Lucas de Penn.in l.ſi coloni. q.23.C.de agric.& cenſi.li.11.Nã licet non citato poſſeſſore quis immitteretur in poſſeſſionem per iudicem pro alterius debito iã verificato, non ppea diceretẽ in eo per iudicem nulliter actũ: quod & ſi iniuſtum eſſet rõne rei in qua facta fuit immiſſio, nõ tñ ſit iniuſtum rõne petentis ex vero eius credito. Propterea q; nec eſſet in eo agendũ de ſpolio, ſed iure ordinario, ex traditis per Anch.conſi.270 nu.5.relatum per Soc.conſi.158.nu.21.li.2.
110 † Vnde dicat Ang.in l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad l.Iul.de vi.& Afflict.dec.7.num.3.Spoliatum auctore iudice agentem in iudicio ſpolij, reijciẽdum per exceptionẽ dominij, regulariter ĩ ſpolio non receptam. Idque propter iuris fomentum, cumulatum cum tali auctoritate; non tamen iudicis decretum de immittẽdo in poſſeſſionem non ritè interiectum coadiuuaretur ex eo (ad effectum euitandi iudicium ſpolii) quòd ea poſſeſſio fuiſſet poſtea cum executore tradita. Cum nihilominus diceretur non iure proceſſum: nam & reſpectu executoris erit præmittẽda iniuſtitiæ cognitio ex præuiis actis eiuſdem iudicii, ut dicit Anto.Hegu.in tracta.pigno.3.memb.3.parte.num.22. & latius dictum in materia probatoria: verum ſi ex eo decreto non rite adhibito iudex fuiſſet impartitus parti licentiam ingrediendi poſſeſſionem, non poſſet inde oriri iudicis ſpolium, ſed ipſiusmet partis ita ingredientis; nec tunc eſſet requirenda alia nullitatis uel iniuſtitiæ præuia diſcuſſio. Quinimmo ita ingreſſus pœnam incurreret, de qua in l.meminerint. C. vnde ui. ut ibidem ponit Anto.Hegu.ut nec etiam pars ita recipiẽs ex ſe poſſeſſionem de iudicis licentia, virtute decreti ualidi, euitaret iudicium ſpolii, ſi alter rem illam tunc poſſediſſet, cum ea licentia non ſit intelligenda de plena, ſed de uacanti poſſeſſione, vt
111 ait Corn.conſi.27.litt.G.& conſi.266.litt.P. lib.4. † Quòd & ſi iure fuerit per iudicem proceſſum, & in contumaciam alicuius poſſeſſio alteri tradita, poterit primus poſſeſſor contumacia tempeſtiuè purgata, priſtinam poſſeſſionem iudicialiter recuperare, non obſtante priori iudicis auctoritate iã deleta per expurgationem contumaciæ; nec ille poſſidens iuuari poſſet exceptione dominii, donec res deuenerit ad primum ſtatum, in quo eſſet ante contumaciam.Bald.in l.pen.§ fin.in fin.C.de præſcrip.triginta annorum, ad id notatus per Corſet.poſt Abb. in c.venerabi.verſicu.ante.de offic.deleg.Quid autem futurum eſſet in contumace gratiato per principem, dicam inferius, & ponit Lucas de Penn.in l. ſi coloni. quæſtione 15.& hæc ſunt quæ occurrunt dicenda in hac exceptione deducenda ex auctoritate ſuperioris.

† Animus etiam præcipuè in hoc iudicio ſpolii attenditur,
112 vt qui non fecerit animo ſpoliandi, eius iudicio nec ſubiaceat, vtpote ſi allegaretur id factum ad iuris proprii continuationẽ non animo ſpoliandi, ut ſi vnus tantum ex ſociis patronis, cęteris non requiſitis, aliquem præſentaret ex iure ſibi competenti, non diceretur ex eo ſocium ſua poſſeſſione ſpoliaſſe, ſed ꝓprio iure vſus: niſi tamen ſocium paratum ad præſentandum non admiſiſſet, ſeu ſi alter poſt notam ſibi præſentationem per conſocium factam, terrore ductus dubitaſſet ſe ab eo poſſe repelli, ex quo amiſiſſet poſſeſſionem iudicialiter recuperandã, vt per Calderi conſi.4.de cauſ.poſſeſ.& propri. Idemque futurum in electione collegiali, ſeu capitulari facta abſente aliquo collega, ex qua non poſſet notari animus ſpoliandi, ſed iuris proprii continuandi: nec ſecus eſſet in penſionario non ſoluẽte non animo denegandi ſolitam penſionem, aut ſpoliandi ab eius perceptione, ſed propter inopiam, ut dicit Hoſtien.in cap. querelam. verſicu.ſubtractam.de elect. Idem dicens ſi epiſcopus, mandato per ſe facto decimarius ne proprio plebano decimas ſoluerent, ſed alteri, denuo eiſdem mandauerit illas exſolui eidem plebano, ex quo non cenſeretur habuiſſe animum aliquem ſpoliandi, ſed continuationis fiendæ.

De exceptionibus in l.ſi quis in tantam. C. vnde vi. Cap. 111.

113 QVamuis † omnem actionem amittat qui in hanc cõſtitutionem inciderit, vt in ea dicitur: nõ tamẽ amittit exceptionem, quæ integra remaneat, cum in pœnalibus detur retentio etiam actione ſublata, vt in terminis huius legis dicit glo.in l.ſi pœnę.in princip.ff.de condic.inde.Barto.in l.j.nume.12.ff.de exceptio. Bald. in l.ij.num. 35.C.ſenten.reſcind. non poſſ. Ideoque tractandum ſit de his exceptionibus, quæ de iure competunt ad hanc pœnam euitãdam, ac excludendam intentionem agentis ex hac lege, in qua cum caueatur pœnam incurri per eum qui rem ab alio poſſeſſam uiolenter inuaſerit, a tali pœna tutus erit, qui contra agẽtẽ oppoſuerit defectũ poſſeſſionis, ut niſi agens docuerit ſe tẽpore inuaſionis poſſeſſorẽ fuiſſe, fruſtratoria ſit futura eius pœnæ proſecutio, uelut ex defectu primi extremi, cuius p̃cipuum robur & fundamẽtũ ſit poſſeſſio p uiolẽtiã amiſſa: Indeq; dicit Pariſ.conſi.1.nu.173.li.j. eos rebelles, q omni iure priuati fuerit nõ iuuari bñficio huius cõſtitutionis, ſi in re quapiã p eos detẽta uiolẽtiã patiant, cũ ſint priuati tã poſſeſſione q̃ proprietate. Ac ſimiliter ab hoc iudicio excluderent q̃cunq; alii detẽtores, vti coloni cõmodatarii, & alii ſimiles, q ex hac l. nõ admittant velut fundata in uera poſſeſſione, ut eſt gl. magna in hac l. ver. 5.& gl.& in l.emptorẽ.C.loc.& dicũt Abb.ĩ c.j.nu.13.de ſequeſ. poſ. Soz cõſi.122.li.4. Propterea q; qdã ſentiũt, nõ tribui huius cõſtitutionis auxiliũ immiſſo in poſſeſſionẽ ex primo decreto, vt Io.An.poſt Spec.de j.decre.§.iã de effectu.nu.14.uer.ſm eos.
114 † Iisdemq; effectus excluſionis huius iudicii oriret ex obiectione ciuilis retente, ex qua licuerit etiã uiolẽter naturalẽ incõtinẽti recuperare ex iuris permiſſione. l. clã poſſidere.§. q ad nũdinas.ff.de acqui.poſ. gl. fin. in l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad l.Iul. de vi. ubi Bart.nu.6.& in l.qui poſſeſsionem.q.ij. de ui & vi armа.Soz.

Source : BIU Cujas

ma.Soz.consi.122.num.12.& 19.lib.4. Cuius ciuilis possessionis amittendæ animum non præsumi,nisi probetur, dicit Archid. in c.Pontifices.in fin.7.quæst.j.& Balb.in l. Celsus.num.12.ff.de vsucap.sed probari poterit talis animus ex diuturna negligentia recuperationis,qua deperditur ciuilis ex præsumpto timore,vt notant Barto.in l.5.§.cum igitur.ff.de vi & ui arma. Bal.in l.fin.num.5.C.de his qui a non Domi.Soz consi.47.num.12. libro 1.& consi.158.num.24.li.ij.Cassad.de restitu.spoli. decis.5. nume.3. Quanti autem temporis lapsus requiratur ad hãc negligentiam deducendam, variè admodum inter Doctor. tractatur:quorum quidam decennium, alii maius tempus esse dixerint,de quo Barto.in d.§.cum igitur. Alex.post eum in l.si id quod.vlt.addit.ff.de acquir.possess.Abb.in c.cum veniissent.in fi. de restitu.spol.Soz.consi.38.num.16.lib.j.Tandem concludentes non posse in hoc tradi certam doctrinam, sed committendum iudicis arbitrio, qui vndique circunstantiis rectè pensatis sit arbitraturus,an intercesserit talis negligentia, ex qua inferatur animus amittendi ciuilem possessionem.Idemque dicit Fely.in c.vigilanti.num.10.de præscrip. Rota in antiq.decis.54 in fin.Quid autem futurum sit, in recuperatione naturalis ex interuallo,si iudicis copia haberi nequeat,ponit Inno.in c.olim. il j.nu.8.de restitu.spolia.Pau.de Castr.consi. 399.num.ij.lib.j.&
115 latius supra dictum. † Atque adeo ciuilis possessionis cõtinuatio excuset violentam recuperationem incõtinenti factam, vt ne dum vera ciuilis retentio,verum etiam eius rationabilis credulitas,hunc effectum operetur: Nam si aliqua iusta de cã credens ciuilem se retinere,naturalem per vim recuperet, existimans id sibi licere,impunè ageret,cuius rei exẽplum tradi possit in prælato successore,qui bona suæ ecclesię per vim recipiat ratione credens,ciuilem possessionem esse penes ecclesiam,ꝑlatumq; prædecessorem rem illam nomine ecclesiæ possedisse,cum tamen ea bona per hæredem illius,vnà cum ceteris bonis commixta possiderentur,vt nihilominus cessaret incursus huius pœnæ,ex not.per Inno.in c.cum ex officiis.num.6.de testamen.relatum etiam per Bald.in aucten.licentiam. nu.5.vers. econtra.C.de ediscop.& cleri.Marsi.singul.167.cum ex iusta cã
116 id existimans,esset omni dolo & culpa vacuus: † quibus circũscriptis cesset pœna huius constitutionis.§.quia tamen.Institu. vi bo.rapto.& dicitur in hac l.& ĩ ea Bar.num.5.& 16.& Alex. consi.64.in fi.lib.3.Hinc est,ꝙ si hæres ex iusta causa arbitratus possessionem omnium bonorum fuisse suo nomine captam, rem aliquam ex his per vim inuaserit eiecto alio possessore, nõ incidit in pœnam huius legis, vt in ea dicit Bald. & Soz. consi. 131.num.10.lib.j.Corn.consi.158.col.2.lib.4.verum si credulitas esset aliqualiter culposa,nequaquam excusaret, vt si ex iuris errore crederet sibi id licere, ex quo nihilominus pœnam hãc incurreret,vt per Inno.in c.cum in officiis.nu.6.de testa.& Bar. hic.nu.9.Licet autem iusta credulitas possessionis eximeret a pœna huius legis,non tamẽ quisquam ab ea eximeretur ex iusta credulitate ꝓprii dominii,' quæ & si vera esset,nihil prodesset ad hanc pœnam euitandam,vt expressè dicitur in hac l. & in §.sed nedum.Institu.vi bo.rap.& per Corn.consi.207. in fin. lib.ij.Adeo vt in hoc nihil proficiat credulitas dominii, sed tñ
117 possessionis saltim ciuilis,vt pote si a fide dignis, quis acceperit possessionem fuisse captam per eius seruum vel procuratorem suo noĩe,vt hic dicit gl.& Alex.ĩ l.naturaliter.§.nihil cõmune. nu.14.de acqui.poss.Soz.cõsi.122.nu.19.lib.4.Pariter sit excusandus ab hac pœna qui legitimè prouisus de bñficio,eius possessionem propria auctoritate cœperit sine executore aut fulminato processu,vnde non amitti ius propriũ virtute huius l.si quis in tantã.dicit Ripa in c.sæpe.nu.68.de restitu. spoli. quem refert Sarnen.in regu.de trienna.quæst.27. num. 6.† Iustam ẽt tribueret excusationem licẽtia de ingrediendo tributa in sentẽtia quamuis notoriè iniqua,licet talis licẽtia eximeret a pœna.l.meminerint.hoc eo.tit.vt suo loco dicam cum gl. magna in hac l.si quis in tantam.vbi Barto.in fi.latè Ripa in d.ca. sæpe. num.86.Non tamen quisquam ab hac pœna excusaretur sub prætextu subsecutæ confirmationis principis post cõmissam violentiam ex not.in l. auctoritatẽ. C. vnde vi.vbi latè tradidi.
118 † Eademmet ratione qua dixi hanc pœnam nõ incurri cessante dolo & lata culpa eximitur a tali pœna ecclesia,cuius nomine ab aliquo,licet ꝑ uim,propriæ res ipsios ecclesiæ occuparent,cũ huius legis & pœnæ rigor leniat vt plurimũ in rebus ecclesiæ,ut ibi dicit gl.in verb.rigor.& in ca.j.de dolo & cõtu. vbi Ab.nu.9.Bald.in aucten.licentiam.nu.5.C.de episc.& cleri.Capra consi.32.uer.circa quartum Idq; adeò verum sit, vt nec ecclesia huic pœnæ subiiceretur ex uiolẽtia olim cõmissa ꝑ eius prælatum in recuperatione rei ecclesiasticæ,ut esse cõem testãtur Ripa in c.sæpe.num.95.& Pauin.in tract.uisitatio.lib.j.c.10. num.94.sed prælato adhuc superstite,res ab eo ꝑ vim occupata esset omnino restituenda sine læsione cuiusquã iuris ecclesiæ, vt ibi per Ripam,licet contra sentientẽ.Verũ si prælatus cõuocato capitulo,cõmunicatoq; consilio eam uim cõmiserit, ꝑiudicabit ecclesiæ,etiã in amissione ꝓprii iuris, secũdum Dy. in regu.delictum.in fi.& Abb.in c.ij.num.11.vers.& nota.de ordi.cogni. quorum opi. esse communem dicit ibidem Ripa, arguens tamen in contrarium non obscuris rationibus, quibus per me non repetitis, id concludentissimè superaddi posset, ꝙ
119 cum prælato non † liceat etiam communicato consilio, cęterisque solemnitatibus adhibitis absque legitima causa à iure recepta alienare rem ecclesiæ. gloss. in c. j. de restitu. in integr.& est communis teste Fabia.in tract.empti.nu.112. nec equè id ei licere debeat per indirectum cum illatione violentiæ in re propria ipsius ecclesiæ,cum eo pacto posset in fraudem canonis tradere rem ecclesiæ alicui confecto possessori,vt illi postea ꝑ vim eiecto dominium quæreretur in pęnam violentiæ. Ideoque cũ id directò non liceat,nec obliquis artibus licere debeat.

Iam dixi,hæredem velut successorem alieni iuris, habere iustam causam ignorantiæ,ac propterea etiam iustam causam credulitatis,quòd nemo sit rei hæreditariæ possessor.Ideoque si eã rem effractis ostijs inuadat,in hanc pęnam non incideret.Idem futurum si alia iusta causa legitimè crederet,se esse possessorem,
120 vt inquit Soc.consi.131.nu.9.& seq.lib.j.† Verum si nulla rationabilis adesset causa credẽdi,hanc pœnam incurreret, vt ibidẽ Soc. Nam & si hæres possit rem hæreditariam propria auctoritate eapere nemine possidẽte. Bald. in authen.licẽtiam.num.5. C.de episco. & cleri. non tamen id sibi de iure licebit possidẽte alio sibi noto,quem si violẽter eijceret,huic pęnæ subijceretur, siue purus, siue conditionalis esset hæres, vt firmat Ripa in d. c. sępe.num.97. merito in hoc redarguens dicta per Ias. in l. inter omnes.num.10.ff.qui satisd.cogan.qui hoc nõ recipit in hærede conditionali,quod nec esse tutum,nec de iure verum cẽsuit Ripa:quia si purus hæres maiorem proculdubio habẽs facultatem capiẽdi propria auctoritate,non eximitur à pœna huius legis,si rem ab alio possessam violenter inuaserit, multo minus ab ea eximi debeat hæres conditionalis, qui nullum ius interim habeat,nisi incertum,& à conditione suspensum, ex quo nullatenus possit ab ea volenta occupatione excusari,vt & si Bal.in d.l. inter omnes.idem dicat quod Ias. adhuc eius opinionem nõ sequerer, ne aliàs melioris esset conditionis hæres sub conditione institutus,quàm qui purè institutus sit:sed non propterea ita simpliciter sit intelligẽdum,quòd hæres conditionalis hanc pęnam incurrat,sed adhibito modo eam incurrendi.Nam cum interim pendẽte conditione iudicari nequeat, an sub ea hæres institutus rem propriam,seu alienam inuaserit, ex incerto conditionis euẽtu, ac in ea l. si quis in tantam statuatur duplex pęna. Altera videlicet amissionis rei,si violentus sit dominus. Altera æstimationis, si res esset aliena,& eorum neutrum conuenire possit hæredi cõditionali antea cõditionem purificatam;is modus esset adhibẽdus (ne eius violentia careat pęna congrua) vt cõditione pẽdẽte sit condemnãdus hęres ad restitutionem possessionis inuasæ,cum amissione vniuersi iuris,quod ipse cõditionalis hęres haberet in ipsa re:qua conditione purificata,poterit peti in pęnam violẽtiæ eius rei dominium adiudicari, vel deficiẽte cõditione,peti eius æstimatio, vt in vtrunque euẽtum luat pęnas ꝓpriæ violẽtiæ.De occupatione verò rei legatæ seu fideicõmissariæ,latè ponit ibidẽ Ripa,cuius dicta nõ transcribam.

121 † Ratione tamen ciuilis possessionis retentæ (de qua mox dictum) licet non incurratur hęc pęna per eum qui illico naturalem per vim recuperauerit, ex l. si quis ad se fundum.C.ad l. Iul.de vi.Non propterea primus violentus sit ab hac pœna liberatus:nam & si ex ea recuperatione purgetur vitium suæ primę violẽtię, quo ad rei possessionem, vt nõ amplius teneatur ad eius restitutionem;non tamen cẽseretur purgata pœna amissionis dominij vel æstimationis iam pridem per violentiã incursa,ex traditis per Abb.consi.100.col.3.libro.j. cuius opinio velut conformis veritati,consonet verbis huius legis,quæ vltra plenariam restitutionem possessionis,infligit pœnam,tanquam ab ipsa restitutione seiunctam, nec recuperatio incontinenti maiorem vim habeat quàm integra restitutio iudicialiter facta, quæ sicuti non liberat ab hac pœna,nec æquè liberet recuperatio incontinenti,quæ fungatur vice restitutionis,vti dicunt Bald. in l. si quis ad se fundum.C.ad l.Iul.de vi.num.15.& ibi Barto. num. 6.& in l. qui possessionem.quæst.3.ff.de vi & vi arma.ne aliàs recuperatio illico facta iure permittente, afferret ipsi recuperanti præiudicium amissionis pęnæ iam sibi quæsitæ ex priori violentia sibi illata,quæ deberetur etiam post restitutam possessionem in iudicio, ex nota.in l.vt vim.ff.de insti.& iur.Bald. in d.l. si quis.num.16.quinimmo, & si ante aliquam litem inchoatam fuisset purgatum spolium ꝑ spontaneam restitutionẽ rei,adhuc
122 deberetur pœna velut iam incursa ex crimine violẽtiæ,†neq; in delictis subsecuta purgatio prosit quo ad pęnam euitãdam. l. j. §.si rem.ff.depos.Bar.in l.si insulam. quæst.6. de verb.obligatio. Idque verum sit,quamuis ita possessionem recuperans nõ fuerit protestatus se recipere saluo iure pęnæ, cum nihilominus ex ea receptione non cẽseretur pęnam remisisse. l. qui ea mẽte.ff de furt. l. non prodest. ff. vi bon. rapt. Nam & si conuentionaljs pœna intelligatur per taciturnitatem remissa.l.post diem. ff. de lege commiss.l.si duo.ff.si quis cauti. tamen pœna legalis incurrenda ex delicto in committendo diuerso iurę censeatur,vt nec

Source : BIU Cujas

ex ſilentio dicatur remiſſa. Quamuis ſecus eſſet in pœna delicti in omittendo, ex nota.communiter in l. 2. C.de iur.emphy. & in c.potuit.de loca.latè Ripa in d.cap.ſæpe.nume.72. de reſtitu.ſpolia.

123 † Neque etiam quòd ex interuallo (& ſic illicitè) primus violentus ſpoliator fuerit per ſpoliatum pari violentia deiectus, euitaret pœnam commiſſam ex eius prima violentia.ſecundum Bar.in l.ſi quis ad ſe fundum.colum.3.C.ad l.Iul.de vi.& in l.qui poſſeſſionem.quæſt.3.ff.de vi & vi arma.dicens,neque in hoc caſu primam violentiam compenſari cum ſecunda, quo ad pœnam incurſam, quæ ſit extra ipſam rem: in quo tamen crederem contrarium eſſe de iure verius, prout facilè ad ſenſum apparebit,re oculis obiecta. Nam cum violenter recuperans rem ex interuallo, parem committat violentiam, æquo etiam iure cenſeatur cum eo,qui ab initio vim commiſiſſet, vt nec minus delinquat,quàm qui nunquam antea poſſediſſet,ex nota.in d.l. ſi quis ad ſe fundū.non conſiderata eius poſſeſſione priſtina,cuius recuperādæ ius omne iam amiſiſſet ex diuturna mora:ideoque eadem.met pœna ſit puniendus,qua violentus qui non poſſediſſet,ex quo cogamur fateri,in caſu propoſito pœnam huius ſecundi compenſari cum pœna per primum ſpoliantem incurſa, ipſi primo ſpoliato applicanda, quæ ſtatim euaneſcat ex eadem pœna poſtea incurſa per primum ſpoliatum, quæ ſit primo ſpolianti quærenda ex ſecunda violentia,vt apparebit ex rei exemplo propoſito:fingamus enim primum violentum vti dominum poſſe condemnari in pœnam amiſſionis proprij domi nij,quærendi ipſi ſpoliato ex hac l.ſi quis in tantam. (cuius pœnam non ipſō iure incurri, ſed per ſententiam ſit cōmunis opi. in Iaſ.l.naturaliter.§.nihil commune.num 121. Ripa in d.c. ſæpe num.99.) eumque ante condemnationem primum ſpoliantem ex interuallo eieciſſe, vtique eandem pœnam amiſſionis ſui iuris ſit ſubiturus,& ſic eiuſdem dominij ſibi quæſiti ex prima violentia, quod ſit quærendum ipſi ſpoliato ex ſecunda violentia. Indeque primo ſpoliatus fruſtra ageret ad dominium ſibi applicandum in pœnam ſibi illatæ violentiæ,ſi illico excludendus eſſet per exceptionem cuiuslibet ſui iuris amiſſi ex ſecunda eius violentia,vnde ceſſaret omne lucrum domini, iam ſibi quæſiti. Quod quidem ſi eſſet amiſſurus ex propria violentia, quamuis ſibi fuiſſet effectualiter dominium adiudicatum, multo magis reijciendus ſit ab eius petitione, per exceptionem paris violentiæ,ac pœnæ incurſæ ex his, vt patet ad oculum, & ſentiunt domini de Rota in deciſ.393. in fi. in not. Nec ſecus euenturum ſi prior violentus non eſſet rei dominus. Propterea quæ condemnandus ex hac l.ad eius æſtimationem, cum ſecundus ſpoliator ad tantundem ei teneretur. Indeque neceſſario inferatur reciproca compenſatio ab ipſomet effectu deducta.In quo nihil obſt diſpoſitio l.qui vas.ff. de fur. vbi dominus rem ſibi furto ſubtractam auferens,non eximit primum furem à pœna dupli iam ex eius furto incurſa; vnde inferant Bar. in d. l. ſi quis ad ſe fundum & d.l.qui poſſeſſionem.Pau.de Caſt.conſi.399.lib.1.nullatenus pœnam incurri per dominum vi recuperantem rem propriam,id porrigentes ad hanc pœnam. l.ſi quis in tantam. quæ tamen ex recto ſenſu plurimum diſtet à d.l.qui vas.longo tempore antea edita per Vulpianum Iureconſul. cuius tempore,

124 † nondum eſſet nota,aut ſtatuta aliqua pœna amiſſionis dominij contra eum,qui rem propriam abſtuliſſet;nec furti actio daretur contra dominum ex diffinitione eiuſdem furti, vt nimirum ſi in d.l. qui vas.nulla eſſet pœnæ compenſatio contra dominum,qui rem propriam,licet per vim auferendo nullam pœnam eo tempore incurreret:& ſic ceſſaret extremum pœnæ,cū qua fienda eſſet compenſatio demum inducta & ſtatuta per cōſtitutionem Valentini Imperatoris in d.l.ſi quis in tantam.vt dicit tex.in §.quia tamen.Inſtit.vi bo.rap.& l.lib,latè dictum: cuius primum tempore inducta fuerit hæc noua pœna amiſſionis dominij contra eos qui rem propriam violenter inuaſerint,nec tempore Conſtantini primi authoris l.ſi quis ad ſe fundum. C. ad l.Iul.de vi.longe ante Valentinum innotuerat hæc pœna.Propterea quæ in d.l.ſi quis.in fi.diuerſa pœna ſtatuatur contra ſpoliatum,qui ex interuallo ipſum ſpoliatorem eieciſſet, vt hac tēporum ratione habita rectè concordentur omnia quæ viderentur inuicem repugnare, nec quicquam reliquum ſit, ſuper quo dubitari poſſit,cū tempore Vulpiani,qui fuit ſub imperio Alexandri,nulla eſſet pœna domini recuperantis rem furtiuam.

125 † Minoris ætatis exceptio,tam reſpectu agentis,quàm rei cōuenti obſtat interdum pœnæ committendæ ex hac l. ſi quis in tātam.Nam & ſi minor agens in cauſa mere poſſeſſoria reciperetur,ex l.fi.C.qui legit.perſo.l.1.C.ſi per vim & ibi no.Bar. & Bal. Non tamen erit recipiendus in hoc iudicio, de quo quærimus, velut mixto, quod nedum tendat ad ſimplicem reſtitutionem poſſeſſionis,verum & ad pœnam amiſſionis dominij,vel æſtimationis rei. Ideoque minor in hoc ab agendo reijceretur, vt hic gl.magna in 4.par.cum qua conuenit Bar.d.l.j.nu.x.& æquè poſſit ratione ætatis excipi ex perſona rei qui tempore violentiæ per ſe illatæ,fuiſſet infantiæ proximus,cuius ætas careat omni dolo & culpa ſaltim requiſita ad incurſum huius pœnæ. Bar.in hac l. nu.5.Non tamen ex ætate licet minori,ſed doli capace, excuſaretur reus, niſi aliqua legitima ratione crediderit id ſibi licere. Abb.in c.1.de dolo & contu.Alex.conſi.23.nu 11.lib.1.aliàs ratione doli, etiam reſtitutio in integrum omnino ei denegaretur. Alex.conſi.103.num.18.lib.1.An autem ſexus ruſticitas,aut militia,violentum excuſet à pœna huius conſtitutionis,latè dixi 1 li.

126 † In quo quidem ſi prætenderetur per filium doloſa violentia patris ſpoliantis,obſtaret ei exceptio paternæ reuerentiæ:ſed nō idem futurum ſi prætenderetur violentia culpoſa, vt dicit Bar. in hac l.ſi quis in tantam.num.9.

127 † Exceptio facti non violenti in hoc iudicio proderit ad pœnam euitandam,quæ expoſcit violentam inuaſionem,in dubio non præſumendam ex ſola poſſeſſione rei alienæ, ſed potius clandeſtinitatis præſumptio oriretur, quæ regulariter non pariat effectum huius pœnæ. Nec etiam incurrendæ,ſi abſque violentia,licet aliqua fraude poſſeſſio inuaderetur,vt per Alex.cōſ. 64.in fi.lib.3.Niſi tamen clandeſtinus, aut alter occupator non admiſerit primum poſſeſſorem poſtea reuerſum,ex quo euaderet violentus puniendus ex hac conſtitutione l.ſi quis in tantā. ex dictis ibi per Bal.quæſt.10.Iaſ.in l.clam poſſidere.§.qui ad nūdinas.nu.29.ff.de acquir.poſ.Paul.de Caſt. conſi.399. nu.4.lib.1. Soc.conſi.122.nu.17.lib.4.Pute.de reſti.ſpo.deciſ.33.34.37.38.Ad effectum autem huius pœnæ,ne dum vim apertam, ſed & vndique ex iuris fictione deductam ſatis eſſe,dicit latè Cor.cōſ.297. col.pen.lib.2.

128 † Inanis eſt quorundam queſtio, An huic poſſeſſorio l.ſi quis in tantam.obſtet dominij exceptio,quæ licet interdum recipiatur in cæteris iudiciis poſſeſſorijs, tñ reperiatur expreſſim prohibita in hac conſtitutione, quæ ipſummet verum dominum ex violentia per ſe illata puniat in amiſſione ſui dominij, vt dixerunt Dyn.in reg.qui ad agēdum.col.1.Alex.in l.naturaliter.§. nihil commune.nu.15.& 67.vbi Guliel.Ponta.nu.28.ff. de acquir. poſ.Quod ita demum verum ſit, ſi ipſe dominus violenter ſpoliās illam exceptionem obiecerit,ſed non idem euenturum ſi ipſe dominus de hoc exciperet contra agentem ex violentia emphytheutæ,aut feudatarij, ad effectum vt eorum iuſ ſibi agenti in pœnam adiudicaretur,in quo dominus directus excipiens eſſet audiēdus, ne alterius violētia eius iuri præiudicium afferret: nam ſicuti prædictarum rerum alienatio eſt inhibita, non ratione ipſius alienationis, ſed alterius, ſit æque prohibēda quælibet translatio in alium ex alterius delicto aut violētia in damnum domini,ex not.per Alex.conſi.23.nu.xj.lib.j.& Aegid.deci.725. quod eſſet ei euēturum ſi emphyteuta aut feudatarius cuiquam poſſeſſori vim inferret,quem dominus inuitus recipere cogeretur in emphyteutam aut feudatarium, interdum colluſiuè, & ad hoc data opera ſubrogatum.

129 † Exprəſcriptione 30.annorum oritur exceptio adimēs effectum huius iudicij l.ſi quis in tantam ſecundum gl. verb. annū. in l.j.in prin.ff de vi & vi arma.ad hoc notata per Balb. in tracta. præſcript. 4. par. quæſtio. 25. de quo tamen ſit dubitandum ex ea deciſione dominorum de Rota, & ſubſidio canonis reintegrāda. nullo temporis ſpatio præſcribatur: quod multo magis procedere debeat in hoc violento ſpolio, cum canō prædictus ſibi locum vendicet contra poſſidentem cum titulo,& bona fi. ex ſpolio præſumpto, vt ſuperius latè diſſerui. Ac pariter ratione ſcandali remitteretur huius conſtitutionis rigor, cum liceat vtcumque rem propriam recipere ex ſcandalo imminenti.glo. verb.reddere.in c.lator.2.queſt.7.Fel.in cap. 2. verſ. ſeptimo. de præſcript.in ca.apoſtolicę.col.2.de excep.& in cap.ſuper eo.il 2. in fi.de ſenten.excom.Quidam tamen dixerunt huius conſtitutionis pœnam ceſſare iure canonico,vt refert Bal.in proœ.feudo.in fi.de quo Pute.deciſ.36 de reſtitu.ſpolia.& diſtinctim tradit Abb.in c.fi.nu.9.de dolo & contu.

De exceptionibus in l.ſi coloni.C.de agricol.& cenſi.lib.11. Cap. IIII.

130 SVceſſiuo † tempore poſt dictam conſtitutionem l. *ſi quis* in tantam fuit edita hæc lex,ſi coloni.C.de agri.& *cenſi li.* xj. vt ſuperius dixi. Cuius legis virtus ſicut eſt perpetua ad inſtar canon reintegranda.vt per Luc.de *Pen.in* hac l. nu. 20.ita ei pariter obſtet cūctę exceptiones, quas obſtare diximus agenti ex d.canon.vti dicunt Lucas ibidem nu.23.Abb.in c. cū ad ſedem.nu.28.de reſtit.ſpol.in c.ſæpe.nu.18.eo. ti. Alex. conſi. 90.in prin.li.j.ſunt & aliæ exceptiones propriæ, huic tantum legi congruę à vaſſallis obijciendę contra dominum,à cuius obe-

131 dientia ſe ſubtraxerint,velut † excipientes de eius tyrannica ſęuitia,quam ſi verificent, tuti ſint ab hoc iudicio contra eos per dominum inſtituto, cum ex ea ſęuitia, ne dum liceret à domino impunè recedere,ſed licuiſſet etiam illum occidere, tanquā hoſtem, immanemque belluam inter homines craſſantem, & præcipuè in eos quos ſuę fidei commiſſos,ſicuti filios tractare teneatur:cuius contrarium ſi fiat,poſſint impunè vaſſalli talem ſęuitiam & ingluuiem diutius non tolerare, ſed ab ea ſemetipſos eximere abſq; metu huius iudicij, ne is in eorum ceruices diutius

tius ſequat, vt dicit Lucas de Pen. in hac l. q. 12. & in l. j. nu. 34. C. ſi armo. vſus. lib. 11. niſi tamen poſſet ipſis vaſſallis multum idonee caueri de indemnitate, ſi ad ſolitam obedientiam redirent, ex latè nota. in c. literas. de reſti. ſpo. Poſſent pariter vaſſalli, ſi dominus nõ communiuerit caſtrum ſolita ac debita munitione, ſeu ſi fiat locus peſtilens, vel ſterile, aliò impunè migrare. Lucas in hac l. quæſt. 16. & in l. 2. num. 21. & ſeq. eo. ti. vel ſi dominus eſſet hæreticus, excommunicatus, ſeu aliàs rebellis, ex quibus cauſis liceret vaſſallis ab eius obedientia ſe ſubtrahere, atque alijs permitteretur eos vaſſallos occupare; ſed ſubſecuta gratioſa domini reſtitutione, ſeu aliàs etiam per abiurationem, ſit priſtinũ ſtatum dominus in his vaſſallis recuperaturus, qui nondum fuiſſent ab alio occupati, quibus iam occupatis, alia eſſet hadenda eorum ratio, ne ita ſimpliciter talis reſtitutio præiudicium afferat iuri alteri interim quæſito, vt ibidem Luc. quæſt. 11. & 14. dicens tamen in quæſt. 8. vaſſallum nullatenus eximi ab obedientia domini ratione cuiuſquam dignitatis ſecularis licet ex dignitate clericali ab ea prorſus liberaretur.

De exceptionibus in l. Si quis conductionis. C. loca. Cap. V.

132 † Sequti poteſt agi quaſi poſſeſſorio iudicio ex l. ſi quis conductionis. ita poſſet in eo excipi in plerisque caſibus ex ordine recitandis, quorum primus ſit, omnimodus defectus contractus, ſine quo agi nequeat ex hac conſtitutione, cuius præcipuum fundamentum ſit contractus celebratus vt per Roma. in l. rem quæ nobis. num. 10. ff. de acquiren. poſſeſ. Barba. conſil. 50. lib. 1. Afflict. deciſio. 12. De quo tamen contractu, quo ad hunc effectum attinet, idem ſit futurum, ſiue per ſcripturam, ſiue per teſtes vel legitimam confeſſionem conſtiterit de pleno contrahentium conſenſu, in quo quidem fundentur omnes vires ipſius contractus, vt dixit ibidem Afflict. & Cagno. in regul. neque pignus. num. 8. Qui tamen contractus nihil in hoc eſſet profuturus licet iuratus, per partem opponatur ſimulatio, obtenta prius abſolutione a iuramento, vt per Mohed. deci. 186

133 † Sed aliud eſſet de iure, ſi locationis contractus allegaretur nullus ex eo quod fuiſſet celebratus de re propria ipſius conductoris, iuxta nota. in l. qui rem. l. ad probationem. C. loca. l. ſi quis ante l. ſi aliquam rem. ff. de acquiren. poſſeſſio. Nam & ſi ex tali contractu non poſſet agi contra conductorem ad penſionem, ſeu alias actione locati: poterit tamen agi poſſeſſorio iudicio ex hac l. pro recuperatione poſſeſſionis contra conductorem licet rei propriæ, cum eius poſſeſſionem ex eo contractu amiſiſſet, ex dictis per Alexand. in d. l. ſi aliquam. nume. 34. verſicu. quærit etiam. Barto. ne alias plerunque locatores illuderentur a conductoribus, ſub ſpecie conductionis rei propriæ, vt dicit Cagnol. in d. regul. neque pignus. Quæ atlegatio nihil differret ab exceptione dominij, cuius oppoſitio nec recipiatur in hoc iudicio, ſicuti nec recipitur in alio iudicio recuperandæ, de quo latè ſuperius dixi, & in hoc dicit Alexand. in d. l. ſi aliquam rem. num. 35. niſi de eo notoriè conſtiterit, vt ibi dicit; & Curt. ſenio. conſ. 70. nume. 7. Adeo vt nec proprij, nec alieni dominij exceptio ſit regulariter conductori profutura contra locatorem agentem virtute huius legis: ſed in primis res ipſa ſit agenti reſtituenda, 137 ne ꝓtingat quẽq confoueri in diutina detẽtione rei ſibi locatæ. Bartol. in hac l. in fin. verſi. contra hoc oppo. Abb. in c. inter dilectos. nu. 16. de fid. inſtrum. vbi Fely. num. 33. Soc. conſi. 287. in princ. lib. ij. Nec ſecus ſi exciperet conductor de alterius dominio, ac dominus ei aſſiſteret, quo licet inſtante eſſet in primis eius oppoſitio diſcutienda ſi ageretur per tertium actione locati, id tamen nõ proficiet ſi per locatorem agatur ex hac l. ſi quis conductionis. in qua nec domino inſtante in ea exceptione cõductor audiretur ante affectualem reſtitutionem, ex dictis ibidem per Abb. & Fely.

134 † Neque tamen proprij dominij exceptio ſit in hoc ſemper reijcienda, ſed ea diſtinctio adhibenda ſparſim per Doctor. tractata. Vt ſi quidem ageretur condictione ex hac l. contra ipſum conductorem excipientẽ de proprio dominio ſibi quæſito poſt ſuam conductionem, eum omnino eſſe audiendum, ſi dicat ſe dominium aſſecutum ab eodem locatore: vnde in conſequentiam diceret, agẽtẽ è poſſeſſione cecidiſſe ꝓprio facto cuius rei exceptio repellat quodlibet iudiciũ ſpolij, vt dixi in canon. reintegranda. ſi verò allegaret ſe dominium quæſiuiſſe ab alio, minimè iuuaretur ea exceptione, ne ꝓtingeret locantem defraudari ex venditione forte colluſiua facta cõductori per aliũ: ſi verò deduceret dominiũ quęſitum ante conductionẽ, eo caſu varia ſenſerunt iuris interpretes, quorum dicta in vnum collecta per communes concluſiones, in id breuiter redigantur, ꝙ aut ipſe conductor dicit ſe vti dominum & poſſeſſorem ſcienter rẽ propriam ab alio conduxiſſe, & ea exceptio nullũ ſit ei commodũ allatura, qui ſemetipſum propria poſſeſſione priuauerit ex ea ꝙductione, nec propterea eam retinere poſſit, velut alieno noĩe poſſidens, ſed illam reſtituere tenebitur, mox de eius prætenſa proprietate diſcuſſurus, non obſtante nullitate cõductionis rei propriæ, quæ licet ſit nulla reſpectu dominii. l. qui rem propriã. C. loca. nihil tamen ſit ei proprii dominii fauor profuturus in hoc iudicio poſſeſſorio ex communi opi cum Bar. in d. l. ſi aliquam rem. & per Alexã. in conſi. 69. nu. 7. lib. 5. Cagno. in d. regu. neque pignus. nu. 8. quamuis Curt. Seni. conſi. 70. col. 3. verſi. vlt. quem ſecuti ſunt Ripa in d. l. ſi aliquam rem. in fin. & Paris. conſi. 69. num. 31. lib. j. ac Alex. in d. l. ſi aliquam. num. 22. & ſeq. ſecus ſenſerit, videlicet nec poſſeſſionem amitti ſtante nullitate contractus; & ideo ex quo poſſe per conductorem excipi tã ad retentionem poſſeſſionis, quàm dominii, contra locatorem agentẽ ex hac l. velut carentem probatione primi extremi. Nihilominus, vt dixi in contrarium videtur eſſe communis opinio, rationibus in iure concludentibus, de quibus per Barto. & Cagno. aliosque nuper recitatos. Idemque ſi expreſſia ratione tantum poſſeſſionis quiſquam rem propriã conduxerit, vnde contractus veluti validus, indubiam poſſeſſionem in locatorem tranſtulit vt dicit Alex. in d. l. ſi aliquam rem. nume. 30. Quòd ſi ſcienter conduceretur res tanquàm propria, quæ verè non eſſet propria, eo caſu licet conducens dominiũ non amitteret, quod non haberet, ex eo tamen proculdubio amitteret

135 poſſeſſio: † cum conducens non poſſideat, ſed alium cõſtituat poſſeſſorem. l. qui bona. ff. de acquirenda poſſeſſio. Roma. in d. l. ſi aliquam. num. 5. vbi Alexan. num. 15. Cagno. in d. reg col. 6. in fin. & ibidem. Alex. num. 17. exempla ſubiicit, ex quibus facilè dignoſci poſſit, an quis conducat rem, vt propriam vel vt alienam, & num. 30. refert quo nam pacto dignoſcatur conductionem fieri reſpectu proprietatis vel poſſeſſionis: ſed ſi poſſeſſor tantum, non Dominus rem ipſam ſcienter ab alio conduxerit, ſit remanſurus in ſimplici detentione virtute contractus validi reſpectu ſuæ poſſeſſionis. vt ibidem per Alex. nu. 33. & conſi. 12. num. 5. lib. 4. Cagno. qui ſupra num. 8. Curt. ſenior. d. conſi. 70. num. 6. Diuerſa tamen ſit futura ratio in eo qui ignorarrer rem propriam per ſe poſſeſſam conduxerit, vt neutrum amittere cenſeatur. Nec propterea ſubiiceretur diſpoſitioni huius l. ſi quis conductionis. cum nequeat iudicari animus amittẽdæ poſſeſſionis in eo qui eſſet ſui iuris & poſſeſſionis ignarus. Alex. & Cagno. qui ſupra. Curt. ſeni. d. conſi 70. verſicu. ſed præmiſſis. & verſ. 4. Quæ tamen ignoratio haud prodeſſet ei, qui eſſet Dominus, ſed non poſſeſſor ad hoc iudicium euitãdu, qđ reſpiciat ſolam poſſeſſionẽ, quam retinens nomine locatoris ſi ei reſtituere abnegauerit, illum ſpoliare diceretur, & ꝑ conſequẽs ſit ſubiectus diſpoſitioni huius l. vt dicit in ea Bart. num. 2.

136 Soz. d. conſi. 187. in prin. In † cunctis verò ſpecieb. prædictis, in quibus teſtimonio non poteſt per conductorẽ recuſari, ſub ꝑtextu obiecti dominii, congrua applicẽt limitatio, qñ appareret de dominio ex facie eiuſdẽ contractus locationis, veluti ſi expreſſim fieret contractus conductionis rei propriæ, vnde deduceretur probatio dominii ex confeſſione partis, quę dicatur probatio probata, & ideo eius dominii exceptio tanquàm de notorio in hoc reciperetur, & pariter ſi de dominio conſtaret ex ſententia, ſeu alias notoriè, vt dictum inter exceptiones canon. reintegranda. quas in hac conſtitutione ſibi etiam locum vendicare dicit Alex. in d. l. ſi aliquam rem. nu. 35. de quo laſ. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 45. ff. de acquiren. poſſeſ.

137 † Efficaciter exciperetur contra agentem iudicio huius l. ſi quis conductionis. de nõ cõpleto tẽpore locationis, vel de expenſis vtilibus & neceſſarijs ꝑ cõductorẽ expoſitis in re locata, ex quibus retinẽdi ius cõpetat. l. colonus. l. cũ fundũ. ff. de vi, & vi arma. l. pen. C. loca. Bar. in l. nõ ab re. q. j. C. vnde vi. ubi Bal. 4. notab. quapropter locatione inita ad vitã conductoris, poſſet de eo excipi contra locatorem intempeſtiuè agentẽ ad reſtitutionẽ poſſeſſionis, cũ locatio ad vitã dicat perpetua l. j. ff. ꝑ ſoci. gl. in c. j. verſ. perpetua. de rebus eccle. non alienan. in 6. vbi Frãc. & Card. in clem. vnic. eo. tit. ex quo de iure cenſeat perpetuũ quicquid hẽt incertũ finẽ. l. Imperator. ff. de excuſ. tuto. Ale. in l. principalib. in fi. ff. ſi cert. pet. ex qua quidẽ ꝑpetuitate exuit naturã locationis, ac induet naturã ꝓtractus emphyteutici, qui transferat poſſeſſionẽ vnà cum vtili dñio. Abb. in c. ad audientiam. nu. 9. de reb. eccle. non alienan. laſ. in l. ex hoc iure. nu. 41. ff. de iuſt. & iur. & in l. manumiſſiones. eo. titu. & in l. ij. nu. 34. C. de iur. emphyteu. Ideoq; cum ex conceſſione perpetua conductor proprio iure poſſideat, excludere poſſit locatorem agentẽ hoc iudicio poſſeſſorio: quod ceſſet cõtra eum, qui propria & legitima poſſeſsione nititur. Quod æque ceſſat, ſi cõductori ſuperuenerit noua cauſa iuſta, ſeu iure titulum mutauerit ex iudiciali priuatione locantis, re alteri adiudicata, qui eã cõductori vẽdiderit, ex quo eximeretur ab hoc iudicio ẽt reſtituto primo locatore, vt ꝑ Albe. in l. ſi quis fundũ. §. fi. ff. loca. laſ. conſi. 153. col. fi. lib. 2. Nõ tñ alicuius reconuẽtionis exceptio in hoc iudicio ſit obfutura. Bar. in l. cõpenſationes. nu. 9. C. de compen.

138 † Conductoris ſucceſſor vniuerſalis excuſaretur in hoc iudicio, ꝓp legitimam ignorãtiã recipiendi reſtitutionẽ, quæ præſumitur in ſucceſſore alterius iuris, ex reg. qui in alterius. & in his termi. dicit ibi Deci. num. 2. & Cagno. num. 8. Fely. in c. inter dilectos. nu. 35. de fide inſtr. Quæ tamẽ ſucceſsio nihil ſit ei profutura

futura detecta ſcientia, ex qua ſucceſſor conueniri poſſet eadem actione perſonali,qua defunctus teneretur, vt ibidem Cagno.& in regu.neque pignus.nume.9.Alexand.conſi.12.nume. 5.libro 4.Rota in d. deciſio. 233. Singularis autem ſucceſſor ex titulo oneroſo,qui non teneatur eadem perſonali actione, nec per conſequens hoc ludicio poſſeſſorio teneretur, vt ibidem Alex.num.6.

De exceptionibus in officio iudicis. Cap. VI.

139 AEquitas † l.ſi me & Titium. cum ceſſet in poſſidente ex titulo oneroſo, non poterit ita poſſidens eius iudicio conueniri, tanquam tutus exceptione ſui tituli.Soc.in l.rem, quæ nobis. col.2.verſi.cuius æquitas. ff.de acquir.poſſeſſ.Ceſſabit æque hoc iudicis officium ex çquitate negligenti tributum in eo qui eius culpa ſeu aliàs è poſſeſſione ceciderit per alienationem vel aliam poſſeſſionis translationem factam per ſemetipſum, quorum altero per excipientem probato conquieſcat officium iudicis. Alex. conſi. 103.nu. 6.lib.7.Pariſ.conſ. 1.nume.164.lib.j.de quo Ripa in c.ſçpe.nu.9. & ſeq.de reſti.ſpoli.

De exceptionibus in c.Sçpe.de reſtitutio. ſpoliato. Cap. VII.

140 IVſta † ignorationis exceptio repellit agentem ex iudicio poſſeſſorio, de quo in c. ſçpe. tanquam ceſſante potiſſimo fundamento ſcientiæ, ex qua teneatur ſucceſſor, licet per mille manus res ſpolij vitio affecta pertranſiſſet, quaſi ex ſcientia oriatur participatio eiuſdem vitij.Abb. in d.c. ſçpe. nu. 15.Roma.in l.rem quæ nobis.num.7.ff.de acquiren. poſſeſſ. Pet. de Peru.conſi.509.col.fin. cuius ignorantiæ deductio oriatur ex veriſimili credulitate purgationis vitij, velut ex qua etiam tollatur quælibet ſuſpicio communionis eiuſdem vitij, vt ibidem Abb.Nihil tamen in hoc iudicio profutura ſit exceptio proprij dominij in omnibus caſibus, in quibus non profuiſſet primo ſpolianti, in cuius vitium ſuccedens, eiuſdem vitij reus fiat, ex communi opinione relata per Ripam in hoc c. ſçpe. nume.50. (& ſi ipſe in hoc contra ſentiat) minus proderit cõuento ex hoc iudicio aliqua nominatio ſui authoris, ſeu primi ſpoliatoris, cum nec eum eximat ab eius rei vitio: ſed nihilominus poſſet ſpoliatus contra ipſum nominatum, & immediatum ſpoliatorem agere,nec ex electione agendi contra vnum,ſibi in aliquo præiudicet,quin contra alium agere poſſit,vt hic per Abb.num. 19.& ſeq.& Ripa nu.52.Soc.in l.rem quæ nobis.quæſt.10. in fi.ff. de acquiren.poſſeſſ.

De exceptionibus in l. Meminerint . C. vnde vi. Cap. VIII.

141 LIcet † poſſeſſionem capiens virtute auctoritatis iudiciariæ abſque aliquo iuris ordine incurrat hoc iudicium l. meminerint.ab eo tamen eximatur, qui vigore decreti quamuis nulli, aut iniqui poſſeſſionem accepiſſet cum legitimo executore:vnde ceſſet diſpoſitio huius conſtitutionis vt in hac l.dicit Bar.verſi.quæro.dicitur in fi.Soc.conſ.158.nu.21. lib.2.Caſſa d.de cauſ.poſſeſſ.& propri.deciſ.6.num. 7. Ceſſetque pariter eiuſdem legis diſpoſitio, ſi iudici qui ſine iuris ordine proceſſiſſet,iam notorię prius conſtitiſſet de non iure electi, ex cuius notitia res non egeat alia cognitione ſui iuris,ex dictis per Alberi.in l.ſi de vi.in fi.ff.de iudi.de quo latè Deciſ. conſi. 191.in fi.vnde infert Roma. ſingu.766.verbo. poſſeſſio.quòd priuatus poſſeſſione per iudicem de facto, poteſt ſimiliter ad priſtinam poſſeſſionem reſtitui electo poſſeſſore non citato; citra tamen partis violentiam, quam ſi committeret, non euitaret pœnam l.ſi quis in tantam.Ripa in c.ſçpe.num.86.in fi.de reſtitu.ſpolia. ſentiens tamen vnà cum cçteris ibidem per ſe recitatis, non eſſe locum huiç iudicio in violento poſſeſſionis ingreſſu, cum decreto iudicis legitimo.Idemque per Fel.in c.cum cauſam.nu. 4.
142 de offi.deleg.& in c.de cçtero.num.18.de re iudi.† quod tamen communiter non recipitur per Doct.qui dicant authoritatem iudiciariam nihil prodeſſe violento poſſeſſori, qua cenſeretur abuti violentiam committens propter exceſſum facultatis ſibi tributæ per iudicem,qui nunquam præſumatur demandare violentiam, velut iudicio contrariam, ex communi opi. cum Bar. in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquiren. poſſeſſ. & in l. creditores.quæſt.4.num.19.C de pigno. Quinimmo nec volens potuiſſet iudex violentiam demandare,nec alter quiſquã principe inferior.Bar.in d.l.creditores.Ang.in l.qui reſtituere. ff. de rei vendi.relati per Iaſ.in l.iuſtè poſſidet. ff. de acquiren. poſſeſſ. & Ripam in d.cap.ſçpe.num.87. Neque poſſeſſionem ingreſſus quamuis ſine violentia, excuſaretur ab hoc iudicio virtute alicuius licentiæ iudicis nulliter procedendis ex omnimodo defectu citationis,ſeu informiter,vti eſſet ſi per edictum proceſſiſſet in caſum ſpecificæ citationis requiſitæ, vt dicunt Bar. conſi. 91. num.4.Anchar.conſi.133.in fi.& conſi.172.num.5.Soc.conſi. 158.num.19.lib.2.Ripa.in d.c.ſçpe.nu. 86. verum ſi talis licentia fuiſſet nulliter tributa ex alio defectu quàm citationis, pars poſſeſſionem ingrediens(ſine tamen vi) excuſaretur ab incurſu huius iudicii,vt eſt communis cum Bar.contra gloſin d.l. iuſtè poſſidet.vt ibidem per Ripam.(licet Roma.ſenſerit cum gloſſa) Citationis tamen defectus in decreto Pontificio,huius pœnæ in
143 curſum non operetur,vt per Mohed.deci.86.in fin.† Ac etiam immiſſio facta auctoritate iudicis nulla), defectu citationis poſſet poſtea legitime per iudicem confirmari parte petente ſine alterius partis contradictione,ſi iudici adeo conſtiterit de illius bono iure,vt ei fuiſſet omnino poſſeſſio debita, ac non tradita tradenda, vt multo magis ex eodem bono iure confirmanda. gloſſ.in l.ſi finita. in princ. ff. de dam. infect. vbi Angel.& Alex. cçteriq́ue per Iaſ.deducti in l.fina.num.18.C.de edict. diui Adr. per Curt.iun.conſi.127.num.5.parte verò contradicente,denegaretur talis confirmatio,& conceſſa reuocaretur ex petitione reſtitutionis rei nulliter occupatæ, vt per Soc. in d. l. iuſtè poſſidet.2.concluſ.Anto.Negu.in tracta.de pignor.2.membr.3.par. num.22. Parte autem tacente confirmatio eandem vim haberet,ac ſi per ipſam partem fuiſſet comprobata,ex nota.in cap.j.
144 de reſtitu.ſpolia. † Ex defectu autem præuiæ citationis, nedum immiſſio in poſſeſſionem eſſet nulla, ſed nec ex ea cenſeretur ita ſimpliciter ſua poſſeſſione priuatus primus poſſidens,quam non amitteret incitatus,& ignorans alterius ingreſſum,cum ſine notitia & animo,poſſeſſio non deperderetur.l. quemadmodum.ff.de acquiren.poſſeſſ.notant Bar. in l. 2. C. vbi in rem acti. Soc.in l.rem quæ nobis.verſi.3.& vltimo. ff. de acquiren. poſſeſſ. Caſſad.de reſtitu.ſpolia.deciſ.4.num.7. Sed tamen ſi ita ignarus regrediens,ad ſuam poſſeſſionem non admitteretur,eam amit teret,velut violenter eiectus ab eo qui nulliter poſſeſſionem re
145 cepiſſet,vt ibidem per Docto.† Qui autem violenter fuerit poſſeſſionem ingreſſus, fretus priuilegio ſeu donatione Principis (qui ex certa ſcientia ac plenitudine poteſtatis conceſſerit licentiam violenti ingreſſus) tutus erit ab hoc iudicio l.meminerint. quæ loquatur in reſcripto Principis ſimpliciter concedi ſolito, ſine alteratione aut diminutione iuris alieni,quod in dubio nõ præſumatur tolli per Principem,Ideoque huius l.diſpoſitio ceſſet,vbi conſtaret de enixa atque expreſſa voluntate Principis, qui voluerit ius alienum omnino adimere, ex quo per conſequens conſtaret de bono iure ingredientis,velut munito pleniſſima authoritate ſummi Pontificis, qui proculdubio poſſet ex certa ſcientia adimere omne vitium ſpolij.Aegid.deciſi. 105. in fin. Afflict. deci.361.num.12.Mohed.deciſ. 86. Ripa in c.ſçpe. num.87.de reſtitutio.ſpolia.Deci.conſ.190.in fin. Quod tamen impunè nequeat ab inferioribus impetrari, niſi eſſet qui fungeretur officio commiſſariatus ſummi Principis,vt per Pariſ.conſil.99.num.19.lib.4.

De exceptionibus in l.fi.C.vnde vi. Cap. IX.

146 CVm † omnes exceptiones deductę a contrario ſenſu verborum legis, generaliter reijciant quemlibet agentem virtute eiuſdem legis, profecto recipienda ſit exceptio dominij in iudicio huius l. final. quæ tribuens actionem contra eos qui rem alienam vacantem occuparent, è conuerſo dicatur ijs iudicium denegare, qui rem propriam poſſeſſore vacuam ingrederentur,vt ex eodem fonte vnde oritur actio,oriatur exceptio omnino de iure congrua, vt per Bar. in l.eum qui ita.§.qui ita.nume.4.ff.de verbo. obligatio. Bald.in l.ex prædijs.C.de edic.Roma.conſi.42.verſi.3.Afflict.deciſ.403. num.17. Deci. conſi. 239. nume.9.Caſſad.de reſcript.deciſi.10. nu.10. Adeo vt dominij exceptio illico probanda, obſtet agenti ex hac conſtitutione l.fina.vbi gloſ.in verb. ignorantia.& Bar. num.11.cuius opin.ſit communiter recepta,vt per Ale.in l. naturaliter.§.nihil commune.num.14. ff. de acquiren. poſſeſſ.Soc. conſil.121.nume.3. lib.1. Nam & ſi hæc exceptio minimè obſit agenti ex vera violentia, oberit tamen agenti ex hac ficta violentia,atque præſumpta a lege ex occupatione rei alienæ vacantis.Nec tamen ex quacunque violentia ficta idem ſit prouenturum,cum & ficta diceretur in eo qui reuertentem non admitteret,vel ſi primus poſſeſſor ſuſpicaretur ſe poſſe repelli è poſſeſſione per alium occupata(quibus caſibus detur interdictum vnde vi.) Nec propterea in his ſpeciebus reciperetur dominij exceptio,ex latè traditis in c.cum ad ſedem.de reſtitutio.ſpoliato. Nam & ſi ficta violentia proueniens ex ſuſpitione repulſæ dicatur potius oriri ex quadam animi formidine, quàm ex facto alicuius clandeſtini ingredientis; nihilo tamen violentia cenſeatur,ſaltim reſpectu ciuilis poſſeſſionis,licet non naturalis antea clam occupatæ,ex l.clam poſſidere.§.qui ad nundinas.ff.de acquiren.poſſeſſ.Paul.de Caſt.conſi.399.nu.3.li.j. Qui dicat etiam maiorem violentiam verſari in non admiſſione reuertentis, quæ admixtam habeat ſpeciem violentiæ prohibitiuæ, quàm violentia ficta rei vacantis, quæ non verſetur in non admiſſione reuertentis,ſed ſit quędam quaſi violẽtia,non cuiquam perſonæ

sonæ illata: sed ipsi tantum possessioni. glos. & Bart. in l. sequitur. §. item si. ff. de vsucapi. Ideoque ex hac lege censeatur quodammodo agi possessorio quasi adipiscendæ, vt nimirum sit si recipit dominij exceptionem ad exemplar ipsius adipiscendæ, vt latius dixi 1. li. Ac vsque adeo verum sit, dominij proprij exceptionem posse effectualiter obiici in hoc iudicio, vt & locū habeat in dominio spe tantum quæsito, vt inquit Paul. de Cas. cons. 292. num. 7. lib. 2. Nec solum dominium, sed etiam idoneus titulus sufficeret ad euitandam hāc constitutionem, quem habens impunè capiat vacuam possessionem, vt dicit glo. in hac l. fi. versi. ignorantia. communiter recepta per Bar. in l. fi. C. de edict. diui Adr. vbi per Ale. nu. 23 Bal quæst. 1. versi. 5. oppo. dicentes legitimum esse contradictorem in d. l. fi. qui cum titulo acceperit rē vacantem, quam & capiens legatarius non incurrat pœnam l. non dubium. C. de legat. vt ibi gl. & Deci. in d. l. fi. num. 48. versi. bene verum. Quis autem titulus in his requiratur refert Balb. in l. Celsus 2. par. nu. 5. & latè dictum in causa Vrbeuetana hæreditatis de Cernaria, de anno 1569. Qui etiam vacuam possessionē esset ingressus virtute executorialium, hoc iudicium euitaret, si fuissent legitimę abtentæ, & pręuijs quatuor terminis executæ, vt per Fely. in c. ad probandum. num. 6. de re iudi. Crescen. decis. 16. & seq. de quo per Pute. deci. 20. lib. 2. Cassad. de caus. possess. de cis. 6. nu. 6. Ac etiam ratione credēs rem esse propriam non subijcitur dispositioni huius legis, quæ dolum exposcens, cesset in eo qui iustis de causis ad talem credulitatem duceretur, vt dicit Bar. in hac l. fi. nu. 9. sed non idem futurum si allegarentur leues causæ, ex quibus non oriretur iusta credulitas.

147 † Et ne dum exceptio proprij dominij in hoc reijciat agentē, verum & sola allegatio, quòd res ipsa non fuisset aliena tempore occupationis velut hæreditaria: quæ & si vacua sit, non tamē ante aditam hæreditatem diceretur aliena, nec in cuiusquā bonis, ex nota. hic per Bar. nu. 10. versi. quæro vtrum. Ex quo nec pro ea competat furti actio, sed expilatæ hæreditatis. l. 2. ff. de crimi. expila. hæred. Bar. in l. sequitur. §. item si. ff. de vsucap.

148 Cessaret † insuper hoc possessorium l. fi. si res occupata non esset vacua, licet ab alio tantum detenta causa rei seruandæ, seu legatorum nomine, ex qua detentione vacuitas cesset saltim de facto. l. 2. ff. de actio. empt. Fely. in c. cum Ioannes. num. 27. de fid. instr. vbi per Abb. num. 10. in fi. Nec vacua dicitur possessio retē ta per colonum, inquilinum, vel curatorem. Bal. in l. fi. num. 42. versic. 6. C. de edic. diui. quod non simpliciter recipit Ias. in l. in conuentionalibus. §. 1. ff. de verb. obliga. nisi ius detentoris esset potentius: tamen Rota in d. causa Vrbeuetan. die 21. Iunij 1569. comprobauit dicta ibi per Bal. quæ etiam extendit ad tutorem; qui licet non dicatur possidere, nec detinere, vt dicit Bar. in l. 1. nu. 20. ff. de acqui. possess. non tamen possit negari, quin habeat rerum custodiam ratione interesse administrationis reddendæ, cuius causa de spolio ageret ad eundē statum restituendus. Paul. in l. sancimus. nu. 3. C. de sacr. san. eccle. talisque custodia pro eo interesse duret, donec administrationem reddiderit etiam finita tutela per obitum pupilli. Paris. consi. 74. nu. 3. li. 3. ac stante custodia non dicatur res vacua, cum vt dixi legatum, aut ventris nomine detentio faciat rem non vacuam, cum tamen ex tali detentione inducatur tantum rerum custodia. l. 3. in fi. l. si quis ante. §. 1. ff. de acqui. pos. l. 2. ff. pro hære. Ripa rubr. in caus. pos. nu. 34. in quo dixit Rota non obstare deci. Bisigne. 8. de restitu. spolia. & decis. 153. in antiq. in quibus dicitur remanere rem vacuā ex custodia, cum in his decis. sit custodia generica sine aliquo interesse custodis. Vacua etiam dicitur possessio hæreditate iacente. l. 3. §. Scęuola. ff. si quis testa. liber. quamuis non propriè vacās, vt per Deci. consi. 400. num. 6. Bal. in l. fi. nu. 3. C. de edic. diui. nec tamen diceretur vacans, si defunctus possideret corpore & animo alieno. Ang. in l. qui vniuersas. §. quod per colonum. ff. de acquiren. possess. & latè dictum in dicta causa Vrbeuetan. Nec secus futurum si ciuilis possessio fuerit animo retenta, cuius virtute recuperans naturalem vacantem huic legi non subijciatur tanquam editę de re vacanti: nec dicatur vacans nisi animo & corpore vacet, ex communi opinio. Bartol. in l. Celsus. nu. 12. ff. de vsucap. & Anto. in c. sępe. de restitu. spol. ibi relata per Ripam nu. 56. Cum enim ciuilem retinens impunè possit naturalem incontinenti recuperare, etiam cum vera violentia, ex nota. in l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi. Id multo magis ei licebit per fictam violentiam commissam in naturali vacante: quinimmo etiam si ita ciuilem retinens ab alio impediretur in recuperatione naturalis vacantis, censeretur spoliatus, velut prohibitus à legitima recuperatione. l. 3. §. siue autem. l. 3. §. si quid autem. ff. de vi, & vi arma. Quod non esset in prohibitione facta per occupantem rem omnino vacuam, quam nō liceret illico recuperare. Nec propterea ab ea prohibitus dicere tur pati violentiam. l. sequitur. §. item si. ff. de vsucap. vbi glo. Bar.

149 in l. 3. §. interdum. nu. 3. ff. vti possid. † Ac minus vacans censeretur res ecclesiæ administratore decedente, licet interim ab homine non possideretur, cum nihilominus possessio diceretur plena tanquam perpetuo remanens penes ipsam ecclesiam nū quam deficientem. c. si gratioſę de rescrip. in 6. Specu. de possess. & petito. §. 1. nu. 36. Anto. in d. c. sępe. vbi Ripa. nu. 57. Angel. in hac l. fi. & Paris. latè consi. 24. nu. 8. li. 1. quæ possessio rerum ecclesiæ continuetur in Prælato successore absque alia apprehensione, vt inquit Guido Papę deci. 355. Nec secus erit in rebus alicuius communitatis, quæ licet per ministros possideantur. l. 3. in fi. ff. de acquir. pos. non ideo earum possessio diceretur vacare ministris deficientibus, velut remanens penes communitatem quæ nūquam desierit possidere, vt ibidem Specu. nu. 37. Nisi tamen res prædictæ essent tales, vt à nemine possideri possent, velut sacræ ab omnium cōmercio seiunctæ, habentes perpetuam & annexam causam prohibitionis, vt hic dicit Bal. in 2. notab.

150 † Similiter & ex verbis eiusdem l. fi. orit exceptio præscriptionis triginta annorum, cum in eo qui rem prius vacantem tādiu occupatam sine controuersia possederit, potuerit versāri rationabilis credulitas, ꝙ res pro delicto sit habita, vnde cessaret dolus, sine quo hęc pęna non incurratur, vt hic per Bar. circa fi. Nā & ex lapsu tanti temporis quælibet personalis actio iure ciuili tollatur. l. sicut l omnes. C de prescrip. trig. anno. & in hoc dicit Ripa in d. c. sępe. nu. 67. de resti. ipol. Quod tamē per sacros canones nō recipi sentiant hic Bal. & Rom. in l. Celsus. nu. 9. ff. de vsucap. cum nulla ab his recipiatur præscriptio sine bona fide, cuius sit in hoc cōtraria pręsumptio ex nota occupatione rei alienæ, licet vacātis. Nec mala fides expurgē ex solo temporis cursu, ni si extrinsecus accedēte aliquo actu positiuo vnde posset elici ali quod bonæ fidei indicium, vt ibidem Ripa nu. 67. Cuius tamē contrarium cōcludit Bar. in hac l. fi. nu. 7. videlicet ꝙ effectus huius l. fi. pręciditur solo cursu temporis inducentis pręsumptionem bonę fidei, delata cōtraria præsumptione in hac lege notata ex occupatione alienę rei vacantis, cum ex tam diuturno tēpore pacifico, pręsumi possit occupatio rei derelictę. Idemque sentit Abb. & Fely. in c. vigilanti. in fi. de prescrip. Quod proculdubio verum sit in terminis in quibus versamur, ex quo plurimum differat prescriptio ipsiusmet rei cōsiderata per canones, ab ea prescriptione in hac lege inducta pro occupatore rei vacā tis. Nam per hanc eandem legem quę primum fuit auctrix huius actionis, introducta etiam fuit hęc exceptio prescriptionis. Idque fieri potuisse per legis conditorem non obstante generali prohibitione canonum dicit Abb. in d. c. vigilanti. col. fi. Si. n. hoc iudicium possessorium contra inuasorem rei vacantis habuit primum initium ab hac l. fi. vt in ea dicitur, ęque ex eadem lege potuit eiusdem possessorij virtus ad prefinitum tēpus coarctari, ne vlterius eius possessorij vires porrigerētur, ex quo nemo posset lapso tpe triginta annorum virtute huius legis actionem exercere, quin ęque approbet exceptionē in eademmet lege insertam, per quam excludatur ab eiusdem legis prędidio.

151 Cum † quælibet actio manās ab eodem fonte cum exceptione, pariformiter ab eadem ex se tollitur. Bar. in l. eum qui. §. quita. nu. 4. ff. de verb. obli. Ale. post Bar. in l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empti. Roma. cōs. 42. versi. 3. Deci. cōs. 239. nu. 9. Bened. de Bar. in tract. guarēti. q. 3. dub. 5. Afflic. deci. 403. nu. 17. sępiusque seruatum testatur Cassad. deci. 10. nu. 10. de rescrip. Thanis deci. 16. Fabi. decis. 36. Indeque inferat Bald. in l. ex prędijs. nu. 2. C. de euict. Quòd si ex eodem contractu cōfessionato ortum habeat exceptio, illa pariter cēseatur cōfessionata sicuti actio, nec secus eueniat in hac cōstitutione, quę sicuti induxit actionē, induxit etiam exceptionē prescriptionis, tollētis actionē à semetipsa in ductam; in quo sibi locum nō vē dicat, vt dixi, prohibitio canonum, cum ne dum tam diuturno tēporis spatio oriatur pręsumptio habitę rei pro derelicto, sed etiam minori, vt latè Sarnē. in regu. de trienna. q. 61. nu. 22. Ac secundum iura Codicis, ante tamē Iustinianum, cursus temporis decem vel viginti annorum satis esset ad exclusionem agētis virtute huius l. fi cōtra eum qui bona fide emisset ab occupatore rei alienæ, vt ibi dicit Bar. in fi. cōtra sentiēs de iure auth. in auth. malę fidei. C. de rescrip. long.

152 temp. † Nec tamē ita simpliciter ea reciperētur in tacita mala fide deducta ex pręsumptione scię tię alienę rei vacantis (vnde oriri malam fidem pręsumptam nō veram, dicunt communiter Docto. in hac l. fi.) cum nec talis pręsumpta obsit successori in casibus, in quibus vera obesset. Pau. in l. nū quam. ff. de usucap. Ale. in l. Pomponius. §. cum quis. nu. 22. ff. de acquir. pos. Balb. in trac. prescri. 2. par. 3. par. q. 12. nu. 24. Vera. n. mala fides adeo successori obest, vt nec prescribat, licet uellet tempus prescriptionis à se ipso inchoari, ut est communis, de qua Roma. in d. §. cum quis. nu. 3. & ibidem Ale. & in alijs plerisque eius consilijs, de quibus in apostill. ad Roma. & Balb. qui supra. nu. 12. uersi. breuiter. dicens tamen contrarium sentire Pau. de Cast. consi. 258. nu. 4. lib. 2. & alios per se ibidem recitatos.

De exceptionibus in l. Si quis ad se fundum. C. ad legem Iul. de vi. Cap. X.

153 SIcuti † non liceret possessionem propria auctoritate ex interuallo recuperare ex prohibitione tam legis quàm canonis in l. si quis ad se fundum. & in c. cum ad sedem. sic è contrario liceat spoliato illam incontinenti recuperare,

adeo

Source : BIU Cujas

adeo vt agenti contra eum de secundo spolio sit obfutura exceptio subitæ recuperationis, quæ diluit omnem notam spolij. l. 3. §. eum igitur. ff. de vi & vi arma. Bart. in l. qui possessionem. q. 2. eod. titu. Fasto. dub. 4. Nec propterea id extremum spolium incontinenti commissum aliqua purgatione egeat, veluti tutum auctoritate iuris id permittentis in d. §. eum igitur. & dicit inter alios Card. Iacoba. in tract. de concilio. fol. 163. litt. B. vt in hoc tantum nosse oporteat quo pacto censeatur de iure recuperatio facta incontinenti, quæ non vsqueadeo à iure coarctetur, vt requirat exactam festinationem: sed sufficiat in eo talem moram abesse, ex qua verisimiliter notari posset negligentia recuperationis. In quo nec sit à iure statuta certa & vniformis regula temporis: sed id elici oporteat ex circunstantijs secũdum sub
154 iectam materiam, quæ † interdum sui natura exposcit citius factum, interdum recipiat serius pro qualitate negotij ac personarum. glo. communis in l. lecta. versi. stipulationi. ff. si cer. pet. Idq; committi arbitrio iudicantis firmant communiter Docto. secuti Inn. in c. yeniens. de testibus. vbi Abb. & in c. 1. num. 15. de mutu. peti. & consi. 100. num. 2. lib. 1. Bar. in d. l. 3. §. eum igitur. cum alijs deductis ad hoc per Gigan. in tract. pensi. q. fi. num. 25. Satis enim dicitur id propere fieri, quod opportunè fiat. Ideoque interdum recuperatio tempestiua censeretur, licet post annos decem, si esset res difficilis recuperationis. Bald. in l. fi. C. de his qui à non domi. Abb. in d. consi. 100. Paris. consi. 10. nu. 86. & consi. 24. num. 15. lib. 1. Dumtamen in eo tempore verisimiliter versatus fuerit in præparamentis necessarijs ad recuperationem, vnde colligi posset continuatus animus recuperandæ possessionis naturalis, ac ciuilis non amittendæ; ex cuius tantum retentione sit licita quandolibet recuperatio naturalis, vt superius latè dictum cum Fely. in c. vigilanti. nu. 8. de præscrip. Paris. consi. 23.
155 num. 123. lib. 1. † Nullatenus tamen licita esset incontinenti recuperatio possessionis ab alio occupatæ, dum esset vndique vacans, cum id tantum liceat retinenti ciuilem, ex cuius sola retentione non diceretur possessio vacua, vt per Bart. in l. 1. §. interdictum. nu. 3. ff. vti possi. nec prosus vacantem ab alio occupatam recipiens posset dici recuperare virtute alicuius ciuilis retentæ, sed censeretur de nouo possessionem adeptus, ideoque possessorium de re vacanti in l. fi. C. vnde vi. nuncupetur quasi
156 adipiscendæ, vt ibi notaui. † Neque tamen animus ciuilis amittendæ sit vllo temporis curriculo perstrictus in eo qui fuisset occupationis ignarus, cui non posset aliqua negligentia impingi, nisi interfuisset tanti temporis interuallum, vt inde elici posset obliuionis præsumptio, quàm pariter iudicis arbitrio committendam dicit Fely. in d. c. vigilanti. nu. 10. Corn. consi. 91. litt. T. lib. 4. Rota in antiq. deci. 54. & pariter nullum temporis spatium esset obfuturum, deficiente copia iudicis, qui voluerit & effectualiter potuerit opportuno remedio cum administratione iustitiæ primum spolium expurgare, vt per Inno. in c. olim causam. nu. 8. de resti. spol. Paul. consi. 399. nu. 2. lib. 1. Marti. Lauden. in tract. de represa. num. 21. Ac minus etiam diuturnitas temporis obesset in recuperando fundo, cuius fructus per dolum primi spoliantis corrumperentur: aut si res ipsa spoliata esset verisimiliter de facili peritura ex diuturniori desertione culturæ, vt no. Bar. in l. si alius. §. belliss imè. ff. quod vi aut clam. & Roma. in
157 l. si vero. §. de viro. q. 40. vers. 23. ff. lol. matr. In † casibus autem in quibus de iure esset illicita recuperatio ex interuallo, sit tamen quandocunque licita turbatio possessionis. glos. in l. 1. §. fi. verb. possidet. ff. vti possi. de. ad id notata per Roma. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 18. & in l. iuste possidet. nu. 7. ff. de acquir. posses. Anch. in c. cum personæ. nu. 6. de priui. in 6.

Cumque mox dixerim, licere spoliato propria auctoritate ẽt per vim naturalem in continenti recuperare virtute ciuilis animo retentæ; opportune se offert discutienda ea iuris quæstio,
158 plurimum inter præcipuos interpretes variè agitata: An † talis facultas vna cum ciuili possessione depereat, si spoliatus ad effectum recuperandæ possessionis iudicem adiuerit, implorando eius officium, ex qua additione plerique sunt qui dixerint ciuilem amitti, & per consequens facultatem recuperãdi inde prouenientem, cum petens ad id iudicis auxilium videatur diffidere de proprijs viribus, dubitans se posse repelli, cuius rei suspicio ciuilem adimat, ex nota. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. pos. qua potissimum ratione fretus, dicit Bal. in l. 2. quæst. 10. C. de seruitu. ex ea iudicis additione deficere facultatẽ recuperandi, quem videtur secutus Alex. consi. 131. num. 4. lib. 4. asserens hanc communem, nisi tamen fuisset tantum à iudice impetrata eius familia. Alijque plures fuerunt in eadem opi. cũ Bald. notati per Deci. consi. 146. nu. 7. qui ibidem excussis vtrinque Docto. in hoc inuicem contrarijs, tandem resideat in opi.
159 contra Bal. dicens hanc esse magis communem, quam idẽ Ale. forte sibimet contrarius comprobauit in l. 1. §. in operis. 1. nota. ff. de no. ope. nunci. Ias. in d. §. qui ad nundinas. num. 54. & alij cumulati per Deci. in d. consi. In quo tamen ipse Ias. adhibuerit nouum moderamen in l. 2. nu. 114. C. de iur. emph. videlicet, † vt si spoliatus adeundo iudicem fuerit protestatus se eius officiũ implorare, ne videatur rixæ author (cum reseruatione tamen propriæ facultatis, à qua recedere non intendat, cum sit ex se paratus ad omnimodam recuperationem) non dicatur ex eius additione ciuilem amisisse, cum id non ex metu faciat, sed ex obediẽtia ac vrbanitate, quæ ei obesse non debeat: idque Ias. ibi quamplurimis exemplis confirmat, deducens etiam Alex. in d. consi. 131. in fi. Quinimmo idem Alex. in l. si de eo. §. fin. nu. 7. ff. de acquir. pos. Fely. in c. vigilanti. nu. 8. de præscrip. dicant, idem futurum sine expressa reseruatione: Adeo vt inter Docto. anceps sit huius quæstionis disputatio, egens concordi distinctione, velut habens vtrinque summos Docto. attestantes de communi opi. inter quos illa cadat concordia ab eorundem verbis tacitè collecta, vt siquidem in additione iudicis expressè fieret dicta reseruatio, iudicandus sit animus retinẽdi ciuilem, tanquam vacuus omni suspicione repulsæ, indeque liceat naturalem opportuno tempore recuperare, non obstante ea iudicis additione: Idque dicunt Alex. in d. consi. 131. in fi. Ias. in d. l. 2. nu. 114. & si aliunde is animus sit verisimilis tali reseruatione res non egeat, sed nihilominus recuperare liceat tanquam deficiẽte animo deserẽdi ciuilem, in quo vẽdicant sibi locum tradita per Alex. in d. l. si de eo. §. si forte. nu. 7. & alios de quibus per Fely. in d. c. vigilanti. nu. 8. Verum si constiterit illum animi formidine ductum adijsse iudicem, cum ex eo timore ex suspicione repulsæ statim amittatur ciuilis, æquè amittitur ius recuperationis non tributum aiure, nisi ratione ciuilis animo retẽtæ, vt sæpius dixi, in eoque locũ habeant dicta p Bald. in d. l. 2. quæst. 10. C. de seruitu. & alios qui
160 eum sequuntur recitati p Dec. in d. con. 136. de † cuius tamẽ animo si dubitetur, an videlicet timido vel forti id fecerit, iudicis erit arbitrium, qui sit cogniturus, quid eorum sit verisimilius ex aliquo actu prꝛuio vel intrinseco, qui si talis fuerit vt inde appareat animus nullatenus se abdicandi, vel deserẽdi ciuilem, nihil ei sit obfutura iudicis additio, vtpote si potẽtior sit possidente, quo casu non sit verisimilis timor repulsionis, sed quòd adierit iudicem ex quadam animi constantia, vt p Alex. in d. §. si fortè. num. 6. versi. & aduerte. Fely. in d. c. vigilanti. num. 8. versi. sed intellige. de quo Puteus deci. 237. lib. j. qui tamẽ dicat resolutum, nec potẽtiæ, nec scandali rationẽ haberi in vrbe, vbi ius vnicuique æqua lance reddatur, sed tantum negligẽtiam attẽdi, ex qua ciuilem dicit amitti; quẽadmodum nec obesset, si adiretur pro eius familia impetranda, vt p Alex. in d. consi. 131. num. 4. sed si euidẽs esset timor ac suspicio ex eius nota pusillanimitate, aut impotẽtia, tunc ex additione iudicis tanquam metu facta, ciuilis amitteretur detecto animo abdicatiuo, vnde amissa ciuili dici nequeat aliqua recuperatio incontinẽti, exẽplo eius quod dicitur p Docto. in l. j. §. qui præsens. vbi Ias. in fi. ff. de verbo. oblig. de responsione facta stipulanti, quæ non dicatur incontinẽti, si interim fieret aliquis actus contrarius vel extraneus, ex quo verisimiliter alienaretur animus a stipulatione vel præcedẽti interrogatione, vt pariter nec recuperatio naturalis ratione ciuilis dicere tur fieri incontinẽti post aliquem actum à retẽtione ciuilis alienum, vti esset quilibet actus meticulosus proueniens ex simpli-
161 ci additione iudicis, seu alias, vt mox dictum. † Quod si facultatẽ habẽs recuperandi incontinẽti, maluerit ab officio iudicis implorato restitutionẽ cõsequi, ei opus erit citare partẽ cum summario processu, de quo latè Bar. in repetitio. l. creditores. nu. 25. C. de pign. si verò iudex nõ requisitus, sed ex proprio officio, (vt scandalis occurreret) spontaneam restitutionẽ polliceretur; nõ propterea spoliatus impediretur vti propria auctoritate in possessione recuperanda incontinẽti, si id facere sua interesset, ne videretur a ciuili cecidisse, idque ex causa continuandæ præscriptionis p se inchoatæ, quæ statim interrumperetur amissa ciuili, vt in hoc dicit Bal. in repeti. l. j. nu. 15. C. vnde vi. ad id notatus ab Alex. consi. 76. nu. 9. lib. j. Ac propterea, & multo magis posset propria auctoritate recuperare, licet amici se interponerẽt polliciti restitutionẽ: verum si nullum ex recuperatione propria auctoritate prætẽdi posset interesse, nec in speciebus prædictis liceret violẽter id recuperare, quod omnino pacificẽ recipere potuerit, vt ibidẽ dicunt Docto.

162 † Quamuis autem contra mandantẽ agi possit de spolio violẽto. c. cum ad sedẽ. de restitu. spoli. Non tamẽ id verificaretur in quolibet simplici mandato, quod quidẽ si esset generale, nõ porrigeretur ad hoc uitium spolij. l. merito. ff. pro soci. c. j. ut lite nõ contesta. Rota in no. decis. 81. Nisi tamẽ post uiolẽtiam commissam notari posset domini negligẽtia, qui eum procuratorẽ non reuocauerit, aut eius uiolẽtiam non purgauerit post notitiam habitam, seu aliunde collecta euidẽti coniectura approbationis aut ratificationis, in quibus æquè ac in expresso mandato iudicaretur, ex nota. per Aegid. deci. 510. & seq. & deci. 551.

163 † A uiolẽtia autem commissa per sequaces seu satellites, eximeretur principalis dominus post lapsum anni. l. j. in princi. & §. annus. ff. de ui, & ui arma. cuius tamen anni cursus nihil prodesset ipsi uiolento, cui tantum suffragabitur tempus triginta annorum. glo. in d. l. j. in prin, ad hoc nota. per Balb. in tracta. de præscrip. 4. par. 4. par. num. 25. Neque etiam lapsus anni esset proficuus uiolento spoliatori quo ad regu. de annali, licet prodesset alteri spoliatori non uiolento, ut inquit Sarnen. in eadem regu,

quæst. 64.

Source : BIU Cujas

quæſt.64.in fi.de quo per eundem in ſuis regu.nu. 121. ſicuti dici ſolet in accuſato criminaliter,cui proſit exceptio violētæ ſpoliationis quæ minimè prodeſſet ceſſante violentia,quamuis de dolo aliunde conſtaret.Io.And.& Fran.in c.j.§.j.de reſtitu.ſpol. in 6. Omnis tamen nota huius violentiæ tolleretur per eum qui docuerit ſpoliatum poſſidere à ſe clam vel precario: cuius rei exceptio eſſet impeditiua litis ingreſſus contra agentem de vi.Toloſa.deci. 259. Nihil tamen ſuffragaretur primo violento ſpoliatori obiectio ſpoliationis ſibi poſtea factæ per tertium,cū ex eius prǫuio ſpolio fuerit adeo incurſa culpa,vt ab ea nullatenus eximi poſſit ex deperditione rei. l. cum à te. l. de vi.ff.de vi, & vi arma.Abb.in c.olim.il 2.nu.3.de reſtit.ſpolia.

DE SPOLIO
LIBER QVARTVS.

SVMMARIVM.

1 *Spolij ſententia variis modis fertur.*
Petitione etiam non facta,de damnis & intereſſe fertur ſuper his ſententia in interdicto vnde vi.
2 *Beneficialium pœnę incurſu ipſo iure egent declaratione.*
3 *Violentiæ interdictum non impediretur ex cumulatione interdicti vſi poſſidetis,de quo liqueat ad fauorem rei.*
4 *Spolium poſtremum purgandum eſt.*
5 *Attentatorū ſententia dicitur interlocutoria,vim habens diffinitiuæ,in qua non habet locum clem.1.de ſeq.poſſ.*
6 *Petitorij & poſſeſſorij cumulatio,operatur vt id,de quo prius liquet,expediatur iuxta diſtinctionem traditam.*
7 *Abſolutoria peti poteſt in ſpolio,ſi actor in petitorio tm̄ cumulato obtinuerit*
8 *Alexandrinæ pœna operatur etiam abſolutoriam rei in ſpolio.*
9 *Citatione etiam non facta cōtra vſufructuarium,nocet ei ſent.in ſpolio cōtra proprietarium.*
10 *Pœna licet conditionaliter petita in terminis l.non ab re.C.vnde vi,poteſt tamen ferri ſententia pura.*
11 *Fructus induſtriales ſunt q̄ ex induſtria fiunt, inter quos eſt regulariter Zuccarum,niſi in decimis.& nu.12.*
Decima animalium non continet partus ancillarum.
12 *Arbitrio iudicis committitur in dubio; an fructus ſint naturales, vel induſtriales.*
13 *Bonæ fidei poſſeſſori quæruntur fructus induſtriales,& naturales cōſumpti.*
14 *Bonæ fidei poſſeſſorij ſolutio facta liberat debitorem.*
15 *Bona fides ad effectum lucrandi fructus,ſufficit ex coniecturis probari ex carentia malæ fidei.*
16 *Preſumptio malę fidei elicitur ex recepta poſſeſſione à iudice nonprocedente iudicialiter.*
17 *Fructus, qui percipi potuerunt, debentur ex mala fide vera non autem ex l.deducta à iuris fictione.*
18 *Fructus debentur,licèt titulus poſt ademptionem ſuperuenerit.*
19 *Bonæfidei initium ſufficit de iure ciuili ad fructus quærendos, licèt mala fides ſuperuenerit.ſed iure canonum, ſecus.*
20 *Bonæ fidei variatio ex iuſta cauſa,variat etiam acquiſitionem fructuum.*
21 *Capitulum eijciens beneficiatum,tenebitur ad diſtributiones.*
22 *Attentatur iudicium recipit condemnationem fructuum, qui percipi potuerunt.*
23 *Canonis,reintegranda condemnatio non fit in fructibus,qui percipi potuerint ſed tantum in perceptis.*
24 *Decreto regulas contrario ſpolians tenetur ad fructus à tempore intruſionis etiā ante lit.conteſtatam.*
25 *Fructus ante litem conteſt.percepti debentur iure actionis,vt petendi ſint, ſed poſt conteſtationem litis debentur officio iudicis ſine petitione.*
26 *Fructus per alium percepti, debentur per eum, qui lite pendente, dolo deſijt poſſi.*
27 *Canonicus ſemel ſpoliatus voto capitulari agit ſpolio, licèt poſtea votaſſet, niſi ex contumacia fuiſſet priuatus.*
28 *Colluſio cuiuſdā,q per fraudē quæreret condemnari in ſpolio detecta in Rota.*
29 *Fructuum condemnatio nec ſuccedit in ſpolio ſi de petitorio cumulato conſtet ad fauorem rei.*
30 *Fructus tantum à die lit.conteſt.debentur in petitorio,ſed poſſet de nouo agi ad recuperandos reliquos fructus.*
31 *Cautio iuratoria recipi poteſt in commiſſione gratioſa,in qua conceditur quo ad fructus recipi cautionem in ſpolio conſtito de paupertate.*
32 *Violentia rei vacantis non recipit eandem fructuum condemnationem.*
33 *Appellatio in ſpolio reijcitur à ſententia condemnatoria fructuum Nec fructuum condemnatio ac ſolutio eſtitatur priuilegio c. Odoardus, de ſolut. num. ſeq.*
35 *Breuis virtute quamuis camera poſſeſſionem acceperit,tamen prior ſpolians tenetur ad fructus perceptos.*
36 *Fructus collecti in partibus,ibi ſunt probandi & exigendi.*
37 *Abſoluto reo in ſpolio,non ſunt in primis reficiendæ litis expenſæ.*
38 *Ceſſio litis etiam ante ſententiam, non eximit à condemnatione fructuum in ſpolio,*
39 *Appellatio denegatur in ſpolio de iure ciuili.*
40 *Adipiſcendæ poſſeſſorium reijcit appellationem,ſicut ſpolium.*
41 *Appellatio in ſpolio recipitur iure canonico.*
42 *Appellatio reijcitur in ſpolio ex conſtitutione Aegidiana.*
43 *Appellatio ſpolij in terris Imperij non regulatur ex iure canonum.*
44 *Appellatio non recipitur in ſpolio notorij raptoris, etiam de iure canonico.*
45 *Annexitas indiuidua in ſpolio mixto cum proprietate recipit appellationē.*
46 *Appellari poteſt à ſententia ſpolij in ea re,cuius eſſet difficilis recuperatio in petitorio & nu.49.& 55.*
47 *Appellatio recipitur à pęna l.ſiquis in tantam. C vnde vi.*
48 *Appellatur in ſpolio incidenter intentato & in caſu Aegidianæ.*
50 *Appellatio reiicitur etiam in poſſeſſorio adipiſcendæ,ac in Saluiano.*
51 *Appellans quatenus opus ſit, in iudicio nullitatis à ſententia ſpolij, dicitur principaliter inducere nullitatem.*
52 *Appellatione reiecta in ſpolio, non dicitur reijci ſupplicatio ad principem, vel recurſus ad officiorum iudicis.*
53 *Appellationis admiſſio in ſpolio,operatur niſi adijciatur,ſi & in quant um.*
54 *Appellatio proceder et in ſpolio parte timente in prima inſtantia, cum in ſecunda non eſſet inappellabilis ſententia,niſi parte apponente expreſſe.*
55 *Abſoluto reo nec licet actori de ſpolio appellare virtute Aegidianæ.*
56 *Actor appellans à ſententia abſolutoria ſi rem poſtea turbet in ſua poſſeſſione,inanis fit eius appellatio.*
57 *Appellatione omiſſa in caſibus præmiſſis ex negligentia procuratoris non cō mitteretur reſtitutio in integrum,niſi refectis expenſis.*
58 *Appellatio licèt prohibeatur in ſpolio,non tamen reſtitutio in integrum.*
59 *Executio eſt fructus ſententiæ.*
60 *Acceſſoriæ res mobiles exiſtentes in re ſpoliata ſunt reſtituēdæ,licèt in his de ſpolio principaliter agi nequeat.& nu.ſeq.*
61 *Executio ſpolij nō impeditur,licèt interim ſpoliatus fuerit paſſus inſtrui cauſam petitorij, q̄ nihilominus poteſt ſuſpendi, vt fiat plena ſpolij executio.*
62 *Accuſari non poteſt à tertio ſpoliatus agens de ſpolio.*
63 *Cautio præſtanda in ſpolio de reſtituenda re in petitorio.*
64 *Pœna l.ſiquis in tantam,ipſo iure non incurritur.*
65 *Pęna legis reſpiciens futurum,ipſo iure non incurritur.*
66 *Vaſſalli violentia non nocet domino ad incurrendam pœnam omiſſionis rei ex l.ſiquis in tantam.*
67 *Communis rei violentia facta per ſocium,non nocet alteri quo ad pœnam.*
68 *Peculij aduentitij partem non amittit pater ex delicto filij.*
69 *Spolians ſi ab alio ſpolietur,is præfertur in agendo, qui de dominio docuiſſet.*
70 *Beneficialis ſententia poſſeſſorias ſequeſtrum poteſt operari.*
71 *Sequeſtrum fiendum ad ſcandala euitanda ceſſat,ſi conſtat de vero poſſeſſore ac requirit citationem.*
72 *Sequeſtrum interdum fit ſcandali vitandi cauſa, citata tamen parte, etiam non conſtito de poſſeſſore certo.*
73 *Sequeſtrum ceſſat ad præiudicium tertij,qui id prius obtinuerat.*
74 *Attētata dicitur executio virtute rei iudicatæ,nō ſeruatis quatuor terminis.*
75 *Sequeſtrum,quando tollat poſſeſſionem.*
76 *Attentatorum cauſa ſequeſtrum factū non ſubiacet pęnè cle.1.de ſeq. poſſ.*

De ſententia & re iudicata. Cap. I.

POST congruam commiſſionem cauſæ in iudicio ſpolij propoſitam in qualibet eius ſpecie,ac probationibus,& exceptionibus deſuper receptis,& excuſſis, ſi ex eis iudici plenè conſtiterit de partium iuſtitia,in eius conſonantiam iudicare tenebitur,vt tādem ſit finis controuerſiæ ex ſententia,& re iudicata.Igitur poſt ſingula ſuperius diſputata, quæ ad iudicium ſpolij concludendum pertinent, de illius ſententia tractandum, quæ
1 cum † difformiter feratur, ſecundum varia genera ſpolij,etiam difformem expoſcat pronunciationem cuique generi cōgruā. Nam interdum fertur ſententia contra perſonā ipſiusmet ſpoliantis:interdum contra mandantem aut vitij ſucceſſorem. Ac interdum de ſpolio violento:quandoque de ſimplici;iudicium que dirigitur vel ad ipſius tantum rei proſecutionem, vel ad pęnam,vel ad vtrunque.

In violento etiam iudicio per interdictum vnde vi, ſi ferēda ſit ſententia condemnatoria contra reum,concludere ſolet reſtitutionem poſſeſſionis,cum aliàs facta condemnatio in re ipſa magis conueniret petitorio quàm poſſeſſorio:ſed nihilominus ſuſtineretur talis ſententia ad reſtitutionem rei,quamuis in libello ſeu commiſſione fuiſſet petita reſtitutio poſſeſſionis,impropriatis verbis ſententiæ in conformitatem libelli,ex no.per Spe.de reſti.ſpol.§.1.nu.8.per Bal.in l.pen.nu.10.C.de ſenten.quę ſine cert.quan.Ale.conſi.96.nu.2.lib.5.In qua ſententia ferenda virtute huius interdicti,vltra congruam condemnationem poſſeſſionis,ſit etiam adijcienda condemnatio quanti interſit agentis non fuiſſe ſpoliatum.l. in interdicto. ff. de vi & vi arma.cum in eius iudicio,tam damna paſſa cum omni intereſſe,quàm ſingula mobilia,ac tętera quæ ipſam rem contingunt, ita cenſeantur ipſi rei petitæ connexa,vt de his omnibus, quamuis non petitis,ſententia ferri poſſit,vt dicit Abb.in c.cum ad ſedem nu. 9. de reſtit.

Source : BIU Cujas

2 de reſtit.ſpol. † Nec tamen ſnīa lata contra hunc violētum ſpoliatorē ad poſſeſſionē reſtituēdam operaretur illico incurſum pęnæ ipſius violentiæ, de qua in l.ſi quis in tantam. C. vnde vi. cū nec iudicio ſpecificè agitato condictione illius legis ad fundi reſtitutionē, ferri poſſit ſnīa ad pęnam eiuſdem legis, niſi etiam ex preſsè fuiſſet petita vnà cum reſtitutione rei, vt inquit Spec. de reſti. ſpo. §. j. nu. 9. Nam ad eius pęnæ incurſum neceſſāria eſt, & pręuia petitio eiuſdemq; cauſæ cognitio cum ſnīa ſubſecuta, & expreſſa cōdemnatione pęnę, ex communi opi. cum gl. magna in d.l.ſi quis in tātam. 4. par. comprobata ibi per Bar. nu. 28. Pau. conſi. 399. nu. 3. in fi li. j. & alij relati per Ripam in c. ſępe. nu. 99. de reſtit. ſpol. & ſi Iaſ. in l. rem quæ nobis. in fi. ff. de acquir. poſſeſ. aliud ſenſerit, cuius opi. recipi poſſet in beneficialibus iuxta termi. c. eum qui. de præben. in 6. vbi pęna ipſo facto infligitur ſine aliqua condemnatione: nam ſicuti violentia in ſpiritualibus eſt magis improba, ita eam velut maiori odio dignam inſectētur ſacri canones, vt illico eius pęna incurratur, nulla in eo ſnīa expectata. Idemq; ſentit Ripa in d. c. ſępe. nu. 100. Nec propterea talis pœna licet ante ſnīam in ſpiritualibus incurſa, poſſet efficaciter exigi ante ſnīam deſuper declaratoriam, vt ibidem Ripa ex c. j. & 2 de hæreti. in 6. Neque etiam in profanis, in quibus, vt dixi, non ipſo iure violētiæ pœna incurritur, ſufficiat ferre ſnīam in iudicio interdicti vnde vi: ſed opus ſit nouo iudicio, cum eius pęnę proſecutione & ſucceſſiua condemnatione, vt dicitur in d. gl. magna, in fi. & in c. paſtoralis. de cauſ poſſe. & propri. Idque communiter recipi refert Soc. in d.l. rem quæ nobis. q. 12.

3 †Neq; ſnīa ſuper hoc interdicto poſſet legitimè retardari ſub eo prætextu, quòd in eodem iudicio fuerit cumulatum poſſeſſorium vti poſſidetis. ac de vtroq; pariter liqueat, videlicet ad fauorem actoris in interdicto vnde vi, & ad fauorē rei in interdicto vti poſſide. Cum nihilominus in odium violētiæ ſit in eius interdicto in primis iudicādum, ſed non idem futurum ſi prius conſtitiſſet pro reo in poſſeſſorio retinēdæ, quia tunc de eo prius ēt eſſet iudicandum ex l. de qua re. ff. de iudi. cuius ſnīa eſſet corrigēda ſtatim ac de violētia fuerit poſt legitimè doctum. Abb. in c. veniēs. nu. 26. vbi Fely. in fi. de præſcrip. Roma. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 17. ff. de acquir. poſſeſ. Biſigne. deciſ. 9. de reſtitu. ſpolia.

4 † Si ſecundus ſpolians, non contētus recuperatione violēta ageret etiam ſuper damnis & intereſſe cōtra primum æquè violētum, qui in vim exceptionis allegaſſet illum non audiēdum ſtāte eius poſtremo ſpolio, eſſet in primis de hac obiectione cognoſcēdum, ac pronunciādum, vt id vltimum ſpolium primitus expurgetur. c. j. de ord. cogn. Bar. in l.ſi quis ad ſe fundum. nu. 2. verſi. ſi vero agit. C. ad l. Iul. de vi. ſecus tamē futurum ſi in vim reconuētionis diceretur de ſecūdo ſpolio. In quem caſum dicat ibi Bar. non remorādum iudicium damnorum & intereſſe prioris ſpolij, ſuper quibus eſſet omnino pronunciandum, ex dictis ibidem per eum.

5 † Sentētia lata virtute canō. reintegranda. in poſſeſſorio iudicio, dicitur diffinitiua, cuius omnimodum effectum operetur cle. j. vbi gl. & Docto. de ſequeſtr. poſſeſ. & Barba. nu. 4. Bar. in l. j. oppoſi. 2. C. ſi per vim & in l. j. nu. 4. C. ſi de momenta. poſſeſ. ac ſnīam de immittendo, eſſe diffinitiuam, latè recitat Pariſ. conſi. 54. num. 42. lib. 3. In quo minimè contradicat Abb. in c. cum veniſſent. nu. 22. de inſtitu. dum dicit, ſentētiam poſſeſſorij prius latam non eſſe diffinitiuam: quod intelligatur quando fuiſſet ſimul actum petitorio & poſſeſſorio nulla interpoſita ſuſpenſione. In quem caſum ſnīa ſuper poſſeſſorio prius lata non poſſet dici diffinitiua, velut litē prorſus nō diffiniens. neq; eam in totū dirimēs, cum ex eodem iudicio ferēda ſit ſnīa petitorij inſimul propoſiti, quæ omne poſſeſſorium abſorbeat. c. dilectus. de cauſ. poſſeſ. & plenè dictum in cumulatione libelli: verum ſi ſeiunctim fuerit poſſeſſorium propoſitum cum ſpecifico & proprio libello, ſnīa inde ſubſecuta eſſet omnino diffinitiua, ſecundum Bald. in l. poſt ſentētiam. C. de ſentēt. relatum per Barba. in d. cle. j. de quo Pute. deciſ. 477. lib. 2. Niſi verſaremur in iudicio ſpolij attētati, in quo ſnīa lata ſit interlocutoria vim obtinēs diffinitiuæ, nec in ea ſibi locum vēdicet dicta cōſtitutio clem. j. quæ tantum habeat effectum in propria diffinitiua, vt ibi dicitur, & notāt Aegid. deciſ. 54. Mohed. deci. 329. Nec tamē pēdēte attentatorum iudicio, pronūciari poſſet diffinitiuè in iudicio ſpolij ſimplicis, cum attētati cauſa omne aliud iudicium, etiam ſpolij ſuſpēdat. c. non ſolum. in fi. de appell. in 6. & aliàs dictum in Rota de mēſe Nouembris 1560.

6 † Cumulato autem petitorio cum poſſeſſorio, ac ſuper vtroque receptis probationibus cōcludētibus ad fauorem actoris, pronūciādum eſt pariter in vtroq;. c. cum dilectus. de cauſ. poſ. Oldr. conſi. 274. col. 3. Corn. cōſi. 312. litt. P. lib. j. Sed præmiſſa cō demnatione in poſſeſſorio procedatur ad executionē ſolius iudicij petitorij, in cuius ſinu omne poſſeſſoriū claudatur. Quòd ſi de poſſeſſorio prius conſtitiſſet, ſuper eo erit in primis pronūciādum & exequēdum, dilata interim cognitione petitorij. c. 2. de cauſ. poſ. & propri. Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil. commune. nu. 189. limitata in hoc diſpoſitione d. c. cum dilectus. & tūc ſuper vtroq; pronūcietur, ſi eodē tpe de vtroq; liqueat: ſecus vero ſi prius de poſſeſſorio cōſtiterit. Idq; etiam approbatur p. Abb. in c. cum veniſsēt. nu. 26. de inſtitu. In cuius tamē diffinitione ſaluberrima adhibeatur diſtinctio p. Cy. in l. incerti. nu. 3. C. de interdict. & Abb. in c. paſtoralis. nu. 20. de cauſ. poſſeſſ. ſcilicet, quòd ſi ad fauorē actoris de vtroq; liqueat. Vtrumq; etiam ſit eadē ſnīa terminādum. l. de qua re. ff. de iudi. Nam & ſi poſſeſſorium ſit petitorij ſubſecutiuum, velut ex neceſſitate in eo clauſum, ſit tamē actori profutura ſnīa in vtroq; lata etiam quoad poſſeſſorium, tam ratione expēſarum litis. l. vtique. ff. de rei vēdi. quàm ratione appellationis exaduerſo interpoſitę: quę licet impediret executionē ſnīæ petitorię, non tamē ſemp impediret ſnīam in poſſeſſorio, vt mox latè dicam: ſed ſi pro actore cōſtaret in petitorio tātum, & pro reo in poſſeſſorio ex probatione defectus extremorum, ſuper vtroq; reſpectiuè inſimul pronūciabitur ad fauorem utriuſq;, ut ſnīa lata utriq; proſit in expēſis litis cuiuſq; iudicij, in quibus ambæ partes condemnarētur ex iniuſta & calumnioſa litis proſecutione: uerum è cōtrario ſi in eo mixto iudicio liqueret pro actore in poſſeſſorio, & in petitorio pro reo ex probationibus concludētibus, erit ęquè ſuper utroq; pronūciādum eadem met ratione expenſarum litis; ſed executio ſnīæ poſſeſſorię impediretur ex probationibus pro reo deductis, petitorium cōcludētibus, quæ tollūt omne ius poſſeſſorij. Ideoque ſi uſtra eſſet actor petiturus executionē in poſſeſſorio poſt ſuccumbētiam in petitorio, cuius uirtute p. ſe receptam poſſeſſionē eſſet illico reſtituturus, ex regu. dolo facis petere. & ita deciſum refert Put. lib. j. deci. 75. Si uerò reus in utroq; ſimul conuētus obtinuerit in petitorio nō ex probationibus proprijs, ſed ex nō probatione ſui aduerſarij agētis (qui utrumq; iudicium intētās dicatur in petitorio ſuccumbere ex ſola probatione poſſeſſionis. c. cum eccleſia. ubi Abb. in prin. de cauſ. poſ.) eo caſu, quā uis reus ſit abſoluēdus cōdemnato actore in expēſis reſpiciētibus iudicium petitorium: nō tamē reus euitabit ſnīam cōdemnatoriam poſſeſſorij per actorē probati, unà cum executione & expēſis eius iudicij nō obſtante abſolutoria per reum obtēta defectu probationis actoris. Cuius quidē rei ſit diſſimilis ratio, ſi reus in petitorio obtineret ex probationibus cōcluſiuis, ex cuius ſnīa oriretur exceptio dominij iam probati, adimēs omnem

7 uirtutem poſſeſſorij, ut uberrime dixi inter exceptiones. † Sin autē poſt cumulatum utrunq; iudicium, ſucceſſiueq; petitoriū ſuſpēſum, fuerit p. ipſum agētem expreſsè uel tacite ab ea ſuſpēſione receſſum (modis notatis in c. paſtoralis. de cauſ. poſ. & latè iam diſcuſſis) atq; inſtatum pro ſnīa petitoria tātum, ſicut non poſſet ei denegari talis ſnīa in petitorio, de quo iā ex actis liqueret, ita nec reo denegari poſſet abſolutoria poſſeſſorij ab initio intētati, quam obtinere ſua plurimum intereſſit ſi in alia inſtātia denuo petitorium per actorem ſuſpēderetur, in qua ipſe reus reperiretur munitus re iudicata in poſſeſſorio, quæ excluderet petitam ſuſpēſionem ex nota in d. c. paſtoralis. in cle. unica eo. ti. ac ita deciſum in cauſa Placētina refert Creſcen. deci. 96. cuius deciſio fuerit per dominos approbata ac renouata in cauſa Vrbeuetana caſtri, licet in alia ſpecie, uidelicet in eo, qui uirtute generalis commiſſionis cauſæ in quolibet poſſeſſorio etiam attentato, ſupet quo prætenderetur ad aliquos actus proceſſum. & cum tādem per actorem inſtaretur pro ſnīa ſimplicis ſpolij iam probati reus petjit ſe abſolui ab attentatis, in quo domini dixerunt, quòd ſi attentatum fuiſſet proſecutum, poſſet pronūciari condemnatorię in ſimplici ſpolio cum abſolutoria rei in attentatis: ſed in eo nōdum conſtiterat de proſecutione attentatorum, ex

8 quo cauſa obdormiuit. † Cum & diu ante fuiſſet in eadem cauſa deciſum, deberi abſolutoriam reo eam petenti ex actoris incurſu in pęnam conſtitutionis Alexandrinæ, quæ non egeat declaratoria, & nihilominus poſſet momento fieri, licet ea opus eſſet, ut refert Mohed. deciſ. 272.

In eodemque iudicio canon. reintegranda. poterit ex eadem inſtantia inchoata ferri ſentētia condemnatoria contra reum, qui lite pendente ſuper ſpolio poſſidere deſiſſet. Bar. in l. quamquam. §. Iulianus. in fi. ff. de acq. pluu. arcen. Poſſetque pariter in hoc poſſeſſorio pronunciari ſpoliationem fuiſſe iniuſtam, ut p

9 Aegid. deciſ. 254. in fin. † Atque in odium ſpolij, ſententia deſu per lata, quamuis contra pupillum indefenſum ſit ualida, ex quo agatur in odioſo iudicio momentaneæ poſſeſſionis, ut inquit Bar. in l. cum minores. 2. oppo. C. ad uer. rem iudi. licet aliàs regulariter ſententia contra pupillum indefenſum lata, nullitatis uitio ſubiaceret. l. contra pupillum. ff. de re iudic. Ac ſententia lata in poſſeſſorio contra proprietarium citatum, noceat etiā uſufructuario incitato, qui fuiſſet eius litis conſcius, ut deciſum refert Arrigus deci. 2. 191.

10 † In iudicio agitato uigore l. non ab re. C. unde ui. legitimè ferretur ſententia condemnatoria reſtitutionis rei unà cum pęna, non obſtante quòd prima petitio commiſſionis ſeu libelli fuiſſet quoad pęnam conditionaliter concepta, uidelicet quatenus reus conuentus perſtitiſſet in eadem contumacia recuſationis uſque ad ſententiam, ut ibidem dicit glo. & Bar. uerſ. quæro ergo. & Bal. in fi.

De fru-

Source : BIU Cujas

De fructuum distinctione & condemnatione in spolio. Cap. 11.

11 SEd †quoniam ipsius sentẽtiæ possessoriæ interdum potissima pars constat in fructuum condemnatione, opportunè habenda sit eorum plena, ac specifica notitia, cum in his diuersimodè fiat condemnatio secundum varietatem cuiusque iudicij spoliatiui: in quo quidem cesset interdum fructuum condemnatio, si vel fuerint possessori legitimè quæsiti, aut si non fuerint in actis petiti. Interdum autem eorum condemnatio sit difformis pro qualitate iudicij, quæ singula egeãt specifica cognitione, breuissimè ac res patitur tractanda, postquam pauca edixerimus de diuersis fructuum speciebus, quo ad rem nostram attinet, quorum alij sint naturales alij ciuiles, quidam industriales. Naturales enim sunt qui natura tantum operante procreantur absq; aliqua hominis industria, vti sunt quædam poma, fructus saltuum, siluarum, pratorum, qui natura ex se sunt parati sine alia industria. Indeq; dicat Bal. in l.j. in fi. C. de fruct. & lit. expen. quòd naturali iure fructus non diminuantur ratione expensarum, æquo iure etiam censentur quidam alij fructus, in quibus modica intercedit hominum industria, quæ vbi magis operaretur quàm natura, inde fructus prouenientes industriales appellarentur, ita & latius distincti per Bar. in l. ex diuerso. ff. de rei vendi. in l. sed & si. §. scire. ff. de peti. hæred. Cy. in l. certum. C. de rei vendi. industriales verò generaliter sint, ex semine segetes & fruges cuiusq; generis, ac insuper vinum, oleum; & ex ouibus, lac, lana, pilus. gl. in § si quis à non domino. Instit. de rerum diui. Abb. in c. grauis. col. 2. de resti. spolia. Areti. consi. 159. nu. 2. Curt. seni. consi. 71. nu. 7. fœtus ouium, & cæterorum animalium, cuius generis sint fructus, dicitur in l. vetus. cum seq. ff. de vsufruc. glo. §. in pecudum. Instit. de re. diui. in quibus locis ẽt dicitur ancillarum partus non cõtineri sub nomine fructuum. Adeo vt & siquis vouerit dare decimam ex animalibus, non veniant partus ancillarum, vt inquit Card. in clem. j. quæst. 17. de

12 deci. Quòd si in † aliqua specie fructuum dubium exoriretur, cuius qualitatis sint, an scilicet industrialis, vel naturalis, eius decisio committatur arbitrio iudicis, vt ibidẽ dicit Abb. & Bald. in l. j. C. de vsu. & fruct. legato. qui interdum arbitrabitur, eosdẽmet fructus esse naturales, interdum industriales, vt decisum refert Mohed. decis. 152. Pute. deci. 77. lib. j. quòd zuccarus, seges, & similia, quo ad Deum ac decimas pro naturalibus recipiuntur, quamuis inter homines censeantur industriales: quinimmo & ius præsentandi connumeret inter fructus industriales. Paul. de Citta. de iur. patro. num. 67. Fructus autem quos ciuiles dicimus, hi sunt, qui non ex ipsamet re proueniunt, sed propter rem, ex hominis prouisione ac ingenio ad reciprocam ipsorum vtilitatem atque commodum, vti sunt fructus pensionis, domorum, nauium, molendinorum & similium. l. domum. C. de rei vẽdi. l. si nauis. ff. eo. tit. Abb. qui supra nu. 2. Bar. in l. si vrbana. ff. de condict. indebi. Areti. consi. 159. nu. 3. quos Bal. appellat industriosos in l. si traditio. in fi. C. de actio. empti.

13 † Ac omnium prædictorum fructuum, quidam sunt, qui quæruntur bonę fidei, possessori; alij non quæruntur: si enim versemur in possessore bonæ fidei, licet sine titulo, industriales fructus faciet suos ratione curæ & culturæ. d. §. si quis à non domino. Bar. in d. l. ex diuerso. num. 6. vbi latè, quid de naturalibus, vel consumptis, si ex his locupletior sit effectus, licet industrialibus, de quo per Iaſ. in l. Nesennius. nu. 3. de re iudi. Rota in antiq. De ci. 575. in fi. & Alex. in l. iustè possidet. nu. 21. ff. de acqui. pos. com probans opinio. Bar. velut communem. Nec in dubio quisquã præsumatur locupletior fieri, licet in rem suam consumpserit, cum hæc inter se differant: modum autem probandi quòd effectus sit locupletior, latè tradit Curt. seni. consi. 71. num. 2. versi. septimo, cum id allegans probare teneatur sicut & qui fructuũ consumptionem allegauerit eius plenè probandi onus subire teneatur. glo. in l. creditor. §. si inter. ff. mandati. quam ad hoc notat Ang. in l. si Titius. in fi. ff. de rei vendi. In quibus quidem extantibus, æquo iure censebitur malæ fidei & bonæ fidei possessor etiam in beneficialibus, vt per Fely. in c. significauerunt. nu.

14 9. de resti. † Concurrente autem titulo cum bona fide, vniuersos fructus, licet consumptos, suos faciet possidens. l. bonæ fidei. ff. de acqui. pos. Bar. in d. l. ex diuerso. de rei vendi. quem communiter sequuntur Moderni: relati tamen per Abb. in d. c. grauis. nu. 4. de restitu. spolia. sub distinctione pariter communi, de qua ibi per eum, num. 6. versi. sed antequam. qui postea in versi. aduertẽdum. subijcit aliam distinctionem de fructibus quærendis ex triennali vsucapione, de quibus per Curt. seni. d. consi. 71. nu. 10. Aegi. decis. 412. fructus quoque ciuiles suos faciat bonæ fidei possessor si prouenerint ex aliqua accessione succedẽte ex propria eius industria, qui comparentur industrialibus, vti euenit si ex cura & diligentia plus solito res fuerit locata: verum si solitæ pensioni nihil industriæ accesserit, nec de solita quicquam lucrabitur, verum vtroque casu soluens bonæ fidei possessori liberaretur: Idemq; succederet in solutione facta malę fidei possessori per eum qui iusta ratione crederet illum vti prolio iure in exigẽdo, nec aliàs liberandus, secundum Bart. in d. l. ex diuerso. & in l. si vrbana. ff. de condi. indebi. Abb. in d. c. grauis.

15 nu. 5. & 8. Neq; † hæc bona fides, ex qua dixi fructus quæri adeo exactam sui probationem exposcit, vt omni ex parte bona fides exuberet: quinimmo regulariter in dubio præsumenda. Bart. in l. Celsus. ff. de vsuca. Abb. in c. sanctorum. nu. 3. & in c. si diligenti. nu. 14. de præscri. cum aliis latè nota per Curt. seni. consi. 71. nu. 5. & Corn. consi. 23. litt. I. lib. j. Atque in hoc idem operaretur sola carentia malæ fidei, quæ sufficeret ad lucrandos fructus prædictos, ex nota. per Bar. in l. sed si lege. §. scire. ff. de peti. hære. Cassa. de prẽb. decis. 6. num. 9. Abb. consi. 34. lib. j. Curt. seni. d. consi. 71. uersi. his conclusionibus Fely. in c. de quarta. num. 36. uersi. 3. restrictio. de præscrip. Deci. in c. cum causa. nume. 4. de offic. deleg. Cum & hi fructus quærantur etiam lapso iuris errore, ut ibidem dicunt Fely. & Curt. Bart in l'hæredem in fi. ff. de his qui ut indi. ac Areti. consi. 17. num. 11. Abb in c. dilecti. num. 12. de præben. Ideoque ad id sufficiat non habere conscientiam rei alienæ, cuius cum difficilis sit notitia, uelut ex animo dependens, probari posset ex præsumptionibus, utpote ex possessione quæsita auctoritate iudicis ordine procedẽtis, unde oritur bonæ fidei præsum

16 ptio: & è contra † malæ fidei eliceretur præsumptio ex recepta possessione à iudice non procedente iudicialiter. Abb. in c. consultationibus. num. 5. de iure patro. Fely. in c. ecclesia. num. 15. de constit. Iaſ. in l. iustè possidet. num. 27. ff. de acquir. poss. Cum iudiciaria maiestas, quæ tribuit bonę fidei præsumptionẽ, tollatur ex contraria præsumptione, quæ oritur ex non ordine processus, ut inquit Cor. consi. 23. litte. G. lib j. Ex ordine autem iudicialiter adhibito, quamuis iniustè, oriretur iuris error excusabilis ad effectum querẽdi fructus ex bona fide, ut nuper dixi cũ Abb. in d. c. consultationibus. col. 2. aliisque relatis per Deci. in c. cum causa num. 4. de offi. deleg. Licet Roma. in consi. 454. col. fi. uer.

17 his tamẽ. uideatur in contrarium inclinare. † Malæ fidei uerò possessor cum titulo, licet nullos per se perceptos fructus lucretur; non tamẽ tenebitur nisi ad eos restituẽdos, uel eorum ęstimationẽ. Abb. in c. grauis. num. 7. de restitu. spolia. sed si omni titulo careret, teneretur etiam ad fructus, qui percipi potuerint: si tamẽ uersaretur in uera mala fide, secus si in ficta p litis contestationẽ, aut alias, ex qua, & si adimatur lucrum fructuum, quorum omnino restitutio debeatur, ex ea tamẽ ficta cessaret condemnatio ad fructus qui percipi potuissent, secundum Iaſ in l. apud Iulianum. num. 4. uersi. secundo limita. ff. de legat. j. tamen Abb. in d. c. grauis. num. 7. dicit malam fidem, licet proueniẽtem ex litis contest. operari restitutionẽ etiam eorum qui percipi poterant, si titulus desit, cum post contestatam litẽ dicatur continuo malę fidei, ut in decis. 182. in no. De perceptis autẽ & dubiis fructibus plurium annorum, res committitur sacramẽto actoris uel rei, quem eorum magis ueritatẽ nosse uerisimilius sit quiè fuerit p iudicẽ fidelior reputatus, ut ibidẽ dicit Iaſ. & Angel. in l. si nauis. in fi. ff. de rei uẽdi. ut percepti extantes uẽdicari possint, consumpti uerò condici per condictionẽ sine causa, cũ in his qui percipi potuissent iudicis tantum officium operetur. Abb. in d. c. grauis. num. 7. uersi. nunc uenio. ff. de restitut. spolia. Ac malę fidei possessor habens titulum, ut dixi, ad solos fructus per se effectualiter perceptos teneatur, quamuis cum maiori industria plures percipi potuissent. l. si fundum. C. de rei uendi. Nisi tamen prętensus eius titulus esset adeo fragilis, ut pro non titulo esset habendus, in casibus ibidem recitatis per Abb. in cap. grauis.

18 † Idemq; futurum, si tẽpore quęsitę possessionis titulo caruisset, licet postea superuenerit, cum præsumetetur per artes procuratus ad malam fidẽ contegẽdam; nec propterea quicquam esset ei profuturus, ut per Roma. consi. 454. propterea(que) teneretur ad fructus percipiendos. Nec secus si per minorem ageretur, cui deberẽtur omnino omnes fructus qui p̃cipi potuerint. glo. in l. patri. uersi. itẽ ex diuerso. ff. de mino. nota. per. Roma. singula. 528. incip. tu habes textum. & d. consi. 454. nu. 4. uersi. his tamen. Idq; decisum refert Crescen. deci. 176. in causa Roman. de Thebaldis, quę quidem uerificari tam in fructibus naturalibus,

19 quàm industrialibus dicit Abb. in d. c. grauis. † Sed si è contrapossessor fuisset ab initio bonę fidei, & postea ex conscięntia rei alienę euasisset malę fidei, si quidem ea mutatio prouenisset ex mutatione personarum, ut puta si defuncto bonę fidei possessori successerit sciens rem alienam, erit porrò ad instar malę fidei possessoris reputãdus. l. q̃sitũ. ff. de acq. re. domi. cuius malęfidei mutatio ex uariatione personarum fuit p̃ dominos de Rota põderata in causa Abulen. ut retulit Achil. deci. 3. de resti. spo. Quatñ uarietate non p̃tingente ex mutatione personarũ, sed ex renouatione scientię in eademmet p̃sona, quę initio credidisset eius auctorem fu isse dñm, postea p̃rium detexerit, seu aliunde mala fides superuenerit: id initium in eo spectandũ erit, ad fructus quęrendos, ad instar bonę fidei possessoris, ut est cõmunis cum gl. in l. bonę fidei. §. per contrarium. ff. de acqui. re. domi. & in l. qui scit. §. bonę fidei. ff. de usur. Bartol. in l. ex diuerso. ff. de rei uendi. Quod quidem à iure ciuili receptũ nõ simpliciter admittitur iure canonũ, quibus adeo sit execrabilis mala fides, ut quãdolibet

dolibe t ſuperueniẽs, omnimodum detrimẽtum afferat, vt à tẽpore ſuperueniẽtis malæ fidei fructus quęri deſinant, ex reg. poſſeſſor. in 6. c. fi. de præſcrip. Abb. in d. c. grauis. num. 9. verſi. venio
20 ad tertiam. † Eius autẽ poſſeſſionis, quæ à malæ fidei poſſeſſore delata ſit ad eius bonæ fidei hæredem, alia ſit habẽda ratio, cum ei nihil profutura ſit propria bona fides, velut habẽs malæ fidei auctorem, præcipuè attẽdendum, vt hæres ex eo nullos ſibi fructus quærat, non attẽta eius bona fide, ſed tantum mala fide ſui auctoris cuius vice fungatur ſucceſſor vniuerſalis, vt nota. in c. de quarta. & in c. ſi diligẽti. de præſcrip. Ac per Abb. in d. c. grauis num. 10. cum ſingularis ſucceſſor non cẽſeatur eiuſdem iuris, vt ibidem Abb. Si autẽ variatio fidei de bona in malam, vel è contra prouenerit ſine aliqua mutatione perſonæ, ſed ex accidẽti & iuſta cauſa, fructuum pariter acquiſitio variabitur ex varietate qualitatis, vt dum malæ fidei eſſet poſſeſſor, nullos ſibi fructus quęrat, quos tamẽ ſuos faciat, ſi ex legitima cauſa bonę fidei poſſeſſor euaſerit. Abb. in d. c. grauis. num. 10. Bar. in l. ſequitur. §. fructus. nu. 2. de vſucap.

Poſt ſingulas fructuum ſpecies ſuperius diſcuſſas, cognoſcẽdum eſt de his fructibus qui materiam ſpolij proprius contingunt, eorumque cõdemnationẽ reſpiciunt, vt planum ſit, quænam fructuum condẽnatio ſit congrua cuilibet iudicio ſpolij, cũius diuerſitas iam dicta, diuerſam ẽt pariat fructuum condem
21 nationẽ. † Nam ſiquidẽ ſpolium fuerit violẽtum, erit ei conſona ſnĩa condẽnans in fructibus nedum pceptis, ſed qui percipi potuiſſent. c. grauis. de reſtitu. ſpolia. ẽt ab ipſomet agẽte, ſi poſſẽdiſſet. l. ſi de poſſeſſione. C. vnde vi. de quo Put. deciſ. 8. de reſti. ſpolia. aliàs 337. 371. lib. j. ac pariter venirẽt diſtributiones nulla requiſita pręuia proteſtatione, vt dicit idẽ Put. in deciſ. 5. eo. tit. & Auguſt. deciſ. 3. & 731. ſed proteſtatio omnino requireretur in ſpolio non violẽto, vt inquiunt Mohed. deciſ. 109. Veſta. deci. 13. Auguſt. deci. 24. quæ quidem diſtributiones cum alijs fructibus percipiẽdis deberẽtur ẽt à capitulo velut violẽto, ſi bñficiatum quemquam ab eccleſia eiecerit, cum & ſine armis violẽtia committatur. l. 1. §. interdictum. il 2. ff. de vi, & vi arma. Abb. in c. grauis. num. 7. de reſtitu. ſpolia. Bar. in l. domum. C. de rei vendi. Areti. conſil. 17. Put. deciſ. 8 Adeo vt prædicta poſſibilitas percipiendi fructus, non ſit referẽda ad perſonam tantum ipſius ſpoliantis, ſecũdum Bar. in d. l. ex diuerſo. num. 4. ff. de rei vẽdi. Abb. in d. c. grauis. j. notab. & verſ. ſecundo quæritur. de reſtitu. ſpolia. Iaſ. in l. apud Iulianum. num. 4. ff. de lega. 1. Paui. de viſita. quæſt. 5 2. par. num. 48. Put. d. deciſ. 5. & Aug. 3. & alij de quibus per Ant.
22 Negu. in tract. de pigno. 5. memb. 5. par. num. 1. † Quorum tamẽ fructuum computatio non ſit fienda ex his, quæ percipi potuiſſent habita ratione melioramẽtorum, quæ ibi fecerit poſſeſſor, quorum cauſa amplioris fructus percipi potuerint, vt p ſe iudicatum refert Roma. ſingul. 333. incip. Malę fidei poſſeſſor. notãs ad hoc tex. in l. cęterorum. §. vbi. ff. de rei vẽdi. vt & violẽtus ſpoliator rei propriæ. æquè teneatur ex l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. vltra pęnam amiſſionis rei ad fructus prædictos, qui pcipi potuerint, vt dicit Ripa in c. cum eccleſia. nu. 103. de cauſ. poſſeſ. & propri. Cuius violentiæ plena probatio oriretur ex vnico teſtẽ cum iuramẽto ſuppletiuo, recipiendo ẽt in bñficialibus, in quibus inſuper opus eſſet aliquali tituli probatione, de qua Aegid. deci. 480. & latè dictum ſupra ſuo loco.

In eiſdemq; fructibus qui per ſpoliatum percipi potuiſſent, teneretur etiam ſpolians non violẽtus, ſed tamen doloſus, cum improbo titulo, qui violẽtiæ vim obtineat. c. grauis. de reſtit. ſpolia. §. 1. inſtitu. de offi. iudi. l. ſi fundum. cum ibi nota. ff. de rei vẽd. Soc. in l. rẽ quæ nobis. quæſt. 11. ff. de acquir. poſſeſ. Rota in antiq. deciſ. 130. & 597. Aene. de Falco. in tracta. reſerua. quæſt. 4. effect. 9. Ac ex cauſa tranſlationis poſſeſſionis in alium poſt inhibitionẽ, aliàs Domini illum condẽnarunt in fructibus poſſibiliter pcipiẽdis. Put. deciſ. 6. de fructi. nam licet aliàs regulariter ex ſola mala fide non incurratur hæc pœna condẽnationis fructuum, qui pcipi potuerint; non tamẽ id recipiẽdum in ſpolio cum qua litate attẽtata, vt per dominos de Rota in deciſ. 24. & ſeq. in no. & in antiq. deciſ. 482. Put. d. deciſ. 6. dicẽtes tamẽ ab his fructibus excuſari quemlibet poſſidẽtem virtute ſententiæ, quamuis nulliter in eius fauorem latæ.

23 † Qui quidem fructus poſſibiliter percipiẽdi, non veniant in condemnatione ſpoliatiua virtute canon. reintegranda. vti tũc diffinitum per maiorem partem dominorum de Rota dicit Biſigne. in deciſ. 11. de reſtitu. ſpolia. paſſim deinde ſeruari ſolitum de quo per Put. deciſ. 337. 371. lib. 1. ſed eo demum caſu receptũ p Soc. in l. rẽ quæ nobis. num. 11. de acquir. poſſeſ. idemq; dicit ibidẽ Put. ſi cõdemnatus in eo iudicio, poſſideret bona fide, vel cum titulo colorato, qui vnà cum ipſa re eſſet in fructibus tan-
24 tum effectualiter perceptis condemnandus. † Qui tamẽ fructus percepti ex ſpolio bñficiali commiſſo per intruſum contra generalẽ reſeruationẽ inductam in c. 2. de præb. in 6. ſeu cõtra formã acceſſus & regreſſus, ei uſdẽq; generis alijs, quę habent annexum decretum irritans, erunt computandi non à die litis conteſtatæ, ſed intruſionis ac ſpolii commiſſi, à quo tempore decretum operetur infectionẽ cuiuſq; poſſeſſionis, iuxta tradita per Caſſad. in deciſ. 1. nu. 2. de cauſ. poſſ. per Aene. de reſerua. quæſt. 4. effect. 9. Ioan. Pau. deci. 35.

25 † In ſingulis autem fructuum ſpeciebus, in quibus prætẽditur condemnatio ſpoliantis, ſiue in perceptis, ſiue in his qui percipi poterant ante inchoatam litem, requiritur eorum pręuia petitio, cum aliàs in non ſpecificè petitis iudex nequeat proprium officium impartiri velut debitis iure actionis, vt per Abb. in c. grauis. num. 9. verſi. ſed circa. de reſtitu. ſpolia. Fely. in c. inter dilectos. num. 6. de fid. inſtrum. qui hoc ponit congruam praxim expreſsè petendi omnes fructus ex qualibet cauſa, ad effectum, vt in verborum generalitate contineantur ẽt partus partuum, & fructus fructuum, qui aliàs ſub ſimplici verbo fructuum non comprehenderentur, vt ibidem dicit Fel. & Ang. in l. ait prętor. §. per hanc. ff. quæ in frau. cred. Nec propterea quicquam referret exprimi fructuum quantitatem, dummodo eorum petitio ſit generalis. Abb. in d. c. grauis. num. 21. verſi. ad ſecundum. Alex. conſi. 90. num. 10. lib. 2. Quorum equidem fructuum petitio in quibus caſibus à iure requiritur, poſſet fieri etiam per aſſertum procuratorem ſine mandato, ad inſtar principalis iudicij ſpolia
26 tiui. In † quo mandatum non requiri dicunt Cy. Bar. & Bal. in l. j. C. ſi per vim, vel alio mo. gl. in c. j. de cleri. peregri. Hoſt. in ſumma eo. tit. in fi. quod interdum non fuerit per Rotam receptum in cauſa Spoletana ſpolij, qua domini voluerunt de mãdato magis legitimè conſtare, vt dixi in lib. j. In fructibus verò qui pcipi poſſent, poſt litem conteſtatam non erit neceſſaria petitio tanquam debitis officio iudicis nobili: vnde etiam oritur eorũ ſubſequens condemnatio. l. ędiles. §. idem ſciendum. ff. de ędil. edic. Fely. in d. c. inter dilectos num. 6. Abb. in d. c. grauis. num. 19. Rota in no. deciſ. 185. Ac etiam in fructibus, nec per ſe pceptis, nec percipiendis teneretur, qui lite pendente in iudicio ſpolij deſiiſſet dolo poſſidere, ſi per nouum poſſidentem collecti fuerint ex regu. pro poſſeſſore. l. fructus. ff. de rei vendi. & refert Put. deciſ. 161. lib. 3. in quibus tamen neceſſaria eſſet expreſſa ac ſpecifica condemnatio, quæ ſimpliciter facta in fructibus perceptis non contineret hos fructus ab alio pceptos, vt inquit Put. deciſ. 196. lib. 3. Atque in ſingulorum fructuum ſatisfactione retinẽdę ſint impenſę, licet diuerſimodè in bonę fi. & malefi. poſſeſſore. l. ſi à parte. in fi. cum ſeq. ff. de peti. heredi. & ibi Barto in l. diuortio. §. impẽdia. num. 3. ff. ſolu. matr. Bal. in l. 1. in fi. C. de fruc. & lit. expẽ. & latè Iaco. Menochi. vir doctiſſimus in eius tractatu de recup. poſſeſ. excuſo poſtquam huic operi ferre poſtremam manum impoſuiſſem.

27 † Aliquo autẽ iure percipiendi, vel aliud ſemel tantum agendi, iure, ſpoliatus, vt eſſet canonicus in voto capitulari, aliove ſimili iure, poſſet agere de ſpolio eius tẽporis quo fuerit ſpoliatus, quamuis poſt ſpolium in eo iure fuiſſet receptus; Idq; ad effectum, vt ad proprium ius expreſſim reſtitueretur, ac pro eo tpe reciperet fructus canoniæ, inter quos ſit votum ac cętera capitularia. Inn. in c. querelam. nu 6. verſi. ſed quid ſi. de elec. Ripa in c cum eccleſia. nu. 102. de cauſ. poſſ. Biſigne. de reſtitu. ſpolia. deciſ. 14. Nec tamen debebitur reſtitutio eorundem fructuum capitularium cuiquam canonico, qui fuiſſet in pœnam propriæ contumaciæ ſuſpenſus per capitulum, vt per Aegi. deci. 244. verũ ſi capitulares propria auctoritate receperint fructus dignitatis poſſeſſæ per aliquem de capitulo abſentẽ, qui reliquiſſet vicarium poſtea defunctũ, is poſſet velut ſpoliatus petere eorũ fructuũ reſtitutionem, non euitandam per capitulum, ſub prætextu q; hi fructus fuiſſent erogati in ſalario miniſtri eccleſiæ electi à capitularibus loco vicarij defuncti, vti deciſum refert Biſigne. in deciſ. 2. de ſupplen negli. præla. Cum nec iure licuerit capitulo vices illius vicarij defuncti alteri cuiquã demandare ſine auctoritate ſuperioris, vt per Aegid. loco quo ſupra. Ac pariter tenerentẽ capitulares ad reſtitutionẽ quotidianarũ diſtributionũ, quæ eis accreuiſſent ex non ſeruitio alicuius canonici, cui nondũ fuiſſet p capitulum debita poſſeſſio tradita poſt ceſſionẽ cõdẽnati in ſpolio, ne aliàs capitulares lucrarẽtur ex eorum dolo in recuſanda debita poſſeſſione, vti deciſum in cauſa Cæſaraugu. chori. 27. Nouẽbris 1542. refert Put. deci. 337. 371. li. 1. & latius dictũ & obtentũ in cauſa Giennen. fructuum, vt & ſi in fructib' fieret condẽnatio, ẽt diſtributiones continerentur ſub nomine fructuum, Mohed. deci. 109. & Tanis. deciſ. 49.

28 † Solita dominorũ proſpicientia, fuit occurſum auiditati cuiuſdẽ litigantis, qui poſt duas ſententias contra ſe latas, appellationeq; à ſe interiecta (eo tempore quo nondum in curia fuiſſet vſu recepta conſtitutio Aegidiana, de qua mox dicã) ad effectũ vt fruſtraretur effectum tertiæ ſnĩæ contra ſe ferendæ, pendente iudicio appellationis, curauit per colluſionẽ cõmitti contra ſe cauſam per tertiũ in petitorio ſuper eadẽ re, in quo facillime & celeriter colludens ſuccubuit cum ſnĩa & re iudicata, ac reali executione, confiſus, ſe velut nõ poſſeſſorem non poſſe condẽnari per tertiam ſnĩam poſſeſſoriam, allegando ſe inuitũ via iuris è poſſeſſione cecidiſſe: qua tamen fraude per dominos detecta, mandarunt nihilominus tertiam ſnĩam ferri, quæ pro tunc ſaltim eſſet profutura in fructuum & expenſarum recuperatione; Idq; euenĩſſe in quadam cã Burgenſi refert Creſcen. in eius

deciſ.

Source : BIU Cujas

decis.40.nominato etiam authore ipsius malitiæ:quinimmo & qui possessionem virtute eius sententiæ collusoriæ cepisset,dici posset spoliator,à quo vitio eum non eximat sententia,quæ tertio spoliato non obsit,vt inquit Pute.decis.21.de restitu.spoli.

29 † Si post petitorium cumulatum cum possessorio, probationes vtrinque receptæ petitorium concluderent ad fauorem rei conuenti, non posset ferri sententia in spolio ęquè probato ad fauorem actoris,nec ratione fructuum,& expensarum,cum ea ꝓbatio petitorij,sicuti absorberet omne ius possessorij, quo ad causam principalem, ita pariter absorbeat in fructibus ei accessorijs,vt per Aegid.decis.406.licet Abb.in c.pastoralis.num.27. de caus.possess.& propri.adhibeat distinctionem inter quasdam species fructuum,vt ibidem per eum: verum si post petitorij iudicium inchoatum vnà cum possessorio suspensioneque subsecuta,constiterit tantum de spolio,super eo solo,poterit pronunciari vnà cum condemnatione fructuum (secundum qualitates iam dictas) ad quos integraliter restituendos teneretur condemnatus priusquam sup petitorio audiretur,quibus per se plenè satisfactis,si reus maluerit petitorium prosequi,in eoq; actor effectus plenè probauerit & obtinuerit, sit vltra rem ipsam nedum fructus per se solutos recuperaturus,sed & alios oēs postea per aduersarium perceptos,cum illa prima cumulatio petitorii, in qua nullum ius haberet (vt euentus docuit) adeo illum constituerit in mala fide,vt ex die primi iudicij quasi à semetipso interpellatus nullos fructus suos fecerit, nō obstante suspensione subsecuta,de se ipso tantum cōquesturus, dum ab initio petitorium inconsulto cumulauit,quod potuisset sine cumulatione, solum spolium committens,& in eo obtinens vnà cum fructibus euitare prædictam condemnationem fructuum in iudicio petitorio per spoliantem post obtento,vti diffinitum per domi
35 nos de Rota decis.193.in antiq.& 405.in no.Idemque sentit Felyn.in c.significauerunt.num.9.de testib.

30 † Sed si spoliatus ab initio agens petitorio tantum,ex cōcludentibus probationibus in eo obtinuerit,non poterit recupera re nisi fructus perceptos à die litis contestatæ.l.certum. C.de rei vendi.bene tamen posset sibi ex integro cōsulere cum nouo iudicio spolij, ad effectum recuperandi reliquos fructus ante litē contestatam perceptos,qui non fuissent debiti in iudicio petitorii. Quod quidem nouum iudicium spolii sit ęquè profuturum in recuperatione bonorum mobilium, quæ fuissent occupata vnà cum ipsa re spoliata,licet esset aliena,cum ex iudicio petitorio propria tantum mobilia deberētur.l.j.§.si fundus.ff. de vi, & vi arma.Abb.in c.pastoralis.num.26.de caus.posse. Ripa in c.cū ecclesia.nu.103.eo. tit. Post suspēsum verò petitorium ac latam sententiam condemnatoriam in spolio,si impetretur per cōdēnatum gratiosum rescriptum,vt in executione sentētiæ quo ad restitutionem possessionis in partibus, stetur iuramento partis
31 præsentis, † quo verò ad fructus reciperetur cautio constito de paupertate (ad effectū vt interim audiri posset in petitorio) poterit in vim eius rescripti,recipi etiā cautio iuratoria.Aegid. decis.557.Cum & regulariter condemnatus de spolio, sit audiendus in petitorio,si ante fructuum liquidationem verbo obtulerit solutionem fructuum,vel de his depositum fecerit, soluēdis postquam fuerint liquidati.Deci.in l.edita.nume.94.C.de eden. & in termi.dicit Mohed.decis.311.Ac in Rota in causa Romana nullitatis confinium fuit moderamen adhibitum, ut cautio esset bancaria,cum super fructibus duæ iam sententiæ fuissent la tæ,licet diuersæ summæ.Interdumque gratiosè concedi cōsueuit,vt executio quoad fructus reseruaretur ī fine litis iudicij petitorij,quod tamen prorsus denegaretur in spolio adeo doloso, vt nullam reciperet legitimam excusationem, vt pluries seruatum in Rota testatur Vesta in decis.269. Cum nec in eo doloso spolio,quoad fructus & expensas præcedentes,sit profutura sententia lata in partibus ad fauorem spoliantis, sed ad integros restituendos teneretur priusquā sit audiendus in petitorio.Mohe. in decis.117.& seq.Cum nec in spolio doloso reciperetur ꝓ fructibus restituendis,cessio bonorum,quę in non doloso recipi ꝓ fructibus primæ instantiæ decisum refert Pute. in causa Archi. de stella & in alia Ioan.Pau. decis.466. Ac in eo qui per dolum possidere desierit re in alium translata succedit fructuum condemnatio,quorum exequutionem sit vitaturus docens se illos non percepisse, ut resolutum dicit Pute. in decis. 4. de fruc.22. Octobris 1548.in causa Perus.In qua tamen,cum mox fuerit repertum rei translationem factam fuisse post inhibitionem iudicis, fuit die 14.Ianuarij anni proximè seq.per dominos decisum illum teneri ad omnes fructus, qui percipi potuissent in pęnam attentati, ex not.per Fely.in c.pen.de excep.Soc.in l.rem quę nobis.quæst.vndecima. Rota in no.decis. vigesimaquinta,ac ita in ter dominos de Rota resolutum refert Pute.decis.6.de fructi. & Achil.decis.5.eo.titu.qui tamen in decis. tertia, excipit eum qui iustam habuisset causam litigandi, ex qua excusaretur à fructibus ab alio perceptis.

32 † Ex doli ꝑsumptione orta ex occupatione rei vacantis iuxta term.l.fi.C.vnde vi.procedit pariter fructuum condemnatio,vt est ibi communis cum Bar.quæ tamē cessaret,cessante doli pręsumptione ex probatione iustæ credulitatis, ex dictis ibidem ꝑ Docto. Propterea quę nec (velut cessante dolo) fiat aliqua fructuum condemnatio in termi.l.inuasor.C.vnde vi. vbi præsupponitur non dolus,vt in ea dixi lib.j. Vt nec ex tali occupatione rei vacantis: licet cum fractura ostij debeatur eadem fructuum condemnatio, quæ in interdicto vnde vi.cum in re vacanti penitus cesset personalis violentia, quæ vnà cum reali concurrere debeat in eo interdicto. Rota in no decis.156.

33 † Super quibusque fructibus ex causa spolii debitis poterit in certa sententia ferri, tanquam super accessorio, de necessitate certificando in executione,vt per Abb.in c.grauis nu.11.versi. ad secundum.de restitu.spol.Rota in no.decis.22.in fi. Eademq; ratione,ꝙ fructus non principaliter, sed accessoriè contineātur in sīa spolii,posset ab eorum condemnatione appellari, vbi ēt esset appellatio de iure prohibita in principali spolio:cuius quidem condemnatio sit reparabilis in iudicio petitorio, ꝙ nō est in fructibus condemnatis in iudicio meri spolij. Ideoque ī hoc ēt diuerso iure cēseant,& ita decisum refert Crescen.decis 120. Idemq; dicunt Soc.in regul.69.fallen.5.Ripa in c. sępè. in fin.de restitu.spol.de quo mox dicam in materia appellationum.

34 † Neque hæc fructuū condemnatio ac solutio euitaretur priuilegio c.Odoardus.de solutio.siue c.peruenit.de fideiuss. quorū fauor non porrigitur ad spolij iudicium multo magis fauorabile,vti decisum refert Mohed.decis.117.& in causa Arborensi dicit Io.Pau.decis.84.Idque optima ratione,ne id iuris præsidium prosit doloso spolianti cui denegatur cuiusque iuris beneficiū. Ac eadē rōne nec miserabilis bonorū cessio ꝓfutura sit ad euitandū debitū istorū fructuū;licet interdū eorū executio differretur ex inopia plenè probata. Abb.in c.olim.il 2.in fi.de restitu.
35 spolia.Tolosa.decis.466. † Et minus euitaretur perceptorū fructuum condēnatio in spolio,quamuis postea per Cameram virtute breuis Apostolici fuerit capta possessio, cum nihilominus primus spolians sit condemnandus in fructibus per se receptis. Camera verò teneretur de postremo spolio,de quo Vesta.decis. 122.in fi.excusaretur tamen à cōdemnatione fructuum, minor spolians,ac alter sub colore breuis,& is in cuius fauorē lata fuisset sententia in partibus,nisi (ut mox dixi) spolium probaretur non dolosum,vt inquit Mohe.d.decis.117.& seq.

Post sententiam cum subsecuta re iudicata succedit liquida-
36 tio fructuum perceptorum, † quæ ex consuetudine quarumdā partiū possit probari ac deduci ex solito redditu & cultura eius fundi,de cuius fructibus probatio quæritur.Quam tñ consuetudinem minime recipiat cōis obseruantia : uelut ex qua non eliciatur cōcludens,& vniformis probatio fructuū perceptorum: vt per Bal. in l.j.nu. 24. C.de fruct.& lit.expen. de quo videndus Achilles in decis.4.de restitu.spoliat.Bal. in l.si fundum.in fi. C. de rei vendi. Ideoque requirenda sit probatio effectualis perceptionis,quæ nec possit nisi ꝑsumptiuè deduci ex solito vicinorum,qđ poterit iuramento coadiuuari,de quo Bald.in d.l.j.& in l.si fundum in fin.Idque iuramentum sit ei parti deferendum, quæ uerisimiliter sit fide legalior,& cui fructuum perceptorum veritas sit notior,vt tradit Ang.in l.si nauis.in fin.ff.de rei vendi. Iason.in l.apud Iulianum.nu.5.ff.de leg.j.& in l.admonendi.2.lect. nu.311.ff. de iure iur.post Roma.ibidem num.120.ut si fructus collecti fuerint in partibus ibidem & eorum probatio facilior futura,ubi etiam eorum extimatio sit soluenda,ex no. per Bart. in l.item illa.ff.de consti. pecu. quem ad hoc notant Pute. in decis.j.de solutio.& Achil.in decis.j.de fruc. Ac per testes singulares & inuicem discordes probaretur fructuum perceptorū qualitas.glo.in l.ob carmen.ff.de testib.ubi latè Alex.post Bar. Neq; in hoc,eadem probatio quæ pro concludenti reciperetur in regu.de valore.esset ęquè recipienda in fructibus perceptis in hoc iudicio spoliatiuo,quorum difformis sit computatio,ut inquit Cassad.d.regu.de valore.decis.19.& seq.

37 † Post liquidationē fructuum prędecedere debet eorum plena satisfactio,priusquā de spolio condemnatus audiatur in petitorio,aliove prætenso eius iure.c.fi.ubi Abb.nu.4.de ordi.cogn.& in c.accedens il 2.ut lite non conte. Rota in no.decis.319.de qua Staphil.de litt.Apost.fol.181.col.2.Mohed.decis.311. In quo nō idem succederet si sententia fuisset absolutoriè lata ad fauorem rei conuenti de spolio,cum nihilominus posset actor condemnatus procedere in iudicio petitorio ante restitutionem expensarū,in quibus fuisset cōdemnatus:quæ licet peti possint virtute executorialium,non tñ interim remorantur processum in petitorio,cessante in hoc odio spolii,cuius cā in eo cōdemnatus nō sit audiendus ante plenariam satisfactionem fructuum & expē sarum,vt notant Fely.in c.significauerunt.de testib. & Staphil.q supra. In qua quidem fructuum satisfactione dabitur retentio eius qđ erogasset possidens in cultura fundi,seu alterius rei restituēdæ.l.fundus.qui.ff.fami.erci.cū ciuili iure fructus diminuant ab expensis,licet naturali iure non diminueretur, vt inquit Bal. in l.j.in fi.C.de fruc.& litis expen.inter quas impēsas annumeretur etiam impensa facta causa custodiæ,ut per Spec.de cōtu.§.fi. nume.15.Bal.in d.l.j.nu.8.quem comprobat Roma. singul.332. reprobata opinione Bart. in l.cū quæreretur.§.prædijs. ff. de pe-

Source : BIU Cujas

ti.hære.& l.ſi ita.§.fi.ff.de fun.inſtruc.ſi tamen eã cuſtodiam fuiſſe factam interſit agentis,nec fuiſſet ad eius damnum ac ęmulationem adhibita,de quo ibidem Bal.† Vt & ſi ſpolians ante cõdemnationẽ liti & cauſæ ceſſiſſet in iudicio ſpolij, impediretur in ꝓceſſu petitorij,niſi prius reſtitutis his fructibus qui poſt dolum adhibitum fuerint percepti;verum in antea perceptis reciperetur ceſſio,exhibita liſta bonorum cum iuramento, de quo Pute.deciſ.172.lib.j.Nec pro fructibus reſtituendis tenue depoſitum eximeret cõdemnatum ab onere plenę ſatisfactionis, vt deciſum in cauſa Toletana dicit Veſta.deciſ.295. & multo magis cedens prædictus teneretur ad fructus per ſe perceptos poſt talem ceſſionem & quatenus ipſe diceret ſe non percepiſſe, teneretur indicare illum qui poſt ceſſionem percepiſſet. Rota in no.deciſ.158.In quibus terminis ceſſionis litis deciſus fuit caſus per dominos de Rota in cauſa Pampilonenſi, de qua Veſta. deciſ.231.dum quidam de ſpolio conuentus, ſub prætextu ꝙ eius Procurator ſpoliaſſet in partibus,illico,ceſſit liti, & cuicunque poſſeſſioni, faſſus ſibi nullum ius competere in eo beneficio,de cuius ſpolio ageretur, pluriesque proteſtatus, non eſſe ad vlteriora contra ſe procedendum, quo non obſtante fuit contra eũ lata ſententia etiam fructuum condemnatoria,& ex non appellatione, decretis executorialibus vnà cum relaxatione brachij ſecularis metu cenſurarum pro fructibus prætenſis centum ſoluit;licet poſtea eos recuperauerit ī iudicio liquidationis in partibus commiſſo, in quo cõſtiterit nullos inde fructus fuiſſe perceptos,vt ibidem refert Veſta.Nam & qui dolo poſſidere deſiiſſet,non teneretur ad fructus liquidatos, ſi doceret alium illos percepiſſe, vt dicit Pute.deciſ.4.de fructi.

Quando appellatio recipiatur in ſpolio. Cap. III.

SVbſecutiuè poſt ſentẽtiam ſpolii,tractaturus de eius appellatione, prius ſubiiciam ſingulas conſtitutiones deſuper editas, inter ſe admodum varias pro temporum & authorum varietate.

39 † Nam per eoſdem Imperatores Valent.& Theodo.qui violentam ſpoliationem tam graui pœna puniunt,ex l.ſi quis in tãtam.C.vnde vi.fuit etiam in eius odium ꝓmulgata lex j. C. ſi de momenta.poſſeſ.per quam primum fuit denegata appellatio in ſpolio:quæ quidem lex nec vniformem ſenſum recipiat à Doc. quorum quidam ſint , qui dicant ex ea lege non prorſus reiectã appellationem, ſed tantum ſtatutum, non eſſe impeditiuã executionis,aut effectus ipſius ſententiæ: ſed in cæteris firmam remanere,vt Bar.in l.2.nume.6.ff.de appell.recipi.quem ſequũtur Paul.de Caſt.conſi.85.in fi.lib.2.Federi.de Senis conſi.76.Angel. conſi.107.& alii relati per Deci.conſil.28. in princ.& Ripam in c.ſępe.nume.tertio,de reſtitu.ſpol.Abb.in c.cum ad ſedem. nume.32.co.tita.dicens ſe ita conſuluiſſe,vt in eius conſi.55.lib.ſecundo.Sed communior eſt aliorum ſententia,qui dixerunt,vigore d.l prima.(canonizatæ in c.fin.§.de poſſeſ. 2. quæſt.ſexta,) prorſus adimi in omni poſſeſſorio virtutem appellationis,vt referunt laſ.in l.prima. nume.4. C. de bon. poſſ ſecundum tabul. Pau conſi.9.col.2.lib.j.Deci.d conſi.28.col.2.Ripa in d. c.ſępe. nume.3.ea potiſſimum ratione freti, quòd talis ſententia cẽſeatur momẽtanea, velut mox reuocabilis in iudicio petitorio, ex probatione proprietatis, quæ abſorbet omnem poſſeſſionem. glo.in d.§.de poſſeſſione.Bohic.in d.cap. cum ad ſedem.1.addi. Indeq; dicant poſſeſſionis cauſam eſſe parui momenti, quãuis ageretur de poſſeſſione alicuius rei magni ponderis,cum id põdus ad proprietatem tantum referatur,cui nihil obfutura ſit ſententia poſſeſſoria d.l prima.in fi.l.communi.§.fi. ff. de excep. rei iudi.c.cum eccleſia.c.cum ſuper.de cauſ.poſſeſ Abb.in d c.cũ ad ſedem.nu.30.Deci.conſi.352.num.3.Paul.conſi.39.col.j.de quo Anto.Nicell.in tract.de concor.glo.nume.26.& ſeq.

40 † Eademque ratione qua fuit inductum appellari non poſſe in poſſeſſorio reſtituendæ,nec recipiatur appellatio in poſſeſſorio adipiſcendæ,vt eſt Saluianum,in quo habere locum dictam conſtitutionem.l.prima.C.ſi de momen.poſſeſſ.firmant Bart.in l.prima.ff. de ſaluia.interdic.laſ.in §.item ſeruiana.nu.95. Inſtit. de act.Ant.Negu.de pigno.8.par.j.mem. nu. 3. Idemque in poſſeſſorio diui Adria.de quo in l.fi.C.de edic diui.vt ibi dicit Dec. nume.49.Paul.d.conſi.39.in cæterisque poſſeſſoriis adipiſcẽdę, vt quorum bono. & eius generis aliis, ſimiliter appellationem reijci virtute eiuſdem legis 1.dicit Abb.in d cap cum ad ſedem. nume.30.verſi.vlterius.ac dictum in cauſa Tiburtina, referente Pute deciſ.375.lib 3.

41 † Verum cum ex proceſſu temporis fuerint in iudiciali certamine expertis vere cognitum,quàm maxima ſint poſſeſſionis commoda, recitata per Docto. in §. commodum. Inſtit.de interdict.ac plerunque ex difficillima probatione dominij inane reddi iudicium petitorium,planè conſtitit cuius momenti eſſet ſententia poſſeſſoria,vt dicit Abb.c.cõſultationibus.in fi. de offic. deleg. & in d.c.cum ad ſedem. iuſta ratione fuerit per ſacros canon.recepta appellatio in quolibet genere ſpolii.d. c.cum ad ſedem.clemen.vnica.de ſequeſtr.poſſeſ. & dicunt Barto. in l.ſecunda.ff.de appell.recip.Rip.in d.cap.ſępe.in fi.Rom.conſi.324. in prin.Feder.de Sen.conſilio 76.Deci.conſi. vigeſimooctauo. Ioann.Pet.in practi.libell.de ſpol.verſi.per veſtram.quod ſeruari dixerint in cunctis prouinciis Sacroſanctæ Romanæ Eccleſię ſubiectis,& ita fuiſſe vſque ad noſtra tempora ſeruatum in hoc ſacro Rotæ auditorio paſſim teſtantur eius deciſiones, & referunt Ioan.Paul.in ſuis deciſion.81.& 89. Veſta. deciſ.181. nulla ratione tunc habita conſtitutionis Aegidianæ, licet confirmatæ per poſtremum concilium Lateranen. 9. ſeſs. & etiam dicit Pute.deciſ.477.lib.2.

42 † Cum eius tamen obſeruantia fuerit noſtro tempore recepta,vt mox dicam,poſtquam pauca edixero de huius conſtitutionis Aegidianæ origine ſub Innocentio VI.qui dũ in ea acerbiſſima,tamque funeſta translatione Romanæ curiæ in Gallias, vellet huic nequitiæ ac labi aliquatenus mederi, deſtinauit eius Vicarium in partibus Italicæ prouinciæ Picenæ Aegidium Cardinalem Hiſpanum,virum nobilem,inſignem, ac intrepidi animi,qui in ea tyrannicos motus compeſceret, deprauatosq; populorum mores corrigeret, atque emendaret,qua quidem ſpe nec fuerit fruſtratus, cũ is Cardinalis infra terminos iuriſdictionis ſibi demandatæ omnes tyrannicos motus compeſcuerit,populosque ſaluberrimis inſtitutis gubernauerit, editis quamplurimis conſtitutionibus pro tempore opportunis,quas obſeruari mandauit in prouincia iuriſdictioni ſibi demandatæ ſubiecta, in qua inter mores tam deperditos,frequẽtibus ſpoliis, ſaluberrimè ſtatuit non poſſe appellari in cauſis momentaneæ poſſeſſionis,expreſsè inhibitis iudicibus,ne appellationes deſuper interiectas reciperent, vt dicitur in ſexto libro ſuarum conſtitutionum.cap.29.in quo quidem nedum renouauit prædictam iuris ciuilis ſanctionem, de qua in d.l.prima , ſed eam vberiorem reddidit, in prouincia tñ ſibi commiſſa, extra quam eius auctoritas non porrigeretur.

Quas quidẽ Aegidij cõſtitutiones per Sixtum Pontificẽ IIII. mandatas ſeruari,tam in Vrbe,quàm in reliquis Prouinciis Romanæ Eccleſiæ immediate ſubiectis,teſtaẽ Paul.III.in eius Bulla ad hoc ſpecificè edita tertio Calẽdas Auguſti 1538.In qua renouatis prædictis cõſtitutionibus Sixti & Aegidii tanquã valde proficuis,iuſſit eas ſeruari in omnibus Vrbis tribunalibus,à quo tempore citra ſuam obſeruantiam in Vrbe receperunt,cũ moderamine tamen adhiberi ſolito per Dominos de Rota, uelut ęquiſſimos omnium iudices:qui in cauſa Parmenſis iuriſdictionis coram Veſta.dixerint illam conſtitutionem nihil operari in terris & ꝓuinciis Eccleſiæ Romanæ mediate ſubiectis, ad quas nec eius verba porrigantur, ſed ad loca tantum immediate ſubiecta;Ideoque porrecta ad ciuitatem Auinionẽſem, velut immediate ſubiectam Apoſtolicæ Sedi deciſum: neque tamen cõcilium Lateranen.talem conſtitutionem approbans,illã extendat vltra loca in eadem expreſsa,ut refert idem Veſta.in eius deciſ.181.Et multo minus ea cõſtitutio Aegidiana porrigatur ad
43 terras imperij,vti deciſum refert Mohed. deciſ.47. † In quibus nõ ſeruetur ius canonicum quo ad appellationem interponendam in ſpolio,ſed diſpoſitio tantum l.prima.C.de moment.poſſeſſ.tãquam ab imperatoribus promulgata, vt eſt communis,de qua Alex.conſi.2.nume.14.lib.3.Paul.conſi.39.colum.2. lib.1. Quamuis in hoc Baldus conſuluerit ſeruandum eſſe ius canonicum etiam in terris imperij ſi ageretur iudicio canon.reintegranda. in quo dicat ius canonicum vbique ſeruari oportere, cuius meminit Ripa in d.c.ſępè.in fin.ac Ioan.Pet.in ſua pract.libell.in ſpol.verſ.per veſtram.ſecutus opin.Bald. quam dicit eſſe ſolidam veritatem,de qua aliter ſenſerit Ripa in l.ſecunda. in fi. ff.quorum bono.ſed communis,vt dixi,eſt contra Bal.velut magis iuri conſona, ac iure quidem porrecta conſtitutio Aegidiana per Paulum III.ad cauſas pendentes: Nam licet conſtitutiones inhibentes appellationem dicantur reſpicere ordinatoria non deciſoria iudicii,ut per Alex.in l.j.in fi.ff.de leg.2.& alii recitati per Decium in c.cum eccleſia.nu.43.de conſtit.ac in ordinatoriis regulariter attendatur tempus conſtitutionis nouiter editę: tamen ſi conſtitutio non eſset noui iuris inductiua,ſed alterius confirmatoria;porrigeretur etiam ad pendentia ꝓ appellationem Fely.in c.fi.num.12.de appell. Adeo vt *ſi confirmatio* fieret priuſquam conſtaret de iniquitate ſentẽtiæ,*eſſet omnino* ſeruanda,non obſtante appellatione *interpoſita*: *ſecus* tñ futurum,ſi iam de iniquitate primæ conſtitiſſet, quæ per ſecundã ſit reuocanda:quo caſu ſecunda nõ reciperet appellationem,vt in pluribus cauſis deciſum referunt Pute. *in tit.*de Aegidiana deciſ 6.& 8.aliàs.deciſ.477.lib.2.& veſta.deci.112.& ſeq.Ac id qđ dicit Deci.in c.cum eccleſia.num.43.in fin.de conſtit. videlicet, prædictas conſtitutiones reſpicere deciſoria ſi non ſit appellatum,tunc reciperetur,ſi nullatenus poſset ſententia poſſeſſoria reparari in iudicio peritorio,ut ibidem dicit Deci.& Pute.in quę caſum ſemꝑ recipiatur appellatio,vt mox dicam.Nã & ſi Aegidiana locum habeat in prima inſtãtia; ſatis tñ erit prima, iſthæc ſecunda reſpectu Aegidianæ,quæ nondum fuiſset vſu recepta niſi tẽpore ſecundæ inſtãtiæ;adeo à vt a prima licuiſset appellare,vt inquit Pute.d.deciſ.472.in fin Atque ita paſſim recepta fuerit in obſer-

Source : BIU Cujas

obſeruantia hæc conſtitutio Aegidiana, vt velut notoria non egeat productione in actis, vt dixerũt Domini in cauſa domus? vt refert Verall.deciſ.422.qui in alia deciſ.127.dicat, eam conſtitutionem ſibi locum vendicare in quocunque poſſeſſorio, vt ẽt dicit Soc.Iun.conſi.182.num.15.lib.2.& Grat.conſi.vlt.in prin. lib.j.cum hæc conſtitutio ſit fauorabilis tanquam reductiua ad terminos iuris communis l.j.C.ſi de momẽt. poſſeſſ. ac ꝓpterea etiam extenſiua, vt per Ruyn.conſi.195.num.10.lib.j.

44 † Neque tamen ea quæ dicta ſunt de appellatione recipiẽda iure canonum, verificẽtur in quocunque ſpolio: quod quidem ſi à notorio raptore patratum fuerit, nullo iure canonum, nec alio quoquam reciperet appellationem, quæ non debeat prębe re fomentum ac defenſionem notoriæ iniquitati.c.cum ſpeciali.§.porrò.de appel.nec in notoriis cenſeretur propriè ſentẽtia, ſed executio, à qua non licet appellare.l.ab executione. C. quorum appell.Inno.in c.ex parte.de verb.ſignif niſi in ipſa appellatione exprimeret cauſa probabilis, ex qua differenda eſſet executio: idemque recipiendum in omnibus cauſis, in quibus denegaretur aliquo iure appellatio ſine expreſſione cauſæ, vt ꝓ Bart. in l.2.ff.de appell.recipi.Inn.in c.iuſtos.§.præterea.de offi.deleg. Rom.conſi.324.in fi.Neque ẽt de iure canonico, ſeu alio cauſa poſſeſſorij eſſet appellabilis ſi fuiſſet expreſsè commiſſa cũ clausula, appellatione remota, cuius inſertio omnino tollat appellationem in poſſeſſorio.Fran.in c.paſtoralis.verſi.17.de appell.

45 † Minus etiam generaliter verum ſit, ꝙ de iure ciuili non recipiatur appellatio in ſpolio cæterisque iudiciis poſſeſſorijs vir tute l.j.C.ſi de moment.poſſeſſ.quia ſi poſſeſſorium iudiciũ habeat admixtam cauſam proprietatis (vt eſſet ſi ageretur de iuriſdictione, matrimonio, vel aliis ſimilibus) eorum cauſa eſſet appellabilis ratione petitorij connexi, quod nequeat à poſſeſſorio ſeparari, vt latè dixi inter exceptiones: nam ſicuti in hmõi cauſis ſpeciali quodam iure recipitur nõ iuris exceptio, ne aliàs iuri connexo præiudicaretur, ęqua etiam ratione recipiatur appellatio, ne idem præiudicium incurreretur, vt per Iaſ.cõſi.187. lib.2.Deci.in l.j.num 6.C.de bono.poſſeſſ.ſecund.tab. & conſil. 28.col.pen.verſ.4.Pute.deciſ.275.lib.2.proptereaque liceat etiã non obſtante Aegidiana appellare, ſi pars ſententiæ adnexã habeat rem appellabilem, vt inquit Pute. in tit.de Aegidiana deciſ.7.qui ſecus fore dicat ſi petitorium poſſit quoquo pacto ſeceerni à poſſeſſorio, ex quo non poſſe ab eo poſſeſſorio appellari pluries deciſum refert in deciſ.j.de Aegidiana, & in deciſ.275. & 190.in fi.lib.2.& 375.lib.3. ſubijciens etiam quo ad matrimonialem cauſam attinet, vt ſi eius cognitio deducta fuerit incidẽter ad effectum probandæ legitimitatis filij, ſeu eius primogeniturę, quòd non propterea ex matrimonio deducto cenſeretur mixtura in cauſa ſpolii, cum nihilominus remaneret appellabilis in eius primęua natura: Ac cauſa iuriſdictionis, de qua dixi eo caſu intelligeretur mixta, ſi contra dominũ ageretur de eius ſpolio, ſecus ſi contra alium in quo ceſſaret mixtura proprietatis, & reijceretur appellatio etiã virtute Aegidiana, vt per Put. eo.tit.deciſ.3.aliàs 453.lib.2.Neque appellationis reiectio virtute d.l.j.vllum afferre debeat incommodum proprietati, vt dicit ibidem in fine, & in c.cum ſuper.& c.cum eccleſia.de cauſ. poſſ. & proprie. Qua ratione dixit Abb. in c. cum ad ſedem. col.pen. de reſt.ſpol.non poſſe appellari à primo decreto, ſi ex eo nobile præiudicium afferretur in aliqua parte eiuſdem rei, vt in exẽplis per eum traditis.† Ac quotiens poſſeſſionis recuperatio ve

46 riſimiliter non eſſet futura momẽtanea, ſed difficilis in iudicio petitorio, reciperetur appellatio etiam de iure ciuili, iuxta glo. in d.l.j. Bald.in l.ſecunda, nume.9. C. de appell.recip.Deci.in l.j. C.de bono.poſſeſſ.ſecund.tab.& eo magis reciperetur, ſi in petitorio eius ſententiæ effectus, quo ad poſſeſſionem, eſſet fruſtratorius, ex communi opin.cum Bart.in d.l.2.nume.9. & in l.creditor.§.iuſſus.verſi.quærit gloſ.ff.de appell.Bald.in l.poſt ſententiam.nume.8.C.de ſenten.Abb.in c.cum ad ſedem.nu.30.de reſti.ſpol.Paul.de Caſt.conſi.39.col.fin a.lib.j.Deci.conſi.24.nu.11. Soc.in regu.682.fallen.Anto.Nicell.de concord. glo.num.31. ac ſępius deciſum, cũ nec reſtitutio in ſpolio ſit ita propere fienda, ſi non remaneat cauſa proprietatis integra in iudicio petitorio, vt per Ruyn.conſi.37.nume.j.lib.4.

47 † Indeque inferatur, quòd appellatio recipitur in ſententia poſſeſſoria lata virtute l.ſi quis in tantam.C.vnde vi. Cuius iudicium admixtum habeat petitorium quo ad pœnam, vt ait Bar. in l.j.num.10.C.ſi per vim vbi Bald. in fi.Nec ea pœna ſit recuperabilis in iudicio petitorio, vt per Bohic. in c.cum ad ſedem. 1.addi.de reſtitu.ſpol.Card.in clem.j.col.4. verſi. cõcludit.de ſequeſt.poſſeſ.Feder.conſi.76.Deci.d.conſi.28.verſi.hoc in ſimili. & eſt communis opin.de qua Ripa in d.c.ſępe num. 102. de reſti.ſpolia.qui licet recenſendo in hoc varias Doct. opin.nitatur contra communem, ſi tamen communi inherendum exemplo Dominorum de Rota, qui eandem opin.firmarunt euidentiſſimis rationibus, de quibus Veſta.deciſ.213.in fin.de qua etiã meminit Pute.deciſ.j.de Aegid.Verum ſi ex prædicta l.ſi quis in tãtam.non ſpecificè ageretur ad pœnam, ſed tantum ad poſſeſſionem reſtituendam (quorum eſſe iudicium ſeparatum ſuo loco dixi) eo caſu non aliter appellatio reciperetur quàm in cæteris iudicijs poſſeſſoriis ceſſante ea ratione irrecuperabilitatis, vt ꝓ Deci.d.cõſi.28.poſſitque pariter de iure ciuili appellari à decreta poſſeſſione iuris, de qua Bald.& Roma.in l.prima.C.de bono. poſſeſſ.ſecun.tab.relati ibi per Iaſ.3.notab atque approbati, ſuꝑ adhibitis aliis limitationibus ad d.l.j.C.ſi de moment.poſſeſſ. de quibus ibi per eum.

48 † Et nedum in d.l.j.ſed & in maioribus termi.conſtitutionis Aegidianæ eſſet appellabilis ſententia lata in ſpolio, cuius quæſtio eſſet incidens in cauſa principaliter reſpiciente proprietatem, cuius exemplũ colligere liceat ex deciſ.Veſta.213. ſi dum ageretur iudicio fini.regund.eo pendente fuerit compertũ alicuius rei partem fuiſſe vſurpatam, ac propterea incidenter de ſpolio actum & obtentum, in quo appellatio eſſet recipienda, ſicuti reciperetur in cauſa principali, cuius naturam induat id incidens.l.ſi irruptione, ff.fini.regun.& Veſt.ibidem dixit. Quòd etſi in ipſomet iudicio ſpolij aliquod grauamẽ fuerit per interlocutoriam incidenter illatum, poterit ab ea appellari. Bald. in l.poſt ſententiam.nume.8.verſi.pone ergo.C.de ſenten. Soc. in

49 regul.434.fal len.4. † ac licet principaliter de ſpolio fuerit actũ cum ſubſecuta ſententia reſtitutoria vnà cum condemnatione fructuum, expenſarum, ac damnorum, & intereſſe, poſset non obſtante Aegidiana appellari ab ea acceſſoria condemnatione fructuum, velut irrecuperabilium in futuro iudicio petitorio; niſi tamen vtrunque iudicium ab initio fuiſſet cumulatum ac petitorium poſtea ſuſpenſum (vt paulo ante dixi) Soc.in regul. 69.fall.5.Ripa in c.ſępe.in fin.de reſtit.ſpoliato. Idque ſeruari in Rota referunt Creſcen.deciſ.120.Aug. deciſ.347. Nec ſecus futurum in damnis & intereſſe ex cauſa nõ reſtitutæ poſſeſſionis, dicit Bar.in l.creditor.§.iuſſus.in fi.ff.de appe. Atq; in cũctis ferè ſpeciebus, quas diximus de iure ciuili recipere appellationem (non obſtante l.j.C.ſi de moment.poſſeſ.) ęquè reciperetur, nõ obſtante Aegidiana, quàm etiam non habere locum in iudicio mixto inſeparabili dixit Pute. deciſ.230. in fin. lib.2. nec vbi remanſura non eſſet res integra in proſecutione petitorij, & ideo in cauſa Senogalien.bonorũ deciſum fuerit nõ obſtante Aegidiana potuiſſe appellari à ſententia lata in partibus reſtitutoria poſſeſſionis ſpoliatæ ad effectum proſequendi ſocietatem vſq; ad tempus conuentum, quod quidem principaliter petitorium reſpiceret, non remanens integrum dempta appellatione.

50 † Quocunque autem iure reijcitur appellatio in poſſeſſorio, id intelligi neceſſe ſit reſpectu tantum ſimplicis iniuſtitiæ, cum ex allegatione nullitatis ſententię, ſeu notorię iniquitatis, de his primum cognoſci oporteat ante aliquam executionem, ex plenè dictis per Salic.in l.fin.§.fin.C.de appell. & Iaſ.in l.j.nume.7. ff.de iuſti.& iur. & in l.j.nu.5.C.de bono.poſſe.ſecun. tab. Alex. conſi.ſecundo, nume.11.lib.3.Corn.conſi.305.litte.A lib.3.Soc. conſi.39.nume.33.lib.quarto.Marſil.in l prima, num.155. C. de rapt. virg. Guido Papæ deciſ.58. Thom. Ferre.in tract. appellat. q.5.nume.47.Pute.deciſ.163.cum ex denegatione appellationis non cenſeatur ſimul prohibita querela nullitatis ſententiæ, vt ibidem dicunt Docto.vnà cum Barto.in l.ſi expreſſim.col.pen. ff.de appella.Bal.in l.j.num.3.C.ne lice.tert.prouo. Deci. in c.cũ ſit.de appel.& in l.fin.nu.49.& ſeq.C.de edic.diui Adri. Nec per conſequens prohibita querela euidentis iniquitatis, quæ nullita ti comparetur. Alex.conſi.91.nume.3.lib.3.Soc.in regul.69.fallen.1.Thom.Ferr.qui ſupra, qua de cauſa, nec Aegidiana vllatenus attendat ſententias notoriè iniquas, & ex eiſdem actis reuocabiles, vt dicit Pute.in deciſ.4.de Aegidiana.

51 † Indeque conſueuit excitari id dubium, an reclamans à ſententia contra ſe lata, allegando nullitatem, ac appellando quatenus ſit valida, dicatur propriè appellare, ſeu principaliter dicere de nullitate, quod poſtremum negauit Salic.cui contrariantur communiter prædicti Docto.ut teſtatur Alex.d.conſi.91.recepta ea communi ſententia, quòd tunc nullitas cẽſeatur ęquè principaliter deduci proptereaque recipienda etiam in caſibus in quibus appellatio reijceretur, cum ut ait Bald.in c.fi.verſi.ſed nunquid. quo tempo. miles. prædicta verba hunc ſenſum recipiunt, videlicet, dico ſententiam nullam; & ideo appello à gra uamine facti, ac in euentum quòd non ſit nulla, appello, ex quo

52 nullitas ſit principaliter deducta.† Ac etiam vbi de iure non reciperetur appellatio, admitteretur ſupplicatio ad Principem cum allegatione proceſſus habiti ſine cauſæ cognitione, ſecundum Paul. de Caſtr. in dic.l.fin.verſi.ego puto. C. de edict. diui. cuius dictum non ſimpliciter recipitur per Alexand.ibidem numero vigeſimooctauo, & Deci.nume.49.& per Pariſ.conſil.54. numero decimonono, lib.3.ſed adhibita diſtinctione communiter comprobata, videlicet, ut in quibus caſibus in poſſeſſorio non recipitur appellans, ſiue ratione tantum perſonæ, ſiue mixta ratione perſonæ & cauſæ, poſſit tamen ſupplicari: ſed vbi ratione tantum cauſæ prohibita eſſet appellatio, æquè ſit prohibita ſupplicatio, cum id poſſet reparari in petitorio, vt ibidem ꝓ Deci. In vtraq; autẽ ſpecie poſſet per uiam recurſus iudicis officium implorari, vt dicitur in feudis, quorum ſpolium ideo appellationem recipiat, ꝙ in his non ſit propriè appellatio, ſed re-

Source : BIU Cujas

cursus ad officium iudicis, vt dicit Bal. in d.c. fi. quo tempo. mil. relatus per Caccialup. in tracta. feudo. arti. 6. nu. 47.

53 † Verum si appellationi interpositæ, a qualibet sententia possessoria iudex simpliciter detulerit, posset eius virtute procedi, tacente tamen aduersario. Bal. in l. post sententiam. nu. 7. versic. pone ergo. C. de sentent. quem referendo, sequitur Ias. in l. j. nu. 5. C. de bono. possess. secun. tab. & in l. patre furioso. nume. 12. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Alex. post Bar. ī l. 2. quæst. j. ff. de appel. recipi. & in consi. 2. in fi. lib. 3. Franc. in c. ad decimas. de restit. spolia. in 6. Sed non ita simpliciter appellatione admissa, sed cū qualitate si & inquantum, censeretur reiecta, siue ius ciuile, siue constitutionem Aegidianam respiciamus, cū ex ea qualitate reseruatiua, censeretur iudex se referre ad formam seruandam iuxta iuris dispositionem, vt per Card. in clem. 2. §. fin. de appell. Corn. consil. 305. litte. A. lib. 3. Nisi omnino pars appellata † tacendo

54 sineret discuti, ac diffinitiuè pronunciari super instantia appellationis, nulla prorsus oppositione, aut protestatione adhibita. Nam sicuti ex tali patientia præiudicaretur rei iudicatæ (quæ sui natura appellationem respuit) ęquè præiudicetur in sententia possessoria non appellabili, ex latè traditis per Specul. de exeq. sent. §. postremo. nu. 4. & Rom. in l. admonendi. n. 39. ff. de iure iur. Ias. in d. l. patre furioso. nu. 23. & in l. iudex postquam. nu. 8. ff. de re iudi. Fely. in c. inter cæteras. 5. declara. eo. tit. & in c. quoniã contra. 4. fallen. de probat. Deci. in l. res iudicata. in fin. ff. de reg. iur. ac latius dictum in causa alimentorum de Vrsinis.

55 † Nec pariter actori succumbenti in iudicio spolij absoluto reo, liceret à sententia absolutoria contra se lata appellare, sicuti nec ipsi reo condemnato licuisset; Idque eadem ratione momentaneæ possessionis, cum in vtroque remaneat ius integrum prosequēdæ proprietatis, nec actori licere debeat quod reo nō liceat. c. fi. de mutu. petitio. c. cum inter. de excep. ex regu. non licet. in 6. sed omne commodum velut in correlatiuis debeat esse commune. l. fi. ff. de acceptila. Sarnen. de Trienna. q. 39. nume. 4. cum & fauor appellantis etiam appellato communicetur. Paul. consi. 452. num. 9. lib. 2. Rota in nou. decis. 204. Quinimmo magis iura faueant reo quàm actori, ex iuris regu. & dicit Alex. in l. de die. ff. qui satisda. cog. Ac ita decisum in nostra causa Assasinaten. spolij coram Fabio, refert Pute. decis. 39. & postea in causa nostra Vrbeuetan. dicit idem Pute. de Aegidia. decis. 8. & August. decis. 3. & 43. Neque ab hoc dissentiant Bart. in l. 2. nume. 5. de appell. recipi. Abb. in c. cum ad sedem. num. 30. de restitu. spoliat. Paul. consi. 39. in fin. lib. j. dicentes, actorem appellare posse etiam iure ciuili à sententia possessoria contra se lata si nō esset ei alio remedio consultum, ne contingeret omne ius suum penitus deperire ex prima instantia: Nam & idem liceret reo con-

61 demnato, cui vtique appellandi ius esset, si omnia iuris præsidia ei deessent recuperādæ possessionis in iudicio petitorio, ne aliàs inaniter diceretur à iure re, vel habitu momētanea possessio in l. j. C. de momen. possess. si nullo remedio esset cōsultum ad eius recuperationem, cum & (vt mox dixi) appellare liceat ex difficili recuperatione in petitorio, vt est communis cū Bart. in l. 2.

56 ff. quorum bono. † Quòd si absoluto reo, actor post eius legitimam appellationem ac iudicis admissionē, ipsum reū ita absolutum spoliaret, vel turbaret pendente iudicio appellationis, eo iure censeretur, ac si non appellasset, velut tacitè renuncians appellationi per eius abusum. c. an sit. c. cum teneamur. de appella. Matthesi. singul. 28. incip. nota quòd actor. cum indignus reddatur omni appellationis præsidio, qui in eius iudicii cōtemptum quicquam attentauerit.

57 † Actore autem ita succumbente, ex rei absolutione vnà cū expensarum cōdemnatione, si eius procurator appellare neglexerit in casibus recipientibus appellationem (ex quo posset peti restitutio aduersus rem iudicatam, iuxta term. l. elegāter. §. si dolo. ff. de dolo. in quibus etiam loquitur Fely. in c. j. num. 13. vt lite non contest. & Rota in antiq. decis. 313. Cassad. de appell. decis. 5. & in causa possessoria dicit gl. pen. in fi. C. si de momen. possess.) actor audiretur, sed refectis prius expensis, cum nec ad aliud non teneretur ex absolutione rei, & decisum in causa Toletan. parochialis: nisi tamen ipsi actori alleganti paupertatem concederetur commissio reseruatoria expensarum in fine litis, consti to de eius paupertate, vt no. Staphil. de litt. Apost. fol. 181. in pariis, & in aliis. num. 20. ita declarans decis. 319. in no.

58 † In quibus autem casibus non liceret de iure appellare in cā momentaneæ possessionis, poterit tamen peti restitutio in integrum per minorem, seu absentem, contra sententiam latam ex iniusta causa, vel ex falsis instrumentis, aut testibus. l. prima, & secunda. C. si aduer. rem iudic. glo. in verbo reformationē. in l. prima. C. si de momen. possess. & ibi Bart. in fin. & Bald. nume. decimotertio. Papin. in eius pract. de forma appella. à diffini. §. corā. versi. in causa. & dicit Pute. de Aegid. decis. quinta, vt si ex eo restitutio denegaretur, legitimè appellari posse dicit Put. decis. 16. & seq. de resti. in inte.

Ac quotiens per aliquod statutum tollitur appellatio in hoc possessorio, intelligi debeat etiam in appellationibus iure ciuili receptis, vt ex natura statuti aliquid vltra ius commune operetur, sicut ex mente Bal. Anto. Negu. in tract. de pign. 1. mem. 8. partis. dicens, id facere ad materiam constitutionis Marchiæ, prohibentis appellationem in possessorio intelligens de Aegidiana, de qua mox diximus. Ad quam tamen existimo non posse eius dictum applicari, cum Aegidiana respexerit ius canonicum, quo liceret appellare, ac propterea in eo statutum satis operaretur absque alia exclusione earum specierum, in quibus iura ciuilia appellationem recipiunt, & ita videtur hoc intelligere Pute. in decis. 1. de Aegid.

De executione sententiæ in Spolio. Cap. IIII.

59 POst † congruam sentētiam spolij, de qua dictum est nisi subsequereꝰ eius executio, inanis euaderet sententia vnà cum reliquo processu, cuius fructus in executione tantum consistat, vt per Cassad. de dol. & contu. decis. 3. in fi. Ideoq; opportunè subiicienda sit cognitio ipsius executionis, ne quicquam prætereatur pro complemento huius iudicii spoliatiui. Dico igitur in primis distinguendo quædam esse respiciē tia modum exequēdi: quædam verò quæ respiciunt ipsam met executionem; atque alia sunt, quę executionem impediant, alia quæ differant: sicuti enim sunt pleręque exceptiones, iam latę discussæ, quæ iudicii processum & sententiam impediunt, ita pariter aliæ sint executionem sententiæ impedientes.

60 † Modus nanque executionis sententiæ spoliatiuę virtute canon. reintegranda. futurus est cum reali atque integra satisfactione rerum ac fructuum vsque ad obolum, in quo nec sufficerēt pignora alięve cautiones recitatæ per Archid. in c. quia sępe. nume. 5. de elect. ī 6. Lucas de Penn. in l. si coloni. nu. 54. C. de agric. & censi. lib. 11. Paris. consi. j. nume. 146. lib. j. dicens etiam expēsas extraiudiciales venire in executione huius iudicij: quem quidē effectum plenarium executionis importat id verbum, restituere, insertum in ipso canone, vt ibidem per Archid. & Felyn. in c. venerabilem. in prin. de offi. delega. ex quo omnia sint redigēda in pristinum statum, ac si nulla successisset spoliatio. In qua executione concludantur omnes res ablatæ, cū vniuersis dānis & interesse, vt ibidem Luc. num. 32. Abb. in c. accedens. il 2. nume. 5. vt lite non contest. Paris. d. consi. j. nu. 143. & seq. lib. j. Nam & si eius canonis præsidium non principaliter competat pro rebus mobilibus, in quibus iam fuisset à Prætore statuta propria actio vi bono. rapto. si tamē mobilia sint accessoria alicuius rei immobilis, eius naturam induant in hoc iudicio; vt etiam ea in executione sententiæ sint insimul restituenda. Abb. in c. grauis. nume. 2. de restitu. spolia.

61 † Atque adeo in hoc iudicio requiratur plenissima executio, priusquam habeatur cognitio petitorij, vt īterim donec omnia prædicta compleantur, non currant eius iudicij petitorij fatalia, vti seruari referunt Ioan. Pau. decis. 101. Vesta. decis. 237. Nec si interim ante executionem possessorij fuerit causa petitorij instructa, diceretur propterea obtinēs in spolio renunciasse priuilegio huius executionis fiendæ, cum integra omniū satisfactione, priusquam petitorium expediatur, vt decisum refert Pute. in causa Assassin. decis. 295. lib. 2. vt possit in quacunque parte iudicij petitorium impedire non facta integra satisfactione, vt ibidē Pute. Quæ autem de plena restitutione diximus vtique ꝓcedant etiam contra ecclesiam condemnatam in spolio, vt dicit Abb. in c. j. nume. quarto, de restitu. spolia. Nec tamen ita latè intelligenda sit hæc plenaria restitutio, vt possit multiplicari, qđ fieri nequeat sicuti nec spolium, vt ait Signor. consi. 76. nume. 6. Verum plenaria purgatio intelligatur de eo spolio, quod postremo fuerit commissum, ī quo etiam prædo ad pristinum statum esset integerrimè restituendus. c. in litteris. de restit. spolia. Paris. consi. 24. nume. 30. lib. j. Rota in nou. decis. 185. in fin.

62 † Vt nec secundus spolians esset vllatenus audiendus in primo spolio contra se commisso, priusqam postremum spolium per se commissum expurgasset. Paris. d. cōsi j. nu. 144. lib. j. Pute. de restitu. spolia. decis. 38. Eademque integerrima restitutio præcedere debeat, antequam posset ipse spoliatus accusari etiam à tertio. c. frequens. de restitu. spolia. in 6. Bar. in d. l. si quis ad se fundum. nume. 7. C. ad l. Iul. de vi. dicens id tantum fuisse canonico iure cautum in d. c. frequens. cum antea nihil fuisset iure ciuili desuper prouisum; cuius tamen contrarium ipsemet dixerit in l. si te bonis. in fi. C. de iu. deliber. vbi notat illam l. velut contrariam d. c. frequens. videlicet, quòd de iure ciuili possit spoliatus accusari; quod tamen minimè dicatur in d. l. si te. sed tantum, vt spoliatus possit ciuiliter cōueniri à tertio: Idque nihil repugnet d. canoni loquenti de accusatione criminali, vt dicit etiam Matthesil. singul. 195. redarguens in hoc Bart. Idemque (distinctione tamen adhibita) sequitur Roma. in l. naturaliter. §. nihil commune. numero 20. versi. vlterius. ff. de acquirend. possess. cum ciuilis quæstio per tertium suscitata sit semper recipienda, iuxta decis. Dñorum de Rota 148. & 449. in nou. ut nec si tertius, post petitorium suspensum, latamq; sententiam in solo possessorio, veniens ad causam appellaret, ꝓ eius interesse, audiret, ante spoliū integerrimè purgatū. Bal. in c. conquerente. de restitu. spolia.

Ac

Source : BIU Cujas

Ac quo ad poſſeſſionem plenariè paritum cenſuerunt Domini de Rota in cauſa Oueten.canon.ex tradito mandato per principalem,ad parendum ſententiæ;licet capitulum ex aliqua cauſa, licet iniuſta parere recuſaſſet:ſi tamen id non colluſoriè fieret. Quòd ſi ab obtentis executorialibus per contradictas & intimatis appellaretur à die notitiæ,iuxta deciſ.364.in nou.poterit nihilominus appellatione deſerta,virtute earundem executorialium compleri executio, vti dictum in cauſa Aurien.in qua ēt dictum, quòd executoriales intimatæ procuratori in ſpolio beneficiali poſſunt poſt obitum intimantis, der eius ſurrogatum exerceri poſt intimatam ſurrogationem procuratori: qui tamē petere poſſet dilationem ad conſulendum dominum ex deciſ. 320.& 440.in nou.

63 † Non tamen vſque adeo vacabit iudex in pleniſſima ſpolij executione,eiusque integerrima purgatione, vt videatur oblitus indemnitatis ipſius rei condemnati, cui etiam conſulere teneatur,vt res integra reſeruetur ī futuro iudicio petitorio cum idonea cautione ſibi præſtita de conſeruandis vniuerſis bonis in executione ſpolij p̄ ſe receptis, ac integrè reſtituēdis in euentum ſuccumbentiæ in petitorio, ex not.per Barto.in l.ſecunda, nume.9.ff.de appel. recipi. adhibito interdum rerum ſequeſtro penes idoneam perſonam, vt plenius ſit cautum,de quo dicam dum de ſequeſtro tractabitur.

Interdumque poterit ſpoliatiuæ ſententiæ plenaria executio impediri per legitimam retentionem ratione melioramentorum,quæ facta fuerint per bonæ fidei poſſeſſorem cum titulo, priuſquam de ſpolio conueniretur:lite autem conteſtata in iudicio ſpolij, ſicuti ceſſaret bona fides,ęquè ceſſet melioramētorum retentio,quæ poſtea fierent,cū bonam fidem requirat. l.vtilium.ff.de impen.in re.dota.fact.l.ſi in fundo.vbi Bald. nu.16.ff. de rei vendi.Iaſ.in l.ſi in area.in prin. ff.de condi.indeb. Caprici. deciſ.17.num.7.Quæ autem melioramentorum qualitas requiratur ad effectum retentionis, latè dicitur in d. l.in fundo. & in d.l.vtilium.cum l.2.eo.titu.& in l.impenſæ.ff.de verbo.ſignific. l.prima.§.ſed nec ob impenſas.C de rei vxor.actio.§.certè. Inſti. de rer. diuiſ. per Bartol. & Iaſ. in l. qui exceptionem.§.pen.ff.de condic.indeb.& Alex.in l.domos.ff.de lega.j.& conſi.154.lib.6. & 162.lib.7.Curt.Iun.conſi.163.

64 † Violenti autem ſpolij executio eget omnimoda purgatione vitij,quod adeo ipſi rei infigitur ex violentia, vt nullatenus cēſeatur purgatum,niſi ad primum poſſeſſorem res ipſa, omni prorſus vitio vacua reuertatur,vt per Pariſ.conſi 24. nu.11.lib.j. Idque ex interdicto vnde vi,quod cum reſpiciat rem ipſam tantum,non impediatur eius executio per concurſum executionis iudicii habiti quoad pœnam in iudicio l.ſi quis in tantam. vt plenè dicit Pau.de Caſt.conſi.399.num.3.lib.j.cuius quidem pœnę executio fieri nequeat ex violētia ſimpliciter deducta, ſed opus ſit ſpecifica petitione ipſius pœnæ,vt per Abb. in ca. paſtorales. nu.23.& Soc.in l.rem quæ nobis.in fi.de acquir. poſſ. qua pœna ita ſpecificè petita, cum ſententia ſubſecuta, eius executio erit amiſſio rei,vel eius æſtimatio ſecundum formam dictæ conſtitutionis:in qua,nec quo ad rem ipſam omnia plenè executa cē ſerentur ante reſtitutionem rerum mobilium exiſtentium in ipſa re tempore violentiæ illatæ,vnà cum fructibus,damnis, & intereſſe,c.grauis.vbi Abb.in prin.de reſti.ſpol.Quorum omniū executio omnino fieret contra ipſum violētum, licet poſtea incontinenti ſpoliatum,ex quo non euitaret pœnam incurſam ratione ſuæ prioris violentiæ,vt dicit Paul.d.conſil.399.nu.3.Nec tamen eius pœnæ executio committatur virtute dictę conſtitutionis,ſine præuia condemnatione,cuius medio egeat. gloſ. in d.l.ſi quis in tantam.4.par. vbi Bar.nu.28. Ripa in c.ſępè.nu. 99.

65 de reſti. ſpol. † Cum eius conſtitutionis verba omnia dirigātur ad futurum, ex quo non incurrantur pœnæ ipſo iure,ſed ſententia opus ſit, ex not.per Bar.in l.Imperator.ff.de iur.fiſci. & in his term.dicit Bal.in l.fin.in fi.C.loca.Ideoque in c. eum qui.de præben. in 6. ad effectum pœnæ incurrendæ ipſo facto, id exprimi oportuit,idemque in d.l.fi.vt ibidem Bal. neque etiam ipſo iure incurſa pœna,poſſet effectualiter exequi ſine præuia declaratione incurſus pœnæ,cum & in d.c. eum qui. licet beneficium ipſo iure vacans,poſſit illico alteri ꝯferri, non propterea poſſet eius poſſeſſio tradi abſque citatione, & cauſæ cognitione,vt ibi dicitur,& refert Ripa in d.c.ſepè.nu.101.

66 † Siue autem ex violentia commiſſa per dominum incurrat pœna amiſſionis rei propriæ,ſiue per non dominum pœna eſtimationis,iuxta diſpoſitionem d.l.ſi quis in tātam. eius executio ita fieri debeat, ne tertio innocenti aliquod præiudicium afferre poſſit,vt ſi res fuiſſet alienari prohibita ad fauorem tertij, nō poſſit ei per alterius violentiam,fortè data opera,illatam,præiudicari.Bar.in hac l.ſi quis in tantam.nu.12.Alex.conſi.23.nu.11. lib.j.Nec pariter ex violētia filijfamilias præiudicaretur patri in vſufructu ſibi debito in re aduentitia,nec cæteris vſufructuarijs, neque emphyteutæ,aut feudatario obeſſet, vt ibidem Barto.& Alexan.Aegid.deciſ.723.col.j.Nec è contra, per prædictos prę-
iudicaretur domino:Verum ſi vſufructuarius, feudatarius, aut dominus exiſtens in poſſeſſione inde per vim ejiceretur, ſiquidem violētus eo animo eſſet, vt integro omnium iure potiret vtique etiam ad pœnam vtrique tenebitur,videlicet domino in pœnam valoris dominij; feudatario autem ad pœnam valoris feudi,vt per gloſ.in d.l.ſi quis in tantam.verſi.2.

67 † Nec ęqua ratione ſocius per vim occupans rem communē à tertio poſſeſſam,aliquod afferre poſſit ſocio præiudicium, ſed pars tantum inuaſoris applicetur ſpoliato in pœnam violentiæ: alterius autem partis ſocij (velut alienæ) debebitur per violentum ęſtimatio.glo.magna in l.ſi quis in tantam.recitata p̄ Alex. conſi.103.nu.17.in fi.lib.j.Neque etiam in ea parte pœnę quate nebitur ad ęſtimationem rei alienæ præindicetur tertio, cū nec violentia per ſeruum,aut filium familias patrata damnum afferat patri,aut domino niſi ad inſtar cęterorum criminum, in q̄bus pater tantum peculiotenus pro filio,& dominus ad noxam

68 pro ſeruo tenerentur. † Quod quidem in patre proculdubio p̄cedat in peculio profectitio,cui illum proponens eatenus cenſeatur ſe obligare ex facto filij,ſed in peculio aduentitio diſpar ſit ratio uelut in quo ceſſet patris conſenſus:quamuis Io.de Arena relatus per Bar.in l.ſi quis in tantam. contra ſenſerit, dicēs ex violentia commiſſa per filium in re aduentitia, amitti eius proprietatem,ad filium non ad patrem pertinentem.l.cum non ſolum.C.de bon. quæ libe. vt quamuis filio non licuiſſet proprietatem alienare tamen,vt ipſe,dicit,amiſſio hæc ſuccedens virtute huius conſtitutionis,non eſt hominis alienatio,ſed legis,quā dicat minimè contineri ſub nomine aiienationis:Cuius tamen ꝯriū firmet ibi Bar.nu.12.verſi.quæro an dñs. aſſerens ſe auſum conſulere ꝯ Io.de Arena,ex eo q̄ alienatio proprietatis aduentitij peculij nedum ſit inhibita filio ſui fauore,ſed ēt patris.d.l.cū non ſolum.§.filiis.in fi.& ideo non poſſe in quoquam patri præiudicari ex violentia filii,ſicuti nec ei præiudicaretur ex aliis delictis filii,in quibus prohibita ſit bonorum publicatio in oībus rebus,quarum alienatio ſit prohibita ad fauorem alterius,ut ibi dem dicit Bar.& in l.ſi finita.§.de vectigal.ff.de dam.infect.

In cunctis autem caſibus, in quibus dictum de amiſſione rei inuaſæ in executionem pœnæ l.ſi quis in tantam.impediretur tamen effectus executionis,ſi inde aliquod ſcādalum immineret. glo.in c.lator.2.quæſt.7.Felyn.in c.apoſtolicę.col.2.de excep.nā & executio in ſpolio fuit poſt tres conformes dilata ex eadem cauſa ſcandali vitandi: ſi tamen incontinenti probaretur ius in contrarium, ut dicit Pute.deciſ.323.lib.2.

Exemplo etiam dictæ violentiæ commiſſæ in re aliena,executio fieret etiam contra condemnatū virtute conſtitutionis l.nō ab re.C.vnde vi.in qua effectualiter fiat tam in reſtitutione rei, quàm in eius pretio, vt no.ibi Bar.in prin.

69 † Res vacans ab aliquo inuaſa,ſi denuo vacua relicta p̄ tertiū occuparetur,ac vterque ageret contra poſſidentem ad rei reſtitutionem uirtute l.fi.C.vnde vi.Is potior futurus ſit in executione,quo ad recuperationem effectualem poſſeſſionis,qui docuerit de potiore iure dominii,ut ibi dicit Bar.nu.12.ea ratione, q̄ violentia fiat ipſi rei,ſecus futurum dicens, ſi fieret perſonæ: tamen Domini de Rota ſolita eorum ęquitate id etiam porrexerūt ad perſonale ſpolium,deciſione deſup̄ habita in cā Bonoñ. parochialis,videlicet,q̄ ſi ſpolians ab alio ſpolietur,is præferendus ſit in iudicio recuperatiuo,de cuius iure in petitorio cōcludentius conſtiterit,vt refert Creſcen.in deciſ. 158. Idemq; dixit Alex.poſt Bar.in l.cum à te.ff.de vi,& vi arma.ſentiens etiam de ſpoliatione violenta,in quo tamen eſſet cauendum à colluſione inter primū,& ſm̄ ſpoliantem, ne quiſquam ad effectum, vt prior ſpolians reciperetur ad exceptionē dñij,pateretur ſe à tertio ſpoliari,deluſa per indirectū conſtitutione l.ſi quis ad ſe fundum.in qua reijciatur quęlibet probatio dominij. Cuius tamen colluſionis ſuſpicio procul ſit à terminis d.l. fi.uelut in qua recipiatur dominij exceptio, vt latè dixi inter exceptiones.

De Sequeſtratione in Spolio. Cap. V.

70 INter † cæteras ſpecies executionis ſententiæ poſſeſſoriæ,deſcribitur ſequeſtratio, quæ fiat in beneficialibus virtute primæ ſententiæ,iuxta formam clemen. ad compeſcendas. de ſequeſt.poſſ. & fruct. quæ quidem executio minor ſit quàm ordinaria,ut inquit Sarnen.in reg.de ſubrog.collitig.quæſtio.ſeptima,numero quarto. Rota in nou.deciſ. 311. & in antiq. 394. ac in prima etiam ſentētia petitoria decretum fuiſſe ſequeſtrū, tradit Simo.in hoc titu.deciſ. quinta, quamuis fuiſſent latæ tres ſententiæ poſſeſſoriæ, quibus partitum fuiſſet. Quod tamen ſequeſtrum ceſſet lata ſententia reſtitutionis in integrum aduerſus rem iudic.ut per Symo.de ſequeſt.poſſ.deciſ.quarta, quam in præcedenti deciſ.dicit ęquè ceſſare in ſentētia priuatoria ob nō ſolutionem penſionis,ac prorſus ceſſaret in cauſis non beneficialibus, in quarum prima inſtantia & ſecunda appellare liceret, ut in tertia inanis futura eſſet ſequeſtratio poſt rem iudicatam:niſi tamen cauſa uerſaretur ſuper re veriſimiliter difficilis recuperationis in iudicio petitorio,in qua eſſet fruſtratoria futura ſententia ſubſecuta in iure dominij,ex no.per Iaſ. in l.2. C.de edic.diui Adri.ad id deducens c.in litteris.de reſti.ſpol.vbi ea ra-

Source : BIU Cujas

tione fiat ſequeſtratio, quòd non eſſet remanſura res integra in executione iudicij petitorij, ſicut ibidem dicit glo. & in ca. cum locum. de ſponſa. Ac eademmet ratione recipiatur in his domi nij exceptio (facta tamen prius ſequeſtratione rei) ne interdum contingeret per calumniam excipi de difficultate recuperationis, ad cluſionem etiam iudicii petitorij ſi in eo æque ſuccumbe ret, vt dicit Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 22. ff. de acquir. poſſeſſ. In vtroque igitur caſu propter euidentem difficultatem recuperationis iudiciariæ, ne ad arma proſiliēdum ſit
71 opportunè occurrit † præſidium ſequeſtrationis in l. æquiſſimū. ff. de vſufruct. de quo Abb. in c. dilectus. num. 12. de ſequeſt. poſſeſſ. Deci. in l. fin. nu. 7. C. de edic. diui Adri. Curt. in tract. ſequeſt. quæſt. j. nu. 15. Franc. in regul. locupletari. col. j. in fi. dicētes tamē in hoc opus eſſe aliqua præuia cognitione iuſti timoris ſcandali, nec ſufficere ſimplicem partium aſſertionem, vt per Iaſ. in d. l. 2. & Alex. in conſi. 6. nu. 9. lib. 4. Cum & ratione ſcandali audiretur tertius ad impediendam reſtitutionem poſt ſentētiam, vt inquit Auguſt. deciſ. 370. 379. Mohed. deciſ. 274. qui dicit ī deciſ. 198. fuiſſe in cauſa Vlixbon. adhibitum moderamen ſequeſtra-
72 tionis monialis. † Nec propterea eadem ratione timoris ſcanda li reciperetur ſequeſtratio in cæteris caſibus non ſpoliatiuis, niſi iudici prius conſtiterit, vter litigantium verè poſſideret, vt nec eius habita notitia ſit poſſeſſori præiudicium inferendum per ſequeſtrationem ex ſolo veriſimili timore armorum: ſed prius habenda eſſet ratio ac plena cognitio iurium cōpetentium ipſi poſſeſſori, qui interim ſit per iudicem in eius poſſeſſione conſouendus. Felyn. in cap. olim. nume. ſecundo, de reſcrip. Curt. in d. tract. nu. 12. Deci. in d. l. fin.

Quamuis autem ſequeſtratio poſt ſententiam fieret inſtante principali, qui victoriam obtinuerit, nō tamē æquè fieri debeat inſtante eius ſubrogato, cui poſſent obeſſe plurimi defectus perſonales excuſſi iam & reiecti in perſona principali, ex cuius habilitate probata fuerit ei debita ſententia vnà cū ſequeſtro. Quæ quidem ſubrogato non deberentur ante diſcuſſam eius capacitatem cum cæteris exceptionibus contra eum legitimè oppoſitis, vt inquit Cardi. in clem. j. q. 4. de ſequeſt. poſſeſſ. relatus p Caſſad. in deciſ. j. num. 15. de dilatio.

73 † Neque obtinens in ſpolio poterit in caſibus etiam debitæ ſequeſtrationis, eo prætextu tollere aliud eiuſdem rei ſequeſtrū antea factum ad inſtantiam alterius tertij, qui ſententiam obtinuiſſet in petitorio ſeu aliàs, ſed eſſet in primis citādus & audiendus in eius prætēſo iure antequam id ſecundum ſequeſtrum in eius detrimentum rela xaretur, vti pluries deciſum refert Pute. deciſ. 126. 198. 244. 268. lib. j.

74 † Facta autem ſequeſtratione virtute primæ ſententiæ, iuxta clem. j. de ſequeſt poſſeſſ. cauendum ſit ab attentatis, quæ vtique incurrerentur per ſpoliatum, ſi obtenta re iudicata & ſubſecutiuè litteris executorialibus nimis propere poſſeſſionem accepiſſet non ſeruatis antea quatuor terminis de ſtylo ſeruari ſolitis, cum talis poſſeſſio non careret attentati vitio, ſeu nullitatis, ſi via attentati amplius agi nō poſſet, vt dicit Io. Paul. deciſ. 3. qđ tamen ex æquitate Rotæ expurgaretur per eum qui ſequeſtratione facta penes plures, vni eorum poſſeſſionem ſequeſtratam reſtitueret, præuia diligentia de reſtituendo cæteris ſequeſtratoribus non repertis. Idque deciſum in cauſa Barchinon. teſtatur
75 Creſcen. in ſua deciſ. 16. † Ex hoc autē effectuato ſequeſtro nō amittitur poſſeſſio per eum, qui antea poſſideret, quo ad poſſeſſorium iudicium attinet; Ideoque in dicta cauſa Vlixbon. Monialis, ſequeſtrata monialis in alio monaſterio, de mandato iudicis, nō fuit audita, dum vellet propterea de ſpolio agere, cum nullā amiſiſſet ex ſequeſtro poſſeſſionē. l. intereſſe. ff. de acquir. poſſeſſ. c. examinata. de indi. & refert Mohed. deciſ. 198. In reliquis quid iuris ſit, latè dicunt Bar. & Roma. in l. intereſſe. ff. de acquir. poſſeſſ. Cyn. in l. j. C. de prohib. ſequeſt. cuius dictis ſe refert ibidem Bar. & Anchar. in clem. j. de ſequeſt. poſſeſſ. plenè Felyn. in c. examinata. nume. 13. de iudi. vbi Abb. nu. 14.

76 † Sed licet virtute d. clem. prima, violans ſequeſtrum factum virtute alicuius ſententiæ principaliter ſpoliatiuæ ſubiaceat pœnis in d. clem. contentis, ex quo talis ſententia cenſeatur diffinitiua, non tamē ei ſubiaceāt violatio ſequeſtri ſubſecuti virtute ſententiæ attētatorum, quæ ſit interlocutoria, cum pœnę ipſius clem. diffinitiuam tantum reſpiciant, vt colligitur ex eiuſdem verbis, & dicit Felyn. in rubr. de re iud. ac ita deciſum referunt Aegid. deciſ. 54. Mohed. deciſ. 329. & Pute. deciſ. 35. lib. 1. in cauſa Barchinon. dicens tamen Rotam ex officio auocare poſſeſſionem abſque aliqua adiudicatione.

Et hæc ſunt quæ ad ſpolium propoſitum, eiusque actiones dicere inſtitueram, ad eorum vtilitatem, qui ea cognitione indigeant, & laudem & gloriam ſummi Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti, & ſub cenſura Maiorum.

TRACTATVS DE CENSVRA ECCLESIAST.

Compoſitus per Dominum Ioannem de Lignano, de Mediolano, Doctorem vtriuſque iuris excellentiſſimum.

SVMMARIVM.

1 *Cenſura eccleſiaſtica, quid ſit. 2.*
3 *Cenſura infligitur propter contumaciam.*
Contumax quis non conſtituitur, niſi præceſſerit monitio.
4 *Cenſuræ finis, quis ſit.*
5 *Capitalium quot genera.*
Ius canonicum non infligit pœnam mortis.
6 *Pœna damnationis ad carceres, infligitur ſolùm pro grauiſſimis criminibus.*
7 *Infamis iure ciuili, an ſit infamis iure canonum.*
8 *Seueritas, in quo conſiſtat.*
Animaduerſio eccleſiaſtica conſiſtit circa degradationem, & traditionem curiæ ſeculari.
9 *Cenſura eccleſiaſtica, vnde dicatur.*
10 *Cenſura & deputatio, quandoque idem ſunt,*
11 *Species cenſuræ eccleſiaſticæ, quot ſint.*

Diuiſio Tractatus.

1 IN Tractatu de Cenſura Eccleſiaſtica. Primò deſcribo cenſuram eccleſiaſticam. Secundò queram, vnde dicatur. Tertiò, quot ſunt ſpecies ipſius. Quartò proſequar vnamquāq; ſpeciē ordine ſuo. Circa primum dico, † q cenſura eccleſiaſtica eſt ſpiritualis pœna, quam eccleſia propter inobediētiam infligit locis & vniuerſitatibus ſacramentalia ſingularibus perſonis communionem, & actus ſpirituales interdicendo. Aduerte tñ, qa vt dicit Phyſ. 2. Topi. Complexi non eſt diffinitio, ergo cum cenſura eccleſiaſtica ſit quid complexum, ſicut homo albus, non poteſt diffiniri, ſed deſcribitur eo modo, quo poteſt.

Dixi primò, quòd eſt pœna ſpiritualis. huiuſmodi tamen nō eſt prædicatio formalis, ſed caſualis, ſicut cum dico, odor eſt fumalis euaporatio, ſicut etiam dicit Io. Præſcriptio eſt exceptio. i. exceptionis productio. 16. q. 3. in ſum. Similè in propoſito cenſura eccleſiaſtica eſt pœna i.
2 inflictoria pœnę. † Nam cenſura eſt ſtatutum vel iudicatio, vt l. Cēſura. ff. de verb. ſig Et ſtatim tangam in ſeq. membro. Et hoc ſtatutum eſt pœnæ ſpiritualis inflictorium. Et dixi quam eccleſia, in hoc tangitur cauſa efficiens huius cenſuræ, & in hoc differt a cenſura ſenatus ſecularis, de qua. ff. de hær. peti. l. item veniunt. §. cum autem. in fi. & differt ab actu cenſendi, de quo loqmur in l. ergo. §. alluuio. ff. de acquir. re. do. & differt a cenſito, q eſt vnum genus colonorum, de quo. C. in qui. cau. col. cenſi. do. ac. poſ. l. 2. lib. 11. Et ſtatim hic tangam in 2. mēbro. Dixi, pp inobedientiam, hic tangitur cauſa naturalis explicitè, & formalis implicitè. Nam propter contumaciam infligitur tanq̄ pp cām
3 immediatam, vt in canone, † 11. q. 3. nemo. cum infligitur ab homine, a cano. autē pp delictum. reducitur autem ad inobedientiam canonis, de qua ſup. in genere implicitè tāgitur aliquid de cauſa formali. Nam non conſtituitur quis cōtumax, niſi præceſſerit monitio. & hæc de forma fulminandi de cenſura ab homine. 24. q. 3. de illicita. de ſen. excom. ſacro. & eo. tit. ca. j. lib. 6. licet certa hodie forma ſit ſeruanda. de qua in c. j. de ſen. excom. lib. 6. Dixi, locis &c. Hic tangitur materia, circa quam exercetur cenſura. Dixi, ſacramentalia. hic tangitur finis immediatus cenſuræ eccleſiaſticæ, vt tangam in proceſſu ſpecierum ſingulariū: cen-
4 ſuræ † finis tñ principalis eſt punitio inobedientiæ hominis, vel canonis, qui implicatur cum dixi, propter inobedientiam.

Aduertendum, quia dixi deſcribendo cenſurā, q erat ſpiritualis pœna. nā ſicut legis ciuilis lator diuerſa pęnarum genera infligit, & ſic & legis canonicæ lator eodem ordine: iure enim ciuili ſeptem ſunt genera pœnarum, ſex ſunt capitales, vna adimit vitam quæ multis modis realiter tollitur. ff. de pę. l. aut damnum. §. vita. & l. ſupplicij. & l. capitaliū. §. idē Princeps. & §. famoſos. Scđa eſt morti pxi ma, ſ. metalli pœna. verū eſt tñ, q qdam damnantur in metallū, & hi grauioribus pœnis ſubijciunt: qdā in opus metalli, & hi leuioribus pęnis ſubijciuntur. Oēs tñ perdunt libertatem & ciuitatē. Alij dānant in miniſteriū metallorū. ſ. vt ſeruiant dānatis in metallū, & hi ſi dānant ad tps, non perdunt libertatem, ſed ciuitatē. Si autē ppetuò tunc vtrūq; perdunt, vt hæc hñr. ff. de pœn. l. aut dāna §. q ſq; s. eſt pęna capitalis, q̄ eſt deportatio, & ī ope, & in opus publicū dānatio, ſed nō in metallū, & hi ciuitatē pdunt,
5 & non libertatem. ff. de pę. l. q dam. † nam capitaliū quatuor ſunt genera. Prima eſt relegatio ad tempus, vel ad perpetuum, & hi

bona

Source : BIU Cujas

bona non perdunt. Secunda est infamia. Tertia est dignitatis amissio, vel ad dignitatem, vel officium interdicta aspiratio. Quarta est verberum, vt habetur.ff.de pœn.l.si quis fortè.§.pen. & l.aut damna.ff.de interdic.

Verum est, quòd pœnam mortis non infligit ius canonicum. Et ſm ordinem prædictum legis canonicæ lator infligit pęnas,non tñ pœnam mortis.ne cle. vel mona.c.ſententiam.51.diſt.ca.j,& 2.de rap.in archiepiſcopatu.Sed huic pœnæ ſuccedit traditio curiæ ſeculari.de cri.fal.c.ad falſariorum.de iu.cum non ab homine.11.q.j.illum.Secūda pœna.ſ.damnationis in metallum,non reperitur his verbis expreſſa a canone,ſed huic ſuccedit pœna † damnationis ad carceres, quæ infligitur pro grauiſſimis criminibus.de hære. ca.pen.vel vt in ſeruitutem redigatur.32.diſt.eos.Vel ꝙ tradatur curiæ ſeruitutus.15.q.j.ſtatuimus.vel ꝙ vendatur.81.diſt.quidam clerici.& dicta de ſecunda,intelligantur tertia.De non capitalibus autē relegatio non eſt verbis expreſſis tradita,ſed huic ſuccedit detruſio in monaſterium,de qua 50.diſt.epiſcopus autem.81.diſt.Romanus.Alia habent locum ſm canones, vt degradatio.11.q.3.epi autem.de acc.qualiter.3.de pę.degradatio.lib.6.interdicitur ne aſpiret ad ſuperiores.& remaneat in ſuſceptis.de fil.preſby.c.fin. de elec.ſuper eo.Pęna autē infamiæ habet locum ſm canones, adeo vt quilibet infamis iure ciuili ſit infamis iure † canonum. fallit in caſibus ſpecialibus vt in muliere, quæ nubit intra tempora luctus.de ſecun.nup.c.pen.& vlti.2.q.3.§. hinc colligitur. 6. q.j.infames.ſecundum canones autem aliqui ſunt infames infamia canonica.de teſti.teſtimonium. Alia pœna.ſ.verberum habet locum iure canonum.35.diſt.c.vlti.45.diſt.cum beatus. Iſtæ ſunt omnes pœnæ,quæ principaliter cōcernunt corpus vel corpori adhęrentia,& hoc attēto potius corporales, quàm ſpirituales nuncupantur,licet ſint penè eccleſiæ. Præter has ſunt pœnę merè ſpirituales quæ concernunt animam, & actus merè ſpirituales tollunt,vt cenſura,de qua ſup.Eſt tñ ſciendum,ꝙ cenſura eſt propriè ſpiritualis pęna,vt in c.quærenti.de verb.ſign †Seueritas conſiſtit circa coertionem corporalem, vt in c.in quibuſdā. de pę.Eccleſiaſtica animaduerſio cōſiſtit circa degradationem, & traditionem curiæ ſeculari,vt in c.nouimus.de verb.ſignif. & propterea dixi ſpirituális deſcribendo, & propter hoc explicandum aliqualiter digreſſus fui.iſta autem genera pęnarū explicauit Inn.in c.qualiter.2.de accu.Hoſt.in Sum.de pœ.§.quot ſunt. & §.in quibus.& §.quomodo.& ſic patet deſcriptio cenſuræ eccleſiaſticæ eo modo, quo complexum deſcribi poteſt.

Secundò quæritur, vnde dicatur cenſura eccleſiaſtica? † Solue, ſicut ſup.dictum eſt, ſicut complexum propriè non deſcribitur, ſic nec propriè ethimologizatur.Tamen eo modo,quo poteſt, dicitur cenſura a cenſeo cenſes,quod idem eſt,ꝙ ſtatuo, vel iudico,& eccleſiaſtica,quia peccant ſtatuitur,vel iudicatur implicando prælatum nomine eccleſiæ,& canonis.vbi ſciendum ꝙ cenſura,aliquando ſumitur pro ſtatuto generaliter, vt l.cenſeri.ff. de verbo.ſigni.ibi,cenſeri eſt ſtatuere & percipere. Hinc dicit.l. Senatus cenſuit.ff.de hære.peti.l.item veniunt.§. cum autē.in fi. Aliquando lex dicit,ꝙ flumina cenſentur loco cenſitorum,vt l.ergo.§.aliquando.ff.de acquir.re.do.quia per alluuionem tollunt vni & tradunt alii,ſicut iudices cenſentes.Aliquando ſumitur pro ſtatuto ſpeciali facto circa cēſus & tributa equāda. Hinc venit nomen cenſura.ff.de orig.iur.l.2.§.poſt.& §.deinde. & no. glo.in l.cenſeri. ff. de verbo. ſignif. Aliquando cenſura eſt idem † ꝙ deputatio,vt not.gloſ.in l.4.C.de agri.& cenſi. lib. 11. vel vt ibi dicit glo.cenſitum eſt vnum genus colonorum. C. in quib. cau.colo.cen.acquir.poſſ.l.2.lib.11.hic autem dr̄ cenſura a cēſeo, ꝙ eſt iudicare,ſiue ſtatuere, ſiue percipere eccleſiaſtica ſacramēta,quia per eccleſiam.Et de hac materia loquitur text.in c.quærenti.de verbo. ſignif. ſic etiam canon defectus noſtri tpis,qbus non ſolùm merita, ſed etiam tempora defecerunt diſcretione aliqua non patiatur inanem cenſuram,vt ſcribitur. 34. diſt. fraternitatis.hęc de ſecunda ethimologia cenſuræ eccleſiaſticæ ſm Pol.autem cenſura eſt interdictio,rigor, ſeueritas, poteſtas, ſententia,& dicitur a cenſeo cenſes,ꝙ eſt iudicare,iubere, ſtatuere, deliberare maturè:ſm Papiam autem cenſura eſt honor quidā a cēſendo,plus pōderaui effectum introductum,ſcilicet pęnam diuinationis ante infligendi.

Tertiò quæritur, † quot ſunt ſpecies cenſurę eccleſiaſticę. Sol. reſponde vt in decre.quærenti.de verb.ſign.Et dic quòd ſunt tres,ſcilicet in interdicti,ſuſpenſionis,& excommunicationis.Vel fortè nota cēſuræ eccleſiaſticæ eſt terminus analogus & prædicatur ſm prius & poſterius,vt probatur in c.quærenti.vbi dicitur, ꝙ nō ſolum interdicti vel pro,ſed excōicationis ſententia, & enim quare ꝑprius prædicatur de interdicto,& ſic ex ordine. Sed hæc parum ingerit difficultatis in propoſito tractatu ex ordine.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio, quid ſit.*
2 *Contumacia, quid denotet.*
3 *Excommunicatio, vnde dicatur.*

§.Primus.

Circa quartum, ſcilicet ponam ꝓſequutionem ſpecierū cenſuræ,& incipiam tractare de excommunicatione.Et hoc ordine primò quærēdo quid ſit excōicatio,& vnde dicatur.Secūdò,quot ſunt ſpecies excōicationis.Tertiò, a quibus feratur,& ꝑ quos.Quartò,pro quibus cauſis ferat̄.Quintò,quis ſit eius effectus.Sextò,qui actus ſint excōicato interdicti. Septimò,quæ forma debeat ſeruari in ipſa ferenda.Octauò, per quæ tolli poſſit.Nonò,qualiter tollatur. Decimò, quæ pęna feriantur participantes excōicatis.Circa primum dico,† ꝙ excōicatio eſt cenſura eccleſiaſtica propter cōtumaciam, vel crimen in ſingulares perſonas lata a cōione fratrum & ſacr̄orum tantū excluſoria.Dixi primò,ꝙ eſt cenſura eccleſiaſtica, per hoc tangitur genus vel ſuperius anologium,vt ſup.memb. 1. & ꝑ hoc differt ab alijs cenſuris,de quibus ſup.in membro 2.Dixi ſecundò, ꝓꝓ contumaciam,vel crimen lata,per hoc tangitur cauſa materialis excōicationis,& dixi contumaciam vel crimen, vt implicem tam latam ab hoīe,quæ confertur ꝓꝓ contumaciam immediatè,vt 11.q.3.nemo eꝑorum.& 24.q.3.de illicita,q̄ lata a canone quæ infertur ꝓꝓ crimen.17.q.4.ſi quis ſuadente,& in caſibus quos enumerat glo.de ſen.excom.c.eos.lib.6.& in clem.paſtoralis.eo.tit.& Hoſt.in ſum.& §. 3. in prin.per hoc ꝙ dicitur contumacia, † tangitur implicitè aliquid de forma,quia monitio quæ requiritur inferenda ab homine.de ſent.excom.cap.ſacro.& c.j. eo.tit.lib.6.Dixi,in ſingulares perſonas,& per hoc tangitur materialis cauſa circa quam. Et per hoc apparet ꝙ non appellatio concernit vniuerſitatem,vt c.Romana.§.vniuerſitatem.de ſen. excom.lib.6.a communione fratrum & ſacramentorum quàm minorem,quæ ſeparat a participatione ſacramentorum,vt ca.ſi celebrat. de cle. excom. mi. Et per hoc tangitur effectus & finis immediatus excōmunicationis.Et per hoc infertur vnde & qua re excommunicatio dicitur,quia dicitur† a cōione excluſio tam ſacramentorum q̄ fratrum,vt congruat ethimologia etiam maiori excommunicationi.Quod autem ſic ethimologizetur,probat tex.16.q.3.nihil.& ca.canonica.2.q.3.duas.33.q.4.tam ſacerdos.& c.certum.& hanc excluſionem traxit eccleſia per inſtructionem a Chriſto & exemplum ab Apoſtolo qui Corinthū Sathanę tradidit.24.q.3.notandum.& c.Apl'icæ.11.q.3.omnino.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis, quot ſunt ſpecies.*
2 *Maior excommunicatio, quæ dicatur. Item & quę minor.*
3.
4 *Excommunicatio, ſicut variè infligitur, ſic variè reconciliatio ſequitur.*
5 *Maior excommunicatio quandoque vocatur anathema.*
6 *Excommunicatus an ſit quilibet pro quolibet peccato mortali.*

§.Secundus.

Circa ſecundū,quot ſunt ſpecies excōmunicationis. † Et attendēdū,ꝙ vt iura exprimunt,duæ ſunt ſpecies excōicationis.ſ.excōicatio maior & excōicatio minor,maior ſeparat a cōione fratrum & ſororum,minor a cōmunione paſſiuè ſacramentorum,vt c.ſi celebrat.de cleri.excom.mini. Iura tñ variè loquuntur de excōicatione.Vnde aliqñ ſumit̄ pro excluſione a cōione fideliū & non ſacr̄orum.Aliqñ temporaliter ſic loquitur.5.q.4.In ſinodo,vbi trium dierum excōicatione ferratur ſic loquitur canon, 5.q.2.præſenti.Item ſancta eccleſia cōione,&c.Sed vt ibi not. gl. intelligitur a communione fratrū in choro & eccleſia,quia cum fratribus nō cōicabit. ſic loqtur tex.18.diſt.placuit.& ibi in glo.ſic loquitur text.33.diſt. quorundam.58.diſt.ſi quis de alterius. & iſta appellatur, † maior excōicatio.Non ſimpliciter,ſed limitatè,quia ſimpliciter maior excōmunicatio ſeparat a communione fratrum & ſacramentorum perpetuò i.donec abſoluatur,ſicut etiam de minori excommunicatione,quę ſeparat a ſacramentis,variè loquuntur iura,nam aliqñ fertur ab homine,& de hac loquitur text. 5.q.j.per totum, ea.cauſa,& q.per totū.& aliqñ fertur a canone, propter ſimplex participium,vt c.nuper.de ſen.excom.& cap.ſi celebrat.de cler. excom.mi.Et has duas ſpecies,ſcilicet maiorem excommunicationem,& ſimpliciter includentem a communione fratrum & ſacramentorum,& minorem latam a canone, propter ſimplex participium nunc proſequar.vnum eſt,quòd minor † excōmunicatio largè ſumpta,vt ſeparat a communione ſacramentorū, aliquando infligitur a ſeipſo cum pœnitet, & propter conſcientiam abſtinet a communione paſſiua,vt de homi.ſicut ex literarum.Aliquādo a ſacerdote pęnitentiam iniungentem. de pęn. diſt.2.facilius,& hoc melius quàm ſi ex auctoritate propria. de pœn.diſt.3.accuſatione.& hoc cum pœnitet. Sed in pœnitētia infligitur aliquando a Deo, nam propter mortale Deus tradit hominem Sathanæ.11.q.3.audi.

Aliquando ipſemet, cum nō vult pęnitere, abſtinet a ſacr̄is, & putat ſibi ſufficere,& malè.de pęni.diſt.j.ſunt qui arbitrātur: ſed ſi reputat ſe indignum, & abſtinet,bene facit.de conſec.diſt.2.qui ſceleratè.Aliqñ a ſacerdote loco pœnitentiæ.11.q.3.cum excōicato.81.diſtin.ſi qui ſunt.& de hoc intendo principaliter.vnum

Source : BIU Cujas

4 eſt, † ꝙ ſicut variè infligitur,ſic variè reconciliatio ſequitur. Nã ſi a ſe,vel a Deo infligatur,agat pęnitentiam & reconciliatio ſequitur.Si a ſacerdote,per ipſum reconcilietur,quę omnia proſequere,vt no.glo.de ſen.excom.ſi quem.11.q.3.ſi inimicus.proſequendo ergo excommunicationem maiorem ſimpliciter ſeparantem a communione fratrum,& ſacramẽtorum,& minorẽ latam a canone,propter ſimplex participium. Idem de his, quæ dixi ponendo differentiam inter has ſpecies.videtur tex.contrarius.Nam dixi quòd minor ſeparat a ſacramentis tãtum, maior a communione & ſacramentis.Sed contrarius videtur text. in canone,Engeltrudam.3.q.4.vbi dicit tex.ꝙ Engeltruda non ſolum fuit excommunicata excommunicatione minori, quæ ſeparat a communione fratrum,ſed etiam maiori, quæ ſeparat a corpore Chriſti.ergo videtur ꝙ maior ſeparat a ſacramentis,minor a communione.Sol.illa verba ſunt intelligenda ſanè, vt intelligamus per fraternam ſocietatem illam, quàm cõtrahimus in ſacramentis per corpus Chriſti intelligamus etiam collocutionem fideliũ.& ſic concordat,& in illo non contradicit.Sunt
5 ergo duæ ſpecies.ſ.maior & minor:maior autẽ aliquando † vocatur anathema,vt in principio canoñ.Engeltrudã.3.q.4.& 11.q.5.nemo epiſcoporum.& c.euidenter.ea.cauſa,& q. Et aliquãdo excommunicatio anathema ſumitur largè, vt eſt ſeparatio a Deo,vt 14.q.3.certum.& 13.q.3.euidenter.caueat tamen, in effectu nõ eſt differentia excommunicationis vt ſi quæratur,quæ eſt ratio,cum iura videantur in ſimilibus caſibus diſponere contrarium,de conſti.ex parte.ff.de leg.l.nummis. ff. de reg.iur. l.in obſcuris.& l.ſi præſes.ff.de pœn.& hoc contrarium format glo. 11.q.3.dicunt.& ſoluit ſtandum verbis. Sed glo.non reſpondit ad ipſum quare,& hic quæritur quare hic ſcriptum ſit.Dic ergo,
6 ꝙ hæc eſt ratio. † Nam pro quolibet peccato mortali quilibet eſt excommunicatus minori quo ad Deum,etiam ſine alia ſentẽtia hominis,ergo ſi quis excommunicetur ab homine ꝓpter mortale,quia aliter non fertur.11.q.3.nemo epiſcoporum. verba dębent aliquid operari.ff.de leg.j.l.ſi qũo. Sic ergo cum prius foret excommunicatus nunc eſt,maiori aliud addere non põt, & illa fuit legislatoris intentio in c.ſi quem.de ſent.excom.li.6. Ad contraria reſpondetur, ꝙ illa vendicant ſibi locum in pęna corporali, hic autem in ſpirituali, quæ eſt medicina animæ, vt in cano.multi.2.q.j.& c.j.de ſent.excom.lib.6.Hæ autem duę ſpecies differunt in nomine, differunt in effectu, vt ſup.viſum eſt, differunt in forma, differunt in reconciliatione, vt inf. patebit ex diſtinctione ſequentium membrorum.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio, vnde ortum habuit.*
2 *Humor infectus per contractum alium inficit.*
3 *Eradicatio totalis humoris aliquando fit a natura ſine artis miniſterio.*
4 *Chriſtus rogauit pro eccleſia, ne deficeret.*
Excommunicatio maior & minor, an ſint differentes ſpecie.
5 *Forma eſt, quę dat totum eſſe rei.*
Maior excommunicatio ſeparat a communione fidelium, & ſacramentorũ, minor a communione ſacramentorum tantum.
6 *Differentiæ duæ ſpecificæ non ſe compatiuntur in eodem ſubiecto.*
7 *Participare excommunicato, an ſit peccatum mortale.*
8 *Excommunicatio,Chriſti,non hominis eſt actio.*
Maior excommunicatio quotuplex ſit. Item minor. 11.
9 *Caſus ſunt quidam,quibus ipſo iure quis incidit excommunicationem.*
10 *Excommunicatio quædam fertur cum ſolennitate.*
12 *Excommunicatio minor aliquando fertur ab homine per ſententiam.*

§.Tertius.

1 HIC quæro, vnde excõmunicatio ortum † habuit. ſup.dixi,ꝙ eccleſia ipſam contraxit exemplo Pauli,qui Corinthũ abſentem tradidit Sathanę. Ego credo,ꝙ eccleſia ipſam ſumere potuerit ex diſpoſitione agentium naturalium,vt ars ſequitur naturam,vt l.adoptio.ff.de adop.video.n.ĩ naturalibus,ꝙ vbi eſt vnũ corpus informatum vna forma, vnitas totius durat, donec ſingulæ partes vniformiter regulentur. Sed cum partes difformiter regulantur,totum diſſoluitur,niſi partes de difformitate ad vnam vniformitatem reducantur,vel niſi pars quæ reduci non poteſt a toto eradicetur,& alia ꝙformis introducatur. Vide exẽplum in corpore humano:nam cum omnes humores ſunt ſub vniformitate formæ humanæ,durat ęqualitas ipſius,ſed cum aliquæ peccant in quanto,vel in quali,eſt opus reductione,vel eradicatione,aliàs ſequeretur ęgritudo totius vel extinctio, † quia
2 humor infectus per contractum alium inficeret,& ſic totũ inficeretur.Sic in ſingulis naturalibus ſimplicibus, & mixtis poſſet diſcurri.ſic directè in propoſito. Omnium catholicorum collectio,ſiue tota militans eccleſia eſt vnum corpus informatũ vna forma.ſ.fide catholica,informata virtutibus theologicis & moralibus,& donec ſingula membra vniformiter regulãtur, durat ęqualitas corporis mixti.Sed cum aliqua membra irregulariter ſe habent reſpectu totius,tunc eſt opus reductione,vel eradicatione,alias totus corpus ĩficeretur, & ꝓpea eccleſia ad ſuiipſius perſeuerantiam ortum ſumẽdo a naturalibus adinuenit hoc genus ſciſſuræ,vt cũ aliquis de corpore Chriſti miniſterio deuiat, primo moneatur,& ſic reducatur ad conformitatem, & ſi monitus non reducitur, tunc eijciatur de corpore, ne ꝑ ꝯctũ alios ĩficiat,& eſt excõicatio,& iſta eradicatio.Aliqñ fit a corpore totaliter,& hæc eſt maior.Aliqñ fit a certa parte corporis, & hæc eſt minor.Sic aliqñ humor eradicatur totaliter de corpore humano.Aliqñ non eradicaẽ totaliter,ſed a loco certo deriuaẽ,&
3 locus totus ſubtrahitur.Et ſicut eradicatio † totalis humoris,vel deriuatio,aliqñ fit a natura ſine artis miniſterio, aliqñ eſt opus artis miniſterio.Sic aliqñ fit a lege canonica ſine hominis miniſterio.ſ.cum fertur ab homine,& hmõi,ne ſicut carnes putridæ, aliàs per ꝯctum inficiuntur,ſic idcirco reſecantur.24.q.3.reſecandæ.Et ſicut aliqñ ĩ corpore reſurgit humorũ multitudo peccantium ꝯ naturam,vt totum corpus exterminetur,& hic morbus vl'is appellet.Aliqñ particularis tñ, ſicut in corpore Chriſti mixto.Aliqñ inſurgit membrorũ peccãtium multitudo cõtra vnitatem,vt fiat diſſolutio,ne fiant ſchiſmata,& ſciſſuræ in eccleſia.Aliqñ fit particularis,& credo naturaliter loquendo, ſaluo ꝙ ſaniori iudicio Theologorum,quorum correctioni, hæc oĩa ſubijcio,ꝙ ẽt ſicut fiunt diſtincta, ſic in corpore particulari humano,& aliis vegetalibus,ſicut fiunt in corporalibus vniuerſitatũ,& ciuitatũ & villarũ,quæ aliqñ proſperantur, aliqñ deprimuntur,ſicut in prouinciis,immo aliqñ penitus exterminãtur, & de habitabilibus inhabilitabiles reddunt.& hunc effectũ operantur machinæ cęleſtes ſm varietatẽ motuũ & aſpectuum.Sic modo ſuo contingit in corpore eccleſiæ militantis, quæ multi-
4 formia paſſa eſt ſchiſmata,licet ipſa exterminari nõ poſſit,† quia rogatũ eſt pro ea,ne deficeret,vt dicit canon,Infertur ex hoc,eccleſiã ſumpſiſſe excõicationẽ a naturaliũ agentiũ diſpoſitione. Sumere potuit ẽt eccl'a hoc gen⁹ eradicationis ex actione creatoris,qui primo Angelorũ difformitatẽ a toto, & ꝓp ſuperbiã elatam intentum ſcindere vnitatem excluſit penitus, & eradicauit ab aliorum communione,vt in canone.j.de pœni.diſt.2.

Conſequenter quęro, an excõicatio maior & minor ſit differentes ſpecie.apparet ꝙ ſic,ꝓp diuerſitatem noĩs,vt l.ſi idem.C.de teſt.Secundò, quia
5 differunt forma. † forma eſt,quæ totũ dat eſſe rei.j.q.j.detrahe. de bap.debitis.de elec.quia ꝓp.ff.de au.& arg.leg.l.Scia.Qđ autẽ forma differant,patet.Nam forma, quæ traditur hodie in c.j.de ſent.excom.lib.6.non vendicat ſibi locum in minori excõmunicatione.Tertiò,quia differunt effectu. Nã maior ſeparat a cõmunione fidelium & ſacramentorum,minor a cõione ſacr'orũ tñ.de cle.excom.min.ſi celebrat.3.q.4.Engeltrudam.cum ſimi. Quartò differunt in cauſa, ꝓp quam. Nam maior ꝓp contumaciam & mortale pctm̃.11.q.3. nemo. eporum. minor autem ꝓp ſimplex participium,in c.nuper.de ſent.excom. & tam cũ excõmunicato,& 11.q.3.qm̃ milites.ea.cã,& q. In contrarium apparet.Nam differunt ſm maius & minus,igitur non differunt ſpecie,cum ſint differentiæ accidentales.Secundò per rub.intitulatam in ſingulari,a qua licitum eſt arguere.ff.ſi cer.pet.l.j.in proę. lib.6.Tertiò duæ differentiæ ſpecificæ non ſe compatiuntur in
6 eodem ſubiecto.ff.pro ſoc.l.ſi ancillam.ff.de his,qui ſunt ſui, vel alie.iur.l.j.Sed in eodem ſubĩecto ambæ ſe compatiuntur,ut patet,igitur &c.Sol.hic attendendum,ꝙ excõicatio reſpectu excõmunicantis eſt actio, reſpectu excõicati eſt paſſio. Si pondero excõicationem, vt eſt paſſio excõicati, tunc aut eſt ſeparatio a Deo tm̃,quæ inſurgit ex quolibet peccato mortali, vt ſcribitur Eſaiæ 56.c.iniquitates noſtræ diuiſerunt inter nos & Deum noſtrum,& hæc eſt minor.Si poſt hanc feratur excõicatio, tunc declaratur ſeparatus a Deo & excludit a cõione,& hæc eſt maior. Et hæ duæ paſſiones differunt ſpecie.ſ.ſeparatio a Deo tantũ, & ſeparatio a cõione,quàm non operabitur mortale per ſe maximè odium.Si autẽ fit ſeparatio a ſacr'is tm̃, quæ inſurgit ex multiplici aliàs ſimplici participio,& tunc maior hæc non inſurgit ex mortali irregularitatis,ſm opin.quæ habet quòd participare
7 † excõicato non eſt mortale, vt no. in c.ſacra. ꝙ met.cau.Et illa paſſio ẽt differt ſpecie ab aliis duabus,cum hæc nõ ſit ſeparatio a Deo,nec a cõione fidelium.Sic ergo hę excõicationes relatę ad excõicatũ,cuius reſpectu ſunt paſſiones, ſunt differentes ſpẽ. Si autẽ referantur ad excõicantẽ,cuius reſpectu dr̃ actiones,tunc minor quæ eſt actio mortalis ſeparantis a Deo,differt ſpecie ab actione canonis vel hoĩs declarantis & excludentis, ſed ſic minor lata ꝓp participiũ ſimplex quæ eſt ſeparatio a ſacr'is,tũc põt eſſe eadẽ,actio ſpecie,quare vtraq; paſſio infertur a canone vel ab hoĩe.Nã canon fulminans & homo eadẽ actione ſeparat ab vtriſq; ſ.ſacr'is.Nam nõ idẽ canon,immo alius ſeparat a cõione, alius a ſacr'is ꝓp participium.& ſic ille differentiũ agentiũ ſic lata ab hoĩe,ga ſeparãs a ſacr'is ꝓp participiũ cũ excõicato.ab homine nõ eſt hõ,ſed canon.11.q.3.cũ excõicato.& c.qm̃.& c.nup. de ſen.excom.Poſſet tñ attentari,ꝙ vna ſola ſit excõicatio & nõ
8 plures: † nã excõicatio eſt actio Chriſti non hominis.11.q.3.nemo condemnat.ſed homo eſt executor,& canon eſt lator,ergo vna actio quæ operatur diuerſos effectus, ſm varietatem obiectorum & cauſarum,propter quas inſurgunt & homo,& canon exequantur rationem,& ſic varios declarant effectus inductos.

Con-

Source : BIU Cujas

Conſequenter quæritur,quotuplex ſit maior excõicatio.Sol. maior excõmunicatio variatur ꝓp varietatem cauſæ materialis:effectus tñ ſemper manet idem.ſ. ſeparatio à cõione & ſacramentis actiuè & paſſiuè penès varietatem efficientis.Nam quædam lata à canone,q̃dam lata ab hoïe:lata à canone quædam lata ſine hoïs miniſterio, vt cum quis incidit ipſo iure pro explicatione caſuum ſer-
9 uiendo vtilis remiſſione.† Nam quidam ſunt caſus, quibus per iura quis incidit excõicationem ipſo iure.& hos.ſ.30. no.Hoſt. in Sum.de ſen.excom.in prin.per conſtitutiones.Vnde 32. ſunt caſus, quibus incidit quis ipſo iure, quos gl. enumerat in c. eos. de ſen.excom.lib.6.ſuper ver.canones.Duos addit Bonifa. poſt compilationem Sexti per extrauag. deteſtante, & c.ſtatuimus, qui.52.caſus,quibus quis incidit per compilationem. in clem.j. de ſent.excom.ſuper verſi.excõicationis.& illorum 16.ſunt reſeruata Papę.Quædam lata à canone cum hoïs miniſterio,vt canon profert,ſed proferri mandat vt in canonibus referẽdæ ſnię quos enumerare plus eſſet laborioſum, q̃ vtile. Idcirco de proximis remiſi aliquos,cauſam explicabo inferius Secundo diffe-
10 rũt ꝓp variam formalem cauſam.†Nam quædam fertur cũ ſolennitate,de qua loquitur canon,debet.11.q.3.verſi.debent. 12. ſacerdotes epiſcopo circunſtare & lucernas ardentes in manibus tenere in concluſione anathematis in terram proiicere,pedibus conculcare. Poſtea epiſtolam excõmunicatorum nomina continentem per parochiam deſtinare, & iſta vocatur anathema & mucro epiſopalis. Alia fertur ſimpliciter ſeruata forma.c.j.de ſenten.excom.lib.6.circunſpecta illa ſolennitate, de qua ſupra. & illa vocatur excommunicatio ſimpliciter. Tertiò differũt propter varietatem cauſæ materialis:nam quædam fertur pro contumacia deſcendente actiuè. & tunc aut dubia, aut manifeſta,vt proſequar in membro pro quibus cauſis,& ibi plenè. Verum eſt ꝙ hę differentiæ maioris non ſunt excommunicationis,non ſunt differentiæ ſpecificæ, ſed accidentales eiuſdẽ effectus ſunt introductoriæ.

11 Conſequenter quæritur, † quotuplex ſit minor excõicatio. Solu. minor excõicatio aliq̃ ſumitur pro ſola ſeparatione à Deo tantum,& illa inducit mortale tantum, ſine alio eccleſiæ militantis miniſterio, vt Eſaiæ 59. iniquitates noſtræ diuiſerũt inter nos & Deum noſtrum,& no.Hoſt.in c.quorundam.de Iudæ. Aliquando ſumit̃ pro ſeparatione & ſacramentorũ participatione paſſiua, & tũc aut hoc inducitur à canone ꝓp participium cum excõicato maiori,vt in c.nuper.de ſent.excom.& c.cum excõicato.11.q.3.cũ ſimilibus eiuſdem cauſæ, & q. Aut inducitur à ſeipſo,vt cũ quis peccat & abſtinet à ſacramentis.de homi.c.ſicut ex literis. Aut pęnitẽtia imponitur à ſacerdote.de pęn.diſt.j. facilius & melius q̃ ſi à ſeipſo.de pęn.diſt.3. actione. Aliquãdo in pęnitẽtia à Deo ſubtrahuntur,vt cum traditur ſathanæ.11.q.3.deniq;.Aliq̃ impęnirentia ſeipſo ſubtrahũtur,& credit ſufficere & malè.de pę. diſt.j.ſunt qui arbitrantur.Quæ omnia proſequere,vt no.gl.in c.
12 ſi quem.de ſen.excom.11.q.3.ſi inimicus.Verum eſt,† ꝙ excommunicatio minor aliquando fertur ab homine per ſententiã, vt 5.q.j.& 2.& quaſi per totum.fertur tamen aliquãdo excõmunicatio,quæ ſeparat à communione fidelium,& non ſacramẽti,& fertur ab homine,& hęc quo ad minor.Et de hoc loquitur canon,5.q.7.pręſenti.& 5.q.4.in loco.18.diſt.placuit.33.diſt.quorundam.58.diſt.ſi quis de alterius. Concludo tot reperiũtur excommunicationes,quot reperiuntur communiones:tamen eccleſia vt frequentius vtitur duobus generibus, de quibus ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio,à quo & contra quos feratur.*
2 *Catholicorum omnium collectio eſt vnum corpus,et appellatur corpus Chriſti myſticum.4.*
3 *Offendens in vno præcepto,factus eſt omnium reus.*
5 *Solus Romanus Pontifex eſt caput eccleſiæ.6.*
7 *Papa tẽperamẽto debet conſeruare cunctos collectos in ſuo corpore myſtico.*
8 *Vicem veri Dei & hominis gerit Papa.*
9 *Cardinales ſunt partes non ſolum corporis,ſed etiam capitis Papę.*
10 *Cardinales vnde dicti,& quot eſſe debeant.*
11 *Diſtinctio inter ſucceſſores diſcipulorum facta eſt ratione dignitatis,cum tamen idem ſit ordo.*
12 *Purgatio interior,cui ſpectet.*
13 *Iudices infimi,quare pedanei appellantur.*
14 *Verus cibus,Chriſtus eſt.*
15 *Sacramenta ſaluatoria corporis myſtici quædam ſunt neceſſaria ad ſalutẽ.*
16 *Aſſimilatio vera non fit ſine fundamẽto virtutum de quibus cibus ſpiritualis aſſumitur.*
17 *Scientia canonum & legalium conſtitutionum per ora Principum diuinitus emanauit.*
18 *Artifices multi ſunt deputati ad conſeruationem,& curationem veri corporis humani.*
19 *Medicaminum omnium natura eſt operatrix,medicus verò miniſter.*
20 *Excommunicatio fertur à Deo principaliter, à canone miniſtraliter & inſtrumentaliter.*
21 *Clericus ſeipſum percutiens an ſit excommmunicatus.*
Membrorum ſuorum nullus eſt Dominus.
Iniuriam quis poteſt ſibi facere.
22 *Natura quęlibet indiuidualis nititur ſeipſam defendere.*
23 *Clericum excommunicatum percutiens,an ſit excommunicatus.*
24 *Clericus ſuſtinens excommunicationem per annum, an perdat priuilegium.*
25 *Coniugatus incedens ſine habitu,& tonſura,ordinem retinet, & tamen non gaudet priuilegio.*
26 *Depoſitio,quando non priuet immunitatem.*
27 *Percutiens clericum incedentem in habitu ſeculari & immiſcentem ſe ſæuis,an ſit excommunicatus.*
28 *Clericus dimittens habitum faciens enormitates,an perdat priuilegium monitione non præmiſſa.*
29 *Clericum percutiens in actu belli & aggreſſuræ,an incidat in canonem.*

§. Quartus.

1 REſtat videre tertiũ principale.ſ.à quo, contra quos † feratur.Pro cuius explicatione pono pro fundamento ꝙ excõicatio quæ eſt hominis à Deo ſeparatio, fertur à Deo tantum.Secũdò ꝙ excõicatio, quæ eſt hominis à Deo,& à cõmunione fidelium & ſacramentorum,fertur à Deo principaliter,ſed à canone, & aliquando ab homine miniſterialiter,& hæc vocatur maior,vt ſupra explicatum eſt in membro diuiſionis excõicationis.Tertiò ꝙ excõicatio quæ eſt ſeparatio à ſacramentis tantum, aliq̃ à Deo cum miniſterio canonis, & aliq̃ eum miniſterio hoïs, & ſic illa quæ ſeparat à cõione fidelium proſequor ſingula mẽbra.Et primo dixi ꝙ excõicatio,quæ eſt ſeparatio tamen,fertur
2 à Deo tantum.Pro cuius declaratione eſt attẽdendum,† ꝙ collectio omnium catholicorum eſt vnum corpus, & appellatur corpus Chriſti myſticum,hoc probatur.3.q.4.Engeltrudam. & §.ſeq.& 11.q.3.nihil.& iſtud corpus Chriſti myſticum eſt informatum forma diuinali.i.forma catholica.i.virtutibus informata,vel ſpiritu vi, tali Chriſti. Nam licet ſint mẽbra multa incorpore illo myſtico, tamen oĩa illa viuificantur eodem ſpiritu. ſ. vitali fidei catholicę informatæ operibus, & donec ſub illa ſic informata membra degunt, tunc ſunt vnum corpus, ad illam vnitatẽ omnes tendere debẽt prædicatores ſicut ſcribitur Exõdi 40.Veſtri ſacerdotes iunguntur mala punica.i. mala granata multa ſunt grana ſub eodem cortice, vt pulchrè declarat Greg. in ſuo paſtorali.c.15.& tranſumptum habetur 44.diſt.ſit rector. Si autem aliquod membrorum receſſiſſet ab illo cortice. i. fide vel operibus ipſam informantibus, ꝙ cõtingit per mortale pec
3 catum & vnum ſolum. † Nam offendens in vno factus eſt omnium reus.Iac.2.de pę.diſt.5.fratres.& c.dolendum.& in reg.defleat.de reg.iur.lib.6.Tunc ſtatim ſeparatus eſt à corpore Chriſti myſtico,nec viuit ſpiritu vitali Chriſti,vt pulchre probat Auguſt.ſuper 10. ſic inquiens. ſi enim ſeparatur à corpore Chriſti, non eſt membrum eius, ſi non eſt membrum eius, non vehit̃ ſpiritus eius.Subdit dictum Apoſtoli ad Roma.8.quiſquis ſpiritum Chriſti non habet,eius non eſt,tranſumptum, 11.q.3.nihil.

Ex prædictis concludunt ꝙ excõmunicatio, quæ eſt tantum ſeparans à Deo ꝓp mortale,à Deo tantum lata eſt. Nam ſtatim cũ deſinit viuere illo Dei ſpiritu,non eſt amplius membrum eius, immo penitus ſeparat̃ ab eo,non tamen è communione,cũ multa tolerantur,&c.2.q.
4 j.multi.& quia dixi † ꝙ collectio omnium catholicorũ eſt vnũ corpus Chriſti myſticum,vt in canone Engeltrudam. 3. q. 4.& §.ſeq.Vidẽdum eſt qualiter ſit vnum,ꝙ eſt præambulum ad infra dicenda,vbi ſciendum,ꝙ ſicut in corpore naturali,& humano ſunt membra multiformia ad ſingula officia tendentia. 81. diſt.c.j.16.q.j.presbyteros.& c.cum ſingula.de præben.lib.6. Et ſicut eſt ibi aĩa viuificãns & corpus viuificatum,vt 32.q.2.Moyſes.& c.ſeq.& cle.vnica.de ſum. Tri.& fide cath. Et ibi ſicut ſunt quatuor elementa ad minus virtualiter ad ipſius mixtionẽ ſubtiliſſimè ex naturalibus agentibus ſuperius & terreſtribus redacta,vt in c.in quadam.de cele. miſ. Sic in hoc corpore myſtico ſunt diuerſa membra ad ſuas operationes tẽdentia,ſicut eſt corpus viuificatum,& anima viuificans,ſic ſunt elemẽta.Nam primo ſunt membra,vbi ſciendum eſt,ꝙ ſicut partium veri humani corporis quædam ſunt partes ab aliis regulatę, quædam ſunt partes alias regulantes, partes regulantes ſunt membra principalia, & illę partes organicè. Hæ cæteras partes ſimplices regulant.Aliæ autem partes ſimplices nuncupantur. Sic de corpore myſtico ſunt partes ſimplices regulatę,vt laici, q̃ ſunt ſicut aues regulãdæ,vt probat Euſebius Papa II.q.7.aues.membra autem principalia & organica ſunt miniſtri eccleſiæ, inter ipſos eſt ca-
5 put & Vicarius Chriſti ſolus Roma.Pontifex.ipſe enim eſt † caput eccleſiæ.21.diſt.cleros.ver.Pontifex.& c.in nouo.& c. quãuis.ea diſt. Et ſicut à capite deſcendunt ſpiritus deferentes virtutem naturalem toti corpori,vt inquiunt naturales:ſic à Romano Pontifice ad totum corpus myſticum & ſingulos miniſtros ipſius velut à capite defertur ptãs omnimoda,vt inquit Leo Papa,ſic inquiens.Sed huius muneris ſacramẽtis. Ita Dñs ad oĩum

Apoſto-

Source : BIU Cujas

Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in beatiſſimo omnium ſummo Apoſtolorum principaliter collocaret, vt ab his dona ſua velut omne corpus diffunderet. hęc hñr 8.diſt.ita dñs. & ſicut in capite naturali humano, quatuor ſunt ſedes fundantes quatuor verba res ſenſitiuas interiores ſm philoſophos, vt ſecundo de anima. Eſt enim à prima anterior, quę infundat ſenſum cõem. Hæc enim iudicat differentias omnium ſenſibilium perceptorũ à ſingularibus ſenſibus, vt viſu, guſtu, auditu, & olfactu. Huiuſmodi enim, vt dicunt philoſophi, eſt, ſicut centrũ ad quod confluunt ſpiritus ſenſibilium perceptorũ à ſingulis ſenſibus, & per ipſum eorum differentię iudicantur. Sic in Roma-
6 no † Pontifice capite dẽt eſſe prima pars anterior fundans ſenſum cõem, ideſt iuſtitiam cõem, quæ ęquiparetur ſenſui cõmuni. Nam ſicut ſenſus cõis iudicat ſenſibilia ſingulorum inferiorum iudicum iudicia. iudices enim inferiores æquiparãtur ſenſibus particularibus, qui iudicãt limitatè ſua obiecta. i. ſuos ſubiectos. Ad iuſtitiam autem capitis, omnes confluunt iudicandi, vt probat Marcellus Papa II. q. 6. ad Romanã. Nam cęteri ſunt electi in partem ſolicitudinis. Hæc autem in plenitudine poteſtatis. 3. q. 6. multum ſtupeo. 11. q. 3. cuncta per mundum. & cap. per principalem.

Secunda autem pars capitis eſt, cellula fundans fantaſiam. huiuſmodi enim eſt virtus ſenſitiua, interior conſeruans ſpiritus ſenſibilium indicatorum à ſenſu communi. hinc eſt, ꝙ appellatur currus ſpecierũ ſenſibilium. Sic in Papa eſſe debet pars fundans temperantiam:
7 ipſe enim † temperamento' debet conſeruare cũctos collectos in ſuo corpore myſtico, & debet iuſtitiam. i. rigorem temperare ex cauſis. 50. diſt. vt conſtitueretur, j. q. 7. exigunt. & c. tali. Tertia pars capitis eſt, quę fundat cogitatiuam. huiuſmodi enim eſt virtus ſenſitiua interior, quæ altius cognoſcit & ſubtilius q̃ percipit ſenſus cõis: immò, vt innuunt philoſophi, cogitatiua elicit ſpeciem non ſenſatam à ſenſata, vt datur exemplũ de agno. Nam cum vidit lupum, viſus decernit colorem. Senſus communis omnes dimenſiones. Cogitatiua elicit ſpeciem inimici quã anima percipit. viſus autem vt ſenſus cõis. Sic in Papa eſt tertia pars fundans prudentiam, quæ virtus intellectualis implicãdo virtutes theologicas. Nam ſi virtute intellectuali, prudentia nũcupata, debet circa totam collectionem euigilare, vt vnitatẽ cõ ſeruet collectionis, cuius eſt caput, vt probat tex. in Auth. vt diffe. iudi. in princ. col. 8. & in Auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffra. in
8 prin. & proę. 6. debet enim vltra ſeruata: nam † ipſe gerit vicem Dei & hominis. ſ. Chriſti, q̃ fuit uerus Deus, & uerus homo, ſic & Papa. Quarta pars ueri capitis eſt fundans memoriã. huiuſmodi enim eſt uirtus ſenſitiua inferiorum, quæ eſt retentiua oĩum reprehenſorum per alias uirtutes inferiores, & expectat oĩa prę cepta, & aggreditur, & retinet. Et ſic in Papa debet eſſe quarta pars fundans fortitudinem. ipſe enim debet eſſe fortis & grauis, ſpectet grauia. Aggrediatur pro conſeruatione ſui myſtici corporis & omnia conſeruare. & hæc ſunt quatuor uirtutes Cardinales, quæ debent eſſe in capite corporis myſtici. ſ. in Romano Pontifice, & ſicut ſunt quatuor uirtutes Cardinales in quatuor
9 partibus capitis, ſed Cardinales † ſunt partes, non dico ſolum corporis, immo capitis, & ſunt ſedes illarum uirtutum, uel eſſe debent. Vel iudicio meo, debebunt eſſe quatuor, & non plures, tracta ordine; examina dictis, uel duo ad inſtar cardinum ſuper quibus defertur oſtium, uel etiam ad inſtar mundi cardinum, q̃ ſunt duo uidelicet, arcticus & antarcticus, & utinã quatuor ueri Cardinales non deficerent ad plus, ſi dentur Cardinales omnium orbium, erunt 16. uel 18. ad inſtar omnium ſumendo.

Et quibus liquidè cõſtat, ꝙ ſi ſumatur nomẽ cardinalatus à virtutib. cardinalibus, quæ aggregant caput Papale, debet eſſe quadruplex tantum. Si autem à cardinibus, ſuper quibus circunducitur porta corporis myſtici, tunc duo. Si autem à cardinibus, ſuper qui-
10 bus circunuoluitur orbis, etiam duo. † Si autẽ à cardinibus, ſup quibus circunuoluuntur omnes orbes, tunc aut 16. aut 18. ad plus. Salua ſemper plenitudine poteſtatis, ĩ quą reſidet poteſtas caput magnificandi, & ex pluribus partibus aggregandi. De his plenius tractaui in tracta. de eccleſia & eius regimine. Et caueat caput & partes capitis ne in ægritudines incidant capitales. Nã per hoc tota inficitur catholicorum collectio. Sunt & alia mẽbra. nam in primitiua eccleſia 12. fuerunt Apoſtoli, quorum caput fuit Petrus, qui erãt membra principalia huius corporis myſtici. Poſt, quia meſſis multa & operarii pauci, electi fuerunt 72. diſcipuli. 21. diſt. in nouo. in quorum locum ſucceſſerũt epiſcopi. 69. diſt. quorum vices. 12. q. 2. videntes. & c. in nouo. 21. diſt.
11 Inter hos hodie facta † eſt diſtinctio ratione dignitatis, cum tñ idem ſit ordo. Nam quidam Patriarchæ, quidam Archiepiſcopi, quidam Metropolitani, quidã ſimpliciter Epiſcopi, qui omnes qualiter ſic appellantur, & vnde originem ſumpſerint, proſequere vt in can. clerus. 21. diſt. Item poſt alia membra ſuborganica. Sicut à ſimili manus eſt membrum organicũ, digitus ſuborganicum, ſic in hoc corpore myſtico. Sunt ſingulares miniſtri, vt ordinum inferiorum, vt ſacerdotes & c. de quibus in can. clero. 21. diſ. Qui inferiores ordines in corpore myſtico purgãt extra & intra. Extra purgare pertinet ad oſtiarium. Nam purgãt eccleſiam materialem eiiciendo infideles, vt recipiendo catho-
12 licos, vt in can. cleros. in fi. 21. diſt. Purgare autem interius ſpectat ad exorciſtam, ſi fiat purgatio corporis oppreſſi à dæmonibus, vt d. c. cleros. Purgatio autem interior, quo ad animam, ſpectat ad acolitum, qui deputatus eſt ad luminaria, non ad fugandas tenebras, materiales, ſed ad repręſentandum illud lumen verum, quo omnis anima credẽs illuminatur, de quo ſcribitur in Euang. Lux vera, quę illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, &c. Io. i. & in canone, cleros. 21. diſt. & ſic purgant, & quæruntur tres ordines. ſ. oſtiarius, exorciſta, & acolitus. Solue illuminant & ſumunt res aliis.

Nam fit illuminatio in rudimẽtis veteris teſtamenti, & hæc pertinent ad Lectorem, qui legit vetus teſtamentum. fit illuminatio in ſplendoribus gratiæ. vltimus actus eſt perfectiuus, & hic pertinet ad ſacerdotem, qui conficit verum corpus Chriſti, in cuius confectione ordinantur ſinguli ordines antedicti, & ſic iſta membra organica ordinantur in ſingulas ordinationes præparatorias ad cibum ſaluatiuum totius veri corporis myſtici Dominici. Inferũtur ex prędictis membra corporis myſtici ad ſimilitudinem membrorum veri humani corporis. Hæc membrorum diſtinctio incipit à capite, & terminatur vſq; ad infimum,
13 & vſq; ad pedes, & propter hoc † infimi iudices pedanei appellantur. Dixi ſecundò, ꝙ ſicut in vero corpore humano eſt anima viuificans corpus, & corpus viuificatum: ſic in corpore myſtico eſt anima viuificans. ſ. Chriſtus, ſiue fides Chriſti operibus virtutum informata. ipſe enim eſt vitam pręſtans cunctis & corpore, cum ipſe dicat, Ego ſum vita &c. & in Euang. Quod eſt factum, & in ipſo vita erat. Io. j. Corpus autem viuificatum eſt collectio cõgregatorum in hoc corpore myſtico, & ſic corpus verum naturale humano viuificatur cibo, & potu naturali ab extrinſecus ſumpto & interius tranſlato mediantibus virtutibus naturalibus, attrahentibus, retinentibus, digerentibus, multiplicãtibus, & finaliter in idem conuertẽtibus, repulſis ſuperfluis, quæ ſunt difformia, vt inquiunt naturales & phiſici. Sic in hoc corpore myſtico eſt verus cibus & potus ſaluatiuus animæ. ſ. caro & ſanguis Chriſti principaliter. Iſte eñ eſt verus cibus, de quo
14 ſcribitur Io. 6. † Panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. & iſte cibus viuificat corpus totum myſticum. Et ſcribit Augu. epiſtolam ad Burentium tranſumptam de conſec. diſt. 2. Chriſtus panis. & ſubditur ibi, humana enim caro, quæ erat pecato mortua, carni Chriſti vnita, vnà cum illa effecta, viuit de ſpiritu eius. Qui verò non eſt de corpore Chriſti, nõ viuit de ſpiritu eius. hæc ibidem ille Aug. vt tranſumptum habetur de cõſec. diſt. qui manducant. & c. corpus, & c. commendauit.

Et ſcribitur ſpiritualiter hoc corpus myſticũ, ſicut verum corpus naturale & materiale miniſtrantes hunc cibum, tunc membra de quibus dixi virtutes ꝙuertentes, & attrahẽtes ſunt theologicæ. ſ. fides, ſpes, & charitas, per quam fit vera aſſumptio illius cibi, & ſic vera vnio cũ Deo, vt in c. charitas. & c. Chriſtus. & c. pennata. de conſec. diſt. 2. Sunt etiam alia membra ſaluatoria huius corporis myſtici, ſine quibus famet & ſitit. vbi ſciendum, † ꝙ quædam ſunt ſacramenta
15 ſaluatoria huius corporis myſtici, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutẽ, vt baptiſmus, confirmatio, pœnitentia, & vltima vnctio. Et alia ſunt, vt feſtiuitates, & alia miniſtratoria, vt officia nocturna & diurna. Alia præparatoria, vt eccleſiæ & paramenta, præuia ſunt verus cibus ſpiritualis animę, vltima ſunt vaſa in quibus conficitur cibus ſic materialiter loquendo de locis, & vaſis, in quibus præparatur cibus materialis. Media ſunt confortantia animam ad cibum ſpiritualem, & ipſius aſſumptionem, & veram aſſimilationem. Sicut in vero humano naturali corpore quædã ſunt confortantia virtutes naturales ad cibum & ipſius digeſtionẽ. Ex prædictis infertur, qualiter hęc anima viuificans hoc corpus viuificatũ, & modus viuificandi: quia tñ dixi fieri veram aſſimilationem huius ſpiritualis cibi, hoc procedit cum virtutes de q̃bus ſupra dixi, ſint debitè ordinatè. Si autem indiſpoſitè non fit vera aſſimilatio, ſicut in vero humano corpore materiali, immo ſicut ibi propter defectum virtutis naturalis cibus materialis aſſumptus non digeritur, immo humores nocturni inobe-
16 dientes generantur, † ſic ſine fundamento virtutum, de quibus cibus ſpiritualis aſſumatur, non fit vera aſſimilatio. Dixi tertiò, ꝙ ſicut in vero corpore humano erant quatuor elementa, ex q̃bus inſurgebat mixtim: ſicut in corpore myſtico ſunt quatuor elementa, ideſt quatuor euangelia, licet ſint vnum hoc corpore myſtico. Et ex his elementis inſurgunt riuuli epiſtolarum & aliorum fidem integrantium, ſicut ex corporibus elementaribus. In corpore verò mixto inſurgunt complexiones humorum, ſpiritus multiformes, qui deferunt ſingulis membris facultatem exercendi operationes, vt inquiunt naturales & phiſici. Sic in corpore myſtico inſurrexerunt 12. articuli fidei, & ſinguli ſidem aggregantia, quæ ex euangeliis elementaribus fomẽtum ſumpſerunt.

Ex his

Source : BIU Cujas

Ex his infertur, qualiter in hoc corpore mystico sunt quatuor elementa, &c. de q̄bus vt supra dixi. Vnum, quia sicut ad conseruationem corporis humani naturalis, & ipsius sanationem eam patimur discrasiam, ne altissimus in necessario deficeret, ab eo prodiit ars tradens modum conseruandi & curandi, quæ medicina nuncupatur: sic vt corpus totum mysticum conseruetur, & partes ægrotæ curentur, à Deo prodiit scientia tradens modum conseruatiuum huius mystici corporis. † & hæc est scientia canonum & legalium constitutionum, quæ per ora Principū diuinitus emanarunt. C. de Ion. temp. præscri. l. vlt. 16. q. j. placuit. 8. dist. quo iure. Ad hæc enim factæ sunt leges. 4. dist. factæ. & sicut sunt canones conseruatiui & curatiui veri corporis humani naturalis ꝙcernentis totam speciem humanam in latitudine complexionis suæ, & hi appellantur canones generales, & ſm varietatem regionum, & indiuidualium complexionū, & singularum circunstantiarum fit per artifices varia remediorū appellatio sem per ex canonibus generalibus trahendo. Sic in corpore mystico p̄p varietatem regionum & circunstantiarum singularium fit ad conseruandum & corrigendum singula corpora vniuersitatum, quæ sunt partes magni corporis mystici varia constitutionum & consuetudinum introductio, quæ tamen formā trahunt & fomentum à canonibus generalibus, & ſm ipsos in dubio recipiunt interpretationem. de consue. c. cū dilectus. de verbo. sig. Abbate. C. de noxa. l. 2. ſm vnam lectu. † Et sicut sunt deputati artifices ad conseruationē & curationem veri corporis humani, vt medici ſm artem operantes: sic & ministri deputati sunt circa conseruationem, & curam partium corporis mystici, vt prælati iudices singulæ ecclesiæ. hæc tamen conseruatio, & cura si fiat à quolibet de corpore, propter se tantum singulariter Deo iungatur, est fori p̄nitentialis. Si autem fiat vt tota mūdi machina & collectio conseruetur, quod fieri non posset, si pars partem inficeret, & per consequēs totum morbidum redderet, & tunc fori contentiosi. Et licèt ministri secūdum canones operantes sic operentur conseruando & curādo hæc faciūt ministraliter, principale operans est Christus, qui est natura spiritualis viuificans totum corpus mysticū. Sicut in vero corpore naturali humano conseruationem, & curam inducit. Nā particularis, quę vt agēs principale operat̄, medicus vt minister, vt inquit peritissimus Galenus in libro regni. † Omnium horum natura est operatrix, medicus verò minister, licèt aliquantulum videar digressus, non tamen sine causa.

Nam quantum possibile est intendo ostēdere, qualiter ex naturalib⁹ hæ dispositiones iurium traxerunt originem, vt hinc nūc tracta præmissi, vt aliquale fundamentum dicendorum, vt patebit in sequentibus. & per hæc patet prima cōclusio huius partis, videlicet, qualiter à Deo principaliter, & solum ab ipso fertur hæc excōmunicatio, & in hac deductione intendo solū ex similitudine veri humani corporis naturalis elicere dispositionem mystici corporis, quo ad Monarchiam & gubernationem secularē tractaui in tractatu de Domino temporali infra Imperium. Secundò dixi principaliter ꝙ maior excōmunicatio, quæ separat à communione aliquando fertur à Deo principaliter & à canone ministraliter. Christus enim, qui est natura spiritualis viuificās totum corpus mysticum, eradicet principaliter quascunq; partes discedentes ab vniformi complexione totius mystici corporis, sed canon fulminans est mysterium Christi, cum sit promulgatus à Deo. hæc probat Io. Chrisosto. super epistola ad Hebrę̄os sic inquiens, Nemo contemnat vincula ecclesiastica: non eñ homo est, qui ligat, sed † Christus. transumptum habetur. 11. q. 3. nemo contemnat. fertur ergo à Deo principaliter, à canone ministraliter & instrumentaliter.

Caius autem, in quibus sic fit cōmunicatus, sunt expressi à cōstitutionibus ecclesiasticis, & horum quidam sunt expressi à iure veteri, & hi enumerantur per Hostien. in Summa, de sent. excom. in prin. & 30. enumerat. quidam sunt expressi per cōstitutionem noui iuris, vt in compilatione sexti libri, & hi enumerantur per glo. in c. eos. de sent. excom. lib. 6. & sunt 32. Duos addidit Bonifa. per extrauag. detestandæ. & c. statuimus. Quidam sunt expressi per iura nouissima, vt in compilatione cle. j. de sen. excom. Sunt 52. Et vtor remissione, quia sunt glo. Sed aliqua excutiam, quia magis. Et primò, cum quis infert manus violētas in clericum. Similiter credo, clericum seipsam percutientem † eo casu esse excommunicatum, quo si alium percuteret. induco tex. in argumentum: nā dicit Augusti. in lib. j. de ciuitate Dei, Non occides te vel alium. neq; enim qui se occidit, alium q̄ se hominē occidit. ergo nec alium q̄ se hominem offendit, transumptum habetur 23. q. 4. si non licet. & idem quanto magis intelligendum nō licere seipsum occidere, probat tex. in l. omne delictum. §. qui se vulnerauerit. ff. de re mil. Confirmatur, nam nullus est Dñs membrorū suorum. ff. ad l. Aquil. l. liber homo. Cōfirmatur: nam omne qđ non iure fit, est iniuria. Insti. de iniur. in princ. & potest quis sibi iniuriam facere. 25. q. 2. quod vero. & sic infertur, istum incidere in canonem, cum clerico iniiciat manus violētas & iniuriosas, & huic priuilegio non potest renūciare clericus, cum sit indultum toti ordini clericorum, vt c. contingit. de sen. excom. & credo ꝙ magis peccet circunspecta etiam excōmunicatione, quæ seipsum lædit quàm qui alium. induco tex. Philosophi. 4. Ethic. Nam dicit, qui sibi bonus nō optimus: qui sibi malus pessimus.

22 Confirmatur, † nam quælibet natura indiuidualis nititur seipsam defendere & impugnantibus resistere, & propterea permissum est de iure naturæ vim vi repellere. ff. de iust. & iu. vt vim. & l. j. C. vnde vi. & c. olim. de resti. spol. & cle. pastoralis. de re iudi. plus ergo peccat, qui contra naturalem inclinationem nititur. Confirmatur, nam adimit ciuem ciuitati. vt Ethi. 5. & dolū Dei, quo viuit, qui ecclesiam occidit sibiipsi subtrahit. Ad allegata in contrarium respondetur, qñ hoc est priuilegium cōcessum toti ordini, cui etiam spontaneè renuncians non potest; idcirco etiam volenti fit violatio & iniuria, habita relatione ad immunitatem, quæ remitti non potest.

23 Consequenter quæritur, † quid de percutiēte clericum excōicatū, an sit excōicatus. & videtur ꝙ non, vt dicere vī tex. in c. excōicatorum. 23. q. 5. vbi dicit text. Non eos enim homicidas arbitramur, quos ad vsus excommunicatos zelo catholicæ fidei ardentes aliquos eorum trucidasse contingeret. & ibi vide. Aliqui sumunt hanc cō clusionem, vt ibi no. Io. Cōfirmat̄ per text. in c. si quis deinceps. 17. q. 4. versi. nisi fortè iudicatis &c. Vnde etiam aliqui idem sumunt, vt etiam ibi no. Io. Cōfirmatur, nam nihil ad nos de his, qui foris sunt. 2. q. j. multi. de diuor. gaudemus. Sed excommunicatus foris est, etiam est membrum Diaboli. 11. q. 3. omnis Christianus. & c. seq. In contrarium apparet: nam excōicatus retinet ordinem, ratione cuius indulta est immunitas, ergo durat durante causa. hanc opi. tenet Ioan. 23. q. 5. excommunicatorum. 17. q. 7. si quis deinceps. & Ber. in c. cōtingit. de sent. excom. Vincen. & Goff. de immu. eccle. c. pe. Hoc idem tenent per illam rōnem, quia ordinem retinet. immò excōicatus ordinem recipit, vt c. pro illorum. de sent. excom. ergo fortius receptum retinet. Hanc opin. sequitur Inno. in c. si vere. eo. tit. Et hanc probare videtur tex. de sent. excom. c. j. & 2. & c. de monialibus. Nam ibi dicit tex. se inuicem percutientes, si clericus repercutiat clericum animo vindictæ, quia ipsum primò percusserat excommunicatus est, vt probant illi tex. hoc idem tenet D. Io. An. in d. c. contingit. & Spec. eo. tit. Host. tamen distinguit, † an per annum steterit in excōmunicatione, & tunc perdit priuilegium. An nō, & tunc retinet. Contra tantam sinodum patrum iuris nō licet maximè mihi recalcitrare: tamen si legislator motus est ad hāc pę nam infligēdam, quia violans clericum nititur dissoluere vnionem, quia violat Christum præsentatum in clerico, qui est vita vnionis, & sic meritò, vt ipse sit excōmunicatus, puniat̄ in quo deliquit, & priuatus sit sacramentis, quia nititur destruere ministrum sacramentorum, non video ꝙ hæc ratio vendicet sibi locum in violante clericum excōicatum, cum in ipso nō præsentetur Christus, immò est mēbrum Diaboli. 11. q. 3. omnis Christianus. & seq. nec amodo est minister sacramentorum.

Et miror, cum reuerentia, de Innoc. qui hoc dicit illa sola ratione, ꝙ retinet ordinem. Tenet contrariū in percutiente clericum hæreticum, in c. si verè. eo. tit. p Auth. de priuile. dot. circa med. colla. 8. & tamen ipse retinet ordinem, sicut in monacho perdit priuilegium. Sicut videmus de
25 coniugato † incedente sine habitu & tōsura, & in terminis cle. vlt. de vi. & hone. cler. & in simi. qui omnes retinēt ordinem, & tamen non gaudent priuilegio, nisi velles dicere ꝙ lex priuat illis casibus priuilegio. Hoc autem, non tamē apparet expressum ꝙ perdat. Si non esset expressum tanta patrum solennitas, tenerem contrarium per statim inducta. Consequenter quæritur de percutiente clericum excōicatum depositum, hæc simul iungē do de separatis & diuisis, visum est de coniunctis. gl. no. in c. prę dicto contingit. de sent. excom. eisdem argumentis arguēdum est hincinde, quibus q. supra proxi. quæ omitto breuitatis causa. Circa hunc arti. fuit opi. Vinc. distinguentis, an excommunicatio præcedat depositionem, & tunc adhuc retinet priuilegium. An excommunicatio sequatur depositionem, & tunc etiam si incorrigibilis traditus sit curiæ perdat, vt in c. cum non ab homine. de iudi. Hostien. dicit, an excommunicatio sequitur depositionem, & tunc verum est ꝙ dicit Vinc. Aut præcedit, & tunc uerius est, ꝙ non retinet priuilegium. Contrarium tamen dicit communiter seruari in hoc puncto, sequendo opi. Hostien. Putarem distinguendum genus depositionis, an. l. depositus sit à beneficio, vel dignitate, & de hoc parum ad propositum, quia
26 hæc depositio † non priuat immunitatem. An sit depositus ab ordine, & tunc aut est depositus realiter, & tunc sola degradatio priuat, ut in c. degradatio. de pen. lib. 6. & ibi no. Guil. dicit. Aut est depositus uerbaliter, & tunc depositio sola non priuat immunitatem, nec excōicatio præcedens, ſm cōem opi. de qua quęstione supra proximè, & sic neq; ambo simul, sed si sequatur excommunicatio propter incorrigibilitatem, & fieret traditio seculari, tunc sequerer Vincentium.

Conse-

Source : BIU Cujas

27 Conſequenter quæritur, † quid de percutiẽte clericum incedẽtem in habitu ſeculari,& immiſcentem ſe ſęuis, ſit excõmunicatus. & facit dubiũ. c.perpendimus,de ſent.excom.vbi videtur innuere tex.q̃ non. in cõtrarium facit.c.contingit. & c.in audien.eo. tit. vbi probat tex.q̃ nõ perdat priuilegium,niſi trina monitio præueniat. Alii qui dicunt q̃ in c.perpendimus.Papa reſpondet deciſè, quo dicebatur ipſum in bello interfectum fuiſſe.& ſic clarum.Alii dicunt,q̃ interfectores fuerunt excommunicati,ſed Papa concedit priuilegium, q̃ non teneantur accedere ad ſedem apoſtolicam,& ſic fortè etiam clarum. Tancre. Vincen. & Phil.dicunt c.contingit.& c.in audiẽtia.intelligi de illo,qui depoſuit,& nulli iniuriabatur,& ſic non perdit priuilegium,niſi monitus.c. p̃pẽdimus . vbi depoſuit,& iniuriabatur,qui ſine monitione perdit priuilegium. Hoſt. intelligit perpẽdimus,cum quis clericus non ex vanitate deponit habitum,vbi requiritur monitio,vt p̃bat c.contingit.& c.in audientia.Sed cum ex malitia, & iniquitate deponit habitum , vbi ſine monitione perdit , cũ ſe immiſceat ſęuis & tyrannis.Et ibi tenet, q̃ † clericus dimittens habitũ
28 etiam faciens enormitates,non perdit priuilegium, niſi monitione præmiſſa , nec quo ad forum , nec quo ad immunitatem perſonæ.Sed ſi ibi capiatur,debet reſtitui iudici eccleſiaſtico, & ſic ibi reſpondet narrationi deciſæ.Si autem vis ſequi opin.Hoſtien.poſſes dicere q̃ loquatur de inueterato in tirãnis & incorrigibili,per c.vnicum,de vi.& hon.cle.lib.6.Et ſic reſpondet Papa in facto occiſi vel iudicem,vel ſcitũ fuit poſt q̃ clericus erat. Conclude ergo ſublatis dubium facientibus, q̃ percutiens clericum incedentem ſine habitu,ſi monitus fuerit & non aſſumpſerit,non incidit in canonem.Si autem non monitus fuerit & ipſum percuſſerit non in actu belli vel aggreſſiuè,tunc incidit,
29 etiam ſi clericus habitu depoſito ſe aliàs immiſcuerit.Sed ſi † ipſum percuſſerit in actu belli & aggreſſiuè,tunc non incidit, ſm Inno.Hoc tamen põderarem , cum quis dederit cauſam bello, & aggreſſuræ. Nam ſi clericus iniuſtè cauſam non dederit,tunc indubitatũ q̃ illi cõtra quos nõ incidunt ex capite defenſę permiſſæ , vt c. ſi verò. neq; tertii fauentes aggreſſo etiam non incidunt , & hoc facit actualis immixtio clerici , vt c. perpendimus. Si autem alter non dedit cauſam aggreſſuræ contra clericum , tunc etiam dans & fauens percutienti clericum, ſunt excõcati, quia hic eſt iniurioſa iniectio,vt in canone,ſi quis ſuadẽte.17.q. 4.Si autem tertius cõtra tertium & clericus temere ſe immiſceatur habitu depoſito , tunc crederem percutientes in liminibus aggreſſuræ nõ fore excommunicatos,& ſic intelligo opi.Inno.

SVMMARIVM.

1 *Incidere, qualiter quis poſſit in canonem attenta violatione & qualitate violationis.*
2 *Conſtitutio aliquando punit manum violentam.*
3 *Manus violentas iniicientes in clericum, violant Chriſtum qui præſentatur in eis.*
4 *Excommunicatio maior,quæ implicet.*
5 *Violentas manus iniiciens in monachum non clericum,vel in canonicum regularem non clericum,an incidat in canonem.Et quid de conuerſo.*
6 *Conuerſus remanens in domo ſua & viuens laicaliter , an gaudeat immunitate clericali.*
7 *Transferens & dedicans plenè ſe & ſua Chriſto, Chriſtum præſentat , & ea violans,Chriſtum violat.*
8 *Clericus in minoribus gaudet,quod laicari & coniugari poteſt.*
9 *Percutiens clericum coniugatum non bigamum,qui habitum & tonſuram diſerat,& poſtea reaſſumpſit,an ſit excommunicatus.*
10 *Res omnis per quaſcunque cauſas naſcitur,per eaſdem diſſoluitur.*
11 *Iura propter depoſitionem habitus,an priuent priuilegia.*
12 *Clericum depoſitum percutiens,an incurrat excommunicationem.*
13 *Excommunicationem an incurrat percutiens clericum per ſaltum promotũ.*
Promotum ad ordines non baptizatum percutiens , an incidat in excommunicationem.
Percutiens promotum contra voluntatem,an ſit excommunicatus.
14 *Clericus ſeipſum percutiens irato animo,an incidat in canonem.*
15 *Excommunicatus,nunquid cenſeatur tenens clericum per veſtes vel per frẽnum æqui,ne liberè tranſeat.*
16 *Occidens æquum,cui inſidet clericus,vel lanians eius veſtes,an ſit excommunicatus.Et quid de furante eius corrigiam vel veſtes,quibus indutus eſt eo dormiente.17.*
18 *Compellens clericos per metum,vt ſibi aliquid dent , an videatur incidere in canonem.*
Spuens in faciem clerici,an peccet.
19 *Fugiens,qui eiecit clericum de æquo,vt facilius euaderet,& equum aſcendit & fugit,an ſit excommunicatus.*
20 *Vibrans gladium vt clericum percuteret,quem tamen non percuſſit,quia nõ potuit,an incidat in canonem.*

§. Quintus.

VIſum eſt, qualiter quis incidit in canonem propter violationem perſonæ eccleſiaſticæ attenta qualitate perſonæ.
1 Nunc reſtat videre,qualiter † incidat attẽta violatione, & qualitate violationis.Et primò aduertendum, q̃ canon duo exprimit,ſcilicet animum cum dicit,ſuadente Diabolo.Secundò factum cum dicit, manus violentas, &c. Duo ergo concludunt illationem ſententiæ canonis ſcilicet , animus doloſus, & facti perpetratio.Circa quę plura quærunt,licet ſint no.in c.nup. de ſent.excom.in canone,ſi quis ſuadente.17.q.4.Primò quęritur,quid ſi aliqui includunt clericum violenter, ne ab inimicis ipſum quęrẽtibus occidatur : nunquid erunt excommunicati? Patet ex prædictis concluſionibus,quod non ad iniuriam , hoc tenet Inno.in c.nuper.alleg.c.cum beatus.45.diſt.ff. de libe. homi.exhi.l.3.§.ſi quis cum,& l.ſi qui violentum,& l. ſoluenda. ff. de neg.geſt.Immo ſubdit Inno. q̃ ſi aliqui inimici clerici obſident illum,non vt illum cuſtodiant,ſed vt verecundiam illi inferant,non dicerentur tunc illum detinere in cuſtodia vel carcere, quia tunc hoc intendunt. Item neq; violentiam inferunt perſonæ,neq; rebus adhærentibus.Hæc ſunt verba Inn.Neſcio tamen ſi per hæc verba intendit Inno.hos fore excommunicatos,licet non videatur hoc per verba illa,nec per violentiã,&c. quam requirit canon.Credo tamen in obſidente ponderandũ, propter quam fiat obſeſſio: an p̃p̃ caſtrum habendum & nõ p̃ſonam violandam. Et tunc non credo violandum canonẽ nec incidere,quia non concludunt verba,nec mens canonis, ſi quis ſuadente. Si autem fiat obſeſſio propter perſonam , vt perſona violetur non attentis rebus,& tunc crederem obſidẽtem excõicatum,nam tunc eſt carcer.induco l.3.ff.de libe.homi. exhi.Nãnihil,&c.& ibi in ſecundo caſu ſcilicet declarante,in domo mulieris ad verecundiam detegendam,crederem ipſum includentem excommunicatum:nam ſit iniuria perſonæ clerici incluſi, cum hoc non iure fiat attenta perſona includentis , ergo cũ iniuria.Inſti.de iniur.in prin. Induco.nam talis excõicatus eſt à ca-
2 none.17.q.4.ſi quis ſuadente.Eſt tamen ſciendum,quod † conſtitutio aliquando punit manum violẽtam , vt in prædicto c. ſi quis ſuadẽte.Et quaſi per totum titulum, de ſen.excom. Aliqñ punit manum temerariam,vt in c.contingit,de ſent.excom.vt cum quis detinet clericum carceratum. Aliquãdo punit vocẽ, vt in c.perpendimus, de ſent. excom. vt cum quis mãdat clericum offendi.Aliquando punit animum,vt in c.cum quis ratam habet percuſſionem clerici factam nomine ſuo. Aliquãdo punit negligẽtiam,vt in c.quãtæ,eo.titu. hæc notauit Hoſtien.in c. perpendimus,eo.titu.

Sed quæro, quæ potuit eſſe ratio legiſlatorẽ mouens ad hanc pęnam infligendam percutientibus clericos pluſquam laicos percutientibus.Solu.vt ſupra dixi, excommunicatio maior excludit à ſacramẽtis & cõmunione, vt in c.ſi celebrat,de cle. excom. min.& c.pia,de excep.lib. 6. cũ ſimili.Et vt ſupra dixi,corpus myſticum eccleſiæ eſt informatũ ſpiritu Chriſti , præſentatur in miniſtris eccleſiæ & per eos præ-
3 ſtatur cibus ſacramẽtalis . Iniiciẽtes † ergo manus violentas in clericum violant Chriſtum,qui præſentatur in eis.Hæc. probãtur per prophetam ſic inquientem,Qui vos tangit,tangit pupillam oculi mei.Zach.2.c.tranſumptum habetur.23.q.7.accuſatio. 8.q.j.qui vis.violat etiam miniſtrum miniſtrantem cibum ſpirituali , vt ſupra tacitum eſt violando Chriſtum præſentatũ in perſonam , in miniſtro nitatur quantum in ſe eſt deſtruere cõmunionem,cuius forma eſt Chriſtus,ergo meritum fuit vt ſeipſos diſſoluerent à cõmunione,vt quia nituntur deſtruere miniſtrum ſpiritualis,vbi meritum fuit ut illo cibo ſacramentali prĩuentur , ut puniantur in quo deliquerunt . Sic ergo priuati ſunt communione,quam nitebantur deſtruere.Priuati ſunt cibo ſacramentali,cuius miniſtrum deſtruere uoluerũt, immo & cibũ ſcilicet Chriſtũ , qui eſt ueriſſimus cibus ſpiritualis, ut ſupra de-
4 monſtratum eſt. Hæc autem duo implicat † excommunicatio maior,ſcilicet excluſiuè cõione & à ſacramẽtis, ergo à Chriſto mediante canone correctiuo ipſos excõicat.Sicut directè naturaliter in uero humano corpore, ſi aliquis humor nitatur propter ſui diſtractiuam diſſolutionẽ coniunctionis indiuiduæ humanæ naturæ:nam ipſam penitus eradicat à communione aliorum humorum à partium aliarum contactu , & ſic ex naturalibus ſumpſit originem ille modus excluſionis.

Conſequenter quæritur, quia dixi q̃ iniiciens manus uiolen-
5 tas in clericos, incidit in canonem.Quid de monacho † nõ clerico;quid etiam de canonico regulari non clerico . ſecundum tempora primitiua non erant monachi clerici.16.q.j.generaliter.Sol.patet per canonem, ſi quis,vbi exprimitur de clerico & monacho,dixi diſtinctio.immo idem hodie de nouitio,ut in c. ſi religioſo,eodem tit.lib.6.

Conſequenter quæritur,quid de ꝙuerſo,nec aliàs clerico.Solu. tex.aperire uidet̃ qđ idem ſit,ut in c.nõ dubium,& c.parochianos,& c.ex tenore,eo. tit.q̃ eſt indubitatum in conuerſis religionum,ut probant tex. ſtatim inducti. Sed quid de conuerſis ſecularium eccleſiarum, gl.reuocat in dubium in prædicto c.non dubium.Et finaliter ꝙcludit q̃ etiam in illis uendicat ſibi locum canon,ſi quis ſuadẽte.hoc intelligas per extenſionem iurium ſuperuenientiũ . Nã canon ſolum diſponit de clerico & monacho , ſed c.nõ dubiũ,

Source : BIU Cujas

& c.parochianos,& c.ex tenore,extenduntur ad cõuersos religionum,& gl.assumpta ratione identitatis. Idem dicit de conuersis secularium per c.quisquis.17.q.4.& c.duo sunt.12.q.2.ex quo tradiderunt se obsequio diuino.Io.& Vincen. in c.dilecta. de ma.& obe.idem tenet.immo dicit Abb.q̃ idem no.Vincen. de præceptoribus pauperum, & de his qui se deuouent religioni manentes in domo,mutato tamen habitu: non vidi hoc ibi in aliquo apparatu.Vincen.& Hostien.in d.ca.non dubium, di-
6 stinguunt,an sit conuersus, † qui remanet in domo sua viuẽs & laicus,& tunc non gaudet hac immunitate,per c.vt lex continẽtiæ.17.q.2.probat tex.§.in confratribus,& c.quidam, de priuile. An sit conuersus tradens se & sua tonsuratus incedẽs,horas audiens,honestè viuens,& talis gaudet immunitate, vt in iuribus statim alle.Probat tex.in canone,quisquis.17.q.4.Probatur hęc solutio in c.vt priuileg.de priuileg.Hoc autẽ, & hanc credo veram.Sed statim dices, in his non vendicat sibi locũ ratio supra tradita,quare legislator contra tales excommunicationem in- 12
fligit,nam isti non sunt ministrantes, q̃ competit ordinatis tantummodo, & sic dices de monachis non aliàs clericis, de quibus tamen expresè disponit canon,si quis sua.Solu.ratio reddita præcisè restringitur ad clericos ex capite, quo dixi ad sacramentalis sibi administrationem, sed ex alio capite quo præsentatur Christus,qui est vita spiritualis viuificans totũ corpus my-
7 sticum,in istis vendicat sibi locum.Nam transferendo & † dedicando,plenè se & sua Christo Christum præsentat, cui se & sua spiritualiter dedicauit,& sic illos violãs Christum violat. Et sic nititur soluere canonem,cuius Christus est forma viuificans.illa ergo priuari meruerunt & si à communione excludũtur, ergo à vita spirituali canonis.i. sacramentali cibo. Et potuit esse motiuum legislatoris extendentis canonem,si quis, ad conuer sos religionum,& per consequens ex identitate rationis ad cõ- 13
uersos secularium plenè translatos,vt supra.Et fortè fuit de mẽte concilii, licèt nõ fuerit in verbis & eadem ratione dispositis in monialibus & conuersis,vt in c. demonialibus, eo.titu.lib.6. Sed statim quæres,quid ergo mouit legislatorem in nouitio,in quo nulla prædictarum rationum locum sibi vendicat,cũ non aliàs sit clericus,nec planè translatus,& cum gaudet eadem immunitate,vt in c.si religioso,eo.tit.lib.6.licèt olim. Inn.& Abb. in hoc tenuerunt cõtrarium,vt in c.statuimus,de reg.& c.vt priuilegia.de priuileg.& mouebantur illo motiuo,quod dixi probari videtur per l.statuliberi.ff.de statulibe.vbi dicit tex.q̃ quę facimus,statuliber medio tempore facit vt seruus.Rationem reddit gl.quia est ecclesiastica persona,vt in cano.quisquis. 17. q. 4.
8 Nec ob.vt dicit gl.q̃ laicari possit, quia † clericus in minoribus gaudet, q̃ etiam laicari & coniugari possit. Ego non concipio hoc dictum gl.nam licet constitutus in minoribus possit laicari & coniugari, tamen non caracterem impressum, ratione cu- 14
ius gaudet illa immunitate,donec clericus priuetur à lege. Sed nouitius aliàs non clericus non habet id,ratione cuius non plenè trãslatus sit,quia habitus nõ facit monachum, vt in c.porrò. de reg.cum ratio gl.est vera per c.quisquis.17.q.4.& c.duo sunt. 12.q.2.& lex continentiæ.27.q.2.

Consequenter quęritur,quid de percutiente clericum cõiugatum. Sol. de nõ bigamo incedente in habitu & tonsura habetur text.in c. vno.de cle.coniug.lib.6.quia gaudet immunitate quo ad duo, de quib. in d.c.de biga.est tex.in c.vno,de biga. lib. 6. quum est exutus oĩ priuilegio clericali.De non biga.non incedente est text. in d.c. vno.de cle. coniug.lib. 6. quia caret priuilegio. Consequenter
9 quæritur, quid de clerico † coniugato non bigamo dimittente habitum & tonsuram postea reassumente:an talem percutiens sit excommunicatus?Quidam dicunt q̃ non.Nam satis est q̃ semel eligat laicalem professionẽ, vt regula, qđ semel, de reg.iu. lib. 6. Maximè hic sufficit electio vnius de compassibilibus, de postul.præla.c.vno,lib.6.& c.vt quis duas,de ele. lib. 6. facit cle. gratiæ,de rescrip.Item vr̃ casus,sm vnum modum legendi,in c. Ioannes,de cle.coniu.pro hac parte facit.l. quis sit fugitiuus, in prin.ff.de q̃dil edi.Alii dicunt contrarium;quia iusta pęna nemini est auferenda.2.q.6.si quis libellos.Item decre.vnica, de cler. coniug.lib.6.dicit,illum gaudere,si incedat: sed reassumẽs incedit,ergo gaudet.inhęrẽdo verbis legis.ff.qui & à quib.l.pspex.ff.
10 de empt.l.j.§.is qui nauem.l.non aliter.ff.de leg.3.Præterea † oĩs res per quascunq; causas nascitur,per easdem dissoluitur, &c.vt regula,omnis res,de reg.iur.lib.& iam hic nullius innititur præiudicium vel interesse,si gaudeat immunitate, quo ad illa duo, de quibus in d.c.vno.pro hoc faciunt no.per Inno.in c.fi. de vi. & hone.cle.qui dicit clericos priuatos priuilegio,quia se immiscent negociationibus illud reassumere dimittendo. Io. Mo.& 16
Archi.tenent hanc partem in c.vno,de cle.coniu.lib. 6. dicens. Io.An.in c.Ioannes,contra clericos coniugatos in 4. q.dicit sic disputatum fuisse Paduæ:tamen dicit hanc opinionem non placuisse communiter Doct.Ibi finaliter concludit,q̃ opinio procedere potest in perseuerante, hic in statim reassumente. Hoc
11 puto ponderandum, an † iura priuent propter depositionẽ habitus prilegia: an suspendatur effectũ priuilegii pendente depositione?Et duo iura videntur hoc exprimere, cle. vnica.de cle. coniu.lib.6.Ibi dicit tex.in fi.volumus gaudere,non dicit priuamus. & verbum gaudere, ibi sumptum sonat actum sententiæ actus priuationem per verbum negatiuè adiectum. hæc probat cle.vnica,de vi.& hone.cleri.Si litera intelligatur secundum rectum intellectum & contrarium: nam ibi dicit, q̃ quandiu in in præmissis insistatur eo ipso amittatur,& ille versi. ſm verum intellectum refertur ad omnia precedentia,vt c.secundò.requiris,de appel.& l.Titia.§.idem respondit.ff. de verb. obl.& l. talis scriptura,ad fi.ff.de leg.j.Probat verbum præmissum, q̃ est verbum respectiuum.Confirmatur,illa cõstitutio est pęnalis, ideo in dubio debet recipere interpretationem in partem mitiorẽ. ff.de suspect.l.si hæc,& l.præses,& l. inter prætorem. ff. de pęnit. Etiam quia iste sublato matrimonio est impeditus ordinem exequi,& sic electio fuit impedimentum,temporali precedente electione.

Consequenter quęritur,quid de percutiẽte † clericum depositum.Sol. hic gl. variarunt.Io.& Ber. tenent q̃ percutiens incidit excõmuuicationis sententiam propter caracterem quem retinet, & in memoriam pristinæ dignitatis.ff.de decur.l.vlti.de conse.dist.4. ostenditur.Hoc no.in c.contingit,de sentẽ.excom.ibi Host.& Io.so. dist.accedens,& no.54.dist.c.2.81.dist.dictum,& in c.ad abolendam,de hæreti.§.j. Ala.& Bar. Brixien.tenent contrarium,istorum opinio videtur probari per c.degradatio,de pęn.lib.6. Vbi dicit tex. exutus omni beneficio & priuilegio clericali. sed qui omne dicit, nihil excludit. 19.dist.si Romanorum, de maio.& obed.solitæ.do. Io. An.in d.c.degradatio, dicit primã esse verã in verbaliter depositio.Si autem sit actualiter depositus, vera est opinio contraria.

Consequenter quæritur,quid † de clerico per saltum promoto : an percutiens ipsum sit excommunicatus? Solu. q̃ incidit. Nam licèt quis promoueatur per saltum,nihilominus caracter imprimitur,ratione cuius competit immunitas,vt in c.j.de cle. per saltum promo.

Consequenter quæritur, quid de percutiente promotum ad ordines nõ baptizatum.Solu.non incidit, quia non baptizatus non recipit caracterem ordinis, cum baptismus sit ianua omnium sacramentorum,de pręspi.non bapti.veniens,& quasi per totum.de sacra vnct.ca.vno.

Consequenter quęritur,quid de promoto contra voluntatẽ? an percutiens sit excommunicatus?Sol.vt no.gl.de bap. maiores.Nam ratione absoluta nullum dubium.Dic,aut cõditionale, & non gaudet priuilegio clericali nisi post ratificauerit tacitè vel expresè, & tunc etiam tenere videtur si ad sacrum ordinem promotus fuerit,& no.etiam in c.vbi ista.74.dist.

Consequenter quæritur, † quid de clerico seipsum percutiente irato animo :an sit excommunicatus? Apparet q̃ non, quia non iniicit manus violentas vt dicit canon,immò voluntarias, ergo non subiicit pęnę canonicę.Confirmatur,quia quilibet est moderator & arbiter in re sua.C.man.l.in re maudata,cum simi.Cõfirmatur,qa scienti & volenti,non fit iniuria nec dolus,vt regula,scienti, de reg.iu.lib.6.33.q.5.voluit.ff.de iniu.l.j.§.vsq; adeo.C.de transa.l. cum donationis.ff.de reg.iu.l.nemo videtur.Confirmatur,quia hic non vendicat &c.l.3.statim alleg.ff.de libe.homi. exhib. Nã non habetur liberum exitum,cum exire non possit sine pericu lo mortis naturalis vel ciuilis,etiam quia potest excommunicari inuitus præsumitur q̃ hoc faciat suadente Diabolo, vt disponit canon.Contrarium videtur sentire in c. at si clerici. de iudi. & tex.deprehensis &c.

Consequenter † quęritur de tenente clericum per vestes vel per frẽnum equi,ne clericus liberè transeat, sit excommunicatus.tenet Inno.q̃ sic, in d.c.nuper. quia violatur persona, licèt mediantibus rebus adhærentibus personæ,vt l.si quem fer.ff.de rei vendi.& in c.j.de consec.eccle.vel alta. lib. 6. Idem subdit de auferente res de manibus clerici,etiam si auferens fuerit Dominus vel possessor,vt commodans.c.vno.de commo.Hoc credo indubitanter, cum hic concurrant verba & mens canonis, hic animus & uiolentia personæ.vbi attendendum est q̃ aliquãdo fit violentia personæ quæ terminatur in personam, vt cum aliquis quem percutit,percussura enim remanet.Aliquãdo fit violentia personæ quæ non terminatur in personã, sed vlterius est transitoria,vt cum de manibus aliquid aufertur violenter, tũc fit violentia non immanens,vt dicimus in actione legis Aquiliæ directa & vtili.Vtranque autem violentiam comprehendit canon,si quis suadente.

Consequenter † quæritur,quid de occidente equum, cui insidet clericus,vel laniante vestes suas, scilicet quas habet clericus indutas,hic sunt opiniones.Quidam dicunt, occidẽtem nõ esse excommunicatum:quia dicũt,non fit violẽtia,sed solum fit iniuria,nisi pulsetur uel uerberetur.ff.de iniu.l.Cor. in prin. Dicit autem pulsari,si per frenum equi,uel per uestes teneatur, sed nõ dicitur pulsari si equus occidatur,uel uestes lacerentur,& in excommunicationẽ non incidit,nisi qui manus uiolẽtas iniiciat.

Source : BIU Cujas

17.q.4.ſi quis ſuadente,& pęnæ ſunt reſtringendæ, & de pęnit. diſt.j.pęnæ. Alii dicũt ꝙ ſi hoc fiat in iniuram clerici ꝙ ſit excõmunicatus, nam videtur iniuria fieri perſonæ quæ in veſtibus, quibus induta eſt,& ſimiliter equo cui inſidet. Secus ſi veſtes forẽt ſeparatæ à perſona & equus etiam ſi in prædictis caſibus fit violentia in perſona. ergo. alleg. c. contingit, de ſent. excom. hãc opi. credo veram per l. quæ religioſis. ff. de rei vend. & c.j. de cõſe. eccle. vel alta. lib. 6. Etiam licèt canon ſit pęnalis, eſt tamen fauorabilis attento ordine clericorum, cui indulgetur, & ſic illo attento vt fauor eſt ampliandus.

17 Conſequenter quæritur, quid † de furante corrigiam qua cinctus eſt clericus, vel veſtes quibus indutus eſt clerico dormiente? Dicit Inno. ipſum non eſſe excommunicatum, quia nullam infert violẽtiam perſonæ quæ non ſentit,& in talibus ponderanda eſt volũtas. ff. de fur. l. verum. ff. ad l. Cor. de ſica. l. diuus. ſed iſte nõ intẽdebat violentiam inferre, imꝰmo furto ſubtrahere. in hoc caſu, ſalua reuerentia tanti viri, ego crederem contrarium attẽtis iam dictis p eum. Nam ſm eum, ſi ſtat violentia circa res contingentes perſonas, cenſetur facta perſonis. Sed ſi furto ſubtrahantur, fit quædam violentiam. Nam furtum eſt ſubtractio rei inuito Domino. Inſt. de fur. in prin. Et differt à rapina, quia vnũ publicè, aliud occultè,& ſic cum fiat contra voluntatem Domini,& credo ꝙ ſit de mente, qualitercunq; quis tangit perſonam clerici iniuriosè in cano. vt no. Archi. in d.c.ſi quis ſuadente.

18 Conſequenter † quæritur, quid de clerico compellente per metum, vt ſibi aliquid det, vel compellẽtem clericum vt exeat de fundo,& poſt ingreditur, nunquid ſit excommunicatus? Dicit Innoc. ꝙ non eſt excommunicatus, quia nõ fit iniectio manuum in clericum, nec in res clerico adhærentes, ꝙ requirit canon, ſi quis ſuadente. idem dicit Inn. vbi licet alicui propria auctoritate rem inuadere de loca. potuit. vel ſm Vincen. vi repellere, de reſti. ſpo. olim. In primo caſu,& ſecundo puto ponderãdum metum, an ſit verbalis,& tunc ſit vera opi. Inn. an realis p contactum perſonæ etiam ſi non violentia præciſa eſt ibi, tunc crederem contrarium ponderata mente cano.

Conſequenter quæritur, quid de ſpuente in faciẽ clerici? Tenet Hoſt. ꝙ ſit excommunicatus, quia fit iniectio in clericũ. Idẽ dicam ſi manibus vel pedibus vel alia parte corpus lædat, licèt canon vtatur verbo manus attenta legiſlatoris mente & fauore ordinis clericalis, cui indultum eſt priuilegium.

19 Conſequenter quæritur, pone † fugiẽs vt facilius euaderet eiecit clericum de equo & equum aſcendit & fugit, an ſit excommunicatus? Quidam dicunt ꝙ non, quia ibi non eſt perſuaſio diabolica, ꝙ requirit canon. Alii, vt An. dicũt, ipſum excommunicatum, ſed mitius cũ eo agendum. 50. diſt. presbyteros. hoc idem tenet Bart. Brix. in ſua quæſtio. Dominicali, quæ incipit, Quidam cum fugeret, & contraria opinio videtur fortificari propter vrgentem neceſſitatem, de conſe. diſt. 6. diſcipulis,& in cano. ſicut, de conſe. diſt. j. & c.ſi quis propter neceſſitatem, de fur. Nam tempore neceſſitatis omnia debent eſſe communia. 47. diſt. ſicut hi. Confirmatur, iſte fecit ob tutelam corporis ſui, ergo iure feciſſe videtur. ff. de iuſti.& iure. l. vt vim,& l.j. C. vnde vi. pro hac opi. faciũt no. p Inno. in c. cum non ab homine, de iudi. Credo tutius tenẽdum ipſum excommunicatum, nam hic eſt iniectio violenta nec iure fit, ergo ſurgant verba canonis & mens. Nec ob. ꝙ licitum ſit ſe defendere, hoc verum ſine læſione tertii. Putarem tamen in impoſitione pęnæ ponderãdam qualitatem neceſſitatis, an ineuitalis, quia aliter euadere non poterat. An commoditatis, vt in ſimili no. in cle. ſi furioſus, de homi.

20 Conſequenter † quid de vibrante gladium vt clericum percuteret, quem tamen non percuſſit, quia non potuit? Sol. attentis verbis,& mente cano. duo requiruntur ad illationem pęnæ ſcilicet doloſa voluntas, ꝙ probat cum dicit, ſcilicet Diabolo inſtigante,& factum conſummatum, nec ſufficit attentatio. ſic ibi no. Arc. in d.c.ſi qs ſuadẽte, & per hęc & alia & ſimilia tenet Io. And. ꝙ in pęnam latæ ſententiæ nullus incidit per ſolam attentationem, niſi peruenerit ad actus conſummationem per c. perpetuè, de elec. lib. 6. vbi no. & tractat hoc in regula, in pęnis de regu. iur. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Regula, quæ habet quòd injiciens manus violentas in perſonam eccleſiaſticã, eſt excommunicatus, fallit multis modis.*
2 *Percutiens ſi credebat percuſſum eſſe clericum, cum non eſſet, an ſit excommunicatus.*
3 *Clericum ſi quis percutiat, quem credebat probabiliter laicum, non incidit in canonem.*
4 *Clericum incedentem in habitu laicali monitum non correctum percutiens, an excuſetur.*
5 *Iocosè manus iniiciens in clericum, non peccat.*
Magiſter gratia diſciplinę poteſt percutere clericum.
6 *Clericus repertus in adulterio vel ſtupro cum vxore, matre, filia, vel ſorore, an licitè poſſit percuti.*
7 *Manus iniicere in clericum poteſt quis auctoritate ſuæ prælationis vel de mandato prælati.*
Epiſcopus manibus proprijs etiam corrigendo nullum percutere debet.
8 *Seniores eccleſiæ pueros corrigere poſſunt.*
Ordo ſacer liberat à patria poteſtate.
9 *Injiciens manus in clericum depoſitũ et traditum curiæ ſeculari, an ſit excommunicatus.*

§. Sextus.

VIſa regũla, quæ habet ꝙ iniiciens manus violentas in perſonam eccleſiaſticam eſt excõmunicatus, p conſequens reſtat videre caſus exceptos à regula.

1 Nam fallit † in quatuordecim caſibus.

Primus, cum quis percutit clericum incedentẽ in habitu laicali, quem ignorat clericum, vt c. ſi verò. 2. de ſent. excom. Si autem percutiens vidit tonſuram,& tamen non credit ipſum clericum, tunc incidit, vt no. gl. in d.c.ſi verò. Nam p̃babilis ignorantia excuſat in primo caſu, cum quibus veriſimiliter pro tali haberi debeat, in quali habitu reperitur. C. de aquę duc. l. decernimus, li. 11. C. de fabri. l. ſtigmata,& c.ſi iudex laicus, eo. tit. lib. 6. Hic autem non excuſatur in ſecundo caſu, cum tonſuram viderit, & hoc verum, niſi ignorãtia probabilis inſurgat ex more patriæ qui debet attendi. ff. de fun. inſtr. leg. l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de pig. act. l. cum vniuerſorũ. nam alicubi laici tempore caloris deferunt tonſuram. Quid ſi percutiens †

2 crederet percuſſum clericum, cum non eſſet clericus? gl. in c. ſi verò, ꝙ percutiens pp conſcientiam eſt excõmunicatus, niſi certus poſtea efficiatur, alleg. c. quoniam multos. 11.q.3. ſm vnum caſum,& hoc operatur affectio opere ſecuto, de biga nuper, & c.ſi. ff. ad leg. Aquil. l. ſcientiam. In contrarium videtur, nam nõ debet iudicari ſm quod quis facere debet & intendit, ſed ſm ꝙ fit. ff. ad l. Cor. de ſicar. l.j. §. diuus. ff. de iniur. l. ſi cum ſeruo,& l. præcedenti. Et hanc credo partem veram,& ſic determinat gl. in c. in audientia, eo tit. Et moueor, quia vt quis incidat in canonem, requiritur perſuaſio Diabolica,& conſummatio facti qualificati, vt ſupra pluries deductum eſt. Quid ſi intendẽs percutere Titium laicum certans in perſona percuſſit Caium clericum? Alanus dixit ꝙ incidit in canonẽ, quia iniuriari voluit. ff. de iniur. l. eum qui. §. ſi iniuria, de fur. c. vlti. Tan. tenet contrarium, probat

3 per text. c. ſi uerò. Nam ibi dicit tex. ꝙ † ſi percutiat clericũ, quẽ credebat probabiliter laicum, non incidit. ergo ſic hic à ſimili ignorantia excuſabit ipſum à pęna cano. Nam temeritas & uiolentia ponderatur in pęna illius canonis, ut in c. j. & c ueniens, eo. tit. ff. de iniu. l. illud. §. illud. gl in c.ſi uerò, dicit opi. Ala. tutiorem. Pro opi. Ala. facere uidetur tex. nam ſi quis intendit furari aurum,& furatur ęs, tenetur furti æris. Sic ſi quis furetur ſaccum plenum pecunia, tenetur furti nomine ſacci. licèt nõ habuit intentionem furandi ſaccum. Credo opin. ueriorem de iure. moueor, quia ut uendicet ſibi locum pęna canonis, debet præcedere perſuaſio diabolica, ut in c.ſi quis. quæ hic non præceſſit circa clericum, ut probat thema quæſtionis. Non ob. l. allegata, quia utrobiq; committitur furtum, tam in ære quàm in auro ex ſola contrectatione, licet nõ ex qualibet & cuiuſlibet percuſſura qa incidat in cano. ſed ex qualificatione & qualificatis perſonæ.

4 Secundus † caſus eſt, cum quis percutit clericũ in habitu laicali incedentem, monitum nõ correctum, ut c. in audien. eo. tit. Iſtum articulum ſupra examinaui explicando cõtrarium c. perpendimus, ad c. in audien. Tertius eſt caſus in clerico gerente adminiſtrationem rerum ſeculariũ, ut in c. ſacerdotibus, ne cle. uel mo. Ex illo c. ſumũt aliq indiſtinctè argumentum, ꝙ eo ipſo ꝙ ſe ſic ingerit, ſit clericus priuatus priuilegio clericali ipſo iure, quod non eſt uerum, immò requiritur moniti o, ut c. in audientia. licet ergo Goffr. in ſumma ponat ipſum pro caſu excepto, indiſtinctè tenet gl. in c. ſacerdotibus, tenet ꝙ dixi. Idem tenet Vin. Phi. & Goff. Ibidem Innoc. & Hoſt. hoc uerum, niſi epiſcopus in ſinodo mandaſſet ſub pęna priuationis priuilegii clericalis, quia illud haberet locum trinę monitionis. Hunc intellectum probat tex. in c. ſacerdotibus, in

5 uer. ꝙ ſi poſtmodũ, ergo requiritur monitio Quartus † in eo, q iocosè iniicit manus in clericum, ut c.j. eo. tit. debet tamen moderari qualitas ioci. & ratio fallentiæ eſt, qa in pęna canonis põderatur perſuaſio diabolica quàm excludit iocus ipſius qualitate ponderata, arg. not. in c. j. de præſum. Quintus caſus in magiſtro, qui gratia diſciplinæ percutit ſcholarem, ut in c.j. eo. tit. tñ debet moderari modus percuſſionis, quia leuis permittitur magiſtro, ut l. 10. ff. ad l. Aquil. & not. in c. cum uoluntate. eod. titu. Sextus caſus in eo, qui repellit, uim ui à clerico ipſum propulſante, ut c.ſi uerò. eod. titu. hic ponderandum tamen quare uim ui repellat, de quo plenè tractaui in tract. de bello particulari ob tutelam corporis ſui & rerum ratio fallendi, quia naturaliter inductum eſt ſe defendere.

6 Septimus caſus † in eo, qui reperit clericum in adulterio uel ſtupro cũ uxore, matre, filia, uel ſorore,

Source : BIU Cujas

rore,vt c.ſi verò.j.de ſen.excõ. Sed quid in ea,quæ putatur vxor & non eſt?idem dicendum per ea,quæ habentur in l.ſi vxor. §.j. ff.de adul.faciunt quæ no.in c.pleriq;,de dona.inter vir. & vxo. in vlt.gl.& hoc tenet Vin.& Goff.in d.c. ſi verò. An autem nomine vxoris,intelligatur ſpõſa de præſenti?Glo.tenet q̃ ſic, q̃a lex permittit pro illa accuſare iure mariti. ff. de adul. l. vxor. §.j. An autẽ nomine matris intelligantur omnes aſcendentes? Gl. tenet quod non hoc caſu,quia non debet extendi licentia,vt c. tuæ,de deci. Hoſti.dicit hoc Tutius.Dicit tamen,q̃ lex addit excipiendo neptem & ſponſam,vt in auth.vt liceat mat.& auiæ.§. quia non ita comperiantur, colla. 9.fortè non foret abſurdum diſtinguere inter neptem ex filio vel filia,vt l.liberos,in fi. ff.de Sena.quia hęc eſt materia brocardica,nunc pertrãſeo,& in ſeq.

7 tractatu expediam.† Octauus caſus in eo,qui auctoritate ſuæ p̃lationis vel de mandato prælati iniecit manus in clericum. eo. tit.ex tenore,& c.vniuerſitas,& c.vt famæ.eo. tit.& intelligas in prælato corrigente,non tamen modum excedẽte,alias foret locus appellationi,de offic.ordi.irrefragabili. & punietur ſic excedens, de appell. de priore. leuis enim correctio eſt permiſſa, vt c.cum voluntate.eo.tit.cum ſimi. ibi no. fallit tamen in epiſcopo, qui nullum manibus propriis etiam corrigendo percutere debet.86.diſt.non liceat.C de epiſco.& cle.auth.ſiue quæ.In inferiore autem epiſcopo ſi mandat prælatus capi, etiam per laicum neuter eſt excommunicatus,vt c.vt famæ.eo tit.& c.ſi clericos,eo.tit.li. 6. Si autem mandat percuti & verberari mandet per clericum vel monachum idem ſi per laicum, tunc vterque eſt excommunicatus,vt c.vniuerſitatis.eo.ti. Ita etiam no. gl.in c.ſi clericos,eo.tit.lib.6.in gl. nodari. Epiſcopus tamen poteſt p̃priis manibus,vbi non habet clericum,per quem percutiat, vt

8 no.gl.in c.nõ liceat. 86.diſt. † Nonus caſus in inferioribus, aliàs ſenioribus eccleſiæ, qui pueros corrigere poſſunt, vt l. cum voluntate.eo.tit. hoc intellige modum non excedẽdo,vt ſupra tactum eſt.Decimus in Dominis corrigentibus.Vndecimus in p̃pinquis.Duodecimus in patribus corrigentibus filios hoc intelligendum,dummodò non ſint conſtituti in ſacris. Nã facer ordo liberat à patria poteſtate & ſeruili quo ad manuum iniectionem.54.diſt.ex antiquis,& c.frequens,& ſi ſeruus ſciente.Si autem tales perſonæ excedant modum,tenet gl.q̃ non ſint excõmunicati,in c.cum voluntate.eo.tit in gl.vlt.mouetur glo.quia canon exigit dolum,ſine quo violentia permittitur: ſed hæ manus ſunt charitatiuæ,licet caſu modus excedatur.Ego non credo glo.veram, nam limitata correctio eſt permiſſa patribus erga filios,& Dominis erga ſeruos,ſicut prelatis erga ſubditos per ſupra allegata.exceſſus ergo inducit pęnam,vt ſupra tactum eſt.

9 Decimustertius in eo qui iniecit manus † in clericum depoſitũ & traditum curiæ ſeculari,de iudi.cum non ab homine.17.q.4. ſi quis deinceps. hunc punctum expediui ſupra. Decimusquartus caſus, cum quis iniecit manus in clericum, qui transfert ſe ad vitam contrariam clericali,vt cum bigamiam cõtrahit. 84. diſt.quiſquis.& hunc articulum etiam ſupra expediui. Addi poteſt alius caſus in percutiente clericum,hæreticum,vt tenet Inno.in c.ſi verò.eo.tit.

SVMMARIVM.

1 *Vinculum excommunicationis in caſibus exceptis.per quos tollatur.*
2 *Legatus quilibet, an pro qualibet percuſſione clerico illata abſoluere poſſit.*
3 *Impotentes & delicati, qui non poſſunt adire ſedem apoſtolicam, per quos abſoluantur.*
4 *Leuis offenſa differt à mediocri & enormi.*
5 *Pubes,an debeat mitti ad ſedem apoſtolicam.*
6 *Mittendi ad ſedem apoſtolicam,qui non ſint regulariter.*
7 *Romanam eccleſiam ſi quis dicat non eſſe caput,eſt excommunicatus.*
8 *Statuta & conſuetudines qui ſeruari fecerunt contra libertatem eccleſiaſticam,ſint excommunicati.*
9 *Violantes bona eccleſiarum,an ſint excommunicandi per ſententiam.*
10 *Religioſi leges vel phiſicam audientes,an ſint excommunicati.*
11 *Caſus,in quibus quis incidit excommunicationem latam à iure.*
12 *Participans in diuinis cum excommunicato à Papa, an incidat in maiorem excommunicationem.*
13 *Vſurpantes bona eccleſiarum vacantium, qua excommunicatione ligentur.*
14 *Mendicantes ementes domos ad habitandum de nouo,an incurrant excommunicationem.*15.
16 *Caſus,quibus fertur ſententia excommunicationis à Deo mediante lege mortua,numero quot ſint.*
17 *Pater filio,Dominus ſeruo & libero excommunicatis, an verſa vice communicare debeant.*

§.Septimus.

1 MIſa regula & caſibus exceptis, ſubiungam huic, per quem hoc vinculum tollat?Et trado regulã, quod † per ſolum Romanum Pontificẽ tollitur hoc vinculum,vel per Legatum, de quo eſt attendẽdum q̃ licèt iura ſuper hoc diſponãt generaliter, videlicet, q̃ Legati quoſlibet abſoluant,vt in c.ad eminẽtiam,& c. ea noſcitur.& c.quamuis.eo.tit.& c.quod tranſlationem,de offi. leg. & intelligas de Legato de latere,tam en moderni in hoc variarunt.Hoſtien.fuit ſibi contrarius in c.q̃ tranſlationem,de offi. leg.tenuit q̃ legatus de latere abſoluat pro iniectione,quæ non ſit atrox & enormis, aliàs non poteſt. in c. ad eminentiam, tenet indiſtinctè pro qualibet iniectione poteſt abſoluere. Aliqui tamen excuſant cõtrarietatem Hoſt.dicentes q̃ Hoſt. intelligit q̃ cum Legatus abſoluit pro atroci aſſerebat ſe habere ſpeciale mandatum,& ſibi in hoc credendum eſt per ea,quæ no. de teſti. cum à nobis,de fi.inſtr.quod ſuper his.Guil.in Spec.eo.ti. idem tenet, videlicet, q̃ nõ poſſit abſoluere pro atroci. Ibi recitat Io. de Deo. quo ad Legatum autem intelligit enorme homicidiũ vel mutilationem non ſimpliciter ſanguinis effuſionem, & cũ

2 oſſium fractione. Abb. tenet q̃ † quilibet & pro qualibet percuſſione.hæc opi.videtur vera ſi ponderentur tex.ſtatim allegati,qui loquuntur generaliter,& etiam, quia cõceſſum Legatis, & ſic beneficium latiſſimè interpretandum, vt l.beneficium. ff. de conſtit.prin.& l.ſi quando.C.de bon.vacan.lib. 10. & c.dilectus, de donat. etiam, quia hoc fauorabile animabus, & ſic reſtringendum.

Stat ergo, quod ſolum per Romanum Pontificẽ, vel Legatum de latere abſoluuntur.Sed hæc regula etiam fallit in caſibus princi. cum ſit excommunicatus in mortis articulo,vt in canone,ſi quis ſuadente.17.q. 4. Reaſſumpta autem ſanitate tenetur accedere ad ſedem apoſtolicam, vt c.eos,de ſent.excom.lib.6.Secũdus caſus in eo,qui habet inimicitias capitales vel alias in eo,qui habet iuſtas excuſationes,vt c. decætero.Tertius in oſtiario, qui ratione officii clericum enormiter læſerat,vt c.ſi verò alicuius,eod.titu. Quartus in infirmo. Quintus in paupertate grauato. Sextus in ſenecture deprehẽſo. ita quod ad Romanam curiam accedere non poſſit,vt c. quidã de his,eo tit.Septimus in clauſtrali, cum peruenerit ad enormẽ læſionem,vt c.cum illorum, eo.tit. Octauus in muliere. Nonus

3 in his,qui non ſunt ſui iuris.Decimus † in impotentibus & delicatis,qui non poſſunt pati laborem eundi ad ſed.Apo.vt c.mulieres,eo tit.Vndecimus in his, qui leuem & non enormem læſionem intulerunt,vt c.peruenit,eo.ti.Ala. dixit q̃ ibi factũ fuit auctoritate Papæ,& idem ibi Inn.per verbum,duximus,&c. qđ in fi.ponitur.Pro hac opi facit c.ſi verò.eo.titu.Ibi enim eſt ſpeciale in oſtiario,q̃ abſoluatur pro leui offenſa,ergo in aliis contrarium eſt ius commune. ff.de leg.l.ius ſingulare,& l.j.ff.ad muni.Ad idem,c.cum illorum.eo.tit.Alij tenent q̃ de iure cõmu. hoc procedat aliàs ad quod poſita eſſet decre peruenit,in compilatione.19.diſt.ſi Romanorum, & facit principium compilationis Greg.Hanc opi.tenet Goffre.Vincen. Phili. & Tancre. q̃ hoc probant per integram, in cuius principio dicebatur q̃ epiſcopi poterãt abſoluere liberè ſenes mulieres,pueros qui in canonem incidebant,ſequebatur,de his autem &c.Hanc opi. approbat mundus,& ſic interpretata eſt conſuetudo, & ſic tenen

4 dum,vt l.minimè.ff.de legi.diſtinguitur † tamen inter leuẽ, mediocrem & enormẽ.in leui põt indiſtinctè,in mediocri quoſdã priuilegiatos vt oſtiarios & ſimiles,de quibus dictũ eſt,in enormibus nulli ſine ſpeciali mandato Papæ. hoc autem per quãdã extrauagan.quę incipiebat,proiectis,quam hodie nõ habemus, quæ attribuebatur Inno.tamen dicit ſibi reſponſum ab Inn. q̃ illam non ediderat.Guil.tamen alleg.illam pro Innoc.in Spec. in ti. de leg §.nunc dicamus,ver.quidem etiam dixi alibi.alleg. ipſam pro Alex.in Spec.in tit.de ſen.excom.vltra medium,diſtinxit inter generalem & leuem & leuiſſimã, & dicebat decre. peruenit,non loqui de graui,cum illam excludat,in leui poteſt ex ſpeciali cõmiſſione & gratia,ſm opi.Vin.alleg.l.apud Labeonem.§.prætor ait,vt ſi quod faciat,vt c. cũ te.de re iudi. de accu. cum dilecti,de pęn.diſt.j.§.ſed huiuſmodi,iſtam opinionem aliquantulum admiror nec concipio.Nam dicit q̃ in graui nõ p̃t, in leui commiſſione ex ſpeciali poteſt,& non aliter, non etiã in graui poteſt ex commiſſione ſpeciali. Et ſic inter hæc membra nulla erit differentia, etiam c.peruenit, loquitur in leui, nec eſt

5 tex.in mundo diſponens contrarium. Duodecimus † in pubere,vt in c.j.eo. tit. qui etiam poſt pubertatem poteſt de ante cõmiſſo,vt in c.fi.eo.tit.Decimustertius in ſeruo, cum Dominus multum grauatur in permiſſione ſerui,vel ſeruus manum iniecit in fraudem Domini,vt c.relatum.eo.ti. Decimusquartus eſt in monialibus,vt c.de monialibus.eo.ti. Decimusquintus in cõmuni viuentibus,vt c.quoniam.de vi.& hone.cle.Attendendũ tamen q̃ horum impedimentorum quædam ſunt temporalia, quędam perpetua.in temporalibus regulariter tempore abſolutionis iurant, quia reaſſumptis iuribus accedent ad ſedem apoſtolicam.fallit in impubere,vt c.vlt.eo.tit. & ratio, quia agitatũ tempore,quo caret diſpoſitione alias diſcretione, in perpetuis non eſt opus,vt claret:ſed in temporalibus niſi reaſſumptis viribus accedendo incidunt in idem vinculum,ut c.eos. eo.tit.lib. 6.Hoſt.dat uerſus qui fuerunt laco.Seiertæ Ebreduntię, in qui-

6 bus continentur illi,qui non ſunt mittendi † ad ſe.apo.regulariter,ut in c.ſecundo moues,& c nõ dubium ſexus,ut c.mulieres.Hoſt.ut c.decætero.puer,ut c.q̃uis,& c.j.& c.fi.officia.ut c.3.

delitioſus.

Source : BIU Cujas

delitioſus.hic prius Papa conſulitur,ut ſcilicet mulieres.§.j. inops,vt c.quidam,de his.eger.vt c.de his.& c.ea noſcitur.ſodalis. de vi.& hon.cle.quoniam.Ianitor.vt c.3.Aſtrictus, poteſtati alterius,vt c.relatis.dubius,vt cum deſideres,& c.ſi verò.cauſæ,iuſtæ ad eum eundum,vt c. quidam de his.leuis ictus, vt c. peruenit.debilis, vt cap. ea noſcitur. Hoc eſt primum genus excommunicationis.

De caſibus, quibus manus iniiciens in clericum nō ſit excommunicatus comprehendēdo, ſcilicet multos dantur verſus.

Officium zelusque,Doctor,paterque propinquus.
Affectus vxoris matricis Dominus vis correctio.
Incorrigibilis monitione trina præmiſſa.
Ludus quiſque ſit exemptus ſi ſit moderamine rectus.

Secundum genus excōicationis eſt, cum quis incidit hæreſim iam damnatam,vt ſunt illi,de quibus 23.q.j.c.j.& c.2.3.q.3.quædam.Tertium genus,ſi quis defendit hæreticū,vt c.ſic ait,de hæreti. Quartum genus eſt, cum quis dicat Romanam eccleſiam
7 † non eſſe caput.19.diſt.nulli fas. Quintum genus,cum quis pōt defendere clericum à violenta manuum iniectione & non defendit,vt c.quantæ.eo.tit.In hac autem variant Doct.quidā dñt hoc intelligendum vt ſonant verba, & hoc inductum eſt in fauorem clericorum,vt quilibet ad hoc arctetur, & hoc ratione iuris publici.j.diſt.ius publicum,de ſen.excom.cōtingit.Alii reſtringunt hoc ad illos, quibus hoc competit ratione iuriſdictionis,q hoc poſſunt rōne officii.23.q.4.forte.& c.duo iſta.De hoc tamen expreſſum eſt in c.dilecto.eo.tit.lib.6.Sextum genus eſt, cum quaſi iniicit carcerando clericum,vt c.nuper,eo.ti.hoc implicaui in primo genere. Septimum eſt contra cōtules,officiales,& angarias & ſimilia onera clericis imponentes,vt c.aduerſus,& c.non minus,de immun.eccl.poſt emanauit c.clericis,eo. tit.lib.6.ſtandum eſt cle.qñ,eo.tit.Octauum contra ſuccedētes proximè dictis, niſi intra mēſem errorem purgauerint,vt c.ad-
8 uerſus,in fi.de immu.eccl.Nonum contra illos,qui ſeruari † fecerunt ſtatuta & conſuetudines cōtra libertatem eccleſiaſticā, de quo in c.nouerit,de ſen.excom.& iſti incidunt, niſi deleuerint de capitularibus.Secundò,ſi ſeruari fecerint, etiam dato ꝙ non deleuerint.Decimum cōtra illos, qui talia ſtatuta fecerint. Vndecimum cōtra illos, qui ſm illa iudicauerint. Duodecimū contra illos,qui iudicata conſcripſerint,vt c.nouerit.eo.ti.Non ob.c.grauem.eo.tit.vbi videtur canon ferendæ ſnīæ,quia ibi excōicantur propter contumaciam in non cauēdo,ſed nihilominus denunciantur à iure excōicati,vel non eſt abſurdum excōicati à iure iterum excōicentur ab homine.Decimumquartū cōtra incendiarios & fractores eccleſiarum.ꝙ intellige in his, qui incēdunt vel frangunt eccleſiam, vel locum contiguum priuilegiatum intra ſpatium iuris limitatum.17.q.4.antiquitus.tales enim ſunt excōicati ipſo iure.12.q.2.cum deuotiſſimam.23.q.8. ſi quis membrorum.11.q.3.canonica.de ſen.excom.tua.& c.cōqueſti. Alii aūt aliter violantes † bona eccleſiarum ſunt excōi-
9 candi per ſnīam 23.q.vlt.peſſimam.12.q.2.indignè.18.q.4.quiſquis.Decimumquintum in eo qui electus eſt in Papam à minori q̄ à duabus partibus ſe ingerente & nō reſipiſcit,vt c.licet, de ele.Decimumſextum in caſu.§.ſi quis aūt infra.eo.c.licet.Decimumſeptimum contra falſantem per ſe vel alium literas Papales.Decimumoctauum contra eos, qui ſcienter vtuntur literis ſic falſatis,vt c.ad falſariorum,de crimi.fal.Decimumnonū cōtra illos,qui deferūt arma, ligamina, & ſimilia prohibita faciūt fauendo infidelibus in præiudicium eccleſię,vt c.ita quorundā & c.ſignificauit,quod olim,de ludæ. Secundò contra illos, qui tractant de locando hoſpitia ſcholarium ante tempus,vt c. quidam,de loca.& c.j.Quidam tamen dicunt illam decre. eſſe localem. Quidam dicunt eam eſſe generalem, & hæc eſt communior opin.vt ibi not.licet Boa. ibi teneat, quod ſit canon ferendæ ſententiæ.

10 **Vigeſimumprimum** contra † religioſos leges vel phiſicā audiētes,vt c.ſuper ſpecula.& c.non magno.ne cle.vel mo.Vigeſimū ſecundum contra plebanos & archipresbyteros leges & phiſicam audientes, niſi intra ſpatium duorum mēſium deſtiterint, vt d.c.ſuper Spec.in fi.& eo.tit.c.j.lib.6.de quo dicēdum,vt vtrobiq; no.Vigeſimumtertium contra ſagittarios,vt c. vno, de ſagit.de quo dic vt ibi no.Vigeſimumquartum, cum quis participat in crimine cum excōicato,vt eo.tit.ſi concubinæ,& c. nup. Vigeſimumquintum contra illos,qui Romanos vel alios nauigantes expoliant,vt c.excōicationem,de rap.& dic vt ibi.Vigeſimumſextum contra illos, qui innitūtur ordinationibus factis à ſchiſmaticis, & alienationibus factis ab eis, de ſchiſma.c.j. Hi
11 ſunt caſus,† quibus quis incidit excōicationē latā à iure, qui reperiunt à iure veteri expreſſi. Verum quia inter hos enumerāt caſum,cum quis participat in crimen, additur huic caſus cū qs participat ſciēter ī diuinis cū excōicato à Romano Pōtifice, vt c.ſignificauit.eo.ti.Illud tñ c.habet multos intellectus,aliqui intelligunt eadem ſnīa quo ad participationē ſacramētorū, & ſic minor.Alii dñt ꝙ ibi erat excōicatus cū participibus ſuis,11.q.3. excellentiſſimus,& c.quod in dubiis,eo.tit.Alii dñt ꝙ ibi participi pauerāt in eodē crimine & hāc tenet gl.in d.c. ſignificauit. Alii dñt ſpeciale in Papa,& hoc tenuit Ber.in c.à nobis,de excep. in vlt.gl.Alii,vt Goffr.dñt, ꝙ participans in diuinis cum excōicato à Papa incidit in maiorem, † & ſic ſpeciale ꝑ excommuni-
12 cantem,& ex qualitate participii.Io.dicebat ſpeciale rōne qualitatis participii nō attēto excōicāte.hæc no.11.q.3.ſi quis ep̄m. Hoſt.dicit,ꝙ quinq; requiruntur vt incidat.ſ.ꝙ ſic clericus,ꝙ participet ſcēter,ꝙ ſpōte,ꝙ in diuinis,ꝙ cū excōicato à Papa.alii dicūt ꝙ illa decre.inducit nouam ſpeciem excōicationis. hoc nō patitur litera,quæ loquitur de præteritis,& dicit nō dubitamus.

Sunt & alij caſus inducti per conſtitutiones ſexti, & licèt gl.enumeret in c.eos.eo.tit.lib.6.tñ hic repetam,vt excōicationis materia pateat. Primus & ſecundus contra delinquentes tpe electionis Romani Pontificis, de elec.vbi periculum.§.nulli,& §.ſi prēmiſſa,de elec.lib.6.Tertius contra offendentes eccleſiaſticā perſonā vel cōſanguineos, qa non elegerunt ad eorum inſtātiā,vt c.ſciant cuncti.co.tit.lib.6. & ibi offendens in prædictis,& ex illa cā clericū incidit excōicationem dupl.cano.ſ.cano.ſi quis ſuaden.17.q.4.& illius conſti-
13 tutionis.Quartus † contra vſurpantes bona eccleſiarū vacātiū, vt c.gñaliter.eo.tit.Quintus contra ſeminantes diſcordiā in electionibus abbatiſſarum,vt c.indēnitatibus.§.poſtremo. eo. titu. Sextus in c.fundamēta.eo. tit. Septimus contra procurantē cōſeruatorē procedere contra formā iuris,vt c.vlt.§.pars verò.de offic.deleg.lib.6.Octauus contra extorquētē per metum abſolutionē,quod me.cau.c.vno,lib.6.Nonus in ſimulante contra diſpoſitionem c.mulieres,de iud.lib.6.Decimus contra obediētē Imperatori depoſito in caſu.c.ad apoſtolicę.de re iud.lib.6.Vndecimus contra inducētes perſonas eccleſiaſticas ad ſubmiſſionē bonorū & iuriū,vt c.hac conſultiſſima,de reb.eccl.non alie.
14 lib.6.Duodecimus eo.c.ad fi.Decimustertius contra † mēdicātes emētes domos ad habitandū de nouo,de reli.do.c.vno, lib. 6.Quartusdecimus contra imponentes clericis pedagia, vt c. q̄quā,de cenſi. lib.6. Decimusquintus contra grauantes clericos collectis,grauaminibus &c.vt c.cleri.de imm.eccl. Decimusſextus infra,eo.c.verſ. prælatis.iſti ſunt ſublati per clem. qñ,de immu.eccl.Decimusſeptimus contra violantes libertatē eccleſiarū & clericorum per indirectū,vt c.vlt.de immu.eccle.lib. 6. in prin.Decimusnonus eo.c.ad fine.Vigeſimus contra diſputantē publicè de fide catholi.de hæreti.c.2.2.reſpon.lib.6.Vigeſimusprimus eo.c.j.reſponſo.Sed primus eſt canon ferendæ ſnīæ. Vigeſimuſecūdus in caſu c.vt inquiſitionis,in fi.de hære.lib.6.Vigeſimustertius in caſu c.vnici,de ſchiſma.lib.6. Vigeſimusquartus contra aſſaſinos,vt c.pro humani.de homi.lib.6.Vigeſimus quintus de iniur. c. vno. Vigeſimuſextus contra inſequentes Cardinales,de pen.felicis.§.præſenti. lib.6. Vigeſimuſeptimus. eo.c.ad fi.Vigeſimusoctauus in c.quiſquis, de ſen. excom.lib.6.
15 duo.in c.eos.eo.tit.& lib.vbi.gl.enumerat. Hi ſunt † inducti per conſtitutiones 6.lib.per conſtitutiones autem 18.clem.

Quinquaginta caſus eliciūtur,quorum 16. reſerūatur Papę.Primus de ſeque.poſ. c.j.Quatuor in cle.j.de ſepul.Quatuor.de deci.c.j.2.de ſta.mo. c. j.§.quia verò.12.eo.titu.c.2.13.& 14.de reli.do.c.j.Alii ſex,& ſic 20.de conſa.& affi.c.j.3.& ſunt Ap.ſedi reſeruati.de pen.c. j. duo eo.tit.cupientes,in prin.Quadrageſimustertius eo.tit.§. quia verò.Quadrageſimusquintus de ſen.excom.c.j. Quatuor qui ſunt de ſen.excom.c.2.5.de ſen.excom.cū ex eo.Dico aūt taciti duo hūr de ſum.Tri.& fi.ca c.vno.§.porrò.de vſur.ex grandi.in fi.gl.
16 enumerat hos in cle.j.de ſen.exc.& ſic oēs caſus, † quibus fertur ſnīa excōicationis à Deo, mediante lege mortua ſunt nu. 102. Verum eſt ꝙ Bonifacius poſt compilationem 6.addit duos per extrauag.deteſtandæ,& ſtatuimus.Nec procedūt in maiori, nā minor ēt fertur à canonem,vt c.nuper.de ſen.excom.cum ſim. Ex his infertur qualiter à Deo mediante canone fertur excōicatio maior. fertur autē excōicatio minor à canone ꝑ ſimplex participium,vt c.nuper.eo.tit.2.q.3.excōicatos,& c.cum excōicato.& c.ſi inimicus fallit tñ in perſonis, quæ enumerantur ea. cauſa & q.quoniam multos,&c.inter alia.eo.tit. c. aūt qñ multos,multiplicem habet intellectum,vt ibi no. & c.inter alia.eo. tit.& ibi.11.q.3.excōicatos,& c.cum excōicato,& c.ſi inimicus,
17 & c.qñ multos,vero.An † verſa vice pater filio,Dñs ſeruo & libero excōicatis cōicare debeant? Item Inn.in c.inter alia, ꝙ nō. Et gl.in c.qñ multos,licet contrarium videatur notare. 22.q.5. de forma. vbi tamen loquitur in vaſallo. An debitor creditori excommunicato ſoluere debeat.gl. no.in c.nos ſanctorum. 15. q.6.Inn.in c.veritatis,de do.& contu.& c.cum noſtris,de cōceſ. præben.uide in c.nos ſanctorum,prælleg.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia excommunicationis, qualiter à Deo mediante hominis miniſterio feratur.*

Excommunicatio eſt mucro epiſcopalis. 2.

Sacerdotes curati non habentes iuriſdictionem an poſſint excommunicare.

3 *Sacerdos an habeat poteſtatem excommunicandi & abſoluendi quo ad poteſtatem clauium, ſiue fori pœnitentialis.*

4 *Præla-*

Source : BIU Cujas

* *Prælatus ſi habet iuriſdictionem temporalium in aliquos, nec præſit aliàs iuriſdictioni ſpirituali quo ad eos, an excommunicare poſſit.*
5 *Priuato & non ſacerdoti conſuetudo, an poſſit ius excõicandi acquirere.*
6 *Conſuetudo neminem examinat.*
7 *Facultas excommunicandi præueniens ex poteſtate clauium, competit ſoli ſacerdoti & nulli alij.*

§. Octauus.

1 RESTAT videndum, qualiter à Deo mediante homi nis † miniſterio feratur ſententia excommunicationis, vbi ſciendum quòd aliqui volunt dicere quòd ſolus epiſcopus excommunicationis ſententiam promulgare poteſt per excluſionem inferiorum. Hæc probant, quia excommunicatio eſt mucro epiſcopalis. 16. q. 2. viſis. Vbi dicit, felici mucrone epiſcopi ſacerdotum piacula reſeruentur. & ſecundum Augu. damnatio nominatur, quam fecit epiſcopale iurameutum, quia pena nulla maior. 24. q. 3. corripiantur. Alij dicunt, q̃ non ſolum epiſcopi, ſed etiam inferiores prælati, qui præſunt collegijs, vt abbates etiam non benedicti, dummodò ſint confirmati, de ſimo. ſicut tuis, de offic. ordi. cum ab eccleſiarum. Tertij dicunt q̃ quilibet ſacerdos poteſt fulminare excommunicationis ſententiam, alleg. c. nemo. 2. q. j. 16. q. 4. c. j. de offi. ordi. 16. q. 3. experientiæ, & c. ſacerdotibus. Alij dicunt, q̃ epiſcopi ſoli per excluſionem inferiorum excommunicare poſſunt cum illa ſolennitate, de qua loquitur
2 c. dicunt. 11. q. 3. Illa enim † vocatur mucro 16. q. 2. viſis 24. q. 3. corripiantur. Alij autem inferiores prælati habẽtes iuriſdictionem ſpiritualem in loco ex conſuetudine, priuilegio vel iure commu. cum per electionem aſſumuntur, poſſunt excommunicare etiam maiori, etiam ſi non ſint presbyteri 25. diſt. perlectis. 63. diſt. ſi in plebibus, de offic. arch. c. 2. de appel. reprehenſibilis, de maio. & obed. cum in eccleſijs, de offic. ordi. quanto. Et hoc procedit etiam ſi non habent curam animarum. Nã ſatis eſt, q̃ habẽt iuriſdictio. & ſi cognoſcere, & diffinire poſſunt inter ſubditos, aliàs iuriſdictio ſine modica coerctione foret nulla. ff. de offi. eius, cui man. eſt iuriſd. l. fi. de offi. dele. ex literis.

Sacerdotes etiam curati non habentes iuriſdictipnẽ, non poſſunt excommunicare, ſecũdum Ray. cum nõ poſſint cognoſcere & iudicare inter ſubditos, niſi fortè ex conſuetudine, quæ iuriſdictionem dat aliàs non habẽti. 9. q. 3. conqueſtus, de elec. dudum. §. tandem. de fo. compe. cũ
3 contingit. Hoſt. autem tenet, q̃ † ſacerdos habet poteſtatẽ excõmunicandi & abſoluendi quo ad poteſtatem clauium, ſiue fori pœnitentialis, ſed non exercitium. Si non habeat curã tunc cũ cura, habet exercitium illius poteſtatis in oĩb. quæ expediũtur ſine libelli oblatione, & ſine ſtrepitu iudiciario. 11. q. 3. c. audi. & c. qũo ſacerdos. 2. q. 7. §. item Dauid. 16. q. j. alia. de eo qui fur. or. re. c. j. In occultis autem, quæ requirunt indaginem iudiciariam, non põt ſimplex ſacerdos, niſi conſuetudo vel indulgen tia hoc concedant, vigore. n. conſuetudinis potẽſt excõicare & interdicere, de reſcri. ex parte decani, de conſue. cũ inter nos. Si aũt aliquis habet curam parochiæ, nec ſit ſacerdos, excõicare non poterit quo ad poteſtatem clauium, quam nõ habet. Si
4 autem prælatus habet iuriſdictionem † tpalem in aliquos, nec præſit aliàs iuriſdictioni ſpirituali quo ad eos, ipſe excõicare nõ poterit, ſed procedet ꝫ ipſos vt iudex ſecularis, vt de offi. ord. dilectus, de iure pa. cum dilectus. Et eſt ratio, quia talis eſt ptãs iuriſdictionis ſpiritualis, vt ſ. dictũ eſt. Si aũt vtranq; hẽret, vtroq; gladio poterit, qui fi. ſint leg. per venerabilem, de app. fi duob. & c. Romana. in fi. eo. tit. lib. 6. Ex prædictis cõcluditur facultas excõicandi procedens ex poteſtate clauium ſiue fori pœnitẽtialis competit ſacerdoti & alij non & ipſam exercet, nã præpoſitus eſt curæ, niſi ſit conſuetudo contraria vel ſuperioris inhibitio. facultas autem excommunicandi procedens à iuriſdictione ſpirituali cõpetit prelatis habentibus ordinariam de iure cõi ex conſuetudine vel priuilegio ſpeciali, vt dicit Inn. in c. cũ ab eccleſiarũ, de offi. ordi. ad hoc vt talis ꝑpetat facultas, requiritꝫ ſit clericus, vel religioſus, vel electus p vniuerſitatẽ eccleſiaſticã, & q̃ ad dignitatẽ principalem, alias non ordinariam, niſi conſuetudo vel priuilegium concedat ẽt non habenti iuriſdictionem ſpiritualem à prælato eccleſiaſtico, vt delegato ꝑpetit habenti ordinariam non principaliter vt vicario ordinarij.

5 Sed dubitari conſueuit, † nunquid priuato & nõ ſacerdoti cõſuetudo poſſit ius excõicãdi acquirere. Super hoc fuit antiqua contentio. Aliqui dicũt, q̃ ex conſuetudine non põt induci q̃ priuatus clericus hoc ius q̃rat. Et eſt ratio. nam hoc ius conceditur à Deo vel eius vicario, vel à iure. de talibus n. & nõ de alijs intelligitur, q̃ ſcribiꝫ Mat. 16. c. quodcunq; ligaueris, &c. & 18. c. amen dico vobis, quẽcũque ligaueris ſuper terram, ligatus erit & in cęlis, & eo. c. pe. Accipite Spiritum ſanctũ, quorum remiſeritis peccata, remittunt eis: & quorum retinueritis, & c. non poſſunt ergo ſimplices clerici hoc ius conſuetudine quærere, cum nec poſſint poſſidere. Sicut nec laici poſſunt poſſidere ius, ꝑfeſſiones audiendi, & abſoluendi in foro pœnitentiali, de pęn. & remiſ. omnis, vel clericos iudicandi, de iudi. decernimus, vel ius decimandi, de p̃ſcrip.
6 cauſam quæ fortificari poteſt hæc opin. quia † conſuetudo neminem examinat, ſed quemlibet admittit. 8. diſt. conſuetudo. Inſti. de iure natu. §. ex non ſcripto. ſed hæc non ſunt committenda, niſi diligenter examinato. de ęta. & qua. c. pe. de elect. nihil. j. q. j. ecce cum honoris, & not. Hoſt. poſt Inno. de fo. compe. cum contingat. & hanc opi. recitat Inno. in c. olim. el 3. de reſti. ſpoli. hoc ius præſcribere põt ſicut alia ſpiritualia iura, dum tñ ſit capax illorum, de his quæ fi. à ma. par. ca. q̃ſiuit. Nam ſunt eꝑi, qui habent hanc poteſtatem à iure. 24. q. 3. corripiãtur, poſſunt hanc poteſtatem alij concedere vt no. de offi. ord. cum ab eccleſiarum, ſic per patientiam & tacitum ꝯſenſum poſſunt clerici, in quib. hoc ius cadere poteſt, poſſeſſionem iuris quærere, dũmodò bona fide vtantur, de his quæ fi. à ma. par. ca. queſiuit, de præſcri. auditis, & c. olim. lo 3. de reſt. ſpo. & no. in c. dilectus, de re. do. & c. conquerente, de offi. ordi. & c. cum contingat, de fo.
7 compet. Ego autem ex his, quæ dicta ſunt, pondero, † q̃ facultas excõicandi perueniens ex poteſtate clauium, cõpetit ſoli ſacerdoti & nulli alij. Nec hanc facultatem præſcribere poteſt p̃ iura ſ̃. inducta, facultas autem proueniens ex iuriſdictione ſpirituali quę competit cuilibet prelato habenti ordinariam à lege, conſuetudine, vel priuilegio, illa præſcribi poteſt per capacem iuriſdictionis ſpiritualis per iura ad hanc partem inducta. Credo tamen q̃ ſimplex clericus ſolum articulũ excommunicandi non poſſet præſcribere, ſed totalem & vniuerſalem iuriſdictionem ſpiritualem poteſt præſcribere, qua præſcripta eidem tanquam ordinario habenti iuriſdictionem ſpiritualem ex cõſuetudine competit hæc facultas excommunicandi, ſic ſaluo veriori iudicio concordari poſſent opin. hincinde alleg. Ex his infertur, à quo ſententia excommunicationis ferri poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis ſententia, contra quem ferri poſſit.*
Perdere nemo poteſt, quod non habet.
2 *Homo mortuus, non eſt homo.*
3 *Crimina morte extinguuntur.*
4 *Iudæus ſiue paganus, an ſit directè capax ſententiæ excommunicationis.*
5 *Communio extrinſeca, quæ ſit.*
6 *Catholicus ſolus poteſt directò excommunicari.*
Catholicus quilibet eſt ligabilis canone papali præter Papam.
7 *Capite languente, cætera membra languent.*
8 *Prętor ſe ſubijciendo ſubdito, poteſt ab eo iudicari.*
Papæ delegatus ſuperior eſt omni ordinario.
9 *Motu naturali præcisè nihil ſeipſum mouet.*
Inferior ſphera non mouet ſuperiorem.
10 *Abſolutio fauorabilior eſt quàm condemnatio.*
11 *Archiepiſcopus, an poſſit ſententia ligari, qui eſt ordinarius prouinciæ.* 12.
13 *Epiſcopus vt epiſcopus, archiepiſcopus vt archiepiſcopus, qualiter incidat in ſtatutum fulminatorium.*
14 *Appellatur de archiepiſcopo ad ſynodum, cui ipſe archiepiſcopus præeſt.*
15 *Minor iudicat ſuperiorem ſe ſubijcientem & conſentientem.*
16 *Superior ſubditum ratione domicilij, vel delicti, vel contractus exiſtentem extra territorium ſuum, nunquid ſua ſententia excommunicare poſſit.*
17 *Subditus licèt extra territorium poſſit citari, non tamen poteſt per non comparitionem conſtitui contumax vt excommunicetur.*
Sententia excommunicationis ſecum trahit executionem.
18 *Executio, an poſſit fieri contra ſubditum exiſtentem in alieno territorio, quo ad perſonam, vel quo ad bona ibi exiſtentia.*
19 *Excommunicatio ligat animam per ſe, non autem concernit locum, nec corpus directè.*
20 *Subditus ſi ratione domicilij vel delicti latitet, & non faciat copiam ſui, poteſt citari in loco habitationis, & conſtituetur cõtumax ſi non cõpareat.*
21 *Impunè non paretur ius dicentis extra territorium.*
22 *Statutum an liget ad pœnam excommunicationis committentes extra territorium.*
Subditus ratione domicilij ſi alibi delinquat, puniri poteſt & conueniri per iudicem domicilij.
23 *Subditi alibi delinquentes, an incidant excommunicationis ſententiam latam à ſtatuto per verba expreſſa.* 24.
25 *Subſtantia deſtructa, tollitur qualitas.*
26 *Error à iure improbatus, quando inſurgat.*
27 *Verborum expreſſio, an augeat vel minuat iuriſdictionem.*
Imperator eſt dominus totius orbis.
28 *Princeps non ſolùm, ſed & ciuitas ſtatuere poteſt & pœnam infligere, ne ſubditus eum hoſtibus communicet.*
29 *Statuta quæcunq;, an porrigant effectum extra territorium.*
30 *Generalis & ſpecialis interdictio, an æquiparetur.*
31 *Actus ſpectans ad iuriſdictionẽ voluntariam conceſſus ab inferiori à Principe, nunquid poſſit exerceri extra territorium permittentis.*
32 *Solennitas, de qua diſponit ſtatutum, ſeruari debet in confectione actus.*
33 *Facta coram vno iudice, fidem faciunt coram alio.*
34 *Inſtrumentum confectum per notarium ciuitatis, an porrigat effectum extra ciuitatem.*

Source : BIU Cujas

35 *Legitimatio facta per Papam non trahitur ad ea, quæ non ſunt ſuæ iuriſdictionis.*
36 *Statutum non emancipat ſed patitur, ſeruata forma ſtatuti.*
37 *Excommunicatus per ſuum ordinarium, vbiq; eſt excommunicatus.*
38 *Excommunicatio lata contra ſubditum ſub conditione, & conditione purificata reperitur ſubditus de alieno foro, an ligetur hic. 39. 41.*
40 *Excommunicatio, an afficiat perſonam, & trahat ſecum executionem.*
42 *Sententia, quæ nulla eſt, ratihabitione reconualeſcit.*
43 *Papa habet plenitudinem poteſtatis.*
44 *Auctoritas vel iuſſus vbi à principio deſideratur, approbatio ſequēs actum nihil operatur.*
45 *Proteſtatio cum ſit facto repugnans, non nocet.*
Iuriſdictionem à ſe nemo poteſt abdicare.
46 *Fomento inſpecto ponderari debet iuriſdictio.*
47 *Expreſſio voluntatis, quid operetur.*
48 *Subditus ignorans, excommunicari an poſſit.*
49 *Ignorans non ligatur excommunicatione quo ad Deum.*
50 *Excommunicatus ſi moriatur antequàm ſciat ſe ligatū, liber eſt apud Deū.*

§. Nonus.

CIRCA hunc articulum, ſcilicet contra quem excommunicationis ſententia ferri poſſit. Eſt attendēdum
1 ꝙ † excommunicationis ſentētia ferri poteſt in hominem catholicum ſubditum canonibus vel homini proferenti. Dixi primò in hominem, per hoc excluduntur bruta, & c. animalia. Nam talia non ſunt obiecta proportionalia excommunicationis. Et eſt ratio, nam excommunicatio ſeparat à communione fidelium & ſacramentorum, ſed alia ab homine non ſunt capacia ſacramentorum nec hominum: ad alia eſt vera communio, ergo ab illis excludi non poſſunt, cum ꝙs non poſſit perdere ꝙ non habet. ff. de iniu. teſta. l. nam ad id qđ. ff. de regu. iur. non videtur re excluſus qui rem non habet. j. q. 7. Daibertum. Et dico ꝙ non habet re vel ſpe. vel ceſſent contraria de canone, quia iuſta. 5. q. 6. 20. q. j. puellæ. 23. q. 4. Guiliſarius. 27. q. 2. §. ex his. Alia ab homine autem non ſunt capacia ſacramentorum nec re, nec ſpe. per hoc quod dixi hominem, videt etiam excludi homo mortuus. Nam † homo mortuus non eſt
2 homo. 32. q. 2. Moyſes, de celeb. miſſ. in quadam, in cle. j. de ſum. Trin. huic tamen contradicunt tex. 24. q. 2. ſanè, pfertur, de hæreti. ſi epiſcopus. Hinc attendendū, ꝙ hoc caſu homo mortuus in caſibus ſpecialibus includitur, vt in crimine hæreſis, & in crimine notorio decedente, vt not. 24. q. 2. in ſum. de hæreti. ſi epiſcopus. 23. diſt. quorundam. 88. diſt. neq; de ſen. excom. à nobis. & homo mortuus excludi poteſt à ſacramento ſepulturæ & à communione orationum, quia non orabitur pro eo. Sed videtur contra. Nam in vltimo inſtanti mortis pœnitere potuit, & præſumitur pœnituiſſe. 26. q. 7. qui recedunt. de homici. ſignificaſti. j. q. 7. ſancimus. ergo licet pœnitere potuerit eccleſia militans, non debet hoc præſumere, quæ non iudicat de occultis, vt c. agite, de pœn. diſt. j. aliàs regulariter homo mortuus excō-
3 municari non potuit, quia † crimina morte extinguuntur. 23. diſt. quorundam. C. ſi re. vel accuſ. mor. fue. l. j. C. ne ex deli. defun. l. vno, tamen in c. neq; 88. diſt. quod poſt mortem in caſib. ſpecialibus ſit excommunicatio potius ad terrorem quàm ad effectum alium inducendum. In puncto pondero, ꝙ mortuus non poteſt excommunicari à canone, quia poſt mortem non poteſt delinquere, & ſententia cano. fertur propter crimen, ab homine autem non poteſt propriè excommunicari, nam excommunicatio lata ab homine requirit monitionem præcedē tem, quæ conſtituat ipſum contumacem. 24. q. 3. de illicita. de ſent. excom. ſacro. Homo autem mortuus moueri non poteſt, nec contumax conſtitui. Etiam quia excommunicatio generaliter excludit à ſacramentis, quorum mortuus non eſt capax, p̄terquàm ſepulturæ, hæc iura quę loquuntur in caſibus ſpecialibus, de quibus. s̄. intelliguntur potius de declaratione præcedē-tis vinculi quàm ſequentis, propter ꝙ executiuè fit denegatio ſepulturæ & communionis orationum, & ſimilium. Dixi ſecū-
4 dò catholicum: nam † Iudæus ſiue paganus non eſt directè capax ſententiæ excommunicationis, & eſt ratio. Nam vt s̄. tactū eſt, quis perdere non poteſt, quod nō habet re. nec ſpe, vt regula, non videtur excluſus. ff. de reg. iur. & j. quæſt. 7. c. Daibertum, & c. quod autem, de iure patr. & l. traditio. ff. de acquiren. re. domi. Tales autem carentes ſacramento baptiſmatis non ſunt capaces ſacramentorum & communionis fidelium vt fidelium, ergo verum eſt quòd per directum coerceri non poſſunt per eccleſiam, vt c. quanto, & c. poſt miſerabilem, de vſur. & not. in cano. multi. 2. quæſtio. j. & cap. gaudemus, de diuor. probat text. de deci. c. decer.

Hic pondero, ꝙ duplex eſt communio fidelium, quædam eſt intrinſeca & inquantū catholica, & extra hanc ſunt iudæi & infideles. Nam hæc eſt cō-munio ſacramentorum & aliorum, quæ ſupponunt articulos & fundamentum fidei, & extra hanc ſunt Iudæi & infideles, & de hac loquuntur tex. de his, qui foris ſunt, nihil ad nos. 2. qō. j. multi. de diuor. gaudemus; cum ſimilibus. Alia eſt communio
5 † extrinſeca. quę debetur catholicis non inquātum catholicis, ſed inquantum homines qui ſunt aliàs ſociabiles, &c. vt dicit Philoſophus 2. Politicorum, vtpote in commercijs & ſingulis alijs actibus humanis, & à talibus nō ſunt excluſi iudæi, nec infideles, niſi hoſtes, & à tali communione non poſſunt directè, cum præceptum excluſionis terminetur in eos, quia non ſunt ſubditi, & ſic non ligantur præcepto, vt l. extra territoriū. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & c. 2. de conſtitu. lib. 6. Sed per indirectum poſſunt interdicendo catholicis communionem talem cum talibus. Nam propriè hæc eſt excommunicatio, ſic intelligitur. cap. quanto, & cap. poſt miſerabilem, de vſur. & ca. decer. de de-
6 ci. & cap. Iudæi, de Iudæis. Solus ergo catholicus † excommunicari poteſt directò, quod probatur 24. quæſt. 3. §. ſi autem, poſt medium. Tertiò dixi ſubditum canonis vel hominis proferentis. Hic attendendum eſt quòd traditur regula quòd quilibet catholicus eſt ligabilis præter Papam canone papali. Papa verò non, vt l. Princeps. ff. de legi l. digna vox. C. eod. tit. Et propterea aufertur quòd Papa communicans cum excommunicato nō intendens per talem communionem ipſum abſoluere, non incidit ſententiam canonis, quia abſolutus eſt à canone. Ita not. glo. in cap. nulli, de ſenten. excommunic. libr. 6. vbi hoc tenet Vin. Tan. Goff. & Phi. & nota. etiam in cap. ſi aliquem. eod. titu. & Ioan. 93. diſtinct. ſi inimicus, & cap. ſtatuimus, in glo. de ſenten. excommunic. lib. 6. Subeſt alia ratio. nam ſi ligaretur ſentētia canonis, tunc ſeipſum ligaret, cum ipſe ſit canon animatus in terris. 9. quæſt. 3. ipſi ſunt. 5. quæſt. 4. §. quod verò abſque, verſ. ipſi ſunt. Subeſt etiam tertia ratio. Nam ſi Papa manens Papa excommunicari poſſet, tūc totum corpus interiret, cum Papa ſit caput corporis myſtici, vt s̄. tactum eſt, quo languente † cæ-
7 tera membra languent. 6. q. j. §. nullum. Et ſic eſſet dare corpus ſine capite, quod mōſtruoſum foret. Credo tamen Papam excommunicari poſſe excommunicatione, quæ ſeparat à Deo tantum, vt propter mortale peccatum, immo quia ſine compa ratione creatus eſt maior, ſic ſine comparatione à Deo lōgius ſeparatur. 9. q. 3. aliorum, de pœn. diſt. 2. principium.

In excommunicatione autem ferēda ab homine traditur regula, ꝙ inferior non ligat ſuperiorem, nec parem, de maiori. & obed. cum inferior. ff. ad Trebel. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. de arbit. l. nam magiſtratus, cum ſimil. Iſta regula ſecundum quoſdam fallit, cum maior ſubijcit ſe minori. 11. quæſt. j. peruenit, & l. eſt receptum. ff. de iuriſdic. omn. iudi. iſtud tamen nō eſt verum. Nam maior ſe ſubijciendo minori efficitur minor, vt
8 dicit tex. Nam prætor ſe ſubijciendo † ſubdito, poteſt iudicari ab eo, vt l. ille à quo. §. tempeſtiuū. ff. ad Treb. Nec eſt exceptio de labente in hereſim, vbi ſuperior, immo Papa iudicari poteſt quia propter hereſim inferior. Nec ob. c. ſanè, de offi. deleg. quia delegatus Papa ſuperior eſt quolibet ordinario. 93. diſt. c. fi. 94. diſt. ca. 1. Sed circa hoc ſolet dubitari, an epiſcopus vel quilibet alius prælatus habens poteſtatem per ſtatutum fulminandi, liget ſententia ſuimet ſtaturi contrafaciendo? Sic in dubium reuocatur de metropolitano, an intra territorium ſui ſuffraganei contrafaciens incidat in pœnam legis ſui ſuffraganei? Et licèt materia hæc ſit tacta & vulgata, tamen ſuccinctè aliquid recitabo. Quod non ligetur prælatus ſtatuens, probari videtur
9 ex naturalibus ſumpto fomento. Nam motu † naturali nihil ſeipſum mouet præcisè, ſed aliud mouens aliud motum, vt demonſtrat Philoſoph. 7. Phyſicorum. c. 28. licet aliqua videātur ſeipſa mouere vt animantia. Quoddam tamen aliud eſt principium, ratione cuius inſurgit motus, productiuus, vt forma: aliud ratione paſſiuę, vt materiale principium, vt 7. Methaphy. & ſic recurren. eſt deuenire ad mouens immobile, vt 7. Phyſicorum & 8. Sic legiſlatores in ſumpta origine ſtatuerunt in actibus diſpoſitiuis differentiam inter diſponens & diſponibile, ſcilicet inter imperantem & cui imperatur. ff. de arbit. l. penul. 4. q. 4. nullus, de elect. innotuit. C. ne quis in cau. ſua. per totum. ff. ad Trebel. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. qđ vt. §. vxori. Sic inter baptizantem & baptizatum, de baptiſ. debitum, ſic inter præſentantem & præſentatum, de iure patron. noſtras, cum ſimil. Quod non ligetur ſuperior, probatur alio principio naturali. Nam motu ordinato & naturali nō mouet virtus inferior ſuperiorē, vt inquit Philoſoph. 3. de anima, tra-
10 ctatu de motu & mouente. Nam † inferior ſphera non mouet ſuperiorem, ſed econtra, hinc legiſlatores ſtatuentes fuerunt, quod inferior non liget ſuperiorem. 21. diſtinct. inferior. de maior. & obedien cum inferior. ff. de mino. l. minor. & clemen. ne Romani, de electio.

Ex his duobus principijs naturalibus & poſitiuis infertur vtraque concluſio negatiua, inducitur etiam mixtim, quòd actus actiuorum ſunt in patiente diſpoſito 2. de anima, ſed idem vel ſuperior, non eſt patiens ſuſceptibile diſpoſitionis auctorizabilis ſuijpſius vel ſuperioris, cum de natura conſtitutionis ſit ligare ſubditos. C. de ſum. Trinit. & fid. catho. l. j. in prin. C. de iudi. l. rem non nouam.

ff. ad

Source : BIU Cujas

ff.ad Trebel. l.omnibus ciuitatibus. C. de colo. Paleſti. l. vnica. lib.11. de ſen.excom.à nobis.de pœn.& remiſ.quod autem.& c. Romana.de ſen.excom.lib.6.inducitur, quia ſeipſum non pōt abſoluere,vt c.quod aūt,de pęn.& remiſ. ergo nec ligare.tenet
10 conſequentia,quia fauorabiliorꝫ eſt abſolutio q̄ condemnatio 26.q.2.alligant.de proba.ex literis. ff.de act.& obli. l.aſſianus. ff. de reg.iur.l.inter partes.In contrarium,ꝙ epiſcopus ligetur,inducitur.ff.quod quiſq; iur.in rubro & nigro,per totum, & c.cū omnes,de conſti.Inducitur.nam aut princeps ligatur ſua cōſtitutione, vt l.ex imperfecto. ff.de leg.l.j. & tunc habeo propoſitum.Aut non ligatur, vt l.Princeps.ff.de legi & l.digna vox.C. eo.tit.& tunc ſpeciale in Principe, & ſic in alijs.Contrarium ius commune,vt l.j.ff.ad muni.& l.ius ſingulare.ff.de legi. Inducit̄, quia aliquando ligat quis ſuperiorem.ad Galathas.j. & 24.q.j.§. ſed qui.11.q.3.ſi is.Inducitur,quia in hac ſententia.ſ.excommunicationis,vt ipſe eſt in omnibus ſuperior. Inducitur,quia contrafaciens incidit factum iam damnatum,ergo ligatur conſtitutione damnata.24.q.j.c.j & 2.In hoc quæſito fuerunt opi.va-
11 riæ.Fuit opi.quæ dixit,archiepiſcopum † non ligari, qui eſt ordinarius prouinciæ.11.q.3.& 2. & hæc ratio idem Innoc.immo fortius in epiſcopo Bertrandus Prouincialis idem tenet de archiepiſcopo per c.graue.de ſen.excom.à nobis, in Auct.de defen.ciui.§.non habente.Hoſt.in Sum.de ſent.excom. §.quis valeat excommunicare.dicit, certo certius tenēdum ſuperiorem non ligari,nec proferentem. Hugo.de archiepiſcopo tenet cōtrarium,vt no.3.q.6 c.j. & hoc quia incidit factum iam damnatum.24.q.j.c.2.& 3.Idem Hug. videtur velle de epiſcopo per id, quod not.de ſucceſ.63.diſt.Adrianus. & tenet ꝙ licet canō epiſcopi non liget ſuperiorem aliàs ſucceſſorē, tamen ipſummet ligat,quia ſe inuoluit in factum iam damnatum.24.q.j.c.2.& 3. Idem Hug.videtur velle de epiſcopo per id, quod not. de ſucceſſore.63. diſt. Adrianus. & tenet ꝙ licet canon epiſcopi non
12 liget ſuperiorem,aliàs ſucceſſorem,†tamen ipſummet ligat,qa ſe inuoluit in factum iam damnatum,vt ſ.alleg.eſt. Archi.in c. 2.de conſtit.lib.6.†tenet ꝙ ligetur epiſcopus,& archiepiſcopus. Pet.de Bellaperti.tenet in Auct.quibus cum.C.de ſacroſan.ecc. Idem & per illud Auct.& per l.cum ipſe. C.de contrahē.empt. & l.cum in eo.ff.de pact.& l.cum hæreditas. ff.de admi.tut.Nec ob.ſecundum eum,ꝙ idem non poſſit in ſeipſum,&c.Nam hic finguntur duæ perſonæ,ſcilicet publica,& priuata,& ibi ſequitur eum Cyn.ſed in l.cum ipſe,tenet contrarium.D.Ioan.And. in regula,cui licet,de regu.iu. lib.6.præcisè tenet,quòd nec ipſe epiſcopus, nec archiepiſcopus ligantur per iura ad hanc partem ſtatim inducta.

Ego conſideraui circa concordiam harū opi: & pondero largam differen-
13 tiam,an epiſcopus † vt epiſcopus:Archiepiſcopus vt Archiepiſcopus incidat in ſtatutum fulminatorium:an ipſi vt priuati, & vt quilibet incidat in ipſum.Primo caſu crederē neminem ligari. Secundo caſu crederem vtrunq; ligari. ſubijcio exemplum, diſponit ſtatutum ꝙ quilibet iuriſdictionem exercēs in tali loco vel tempore,ſit excommunicatus, vel ꝙ quilibet celebrans 18
ſit excommunicatus. Epiſcopus vt Epiſcopus iuriſdictionem epiſcopalē,vel Archiepiſcopus vt Archiepiſcopus archiepiſcopalem exercent,non ſunt ligati.Exemplum,diſponit ſtatutum ꝙ quilibet furtum committens,vel ad azardum ludens, vel qd ſimile faciens, ſit excommunicatus. Epiſcopus committit furtum,vel ludit Archiepiſcopus.Idem tunc cum hæc faciāt vt priuati ligantur:& ſic poſſet haberi opinionum concordia.Et moueor,quia in primo caſu ſtatutū procedit ex auctoritate & officio publico ſtatuētis,& actus per quem contrauenit̄, prouenit ēt ex officio publico vel auctoritate contrafacientis, qđ eſt idē vel maius, & ſic contrafaciens ratione eiuſdē ſuperioris auctoritate non eſt ligabilis,vt probant iura ad hanc partem inducta in ſecundo caſu, contra faciens non contrafacit ratione auctoritatis eiuſdem vel ſuperioris, immo vt quilibet priuatus & ſic ligabilis venit.Tunc obſtant iura allegata, ꝙ ſit par vel maior: 19
nam attenta formali cauſa, per quam expeditio & actuum diſtinctio. Idem materiale ſuppoſitum cenſetur diuerſum à ſeipſo & in actibus penitus incompaſſibibilibus in eodem vt eodē, & tunc diſponunt iura ꝙ ab eodem ad eundem non poſſet appellari,immo debet eſſe omnimoda diſtinctio à quo & ad quē, de conſue.non putamus,de appel.Romana.lib.6.j. reſpon.eod. lib.ff.de mino.l.prefecti.ff.de appel.l.j.& l.Imperatores.& tamē dicit tex.ꝙ ſi epiſcopus interſit collationi vt canonicus,ab ipſo vt canonico appellat̄,ad ipſum vt ep̄m, & hoc ſufficit, aliàs inducitur diuerſitas cauſæ formalis, ratione cuius fit actus diſtinctio,vt c.à collatore,de appel.lib.6. Simile dicit canon ꝙ de ar-
14 chiepiſcopo † appellatur ad ſynodum, cui præeſt archiep̄s. 17. diſt. multis. Simile dicit lex ꝙ de ordinario & præſide appellat̄ ad preſidem,vt ff.quomo.appel.ſit.l.j.§.ſolent.Simile,quod no. 3.q.7.verſ item.§.contra patrem,de ele.querelam.in j. glo.& C. de app.l.eos.Ex hoc fundamento infertur,ꝙ in eodem ſuppoſito materiali concurrit ius ſuperioritatis & inferioritatis,attentis cauſis formalibus diuerſorum effectuum introductorijs: ſed hoc ſolum inducebatur pro expedimento, quia ſuperioritas & parilitas impediunt,vt ſ.alleg.eſt,cui patet reſponſum.

Confirmatur eadem cōcluſio. Nam minus repugnat ex natura actus ſuperiorem ꝑ inferiorem ligari,& parem a pari, quam ab eodem ad eundem appellari. Sed ab eodem ad eundem alterata formali cauſa appellatur, ergo idem ſeipſum & ſuperiorem formali ratione alterata iudicabit,probatur maior.Nam minor iudicat † ſuperiorem ſe ſubijcientem,& conſentiētem.11. quæſt.j.peruenit. ff.ad Trebel.l.ille à quo.§.tempeſtiuum, & l.eſt receptum.ff.de iuriſdic.om.iud.qui conſenſus nihil operari poteſt in appellatione, vt claret.minor probata eſt per iura ſtatim inducta. Confirmatur.Nam canonici vt capitulum ſeipſos iudicant,vt ſingulos,vt c.irrefragabili.§.exceſſus de offi.ord.ergo in actu,de quo loquitur,hoc operatur ſola formalis cauſæ diſtinctio. Confirmatur. Nam ꝑ hanc diſtinctionem formalis rōnis ī eodē ſuppoſito concurrunt diſtincti reſpectus, aliàs incōpaſſibiles in eodem, probat tex.in c.poſtulaſtis,de conceſ.præben.lib.6.à collatore. eo.lib.de app.Et ſic intelliguntur l.cum in eo.ff.de pac.l.cum hę reditas.ff.de admi.tuto.l.cum ipſe.C.de contrah.emp. cum ſim. Ad iura hincinde allegata,vbi allegantes ſic concludunt, facilè eſt reſpondere.Et remitto ad regulam,cui licet,de reg.iur.lib.6. vbi plenè recitando remittendo terminatur.

Conſequenter quæritur, nunquid ſuperior ſubditū † ratione domicilij, vel de-
16 licti, vel contractus exiſtentem extra territorium ſuum ſua ſententia excommunicare poſſit?Licet quæſtio ſit tacta,tamen ꝙa quotidiana,aliquantulum examinanda eſt.Et videtur poſſe, vt probat tex.in c.tuæ.vt li.conteſt.& c.2.in fi.eo.tit.Nam, vt probatur in dictis iuribus, citari poteſt:ergo contumax conſtitui, & ſic excommunicari.11.q.3.nemo epiſcoporum. probatur in c.cauſam,quæ.de do.& contu. & videtur tex.in c.ex tuæ. de cle. non reſi.& in c.de manifeſta,videtur etiam tex.11.q.3.ſi epiſcopus.7.q.j.ſi quis presbyter, & c.ſi qui verò. In contrarium facit l. extra territorium.ff.de iuriſd.omn.iudi. & l.cum vnus.ff.de bo. aucto.iudi.poſſi.& c.2.de conſti.lib.6. In hoc quæſito variarunt plures patres iuris canonici Ioan.in c.epiſcopum,in glo.j.9.q.2. tenet,ꝙ poſſit per c.ſi epiſcopus.11.q.3.& c.ſi quis presbyter, & c.ſi qui verò.7.quæſt.j.Innocen.in c.fi. de for.competen.recitat
17 opi.contrariam dicentium, quòd licèt extra † territorium poſſit citari, tamen non poteſt per non comparitionem conſtitui contumax vt excommunicetur,ſed bene fiet miſſio.Nec, vt dicunt,eſt mirandum ipſum non eſſe contumacem,vt contra perſonam procedatur, & tamen fieri miſſionem ad inſtar pupilli, & abſentium cauſa reipublicæ,qui non ſunt cōtumaces, & tūc patiuntur miſſionem.ff.ex quib.cau.maio.l.ait prætor.§.hęc autem.ff.de priuile.credi.l.pupillus. & hoc videtur ibi placere Innocen.& Hoſt.in c.j.de rap.hoc idem tenet. Ex modernis audiui dubium. d.m. Paul.de Leaza. in ſcholis tenentem hoc idem hac ratione, quia ſententia excommunicationis ſecum trahit ad executionem, vt in c.paſtoralis.de app. ſed executio fieri nō
18 poteſt contra ſubditum † exiſtentem in alieno territorio quo ad perſonam,nec quo ad bona ibi exiſtētia, vt l.cum vnus.ff.de bo.aucto.iudi.poſſi.& c.Romana.§.contrahentes,de for.cōpet. lib. 6. ergo nec excommunicatio fieri.Iſtam argumētationem nunquam potui concipere,vt mihi ſatisfieret.

Nam pondero ꝙ larga eſt differentia inter executionem, quæ de per ſe, & directè contingit locum & res corporeas locatas,& executionem, quæ de per ſe, & directè non contingit locum & corpora locata. In prima executione loquuntur iura, quæ inhibent executionem fieri extra territorium.Nam nec bona alibi ſita, nec in perſonam ex capite quo contingit corpus locatum,vt in pœna corporali. Et eſt ratio, quia hæc ſunt directè & per ſe in alieno territorio, & ſic in ipſa inhibetur executio. In ſecunda autem, quæ concernit per ſe locum nec corpus, vt eſt excommunica-
19 tionis ſententia,eſt ſecus.Nam hæc ligat animam per ſe, † non autem concernit locum, nec corpus directè, & ſic non fit hic aliquid in territorio, cum territorium ſignificet rem dimēſionatam,dicta à terrendo,vt l.pupillus. §.territorium. ff. de verb. ſignific.Et dico nihil fit quod contingit aliquod de territorio, quod iura allegata inhibent. Et bene dixi hanc ſententiam per ſe & directè ligare animam,vt tollam obiectionem,nam excō municato interdicitur ſepultura,ergo ligat corpus, & denegatur communio, ꝙ etiam ſentit glo. de ſenten.excommunic.à nobis. vbi tenet,quòd ligat animam & corpus. Secus in baptiſmate, vt dixi, verba pēr ſe, & directè tollunt: nam excommunicatio per ſe & directè eſt damnatio æterna, quæ debetur animæ non corpori, vt probat text.11.q.3.nemo epiſcoporum.in fin.24.q.3,notandum.ex conſequenti autem aliquā-
20 do denegatur corpori. Alij moderni dicunt ꝙ ſi ſubditus † ratione domicilij vel delicti latitet,& non faciat copiam ſui, pōt citari in loco habitationis & loco delicti, & conſtituetur cōtumax,ſi non cōpareat vt excōicari poſſit: alias ſi faciat copiā ſui in aliquo territorio,monebit̄ iudex vt citet,& tūc conſtituetur

Source : BIU Cujas

contumax,ſi non compareat vt poſſit excõmunicari.Ego non recederem ab opin.glo.& pono pro fundamento, ꝙ iudex citare poteſt ſubditum extra territoriũ citatione arctatoria. hoc probatur in c.Romana.§.contrahentes, de fo.compet.lib.6.nã vbi dicit tex.ꝙ auctoritate iudicis contractus, iudex vbi degit citabit ipſum.Hoc probatur in l.omnes.§. nihilominus.ver.apparitor.C.de epiſc.& cler.verſi.ex illo tex.hoc colligit Pe.

Ex quo fundamento ſtatim inſertur, ꝙ ſi citari poteſt citatione arctatoria, ergo & contumax conſtitui,& ſic excommunicari, cum propter contumaciam immediatè feratur.11.q.3.nemo epiſcoporum.24.qõ.3. de illicita.12.q.2.indignè. Et ſic intelligo iura ad hanc partem inducta, non
21 violando tex.Huic non obſtat,quod † ius dicenti extra territorium non paretur impunè, quia actus factus in loco minus habili,collatus in locum habilem, de iure ſortitur effectum.ff. de offic.præfec.vrb.l.omnes.§.nihilominus.verſic.apparitor.C. de epiſcop.& cleri.cum ergo citatio tendens in locum inhabilem terminetur & reflectetur in locum habilem de iure ſortiretur effectum ſuum.Nec obſtat ꝙ excommunicatio trahat ſecum executionem,quæ alibi in territorio fieri non poteſt, vt l. cum vnus.ff.de bo.aucto.iudi.poſſi.quia vt ſ.dixi, hæc executio non concernit locum, nec directè corpus,ſed animam tãtum: immo poſui in tractatu interdicti,ꝙ ipſius executio non eſt qd diſtinctum à ſententia.Conſequenter quęritur,quid de ſtatuto epiſcopi vel alterius ordinarij fulminãte excommunicationis ſententiam contra aliquem committentem: an ſtatutum liget
22 † committentes extra territorium ad pœnam excommunicationis?Aliquis ſtatim dicet ꝙ eſt caſus in c.2. de conſtitu. lib.6. Hic tamen põdero multum referre, an ſtatutum per verba expreſſa dirigatur in ſubditum extra territorium committentẽ, vt cum diſponit cõſtitutio Bonoñ.Epiſcopi in hæc verba,Quicunque clericus Bonoñ. commiſerit furtum in territorio vel extra ſit excommunicatus:an diſponit per verba generalia, vt cum diſponit per hæc verba,quicunque furtum commiſerit,ſit excommunicatus?

De ſecundo membro fateor caſum in c.2. de conſtit. lib.6. ſed de primo membro non videtur ſic clarum, immo videtur tex. in contrarium,& videtur poſſe demonſtrari ratione.Nam ſubditus ratione domicilij ſi alibi delinquat, puniri poteſt & cõueniri per iudicem domicilij,hoc probat tex.in l.j.C.vbi de crim. agi opo.& no.in c.j.de rap. ergo delictum commiſſum per ſubditum ratione domicilij alibi eſt de foro iudicis domicilij,ergo ſuper ipſo vt alibi commiſſo iudex domicilij poteſt ſtatutum facere punitorium.& hoc probant text.clari. C.de eunu. l.2. C. de commer.& merca. l. mercatores. in quibus legibus diſponitur contra ſubditos extra territorium imperiale delinquentes
23 ipſos puniendos. Et ſic † infertur, ꝙ ſubditi alibi delinquentes incidunt excommunicationis ſententiam latam à ſtatuto per verba expreſſa. vbi autem per verba generalia, tunc ſolum cõmunicantes intra,vt d.c.2.de conſtitu.lib.6. Et ſic aliquando legendo Sextum explicaui intellectum illius capituli. Alij dicũt ꝙ etiam ſi fiat ſtatutum per verba generalia, quod pœna ſtatuti ligat ſubditos alibi delinquentes, ſi prohibitis ſtatuto ſit alias prohibitum iure communi. Nam licet ſtatutum per verba generalia nõ poſſit inducere nouam obligationem, iam natam, poterit qualificare & illi debito alia delicto eius ex eius cõmiſſione nata eſt obligatio addicere nouam qualitatem pęnalem. Nam facilius adijcitur qualitas obligationis iã natæ quàm noua ſubſtãtia obligationis inducatur,vt l.in delictis.§.ſi detracta. ff.de noxa.Et fuit hæc opin.Cyn. quam traxit de dictis Pe. in repetitione l.extra territorium.ff.de iuriſdic.omn.iudi. & reſpondet ad ca.vt animarũ.quod illa deciſio proceſſit ex erroneo intellectu Canoniſtarum, vel dicit ſpeciale in ſententia excommunicationis.quod prius dixi,tenent aliqui Legiſtæ Moder. Et
24 dicunt ꝙ ſtatutum hoc exprimens ligat ſubditos alibi † delinquentes,ſed quo ad ordinaria ſic, quia lex municipij ordinaria ibi ſeruatur,ſi ibi ligetur etiam pro alibi commiſſo,vt l.j.in fin. ff.de teſta.& C.de emanci.libe.& habetur de conſuet.c.j.per Inno.& Compo. Ego pondero text.in c.vt animarum.à quo non puto recedendum.Et dico, nũquam ligari ſubditos ſtatuto extra territorium contrafaciendo, etiam vbi ſtatutum prohibet aliàs inhibitum iure communi, vt dicamus ſtatutum non inhibitorium aliàs inductorium obligationis, ſed adiectorium nouæ qualitatis. mouet me ratio, quam exprimit tex. quia ius dicenti,extra territorium, & loquitur generaliter rationem reddendo.ergo dictum fuit generale,cum ratio limitari debeat ſecundum exigentiam effectus.econtra, vt l.quamuis. §.adigere. ff.de iurepat.& l.nomen filiorum.ff.de verb.ſignifi.

Confirmatur ſecundum tenentes opi. contrariã, non inducere nouam obligationẽ. Sed vt dicunt,poteſt adijcere qualitatem obligationi iam natę. Hic non concipio mentem ſic dicentium. nam ſi ſtatutum puniat aliàs prohibitum iure cõi aliter quàm ius cõmune,hic naſcitur noua obligatio ad pœnam ſtatuti.licet.n. nata ſit obligatio ex delicto ad pœnam legis: tñ ſtatutum aliam imponendo naſcitur penitus alia obligatio noua ad pœnam ſtatuti, nec eſt qualitas antiquæ obligationis.Quod demonſtro ratione demõ ſtratiua,ſuppoſito ꝙ lex communis aliquid inhibeat & pęnam imponat,poſt lex cõis illud inhibitum permittat & per conſequẽs pęnam tollit, aut manet obligatio ſtatuti & pęna,aut tollitur. Si manet, ergo nõ fuit qualitas obligationis inductæ à le-
25 ge,quia † deſtructa ſubſtantia tollitur qualitas, vt l.eius qui.ff. ſi cer.pet.& l.in delictis.§.ſi detracta.ff.de noxa.& c.ab eo.de elec. lib.6.Non poteſt dici ꝙ tollatur,ſi in lege non fit mentio de ſtatuto,vt in c.j.de conſti.lib.6.& ibi in tex.redditur ratio.Nec ob. quod dixi,& ibi no.gl. quia hic ſtatutum non continet pręcisè quod continebat lex communis, immo aliud attenta qualitate pęnæ.Nec tñ illam gl.credo verã, vt ibi legendo notaui.ergo hęc opi.quę ſunt opin.Pet.& Cy.vbi ſ.non procedunt deſtruẽdo tex.illius.c.2.Nec credo ꝙ opinio ſecunda procedat q̃ palliat,intelligendo illud c.vt loquatur, cum ſit ſtatutũ per verba generalia & non expreſſa. Secus ſi per verba expreſſa, quia tũc vt dicunt, ligaret alibi committentem. primò illa ratio ꝺdicit tex.in fi.cum reddit rõnem,extra territorium,&c.Sed nullã video rõnem, quare magis liget per verba expreſſa q̃ generalia, cum l.extra territoriũ,generaliter loquatur. & ſic intelligendo l.j.§.generaliter.ff.de lega.præſtan.& l.de pretio ff.de publi.

26 Confirmatur. Nam ibi inſurgit error † à iure improbatus & intolerabilis per verba expreſſa,qui nõ inſurgit per generalia & efficacia,operantur verba generalia & nulla ſpecialia. ff.de queſt.l.j.§ qui cõnem. ff.de pęnis.l.moris. §.ſunt aũt. ad fi.S.q.j. quid aũt.de offi.deleg. qñ Abbas.de offic.ord.ſi ſacerdos.Aut hoc per ſpecialiũ verborum expreſſionem inducatur error' intolerabilis, videlicet qa exprimit territorium nõ ſuum, in quod per verba expreſſa ſaltem immittit. per verba autem generalia hic error non exprimitur, ergo non maioris ſunt efficaciæ expreſſa quàm generalia,immo minoris,vt ſupra.

Confirmatur.nã ſi per verba generalia non ligatur, vt dicũt, ſic intelligendo c. vt animarum. aut hoc contingit pp inhabilitatem & repugnãtiam loci commiſſionis & ineffacià iuriſdictionis relatę ad locum, aut hoc cõtingit propter verborum generalium ineptitudinem, quæ non ſubeſt in expreſſis & ſpecialibus. Si detur primum,habeo propoſitum: quia illa inhabilitas loci & inefficaciæ iuriſdictionis ſubeſt in verbis ſpecialib.
27 legis,quæ in generalibus,cum † verborum expreſſio nõ augeat, nec minuat iuriſdictionem,nec põt dari. Sed quia verba generalia ſic comprehenderunt alibi delinquentem,ſi foret ſtatuẽtis efficax iuriſdictio ſicut ſpecialia,immo competẽtius, cum p hoc non inſurgat error qui per ſpecialia,nõ ergo hanc opinionem veram,quę fuit do.Bart.de Saxoferrato,q̃ aliqñ tenui legẽ do illud ćapitulum.Non ergo recedo à textu capituli,immo & legumlatoris,vt ſ.non obſtat mihi.C.de ꝓmer.& merca.l.mercatores.& l.2. C.de eunuc.nam Imperator eſt dñs totius orbis, & ſic nihil extra territorium ſuum. ff.ad legem Rhod. de iac. l. 2.de preca.7.q.j.in apibus. niſi fortè per donationẽ tranſtulerit, vt cle.paſtoralis.de re iudi. Vel aliter bene põt Princeps,immo
28 †& ciuitas ſtatuere,ne ſubditus cõicet cum hoſtib.& pęnã infligere, & ne accedat ad hoſtes. ſic intelligitur. l.mercatores. Põt ẽt in vna conſequentia interdicere moram certorum locorũ, vt l.relegatorũ.§.interdicere.& §.ſeq.ff.de interdi.& rele.Et hęc quæ dixi maximè vẽdicant ſibi locum, cum pęna à ſtatuto inflicta trahat ſecum executionẽ ſine hominis miniſterio, vt excõicatio.& per hoc reptobari vr opi. Inno.quam notauit in c. à nobis.de ſent.excom.& approbari opin.Hoſt.ibidem.

Ex quo tetigi de ſtatuto fulminatorio excõicationis inueſtigando, an proroget vires ſuas contra ſubditos extra territorium, aliquantulũ diſgredien do breuibus verbis,hũc articulum aliquantulũ diſcutiam. Exa-
29 minando,an ſtatuta † quęcunq; porrigant effectum extra territorium. Et ponam tria membra, ſuper quibus inferam quaſdã concluſiones.Et ecce ſtatutum aliqñ eſt prohibitorium, aliqñ permiſſorium, aliquando punitorium.Si ſtatutum ſit prohibitorium,aut prohibet circa ſolennitatem alicuius actus, vtpote cum ſtatutum diſponit ꝙ non fiat teſtm̃, niſi ſeruata tali forma,& tunc ſubditus alibi condens teſtamentum,non tenerur, nec aſtringitur illa forma,vt l.3.in fi.ff.de teſta.& l.j.Aliquando eſt prohibitorium concernendo rem, vtpote diſponit ſtatutũ ꝙ res alienari non poſſit in non ſubditum, tunc ſubditus degẽs extra territorium non poterit alienare, quia res eſt affecta ſtatuto.ff.de fun.dot.l.j.Inſtit.qui alie.non licet.l.j. & no. C.de cõdi.ob cauſam. l. cum lege. Aliquãdo eſt prohibitorium in perſonã,vtpote cum ſtatutũ diſponit ꝙ vir non poſſit legare vxori,& quod minor 20.annis non poſſit teſtari: tunc ſi iſta prohibitio eſt fauorabilis,vt in exemplis ſupra ſumptis, tunc extẽdit vires extra territoriũ, ſicut dicimus in eo cui interdictũ eſt bonis,ne depereant.ff.de verb.obli.l.is cui.ft. de cura.furio. l.Iulianus.& quia æquiparatur generalis † & ſpecialis interdictio. Pro-
30 batur.ff.de pecul.caſtren.l.caſtrenſi. ff.de admini.tuto.l.ſi duo.

aliquando

Source : BIU Cujas

aliquando ſtatutum continet prohibitionem odioſam, vtpotè inhibetur alicui ne poſſit poſtulare, tunc nõ extendit vires ſuas extra territorium.ff.de poſtul.l.ex ea.facit c.ſi ſententia. de ſenten.excommu. lib.6. Ex his infertur diſcuſſio primi membri & concluſionum ſuper eo.

Secundò dicebam ſtatutum aliquãdo permiſſorium. Hic pondero duo. Primum, an actus permiſſus à ſtatuto aliàs prohibitus iure communi poſſit exerceri per ſubditos extra territorium ſtatuentis. Secundò an actus expeditus p ſubditum intra territorium operetur effectum extra territoriũ. ecce quis effectus eſt notarius per ciuitatem, nunquid alibi poterit inſtrumenta conficere, vel an inſtrumentum confectum intra ciuitatem faciat fidem extra ciuitatem. De primo dico, ꝙ alibi non poterit inſtrumenta conficere. Hoc probatur: nam
31 † actus ſpectans ad iuriſdictionẽ voluntariam conceſſus ab inferiori à Principe non poteſt exerceri extra territorium ꝓmittẽtis. Hic eſt caſus.ff.de offi.proconſ.l.2.q̃ eſt ſignabilis pro hac concluſione.probatur etiã per c.Romana. §.ℨhentes. verſi.clericos. de foro comper.libr.6. De ſecundo dico ꝙ inſtrumenta confecta intra territorium, faciunt fidem extra territorium, ſicut emancipatus ab habẽte poteſtatem à lege municipij vbiq; eſt emancipatus.C.de emancip.lib.l.j. Et ratio differentiæ horũ caſuum eſt, quia hoc ſecundo caſu inſtrumenta confecta in territorium, habent ſuum eſſe perfectum, cum ſtatutum tradens poteſtatem conficiendi inſtrumentum, tendat ad ſolennizandum actum, & ideo ſolennizatus actus, vt diſponit lex municipalis, vbiq; valet. In primo autem caſu non valet, ſi alibi confi-
32 ciat, cum in confectione actus † ſeruari debeat ſolẽnitas, de qua diſponit ſtatutum, vt ſupra allegatum eſt. Et hoc procedit in ſtatuto permittente aliàs inhibitis iure communi: ſed aliquando ſtatutum eſt permiſſiuum alicuius, quod aliàs eſt permiſſum iure communi, ſed tollit obſtaculum iuris, & hoc contingit multis modis. Nam aliquando tollitur obſtaculum ſolennitatis, vt cum diſponitur, vt cum duobus teſtibus poſſit quis teſtamentum condere, & hoc caſu teſtamentum non extenditur extra territorium, cum debeat inſpici ſolẽnitas loci, in quo actus expeditur, vt ſupra probatum eſt, reuocatum eſt in dubium an teſtamẽtum conditum intra territorium obſeruari debeat quo ad bona alibi reperta. Super hoc fuerunt opiniones. Spec.in tit. de inſtru.edi. §.compendioſè. verſ. quid de conſuetudine. recitat opi. Huberti de Bobio, nec firmat in alteram partem. Iaco. de Rauen. tenet ꝙ inſtitutus habebit bona, quæ ſunt intra territorium. allegat. l. de pupillo. ff. de tuto. & cura. da. ab his. & ff. de 37 adminiſtra. tuto. l. Titium & Męuium. §. tutores. Guili. de Cun. tenet ꝙ inſtitutus habebit omnia bona, probat, nam teſtamentum eſt validum, ergo additio facta ad ipſius vigorem vbique porriget ſuum effectum, vt l.j.ff.de aucto.tuto. ſicut alibi nõ delatum directo differetur per conſequentiam.ff.de legi.tuto.l.3. Inſti.de legi.patro.tutela.§.j.

33 Præterea facta coram vno † iudice fidẽ faciunt corã alio, vt l.j.C.de edẽ. ergo hic à ſimili additio valida facta in vno loco, porrigit effectum ad alium. de hoc videtur caſus in l. omni. C.de teſtam. Nam ſi facio teſtamentum coram Principe, vbi minor requirit ſolennitas, ipſius vigore apprehendere poſſum bona vbicunq;. ergo ſic hic in propoſito. Cyn.hanc opinionẽ tenuit & fecit additionem ad lecturam ſuam in l. cum cũctos. C.de ſumma Trini. But.idem tenet.l.ſi non ſpeciali. C.de teſta. & per l.2.C.quemadmo.teſta.aper. Et hanc opinionẽ credo veram, & hoc de ſtatutis tollentibus ſolennitatem iuris communis aliàs permittẽtibus ius in ſubſtantia. aliquando ſtatuta permittunt iure communi permiſſum, ſed tollunt obſtacula circa qualitatem perſonæ, vtputa cum diſponit ſtatutum, ꝙ filiusfamilias poſſit teſtari vel alia perſona prohibita, vel diſponit ꝙ ſpurius poſſit inſtitui, ſuppoſito quod talia ſtatuta valeant, quia de ipſorum validitate nihil pronunc. Nunc talis ſic habitus per ſtatutum poterit teſtari extra territorium, vel nunquid vigore teſtamenti conditi intra territorium poterit apprehendere bona extra territorium. Hic dico, quòd non, cum habilitas ſit conceſſa ab inferiori à Principe, licet ſpectet ad iuriſdictionem voluntariam, cum non poterit exerceri extra territorium concedentis, vt l.2.ff.de offic.proconſu. in Auct.quibus mo.nat.effic. ſui. §.filium verò.colla.8.vbi legitimatio, quæ fit per oblationes 38 curiæ ciuitatis, non operatur effectum, niſi in ciuitate legitimãte. Sed hic remanet dubium, & videtur quòd vigore teſtamẽti conditi intra territorium poſſit apprehendere bona extra ter-
34 ritorium, per ea quæ dicta ſunt ſupra de notario. Nam † inſtrumentum confectum per notarium ciuitatis, porriget effectum extra ciuitatem. Sic & ſententia lata per vnum iudicem mandatur executioni extra territorium illius iudicis, vt l.cum vnus §.vlti.ff.de bo.Auct.iudi.poſſi.& c.Romana.§. contrahentes.de foro compe.lib.6. propter hoc non recedo a priori dicto.& induco l.pupillo.ff.de tut.& cura.dat.ab his.& l.non ſolum. §.qui in teſtamento.& ibi notatur.ff.de excuſ.tuto.

Confirmatur, nam ſimplex diſpoſitio nõ intelligitur, niſi de bonis intra locum, intra quem diſponitur. ff.de bo. Auct.iudic. poſſi.l.cum vnus.§.is qui.& in Auct.quib.mod. nat.effi.ſui. §.filium.verſi.legitimatio intelligitur ſtrictè.

Confirmatur, vt videtur expreſſum, qui filij ſint legiti-
35 mi. per venerabilem. vbi legitimatio † facta per Papam non tra hitur ad ea, quæ non ſunt ſuæ iuriſdictionis, vt ad bona, q̃ ſunt in terris imperij, vt ibi per glo.& Modernos, & ſi dicatur, teſtamentum confectum ſecundum ſolennia alicuius ciuitatis afficit bona extra ciuitatem, ergo à ſimili habitatio perſonæ trahetur ad quemcunq; locum. Solu. largè refert an tractemus de actu ſolennizando, de perſona habilitanda ad aliquem actum. In primo enim caſu variantur ſolennitates actuum & diſpoſitiones ipſarum ſecundum varietatem regionum. Nam in teſta mento condendo, pone Venetijs, diſponi poteſt quòd minor numerus teſtium ſufficit propter hominum occupationes, vel quia magis homines ibi ſunt occupati quàm alibi. & per hanc diſpoſitionem nihil præiudicatur alteri ciuitati, ſi condens teſtamentum ibi alia bona capiat, cum etiam extraneus ibi teſtari debeat ſolenniter. Secus autem ſi perſona habilitetur ad actũ vt claret, ſtatim opponens emancipatus ſecundum ſolennitatem vnius loci habetur pro emancipato vbiq;, vt C de emãci. libe.l.j. Solu. illud ſtatutum non diſponit circa actum, ſed circa
36 actus ſolẽnitatem. Nam ſtatutum † non emancipat, ſed patitur ſeruata forma ſtatuti, ſic etiam non obſtat quod dictum eſt de notario creato per ciuitatem. patet ſolutio per antedicta, per iam dicta patet quid iuris de effectu ſentẽtiarum pœnalium. an operentur effectum ſuum extra territorium. vbi ſciendũ quòd aliquando pœna concernit perſonam, aliquando bona. Primo caſu, ſi pœna concernit perſonam & directò iuriſdictionẽ certi loci, non trahitur extra territorium, niſi per quandam conſequentiam ex legis diſpoſitione, vt l.relegatorum §.j. & § interdicere.ff.de interdi.& releg. aliquando non concernit certi loci iuriſdictionem, ſed ſtatus diminutionem, vt quis cum efficitur infamis, tunc ſtatus diminuitur, vel cum efficitur ſeruus pœnæ.ff.de var.& extraordi.cogni.l.cognitionum.§.æſtimatio.& §.ſeq.& tunc pœna habet locum vbiq;, vt l.ex ea. ff.de poſtulã. Idem dico & multofortius in his, qui efficiuntur ſerui pœnæ. Nam in his minuitur ſtatus ex ſola qualitate pœnæ. ff. de pœn. l.quidam.& l.qui vltimo.& l.res vxoris.C.de dona.inter virum & vxo. Et non curo, an talis pœna infligatur ex diſpoſitione legis communis vel ſtatuti. facit ad hoc.l.ictus fuſtium.ff.de his, q
37 notan.infa.cum ibi not. Sic in excommunicato, quia † per ſuũ ordinarium excõicatus, vbiq; eſt excõicatus. 4.q.5.quiſquis. Et hoc cum pęna concernit perſonam, ſi aũt pęna concernat bona, vtpote damnatus Bononiç, cuius bona ſunt confiſcata per ſnĩam, habet alibi bona: nunquid bona alibi ſituata intelligent confiſcata, & cui fiſco? Iſta quæſtio per Guid.de Suz.& Nic.Matarel. diſputatà eſt, tñ hic attenditur ꝙ ciuitas non poteſt bona de iure confiſcare propter delicta, vt C.de bo.vacã.l.j. & ibi no. & C.de defen.ciui.l.defenſores.ciuitates aũt vt Italiæ, quæ hoc faciunt ex priuilegio ſpeciali vel cõſuetudine antiqua, q̃ habet vim priuilegij hoc iure. §.ductus aquæ. ff. de aqua quoti.& æſti. Dico aũt in qõne propoſita, aut iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, & burſa fiſcalis eſt vna, vt tota Romandiola, & Marchia, habent diſtinctas iuriſdictiones & vnam burſam fiſcalẽ. ſ.eccleſiç, hoc caſu ſi Comes Romandiolæ confiſcat bona ſubditi, qui habet bona in Marchia, & hoc ex diſpoſitione iuris communis, cum omnia bona intelliguntur confiſcata, licet executio fiet ꝓ officiali prouinciarum & omnia applicabuntur burſæ fiſcali communi, vt l.ſi quo modo. C.de bo. naturali.libe.10. Si publicatio fit per conſtitutiones ſpeciales & ille ſunt generales vtriq; prouinciæ, tunc idem vt ſ. quia cenſentur ius commune quo ad illas prouincias. Si autem ſpeciales, illi ſoli, in qua facta eſt cõfiſcatio, tunc illa intelliguntur confiſcata, quæ ſunt ſubſtituta rectori prouinciæ illarum conſtitutionum. Si autem ſunt diſtinctæ iuriſdictiones & diſtinctæ burſæ fiſcales tũc diſtingue vt ſ.

Conſequenter quæritur, quid de ſubdito faciẽte contra ſtatutum excommunicationis ſententiam infligẽs in loco exempto intra territorium? Per omnia dic idem, vt ſ. vt c.luminoſo.18.q.2.& c.j.de priuile. lib.6.& ibi per not.

Conſequenter quæritꝫ, † quid de excõicatione lata ℨ ſubditũ ſub conditione, & cõditione purificata reperitꝫ ſubditus de alieno foro & territorio: an ligetur hic? fuit antiqua altercatio: fuit opinio quorundam, ꝙ ſit ligatus. Mouentꝫ ex hoc, quia dẽt ponderari tp̃s appoſitæ conditionis, quod eſt de foro ſtatuentis, ſicut in aliis ſententijs 2.q.6. biduũ in pignorib. ff.qui pot.in pig. hab.l.potior.in manumiſſionibus teſtõrum l. ſtatu libe.ff de fideicom.liber.l.generaliter.in fi.facit, l.ſi poſtquàm.in fi.ff de iudi.& l.ſi filius.ff.de verb.oblig.aliàs incipit, cum filius. Alia fuit opin.contraria ꝙ non ſit ligatus, & fuit Archid.& mouet, quia non eſt ſubditus tp̃e purificatæ conditionis, ergo nõ ligatur.de ſen.excõ.à nobis, quia ĩ ꝙdõnali obligatione ſolũ eſt tp̃s inde-

Source : BIU Cujas

bitum,vt Inſti.de verb.ſignifi. §.ex conditionali.l.diem cedere. ff.de ver.ſig.inducit c.Romana.§.j.de ſentē.excom.lib.6. & c.2. de conſtitu.2.reſpon.eo.lib.

Prima fuit opin.Bar.Brix. & fuit Lau.Vinc. Tan.Phi.Inno.& Hoſti.in c.præterea.de app. Mouentur,vt dixi,per iura inducta.

Secunda fuit opi.Archi.& dicit illam fuiſſe Dama.immo fortè propter eius verba apparet contrarium.Do.Io.And.in regula,cum ſint partium.lib.6.dicit opin.Archi.veram, quando ille
39 in quem lata eſt excommunicatio,† deſijt eſſe de foro excommunicantis,& cauſa ceſſauit,propter quam fuit excommunicatus ſi intra mēſem non reſideret in beneficio, vel illius ratione non reciperet ordines, & ipſe intra mēſem contraxit matrimonium,& ſic deſijt eſſe de foro excommunicantis, & ceſſanit cā propter quam ſic loqui bene continet veritatē,nec erat de hoc dubium, cum hoc non tam contingit propter inſpectionē tpis purificatæ conditionis,quæ non eſt de foro, q̄ propter deſinētiam cauſæ propter quam Archi. autem intellexit generaliter ponderato tpe purificatæ conditionis, cum deſijt eſſe de foro excommunicantis, qualitercunq; deſierit, ſiue ceſſat cā excōicationis,ſiue non,quod probant iura ſ̄.per eum allegata. Dicit tñ Do.Io.illud procedere in proteſtatiua conditione : in caſuali aūt indiſtinctè dicit tps conditionis trahi ad tempus ſententiæ,arg.l.potior.ff.qui pot.in pig.hab.Et not.in c.ſi pro te.de reſcri.lib.6.Do.Pa.dicit opi.Archi.veram, q̄ñ ille contra quem lata eſt excommunicatio,adueniente conditione mutauit cōditionem vel domicilium, nec reperitur in territorio excōican-
40 tis.nam,vt dicit, excommunicatio † cum afficiat perſonam & trahat ſecum executionem,vt in c.paſtoralis.de app. non ligat aliquem extra territorium: ſecus autem ſi non mutauit domicilium vel mutauit,ſed tpe purificatæ conditionis reperitur in territorio,quia tunc dicit veram opin.contrariam. Iſtud facere non continet totaliter veritatem,nec conuenit propoſito. Nā ſupponit q̄ excommunicatio nullum liget exiſtentē extra territorium ēt ſubditum & ſic ſm eum,hoc totum operatur exiſtētia intra vel extra territorium, non attento tpe purificatæ conditionis, vel tempore diſpoſitionis ſuſpenſę in ipſius euētum, & ſic nihil ad propoſitam quæſtionem,neq; vt dixi,cōtinet veritatem:nam vt ſ̄.diſcuſſum eſt,excommunicatio ligat ſubditū alibi exiſtentem. Ego autem pondero q̄ excommunicationi ſuſpenſæ in euentum conditionis adijci poteſt conditio poteſtatiua,adijci poteſt etiam caſualis. Si adijcitur poteſtatiua, aut negatiua,vt ſi aliquid non fecerit,vel non dederit, aut affirmatiua, vt ſi aliquid dederit vel fecerit. Primo caſu ſi non reperiatur ſubditus tempore purificatæ cōditionis, puto ipſum ligari,
41 †niſi eſſet cauſa propter quam:ſed hoc,vt dixi, potius operatur ceſſatio cauſæ quàm mutatio fori.

Secundò autem inducitur purificatio conditionis per aliquod commiſſum, vel datum extra territorium,aut per commiſſum intra.Et non pondero,an ibi reperiatur vel non. ſi inducitur purificatio per cōmiſſum extra territorium, tunc non credo ligatum, & credo caſum in c.vt animarum.de conſtit.ſæpius allegatum.immo etiam ſi nō mutaſſet forum, hoc tamen procedit in generali ſententia, maximè lata per ſtatutum.ſic intelligo.d.c.vt animarum. vel ſpeciali ibi fulminando non expreſſit locum extra territorium. Si autē inducitur purificatio per aliquod commiſſum intra territoriū, ēt ſi mutauit domicilium tempore commiſſionis,& ſic purificatę conditionis,tunc ligatus eſt.In caſuali autem conditione indiſtinctè credo ligatum,niſi vt dixi,ceſſet cauſa, cum totum trahatur ad tempus conditionis adiectę,non autem ad tempus purificatæ,vt l.qui balneum. & l.poſterior.ff.qui po.in pig.hab. & l.ſi fur.ff.de vſu.& no.in c.ſi pro te.de reſcri.lib.6. Et ſic credo cō cordari poſſe opin.prædictas.

Conſequenter quæritur,pone epiſcopus Bonoñ. excōicauit ſubditum Mutinen.non ſibi ſubditum rōne contractus vel delicti.Mutineñ.epūs ratam habet excōicationis ſn̄iam?nunquid reconualeſcit ratihabitio ne ſequuta? Apparet q̄ recōualeſcat per c. Lugdun.9. q.2. vbi recōualeſcit ratihabitione ordinario
42 facta de non ſubdito,ēt ſententia quæ eſt nulla † ratihabitione recōualeſcit.3.q.6.hoc quippe.63.diſt. Salonitanæ. ſic adoptio. de elect.quod ſicut.facit Inſti.de teſta.§.ſed ſi quis.ff.rem rat.ha. l.3.§. falſus. In contrarium probatur: nam ſententia lata à non ſuo iudice, nulla eſt.11.quæſt.j.in clericorum.de conſuet.ad noſtram. C.ſi non à compe.l.vlt.Et ſententia,quæ eſt nulla, tractu temporis non firmatur,vt regula,non firmatur.de reg.iur.lib.6. & regula, quod ab initio.ff.eo.tit.Item quod meo nomine geſtum non eſt, ratum hr̄e non poſſum.ff.de neg.geſt.l.ſi pupilli. § ſed ſi ego.& l.Pomponius,eo.tit.& regula,ratum.de regu.iur. lib.6.Solu.1o.in c.nullus.9.q.2. hāc partem ēt tenet in alijs ſententijs q̄ excōicationis,cum tales actus requirant̄ in limitib.expeditionis iuris,ſolēnia,quæ ſi omittantur à prin.ſunt nulla, & ſic ex poſtfacto validari nō poſſunt,vt in iurib. ſtatim allegatis. Secus in his,quæ habent plus facti quàm iuris, & quæ pendent ex alieno conſenſu,vt contractus,& ſimilia. Nec ob.huic c.qp-
43 pe.3.q.6.& c.in primis.2.q.j.quia loquūtur in Papa, † qui habet plenitudinem ptātis.Hanc opi.tenet Bar.Brixi.in qōnib.ſuis, & eſt venerealis,& incipit, Epiſcopus Mutineñ. dicit tñ q̄ Tācre. ſibi reſpondit, q̄ ſi nomine proprio tulit ſententiam excōicationis,q̄ tunc ratihabitione conualeſcit,qua ratihabitio retrotrahitur,vt regula,ratihabitio.de reg.iur.lib.6.cum ſimilib. Ipſe tamen hoc non credit in ſententia excommunicationis,q̄ lata purè ſtatim,aut valet,aut non valet, & trahit ſecum ſuam executionem,vt in c.paſtoralis.de appel.Hoc idem tenet Lauren. in d.c.nullus.vbi eſt glo.Hoc idem tenet Inno. in c. prudētiam. § 6.de off.deleg. Ego puto hanc opin. veram in ſententia excōmunicationis lata purè à non iudice actu & habitu huius, in quem lata eſt ſententia. Et ſic procedunt allegata.opinionem Tancre.credo veram, vbi eſt lata à iudice habitu carente exercitio iuriſdictionis, quod exercitium pendet ex cōſenſu illius, cuius nomine excommunicat. & ſic in liminibus excommunicationis non deficit, niſi conſenſus illius, in cuius euentum pendet excommunicatio,& ſic habet tantam conditionem. Si etiam lata ſit ſententia ſub conditione expreſſa à penitus non iudice & conditione purificata ſit ratihabitio: & ſic procedunt allegata ad partem contrariam, licet hoc ſecundū ſit magis du-
44 bium: qa † vbi deſideratur à principio auctoritas vel iuſſus,approbatio ſequens actum nihil operat̄,vt l.obſeruare.§.poſtq̄.ff. de offi.proconſ.& lega.& l.qđ ergo.ff de his, qui not.infa.& l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acq. here. Poteſt dici caſum procedere,cū actus purè expediunt̄:ſecus ſi conditionaliter,& tūc demū valet cū interuenit ſolēnitas, & tūc nec fit retrotractus, vt regula,rati.de regu.iur.lib.6.per quam poſſet dici, vt ſ̄.

Conſequenter quæritur, pone quis excōmunicauit Titium ſibi ſubditū ratione iuriſdictionis ordinariæ, ſed ipſum excommunicat ex poteſtate delegata,quam non habet,& hoc exprimit vel ecōtra? nūquid valet excommunicatio? Aliq volunt dicere q̄ tenet attenta iuriſdictione ordinaria, quā habet, licet dixerit ſe procedere ex delegata, quam non habet. Et eſt ratio, nam procedere volebat, licet auctoritate delegata non poſſet,& ſic tenet principale,ſcilicet ꝓceſſus, licet non ſit qualificatus à poteſtate delegata,arg.l.eum.§.ſi iniuriarum. ff.de iniur.& l.ſciant.ff.ad l.Aquil.& l.cum putarem. ff.famil.erciſ. Itē iſte error,qui non debet, nec poteſt impedire ꝓceſſum veritate poſt aperta.8.diſt.veritate.ff.de offi.præſid.l.illicitas. §.veritas.immo adhuc hoc tenentes,quod ſi iudex diceret,volo procedere vt ordinarius, q̄ adhuc valet proceſſus, dummodò habeat ordinariam & careat delegata, & hoc rationibus antedictis.Nec nocet†proteſtatio,cum ſit facto repugnans.de appell. ſolicitudinem.& ſic prævalet factum.Confirmatur,quia nemo abdicare poteſt à ſe iuriſdictionem, vt l.legatus.ff.de offi.præſi. etiam quia ſic interpretatio eſt fienda, vt potius valeat quàm pereat. ff. de reb.dub. l.quoties. ff.de verbo.obliga. l.quoties.& eod.titu.abbate.de verbo. ſignifica. Alij dicunt contrarium in duobus caſibus præcedētibus per illud vulgatum, quod noluit potuit,& quod potuit noluit.de offi.deleg.cum ſuper.C.ſi quis alte.vel ſibi.l.multum intereſt, ideſt quaſi nil tam contrarium conſenſum, ſicut error.ff.de iuriſdi.omn.iudi. l.ſi per errorem. argum.pro hac parte.ff.de arbit.l.ſed ſi in ſeruum. & duabus legibus præcedentibus. Has duas opin. recitat Inno. in c.cum ex officij.de præſcript.nihil approbando.Hoſtien.in ſecundo caſu tenet hanc ſecundam opin.Ego crederem ſecundam opin.veram,& allego pro caſu, c.cum ſuper. de offic. delega. Nam ibi voluit procedere, ſed noluit taliter, qualiter non potuit, cum tamen aliter poſſet,& tamen aliter non valet proceſſus ſimpliciter propter defectum circa qualitatem. Nec puto, vt dicunt tenentes contrariam opinio. quòd proceſſus ſit principale, & modificatio proceſſus ſit acceſſorium,quo ad effectum validi-
46 tatis vel nullitatis.Sed † inſpecto fomento debet ponderari iuriſdictio, quæ eſt validitiua proceſſus ex ſuo capite,& ibi ponderо modificationem vt ordinariam vel delegatam, licet fortè ſint differentiæ ſpecificæ iuriſdictionis. Si ergo proceſſus fuit agitatus vigore iuriſdictionis delegatæ,qua caruit:ergo fuit defectus fomenti proceſſus, ſcilicet iuriſdictionis delegatæ, ergo nullus inſurgat effectus,vt l.pater.§.Tuſculanis.ff.de lega.2.& l. generaliter.C.de epiſcop.& cleri.l.vltim.C.de mili.teſtamen.& cap.poſt tranſlationem. de renuncia. Induco pro caſu, l.j. C.de iuriſdict. omn. iudi. ibi enim proceſſit ſecundum iuriſdi.quam habuit partibus conſentientibus,aliàs non tenuiſſet proceſſus, vt ibi intelligit Pe. Iſtud confirmatur: nam ſi habet vtranque, & dicat ſe velle procedere vigore delegatæ, & ſic procedant acta.Hæc demonſtraret validitas huius proceſſus, in totum recipit dependentiam à poteſtate delegata & nullam ab ordina-
47 ria,& hoc operatur† expreſſio voluntatis & formalitas proceſſus,& ſic expreſſio volūtatis circa vnam ſpeciem, maximè vbi expreſsè eſt alterius excluſoria,in totum aliā excludit,vt l.multum intereſt.C.n quis alte.vel ſibi.& c.ſuſceptum.de reſcri.li.6. & l.maritus.C.de procura.& l.cum prætor.ff.de iudi.ergo ſi illa caret,ſecundum illā procedet,& proceſſus erit nullus,maximè cum actualitas ꝓcedendi pēdeat ab auctoritate & conſenſu iu-

dicis,

Source : BIU Cujas

dicis,& hoc maximè procedit in ſecũdo caſu, cum dicit ſe velle procedere ex illa quam habet, ſed ex alia ſola quam non habet. Nec ob. q̃ nõ poteſt à ſe abdicare iuriſdictionem, tñ poteſt abdicare exercitium. Hic verò abdicauit exercitium, ergo proceſſit iuriſdictio quam habet. Et ſic videtur concludere contra ſeipſum. & ideo poteſt abdicare exercitium, quia poteſt non procedere. pro hoc induco. l. ſed ſi in ſeruum. cum duabus. ll. præcedentibus. ff. de arbitr. induco. l. vnam, cum ibi not. C. qui pro ſua iuriſdict.

48 Conſequenter quæritur, nunq̃d † ſubditus ignorans excommunicari poſſit? Apparet q̃ non. nam tunc demum abſolutio & excommunicatio effectum inducunt, cum literę ſunt preſentatæ ſicut dicimus in literis transferentibus iuriſdictionem. C. de appe. ſuper eo. ſicut in legib. 4. diſt. leges. In contrarium probatur per l. eius qui. ff. ſi cer. pet. ibi, ſtatus ſui ignarus, &c. Sol. ſuper hoc variarunt antiq̃ patres iuris. Aliqui dicunt q̃ tunc excommunicatus eſt, cũ ſcit & ante non. Et hæc fuit opi. Ioan. 2. q. 5. quanto. vbi eſt glo. Bart. Brixi tenet contrarium, quod ſentire vĩ Ber. in c. Apoſtolicæ. de cle. excom. min. & ibi glo. Hic pondero attendendam differentiam, an videlicet loquamur de ſent. excom. lata à canone, an ab homine? Primo caſu ignorans canonem fulminantẽ excommunicationis ſentẽtiam excommunicatur, & hoc clarũ, cum lex infligat pœnam illam pro delicto, ſcit tamen factum, nec excuſat ipſum ignorantia iuris, in c. j. de conſti. & l. leges. C. de legi. & incidit in factum iam damnatum, vt 24. q. j. c. j. 2. & 3. Si autem loquamur de ſententia lata ab homine, tunc aut loqmur de ſententia lata ex poteſtate clauium, quæ competit cuilibet ſacerdoti curam habenti, vt s̃. deduxi, & tenet in c. cum ſit. de app. & c. de manifeſta. 2. q. j. & ibi glo. aut loquimur de ſentẽtia lata ex poteſtate iuriſdictionis contentioſæ, & tunc cum ibi requiratur trina monitio iudiciaria. 12. q. 2. indignè. de ſenten.
49 excom. ſacro. Item dico ignorãtem † non ligatum quo ad Deũ, ſi iniuſtè aliàs excommunicaretur, quia tunc aliàs ſciens nõ cõtemnens, vt c. à nobis. de ſent. excom. Quo autem ad eccleſiam militantem, dico ipſum ligatum attento vinculo, non autem attento omnimodo effectu inutili, diſtingue tamẽ inter omnino occultum, qui non poteſt cõuinci, nec ipſum remordet cõſcientia, nec alios penitus ignorantes: nam tunc tales excuſanẽ in iudicio & extra, nam valent agitata per eum, & valent quæ fiunt de ipſo tempore medio, vbi ſunt actus, qui nullo mõ ſunt cadibiles in excommunicatum, vt electio etiam quæ competit non ratione publici officij, ſed priuati intereſſe vel paſſiuè, vt c. cum dilectus. de cõſue. & c. inter dilectos. & no. in illo eod. tit. Sed ſi poſſet conuinci, cum non eſt publicè lata, tunc allegari poteſt probabilis ignorãtia Si tamen ſcit, reus eſt apud Deum, vbi iuſtè excommunicatus ſit. de ſent. excom. à nobis. de coha.
50 cler. & muli. c. fi. ſi tamen moriatur † antequàm ſciat ſe ligatum, liber eſt apud Deum ex capite vinculi, licet ſit ligatus apud eccleſiam militantem, & tenetur excommunicator ipſum abſoluere poſt mortem, dummodo apparuerint ſigna contritionis de illo peccato, pro quo fuit excommunicatus. 11. q. 3. nemo.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio, pro quibus cauſis feratur.*
2 *Charitas ſicut iungit Deo, ſic peccatum ſeparat ab eodem.*
3 *Participans excommunicato mortuo, an incurrat minorem excommunicationem.* 4.
5 *Sententia canonis omnes aſtringit.* 10.
6 *Participans excommunicato in crimine damnato, an incidat maiorem excommunicationem.*
7 *Papa ſi mandat aliquid iniuſtum & non obtemperantem excommunicat, nunquid conſulens non obtemperari incidat maiorem excommunicationem.*
8 *Eccleſia militans cum ſit in poteſtate Papæ, nullus contra ipſius mãdatum debet ſe ſacramentis immiſcere.*
9 *Excommunicatus propter participium in crimine, an abſolui debeat per excommunicantem, vel eius ſuperiorem.*
11 *Communicans cum excommunicato in crimine videtur delinquere contra excommunicatorem.*

§. Decimus.

1 RESTAT videndum, pro quibus † cauſis feratur excõmunicatio. Hic eſt attendendum, q̃ ob varia genera excõicationum, de quibus præmiſi s̃. in quarto membro principali, variantur cauſæ propter quas ferẽ. Nã ſi loquimur de excommunicatione maiori, quæ ſeparata à cõmunione fratrum & ſacris lata à canone, tunc p̃p crimen regulariter fertur, & p̃p quæ & quot ferãẽ tetigi s̃. vbi explicaui oẽs cauſas, in quibus quis incidit excõicationis ſententiam ipſo iure, quorum quidã ſunt expreſſi iure veteri. Hoſt. enumerat hęc eo. tit. in princ. Quidam per conſtitutiones ſexti. eo. tit. lib. 6. vbi glo. Hos omnes s̃. explicaui in tertio mẽbro principali, vbi tractaui à quo feratur. Hęc delata à canone & maiori. Si aũt loquamur de minoribus, licet aliq̃n ſeparat à Deo tiñ, & hãc inducit quodlibet peccatũ mortale ſine miniſterio militantis eccleſię, vt ſcribitur Iſaiæ. 55. c. iniquitates noſtræ diuiſerũt inter nos & Deum noſtrum. Et no. Hoſt. in c. ita quorundam. de Iudę. Nam
2 † ſicut charitas iungit Deo, vt inquit Proſper in libro de vita cõtemplatiua, tranſumptiuè in canone, charitas, cum c. ſeq. de pę. diſt. 2. ſic peccatum ſeparat ab eodẽ, aliq̃n minor ſeparat à participatione ſacrorum paſſiua, & hanc cauſatiuè producit ſimplex cõicatio, ſiue participatio cum excõicato maiori, vt c. nup. eo. tit. 11. q. 3. cum excõicato. cum multis ſi. ea. cau. & q. licet aliq̃ ſint in hoc priuilegiati à canone, vt participantes ſimplici participio nõ incidant in canone, q̃n multos. 11. q. 3. & c. inter alia. eo. tit. licèt hoc ſimplex participium inducat mortale. Contentio fuit antiquorum patrum iuris, quæ no. in c. ſacris, q̃ me. cau. an aũt ſit aliquod ſimplex participium q̃ maiorẽ inducat, not. in c. ſignificauit. eo. tit. & s̃. explicaui in mẽbro minoris excõi-
3 cationis, an † aũt participium cum excõicato mortuo inducat minorem excõicationem. Ber. tenet q̃ ſic. Nam cui non cõicamus viuo, nec cõicare debem⁹ mortuo. 24. q. 2. c. j. & 3. de ſepul. ſacro. hoc no. in c. ad hoc. de exceſ. p̃la. vbi hoc idem tenet Ala. Phi. Hoſtiẽ. tñ contrarium tenet, & mouetur ex eo, quia homo mortuus non eſt homo, niſi ęquiuocè, & iura diſponunt de cõmunicantibus cum homine excommunicato. ergo &c. Cõfirmatur: nam cum homine mortuo nulla eſt communio, cum omnino recipiat reciprocam vnionẽ, quod verbum ſignificat. Item iure hoc non reperitur expreſſum, non ergo extẽdamus legem, quod non eſt noſtrum. ff. ſol. mat. l. ſi verò. §. de viro.

Confirmatur in certis caſibus, ſpeciale eſt q̃ aliquod cõtingens in fauorẽ excõicati mortui ſit excõicatus, vt in c. 2. j. rñſ. de hęre. lib. 6. & in cle. eos. de ſepul. ergo in aliis in ꝯrium diſponit ius cõe, vt l. ius ſingulare. ff. de leg. & l. j. ff. ad muni. Do. me. legẽdo c. ad hoc. diſtinguebat modum cõicandi excõicato mortuo, † an videlicet qs cõi-
4 cet ei fauendo, aut lauando, radendo, vel quid ſimile faciẽdo, & dicebat tunc ipſum excõicatũ: aut participat nil fauoris impartiendo, vt puta ipſum ſalutando, vocando, vel aliter alloquẽdo, & tũc dicebat ipſum excõicatum, & nihil allegabat, nec video q̃ ipſum mouere potuerit: nam vt dixi, iura hanc pęnã infligũt cõicantib. & explicant actus excõicationũ, per quorum ſingulos ſi diſcurras, nullus coaptatur mortuo. immo talis eſt cõio cũ mortuo, qualis cũ lapide vel alia re inanimata, cũ nõ ſit reciproca viuo, q̃ venit ex ſignificato verbi, aliquos tñ actus attẽtatos in mortuo excõicato iura puniunt hac pęna, vt iuribus ſtatim allegatis, & illud ſpeciale, vt dixi. nõ recederẽ ergo ab opi. Hoſti. niſi in caſibus expreſſis à iure. hæc aũt cõio eſt propter q̃ ligatur participans nedum ſubditus ligantis, immo & quilibet extraneus. Et eſt ratio, quia hæc eſt lata à canone, nõ aũt ab ex-
5 cõicante maiori, & canon † omnes aſtringit, vt c. j. de conſtit. l. leges. C. de legi. & l. conſtitutiones. C. de iur. & fac. igno. Et hæc procedunt in ſimplici cõione & participio. Nam participiũ in crimine inducit maiorem, vt c. ſi concubinæ. eo. tit. Vbi ſciẽdũ q̃ aliq̃n quis cõmunicat crimini & non criminoſo, & tale participium non inducit maiorem excõicationem ex capite participij. Tolle exemplum, tu es excõicatus, quia celebraſti in loco interdicto, ego poſtea celebro in eodem loco non celebrãdo, tecum participo in crimine non tñ criminoſo. Non ſum excõicatus propter participium, ſed propter crimen tantum. aliq̃n quis communicat criminoſo non tamen in crimine, tunc incidit minorem, vt s̃. tactum eſt. aliquando participat quis in crimine & criminoſo, non tamen crimine damnato.

Tolle exemplum, tu es excõicatus, quia cognouiſti mulierem excõicatam, p̃p furtum non incides maiorẽ, quia propter crimen in quo cõicas, non fuit excõicata. aliquã-
6 do participat † excõicato in crimine damnato, tunc incidit maiorem, vt c. ſi concubinæ. & tunc expedit q̃ excõicetur cum primo excõicato, nec ſufficit ad ipſam ꝯhendam q̃ participet cũ excõicato p̃p participium in crimine damnato & criminoſo. Tolle exemplum, cum clericus es excõicatus, quia cognouiſti mulierem, ego poſt cognoſco dictam mulierem excõicatam p̃p participium non incido excõicationem, infertur. ergo q̃ ad hoc q̃ quis incidat excõicationem maiorem p̃p participium in crimine, q̃ cõicet criminoſo in crimine damnato. prædicta notauerunt Vincẽ. & Phili. in c. nuper. de ſen. excom. fateor tñ, q̃ ſi quis excõicetur iniuſtè propter actum non damnatum, vt pote ſi mandat mihi ordinarius quod libros meos tradam Titio & ſine cauſa iuſtificante mãdatum, q̃ licet quis communicet cum tali eidem conſulendo q̃ non tradat, q̃ poſtea non eſt excommunicatus maiori, licet mandatarius ſit excõicatus, & conſulens cõicet in ea, propter quod damnatus eſt. Et eſt ratio, quia non participat in crimine, cum ibi non ſit crimen, immo peccat mandans, ſed ſolum incidit minorem, vt no. Inno. in c. inquiſitioni. eo. tit. Hoſt. tenet ibi q̃ nec fortè minorem incurrit, dummõ aliàs nõ excedat. de cle. excom. min. propoſuit. de excep. cum inter. & hoc, cum aliquid mandatur, iniuſtũ erat ab
7 inferiori à Papa Sed in dubium reuocaẽ, quid ſi Papa † mandat aliquid iniuſtum & non obtemperantem excõicat? nunquid conſulens ſi non obtemperaret mandato Papali incidat maio-

Source : BIU Cujas

rem: hic attendendum, ꝙ aliquando Papa mandat perſonis eccleſiaſticis vel ſecularibus ſuper rebus tñ ſpiritualibus, & tunc ſemper eſt obtemperandum, licet ſit quàm durum ꝙ nemini liceat diſputare, nec iudicare de ipſius factis. 9.q.3. cuncta. & ca. per principalem, niſi mandatum ſuum ſaperet hæreſim. 40.diſtinct. ſi Papa. vel niſi ex mandato ſuo iniuſto ſequeretur ꝑturbatio eccleſiæ, & hoc veriſimiliter poſſet vel exinde mala ſequi poſſent: tunc enim peccarent obediendo, cum peccata prꝫcauere debeant futura. ita not. Innocen. in c. propoſuit. de cleric. excom. min. de vo. c. magnæ.

Primo caſu crederem conſulentem, ne adimpleretur mãdatũ, fore excommunicatum: ſecundo caſu non. Si autem Papa mãdat aliquid iniuſtum circa temporalia & perſonis ſecularibus vel tenentibus à Papa, nec eſt de iuriſdictione ſua ratione ꝑſonæ vel loci, tunc non tenetur obedire: tamen ſi ipſum propter inobedientiam excommunicat, debet reuerenter ſeruare excõ
8 municationem: quia† cum eccleſia militãs ſit in ipſius poteſtate, nullus contra ipſius mandatum debet ſe ſacramentis immiſcere. de hæreti. ad abolend. Et ad ſic notata reſpondet Inno. & Hoſt in c. inquiſitionis. eod. titu. Infertur ergo, quòd ad hoc ꝙ excommunicatio maior ſeruatur contra aliquẽ à canone propter criminis participium, ꝙ participet cum criminoſo & in crimine damnato & cum excommunicato principaliter, non autem ſecũdario ꝓp communionem actus damnati, vt patet per prædicta. Hic autem excommunicatio lata à canone ligat nõ ſubditum excommunicantis. Tenet tamen Ber. in c. nuper. eo. titu. in glo. tunc erit, ꝙ talis ſit ligatus ſentẽtia hominis. Nec mirum ſi ligatur ab homine, quia communicando cum excõmunicato in crimine damnato delinquit contra excommunicatorem, & ſic ratione delicti efficitur de ſuo foro, & ſic ligabilis. de fo. compet. c. fi. de rap. c. j. C. vbi de cri. agi opor. l. j. Etiã qa incidit in factum iam damnatum, & ſic ſententia tranſit ad eũ per tale participium, vt c. ſi concubinæ. eo. titu. Si. de immu. eccle. aduerſus. vbi ſuccedit in vitium, & hic accidit crimen, ergo eadem lepra quã ille, iſte punitur. 1. q. j. citò turpem. Nec eſt neceſſe ꝙ contra tales noua feratur ſententia. 24.q.j.c.j.2.& 3. Iſta opin. probari & fundari videtur per tex. decre. nuper. ver. in pri-
9 mo. Nam ibi dicit ꝙ † excommunicatus propter participium in crimine, abſolui debet per excommunicantem vel eius ſuperiorem. ergo fuit ligatus ſententia ſua, non autem canonis, cum tunc proprius ordinarius poſſet abſoluere, cum Papa nõ reſeruet ſibi, vt d.c. nuper. ſic in c. quanto. eo. titu. 16.q.4. ſi quis ſuadente. Inno. & Hoſti. in d.c. nuper. tenent quòd talis cõmunicans in crimine ſit ligatus ſententia canonis non hominis, & hæc ſunt diuerſa. Nam ſecundum opin. glo. ſi excommunicans communicaret excommunicato non incideret, quia ſentẽtia propria ligari non poteſt, ſecundum aliorum opinio. bene, qa non eſſet propria, ſed canonis. Item ſecundum opi. glo. ſi quis communicaret extra territorium excommunicantis non incident, quia iuſdicenti extra territoriũ, & c. vt l. extra territoriũ, ff. de iuriſdi om. iudi. & c. 2. de cõſti. lib. 6. ſecundũ aliorum opi.
10 ſic cum ſit ſententia canonis, † quæ omnes aſtringat. de conſtit. c. j. Hæc ſententia eſt vera, ſ. ꝙ communicans in crimine criminoſo ſit ligatus ſententia canonis non hominis, & probari videtur per tex. decre. nuper. nam dicit ibi tex. ꝙ talis debet abſolui per excommunicatorem vel ſuperiorem excommunicantis. in hoc ꝙ dicit ſuperiorem excommunicãtis, neceſſariò intelligi oportet, cum ipſe excommunicans ligatus ſit in cõmunicando cum eo, de ligato autem non poteſt intelligi, cum ipſe non poſſit conqueri coram metropolitano de epiſcopo, qa excommunicauit, non ergo de ipſo querelam proponere põt, intelligitur ergo de excommunicante ligato, propter participium autem ipſe ligari non poteſt ſententia propria. ff. de arbi. l. pen. ergo fuit ſententia canonis.

Eſt tamen abſolutio ab hac excommunicatione reſeruata excõmunicanti, per decre. nuper. & ſic ſpeciale, & ratio ſpecialitatis
11 eſt, quia † communicãs cum eo in crimine, videtur delinquere contra excommunicatorem, & ſic ſibi defertur, vt abſoluere poſſit, & ſi ibi non poſſit, quia ipſemet ligatur per participium, tunc ſuperior excommunicantis abſoluit, vt ibi dicit tex. Et hanc opinio. tenet Rayn. in Sum. eod. titu. & hanc etiam tenet Ioan. Mona. & Archid. in c. ſtatuimus. eod. titu. libr. 6. & ibi etiam D. Ioan. And. in cap. nuper. poſt Innocen. Hoſtien. Goffr. tenuit cum Ber. Aliqui inter hos diſtinguunt inter communicantem ſimplici quolibet participio, vt talis ſit ligatus à canone: & inter participantem in crimine, & talis ſit ligatus ſententia hominis. Credo indiſtinctè ex quolibet participio communicantem ligatum ſententia canonis per ſupradicta. fateor tamen quod ſi communicans excommunicet aliquem, vt omnes præbentes auxilium & conſilium eidem tunc communicantes in crimine incidunt ſententiam hominis. Si communicantes ſint ſubditi & communicent intra territorium excommunicantis, communicãs autem extra territorium & ipſemet cõicans ſunt ligati ſententia canonis. Ex his infertur, qualiter participium eſt cauſa, propter quam fertur minor excommunicatio & etiam maior & vtraq; à canone, vt ſ. tactum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio minor, propter quid ferat.*

§. Vndecimus.

REſtat videre, propter quid
1 feratur † excommunicatio minor, quę aliquando ſeparat à communione fidelium & non ſacramentorum, illa fertur propter cauſas quas canon exprimit, & canones ſunt ſpecialiter hoc exprimentes. j. quæſt. 4. in loco. 18. diſtinct. placuit. 34. diſtinct. quorundam. 58. ſi quis. & hac excommunicatione ligantur quandoque Iudæi. de deci. c. de terris. de Iudæ. poſt miſerabilem.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio maior ab homine, propter quid infligatur.*
2 *Moniti ſi emendare noluerint excommunicantur pro crimine. Gremium redire volentibus non claudit eccleſia.*
3 *Contumacia eſt cauſa immediata, propter quàm fertur excommunicatio maior ab homine.*
4 *Contumacia quandoq; ortum habet aliunde quàm à crimine.*

§. Duodecimus.

REſtat videre, propter quid feratur
1 excommunicatio maior ab homine. Hic † attendendum eſt quòd excommunicatio, quæ fertur ab homine, immediatum habet ortum à contumacia. Hæc probantur. 11.q.3. nemo epiſcoporum. in fin. 2.q.j. nemo. 42. diſtin. ſi illud. 24.q.3. tam ſacerdos. Hanc ſentẽtiam tenuit Hugo. 2.q.j. nemo. Hanc tenuit Innoc. in c. ex parte. lo j. de verb. ſignifi. & Archid. in c. pia. de except. lib. 6. Ioan. tamen tenuit, quod aliquando ꝓ crimine feratur ab homine, & mouetur per canones, qui hoc exprimunt. 16.q.j. alia. 22.q.j. prædicatio. 47. diſtin. accuſatores. de re iudic. ad Apoſtolicæ. lib 6. Hoc notauit Ioan. 11. quæſt. 3. certum. & c. nemo. ea. cauſa & q. Barto. ibi contra. & hæc opinio eſt vera de iure. & probatur per tex. ſtatim allegatum. Probatur per c. j. eod. titu. lib. 6. & per c. ſacro. eod. tit. Ad iura per Io. And.
2 allegata, reſpondetur ꝙ intelliguntur qnòd pro † crimine excommunicantur, ſi moniti emẽdare noluerint. Hinc eſt quòd dicit Innoc. in d.c. ex parte. quod nemo poteſt excommunicari pro crimine, ſi corrigi voluerit, ergo &c. Hoc probat text in cano. ſed illud. 45. diſtinct. ibi, poſt correptionem, &c. ergo eſt opus monitione, & ſic propter contumaciam à canone. Nam canon monet inhibendo, & ſic non eſt opus monitione alia hominis, immo contrafaciendo incidit, & ſic commiſſio criminis hoc immediatè operatur. in ſentẽtia autem ferenda ab homine propter crimẽ iam commiſſum, eſt opus monitione, vt quis ſe corrigat. Nam eccleſia non claudit gremium redire volentibus, vt c. ſuper eo. de hæret. lib. 6. ideo eſt opus monitione, vt redeant, & ſic cõtumacia moniti redire nolẽtis hoc operatur, quòd in ſententia canonis non procedit, cum canon inhibeat committenti & damnet committentem, & hoc procedit tam in canone generali quàm ſpeciali, vt ca. 2. de conſtitu.
3 lib. 6. & c. à nobis, de ſenten. excommu. infertur † quòd contumacia eſt immediata cauſa, propter quàm fertur excommunicatio maior ab homine.

Eſt tamen hic attendendum, quòd hic excommunicatio licet ſit cauſa propter quam fertur, tamen ipſa contumacia habet aliquãdo ortum à crimine, aliquando aliunde. Si habet ortum à crimine, ideſt à ſpeciali criminis inhibitione facta ab homine, & tunc non eſt opus monitione ſuper emẽdatione criminis iam commiſſi, vt incidat, vt cum monet ſuperior aliquem ne fornicetur cum tali, aliàs ipſum excommunicet, tunc ſi contrafaciat excommunicatus eſt, & excommunicari poteſt ſine alia monitione ſuper emendatione criminis. Et eſt ratio, quia iſte verè contumax eſt, quæ ſola contumacia iuſtificat excommunicationem. 11.q.3. certũ. & c. nemo. Aliquando contumacia habet ortum *ab actu iam* commiſſo, vt cum quis commiſit crimen, ſuper *quo non* erat monitus ne cõicaret vel committeret: & ſic *nec lata*, nec cõminata ſententia non in contrafacientem, & *tunc eſt* opus monitione, vt ſe corrigat, & ſi contumax *fuerit poterit* excommunicari. Et differunt hæ contumaciæ: nam prima oritur in criminis commiſſione, præcedente, ſcilicet monitione ne committeret. Secunda orta eſt poſt criminis commiſſionem, nec naſcitur cum crimine communicetur. Aliquãdo contumacia
4 † aliũde habet ortum quàm à crimine, vt cum excommunicatur quis, quia non vadit ad concilium. 5.q.2. præſenti. 17. diſtin. ſi epiſcopus. & c. ſeq. Si non proſequitur accuſationem ſuam. 4.q.5.c.j. Vel præcipit fieri quod cunque aliud ſpectans ad officium ſuum. 7.q.j. frater. Iſtæ enim contumaciæ non oriuntur à crimine, ſed aliunde, tamen iuſtificant ſufficienter excõmunicationem.

Source : BIU Cujas

nicationem.distinguitur etiam inter nudam contumaciam,in præsignantem,& manifestam,& dubiam, & quia hæc non differunt quo ad effectum & modum obtinendæ absolutionis,id circo hic non prosequor,sed tangam in 9.membro x. principali,vbi prosequar qualiter excommunicatio tollatur.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis effectus,quis sit.*
2 *Sacerdos suspensus a canone ante absolutionem solennem,vel finitum tempus suspensionis non potest celebrare quantumcunque pœniteat.*
3 *Ordines,an conferantur sine Missa.*

§. Decimustertius.

1 RESTAT videndum quintò principaliter, quis sit † effectus excommunicationis. Hic est attendendum, ꝙ secundum varietatem specierum excõicationis variantur effectus ipsius,Est enim excõicatio minor lata a canone propter simplex participium.Huius effectus,est exclusio a sacramentorum participatione passiua,vt in c.si celebrat.de clerico excom.ministran.Et est ratio:nam excõicatio minor propter simplex participiũ est suspensio Dei,& canonis,per approbationem tantum, quod ꝓbatur.Nam statim cum vult pœnitere absoluitur a quolibet cõfessore,vt c.nuper.eo.tit.& statim potest celebrare,quod nõ ꝓ-
2 cedit in suspenso a canone principaliter:nam † ante absolutionem solennem,vel finitum tempus suspensionis, non põt celebrare quãtumcunq; pœniteat, immo irregularitatem incurrit, vt c.j.de re iud.lib.6.c.j.de sent.excom.lib.6.Sed obijcies vt quis absoluatur a minori requiritur solennitas tradita a canone, ut in decre.nuper.ergo est principaliter sententia canonis.Solu il la solennitas addita a canone,nõ mutat statum & naturam excommunicationis,item notauit Inn.in c.si celebrat.de cler.excomm.ministran.in gl.quidam sunt. Secundus est effectus, qa reddit quem inhabilem ad electionem passiuam,vt in d.c. si celebrat.Et redditur ratio:Nam si suspensus est a passiua sacramẽtorum participatione,ad quem prælati tenentur,ergo per consequens a passiua electione. Non autem repellitur a sacramentorum collatione,vel actiua electione,vt ibi tex.a cõtrario sensu.Si obijcias contra primum,si nõ liceat recipere, ergo nec cõferre,cum sibi non liceat sacramenta contingere.81.dist.c eos.
3 & c.minister.& c.oportet.& maximè in collatione † ordinum, qui non conferuntur sine Missa.77.dist.c.j.3.& 4.Sol.dicunt qdam,ꝙ licet peccet Missam celebrando,non tamẽ ordines cõferendo.Inn.tenet,ꝙ sacramenta conferendo peccet.j.q.j. omnia.95.dist.illud.exceptis permissis a iure,vt baptismus. Sed subditi non prohibentur a collatione quo ad subditos,licet ipse recipiendo se maculet.Host.dicit,ꝙ conferendo non participat, quia non confert principaliter ad suam vtilitatem, sed aliorũ, qui autem ad suam vtilitatem participat, quia partem capit,ꝓhibetur ergo a participatione q̃ suam vtilitatem concernit, nõ aũt in collatione,quæ aliorũ concernit utilitatem,arg.ff.de dolo.l.j.de collu.deteg.l.j.de his, quæ fiunt a ma.par.cap.quæsiuit.

SVMMARIVM.

1 *Suspectus est de hæresi,qui per annum steterit in excommunicatione.*
Separans se ab ecclesia,nec recipiens communionem,hæreticus est.
2 *Ecclesia iuxta maternum affectum nulli claudit gremium.*
3 *Agitata periudicem publicè excommunicatum,sunt nulla.*
4 *Compensans, agere videtur.*
5 *Exceptio sola sonans nudam defensionem reseruatur excommunicato.*
Fideiussor excommunicati,an possit compensare de debito principali.
6 *Mora debitorum nocet fideiussori.*
7 *Fideiussor,an possit soluere creditori de bonis debitoris.*
Exceptio excõicationis est personalis,quæ non impedit personam.
8 *Excommunicatus,post absolutionem,an poterit petere restitui ad appellandum.*
9 *Comparens si non defendit,an contra ipsum dirigatur actio.*
10 *Necessarior reus nullus potest esse quam nolens malum prælatum.*
11 *Excommunicatus si appellet extra iudicium,nunquid audietur.*
12 *Ius appellati non est læsum propter negligentiam appellantis.*
Appellatione deserta, rata manet sententia.
13 *Excommunicatio superueniens impedit uires rescripti prius impetrati.*
Exceptio excommunicationis potest opponi in qualibet parte litis.
14 *Excommunicatus actor originalis si prosequi velit appellationem,est ne indistinctè audiendus.*
15 *Excommunicatus si petit restitui contra sententiam,an audiatur.*
16 *Actio excommunicati si perijt tempore,nunquid audietur.*
17 *Legitimè impedito circa expeditionem alicuius actus tempore limitati, an currant tempora regulariter.*
18 *Tempus,quod detur a lege sine hominis ministerio.*
19 *Ius est commune,quòd nõ probans,quod opponit,condemnetur in expensis.*
20 *Dilatione data ad probandum,quid sufficiat.*
Excipiens tenetur probare exceptionem suam.
21 *Denunciatus excommunicatus si quis probetur,an sufficiat probatio,vt repellatur ille,contra quem opponitur.*
Famæ si aliquem habet excommunicatum, abstinendum est ab eius communione.
22 *Verbis narratiuis Papæ statur.*
23 *Aliquem haberi pro excommunicato,vt ab eius communione sit abstinendum aliud est,& aliud est quem haberi pro excommunicato,vt excludatur a prosecutione iuris sui.*
24 *Actus a principio constitutionis nullus ipso iure,an tractu temporis conualescat.*
25 *Constituens si est excommunicatus,an valeant agitata per procuratorem.*
26 *Excommunicatus si constituitur procurator pro reo, nunquid poterit defendere reum in iudicio.*
27 *Procurator excommunicatus si tempore constitutionis habet mandattm ad substituendum,nunquid substituere poterit.*
28 *Procurator licet teneatur appellare,non tamen prosequi.*
29 *Publica utilitas subest constituto ab vniuersitate.*
30 *Procuratorium factum ab excommunicato non repellitur, nisi eligatur ope exceptionis.*

§.Decimusquartus.

1 RESTAT videre effectum maioris excõmunicationis tam latæ ab homine, quàm a canone. vnus est effectus excommunicationis insurgens ratione pseuerantiæ in ea & contemptus absolutionis.Nam †si per annum steterit in ea,suspectus est de hæresi, vt in c.graue.de pœn.dicit ibi Inn.ꝙ est suspectus suspicione læui,& non violẽta,propter quam indici potest purgatio, in qua si defecerit,quod dicitur de hęreticis in ca. excommunicamus. §.j.& §.credentes.& c.nos inter.de purg.ca.Host.ibi tenet,ꝙ annalis perseuerantia reddit ipsum suspectum de hæresi,primo ꝓ c.omnis.de pœni.& remissio.quia non facit ad ea, quæ tenetur, nec facere potest,& sic præsumitur aliter sentire de sacramẽtis quàm sentiat & doceat sancta Mater ecclesia.de hæreti.ad abolend.j.respon.Nam qui omnipotentem Deum nõ metuit,&c. 11.q.3.qui omnipotẽtem.& qui se ab ecclesia separat, nec communionem recipit,hæreticus est.In Auth.de priuil. dotis.hęre. mul.non præstan.2.resp.ō& §. ergo sacram communionem.& subdit alterum de duobus inferri,aut ipsum fore non sanę mẽtis,aut malè sentire de fide.si ergo non sanę mentis, ergo malè sentit,& sic propter tanti temporis perseuerãtiam posset eccle
2 sia ipsum condemnare de hæresi. sed † ecclesia iuxta maternũ affectum nulli claudens gremium incedit via media, quia tali attribuit solam suspitionem.de hęret.excõmunicamus. & hoc ne videatur dissimulare peccata.43.dist.quod hæresis.de off.ordi.irrefragabili. Alii sunt effectus insurgentes attenta sola excõmunicatione,& non diuturnitate. Et hic præmitto duo genera casuum,alias actum circa quos excommunicatio operabit effectus inhabilitando.Nam quidam sunt actus iudiciarij, extraiudiciarij: quidam spirituales,quidam prophanaliter distinctiuè possunt explicari.

Nam quidam sunt actus publici sicut tutela, quidam ciuiles quidam communes. publici sicut tutela,& cura.Insti.de tute.circa prin.Ciuiles sunt iudicare & arbitrari.ff.de iu.l.cum prætor.3.q.7.§ tria.de arbi.dilecti.communes,sicut officium procuratorium & testium.Tales enim actus,nec inter publicos,nec inter ciuiles numerãtur, ab istis repelluntur.de proc.officio.de prob.post cessionem. de procu.c.fin.de testi.veniens.Multo fortius a ciuilibus,de excep. c.exceptionem.de re iud.ad probãdum. Circa actus iudiciarios, quidam debentur iudici,quidam actori,qidam reo, quidam testi,cum tot sunt personæ iudicium fundantes,ut c.forus, de ver. sign.Excommunicatio inhabilitat iudicem adeo,ꝙ agitata per
3 †iudicem publicè excõicatum,sunt nulla,vt c. ad probandum. de re iud.Inhabilitat agentem,si opponatur exceptio, ut ꝓ officium repellatur,vt c.exceptionem.de excep.& c. pia.eo.tit.li.6. probatur per c.cum inter.eo.tit.aliàs si non opponatur,vel repellatur per officium,valent agitata, vt d.c.pia. non inhabilitat reum necessarium,ut c.intelleximus,de iudic.de except.dilecti. cum si.Voluntarium repellit exceptione opposita.& iuxta no. in c.cum inter.& c.dilecti.de excep repellit testem i. a testimonio,ut c.veniens de testi.Quis autem cognoscat de exceptione excõicationis opposita ꝙ iudicem,an ipse, an arbiter assumpti, vt in exceptione recusationis,no.in c.cum super. de offi. deleg & c.pia.de excep.li.6.An autem reus repellatur excipiens de ꝙpensatione.Ber.tenet ꝙ non in c cum inter.de excep.Mouetur
4 ex hoc,†quia qui compensat,agere videtur.ff. rem ratam habe. l.quo.n. & l.amplius, in fin. Alij tenent ꝙ ex eo, quia aliquid venit in compensatione,quod non venit in petitione, vtpotè debitum naturale,ut l.etiam.ff.de compẽsationi.Item excommunicatus soluere debet,& hoc videtur facere qui compensat. ff. qui pot.in pign,habe.l.si debitor.

Dicunt

Source : BIU Cujas

Dicunt aliqui, quòd ſi debitum eſt liquidum, nec aduerſarius exceptionem, vel negationem p̃tendit, quòd admitti debet compenſatio. ff. de compenſa. l. fin. de depo. l. bona fides. §. fi. & ſufficere debet iudici qualitercunq; ſatisfaciat creditori. ff. de pigno. actio. l. ſi rem. §. pecunia. Secus aũt ſi aduerſarius excommunicati neget, vel excipiat per iura. s̃. alle. Hæc fuit opinio Hoſt. Bar. Brix. in quæſtione ſua veneriali, quærit vtrum ſit excommunicatus, licèt Tancre. & Io. dixerint contrarium. Io. notauit. 3. q. in ſumma. ipſe tamen tenet excõicatum poſſe compenſare. Idem tenet Philip. in d. c. dilecto. de excep. alleg. l. verum. ff. de compen. Si vera eſt opinio, ꝙ compẽſatio fiat ipſo iure ſine miniſterio exceptionis, vt probare videtur text. in §. compenſationes. Inſtitu. de actio. plana foret hæc quæſtio. tamen hæc opinio non eſt vera, quare hic non proſequor, quia tractum requirit. immo eſt vera opinio Azo. tenentis, quod ſit opus exceptione? tunc crederem excommunicatũ
5 repellendum a compenſatione. Mouet me, quia † excõicato ſola exceptio ſonans nudam defenſionem reſeruatur, vt c. cum inter, & c. dilecti, de excep. vbi autem exceptio habet vim accuſationis, vel impugnationis, tunc non, vt in iuribus s̃. alleg. Ac exceptio compẽſationis habet vim petitionis. Induco tex. hoc expreſsè probantem. l. amplius. in fi. ff. rem rat. habe. nam damnatus non petere repellitur a compenſando, vt ibi. Incidit tamen quæſtio. An fideiuſſor excommunicati poſſit compenſare de debito principalis? Aliquibus videtur, ꝙ non: Nam hoc eſſet per indirectum prouidere excõicato, & ſic propter connexitatem de vno dictum foret, de alio. de conſtit. tranſlato. ff. de arbit. l. Pedius. ff. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. item quæritur. Item per hoc vitiarentur duæ regulæ. Vna quòd acceſſorium non ſequeretur naturam principalis contra regulam, acceſſorium. de reg. iur. lib. 6. Alia, quia denegatum vna via, concederetur alia,
6 per regulam, cum quid. cod. titu. & lib. Item † mora debitorum nocet fideiuſſori. ff. de verb. ſig. l. mora rei. & l. ſi ſeruum. §. ſequitur. eo. titu. ergo & delictum & macula proueniens ex eodem, argu. l. 3. §. fi. ff. quod quiſque iuris.

Quidam dicunt, quòd ſi reus principalis eſt ſoluendo, tunc non compenſet fideiuſſor fal. di. & l. vlt. ff. de admi. tut. & l. ſiue. C ad Vell. Hoc pondero, quomodo aliqñ ius compenſandi principali ante excommunicationem, aliqñ poſt excõicationem naſcitur debitum compenſabile. Si ante excommunicationem competat ius compẽſandi, credo quod licet ſuperueniat excommunicatio principalis, nihilominus ꝓpenſare poſſit fideiuſſor: nam hoc ius competebat fideiuſſori ante excommunicationem principalis, ergo non tollitur p caſum ſuperuenientem in perſonam debitoris, vt l. verũ. ff. de cõpenſa. & l. fi. ff. de pact. faciunt not. per Dy. in regula, is qui in ius. de reg. iur. lib. 6. & no. in c. vno. de iurepat. lib. 6. Aliquando naſcitur poſt excommunicationem debitum compenſabile, & tunc adhuc credo fideiuſſorem compenſare poſſe. Moueor p
7 duos tex. quod fideiuſſor † poteſt ſoluere creditori de bonis debitoris, vt l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. ff. manda. Alibi dicit tex. ꝙ qui compenſat, ſoluere videtur, vt l. amplius. in fi. ff. rẽ ratam hab. Ex his ſequitur concluſio, videlicet quod fideiuſſor compenſet, cum ſic ſoluere videatur de bonis debitoris. Cõfirmatur, quia exceptio excõicationis eſt perſonalis, quæ non excedit perſonam, vt l. exceptiones quæ perſonæ. ff. de excep. maximè hæc, quæ eſt odioſa. Quid ſi petatur reſtitutio, vt ab hæreditate abſtineatur, vbi ſunt vocandi omnes, quorum intereſt. C. ſi ab hære. abſti. auth. ſi omnes, nunquid ſi excommunicatus compareat, ſit audiendus. Innoc. tenet, ꝙ non: nam hic eſt reus notorius, & ſic potius impugnat, quàm defendat. ſubdit, ꝙ ſi in libello ſpecificetur perſona, contra quam petitur reſtitutio, ꝙ excommunicatus ſpecificatus comparens audiendus eſt, quia hic eſt neceſſarius reus. dicit tamen, aliquos dicere etiam hoc
8 caſu ipſum repellendum. fatentur, ꝙ repulſus, quia † excommunicatus, poſt abſolutionem poterit peti reſtitui ad appellãdum quia nec per ſe, nec per procuratorem poterit proſequi ius ſuũ ad inſtar abſentis cauſa reipublicę. ff. ex qui. cau. maio. l. ſed & ſi per procuratorem. ff. de mino. l. Pomponius exuli. Hanc conſequentiam vituperat Ho. nam ridiculum eſt dicere, quòd ſi aliquis reſtituatur propterea, quia fuit abſens ex cauſa reipublicę, ꝙ ſic reſtitui debeat impeditus propter delictum ſuum, cum tunc forent æqualis conditionis delinquens, & iuri obtemperans, quod abſit. vt l. ſeruus. ff. quod ui aut clam. & cap. eum qui. de præbend. lib. 6.

Alij dicunt, quod abſolutionis remedium intra decennium poterit appellare a ſententia reſtitutionis lata contra eum, cum pendente excommunicatione nõ cu
13 currerint tempora contra eum, vtpotè impeditum, de conceſſ. prẽben. quia diuerſitatem l. j. in fi. C. de anna. except. Iſtud plus eſt mirabile: nam aut erit caſus, quo poterit appellari, & tunc currit excommunicato tempus, nam ipſe appellare poteſt, ut c. cum inter. & c. ſignificauerunt. de excep. aut nõ potuit appellari, & tunc ceſſat quæſtio. Hic dicerem primò caſu, videlicet cũ petitur reſtitutio nullo ſpecificato, comparentẽ indiſtinctè repellendum exceptione excommunicationis oppoſita. Nã hic
9 ſi comparens non † defendit, cõtra ipſum nulla dirigitur actio, & ſic ei non competit exceptio, quæ eſt actionis excluſio. ff. de except. l. j. Secundo caſu, videlicet quando ſpecificatur in libello reſtitutorio, tunc comparentem dicerem non repellẽdum prætextu excommunicationis. Nam hic contra eum actio, vel in locum actionis ſubrogatum dirigitur, & ſic ad iudicium neceſſitatur. ff. de verb. obl. l. inter ſtipulantem. §. j. & ſic firmat per ſonam rei neceſſarii in iudicio, & ſic appellare poteſt & proſequi & omnia facere, quæ ſpectãt ad defenſionem, vt c. cum inter, & c. dilecti. de exceptio. vbi hæc explicantur. Quid ſi electus in eccleſia petit cõfirmationem, ponitur edictum generale ſeruata forma c. vlti. de elect. lib. 6. compareat canonicus excommunicatus, & ſe opponit, nunquid audietur attenta diſtinctione Inn. quæ tacta eſt. s̃. foret dicendum, ꝙ nõ. Nam iſte eſt reus notorius, cum contra eum nulla dirigatur actio, & ſic non neceſſitatur ad iudicium. Hoſti. in c. dilecti. dicit Clementem IIII. pronunciaſſe contrarium. & ibi tenet Hoſt. iſtam diſtinctionẽ nõ procedere, nec iure probari, ſcilicet de reo neceſſario, & notorio. Subdit tamen, quòd eſto, ꝙ diſtinctio procederet, tamen
10 hoc caſu iſte comparens eſſet reus neceſſarius. quis † enim neceſſarior reus, quàm volens malum prælatum? quid grauius? qd periculoſius? quid intolerabilius, quod detur lupus loco paſtoris, diſſipator loco cultoris, homicida pro medico, tyrãnus pro defenſore, inimicus pro aduocato? Et dicit Guil. quòd curia ſeruat dictum Hoſt. hic dicerem diſtinctionem Inn. de neceſſario & notorio reo procedere, vbi neceſſitas progrediendi, vel non progrediendi ad iudicium prouenit ex vi actionis intẽtatę. vbi autem neceſſitas aliunde inſurgit, quàm ex vi actionis contra tertium intentatæ, tunc hoc caſu tenerem cum Hoſt. vt in caſu propoſito, & q. Sed ſtatim dices, ergo excommunicatus audietur agens nomine eccleſiæ, cum neceſſitas aliunde ipſum trahat. Reſponde, in quęſtione propoſita excommunicatus non agit originaliter, quod iura inhibent, ſed ſe defendit ꝓtra agentem, id eſt contra confirmationem petentem licet obtenta ꝓtectione eccleſiæ, & debito iuris ex parte comparentis: in obiectione autem reperitur purè agens, licet finis ſit defenſio eccle
11 ſiæ. Quid ſi † excommunicatus appellet extra iudicium, nunqd audietur? Inn. in c. cum inter. de excep. tenet ꝙ non, quia appellatio extra iudicium eſt procreatio ad iudicium, vt c. cum ſit. de appella. ſicut ergo prohibetur ad iudicium prouocare, ſic extra iudicium appellare. de appel. bonæ. §. Huic opi. videtur contradicere gl. quæ no. in c. dilectę. de maior. & obed.

Attendendum, quod aliquando interponitur appellatio merè extraiudicialis, & tunc procedunt quæ primò dixi poſt Inn. Et de hac appellatione merè extraiudiciali, in c. cũ nobis olim. de elec. de appel. bonæ. Aliquando interponitur appellatio merè iudicialis, & tũc indiſtinctè admittitur excommunicatus appellans etiam actor originalis, vt c. ſignificauerant, de excep. Et ſubdam, aliquando interponitur appellatio quæ ſapit naturam mixtam, vt cum executor vult prouidere, & quis alias cuius intereſt appellare poteſt per prouiſionem grauari & vexari põt, & tunc etiam excommunicatus auditur appellans. Et eſt ratio, quia hic nõ eſt mera prouocatio, immo eſt a grauamine appellatio, vel releuatio, & ſic ſonat defenſam. ſic ſaluari poteſt contrarietas dictorum Inno. no. de hoc, in c. pia. de excep. li. 6. in gl. j. cauſę principalis. quid ſi excommunicatus appellatus nolit ꝓſequi appellationem, negligente appellante: an repellatur appellatus, alias ſi non repellatur exceptionem aliam proſequi poteſt negligente appellante, ut ca. oblatæ. de appel. Quod autẽ non repellatur exceptione excommunicationis, probari videtur per decre. ſignificauerunt. de excep. Archi. in c. pia. de excep.
12 lib. 6. tenet ꝙ repellatur. & eſt ratio: nam † propter negligentiã appellantis non eſt læſum ius appellati, immo furtum. ff. de pig. l. grege. §. etiam. ff. de reg. iur. l. non ſolent. Item quia remedium habet appellatus: nam deſerta appellatione rata manet ſententia. 2. queſt. 6. ei qui. de appel. ut debitus. & c. per tuas. Item ſi excommunicatus uictor peteret ſententiam confirmari, ut de cõfir. vti. vel inuti. bonæ. vel peteret executionem, repelleretur, vt d. c. pia. de except. lib. 6. in fi. Quid ſi excommunicatus cauſa pẽdẽte inter alios, vel officio implorato ſi ipſius interſit, & appellet: nunquid audietur? Tenet Inno. quòd non reus neceſſarius, immo notorius, argu. s̃. dictorum. Quæro, quid ſi excommunicatus appellet extra iudicium, & poſt excommunicatur: nunquid proſequens appellationem, an repelletur excommunicationis ſuperuenientis exceptione? Videtur ipſum repellendũ,
13 nam † excommunicatio ſuperueniens impedit vires reſcripti prius impetrati, vt c. prudentiam. §. 6. de offi. deleg. Item excommunicationis exceptio poteſt opponi in qualibet parte litis, vt c. excep. & c. pia. de excep. lib. 6. Inn. tenet ꝙ auditur in cap. cum inter. de excep. Hic attendendum, ꝙ appellatio extra iudicium

non

Source : BIU Cujas

non ſuſpendit grauamen præcedens,ſed ſolum ſequẽtia, vt no. in c.cum nobis olim.de elec.& c.dilecti.de maio.& obed.& ca. bonæ.de appel.Debet ergo in caſu propoſitę quęſtionis ponderari,an poſt appellationem extraiudicialem ſequutũ fuerit grauamen ante excommunicationem,& tunc auditur proſequẽs. Ratio,quia grauamine ſequuto delatum eſt negotium ad iudicem,ad quem appellatum eſt ante excommunicationẽ, & ſic excommunicatio ſuperueniens non impedit proſecutionem. Si autem excommunicatio præceſſit grauamen, tunc ſecus. ſic videtur ſentire Inn licet aliqui contra. hoc caſu Legiſtæ inducunt hanc gl.Inn.in arg.ad quæſtionem,de bannito qui incępe rit agere ante actum bannum: an repellatur exceptione banni ſuperuenientis, quod hic non proſequor. Quid ſi excommuni-
14 catus † actor originalis proſequi velit appellationem,eſt ne indiſtinctè audiendus? hic fuit altercatio inter antiquos patres iuris quæ no.in c.ſignificauerunt. de excep.

Omiſsis defuſionibus eſt attendẽdum, ꝙ aliquando quis appellat ab interlocutoria,& tunc in articulo nudæ appellationis audietur proſequens ius:finito autem articulo appellationis ſi pronũciatum fuerit malè appellatum, & fiat remiſſio, vt c.vt debitus,de appella.& ca.cordi.de appel.lib.6.tunc obſtat exceptio excommunicationis:nam illa obſtat actori,vt ſ.tactũ fuit.Sic etiam iudex ad quem pronuntiet bene appellatum, & incipiet cognoſcere de viribus principalis,ratione prædicta. Si autem appellatum fuit a diffinitiua,tnnc tutius eſt & propter ꝙ mixtionem audiatur:nam iudex ad quem appellatur a diffinitiua,ſtatim cognoſcet de viribus principalis cauſæ,& ſic fit mixtio principalis cauſæ,& articuli appellationis admittẽtur, ergo attento appellationis articulo ſuper toto,licet aliter dicant, ut
15 in c.ſignificauerunt.de appel.vbi hęc materia plenè explicatur. Quid ſi excommunicatus † petit reſtitui contra ſententiam?tenet Innoc.ꝙ ſi petat ex clauſula illa generali audiatur,vbi ſi nõ audiretur,aliàs reſtituatur,damnaretur innocens,vel periret anima.alleg.c.cum inter.de excep.& c.ex litteris, de in integ.reſtit.Si autem petat implorando officium ex ſolo fauore dependens,tunc ſecus, quia excommunicati ſunt excluſi a participatione eccleſiæ,ſunt per cõſequens excluſi ab omni priuilegio. in Auth.de priui.dot.hære.muli.non pręſtan.circa medium.colum.8.& ſibi imputet,quia appellauit.Hæc no.in c. ſignificauerunt.de excep.Quid ſi conqueritur de cenſura. Sol. audiendus eſt,cum talis nunquam tranſeat in rem iudi.vt ca paſtoralis.de appellat.& contra tales audiantur allegantes turpitudinem. de re iudi.lator.& ſuper talibus audiuntur impetrãtes excommunicati.de reſcr.c.j.lib.6.

Quid ſi impetret ſuper nullitate ſententiæ.Hoſt.tenet ipſum audiendum,in ca.ſignificauerunt.de excepti.hodie expeditum eſt in ca.j.de reſcrip.lib.6.

Quare admittitur excommunicationis exceptio cõtra actorem in cauſa principali & non contra ipſum proſequentem appellationem? Ratio,quia ante ſententiam non fit effectuale iudicium,cum per ſententiam quæ nondum lata eſt,non ſit quæſitum ius aduerſario.Secus poſt latam contra actorem,& ſic lęderetur,cum fortè ſic indirectè ſit abſolutus ipſius aduerſarius.
16 Quid †ſi actio excommunicati periit tempore nunquid audietur,vt interrumpat præſcriptionem? apparet ꝙ ſic, per l. ..§.pe. ff.de iud.& l.j.§.ſi excipiuntur.ff.de fer.Inn.tenet contra in d.c.ſignificauerunt.nam hoc non ſonat defenſionem ſimplicem,argu.l.quod quis.ff.de reg.iur.& c.j.uer.nos igitur. de poſtu. præla. c.pia.de excep.lib.6.fatetur tamen,ꝙ naturalis interruptio,quę omnibus prodeſt,proderit ſibi.ff.de vſur.l.naturaliter.Hęc quę dicta ſunt vendicant ſibi locum,cum excommunicationis exceptio proponitur contra agentem,aliàs niſi opponatur valẽt agitata per excommunicatum agentem,vt c.pia.de excep li.6. modus opponendi exceptionem hanc ibi traditur: nam debet opponi ſpecificè.ſ.ſpecies excommunicationis,& nomen ex-
21 communicatoris,& ſm quoſdam,canonis, explicando per ſpatium 8.dierum debet fieri probatio,aliàs repellitur opponens, & condemnatur in expen.ut ibi.

Quando incipit currere tps 8.dierum ad probandum? tex.ibi exprimit,ꝙ a die quo proponitur ſupplẽdum eſt poſt admiſſionem a iudice factam.aliàs ſi iudex repellat,vel dubitet,an ſit admittenda,vel non,his pendentibus non currunt tempora.Rõ,
17 nam † impedito legitimè circa expeditionem alicuius actus tẽpore limitati non currunt tempora regulariter,vt c.quia diuerſitatem.de conceſ.pręb.& l.j.in fi C de anna.excep. At hic ſi iudex denegat admittere exceptionem & per conſequens ipſius probationem impeditus eſt opponens probare, cum iudex nolit,cui fienda eſt probatio.ff.de proba.l.quinquaginta. admiſſione autem facta ſtatim ſine alia iudicis aſſignatione currunt, vt ibi probat tex.& ita ſentit Hoſt.in d.c.pia.de exceptio. & Spe.in tit.de dila.§.j.ver.ſed nunquid currunt.

Nunquid hoc tempus datum allege ad probandum excõicationem poſſit abbreuiari,vel amplia ri per iudicem.Bar.in c.ſolet.de ſent.excom.hoc tenet, ꝙ cauſa cognita poterit ampliari ex illa cauſa generali, Si qua iuſta cauſa.ff.ex qui.cau.ma.l.2.& 3.do.Io.Ant.in c.pia.de except.in gl.8. dierum,tenet ꝙ ampliari non poteſt.idem Frã.Vercel. pro hac opi.facit,quia hæc exceptio iteratò opponi poteſt, & ſic nil deperit opponenti.probat Franc.quia hoc eſt priui. contra quod opponitur,vt opponens non probans intra tempora ei aſſignata condemnetur in expen. quod priuilegium iudex offerre nõ
18 poteſt.28.diſt.de his etiam,quia † hoc tempus datur a lege ſine hominis miniſterio.Ego nõ recederem ab opi.Bart.& moueor ex hoc,quia tex.probant,ꝙ tempus datum a lege ſine hominũ miniſterio,& tamen cauſa cognita per iudicem abbreuiatur,vt l.ſi ea.de accu.& l.diffamari.C.de ingenu.& manu.& l.ſi eo tempore.C.de remiſ.pig.ſic tempus ad probandas dilatorias abbreuiatur per iudicem,vt c.paſtoralis.de excep.Sic tps reſtituendę, vt l.intra vtile.ff.de mino.ſecundum vnam lec. & l.petẽdæ.C. de temp.in integ.reſti.peti.Sic & tempus adeundæ hęreditatis, vt l.ſi quis inſtituatur.ff.de acqu.hære.& l.quandiu.ff. de acq.hęred.hoc non credo verum,licet ſit communis opinio, ꝙ tempus datum a lege ſine hominis miniſterio non poſſit per iudicem alterari,vt not.Iac de Are.& vltramontani,& Cy.poſt eos in auth.& qui ſemel.C. quomodo & qñ iudex.& l.j.C. de dilat. & l.2.ff.de re iud.& no.in c.cum ſit.de app.Non obſtat, ꝙ nil deperit,cum iteratò opponi poſſit:nam deperit ratione expenſarum,in quibus condemnabitur.Non obſt.ratio Franc.ꝙ hoc ſit
19 priuilegium illius, contra quem opponitur: nam † hoc eſt ius cõe,quod non probans,quod opponit,condemnatur in expẽ. ad minus tempore ſnĩæ diffinitiuæ:nunquid ſufficiat intra iſtos 8.dies teſtes productos eſſe,licet non ſint publicati. Spec. in tit. de dila.ubi ſ.& Archi.in c.pia.de excep.tenent ꝙ ſic. Hæc opin. eſt uera:nam tex.dicit,ſi non probauerint,ſed poſſibile eſt probatum eſſe,licet publicatum non ſit, & quia actus probationis non concernit iudicem,& pendet a iudicis poteſtate. Non ergo poteſt tempus limitari parti ad publicandum, cum ſit actus iudicis & non partis:nunquid ſufficit teſtes iuraſſe intra ſpatiũ illorum 8. dierum, licet non depoſuerint ſuper excõicatione. Arch.in c.pia,tenet quod non,& probari poteſt eius opi. p tex. illius decre.pia.Nam dicit ibi tex.ꝙ ſi non probauerit ad aliud teſtem iurare,& aliud probare,ut claret in Spe.in tit.de dila.§ illud.idem tenet niſi ſteterit per iudicem quominus receperit,ut potè propter infirmitatem,vel aliam cauſam: nã tunc non curret tempus,vel prorogatur.idem tenet Io.Mo. & Arch.in d.ca. pia.huic c.nõ obſ. iudicio meo,quod diſputatum fuit in ℨrium per recolendæ memoriæ do.Iac.But.qui terminauit,ꝙ data di-
20 latione † ad probandum ſufficit teſtes iurare intra dilationẽ, adeo ꝙ depoſitio poſt facta valet,& trahitur ad tempus iuramẽti,& ſic fingitur intra dilationem probatum, quod hic non diſcutio,quia alibi plenè examino.

Quid ſi opponatur exceptio excommunicationis intra tps, intra qđ promiſerat,alias incideret excõicationis ſentẽtiam, cui incumbat onus probandi,an opponenti,ꝙ nõ ſoluerit,an aduerſario, ꝙ ſoluerit. Inn.in c.ſuper his,de accu. tenet ꝙ opponenti incũbit onus probandi.Et eſt ratio, quia excipiens tenetur probare exceptionem ſuam.ff.de proba.l.in probationibus.& C.de probat.l.j.Nec ſufficit probare lapſum temporis, quia poſſibile eſt tps abſolutionis lapſum,& nihilominus ſolutum eſſe.Qualiter autem probabitur hæc negatiua.dicit Inn. difficulter, cum negatiua de ſe ſit improbabilis,de elec.bonç.de proba.tertio.cum ſi.Et imputet ſibi,qui ſic opponit,probari tamen poterit per cõfeſſionem,ut c.ſtatuimus.de confeſ.li.6.Et hæc vera,cum opponitur hęc exceptio a tertio.Secus ſi opponatur a creditore, ꝙa tunc ſatis eſt probare promiſſionẽ & lapſum termini, & eſt ratio differentiæ,quia creditor certus eſt de facto ſuo. de reſcr.ab excommunicato.ff.ad Vell.l.quamquam.& quia creditoris intereſt ratione delicti,non autem tertii. Quid ſi probetur † quis
21 denuntiatus excõicatus,an ſufficit probatio ut repellatur ille, ℨ quem opponitur.Hic fuit altercatio patrum iuris canonici. Hoſt.in c.prudentiam.de offi.dele.tenet ꝙ ſufficit probatio denunciationis.do.Io.And.in c.pia.de excep.li. 6. tenet ℨrium,& ibi Archi.tenet opi.Hoſt.Sed idem do.Io.And.in c.licet. de ſen. excom.li.6.videtur tenere etiam cum Hoſ.licet non firmet. D. meus tenet, ꝙ ſi opponatur in vim dilatoriç, ſufficit probatio denunciationis,ſecus ſi in vim peremptoriæ.Ratio dr̃iæ eſt, ꝙa primo caſu non fit effectuale præiudicium illius ℨ quem opponitur,ſecundo caſu ſic.pro opi.Hoſt.videtur facere decret. cum deſideres.§.ſecundæ.de ſen.exc.nam dicit ibi tex. ꝙ ſi fama habet aliquem excõicatum,abſtinendum eſt ab eius cõione: ſed ſi per iudicem competentem publicè denũtietur quis excommunicatus,ſtatim ſurgit fama de excommunicatione. Et per illum tex.aliqui moderni tenent opi.Hoſti.hic pondero, qualis ſit denuntiatio.

Nam aliquando in inſtrumento denunciationis narratur excõicatiionis ꝓbatio:aliqñ non narratur,ſed ſimpliciter denunciatur. Primo caſu

Source : BIU Cujas

caſu aut Papa denunciat,& narrat ſe excommunicaſſe,& tunc
22 ꝓbat excommunicatio,quia † verbis narratiuis Papæ ſtatur,vt cle.literas.de proba.Sed hoc tamen tantum nō operatur denūtiatio quantū ſententiæ narratio,aut alter a Papa narrat, & tūc non credo probari excōicationem.Nam actus denuntiationis per ſe probat, cum poſſibile ſit denuntiari excōicatum qui nō eſt,& non probat hoc eſſe quod ab hoc cōtingit abeſſe, vt l.neque Natales.C.de prob & l.non eſt.C.vnde vi.& de offi deleg. cum cōtingat.Nec narratio ex capite narrationis probat, cum ſit ſpeciale in Papa,vt in cle.ſtatim alleg.Aliqñ fit denuntiatio nec narratur ſententiæ prolatio,tunc credo indiſtinctè,ꝙ non eſt ſufficiens probatio.probat tex.in c.pia.ibi,apertiſſima documenta.probatur etiam,quia probatio ex ſui natura debet inferri de iure ſm Iuriſtas,vt in iuribus ſtatim alleg.& ſic confundit opin.Do.mei. Nam decre.pia,loquitur vbi opponitur etiam in vim dilatoriæ ad repulſam actionis, & tunc requiruntur apertiſſima documenta.Etiam quia probatio dilatorię exceptionis ſic debet de neceſſario inferri, ſicut probatio perēptoriæ. Nec
23 obſt.decre.cum deſideres.§.ſecundæ. nam † aliud eſt aliquē haberi pro excommunicato, vt ab eius cōione ſit abſtinendum, & tunc ſufficit fama:& aliud eſt, quem haberi pro excommunicato,vt excludatur a proſecutione iuris ſui, & tunc requirit neceſſaria probatio,vt ſ. Hæc quæ dicta ſunt,procedunt in agente nomine proprio excōicato ope exceptionis repellēdo. Sed qd de procuratore agente nomine alieno ſyndico actore & ſimilibus perſonis. Si tales tempore quo conſtituuntur erant excōicati,planum eſt per decre.poſt ceſſionem.de proba.& intelligas etiam de excōicatis tempore aſſumptionis.Quid de excommunicato tempore cōſtitutionis abſoluto tempore aſſumptionis. Bona.tenet idem ponderato principio.de hoc ibi in gl. Quid ſi vtroq; tempore conſtitutionis & aſſumptionis fuit excommunicatus,ſed nunc reperitur abſolutus,& dominus manet in eadem voluntate,quid agere poſſit.facit ca.licet,de procu.lib.6.l. obſeruare.in fi.ff.de offi.procon.& leg.

Contrarium ſit ipſa veritas.ſ.ꝙ non ſit procur.Nā a principio † actus cōſtitutionis fuit nullus ipſo iure,& ſic tractu temporis non conualeſcit.Nō ob. l.obſeruare.in fi.quia ibi proconſul ante ingreſſum habebat iuriſdi.habitu:hic autem a principio nullam recipit poteſtatem, nec actu,nec habitu.ſi in l.penul.C.de furi.cura.& c. paſtoralis. de reſcrip.& per ingreſſum prouinciæ,quod erat habitu deducitur ad actum.Non obſt.decre.licet,quia ibi procuratorium credo non fuit nullum a princ.Quid ſi vtroq; fuit non ligatus,nūc cum agit reperitur ligatus.Sol. procuratorium eſt validū quantum eſt ex capite excommunicationis, ſed ab agēdo repellitur exceptione propoſita,vt c.pia.Nam rationes,quæ vendicant ſibi locum in excōicato agente noīe proprio,vt repellatur, procedunt etiam in procuratore,& poterit opponi hæc exceptio. de lit.conteſt.vt no.in c.in noſtra.de procu.in cle.j.de exce. Qđ ſi procurator fuit excōicatus tempore conſtitutionis, & agit, an dicemus agitata per eum nulla, etiam nulla oppoſita exceptione:an dicemus valida,donec opponatur excep.Inn.in cap. poſt ceſſionem.de probat. tenet ꝙ ſit neceſſaria exceptio, alias
25 niſi opponatur valeant agitata. Probat:nam † conſtituens fuiſſet excōicatus,valerent agitata per procuratorem,niſi opponatur excep.Nam etiam valerent agitata per ipſum nomine proprio,vt c.pia.& Guil.in Spe.j.eo.tit.de procu.in princ. In occulto excommunicato poſt cōſtitutionem tenet idem quod Inn. ſecus ſi erat excommunicatus tempore cōſtitutionis.Ego crederem indiſtinctè agitata per procuratorem excommunicatū tempore cōſtitutionis nulla,etiam nulla oppoſita exceptione, & in hoc admiror de do. Inn. qui æquiparat agentem nomine proprio ſibi competit ius agendi ex perſona ſua & habet perſonam legitimam ſtandi in iudicio,niſi repellatur ope exceptionis excommunicationis,ſed procu.quia erat excommunicatus tempore conſtitutionis nullam recipit conſtitutionem, aliàs poteſtatem a conſtituente propter inhabilitatem perſonæ ſuę, quia procuratorium fuit nullum, nec ex perſona ſua ius agēdi præcedit & ſic ſalua pace tanti patris dico opi.ſuam non proce
26 dere de iure.Quid ſi excommunicatus † conſtituetur procu. ꝓ reo,nūquid poterit defendere reum in iudicio? Apparet ꝙ ſic, quia reo excommunicato conceditur omnis defenſio, vt c. cū inter,& c.dilecti.de exce.Item probari videtur per decre.intelleximus.de iudi.in contrarium eſt ipſa veritas:nam excommunicatio reddit quem inhabilem ab huius officii,vt c.poſt ceſſionem.de prob.Non obſt.ſ.alleg.quia loquuntur in reo neceſſario:officium autem procurationis eſt notorium a principio,ut l.inuitus.C.de proc.& l.filius.§.inuitum.ff.eo.tit. Sed ſtatim dices,per hanc infertur,ꝙ procu.rei non repellitur lite cōt.defendendo prætextu excōicationis,tñ tunc non ſit voluntatis, ut l. ſicut.de acti.& obli.Solum ſit neceſſariū attenta actione māda ti,tñ neceſſitas excluditur ſuperueniente impedimento, quale eſt hic,vt l.poſt litem.cū l.ſeq ff.de procu.& c.2.eo.ti.lib.6.

Quid ſi excommunicatus conſtituatur procurat.in cauſa communi ſibi & reo,& conſtituenti, nūquid audietur defendens in iudicio,vel repelletur exceptione excōicationis propoſita? videtur ꝙ ſic,per cle.religioſus.credo de ꝓcu.Io.An.in c.poſt ceſſionem.dicit,ꝙ fortè per intelle.illius de cre.ꝙ non vidit,deciditur hæc quæſtio, & dicit admittendum, vt principalem,repellendum ut procuratorem,illud procederet in cauſa diuiſibili,ſed in cauſa penitus indiuiſibili nō video
27 qualiter procedat illa deciſio.† Quid ſi proc.excommunicatus tempore conſtitutionis habet mandatum ad ſubſtituendū, nūquid ſubſtituere poterit? videtur ꝙ ſic,cum ſubſtitutus videtur datus a primo ſubſtituente, vt l. inter eorum.§.j. ff. ꝙ quiſq; iur. In ꝺrium videtur cle.ſi religioſus.de procur.ſi vera eſt opi.Inn. ꝙ non repellatur niſi opponatur exceptio,tunc valeret ſubſtitutio facta de habili ante oppoſitam exceptionem, tamen in ꝓ curatore excommunicato poſt cōſtitutionem per decr.iudex. de offi.dele.lib.6.Quid ſi procu.actoris & poſt cum appellatio nem proſequitur excommunicatur, an ei proſequēti obſtabit excommunicatio? Dicunt aliqui procuratorem in hoc nō pecare,ſi excommunicatus immiſceat & proſequatur, cū ſeruet fidem datam.22.q.5.iuramenti.& c.de forma.de pac.c.2. & 3.in
28 contrarium eſt ipſa veritas.† Nam licet procu. teneatur appellare,non tamen proſequi.C.de procu.l.inuitus.& ca. non iniuſtè. eo.tit.& hoc niſi fidem dederit.Sed hoc caſu etiam ſi fidem dederit,intelligitur ſtatu promittentis non mutato, argu. eorum quæ not.in c.quemadmodum. de iureiur. immò ſi promiſiſſet proſequi,& etiam ſi contingeret ipſum excommunicari, non teneretur ſeruare fidem,cum contineat turpitudinem.22.q.3. in malis.& no.de pac.c.j.Sic finaliter ſentit Inn.in d.c.ſignificauerunt,multofortius hoc procederet in appellante extra iudicium nomine alterius,dummodo poſt ratum habente.

Nam hic obſtant duo.primò, ꝙ talis appellatio eſt ad iudicium prouocatio & actio.Secūdo, ꝙ ēt ſic appellans & ſi non fortè excōicatus,non audiretur ſine nouo mandato.Hæc procedūt cum procu.eſt excommunicatus, & non dominus.Sed quid econtra, ſi dominus eſt excōicatus, & non procu.Si dominus erat excōicatus tempore cōſtitutionis.Tertius caſus in c.conſuluit.de procu. Tenet tamē ibi Inn. quòd illud c.intelligitur de ſententia lata ab homine: ſecus ſi foret lata a canone, nam tunc etiam ſi notoria foret excōicatio, valeret procur.conſtitutio,vt poſſet procu.repelli quandiu tolerati in officio per eccleſiam,cuius auctoritate conſtituuntur 6.q.2.ſi tantum.8. q.4. nonne. quod verum putat in conſtituto ab vniuerſitate,ſecus ſi a priuato, nam tunc repelleretur etiam ſi conſtituens eſſet excōicatus a canone quamuis occultus. Si tamen non exciperetur,valeret quod fieret,vt c.pia.de except.
29 lib.6.Et eſt ratio differentiæ,ſm eum:nam in † cōſtituto ab vniuerſitate ſua eſt publica vtilitas, & publicum officium, ratione cuius valent agitata per excommunicatum toleratum in officio,cum emanēt ab officio potius,quàm a perſona, vt l.barbarius.ff.de off.preſi.& l.j.C.de teſta.in priuato autem hæc ceſſant. Hoſt.in d.c.conſulti.tenet ꝙ illud ca. procedit in ſententia lata indiſtinctè,ſiue ab homine,ſiue a canone,cum tex.ibi loquatur indiſtinctè etiam,quia illa verba, ſententia excommunicationis innodati,adaptantur ad ſentētiam canonis, ſicut hominis. de ſent.excom.non dubium.& c.vniuerſitatis.& c. quod de his. Hinc pondero,aliquando quis aliquid facit ratione publici officii,quod habet:aliquando quis aliquid facit ratione priuati iuris,cum tamen aliàs habeat publicum.Primo caſu cum aliquid facit ratione publici officii,quod habet,vt exercere iuriſdictionem voluntariam & contentioſam,teſtimonia ferre,inſtrumēta conficere,& ſimilia.Et tunc excommunicatio occulti, ſi aliquid de talibus attentent,valent agitata. Ratio, quia illa attētat ratione officij,in quo toleratus eſt,vt in iuribus ſ.alle.Secundo caſu non valent agitata,cum nō ſubſit cauſa publici officii,immo ſolum intereſſe priuatum concernens perſonam excōica
30 tā.Hoc idem tertio caſu,tenet tñ ibi Inn.ꝙ † procuratorium factum ab excommunicato non repellitur, niſi eligatur ope exceptionis.Nam excommunicatus reus dat procuratorem etiā in cauſa appellationis.de iudi.intelleximus. de excep.ſignificauerunt.Et ſi dicatur,non valet ſi non opponitur exceptio quare poſt abſolutionem non exequitur mandatum. *Reſpondet* Inno.quòd ratio eſt,quia excommunicatus exercitiū *litis non* poteſt demandare,quod non habet.j.q.7. Daybertum. de iurepat.quod autem.ff.de acqu.rer.dom.l.traditio. *Sed* quod habet mandatum,ſcilicet quòd mandata per eum *valeant* donec opponatur excep.& hoc intelligit de excommunicato a canone. Si autem ab homine & per ſententiam hominis: nam tunc agitata per eum non valerent,etiam ſi nihil exciperetur, & loquitur de facto in iudicio,de extraiudicialib. autem ſ.ſubiicietur.

SVMMARIVM.

1 *Contractus,qualiter ſumatur.*
2 *Excommunicatus,an poſſit alium ſibi ciuiliter obligare.*
3 *Cauſis ſufficientibus poſitis ad productionem alicuius actus, neceſſario ille actus ponitur in eſſe producto.*

Ex-

Source : BIU Cujas

Excommunicatus, an contrahere possit matrimonium.
Agitata per excōmunicatum in iudicio valent, donec opponatur exceptio.

§. Decimusquintus.

RESTAT videre de his, quę fiunt per excommunicatum extra iudicium. Et primò de actib. prophanis, & primò de contractibus inter viuos. Hic at-
1 tendendum, ꝙ contractus † sumitur strictè, vt est vltro citroque obligatorius, de quo in l. Labeo. ff. de verb. sign. fi. Sumitur etiam largè pro illo, in quo alter tantū obligatur. hoc casu non reperio magnam cōtentionem inter iuris canonici indagatores. Nam communis habet eorum sententia, ꝙ excommunicatus obligari potest alij, & pendente obligatione ex illo ℈ctu quæri. Primo casu fuit contentio: nam tenet Inn. in c. veritatis. de do. & contu. ꝙ excommunicatus ex cōtractu vltro citroq; obligatorio obligatur, & cōuenitur etiam pendente excōicatione. Hoc etiam placet Hosti. ibidem. subdit Innoc. ꝙ ex eodem ℈ctu quæritur ius excommunicationis excommunicato ex illo tamen non aget, nisi demum post absolutionem. Hoc non placet Hosti. nam, vt dicit, excommunicatus non † potest alium sibi ciuiliter obligare, & naturalis obli-
2 gatio adeo est infecta per morbum inobedientię & excommunicationis, quòd ex illa agi non potest, licet alias iure canonū ex sola naturalia agi possit, vt c. j. de pac. cū ibi not. Hoc ptobat per c. si verò. de sent. excommun.

Subdit tamen Host. ꝙ si aliquis obligatus est excommunicato ante excommunicationem per ipsam su peruenientem, non tollitur obligatio, sed defectus eliditur ope vt c. cum inter. de except. sicut pendente excommunicatione? suspenditur effectus fidelitatis. 15. q. 6. nos Sanctorum. & c. iuratos. & c. iussi feudo. hic finitur lex Regni domino mouēte guerram. Et tamen Host. dicit, ꝙ contractus initus cum excommunicato quo ad eius quærendum sibi, adeo est efficax, ꝙ etiam post absolutionem non poterit agere ex illo. dat exemplum de operibus mortuis, quæ non reuiuiscunt: secus in mortificatis. de pę. distin. 3. c. pueri. cum ca. sequentibus. vsque ad §. pœna. ergo hic pondero, quòd opi. Inn. de iure est mōstrabilis: nam † po
3 sitis causis sufficientibus ad productionem alicuius actus, ponitur necessariò ille actus in esse producto. at hic ponuntur esse ℈ctus sufficienter productos, vt mutuus consensus, &c. ergo. Cōfirmatur per Host. met: nam ita fatetur, ꝙ excommunicatus ℈hit cum non excommunicato, quòd excommunicatus obligatus est, ergo nata est obligatio, ergo contractus fuit legitimè ꝓductus, qui regulariter non claudicat. Confirmatur, excommunicatus contrahit matrimonium, vt ca. significauit. de eo q duxit in vxo. & tamen ille est contractus verus ultro citroq; obligatorius. Confirmatur, nam ualent agitata per excommunicatum in iudicio donec opponatur exceptio. de excep. lib. 6. & tamen in iudicio quasi contrahitur, vt l. 3. §. idem scribit. ff. de pecu. Ex his infero cōtractum initum per excommunicatum validum fore, & vltro citroque oriri obligationem: ex ipso tamē agere non poterit, donec fuerit absolutus, nisi opponatur exceptio, vt c. pia. & c. cum inter. de excep.

SVMMARIVM.

1 *Testamenum excommunicati, an ualeat.*
2 *Excommunicatus, nunquid donare potest.*
Legatum est donatio a testatore facta.
Infamis est excluſus ab actibus communibus.
3 *Excommunicatus retinet bona, nec per excommunicationem est ea perditurus.*
4 *Excommunicatus impetrans rescriptum, an ipso iure sit nullum.*
5 *Papa non contemplatur illum, cui aliquid concedit, sed cuius causa fit concessio.*
6 *Excommunicatus duabus excommunicationibus si impetrat super una tantum, an per aliam repellatur.*
Excommunicatio si repellit petentem, multo fortius impetrantem.
Excommunicatus omnia potest, quæ spectant ad sui defensionem.
7 *Excommunicatus si eligat, vel conferat beneficia, an ualeat.*
Professio, an teneat si excommunicatus profiteatur.
8 *Matrimonium si excommunicatus contrahat, an ualeat.*
9 *Sacramentalia beneficialia collata & recepta per excommunicatum, nunquid annullentur.*
Euitare, an debeam a diuinis officijs excommunicatum occultè.
10 *Excommunicatio, licèt tollat obligationem quo ad fidelitatem, non tamē quo ad alios contractus.*
11 *Excommunicatus si petit debitum ab uxore, an reddere teneatur.*

§. Decimussextus.

RESTAT videre de vltima voluntate, siue testamentaria, siue codicillaris per excommunicatum composi
1 ta, an ualeat, † vel nulla sit ipso iure, vel ope excep. Super hoc puncto fuit grandis altercatio inter Doc. iuris cano. Vna fuit opi. ꝙ vltima volūtas condita per excommunicatum maiori sit nulla, licet fuit Io. Mo. in ca. quamquam, de vsur. lib. 6. Nam si testamentum vsurarij non valet, nisi præstita cautione, multominus excommunicati. idē tenuit do. Stepha. Prouincialis in disputatione sua, alleg. in Auth. vt cum de app. cog. §. generale, & quia generaliter inhibita est communio excommunicato. hoc idem tenuit Host. immo plus tenuit, videlicet ꝙ non potest hæres instituì. Idem Gar. ut idem refecat d. Io. And. in c. decernimus. de sentен. excom. lib. 6. Inn. in c. cum nostra. dixit multum allegando, ꝙ excommunicatus possit testamentum condere. idem Archi. in c. pia. de exce. li. 6. idem Pet. & Abb. in di. suis præter casum decre. excommunicamus. §. credentes. de hære. Mouentur ex hoc, quia † excommunicatus do
2 nare potest, vt c. cum voluntate. de excomm. ergo & legare, cū legatū sit donatio a testatore facta. C. de legi. l. vlti. Insti. de leg. j. in prin. Item contrahere potest. eo. ti. si verè. & quòd licet inter viuos, licet in vltima voluntate. C. de leg. suffra. tol. l. vna. Instit. eo. tit. prin. ff. de adimen. leg. l. j. immo licet in vltima voluntate ꝙ non licet inter viuos, vt minori adulto dare libertates. in Authen. ut spon. largi. Instit. ex quib. cau §. ergo. item infamis testatur. C. de secun. nup. l. j. cum etiam infamis sit excluſus ab actib. communibus. ff. de his qui notan. infa. l. 2. §. miles. ff. de test. l. 3. §. lege Iul. C. de digni. l. 2. lib. 10. videtur casus in auth. credentes. C. de hære. & c. excommunicamus. §. credentes. vbi sunt eadem verba. Nam speciale est ibi, ꝙ excommunicato propter credentiam, & fautoriam interdicitur facultas testandi post annum, ergo contrarium est ius commune in excommunicato propter aliam causam. ff. ad muni. l. j. ff. de leg. l. ius singulare. Confirma-
3 tur, † nam excommunicatus retinet bona, nec per excommunicationem est perditurus, ergo testari potest, cum testamentū sit dispositio, qua quis de reb. suis disponit, quid fieri velit post mortem, ut l. j ff. de testa.

Aequiparatur enim excommunicatus relegato, ut not. de app. pastoralis. poterit ergo testari, vt relegatus. ff. de inter. & rele. l. relegatorum. §. j. & §. seq. hanc opi. tenuit Iac. de Bel. in Auth de san. epis. §. omnibus. mouetur, quia quilibet testari potest, nisi sit prohibitus. ff. de testa. l. si quæramus. Confirmatur, nam hæc est regula, quòd quilibet potest testari, qui retinet libertatem, ciuitatem, familiam, & bona, nec est expresè prohibitus. ff. de pę. l. quidam. ff. de leg. 3. l. j. §. hi quibus. Sed excommunicatus est huiusmodi. Confirmatur, nam licet forma testandi proueniat a iure positiuo, voluntas tamē & potestas est de iure naturali, & gentium. C. de testa. l. testandi. & di. j. c. ius naturale. Iura autem sunt immutabilia. 11. di. §. his ita. Insti. de iure natur. §. sed naturalia. Confirmatur, nam excommunicatio est pœna contumaciæ, cum est lata ab homine. de sent. excomm. sacro. Sed absonum videtur, ꝙ propter contumaciam & eius pœnam quis reddatur inhabilis ad testandum, pro hoc facit decret. ex literis, cum ibi no. de consti. Ad allegata in contrarium facile est respondere, & decido quia plenissimè explicatur per do. Io. An. in c. decernimus. de sent. excomm. lib. 6. Quid de excommunicato impe-
4 trante † rescriptum tex. est in c. j. de rescrip. lib. 6. ꝙ rescriptum sit ipso iure nullum. Et licet aliqui, ut Host. & Archi. intelligant illud c. in excommunicato publico, verior tamen est opi. Ioā. Mo. & do. Io. And. quòd intelligatur indistinctè, vt text. loquit. ff. de leg. præstan. l. j. §. generaliter. & l. de pretio. ff. de publici. & c. quoniam. de coniug. lepro. Et fallit regula ibi tradita in solis duobus casibus. s. in impetrante super ab. excommun. Est tamē hic aduertendum, quòd Ber. in c. consulti. de procur. tenet indistinctè, rescriptum impetratum per excommunicatum, & loqtur de occulto, valeat nisi opponatur excep. coram Vicecancellario. Idem tenet ibi Hostiē. siue impetrauerit suo nomine, siue nomine alieno. fundatur super iuribus, in quib. disponit ignorantiam excusare, & opinionem effectum operari. 6. q. 2. c. 2. & 3. idem tenet Inn. vbi quis impetrat nomine dignitatis. hoc ipse not. in decre. si uerò, de sen. excomm. in gl. 2. ad fi. unde in decre. dilectus. de rescrip. dicit quòd literæ non afficiuntur excōicatione impetrantis, quia Papa possit committere causam, cui voluerit. hoc idem tenet Archid. indistinctè, nec distinguit an
5 procu. sit excommunicatus occultè vel publicè, quia Papa † nō contemplatur illum, cui concedit, sed cuius causa fit cōcessio. alleg. c. & dixi. de consec. dist. 2. Dicit tamen ꝙ ante impetration em potest opponi exceptio excommunicationis. Quidā moderniores disputauerunt & terminauerunt, quòd si excommunicatus impetrat nomine proprio, vel ecclesiæ suæ, & si sit occultus, non valet ipso iure. Ratio, quia communis opi. non pōt ipsum iuuare, cum hoc non facit ratione publici officii, sed priuati interesse. Si autem nomine alterius, aut ille cuius noīe sciuit excommunicationem ipsius, aut ignorauit. primo casu nō tenet: sibi. n. imputet, ex quo sciuit. secundo casu ipsum excusęt ignorantia. Ego in impetrāte nomine proprio, vel ecclesiæ nō recederem a tex. decr. j. in impetrante nomine alieno, non uideo fundamentum distinctionis disputantium: nam si Papa cō templatur solum dominum & in nullo procuratore quo ad

actum

Source : BIU Cujas

actum capacitatis,vel incapacitatis reſcripti impetranti,nil nocet excommunicatio procur. occulta,vel publica. Si autem cõtemplatur procuratorem reſpectu actus impetrationis,tũc nõ eſt opus diſtinctione circa ſententiam,vel ignorantiam domini. ſtarem ergo opi. Io. Mo. & gl.

6 Quid ſi excommunicatus † duabus excommunicationibus impetrat ſuper vna tantum : an per aliam repellatur? Inn. in c. ſacro. de ſen. excom. tenet q̃ repellatur per decre. officij. de ſent. excom. do. Io. And. tenet contrarium in c. j. de reſcri. lib. 6. remittens ad no. per eum in d. c. officij. in vlt. gl. Not. q̃ excõicatus pluribus excommunicationibus poteſt abſolui ab vna & ab alia aliis manentibus, licet nõ poſſit in eccleſiam introduci, ſm diſpoſitionem decret. a nobis. eo. tit. alias ſequeretur, q̃ ſi nollent excõmunicatores, nec vnus alteri deferre, & obſtaret petenti abſolutionem vna excep. alterius, quia p̃ petuo maneret excommunicatus. Ego crederem opi. Inn. verã hic eſt tex. in decre. pia. Nam impetrat & eſt excommunicatus, nec impetrat ſuper abſolutione illius, de qua obiicit̃, quod eſt de mente decre. ſi bene ponderetur mens tex. Non obſtat. dicta Io. Nam aliud eſt in abſolutione petenda, quia ibi non obſt. exceptio alterius, cum excommunicatio nõ afficiat petitionem abſolutionis, ſed bene afficit actum impetrationis. Quid ſi excommunicatus paſſus miſſionem propter contumaciam impetrat reſcriptum pro recuperatione poſſeſſionis? Solu. ſtandũ eſt regulæ traditæ in c. j. de reſcrip. lib. 6. quæ tenenda eſt præterquam in caſibus ibi exceptis. hæc not. in Spec. in tit. de contu. §. fi. ver. ſed pone, reus. Nam ſi excommunicatio repellit petentẽ, vt no. Inn. in c. dilecto, de verb. ſign. multo fortius impetrantẽ. Quid ſi excommunicatus impetrat cum non excommunicato reſcriptum ſuper executiuis iudicii, puta receptione teſtium. di ſputauit do. Superantinus de Cingulo, & ponit d. Ioan. And. de regu. iur. in regula, vtile. Concluſio eſt in præmiſſis caſibus non dubiis, videlicet duobus caſibus excep. in c. j. de reſcrip. li. 6. quibus valet reſcrip. per excommunicatum impetratum, & cauſa ſuæ defenſionis, cum eſt reus, quia excommunicatus omnia poteſt, quæ ſpectant ad ſui defenſionem, vt c. intelleximus. de iud. & c. cum inter. de exce. Sed remanet dubium in actore originali & in eo dicit tenere, ſed ſi adhuc eſt excõmunicatus, licet excommunicatio non obſtet reſcriptio, obſtat tñ agenti ex eo ſi excipiatur, vt c. pia. de excep. lib. 6. Ratio, quare aliud ſuper executiuis, & aliud ſi impetretur ſuper principali, tollitur per not. in c. ex parte decani. de reſcrip. Hæc etiam tractat Archi. in c. j. ſuperius allegato. & aliqualiter poſt Compoſ. in c. nonnulli. de reſcrip. ſuper gl. pen.

7 Quid ſi excommunicatus † eligat vel conferat beneficia? Sol. tenet Inn. q̃ ſi excommunicatus ſit q̃s occultè & eligat ratione publici officij, valet electio & collatio, donec ſit toleratus in officio ſuo. & eſt ratio, q̃a ſi illa agat ratione officii, officium agere videtur. Et ſic cõmunis opi. reddit actum validum, qui aliàs foret inualidus. ff. de offic. præto. l. Barbarius. C. de teſta. l. j. de iure patr. conſultationibus. de elect. querelam. & eſt caſus in c. ad probãdum, de re iudi. Si aũt eligat vel conferat ratione iuris priuati, vt eſt videre in canonico, qui eligit ratione priuati intereſſe, tunc agitata per excommunicatum quantumcunque priuatum, ſunt nulla de conſuet. cum dilectus. de elect. cum inter. de cleri. excom. mi. ca. fraternitatis. & c. poſtulaſtis. Quid ſi excommunicatus profiteatur, an teneat p̃feſſio? Sol. tenet, vt in c. cum illorum. de ſent. excommu. Quid ſi feratur ſententia ab excommunicato conſentiente? Dic q̃ nõ tenet, vt no. Inn. in c. cum inter. de re iudi. Quid ſi excommunicatus † contrahat matrimonium, an valeat? Dic q̃ ſic, vt in ca. ſignificauit. de eo qui dux. in matri. quam pol. per adulte. ut no. 9 5. diſt. illud. Quid ſi excommunicatus poſt abſolutionem deponat teſtimonium, an ſit repellendus, & an ad ipſius repulſionem ſufficiat probare excommunicationem præcedẽtem, vel requiratur probatio criminis, propter quod fuit excommunicatus, & an debeat eſſe quod irroget infamiam. Dic q̃ poſt abſolutionem admittitur ad teſtimonium, niſi opponatur crimẽ repellens & probetur, & qualiter excommunicatio non eſt p̃xima pœna delicti, immo eſt aliquod medium, ſcilicet cõtumacia, & plenè notauit Inn. in c. teſtimonium. de teſti.

Quid ſi excommunicatus uelit miniſtrare bona eccleſiæ, & an ſubditi obedire teneantur, an poſt abſolutionem poſſit fructus medii temporis percipere? Dic q̃ occultè excommunicati adminiſtrant extra iudicium, & in iudicio, niſi apponatur exceptio, vt c. pia. Subditi tenentur obedire, donec per eccleſiam fuerunt tolerati, vt c. nonne, 8. q. 4. fructus non recuperant cum moderatione eorum, quæ no. Inn. de app. paſtoralis. de his etiam no. de cohab. cler. & mu. ſicut. de cle. nõ reſid. ex tuæ. 32. diſt. præter hæc. 2. q. v. ſuper cauſa. Nunquid pari 9 liter annullentur † ſacramentalia & beneficialia collata & recepta per excommunicatum? Sol. in beneficialibus conferens nil confert, nec ille cui fit collatio aliquid recipit. de elect. cum inter. de conſue. cum dilectus. de cle. excomm. mi. fraternitatis. in ſacramentalibus ſcilicet ordinum collationis & ſimilibus, q̃ propter alios conferuntur, fit collatio caracteris, ſed non executionis. de ordi. ab epiſ. c. fi. de eo qui fur. ord. rece. ca. j. & c fi. de ſen. excomm. cum illorum. Quid ſi ſit excommunicatus occultè, an debeam ipſum euitare in diuinis officiis? dic q̃ non. 6. q. 2. ſi tantum. & c. placuit. de conſe. di. 2. non prohibeat. & no. Inn. in ca. per tuas. ſ. allegato. Quid ſi excommunicatus ſit creditor alicuius, an ei pendente abſolutione poſſit ſolui? Glo. in ca. nos Sanctorum. 3. q. 6. Primò dicit ei non ſoluendum, ſed pecuniam deponendam in ædem ſacram. Poſt dicit gl. verius credo, q̃ licèt ipſe non habeat ius petendi, tamen eidem ſolui debet alleg. c. debitores. de iureiu. & c. ſi verè. de ſen. excomm. melius facit. 10 c. inter alia. eo. ti. 2. reſpon. vnde licèt excommunicatio † tollat obligationem quo ad fidelitatem, non tamen quo ad alios cõtractus. Hæc fuit Io. Ber. ibi tenet non ſoluendum excommunicato, quia ei non eſt communicandum, niſi in caſib. 11. q. 3. cum excommunicato. cum tribus. c. ſeq. Nec obſt. c. ſi verè. quia illud factum fuit de neceſſitate, quæ legem non habet. de conſe. diſt. j. ſicut. hanc opi. tenet do. Io. And. in regula, peccatum, de re. iur. lib. 6. & dicit oppoſitionem fiendam. Pro hoc facit l. 2. C. de iu. emphy. & l. acceptam. C. de vſur. opi. Ioan. tenuit Inn. in c. veritatis. de do. & contu. & fuit opi. Hug. licèt Inn. notauerit contrarium in c. cum noſtris. de conceſ. præb. Ego credo opi. Ber. verã & moneor, quia ubi nulla petitio, ibi nulla mora. ff. de verb. obli. l. ſi pupillus, & l. lecta. ff. ſi cer. pet. Etiam, quia cum excommunicato nulla habenda eſt cõmunio, niſi in his quæ tangunt correctionem, vt 11. q. 3. cum excommunicato, immo & ſi iuraſſet ſoluere intra certum tempus, tacita ſubintelligitur conditio, ſi in eodem ſtatu permanſerit. 22. q. 2. ne quis arbitretur. ff. de ſol. l. cum quis.

11 Quid ſi excommunicatus † petit debitum ab uxore? Lau. tenet, q̃ nõ poteſt petere, ſed bene tenetur reddere. idẽ tenet Io. 11. q. 3. quoniam multos. Si tamen petat mulier, debet ei reddere, quia ei ſic communicando vxor excuſatur, ut ibi. Quid ſi vir excõicatus petat reſtitutionem vxoris, & vxor excipiat de excommunicatione contra virum. Io. tenet quòd iudex ex officio compellet vxorem redire ad matrimoniũ, licet excep. excommunicationis alias agens veniret repellendus. non ampliando per ſingula ſufficit tradere regulam, quòd excõmunicatio repellit a ſpiritualibus & ſacramentalibus, & nõ ſacramentalibus & prophanis actibus, publicis, ciuilibus, & communibus, vt ſ. diſcuſſum & viſum eſt, in quibus fallit. Et per hæc ſit expeditum ſextum principale membrũ, ſcilicet qui actus ſint excommunicato interdicti quia effectus excommunicationis eſt ipſorum actuum interdictio.

SVMMARIVM.

1 *Forma, quæ ſeruari debeat in ferenda excommunicatione.*
2 *Excommunicatio iniuſta ex ordine, an liget.*

§. Decimuſeptimus.

RESTAT videre ſeptimum principale quæſitum. ſ. 1 quæ forma † ſeruari debeat in excommunicatione ferenda? Hic eſt attendendum, quòd quæſtio p̃cedit in excommunicatione ferenda ab homine non in lata a canone, in qua non requiritur forma, cum incidens in canonem ſine actus formæ præambulo ſit excommunicatus. In excommunicatione autem ferenda ab homine eſt attendendum, quòd quædam ſunt quæ præcedũt ſententiam excommunicationis, quædam ſunt quæ inſunt in liminibus ipſius ferendæ, quædam ſunt quæ ſequuntur ipſam latam. præcedẽtia autem ſunt monitio, cauſę aſſignatio, & in ſcriptis, vt diſponit decre. ſacro. de ſent. excomm. iuncta decr. cum medicinalis. eo. tit. lib. 6. Illa enim ſunt formalia preambula ſentẽtiæ, ut iuribus ſtatim alleg. Si tamen non ſeruetur, dicetur ex- 2 ce. iuſta † ex ordine, quæ tamen ligat, vt not. 11. q. 3. in ſumma. 2. q. 6. in ſum. & in d. ca. cum medicinalis. Illa autem, quæ inſunt, ſunt duplicia: quædam enim ſunt extrinſeca ſolennia, utpotè de quibus diſponitur & traditur. 11. q. 3. debent. & *illa ſolennia* excommunicationis, quæ dicitur anathema & mucro ſpiritualis, ſcilicet, quòd 12. ſacerdotes circundent epiſcopum, tenẽtes lucernas ardentes in manibus, quas in concluſione anathematis proiiciunt in terram & penitus pedibus conculcent, vt hæc omnia traduntur in c. debent. 11. q. 3. frequentia autem ſunt intimatio per parochias, vt ibi diſponit tex. & in c. curæ. ead. cauſa & q. Circa hunc articulum multę poſſent quæſtiones formari, quas nunc prætermitto, intendens ſeq. tractatibus diſcutere.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio, per quem fieri poſſit.*
2 *Abſolutio ad cautelam facta, an valeat.*

§. De-

Source : BIU Cujas

§. Decimusoctauus.

1 RESTAT octauò videndum, per quẽ † possit fieri absolutio. Hic attendendum q̃ secundum varietatem excommunicationum, variantur genera absolutionum & potestas absoluẽtium, vt per prædicta patet. Est excommunicatio lata a canone, hæc aut separatà sacramentis tantum, & ab hac absoluit episcopus & proprius sacerdos, vt c.nuper.vers. in secundo.de sent.excom. aut separat a sacramẽtis & communione fidelium, & ab hac absoluit episcopus regulariter, nisi Papa sibi simpliciter reseruauerit, vt d.c.nup. & hæc de lata a canone. Est & excommunicatio, quæ fertur ab homine, & in hac datur regula, q̃ qui habet potestatem ligãdi, & soluendi, vt in c.verbum.de pẽn.dist.j. fallit hæc regula in casibus quos no.gl.21.dist.inferior. & non solum habens potestatem ligandi habet potestatem soluendi, immo etiam superior ligantis, habet potestatem soluendi, cum modificatione eorum, quę habentur de offi.deleg.cum contingat.de sen.excom.per tuas.
2 & c.venerabilibus.eo.titu.lib.6. Est etiam † attendendum, q̃ reperitur absolutio vera & reperitur ad cautelam, de qua in c.per tuas.statim allegato. & c.solet. & c. venerabilibus.eo.titu.lib.6. Et hunc articulum absolutionis, & eius contingentia decido, quia hanc materiam per se intendo plenissimè examinare, & propter hoc decido.

SVMMARIVM.

1 *Forma in absolutione, quæ sit seruanda.*

§. Decimusnonus.

1 NONVM principale, scilicet quæ sit forma † seruanda in absolutione, cum vt prædixi articulum absolutionis intendum examinare plenissimè, & tractatum per se facere.

SVMMARIVM.

1 *Pœna communicantis cum excommunicato, quæ sit.*
Excommunicatio maior quæ sit, quæ minor, & quod anathema.
2 *Excommunicatio dicitur ecclesiæ separatio.*
Excommunicatio traxit originem instructiuè a Christo.
Pœna in ecclesia nulla maior, quam excommunicatio.
Ligatur quis frequenter apud triumphantem ecclesiam, qui non apud militantem, & econtra.
3 *Excommunicatio nominatim, qui dicantur, & qui non.*
Excommunicationis multiplices sunt species.

§. Vigesimus.

1 DECIMVM verò principale, videlicet quæ sit † pœna communicantis cum excommunicato, patet per supra dicta distinguẽdo genera excommunicationũ, & modos communionum, de quibus plenè tractatum est. Verum quia abbreuiaui aliqua & ex certa scientia prætermisi, alibi tamen tractaturus, maximè circa articulum absolutionis ab excommunicatione, vt cum remissionibus cõpleatur, & extensum & intactum, subijcio tabulam remissoriam super materia excommunicationis, in qua formabo quæstiones, & remittam, vt tangitur in corpore iuris, & hoc propter scholasticos nauigantes in pelago canonum, ut facilius has remissionum ripas attingant.

Primò, quæ sit maior excommunicatio, & quæ minor, quod anathema, & quis sit effectus vniuscuiusq;, & quæ fit inter ipsas differentia, not.per Inn.in c.j.& c.penul.eod.tit.

2 †Secundò, quòd excõmunicatio dicitur ecclesiæ separatio. 15.q.3.nihil.& ca.canonica.28.q.j.viduas.24.q.3. tam sacerdos. & ca.certum.

Tertiò, q̃ excõicatio traxit originem instructiuè a Christo, & per Apostolum in exemplum, qui tradit Corinthum Sathanæ.24.q.3.notandum.& c.apostolicæ.11.q.3.omnes.

Quartò, q̃ nulla pœna sit in ecclesia maior, quàm excommunicatio.24.q.3.corripiuntur.11.q.3.absit.in fi.

Quintò, q̃ frequenter ligatur quis apud triumphantem ecclesiam, qui non apud militantem, & econtra. de sent.excom. a nobis. lo 2.

3 ‡Sextò, qui dicantur nominatim excommunicati & q̃ non & de excommunicato cum participantibus, & an, & quando excommunicatus non nominatim sit vitandus, per Inn. in decre.in Lateranen.de præben.& per do.Io.And.in cle.j.de sepul. Sol.nominatim excommunicati sunt illi, de quibus certum est q̃ sint excommunicati, non nominatim econtra. non tenetur quis vitare communicantes, & participantes excommunicatis cum participibus suis.6.q.j.c.2.& 3 nisi notoria si participatio sic, quòd non possit esse locus inficiationi. de cohabita.clericor.& mulic.tua.

Septimò quæro, numquid multiplices sunt species excõicationis.11.q.3.§.euidenter.3.q.3.Engeltrudam.5.q.2.præsenti. vide bene, quia exemplicatum est.s.in membro diuisionis.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicari, qui possint.*
Mali, an sint excommunicandi, vbi est periculum schismatis, uel scãdali.
2 *Excommunicatio, an feratur in non subditos.*
Archiepiscopus a subdiacono delegato excõmunicari & deponi, an possit.
3 *Princeps vel Imperator, an possit excõicari ab episcopo vel sacerdote.*
Principes, an sint excõicandi pro alijs, quàm notorijs excessibus.
Excommunicari pluries, an quis possit: & si fiat, quot absolutiones requirantur.
4 *Episcopus si dicat, quicunque furtum fecerit, sit excommunicatus, an ligentur alij quàm subditi.*
Mortuus an excommunicari ualeat.
5 *Vniuersitas uel ciuitas, an possit excommunicari uel interdici.*
Excommunicatio, an sit ferenda contra alios, quàm contra contumaces, & rebelles.
6 *Mali tanquam carnes putridæ sunt a communione fidelium resecandi.*
Iussa sedis apostolicæ non custodientes, sunt excommunicandi.
Alter a Christiano excommunicari non potest.
Excommunicandi, qui sint post mortem.

§. Vigesimusprimus.

1 QVI possint excommunicari. † Et primò, an ignorans absens possit excommunicari, & quid iuris sit si sic excommunicatus ante absolutionem moriatur. de appel.cum si Romana.de cle.excomm. mini.apostolicæ.2.q.j manifesta. Solu.ignorans & absens excõmunicari possunt, & si moriatur antequam sciat, liber est quo ad Deũ, & absoluetur post mortem. si apparuerint signa contritionis illius, pro quo est excommunicatus. 11.q.2.nemo.

Secundò, an mali sint excommunicandi, vbi est periculum schismatis, vel scandali. 23.q.4.cum quisquis. Solu. ubi timetur de scisma. mali non sunt excommunicandi. 50.di. ut constitueretur. 23.q.4.ipsa pietas. veritas tamen iniustè nũquam est postponenda propter scandalum, ut regula, qui scandalizauerit.

Tertiò, an possint excommunicari per episcopũ benefactores illi, qui per episcopum excommunicari non possunt, de excess.præla.nimis. Sol.non potest, vt ibi not.

2 †Quartò, an excommunicatio non feratur, nisi in subditis. Et an raptor possit excommunicari pro rapina facta non præmissa monitiõe? & q̃ licet gladio spirituali defendere, an liceat laicis aliquos defendere contra excommunicatum, ut cogatur excommunicator excommunicationem relaxare. de sent.exc. dilecto.lib.6. Solu. raptor si rapina est manifesta, excommunicari potest, non præmissa monitione si præsens & statim non restituat, & si absens intra tempus præfixum de sen.exc. Romana §.caueant.lib.6.ff.de rei.ven.l.si res mobiles. & l.seq.gladius spiritualis exercetur solum in subditos, naturalis quandoq; in nõ subditos. Non licet adiuuare excommunicatum contra excõicatorem, ut fiat relaxatio sententiæ, ut ibi per Inno.

Quintò an archiepiscopus a subdiacono delegato possit excommunicari & deponi. 74.dist.honoratus. Sol.potest excommunicari & deponi, si est potestas a superiore concessa. 2.q.6. si episcopus. de cle.resi.ex tuarum.

3 † Sextò, an Princeps vel Imperator possit excommunicari ab epõ uel sacerdote. 63.dist. Valentinianus. 96.dist.duo. 11.q.3. si autem. Sol. excommunicari potest Imperator ab epõ suo. 8. di. quoniam quidam. 2.q.6.§. Balaam. uer. item beatus Ambrosius. & in cano. hic alleg.

Septimò, an Principes sint excommunicandi pro aliis, quã notoriis excessibus, & an teneat excommunicatio lata ꝺ eos, q̃ non habent superiorem nisi Papam, vt Templarij. de offic.ord. c.j. Sol. Imperator vt Rex regulariter post monitionem solum pro notoriis excommunicatur. 61.di. Valentinianus. Si autem sunt nimis seueri, Papa etiam de non notoriis cognoscit, & nõ valet lata excommunicationis sententia contra non habentes superiorem præter Papam, ut ibi per Inn.

Octauò, an possit quis pluries excõicari, & si fiat, quot absolutiones requirantur, & qualiter absoluentur, si ab vno uel pluribus, vel iure. & an valeat absolutio vel excommunicatio p̃ obreptionem obtenta, uel ex causa falsa. de offi.ordin. ex parte. de sent.excommu. cum pro causa. de iud. ita quorundam. & 3.q.4. Engeltrudam. per Inno. de fide instrum. super his. Sol. potest q̃s pluries excommunicari, ut in c. Engeltrudam. & tot absolutiones expediunt, quot fuerunt excommunicationes uel una, vbi omnia uincula exprimantur per habentem potestatem. Nec tenet absolutio ex non causa, vel aliàs obreptitiè obtenta, vt in iuribus hic alleg.

4 †Nonò, quid si dicat episcopus, quicũque furtum fecerit sit excommunicatus, an ligentur alii, quàm subditi, an ligetur archiepiscopus, & quid iuris si post latam sententiam moriatur,

qui

Source : BIU Cujas

qui tulit vel transferatur,an duret talis ſententia. de ſen. excõ.a nobis.& ĩ.eo.tit.c.Romana.lib.6.3.q.6.in ſum.de offi.leg.q̃ trãſlationem. Sol.hac ſnĩa ligantur ſolum ſubditi cõmittentes intra territoriũ,vt c.2.de conſtit.lib.6. non ligatur ſuperior excõmunicatorum,vt c.cum inferior.de maio.& obed.durat vinculum mortuo vel tranſlato excommunicatore ordinario.

Decimò,an mortuus valeat excõicari, & quomodo, vel baptizari etiã,an exhumabitur corpus cum fit abſolutio, & qũo fiet:an & hæredes cogentur ſatisfacere, vel cauere priusquam fiat abſolutio.de ſent.excom.a nobis.lo 2. de ſep.c.vlt.24.q.2.§. his auctoritatibus.& quaſi per totum.6.q.7.ſi aliquis.Solu.poſt mortem excommunicari poteſt & abſolui,vt c.hic alle Si fuerit in cemiterio ſepultus non exhumabitur,ſecus ibi,vt poſt abſolutionem in cemiterio ſepeliatur,nec in totum ſeruabit̃ forma iuris,hęredes ad ſatisfaciendum compellũtur. de ſepul.c.fi.

5 †Vndecimò, an vniuerſitas vel ciuitas poſſit excõicari, vel interdici & an valeat talis ſentẽtia.ſ. excommunico omnes de illa ciuitate,vel qui fuerint rebelles mãdato meo? Et an in illos qui fuerunt culpabiles de vniuerſitate feratur excommunicatio monitione non prẽmiſſa & cauſa cognita? Et an ſi capitulũ velit dicere excõicationem latam in canonicis nullam,ſi,aut ciuitas velit dicere latam in ciuem nullam,ſint audiẽdi.de ſimo. dilectus.de ſen.exc.Romana.§.vlt.li.6.& per Inno.cod.ti.j.reſp. & c.grauem? Sol.vniuerſitas excommunicari non poteſt, ut c. Romana.§.in vniuerſitate.hic allegato. nec fertur regulariter, niſi monitione præmiſſa,vt c.ſacro.& ca.cum medicinalis. Nec auditur capitulum,nec ciuitas pro iniuſta excommunicatione canonici,uel ciuis,vt abſoluatur, niſi & ipſe abſolutionem petat,vt c.Romana.

Duodecimò,an contra alios quam contra cõtumaces & rebelles ſit ferenda excõicatio.per Inn.de offic.dele.P.& G.Solu. excõicatio non eſt ferenda ab homine,niſi contra cõtumaces. 2.q.3.nemo epiſcoporum.24.q.3.tam ſacerdos.

6 †Tertiodecimò,q̃ mali tanquam carnes putridæ a communione fidelium reſecantur.24.q.3.reſecandæ.

Decimoquartò,q̃ excommunicãdi ſunt,qui iuſſa ſedis Apoſtolicæ non cuſtodiunt. 9.diſt.nulli.

Decimoquintò,quòd alter a Chriſtiano excõmunicari non poteſt.24.q.1.§.ſi autem poſt.

Decimoſexto,q̃ hæretici,ſchiſmatici,& quorum ſcripta hæreſim continent,& qui hæredes hæreticos inſtituũt,etiam poſt mortem excommunicandi ſunt.30.q.2. ſanè profertur. de hæret.ſi quis eps.Hæc de materia,circa quam vertitur excõicatio.

SVMMARIVM.

1 *Inferior ab epiſcopo,an poſſit excõicare,vel id alteri committere.*
Parochiales,an poſſit excommunicare ſimplex ſacerdos.
2 *Laicus,an poſsit ſuſpendere vel excommunicare de mandato epiſcopi.*
Epiſcopus,an poſſit excommunicare & interdicere ſine conſenſu capituli, vel econtra.
3 *Concilium prouinciale,an poſſit ſuſpendere vel excommunicare epiſcopum.*
4 *Ius excommunicandi,an poſſit præſcribi.*
Excommunicatus publicè vel occultè, an poſsit alium excommunicare.
Excommunicatus,qui cõi opinione credebatur non excommunicatus,an poſſit excommunicare.
5 *Delegatus, an poſsit excommunicare ex his cauſis, quæ ſibi non ſunt commiſſa.*
Seipſum excommunicare,an quis poſsit.
Interdictum non ſeruans,an poſsit alium excommunicare.
Mulier prælata,an poſsit excommunicare uel interdicere.
6 *Prior,capitulum ſede vacante,& abbatiſſa,an poſsint excommunicare.*
Metropolitanus,an poſsit excommunicare ſuffraganeum.

§. Vigeſimusſecundus.

1 ESTAT videre de materia efficiente.Primò,† an Abbas vel Prior,vel Prælati inferiores poſſint excommunicare. de offi.ordin.cum ab eccleſiarũ. & c.quanto,de ſimon.illud. 24.q.3.corripiantur. 17.q.2.cauſa.Sol.inferiores epiſcopis prẽlati principales collegiatarum eccleſiarum poſſunt excõicare ſingulos de collegio,& alios etiam,ſi in eos aliquo iure ſpeciali habeant iuriſdictionem,vt in iuribus hic allegatis.

Secundò,an ſimplex ſacerdos parochiales poſſit excommunicare.13.q.1.nemo.Sol.ſacerdos parochialis excommunicare poteſt parochianos excommunicatione procedente a poteſtate clauium fori pẽnitentialis,non autem fori contentioſi, niſi aliquo iure ſpeciali ſibi iuriſdictio competat,vt viſum eſt ſ̃.§.reſtat qualiter adeo.

2 †Tertiò,an laicus poſſit ſuſpendere, vel excommunicare de mandato epiſcopi.32.diſt.§.verum.96.diſ.bene quidem. Sol.p̃t ex delegatione Papæ,vt no.in cano.bene quidem, allegato.

Quartò,an epiſcopus poſſit excommunicare, & interdicere ſine conſenſu ſui capituli vel econtra.de conſuet. cum inter.de his,quæ fi.a præl.c.2.de exceſ.præl.c.1.Sol.eps ſine conſenſu capituli propter contumaciam ortam in iudicio poteſt excommunicare & ſuſpendere.de offi.dele.ex literis,& ca.ſanè. perpetuò autem propter crimen non poteſt ſuſpendere ſine cõſenſu capituli, niſi aliud ſibi cõpetat aliquo iure ſpeciali. 15.q.7. nullus epiſcopus.de exceſ.præl.ad hęc.

3 Quintò, † an Concilium prouinciale poſſit ſuſpendere, vel excommunicare epiſcopũ.2.q.1.primates.3.q.6. accuſatus. Sol. Concilium poteſt excommunicare,& ſuſpendere epiſcopum, vt in c.hic allegato.

Sextò, an excommunicatio lata per non ſuum epiſcopum poſſit rata haberi per proprium epiſcopum. de app. paſtoralis. 9.q.2.c.1.Sol.excõicationis ſententia non poteſt ratificari per p̃prium iudicem,cuius nomine per nõ iudicem lata eſt,ut tenet Bar.Brix.in q.venerialibus,& Inn.de offi.del.prudentiam.§. ſexta.de his,quæ fi.a præla.cum nos.

Septimò,an inferior epiſcopo poſſit excommunicare,uel id alteri committere,licèt habeat iuriſdictionem, & quaſi excommunicatione tales prẽlati poſſint excommunicare. per Inn. de offic.archi.ad hęc.& iſtud expeditum eſt in 1.q.huius membri.

Octauò,an epiſcopus in quaſi poſſeſſione aliquorum, ut ſubditorum,qui re vera non ſunt ſubditi, & an ius † excommuni- 4
candi poſſit præſcribi.de foro competen.cum contingat.Solutio,prælatus exiſtens in quaſi poſſeſſione poteſt,vt c. hic allegato priuato autem non dat conſuetudo,vel quaſi poſſeſſio poteſtatem excommunicandi,per not.in cap.cum ſatis.& c. ſequen. de offic.arhid.

Nonò,an excommunicatus publicè,vel occultè, poſſit aliũ excommunicare.24.q.1.audiuimus.de ordi.ab epiſc. qui renun. epiſ.c.2.de excep.exceptionem.de re iud.ad probandum. de immu.eccle.aduerſus.de hæret.excommunicamus.§.præſentes.aliàs credentes.de cle.excom.mi.apoſtolicæ.de exceſſ.p̃ rẽla.c.ulti.de ſent.excomm.ſacro.per Inn. Pet. Compo.de conſue.cum dilectus.Sol.excommunicatus alium excommunicare non poteſt,ut in iuribus hic allega.

Decimò, an excommunicatus qui communi opi. credebat̃ non excommunicatus,poſſit excommunicare.3.q.7.§.tria.Sol. non tenet excommunicatio lata per excommunicatum communi opi.liberum,ut in iuribus proximè allegatis.

5 †Vndecimò,an delegatus poſſit excommunicare ex his cauſis,quæ ſibi commiſſæ non ſunt.de offi.dele.cum olim.j.p Inn. de præb.c.vlti.per Arch.11.q.3.c.1.Sol.non valet excommunicatio per delegatum lata extra cauſas ſibi commiſſas, quia non iudex,vt in iuribus hic allegatis.

Duodecimò,an quis poſſit excõicare ſeipſum de ſent. excõ. quod in dubijs.11.q.3.ſi is qui.§.euidenter. Solu. non poteſt, vt in iuribus allegatis.

Decimotertiò,an qui nõ ſeruauit interdictum, poſſit alium excommunicare.de exceſ.præl.tanta.Sol. non poteſt alium excommunicare,qui uiolauit interdictum, vt in c. ſupra alleg.

Decimoquartò,an mulier prælata poſſit excõmunicare, vel interdicere.de maio.& obe.dilecta.de pę.& remiſ. noua quędã. Sol.non poteſt mulier etiam prẽlata excommunicare, cum careat poteſtate clauium,ut iuribus hic allegatis.

6 Decimoquintò, † an prior & an capitulum ſede vacante, & abbatiſſa poſſit excommunicare.de maior.& obed.cum in eccleſiis.Sol.capitulum ſede vacan.excommunicare poteſt,cum ſucceditur in iuriſdictione,vt c.ijsque.& cap.cum olim.de maiorit.& obedien.

Decimoſextò,an metropolitanus poſſit excõmunicare ſuffraganeum.12.diſt.de his.Sol. metropolitanus excommunicare poteſt ſuffraganeum,cum ſit ipſius ordinarius, vt in ca. licet. hic alleg. Hæc de ſent.excom. lata ab homine: de lata autem a iure,non ſubdo ſummam,quia ſ̃.caſus expreſsè recitaui ſub artic.3.principali,ibi etiam explicaui dubia occurrentia circa excommunicatum propter manum iectionem violentam in clericum,idcirco hic non do ſummam.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio,ex quibus cauſis feratur.*
Excommunicatio ex falſa cauſa,quare teneat & non abſolutio.
Excommunicatio,an poſsit ferri pro præteritis & futuris culpis.
Excommunicari,an poſsit quis pro inuaſione vel detentione rerum eccleſiaſticarum.
2 *Familia,an poſsit excommunicari propter delictum domini.*
Excommunicari,an quis poſsit propter negligentiam.
Excommunicari pro ueniali,an quis poſsit.
3 *Dominus excõicari vunquid poſsit propter contumaciam procuratoris.*
Ordinarius,an poſsit aliquem excõicare pro defenſa iuris ſui.
Prælatus aliquem,nunquid poſsit excommunicare pro iniuria ſibi illata.
Excommunicatio,an poſsit ferri in aliquos de capitulo propter contumaciã capituli.
4 *Sententia excommunicationis ſi feratur ex cauſa veriſimili, & probabili, qualiter per ſuperiorem ſit fienda abſolutio, vel ſententia retractanda.*
5 *Exceptione excommunicationis probata contra actorem, qualiter pronuntiandum.*

§.Vi-

Source : BIU Cujas

§. Vigeſimustertius.

1 RESTAT videre, ex quibus cauſis † feratur excõmunicatio, & de triplici iniuſtitia ipſius, ſcilicet ex animo, cauſa, & ordine. no. de ſent. excõ. ſacro. 11.q.iij. in ſum.

Secundò, quare tenet excommunicatio ex falſa cauſa, & non abſolutio, per Inn. de fide inſtr. quod ſuper his. Solu. tenet excommunicatio ex falſa cauſa, quia excommunicator intendit excommunicare, non autem abſolutio, quia hoc non intendit abſoluens, etiam utrobique conſulitur animæ.

Tertiò, an præteritis & futuris culpis proſit excommunicato. ferri. de ſent. excommu. Romana. lib. 6. Solu. pro præteritis fertur monitione præmiſſa, pro futuris poteſt præcedente culpa, vel offenſa. ut c. hic allegatis.

Quartò, an pro inuaſione, vel detentione rerum eccleſiaſticarum poſſit quis excommunicari? per Inno. de reſtitu. ſpo. Piſanis. Solu. ꝙ ſic. 12.q.j. quicunque militum.

2 Quintò, † an ꝓpter delictum Domini poſſit familia excommunicari. 24.q.iij. ſi habes. Sol. ꝙ non, vt in iu. alleg.

Sextò, an propter negligentiam poſſit quis excommunicari, de conſecratio. diſt. 2. nemo. 2. Solu. ꝙ ſic, vt ibi.

Septimò, an pro veniali poſſit quis excommunicari, an ſolũ pro mortali, & an pro quolibet etiam minimo. 11. q.iij. nemo epiſcoporum. 17.q.j. de viduis. de conſe. diſt. 2. ſi non ſunt. Solu. pro ſolo mortali quis excommunicatur, vt in ſupra alle. ab homine, ſolum pro contumacia, ut cauſa immediata.

Octauò, an præſens excommunicari poſſit propter contumaciam procuratoris. vt lite non conte. c.j. de dolo & contu. c. 2. Solu. excommunicari poteſt vt ibi, & cum modificatione ibi notatorum.

Nonò, ꝙ ſi quis excommunicatur ꝙ eligat vel appellat. de præterea. per Inn. Solu. in his ſequenda eſt intentio excommunicatis, vt ibi nota.

3 Decimo, † an ordinarius poſſit aliquem excommunicare pro defenſa iuris ſui. de ſen. excom. dilecto. libro 6. Sol. ꝙ ſic, vt ibi.

Vndecimò, an prælatus poſſit aliquem excommunicare pro iniuria ſibi illata. 7.q.j. ſi quis erga. 23.q.2. Guiliſarius. de cle. malefi. c.j. de verb. ſigni. ex parte. de pœn. c.j. lib. 6. Solu. poteſt prælatus excommunicare pro iniuria irrogata eccleſiæ ſuæ, ut in iuribus hic alleg.

Duodecimò, quid ſi excommunicatio ſit lata in genere, & an propter cõtumaciam capituli poſſit ferri excommunicatio in aliquos de capitulo, & qualiter, & an capitulum poſſit impugnare ſententiam in canonicum pro capitulo latam. de ſen. excom. Romana. lib. 6. de exceſ. præla tanta. per Inno. Solu. valet excommunicatio, in genere lata, cauſa expreſſa, propter contumaciam capituli excõmunicantur ſinguli culpabiles de capitulo, non poteſt capitulum dicere nullam excõicationẽ canonici ipſo nil petente, vt ibi no. vt quia mandauit, vel alias ut ibi.

4 † Decimotertiò, quid ſi feratur ſententia excommunicationis ex cauſa veriſimili & probabili, quomodo per ſuperiorem fienda ſit abſolutio uel ſententia retractanda. Et quid ſi appellatio in aliquo de prædictis caſib. præceſſerit excommunicationem, quomodo appellans habebat veritatem vel non, & intra quod tempus ſit appellandum, cum excommunicatio fertur ſub conditione vel in diem, ita ꝙ appellatio impediat excommunicationem. Quid ſi is qui appellauit ante excommunicationem, vel ante conditionem, interim eligatur & poſtea pronuntietur excommunicatio nulla: an valeat electio? Et an illi, qui elegerunt & ipſe conſentiendo, peccent? Et an talis teneatur ſe gerere pro excommunicato? Et an in dubio quis præſumatur excommunicatus. Et quid ſi ſentẽtia excommunicationis non tenet, vel eſt manifeſtè iniuſta, vtpote lata poſt appellationem vel ab aduerſario, & quomodo talis excommunicatus ſit vitandus, & ſi aduerſarius confiteatur appell. ex iuſta cã, vel prima facie appareat indubitabiliter mandatum a quo appellatum eſt fuiſſe iniuſtum, an excõmunicatus interim ſit vitandus? Hæc omnia per Inno. de appella. Solu. ſi appellatur ex cauſa probabili & ueriſimili, hoc ipſo probatur veritas appellationis, ꝙ non probatur contrarium. Secus ubi ex probabilitantum & extra iudicium. de his plenè, vt ibi.

5 Decimoquinto, † qualiter pronuntietur exceptione excõmunicationis ꝓbata contra actorem: an illa ſententia, vel atteſtationes præiudicent actori in illa cauſa? & an per has probationes obtinebit excipiens ꝙ iſte repellatur in alio iudicio, vel ꝙ contra eũ manus iudicis aggrauetur, vel ꝙ denuntietur excõmunicatus, vel ꝙ ei eccleſiaſtica beneficia ſubtrahãtur. Et quid ſi exceptio excommunicationis proponitur non ſolum vt actor repellat ab agendo, ſed directè vt cadat actor a iure ſuo, vtpote ſi quis petit abſolui, afferens ſe poſt appellationem excommunicatum: aduerſarius autem dicat nullam præceſſiſſe, vel iniuſtam, nunquid vel eo feretur ſententia & alius iudicabitur iuſtè ligatus, & ille poterit iuſtè denuntiari ligatus & manus iudicis contra eum iuſtè aggrauari & beneficia ſubtrahi. & non ſufficit ad hoc vt denuntietur excommunicatus, vel aliter contra eũ procedatur, ꝙ conſtat de excommunicatione propter id ſolum, ꝙ petit abſolui. Et nunquid de abũdãti cautela aliquãdo petit abſolutio, & nunquid iudex qui tulit excommunicationem poſſit illam publicare auctoritate huius ſententiæ. hæc omnia nota. per Inn. de or. cog. c. 2. Sol. pronnntiabit excommunicatum non audiendum, donec ſic abſolutus atteſtationes non præiudicant in alia cauſa, ſed ijdem teſtes induci poterunt, vt hęc ſententia repellit ipſum in alio iudicio, nec per hoc manus iudicis aggrauabitur contra eum, nec denuntiabitur, nec beneficia retrahentur, quia non eſt actum ad hoc. Si autem directè eſt actũ de excommunicatione, quia principaliter peteba t excommunicatus abſolui, aſſerẽs ſe non appellaſſe & aduerſarius negat, tunc ſi ſuper hoc pronuntietur ipſum iniuſtè excommunicatũ obtinebit ſic excipiens ꝙ denuntiatur ꝙ manus iudicis aggrauetur, & quòd beneficia ſubtrahantur, & hoc ſi durat in ſua cõtumacia, quia hic non ſolum agebat excipiens vt repelleretur ab agendo, immo vt defenderet ſententiam. Nec eſt probata excommunicatio hoc ſolo ꝙ petit abſolui: aliquando enim ex abundanti petitur abſolutio ad cautelam, vt iudex poterit publicare exõmunicatum auctoritate ſentẽtiæ, qui fuit repulſus a petitione abſolutionis, uel potius pœnitentiæ, ut ibi not. Inn.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius vel delegatus non põt excommunicare monitione non præmiſſa.*
Excommunicatus, an ſit qui fecit contra id, quod mandat iudex ſub pœna excommunicationis, vel anathematis.
2 *Excommunicari, an poſſit quis per literas.*
Excommunicare, ſuſpendere, vel interdicere, an poſſit quis non præmiſſa monitione, etiam ſi crimen ſit notorium.
Monitio quota & qualiter requiratur, cum excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictio proferunt in participantes excommunicatis.
3 *Excommunicatio perpetua, quę dicatur.*
Verba, noueris te ſubiacere excommunicationi, an ſint latæ ſententiæ.
Suſpendi, an quis primò debeat, & poſtea interdici vel excommunicari.
4 *Generalis excommunicatio, in quibus cauſis ferri poteſt.*
Excommunicari non debet quis, niſi monitione canonica præmiſſa.
Excommunicatio non ſeruato ordine lata, an teneat.
5 *Excommunicatio lata ex falſa vel iniuſta cauſa, nunquid liget.*
Ordo iudiciarius, nunquid ſeruari debeat in ſententia excommunicationis.
6 *Epiſcopus ſi dicat, excommunico te & abſoluo, quid iuris ſit.*
7 *Sententia excommunicationis, an ſit ferenda ſub conditione, vel in genere.*
8 *Excommunicatio pro præterito facto ferri non debet, niſi noua monitio præcedat.*
9 *Legatus, an poſſit excommunicare ſub conditione.*
Excommunicatio ſicut tenet nudo verbo, an ſic teneat abſolutio.
10 *Epiſcopus ſi dicat, excommunico vnum ex illis, qui furtum fecerit, an aliquis eorum ſit excommunicatus vel nullus, & quis.*
Ordo, an ſit ſeruandus in ſententia excommunicationis, ſiue ſuſpenſionis.
11 *Excommunicatio, an ferri poſſit in perſonam incertam, vel in genere.*
Excommunicatio, an videatur legitima lata poſt appellationem ex cauſis legitimis interiectam, ſi veritas non probetur.
Excommunicatio lata contra priuilegium, an teneat.
Excommunicatio non debet ferri cum impetu, ſed cum deliberatione.
12 *Monitio trina præcedere debet excommunicationem.*

§. Vigeſimusquartus.

1 RESTAT videre de cauſa formali † excommunica. & forma traditur de ſenten. excõ. c.j. lib. 6.

Primò, ꝙ nec ordinarius, nec delegatus poteſt excommunicare monitione non præmiſſa: & ꝙ qui neſciuit excommunicantem delegatum, iuſtam habet cauſam excuſantem, & ꝙ in dubio debet euitare ꝙs ſe reputare excommunicatum, & quod excommunicatus debet euitare communionem omnium. de cle. excom. mi. illud.

Secundò, an ſit excommunicatus, qui fecit contra id, quod mãdat iudex ſub pœna excommunicationis, vel anathematis. de loca. c.j. de iure pat. relat. de ſimo. c. ſicut. de ſagit. c. iſto. de eo, qui fur. ord. re. c. 1. 63. di. Salonitanę. Solu. non eſt excommunicatus, vt in iuri bus hic allegatis.

2 † Tertiò, an quis poſſit excommunicari per literas, & an talis erit excõicatus tẽpore datæ uel receptionis literarum. de cleri. exc. mi. Apoſtolicæ. 13.q.5. quãto. Sol. excõicari quis poteſt per literas, & excommunicatus eſt ſtatim etiam ignorãs, ſi hoc expreſſit excommunicans, non punitur tamen medio tempore ſe ingerens communionis, vt in iuribus hic allegatis not.

Quartò, an poſſit quis excõicare, ſuſpendere, vel interdicere non præmiſſa monitione, etiam ſi crimen ſit notorium, ut an ſententia lata teneat, & in quib. & quota requiritur monitio, & quibus aliis hæc contingentibus. de ſent. excõ. ſacro. & c. Romana. eo. titu. lib. 6. de appel. reprehenſibilis. de exceſ. præla. ca.j. Solu. non debet fieri cenſura, niſi perueniat monitio etiam in notoriis, præterquàm in futuris, & requiritur trina, vt ibi not.

Source : BIU Cujas

Ioan. de Ligna. De Cenſura Eccleſiaſt.

Quintò, quota & qualiter requiritur monitio, cū excommunicatio ſuſpēſio & interdicto profertur in participantes excommunicatis, & de pœna aliter proferentium. Et an inter monitionem & excommunicationē debet eſſe interuallum. de ſenten. excommu. ſtatuimus. & ca. conſtitutionem. & c. ſtatutis, lib. 6. Sol. requiritur trina vel vna pro omnibus, continens temporum interualla congrua, vt ibi.

3 †Sextò, quæ dicatur perpetua, & quod interdum excommunicatio ponitur pro depoſitione. de coha. cler, clericos. per Inn. Sol. dicitur excommunicatio perpetua, quia nullum tēpus diffinitum continet: intelligitur tamen donec reſipiſcat, vt ibi.

Septimò, an hæc verba. ſ. noueris te ſubiacere excommunicationi, ſint latæ ſententiæ de appel. excommu. Sol. ſi canō eſt latæ ſententiæ requiritur monitio ſi adiicitur aliquid faciendū in vim conditionis, vt ibi.

Octauò, an qs primò debeat ſuſpendi & poſtea interdici vel excommunicari. de iudi. cum non ab homine. de dolo. ueritatis. 74. diſt. honoratus. Sol. ſi pœna incipit a crimine primo ſuſpēditur ſiue deponitur, ſi crimen ſit talis naturæ poteſt incorrigibilis excommunicari.

Nonò, an teneatur quis ſeruare interdictum, quod ad ipſum per ſolam famam peruenit? & an ſufficit excommunicationē latam eſſe publicè? de poſtul. præla. c. j. de cle. excom. mi. c. illud. Solu. ſufficit q̄ ſententia lata ſit publicè, vt quis teneatur ad obſeruantiam, vt ibi.

4 Decimò, † an lata generali ſententia excom. per modum ſentētiæ uel canonis per Archiepiſcopum intelligantur excommunicati ſoli de diœceſi & ciuitate ſua, an de tota prouincia, & quomodo, & in quibus cauſis ferri poteſt generalis excommunicatio. Et an pro futuris culpis & quibus aliis hic contingentibus. de ſent. excommu. Romana. lib. 6. Solu. ſentētia Archipresbyteri vel Archiepiſcopi lata generaliter ligantut ſoli de ciuitate vel diœceſi, ſi ſtatuto ſuo facto in prouinciali concilio ligantur omnes de prouincia.

Vndecimò, quod nō debet quis excommunicari niſi canonica monitione præmiſſa, & cauſa probata, contumacia interueniente, & q̄ excommunicatio dicitur iniuſta ex cauſa, animo, & ordine. de reſcri. mādato. p. Inn. de offi. dele. c. fi. p. eūdē.

Duodecimò, q̄ excommunicatio lata nō ſeruato ordine tenet, ſed tanquam iniuſta ſine difficultate eſt relaxanda, & prolator eſt puniendus. de ſent. excom. ſacro. & c. ſtatuimus. eo. lib. & titu. per Inno.

5 †Tertiodecimò, an excommunicatio lata ex falſa vel iniuſta cauſa liget. de offi. or. ex parte. per Inno. Solu. ligat etiam ex falſa cauſa lata, vt ibi.

Decimoquartò, an in excommunicationis ſententia debet ſeruari ordo iudiciarius, qui ſeruatur in aliis: & ſi quis cōqueratur de iniuſta excommunicatione, an præſumatur pro iudice, ſi non eſt appel. de proba. quoniam contra, per Inn. Sol. in ſententia excommunicationis ſeruandus eſt ordo iuris, vt in ca. j. de ſent. excommu. lib. 6. nec creditur iudici, niſi conſtet iudicē ordinem ſeruaſſe, vt ibi.

Decimoquintò, pro maleficio iam commiſſo non debet quis excommunicari, ſed ſi monitus non vult deſiſtere, poteſt. item ſi monitus non vult ſatisfacere læſo. de re iudi. tenor. per Innocen.

6 †Decimoſextò, quid iuris ſit ſi epiſcopus dicat, excommunico te & abſoluo; vel dicat, excommunico vel abſoluo. Et quid ſi vnus ex duobus, quibus mandatum eſt vt excommunicēt dicat, excommunico te ſi ille non excommunicat; vel dicat, excōico alterum iſtorum. 11. q. iij. §. cum ergo. ij. Sol. in primo caſu ſtandū eſt vltimo prolato. ff. de manu. teſta. l. ſtipulatio. ff. de hære. inſti. l. ſi ita, in principio. in ſecundo caſu eſt excommunicatus p̄ monitionē mādantis, ad quā recurrit̄ de p̄cura. petitio. 11

7 †Decimoſeptimò, an ſentētia excommunicationis ſit ferēda ſub conditione, vel in genere. Et quid ſi iudex excommunicat aliquem niſi intra annum ſoluerit, vel condemnauerit purè & adiecerit q̄ niſi ſoluerit intra annum, ſit excommunicatus; an ſint duo mandata, vel vnum? & quid iuris ſit, ſi condemnatus poſt decennium ante diem, vel conditionem appellat? & quid ſi quis excommunicetur ſub conditione temporis pręteriti & appellet, an appellatio ſuſpendat? & quid ſi iudex dicat, excommunico te ſi tales eligas, vel ſi talem eligeris, quomodo eligens ſit excommunicatus. Et an valeat electio, & ſi ante prolationem huius ſententiæ appellet, an releuetur eligens ab excommunicatione, & an in ſimilib. ad diſcernendū qūo incurratur excōicatio, ſit attendenda intentio excōmunicantis. Et ſi de intentione excommunicantis dubitetur, quo tēpore voluerit appellantem, vel eligentem eſſe excommunicatum, qđ 12 hoc caſu ſit penetrabilior actus ſpiritualis Domini. ſ. excōmunicatio, quàm actus hominis. Et q̄ excōmunicatio nō fertur, niſi cauſa præcedente, & q̄ non niſi pro contumacia. Et quòd

8 †excōmunicatio pro præterito facto ferri non debet, niſi noua 1 monitio præcedat. & an ſpeciale ſit in excommunicatiōis ſententia, q̄ ſemper appellari poſſit poſt decennium ante diem tamen & conditionem. & quæ ſit ratio huius & differentia, ſiue excommunicator dicat, ex nunc excommunico, ſiue dicat, ex tūc ſis excommunicatus. Et an ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, ſiue interdicti poſſit ſuſpendi ad tempus. & an lata ſententia excommunicationis ſi intra talem terminum nō ſolueris, poſſit p̄ partes terminus p̄rogari. Et ſi in termino p̄rogato nō ſoluat, an incurrat excōicationem, de his & quibuſdā contingentibus. de ſenten. excom. a nobis. j & c. Romana. lib. 6. de offi. ord. c. ij. per Inn. de app, ad hoc quoniam. & c. dilectis. & c. præterea. 63. di. Salonitanæ. ij. q. 6. biduum. Sol. ſententia excommunicationis non eſt ſic ferenda indifferenter, vt ca. Romana. §. caucant. de ſent. excom. lib. 6. Si iudex excommunicat aliquem, niſi ſoluat intra annum, vtrum cum mandatum & appellatio interpoſita, quæcunque intra annum ſuſpendit mādatum. Si autem purè contemnat & poſt excommunicationē non ſoluat intra annum, tunc ſunt duo mandata & appellatio interpoſita intra decenniū ſuſpendit vtrūq;. Si autē interponat̄ poſt, & intra annū, tūc ſolū ſuſpenditur appellatio, aliàs excōicatio. Si quis excōicetur ſub conditione tēporis præteriti, vel p̄ſentis, tūc appellatio interpoſita nō ſuſpēdit. Speciale eſt in ſententia excōicationis lata in diē vel ſub cōditiōe, qđ appellatio interpoſita qñq; ante diē, vel cōditionē poſt decēniū ſuſpēdet. Nec refert ſi dicat, Excōico ex nūc, vel ex tūc ſnīa excōicatiōis ſuſpēdi nō p̄t, niſi ipsū tollat̄ p̄ abſolutionē. Et licet pars ad cuius inſtātiā excōicatus eſt, nō ſoluat intra annū: ipſe tñ ſi nō ſoluat excōicatus eſt, niſi fiat p̄rogatio iudicis auctoritate, vt ibi.

9 †Decimooctauò, an legatus poſſit excōicare ſub cōditione, puta ſi quis tale quid fecerit ſit excōmunicatus: & ſi ſic excōicauerit, ſnīa duret poſt eius diſceſſum. per Inn. de offi. leg. qđ tranſlationem. Solu. legatus excōicare pōt ſub conditione, & durat excommunicatio poſt ipſius excommunica. vt ibi not.

Decimononò, qualiter irrationabiliter excommunicatus abſoluitur ſine ſatisfactione, & excommunicator cogitur eidē ſatisfacere. de offi. ordi. cum ab eccleſiarum per Inno.

Vigeſimò, An ſicut tenet excommunicatio nudo verbo, ſic teneat abſolutio, & an iuramētum ſit ſubſtantia abſolutionis. de ſent. excom. cum deſideres. 11. q. 3. cum aliquis. 24. q. 3. comperimus. Sol. tenet abſolutio ſolo verbo, requiritur tamen introductio conſuetudinaria in eccleſia, vt poſſit Capitulum excommunicare, vt hic allegat no.

10 †Vigeſimoprimò, an ſi epiſcopus dicat, excommunico vnū ex illis qui furtum fecerit. an aliquis eorum ſit excommunicatus, vel nullus, & quis de offi. ordi. ſi ſacerdos. Sol. neuter eſt excommunicatus propter incertitudines, ſecundum gloſ. Atque ſecundum Hoſtien. vera eſt opin. gloſ. quantum ad eccleſiam militantem. Hoſti. quo ad eccleſiam triumphantem.

Vigeſimoſecundò, an in ſententia excommunicationis ſiue ſuſpenſionis ſit ordo ſeruandus. de ſent. excommu. ſacro. de appel. dilectus. Sol. ſeruandus eſt ordo, de quo hodie in c. j. de ſenten. excommuni. libro ſexto.

Vigeſimotertiò, de forma excommunicatiōis, quia dicitur, quiſquis furtum commiſerit ſit excommunicatus, vel quiſquis furtum fecerit in diœceſi mea, quos liget & ubi. Itē an epiſcopus in diœceſi ſua ratione delicti commiſſi uel cōmittēdi poſſit excommunicare ſubditos alienos. Et an ualeat ſentētia, qua non poſſent ligari ſubditi ſed alieni: vt ſi Archiepiſcopus excommunicaret in genere quēcunque Archiepiſcopum, q̄ ferri faciat ante ſe crucē in prouincia ſua. de ſent. excom. a nobis. j. per Inn. Sol. ſententia ſic lata ligat ſubditos committentes intra territoriū ſtatuētis, nō extra, p̄ quēcunq; verba gñalia proferat̄, vt c. 2. de cōſti. lib. 6. Nec ualet lex ꝺdita, quæ non pōt cōcernere niſi extraneos, vt ſi Archiepiſcop⁹ ſtatuat, q̄ q̄cūq; Archiepiſcopus deferēs crucē in p̄uincia ſuæ, ſit excōmunicatus.

11 †Vigeſimoquartò, an in perſonam incertam vel in genere poſſit ferri excommunicato ſine ſcriptis, & an in ſcriptis & cā expreſſa ſemper ſit ferenda excommunicationis ſententia, & in quibus ſcriptis. ij. q. j. legum. iij. q. iiij. nullus. de ſent. excommunica. c. j. per Inno. lib. 6. Solus ſeruandus eſt ordo, ſiue excōmunicetur certa perſona, ſiue incerta, in quib. poſſunt coaptari uerba conſtitutionis, vt ibi.

Vigeſimoquintò, An uideatur legitima excō municatio lata poſt appellationem interiectam, ſi veritas non probetur. de appel. dilect. Sol. ponderanda ſunt uerba priuilegii.

Vigeſimoſextò, an teneat excōicatio lata ꝯ priuilegiū. Vide de exceſ. præla. quorundā. Sol. ponderāda ſunt uerba priuilegij.

Vigeſimoſeptimò, q̄ excōmunicatio non dēt ferri cum impetu, ſed cum deliberatione. 11. q. iij. ſi epiſcopus. & c. ſeruetur.

12 †Vigeſimooctauò, q̄ excommunicationem præcedere debet trina monitio. 92. diſt. §. quod autem. 12. q. 2. indignè. 24. q. 3. de illicita. 17. q. 4. quiſquis. & c. de presbyterorum.

SVMMARIVM.

1 *Effectus ſiue cauſa excommunicationis, quis ſit.*

Excommunicatio impedit abſolutionem peccatorum, & remouet à communione fidelium.

Domino

Source : BIU Cujas

Domino excommunicato, absoluimur à iuramento fidelitatis.
Excommunicatio mortificat omnia bona facta, ea pendente, & tollit suffragia ecclesiæ facta in vita & post mortem.
2 *Excommunicatio excludit regnum cælorum, & contempta inducit damnationem æternam.*
Excommunicatio non est contemnenda; & iusta vel iniusta ligat.
Excommunicatio etiam iniusta, si contemnitur, ligat apud Deum.
3 *Excommunicatio inducit multiplex damnum.*
Monachatio excommunicati an teneat, & an eius sententia valeat.
Contrahere matrimonium, an possit excommunicatus.
4 *Excommunicatus, an possit bona temporalia, & spiritualia ecclesiæ administrare, vel aliquid nomine ecclesiæ possidere.*
Fructus præbendæ excommunicari medio tempore, cui applicentur.
Minor excommunicatio, an repellat quem ab agendo vel ab accusando.
5 *Communicare excommunicato, an sit mortale peccatum.*
6 *Iudicium coram iudice excommunicato habitum, an valeat si sit publicè excommunicatus.*
7 *Denegans excommunicatus, an possit soluere iudicium delegati.*
Gerens vices excommunicati, an sit excommunicatus, & an ex contemptu excommunicationis ligetur, non aliàs ligatus.
Iurisdictio, an deuoluatur ad archiepiscopum per excõmunicationẽ episcopi.
8 *Sententiæ quãdo licitè proferantur, quas plerunque fuerunt prouisores seu executores in contradictores & rebelles.*
Excommunicatus, an possit agere vel procuratorem dare.
9 *Excommunicatus, an admittatur ad defensionem ecclesiæ. & an possit excipere, compensare, & vt reus notorius comparere.*
Excommunicatus, an possit eligere, postulare, beneficia conferre, inuestire, excommunicare, & similia facere.
10 *Ordinarius nunquid possit excommunicatum absolutum per delegatum negligentem prosequi in eadem excommunicatione redigere.*
Excommunicatus post absolutionem, an repellatur à testimonio.
Excommunicatus in vna ecclesia, an sit vbique excommunicatus.
11 *Excommunicatio lata in vno iudicio, an præiudicet in alio.*
Episcopatu vel beneficio, an debeat priuari qui in excõicatione stat per annũ.
Excommunicatio, an semper sit seruanda.
12 *Procuratio ab excommunicato, an possit per exceptionem elidi.*
13 *Sententia excommunicationis indistinctè nunquid sit retractanda.*
Excommunicatus an petere possit restitutionem ab excommunicato, & an soluendum sit.
Excommunicati largè dicuntur scismatici.
14 *Exigere debitum ab vxore, an possit excõmunicatus.*
Feudo vel beneficio, an possit quis priuari propter contemptũ excõicationis.
Vitari an debeat ille, cui probata est excommunicatio in modũ exceptionis.
15 *Excommunicationi, nunquid in dubio magis stetur quàm appellationi.*
Minor excommunicatio, à quibus repellit.
Excommunicato, quando liceat ingredi ecclesiam.
Sociũ quàm citò scio ipsum incidisse canonẽ latæ sententiæ, an teneat vitare.
16 *Excommunicati, an sint salutandi.*
Beneficia excommunicati conferri possunt post annum priuationis.
Ordinarius, qui non excommunicauit, an possit parochianum denuntiare vel denuntiari facere.

§. Vigesimusquintus.

1 RESTAT videre, quis sit effectus, † siue causa finalis excommunicationis.

Primò excommunicato impedit absolutionem peccatorum. 24.q.j.qũicunque.

Secundò, excommunicatio remouet a communione fidelium. 11.q.iii.omnis. & c. seq.

Tertiò, domino excommunicato, absoluimur a iuramento fidelitatis. 15.q.6.nos Sanctorum. & ca. iuratos. de pœ. grauem.

Quartò, excommunicatio mortificat omnia bona facta, ea pendẽte. 24.q.3. si quis a catholica. 23.q.7. quemadmodum.

Quinto, excommunicatio tollit suffragia ecclesiæ facta in vita & post mortem. 11.q.3. quæcunque in terra. 23.q.ij. de communione. & c. seq.

2 † Sextò excommunicatio excludit regnum cœlorum. 24.q.j. quicunque.

Septimò excommunicatio contempta inducit damnationẽ æternam. 11.q.iij. nemo episcoporum.

Octauò excommunicatio non est cõtemnenda. 11.q.iij. nemo contemnat. & c. seq. & hoc, quia Deus ligat.

Nonò, quia excommunicatio quomodocunque contemnitur, non est eradicatio, sed disciplina. 24.q.iij. notandum. & ca. cum medicinalis. libro 6.

Decimò, ꝙ excommunicatio iusta & iniusta ligat. 11. q.iij.c.j. & c.quib. & ca.qui iustus. & §. sequen.

Vndecimò, ꝙ excommunicatio etiam iniusta, si contemnitur, ligat apud Deum. 11.q.iij.§.huic, de sen. excom. ca.p tuas.

3 † Duodecimò, ꝙ excõicato inducit multiplex dãnũ, nã separat a Deo. 24.q.iij. Corinthum tradit sathanæ. 11.q.iij. audi.

Tertiodecimò, an funus excommunicati faciat locum religiosum, & quid si excommunicatus sit sepultus in cimi. de sepul. Solu. cadauer episcopi non facit locum reli. vt ibi.

Decimoquartò, an teneat monachatio excommunicati. de sent. excommu. cum illarum. per Inn. & dicitur ꝙ sic, vt ibi.

Decimoquinto, An teneat snĩa excõicati. de re iu. ad ꝓbãdũ. & c. inter monasteriũ, & ibi ꝓ Inno. Sol. non valet snĩa publici excõicati, vt ibi.

Decimosextò, an excommunicatus possit contrahere matrimonium. 95. distin. illud, de eo, qui dux. in ma. c. significauit. Sol. valet matrimonium contractum, vt ibi.

4 † Decimoseptimò, an excommunicatus possit bona tẽporalia, & spiritualia ecclesiæ administrare, vel aliqd nomine ecclesiæ possidere. & an excommunicatione pendente debeant subditi obedire, de app. pastoralis, per Inno. de choa. cle. & muli. sicut, de cleri. nõ resi. ex tuæ. 2.q.5. super causa. Sol. excommunicatus non potest ministrare spiritualia pendente excommunicatione, subditi tenentur obedire donec sit per ecclesiam toleratus. 19.q.iiij. nonne. licet alii ɔtra, vt in c. ex tuæ. in fi. ꝓ Inn.

Decimooctauò, cui fructus præbendæ excommunicati medio tempore applicantur, de app. peruenit. Solu. fructus medio tempore debentur ministranti in ecclesia, vt ibi not.

Decimononò, an per minorem excommunicationem repellatur quis ab agendo, vel ab accusando, de offi. delega. prudentiam, de except. a nobis. So. quod non repellitur, vt ibi.

5 Vigesimò, An cõicare † excõicato sit mortale peccatũ, qđ met. cã. sacr. Et an valeat electio celebrata per excõicatum minori. Et an possit eligi. & an valeat iudicium & alii contractus, in quibus interfuit excõicatus minori, & de aliis hunc articulum cõtingentib. de elec. illa, ꝓ Inn. Sol. communicare excõicato non est mortale, nisi in quinque casibus. Primus, si cõicat in contemptũ clauium. Secundus est, si contra monitionẽ. Tertius, si in crimine. Quartus, si ille erat excõicatus cũ participib. suis. Quintus, si in diuinis in casu decre. significauit. eo. titu. Non vitiatur electio actiua excommunicati minori, passiua sic, vt c. si celebrat, nec vitiantur alii contractus per minorem excommunicationem, vt ibi.

6 † Vigesimoprimò, an valeat iudicium corã iudice excõicato habitũ, nisi sit publicè excõicatus. Et an valeant literæ impetratæ per excõmunicatũ, & quid si literæ de cõi cõsensu partiũ sint impetratæ. Et an possit aliquis cõstringere vel astringere ꝑtorem tacitè, vel expressè cõicare excõicato ad sui vtilitatem. Et an poterit excõicatus post absolutionem altera parte inuita ius suum prosequi per literas illas. Et an post litẽ cõtesta. potest reus actori obiicere excõicationẽ, & an si reus in iudicio repellit actorẽ ab agendo opposita excõicatione currat præscriptio contra actorem. Et an ipse præscribat, & an dabitur aduersario, qui potest si vult, sine periculo experiri cum excõicato restitutio ꝫ præscriptionẽ excõicati. Et qd si testes debẽt cõtra terminũ ꝓducere, qui repellit actorẽ a iudicio, an lapso termino possit testes producere, & æqualitas sit seruãda in iudicio tã excõicato q̃ nõ excõicato. Et an excõicatus admittat̃ ad prosequendam appellationẽ, & de iurib. hunc articulum contingentibus, de offi. deleg. prudẽtiam, per Inn. de excep. pia. lib. 6. de rescript. c. j. eo. lib. Sol. iudicium valet, nisi sit publicè excõicatus, vt c. ad probandum, de re iud. Nec valent literæ per excõicatum impetratæ. de rescript. cap. j. lib. 6. nisi cum consensu partium impetratæ. Nec astringi potest quis præco. vt cõicet excõicato, nisi in casib. a iurib. permissis. Nec post absolutionẽ põt uti literis pẽdente excõicatione impetratis, post litẽ cõte. opponi põt exceptio excõicationis repulsis excõicatis ab agẽdo currit cõtra eũ præscriptio, si est in mora petendi absolutionem ipse præscribit: nec dabitur excõicato restitutio, si præscriptum est, vt supra.

7 † Vigesimosecundò, an delegans excommunicatus possit soluere iudiciũ delegati. Et an ad ipsum possit appellari, de offi. deleg. licet per Inno. & c. si is qui. lib. 6. Sol. non soluere, nec ad ipsum appellari potest, vt in c. is cui. hic allegato.

Vigesimotertiò, an ex contemptu excommunicationis ligetur non aliàs ligatus, de sent. excommu. per tuas. de cle. excõmu. mi. c. vlti. Sol. ligatur aliàs non ligatus ex contemptu, vt ibi.

Vigesimoquartò, an gerens uices excommunicati sit excõmunicatus, de offi. vica. Romana, libro 6. Solu. gerens vices nõ est excommunicatus, vt ibi.

Vigesimoquinto, An ꝓ excõmunicationem epi iurisdictio deuoluat̃ ad Archiepiscopũ, de sup. neg. ꝓla. Rom. li. 6. So. nõ deuoluit̃, ut ibi.

Vigesimosextò, de appellatione excommunicati, quam cognitionem habet superior super principali, & quomodo per appellationem deferatur causa ad ipsum. Et quis error intolerabilis reddat excommunicationem nullam, & quomodo excommunicatus, quia dicit excommunicationem latã post appellationem, vel errorem intolerabilem sit vitandus vel recipiẽdus. & quid si non dicit excommunicationem nullam, sed iniustam, & de pluribus aliis. de senten. excommu. per tuas, per Inn. & c. venerabilib. eo. tit. lib. 6. de hoc plenè in iuri. hic alleg.

8 † Vigesimoseptimò, de sentẽtiis, quas plerũq; ferunt prouisores seu executores, videlicet in ꝫdictores, & rebelles: an & qñ licitè proferant̃. & ad quas ꝑsonas, & quæ ꝑpa referãtur, & vsq; ad quod tꝑs possit talis executor excõicare, & quæ per modum

ſnīæ,& quæ per modū conſtitutionis feratur. Et an,& qñ excōicatio ad ſucceſſorem, & an excōicati poſſint aliquem in canonicū recipere vel inſtallationē facere, vel ius canonicatus tribuere. Et an canonici excommunicati, qui ad mandatum Papę vel alterius aliquem non receperunt, ſint abſoluendi antequā recipiant: an potius cautionem præſtare, de reſcrip. capitulum. per Inno. & Modernos de præben. pro illorum.

Vigeſimooctauò de excōicato ante appellationē, vel poſt, qui non proſequitur appellationem intra tempus debitum. de appel. ſæpe. Sol. hodie dic vt in titu. de ſent. excommuni. libro 6.

Vigeſimononò, an excommunicatus poſſit agere vel procuratorem dare, de iudi. intelleximus. Sol. excommunicatus non poteſt agere. nec procuratorem conſtituere, vt in ca. pia. de excep. lib. 6. & c. poſt ceſſionem, de proba.

9 **Trigeſimo,** An excommunicatus † admittatur defenſionem eccleſiæ, de excep. cum inter. per Inno. Solu. q̄ ſic, vt ibi nota.

Trigeſimoprimò, an excommunicatus poſſit excipere, cōpenſare, & vt reus notorius comparere: & an poſſit reſtitutionem petere, officium iudicis implorare, de multis aliis hic contingentibus, de excep. cum inter. per Inno. Sol. excommunicatus poteſt excipere, & non poteſt compenſare, nec reus notorius comparere, nec beneficium reſtitutionis fauorabile implorare, vt ibi nota.

Trigeſimoſecundò, ſi reus non vult excipere contra excō- 14
municatum, qualiter iudex cui hoc conſtat ex officio, repellere poteſt. 2. q. 7. alieni. de excep. pia. lib. 6.

Trigeſimotertiò, an excommunicatus poſſit eligere, poſtulare, beneficia conferre, inueſtire, excommunicare, & ſimilia facere. & quid ſi excommunicatus non manifeſtus non nominatus uel publicus aliqua agat in ſpiritualibus vel temporalibus ratione publici officii, an valeat, de conſue. cū dilectus, per Inno. de ſenten. excom. ſi verè. per eundem, de elec. illa. Solu. non poteſt eligere, nec poſtulare, nec bñficia conferre, niſi ſit occultus, & hoc faciat ratione publici officii, vt cap. ad probandum, de re iudica.

10 † Trigeſimoquartò, q̄ ordinarius poſſit excommunicatum abſolutum per delegatum negligētem proſequi, in eadem excommunicatione redigere, & de quibuſdam aliis hoc tangentibus, de offi. ord. ſignificauit. Solu. poteſt in caſu, vt ibi.

Trigeſimoquintò, An excōmunicatus poſſit miniſtrare, bona eccle 15
ſiæ vendere, & alios contractus nomine eccleſiæ facere, vel nomine proprio, & de quibuſdam hoc contingentibus, de dolo veritatis. per Inno. & Hoſtien. in c. voluntate, de ſenten. excom. per eundem. Solu. poteſt contrahere & valent contractus per eum inniti. de hoc tamen expreſſius, vt ibi.

Trigeſimoſextò, an excommunicatus poſt abſolutionē repellatur a teſtimonio & de multis hunc articulum contingētibus, de teſtibus teſtimonium, per Inno. Sol. excommunicatus poſt abſolutionem admittitur ad teſtimonium, niſi excōicatus fuerit p̄p crimē, ratione cuius durat infamia, vt ibi nota.

Trigeſimoſeptimò, an excommunicatus in vna eccleſia, ſit vbique excommunicatus, de ap. paſtoralis. de priuileg. ca. quod nonnullis, per Inno. 18. di. placuit. Sol. dic q̄ ſic, vt ibi.

11 † Trigeſimooctauò, an excommunicato lata ī vno iudicio, præiudicat in alio, de elec. per inquiſitionem, per Inno. Solu. q̄ ſic, de appel. paſtoralis. iij. q. iij. item lex, vt ibi per Inno. quod eſt verum per proximè dicta, dumtamē probētur in hoc iudicio. 16

Trigeſimononò, an debeat priuari epiſcopatu vel beneficio, qui ſtat in excommunicatione per annum. de iudi. ca. j. per Inno. Solu. qui per annum ſtetit pertinaciter in excommunicatione, poteſt priuari beneficio. 11. q. iij. rurſus, & nota. in c. cum bonæ, de ætate & qualitate & c. vlti. de pœn.

Quadrageſimò, An ſemper ſit ſeruanda excom
municatio, & quando fallat. 11. q. iij. c. j. Solu. excommunicatio regulariter eſt ſeruanda. fallit vbi nulla eſt ex quacunque cauſa ſit nulla, vt ibi nota.

Quadrageſimoprimò, an excluſis excommunicatis occultè procedi poſſit ad electionem. de ele. cum Vintonien. & ca. illa. Solu. q̄ ſic, vt ibi.

12 † Quadrageſimoſecundò, an id quod fit cum excommunicato, vel eius procuratore, an tequàm probatum ſit, conſtituētem fore excommunicatum, teneat quod fit cum excommunicato extra iudicium antequàm probetur excommunicatio, & quòd procuratio ab excommunicato poteſt per exceptionem elidi, & quando creditur literis epiſcopi ſuper excommunicatione, & quando non. de proba. poſt ceſſionem. per Inno. Solu. valet quod fit in iudicio cum excommunicato agēte, donec opponatur exceptio, vt in c. pia, de excep. lib. 6. idem in eius procuratore, valet etiam quod fit extra iudicium, immo & ea probata, vt c. veritatis, de do. & contuma. & ibi no. Literis epiſcopi ſtatur cum diſtinctione eorum, quæ notantur in d. c. poſt ceſſionem. & c. curæ. 11. q. iij.

Quadrageſimotertiò, ſi vnus de pluribus conſtituentibus p-
curatorem ſit excommunicatus, vel vnus de pluribus iudicib. ferentibus ſententiam valeant agitata. de re iudi. ad probandū, per Inno. Solu. valet conſtitutio procu. niſi ignoranter admittatur excommunicatus, vt c. vlti. de procu. Nō valet ſententia, vbi ſimul iudex cum excommunicato pronuntiat ibi.

† Quadrageſimoquartò, an ſententia excommunicati ſit indiſtinctā retractanda. de appel. nouit. per Inno. Sol. retractatur ſnīa excōicati publicè, aliàs non, vt in c. ad probandū, de re iud.

Quadrageſimoquintò, An excommuni
catus poſſit petere reſtitutionem ab excommunicato, & an ſoluendum ſit, de conceſſ. præbend. cum noſtris. per Inno. de dol. & contuma. veritatis. 16. q. 5. c. nos Sanctorum. Sol. excommunicatus non petit reſtitutionem fauorabiliter cōceſſam, ſed conceditur reſtitutio, vt purgetur dolus aduerſarii. Excommunicato ſolui non debet, ſed deponi, vt in iurib. hic alle. no ēt de his cōtētio, vt ibi.

Quadrageſimoſextò, an excōicatus occultus ſit vitandus in diuinis, de ſimo. tanta, per Inno. & c. per tuas. Sol. excommunicatus occultus non eſt vitandus in publico. 6. q. ij. c. ij. & iij.

Quadrageſimoſeptimò, an excommunicati dicantur ſciſmatici. & an ſciſmatici ſint excommunicati· de ſciſma. c. j. per Inn. So. excommunicati largè dicūtur ſciſmatici. i. ſciſſi a communione. Sciſmatici ſtrictè, vt ſunt diuiſi a Romana eccleſia, ſunt excommunicati, vt hæretici, vt ibi.

14 † Quadrageſimooctauò, an excommunicatus poſſit exigere debitum ab vxore. 11. q. iij. qñ multos. Sol. excōicatus non pōt petere ſiue exigere, ſed ſi petat, vxor debet reddere, vt ibi no.

Quadrageſimononò, an p̄p cōtēptum excōicationis, poſſit quis priuari feudo vel bñficio. 32. q. 5. p̄ceptū. Sol. p̄p contēptū excōicatūs qs priuat feudo, & bñficio, vt ibi, & de pœnis. grauē.

Quinquageſimò, An debeat vitari ille, cui p̄-
bata eſt excommunicatio in modum exceptionis, de ordi. cog. cap. ij. Solu. non eſt vitandus ſic repulſus, quia ad hoc non eſt actum, vt ibi nota.

Quinquageſimoſeptimò, an ſi lata eſt ſententia excōicationis contra aliquem ſub conditione, & pendente cōditione efficiat alterius iuriſdictionis, demū aduenīēte cōditiōe cenſeat excōicatus. de ap. p̄terea. ij. p̄ Inn. de cōſti. c. ij. lib. 6. p̄ Archid. de reg. iur. cū ſunt. lib. 6. Sol. licet pēdente cōditione ſit alterius iuriſdictionis, tñ purificata iuriſdictiōe ligatus eſt, niſi p̄mutationis fori ceſſauerit cā, p̄p quā lata eſt ſnīa, vt no. ī regula, cū ſunt.

15 † Quinquageſimoſextò, an in dubio magis ſtetur excommunicationi quàm appellationi, & minus legitima appellatio ſuſpendit effectum excommunicationis, de appel. dilectus. Solu. in dubio magis ſtatur excommunicationi quàm auctoritati iudiciariæ, vt c. in præſentia, de renun. minus legitima appellatio non impedit excommuuicationem ſequentem, vt ibi.

Quinquageſimotertiò, a quibus repellit minor excommunicatio, & a quibus non, nota. de cle. ex. mi. c. vlti. Sol. dic, vt ibi.

Quinquageſimoquartò, an excōicat⁹ poſſit ingredi eccleſiā, & an liceat excōicato vel interdicto ſtare extra eccleſiā ſic propè q̄ audiat diuina officia, de pœn. & re. quod in te. per Inno. de ſent. excō. j. rñſo. Sol. excōicatus poteſt intrare eccleſiam, dūtamen non audiat diuina, nec extra eccleſiam audire poteſt.

Quinquageſimoquintò, An tenear ſta
tim vitare ſociū q̄ citò ſcio ipſum incidiſſe canonē latæ ſnīæ, de ſen. excō. ſi verè. Sol. nō teneor in publico, ſi occultè excōicatus eſt, vt ibi.

16 † Quinquageſimoſextò, an excōicati ſunt ſalutādi; & quid ſi Papa per literas ipſos ſalutat, de ſent. excō. ſi aliqñ, & in procē. Decre. & in cle. ſi ſumma. eo. tit. Solu. q̄ non. Nec ſi Papa ipſos ſalutat, propterea abſoluit, niſi aliud exprimat, vt ī iuri. hic alle.

Quinquageſimoſeptimò, an bñficia excōicati ſint ſtatim cōferēda, & de plurib. hūc articulū ꝙcernētib. de æt. & qua. cū bonæ. j. Sol. bñficia excōicati cōferri poſſūt poſt annū priuatiōis.

Quinquageſimooctauò, an ordinarius qui non excōicauit, poſſit parochianū denūtiare, vel denūtiari facere. Et an ordinariū met facere excōicatū vitari, & an delegatus a quo poſt excōicationē fuit appellatū poſſit facere denūtiari ipsū excōicatū, & an ille p̄ quo fuit excōicat⁹ ſit audiēdus appellās, ſi iudex appellōnis mādet ipſum denūtiari, & de plurib. hūc articulū cōtingentib. de app. paſtoralis, p̄ Inn. Sol. ordinarius a quo appellat poſt excōicationē p̄t facere denūtiari excōicatū. 11. q. iij. curæ. delegat⁹ nō, cū p̄ appellationē ſit deuoluta iuriſdictio, vt ibi.

Quinquageſimononò, q̄ propter anathema nō tīn fit ſeparatio a communione fidelium, ſed etiam Deus ſeparat animā a cuſtodia, & gratia ſua. de rebus eccle. non alie. c. ſi quis.

S V M M A R I V M.

1 *Abſoluere ſeipſum nemo poteſt.*
Archiepiſcopus, an poſſit abſoluere ſubditos ſuffraganei.
Delegatus excōicatū a ſe pro contumacia poſt annum, an abſoluere poſſit.
Superior, an ſtatim abſoluet. ſi quis excommunicetur poſt appellationem.
2 *Vicini Epiſcopi, an ſint cogēdi vicinorum epiſcoporum ſentētias obſeruare.*
3 *Sacerdos vel laicus, an poſſit abſoluere, vbi ad Papam, vel epiſcopum non poteſt haberi recurſus.*

Sedes

Sedes Apostolica, quorum absolutionem sibi reseruauerit.
Ordinarius vel delegatus quando absolutionem committere possit.
Alter à sacerdote, an possit absoluere.
4 *Delegatus, qualiter debeat remittere excommunicatum ex alia causa ad excommunicatorem.*
Metropolitani, quomodo possint absoluere excommunicatos à suffragan.
5 *Delegatus, an absoluere possit, nisi elapso termino. 6.*
7 *Monachum excommunicatum à canone, an, & quando Abbas, vel prior possit absoluere.*
Casus, in quibus excommunicatus pro absolutione excusetur ab accedendo ad sedem Apostolicam.
8 *Existens in aliena diœcesi, an subditum suum possit absoluere.*
Delegatus legati, nunquid possit absoluere post exitum legati de prouincia.
9 *Vocatus ad testimonium, qui est excommunicatus, an possit absolui à iudice, coram quo producitur.*
10 *Legatus, an possit absoluere illum, qui cepit eum.*
Clerici se inuicem verberantes, an sint mittendi ad sedem Apostolicam pro absolutione.
Absoluere, an possit ille, cui commissum est vt excommunicet.
Excommunicatus ab episcopo, vel inferiori prælato, an possit absolui à metropolitano.
11 *Successor, nunquid possit absoluere excommunicatum à predecessore.*
Incendiarij, & violatores ecclesiarum, à quo possint absolui.
Constitutus in necessitate, an possit absolui à quolibet etiam laico.
12 *Episcopus an possit absoluere moniales exemptas, si se percusserint.*
13 *Asserès in litera, siue in libello, se post appellationem excommunicatum, an admittatur.*
14 *Iudex non solum iudicabit in excommunicatione, sed etiam ex officio præcipiet excommunicatum absolui, si agatur iniuriarum pro iniusta excommunicatione.*
Absens, an possit absolui.
Absolutio, an peti possit per procuratorem.
15 *Excommunicatus, nunquid compelli possit ad petendam absolutionem.*
Pecunia, an possit peti pro absolutione.
Absolutio per vim, vel metum extorta, nunquid valeat.
16 *Expensas antequàm quis soluerit vel satisfecerit, an absoluatur.*
Sacerdos qualiter, & qua cautione recepta debet absoluere excommunicatum in mortis articulo.
Absolutio, qualiter debeat diffiniri.
17 *Appellans si iurauit stare mandatis ecclesiæ pro absolutione habenda cum protestatione vel sine, an per hoc videatur renuntiare appellationi.*
Absolutio facta nudo verbo, an teneat.
18 *Absolutiones, quot sint necessariæ, si quis fuerit excommunicatus pluribus excommunicationibus.*
Absolutio ex falsa causa per surreptionem obtenta, an prosit.
Papa vel episcopus communicando alicui, vel ad osculum recipiendo, an eũ videatur absoluere.
19 *Minori excommunicatione ligatus, an possit aliquem absoluere.*
Absolutio propter periculum datur, quæ aliàs denegaretur.
Cautio quæ requiratur pro absolutione.
20 *Absoluere ad cautelam quis possit, & quæ forma sit seruanda.*
21 *Mortuus, an possit absolui.*
Excommunicatus iniustè, absoluendus est secundum formam ecclesiæ.
Excommunicatus, qualiter reconcilietur.
22 *Episcopus ordinando excommunicatum, an videatur ipsum absoluere.*
23 *Laicus excommunicatus ad instantiam laici, si vult satisfacere coram iudice seculari, vbi causa fuit ciuilis, de illa satisfactione propter connexionem cognoscet ecclesiasticus.*
Absoluere & solennia ordinis impendere, an sit ordinis iurisdictionis.

§. Vigesimussextus.

1 REstat videndũ de absolutione ab excõicatione.

† Primò q̃ nemo seipsum absoluere potest, de sent-excom. quod in dubiis, per Inno.

Secundò, an Archiepiscopus possit absoluere subditos suffraganei, de offic. ordi. pastoralis, per Inn. Sol. non potest Archiepiscopus regulariter absoluere excommunicatum per suffraganeum, cum non habeat iurisdictionem in eos, nisi in casibus expressis a iure, vt ibi.

Tertiò, an delegatus excõicatũ a se pro cõtumacia post annũ possit absoluere, de of. dele. c. q̃rẽti. p Inn. Sol. delegatus ante diffinitiuam excommunicatum absoluit vsque ad diffinitiuã, & post intra annum, & post non, vt ibi.

Quartò, an si quis excõicet̃ post appellationẽ superior, statim absoluet. Et quid si snĩa excõicationis cõtinet errorẽ intolerabilẽ, & qs dicat̃ talis error, de sen. exc. p tuas, & eo. tit. solet, lib. 6. p Inn. Sol. si q̃stat appellatũ ex cã legitima, nõ est opus absolutiõe, in dubio absolui p̃t ad cautelã. Sic de cõtinente intolerabilẽ errorẽ, immo ĩ quolibet gñe nullitatis, vt ĩ iuri. hic alleg.

2 Quintò, An vicini † ep̃i sint cogendi vicinorũ episcoporũ snĩas obseruare, & ab excõicatione post decẽ dies valeat appellari, & qualiter petet a superiore absolui q̃ ab excõicatione appellauit, & qd ꝓdest appellari ab excõicatione, & an appellans, vel de iniusta excõicatione cõquerẽs, sit pro absolutione remittẽdus ad excõicantẽ, & an superior possit appellãtẽ absoluere, & qũ excõicatorẽ ipsũ debeat admittere. Et an sit pro sententia excõicationis præsumendum & de pluribus hunc articulum contingentibus, de offi. ordi. ad reprimẽdam, per Inn. Sol. vicini episcopi cõpelluntur snĩas excommunicationum obseruare. 11. q. 3. curæ. 95. di. illud. Snĩa excõicationis lapsũ decennii non trãsit in rem iudicatam, immo semper potest peti absolutio. Appellatio interposita post excommunicationẽ licet nõ suspendat effectũ excõicationis, transfert tñ iurisdictionẽ ad superiorẽ. Excõicatus cõquerens de iniusta excõicatione, remittendus est ad excõicatorẽ, nisi appellauerit, & cõstat ipsã iniustã, ꝑ cuius iustitia est in dubio p̃sumẽdũ, vt ibi.

3 † Sextò, ĩ quib. casib. possunt ep̃i, vel Abbates & alii inferiores prælati regulariũ ipsos excõicatos pro violenta manuũ iniectione absoluere, & in quibus non, & de forma iuramenti p̃standi, & de mandato ipsis iniũgendo. Et an sacerdos vel laicus possit absoluere, vbi ad Papã vel ep̃m non potest haberi recursus. Et an decret. peruenit, cõtineat ius cõe, vel gratiã spãlem. Et quid si absolutus ab iniectione manuũ appellat, & an legatus, vel quis possit a dicta excõicatione absoluere, vel mãdata iniũgere, & de monialib. c. j. & c. mulieres, & c. peruenit, quãuis, relatum, decætero. ea noscit̃, quod de his, cũ illorũ, & c. fin. Sol. casus supra extẽsi sunt numerati, si sacerdos in necessitate põt absoluere. 17. q. 4. si quis suadente. laicus q̃ caret ptãte clauium. no. ꝑ decre. peruenit, cõtinet ius cõe, nõ auditur appellãs ab iniũctione mandatorũ, nisi modũ excedat legatus de latere, vt c. ad eminentiam, & c. ea noscitur. Moniales per Episcopum absoluuntur, etiam si sint monasteria exempta, & si sint diuersorum episcopatuum, ambo concurrerent, nisi alter committat.

Septimò, quorũ absolutionẽ sedes Apostolica sibi reseruauerit, & qualiter excõicatus recõcilieẽt, de sen. exc. nuper. p Inn. Solu. casus reseruatos supra expressi, & qualiter reconcilietur.

Octauò, qũ ordinarius, vel delegatus põt absolutionem cõmittere, de offi. ordina. c. fin. Sol. committit absolutionem ille, cui hoc competit ex officio, vt ibi. Secus, si nudum ministeriũ sit commissum, de offic. ordina. cap. ultimo.

Nonò, an alter a sacerdote possit absoluere, vel solus in sacerdotio constitutus, de sen excõ. cum illorum, & c. canonica. de consue. quanto, per Inn. Sol. solus sacerdos absoluit absolutione ꝓcedente a potestate clauium. Secus de procedente a potestate contentiosa, vt in iuribus hic allegatis.

4 Decimo, qualiter delegatus † debeat remittere excõicatũ ex alia cã ad excõicatorem, de offi. ord. prudentiam. Solu. delegatus excommunicatum ex causa commissa absoluet, nisi fuerit excommunicatus tempore impetrationis, quia tunc nullam recipit iurisdictionem, vt c. j. de rescri. lib. 6. excommunicatum ex alia causa remittet ad excõicatorẽ, si malitiosè denegauerit ipse absoluet, & remittet ad delegatũ excommunicatore mortuo, cui alter non successit, vel functũ officio suo ipse absoluet, secundum Inn. licet alii contra.

Vndecimò, quomodo metropolitani possunt absoluere excommunicatos a suffraganeis, aut causam excõicationis audire, siue per oppositionem, siue per querelam huiusmodi negotium deuoluatur, siue ẽt agatur ad pœnam excõicationis infligendam, siue ad ipsam sententiam relaxandam, & ꝙ sententiã ad instantiam partis latam excommunicator defendere non debet. Secus si ex officio lata sit, & quomodo archiepiscopus, ad quem est appellatum, de senten. excommu. venerabilibus. libro 6. Solu. dic vt ibi in textu, & glo. & supra explicaui.

5 † Duodecimò, in casu decre. ab excõicato, de rescri. Quæritˉ an delegatus possit absoluere, nisi elapso termino præfixo; & si absoluat, an absolutio teneat; & quid si partes per se vel testis & excommunicator consentiant, & nunquid excommunicator etiam post terminum sibi præfixum possit absoluere priusquàm pronuntietur super iniusta, si partes cõsentiant. Item de remissione excommunicati conquerentis de iniusta excõmunicatione ad excommunicatorem, quomodo habet locum in ordinariis, vel delegatis, siue sit appellatum siue non, & an talis remissio fiet ad delegatum post annum a tẽpore diffinitiuæ sententiæ lapsum, vel quis absoluet, & an tenet absolutio in casu dictæ decreta. a primo delegante faciat, omisso medio delegato. Et si delegatus delegat absolutionem, & an ipsemet post absoluat, an absolutio teneat, & an potest excipi contra literas a delegante ad alium super absolutione obtentas, si de delegato omisso non faciant mentionem. Et an possit appellari, si talis exceptio non admittatur, & an teneat absolutio a tali delegato super absolutione facta. Si autem non fuerat appellatum, & an per appellationem sequentem talis absolutio suspendatur, sicut excommunicatio non suspẽditur per appellationem sequentem, & an sicut per solam excommunicationem quis sit excommunicatus, sicut per solam absolutionem fiat quis absolutus, & an sola absolutione tollatur excommunicatio. Et præsuppositoˉ, quòd sic, an iste sic absolutus possit amplius excõicari non præmissa canonica monitione, & causa probata, & noua interuenieute cõtumacia, & qd habeat facere excõicator cui fit remissio in casu decre. prędictæ, ab excõicato, siue credat

Source : BIU Cujas

6 iuſtè ſe excõmunicaſſe, ſiue non. Et an talis † conquerẽs de iniuſta excommunicatione, debeat abſolui priuſquàm cognoſcatur de iuſtitia, vel iniuſtitia excommunicationis, & ſub qua forma fiet talis abſolutio, & qualiter ſine difficultate intelligĩ quis abſolui, & quid poſtea faciet delegatus ſi iniuſtam inuenerit excommunicatiouem. Et quid ſi iuſtam, & quid ſi tali conquerenti de iniuſta & petẽti abſolutionem ſtatim opponatur exceptio, quod pro manifeſta offenſa excommunicatus fuit. Et an iſte delegatus ſuper huiuſmodi abſolutiõe poterit de negotio principali cognoſcere, ſiue lis eſſet inter excommunicatum, & excommunicatorẽ, ſiue inter ipſum & aliũ. Et an poſſit opponi contra literas impetratas in caſu decre. ab excõmunicato, quod impetratæ ſint falſitate expreſſa, quia dixit ſe excõmunicatum iniuſtè cum tamen eſſet iuſtè excommunicatus, & comperta tali falſitate, carere debeat commodo literarũ, de reſcrip. ab excommunicato, per Inn. & Modernos. Sol. delegatus non poteſt abſoluere, niſi elapſo termino nunc innuat partium conſenſus, niſi excommunicator expreſsè dicat ſe nolle abſoluere, quia etiam lapſo termino re integra abſoluere poteſt. Remiſſio fit ad ordinarium excommunicatorem, ad delegatum etiam fit remiſſio ſi nõ ſit appellatum, nec lapſus annus poſt diffinitiuam. Secus ſi ſit appellatũ, & maximè appellationi delatum. ſi autẽ primus delegans abſoluat, tenet abſolutio. Idem ſi delegatus ab eo antequàm opponatur exceptio de veritate tacita: nec appellatio interpoſita poſt abſolutionem factam a tali delegato ſuſpendit vires appellationis, & per ſolam ſententiam abſolutoriam efficitur quis abſolutus, ſicut per ſententiam excommunicationis excommunicatus. Nec ſic abſolutus poterit amplius excommunicari, niſi canonica monitione præmiſſa & ex noua contumacia, & fiet abſolutio antequã cognoſcatur de iniuſtitia excommunicationis præſtita cautione, niſi fuerit excommunicatus pro manifeſta offenſa, quia requiritur tunc emenda. & ſi conqueritur excommunicatus de iniuſtitia excommunicationis, vt pœna infligatur excommunicatori', tunc cognita iniuſtitia ipſum excommunicatorẽ puniet, aliàs remittet ipſum ad ſuſcipienda mãdata ſua. Si eſt quęſtio inter excommunicatorem & excommunicatum & apponitur clauſula, ſi quid quæſtionis remanſerit, &c. & tunc de illa cognoſcet. Si autem inter excommunicatorem, & alium contra excommunicatorem, ſi eſt appellatum, eodem modo procedat. Si in literis fit mentio de appellatione, ſi eſt appellatum, tunc ipſum remittet niſi ſit ibi clauſula, ſi aliud quæſtionis &c.

† Tertiodecimò, an & quãdo Abbas, vel prior poſſit abſol-
7 uere monachum excommunicatum a canone, & an illis non ſtantibus abſoluet eos epiſcopus, & quis abſoluet exiſtentes in probatione. de ſent.excom.ca.ſecundo, & c.cum illorum. per Inno. Hodie determinatum eſt ꝙ religioſus excommunicatus pro violenta manuum iniectione in clericũ poteſt abſolui per epiſcopum, vel caſu, in quo poſſet clericus ſecularis per decret. religioſo. de ſenten.excomm.lib.6. Sol.dic, vt ibi.

Quartodecimò, in quibus caſibus excommunicatus pro abſolutione excuſetur ab accedendo ad ſedem Apoſtolicam, de ſenten.excommunicationis. quãuis ea noſcitur. mulieres. ſi verè relatum, & c.j. per Inno. Solu. caſus ſupra eodem numeraui, 13
& ibi vide plenè.

8 **Quintodecimò,** † an exiſtens in aliena diœceſi ſubditum ſuum poſſit abſolue re. Et an legatus exiſtens extra prouinciam poſſit abſoluere illos, quos exiſtens in prouincia excommunicauit, de offic. leg. nouit, per Inno. Sol. abſoluere poteſt ſi errorem ſuũ cognoſcat, & ſine cauſæ cognitione, propter titu. excommunicationis, de ſent.excom. ſacro. in fin. de offi. leg. c.2.

Sextodecimo, de triplici genere legatorum, & de ipſorum poteſtate circa abſolutionem illorum qui ſunt excommunicati pro violenta manuum iniectione in clericos, de offi. or. ꝙ tranſlationem, & c.excommunicatos, de ſent. excom. ad eminentiam. Solu. dic vt ibi.

Decimoſeptimò, an delegatus legati poſſit abſoluere poſt exitum legati de prouincia, per Inno. vt ſupra. Sol. ꝙ ſic, niſi inchoauerit vti iuriſdictione ante exitum legati de prouincia, vt c.nouit. eodem tit. per Inno.

Decimooctauò, an ep̃s poſſit abſoluere excõicatos ab inferiorib p̃latis. Et qd ſi eos ſine ſatisfactione abſoluat, de off. or. cũ ab eccleſiarũ. Sol. ep̃s p̃t abſoluere excõicatũ p̱ inferiorẽ p̃latũ ſibi ſubditũ, niſi habeat ꝯſuetudo p̃ſcripta ꝙ ille inferior prius cognoſcat, & illa interdictio faciat gradum, quia tunc ſecus.

9 † Decimononò, an vocatus ad teſtimoniũ, q̃ eſt excõicatus, poſſit abſolui a iudice, corã quo ꝓducit, vl̃ dẽat ad excõicatorẽ remitti abſoluẽd⁹, & qñ dẽat & poſſit fieri remiſſio, & an erit ſimplex abſolutio, vel ad cautelã, & ad hãc abſolutionẽ vocabunt illi, ꝓ q̃bus erat excõicatus, & an audiet ſi dicãt illũ excõicatũ ꝓ manifeſta offenſa. de teſti. veniẽs. 2. p̱ Inn. Sol. vocatus ad teſtimonium abſoluetur ſine remiſſione, vbi aſſerit excommunicatus poſt abſolutionẽ, vel aliàs nulla, & vocabunt, quorũ ĩtereſt, & hoc maximè, vt nõ ſunt aliæ probationes, vt ibi p̱ Inno. 14

Vigeſimò, an excõicatus ad excõicatorẽ remittat ꝓ abſolutione, & excõicatione negotii principalis, vbi nõ eſt appellatũ, nec cõſtat de iniuſta excõicatione, & ꝙ excõicatus ꝓ cõtumacia abſoluit ſine cautione. Si de hoc cõſtat in dubio cũ cautione, de iureiu. ad noſtram. j. per Inn. Sol. vbi eſt appellatũ. & quis excommunicatus eſt pro contumacia, abſoluitur ſine remiſſione, præſtatur tamen cautio ſolita vt ibi.

10 † Vigeſimoprimò, an legatus poſſit abſoluere illum, qui cepit eum. 93.di. ſi quis. Sol. ꝙ ſic, vt ibi glo. Specu. contra in tit. de lega. §. nunc dicamus. verſicu. ſed quæritur. quod eſt verum in Cardinali, de pœni. fœlicis. lib. 6.

Vigeſimoſecundò, an clerici ſe inuicem verberantes, ſint mittendi ad ſedem Apoſto. pro abſolutione, de ſent. excom. c. j. 17.q.iiij. nullus. Sol. clerici ſe inuicem percutiẽtes intra annos puberes non ſunt mittẽdi ad ſedem Apoſto. etiam poſt pubertatem, vt c.j. & fi. de ſenten.excommu.

Vigeſimotertiò, an ille cui commiſſum eſt vt excommunicet, poſſit abſoluere, vel quilibet q̃ ligare poteſt. 21. di. inferior. 17.q.j. peruenit. 17.q.j. ſi homo. de ma. & obe. cum inferior, per Inn. de offi. or. cum ſatis. Sol. ille cui eſt commiſſum ſingulariter ꝙ excommunicet, non poteſt abſoluere. Secus ſi tota cauſa ſit commiſſa. glo. eſt in c. ſi homo. habetur regula, ꝙ qui poteſt vnum, poteſt & reliquum. fallit in caſibus, vt in iuribus hic alle.

Vigeſimoquartò, an excommunicatus ab epiſcopo, vel inferiori prælato, poſſit abſolui a Metropolitano, de ſent. excom. p̱ tuas, & c. Romana, & c. venerabilib. lib 6. de offi. ordi. ad reprimendã. 9.q.3. ſi epiſcopus. 16.q.6.§.j. Solu. ſupra expeditum eſt.

11 † Vigeſimoquintò, an ſucceſſor poſſit abſoluere excommunicatum a prædeceſſore. 11.q.3. ſi epiſcopus. 2. de ma. & obediẽ. cum in eccleſiis. Sol. ſucceſſor regulariter abſoluere poteſt excommunicatos a prædeceſſore, vt in iuribus allegatis.

Vigeſimoſextò, a quo poſſint abſolui incendiarii, violatores eccleſiarum de ſent. excom. c. conqueſt. Sol. incendiarii, violatores eccleſiarum ex quo denuntiati ſunt excommunicati, per ſolum ſummum Pontificem ſunt abſoluendi, vt ibi.

Vigeſimoſeptimò, an conſtitutus in neceſſitate poſſit abſolui a quolibet etiam laico, de ſen. exc. decætero. & c. a nobis, de offi. ord. paſtoralis, de pœn. & remiſ qã in te. 21. di. inferior. 24. q.1.§. ſed iſtud, & c. ꝯcepit. 26.q.6. in ſum. & c.j. & c. Aurelius. de pœ. diſt.j. quẽ pœnitet. Solu. cõſtitutus in neceſſitate a quolibet ſacerdote abſolui poteſt, & ſua auctoritate a laico non, cum ei nõ ſit tradita poteſtas clauium, vt in iuribus hic allegatis.

12 † Vigeſimooctauò, an epiſcopus poſsit abſoluere moniales exemptas ſi ſe percuſſerint, de ſent. excom. de monialib. Solu. epiſcopus abſoluit moniales etiam exemptas, licet dicant quidam ꝙ exemptas vt delegati a Papa auctoritate c. de monialibus. alii pro eo iure, quo alias mulieres.

Vigeſimononò, an prælati, vel priores Templariorum, vel hoſpitalium, vel aliorum regularium cõiter viuẽtium poſsint eos abſoluere ſi ſe inuicem percuſſerint, de ſent. excõ. cum illorũ. c. canonica, & ca. monachi. de vi. & ho. qm̃, vt ait. 17.q.3. nullus. Sol. prælati hoſpitalium, vel priores eorum aliàs ſacerdotes abſoluere poſſunt, vt in iuribus hic allegatis.

13 **Trigeſimo,** an † admittatur agens in litera, ſiue in libello ſe poſt appellationem excommunicatum, vel aliàs iniuſtè, & an oportet eũ proponere certum nõ ſub diſiunctione, & qũo admittatur ſub tali diſiunctione. Et an ſufficiat excõicatori ꝺ cõquerentẽ de iniuſta excõicatione, ac petentẽ abſolui ad impediẽdũ abſolutionẽ, ꝓbare ꝙ pro iuſta, & vera cauſa excõicauit, & ꝙ cã modo corã ſuperiore manifeſta probetur, niſi probetur ꝙ t̃pe latæ ſn̄æ manifeſta erat excõicatori. Et an ad illum, a quo petitur abſolutio, ſpectet manifeſtæ offenſæ cognitio, & an oblato libello ſup nullitate ſn̄æ poſsit iudex pronuntiare ſup iniuſtitia ipſius, ſi eam inuenerit iniuſtam. Et an qui dicit ſe poſt legitimam appellationẽ excõicatũ, niſi probet appellationẽ legitimã præce ſiſſe, debeat reputari excõicatus, & abſolutiõe indigeat. Et ſi ille, q̃ petit ſe denũtiari nõ ligatũ, vtpote poſt appellationẽ legitimã excõicatũ, poſtea petat abſolui, iuxta formã eccleſiæ, an ſit abſoluẽdus, & de plurib. hũc articulũ cõtingentib. de offi. deleg. cũ cõtingat. p̱ Inn. Sol. nõ dẽt admitti ꝓponẽs ſe excõicatũ poſt appl̃onẽ, vel aliàs iniuſtã ẽt in libello, cũ dẽat ꝓponere q̃d certũ, niſi fortè ignoraret t̃ps excõicationis p̃ceſſiſſe appl̃onem, vel eꝫ. Nec ſufficit excõicatori ad impediẽdã abſolutionem ꝓbare ꝙ poſtea ꝓ iuſta, vel vera cã excõicauit, & ꝙ nõ manifeſta corã iudice, corã quo petit abſolutio, cognitio de offenſa ſit manifeſta necne. Si ad iudicẽ impetrant̃ literæ ſup nullitate excõicatiõis ꝓ eo ꝙ lata eſt poſt appellationẽ, eo nõ ꝓbato non poterit iudex pronũtiare excõicationẽ iniuſtã, ẽt hoc reperto. Si qs dicat ſe excõicatũ poſt appellationẽ, niſi ꝓbet excõicationẽ præceſſiſſe poſt appellationem ſuam, habendus eſt pro excõicato, & eget abſolutione quo ad forum eccleſiæ. Et idem poſt petenti abſolutionem non negabitur, vt c.hic allegato, plenè per Inn.

14 † Trigeſimoprimò, ſi agatur iniuriarũ pro iniuſta excõicatione, iudex non ſolum iudicabit in excõmunicatione, ſed ẽt

ex officio

Source : BIU Cujas

ex officio præcipiet excommunicatum absolui, de sentent. excommunica.contingit,per Innocen.

Trigesimosecundò,an absolui possit absens.ij.q.j.de manifesta,de cle.excom.mi.Apostolicæ.Sol.cp sic, & hoc si subsit causa rationabilis,propter quam præsens esse non potest.

Trigesimotertiò,an per procuratorem peti possit absolutio, & quæ solēnitas seruari debeat in absolutione a maiori vel minori.Et an ante solennitatem seruatam haberi debeat pro absoluto qui fuerat excommunicatus,& an infamatus de excommunicatione vsque ad purgationem debeat vitari,& de plurib. hunc articulum contingentibus,de senten.excommu. cum desideres,per Inno.& Hosti, Sol.per se peti debet absolutio ex cā rationabili,per procuratorem peti potest, sed introduci debet in ecclesiam post absolutionem, infamatus super excommunicatione vitandus est,si defecerit in purgatione,& etiam si differt cautionem præstare,vt ibi.

15 † Trigesimoquartò,an excommunicatus possit compelli ad petendam absolutionem,de eo qui dux. in ma.quam pol. ca.significasti. Solu.excommunicatus compelli potest per indirectum ad petendum absolutionem,scilicet alios compellendo, vt sibi communicet,vt ibi.

Trigesimoquinto,an possit pro absolutione pecunia peti,de simo.ad aures,& c.dilectus.j.q.j.nullus episcopus. Solu. pro absolutione nunquàm danda est pecunia, cum spiritualis pœnitentia non sit pretio redimenda,vt in iuribus hic allegatis.

Trigesimosextò, cp absolutio per vim, vel metum extorta non valet,quod met.cauſ.c.vno.lib.6.

16 † Trigesimoseptimò, an quis absoluatur antequàm satisfecerit vel soluerit expensas,de offi.deleg.ex literis. de iudic.c.j.vt li.non contesta.quoniam.§.in aliis.de ap.peruenit.& c.qua frōte de uerbo.sig.ex parte c.j de simo.ad aures. 19.q.iiij. de presbyterorum.Solu.excommunicatus pro manifesta offensa, vel cōtumacia,non est absoluendus ante satisfactionem. Secus si pro dubia,quia tunc sufficit cautio,vt c.ex parte, de verbo. signi. & c.venerabilibus. de senten.excommu.lib.6.

Trigesimooctauò, qualiter & qua cautiōe recepta debet sacerdos absoluere excommunicatum in mortis articulo, de sepultu.c.vlti.per Inno.Solu.expeditum est supra proximo.

Trigesimononò, quomodo & qualiter absolutio debet diffiniri.23.q iiij.iniusta.11.q.iij.contra iubente.

17 Quadragesimo, Si is qui † appellauit iurat stare mandatis ecclesiæ pro absolutione habenda cum protestatione, vel sine, per hoc videatur renuntiasse appellationi, & an qui sic iurauit possit nihilominus post,si grauetur,appellare. Et an per appellationem possit vitare quominus si aliquid sibi iniungatur sub virtute præstiti iuramenti, & intra quod tempus debet mandata recipere, vel in pristinam sententiam reduci,de appel.ad hoc, & c. quæstioni.per Inno.hodie in c.eos,de sen.excom.lib.6. Solu. appellans coram iudice a quo petit appellationem sine protestatiōe renuntiat appellationi:secus si cum protestatione. & licet iuret stare mandatis ecclesiæ,nihilominus appellare potest si grauetur:per appellationem tamen non euitat quominus fiat mandatum legitimum,non obtemperans mandato reincidit, vt in iuribus hic allegatis.

Quadragesimoprimò, an teneat absolutio facta nudo verbo,& an sine iuramento, & an iuramentum sit de substātia absolutionis,de sent.excom.cum desideres,& c.a nobis. Sol.tenet absolutio facta nudo uerbo,nec iuramentum est de substantia absolutionis,licet sit opinio, vt in iuribus hic allegatis.

18 † Quadragesimosecundò, si quis sit excommunicatus pluribus excommunicationibus, quot absolutiōes sunt necessariæ, & qualiter talis absoluetur, vel ille qui ex pluribus vna sententia ligatus,& si in absolutione vnam de illis tacuerit, de senten. excommu.cum pro causa.Solu.supra expeditum est.

Quadragesimotertiò, quid iuris sit de absolutione ex falsa causa per surreptionem obtenta.Solu.supra expeditum est.

Quadragesimoquartò, an Papa vel episcopus communicādo alicui,vel ad osculum recipiendo,videatur absoluere, de p̄sump.cum olim.in fine.Sol.contēditur excommunicatio nulla sit Papa præmissa causæ cognitione aliquem ad osculum recipit,ipsum habere videtur pro non ligato:si contēditur in iusta,secus,quia seruanda forma absolutionis,nisi appareat de expressa intentione Papę,vt ibi in c.si aliquando. de sent.excommunica.& clemen.si summus.eodem titu.

19 † Quadragesimoquintò, an minori excommunicatione ligatus possit aliquem absoluere, an excommunicatum minori excommunicatione oportet recōciliando in ecclesiam introduci,de senten.excommu.duobus,in princi.per Inno. Sol.ligatus minori excommunicatione alium absoluere potest, cū sit priuatus sola sacramentorum participatione passiuè,vt ibi.

Quadragesimosextò, quomodo propter periculū detur absolutio,quæ alias denegaretur,de remis.c.fin.

Quadragesimoseptimò, quæ cautio requiratur pro absolutione,de sent.excommu.ad hoc,cum si.Sol. ubi pro iniectione manuum quis est excommunicatus si manifesta requiritur satisfactio, vel iuratoria cautio.si autem pro cōtumacia manifesta offensa,vel alia manifesta offensa requiritur satisfactio.Si in dubio,idonea cautio,vt ibi.

20 † Quadragesimooctauò,quomodo,& quis possit absoluere ad cautelam,& quæ forma sit seruanda. & de pluribus hunc articulum contingentibus,de sent.excom.solet,& c.venerabilib. lib.6.Sol.vbique asseritur excommunicatio nulla vel propter præcedentiam appellationis legitimæ,uel quacunque alia causa,& probabiliter dubitatur, tunc ad cautelam petitur absolutio,hic petitur a quibuscunque sententiis comprehensis nomine censuræ,excepto generali interdicto,vt c.præsenti. de sentē. excom.lib.6.hunc primum inuenit Clemēs III. in c. cum desideres.§.j.eodem titu.Hæc vera est vel putatiua a censura ecclesiastica liberatio illis,quorum interest prospiciens.Et est cautela excommunicati & illius ad cuius instantiam lata fuit. Hæc fit vocatio illis,quorum interest,vt dubium nullitatis discutiatur,fit per hoc verbum dissoluo,vel relaxo: exprimi tamen debet causa,propter quam fit hoc. hęc fit per superiorem excommunicatoris. Aliquando per excommunicatorem ordinariū: per delegatum autem si per commissionem prouidere potest, super excommunicatione non potest ad cautelam absoluere; nisi sit specialiter commissum.Si autem incidit, nec prouidere potest per commissionem tunc potest,vt c.veniens.de testi.hęc absolutio fit de gratia, nō de iuris remedio vel necessitate. impeditur hæc absolutio per exceptionem manifestæ offensæ in casu nullitatis assertæ propter appellationis præcedētis, in aliis casibus nullitatis non,vt hæc omnia plenè in c. solet. hic alleg.

21 † Quadragesimononò, an mortuus possit absolui, & quomodo,& qualiter. de sent.excommu.a nobis Sol. mortuus absolui poterit,vbi præcesserint signa contritionis, seruata forma de qua ibi.

Quinquagesimò, an iniustè excommunicatus sit absoluendus,secundum formam ecclesiæ. de eo qui du.in ma.significauit. per Inno.Solu. quod sic.

Quinquagesimoprimò, qualiter excommunicatus reconcilietur.de sent excommu.nuper. per Inno. Sol. excommunicatus maiori per introductionem in ecclesiam,minori cum psalmo pœnitentiali & confessione vsus sacramentorum passiuè, quibus priuatus fuerat. Non autem per introductionem, cum non foret priuatus ingressu.i.criminosus, alias non excommunicatus sola pœnitentia,nisi sit solenniter pœnitens, vt ibi.

22 † Quinquagesimosecundò,an episcopus ordinando excommunicatum videatur ipsum absoluere.Et an in absolutione ab excommunicatiōe sit necessaria certa forma,de fil. presby. veniens,per Inno.Solu. episcopus ordinando excommunicatum a se,non videtur absoluere, quia in absolutione requiritur certa forma, vt ibi nota.

Quinquagesimotertio,de absolutione,cum quis excommunicatur pro crimine vel contumacia, & de modo contumaciæ propter quàm quis excommunicatur.Et quid iuris sit, si excommunicatus sit ita pauper cp non potest satisfacere, de verborum signifi.ex parte,per Inno.de sent.excommuni.solet, lib. 6.Solu.expeditum est supra & dic vt ibi.

23 † Quinquagesimoquartò, an si laicus excommunicatus ad instantiam laici in absolutione iurauit satisfacere, si vult satisfacere coram iudice seculari, an ecclesiasticus possit de satisfactione cognoscere. 11.q.iij.c.fin.Sol.si laicus excommunicatus ad instātiam laici vult satisfacere coram iudice seculari, vbi cā fuit ciuilis, de illa satisfactione propter connexionem cognoscit ecclesiasticus,vt in glo.& not.in c.parochianos.de sen. exc.

Quinquagesimoquintò, an absoluere & solēnia ordinis impendere sit ordinis,vel iurisdictionis,de succes. præla. c. fin.Sol. absolutio est iurisdictiōis & nō ordinis. 2.q.j.nemo. sed solēnia absolōnis sicut dicere oīones cū stola,& psalmū pęnitētialē, & in ecclesiā introducere,est ordinis & officii,de sen.excō.nuper.

S V M M A R I V M.

1 *Vitare excōicatū,an qs teneatur,licet nō sit publicus, vel ante denūciationē.*
2 *Excommunicatus an possit excommunicato communicare.*
Communicans excommunicato,an possit contra ipsum obijcere de excommunicatione,& an sit mortale.
Participantes excommunicato,quæ ignorantia excuset.
3 *Ignorantia circa factum publicè promulgatum,regulariter non excusat.*
Priuilegiati,an vitare debeant excommunicatos.
4 *Papa vel episcopus si communicat excommunicato à sacerdote, vel alio inferiore,an sint excommunicati minori,& à quo absoluentur.*
Papam,an incidat excommunicationem communicando excommunicato.
Casus, in quibus quis incidat excommunicationem participando excōicato.
5 *Excommunicator.an incidat excōicationem participādo cum excōicatis à se.*
Excommunicatus si intrat ecclesiam,an alij debeant exire.
6 *Eleemosinæ,oblatiōes,decima,& mortuaria,an ab excōicatis sint recipiēda.*
Celebrans excommunicato,an sit irregularis.
Papa licet vitet aliquē, vel mādet vitari,an cōicans eidem sit excōicatus.
7 *Communicare magis licet cum pagano,quàm cum excommunicato.*
Excōicatus ordinādo ī forma ecclesię imprimit caracterem,sed nō executionē.

Source : BIU Cujas

Io. de Ligna. De interiectione Eccleſiaſti.

§. Vigeſimuſſeptimus.

RESTAT videndum de pœna communicãtium cum excommunicatis remiſſiuè.

1 †Primò, an teneaẽ qs vitare excõicatum, licet nõ ſit publicus, vel ante denunciationẽ, de ſent. excommu. cum ab homine. de cle. excommu. mi. illud. 93 di. c. j. 11. q. 3. §. euidẽter, & c. ſi qs laicus. 24. q. ij. ſanè. So. tenetur quis vitare excõicatum publicum, nec requiritur denunciatio, vt fiat publicus quo ad hunc effectum: immo ſufficit ſola fama, vt in iuribus hic allegatis.

Secundò de communicãtibus cum excommunicato in crimine, vel ſine de ſenten. excommu. nuper. & ca. ſi concubinæ. per Innocen. 11. q. iij. qui communicauerit. So. communicans cum excommunicato in crimine damnato, incidit maiorem: communicãs autẽ ſimplici cõmunione, incidit minorẽ, vt ibi.

2 † Tertiò, an excommunicatus poſſit excommunicato communicare. 17. quæſt. j. deuotum. Sol. ꝙ ſic, vt ibi glo. facit in auct. de teſt. §. ſancimus. in ij. colum. Hoſti. contra. in ſumma de ſent. excommu. §. ſi quis ſit eius effectus, in fin. & hæc verior.

Quartò, an communicans excommunicato poſſit contra eũ obiicere de excommunicatione. de excep. a nobis. Sol. ꝙ ſic, vt ipſum ab agendo repellat, etiã ſi participaſſet in crimine, vt ibi.

Quintò, an communicare cum excommunicato ſit mortale, de ſepultu. ſacris. Solu. ſupra expeditum eſt.

Sextò, quæ ignorantia excuſat participantes excommunicato. de ordin. ab epiſco. cap. ij. de cle. excommu. mi. c. penult. Sol. ignorantia probabilis facti excuſat, vt ibi.

3 † Septimò, an quis circa hoc poſſit allegare ignorantiam ex quo excommunicatus eſt publicè. de po. præla. c. j. per Innocẽ. Sol. non excuſat regulariter ignorantia circa factum publicè promulgatum, vt ibi.

Octauò, an priuilegiati debeant vitare excommunicatos, & an ſint multi habentes priuilegium communicãdi excommunicatis Et quid iuris ſit de his. de ſent. excommu. nulli. de præb. in Lateranen. de priuileg cum & plantare, per Inn. Sol. nõ conceditur priuilegium generale, per quod concedatur facultas communicare excommunicatis, ſed ſpeciale ex cauſa cum certis, cum aliqua ſunt corpore iuris clauſula. 11. q. iij. quoniã multos, & c. inter alia. eodem titu.

Nonò, quæ pœna imponitur exemptis, qui celebrant in locis interdictis, vel publicè excommunicatos admittunt ad diuina, præter alias pœnas a iure ſtatutas in ca epiſcoporum, de priuile. lib 6. & de fraudibus circa hoc in cle. j. de ſen. excommun. & de pœna admittentium ad ſepulturam interdictos, vel tempore, vel nominatim excommunicatos. in cle. eos, de ſepul. Solu. dic, vt in iuribus hic allegatis, vbi text.

4 Decimò, † Quid ſi Papa, vel epiſcopus excommunicat excommunicatos a ſacerdote, vel inferiore, an ſint excommunicati minori, & a quo abſoluentur, de ſen. exc. nulli. 93. di. ca. j. 11. q. j. q meritò. Sol. epiſcopus cõmunicans excommunicato a ſimplici ſacerdote incidit minorem ſi ſimplici participio participat, & abſoluitur a ſimplici ſacerdote. Idem ſi communicat excommunicato a ſe, quia hæc ſententia propter participium eſt canonis, non bonis, licet glo. aliter, vt c. ſtatuimus. eodem titu. lib. 6. in 5. glo. Secus in Papa, qui nõ ligatur canone. dic vt in iuribus hic allegatis.

Vndecimò, an Papa incidat excommunicationem communicando excommunicato, de ſenten. excommu. ſi aliquando, Solu. non incidit, vt ſupra dictum eſt.

Duodecimò, in quibus caſibus incidit quis in excommunicationem participando excommunicato, & quibus excuſetur participans. de ſent excom. cum deſideres, & c. inter alia, & ca. ſtatuimus. 11. q. iij. quoniam multos. 17. q. j. de filia. Solu. vbi enumerantur, vt ſupra extensè.

5 † Decimotertiò, an excommunicator incidat excõicationẽ participando cum excommunicatis a ſe, & de plurib. hũc articulũ cõtingẽtib. de ſen. exc. qđ in dubiis. Sol. ſupra expeditũ eſt.

Decimoquartò, an ſi excõicatus intrat eccleſiã, alii debeant exire. & an miſſa incohata debeat dimitti ſi nõ vult exire & an in eius aduentu ſit ceſſandũ ab officio. & an miſſa diuiſionem recipiat. 11. q. iij. ſicut, & c. qui iubente. per Inn. in c. nup. de ſen. excom. Sol. ſi excõicatus intrat eccleſiam cauſa orandi, omnes debent exire, & ſacerdos niſi incohauerit canonẽ miſſæ debet dimittere, immo ſi extra eccleſiã idem. Si autem inchoauerit nõ ſuſpẽdat, qa miſſa non recipit diuiſionem. 7. q. j. nihil, & niſi poſſit de eccſia eiici. Si aũt ſit ī eccſia alia de cã, orãtes nõ debẽt exire, qa tũc nõ cõicarẽt in oſonib. vt in iuribus hic allegatis.

6 Decimoquintò, † An ab excõicatis ſint recipiendæ oblationes, eleemoſinæ, decimæ, & mortuaria, de ſen. excõ. cũ volũtate, de decimis. ex tranſmiſſa. Sol. eleemoſinæ ſunt recipiẽdæ ab excõicato & decimæ, nõ aũt oblationes, qa fiunt in publico, & ſic videreẽ cõfouere nec mortuaria, vel alias relicta ꝑ aĩa, qa ꝑ ipſa non eſt orandum. 88. di. c. vlti. aliàs relicta in teſtamento ſic, vt ibi not.

Decimoſextò, an ille qui celebrat excommunicato, ſit irregularis, de exceſ. præla c. ult de ſent. excommu. c. is, qui. lib. 6.

Decimoſeptimò an licet Papa vitet aliquem, vt mandet vitari cõicãs eidẽ ſit excõicatus; & an ad hoc ꝙ cõicans excõicato incidat minorẽ, ſit neceſſe ꝙ nominet excõicatus a ſuperiore, & an peccet ille qui familiarem hẽt illũ, quẽ a ꝑlatis ſuis videt vitari ꝓ delictis ſuis. de priuileg. cũ olim. j. 11. di. c. ij. 23. q. ij. c. j. Solu. non incidit minorẽ excõicationẽ, qui cõicat illi, quem Papa uitat & vitandum mandat. 93 diſt. ſi inimicus. Et ut vitetur, nominari debet a ſuperiore. ij q. j. multi. vt ibi not.

7 † Decimooctauò, ꝙ cum pagano magis licet communicare, quàm cum excommunicato. 11. q. iij. ad menſam.

Decimononò, ꝙ epiſcopus priuãdus eſt communione, qui ſoli cognitum publicat excommunicatum. 6. q. ij. placuit.

Vigeſimò, De executione ſacramentorũ excõicati, de ordi. ab epi. c. 2. 11. q. j. in ſumma. & c. 3. j. q j. qui profectionẽ. j. q. 7. cõueniẽtib. & Daybertum. de ſimo. per tuas. Sol. excõicatus ordinãdo in forma eccleſiæ imprimit carecterem, ſed non executionem, vt in iuribus hic allegatis.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus non probatur quis eo ſolo quòd petit abſolui.*
2 *Percuſſus ab oſtiario petens ipſum denuntiari excommunicatum, probare tenetur malignitatem & exceſſum.*
3 *Excommunicatus nominatim quis dicatur.*
Literis epiſcopis, an credatur, ſi mandet aliquem excommunicatum denuntiari.
4 *Ordinario, an credatur vt excommunicatus ab eo vitetur*
5 *Appellari, an poſſit à ſententia excommunicationis.*
6 *Inijciens manus violentas in nouitium religionis approbatæ qualiter incidat in excommunicationem.*

§. Vigeſimuſoctauus.

RESTAT videre, qualiter excõicatio probetur.

1 † Primò, an eoipſo ꝙ quis petit abſolui & iurat, probetur excõicatus, & videatur acquieuiſſe ſnĩæ, vt non poſſit poſtmodum ipſam impugnare, de ſent. excõ. ſacro, & elec. venerabilẽ. Sol. eo ſolo ꝙ quis petit abſolui, nõ probatur excõmunicatus, vt in iuribus hic allegatis.

Sextò, an ſi probẽ ꝫ aliquẽ excõicationẽ latam, ſi nõ ſoluerit certo termino, ille ꝓbet excõicatus, ſi nõ ꝓbat ſe ſoluiſſe ī termino, ꝓ Inn. de accu. ſup his. & de teſti. col. c. j. Sol. tertius, cuius nõ intereſt ſolui, volẽs ꝓbare excõicationẽ, qa non ſoluitur creditori in termino, nõ transfert onus probãdi in debitorem ꝙ ſoluerit, immo ipſe grauatur onere probãdi negatiuã, quę ſola ꝑfeſſione ꝓbat. ſec⁹ ī creditore, cuius ĩterfuit ſolui, vt ibi not.

2 † Tertiò, an ſi clericus petit oſtiariũ denũtiari excõicatũ dicẽs ſe percuſſum ab eo: an clerico incũbat onus ꝓbãdi malignitatẽ & exceſsũ oſtiarii, vel eꝫ, & de plurib. aliis circa hunc articulum, ꝓ Inn. de ſen. exc. ſi verẽ. Sol. ꝑcuſſus ab oſtiario petens ipſum denuntiari excõicatũ, probare tenet malignitatẽ, & exceſſum, tum qa actor, tum qa præſumit bonus ex circũſtantiis, tum quia iudex in oſtiariũ onus probandi transfert, ut ibi nota. Quartò, ſi mãdet delegato ꝙ cognoſcat, an excõicatio ſit iuſta, & ꝙ relaxet ſine difficultate, & ante oĩa poſſit ipſum abſoluere, & qd ſonẽt illa uerba, & qualiter & quare poſt abſolutionẽ, & an tanꝫ fiãt ſibi ꝑcepta recipiunt ꝓbationes, an fuerit iuſtè ligatus an iniuſtè. & qd faciet excõicator, de ſen. exc. ſacr. & reſcr. ab excõicato, de off. dele. cũ cõtingat. de off. ord. ad reprimẽdã. Sol delegatus hoc caſu ante oĩa abſoluet, & poſt cognoſcet de iuſti. & iniuſti. excõicationis. Nec aliqđ mãdatũ abſoluto iniũget, donec cognouerit, aliàs appellare poſſet: nam ſi iniuſtã reperiit, nullũ iniũgẽdũ eſt mãdatũ. Abſolui ſine difficultate, eſt abſolui ſine cautione & iuramẽto. tutius eſt rã ꝙ iurm præſtet, vt eccleſiaſtica ſeruetur diſciplina, vt in iuribus hic allegatis.

3 Quintò, † Quis dicat noĩatim excõicat⁹ vel ĩterdictus, de priu. cũ & plãtare, ꝓ Inn. So. ſ. expeditũ eſt.

Sextò, an credat literis eꝑi ſi mãdet aliquẽ excõicatũ denũtiari, aliàs vitari, ꝓ Inn. de fide inſtr. c. j. & ĵ. quantũ tp̃s ꝓbari dẽt, ſi opponat in uim dilatorię, vt qs repellat ab agẽdo, & qualiter exprimi dẽt, de excep. pia. li 6. An in excõicatione probãda ſit magna dilatio dãda, ſi nõ fit præiudicium in prin. de offi. deleg. prudẽtiã. §. ſexta, per Inn. Sol. literis eſt credendũ. cũ in his quæ plenè ſpectãt ad officiũ ſuũ, ſi ſint diſpoſitiuè, alias non niſi habeat teſtiũ inſcriptionẽ maximè niſi alteri grãde affert p̃iudiciũ dę hoc in c. curæ. 11. q. iij. & c. poſt ceſſionẽ. de proba. de aliis ſubiunctis dic, vt in capi. pia. de except. hic allega. vbi eſt text.

4 † Septimò, an credatur ordinario, vt excommunicatus ab eo vitetur. de ſen. exc. ſolet. li. 6. per Inn Sol. expeditũ eſt ſupra.

Octauò, an is, qui dr̃ iniuſtè excõicaſſe, poſſit inuitis partibus de hoc cognoſcere, de ſen. exc. venerabilibus. de reſcrip. ab excõicato. de reſti. ſpo. conquerente. Solu. expeditum eſt ſupra.

Nonò,

Source : BIU Cujas

Nonò,an is cui cõmittit,ꝙ possit,vel dẽat cognoscere, de iniusta excõicatiõe,dẽat cognoscere.de off.or.ad reprimẽdã, per Inn.ĩ quib.casib.auditꝰ ꝙquerẽs de iniusta excõicatione,& qualiter,& quare tunc sit vitandus,de sent.excom. per tuas.c.sacro. & c.solet.lib.6.11.q.2.si episcopus.Sol.expeditum est supra.

Decimò, Quid iuris sit de illa excõicatiõis forma,qua qs conqueritur se excõicatum contra statuta concilii.de rescrip.ab excõicato.Sol.expeditum est supra.

5 †Vndecimò,an possit appellari a snia excõicationis, de ap. pastoralis.& quid operetur,de sen.exc.per tuas.Sol.ab excõicatione appellari potest,non tamen appellatio suspendit effectũ inquantum secum trahit executionem,vt in c.pastoralis.de app. sed transfert negotium ad superiorem,vt c.per tuas.

Duodecimò de pena illorũ q grauant in psonis & rebus aliquos,vel eorũ amicos ꝓ eo ꝙ aliquos excõicauerũt,vel excõicatos denũtiauerũt.de sen.exc.qcũq;.li.6.Sol.in tex.& ibi vide.

Decimotertiò, qualiter mandans vel ratificans violentiam manuum iniectionem in clericum nomine suo factã incidat in excõicationem.de sen.excommu.cum quis.lib.6.Sol.ibi tex.

6 †Decimoquartò, qualiter iniiciens manus violentas in nouitium religionis approbatæ incidat in excommunicationem. eo.ti.religioso.2.Responso.li.6.Sol.ibi tex.

Decimoquintò, Qualiter excõicatus post appellationem legitimam ꝓ desertionem appellationis nõ fingitur retro excommunicatus. eo.tit.lib.6.Sol.ibi tex.

¶Et sic est finis huius Tractatus de Censura ecclesiastica,cõposita per excellentiss. vtriusq; iuris Doctorem Dñm Ioannẽ de Lignano de Mediolano, Scripti in generali Consilio Basilien.per me Ioannem Tollener de Dyedẽ,Anno Dñi 1436.in profesto diuisionis Apostolorum.

TRACTATVS

INSIGNIS ET AVREVS

De Interdicto Ecclesiastico D.Ioannis Calderini, I.V.D. consumatissimi.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum qualiter accipiendum.*
2 *Interdictum,quid sit.*
3 *Censuræ appellatione,quid contineatur.5.*
Suspensio dupliciter sumitur.
4 *Excommunicatio,& interdictum,an sint diuersa.*
6 *Superior,an possit aliquid disponere partibus non vocatis.*
7 *Singularis persona propriè suspenditur,impropriè uerò interdicitur.*
8 *Effectus excommunicationis,an possit suspendi.*
9 *Auditio,an diuerso respectu possit adaptari actioni,vel passioni.*
10 *Interdictum,nunquid promulgetur sub nomine appellatiuo populi, communis,vel vniuersitatis.*
11 *Pœna interdicti quandoque puniuntur,qui non peccauerunt.*
12 *Generale interdictum, an dicatur, si in loco interdicto est vna sola ecclesia vel villa.*
13 *Celebrans in ecclesia interdicta,an sit irregularis.15.*
14 *Casus,in quibus de iure in ecclesia celebrari non debet.*
16 *Interdictum,quando dicatur habere effectum.*
17 *Omnes ecclesiæ ciuitatis,vel prouinciæ si interdicuntur, an interdictum dicatur generale,vel speciale.*
18 *Ecclesia specialiter interdicta,an in ea possint celebrari diuina.*
19 *Baptizari,an quis possit in ecclesia specialiter interdicta.*
Interdictum speciale si dicatur nullum,an possit relaxari ad cautelam.
20 *Relaxari ad cautelam non habet locum in interdicto generali ciuitatis, castri,loci,siue terræ.*
21 *Generale interdictum,an ad cautelam possit relaxari.*
22 *Interdictum promulgatum in commune,populum,ciues,incolas, vel vniuersitatem,an debeat dici generale,uel speciale.*
Interdicto loco propter delictum populi uel ciuium, singulares personæ loci intelliguntur generaliter interdictæ.
23 *Locus interdum interdicitur sub appellatione regni,prouinciæ,ciuitatis, castri,vel villæ.*
24 *Interdictum promulgatum in locum,quid includat.*
25 *Aedificia continentia,quæ dicantur.*
26 *Suburbia,& continentia ædificia,vsq; ad quem locum durant.*
27 *Ecclesia polluta,cemiterium illi contiguum intelligitur pollutum.*
Interdicto loco sub appellatione ciuitatis,non sunt interdicti ciues illius ciuitatis.
28 *Clerus alicuius loci quandoque interdicitur,& tamen populus non intelligitur interdictus.*



Vamuis dubia plurima circa materiam ecclesiastici interdicti potius populare determinationẽ q̃ magistralem sonem exposcant:Dñorũ tñ, & sociorũ meorũ scholariũ, qbus astringor vinculo charitatis,postulãtiũ, vt ea q̃ de ecclesiastico interdicto verbo frequenter dicimus, scripto notarẽ, desideriũ implere curaui,determinatione eccl'æ semper salua.19.di.c.j.in prin.Tractaturus igitur de eccl'astico interdicto,siue diuinorũ. Primò est vidẽdũ, qd nominis. Scdò de eius spẽbus.Tertiò a quo valeat ꝓmulgari.Quartò qualiter,& ex qua causa proferatur.Quintò contra quem.Sextò de ipsius effectu.Septimò,qualiter tollatur.& in his membris insera dubia occurrentia,prout illis videntur posse adaptari.

Prima pars Tractatus.

1 Adprimum Dico qd̃ †& si aliter accipiatur nomen interdicti quàm de ciuilibus interdictis siue accusationibus, quæ pro illis exercentur, de quo hic est sermo,vt patet.ff.C.& Institu. de inter.de cau.pos.& cap. pastoralis,de resti.spo. item cum quis. & c. ad sedem. cum si.tamen hoc nomen interdicti prohibitionem significat,quæ proprio alluditur vocabulo,vt Insti.de interdi.§. sunt tamen. xvij. q.iiij.miror.xxviij.q.j.sicut enim de offi. archi. significasti. & est expressum,de sen.exc.cum illorum.ibi.quibus est absolutio talium interdicta,& maiora intelligantur eis prohibita,&c.vnde rub.de ma.contracto contra inter. eccle. idem importat, sicut dicerem contra prohibitionem, vt est expressum in tribus decre.eo.ti.Idem ergo signant, & sunt sinonima interdictum, & prohibitio, hoc idem patet.ff.de inter,& rele.l. relegatorum.§. dubitandum,& § consequenter. per ecclesiasticum autem,vel per diuina intelligo officia diuina,& sacramenta largè sumpto
2 vocabulo,de spon.non est nobis,& j. declarabitur.† Est autem interdictum ecclesiasticũ,siue diuinorum, suspẽsio ecclesiasticę cẽsurę,& diuinis officijs, & eccl'iasticis sacris actiuè, & passiuè.in qua descriptione suspensio ponitur loco generis, quia ꝓ interdictũ eccl'asticũ inducit ꝓhibitio siue suspensio,vt iã dixi. Sed multę sunt alię suspensiones,vel ꝓhibitiones.32.dist.interdixit,de cle.ga pp.§.illud aũt.de of.archi.mandamus,& c.significasti.ne cle.vel mo.cle.& c.sniam,de sen.exc.ꝓhibemus.& eo. ti.felicis,& c.se.lib.6. & eo.li. de hære.vt inquisitionis.§.ꝓhibemus.de relig.do.c.vno.facit de consan. & affi.non dẽt.cũ infinitis si.Qd̃ dixi,vr̃ no.rub.de cler.excõ.min.nõ.n.dixit spãliter desuspenso,qa excõicatus,depositus,vel interdictus sunt suspensi, sed non cõuertit.Itẽ scdm grammaticos ꝓpositio inter, est mediatiua,vel suspensiua tpis,vel ordinis,vel alicuius actus, vñ aliqua potentia suspendit actu,& detinet habitu. 15.q.vj.c.pen.& vlt.de rescri.pastoralis,in fi.de concess.pb.qa diuersitatem.C.de cur.fur.l pe.cum si qd̃ rectè inducit ꝓ interdictũ, vt patebit. infra,maximè in vj mẽbro.interdictũ ergo bñ dr̃ suspensio. Seqt̃
3 in descriptione,censuræ ecclesiasticæ,qa†appellatione censuræ cõtinet̃ interdũ excõicatio,& suspensio,de ver.sig.quærenti. ex quo sequit̃ ꝙ hæc tria sunt diuersæ spẽs. Nõ ob.qd̃ dixi,ꝙ interdictus est suspensus,sicut excõicatus,vel depositus,qa suspensio sumit̃ dupl'r.s.vt genus,& tunc ꝑdicat̃ de prędictis,interdum,vt spẽs sub dicto gñe contentę, & tuuc ꝑdicta tria sunt spẽs inter se differentes,vt in decre.quærenti.li.6 facit qd̃ scripsi de manifesto,& notorio.de coha.cleri.& mu.vestra. Qd̃ aũt ꝑdicta tria sint diuersa,ꝓbatur ẽt de elec.transmissa.de ap.pręterea.ij.de relig.do.cũ dilectus,de cle.excõ.latores,de excess pręla.c.j. li.vj & qd̃ me.cã.c.vno.de appel.Romana.§.pe.de vsu.vsurarũ. de prui.c.j.§.in eos,de sen.exc.c.j.§ hęc eadẽ.& c.Romana.in princi. in his iurib.de ꝑdictis trib.& diuersis fit mentio specialis. Alibi
4 †excõicatio & interdictum ponuntur vt diuersa, de offi.deleg. P.& G.de offi.ord.cum ab ecclesiarũ,de appel.ad hoc,qñ de ꝑben.in Lateran.de priuil.cũ & plantare.& c.ex parte.l.j.& c.qñ ꝓ confessionẽ.& c.priuile.& c.qd̃ nonnullis.& c.quanto. de pę. & remiss.qd̃ in te.de sen.exc.ꝓmittimus,de verb.sig.cum in partibus,& c.ex parte j.& c.cũ olim.li.vj.de verb.sig. c.i. in princ.& §.i.in cle.de censi.q̃q̃.de priuil.ne aliqui. & c.eporum, de iniur. & dam.da.c.vno.de pę.c.vlti.de sen.exc.alma. §.adiicimus. li.vi. de censi.ꝑsenti.de pę.si quis suadente.de sen. exc. grauis ad vos. Alibi suspensio & interdictũ.de offic.ordi.graue.de offi.deleg. c.ii.lib.6.de sen.excõ.quia periculosum.eo.tit.de excõicatione verò,& suspensione,vt sunt diuersę spẽs,exprimitur de dolo,& contu.veritatis.in fi.de appel. reprehensibilis. in princ. de vsur. pręterea.de priui.tuarũ.& in cle.de hære.multarum, ad finẽ. licet aũt ex prędictis iuribus multas conuenientias,& differẽtias inter prędicta tria possit discurrere curiosus ĩdagator,nõ omitto quod notat Host.de sen.excom.cum medicinalis.lib.6.quod prędicta tria conueniunt.

5 Primò, quia omnia†comprehenduntur sub noĩe censurę de verb.sig.quærenti. Scdò,quia ꝑcedens app. defendit appellationẽ,de ap.ad hęc qñ.& c. ꝑterea.n. & c.dilectus.

Source : BIU Cujas

ctus.no.de ap. pastoralis.2.rñ. Tertiò,qa in oĩbus p̃dictis ꝓhibet̃ celebratio diuinorũ.11.q.3.si quis eps in consilio.de cler. excõ. c.2.& 3.& c.postulasti.Quartò,quia in omnib.prẽcedentib.præcedere debet monitio,& seruari forma decre. de ap. repræhensibilis,de sen.excom.latro.& eo.ti. cum medicinalis.lib.6.Quintò,quia in his præcedere debet iuramentum cũ absoluuntur,& potest in eis fieri absolutio ad cautelam,cum est casus faciendi, de sen.excõ. venerabilis. saluo quod hĩ eo.tit.li.6.& infra dicet̃. Sextò,quia huiusmodi sententiæ debent seruari per superiores. de offi.ordi.cum ab ecclesiasticarum . Septimò,quia his durantibus non potest quis eligere, nel eligi,vel testificari,de consue. cum dilectus,de cle.cum inter R.de testib. veniẽs.n.in fi.de sen.
6 excom.apostolicæ.Octauò,†quia superior non debet de ipsis disponere aliquid tribus partibus non vocatis,vt de ap.Romana. lib.6.§.pe.& de sen.excom. Romana.in prin. Nonò,quia recipit in episcopales filios sedis aposto. ab inferioribus nulla istarum sentẽtiarum possunt ligari.de ver.sig.c.j.lib.6. Differunt autem ista tria,primò in participatione, quia cum suspenso,vel interdicto non potest participari , nisi participatio esset specialiter interdicta.ff.de pę.l.moris.ff.de ser.expor.l.cui peccato.de priuile. episcopo.lib.6. 1.q.3.cum excommunicato.& c.præced.& seq. de sent. excom. nulli.& c.cum desideres.cum si.Item singularis
7 persona † propriè suspenditur,& non interdicitur , nisi impropriè,de relig.domi.cum dilectus, de cle. excom.postulasti.in fi. locus propriè non interdicitur, de spon.non est nobis , licet in pœna personarum delinquentium.de postu. præla. c.1.de iure jur.ex referip.in Auc.de man.princi.§.oportet.colla.3. pro hac differentia facit in arg.de offi.deleg. P.& G.de priuile. petistis,& c.quoniam.tñ hoc omnino non placet . Interdicitur enim singulariter persona.de offi.deleg.ex literis,prout interdum distinguatur a suspensione,ut probatur de priuile.cum capella.& eo. ti.c.j.§. in eos,li.6.Item interdicitur laicus quandoque.qui propriè non suspenditur,prout suspensio est species distincta,vt de interdic.quæ retenti. vnde de hoc dic , vt dicã in membro seq.
8 **Tertiò effectus.** †Excommunicationis late non potest suspendi,sed effectus aliarum sic, de hoc dicam in vltimo membro . Ad prædictas differentias addit D. Pater meus quartam, quia episcopi non incurrunt aliquam suspensionis, uel interdicti sententiam prolatam ab homine, uel a iure,nisi specificè exprimatur,de sent.excom. quia periculo sum. li. 6. quod priuilegium non habet quantum ad excõicationem,facit prædicta decre. nulli. Et quintam quia intetdictum generale loci nõ põt ad cautelam relaxari, de sen. exc.præsenti.li.6.sed ab excõicatione,vel suspensione bene põt fieri absolutio ad cautelam, & sic intellige quod supra dixi. Põt dari alia differentia,quia interdictum in locum proferri nõ potest sine speciali Papæ licentia pro pecuniario debito, vt in extrauag.Bonifa.prouidè attendentes,licet excõicatio, vel suspensio bene.de ap.prẽterea 2.Sequitur in descriptione,a diuinis officiis, & ecclesiasticis sacramentis,quod infra declarabitur actiuè.i.à celebratione diuinorum,& collatione sacrorum,de sen. excõ.alma.§.j.passiuè.i.auditione, uel participatione prædicto-
9 rum.de sen.exc.si sententia lib.6.auditio † tñ, ſm quosdã Phil. actioni,uel passioni diuerso respectu põt adaptari , de quo non est curandum in proposito.hanc theoricam inuestigare curaui in hoc 1.membro,æstimans ꝙ per eam facilius sequentium veritas apparebit. De secundo dic ꝙ species ecclesiastici interdicti siue diuinorũ, dupliciter possunt sumi.vno modo respectu patiẽtis , alio modo respectu modi prælatione seruati. Secundum primum modum ipsius duæ sunt species,interdum promulgat̃ in personam,interdum in locum,de sen.exc.si snĩa.lib.6. ad idẽ iura plura supra membro prędicto alleg.in personam. promulgatur qñque nomine proprio,uel circumlocutionibus,quę habent vim proprii nominis,de appel.præterea 2.de priui.cum & plantare.de ap.Romana.§.pe.lib.6. & in clem.de sepul.eos,qui.
10 Qñque † promulgatur interdictũ sub nomine appellatiuo populi,cõis,vniuersitatis,ut in d.decre.si sententia.§.pe.de iniur.& de dã.da.& si pignorationes,lib.6.Circa quod dubitãt quidam, an interdicto cõi,uniuersitate,vel populo omnes , de uniuersitate intelligantur nominatim interdicti , ita ꝙ habeant locum iura sequentia denominatim interdictis, videtur dicere Innoc. de præb. In Lateranen. ꝙ sic.dicit.n.nominatim interdictos illos de quibus certum est,ꝙ sunt interdicti:sed de prædictis omnibus est certum,vt in prædicta decre.si snĩa, sed dices, ſm hoc non uidetur differentia inter nominatim , & non nominatim interdictos , dũmodo sint de populo interdicto , quod videtur absurdũ, maximè in pęnalibus vt decre.de sepul.eos q.cũ pęnę ꝑp ipsarũ odiũ sint restringendæ,de reg.iur.odia. & c.in pœnis. cum concor.li.6. Et ideo dixerunt q dã,ꝙ Inn.intellexit de his, quorũ culpa,dolo,vel fraude lata est snĩa interdicti , & de his q in hoc præbuerunt consiliũ & fauorem arg.de sen. excõ.c.vltimo.§.illis etiam.li.6.licet æquitatẽ habeat hoc dictum , tñ quia
11 †pœna interdicti puniuntur,qui non qeccauerunt. de spon.nõ est nobis,cum si.& quia pœnę censuræ fauorabiles sunt animę, dummodo non cõtemnantur, & iõ hoc respectu latè interpretatur,de sen.excõ.si quem.& eo.tit.si ciuitas.lib.6.maximè in dubio.de cler.excõ.illud. Puto dictum Inn,esse verum post denũciationem sententię publicę,quantum ad omnes,quos certum est esse de populo interdicto, vt interuenientibus talib.circunstãtiis,manifestè intelligantur nominatim interdicti,ut sic huiusmodi indubitabiles circunstantię habeant vicem proprij nominis , de test.licet ex quadam. de consangui.& affi.tua nos.ff.si cer.pet.l.certum. Insti.de exhæ.libe.§. nominatim.& quod legitur & no.de sen.excom.lib.6.Promulgatur autem interdictum in locum dupliciter.uno modo generaliter,sicut cum regnum prouincia,ciuitas,castrum,uel uilla supponitur ecclesiastico interdicto,de uerb.sign.cum in patribus,de consuet.cum inter,de priuileg.petisti.de clerico,vbi periculum §.ciuitas.de pę.fęlicis. §.vltimo.lib.6.& in cle. de pe.si quis suadente §.ciuitas.

12 **Sed quid** Si ĩ loco † interdicto est una sola ecclesia vel villa , nũquid dicetur generale interdictum. Dic quòd sic,quia etiam extra ecclesiam potest celebrari solenniter,licet fieri non debet sine causa.de consecra.di.1.concedimus.& c.vnicuique.& c.seq.ergo ecclesiarum numerus,uel dato ꝙ in loco nulla sit ecclesia, non debet inspici: licet aũt vnus sit locus puta ciuitas,uel castrum , &c.bene includit plura loca singularia,in quib.potest celebrari,& ideo ẽr dictis casibus censetur generale interdictum . alio modo interdictũ promulgat̃ specialiter in locis, puta in aliquam ecclesiã , & hoc dupliciter. interdum.n.a iure ꝑp iniurioſum homicidiũ in ea ꝑpetratũ,uel iniurioſum sanguinem effusum in ea,uel si ꝑp effusionẽ humani seminis sit polluta. tunc.n.est specialiter interdicta, quod ante reconciliationẽ non debent in ea diuina officia celebrari.de ꝯse.d.j.si motũ.& ç.ecclesijs,de ꝯse.eccl. vel altar.proposuisti.& c.vlt. & eo. tit.c.vno.lib.6.Sed tñ si ꝯ fiat,celebrans licet peccet, non est irregularis,de sent.excõ.is qui.1.rñso.li.6.Sic ꝑp discordiã patronorũ eps claudit ostia ecclesię,tollit reliquias, & prę ci pit,ut nullus in ea aliquo mõ sacrũ misteriũ celebret,donec ad ꝯcordiã redeant,de iurepa.c.1,& 2.Sed an celebrans†ꝯ dictum
13 præceptum in tali ecclesia sit irregularis.Inno.de exc. præla.tanta.in gl.hic videt̃.ad fi.& in Spe.§.iuxta propositionis, ver.illud quærit̃ dicunt ꝙ nõ , qa hoc nõ est expressum in iure.hoc bene ꝓbat̃ in p̃cedenti decr. is qui.Dicunt tñ p̃dicti, ꝙ si ꝓferẽs snĩam dixit,interdico talẽ ecclesiã,celebrãs in ea irregularitatẽ incurrit,qđ dictũ p̃dicti Doct. videntur referre ad casum prædictarũ decr.hoc est, qñ ꝑp discordiã patronorũ eps interdiceret ecclesiã ꝑ verbũ,interdico,vel interdicimus,vñ ipsi p̃miserãt ꝙ interdum nomẽ est iuris, & plus importat quã verbi ꝓprietas sonet.
14 **Sunt & alij** † Casus, in quibus de iure in ecclesię celebrari non dẽt, puta si ecclesia fuerit simoniacè ꝯsecrata.j.q.4.ecclesia.Itẽ si simpliciter ꝓ quæstu nõ ꝓ dominico cultu fuit ꝯsecrata.de ꝯse.di.1. si quis basilicarum.Item si consecrata est sine licentia epi Diœcesani.de ꝯse.d.j.prẽcepta. 16.q.5.lator.Item si sine reliquiis, vel in loco deserto , & nunquam habitato fuit dedicata.de conse.d.1.placuit.Sed nunquid in his quinque casibus debet dici idem, quod dixi in præcedentibus dic ꝙ sic, quia licet in prædictis casibus in tali ecclesia nõ debeat celebrari,tñ celebrantes non sunt irregulares, quia non est expressum in iure,ut in prædicta decre.is qui.i.rñso.Puto etiã ꝙ si ꝑp aliquam causam de prędictis eps specialiter ecclesiã interdixit,ꝙ postea celebrans in ea est irregularis,per id quod supra dixi post Inno.& G.facit de priuile.tuarum, & quod ibi no. in glo.Sed hic quęro , dum in ecclesia cessatur a diuinis seruata forma de offi. ord.irrefragabili.§.cęterum.& eo.tit. si canonici. & c.quamuis.li.6.de qua etiam, ſm quosdam intelligitur,de appella.dilectus.si aliquis†in ea celebret,an sit irregularis.Inno.&
15 Host.in §. ceterũ,& in d.decre.dilectus,dicunt ꝙ non,cum hęc cessatio nõ sit uera snĩa interdicti, licet sit q̃dã susp̃sio organorũ,facit decre.is qui.no. dñs & pater meus in p̃cedenti decret.si canonici.Sed Inn.videtur no. ꝯriũ de spon.nõ est nobis.vbi dicit ꝙ qui celebrauit in terra,de qua sunt organa suspẽda ad tps, est irregularis. Archi. in decre. is q.2. rñso.vult ꝯcordare dictas gl.dicens,ꝙ si inducta est cessatio auctoritate legati,vel epi, uel delegati, scienter celebrans tali cessatione est irregularis , & sic intelligit̃ gl.Inn.& decret.nõ est nobis,aut auctoritate alterius, & tũc secus,& sic dicit se intelligere qđ ipse Inn.no.in c.irrefragabili, & c.dilectus.inducit dictã rõnẽ,qa nõ inuenit̃ in iure expressũ,vt in decret.is q.sed d.& p.m.dicit,ꝙ hęc rõ ęquè ꝯuenit vtroq; mẽbro,& parũ facit ad distinctionẽ , & iõ ad ꝯcordiã p̃dictarũ glo. melius sibi videt̃ dicẽdũ,ꝙ primę gl.intelligunt̃ de cessatione , q̃ spãliter fit in certa ecclesia , de qua loquũtur p̃dicta iura.Sed glos.Inn.in decr.uon est,dẽt intelligi de gñali cessatione in loco , de quo loquit̃ decre.nõ est,q̃ si indistincta est ab
16 eo,q põt,hẽt†effectũ interdicti,& hoc ꝓbat supra decre.q̃ ꝑmittit solũ ea facta q̃libet ꝯferre tpe interdicti. hoc placet,quod ẽt probat cle. ex frequẽtib.de sen.excom.quæ ęqparat cessationes prędictas ab eo,qui præest generalibus interdictis,speciales verò.s.certarum ecclesiarum nõ,vnde si interdictũ vel talis cessatio indicta generaliter seruatur per matricẽ ecclesiam ipsius loci,religiosi ẽt exempti illius loci hoc vidẽtes, vel sciẽtes; & tale

interdictum,

Source : BIU Cujas

interdictum,vel cessationem non seruantes, hoc ipso sunt excõicati per d. decret. ex frequentibus, sed ubi specialiter in ecclesia cathedrali, vel matrice esset inrerdicti cessatio, religiosi non cessantes,non incurrerent dictam pęnã, vt ibi no.Redeundo ad propositum qñque promulgatur interdictum specialiter in aliquam ecclesiam ex causa,vt sępe fit per executores gratiarum,si eis non paretur.ad hoc,vt de priuileg.cum & plantare.§. quod si Templari.licet decre.vt priuilegia. eodem tit. videatur id interpretari de ecclesia in loco interdicto. ad idem.de sentẽ. excom.si ciuitas,secundo respon.& c.is cui.libr.6.

17 **Sed quæro,** † Si interdicuntur omnes ecclesiæ ciuitatis,uel prouincię,ut fit interdum pp procreationes legatorum,uel decimas non solutas,uel similes causas,an tale interdictum sit generale,uel speciale.Solutio,tale interdictum est speciale,non propriè generale,sicut cum vna ecclesia est speciliter interdicta:ita cum interdicuntur omnes ecclesiæ talis loci,quia talis vniuersitas distribuitur in singularitates, vnde dicendo, interdico omnes ecclesias talis prouinciæ, perinde est,ac si diceret,interdico hanc,illam,& illam,quæ sunt in tali prouincia.ad hoc 19.d.c.1.de pœn.d.3. ad hoc instant.de ma.& obe.solitæ ff.de offi.præsi.l.j.§. cũ urbem. ff. de leg. 1.l.tui serui. & de ver. sig.l.Princeps.& de procur.qui ad agendum.de pręben.quamuis.n.lib.6.cum si.hoc autem videtur probare de cre.cũ in partibus.de ver.sig.distinguendo gñale interdictum à
18 particulari, siue speciali. Per prædicta soluitur quæstio, † an in ecclesia specialr interdicta possint celebrari diuina,seruata forma decr.alma.§.adijcimus.de sen.exc.lib.6.in qua qõne, siue simili, Host.videtur fuisse nõ cautè loquutus in decr.quæsiuit.de his quæ fi.a ma. par.capit.dicendum est tñ,ꝙ non,quia decre.alma,loquitur cum locus fuerit interdictus,& tale appellatur generale interdictum,vt decr.cum in partib.de pę. & remiss.quod in te siue cõe, quod idem sonat,de priuile.ꝙ nonnullis.bene facit,de sen.exc.præsenti.lib.6.Item cum prohibitio diuiuorum, quæ videbatur induci per interdictũ, sit sublata seruata forma decre.alma.qñ interdictum est generale, remanet simplr prohibitio in interdicto singulari,uel speciali,de transa.c.2.cum si.
19 Sed nunquid in ecclesia specialiter † interdicta potest quis baptizari, uel in fronte chrismari. licet Io.Mo.in decre. præsenti, videatur innuere,ꝙ nõ,credo ꝙ sic, quia a quouis interdicto p̃dicta sunt excepta.de spon.non est nobis.de sen.excõ.no.& eo. tit.qñ lib.6.vnde in prohibitione non includuntur,& per hoc rñdetur ad id, quod dixi s.in proxi.q.quia ibi gñalis prohibitio postea certo casu limitatur, hic nego fuisse prohibitionẽ in dictis casibus ẽt generalem. fateor tñ,ꝙ nisi incommoditas aliud suadeat, honestius alibi prędicta expedirentur, ne aliqua nota possit ascribi facienti. de renunc. nisi cum pridem.§.pro graui.

Sed quæro, an speciale interdictũ possit relaxari ad cautelam,si dicatur nullũ. Archi.no.de sen.excom.prędenti.lib.6.quod non,& dicit ꝙ si bene attenda-
20 tur intentio illius decre.quę declarat,† ꝙ relaxatio ad cautelam locum non habet in interdicto generali ciuitatis, vel castri,loci,siue terrę: idem est dicendum in interdicto speciali ecclesię, quasi eadem sit ratio in vtroque casu,ergo idẽ ius.ff.ad l.Aquil. illud.de transc.2.cum simi.licet Io.Mo.ad decre.prędenti,tenet ℣rium, dicens ꝙ si prędatus,& canonici ad cautelã fieri possunt quia propter eorum culpam tale interdictum proferri debuit, non sic in interdicto generali, in quo qui non peccauerunt puniuntur.de offi.dele.lanè.in 2.& in decre.non est.cum si.Regula ergo,quę hẽt,ꝙ cẽsura quę est nulla,põt tolli ad cautelam.de sen.exc.per tuas.& c.venerabili.& eo.ti.solet.li 6. seruanda est, nisi in casu,in quo reperitur vitiata.ff.de reg.iur.l.j.de sponsa.cũ apud de translati. c.2.Do.& p.m.dicit,ꝙ hoc videtur sibi verius. mihi quęstio est dubia propter difficultatem rõnis diuersitatis,
21 quare gñale interdictũ† nõ potest relaxari ad cautelam, sed sic spirituale loci.& rõnes,quas in primo casu ibi ponunt Doc.forte inferunt diuersitatem in secundo.plus tñ placet dictorũ Do. opi.per rationem Io.Mo.quę inferunt similitudinem in excõicatione,& interdicto personę,& speciale ecclesię,quantum igitur ad relaxationem ad cautelam, idem iuris sit in tribus casibus prędictis. de transla. c.2. item quia decret.prędenti.dicit generaliter,secus in spirituali interdicto.25.d.qualis.de prędsump. nonne.ff.de iudic.cum prętor Item quęro,an extrauagans Bonifa.prouidè attendentes,quę prohibet ferri interdictum in loco pro pecuniario debito, locum habeat in specialiter interdicto ecclesię. puto ꝙ non, vt quod de nouo prohibetur in uno casu,habeat locum in alio.ff.sol.ma.l.si verò.§. de uiro.de rescr. susce.de senten excommu.si sententia.1.& 2.rñ.lib.6.Prędicto-
22 rum causa dubito † an interdictum promulgatum in commune,populum,ciues,incolas,vel vniuersitatem, idest, sub prędictis appellationibus, uel aliqua ipsarum debeat dici generale vel speciale, & an tunc sit locus prędictę extrauag.

Ad primum dico,ꝙ est generale,de sen. excom.alma.§.illi ẽt.lib.6.quia interdicto loco pp delictũ populi, vel ciuiũ,singulares personę loci intelliguntur gñaliter interdictę.de sen.exc.& si sententia.§.j.libr.6.& ibi no.in glo.no.quia & tunc dr̃ generale interdictum, vt in decre. cum in partib.eodem modo istud dicitur generale. immo fortius, quia dicto casu ideo dr̃ generale interdictum,quia vniuersitatem, siue populum loci complectitur, sed pp quod vnumquodque tale,& illud magis.19.dist.c.j.& in clem.de re.& venes. si dñm. in prin. nec ob.ꝙ singulares personæ intelliguntur interdictæ, quia id non obstat generalitati,per id quod dixi supra ver.sed quęro. Ad secundum dico,ꝙ in prędicto casu habet locum prædicta extrauagans, saltem de mẽte, & si uerba dicãtur deficere.j.q.j. Marchioñ.de verb.sig.intelligentia,& c.præterea.ff. de legi.l. scire. ff. de pe.hær. item veniunt.§.aptanda.in si. Viso de speciebus interdicti respectu patientis restat videre respectu modi in prolatione seruati.Vbi sciendũ, † ꝙ interdũ in terdicitur locus sub appellatione regni,prouincię,ciuitatis,castri,vel villæ.de ver.sig.cum in partibus, vel terrę.de postu.prælat.c. 1. de offi. leg.sanè.2.de iure iur.ex rescripto.vel loci cuiuis denominationis,vt lib.6.de censi.q̃q̃.de priuileg.episco. de sen.exc.præsenti.quibus ipsius loci superbia,ꝓtinentia ædificia, intelliguntur interdicta.de sen.exc.si ciuitas.lib.6.nam appellatio urbis,vel ciuitatis,includit suburbia, & continẽtia ędificia, vel,non ut in l.2.ff.de ver.sig. Circa quod quæro,si suburbia, & habitantes in eis non sunt de iurisdictione loci interdicti, siue ciuitatis ipsius propter interdictum loci in eis ualeat celebrari, vel non. Rñdeo,non,per rationem prædictæ decret. si ciuitas.sine uilipendatur sñia interdicti.ad hoc priuile. ut de priuilegia. §.illud.& in cle.de sen.exc.cum eo.sic ergo interdictũ promulgatum † in locum,includit suburbia,& continentia ædificia,ẽt
24 in nullo subiecta dicto loco,uel uniuersitatis ipsius,quod puto verum si proferẽs interdictum habeat iurisdictionem spiritualem non solum in locum,quẽ interdixit,sed in ipsius loci suburbiis,uel continentib. ædificiis,cũ huiusmodi sñiam interpretatur de arbit.cum olim. de ver. sig.in his.ff.de app. ab excu.§. 1. Sed si proferens non habeat iurisdictionem spiritualem in suburbiis. vel continentibus ædificiis,licet habeat in locum,quem interdixit,non videt̃ habere locũ decr.si ciuitas,per l.3.ff.de off. proconsl.& de iur.om.iudi.in l.fi.9.q.3.epm.de offi.leg.nouit,de constit.c.2.2. respon. lib.6.ad idem bene facit.ff.de bo.auc.iud. possi.cum unus.§.is qui.ff. de inter. & releg.l.relegatorum.1.respon. & licet ita videatur de iure scripto, tñ ponderata ratione decret.si ciuitas.posset dici,ꝙ in hoc casu suburbia,& continentia ędificia adhærentia loco interdicto,intelligantur interdicta non ab homine, sed à iure.de sen. excom.nuper.argu.de accus. super his. ver.post confirmationem, & per hoc respondetur ad
25 iura in ℣rium alleg.† Sed quæ dicuntur ꝓtinentia ædificia.dicit ibi gl.hoc esse in iudicis arbitrio relinquẽdum,nec tex.ibi dicit ꝓtiguis,sicut in 2.rñ.fortè posset dici suburbia,& ꝓtinentia ędificia esse sinonima,adiiciuntur ciuitati,vel loco alterius, quia l. 2.& l.Alphenus.& l ædificia. & l.quæ in continentib. & l.collegatarum.§.1.ff.de verb.sig.l.nanque si ita.ff.de pe.leg.exprimũt continẽtia ædificia,& non suburbia,sub qua appellatione suburbia includuntur.tñ decr.si ciuitas, videtur ut diuersa pp coniunctiones, & uel ibi positas, vel suburbia intelliguntur burgi extra,& propè ciuitatem,in quibus domus sunt contigue,continentia ædificia domos vltra burges separatæ, & nõ contiguæ, vel dicuntur suburbia,per quæ iter est rectum,continentia ędificia, quę sunt propè ciuitatem,uel locum interdictũ inter suburbia. Licèt autem propè ciuitatem,vel locum interdictum nõ fit aliquod ędificium, puto nihilominus loca adhęrentia loco interdicto intelligi interdicta, vt in eis nõ valeat celebrari sine violatione interdicti: quia si in eis posset celebrari, sine dubio vilipenderetur sententia interdicti, quod est contra rationem decr.si ciuitas.dictum autem debet intelligi, sm eius rationem. 7.q.1.scias.de uer.sig.intelligentia.de accu.cum dilecti.Sed causa huius quęro,vsque ad quem locum durant† suburbia,&
26 continentia ędificia.Solut.si consuetudine,uel statuto,siue vsu vulgari hoc apparet,standum est tali interpretationi. 1.dist.consuetudo.de spon.ex litteris.ff.de fun.instru.& in l.cum de lanionis. §.asinam.ff.de supel.leg.l.Labeo.sed ubi non apparet de vsu boni viri arbitrio.i.iudicis hoc terminetur.ff.de iure delib. l.1.§.1. 13.q.2.§.econtra Adam de offi.deleg de causis. 2.respon. de accusa.super his.& hoc casu intelligatur dicta glo.

Sed nunquid adhęrentia, uel contigua suburbiis, vel continẽtibus ędificia intelliguntur interdicta.dic ꝙ non, aliàs sequeretur, ꝙ adhęrentia adhęrentib.essent interdicta,& sic vna ciuitate interdicta totus mũdus esset interdictus,qđ est absurdũ.ad hoc,de testi.licet.3. & facit decr.si ciuitas, quę vult interdictũ loci per certũ finẽ determinari. hoc ẽt tenet D. & p. m.de pos.c.j.simile de eo qđ dr̃,ꝙ excõicatio non trãsit in tertiam personam.11.q.3.qñ rñdeo ad mẽbrum,& dico ꝙ qñq; interdictũ profertur in ecclesiã,& tũc ipsius capella eidẽ ecclesię ꝓtigua,& cimiterium ipsius ecclesię ꝓtiguũ intelligunt̃ interdicta, secus si prędicta non sint ꝓtigua ecclesię interdictę,vt in prece.decre.si ciuitas 2.rñso.sic etiã ecclesia† polluta intelligitur ẽt cimiterium eidẽ ꝓtiguum, nõ aũt
27 ecõuerso:nam cimiterio polluto non est pollutũ alterũ ẽt sibi

cohęrens

Source : BIU Cujas

cohærens pariete intermedio. hæc habentur de ꝑſe. eccl. vel alta. c. j. li. 6. Ex quib. ſequitur, ꝙ interdicta eccleſia, altari, vel cemiterio, altari ēt cohærens interdicto, uel ad cimiterium interdictum cōhærens pariete intermedio, non intelliguntur interdicta. Item interdicto loco ſub appellatione ciuitatis, nō ſunt interdicti ciues illius ciuitatis. Idem in interdicto cuiuſuis loci, puta caſtri, villæ, uel huiuſmodi, quod eſt verum, cum interdicitur locus propter delictum dñi, vel alicuius ſingularis perſonæ; ſecus ſi propter delictum ciuium, uel populi, vel vniuerſitatis ipſius loci, hæc habentur de ſen. exc. ſi ſnīa. 2. rñ. lib. 6. Sed primo caſu, an perſonę culpabiles ſint interdictæ: dic ꝙ ſic, ut ibi innuitur, cum dī, culpabiles non ſunt. facit eo. tit. alma. §. illis. &
28 de priuileg. ꝙ nonnulis. & eo. tit. licet. in fi. libr. 6. Item ſcias, † ꝙ qñque interdicitur clerus alicuius loci, & tunc illius loci populus non intelligītur interdictus, quia hęc ſunt diuerſa, vt in c. ſi ſnīa. j. rñ. de priui. ex parte. j. Intelligo aūt appellatione cleri, cōtineri non ſolū promotos ad ordines, ſed ēt religioſos, conuerſos, & ꝙuerſas, qui ita ſunt ad eccleſiā tranſlati, ꝙ de populo ꝓpriè dici non pñt. 12. q. 1. duo ſunt. 21. q. 2. ſi quis iā tranſlatus. de priuil. vt priuileg. & c. pe. de ſen. exc. non dubiū, & quod ibi no.

SVMMARIVM.

29 *Terra alicuius domini, ſi interdicitur, de qua debet intelligi.*
Maritus conſtante matrimonio eſt dominus dotis.
30 *Vſusfructus in multis caſibus eſt pars dominij.*
31 *Onus rei tranſit cum re ipſa.*
32 *Interdictis clericis ſpecialis eccleſiæ alicuius ſub nomine collegij, an intelligatur eccleſia interdicta.*
Interdictum loci aliud eſt, & aliud vniuerſitatis, vel collegij.
33 *Interdictus, an cenſeatur quis de vniuerſitate interdicta, ſi ſe transfert ad alium locum, patria dimiſſa.*
34 *Libertas data à lege, an tollatur per interdictum.*
35 *Populus non mutatur nouis perſonis ſuperuenientibus.*
36 *Nomine ſub appellatiuo, quod diſponitur, tantū durat, quantum appellatio.*
37 *Certius in dubio eſt tenendum.*
38 *Expreſsè contradicere plus eſt, quàm conſentire.*
Contradictio bona meretur præmium.
39 *Pœna interdicti pluiuntur, qui non peccauerunt.*
40 *Ciues habitantes continuò extra ciuitatem, an intelligantur interdicti ciuibus interdictis.*
41 *Vniuerſitate loci interdicta, an intelligantur interdicti homines in ſuburbijs, uel continentibus ædificijs habitantes, qui non ſunt de corpore illius vniuerſitatis.*
42 *Interdictus ab officio ſacerdotali, non debet officia exercere, quæ propriè competunt ſacerdoti.*
43 *Pontificalia, cui ſunt interdicta. ſi celebrat, numquid eſt irregularis.*
44 *Sacerdos ab epiſcopo non differri ſpecie.*
45 *Epiſcopus ſuſpenſus uel interdictus à pontificalibus. ſi exercet officium ſacerdotis etiam cum pontificalibus, an ſit irregularis.*
46 *Sacerdos, cui interdicta ſunt ſacerdotalia conficiens corpus Chriſti ſine miſſa an ſit irregularis.*
47 *Caſus, in quibus à iure interdicitur ingreſſus eccleſiæ.*
48 *Sacerdos, cui interdictus eſt ingreſſus eccleſiæ, ſi celebrat in oratorio, an ſit irregularis.*
49 *Epiſtolæ lectio, & euangelij, principali actui miſſæ accedit.*
50 *Ingreſſus eccleſiæ, cui eſt interdictus, an licitè poſſit tranſire per eccleſiam.*
51 *Eccleſiæ ingreſſus cui eſt interdictus, licèt non poſſit in eccleſia celebrare, an poſſit in ea audire diuina.*
52 *Vniuerſitas eſt a iure interdicta, quæ domos locat, uel conductas habere permittit alienigenis vſurarijs in terra ſua ad exercendum fœnus.*
53 *Ciuitas, quæ epiſcopum proprium iniuriosè, vel temerè percuſſerit, uel ceperit, vel bannierit, vel hoc fieri mandauerit, à iure interdicitur.*
54 *Inferiores epiſcopis, qui, & quando habeant ordinariam iuriſdictionem.*
55 *Epiſcopus, uel prælatus habens capitulum, an poſſit interdicere de iure communi ſine capitulo.*
56 *Conſuetudo dat iuriſdictionem.*
57 *Eccleſiaſticum interdictum, qualiter, & ex qua cauſa proferatur.*
58 *Circumſtantiæ in pœnis ſunt generaliter attendendæ.*
59 *Priuilegia caſus ſuos non excedunt.*
Principali ſublato, ceſſant omnia acceſſoria.
60 *Sententia interdicti, ſicut verbaliter fuit lata, ita & verbo fieri debuit relaxatio.*
Papa legibus non ſubiacet.
Interdicti effectus, quis ſit.
61 *Perſonæ eccleſiaſtico interdicto ſuppoſitæ alicubi, an debeant audire diuina.*
62 *Officia diuina nō debent in locis ſuppoſitis eccleſiaſtico interdicto celebrari.*
63 *Iura antiqua ſeruari debent in quantum fieri poteſt.*
Populo interdicto, ſeu uniuerſitate, an intelligatur interdictus locus, in quo eſt ille populus, ſeu uniuerſitas.
64 *Laici non interdicti, an poſſint admitti ad diuina, cum celebrantur ſingulis diebus ſubmiſſa voce.*
65 *Epiſcopis quod per priuilegium conceditur, aliis intelligitur denegatum.*
66 *Interdicti ſi quandoque admittuntur ad participationem diuinorum, à fortiori clerici extranei ad celebrandum, & concelebrandum.*
67 *Admiſſio indiſtinctè toleratur de conſuetudine generali, de quorum ordinibus non dubitatur.*
68 *Celebratio diuinorum prohibetur tempore interdicti, caſibus exceptis in iure expreſſis.*
69 *Aduerbium ſatis, qualiter ſumatur.*
70 *Priuilegium conceſſum ſingulari perſonæ, uel coouentui, ſiue collegio, an extendatur ad ipſorum familiares.*
71 *Presbyter ſolus non poteſt miſſarū ſolemnia, uel alia diuina officia celebrare.*
72 *Familiares domeſtici, qui dicantur.*
73 *Clericis intereſt celebrare, non laicis.*
74 *Miſſæ non conuentuales, an poſſint celebrari tempore interdicti in eccleſijs conuentualibus.*
75 *Diuinorum celebratio, an permittatur inanis clauſ. ſubmiſſa uoce, non pulſatis campanis, & excōicatis, & interdictis excluſis tempore interdicti.*
76 *Celebrans in loco interdicto alta uoce, etiam ianuis clauſis, non pulſatis campanis, excommunicatis, & interdictis excluſis, an ſit irregularis.*
77 *Celebratio diuinorum in loco interdicto, ad quem finem prohibeatur.*
78 *Clericus ſi ſonat campanas, uel aperit ianuas eccleſiæ, uel adducit excōicatum, vel interdictum ad officium in loco interdicto, an ſit irregularis.*
Scienti non ſubuenitur, ſed ignoranti.
79 *Celebrans in loco interdicto, uel qui eſt interdictus à diuinis vbicunque celebrans, an ſit irregularis.*
80 *Religioſus, & nullum habens ordinem clericalem, vel monialis violans interdictum, an ſit irregularis actiuè, & paſſiuè.*
81 *Irregularitas, quos non comprehendat.*
82 *Laicus adiuuans presbyterum celebrantem in loco interdicto, an peccet.*
83 *Clericus à diuinis interdictus celebrans, vel clericus etiam non interdictus in loco interdicto celebrans, irregularis efficitur.*
84 *Conſtituti in minoribus, ſi procedunt in officio ſuo tempore interdicti, ſicut prius, ſunt irregulares.*
85 *Sacerdos ſolum interdictus à ſacerdotalibus, uel à celebra. miſſarum, ſi celebrat in inferiori ordine, an efficiatur irregularis.*
86 *Clericus interdictus, vel non interdictus, ſi in loco interdicto intereſt diuinis officijs, ſed non eſt principalis celebrans, an incurrat irregularitatem.*
87 *Interdictum nil agit ad celebrationem.*
88 *Archidy. ſacriſta, uel magiſter ſcholarū interdictus, vel non interdictus, ſi in loco interdicto exercet officium ſuum, an ſit irregularis.*
89 *Clericus interdictus, uel non interdictus, ſi in loco interdicto communicat aliquem, vel abſoluit excommunicatum, an peccet.*
90 *Sacerdos iuxta morem, an poſſit facere generalem confeſſionem tempore interdicti.*
Sacerdos interdictus benedicens aquam, vel non interdictus id faciens in loco interdicto, an ſit irregularis. Et an laici poterunt aſpergi tali aqua. 91.
92 *Officia ordini adiacentia, quæ ſunt.*
Epiſcopi, vel ſuperiores, an poſsint in loco interdicto populo benedicere.
93 *Perſonæ interdictæ non ſunt capaces benedictionis epiſcopalis.*
94 *Verbum Dei, an poſsit prædicari interdictis in loco interdicto.*
95 *Campanæ an poſsint pulſari pro horis notificandis tempore interdicti.*
96 *Clericis an liceat ſonare campanas tēpore interdicti pro oſtenſione reliquiarum ſanctarum, uel aduentu alicuius prælati. Item pro Aue Maria.* 97
Diſpoſitio facta in uno, non habet locum in alio.
98 *Prohibitio de celebrando, an includat audientes.*
Exceptio eſt de materia regulæ.
99 *Prohibitio de celebrando tempore interdicti, numquid ſit limitata.*
100 *Conſtitutio pœnalis non eſt extendenda.*

29 **Sed quid** ſi interdicitur † terra alicuius domini, de qua terra debet intelligi. Solu. de ea, quæ eſt ſua, quo ad dominium iuriſdictionale. de offic. deleg. ſanè. 2. de iure iur. ex luce propria. ff. de relig. l. 2. §. in locum. item intelligitur de terra, quam ab alio tenet in feudum, vel emphiteuſim, quia in his caſib. ad eum ſpectat vtile dominium, vt in emphiteuta ſatis patet. ff. ſi ager ve. vel emphi. l. 1. §. ult. & l. fin. de uaſin libel. feu. ſi de feu. con. fue. inter do. & vaſ. & alleg. c. ſi cauſa inter. uel ſaltem non poteſt negari, ꝙ vaſſallus habet vſumfructum, quia hoc caſu tranſit ad hæredem. in li. feu. qui. cau. feu. de inueſti. rei. c. rei. aut ibi dicitur, ꝙ vaſſallus tanquam dñs poteſt quaſi vendi care. Quid ſi pertinet ad ipſum dñm rōne dotis vxoris. dic ꝙ intelligīt interdicta, quia maritus ꝑſtante matrimonio eſt dñs dotis. ff. de rei ven. doce ancillam, de au. & arg. leg. l. Quintus, ſed an terra illi dño pignorata intelligitur interdicta. Sol. aut proferēs dixit, interdico terram, quam talis tenet, & ēt ſibi pignorata intelligitur interdicta. creditor. n. habet poſſeſſionem. ff. de uſuc. ſm no. de quo no. ff. qui ſatiſ. cog. ſciendum. §. creditor. facit de reg. iu. cum Bertoldus. aut in prælatione fuit dictum, interdico terram ſuam, vel tuam, quia dicta uerba notant. dñium, vt in d. §. in locū. C. de rei vend. l. in rem. non includitur pignorata. ſita no. Do. & p. m. poſt iura in pręced. c. j. de poſtu. Sed quid in uilla in qua habet vſumfructū. dic ꝙ illa includitur, cum multis caſibus † vſusfructus ſit pars dñii. ff. de uſufru. l. 4. & ibi no. quid ſi
30 interdicitur ſpecialiter illa terra, in qua quis habet vſumfructū. dicit Do. & p. m. ꝙ per hoc interdicatur illa, in qua habet ꝓprietatem, & alius vſumfructū. arg. inſti. de her. inſti. §. j. & 2. ff. de relig. l. 2. §. 1. & ff. q ſatiſd. cog. l. pe. 2. reſpō. ſed ꝙ ibi dicitur in fine,

poſſet

Source : BIU Cujas

posset induci pro,& contra, licèt istud sit tutum. contrariū potest sustineri, ne accessorium videatur ad se trahere principale, contra id,de cōsec.eccle.uel alta.c.1.lib.vj.& facit prædic.§.tertius.qui incip.alienū.Insti.de her.insti.sed q̄d,si is cuius terra interdicitur, habet terrā in diuersis prouincijs. Sol. si habet in diuersis locis pro parte, & pro indiuiso, oēs illæ partes subiacent interdicto:sed si pro diuiso secus,ne innocēs puniatur. ff.de au. & arg.leg.l.Quintus.facit de præben.c.vlti.in fi.lib.6. 7.q.j.§.vlt. ff.de rit.nupt.§.illud.alias videretur tale interdictum promulgatum super interdicto, cōtra id quod habetur de prēben. dudū. lib.6.& in cle.de cōcess.prēben.c.quē.& facit quod no.de sepul. sacramētis.dicens si is, cuius terra interdicit postea nouā terrā acquirat,sola illa noua terra non includitur,cū talia non respiciant futura,de non nu.pecu.c.vlti.& in cle.eo.tit. literas. cū si. 36
ad idem,ff.de iudi.non pōt.& de dam.infe.l.damnū. §.is qui.& quod no.per gl.& alleg.de priuil.cū capella. quid si aliqs vēdit terram interdictā,vel perdit eā, dic q̄ propter hoc non tollitur
31 interdictū,cum onus † rei transeat cū ipsa re.de deci.pastoralis. & c.cū non sit.de pign.ex literis. cū si. nec enim est iste modus tollendi interdictum,quod deberet relaxari per iudicē, ꝓm q̄d infra dicā,qui tñ cessante causa interdicti,se facilē exhibebit.alle.D.& p.m.præce.decre.de sepul.sci. Redeundo ad propositū, quando interdicitur cōe,populus,vel vniuersitas, sub ipsorum appellatione,& tunc singulares personæ cōis, populi, vel vniuersitatis intelliguntur interdictæ.vnde in nullo possunt audire diuina,vel percipere ecclesiastica sacramēta, præter præmissa, quia actualis auditio diuinorum,& perceptio sacramentorum per interdictum est prohibita, actus autē sunt propriè suppositorū,non vniuersitatis:vnde non vniuersitati,sed vt singulis prædicta intelliguntur ꝓhibita.hæc in prædicta decre. fi sen- 37
tentia.§.vltimo.Sed circa hoc occurrūt plura dubia, vnum est
32 an interdictis † clericis specialis ecclesiæ alicuius,etiam sub nomine collegij,intelligatur ecclesia interdicta? Dic q̄ non, vt ꝓbatur de priuileg.per exceptionem. in fi. lib.6.

Sed quæro, an interdicto populo, vel vniuersitate, collegio, vel cōi alicuius loci,intelligatur per hoc ille locus interdictus. D.& p.m.in decre.si sentētia, dicit q̄ non, quia aliud est interdictū loci, aliud vniuersitatis, vel collegij,vt videtur expressum,de vsur.c.j.lib.6.poterit ergo celebrari in illo loco alta voce,vt prius, quia hoc non est prohibitum.de spons.cum apud.cum si. & facit quod dixi supra ꝓxi.q.licet dictum D.& p.m.procederet de iure scripto,tamē præstare videtur occasionem periculo. audirentur enim voces celebrantiū publicè ab interdictis, qui etiā potuerunt patēter videre corpus Christi.& per hoc vilipendetur censura ecclesiastica,contra id quod habetur,de priuil.vt priuilegia. de sent.excō. si ciuitas.lib.6.& in cle.cum ex eo.eod.tit. vt ergo tanto periculo obuietur,de sepul.c.1.lib.6.de constit. c.2. cōsulendum esset clericis,vt tali interdicto durante abstinerent à publica celebra
33 tione. Sed nunquid si † quis de vniuersitate interdicta se transfert ad alium locum,patria dimissa, censetur ne amplius interdictus.de specialiter interdicto non est quæstio, quia ille semp 38
remanet interdictus,donec absoluatur,sicut de excōicato dicitur.4.q.5.quisquis.de sen.excom.cum desideres. facit de reg.iu. c.1.si autem non est specialiter interdictus, licet sit de populo interdicto:aut est in culpa,propter quā lata fuit sententia interdicti,& tunc quia intelligitur specialiter interdictus quocūque se transferat,interdictus remanet.arg.de priuileg.quod nonnullis.& eo.ti.licet,in fi.lib.6.de sen.excom.alma.§.illis etiam.li.6. si verò non fuit culpabilis, & ex toto desinit esse de populo interdicto,credo cessare interdictum circa eum, quia in eo cessat causa efficiens,& conseruans,ergo cessare debet effectus. 61.di. neophitus.de renun.post translat.ff.de iur.patro.adigere.§.quāuis,& nihil tam natura.& c.ff.de reg.iur. nihil. & extra eod. tit. c.1.vnde si talis se transferat etiā voluntariè ad locum aliū do- 39
34 micilij mutaudi causa,cessat interdictum,quo ad eum,†quia libertas sibi data à lege.de transla.domicilij. ff. ad muni. l.nō vtique.& l.nihil.non tollitur per huius interdictū. ff. de ado. si arrogator.de reg.iur.indultum.lib.6.bene facit.ff.de cap. & postli.reuer.l.in bello.§.manumittenda.ff.de condi.& demon.l.Titia.§.2.nec talis potest dici præuentus,vel destinatus, ex quo ponitur inculpabilis, sed solum dicebatur interdictus, q̄a de vniuersitate interdicta.& sic non ob. ff.ad muni.in colum.2.& q̄d ibi no.de foro compet.proposuisti.per hoc etiam respondetur ad ea,quæ prēmisi de specialiter īterdicto,& quæ dixi supra, circa principium huius secundi membri. quid si existens de populo non interdicto factus est de populo interdicto? credo q̄ ex tunc ligatus est, sicut alij, cum enim factus sit membrum illius corporis,non debet amodo alio iure censeri,q̄ corporis. 12.di. c.1.de præscript. cum non liceat. facit.ff.ad muni.l.incola.& de sta.reg.re colentes.in fi.& quod ibi not. Nec obst. q̄ præcesserat sententia,quia ponit, q̄ lata fuit contra vniuersitatem, vel po-
35 pulum,qui non mutatur † nouis personis superuenientibus.ff. de iudi.pr oponebatur.7.q.j.deniq;.Item,vt sēpe dictum est,hac sententia ligantur, qui non peccauerunt, per quę respondetur ad l.prouidendū.C.de decu.lib.10.quæ fortè videtur facere cōtra. posset etiam ad ipsum rñderi, per id quod ibi not. in glo.j.

Sed quid si existens de populo interdicto banniatur, confinetur,seu relegetur, nūquid quantum ad eum simpliciter ad tēpus bānitum cessat interdictum, quia non censetur amplius de illa vniuersitate:perdit enim ciuitatē, siue vniuersitatē,vt sic loquamur.sed confinatus, vel relegatus bene manet interdictus, q̄a adhuc censet ciuis de corpore vniuersitatis.probantur prædicta.ff.de interdi.& re.l.relegatorum. & l.exilium.& de pœn.l.relegati.ff.de iur.fisc.l.bona. quādiu ergo remanet eius,vel vniuersitatis, vel populi interdictū, sequitur eum. cessante verò nomine dicto à populo, cessat interdictum circa eum.68.dist.cor episcopi.in fi. ff.de tut.l.j.§.tutores. & quod ibi no.quod enim † sub nomine appellatiuo disponitur,tantum durat quantū appellatio,ad hoc.18.q.j.& 50.dist.fraterni,de rescri.si gratiosè.lib.6.de offi.deleg. quoniam Abbas. ff.de interd.& rele.l.quoq;. §.1. sed si dicatur, q̄ secundum hoc bannitus consequitur præmium ex dolo, cum enim fuit bannitus:respondeo q̄ non est verum, q̄ ratione culpæ consequit relaxationē interdicti,sed bannum quod est causa,propter quā perdit locum,quæ perditio loci est causa, ꝓpter quā est immunis ab interdicto,quo ligabatur sine culpa.si.de suspec. tut.l.decreto.ff.de excu.tut.l.si milites. §.si ignomi. ff.de inter. & rele.l. pen.de concess.præben.quia diuersitatem. cum simi. Item quæro,an si talis qui est de populo, vel vniuersitate interdictus, ingrediatur monasterium, valcat ordinari. Sol. post professionē indubitanter poterit ordinari.planum enim est, q̄ totaliter desinit esse de populo,vel vniuersitate,vt bene probatur per ea, q̄ proximè dixi.sed ante professionem tutum est consiliū, quod non ordinetur,†quia in dubio tenendum est, quod est certius, de spon.iuuenis.cum concor.& quia posset præsumi id factum in fraudem,si ille ante professionem rediret ad seculum, quod facere potest,de regu.ad Apostolicam,& c.consulti. & q̄ inculpari potest præcaueri debet.de ser.non ord.c.j.si tamen ordinatus fuerit ante professionem,puto illam tenere. arg. decre. religioso,de sen.excom.lib.6. 12.q.j. duo sunt. sed dubitatur de absentibus tēpore latæ sententiæ interdicti in vniuersitatē,vel populum.Item de præsentibus non consentientibus,sed contradicentibus aliorū culpæ, propter quā fertur sententia interdicti, an ligentur. ista dubia plenè prosequitur, D.& p.m. in decre. si sententia. recitans q̄ quidam religiosi tenent q̄ absentes, vel prę̄sentes,& contradicentes non ligantur etiam quo ad ecclesiam.de absentibus probant,quia talia non ligant probabiliter ignorantes.ff.de decre.ab ordi.fac. l.fi. de constit. c.2. primo respons.lib.6.qui matri.accu. pos. c.vltimo.

Item præsentes in prę̄iudicium absentiū non possunt facere statutum.de consti. cū omnes.nec absentes,& ignorantes ex maleficio obligant. ff.de accu.& ex maleficiis.§.1.15.q.j.aliquos.& c.seq.& c.non est. vnde de facto decurionū non tenentur tunc absentes. ff.de magi. con.l.j.§.hoc autē.& §.si quis in villam.& §.seq. & C.de adul in adulterii.§.vlti.fortius dicunt de contradicentibus, † quia plus est expressè contradicere,quàm non consentire.de simo. sicut tuis.facit de homi.Petrus. vnde contradicens eximitur à pęna. 2.q.7.quapropter. de elect.generali.lib.6.de reb.eccle.non alie. c.2.eo.lib.& bona contradictio meretur præmium. de his,quæ fi.à ma.par.cap.c.1.ergo non pœnam,de donat.inter vir.& vx. & si necem.de fideiuss.peruenit.cum si. Item satis fuit facere q̄d potuit.12.q.2.faciat,& ff.de pœ.l.moris. de verb.sig. l.nepos. & pœna suos debet tenere actores,de his quæ fi. à maio. par.cap. quęsiuit.C.de pœ.sancimus.bene facit de pœn.dist.1. nemo. & quod ibi no.C.de appel.quoniam iudices puniūtur cōsentientes,& potissimè maiores.de simo.veniens.& c.dilectus.2.de cle. excom.latores. de sen.excom.Romana. in fi. lib.6. sed vt dicit
D.& p.m.isti non ponderant,† quia pœna illa interdicti puniūtur,qui non peccauerunt.de spons.non est nobis, cum simil.& per illud cessant rationes dictæ,vnde tenet,absentes, & contradicentes ligari,& apertè probat decret.sententia, nam ibi patet propter dictum populum, & vniuersitatem interdicti. & facit quod infra dicā, in vlti. membro. fatetur tñ illos insontes quo ad Deū.de sen.exc.à nobis.c.2.de re iudi.c.1.lib.6.& hæc placēt. Quid si talis absens est de alia ciuitate, vel populo, licet gratiosè receptus fuerit in ciuem,vel popularem populi interdicti,ut sępe faciūt Veneti.forte etiā ibi nunquā fuerit, vel habitauerit, adhuc credo, q̄ talis intelligat īterdictus dicto populo īterdicto per d.rōnē,& q̄a sentit cōmodū,&c.de reg.iur. li.6 q̄ sentit.

Sed quęritur de habitantibus in ciuitate non de ciuibus, vel de populo illius ciuitatis, planum est quod non includuntur in interdicto illius vniuersitatis, vel populi,vt in decre. si sententia. §.vlti.ibi, singulares ex eo personas, &c. sed isti non sunt ex eo, scilicet populo, licet ibi habitent. si tamen etiam locus esset interdictus in eo non possent audire diuina, sicut nec possent penitus extranei, sed extra locum illum sunt omnino liberi ab interdicto. ad præfata facit.ff.ad muni.nihil.& l.magistratus. cum similib. sed

nunquid

40 nunquid † ciues habitantes cõtinuè extra ciuitatem, & ſuburbia, & continentia ædificia intelligũtur interdicti, populo, vel ciuibus dictæ ciuitatis interdictis? Reſpondeo, ex quo ponũtur ciues, vel de vniuerſitate interdicta, cenſentur interdicti vbicunq; habitant, per ea quæ plenè dixi ſupra. ver. ſed quid ſi exiſtens. ſed quid dices de nobilibus, puta Marchionibus, Comitibus, vel huiuſmodi habitantibus in diœce. vel ciuitate, cuius populus eſt interdictus, vel vniuerſitas eſt interdicta. Sol. ſi sũt de interdicto populo, vel de dicta vniuerſitate, quod patet, qa ſubeunt onera, & habent honores, ſicut alij de dicta vniuerſitate, ligantur ſententia. ad hoc. ff. de interdi. & rele. l. relegatorum. §. ſolet præterea. & C. de incol. eſt verum. lib. 10. argu. ſumpto à contrario ſenſu, & ꝙ ibi no. Inſti. de iu. nat. gen. & ciui. §. plebs autem. idem puto, ſi tales per priuilegium eſſent exempti à muneribus, ſiue oneribus, quia per hoc non ſequitur ꝙ nõ ſint de ipſa vniuerſitate. vnde ſaluis priuilegijs ligantur pœnis, quibus ligantur alij de ipſa vniuerſitate, de priuil. cum capella. & eo. ti. c. 1. lib. 6. ſed pone, quia tales ſunt ſui iuris, vel ex cõſuetudine, vel priuilegio imperiali, ita ꝙ dictæ vniuerſitati, tanquã de ipſius corpore in nullo participãt. Sol. omiſſa quęſtione, an merum imperium præſcribatur, dic ꝙ etiam, vt penitus extranei ſint cenſendi, vnde interdictũ latum in dictã vniuerſitatẽ non ligat eos. ad hoc decr. ſi ſentẽtia. §. vlt. à ꝺrio, & qđ ſupra dixi.

41 **Sed nunquid** † interdicta vniuerſitate loci, intelliguntur interdicti habitantes in ſuburbijs, vel continentibus ædificijs, qui tñ non ſunt de corpore illius vniuerſitatis, ſed ſui iuris, vel alterius ſubiecti, ſicut dicitur de loco interdicto, quod ſuburbia, &c. Sol. nõ, quia ſi interdictum ſingularis perſonę non complectitur aliam perſonam. 23. q. 3. ſi hæres. vniuerſitas autem eſt perſonę repræſentatiua, vt de fideiuſſor. l. mortuo. In dubio tamen. i. ſi apparent in ſuburbijs habitantes eſſe, & ſui iuris, vel de alia vniuerſitate, prę ſumerem eos de vniuerſitate ciuitatis, cui adhærent, argumen. l. Alphenus. & l. qui in continentibus. ff. de verb. ſig. & ff. de reg. iũr. vxorem. §. legauerat. & l. cuique.

De ſimili quæſtione, cum locus eſt interdictus, plenè dixi ſupra ver. circa quod quæro. quandoq; profertur interdictũ eccleſiaſticum contra ſingularem perſonam, & licet quot ſint actus hominis, tot modis reſpectu illorũ poſſit interdici. 11. q. 3. §. euidenter. 17. q. 4. miror. ff. de interdi. & releg. l. relegatorum. per totam. l. & quod no. in cle. de pœ. cupientes, in glo. no. nouam tamen hic proſequor de interdicto ſingularis perſonæ quantum ad diuina officia, & ſacramenta, vbi ſciendum quòd quandoq; ſingularis perſona interdicitur ſimpliciter à diuinis, vt in iuribus alleg. ſupra in j. membro. Interdũ ab aliquo actu reſpiciente diuina, quo caſu actus expreſſus intelligitur interdictus, & omnis alius qui in illo includitur, vel qui ſine iſto actu interdicto exerceri non poteſt. de appel. ſolicitudinem. vnde

42 interdictus † ab officio ſacerdotali non debet officia exercere, quæ propriè competunt ſacerdoti. ſecus ſi ſolum altaris miniſterium ſit interdictum, de corpore vici. ſignificauit. item interdictus à ſacerdotali officio non poteſt exercere pontificale, quod ſine ſacerdotali exercere non poteſt. de exceſ. præla. ex literis. in fi. Eadem ratione interdictus, ne promoueatur ad inferiorem ordinem, non poteſt promoueri ad maiorem, vel interdictus, qui eſt ſuſpenſus ab exercitio ordinis inferioris non poteſt exercere officium ſuperioris, quod ſine exercitio illius inferioris exerceri non poteſt. ſecus ſi ſine illo poteſt exerceri: licet enim ſit minus id, quod eſt interdictum, tamẽ ex quo maius ſine illo minori prohibito exerceri non poteſt, illud maius hoc reſpectu includitur in prohibitione. Sic econtra interdictus: vel prohibitus à maiori, non intelligitur prohibitus à minori, quod non includitur in illo maiori. hæc probantur. 95. diſt. illud. 74. diſt. geſta. ff. de Sena. qui indignus. ff. de ſer. expor. cui peccato dominetur generaliter. in princ. ff. de interdi. & rele. l. relegatorum. §. poteſt alicui. de ſent. excom. cum illarum. eod. tit. is cui. lib. 6.

43 **Sed ſi is,** cui interdicta † ſunt pontificalia tantum celebrat, nunquid eſt irregularis, quia interdictus à ſuperiori ordine non eſt prohibitus ab inferiori, cum in inferiori poſſit miniſtrari ſine illo ſuperiori, vnde prohibitus exercere ſacerdotalia, non eſt prohibitus à diaconalibus, & ſic de alijs. 50. diſt. placuit. de cor. vici. ſignificauit. de cler. ægro. c. 2. de offic. deleg. ſanè. ij. & eo. tit. c. 2. lib. 6. de non ordi. mi. c. 2. cum ſi. & hoc eſt planũ, & idem ſecundum quoſdam, ſi pontificalibus fortè fuerit tantummodò interdictum, quia hoc iure non cauetur, & pœnæ non ſunt extendendæ. de pœ. diſt. j. c. pe. de ſent. excom. is qui. j. reſponſo. lib. 6. Item quia pontificalia non ſunt de ſubſtantia ordinis, nec officij, cum ſine eis quodlibet officiũ fieri poteſt, & hoc dictum recitat Guil. in Spec. de leg. §. iuxta. ver. quid ſi quis epiſcopus. & placet Io. Mo. in ca. cum medicinalis. ꝙ ſi probat propriè ille eſt irregularis, qui habẽs ordinẽ, & carens executione ordinis immiſcet ſe diuinis, vt ibi. ſacri autem ordines ſunt deputati ad confectionem corporis Chriſti, cuius conficiendi ſacerdos habet poteſtatem, diaconus hoc ſacramentum à ſacerdote confectum diſpenſat, ſubdiaconus ad id miniſtrat ſacra vaſa, per quod patet, ꝙ ſacerdos eſt maior alijs, cui conſecratio ſuperaddita, facit eum ſacerdotem magnũ

44 in eo, quod ſacerdotium alijs dare poteſt. † Ex quibus ſequitur, ꝙ ſacerdos nõ differt ab epiſcopo ſpecie, ſed ſicut maius, & minus. & per hoc concludit, ꝙ licet ſuſpenſus à diuinis ab additamentis ad diuina, quare ordinans, vel conſecrans aliquos non eſt irregularis, ſecundum eum Hoſt. contra, eo ꝙ epiſcopatus eſt ordo per ſe. de quo plenè ſcripſi de purg. ca. c. quotiens. vbi declaro, ꝙ in conſecratione epiſcopali imprimitur caracter quo ad perfectionem corporis Chriſti myſtici. ex quo ſequit, ꝙ eſt ordo per ſe diſtinctus ab alijs inferioribus ſpecie: & item non poteſt negari, ꝙ epiſcopus ad diuina habito reſpectu, officium habet omnino diſtinctum ab officijs inferiorum ordinum, vt probatur 23. diſt. epiſcopus. habito reſpectu ad ſequentia. c. 68. diſt. quamuis cor epiſcopis. de conſue. quanto, de conſec. eccle. vel alta. aqua. cum ſi. ſatis eſt autem ꝙ iterdictus agat, vt prius officium diuinorum ſibi ratione cuiuſuis ordinis competens ad hoc, vt cenſeatur irregularis. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus in concilio. de ſent. excom. is cui. lib. 6.

45 **Per quod** concludo, ꝙ epiſcopus † ſuſpenſus, vel interdictus à pontificalibus, ſi exerceat officiũ ſacerdotis etiam cum pontificalibus, non eſt irregularis, & ſic puto Inno. intellexiſſe. Sed ſi exercet aliquid, quod per ſe ſpectat ad officium Epiſcopi reſpectu conſecrationis epiſcopalis, ſiue cum Miſſa, vt conſecrare, vel ordinare, quod fieri debet cũ Miſſa, vt plenè no. de elect. ꝙ ſicut, ſiue ſine Miſſa, vt ſolet fieri cum confirmat in fronte, eſt irregularis, & ſalua pace do. Ioan. Mo. tale interdictum ſuſpendit epiſcopum a collatione ſacramentorum, ſicut a celebratione diuinorum. per qđ reſpondet ad decre. vlti. de cleri. excom. mi. quæ loquitur in excommunicato minori tantum. Item in collatione, ſiue exercitio taliũ epiſcopus vtitur orationibus, & benedictionibus ſibi ratione papalis conſecrationis competentibus. & hoc eſt ſatis, dato ꝙ talia nõ ſint miſſa, vel aliqua de vij. horis canonicis, vt etiam j. dicam. Propter dicta videtur ſolui quæſtio an is, cui interdicta eſt collatio ſacramentorum illa conferendo ſit irregularis, qa collatio alicuius ſacramenti, vt baptiſmi, fit etiam per laicum, de conſec. diſt. 4. conſtat, de ſum. Tri. c. 1. §. ſacramentum. ergo non competit ſpecialiter alicui ordini, & ſæpe ſine ſolennitate officij conferuntur, & licet ad ſuſpenſionem quandoq; ſequatur, ꝙ quis ſuſpenſus celebrare non debet, hoc tamẽ non eſt ex natura ſuſpenſionis, ſed ex quadam accidentali conſequentia. & his rationibus cõſideratis excõicatus minori celebrans nullam irregularitatem incurrit. de cle. excom. c. vlti. in princ. hæc opi. non placet, ſi is, cui interdicta eſt collatio ſacramentorum confert ſacramentũ, ꝙ ſibi ſoli competit ratione ordinis, ꝑ ea

46 quæ proxi. dixi de interdicto à pontificalibus. † vnde ſacerdotem, cui interdicta ſunt ſacerdotalia, conficientẽ corpus Chriſti ſine Miſſa, puto irregularem, de cle. excõ. c. 1. & 2. & quod dicam infra in 6. membro, in prin. & verſi. ſi autem ſacerdos eſſet. idem videtur ſi ei, cui ſoli ex officio competit. interdicitur ſimpliciter collatio certi ſacramenti, puta epiſcopo interdicitur collatio ordinũ, de temp. ordi. illis non eſt. & c. ſe. & aliquẽ ordinem confert, vel eſt ſibi interdicta certorũ ordinũ collatio. de temp. ord. literis. & aliquem ex illis confert cum ſolennitate debita, probat hoc illa ratio, quòd tantum operatur prohibitio ſpiritualis quo ad ſpeciem, quantum generalis quo ad omnia. xxiij. q. v. ſi non licet de pę. di. j. §. hoc idem. in princ. de priuile. quia circa. cum ſi. çſtimo ꝙ hoc videbitur nimis durum, & prima facie contra rationem decre. is qui. Tractat etiam Inno. de eo, cui interdicta eſt participatio ſacramentorũ, an participando ſit irregularis. dic ꝙ non, quia & laici participant ſacramentum. vnde hoc non eſt bene. facit de cler. excom. c. fi. redeo ad propoſitum, v bi ſciendũ ꝙ eis, qui celebrant ſcienter præſentibus excommunicatis, vel interdictis, vel illos admittunt ad eccleſiaſticam ſepulturam à iure interdicitur ingreſſus eccleſiæ, donec ſatisfecerint ad arbitrium eius, cuius ſententiam contemſerunt. de priuil. epiſcoporum. lib. 6.

Item à iure interdicit ingreſſus eccleſiæ in caſibus, de ſen. excõ. ſacra. eo. tit. c. 1. lib. 6. & eod. lib. de cen. exigit. & 16. q. 7. ſi quis deinceps. ſm cõem opi. interdictum ab hoĩe interdicitur ingreſſus eccleſię. 16. q. 7. nullus. de offi. deleg. ſanè. 2. eo. tit. c. 2. lib. 6. de pœ. & remi. oĩs. poſt qđ interdictũ iuris, vel hoĩs in eccleſia ingreſſus ſe diuinis ingerens in ſuo officio, ſicut prius irregularis eſt. de ſent. excõ. is cui. li. 6. dixi aũt in eccleſia, qa ſi extra eccleſiã, puta ſub dio, vel ſub tentorio, vel in domo priuata ingerit ſe diuinis, nõ eſt irregularis. vt ibi no. in 3. gl. & eſt ratio, quia dictũ limitatũ, ſm ſuã limitationẽ debet intelligi. 43. diſt. ſit rector. in fi. de trãſla. c. fi. de ver. ſig. Abbate. in fi. ff. vi b●. rap. l. j. §. non autẽ. cũ ſi. hic aũt limitat pœna, cũ. ſ. celebrat in eccleſia, ergo non habet locũ, ſi celebret extra. & idẽ qđ dixi ſupra ver. qñq; profertur interdictũ eccleſiaſticũ. & de pœ. diſt. j. §. pœnæ. de elect. ſtatutũ. li. 6. Sed qd ſi is,

48 cui interdictus eſt ingreſſus eccleſiæ celebrat † in oratorio, qđ

conſti-

Source : BIU Cujas

cõstitui non potest sine diœcesani licentia.de priuil. auctoritate.lib.6.nec in eo celebrari.de cõse.dist.j.clericos. & c.si quis extra.Sol.si interdictũ est ita,ꝙ non in ecclesia,vt de censi.c.vlt. de priuile.patentibus.non est irregularis, quia non subiacet ꝓhibitioni,quæ est,ꝙ in ecclesia talis non celebret,cum tale oratorium non sit ecclesia,vt in prædictis iuribus. Nec ob.ꝙ in eo non potest celebrari sine licentia diœcesani,quia nec etiã ī alio loco extra ecclesiam,vt in primis iuribus,& de cõse.dist.j. Missarum,& c.nullus.j.& c.vnicuiq;.qd si talis celebrat in ecclesia non consecrata,quæ propriè dr̃ basilica. de relig.do. c.1. dic ꝙ est irregularis.ad hoc,de cõse.eccl.vel alta. c.vlti. & de immun. eccl.c.pe.satis enim est,ꝙ auctoritate Pontificis sit dedicata. de conse.dist.j.nemo.sed qd dices, pone ꝙ presbytero celebrante 52
Missam in ecclesia subdiaconus, cui interdictus est ingressus ecclesię,dicit epistolam illius Missę extra ecclesiam,vel diaconus cui interdictus est ingressus ecclesiæ illius Missæ,dicit Euangelium extra.idem in simi. Quæro de duobus.s.de d subdiacono, & diacono.item de presbytero Missam illã celebrante, an sint irregulares.Sol.in primo casu,puto talẽ subdiaconũ,vel diaconum fore irregularem,quia vnũ est officiũ.7.q.j.nihil. quod tñ principaliter in ecclesia celebratur.vnde cooperatur sibi prohibito in loco,in quo exercetur.sequitur ergo, ꝙ est irregularis, vt in decre.is cui ad hoc.50.dist.si quis viduam.14.q.vlti. de homi.sicut dignum.§.illi enim.de cle.pug in duel.c.2.& cle.de pę. si quis suadente.in prin.C.de rap.vir. l.vidua. de epis.& cle. l.raptores.de pœn c.fœlici in prin.lib.6 ff.ad l.Aquil.item Mela.§. si quis alios & §.item cum.Insti.de obl quæ ex deli.nas. §.interdum.† & quia actui principali Missæ accedit Lectio Epistolæ, 49
vel Euangelij,qui actus principalis factus est ī ecclesia, ergo ad 53
illum locũ referri debet Lectio Epistolæ,vel Euangelij.ad hoc, de præben.si cui.de cõse.eccl.vel alta.c.vno.de sen.excom.si ciuitas.lib.6.ff.de acq.rer.dom.§.vlti. Insti.de rer.di. §.si tñ.& qđ ibi no.possent induci argumenta de suspectando, & potẽtiori.de pœ dist.j.medicamentũ.& digniori,de conse. eccl.vel alt. quod in dubijs,& loco inspiciendo, in quem aliquid cõfertur, de consti.c.2.2.respon.lib.6.sicut de tempore dicitur.ff.de don. inter vir.& vxo.si cum vxori.§.vlt.cum l.seq.de sepul.de vxore. In secundo casu dico, ꝙ si presbyter celebrans in ecclesia admi sit scienter dictũ subdiaconũ, vel diaconum ad Lectionẽ Epistolæ,vel Euangelij etiam extra ecclesiam, est irregularis, quia participat crimini & criminoso.de sent.excom.nuper.& si concubinæ.immo videtur tale participium factũ in ecclesia per ꝓxime dicta.sed reuoluto mantello, pone subdiaconus, cui interdictus est ingressus ecclesiæ, dicit Epistolam in Ecclesia, in missa, quam sacerdos celebrat extra ecclesiam. Quæro etiam de duobus.s.de prædictis subdiacono, & presbitero, an sint irre 54
gulares.Sol subdiaconũ puto irregularem, quia & si per interpretationem videatur id fecisse extra ecclesiam argu. eorum, quę modo dixi:tamen in ecclesia verè de facto id fecit.& sic in loco prohibito, legit in officio suo, vt prius.vnde sequitur, qđ est irregularis per decre.is cui bene facit.ff.de act.& obl.contraxisse.ff.de verb.obl.qui Romę.de fo.compet.dilecti. presbyterũ autem celebrantẽ extra ecclesiã non audeo dicere hoc casu irregularem,licet aliqualiter videatur participare prædicto subdiacono in culpa,propter quod ipse subdiaconus irregularitatẽ incurrit,quia non est dignum,ꝙ principale, vel dignius trahatur ad accessorium,vel minus dignum.de conse. eccle. vel alta. c.vno.§.1.lib.6.& satis est, ꝙ in hoc dubio hoc non est expressũ in iure,cum & dicta iuris ratio contradicat.

50 **Sed quæritur,** † an is, cui est interdictus ecclesiæ ingressus,possit licitè transire per ecclesiam? Dico ꝙ non,cum celebrant̃ diuina in ecclesia.5.q.2.ī præsenti.sicut nec celebrare,vt in decre.is cui.& facit eo.tit. alma.§. adijcimus.de pę.& re.qđ in te.sed nec alio tpe licitè intrat ecclesiam orandi causa.21.dist.cleros.in fi.& de pœ.dist.j.q̃ sanctus. 33.q.4.cum propria.& ibi no.sed aliàs,puta ꝙ pro factis suis, bene potest transire ꝑ ecclesiã pro factis suis, & non in ea orare. nã is,cui interdictus est ingressus ecclesiæ, ꝑm propriã significationem vocabuli,nulla ex causa põt ingredi.hinc est, ꝙ in ecclesia, vel ipsius cimiterio non põt sepeliri, vt in decre. is cui. 2.rñ. attamẽ ea.decre.j.rñ.& prædictũ c.p̃senti, vñr tale interdictũ restringere ad celebrationẽ,& auditionẽ diuinorũ. Ex q̃bus infero,ꝙ tẽpore quo in ecclesia celebrant̃ diuina, põt in ecclesia orare.& facit qđ no.1.q j.q̃ audet.in fi.& hoc placet. sunt tñ,q̃ di-
51 cunt,ꝙ is,cui interdictus † est ingressus ecclesiæ, licet nõ possit ī ecclesia celebrare,tñ bene põt in ea audire diuina, nisi ab auditione diuinorũ spãliter sit ꝓhibitus. & sic intelligunt prædictũ c.p̃senti.sed ꝓut dicit d.& p.m.cõsequẽtia, quã ponit decr.is cui, infert p̃riũ.itẽ æquiparatio s̃.dicta,& c.p̃senti. copulatiuè ponit istã ad dubiũ tollendũ.de illo aũt,qui est de loco interdicto,vel etiã de populo,& nõ dedit cãm interdicto,mihi nõ est dubiũ,ꝙ põt ingredi ecclesiã,& ibi stare, & orare tpe quo diuina ī ea nõ celebrant̃.ar.de sen.excõ. c.vlt. §.illis ẽt.li.6. De tertio mẽbro.s. à quo ecclesiasticũ interdictũ valeat ꝓmulgari? Dic ꝙ interdictũ ꝓfertur à iure,q̃nq; ab hoĩe, & tũc q̃nq; ab ordinario,q̃nq; à delegato,vel subdelegato à iure,q̃nq; spãliter in pson̄,vt ī casibus alle.s̃.mẽbro ꝓximo.ver.redeo ad ꝓpositũ.in prin.q̃nq; specialiter in ecclesiã,in casib⁹,quos dixi s̃.mẽbro ꝓxi.ver.alio modo interdictũ.& versi.sunt & alij.quos intelligas,vt ibi dixi.q̃nq; proferr̃ interdictũ gñale à iure interdũ in vniuersitatẽ, vel collegiũ,vnde si collegium, vel vn iuersitas ciuitatis,vel loci cogit ecclesias,vel ecclesiasticas personas soluere pedagia, vel guidagia,vel ab ipsis ecclesijs,vel personis ecclesiasticis exigit, vel extorquet pro proprijs rebus, quas nõ cã negociationis deferunt, hoc ipso sunt interdicta. de cẽsi.q̃ aquã.li.6. tñ iste casus nõ est receptus, nec seruatus, licet postea sancitũ fuerit pœnas prædictas,& aliàs p̃ nõ parẽtes debere per locorũ diœcesanos publicari.in cle. eo.ti.p̃nti.itẽ à † iure interdicta est vniuersitas, q̃ domos locauerit, vel conductas hr̃e permiserit alienigenis vsurarijs in terra sua ad exercendũ fœnus de vsur c.1.lib.6. itẽ interdicta est à iure vniuersitas,q̃ repræsalias p̃ personas ecclesiasticas cõcedit,vel cõcessas ad illas extendit, nisi id reuocauit infra mensem à tẽpore cõcessionis,vel extensionis. de iniur. & dam.da.& si pignorationes.li.6 interdũ à iure proferr̃ gñale interdictũ in locũ, puta si officialis ciuitatis in quadã Romani electio. celebrari, vel repræsentantes ipsam ciuitatẽ non seruauerit ea, ad q̃ tenenr̃ per decre.vbi periculũ.de elect.lib.6. vel fraudem in eis, vel cõtra ea cõmiserint,ciuitas ipsa est ipso iure interdicta,vt patet in ea.decre.§.si ciuitas.itẽ interdicta est ciuitas quæus,preter vrbem,quæ consentit dãdo consiliũ,vel fauorẽ occidẽtib⁹, vel percutiẽtibus,vel sequẽtibus hostiliter, vel capiẽtibus Cardinalem sanctæ Roma. Ecclesiæ,vel infra mensem, vel delinquẽtes, prout enormitas facinorũ exegerit,& ei facultas affuerit nõ punierit.de pen̄ felicis.in fi.lib.6.† itẽ à iure interdicit̃ ciuitas, quæ ep̃m propriũ iniuriosè, vel temerè percusserit, vel ceperit,vel bannierit,vel hoc fieri mandauerit, vel cõsiliũ ī his dederit, vel fauorem, vel facientem scienter defensauerit, vt in cle. de pœnis.si quis suadente. inter istos casus non pono casum decre. de immu.eccl.lib.6.quia est reuocata per clem.cod.titu.quoniam.

Dixi secundò, ꝙ interdũ interdictũ fertur ab homine,& tunc q̃nq; per delegatũ,& subdelegatũ.de offi.dele.sanè.2.& c.ex literis.qđ est planũ. si in literis delegati est cła consueta, p̃dictores p̃ censurã ecclesiasticã cõpescendo.de verb.sig.quærẽti.idẽ si simplr̃ datus est sine dicta cła,maximè vbi hoc est expressum à iure,hanc pœnã poterit imponere.de offi deleg de cautis.2.rñ.bene facit,de priuil. eporum.li.6.& de offi.dele.c.1.q̃nq; proferr̃ per ordinariũ ep̃m vel electũ,confirmatũ,vel superiorẽ, vel ẽt inferiorẽ ordinariã iurisdictionẽ habentẽ.de cõsue.cũ inter vos.de elec.transmissam. de priuil.cũ & plantare.§.excõicatos.& eo.tit.eporũ.lib.6.de offic.ordi.cũ ab ecclesiarũ.vbi not. qui,& q̃ñ inferiores † epis habeant ordinariã.sed nõ põt proferri per mulierẽ ẽt prælatã, puta per Abbatissam,vel Priorissam, vel hmõi,qa tale interdictũ ꝓmulgare,propriè pertinet ad clauiũ ptãtem. de exce.pla. tãta. quæ ptãs nõ cadit in mulierẽ.de pœ.& re.noua.quædã sic intelligę,qđ no.de ma.& obe.dilecta. debet tñ ꝑm hoc fieri ꝑ prælatũ de cõsensu,vel saltẽ cõsilio capituli.de his, quæ fi. à ma.par.cap. quæ sunt.de excess̃pla. c.1. qđ ibi intelligit Inno. de suspensione perpetua clericorũ,vel ꝑpetuo interdicto ecclesiarũ, vel ad lõgum tẽpus,vt in decre.quæ sunt. & maximè, vbi ꝓcedit ex officio fortè p̃ absentẽ,vel ẽt præsentẽ, qa tunc cũ maiori maturitate procedendũ est,sed vbi in iudicio q̃s est ꝓtumax, solus ep̃s, vel quilibet alius iudex põt facere p̃dicta alle. Inn de offi.deleg. ex literis.quæ tñ loquitur in delegato, vel subdelegato,qui vt talis non hẽt capitulũ.dicit aũt Inn.ꝙ ad tẽpus modicũ, quilibet prælatus suspendere põt.sed dicit Host.ꝙ decre.prima,de excess. præla.quæ vult in talibus habendũ consensum capituli, intelligitur q̃ agit̃ de correctione canonicorũ, vel clericorũ iurisdictioni capituli subiacentiũ,ꝑm formã decret.de offi.ord. irrefragabili.§.excessus.de fo.cõpe.cũ cõtingat,vel q̃ñ p̃latus, vel capitulum habent oĩa cõia,& cõiter instituũt,& destituũt.de rescri. edoceri.de offi.Arch ad hoc.§.vlt.de his quę fi.à pręla.ea noscit. illis,q̃ñ clericus criminaľr.15.q.6. ep̃s nullius. aliàs ꝑm eũ de iure,& generali cõsuetudine solius proprij pastoris tenẽda est, & timenda.11.q.3.c.1.16.q.2.visis.de offi ord.cũ ab ecclesiarũ. & c. ad reprimendã.de ma & obe.cũ in ecclesijs. de sent.excom.c.1. lib.6.† ego puto ep̃m, vel prælatũ habentẽ capitulũ non posse interdicere sine capitulo de iure cõi,ꝙvt in præ.c.1. de excess̃pla. & in c.ep̃s nullius.15.q.7. sed fateor cõsuetudinem esse in p̃riũ de solo ep̃o,quæ valet ẽt quantũ ad alium prælatũ inferiorem, vel solũ capitulũ,de consuet.non est. lib.6.& est dictũ Do.& p. m.etiam Inno.& alijs.de cõsue.cum inter nos.quæ decre.etiam hoc probat.& de elect. dudum. 2.de appel. dilectis.& ibi not. & per hoc respondetur ad decre quæ sunt de his, quæ fi.à ma.par. cap.cum simi.quæ loquuntur de iure communi. 55

Si quæratur, an vacãte sede, in hac potestate succedat capitulũ? dic ꝙ sic, cũ hoc sit iurisdictionis,in qua gñaliter succedat capitulũ vacante sede.de ma. & obe.his quæ.& c.cũ olim.de hęre.ad abolendã.in prin.& li.6. de suppl.negl.prælc.pe.& vlti.de tẽp.ord. cũ nullus. §.vlti.cũ si.

Sed

Source : BIU Cujas

Sed quid de ſimplici canonico. Sol. ſi præbenda ſua habet eccleſiam illi annexam, vt in decre. extirpandæ. §. ſi verò. de præbē. in qua de conſuetudine ſpiritualem iuriſdictionē exercet, illā poteſt interdicere. de præben. ſuper eo. lib. 6. idē ſi talis canonicus de conſuetudine haberet iuriſdictionē in territorio præbendæ ſuæ, & in perſonas habitantes in illo: tunc enim poterit interdicere perſonas, & terram, ſm Inn. in decre. quæſiuit. & eſt ratio,
56 † quia conſuetudo dat iuriſdictionē. C. de eman. l. j. & vlti. 9. q. 3. conqueſtus. de iudi. nouit. cū ſi. etiam priuatæ perſonæ. de fo. cōpe. cum contingat. dicit tñ Inn. ꝙ non poſſet cōſuetudine induci, ꝙ pro factis Comitibus eccleſiæ canonicus interdicat terrā, vel hoīes eccleſiæ, quia non ſunt eius ſubditi, licet ſint ſubditi eccleſiæ. 12. q. j. qui manumittitur. & ita pōt intelligi decre. quæ ſunt ſm eum Hoſt. videtur ibi tenere, ꝙ cōſuetudo non poteſt dare priuatæ perſonæ poteſtatem interdicendi propter periculum eminens, & quia hac pœna vnus punitur pro alio, hoc mihi placet ſuo noīe. ſed ſi hoc facit noīe præbendę, tene quod dixi poſt Inno. & quod dixi ordinariū, vel delegatū, vel ſubdelegatum poſſe interdicere, intelligas ſaluo, ꝙ pro pecuniario debito nullus iudex poteſt generale interdictū promulgare ſine licentia ſedis Apoſto. & ſi contra fiat, eſt irritum, vt in extrauag. Bonifa. proximè, attendentes. de quo ſupra dixi. Ad quartū mē-
57 brum. ſ. qualiter, † ex qua cauſa proferatur eccleſiaſticū interdictum? breuiter dic, cum ab homine propter contumaciā profertur, eſt neceſſaria monitio, & forma quæ traditur de ſent. excō. c. 1. lib. 6. & ſic intelligitur de app. reprehenſibilis. de cohab. cle. & mu. ſicut. & c. ſi aūt. & quod dixi ſupra in j. membro. ſi propter delictum fertur, non eſt monitio neceſſaria. 5. q. 4. in loco. ſic intellige nota. per Inn. & alios, de app. ad hæc qīn. & de exce. præl. c. 1. ſed à iure profertur propter exceſſum, ſiue delictum ſine monitione, ſiue ſit ſpeciale interdictū ſingularis perſonæ, vt in d. decre. reprehenſibilis. vel eccleſiæ, vt in caſib⁹, quos dixi ſupra membro 2. ver. alio modo. ſiue generale loci, vel vniuerſitatis, vt in caſibus, quos dixi ſupra proxi. membro. in princ.

Circa quintum membrū. ſ. contra quē eccleſiaſticum interdictum promulgatur non inſto. illud enim colligere potes ex dictis ſuis ſupra in membro 2. & etiam in ſequentibus ſubmittā. ex quibus patet, ꝙ indiſtinctè ligari poſſunt hac ſnīa clerici, & laici religioſi, vel ſeculares mares, ſiue fœminæ prelati quicūq;, vel priuati rectores, nobiles, vel plebei cuiuſcunq; ſint ætatis, ſuo tñ modo. ſ. ſm
58 ꝙ ſunt capaces pœnarū hi, qui hac ſnīa complectuntur. nā † & in pœnis generaliter ſunt circunſtantiæ attendendæ. 23. q. 8. occidit. de pœ. diſt. 5. c. 1. & diſt. j. aut facta quæ eſt lex. ff. de pœn. de tranſa. c. vlti. & patet in hac materia, de cle. excom. poſtulaſti. de ſen. excom ſi ſententia lib. 6. & c. vlti. hic tñ occurrit dubiū, an interdictum latum in locum per inferiorem ordinarium liget ipſum proferentem, vel ipſius ſuperiorē. hic poſſem me inuoluere per varia retia, propter ea quæ diſputant, an ſnīa quæuis liget proferentē, vel ipſius ſuperiorē, quod diſputauit plenè Do. & p. m. quam quæſtionem ponit in nouella, ſuper regula, cui licet. de reg. iur. lib. 6. & eam proſequitur de rap. c. 1. in 7. q. Quicquid tamē ibi dicam in terminis iſtis, credo ſuperiorē, vel proferentem violantes ſententiā interdicti fore irregulares, qa hac irregularitate ligantur à canone. de ſent. excom. is qui. lib. 6. cui ſubſunt. de conſti. c. 1. & vlt. in dictis autem remiſſionibus tracta tur de ſententia hominis. ad prædicta faciunt plenè no. per Innoc. & alios, de ſent. excom. nuper. & eo. tit. ſtatuimus. lib. 6. Qđ ſi proferens ſnīam non ſeruauit interdictum, fortè non malè diceretur, ꝙ proferente non ſeruante, alij tñ tenentur ſeruare, argu. decre. petiſtis. de priuil. ſed illa decre. loquit, cū is pro quo, ideſt ad cuius querelam, & in cuius fauorem latum eſt id nō ſeruat, quod non eſt ad caſum alium extendendum, cum videatur per modū priuilegij, licet corpore iuris clauſi emanaſſe, vt colli
59 gi poteſt ex ibi nota. per Inno. & Hoſt. † quod autem iure priuilegia caſus ſuos non excedant, patet de priuile ſanè. etiam ſi ſint corpore iuris clauſa, vt ibi no. Hoſt. Ex quibus ſequitur, ꝙ proferens poſtea celebrans eſt irregularis, & per conſequens alij non excuſantur. licèt enim mala ſuperiorum trahantur frequenter a ſubditis in exemplum. de vo. magnę. non tamen propter hoc ſubditi excuſantur a pęna iuris. 16. q. 1. in canonibus. de tempo. ordi. dilectus. de exceſ. præla. tanta. ſed quid ſi proferens non ſeruando interdictum loci per hoc intendit relaxare illud. puto ꝙ ſi proferens hoc dixit, tunc nec ſubditi, nec ipſe proferens ſint irregulares. ſublato enim principali, ceſſant omnia acceſſoria. C. de leg. non dubium. & vt li. non conteſt. accedens. in fi. de nou. ope. nunc. c. 2. de fi. inſtru. inter dilectos. ad fi. cum ſi. ſed relaxatio interdicti laici non habet certam formam, vt dicam j. in vlti. membro. ergo ſatis fuit ꝙ proferens dixit, ꝙ intendebat relaxare interdictum. facit quod not. D. & p. m. in cle. de deci. ca. j. in gl. ſic ſuſpenſi. ſubditi tamen hoc ignorantes, & credētes ſe violare interdictum propter contemptum, quem mente gerunt, grauiter peccarent. 22. q. 2. homines. & c. ſe. in fi. ſed vbi proferēs hoc non dixit, licèt gereret in mente interdictum relaxare, etiā
60 putarem ipſum, & alios non ſeruantes eſſe irregulares: quia † ſicut verbaliter lata fuit ſnīa īterdicti, ita & verbo debuit fieri relaxatio, de reg. iu. c. j. hoc verum præterq̄ in Papa, qui non ſubiacet legibus. ff. de legi. l. Princeps. vnde ſi in mente gerit quoduis interdictum relaxare, licèt verbo non exprimat, poſtea ibi celebrantes non eſſent irregulares, ſi tñ hoc hic ignorarent, & celebrent credētes durare interdictū peccarēt. & hoc caſu, vt ſ. dixi.

Ad ſextum membrum principale, ſ. qs ſit effectus interdicti. dic ꝙ quædā iura vñr dicere, ꝙ effectus eſt prohibitio celebrationis diuinorū officiorū, nec aliud exprimūt, de iureiur. ex reſcripto. aliqua innuunt ſub prohibitione diuinorū officiorum includi celebrationem ſacramentorū, quæ non ſunt præmiſſa. de ſpon. non eſt nobis. ita etiā poteſt intelligi decre. ex reſcripto. aliqua innuunt effectū eſſe ꝓhibitionis diuinorū officiorū, & eccleſiaſticæ ſepulturæ. de priuil. cū & plantare. §. qđ ſi. & c. priui legia. de ſent. excō. j. rñ. aliqua de diuinis officijs, & ſacramentis, & eccleſiaſtica ſepultura. de pœ. & re. ꝙ in te. quędā ſpecificè ſolum, de ſepult. de pœ. & re. qđ in te quędā ſpecificè ſolum de ſepultu. in cle. de ſepul. eos. ſed illud ideo, quia alia non reſpiciūt propriè illū titu. ſed decr. alma. §. 1. de ſen. exc. lib. 6. clarè in hoc artic. dicit, ꝙ in locis ſuppoſitis eccleſiaſtico īterdicto nulla, certis caſibus & ſacramentis exceptis, diuina celebrentur officia,
61 vel miniſtrentur eccl̄iaſtica ſacr̄a. Decr. aūt ſi ſnīa, dicit † ꝙ pſonę eccleſiaſtico interdicto ſuppoſitę nō debēt alicubi audire diuina, exceptis caſibus expreſſis in iure, vel eccleſiaſtica recipere ſacramenta. Ex quibus ſequit, ꝙ duplex eſt effectus eccl̄iaſtici īterdicti, vnus prohibitio diuinorū officiorū, exceptis quibuſdā caſibus: alius prohibitio miniſtrationis ſacr̄orum, exceptis quibuſdā ſacr̄is tpe interdicti pmiſſis, in quibus ꝓhibitionis, & maximè in prohibitione ſacr̄orum largè ſumpta includitur prohibitio eccleſiaſticę ſepulturę. ergo eſt videndū de effectu prohibitionis diuinorū officiorū. vbi ſciendū ꝙ pſonę interdictę ꝓhibetur celebratio diuinorū, & hoc ꝓpriè reſpicit clericos, & pſonas eccleſiaſticas, qbus id cōpetit. de cle. exc. clerici. & c. ſeq. & auditio de ſent. exc. ſi ſnīa. §. 1. & 2. lib. 6. ꝙ propriè reſpicit alias pſonas ītē in locis ſuppoſitis eccleſiaſtico interdicto non debēt
62 diuina officia † celebrari, vt in decr. ex reſcripto, & plurib⁹ aliis iuribus ſ. alleg. qđ intelligit cū hac moderatione: nā ī eccleſijs, & monaſterijs ſitis in loco interdicto ſingulis diebus debent ſe, & alia diuina officia celebrari ſicut prius, ſubmiſſā tñ voce, ianuis clauſis, non pulſatis campanis, excōicatis, & interdictis excluſis, & in iiij. feſtiuitatibus anni, videlicet Natiuitatis Dñi, Reſurrectionis, Pētecoſtes, & Aſſumptionis Virginis glorioſę, ianuis apertis, campanis pulſatis, alta voce excōicatis ꝓrſus excluſis, ſed interdictis admiſſis, ita tñ ꝙ illi, propter quorū exceſſum interdictum prolatū eſt, altari nullatenus appropinquēt, & reuocantur oīa ꝯria priuilegia antea cōceſſa, eccleſijs, monaſterijs, ordinibus, religionibus, ſeu pſonis eccl̄iaſticis, ſecularibus, vel regularibus, exēptis, vel nō exēptis ſub quauis forma, & expreſſione verborū cōceſſis, cū ſufficere debeat qbuſlibet, ꝙ tpe interdicti modo prędmiſſo diebus celebrent ſ. dictis. hęc hñr de ſen. excō. alma. §. adijcimus. vſq; ad fi. c. lib. 6. Scias ꝙ olim nō licebat prędicto modo celebrare diuina tpe interdicti, niſi ſemel in hebdomada, cauſa conficiendi corpus Chriſti, quod tunc de-
63 cedentibus datur. de ſen. excō. ꝓmittimus: verū qa † antiqua iura ſaluari debent, inquantū fieri poteſt. de elect. cum expediat. lib. 6. dicit D. & p. m. ꝙ ſi Papa iuſſiſſet exire clerum de loco interdicto, reſeruando tamen parochiales presbyteros pro ſacramentis, quę conferri poſſunt tempore interdicti, adhuc hodie ſeruari debet decre. permittimus.

Sed poteſt quæri, an prædictus effectus cū ſua moderatione locum habeat in interdicto populi, ſeu vniuerſitatis non expreſſo loco in ſententia interdicti? dic quòd non, ſed locum habet in interdicto loci generali, vt in decre. alma. poſt princ. ibi, in terris, ſeu locis &c. ad hoc trahi debet. §. adijcimus. nam ad principium legis, vbi aliud non apparet, debent trahi ſequentia. ff. de iur. & fact ignor. l. regula. C. de impo. lucr. inſcri l. vna. §. pen. lib. 10. ff. de leg. 2. filius. §. cum hęres. ad idem, de appel. vt debitus. c. 1. & cap. vt circa & cap. cupientes. lib. 6. & quę in prefationibus, &c. 32. quęſt. 7. Apoſtolus. ff. de verbor. oblig. Titia. §. 1. Vnde hęc quęſtio incidit in illam, an interdicto populo, ſeu vniuerſitate intelligatur interdictus locus, in quo eſt ille populus, ſeu vniuerſitas, de quo omnino videas, quod dixi ſupra ſecundo membro verſic. ſed quęro an interdicto. an etiam predicta moderatio habeat locum in eccleſia ſpecialiter interdicta? dic, vt dixi ibi. ver. per hoc ſoluitur quęſtio. Sed quęritur, an laici quicun-
64 que † ſint non interdicti, poſſint admitti ad diuina, cum celebrantur ſingulis diebus ſubmiſſa voce, &c. vt in §. adijcimus. dicunt omnes non, quia interdictum loci excludit omnes, ſiue ſint de loco interdicto, ſiue extranei, ſaluo quod infra dicā. de cler. & ne ī loco poſſint audire diuina, niſi ſint ſpecialiter priuilegiati, vt in decre. expreſſum. de priuil. licet. lib. 6. & ſic quod dicitur in §. adijcimus. excommunicatis, & interdictis expulſis, non infert non excommunicatos, nec interdictos poſſe admit-

Source : BIU Cujas

admitti: tamẽ generalis ſit prohibitio, quæ inducitur per interdictum includens quoſcunq;, nec prædicti non interdicti ſpecialiter permittuntur,ad hoc cle.de ver. ſig.exiui. §. porrò cum concor.& quod ſupra dixi,vt illa verba ponantur cauſatiuè,vel conditionaliter.& ideo per ea non eſt arguendum à contrario, & quia cõtrarium probatur per prædictum c.licet.& quod not. j.q.i quis à ſimoniacis.

Sed in dubium reuocatur, an idem ſit in clericis extraneis quibuſcunque,an ſcilicet in eccleſia ſita in loco interdicto poſſint admitti ad celebrãdum, vel concelebrandum. in hoc forti dubio videtur tenere Archid.ꝙ non.cuius gl.ſic habetur in §.adiicimus. ſuper verbo, celebrent.à propriis clericis,ſiue monachis eccleſię cuiuſcunq;. & hoc ſatis innuit litera ſequens.& ſupra eo.tit.is qui.§.j. & tũc non admittantur extranei,vt ſupra eo.lib.de priuileg. licet.j.re-
65 ſpon.in fi.& c.quoniam. † nam epiſcopis per priuilegium conceditur,ergo aliis intelligitur denegatũ.ad id ibi.d.& p.m. quod liceat.Pet.in decre.quod in te.de pę.& re.de cler.excom. minoris.illud quod clerici non poterant intereſſe diuinis in eccleſiis extraneis priuilegiatis de celebrando tempore interdicti, cum decre. quod in te. ſolum in ſepultura priuilegiet eos ſuper laicos.Sed ipſe dicit ꝙ durum eſt hoc dictum, ſecundum ꝙ beneficiatus vnius eccleſiæ in alia celebrare, vel concelebrare non poteſt,& qui nimis emungit,&c. de renun. niſi cum pridem. §. propter malitiam.in fi.in hoc dubio, ꝙ frequenter pulſauit aures meas, non puto interdictum hunc effectum complecti, vt clerici etiam alibi beneficiati non poſſint celebrare,vel concelebrare in aliorum eccleſiis,ſeruata forma.§.adiicimus.ſine violatione interdicti, quod mihi non eſt multum dubium in dictis 4. feſtiuitatibus, cum in illis clerici quantum ad celebrationem diuinorum, & alii quantum ad auditionem ipſorum diuinorum,excepto vno caſu,videlicet ꝙ hi propter quorum culpam latum eſt interdictum altari non appropinquent, ad primum ſtatum reducãtur, vt ibi in §. in feſtiuitatibus. vnde ſaluo dicto caſu in omnibus aliis cenſentur iure primęuo. de tranſla. c.2.ff.de fun.inſtr.& inſtr.lega.quæſitum.§.idem reſpondit.cum
66 concor. item ſi tunc interdicti † admittuntur ad participationem diuinorum, vt in d. §. fortius clerici extranei ad celebrandum,vel concelebrandum.quod autem excluduntur etiam excõmunicati, nõ eſt ex nõua diſpoſitione, cum per iura antiqua omni tempore ſint excluſi.ſed idẽ puto aliis diebus, vt propter admiſſionem clericorum extraneorum ad celebrandum, vel concelebrãdum,ſeruata limitatione.§.adiicimus.non violetur interdictum id,quod non clerici talis eccleſiæ, nec dicti extranei propter hoc cenſeantur irregulares,& vltra rationẽ,ꝙ hoc non expreſſum ſaltem clarè in iure,vt in decre.is qui. j. reſpon. in fi.& de reſtrictione faciẽda in pęnis,& maximè in iſta, in qua vt ſæpius dictum eſt,inculpabiles puniuntur,vt in reg. in pęnis, & odia.de reg.iu.lib. 6.facit,quia §.adiicimus.ſalua ſua moderatione,æquitate attenta,reducit celebrantes ad ſtatum primum, & ibi ſicut prius,non erat prohibita admiſſio ad celebrandum, vel concelebrandum, immo erat permiſſa etiam quantum ad clericos aliarum diœceſum etiam beneficiatos ſaltem cum literis ſuorum diœceſanorum.72.diſt.& 73.diſt.per to.98.diſt. per totum.de cler.pe. c.j. & c.tuæ. & quantum ad illos, de quorum
67 ordinibus non dubitatur,talis admiſſio † indiſtinctè toleratur, de conſue.generali. ergo eodem modo intelliguntur permiſſi, ad hoc.C.de ſenten.paſ.& reſ.l.j.& vlt.2.q.3.§.notandum.in fi.& ſalua moderatione præmiſſa, o. reuolauit ad a. 35.diſt.ab exordio.& talis ęquitas ſcripta rigori nedum duro,immo duriſſimo eſt præferenda.extra de iudi.placuit. de tranſa. c.vlti.& maximè in dubio,vt ff.de regu.iur.in omnibus quidem, & maximè cum in iure æquitas eſt ſpectanda.

Item ex prædictis optimè infertur, ꝙ ad violationem interdicti nil facit habere alibi beneficium,vel non habere.ſimpliciter enim,& abſolutè interdicitur clericis celebrare in iſto interdicto,ſiue habẽt alibi beneficium, ſiue non. ergo eodem modo permiſſio cum moderatione prædicta intelligitur ſimplex, & abſoluta quo ad omnes clericos,argu.in authen.de filiis ante inſtrum.dot.natis. circa fin.col.3.de elect.conſtitu. lib.6.nec bene poteſt reddi ratio diuerſitatis, quare beneficiatus in alia eccleſia non admittatur,ſed non beneficiatus ſic, quia quantum ad iſtam eccleſiã ſitam in loco interdicto, ita eſt extraneus non beneficiatus alicubi, cum non poſſit quomodolibet dici ſua, ſicut alibi beneficiatus. & hoc patet de ſenten. item quod dixi probatur iure. Et primo induco decre. auctoritate,& decret. epiſcoporum.de
68 priuileg.lib. 6. in quibus prohibetur † tempore interdicti celebratio diuinorum, exceptis caſibus expreſſis in iure, vel niſi quantum conceditur. ſed per §. adiicimus. conceditur ſeruata illius moderatione. Item ꝙ extranei admittantur ad celebrandum,vel concelebrandum à iure cõceditur, vt eſt declaratum, ergo &c.& ad idem induco decret. vltimam, de priuileg.lib.6. quam Archid.alleg.pro ſe.nam ibi dicitur, ꝙ quia epiſcopi abſentes à ſuis eccleſiis, & diœc. interdum non poſſunt commodè accedere ad eccleſias aliorum pro miſſis celebrandis, indulgetur eiſdem, vt cũ altari viatico vbicunq; poſſint celebrare, & facere celebrari abſq; interdicta trãſgreſſione.i.ſi locus eſt interdictus,ſeruata moderatione. §.adiicimus. ex quibus apparet, ꝙ non datur epiſcopis priuileg. de celebrando in eccleſiis aliorũ tempore interdicti,ſed de celebrando,vbicunq; etiam extra ecclęſiam ſuper altari viatico.vnde epiſcopus in eccleſia aliena ad celebrandum admitti poterat tempore interdicti cum moderatione prædicta illo priuileg.circunſcripto per prædicta diligẽter conſiderata.Reſpondetur clarè ad decre.is qui.§.j.quam Archid.alleg.pro ſe.& etiam dicit Archi.ꝙ aliud,quod ſequitur in §.adiicimus.ſatisfacit pro eius opin. per quod intendit allegare illud, quod ibi dicitur de quotidianis non tribuendis, is qui dicto tempore non venerit ad diuina,nihil videtur facere,quia ſi per hoc reſtringit moderationẽ prædictam ad clericos ipſarũ eccleſiarum, eodem modo debet reſtringere ad eccleſias, in quibus quotidie diſtributiones exhibentur, ꝙ nullus diceret,
69 nec vſus approbat.placet tamen,quod vtitur † aduerbio, ſatis, quod apud vulgares eſt diminutiuum in locutione communi ad decre.licet,de priuileg.quam Archid.alleg.& ſine dubio pro eo ſuperficialiter multum facere videtur.poteſt dici,ꝙ loquitur de priuileg.conceſ.poſt,& contra. §.adiicimus.vt ibi no.in 3.gl. in 2.ſolu.obiectionis,quam ibi facit d. gl.hoc ſolo poteſt impugnari, quia eadem verba in modo celebrandi, ſunt in vtroq; c. & non contraria.tamen defenditur,vt decre.faciat ad tit.de priuileg.ſub quo eſt ſituata,ne notetur legiſlator, vt in proç. ſexti. ibi,ſubditis titu. & tunc intelligendum eſt, ꝙ per priuileg. fuit conceſſum aliquibus,ꝙ celebrare poſſint cum moderatione p̃dicta,non obſtante ꝙ primo generaliter fuit vetitum celebrare in loco etiam cum dicta moderatione ad hoc facit,quia non eſſet priuileg.niſi aliquid concederet contra ius cõmune.3.diſt. priuile.de ver.ſig.Abbate.& tunc eſſet planum,& haberet locũ dicta ſolutio.vel dic ꝙ decre.licet,loquitur de priuilegio hominis,quod eſt odioſum.§.adiicimus.de permiſſione iuris,quę eſt fauorabilis.& hæc ſolutio, ſi bene conſideretur,in præcedẽtem incidit,niſi ponatur ꝙ decre.licet,loquatur de priuileg.conceſ. ante.§.adiicimus. tunc enim ſatis erat,ꝙ priuile. aliquid concedebat contra decre.quod in te.§.in conuentualibus.de pęni. & re.vel dic,ꝙ decre.licèt,loquitur de laicis,qui recipiuntur ad diuina,ſed non tempore interdicti, etiam ſi ſint extranei, & not. de interdicto,vt infra dicam,non obſtante priuilegio hominis, vt in c.licet.vel permiſſione iuris,vt in §.adiicimus.ſed quæſtio loquitur de clericis extraneis celebrantibus,vel concelebrantibus, qui non ſunt ſimpliciter prohibiti etiam tempore interdicti,vt ſupra probaui.cõtra hanc Sol. videtur facere, quod hĩ in d.decre.licet.§.j.& 2.ſimul iunctis. Reſpõdeo, ibi ſolummodò
70 reſpondetur quæſtioni, † an priuileg. conceſſum ſingulari perſonæ,vel conuentui,ſiue collegio extendatur ad ipſorum familiares.Item quomodocũq; intelligatur,quod ibi dicitur, per id tamen reprobatur opi. quæ diſtinguit inter clericos extraneos alibi beneficiatos, vel nõ.veruntamen ante factum nunquam fui auſus conſulere,ꝙ tales extranei admitterentur extra 4.dies prædictos.determinent Ro.Ponti.quod ſibi videbitur.Inſtit. de iu.natu.gen.& ciui.§.ſed quod Principi.

Tenendo opinionem, quã ſequor, ſuperfluò quæritꝰ de clericis rectorum eccleſiarum,de quibus de vi.& hon. cle. vt quiſque.an dicto tpe rectori celebranti licitè ſeruiãt.ſed qui ſequũtur opi.ingratam,dñt ꝙ ſeruire non poterunt tpe interdicti,niſi ſint in eadem eccleſia beneficiati,vel intitulati, vt colligit̃ de iu.pat.c.pe.de ſimo.per tuas.3.hoc tñ dictum eſt cõtra interpretationem decre.licet.§.j. ſed quid ſi talis clericus in eccleſia beneficiatus,vel intitulatus ſe abſentat,nunquid alius poterit recipi loco eius,ſm dictam opi.quæ nõ placet,nec poterit loco eius ſubſtitui alius alibi beneficiatus,ſed non beneficiatus ſic.Quid ſi non beneficiatus inueniri non põt, ſm prædictam opi.rector ſolus celebrat,facit quod no.de cõſec.diſt.j.hoc quoq;.hoc non
71 placet etiam,ſm prędictã opi. quia † ſolus presbyter non p̃t miſſarum ſolẽnia,vel alia diuina officia celebrare. de fil. presby.,ꝑ poſuit.in fi.de conſe.diſt.j.hoc quoq;.& quod ibi no.de incluſo procedit propter facti impoſſibilitatem, ad quã non obligat lex 4.diſt.erit autem. poterit autem rector loco abſentis alium ſaltem clericum recipere.ſed quid ſi habebat primò ſeruientẽ purum laicum, nunquid ſuperueniente interdicto poterit ipſum retinere ad ſibi ſeruiendum in diuinis,vel ſi talis ſeruiens ſe abſentaret loco eius alter ſubrogari,ſm prædictam opi.rector eccleſiæ neutrũ prædictorũ poterit facere,ſed inueniat ſi põt clericum alibi non beneficiatum,vel ſolus celebret. mihi videtur ꝙ laicum nõ interdictum, quem primo habebat, etiam ſi eſſet de loco interdicto,poterit retinere,& eo recedente alium ẽt laicũ non interdictum ceſſante fraude, & fictione qualibet. de verb.
72 ſig.c.vlt.lib.6. loco eius ſubrogare.tales enim † dicuntur familiares domeſtici,qui nihil gaudent priuileg.cõceſſo ab homine, vt in decre.licet.§.j. fortius iuris pmiſſione, de qua in §. adiicimus. hæc vera, niſi talis ſeruiens, vel ſubrogatus eſſet de illis,

Source : BIU Cujas

q. órum culpa, dolo vel fraude ſentẽtia lata fuit, vel qui ad perpetrãdum delictum, propter quod interdictum extitit promulgatum, præbuerunt conſilium, auxilium, vel fauorem, vt in decre. licet, in fin.

Sec quid ſi iſte laicus primò ſeruiens erat de populo interdicto, hic non auderem dicere, ꝙ rector poſſit eum tetinere ad ſibi ſeruiendum in diuinis, cum ſaluis dictis quatuor feſtiuitatibus, interdicti excludantur, etiam cum celebratur ſeruata moderatione. §. adiicimus. nec quia ſeruiens, vel familiaris, ex quo ponitur purus laicus de populo interdicto eximitur à dicta ſen-
73 tentia, & permiſſio. §. adiicimus. propriè reſpicit clericos, † quorum eſt celebrare, non laicos, vt etiam probat finis decre. alma. non obſt. decre. licet. §. j. quia intelligitur de familiaribus non interdictis, ne contradicat §. adiicimus. & decre. qdòd nonnullis. de priuileg. qui in quæſtione iſta vellet inſtare, poſſet colligere argu. pro, & contra. ex no. 32. diſtinct. eos. 89. diſtinct. iudicatum. 11. q j. c. 2.

Quid dices de principali rectore eccleſiæ in caſu, in quo poteſt eccleſiæ per vicarium deſeruire. ſecundum opin. ingratam, oportebit ꝙ hoc faciat per clericum non beneficiatum, quem ſi non inueniat, deſeruiat per ſeipſum, ſi poteſt: ſed ſi non poteſt, vel propter defectum ordinis, vel aliud impedimẽtum, carebit eccleſia omnino ſuffragio diuinorum, quod eſt deriſibile.

Quid ergo de monialibus. vel religioſis non habentibus proprium capellanum, ſecundum dictam reprobatam opinio. poterunt conducere non beneficiatum, non autem beneficiatũ. ſed ſi non poſſent non beneficiatũ inuenire, inciderent in deriſionem, de qua ſupra proximè. ſed ſecundum opin. ingratam, quid dices de clericis diuerſarum eccleſiarum, qui pro officio bapti. vel anniuerſario alicuius, vel ſimili cauſa ſolent in vna eccleſia conuenire, nunquid idem facient tempore interdicti ſeruata moderatione prædicta. credo ꝙ ſic, & etiam tenendo dictã opin. quia permiſſio. §. adiicimus. conuenire debet conſuetudini, & perſonis. 4. diſt. erit autem. 12. diſt. illa. 41. diſt. quiſquis. & facit quod infra dicam.

74 Dubitant quidam, an miſſæ non † conuentuales poſſint celebrari tempore interdicti in eccleſiis conuentualibus, ſeruata moderatione prædicta.

Quidam dicũt ꝙ Io. Mo. in §. adiicimus. dixit in quadam additione, ꝙ ille. §. loquitur de miſſa conuentuali, quia dicit de diſtributionibus, vnde tunc miſſæ peculiares celebrari non debent, quaſi permiſſæ non ſint. d. & præce. m. dicit ꝙ non putat, ꝙ ipſius fuerit hæc additio ſic duriſſima, nec ab eo iſtã alleg. bene, & patet, vniuerſalem eccleſiam contrarium obſeruare.

Sed quid ſi in eccleſia conuentuali deficiunt omnes de conuentu præter vnũ. Hoſt. in decre. ꝙ nonnullis. de priui. & d. p. m. in decre. licet. in gl. pe. dicũt, ꝙ ille poterit celebrare cum familiari. Arch. dicit in decre. licèt. ꝙ non audet hoc tenere, cum priuileg. ſit conuentus: ergo ſolus celebret, aut abſtineat, primum placet, ſecundum ea quæ ſatis ſupra dixi fateor tamen ꝙ in priuileg. conuentus de celebrando tempore interdicti non includuntur familiares conuentus, ſed in prædicto ille ſolus adhibere poterit familiarem vigore permiſſionis. § adiicimus. & propter defectum aliorum, quaſi neceſſitate cogẽte. ad no. in c. hoc quoque de conſe. diſt. j. ſupra reſpondi.

75 Sed cum tempore interdicti diuinorum † celebratio permittatur ianuis clauſis ſubmiſſa voce, non pulſatis campanis, & excommunicatis, & interdictis excluſis: quæro an propter quodlibet prædictorum quatuor per ſe nõ ſeruatum violetur interdictũ. d. & p. m. poſt Hoſtien. in decret. permittimus. de ſenten. excom. dicit ꝙ ſic, alleg. de pẽ. & re. quod in te. ideo repetit in §. adiicimus. diſcentiendo hos articulos plenè, qui ſunt de principalibus in hac materia. primò excludo caſum non dubium eorum. ſ. qui dixerũt, ꝙ celebrans in loco interdicto non eſt irregularis, niſi propter hoc fuerit excommunicatus, vel ſuſpenſus, & ſic intelligant de 79
poſtu. c. j. & de exceſ. præla. c. fi. ſed hoc non eſt verum. nam certum eſt ꝙ ſcienter celebrans in loco interdicto, niſi ſit priuilegiatus, vel niſi in caſu à iure permiſſo, irregularis eſt, nec per alium, quàm per Papam poteſt à tali irregularitate liberari, vt eſt expreſſum de ſent. excom. is qui. j. reſpon. li. 6. & per hoc eſt ineligibilis actiuè, & paſſiuè, vt ibi, in fi. idem in ſuſpenſo, ſiue interdicto à diuinis celebrante. de ſenten. excom. cum medicinalis. & de re iudi. cum æterni. lib. 6. vnde talis non poteſt miniſtrare in ſuſceptis ordinibus, nec ad ſuperiores aſcendere. de cler. excommu. clerici. de exceſſ. præla. cap. vlti. ex quo poteſt inferri, quòd id dictum de celebrante, habet locum in eo qui agit in officio. ideſt ordine, quem habet, ſicut prius, vt 11. q. 3. ſi quis epiſcopus. & cap. ſequen. de ſenten. excommu. c. j. & c. is cui. j. reſpõ. lib. 6. per prædicta etiam ſoluitur, quòd quærebatur, ſcilicet ꝙ
76 celebrans † in loco interdicto diuina agens in ordine, quem habet, ſicut prius alta voce, etiam ianuis clauſis, non pulſatis cãpanis, excommunicatis, & interdictis excluſis eſt irregularis, ita quod per id quod agit in officio ſuo alta voce, incurrit hanc pœnam. idem ſi pulſatis campanis celebrat, licet ſubmiſſa voce, & in nullo alio violando interdictum. idem ſi celebrat ianuis apertis, vel admittat excommunicatos, vel interdictos, licèt in alio non violet interdictum. quodlibet enim prædictorum per ſe prohibetur in §. adiicimus. ſicut fiebat olim in caſu decre. permittimus. & facit decre. quod in te. item probat ratio, quando lex diſponitur propter certum & determinatum finẽ, & illum tãquam finalem caſum conſiderat, habito illo fine cõpleta eſt lex, ad hoc. 5 q. 5. non omnis. 14. q. 3. ecce. de elec. ſi poſt quam. j. reſpon. lib. 6. ff. ad Trebell. mulier. in princip. de vi & vi arma. l. j. §. pe. & vi bo. rap. l. j. §. homines. & no. de poſtu. gratum.
77 ſed in loco interdicto prohibetur celebratio diuinorum † ad hunc finem, ne ibi audiri poſſint diuina, maximè per interdictos, vel excommunicatos, vt patet in §. adiicimus. & facit de priuileg. vi priuilegia. 2. reſpon. quodlibet autem prædictorum per ſe dat cauſam auditioni, ex quo celebratur in loco, ergo &c. ad quod etiam facit regula, certum eſt, quòd is committit in l. & c. de regu. iur. lib. 6.

Poteſt etiam adduci ad idem cle. de ſentẽ. excommu. ex frequentibus. vbi patet quòd per eos violetur interdictum, qui celebrant in eccleſia ianuis perforatis, vel feneſtris fractis in eis, ita quòd exiſtentes extra eccleſiam poſſint audire celebrantes in eccleſia, & corpus Chriſti videre, multo fortius violare videntur. qui in aliquem prædictorum caſuum incidunt. & licet hæc videantur dura, tamen ſufficit ita ſcriptum eſſe. 19. diſtin. in memoriam. 6. q 3. ſcriptum eſt ff. qui & à quib. proſpexit. cum ſimi. per quod reſpondetur ad decre. is qui. j. reſpon. lib. 6. qui non debet intelligi de admittente excommunicatum ſcienter tempore interdicti, ſed alio, vt not. in §. adiicimus. decre. autem epiſcoporum. de priuileg. lib. 6. quæ in dictis caſibus vltimis imponit pœnam interdicti ab ingreſſu eccleſiæ, dicit præter alias pœnas à iure ſtatutas, & ſic non facit contra. ſi tamen Rom. Ponti. decerneret, quòd in primo caſu irregularitas contraheretur, in aliis tribus non, ſed pœna alia infligeretur, vel
78 mãdaretur infligi, eſſet æquum. ſed quid ſi clericus † in loco interdicto facit tantum alterum prædictorum aliis celebrãtibus, puta ſonat campanas, vel aperit ianuas eccleſiæ, vel adducit excommunicatum, vel interdictum ad officium. Sol. puto ipſum irregularem, quia participat crimini, & crimino ſo. de ſenten. excommu. nuper. & c. ſi concubinæ. ſecus ſi faciat alterum prædictorum. vt celebrentur diuina, quæ tamen non celebrantur de facto, cum irregularitas requirat actum perfectum. 15. q. prima, cap. fin.

Sed quæritur de clerico, qui ſcit interdictum loci ꝙ tamen non eſt publicum per denunciationem, ſi illud nõ ſeruat, ſit irregularis. no. Archi. in decre. is qui, ꝙ ſic, qui ſcit & c. de reg. iur. eum qui certus. eum concor. lib 6. & ſcienti nõ ſubuenitur, ſed ignoranti. ff. quod cum falſo tu l. 2. de cleri. excommu. apoſtolicæ. ad idem, de ſen. excom. cum non ab homine. & c. eum deſideres. j. reſponſo. in fi. & quia celebrare depedet à facto agẽtis, eſt ergo in culpa, cum agat rem illicitam ex prohibitione ſuperioris, & loci inhabilitate. de conſe. diſt. j. ſicut nõ alii. hoc. verum niſi iſtud eſſet occultum. 6. q. 2. ſi tantum. de priui. epiſcoporum. ibi, an excõicatos publicè & ſic non obſt. 11. q 3. §. euidenter. vt ibi patet. non obſt. cle. de ſen. excom. & licet in ſeruando interdicto, ꝙ ſeruat matrix eccleſia loci, religioſi ſe debent cõformare, & non ſequitur, quia cum matrix non ſeruat, quia nõ eſt ei denunciatum, alii qui ſciunt non debeant hoc facere, vt ibi no. quia ſm hoc idem infertur etiam ſi eſſet publicatum, & matrix eccleſia non ſeruaret, ꝙ eſt abſurdum. dicit tamen d. & p. m. quod expediret per conſtitutionem prouideri, clericos nõ teneri ad obſeruantiam interdictorum prolatorum à iure, niſi primo fieret ipſorum declaratio, per id quod habetur de cenſi. quanquam. lib. 6. & in cle. eo. tit. præſenti. & ſupra tetigi.

79 † Sed generaliter quæro, nunquid omnis celebrans in loco interdicto, vel qui eſt interdictus à diuinis, vbicunq; celebrans ſit irregularis. Sol. ſi eſt clericus interdictus vbicunque celebrèt, vel non interdictus qui celebrat in loco interdicto agens in officio, ſicut prius eſt irregularis. primũ patet 11. q 3. ſi quis epiſcopus in concilio. de cle. excom. cleri. & c. ſeq. de re iudi. cum æterni. de ſen. excom. cum medicinalis. lib. 6. ſecundum patet, de exceſ. præla. c. vlt. de ſent. excom. is cui. primo reſponſo. lib. 6. dicit autem agere in officio ſicut prius, dicendo ſolenniter horas diuinas, vel nocturnas, vel miſſam, vel aliud officium ꝙ competit ratione alicuius ordinis, quem habet. ita debent intelligi prædicta iura. & facit 11. q. 3. epiſcopus presbyter. ita not. Innoc. & alii poſt eum. de exceſ. præla. c. fi.

Sed quid ſi talis ſit religioſus ad nullum ordinem ordinatus. dic ꝙ ex quo ordinem clericatus non habet, non includitur in regula prædicta, detrudetur ergo, ſi fieri poterit in arctiori monaſterio ad pœnitentiã peragendam. de cleri. excom. poſtulaſtis. §. vlt. hoc placet. qa hoc nõ eſt expreſſum in iure, vt in decr. is q. j. reſponſo. & c. fi. quis epiſcopus. loquitur ſolum de clericis.

Sed

Sed quid de moniali. dic idem & fortius, quia fœmina non est capax ordinis, siue caracteris clericalis. vnde in ea non cadit irregularitas etiam promotionem ordinis impediens. ad hoc, 33. q. 5. hæc imago.& c.mulierem .de pœniten. & remiſ. noua probatur hæc ratio de biga. debitum. & plenè ſcripſi de cle.excommu.cap. vlt.in princip. vbi ad ea, quæ videntur contraria,reſpondetur.

80 Sed poſſet dubitari,an † talis religioſus,& nullum habens ordinem clericalem. vel monialis violans interdictum ſit irregularis actiuè & paſſiuè.credo ꝙ ſic, cum & ſi non habent ordinē clericalem, ratione tamen ipſorum ſtatus habent effectum cōcelebrandi diuina,ſecundum cōditionem ipſorum. 12. q.j. duo. & in dicta decre. poſtulaſtis. ꝙ faciendo in loco interdicto, dicto reſpectu illud violare dicitur, vt ibi. ex quo ſequitur ꝙ ex tali violatione illam pœnam incurrant, cuius ſunt capaces. ad hoc,de biga.debitum.de reg.ea quę.in fi.de elect.ſi compromiſ ſarius.§.reſtringitur.& ibi no.in vlt.gl.& c.de indemnitatibus.§. ſed cum eas.lib.6.

Sed quid ſi eſt purus laicus vir & mulier de populo interdicto, vel nō interdictus in loco interdicto coadiuuat presbyterū celebrātem miſſam, vel audiendo,vel alio modo immiſcet ſe diuinis.Sol fortius dē illis eſt dicendum,ꝙ non includuntur in dicta regula quàm de religioſis,de quibus dixi,quia nec ordinem habent, nec officium,

81 propter quæ poſſunt eici agere, vt prius. pęna ergo † irregularitatis ipſos non complectitur, nec eſt expreſſum in iure ꝙ eſt ſatis,vt in decre.is qui.j.reſponſo.Non obſt. ea. decre.2.reſponſo. quia ibi loquitur de celebrante, ꝙ debet intelligi de eo cui cōpetit celebrare diuina.arg. ff.de iure patro.adigere. §. quamuis. 4.diſt.erit. de biga.debitum.de priuil.ex ore.& eod.titu. ſi Papa. lib.6.& facit ꝙ infra dicam.verſi.dubitant Doct. Sed opponitur ꝙ primi laici,& religioſi non ordinati poſſint ordinari. illi verò dicuntur irregulares,qui ordinari non poſſunt,vt patet in bigamis, illegitimis, & homicidis, & huiuſmodi,iura ſunt nota.

82 Reſpondeo ꝙ hoc innuitur de ſola irregularitate, quæ procedit ex celebratione diuinorum,de qua loquitur prędicta decre. is qui.dicens ꝙ vbi in iure non eſt expreſſa, non eſt dicendum, ꝙ quis illam incurrat.per hoc etiam reſpondetur ad id,quod dixi de non ordinato miniſtrante in ſolenni apparatu in prædicta diſtinctione, quæ congruè huic poteſt annecti. fateor tamē ꝙ iſte purus laicus † peccat, propter quod pœna arbitraria per virum eccleſiaſticum puniri poterit .de offic.deleg. de cauſis. 2. reſpon.bene facit cle.de ſenten.excommu.c.2.& ꝙ not.Innoc. de exceſ.præla.c.vlti.& cle.de exceſ.præla.grauis.An autem tale peccatum,vel ſimile, ſine diſpenſatione impendiat ordi. dic vt de temp.ord.c.vlti. Per prædicta ſoluitur quæſtio de laicis ſocietates & confraternitates habentibus,& publicè cantantibus letanias,ſiue rogationes,& laudes Dei, & beatæ Mariæ, etiam in eccleſiis ſitis in loco interdicto, ſicut fit Bonon. videlicet, quòd non ſunt irregulares, cum ordinem, vel officium non habeant. nec credo eos ex hoc peccare, quia non ſunt talia prohibita per interdictum.hoc verum, quòd non peccant, niſi eſſent de incluſis in extrauagan. Domini Ioan. Papæ. XXII. quæ incip. Sancta Romana, quòd diſpenſare non ſpectat ad hunc tractatum.

Sed quid de aduocatis iudicibus etiam & in aliis clericis,puta officia gerentibus, & ab ipſis officiis interdictis, qui ea nihilominus exercentur.Dic quod ex hoc non ſunt irregulares,quia illa non ſunt annexa alicui ordini clericali, vt in iuribus primò

83 allegatis.Sed cum ſupra dixerim,† ꝙ clericus à diuinis interdictus celebrans, vel clericus etiam non interdictus celebrans in illo interdicto,in officio. i.in ordine ſuo,ſicut prius eſt irregularis,qa regula traditur per Innocen.& alios in decre.vlti.de exceſ. præla.& eſt intelligenda,ſalua moderatione.§.adiicimus.Quero de Pſalmiſta ſic interdicto celebrante in loco interdicto non ſeruata moderatione prædicta, & ſecundum Theologos, qui tenent ꝙ Pſalmiſtatus non eſt ordo.planum eſt ꝙ nō includitur in dicta regula,ſecundum nos Canoniſtas,qui tenemus contrarium.de quo not.de æta. & qualita. cum contingat. tenendum eſt talem irregularem, cum tali ordini competat cantare. ſ. in choro.21.diſtin.cleros.in princip.23.diſtin.Pſalmiſta.ad hoc,de homi.ſicut dignum.in fi.dicunt tamen quidam,& placet Inno. in decre.tanta.de exceſ.præl.c.ſicut loqui.de homicida propter errorem criminis.vnde videtur dicere Innoc. ꝙ ſi conſuetudo eſt in eccleſia, ꝙ ſine diſtinctione ordinis quiſque legat epiſtolam, vel portet cereos, vel faciat quicquam aliud pertinens ad aliquod officium,non erit irregularis is,qui illud officium facit, licèt illa diſtinctio non tollit,quoniam de iure talia competant ratione alicuius ordinis.vnde d.p.m.& alii in decre. cum medicinalis,dicunt talem irregularem, quia in quocunq; officio cātando,& in quibuſcunq; horis tales officient, ſunt irregulares, ex quo infertur talem Pſalmiſtam ſolenniter pſalmiſtando eſſe irregularem. Per quæ ſuperfluum eſſet qnærere de conſtitutis in minoribus tantum,de quibus dicit Innocen.& concor. om-

84 nes † ꝙ ſi,procedunt in officio ſuo,ſicut prius offerendo in miſſa calicem,vel vrceolum,vel aliud quod ad officium ſuum ſpectat,ſiue dicendo matutinū,vel veſperas,ſunt irregulares. Et licet Hoſtien.ar.pro & contra,hoc plenè diſputet de excom.c.2. tamen finaliter dicit,ꝙ quicquid ſubtilizetur,tenendum eſt tales irregulares, quia clerici ſunt & iura generaliter loquuntur de clericis.ergo generaliter debent intelligi.30.diſtin. acolitus. & c.ſequen.includuntur ergo in prædicta regula,vt de re iudic. cum æterni.& de ſenten.excommu.cum medicinalis.lib.6.Sed quid ſi talis eſt ſacerdos, & celebrat in aliquo inferiori ordine? dic quòd eſt irregularis. non enim per promotionem ad ſuperiores ordines perdit inferiorem. 74. diſtinct. geſta. & cap. honoratus. ergo ſi talis ſacerdos celebrat in ordine, licèt inferiore quem habet, & per conſequens includitur in regula ſupra dicta.

Quid ſi talis ſacerdos eſſet interdictus ſolum à ſa-
85 cerdotalibus, vel † à celebratione miſſarum & celebrat in inferiori ordine?dic ꝙ non eſt irregularis, ad hoc.50. diſtinc.qui ſub gradu. de corpo.vitia.ſignificauit. de cler. ægro. presbyterum. ad quod bene facit, quòd dixi ſupra 2. membro.verſi.quandoque profertur.& in verſi.ſeq.dixe.de epiſcopo cui interdicta ſunt pontificalia, & in inferiori ordine celebrat cum pontificalibus, vel ſine, quid ſi tunc ordinat clericos,vel confert chriſmatis ſacramentum ſine miſſa, quæ quæſtiones adaptantur etiam huic membro. Sed quid de epiſcopo non interdicto exercente pontificalia,vel cōferrente ſacramēta ſine miſſa in loco interdicto? Credo ipſum irregularem per regulam ſupra dictam,& ea quæ ibi dixi plenè.verſi. ſed ſi is cui. & in verſic.per prædicta.Item per ea, quæ ibi dixi, & per prædictam regulam puto irregularem ſacerdotem etiam non interdictum, vel ſuſpenſum conficientem in loco interdicto publicè corpus Chriſti, etiam ſine miſſa.

Sed quid ſi clericus interdictus, vel non interdictus in loco
86 interdicto intereſt diuinis officiis,† ſed non eſt principalis celebrans?Dicit Innocen.ꝙ non eſt irregularis is, qui officio intereſt,& cantat,non tamen celebrat.nec enim eſt hoc iure expreſſum,ſecundum eum.legere enim Pſalmum,vel dicere Euangelium.& ſic etiam nouum, & vetus teſtamentum in terra interdicta,nō eſt prohibitum,cum etiam ibi prædicari poſſit. de ſen. excom.primo reſponſo.

Sed,vt dicit Hoſtien. contradicere videtur, vt de clerico excom.illud.vbi dicitur,ꝙ irregularis eſt,qui ſe ingerit celebrationi diuinorum. quibus verbis vtitur decre. cum æterni. verſic. ſciturus.& decre.is cui.dicit.j.reſponſo.& decre.cum medicinalis.dicit diuina officia exequi.ſaluando dictum Inno.poſſes dicere ꝙ ex quo principaliter non exercet officium alicuius ordinis,ſicut prius,non eſt irregularis.Verum eſt tamen, ꝙ inquantum Inno.dicit cantat,contradicit id, quod dictum eſt de Pſalmiſta.Goffre.in decre.illud. dicit etiam de excommunicato, ꝙ poteſt dicere officium cum aliis cantando, ꝙ probat canon, ſi quis epiſcopus, ſm eum. Pet.etiam de audiēte dicit in c.illud.ꝙ incurrit pęnam c.ſi quis eps damnatur.quia litera in c.illud.diſiunctiuè dicit,cum quis diuina celebrat, vel celebrationi ingerit ſe diuinorum.Ber.in decre.latores.eo. tit.dicit talem irregularem, ſed cum eo per epm, vel ſi eſt monachus per Abbatem poſſit diſpēſari. Abbas dicit,ꝙ magiſter ſuus dicebat,& videtur

87 ſibi placere,intereſſentes diuinis irregulares non eſſe,quia † interdictum nil agit ad celebrationem, ſicut nec communio ad excommunicationem.de ſentē.excommu. nuper.& dicit ꝙ in decre. illud, eſt verborum inculcatio. mihi placet ꝙ dicit Hoſtien.& Specu.ſ.quòd ſi talis ſe ingerit audiendo, & ex quadam ſimplici deuotione non contemnendo, non eſt irregularis. & ſic procedat dictum Innoc.ſed ſi hoc faciat contemnendo,& faciendo celebrare diuina ſiue auctoritatem præbendo, ſubaudi, vel cooperando,tunc irregularitatem incurrit.arg.decre.tanta. & de cle.excom.c.2.Sed quid dices de dicentibus etiam in loco interdicto horas canonicas in itinere. conſulo, ꝙ hoc non faciant per §.adiicimus. in princip. ſi enim ſunt duo vel plures ſic horas dicentes, non video quòd hoc poſſint facere ſine violatione interdicti, ex quo ab aliis audiri poſſunt extra eccleſiam. de pęni.& remiſ.quod in te.ſed ſi eſſet vnus ſolus,poſſet ſubmiſsè dicere,quia id ceſſaret.

Quid de officijs vel miniſteriis, puta Archidia-
88 conus,vel ſacriſta, vel magiſter ſcholarum interdictus vel non interdictus in loco interdicto exercet officium ſuum.dicit Innoc.ſub dubio forte,quòd idem eſt dicendum quòd de ordinibus.Sed dicit Hoſtien.& mihi placet,quòd talis non eſt irregularis,quia hoc competit ratione alicuius officii ordinis,vt in d.regu.alleg.de hære. ſi aduerſus. ſi tamen interfuit.ho.d.& p.m.ꝙ talis ſecundum Inno.grauiter peccat,& puniendus eſt,ſicut laicus excommunicationem cōtemnens.de cle.excom.c.2.in fi.Ego non ſic habeo,ſed in meo Inn. ſic iacet litera.ex hoc apparet,ꝙ laici ꝓp hoc irregularitatem & ſuſpenſionem non incurrunt, cum nec ordinem vel officiū habeant,bene tñ puniunt laici ſi violāt interdictū. de cle. excom.

Source : BIU Cujas

c.2.in fin. Ex quibus verbis videtur mihi, quòd non refert se Innoc. ad id, quod dixerat de officiis, sed ad quæ præmiserat. nec
93 video in quo peccet talis clericus, magister scholarum, & huiusmodi exercendo officium suum aliàs bene, licet sit interdictus à diuinis, vel id officium magisterii, vel huiusmodi exercet in loco interdicto. de eo autem ꝙ dixit de laico violante interdictū supra plenè dixi. Quid si talis clericus interdictus, † vel non
89 interdictus in loco interdicto communicet aliquem vel absoluit excōicatum. Sol. secundum Innoc. non est irregularis, quia talia non sunt ordinis, sed iurisdictionis. 2. q. j. nemo. Host. alleg. de elec. transmissam. de maio. & obed. cum inferior. & de excōmunicatione non est dubium, quare idem est dicendum. de pœnit. dist. j. verbum: ad idem, de maio. & obed. c. j. lib. 6. dicit tamē Inno. ꝙ absolutionis solennia exhibere, sicut dicere orationes, vel scholam, & Psalmum pœnitentialem, & ordinis, & offi. est, arg. 11. q. 2. cum aliquis. & c. debent. de sent. excom. à nobis. 2. in fin. Sed quid si mulier post partum vult intrare ecclesiam sitam in loco interdicto purificandi causa, nunquid impunè admitti potest. puto ꝙ sacerdos ipsam cum orationibus & Psalmis, & solenni introductione admittere non potest sine pœna irregularitatis ipsius sacerdotis, cum illud sit diuinum officium ordini cōpetens clericali. & facit ꝙ proximè dixi. sed sine officio facta sola cōfessione, vt moris est, poterit intrare gr̃as agēs. 5. dist. si mulier. de pur. post partū. c. vno. & hoc siue sit de loco interdicto, siue ēt de vniuersitate interdicta, quod est verū, nisi eius culpa latū esset interdictū, per id quod hr̃ de sen. excom. alma. §. illis etiam. lib. 6. multo minus debet introducere si esset nominatim, & specialiter propter culpam ipsius interdicta. Item per id, quod dixi facta confessione soluitur quæstio, an laicis dicentibus letanias vel laudes, de quibus dixi supra hoc membro, ver.
90 per prædicta soluitur quæstio de laicis &c. possit † sacerdos iuxta morem facere generalem confessionem tempore interdicti. & est dicendum, ꝙ sic.

Item probatur per ea, quæ infra dicā de pœnitentię sacramento. soluitur etiam per prædicta quæstio an laici de populo interdicto, vel de loco interdicto possint in die Parasceue accedere ad crucem & orare. & dic ꝙ sic, cum nullum diuinum officium celebretur, nec id contineatur in prohibitione interdicti. veruntamen officium quod ea die fit propter crucem fieri nō potest, nisi sicut alia, idest cum moderamine. §. adiicimus. cum id facere competat ratione ordinis, si non fallor: vnde clericus contra faciens esset irregularis per regulam prædictam. Item quæritur in interdicto benedicente aquam, vel non interdicto id faciente in loco interdicto. dic secundum Innoc. talem irregularem, quia fit cum solennitate, quę competit ordini clericali. de consecr. dist. 3 aquam. hoc est simpliciter verum de clerico interdicto: sed quantum ad non interdictum hoc facientem in loco interdicto, hoc intelligo si hoc faceret non seruata moderatione prędicta, sed cum illa moderatione sicut alia officia possunt
91 celebrari, ita & aqua benedici. Sed an tunc cum † aqua sic benedicta poterunt aspergi laici & fęminę. respondeo non, cum prohibitio benedictionis sit inducta hoc casu ad hunc finem, ne tales aspergantur. ad hoc, de consti. nam concupis. de regu. iur. cum quid prohibetur. li. 6. quę dixi in duobus proximis casibus, intellige præterquam in quatuor festiuitatibus, de quibus in decret. alma. §. in festiuitatibus. in quibus planum est, ꝙ potest publicè & solenniter aqua benedici, & cum illa populus eisdem diebus aspergi. Sed an clericus hoc faciens sit irregularis, puto ꝙ non, quia non violat interdictum in celebratione diuinorū, nec collatione sacramentorum, cum talis aqua non sit propriè sacramentum, nec hoc est iure cautum, vt in decre. is qui propter peccatum. tamen esset talibus pœnitentia arbitraria imponenda. 13. q. 2. §. econtra Adam. de offic. deleg. de causis. secundo responso.

Quid de facientibus officium pro baptismo in sabbato sancto, vel pro cōfectione chrismatis in die cœnæ Domini, vel pro anniuersario defuncti. Dic ꝙ prædicta fieri non possunt aliquo modo à clericis interdictis sine pœna irregularitatis, nec etiam à non interdictis in loco interdicto, nisi seruata moderatione
92 prædicta, quia † prædicta sunt officia alicui ordini deputata. vnde de eis habet locum regula de officio, ꝙ fit pro confectione chrismatis. hoc tenuit Hostien. se corrigens in prædicta decret. permittimus. de senten. excommu. & idem Ioan. Mona. Archi. & d. p. m. eod. titu. quoniam. lib. 6. Idem per omnia dicas de benedictione calicis, vel paramentorum, vel corporalium, vel cādelarum in festo purificationis, vel oliuarum in festo palmarū, cum talis benedictio ab episcopo, vel à sacerdote fieri debeat. de consec. dist. j. vestimenta. & c. consulto. de sacra vnc. c. vno. ad fi. de consec. eccle. vel alta. aqua. & sic est alicui ordini deputata. Idem est dicendum de cōsecratione ecclesiarum, vel altarium manentium, vel mansurorum, eadem ratione.

Dubitatur etiam, an episcopi vel supiores possint in loco interdicto populo benedicere? quidam notauerūt in cle. de priui. Archiepiscopo. tutum abstinere, maximè si locus est interdictus propter delictum populi: quia cū tunc personæ sint † interdictę, non sunt
93 ea pacesillius gratiæ. si tamen contra fiat, non est faciens irregularis. allegant de sen. excom. is qui. & c. seq. lib. 6. hoc puto verū de simplici benedictione, quam solent facere itinerādo: sed benedictionem solennem, de qua etiam intelligitur prædicta cle. Archiepiscopo. & ibi no. d. & p. m. in 5. glo. non puto posse fieri per episcopum, vel superiorem publicè in loco interdicto. s. cū dicitur officium, sit nomen Domini benedictum, vel humiliate capita vestra ad benedictionem, quia illa facere competit episcopo ratione ordinis. 23. q 6. ministrare. & facit ꝙ dixi de benedicente aquam. & infra ver. proxi. & ꝙ no. 95. dist. rectè. & de cō secr. dist. j. cum ad celebrandum. Sed nunquid tempore interdicti potest fieri officium commendationis animarum decedentium, iuxta morem? Credo, saluo ꝙ dicam infra de extrema vnctione, & per consequens de eius officio, ꝙ sic: quia istud officium videtur quasi annexum ad absolutionem, quæ fit in pœnitentia. vnde sicut conceditur tunc pœnitētia, vt infra dicam: sic & tale officium poterit fieri. de iudi. quanto. de dona. inter vir. & vxo. dependentia. ff. de reli. sumpt. quæ religioso. sed quid de benedicente mensam, vel legentem in mensa residentibus? Dicit Inno. in decre. tanta. ꝙ quidam dicūt, & videtur placere Hostien. & d. p. m. & Ber. & Io. Mo. in c. cum medicinalis. ꝙ licitè fieri potest, cum talis benedictio vel lectio non sit alicui ordini deputata. alleg. 44. dist. c. vlti.

94 † Sed cum interdictis in loco interdicto possit prædicari verbum Dei, vt in decre. 2. respōso. Quæro an possint pro prædicta causa pulsare campanas. So. sic, cum illud sit signum & præambulum actus præmissi, vt habet generalis cōsuetudo. ad hoc, de offic. deleg. præterea. & c. prudentiam. ad fi. & c. suspitionis. ff. de procu. ad legatis. & l. ad rem mobilem. intelligatur ergo permissio, siue concessio secundum modum consuetum. & facit ꝙ dicam infra eo. membro. ver. sed cum petatur.

Sed nunquid pro missa, vel horis canonicis dicendis possunt tempore interdicti pulsari campanæ, quæ non sunt in ecclesia, sed extra, & fortè procul ab ea? dic ꝙ non, alias fieret fraus legi, iuxta no. 14. q. 3. plerique. de priuil. quanto. ff. de legi. l. contra. & quia ponderari debet principaliter id, propter ꝙ aliquid fit. j. q. j. benedictio. & c. cum liqueat. ff. de la. si quis quos. facit. ff. de except. cum inter. & c. vlt. Sed an poterunt tempore interdicti
95 † pulsari campanæ pro horis notificandis, puta tertia, nona, & huiusmodi. non credo illicitum laicis hac de causa eorum sonare campanas, sed clericis non credo hoc licere. licet enim de facto non celebrent diuina, tamen ex quo dicto tempore solēt diuina celebrare, verisimiliter præsumeretur ꝙ pro celebratione diuinorum sonarent. sic enim præsumitur ꝙ fieri solet. 27. distin. de Siracusanæ. de cleri. coniuga. diuersis fallaciis. & ex hoc posset scandalum induci, ꝙ in dubio est vitandum. j. q. 6. & si illa. 23. q. j. quid culpatur. de præscrip. nihil. de no. ope. nunc. c. 2. & per hoc sæpè redargui clericos. & maximè religiosos, qui in eorum festiuitatibus sonant, vel sonari faciunt campanas dictis horis, licet de facto non celebrēt. licet fatear ipsos, propter hoc tantum non incurrere irregularitatem, vt dixi supra versic. sed
96 quid si clericus in loco. Sed an tempore interdicti pro † ostensione reliquiarum sanctarum, vel aduentu alicuius prælati, vel simili causa, licet clericis sonare campanas? credo ꝙ sic. satis eīn est, ꝙ hoc non prohibetur. de rerum permu. ad quæstiones. de spon. cum apud. ff. ex quib. cau. maio. necnon. §. quod eis. cum si. Sed an licet tempore interdicti sonare paruam campanellam pro diuinis officiis celebrandis, vt faciunt sæpe religiosi mendicantes. So. cum de facto talis campanella audiatur exterius, & interdum satis procul, id detestor omnino, cum prohibitio pulsationis campanarū minores campanellas includat. ad hoc, de app. c. de appellationibus. de præben. maioribus. cum si. cum in hoc considereretur sonus campanæ, non quantitas campanæ. bene facit de pœn. & remis. quod in te. ibi, sine campanarum pulsatione. & in ver. ibi se. voluit ergo. §. adiicimus. ꝙ celebraretur sine signo alio tempore consueto. vnde si caueant hoc faciētes per ea quæ dixi supra ver. sed cum tempore interdicti. ne ergo videantur sententiæ cōtemptores, sufficiat eis ꝙ alio signo, puta baculi, tabulæ, vel simili conuenire. Sępe fui consultus, an tēpore interdicti possint † pulsari cāpanæ pro Aue Maria, vt laudabili consuetudine solet fieri de sero, & in aliquibus locis etiā de mane. dic ꝙ sic, quia illa salutatio Virginis gloriosæ non est
97 officium alicui ordini deputatum, immo maximè pro laicis dignoscitur hoc introductū, quare omnino cessat regula s̄. dicta.

Sed cum in decre. alma. §. vlt. reuocent̄ contraria priuilegia antea super celebrandis diuinis officiis ꝯcessa eccleſiis, monasteriis, ordinibus, religionibus, seu ꝑsonis eccl̄asticis, regularibus, seu secularibus, q̄ro an priuilegia antea ꝯcessa sup̄ audiēdo maximè laicis, puta Fratribus pnię de tertio ordine sācti Frācisci, Humiliatis, Cruce signatis, & hmōi sint reuocata? & vr̄ ꝙ nō, qa illa reuocatio respicit celebrātes. ergo remanet priuilegiū, cū hęc sint diuersa, & diuersorum diuersa est ratio

Source : BIU Cujas

ratio.& ideo disposítio facta in vno,nō hēt locū in alio. 27.q.j. nuptiarū.ver.proinde.de rescri.susceptū. cū infinitis cōcor.li.6. Cōtra,licet celebratio posset fieri sine alterius auditione,nō tñ
98 econuerso. ergo † prohibitio de celebrando includit audientes,propter connexitatem.j.q.j.sicut Christus.de consti. translato.de sen.excom.inter alia.& eo.tit.quoniam.lib.6.ne clem.vel mo.c.2.in fi.eo.lib.Item à regula prohibitionis audiēdi excipiū tur interdicti,& etiam non interdicti,vt dictum est.ergo prohibitio nō celebrandi includit audientes,quia exceptio est de materia regulæ,vt supra dixi.ad idem in cle.de sen.excom. cum ex eo.qdæ non debet intelligi tantum de Fratribus Minoribus admittentibus illo de dicto tertio ordine, non quantum ad pēnā excommunicationis per illam cōstitutionem nouiter inflictā. aliàs nulla ratio vrgeret,si per Fratres Minores non possent admitti,per alios sic.in hoc arti.D. & p.m.in nouel.in decre.alma. in vlti.gl. dicit, ꝙ per prædicta allegata hincinde, vtilis esset declaratio,licet prohibitio celebrandi includat audientes: tamen non bene capio ꝙ reuocatio priuilegii celebrandi includat reuocationem priuilegii audiendi.pone ergo ꝙ celebrando tempore interdicti non habeant priuilegium,prædicti verò habeāt priuilegium audiendi.planum est,ꝙ hoc casu nō est facta reuocatio priuilegii ꝙ non erat.32.q.2.ꝙ non.cum concor. ergo remanet priuilegium audiendi,ꝙ per generalem iuris prohibitionem nō est sublatum,nec per decreta.alma,reuocatur.propter hoc forte. prædicta. cum ex eo.exprimit de vtroq; priuilegio. ꝑ ꝙ etiam infertur dicta priuilegia esse diuersa.ad idem de priuil. licet.2.responso.lib.6.quamuis iure probetur , ꝙ modo dixi. tū
99 † quia prohibitio de celebrando tempore interdicti est limitata per decre.alma.Item quia principale & dignius est celebrare, cum audire respiciat celebrationem , vtpote principaliorem & digniorem,ne minus dignum,vel quodammodo accessorium trahat ad se magis dignum,vel ꝙ est principalius.Item ne censura ecclesiastica vilescat & minoris auctoritatis reputetur , vt in præ.cle.cum ex eo.plus placet,ꝙ de mente decre.alma, fuerit reuocare etiam priuilegia de audiendo. Rursus non est omittēdum ꝙ ex aggeratione prohibitionis de non celebrando tempore interdicti,emanauit.de sent.excom.grauis ad nos, per quā excommunicantur Domini temporales , qui cogūt aliquos in loco interdicto celebrare diuina,vel qui per pulsationem campanarum,vel per præcones faciunt dicto tempore ad diuina audienda populum euocari,& etiam interdicti qui per eos qui celebrāt missas moniti nominatim,vt exeant de ecclesia, remanere prēsumunt, à qua sententia excommunicationis absolui nō possunt ab alio,quàm à Papa.Sed circa hoc quæro,an prælati ecclesiastici habētes temporale Dominium in loco ligentur per illam cle.d.& p.m.ibi in gl.2.dicit ꝙ sic,alle.ne cle.vel mo.c.vlt.
100 lib.6. Stepha. ibi contra: quia illa constitutio † pēnalis est ideo non extendenda.de elec.statutum.lib 6. maximè quia circa tales est prouisum.de excess. præla. tanta. nec enim est verisimile, ꝙ prælati,qui procurarunt illam constitutionem, supplicarint contra se.ff.de mili.test.l.3.C de leg.ꝙ fauore. mihi nō videtur, ꝙ dicit Stepha.releuare,cum hoc non sit extēsio pēnę ad casum non expressum.hæc enim propositio est vera, prælatus habens temporalem iurisdictionem in loco, est Dominus temporalis loci.arg.de excess.præla.ex literis.nec decre.tanta, ponit illū habuisse iurisdictionem temporalem in loco.&dato ꝙ sic fuisset, tamen hæc pēna nō erat hoc casu statuta in iure,quæ venit additatiuè ad alias pēnas.facit de priui.episcoporum.lib.6. aliàs sequeretur ꝙ iura antiqua,quando imponunt pēnā prælatis exercentibus iudicium sanguinis,non habent locum in prælatis habentibus temporale dominium, cum hoc non exprimant. 23. q.8.his à quibus.ne cl.vel mo.clericis.& c. sententiam. ꝙ nullus diceret,immo tales prælati fortius dicta constitutione ligātur. 5.q.6.presbyteri.quæ est lex.C.de epis.& cle.presbyteri.

SVMMARIVM.

1 *Baptizandus tempore interdicto,an debeat baptizari cum debito officio.*
Cathechismus,quid sit.
Confirmationis , siue chrismatis sacramentum tempore intedicto permittitur.
2 *Personis specialiter interdictis, an possit dari sacramentum confirmationis, sine chrismatis.*
Eucharistia,an possit dari tempore interdicti sanis damnatis ad mortem.
Laicis vel clericis non interdictis, an possit dari Eucharistia præterquàm in mortis articulo.
3 *Expressè permissum quòd non reperitur, subiacet regulæ prohibitiuæ.*
Corpus Christi cum portatur ad infirmum tempore interdicto,nunquid portatur cum pulsatione campanellæ & lumine præcedente.
4 *Campanarum pulsatio non videtur prohibita, nisi propter diuina officia celebranda.*
5 *Mulieribus prægnantibus, & partui appropinquantibus , an possit dari Eucharistia tempore interdicto.*
6 *Casus,in quibus pœnitentia non conceditur.*
7 *Mortuaria,vel funeralia recipere, an liceat clericis ab interdictis pœnitentibus,vel non,*
8 *Interdicti,an gaudeant indulgentijs & remissionibus.*
9 *Nuptiarum solennis benedictio,an possit fieri tempore interdicto.*
10.
11 *Interdicti non possunt ordinari.siue sint clerici.siue laici.*
12 *Extrema vnctio tempore interdicti non datur.*
Permissum cum quid expressè non reperitur , remanet sub regula prohibitionis.
13 *Missa alia quàm de festo,an possit dici in quatuor festiuitatibus anni tempore interdicti.*
14 *Mortui,an possint solenniter sepeliri in loco interdicto in festiuitatibus solenioribus anni.*
15 *Specialis prohibitio sepulturæ,quo casu fiat.*
16 *Ratione qua potest publicè,& solenniter quodlibet officium diuinum celebrari,eadem ratione sepultura ecclesiastica debet ministrari.*
17 *Sepultura ecclesiastica non prohibetur principaliter , & per se per interdictum ecclesiasticum.*
18 *Nuptię solenniter benedici tempore interdicti,an possint in quatuor festiuitatibus maximis.*
19 *Interpretatio larga est facienda in beneficiis.*
20 *Casus multi,in quibus interdicitur ecclesiastica sepultura,remissiuè.*
21 *Terra ad vsum sepulturæ deputata vendi non debet, sicut nec benedicta.*
22 *Sepelientes extra ecclesiam & cimiterium tempore interdicti , an violent interdictum.*
23 *Concessa auditione diuinorum, an videatur concessa ecclesiastica sepultura.* 24.
Defuncti tempore interdicti , & propter hoc extra cimiteria sepulti,an relaxato interdicto possint in cimiteriis sepeliri.
25 *Mortuaria siue funeralia, an liceat clericis recipere pro sepulturis tempore interdicti.*
26 *Sepelientes defunctum in loco cimiteriato tempore interdicti sine officio clericorum.an sint excommunicati.*
27 *Sepelire.est officium clericorum.*28.
29 *Ecclesiasticum interdictum,qualiter tollatur.*
30 *Aliqui si volunt satisfacere,an debeant quo ad eos interdictum relaxari.*
31 *Interdictum,an possit ad tempus suspendi per alium quàm per Papam.*
32 *Appellatio,nunquid suspendat effectum pro tempore futuro.*
33 *Appellatio interposita ante conditionis euentum habet impedire effectum sententiæ interdicti.*

¶Secunda pars tractatus.

VIso de primo effectu ecclesiastici interdicti.s.prohibitionis diuinorum officiorum, restat videre de secundo.s.prohibitionis sacramētorum, sub quo, vt supra dixi , includitur prohibitio ecclesiasticæ sepulturæ.Secundum igitur ꝙ per interdictum ecclesiasticum prohibentur sacramenta generaliter, vt in iuribus alle.circa prin. huius membri quædam tñ specialiter ꝑmittunt. ꝑmittitur enim baptismus paruulorum.de spon. nō est.de sent. excom.responso.§.i & etiam adultorum.de sentē.excom.quoniam.lib.j.† Sed hic quæro,an baptizandus dicto tēpore debeat
1 baptizari cū debito officio?Dic ꝙ sic, quia permisso baptismo, intelliguntur permissa omnia , per quæ peruenitur ad illud , & sine quibus,si fieri potest,non debet baptismus expediri.de leg. per prudentiam.§.pen. & vlti.& c.suspitionis.ff. de procu.ad legatum.& l.ad rem mobilem.de sent.excom.inter alia.& in prædicta decret.quoniam.eod.titu.cum simi.sed non debet quis baptizari,nisi primò cathethizetur cum officio debito. de consec. distin. 4.ante baptismum.& c.præce.& sequen.& cathechismus appellatur pars baptismi. 31.q.j. ergo &c. An autem in ecclesia specialiter interdicta possit quis baptizari,vel in frōte chrismari,dixi supra 2.membro.ver.sed nunquid in ecclesia.

Item tēpore interdicti permittitur confirmationis siue chrismatis sacramentum,vt in decre.respon. in fi. & per consequēs ipsius chrismatis confectio , quòd conficitur in die cœnæ Domini.quo quidem chrismate est vtendum in baptismo & confirmatione , vt in decre.responso.in fi.& eo.tit.quoniam.

An autem tempore interdicti posset fieri officium pro prędictis permissis.dic vt dixi supra ver.quid de facientibus.

2 † Item an personis specialiter ista permittatur? dic vt supra membro 2.ver.quandoque profertur.ad fi.& ver.seq.

Item dicto tempore permittitur Eucharistia inquantum dicitur viaticum,ideſt cum datur decedentibus. de pęni. & remis. quòd in te.de senten.excom.permittimus. nec debet aliter pœnitenti denegari. 50.dist.pęnitens.

Sed hic quæro, an sanis damnatis ad mortem tēpore interdicti possit dari? Dic ꝙ sic.ad hoc,clemen.de pęni.& remis. cum secundum. & ibi not. in 4.gl. planum est enim ꝙ tales censentur etiam in mortis articulo,quo casu appellatione pęnitentiæ intelligitur viaticum. de pę.& remis.quòd in te.

Sed hic quæro,an laicis, vel clericis non interdictis possit dari Eucharistia præterquam in mortis articulo. Sol. de presbytero missam celebrante non est quæstio. cum enim possit ,immò debeat celebrare seruata forma. § adiicimus, per consequēs pr,

Source : BIU Cujas

immo debet sumere corpus Christi.de consecra.dist.2.peracta. & c.comperimus.& c.relatum.Sed de prædictis aliis trepido ferre sentẽtiam, cum viderim generaliter religiosos suis fratribus & sororibus siue magistratibus,quarum curam gerunt interdicti tempore indifferenter concedere Eucharistiæ sacramentũ: sed quo iure faciunt, hoc ipsi discernant, cum contrarium videatur de iure scripto. in præceptis enim permissoriis certorũ
3 † casuum,ꝙ non inuenitur expressè permissum, subiacet regulæ prohibitiuæ.2.q.5 consuluisti.& 18.q.2.hoc tantum.de transa.c.2.ff.de colle.illici.l.j.& est expressum in cle.de verb.sig.exiui §. porrò. cum ergo per interdictum prohibeatur ministratio ecclesiasticorum sacramentorum,certis casibus & sacramentis exceptis,vt est expressum in decre.alma.§.j.& specialiter sit permissum corpus Christi,in quantum dicitur viaticum & non aliter,saluo ꝙ dixi de celebrante, clarè sequitur ꝙ aliis quibussuis personis ministrari non debet.si.ꝙ dicam infra,de extrema vnctione. Sed cum portatur corpus Christi ad infirmum,nũquid portabitur cum pulsatione campanellæ & lumine præcedente & aliis consuetis?credo ꝙ sic. quia cum aliquid permittitur, intelligitur vbi aliud non appareat fore permissum: sed quod disponit,illud fieri vsus obseruat.ad hoc.4.dist.erit autem.12.dist. illa.72.dist.vtinam.de consti.ex literis.de rescrip. c.j. de verb.signi.ex parte.j.& c.dilectio.ff.de vsu & hab.l.plenum.§.equitii.C. de inoffic.testa.si quando. de lumine autem disponit ius. de celebr. miss. sanè. de campanellæ autem pulsatione habet gene-
4 ralis consuetudo.Item campanarum † pulsatio non videtur prohibita,nisi propter diuina officia celebranda, vt in decre. quod in te.& in decre.alma.Sed an viaticum dabitur tunc infirmo in præsentia personarum astantium & venientium ad locum,vbi est infirmus? puto ꝙ sic,vt permissio intelligatur secundũ conditionem status personę,cui fit.41.dist.quisquis.de priui.porrò. ff.de mili.test.l.ex militari.de transac. c. vlt. de dona. pastoralis. sed infirmi conditio requirit astãtes. Item cum portatur ad infirmum,hoc videntes,debẽt se inclinare.de celeb.miss.sanè. fortius astantes cum infirmo ipsum extra pixidem apertè conspicere & adorare,nec fortè est iure expressum,ꝙ visio tanti sacramenti sit prohibita tempore interdicti, nisi cum diuina officia celebrantur actualiter,& sic potest intelligi ꝙ leg. & not. in
5 clem de sen.excom.ex frequentibus.circa prin. † Sed quæritur, an mulieribus prægnantibus & partui appropinquantibus possit tunc dari Eucharistia? Dicit d.& p.m in decre.quod in te.malè posse dici eas decedentes, licet parui appropinquent, sed requiritur ꝙ sit decedens is cui dicto tempore conceditur Eucharistia,vt in c.quod in te.de sen.excom.permittimus.quare dicit ꝙ si aliud periculum non immineret,est abstinendum.

Eadem ratione idem per omnia,puta de intrãtibus mare,vel bellum campestre vel obsessis.& facit ꝙ no.de offi.ordi pastoralis.2.responso.in gl.quo casu. Permittitur autem etiam tempore interdicti pœnitentia olim morientibus tantum. de spon. nõ est,nobis.de pœni.& remis.quod in te.hodie etiam sanis,nisi sint excommunicati,qui præterquam in mortis articulo ad pœnitẽtiam non debent admitti,vt in decre.alma. §. sanè. vel nisi propter eorum culpam, vel fraudem lata fuerit sententia interdicti,vel ad perpetrandum delictum, cuius occasione interdictũ latum fuit, præbuerunt auxilium, consilium, vel fauorem.his
6 enim casibus non † est pœnitentia concedenda, ꝙ est verum si in dictis casibus non satisfacerent si possent, vel de satisfaciẽdo idoneam præstiterunt cautionem, vel si non possent satisfacere & talem cautionem præstare iuraverunt,ꝙ cum poterunt satisfacient, & ꝙ ad satisfactionem huiusmodi per eũ vel per eos qui facere ipsam debent & possunt præstandum dabunt auxilium consilium,& iuxta posse fideliter laborabunt, tunc etiam in dictis casibus pœnitentia conceditur,vt in c.alma.§.illis.

Posset dubitari, si contigeret casus imponẽdæ alicui solennis pœnitentiæ,an tũc solennitates iur.debent obseruari? Sol.cum inter solẽnitates hoc casu sit solennis decantatio diuini officii,aspersio aquæ solenniter benedictę,auditio diuinorũ, perceptio corporis Christi, & alia quæ non possunt fieri in loco interdicto.circa non interdictos non credo ipsas solennitates,tunc obseruandas,de quibus habetur.j.dist.in.in capite 33.q.2.latorem. Item quæritur, an ab
7 interdictis † pœnitentibus,vel non,liceat clericis mortuaria,vel funeralia recipere,& pro eis sit orandum? Sol. dicit Inno.de excess.præla.c.vlt.ꝙ à talibus post pœnitẽtiam,liceat mortuaria recipere,& pro eis est orandum.11.q.3.quicunq;.sed ante pœnitẽtiam susceptam pro eis non est orandum, nec mortuaria recipiẽda.87.dist.c.vlt.d.& p.m.in cle.eos.de sepultu. fatetur hoc verum de relictis in morte,& de his quæ darentur cum funere in cimiterio sepulto relaxato interdicto. de funeralibus verò quę darentur cum funere in cimiterio sepulto de facto tempore interdicti non licet clericis recipere, quia tunc participarent delicto,secundum eum.

Quid de aliis oblationibus, puto ꝙ ab interdictis pœnitentib, vel non pœnitentibus recipi pñt etiam in loco interdicto,per ea
8 quę plenè no.90.dist.oblationes.Sed nunquid † interdicti gaudent indulgentiis & remissionibus. Respõdeo specialiter & nominatim interdicti,vel hi propter quorum culpam quomodolibet latum est interdictum in locum non sint verè pœnitentes, & confessi ante relaxationem sniæ huiusmodi interdicti indulgentiis & remissionibus gaudere non possunt, vt in cle.de reli. & vene.sanc.si Dñm.§. vlti. sed interdicti eo ꝙ sunt de populo interdicto,non tamen culpabiles fuerunt in eo,pp ꝙ sententia lata fuit, bene pñt vti & gaudere indulgentiis & remissionibus sicut alii.prædicta probãtur in prædicto.§.illis etiam. & facit de priui.ꝙ nonnullis.& c.si licet.in fi.lib.6.Item dicto tpe permittitur matrimonium,ꝙ potest contrahi quocũq; tempore per legitimum consensum viri & mulieris.de fer.capellanus.etiam si cõtrahentes essent interdicti, sm Inn.de spon.nõ est nobis. Nã & per infideles potest contrahi.26.distin. deinde de presbytero non bapti. c. vlt.& per excommunicatos.de eo, qui du in mat.
9 quam pol.per adul.significasti.† Sed an solennis nuptiarum benedictio dicto tempore fieri potest.dicit ꝙ non Hostien.& bene alleg.c.capellanus.quia illud est officium clericali ordini deputatum.de secun.nup.c.j.& 3.

Sed potest quæri, an dicta benedictio nuptiarũ vbi alter tantũ.s. vir & mulier est interdictus,possit fieri in loco non interdicto? Rñdeo ꝙ nõ debet admitti non interdictus simul cum interdicto, vt probat de priui.vt priuilegia.& c.se.de pę.& remis.quod in te. de sentẽ. excom.permittimus.& eo.ti.alma.§.adiicimus.lib.6.per quæ ẽt probatur,ꝙ potius dimitti debet officium, q̃ interdictis pñtib. celebrari,licet ibi sint ẽt non interdicti.ad idẽ de priui.eporum. lib.6.ꝙ est verum,nisi sacerdos dicẽs missam iam canonem incepisset,vt no. Inn.de sen.excom.nuper.& sic intellige ꝙ no.11. q.3.sicut Apostoli. In aliis verò diuinis officiis procedit simpliciter,ꝙ prædixi.& ex his sequitur, ꝙ si spõsus est interdictus vel nominatim & expressè,vel quia est de populo interdicto, licet
10 sponsa non sit † interdicta, tñ benedici non debent ẽt in loco non interdicto,licèt sponsa non sit interdicta.simul enim bene dicuntur de consuetudine,& de iure.33.dist.c.vlt.de secun.nup. si vir. licèt benedictio videatur principaliter respicere mulierẽ. Item si econuerso vir non est interdictus, sed mulier est interdicta nominatim & expressè,non possunt benedici, quia tale interdictum concomitatur eam,vt dixi supra secundo membro.ver. sed nunquid aliquis. sed si mulier nõ est nominatim & expressè interdicta,sed est de vniuersitate interdicta,vir aũt nullo modo est interdictus si benedictio præcedit despõsationem de præsenti,vt fit in quibusdam locis,adhuc idem puto,scilicet ꝙ non debeat fieri,quia satis est,ꝙ alter tunc est interdictus per id,quod dixi.Si verò præcedit desponsatio de præsenti,vt est de mente iuris. de spon. consultationi. puto quòd hoc casu poterunt postea benedici in loco non interdicto, licèt mulier fuerit de vniuersitate interdicta, ex quo vir non est interdictus per ea,quæ plenè dixi in præce.ver.sed nunquid aliquis. Et fortitur forum,munera,& honores viri ff.de Sena.l.fœmina.C.de incol. l.fi.& de muli.& in quo loco mun.fer.con. ho. not.agno.l.vna. lib.10.facit de sepul.licet,secundo responso.lib.6.

11 Sed quid dices de sacro ordine? Sol.interdicti † non possunt ordinari,siue sint clerici, siue laici.id enim esset percipere sacramenta, à quorum perceptione sunt remoti, nisi in casibus permissis,ad hoc de cle.excom.c.fi.nec in loco interdicto possunt conferri ordines aliquibus clericis,vel aliis laicis,quia ibi prohibent ecclesiastica sacramenta ministrari,exceptis quibusdã casibus,de quibus iste non est,vt in decre.non est nobis. & in decre.alma §.j.Si autem loci populus est interdictus, cum pp hoc non sit interdictus clerus.de sen.excom.si snïa.j.responso.lib. 6. & dixi supra, clerici illius loci poterunt extra locum interdictũ ad superiores ordines promoueri, ꝙ intelligas dummodò ordinentur ab epo,qui ipsos de iure valeat ordinare, vel de ipsius licentia ab alio,vt de temp.ordi.cum nullus.lib.6 Si verò locus tãtum est interdictus, licet in eo loco, vt dixi, nullus valeat ordinari, laici tñ qui q̃olibet non fuerunt culpabiles delicti pp ꝙ snïa lata fuit extra locũ interdictum, ẽt per epm dicti loci vel p alium de eius licentia poterunt ordinari.hæc vera, vbi pp delictum vniuersitatis fuerit lata in loco snïa interdicti. Tũc enim nullus de vniuersitate posset ordinari, cũ eo casu omnes de ipsa vniuersitate intelligantur interdicti, vt probatur de sen. exc. si sententia.§ j.lib.6.sicut alias specialiter culpabilis sententiæ late in locum intelliguntur interdicti,vt in præce. §. illis ẽt. & de priui.licet.in fi. lib. 6. † De extrema vnctione.quæ est vnum de
12 septem sacramentis,teneas incunctanter,ꝙ est prohibita tẽpore interdicti,vt est expressum de pę.& remis. ꝙ in te.

Sed dubitant quidam, an clericis vel religiosis maribus, vel fœminis non interdictis,sed de loco interdicto, & qui seruauerunt interdictum,possit conferri extrema vnctio? D.& p.m.veritatis,& iustitiæ cultor,in decre.ꝙ iure, dicit ꝙ non, per illam decre.dicit tamẽ ꝙ multi hoc malè aduertunt. si. quòd dixi de corpore Christi supra versi.sed quæro.ibi vide.

Sed cũ supra dixerim ꝙ in 4.anni festiuitatib. possit celebra-

ri,vt

Source : BIU Cujas

ri, vt prius in decre. alma. §. in festiuitatibus. Quæro an in ipsis festiuitatibus possit licitè concedi corpus Christi, vel extrema vnctio. Archid. in decre. alma, tenet ꝙ corpus Christi concedi non possit dictis diebus, quia. §. adiicimus. cum seq. nil immutat prohibitione sacramentorum, sed solum diuinorum officiorum, sed corpus Christi nō inquantum dicitur viaticū, est prohibitum tempore interdicti. de sent. excom. respondeo ibi vniuersa sacramenta. & in decre. al. §. j. ibi, nulla certis casibus exceptis &c. ergo cum non sit expresse permissum, remanet prohibitio, vt in cle. de verb. sig. exiui. §. porrò. cum concor. supra alleg. & ꝙ non mutatur, &c. C. de testa. sancimus. de appel. præcipimus. de elect. constitutio. lib. 6. & per hoc respondetur ad canones, qui dicunt fideles debere recipere corpus Christi in primis tribus festiuitatibus de supra dictis. de consecra. distin. j. & si non frequētibus. & c. seculares. & c. omnis homo. vel saltem in paschate. de pœn. & remis. omnis vtriusq; illa enim iura loquūtur de interdicto, & alia prohibitione cessantibus. Itē tenet D. & p.m. qui respondet ad literam, quæ prohibet dantes causam interdicto appropinquari altari, quasi innuat ꝙ alii appropinquari non possunt. dicit enim ꝙ id non intendit litera, sed ꝑꝑ opprobrium culpæ remaneant magis remoti. & aduertendum ꝙ prędicti Doct. non distinguunt clericos à laicis, interdictas ꝑsonas à non interdictis, vnde saluo ꝙ dixi de celebrantibus supra ver. sed quæro an laicis, ſm ipsorū opi. videtur ꝙ omnes indistinctè sint ꝓhibiti à perceptione corporis Christi, ēt in dictis festiuitatibus, quod est rigorosum. Idem ſm dictam opin. est dicendum de extrema vnctione, de qua etiam quærebatur. s. ꝙ illa omnibus intelligatur prohibita ēt in prædictis quatuor festiuitatibus, sicut ēt dixi de aliis diebus supra cum de illis tractaui.

13 † Sed quæritur, an in dictis quatuor festiuitatibus possit dici alia missa quàm de festo? puto ꝙ sic, quia generalis est permissio, honestius tamen & iustius est saltem quantum ad principalem missam, quæ in ecclesia celebratur, ꝙ de proprio festo dicatur, quia id est inductum in illarum solennitatum honorem. ad hoc, de consecra. dist. j. & hoc attendendum. de cele. mis. c. 2. Itē quæro, an in dictis festiuitatibus possit aqua solenniter benedici, & aspersio fieri panis, & fructus benedici, & laicis etiam minis trari? Credo ꝙ sic. prædicta enim de se non prohibentur tēpore interdicti, sed ipsorum benedictio quę est officium diuinum, ꝙ generaliter in quatuor dictis festiuitatibus permittitur. & per hoc respondetur ad ea, quæ supra dixi. ver. item quæritur de interdicto benedicente aquam, & seq.

14 Sed horum casum in dubium reuoco, an in dictis festiuitatibus † possint in loco interdicto solēniter mortui sepeliri? De interdictis specialiter & nominatim mihi non est dubium, ꝙ omni tempore carere debeant ecclesiastica sepultura. de priui. episcoporum. li. 6. nisi pœnituerint, vt in decre is cui. 2. responso. de sent. excom. lib. 6. Idem de his, propter quorum culpam & fraudem lata fuit sententia interdicti, vel qui ad perpetrādum delictum, cuius occasione fuit latum interdictum, præbuerunt cōsilium, auxiliū, vel fauorem, vt in §. illis etiam. & facit. §. in festiuitatibus. in fi. In aliis ergo, siue sint de populo vel loco interdicto, siue non, procedat quæstio d. & p.m. in cle. de sep. eos. qui dicit ꝙ non putat dictis diebus posse mortuos sepeliri, licet multoties fuerit in contrarium obseruatum. alleg. de priuil. cum & plantare. §. quod si. Ad §. in festiuitatibus. respondet ꝙ loquitur de audiendis diuinis officiis, non de sacramentis. Itē quia cessat causa de spe reconciliationis ibi expressa, hoc est dicere, ꝙ illa causa nō potest locum habere in mortuis, cum de ipsis nō possit esse spes recōciliationis. hæc opinio coadiuuatur, quia hoc casu videtur esse

15 specialis † prohibitio sepulturæ, ergo nō videtur sublata per generalem permissionem. ad hoc. ff. de leg. 3. si quis in principio testamenti. ff. de acqui. hære. l. si quis mihi bona. §. iussum. de rescr. nonnulli. j. responso. in fi. de confir. vti. vel inuti. ad nostram. & c. seq. de concess. præben. dilectus. de proc. qui ad agendum. lib. 6. & ꝙ expresse non mutatur, &c. de testa. sancimus. de appel. præcipimus. de elec. constitutio. lib. 6. Et oīs res, &c. de reg. iur. c. j. ff. eo. tit. nil tam naturale. scio ꝙ videtur temerarium resistere opinioni D. & p.m. cum non viderim per aliquem cōtrarium scriptum. attamen exceptis præmissis casibus mea pusilla intelligētia iudicat in dictis festiuitatibꝰ nō obstāte interdicto posse publicè, & solenniter mortuos sepeliri, vbi aliud nō obst. Ad hoc dicendum moueor, quia non est verum ꝙ per generale interdictum ecclesiasticū prohibeatur specialiter ecclesiastica sepultura, sed prohibitio ecclesiasticæ sepulturæ hoc casu accedit, vel prohibitioni diuinorum officiorum, vel prohibitioni administrationibus ecclesiasticorum sacramentorum, vt in decre. al-

20 ma. §. j. & dixi supra in prin. huius membri. Ex hoc sic arguo, aut dices prohiberi his diebus ecclesiasticam sepulturam, quia diuinum officium tunc non potest celebrari, & hoc est falsum, vt in §. in festiuitatibus. aut qa sacramenta tūc non possunt ministrari, & tunc sequitur ꝙ his diebus licitè poterit & solēniter, & publicè celebrari super funus corpore mortuo postea inhumato manente, vel eo sepulto extra ecclesiam, & cimiterium. quod

16 est absurdum, & derisibile. Præterea ratione, † qua potest publicè, & solenniter quodlibet diuinum officium celebrari, eadem ratione & sepultura ecclesiastica ministrari, arg. de except. cum inter. Item sepultura ecclesiastica in hac materia recipitur pro officio sepulturæ, vt dicam & clarè, probabo infra ver. dubitant Doct. vel saltem accedit in dispositione ad diuinum officium, ꝙ dictis diebus est permissum, ergo & ipsa sepultura dictis diebꝰ intelligitur permissa. de offi. dele. præterea. de reg. iu. accessoriū cum concordantiis, lib. 6.

Præterea interdicti viuentes admittuntur, tunc ad participationē diuinorū, vt in §. in festiuitatibus. fortius interdictis mortuis debetur etiā ecclesiastica sepultura. de sepultu. ex parte M. Per prædicta respondetur ad ea, quæ induxi ad coadiuuationē

17 opinionis contrariæ: quia vt dixi † per interdictum ecclesiasticum sepultura ecclesiastica non prohibetur principaliter & per se, sed accedit prohibitioni diuinorum officiorū, vel ministrationi ecclesiasticorum sacramentorum largè sumpto vocabulo sacramenti, præcedente tamen diuino officio, sicut formaī quæstio, quod est bene notandum per ea, quæ dicam in prædi. ver. dubitant Docto. Item per prædicta patet ꝙ non obstant ea, quæ dixi supra versi. sed cum dixerim, quia Eucharistia, & extrema vnctio non accedit ad diuinum officium, immo econuerso officium ꝙ fit pro illis, ea tanquam principalia respicit. ad §. quod si. quem principaliter inducit d. & p.m. dic, ꝙ loquitur de priuilegio celebrandi cōcesso ab homine in fauorem tertii, vnde illud limitatur sed quæstio quærit de iuris permissione inducta in fauorem celebrantium, & celebrationi participantiū, vnde non limitatur, ne ꝙ in fauorem &c. C. de leg. ꝙ fauore. de re. iu. ꝙ ob gratiam. lib. 6. ad id, quod dicitur ꝙ deficit causa de spe reconciliationis, facilis est respōsio: qa & si de mortuis, propter hoc non sit spes reconciliationis, tamen sic de viuentibus hoc videntibus. si 13. q. 2. cum grauia. Item principalis ratio est reuerentia dictarum solennitatū, vt ibi, quæ non deficit in hoc casu.

18 Faciunt aliqui † quæstionem, an in dictis festiuitatibus tēpore interdicti possint nuptiæ solenniter benedici? quæ quęstio quantum ad festū Natiuitatis, Resurrectionis, & Pentec. est superflua, cum ex alio capite in dictis tribus solennitatibus prohibita sit solennis benedictio nuptiarum. 23. q. 4. non oportet à septuagesima. de fer. ca pellanus. de festo autem Assumptionis Virginis gloriosæ, est dicendum ꝙ ea die possunt nuptiæ solenniter benedici, non obstante interdicto per ea, quæ proximè dixi. sed hic non tantum dubium, cum sola prohibitio officii benedictionis nuptiarum inducatur per ecclesiasticum interdictum, vt dixi supra, cū tractaui de matrimonio. dictis autem diebus permittuntur diuina officia solenniter celebrari, ergo &c. Sed quomodo recipitur dies in prædictis 4. festiuitatibus. So. de principio non est dubiū, scilicet ꝙ incipit in vesperis vigiliæ. 75. dist. quod dic. de fer. c. 2. facit cle. de reli. & ve. san. si diuini. ante fi. sed de fine an terminetur in vesperis festi, excluso completorio, an verò completoriū includatur, sunt opiniones. Archid. tenet ꝙ sic. omnes horæ canonicæ diei dicuntur aut matutinales, scilicet vsq; ad 9. exclusi uè, aut vespertinæ, scilicet vsq; ad noctem, vt probatur. 11. q. 3. si qs episcopus in concilio. & no. 22. dist. c. fi. ad hoc, de fer. c. 2. in-

19 quantum ibi dicitur ꝙ solennia festa debent tardius terminari. inducit ꝙ † in beneficiis est larga interpretatio facienda. de prę ben. quamuis. j. lib. 6. D. & p.m. in decre. alma. in gl. antepen. primo tenuit ꝙ post vesperas diei festi cantari non potest completorium nec reliqua, vt præc. c. 2. de fer. In nouella verò ibi addit, ꝙ ante factum tenēdum est cum glo. sua. & abstinendum à cōpletorio post factum, pium est tenere cum Arch. subdit ꝙ dato ꝙ ſm d. gl. cantans solenniter completorium esset irregularis, quia tamen per errorem opinionis solennis Doctoris fulcitus, id egit, non in contemptum clauium legatus de latere cum eo poterit dispensare. Mihi placent dicta Doct. & p.m. quia solennitas celebrationis vnius diei naturalis incipit in vesperis vigiliæ, & terminatur in vesperis festi, vt in præce. c. de fer. ibi, sermones autem ſm subiectam materiam debent intelligi. ff. de statu homi. l. 2. loca. si vno. in prin. 37. dist. vnio. de consti. ex literis. de vsu. pal. c. j. cum simi. tex. autem primò sine expressione verbi dicit, in festiuitatibus verò &c. & postea subdit, præfatis diebus. ꝙ verbum diei dicit, in festiuitatibus verò &c. & postea subdit, ꝑfatis diebus. ꝙ verbum de die naturali respectu materiæ, de qua est sermo, debet intelligi. ff. de verb. obl. ex ea parte. §. insulam. ff. de tutel. qui habet. facit de proba. in præsentia. Restat videre de effectu prohibitionis ecclesiasticę sepulturę, quę includitur sub prædictis duabus prohibitionibus, vt dixi circa principium huius membri, vbi præmitto, ꝙ † multi sunt casus, in quibus interdicitur ecclesiastica sepultura, de quibus plenè per gl. & alios de sepultu. ex parte. sed hic specialiter prosequor de ecclesiastica sepultura, quæ prohibetur interdictis à diuinis. de priuil. §. sanè. & eod. titu. episcoporum. lib. 6. de senten. excommu. is cui. 2. respō so. eo. lib. Interdicitur ecclesiastica sepultura in loco suppositio ecclesiastico interdicto, de quo loquuntur quatuor iura. de priui. cum & plantare. §. ꝙ sic. & c. vt priuil. ꝙ enim ibi dicitur tpe

Source : BIU Cujas

interdicti,exponitur in loco interdicto, vt etiam probat decre. ꝙ in te.Item nec in fitis in loco interdicto, nisi sint clerici, qui seruauerũt interdictum, qui sine campanarum pulsatione cessantibus omnibus solennitatibus,intelligo publicis,possunt cũ silentio tumulari, vt in decre. ꝙ in te.& in cle.eos,qui. scienter contrafaciẽtibus ipso facto imponit pœnam excommunicationis, à qua non debent absolui, nisi prius ad arbitrium diœcesani eis,quibus propter præmissa fuerit iniuria irrogata,satisfactionẽ exhibuerit competentem.

Circa hoc primò quæro,quid hoc casu appellatur cimiterium.D.& p.m.in clem.eos qui.no.ꝙ est locus ad vsum cimiterii per episcopum benedictus. de cons.dist.j.nemo.Ste.ibi dicit,ꝙ sufficit, ꝙ sit locus ad sepulturam deputatus,licet non sit benedictus: aliàs secundum eum eluderetur censura, cum multa loca religiosorum nõ benedicta sint deputata ad sepulturam.alle.ꝙ no.Host.de sepultu.c.pe. vbi dicit, ꝙ † terra ad vsum sepulturæ deputata vendi non potest, sicut nec benedicta.Item quia ecclesia non consecrata, postquã est diuinis officiis dedicata,gaudet immunitate, de immu.eccl. c.pen.& dr̃ pollui sicut ꝯse. de consecr. eccl.vel alta.c.vlt.alleg. etiam de sepul. sacris.de consecra. eccle.vel alta.consuluisti. Et hæc iura videntur facere contra. nam decre. sacris, promiscuè loquitur de sepultura ecclesiastica & cimiterii. & decre. consuluisti.æquiparat reconciliationem cimiterii & ecclesiæ.sed non debent sic appellari,nisi præcedat auctoritas Pontificis, vt d. c. nemo.& in decre. ad hoc.de reli. do. etiam secundum leges. in Auth.ne li.fa.ora.do.§.j.col.5.demum col.j.§. illud. & de ecclesiasticis tit.§.si quis autem.col.9.Insti.de rerum diui.§.sacræ.vnde decre.in literis.de rap.sepulturam ecclesiasticam appellat cimiterium.& c.vlt.de sepul.ponit cimiterium inter suffragia ecclesiæ. Ex quibus concludo, ꝙ non sufficit ꝙ locus sit ad sepulturam deputatus,nisi auctoritate episcopi ad sepulturam fuerit destinatus,secundum opi.D.& p.m.& hoc oportet fateri,quantum ad pœnam excommunicationis,quæ imponitur per d. cle. quæ est magna.24.q.3.corripiantur.C.de apostata.hi qui. de sent. excom.sacro licet dicatur medicinalis. 2.q.j. multi. de sent.excom.c.j.lib.6. igitur restringenda. de elec. statutum.lib.6. Nunquid ergo sepelientes † extra ecclesiam & cimiterium violant interdictum? Dic ꝙ si illud fiat sine diuino officio, siue defunctus fuerit interdictus,siue locus in quo sepelitur,non violatur interdictum,immò ecclesia & cimiterio prohibitis, sequitur ꝙ extra illa permittatur.25.dist.qual.de præsum.nonne.cum simi. nec quorumcunque defunctorum corpora debẽt remanere inhumata ad hoc,23.q.5.placuit.& q.8.quicunq;.Si verò cum officio diuino sepelitur & defunctus, vel locus in quo celebratur est interdictus,vbicunque sepeliatur, clerici officium celebrantes violant interdictum,& sunt irregulares per ea, quæ supra dixi.& facit de rap.super eo. versi. ita tamen. & si secus diceretur, quantum ad hunc effectum vilesceret, & contemneretur censura, contra id quod habetur de priuileg. vt priuilegia. de sent. excommu.si ciuitas. lib. 6. modicum enim curarent laici de cimiterio ecclesiæ pro sepultura, si alibi cum solennitatibus consuetis posset sepeliri defunctus.

Item quæro, an laici non interdicti possint in cimiterio sito in loco interdicto cum clericorum officio sub silentio cessantibus aliis sepeliri? Dic ꝙ non, quia ex gratia id conceditur clericis,in decre.ꝙ in te,& quibusdam per priuilegium,vt in decre.vt priuilegia.de priuileg. ergo aliis intelligitur prohibitum.de priuile.sanè de reg iur.ꝙ alicui. & c.in argu.lib.6. Sed quid de priuilegiatis post decre. alma. super auditione diuinorum,& perceptione sacramentorum, vel super altero prædictorum tantum, nunquid † debent tempore interdicti admitti ad ecclesiasticam sepulturam? Puto ꝙ sic,quãdo est priuilegiatus super vtroque, vel super perceptione sacramentorum in primo & vltimo casu.licèt enim videatur specialis prohibitio de sepul.in prealle.c.episcoporum.cum simi.quasi per hoc nõ includatur sub prohibitione prædictorũ.de præben.cum nullus.lib.6.& eo.lib.de rescrip.susceptis. illud tamen procedit restringendo prohibitionem ad verba,& strictè sumẽda sacramenta pro septem sacramentis: sed prout sacramẽtum sumitur pro qualibet re sacra vel benedicta,sub appellatione sacramentorum continetur ecclesiastica sepultura.de simo. non satis.& c.cum in ecclesia.& cap.ad Apostolicam.in quibus satis est expressum. sed si priuilegium esset cõcessum super auditione diuinorum, non facta mentione de perceptione sacramentorum,satis videtur dubium:tamen placet, ꝙ licet nõ posset dici mortuorum, audire tamen posset iustè interpretari per illud priuilegium fore concessam ecclesiasticam sepulturam per regulam,cui communicamus viuo &c.24.q.2.sanè.& de sepul. ex parte.in fi.& quia cui ecclesiæ conceditur ingressus.& per consequens etiam sepultura,arg.de sent.excom.is cui.in fi.lib.6.cõcessa † igitur auditione diuinorum, videatur concessa ecclesiastica sepultura.ad hoc. 23.q.5.placuit.quasi ad pristinum statum per priuilegiũ videatur in talibus restitutus ratione huiusmodi connexitatis,siue cohærentiæ.C.de sent.pas. l. fin. sed intelligo sepulturam permissam dicto priuilegiato, cessantibus solennitatibus,vt de clericis qui seruauerunt interdictum dicitur in decret. quòd in te. nisi aliud in priuilegio habeatur. verba ergo priuilegii videantur, & tenor obseruetur.de priuileg.porrò,& c.recepimus.

Sed quæritur, an defuncti tempore interdicti, & propter hoc extra cimiteria sepulti relaxato interdicto possint in cimiteriis sepeliri? Dicunt Inno. & Hosti.de excess.præla.tanta.ꝙ sic,si in eis tempore mortis apparuerint signa contritionis & pœnitentiæ.alleg.Innoc.de sentẽ. excom.cum illorum.Hostien. eo. titu.à nobis. 2. Sed quid si interdictus fuit sepultus in cimiterio, vel non interdictus tempore interdicti,nunquid relaxato interdicto ibi remanebit? Dicũt prædicti Doctores,ꝙ si fuit pœnitens nõ exhumabitur, quia res venit ad casum in quo id fieri potuit. de conuersi. coniuga. placet.ff.ad l.Aquil.quia in cum.& ꝙ no.de sentẽ. excom. à nobis. in gl.† An verò pro talibus sepulturis tempore interdicti liceat clericis recipere mortuaria siue funeralia? Dic quæ dixi supra cum tractaui de sacramento pœnitentiæ.versi.Item quæritur,an ab interdictis. Dubitant Doctores, an omnes quomodolibet cooperantes in sepultura cimiteriata defuncti nominatim interdicti, vel alicuius sepulti tempore interdicti in casu non expresso in iure sint excommunicati propter d.clemen.eos.puta aperientes sepulchrium, vel fabricantes, vel fodientes terram, ponentes in sepulchro foueam,portantes cruces, & cereos,vel portantes funus, vel associantes causa honoris, vel amicitiæ, vel clerici diuinum officium facientes, vel non prohibentes cum possent. mihi proculdubio videtur ꝙ si cũ diuino officio sepultus est, quòd omnes prædicti dicta excommunicationis pœna ligantur, quia hoc casu omnes sunt participes criminis, siue cooperantes. ad hoc, de sentẽ. excommu. nuper.& cap.si concubinæ. 11.q.3. præcipuè. Si verò sine officio clericorum defunctus sepultus est etiam in loco † cimiterio, licet sit tutius dicere prædictos omnes fore ligatos excommunicationis sententia, de qua in prealleg.cle.arg.de cleric.excommu.illud. tamen licèt trepidè credo ipsos non ligari dicta pœna, sed quia videntur contemnere generalem prohibitionem, poterunt arbitraria pœna puniri, & per iudicem ecclesiasticum. 13.q.2.§. econtra Adam.de offic.delega.de causis, secundo resonso.Ad hoc dicendum me mouet finis d. clem. ibi, nullo circa præmissa exemptionis priuilegio. per quæ verba videntur remoueri priuilegia quæ clericis, vel ecclesiasticis personis solent concedi, & non laicis. vt ergo verba non videantur superuacuè apposita.ff.de leg.1.si quando.de maio.& obedien.solitæ. cum simil. oportet quòd intelligantur de his, quibus talia priuilegia solent concedi,vt sic dictum intelligatur secundum quod clausula adiuncta potest adaptari. j.q. 2. sacerdos.de regula.licet. de priuileg.exore.& eod.titu.si Papa.lib.6. & facit quòd no. 33.q.j. omnes.sed priuilegia exemptionis solent concedi clericis,& ecclesiasticis personis. de his ergo debet intelligi principale dictũ capituli.nec enim Papa eximit laicos à iurisdictione suorum iudicum temporalium.20.distin. quoniam.96.distin. cum ad verum.qui fil.sint leg.causam.de priuileg.c.2.quòd legitur,& not. per Innocen.& alios de foro competen.licèt ex sufficepto.Item sepelire, vel sepultura † ecclesiastica, propriè respicit clericos, ad quos id pertinet.12.q.j.placuit.j.& 2.& §.is ita. & cum funera ad sepulturam deferuntur diuina officia cantare, vt est expressum,13.q.2.qui diuina.23.q.5.placuit. ad idem, de rapto.c.2. bene facit de vsur.quia inomnibus.vbi pœna suspensionis ab officio,quæ imponitur sepelientibus manifestè vsurarios, non potest cõplecti, nisi clericos, & ideo illam oportet de clericis intelligi,& non de laicis.Nam pœna iuris non habet locum, nisi in casu, vbi materia super qua fundatur, est habilis ad illam susciendam,vt bene probatur de clericis.si compromissarius.§. restringitur. lib. 6.& quòd not ibi in vlt.gloss.facit & ff.de iure patro.adigere.§.quamuis.ad l.Corn.de fal.impu.§.si seruo.optimè de biga.debitis.facit quòd dixi supra,uersi.sed posset dubitari.& ex prædictis clarè infertur,quòd dispositio dictæ clem. inquantum sepelientibus in cimiteriis ecclesiarum imponit pœnam excommunicationis adiecta clausula,quæ propriè adaptatur clericis,vt ecclesiasticis personis de ipsis clericis & ecclesiasticis personis, quorum † officium propriè est ecclesiasticæ tradere sepulturæ per diuinorum celebrationem, debet intelligi & non de aliis.

Item quid dices, si clerici dicũt officium sepulturæ super funus,& postea deponẽtes funus in loco secreto,non ponunt ipsum in humo,uel alio sepulchro,nũquid sunt excommunicati? Certè secundum opi.contrariã esset dicẽdum ꝙ nõ,quia text. dicit sepeliri, ꝙ est humo vel tumulo mortuum cõdere. & sic per solam officii celebrationẽ nõ esset delictũ consumatum.ergo non incidũt in pœnã.de elect.perpetuo.lib.6.cum si.Sed nõ credo ꝙ aliquis hoc diceret.sic.n.semp fieret durante interdicto, saltem de solẽnibus personis defunctis,& per cõsequẽs d.clem.esset facta ludibrio, & lex imposita verbis & nõ rebus,contra id,de elec.c.commissa.§. porrò. lib.6.

Si tamen

Source : BIU Cujas

Si tamen omnino velles iudicare propter prædictam interpretationem verbi ſepulturæ,ex quo aliud non poſſum,concedam tibi quòd tradentes tumulo,& ad id cooperantes,ſicut ſunt aperientes ſepulchrum, foueam facientes. Item id mandantes per decre.mulieres.de ſen.excom.cum concord.& qui habent potestatem prohibendi & non prohibent.eo.titu.q̃ religentur dicta pœna,non autem portantes cruces,vel cereos, vel aſſociantes, vel alii ſimiles.ad hoc de ho.ſicut dignum.§.3.ff.ad l.Aquil.huic ſcripturæ.§.ſi ſeruus.& l.vulneratus.

29 Ad ſeptimum & vltimum membrum. ſ. qualiter † tollatur eccleſiaſticũ interdictũ? Quicquid de hoc dicit Hoſt.de appel.hoc quoniam,dico q̃ ſpeciale interdictum perſonæ pro ipſius contumacia promulgatũ tolli debet præſtita cautione de ſtando iuri.de verb.ſign.ex parte.j.& ſi illam cautionem præſtare nõ poteſt, iuret q̃ parebit mãdatis eccleſiæ.de ſen. excom. venerabili. eodem modo tollitur ſi pro dubia offenſa in aliquem laicum fuit:ſed ſi pro manifeſta offenſa,vel culpa ſingularis perſona fuerit interdicta,abſolutionem ſiue relaxationem præcedere debet ſatisfactio,vt in præalleg.c.ex parte.Si autem ſatisfacere non poteſt, præſtet idoneam cautionem,vel iuratoriam ſi illã præſtare non poteſt.C. de epiſ. & cler.auc.generaliter.de dona.inter virum & vxo.per noſtras. de ſen.excom.§.vlt.illis etiam.lib.6.Idem per omnia intelligas, ſi interdictum fuit promulgatum in eccleſiam ſingularem ſiue ſpecialem,quòd quidem fieri potuit,propter culpam perſonæ, vel perſonarum eiuſdem eccleſię,vt dixi ſup.2.membro.ver.ſed quæro,an ſpeciale.Sed interdictum generale.ſ.loci vel vniuerſitatis ſiue populi,ſiue cõmunitatis,ſiue certa forma tollitur, ſiue relaxatur. Et in hoc caſu non reperio certam formam in iure. vnde iure cauetur quòd tale ĩterdictum dicitur reuocari. quòd me.cau.c.2.lib.6.vel relaxari.de ſent.excom.præſenti. eo. lib. illorum tamen,qui fuerunt culpabiles ante huiuſmodi relaxatio
30 nem,vel reuocationem,debet exigi ſatisfactio, vel cautio, iuxta ordinem.§.dictum.ar.prædicti.§.illis etiam.Sed ſolet quæri,† an ſi aliqui volunt ſatisfacere,debeat quo ad eos interdictum relaxari? Solu.ſic,ſi ex perſona ſpecialiter interdicta, ſicut dicitur de excommunicato abſolutionem petente,& mandatis eccleſię ſe offerente.de offic.deleg.cum contingat. de eo, qui dux.in mat. quam pol.ſignificaſti.de quo plenè ſcripſi de reſcrip. ab excommunicato.ad fi.ſi autem locus tantum,& non perſonæ, aut populus,ſeu vniuerſitas fuerit interdictus, non eſt, q̃ ſi requiritur alicuius ſatisfactio præterq̃ illius,vel illorũ quorum culpa principaliter latum fuit:abſurdum enim eſſet,q̃ ab illo requireretur ſatisfactio,qui in nulla fuit culpa.de conſti.c.2.cum concor.hoc cõcludo,q̃ ſi eſt generale interdictum loci, vel vniuerſitatis, de iure ſingularis perſona non debet abſolui, vel circa ipſam interdictum ſpecialiter relaxari.q̃ eſt contra aliquos inquiſitores hęreticæ prauitatis,qui prætextu cuiuſdã priuilegij Inn. V.qui præceſſit Bonifa.cuius fuit decre.alma, frequenter contrafaciunt, de quo priuilegio dixi ſup.cum tractaui de cruce ſignatis. Non
31 omitto q̃ diſputauerunt antiqui & moderni, † an interdictum poſſit ad tempus ſuſpendi per alium,quàm per Papam.Et ſi põt, ſuſpenditur,& interim appellatur, an a populo ſuſpendat effectum interdicti pro futuro tempore.de his plenè no.de appel.ad hoc quoniam.& ibi dixi. & c. dilectis. Breuiter dic q̃ interdictũ perſonę ſuſpendi nõ poteſt,ſicut nec excommunicatio.ad hoc, de ſen.excom.cum deſideres.ſed interdictum loci bene,argu.de ſpon.non eſt nobis.de priuile.vt priuilegia. & eſt diuerſitatis ratio,quia locus interdicitur qui non deliquit, vel delinquere potuit,cum ſit res inanimata,vnde eſt ſenſus,interdicto locũ,ideſt celebrãtes in loco.vnde proferens poteſt ab hac ſententia excipere quos vult,& ſubijcere quos vult. Item q̃ circa officia celebrantes in loco ſint excommunicati,& non alii,& q̃ tantũ certo tempore ſeruent interdictũ,ſcilicet cum dominus terrę fuerit præſens,& non aliàs.de offic. deleg. ſanè.2. de ſpon.non eſt nobis, vel ſi propriè dicatur locus interdictus, quia id tamen factum fuit propter delictum hominis,& non loci, poterit ibi celebrari ad tempus,ideſt iſtud interdictum ſuſpendi,vt in c.vt priuilegia.Sed ſi perſona eſt interdicta, hoc propter propriã ipſius culpam eſt, & ideo interdictum non poteſt ſuſpendi. ſi enim p eum eſt ſatisfactum,relaxanda eſt ſententia, aliàs non debet ſacramenta tractare.81.diſt.ſi qui ſunt.& c.miniſtri.& c.oportet.ſecundum Inno.& Hoſt.in decre.vt priuilegia.

32 Ad aliam quæſtionem,licèt Hoſt. videatur aliud ſentire,dico quòd † ſi medio tempore ſuſpenſionis interdicti loci appelletur,appellatio non ſuſpendit effectum pro tempore futuro.& eſt ratio,quia ſuſpenſio reſpicit actũ manentem habitu.15.q.6.c.penul.& vlt.de offi.deleg. prudentiam. §.feſta.C.de cura.furio.l.penul.cum ſimi.& pro tempore futuro tantum poſt appel.non eſt nouum interdictum, vt in prædictis c.ad hoc quoniam,& c.dilectis.de appel. glo. ſatis not. ergo ſententia remanet ligans ſaltem habitu,ſed effectus talis ſententiæ non ſuſpenditur per appellationem ſequentem,vt in decre.prædicta,ad hoc quoniam.ad decre.dilectis.in quantum videtur facere contra id, quod dixi. Reſpondeo quòd ibi lata fuit ſentẽtia
33 ſub conditione.vnde † appellatio interpoſita ante conditionis euentum habuit impedire, non dico ſuſpendere effectum ſniæ interdicti,vt eo.tit.præterea quæ ſnĩa interdicti eſt valde timẽda & ſeruanda,cum ſit neruus ſiue cenſura eccleſiaſticæ poteſtatis. de conſue.cum inter nos,cõceſſa ipſi eccleſiæ a Chriſto, cui eſt honor & gloria per infinita ſecula, Amen.

TRACTATVS

De Eccleſiaſtico interdicto

Domini Nicolai Plouij.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum eccleſiaſticum, quid ſit.*
Interdictorum quoddam generale eſt, & quoddam ſpeciale.
2 *Interdictum ſpeciale, quod dicatur.*
3 *Interdictum differt ab excommunicatione & ſuſpenſione.*
4 *Clero interdicto ſpecialiter,non cenſetur populus interdictus.*
Clerici & ſi generale interdictum ſeruare teneantur,non tamen ſunt interdictæ eorum perſonæ.
Subditi diuina poſſunt audire alibi,ſi terra interdicta ſit ob delictum domini.
5 *Ciuitate interdicta, cenſentur ſuburbia interdicta.*
Celebrari nõ poteſt in eccleſia interdicta,nec in capella, aut cimiterio eiuſdẽ.
6 *Ciuitate ob ciuium delictum interdicta, ciues interdicti ſunt quocunque vadant.*
Ciuitate vel villa interdicta, poſſunt diuina celebrari voce ſubmiſſa in monaſterijs.
7 *Interdicti generalis tempore in quatuor ſolemnitatibus poſſunt cantari veſperæ primæ & ſecundæ.*
8 *Interdicti in magnis ſolemnitatibus non poſſunt corpus Chriſti ſumere, nec tradi ſepulturæ.*
Sacramenta, quæ tempore interdicti poſſint conferri.
9 *Clerici forenſes in loco interdicto celebrare poſſunt ianuis clauſis.*
10 *Eccleſia ſi ſit ſpecialiter interdicta,nullo modo debet celebrari in ea.*
Populo interdicto,poſſunt officia diuina celebrari expulſis interdictis.
11 *Interdictus in articulo mortis,iurans ſtare mandatis eccleſiæ, non admittitur ad ſepulturam eccleſiaſticam.*
Confeſſionem audire non debent tempore interdicti hi, quorum culpa latum fuit interdictum.
12 *Vnctio extrema non debet conferri tempore interdicti.*
Matrimonia tempore interdicti poſſunt per interdictos contrahi.
Campana tempore interdicti,an poſſit pro horis dicendis pulſari.
13 *Clerici tempore interdicti poſſunt ad vlteriores ordines promoueri.*
14 *Clerici,an licitè poſſint recipere funeralia, quæ dantur cum funere defuncto tempore interdicti ſepulto.*
15 *Sepulti extra cimiterium tempore interdicti, ipſo relaxato poſſunt ad cimiterium transferri.*
16 *Familia alicuius domini cum eo exiſtens, eiſdem potitur priuilegijs, quibus & ipſe.*
17 *Epiſcopi tempore interdicti poſſunt coram ſe facere diuina celebrari.*
18 *Seculares tempore interdicti non debent extra eccleſiam diuina auſcultare.*
Clericus aliquid agens in ſuo officio tempore interdicti, violat interdictum.
19 *Menſa poteſt benedici tempore interdicti.*
20 *Oratio priuata fieri poteſt in eccleſia tempore interdicti.*
21 *Laici pulſantes campanas tempore interdicti,nõ efficiuntur irregulares,ſunt tamen puniendi.*
Prælati tempore interdicti excommunicare & abſoluere poſſunt.
22 *Baptiſmus conferri poteſt in eccleſia ſpecialiter interdicta.*
Sacerdos tempore interdicti celebrans ianuis clauſis miniſtrum ſecum habere poteſt.
23 *Sacerdos officium pro baptiſmo in ſabbato ſancto cum ſolemnitate nõ poteſt facere.*
Euchariſtia, quibus poſſit dari tempore interdicti.
24 *Verbum Dei omnibus indifferenter poteſt annunciari tempore interdicti.*
Corpus Chriſti ad infirmũ per ſacerdotem portari poteſt tempore interdicti.
25 *Clerici promittentes ſepeliri in cimiterio tempore interdicti,ipſo facto excõmunicationem incurrunt.*
Interdicta alicuius domini terra, intelligitur de ea quæ quo ad dominium iuriſdictionis ſua eſt.
26 *Clericus,qui per contemptum diuinis intereſt tempore interdicti,efficitur irregularis, ſecus ſi ex ſimplicitate.*
Vniuerſitate interdicta,effectus poſtea de ipſi vniuerſitate cenſetur interdictus et ipſe.
Clericus ſcienter interdictum violans, efficitur irregularis.
27 *Sacerdos ſcienter celebrans in eccleſia ſemine,aut ſanguine polluta,irregularitatem non incurrit.*
Celebrans coram interdictis,aut excommunicatis,graue incurrit peccatum, non efficitur irregularis,ſi locus non ſit interdictus.
28 *Excommunicato vel interdicto eccleſiam intrante,omnes tenentur exire.*
Celebrans ſcienter in loco interdicto, vel coram perſonis interdictis, quas pœnas incurrat.

29 Ce-

Source : BIU Cujas

Nico. Plouij. De Interdicto.

29 *Celebrans coram excommunicato, uel interdicto publicè, pro prima vice minorem excommunicationem incurrit.*

1 INEM opuſculo imponere cupientes, de eccleſiaſtico ĩterdicto, aliqua ſubijciamus. † Circa ꝙ ſciendum, ꝙ interdictum, ſecundum Inn. non eſt niſi prohibitio hominum habitātiũ in loco a ſacramentis ſibi accipiẽdis, & a ſepultura, & ne clerici celebrent diuina, vel miniſtrent ſacramẽta. Et eſt duplex, quoddā generale, quoddam ſpeciale, ſiue particulare. Generalitet interdicitur regnum, ſiue puincia, ſiue etiam ciuitas vel caſtrum. Particulare uerò interdictum eſt, quando de multis eccleſijs vna, duæ, vel tres interdicuntur, vt habetur de verb. ſigni. cum in partibus. Sic etiam ſpeciale dicitur, quãdo omnes eccleſiæ ciuitatis, vel prouinciæ interdicuntur, ut fit per executores decimarum. Vnde generale dicitur, quantum ad illum locum, vbi nullus excipitur. Vnde ſecundum do. Alua. licet perſona indicatur, vt. ſ. quamdiu in tali loco moratur, vel ad quemcunque peruenerit, quamdiu ibi fuerit, ſeruetur interdictum. in hoc, licet propter perſonam ſpecialem cenſeatur interdictum, tamen quo ad obſeruationem generaliter intelligitur interdictum p-latum, vnde omnia quę ſeruantur tempore interdicti generalis,
2 etiam tunc obſeruabuntur. † Speciale autem eſt, in quo aliquæ eccleſiæ excipiuntur, & ubi ſolum terra eorum quæ interdicit, ſpecificatur. Poteſt tamen poni interdictum ex rationabili cā, propter culpam domini loci alicuius, ſiue capituli, ſiue communitatis: non tamen poteſt poni per ordinarium, vel per delegatum pro pecuniario debito, vel cuiuſuis pecuniæ quātitate, niſi de auctoritate ſedis Apoſtolicæ ſpeciali & expreſſa, p extraua. Bonifacij VIII. quæ incipit, proinde attenden. & hoc intellige de interdicto generali, quia ſpeciale bene poteſt poni propter deuitum pecuniarium, vt quia plebanus nõ ſoluit aliquam collectam ſedi Apoſtolicæ vel epiſcopo, poteſt interdici tantũ illa eccleſia illius plebani, non autem alia in illa ciuitate, ita notauit
3 Ioan. And. in nouel. de ſen. excom. lib. 6. † Et differt interdictum ab excommunicatione, vel ſuſpenſione, quia excommunicat, vel ſuſpenditur perſona, ſed interdicitur locus, vel regnum, vel puincia, caſtrum, eccleſia, villa, ciuitas, communitas, clerus, vel populus. Poteſt etiam interdictum poni per epiſcopum, de conſenſu epiſcopi poteſt capitulum interdicere, videlicet, quando procedit ex mero officio, aliàs autem ſine conſenſu capitulum poteſt interdicere ſuper notorijs delictis. hoc idem poteſt facere electus confirmatus, licet nondum conſecratus, quia hoc eſt iuriſdictionis, & non ordinis. vacante verò ſede, poteſt hoc etiã facere capitulum. De omnibus iſtis ſunt iuta, quæ omitto cauſa breuitatis. Forma autem interdicti eſt hæc, Nos propter talem cauſam. ſ. occiſionis ſacerdotis in ciuitate factæ iſtam ciuitatem ſupponimus interdicto eccleſiaſtico.

His præmiſſis ponuntur aliquæ regulæ de obſeruatione interdicti

4 Prima regula eſt, † Interdicto clero ſpecialiter, non propter hoc populus intelligitur interdictus, nec econuerſo. vnde in tali caſu laici poſſunt audire diuina, vt de ſent. excõ. ſi ſentẽtia. lib. 6. Cum verò alicuius ciuitatis, vel terrę populus eſt interdictus, ſingulares perſonæ intelliguntur eſſe interdictæ.

Secunda regula, Licet generale interdictum clerici teneantur obſeruare, tamen eorum perſonæ non ſunt interdictæ, & ideo alibi exiſtentes poſſunt celebrare.

Tertia regula, Interdicta ciuitate propter delictum domini, ſubditi ipſius alibi poſſunt audire diuina, niſi culpabiles exiſtāt, vel niſi ipſi fuerint interdicti propter dominum in eis puniẽdũ. de ſen. excom. ſi ciuitas. lib. 6.

5 Quarta regula, † Ciuitate, vel caſtro interdicto, uel villa, ſub vrbia illorum, & continentia ędificia intelliguntur interdicta, vt d. c. ſi ciuitas. Suburbia autem, ſecundũ Io. de Deo, intelliguntur loca extra ciuitatem, vt ipſa ędificia quæ ſunt extra vltimam portam ciuitatis, ſiue ſit porta clauſa, ſiue aperta, quòd alio nomine dicimus ingreſſum, vel introitum ciuitatis principalẽ, vel finalem, de quibus ędificiis vocātur omnes homines ad cautionem ciuitatis, & ſoluunt communes penſiones, cenſus, vel tributa, vel quaſcunque exactiones cum ciuibus ciuitatis.

Quinta regula. Interdicta eccleſia, nec in ipſa, nec in eius capella poteſt celebrari, nec in eius cimiterio contiguo poterit ſepeliri, vt dicitur in d. c. ſi ciuitas. lib. 6.

6 Sexta regula. † Interdicta ciuitate pro peccato ciuium, q̃q̃ eiues non ſunt proprijs nominibus expreſſi, tamen quocunque vadunt, interdicti ſunt, nec debent admitti ad diuina, quia interdictus in una eccleſia, interdictus eſt in alia. 4. q. 5. quiſquis. Si aũt propter peccatum Principum, tunc populus nõ eſt interdictus, niſi in eadem ciuitate, ſecundum Io. de Deo. Similiter etiam in tertia regula ſuperius dictum eſt.

Septima regula. Tempore interdicti generalis, puta cũ locus eſt interdictus, vt ciuitas, caſtrum, villa, ſingulis diebus in monaſterijs & aliis eccleſijs poſſint celebrari miſſæ ſubmiſſa voce, ianuis, clauſis, excommunicatis & interdictis excluſis, campanis etiam non pulſatis. Tempore etiam prædicto canonici debent conuenire ad eccleſiam, aliàs amittunt diſtributiones quotidianas, quæ intereſſentibus tantùm datur, ſi nõ eſſet interdictum. Poſſunt etiam tunc, ſolùm in feſtiuitatibus Natalis, Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes, Aſſumptionis Beatæ Virginis, pulſatis campanis, ianuis apertis, alta voce diuina cantari, excommunicatis excluſis, ſed interdictis admiſſis, ita tamen ꝙ illi propter quos latum eſt interdictum, altare non appropinquent. Quod ſic intelligitur, ſecundum nouellatorem, in c. alma. de ſenten. excom. lib. 6. ꝙ reliqui non culpabiles poſſunt orare ad altare, & oblationem ſuper altare offerre, & ſimilia facere. Hodit etiã per extrauagan. Martini Papę V. moderni extenditur iſta indulgentia ad feſta Corporis Chriſti ita ꝙ tempore interdicti generalis, licet etiam celebrare, etiam alta voce, & pulſatis campanis vſque ad octauas. nullum tamen præmiſſorum poteſt fieri, quãdo eccleſia ſpecialiter eſt interdicta.

7 Octaua regula. † Tempore generalis interdicti, & ſolemnitatibus quatuor. ſ. Natalis, Paſchę, Pẽtecoſtes, & Aſſumptionis Mariæ, licitum eſt cantare veſperas primas & ſecundas, ſed non cõpletorium, aliàs incurreret irregularitate per errorem opinione fulcitum, eo quòd Doctores in hoc concordant, ex quo non contemptum clauium facit eſſe diſpenſabile per legatum, ut in cle. dicitur. de cleri. excom. min. cler. Hæc Ioan. And. in nouel. in c. alma. de ſent. excom. lib. 6. Sabbato verò magno. ſ. Reſurrectionis Domini, non poſſunt in caſu veſperæ primæ cantari. Ratio, quia terminantur cum complenda miſſæ, & ita quodãmodo ſunt pars miſſæ. Sed in feſto Corporis Chriſti tam primæ q̃ ſecundæ veſperæ cum omnibus horis, miſſis, & cõpletorio vſq; ad octauam incluſiuè poſſunt celebrari, præter tamen completorium ipſo die octauæ, quod videtur ad diem ſequentem pertinere. Nullum tamen prædictorum poteſt fieri tempore ſpecialis interdicti.

8 Nona regula. † In feſtiuitatibus quatuor prædictis non poſſunt ſani percipere Corpus Chriſti, nec etiam homines mortui ſepeliri, ſm Io. And. in nouel. in d. c. alma. Et notantur hæc de ſepul. eos qui. in cle. in gl. quæ hoc dicit. Et idem Hoſt. in c. & plantare. de priuil. ſuper ver. defunctorum. quãuis Io. Cald. renet contrarium, cuius dictum non præualet, tanquam ſingulare.

Decima regula. Tẽpore generalis interdicti poſſunt iſta ſacramenta conferri, baptiſmus paruulorum & adultorum, pęnitentia tam ſanis quàm infirmis, viaticum ſeu Corpus Chriſti pro infirmis tantum, confirmatio in fronte, & conſecratio chriſmatis feria. 5. magna per epiſcopum, ut not. in gloſ. magna, ſuper verſi. ſacramentis. in dic. cap. alma.

9 Vndecima regula. † Licet quidam antiqui, ut Petrus de Samprana, & alii, opinabãtur tempore generalis interdicti in eccleſijs modo ſupradicto non poſſe celebrari diuina, niſi a proprijs clericis eccleſiarum, ſcilicet vt nõ niſi in eccleſijs parochialibus plebani cum vicarijs deberent celebrare diuina ſubmiſſa uoce, & ianuis clauſis, & ꝙ clerici extranei non poſſunt ibi celebrare, nec eis intereſſe: tamen ſecundum Io. And. in nouella. ca. alma. poſſunt extranei clerici hæc omnia facere, quia nimis durũ eſt ꝙ beneficiatus vnius eccleſiæ in alia tunc celebrare non poſſit, & in his ſecundum ipſum nimis emungit, uel elicit ſanguinem, immo ſecundum Io. Calde. quod plus eſt, poſſunt clerici diuerſarum eccleſiarum ſecundum conſuetudinem quam habent conuenire in feſtiuitatibus vel diebus certis anniuerſario tempore interdicti, ſeruata forma decreta. alma. ſ. vt ſubmiſſa voce celebrent, & ſine pulſu, & ianuis clauſis. Hæc Ioan. Calde. in tractatu, de interdicto. q. 85.

10 Duodecima regula. † Quando eccleſia ſpecialiter eſt interdicta, tũc in eadem in his diebus, ſcilicet quatuor feſtiuitatibus & aliis durante interdicto non poterit celebrari etiam baſſa voce & ianuis clauſis, ſed extra eam in loco alio etiam poſſet alta voce celebrari ſub tentorio vel in alia eccleſia, ſi eſt ibi non interdicta, ſecundum Io. And. in nouel. d. c. alma.

Decimatertia regula. Interdicto populo vel vniuerſitate, & non loco nec eccleſia, poterunnt clerici ianuis apertis & pulſatis campanis ſingulis diebus alta voce celebrare, interdictis tamen & excommunicatis expulſis, cum hoc nõ ſit prohibitum, ſed interdicto loco non põt ibi celebrari, niſi modo ſup. expreſſo. erga illa, quæ ibi dicta ſunt, intelligenda ſunt de locali interdicto, quando locus eſt generaliter interdictus.

Quartadecima regula. Exiſtens culpabilis, vt puta conſiliarius vel procurator vel capitaneus, cuius conſilio, vel auxilio latum eſt interdictum, licet ab eo cautio recipiatur de ſatisfactione, & ei pęnitentia iniungatur, non tamen propter hoc relaxabitur interdictum, niſi principalis ſatisfecerit, quo ſatisfaciente tolletur interdictum, per glo. d. c. alma. ſuper verbo, relaxatio.

Decimaquinta regula. † Et ſi in periculo mortis aliquis interdictus

terdictus accipiat pœnitẽtiam tempore interdicti, & iuret ſtare mandatis eccleſiæ, non tamen admittitur ad eccleſiaſticam ſepulturam, cum hoc ſit contrarium iuri. de pœnit. & remiſſio. quod in te.ſecundum Ioan.de Deo.

Decimaſexta regula.Tempore interdicti non debent audire confeſſionem illi,quorum culpa vel dolo latum eſt interdictũ, vel præbuerunt conſilium, auxilium vel fauorem,niſi prius ſatisfecerint,vel de ſatisfaciendo dederint idoneam cautionem: vel ſi hoc non poſſunt,ſaltem iurabunt ꝙ cum poterunt ſatisfacient,& ad ſatisfactionem faciendam præter illos qui tenẽtur, dabunt conſilium, auxilium, vel fauorem,& laborabunt ꝓ poſſe,non tamen erit relaxatio interdicti,vt in d.c.alma.

12 Decimaſeptima regula.† Tempore interdicti non debent decedẽtes tam clerici quàm laici extrema vnctione inungi. de pœ. & re.quod in te.

Decimaoctaua regula.Tempore interdicti poſſunt matrimonia per interdictos contrahi,tamẽ ſine ſolemnitate, quia etiam an excommunicatis contracta tenẽt,vt de eo qui dux.in mat.2. ſignificaſti.ita no.Io.in d.cap.alma.in glo.ſuper ver.ſacramenta. Ioan.tamen de Ligna. dicit ꝙ in feſto aſſumptionis Mariæ põt matrimonium ſolenniter benedici.

Decimanona regula.Licèt ſecundum quoſdam tempore interdicti poterit vna campana pulſari pro conuocandis canonicis ad horas canonicas, vt dicit do. Aluarus.melius tamen & ſecurius eſt ſi non pulſetur,ne populus relaxationem credens interdicti, conueniat ad diuina. vt dicit Ioan.Cald.

Viceſima regula. Tempore interdicti poteſt cãpana pulſari pro dicenda oratione pro pace, ſcilicet Aue Maria, ſiue de mane, ſiue de ſero, ſecundum Ioan.Cald.

13 Viceſimaprima regula. † Tempore interdicti clerici poſſunt ad vlteriores ordines promoueri,ſed non ſpecialiter interdicti. Laici verò interdicti non poſſunt promoueri.

Viceſimaſecunda regula. Tempore interdicti licet laici ſepeliri non poſſunt in cimiterio,etiam qui nõ dederunt cauſam interdicto,poſſint tamen clerici ſepeliri, ſed ſine pulſu campanarum,& ſine omni ſolemnitate,de pœni.& remiſ.quod in te.Poteſt tamen ſubmiſſa voce pro clericis decedẽtibus dici, Requiẽ, & vigiliæ,& orari ianuis clauſis,,put notauit Bart.de Piſa.in Summa ſua de interdicto.§.3.Idem dicendum eſt de laicis,qui nõ dederunt cauſam interdicto:vel ſi dederunt,ſufficienter emendauerunt,& pœnituerunt. Nam pro talibus poteſt orari in ſecreto, & eorum mortuaria ſunt recipienda, licet non ſepeliantur in cimiterio, quia tales ſunt in ſtatu ſaluandorum, ſecundum do.Alua.Dicit tamen Io.And.in cle.j.de ſepult. quod hoc intel 20 ligendum eſt de mortuarijs, quæ ipſe moriens reliquit loco interdicto, vel etiam de illis quæ poſtea data ſunt, cum fuerint ſepulti in cimiterio poſt relaxatum interdictum.

14 † De funeralibus verò,quæ dãtur cum funere ſepulto defuncto tempore interdicti, non putat clericos licitè recipere poſſe, quia videntur participare delicto. Idem dicit Stepha. Et addit Io.And.in nouella,in fine gl.magnæ,quòd ſi recipiuntur,nõ tenentur ſoluere quartam,vt in clem.dudum.de ſepultu. ibidem. Pro quo allegat Oldradum inducentem legem.ff. pro ſoc.cum dudum vbi ſocius omnium bonorum non cogitur cõferre ea, quæ ex cauſis prohibitis acquiſiuit.

15 Viceſimatertia regula. † Sepulti extra cimiterium,in quibus apparuerunt ſigna contritionis tempore interdicti,relaxato interdicto ſepeliuntur in cimiterijs. Si autem fuerint ſepulti in cimiterio, non ſunt relaxato interdicto extumulandi, ſecundum Dominum Aluarum.

Viceſimaquarta regula. Quando terra aliqua ſingulariter eſt interdicta in pœnam,& ſi ex eis multi non deliquerint,vel forſi tan vniuerſitas vel magna pars,vel fortè deliquit dominus,& in hoc tunc puniuntur parochiani, non poſſunt in aliena eccleſia etiam nõ interdicta alibi eligere ſepulturam, niſi fortè etiam ex priuilegio,vt de priuileg.vt priuilegia. Si verò eſt interdicta ꝓp delictum clericorum tantum, vel propter hoc ꝙ violata fuerit, tunt parochiani poſſunt in alia non interdicta eligere ſepulturam, & audire diuina. Hæc Inno.

16 **Viceſimaquinta regula.** † Si alicui perſonæ ꝓceſſum eſt, vt tempore interdicti poſſit celebrare, aut audire diuina, voce ſubmiſſa,tunc eius familiares ad audiendũ cum illo & celebrandum ſibi admittuntur in abſentia tamen domini tales familiares hoc facere non poſſunt,ſecundum Io. And. in nouel.de priuileg.licet.lib.6.Nõ ſic autem de familiaribus alicuius collegij, quia niſi priuilegiati fuerint,non admittantur.Tali enim cõceſſione gaudere nõ poteſt,qui dedit cauſam interdicto, vel cuius conſilio,culpa,fraude, dolo latum eſt interdictum, vt de priuileg.licet.lib.6.Familiares autem intellige nõ ſolum perpetuos, ſed etiam mercenarios,ſecundum Archidiaco.Illi etiam q ſucceſſerunt aliis,qui non fuerunt tempore dati priuilegij,ſed ex cã neceſſaria ſunt aſſumpti,cenſentur familiares, ſecundum Egid. de Cremona,ſed non illi qui voluntate nuda ſunt aſſumpti.

17 Vigeſimaſexta regula. † Tempore interdicti poſſunt epiſcopi quocunque ierint,coram ſe facere celebrare diuina,ſed tamẽ ſubmiſſa voce,& oſtio clauſo,vt de priuileg.lib.6.in vlt.glo.nec poſſunt per alios diœceſanos in eorum diœceſi prohiberi,ſecũdum Io.And.in nouella ibidem.

Viceſimaſeptima regula. Religioſi exempti in capellis ſuis, quas habent in locis non exemptis,tempore interdicti non poſſunt facere,nec per ſe celebrare diuina,vt de priuileg. auctoritate. lib. 6. Hodie autem religioſi violantes interdictum poſitum per ſedem Apoſtolicam vel ordinariam loci, vel generalẽ ceſſationem diuinorum factam per prouinciale Concilium, ſunt excommunicati ipſo facto,non obſtantibus priuilegijs & exceptionibus quibuſcunque per clemen.j.de ſent.excom.

18 Viceſimaoctaua regula. † Tempore interdicti non licet ſecularibus extra eccleſiam auſcultare ſeu audire diuina, quæ fiũt in eccleſia,nec licet feneſtras vel foramina facere ad videndum in figura huiuſmodi diuina & Corpus Chriſti,vt colligitur de pœ. & remiſ.quod in te.de ſen.excom.c.j.in cle.

Viceſimanona regula.Clericus nõ ſolùm celebrans, ſed etiã agẽs aliquid in ſuo officio publicè tempore interdicti, violat interdictum.Vnde non ſolum cantans miſſam vt ſacerdos, ſed ẽt afferens calicem,vt diaconus violat interdictum.Similiter celebrando principaliter veſperas vel matutinum.11.q.3.ſi quis epiſcopus.Idem Guilielmus in Speculo,tit.2.§.iuxta propoſitionis. verſic. quid ſi.Si quis tamen intereſt diuinis etiam cantans cum aliis,nõ tamen agens in ſuo officio,non credit Hoſt. talem irregularitatem incurrere vel ſuſpenſionem,niſi faceret in cõtemptum.Clericus tamen in minoribus agens in ſuo officio,irregularis eſt,ſecundum ipſum,de priuileg.tanta.& c.fi.per Innoc.

19 **Trigeſima regula.** † Tempore interdicti poteſt mẽſa bñdici, ſimiliter aqua cum ſale ſub ſilentio, non tamen ſacerdos populum dẽt aſpergere publicè.ſi tamẽ aſpergat non eſt irregularis, quia aſperſio, non eſt alicui ordini annexa.Non obſtante dicto Inno.& Guil. in Spec.quia loquuntur ſecundum antiqua tempora. hodie aũt ex quo permittitur miſſa ſub ſilentio,quod maius eſt,ergo & benedictio aquę, quod minus eſt.

Triceſimaprima regula.Tempore interdicti clerici bini & bini expreſſa voce horas dicẽtes ambulando vel ſedendo in eccleſia,uel iuxta eccleſiã, vel alibi vbi ab aſtantibus laicis audiuntur,creduntur violare interdictum,ſecũdum Ioan. Cal. Ex quo ſequitur quod tũc clericus volens dicere horas,debet a ſe remouere familiam laicalem: poteſt tamen cum alio clerico dicere horas in ſecreto, vbi a nemine audiretur.

20 Triceſimaſecunda regula. † Tempore interdicti poſſunt tam clerici quàm laici publicè orare priuatas orationes in eccleſia, niſi ipſis ſpecialiter eſſet prohibitus ingreſſus eccleſiæ.ſecũdum Monaldum.Melius tamen faciunt clerici abſtinentes ab oratione communi cum laicis propter ſuſpitionem.Illi tamen q ſunt propter culpam interdicti vel excommunicati, non poſſunt in eccleſia orare,immo nec eccleſiam intrare, ſecundum Archid. 11.q.3.ſi quis.Si tamen excommunicatus eſt in eccleſia, ſed nõ orat,non videt Innoc.quare non poſſum eo præſente orare, cũ non communico ſibi in oratione.Ita recitat Archid.11.q.3.ſicut.quod ſi ego ſum in eadem domo pro meo negocio, & ille pro ſuo,non ſibi communico.Sed ſi in eodem negocio, vtputa ambo imus ad Regem ad petendum pro aliquo, tunc dicor cõmunicare.Dicit inſuper ibidem ꝙ poſſum cum excommunicato in eadem camera comedere, ſed non in eadem menſa, ſimiliter dormire, ſed non in eodem lecto.

21 Triceſimatertia regula. † Licet tempore interdicti laici pulſantes funeri,vel pro alia cauſa, non fiunt irregulares, non tamen habeant orationem. tamen ex quo violant per hoc interdictum, grauiter ſunt puniendi,ſecundum Innoc.& Hoſt. Clericus tamen pulſans tempore diuinorum irregularis eſt:ſecus ſi ibi non celebrantur de facto diuina.

Triceſimaquarta regula.Tempore interdicti poſſunt prælati excommunicare & ſoluere,cum hoc ſit iuriſdictionis, ſed non cum ſolemnitate, ideſt ſine ſtola, pſalmis & orationibus: nec poſſunt excommunicatum in eccleſiam introducere, quia eſt ordinis, vnde hoc faciens eſt irregularis, ſecundum Innoc. & Hoſt.& Guiliel.nec etiam poſſunt mulieres poſt partum introducere in eccleſiam, ſecũdum Ber. quod intellige cum pſalmis & orationibus, poſſunt tamen introducere tãtum præmiſſa cõfeſſione nihil dicendo, nec ſtola vtendo.

22 **Trigeſimaquinta regula.** † Tempore interdicti ſpecialis, quando eccleſia eſt ſpecialiter interdicta, poteſt in ea baptizari & chriſmari, honeſtius tamen hoc fieret extra propter ſuſpitionem chriſmatis.

Triceſimaſexta regula. Sacerdos celebrans ſubmiſſa voce & ianuis clauſis tempore interdicti poteſt habere ſecũ vnũ ſcholarem ad hoc deputatum ad miniſtrandum ſibi,ſecundum Inno. de ſent.excom.nuper.de quo etiam per Arch.11.q.3.ſicut Apoſtoli.Caueat tamen ſacerdos, ne vocet aliquos literatos laicos

de ſua

de ſua parochia ad miniſtrandum, hodie iſtum, cras illum &c. quia hoc eſſet in fraudem interdicti.vnde ſolum magiſtrũ ſcholæ vel campanatorem qui ſibi conſueuit miniſtrare,pro tunc tãtum habeat,& hoc ſiue ſit clericus,ſiue magiſter. & ipſo recedẽte poteſt alium ſubſtituere,dum tamen ſit de loco non interdicto,ſecundum Io.Cald.Si tamen laicus miniſtrat ſacerdoti, qui non fuit ante hoc ſuus miniſter,licèt non ſit irregularis, tamen grauiter peccat.poteſt tamen ſine diſpenſatione promoueri pœnitentia peracta. Vbi tamen ſunt plures ſacerdotes, melius fieret ſi vnus alteri miniſtraret excluſis clericis, vel campanatoribus,ſi commodè fieri poteſt.Iſta eſt intentio Ioan.Calde.in ſuo tractatu de interdicto.

23 **Triceſimaſeptima regula.** † Tẽpore interdicti non poteſt ſacerdos officiũ pro baptiſmo in ſabbato ſancto facere cum ſolemnitate. Chriſma tamen in die cœnæ poteſt confici. nec etiam fiat benedictio candelarum in Purificatione,aut etiã Palmarum in Dominica, ſecundũ Ioan. Cald. nec conſecratio etiam eccleſiarum,altarium,& calicum,nec etiam viaticorum. 27

Triceſimaoctaua regula.Licet tempore interdicti poteſt dari viaticum, ideſt corpus Chriſti ſanis damnatis ad mortem, nõ tamen intrantibus mare,vel pugnantibus in bello, aut obſeſſis in ciuitate, nec etiam prægnantibus mulieribus partui vicinis, cum ſecundum Ioan.Cald.& Ioan.And. non poſſint in hoc caſu dici decedentes,quibus ſolum hoc permittitur a iure.Si tamẽ prægnanti mulieri immineat graue periculum, vt quia per fetũ in vtero fatigata laborat graui infirmitate, de qua veriſimiliter timetur, poteſt procurari ſacramentum, dum tamen in fraudẽ hoc non fiat. Hoc videtur velle Ioan.Cald dum dicit, niſi periculum immineat.

24 Triceſimanona regula. † Tempore interdicti poteſt verbum Dei omnibus indifferenter tam interdictis quàm non interdictis,quàm etiam excommunicatis prædicari,de ſent.excom. reſpondeo. Indulgentiæ autem quæ dantur omnibus audiẽtibus prædicationem,excommunicatis & interdictis, propter quorũ culpam latum eſt interdictum,non ſunt dandæ,cum earum capaces non ſint, donec abſoluantur,ſecundum do.Aluarum, & vt etiam per hoc compungantur. Et poteſt etiam dari exhortatio,ſed tempore exhortationis debent exire interdicti & excõmunicati culpabiles, qui non ſunt capaces confeſſionis generalis quæ ibi fit,& etiam cum exhortatio fit, non debemus cum excommunicatis orare. poteſt etiam pulſari campana pro hortando ſeu vocando populo ad ſermonem: tutius tamen eſt dimittere pulſum. & dicere populo certam horam,puta primam vel tertiam, quã conueniant.

Quadrageſima regula. Tempore interdicti poteſt Corpus Chriſti portari ad infirmum per ſacerdotem cum cãpana & lumine præcedentibus.poteſt etiam dari in præſentia aſtantium, vt dicit Ioan. Cald. Indulgentiæ tamen, quæ ſunt conceſſæ ſequentibus & comitantibus Corpus Chriſti,non ſunt dandæ excommunicatis & interdictis culpabilibus,ſed aliis omnibus qui non dederunt cauſam interdicto,ſecundum Aluarum & Ioannem Cald.quæſt.27.

25 Quadrageſimaprima regula. † Licèt tempore interdicti clerici non ſepeliant aliquem propriis manibus, tamen ſi permittant ſolum intercedere,& ſepelire in cimiterio, incurrunt pœnam clem.eos qui.de ſepul. ſcilicet excommunicationem ipſo facto.Et ſi ſunt exempti,etiam adhuc eſt ſuſpẽſus ab ingreſſu eccleſiæ, vt de priuileg.epiſcoporum.lib.6.

Quadrageſimaſecunda regula.Interdicto loco quamdiu quis ibi morabitur,ipſo recedente relaxabitur, & non eſt neceſſaria alia relaxatio,vt de vſu.c.j.in glo.quamdiu.iib.6.

Quadrageſimatertia regula. Interdicta terra alicuius Domini,intelligitur de terra,quæ eſt ſua quo ad dominiũ iuriſdictionis,& quam tenet in feudum vel emphyteuſim, & quam habet nomine dotis vxoris ſuæ,& illa quam habet in vſumfructũ.Sed pignorata non intelligitur,ſi dicitur, interdico terram tuam:ſecus ſi dicitur terram iſtam,quã tenes in pignore: vt ſi habet terras in diuerſis prouinciis pro parte & pro diuiſo,omnes illæ partes ſubiacent interdicto: & ſi terram iſtam vendidit vel perdidit, non propter hoc tollitur interdictum, ſed ſi nouam acquirit, illa non intelligitur interdicta. Hæc Io.Cald.quæſtione vigeſimaoctaua.

26 Quadrageſimaquarta regula. † Si clericus tempore interdicti intereſt diuinis ex quadam ſimplicitate, non eſt irregularis: ſed ſi facit contemnendo vel præſtando auctoritatem, vel faciendo coram ſe celebrare, eſt irregularis, ſecundum Io. Cald. quæſt.vigeſimanona.

Quadrageſimaquinta regula. Interdicto collegio ſeu vniuerſitate, poſtea factus aliqs de vniuerſitate interdictus cenſetur, ſecundum Io.Cald.q.29.

Quadrageſimaſexta regula. Clericus non ſeruans interdictũ, vtputa celebrans in loco interdicto ſcienter,ubicunque irregularis efficitur,& eſt ſuſpenſus.de cleri. excom. min. poſtulante. §.vlti. de ſenten.excom.is qui, lib.ſexto. Et hoc teneas, ſecundũ Archid. 11.quæſt.tertia,ſi quis.etiam ſi nulla ſentẽtia ſuper hoc ſit lata,vt de cleri.excom.mi.Apoſtolicæ.& de poſtu. præla. cap. primo.Qui enim celebrat in loco interdicto, non a canone,ſed a latore, intelligitur eſſe ſuſpenſus. vnde cum ſit irregularis, non poteſt diſpenſare cum eo,vt dicit ibidem Archi. Talis etiã non poteſt eligere nec eligi, vt de conſue.cum dilectus. §.quia nobis.& in d.c.is qui.Nec poſtulare.de poſtul.ca.j. Nec beneficia conferre. de conceſ.præbend.quia diuerſitatem.de exceſ. prælat. quia tãta.immo remouendus eſt a ſuo beneficio.de cle. excom. min. poſtulaſti.§.vltimo.

27 Quadrageſimaſeptima regula.† Celebrans ſcienter in aliqua eccleſia,quæ non propriè dicitur interdicta, ſed potius violata ſeu polluta ſemine aut ſanguine, non incurrit irregularitatem. de ſent excom.is qui.lib.ſexto,vnde talis grauiter peccat,vt ibidem dicitur. Item Guil.in Spec.tit.ſecundo.§. iuxta propoſitionis.ver.illud quoque.& Ber.de priuileg.tuarum. in glo.Idẽ Guil. Si epiſcopus propter patronorum diſcordiã clauſerit eccleſiã, celebrans in ea non fit irregularis. ſecus ſi dicitur, interdico talem eccleſiam, quia tunc fit irregularis.

Quadrageſimaoctaua regula. Celebrans in eccleſia non interdicta præſentibus perſonis interdictis vel excommunicatis,licet grauiter peccat celebrando coram eis, non tamen fit irregularis, quia hoc nõ habetur in iure.Sed tamen talis,ſecundũ Arch. 11.quæſt.tertia,ſicut Apoſtoli.cenſeri debet, ſicut ille qui communicat excommunicato in oratione, qui tantum minori excommunicatione eſt excommunicatus.& de iſto conſtat, quia non eſt irregularis,vt de cleri.excom. min. ſi celebret. Nã hæc interpretatio ſiue extenſio de irregularitate,non eſt facta vſque ad excommunicatos ſiue celebrantes coram excommunicatis, immo econtra ſtatutum eſt quòd non ſunt irregulares. Et cum iſta irregularitas non ſit niſi per conſtitutionem eccleſiæ, & de celebrantibus coram excommunicatis non ſit ſtatutum quòd ſint irregulares,non debent haberi pro irregularibus,ſecũdum Inno.qui ita notauit de exceſ.præla.c.fi.Si tamen talis ingerat ſe ſecundo officio ſuo,ſicut prius erat irregularis, vt dicit glo.2.de ſent.excom.is qui.lib.6.

28 Quadrageſimanona regula. † Si publicè excommunicatus vel interdictus propter culpam,intrat eccleſiam,omnes debent exire,ſi commodè non poteſt expelli. 24.quæſt. prima, omnes qui.& 11.quæſt.3.ſicut.in glo.ſi ergo.Sacerdos tamen propterea non dimittat miſſam inexpletam,ſi iam incepit canonem,quia debet communionem cum ſequentibus orationibus in ſacriſtia ſumere. Si autem occultus ſit, ille qui ſcit eum, ſolus cautè exire debet,ita tamen ꝙ crimen non prodat.facit ad hoc,6.q.2. ſi tantum.& quod ibi notatur in j.glo.

Quinquageſima regula. Quilibet quantũcũque exemptus celebrans ſciẽter ſiue in loco interdicto, ſiue coram perſonis interdictis ab ordinariis delegatis uel a iure,ſimiliter recipiẽs interdictos publicè ad diuina officia ſiue ſacramenta ſiue ſepulturã,eſt interdictus ab ingreſſu eccleſię vltra alias pœnas in iure poſitas,vt de priui.ca. epiſcoporum. lib.6.Et ſi ſe ingerat officio ſuo ſicut prius,ſit irregularis,ut de ſent.excom.is qui.lib.6.Et nõ intellige ꝙ iſti ſic delinquentes in omnibus prædictis caſibus tantum puniantur pœna interdicti ab ingreſſu eccleſiæ, ſed qđ vltra pœnas alias iſta eis infligitur.vnde celebrans in loco interdicto (vt ſup.dictũ eſt) in caſu nõ cõceſſo fit irregularis. de ſent. excom.is qui.lib.6.tamen vltra illam pœnam irregularitatis, phi
29 betur ſibi ingreſſus eccleſiæ,quod non fit aliis irregularibus.† Similiter celebrans coram excommunicato uel interdicto publicè,licet non ſit irregularis prima vice,tamen incidit excommunicationem minorem,vt de cleri excom. mi. ſi celebret. Vnde poſſet pœnitentia peracta poſt hoc miniſtrare in eccleſia, ſi nõ eſt pœna iſtius capituli,quæ tamen obſtat eis,quia tales non poſſunt miniſtrare in eccleſia quantumcunque pœniteant,cum nihilominus eſt eis ingreſſus eccleſiæ interdictus, donec de tranſgreſſione huiuſmodi ad arbitrium cuius ſententiam contẽpſerunt,ſatisfaciant competenter.Licet autem iſta procedunt quo ad exemptos,vt dicunt quidam: tamẽ quo ad illam partem.ſ.de amiſſione diuinorum.Ioan.Mo.Archi.& Io.And.in nouella,dicunt non exemptos non ligari iſta pœna. vnde ipſi volunt quòd non exemptus admittens interdictum ad diuina officia, non incurrat hanc pœnam,ſcilicet vt non arceatur ab ingreſſu eccleſiæ,licet peccet grauiter,vt dictum eſt, quod probat Ioan.And. in nouella dicti c.epiſcoporum. concludens poſt multa, quòd ex quo non poteſt exemptis ſuffragari, ignoſcant ſibi, ſcientes ꝙ oculus ipſorum nequam non erit,cum etiam habeant maiora remedia pro minore ſuper abſolutionibus & diſpenſationibus ipſis ab Apoſtolica ſede conceſſa.& compromiſſiones,quę facilè ſuis maioribus circa talia fieri ſolent. Hæc ille.

TRA-

Source : BIU Cujas

TRACTATVS

DE ECCLESIASTICO INTERdicto eminentissimi Doctoris Vtriusque Censuræ

D. Ioannis de Lignano, Mediolanensis.

SVMMARIVM.

1 *Quæstio notabilis Ioannis de Lignano super interdicto ecclesiastico.*
2 *Suspenso interdicto lato in ciuitate, an eo tempore possint exerceri actus studij.*
3 *Interdictum suspensum ad tempus, finito tempore est penitus nouum.*
4 *Excommunicatio & interdictum, in quo conueniant.*
Supplicatio æquipollet appellationi, quo ad suspendendum effectum sñæ.
5 *Tractus executionis impedit appellationem & eius effectum.*
6 *Actus suspensionis interdicti facit pendere eius effectum in euentum diei.*
7 *Habilitas superueniens respectu alicuius actus producendi, ita operatur tũc cum superuenit, sicut si a principio affuisset.*
8 *Iudex cum ligatum absoluit per tempus, videtur ipsum finito tempore ligare.*
9 *Sententia lata in conditione vel diem suspendit.*
10 *Dictiones, donec & quamdiu, quid significent.*
11 *Intellectus consonare debet literæ.*
12 *Episcopus suam sententiam interdicti & eius effectum potest suspendere, sicut ex toto tollere.*
Appellari, an possit a sententia suspensa.
13 *Excusare, quis se possit a tutela.*
14 *Excusatio an ita permittatur, sicut appellatio.*
15 *Spiritualis sententia, an ex eadem causa iteretur.*
16 *Appellari purè, an quis possit a tempore latæ sententiæ & interdicti.*
17 *Excommunicationis sententia donec in euentum diei vel tonditionis lata si purificetur, semper ab ea appellari poterit.*
Remedium aliàs prohibitum, per superuenientem alterationem inducitur.
Superueniens suspensio inducit a principio denegatam remedium.

SEQVITVR videre aliquid de ecclesiastico interdicto: verum quia nuperrimè compilatus fuit & publicatus tractatus de ecclesiastico interdicto in studio Bonon. per profundę scientiæ virum Do. Io. de Cal. Decre. Doctorem eximium, idcirco suppositio illo tractatu penitus intacto, p vno articulo contingente materiam interdicti ecclesiastici subijcio vnã quæ
1 stionem per me disputatam tempore interdicti generalis & suspensionis studij in studio Bonoñ. 1359. Quæstio † videlicet talis est, cum lata foret sentẽtia interdicti ecclesiastici a diuinis & suspensionis studij in ciuitate Bonoñ. eis pẽdentibus directę fuerunt literæ, quarum tenor talis est. And. Dei gratia Cluniacen. Abbas, Apostolicæ sedis Legatus, ac terrarum ecclesiæ in Italia vicarius generalis, necnon ad infrascripta commissarius specialiter deputatus dilecto in Christo Paulo de Boñ. fratri ordinis Seruorum Sanctæ Mariæ. Cupientes, vt officium propositionis verbi crucis contra damnatum hæresiarcham Franciscum de Ordelasis de Forliuio per alias nostras literas tibi commissum tanto feruentius exequaris, quanto specialioribus gratiis fueris cõmunitus, discretioni tuæ præsentium tenore committimus, q̃ nedum officium prędicationis verbi crucis, verum ẽt absolutionis casuum tibi cõmissorum tribus vel quatuor personis ad hoc idoneis, super quo tuam oneramus conscientiam, committere valeas, quoties tibi videbitur opportunum. Ac illi vel illis, quibus hoc duxeris committendum quæcunque interdicta per quoscunque processus apostolicos vt auctoritate Apostolica apposita interiectis, in quibus huiusmodi verbi crucis propositio per te aut deputandos seu deputatos a te fieri contingeret p tres dies relaxandi duntaxat seu suspendendi & in eisdem terris huiusmodi tribus diebus processiones faciendi plenam concedimus, auctoritate qua fungimur, potestatem. Commissionem verò seu commissiones absolutionis casuum per te factam hactenus siue futuras, si & inquantum est necessarium, ratas & gratas habemus. Et quicquid factum est occasione commissionis, seu commissionum prædictarum, quarum vigore literarum suspensa fuerunt quæcunque interdicta suppositia fuerunt in ciuitate Boñ. tribus diebus suspensione pendente. Interposita fuit appellatio excommunicationis causis legitimis per quas potuit & debuit.

2 Quęruntur tria, scilicet primò, an suspẽsio † quocunque interdictorum latorum in ciuitate Bononiæ operatur effectum, an illis diebus poterunt exerceri actus studij. Secundò, an illis diebus vltra celebrationẽ diuinorum poterũt inhibita per interdicta liberè expediri. Tertiò, an appellatio legitimè interposita nunc operetur effectum vt liberè in ciuitate. Boñ. possint diuina celebrari & alia interdictio inhibita expediri, & omnes actus studij, sicut ante ĩterdictũ poterant, possint legitimè adimpleri. Dimissis primis duobus quæsitis primò aggredior tertium. Ad cuius vtrãque partem pò nuntur argumenta canonica facta p me Io. de Ligna circa istud dubium. Et primò ad partem negatiuam. Secundò ad partẽ affirmatiuam. Demum ponam eius conclusionem. Et pro parte negatiua primò sic arguitur, interdictum suspensum † ad tempus
3 finito tempore esse penitus nouum, & noua sententia sequeretẽ absurdum, scilicet quòd sententia foret lata non per iudicẽ, nec aliquo seruato ordine contra l. prolatam. C de sent. l. 2. & 3. C de sent. ex peri. reci. 2. q. 6. diffinitiua. de probat. quoniam. de re iudi. c. pen. & vlt. l. 6. Consequentia patet. Nam finito tempore suspẽsionis, si noua sequitur sententia interdicti, tunc neque iudex p nũtiat, nec aliquis seruatur ordo, quia sola temporis finitio hoc operatur. s. interdicti recidiuatio, ergo &c.

Secundò sic, tunc non foret aliqua differentia inter suspensionem interdicti & ipsius relaxationem, hoc est falsum per no. in c. ad hoc, & c. dilectus. de app. consequentia est clara. quia iure nullo alio patet differentia, nisi quia relaxatio totaliter interdictum supponit, suspensio non, sed effectum differt.

Tertiò sic, definitio alicuius actus ad tempus causa sufficienti manente ipsius nõ inducit nouitatem eiusdem cessante definitionis causa, immo idem surgit & continuatur. hic est casus. ff. de exc. tut. l. Titius. vbi si detur tutor. dummodò abest cã reipub. si abest desinit, si redit, surgit continuatio eiusdem tutelæ, sic in procuratore & similibus, sic directè in proposito.

Quartò sic, glo. est in c. ad hæc. & c. dilectis. de appel. Ex his infertur conclusio principalis quod si idem est interdictum quod durat & manente ipsius causa cessabit impedimentum appellationis interponendæ, quod a prin. latę sententiæ subfuit, vt c. ad hæc. & continuatum est durante causa, vt sup. eo.

4 Ad partem affirmatiuam arguitur sic, in hoc conueniunt excommunicatio † & interdictũ, quia potest appellari, & non potest regulariter. de interdicto est tex. in c. ad hæc. de excommunicato in c. pastoralis. de appel. Ratio redditur vtriusq; multiplex, quia Deus vtrobique a quo nõ appellatur, vtputa a Principe. 11. q. 3. nemo. & hæc fuit Pe. His. quę non valet: quia licet a sententia Principis non appelletur, tamen bene supplicatur, & supplicatio appellationi quo ad suspẽdendum effectum sententiæ æquipollet. quod supplicetur, probat c. ex literis, de resti. in integ. Alia fuit ratio Lau. vt homo crescat per meritum parendo etiam iniquæ sententiæ. 8. q. j. sciẽdũ. 11. q. 3. quid ergo. alia fuit Io. quod facit constitutio ecclesiæ, ut censura magis timeatur. aliam rationem reddit tex. in c. pastoralis. de appellatio. videlicet q̃ hæ sententiæ trahunt secum executionem, & hoc est efficax. vt hic dicit text. licet aliã reddat Host. in c. ad reprimendam. de offic. ordi. Transcurro ergo sic, fundamentaliter sic tractus † executionis impedit appellationem &
5 eius effectum, quod etiam videtur dicere. l. cũ ex causa. ff. de appellatio. vbi dicit tex. q̃ si condemnatus soluat intra decẽnium, & post solutionem intra decennium appelletur, appellatio talis non releuat nisi in euẽtum causæ appellationis. ergo vbicũq; sententia interdicti reducatur ad casum, in quo non trahat executionem, si effectus & executio veniãt post fienda ex interuallo interdicti, sententia æquiparabitur aliis sententijs a quibus appellari potest, & appellatio suspendit effectum. ff. ad Turpil. l. j. in fi. & no. in l. eos. C. de appel. & c. non solum. de appel. lib. 6. Sed cum suspensio interdicti reddit interdictum ad casum illum, vt sup. in aliis articulis est deductum, ergo illa pendente interponi potest appellatio releuans.

Secundò sic. In sententiis spiritualibus, vtputa excommunicationis & similibus, est hoc speciale, q̃ si effectus earum pẽdet in euentum alicuius conditionis, semper appellari potest etiam post decem dies, dummodò intra tempora pendentiæ conditionis. hic est casus, secundum verum intellectum, quem ibi tenet Lau. Inno. Host. Bar. Io. Mo. in c. quicunque. licet Tanc. dixerit solum vsque ad 10. dies. per c. ad consultationem. de re iud. Bar. Brix. in quæstione, quæ incipit, esto q̃ iudex. quod sentit Pet. de Sanxo. exponens tempore medio, idest ante 10. dies. quæcũque de dictis opinionibus sit vera, stabit & infertur conclusio prædi-
6 cta. Nam † actus suspensionis interdicti facit pendere eius effectum in euẽtum diei. & appel. est intra vtrunque terminum, ergo effectum operabitur appellatio.

Tertiò & in hoc dicitur & in hoc videtur pendere difficultas quæstionis. in hoc præmitto. Aut suspensio interdicti non tollit substantiam interdicti, immo manet idem interdictum quod continuatur idem, licet interueniat actus suspensionis. Aut dicemus in totum tolli & nouum fieri, vt dicebat Guil. Naso in c. ad hoc, vltimo, de appella. si detur hęc vltima conclusio, necessariò infertur q̃ appellari

lari poterit ſublato interdicto. Primò, quia licet appellatio præueniat interdictum, & appellatio præueniens iuuat etiam ab excommunicatione. de appell. ad hæc. & c. paſtoralis. de ſent. excō. per tuas, eo. titu. ſolet. & cap. venerabilibus. lib. 6. hoc ergo erit. S. autem ſit idem interdictum continuatum a diuinis non obſtā-[1] te ſuſpēſione, idem interdictum erit, quod ſentire videtur gloſ. in d. c. ad hæc. de ap.

Quartò, ſi ſententia interdicti lata foret a prin. cum ſuſpenſione executionis in diem, tūc ante diem appellari potuiſſet. Ergo ſi lata fuit purè ſuperueniente ſuſpenſione executionis in diem, tunc etiam intra diem poterit appellari. antecedens probat ca.
7 præterea. de appel. conſequentia probatur: nam† habilitas ſuper ueniens reſpectu alicuius actus producendi, ita operatur tūc cū ſuperuenit, ſicut ſi a prin. affuiſſet. de po. præla. bonę. 2. de elect. ꝙ ſicut. 12. q. 2. ſi qua de rebus. 16. q. j. c. fi. de his, quæ fiūt a præla. cū nos. de reg. ſignificauit. de iurepa. cura. ff. de ritu nup. l. ſi quis in ſenatorio. C. de nup. l. & ſi contra. & ſic cōcluditur appellari poſſe, & appellationem iuuare.

Quintò ſic, Princeps ſuſpendens interdictum generaliter p tempus, videtur poſt finitum tempus interdicere de nouo: nam ſi iudex aliquem ad tempus determinatum abſoluit, videtur ex nunc ipſum finito tempore abſoluere, adeo quòd finito tempo re non eſt opus abſolutione, per ea quæ no. de ęta & qual. bonę.
8 de elec. quia ſępe. lib. 6. ergo a ſimili, cum iudex † ligatum abſoluit per tempus, videtur finito tempore ipſum ligare. & ſic idem quod ſupra.

Sextò ſic, ad principale videtur tex. in cap. dilectis. de appell. vbi apertè dicit text. ꝙ interdictum latum ſuſpendit decanus ad tempus, quia ſuſpenſione durante appellauit epiſcopus. tamen dicit tex. ibi, ꝙ interim non debuit exequi ſententiam Et ſi appellatio pendente ſuſpenſione operata eſt effectū, & bene con 12 cluditur ibi caſus & expedit examinare omnes intellectus illius tex. Vnus fuit Inno. videlicet quòd epiſcopus appellauerit ante interdictum, & ex cauſis legitimis. & ſic non obſt. c. ad hęc. & ca. paſtoralis. de appel. Item intellectus non poteſt cōſonare litem. Nam licet ſit verum ꝙ epiſcopus appellauerit ibi ante interdictum, & ſic pronunciatum fuit nullum, licet hoc non debuerit officialis, quia appellatum fuit ad Papam, tamen decanus defen debat ſe dicens ꝙ antequam epiſcopus appellaſſet ipſe tulerat ſententiam interdicti, quam ſuſpendit & epiſcopus tunc appellauit, & Papa illam executionē tollit dicens, ꝙ ſi etiam hoc foret, tamen illa pendente appel. nō debuit exequi, vt ibi dicit tex. & ſi Papa. in ver. cum interim tollit executionem decani, non autem refert ſe ad exiſtentiam facti, quicquid in rei veritate fue rit. Sed refert ſe ad allegationem decani, vt demonſtrat text. ex ſui ſerie. Opi. ergo Inno. licet in ſe contineat veritatem. ſ. ꝙ ante appellauerit. Non tamen tollit quin litera probet quod dictum
9 eſt. Alia eſt, ꝙ † fuerit lata in conditionem vel diem, & talis ſuſpendit, ut in c. præterea. de appella. & hanc tangit glo. in c. dilectus. eo. ti. Et ſic talis erit intellectus, ꝙ quandiu epiſcopus eſſet 13 præſens ſeruaretur interdictum, vt in ſimili directè habetur de ſpon. non eſt. Sed iſte intellectus ſtare nō poteſt. Nam ſi nō erat præſens in tempore latæ ſententiæ interdicti in hanc formam, vt ceſſaretur quandiu eſſet epiſcopus dicere ꝙ talis ſententia ta liter lata fuerit pendens in euentum conditionis ſuſpenſiuæ, & ſic appellare potuerit, credo diſſonum a iure. Nam aliud eſt aliquem actum vendere in euentum conditionis quo ad ſui perditionem, & aliud eſt actū purè ſed reſolui in euentum conditionis, ſicut in contractu inito ſub pacto addictionis in diem, & legis commiſſoriæ. ff. de in diem addic. l. j. de lege commiſ. l. j. Nam licet contractus illi puri ſunt, reſoluuntur tamen in euentū cōditionis, vt ſi non ſoluerit intra diem, & ſi alter attulerit meliorem conditionem. Sic in propoſito ſententia ſic lata epiſcopo præſente fuit pura reſolubilis quo ad executionem, ſi contingeret ipſum ſore abſentem. Hunc intellectum ſapit gl. in c. nō eſt.
10 de ſpon. Hoc probatur, quia † dictio donec, & quandiu, non ſignificant conditionem ſuſpenſionis & reſolutionis. Hoc ꝓbat l. cum antiquitas. C. de vſufruc. ibi, donec peruenerit ad ſanam mentem. Hoc probatur etiam per hæc, quæ no. do. Mar. de Sili. & do. Richar. Malumbra, & Cyn. poſt eos in l. 2. C. de indi. vi. tol. ſic ergo non erat ſententia ſuſpenſa in euentum diei vel conditionis, immo pura, reſolubilis tamen ad executionem aduenię- te die vel conditione, & ſic non potuit appellari, & ſic non conſonat literæ: quæ ſonat cōtrarium. Si dicas ipſum abſentem fuiſſe hoc eſt determinare: nam de iure communi præſumitur preſens, vt no. de cle. non reſiden. qualiter. & c. 2. etiam quia archiepiſcopus, quia nec alibi potuiſſet in alieno territorio exercere hunc actum iuriſdictionalem. ff. de iu. om. iud. l. vlt. 11. q. 3. per totum. de cōſti. c. 2. in fi. lib. 6. Et ſic epiſcopus præſens præſumitur, cum talis proceſſus regulariter contra præſentes vel contumaciter abſentes, de quo hic non conſtat, eſto etiam ꝙ fuerit proceſſus extraordinarius, cum non fuerit iudex ſuus decanus & appellatio fuerit prouocatio extraiudiciaria, ut ibi not. Ho. Et ſic iſte 15 intellectus non poteſt procedere, vt conſonet literæ. Tertius eſt intellectus, vt hæc fuerint verba ſententiæ, niſi relaxatus fuerit presbyter intra decem dies, ex tūc operetur interdictum ſuum effectum, vt ſic intra illud decennium appellari potuerit. Iſte
11 † intellectus nullo modo conſonat literæ. Nam dicit tex. in verbo, non obſtante. ꝙ decanus priuſquam appellaſſet tulerat ſententiam, cuius effectum duxerat ſuſpendendum innuit ergo ibi ꝙ ſententia interdicti præuenit appellationem, & ꝙ appellatio ſecuta eſt ſuſpenſionem, & ſic ſententia a prin. fuerit pura, & poſtea ſuſpenſa ad tempus. Hoc probat litera. Nam dicit, priuſquā appellaſſet tulerat ſententiam, cuius effectum duxerat ſuſpēdendum, innuit ergo ꝙ ſententia interdicti præuenit appellationē & ꝙ appellatio ſecuta eſt ſuſpenſionem. & ſic ſententia a princ. fuerit pura & poſtea ſuſpenſa ad tempus. Hoc probat litera, nam dicit, priuſquam appellaſſet tulerat ſententiam, & ſic intelligit ꝙ debuit fieri. ſ. pura. ff. quomodo ap. ſit. l. j. §. biduū. 2. q. 7. biduū. Poſtea ſequitur, cuius effectum ad tempus duxerat ſuſpendendum. poſtea ſequitur, cum interim, ideſt tempore. ſ. ſuſpenſione pendente, ad aliud referri non poteſt interim, ſecūdum ſanum intellectum appellatione interpoſita, & ſic interpoſitio appellationis refertur ad tempus ſuſpēſionis pendentis. Et ſic reprobatis illis intellectibus, vt penitus diſſonantibus a textu, ſurgat intellectus uerus. ſ. ꝙ decanus tulit ſententiam interdicti puram, vt dicebat ſe excuſando, & ipſam ſuſpendit ad tempus, qua pendente epiſcopus appellauit. Et Papa dicit quòd hoc etiam ſi foret verum, non ob. quia interim etiam appellatione illa pendente non debuit exequi, & ſic infertur ibi fore caſum, & tex. apertum huius concluſionis. ſup. deductæ.

Septimò inducitur. glo. in c. ad hæc, vltimo. de appel. quę ſentit hoc, licet aliquantulum ſe inuoluat.

Octauò inducitur opi. Hoſt. in d. c. ad hæc. Ecce verba Ho. ēps
12 † poteſt ſuſpendere ſuam ſententiam interdicti & eius effectū, ſicut ex toto tollere. ff. de iudi. l. iudicum. Et ſic intelligo quod dixerūt primi, quia ſi poteſt plus, poteſt & minus, & interim appellari poteſt, vt dicunt ſancti. Appellari. n. poteſt a ſententia ſuſpenſa, ut dicto c. præterea. & c. dilectis. de appell. ſecus &c. Ecce qualiter clarè hoc ſentit do. Io. And. ipſum recitando inhærere videtur ipſius opinio. Ad ſolutionem tertij principalis quæſiti dico, ꝙ ſuppoſito quòd finito tempore ſuſpēſionis incipiat nouum interdictum, nec duret continuatiuè antiquum, concluſio parum habet dubitationis. tamen quicquid ſit, ſiue nouum, ſiue recidiua antiquæ ſentētiæ, dico appellari potuiſſe & appellationem operari effectum, quod cum ſit nouum & cum minori dubio procedat quomodo. Et vt tollantur argumenta in contrarium inducta, induco vnum tex. ex quo etiam infertur concluſio. ſ. quòd appellari potuerit. text. eſt in l. Titius. & eſt l. vlti. ff. de excu. tut. 2. reſponſo. vbi teſtator in teſtamento ſic dixit, Titius tutor eſto, cum reipublicæ cauſa abierit ne eſto, cum redierit tutor eſto. Titius purè eſt tutor teſtamentarius antequàm abſit cā reipublicæ, cum abeſt deſinit eſſe tutor, cum redit incipit eſſe tu
13 tor & eſt noua tutela, & poteſt † ſe excuſare ab illa tutela vtpote noua, quia habet nouum poſt reditum, vt l. non ſolum. ff. eo. tit. & currunt ſibi dies quinquaginta. ff. eo. titu. & agetur ratione tutelæ purè, quæ fuit penitus alia. ſic directè in propoſito Princeps dixit ſententiādo, ciuitas eſto ſuppoſita interdicto, & hoc purè poſt, licet ex interuallo, quia in hoc non facto vim. dixit ciuitas tribus diebus non eſto ſuppoſita interdicto, ſicut ſup. deductum eſt in allegationibus ad hanc partem. ſic ergo primò fuit purè interdicta, ſicut ille tutor purè poſtea, ſupueniente ſuſpenſione trium dierum deſijt eſſe īterdicta, ſicut ille cum abfuit cā reipublicæ deſinit eſſe tutor, poſtea vigore taciti ſubiuncti finitis illis tribus diebus incipit eſſe interdicta, ſicut ille rediens incipit eſſe tutor, niſi ſe excuſet quod permittetur tanquam a noua tutela, vt ibi apertè patet, ita hic incipit de nouo eſſe interdicta, niſi ſe excuſet. i. niſi appellet. Sicut enim permittitur ibi excuſa-
14 tio, ita † hic appellatio. Non ob. eadem l. in prin. in primo reſpōſo. nam ibi fuit datus tutor, quandiu non abeſt cauſa reipublicæ & adminiſtrauit & poſt abfuit, & poſt redijt & fungitur eadem tutela. Nunc agetur quòd poſſit ſe excuſare tanquam a noua tutela, nec agetur tutelę ratione primę adminiſtrationis, niſi foret vtiliter, ſecundum quoſdam, vt ff. de tutel. & rationi. diſtra. l. ſi tutor. in principio. ff. de adminiſtra. tut. l. tutor. §. ſi quis abfuturus. Et eſt ratio, nā ibi data eſt tutela tādiu, quādiu nō abeſſet. Et ſic ante receſſum & poſt parificātus eſt modus, quia nō abeſt, & ſic eadem tutela nunc interdicit actus expreſſus & ſucceſſiuus tutelę prius conceſſæ, quod contingit in ſecundo reſponſo. & in caſu noſtro, vbi expreſsè fit ſuſpēſio interdicti poſt ipſius promulgationem, ut ſic non obſt. c. quanquam. de procur. lib. 6. quia ibi ſic datus eſt procurator, quoties abeſſe contingerit dominus. Idem ergo reaſſumit officium, nec erit nouum poſt receſſum domini. & ſic etiam non obſt. l. pen. C. de nau. fœ. & ſic tolluntur, quæ no. in c. petitio. de procurato. per Inno. & licet dixerim aliud interdictum a præcedenti interpoſita ſuſpenſione, tamen appellatur ratione identitatis cauſæ, quia † ex cauſa eadem iteretur ſpiritualis ſententia.

Tolle

Source : BIU Cujas

Tolle exemplum in cæteros, qui. de sen. excom. lib.6. ibi excommunicatus ꝑ violenta manuum iniectione fuit absolutus per sacerdotem in mortis articulo.tamen dicit tex.ibi, ꝙ si conualuit & non accedit ad sedem Apostolicam,reincidit in eandem excommunicationem,vt ibi.Nec dici potest eadem numero, cum prima fuerit per absolutionem extincta.& sic non redit eadem numero de cõse.dist.4.quæris.ff.de solu.l.qui res.§.aream.Sed dicetur eadem specie ratione effectus & causæ,& sic hic in proposito. sic ergo hoc supposito,ꝙ nouum foret interdictum,quæstio procederet cum modico dubio.Sed dato quòd foret idem interdictũ, cuius actus secundus fuerit impeditus per suspensionem durante habitu & actu primo,nihilominus appellari potuit,quia sublatum est obstaculum, quod impediebat a principio appellationem interponi. Nam a tempore latę sententiæ & interdicti
16 purè † non potuit appellari, quia statim traxit secum executionem, vt in c.ad hæc.& c. pastoralis.de appel.

Ista enim est ratio, quare a prin. non potuerit interponi appellatio, vt ꝑbat tex.in d.c.pastoralis.iuncta gl.licet lex loquatur de excõmunicatione,quia ambæ sententiæ in hoc ęquiparantur,vt in c.ad hæc.de ap.Nam hoc idem dicimus in aliis sententiis,vt cũ facta fuerit executio nihil operetur appellatio quo ad suspensionem executionis, vt l.cum ex causa. ff. de app. licet in aliis operetur in euentum sententiæ in casu appellationis, vt in d.l.cum ex cã. At hoc nunc pendente suspensione non trahit secum executionem plusquam latam nunc in diem vel sub conditione,vt c.præterea.de appel.Et sic surget iuris remedium.s appellatio cessante impedimento.l.vlti.C.de testa.mili.& l.generaliter. C.de epis & cle.& c.cum cessante.de appel.cum si.Nec mirum, quia si sentẽtia lata a principio fuerit talis naturæ ꝙ ab ea appellari non potuerit,& ex postfacto alteretur,sic ꝙ alterari possit. Nã si fertur excommunicationis sententia cõtra Titium, si non absoluerit intra mensem,ex nunc talis est naturæ sentẽtia ꝙ mense elapso non poterit appellari si solitum non fuerit, sed ante semper poterit & elapso decennio secundum vnum intellectum in c.prętera.de app.Sed si ex postfacto prorogetur terminus aperte de consensu iudicis,aliàs a iudice vt inhæream verbis Inno.in c.prę terea,de appel.tunc elapso mense in termino prorogato, poterit
17 appellatio interponi.Nam † donec excommunicationis sententia in euentum diei vel conditionis lata purificetur, semper appellari poterit,vtĩ d.c.præterea.de app.Et sic per superuenientem alterationem inducitur remedium aliàs prohibitum. Sic in proposito superueniens suspensio inducet a principio denegatum remedium.

TABVLA REMISSORIA

D.Ioan. de Lignano,quam fecit super tractatu de Ecclesiastico interdicto.

CIRCA tractatum ecclesiastici interdicti, vt præmisi ttadendo tabulam remissoriã. Primò de significatione huius, an videlicet contineatur sub censura ecclesiastica, sicut suspensio,& excõmunicatio.de verb. signif.quærenti,in text. & glo. & plenè per Host.Secundò,an istæ tres censuræ.s.excõmunicatio,suspensio,& interdictum, sint eiusdem naturæ,sic quòd de vno dictum intelligatur de alio,& qualiter conueniunt & differunt,per Host.de sent.excom. cum medicinalis.li.6.& ratio. Nam primò conueniunt interdictum ecclesiasticum,excommunicatio,& suspẽsio simpliciter siue ab officio,quia neutrum per appellationem suspenditur.Secundò, quia vtrobique requiritur præcedens monitio,nisi cum fit a canone.Tertiò,quia vtrobique sententiam violando irregularitatem incurrit. Quartò, quia vtrobiq; cum iuratoria cautione fit absolutio,nisi cum fit ꝓpter manifestam offensam. Quintò, ꝙa vtrobique præstatur absolutio ad cautelã, quod hodie in interdicto generali non procedit,vt in c.ꝓsenti.de sent. excom.lib.6. Sextò,quia vtrobique ligat sententia etiam iniusta.Septimò, ꝙa sunt eiusdem naturæ,vt de vna dictum regulariter de alia intelligatur. Octauò conueniunt,quia forma decre.j.de sen. excom. lib.6.vtrobique vendicat sibi locum, & illa continet octo similitudines. Nonò,quia vtrobique tenetur appellatio præcedens. Decimò,quia neutrobique post appellatur.Vndecimò,quia oẽs repellũtur ab electionibus & postulationibus. Duodecimò,ꝙa omnes repelluntur a diuinis.Decimotertiò,quia omnes sententiæ ꝓdictæ sunt simul seruandæ ẽt a superioribus. Decimoquartò,quia sententia pendente vel præcedente, omnes repellũtur a testimonio.Decimoquintò,quia nõ debet superior de his aliquid disponere, nisi partibus ꝓsentibus vocatis. Decimosextò, quia sicut filij speciales sedis Apostolicæ nõ possunt excommunicari,sic nec suspẽdi vel interdici. Decimoseptimò, ꝙa omnia nominè censuræ continentur. Decimooctauò, quia omnia trahunt secum executionem. Decimononò, quia assensus requiritur in excommunicato. vt celebrans incurrat irregularitatem,sic etiam in aliis.Vigesimò,quia vtrobique reddit probabilis ignorantia excusatos.

Differunt primò,quia communicans excommunicato incidit in minorem,non sic in aliis.Secũdò,quia interdictum ad tempus relaxatur.Secus in aliis.Tertiò, quia propriè loquendo excommunicatio, & suspensio concernunt hominem, vt proprium obiectum. Interdictum locum. Quartò in absolutione ab excõmunicatione requiritur certa forma,quæ nõ in aliis, immo nudo verbo ab alijs fit absolutio. Quintò,quia ab excõmunicatione peti potest absolutio ad cautelam.Secus in generali interdicto loci.Secundò de interdicto, qualiter aliud est interdictum iuris,aliud hominis. & in quibus differunt, & an maior pœna imponatur pro violatione vnius quàm alterius.de priui.ex tuarum,per Ber.& Host. Tertiò, qualiter interdictum diuiditur in generale & particulare. & quod sit vtrũque.s.generale,cum locus generaliter interdicitur,vt regnum,prouincia,ciuitas,& similia.Particulare,cum certa ecclesia vel particularis interdicitur, & an priuilegium cõcessum de celebrando tempore generalis interdicti extendatur ad particulare.de sen.excom.j.responso.de verb.sig.cum partibus, ꝑ Inno. & Moder. Quartò de interdicto iuris, qualiter dicetur ecclesia iure interdicta vel cimiterium,si excommunicatus ibi sepeliat, vel si ab excommunicato publicè cõsecretur vel benedicatur. & an interdicto vno,aliud censeatur interdictum. de consec.ecclc.vel al.consuluisti.per Hosti Hodie de hoc vlti.& in c.si sentẽtia.de sen.excom.lib.6.& quibus casibus ecclesia dicitur interdicta a iure,vt egeat reconciliatione.de consec.eccl. vel al.proposuisti.& an cimiterium sit interdictum, ibidem sepulto excõmunicato. & quid si ibi sepultus sit suspensus communione sacramentorum,& quid si ibi sepultus sit,cui interdicta sit ecclesiastica sepultu.& quid si ibi sepultus est excommunicatus violenter vel ignoranter.& quid si in cimiterio non sint positi,nisi infideles vel excommunicati. An in cimiterio si execratio siue a iure interdicto sint aliqui ante reconciliationem sepeliẽdi.& quod si in aliqua parte ecclesiæ contingat pollutio vel sanguinis effusio,nũquid tam cimiterium quàm ecclesia sint interdicta,& qd si ecclesia est intra villam & cimiterium extra. & quid si ambo sint coniuncta,an in ecclesia interdicta sint ante reconciliationem celebranda diuina officia.de sepul.sac.de consec.ecc. vel alt. c.j.per Host.de consec.dist.j. si ecclesiam. Qualiter est interdicta vel execrata,si citius quàm fuerit sanguinis vel seminis effusione polluta, an illud intelligatur tantum de sanguine humano. Et quid si canes vel porci vel alia animalia in ecclesia copulentẽ. Quid si ecclesia corrueret, & sic casu sanguinis effusio contingeret,an sit ecclesia execrata. Et an ecclesia dicatur execrata, si hæretici uel pagani ibi sepeliantur.Quid si tale factum fuerit occultum.Et quid si fuerit famosum.Et quare in talibus casibus fit ecclesiæ reconciliatio. Et quid si in ecclesia vxor reddat debitũ viro suo.& quid si in ecclesia contingit pollutio dormienti. & an in tali casu stabitur cõsuetudini, ꝙ in casu dubitabili fiat, vel non fiai reconciliatio.Item cum dicatur sanguinis effusione,intelligatur tantum de humano. Item nunquid de violento tantum.Item quid si faceret sẽ flebotomari in ecclesia, vel sanguis exiret de naso propter nimium feruorem. & quid si ĩ casu ligni vel lapidis.de consec.ecc.vel alta.c.fi.per Host.& quid si super tecto ecclesiæ.Vel quid si extra ecclesiam percutiatur & currat in terram sanguis vel ecõtra.& quid si ibi interficiatur sine sanguinis effusione.eo.tit.c.vno.lib.6.per Io.And.Interdicta est ecclesia a iure, si propter discordias patronorum episcopus claudit ostia & tollit reliquias.de iurepa.ca.j.& 2. Item si fuit simoniacè consecrata. 1.q.4.ecclesia.Item si pro quæstu & nõ pro cultu diuino.de consec.dist.j.si quis basilicam. Item si fuerit consecrata sine licentia episcopi.de conse.dist.j. præcepta. Item si sine reliquijs deserta.de conse.dist.j. placuit. His tamen interdictis pendentibus a iure celebrans non est irregularis, quia non est iure expressum,vt c.is qui.de sen.excom.lib.6.interdum locus generaliter est interdictus a iure, vt de elec. si quis periculum. §. ciuitas.lib.6.de pœn.fęlicis.lib.6.& vlt.& cle.si quis suadẽte, de pęn. Cuius contrarium tamen tenet Inn.in c.tanta.de excess.præla.& eius ratio patet in c.is qui.de senten.excom.lib.6. Quintò, an in ecclesia sic interdicta a iure sic priuilegiati de celebrando possint tempore interdicti celebrare, & qualiter per quem sic execrata reconcilietur.de consec.eccl.vel alta.proposuisti.c.pen.in fin.de priui.ex tuarum.per Bar.& Hosti.Sextò secundum tenentes irregularitatem ꝙhr si celebretur ĩ ecclesia interdicta a iure, si ecclesia nondum fuerit consecrata, vel quid si nondum fuerint ibi diuina officia celebrata,& quid si illa ecclesia non fuerit auctoritate episcopi consecrata, & quid de oratorijs.de immu. eccl.cap.pen.de consec.eccl. vel alt. cap.fin. per Hostien.& hæc de interdicto iuris.

Redeo ad interdictum hominis,& simul quæro, quis possit interdicere,& qui ĩterdici,& qualiter, & quare.

Primò,

Source : BIU Cujas

Io. de Lig. Tabula remiſſoria ſup. tra. de Eccl. int.

Primò, an qui iudex eſt, poſſit ferre ſententiã interdicti, de verb. ſig. quærenti. Secundò, an vnus canonicus poſſit interdicere cathedralem eccleſiam uel aliam, an eps cum cõſenſu capituli poſ ſit ĩterdicere, an capitulum hoc poſſit ſine plato. & an ſede vac. an conſuetudo poſſit dare canonico aliàs non hñti iuriſdictionem, facultatẽ interdicendi, & qualiter plat⁹ hñs ordinariã uel delegatã põt interdicere eccleſiã, vel terrã, vel cõtumacẽ vel ẽt terrã epi contumacis, & qui d ſi canonicus ratione præbẽdę ſuæ hẽt iuriſdictionem vel plationẽ ſuper aliquos, an talis de cõſuetudine poſſit terrã vel homines interdicere, & an conſuetudo poſſit inducere qđ pro fratribus cõibus eccleſiæ cathedralis poſ ſit quilibet canonicus homines eccleſiæ interdicere. Quid de canonico, qui habet eccleſiã præbendæ ſuæ annexam, in qua hẽt ius quaſi epale, nũquid poterit interdicere, & de pluribus hunc art. cõtingentibus. de his, quæ fi. a ma. par. ca. c. 2. maximè p Hoſt. an abbatiſſa vel prælata poſſit interdicere. de ma. & obe. dilecta. Quartò, an iudex cui mandat vt terram alicuius Regis interdicat, poſſit interdicere illius propriam tantum, & an immediatã, an ẽt totum regnum, an ẽt terrã, quę tunc adhæret illi Regi, vel quæ ſibi dat auxilium, vel fauet in illo facto tñ, pro quo interdi citur, an ẽt terrã cõem ſibi & alii, & an illam in qua hẽt vſumfr. vel proprietatẽ, tñ. an quæſitum poſt interdictum träſeat cum onere interdicti. de poſtu. prela. c. fi. de offi. dele. ſanè. & c. P. & G. per Innoc. & Moder. Quintò, an prælatus ſine conſenſu capituli vel eꝫ. de exceſ. præla. c. i. Sextò, an promulgans interdictũ poſ ſit violatores excommunicare. de exceſ. præla. c. fi. in text. & per gl. & Hoſt. Septimò, an priuilegiati ne poſſint excommunicari poſſint interdici ipſi vel eorum hæredes vel terræ vel cõicantes eiſdem. de priui. quanto. de verb. ſig. veniens. lib. 6. Octauò, quòd locus interdicatur, & propter hoc homines, & p magis hominibus q̃ loco ponderato effectu interdicatur. de exceſ. præla. c. fi. Nonò, an pro alieno delicto locus ſubijciatur interdicto. de exceſ. præla. tanta. de ſpon. non eſt, per Innoc. & Hoſtien.

Decimò, an pp delictum dñi tota familia, uel ciuitas, vel locus, vel baptiſmũ ſtatim ſint ĩterdicti ibidem. Vndecimò, an debeat aliquis primo ſuſpendi, poſtea interdici. de iud. cũ nõ ab homine. de dolo. & ꝓtu. veritatis. 74. diſt. honoratus. Duodecimò, an poſſet eccleſia interdici, ſi ſacerdos ab aliquo de populo ad mortẽ quæritur. de renun. niſi cum pridẽ. p Inno. Decimotertiò, ſi monaſteriũ hẽat priuilegiũ p nullus eps poſſit eccleſias eis vtroq; iure ſubiectas vel pſonas interdicto ſupponere aut ſubijcere. An poterit tũc eps illas eccleſiaſticas pſonas, in qbus ipſe recipit ius epale interdicere. de priuil. qñ. Decimoquartò, qui iudex delegatus poſſit ferre ſnĩam interdicti, & p pp delictũ dñi vel ciuium terra poſſit interdicto ſubijci, & an poſſit renuntiare ꝓſtõni ſacræ. ſ. p nulla monitione præmiſſa fertur ſnĩa interdicti. & an ſnĩa interdicti poſſit venire in pactum, vel ꝓdõnem, & p ſi iudex de auctoritate partiũ, ferat ſnĩam interdicti, ſi non ſoluit intra certũ tps, nunquam requiritur alia monitio, & dico p non. Nũquid ſi reus interim appellet, an valeat appellatio, & de pluribus hunc articulum contingentibus. de offi. deleg. P. & G. per Hoſt.

Decimoquintò, qualiter prælatus interdicens prouidere debet, vt hoc faciẽs quærat quæ corrigẽtis ſunt & emẽdantis, & qualiter in ſcriptis, & cauſam exprimere. & breuiter ſeruare formam traditam in c. j. de ſent. excom. lib. 6. & contrafacientes penam incurrunt, ut ibi. Decimoſextò, qualiter canonici, ſi abſque notoria cauſa & rationabili, maximè in contemptum epiſcopi ceſſauerunt a diuinis, epiſcopus ſi voluerit nihilominus celebrabit in eccleſia cathedrali. Et metropolitanus tanquàm ſuper hoc delegatus ad querelam epiſcopi per cenſuram ipſos puniet. Et an ſoli canonici poſſint ſubijcere eccleſiam, & an hoc poſſit ſolus epiſcopus. Et an hoc poſſit propter delictum ciuium vel aliorum, & tunc ipſi canonici poſſint in eccleſia ipſa non celebrare interdicta, & quòd poteſt valere conſuetudo, p canonici pro offenſa eis facta poſſint ceſſare a diuinis ſi notoria ſit offenſa, aliàs non valet conſuetudo, & quòd nõ ſit irregularis qui celebrat in eccleſia illa pendente illa ceſſatione, cum non ſit eccleſia interdicta, & quòd poſſit capitulum vel decanus ſolus habere poteſtatem interdicendi eccleſiam. Et tunc ſi pro re dubia interdiceret, puniretur. Et quid ſi non ſoluatur capitulo debita penſio: an ſit illa ſufficiens cauſa interdicendi, & de conſuetudine Lud. & Vinc. ſecundum quam canonici ceſſant, quæſtionem & organa ſuſpẽdunt & ſonitus campanarum, & tunc nihilominus presbyteri ſubmiſſa voce cum canonicis celebrant, qđ non fieret ſi eſſet eccleſia interdicta. Et p ĩ talibus ceſſationibus fratrum canonicorum non ſtringit epiſcopum etiam ſi ſentẽtiam ferre poſſent, & vbi non in contemptum ſuum, ſed alia cã rationabili ſuſpendunt, decet epiſcopum ſe conformare canonicis, & an aliqua conſuetudo poteſt inducere quod inferior ſuperiorem interdiceret. Et an poſſet inducere conſuetudo, p inferior in præſentia ſuperioris eccleſiam ĩterdiceret. Et an decanus hoc poſſet, vbi hoc haberet de cõſuetudine vel priuilegio, vel p ſaltem notoria ſit offenſa, quæ ſibi irrogatur, & p tunc non faciet hoc tanquàm iudex, ſed tanquam homo habens poteſtatem faciendi in hoc ſuam volũtatem, ſm iura in eccleſia ſibi commiſſa. Et an tunc alii epiſcopi præter canonicos, vel ipſi canonici, ſine metu irregularitatis, poſſint ibi celebrare, & p non eſt interdictum iuris vel ordinarium, & ſic non intelliguntur talia iura, quæ dicunt celebrantem in loco interdicto irregularem. & licet de conſuetudine competere poſſit canonicis & decano p ceſſent, non tamen p interdicant, ſed vigore priuilegij ſic, & an non obſtante interdicto canonicorum poſſit celebrare. Itẽ qa intereſt epiſcopi & populi & cleri, ne ĩterdicatur, ideo poteſt epiſcopus in tali caſu & ſimili pro clero & populo appellare & appellatio epiſcopi illis proderit. Item p poſſit epiſcopus relaxare interdictum a decano latum. Et quod irritum eſt interdictũ poſt appellationem legitimam latum. Item p qui facit ſeruari interdictum, quod non tenet, excommunicari poteſt. Et p decanus de iure non poteſt interdicere in præiudicium epiſcopi, niſi ex cauſa ꝓbabili & notoria, aliàs reuocatur. & p debet eſſe notoria tempore quo promulgatur, aliàs ſi ſit etiam iuſta reuocatur, & punitur interdicens ex iuſtis cauſis ante ſententiam allegatis, quas etiam coram iudice ſe obtuliſſet probaturum, pp quas diceret hanc ſententiam non eſſe ferendam, & ideo appellaret, tamen ſententia hoc non obſtante lata teneret. Et ſi ſit interdictus repulſa exceptionum cognitione diceret ſe iniuſtè ligatum, poteſt reſponderi p iuſtè eſſet ligatus ſi poſt appellationem ſuam eſſet lata ex cauſa non probabili & veriſimili, tunc tenet non obſtãte. ſup. alleg. Et ſit ſpeciale in ſententia excommunicationis latæ extra iudicium & ĩterdicti, quod tenet lata poſt appellationem ex legitimis cauſis interpoſitam, etiam non probetur veritas. Et qualiter ſuſpenditur interdictum ad tempus. Et quid ſi ſuſpenſione durante interponatur appellatio. Et de pluribus aliis hic contingentibus. de app. dilectis. de offi. ord. irrefragabili, per Ber. Hoſti. & Inno. de ceſſatione hodie in c. ſi canonici. & c. quamuis. de offi. or. lib. 6. Decimoſeptimò, an interdicto loco ſint homines interdicti, & econtra. de ſen. excom. ſi ſententia. lib. 6. Decimooctauò, an interdicto clero ſit interdictus populus uel econtra. ibidem. Decimononò, an interdicta terra alicuius domini, ſit ĩterdicta terra, quæ eſt de iuriſdictione ſua: ſed an ea quam habet in feudum, an & illa, quam habet in dotem, & in qua habet vſumfr. & an illa, quæ eſt ſibi tradita in pignore. Et ſi interdicitur ſpecialiter terra, in qua habet vſumfruc. an interdicta ſit, in qua habet proprietatem & alter vſumfruc. Et qd ſi habet terram cõem cũ alio. Et quid ſi habet terrã in diuerſis prouincijs. Et quid ſi poſt emit terram. Et quid ſi poſt interdictũ vendidit alteri. & de his & ſimilibus in c. ſi ſnĩa. de ſen. excom. lib. 6. per Io. And. in c. j. de poſt. prælato. & c. non eſt. de ſpon.

Vigeſimò, an ĩterdicto populo alicuius ciuitatis ſint abſentes ignorantes tempus lati interdicti, & an præſentes non conſentientes, ſed cõtradicentes culpæ, propter quam fertur, per do. Io. And. in c. ſi ſnĩa. de ſent. excom. lib. 6. & quod ibi per eũ no. Soluitur, quid iuris de tunc ciue poſt translato ad aliam ciuitatem, quomodo durat interdictum, ſi erat ſpecialiter interdictus ſiue generaliter: idem ſi erat in culpa, aliàs non cum non corpore. Et quid de non ciue tunc, poſt effectus ciuis, quoniam ligatus, cum ſit pars corporis. Et quid de bãnito ſimpliciter, qui deſinit eſſe de corpore. Et quid de ingrediẽte monaſterium. Et quid de recepto in ciuem de gratia, licet ſit abſens. Nam eſt de corpore, & quid de habitantibus. hæc & ſimilia ſoluũtur ibi notata, tradendo regulam p quicunq; ſunt & dicũtur de corpore ſint quo ad aliqua ſic priuilegiati quo ad munera ſubeunda omnes ſunt interdicti & quicunque deſinũt non culpabiles, non ſunt. Et an interdici poſſit ſingularis. Quot ſunt actus, licet cõpetentes, tot poſſunt fieri interdicta & ſuſpenſiones, vt no. in c. cum dilectus. de conſuetudine. 15. q. 3. §. euidẽter. 17. quæſt. 4. miror, in clem. cupientes. de pœn. in glo. non nouem. ff. de interdi. & releg. l. relegatorum. Et ſic infertur quòd loca, vniuerſitates, ſingulares perſonæ, laici, clerici, clerici religioſi ligabiles ſunt. Vigeſimoprimò, an propter debitum pecuniarium poſſit terra ſubijci interdicto, per do. Bonifa. Papam in extrauag. ſua, imminente.

Reſtat videre de effectu interdicti & pœna violantium. Primò, quę ſit pœna ſeculariũ, quæ regularium, quę monialium, qui celebrant in locis interdictis. quid ſi lata erat ſnĩa excõicationis interdicti ꝫ violantes interdictum: & quid ſi lata non erat. An monitus ſit excõicatus celebrans in loco interdicto. Et an violans ſit ipſo iure ſuſpenſus a canone uel ꝓmulgatione ſententiæ. Et an propter violationem ſit priuandus officio & beneficio. Et an cum tali irregulari poſſit epiſcopus diſpẽſare. Et quid cum circa hoc multitudo delinquit, an peccat. Et quid ſi violatores ad executionem ſuam dicãt interdictum iniuſtum & de pluribus hoc contingentibus. de po. præla. c. j. de cle. excommuni. c. j. de cle. excommuni. mi. clerici. & c. ſacris. & c. poſtulaſti. §. quæſiuiſti. per Inn. & Moder. & aliqua ex his ĩ c. fi. de exceſ. præla. Secundò, an violantes interdictum poſſint bñficia eccleſiaſtica recipere & cõferre, & an ſint ſuſpenſi, & claues eccleſiæ contemnere videantur. & quid ſi hmõi ſuſpẽſio ſit occulta,

Source : BIU Cujas

culta,& an tales poſſint excommunicare,ſuſpendere,interdicere,& an tales inſtituere,eligere vel eligi.Sed quis magis peccet, an celebrans excommunicato, an in loco interdicto,& quare celebrans in loco interdicto eſt irregularis, non autem celebrans excommunicato.qualiter in hoc aſſignetur quadruplex ratio,& an inueniatur iure antiquo, quòd celebrans in loco interdicto ſit irregularis.& qualiter fuerunt tenētes etiam quòd iure nouo non incidat,& ipſarum opinionum reprobatio. & quid ſi ſcienter celebrans in loco interdicto vndecunq; venerit,ſit irregularis,& homines loci interdicti alibi poterunt celebrare,& diuina audire.Sed nunquid violans interdictum interdictis ſit irregularis, & de pluribus hoc contingentibus. de exceſſ.præla.tanta.per Inno.& Moder.

Tertiò,ꝙ in populo interdicto populus diuina officia celebrari non debet, & quod non ſolum terrigenæ, immo alienigenæ,non poſſunt ibi audire diuina,niſi ſint priuilegiati. & qđ nominatim interdictus celebrās efficitur irregularis,& an violet interdictum celebrans in officio ſuo,ſicut prius. Quid ſi offerat calicem,quid ſi vrceolum, quid ſi dicat veſperas, vel officium ſuum matutinum celebrando, quid ſi intereſt cum aliis, & cantat,non tamē celebrat,nec aliquid facit, vt in officio ſuo agens.Et an iudicabo aliquem irregularem, niſi inueniam hoc iure expreſſum,& an legens pſalterium, & an euangelium, vel epiſtolam,vel prophetiam veteris teſtamenti, & an prædicans. Item nunquid intelligitur quis in officio ſuo agere,ſiue in maiori ordine,ſiue in minori. Quid de officiis non p̄cedentibus ab ordine,ut magiſterio ſcholarium, & nūquid laici violando interdictum incidant irregularitatem. Quid de eo qui benedicit aquam,vel menſam Quid ſi excommunicat,vel abſoluat aliquem.Quid ſi abſolutionis ſolennia inhibeat,vel reconciliet aliquem. Quid ſi eſt conſuetudo in aliquo loco, ꝙ p̄ ſu bdiaconum dicatur epiſtola,& ibi ex cauſa tempore interdicti acolythus,vel diaconus dicat. Quid ſi aliquis contingat de ſacro miniſterio,quod non eſt deputatum ſacro ordini. Quid ſi eſt conſuetudo in eccleſia,quòd indiſtinctè quilibet legat epiſtolam, vel portet cereos, nunquid autem eſt irregularis id agens.Quid ſi dicat reſponſorium. Quid ſi ingerat ſe diuinis, vt irregularitatem incurrat,clerico de his,& pluribus aliis cum ſimilibus.de exceſſ.præla.tanta.per Specu.in tit. de leg.§. iuxta p̄poſitionis.per ibi not.Tradita eſt regula, tēpore interdicti exercens officium clericali ordini deputatum, incidit irregularitatem.Item quid de moniali.Multofortius ſi dicat horas ratione ſtatus eccleſiaſtici,ad quas tenentur,efficiūtur ineligibiles actiuè & paſſiuè.Per hoc ſoluitur,quid iuris de laicis confraternitatem habentibus,& dicentibus litanias,& horas tempore interdicti,ꝙ non ſunt irregulares.& ex illa regula limitata ſoluuntur alia parum dubia,nam limitatur regula,quòd exercet officium deputatum ordini clericali,& interdictum. Nā ſi ſacerdoti interdicatur ſacerdotale tantum,non efficitur irregularis exercēdo diaconale.& ſic de ſingulis.Per hoc ſoluitur,quomodo de ſacerdote recipiente, & benedicente mulierem poſt partum, cum non ſit deputatus ordini. Soluitur quæſtio de presbytero faciente generalem cconfeſſionem, quia non eſt quid contingens ſacramentum p̄nitentię,quod eſt exceptum.Soluitur qō de aſpergente aquam benedictam,quia non eſt. Soluitur quæſtio de benedicente candelas in die purificationis, cum hoc ſit ſacerdotale.de ſacra vnct.c.j.de conſe.di.j. veſtimenta. Soluitur qō de conſecratione eccleſiarum,quia non eſt epiſcopale.Soluitur quæſtio de legentibus in menſa commendationem animarum decedentium,quia fieri poteſt,cum annexum p̄nitētię,quæ eſt excepta.Soluitur quæſtio de pulſu campanarum,nō efficitur irregularis pulſans,quia non eſt deputatum ordini, licet non liceat.& hoc fortius ſi fiat per laicos ad horas diei notificandas.idem ſi ad reliquias oſtendendas.Item ſi in aduentu alicuius prælati,cum iſti actus non ſint deputati alicui ordini,vt ſcilicet pulſari etiam poteſt ad ſalutem Virginis,& ad laudem, tamen non comprehēdatur nomine diuinorum officiorum, licet tamen prohibeantur tempore interdicti celebrationes diuinorum.Tamen hodie per decre.alma.de ſent. excommu.lib. 6.permittitur celebrari in quatuor feſtiuitatib. alta voce,apertis ianuis & c.& reuocantur priuilegia ante conceſſa de ſemper audiendis diuinis officiis,& in tempore generalis interdicti per ſonis eccleſiaſticis regularibus,ſeu ſecularibus.Ibi tamen dubitatur,an conceſſa priuilegia ſuper audiendis diuinis officiis laicis,vtpotè cruce ſignatis,& fratribus pœnitentiæ tertii ordinis ſancti Franciſci,intelligātur reuocata.ibi Io.And.ponit declarationem.Credo quòd de iure non ſint reuocata cum priuilegia celebrantium ſint reuocata,& ex his ſic ſeparatis non debet fieri conſequentia vnius ad alterum.ff. de minor.l. Papinianus exuli.& l.naturaliter.§.nihil.ff.de acquiren.poſſeſ. Et hoc maximè procedit in actibus, qui ſunt ſtricti iuris, vbi uno expreſſo, alij ſecundum ſpeciem differentem intelliguntur excluſi, vt l. maritus.C.de procur.l.ſi cum dotem.ff.ſolu.mat. & c.ſuſceptis. de reſcrip.libro ſexto.

Quarto, qualiter interdictus, vel ſuſpenſus ad tp̄s lapſo tēpore p̄t celebrare,dummodò ſnīam ſeruauerit & p̄nituerit, aliàs ſuſpēſus remanet. Et ꝙ ſuſpēſus a diuinis p̄ ſnīam canonis & irregularitatem incurrit, ſi celebrat.Et ꝙ in caſibus ſolus Papa diſpenſat, & de pluribus hunc articulum cō tingentibus.de ſent.excom.c.j.lib.6 §.caueant,per Hoſt. Quintò,qualiter priuilegiati excipiuntur a generali interdicto,baptiſmus,confirmatio viaticum,pœnitentia,prædictio verbi diuini, matrimonium,& de pluribus aliis hunc articulum contingentibus.de ſpon.non eſt,per Hoſt. Sextò,qualiter excommunicātur dñi temporales, qui cogunt tempore interdicti aliquos ad celebrandum,vel pulſandum campanas, vel præcones populi ad diuina vocant,in cle.grauis.de ſent. excom. Et illa conſtitutione ligantur prælati vel eccleſiaſtici habentes temporale dominium in loco,ut dicit Io.And.Ste.ibi contra, quia pœnalia non debent extendi,vt §.pœnæ.de pœ.diſt.j.cum ſi. Opi.do.Io. videtur verior.nam iſti,a quo habent dominium temporale in loco,dicuntur temporales dñi,attento dñio quod habēt, licèt ſint perſonæ,tamen ſunt temporales dñi denominatione facta a dño, vt talis denominatiuè dicat dñs, quale habet dominiū. argu.eorum,quæ no.ff.de rei vend.ſuper rubr. Septimò, qualiter ſacramentum bāptiſmi permittatur tempore interdicti paruulis.de ſpon.non eſt.de ſent.excomm.reſponſo.& ca. adultis. de ſen.exc.quoniam.li.6.Et poteſt baptizari cum debito officio cum principali permiſſo oīa cenſentur permiſſa, per quæ p̄uenitur ad illud,ut l.ad legatum.& l.ad rem.ff. de proc.& c. qm̄.de ſen.exc.li.6.cum ſi.Octauò quæro,quo tempore interdicti permittur pnīa olim morientib. vt c.non eſt.de ſponſ.hodie ſanis non excōicatis,ut ipſis in articulo mortis exiſtentib. vt c.alma. de ſen.exc.§.ſanè.lib.6.Exceptis culpabilibus, quib. deneganda eſt,uel ſatisfecerint,uel cautionem de ſatisfaciendo,vel ſatiſdādo præſtiterint,ut ibi.Nonò, quare euchariſtia concedatur decedentibus tempore interdicti.de pę.& rem.quod in te. de ſen. exc.permittimus.Idem & ſanis diſpoſitis ad mortem,ut not.gl. in cle.cum ſecundum.de pę.& remiſ.In loco autem interdicto ēt non interdictis aliis,quàm in mortis articulo non eſt cōcedenda euchariſtia,cum hoc inter caſus permiſſos tpe interdicti non reperiatur expreſſum & enumeratum,& ſic ſtabit prohibitioni regulari.de tranſla.prel.c.2. 18.q.2.hoc tamen.ff. de colle. illi.l.j.Et portabitur corpus infirmis tempore interdicti cū ſolēnitatibus,cum aliquo permiſſo illius ſolita obſeruantia intelligatur permiſſa eſſe.12.di.illud.& c.illa.l.obſeruare.in fi.ff. de offi.proconſul.& legati.Et eadem ratione dabitur in præſentia aſtantium,&c.interdictorum trāſeuntes cū portatur poſſunt videre,& inclinare,ut ſolitum eſt arg. quo s̄. An prēgnantib. dari poſſit.do Io.An.in c.quod in te.tenet quod non, cum rōr illud non ſit mortis periculum,ſic de intrantibus bellum campeſtre. Decimò qui fecerint oblationes ab interdictis recipiantur oblationes.Vndecimò,qui ab interdictis morientib. licet mortuaria,ſiue funeralia recipere,& pro eis ſit orandum,no.Hoſt.in c. fi.de exceſſ.prēla.per c.quicunq;.11.q.3.Hæc vera ſunt de oblatis corpore ſepulto in cimiterio,relaxato interdicto.Secus ſi de facto ſepeliretur,cum tunc aliquid percipiendo participarent in delicto.ſic no.do.Io.And.cle.eos.de ſepul.Duodecimò,ꝙ interdicti nominati,vel culpabiles ante pnīam non gaudeant indulgentijs & remiſſionib. patet,quia non ſunt p̄nitentes. alii aūt non nominati,nec culpabiles gaudent.de priuil.quod nonnulli.& c.licet.eo.ti.li.6.Decimotertiò, ꝙ interdictis non poſſunt ordines conferre probatur, quia interdictū excludit ſuſceptionem ſacrorum,p̄terquam certorū,de quorūm numero non eſt ordo,vt c.alma.§.j.de ſen.exc.lib.6. Si autem populus ſit interdictus,tunc licet laici nō poſſint ordinari,clerici tñ poterūt, quia aliud clerus,aliud populus.de ſen.exc.ſi ſnīa.li.6.Decimo quartò,ꝙ ultima unctio ſit inhibita tempore interdicti, patet in c.quod in te.de pę.& rem.Etiam religioſis vel aliis clericis de loco interdicto,qui ſeruauerunt interdictum confeſſi, non p̄ſt vltra,ut no.do.Io.And.in c.quod in te.præalle.& dicta ſacra rōr prohibita tēpore interdicti,vt non poſſint conferri in quatuor feſtiuitatib. in quibus fit permiſſio,vt in c.alma.de quo,ut ibi p̄ Io.An.Decimoquintò,ꝙ chriſma ſit prohibitum tempore interdicti ēt in quatuor feſtiuitatibus anni,in quibus celebrari p̄t, vt in c.alma.de ſen.exc.li.6.tenet Arch.& Io.And.in d.ca.alma. §.additis.cum ſeq.nil immutat de prohibitione ſacramentorū facta per canones antiquos,ſed ſolum de celebratione diuinorum officiorum,ergo nihil immutatum,ſtandum eſt regulę p̄hibitoriæ.C.de appella.l.p̄cipimus.& l.ſancimus.C.de teſt.Itē tenetur de Corpore Chriſti,quod illis feſtiuitatibus non ſit cōcedendum,niſi ut diſponunt iura vetera.

Decimoſextò, ꝙ in dictis feſtiuitatib⁹ poſſit celebrari Miſſa, ēt ſi non fiat de feſto illo principaliter. probatur, cū permiſſio Miſſæ celebrandæ ſit generalis, ergo generaliter intelligenda, ff.de leg.præſtan.l.j.§.generaliter.ff.de publ.l,de pretio.ff.ſol.matri.l.ſi verò.§.de uiro.& c.quoniam. de cōiu.leproſo. Decimoſeptimò, quòd prædictis feſtiuitatibus poſſit aqua ſolenniter benedici, aſperſio fieri, fructus benedici, & laicis miniſtrair

Source : BIU Cujas

etiam interdictis. Probatur etiam, cum talia de ſui natura non ſint prohibita tempore interdicti, ſed ipſorum benedictio, quę eſt officium diuinum, eſt prohibita tẽpore interdicti, ſed in his ſolennitatibus non permittitur celebratio diuini officii, vt d. c. alma. Decimooctauò, quòd illis feſtiuitatibus non poſſunt illi, qui ſunt de populo interdicto, interdicti aliunde venientes ſolenniter ſepeliri, & tenet Ioan. Andr. in cle. eos. de ſepul. quia vt ſupra dictum eſt, circa ſacramenta conferenda tempore interdicti per §. adiicimus. ergo ſtandum eſt regulæ inhibitoriæ, vt in iuribus ſupra proximè allega. Quidam tenent cõtrarium & mouentur ex hoc. Nam vt dicunt, aut prohibitio ſepulturæ eccleſiaſticæ accedit prohibitioni diuinorum officiorum, aut ſacramentorum, ſi primo caſu, illa celebratio non eſt prohibita illo tempore: ſi ſecundo, ergo poterit celebrari diuinum officium corpore manente inhumato quod eſt abſurdum, uel eo ſepulto extra cimiterium. Confirmant, quia nomine eccleſiaſticæ ſepulturæ intelligitur diuini officii celebratio, quæ eſt permiſſa, vt c. ſtatim alleg. Ego hoc caſu non recederem ab opi. D. Ioan. & pono pro fundamento quòd eccleſiaſtica ſepultura eſt interdicta tempore generalis interdicti, vt in ca. quod in te. de pœnit. & remi. & licet ſepultura habeat multas ſignificationes, vt no. in c. ex parte. de ſepul. tamen pront ſubiicitur prohibitioni, implicat actum humationis in loco cimiteriato cum officio diuino, loquor de ſolenni. Et præmitto, quòd officium diuinũ ordinatur in actum humationis, vt in finem debitum. His præmiſſis ſic arguo. Aut ſola humatio in loco cimiteriato ſiue officio præuio permiſſa tempore interdicti his feſtiuitatibus: aut interdicta non poteſt dari. primum cum ſit inhibita per iura vetera tempore interdicti his feſtiuitatibus, ut ca. quod in te. Nec per c. alma, fuit aliquid innouatum, cum iſtud per ſe non ſit diuinum officium, circa quod aliquid innouatur, vt ibi. Si detur ſecundum, videlicet, quòd ille actus ſit inhibitus, ergo & officium præcedens in hunc actum tendens, vt in finem debitum, probatur conſequentia. Nam aliquo prohibito, prohibita ſunt illa, per quæ peruenitur ad illud. ff. de ſpon. l. omnino. de procur. tuæ. de offi. deleg. præterea. Confirmatur idem iuris in vtroque connexorum. l. ſi quis obiecerit. 8. diſt. quo iure. ff. de appell. l. ſi quis. §. ſi quis. & §. ſeq. Et is actus ſcilicet celebratio, pœnitentia, & humatio, ſequuta, ergo inhibitio concernens humationem etiam concernit celebrationem. Nec ob. ſi dicas econtra, quòd permiſſio concernens celebrationem, concernit etiam humationem, cum humatio ſit finis in quem, & ab eo fit denominatio, & ſic ſtabitur diſpoſitioni inhibitoriæ. ff. de auro & arg. leg. l. & ſi non ſint. §. peruenimus. ff de acquirẽ. rerum dom. l. quis ergo, & l. carbonum. ff. de verbor. ſignific. Confirmatur: nam ex opinione cõtraria ſequeretur mirabile abſurdum. Nam ſequeretur, quòd illis diebus poſſet quis ſepeliri in cimiterio cum officio ſolenni, & non poſſit ſine officio, cum actus humandi per ſe ſit inhibitus, ut ſupra eſt deductum, & ſic non recederem ab opi. do. Io. ubi ſupra.

Decimononò, quomodo incipiat & finiat dies quo ad celebrationem diuinorũ illis feſtiuitatibus gl. in d. c. alma. tenet, quòd in veſperis vigiliæ incipit, & finitur in veſperis feſti excluſo completorio. Archid. ibi, tenet quòd includatur completorium. Azo in nouel. tenet quod ante factum abſtinendum eſt a completorio, poſt factum fauorabilis eſt opinio Archid. Subdit, quòd licèt celebrans cõpletorium ſit irregularis, tamen legatus de latere ipſum abſoluere poterit, cum fuerit fultus opi. Doctorum, & ſic non in cõtemptum. Ego hoc caſu crederem opi. Archid. ueram de iure: nam permiſſio celebrationis diuinorum officiorum illis feſtiuitatibus concernit omnia diuina officia illorum dierum, ut ꝓbat tex. ſed horæ canonicæ cuiuſcunque diei diuiduntur a matutinali, & hæc a matutino vſq; ad nonam excluſiuè, & veſpertinas, & hoc uſque ad completorium incluſiuè. Hæc probãtur. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus in Concilio, & no. 32. diſtin. cap. fi. & de fer. ca. 2. Confirmatur, cum hoc ſit beneficium Principis, quod eſt latiſſimè interpretandum, ut l. ſi quomodo. C. de bo. ma. lib. 10. & l. beneficium. ff. de conſti. Princip. & c. cum dilectus de dona. Vigeſimò, quòd eccleſiaſtica ſepultura ſit inhibita tempore interdicti, probatur in c. quod in te. de pœn. & remiſ. & c. cum & plantare. §. quod ſi. & c. vt priuilegia j. reſponſo. de priuile. & cle. eos, de ſepul. Et nomine cimiterii intelligitur hoc caſu locus ad vſum ſepulturæ deputatus, etiam ſi non ſit benedictus ꝑ epiſcopum. Mouetur, quia aliàs illuderetur ſepultura, cũ multa ſint loca religioſorum deputata ad vſum ſepulturæ, quæ non ſunt benedicta. Inducit no. per Hoſt. de ſepul. c. fi. cum eccleſia non conſecrata gaudet immunitate, qua eccleſia conſecrata, de immu. eccle. c. fi. ergo a ſimili de terra benedicta, & non benedicta, cum ſit deputata ad vſum ſepulturæ. Opi. do. Ioan. videtur verior, nõ debet appellari cimiterium, niſi precedat auctoritas epiſcopi, de conſecr. diſt. j. nemo. & a verbis & non ſignificato eorum, non eſt recedendum. ff. de leg. j. l. non aliter. l. proſpexit. ff. qui a quibus. de decimis, ad audiendam, cum ſi per hęc infertur, quòd ſi tempore interdicti extra cimiterium & eccleſiam quis ſepeliatur ſine diuino officio, quòd non violetur interdictum, cum uno differentibus ſpecie prohibito, alia uideãtur permiſſa. l. cum prætor. ff. de iudi. l. maritus. ff. de procu. 25. diſtin. qualis. Nec tempore interdicti laici non interdicti debent ſepeliri in cimiterio, vel eccleſia, cum hoc ſit interdictum fieri in loco, & ſic concernit locum nõ ſimpliciter perſonas, etiam hoc, cum conceſſum eſt ſpecialiter clericis, vt ca. quod in te de pœnit. & remiſſ. & c. vt priuileg. de priuile. ergo ius commune inhibens generaliter in alijs indiſtinctè ligabit, vt l. ius ſingulare. ff. de legi. & l. j. in fi. ff. ad muni. Sepulti autem tempore interdicti extra eccleſiam & cimiterium relaxato interdicto, ſi in eis apparuerint ſigna contritionis, ſepeliri potuerint in cimiterio, vt no. Inn. in c. tanta. de exceſſ. prælat. alleg. ca. cum illorum, de ſenten. excommu. Verſa vice, ſi quis ſepultus fuit in cimiterio tempore interdicti relaxato interdicto ſi fuit pęnitens non dẽ exhumabitur, cum res venerit ad eum caſum, a quo potuit incipere. ff. ad leg. Aquil. l. quia in eum, & ibi no. prædicti Docto. in c. tanta. Qui autem intelligantur ſepelientes, vt incidant in pœnam clem. eos, de ſepul. dic vt ibi plenè cum gl. ibi tollatur interdictum ſol. particulare.

Vigeſimoprimò, qualiter interdictum hominis tollitur, variè ſecundum varietatem cauſarum, propter quas poſitum eſt. Nam ſi propter dubiam offenſam, vel contumaciam præſtita cautione de parendo. Item ſi in particularem eccleſiã, de uerborum ſignifi ex parte. ſi pro manifeſta requiritur ſatisfactio, vt in c. venerabilibus, de ſenten. excommu. libro ſexto. generale autem nõ habet formam a iure expreſſam, reuocabitur tamen præſtita cautione vel ſatisfactione ab eis, pro quorum culpis fuit latum, argũ iuritum ſtatim allegatorum. Et religioſi, & alii debent vitare excommunicatos & interdictos, iuxta ſententias epiſcoporum. Et qui dicantur nominatim interdicti. Et quid ſi quis eſſet occultè interdictus, an debeat admitti ad diuina. Et quid ſi Templarii ad eccleſiam interdictam ſemel in anno venerint admittantur ad diuina, & tunc ibi non debent ſepeliri corpora defunctorum. Et nunquid fratres ibi tunc poterint ſepeliri, & qualiter ſi in loco interdicto multæ fuerint eccleſiæ, vna tantum aperietur in eorum iucundo aduentu, & ibi poterunt celebrare, & quod intelligatur de interdicto etiam ab homine lato. Item intelligitur de fratribus deſtinatis ꝑ colligendis eorum collectis, non autem de eorũ nuncijs, ſi ad hoc ſine fratribus mitterentur. Item quòd poterunt tunc ſolenniter pulſatis campanis celebrare. Item quod ad diuina tunc propter hoc admitterentur, non tamen populo proponent aliud quàm in ſuis literis continetur. Et an ex conſuetudine, ſicut ex priuilegio, poſſit quis habere, quòd celebrare poſſit in loco interdicto, & non poteſt, & quod tunc admittantur interdicti, & repellantur excommunicati, & intelligitur de interdictis qui cauſam non dederunt interdicto, nec ſunt nominati interdicti, & quod tempore huiuſmodi celebrationis poſſint oblationes recipere & collectas, & quod tunc interdictum eſt ſuſpenſum non relaxatum, licèt aliqui dicant nec ſuſpenſum, nec relaxatum, ſed ibi durante interdicto de licentia Papæ celebrari poteſt. Nec obeſt talibus, ſi centum annis ſteterint, quod non deſcenderent ad eccleſiam pluries interdictam quominus admittantur cum poſtea venerint, & quod licèt locus ſit interdictus, tamen de licentia hominis, cum interdictum poſſet ſic ſuſpendi. Secus de ſuſpẽſo, vel interdicto lato in perſonam, quod ſuſpendi non poteſt, niſi in totum tollatur. Et quod ſi perſona ſit interdicta de iure, an talis ſententia poſſet ſuſpendi. Et an fratres ſepelientur in eccleſia interdicta.

Item an a iure vel priuilegijs apoſtoli cis mortui ſepeliri poterunt in eccleſia, & quòd de fratribus ad hoc ut habeãt priuilegium: An requiratur quòd habitum ſuſceperint profeſſorum, an ſufficit, quod habitus ſit diſtinctus ab habitu profeſſorum ſecularium. Et an tales poſſint matrimonium cõtrahere, & an ex quo habitum mutant intelligantur priuilegiati, & quid ſi non mutant habitum, an donando omnia bona intelligãtur priuilegiati, & an ſit neceſſe, quòd omnia bona dent an ſufficit partem donare, & quod ſi totum donant habitu non mutato alterum ſufficit, aut donatio vel conuerſio, ſecundum Hoſtien. ſecundum glo. vtrunque. Primo. probatur per text. ibi allegatum, de his & de pertinentibus, de priuileg. cum & plantare, & cap. ut priuilegia, maximè per Hoſtien. Quod dictum tamen eſt de priuilegio fracto, dicendum eſt hodie, ut in cap. alma. de ſentent. excommunicat libro ſexto. Quod in locis interdictis non ſolum habitantes, ſed aliunde venientes non poſſunt audire diuina, & an laico interdicto in loco generaliter clerici, & alii priuilegiati ſint ſepeliendi, quod ſic, & tantum faciant generale interdictum quo ad omnia, quantum ſpeciale quo ad quædam, quod ſic. Et quid de his, qui moriũtur tempore interdicti, an relaxato interdicto ſepeliantur in cimiterio ſi fuerint confeſſi, vel ſigna pœnitentiæ in eis apparuerint. quod ſic, & an ſi aliqui ſepulti fuerunt tempore interdicti relaxato interdi-

Source : BIU Cujas

interdicto debeant exhumari, de his & ad hoc pertinentibus, de excef. præla. tanta, per Inno. & Hoſt. Quod refert, an eccleſia interdicatur, an clerus. Nam interdicta eccleſia clerus alibi celebrare poterit, de priuileg. ex parte. per Hoſt. de ſenten. excom. ſi ſententia, lib. 6.

Qualiter in conuentualibus eccleſiis bini, & bini poſſint dicere horas tempore interdicti legendo non cātādo ianuis clauſis, excommunicatis, & interdictis excluſis, voce ſic ſubmiſſa, quòd exterius audiri non poſſint, & quòd totus conuentus ſic poteſt horas dicere, & quod excommunicatis, & non interdictis non licet extra eccleſiam ſtantibus audire diuina, nec clerici ita altè dicere, quòd exterius audiantur, ecōtra facientes laici uidentur contemnere, & clerici interdictum violare & pœnas violantis incurrunt, & qualiter eccleſiæ ſignatæ gaudent priuilegio tempore generalis interdicti. Et qualiter in eccleſia tempore generalis interdicti prædicari poteſt populo. Et qualiter finito prædicationis officio ſtatim debent exire. Et quæ ſacramenta excipiantur tempore generalis interdicti. Et an ſi non habetur viaticum, poſſit moriens in pane communi de his & de eis coniunctis. de pœnit. & rem. quod in te. de ſent. excomm. reſpon. per Ber. & Inn. & Hoſt. Præmiſſa tamen dicta ſunt expedita per c. alma. de ſent. excom. lib. 6. iuncta cle. j. eod. tit. quòd poſt appellationem quis interdici non poſſit. Quòd p appellationem ſequentem non tollitur interdictum. Quòd ſuſpenſus ab officio intelligitur ſuſpenſus a ſacramētis. Quòd interdictum, ſicut excommunicatio trahit ſecum executionem. Et quòd interdictus quantūcunque appellet ſi medio tempore ſe ingerat, incurrit irregularitatem. Secus ſi non ſpiritualia ſed temporalia interdicantur: nam talia interdicta temporaliū per appellationem ſuſpenduntur. Et an ſit idem in ſuſpēſo a beneficio, ut ſi appellet medio tempore percipiat beneficium. Et an ſit idem dicere, ſuſpendo te a beneficio, & ſuſpendo te a perceptione beneficii. Et quid ſi dicat, ſuſpendo te a præbenda, & quid ſi a canonica. de his & aliis connexis. de app. c. ad hoc quoniam. de ſent. excomm. c. j. li. 6. maximè per Hoſt. Et ſic eſt finis. ſcriptum Baſileæ in Concilio generali.

TRACTATVS
PERVTILIS DE INTERDICTO

Beati Antonini Archiepiſcopi Florentini ſacræ Paginæ interpretis eruditiſſimi.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum, quid ſit.*
2 *Cenſuræ eccleſiaſticæ appellatione, quid veniat.*
3 *Interdictum, excommunicatio, & ſuſpenſio, in quo conueniant.*
4 *Relaxatio ad cautelam, locum non habet, quando interdictum generale eſt promulgatum.*
5 *Interdictum, excommunicatio, & ſuſpenſio, in quibus differant.*

Capitulum I.



1 VIA interdictum eccleſiaſticū habet ſimilitudinem aliquā cū excommunicatione. † Eſt enim ipſum interdictum ſeparatio a cęteris ſacramentis, & omnibus diuinis officiis, & eccleſiaſtica ſepultura, vt haberi poteſt, extra de ſpon. non eſt vobis, & de pę. & remiſſ. c. ꝙ in te. Ideo poſt tractatum de excommunicatione, agetur nunc de ipſo interdicto, & præcipuè ſecundum notata p Ioan. Cald. in tract. quem fecit de interdicto eccleſiaſtico, ubi multa ponuntur no. per Hoſtien. & Inn. quæ non habentur in ſummis. Concluſiones, ſeu determinationes tantum ponēdo, & opin. contrarias & rationes, ac etiam multas allegationes cir
2 ca huiuſmodi poſitas ibi, omittendo cauſa breuitatis. † Primò igitur, ſciendum, ꝙ ſub nomine cenſuræ eccleſiaſticæ iſta tria comprehenduntur, ſcilicet excommunicatio, ſuſpēſio & interdictum, de verb. ſig. c. quærenti. Et excommunicatio quidem & interdictum ad laicos & clericos poteſt extendi, ſed ſuſpenſio tātum clericos reſpicit communiter, & ideo de ipſa poſtea tra-
3 ctabitur & demum de irregularitate. † Conueniunt autem prędicta tria in pluribus, ſecundum Hoſtien. primò, quia ſicut excommunicatio debet ferri in ſcriptis continentibus cauſam ipſius, ita & ſententia ſuſpenſionis & interdicti, vt habetur extra eod. cum medicinalis, lib. 6. Secundò, quia ſententię excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, non releuantur per ſequētem appellationem, ſed per prędecedentem. Tertiò, quia ligati aliqua ſententia de prædictis, nec eligere, nec eligi poſſunt. Quartò, quòd nullus ligatus aliqua prædictarum ſentētiarum debet celebrare diuina, aliàs efficitur irregularis. Quintò, qa tales ſententias debet præcedere admonitio, ſcilicet cum ferūtur ab homine. Sextò, quia quilibet eorum iurat antequam abſoluatur non amplius contrauenire, & in omnibus poteſt fieri relaxatio
4 ad cautelam, † niſi ubi eſſet interdictum generale promulgatū, quia tunc non habet locum relaxatio ad cautelam, extra eod. prætenti. lib. 6. Septimò, quia huiuſmodi ſententiæ debent obſeruari per ſuperiores. Octauò, quia nullus eorum durante ſententia poteſt teſtificari, extra de teſt. c. veniens. Nonò, quia ſuperior non debet ipſas ſententias reuocare, vel pronunciare nullas, vel de ipſis aliquid diſponere, niſi vocatis partibus. Decimò, quia illi qui per priuilegium ſunt recepti in proprios & ſpeciales Romanæ eccleſiæ vel apoſtolicæ ſedis filios, licèt ꝓpter hoc non eſſent exempti, tamē ſicut nec excommunicari, ſic nec interdici, nec ſuſpendi poſſunt ab alio, quàm a Romano Pontifice, vel Legato de latere, extra de verbo. ſignifi. cap. j. lib. 6. Item
5 Ioan. Cald. excepto primo, quem non ponit. † Differunt autem iſta tria in his. Primò quidem, quia excommunicatio, & ſuſpenſio propriè feruntur contra ſingulares perſonas, & excommunicatio quidem contra clericos, & laicos. Suſpenſio verò tantū contra clericos. Interdum verò fertur contra loca propria, vel contra uniuerſitates, & collegia. Interdum tamen & cōtra ſingularem perſonam fertur, interdum & ſi non ita propriè. Secūdò, quia cū ſuſpenſo & interdicto particulari poteſt in aliis omnibus exceptis ſacramentis certis & diuinis officiis, non autem cum excommunicato, ut ſupra dictum eſt in tractatu de excō. Tertiò quia effectus excōmunicationis latę non poteſt ſuſpendi, ſed effectus aliarum ſic. Quartò, quia epiſcopi non incurrunt aliquam ſentētiam ſuſpenſionis, vel interdicti prolatam ab homine, uel a iure, niſi ſpecificè exprimantur, de ſenten. excomm. quia periculoſum, lib. 6. quod priuilegium non habent quantū ad excommunicationem. Quintò, quia interdictum generale loci non poteſt ad cautelam relaxari, ſed bene ab excommunicatione, & ſuſpenſione ad cautelam quis poteſt abſolui. Sextò, quia interdictum generale in locum proferri non poteſt ſine ſpeciali licentia Papæ pro pecuniario debito, ſed bene excommunicatio & ſuſpenſio, de appel. præterea. hæc Io. Cal. De ipſo ergo interdicto quatuor videnda ſunt. Primò, a quo feratur. Secundò, contra quem feratur. Tertiò quis ſit eius effectus. Quartò, quomodo feratur, & quomodo poſtea tollatur vel relaxetur.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum a iure, & ab homine fertur.*
2 *Interdictum generale, quod ſit.*
3 *Interdictum an fiat, quando ciuitas imponit pedagia eccleſijs, vel eccleſiaſticis perſonis.*
4 *Interdictum a iure fertur contra uniuerſitatem domum vſurarijs locantem, & repræſalias contra eccleſiaſticas perſonas concedentem.*
5 *Interdictum contra ciuitatem fertur a iure, quando officiales ciuitatis in qua fit electio ſummi Pontificis, non ſeruant ca. vbi periculum, de electio. in vj.*
Interdictum ſit a iure contra ciuitatem dantem auxilium, vel fauorem percutienti vel occidenti Cardinalem.
6 *Interdictum a iure fertur contra ciuitatem ſuum proprium epiſcopum percuti entem, vel bannientem, uel his fauorem dantem.*
7 *Interdictum ſpeciale, quod ſit.*
8 *Interdictum ſpeciale contra eccleſiam, in quot caſibus fiat.*
9 *Interdictum ſingulare, quod ſit.*
10 *Interdictus ab aliquo actu reſpiciente diuina, intelligitur interdictus ab omni alio, qui in illo inducitur, vel qui ſine illo exerceri non poſſet.*
Officium pontificale ſine ſacerdotali exerceri non poteſt.
11 *Epiſcopus ſuſpenſus uel interdictus a pontificali officio ſi officium ſacerdotis exercet, & cum Pontificalibus, irregularis non eſt.*
12 *Irregularis eſt ſacerdos, cui ſunt interdicta ſacerdotalia, ſi ſine Miſſa conficiat Corpus Chriſti.*
Irregularis non eſt, licèt peccet excommunicatus ſcienter in minori celebrans.
13 *Eccleſiæ ingreſſus, quibus interdicatur.*
14 *Irregularis eſt ille, cui eccleſiæ ingreſſus eſt interdictus, ſi in eccleſia in diuinis ſe ingerat, ſecus ſi extra eccleſiam.*
15 *Quid ſi celebrat in eccleſia non conſecrata.*
16 *Irregularis eſt presbyter in eccleſia celebrans, ſi ſubdiaconus cui interdicta eſt eccleſia, dicat epiſtolam, & diaconus euangelium.*

Source : BIU Cujas

Idem si presbyter in ecclesia celebrans admittat subdiaconum, vel diaconũ ad lectionem epistolæ, vel euangelij extra ecclesiam.

17 *Interdictus ab ecclesiæ ingressu, licèt ibi non possit celebrare, nec diuina audire, tamen per eam transire potest & in ea orare.*

18 *Interdictum generale, speciale, & singulare, per delegatum uel subdelegatum, quando fieri possit.*

19 *Interdictum in quos per capitulum fieri possit.*
Item per electum confirmatum, licèt non consecratum.
Item per inferiorem.
Item per capitulum sede uacante.

20 *Interdictum fieri non potest per mulierem prælatam, ut priorissam, uel Abbatissam.*

¶ Capitulum II.

1 SCIENDVM † ergo primò, ꝙ interdictum fertur a iure & ab homine & ab vtroque, quandoque interdictum generale, quandoque interdictum spe-
2 ciale, & quandoque etiam singulare. † Et generale quidem dicitur, quod fertur cõtra Regnum, Prouinciam, ciuitatem, castrum vel villam, vniuersitatem, vel collegium, & huiusmodi. Generale interdictũ fertur a iure in his
3 casib. † Primò, si collegium uel vniuersitas ciuitatis, uel loci cogit ecclesias, vel ecclesiasticas personas soluere guidagia, vel pedagia, vel ab ipsis ecclesiis, vel ecclesiasticis personis exigit, uel extorquet propriis rebus, quas nõ causa negociationis deferũt, hoc ipso sunt interdicti. de censi.c. quanquam. lib. 6. Ioan. Cal. & addit. tamen iste casus non est receptus, nec seruatur, licèt postea sancitum fuerit pœnas prædictas & alias contra non parẽtes debere per locorum diœcesanos publicari. in clem. eod. tit. præsenti. Sed communiter ista opi. non tenetur, quia & si de lege dicatur, ꝙ confirmatur cum more vtentium approbatur, & propter contrariam consuetudinem abrogatur, dist. 4. §. leges. non sic de sententia excommunicationis, quæ subito trahit secum suum effectum. ibi etiam in illo ca. quanquam. ubi fertur
4 talis sententia, contraria consuetudine non obstante. † Secũdò est interdicta vniuersitas, quæ domos locauerit, vel conductas habere permiserit alienigenis vsurariis in terra sua ad exercendum fœnus, de vsur. c. j. lib. 6. Tertiò est interdicta uniuersitas, q̃ repręsalias contra personas ecclesiasticas concedit, uel concessas ad illas extendit, nisi id reuocauerit infra mensem a die concessionis vel extensionis, de iniu. & dam. da. ca. & si pignoratio-
5 nes. lib 6. † Quartò est ciuitas interdicta, quando officiales talis ciuitatis, in qua debet Romani Pontificis electio celebrari, uel repręsentantes ipsam ciuitatem non seruauerint ea, ad quæ tenentur per decretalem, ubi periculum de elec. lib. 6. vel fraudẽ in eis, vel circa ea commiserint. Quintò interdicta est ciuitas q̃uis præter urbem, quæ consentit dando cõsilium, auxilium, vel fauorem occidentibus, vel percutientibus Cardinalem sanctæ Romanæ ecclesiæ, vel quæ infra mensem delinquentes huiusmodi, prout enormitas facientis exegerit & ei facultas affuerit,
6 non punierit, de pœ. fęlicis. in fi. lib. 6. † Sextò est interdicta ciuitas, quæ episcopum proprium iniuriosè, vel temere percusserit vel non recipit, vel banniuerit, uel hoc fieri mandauerit, uel cõsilium in his dederit, vel fauorem, vel hoc faciens scienter defensauerit, ut in cle. de pęnis c. siquis suadente. Casus autem decretalis, clericis. de immu. eccl. li. 6. reuocatus est per c. quoniã, eo. tit. in clem. Ioan. Cald.

7 Speciale † interdictum est, cum interdicitur aliqua ecclesia, ac etiam cum interdicuntur omnes ec- 15
clesiæ vnius ciuitatis, vel prouinciæ: quia etsi non in illis ecclesiis, tamen in aliis locis illius ciuitatis extra ecclesiam possent
8 diuina celebrari & audiri ab hominib. illius loci. † Et huiusmodi interdictum, speciale scilicet, contra aliquam ecclesiam reperitur in iure in his casibus. Primò propter iniuriosum homicidium in ea perpetratum, vel iniuriosam in ea sanguinis effusionem. Secũdò, cum propter effusionem humani seminis studiosè procuratam est polluta. in his enim duobus casibus ecclesia est ita interdicta, quòd ante reconciliationem non debent 16
io ea diuina officia celebrari, de consẽ. dist. j. si motum, & ca. ecclesiis. Tertiò, quando propter discordiam patronorum episcopus claudit ostia ecclesiæ, & tollit inde reliquias, præcipit, quòd nullus in ea aliquod sacrum celebret misterium, donec ad concordiam redeant, de iure pat. c. j. & 2. non tamen proferens sententiam interdicti. Quartò, si ecclesia fuit simoniacè consecrata, non debet in ea celebrari. j. q. 3. ecclesia. Quintò, si principaliter pro quæstu, non pro diuino cultu fuit consecrata, de consecra. dist. j. si quis basilicam. Sextò, si ecclesia est consecrata, sine licentia episcopi diœcesani. de consẽ. dist. j. præcepta. Septimò, si sine reliquiis vel in loco deserto, & nunquam habitato fuit dedicata. de consẽ. dist. j. placuit. in omnibus tamen his casibus, quamuis in tali ecclesia de iure celebrari non debeat, tamen ꝙtrarium facientes, id est celebrantes non sunt irregulares, quia non sunt expressi in iure, ut de sent. excommu. cap. is qui. lib. 6. 17
sed si episcopus per aliquam causam de prædictis specialiter ecclesiam interdixit, & tunc celebrans in ea bene esset irregularis. Ioan. Cald.

9 Interdictum † singulare est, cũ interdicuntur alicui personæ singulari diuina officia, & ecclesiastica sacramẽta vel vniuersaliter, vel particulariter quoad aliquo ipsorum sacramentorum, vel officiorum, & de offi. dele. c. ex litteris, & de priuil. c. j. & c. episcoporum. lib. 6. & de temp. ord. ca. vel non est compos, & ca. literas, & di. l. placuit, & de corpo. ui. significauit,
10 & istud etiam potest dici suspensio. † Vbi primò no. quòd interdictus ab aliquo actu respiciente diuina, intelligitur interdictus & ab omni alio, qui includitur in illo, vel qui sine illo interdicto exerceri non posset, de appel. sollicitudinem. vnde interdictus ab officio sacerdotali, non debet exercere officia, quæ propriè competũt sacerdoti. secus si solum altaris ministerium sit ei interdictum: & interdictus a sacerdotali officio non potest exercere pontificale, quia pontificale sine sacerdotali exerceri non potest, de excess. præla. literis. Et ea ratione interdictus ne promoueatur ad inferiores ordines, non potest ad maiores ꝓmoueri, uel interdictus idest suspẽsus ab exercitio inferioris ordinis nõ potest exercere actum superioris, quod sine exercitio illius inferioris exerceri nõ potest. secus si sine illo exerceri potest, sicut e contra interdictus vel prohibitus a maiori, non intelligitur prohibitus a minori, quod in illo maiori non includi-
11 tur, hoc probatur 95. dist. illud, & 13. q. 2. c. questa. † Secundò nota, quòd episcopus suspensus, vel interdictus a pontificali, si exercet officium sacerdotis, etiam cum pontificalibus, non est irregularis: sed si exercet aliquod per se, quod spectat ad officium episcopale respectu consecrationis episcopalis, siue cum Missa ut consecrare uel ordinare, vel sine Missa, sicut confirmare in
12 frõte, est irregularis. † Tertiò no. ꝙ sacerdos, cui interdicta sunt sacerdotalia, si conficiat Corpus Christi sine Missa, est irregularis, de cle. excom. c. j. excommunicatus tamen celebrans in minori scienter, licèt peccet mortaliter, non tamen incurrit irre-
13 gularitatem. † Item not. ꝙ a iure interdicitur ingressus ecclesiæ in casibus, de senten. excommu. sacro. & eod. tit. c. j. lib. 6. & eod. lib. ti. de censi. exigit. 17. q. 4. si qui deinceps, secundum communem opi. item qui celebrat scienter, seu aliis participat in diuinis præsentibus publicè excommunicatis, vel interdictis, uel illos admittũt ad ecclesiasticam sepulturam, eis interdicitur ingressus ecclesię, donec satisfecerint ad arbitrium eius, cuius sententiam contempserunt, de priuil. c. episcoporum, lib. 6. Archi. tamen super isto c. dicit quòd intelligitur de excommunicatis ab homine, vel interdictis, quod probat per tex. illum qui dicit, donec satisfecerint ad arbitrium eius, cuius sententiam cõtempserunt. Sed admittentes ad ecclesiasticam sepulturã tales sciẽter, sunt excommunicati, per cle. eos, de qua s. habes, de excommu. † Si autem talis, cui est interdictus ingressus ecclesiæ suæ ab
14 homine, vel a iure, se ingerat diuinis in ecclesia, agẽs in officio suo sicut prius irregularis est, de senten. excommu. is cui. lib. 6. sed si extra ecclesiam, puta sub domo vel tẽtorio, uel in domo priuata ingerit se diuinis, non irregularis est, vt ibi not. gl. & ratio est, quia dictum limitationis, secundum suam limitationẽ debet intelligi. 43. distin. sit Rector. limitatur autem hæc pęna, cũ scilicet celebratur in ecclesia, ergo non habet locum si extra celebratur. arg. de pęn. dist. j. §. pœna. Si autem talis celebrat in oratorio quod construi non potest sine diœcesani licentia, de priuil. c. auctoritatem. lib. 6. si strictè est oratorium, ita quòd
15 non est ecclesia, non est irregularis: † sed si celebrat in ecclesia non consecrata, quæ propriè dicitur basilica, est irregularis. Satis est enim quòd auctoritate Pontificis sit dedicata, de consẽ. dist. j. nemo. item presbytero celebrante Missam in ecclesia, si subdiaconus cui est interdictus ingressus ecclesiæ, dicit epistolam extra ecclesiam in illa Missa, vel diaconus euangelium sic interdictus scilicet, talis subdiaconus & diaconus, puto irregulares forè, quia est unum officium, quod tamen in ecclesia principaliter celebratur, cui cooperantur in actu sibi prohibito, di.
50. si quis viduam. † presbyter verò si celebrans in ecclesia admisit sciẽter dictum subdiaconum, vel diaconum ad lectionẽ epistolæ, vel euangelij, etiam extra ecclesiam, est irregularis, qa participat in crimine criminoso, de senten. excommun. nuper. & c. si concubina. immo videtur tale participium factum in ecclesia per proximè dicta. sed e contrario si subdiaconus, cui est interdictus ingressus ecclesię, dicit epistolam in ecclesia in Missa, quam sacerdos celebrat extra ecclesiam, irregularis est, quia in ecclesia verè & de facto id fecit, & sic in loco prohibito, de senten. excommu. c. is cui. lib. 6. & idem dicendum de diacono in tali casu dicente euangelium. presbyterum autem talem celebrantem extra ecclesiam non audeo dicere irregularem: qa licèt uidetur participare in culpa cum ministris, tamen non est dignum, quòd principale, vel dignius trahatur ad accessorium, uel minus dignum, & satis est, quòd in hoc dubio non est ex-
17 pressum in iure. † Item talis, cui est ingressus ecclesiæ interdictus,

dictus,quamuis sit prohibitus per hoc a celebratione,& etiam ab auditione diuinorum in ea,secundum Io.And.potest tamē non solum per ecclesiam transire pro factis suis, secundū Inn. sed etiam potest in ecclesia orare in tempore,quo nō celebrātur diuina officia in ecclesia.j.q.j.qui studet,in fin.Io.Cald.

18 **De interdicto,** †quod ab homine fit. Item ab homine potest fieri interdictum, & generale,& speciale,& singulare,& per delegatum vel subdelegatum.de offi.dele.sanè.quod est planum, si in literis delegantis est clausula consueta.s.contradictores per cēsuram ecclesiasticam compescendo.de verb.sig.quærenti.Item si simpliciter datus est sine dicta clausula.tunc enim maximè vbi hoc est expressum in iure,hanc pœnam poterit imponere, de offi.deleg.
19 c.de causis.†Item profertur per ordinarium episcopum contra eos,qui sunt suæ iurisdictionis,tamen non debet suspēdere, seu interdicere clericos,vel eorum ecclesias perpetuò, vel ad lōgū tempus,nisi de consensu capi.& hoc maximè,quando procedit ex officio suo sed regulariter de iure & consuetudine sentētia pastoris solius tenenda est & timenda.11q.3.cap.j.Item electus confirmatus,licet non consecratus interdicere potest,quia hoc iurisdictionis est,de elec.c.transmissam.Item & inferior prælatus habens iurisdictionem ordinariam, interdicere potest sibi subditos.extra de consue.c.cum inter.& de offi.ord.cum ab ecclesiarum.vbi notatur,qui & quando inferiores ab episcopis habeant ordinariam iurisdictionem. Item sede vacante capitulū
20 potest interdicere.de maio.& obed.his qui. † Item per mulierē etiam prælatam nō potest proferri interdictum, vt priorissam, vel Abbatissam, quia hoc pertinet ad potestatem clauium. de pœnit.& rémiss.c.noua.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum,contra quos feratur.*
2 *Interdictum proferens,& eius superior,si illud violant,irregulares sunt.*
Interdictum si non seruatur per eum, pro quo latum est, alij non tenentur seruare.
3 *Priuilegia casus suos non extendunt.*
Interdictum proferēs,si in ecclesia ab eo interdicta celebrat, irregularis est.
4 *Interdictum proferens,si illud dicat uelle relaxare,nec ipse,nec alij illud nō seruantes,irregulares sunt.*
5 *Interdicti sententia verbaliter lata,verbaliter relaxari debet.*
6 *Interdicta quando est ecclesia,an in capella eius possit celebrari,& in cimiterio sepeliri.*
Baptizans in ecclesia interdicta,irregularis non est.
7 *Cap.alma,de sen.excom.quomodo loquatur.*
8 *Interdictum speciale in aliqua ecclesia positum, quando ad cautelam relaxari possit.*
Idem in interdicto singulari personæ.
9 *Interdictum generale pro pecuniario debito in loco fieri non potest, in speciale autem contra ecclesias causa prædicta fieri potest.*
Irregularis non est celebrans in ecclesia,quando cessatio a diuinis ibi est imposita.
Secus in cessatione generali a diuinis.
10 *Interdictum generale,quod dicatur.*
11 *Interdicto clero alicuius loci,populus interdictus non dicitur.*
Cleri appellatione,quid ueniat.
12 *Interdicto populo alicuius terræ ibi,nec alibi potest sacramenta recipere,ni si in casibus expressis.*
13 *Interdictum latum contra terram alicuius domini,quid comprehendat, & de qua terra intelligatur.*
14 *Quid si dominus acquirat nouam terram.*
Quid si uendit terram interdictam,uel eam perdat.
15 *Interdicto populo alicuius loci,locus interdictus non est.*
Interdictum loci aliud est,& aliud est interdictum vniuersitatis.
16 *Interdictum si sit contra vniuersitatem latum, & aliquis de ea ad aliquem locum se transferat,an sit interdictus.*
17 *Interdictus est,qui non existens de populo non interdicto effectus de populo interdicto.*
Interdictus dicitur ille,qui est de populo interdicto,& bannitus simpliciter & non ad tempus.
Quid si ad tempus confinetur uel relegetur.
18 *Interdictum si sit contra populum latum,& aliquis de eo ingrediatur monasterium,poterit ordinari.*
19 *Interdicto contra uniuersitatem lato,an absentes ligentur.*
Interdicti pœna etiam puniuntur,qui non peccauerunt.
20 *Interdicto populo ciuitatis,non sunt interdicti illi,qui non sunt ciues,nec de populo.*
21 *Interdicto loco sub nomine Regni,Prouinciæ,ciuitatis, castri, vel villæ, an intelligantur suburbia interdicta,& continentia ædificia illius loci.*
22 *Suburbia,quæ dicantur.*
Ædificia continentia,quæ dicantur.
23 *Interdicto loco sub nomine castri,uel ciuitatis,ciues illius ciuitatis, uel homines illius castri interdicti non sunt.*
24 *Interdicto populo ciuitatis,vel hominibus castri,intelliguntur interdicti ciues vel homines,etiam extra ciuitatem,uel castrum habitantes.*
25 *Interdicto populo,an & quando nobiles Marchiones, Comites,& Barones interdicti sint.*

Capitulum III.

1 QVANTVM ad secundum principale.s. contra quem feratur interdictum. † Sciendum,q̄ promulgatur,& promulgari potest contra mares,& fœminas,clericos & laicos & religiosos priuatos, Prælatos & Rectores, nobiles & plebeios,cuiuscunque sint ætatis, secundum q̄ sunt capaces pœnarum,contra etiam collegia,& vniuersitates,con-
2 tra ecclesias,villas,castra, ciuitates & regna. † Et dicit Calderinus,quòd proferens sentētiam interdicti & superior eius,si violat sententiam ipsam,credit fore irregulares, quia hac irregularitate ligantur a canone,de senten.excomm.is qui.lib.6. de consti.c.j.& fi.item si proferens sententiam nō seruat interdictum, fortè non malè diceretur,q̄ alii non tenentur seruare.arg.c. petitis,de priui.sed illud ca.loquitur,cum is pro quo, id est ad cuius querelam,& in cuius fauorem latum est,id nō seruat, quod non est ad casum alium extendendum, cum uideatur per mo-
3 dum priuilegii,licèt corpore iuris clausi emanasse. † q̄ autem iuris priuilegia casus suos non extendant, ut patet de priuileg. sanè. etiam si sint in corpore iuris clausa, vt ibi notat Hostien. Ex quibus sequitur, quòd proferens interdictum celebrans in ecclesia ab eo interdicta est irregularis,& per cōsequens alij nō excusantur.licèt enim mala superiorum frequenter trahantur ad subditos in exemplum,de voto.ca.magnæ. aliàs de no.oper. nunc.c.cum ex iniuncto.non tamen per huiusmodi subditi ex-
4 cusantur a pœna iuris.16.q.j.in canonibus.† Item si proferens interdictum non seruando interdictum ab eo positum in aliquo loco per hoc intendit illud relaxare,ita q̄ ipse proferens hoc dixit,tunc nec ipse proferens esset irregularis: sublato enim principali, cessant omnia accessoria. Cū ergo relaxatio loci interdicti non habeat certam formam,satis fuit quòd proferens dixit,quòd intendebat relaxare:sed ubi proferens hoc non dixit, licèt in mente gereret relaxare,tunc putarē ipsum & alios non
5 seruantes esse irregulares:†quia sicut verbaliter fuit lata sententia interdicti,ita verbo debuit fieri relaxatio,de reg.iur.ca.j.hoc verum est,præterquam in Papa,qui non subiacet legibus. ff.de legi.l.Princeps.Vnde si in mente gerit interdictum relaxare, licet verba non exprimat,postea ibi celebrantes non essent irregulares,si tamen hoc ignorent, & celebrant credentes durare interdictum,grauiter peccant,etsi non sint irregulares. Io. Cal.
6 †Item si interdicitur aliqua ecclesia, nec in capella eius poterit celebrari,nec in cimiterio poterit quis sepeliri, si ipsa capella, uel cimiterium sint ecclesiæ,coniuncta,alias secus,extra eod.si ciuitas.lib.6.item in ecclesia specialiter interdicta,quamuis honestius sit ibi non baptizari,nisi incommoditas aliud suadeat, contrarium tamen faciens credit Ioan.Calde.quòd non incurrat irregularitatem.quia a quouis interdicto hoc est exceptum
7 extra de spon.c.nō est.idem de chrismate.† Item in ecclesia specialiter interdicta non possunt celebrari diuina, seruata forma decretalis,alma.§.adiicimus.de senten.excomm.li.6. Ratio est, quia dictum c.alma,loquitur cum locus fuerit interdictus, & tale appellatur generale interdictum,de pœnit. & remiss. quod in te.sine commune,quod in idem sonat, bene & ad hoc facit
8 de sent.excomm.c.præsenti, lib.6.† Item speciale interdictum positum in aliqua ecclesia,quamuis Archidiaconus dicat quòd non possit relaxari ad cautelam,sed dicatur nullum: Io.tamen Mod.dicit contrarium,quod fatetur Io.And. uideri sibi verius, & hoc etiam placet Ioan.Cald.quia c.præsenti.de sent. excom. lib.6.loquitur de generali interdicto,q̄ scilicet non possit relaxari ad cautelam,secus ergo de speciali.25.dist. qualis. & idem in particulari,vel singulari interdicto, scilicet personæ. † Item
9 & si pro pecuniario debito nō possit ferri interdictum in loco, siue generale,potest tamen ferri speciali, siue contra ecclesias aliquam,vel aliquas pro dicta causa. Item cum imponitur in aliqua ecclesia cessatio a diuinis seruata forma.ca.irrefragabili. de offi.ordi.si quis ibi celebrat,non est irregularis.& ratio,quia talis cessatio imposita non est uera sententia interdicti.sed si imponatur cessatio a diuinis generalis,scilicet in loco ab eo, q̄ potest,tunc habet effectum interdicti,& de hac debet intelligi gl. Inn.in c.non est,de sponsa.secundum Ioā.Andr.& hoc placet, quod probatur in clem.ex frequentibus.de sent.excom.quæ æquiparat generales cessationes inductas ab eo,qui potest generalibus interdictis,non aūt speciales.i.cæterarum ecclesiarum.
10 Io.Cald. † Item cum promulgatur interdictum in commune, populū,ciues,incolas,vel vniuersitatem.i.sub prædictis appellationibus,vel aliqua ipsarum,intelligitur istud generale interdictum.de sen.exc.c.alma.§.illis.li.6.& quia cum interdicto loco propter delictum populi vel ciuiū singulares personę loci intelligātur generaliter interdictę,ut sic dicatur generale interdictum,vt in c.cum in partibus.de verbor.sign.eo. modo & istud debet dici generale,immo & fortius,qa p̄dictum interdictū su-

Source : BIU Cujas

perius,ideo dicitur generale, quia vniuerſitatem vel populum loci complectitur.Sed propter qđ vnumquodque tale,& iſtud
11 magis.19.diſt.ca.j.Io.Cal.†Item quando interdicitur clerus alicuius loci, non ex hoc dicitur populus illius loci interdictus, quia hæc ſunt diuerſa,& econuerſo.extra de ſen.excom.c. ſi ſententia.lib.6.Intelligo autem appellatione cleri, contineri non ſolum promotos ad ordines, ſed etiã religioſos, & religioſas, conuerſos & conuerſas,quia ita ad eccleſiam ſunt tranſlati, & de populo propriè dici non poſſunt.12.q.j.duo ſunt. Ioan. Cal.
12 †Item cum interdicitur populus alicuius terræ ſingulares perſonæ illius populi cum ſint interdictæ,nec in illa terra, nec alibi poterunt ad diuina,vel eccleſiaſtica ſacramenta, niſi in caſibus a iure expreſſis admitti.extra de ſent. exc.ſi ſententia, lib.6.
13 †Item cũ interdicitur terra alicuius domini, intelligitur de ea quæ eſt ſua quoad dominium iuriſdictionale: multofortius ſi terra eſſet illius dñi ſimpliciter & abſolutè propria.Item intelligitur de terra,quàm ab alio tenet in feudum, vel in emphiteuſim,quia in illis caſibus ad eum ſpectat vtile dominiũ. Item intelligitur de terra,quę pertinet ad ipſum dominum ratione dotis vxoris,quia maritus conſtãte matrimonio eſt dominus dotis vxoris.Item intelligitur de terra ſibi pignorata, ſi proferens dixit interdico,terram quàm talis tenet.ſecus ſi dixit interdico terram ſuam.Io.And.Item ſi talis dominus,cuius terra interdicitur,habet terram in diuerſis prouinciis,vl diuerſis locis:ſi habet eam pro parte & pro diuiſo,omnes illæ partes ſubiacent interdicto.Sed ſi pro indiuiſo ſecus,ne nocens puniatur, argu.j.q.
14 4.c.fi.†ſi autem talis dominus poſtea acquirat nouam terram, talis terra non ſubiacet interdicto,niſi lator ſententiæ expreſſiſſet,vel intenderet tam de ea quam habebat, quàm de ea quam habiturus eſſet.ſi autem vendit terram interdictam, uel perdit eam,nõ propter hoc tollitur interdictum, cum onus huius rei tranſeat cum ipſa,de deci.c.paſtoralis Nec enim iſte eſt modus interdictum tollendi,quod habet relaxari per iudicem, qui tamen ceſſante cauſa & fraude interdicti ſe facilem exhibebit.Io.
15 Cald.†Item ſi interdicatur populus uel vniuerſitas, collegium vel commune alicuius loci, non per hoc intelligitur locus ille interdictus,ſecundum Ioan.Andr.in c.ſi ſententia,eo.tit.lib.6. quia aliud eſt interdictum loci, aliud vniuerſitatis vel collegij, de vſu.c.j.lib.6.poterit ergo celebrari alta voce in illo loco, vt prius,interdictis tamen excluſis, quia hoc non eſt prohibitum ſed licèt dictum huiuſmodi.ſ.Ioan.And. procedat de iure ſcripto,tamen præſtare videtur occaſionem periculi:audientur.n. voces celebrantium publicè ab interdictis, & per hoc vilipendetur cenſura eccleſiæ,vnde concludẽdum eſſet clericis, ut tali interdicto durante abſtinerent a publica celebratione. Ioan.
16 Cal.†Item ſi aliquis de vniuerſitate interdicta ſe transfert ad aliquem locum primo dimiſſo,ſi eſt ſpecialiter interdictus, aut de populo interdicto, ita ꝙ fuit in culpa, propter quam latum fuit interdictum,quocunq; ſe transferat, remanet interdictus, de ſen.excomm.alma.§.illis.lib.6.ſi verò non fuit culpabilis, & ex toto deſinit eſſe de populo interdicto,credo ceſſare interdictum circa eum,quia in eo ceſſat cauſa efficiens & conſeruans,
17 ergo & effectus.61.diſt.neophitus.Ioan.Cald.†Item ſi exiſtens de populo non interdicto factus eſt poſtea de populo vel vniuerſitate interdicta,credo ꝙ ex tũc ligatus eſt,ſicut & alij, cum factus ſit membrum illius corporis,& ſic debet eodem iure cẽſeri.diſt.12.c.j.Io.Cal.Item ſi exiſtens de populo interdicto,vel vniuerſitate ſi banniatur ſimpliciter, & non ad tempus, ceſſat interdictum circa eum,quia cenſetur non amplius de uniuerſitate vel populo,ſed confinatus vel relegatus bene remanet interdictus,quia adhuc cenſetur de corpore uniuerſitatis.Io.Cal.
18 †Item ſi talis de uniuerſitate,vel populo interdicto, ſi ingrediatur monaſterium poſt profeſſionem,indubitanter poterit ordinari,quia deſinit eſſe de populo totaliter: ſed ante profeſſionẽ tutum eſt conſilium, ꝙ non ordinetur, ſcilicet tali interdicto durante.ſi tamen fuerit ordinatus,puto illam tenere.ar.de ſen.
19 excomm.religioſo.lib.6.Ioan.Cal.† Item de abſente tempore latę ſnīæ interdicti in vniuerſitatem vel populum,& de preſentibus non conſentientibus,ſed contradicentibus aliorum culpa,propter quam latum eſt interdictum,an ligentur. dicit Ioã. And.in c.ſi ſententia,eod.titu.lib.6. ꝙ quidam religioſi tenent talem non ligari,etiam quo ad eccleſiam, quia abſens & ignorans ex maleficio non obligatur.15.q.j.aliquos,& ca. non eſt.& quia pœna ſuos debet tenere auctores, de pœ.diſt.j. nemo.ſed dicit ipſe,quòd iſti non ponderant, quòd pœna interdicti eiiã puniuntur,qui non peccauerunt,de ſpon.ca.nõ eſt.vnde tenet ipſe,abſentes & contradicentes ligari,quod probat ca. ſi ſententia. fatetur tamen illos inſontes quo ad Deum, & hoc placet. Ioan.Cald.Item ſi talis abſens eſt de alia ciuitate vel populo,licet gratiosè receptus fuerit in ciuem,vel popularem populi interdicti,ut faciunt Veneti,& fortè ibi nunquam habitauit, cre-
20 do quòd dicto populo interdicto intelligatur interdictus.†Itẽ habitantes in ciuitate non ciues, nec de populo illius, planum eſt quòd non includuntur in interdicto illius uniuerſitatis,uel populi,ut in c.ſi ſententia.ſi tamẽ locus eſſet interdictus, in eo non poſſunt audiri diuina,ſed extra locum illum. Ioan.Andr.
21 †Item ſi interdicatur locus ſub appellatione Regni,Prouincię, ciuitatis,caſtri,vel villæ, ſuburbia & continentia ædificia illius loci interdicta intelliguntur.de ſentent.excom.ſi ciuitas.lib.6. etiam ſi dicta ſuburbia,continentia ædificia in nullo erant ſubiecta dicto loco interdicto,vel uniuerſitati. ſi tamen proferẽs interdictum habebat iuriſdictionem temporalem in dictis ſuburbiis. Si autem non habebat iuriſdictionem, licèt de iure ſcripto non videantur interdicta dicta ſuburbia. tamen nõ põderata ratione c.ſi ciuitas,poſſet dici,quòd etiam tunc intelligũtur interdicta non ab homine,ſed a iure,de ſenten. excommu.
22 nuper.†intelliguntur autem ſuburbia burgi, extra & prope ciuitatem,in quibus domus ſunt contiguæ.Continẽtia verò ædificia dicuntur domus vltra burgum ſeparatę, & non contiguę, vel dicuntur ſuburbia, per quæ iter eſt rectum: continentia verò ædificia,quæ ſunt propè ciuitatem, vel locum interdictum
23 inter ſuburbia. †itẽ interdicto loco ſub appellatione ciuitatis, caſtri,villæ,vel huiuſmodi,non ſunt interdicti ciues illius ciuitatis,ſeu homines illius caſtri vel uillæ, cum prædictus locus eſt interdictus propter delictum domini, vel alicuius particularis perſonæ,vnde & ſi non in illo loco interdicto, alibi tamen poterunt audire diuina, & hoc niſi tales perſonæ ſint culpabiles, & dederint cauſam interdicto,eod. titu.alma.§.illis.tales enim ſunt interdicti vbique, & ibi etiam eſt ſi interdictum ſit latum propter delictum populi,uel ciuium,uel uniuerſitatis ipſius lo-
24 ci,de ſenten.excomm.c.ſi ſententia,li.6.Ioan.Cal.† Item ciues habitantes continuè extra ciuitatem & ſuburbia uel continentia ædificia interdicto populo,uel ciuibus ciuitatis, intelliguntur & ipſi interdicti,etiam ubicunque habitent,ex quo ponuntur ciues,vel de vniuerſitate interdicti.Io. Cald.†
25 Item nobiles & Marchiones,Comites,Barones, & huiuſmodi habitantes in tali ciuitate,ſi ſunt de populo interdicto, vel de dicta uniuerſitate,quod patet ex eo, quia ſubeant onera & habentes honores,ſicut alii ligantur ſententia interdicti,& idem ſi per priuilegium eſſent exempti ab oneribus:ſecus autem ſi eſſent ſui iuris vel ex conſuetudine uel priuilegio imperiali, ita quòd dictæ vniuerſitati, tanquam de ipſius corpore in nullo participarent. Ioan.Calde.

SVMMARIVM.

1 *Interdicti tempore,quomodo & quando in eccleſia ſunt celebrãda diuina.*
2 *Interdicti tempore celebrans,vel alia prohibita faciens,irregularis eſt.*
3 *Interdictum non publicum non obſeruans clericus,ſi illud ſciat, irregularis eſt,ſecus in occulto.*
4 *Interdicti effectus,& moderatio in interdicto populi,non habet locum,quãdo in ſententia interdicti locus non eſt expreſſus.*
Cap.alma.de ſent.excom.quomodo loquatur.
5 *Interdicti, quando non ſunt laici, an admittantur ad diuina in loco interdicto.*
Quid de clericis extraneis alibi beneficiatis,an celebrent in eccleſia loci interdicti.
6 *Interdicti tempore clerici amittunt diſtributiones quotidianas, ſi ad horas non venerint.*
7 *Interdicti tempore Miſſæ peculiares in eccleſijs conuentualibus celebrantur cum moderatione.c.alma.*
Quid ſi ibi omnes deficiant,præter vnum.
Interdicti tempore ſi conuentus habet priuilegium celebrandi,familiares cõuentus non comprehenduntur.
8 *Interdicti tempore ſi particulari perſonæ ſit conceſſum diuina audire voce ſubmiſſa,an familiares cum eo admittantur.*
9 *Interdicti tempore in quibus feſtiuitatibus diuina celebrari poſſint,& interdictum ſuſpendatur.*
10 *Et quando talium feſtiuitatum dies incipiat,& finiat.*
11 *Interdicti tempore etiam in dictis feſtiuitatibus Chriſti corpus non poteſt dari,niſi infirmis decedentibus.*
Ca.omnis.de pę. & rem.quomodo intelligatur.
Interdicti tempore etiam in feſtiuitatibus,in quibus celebratur,non eſt dãda extrema unctio.
12 *Et quæ Miſſa in dictis feſtiuitatibus celebranda ſit.*
Interdicti tempore in dictis feſtiuitatibus aqua benedici & fructus poſſunt & interdictis etiam miniſtrari.
13 *Interdicti tempore in feſto Aſſumptionis Mariæ nuptiæ benedici poſſunt, alijs diebus non.*
14 *Interdicti tempore virgines & altaria conſecrari, & benedici poſſunt & Abbates & Abbatiſſæ.*
Interdicti tempore in dictis feſtiuitatibus,an ſepultura fieri poſſit.
15 *Interdicti tempore,quæ ſacramenta miniſtrari poſſint.*
16 *Interdicti tempore laicis,vel clericis non interdictis in loco interdicto exiſtentibus,an Euchariſtia dari poſſit.*
17 *Interdicti tempore,quomodo Euchariſtia ad infirmum portatur.*
18 *Interdicti tempore non poteſt Euchariſtia dari,mulieribus partui appropinquantibus.*
Idem in mari,vel bellum intrantibus.

19 In-

Source : BIU Cujas

19 *Interdicti tempore non interdictis, ſed de loco interdicto, an poſſit extrema unctio conferri.*
20 *Interdicti tempore matrimonium contrahi permittitur.*
21 *Interdicti tempore nullus ordo confertur in loco interdicto.*
22 *Interdicti tempore cum ſolum populus eſt interdictus extra locum interdictum ordo conferri poteſt.*
23 *Interdicti generalis tempore laicis etiam pœnitentibus eccleſiaſtica denegatur ſepultura.*
Et eo ſoluto interdicto ſepeliuntur in eccleſiis.
24 *Interdicti generalis tempore, quomodo clerici ſepeliendi ſint.*
25 *Interdicti tempore, quando eccleſia eſt ſingulariter interdicta ob delictum clericorum, vel in pœnam populi parochiani, vbi ſepeliri debeant.*
26 *Interdicti tempore laici in eccleſia, nec in cimiterio ſepeliendi ſunt.*
27 *Interdicti tempore laici non interdicti non poſſunt in cimiterio ſit in loco interdicto ſepeliri.*
28 *Interdicti tempore priuilegiatus per c.alma, de ſen.excom. an & quando ad ſepulturam admittatur eccleſiaſticam.*
29 *Interdictum non ſeruantis pœna, ſi laicus ſit.*
30 *Quid ſi religioſus ſit.*
31 *Quid ſi monialis ſit.*
32 *Quid ſi laicus ſit.*
33 *Interdicti tempore ſepelientes defunctos in cimiterijs, vel eccleſiis in caſib. non conceſſis, quomodo puniantur.*
34 *Pſalmiſtatus, an ſit ordo.*
35 *Interdicti tempore aqua benedicta non debet aſpergi laicis loci interdicti, niſi in quatuor feſtiuitatibus: & ſi aſpergat, quomodo puniatur.*
Quid de benedictione menſæ.
Quid de benedictione, quàm epiſcopi obuiantibus dare conſueuerunt.
36 *Quid de benedictione calicis.*
37 *Quid de facientibus officium de baptiſmo in Sabbato ſancto.*
Quid de benedictione peræ & baculi peregrinorum.
38 *Interdicti tempore introducens mulierem poſt partum in eccleſiam, quomodo puniatur.*
39 *Interdicti tempore ſi quis excommunicat vel abſoluit aliquem in loco interdicto, quomodo puniatur.*
40 *Interdicti tempore & loco fieri poteſt officium commendationis animarum decedentium.*
Item fieri poteſt prædicatio, & campana ob hoc pulſari poteſt.
41 *Interdicti tempore pro horis canonicis dicendis campana pulſari, quando poſſit.*
42 *Interdicti tempore campana pro Aue Maria pulſari poteſt.*
43 *Interdicti tempore itinerantes per loca interdicta, an in via poſſint dicere horas canonicas.*
44 *Interdicti tempore, an incurrat irregularitatem clericus ſi interſit diuinis, ſi cum alijs cantat.*
45 *Interdictum uiolans ſi laicus eſt, peccat mortaliter, ſi ſcienter hoc facit.*
46 *Interdicti tempore laici poſſunt dicere letanias.*
47 *Interdicti per ſententiam in diuinis officijs uitandi ſunt.*

¶ Capitulum. IIII.

1 QVANTVM ad tertium principale, ideſt effectum interdicti, † ſciendum primò, q̃ in loco ſuppoſito eccleſiaſtico interdicto, ſecundum antiqua iura, nulla permittebãtur eccleſiaſtica officia celebrari vel audiri, extra de pẽ. & rem. quod in te. & de ſpon. c. non eſt vobis, niſi ſemel in hebdomada celebrari cauſa cõficiendi Corpus Chriſti. de ſen.exc.c.permittimus. Sed per noua iura iſtud extitit moderatum, extra de ſen.exc.c.alma.lib.6. per iſtud valet modum, q̃ ſingulis diebus in tali loco debeãt, ſeu poſſint in eccleſiis, & in monaſterijs Miſſæ & alia officia celebrari, ſicut prius. Si cũ his quatuor conditionibus. ſ. ſubmiſſa voce, ianuis clauſis, non pul-
2 ſatis campanis, excommunicatis & interdictis excluſis. † vnde per quamlibet harum quatuor conditionum. ſ. de per ſe ſi non ſeruetur alijs tribus ſeruatis violatur interdictum, & eſt irregularis ibi ſic celebrans, vel aliquid agens alicuius ordinis, ut in officio ſuo, puta ſi pulſatis campanis celebrat, vel etiam ſi alta uoce cantat, & huiuſmodi, ſecundum Hoſt. Ioan. And. & Io. Cald. qui addit ſic. & licet hæc dura videantur, tamen ſufficit ita ſcriptum eſſe 19. diſtin. memoriam. Item ſi clericus in loco interdicto facit tantum alterum prædictorum aliis celebrantibus, puta ſonat campanã, vel aperit ianuas eccleſiæ, & huiuſmodi. credo ipſum irregularem, quia participat in crimine criminoſo, de ſenten.excomm.nuper. ſecus ſi facit alterum prædictorum, vt celebrentur diuina, quæ tamen non celebrantur de facto, ir-
3 regularitas requirat actum perfectum. 15.q.j.c.fi. † Item ſi clericus ſcit interdictum loci, quod tamen non publicũ eſt per denunciationem, ſi illud non ſeruat, eſt irregularis, ſecundum Archid. arg. de reg.iu.eun. lib.6. & hoc verum, niſi iſtud eſſet occultum. 6.q.[illegible].ſi tantum. Nec obſt. cle.j. de ſenten.excomm. quia licèt in ſeruando interdictum, quod ſeruat matrix eccleſia, loca religioſa ſe debeant conformari, nõ ſequitur tamen, quòd vbi matrix eccleſia non ſeruat, quia non ei eſt denunciatum, alii qa ſciunt non debeant obſeruare, vt ſibi notorium: quia ſecũdum hoc idem inferretur etiam ſi eſſet publicum, & matrix eccleſia non obſeruaret, quod eſt abſurdum. dicit tamen Ioan. Andr. q̃ expediret per conſtitutionem prouideri clericos non teneri ad obſeruantiam interdictorum prælatorum à iure, niſi primò fieret ipſorum declaratio, per id quod habetur de cen.c.quamquã.
4 lib.6. & in cle.præſenti.eod.tit. † Item nota, quòd dicta moderatio & effectus interdicti non habet locum in interdicto populi ſeu vniuerſitatis, non expreſſo loco in ſentẽtia interdicti: quãuis enim & illud dicatur generale interdictum, tamen c. alma. cum ſua moderatione loquitur de interdicto generali loci, &
5 vniuerſitatis, caſtri, villę, regni, & huiuſmodi. † Item laici qui nõ ſunt interdicti, non poſſunt admitti ad diuina, quę celebrantur cum dicta moderatione in loco interdicto, niſi ſint ſuper hoc ſpecialiter priuilegiati. De clericis verò extraneis, ſeu alibi beneficiatis, an poſſint admitti in eccleſia ſita in loco interdicto ad celebrandum vel concelebrandum. Arch. tenet quòd non. Io. And. tenet quòd durum eſt, & qui nimis emungit, &c. & ſic uidetur tenere contrarium, quod contrarium Ioan. Cald. probat
6 per multas rationes, & idem videtur dicendũ de religioſis. † Itẽ tam canonici, quàm clerici eccleſiarum, in quibus diſtributiones quotidianæ diſtribuuntur illis, qui interſunt horis, ſi non uenerint amittent eas, ſicut amitterent ſi non eſſet interdictum.
7 † Item Miſſæ non conuentuales, ſed peculiares celebrari poſſunt tempore interdicti in eccleſijs conuentualibus ſeruata prę dicta moderatione. Item ſi in tali eccleſia deficiant omnes, prę ter vnum, Ioan. And. poſt Hoſt. dicit, quòd ille poterit celebrare cum familiari. Archid. dicit quòd non audet hoc tenere, ſed primum placet. fateor tamen quòd in priuilegio conuentus de celebrando tempore interdicti non includuntur familiares conuentus, ſed in caſu prædicto ille ſolus adhibere poterit familiarem, ſeu ſeruitorem, vigore permiſſionis, in §. adijcimus, neceſ-
8 ſitate ad hoc cogente. Ioan. Cald. † Si tamen alicui ſingulari pſonæ ſit conceſſum, vt tempore interdicti poſſit celebrare, vel audire diuina in voce ſubmiſſa, tunc familiares eius ad audiendum cum illo, & ad celebrandum ſibi admittuntur, niſi eſſet talis, cuius culpa dolo vel fraude ſit lata ſententia interdicti, uel ad dictam culpam dediſſet auxilium, cõſilium, vel fauorem, de priui.c.licet.lib.6. † Item per dictum ca.alma. extat alia moderatio circa interdictum, videlicet quòd in feſtiuitatib. ſolum Natiuitatis, Reſurrectionis, Pentecoſtes, & Aſſumptionis B. Mariæ campanæ pulſentur, & ianuis apertis alta voce diuina celebren tur in locis interdictis, excommunicatis excluſis, ſed interdictis admiſſis, ita tamen, quòd illi, propter quos latum eſt interdictũ altari non appropinquent, non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis, quæ reuocãtur, quia ſufficere debet omnibus. quòd celebretur, vt dictum eſt. Item no. quòd prædictis quatuor ſolennitatibus, de quibus habetur in dicto c.alma. addita eſt ſolenni tas Corporis Chriſti per extrauagantem Martini V. in qua interrumpitur interdictum, ſeu ſuſpenditur, ut in quatuor prædictis. Vbi primò no. quòd illud quod dictum eſt de dictis feſtiuitatibus, intelligi debet de vna die tantum pro qualibet feſtiui-
10 tate. † vnde & Doctores, quærunt, quando incipiat talis dies. & quantum ad principium diei concordant quaſi omne, ſcilicet quòd incipit in veſperis vigiliæ. Sed quantum ad finem, ſunt variæ opi. & Archi. tenet, quòd terminetur in completorium feſti incluſiuè, quia in beneficiis eſt larga interpretatio facienda. Ioan. And. tenet in d.c.alma. gl. antepenultima, quòd terminetur in veſperis ipſius feſti. & ſic concludit completorium, quæ
11 opinio placet etiam Ioan. Cald. † Item notandum, quòd in prędictis feſtiuitatibus non poteſt licitè dari corpus Chriſti, ſeu cõmunicari in loco interdicto, niſi ſicut in aliis diebus, ſcilicet infirmis decedentibus. de ſent.excommunica.ca. reſponſo. Vnde quod dicitur in canone de conſec.diſt.2. & ſi non frequentius, & de pœnit. & remiſ. omnis, ſcilicet quòd fideles debent communicare in Paſchate, Natali, & Pentecoſte, intelligendum eſt interdicto & alia prohibitione ceſſantibus. & idem dicendum eſt de extrema vnctione, quòd ſcilicet non eſt danda iſtis die-
12 bus. Archid. & Ioan. And. † Item & ſi in dictis feſtiuitatibus honeſtius, & iuſtius ſit ſaltem quantum ad principalem Miſſam, quæ in eccleſia celebratur de ipſo feſto proprio dicetur, quia id eſt inductum in honorem illarum ſolennitatum, & ideo de eis celebrandum, de conſec.diſtin.j. ad hoc, & de celeb.miſ.c.2. poteſt tamen & alia Miſſa dici, quàm de ipſo feſto. Ioan. Cal. Item in dictis feſtiuitatibus credo, quòd poſſit aqua ſolenniter benedici & aſperſio fieri, panes, fructusq; benedici, & laicis etiam interdictis miniſtrari, quia iſta de ſe non prohibentur tempore interdicti, & ipſorum benedictio eſt officium diuinum, quod generaliter in prædictis feſtiuitatibus permittitur. Ioan. Andr.
13 † Item in feſto Aſſumptionis Virginis Mariæ ſemper tempore interdicti nuptiæ poſſunt ſolenniter benedici, quod aliis diebus tempore interdicto non poteſt fieri, ſecundum Hoſtien. Et hoc ideo, quia talis benedictio pertinet ad diuinum officium, quod illa die permittitur ſolenniter celebrari. De aliis tribus feſtiuitatibus non oportet quærere, quia nuptiæ in ipſis prohibentur celebrari in omni loco, & ab omnibus

Source : BIU Cujas

14 fidelibus.33.q.4.non patet.Io.Cald. † Item in dictis festiuitatib. possunt virgines & altaria consecrari & benedici, & calices & paramenta & abbates & abbatissæ,quia huiusmodi benedictiones non sunt sacramēta propriè,sed orationes & certa officia. Ioan.Cald. Item dictis diebus festiuis in loco interdicto vtrum possint admitti ad ecclesiasticam sepulturam.Io.Andr. dicit & putat,ꝙ non,licèt multoties fuerit contrarium obseruatū. Et subdit post pauca.Ioā. Cald. Scio ꝙ videretur temerarium resistere opi.domini & patris mei,maximè,ꝙ non viderim per aliquem contrarium scriptum : attamen mea pusilla intelligētia iudicat in dictis festiuitatibus non obstāte interdicto, posse publicè,& solenniter mortuos sepeliri, vbi aliud non obstat,puta quia non est specialiter,aut nominatim interdictus talis,aut ꝙa fuit in culpa,vel quia ad hoc dedit consilium, auxilium vel fauorem propter quod latum est interdictum.Moueor ad dicendum,quia propter generale interdictum prohibetur ecclesiastica sepultura,quia ipsa accedit ad offi.diuinum . Nam cum officio diuino debet ferri funus ad ecclesiam , vt habetur 13.q.2. q diuina.sed diuinum officium permittitur his diebus solenniter celebrari.Io.Cald.quia multa inducit pro & contra, circa hæc.

15 †Item tempore interdicti, & si prohibita sit administratio sacramentorum,illud tamē habet multas exceptiones. Nam primò excipitur baptisma non solum paruulorum, sed et iā adultorum,extra eo.quoniam,lib.6.Item excipitur confirmatio.extra eo.respon.Item excipitur pœnitentia,non tantum morientium,sed etiam viuorum & sanorum, dummodò non fuerint excommunicati,qui non possunt admitti nisi in morte, & exceptis illis propter quorum culpam,vel dolum lata est sentētia interdicti,vel præbuerunt consilium,auxilium,vel fauorem,si non prius satisfecerint, vel de satisfaciendo dederit idoneam cautionem,aut si hoc non possunt,nisi iurauerit, ꝙ cum potuerit satisfacient,ad satisfactionem faciendam per illos, qui tenētur,dabunt consilium,auxilium,& pro posse laborabūt, nec ꝓpter aliquod prædictorū fieri debet relaxatio interdicti, extra eo.alma.lib.6.item & cathechismus , qui præcedit baptismum fieri potest,quia permisso baptismo,intelligūtur permissa omnia,per quæ peruenitur ad illud,& sine quibus expediri non debet,huiusmodi autem est cathechismus,de cons.dist.4.ante baptismum.Item permittitur confectio chrismatis in die cœnæ, quo vtendum est in baptismo,& confirmatione,extra cod.rūb. Item permittitur Eucharistia dari decedentibus, de pœn. & re. quod in te.nec enim debet alicui pœnitenti denegari.50.dist. pœnitens.Sanis etiam damnatis ad mortem dari potest tempore interdicti,quia censentur tunc in articulo mortis.Ioan.Cal.

16 †Sed laicis uel clericis non interdictis,sed in loco interdicto positis, an possit dari Eucharistia , præterquam in articulo mortis dubium est,exceptis presbyteris tamen Missam cantantibus alias celebrantibus,tamen forma seruata,ut habetur c.alma. Celebrantes enim tenentur sumere Corpus Christi,de cons.dist. 2.comperimus.De alijs verò dicit Io.Cald. trepido ferre sentētiam cum viderim generaliter religiosos suis fratribus, sororibus vel monialibus,quarum curam gerunt tempore interdicti indifferenter concedere Eucharistiæ sacramenta.Sed quo iure faciant,ipsi discernant, cum cōtrarium videtur de iure scripto. In edictis.n.permissoriis certorum casuum,quod ratione nō inuenitur expressum,sed permissum, subiacet regulæ prohibitiuæ 2.q.5.consuluisti,& est expressum in cle.exiui.de verb.sig.§. porrò cum sit permissum tempore interdicti specialiter Corpus Christi inquantum dicitur viaticum . idest inquantum dat

17 decedentibus,igitur &c.†Et addit idem Io ꝙ cum portatur Eucharistia ad infirmum,tunc credit,ꝙ debeat portari cum pulsatione cāpanellæ & lumine præcedente & alijs cōsuetis, quia cū aliquid permittitur,nisi aliud appareat,intelligitur fore permissum,ſm ꝙ ius disponit illud fieri & vsus obseruat, ar. ad hoc 4. di.erit autem.12.di.illa.Sed de portatione luminis disponit ius, de cel.miss.sanè.De pulsatione autem campanellæ habet generalis cōsuetudo, ergo &c. Poterit autem dare tale viaticum infirmo in præsentia astantium & venientium, vt permissio intelligatur ſm conditionem status personæ infirmæ.4 . di. qsquis.

18 † De mulieribus ergo prægnantibus & partui appropinquantib.an tempore interdicti possit dari Eucharistia,vī Io.An.dicere ꝙ non,nisi aliud periculum immineat in eis.Ratio est, qa tales non propriè dici possunt decedentes ex appropinquatione ad partum, sed non nisi decedentibus conceditur Eucharistia in tali tpe.s.interdicti.Eadem ratione idem putat Io. Cal. de intrātibus mare vel bellum campestre,vel obsessis, & facit quod no.de offi.or.pastor.2.rūb.in gl.Extrema vnctio indubitanter est

19 prohibita tpe interdicti.†Sed an clericis vel religiosis, maribus vel fœminis non interdictis,sed de loco interdicto & qui seruauerunt interdictum,an possit cōferri extrema vnctio, a quibusdam dubitatur.Dñs & pater meus,veritatis & iustitiæ cultor,in c.quod in te de pœ.& re.dicit ꝙ non,quod tñ multi malè aduer

20 tunt.Io.Cal.†Matrimonium verò interdicto tempore permittitur, quia ꝯhi potest quocunq; tempore per legitimum cōsensum viri & mulieris,ēt si ꝯhentes essent interdicti, ſm Inn. Nā & per infideles & excōicatos ꝯhi potest,sed solēnis benedictio nuptiarum tunc fieri non potest,ſm Host.etiam si alter tñ.s.vir vel mulier esset interdictus,& in loco non interdicto fieret.Io.

21 Cal.† De sacramento ordinis sciendum,ꝙ nullus ordo conferri potest in loco interdicto clericis & laicis,& ratio est, quia ꝓhibentur ibi ecclesiastica sacramenta ministrari, exceptis qbusdam casibus,de quib.iste non est,vt in c.non est,de spon.†.Si āt

22 populus est interdictus,cum propter hoc non sit clericus interdictus,poterunt clerici illius loci extra locum interdictum ad ordines superiores promoueri.ab eo tamē qui hoc de iure possit.item si locus tātum est interdictus,licèt ibi nullus valeat ordinari:laici tñ,qui non fuerunt culpabiles delicti,propter quod latum est interdictum,extra locum interdictum poterunt ordinari,nisi propter delictum vniuersitatis lata fuisset snīa interdicti in loco,quia tunc nullus de dicta vniuersitate posset ordina-

23 ri.Io.Cal.† Item tempore generalis interdicti denegatur laicis ecclesiastica sepultura ēt si pœnitentiam egerit,extra de pœn. & re.quod inter. Rō est , quia interdicti sunt tales, ēt si peccatores non sint.17.q.4.miror.Sed illi interdicti, qui tunc absoluuntur ab aliqua excōicatione , remanent tñ interdicti adhuc donec soluatur interdictum,& si in morientibus interdictis apparuerint signa pœnitentię,& postmodum fuerit absolutum interdictum,tunc talium corpora erunt apud ecclesiam trāsferenda. arg.extra de sent.excomm.c.cum illorum,& si apud ecclesiam stante interdicto sepulti fuerint, non erunt postea exhumādi, cum ad eum statum venerit res,a quo incipere potuit ꝓ hmōi interdictis,s.qui pœnituerint,licèt mortuaria accipere , ac ꝓ eis

24 orandum est.2.q.3.quicunq;.†Sed si non pœnituerint, nec ꝓ eis orandum est,nec mortuaria recipienda.88.dist.c.fi. Clericis uerò,qui in tali generalitate non sunt interdicti, non negatur ecclesiastica sepultura,ita tñ ꝙ fiat sine pulsatione campanarum, & cessante omni solennitate,extre eo.ti.quod in te. & quod ibi dicitur,cum silentio,non videtur hoc intelligendum de silentio officii funeralis:quia cum conceditur quod maius est,s.dicere Missam & horas submissè,& de officio funerali concedi vī.

25 †Item qñ aliqua ecclesia est singulariter interdicta, si quidē est interdicta propter delictū clericorum tantum,vel quia violata fuit,tunc parochiani possunt in alia ecclesia non interdicta eligere sepulturam & audire diuina,sed si sit interdicta in pœnam populi,ēt si multi ex eis non deliquerint, sed fortè vniuersitas, vel magna pars,vel quia fortè deliquit dominus , & in hoc punitur,tunc parochiani non possunt in alia etiam nō interdicta

26 eligere sepulturam,nisi fortè ex priuilegio.Inn.† Item sicut tēpore interdicti in ecclesia non sunt laici sepeliendi , ita nec in eius cimiterio,extra de priuil.c.vt priuilegia.Et licèt Stephanus dicat ꝙ sufficit,ꝙ sit locus ad sepulturam deputatus, licet non sit benedictus,ut dicatur cimiterium:tñ Io.And.dicit ꝙ est locus ad vsum cimiterij per episcopum benedictus,de cons. dis. j.nemo.Io.ēt Cal.dicit ꝙ non sufficit,ꝙ locus sit ad sepulturam deputatus,nisi auctoritate episcopi fuerit ad sepulturam destinatus,& hoc oportet fateri quantum ad pœnam excōicationis,

27 quæ ponitur per cle.eos.†Item laici non interdicti nō possunt in cimiterio sito in loco interdicto cum clericorū officio sub silentio cessantibus aliis sepeliri . Ratio est, quia illud ex gratia conceditur clericis.ergo aliis intelligitur denegatum.Io.Cald.

28 †Item priuilegiatus,per c.alma. super auditione diuinorum,& perceptione sacramentorum sine mentione de auditione diuinorum,puto ex hoc,ꝙ possit admitti ad ecclesiasticam sepulturam,quamuis de ipsa non fiat mentio. Sed si priuilegium esset concessum super auditione diuinorum, non facta mētione de perceptione sacramētorum,satis videtur dubium : tñ placet ꝙ per illud priuilegium sit concessa ecclesiastica sepultura, per regulam,cui communicamus viuo,&c.24.q.2.sanè . solennitatibus tamen cessantibus,vt dicitur de clericis.Io.Cald.item sepelientes extra ecclesiam vel cimiterium interdictam personam vel non interdictam,sed in loco interdicto cum officio diuino clerici illud officium celebrantes sunt irregulares,sed sine officio diuino bene possunt interdicti extra ecclesias, & cymiteria sepeliri: nec enim debent eorum corpora remanere inhumata. Ioan.Cald.

29 Pœna autem †non seruantis interdictum,si est clericus,est ista,ſm Host. quia sciēter celebrans in loco interdicto,vndecunq; sit , efficitur irregularis , & est suspensus.extra de cler.excom.mi.postulastis.§.fi.& extra eo.is qui.li.6.vnde non potest beneficia conferre. extra de cons.præb.c.quia diuersitatem.idem Inno.& Ber.Item talis non pōt eligi,nec eligere,vt in d.c.is qui.& de consue.c.dilectus. Itē nec potest postulari,extra de postu. c.j. Item qui non seruat in-

30 terdictū,remouēdus est a beneficio.extra de cle.exc.mi.† postulastis.Sinaūt talis sit religiosus,& ad nullum ordinē adhuc ordinatus est,& si irregularitatem non incurrat , quia non est exp̄ssum in iure.Nā c.is qui agit.de sola irregularitate q̄ procedit ex sola celebratione diuinorum,vel executione ordinum,poterit tñ aliter puniri & recludi in arctiori monasterio ad pnīam pa-

31 gēdā,†& idē vī dicendū de moniali non ꝑseruante interdictū.

quili-

Source : BIU Cujas

quilibet tamen horum, ſcilicet religioſus non habēs ordinem & religioſa ſi violāt interdictum ſunt ineligibiles actiuè,& paſſiuè.nam & ſi non habent ordinem clericalem, ratione tamen ipſorum ſtatus habent officium celebrandi diuina ſecundum conditionem ipſorum,vnde violando interdictum, illam pœnam incurrunt,cuius ſunt capaces. ad hoc de biga. c. debitum.

32 Io.Cald.† Purus verò laicus violans interdictum quamuis irregularitatem non incurrat vel ſuſpenſionem,ſecundum Inno. grauiter tamen peccat, & puniendus eſt pœna arbitraria p eccleſiaſticum iudicem , de ſent.excom.c.grauis.in cle. Item omnis qui ſciēter celebrat in loco interdicto , ſiue coram perſonis interdictis à iure vel à iudice vel recipiens publicè interdictos ad diuina officia vel ſacramenta vel ſepulturam,etiam ſi nō fit irregularis, eſt interdictus ab ingreſſu eccleſiæ.de priuile. c.epiſcoporum.lib.6.& ſi in ea ſe ingerit in officio ſuo , fit irregularis eod.tit.c.is cui.libr.6. Nota quòd licet omnibus prædictis in vlti.§.ſit interdictus ingreſſus eccleſiæ per c.epiſcoporum , extra de priuileg.libr.6.Eſt tamen differentia inter eos: nam celebrans in loco interdicto eſt etiam irregularis,admittentes verò ad ſepulturam nominatim interdictos, vel publicè excommu

33 nicatos,ſunt excommunicati, in cle.eos, de ſepul.† Et etiam q tempore interdicti ſepeliunt defunctos in cimiterijs vel eccleſijs in caſibus non conceſſis,vt patet in ea.cle.Alijs verò , de q̄bus fit mētio,interdicitur ſolum ingreſſus eccleſiæ modo prædicto.Dicitur autem agere vel ingerere ſe in officio ſicut prius, & per conſequens violare interdictum , cum.ſ.dicit ſolenniter horas diurnas vel nocturnas, vel miſſam vel aliud officiū , qđ competit ratione alicuius ordinis , quem habet 11.q.3. Epiſcopus.Et idem notat Inno.& alij poſt eum , de exceſſi.præla.c.fin. Pſalmiſta interdictus vel non interdictus , ſed in loco interdicto ſi celebrat,ideſt ſi ſolenniter agit in officio ſuo,vtrum ſit p hoc irregularis.Sic reſpondet Io.Cal.ſecundum Theologos,ta-

34 lis non eſt irregularis,† quia pſalmiſtatus ſecundum eos nō eſt ordo: ſecus ſecundum Canoniſtas , qui tenent pſalmiſtatū eſſe ordinem 21.diſt.clericos, & tali ordini competit cantare,ſcilicet in choro pſalmodizando lectiones & reſponſoria legēdo. Ideo talis huiuſmodi agēdo efficitur irregularis. Et addit quòd quidam dicunt , & placet Inno.q̄ ſi conſuetudo eſt in eccleſia, q̄ ſine diſtinctione ordinis quiſq; legat epiſtolam vel portet cereos , vel faciat quicquid aliud pertinens ad aliquod officium , non erit irregularis is,qui illud officium facit. Et ſubdit Io.Cal-

43 de. q̄ illa diſtinctio non tollitur quin de iure talia competant , ratione alicuius ordinis.Vnde Io.And. & alij in c.cum medicinalis,dicunt talem eſſe irregularem. Hoſt.& Spec.putant habē tem primam tonſuram tantum ſi cantet in officio ſuo eſſe irregularem.23.diſt.pſalmiſta.Sed ſi quis faciat ea,quæ non ſunt ali

44 cui ordini vel officio deputata,vt ſi ī matutinis legit lectiones , vel cantet reſponſoria , dicunt Hoſtiē. & Guil.non eſſe irregularem. In benedictione aquæ benedictæ contrahitur irregularitas,ſecundum Inno.quia eſt annexa huiuſmodi ordini benedictio.de conſe.diſt.3.aquam.quando ſcilicet interdictus clericus hoc ageret : ſed ſi non eſt ipſe interdictus,eo q̄ talem facit benedictionem aquæ in loco interdicto ſeruata moderatione,

35 quæ traditur de alijs officijs,non incurrit irregularitatē.† Aqua 45 autem benedicta nō debet aſpergi laicis loci interdicti à ſacerdote , & hoc præterquam in quatuor feſtiuitatibus , de quibus agitur in c.alma.Si tamen aſpergeret,putat Io.Cal. q̄ non eſt irregularis,quia hoc non eſt in iure cautum.Per benedictionem autem menſæ etiam ab interdicto clerico non contrahitur irregularitas , quia nulli eſt ordini deputata.a benedictione etiā ,

46 quam conſueuerunt priores vel epiſcopi itinerando dare obuiantibus eis in ſua diœceſi , dixerunt quidam tutum eſſe abſtinere in loco interdicto,ſi tamen contrafiat nō erit irregularis, quod putat Ioan.Cald.eſſe verum de ſimplici benrdictione.Secus de ſolenni,ad quam præmittetur,Sit nomen domini benedictum,vel aliquid aliud huiuſmodi.Talis enim benedictio cō

36 petit epiſcopo ratione ordinis,diſt.95.c.eccleſ.† Benedictionē autem calicis vel paramentorum vel corporalium candelarū in feſto Purificationis, vel Oliuarum in feſto Palmarum , dicit Ioan. Calde. fieri non poſſe à clericis interdictis vel in loco interdicto & à non interdicto, niſi ſeruata moderatione quę tra-

37 ditur de officijs diuinis in c.alma.eo.tit.lib.6.† Et idem dicit tenendum de facientibus officium pro baptiſmo in ſabbato ſancto, vel pro confectione chriſmatis in cœna Domini , vel pro anniuerſario defunctorum.Et benedictio etiam peræ & baculi peregrinorum à ſacerdote, dicit Guil.q̄ videtur eſſe cōceſſum ,

38 cum non ſit prohibitum.† Item de purificatione poſt partum, dicit Ioan. Calde. q̄ non poteſt mulier poſt partum introduci in eccleſiam in loco interdicto per ſacerdotē cum pſal.& orationibus & ſolenni introductione , aliàs incurreret irregularitatem, quia illud eſt officium diuinum ordini clericali competens.Sed ſine officio facta ſolum confeſſione,vt moris eſt,pote

39 rit mulier per ſe intrare gratias agendo.† Item ſi clericus interdictus vel non interdictus , ſed in loco interdicto ſi excommunicat aliquem vel abſoluit excommunicatum,ſecundum Inn. non eſt irregularis,quia huiuſmodi non ſunt ordinis , ſed iuriſdictionem concernunt.2.q.1.nemo. Et de excommunicatione non eſt dubium, quare idem dicendum eſt de abſolutione , de pę.diſt.1.verbum, tamen abſolutionis ſolennia exhibere , ſicut eſt dicere cum ſtola pſal.& orationem , vel in eccleſiam introducere excommunicatum , quia hoc eſt ordinis & officij , hu-

40 iuſmodi faciens eſt irregularis,ſecundum Inno.& Spec.† Officium commendationis animarum decedentium iuxta morē , credit Ioā.Cald. q̄ fieri poſſit loco & tempore interdicti , quia iſtud officium videtur quaſi annexum ad abſolutionē quæ fit in pœnitentia,vnde ſicut cōceditur tunc pœnitētia , ita & iſtud. Item in loco interdicto & interdictis & excommunicatis poteſt prædicari verbum Dei,de ſen.excom.c.reſponſo. Et poteſt etiam interdictis fieri cōfeſſio generalis in fine prędicationis , poteſt etiam campana propter hoc pulſari,quia cum dicta pulſatio ſit ſignum & præambulum actus permiſſi,vt habeat generalis conſuetudo,intelligitur & ipſa pulſatio permiſſa.Io.Cald.

41 † Pro miſſis verò & horis canonicis dicendis nullo modo hēt pulſare campanas tempore interdicti,aliàs incurretur irregularitas,exceptis quatuor feſtiuitatibus, de quibus ſ.etiam ſi cāpanæ ipſæ eſſent extra eccleſiam,& procul ab ea,non licet pro dictis pulſare,aliàs fieret fraus legi.14.q.3. pleriq;. Nec etiā paruas campanellas licet pulſare tēpore interdicti pro diuinis officijs celebrandis, vt faciunt religioſi mendicantes. Nam prohibitio pulſationis campanarum tpe interdicti vtiq; & minores campanellas includit, cum de facto ſonus audiatur extra muros , & interdum ſatis procul,vnde tales ſibi caueant , & ſufficiat eis q̄ per aliqua ſigna,puta tabulæ poſſint conuenire ad diuina eorū. ſed pulſare campanas tempore interdicti pro horis notificādis, puta tertia,ſexta,nona,& huiuſmodi , non credo illicitū laicis. hac de cauſa campanas ſuas ſonare, ſed clericis non credo hoc licere:licet.n.de facto celebrent diuina, tñ ex quo dicto tpe ſolēt diuina celebrare,præſumeretur veriſimiliter q̄ pro celebratione diuinorum ſonarent 28.diſt.de Siracuſanæ. Fateor tñ pp

42 hoc tantum ipſos non incurrere irregularitatem.Io.Cal.† Pulſare aūt campanam pro Aue Maria , vt ſolet fieri laudabiliter de ſero & de mane in quibuſdam locis tpe interdicti nō inducit irregularitatem , quia illa ſalutatio Virginis glorioſæ nō eſt officium ordini annexum pulſare campanas pro oſtēſione aliquarum literarum, vel in aduentu alicuius prælati & hmōi tpe

43 interdicti,nec laicis nec clericis prohibetur.Ioā.Cal.†Conſulit etiam q̄ itinerantes per loca interdicta , ſi ſunt duo vel plures q̄ non dicant horas canonicas in via , quia ex quo ab alijs audiri poſſunt , dicit ipſe q̄ non audet dicere q̄ hoc facere poſſint ſine violatione interdicti. Secus ſi eſſet vnus ſolus, quia ita ſub-

44 miſsè dicere poſſet q̄ non audiretur.†Item dicit Inn.& Abb.q̄ non credit irregularitatem incurrere clericum interdictū pp hoc q̄ interſit diuinis,& ſi cantat cum alijs,dummodò nō celebret nec aliquid agat vt in ſuo officio peccat.tñ Io. Cal.dicit ſibi placere dictum Hoſti.& Spe. ſ.q̄ ſi talis ſe ingerat diuinis audiēdo ex quadam ſimplici deuotione non contemnēdo non eſt irregularis,& ſic procedit dictum Inno.Sed ſi hoc facit cōtemnendo & faciendo celebrare diuina , ſiue auctoritatem præbēdo,ſiue cooperando,tunc irregularitatem incurrit.†Item laici

45 violantes interdictum & ſi non incurrant irregularitatē grauiter tñ peccant,vt dictum eſt,ſm Inno.& vt videtur mortaliter, ſi ſcienter hoc faciunt , quia contra obediētiam eccleſiaſticam agunt.81.diſt.ſi qui.Sed exercētes officia,quæ non ſunt alicuius ordinis tpe interdicti,vt aduocando, docendo, & huiuſmodi,

46 non peccant.† Item non prohibentur laici tempore interdicti dicere letanias vel laudes ſuas,vt faciunt Ferrariæ.Item non prohibētur orare in eccleſia extra tempora celebrationis diuinorum,ſm Guil.& Monal. Item ſi ſacerdos probabiliter credit q̄ aliqui interdicti ſunt in eccleſia,ſm Guil debet monere in generali q̄ exeant,aliàs non tenetur vitare eos,maximè publicè, donec conſtet de ſententia. Item ſi ſacerdos recipiat ſciēter ho

47 minem interdictum,licet ipſe peccet & pœnas incurrat, vt ſ.dictum eſt.alij tñ non tenētur exire, ſm Guil.nec peccant audiēdo diuina.† Item in diuinis officijs ſunt vitandi omnes illi , qui proprio nomine vel alia certa circumlocutione per ſentētiam deſignantur interdicti , qui & dicuntur nominatim interdicti. Item vitandi ſunt tanquam nominatim interdicti omnes illi , de quibus conſtat quòd interdicti ſunt , vt ſi ciuitas vel caſtrum interdicitur. Si verò interdicantur fautores ſiue participantes in crimine , non dicuntur nominatim interdicti,ſed in tantum genere,vnde tales non tenetur quis vitare quouſq; per iudicem ſpecificentur,& denuncientur,niſi fortè eorum participatio eſſet multū notoria,ita q̄ inficiationi non ſit locus , de cohabita.clerico.c.tua nos.Inno.& Hoſt.& Guil.

SVMMARIVM.

1 *Interdicti forma,qualis ſit cum ab homine ob contumaciam fertur.*
Et qualis ſit,quando à iure fertur.
2 *Interdicti ſententia vt liget,cauſa publicè promulgari ſufficit.*
3 *Interdicti ſententia ſuſpendi poteſt,& quando eſt ſuſpenſa celebrari poteſt.*
4 *Interdicti ſententia,quando ſuſpenſa eſt,appellari poteſt.*

5 *Interdicti*

Source : BIU Cujas

5 *Interdicti ſententia poſtquam eſt lata per inferiores prælatos, non poteſt per minores relaxari ſine congrua ſatisfactione.*

6 *Interdictum nec excommunicatio lata per inferiores poteſt per archiepiſcopum relaxari, ipſis qui tulerunt omiſſis.*

7 *Interdictum generale tollitur, ſi is, ob quem latum eſt, ſatisfacere velit.*

8 *Interdictum generaliter latum à iure vel ab homine, quando quis obſeruare non teneatur.*

9 *Interdicti generalis tempore fratres prædicatores & minores, q priuilegiū habeant miſſas celebrandi, celebrare poſſunt.*

10 *Et quos poſſint ad diuina recipere.*

11 *Et quomodo quilibet fratrum prædicatorum quotidie vnam miſſam celebrare poſſit.*

12 *Et quæ alia tali tempore poſſint facere. & infra nu. 15.*

13 *Interdicti ſententiæ excommunicationis & ſuſpenſionis cõtra eos latæ ſunt nullæ.*

14 *Interdici, communicari, & ſuſpendi non poſſunt fratres prædicatores à nullo Legato, niſi de latere.*

16 *Abſoluere poſſunt à ſententia excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti magiſter ordinis prædicatorum & eius vicarius, & priores fratres ſuos.*

Idem in fratribus minoribus.

Interdicti tempore fratres de pœnitencia ſancti Dominici poſſunt licitè audire diuina, & ſacramenta recipere.

Capitulum V.

1 VLtimò videndum eſt de forma, qua fertur interdictum, & quomodo etiam relaxetur. † Vnde ſciendum, ſecundum Ioan. Calderi. q cum ab homine fertur & propter contumaciam, eſt neceſſaria monitio præcedens, & forma quæ traditur de ſenten. excommu. c. 1. lib. 6. & ſic intelligitur de appella. c. reprehenſibilis. ſed ſi propter delictum fertur non eſt monitio neceſſaria. 5. q. 4. in loco. Sic intellige no. per Innocen. & aliàs de appell. c. ad hoc. Cum verò à iure profertur propter exceſſum ſiue delictum ſine monitione fit, ſiue ſit ſpeciale interdictum, ſcilicet contra eccleſiam, vel contra perſonam ſingularem, quod ſuperius dictum eſt interdictum ſingulare, ſiue ſit interdictum generale loci, ſcilicet ciuitatis, vel caſtri, villæ, vel vniuerſitatis populi, quodlibet enim horum dicitur generale. Sub hac autem forma verbum profertur, Nos propter talē cauſam eccleſiam vel terram talem ſupponimus interdicto, extra de verborum ſignifica. cum in partibus, & additur etiam communiter eccleſiaſtico, ad differentiam interdicti legal. Poteſt etiam ſententia interdicti ad voluntatem iudicis determinari: puta vt interdicat miſſam cum cantu, vel horas, vel ſepulturas, & huiuſmodi. Poteſt etiam iudex ab interdicto excipere, & ſubijcere quos vult, & quando vult, puta quando dominus terræ eſt ibi præſens, & huiuſmodi, extra de ſpon.

2 c. non eſt vobis. † Ad hoc autem vt obliget ſententia interdicti, ſufficit eam publicè promulgare, nec poſtea eſt neceſſe eam ſingulorum auribus inculcare. di. 16. quod dicitis. Sufficit etiam cum quis ſcit nuncios ſuos, maximè Metropolitanam eccleſiã

3 recepiſſe ſententiam, & obſeruare, extra de poſtu. c. 1. † Item nota, ſecundum Innoc. & Hoſti. quòd cum locus, vel eccleſia interdicitur, talis ſententia ſuſpendi poteſt, & cum eſt ſuſpenſa poteſt celebrari, extra de priuile. c. vt priuilegia. Sed ſi eſt interdicta perſona ſiue ſuſpenſa, quando hoc eſt factum pro culpa ipſius ſuſpenſi vel interdicti, non poſſet de licentia alicuius celebrare, nec interdictum, vel ſuſpenſio ſuſpendi, ſed cum hoc eſt factum propter culpam alterius, tunc poteſt dici ſicut de interdicto loci, ſcilicet quòd talis ſententia poteſt ſuſpendi per epi-

4 ſcopum, ſicut & tolli. † Item appellari poteſt infra tempus ſuſpenſionis interdicti à ſuſpenſa ſententia ſicut a conditionali', de appel. præterea, & idem de ſententia ſuſpẽſionis, ſecus in ſententia excommunicationis. Item ſententia interdicti, & ſuſpenſionis nudo verbo ſuſpenduntur, vel totaliter relaxantur, cum

5 iuramento tamen, extra eo. alma. † Item poſtquam ſententia interdicti per aliquos inferiores prælatos rationabiliter eſt lata maiores non dicunt relaxare ſine congrua ſatisfactione, & cũ conſcientia illius qui tulit, extra de offic. ordin. capitu. cum ab eccleſiarum. Si verò irrationabiliter ſit lata, debet qui tulit ſine difficultate relaxare, ſeu ſuperior ad quem recurritur. extra.

6 eo. cum medicinalis. libro 6. † Item Archiepiſcopus non poteſt relaxare interdictum vel excommunicationem, vel ſuſpenſiones latas ab officialibus Archidiaconorum ſeu alijs iuriſdictionem habentibus, ſubditis ſuffraganeorum ipſis qui tulerunt omiſſio. extra, eo. cum Romana. libro 6. Item cum quis interdicto vel excommunicatione aſtrictus offert ſe ad iuſtitiam eorũ, pro quibus ſnĩam recipit, iudex cum ne ſic decedat abſoluere poterit, ēt ſi aduerſa pars appellet, ne abſoluatur: debet tamen ante abſolutionē recipi ab illo ſufficiens cautio, q in præſentia Romani Pontificis, apud quem appellatur, ſi voluerit appellator, vel coram iudice cui cauſam delegauerit iuri pa-

7 rebit, & idem de his qui dicunt ſe iniuſtè interdictos. † Item, ſecundum Ioan. Andr. tempore generalis interdicti ſi is, propter cuius culpam latum eſt interdictum ſatisfacere vult, tolletur interdictum. Si verò culpabilis fuit tanquam conſiliarius vel auxiliarius, licet accipiatur cautio, & iniungatur pœnitentia, non relaxabitur interdictum, q ſi propter eius culpam latũ eſt, ipſe quidem punitur, ſed eius ſatisfactio non requiritur. † Item not.

8 quòd ea, quæ dicta ſunt in præcedentibus c. de materia interdicti, quo ſcilicet ad obſeruandum interdictum, ne contrafaciendo incurratur peccatum, & irregularitas, locum habent & vera ſunt, ſecundum quòd habetur in corpore iuris, ſed per extrauagantem Martini V. quæ incipit. Inſuper ad euitandum, non tenetur obſeruare interdictum eccleſiaſticum à iure vel homine generaliter promulgatum, niſi talis ſententia fuerit contra perſonam, collegium, vniuerſitatem, eccleſiam communitatem, vel locum certum, vel certa à iudice publicata vel denunciata ſpecialiter & expreſsè, & ipſam extrauagantem habes ſ. in fi. de excommu. mi. c. fi.

9 De priuilegio fratrum Prædicatorum, & Minorum quo ad interdictum, † fratres ordinis Prædicatorum tempore generalis interdicti terræ poſſunt vbiq; in omnibus eccleſijs ſuis, vel alienis, clauſis ianuis, interdictis & excommunicatis excluſis, non pulſatis campanis, & ſubmiſſa voce celebrare diuina, & recipere eccleſiaſtica ſacramenta, exceptis tribus caſibus. Primus eſt, ſi cauſam dederit interdicto. Secundus, ſi contingat id eis ſpecialiter interdici. Tertius eſt, ſi eccleſia illa, in qua volunt celebrare, eſt interdicta. Bo-

10 ni. Virtute. † Quòd tempore interdicti poſſint ad diuina recipere pueros ſuis ſeruitijs deputatos, & negotiorum ſuorum procuratores, & operarios, qui ſuis locis eorum operibus continuè inſtiterint, niſi in duobus caſibus, ſcilicet ſi ipſi cauſam interdicto dederunt. Secundus eſt, ſi contingat eos ſpecialiter excom-

11 municari vel interdici. Bonif. Virtute. † Quòd tempore ſtrictiſſimi interdicti quilibet ordinis fratrum Prædicatorum quotidie vnam miſſam celebrare valet cum duobus aut tribus tantũ miniſtris, expulſis primò omnibus, qui non ſunt de ordine Prę-

12 dicatorum. Clemens meritis veſtræ religionis. † Quòd quando in ciuitate vel locis alijs vbi habitatur, contingerit interdictum poni & prohiberi omnia eccleſiaſtica ſacramẽta, exceptis paruulorum baptiſmatibus, & pœnitentijs morientium, non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs religioſis quibuſcunque ab Apoſtolica ſede conceſſis, nihilominus tempore talis interdicti poſſunt confiteri peccata eorum, & ab ipſis abſolui, & temporibus conſuetis iuxta morem ordinis ſui ſacræ communionis & vnctionis extremæ recipere ſacramẽta, & diuina officia celebrare ſimul, ianuis clauſis, nõ pulſatis campanis, & ſubmiſſa voce, excommunicatis, & interdictis ac omnibus perſonis, quæ non ſunt de ordine ſuo excluſis, non obſtantibus prohibitionibus huiuſmodi, ſeu aliquibus literis à ſed. Apoſto. impetratis, vel impetrandis, quæ de ordine fratrum Prædicatorum, de hac indulgentia ſpecialem non fecerint mẽtionem. Hono-

13 rius. Meritis veſtræ religionis. † Quòd omnes ſententiæ interdicti, ſuſpenſionis & excommunicationis contra eoſdem latæ p quoſcunque prælatos contra indulta priuilegiorum dictorum fratrum ſunt ipſo facto irritæ, & inanes. Si autem contra alios latę fuerint occaſione eorundem fratrum, ſunt penitus irritan-

17 dæ. Alexand. Meritis veſtræ. † Quòd à nullo legato niſi à latere nec delegato poſſunt ſuſpendi, & interdici, vel excommunicari, niſi in eorum literis de ordine Prædicatorum talis ſpecialis

15 mentio habeatur. Clemens, Exigentibus. † Quòd magiſter ordinis, & eius vicarius in toto ordine & priores, & prouinciales, & conuentuales & eorum vicarij in ſupradictis terminis poſſunt fratres ſuos conſtitutos in terminis prædictis, vel ad eos declinantes vndecunque abſoluere à ſentẽtia excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, à iure vel à iudice generaliter promulgatis. vel ſi in locis ſuppoſitis eccleſiaſtico interdicto præſumpſerint celebrare diuina. Bonifa. Virtute. Innocen. licet autem hæc dicantur de prædicto ordine, tamen credo fratres minores

16 eiſdem gaudere priuilegijs, † excepto eo quod nunc ſequitur, quòd viri & mulieres de Italia habentes habitum & regulam ordiñis, qui dicuntur de pœnitentia ſancti Dominici, & poſſunt licitè audire diuina & recipere eccleſiaſtica ſacramenta tempore interdicti, niſi cauſam dederint interdicto. Hono. Congruum exiſtimantes.

TRACTA-

Source : BIU Cujas

TRACTATVS SOLENNIS DE SVSPENSIONE,

Editus per Beatum Antonium Archiepiſcopum Florentinum ſacræ paginæ Doctorem celeberrimum.

SVMMARIVM.

1 *Cenſuræ eccleſiaſticæ appellatione, quid veniat.*
2 *Irregularitas quid ſit.*
3 *Suſpenſio quid ſit, & quos comprehendat.*
Suſpenſio, quotuplicer fiat.
4 *Suſpenſus quo ad ſe, quomodo quis dicatur.*
5 *Suſpenſus quo ad alios, & non quo ad ſe, quomodo quis dicatur.*
Clerici peregrini ignoti ad celebrandum non admittuntur, niſi cum quinque ſigillis epiſcoporum.
Et an talibus ſigillis ſit credendum.
6 *Clericus viator peregrinus pertranſiens examinandus non eſt tam ſubtiliter.*
7 *Literæ peregrinorum clericorum, quid continere debeant.*
8 *Suſpenſus quo ad ſe & quo ad alios, quomodo quis dicatur.*

Capitulum I.

1 OMine † cenſuræ eccleſiaſticæ comprehenditur non ſolum excommunicatio, ſed etiam ſuſpenſio & interdictum, extra de verbo. ſignifica. c. quærenti. Suſpenſio etiam aliquando dicitur excommunicatio, vt 1. q. 1. reperiuntur. ideo poſt Tractatum de excommunicatione, & interdicto, ſequitur de ſuſpenſione, & ſecun-
2 dum Guli. Duran. omnis irregularis eſt ſuſpenſus. † Et iterum, quia oīs irregularitas eſt quædā inhabilitas ad ordinū receptionem & officiorum eccleſiaſticorum etiam receptorum executionem ſimpliciter, & ex toto ex aliquo impedimento proue-
3 niens ex inſtitutione eccleſiæ habens robur. † Suſpenſio eſt inhabilitas ad ordinum, vel officiorum executionem ex aliquo impedimento. ſic ſuſpenſio videtur ſolum tangere clericos, quandoque tamen & laici ſuſpenduntur ab aliquo actu, vt ab officio aduocandi in caſu, &c. Irregularitas verò tangit clericos, & laicos. Vtraque tamen culpa non eſt, ſed pœna, quæ quidem ſuſpenſio multipliciter contingit. aliquando ſimpliciter, ex toto ab omni ſcilicet officio ordinis, aliquando ab vno ordine, & non ab alio, aliquando ſimpliciter, aliquando ad certum tempus, aliquando non ab ordine, ſed ab aliquo alio, vt ingreſſu eccleſiæ, vel actu prædicationis & huiuſmodi, de quibus clarius
4 agetur. † Et nota, ſecundum Guli. & alios, tripliciter dicitur quis ſuſpēſus, vno modo quo ad ſe tm̄, quia. ſ. eſt prohibitus abſtinere ab officio, & hoc per ſnīam canonis vel hominis, & ſic quilibet exiſtens in mortali vel etiam in minori excōicatione dicitur ſuſpenſus, quia debet abſtinere à celebratione, & executione ordinis, aliàs peccat mortaliter, qui in mortali exercet ſolenniter actum ordinis ſui, vel cum minori excommunicatione recipit aliquod ſacramentum, diſt. 40. multi. 1. q. 1. ſi ſacerdotes. Si tamen celebrat vel exequitur ordinem ſuum, non efficitur irregularis, non tenetur ſubditus talem vitare vel quicunque alius, etiam ſi ſciret peccatum ſuum. diſt. 28. cap. fi. extra de coha. cle. & mu. veſtta. & quamuis, ſecundum Tho. in 4. diſt. 13. q. 1. ar. 2. q. 1. & diſt. 24. q. 1. arti. 3. q. 5. & 3. par. q. 62. art. 9. & quolibet. 10. q. 8. dicat ꝙ non debeat quis inducere talem ad dicendum miſſam, vel aliàs ad exequendum officia ſua, dum ſcilicet eſt certus de ſua malitia, & obſtinatione. Si tamen non poteſt alium habere, excuſatur accipiendo ſacramenta à tali, præcipuè cum eſt ſuperior eius ſeu parochialis, immo etiam ſecundum Per. de Palu. ſi poſſet alium habere, non videtur peccare accipiendo ab eo, quia vtitur iure ſuo, & malo illius in bonum ſuum. 1. quæſtio. 1. ſi fuerit. ſicut etiam licèt fideli vti iuramento facto ab infideli per falſos deos, vt dicit Augu. 22. quęſt. 1. mouet.

5 † Secundo modo dicitur quis ſuſpenſus quo ad alios, nō quo ad ſe, & hoc ſatis largè dicitur, & ſic clericus peregrinus dicitur ſuſpenſus, quia permittitur ex deuotione celebrare in occulto, non in publico. Pro cuius declaratione, non ſecundum Ray. ꝙ huiuſmodi clerici peregrini ignoti non admittuntur ad publicè celebrandum populo, niſi cum quinque ſigillis epiſcoporū, di. 98. c. 1. & hoc ſi ſigilla ſint ignota, aliàs ſufficeret ſigillum tātum epi ſui, diſt. 21. primatus. & multomagis apoſtolicæ ſedis mandatum. ratio autem huius eſt, ſm Hoſti. quia in publica celebratione poſſet eum mouere inanis gloria, vel cupiditas, non autem ſi priuatim & in ſecreto. Item quia in publico cōmune malum poſſet accidere. ſ. ſi non ordinatus celebraret: in ſecreto autem ſolum periculum celebrantis. Cum illis etiam quinq; ſigillis non eſſet credendum, ſecundum Io. niſi eſſent aliqualiter not. Item ſecundum Inno. nec etiam quinque ſigillis credi debet, ſi ex receptione huiuſmodi clericorum peregrinorū fie-
6 ret alicui præiudicium, & damnum. † viatorem tamen peregrinum tranſeuntem nō oportet ita ſubtiliter examinare de ſigillis huiuſmodi. 42. diſt. quieſcamus. Item ſi amiſerit talis literas, & per duos teſtes poſſit probare ordinationem ſuam, & cōuerſationem, poteſt admitti. extra eo. tuæ. Item ſi non exiſtant teſtes de ordinatione ſua, quia longum tempus eſt, ſi conſtat ꝙ ſemper geſſit ſe vt presbyter, admitti poteſt extra de presbyte.
7 non bapt. c. 2. † Item ſecundum Hoſtien. ad hoc vt tales ſuſcipi debeant in executione ordinum, literæ debent continere hāc clauſulam vel ſimilem, quem gradatim ad talem ordinē promouimus. diſt. 23. in nomine, & hæ vocantur literæ commendatitiæ ſeu teſtimoniales, extra eod. tuæ. Tamen ſi ſic ſuſpenſus celebrat, etiam ſi celebrat in publico, nō eſt excommunicatus,
8 nec irregularis. † Tertio modo dicitur ſuſpenſus propriè quo ad ſe, & quo ad alios, quando ſcilicet per ſententiam canonis, vel hominis eſt ſuſpenſus ab officijs ſuis, & talis tenetur abſtinere ab officio, etiam poſt contritionem, & confeſſionē, quouſque ſit relaxata ſuſpenſio per eum, qui poteſt. aliàs ſuſpenſus à diuinis, vel officio vel celebratione, & huiuſmodi, ſi contrafaciat peccat mortaliter & efficitur irregularis, ſecundum Innocen. de ſenten. & re iudic. c. cum æterni. lib. 6. & 11. quæſt. 3. ſi quis epiſcopus. Et ſecundum Innocen. & Guliel. talis etiam ſi extra eccleſiam dicat horas officiando populum, ſicut in exercitu, efficitur irregularis, ſecus ſi non officiando dicat cum vno vel duobus.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacè ordinati licèt ſimonia ſit occulta, à quibus ſint ſuſpenſi, & quomodo puniantur.*
2 *Papa ſolus cum ſimoniacè ordinatis diſpenſat.*
Quid quando ſimonia eſt ex parte ordinatoris & ordinati.
Simonia ſi eſt commiſſa ex parte ordinatoris tantum, an epiſcopus diſpenſet.
3 *Quid ſi ſimonia eſt commiſſa ex parte ordinati tantum.*
4 *Simoniam committens in beneficio curato, à quibus eſt ſuſpenſus & per quem diſpenſetur.*
5 *Simoniacè ordinem ſuſcipiens non eſt ſuſpenſus quo ad ea, quæ ſunt iuriſdictionis.*
6 *Simoniacè beneficium recipiens, quo ad quæ ſuſpenſus ſit.*
7 *Simoniacè ordinem vel beneficium conferens ſi notoria ſit ſimonia, quomodo ſuſpenſus ſit, quid ſi occulta ſit.*
8 *Epiſcopus diſpenſare poteſt in minoribus ſpeciebus ſimoniæ.*
Papa ſolus diſpenſat in ſimonia in ordinibus maioribus commiſſa.
9 *Epiſcopus diſpenſat in ſimonia manifeſta commiſſa circa exequias defunctorum conſecratione cimiterij & ſimilibus.*
Ordinans aliquem qui promiſit non petere aliquid ab eccleſia ad cuius titulum ordinatur, qualiter ſuſpenſus ſit.

Capitulum II.

1 PRoſequendo de ſuſpenſione. † Not. ꝙ pluribus ex cauſis & modis incurritur ſuſpenſio quo. ſ. ad ſe, & ad alios, & primò quidem per vitiū ſimoniæ, ſed cum diſtinctione. Scias igitur ꝙ omnes qui ſimoniacè ordinantur, etiam ſi vitium ſimoniæ ſit occultum, cum ipſo iure ſunt ſuſpenſi, & non ſolum ab ordine, quem ſimoniacè ſuſceperunt, ſed ſecundum Hen. & Inno. ab actibus omnium aliorum ordinum, & ſecundum Innoc. etiam in temporalibus, vnde & perdit adminiſtrationem. j. quæſt. j. reperiuntur, extra de ſimo. c. tanta. diſtinct. 81. c. eos. Debent etiam puniri depoſitione, & infamia, ſi de crimi-
2 ne conſtaret. 15. quæſt. 3. ſanè. † Nec poteſt cum tali diſpenſari, niſi per Papam. j. quæſt. j. erga. Qui etiam non faciliter diſpēſat, quando commiſſa eſt ſimonia ex parte ordinatoris & ordinati. Si verò commiſſa eſt ex parte ordinatoris tantum, puta conſanguineo ordinandi dante aliquid ordinatori ipſo ordinato ignorante, tunc non poteſt ipſe epiſcopus diſpenſare propter turpitudinem ſuam, ſed ſucceſſor eius in epiſcopatu, vel alius ordinarius eius, ſi videlicet haberet domicilium vel beneficiū in epiſcopatu illius, & multomagis Papa. j. q. j. ſi qs neq;. & hoc
3 ſm Inno. & Hoſt. Ray. & Goff. † Item ſi ſimonia eſt cōmiſſa tm̄ ex parte ordinati non ordinatoris: puta dāte ordinato, vicario epiſcopi, ꝓp hoc ſi talis non miniſtret poteſt epūs diſpenſare in ordinib. ritè ante ſuſceptis, non aūt in illo quem ſimoniacè ſuſcepit, nec ēt ꝙ recipiat alios ante diſpenſationē, & in hoc Papa diſpenſabit. Sed & ſi talis miniſtraſſet poſt ordinem ſimoniacè ſuſceptum etiā in ante ſuſceptis non poterit epūs diſpenſare.
4 † Qui verò recipit beneficium cum cura, vel dignitatē per ſimoniam etiam ſi occulta ſit, idem iuris eſt, ſm Goff. ſicut & de illo,

qui

Source : BIU Cujas

qui recipit ordinem ſimoniacè, vt dictum eſt. ſ. quia. ſ. eſt ipſo iure ſuſpenſus, etiam quo ad alios, & non ſolum ab actib. omnium ordinum, ſed etiam ab adminiſtratione temporali, ſm Inno. & in beneficio, vel dignitate, ſolus Papa diſpenſat, præcipuè quando ſcientibus beneficiatis eſt commiſſa. † Nota tamē, ſecundum Gul. quòd cum pœnæ non ſint extendendæ, & ille qui ſimoniacè ſuſcipit aliquem ordinem ſit ſuſpenſus quo ad ea quæ ſunt ordinis, non tamen eſt ſuſpenſus quo ad ea quæ ſunt iuriſdictionis, vnde ſi alias habet iuriſdictionem & tūc habet, & poteſt ſuſpendere, excommunicare, & ab excommunicatione abſoluere, & huiuſmodi. † Qui aūt recipit beneficium ſimplex ſimoniacè, ſecundum Ray. eſt ſuſpenſus quo ad ſe, & alios ab actibus omnium ordinum, & ab adminiſtratione tpalium, ſi ſimonia eſt notoria. Nam ſi eſt occulta, non eſt ipſo iure ſuſpēſus, ſed ſuſpendendus. j. q. j. c. j. ſm Tho. & Hoſti. & ſi qdē commiſſa eſt ſimonia ignorāte ipſo beneficiato, poteſt epiſcopus diſpenſare cum eo in tali beneficio poſtquàm purè, & ſimpliciter ei renunciauerit, extra eo. c. de ſimoniacè, ac etiā q poſſit miniſtrare in ordinibus ante & poſt beneficium ſuſceptis, & hoc intellige ēt ſi epiſcopus ignorauit, nam ſi ſcienter cōtuliſſet, non ipſe, ſed ſuperior poſſet diſpēſare, arg. j. q. j. c. j. Tho. Ray. & Guil. Si verò ſimonia eſt commiſſa beneficiatis ſcientibus ſolus Papa diſpenſat non alius, nec in illo beneficio, nec in alio, ſm Guil. Tan. & Hoſti. † Qui verò confert ordinem vel beneficium ſimoniacè, vel etiam qui eſt mediator ſimoniæ, ſm Ray. ſi eſt notoria ſimonia, ipſo iure eſt ſuſpenſus, etiā quo ad alios. extra eo. accuſatum. 32. diſt. §. verum. & ſolus Papa diſpenſat. Si verò eſt occulta ſimonia, non eſt ſuſpenſus quo ad alios, ar. extra de ſimo. c. etſi quæſtiones. & c. veniens. † Idem dicitur in Directorio iuris, lib. 3. tit. 16. ſ. q ep̄s pōt diſpenſare in minorib. ſpeciebus ſimoniæ, vt in p̄dictis, & alle Goff. & Hoſt. Nec obſt. j. q. j. erga. quia loquit̄ in dignitate. & ſic loquit̄ c. à nobis, de ſimo. & idē dicas de tonſura & minoribus ordinibus, quia ſolū in maiorib. ordinibus diſpenſatio, Papæ reſeruat̄, vt notāt Gof. & Hoſt. † Si verò committitur ſimonia in alijs, & circa exequias defunctorum, vt conſecratione cimiterij & vaſorum ſacrorum, in vē ditione chriſmatis, in benedictionibus nubentium & huiuſmodi, in omnibus his epiſcopus poteſt diſpenſare, quia non eſt p̄hibitus, arg. de ſent. excom. nuper ſecundum Ray. & Guli. quod videtur intelligendum, quando huiuſmodi ſimonia eſſet manifeſta, nam occulta non inducit irregularitatem in huiuſmodi. Qui ordinat aliquem, vel prēſentat ad ordinandum, qui promiſit, vel iurauit nil petere de illa eccleſia, ad cuius titulum ordinatur, ipſe quidem ordinator triennio eſt ſuſpēſus à collatione ordinis & præſentator ab executione ſuorum ordinum, extra de ſimo. c. ſi quis, & ipſe etiam ordinatus indiget Papæ diſpēſatione, ſecundum Ray. Hæc autem, quæ dicta ſunt de ſimonia quo ad ſuſpenſionem, vera ſunt, ſecundum ea quę habentur in corpore iuris, & not. per Doctores, ac etiam excommunicatio lata eſt contra eos, de qua habetur s̄. titu. de excom. ibi vide. De ſimonia autem quantum ad peccatum, & quantum ad reſtitutionem fructuum beneficij ſimoniacè recepti, & de diſpenſatione ſimoniacæ pecuniæ habes s̄. in 2. par. tit. j.

SVMMARIVM.

1 *Fornicator notorius ipſo iure ſuſpenſus eſt.*
Notorium dupliciter dicitur.
2 *Ex fornicatione notoria quicunque etiā in minori ordine conſtitutus ab omnibus actibus ordinum ſuſpenſus eſt.*
3 *Fornicator ſacerdos ſuſpenſus in miſſa, an euitari debeat, & infra nu. 6.*
4 *A fornicatore ſacerdote, quæ ſacramenta recipienda ſint.*
Fornicator ſacerdos beneficio priuari non debet, niſi poſt admonitionem.
5 *Suſpenſio quare ab eccleſia ſit inducta contra fornicatores & ſimoniacos.*

Capitulum III.

1 NOtorius fornicator eſt † ipſo iure ſuſpenſus. 81. diſtin. ſi qui. & diſtin. 32. præter hoc. Pro cuius declaratione nota primo, quòd dupliciter dicitur notorium, ſecundum Thom. & Ray. ſcilicet notorium iuris, vt cum quis confitetur in iudicio, vel cōuincitur de crimine. Notorium facti eſt, cum crimen in populo manifeſtum eſt, quod nulla poteſt tergiuerſatione celari. quocunque autem iſtorum modorum ſit notoria fornicatio clerici, eſt ſuſpenſus quo ad ſe, & quo ad alios, ſm Tho. Ray. Ber. Innoc. & Hoſt. & alios. † Secundò no. quòd non ſolum ſacerdos, 2 ſed etiam in quocunque ordine conſtitutus etiam in minori ex notoria fornicatione eſt ſuſpenſus ab omnibus actibus ordinum, ſecundum Innocen. ipſo iure, quod not. Archid. diſt. 32. §. ad hæc. quod probat etiam per c. miniſtri. diſt. 81. in fin. & extra de cohabi. cler. & mulie. veſtra. & tandiu ſtat ſuſpenſus, quādiu perſeuerat in vitio. & interim ſi exequitur officia ſua, etiā ſemel, efficitur irregularis & indiget diſpenſatione Papæ, ſecūdum Innocen. & Hoſtien. & not. Archid. & Anto. de But. vnde ſi ceſſaret à vitio, & ante diſpenſationē vtitur officio ſuo, ſemper peccabit mortaliter, quamuis nouam irregularitatem non contrahat. Si autem cum eſſet ſuſpenſus non eſt executus officia ſua, indiget nihilominus abſolutione a ſuſpenſione, quam 3 poterit epiſcopus facere, ſecundum Innoc. † Tertiò no. quòd talis debet euitari in miſſa. & alijs diuinis officijs, diſt. 32. nullus. & c. præter hoc. Sed in hoc variatur opinio Doctorum. nam alii qui dicunt quòd debent euitari in diuinis poſt admonitionem eis factam, ſi ſe non correxerint, ſecūdum Hug. & Laudul. quæ admonitio a quocunque fieri poteſt, ſecundum Hug. ſed ſecundum Laud. fieri debet ab epiſcopo, quod videtur verius, probatur per c. ſi qui presby. diſ. 81. Sed aliorum opinio communior eſt, & ſolēniorum Doctorum, quamuis Archid. dicant eam duram. quòd ſtatim debēt euitari ante quamcunq; admonitionē, quia ius ſuſpendit eos etiam quo ad alios, & hoc tenēt Thom. 4 Ray. Guliel. Hoſt. Innoc. Ioan. Cal. Ant. de But. † A talib. ergo ſecundum ea quæ habentur in corpore iuris, non ſunt audienda diuina, miſſa, nec ſumenda ſacramenta niſi baptiſmus & euchariſtia in extrema neceſſitate, vt dicitur 32. diſt. §. verum. ſed bene concedunt Ray. & Guli. quòd beneficio priuari non debent, niſi poſt monitionem factam a prælato, ſi ſe non correxerint; nā 5 tunc beneficio debent ſpoliari, & in perpetuum deponi. † Nota quartò, quod ideo eccleſia inducit ſuſpēſionem contra iſta duo vitia magis quàm cōtra alia, ſecundum Laud. quia facilius prelati & clerici labuntur in hęc. ſ. fornicationem & ſimoniam quàm in alia, vt ſic videntes ſe vitari ſaltem verecundia temporali reſipiſcant. diſt. 32. §. verum. vera tamen ſunt ſacramēta eo- 6 rum. † Nota quintò, quòd ſecundum decretum factum in Cōcilio Conſtantienſi, Inſuper ad vitandum &c. de quo habes s̄. in fine de minori excommunicatione, non tenentur fideles vitare ſacramenta cōcubinariorum, aut diuina eorum, niſi poſtquàm fuerit per prælatos denunciati publicè quòd euitentur.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ordinans ſcienter alienum clericum ſine licentia ſui epiſcopi, a collatione ordinum ſuſpenſus eſt.*
2 *Ordinandi licentiam alienum clericum, qui dare poſſint.*
3 *Ordinari poſſunt religioſi a ſuis prælatis & priores a diœceſanis vbi morantur, licet non ſint de ea diœceſi.*
4 *Prædicatores & Minores fratres, ſuos ſubditos ordinare faciunt a quibuſcunque epiſcopis.*
Epiſcopus infanti conferens primam tonſuram vel illiterato vel homini alienę diœceſis vel coniugato, quo ad quid ſit ſuſpenſus.
5 *Patriarchæ & epiſcopi locantes vel concedentes domos ad fęnus exercendum, ſunt ſuſpenſi.*
6 *Epiſcopi ferentes in aliquem excommunicationem ſine admonitione ſuſpenſi ſunt.*
Et quomodo talis admonitio fieri debeat.
7 *Clerici vltramontani ab epiſcopis Italiæ ordinati, vt non ſint ſuſpenſi, quid agere debeant.*
8 *Epiſcopi loco & non dignitati renuntiantes, quomodo ordines conferre poſſint.*
9 *Ordinati a ſimoniaco in ordine, ordinis executionem non recipiunt, ſed ipſo iure ſuſpenſi ſunt, & nu. ſeq.*
11 *Ordinati ab hæretico ſciſmatico vel excommunicato, vel depoſito, ordinis executionem non recipiunt.*
Ordines quo ad caracterem conferunt hæretici ſciſmatici, vel excommunicati vel depoſiti.
Et quis poſſit cum talibus ordinans diſpenſare.
12 *Ordinem ſacrum extra ſtatuta tempora recipientes ſuſpenſi ſunt.*
13 *Ad ordinem per ſaltus promotus ab executione officij ſuſcepti ſuſpēſus eſt.*
14 *Ordines minores eodem die recipientes cum ſubdiaconatu ſiue duos ſacros ordines, ab ordinibus ſic receptis ſuſpenſi ſunt & deponi debent.*
15 *Matrimonium contrahentes de præſenti & ante carnalem copulam facientes ſe ordinari, ſuſpenſi ſunt.*
16 *Apoſtatæ in apoſtaſia ordines ſuſcipientes, irregulares & ſuſpenſi ſunt.*
17 *Celebrantes ſeu participantes cum excommunicatis publicè vel interdictis, ſuſpenſi ſunt ab ingreſſu eccleſiæ.*
18 *Conſeruatores ſeu impedientes in his, quæ ad eos pertinent, ſuſpenſi ſunt.*
Iudices eccleſiaſtici contra iuſtitiam per gratias vel ſordes aliquid faciētes, ſuſpenſi ſunt.
19 *Religioſi concedentes ad vitam iura vt poſſeſſiones, quando ſuſpenſi ſunt.*
20 *Fratres prædicatores ad prælaturas promoti ſi prius conſecrantur quàm ordini reſignent ea, quæ tempore promotionis habuerint, ſuſpenſi ſunt.*
21 *Fratres prædicatores officium inquiſitionis per fratres Minores exercitatū impedientes, ſuſpenſi ſunt.*
Fratres prædicatores vel minores recipientes aliquem ante annum probationis elapſum ſuſpenſi ſunt.
22 *Religioſi de decimis ſoluendis conſcientiam facere omittentes, a prædicationis officio ſuſpenſi ſunt.*
23 *Suſpenſus ab officio, an a beneficio ſit ſuſpenſus.*
24 *Suſpenſus ab officio, an percipiat beneficiorum fructus.*
Suſpenſus a pontificalibus ſi in pontificalibus celebrat, quare non ſit irregularis.

25 *Suſpen-*

Source : BIU Cujas

25 *Suſpenſus à participatione ſacramentorum, ſi celebrat irregularis non eſt & quare.*
26 *Suſpenſi ſunt clerici eligentes indignum ad epiſcopatum.*
27 *Compromiſſarius ſcienter eligens indignum, qualiter ſuſpenſus ſit.*
28 *Religioſi grauantes eccleſias circa decimas eis debitas, an & qualiter ſuſpenſi ſint.*
29 *Doctor aliquem doctorans, niſi exigat iuramentum, quòd ſibi tantum expẽdat, qualiter ſuſpenſus ſit.*
30 *Ordinem ſubdiaconatus non habens, in capitulo eccleſiæ collegiatæ vocem non habet.*
31 *Suſpendere qui poteſt ab officio & excommunicare poteſt.*
Abbatiſſa poteſt ſuſpendere à beneficio clericos eccleſiarum ſubditarum, ſi conſuetudine ſuſpendere poteſt.
32 *Suſpenſio & excommunicatio per appellationem non ſuſpenditur.*
33 *Abſolutio à ſuſpenſione officij ſimpliciter vel à diuinis, ſub qua forma fieri debeat.*
34 *Abſoluere quis poſſit à ſuſpenſione & infra nu. ſeq.*
35 *Suſpenſionis ſententiæ latæ per quoſcunque prælatos fratres Prędicatores, ſunt irritæ.*
37 *Abſoluere poſſunt magiſter ordinis & priores, fratres ei ſubditos à ſuſpenſione & excommunicatione.*
38 *Suſpenſio, depoſitio, & degradatio, an inter ſe differant.*
39 *Degradatus omnis curię ſeculari tradendus non eſt, niſi in tribus caſibus.*
40 *Degradatio pro hæreſi per ſolum epiſcopum fieri poteſt conuocatis prędatis ſuæ diœceſis, quando degradandus curiæ ſeculari tradendus eſt.*
41 *Degradatio quando ob hęreſim fit de presbytero tradendo curiæ ſeculari, præſento Poteſtate fienda eſt.*

Capitulum IIII.

SVnt alij caſus, in quibus quis incurrit ſuſpenſionem, vel ſimpliciter, vel ſecundum quid, ideſt quia priuatur collatione, vel executione alicuius ordinis vel miniſterij per aliquod tempus.
1 † Et primò epiſcopus, qui ordinat alienum clericum ſine licentia ſui epiſcopi, vel ſuperioris ſcienter, ſeu affectata ignorãtia, per annum eſt ſuſpenſus à collatione ordinum, & interim clerici ſui abſq; ipſius licẽtia poſſunt à vicinis epiſcopis ordines recipere, de tempo. ordi. c. eos. lib. 6. per quam decretalem reprobatur opin. dicentium, quòd ordinare poterat alienum ſub ſpe ratihabitionis, & intelligitur ſuperior in hoc caſu epiſcopus, de cuius diœceſi iſte qui vult ordinari, eſt oriũdus, in cuius diœceſi officium eccleſiaſticum
2 habet, vel vbi habet domicilium, licet alibi natus fuerit. † Inferiores autem prælati, ſiue religioſi, ſiue alij, non poſſunt talem licentiam dare, niſi haberẽt à ſede Apoſtoliça qualiter poſſent ſubditos a quo voluerint facere ordinari. Item non poteſt talem licentiam dare officialis epiſcopi, ſed epiſcopo in remotis partibus agente vicarius eius generalis in ſpiritualibus, vel ſede vacante, capitulum ſeu is ad quem tunc adminiſtratio ſpiritua-
3 lium pertinet, poſſunt licentiam dare. † Religioſi quoque à ſuis prælatis etiam non exemptis prioratibus deputati, priores, & eorum ſocij poſſunt à locorum diœceſanis quamdiu ibi morantur licitè ordinari, licet non ſint de eorum diœceſi oriun-
4 di, hæc omnia de tempo. ordinan. cum nullus. lib. j. † Prædicatores autem, & minores in hoc ſunt priuilegiati à ſede Apoſtolica, vt ſcilicet valeant à quibuſcunque epiſcopis ſuos ſubditos facere ordinari: ipſi autem ſic ordinati, ſcilicet ab alieno epiſcopo ſine licentia proprij, ſecundum Ray. priuantur executione ordinis recepti, ſed poteſt cum eis diſpenſare epiſcopus in hac ſuſpenſio. 9. q. 2. Lugdu. de tempo. ordinan. c. quod tranſlationem. epiſcopus vel quis alius conferens tonſuram clericalem infanti, niſi fortè religionem intraret, & vel illiterato, vel homini alienæ diœceſis ſine licentia, vel coniugato, niſi volenti religionem intrare, aut ad ſacros ordines promoueri, quando ſcilicet de iure poteſt eſt ſuſpenſus per annum à collatione tõ-
5 ſuræ tantum, extra de tempo. ordinan. c. nullus. libr. 6. † Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi locantes, vel alio titulo concedentes aliquam domum vſurarijs alienigenis ad fœnus exercendum, ipſo facto ſuſpenſionem incurrunt. extra de vſu. quãquam. libr. 6. Et ſimiliter ſi permittunt quòd vſurarij alienigenæ, ſ. non oriundi de terminis ipſorum locorum publicè vſuram exercentes, vel exercere volentes, habeant domos conductas, ſeu aliàs habitent in terris ſuis, ideſt eorum iuriſdictioni ſubiectis, ſi infra tres menſes omnes tales de ipſis terris non ex-
6 pellunt. † Ferentes ſententiam excommunicationis contra aliquem, vel aliquos, niſi præmittant trinam admonitionem, vel vnam pro tribus, ſunt ſuſpenſi ab ingreſſu eccleſiæ, extra eo. ſacro. Item debet habere talis monitio temporum conuenientia interualla, niſi facti neceſſitas aliud ſuaſerit, & debet ferri in ſcriptis continentibus cauſam excommunicationis, aliàs excõmunicator eſt ſuſpenſus, non ſolum ab ingreſſu eccleſiæ, ſed etiam à diuinis per menſem: quæ quidem ſi exequatur irregularis efficitur, nec niſi per Papam cum eo poterit diſpẽſari, extra eo cum medicinalis lib. 6. Sed hæ pęnæ nõ tangunt epiſcopos & ſuperiores, cum non fiat ſpecialis mentio de eis, extra de
7 ſent. excom. quia periculoſum. † Vltramontani ordinati ab epiſcopis Italiæ niſi habeant licẽtiam à Papa, vel ab epo vnde ſunt oriundi, vt in cuius diœceſi ſunt beneficiati, & per patentes ipſius epiſcopi literas cõtinentes cauſam rationalem, quare ipſos nolit, vel non poſſit ordinare, ſunt ipſo facto ſuſpenſi abſq; ſpe diſpenſationis. extra de temp. ordi. ſępe. lib. 6. huiuſmodi ordinantes debent cognitione puniri, vt in d. c. qui recipiunt aliquẽ ex ordinibus ſacris ab epiſcopo qui renunciauit loco & dignitati, ſi ſcienter hoc agunt vel ignorantia craſſa, & ſupina, non recipiunt ordinis executionem, vnde ſunt ſuſpenſi, nec cũ eis poteſt diſpenſari, niſi per Papam, extra eo. de ordi. ab eo qui renun. c. j. Si ignoranter, non tamẽ ignorantia craſſa, poteſt cum ipſis epiſcopis diſpenſare. Sed recipientes ab eis ordines minores ſine licentia proprij epiſcopi quamuis deberẽt deponi. 9. q. 2. epiſcopum, tamen poteſt epiſcopus in ordine tolerare diſpẽ-
8 ſationem. † Epiſcopi autem renunciantes loco tantum & non dignitati, poſſunt omnes ordines conferre ſicut prius, ſi fuerint
9 rogati à proprio epiſcopo loci, aliàs non, vt dictum eſt. s̃. † Item ordinati à ſimoniaco in ordine ſuſcepto quantuncunq; occulto, vel in dignitate aut à ſimoniaco notorio in collatione ordinum vel in collatione aut receptione, vel mediatione beneficiorum, non recipiunt ordinis executionem, ſed ſunt ipſo iure ſuſpenſi. j. q. j. ſi quis à ſimoniacis. quamuis in ſua ordinatione nulla ſit commiſſa ſimonia, & hoc in deteſtationem ſimoniæ. Ratio eſt, quia tales ſunt priuati executione ordinum, quia qđ non habent, dare non poſſunt. j. q. 7. Daibertum. verum eſt tamen ꝙ ordinati à talibus ex ignorãtia facti, à peccato excuſantur, & in ipſa tali ordinatione, & in executione ordinum ſic receptorum, abſtinere tamen debent cum ſciunt quouſque cum eis diſpenſentur, & per Papam. j. q. j. ſi qui. j. glo. Ex ignorãtia autem iuris hoc faciendo non excuſarentur. † Vnde, ſecundum
10 Thom. 2. 2. q. c. nullo modo quis debet recipere ordines ab his, quos ſcit tales: nec tenetur in huiuſmodi ſuis prælatis obedire, quinimmo debet permittere ſe potius excommunicari, ſecundum Goffr. nam obediendo de peccato non excuſaretur. 11. q. 3. quid ergo patiendo autem iniuſtam excommunicationem
11 meretur. 24. q. 3. non in perpetuum damnamur. † Item ordinati ab hæretico, ſciſmatico, vel excommunicato, vel depoſito, nõ recipiunt ordinis executionem, & nemo dat quod non habet. j. q. j. gratia. No. tamen, ſecundum Tho. & Pet. & Ray. & Goff. ꝙ omnes tales ordinatores, veros conferunt ordines, quãtum ad caracterem, ſicut & omnia alia verè conficiunt, ſeu conferunt ſacramenta, excepta pœnitentia quo ad manifeſtè excommunicatos, ſecus de occultis, quia abſoluunt, ſecundum Ric. & Pe. de Pal. dum tamen ſeruent prædicti formam eccleſiæ. j. q. j. Dominus. de conſe. diſtin. 4. non in nobis. peccant tamen mortaliter tam dantes quàm ſuſcipientes ab eis quæcunq; ſacramenta ſcienter, niſi baptiſmum in extrema neceſſitate. Ignorantia autem facti probabilis excuſat tales à peccato in ipſorum ordinum receptione, & eorundẽ executione, dum ea, ſcilicet ignorantia laborant, cum autem ſufficienter hoc ſciunt, debent abſtinere quouſq; diſpenſetur. Circa quam diſpenſationem dicit Hoſt. ꝙ in epiſcopatu ſolus Papa diſpenſat. extra de elec. c. quia diligentia. In alijs verò ordinibus quantum ad eos qui ſcienter à talibus recipiunt ordines vel etiam ex ignorantia craſſa & ſupina, ſolus Papa diſpenſant, immo ſecũdum Ray. & Goff. ſi fuerunt ordinati à tali qui recipit vltimam manus impoſitionem, ſ. epiſcopalem conſecrationem extra eccleſiam nunquam tolerantur. 9. q. j. ordinationes. Si verò ex ignorantia non ſupina, ſecundum Hoſti. per diſcretum prælatum cum talibus poterit diſpenſari, extra de ordi. ab eo qui renun. c. j. & 2. Sed ſecundum Ray. & Goff. ſi ordinati ſunt ab eo, qui recipit vltimam manus impoſitionẽ in eccleſia. i. antequã efficeretur hæreticus ſciſmaticus vel excommunicatus, & tunc eſt quando ordinat ſiue ordinati ſciebant ſiue ignorabant, tolerãtur ex diſpenſatione miniſtrare in officijs ſuſceptis: ad ſuperiores verò non debẽt promoueri, niſi magna neceſſitas eſſet. & idẽ videtur dicere Goffr. de interdicto, & ſuſpenſo à diuinis. ſ. ꝙ non confert executio-
12 nem. 9. q. j. c. j. & ſeq. † Item qui aliquem ordinem ſacrum recipiunt, extra ſtatuta tẽpora ordinationum ſunt ſuſpenſi, nec debent permitti in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, quamuis caracterem receperint, de temp. ordi. c. 2. epiſcopus tamen impoſita eis primò pęnitentia competẽti ſuſtinere poterit, vt poſtea in ſuſceptis ordinibus miniſtrent, de tempo. ordi. c. conſultationi. Hoc ſecundum Inno. Ber. & Guli. qui addit, ꝙ eſt ſecus de ordinibus ſuſcipiendis. & ſi ante diſpenſationem talis miniſtrauit ordine ſuſcepto, dicunt quidam ꝙ non poteſt epiſcopus diſpẽſare, ſed verius eſt ꝙ poſſit diſpenſare, vt 9. q. 2. Lugd. niſi fortè
13 interdicta fuiſſet ſibi executio, & poſtea miniſtraſſet. † Promotus per ſaltum. i. aliquo ordine prætermiſſo ad ſuperiorẽ aſcendendo, quamuis caracterem recipiat, tamen ſuſpenſus eſt ab executione ordinis ſic recepti. diſt. 3. ſollicitudo, extra de cle. p ſal. promo. c. j. & ſi non malitia, ſed ignorantia, vel negligentia

hoc

Source : BIU Cujas

hoc egit,quamuis de rigore deponi deberet, tñ ex diſpenſatione epiſcopi ad ordinẽ prætermiſſum poterit promoueri. Si aũt ſcienter per ſaltum eſt promotus, & in ordine ſic ſuſcepto ſine diſpenſatione miniſtrauit in ipſo ordine ſic ſuſcepto poſt receptionem omiſſi,adhuc poteſt per epm diſpẽſari, ſed ꝙ vlterius
14 aſcendat,non niſi per Papam.Ray. Hoſt. & Guli. † Recipientes eodem die minores ordines cũ ſubdiaconatu, vel duos ſacros ordines ſimul,ſiue ordinatore ſciente, ſiue ignorante, ſunt ſuſpenſi ab ordinib.ſic receptis,& deponi deberẽt, diſt.77.ſubdiaconatus.extra de eo, qui fur.or.rece.c.innotuit,poſſunt tñ permitti miſericorditer in minorib.tñ miniſtrare, & ſi intrant in religionem,& vitã moresq; eorum exigunt, Abbas ſi voluerit poterit in alijs ordinibus diſpenſare, vt in d.c.innotuit.Ray.& Hoſti. Sed ſi lata prius fuiſſet excõicationis ſententia ꝫ ſic recipientes, & nihilominus receperint, non põt cum eis diſpẽſari, niſi per Papam,vt in d.c.innotuit.& dicit Hoſt. ꝙ ẽt Papa de ſa
15 cili non diſpenſat. † Contrahentes matrimonium de præſenti, & ante carnis copulam ſe facientes ad ſacros ordinari aliter q̃ à ſacris canonibus concedatur, q̃uis caracterem recipiant, ſunt tñ ſuſpenſi, ita ꝙ nec ẽt poſt mortem vxoris poterit in illo ordine miniſtrare,nec aſcendere ad alios,nec aliquod officium,vel beneficium eccleſiaſticum obtinere, & matrimoniũ nihilominus ſic contractũ propter hoc non diſſoluitur, quod intelligit cum tales in ſeculo remanẽtes hoc agunt.nam ſecus ſi religionem intraſſent, extrauagan. Ioan. XXII. quæ incipit, antiqua.
16 † Apoſtatæ à religione in Apoſtaſia ſuſcipientes ordines, ſunt ſuſpenſi & irregulares.extra eo.tit.apoſtata.nec diſpenſatur cũ eis, niſi per Papam. Sed alij qui in excommunicatione ordines recipiunt,ſimiliter ſunt ſuſpenſi,ſeu irregulares, de ſen.excom. cum illorũ.& hoc verum eſt, niſi probabilis ignorãtia excuſet eos,& de hac materia plenè habes ſ. in c.de cauſa finali excom-
17 municationis.† Celebrantes ſeu participantes in diuinis ſcienter cum publicè excommunicatis,vel interdictis, ſunt ſuſpenſi ab ingreſſu eccleſiæ, de priuile.c.epiſcoporum.lib.6.ſed de hoc
18 vide plenius ſ.tit de interdictis.c.2.†Conſeruatores nõ poſſunt ſe intromittere de alijs quàm de manifeſtis iniurijs, & violentijs : quod ſi de alijs, quæ iudicialem indaginem requirunt ſeſe intromiſerint,ſunt ſuſpenſi per annum ab officio, extra de off. deleg.c.ſtatuimus,alias legatos.lib.6. Iudices eccleſiaſtici, qui ꝫ iuſtitiam in grauamen alterius partis in iudicio quicquã faciãt per gratiam, vel per ſordes,puta per pecuniam, ſuſpẽſi ſunt per annum ab executione officij. & ſi durante ſuſpenſione ingeſſerint ſe diuinis,efficiuntur irregulares, nec niſi per Papam po-
19 terunt liberari,extra de ſent.& re iudi. c.cum æterni.lib.6. † Religioſi, qui concedunt alicui ad vitam vel certum tempus iura, redditus, poſſeſſiones, adminiſtrationes cui præſunt, niſi duo concurrant, ſ.ꝙ neceſſitas vel vtilitas monaſterij vel prioratus illius eccleſiæ hoc expoſcat,& ꝙ conuentus illius eccleſiæ conſentiat, aut ſi conuentus non haberet aſſenſum prælati ꝓprij, ſunt ipſo facto ſuſpenſi ab officio, non valet dicta cõceſſio.Excipiuntur tamen duo caſus.ſ.locatio & venditio reddituũ, vel fructuum ad modicum tempus,de reb.eccle.non alie.c.j.in cle. Vtrum autem hæc ſuſpẽſio intelligatur ab officio diuinorum, vel ab offi temporalium adminiſtratione,puta prælaturæ, procuratoris,cellerarij,& huiuſmodi. Ioan.And.remittit ad notata de decimis.c.j.in cle.& ibi ponit vtrãq; opinionem & dimit-
20 tit ſub dubio.†Fratres ordinis Prædicatorũ promoti vel aſſumpti ad epiſcopatus vel alias prælaturas.ſi prius recipiunt munus conſecrationis quàm reſignant ordini libros.& alia quę habẽt tempore ſuæ promotionis, eoipſo ſunt ab executione pontificalis miniſterij ſuſpenſi. Clemens IIII. in priuile. prouidentia.
21 † Fratres Prædicatores ſi perturbare præſumpſerit officium inquiſitoris contra hæreticos per fratres minores exercitatum, ipſo facto ſunt ab executione ordinum ſacrorum ſuſpenſi,nec poteſt relaxari talis ſuſpenſio,niſi per ſedem Apoſtolicam, aut per inquiſitorem, cuius officium perturbauerunt, & idem de minoribus perturbantibus officium inquiſitoris per prædicatores exercitatũ. Clemens IIII. in priuileg. paupertatis altiſſimæ.Fratres Prædicatores, & Minores recipientes ad profeſſionem aliquem in ordine ſuo ante probationis annũ elapſum, ſunt ipſo facto à receptione quorumcunque ſuſpenſi,& pœnę grauiori culpæ debitæ puniendi, nec etiam pro hoc ille ſic profeſſus eſt ordini prædicatorum obligatus,arg.extra de regula.c.
22 non ſolum. † Religioſi,qui decimas non percipiunt, ſi ſcienter omittatur facere conſcientiam confitentibus de decimis ſoluendis, ſunt ſuſpenſi a prædicationis officio, donec faciant eis conſcientiam,ſi commodè poſſunt.& ſi interim prædicarent, eſſent excõicati, extra de pœ c.cupientes,in cle.quod tñ intelligunt Pet.de Ancha.& Pau.ſi fuerint ſuper hoc requiſiti à prę-
23 latis.† Item cum quæritur, vtrum ſuſpenſus ab officio ſit ſuſpẽſus a beneficio: ſuper hoc Ioan.An.multa dicit pro & contra, ſuper cle.cupientes, extra de pœn. concludit & non clarè. Sed Pet.de Ancha.ſuper ea.cle.ponit diſtinctionem Domini Gaſp. de Cal.dicens ſic, Aut quis eſt ſuſpenſus ab officio, aut a beneficio,aut ab vtroque.Si eſt ſuſpenſus a beneficio, ſiue a iure, ſiue ab homine,non eſt ſuſpenſus ab officio,arg.c.dilectus,de offic ord.ratio ad hoc eſt odium pœnarum,vt in regula,in pęnis, de reg.iu.lib.6. Item quia officium non eſt acceſſorium ad beneficium,licet ſit ecõtra.Si eſt ſuſpenſus ab officio, hoc eſt aut per dictionem taxatiuam tantum,aut ſimpliciter. Primó caſu planum eſt,quia non eſt ſuſpenſus a beneficio,cum tantum ſuſpẽſus ſit ab officio,quia hoc viuit ſententiæ promulgatio, quia vires ſententiæ vltra intentionem proferentis non ſe excedunt, ſaluo caſu c.paſtoralis,de appel.Si autem ſimpliciter ſuſpenſus ab officio,hoc eſt aut ab homine aut a iure. Si a iure,aut ꝓpter crimen,aut propter infamiam vel cõtumaciam. Si propter crimẽ, tunc puto ꝙ ſuſpenſus ab officio ſit ſuſpenſus a beneficio, vt c.eos, & c.ſi qui ſacerdotum diſt.81. Si autem propter infamiam,vel contumaciam ſit ſuſpenſus ab officio, non eſt ſuſpẽſus a beneficio,vt c.presbyter ſi a plebe.2.q.5. Si autem ab hoĩe eſt ſuſpenſus ab officio,ſi hoc eſt propter crimen graue, tũc eſt ſuſpenſus ẽt a beneficio.Si autem propter crimen leue, vel ẽt propter infamiam,vel contumaciam,nõ eſt ſuſpenſus a beneficio,vt in iurib. allegatis. Si autem eſt ſuſpenſus ab vtroque,aut hoc eſt per dictionem, & planum eſt : aut per dictionẽ, vel, & tunc puto opinionem Goff. veram, ſ. talis ſnĩa non valet propter incertitudinem.l.3.C,de ſen.quæ ſine cer.quant.quæ dicit, hæc ſententia,omnem debiti quantitatem cum vſuris competentib.ſol.iudicati actionem parere non poteſt, cum apud iudices ita demum ſine certa quantitate facta condemnatio auctoritate rei iudicatæ cẽſeatur, ſi parte aliqua actorum certa ſit
24 quantitas comprehenſa.Hæc ille. † Innoc. autem dicit ſimpliciter,ꝙ ſuſpenſus ab officio tantum, non debet percipere fructus beneficiorum ſuper c.paſtoralis,de appella. Sed Hoſt.hoc intelligit,quando.ſ.eſt ſuſpenſus pro graui cauſa : ſecus pro leui,vel infamia,& non eſt contumax. Et no.ſm Hoſt.ꝙ ſuſpenſus in pontificalibus,ſi celebrat in pontificalibus,non erit irregularis. Ratio eſt,quia pontificalia non ſunt de ſubſtantia celebrationis,nec debemus iudicare aliquem irregularem, niſi inueniatur expreſſum, arg. de pœ.diſtin.j.§.pœnæ.Pœnæ legum interpretatione molliendæ ſunt potius quàm nimis exaſperan
25 dæ,atque ideo proprium caſum non excedunt. † Item ſuſpenſus a participatione ſacramẽtorum,de qua habes diſt.18.ſi quis autem,& c.ſi.& extra de elect.Oſius.& de his,quę fiunt a maio. par.ca.c.j.ſi celebrat non eſt irregularis: talia enim non ſunt ordinis,cum & laici participent ſacramentis. Hoſtien. & Innoc.
26 † Clerici,qui ſcienter eligunt indignum ad epiſcopatum, ſ.cõtra illam formam,quæ habetur extra de electione. c.cũ in cunctis,ſunt per triẽnium ſuſpenſi a beneficio. Vbi dicitur,cum in cunctis ſacris ordinibus, & eccleſiaſticis miniſterijs ſint ætatis maturitas, grauitas morum, & literarum ſcientia inquirenda: multo fortius in epiſcopo hoc inquiri oportet,qui ad curam aliorum poſitus in ſeipſo debet oſtendere qualiter alios in domo Dei oporteat conuerſari.Ea propter,ne quod de quibuſdã pro neceſſitate temporis factum eſt, trahatur a poſteris in exẽplum,præſenti decreto ſtatuimus, vt nullus in epiſcopum eligatur,niſi qui iam 30.annum ætatis exegerit,& de legitimo matrimonio ſit natus, quĩ etiam vita, & ſcientia commendabilis demonſtretur.cum verò electus fuerit & confirmationem electionis acceperit,& eccleſiaſticorum bonorum adminiſtrationem habuerit, decurſo tempore de conſecrandis epiſcopis a canonibus diffinito,is ad quem ſpectant beneficia, quæ habebat, de illis diſponendi liberam habeat facultatem. Inferiora etiam miniſteria,vt puta Decanatum, Archidiaconatum,& alia,quæ curam animarum habent annexam,nullus omnino ſuſcipiat, ſed nec parochialis eccleſiæ regimen,niſi qui iam vigeſimum annum ætatis attigerit,& ſcientia & moribus commendabilis exiſtat. cum autem aſſumptus fuerit, ſi Archidiaconus in Diaconũ,& Decanus & reliqui admoniti non fuerunt præfixo a canonibus tempore in presbyteros ordinati,& ab iſto re moueantr officio,& alijs conferantur,qui & velint & poſſint illud conuenienter implere,nec prolit eis appellationis refugiũ, ſi fortè in conſtitutionis iſtius tranſgreſſionem per appellationem voluerit ſe tueri, hoc ſanè non ſolum promouendis, ſed etiam de his qui iam promoti ſunt, ſi canones non obſtant, præcipimus obſeruari,& clerici ſanè ſi contra formam iſtam quemquam elegerint,& eligendi tũc poteſtate priuatos, & ab eccleſiaſticis beneficijs triennio nouerint ſe ſuſpenſos: dignũ eſt enim vt quos Dei timor a malo non reuocat, eccleſiaſticæ ſaltem coerceat ſeueritas diſciplinæ. Epiſcopus autem ſi cõtra hoc fecerit, aut conſenſerit fieri in conferendis prædictis officijs,& beneficijs poteſtatem amittat & per capitulum, aut per metropolitanum,ſi capitulum cõcordare nequiuerit, ordinetur.in d.c.dicit glo.habitis,& habendis.Eligentes aliquem,ſiue electio ſic facta cõcorditer,ſiue in diſcordia,ſi infra octo dies, ex quo potuerunt commodè ipſam electionem electi diſtulerint præſentare, qui culpabiles in hoc fuerint, à proſecutione electionis ſunt excluſi, & ſuſpenſi per triennium à beneficijs, quæ obtinent in illa eccleſia,ad quæ ſi infrà illud tempus temerè vel coloratè ſe immiſcuerint, illis perpetuò ſunt priuati. ex-

tra de

Source : BIU Cujas

27 tra de elect.c.cupientes lib.6.†Compromissarius si scienter eligit indignum, est ipso facto per triennium suspensus â beneficijs ecclesiasticis.hæc tamen suspẽsio non tangit episcopos,nec intelligitur nisi in electionibus episcoporum & superiorum,secus de elect.inferiorum, extra de ele.si compromissarius, lib.6. In quo dicitur, si cõpromissarius, in quem defuncto episcopo transfertur eligendi potestas, negligenter ꝯ.tempus à iure statutum eligere prætermittat,ad superiorem deuoluitur potestas prouidendi,sibiq; compromittentes imputent, qui in talẽ potestatem huiusmodi transtulerunt.si verò eligat,sed indignum, tunc siue scienter id fecerit, cum dolus ipsius eis, qui non sunt in culpa,non debeat imputari:siue etiam ignoranter, cum suo sit functus officio,eligendi potestas,nisi & ipsi scienter electionem talem ratam habuerint,liberè reuertitur ad eosdem.idem fit cum eligit idoneum,sed electus renuit consentire.porrò eo casu cum scilicet indignus eligitur ab eodem compromittentes quod illius odio non conuenit prægrauari,nequaquam nisi sicut præmittit ratum habuerint puniuntur, sed ipse, vt pœna suum auctorem teneat, à beneficijs ecclesiasticis triẽnio iuxta Lateranẽse Concilium suspẽdetur ipso iure.huiusmodi quoq; pœna nec in episcopo si ad eligẽdum fiat compromissarius sic peccante, cum de iure nullam sententiam suspensionis incurrat,nisi de ipso expressa mentio habeatur, nec in aliorum quoque episcoporum & superiorum ipsorum electionibus,cũ pec
28 catur in ipsis vendicat sibi locum.†Religiosi grauãtes, vel fraudantes ecclesias circa decimas eis debitas, si requisiti per illos, quorum interest,non desistunt infra mensem, vel de vsurpatis vel retentis infra menses duos non fecerint emendam, suspẽsi sunt ab officio administrationis, & beneficijs & talia non habẽtes sunt excommunicati, extra de deci. clemen. j. quæ sic dicit. Religiosi quicunque, qui noualium aut aliàs decimas ecclesijs debitas,ad eos ex aliqua causa legitima non spectantes appropriare sibi præsumpserint, aut exquisitis fraudibus siue colore vsurpare, seu qui de animalibus familiarium, & pastorum suorum, vel aliorum etiam animalia ipsa eorum gregibus immiscentium, seu qui de animalibus quæ in fraudem ecclesiarum in pluribus locis emunt emptaq; tradunt vẽditoribus vel alijs ab ipsis tenenda,seu qui de terris,quas tradunt aliis excolendas, decimam ecclesijs solui non permiserint,aut prohibuerint,nisi pest requisitionem,per eos quorum interest,super hoc cis fa ctam destiterint,ꝯ.mensem &c.& dicit Ioan. And.in glo.se credere ꝙ sufficiat iudicis declaratio super satisfactione,nec sit necessaria absolutio quo ad suspensionem, sed quo ad excommu
29 nicationem bene requiritur absolutio. † Doctor vel Magister, qui doctorat aliquem, nisi prius exigat iuramentum à Doctorando,ꝙ non expendet pro suo doctoratu vltra summam triũ milium Turonensium argenteorum, est suspensus per sex mẽses a collatione doctoratus,extra de magistris.cum sit, in elem.
30 †In capitulo ecclesiæ cathedralis vel collegiatæ est suspensus à voce in electionibus & alijs, qui non habet ad minus ordinem subdiaconatus,& similiter qui habet beneficium cui annexus est ordo,nisi infra annum faciat se promoueri ad talem ordinẽ, quem requirit beneficium legitimo impedimẽto cessante, extra de æta.& qualita.cap.vt hi qui.in clemen. qui prohibiti sunt audire legem, vel physicam, de quibus habes supra in titu. de excommunica. c.vlti.vltra excommunicationem sunt suspensi
31 ab officijs suis, vide ibi. † Vltimò not.quòd suspendere potest ab officio,qui & excommunicare.quis autem possit excommunicare, habes supra vnde laicus, vel mulier cum non possit excommunicare, nisi ex commissione speciali Papæ. distinct 32. §.verum, in glo. non possunt etiam suspendere, potest tamen abbatissa, secundum Innocen. suspendere à beneficio clericos ecclesiarum sibi subditarum, si hoc ex consuetudine habet,nõ
32 autem ab officio. † Item not. quòd sicut excommunicatio, sic & suspensio per sequentem appellationem minimè suspenditur,suspensio dico ab officio,vel ingressu ecclesiæ lata, extra de
33 senten.excommunicatio. c. is cui. lib.6. † Item not.quòd absolutio à suspensione officij simpliciter vel diuinis fieri debet sub ista forma,vel simili:Ego absoluo te à vinculo suspensionis,qd incurristi per talẽ causam, & restituo te executioni ordinis, & officiorum tuorum,in nomine pa.& fi.& spiritussancti. tamen quia suspensio pertinet ad forum contentiosum,nec reperitur determinata forma necessaria huius relaxationis, ideo quicqd dicat,& quibuscũque verbis vtatur is, qui valet absoluere à tali vinculo,si intendit absoluere,verè absoluit, sicut s.dictũ est de
34 absolutione excõ.† Sed quæritur,quis possit absoluere à suspẽsione? Circa hoc Pau.in clem.monasteriorum, de rebus eccle. non alienan.sic dicit. Vbi Papa ponit pœnam suspensionis vel interdicti propter contumaciam canonem condendo,puto ꝙ inferior possit absoluere, de senten.excommunica.cap.nuper. nisi ipse Papa sibi reseruet absolutionem, vel alteri expresse & determinatę personæ committat, & hoc tenet Vinc.Hug.Gosfre.Innocen.Ber.& Ioan.in glos.2.q.j.si inimicus.& 17. quæstio. 4. si quis deinceps, & Hostien. Idem iudicium est, si constitutionem inferioris approbat & confirmat. de constitut.c.ex frequentibus,plus enim operatur confirmare quàm cõdere sententiam.potest tamen quilibet suffraganeus relaxare,cum non sit maioris efficacię quamuis commune, sic intelligitur c. grau
35 ue.de prębend.& hoc nisi alteri reseruetur absolutio. † Si verò suspensionis pœna, & huiusmodi imponitur per sententiam. i.ab homine,tunc ligans debet absoluere,non inferior,extra de offi,ord.c.cum ab ecclesiarum saluo casu c.pastoralis.co.tit.Idẽ tenet Gul.in Spe.Si verò suspensio sit perpetua, quæ habet vim priuationis,vt no.Vin.de transla.c.2.& Gul.in Spe.tit.2.§.nunc ostendendum,non habet locum absolutio,sed necessaria est dispensatio consequens collationem, & tunc est videre an tale sit crimen in quo possit episcopus dispensare, & habet conferre,vel non.In j.casu poterit ẽps dispensare, & cõcedere,puta beneficium,vel officium executionis ordinum, quo ad dispensationem.In 2.casu non poterit.43.dist. multis Et de suspẽsione, quæ ponitur in d.c.monasteriorum, dicit idem Pau.non puto hãc de sui natura operari priuationẽ, aliàs Papa exẽssisset hoc, arg.de deci. ad audientiam. vnde credo eam posse ordinariũ relaxare ratione præmissa,sed si non relaxetur,durabit perpetuò.
36 10.q.j.perpetua.† Nota ꝙ sententiæ omnes suspensionis latæ ꝑ quoscunq; prælatos contra fratres prædicatores, & ꝯ indulta priuilegiorum suorum,sunt ipso facto irritæ, & inanes.Alexãder, Meritis vestri. Et si cõtra alios occasione ipsorum fratrum
37 sunt et irritæ,& inanes.Alex.Nimis iniqua. † Itẽ magister ordinis, & singuli priores prouinciales conuentuales & eorũ vicarij in locis,& conuentibus sibi commissis fratrib.sibi subditis,nec non & fratribus eiusdem ordinis interdum ad eos declinantib. vndecunq; possunt impartiri beneficium absolutionis à suspẽsione,excommunicatione,vel interdicto,quas sentẽtias incurrissent in ipso ordine,vel ante ingressum eius,ac etiam laicos q ipsum ordinem vellent ingredi, nisi adeo enormis esset excessus.vt meritò esset sedes Apostolica cõsulenda, Bonif.& Alex. Virtute.Item predicti prælati possunt dispensationem obtinere à suis confessoribus & absolutionem super suspẽsione & irregularitate quàm contraxissent, ex eo ꝙ protulissent sententias suspensionis & interdicti sine scriptis ex incautela.Clemẽs,
38 Exigentibus.†Videtur aũt esse differentia talis inter suspensionem,depositionẽm,& degradationẽ,strictè sumendo ipsos terminos: nam largè frequẽter accipitur in iure vnum pro altero, vt dist.46.clericus. Primò suspẽsio videtur importare priuationem executionis legitimæ ordinis, vel officij ecclesiasticorum simpliciter,vel ad tẽps,& cum spe dispensationis,quæ qñq; à iure infertur. Depositio importat priuationem executionis legitimæ officiorum, & beneficiorum ecclesiasticorum possessionis simpliciter,& ex toto absq; spe restitutionis,retento tñ priuilegio clericali, quia conueniri non potest in iudicio seculari nec capi,nec puniri à laicis,& fit per sentẽtiam hominis cõiter, nec potest inferri hæc pęna ab inferiori episcopo, qui hoc agere põt erga propriũm subditum assistente sibi canonico numerõ episcoporum si est in sacris, aliàs sufficit propria sententia epi sine aliorum præsentia. Depositus autẽ, & degradatus restitui non potest ad officia sua, nisi per dispensationem Papæ. Itẽ vbi in iure dicitur suspendatur,vel degradatur,comminatio est sen tentiæ ferendæ non latæ sentẽtia,vt 35. dist.episcopus.degradatio vltra pęnam depositionis hoc addit, quia priuat omni priuilegio clericali cum certa solennitate, caracter tñ ei auferri nõ potest,nec à quacunq; creatura:quamuis Io.An.videatur tenere contrarium.ſ ꝙ possit ei auferri, secundum Tho.j. 4.& Ioã. in glo.dist. 50.accedens,& Inn.tenet ꝙ nõ.De modo, & forma degradationis habes,extra de pœ.c.degradatio.lib.6.& in summa Pisana. † Nota tamen ꝙ non omnis degradatus est tradendus curię seculari,sed solum in tribus casibus. Primus est in crimine hæresis extra de hære.c.ad abolendam,& hoc nisi ad primam incontinenti redire voluerit: sed si relabatur, non plus
39 parcitur ei.Secundus est in falsario literarum Papę,extra de cri. fal. c.ad falsariorum.Tertius, cum quis deponitur propter talẽ calumniam quàm intulit suo episcopo. j. q. si quis sacerdotum. Vnde cum in curia Romana his temporibus quidam sacerdos interfecisset Sacristam sancti Petri,vt sic rapere posset bona Sacristiæ,requisito consilio peritorum super hoc cõsuluerunt, ꝙ non debeat propter hoc tradi curię seculari ad occidẽdum secundum iura,sed poni in perpetuum carcerem,vel caueam ibi ad sustentandum pane doloris,& aqua angustiæ, Papa tñ Martinus de plenitudine potestatis illum degradatum fecit tradi se
40 culari curiæ, & sic fuit occisus. † Potest etiam nihilominus per solum episcopum suum hoc fieri conuocatis abbatibus & alijs religiosis & prælatis, & literatis suæ diœcesis, qñ sacerdos, vel alius in sacris fuerit curiæ seculari pro hæresi tradendus, vel degradandus, sicut ei videbitur expedire, extra de hæreti.ca.quo
41 niam,lib.6.†Hæc autem degradatio,cum quis propter hęresim vel aliud est tradendus curiæ seculari, sic fiẽda est præsente Potestate,dicit degradatus illi,vt in forum suum recipiat degradatum: debet tamen intercedere pro eo quòd non moriatur, extra de verbo.signi.nouimus.

TRA-

Source : BIU Cujas

Io. And. de Bononia. De Interdictis ciuit.

TRACTATVS
FERTILIS ET NON MINVS VTILIS QVAM NECESSARIVS

Clarißimi decretorum Doctoris D. Ioan. And. de Bononia, de Interdictis ciuitatis Caſtri, vel alterius loci, & de his quæ ſeruari debent tempore interdicti.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum eccleſiaſticum, quid ſit.*
2 *Interdictum legale, quid ſit.*
3 *Interdictorum legalium, quot ſint ſpecies.*
4 *Excommunicatio à communione fidelium ſeparat.*
5 *Interdictum dicitur quaſi interim dictum.*
6 *Interdictum dicitur quandoque diuinorum ſuſpenſio, quandoqũe à diuinis ceſſatio.*
Diuina propriè ſuſpenduntur ob eccleſiæ violentiam.
Ceſſatio à diuinis, quando fiat.
7 *Irregularitatem non incurrunt illi, qui non ſunt canonici, ſi in eccleſia interdicta celebrant.*
8 *Celebrans in eccleſia violata, vel clauſa, contra voluntatem canonicorum pecat, epiſcopo excepto.*
9 *Interdictum poſitum per aliquem canonicum ſine epiſcopi, & aliorum fratrum conſenſu, nõ debet per epiſcopum obſeruari, nec pati, quòd per alios obſeruetur.*
10 *Interdictorum aliud generale, aliud ſpeciale, & quid ſit generale.*
11 *Interdictum ſpeciale, quod ſit.*
Interdictum generale uocatur, quando villa, vel caſtrum habet tantùm unã eccleſiam, & illa interdicto ſupponitur.
12 *Interdicto eccleſia ſubijci non debet ob penſionum non ſolutam, vel ob delictum vnius clerici, vel laici.*
13 *Peccata ſuos auctores tenere debent, nec vlterius protrahi.*
14 *Interdictum ponere poteſt Papa, Legatus, & Delegatus, & qui iuriſdictionem non habent ab epiſcopo, ſed à collegijs.*
15 *Interdictum ponere poteſt electus confirmatus epiſcopus.*
Idem in capitulo, vacante eccleſia.
16 *Interdicto locum ſupponere non poteſt prælatus inferior ſine capituli conſenſu, niſi ex conſuetudine præſcripta.*
17 *Interdictæ eccleſiæ ſubditorum ab epiſcopis, an dicantur ſine capituli conſenſu.*
18 *Interdictum iuris abbatiſſa ponere non poteſt, licet poſſit monachas ſibi ſubditas ſuſpendere.*
19 *Interdictum canonicorum obſeruari non debet ab epiſcopo.*
20 *Conſuetudine poteſt induci, quòd canonicus habeat iuriſdictionem in aliquos homines, quos poteſt interdicere, & etiam eorum terram.*
21 *Interdicere hominem quilibet de capitulo non poteſt ex ſe, ſed eccleſiæ auctoritate.*
22 *Interdici poſſunt ſubdita ſuo ordinario.*
23 *Interdici non poteſt exemptus ſecundum formam exemptionis ſuæ.*
24 *Interdictum rationabiliter fieri debet.*
25 *Pœna facientis interdictum irrationabiliter.*
26 *Interdicti ſententia in ſcriptis fieri debet, & cauſam in ea exprimi, & copia interdictis tradi.*
Interdicens, quàm pœnam patiatur, ſi ſuperior interdictum relaxet.
27 *Interdicens cum temperamento contra maiores perſonas procedere debet.*
28 *Interdicens diſcretus eſſe debet.*
29 *Interdicti forma, qualis ſit.*
30 *Interdicti pœnæ, quæ ſint.*
31 *Interdicti nominatim ſpecialiter puniuntur.*
32 *Interdicti nominatim, qui dicantur.*
33 *Interdictus ſi ſit talis cum omnibus participibus, quando quis teneatur vitare tales participes.*
34 *Interdicti tempore, quæ gratiæ conferantur.*
35 *Excommunicati ad prædicationem, eccleſiam intrant, dummodò ibi non audiant diuinum officium.*
36 *Interdicti tempore, epiſcopi quomodo celebrare poſſint diuina.*
37 *Interdicti tempore, an clerici familiares epiſcoporum priuilegiatorum poſſint ad diuina admitti.*
Interdicti tempore ſi conuentui concedatur priuilegium celebrandi, eius familiares non admittuntur.
38 *Epiſcopi ſententiam aliquam excommunicationis & interdicti non incurrunt, niſi de eis expreſſa fiat mentio.*
39 *Interdicti tempore, quod priuilegium habeant hoſpitalarij, & Templarij.*
40 *Interdictus licet ſit locus, tamen ibi de licentia iuris, & hominis celebrari poteſt.*
41 *Interdicti tempore priuilegium aliorum regularium, quale ſit.*
42 *Et quale ſit priuilegium clericorum ſecularium.*
43 *Et quale ſit priuilegium rectorum eccleſiarum.*
44 *Et quale ſit priuilegium laicorum cruce ſignatorum.*
45 *Interdicti tempore, an ſit interdicta ſepultura.*
46 *Diuina licèt non debeant in loco interdicto celebrari, clerici tamen & non alij in cimiterio apud eccleſiam ſepeliri poſſunt.*
47 *Priuilegiati poſſunt in eccleſia interdicta ſepeliri.*
48 *Homines interdicti nec ſepulturam, nec extremam vnctionem habent in loco interdicto.*
49 *Interdictus quando eſt locus, ſi in moriente ſigna contritionis appareant, ſoluto interdicto in cimiterio ſepeliuntur.*
50 *An pro interdictis mortuis orandum ſit, & mortuaria recipienda.*
51 *Clerici qui interdictum ſeruarunt, quomodo in cimiterio ſepeliri poſſint.*
52 *Interdictum violat, qui officium ſuum in miſſa exequitur.*
Quid ſi officio intereſt & cantat, & non celebrat.
53 *Interdicti tempore legere licitum eſt canones vel pſalterium, & docere nouum, & vetus teſtamentum.*
54 *Interdicti tempore officialis eccleſiæ ſi exerceat officium ſuum, an ſit irregularis.*
55 *Interdictum violantium pœna multiplex eſt.*
56 *Electio facta de interdicto, & ab interdictis, non valet.*
Interdictum per appellationem non ſuſpenditur.
57 *Interdictum violans ipſo iure ſuſpenſus eſt, & irregularis.*
58 *Excommunicato concelebrans non eſt irregularis, ſed in excommunicationem incidit.*
59 *Interdicto cauſam dantes perpetuò deponuntur.*
60 *Religioſi interdictos recipientes qua pœna puniantur.*
61 *Monaci vel moniales interdictum violantes, quomodo puniantur.*
62 *Laici interdictum violantes, quomodo puniantur.*
63 *Interdicti ſententia improuidè lata, relaxanda ſine difficultate eſt.*
64 *Ab interdicto vel ab excommunicatione ſi quis abſtractus fuerit, ſi ſe offerat iuſtitiæ, quid agendum ſit.*
65 *Interdictum ſi multos conſtringat, & aliqui velint ſatisfacere, an ſint recipiendi.*
66 *Interdicti ſententias à minoribus latas maiores obſeruari facere debẽt, nec debent eas ſine licentia latorum relaxare.*
67 *Cenſuræ eccleſiaſticæ appellatione excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum venit.*
68 *Interdicti generalis tempore non valet cõſuetudo, quòd pulſatis campanis, & apertis ianuis celebretur.*
69 *Interdicti violati actio publica, ſiue popularis eſt.*
70 *Interdicti ſententia ſufficit, quòd publicè promulgetur, nec oportet, quòd auribus ſingulorum intimetur.*
71 *Interdicto quando aliquis ſupponitur, interdictum in omnem terram illius, & illi adhærenti ponitur.*
72 *Interdictus ſi eſt locus, perinde eſt, ac ſi dicatur, interdico homines ibi habitantes à ſacramentis ibi accipiendis.*
73 *In loco interdicto celebrare non poſſunt, niſi priuilegiati.*
74 *Iudex ſi dicat, interdico talem eccleſiam, quid hoc importet.*
75 *Scandalum ſi orietur ex celebratione priuilegiatorum in loco interdicto, non debent celebrare.*
76 *Interdicto loco, an homines, ſi inde exeant, poſſint alibi diuina audire.*
77 *Quid ſi interdictus ſit aliquis ſpecialiter, vel aliqua familia, vel aliquis populus.*
78 *Priuilegiatus in loco interdicto celebrans, an debeat interdictos excludere.*
79 *Interdictio mulierum in eccleſia poſt partum fieri non debet à ſacerdote.*
Interdicti tempore, an & quomodo confeſſiones audiendæ ſint.
80 *Interdicti tempore, priuilegiati habent priuilegium, quia in loco interdicto celebrare poſſunt.*
81 *Laici priuilegium habentes quòd tempore interdicti poſſint audire diuina, illo non gaudebunt, ſi cauſam interdicto dederunt, vel aliquid fraudis fecerint.*
82 *Interdictum ſi ob aliquorum infantiam ponitur, illi cum alijs, pro quibus latum eſt, obſernare debent.*
83 *Interdicta ſi ſit alicuius terra, & poſt latam ſententiã dominus illius exeat ad vnam aliam non interdictam, an ſortiatur illa conditione interdicti.*
84 *Quid ſi vendidit terram interdictam.*
85 *Interdicti non ſunt commiſſi plenè tranſlati populo interdicto.*
86 *Bannitus perpetuò de populo interdicto, interdictus non eſt, ſecus ſi ad tps.*
87 *Interdictus ſi ingrediatur, poſtea monaſterium poſt profeſſionem ordinari poteſt.*
88 *Interdicto non ligantur abſentes tempore interdicti.*
Interdictus eſt, qui gratioſè receptus eſt in ciuem ciuitatis interdictæ.
89 *Interdicti non ſunt incolæ loci interdicti, ſi ſint forenſes, & an ibi audire poſſint diuina.*
90 *Celebrans præſente excommunicato vel interdicto vel ad ſepulturam admittit, eſt ſuſpenſus ab eccleſiæ ingreſſu.*
91 *Interdictus, quando poſſit ſtare in eccleſia tempore, quo officium non dicitur.*
92 *Interdicti tempore, quomodo diuina officia celebrari poſſint.*
93 *Laici non interdicti ad diuinum officium admitti non debent.*
94 *Beneficiati in vna eccleſia, an poſſint in alia recipi ad officium.*
95 *Clerici ſeruitores rectorum tempore interdicti, an poſſint officijs intereſſe.*
96 *Clericus beneficiatus, an poſſit ſubſtitui clerico ſeruienti tempore interdicti.*

Source : BIU Cujas

97 *Interdicti tempore laici letanias cantare possunt.*
98 *Christi corpus publicè sine missa confici non potest.*
99 *Clerici duo vel plures nō possunt extra ecclesiam dicere officiū, si audiuntur.*
100 *Interdicti tempore magister scholarium suum officium, quia non est ordinis, exercere potest.*
101 *Interdicti tempore habentes iurisdictionem excommunicare, & absoluere possunt, quia iurisdictionis.*
102 *Interdicti tempore mulier post partum, quomodo per sacerdotem in ecclesia admittatur.*
103 *Interdicti tempore generalis confessio per sacerdotem fieri potest.*
104 *Interdicti tempore laici etiam in die Parasceue possunt ad crucem orare, sed officium non fit, nisi clausis ianuis.*
105 *Interdicti tempore aqua, nisi clausis ianuis benedici non potest.*
106 *Interdicti tempore aqua benedicta laicis, aspergi non potest.*
107 *Nec benedici calix, paramenta, candelæ, nec rami oliuarum.*
108 *Nec ecclesia, nec altaria consecrari.*
109 *Nec episcopi, nec alij publicè benedicere possunt.*
110 *Nec cōmendatio animæ decedētis cum suo officio fieri potest, si confessus sit.*
111 *Interdicti tempore mensa benedici potest.*
112 *Et in mensa residentibus legi potest.*
113 *Et campanæ ad prædicationem pulsari.*
114 *Interdicti tēpore pro horis dicendis campanas clerici pulsare non possunt.*
115 *Laici autem suas campanas pulsare possunt.*
116 *Interdicti tempore clerici suas campanas sonare non possunt in suis festiuitatibus.*
117 *Interdicti tempore pro ostensione reliquiarum, pro aduentu alicuius prælati campanæ pulsari possunt.*
118 *Interdicti tempore clerici, uel laici campanellam pro officijs dicendis pulsare quando non possint.*
119 *Interdicti tempore campanæ pro Aue Maria pulsari possunt.*
120 *Interdicti tempore in sabbato sancto officium pro baptismo dici non potest.*
121 *Nec officium pro anniuersario defuncti dici.*
122 *Interdicti tempore cum officio solito paruuli baptizari possunt.*
123 *Et an in fronte chrismari potest, & chrisma confici in die cœnæ Domini.*
124 *Et decedentibus & ad mortem damnatis eucharistia dari potest.*
125 *Et per sacerdotem celebrantem Corpus Christi sumi potest.*
126 *Laico non interdicto in loco interdicto dari non potest Corpus Christi.*
127 *Interdicti tempore, an clericis dari possit.*
128 *Interdicti tempore Corpus Christi ad infirmum portari potest cum lumine, & campanellæ pulsatione.*
129 *Et an infirmo in presentia astantium dari potest.*
130 *Interdicti tempore visio Corporis Christi non est prohibita.*
131 *Interdicti tempore nec mulieri partui appropinquanti eucharistia dari nō debet, nisi periculum immineat.*
132 *Idem in intrantibus prelium, vel mare, vel obsessis.*
133 *Interdicti tempore confiteri, & pœnitentia sanis dari potest, qui interdicto causam non dedere.*
Et quando excommunicatis dari possit.
134 *Interdicti tempore, quando solennis pœnitentia imponitur, an possit solēnis decantatio diuini officij, aspersio aquæ benedictæ & auscultatio diuinorum officiorum & perceptio Corporis Christi fieri.*
135 *Interdicti tempore post pœnitentiam licet mortuaria recipere & pro eis orare, quid ante pœnitentiam.*
136 *Interdicti tempore licet recipere oblationes ab interdictis pœnitentibus etiam in loco interdicto.*
137 *Interdicti sub genere & qui interdicto causam dederint, gaudent indulgentijs & remissionibus.*
138 *Interdicti tempore matrimonium contrahi potest & per interdictos & excommunicatos.*
139 *Et nuptiarum solennis benedictio fieri potest.*
140 *Interdicti tempore, an & vbi clerici, vel laici ordinari possint.*
141 *Interdicti tempore vel loco, sacra vnctio fieri non potest.*
142 *Interdicti tempore in 4. festiuitatibus, in quibus licet celebrare, Corpus Christi per Clericos vel laicos etiam non interdictos sumi non potest, nec vnctio sacra.*
143 *Tunc potest dici alia missa, quàm illa de festo.*
144 *Tunc potest aqua benedici, & aspersio fieri, & panis & fructus benedici.*
145 *Tunc nuptiæ benedici possunt.*
146 *An tunc ecclesiastica concedatur sepultura.*
147 *In dictis festiuitatibus, quando dies incipiat, & finiat.*
148 *Interdicti tempore corpora defunctorum, exceptis clericis qui seruarunt interdictum, non possunt in ecclesia vel cimiterio sepeliri.*
149 *Interdictum violatur, siue sepeliantur in cimiterio, siue extra cum officio.*
150 *Interdicti tempore laicus, etiam non interdictus, etiam sub silentio cum officio in ecclesia vel cimiterio sepeliri non potest.*
151 *Interdicti tempore priuilegiati, quando in cimiterio sepeliri possint.*
152 *Interdicti tempore sepultis extra ecclesiam, eo relaxato, quando in cimiterio sepeliri possit.*
153 *Interdicti tempore laici sepelientes defunctum sine officio clericorum, quomodo puniantur.*
154 *Interdicti tempore clerici dicentes officium super funus, licet non sepeliatur, sunt excommunicati.*
155 *Interdicti tempore cooperientes in sepulturis, sicut foueam facientes, & mā dantes, & non prohibentes, sunt excommunicati.*
156 *Interdicti tempore non itur per clericos ad letanias.*
157 *Interdicti tempore nouitij, quomodo diuina officia audiant.*
158 *Interdicti tempore priuilegiati post c. alma, quādo suos proximos, vel alios admittant ad diuina officia.*
159 *Interdicti tempore in quatuor festiuitatibus, in quibus licet celebrare, quomodo officia diuina celebrentur.*
160 *Interdictum non seruans est ineligibilis, irregularis, & suspensus, nec potest excommunicare, nec beneficia conferre.*
161 *Interdictum, an possit per episcopum suspendi, remissiuè.*



AD dirigendum simpliciores ad interdictorum notitiam, quæ apud multos est modica & incerta, eò ꝙ præceptores iuris de hoc diuersimodè tractauerunt, & quibusdam confusè suam opinionem ponentibus, alijs meliori iudicio credulitatem suam submittentibus, pluribusque consultationē suam faciendam persuadentibus, rationabile siue vtile fore, vt de hac materia scriberemus, quæ rationibus & auctoritatibus nituntur, sumens rescripta Dñi Innocentij IIII. cum tex. Decretalium omnium à principio vsq; ad finem, quæ de interdicto aliquam faciunt mentionem, ipsius sententiam tanquam animatæ legis, & dñi tā in iure quàm in facto expertissimi, cū reuerentia, sum amplexus, si quis enim aliter sapit, hoc ei Dñs reuelauit, non tamen habebit, quo me arguat, vel impugnet ꝑ tātæ sedis auctoritate latitantem, de cuius iudicio disputare vel dubitare, sacrilegij instar habet speciem. Rationem enim, quā ille in apparatu suo ponit, sicut patebit ex meo, habet prius operationem, vt dispersa colligerem, collecta in compositionem ordinarem, sub certisq; dirigentem, vestræ Reuerentiæ afferrēm promptissimè, si forte locū haberent, quærat in meo gazophylatio, hoc inueniet, actum anno Domini M CCLXX.

Videndum est ergo, quid sit interdictū, & quot modis dicatur, quot sint eius species. quam ob causam possit opponi, siue poni. quis possit interdicere, & ꝙs non, quo ordine debeat fieri, sub qua forma verborum. Quas pœnas generaliter omnib. inferat. Quas quibusdam specialiter infligat. Quas permittit gratias episcopis. Quas religiosis. Quas secularibus clericis. Quas laicis. De sepulturis interdictorum, in quo violetur interdictū. De pœna temere violentium illud. De absolutione interdicti. De confirmatione eiusdē. Notabilia, Quæstiones, & absolutiones.

1 †Interdictum est censura ecclesiastica in pœnam contumacię vel offensæ lata arcens, præcipuè populum non communicari
2 sacramentis.† ecclesiastica ponitur ad differentiam interdictorum legalium, quę olim erant solennes verborū concessiones, quibus prætor aliquid fieri iubebat, vel ꝓhibebat, maximè quū
3 possessionē, vel quasi inter aliquos cōcedebat, † & ex illis quædam erant restitutoria, quædam exhibitoria, quædā prohibitoria, vt Insti. eo. per totum. Sacramentis ponitur ad differentiam
4 effectus excōicationis maioris, † quę ēt separat à communione fidelium: habet.n. similitudinem cum excōicatione minori, q̄ à sacramento separat. 3. q. 4. Engeltrudam. tñ excōicatio maior
5 ab aula recessit. † Dicitur aūt interdictum, quasi interim dictū, scilicet ꝙ interim à iudice, non in perpetuum maneat, quasi di
6 cat quādiu dictum & statutum est. † Dicitur qñq; interdictum, qñq; suspensio diuinorum, qñq; cessatio à diuinis, vt extra de offi. ordi. c. 12. refragabili, extra de consecra. eccles. vel alta. c. si ecclesia. propriè autem dicuntur suspendi diuina, propter violē tiam ecclesiæ, vt in d. c. si ecclesia. cessatur à diuinis propter iniuriam alicui de ecclesia factam, vel pensionem nō solutam, extra de appel. c. dilectis filijs. † Quare si aliqui alij præter ipsos canonicos celebrarent, non inciderent irregularitatem, quia nō
7 est interdictum iuris, vel ordinarij, vt dicit Inn. sup d. c. dilectis. filijs. Item est, qñ clauditur ecclesia, & apportantur reliquiæ à prælato propter dispensationem, vt not. Inn. super c. tāta. extra
8 de excess. præla. † peccaret tñ alter, qui temere in ecclesia violata, vel clausa contra volūtatem canonicorum celebraret, excepto proprio episcopo, quotiēs vult celebrare in ecclesia cathedrali nec canonici absq; manifesta & rationabili cā, maximè in contemptum ipsius Dñi episcopi, cessant à diuinis, vt extra de
9 offi. ord. c. 12. irrefragabili. † Plus dico, ꝙ si aliquis de canonicis, vel aliqui ponerent interdictum, sine cōsensū episcopi & aliorum fratrum ob aliquam causam, eps nō debet obseruare, nec sustinere, ꝙ ab alijs obseruetur, extra de his quæ fi. à maio. par. cap. c. quæsiuit. Dicitur ēt qñq; diuina sūspensio, qñ vna eccle-
10 sia est interdicto suppositа † Interdictorum duæ sunt species, nā vnum vocat generale, aliud speciale: generale vocatur iuris interpretatione, non solū qñ regnū, vel terra, vel ꝓuincia interdi citur, sed ēt qñ villa, vel ciuitas interdicit, vt extra de verb. sig. c.
11 cū in partib. † Speciale est, cum inter plures ecclesias paucæ, vel vna interdicitur. Sed si villa vel castrum, vnam tātum habet ecclesiā, & illa interdicto supponitur. generale vocatur pro tan-

Source : BIU Cujas

to, ne hi qui habent priuilegium ꝙ tempore generalis interdicti possint celebrare ianuis clausis,voce submissa,dicant hoc generale,quum regnum,vel terra,vel prouincia interdicit,si inciniant celebrare apertis ianuis alta voce,cum ciuitas,villa,vel castrum interdicitur tanquam speciale,super c.vt quidā fecerunt, sumētes arg.à contrario sensu,quod de vno conceditur,de alio denegatur, vt extra de præsum.c.nonne.hoc dicit Inn.extra de verb.sig. c.cum in partibus. Quam ob causam possit poni interdictum,non esset facilè præstringere, cum hoc sit de arbitrio iu
12 dicis, cuius officium latissimum est. † Sed hoc habemus ꝙ pro-
13 pter pensionem non solutam, vel delictum vnius clerici, non debet ecclesia subijci interdicto, † quia peccata suos auctores tenere debent. nec debet protrahi vlterius quàm delictū in excedente reperitur, vt extra de his quæ fi.à maio.par. cap.c.quæ-
14 siuit. † Interdicit Papa extra de excessib.prælat.c.tanta. Legatus. extra de offi.leg.c.nouit. Delegatus.extra de offi.ord.c.quoniā. Qui non habent iurisdictionem ab episcopis,sed à collegijs, & si non possunt excommunicare,tamen possunt interdicere, vt
15 not.Inno.extra de offi.archi.c.archidiaconus.† Item electus cō firmatus,episcopus, quamuis non receperit consecrationem, potest tamen interdicere,quod est iurisdictionis,vt extra de ele. c.transmissam.Item vacante ecclesia.interdicit capitulū, vt ex-
16 tra de offi.ord.c graue episcopus,† nec inferior prælatus,potest locum interdicto supponere sine cōsensu capituli, nisi illud habeat ex priuilegio, vel ex consuetudine præscripta,Inn.in c.cū
17 inter. extra de consuet. † Item sine iudicio capituli non dicuntur interdictæ ecclesiæ subditorum ab episcopis. Addit Inn.verum est hoc, ꝙ non potest interdicere ecclesias in perpetuum vel ad multum longum tempus, sine consensu capituli. & hoc maximè obtinet sibi locum, vbi procedit ex officio contra absentem,vel contra præsentem contumacem, nam tunc cū maiori maturitate procedendū est.Sed in iudicio solus episcopus, vel quilibet alter iudex potest hoc facere, extra de offi.deleg.c.
18 sanè.† Item Abbatissa ex consuetudine habet iurisdictionem, licet possit monachas, siue canonicas more Theutonicorum, & clericas sibi subditas,suspendere ab officio & beneficio, non potest tamen interdictum iuris ponere, sicut nec excommuni-
19 care,vt not.Inno.extra de maio.& obedie.c.dilecta filia. †Item interdictum canonicorum non debet obseruari ab episcopo,
20 vt in d.decretali,dicit Inno.versi.sicut si canonici † Ex consuetudine tamen potest induci,vt quisquis canonicus habeat iurisdictionem in aliquos homines,super quos habet aliquam prælationem.aut in prębenda,& tunc ſm consuetudinem, non tā-
tum poterit interdicere certos homines,sed etiam terrā, si hoc potest ex consuetudine, vt pro factis cōib. ecclesiæ quilibet ca-
21 nonicus excommunicet,vel interdicat homines ecclesię.†Nec ēt quilibet de capit. habet auctoritatem interdicendi hominē ex se,sed auctoritate ecclesiæ & vniuersitatis 12.q.2.c. q manumittuntur.Inno.super c.quæsiuit.de his, quæ fi.à maio.par.cap.
22 †Possunt interdici subditi à prælato suo ordinario, siue sup ipsos habente iurisdictionem delegatam,vt extra de iu.c.at si clerici.extra de offic.deleg. c.sanè. alias sententia à non suo iudice
23 lata,non tenet,vt ibi dicitur.†Exemptus autem secundum formam exemptionis suæ interdici non potest,extra de pri.c.cum capella.& c.quanto.in quo ēt, vt cum prælati religiosos exemptos non possunt interdicere in eorum odium,non interdicāt
24 ēt alios eorū familiares,& amicos.†Dēt interdictum ferri rationabiliter,alioquin lator incidit in pęnam illius c.extra, de sent. excom.c.sacro.vt dicit Inno. c. cum ab ecclesiarū.extra de offi.
25 ord.†pęna aūt istius concilij est, ꝙ qui competenti monitione non præmissa sententiam promulgat, ingressum ecclesiæ per vnum mensem nouerit sibi esse interdictum,alia nihilominus
26 pęna mulctandus,si visum fuerit expedire.† Item in scriptis dēt ferri sententia, & causa exprimi. Exemplum verò scripturæ tenebitur interdictis tradere ȷ̃. mensem post diem sentētiæ latæ, quod si quis violauerit, per vnū mensem nouerit se ab ingressu ecclesiæ esse suspensum. Superior verò ad quem recurrit,si sentētia ipsum sine difficultate relaxauerit, siue relaxaret latorem siue interdicentem, interdicto ad expensas & oē interesse condemnet. Si verò ȷ̃.vnum mensem,quo suspensus est diuina officia celebrauerit: prius n.irregularitatem non effugiet, sup qua non nisi per summum Pontificem poterit dispensari, extra de sen.excō.c.cum medicinalis.Hæc eadem in sententijs suspēsio-
27 nis & interdicti volumus obseruari. † Item iudex cum tēperamento debet procedere p̄ maiores personas,verbi gratia,si ep̄s est puniēdus, primò per ingressum ecclesiæ vel sacerdotale of
28 ficium interdicat,aut terram, quæ specialiter ad suā iurisdictio nē pertinet interdicto supponat,extra de offi.dele.c.sanè. †Dēt quoq; lator sententiæ esse discretus, puniendarum personarū circunstantias indagando,extra de offi.dele.c.extra.de verb.sig.
29 c.quærenti.†forma interdicti cōiter talis est.Nos talis, propter causam talem,ecclesiam,ciuitatem,vel terrā, ecclesiastico supponimus interdicto.interdictum illud non est iuris, & plus improbat quàm verbum proprietatis sonaret.Inn.in c.tanta,extra
de excel.præla. Aliter.n.ſm arbitriū latoris potest formari sen-
tentia valet, vel si interdicat celebrationem missarum cū cantu vel celebrationem vesperarum,seu solennitates alias vel sepulturam tm̄,potest excipere quē vult, vt dicit Inn.in c.vt priui
30 legia.extra de priuil.& ad certum tēpus † Pœnæ interdicti sunt multæ:nam sacramenta neganṫ, præter baptisma paruulorū,& pęnitentias morientium,quib.ēt conceditur viaticum,extra de sen.excom.c.rñso.& de pęn.& remiſ.c.quod in te,extra de spō. c.non est nobis,extra de sen.excom.c.permittimus.Omnib.negatur extrema vnctio & ecclesiastica sepultura, extra de pęn.&
31 remi.c.quod in te. † Specialiter puniuntur interdicti noīatim, nam illi arctius sunt vitandi, extra de priuile.c.cum & plantare. Isti ēt non admittuntur ad diuina, qm̄ aperiuntur ecclesiæ etiā alijs interdictis semel in anno, in iocundo aduentu hospitaliorum,extra de priui.c.cum & plantare,& c.vt priuilegia.nec gau-
32 dent priuilegio cruce signatorum, quod ponitur in c.qđ in te. †Nominatim aūt interdicti dicuntur,qui proprio nomine vel certa locutione sufficienti, vel indubitata, in ipsa sententia exprimuntur,vt Insti.de hære.insti.§.masculos.Inn.in c.cū & plā-
tare.de priuil.Item Inn.extra de præb.c.in Lateranensi.dicit, ꝙ nominatim interdicti.dicuntur,de qb.est certum ꝙ sunt interdicti.vnde dicuntur interdicti nominatim, & si castrum vel ci-
33 uitas sit interdictū,vel populus vnius ciuitatis,vel castri. † Quid si homines non noīatim sint interdicti, vel excōicati, puta sic dī,excōico talem, vel interdico cum oīb. familiaribus suis, vel participibus, participes nō nominatos vel interdictos ideo nō tenetur quis euitare.7. q.2. tuus. nisi fortè esset notoria partici-
34 patio.eorum,necnon esset interdictus locus.†Gratiæ,quæ ꝙpetunt generaliter tpe interdicti,sunt vt dictum est, baptisma paruulorum,pęnitentiæ morientium,chrismatio siue cōfirmatio, viaticum decedentium,vt extra de sen.excom.c.rñso.de pœn. & remiſ.c.quod in te.Matrimonium ēt posse fieri credimus,cū sit ēt apud infideles.Ordo quoq; confertur ecclesiasticis, nō tm̄ si sint interdicti, sed laicis non.Inn. super c.non est nobis,extra de sponſ.Item sine scrupulo conscientię possunt vocari laici in aliquam ecclesiam,ad audiendū verbum Dei, cum videbit̄ expedire,vt extra de sen.excom.c.rñso.super quo dicit Inn. qđ est
35 not.†ꝙ ad prædicationē ēt excōicati intrāt ecclesiam,dummō nullum diuinum audiant ibi officium, vnde tollet calicem qui eo tpe intra ecclesiā & nō extra p̄dicare voluerit. Ista p̄dicatio multis fuit ecclesię scandalum, nā & qui prædicant propterea verba deserunt,alia ēt grossi assumunt, dicentes ꝙ tm̄ peccent,
36 quantum si corpus in lutum deijcerent. † Speciales ep̄orū gratię quidem sunt, ꝙ possunt tpe generalis interdicti qñq; ianuis clausis,submissa voce, non pulsatis cāpanis & interdictis exclusis,diuina celebrare, nisi hoc ip̄sum expressè fuerit interdictū, vnde hoc illis conceditur,qui aliquam causam non præstiterūt interdicto,nec quidq̄ fraudis ingesserunt,extra de priui.c.ꝙ nō-
37 nullus. † & ibidē Inno.ꝙ clerici familiares episcopis & alijs hoc modo priuilegiatis,possunt admitti ad officium, quod vī cōcedi ex eo ꝙ cum familiaribus suis dicunt officium, extra de priuil.c.in his. Si aūt conuentui concedatur priuilegiū, familiares
38 nō debent admitti,cum nō habeant priuilegium.†Item ep̄orū priuilegium est,ꝙ ipsi & alij superiores, nullius ꝓstitutionis seu mandati occasione incurrunt snīam excōicationis siue interdicti,ipso facto,siue suspensionis snīam, nisi de ipsis expressè mē-
39 tio habeaṫ,extra de sen.exc.c.ex quadā.† Item priuilegiū hospitalariorū & Tēplariorum est, vt fratrib.eorum missis ad accipiē dū fraternitates,siue electos aperiri dēnt ecclesiæ, si fortè locus sit à diuinis suspēsus, nā ibi officia celebrantur.hoc.n.intelligēdū est,ꝙ in eadē ciuitate,castello,vel terra vna tm̄ ecclesia aperiatur,& si ibi fuerint plures ecclesiæ, extra de priui.c.vt priuilegia.Inn.ibidem dicit ꝙ tunc cantabunt, & ianuas apertas habebunt, quia populus non posset aliter in officijs eorū iocundari. Item cum litera dicat,excōicatos excludi vī ꝙ interdicti admittantur.hoc.n.vnum est de illis, qui nō sunt noīatim interdicti, siue deliquerint, siue non.allegat 24.q.3.c.si habes. & 17. q.4.c. miror.item restringendus est ad eos, qui dederūt causam interdicto.† sic videmus,ꝙ licet locus sit interdictus,tm̄ ibi potest ce-
40 lebrari de licentia iuris,& quidem de licentia hominis,extra de appel.c.dilectus.& sic suspenditur interdictum, vel potius non est positum,quia in propria loquutione intelligiṫ,siue adest,celebrantes in ecclesia, & ab hac sententia potest excipere quos
41 vult.† Aliorum autem regularium priuilegium est,vt cū generaliter terræ fuerit interdictum,liceat eius,ianuis clausis, excōicatis exclusis, non pulsatis campanis, submissa voce celebrare
42 diuina.†Priuilegium clericorum secularium est,ꝙ in cōuentualibus ecclesijs,bini & bini, vel simul, tres possint horas canonicas legere,cantare ianuis clausis, excōicatis & interdictis exclusis,ita submissa voce, vt exterius audiri non possint.ex hoc not. quòd interdicti dicunt auscultare ad parietes ecclesiæ.Item his non prohibetur pulsatio campanarum ad horas, sed eis prohibetur,quum dicunt semel in hebdomada missam, vt patebit ȷ̃. proximè.item sicut seculares dicūtur bini,ita religiosi bini pos-
43 sunt simul dicere diuina. † Rursus permittitur ecclesiarum rectoribus,ꝙ semel in hebdomada tempore interdicti,non pulsa

tis cam

Source : BIU Cujas

tis campanis,voce ſubmiſſa,ianuis clauſis, excommunicatis,& interdictis excluſis,poſſint miſſarum ſolennia celebrare conficiendo Corpus Domini, quod decedentibus in pęnitentiam non negatur, vt extra de ſen.ex.c.promittimus. cum tamē hoc concedatur,niſi his,videtur ꝙ non poſſit aliis committi ꝙ celebrent,quia quod per alios faciunt,per ſe ipſos facere vñr, vt ff.ď
44 vi & vi arma.l.j.§.deieciſſe.† Priuilegium laicorum cruce ſignatorum eſt, vt pnīa eis quum poſtulauerint, non negatur,extra de pę.& re.c.quod in te.Inn.ibidem etiam hoc fiat eis, anteq̄ ꝓficiſcuntur quo voluerint,aliis aut peregrinis,quib. vt idem dicit,pnīa miſericorditer indulgeri non datur,niſi quum proficiſcantur.Quidam dicunt,ꝙ cruce ſignati ſunt principales,noīa
45 tim autem interdictis denegatur pęnitentia.† De gr̄a ſepulturę noueritis ꝙ laicis generaliter eſt interdicta,vt dicit Inno.ſuper c.vt priuilegia.extra de priuil.ꝙ ſi eccleſia eſt interd. ꝓp populum i.imperitiam populi tꝑale,quæ in eis intelligitur, ēt ſi nō deliquerint ipſi, ſed dn̄s eorum, vel aliqui ex ipſis, ſed non oēs parochiani pn̄t eligere ſepulturam in non interdictis locis,ſi āt eſſet eccle.interdicta, ꝓp delictum clericorum vel violationē, ceſſaretur a diuinis in ea, vt circa principium dictum eſt. tunc
46 quiſque vbi vellet,poſſet ſepulturam eligere.† Idem ſuper c.tā ta.de exceſ.præla.extra, dicit, ꝙ licet in loco interdi.nō debeāt celebrari diuina, nec eccleſiaſtica ſacr̄a, tamen pn̄t ibi clerici, & non alii,& non interdicti ſepeliri in cimiterio apud eccleſiā
47 extra de pę.& re.c.quod in te.†niſi ſint priuilegiati,quia poſsūt in eccleſia interd.ſepeliri.Sed ſecus eſt,ſi terra ſit interdicta,ex-
48 tra de pę.& re.c.quod in te.†Itē ēt homines interdicti, ſi pnīam acceperint, in loco interdicto non ſepelient̄, immō nec in loco interdicto extremam vnctionem accipient,vt in c. quod in te.ꝙ licet peccatores non ſint, tamē pro peccatis non pn̄t. 24. q.3.c.minor.Sed illi qui inter interdictos ſpecialiter excōicant̄ licet ab excommunicatione abſoluantur,remanent interdicti,
49 quouſque abſoluatur generale interdictum,† & nota ꝙ quum locus eſt interdictus,ſi in morientib. apparuerint ſigna contritionis,poſt ſolutum interdictum erunt in cimiterio ſepeliēdi, arg.extra de ſen.exc.c.cum illorum,& ſi ſepulti erūt apud eccle ſiam dum erunt interdicti, poſt ſolutum interdictum non erūt extumulandi,cum res ad eum ſtatum venerit, a quo incipere
50 potuit.† pro his īterdictis,licet mortua ſint corpora poſt pnīas, pro eius orandum,nec mortoria ſunt recipienda. 88.di. c.fi.ea denique quæ dicimus de loco interdicto, intelligimus etiam ſi
51 parochia fuerit interdicta.Hucuſque Inn.† clerici qui ſeruauerūt interdictum,poſſunt in cimiterio ſepeliri, ſine campanarū pulſatione cum ſilentio, & ceſſantibus omnib. ſolennitatibus extra de pę.& re.c.quod in te.cum fratres religioſorum ſepeliāt̄ur apud ipſorum regularium eccleſias,vel aliorum interdictas quod intelligendum eſt de his, qui adhuc manentes in ſeculo, eorum ordini ſunt obligati, mutato habitu ſeculari, vel de his qui bona ſua conceſſerunt inter viuos, retento ſibi quandiu vixerint,vſufructu.Inn.dicit ꝙ licet bona omnia alii dent,ſufficit tamen ſi dent maiorem partem,nec oportet ꝙ iſti fratres aſſumant habitum iſtorum religioſorum,ſed intrent ſecularem,& ſumant eorum habitum ſine profeſſione,arg.extra de reg. c.cō
52 ſulti ſumus.† Violat interdictum,qui officium ſuum exequit̄ī miſſa,videlicet offerendo calicem,hoſtias,& hmōi,vel celebrā do aliud officiū,matutinas,vel veſperas,& hmōi.xj.q.3.ca. ſi qs ep̄s.in fi.nec credimus irregularitatem, vel ſuſpenſionē incurrere,qui officio intereſt & cantat,nō tamen celebrat,nec aliqd
53 facit tanquam ſuum officium, licet peccet. † Legere canones, pſalterium,vel docere euangelium,vel docere nouum,vel vetus teſtamentum, inter interdicta nō eſt prohibitum, cum ibi prædicari poſſit,extra de ſen.exc. c. reſponſo.in officio aūt ſuo, quia agere intelligitur,qui in ordine ſuo agitur,hoc ꝙ ei cōpe
54 tit ſiue in maiori,ſiue in minori ordine ſit. † Sed quid dices de officialib.ſiue miniſtris aliis,puta ſi magiſter,ſiue ſcholaris exerceat officium ſuum,fortè idem dicit quod de ordinib. dicendo aūt miſſam dicunt ꝙ non ſit irregularis,cum ſit in illius ordine deputatus,non eſt ordinis,ſed iuriſd.ſicut excōicatio.ij.q.j.c.ſine mo.Sed abſolutio eſt ſolennia exhibere, ſicut ſunt oēs ordines cum ſtola & pſalmis pęnitentialib. introducere aūt in eccleſiā, ordinis eſt & officij,extrà de ſen.ex.c.nuper.in fi.xj.q.3.c.debēt. & c.ſeq. Idem vr̄,ſi diaconus legat epiſtolam, vel acolitus,vbi ē conſuetudo,quia generaliter loquitur capitulum,ſi quid de ſacro miſterio contingerit.xj.q.3.c.ſi quis ep̄s damnatus,ſubintelligendo hoc vr̄,quæ certo & ſuo ordini ſunt deputata,vel à iur̄, vel a conſuetudine, vel conſtitutione eccleſiæ, vt ſi cantat reſponſoria,vel legat lectiones, non ſit irregularis. vnde vr̄ ꝙ ſi ī aliqua eccleſia conſuetudo eſt, ꝙ ſine ordine diſtinctionis, legat quilibet epiſtolam,vt portet cereos,vel quid aliud pertinēs ad illud officium,facit extra de homi. c. ſicut dignum, vnde dr̄ ꝙ homicidę, nec reſponſoria cantant ſeparatim.Inn. in c.tāta,
55 extra de priu.† Pęna violantium interdictum multiplex eſt,nā qui non ſeruat interdictum ineligibilis eſt, & remouendus ab officio,extra de cle.exc.mi.c.poſtulaſti.Item eſt ſuſpenſus,& irregularis,qđ vr̄ probare decretal.cum inter R. ſeniorem, extra de electio.xi.q.3.c.ſi quis ep̄s damnatus.Inn.ſuper ti.de poſtu.c. ad hæc.Item electio facta de interdicto,& ab interdictis,nō valet,vt probant iura. Item interdictum trahit ſecū exequutionē
56 ſic ut excōicatio,vñ per appellationē non ſuſpenditur.Inn.ſup c.ad hic,extra de appel.ubi dicit ſi cum legitima appellatio prę ueniret interdictum,& alios ad violādum inducit, & cōpellit & ſi prælatus eſt oīs eius inſtitutio,collectio præbendarum, & beneficiorum ac dignitatum,& ſententię ſunt irritæ,& inanes.
57 extra de priuil.c.tanta.† Inn.ibidem dicit, ꝙ violans interdictū ipſo iure ſuſpenſus eſt & irregularis ab officij exequutione,vnde non poteſt præmiſſa.& idem forte dicendum in aliis ſpūalibus,ſicut nec ipſis conferri poſſunt, ita ab eis collecta nō valēt.
58 † qui aūt excōicato concelebrat,non eſt irregularis,ſed incidit in excōicationem,ſicut in loquutione,vel aliter excōicato participans,rōnem diuerſitatis ponit Inn. ſuper eo. c. tanta, extra de priuil.Idem,ſiqui poſtq̄ excōicati vel interdicti ſunt, diuina
59 præſumunt officia celebrare, † ſed multoplus, qui magis dederunt cām interdicti,perpetua ſunt depoſitione condemnandi, extra de cle.exc.mi.c.latores.Inn.ibidem dicit,ꝙ non pōt cum
60 talibus diſpenſari,niſi ſpāli auctoritate Domini Papæ.† Item ſi religioſi contra canonicas eōrum ſnīas & tenores priuilegiorum ſuorum venire præſumpſerint, recipiendo excōicatos,& interdictos ad officia celebranda in eccleſiis, aliter q̄ liceat eis ex priuilegio eccleſiæ in qua ita præſumpſerit,ſubiaceant interdicto.gl.ibi canonem non credimus latæ ſententiæ,extra de pri
61 uil.c.cum & plantare.† Item monachi, & moniales violantes interdictum,ſi ſint clerici,ſunt beneficijs eccleſiaſticis expoliādi:ſi monachi vel moniales, ſunt ad agendum pęnitentiam in archanis monaſterij detrudendi,extra de cle.exc.mi.c. poſtulaſti, † laici verò quamuis violando interdictum irregularitatē,
62 vel ſuſpenſionem non incurrant,nec ordinem habeāt nec beneficium,tamen aliter puniuntur,extra de cle.exc. c. 2. quia ad requiſitionem eccleſiæ debent cogi iudicio,& exilio condemnari, vt ibi. Item religioſi poſt latam ab eōp ſnīam interdicti in cām,ſi ibi celebrant, pęna ſuſpenſionis poſſunt inuolui ab ea-
63 dem.extra de priuil.c.cū & plantare. † Sententia interdicti improuide lata,ſine difficultate eſt relaxanda, extra de of. ord.c.
64 graue.extra de ſen.ex c.cum medicinalis.†Itē ſi quis pro cōtumacia,vel pro qualibet alia cā interdicto, vel excōicatione fuerit abſtractus,& ſe offerat ad iuſtitiam, de his, pro quibus ſnīam excipit, iudex qui tulit ſnīam, ne in excōicationem deſcendat, eū abſoluere poterit,ſi pars aduerſa obſtaculum interponat,ne abſoluat,recepta cautione ſufficienti, ꝙ iuris parebit æquitati,
65 fieri poterit.extra de ap.c. qua fronte.†Hoc tamen adiicere potes,ꝙ ſi interdictum multos conſtringat,& aliqui volunt ſatisfacere,ꝙ non ſunt recipiendi,niſi ſui principales,quia alii,q̄ nō dederunt cām interdicto,non peccauerūt, vnde ſatisfacere nō
66 tenentur.Inno.ſuper c. quod in te. extra de pęnit.& remiſ.† De robore ſententiæ interdicti teneas,ꝙ maiores iudices vel prælati debent ſententias interdicti,a minoribus latas facere obſeruari inuiolabiliter,vſq; ad ſatisfactionem condignam, & nō debēt eas ſine conſcientias latronum relaxare, extra de offi. ord.c.cū eccleſiarū prælatis, & de ſen.exc.c. Romana. vbi dr̄ ꝙ maiores nō relaxent ſnīas interdicti ab inferioribus latas,ipſis omiſſis,niſi
67 aliud obtineat conſuetudo.† Notabilia in ſumma nota, ꝙ quū mandatur alicui,ꝙ tales ꝓ cenſuram eccleſia cōpellat,vel compeſcat,nomen cenſuræ eccleſiaſticę intelligitur, excōicatio,ſuſpenſio,& interdictum,extra de ver.ſig.c.quærenti.† Itē nullus
68 pōt prætendere cōſuetudinē, vt liceat ei, pulſatis campanis,& apertis ianuis tꝑe generalis interdicti,celebrare, extra de conſue.c.cum inter vos.†Itē actio īterdicti violati,publica, ſiue po-
69 pularis eſt,& quilibet admittitur ad eam,ſicut dicit Inn.in c.cū
70 inter vos,extra de conſue.†Item ſufficit ꝙ ſnīa interdicti publicè promulgetur,vt nullū excuſet ignorantia,nec oportet ꝙ aurib.ſingulorum intimetur, vel ſingulis per ſingulos īnoteſcat,
71 extra de poſtu.c.ad hæc.†Item quum ſupponitur aliquis interdicto, interdictum ponitur in oēm terram illius, & adhærentē illi,ꝓp quæ fertur interdictum latæ ſnīæ tꝑe.Adhæret aūt terra quæ iuriſdictioni ſubeſt, & adhæret quæ in crimen fauet eidē,
72 ſic dicit Inn.ſup.eod.c.ad hæc. † Item nota ꝙ quum interdicit̄ locus,nihil aliud eſt dicere,niſi interdico hoīes ibi habitantes a ſacr̄is ibi accipiendis, & clericos ibi habitantes. vel (quod melius vr̄) clerici ibi prohibentur celebrare, & ſacr̄a conficere, cū locus tanq̄ res inanimata,ſacr̄orum,vel offr̄orum non ſit ſubiectibilis. Inn. ſuper c.tanta.extra de exceſ.p̄la.†& nō ſolū clerici,
73 ſed nec ēt alienigenæ in loco interdicto celebrare debent, niſi priuilegiati,vt extra de priuil.c.ꝙ nonnullus, & c. cum priuilegia.Item in aliis locis poſſunt celebrare clerici. Innocentius ſu
74 per c.cum inter,extra de conſuetu.†Quid ſi dicamus,interdicimus talem eccleſiam.credimus irregularitatem per ſuſpenſionem incurrere,qui ibi celebrant,ſed clerici vbique poterūt celebrare,vbique etiam laici diuina audire, niſi fuerit aliud additum.Innocen. ſuper c.tanta,extra de exceſſ.prælato. † Item nota,qđ ſi ex celebratiōe priuilegiatorū oriť ſcādalū,vc3:vt quū tēpli aptis ianus ſemel in anno celebrāt, vel magnū eēt factū,

Source : BIU Cujas

propter quod interdictum est positũ, non deberent celebrare.
76 Inno.super c.quod nõnullis,extra de priuil. † Quid si homines manentes in terra interdicta exeant de illa,nunquid possint alibi audire diuina? Respondeo, si propter aliquos puniendos vel alium in eis veluti dñm vel familiam positum fit interdictum extra terrã,diuinum non possunt audire officiũ.si aũt nihil deliquerunt,nec cãm aliquã præstiterunt,propter quã terra interdiceretur,si terra,prouincia, vel villa pro delicto aliquo interdicta est,tunc secus est, quia in hoc casu personæ nõ sunt interdictæ,vel si sunt,ad hoc tñ sunt interdictę, ne ibi accipiant sacramenta vel audiant officia, & ideo bene audient extra terrã interdictã,immo & in ipsa terra audire possunt apud illos, q̃ tale habent priuilegiũ, qui quoslibet nõ interdictos possunt admittere ad officiũ & sacramenta tpe generalis interdicti, argu. eorũ quæ habentur extra de pœni.& remis.c.quod in te.vbi dicit q̃ possunt peregrinari,& in peregrinationibus plus cõsueuerũt hoies interdicere,aliàs dicunt interesse diuinis officijs. Itẽ suffi
cit,q̃ non est ante prohibitum, q̃ non possint audire diuina,q̃a
77 pœnæ non sunt extendendæ,de pœ. c. pœnæ † Item vr quibusdam,q̃ hoc habeat locũ,vbi interdicta est terra, prouincia, vel ecclesia,aut villa: secus si interdicatur aliquis specialiter, vel si interdicatur familia, vel domus alicuius, vel populus alicuius villæ,quia personæ interdicuntur, & ideo nunquã debent audire diuina officia,nec sacramenta accipere, ar.17.q.8. minor. & 24.q.3.si habes.extra de sen.exc.c.quod in dubijs.Inn. super c.vt priuilegia.extra de priui. posset etiã sacerdos proprius cũ talib⁹ exire ad locũ non interdictũ, & eis ibi celebrare, de licentia p̃lati illius loci, nisi esset fortè propter scandalum admittendũ.
78 † Priuilegiatus autem quãuis in loco non interdicto celebret, non oportet tales excludere,nec tñ potest eos ad se trahere, cũ non habeat eos subditos, nec præbere ecclesiastica sacramenta posset,tamẽ posset quibusdã de quib.certũ est q̃ propter eos nõ est positũ interdictũ,facere gratiã i audiẽdis diuinis, & sacramẽtis de licentia vtriusq; plebani,videlicet eius,cuius subditi sunt, & eius,in cuius ecclesia hęc fierẽt,arg.extra de vsu.pal. c.ex tua-
79 rum.caueat tamẽ de scandalo. † Item interdictio mulierũ post partum in ecclesia non debet fieri à sacerdote. Item confessiones audiendæ non sunt,nisi per modum consilij, fortè quæ circa capitula clament vnum de pœnitentijs morientium, vt in c.nobis,extra de spon.aliud de pœ.& remi.c.q̃ in te.tertium verò extra de senten.excom.c.responso.licet quidã, vt Tancre. & alij,velint dicere q̃ possint recipi pœnitentiæ sanorum.quod si verũ est,caueat tñ confessor, vt in foro ecclesiastico confessiones non faciat vt sacerdos, videlicet omni cum solennitate orans,& bene dicens,absoluens, & stolam inducens, & similia, ne ipse etiam violet interdictum, vt hoc euitet in audiendo venialia,& vt securus pœnitentias suis det,vt accipiant signũ Cru-
80 cis,extra de pœniten.& remis.c.quod in te. † Quid si inter non excommunicatos,vel non interdictos,ad Missas, officiumque priuilegiatorũ sint licentiati, & non priuilegiati nec interdicti, siue clerici siue laici sint,equidem cum eis poterunt in suo officio audire quia etiam sine eis possunt cum alijs legere & cantare in suo officio, & quia etiam possunt sine eis in ecclesia orare.Alij autem dicunt contra, q̃ hoc habet locum in his priuilegiatis,qui habent priuilegium, q̃ in locis interdictis celebrent, non per eos tantum,sed etiam per quoscunq;,& tunc oẽs recipi possunt,nisi sint excommunicati, vel interdicti, vt supra dictum est.Inno. in ca.vt priuilegia. extra de priuileg. laici etiam
81 qui habent priuilegium, quòd tempore interdicti possint audire diuina, non gaudebunt illo, si dederint causam interdicto,
82 vel aliquid fraudis ingesserint. † Idem si propter aliquorũ infamiam ponitur interdictum, illi cum alijs pro quibus latum sit, debent obseruare, ne de aliorum fletu ridere videantur, extra
83 de priuil.c.petistis.† Itẽ si interdicitur terra alicuius, & ipse post latam sententiam exeat ad vnam aliam non interdictam, illa non sortitur conditionem interdicti,nisi lator sententię voluerit intelligere tam de ea,quam habuit, quàm de ea quam habi-
84 turus esset.† Sed si vendidit terram interdictam, quamuis transeat dominium,tamen inhęret onus sentẽtiæ loco, vel loci populo,donec relaxentur. Deo gratias,amen.

Quæ seruari debent tempore interdicti.

85 † Primò interdicto populo, commissi plenè translati non sunt
86 interdicti. † Secundò, exbannitus nõ ad tempus de populo interdicto,non est interdictus: secus si ad tempus, ut confinatus,
87 vel relegatus.† Tertiò,interdictus,si ingrediatur postea monasterium,post professionem potest ordinari,& ante non: si ta-
88 men ordinatur,tenet ordo. Quartò,absentes tempore interdicti,& contradicentes culpæ,non ligantur interdicto.qui autem est de alia ciuitate originaliter,sed gratiosè fuit receptus in ciuẽ
89 alterius ciuitatis interdictę,interdictus est. Quintò,incolę loci interdicti,si sunt forenses,non sunt interdicti,tamen in loco in colatus interdicto non possunr audire diuina officia. & est ve-
90 rum,nisi de incolis fiat mentio in interdicto.† Sextò, is qui celebrat prętente excommunicato, vel interdicto, vel admittit ad sepulturam,est suspensus ab ingressu ecclesię,extra de priui.
ca.episcoporum,lib.6.qua suspensione durante, si immiscet se diuinis,irregularis efficitur,extra de senten.excom.c. is qui.lib.
91 6.† Septimò,interdictus potest tempore,quo non dicitur officium,in ecclesia stare,& orare,si non dedit causam interdicto.
92 † Octauò possunt missę,& alia diuina officia celebrari, ianuis clausis,submissa voce,non pulsatis campanis, excommunicatis,& interdictis exclusis,extra de sen.excom.c.alma.lib.6.† No
93 nò,non possunt laici non interdicti admitti ad officium diui-
94 num,vt not.in dicto c.alma iuxta finem. † Decimò, non possunt beneficiati in alijs ecclesiis recipi ad officium in aliena ecclesia,quod est valde dubium. Dominus meus non fuit ausus
95 consulere contrarium,cum tamen sibi videatur. † Vndecimò, clerici seruitores rectorum,possunt interesse,secundum Dominum meum,licèt secundum alios non, nisi intitulati in eccle-
96 sia.† Duodecimò,si recederet clericus seruiens,potest substitui alius non beneficiatus;beneficiatus autem non.licèt Dominus
97 meus teneat contrarium.† Tertiodecimò, possunt laici publi-
98 cè cantare letanias, & laudes tempore interdicti.† Quartodecimò,non potest publicè confici corpus Christi per sacerdotẽ
99 sine missa. † Quintodecimò, non possunt clerici duo,vel plures, per uiam, vel extra ecclesiam dicere simul officium, si audiuntur. vnus autem potest submissa voce, ita q̃ non audia-
100 tur.† Sextodecimò, potest archisacrista, & magister scholariũ exercere officium suum,quia hoc non competit ratione ordinis,sed ratione officij, vt patet in eo, quod legitur, & nota. de hęreti.c.si aduersus.§.fi & ita tenet Host.in cap. tanta.de excess. pręla. peccat tamen, & grauiter, & plus quàm laicus contemnens,& hoc ratione gradus,& dignitatis ecclesiasticę. 40. dist.
101 homo Christianus.† Decimoseptimò, possunt habentes iurisdictionem excommunicare, & absoluere, & hoc quia iurisdictionis est.2.q.1.nemo.de elec.cap.transmissę. de ma. & obe.ca. cum inferior.& hoc verum,si sine solennitate fit, quæ consistit in dicendo psalmum pęnitentialem,& orationem,introducẽdo ipsum in ecclesia cum stola,in decr. nuper.in fi.extra de sen. excom.11.q.iij.c.qui debent.& c.seq. secundum Inno. & Host. in c.tanta.de excess.prælat. quia prædicta solennitas est ordinis, vt probatur in eo quod legitur,& no.extra de vi.& hone.cle.c. quoniam & de sent.excom.c.cum desiderio.§ fi.& c.a nobis.ij. §.pen.& hoc dicit expressè Inno.de consue.c.quanto.i. respon
102 so,ante fin.† Decimooctauò,non potest sacerdos,mulierẽ post partum cum orationibus, & psalmis, & solennibus admittere, sed sine officio facta solùm confessione,vt moris est, poterit in
10; trare ecclesiam gratias agens, si tamen non dedit causam interdicto,& hoc tenet magister.† Decimononò, potest fieri ge-
104 neralis confessio per sacerdotem tempore interdicti.† Vigesimò,possunt laici dicto tempore,etiam die parasceue, accedere ad crucem,& orare,sed officiũ, quod ea die fit propter crucẽ,
105 fieri non potest,nisi ianuis clausis. † Vigesimoprimò, non potest benedici aqua,nisi ianuis clausis,& hoc quia ordinis est, vt tenet Hostien.in prælleg.c.tanta.de excess. prælato. & Innoc.
106 allegans,de consecratio.dist.4.aqua.† Vigesimosecundò nõ po-
107 test aspergi laicis aqua benedicta.† Vigesimotertiò non potest benedici calix,paramenta, vel corporalia, uel candelę in festo Purificationis,vel rami oliuarum in festo Palmarum, quia or-
108 dinis est. † Vigesimoquartò, non possunt ecclesiæ consecrari,
109 nec altaria manentia,vel viatica quia ordinis est. † Vigesimoquintò,non possunt episcopi,vel alij superiores publicè benedicere,quia est ordinis.
110 † Vigesimosextò,non potest fieri commendatio animæ decedentis cum suo officio,si confessus sit.
111 † Vigesimoseptimò, potest mensa benedici, quia non est annexum ordinj, argumen. eorum quæ habentur, 44 .dist cap.fina.secundum Hostien. in prælleg.ca. tanta. de excess
112 prælato.† Vigesimooctauò,potest legi residẽtibus in mensa,q̃a
113 ordinis nõ est. † Vigesimononò,potest prædicari,& pulsari ad prędicationem,quia concessa prædicatione,conceditur signũ,
114 propter quod conuocari possunt.† Trigesimò,non possunt pulsari campanæ,pro horis dicendis,etiam si sint extra ecclesiam,
115 pro hoc facit c.alma,de sen.exc.lib.6. † Trigesimoprimò, non possunt pulsare clerici campanas pro horis notificandis,laici rã
men suas campanas habentes,possunt pulsare,facit c.alma,prę
116 allega.† Trigesimosecundò,non possunt clerici,vel religiosi in suis festiuitatibus,facere sonare campanas, licet horas non di-
117 cant,facit c.alma.prælla. † Trigesimotertiò pro ostensione reliquiarum, vel pro aduentu alicuius pręlati, possunt pulsare campanas,& hoc quia non prohibetur pulsatio campanarum, nisi in horis cano.& missa,ad hoc facit c.alma,prę allega.
118 † Trigesimoquartò, non possunt laici, vel religiosi, pulsare campanellam paruam pro diuinis officijs,si ab extra potest audiri facit d.c.alma.
119 † Trigesimoquintò possunt pulsari cãpanę, pro Aue Maria,
120 quia non est diuinum officium.† Trigesimosextò, non potest,
121 dici officium pro baptismo in sabbato sancto. † Trigesimoseptimò, non potest officium dici pro anniuersario defuncti.

Source : BIU Cujas

122† Trigesimooctauò,possunt baptizari paruuli, cum officio soli-
123to,despon.c.non est nobis.† Trigesimononò, potest chrismari in fronte,& chrisma confici,in die cœnæ Domini, per c. quoniã.
124de senten.excom. lib. 6.† Quadragesimò potest eucharistia dari decedentibus, per c. alma. præallega. Item potest dari suis ad mortem damnatis,facit clemen. . de pœniten.& remissio. sumpto argumen.ex d.c. alma.
125† Quadragesimoprimò potest & debet sumi Corpus Christi per sacerdotem, missam celebrantem,
126per c.alma.præallega † Quadragesimosecundò, non potest dari laico non interdicto, in loco interdicto.facit d.capitul.alma.
127† Quadragesimotertiò, clericis an possit dari tempore interdicti, est dubium. de iure non potest, sed obseruari solet contra-
128rium.† Quadragesimoquartò, potest portari Corpus Christi ad infirmum cum lumine,& pulsatione campanellæ,& hoc viden
129tes debẽt se inclinare. † Quadragesimoquintò potest dari infir-
130 mo,in præsentia astantium.† Quadrasimosextò, visio Corporis Christi, non est prohibita, nisi quando officia celebrantur.
131† Quadragesimoseptimò, mulieri appropinquanti partui, nisi
132aliud periculum immineat, non debet dari eucharistia. † Quadragesimooctauò,idem de intrantibus mare,vel bellum,vel ob
133 sessis.† Quadragesimononò,potest confiteri, & pœnitentia dari etiam sanis, qui non dederint causam interdicto excommunicatis autem, vel qui dederint causam interdicto, non potest dari pœnitentia,nisi satisfaciant,vel caueant,vel si non possunt iurent quod quum poterunt, satisfacient,& laborabunt vt alij culpabiles idem faciant,quod intelligitur de interdictis,non de excommunicatis,vt extra de sententia excommunic. c. alma. vbi est casus.lib.6.
134 † Quinquagesimò,quum solennis pœnitentia debet imponi, an possit solennis decantatio diuini officij, aspersio aquę solenniter benedictæ, auscultatio diuinorum, perceptio Corporis
135Christi fieri? dicitur dictas solẽnitates nõ esse seruandas.† Quinquagesimoprimò,post pœnitentiam licet mortuaria recipere,& pro eis est orandum.ante pœnitentiam susceptа autem, non est orandum,nec mortuaria recipienda,secundum Inno. quod intelligit Io. And.de relictis in morte,& de his,quæ darentur cum
136funere in cimiterio defuncto, de facto tempore interdicti non licet recipere.† Quinquagesimosecundò,possunt recipi oblationes ab interdictis pœnitentibus,etiam in loco interdicto.† Quin
137quagesimotertiò,interdicti sub genere,& non nominati vel qui dederint causam interdicto,gaudent indulgentijs & remissioni-
138bus. † Quinquagesimoquartò, matrimonium potest contrahi tempore interdicti, & per interdictos & excommunicatos, vt no.in dicto c.alma.sed solennitates nuptiales prohibentur.
139† Quinquagesimoquintò,potest fieri solennis nuptiarum bene
140dictio.† Quinquagesimosextò,laicus,& clericus interdicti,non possunt ordinari,nec in loco interdicto possunt laico, vel clerico ordines conferri, sed possunt clerici extra locum ordinari,
141& laici ẽt non interdicti,extra locum possunt ordinari.† Quinquagesimoseptimò, sacra vnctio fieri non potest tempore vel loco interdicti,etiam clericis vel religiosis,maribus,vel fœminis
142non interdictis.† Quinquagesimooctauò,in quatuor festiuitatibus,quibus tempore interdicti,licet celebrare,nõ potest Corpus Christi per laicos sumi,vel clericos, etiam non interdictos,
143nec etiam sacra vnctio.† Quinquagesimononò,in dictis festiuitatibus,potest dici alia missa, quàm illa de festo, licèt honestius
144sit illam solùm dicere.† Sexagesimo,in dictis festiuitatibus, potest aqua solenniter benedici,& aspersio fieri,& panis & fructus
145benedici,& ministrari.† Sexagesimoprimò, in eisdem festiuitatibus,possunt nuptiæ solenniter benedici,non obstante interdicto,licèt ex alio capite sit prohibitum illis festiuitatibus nuptias benedici,excepto festo Assumptionis beatæ Virginis.
146† Sexagesimosecundo in eisdem festiuitatibus non conceditur ecclesiastica sepultura,secundum Ioan.And.sed Ioan. Cal.dicit contrarium, licèt secum non habeat aliquem Doctorem.
147 † Sexagesimotertio, in dictis festiuitatibus, dies sumi debet à vesperis vigiliæ,vsque ad vesperas festi,ita ꝙ completorium cantari non potest,licèt aliqui contradicant, ꝙ scilicet cantari possit. Sed prima verior & securior,& ideo seruanda est, vt nota. in
148dicto c.alius.quasi ad fi. † Sexagesimoquarto non possunt in ecclesia vel cimiterio sepeliri corpora defunctorum,de pœni. & remissio.c.quod in te.in prin.& de priuileg.c.vt priuilegia.in prin. exceptis clericis, qui seruauerunt interdictum, qui possunt sine campanarum pulsatione, cessantibus omnibus solennitatibus publicis cum silẽtio sepeliri,de pę.& re.c.credimus.& d c. quod
149in te.eo.titu.† Sexagesimoquintò, siue sepeliantur in cimiterio benedicto,sine extra cimiterium, vbicunque, dummodo cum officio,violatur interdictum. Si autem sepeliatur defunctus extra ecclesiam,& extra cimiterium sine officio, non violatur in-
150terdictum.† Sexagesimosextò,non potest laicus, etiam non interdictus,tempore interdicti sepeliri in ecclesia, vel cimiterio, cum ecclesiarum officio, sub silentio, etiam cessantibus omnibus solennitatibus.† Sexagemoseptimò priuilegiati,super audi-
151tione diuinorum, & perceptione sacramentorum post decreti alma,possunt in cimiterio sepeliri. quod est verum cessantibus solennitatibns,vt supra in clericis dictum est,si autem priuilegiatus est super auditione diuinorum tantum, tunc est dubium an possit sepeliri in cimiterio.& prædicta vera sunt,nisi plus in eo-
152rum priuilegio contineretur.† Sexagesimooctauò sepultus extra cimiterium tempore interdicti,relaxato interdicto, potest in cimiterio sepeliri,si tempore mortis signa contritionis apparuerint. interdicti & non interdicti,in loco interdicto sepulti in cimiterio,relaxato interdicto non exhumantur,nisi fuerint pę-
153nitentes.† Sexagesimonono, laici sepelientes defunctum tempore interdicti in cimiterio sine officio clericorum,sunt excommunicati secundum quosdam,licèt alij dicant ꝙ sic possunt tan
154tum arbitrariè puniri.† Septuagesimo, clerici, qui dicunt officium sepulturæ super funus,licèt postea non tradant illud sepul
155 turæ,sunt excommunicati,de sepul.c.eos qui.in clem.† Septuagesimoprimo, cooperientes in sepulturis, tempore interdicti, sunt excommunicati, sicut aperientes sepulchrum, foueam facientes,mandantes prædicta fieri,& qui possunt prohibere,& nõ prohibent: sed non portantes crucem vel cereos, vel associan-
156 tes.† Septuagesimosecundo,non itur per clericos ad letanias tẽ-
157 pore interdicti.† Septuagesimotertio,nouitij,tempore interdicti, possunt in suis ecclesijs audire diuina officia ianuis tamen
158 clausis.† Septuagesimoquarto, priuilegiati post decre. alma, ꝙ possint recipere suos proximos,vel alios ad diuina officia audiẽdum,si non dederint causam interdicto, non possunt admitte-
159 re excommunicatos,seu nominatim interdictos.† Septuagesimoquinto,quatuor festiuitates,in quibus interdicti tempore licet celebrare,sunt Natiuitas Domini nostri Iesu Christi,Paschа eius resurrectionis Pentecostes,& Assumptio glorioſissimę Virginis Mariæ,& tunc possunt campanæ pulsari,ianuis apertis,altaque voce diuina officia solenniter celebrari, excommunicatis prorsus exclusis,sed interdictis admissis.Illi tamen,propter quorum excessum,interdictum huiusmodi prolatum est,altari nul-
160 latenus appropinquent.† Septuagesimosexto,qui non seruat interdictum, est ineligibilis, nec potest osculari, & est irregularis & suspensus,nec potest excommunicare,nec beneficia conferre.de postul.c.j.in gloss.per sententiam.
161 † Septuagesimoseptimo,an episcopus possit suspendere interdictum,variæ sunt opi. vide extra de appel. c. ad hoc quoniam. & quod ibi not.

TRACTATVS
REVERENDI PATRIS
Domini Franciſci de Platea, de excommunicatione.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationem maiorem incurrit gerens se pro Papa, nisi à duabus partibus Cardinalium electus sit.*
2 *Excommunicationem incurrit maiorem episcopus Græcus non obediens Latino,per quem deputatus fuit.*
Episcopus ꝙ debeat constituere vnum vicarium, qui celebret diuina secundum ritum populi diuersarum linguarum,quem in sua ciuitate,habet,quo modo intelligatur.
3 *Clerici dignitatem habentes,leges & physicam audientes,nisi infra duos menses cessauerint,excommunicati sunt.*
4 *Clerici vsurarijs domos locantes ad fœnus exercendum, excommunicati sunt.*
Quid de prælatis maioribus.
Quid de collegio,vel vniuersitate.
Quid de laicis.
5 *Excommunicationem maiorem incurrunt clerici sepelientes tempore interdicti corpora defunctorum,vel vsurarios,vel excommunicatos,vel interdictos sepelientes.*
6 *Excommunicationem incurrunt clerici religiosi, vel moniales matrimonium scienter contrahentes.*
7 *Excommunicatus est clericus, habens officium seculare, nisi id deponat.*
8 *Excommunicati sunt clerici inducentes aliquem ad eligendum sepulturas in suis ecclesijs,vel vt electam non mutent.*
9 *Excommunicati sunt clerici scienter sepelientes hæreticos,credentes receptatores & eorum fautores.*
10 *Excommunicati sunt sacerdotes absoluentes aliquem ab excommunicationibus decem factis per Eugenium Papam IIII.*
11 *Excommunicati sunt clerici,procurantes vsurpare custodiam ecclesiarum vacantium,in quibus instituti sunt.*

Source : BIU Cujas

Io. Fran. de Pla. De excommun.

¶ Excommunicatio prima contra ecclesiasticas personas. §. j.

1 QVæro, qui sint casus maioris excommunicationis contra personas ecclesiasticas? Respondeo primò contra Monarcham totius ecclesiæ, idest Papam. Quicunque gerit se pro Papa non electus à duabus partibus Cardinalium cum omnibus sibi consentientibus, extra de electio. c. licet, secundum Ricar. in 4. vide infra excommunicatio. 2. §. 1. † Episcopus Græcus non obediens episcopo
2 Latino, per quem fuit deputatus, extrà de officio ordi. cap. quoniam, secundum Asten. in Sum. lib. 7. titu. 2. Notandum, quòd in d. cap. quoniam, dicitur quòd si in vna ciuitate sint plures populi diuersarum linguarum, quòd episcopus potest constituere vnum pontificem catholicum sibi vicarium qui eis secundum ritum eorum diuina celebret officia, & ecclesiastica ministret sacramenta, instruendo eos verbo pariter & exemplo, qui per omnia debet obedire Pontifici eum constituenti suum vicarium, aliàs incidit in excommunicationem glo. exemplificat in Græcis & Latinis, qui sub vna fide habent diuersos ritus, non tamen si sit fidei contrarius ritus. Vide infra, excommunicatio.
3 secunda. §. secundo † Decani Archid. Præpositi, cantores, plebani, & alij quicunque clerici personatus, idest dignitatem ecclesiasticam habentes, aut etiam quicunque presbyteri audiunt leges vel physicam, nisi infra duos menses destiterint, extra ne cle. vel mo. c. super specu. secundum Ricar. vide infra excommunicatio
4 2. §. 3. † Clerici, qui manifestis vsurarijs alienigenis ad fœnus exercendum domum locant, vel alio titulo concedunt. extra de vsu. c. vsurarum voraginem, lib. 6. Maiores verò prælati, qui eos conducunt, vel habitare permittunt in terris suis, vel domos locant, sunt suspensi. Si verò collegium, vel vniuersitas clericorum incurrunt interdictum, si talem sententiam per mensem sustinuerint. Si verò sunt laici, debent per ecclesiasticam censuram compelli, non autem intelligas hanc constitutionẽ generaliter de vniuersitate, vel collegio laicorum, quòd sint interdicti, & quòd si sint singulares personæ laicorum, quod sint excommunicati propter periculum interdicti, secundum Ioan. And. aliàs tota Italia esset interdicta, licèt Ricar. in 4. distin. 18. quæst. 5. generaliter intelligit de vtraque vniuersitate scilicet, tam laicorum quàm clericorum. vide infra, excommunica. 2. §.
5 4. † Clerici & quicunque alij, qui in cimiterijs sepeliunt corpora defunctorum tempore interdicti in casibus non concessis à iure, vel qui excommunicatos publicè, aut nominatim interdictos, vel vsurarios manifestos scienter sepeliunt, à qua excommunicatione non debent absolui, nisi prius ad arbitrium diœcesani satisfecerint eis, quibus promissa fuerit iniuria irrogata, non obstante aliquo priuilegio. extra de sepul. c. eos, in clem. vide infra excommunicatio. 2. §. 5. † Clerici & religiosi & monia
6 les in sacris scienter contrahentes matrimonium, sunt ipso facto excommunicati, vt in c. eos, de consag. & as. in cle. tamen in clerico in sacris & religioso, & monacha contrahentibus non potest cadere ignorantia, secundum glo. sed intelligitur in alijs casibus. vide infra excommun. 2 §. 7. † Clericus habens officium
7 vicecomitis vel præpositi secularis si admonitus legitimè non respuerit. extra ne cle. vel mo. c. clericis. in tex. & in glo. & secundum Asten. lib. 7. titu. 2. ver. 75. vide infra excom. 2. §. 5. † Clerici
8 seculares & religiosi, qui inducunt ad vouendum vel iurandum vel promittendum, vt sepulturas apud ecclesias suas eligant, vel electam non mutent, vt in clem. c. cupientes, de pœnis. vide infra de pugnatoribus sepulturæ, ver. 3. vide infra, excommunicatio. 2. §. 21. † Clerici, qui hereticos credentes receptores, defensores
9 vel fautores eorum scienter traderent ecclesiasticæ sepulturæ, extra de hær. c. quicunque, lib. 6. vide excom. 2. §. 25. & 28. vide infra. §. 7. ver. 4. † Sacerdotes absoluere ab excommunicationibus
10 per processum Eugenij IIII. promulgatis qui continet 10. excõmunicationes. Primò excommunicat omnes hæreticos, quocunq; noïe censeant̃, Secundò illos hereticos, q. Viocleſistæ vocantur, & omnes eis adhærentes, fautores seu receptores vel defensores eorum. Item omnes, qui dant eis, arma, equos, plumbum, lignamina, sal, oleum, vinum, & omnia victualia, & omnia quæcunque ad vsum hominum pertinentia, aut alia quæcũque præsidia publicè vel occultè per se, vel per alium. Tertiò falsarios bullarum apostolicarum vel supplicationum. Quartò illos, qui equos, arma, ferrum, lignamina, & alia prohibita deferunt Saracenis. Quintò impedientes ne victualia deferantur ad curiam Romanam. Sextò inuadentes euntes & redeuntes ad eandem apostolicam. Septimò omnes illos, qui in terris suis noua pedagia imponunt. Octauo omnes, qui offendunt in persona, aut bonis, eos qui habent aliquam causam in curia, vel eorum procuratores. Nono omnes lædentes Romipetas euntes vel redeuntes gratia deuotionis Romã. Decimò omnes inuadentes hostiliter terras ecclesiæ vel detinentes per se vel per alium. Et in fine dicit. De quibus sententijs nullus per alium quàm per Romanum Pontificem, nisi duntaxat mortis articulo constitutus possit absolui, videlicet etiam tunc nisi de standō sanctæ ecclesiæ mandatis satisfactione vel sufficienti cautione præstitis. Illos autem cuiuscunque fuerint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, & si pontificali, aut alia quauis dignitate præditos qui contra tenorem præsentium talibus absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserint excommunicationis & anathematis sententia innodamus, eisque prædicationis lectionis administrationis sacramentorum & audiendi confessiones officia interdicimus. Item dicit, ꝙ nullus ꝓtest ignorantiam prætendere vel excusationem allegare, cũ
11 non sit verisimile quo ad ipsos, remanere incognitum, uel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur † Clerici, qui procurant usurpare custodiam uacantium ecclesiarum, in quibus sunt instituti, ut infra §. 4. uer. 5.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati sunt religiosi claustrum exeuntes ad audiendam physicam vel leges.*
2 *Idem in religiosis habitum dimittentibus.*
3 *Idem in religiosis religionum abolitarum ad suum ordinem aliquem recipientibus, vel locum acquirentibus aliquem, vel alienantibus sine licentia Papæ & num. seq.*
5 *Excommunicati sunt religiosi, qui in prædicatione aliqua verba dicant vt audientes à decimarum solutionem detrahant.*
6 *Idem in religiosis non facientibus conscientiam confitentibus de decimis soluendis.*
Quid de prædicatoribus de decimis non prædicantibus, cum requisiti sint.
7 *Excommunicati sunt religiosi vsurpantes decimas ecclesijs debitas, aut eas ecclesijs solui non permittentes, &c.*
8 *Excommunicati sunt nouarum religionum inuentores, vel earum habitum sine licentia Papæ susci pientes.*
9 *Excommunicati sunt religiosi, si non seruant interdictum, quod seruat ecclesia cathedralis.*
Idem si non seruant interdicta, vel cessationes à diuinis indictas per Concilia prouincialia.
10 *Excommunicati sunt fratres Minores, qui tempore interdicti fratres vel sorores de tertio ordine ad diuina recipiunt.*
11 *Excommunicati sunt monachi ad curias Principum euntes sine licentia prælatorum suorum.*
12 *Idem in monachis intra septa sui monasterij arma tenentibus.*
13 *Excommunicati sunt beginæ, & qui eas fouent.*
Beginæ, quæ sint.
14 *Excommunicati sunt religiosi absque licentia sacerdotis proprij solemnizantes matrimonia, aut ministrantes sacramenta.*
15 *Excommunicati sunt religiosi absoluentes aliquos à canone, vel à sententijs per statuta prouincialia prolatis, vel à pœna & à culpa, vel à processu Eugenij, iiij.*
16 *Excommunicati sunt religiosi aliquem inducentes ad eligendum apud eos sepulturam.*
17 *Et sepelientes in cimiterijs interdicti tempore, aut sepelientes excommunicatos, vsurarios manifestos, aut nominatim interdictos.*
18 *Excommunicati sunt religiosi matrimonium contrahentes.*
19 *Et sepelientes hæreticos.*
20 *Excommunicati sunt religiosi mendicantes ad monachalem ordinem transeuntes, & à quo absolui possint.*
21 *Excommunicati sunt religiosi vsurpantes custodiam patronatum & titulum aduocationis ecclesiæ vacantis, in quibus residunt.*
22 *Excommunicati sunt Abbates & Priores, etiam correctionis causa verberari facientes clericum per laicum.*

¶ Contra religiosos. §. 2.

1 PRimò religiosi, † qui exeunt claustrum suum ad audiendum phisicam uel leges, nisi ꝑ. duos menses redierint, ne cle. uel mo. c. non magnopere, & c. super Specu. Itẽ religiosi religionis probatæ tacitè uel expressè professi, qui uadunt ad quæuis studia sine licentia sui prælati data cum consilio maioris partis conuentus, in c. ut periculosa. extra ne cle. uel mo. li. 6. Vide infra excom. 2. §. 8. † Item religiosi professi,
2 qui temere ubicunque habitũ suę religionis dimiserint in scholis uel alibi. d. c. ut periculosa. item Doc. qui eos docent. uide ꝑ. excom. 2. §. 9. † Religiosi religionum mendicantium abolitarũ
3 deinceps aliquem ad suum ordinem recipientes, uel locum seu domum de nouo acquirentes, uel loca cęteraque bona acquisita absque licentia Papæ alienantes, in c. religionum diuersitates de rel. do. li. 6. fin Ric. in 4. & Asten. in Sũ. li. 6. ti. 2. uer. 53. Ab hoc aũt statuto excipiuntur in d. c. religionum, quatuor ordines prædicatorum, Minorum, Carmelitarũ, & hęremitarũ uide ꝑ. excõ.
4 2. §. 10. † Religiosi mẽdicãtes religionum approbarũ, qui domos ad habitandũ uel loca de nouo reciperẽt sine lnĩa sedis Apl̃icę

uel

Source : BIU Cujas

vel recepta mutarent,ſeu alienarent, in clemen.cupientes, de
5 pœnis,uide infra excō.ij.§.11.† Religioſi,q dicunt aliqua uerba
in prædicatione uel alibi,ut retrahāt audientes a ſolutione de-
6 cimarum,in d.c.cupientes. vide excom.ij.§.12.† Religioſi, qui
confitentibus ſibi non faciunt conſcientiam de deci.ſoluendis
& prædicatores,qui non prædicant cum fuerint requiſiti, ſunt
ſuſpenſi a prædictis officiis, donec ſi commodè poſſunt eis cō-
ſcientiam faciunt.Et ſi interim prædicant,ſunt excōicati.d.cap.
cupientes,& ſpecialiter tenentur prædicare in prima Domini-
ca Quadrageſimæ & quarta & vltima,& ī feſto Aſsēſionis Dñi,
& Pēte.& Natiuitatis Dñi,& beati Ioā. Baptiſtæ & Aſſumptio-
nis & Natiuitatis beatę Mariæ, cum fuerint requiſiti. vide infra
7 exc.ij.§.13.† Religioſi qui decimas eccleſiæ debitas ſibi appro-
priant,& uſurpant, ſiue qui nō ꝓmittūt ſolui eccleſiis decimas
de animalibus familiarum, & paſtorum ſuorum, vel aliorum
immiſcentium ipſa animalia gregib. eorum, vel de animalib.
quæ in fraudib.eccleſiarū emunt,empta tradunt venditoribus,
vel aliis tenenda,ſeu q nō permittūt, vel prohibent ſolui deci-
mas eccleſiis de terris,quas tradunt aliis colendas, niſi requiſiti
deſtiterunt intra menſem, aut ſi de his quæ vſurpauerūt ꝯ præ-
miſſa non ſatisfecerint dānificatis eccleſiis.ſ.duos menſes ſunt
ſuſpenſi ab adminiſtrationib.& beneficiis ſuis,ꝙ ſi non habent
adminiſtrationē & beneficia ipſo facto excommunicationem
incurrunt,in cle.religioſi, de decim.c.reli. Vide.ſ.excōicatio.ij.
8 §.14.† Item inuentores nouarum religionum,vel capiētes ha-
bitum ipſarum ſine ſpeciali licentia ſedis Apoſtolicæ in extra-
uaganti Ioan. XXI.quæ incipit Sancta Romana eccleſia. Vide
9 infra excom.ij.§.16.† Religioſi tam exempti q̄ non exempti,
qui viderint vel ſciuerint cathedralem vel matricem, ideſt ba-
ptiſmalem loci eccleſiā ſeruare interdictum quod cunq; poſi-
tum auctoritate ſedis Apoſtolicæ vel ordinariorum debent &
ipſi ſeruare:alioquin non ſeruantes incurrunt excommunica-
tionem ipſo facto.Idem etiam interdicto & ceſſationibus a di-
uinis per ſtatuta prouincialium Conciliorum vel ipſorum au-
ctoritate factis. Idem in generalibus ceſſationibus a diuinis ci-
uitatum,terrarum,vel aliorum locorū,quos aliquādo ex con-
ſuetudine, vel aliter canonica,collegia, vel conuentus ſecula-
rum eccleſiarum, aut regularium ſibi uendicant,& quando vt
permittitur cathedralis, vel matrix eccleſia obſeruat eas, non
obſtantib.qbuſcunq; appellationib.ad ſedē Apoſtolicā & aliis
obiectionib.qbuſcūq; in cle.j.de ſen.exc.uide. ſ.excom.ij.§.15.
10 † Fratres Minores,q tēpore interdicti recipiūt ad diuina fratres
vel ſorores de tertio ordine, qui continentes vocantur, extra
de ſenten.excom.c.cum ex eo. in cle.& eſt papalis,ſed datur li
cētia ordinariis, vel epiſcopis,ut ſatisfactione præmiſſa eos au-
ctoritate Apoſtolica abſoluant. Vide infra, excommuni.ij.§.16.
11 † Monachi & Canonici regulares adminiſtrationem aliquam
non habentes,ad curias Principum ſine ſpeciali licentia ſuorū
prælatorum ire non debēt,& ſi vt ſuis prælatis, aut monaſterio
damnum aliquod inferant,ad dictas curias ſe transferunt, ſunt
excommunicati,vt in cle.ne in agro,de ſtatu mo.vide infra ex-
12 com.ij.§.17.† Monachi infra ſepta monaſteriorum ſuorum te-
nentes arma ſine licētia ſuorum abbatum.d.c. ne in agro. vide
13 infra excom.ij.§.18.† Mulieres, quæ beginæ vocantur, & reli-
gioſi qui eas fouent in illo ſtatu, beginæ erant quæ aſſumentes
certum habitum nulli promittentes obedientiam, nec renun-
tiantes propriis,nec regulam habentes, quibuſdam religioſis
adhærebant & diſputabāt de fide catholica,de Trinitate, de ſa-
cramentis,& multas hæreſes habebant,lib.j.de relig.do. tamen
vt dicit glo.nō loquitur de illis de tertio ordine beati Franciſci,
14 cum habeant regulam approbatam a Nicolao Papa.iij.† Reli-
gioſi qnicunque,qui abſque licentia proprii ſacerdotis ſolēni-
zarent matrimonia,ideſt ſolenniter benedicerēt, aut miniſtra-
rent ſacramenta Euchariſtiæ, vel extremę vnctionis, vt in cle.
15 religi.de priuile. Vide infra excom.ij.§.19.† Religioſi, qui excō-
municatus a canone abſoluunt, præter quàm in caſibus a iure
expreſſis,vel per priuilegia a ſede Apoſtolica eiſdem conceſſis,
vel qui abſoluitur a ſentētiis per ſtatuta prouincialia, aut ſyno-
dalia promulgatis, uel qui abſoluerent a pœna & culpa, vt di-
cto c.religioſi.Item qui abſoluerent a proceſſu Eugenii IIII.de
quo dictum eſt ſupra de clericis ſecularibus. Vide excommu.
16 ij.§.20.† Religioſi inducentes aliquem ad uouendum, iuran-
dum,uel promittendum de eligendo apud eos ſepulturam, vel
iam electam,ulterius non mutent,in cle.cupientes, de pœnis.
17 Vide infra excommuni.ij.§.21.† Religioſi, qui tempore inter-
dicti ſepelirent corpora in cimiteriis,aut ſepelirent publicè ex-
communicatos uſurarios manifeſtos, aut nominatim interdi-
ctos, vt dictum eſt ſupra de clericis ſecularibus. Vide infra, ex-
communicatio. ſecunda §. 25. † Religioſi contrahentes ma-
18 trimonium, vt dictum eſt ſupra de clericis ſecularibus. & in-
telligitur ſecundum gloſſ. de profeſſis profeſſione tacita uel
expreſſa in vna de regulis approbatis. extra de conſanguini. &
affinitate capitu.eos, uel de uoto.capitu.primo,libro ſexto. Vi-
19 de infra,excommu.ij.§.6.† Religioſi,qui tradunt hæreticos ec-
cleſiaſticæ ſepulturæ, ut dictum eſt ſupra de clericis ſecularib.
20 †Religioſi mendicantes profeſſi, qui tranſeunt ad aliquem or-
dinem monachalem, excepto Cartuſienſi, & recipientes tales
ſcienter,eſt Papalis,excepto in articulo mortis.Similiter incur-
runt ſi tranſeunt ad ordinem Canonicorum regularium per
21 conſtitutionem Martini V.Conſtantiæ factam.† Religioſi,qui
procurant vſurpari per aliquem patronatum,cuſtodiam,ſeu ti-
tulum aduocationis,vel defenſionis alicuius vacantis eccleſiæ,
in quibus reſident,vel monaſterij,vel piorum locorum, vel bo
na ipſorum locorum vacantium,vel collectam, quæ fit ratio-
ne legis,vel Imperatoribus ſeu tributum regi debitum,extra de
22 electione,generali,lib.6. vide ſ.§.4.ver.5.† Abbas vel prior etiā
cauſa correctionis monachum vel clericum verberari faciēs,
per laicum eſt excommunicatus tam præcipiens quàm verbe-
rans,ſi aliter ſit corrigibilis.extra de ſen.excom.vniuerſitatis,&
appellatione laici comprehenditur conuerſus,ſecundū Archi.
& Anto.de Bu.dicto c.vniuerſitatis.45.§.diſt.in prin.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati ſunt in hæreſim damnatam incidentes vel nouam inuenētes,& qui aliter ſentit de ſacramentis eccleſiæ uel articulis fidei quàm ſentiat Ro.eccleſia,& hæreti.receptatores & fautores.*
2 *Excommunicati ſunt iudices ſeculares de hęreſi cognoſcentes vel inquiſitorum officium impedientes.*
3 *Excommunicati ſunt inquiſitores contra conſcientiam contra aliquem hæreticum inquirere omittentes.*
4 *Excommunicati ſunt inquiſitores aliquid illicitum extorquentes, & à quibus abſolui poſſint.*
5 *Excommunicati ſunt,qui per aſſaſſinos aliquem occidere faciunt. Aſſaſſini qui dicantur.*
6 *Excommunicati ſunt,qui aliqua ad vſum neceſſaria hæreticis adminiſtrant.*
7 *Et portantes arma ad impugnandum contra Chriſtianos, & eis vendentes galeas vel naues, & ſe in piraticis nauibus exercentes.*
8 *Excommunicati ſunt ordinati ad ordines per ſcifmaticos, vel beneficia ab eis recipientes,& alienationes ab eis facte ſunt inanes.*

¶ Contra impugnatores fidei.§.3.

1 **Quicunque** † Incidit in hæreſim iam damnatam, vel nouam adinuenit.24.quæſt.j.c.j.& 2.& 3. Item quicunque de ſacramentis eccleſ.vel articulis fidei aliter ſentit, vel docet quam ſancta Rom.eccle. prædicta & obſeruat,de hære.cap.abolendam. Item quicunque per Romanā eccle.vel per epiſcopos cum conſilio clericorum,vel per ipſos clericos vacante ſede cum conſilio, ſi oportuerit vicinorum epiſcoporum tanquam hære.ſunt damnati, & ſunt excommunicati, vt notatur d.cap. ad abolendam. Et generaliter omnes hæretici, quocunque nomine cenſeantur, de hære.ca.excommunicamus. Item omnes credentes, receptatores, defenſores & fautores eorum,vt in d.cap.excommunicamus.§.credentes, & c.nouerit, de ſenten.excommu. & eſt facta papalis per ꝓceſſum annalem curiæ ſpecialiter Eugenij IIII.Itē quicunque prę ſumpſerit, prædictos eccleſiaſticæ ſepulturæ tradere. vide infra
2 §.contra impugnatores ſepulturæ, & excommu.2.§.22.† Qui-cunque rector ſecularis, vel quicunque officialis eius cognoſceret de crimine hæreſis, cum ad ſeculares non pertineat, aut captos liberaret, vel epiſcoporum vel inquiſitorum officium impediret. extra de hæreti. cap.vt inquiſitionis. libr. 6. vide ex-
3 commu.2.§.23.† Inquiſitores hæreticorum, qui odio, gratia, vel amore contra conſcientiam omiſerint contra quempiam procedere, vel ipſam hæreſim alicui imponerent, quod impe-diat officium ſuum, vt in cap. multorum, in fine. de hæreti. in
4 clem. vide excom.2.§.24.† Inquiſitores inquiſitorum, qui præ-textu officij inquiſitionis quouis modo illicito extorquent pe-cuniam, vel ſcienter bona eccleſiarum ob delicta clericorum etiam ſi fiſco eccleſiæ applicarent, nec poſſunt abſolui, niſi in mortis articulo,donec illis,qbus extorſerint, plenè ſatisfaciant de pecunia,nullis priuilegijs pactis aut remiſſionibus ſuper hoc valituris,extra de hæreti.nolentes.in clemen. Vide infra, excō-
5 municatio.2.§.25. † Qui per aſſaſſinos quemquam Chriſtia-num interfecerit,iubet vel mandauerit,etiam ſi mors non fue-rit ſecuta,vel aſſaſſinos defenderit,vel occultauerit.extra de ho micid.cap.pro humani.libr.6.Aſſaſſini fuerunt quidam infide-les, qui ex quibuſdam erroribus de facili nitebantur Chriſtia-nos occidere, ſecundum Ricard. in 4. vide excommunicatio.
6 2.§.26. † Omnes & ſinguli cuiuſcunque ſtatus, gradus, præe-minentiæ, aut conditionis exiſtant, etiam ſi Pontificali, Re-gali, aut quauis eccleſiaſtica, vel mundana fulgeant dignita-te, qui perfidis hæreticis & Vioclefiſtis arma, equos, plum-bum,lignamina, ſal, oleum, vinum, victualia & omnia quæ-cunque ad vſum hominum pertinentia, aut quæuis alia præſi-dia publicè vel occultè ſubminiſtrent, ac per ſe vel per ſubdi-tos afferri faciunt vel permittunt, cum quibus ipſi Vioclefi-ſtæ Chriſti fideles & catholicos quomodolibet impugnare ſeu offendere poſſent,necnon omnes & ſingulos eorundem hęre-ticorū,& Vioclefiſtarū adhærentes,fautores,defenſores,& re-

Source : BIU Cujas

ceptatores cuiuſcunque ſtatus, nobilitatis, excellentiæ, vel conditionis exiſtant, etiam ſi Pontificali, Regali, Reginali, aut quauis eccleſiaſtica, uel ſeculari ſint prædicti dignitate ac conſentiẽtes & præſtantes eiſdem in præmiſſis quocunq; uel qualitercunque auxilium, conſilium, uel fauorem, ſunt excommunicati per proceſſum Eugenij IIII.† Portantes ferrum, arma, lignamina ne
7 ceſſaria ad impugnandum Chriſtianos. Itẽ uendentes eis galeas uel naues, & qui in piraticis Saracenorum nauibus gubernationem exercent, aut machinis, aut quibuſlibet alijs impẽdunt cõſilium, auxilium, & fauorẽ, in diſpendium terræ ſanctæ, nec poſſunt abſolui, niſi totum lucrum ex tam damnato mercimonio fecerint, & tantundem de ſuo in ſubſidium terrę ſanctę tranſmiſerint, uel alia pęna puniantur, ſi fuerint non ſoluendo. extra de iudęis. ita quorundam, & c. ad liberandam, & eſt Papalis p proceſſum curiæ & ſpãliter Eugenij IIII. qui addit equos, & alia prohibita quibus Chriſtianos impugnant, & p extrauagantẽ Nicolai 4. quæ incipit, Olim. qui ſtatuit, & innouauit, ꝙ nullus arma, equos, ferrum, ſignamina, uictualia, & alia quęcunq; mercimonia in Alexandriam, uel alia loca Saracenorum terræ Aegipti deferre, uel mittere audeat, ſeu de ſuis portubus, ut eis deferãtur extrahere, uel extrahi ꝑmittere, aut eis conſilium, auxilium, uel fauorẽ præſtare, aliter ſunt excõicati ipſo facto, nec poſſunt abſolui, niſi tantum dę bonis proprijs in terrę ſanctę ſubſidium cõuertẽdum exoluerint, quantum ad partes prædictas detulerint, uel miſerint, aut deferri, uel de ipſorum portubus deferẽdum eis extrahi ꝑmiſerint, & ſimiliter ſtatuit de terris ſoldano ſubiectis. Quę extrauagans licet fuerit reuocata p proęmium ſexti, tñ poſt ſextum infra annum Papa Bonifacius innouauit in quadã extrauaganti, quæ incipit, Contra illos. poſt hęc Clemẽs V. etiã innouauit & Papę abſolutionẽ, pręter quàm in articulo mortis reſeruauit, in extrauaganti quę incipit, multa. Vide excõicatio.
8 2.§.28 † Ordinati ad ordines p ſciſmaticos, uel accipiẽtes ab eis eccleſiaſticas dignitates, uel bñficia. Itẽ alienationes factę ab eis, uel mediantibus laicis, ſunt inanes, & ad eccleſias ſine onere reuerti debẽt, & contra faciẽtes ſunt excõicati, extra de ſciſmaticis. c. 1. Et gñaliter oẽs ſciſmatici, & ſpãliter ſequẽtes damnatum ſciſma Petri de Luna & ſucceſſorum eius, & fautorum, ſunt excommunicati excommunicatione Papali p proceſſum annuale curię. Vide excom. 2.§.27.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus eſt papaliter, dicens Romanam eccleſiam non eſſe aliarum caput.*
2 *Et qui eccleſiam, vel locum religioſum incendit, vel frangit.*
3 *Quid de incendiarijs aliarum rerum, quàm eccleſiarum.*
4 *Excõicati ſunt ſtatuentes contra eccleſiaſticam libertatem, & qui ſtatuta obſeruari fecerunt, & eorum ſcriptores, & qui ſecundum ea indicauerũt.*
5 *Et qui eccleſiarum vacantium, vel locorum piorum cuſtodiam vſurpant.*
6 *Excommunicati ſunt omnes violentiam inferentes Romipetis.*
7 *Excommunicati ſunt literas Papæ falſificantes & eis vtentes.*
8 *Excommunicati ſunt oppugnantes literas Papæ factas ante eius incoronationem.*
9 *Et cardinalium inſecutores, & qui non fecerint obſeruare quæ contra eos ſtatuuntur. & infra nu. 10.*
11 *Excõicati ſunt epiſcoporum inſecutores, & eis iniuriam inferentes.*
12 *Excommunicati ſunt rectores ſiue licentia Papæ clericis grauamina imponentes.*
13 *Et compellentes eccleſiaſticas perſonas ad ſe laicis ſubmittendum, & bona eccleſiarum alienandum.*
14 *Excommunicati ſunt, qui à clericis datium exigunt de his, quæ non cauſa negotiationis deferunt.*
15 *Excommunicati ſunt, qui interdicunt ne perſonis eccleſiaſticis neceſſaria ſubminiſtrentur.*
16 *Excommunicatus eſt injiciens manus violentas in clericum religioſum, vel conuerſum.*
17 *Excommunicati ſunt impedientes victualia, ſeu alia ad vſum Romanæ curię neceſſaria deferri.*
18 *Excommunicati ſunt vſurpantes & detinentes loca Romanæ eccleſiæ ſubiecta, quæ enumerantur hic.*
19 *Excommunicati ſunt omnes vim inferentes euntibus ad Romanam eccleſiã pro eorum cauſis.*
20 *Excommunicati ſunt recipientes ex pacto aliquid, vel promittentes pro aliqua gratia, vel literis obtinendis.*
21 *Abſolui nõ poſſunt ẽt à pœnitẽtiario cũtes ad terrã ſctãm ſine licẽtia Papæ.*
22 *Excommunicati ſunt laici in curia Romana literas aliter quàm à cancellario obtinentes, vel à Papa, vel à bullatoribus.*
Quid de clericis.
23 *Excõicati ſunt violentiam inferentes illis, qui excõicauerunt, aut ſuſpenderunt, aut interdixerunt Reges vel Principes.*
24 *Excõicati ſunt repreſaliras concedentes contra perſonas eccleſiaſticas.*
25 *Excõicati ſunt impedientes officium iudicis delegati, vel impetratoris literarum Domini Papæ ſuper cauſis ad forum eccleſiaſticum pertinentibus.*
26 *Excommunicati ſunt domini temporales clericos ſua beneficia reſignare cõpellentes.*

Contra impugnatores eccleſiæ & miniſtrorum eius. §. 4.

1 QVi† dicit Romanam eccleſiam non eſſe caput omniũ eccleſiarum, nec ei tanq̃ capiti obediendum. 19. diſt. c. nulli fas. & ſm glo. talis eſt hæreticus, & excõmunicatus excõicatione Papali per proceſſum curiæ, vt §.
2 §.3. ver. j.† Qui incendit, vel frãgit eccleſiam, vel locum religioſum, vel quæ in eis ſunt, ante denunciationem ab eꝑo, poſt denunciationem à ſolo Papa. extra de ſen. excõ. c. conqueſti, & c.
3 tua nos. Vide excõicatio. 2.§.29.† Incendiarij aliarum rerum q̃ eccleſiarum ſi excõicentur, vel denuncientur excõicanti, à ſolo
4 Papa abſoluunt̃. d. c. tua nos. vide j̃. exc. 2.§.29.† Omnes, qui fecerint ſtatuta ꝓ libertatem eccleſiæ, & conſuetudines, & qui iam facta fecerint obſeruari, & qui ea de libris non aboleuerint. Itẽ ſcriptores eorum prãtes, conſules & rectores, & conſiliarij locorum, vbi hmõi ſtatuta edita fuerint. Item qui ſm ea iudicare præſumpſerint, vel in publicam formam redegerint publicata.
5 extra de ſen. excõ. c. nouerit. c. grauem. Vide excõ. 2.§.30.† Quicunq; de nouo vſurpant cuſtodiam vacantium eccleſiarũ, vel monaſteriorum, vel aliorum piorũ locorum. puta hoſpitaliũ, & occupant bona ipſorum, & clerici. & aliæ perſonæ eorundẽ locorum, qui fieri hoc procurant, extra de ele. c. gñali, lib. 6. Vi-
6 de j̃. excom. 2.§.31.† Omnes mutilantes, vulnerantes, & interficientes, ſeu detinentes, & capiẽtes, ſeu deprędantes Romipetas. & peregrinos Romam cauſa deuotionis, & peregrinationis accedentes, & in ea morantes & recedentes ab ipſa & in his dantes auxilium, conſiliũ, & fauorem, eorumq; bona confiſcamus, vt in proceſſu annuali curiæ, & ſpecialiter Eugeni. 4. in quo nedum ſtatuitur de Romipetis ſpecialiter, ſed generaliter ẽt. Vnde dr̃. Item excõicamus & anathematizamus omnes illos, q ad ſedem Apoſtolicam venientes, & recedentes ab eadem, necnon illos, qui iuriſdictionem ordinariam, vel delegatã aliquam nõ habentes in eadem curia manentes temeritate propria capiũt, ſpoliant, & detinent, aut ex propoſito deliberato verberare, mutilare, vel interficere præſumũt, & qui talia fieri faciunt, ſeu mã-
7 dant.† Falſificantes literas dñi Papæ, vel falſis literis ſcienter vtẽtib. extra de fal. c. ad falſariorum. & c. dura & eſt papalis p proceſſum curiæ annualem, & ſpecialiter Eugenij 4. vbi dr̃. Item excõicamus & anathematizamus omnes falſarios bullarum, ſeu literarum Apoſtolicarum & ſupplicationũ gratiam ſeu iuſtitiã continentium per ſummum Pontificẽ, vel vicecancellariũ, ſeu gerentes vices, aut officiũ vicecellarij ſanctę Rom. eccle. de mãdato eiuſdem ſummi Pontif. ſignatarum, aut ſub nõe eiuſdem ſummi Ponti. ſeu vicecancellarij, aut gerentis officiũ ꝓdictum ſignantes ſupplicationes eaſdẽ, & nedum falſificantes, ſed appo
8 nentes manũ ad corrigendũ ẽt vnã literam, vel vnum pũctum in literis papalibus, exceptis his quib. hoc ꝙmiſſum, ſm Hoſt. p ſententiam latam in curia, vide j̃. excom. 2.§.32.† Papa ante coronationem poteſt exercere ſuum officium. & qui hac occaſione impugnaret literas eius, excõicatus eſt. per extrauagantẽ Be-
9 nedicti. 2. quæ incipit, quia nonnulli.† Inſecutores Cardinaliũ, & eorum participes. extra de pęn. c. feli. lib. 6. vide j̃. exc. 2.§.33.
10 †Rectores terrarum, & eorum officiales, qui nõ fecerint obſeruari ea, quæ ſtatuuntur ꝓ inſecutores Cardi. vt in d. c. feli. vide j̃.
11 2.§.34.† Inſecutores eꝑorum, qui eius temerè vel iniuriosè pcuſſerint, aut ceperint, aut bãnierint, vel hoc mandauerint fieri, aut facta ab illis rata habuerint, vel ſocij fuerint faciẽtes, aut conſilium in his dederint, aut fauorẽ, ſeu ſcienter inſecutores defenſauerint, in cle. ſi quis ſuadente, de pęnis. vide excõ. 2.§.35.
12 †Rectores locorum imponentes clericis, aut eccleſijs exactiones aliquas, vel grauamina abſq; licentia Papæ, ſi admoniti nõ deſtiterint, ſunt excommunicati vna cum fautoribus ſuis, nec abſolui poſſunt. niſi admoniti ſatisfecerint, & durat excõicatio ẽt poſt tꝑs regiminis ẽt in ſucceſſores officij in tñ, ꝙ ſi hęredes ipſorum ſeu ſucceſſores officij, niſi ſatisfecerint. j̃. meſem incurrunt prædictam excommunicationem. extra de immu. eccle. c. non minus. c. aduerſus. & in cle. eo. tit. c. qiñ. Vide excommuni-
13 catio. 2.§.36.† Compellentes prælatos, ſeu capitula, ſeu alias eccleſiaſticas perſonas ad ſubmittendum laicis, vel alienandũ bona immobilia, ſeu iura eccleſiarũ, & ſimiliter laici qui vſurpant ſibi illicitè huiuſmodi, niſi moniti deſtiterint. extra de reb. eccl. non alie. hoc conſultiſſimo, lib. 6. & in cle. c. multorum. de pęn.
14 Vide excom. 2.§.37.† Quicunq; ab eccleſijs vel eccleſiaſticis perſonis per ſe, vel per alium ſuo nomine, vel alieno, pro perſonis vel rebus, quas non cauſa negociationis deferũt vel deferri faciunt, vel tranſmittunt, exigunt, aliquod datium vel guidatiuũ.
15 extra de cẽſi. c. quamquàm. lib. 6. vide excom. 2.§.38.† Domini temporales, qui ſubditis interdicunt, ne prælatis, ſeu perſonis eccleſiaſticis quicquam vendant, vel emant ab eis, vel ipſis bladum molant, nec quoquant panem, vel alia huiuſmodi obſequa exhibere præſumant, eo ipſo ſunt excõicati. de immu. eccle. c.
16 eos. lib. 6.† Injiciens manus violentas in clericũ, vel religioſum, vel conuerſum, eſt excommunicatus excõicatione Papali. 17. q. 4. ſi quis ſuadente, & extra de ſen. excom. nõ dubium. & hoc, ſi iniuria eſt enormis. idẽ de percuſſione nouitiorũ. c. religioſus. eo. tit. lib. 6. item quicunq; eum detinet in cuſtodia publica, vel priuata,

priuata,etiam abſque alia corporis lęſione,vel intrudit in vincu
17 la.de ſent.excom.nuper.† Impedientes,ſeu inuadentes victualia ſeu alia ad vſum Romanæ curiæ neceſſaria adducentes, vel ne ad curiam ipſam adducantur, uel deferantur impedientes, ſeu perturbantes,& qui talia faciunt,vel defendunt,cuiuſcunq; fuerint ordinis,pręeminentiæ,& ſtatus,etiam ſi Pontificali,Regali, Reginali,vel alia quauis eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeāt
18 dignitate per proceſſum curiæ annualem, & ſpecialiter Eugenij.IIII † Omnes illi, qui per ſe,vel per aliū,ſeu alios directè, vel indirectè ſub quocunque titu. vel colore occupant, detinent, vel hoſtiliter diſcurrunt, ſeu inuadunt, aut occupare, detinere, vel diſcurrere hoſtiliter præſumunt in totum,vel in partem,aut qui occupabunt,detinebunt, & hoſtiliter diſcurrent, ſeu inuadent,aut occupare,detinere, vel diſcurrere hoſtiliter præſumēt almam vrbem,regna Siciliæ Trinacriæ,inſulas Sardiniæ, Corſicæ terram citra Farum,Patrimonium beati Petri in Tuſcia, ducatum Spoletanum,Comitatum Veneuſini,Sabiniæ, Marchiæ Anchonitanæ,Maſſæ Trebariæ,Romandiolæ, Campaniæ, atq; maritimę prouincias,& terras ſpecialis commiſſionis,& Arnol forum,ciuitatesque noſtras Ferrarienſem,Beneuentanam, Bononien.Peruſinam,Auinionenſem,Ariminenſem, Ciuitatem caſtellæ,Tudertinam,& alias ciuitates,terras,& loca, vel iura ad ipſam ſpectantia,& adhærentes fautores, & defenſores eorum, ſeu in his dantes eiſdem auxilium, conſilium,& fauorem, non obſtantibus quibuſcūque priuilegijs indulgentijs,ac literis apoſtolicis, generalibus,vel ſpecialibus eis,vel eorum alicui,vel aliquibus,quibuſcunque,cuiuſcunque ordinis,conditionis,dignitatis,& præeminentiæ fuerint eccleſiaſticæ,vel temporalis à prędicta ſede,ſub quauis forma,vel tenore conceſſis,ꝙ excommunicari, vel anathematizari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi,ac ordinibus,locis,nominibus proprijs,cognominibus,ac dignitatibus eorum mentionem, necnon conſuetudinibus,& obſeruantijs ſcriptis,& non ſcriptis,ac alijs contrarijs quibuſcunq; contra huiuſmodi noſtros proceſſus,ac ſententias,quominus includantur in eis ſe iuuare valeant, & tueri,
19 & quæ quo ad hos proceſſus tollimus, & omnino reuocamus ex pceſſu curiæ annuali,& ſpecialiter Eugenij.IIII. † Omnes illos,qui per ſe, per alium ſeu alias quaſcunque perſonas eccleſiaſticas,vel ſeculares ad Romanam curiam ſuper earum cauſis,& negocijs recurrentes,illaque in eadem curia proſequentes, aut procuratores, negociorum geſtores,aduocatos, vel promotores,vel etiam auditores,ſeu iudices ſuper dictis cauſis,ſeu negocijs deputatos occaſione cauſarum,ſeu negociorum huiuſmodi verberant,mutilant,occidunt, aut bonis ſpoliant cuiuſcunque pręeminentiæ,dignitatis,ſeu ſtatus fuerint,etiam ſi Pontificali, Regali, Reginali, vel quauis alia præfulgeant dignitate per pro-
20 ceſſum curiæ,& ſpecialiter Eugenij.IIII.† Facientes pactū,vel ꝑ miſſionem,vel recipiētes ex facto,vel promiſſione occulta, vel manifeſta, aliquid etiā parum pro aliqua iuſtitia, vel gratia pro ſe,vel alio in cauſis, iudicijs, ſeu alias pro litteris obtinendis ab Apoſto.ſede.& eſt Papalis,per extrauag. Bonifa. VIII. Item qui ſcienter vtuntur talibus gratijs,vel literis ſic obtentis, vbi ſupra
21 † Euntes ad terram ſanctam etiam cauſa deuotionis,ſeu voti ſine licentia ſedis Apoſtolicæ, vt in libro pœnitentiariæ ſummi pęnitentiarij, non poſſunt etiam abſolui a ſummo pęnitentiario.† Recipientes in curia Romana literas Papæ ab alio,quam à
22 vicecancellario,vel à Papa,vel à bullatoribus.extra de crimi.fal. c.dura.ſi ſunt laici,ſunt excommunicati,& eorum nuncij.Si clerici,officij,& beneficij ſuſpenſione damnentur,& eſt Papalis, vt patet in regiſtro cancellariæ.Quicunq; pro eo,ꝙ in Reges,Principes,Barones,nobiles,balinos,uel miniſtros eorum, aut quoſcunque alios excommunicationis, ſuſpenſionis, ſiue interdicti ſententia fuerit promulgata,licētiam alicui dederint occidēdi, capiendi,ſeu aliter in perſonis,ſeu bonis ſuis,rel ſuorum grauandi eos, qui tales ſnīas protulerunt, ſiue quorum ſunt occaſione prolatæ, vel dederint licentiam grauandi tales ſnīas obſeruan-
23 tes,vel taliter excommunicatis excommunicare nolentes, niſi licentiam ipſam re integra reuocauerint, vel ſi ad bonorum captionem occaſione ipſius licentiæ ſit proceſſum,niſi ipſa bona. infra octo dierum ſpatium reſtituta fuerint, aut ſatisfactio pro ipſis bonis fiat, eo ipſo incurrunt excommunicationē. Itē qui auſi fuerint dicta licentia vti.Qui autem in dicta ſnīa permanèrint duorum menſium ſpatio, ex tunc non poſſunt, niſi ꝑ ſedē
24 Apoſt.abſolui.c.quicunq;de ſent.excom.lib.6.† Concedētes repręſalias contra eccleſiaſticas perſonas gn̄aliter, vel ſpecialiter, extra de iniur.& dā.da.c.& ſi pignoratores.li.6. Vide infra excō.
25 2.§.39.† Quicunq; impedit officium Delegati,vel cuiuſcunque iudicis eccleſiaſtici, vel Impetratoris literarum Domini Papæ ſup cauſis,vel qōnibus, quæ de iure, vel de antiqua ꝙſuetudine ad forum eccleſiaſticū ſpectāt cōpellunt deſiſtere ab hmōi ꝓſecutione,vel de qōnib. hmōi in foro ſeculari litigare,capiēdo iudices impetratos,vel impetrātes,vel ſub iudicibus impetratis litigare volētes,vel eorum propinquos, vel res eorum,vel eccleſiarū, uel alijs quibuſcunq; modis cōpellentes, uel procurantes per ſe,vel per alios,quo minus corā iudicibus delegatis, vel ordinariis poſſint dicti conquerentes liberè de cauſis prædictis iuſtitiam obtinere,vel qui in talibus dederint auxilium, conſiliū, vel fauorem,excommunicati ſunt ipſo facto,a qua non poſſūt abſolui,niſi tā iudici,cuius cognitio fuerit impedita,vel iuriſdictio vſurpata,quàm parti, quæ perturbata fuerit in proſecutione ſui iuris,de iniuria,damnis, expenſis,& intereſſe prius integrè ſatisfaciant.extra de immuni.eccle.ca.quoniam. lib.6.Vide
26 infra,excom.ij.§. 40.† Domini temporales compellentes clericos reſignare ſua beneficia eos capiendo, vel detinendo, ne citati ad ſedem Apoſto.accedant,aut ipſi clerici, qui procurarent detineri,ne occaſionem habeant comparendi.c.multorū. de pœn.in clem.Vide infra excom.ij.§.41.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati ſunt gloſantes declarationem Nicolai III.ſuper regula fratrum Minorum,& Doctores eius intellectum deprauantes.*
2 *Excommunicati ſunt ingrediētes monaſteria monialium ordinis prędicatorum extra caſus hic expreſſos.*
3 *Idem in ingredientibus monaſteria monialium Sanctæ Clarę,exceptis caſib. de quibus hic, & à quo abſolui poſſint.*
4 *Excommunicati ſunt iniicientes violentas manus in religioſum,conuerſum, vel nouitium,vel mandans, vel ratum habens.*
5 *Excommunicati ſunt impedientes in ſuo officio viſitatores monialium.*
6 *Excommunicati ſunt doctores ſcienter religioſos, qui dimiſerunt habitum, docentes leges,& phiſicam.*

Contra impugnatores religionum.§.V.

1 Loſſantes † in ſcriptis declarationē Nicolai III. ſuper regulam fratrum Minorum, aliter quàm ipſe determinauit. inſuper Doctores,ſiue lectores,dum docent in publico ex certa ſcientia intellectum declarationis prædictæ deprauantes, facientesque commētum,ſcripturas, ſeu libellum, niſi quantum grammaticaliter ſenſus verbi poſſit intelligi,ac ex certa ſcientia.& deliberationis determinantes in ſcholis,ſeu prædicantes cōtra regulam, & ſtatum fratrum Minorū, vel in eadem declaratione poſitorum,ſeu contra aliqua prædictorum,non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis qualitercūque conceſſis, & quibuſcunque, ſunt excommunicati ipſo facto,& a ſolo Papa poſſunt abſolui.ca.exiit qui ſeminat.de ver-
2 borum ſignifi.lib.6.† Ingredientes monaſteria monialium ordinis Prædicatorum extra caſus neceſſarios, qui declaranturad conſtitutionibus earum, vt ad dandum ſacramenta infirmis,in medendum eis,ad reparandum ædificia,& huiuſmodi,non habita licentia a Papa,vel a magiſtro ordinis ſunt excommunicati,& abſolutio reſeruat̄ Papæ,vel magiſtro ordinis, vel illi, cui
3 ab aliquo prædictorum fuerit commiſſum, vt patet in bulla ordinis.† Ingredientes monaſteria monialium Sanctæ Claræ ſine licentia Papæ extra caſus conceſſos in conſtitutionib. ſuis. Excipitur cauſa multum grauis infirmitatis,& fleubotomator cum neceſſe fuerit, qui non abſque duob. ſociis de familia monaſterii introducatur, nec ab inuicē intra monaſterium ſeparentur,necnon & alii,quos occaſione incēdii, vel ruinæ,vel alterius periculi, vel diſpēdii,ſeu pro tuendis a violentia quorūlibet monaſterio,vel perſonis,aut pro quolibet opere exercendo,quod commodè extra monaſterium fieri non poteſt neceſſitas exigerit introire. qui omnes ſuo miniſterio,vel imminēti neceſſitati ſatisfacto per ipſos ſine mora exeant.nulli tamen ꝑſonæ extraneæ intra clauſurā monaſterii liceat comedere, vel dormire. Item datur licentia generali Cardinali protectori ordinis,viſitatori,& epiſcopo, gratia conſecrationis eccleſiæ, vel altaris.Et hæc excommu.facta eſt per Gregorium IX. nō tamē ſibi reſeruauit abſolutionē. & ideo videtur epiſcopalis per regulam c.nuper.de ſenten.excommu.ſed eſt hodie facta papalis per Eugenium IIII. & publicata eſt in ca.generali Ianuæ celebrato, 1440.
4 † Quicunque iniecerit manus violentas in religioſum religionis approbatæ,vel conuerſum,vel nouitium.extra de ſent. excommu.non dubium.& c.religioſus.lib.6.item mādans, vel ratum habens ſuo nomine factum. Vide infra excom.ij.§.42.
5 † Impedientes in officio ſuo viſitatores monialium, vel canonicarum,ſi moniti non deſtiterint,de ſtatu mo.ca.attendentes.in cle.Vide infra excommu.ij.§. 43.
6 † Doctores,ſeu magiſtri,qui ſcienter illos religioſos, qui dimiſerunt habitum, docent leges,vel phiſicam.extra ne cleri. vel mona. capitulo, vt periculoſa. Vide infra excommunicatio.ij.§.44.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus eſt Græcus rebaptizans à Latino baptizatum.*
2 *Excommunicati ſunt matrimonium in gradu prohibito contrahentes.*
3 *Excommunicati nouiter ſunt illi,qui ſunt excommunicati, ſi per vim abſolutionem ab excommunicatione interdicto, vel ſuſpenſione extorquent.*
4 *Excommunicati ſunt compellentes celebrari in loco interdicto.*

Contra

Source : BIU Cujas

¶ Contra impugnatores ſacramentorum, & primò baptiſmi.§.6.

1 Græcus † rebaptizans baptizatum à Latino,& lauans altare,tanquam maculatum,in quo Latinus celebrauit,de baptiſmo.c.vltimo.ſecundum Aſten.in Sum.lib.7.tit.
2 2.† Contrahentes matrimonia ſcienter in gradibus conſanguinitatis,vel affinitatis prohibitis,in cle.eos.de conſangui. & affi.
3 Vide infra excommuni.2.§.45.† Extorquentes per vim,vel metum abſolutionem ab excommunicatione, vel reuocationem eius,aut ſuſpenſionis,vel interdicti,nõ valet abſolutio,& nouã incurrit excommunicationẽ. extra de his quę vi metuſve cau.
4 fiunt.c.abſolutionis.lib.6.Vide infra excommuni.2.§.46.† Cõpellentes celebrari in loco interdicto,vel ad audiendum aduocantes excõicatos, vel interdictos, vel prohibentes, ne moniti exeant,in clem.grauis.de ſen.excom.Vide infra excom.2.§.47.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati ſunt corpus defuncti incidentes pro oſſibus transferendis.*
2 *Et qui tempore interdicti in cimiterijs corpora ſepeliunt,aut excommunicatos,aut interdictos,aut vſurarios manifeſtos.*
3 *Excommunicati ſunt clerici, vel religioſi inducentes aliquem ad promittendum de eligendo apud eos ſepulturam.*
4 *Et qui ſepeliunt hæreticos,credentes,receptatores,& eorum fautores.*

¶ Contra impugnatores ſepulturæ.§.7.

1 Quicunque † corpus alicuius defuncti inciderit, vel decoxerit pro oſſibus transferen
2 dis.in extrauaganti Bonifacij,quæ incipit,deteſtanda,† Quicunque in cimiterijs ſepeliunt corpora tempore interdicti, aut publicè excommunicatos, aut nominatim interdictos, aut vſurarios manifeſtos,vt ſupra.§.1.ver.5.& §.2.ver.17. Vide infra excõ.
3 2.§.5.† Clerici,& religioſi,qui inducunt ad vouendum, & promittendum,vel iurandum aliquem de eligendo apud eos ſepulturam,vt ſupra.§.1.ver.8.& §.2.verſi.16. Vide infra excom.2.§.
4 21.† Quicunque hęreticos,credentes, vel receptores, defenſores,vel fautores eorum ſcienter tradiderit eccleſiaſticæ ſepulturæ.extra de hære.quicunque.lib.6.vt ſupra §.1.ver.9.& §.2.verſ. 19.qui autem dicantur credentes,receptores,defenſores,& fautores,vide excommunica.2.§.22.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati ſunt grauantes electores,qui eos eligere noluerunt,pro quibus erant rogati.*
2 *Excommunicati ſunt loquentes ſecretè, vel inittentes ſcripturam, vel nuncium Cardinalibus,quando ſunt in conclaui.*
Et qui non ſeruant conſtitutionem,vbi periculum.
4 *Excommunicati ſunt illi,qui ſe non abſtinent ab illis, ex quibus inter moniales diſcordia in electione oritur.*
5 *Excommunicati ſunt nominantes aliquem in dominum perpetuum vrbis Romæ.*

¶ Contra impugnatores electorum, & malos electores. §.8.

1 Grauantes † Per ſe,vel per alios electores,vel amicos eorum,eo quòd noluerit eligere illos,pro quibus erant rogati, vel inducti.extra de elect. c. ſciant cuncti.
2 lib.6.Vide infra excommu.2.§.49.† Quicunque loquitur ſecretè,vel mittit ſcripturam,vel nuncium alicui Cardinali, quando ſunt recluſi occaſione electionis Papæ.extta de elec. c. vbi peri-
3 culum.Vide infra excom.2.§.1.† Domini rectores,& officiales, qui imminente dicta electione non ſeruant ipſam conſtitutio-
4 nem d.c.vbi periculum.Vide infra excom.2.§.51.† Qui vocantur ad dirigendas moniales in electionibus,niſi abſtineãt ab his, per quæ poſſet in eas diſcordia oriri,vel nutriri.de elec.indemni
5 tatibus,lib.6.Vide excommunica.2.§.52.† Eligentes, vel nominantes Imperatorem,Regem,marchionem, Principem,Ducẽ, Comitem,vel Baronem, vel alterius pręeminentiæ, dignitatis, poteſtatis,vel excellentiæ,vel qui eligerit fratrem,vel filium,vel nepotem ipſorum in perpetuum,vel ad tempus in Senatorem, vel rectorem vrbis Romæ,quocunque nomine vocetur ipſa rectoria. Item eligentes quemuis alium poſt prædictos ad ipſius Ciuitatis regimen vltra annum.Item ipſi electi ſi conſenſerint. item eis obedientes.item dantes eiſdem electis, vel electoribus auxilium,conſilium,vel fauorem,ipſo facto ſunt excommunicati excommunicatione Papali, niſi ſupra dicta facta fuerint de ſpeciali licentia ipſius ſedis Apoſto.licentia literis exprimenda, de elec.fundamenta.lib.6.Vide infra excom.2.§.53.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus eſt omnis ſimoniacus,& Papaliter.*
2 *Excommunicati ſunt facientes pactum,vel promiſſionem pro gratia,vel literis à Papa obtinendis,*

¶ Contra impugnatores gratiæ ſpirituſſancti. §.9.

1 Omnis † ſimoniacus,ſiue pro ordinibus, ſiue pro beneficiis,vel officiis,aut prælaturis eccleſiaſticis, vel pro ingreſſu religionis, vel pro alijs ſpiritualibus, & eſt Papalis, per extrauagan.Martini V.quàm Eugenius.IIII.confirmauit.
2 † Facientes pactum, vel promiſſionem pro aliqua gratia, vel literis obtinendis ab Apoſtolica ſede,vt ſupra.§.4.ver.20.

SVMMARIVM.

1 *Caſus,in quibus à Papa quis ſolum abſolui poſſe.*

¶ Quidam caſus ſpeciales.§.10.

1 Magiſter, † Vel ſcholaris Tractans cum aliquo ciue Bonon.de conductione hoſpitij, non requiſitis inquilinis,niſi tempus conductionis ſit elapſum, de loca.c. ex reſcripto. Vide infra excom. 2. §. 54. Quando Papa aliquem nominatim excommunicauit,ſolus Papa abſoluit, & etiam ſolus abſoluit omnes ei participantes in crimine, propter quod excommunicatus eſt,de ſent. excom. c. ſignificauit.Alij intelligunt dictum c.quando etiam ſciẽter participat ei in dininis.Vide infra excom.2.§. 55. Quando quis participat excommunicato non ſolum à Papa,ſed etiam quocunque in crimine,propter quod excommunicatus eſt,dando ei auxilium,conſilium,& fauorem,de ſen.excom.c.ſi concubi.& c. nuper. Vide infra excõ. 2.§. 56. Qui procurauit, ꝙ conſecratores priuilegiorum dati ſe intromittant, & cum effectu ſequetur de his, qui non licet eis: nam niſi de manifeſtis iniurijs ſe intromittere poſſunt,& nõ poſſunt abſolui,niſi ei,quem fatigauerunt indebitè, primo de expẽſis integrè ſatisfaciant,de offi.deleg.c.fi.& c.ſtatuimus.lib. 6. Vide infra excom.2.§.57.Qui fingit aliquem caſum,propter quem aliquis iudex uadat, uel mittat ad aliquam mulierem pro teſtimonio.c.mulieres.de iudic.li.6. Vide infra excom.2.§.58.Quando qui abſolutus fuit in mortis articulo,uel alio impedimento, ſi adueniente ſanitate,uel alio impedimento ceſſante ſe non repręſentar ei, a quo abſoluendus erat, ſi tale impedimentum nõ fuiſſet,reincidit in eandem ſententiam.de ſen.excom. c.eos.li.6. Vide infra excom.2.§ 59.Quando quis abſoluitur a ſede Apoſtolica, uel a Legatis, & iniungitur ei, ꝙ ſe repręſentet ordinarijs, uel alijs ſuſcepturus pęnitentiam,& paſſis iniuriam,ſeu eis, quibus obligatus eſt ſatisfaciat,ſi hoc nõ facit commodè,cum poſſit,reincidit in eandẽ.d.c. eos.Rectores ciuitatum,& alij officiales,& conſiliarij,qui ſtatuta faciunt,& ſcribunt, per quæ quis cõpellatur ſoluere uſuras, uel ſolutas non repetere, & qui ſecundum ea iudicãt, & qui habent ſuper hoc poteſtatem,niſi ipſa ſtatuta deleuerint.infra ſpatium trium menſium,aut ſi præſumpſerint dicta ſtatuta obſeruare,de uſur. c. ex graui.in cle. Vide infra excom.2.§.60.Omnes piratæ, & latrunculi marini, & receptores eorum per proceſſum curiæ annualem. Omnes qui in terris ſuis noua pedagia imponunt per proceſſum curiæ annualem. Excommunicatus a Legato Papæ poſt annum a ſolo Papa poteſt abſolui.de offi. dele. quærenti. Qui lata ſententia contra ipſum,qui in curia beneficium ante per triennium non poſſederat,ſequeſtrationem fructuum eius impedit.in clem. unica, de ſequeſtratione poſſeſſionis,& fructuum.

DECLARATIO
EXCOMMVNICATIONVM.

Excommunicatio ſecunda, de eo, qui gerit ſe pro Papa non electus à duabus partibus Cardinalium.§.1.

SVMMARIVM.

1 *Electio Papæ valet, ſi Cardinales dent duobus, vel pluribus facultatem eligendi Papam,& ipſe eligat.*
Collegij duæ partes,an ſint neceſſariæ in electione Papæ.
2 *Excommunicati ſunt adhærentes illi, qui non eſt in Papam electus, ſed pro Papa ſe gerit.*
Imperator non admittitur in electione Papæ.
Papa eligi poteſt ſolum à duabus Cardinalibus in loco, exiſtentibus alijs debito tempore expectatis,& vnus alterum eligere poteſt.
Quid ſi vnus,ſolus adeſſet.
Populus Romanus omnibus deficientibus Cardinalibus Papam eligit.
3 *Papa ſibi ſucceſſorem non eligit.*
4 *Cardinales duo,vel vnus,ſi volunt ſe de electione Papæ compromittere, alij non coguntur.*
5 *Excommunicatus eſt electus in Papam à maiori parte,ſi pro Papa ſe gerat.*
6 *Electus in Papam,an in numero duarum partium computetur.*

7 Cardinales

Source : BIU Cujas

7 *Cardinales possunt facere q̃ electio Papæ facta à maiori parte valeat.*
8 *Papa q̃ sit hereticus, admittitur talis exceptio.*
9 *Quid si sit simoniacus.*
10 *Quid si sit bigamus.*
11 *Electum in Papam, an eius vxor repetere possit.*
Vxorem habere non est contra substantiam Papatus.
12 *Papa non potest esse, qui insans est.*
13 *Papa potest esse, qui laicus est.*
14 *Papam non canonicè electum excusat probabilis ignorantia, & non crassa.*
15 *Excommunicatus est, qui per seditionem intronizatus est.*

1 QVantum † ad declarationem excommunicationum supra positarum, in ver. excom. primo. circa hanc excommunicationem primam, scilicet de eo, q̃ gerit se pro Papa nō electus à duab. partibus Cardinalium. Quæro quid si Cardinales vnanimiter dent potestatem nominandi Papam duobus, vel tribus, & ipsi nominatum ab illis recipiunt. Respondet Asten. in Sum. lib. 7. tit. 2. secundum Hostien. quòd electio valeat. vnde dicit Anto. de But. nota quòd duæ partes colle gij sunt necessariæ, quod est verum, nisi maior concordia interuener, quia si Cardinales ordinarent inter se, quòd electus à maiori parte sit electus, tunc videbitur electus ab omnibus, qui elegeretur à maiori parte, sicut electus per compromissarium videbitur electus à toto capitulo. extra de elec. c. quia propter.
2 † Quid si consentiunt in illum, qui gessit se pro Papa, cum non esset à duabus partibus electus. Respondet idem, vbi supra secũ dum Hostien. quòd non valet, quia non possunt consentire in excommunicatum, immo omnes ei consentientes, vel adhæren tes sunt excommunicati, nisi fortè eum pẽnituisset, & absolutus fuisset per illos Cardiuales, qui ei non adhæserant. Item no. q̃ non oportet Papam eligi a duabus partibus omnium Cardinalium, sed præsentiam tantum, nisi aliqui Cardinales absentes essent in loco vicino, vnde commodè possent vocari. sed vi detur, q̃ in electione Papæ admittatur Imperator, & eius nuncij 63. dist. §. verum. respondet Ant. de Bu. q̃ illud procedebat olim hodie soli Cardinales admittuntur. & si de omnibus Cardinalibus non essent, nisi duo in loco, vbi debet fieri electio, alijs legitimo tempore expectatis, ipsi duo eligerent. extra de elect. c. 1. & vnus potest eligere alium, ita q̃ si vnus illorum eligat alterũ valet, & alter electus tacere debet. Si vnus tantũ supereſt, adhuc ille solus eligeret, de iu. patro. c. per nostras, licet aliqui dicant, q̃ ius eligendi non cadat in vno, omnibus verò deficientibus clerus Romanus eligere debet. 23. di. c. 2. & 79. dist. c. 1. & c. si quis pecunia. alij dicunt, q̃ concilium generale. 65. dist. c. 2. & 3. & cõuocatur per clerum, & populum Romanum. 65. dist. c. si fortè. dicit Host. q̃ licet hoc secundum videatur iustius, primum est leuius, & commodius, propter periculum moræ. infra c. ne pro
3 defectu. † Quæro, an Papa possit eligere sibi successorem. Respõ det Ant. de But. q̃ non, vt no. §. his omnibus. 8. q. 1. facit c. nulla.
4 de præben. † Sed quid si duo, vel vnus volunt compromittere, an alij coguntur. Respondet Ant. de But. q̃ non, ar. l. Sabinus. ff. communi diui. immo vno contradicente non potest fieri com promissum, sed bene potest statui, q̃ vno, vel duobus q̃dicentib.
5 electus à maiori parte sit electus. † Quęro, dī hic. q̃ electus à ma iori parte duarum, si gerit se pro electo, patiatur has pẽnas, & vi tat aliquas, si respuerit. Quæro an vitet pẽnam excõicationis. Respondet do. Ant. q̃ non, sed pẽnam Datan, & Abiron. i. pẽnã ẽternæ damnationis, ſm Inn. † Quæro, an in numerum duarum partium computetur electus? Respondet D. Ant. qñ eligetur qs ad ecclesiam, in qua non habet vocem, est planum, q̃ non com putabitur vox eius: aut eligitur in illa, in qua habet vocẽ, & tũc si eligeret per formã scrutinij, non computatur vox, & si per viã cõpromissi sic. ratio est, quia in scrutinio requirit vox certo, & determinato tpe, & electus ꝑsentit demum post scrutiniũ, ideo eius vox non auget, sed si in formã ꝑpromissi non requiritur de terminatio tpis, ideo vox subsequens auget. & ſm hoc vox electi deberet computari in numero Cardinalium, quia non exigi tur ad augmentandum in certo, & determinato tpe. Sed an Car dinales possint tollere talem constitutionẽ? Respondet gl. q̃ sic
7 † & dicunt Doct. q̃ possunt Cardinales inter se ordinare, q̃ electio valeat, quę est facta à maiori parte, cũ cẽseat ab oĩb. electus,
8 vt in c. pp. quod intellige, vt no. de ele. si cui. li. 6. in gl. no. † Quid si Papa sit hereticus? Rñdet Ant. de Bu. q̃ admittitur exceptio q̃ suam electionẽ, per gl. 40. di. si Papa. & sufficiant duo testes, si ne gat esse Papa per hæresim, in qua erat tpe electionis. c. si quis pe-
9 cuniã. 79. di. idẽ si est mulier, quia non est capax ordinis. † Quid si sit simoniacus? Rñdet D. Ant. q̃ non repelletur pp hoc. d. c. si quis pecuniam. possunt tñ eligentes accusari de simonia ꝑmissa
10 in electione Papæ. † Quid si sit bigamus? Rñdet D. Ant. q̃ hęc ex
11 ceptio opponi ei non põt. † Sed an vxor poterit repetere electũ in Papam. gl. ponit in d. c. si quis pe. D. Ant. dicit, q̃ si non est du biũ de matrimonio põt repeti, nisi reducatur vxor ad ꝑtinẽtiã. vnde erit tunc Papa, & habebit uxorẽ, nec hoc erit q̃ substantiã Papatus, quia Petrus habuit vxorẽ, unde poterit reddere debitum uxori, & etiam esse Papa, ut dicit glo. d. c. si quis pecuniam.
12 † Quid de infante, dicit, q̃ non potest esse, nisi a spiritu sancto
13 esset facta electio, quia non est capax ordinis. † Quid de laico? Respondet Domi. Anto. q̃ eligi potest, ut patet de Beato Am-
14 bro. † Quid si Papa non sit canonicè electus? Rñdet D. Ant. q̃ si est occultum, de hoc non iudicat ecclesia, de simo. c. sicut. excusat tamen probabilis ignorantia, licet non crassa. extra de
15 sen. excom. c. Apostolicæ. † Quæro de intronizato per seditionem, præsumptionem, vel aliud ingenium. Respondet Domi. Anton. q̃ est excommunicatus. 89. dist. c. j. & ij.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus Latinus, si Græcos subditos habet, dabit eis in vica. episcopum Græcum.*
2 *Hæc verba, noueris te excommunicatum, sunt canon latę sententię.*
3 *Episcopus vnus, quomodo alteri præsit.*
4 *Episcopus vicarium dispensatiuè sibi constituere potest.*
5 *Vicarius episcopi iurisdictionem ordinariam habet.*

¶ De episcopo Græco deputato per episcopum Latinum. §. ij.

1 CIRCA † hanc excommunicationem. ſ. de episcopo. Græco deputato per episcopum Latinum. Not. q̃ qñ ciuitas habet populum diuersæ linguæ, non propter hoc habebit plures episcopos, sed episcopus eius pro uidebit uiros idoneos, qui officia celebrent, & sacramenta ministrent. poterit etiam statuere episcopus illius loci alium episcopum sibi uicarium, qui illis præsit, tanquàm uicarius, & episcopalia conferat, qui per omnia debet obedire pontifici eum constituenti suum vicarium, aliàs ipso facto incidit excommunicationem. glo. super c. quoniam. de offi. ordi. exemplificat in episcopo Latino, qui si habebit subditos Græcos, habebit uicarium episcopum Græcum, ut sic prouideatur circa pontificalia illis exhibenda. † Glo. super uer. percussum, quærit, an sit ex-
2 communicatus ipso iure dicit q̃ sic. & sic est canon latæ sentẽtiæ. 17 q. iiij. si quis suadente. de elec. c. cum in cunctis. & sic no. Dom. Ant. q̃ per hęc uerba, noueris te excommunicatum, est promulgata excommunicationis sententia. † Item not. ratione loci potest vnus episcopus præesse alteri, licet sit par in di-
4 gnitate. † Quæro, an de iure possit vnus episcopus alium sibi vicarium constituere? Respondet glo. q̃ non. sed hic permittitur dispensatiuè propter necessitatem. 7. q. j. c. non autem. de renũ.
5 c. ad supplicationem. † Quæro, an talis vicarius habebit iurisdictionem ordinariam, vel delegatam? dicit glo. q̃ habebit ordinariam, quia vicarius habet ordinariam.

SVMMARIVM.

1 *Personatus, quid sit.*
2 *Clericus habens parochialem ecclesiam, an comprehendatur in prohibitione, quòd clerici non audiant leges, & physicam.*
3 *Leges, vel audiens, vel studens in domo leges, vel physicam, an excommunicatus sit, & infra. num. seq.*

¶ De clericis personatum habentibus qui audiunt physicam, vel leges. §. iij.

1 CIRCA hanc excommunicationem, scilicet de clericis personatus habentibus, qui audiunt physicam, vel leges, nisi infra duos menses, destiterint. † Quę ro quid sit personatus? Dic ideſt ecclesiastica dignitas, vt primicerius qui præest diacono. extra, de offi. primi. ca. j. thesaurarius. de concess. præben. c. cum nostris. cancellarius, extra vt ecclesiastica beneficia. c. j. præcentor, & succentor. extra de excess. præla. c. 4. custos, extra de offi. custo. c. j. sacrista. de offic. sacri. c. archipresbyter. de offi. archid. c. j. 2. & 3. idem intelli ge in aliis personatus habentibus qui secundum diuersas con-
2 suetudines ecclesiarum in eis habentur. † Sed quid de his, qui habent beneficia, quib. est cura animarum annexa, vt puta habent ecclesias parochiales? Respondet Asten. & Innocen. glos. c. statutũ. ne cleri. vel mona. li. 6. q̃ hæc ꝓhibitio nõ extẽdit ad illos rõne huiusmodi ecclesiarũ, nisi sint plebaniæ sub se capel las habẽtes, ī qbus clerici instituti nõ possũt indefine cã rõnabili amoueri. d. c. statutũ. si uerò tales sũt ꝑsbyteri, extẽditur ad eos nõ rõne ecclesiæ, sed rõne ꝑsbyteratus, qa ibi dī, necnõ & presbyteros, & hoc vult glo. d. capitu. statutum. in uers. ratione. idem esset dicendum si haberent dispensatiuè, vel alio modo personatum in illis ecclesiis: tunc enim tenerentur ratione ꝑsonatus. sed quid si plebania habet vnicam capellam? Respon-
3 det gloss. quòd incidit in excommunicationem. † Quæro, quomodo intelligitur istud, nisi infra duorum mensium spatium. Item quid si legit, audit, vel studet in domo. Item quid si causa honorandi amicum audit, uide infra. §. octauo.
4 † Sed quæro, cum leges vtiles sint clericis propter regimen tẽporalium, & cum ecclesia eis utatur in defectu canonum, ut in c. j. de oper. noui nuncia & 10. dist. c. si in adiutoriũ. malè enim sine legibus Canonista simplex iudicabit de quæstionib. super contractibus, testamentis, & aliis infinitis materiis, de quibus in iure canonico modicum, siue nihil habet, quomodo facient

prædicti.

Source : BIU Cujas

prædicti. reſpondet Petr. de Anch. in d. c.ſtatutum,ſecundum Hoſtien.q̃ illas leges, ſine quibus canones intelligere non poteſt,poterit in camera ſtudere,vel dicit, q̃ poterit interrogare, & ab aliis informari.

SVMMARIVM.

1 *Cap.vſurarum voraginem,lib.6.propter quos fuit inuentum.*
2 *Cap.prædictum, vt locum habeat, quæ requirantur.*
3 *Vſurarij manifeſti,qui dicantur.*
4 *Oriundus ex ciuitate,quis dicatur.*
Differentia,quæ ſit inter ciuem,municipem,aduenam,vel incolam remiſſiuę.
5 *Cap.prædictum habet locum in oriũdo vnius ciuitatis, ſi in alia eiuſdem Domini habitat.*
Clericus dicitur de vniuerſitate eccleſiaſtica.
6 *Conſtitutio à die publicationis ligat.*
7 *Dominus alicuius loci,ſi ſibi denũcietur ibi eſſe vſurariũ, quid habeat agere.*
8 *Cap. prædictam, an comprehendat locantem vſurario, quem vſurarium ignorabat.*
9 *Cap.prædictum,an locum habeat in donãte,aut vẽdẽte Domum vſurario.*
10 *Interdictum relaxatur,quando vſurarij recedunt, vel expelluntur à domo eis locata.*

¶ De locantibus domos ſuas vſurariis publicis alienigenis. §. iiij.

1 CIRCA hanc excommunicationem de locantib. domos vſurariis publicis alienigenis. † Nota ſecundum Io.Andr.Inn & Petr.de Ancha. q̃ hæc conſtitutio facta fuit propter Florentinos,Senenſes, Piſtorien. Lucanos,& Aſtenſes, qui circundant diuerſas prouincias ad exercendum uſuras immoderatas, & quia per multos prælatos, & 2 principes recipiebantur,ideo hic prohibet,& prouidet. † Item not.q̃ ad hoc,vt habeat locum hæc cõſtitutio, requiritur q̃ nõ ſit inde oriundus,& ideo ſi aliter ciuis,vel incola, non tñ oriũdus,incurritur hæc pœna,ſi fiat contra hanc cõſtitutionem, ſecundum gloſſ.in uerbo,alienigenas. † Quæro, qui dicãtur vſu- 3 rarij manifeſti? Reſpondet glo.q̃ illi, de quib. eſt notorium de iure,vt quia confeſſi,vel condẽnati, vel eſt notorium de facto, vt quia habent operis euidentiam,quæ nulla poteſt tergiuerſatione cælari,quia tenẽt altare ſuum paratum. † Quæro, quis di- 4 catur oriundus in ciuitate? Reſpondet glo. q̃ ille, qui naſcitur in ciuitate,vel vico,puta in comitatu.ff.ad municip.l.qui ex vico.vel etiam ſi pater eius inde originem duxit. C. eod. l.aſſumptio.§.filius.& C.de municip. & origina. l.j. & l.filios.libro 10. quę autem differentia ſit inter ciuem municipem,aduenam, & incolam,nota.ff.ad municip.l.j. & C. de incol.l.ciues. libro 10. 5 † Quid ſi talis ſit oriundus in vna ciuitate,& tamen in alia ciuitate eiuſdem Domini permittitur habitare? reſpondet Ioannes Andr. in nouella, quòd eſt locus huic pœnę. Item nota ſecundum Petrum de Ancha. inquantum text. loquitur de vnitate, & collegio,nam clericus Piſanus intelligitur de vniuerſitate eccleſiaſtica, non ſeculari.Guil. & Archidia. intelligunt de vtraque, vt ſic generaliter dictum generaliter intelligatur,de priuileg.quia circa. Ioan.Andr.in nouella dicit, q̃ ille intellectus eſt nimium rigoroſus, & includeret totum orbem iſtud interdictũ,ideo prior intellectus ſibi magis placet. Petrus dicit,ego credo,q̃ intellectus Guil. & Archid.ſit verior, & aſſignat plures rationes. † Quæro,quando currat tempus triũ mẽ- 6 ſium? Reſpondet glo. q̃ a tempore publicationis regulariter ligat conſtitutio,de poſtu.c.j.interdum augetur,interdum diminuitur, vt hic. † Sed quid ſi vnus ſimpliciter denuntiat Domi- 7 no? Reſpondet gloſſ. q̃ propter ſimplicem vnius denuntiationem,non debet Dominus terræ eorum illum, qui dicitur eſſe vſurarius expellere,ſed tunc debet inquirere,& ſi illum verum eſſe reperit expellere, prouideat autem in his conſcientiæ ſuæ ſimile ſupra de hæred. cap. vltimo. † Quid ſi locauit vſurario, 8 quem tamen vſurarium ignorabat, vel non locauit ad exercẽdum fœnus? Reſpondet glo. quòd probabilis ignorantia eum excuſat.ff.loca.l.ſi quis ignorans. de ſenten.excommu. capitu.ſi verò.& c.in audientia. In dubio tamen præſumitur conducere vſuras exercendas, ſi conſueuit vſuras exercere.ff.de accuſato.l.ſi cui.quia ſemel malus,ſemper præſumitur malus ſcilicet in eodem genere mali,& ex quo peruenit ſibi ad notitiam, tenetur eum expellere.extra de loca.capit.propter. quia peruersè 9 conuerſatur in ea,vt ibi. † Quæro,quia hic dicitur,quòd nemo vſurariis ad fœnus exercendum domos locet, vel alio titulo concedat,quomodo intelligitur? Reſpondet gloſſ.puta pignoris,commodati,depoſiti,præcarii, & huiuſmodi, & idem ſi ſine titulo ibi illum ſineret eſſe.45.diſtin.recedite, ſed ſi vendat, donat,vel permutat, non uidetur habere locum hæc conſtitutio,per verbum concedat, quòd ſolum vſus eius cõceſſionem non dominii tranſlationem denotare videtur, ſed Guil. dixit idem ſi manifeſtè apparet,quòd ad exercendum fœnus vult accipere, quia præſumitur etiam in fraudem agi ſupra de pigno. illa,de empt. & vendi.ad noſtram. Nam verbum, concedo, eſt generale,& accipitur ſecundum naturam contractus,cui addi- 10 citur. † Quæro,dicitur hic, q̃ ſi permittentes habitare vſurarios manifeſtos in terris ſuis, vel locantes domos ſuſtinuerint pẽnã excommunicationis,vel ſuſpenſionis per menſem animo indurato,q̃ quandiu tales uſurarii ibi morantur terræ ipſorum eccleſiaſtico ſubiacent interdicto, nunquid ergo recedentibus, vel expulſis vſuriis erunt interdicti? Reſpondet glo.q̃ non, & ſic non erit neceſſaria relaxatio,quia illis recedentibus, vel expulſis intelligitur relaxatum.

SVMMARIVM.

1 *Pœna clementi.eos,de ſepul.an & quando locum habeat,& numero. 2. 4 7.10. & 19.*
3 *Corpora,quare in cimiterijs ſepeliantur.*
5 *Excommunicati non ſunt ſepelientes corpora clericorum,qui ſeruarunt interdictum in cimiterijs.*
6 *Interdicti tempore in quatuor feſtiuitatibus,in quibus licitum eſt celebrare, corpora ſepeliri non poſſunt.*
8 *Reconciliatio neceſſaria eſt, quando in cimiterio interdicti tempore excommunicati,vel interdicti ſepeliuntur.*
9 *Excommunicatus publicè,quis dicatur.*
11 *Vſurarius manifeſtus, quis dicatur, & quomodo de vſuris perceptis ſatisfacere debeat.*
12 *Vſurarius manifeſtus,quando poſſit in eccleſia ſepeliri.*
13 *Pœna ele.eor.de ſepul.ligat cantum ſcientes,& non ignorantes.*
14 *Excommunicati,an ſint portantes ad ſepolchrum.*
Quid de comitantibus funus,& fodientibus.
Quid de prælatis patientibus in cimiterijs ſepelire,& de dicentibus officium ſupra funus, &c.
15 *Interdicti nominatim,qui dicantur.*
16 *Excommunicatus quadrupliciter eſt,qui excommunicatum nominatim interdictum,& vſurarium manifeſtum tempore interdicti ſepelit.*
17 *Interdicti tempore ſepulti,an exhumari debeant.*
18 *Satisfactio per excommunicatos,cui fieri debeat.*
20 *Excommunicatis excommunicatione minori,an ſit ſepultura deneganda.*

De his, qui tempore interdicti ſepeliunt corpora in cimiterijs.§.5.

1 CIrca † hanc excommunicationem, ſcilicet de his qui tempore interdicti ſepeliunt corpora in cimiterijs.Nota q̃ intelligitur generaliter de quocunque, qui hoc faceret,ſiue maſculus,ſiue fęmina; ſiue clericus, ſiue lai- 2 cus,ſiue religioſus,cuiuſcunque profeſſionis,ſecundum gl. † Itẽ no.q̃ hic inteliigitur, quando ſepeliuntur in cimiterijs per epiſcopum ſolenniter benedictis.Si ergo ſepelirent in campis, vel locis priuatis non eſt locus huic pęnæ, etiam ſi locus ille eſſet vicinus,& continguus eccleſiæ vel cimiterio:quia ex quo ad vſum cimiterij per epiſcopum non eſt benedictus, ſecundum c. nemo.de conſecra.diſt.j.non erit locus huic pęnæ,niſi ſepelirẽt in eccleſia,vel clauſtro deputatis ad ſepulturam,quia tunc, & ſi non eſſent benedicta per epiſcopum,eſſet locus huic pęnæ ſecũ- 3 dum Stephanum.† Quæro,quare corpora, ſepeliuntur in cimiteriis?glo.aſſignat tres rationes.Prima,quia eorum proximi euntes ad illa loca aſpiciunt, & inuitantur ad orandum pro eis.13. quæſt.2.cum grauia.Secunda,quia ſpecialiter adiuuantur patrocinijs,& orationibus illorum Sanctorum,in quorum honorem dedicata eſt eccleſia illa,vt ea.quæſt.c.non eſtimemus. Tertia ratio, quia ibi minus à ſpiritibus immundis vexantur, vnde in ci- 4 miterijs dicitur eſſe requies defunctorum. 12. q.2.aurum. † Sed pone, q̃ religioſi ampliauerunt cimiterium, & in illa ampliatione ſepelierunt,an ſit locus pęnæ? Reſpondet Landul. q̃ non, 5 ſi non eſt per epiſcopum ſolenniter benedictus. † Quid ſi ſepeliant corpora clericorum,qui ſeruauerunt interdictum in cimiterijs? Reſpondet glo. q̃ non incidunt excommunicationem, quia eis conceditur ſepultura cum ſilentio,& abſque campanarum pulſatione,de pę.& re.c.q̃ in te.& hoc vult dicere tex.in caſibus non conceſſis a iure. † Sed nunquid tempore *interdicti li-* 6 *ceat* ſepelire in quatuor feſtiuitatibus,ſcilicet Natiuitatis Domini,Paſchatis,Pẽtecoſtes,& Aſſumptionis Beatæ Virginis, in quibus eſt licitum alta voce celebrare diuina,pulſatis campanis, & apertis ianuis,& interdictis admiſſis? Reſpondet gl. non licet in iſtis feſtiuitatibus ſepelire corpora in cimiterijs tempore inter- 7 dicti.Concor.Paulus,& Zengelinus.† Item no.q̃ iſtud,quod dicitur hic, q̃ ſepeliẽs excommunicatos publicè, incidit in hanc pœnam,intelligitur, ſecundum glo. de his, qui ſepeliuntur excommunicatos maiori excommunicatione,ſiue à iure, ſiue ab homine, non autem de minori, licet participans cum mortuo excommunicato participatiõe fauorabili,ſcilicet lauãdo,ſepeliẽdo, incidit in minorem excommunicationem, ſecũdum gl. de ſepul.ſacris.cõcor.Ric.in 4.diſt.18.arti.7.quæſtio.3.idem dicit Paulus,etiam ſi nõ ſit publicè excommunicatus.idem Ala. Phi.

& Ber.

Source : BIU Cujas

de ſepul.ſacris.concor.Ric.in iiij.diſtin.18.arti.7.q.iij.idem dicit Paulus, etiam ſi non ſit publicè excõmunicatus. idem Ala.Phi. & Ber.in c.ad hæc.de priuil.quia excommunicatio durat etiam poſt mortem,de ſentẽ.excõ.a nobis.nam licet non ſit communio actualis ex parte mortui,eſt tamen ex parte viuentis, quod ſufficit,de cle.excom.c.non illud.quia aliàs ſequeretur,ꝙ communicans excommunicato,dormienti; uelfurioſo,uel non reſpondenti,non eſſet excommunicatus,& ita ceſſat ratio. Hoſt. qui tenebat,ꝙ participans mortuo non eſſet excommunicatus minori excommunicatione, quia dicebat, ꝙ non eſt communio cum mortuo.Item not.ſecundum Zengeli.Landul.& Pau. & Ioan. And.ꝙ intelligitur, ſiue ſint interdicti generaliter, vel
8 ſpecialiter, vel a caone, vel ab homine. † Item not. ſecundum Landul.ꝙ quando quis tempore interdicti ſepelit excommunicatos,vel interdictos,eſt neceſſaria cimiterii reconciliatio,vt not.de conſecr.eccle.conſuluiſti.de priuil.c.ad hoc, & de ſacra.
9 nõ itera.c.ij. † Quæro, quis dicatur publicè excommunicatus, vt habeat locum hæc pœna? Reſpõdet gl. ꝙ dicitur publicè excõicatus ab homine,qñ fit coram tot, ꝙ ueriſimiliter nõ poteſt prætendi ignorantia: vel dicitur publicè excõicatus a iure, qñ caſus eſt,quo fit eis imputãdum,ſi ignorabat,ꝙ publicè ſciebatur,ſecus ſi non eſſet publicè excõicatus, ita ꝙ ſcire potuit, puta quia fuit excommunicatus coram duob. vel tribus, licet iu-
10 dice ſedente in banco. † Item not.ꝙ ſi etiam occultè excommunicatus,& ſepeliens ſciret, nõ eſt locus huic pœnæ, licet incideret minorem excommunicationem,ſecundum gl. ut prędixi.concor.Matthe.item no.ſecundum gloſ.ꝙ per hanc conſtitutionem non tollitur pœna decreta.epiſcoporum, de priuileg.lib.6.vbi dicitur, ꝙ ſi contrafecerint, interdicitur ingreſſus
11 eccleſiæ illis tales ſepelientibus. † Quęro,quis dicatur uſurarius manifeſtus? Reſpondet Hoſt. ꝙ vno modo dicitur manifeſtus per euidentiam facti,puta,quia tenet menſem paratam ad vſuras. Alio modo,ſi de hoc ſit in iure confeſſus,vel conuictus, ſed ſola fama nõ ſufficit, vt manifeſtus dicatur. addit Matthe. ſecũdum ꝙ refert Ioan.de Ligna.ꝙ etiam dicuntur manifeſti, quãdo ex libris eorum conuinci poſſunt,vt in clem.i.de uſur.& facit 45.diſt.qui ſincera.ff.de edend.l.j.§.editionis. & no.24.q.ij.c. ſanè.item dicitur manifeſtus, ſi coram ſacerdote, & teſtib. publicè ſe fatetur vſurarium,& vſuras reſtitui mãdet, fortè libros rationum tradens,ſecundum Guil.hunc caſum no.gl. in c.quãquàm.de uſur.lib.6.item dicit idem Matthe.ꝙ ſacerdos,qui habet in parochia ſua vſurarios manifeſtos, debet eſſe cautus, ne incidat in hãc pœnam,vt ſeruet hanc formam:debet enim vſurarius ſatisfacere de vſuris perceptis; prout patiuntur facultates eius,ſi poteſt illis,a quibus extorſit. ſi enim nõ poteſt, debet cauere idoneè eis,ſi præſentes ſunt de ſatisfaciendo integrè: ſi nõ
1 ſunt præſentes,debet cauere perſonis, per quas ipſis creditorib. acquiratur:vel ſi tales non reperiũtur, debet cauere ordinario, vel eius uicario,vel rectori parochiæ, in qua habitat, præſentib. aliquibus parochianis fide dignis; vel debet cauere notario de mandato ordinarii,& non debet credere dicenti de quantitate certa,ſed diligenter debet indagare,vt in c. quanquàm. de vſur.
12 lib.6.quæ decretalis non eſt correcta per iſtam. † Quæro, quid ſi in vſurario manifeſto appareant ſigna contritionis, & iubet ſatisfieri de vſuris,& poſt mortem præſtatur cautio ab hæredibus de reſtituendo,an poterit ſepeliri? Reſpondet glo. & Ioan. de Ligna ꝙ cautio ualet,& ſepeliri poſſit,licet non, vt recõualeſcat teſtamentum. & hoc dico, quando apparent ſigna contritionis,& iubet ſatisfieri,alias ſecus,quia non ſufficeret cautio
13 hæredum,cum deceſſerit in peccato. idem Pau. † Quid ſi ſepeliens ignorabat iſtum, quem ſepeliuit eſſe excommunicatum, vel vſurarium, vel interdictum? Reſpondet gl.ꝙ talis ſepeliens non eſt excommunicatus, quia hæc conſtitutio requirit ſcientiam. concor.de ſent.excom.c.ſignificauit. & c. cum deſideres. & de hęreti.c.ij.lib.6.& ideo dicit text.ſcienter.Item dicit, propriæ temeritatis audacia. nam ubi eſt ignorantia,temeritas dici
14 non poteſt,ſecundum Zengeli. † Quęro,an portantes ad ſepulchrum,qui tamen non ſepeliunt, ſint excommunicati? Itẽ qd de comitantibus funus? Item quid de fabricantibus, & fodientibus,vel aperientibus ſepulchrum? Item quid de prælatis,clericis,vel miniſtris eccleſiarum,in quarum cimiteriis ſepeliunt, tur,qui illud non prohibent,ſed patiuntur? Item quid de clericis,vel laicis,qui portant cereos,cruces,& ſimilia? Gl.arguit ad partes,& non determinat.Lapus,& Stephanus tenẽt ꝙ iſti ſunt excõmunicati.addit Paulus,ꝙ nedum actualiter ponẽres corpus ſub terra.ſed etiam dicentes officium ſupra funus, fortè incurrunt hanc pœnam,immo fortius incurrunt, qa plus contẽnunt. addit etiam, idem intelligo de ſepelientibus de facto abſentibus clericis. Idem de ſepeliri facientibus,vel mãdantib.de ſent. excõmu.c. mulieres. tamen litera videtur ſepeliẽtes in cimiterio punire.& ſic fortè dicentes officia,qui nõ ſunt ſepeliẽtes nõ incidũt, cũ in pœnis ſit mitior interpretatio facienda, vt
15 l.interpretatione.& l.præſes.ff.de pœnis. † Quæro, qui dicãtur nominatim interdicti? Reſpondet Lãdul.ꝙ illi, q̃ in ſententia nominãtur ſpecialiter,vel expreſsè,vt no.Inn.de p̃bẽ.illa. & ſic talis expreſſa nominatio intelligitur de illis quorũ culpa, vel dolo lata eſt ſententia interdicti,& etiam quorum auxilio, cõſilio,& fauore,de ſent.excom.alma.lib.6.Item intelligit Pau de interdictis a diuinis,& ſacramentorum perceptione, alias ſi eſ-
16 ſent interdicti ab aliquo tẽporali,dicit ꝙ nõ procederet. †Quid ſi quis ſepeliat publicè excõicatum, & nominatim interdictũ, & vſurarium manifeſtum tempore interdicti? Rñdet Paulus, ꝙ talis eſt ligatus quadruplici excommunicatione,ad hoc facit de ſent.excom.cum pro cauſa. & addit gloſ. ꝙ de omnibus de-
17 bet ſatisfacere,& ab omnibus abſolui. † Quæro, an ſepulti debeant exhumari? Reſpondet gl.ꝙ ſic,ſi eorum corpora, vel oſſa diſcerni poſſunt,ſcilicet in tribus vltimis caſibus.extra de ſepulturis.c.ſacris.ſed in primo caſu, quando corpora tẽpore interdicti ſepeliuntur,non exhumãtur, ſi fuerit pœnitens tẽpore interdicti,qui ſepultus eſt, & poſt interdictũ, ſed durante interdicto dẽt exhumari. cõcord.Inn. Hoſtien. Ioann. de Ligna.
18 & Ric.in iiij.diſtinctio.18.artic.7.quæſtio.iij. † Quæro, cui debet fieri hæc ſatisfactio? Reſpondet glo.quo ad excommunicatos,& interdictos debet fieri his, quorum fauore ſunt latæ ſententiæ; ſed quo ad vſurarios illis,quibus debet fieri reſtitutio,ſi qua enim violentia fuiſſet illata clericis, vel miniſtris eccleſiæ,
19 illis etiam fieret ſatisfactio. † Quæro, an hæc pœna excommunicationis habeat locum in ſepelientibus eos in aliis caſibus,in quibus denegatur ſepultura,qui notantur ſupra eo. tit.c.ex parte.& de ſta.mon.c.j.& c.cum amouit? Reſpondet glo.ꝙ non,&
20 concor. Stephanus. † Quæro, an excommunicatis minori excommunicatione negãda ſit ecclęſiaſtica ſepultura? Vide Ric. in iiij.dñn.18.arti.7.quæſt.iij.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus,an ſit clericus matrimonium coactè contrahens.*
2 *Quid ſi contrahat, & non conſumet.*
3 *Quid ſi contrahit ſolum ſponſalia de futuro.*
4 *Profeſſio tacita,an religioni obliget.*
5 *Profeſſus tacitus,quis dicatur.*
Religioni obligati in genere,ſi matrimonium contrahant,ſunt excõmunicati.
6 *Contrahens matrimonium cum moniali ignorans eam eſſe monalem, an ſit excommunicatus.*
7 *Matrimonium contrahentes contra prohibitionem cle.eos. de conſang. & affi.an per epiſcopum abſolui poſſit.*
8 *Papa an diſpenſet,vt in ſacris exiſtens contrahat.*
Voti ſolennitas ab eccleſia inuenta eſt.

¶ De clericis in ſacris, & religioſis contrahentibus matrimonium. §. vj.

1 CIRCA † hanc excommunicationem, ſcilicet de clericis in ſacris, & de religioſis, contrahentibus matrimonium,quærit glo.quid ſi coactè contrahant,an incidant in hanc pœnam? Reſpondet ꝙ ſi de abſoluta coactione loquamur, puta quia actuali uiolentia cogitur imponere anulum in manu,& tunc eſt certum, ꝙ tunc nõ incurritur hæc pœna extra ꝙ vi metusve cauſa.c. ſacris. ſi autem loquamur de coactione conditionaliter, puta quia tirannus dicit clerico,vel religioſo, niſi contrahas matrimonium cum moniali faciam tibi abſcidi manum,vel mori, & tunc ſi facit,incidit in excommunicationem, licet ſit metus, qui cadat in conſtantem virum.d.c.ſacris.& hoc quantum ad coactionem, ſed per alium reſpectum non incidit,quia vbi eſt metus,deficit cõſenſus:& ſic non eſt matrimonium, & ſic non dicetur contraxiſſe matrimonium, prout requirit hæc litera, ut incidatur in hanc pœnam.Item deficit ratio literæ, quia fuit impoſita hæc pœna, & facta hæc conſtitutio propter publicæ honeſtatis iuſtitiam,vnde hic nulla inhoneſtas inſurgit,cum coactè ſit.facit
2 de ſent.excom. ſignificauit. † Quid ſi contrahat, ſed non conſumit? Reſpondet glo.ꝙ incidit excommunicationẽ, quia hæc conſtitutio punit contractum matrimonii,& non coitum, vel
3 inceſtum. idem Paulus. † Quæro, quid ſi contraxit ſolum ſpõſalia per verba de futuro? Reſpondet glo.& Pau.ꝙ non ligatur niſi conſumauerit per copulam,quia tunc tranſit in matrimo-
4 nium, vt in c.ueniens.de ſpon.& c.is qui. † Quæro,quãtum, ad religioſos,an ītelligat de religioſis profeſſis tacitè, vel expreſsè vnam de religionibus approbatis? Reſpondet glo.ꝙ ſic,ut in c. j.de voto. libro 6. ſed an tacita profeſſio obliget illi religioni? Reſpondet gl.quòd non,ſed religioni in genere. extra de regu-
5 la.cap.non ſolum.& c.ſeq. lib.6. † Quæro, quis dicatur profeſſus tacitus? Reſpondet gloſſ. cap.j.de uoto. libro 6. cum maior 14.annis ſponte, & ſciens recipiens habitum profeſſorum, vbi eſt diſtinctus,de regularibus,libro6.capitu.j.& capitu.conſtitutionem. vel cum habitum indiſtinctum ferret per annum, eodem titu.ca.ex parte. addit Innocent. cap. conſulti. extra de regu. dicens,quòd ſi quando intrauit, proteſtatus eſt, quòd vult mutare vitam,& habitum, & ſi de his conſtiterit, hic habitus ſolenniter ſuſceptus dirimit matrimonium iam contractum. hæc enim proteſtatio, ſiue intentio cum ſuſceptione habitus probationis, habetur pro tacita profeſſione. & hic notandum,

quòd

Source : BIU Cujas

quòd habitus probationis ſolennizat propoſitum.& dicit Landocl.in clemen.j.de conſanguin.& affin. quòd iſti qui obligantur religioni in genere, ſi contrahunt matrimonium, ſunt excommunicati,de regula.ic. conſtitutionem.lib.6. cum iam perfectè matrimonium ſpirituale contraxerint. 27.quæſtio.j. ca j.
6 & 2.† Quid ſi quis contraxit cum moniali ignorans eam monialem? Reſpondet glo. quòd ipſa incurrit excommunicationem,& non contrahens cum ea.† Quid de his,qui contrahunt
7 contra iſtam prohibitionem, an poterunt abſolui per epiſcopum. Landul.tenet quòd ſic, niſi pendente excommunicatione immiſcuerit ſe diuinis, quia tũc à ſolo Papa abſolui poſſunt, de re iudica.capit.cum æterni. vel niſi ad bigamiam tranſierint.
8 cap.nuper.de bigamis.† Vtrum Papa poſſit diſpenſare, vt exiſtens in ſacris contrahat?reſpondet Landul.quòd ſic,quia continentia annexa ordini,& ſolennitas voti pendet à conſtitutio ne eccleſiæ,ergo per Papam tolli poteſt. extra de electio. capit. ſignificaſti,& cap. innotuit. licet aliqui non conſentiant de religioſis, quòd cum eis poſſit Papa diſpenſare, quibus ſubſtantialiter ineſt continentia, ſine qua non ſunt religioſi, de ſtatu monac. cum ad monaſterium. ſed contra eos facit capit. quòd votum. vbi dicitur, ſolennitatem voti ex ſola conſtitutione eccleſiæ inuentam eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in ſacris conſtitutus officium temporale habere non poteſt.*
2 *Idem de conſtituto in minoribus.*
3 *Clericus,quando poſſit habere officium ſeculare ſuæ dignitati annexum.*
4 *Canon,quando ſit latæ ſententiæ.*

¶De clerico,qui habet officium Vicecomitis,vel præpoſiti ſecularis.§.7.

1 CIRCA† hanc excommunicationem, ſcilicet de clerico, qui habet officium Vicecomitis,vel Præpoſiti ſecularis. Nota ſecundum Anto. de Butr. quòd in ſacris conſtitutus non poteſt habere officium aliquod tem-
2 porale.† Quæro de conſtitutis in minorib.an poſſint alia exercere?dicit q̃ non,ſed maius imminet periculum exiſtentibus in
3 ſacris.† Sed nunquid poſſit officium annexnm dignitati ſuę habere ſeculare? Dic quòd ſic,dummodò per ſe non exerceat, ſed alteri committat.Quæro,an ſit canon latæ ſententiæ? Reſpon-
4 det glo.quòd ſic.† & addit Ant.de But. quòd vbi canon loquitur per verba futuri temporis,& non dirigit ſermonem ad iudicem,ſed ad perſonam delinquentem,eſt latæ ſententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio quòd religioſi clauſtrum non exeant, vt leges, vel phyſicam audiant,quare facta fuerit.*
2 *Pœna c.ſuper ſpecula,ne cle.vel mona.an habeat locum, ſi monachi in clauſtro ſtudeant,vel audiant leges,vel phyſicam.*
3 *Quid ſi monachus vadit ad lectionem cauſa honorandi amicum in principio ſtudij.*
4 *Et quid ſi continuet.*
5 *Perſona eccleſiaſtica, an poſſint ſocijs priuatim legere, vel audire leges in clauſtro.*
6 *Menſes duo,de quibus in c.ſuper ſpecula,quando currere incipiant.*
7 *Excommunicatus an ſit religioſus,ſi poſt exitum à ſcholis legum intret ad Theologiam.*
8 *Quid ſi deſinat leges audire infra duos menſes, & iterum reuertatur, an ligetur.*
9 *Quid ſi duorum menſium tantum tempus effluxerit,quòd non poſſit ad clauſtrum redire.*
10 *Monachi in ſcientia humana ſtudere non poſſunt.*
11 *Pœna c.ſuper ſpecula.in tacitè, vel expreſsè profeſſis locum habet, & ei contrafacientes,quomodo puniantur,& infra num.ſeq.*
13 *Religioſi,quomodo poſſunt ire ad ſtudia.*
14 *Pœna dic.c.habet locum in eunte ad ſtudia Theologiæ,& iuris canonici.*
15 *Prælatus,quando ſtudioſo religioſo non vult dare licentiam ſtudendi,epiſcopus eam dat,& quis in hoc prælatus dicatur,& nume.ſequen.*
17 *Abbas ſine licentia alicuius ſine metu excommunicationis ad ſtudia ire poteſt,ſed aliter puniri debet.*
18 *Excommunicatus eſt,qui vadit ad ſtudendum ſine licentia prælati, non dimiſſo habitu,& econuerſo.*

¶De religioſis exeuntibus clauſtrum, vt audiant leges, vel phiſicam. §.7.

1 CIRCA hanc excommunicationem, ſcilicet de religioſis,qui exeunt clauſtrum, vt vadant ad audiendum leges, vel phyſicam.† Quæro, quare ſit facta hæc prohibitio, cum ſcientia canonica nõ poſſit bene ſciri ſine legali,& mandatur omnibus in prooemio,vt ſciant,& addiſcãt hanc ſcientiam: nam multæ ſunt materiæ, quæ vix, aut nullo modo ſciri poſſunt ſine legibus.ergo non debuit prohiberi ſciri leges? Reſpondet Hoſtienſ. quòd ſine principali ſtudio,& auditu legum per libros legales ſufficiens ſcientia poteſt haberi de ipſis, per ea quæ in libris canonicis apponuntur,& qui dubitat quærat, nam hoc non prohibetur, ſcilicet de dubiis certiorari, dummodò principaliter ibi non ſtudeat. ad hæc 27.diſtinctio.§.finali 28.diſtinctione capi.finali.
2 † Quæro,an habeat locum pœna huius capituli,ſi non exeũt clauſtrum,nec viſitant ſcholas, ſed in clauſtro ſtudeant, vel audiant,vel legant audientibus? Dicit Innocent. quòd ligantur, Idem Anton. de Butr.in eodem capitu. non magno. & eſt verum,ſecundum Hoſtienſ. quo ad verba,ſecus quo ad mentem. Conſulit tamen illum in hoc dubio ſe putari ligatum, argum. eorum, quæ notantur, de cleric. excommunica. miniſt. illud. nam licèt exitus clauſtri fuerit cauſa impulſiua conſtitutionis, cauſa tamen finalis fuit, quia illæ ſcientiæ religioni non conueniunt. & quis dicatur propriè legere,& quid importet hoc verbum, vide Ioannes Andr. in regula iuris,cum quid, libro 6.
3 † Quid ſi vadit ad audiendum cauſa honorandi amicum ſuum in principio ſtudii? Reſpondet Hoſtienſ. quòd ſecundum verba excommunicatus eſt, puto tamen, quòd Papa reſponderet talem non ligari ex mente. ff. ad exhiben. lege penultima. quia verba cum effectu debent intelligi, maximè in pœnalibus. ff. quod quiſque in l. prima.§. hoc autem. idem Ioannes Andreas dicit, quòd non eſt ita amara interpretatio facienda.l.fina.ff.ad exhibend.
4 † Quid ſi Doctor incæpit habere paucos ſcholares,& religioſus vult eum continuè honorare? Dicit gl. quòd non admittit talem honorem,ſimmo etiam ſi tãtum legeret ſemel in hebdomada religioſus audiẽs eſſet ligatus, vt omnis fraus excludatur.
5 † Quæro,an perſona eccleſiaſtica aliquibus ſociis poſſit priuatim legere, vel audire leges in clauſtro? Reſpondet Dominus And.quòd non,& ſi facit, non euadet ſententiam excommunicationis,quia non verbis,ſed rebus lex imponitur,de electio. commiſſa,libro ſexto nam electionis auditus,& principaliter ſtudium prohibetur,de hoc in regulis iuris cum quid vna via prohibetur,de regulis iuris libro ſexto. idem tenet ibi Ioan. Andr. in mercurialibus, licèt contrarium teneat Innoc. propter verbum,exeuntes,& Petr.de Anchara.qui dicit, quòd
6 eſt licitum in camera ſtudere. † Quæro,quia dicitur, niſi infra duos menſes deſtiterint,quando incipit curſus duorũ menſium? Gloſſ. dicit,quòd a tempore ſcientiæ,conſtitutionis, ſiue publicationis. Vincen.dicit numerandus ab exitu monaſterii. idem Innocent. Petr. & Abbas, quo ad religioſos, quo autem ad clericos ſeculares currunt ab incæptione auditus, ideſt quã-
7 do incipiunt audire. † Quid ſi poſt exitum mutato propoſito vadit ad Theologiam? Reſpondet An. quòd non prodeſt, niſi prius huic conſtitutioni ſatisfaciat,redeundo ad clauſtrum, niſi abbas ſignificaret ei,quòd iret ad Theologiam,quia tunc reuer
8 ſus cenſetur in clauſtro, licèt verba hoc non ſonent. † Quid ſi plebani,& ſimiles deſtiterint infra duos menſes, poſtea itera-
9 tò inceperunt? Reſpondet An. q̃ ligantur. † Quid ſi tantum tempus fluxit de duobus menſibus, ita q̃ nõ poſſint infra duos menſes redire ad clauſtrum? Reſpondet Anto. q̃ propter hoc non ſunt excommunicati, niſi poſt terminum, ad hoc de elec-
10 tio.commiſſa.libro ſexto. † Item nota, q̃ monachi non poſſunt ſtudere in ſcientia humana, nec obſtat q̃ lex humana ſit pars diuinæ. de ætate & qualitate cap.penult.& q̃ leges ab omnibus ſciri debent,& omnes aſtringant. C. de legib.l.leges. quia iſtud loquitur de laicis,clericos autem non aſtringit,de conſtitutio.cap.quæ in eccleſiarum.& c.eccleſia. licèt clerici eis poſſunt vti,cum pro eis faciunt,diſtinctio 10.cap.ſi in adiutorium.
11 † Quęro,an hæc pœna habeat locum, ſiue ſit profeſſus tacitè,vel expreſsè, dicit q̃ ſic. † Item nota, q̃ iſti contrafacientes
12 ſunt priuati ſpe promotionis ad dignitates, non ad ordines, ſecundum glo.cap.ſuper ſpecula. cum quibus ſolus Papa diſpenſat. † Quæro, quia religioſi prohibentur ire ad quæuis ſtudia
13 ſine licentia ſui prælati cum conſenſu maioris partis conuentus. † Quid ſi velit ire ad ſtudium ſacræ Theologiæ, an habeat
14 locum hęc pœna,vel ſi ſtudere velit in ſciẽtia canonica? Reſpõdet Petr. de Anchara. quòd ſic. † Quid ſi prælatus religioſo, ſtudioſo, & docili, nolit dare licentiam ſtudendi. arguit Ioan.Andr.in nouella, q̃ epiſcopus dare poterit, nam contemptor ſcientiæ eſt membrum diaboli 48 diſtinct.cap.vlt.& dicit, q̃ hoc placet Archidi. licèt aliquæ rationes vrgeant in contrarium,de quibus in nouella. Item nota, ſecundum gloſam, q̃ obtenta licentia prelati intelliguntur conceſſa omnia,ſine quibus commodè ſtudere non poſſet. Ex quo infert, ſi accipit pecuniam mutuo pro ſua neceſſitate,obligatur monaſterium.qđ intelligit verum Archid.niſi actum fuiſſet, q̃ aliunde ſibi quæ-
16 reret fortè a conſanguineo, vel amico. † Quæro, de quo prælato intelligitur? Reſpondet Ioann. Andr. in nouella, quòd
17 Archidia. intelligit de abbate. † Sed quid ſi ipſe abbas vult accedere ad ſtudia,nunquid poterit ſine licentia alicuius abſque

metu

Source : BIU Cujas

metu excommunicationis huius. Archid. dicit, secundum qđ refert Pet. ꝙ licèt malè faciat ire sine conuentus sui licentia, tamen si vadit, non incurrit istam pœnam, sed aliàs puniri potest.

18 † Quid si vadit ad studendum sine licentia prælati, sed non dimittit habitum, vel econuerso? Respondet glos. quòd vtroque casu excommunicatus est.

SVMMARIVM.

1 *Apostata excommunicatus non est, sed excommunicandus.*
2 *Apostata est, & sic excommunicatus habitum deferens absconsum.*
3 *Religioso ex causa licitum est mutare.*
4 *Monachus dum est in cella, si habitum dimittat, an incurrat in pœnam c. vt periculosa. ne cleri. vel mona.*

¶ De religiosis, qui temere habitum suæ religionis dimiserint. §. ix.

1 CIRCA hanc excommunicationem, scilicet de religiosis, qui temere vbicunque habitum suæ religionis dimiserint. Nota quòd secundum glosam, speciale est in religioso apostata, quia aliàs apostata non est excõmunicatus, sed excommunicandus, secundum quod notat Ioan. & Ber. 23. si quis ex clericis. & de vita & honesta. clerico. si qs
2 ex clericis. & de apost. c. iij. † Quid si portet habitum, sed abscõsum, puta quia cooperit habitum religiõis habitu clericorum secularium? Respondet gloss. in clement. capit. quoniam. de vita & honesta. clerico. quòd est apostata, & per consequens excommunicatus. Idem Landul. no. quemlibet religiosum obligatum ad habitum deferendum extrinsecus, & super omnes alias vestes deferendum, si velit euitare pœnam capit. vt periculosa, ne cle, vel mona. libro sexto. nisi causa rationabilis subsit. idem dicit Paulus in dicto capitu. quoniam. in clemen. dicens, nunquid sufficit portare habitum sub cappa, vel tabarro apparet ꝙ non per hunc textum, immo talis est apostata, & incidit pœnam cap. vt periculosa, ne cleri. vel mona. libro sexto. & ita fuit determinatum Bononiæ. idem tenet Franciscus de Maronis, quòd portans habitum velatum sit excommunicatus.

3 † Quæro, hic dicitur, vt periculosa euagandi materia subtrahatur districtius inhibemus, vt ne de cætero aliquis quancunq; religionem tacitè, vel expressè professus sit in scholis, vel alibi temere habitum suæ religionis dimittat. Quærit gloss. quare dicitur temere? Respondet, quia ex causa licet habitum transformare, vt puta timoris, de vita & honest. capitu. penulti. & ideo text. in clemen. capit. quoniam, de vita, & honest. clerico. dicit, religiosi quilibet, quos oportet, per decentiam habitus extrinseci intrinsecam morum honestatem ostẽdere, si præterquàm ex causa rationabili publicè vestem ferant huiusmodi, subaudi virgatam, vel partitam, per annũ reddantur inhabiles ad quodcunque beneficium ecclesiasticum obtinendum. vbi dicit Zẽzelinus, ꝙ quæ sit rationabilis causa, arbitrio boni viri iudicabitur. Item dicit quòd non dicitur quis assumpsisse, quod statim est dimissurus. vnde si sacerdos, vel religiosus has vestes in momento assumeret, statim eas dimissurus, non diceret eas assumpsisse. ff. de diuortijs. l. diuortium. Item assumere intelligitur, cũ quis cum affectu assumit. ff. de verborum significatio l. nomen filiorum. ergo videtur a contrario, quòd nõ dicitur quis dimittere habitum, quẽ ex rationabili causa dimisit statim reassumpturus: nã verba sunt intelligenda cum effectu. vnde dicitur in dicto capitu. quoniam. in clemen. quòd quicunque clericus virgata, vel partita veste vtetur, nisi rationabilis causa subsit, si beneficiatus extiterit, per sex mẽses a participatione fructuum beneficiorum, quæ obtinet, sit ipso facto suspensus. vnde dicit Zenzelinus, quid si deferat non continuè, nec causa vsus proprii, sed ob festum socii, qui militat, vel doctoratur, vel vxoratur, an incurrat hanc pœnam? Respondet, non, quia talia rarò occurrunt, & iura coadaptantur his, quæ sæpe fiunt. ff. de legib. l. ex his. cum l. sequen. & l. ea quę rarò. ff. de regulis iuris. Item ea, q̃ causa festi, & ioco fiunt, obligationẽ non inducũt. ff. de actio. & obliga. l. obligationum. §. verborum. 15. quæstio. j. illud. de sentent. excommunica. capitu. j. & idem de his, quæ fiunt causa honoris momentanei, vt notatur supra ne cle. vel mona. capit. super specula. vnde religiosus causa honorandi amicũ audiens leges, vel Phisicam, in principio studii, non est excommunicatus. vide supra. §. proximo. Item qui aliquid facit causa veritatis, excusatur a pœna infamiæ, quã alias incideret. ff. de his, qui notantur infam. lib. 2. §. fina. nec talis peccare dicit, vt notat Innocen. de vita & honesta. clerico. capitu. cum decorem. & facit iste textus, vbi dicit, nisi causa rationabilis, & hæc est arbitraria. Item in simili dicit Innocent. dicto capitu. cum decorem. ꝙ licet theatrales ludos facientes, tanquam infames non sunt ꝑmouendi: tamen dicit ꝙ si hoc facerent ad consolationem alicuius infirmi, vel alia iusta causa, non peccarent.

4 † Sed nunquid in lectulo debet deferre habitum? Respondet Petrus de Ancharano, quòd canon sentit quòd sic, 20. q. j. capit. finali: dum dicit, semper. Ioannes Andr. dicit, quòd non putat de mente, quòd monachus in cella sua dimittens habitum suum, vel dum balneum intrat in occulto, vel iacens sine habitu, ligetur hac constitutione, sed tunc quando exhibet se conspectibus hominum sine habitu in habitu laicali, vel secularis clerici sine iusta causa, tunc ligatur, alias pauci reperirentur non ligati, pro hoc facit procœmium, siue ratio, de qua in principio huius capituli, vt periculosa facultas euagandi subtrahatur, quæ ratio cessat in casibus supradictis, & ratio restringit dictum. l. cum pater. §. dulcissimis. de legat. 2. nec verbum positum in canone est ita amarè sumendum, vt non fiat intermissio naturalis, de consecratio. distinctio. 5. si tibi, & l. antiquitas. C. de testamen. & ff. de solu. matrimo. per Doctores, dominus Dominicus de sancto Geminiano dicto capitu. vt periculosa. addit ad rationem Ioannis Andr. qui dicit, quòd hic cessat ratio decretalis, quæ intendit eorum vacationibus prouidere, allegat clement. 2. de vita & honesta. clerico. quæ imponit pœnam, si publicè vestem prohibitam ferant, vt ibi patet in §. dignitatem. ergo occulta mutatio, licet non sit licita, non tamen tali pœna puniatur.

SVMMARIVM.

1 *Religionis causa congregationem facere non licet sine Papæ auctoritate.*

¶ De fratribus cassatæ religionis. §. 10.

CIRCA hanc excommunicationem de fratribus cassatæ religionis, qui de nouo aliquem reciperent.
1 † Nota, quòd hoc c. & cap. fina. supra eod. titu. communiter ad hoc allegatur, ꝙ causa religionis non licet congregationem facere. & hic glosa dicit, quòd non licet absque licentia Principis nouum ordinem, vel collegium constituere. C. de colle. illici. l. j. & 3. & Anto. de Butr. c. fi. de excess. prælat. dicit ꝙ ista est regula, ꝙ omnia collegia sunt reprobata, nisi appareãt permissa, vt l. collegia. §. in summa. ff. de colle. illi. & ideo omnes sectæ, vel collegationes sunt prohibitæ in ciuitatibus, quæ non fiunt super his, quæ habent simul tractare, puta societas sartorum, textorum, & similium. & ideo dicit Guiliel. secundum quod recitat Petxus in hoc c. ꝙ reprobati sunt illi, qui vulgo vocantur Apostoli, nec tamen volebant, secundum Apostolum, victum manibus quærere. x. quæstione tertia, cauendum, decem. capitul. cum Apostolus. Item dicit hic Ioannes An. quòd Papa Ioan. reuocauit quantum de facto processerat eos, qui dicuntur Fraticelli, vel fratres de paupere vita, siue pizocholi, siue begini, in extrauaganti, quæ incipit, Sancta Romana. Sed istud videtur contra dictum Innocen. in dicto cap. fina. de excessib. prælatorum. vbi dicitur, quòd causa pietatis, & religionis, licet conuenire, vt l. 1. ff. de colle. illi. hoc est facere collegium. Sed solutio argumen. patet ex verbis eius, qui subdit, dommodò nihil mali faciant occasione collegij, & hæc collegia, licet bonum nomen habeant, tamen quia malè operantur, fit illicitum collegium, & ideo destruendum, ad hoc facit l. vltima. eodem titulo. & l. Greca. ibi posita, quasi dicat Innocen. quia nouitates regulariter sunt suspectæ, vt capitul. cum consuetudinis. extra de consuetud. & ideo Papa hic statit, quòd non propria auctoritate fiant, sed cum sola Papæ auctoritate fieri possint.

SVMMARIVM.

1 *Verba acquirere de nouo, quomodo intelligantur.*
2 *Sedes apostolica aliud est, & aliud est Legatus de latere.*

De religiosis mendicantibus, qui recipiunt domos, vel loca de nouo §. 11.

Circa hanc Excommunicationẽ de religiosis mendicantibus, qui domos ad habitandum, vel loca de nouo reciperent.
1 † Quæro intelligi, quomodo istud de nouo. Respondet Paul. quòd intelligitur respectu principij quod nunquam fuit. 7. qõ. 1. non autem. 8. quæstio. 1. nec nouum. de verborum significationibus, quid per nouale, quandoque dicitur nouum, quod fuit, & postea desijt esse, & iterum renouatur. 18. quæstio. 2. de monachis, & sic non intelligitur hic. nam si domus antiqua corruat, & super eodem solo reędificatur, non est locus pęnę huic, sed solum cum locum de nouo quærunt, secus si locus ille desijsset esse suus, & ipsum quærerent nouo titulo, tunc locus est huic constitutioni. c. cum inter. de renunciatio.

† Quæro, quia textus, de quo fit mentio in hac clem. cupientes, qui est positus in capitulo vnico, de excessibus prælatorum, libro sexto. dicit sine licentia sedis Apostolicæ. An ergo sufficiet

Source : BIU Cujas

ſufficiet licentia Legati de latere? Reſpondet Petrus de Ancharano in dicto c.vnico, ꝙ Ioan.And.tenet ꝙ non, quia aliud eſt ſedes Apoſtolica, aliud Legatus ipſius, ad hoc de filijs presbytero. c.fi.de ſenten.excommunic.ea noſcitur.& c.de his.de ſentē tia excommunicatio.lib.6.c.eos.& in clemen.c. per literas. de præben. Non enim licet Legato facere contra iura. non enim quod facit Legatus, dicitur facere ſedes Apoſtolica, de præben. hi qui.lib.6.ſecundum ea quæ notat Specu.in tit.de leg.§. nunc tractemus.in principio.

SVMMARIVM.

1 *Pena clemen.cupientes, de pen.vt habeat locum, quæ requirantur, & quomodo in hanc penam incidatur, & in quibus locum non habeat.*

¶ De religioſis, qui dicunt aliqua verba, vt retrahant audientes à ſolutione decimarum. §. 12.

1 CIrca hanc excommunicationem de religioſis, qui dicunt aliqua verba, vt retrahant audientes à ſolutione decimarum.

† Dicit Paulus, ꝙ duo requiruntur, vt hæc pœna vendicet ſibi locum. Primum, ꝙ talia proferant, vt retrahant audientes a ſolutione decimarum. Secundum, ꝙ proferant obligatis ad decimas ſoluendas, ſecus ſi proferant alia intentione, vel non obligatis. Item nota, ꝙ hanc penam incidunt, ſi hæc verba dicunt in ſermonib. ſuis, ideſt in prædicationibus, vel alibi, ideſt priuatis locutionibus.

Item nota, dum dicit religioſos, ꝙ hæc pena non habet locū in clericis ſecularibus, vel laicis, qui contrafacerent.

SVMMARIVM.

1 *Decimarum retentores abſoluendi non ſunt.*
2 *Prædicatores non facientes populo conſcientiam de decimis, quam penam incurrant, quando ſunt requiſiti, & infra numero. 4. & 5.*
3 *Prædicatores non debent facere conſcientiam clericis, quando eis prædicant.*
6 *Prædicatores, quomodo debeant populum informare circa decimas perſoluendas.*
7 *Prædicatores à quibus requiri debeant, vt populum informent circa decimas.*

¶ De religioſis, qui confitentibus ſibi non faciunt conſcientiam de decimis. §. 13.

1 CIrca hanc excommunicationem, ſcilicet de religioſis, qui confitentibus ſibi non faciunt conſcientiam de decimis. † Quærit Land.an ſi inueniantur aliqui retentores decimarum, ſint abſoluendi? Reſpondet ꝙ non, ex quo ſunt continuè in mortali peccato ex retētione decimarum, de deci. c. prohibemus. cum ſciant peccatum non eſſe remiſſibile, niſi reſtituatur ablatum.

2 † Item not. ꝙ prædicatores, qui non faciunt conſcientiam de decimis ſibi confitentibus, vel qui negligunt prædicare, quādo fuerint requiſiti, non incurrunt excommunicationem ipſo facto, ſed ſuſpenſionem ab officio prædicationis, & confeſſionis; donec confitentibus ipſius, ſi hoc ipſum ſibi dicendi commodè facultatem habuerint, conſcientiam fecerint: ſed ſi in prę dicta ſuſpenſiouis præſumpſerint prædicare, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrunt. † Quæro, quia dicitur, ꝙ
3 tenentur facere conſcientiam, quando populo prędicabunt, an ergo teneantur quando clerici prędicant? Reſpondet gl.& Pau. quòd non.de ſenten.excommunica. ſi ſententia.libro ſexto.

Item nota, ſecundum Zenzel. ꝙ hic non fit mentio de feſto Natiuitatis Domini, propter celebrationem miſſarum, quæ celebrantur illa die, propter quòd non eſt fortè commoditas prædicandi, ſed ſolum de feſto Natiuitatis Beatæ Virginis. Item nō fit mentio de feſto Paſchæ propter communionem.

4 † Quæro, quia hic dicitur, cum fuerint requiſiti, an teneantur ū non fuerint requiſiti? Reſpondet gl. ꝙ non.

5 † Sed quid ſi requiruntur in alijs temporibus præterquam in iſtis? Videtur ꝙ non teneantur prædicare, quia hic ſolum dicit text. quando prædicant in iſtis ſolennitatibus.

6 † Item nota textum, ſtudeant informare. Nam ſecundum Zē zelinum non ſufficit, ꝙ prædicando dicāt, ſoluatis decimas, ſed tenentur informare qualiter ad eas ſoluendas ex debito aſtringantur. † Item nota, qui ſunt iſti a quibus poſſunt requiri, quia
7 tex.dicit, ab eccleſiarum rectoribus, vicarijs, aut loca eorūdem tenentibus.

SVMMARIVM.

1 *Pœna clemen. religioſi.de decim. an habeat locum in clericis ſecularibus, vel laicis.*
2 *Verbum, quicunque, comprehendit etiam fœminam.*
3 *Pœna dicta clemen. quando locum non habeat.*
4 *Suſpenſus à diuinis officijs, a quibus officijs ſuſpenſus eſſe intelligatur.*

¶ De religioſis, qui decimas eccleſiis debitas vſurpant. §. xiiij.

1 CIRCA hanc excommunicationem, ſcilicet de religioſis, qui decimas eccleſiis debitas vſurpāt.

† Nota ſecundum gloſam, & Aſtenſem in Sum.7.lib.titu.2.ver.88. quòd in hoc, quod dicit tex. Religioſi, patet quòd non habent locum hæ pœnæ in ſecularibus clericis vel laicis, qui delinquunt in iſtis.

2 † Item in hoc quòd dicit, quicunque, comprehendit etiam fœminas religioſas & etiam religioſum ad ſecularem eccleſiam tranſlatum.

3 † Item in hoc quòd dicit, eccleſiis debitas, patet, quòd ſi decimæ deberentur non eccleſiis, ſed priuatis perſonis per priuilegium, vel antiquum feudum, & religioſi prohiberent ſolui, vel aliter faceret contra iſtam conſtitutionem, non inciderent has pœnas. Item dicit text. non permittunt facto, intelligitur, vel prohibent verbo.

4 † Quærit gloſſ. quia textus dicit ꝙ tales religioſi contrafaciētes ſunt ſuſpenſi ab officiis, an intelligitur de diuinis officiis, an de aliis, puta ſi erat ſacriſta elemoſinarius, camerarius, claniculariuſ, & ſimiles? Gloſſ. arguit ad partes, & non determinat. Paulus dicit, intellige de diuinis. Item dicit Stephanus, & facit litera infra, vbi non repetit, quibus officiis, cum omnes religioſi non teneantur ad diuina officia, ſed ſolum profeſſi & clerici 16.quæſtio.prima nemo. & capitu. ſequen. & capitu. ſi monachus. Vel poteſt intelligi de officiis temporalibus, quæ habent aliquando religioſi, vt ſunt procurationes, & caſtaldionatus. j. quæſtio.tertia. Saluator. de ſolutio. capitu. ſecundo. & hæc ſecunda expoſitio eſt benignior. Intelligi etiam poſſet, quando in eadem perſona concurrunt officia diuina & alia. Alias ſi diuina tantum officia concurrunt, tunc illis ſit ſuſpenſus, vt vitetur maior pœna, ſcilicet excōmunicationis, qua nulla eſt maior in eccleſia 24.q.j.c.non auferamus.j.q.4. corripiantur.

SVMMARIVM.

1 *Clerici ſeculares non ligantur pena clementinæ. prima. de ſentent. excommunicatio.*
2 *Clementina prima. de ſententia excommunicationis de quo interdicto loquatur.*
3 *Excommunicati ſunt religioſi non ſeruantes interdictum, quod ſeruat matrix eccleſia.*
4 *Eccleſia matrix, quæ dicatur.*
5 *Eccleſia matrix, quomodo dicatur interdictum obſeruare.*
6 *Eccleſia Metropolitana non dicitur matrix, quo ad interdictum prouinciæ.*
7 *Quid ſi ſit interdicta villa non habens certam eccleſiam matricem, an dicta clemen. prima locum habeat.*
8 *Religioſi, qualiter intelligantur ſcire matricem eccleſiam ſeruare interdictum.*
9 *Interdictum licèt ſit nullum ob appellationem, ſi matrix eccleſia id ſeruat, ſi religioſi id non obſeruatur, excommunicati ſunt.*
10 *Interdictum quod ſeruandum eſt, ſi per eccleſiam matricem non ſeruatur, religioſi id tenentur obſeruare.*
11 *Epiſcopus ſi mandet interdictum ſeruari, & capitulum contrarium mādet, potius epiſcopo obediendum eſt.*
12 *Excōmunicati ſunt religioſi interdictum non ſeruantes, clerici verò ſuſpēſi.*

¶ De religioſis, qui non ſeruant interdictum, quando matrix eccleſia ſeruat. §. xv.

1 CIRCA hanc excommunicationem, ſcilicet de religioſis, qui non ſeruant interdictum, quando matrix eccleſia ſeruat.

† Aduertendum, ſecundum gloſſ. quòd non ligantur clerici ſeculares hac conſtitutione, ſcilicet, vt incidant excommunicationem, ſi non ſeruant interdictum, quando matrix eccleſia ſeruat.

2 † Quæro, an inteiligatur de interdicto a iure, puta canon ponit interdictum ciuitati, quæ inſecuta fuerit epiſcopum, vt in clemen.in §.ciuitas.de pœnis.

3 † Pone, quòd matrix eccleſia vult iſtud interdictum obſeruare, & obſeruat, an religioſi non obſeruantes ſint excommunicati? Reſpondet glo.in verbo, ſedis Apoſtolicę, ꝙ ſic.

4 † Quæro, quæ dicatur matrix eccleſia? Reſpondet gloſſ. in verbo, matricem, ideſt maiorem vel baptiſmalem, quæ dī matrix: quia ſicut mater generat, ſic illa generat per baptiſmū: & qa interdicuntur qñque loca nō habentia intra ſe eccleſiā cathedralem,

Source : BIU Cujas

dralem,habent tamen matricem,ideo exprimunt hoc.& dico, hoc locum habere etiam cum illa matrix eccleſia religioſis nõ obſeruantibus ſubeſt,quãtum ad præſentationem collationis,
5 vel quia ſit ipſorum vicaria,cum hic generaliter loquat.†Quæro,quomodo intelligit matrix eccleſia obſeruare interdictũ? An intelligitur,quando ſolus epiſcopus,vel prælatus ſeruat, an quando ſolum capitulum:an quando vtrunq; mixtim? Item, quid ſi vacat eccleſia cathedralis & pars capituli ſeruat, & pars non ſeruat,& fortè partes ſunt æquales.i. tot ſunt obſeruantes, quot ſunt non obſeruantes.Reſpõdet gl. ꝙ in omnibus his caſibus eccleſia ſumitur pro materiali eccleſia, ſcilicet pro ipſius eccleſiæ parietibus:& ꝙ ex quo quotidie in eccleſia celebratur ianuis apertis,ſiue per prælatum,ſiue per capitulum totum, uel partem per alios clericos eccleſiæ non ſit locus huic pœnę,cõ
6 cor.Steph.†Quæro,an quo ad interdictum prouinciæ dicet eccleſia metropolitana matrix ita ꝙ illa ſeruante interdictum,religioſi totius prouinciæ non obſeruantes ligati hac pęna ſint, de ſcientibus loquor.Reſpondet gl.ꝙ non,per hanc literam, q̃ dicit cathedralem,vel matricem loci.Conſtat tamen,ꝙ metropoli.puta Rauennas,non eſt iuris, vel cathedralis ciuitatis Bononię,ligabuntur ergo religioſi Rauennatis diœceſis tantum.
7 †Quæro,quid ſi ſit interdicta villa,vel caſtrum,non habens certam eccleſiam cathedralem incluſam vel matricem,ꝙ eſſe poſſet,puta,quia matrix eccleſia eſt in alia non interdicta, vel quia plures ſunt eccleſiæ in villa,vel in caſtro, & nulla eſt principalior, quia quælibet baptizat ſuos parochianos, & fortè ex illis eccleſiis aliquæ ſeruant interdicta,aliquæ non? Reſpondet glo. puto ꝙ tunc non ſit locus huic ꝓſtitutioni. Deficit enim mens & verba,ſicut nec locum haberet,quando in loco ſingulariter interdicto nulla eſſet eccleſia,niſi illa religioſorum non ſeruã-
8 tium. † Quæro, qualiter religioſi intelligantur ſcire matricem eccleſiam ſeruari interdictum? Reſpondet gl. quãdo viderint, vel alio corporis ſenſu perceperint,puta audierint aliàs probabiliter ignorantes talem obſeruantiam,non ligantur hac pęna.
9 †Quæro,quid ſi interdictum ſit nullum propter appellationẽ illorum,contra quos latum fuerit,& tamen matrix eccleſia ſeruat? Reſpondet glo.ꝙ nihilominus religioſi non obſeruantes
10 incurrunt excommunicationem. † Sed quid ſi matrix eccleſia non ſeruat,vbi eſt ſeruandum,nunquid religioſi ſeruare tenentur? Reſpondet Paulus,ꝙ ſic.nam excuſantur,licèt matrix non
11 ſeruet.†Sed quid ſi epiſcopus mandat ſeruari interdictum,& capitulum mandat contrarium?Reſpondet Zenzerinus, ꝙ potius eſt obediendum epiſcopo,vt in c.j.de poſtul.præla.Item dicit de interdicto,quod mandatur ſeruari per epiſcopum, licèt per eccleſiam cathedralem non ſeruetur,quia nõ quod fit, ſed
12 quod fieri debet,attenditur.de elec.c.cum cauſam. †Item nota ſecundum Land.ꝙ religioſi non ſeruantes interdictũ, ſunt excõicati.Clerici verò ſeculares,& etiam religioſi, ſunt ſuſpenſi, vt in c.tanta.de exceſ. præl.Item eſt interdictus ingreſſus eccleſiæ,de priuil.c.epiſcoporum.lib.6.Item ſunt excõicati ſepelientes interdictos in clem.eos,de ſepult.Item eſt irregularis & ineligibilis actiuè & paſſiuè.ſ.eod.tit.is,qui.lib.6.

SVMMARIVM.

2 *Excommunicati non ſunt clerici ſeculares recipientes fratres, vel ſorores tertij ordinis ad diuina.*
2 *Excommunicati non ſunt fratres Minores recipientes illos tertij ordinis in alijs eccleſiis,non in ſuis.*
3 *Fratres tertij ordinis gaudent priuilegio,quòd tempore interdicti in alijs eccleſiis,quam fratrum Minorum poſſunt in diuinis intereſſe.*

¶ De fratribus Minoribus recipientibus ad diuina fratres de tertio ordine.§.16.

Circa hanc excommunicationem,ſ. de fratrib. Minoribus recipientibus ad diuina fratres
1 & ſorores de tertio ordine.†Quęrit gl.an ſi alij religioſi,uel clerici ſeculares eos recipiant,incidant excommunicationẽ? Reſpondet ꝙ non,nam ſpecialiter excommunicantur fratres Minores,ſm Land.quia ſpecialiter eis afficiebantur, vtpote ſui ordinis.Item nota, ꝙ hæc excommunicatio habet locũ non obſtantibus quibuſcunq; priuilegiis tam ipſorum fratrum Mino-
2 rum,quàm illorum de tertio ordine. † Quæro, an ſi fratres Minores recipiant ad diuina in alijs eccleſiis, & non ſuis, incidant excommunicationem? Reſpondet gl.ꝙ non. Poſſet tamen habere locum alia pœna communis.c.j.eod.titu. quia non ſeruaret interdictum,quando matrix eccleſia ſeruat,ſed ſi matrix eccleſia non ſeruat interdictum, ſi ipſi fratres Minores reciperẽt eos ad diuina in aliis eccleſiis, non incurrunt excommunicationem, ſecundum Stepha. Fatetur tamen, ꝙ ſi eos reciperent ad diuina contra voluntatem Rectorum,aſſumendo ſibi hanc
3 auctoritatem,ꝙ inciderent.†Item nota,ſecundum Paulum, ꝙ iſti de tertio ordine gaudent priuilegio, ꝙ tempore interdicti poſſunt intereſſe diuinis,quo ad alias eccleſias,dummodò non fratrum Minorum,& ſic dicit Land. & Zenzeli. quòd gaudent priuilegio clericali.& hoc dicit Zenze.credo verum,& ſic conſului in vna quæſtione Peruſina.

SVMMARIVM.

1 *Monachi curiam Principum intrantes,ut ſint excommunicati, quæ requirantur.& nu.ſeq.*

De monachis & canonicis regularibus,qui transferunt ſe ad curias principum.§.17.

Circa hanc excommunicationem, ſcilicet de monachis,& canonicis regularib qui tranſferunt ſe ad curias Principum,nota ſecundum glo.& Aſten.in ſumma,ꝙ text.dicit, non habentes adminiſtrationem, ergo ſi habent adminiſtrationem ire poſſunt cauſa adminiſtrationis.
1 †Item nota. ꝙ ad excommunicationem hanc contrahendam duo ſunt neceſſaria, ſcilicet ꝙ intrauerint curiam, & ꝙ animo damnificandi monaſterium, vel prælatum. licentiam autem habere,vel non habere, non eſt ponderandum: quia etiam ſi intrarent curiam de licentia prælati animo damnificandi monaſterium,vel prælatum,eſſent ligati. Ex ſolo igitur exitu clauſtri ob hanc cauſam non ligatur, ex quo non intrauit curiam. Land. tamen dicit, ꝙ ſi intrat curiam, licèt non animo malo, peccat mortaliter,faciendo contra prohibitionem, licèt non
2 ſit excommunicatus.†Quid ſi intrauit curiam ob hãc cauſam, ideſt animo damnificandi prælatum,vel monaſterium, tamen non intulit damnum, ſiue quia non potuit, ſiue quia pœnituit. Reſpondet gl.ꝙ excommunicatus eſt.

SVMMARIVM.

1 *Canonici regulares tenentes arma intra,vel extra ſepta monaſterij, nõ ſunt excommunicati.& infra nu.2.*
3 *Armorum appellatione,quid contineatur & nu.ſeq.*
5 *Clerici arma portantes,mortaliter peccant.*

¶ De monachis,qui ſine licentia Abbatum infra monaſteria tenent arma.§.18.

Circa hanc excommunicationem, ſcilicet de monachis,qui ſine licentia Abbatum infra
1 ſepta monaſteriorum ſuorum tenent arma.† Nota, ꝙ hic non extenditur ad Canonicos regulares,quia hic de eis non repeti-
2 tur,ſm gloſam.†Quęro,quid ſi teneant arma extra ſepta monaſterij? Reſpondet gl.ꝙ non ſunt excommunicati.† Quæro, qd intelligitur nomine armorum. Reſpondet gl. ꝙ intelliguntur tam arma ad defendendum, quàm ad offendendum, ut tela & ſimilia.Inſtitu.de interdict.§.armorum. & Inſti. de pu.iu.§.item lex Cornelia.ff.de verborum ſignific.l. armorum. concor.Pau. Land.& Zenzeli.qui addit,poteſt tamen de his intelligi,quę cõmuni vſu loquendi arma appellantur, vt ſtetur vſui loquendi. ff.de fundo inſtructo.l.cum de lanionis.§.aſinam. ff.de verb.ſi-
4 gnifi.l.vt Alfenus.& l.anniculus. † Quid ſi tenent arma non ad offenſam,ſed ad alium vſum,vt lapides ad ædificandum, cultellos ad vſum coquinæ vel menſæ.Reſpondet Paulus, ꝙ non eſt locus huic pœnæ.Si autem haberent aceruum lapidum ad fenestram ſuper portam ad impugnandum venientes,tunc accedit
5 iſte tex.†Nunquid clerici portantes peccant mortaliter? Reſpõdet Matthęus ꝙ ſic, aliàs non poſſunt excommunicari. 2.q.3. nemo.& ibi notatur.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus credit parochiano volenti recipere euchariſtiam,ſi dicat ſe a proprio ſacerdote licentiam habere.*
2 *Seculares mercenarij,a quo debent habere licentiam, ſi alibi volunt ſumere euchariſtiam.*
3 *Licentia parochialis ſumendi ſacramentum alibi, an ſufficiat ſi nõdum preſbiter eſt.*
4 *Et an ſufficiat licentia vicarij gerentis curam ordinariam illius parochiæ.*
5 *Licentia diœceſani ſufficit,vt in alia eccleſia ſumatur ſacramentum.*
6 *Licentia,an requiratur ſpecialis,vt accipias a tali religioſo, vel ſufficiat generalis.*
7 *Parochianorum ſpecialis mentio, an requiratur, quando parochianus dicit religioſo,do tibi licentiam,ut des euchariſtiam meis ſubditis.*
8 *Excommunicati non ſunt religioſi baptizantes.*
9 *Parochialis curatus poteſt in adiutorium ipſius curæ ſibi ſocium aſſumere ad tempus.*

¶ De religioſis miniſtrantibus ſacramenta euchariſtiæ, extremæ unctionis,abſq; licentia proprij ſacerdotis.§.19.

Circa hanc excommunicationem de religioſis miniſtrantibus ſacramẽta Euchariſtiæ, extremæ vnctionis,abſq; licentia proprij ſacerdotis.
1 † Quæro, an credat religioſus parochiano volenti

Source : BIU Cujas

recipere Euchariſtiam,ſi dicat ſe habere licentiam a proprio ſacerdote? Reſpondet gl.ꝙ ſic,quia præſumẽdus eſt eſſe memor propriæ ſalutis.j.q.7.§.ſancimus.de homici.ſignificati.concor.
2 Pau.Land.& Steph.†Quæro, quid de ſecularibus mercenarijs, & ſimilibus?Reſpondet gl.ꝙ ſufficit licentia presbyterorum,in
3 quorum parochijs habitant.†Quæro, an ſufficiat licentia parochialis,qui nondum eſt presbyter? Reſpondet gl.ꝙ ſic, ſi eſt legitimæ ætatis,vt infra annum poſſit ordinari ſacerdos.& ita faciat ſe ordinari infra annum a die, quo eſt ſibi cura commiſſa, aliter ipſo facto eſt priuatus beneficio,vt in ca.licet.de elec.lib. 6.niſi eccleſia parochialis ſit collegiata, quia in iſto caſu nõ eſt priuatus,ſed niſi admonitus faciat ſe infra dictum terminũ ordinari,debet priuari.extra de elec.c.cum in cunctis.§. cum inferiora.& c.inſtitutum.de elec.li. 6. tamen epiſcopi & ſuperiores poſſunt cum aliquibus diſpenſare ratione ſtudii,vt non teneãtur ſe facere promoueri ad ſacerdotium, niſi poſt ſeptennium, dum tamen infra annum faciant ſe promoueri ad ſubdiaconatum,& poſt ſeptimum annum cęptum infra annum recipiant diaconatum & presbyteratum, aliter ſunt priuati ipſo iure. de
4 elec.c.cum ex eo.lib.6.†Quæro,an ſufficiat licentia vicarij, qui gerit curam ordinariam illius eccleſiæ parochialis, & eſt conſtitutus ab epiſcopo? Reſpondet gl.ꝙ ſic.Ex quo infertur, ꝙ ſi nõ habet curam ordinariam,ſed eſt ſibi cura eccleſiæ paruo tẽpore recommiſſa,ꝙ non poteſt dare hanc licentiam,niſi in ſpeciali hoc ſit ſibi commiſſum.†Quæro, an ſufficiat licentia diœceſani? Reſpondet gl.ꝙ ſic.de pœni.& remiſſio.c.2.lib.6.quia epiſcopus eſt parochialis presbyter omnium ſubiectorum ſuę diœceſis,& ſpecialiter quando vacat eccleſia parochialis.conſuluit tamen gl.ꝙ a parochiali presbytero recipiatur licentia, quia tu
6 tius eſt non recedere a verbis.ca. ad audientiam.de deci.†Quid ſi parochianus dicat,do tibi licentiam, vt recipias a quouis ſacerdote,ſiue religioſo:an requiratꝰ ſpecialis ſpecificatio,ꝙ poſ-
7 ſis recipere a tali fratre Minorum,vel Prædicatorum.†Item,qd ſi parochianus dicat religioſo,do tibi licentiam, vt des Euchariſtiam,& extremam vnctionem meis ſubditis, an requiratꝰ ſpecialis ſpecificatio parochianorum,quibus ſunt hæc præbenda?
8 Reſpondet gl.ꝙ nõ,ex quo de ſacramẽto fit ſpecificatio.†Quęro,an religioſi conferentes ſacramenta baptiſmi incidant ex-
9 communicationem?Rñdet gl.ꝙ non.†Item,ſm Land.ꝙ ſacerdos parochialis curatus,quantuncunque ſimplex, ex quo commiſſa eſt ſibi cura,poteſt in adiutorium ipſius curæ ſibi aſſumere ſocium ad tempus,quemcunq; religioſum,vel alium ſine cuiuſcunque ſuperioris licentia,puta in Quadrageſima,qui ipſum iuuet in ſacramentis conferendis,vel in officio prædicandi,dũmodò conſtet ſibi de ipſius ſufficientia,vt notat Inno. in c.tua. de clerico peregrino.& c.excõmunicamus.§.quia vero de hĩti.nam ex quo tales ſunt ordinati ritè, ita poſſunt illa facere, ſicut curati:nec deficit eis niſi materia, ſ.populus. ſi ergo curatus patet ſibi materiam,exercere poterit.16.q.j.ecce.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati non ſunt religioſi abſoluentes a ſententia ab homine lata.*
2 *Religioſi,in quibus caſibus poſſint ſine metu excommunicationis abſoluere.*
3 *Religioſi non excommunicantur, ſi ex priuilegio quod habent, aliquem abſoluunt.*
4 *Sentẽtiæ,quæ ſunt illæ a quibus religioſi,ſi abſoluunt,ſunt excommunicati.*
5 *Statuta non poſſunt facere prælati collegiatarum eccleſiarum cum ſuis Capellanis.*
Epiſcopus cum capitulo ſtatuta facere poteſt.
6 *Religioſi abſoluentes ſocium,vel religioſum ab excommunicatione canonis, excommunicati ſunt.*
7 *Frater Minor,an ſit excommunicatus,ſi a peccato,non ab excommunicatione abſoluit percutientem clericum.*
8 *Excommunicatus,& irregularis ab excommunicatione abſolui poteſt, irregularitate durante.*
9 *Percutiens clericum ſi religionem ingreditur,an abſolui poſſit.*
10 *Sacerdos abſoluens aliquem a peccatis,a quibus non poteſt,an ſit excommunicatus.*

¶De religioſis,qui abſoluũt excommunicatos a canone.§.20.

Circa hanc excommunicationem de religioſis, q abſoluunt excommunicatos a canone.
1 †Quæro, an ſi religioſi abſoluunt a ſententia lata ab homine, incidant in excommunicationem? Reſpondet gloſ.ꝙ non,ex quo non expreſſit.Idem Land.& Paul.dicunt,ꝙ ſi abſoluunt a ſententia lata ab homine, vel per delegationem Papæ, vel per literas aliorum inferiorum prælatorum,non incidunt in excõicationem,quia ſi de hoc intellexiſſet,expreſſiſſet, ut in c.ad audientiam.de deci.Item quia hæc conſtitutio eſt pœnalis, ut in
2 c.ſtatutum,de electio.li.6.†Quęro,quia text.dicit,ſpręterquam a caſibus in iure expreſſis,qui ſint caſus a iure expreſſi,in quibus religioſi ſine metu excommunicationis poſſunt abſoluere? Reſpondeo,quando regularis regularem percutit, quia tũc ad curiam mitti non debet,ſed eum poteſt abſoluere prælatus, vt in c.mona.de ſenten.excommuni.uel in articulo mortis, quo caſu quilibet ſimplex ſacerdos abſoluit.& alij ſimiles,vt in c.cum
3 eorum.eod titu.†Quid ſi religioſi habent ex priuilegio, ut poſſint abſoluere a caſibus excommunicationum in iure poſitarum? Reſpondet gl.ꝙ tunc ſi abſoluunt,non incidunt excommunicationem,& hoc eſt, quòd dicit text.vel priuilegiis ſedis
4 Apoſtolicæ conceſſis eiſdem,ſcilicet fratribus. † Quæro, q̃ ſint iſtæ ſententiæ,a quibus ſi religioſi abſoluunt, incidunt excommunicationem? Reſpondet gl.in verbo, a ſententijs, quòd intelligitur ab omnibus ſententiis,ſiue ſint ſententiæ excommunicationis,ſiue ſuſpenſionis, ſiue interdicti per ſtatuta ſinodalia,uel prouincialia promulgatæ. † Sed nunquid prælati collegiatarum eccleſiarum cũ capellanis ſuis poſſint facere ſtatuta, ſine conſenſu epiſcopi, vel capituli cathedralium? Reſpondet Steph.ꝙ non,vt in c.cum conſuetudinis.de conſuet.& in c.nouit.de iud.& de ijs,quæ fi.a præla.c.nouit. Et no.Inno. de conſti. cum omnes.Epiſcopus autem cum conſenſu capituli poteſt,de conſti.c.vt animarum.lib 6.de maio.& obe.c.2.i 8.diſt. in prin.
6 de conſecra.diſt.3.c.j.†Quæro,quid ſi abſoluant ſocium,vel religioſum a prædictis,puta ab excommunicatione canonis?Reſpondet gl.ſuper verbo,quemquam,ꝙ tales abſoluentes incidunt excommunicationem. Sed an abſoluti incidant tãquam participantes in crimine? Glo.Io.And.remittit ſe ad nota. in c.
7 contingit.de ſenten.excommu.†Quæro, pone ꝙ frater Minor abſoluit percuſſorem clerici, vel interfectorem non a ſentẽtia excommunicationis ſed a peccato, nunquid incurrat hanc pœnam? Reſpondet Land.Videtur,quòd non,quia aliud eſt abſoluere a peccato homicidij, aliud ab excommunicatione. Nam aliquando remanens in mortali,propter quod eſt excommunicatus,abſoluitur ab excommunicatione durante peccato,de te
8 ſtibus.c.veniens.† Item excommunicatus & irregularis poteſt abſolui ab excommunicatione,remanẽte irregularitate.de ſenten.excom.cum illorum.Item,quia ſi tex.iſte voluiſſet dixiſſet, vt in ca.ad audientiam.de deci.dicit ergo, ꝙ ſi talis ſcienter admittit excommunicatum ante abſolutionem ad ſacramẽtum pœnitentiæ, tunc & ſi non incurrant hanc excommunicationem directè,incidunt tamen minorem participando cum excommunicato, & conferendo eccleſiaſtica ſacramenta, & ſic participando in diuinis,extra de ſent.excomm.c.nuper.ſecus ſi probabiliter ignorabat factum vel ius ſpeciale, vel conſtitutionem ſinodalem,uel prouincialem fulminantem excommunicationis ſententiam:tunc enim foret excuſatus, ut in c.ad apoſtolicæ.de cle.excomm.min.& in c.vt animarum.de conſti.lib. 6.niſi ignorantia fuerit craſſa vel ſupina,& ibi dicit text.puta ſi conſtitutio fuit publicè publicata in ciuitate,vt no.in c. cum in
9 tua.qui matri accuſa.poſſ.& 38.diſt. in princ. † Vtrum ſecularis percutiens clericum, & ingrediens religionem poſſit abſolui,
10 vide Ricar.in 4.diſtin.18. †Vtrum ſacerdos abſoluens aliquem ab illis peccatis,a quibus non poteſt,peccet mortaliter. vide Ricar.in 4.diſt.28.arg.2.q.5.

SVMMARIVM.

1 *Clerici vel religioſi inducentes aliquos,vt eligant ſepulturam apud eos non ad iurandum,vel vouendum,non ligantur pœna c.j.de ſepult.lib.6.*
2 *Idem ſi inducant ad vouendum non apud ſuam eccleſiam.*
3 *Iurans uel vouens,motu proprio eligere ſepulturam in tali loco,votum et iuramentum ſeruare tenetur.*
4 *Clerici iniuſtè ſepelientes,quid reſtituere teneantur.*
5 *Eccleſia,quare ob delictum vnius de eccleſia interdicatur.*
6 *Clericus inducens aliquem ad vouendum eligere ſepulturam in eccleſia, vbi aliàs ſepeliri debet,non incidit in excommunicationem.*
7 *Interdicta ſi ſit eccleſia,vbi quis ſepeliri debet, in eccleſia cathedrali ſepeliendus eſt.*
8 *Eccleſia cathedralis ſubrogata loco interdictæ, an ſit ſubrogata cum onere, & honore.*
9 *Viatores decedentes ſepeliri poſſunt in eccleſia cathedrali vel parochiali,in qua mortui ſunt.*
10 *Sepultus in aliquo monaſterio ſi ſit aliquis,quia eccleſia ſua erat interdicta, quid debeat habere eccleſia parochialis.*

¶De clericis ſecularibus & religioſis inducentibus ad vouendum,iurandum, vel promittendum de eligendo ſepulturam apud eos,vel iam electam non mutando.§.21.

Circa hanc excõmunicationem de clericis ſecularibus & religioſis inducentibus ad vouendũ, iurandum,vel promittẽdum de eligendo apud eos ſepulturã, vel iam electam non mutandam.Aduertendum, ꝙ ſic dicitur in c.j.de ſepul.li.6.de quo c.facit mentionem tex.in cle. cupientes.de pę.ſi contrafactum fuerit,talis electio erit irrita, & q ſic elegerint,nõ poſſunt ſepeliri apud eccleſias ſic electas, nec pñt eligere,

Source : BIU Cujas

eligere alibi, ſed omnino ſepeliendi ſunt apud eccleſias, apud quas fuiſſent ſepeliẽdi, ſi non elegiſſent ſepulturam. Aliàs religioſi & clerici, qui prædictos in ſuis eccleſiis, vel cimiteris præſumpſerint ſepelire, tenentur ad reſtitutionem corporum ſi petantur, & etiam tenentur ad reſtitutionem omnium, quæ occaſione ſepulturę eorum peruenerint quomodolibet ad eoſdem faciendam integraliter infra decem dies, quam niſi fecerint, eccleſia apud quam ſepulti fuerint & cimiteria eius, ex tunc tandiu remaneãt interdicta, donec facta fuerit reſtitutio prędictorum, dicto c j.† Quæro, quid ſi non inducant ad iurandum, vouendum, vel promittendum, ſed inducunt, vt eligant. Reſpondet Pet. de Ancha. ſecundum Io. Andr. ꝙ non ligantur iſta conſtitutione, nam ſimpliciter eligens p̃t variare, & pęnitere, ꝙ nõ p̃t iurans, vouens vel promittẽs.† Quæro, quid ſi inducat ad vouendũ, iurandũ, vel ꝓmittendũ de eligendo apud non ſuam eccleſiam ſ. inducentis. Reſpondet idem, ſecundum Ioan. Andre. ꝙ non ligantur hac conſtitutione. Vide ꝙ not. Hoſtien. eo. titu. in ſumma §. an licitum. verſi. quid ſi quis eligat. vbi loquitur de illo, qui iurauit. non mutare ſepulturã, an mutare poſſit.† Quid ſi quis proprio motu iuraret, vel voueret in tali loco eligere ſepulturam? Reſpondet Hoſtien. ꝙ tunc tenetur ſeruare votum, vel iuramentum, niſi cauſa noua ſuperueniat, puta, quia factus eſt epiſcopus, vel religioſus, vel locus eſt diſſipatus. extra de religio. dom. inter quatuor. licèt Pet. de Ancha. teneat contrarium d. c. j. de teſtamen.† Item nota, ꝙ qui illicitè ſepeliunt, tenentur ad reſtitutionem corporum, & hoc ſi petantur. Ad reſtitutionẽ autem aliorum, quæ occaſione ſepulturæ perceperunt infra decem dies, etiam ſi non petantur, vt dicit gloſ. in verbo, decennium. & ratio eſt, ſecundum Pet. de Anch. quia ſemper qui malè accipit, eſt in mora, ſicut fur. l. in re furtiua. ff. de condi. furti. Non ergo debet interpellari, ſed vltro ſe offerre, vt liberetur à peccato.† Quæro, quare ex delicto vnius fortè minimi de eccleſia, propter iuramentum, vel promiſſionem, quam ſibi fecit fieri, tota eccleſia damnum patiatur, vt ſit interdicta cum cimiterio? Reſpondet Pet. de Anch. quia reliqui de eccleſia hanc pœnam interdicti incurrunt potius ex ſequenti eorum delicto nõ reſtituẽdo malè accepta, quæ ex facto alicuius de collegio hoc inducentis, quaſi totum collegium dicatur deliquiſſe, ſi retinẽt rem inuaſam ab vno de collegio. Facit ꝙ no. c. 2. de ordi. cognitio. Præſumitur enim ille talis eorum conſcientia deliquiſſe, poſtquam retinent rem ſic inuaſam, argu. de reſtitu. ſpolia. cum ad ſedem. nam ratione coniunctionis alter alterius facta præſumitur ſcire. argu. l. de tutela. & ꝙ ibi notatur. C. de in integrum reſtitutio. minorum.† Quæro, dicitur in d. c. j. de ſepul. ꝙ ſi quis fecerit ſibi promitti de eligendo apud illum ſepulturam, ꝙ tali promiſſione nõ obſtãte dẽt ille ſepeliri apud eccleſiã illã, apud quam de iure ſepeliri debuiſſet. Quid ergo ſi ipſa eſt illa, cuius clericus ſic deliquit, faciendo ſibi iurare, vouere, vel promittere, puta eſt ſuus parochianus, vbi aliàs ſepeliri debebat? Reſpondet Io. An. in nouella, ꝙ iſta quæſtio eſt indubitata, quia iſta cõſtitutio emanat in fauorem eccleſiæ, cui ſepultura debetur. ergo in ipſius pœnam retorqueri non debet, de re. iu. c. ꝙ ob gratiam. Item licèt peccet auferendo libertatem eligendi ſepulturam, tamen certat de debito retinendo. Non eſt ergo habẽda illa ratio de tali, quæ habetur de illo, qui certat de lucro captãdo. l. fi. C. de codi. facit. C. ſi quis ali. te. prohi. l. fi. & l. Iulianus. cum l. ſequen. de acquiren. rerum domi. concordat Pet. de Anchara.† Quid ſi illa, apud quam debebat ſepeliri de iure, etiam erat interdicta cum eius cimiterio? Reſpondet Archid. illum ſepeliendum in eccleſia cathedrali, quæ etiam ſi eſſet interdicta, ſeruabitur ordo. 13. q. 2. c. vbicunq;.† Quæro, ſi iſta quæ debebant reſtitui huic eccleſiæ, in qua debebat ſepeliri, ſi interdicta non fuiſſet, poſtque non ibi, ſed in cathedrali, vel alibi ſepelitur, vtrum debebuntur iſta huic eccleſiæ, ad quam funus transfertur. Eadẽ etiam eſſet quæſtio de canonica portione debita eccleſiæ parochiali, an ea perdat, ſi deprehenditur interdicta tempore ſepulturæ. Poſſet etiam dici in primo caſu, ꝙ poſtquam cathedralis, vel alia ſubrogatur loco interdictæ, debet intelligi ſubrogata cum omnibus qualitatibus, & cum onere, & honore. ff. ſi quis ex teſta. liber eſſe iuſſus fuerit li. in §. hęc actio. Onus enim comitatur in tali caſu emolumentum. l. alumnæ. §. ſcientia. de alimẽ. legat. Item poteſt dici, ꝙ ſi ſine delicto eſſet eccleſia interdicta, non eſſet eccleſia priuanda commodis conſuetis, argu. l. adminiſtratione. C. de lega. Idem ſentio, ſi non potuit ſepeliri apud eccleſiam, apud quam elegit ſepulturam, propter caſum contingẽtem in perſona mortui, puta quia deceſſit in campis, neq; reperitur, vel eſt bannitus: propter iſta enim eccleſia non eſt priuanda legatis ſibi factis gratia ſepulturæ, vt notatur in c. in noſtra. de ſepultu. lib. 6. Si autem quis poſt electam ſepulturam, & legatum eccleſiæ factum, mutaſſet animum eligendo alibi ſepulturam, videtur legatum ademptum, & tranſlatum ad illam, in qua voluit vltimò ſepeliri, argu. d. §. ſcientia. Hæc Pet. de Anchara.† Quærit idem Pet. poſt Ioan. Andre. Quid de viatoribus decedentibus, vbi debeant ſepeliri? Ioan. And. in c. j. de ſepul. in nouella, dicit quòd in eccleſia cathedrali, & recitat opinionem Archid. tenentis. contrarium, ſcilicet quòd ſepeliatur in eccleſia in cuius parochia mortuus eſt. Idem Vgo. & Ray. per c. eccleſias. 23. q. j. & 16. q. j. c. j. exponentes ibi patrum, ideſt Chriſtianorum. 2. q. 3. ad menſam. Goffre. in ſumma, eodem titulo, verſic. quid ſi peregrinus, dicit quòd ſepeliatur in cathedrali, vel in alia, in cuius parochia mortuus eſt, per dictũ c. eccleſias. & fuit hæc quæſtio de facto Senis in perſonam cuiuſdam militis magnifici forenſis, qui deceſſit in parochia ſancti Chriſtophori, & ſepultus fuit in eccleſia cathedrali, cuius funera fuerunt magnifica & ſumptuoſa valde. ibi tamen non erat quæſtio de omnibus funeralibus, ſed de parte parochiali, quam petebat eccleſia ſancti Chriſtophori.† Quæro, dicitur hic, quòd ille qui iniuſtè ſepeliuit, tenetur ad reſtitutionem omnium illi eccleſiæ, vbi debuit ſepeliri. Sed pone quòd ille in eccleſia non poteſt ſepeliri, quia ciuitas erat interdicta, & de facto ſepultus fuit apud fratres Minores ipſis inuitis. multa tamẽ pro oblationibus & pro miſſis dicendis oblata ſunt fratribus. Quæritur, an illa eccleſia debeat illa habere, vel an parochialis debeat de illis habere quartam, cum nec apud ipſam potuiſſet etiam ſepeliri. Federicus de Senis conſuluit, ꝙ iſta malè ablata, & malè accepta non veniãt diuidenda. ff. familiæ erciſcun. l. cęterum. §. ſed & ſi qui. Ad hoc facit ꝙ notat Innocen. in dicto c. in noſtra. vbi ad literam ſic dicitur. Siue ergo is, de quo agitur apud hoſpitalarios non de iure, ſed de facto ſepultus eſt derelictis eiſdem nec totum, nec partem reddent eccleſiæ parochiali, ſed corpus tantum, & oblationes omnes, quæ occaſione ſepulturæ factæ fuiſſent, vt extra de ſepul. c. ex parte. Nec obſtat c. in noſtra, quia debet intelligi, quando prorſus alibi ſepultus de facto debebat apud ſuam eccleſiam ſepeliri: ſed in caſu noſtro nulla ſibi irrogatur iniuria, cum non haberet ius tunc ſepeliendi propter interdictum, de pœniten. & remiſſio. quòd in te. & de priuileg. c. cum & plantare. §. ꝙ ſi Templarii. Et infert iſtam rationem, quòd ſi eccleſia parochialis eſt interdicta, ſed non per rationem, quòd parochianus alibi ſepultus ex electione, vel iuramento, dicto caſu eccleſia parochialis non habebit quartam, & ita ſcripſi in dicto c. in noſtra. verſicu. vltimò quæritur. Et hoc dico, quòd ſi apud eccleſiam, vbi debuit eſſe ſepultus, de iure poteſt defendi, vt ſua eccleſia interdicta nihil percipiat. Sed ſi alibi eſt ſepultus de facto, tunc ſi ſine interdicto ſua eccleſia commiſit culpam, tunc fortè idem. Si verò culpam non commiſit, quia fortè propter delictum Domini fuit ciuitas interdicta, tunc etiam non deberet ſuo iure priuari, cum per eam non ſtaret, ſed per caſum occurrentem, argumen. dictæ l. ab adminiſtratione. item ſi in ſua poterat ſepeliri, tunc omnium debet fieri reſtitutio per eccleſiam, quæ illicitè ſepeliunt, argumen. huius capituli, & ca. in noſtra. quæ enim occaſione rei meæ ad te veniunt, debes mihi reddere, ſicut ipſam rem, quod dic ſicut plenè not. Bartol. in l. prætor ait. §. quod de fructibus. ff. de bonis auctoritate iudic. poſſiden.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus quis dicatur.*
2 *Hæreticus largè quis dicatur.*
3 *Iudæi, vt hæretici non puniuntur, ſi dicant vſuram non eſſe peccatum.*
4 *Hæretici poſt mortem, an reconciliari poſſint.*
5 *Hæreticus quis dicatur propter dubium fidei.*
6 *Iudæi vti hæretici excommunicati non ſunt.*
7 *Hæretici excommunicati ſunt.*
8 *Hæreticorum credentes, qui dicantur.*
9 *Hæreticorum ſermones audientes, graniter ſunt ſuſpecti.*
10 *Hæreticorum receptatores, qui dicantur.*
11 *Hæreticorum defenſores, qui dicantur.*
12 *Hæreticorum fautores, qui dicantur.*
13 *Hæreticis verbis fauere, quis dicatur.*
Aduocati hæreticorum, an dicantur fauere.

¶De quocunque, qui incidit in hæreſim iam damnatam, vel nouam adinuenit, & generaliter de quocunque hæretico. §. 22.

CIrca hanc excommunicationem, ſcilicet de quocunq;, qui incidit in hęreſim iam damnatam, vel nouam adinuenit, & generaliter de quocunque hæretico.† Quęro, quis dicatur hæreticus. glo. ordi. in c. illi qui peregrinos. 24. q. 3. enumerat plures modos dicens? Vno modo dicitur hæreticus, quicunque eſt dubius in fide, extra de hæreti. c. dubius. Secundo, omnis ſciſmaticus dicitur hæreticus. 2. q. 1. quiſquis. Tertio, omnis præciſus ab eccleſia, ſecũdum quòd excommunicatus dicitur hæreticus. 4. q. 1. c. 1. Quarto modo dicitur hæreticus, qui malè interpretatur ſacram ſcripturam. 24. q. 3. hæreſis. Quinto, qui nouam opinionem inuenit. 24. q. 3. hæreticus. Sexto, qui vult auferre priuilegium Romanæ eccleſiæ, quæ præeſt omnibus. 22. diſtinct. omnes. Septimo, qui tranſgreditur præcepta ſedis Apoſtolicæ pertinaciter. 19. diſtin.

Source : BIU Cujas

2 fas.† Item largè quandoq; dicitur hæreticus omnis,qui non tenet articulos fidei,& ſecundum hoc Iudæi, & Gentiles ſunt hæretici.24.q.3.quia verò.& ſecundum hoc non omnis hęreticus eſt excommunicatus. Strictè autem ſumitur hæreticus omnis, qui remotus eſt ab eccleſia, quia errat in fide, & ſecũdũ hoc oĩs hæreticus eſt excõicatus.extra de hære.c.ad aboleudã.Eſt & alia ſimilis gl.in c.firmiſſimè.de hæreti.quæ dicit, ꝙ ſex modis dicit̃ quis hæreticus.ſ.qui peruertit ſacramẽta eccleſiæ,ſicut eſt ſimoniacus.j.q.j eos qui per pecuniam.Item ille,qui ſe ſcindit ab vnitate eccleſiæ.7.q.j. deniq;. Item qui errat in expoſitione ſcripturæ.24.q.3.hæreſis.Item omnis excommunicatus.4.q.5.ꝙ autẽ. Item qui fingit nouam ſectam, vel confictam ſequitur. 24.q.3. hæreticus.Item qui aliter ſentit de articulis fidei q̃ Romana eccleſia.24.q.j.hæc eſt fides.Addit Ant.de But.in d.c.firmiſſimè,ꝙ propriè dicit hæreticus,qui non tenet quatuor cõcilia.C.de hęre.l.quicunq;.& l.fi.C.de ſum. Trini.& fide catho.Itẽ qui decretalibus epiſtolis contradicit,vel eas non recipit. 20.diſt.de libellis.Item qui communionem catholicæ eccleſiæ non recipit,in Auth.de priuileg.dot.poſt prin.colla.8.Adde ꝙ hæreticus eſſet, qui diceret Chriſtum non eſſe verum hominem, vt in c. cum Chriſtus.de hæretic.Item qui diceret pertinaciter aſſerendo, ꝙ anima rationalis,ſeu intellectiua non ſit forma corporis humani,per ſe & eſſentialiter,tanquam hæreticus ſit cenſendus,vt in clem.j.de ſumma Trini.& fide catholica.Item octo articuli, vt hæretici damnantur,& reprobantur in clemen.ad noſtram. de hæreticis. Primò,ꝙ homo in vita præſenti tãtum, & talem perfectionis gradum poteſt acquirere, ꝙ reddetur penitus impeccabilis,& amplius in gratia perficere non valebit.Nam dicunt, ꝙ ſi quis ſemper proficere poſſet,poſſet aliquis perfectior Chriſto inueniri. gl. dicit ꝙ ſi hoc intelligunt de Dei potentia abſoluta,catholicè dictum eſt, per eam poſſe reddi quem impeccabilem,& hoc priuilegium Beatæ Virgini credatur datum eſſe diuinitus. Dicere autem hominem hoc poſſe ſecundum legem communem, qua Deus ſanctis dona gratiæ ſuæ diſpenſat, hoc eſt hæreticum:nam ſecũdũ cõmunem legem nullus poteſt impeccabilis fieri,niſi per Dei beatificam viſionem, quæ ſolũ poſt hãc vitam datur beatis. Et prout dicit Thom. parte j.q.100.art. 2.ſortè mouebantur iſti auctoritate Io.in epiſtola.j.c.3.ibi,Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat. Sed Hieronymus contra Iouinianum plenè huic auctoritati reſpondet,de pœn.diſtin.2. Si enim probans multis auctoritatibus hominem etiam perfectum in hac vita peccare poſſe,exemplo Dauid,Salomonis,Ioſiæ,Petri.Secundò,ꝙ ieiunare non oportet hominem,nec orare poſtquàm gradum perfectionis huiuſmodi fuerit aſſecutus, quia tunc ſenſualitas eſt ita perfectè ſpiritui,& rationi ſubiecta, ꝙ homo poteſt liberè corpori concedere,quicquid placet.Glo. pulchris demonſtrationibus probat hoc eſſe hæreticum. Tertiò,quòd illi qui ſunt in prædicto gradu perfectionis, & ſpiritu libertatis non ſunt humanæ ſubiecti obedientiæ,nec ad aliqua præcepta eccleſiæ obligantur,quia vt aſſerunt, vbi ſpiritus Domini,ibi libertas. Quartò, quòd homo poteſt ita ſupernaturalem beatitudinem ſecundum omnem gradum perfectionis in præſenti vita aſſequi,ſicut in vita eam obtinebit beata. Quintò, ꝙ quælibet intellectualis natura ex ſeipſa naturaliter eſt beata, quòdq́ue anima non indiget lumine gloriæ ipſam eleuante ad Deum videndum,& eo beatè fruendum.Sextò,quòd ſe exercere in actibus virtutum eſt hominis imperfecti, & perfecta anima licentiat à ſe virtutes.Septimò,quòd mulieris oſculum, cũ ad hoc non inclinet natura, eſt mortale peccatum:actus verò carnalis,cum ad hoc inclinet natura,peccatum non eſt, maximè cum tentatur exercens.Octauò, quòd in eleuatione corporis Ieſu Chriſti, homo non debet aſſurgere, nec eidem reuerentiam exhibere, aſſerentes quòd eſſet imperfectionis eiſdem ſi à puritate, & altitudine ſuæ contemplationis tantum deſcenderent, quòd circa myſterium, ſeu circa ſacramentum Euchariſtiæ,aut circa paſſionem humanitatis Chriſti aliqua cogitarent. Vnde Papa præcipit,quòd nullus dictos errores teneat,& defen 12 dat, & præcipit inquiſitoribus, vt diligenter inquirant, & puniant. Vide gloſas pulchrè exponentes, & demonſtrantes hos eſſe hæreticos errores. Item ſunt hærerici, qui negare præſumpſerint ſpiritum ſanctum æternaliter ex patre & filio procedere.Item qui aſſereret ſpiritum ſanctum procedere à patre & filio tanquam à duobus principiis,& non tanquam ab vno principio.de ſumma Trinita.& fide catholi.c.vnico.lib.6.Item eſſet hæreticus, qui teneret libellum Ioachim Abbatis contra Petrum Lombardum editum, in quo ipſe Abbas Ioachim ponit pluralitatem perſonarum in Trinitate.pluralitatem dico collectiuam,ſicut dicimus, plures homines efficere populum, & ſic diuidit perſonas ſubſtantialiter, & non per proprietatem, & ideo reprobatur in c. damnamus.extra de ſumma Trinitate & fide catholica. Item eſt hæreticus, qui pertinaciter affirmat, vſuras non eſſe peccatum, vt in clementina j. §. ſanè. de vſur. & ibi præcipitur ordinariis & inquiſitoribus, vt contra diffama 3 tos de huiuſmodi errore procedere non omittant. † Iudæi tamen, ſi hoc pertinaciter aſſererent, non poſſunt per inquiſitores puniri vt hæretici,ſecundũ Pau.tamen ſi hoc dogmatizarẽt, poſſet eccleſia eos punire. facit ad hoc ꝙ not. Hoſtien. de voto. c.ꝙ ſuper. ſicut puniuntur in aliis caſibus, in quibus offendunt 4 fidem.de Iudæ.Iudæi,ſecundo. † Quæro, an hæretici poſſint reconciliari poſt mortem, ſi in morte apparuerint ſigna contritionis? Reſpondet An. de But.in c.à nobis.de ſen.excom.ꝙ poſſunt & debent.26.q.6.c.qui recedunt.& c.ſeq.de conſecr.diſt. 4. 5 ægrotantes. de hæreti. excommunicamus. in §. ſanè. † Quæro, quis dicatur hæreticus propter dubium fidei? Reſpondet gloſſ. in d.c.dubius.extra de hære.quando dubitat in articulis fidei, & hic eſt qui ſaluus eſſe non poteſt,qui contradicit alicui articulo poſito in ſymbolo, Credo in vnum Deum. quibus per fidem ſolam exhibenda eſt credulitas, quia fides eſt de re non viſa,de pœni.diſtin.4.c.in dona.C.de ſum. Trin & fide catho.l. fin. Sed contra, quia nullus eſt, qui quandoque ex carnis ſtimulo non reuocet in dubium,Reſpondet Anto.de But.quòd quædam eſt dubietas,quæ habet pertinaciam animi. & deliberationem, & placentiam habet, & hæc inducit hæreſim circa articulos fidei. Quædam eſt dubitatio,quę procedit non ex conſcientia,& hęc eſt potius pœna quàm culpa, & debilitas propriæ imaginationis quàm peccatum, nec habet hæreſim, cum frequenter contra voluntatem accidat:immò ille qui ſe bene firmat in fide,& talibus motibus reſiſtit, meretur, ſicut ille qui reſiſtit carnis ſti- 6 mulis.6.diſtin.ſed penſandum.ad hoc,24.diſtin.dixit. † Quæro, an Iudæi ſint excommunicati tanquam hæretici? Reſpondet Anto.de But.in c.ad abolendam, quòd non,quia quo ad canonicas ſanctiones nihil ad nos de his,quę foris ſunt.2.q.j.multi.ex 7 tra de diuor. gaudemus. † quæro, an hæreti.occulti ſint excõ- 8 municati?reſpondet gloſſ.ꝙ ſic,de hæretici.in clem.j.† Quæro, qui dicuntur credentes hæreticorum. reſpondet Anto. de But. ꝙ quidam ſunt credentes hæreticos eſſe bonos,& iſtis non ponitur pęna hęreticorum. Quidam ſunt credentes hæreticorum erroribus,& tales ſunt hæretici.Petr. autem de Ancha.in c. quicunque.de hære.lib.6.dicit,ꝙ credentes dicuntur,qui ſe dicunt credere eorum erroribus, de pęnit.diſt.poteſt. Item qui in orationibus ſequuntur eorum ritum, & conſolationẽ & communionem ab hereticis recipiunt,vel ſimilia,quæ ad eorum ritum pertinent,& ideo tales dicuntur credentes,quia pręſumitur affectus ad eos eſſe, quorum opera ſequuntur.l.dolum.C.de dolo.& plus eſt facto quàm verbo aliquid facere,de appell.c. dilecti.l.certum.ff.ſi cert.pet.& intellige de factis,quæ pertinent ad ritum errantium. aliàs ſecus, puta ſi ducatum præberet hæretico,vel alimenta, vel ſimilia,quæ non ſpectant ad cultum fidei. Tales enim non credentes, ſed receptatores dicerentur infra 9 eod. c. accuſatus. §. ille quoque. † Sed quid de audientibus ſermones & prædicationes hęreticorum? Dic quòd hi non poſſunt dici credentes, ſed grauiter ſunt ſuſpecti, ita quòd etiam purgatio indicenda eſt,de hæret.c.excõmunicamus.§. qui autẽ. Similiter qui communicant in ducatu, cibis, vt prædixi: ſemel autem in talibus actibus participando, non poteſt dici quis cre 10 dens,vel ſuſpectus.j.q.j.conſtat.de præſump. c. ex ſtudiis. † Quæro, qui dicantur receptatores? Reſpondet idem Pet.vbi ſupra, quod illi qui ſcienter hæreticos ſuſcipiunt,in c.felicis.de pœnit. poſt princ. Lex autem illum receptatorem vocat,qui receptat, & cęlat,vt cęlatus iudicis manus euadat.l.j.& 2. ff. de recepta. & ff.de offic.pręſi.l.congruit,& quòd not.in l.quicunque.C.de ſer. 11 fugi.& not.Hoſtien.in ſum.huius tit.§.quæ pœna.† Quæro, qui dicantur defenſores? Reſpondet idem vbi ſupra quòd quandoque quis defendit errorem, quandoque errantes primus damnabilior eſt. 24. q. 3. qui aliorum. ſecundus qui defendit perſonam,& punitur. cap. quicunque. de hære.lib.6. & iſta defenſio perſonæ poteſt multipliciter contingere,puta viribus & potentia,ne perueniat ad manus iudicis, & de iſta defenſione loquitur.21.q.j. per totum. Item dicuntur tales defendere Principes, & prælati,qui tales non corrigunt.Nam in eis negligere, eſt fauere.2.q.7.negligere.83.diſtin.error.& c.vt famę.de ſen.excom. 12 † Quæro,qui dicantur fautores? Reſpondet idem, vbi ſupra diſtinguendum inter perſonas publicas & priuatas..Illi enim qui habent publicam poteſtatem, ex ſola commiſſione poſſunt dici fautores,quando.ſ.non fugant ab eccleſia damnatũ,neq; puniunt.23.q.3.qui poteſt.& c. quantæ. de ſen.excom. vbi de hoc. Priuatæ verò perſonæ,non capiendo,vel detinendo,non dicũtur fautores, quia hoc ſpectat ad habentes poteſtatem. Quantum autem ad verbalem reſiſtentiam,quilibet tenetur reſiſtere 13 blaſphemantibus ſupra c.j.& c.qui alios.vbi de hoc.† Vtrũ quis dicatur fauere hęreticis verbis? Reſpondet idem ꝙ ſic,ſi nõ per iocum,nec ex linguæ lubrico,ſed in publico, & in conuenticula dicunt illos non eſſe tales,quales dicũtur:& generaliter quãdo prouocant verbis plebem ad hæreticorum amorem,& fidẽ eneruant,fauere dicuntur & probatur.2.q.3.timendo.2.j.c.fi.itẽ defendens coloratè dicitur fauere.2.q.3.ita.Secus ſi per lubricũ linguæ.ff.de actio.& obli.l.obligationum ſubſtantia. Aduocati etiam,qui defendendo eorum exceſſus excuſant, fauere dicuntur.Et de iſtis aduocatis,vide quòd no.Io.Andr. in c.propoſuit. de cleri.excom.min.

SVM-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati sunt Domini temporales de officio inquisitionis cognoscẽtes.*

¶De dominis temporalibus, qui cognoscunt de officio inquisitionis. §.23.

1 CIrca hanc † excommunicationem, scilicet de Dominis temporalibus, qui cognoscunt de officio inquisitionis, aduertendum ꝙ incurrunt hanc excommunicationem, siue principaliter, siue incidenter cognoscant. Principaliter, puta quia ista de causa principali facit capi hæreticum. Incidenter, puta quia fecerat capi eum alia de causa, sed incidenter etiam de hoc inquisiuit. Item nota, ꝙ dantes eis auxilium, consilium & fauorem, sunt excõmunicati, si sciẽter hoc faciunt, secus si ignoranter, secundum gl.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitores si ob timorem vel scandalum euitandum omittant contra aliquẽ procedere, excommunicati non sunt.*
2 *Suspectus de hęresi, quis dicatur.*
3 *Sede vacante, an collegium Cardinalium possit absoluere.*
4 *Pœnæ suspensionis & excommunicationis occultos ligant, ideo dispensatione & absolutione indigent.*

¶De inquisitoribus, qui quouis modo omittunt procedere contra hæreticos. §. 24.

1 CIrca hanc excommunicationem de inquisitoribus, qui odio gratia, vel amore omittunt procedere contra hęreticos. † Quæro, quid si omittant timore, vel propter vitandum scandalum? Respondet glo. ꝙ non est locus
2 huic pœnæ. † Quæro, quis dicatur suspectus, & per quam suspitionem potest contra quempiam procedi. vide Ant. de But. in
3 c. excommunicatus. de hære. & Io. de Lig. in cle. j. eo. tit. † Quęro, quia hic dicitur, ꝙ non potest absolui præterquam per Roma. Ponti. quid si vacat sedet Apostolica, an possit absolui à collegio Cardinalium? Respondet Lap. ꝙ non. de elect. ne Romani. sed solum Papa viuente, vel ab eo cui commiserit, nam hoc intelligitur de persona, non de dignitate, vt scribit Arch. de rescr.
4 c. si gratiosè. li. 6. † Quæro, quia hic dicitur, ꝙ episcopus contrafaciens incurrit pœnam suspensionis ab officio per triennium: an pœnæ suspensionis & excommunicationis ligent occultos, vt indigeant dispensatione & absolutione? Respondet gl. ꝙ sic, quæ semper ad hoc allegatur. Nota ergo & necessarium est confessoribus scire suspensiones, an possint eos mittere pro dispensatione.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitores pecuniam extorquentes, vt absolui possint, debent quod extorserunt restituere.*
Ecclesia fiscum habet.

¶De inquisitoribus, qui extorquent pecuniam ratione sui officij. §. 25.

1 CIrca hanc excommunicationem de inquisitoribus, qui extorquent pecunias ratione sui officii. † Quæro, quãtum debent satisfacere, vt absolui possint? Respondet gl. ꝙ sufficit restituere, quãtum extorserunt. Item no. ꝙ ecclesia habet fiscum suum, secundum Lan. vt refert Ioan. de Lig. qui vocatur thesauraria, seu bursa, cui applicantur bona alicuius prælati, sicut bona, & res Imperii, dicuntur fiscus. Non autem bona propria Imperatoris, vel prælati. habet enim ecclesia loculos, qui processerunt ex loculis, quos habuit Dominus. 12. q. j. exemplum. & c. habebit. In hoc tamen fisco omnes res ecclesiæ oblationes fidelium appellatæ sunt, eo ꝙ à fidelibus collatæ sunt ampliantes. 12. q. j. vidẽtes. Et in tantum ampliatus est fiscus, ꝙ nulla persona ecclesiastica, maximè communem vitã gerens, potest eges vel pauper inueniri, ꝙ verum est si bene fieret diuisio. Sed prælati nostri temporis malè diuidunt, sed totum sibi appropriant.

SVMMARIVM.

1 *Assassini, qui dicantur.*
2 *Excommunicatus non est occidi mandans paganos vel Iudæos.*
3 *Excommunicatus est mandans per assinos occidi Christianum, licèt re integra antequam mors sequatur, mandatum reuocauerit.*

¶De his, qui mandant Christianos occidit per assassinos. §. 26.

1 CIrca hanc excommunicationem. s. de his, qui mandant Christianos occidi per assassinos, &c. † Quæro, qui dicantur assassinis? Respondet Pet. de Anc. ꝙ assassini dicuntur, qui pretio conducti delicta committunt, & isti atrocius de ꝙsuetudine puniuntur, q̃ si gratis madato susceptо occiderent, vt no. Bar. in l. non solũ. §. si mandato. de iniur. & l. Cicero. de pœn. idem dicit Io. An. in nouel. s ꝙ assassini dicũtur, qui per pecuniam homines occidunt, & dicuntur à cindo cin-
2 dis, quia cindunt animam à corpore, ſm Archi. † Quæro, quid si mandat occidi Iudæos, vel paganos? Respondet Pet. & Io. An. ꝙ non est excõicatus. & ideo dicit Io. An. se defendisse quendã prælatum, contra quem fuerat probatum, ꝙ fecerat occidi homines per assassinos. sed cum illi homines potuissent fuisse non
3 Christiani, non erat sufficiens probatio. † Quæro, quid si mandauit quis occidi Christianum per assassinos, & re integra, antequam mors fuerit secuta, reuocauit? Respondet gl. ꝙ nihilominus est excõicatus ex suo mandato. Item nota, ꝙ tales nedum sunt excommunicati, sed depositi à dignitate, ordine, honore, officio, & beneficio, vt in d. c. pro humani.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus à simoniaco, quando caracterem accipiat, & quando executionẽ ordinum non habeat.*
2 *Suspensio, an in infinitum procedat, puta si suspensus ordinat vnum, & ille alium, an omnes in infinitum suspensi sint.*
3 *Sciſmaticus propriè quis dicatur.*
Sciſmaticus largè quis dicatur.
Et quis strictè & magis strictè, & quis strictissimè.
4 *Sciſmatici, an sint hęretici, & in pœnas hæreticorum an incurrunt.*
5 *Sciſmatici, qui sint excommunicati, & qui excommunicandi.*
6 *Sciſma & hæresis, quomodo inter se differant.*

¶De sciſmaticis, & qui nituntur eorum ordinationibus, vel alien. §. 27.

CIrca hanc excõicationem. s. de sciſmaticis, & qui innituntur eorum ordinationibus, vel alienationibus. No tandum, ꝙ irritæ sunt ordinationes, beneficiorum collationes. & ecclesiasticarum rerum alienationes à sciſmaticis factæ, & à dignitate, & ordine suspenditur, qui iurat sciſma tenere, vt in c. j. de sciſma. † Sed nũquid ordinatus à sciſmatico accipit caracterem? Respondet gl. in d. c. j. dicens ꝙ sic, dum modò in forma ecclesiæ fuerit ordinatus, tñ est suspensus, & nõ habet executiones, nisi dispensetur, & dispensari põt cum recipiente à sciſmatico ignoranter, & debet expelli ab officio, nisi probet per testes, vel per literas secum dispẽsatum fuisse, qui tñ non põt dispensari ab ep̃o sciſmatico, qui eum ordinauit, etiam postquam ipse ep̃s est reuersus ad fidei vnitatem, vt in c. fraterni
2 tatem, in tex. & gl. extra de sciſma. † Quæro, an suspensio procedat in infinitum, puta si suspensus ordinat vnum, & ille aliũ, & ille alterum, an in infinitum oẽs sint suspensi? Rñdet An. de Bu. in d. c. j. ꝙ quidam tenent ꝙ sic. Sed Inn. habet hoc pro absurdo. vnde dicit, ꝙ non est verum, ꝙ ptãs ordinandi tollatur in infinitum, quia non extenditur nisi ad ordinatos, & nominatim præcisos, quasi diceret, ꝙ non transit hæc pœna ad tertiam personã, sicut in excõicato. Dic tñ ꝙ lex contradicit, quia si p. plures manus ambulauerint, idem erit. ff. de mino. l. in causæ. §. fi. & l. sed & vbi. & ꝙ dicit canõ, ꝙ de radice infecta bonus fructus exire nõ poterit. j. q. j. fertur. Host. dicit, ꝙ durante ignoratia, sicut ordinatorum præfertur opi. veritati, & oĩa in Christi fide purgãtur, de coha. cle. & mu. c. vestra. veritate autem cõperta, necessaria erit dispensatio. Et dato ꝙ totus mundus sit inuolutus, & multitudo sit in causa, præstabit saltem Papæ legitimam cãm dispẽsandi, extra de ord. ab ep̃o. c. j. & 2. & de cle. exc. min. c. latores. †Quę
3 ro, quis dicat propriè sciſmaticus? Rñdet Ant. de But. qñq; hoc verbũ sumit largissimè, vt oĩs in peccato mortali cõstitutus. 14. q. 4. apostolicę. j. q. j. sacerdotes. & hi sunt à Deo separati, non aũt à sacramẽtis ecclesiæ. largè dñr esse sciſmatici oẽs excõicati, ex quibus aliqui peccãt, aliqui nõ, sed sine peccato non debet excommunicatio fieri, de resti. spol. literas. de sen. excom. c. inquisitioni. tamen sunt ab omni actu fidelium separati. Strictè autẽ qui coniurationes faciunt contra episcopum propriũ, & in his non habet locum c. j. de sciſma. non enim sunt suspensi, sed suspendendi, secundum Hostien. & Inn. Adhuc magis strictè possunt dici sciſmatici, qui contra episcopum proprium insurgũt, & episcopatum tenent, & suos constituunt sacerdotes. faciunt 7. q. j. scire. 24. q. 3. inter sciſma. Quidam sunt sciſmatici strictissimè, prout in c. j. de sciſmat. sumitur, vt qui sunt diuisi ab vnitate ecclesiæ, & qui conantur sibi episcopos, & presbyteros, & con-
4 stitutiones facere. 7. q. j. Nouatianus. † Sed nunquid tales sunt hęretici, & incurrunt pœnas hæreticorum. Videtur ꝙ sic, quasi malè sentiant de illo articulo, vnam sanctam ecclesiam. Alii tenẽt contrarium, ꝙ propriè non sunt hæretici, & hanc opi. tenet Hostiẽ. dummodò recognoscant Romanam ecclesiam, quia tunc non sunt ab vnitate diuisi: vnde duo licèt contendant se Pontifices Romanos, non propter hoc hæretici sunt, quia credunt vnam ecclesiam, licèt quilibet credat se eius sponsum esse. Sed si quis se Papam contenderet, quia crederet ecclesiam duos habere Pontifices, esset hæreticus, quia crederet duas ecclesias, contra illud, vnam sanctam ecclesiam catholicam, & sic intelli
5 ge Io. 7. q. j. nõ autem. † Vtrum oẽs sciſmatici sint excõicati? Respondet idem Ant. in d. c. j. ꝙ illi sciſmatici tantùm sunt excommunicati, qui se dõtra ecclesiam Romanã extollunt, & ab ipsa se separant, quia tales sunt hęretici, & per cõsequens excõicati, vt in d. c. excõicamus. de hæreti. & ideo Græci hucusq; fuerunt excom-

Source : BIU Cujas

excõicati,quia fuerũt diuiſi ab eo, ꝙ eccleſia pro articulis fidei determinauit. Alii autem ſunt excõicandi.ſ.ſciſmatici largè,ꝙ non ſunt contra articulos fidei,nec contra vniuerſalem eccleſiam,ita ꝙ ſunt ſuſpẽſi,non excommunicati, vt hic in fine,ſed
6 proceſſu curiæ omnes ſunt excõicati. † Quæro,quæ differẽtia ſit inter ſciſma & hæreſim.glo.in c.inter hæreſim. 24.q.3.dicit, ꝙ eſt differentia, quæ eſt inter diſpoſitionem & habitum. primo enim pr̃ ſciſma. Sed poſtquam pertinaciter adhæret ſuæ ſectæ, dicitur hæreſis.vel aliter,vt dicas, ꝙ omnis hæreticus eſt ſciſmaticus,ſed non conuertitur,& ſic eſt illa differentia, quæ eſt inter genus & ſpeciem.

SVMMARIVM.

1 *Excõicati ſunt ferrum,& arma,& hmõi portantes ad infideles, licet ea intentione portent,vt non pugnetur contra Chriſtianos.*
2 *Arma ad infideles portantes,capite punire debent.*
3 *Armorum appellatione,quid contineatur.*
4 *Excommunicati,an ſint exercentes piraticam contra infideles in nauibus Saracenorum.*

¶ De ferentibus ferrum, arma, lignamina,ad impugnandum Chriſtianos neceſſaria. §.28.

1 CIrca hanc excommunicationem,ſcilicet de ferentibus ferrum,arma &c. † Quæro, quid ſi ferrũ,& alia huiuſmodi ſint delata non intentione, vt impugnenẽ Chriſtiani. Reſpondent Anto.de Butr.d.c.ita quorundam. ꝙ ſufficit,ꝙ portent,licet non hac intentione,vt impugnentur
2 Chriſtiani,ſed ſufficit,ꝙ impugnari poſſunt. † Quæro,an ſit alia pœna vltra excommunicationem? Reſpõder gl.ꝙ ſic,quia debent capite puniri.l.2.&.quæ res expor.non de.idem dicit ĩ his, qui docent naues facere eos, cum prius illius rei peritiam non
3 haberent.C.de pẽ.l.fin.† Quæro,quid contineatur appellatione armorum? Reſpondet glo.ꝙ fuſtes,& lapides, puta ſi deferrent
4 lapides machinis imponẽdos. † Quæro,quid de his qui exercẽt gubernationem in piraticis nauibus ſaracenorum non contra Chriſtianos,ſed contra alios infideles? Reſpondet Ant. de But. in c.ad liberandum. ſecundum aliquos, ꝙ ſunt excõicati,quia docent eos in piratica arte, qua poterunt poſtea Chriſtianos impugnare,licẽt hoc non placeat Inno.

SVMMARIVM.

1 *Incendiarij eccleſiarum,& aliarum rerum,inter ſe differunt.*
2 *Incendiarij,qui dicantur.& infra num.3.& 4.*
5 *Effractor eccleſiæ,quis dicatur.*
6 *Effractor eccleſiæ occultus,excommunicatus eſt.*
7 *Sacrilegi, vtrum ſint excommmunicati, & quomodo ſacrilegium committatur.*
Monialem benedictam deflorans,an & quando ſit excommunicatus.
8 *Excommunicati ſunt accipientes Corpus Chriſti de altari, vt aliquod ſortilegium faciant.*
9 *Effracter ſiue incendiarius,à quo denunciari debeat.*
10 *Incendiarij non eccleſiarum, qui apud aliquam prouinciam reputantur excommunicati,an vigore talis conſuetudinis excommunicati ſint.*
11 *Incendiarij ob metum,vel vim coacti,an ſint excommunicati.*

¶ De fractoribus, ſeu incendiariis. §.29.

1 CIrca hanc excommunicationem de fractoribus, ſiue incendiarijs, nota differentiam inter incendiarios eccleſiarum,& religioſorum locorum, & aliarum rerũ, ſecundum Ric.in 4.Aſtẽ.in Sum.lib.7.ti.2.ver.18.quia incenſores eccleſiarum,& religioſorum locorum,& cimiteriorum,quæ infra ſpatium priuilegiatum continentur, ſunt excõmunicati ipſo iure, ſed ante denunciationem poſſunt abſolui ab epiſcopo,poſt denunciationem verò à ſolo Papa.Incendiarij verò aliarum rerum non ſunt excommunicati ipſo iure,ſed excommunicandi,& cum fuerint excommunicati, à ſolo Pa-
2 pa abſolui poſſunt.† Quæro,qui dicantur incendiarij? Reſpondet Aſten. ſecundum Ray. qui incendunt auctoritate propria ciuitatem,villam,domum,ſegetem,vel ſimilem rem malo ſtudio,ſiue pro vindicta,ſeu odio.23.q.vlt.c.peſſimam. non ſolum autem ſecundum Rodo.dicitur incendiarius,qui incendit, ſed etiam qui facit incendi,vel ad hoc ſcienter conſilium,vel auxilium,impendit auctoritate propria,vt dictum eſt:& dicitur malo ſtudio,quia ſi caſu,vel negligentia faciat,non eſt incẽdiarius.
3 his concor.Monal.in ſum.† Quid de illo,qui habet ius indicendi bellum iuſtum? Reſpondet Ray. ꝙ incendiarius dici non de-
4 bet,nec ipſe,nec qui iuſſu eius incendit.† Quid de illo,qui incẽpit propriam domum,vel ſegete? Reſpondet Aſten.ſecundum Goffr.ꝙ talis,licet peccaret abutendo re ſua,nõ tñ incideret pœnam incendiarii,niſi dolo malo hoc faceret, vt vicini bona in-
5 cenderet.† Quæro, quis dicatur effractor eccleſiæ? Reſpondet Aſten.ſecundum Rod.ꝙ ille qui dolo malo,aut p̃ iniuriã violẽter parietem foderit,aut vitream feneſtram, aut terratam rupe-
rit,aut oſtia,aut vectes,aut cardines, dum tenent oſtia firmata,
6 diruperit, aut tectum eccleſiæ.† Sed nũquid effractor occultus erit excõicatus ipſo iure? Reſpondet Rod. ꝙ ſic in fauorem eccleſiæ.Ex prædictis patet, ꝙ ſi prædones cauſa frangendi eccleſiam vadant non tamen frangant,puta quia eam apertã,& nullum reſiſtentem inueniunt,quia inde cuſtodes pp eorum timorem aufugerant,non incidunt excõicationem, licet intrent pa-
7 rati inferre vim volentibus eis reſiſtere.† Quæro, quid de ſacrilegis,vtrum ſint excõicati? Reſpondet Aſten. ſm Ric.in 4.diſt. 18.ar.12.q.j.ꝙ vt dr̃.17.q.4.ſi quis.Sacrilegium cõmittitur auferendo ſacrum de ſacro,vel ſacrum de non ſacro, vel non ſacrũ de ſacro.quocunq; autem iſtorum modorum quis cõmittat ſacrilegium,nõ incurrit excõicationem maiorẽ ipſo iure,niſi faciat hoc cũ violatione eccleſiæ,ſiue incendio.extra de ſen.exc. c.conqueſti.in gl.Tales tñ ſunt excõicandi, ſi moniti ſatisfacere contempſerint,vt 18.q.7.ſi quis domum Dei.& 12.q.2.indignè.Vr̃ tñ aliquibus probabiliter, ꝙ ipſo iure minorem excõicationem incurrãt. Dr̃ enim in c.ſi quis domum Dei donec in cõuentu legitimè monitus ſatisfaciat, ſciat ſe cõione priuatum eſſe.vnde illud c.2.q.3.canonica.in quo violatores eccleſiarum excõicantr̃,loquitur de his, qui eccleſias violant cum effractione.ſimiliter illud 17.q.4.oẽs eccleſiæ. Ibi excõicantur oẽs raptores eccleſiæ & alienatores facultatum eius, loquitur de raptoribus rerum eccleſiæ vim inferendo.ſeam frangendo. Ex prædictis ergo patet,ꝙ illi qui eccleſias offendunt, vel bona ipſarum diripiunt aliter, q̃ eccleſias incendendo vel violando ẽt opere, non ſunt excõicati ipſo iure,ſed tñ ſunt excõicandi, licet dicantur ſacrilegi,extra de ſo.comp.c.cõqueſtũ.Patet ẽt ex prædictis, ꝙ defloranſ monialem benedictã,licet auferat rẽ ſacram. ſ.virginitatem de muliere ſacra, nõ incurrit incõicationẽ ipſo iure, niſi eã opprimat violẽter. Si tñ eps in conſecrando ferat ſnĩam excõicationis in oẽs,qui cum talibus ſe immiſcebãt carnaliter, poſt hoc carnaliter eam cognoſcẽs,excõicationẽ incurrit. hæc
8 Ric.† Quid ſi aliquis cõmittit in eccleſia aliquid enorme, puta accipit Corpus Chriſti de altari,vel dum cõicat,tenet in ore pp ſortiarias.i.ad faciendum ſortilegium,vel criſma,vel frãgit altare, vel crucem,vel ſimile.rñdet Aſten.ſm Ray.ꝙ talis eſt excõicatus.extra eo.c.cõqueſti.17.q.4.oẽs eccleſiæ.ſed Aſten.dicit,ꝙ ſicut ex prædictis patet, vr̃ ꝙ qui accipit talia ſine fractione eccleſiæ,ſiue violatione,non ſit ipſo iure excõicatus, ſm Ric. diſt. 18.in 4.Item nota ꝙ nedum effractor, vel incẽdiarius eccleſię, vel loci religioſi,vel cimiterii,eſt excõicatus, ſed ẽt totius ſpatij priuilegiati,qui ſunt 30. paſſus in circuitu eccleſiæ.17.q.4.quiſquis.& c.diffinit,niſi ſint capellæ,quę ſunt infra ambitum muro
9 rum,quaſi in modũ caſtri fabricatæ,vt d.c.quiſquis.† Quæro,dr̃ hic,ꝙ effractor,ſiue iucẽdiarius excõicatus,ſi denũcietur,à quo debet denunciari? Reſpondet Ric.ꝙ à quocunq;,vel ẽt à ſimplici ſacerdote,dum tñ habeat ex conſuetudine auctoritatẽ excõicandi,vel denunciandi,vel ſint denunciati ab hoĩe,vel cõſtitu-
10 tione ſinodali.† Quęro,an alii incendiarii nõ eccleſiarũ,ꝙ apud aliquas prouincias ex conſuetudine reputantur excõicati,vt in Theutonica,an vigore talis conſuetudinis ſint excõicati? Hoſtiin Sum.de incendiariis,tenet ꝙ ſic.Idem Ray. ſed Rod. tenet ꝙ conſuetudo ſine ſnĩa,vel conſtitutione tacita,vel expreſſa, non
11 p̃t facere aliquem excõicatum. † Quæro,an excuſat metus, vel coactio quæcunq; conditionalis,puta cum quis præcipit alicui, ſi nõ incendis hanc eccleſiã,occidã te,an iſte metus excuſat, vt nõ incidat excõicationẽ? Reſpõdet Aſten.ſm Rod.& Ber.ꝙ nõ. Idem dicit in illo incendiario aliarum rerũ,ꝙ uis & metus non excuſant,quin poſſit excommunicari.Sed bene iſti excuſantur, quantum ad alleuiationem peccati à tanto,ſed non à toto.

SVMMARIVM.

1 *Scriptores ſtatutorum contra libertatem eccleſiaſticam,quando ſint excommunicati.*
2 *Negligens, quando quis dicatur in delendo ſtatuta contra libertatem eccleſiæ.& num.ſeq.*
4 *Conſiliarius dans conſilium contrarium,vt non fiat ſtatutum contra libertatem eccleſiæ,an ſit excommunicatus.*
5 *Statutũ contra eccleſiam ſi ſit factum per principales de vniuerſitate,an vniuerſitas ligetur excommunicatione.*
6 *Eccleſiæ appellatione,quid comprehendatur.*
7 *Excommunicati ſunt reges ſtatuentes contra libertatem eccleſiæ.*
8 *Cautio qualiter debeat præſtari de non faciendo ſtatuta contra libertatem eccleſiæ.*
9 *Statuentes contra particulares conſuetudines aliquarum eccleſiarũ,vel particulares perſonas,non ſunt excommunicati.*
10 *Contra libertatem eccleſiæ,quomodo fieri dicitur.*
11 *Statutum laicorum arctans clericos ad caſtra cuſtodienda,& pœnam imponens,non valet.*
12 *Violatores eccleſiæ,& eius immunitatis,ſunt excommunicati.*
Violare eccleſiam,& eius immunitatem,differunt.
13 *Clerici & ſcholares,an poſſint in eccleſia ad ſua conſilia congregari.*
14 *Ordinarii,an poſſint dare licentiam laicis contra immunitatem eccleſiæ.*
15 *In eccleſiis,quæ ſint vetita fieri.*

Source : BIU Cujas

16 *Contractus facti in ecclesia tenent, sed non sententiæ.*
17 *Statuentes ꝙ non possit ecclesiis donari, vel uendi, sunt excommunicati.*
18 *Statutum includens clericos, an sit contra libertatem ecclesiæ.*

¶ De statuentibus contra libertatem ecclesiæ. §. xxx.

CIrca hanc excommunicationem de statuentibus contra libertatem ecclesiæ. no. Anto. de Bu. ꝙ componentes statuta, & scribentes contra libertatem ecclesię, licet eis non vtantur, sunt ipso iure excõicati. † Quæro, an scriptores, consiliarii, rectores, & cęteri, sint ipso iure excõicati? Respondet idem ꝙ sic, eo ipso ꝙ interfuerunt editioni, vel scripserint. sed illi qui non interfuerint incurrunt, si sunt negligentes in ipsis delendis & abolendis. † Quæro, qñ dicantur negligentes in delendo vel in non faciendo obseruari? Respondet Asten. secundum Host. ꝙ ex quo certificati sunt, cum obedire negligunt, ligantur. quod referri potest ad arbitrium boni viri. s. quando potuerunt scire, & quando impedire. s. ne seruarentur. † Quid si certificatur de nocte, vel in die festo, qñ consilium generale non potest fieri, vel certificatur dum est infirmus? Respondet Ant. de Bu. ꝙ arbitrio boni viri relinquitur.

† Quid si consiliarius dedit contrarium consilium, ut non ederetur statutum, an sit excõicatus? Respondet idem, secundum quosdam ꝙ sic, quia debent potius dimittere dignitatẽ, uel officium, nisi destruantur statuta, si habent ptãtem destruendi, vt in c. aduersus. de immu. ec. secus si non haberent, quia tunc nõ ipsi, sed statuto consentientes illaqueantˉ, ad hoc cle. ex grandi. de vsu. non tamen statim sunt ligati statuta nõ delentes, sed arbitrio boni viri † Quæro, an ꝑꝑ statutum factũ per aliquos principales de vniuersitate ligetur vniuersitas pœna excommunicationis? Respondet idem in c. grauem. ꝙ sic, si tota consentit, vel maior pars, vel si hoc factum ratum habet, vel si monita nõ emendet, vel faciat emendari, vt supra eod. conuerti. † Quæro, quid intelligatur fieri contra libertatem ecclesię? Rñdet Astẽ. secundum Rod. ꝙ nomine ecclesiæ non comprehendunt laici eremitæ, & recluſi, nisi se subiecerint alicui religioni approbatæ. † Sed nunquid imperatores & reges ligentur hac constõne, si quid tale fecerint? Respondet Asten. secundum Rod. ꝙ sic, similiter oẽs alii in quacunq; dignitate constituti. † Quæro, qualiter debent idoneè cauere, ꝙ de cętero talia non cõmittant? Respondet Asten. secundum Host. ꝙ debent cauere sub certa pęna, vel datis sufficientibus fideiussoribus, arg. extra de p̃sum. c. literas. §. quocirca. † Quæro, quid si fiat contra particulares cõsuetudines aliquarum ecclesiarum, vel particulares personas? Respondet Rod. in titu. de rapto. ꝙ non credit hanc pęnã habere locum. † Quæro, qũo dicatur fieri contra libertatem ecclesiæ? Respondet Ant. de But. d. c. nouerit. ꝙ quando detrahit̃ priuilegio generali ecclesiæ concesso super spiritualib. siue a Deo, siue a Papa, siue ab Imperatore. a Deo sicut illud, quodcunque ligaueris super terram, &c. ꝙ trahitur etiam ad interpretationẽ dubiorum, vt dr̃ in c. per venerabilem. §. nominibus. extra qui filii sint leg. Item priuilegium a Deo concessum, de decimis, & primitiis, & oblationibus habendis. 16. q. 1. reuertimini. de deci. c. a nobis. & c. tua. Item ꝙ ecclesia solas res ecclesiasticas administret. 16. dist. si Imperator. & ꝙ ipsa sola de spiritualibus iudicet. 26. dist. idemq; & alia multa, quæ tam ex veteri, q̃ ex nouo testamento colligi possunt, ꝙ manus non mittatur in ꝑsonã ecclesiasticam. 17. q. 4. c. si quis suadente diabolo. Item ꝙ in relictis ad pias causas sufficit testamentum cum duobus testib. de testa. c. relatum. & c. omnes. Ab Imperatore possunt etiam priuilegia concedi, quia ipse cum vniuersis laicis, & clericis præesse debet in temporalibus. vnde quo ad illa temporalia põt priuilegia concedere. 96. distinct. tuus. vnde quandoque concedit Imperator priuilegia loco, quo ad immunitatem: quandoque ecclesiæ vniuersali. i. congregationi fidelium: quandoque rõne ecclesiæ: quandoque personis ecclesiasticis. C. de epi. & cle. l. nemo. C. de his, qui ad eccle. confug. l. in præsenti. in auct. vt ecclesia Romana. coll. ij. nõ autem procedit in priuilegiis aliquibus specialibus, vel singularibus ecclesiis, vel collegiis, vel personis concessis siue a Papa, siue ab Imperatoribus, siue ab aliis principibus in his, quę ad eos spectant, vnde contraueniens non incidit in canonem istum. nam qui facit contra libertatem istius, vel illius ecclesiæ, non propterea dicitur facere contra libertatem ecclesiasticam, secundum Inn. † Item no. An. de Bu. in d. c. grauem. ꝙ non valet statutum factum per laicos coarctans clericos ad castra custodienda, & pœnam imponens clericis non custodientibus. Item no. Vincen. & Abb. ꝙ statutum factum per laicos, ꝙ vadens de nocte puniatur in tanta quantitate pecuniæ non ligat clericos, sed debent per ecclesiam puniri, extra de constitu. c. ecclesiasticam. 17. dist. bene quidem. de immunitate ecclesiæ, personarum, & rerum ecclesiasticarum. vide in verbo, immunitas in Pisan. † Vtrum violatores non tantum ecclesię, sed etiam immunitatis ecclesiæ sint ipso iure excommunicati? Respondet Asten. lib. 7. titu. 2. versicu. 18. ꝙ non est idem violare ecclesiam & immunitatẽ ecclesię, quia ecclesiam violare est ipsam frangere, vel incendere. violare verò immunitatem ecclesiæ est facere contra libertatem ecclesiæ. Violans ecclesiam actualiter est excommunicatus ipso iure; violans verò immunitatem ecclesiæ non est excommunicatus ipso iure, sed post monitionem sufficientem, si emendare contempserit, est excommunicatus. 17. quæst. 4. nullus. & cap. si quis deinceps. vnde extrahens hominem de ecclesia, ad quam pro refugio fugerat, non est excommunicatus ipso iure communi. in aliquibus verò casibus violator ecclesiasticæ immunitatis est excommunicatus ipso iure, vt imponentes indebitas exactiones clericis. tex. autem in cap. nouerit. de senten. excommunication. loquitur de facientibus statuta contra libertatem ecclesiæ, puta si qs statueret, quòd fugiens ad ecclesiam quocunque modo, & casu posset inde extrahi, talis esset excommunicatus, vel qui statuta, vel consuetudines seruari faceret. Item si qui statuerent, ꝙ clerici tenerentur soluere pedagia, vel guidagia, a quibus sunt immunes, sunt excommunicati, vel qui facerent contrariam consuetudinem obseruari, vt in cap. quanquam. de censi. lib. 6. Et generaliter quicunque facerent statutum contra generale priuilegium concessum generaliter omni ecclesiæ, vel personis ecclesiasticis, vel consuetudines contrarias facerent obseruari. concor. Ricar. in 4. dist. 18. argumen. 12. quæstio. 2. vbi vide plenè de hac excommunicatione.

† Quæro, an clerici, vel scholares ad sua cõsilia possint in ecclesijs congregari? Respõdet Pet. de Anch. in c. decet. de immu. eccle. lib. 6. sed Guil. ꝙ ecclesiastica, & spiritualia negocia posśt ibi tractari. vnde possunt ibi clerici synodum facere, & de libertate ecclesiarum, & statu clericorum, & reformatione morum in clero & in populo. Item scholares possunt ibi magistrari & similia facere, quia hoc ecclesiasticũ est, & ab ecclesiastica persona magisterium recipiunt. extra de magi. c. 1. Est enim res sanctissima scientia. ff. de vari. & extraordin. cogni. in l. item. §. quidem. Si autem scholares vellent ibi temporalia tumultuosè tractare, dictum c. decet. eis obstat ibi, quarumlibet vniuersitatum & societatum. facit de maio. & obed. c. solitæ. in fin. Addit etiam Ioan. And. in nouel. quòd si laici vellent ibi spiritualia tractare, puta de faciendo festum Beatæ Mariæ Virginis, vel aliquã confraternitatem in honorem Dei, vel alicuius Sancti, vel de pace etiam inter laicos facienda, hoc non est interdictum eis.

† Quæro, an ordinarii possint dare licentiam laicis contra immunitatem ecclesiæ: puta ꝙ fiant parlamenta, conciones, vel causarum, cognitiones, & similia. Resporet Petr. de Ancharan. Sed Guil. in cle. Pisanum, ꝙ non, & allegant. ff. de transac. l. cum hi. §. si prætor. & de offic. procura. Cæsaris. l. prima. & extra de natis ex li. ven. c. vnico. vnde dicit tex. in dicto c. decet. Ordinarij locorum hoc faciant obseruari, suadenda suadeant, interdicta huius canonis auctoritate compescãt. Dicit tamen Guil. hoc verum, nisi vrgens & euidens causa subesset. Hoc potest intelligi, puta quando cursus hostium adesset. † Quæro, quæ sint vetita in ecclesijs fieri? Textus in dicto c. decet, sic dicit: Nullus in locis eisdem. i. ecclesijs, in quibus in pace ac quietè vota conuenit celebrari, seditionem excitet, conclamationem moueat, impetumne committat. Cessent in illis vniuersitatum, & societatum quarumlibet consilia, conciones, & publica parlamenta. Cessent vana, & multo fortius feda, & ꝑphana colloquia. Cessent confabulationes quælibet sint. Postremò quæcunque alia, quæ diuinum possint turbare officium, aut oculos diuinæ maiestatis offendere ab ipsis prorsus extranea, ne vbi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio, aut deprehendatur peccata committi. Cessent in ecclesijs, & earũ cimiterijs negociationes & præcipuè nũdinarum ac fori cuiuscunque tumultus. Omnis in eis secularium iudiciorum strepitus conquiescat. Nulla inibi causa per laicos criminalis maximè agitetur. Sint loca eadem a laicorum cognitionibus aliena. † Quæro, an contractus facti in ecclesia teneant? Respondet gloss. in dicto c. decet. quòd sic, licèt non debeant fieri, & qui faciunt peccant, secus in processibus & sententijs iudicialibus. † Quid si fieret statutum, quòd non possit ecclesijs donari, vendi, vel relinqui? Respondet Pet. de An. c. eos, de immu. eccle. li. vj. quòd statuentes sunt excommunicati ipso iure. † Quid si fiat statutum generale, quòd veniat includere clericos, puta Senis, quòd si citatus coram officialibus communis declinauerit ipsorum iurisdictionem, sit extra protectionem communis, & potestas in ciuilibus & criminalibus non audiat ipsum, clerici coram talibus officialibus citati non audent declinare, quia postea in eorum iniurijs, & offensis potestas eos non audiret, an sit contra libertatem ecclesiæ? Respondet Pe. de An. quòd episcopus potest, si ex hoc videt clericos de facto damnificari, & timidiores fieri cogere sepotestatem ad declarandum, quòd statutum illud sic generale, non intelligat de clericis volentibus declinare. & ita dixi in c. si diligenti, de foro com. & per Bald. post Iacobum Butri. in auctentica, statuimus. C. de episcopis & clericis.

Source : BIU Cujas

Franc. de Pla. De excommunicatione.

SVMMARIVM.

1 *Masculinum, quando a canone profertur, fœmininum semper concipit.*
2 *Regalia, quæ dicantur.*
3 *Vsurpare de nouo, quando quis dicatur.*
4 *Procurare aliquid facere, quomodo dicatur.*
5 *Clerici eo tempore, quo non defendunt ecclesiæ ab oppressionibus, fructus habere non debent.*
An autem possint percipere victum & vestitum.
6 *Ecclesia vacante ille, qui debet habere custodiam, illius fructus nō lucrifacit.*

¶ De his, qui vsurpant sibi custodiam vacantium ecclesiarum. §. 31.

CIRCA hanc excommunicationem, scilicet de his, q
1 vsurpant sibi custodiam vacantium ecclesiarum. † Quę rit glo. quia tex. dixit, vniuersos. An masculinum concipiat femininum, vt intelligatur etiam vniuersas. An mulieres, quæ sibi vsurparent, sint excommunicatæ. Respondet glo. ꝙ sic, quia semper masculinum concipit femininum, qñ a
2 canone profertur, de quo hic vide plenè ꝑ Pet. de Anch. † Quæro, quia textus dicit vniuersos & singulos, qui regalia custodiā siue guardiam aduocationis, seu defensionis titulum in ecclesijs monasterijs, siue aliis quibuslibet pijs locis de nouo vsurpare conantes bona ecclesiarum monasteriorum aut locorum ip sorum vacantium occupare præsumunt, quæ dicuntur regalia? Respōdet glo. i. collecta, quæ fit Regis ratione, vel Imperatoris, vel tributum, quod debetur Regi, vel iura, quæ ad Imperatorē pertinere consueuerunt, vt portus, vectigalia, quæ erant ecclesijs concessa per Imperatorem, vel ab Imperatore, vel Rege, & aliquis de nouo volebat sibi vsurpare vacāte ecclesia, idest mortuo rectore. Alia vocabula, quæ sequuntur custodiam, & guardiam, &c. sunt nomina iuris patronatus ꝯ. quocunque ergo noīe censeantur vsurpantes de nouo tale ius in ecclesijs, vel aliis pijs locis, & bona ipsorum locorum uacantium, excommunicati
3 sunt ipso iure. † Quæro quare dicit de nouo vsurpare, & quando dicatur de nouo vsurpare? Respondet glo. & Pet. de Anc. ꝙ quando usurpans ostendit titulum, puta quia tenet ista titulo patronatus, & adhuc præscriptio non est completa 40. annorum. Si autem ostenderet titulum, & esset completa præscriptio, nō diceretur de nouo vsurpare. Si uerò nullum habet titulum, dicitur de nouo vsurpare, nisi tenuisset tanto tempore, cuius initij memoria nō existit. Si verò existeret memoria, diceretur de no
4 uo vsurpare. † Quæro, dicitur hic ꝙ clerici ecclesiarum, & monachi monasteriorum, & personæ aliorum piorum locorum, puta hospitalium, qui procurant vt bona dictorum locorum vacantium occupentur, sunt excommunicati. Quæro, quomodo dicantur hoc procurare? Respondet glo. fortè occasione discordiæ inter ipsos suscitatæ. Et dicuntur procurare opere, consilio, & ꝓsuasione, & cooperatione, extra de homicidio, sicut dignū. Item nota secundum glo. Pe. ꝙ clerici, cum vident bona ecclesiæ vsurpari, debent se opponere. quod intellige cū effectu, quātum in eis erit, inuocando brachium seculare, vel sibi nunciando. de homi. postulasti, & ca. dilecto. infra de sent. excom. vbi ad defensionem talem licitam possunt laicos inuocare, ad hoc l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi armata. & si in conflictu alicuius mors interuenerit, nō imputabitur sibi, sed aduersario. l. quoniā mul-
5 ta. C. ad leg. Iuliam, de vi. & notat Inno. de resti. spol. c. olim. † Itē nota, ꝙ pro tempore, quo clerici non defendunt ecclesiam ab oppressione, non debent recipere prouentus, vt hic in textu, qui dicit, Illos verò clericos, qui se ut deberent talia facientibus nō opponunt de prouentibus ecclesiarum seu locorum ipsorum pro tempore, quo præmissa sine debita contractione permiserint aliquid percipere, districtius inhibemus. sed an saltem possint percipere victum & vestitum, Archi. tenet ꝙ non, quia qui non laborat, non manducet, ut nota. ff. de dam. infec. l. quamuis. Item nota, secundum glo. ꝙ fundans & dotans ecclesiā de diecesani cōsensu, potest hoc statuere, vt fructus ipsius ecclesię cū vacabit, possit suos facere. 18. q. 3. Eleuterius. de iure patro. c. præ-
6 terea, & c. nobis. † Quæro, quid de illo, qui iusto titulo, vel antiqua consuetudine debet habere custodiam vacantis ecclesiæ, vel monasterij, uel hospitalis, uel alterius pij loci, an vacante ecclesia sibi lucrifaciat fructus? Respondet glo. ꝙ non, sed fructus cōseruare debet futuro successori. Qui enim custodiam habet, custodire debet, non consumere. Habebunt tamen, quàm diu custodiæ dant operam, moderata cibaria.

SVMMARIVM.

1 *Falsans literas Papæ, si falsitans est ita latens quòd videri non possit, an excusetur.*
2 *Literas impetrans a Papa tacita veritate, & suggesta falsitate, an sit ipso iure excommunicatus.*
3 *Literis Apostolicis vtens sub alio nomine impetratis, an sit excōmunicatus. Falsarius non est literarum Papæ, qui eas veras impetrat falsa suggestione.*
4 *Literæ papales, quibus modis falsari possint.*
5 *Literas Papæ, quæ causa expirarunt, si qui ludo & nō intentione vtendi eas mutet, puta reformando aliquam literam in eis malè formatam, vel punctum faciat, an sit excommunicatus.*

¶ De falsificantibus literas Domini Papæ. §. 32.

CIRCA hanc excommunicationem, scilicet de falsificantibus literas Domini Papæ, vide quod dicitur in Pisanella, in verbo, excommunicatio, tertio. quia eadē po
1 nuntur in Summ. Host. lib. 7. tit. 2. versic. 24, † Quæro, qd si falsitas est ita latens, ꝙ videri etiam non possit etiam a perito? Respondet Aste. vbi sup. ꝙ si diligentiam, quam potuit per se
2 vel per alios fecit, non tenetur: alias non excusatur. † Quæro, vtrum impetrans literas a Papa tacita veritate, suggesta falsitate sit excommunicatus ipso iure? Respondet Aste. vbi sup. ꝙ nō, siue hoc faciat impetrans scienter, vel ignoranter, etiam si talis veritas taceatur, vel si talis falsitas suggerat̄, ꝙ ea veritate manifesta, vel falsitate non suggesta, Papa literas illas non concessisset. vnde de rescrip. c. super literis habetur, ꝙ literæ sic impetratæ per malitiam, vel fraudem, indistinctè non valent: non tamen dicitur ibi, ꝙ impetrans excommunicationem incurrat. vide
3 Ricar. in 4. dist. 18. art. 12. q. 3. † Quid de illo, q literis vtitur Apostolicis sub alio nomine impetratis? Respondet idem vbi sup. ꝙ licèt tam isti quàm illi sint digni magna pœna & cōfusione, nō oportuit tamen ius condere, ꝙ tales ipso iure excommunicatio nem incurrant, quia talis fraus a parte aduersa vel a iudice cōtra vtentes faciliter & certitudinaliter probari potest, puta si talis litera sit impetrata sub nomine Petri clerici vel cruce signati, & non sit ita faciliter & certitudinaliter, excipi potest contra vtentem talibus literis, ostendendo ꝙ nō est clericus vel cruce signatus, Non obstat 205. q. 2. dicenti vbi dicitur, Falsarius qui literas impetrat falsa suggestione, vel falsis precibus, quia licèt talis sit falsarius lato sumpto vocabulo, non tamen est propriè falsarius litterarū Papæ, quia veras litteras impetrat, licet falsa suggestio-
4 ne. vide Ric. vbi sup. † Quæro, qui sunt modi falsificandi litteras Papales? Rñd. tex. in c. licet. de cri. fal. ponit plures modos & species falsitatis. Primus, siue prima species falsitatis est, vt falsa bulla falsis litteris apponatur. Secunda, vt filum de vera bulla extrahatur ex toto & per aliud filum missum falsis litteris inseratur. Tertia, vt filum ab ea parte, in qua carta plicat Er incisum cū vera bulla falsis litteris immittatur sub eadem plicatura cum filo similis canapis restauratū. Quarta, cum a superiori parte bullæ altera pars fili sub plumbo rescinditur, & per idem filum litteris falsis inserta reducitur infra plūbum. Quinta, cum literis bullatis & redditis in eis aliquid per raturam tenuē immittat̄. Sexta, vt cū scriptura litterarum quibus fuerat apposita vera bulla cū aqua & vino vniuersaliter abolita seu deleta eadem carta cum calce vel aliis iuxta consuetum modum siue artificium dealbata de nouo rescribitur. Septima, cum cartæ fuerat apposita vera bulla totaliter abolitæ vel abrasę, alia subtilissima carta eiusdem quantitatis scripta cum tenacissimo glutino coniungitur. Deinde subdit textus. Eos etiam a crimine falsitatis non reputamus immunes, qui contra constitutionem nostram scienter litteras non de nostra vel bullatoris nostri manu recipiūt. Illos quoq;, qui accedentes ad bullā falsas literas cautè proiciunt, vt de vera bulla cum aliis sigillentur. Sed hę duę species falsitatis nō possunt facilè comprehendi, nisi in modo dictaminis vel in forma scripturæ vel qualitate cartæ falsitas cognoscatur. In cæteris aūt diligens indagator falsitatem poterit intueri, vel in adiunctione filorum, vel in collatione bullæ, vel motione, vel obtusione, præsertim si bulla non sit ęqualis, sed alicubi magis tumida &
5 alibi magis depressa. † Quærò, vtrum si inueniens litteram Papę, cuius efficacia iam expirauit, puta quia fuit data ad tempus, quod iam transijt, ludo, non intentione vtendi, litteram aliquā in ea male formatam reformet, vel pūctum faciat, vel quolibet alio modo aliquid immutet, an sit excommunicatus ipso iure? Respōdet Aste. vbi supra. Dicunt aliqui ꝙ non, quia illa excōmunicatio non intelligitur, nisi de litteris quæ possunt vtiles esse aliter. prædicta autem littera quo ad communem hominem inutilis esset. Sed contra, licèt illa litera non mutata sit inutilis, tamen per raturam sic immutari posset, ꝙ vtilis appareret, ut si ibi scriptura esset post terminū, nam vī vtilis, quæ erat ante inutilis. Cum ergo quæcunque immutatio, siue parua, siue magna circa literam Papæ, quæ per mutationem posset apparere vtilior quàm erat, vel vtilis, cum non esset, sit prohibita sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, videtur quòd immutans aliquid circa literam, de qua est qō, sit excōicatus ipso iure, quod concedendum vī, vt extra de cri. fal. c. licet. in gl. vbi dicit, Quicunque addit, vel immutat rescriptum Papæ est excōmunicatus, vel falsarius indistinctè. Non obstat de fide instruc. cap. ex literis. vbi dicitur de quibusdam literis pars aduersa de falsitate arguebat, eo ꝙ in narratione facti abrasę erant, quia per illam raturam falsę iudicari non possunt: quia sicut dicitur in gl. dicto c. licet. ratura illa facta fuit per eum, qui literas scripsit: & non ꝑ eum, qui illis vtebatur. De literis autem, quæ per nullam rasuram

Source : BIU Cujas

ſuram poſſunt apparere vtiles,puta de litera citatoria, aliter iudicandum eſſet: quia ſi tota raderetur, & de nouo ſcriberetur, non poſſet apparere vtilis. Concor. Ric. in 4. diſt. 18. arg. 12. q. 4. no. ſm Io. And. circa ſecundam ſpeciem falſitatis. ſ. de iſto filo extracto,& alio immiſſo,iſta falſitas fit cludendo Bullam in loco calido,ita ꝙ licet non liqueſcat,tamen intenereſcit, ita ꝙ filum poteſt trahi:in tractione eſt tamē aliqualis tumor, per quē poſt filum immiſſum oportet Bullam malleari,& hoc intendit finis. Tertiam falſitatem ita exemplificat Hoſt. ꝙ incidatur verum filum applicatum veræ literæ, & extrahatur de litera, & immitatur falſa litera ad modum literæ veræ plicatæ,& ſub plicatura falſæ literæ reſarcitur filum, & eius ſciſſura cum filo ſimilis canapis.

SVMMARIVM.

1 *Inſecutores Cardinalium,quibus pęnis puniantur.*
2 *Cardinalem percutiens ſe diſendendo,an pęnas prædictas patiatur.*
Cardinalem inſequens,licet non percutiat, excommunicatus eſt: ſecus in ſequente clericum & non percutiente.
3 *Delinquere hoſtiliter quis multis modis dicitur.*
4 *Receptator inſequentis Cardinalem ſi ſit conſanguineus receptati, quomodo puniatur.*
5 *Cardinalis perſecutionem ſine mandato meo factam ſi ratam habeam, non ſum excommunicatus.*
6 *Cardinalis inſecutoris domus ſi debet deſtrui,& communis ſit cum alio,quid agendum ſit.*
7 *Ciuitates vicinæ,quæ dicantur.*
8 *Cautio idonea,quę dicatur.*
9 *Auxilium & fauorem,quomodo quis dicatur dare.*

¶De inſecutoribus Cardinalium. §. 33.

1 CIrca hanc excommuecationem,ſcilicet de inſecutoribus Cardinaliū.† Nota multiplices pęnas, vt ſcias, quomodo rectores ciuitatum, qui non faciunt eas obſeruari,incurrunt excommunicationem. Primò ergo dicitur, Si quis deinceps in hoc ſacrilegii genus irrepſerit, ꝙ ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalem hoſtiliter fuerit inſecutus, vel percuſſerit, vel receperit, vel ſocius fuerit facientis, aut fieri mandauerit,aut factum ratum habuerit,aut conſilium dederit vel fauorem, aut poſtea receptauerit, vel defenſauerit ſcienter eundem, ſicut reus criminis læſæ maieſtatis, perpetuò ſit infamis.hæc eſt prima pęna.Secunda, ꝙ ſit diffidatus & bannitus.Tertia,ꝙ ſit inteſtabilis actiuè,& paſſiuè.i.non poſſit condere teſtamentum, nec alicuius bona poſſit habere ex teſtamēto vel ab inteſtato.Quarta,ꝙ cuncta eius ædificia dentur in ruinam,& nullo tempore poſſint reparari.Quinta, ꝙ nullus ei ſoluat,ſi eſt debitor eius,nec teneatur in iudicio ei reſpōdere.Sexta ꝙ eius bona cōfiſcentur.Septima,ꝙ ſi qua feuda, locationes, officium,vel beneficium ſpirituale,vel temporale ab aliquibus eccleſiis obtinet,ſit eis ipſo iure priuatus, quæ ſic liberè ad eccleſias reuertantur, ꝙ eccleſiarum rectores ipſis pro ſua voluntate diſponant.Octaua,ꝙ ſi habet filios vel nepotes beneficiatos per rectam lineam deſcendentes quouis beneficio etiam ſi pontificalem adepti fuerint dignitatem,ſint eis ipſo iure priuati ſpe ꝓmotionis omnino ſublata.Nona, ꝙ dicti filii vel nepotes ex virili ſexu deſcendentes non poſſint aſcendere ad aliquam dignitatem eccleſiaſticam vel mundanam,nec ad alicuius loci regimen.Decima,ꝙ non poſſunt eſſe aduocati,notarii,iudices,nec aliud miniſterium,ſeu officium publicum poſſint habere. Vndecima,ꝙ non poſſunt eſſe teſtes in iudicio.Duodecima, ꝙ nō poſſint aſcendere ad ordines,nec aſcendere ad officium,vel beneficium eccleſiaſticum.Tertiadecima,ꝙ ſit priuatus omnibus actibus legitimis,omni ſpe diſpenſationis adempta.Quartadecima,ꝙ ſic ex in ſecutione prædicta,ſicut ex iniectione manuum violenta, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat tam inſecutor quàm alii ſupradicti. Quintadecima, ꝙ quandiu in ſua contumacia perdurant ſingulis diebus feſtiuis, & dominicis pulſatis campanis,& candelis accenſis per omnes ipſius loci eccleſias,in quo tantum facinus fuerit attentatum, necnō ciuitatum & diœceſum vicinarum excommunicati publicè nuncientur,nec ab alio quàm à Romano Pōtifice abſolutionis beneficium obtinere poſſint,niſi in articulo mortis.Sextadecima, cum fuerint abſoluendi, primò & ſufficiēter & idoneè caueāt, ꝙ inferendæ,pęnæ parebunt, & quod pęnitentiam peragent in iungendam.Decimaſeptima, ꝙ per omnes illius loci eccleſias principales vicinorumq; locorum diebus dominicis & ſolennibus incedant nudi coram populo fęmoralia tantum habentes, ac ferulas ferētes in manibus, cum quibus per eaſdem eccleſias publicè fuſtigentur.Decimaoctaua, ꝙ poſtea debēt ire vltra mare acturi pęnitentiam per tres annos ad minus,nec debeant inde reuerti ſine ſpeciali licentia ſedis Apoſtolicæ, ſed poſtquàm ſic fuerint abſoluti,poſſint exigere credita ſuis debitoribus, quæ poſtmodum acquiſiuerunt.Decimanona, ꝙ ſi Papæ vidēbitur, poterit dictas pęnas extendere ad collaterales.i.ad fratres,nepotes ex fratribus, & pronepotes. Tamen ſi quis in præmiſſis nudo conſilio vel ſimplici fauore fuerit culpabilis,debet puniri ꝑ iudicem ſecundum quantitatem culpæ. Nudum conſilium vel ſimplex fauor intelligitur illius, qui ad maleficiū faciēdum nihil adiicit.& in nouella ponit exemplū Io. And.in illo,qui poſt inſecutionem requiſitus ab inſequēte grauauit maleficium,vide eum & Pet.de Ancha. Item ſi quis familiarem clericum, vel religioſum de familia Papæ vel Cardinalium offenderit,debet acriter puniri,vt pęna proportionetur delicto. ſi quis verò Cardinalem occiderit vel cauſam dederit per ſe vel per alium vltra pręmiſſa,debet exaſperari ita rigor vindictę ꝙ viuens deſideret,
2 & inuocet mortem in auxilium.† Quærit gloſa ſuper verbo, ſacrilegiis,quid ſi quis percuteret Cardinalem ſe defendendo, an habeant locum iſtæ pęnæ. Reſpondet ꝙ non.Item nota, ꝙ ille qui ſolum inſequitur Cardinalem,eſt excommunicatus: & eſt ſpeciale,nam inſequens alium clericum,non tamen percutiēs,
3 excommunicatus non eſt,ſecundum Io.And.& Archi.† Item nota,ſecundum Pet.de Ancha.ꝙ multis modis dicitur quis hoſtiliter delinquere inſequendo;quandoq; percutiendo, & hoc clarum; quandoq; capiendo, & hoc intellige cum effectu,ſecūdum Archid.qui nō putat, ꝙ per inſultum vel obſeſſionem factam ad domum ſit locus huic pęnæ,ſi non obſidetur ibi ad cuſtodiam,ſed ad verecundiam,per ea,quæ notat Innoc. in c. nu-
4 per,de ſen.excō.de aliis delinquendi modis hic expreſſis.† Quęrit glo.& Pet.de Anch.quid ſi receptator inſequentis Cardinalem ſit conſanguineus receptati vel affinis? Reſpondet ꝙ non tenetur iſtis pęnis,quod intelligit Io.An.in nouella verum,ſcilicet ꝙ puniuntur pari pęna,ſicut extranei.ff.eod. l.2.dic enim ꝙ
5 abſoluuntur,nec tam ſeuerè puniūtur,ſicut extranei. † Quærò, dicit textus,ſi quis ratum habuerit inſecutionē Cardinalis, inci dit in has pęnas. Pone ergo ꝙ talis inſecutio non fuit facta eius nomine vel mandato,ſed nomine alterius: tamen poſtquā fuit facta,iſte habuit ratum an ſit excommunicatus? Reſpondet gl. ꝙ non,per regulam iuris,quæ dicit,Ratum quis habere non po
6 teſt,quod eius nomine non eſt geſtum. † Quæro, dicitur hic, ꝙ eius ædificia debent dirui: quid ſi habebit domum vel turrim communē cum alio, & pars inferior erat ſua & ſuperior ſocij? Reſpondet Io.An.& Pet.de Ancha.ꝙ quidam dicunt ꝙ ille ſocius cogetur redimere partem delinquentis, & iſtud pretium erit fiſci.Alii dicunt,ꝙ pars ſuperior deſtruetur, & inferior aſſignabitur ſocio: ſed illa eſſet mala diuiſio, quia remanebit pars inferior abſq; tecto & ſic inutilis.Alii dicunt,ꝙ tota deſtruetur. ff.de aqua plu.ar.l.ſed interdum. Io.in nouella dicit ꝙ ſuperior contra inferiorem regreſſum habebit.Pet. de An.dicit ꝙ probabilior mihi videtur opinio,ꝙ fiſcus redimat partem ſocii, cū ſuccedat in bonis iſtius delinquentis. Nona ꝙ poſt publicationem bonorum delinquentis debitores non tenentur ei de debitis reſpondere ſiue ſoluere,ſed fiſco,qui vicem hæredum obtinet,vt l.3. C.ad leg. Iuliam de vi. & hoc eſt verum, quādo bona ſunt ipſo iure publicata.quando verò per ſententiam venirent publicanda,vtrum debitores ſoluendo liberentur,vide hic Pe.
7 de Ancha. † Quæro,quia hic dicitur ꝙ inſecutores Cardinaliū debent per eccleſias vicinarum ciuitatum diebus dominicis & feſtiuis publicè nunciari excommunicati, quæ dicuntur eſſe vicinę ciuitates?Reſpondet glo.in verbo,beneficium,ꝙ iudicis arbitrio eſt delinquendum.vel poſſumus dicere,vicina non diſtātia vltra duas dietas,vel non diſtantia vltra vnam,vel.i.prouin-
8 ciā,& ideo arbitretur in hoc bonus iudex.† Quæro, dicitur hic, ꝙ quando iſti abſoluentur,debent caueré idoneè; quæro quomodo intelligatur idoneè? Reſpondet glo.dando pignora, vel fideiuſſores:ſed ſi non pñt ſufficientē cautionē dare,debēt dare iuratoriā cautionem,& cauebit ſub hypotheca ſuarum rerum. Quæro, dicitur hic ꝙ debent ire vltra mare acturi pęnitentiam per tres annos. pone ꝙ Chriſtiani nihil poſſideant vltra mare, vbi iſte poſſet viuere & habitare. Reſpondet gloſ. ꝙ hæc pœna
9 tunc eſſet in aliam commutanda.† Quæro etiam,hic dicitur,ꝙ quicunq; dederit inſecutori Cardinalis auxilium & fauorē, incidit in has pœnas,quomodo intelligitur quis dare auxilium & fauorem? Reſpondet Pet. de Anch. ꝙ plures poſſunt eſſe culpabiles in delicto variis modis:nam quandoque plures principaliter delinquerunt, quandoque vnus principaliter. Alii acceſſoriè, & hoc acceſſoriè multis modis quandoque mandando, quandoq; ratum habendo, quandoque conſulendo,quandoque ſuggerendo ſiue animum inflāmando,quandoque aſſiſtendo:& hoc multipliciter,nam quandoq; aſſiſtit,vt adiuuet;quandoq; non vt adiuuet,ſed ne offendens lædi poſſit;quandoq; cuſtodiendo veſtes,ſpolia,victualia, paſſum, tranſitum & ſimilia. Singulis ergo caſibus qualiter puniatur, non poteſt dari certa regula, quia plus & minus peccatur in talibus, ideo imponitur pœna extraordinaria, vt ſecundum ꝙ exceſſus exegerit vindictam,procedat vt in tex.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalium inſecutores non punientes quomodo puniantur.*

¶De

Source : BIU Cujas

Franc. de Pla. De excommunicatione.

¶De rectoribus ciuitatum, qui non puniunt insecutores Cardinalium. §. 34.

1 CIrca † hanc excõmunicationem, scilicet de rectoribus ciuitatum, qui non puniũt insecutores Cardinalium, secundum hanc constitutionem. Nota q̃ hic non est Papalis, quia Papa sibi non reseruat, ideo diœcesanus potest absoluere, per c. nuper, de sent. excom. Item nota q̃ Princeps, Senator, cõsul, potestas, vel alius Dominus, siue rector incidunt excommunicationem tam ipsi q̃ officiales eorum, si infra mensem, postquam res ad eorũ notitiam peruenerit, si non faciunt puniri ſm hanc constitutionem tales insecutores. Ciuitates verò, præter vrbem Romanam, quæ talibus insecutoribus dederint auxilium, consilium, vel fauorem, vel possunt, infra mensem non punierint tales insecutores, sunt priuati dignitate pontificali, vel alia supra pontificalem, ideſt archiepiscopali, vel alia, & etiam remanent interdictæ.

SVMMARIVM.

1 *Episcoporum insecutores, quomodo puniantur.*
2 *Episcopum insequens, qui episcopatui renunciauit, ijsdem pœnis punitur.*
3 *Episcopum electum, & non consecratum insequens, his pœnis non punitur.*
4 *Episcopum se defendendo percutiens, in has non incidit pœnas.*
5 *Episcopum mandans persequi, si non sit secutum homicidium, non incidit in has pœnas.*
6 *Episcopi insecutionem non factam eius nomine, licèt ratam habeat, his pœnis non ligatur.*
Socius quis dicatur, & quis dicatur consors.
Defensor, quis dicatur.
7 *Aduocatus defendens in iudicio insequentem episcopum, an incidat in pœnã.*
8 *Filij insequentium episcopos non possunt etiam in alia diœcesi beneficia habere. & num. sequen.*
10 *Excommunicatio, quomodo fiat.*
11 *Verbum commodè, quomodo exponatur.*
12 *Commodè aliquid non posse fieri, an credatur hoc asserenti.*
13 *Quid in foro pœnitentiali.*
14 *Capiens equum, super quem episcopus equitat, vel res quas super se portat, an sit excommunicatus.*
15 *Relaxatio an, & quando in interdicto post satisfactionem requiratur.*
16 *Socius excommunicatus, an teneatur socium excommunicatum euitare.*
17 *Consilium, quomodo intelligatur, quando quis excommunicatur ob consilium datum in insequendo episcopum.*
18 *Ciuitas, quomodo intelligatur in episcopum delinquere, vt interdicto subiaceat.*
19 *Statuto si caueatur, quòd faciens insultum ad domum puniatur, si quis fecit insultum in porticu domus punietur.*

¶De insecutoribus Episcoporum. §. 35.

1 CIrca hanc excommunicationem, scilicet de insecutionibus episcoporum. † Nota primò, q̃ qui episcopum iniuriosè, vel temere cęperit, vel bannierit, vel mandauerit fieri, vel facta ab aliis rata habuerit, vel socius fuerit facientis, aut consilium dederit, aut fauorem, seu scienter defensauerit eundem etiam in illis casibus, in quibus percutiẽs clericum non esset excommunicatus, nihilominus tales insecutores sunt excommunicati, & hæc prima pœna. Secunda pœna est, quòd cadit à feudis locationibus, officiis, & spiritualibus beneficiis, siue temporalibus, quę obtinet ab ecclesia. cui præest episcopus sic offensus cadit ipso iure, & ad ipsam ecclesiam liberè reuertuntur. Tertia, q̃ filii per masculinam lineam descendẽtes, vsq; ad generationem secundã omni spe dispensationis adẽpta, reddantur ipso facto inhabiles, scilicet ad ecclesiastica beneficia in ciuitate diœcesum, quibus idem episcopus præsidet obtinẽda. Quarta, q̃ terra talis insequentis episcopum, dum tamẽ vltra vnam diœcesim non contineat. Item locus, aut loca alia, in quibus captus est, quãdiu detinetur, sit interdicta. Si verò terra talis insequentis episcopum habet duas diœceses, tunc diœcesis domicilii principalis ipsius, & illa etiam qua fuerit delictũ cõmissum, si suasit, & duę aliæ quę sub ipso sunt eidem loco magis vicinæ interdicto subiaceant supradicto. Quinta, q̃ per oẽs ecclesias illius loci, in quo commissum est facinus, & per ecclesias vicinarum diœcesum quibuscunq; diebus dominicis, & festiuis pulsatis campanis, & candelis accensis, excommunicatus publicè nuncietur. Sexta, q̃ cum absoluendus erit, vel fuerit, sufficienter & idoneè caueat, q̃ inferendæ pœnæ parebit & pœnitẽ- etiam peraget iniungẽdam. Septima, q̃ ciuitas quæ præmissa vel aliquid præmissorum in episcopum suum commiserit, sit interdicta, donec satisfaciat. Octaua, q̃ potestas, cõsiliarii, baiuli, scabini, aduocati, rectores, consules, & officiales, ipsius, quocunque nomine censeantur in præmissis culpabiles existentes excommunicati sint excommunicatione Papali, à qua nisi in mortis articulo absolui nequeunt. Nona, q̃ tanto exacerbentur dictæ pœnæ in interfectoribus episcoporũ, quanto grauior est culpa. Decima, q̃ si in articulo mortis absoluitur, nisi postquam pristinæ restitutus est sanitati, q̃ citò commodè poterit conspectui Romani Pontificis præsentare se curauerit eius mandatum humiliter recepturus, in eandem excommunicationem ipso facto reincidat. † Quærit glosa super verbo, quemuis Pontificem. An hę pœnę habeant locum in persequentem episcopum, qui renunciauit episcopatui i. loco non ordini? Respondet gl. q̃ sic.
2 † Item quærit, an habeat locum in persequentem illos, qui sunt
3 electi & nondum consecrati? Respondet glo. q̃ non. † Quæro,
4 quid si percutit episcopum se defendendo? Respondet gl. q̃ nõ ligabitur his pœnis. Nota secundum glo. in verbo, bannierit, q̃ decretalis Felicis, quæ loquitur de insecutoribus Cardinalium, habet minus quàm ista in eo, quod punit hostiliter persequentem, ista solum percutientem, vel bannientẽ, habet tamen plus
5 ista in eo, q̃ punit bannientem, q̃ illa non facit. † Quęro, quid si quis mandauit istas persecutiones fieri in episcopum, & tamen non est secutum maleficium, an habeant locum hę pœnitentię? Respondet gl. q̃ non, nec obstat c. pro humani, de homicid. lib. 6. quia ibi speciale, secundum Ioan. de Ligna.
6 † Quæro, quid si ista maleficia non sunt facta eius nomine & is ratum habuit, an locum habeant hæ pœnæ? Respondet glo. q̃ non, per regulam iuris, q̃ quis ratum habere. non potest, quod eius nomine non est gestum. Nota pulchram glo. super verbo, defensauerit, quæ sic dicit, q̃ ista litera de his quatuor tractat. s. de socio fauorem dante consiliario & defensante, ideo de singulis videamus. Circa primum dic, q̃ socii propriè dicuntur secũdum deriuationes propter periculum vel operis societatẽ; vel dicitur socius à sequor sequeris, vnde dicunt socius propriè in periculo, collega in officio, comes in itinere, cõsors in pręmio, sodalis in mensa vel in sede. Sed nos Iuristæ dicimus socium in cimine. 22. q. 4. si ad peccatum. 26. q. 2. illud, in fin. Item dicimus socium in ecclesia, de offic. dele. cum responso. de sent. excom. ex tenore. Item dicimus socium in ordine, de conse. c. j. in fi. Itẽ dicimus socium in via, de vo. c. 2. Item dicimus socium in coniugio. 27. q. 2. cum societas. Item dicimus in lucro, de spon. c. 2. de sepul. c. j. De socio criminis, quem vocamus quandoq; consortem, de hære. c. cum secundum, lib. 6. dicit canon, quem posse in malo aliquem tripliciter sociare, cõmittendo, fauẽdo, nõ corrigendo. 23. q. 4. ita planè. Et iõ nõ caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. 86. dist. facientis. 2. q. 7. negligere. homicidio, sicut dignum. §. 2. Hic tamen strictè puto socium sumi pro agẽte. i. qui aliquid operatur ad actũ percussionis captionis vel bãni. Et licèt in deliquendo sint quã doq; plures socii, quorum nullus est principalior, & tales includuntur sub agentibus, de quibus præmisit. Quandoq; tamẽ est vnus principalis alter cooperans, & sic sumit hic socius, quod patet, quia de fauente præmiserat, & sic est similis distinctio circa vnionem notata in c. j. ne sede vacante. Circa secundum, scilicet de consiliario non insisto, sed vide quæ notaui de re. iu. nullus. ex consilio, lib. 6. ff. de verbo. sig. l. sæpe. in fi. ff. de man. l. 2. in fi. Insti. de obl. quæ ex delic. nas. §. opere. Circa tertium de fauore & fauente, sciẽdum q̃ est simplex fauor, qui nihil adiicit ad peccatum, de quo in c. fęlicis, lib. 6. de pę. & de tali non videtur hic intelligendum per id, quod dicit in his, vt statim dicam. Itẽ sciẽdum, q̃ canõ dicitur illum impietati fauere, qui obuiare potest, & non obuiat. 22. q. 3. qui potest. 83. dist. error. de sent. excom. c. quantæ. sed de hoc dic vt ibi. & quia litera dicit, in his scilicet percussione, captione, vel banno, patet q̃ fauens huic delinquenti post delictum præter defensorem, de quo sequitur, non incurrit hanc pœnam, sed in materia hæreticorum latius recipiuntur fautores, de quibus in c. excommunicamus. §. credentes, de hære. eo. tit. c. 2. & c. contra Christianos, lib. 6. vt ligẽtur etiam post delictũ, & post sententiam hæreticis fauentes. de quo per Io. & Hostien. in sum. de hære. §. pen. & dixi in prædicto §. credentes. & facit de hære. accus. §. pen. lib. 6. Circa quartum, scilicet de defensore, aduertendũ q̃ litera non repetit ea, quæ prædixit in his tribus casibus, per hoc puto q̃ etiam defensorem post maleficium punire intendit. Est ergo quidam defensor. i. auctorizator delicti, & talis grauius punitur q̃ agens. 2. q. 3. qui consentit. 14. q. 3. qui aliorum, & notatur. 2. q. j. notũ. de offic. dele. c. j. Est alius defensor, qui etiam post delictum defendit, puta impediendo ne delinquens ad manus iudicis veniat examinandus vel puniẽdus. 27. q. j. si custos. facit. 21. q. 5. per totum, vel impediendo ne fiat executio, de offi. deleg. c. ex literis. & hunc intendit includere, vt probatur in c. fęlicis, post prin. eo. tit. ibi, postea receptauerit vel defensauerit. Tamen non puto q̃ is qui talem defensauerit, ne lædatur à priuato, vel à tertio, vel ab offenso, puta ab episcopo vel eius consanguineis, vindicare volentibus, includatur hæc pœna, cum illa sit iniuria, ad q̃ etiam propulsandam à socio, quis tenetur, de sen. excom. c. dilecto, cum suis cõcor. lib. 6. De illo, qui defendit in iudicio patrocinando, vide quod dixi post Host. de cle. ex. mi. c. proposuit, super verbo, fautorem. Item nota hic, secundum Io. de Ligna. si quis esset socius insequẽtis episcopum, sola præsentia, nihil faciendo, nec cooperando, non
7 esset in culpa, nec in pœna. 12. q. cum deuotissimam. † Quid si aduoca-

Source : BIU Cujas

aduocatus vult talem insecutorem defendere in iudicio de iure, an incidat in hanc pęnam? Respondet idem, secundum Pa.
8 ꝙ non. † Quæro, dicitur hic, ꝙ filii descendentes per lineā masculinam sint inhabiles ad beneficia obtinenda in diœcesi, in qua episcopus offensus præsidet, nunquid ergo in alia diœcesi
9 erunt habiles? Respondet gl. ꝙ sic. † Sed nunquid priuatur beneficiis iam obtentis? Respondet glo. ꝙ non dicit tamen ꝙ credit ꝙ iste non posset permutare cum alio beneficio existente in il-
10 la diœcesi, in qua præsidet episcopus offensus. † Quærit gl. quid faciendum de istis candelis accensis, cum quibus sunt isti excōmunicandi? Respondet ꝙ debet extingui & pedibus conculcari, nam iste modus excommunicandi positus est. 2. q. 3. debent.
11 † Quæro, dicitur hic ꝙ quando quis absoluitur ab hac excommunicatione in articulo mortis, ꝙ nisi aduenięte sanitate quā citò commodè poterit se repręsentet sedi apostolicæ reincidit in eandem excommunicationem. Quæro, quomodo intelligitur illud commodè? Respondet glo. i. quàm citius opportunitatem habuerit, quod exponit Hosti. i. cessante impedimento & aliquo modico tempore indulto, quo sibi de necessāriis valeat prouidere, vt ff. ex qui. causis ma. l. ab hostibus. §. fi. Io. de Ligna. dicit, secundum Lan. si quam citò dictat conscięntia & sine persōnæ periculo potest ire & non vadit paratis suis sarcinulis statim excommunicationem incidit. 5. q. j. quidam maligni. cū ibi notatis. i. q. 7. quapropter. ff. de manu. testa. l. libertas. & in hoc
12 relinquit arbitrio istius. † Sed nunquid creditur in hoc absoluto. Respondet gl. ꝙ non. debet enim iudex hoc arbitrari, quando iste dicatur commodè posse, aliàs si sibi crederetur, deludere posset cōstitutionem istam friuolis excusationibus frigoris,
13 vel caloris, & similibus. † Sed nunquid credetur ei in foro pęnitentiali? Respondet glo. sic, nam de re occulta & animæ periculo est ei credendum. de homicidio. c. significasti. 2. de senten. ex-
14 commu. si verò. † Quærit hic Io. de Ligna. ꝫm Lan. nunquid capiens equum, per quem equitat, vel res quas super se portat, sit excommunicatus? Respondet, ꝙ aut est res talis, quam licet sua auctoritate de iure accipere, vt si locauit domum clerico, & debeat pensionem quam non soluit, & hoc casu non incidit excō municationem ipsum expellendo, cum moderamine tamen, extra de restit. spolia. olim, aut non est talis, & tūc aut inducitur clericus super metum ad tradendum alicui, vt quia dicitur clerico, nisi des equum tali te occidam, & tunc nō incidit excommunicationem inferēs metum verbalem: quia vt incidat in canonem illum, requiritur manuum iniectio. 17. q. 4. si quis suadēte. Aut subtrahit manualiter rem clerici, & tūc aut res adhæret persone clerici, vt equus, & vestis, & tunc incidit. Aut non adhę ret semper, & incidit cum adhæret, si violenter arripiat, secus si
15 furtiuè. † Quæro, dicitur hic, ꝙ si est ciuitas, subiacet interdicto, donec satisfecerit, nūquid ergo facta satisfactione est abolitum interdictum sine aliqua relaxatione? Respondet Io. de Ligna. secundum Lan. ꝙ non. Immo est necessaria superioris sententia, quæ relaxet. 2. q. 6. presbyter. secus si vsq; ad certum tempus vel modum fuit factum interdictum, quia tunc lapso tempore vel modo cessante, cessat interdictum, de spon. non est, ratio diuersitatis est, quia primo casu potest dubitari, an plenè fore satisfactum, sed in aliis secus. de hoc de ætate, & qualitate. cum bene.
16 † Quæro, an socius excōmunicatus teneatur cuitare socius excommunicatum. Vide de senten. excom. si nos, & ibi notatur.
17 † Quęro, quia dicitur hic, ꝙ dans consilium incurrit excommunicationem, de quo consilio loquitur? Respondet Io. de Ligna. secundum Pau. ꝙ intelligitur de consilio fraudulento, non de nudo, quia nudum consilium nihil addit ad peccatum, vt no. de sen. excom. c. nuper. de homi. c. sicut dignum, & in regula, nullus ex consilio, & ibi no. consilium autem præstat suadendo, & vtilitatem securam ostendendo, vt no. Innoc. de homici. ad audentiam. & probatur. ff. de fur. l. furti §. consilium. & per Bart. in l. non solum. §. si mandato. ff. de fur de nudo autem hic non dicitur, sicut in c. fęlicis. eo. titu. lib. 6. de quo regulariter quis non
18 tenetur. Insti. mandati. §. tua gratia. † Quæro, quomodo dicatur ciuitas delinquere in episcopum, vt subiaceat interdicto? Respōdet Io. de Ligna. ꝙ tunc dicitur ciuitas facere, cum homines ꝙuocato consilio hoc faciunt, & fit vt corpus, secus si vt singuli nullo consilio prǽhabito vel occupato. ff. quod vi aut clam. l. quod autem. §. si insepulchro. & ff. ꝙ cuiusq;. vniuer. nomine. l. nulli ibi no. de cōsti. cum omnes, & ibi no. & per hoc consului ciuitatem Bononiæ nō esse interdictam ꝓp rebellionem factā à quibusdam, vt singulis, supposito ꝙ lex interdicat ciuitatē rebellionem facientem & defendi in curia in præsentia Papæ, & postea in præsentia Cardinalium hoc procedere, etiā si omnes
19 de ciuitate fecissent, vt singuli, non vt corpus. † Quæro, pone ꝙ statuto ciuitatis cauetur, ꝙ si aliquis insultum fecerit ad domū alicui, puniatur in 20. libris: quidam insultauit aliquem sub porticu, an dicatur fecisse insultum ad domum? Speculator tenet ꝙ sic, per c. si quis contumax. 17. q. 4. & c. si quis in atrio, de immun. eccles. cum ecclesia. hæc Specu. not. de immu. eccles. §. 2. vertic. sed pone.

SVMMARIVM.

1 *Collectas exigentes à clericis sponte soluentibus non sunt excommunicati.*
2 *Personæ ecclesiasticæ angarijs, nec perangarijs grauari dicunt.*
3 *Fratres tertii ordinis, an possint sine excommunicatione collectari, & an sint personæ ecclesiasticæ.*
4 *Personæ ecclesiasticæ, quando grauari possint in collectis.*
Fossata facere, dicuntur munera sordida.
5 *Clerici ad caualcatas non tenentur.*
Collecta vt per episcopum clericis imponi possit, quæ requirantur.
6 *Ecclesia, ad quæ munera, vel collectas teneatur, & ad quæ non.*
Munera extraordinaria, quæ sint.
Pietas nulla maior est quàm defendere patriam, pauperes, & debiles ab hostibus.
Munera ordinaria angariarum, & perangariarum, quæ sint.
Munera ordinaria rerum, quæ sint.
Inscriptio lucratiua, quæ dicatur.
7 *Rector clericis collectam imponens antequam absoluatur, quomodo satisfacere debeat.*
8 *Successor rectoris, qui collectam clericis imposuit, si fecit quod potuit vt damnum collectæ emendetur, sed obtinere non potuit, vniuersitate resistente, an sit excommunicatus.*

¶ De exigentibus & extorquentibus talias à clericis vel collectas. §. 36.

1 CIrca hanc excōmunicationem, scilicet de exigentibus & extorquentibus taleas vel collectas à clericis. † Quęro, pone ꝙ non exigunt, vel extorquent ab inuitis, sed ipsi clerici sponte soluunt, an incidāt excōicationem? Respondet gl. & Paulus in clem. quoniam, de immu. eccles. ꝙ
2 non. † Nota ꝙ ecclesiasticæ personæ non debent grauari angariis, nec perangariis, puta ad fossata facienda, vel huiusmodi, vt in d. c. nō minus. vel ad collectas, vel taleas, siue exactiones quascunq;, vt in c. aduersus, extra de immu. eccles. nec pro domibus, prædiis, vel quibuscunq; possessionibus ab eisdem ecclesiis, vel ꝑsonis ecclesiasticis legitimè hactenus acquisitis, vel in posterum acquirendis, vt in c. j. de immu. eccle. lib. 6. † Quid dices
3 de istis fratribus tertii ordinis beati Francisci, & de illis quos vocat Bar. milites gaudentes: an dicentur immunes tanquam personæ ecclesiasticæ, ita vt imponentes eis collectas sint excōicati? Respondet Pet. de Anch. c. j. de immu. eccle. lib. 6. ꝙ non sint personæ ecclesiasticæ: prędicti enim nō renunciant proprio. Itē hñt vxores & viuūt in propriis domibus sicut laici, licèt habeāt quendam modum viuēdi & habitum approbatum ab ecclesia, vt notat Io. And. in cle. cum ex eo de sent. excom. & ideo vī ꝙ isti non sint exempti à datiis & collectis: quia licèt habeant certum modum viuendi & habitum, tñ non sunt clerici, nec exercent ministeria clericorum. vnde qui non exercet artem, licèt sit descriptus in collegio, non propter hoc habet immunitatē. l. sub prætextu, de sacrosan. eccle. Bart. tñ dicit se vidisse consilia plurimorum Doctorum iuris canonici & ciuilis, ꝙ isti à talibus exactionibus sint exempti: sunt enim Deo deuoti. 12. q. j. duo sunt genera. pro quo dicto facit textus in d. c. j. de immu. eccles. lib. 6. dum dicit, personis ecclesiasticis. nam nō potest negari ꝙ isti non sint personæ ecclesiasticæ, licèt non sint clerici. ex hoc tenet Bar. ff. de iure immu. l. semper. §. quibusdam. quod intelligit verum, nisi assumpsissent illum habitum in fraudem onerū. l. cura. ff. de mu. & hono. vbi gl. facit mentionem de istis fratri-
4 bus de pęnitentia. † Quid si occurrit necessitas reipublicæ, puta insultus latronum, vel exercitus volens patriam delere, vel cōburere, quibus oportet obuiare & resistere, nec est tempus consulendi Papam, an si grauetur ecclesia incurrantur hæ pęnę? Respondet Pet de Anch. in c. j. de immu. eccle. & secundum Oldradum ꝙ non, si mora esset periculum allatura, vt ff. de dam. infe. l. 4. §. si causa. & ff. de op no. nunc. l. de pupillo. §. si quis riuos. Nota ꝙ quædam bona vsibus ecclesiarum dedicantur, quo ad fundationem, vel ortum, vel mansum, vel dotem ecclesiæ, & hæc exempta sunt. Cætera cum suo onere transeunt. de cen. c. j. Item nota, ꝙ fossata dñr sordida munera, ad quæ ecclesia non tenet.
5 † Quæro, quæ dicantur expeditiones? Rñdet An. de But. primo caluacatas vel missores nunciorum, ad quæ clerici personaliter cogi non possunt, quia sunt sordida. Item nota, ꝫm Ant. de But. in d. c. non minus, quæ debeant occurrere, vt posset episcopus factis laicorum imponere collectam. primò consensus clerici. Secundò euidens vtilitas & necessitas. Tertiò, ꝙ vtilitas sit cōis ꝓ republica. Quartò, ꝙ facultates laicorum non suppetāt, sed hodie etiam his concurrentibus non possunt sine licentia Papæ,
6 vt d. c. aduersus. † Quęro, ad quę munera, seu collectas subiaceat ecclesia, & Papa potest dare soluendi licentiam? Respōdet An. de But. d. c. non minus, ꝙ quædam sunt munera sordida, vt calcis coquendæ, arenæ fodiendæ vel fossati personaliter faciendi, siue stabuli curandi, vel mundandi, & ad talia non potest cogi ecclesia. C. de sacrosan. eccle. l. placet. Quædam sunt munera extraordinaria, vt sunt hospitia, & similia, quæ dicuntur extraordinaria,

Source : BIU Cujas

dinaria, quia non ſunt per aliquam legem vel ſtatutum ordinata, ſed capitaneus ſecundum ſuam volũtatem imponit tempore fertilitatis,& ad talia non tenetur eccleſia. C.de ſacroſan. eccle.l.placet.16.q.j.Romanorum.& c.iuxta ſanctionis.Quædam ſunt munera extraordinaria, quæ reſpiciunt publicam vtilitatem,vt defendere rempublicam, ire ad exercitum Principis cõtra Saracenos, vel mittere vel firmare muros tempore noctis. Quædam ſunt extraordinaria,quæ reſpiciunt pietatem, vt refectio viarum & pontium.Item facere prelato charitatiuum ſubſidium, vel pauperibus ſiue ſubuenire Domino in neceſſitate, quãdo emptionem fecit,vel captus eſt,vel filiam maritauit,vel miles factus eſt,vel quia ad Principem iuit pro ſuis negociis,vel quia alias expenſas graues,vel intolerabiles fecit rationabiliter, vel alia quacunq; cauſa depauperatus eſt, vel nimis obligatus, vel non habet aliquid comedere.de iſtis dic.3.q.vlt.extra de ſenten.excom.c. peruenit. & vltra illa dic, ꝙ nulla maior pietas q̃ defendere patriam,pauperes,& debiles ab hoſtibus.23.q.3. fortitudo.& c.ſi quis.& c.non inferenda.hoc quo ad publicam vtilitatem.Quædam ſunt munera ordinaria angariarum, & perangariarum.Munera angaria.i.perſonalia,vt quando quis tenetur ire vel mittere in caualcatam Domini, expenſis tamen ipſius Domini.ff.de mune.& hono.l.munerum.Item perangaria ſunt mixta.i.partim reale,& partim perſonale. i. quando quis tenet̃ ire vel mittere in cauacaltam expenſis euntis, vel mittentis, vt d.l.munerum.§. mixta. & ab iſtis ſcilicet angariis & perangariis ordinariis ſunt omnes clerici liberi.C.de epiſ.& cle.l.2. & ſecũdum Doct.hoc etiam verum quo ad res deputatas alimoniis eorum,qui eccleſię deſeruiunt,& non multum abundant.12.q.2. eccleſiarum ſeruos.C.de ſacroſan.eccle.l. placet. & l.priuilegiũ. ſecus in ruſticis colonis poſſeſſionum eccleſiarum,qui ab angariis,& perangariis,immo etiam à talibus, ſecundum aliquos in aduentu Principis non excuſantur.C.de ſacroſan.eccle.l.neminem. Item ſi epiſcopus vel Abbas tenet magnum & nobile feudum à Principe aliquo, quod conſueuit ei aliquo modo ſeruire:nam hoc caſu quamuis non teneatur ire in caualcatam perſonaliter, ar.23. q. 8.& §.j.& §. his à quibus. & extra de voto.ex multa.§.vlti.tamen debet mittere,ſecundum ꝙ ſolitum eſt.aliter non teneat beneficium, ex quo non vult facere ſeruitium, ar.ſupra de cle.coniuga.ꝙ à te.& hoc verum, ſi iuſtum bellum, & ſi ſit iniuſtum,tunc debet cognoſcere Imperatorem.2.q.3.Iulianus.nec per hoc in tali caſu,ſi non mittant,poteſt priuari feudo,ar.de præſcr.c.ſi.Quædam ſunt munera ordinaria, quæ rerũ ſunt,ſicut tributa & cenſus certi,ſiue ſeruitia, vel caualcatæ hoſpitia,vel ſimilia,certa & annualia poſſeſſioniſius annexa, & ad iſta tenetur eccleſia,ſi res ad ipſam deueniat.2.q.j.ſi tributum.& c.magnum.23.q.8.conuenior.& c.tributum.& talia poſſunt vocari ſuperindicta,ideſt tributa rebus poſita, à quibus nullus excuſatur.C.de ſuperindicto.l.j.& 2.lib.10.& à prædictis non excuſatur eccleſia ex pacto vel cauſa non tanquam onera, ſed tanq̃ tenẽs rem oneratam,cum quęlibet res tranſeat cum onere ſuo. ff.de contra.empt.l.ex literis.§.fi.& de decimis,c.paſtoralis.quia quæ ſunt Cæſaris,debent reddi Cæſari;& quæ ſunt Dei,Deo. de cle.coniuga.c.ex parte,& ſic quãtum ad decimas oblationes & alia ſpiritualia, & quo ad manſum ſiue dotem excuſatur eccleſia.23.q.vlt.ſecundum Canoniſtas,& ſupra de cenſi.c.j. Item qa de decimis & oblationibus non ſoluit tributum.23.q.6.comperimus. An autem debeat clericus ſoluere decimam de præbenda ſua. Vide ſupra de deci.c.j.& c.nouum genus, & c.j.de cenſi. Quædam ſunt munera prouenientia ex lucratiuo titulo rei trãſlatæ in eccleſiam à curiali,quæ inſcriptiones lucratiuę appellãtur,nam inſcriptio erat quarta ipſius rei,quam aliquis dabat venerabili loco.Exemplum. Si curialis dabat eccleſiæ 16. eccleſia quartam ipbrtem illorum 26. debebat dare pro tributo & vocabatur inſcriptio lucratiua,& ad tales inſcriptiones vel munera, ſeu tributa non tenetur eccleſia.23.q.8.ſancimus,per ꝙ puto ꝙ ad iſtas gabellas,quę ſoluuntur de contractibus illis donationibus lucratiuis non teneatur eccleſia.l.ſancimus.C. de ſacroſan.
7 eccle.† Quæro, quia dicitur in d.c, ꝙ imponentes collectas clericis nõ poſſunt abſolui nec ſucceſſores,niſi ſatisfecerint. Quęro, de quo habet talis rector ſatisfacere antequam abſoluatur? Reſpondet Ant. de But. ꝙ de emendatione cuiuſcunq; damni eccleſiæ propter hoc contingentis, ſi nullum conſilium dedit de collecta imponenda.Sed ſi conſilium dedit,tenetur nedum ad intereſſe,ſed ad ipſius collectæ reſtitutionem. Si verò conſilium non dediſſet fortè non teneret ad emendationem collectæ,ſed ad alterius intereſſe, quod obuenit eccleſiæ ob ipſius regimen & fortè ſpiritualem vel pecuniaram oportebit eum ſubire,ſecundum ꝙ forſitan bonus iudex ſubtrabitur.Hęc autem locum habent,quando quis ſuccedit in regimine eius,qui eſt excommunicatus ex prædictis cauſis, vel aliter qualitercũq; propter libertatem eccleſiæ violatam.Secus ſi ex alia cauſa eſſet poteſtas excommunicatus vel conſiliarii vel vniuerſitas ſeu ciuitas interdicta:tũc enim ſucceſſor non eſſet excommunicatus,
8 ſecundum Inno.† Quæro, quid ſi nouus ſucceſſor operam dedit quantuncunq; potuit, ꝙ hoc damnum collectæ emendare-
tur,ſed vniuerſitate reſiſtente non potuit obtinere quod intendebat.Videtur ꝙ ſit excommunicatus,ar.24.q.3.ſi hæres.Tu dic contrarium, ſcilicet ꝙ ex hoc tantum non ſit excõmunicatus, vbi relinquat regimẽ,nec ſtet propter timorem ſalarii amiſſionis,ꝙ non renunciet officio:quia ſi iſta de cauſa renunciet officio cum vniuerſitas in culpa ſit, nihilominus tenetur ſalarium reddere ei, cum per eum non ſtet quominus regat. & idẽ eſt dicendum ſi contra expreſſam inhibitionem antiqui rectoris exceſſit vniuerſitas in p̃dictis, qa nõ excuſat̃ niſi officio renũciet.

SVMMARIVM.

1 *Prelati non debent eccleſias laicis ſubmittere.*
2 *Bona eccleſiarum immobilia vendi non debent.*
3 *Iura incorporalia inter immobilia computantur.*
4 *Prælati,per quos modos prohibeantur ſuas eccleſias laicis ſubmittere. Tempus modicum,quod dicatur.*
5 *Prælati bona immobilia laicis ſubmittentes,ſuſpenſi ſunt.*
6 *Terra interdicto ſubijci poteſt ob Domini delictum.*

¶De his, qui compellunt prælatos ſeu capitula ad ſummittendum laicis vel alienandum bona immobilia.§.37.

CIrca hanc excommunicationem,ſcilicet de his, qui cõ
1 pellunt prelatos,ſeu capitula ad ſummittendum laicis vel alienandum bona immobilia. † Nota, ſecundum Io. Mo. & Petrum de An. ꝙ prohibentur hic quidam modi alienationis,vel dationis in rebus immobilibus. Nã ante iſtam conſtitutionem prælati oppreſſi contra opprimentes inuocabant nobiles ad defenſionem ſuam & potentes faciendo eos aduocatos vel defenſores locorum, & propter hoc illi ſibi vendicabant quoddam ius dominii vel aduocationis in eccleſiis vel locis defenſis,& refert Guil.& Fran.ſe vidiſſe multos prelatos faciles ad talia, & quandoq; nobiles ſummittebant alios, vt opprimerent ad prædictum finem,à quo vt abſtineant viuẽtes prælati ſummiſſiones iſtas penitus interctas per iſtam conſtitutionem eſt prouiſum.Primò,ꝙ clerici non audeant ſummittere.Deinde,ꝙ laici non faciant ſibi eos ſummittere à clericis p̃ hanc viam indirectam vel directam,ſummittendo moleſtatores, vt poſtea ſub colore defenſionis & patrocinii illarum rerũ ſibi ſummiſſarum eccleſiæ defraudentur vendicando ſibi ius dominii, nam iſti ſummittebant moleſtatores, & poſtea dicebant ſacerdoti,ſummitte mihi hanc rem, & iſte nõ audebit me moleſtare, vnde ſacerdos fatebatur ſe habere ab illo talem rẽ, & poſtea facta ſummiſſione volebant verũ ius habere & Domi
2 nium vendicare.† Nota,ſecundum gl. & Pet. ꝙ hæc prohibitio ſolum locum hẽt in rebus immobilibus & iuribus eccleſiarum, ſecus ergo in rebus mobilibus:in ipſis enim non poteſt dari certa regula,quia ſecundum donum,quod eſt paruum vel magnũ, tenet vel non tenet:& ſecundum qualitatem donatarii,ſcilicet
3 vtrum ſit bene meritus,nec ne.extra de dona.c.j.† Item nota,ꝙ iura incorporalia inter immobilia iudicantur,& idem ius ſtatuitur in eorum alienatione ꝙ in alienatione rerum immobiliũ, vnde annuus redditus inter immobilia cõputatur,vt in cle.exiui de Paradiſo.§.cumq; ver.ſigni.& l.iubemus.C.de ſacroſan.eccle.Item nota ꝙ licèt omnis alienatio rei eccleſiaſticæ regulariter ſit vetita,niſi in caſibus à iure conceſſis,tamen ſummiſſio de qua loquitur hic ſpecialiter prohibetur:nam ſecundum Guil. ſi bene attendatur,eſt quædam alienatio, quaſi ad illos confiteat̃ dominium pertinere directum.ff.ſi ager vectigal.l.j.§.fi.ſicut cũ me conſtituerem tuo nomine poſſidere, in te tranſit poſſeſſio, & abdicatur à me,qa is poſſidet,cuius nomine poſſidetur, vt in c.cum veniſſet,de reſti.ſpolia.& ff.de acquir.poſſ.l.ꝙ meo.vnde per hoc dicit Io.An. & Guil. ꝙ ſi verus Dominus conſtituat ſe alieno nomine rem ſuam detinere, per hoc transfert dominiũ & poſſeſſionem.Item nota ꝙ dominium rerum eccleſiaſticarũ eſt pẽnès eccleſiam hoc modo,ſecundum Io.An.in nouella:nã eccleſia i.congregatio fidelium,cuius Chriſtus eſt caput,habet dominium,ſed pauperum ſunt quo ad ſuſtentationem,& clericorum quo ad gubernationem ſeu adminiſtrationem.Itẽ nota ſecũdum gl.& Pet.ꝙ in iſta ſummiſſione,de qua in textu,requi
4 ritur licentia ſpecialis Papæ non ſufficeret ergo generalis. † Itẽ nota modos huius ſummiſſionis prohibitæ hic in *textu* enariatos. Primò dicit,ꝙ prælati non poſſunt ſummittere, ſeu ſupponere laicis eccleſias ſibi commiſſas bona immobilia ſeu iura ipſarum ſine conſenſu capituli,& apoſtolicæ ſedis licentia ſpeciali,ſeu concedendo ipſa bona vel iura in emphyteuſim, non ꝙ hic prohibeatur emphyteuſis & aliæ alienationes & cõtractus à iure permiſſi forma & caſibus,ſed prohibet ſummiſſiones fieri,vt defendantur ab his,quibus ſummittuntur ſecundum gloſ. Item aliàs alienando in forma & caſibus à iure permiſſis,ſubaudi per ſummiſſionem.Item conſtituẽdo eum dominum. Item recognoſcendo ſeu profitendo ab iſtis ea tanquam à ſuperioribus ſe tenere.Item aduocando, ideſt tanquam ab aduocatis recognoſcendo,vel ipſos patronos vel aduocatos eccleſiarũ ſeu

bonorum

Source : BIU Cujas

bonorum ipſarum perpetuò aut ad tempus non modicum ſta tuendo. vnde dicit gl. Ad modicum ergo tempus poſſunt vocari in patronos & defenſores, quia tunc in modico tẽpore nõ eſt periculum. Poteſt autem dici modicum tempus infra 10. annos, vel ſecundum Guil. & Gari. relinquitur iudicis arbitrio, ex quo hic non determinat inſpecto ſtatu eccleſiæ, & imminenti periculo, & conditione perſonarum. vnde ſi fieret locatio vni Domino vel potenti per 10. annos, vt tueretur eam, non incideretur excommunicatio. † Itẽ nota, ꝙ prẹlati qui contra hanc prohibitionem ſummiſerint bona immobilia vel iura eccleſia ſtica, ipſo facto ſunt ſuſpenſi ab officio diuino & ab adminiſtra tione. Clerici verò, qui ſciunt hoc fieri à prælato & non denũcient ſuperioribus, ſunt ſuſpenſi per triennium à perceptione beneficiorum. De iſtis ſuſpenſionibus vide quod notatur in c. cum dilectus, de conſuetudine, & in cle. cupientes, de pẹnis, vbi eſt gl. magiſtra, & de re iudicata. c. cum ẹterni, lib. 6. & quod ibi notatur ſuper verbo, officii. † Item nota ꝙ propter delictum Domini terra poreſt ſubiici interdicto, vt hic dicitur, ꝙ legitimè admoniti à tali vſurpatione non deſtiterint reſtituendo, ꝙ taliter vſurpauerint, eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrant, & ex tunc ad ſupponendum terram ipſorum eccleſiaſtico interdicto liberè procedatur.

SVMMARIVM.

1 *Pedagium, & vectigal, quid ſint, & à quibus ſoluantur. Tributum, quid ſit.*
2 *Clerici ſunt immunes à pedagijs pro rebus, quas deferunt non negociationis cauſa.*
3 *Pedagia à clericis exigentes, quibus ſatisfacere debeant.*
4 *Emptores reddituum clericorum, an priuilegijs clericorum vtantur.*
5 *Negotiator, quis propriè dicatur.*
6 *Statutum dicens, quòd venditor dare teneatur duos denarios communi, an clericos vendentes vina vel frumentum ſuæ præbendæ comprehendat.*

¶ De exigentibus pedagia & guidagia a perſonis eccleſiaſticis. §. 38.

1 CIrca hanc excommunicationem de exigentibus pedagia & guidagia a perſonis eccleſiaſticis. † Nota ſecundum Petrum de Anchar. varia nomina, ſcilicet vectigal & pedagium, tributum, cenſus, penſio. Pedagium & vectigal idem ſignificant, & ſoluitur ab itinerantibus de his, quæ deferunt non ſui vſus cauſa: & quandoque ſoluitur pro trã ſitu perſonarum tantum, vt Ferrariæ. Tributum verò eſt, quod
2 præſtatur fiſco, & idem importat ꝙ cenſus, vel penſio. † Nota ꝙ clerici ſunt immunes a ſolutione pedagij pro rebus, quas deferunt, vel tranſmittunt non cauſa negotiandi. a contrario ergo ſenſu ſi negociandi cauſa tenebuntur. Item nota ꝙ in ſolutione pedagij a clericis non procedit conſuetudo, quia Papa iudi-
3 cat eam corruptelam. † Quæro, quia dicitur hic ꝙ tales exigentes ſatisfacere debent, cui debet ſatisfieri de illa tranſgreſſione. Videtur ꝙ prælato per notata 17. q. 4. ſi quis contumax, & placet Archi. dictum Lan. qui ibi hoc tenuit, & dixit illud capitulum loqui, cum iniuria fit loco. ſi verò fiat perſonæ locũ habet
4 c. parochiano, de ſen. ex. † Quæro, quia dicitur hic ꝙ eccleſiaſticæ perſonæ nõ tenentur de ſuis rebus ſoluere pedagia. Quid de emptoribus, reddituum clericorum vel rerum vtrum ijſdẽ priuilegiis poſſint vti? Io. An. remittit ad Specu. de immu. eccl. Archi. hic tenet ꝙ non. pro quo facit quod notatur de iure patro. c. j. Pe. de An. dicit, ꝙ aut eſt vectigal ordinarium & ex perſona eccleſiæ ſiue fiſci, non tranſibit immunitas in emptorem. l. licitatio. §. mercatores. ff. de publi. Aut eſt vectigal extraordinariũ, quod non ponitur lege, vel Senatuſconſulto, vel conſtitutione Principis. Iſta enim ſunt extraordinaria. ff. de vaca. mu. l. in honoribus. §. quid. & quo ad iſta immunitas tranſit in emptorem, & hoc notat Bar. in d. §. mercatores. † Quẹro, hic dicitur ꝙ perſonæ eccleſiaſticæ non tenentur ſoluere de rebus, quas non negociandi cauſa deferunt. Quæro, quis dicatur propriè negociator? dicit Io An. poſt Archi. ꝙ ille, qui rem emit & ipſam integram & immutatam vendendo lucratur. Ille verò, qui emit, vt ſit ſibi materia aliquid inde operãdi, ille non eſt negociator, vt dicit Chriſo. 83. diſt. c. eijciẽs. Et per hoc conſuluit Federicus de Senis in quæſtione monaſterii ſancti Galgani diœceſis Vulturanæ, ꝙ monaſterium habet venam ferri in inſula Helbæ, & facit illam fodi, & venam deferri per territorium Senenſe, vt faciat inde ferrum, vt vendat poſtea, & lucretur. Exacto res gabellarum Senenſium petebant pedagium. Abbas dicebat ſe nõ teneri. Federicus conſuluit pro eo. ſ. ꝙ nõ tenebatur. ſ. quia iſta nõ eſt negociatio, ſicut cum faber emit ferrum, vt inde diuerſas formas educat gladiorum & clauorum: vnde dixit ꝙ etiam ſi fratres emerent venam ferri, vt facerent exinde ferrum, non dicũtur ex hoc negociari: quia vt dictum eſt, negociari eſt rem emptam non immutatam vendere. Emere verò rudem materiam & illam per artificium ad aliquam formam redigere nõ eſt negociari, immo tales vocantur potius artifices q̃ mercatores. Pe. de An. dicit, ꝙ quando non in proprio ſolo venam ferri fodere faciunt, ſed emunt, & ferrum poſtea inde redactum vendicant, conſultus reſpondi, ꝙ negociatio eſt mixta artificio, ſi per magiſtros & alios faciunt hoc fieri: tunc enim nulla verſatur induſtria clericorum, ideo ſoluere tenentur. ſecus ſi eccleſia habet venam & per operarios fieri & fecit & poſtea vendit. ſicut enim in ſimili de frumento & aliis redditibus collectis in proprio ſolo non tenentur ſoluere, ita neq; de iſto ferro vel de alia materia, quæ appellatione fructuum cõtinetur. l. diuortio. §. ſi vir in
6 fundo. ff. ſol. mat. † Quid ſi fiat ſtatutum, ꝙ ſi quis vendat teneatur dare duos denarios Regi, vel communi ciuitatis. An clerici teneantur vina vendendo, vel frumenta, quæ habent ex præbẽda. Reſpondet Cinus ꝙ nõ, in l. omnis. C. de epi. & cle. Idem Pe. per dictam l. omnis, vbi dicitur, ꝙ melius eſt, ꝙ bona in pauperes diſtribuant, q̃ in ſordibus muneribus, vel aliàs illicitè conſumant, vbi dicit Pe. & Bal. ꝙ clerici de bonis præbendarum ſuarum, quæ vendunt, vel vendit faciunt, non tenentur ſoluere gabellam, nec etiam ad portam, & idem conſuluit Bar. ſecũdum ꝙ refert Bal. in l. placet. C. de ſacroſan. eccle. ꝙ non tenentur ad gabellas. De hoc vide in Spec. de cle. coniugatis. & c. vlt. de vi. & ho. cle. Idem Io. de Lign. dicens, quid de gabellis & datiis, quæ leuantur in ciuitatibus Lombardiæ? Reſpõdet idem 14. q. 2. putant quidam, & c. pleriq;, de priui. c. quanto. Et ſubdit, ſecundum hoc tota Italia eſt interdicta, & irregulares omnes clerici non obſeruantes. Idem Io. An. in gl. Theologi tamẽ. ſ. Dominus Bo. & Ri. in 2. diſt. vlt. ar. vlt. q. pe. exponentes illud Matt. 17. Quid tibi videtur Petre, Reges terræ à quibus accipiũt cenſum, à filiis, an ab aliis. & infra, ergo liberi ſunt filii. dicunt, ꝙ ille textus intel ligitur de Chriſto, quia Chriſtus non tenebatur reddere tributum, nec hi qui ſunt imitatores eius pfecti, puta Apoſtoli, pro eo ꝙ naturaliter liberi erant & omnia bona temporalia dimiſerant, & ideo cenſum vel tributum ab eis Reges terræ accipere non debebant. In aliis autem Chriſtianis, vel qui ſunt ſeruilis conditionis, vel qui abundant temporalibus bonis, illa auctoritas non habet intelligi, vnde tenentur ſoluere vectigalia, vnde pro eis bene facit textus. 23. q. 8. c. tributum. vbi dicitur, Tributum in ore piſcis piſcante Petro inuentum eſt, quia de exterioribus ſuis, quæ palam cunctis apparent, tributum eccleſia reddit. Nõ autem piſcem totum dare eis iuſſus eſt, ſed tantum ſtaterem, ꝙ in ore eius inuentus eſt, quia non eccleſia Imperatori dari, non põtificalis apex qui ore piſcis. i. Chriſti eccleſiæ præeminet ſubijci regibus poteſt. Sed ſanè, vt diximus, ꝙ in ore piſcis. i. Chriſti inuenitur pro Petro & Domino dare iubetur, quia de exterioribus eccleſiæ quod conſtitutũ antiquitus eſt pro pace & quiete, quia nos tueri & defenſare debent Imperatoribus perſoluendum eſt. Item Ambro. 2. q. j. Si tributum petit Imperator, nõ ei negamus, agri eccleſiæ ſoluant tributum: vel ſi agros deſiderat Imperator non dono, ſed non nego. Item idem dicit vbi ſupra. c. ſequẽti. Magnum quidem eſt & ſpeciale documentum, quãdo viri Chriſtiani ſublimioribus potantibus docentur debere eſſe ſubiecti, nec quis conſtitutionem terreni Regis putet eſſe ſoluendam. Si enim cenſum filius Dei ſoluit, quis tu tantus es, qui putas non eſſe ſoluendum? Item Apo. Ro. 13. Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit, non eſt poteſtas niſi à Deo. Quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt. Itaq; qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: qui autem reſiſtit ipſi, ſibi damnationem acquirit. & infra reddite ergo omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal. Concludit ergo ꝙ Theologi loquuntur de iure antiquo decretorum, ſed hodie de iure Sexti & Clementinarum non tenentur.

SVMMARIVM.

1 *Repræſalias concedentes contra perſonas eccleſiaſticas vel eorum bona ſunt excommunicati, vniuerſitas verò eſt interdicta.*
2 *Cap. & ſi pignorationes, de iniur. & dam. da. non habet locum ſi clericus, cuius occaſione factæ ſunt repreſaliæ, captus ſit.*
3 *Repræſaliæ, contra quas perſonas eccleſiaſticas concedi non poſſunt.*
4 *Repræſaliæ concedi non poſſunt pro debito clerici vnius diœceſis, contra clericos alterius diœceſis.*
5 *Cap. & ſi pignorationes, an corrigat c. Dominus Deus noſter. 23. q. 2.*

¶ De his, qui concedunt repræſalias contra eccleſiaſticas perſonas. §. 39.

1 CIrca hanc excõmunicationem, ſcilicet de his qui concedunt repræſalias cõtra eccleſiaſticas perſonas. † Nota ꝙ concedentes repræſalias cõtra eccleſiaſticas perſonas tam ipſi, q̃ illi quibus conceſſæ ſunt eas extendẽtes contra eccleſiaſticas perſonas, vel earum bona, niſi infra mẽſem. ſ. à tempore conceſſionis, vel extenſionis, ipſas conceſſiones, vel extenſiones reuocauerit, ſi perſonæ ſingulares fuerint, ſententiam excommunicationis incurrunt, vniuerſitates verò incurrunt ſententiam interdicti, quacunque contraria conſue-
2 tudine non obſt. † Quid ſi clericus principalis debitor, cuius occaſione

Source : BIU Cujas

casione repræsaliæ sunt cõcessę, captus est, an hæc decretalis habeat locum? Respõdet gl. ꝙ quidam dicunt ꝙ nõ, tum quia hic idem grauatur pro se ipso, & sic cessat ratio textus, vbi dicitur, repræsalias in quibus alius pro alio prægrauatur. tum quia constitutio pęnalis est restringenda, extra de elect. statutum, lib. 6.
3 † Quæro, quæ sunt personæ ecclesiasticæ, contra quas nõ debet concedi? Respondet gl. vt sunt clerici Templarij, hospitalarij, cõuersi, & Deo deuoti. 12. q. j. duo sunt genera, de sen. excom. parochiano. de elec. sciãt, lib. 6. † Quęro, vtrum possint concedi pro credito clerici vnius diœcesis contra clericos alterius diœcesis?
5 Respondet gl. ꝙ non. † Quæro, an per istam decretalem corrigatur c. Dominus Deus noster. 23. q. 2. vnde conceduntur repręsaliæ, quando ciuitas vindicare negligit, quod à suis improbè factum est. Respondet gl. ꝙ non, sed solum statuit ꝙ pro delicto vel credito alterius contra personas ecclesiasticas concedi vel extendi non possint: sed si concedantur contra laicos cum modis à iure permissis, licet, de quo hic plenè per Petrũ. Quid si infra mensem processum fuerit ad actum. s. ꝙ fuerit persona ecclesiastica pro alio pignorata, nunquid hæc pœna habebit locum infra mensem? Respondet gl. ꝙ in statum pristinum reuocandum erit infra mensem. vel secundum Gar. reuocatio re integra fieri debet antequàm procedatur ad actum, aliàs non habet locum hæc pœna.

SVMMARIVM.

1 *Pęna c. quoniam, de immunitate ecclesia. lib. 6. locum habet etiam in priuata persona.*
2 *Causæ, quæ ad forum ecclesiasticum spectant, quæ sint.*

De impedimentibus officium cuiuscunque iudicis ecclesiastici. §. 40.

CIrca hanc excommunicationem de impediẽtibus officium cuiuscunq; iudicis ecclesiastici, quia in principio dicit Papa, ꝙ intellexit ꝙ Dñi tẽporales faciebant
1 ista. † Quærit Io. Ant. vtrũ sit idem in priuata persona, vt sit locus huic pęnæ? & quid de clerico sic agente? Respondet ꝙ sic: nam licèt sic narret in habẽte temporalem iurisdictionẽ, constitutio tamen est generalis, dum dicit, statuimus ne quis, & in fine subdit, si quis verò. † Quæro, hic dicitur ꝙ impediens offi
2 cium iudicis in causa, quæ de iure vel de consuetudine spectat ad forum ecclesiasticum, est excommunicatus: quæro, quę sunt illæ. Respondeo, sunt multæ & notatur in c. cum sit, de foro cõpetenti. Primò cognoscit de sacrilegio, vt d. c. cum sit. Sunt & alia crimina, de quibus ecclesia punit tã clericos q̃ laicos, vt crimen periurii, vt de elec. c. venerabilis. Crimen simoniæ, vt de simonia, per totum. Item crimen hæresis, vt de hæretic. c. ad abolendã. Crimen vsurarum, vt de vsuris c. cum tu. & c. quia in omnibus. Crimen adulterii, cum agitur ad thori separationem, vt de procu. c. tuę. In his directè spectat iudicium ad ecclesiam. Indirectè vt si agatur per modum denunciationis ad pęnitẽtiam, vt in c. nouit, de iudi. Et dicit Inn. d. c. cum sit, ꝙ raptores rerum ecclesiæ dicuntur sacrilegi. 17. q. 4. c. 3. & c. sicut. qui idcirco pertinet ad iudicium ecclesiæ. 12. q. 2. nulli liceat prædia. & c. de laicis. Immo etiam si dubium sit, puta quia neget rapinam, tamen cognoscit ecclesia. 16. q. j. in canonibus. 24. q. 3. si quis. vbi etiam dicitur, ꝙ non solum de rapina, sed de qualibet etiam oppressione, & non solum clericorum, sed omnium pauperum cognoscet, immo si de fraude habita in contractu ecclesiæ agatur, vel etiam sine fraude contractus nullus dicatur, ecclesia cognoscit. 12. q. 2. apostolicos. immo, quocunque modo de re ecclesiastica agatur, cognoscet ecclesia. 12. q. 2. quicunque. Idem dicit in c. nouit, de iudic. vbi etiam addit quòd crimen pacis fractæ pertinet ad iudicium ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati non sunt detinentes laicum ad sedem apostolicam citatum.*
2 *Quid si alibi citatus est.*
3 *Citatus procurans se capi, non incidit in pœnas cle. multorum, de pœn.*
4 *Detinentes mulieres regulares, ne citatæ Romam eant, excommunicati sunt.*
5 *Captio sola sufficit ad incurrendam excommunicationem.*
Pœna suspensionis, & priuationis à beneficijs, in tribus casibus locum non habet.
6 *Priuandus beneficijs obtentis venit etiam priuandus de obtinendis.*
7 *Suspensiones in foro pœnitentiali etiam occultos ligant.*

¶ De compellentibus resignare beneficia & detinentibus citatos Romam ne vadant. §. 41.

CIrca hanc excommunicationem de cõpellẽtibus reassignare beneficia & detinentibus citatos Romam ne
1 vadant. † Quæro, quid si quis laicum citatum ad apostolicam sedem detinet? Respondet gl. ꝙ nõ habet locum hæc pęna, quia dicit textus ecclesiasticos, sed appellatione ecclesiasticorum intelliguntur etiam Deo deuoti. 12. q. j. duo.
2 † Sed quid si essent alibi citati? Respondet gl. ꝙ non incideret has pœnas, licèt quo ad excommunicationem ipsius detinentis esset locus huic constitutioni, sed non quo ad alias pœnas ipsius
3 detenti. † Sed quid si citatus procurat se capi per prælatum ecclesiasticum? Respõdet gl. ꝙ non est locus huic pœnæ: sed si prælatus secularis hoc faciat, incurrit excommunicationem, etiam si clerico non intendit iniuriari. Manus enim sæua & iniuriosa est, quia fit iniuria sedi Apostolicæ, ad quam est citatus & toti
4 ordini clerali. † Sed quid si detineantur mulieres regulares, Respõdet Zenzellinus, ꝙ licèt non dicatur, incurritur excommunicatio propter manus iniectionem, de sen. excommunicatio.
5 veniens, & c. de monialibus. † Item nota, ꝙ ad pœnam excommunicationis incurrendam sola captio sufficit, de senten. excõmunica. nuper. sed pœna suspensionis & priuationis à beneficijs non habent locũ in tribus casibus. Primò in capiente, vt captus beneficia reassignet. Secundò in illo qui citatum ad sedem apostolicam impediuit. Tertio in illo, qui sic hanc captionem sibi
6 procurauit. † Quęro, quia hic dicitur ꝙ obtentis beneficiis sint priuati, quid de obtinendis, an erunt inhabiles ad obtinenda? Respondet Ste. ꝙ si priuantur obtentis, multo fortius obtinendis: magis enim fauent iura in retinendo quàm in quærendo. C. de codi. l. fi. supra de concess. præben. c. fi. lib. 6. C. de bon. proscrip. l. deportati. † Nota ꝙ istæ suspensiones sunt sciendæ, quia
7 etiam occultos ligant in foro pœnitentiali, & est necessaria dispensatio, vt est gl. ordinaria in cle. j. in verbo, curant, de hæreti.

SVMMARIVM.

1 *Conuersi ecclesiarum secularium, an priuilegio canonis, si quis suadente Diabolo, gaudeant.*
Conuersus, quando in forum ecclrsiæ translatus dicatur.
Conuersus non dicitur, qui proprium retinet.
2 *Percutiens fratrem de tertio ordine, an in excommunicationem incurrat.*
3 *Mandans clericum occidi, si ante reuocationem mandati moriatur, an sit mortuus excommunicatus, quando nuncius mandatum exequitur.*
4 *Iniectio manuum enormis, quę dicatur.*

¶ De percutiente religiosum, vel conuersum. §. 42.

1 CIrca † hanc excommunicationem, scilicet de percutiẽte religiosum vel conuersum, quærit gl. in d. c. non dubium, de senten. excommu. An conuersi ecclesiarum secularium gaudeant priuilegio? Videtur ꝙ non, vt hic à contrario, vbi loquitur de conuersis ecclesiarum regularium. Respondet, ꝙ si traderent se & sua siue ecclesiæ seculari, siue regulari, censebuntur personę ecclesiasticę & in totũ translatæ & sic habẽt immunitatem ecclesiasticam. 17. q. 4. quisquis. quia duo genera Christianorum. Vnum ꝙ Deo dedicatum est, vt clerici & conuersi. Aliud, vt laici. 12. q. j. duo sunt genera. & hanc opinionem dicit glo. benigniorem, quia æquum est, ꝙ eorum gaudeant priuilegio, quorum vitam & religionem assumpserint, de statu mo. recolentes. licet Io. & Vincen. teneant contrarium in c. dilecta, de maio. & obedientia. Hosti. tenet ꝙ non gaudeant, quàndo conuersus in domo sua manet, vt laicus, ar. de priuileg. c. 3. §. de confratribus. Sed si est conuersus, qui tradidit se & sua, & habitum mutauit, audit horas, viuit honestè, talis intelligitur in totum translatus in forum ecclesiæ, & gaudet immunitate, & sic intelligit c. quisquis, 17. q. 4. & in lib. feudorum, de priuile. sancto. l. vna. ad hoc de priuileg. vt priuil. §. hoc autem. Et pro hoc facit ratio, quia conuersus nõ dicitur, qui retinet proprium, licèt dicatur in ministerio conuersionis, qui facit se conuersum, secundum Tan. infra eo. parochianos. Vide
2 Petrũ in c. religiosus, de senten. excommu. lib. 6. † Quid si vnus percutit vnum de tertio ordine beati Francisci. Vide supra §.
3 36. † Quæro, an mandans occidi clericum & moriens ante reuocationem mandati, incurrat iam mortuus excommunicationem, quando nuncius mandatum exequitur. Vide Ricar. in
4 4. distin. 18. ar. 5. q. 4. † Qualiter intelligatur enormis iniectio. vide ibidem, ar. 13. q. j.

SVMMARIVM.

1 *Monitio an præcedere debeat impedimentum, quod fit visitatoribus monialium.*
2 *Monitio generalis vel specialis, an requiratur, quòd nullus visitatores impediat.*

¶ De impedientibus officia visitatorum monialium. §. 43.

CIrca hanc excommunicationem, scilicet de impedientibus officium visitatorum monialium, seu canonicarũ. i. earum, quæ viuunt sicut canonici seculares. † Quę
1 ro, an debeat præcedere monitio impedimentum, vel ecõtra, vt sit locus huic pœnæ? Respondet glo. ꝙ prius requiritur ꝙ quis impediat officium, deinde ꝙ fiat monitio: qua facta nisi ta-

Source : BIU Cujas

nisi tales impedientes desistent, incurrunt excommunicatio-
2 nem, secus si monitio præcedat impedimentum. † Quæro, an sufficiat monitio general. scilicet quòd nullus impediat visitatores, an requiratur particularis & specialis nominatio. s. admonemus te talem, ne impedias officium nostrum. gl. nō determinat. Zenzel. tenet q̄ sufficit generalis monitio.

1 *Doctor non est excommunicatus, si monachus stans in eius domo apud scholas audiat leges, & phisicam.*
2 *Monachus nolens exire scholas legum, vi expelli non potest, sed Doctor exire debet, & nume. sequen.*

¶De Doctoribus, qui scienter docent illos, qui dimiserunt habitum suæ religionis. §. 44.

CIrca hanc excommunicationem, scilicet de Doctoribus, qui scienter docēt illos religiosos, qui dimiserint habitum suæ religionis. Idem dicit esse gloss. & Pet. de Anch. si Doctor legat scholari, qui non dimisit habitum, scilicet q̄ ipse Doctor est excommunicatus, quia participat in crimine, propter quod scholaris est excommunicatus, vt in c. nuper, & c. si concubinæ, de senten excommu. Addit ipse Petrus pulchram distinctionem post Lap. quia aut religiosus ingreditur studium causa audiendi leges vel phisicā, aut Theologiam, vel canones, siue aliam scientiam non prohibitam. Primo casu si non reuertatur infra duos menses, secundum Innocen. vel audiat semel tantum infra duos menses, secundum Hostien. per c. fi. §. verum. extra ne cle. vel mo. excommunicatus est ipso facto, tam ipse religiosus quàm ipse Doctor scienter ei participans. Hoc verum, etiam si habitum nō dimittat. Et ideo subaudi ad textum dum dicit, habitu suo dimisso maximè. & hoc quo ad leges & phisicam, secundum Archid. etiam si de licentia sui prælati ipsas audiat supra eo. c. non magnopere, & c. super spec. In secundo casu dicas, q̄ si vadit de licentia sui prælati & portat habitum clarum, q̄ non incurrit aliquam pœnam. Si autem vadit sine licentia, vel etiam cum licentia, & habitum non portet, ipso facto incurrit excommunicationis sentētiam, vt hic. Similiter Doctor, qui ei scienter participat in crimine, ex quo admittit eum scienter non gerentem habitum. Item nota, secundum gloss. q̄ officium Doctoris est, scholarem expelle
1 re de scholis. † Quid si monachus habet domum iuxta scholas & stando in ea potest audire lectionem, & Doctor scit, & legit, an Doctor sit excommunicatus? Respondet gloss. q̄ non, quia
2 nō posset prohibere, quin in domo propria moraretur? † Quid si talis monachus non vult exire scholas, an possit vi expelli? Respondet glo. q̄ non, quia etiam excommunicatus gaudet priuilegio, vt eum percutiens incidat excommunicationem, secundum q̄ notat Ioan. B. 17. q. 4. si quis deinceps, & de sententia excom. c. contingit. † Quid si non potest expelli? Respondet gloss. q̄ Doctor debet exire scholas, sicut dicimus, quando excōmunicatus intrat ecclesiam, vt notatur 2. q. 3. sicut. & de sententia excommunic. nuper.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahens cum maritata vel cum Iudæa, vel cum pagana, non est excommunicatus, licet matrimonium non teneat.*
2 *Matrimonium contrahens in gradu prohibito cum dispensatione Papæ, excommunicatus non est.*
3 *Matrimonium ignoranter contrahens in gradu prohibito, excommunicatus non est.*
4 *Quid si ignorat ius nesciens vsque quotum gradum prohibitio extendatur.*
5 *Matrimonium scienter contrahens in gradu prohibito, solus ligat & qui ignorans non.*
6 *Quid si à principio ignorans erat, demum superuenit.*
7 *Matrimonium contrahens cum ea, quam credebat consanguineam, vel monialem, quæ in veritate non erat, sit excommunicatus.*

¶De contrahentibus matrimonium in gradu consanguinitatis. §. 45.

CIrca hanc excommunicationem. s. de contrahentibus matrimoniū in gradu consanguinitatis & affinitatis
1 prohibitis. † Quærit gloss. quid si contrahat quis cum habēte maritum vel cum Iudæa vel cum pagana vel cum cognata spirituali vel legali vel contra impedimentū publicæ honestatis? Respondet gl. q̄ licet non teneat matrimoniū, tamen non incidit excommunicationem, quia in istis casibus
2 non est expressa. † Quid si contrahat infra gradus consanguinitatis vel affinitatis cum dispensatione Papæ? Respondet glo. q̄ non est locus huic pœnæ. de qua dispensatione notatur de resti. spo. c. literas, in princ. & de statu mo. cum ad monasteriū. & per
3 Io. And. de voto. c. j. † Item nota de eo, q̄ textus dicit scienter, q̄ si quis contraheret ignoranter. s. ignorantia facti probabili, & non affectata: puta quia nesciebat talem esse suam affinem, vel
4 consanguineam, non est excommunicatus. † Sed quid si ignorabant ius nescientes vsq; ad quotum gradum consanguinitatis vel affinitatis extenderetur prohibitio iuris, tamen bene sciebant in quo gradu erant? Respondet glo. q̄ incidūt excommu-
5 nicationem, quia ignorantia facti & non iuris excusat. † Sed q̄d si solus vnus contrahentium scienter contraxit sciens se esse in
6 gradu prohibito? Respondet glo. q̄ ille solus ligatur. † Sed quid si ignoranter à principio contraxit, sed postea superuenit sibi scientia, & tamen cohabitauit eum consanguinea, quam accepit? Respondet gl. q̄ non est excommunicatus, quia hæc constitutio non punit cohabitationem vel incestum, sed solum contractum matrimonij, sicut dicimus in simili, q̄ qui ignoranter eligit indignum, licet postea sciat, non incurrat pœnam consilij posita in c. cum in cunctis, de elec. cum in hoc ponderetur initium. vt in c. dudū eo. tit. & probatur hoc ex eo, q̄ sine iudicio ecclesiæ ab illa diuertere non posset, de diuor. c. porrò. Fateor tamen q̄ peccat cognoscēdo, de sen. excom. inquisitioni. † Quid
7 si contraxi cum ea, quam credebam consanguineam, affinem, vel monialem, sed in veritate non erat. gl. remittit ad notata de sen. excom. c. si verò. & c. in audientia.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus humiliter absolutionem petere debet.*
2 *Absolutionem vel renocationē suspensionis extorquens, excōmunicatus est.*
3 *Excommunicatio per metum extorta valet, sed exceptione eliditur.*
4 *Metum iudici inferens, vt eum absoluat, si non absoluit, non est excommunicatus metum inferens.*
5 *Quid si non excommunicatus, sed alius metum intulit.*
6 *Excommunicatus si per alium metum intulit, iterum est excommunicatus.*
7 *Metum inferentes sunt excommunicati, licet absoluens per metum absolutionem ratificet.*
8 *Absolutionem impetrans ob metum amissionis bonorum, est excōmunicatus*
9 *Absolutionem impetrans per vanum metum, excommunicatus non est.*
10 *Metus iustus, quis dicatur.*
11 *Metu publicæ potestatis factum, quomodo cognoscatur.*
12 *Metus comminatæ excommunicationis, an sit iustus metus.*
13 *Metus qualis requiratur, vt absolutio metu dicatur facta.*

¶De his, qui per vim vel metum extorquent absolutionem ab excommunicatione. §. 46.

CIrca hanc excommunicationem. s. de his, qui per vim, vel metum extorquent absolutionem, ab excōmuni-
1 catione. † Quærit gl. quid si iniusta erat excōmunicatio? Respondet idem. s. q̄ excōmunicatus est, quia humiliter debet petere absolutionem, non per metum compellere: quia sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta, timenda est. 2. q.
2 3. c. j. † Quæro, de qua suspensione hic loquitur? Respondet glo. indistinctè, si quis compellat vel extorqueat absolutionem, vel reuocationem suspensionis, siue ab officio, siue ab beneficio, si-
3 ue ab ingressu ecclesiæ, est excommunicatus. † Quid si excommunicatio est per metum extorta. i. q̄ quis compulit iudicem, vt aliquem excommunicaret? Respondet glo. q̄ valet excommunicatio. 2. q. 3. quatuor. potest tamen per exceptionem elidi,
4 vt ibi notatur, ar. de fur. interdum. † Quid si quis intulit metum, tamen iudex propter hoc absoluere noluit? Respondet gloss. q̄ talis inferens non est excommunicatus. † Quid si non excommunicatus intulit metum, sed alius? Respondet glo. q̄ inferens
6 excommunicatus erit. † Sed nunquid in prædicto casu ipse excommunicatus suspensus vel interdictus incurrit hanc pœnam, si alius pro eo vel eius nomine metum intulit? Respondet gloss. quòd sic, si mandauit vel eius nomine factum ratum habuit, de
7 elec. c. sciant. de senten. excommu. cum quis. † Quid si absolutor, qui per metum absoluerat, postea ratum habuit id, quod per metum fecerat? Respondet gloss. quòd nihilominus sunt excommunicati metum inferentes, quia textus dicit, q̄ est nulla.
8 † Sed quid si quis non inferat metum in corpore, sed per pœnam amissionis rerum compellat absolui? Respondet gl. quòd
9 est excommunicatus. † Sed quid si compulit per vanum metum, de quo timere non debuit, nunquid habet locum hæc pœna? Respondet gloss. quòd non, quia talis metus non inducit restitutionem, nec propriè appellatur metus. ff. quod metus causa. l. metum. & l. sequen. & l. nec timorem. Ille ergo metus, qui putatur iustus ad reuocandum ea, quæ per illud facit incurrere excommunicationem, alius verò non.

10 † Sed quis dicitur iustus metus? Respondet Petr. de Anchar. quòd metus mortis vel cruciatus corporis, & talis qui possit cadere in constantem virum, quòd arbitrio iudicis relinquitur, vt nota. C. quod metus causa. l. interpositas. & supra eod. c. cum dilectus. vbi gloss. Aliis modis considerat iustum metum ad recisionem actus. Addit idem Pet. distinguendo. Tu dic latius. nam quandoque vult rescindere, quod gestum est per metum ex edicto prætoris, & tunc requiritur metus, de quo prædixi statim. Quandoq; quis vult rescindere à sententia vel mente edicti, tunc

Source : BIU Cujas

cti,tunc ſufficit,ſi in perſonam filii vel coniuncti inferatur.l.iſti quidem.ff.cp metus cauſa. Quandoque quis vult reſcindere per officium iudicis,& tunc ſufficit metus verecundiæ, licèt ibi nõ ſit mortis periculum,vel cruciatus corporis.l.fi.§.fi.ff.eod. Aliquando infertur metus alicui futuri euentus,vt in medico,qui cauſa extorquendi pecuniam morbum leuem aggrauat. & tũc reſcinditur officio iudicis. l. medicus, de variis & extraord. cogni. Quandoque infertur metus cauſa maioritatis & obedientiæ.& hoc dupliciter, nam quædam eſt maioritas abſque publica poteſtate, vt maioritas quæ habetur à marito in vxorem: & tunc reſcinditur officio iudicis l. j. §. honorandæ. ff.quarum rerum actio non datur. & l.fi. ff. de furtis. Quædam eſt maioritas cum publica poteſtate,cuius timore aliquid geritur, & tunc reſcinditur condictione ex lege,vt C. eodem libro, ſi per impreſ-
11 ſionem.† Quæro,quomodo cognoſcetur vtrum metu publicę poteſtatis aliquid geritur? Dic hoc iudicis arbitrio relinquendum eſt, ponderatis circunſtantiis, an conſueuit eſſe terribilis, & ſimilia, vt notat Barto. in l. de pupillo. §.ſi quis ipſi prætori,
12 de oper.no.nuncia.† Quæro,an metus comminatę excommunicationis ſit cenſendus iuſtus? Dic vt notat Ioan. Andr.dicto
13 c.cum dilectus.† Item nota,ſecundum Petrum,cp ſicut requiritur metus, qui poſſit cadere in conſtantem virum ad receſſionem actus, ita requiritur dolus qui potuerit cadere in prudentiſſimum.Si quis ergo inducitur fatuitate ad actum gerendum, ex hoc non poteſt prætendere ſe deceptum dolo, quia fatuitas quæ eſt ſimilis latæ culpæ,cum dolo alterius compenſatur.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi vel alij eccleſiarum prælati ſunt excommunicati, qui compellunt in loco interdicto celebrari.*
2 *Clericus an teneatur ſeruare interdictum, quod ſcilicet non ſit publicatum, ſi eſt occultum quòd locus ſit interdictus.*
3 *Prohibentes excommunicatos exire non à miſſa, ſed ab alijs diuinis, excommunicati non ſunt.*
4 *Excommunicati & interdicti nominatim debent moueri, vt de eccleſia exeant.*
5 *Interdicti tempore facientes in ſuis oratoriis celebrare, excommunicati non ſunt.*
6 *Interdicti tempore campanæ pulſari poſſunt ob prædicationem, vel gratia capituli congregandi.*
7 *Excommunicati publicè & interdicti, ſi moniti non exeunt eccleſiam, dum diuina celebrantur,iterum excommunicantur.*
8 *Sententijs pluribus ligatus,an poſſit vna abſolutione abſolui.*

¶De compellentibus celebrari in loco interdicto.§.47.

1 CIrca hanc excommunicationem. ſ. de compellentibus celebrari in loco interdicto.† Quęro,quia textus dicit, cp grauis querela ad Papam peruenit, cp Domini temporales cogunt celebrare in loco interdicto.Quid ergo ſi ſunt epiſcopi vel eccleſiarum prælati? Reſpondet glo. idem ſcilicet,cp ſunt excommunicati.Quæro,hic dicitur cp cogunt celebrari in loco interdicto, de quo interdicto hic loquitur? Re-
2 ſpondet cp de interdicto à iure vel ab homine. † Quid ſi eſt occultum,cp locus ſit interdictus, tamen clericus ſcit, an teneatur ſeruare,licet non ſit publicatum? Reſpondet glo.cp ſic. & idem tenet Archid.de ſenten.excommu.is qui,lib.6. quod verum intelligit Vincen. vbi factum, propter quod eſſet interdictus locus,eſſet occultum: ſecus vbi factum eſſet publicum, licet neſciretur cp eſſet locus interdictus.vnde glo.dicit cp eſſet neceſſe, cp fieret vna conſtitutio pro ſalute animarum, qua prouideretur cp clerici non tenerentur ad obſeruationem interdicti lati à iu-
3 re,niſi prius fieret illorum declaratio ſeu publicatio. † Quæro, quid ſi prohibeant excommunicatos exire non à miſſa, ſed ab aliis diuinis officiis? Reſpondet glo. cp non eſt locus huic pęnæ.
4 † Quæro,quia excommunicat illos, qui prohibent ne excommunicati moniti exeant,de qua monitione loquitur, an generali vel ſpeciali? Reſpondet gloſ. quòd ſufficit generalis monitio,vt poſt quam facta eſt prohibẽtes ſint excommunicati, ſed quo ad excommunicatos vel interdictos non exeuntes requiritur quòd nominatim ſint moniti vt exeant, qui ſi poſtea remanent,ſunt excommunicati.
5 † Quæro,quia hic dicit textus, quòd ad Papam grauis querela deuenit, quòd quidam cogunt celebrari tempore interdicti, nedum in locorum ſuorum capellis,ſed in collegiatis eccleſiis. Quæro, quid ſi faciunt celebrari in ſuis oratoriis, quibus ex ſpeciali licentia tales potentes cauſa inanis glorię potius quàm deuotionis faciunt in aliquo domus ſuæ angulo celebrari, an ſit
6 locus huic pœnæ.Reſpondet Lan.quòd non.† Quæro,an tempore interdicti poſſint campanæ pulſari propter prædicationem, vel gratia capituli cõgregandi? Reſpondet Lan. quòd ſic, dummodo non fiat in fraudem.
7 † Item nota hic quòd publicè excommunicati & interdicti, ſi moniti non exeunt,cum diuina celebrantur, incidunt aliam excommunicationem, & ſic excommunicatus poteſt iterum
8 excommunicari. † Sed an ligatus pluribus ſententiis poſſit vna abſolutione abſolui. Diſtinguit Lan. quòd aut ille eſt excommunicatus ab vno,aut à pluribus. Primo caſu, aut vna ſententia aut pluribus: ſi vna, aut propter vnam cauſam, aut propter plures:ſi propter vnam cauſam,tunc ſufficit vna abſolutio pro omnibus:ſi propter plures cauſas, tunc aut conſtat, quòd propter quamlibet intendebat ſingulas ferre ſententias, aut propter ſimul omnes cauſas, aut dubium eſt. Primo caſu, erunt neceſſariæ tot abſolutiones, quot fuerunt ſententiæ. In ſecundo ſufficit vna abſolutio,tamen omnes cauſę exprimendę ſunt in ea,alias non ſufficit. Si pluribus ſententiis,tunc erunt neceſſariæ plures abſolutiones.ff.de oper.no. nuncia. l. de pupillo. Si autem vnam intendebat ferre ſententiam,ſic dicendo,excommunico,anathematizo te,tunc ſufficit vna abſolutio de Iudeis. c.ad liberandam.ff. de acceptila. l. pluribus. Si autem à pluribus iudicibus, ſi omnes habent vnam iuriſdictionem valet abſolutio,& vna ab vno eorum, dum tamen habeat poteſtatẽ ab aliis. ff.de offic.delega.l.cauſam. Aut habẽt diſtinctas iuriſdictiones: & tũc tot requiruntur abſolutiones,quot iuriſdictiones, & excommunicationes extra de ſenten.excommu.c.officii.& dicet ordinario,ſum excommunicatus à vobis & ab aliis, cum fuero abſolutus à vobis,poſtea petam ab aliis. De hoc etiam vide Ricar.in 4.diſtinct.18.artic.10.q.3.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticos ſepelientes abſolui non poſſunt,niſi eos exhumauerint.*

¶De ſepelientibus hæreticos.§.48.

1 CIrca hanc † excommunicationem, ſcilicet de ſepeliẽtibus hæreticos, &c. nota quòd abſolui non poſſunt, niſi propriis manibus exhumauerint, & locus debet carere perpetua ſepultura.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi grauantes electores, qui non eligunt quem volunt, excommunicati ſunt.*
2 *Conuerſi Templarij licet clerici non ſint, ſunt tamen perſonæ eccleſiaſticæ.*
3 *Electio in eccleſijs,ad quos ſpectet.*
4 *Preces an inducant ſimoniam.*
5 *Percutiens laicum conſanguineum clerici, ob ipſum clericum excommunicatus eſt.*
6 *Grauantes illum, qui non vult præſentare illum, pro quo rogatus erat, ſunt excommunicati.*

¶De grauantibus electores eo quòd noluerint eligere eos,pro quibus rogati ſunt.§.49.

1 CIrca hanc excommunicationem, ſcilicet de his, qui grauant electores eo quòd noluerint eligere eos, pro quibus rogati ſunt. † Quærit gloſ.quid ſi ſint epiſcopi, qui hoc faciant? Reſpõdet quòd ſunt excommunica-
2 ti.† Quæro,quia textus hic dicit, quòd qui grauant clericos vel perſonas eccleſiaſticas, quia noluerunt eligere eos, pro quibus rogati ſunt,quæ dicuntur perſonæ eccleſiaſticæ? Reſpondet gl.
3 conuerſi Templarii,licet non ſint clerici. † Quæro, hic dicitur, qui grauant clericos,vel alias perſonas eccleſiaſticas, ad quas in aliquibus monaſteriis, eccleſiis, aut aliis piis locis ſpectat electio, ad quos ergo ſpectat electio de iure communi? Reſpondet gloſſ. quòd in collegiata eccleſia ſpectat ad collegium electio.de iurepatrona.c.nobis.16.q.vlt.congregatio. Et ſi non eſt collegium,ſpectat ad patronum,vt in cap.poſtulaſti,de iurepatrona.Et hoc de iure communi, niſi aliud inducatur de conſuetudine,vt in c.cum eccleſia, de cauſa poſſeſſionis. ſi autem non eſſet collegium, vel patronus, per dioeceſanum habet ordinari. 10.q.j.regenda.16.q.7.omnes baſilicæ. Et hæc vera,quo ad electionem prælati.de inferioribus beneficiis notatur extra de ele.
4 c.cum eccleſia Vulterana. † Quærit gl.an preces inducãt ſimoniam.Dic vt 8.q.2.in ſum.7.q.j.Moyſes. de æta. & qualitate,tuã.
5 † Item nota,quo hic dicitur quòd grauantes electores vel conſanguineos caſum ſpecialem in quo percutiens laicum eſt excommunicatus ipſo iure, ad idem de ſententia excommunica-
6 tionis.c.quicunque,& de immuni eccle.quoniam.† Quæro, an grauantes eos,qui noluerunt præſentare illum, pro quo rogati erant, ſint excommunicati? Reſpondet gl. cp ſic, fauore eccleſiarum.Idem dicit in nouella de confirmante & poſtulante. infra eo.ſi poſtquam,in fi.& cp notatur ſupra eo.in cauſis.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio,quæ fit contra eos,qui mittunt nuncios Cardinalibus in cõclaui Papalis non eſt.*

¶De

Source : BIU Cujas

¶ De mittentibus Cardinalibus in conclaui poſitis gratia electionis Papæ nuntium vel epiſtolam.§.I.

1 CIRCA hanc † excommunicationem, ſcilicet de his, qui Cardinalibus in conclaui poſitis gratia electionis Papæ, mittunt nuntium, vel epiſtolam, vel omnibus, vel alicui eorum, & de loquente ſecum ſecretè, ſecundū gl. eſt epiſcopalis, quia Papa ſibi non reſeruauit.

SVMMARIVM.

1 *Rector ciuitatis, in qua Papa moritur, quid agere debeat, & quæ obſeruare debeat, & infra nu.4.*
2 *Et in quas pœnas incurrat.*
3 *Populus a prælatis exhortari debet ad orandum pro electione Papæ.*
5 *Cardinales præſentes non poſſunt eligere Papam in abſentia Cardinalium, qui nullo modo venire poſſunt ad locum, in quo electio celebranda eſt.*
6 *Cardinales præſentes, an poſſint eligere Papam, ſi ſunt pauciores quàm tertia pars.*
7 *Cardinalis, quo caſu in conclaui poſſit duos habere ſeruitores.*
8 *Cardinalis ob infirmitatem, an poſſit ſuæ voci renuntiare, & rediens an admittatur.*
9 *Cardinalis ſuperueniens tenetur ſuſcipere vitam eorum, qui ſunt in conclaui, incluſi habentium panem & aquam.*
10 *Cardinales, Papa in mari moriente, debent conuenire ad eligendum in ciuitate viciniori.*
11 *Electio Papæ facta in ciuitate interdicta, valet.*
12 *Cardinales idoneum eligere tenentur.*
13 *Quid ſi eligant illiteratum.*
14 *Mulier cum dicit ſe prægnantem, quid agendum ſit.*

De rectoribus ciuitatum, in quibus fuerit celebranda electio Papæ, qui non faciunt ſeruari dictam conſtitutionem.§.Ij.

CIrca hanc excommunicationem, ſcilicet de rectorib. ciuitatum, in quibus fuerit celebranda electio Romani Pontificis, qui non faciunt ſeruare dictam conſtitu
1 tionem. † Nota, ℘ quando moritur Romanus Pontifex, ſtatim audito Romani Pontificis obitu, rector ciuitatis, in qua debet fieri electio coram clero & populo vniuerſo ciuitatis ad hoc ſpecialiter conuocandis, debet præſtare corporale iuramentum, ℘ totum ordinem illius conſtitutionis diligenter
2 obſeruabit. † Item nota pœnas, quas incurrit, ſi non facit diligenter obſeruari, aut ſi fraudem committat. Primò, eſt excommunicatus ipſo facto. Secundò, eſt perpetuo infamis. Tertiò, nō poteſt habere aliquam dignitatem, nec aliquod publicum officium. Quartò, feudis & bonis cæteris, quæ ab eadem Romana eccleſia tenet, vel ab alijs eccleſijs ipſo facto eſt priuatus, & reuertuntur ad ipſas eccleſias cum pleno iure de eis diſponendi quicquid placeat eccleſiarum prælatis. Quintò, ℘ ipſa ciuitas, in qua dicta electio fieri debebat, ſit ipſo facto interdicta. Sextò, ℘ pontificali careat dignitate. † Item nota, diſtrictè præcipi
3 tur Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis & aliarum eccleſiarum prelatis & prædicatoribus, vt exhortentur clerum & populum ad orandum pro electione Papæ, & prout circunſtantiæ
4 penſandæ ſuaſerint, iciunia indicāt. † Quæro, quæ ſunt illa, quę obſeruari debent poſt mortem ſummi Pontificis, ad quę obſeruari facienda tenetur dominus ciuitatis, in qua moritur Papa. Reſpondeo, plura. Primò, ℘ ſi Papa moritur in ciuitate, in qua cum ſua curia reſidebat, Cardinales, qui fuerint in ciuitate ipſa præſentes, teneantur expectare abſentes per x. dies tantùm, qui bus elapſis ſiue abſentes venerint, ſiue non, ex tunc omnes conueniant in palatio, in quo idem Pontifex habitauit cōtenti ſin guli vno ſeruitore clerico vel laico, prout elegerint. Illi autem, qui manifeſta neceſſitate coguntur, poſſunt duos habere ſeruitores, prout elegerint, ſiue clericos, ſiue laicos. Secundò, ℘ in eodem palatio vnum conclaue, nullo intermedio pariete ſeu alio velamine, puta cortinarum, omnes habitent in communi. Tertiò, ℘ dictum conclaue ita claudatur ex omni parte, ℘ nullus illud intrare valeat, vel exire, niſi ℘ relinquatur aditus ad ſecretam cameram pro neceſſitatibus ipſorum Cardinalium corporalibus, puta pro ſuperfluo pondere deponendo, ſecundū Pet. C. de teſta. l. antiquitas. Quartò, ℘ nullus poſſit ad eos accedere, vel ſecretè loqui, & ipſi Cardinales non debent tales audire, niſi aliquis vellet loqui aliquid de his, quæ pertinent ad electionē, puta ſi eſſet aduocatus Iuriſperitus, religioſus, vel tabellio, ſecundum glo. qui de voluntate omnium Cardinalium ibi præſentium vocaretur. Quintò, quòd nulli liceat Cardinalibus mittere nuntium, vel ſcripturā, vel ſecretè loqui, aliàs ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrit. Sextò, quòd in conclaui prædicto vna feneſtra competens dimittatur, per quam ipſis, Cardinalibus ad victum neceſſaria poſſint commodè miniſtrari, competens dico, ſecundum glo. ita quòd per eam intrare, vel exire nullus poſſit. Septimò, quòd ſi infra tres dies poſtquàm conclaue dicti Cardinales intrauerint, non fuerit facta electio Papæ per ſpacium quinque dierum immediatè ſequentium, tā in prandio quàm in cęna, non habeant niſi ferculum. Octauò, quòd ſi poſt iſtos quinque dies adhuc non fuerit facta electio, tunc tantum miniſtretur eis panis & vinum & aqua, donec ſit facta electio. Nonò, quòd pendente dicta electione Cardinales nihil poſſint percipere lucri de camera Papæ, nec aliud lucrum vndecunque proueniens ipſi eccleſiæ, ſed ille cui commiſſa eſt cuſtodia cameræ Papæ debet omnia lucra ſeruare futuro Pontifici. Decimò, quòd ſi aliquid lucri de camera Papæ pendente electione percipiant, ex tunc ſunt ſuſpenſi a perceptione reddituum ſuorum beneficiorum, quouſque huiuſmodi lucra reſtituant. Vndecimò, quòd Cardinales non debent ſe interim de alio negotio impedire, niſi fortè ſuperueniat adeo vrgens neceſſitas, quòd oportet prouidere defendendo aliquam terram ipſius eccleſiæ, vel niſi eueniret aliud tam euidens & tam graue periculum, quòd omnes Cardinales concorditer iudicarēt prouidendum eſſe. Duodecimò, ℘ ſi aliquis Cardinalium dictum conclaue non iurauerit infra x. aut poſtquàm intrauerit abſque manifeſta cauſa infirmitatis exierit, tunc non poſſit vlterius ad electionem admitti. Tertiodecimò, ℘ ſi aliquis ex Cardinalibus infirmaretur, poteſt ſine eo ad electionem per alios procedi, & ceſſante infirmitate debet admitti. Quartodecimò, ℘ ſi Cardinales abſentes infra terminum x. dierum ſuperuenerint, antequàm electio facta ſit intus, admittantur ad electionem faciendam cum moderamine ſeruientium, & cum clauſura, cibo, & potu, ſicut prædictum eſt. Quintodecimò, ℘ ſi Papa moritur in comitatu ſiue in territorio illius ciuitatis, in qua erat cum ſua curia, tunc Cardinales in dicta ciuitate debent conuenire, pro electione facienda, niſi fortè eſſet interdicta, vel rebellis Romanæ eccleſiæ, quo caſu in alia viciniori conueniant, quæ non ſit rebellis, vel interdicta cum clauſura & alijs modis ſupradictis. Item nota, quòd cōſtitutio ſimilis fuit facta per Cęleſtinum, ſed fuit reuocata per Adrianum ſine conſenſu Concilij, quod facere potuit Papa de plenitudine poteſtatis, cum ſit ſuper omnia Concilia. extra de electionib. cap. ſignificaſti. quam Gre. confirmauit, ſecundum gloſſ. Item nota, ſecundum gloſſ. ℘ eſt ſpeciale in electione Papæ ℘ Cardinales abſentes non citantur,
5 ſed expectantur per decem dies, ſecus in alijs electionibus. † Sed pone, quòd Cardinales quidam ſunt abſentes, & ita remoti ℘ nullo modo poſſent venire infra decem dies ad locum, vbi debet electio celebrari, nunquid poterunt præſentes ſtatim ad electionem procedere, vel ante lapſum ſpacium horum decē dierum? Reſpondet gloſſ. ℘ non: nam poſſet eſſe quòd abſentes audientes de infirmitate Papæ, vel alia cauſa, venire cęperant ante mortem, ita ℘ infra decem dies a morte erunt in loco. Item pone, quòd aliquis Cardinalis nō debito tempore expectatus, vult agere de contemptu, vtrum poſſit? Reſpondet gloſſ. quòd non, ſi electio facta fuit ab omnibus alijs, vel a duabus partibus,
6 eo non computato. † Quæro, hic dicitur quòd præſentes teneā tur expectare abſentes per x. dies, quibus elapſis omnes præſentes debent ingredi ad electionem. Quid ergo ſi iſti præſentes eſſent pauciores quàm tertia pars? Reſpondet gloſſ. ℘ poſſunt eligere: nam illud, quod dicitur ℘ ſi electus a paucioribus quàm a duabus partibus Cardinalium gerit ſe pro Papa ſit excommunicatus, vt in cap. licet, de elec. intelligitur duabus partibus. ſcilicet præſentium. † Quæro, quæ ſit neceſſitas, qua Cardinalis poſ-
7 ſit habere duos ſeruitores in conclaui? Reſpondet gl. puta quia podagras habet ita ℘ neceſſe habet per duos ſeruitores ſuſtentari, vel portari, vel alia ſimili cauſa. † Quid ſi Cardinalis propter
8 infirmitatem nolēs incluſus ſtare renuntiat voci ſuæ, nunquid valet renuntiatio, & nunquid rediens admittetur? Reſpondet gloſſ. ſecundum Hoſtien. cui hoc de facto contigit, quod pœnitens, & rediens admittendus eſt de his tamen, quæ medio tem-
9 pore facta ſunt, conqueri non poteſt. † Quæro, pone quòd abſens Cardinalis venit poſt diem octauum, poſt diem incluſuræ, vel a die incluſurę ita ℘ Cardinales incluſi tunc non habent niſi vinum & aquam & panem, vt dictum eſt, nunquid iſte ſuperueniens ſtatim compellitur ſuſcipere eorum vitam? Reſpondet glo ℘ ſic, licet non fuerit in culpa, quia ſæpe ſine culpa quis
10 punitur ex cauſa, de re. iu. ſine culpa. † Quid ſi Papa moritur in mari, vbi debent conuenire Cardinales ad electionem? Reſpondet glo. ℘ debent conuenire in ciuitate, per quam locus illę maris diſtinguitur, puta ſi vocatur mare Piſanum, debent conuenire Piſis: ſi autē non diſtinguitur per aliquam ciuitatem, debent
11 conuenire viciniori. † Quid ſi electio Papæ ſit facta in ciuitate
12 interdicta? Reſpondet gl. quod valet. † Item nota, ſecundū glo. ℘ Cardinales tenentur eligere idoneum, licet dicamus ℘ nulla exceptio admittitur contra electum a duabus partib. vt ſupra,
13 eo. c. licet. † Quid ergo, ſi laicum illiteratum eligant. glo. remit-
14 tit ad notata in c. ſi quis pecunia. 79. † Item nota cautelam adhibendam circa conclaue, ſecundum Pet. vt habeat vnum acceſſum, & nullum medium parietem, ſiue velamen. Meliorem cautelam adhibet Iuriſconſultus, cum mulierem dicentem ſe prægnantem tempore partus iubet in conclaue poni, & cautè

Source : BIU Cujas

cuſtodiri,ne ſupponatur partus,quem poſtea ſe peperiſſe dicat, vt ſic mariti conſanguineos a ſucceſſione excludat.l.j.§. de inſpiciendo. ff.de ven.inſpiciẽdo.vnde nota,poſſe committi fraudem propter velamen medium:quod facit ad quæſtionem, ꝙ ſi inter teſtes & atteſtatorem eſt cortina in medio,ita ꝙ audiũt vocem eius,ſed non vident,quòd non valet teſtamentum,nec depoſitio teſtium deponentium de auditu & non de viſu,vt notat Cyn.in l.ſi non ſpeciali.C.de teſtamen. & per Barto.in l. ſum.§.idem Labeo.ff.de aqua pluuia arcenda.

SVMMARIVM.

1 *Vocati ad dirigendas moniales ad viam electionis, qui ſint qui incurrere in excommunicationem poſſunt.*
2 *Mulieres religioſæ vocatæ ad dirigendas electiones monialium,in excommunicationem incurrere poſſunt.*

De his, qui vocantur ad dirigendas moniales in electionibus.§.lij.

CIrca hãc excommunicationem.ſ.de his, qui vocantur ad dirigendas moniales in electionib. ab eis faciendis, niſi abſtineant ab his, per quæ inter eas poſſet in ipſis
1 electionib.oriri diſcordia,vel orta nutriri.† Quæro,qui ſunt iſti, qui poſſunt incidere in hãc excõicationem? Rñdet gl. puta religioſi,conſiliarij,aduocati,diſcreti viri,qui vocantur ad dirigendas moniales circa modum electionis ab ipſis faciendæ.
2 † Sed quæro,quia hic dicitur hi, quid ſi vocarentur mulieres religioſæ,vel aliæ diſcretæ,an ſi contra facerent inciderent excõicationem? Rñdet glo.ꝙ ſic.Item nota, ꝙ hæc pẽna habet locũ nedũ in his, qui vocant ad dirigendas moniales regularum approbatarum in earũ electionib.faciendis,ſed ẽt in his qui vocãtur ad dirigendas illas,quæ non renunciant proprijs,nec faciũt profeſſionẽ regularẽ in vna de regulis approbatis, ſed viuũt ſicut canonici ſcłares ĩ ſecularib.eccleſijs,niſi abſtineãt a p̃dictis.

SVMMARIVM.

1 *Cap.fundamenta,de elect. in vj. quare factum fuerit, quòd nullius eligatur in Senatorem Romæ.*
2 *Electus in Senatorem,quas patiatur pẽnas.*
3 *Ciues Romani,quomodo Senatores & patritij eſſe poſſunt.*

De electoribus & electis ad regimen vrbis Romæ contra cap. fundamenta.§. liij.

CIrca hanc excõicationem.ſ.de electorib. & electis ad regimen vrbis Romæ contra c.fundamenta, de elec.
1 lib.6.† Nota,ꝙ in princ.dicti capituli vſq; ad §. proinde.ponitur rõ, quare facta fuit hæc conſtitutio & excõicatio.ſ. ꝙ nullus notabilis præeminentiæ ptãtis & dignitatis eligatur in Senatorem.ſ. ne cum ſua potẽtia poſſit ſibi dictã vrbem vſurpare & ſubiugare eccleſiam & Romanũ Pontificẽ, ſicut fecit Coradinus,qui de venenoſa radice Federici quondã Romani Imperatoris colubri tortuoſi iuſto eccleſiæ iudicio reprobati prodijſſe videbatur in regulum, quiq; ad exterminiũ Romanæ eccleſiæ manifeſtis iudicijs vnà cum ſuis fautoribus aſpirabat.Secundò ſtatuitur,ꝙ nullus inferioris dignitatis a prędictis eligatur vltra annum in Senatorẽ, ne habeat cauſam acquirendi in ea potentiam & principatum,quo velit poſtea ſibi
2 eius dominium ſubiugare.† Nota ẽt pœnas, quia Primò electio eſt nulla.Secundò,incurrunt excommunicationem tã electores quàm electi cum dantib.eis auxilium,conſiliũ,vel fauorem.Tertiò,ꝙ ſi tales electi ſe immiſceãt,vel ꝓſentiant electioni,ſunt priuati,vna cum ſuis poſteris,omnib.feudis,priuilegijs, libertatibus,immunitatib.gratijs & honorib.quæ tenent ab eccleſia Romana, vel ab alijs eccleſijs, & reuertantur ad ipſas eccleſias,a quib.tenebant.Quartò,ꝙ omnia facta ab iſtis in dicto officio,ſint nulla. Quintò,quòd iudices & tabelliones,qui auctoritatem tali electioni interpoſuerint, vel inſtrumenta confecerint,ſint priuati dignitate & officio ſuo.Sextò, ꝙ non poſſunt abſolui a dicta excõicatione, niſi per Romanum Pontificẽ,vel de eius licẽtia ſpeciali.† Item nota,ꝙ ciues Romani poſſunt eſſe Senatores vel patricij vrbis Romæ, dummodò nõ vltra annum ẽt ſi fuerint fratres vel nepotes vel filij dictorũ principum, vel ẽt ſi habuerint dignitatem,vel titulum Comitatus, Baroniæ vel alterius tituli, dummodò dicta potentia ſit extra territorium Romæ, niſi eſſet multum notabilis & excellẽs potentia,ad quam ratio huius conſtitutionis poſſit meritò extẽdi.

SVMMARIVM.

1 *Doctores vel ſcholares locantes ante finitam locationem, an ſint excõicati.*
2 *Cap.ex reſcrip.de loc.an conſtringat locatorem ad locandũ in ſecundo anno.*
3 *Cap.prædictum,an vbique ſeruandum ſit.*
4 *Cap.prædictum, vbi publicari debeat.*
5 *Cap.prædictum,an ſit canon latæ ſententiæ.*
6 *Et an extendatur ad ſcriptores.*

De magiſtris & ſcholaribus Bononienſibus conducentibus hoſpitia ante tempus.§.liiij.

CIrca hanc excommunicationem de magiſtris, & ſcholaribus Bononiæ, qui ante tempus conductionis conducunt aliorum magiſtrorum vel ſcholarium hoſpi-
1 tia ſine ipſorum conſenſu. † Quæro,an locatores incidant excommunicationem,quia ſolum videtur dicere de conducentibus. Reſpondet Anto. de But. ꝙ Doctores communiter tenent,ꝙ ligentur,quia participant in delicto, pro quo conductor eſt excommunicatus, quia iſte non conduceret niſi locaretur.vnde per regulam ca.ſi concubinæ.eſt excommunicatus locator.Sed videtur ꝙ hæc conſtitutio contineat iniquitatem,ſi non eſt licitum interpellare locatorem, vt locet ante tẽpus finitum,iam erit aperta via ad eludendum locatorem:quia ſi expectabit tempus,poterit eſſe ꝙ recedet ille, qui ibi habitat, & tunc ſi remanebit vacua,dicit Io.And.imaginandam eſſe,ꝙ erat certum tempus in medio locationis,quod erat determinatum ſecundum conſuetudinem ad interpellandum locatores, vt hic in Bononia,in medio Auguſti: modò ante iſtud tempus locationis faciendæ,non dico factæ, non erat licitum interpel-
2 pellare poſt hoc tẽpus,ſic & hoc voluit hæc decretalis. † Quæro, an hæc conſtitutio aſtringat locatorem ad locandũ ſecundo anno? Reſpondet Anto.de But.ſecundum Hoſt.ꝙ non,dũmodò locet elapſo tempore conductionis,ſecundum ꝙ declarat Ioan. And.aut facere non poteſt ſine cõſenſu inquilini.hec autem conſtitutio nihil dicit de neceſſitate locandi in ſecundo anno.Dicit tamẽ Goffredus,ꝙ ſi nouus inquilinus,vult pro eodem pretio,quo antiquus, eſt præferendus antiquus,ſicut dicimus in locatione prædiorũ fiſcalium.Ant. de But.dicit, ꝙ hoc de iure non eſt determinatum,quòd quis cogatur locare in ſecundo anno,ſaluo quàm in prædijs fiſcalibus. Eſt tamen verũ, quòd ex quadam vrbanitate potius deberet antiquo quàm nouo locare,& quaſi dicitur facere iniuriam lato ſumpto vocabulo, ſi omiſſo antiquo locat nouo pro eodem pretio, ſicut dici-
3 tur in emphyteuta,vt notatur.l.j.de priuile.credi. † Quæro, an hæc conſtitutio in alijs ſcholaribus ſit ſeruanda,ſicut Bononię, ita quòd ſit ſeruanda generaliter in quolibet ſtudio? Hoſtien. dicit quòd ſic,quia aliàs fruſtratorie fuiſſet hic poſita,quia ſuffeciſſet cõſtitutio legati. Item quia olim erat in ſupraſcriptione, epiſcopo Bononiæ, quod eſt remotum. ergo Papa voluit eſſe cõſtitutionem generalem.Item quia eadem eſt ratio, igitur in omnibus debet eſſe idem ius.l.actio,de verbo.oblig. & de conſe.translato. Item quòd ſit generalis patet, quia eſt clauſa in corpore iuris,licèt de Bononia loquatur,vt Inſtit. de iure natura gent.& ciui.§.ſed quod Principi.Item,quia fundata eſt ſuper bono publico & communi: Tamen communiter Doctores tenent oppoſitum.Item dicit Io.And.quòd eſt localis,vt patet ex verbis ipſius conſtitutionis.& hoc dicit Anto.de But.tenendũ, ſcilicet quòd ſit localis ſolum Bononiæ ſeruanda & non gene-
4 ralis.† Quæro, an ſufficiat epiſcopo Bononiæ facere legi per ſcholas? Reſpondet Ant.de But.quòd non,quia eſt communis audientia omnium.ſcholarium.debent ergo in generali con-
5 gregatione ſcholarium publicari,de quo nihil fit. † Quæro, an hæc conſtitutio ſit ferenda,vel latæ ſententiæ? Reſpondet Ant.
6 de Butr. ꝙ eſt latæ. † Quæro, an hæc conſtitutio extendatur ad ſcriptores? Reſpondet Ant.de But.quòd credit ꝙ non,quia hæc conſtitutio eſt pœnalis, ideo non debet extendi. Item quia in ſcriptura appellatione ſcholaris,non continetur ſcriptor.

SVMMARIVM.

1 *Participans cum excommunicato a Papa in diuinis, vt ſit excommunicatus, quæ requirantur.*

De participante cum excommunicato a Papa in diuinis.§.lv.

CIrca hanc excommunicationem,ſcilicet de participãte cum excommunicato a Papa in diuinis.† Nota ꝙ
1 ad hoc vt hanc excommunicationem incurrat, *talis* participans,quinque requiruntur,ſecundum *Anto.de* de But.Primò,quòd participans ſit clericus.Secundò,quòd participans ſciat ex certa ſcientia.Tertiò,ꝙ ſponte. Quartò, quòd excommunicatio ſit Papalis. Quintò, ꝙ excommunicatio ſit in diuinis.Et ita tenet Anto.de But.quòd in omnibus iſtis concurrentibus participãs in diuinis ſit excommunicatus, & ideo facit pulchram diſtinctionem dicens: Tu dic ꝙ participans cũ illo,qui eſt excommunicatus cum participantibus,incurrit maiorem excommunicationem. idem de communicante in crimine,pro quo eſt excommunicatus.ſ. quia incurrit maiorem excõicationem. idem de cõicante in diuinis oĩbus illis quinq; concurrentib.de quib.prædixi, quæ hic in textu enumerantur. Concordat Hoſti.Io.tamen tenuit, ꝙ cõicans excommunicato in diuinis non diſtinguendo inter Papam & alios, incurrat

maio-

Source : BIU Cujas

maiorem,ſecus ſi cõmunicat in alijs quàm in diuinis, puta comedendo,loquendo,dormiendo.ita notatur.2.q.3.c.ſi quis episcopus in concilio. Item nota textum de verbo ad verbum, vt diſcernere poſſis opinionum diuerſitatem, qui dicit, ſignificauit nobis,&c.Verum clericos qui ſcienter, & ſponte participauerunt excommunicatis a nobis,& ipſos in officijs receperunt, eadem excõicationis ſententia nondubitamus inuolui,quos ẽt pro abſolutionis beneficio habendo ad nos volumus cum literarum tuarum inſinuatione remitti.Ric.in 4.diſt.18.ar.6.q.3. vna cum Hoſti.tenet, ꝙ ſcienter participans in diuinis cum excommunicato a Papa nominatim incurrit eandem ſententiã.

SVMMARIVM.

1 *Participans cum excommunicato a quocunque in crimine, quando maiorẽ excommunicationem incurrat.*
2 *Quid in participante in locutione,oratione,& dormitione.*
3 *Conſilium,quomodo quis dicatur dare in crimine participando.*

De participante cum excommunicato nedum a Papa, ſed a quocunque in crimine.§.lvj.

CIrca hanc excommunicationem de participante cũ excommunicato nedum a Papa, ſed a quocunq; in crimine, propter quod eſt excommunicatus, incurrit ex-
1 communicationem maiorem. † Nota,ſecundum An. de But.in d.c.ſi concubinæ.ꝙ hoc intelligitur poſt latam ſentẽtiam.ſ.quando participat excõicato poſt latam ſententiã, ſecus ſi ante & hoc in excõicationib.ab homine, ſecus a canone, cũ
2 iam ſit lata ſententia tempore factæ conſtitutionis. † Sed, quid ſi participat in locutione,oratione,dormitione,& ſimilia?dic ꝙ
3 incurrit maiorem,vt in d.c.nuper.† Item nota, ſecundũ Anto. de But.in d.c.nuper,ꝙ illud quod dicitur ꝙ participans excommunicato in crimine,dando ei conſilium,auxilium &c.intelligitur de conſilio directè dato ad crimen, propter quod agens eſt excõicatus, puta datur conſilium ad clericum verberandũ, ſecus ſi daretur in facto, pro quo talis excõicatus non fuiſſet. Item dicit ꝙ ſi ego do tibi auxilium,conſilium & fauorẽ principaliter pro delicto,pro quo tu non incurrebas excõicationem, quanquàm propter hoc in quandam conſequentiam delictũ committas,propter quod incurras excõicationem,non propterea ego incido excommunicationem. Exemplum, ego præſto tibi auxilium,conſilium, & fauorem, vt aggrediaris quendam laicum, & illum offendas:tu vadis, & illo aggreſſo nedum laicum,ſed & clericum offendis, modò quanquàmtu ſis excõicatus,certè non ego,quia meum conſilium directè non intendebat ad percuſſionem clerici.idem eſſet, ſi darem conſilium, vt aliquam rem auferres:certè ſi in ablatione ipſius offenderes clericum, noneſſem excõicatos, quia meum conſilium non fuit directum ad hoc.& ſic patet,ꝙ quo ad hoc vt participans crimino ſo in crimine incidat excõicationem, neceſſe eſt ꝙ directè participet in illo crimine,ex quo committens incurrit excommunicationem.Poſſunt etiam intelligi prædicta,prout ſentiũt Doctores, quando non participatur in crimine damnato, ſed damnando,ꝙ tunc participans in tali delicto non ſit excõmunicatus.Exemplum,præbeo tibi conſilium in tali crimine,propter quod tu committens non incurris excõicationem ipſo iure,ſed bene propter tale delictum potes excõicari.modò ſi poſt modum excommuniceris, nunquid ego qui præbeo conſiliũ in prædicto crimine ero.excõicatus?certè non, quia auxilium non fuerat præſtitum directè ſuper facto damnato,vt incurrere tur excõicatio,quia requirit iſte textus in c.nuper, ꝙ.ſ. factũ ſit damnatum,& non damnandum. Item hic videtur tenere Ant. de But.& Inno.ꝙ in iſta participatione dando conſilium, auxilium,& fauorẽ,non diſtinguitur, an aliàs eſſet facturus vel nõ: quia ſecundum ꝙ dicit glo.non refert,an de bono malum, vel de malo peſſimum quis efficiat.ff. de ſer. co. lib.j.§. qui igitur. de hac materia habetur in regula iuris,nullus ex conſilio,lib.6. & ibi dicit Io.An.tamen ibi dicit quo ad pœnæ quantitatẽ placet ſibi illa diſtinctio,per ea,quæ habentur in ca. ſicut dignum, de homicid.Bar.idem in l.non.§.ſi manifeſto.ff.de iniurijs.

SVMMARIVM.

1 *Conſeruatores de manifeſtis iniurijs cognoſcere poſſunt.*
2 *Conſeruatores,qui dicantur.*
Conſeruatores,quare dentur.
3 *Conſeruator recipit probationes,ſi offenſa negetur notoria.*
4 *Conſeruator,an poſſit punire iniuriam inferendam.*
5 *Conſeruatores excommunicati ſunt,ſi per ignorantiam iuris ſe intromittãt, niſi de iniurijs manifeſtis.*
6 *Conſeruantes aliter quàm de iniurijs manifeſtis impedientes, a beneficijs ſuſpenſi ſunt.*
7 *Conſeruatores,an poſſint per alium quàm per Papam dari.*

De his, qui procurant quòd conſeruatores dati ſe intromittant de his,quæ eis non licet.§.lvij.

1 CIrca hanc excõicationem.ſ.de his,qui procurant ꝙ conſeruatores dati ſe intromittãt de his,quæ eis non licet. † Nota,ꝙ conſeruatores quandoque dantur a Papa, & poſſunt ſolũ cognoſcere de manifeſtis iniurijs,vt in d.c. 1.de offi.deleg.vnde ſi de alijs quã de manifeſtis iniurijs ſe intromittant ſcienter, ſeu ad alia quàm iudicialem indaginẽ exigunt, ſuam extenderint poteſtatem,eo ipſo per vnum annum ab officio ſunt ſuſpenſi. Pars verò,quæ hoc procurat, ſententiam excommunicationis incurrit,a qua non põt abſolui,niſi ei quem ſic fatigauit indebitè,primò ſatisfaciat integraliter de expenſis,vt in ca.fi.eod. titu.
2 † Quæro,qui dicantur conſeruatores?Reſpondet glo.dicto c.j. ꝙ conſeruatores poſſunt dici epiſcopi,qui habent conſeruare, & defendere viduas,pupillos, & orphanos ab oppreſſionib. & iniurijs.extra de foro comp.c.ex parte,& c.ex tenore.87. diſtin. c.1.& 2.27.q.v.adminiſtratores.Et ſcire debes,ꝙ iſti conſeruatores interdum dantur, vt aliquos defendant contra latrones vel prædones;interdum contra eos qui eorum priuilegia confringunt,vt ea faciant obſeruari priuilegiatis;interdum latius vt defendant ab iniurijs,& offenſis,& in nullo dictorum caſuum habent iudicialem indaginem, ideſt non poſſunt procedere per viam iudicij,vt dicto c.fi. De manifeſtis ergo ſolum habent cognoſcere,& intelligere manifeſta illa, quæ notoria ſunt, & ita patientia ꝙ nulla probabili tergiuerſatione cẽlari poſſent,vt de
3 verb.ſig.c. ex parte. & c.vlti.de cohabi.cleri.& mulierum.† Sed quid ſi negetur offenſa notoria. Negatione enim videtur res fieri dubia.C.quib.ad libertatem proclamare nõ licet.l. iij. Dic ꝙ bene probationes recipiet conſeruator,ſcilicet an factum ſit notorium,vt ſic videat an ſua ſit iuriſdictio.ff.de iudi.l.ſi quis ex aliena.& de reſcrip.ca. ſuper literis, aliàs enim iſtorum officiũ eſſet inutile, & ſi inueniet factum notoriũ procedet, alias deſiſtet:non enim habet poteſtatem defendendi ſimpliciter iniuriam, ſed qualificatam notoriam. Sic ergo conſeruator habet vocare reum,& ſi confiteatur factum,bene quidem; & ſi negatur ſuper notorio,probationes recipiet.Si autem confiteatur factum,ſed dicit ſe illud ſuo iure feciſſe. dicũt quidem ꝙ vlterius ſe intromittere nõ debet.Alij contra, dicentes ꝙ probationes recipiet ſuper notoria offenſa.ad hoc in c. bonæ. de elec. aliàs facile eſſet conſeruatorum officium deludere vnde ſi videatur conſeruatori probabilis negatio non procedat,aliàs puniat,ſi-
4 cut notorium.†Quæro, an conſeruator nedum offenſam iam
5 poſſit punire,ſed ẽt inferendam?Reſpõdet glo.quòd ſic.†Quæro,quia in c.fi.dicitur, ſcienter ſe intromittant, niſi de manifeſtis iniurijs,quid ergo ſi per ignorantiam iuris hoc faciunt, vel per ignorantiam craſſam vel affectatã? Reſpondet glo.ꝙ excõmunicationem incidunt,de re.iur.ignorantia.de tẽpo. or. eos.
6 de clande.deſpon.c.1.† Quæro,quia hic dicitur ꝙ ſi iſti conſeruatores ſe intromittãt præter quàm de manifeſtis iniurijs, ſunt ſuſpẽſi ab officio,nunquid etiam a beneficio?Rñdet glo. ꝙ ſic,
7 quia eſt eius ſequela., 2.di.c præter.81.di.c.ſi qui † Quæro,vtrũ alius quàm Papa poſſit dare iſtos conſeruatores?Rñdet Petr.de Anch.ſecundum Io.An.in nouella,ꝙ etiam Legatus poteſt,cũ ſit ordinarius. de offi le.c.2.ſi poteſt per ſe,ergo per alium,vt in regula,põt quis,lib.6.Et ita refert de facto feciſſe quendam Legatum. Ex qua ratione ſequitur,ꝙ quilibet ordinarius poſſet in ſua dieceſi tales conſeruatores creare,ſecundum Io.And. j̃. eo. c.fi. ſuper verbo,dietam.Allegat tamen aliqua iura ciuilia, quæ prohibent hoc fieri,ſ.loci conſeruatores conſtitui, vt in Auct. vt iudi. ſine quoquo ſuffra.§. nulli quoq; iudici. & §.interdicimus,col.2.& de mand.prin.§.eos aũt.col.3.& in Aucten. vt nulli iudi. liceat habere loci conſeruatores,in prin.col.ix.nã, vt dicit tex.in d.§.interdicimus.magis iſti conſeruatores erant fures & violenti,quàm illi,quos a talib. cohibere debebant. Ex qua ratione & alijs concludit Io.And.in verbo, dietam, ꝙ æquum eſt conſentire & concludere tales conſeruatores per ſolos Romanos Pontifices dari poſſe,ꝙ probat.c.1.de off. dele. dum dicit,concedimus.& c.fi.j̃.eo.vbi a ſede apoſtolica conceditur,& ad hoc præſtat argumentum,de off.or.c.1.verſi.nec pro eo.li.6.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio,quare fuerit facta contra eos,qui fingunt caſum,ob quem iudex ad mulieres vadat.*
2 *Mulieres ſponte poſſunt,ſi volunt ire ad ferendum teſtimonium.*
3 *Mater vti tutrix filiorum,in iudicio per ſe eſſe poteſt.*
4 *Procurator vel pars fingens caſum,in quo mulier eſt teſtis, vt ad eam vadat,iudex excommunicatus eſt.*
5 *Fingens caſum,in quo iudex eat ad mulierem non eſt excommunicatus, niſi iudex ad eam vadat vel mittat.*

De eo, qui fingit aliquem caſum, propter quem aliquis iudex vadat vel mittat ad aliquam mulierem pro teſtimonio.§.lviij.

1 CIrca hanc excõicationem,ſ.de eo qui fingit aliquem caſum,propter quem aliquis iudex vadat vel mittat ad aliquam mulierem pro teſtimonio. † Nota rationem, quare fuit facta hæc excommunicatio poſita in principio tex. quia non conuenit, mulieres euagari ſuper palatia,

Source : BIU Cujas

nec virorum cætibus commiſceri. Et glo.addit, ꝙ periculoſa eſt ſexuum commixtio.18.q.1.diffinimus. Et ideo hic prohibet Papa,ꝙ mulieres non debeant perſonaliter ad iudicium cõuocari,vel inuitè trahi cauſa ferendi teſtimonium, nec auctoritate literarum apoſtolicarum,vel legatorum ipſius,vel alia quacunq;:ſed cum neceſſarium fuerit teſtimonium earundem, iudex expenſis partis,cui incumbit probatio, tranſmittant ad eas tabellionem,vel aliam perſonam idoneam, puta ſecundũ glo. presbyterum vel alium virum honeſtum,coram quo iurent.& ibi erit tabellio & citabitur pars aduerſa,vel ſi caſus occurreret, ꝙ iure prohibente receptio teſtium alteri non poſſet committi,tunc iudex debet perſonaliter ad eas accedere;: vel ſi iudex ſit perſona notabilis, puta epiſcopus quem per reuerentiam epiſcopalis dignitatis ad mulieres accedere nõ decet,tunc etiam
2 debent mittere. † Item nota,ſecundum glo.in eo ꝙ dicit, inuitas trahi,ꝙ ſi volentes ire volunt, & non coactè ad teſtimoniũ ferendum,non incurritur hæc pœna.Et in hoc autem differunt religioſæ,de quibus ſtatim infra, quia etiam ſi vellent ire ad iu-
3 dicium,non poſſunt. † Quid de matre tutrice filiorum? Reſpõdet Pet.de Anch.credo, ꝙ per ſeipſam poſſit ſi voluerit in iudicio eſſe:poſtquam enim tutela ſibi defertur a lege tanquã legitimam adminiſtrationem habẽs, poteſt rem in iudicium deducere,de appel.c.ſua nobis.Quærit Io.And.vtrum hæc pœna ha-
4 beat locum in iudice laico? Reſpondet ꝙ ſic.† Item nota,ſecundum eum,ꝙ ſi quis procurator vel pars nominat aliquam mulierem in teſtem,vel fingit caſum aliquem,dicendo talem eſſe ſuum debitorem in centum, de qua re teſtis eſt talis mulier ,& hoc facit ad hunc finem,vt iudex vadat vel mittat ad eam pro
5 teſtimonio,excommunicatus eſt . † Quæro , an eo ipſo ꝙ quis fingit contra iſtam conſtitutionem,ſit excommunicatus ? Reſpondet Io. And.ꝙ non,immò expedit ꝙ iudex produxerit eã ad effectum cundo vel mittendo ad eam,quia verba ſunt intelligenda cum effectu,vt in c.relatum,de cle.non reſ.

SVMMARIVM.

1 *Verbum commodè,quomodo intelligatur.*
2 *Impedimentum iuſtum dicitur imminens mortis periculum.*
3 *Abſolutio,quę fit ob iuſtum impedimentum, an poſſit ab alio fieri quàm ab eo qui debet,& quando locum habeat.*
4 *Satisfacere debet is,qui ab excommunicatione abſoluitur, iuxta ſuas facultates.*
5 *Legati,an poſſint abſoluere inijciẽtes manus in clericum,ſi læſio enormis eſt.*
6 *Legati,an poſſint abſoluere in caſibus Papæ reſeruatis.*
7 *Excommunicatus, qui eſt excuſatus ob aliquod impedimentum ire Romam ad petendum abſolutionem,an procuratorem mittere poſſit.*

De eo, qui abſolutus fuit in articulo mortis, vt adueniente ſanitate,repræſentet ſe.§.lix.

CIrca hanc excommunicationem, ſcilicet de eo qui abſolutus fuit in articulo mortis,vel alio impedimento,ſi aduenientе ſanitate vel alio impedimento ceſſante nõ ſe preſentat,cum cõmodè poterit, reincidit in eandẽ.
1 † Quæro, quomodo intelligitur illud cõmodè ? Vide ſupra excommunicatio.ij.§.xxxv.Nota etiam hic glo. enumerantẽ om-
2 nes caſus excommunicationum poſitos in hoc lib.6.† Item nota , ꝙ propter iuſtum impedimẽtum poteſt quis abſolui ab alio quàm ab eo,a quo de iure fuerat abſoluendus . Imminens autẽ periculum mortis,dicitur iuſtum impedimentum, etiam ſi imminеat aliter quàm per infirmitatem, puta timet hoſtem capitalem,vel eſt obſeſſus,vel in manibus prædonis vel tyranni, vel eſt nauigaturus periculoſo nauigio , vel patitur naufragiũ,vel iturus eſt per loca periculoſa.ff.de dona. cauſa mortis.l. iij. cum
3 l.ſe.† Sed hic quæritur,vtrum illa abſolutio,quæ cõceditur propter iuſtum impedimentum , poteſt fieri ab alio quàm ab eo, qui debet,an habeat locum in excommunicatis alia ratione cõtracta aliter quàm per iniectionem manuum? Reſpondet Pet. de Ancha.ſecundum Inno. ꝙ habet locum ſolum in excõmunicatis propter manuum iniectionem:ſed ſi alias ſit excommunicatus a iudice vel a iure , licèt abſolui poſſit in mortis articulo.arg.de ſententia excom.c.à nobis.ij. in fi. tamen in alijs caſibus,qui ponuntur in c.quamuis,de ſententia excommu. nõ habet locum,ſed tantum ab excõmunicatore,vel ab illo, ad quẽ ſpectat,abſoluendi ſunt,& ita notatur ſupra,ca.quamuis,in nouella.Sed hic in nouella Io.And.dicit ꝙ iſte textus facit contra iſtam opinionem,dum dicit,ab alio abſoluuntur;& ſupra generaliter dixit ab homine vel a iure,& ſic de alia etiam excõicatione quàm de illa,quę per manuum iniectionem,infligitur,locũ habet illa abſolutio propter iuſtum impedimentũ proueniens
4 ex multis cauſis,vt d.c.ea noſcit,& c.quãuis & c.ꝙ de his.† Item not.ꝙ qñ quis abſoluitur ab excõmunicatione,debet ſatisfacere.quod intellige iuxta proprias facultates,& per hoc infert Archidia. facultates eccleſiæ quas ad vſum habet clericus, ad hoc non teneri.16.q.vj.§.fi.pro hoc facit cle.volentes.§.j.de hære.& de appella.c.reprehenſibilis,vide ꝙ notatur de præb.c.de mul-
5 ta.4.gloſſ. † Quærit Io.And.in nouella, vtrum legati de latere poſſint abſoluere injiciẽtes manus in clericum, ſi læſio ſit enormis,refert hic Archi. tenere ꝙ ſic, dicit Pet.de Ancha.Aduerte quia ſuperſunt opiniones, de quib.in nouella.ſ.eo.ad eminentiam.& finaliter tenet ꝙ poſſit in atroci,ſiue graui delicto,puta mutilatione,oſſis fractione,& homicidio & ſimilia.Io.And.ibi dicit,ꝙ vidit aliquos legatos abſoluentes, & aliquos abſtinentes. de iure tamen credit ꝙ poſſunt, quia iura quæ eis tribuunt iſtam poteſtatem,generaliter loquuntur.& iura quæ excipiunt atrocem,loquuntur non in Legatis,ſed in inferioribus, & hoc
6 tenere expedit ſaluti animarum,ſecundum eum. † Quærit etiã in nouella,vtrum in alijs caſib.reſeruatis Papæ poſſunt Legati abſoluere? Reſpondet ꝙ non, niſi in caſu reſeruato per manuũ iniectionem,nam iſte caſus incępit eis competere de conſuetudine poſtea approbata,per c.ꝙ translationem,de offi.leg.vnde excommunicatos nominatim a Papa,vel ab eius delegato, nõ poſſet abſoluere,de offi.Leg.c.ſtuduiſti,& de offi.or. ca.paſtoralis,hoc verum,niſi ſuper hoc habeat ſpeciale mandatum.ſuper quo ſibi nõ credetur,niſi oſtendat ꝙ ſi perdiderit,probet amiſſionem & tenorem . Sufficit tamen ꝙ ſemel fuerit publicatus ,
7 ad hoc de manda.prin.l.j.de priuile.c.cum olim.C.de teſta.l.publicati.extra de fi.inſtru.ſi inſtrumenta.† Quæro,cum textus excuſet excommunicatum ab acceſſu Romam propter impedimentum, aliàs infert ꝙ teneatur ſe perſonaliter præſentare pro abſolutione obtinenda: ſed an talẽ abſolutionẽ poſſet quis petere per procuratorem? Inno.reſpondet ꝙ ſic ex iuſta cauſa, aliter non.Hoſt.tenet contrarium : dicit enim ꝙ nullo modo poteſt peti abſolutio per procuratorem. Requirit enim contritionem & confeſſionem excommunicati.2.q.3.cũ aliquis, & certam formam & ſolẽnitatem & introductionem in eccleſia , & manus impoſitionem & reconciliationem antequam non eſt ei cõicandum.24.q.3.notandum . Tamen contrarium ſeruatur in curia,vt notat Spe.in ti.de proc.§.j.ver.itẽ opponitur.Immò ſi habet ſpeciale mandatum petendi abſolutionẽ , videtur poſſe vitare,licet ad hoc non habeat ſpeciale mãdatum, de hoc in Spe.in tit. de iuro calumniæ.§.reſtat.ver.quid ergo. A ſentẽtia verò interdicti & ſuſpẽſionis põt peti abſolutio per procuratorẽ,qa non ſolennitatẽ formę,nec reconciliationẽ deſiderat:& in hoc oẽs ꝙcordãt,& hæc notanť ſ.e. cũ deſideres,in nouella.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarij compelluntur ad producendum in iudicio libros rationũ,& nu. ſeq.*
3 *Vſurarius per excommunicationem libros edere compellitur.*
4 *Vſurarius ſi dicat libros perdidiſſe,an ſtetur eius iuramento .*
5 *Vſurarius ſi in libro rationes non ſcribit,ſed in cædulis,quas ſolutis vſuris lacerat , ſtatur iuramento hæredis ſui,non vſurarij .*
6 *Iuramentum factum ſuper ſtatuto iniquo,ſeruandum non eſt.*
7 *Statutum Bergomi non valet , quòd repetentes vſuras in foro eccleſiaſtico cogantur per poteſtatem mutuare tantam pecuniam tanto tempore,quanto vſurarij pecuniam tenuere .*
Statuentes quòd nullus recipiat pro vſura ,niſi duos denarios pro libra in menſe,non ſunt excommunicati.

De rectoribus ciuitatum, qui faciunt ſtatuta, per quæ quis compellatur ſoluere vſuras. §.lx.

CIrca hanc excommunicationem.ſ.de rectorib. ciuitatum,qui faciunt ſtatuta,per quæ quis compellatur ſoluere vſuras,vel ſolutas nõ repetere.Nota ꝙ paria ſunt aliquid facere per viam directam.ſ.impedire repetitionem vſurarum,vel vtendo ſuper his diuerſis colorib.& fraudi-
1 bus exquiſitis, ad hoc vt excõicationem incurrant. † Item nota in ver.cæterum.ꝙ fœneratores ſic vt plurimum cõtractos vſurarios occultè ineunt & doloſè,ꝙ vix conuinci poſſunt de vſuraria prauitate,ideo debent compelli ad exhibendum & producendum in iudicio libros rationum per cẽſuram eccleſiaſticã, per quorum inſpectionem diſcerni poſſit,an ſit vſura,quibus libris creditur contra ipſos vſurarios non pro eis,vt hic in glo.C. de probat.l.inſtrumenta.& notatur.ff.de eden.l.j.§.numularios.
2 † Item nota,ꝙ iſte eſt vnus ſpecialis caſus per hãc conſtitutionem,in quo quis compellitur producere rationes contra ſe,nã
3 ante hanc conſtitutionem non fiebat.† Item nota, ꝙ debet cõpelli per cenſuram eccleſiaſticam producere libros.ſ. per ſentẽtiam excommunicationis,ſuſpenſionis,& interdicti, ſecundũ ꝙ diſcretus iudex viderit expedire. Nam in appellatione eccleſiaſticæ cenſuræ hæc tria continentur, vt in c.quærenti. de verbo. ſignifi. Non vult ergo hæc conſtitutio, ſecundum glo. ipſo inuito domum ipſius ingredi, vel archam ipſius frangi, & quia hanc cenſuram licet non directè, tamen indirectè contra iudæos non exerceat eccleſia.ſ. priuando communione fideliũ, tamẽ ſatis videtur ꝙ etiam in Iudęis haberet locum, ſi per ſecu
lares Principes tales libros edere non cogantur . Concor. Paul-
4 us, Dynus & Ioan.de Ligna.† Quid ſi dicat vſurarius,vel hæres ſe non habere rationes,vel ſe illas perdidiſſe, nunquid ſtabitur ſacramento ſuo ? Reſpondet gloſſ. quòd non , niſi probet

quòd

q̃ amisit & probat causam,quo amisit,puta probat incendium quo fuerunt succensæ,vel ruinam,vel naufragium, quo fuerũt submersæ.ff.de eden.l.si quis ex argentarijs,in fi.& l.fi.de fid.instrum.& hoc secundum Di.fit propter fraudes, quas committunt. † Sed quid si cognosco vsurarium, qui non scripsit rationes in libro,sed in cędulis, quas statim dilacerat solutis debitis & vsuris ? Respondet glo. q̃ si tali succederet hæres non vsurarius, sed alius fide dignus, satis videtur stare iuramento suo, si huic rei fama consentit. † Item nota hic iuncta glo. in iuramẽto,q̃ iuramentum factum super seruando iniquo statuto, non valet,sicut hic patet. Si quis iurat hic seruare statuta super vsuris soluendis,vel non repetendis facta. † Quæro, quid de statuto, quod est Bergomi, q̃ repetẽtes vsuras in foro ecclesiastico per potestatem cogantur mutuare vsurario tantam pecuniam tanto tempore,quanto tempore tenuerunt pecuniam vsurarij? Respondet glo.quòd hoc statutum non valet. Addit Paulus q̃ incidunt hoc statuentes in excommunicationem ibi. Quid si faciat statutũ, q̃ nullus recipiat pro vsura, nisi duos denarios pro libra in mense? Respondet glo. q̃ tales sic statuentes non sunt excommunicati.Concor.Paulus.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens clericos,in quot casibus sit excommunicatus.*

¶Excommunicatio tertia,scilicet percutientium clericos, s.in quot casibus percutiens sit excommunicatus.§.61.

1 Percutiens † clericum vel religiosum cõuersum, vel nouitium religionis approbatæ,est excõmunicatus excommunicatione Papali.17.q.4.si quis suadente. extra de senten.excom.non dubium & eo.tit.religioso.lib.6.Et hoc si percussio sit enormis.Quicunq; detinet eum in custodia publica vel priuata absque alia corporis læsione,vel intrudit in vincula,vt in c.nuper.de senten.excom. Abbas vel prior etiam causa correctionis clericum vel monachum per laicum verberari faciens, est excommunicatus tam præcipiens quàm verberans, si aliter sit corrigibilis.extra sentẽ.excom. c.vniuersitatis. Non defendens clericum, cum ad eius officium pertinet, quia fauere videtur, qui cum possit, manifesto facinori desinit obuiare.de senten.excom.quantę.23.q.5.administratores. Verberans clericum, qui nolens satisfacere sponte se subijcit verberibus,de sent.excom.contingit. Prælatus magister, dominus, vel consanguineus ex proposito & animo irato multum excedẽs in percussione clerici. Qui libidine vindictæ repercutit clericũ ludentem, licet grauiter percutientem. extra de sent.excom.c. veniens,& c.j.Qui spuit vel aliquid effundit super clericum aut claudit ei ostium, vel ponit custodes ad capiendum eum, si de domo exeat,vel ei equitanti capit habenas equi,vel rumpit cingulum sellæ, vel minis & terroribus restare eũ facit in loco vel quasi captum facit ad iudicem ire, de sent.excõ.cum desideres. Qui rem cohęrentem clerico aufert,aut rem de manu eius arripit,aut vestes quibus indutus est,scindit. Qui arrestat vel aufert rem clerico, postquàm ipse peruenerit ad locum suum & adeptus fuerit plenè possessionẽ illius. Qui ordinat cum vxore sua, vt clericum inuitet ad turpitudinem,si postea percutiunt, sunt ambo excommunicati.Mulier,quæ percutit clericum inuitantem eam ad turpitudinem, si solum verbis impetat, secus si in facto.Qui persequitur clericum & ipse quasi coactus proijcit se in aquam,vel ad periculum, vt euadat. Si quis animo iniuriandi capit clericum per capillos dicens,nisi esses clericus, percuterem te.Mandans clericum verberare, si sequitur effectus, tam mandans quàm verberans est excommunicatus. extra de sent. excom mulieres. §.fin. Qui ratam habet percussionem clerici, eius nomine factam,de senten.excom cum quis.Qui procurãdo dixit q̃ libẽter vellet vindicari de tali clerico, si propter hæc verba quis verberet illum,licet non nomine eius.

TRACTATVS
DE EXCOMMVNICATIONE
Domini Nicolai Plouij.

SVMMARIVM.

1 *Forum in ecclesia duplex reperitur.*
2 *Prælatus ecclesiæ intelligitur quandoque per nomen ecclesiæ.*
Christus & Apostoli iurisdictionem vniformiter exercuerunt.
3 *Petrus Apostolus Ananiam & Sapphiram publicè ad mortem damnauit.*
Paulus aliquos Sathanæ tradidisse, id est excommunicasse legitur.
4 *Ioannes Euangelista,Cherinthum hæreticum publicè excommunicatum vitari præcepit.*
5 *Excommunicatio dicitur separatio à qualibet cõione licita & actu legitimo.*
Excommunicatio est separatio à Deo.
6 *Excommunicationis duæ sunt species.*
7 *Excommunicatorum,quatuor sunt genera.*
8 *Excommunicationis sententiam quinquaginta casibus quis incurrere potest ipso facto.*
Excommunicatus est ipso facto,qui in hæresim damnatam incidit.
Romanam ecclesiam asserens non esse caput omnium, est ipso facto excommunicatus.
9 *Rectores ciuitatum ipso facto sunt excommunicati indebitas exactiones in clericos facientes.*
Clerici omnes personatus habentes, ipso facto excommunicantur, leges aut physicam audientes.
10 *Statuta contra libertatem ecclesiæ condentes,ipso facto excommunicationis innodantur sententia.*
Rectores ad regimen vrbis Romanæ electi facientes contra constitutionem super hoc factam,sunt ipso facto excommunicati.
11 *Procurantes dari conseruatores & se immiscentes illicitis, ipso facto ligantur sententia excommunicationis.*
Cogentes ecclesiasticos submitti laicis,sunt ipso facto excommunicati.
12 *Pedagium ab ecclesiasticis exigentes,excommunicantur ipso facto.*
Domini inhibentes subditis suis,ne aliquid vendant ecclesiasticis, ipso facto innodantur sententia excommunicationis.
13 *Religiosi habitum religionis deponentes,excommunicati sunt ipso facto.*
14 *Sepelientes hæreticos, aut eorum fautores & receptatores, sunt ipso facto excommunicati.*
15 *Interficiens Christianum per assassinum,est ipso facto excommunicatus, & quis dicatur assassinus.*
Repręsalias concedens aduersus personas ecclesiasticas,ipso facto sententia excommunicationis innodatur.
Repræsaliæ,quæ dicantur.
16 *Domini temporales non facientes obseruari statuta contra insecutores Cardinalium,excommunicati sunt ipso facto.*
17 *Absolutus ab excommunicatione in articulo mortis, si conualescens non se præsentet ei, à quo absolui debuerat, reincidit in eandem sententiam ipso facto.*
Sepelientes in cimiterijs tempore interdicti,ipso facto sunt excommunicati.
18 *Religiosi decimas ecclesiæ debitas sibi appropriantes,ipso facto sunt excommunicati.*
Monachi tenentes arma intra monasterij septa, sunt excommunicati ipso facto.
19 *Matrimonium scienter contrahentes in gradibus prohibitis, excommunicati sunt ipso facto.*
20 *Statuta facientes,per quæ quis cogitur vsuras soluere, aut solutas non repetere,ipso facto sunt excommunicati.*
Religiosi dissuadentes solutionem decimarum,sunt ipso facto excommunicationis ligati sententia.
21 *Religiosi non seruantes interdictum,quod seruat mater ecclesia, sunt excommunicati ipso facto.*
Literas Papæ nouiter electi impugnans, ipso facto excommunicatus est.
Verberans clericum instigante diabolo,est excommunicatus ipso facto.
22 *Prælati, consanguinei aut magistri causa correctionis clericos verberantes non sunt excommunicati.*
Laici collectas & alia onera personis ecclesiasticis imponentes,sunt ipso facto excommunicati.
23 *Neophytum in religione percutiens,est ipso facto excommunicatus.*
24 *Clericum percutiens in quatuordecim casibus non est excommunicatus.*
Percutiens clericos buffones,macellarios, aut goliardos, non est excommunicatus.
25 *Magister ludi causa disciplinæ clericum discipulum percutiens non est excommunicatus.*
Prælatus faciens clericum verberari per laicum, est ipso facto excõicatus.
26 *Clericum degradatum vel depositum percutiens, non est excommunicatus.*
27 *Clericum hæreticum uerberans non incidit in canonem,si quis suadente,&c.*
Iudex laicus clericum oĩno incorrigibilem percutere,capere, et occidere põt.

SI quis ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Matth. 18.& 34.q.j.omnibus. Quoniã, vt ait Doctor subtilis in 4. sentẽ.distin.19. q.j. arti.5. † in ecclesia est duplex forum.Vnum secretissimũ, in quo idẽ est accusator & reus,& ad istud pertinẽt claues ecclesiæ. Aliud est forum publicum, in quo habet ecclesia auctoritatem corrigendi publica delicta. Et talis auctoritas cognoscendi in causa & sententiandi publicè quodammodo potest etiam dici clauis. Prima dicitur clauis ordinis.Secunda clauis iurisdictionis. Ad quam quidem clauem iurisdictionis pertinere videtur dictũ nostri Saluatoris s.præmissum,Si quis ecclesiã non audierit, si tibi sicut ethnicus idest excõicatus.& gẽtilis, & publicanus.s.vt publicus peccator vitetur.† Per ecclesiam aũt intelligitur præla.ec. vt exponit Be-

Source : BIU Cujas

Nico. Plo. De excommunicatione.

da, & Hilarius.cuius. ſ.prẽlati lata eſt ſententia, ſicut ſtatim ibidem dicit Saluator, Amẽ dico vobis, quodcunq; ligaueritis ſuper terram, erit ligatum & in cœlis. ſm Hilarium talis ſentẽtia iudicio diuino approbatur. Conformiter aũt iſtam iuriſdi.tam Chriſtus quàm Apoſtoli exercuerũt. Nam dñs mulierem deprehenſam in adulterio per ſnĩam abſoluit, dicens: Nemo te cõdemnauit mulier. quæ ait, Nemo dñe. & ipſe ſubiũxit, Nec ego te condemnabo. Ioan. 8. Sicut aũt tunc abſoluit eã, ita potuiſ-
3 ſet condemnare eam. † De Petro quoq; legitur ꝙ publicè Ananiam & Sapphiram ad mortem ſententiauit, vt dr̃ Actuum V. De Paulo ẽt legitur, ꝙ Corinthum fornicantem publicè excõicauit, vt dr̃ ad Corint. 5. Item j. ad Timo. j. Hymeneum & Alex. tradidit Sathanæ ꝓp blaſphemiã. Idem ẽt prohibet cõicare notorijs peccatorib. j. ad Corint. 5. & 2. ad Teſſa. 3. & 2. ad Timo. 4. fecit vitare Alexandrum ꝯrarium. Item ad Titum 3. hereticum poſt alteram monitionẽ fecit vitare. Idem quoq; ad Gal. j. ſcribens ait, Si Angelus vobis de cẽlo aliud euangelizauerit p̃terq̃ quod euãgelizauimus vobis, anathema ſit. Sic ergo anathema tenet ꝫ Angelũ & cõtra hominẽ. Deniq; Ioan 4. Cherinthum
4 † hr̃ticũ publicè excõicauit, & vitari præcepit. quæ oĩa arguũt hæreticorum modernorum verſutias, qui eccleſiæ detrahẽtes dicunt eam non hr̃e auctoritatem excõicandi, ſuſpendendi, & interdicendi, & per ꝫñs dogmatizant non eſſe curandas eccleſiaſticas cenſuras, cum tñ dicat Chryſo. 11. q. 3. c. nemo contemnat. vbi dr̃. Nemo cõtemnat vincula eccleſiæ. Non. n. homo eſt qui ligat, ſed Chriſtus, qui hanc ptãtem dedit, & dñs fecit hoĩes eſſe tãti honoris. Circa igitur proſecutionem huius materię br̃ de tribus principaliter eſt conſiderandum. Primò quidẽ de excõicatione. Secundò de ſuſpenſione. Tertiò & vltimò de inter-
5 dicto. † Eſt aũt excõicatio à qualibet licita cõione & legitimo actu ſeparatio. 11. q. 3. euidenter. Alibi. n. vocatur æternæ mortis damnatio. 11. q. 3. nemo eꝝorum. Alibi dr̃ animæ & corporis detrimentum. 2. q. j. de manifeſta. Item deijcit de eccleſia & tradit diabolo. 11. q. 3. audi. Et br̃ excõicatio, quæ dr̃ alio nomine anathema, nõ eſt niſi à Deo ſeparatio. 24. q. 3. certum eſt. Et hoc eſt magna pẽna. Nam qñ quis excommunicatur ſtatim mẽbrũ Dei eſſe deſinit, & incipit eſſe membrum Diaboli. 11. q. 3. excellentiſſimus. Moxq́; vt ab eccleſia repellitur, rapido ore dęmo-
6 num deuoratur. 11. q. 4. abſit. † Sunt aũt duæ ſpecies excõicationis. Vna, quæ ſeparat à ſacr̃is eccle. & à participatione fideliũ, & ab ingreſſu eccleſiæ. & hæc dr̃ maior, ſeu anathema. Alia eſt, q̃ ſeparat ſolum à ſacramentis, vt eſt quodlibet peccatũ mortale. & hæc dr̃ minor. De vtraq; dr̃. 3. q. 4. Engeltrudam. A prima nõ abſoluunt ſimplices ſacerdotes, ſed à ſecunda in caſib. tñ ipſis permiſſis à iure. Vnde ſciendum ꝙ quatuor ſunt genera excõi-
7 catorum, vt colligitur 11. q. 3. ad menſam. † Primò, qñ quis peccat, & Deus recedit ab eo. Secundò, qñ quis de conſilio ſacerdotis abſtinet ab euchariſtia. Tertiò, qñ eſt excommunicatus minori excommunicatione, vt qa cõicauit excõicato in locutione, vel commiſit ſacrilegium, vel eſt ſimoniacus. Quartò, qñ qs eſt excõicatus excõicatione maiori, & tunc propriè dr̃ excõicatus, & etiam vitandus, ſm Io. de Deo, qui ita notauit in prędicto canone, ad menſam. & Archid. ibidem poſt eum. Circa iſtã materiam eſt videndum de quatuor. Primò, qui ſunt caſus, in qb. quis ipſo facto incidit in ſententiam excõicationis à iure. Secũdò, quis ſit effectus excõicationis. Tertiò, in quibus caſib. participans excõicatis incidit in eandem ſententiam excõicationis, & in qb. permittitur quis participare licitè excõicato. Quartò, de formaferendi ſententiam excõicationis, & impẽdẽdę abſolutionis. † De primo ſciẽdum, ꝙ quinquaginta ſunt caſus, in
8 quibus ipſo facto quis ſnĩam excõicationis incidit, quos bene enumerat Io. An. in c. eos qui, de ſen. excõ. lib. 6 in gl. 4. & eo. ti. in cle. in j. gl. Et ſciendum ꝙ primus eſt, qñ quis incidit in hæreſim damnatã, vt 4. q. 3. c. 2. & 3. aut qui nouam hæreſim fingit, de hære. ad abolendam. eſt ſic excõicatus. Et ſimiliter credẽs hæreticis, vel eos receptans, aut eis fauens. de hęre. ſicut ait. Secũdus, cum qs aſſerit Romanam eccleſiã non eſſet caput oĩum, nec ei tanq̃ capiti obediendum. di. 19. nulli phas. Vnde hodie diffinitũ hr̃ & declaratum per Boniſa. VIII. ꝙ ſubeſſe Romano Põtifici omni humanæ creaturæ eſt de neceſſitate ſalutis, vt patet ĩ ſua
9 extrauaganti, quæ incipit, Vnam ſanctam. † Tertius caſus, qñ rectores ciuitatis faciunt exactiones indebitas in clericos, & admoniti non deſiſtunt, vt de immu. eccle. nõ minus. Quartus caſus eſt, cum quis non electus à duabus partib. Cardinalium, gerit ſe pro Papa, de cle. licet. Quintus, cum quis magiſter ſcholarium tractat cum aliquo ciue Bononiæ de conductione hoſpitij irrequiſitis inquilinis, niſi tempus fuerit elapſum, vt de locato & conducto. ex reſcripto. Sextus cum monachi, canonici regulares, archidiaconi, præpoſiti, plebani, cantores, & alij clerici perſonatus habentes, aut ẽt quicunq; presbyteri audiunt leges vel phyſicam. nec cler. vel mona. & c. c. non magnopere. & c. ſup ſpecula. Secus ſi habent tñ eccleſiam parochialẽ. & non ſint p̃sbyteri, nec cle. vel mona. & c. c. ſtatutũ. lib. 6. Septimus, cum qs participat cum excõicato in crimine, ꝓp quod excõicatur, dãdo ei conſilium, auxilium, vel fauorẽ, de ſen. excom. ſi ꝯcubinę.

10 †Octauus, ſtatuentes ſtatuta ꝫ libertatem eccleſiæ tam cõſules quàm eorum ſcriptores. de ſen. excom. nouerint. & c. grauẽ. Nonus, q ordinationibus à ſciſmaticis factis, de ſciſmaticis. c. j. Decimus, quicunq; loquitur ſecretè, vel mittit ſcripturas, vel nuntium alicui Cardinali, qñ ſunt recluſi occaſione electionis Papæ, vt de electione, vbi periculum. lib. 6. Et idem de Dñis rectoribus, & officialibus ciuitatis, qui imminente ipſa electione nõ ſeruauerint ipſam conſtitutionem. Vndecimus de his qui grauant aliquos, qui cum pro vno rogabantur, eligere noluerunt. de elect. ſciant cuncti. lib. 6. Duodecimus, de rectoribus ad regimen vrbis Romanæ electis, & de fautoribus qui fecerunt ꝫ cõſtitutionẽ ſuper hoc factam, vt de elect. fundamenta. lib. 6. Tredecimus, de his qui vocantur ad dirigẽdas moniales in electionibus, niſi abſtineant ab his, per quæ poſſit in eis diſcordia ori-
11 ri, vel nutriri, de electione, indẽnitatibus. lib. 6. † Decimusquartus, de his qui procurant conſeruatores dari, & intromittunt ſe de his, quæ non licẽt. de offi. dele. c. hac conſtitutione. lib. 6. Decimusquintus, de his q abſolutionem de aliqua excõicatione, vel reuocatione eius, aut ẽt ſuſpẽſionis vel interdicti extorquẽt per vim aut per metum. Nam hęc abſolutio non valet, & incurritur noua excommunicatio, vt de his quæ vi metusve cã fiunt. c. vnico. lib. 6. Decimusſextus, qui fingit fraudulenter aliquem caſum, per quem aliquis iudex vadat ad aliquam mulierem ꝓ teſtimonio, vt de iudi. mulieres. lib. 6. Decimuſeptimus, de his qui prælatos, vel capitula, vel alias perſonas eccleſiaſticas ꝯpellunt ad ſubmittendum laicis, vel alienandum bona immobilia eccleſiarum. Et ſimiliter laici, qui vſurpant ſibi hmõi illicitè, ni admoniti deſtiterint. de reb. eccl. non alie. c. hoc conſultiſſimo.
12 lib. 6. † Decimusoctauus, quicunq; à perſonis eccleſiaſticis, vel eccleſijs per ſe, vel per alium ſuo nomine, vel alieno pro perſonis, vel rebus, quos non cauſa negotiationis deferũt vel deferri faciunt, ſeu tranſmittunt, exigunt aliquod pedagium. de cẽſib. quamquam. lib. 6. Decimusnonus, de his quæ impediunt iudiciũ delegati, vel cuiuſcunq; iudicis eccleſiaſtici. de immu. eccl. qñ, lib. 6. Vigeſimus, de his qui iubent ſubditis ſuis, ne perſonis
13 eccleſiaſticis vendant aliquod bladũ, vel ſimilia de immu. eccl. c. fi. lib. 6. † Vigeſimusprimus, de religioſis qui habitum ſuæ religionis dimittunt, vel qui accedunt ad ſtudiũ ſine licentia ſui p̃lati, vel conuentus, vel qui coram talib. legit ſcienter, qui dimiſerunt habitum. ne cler. vel mona. & c. vt periculoſa. lib. 6. Et ſic recitat Ioan. An. in nouella, ſuper regula, lib. 6. referens Gul. de Lata Petri diſputaſſe de monacho, qui bene defert habitũ monachalem, ſed opertum habitu clericali, ꝙ ſit apoſtata. Quod hodie videtur approbatum, de vita & honeſta. cleri. quoniam in principio. in cle. in verſi. à religioſis. quæ omnia ſint vera, ſecundum Ioan. An. quando monachus iſtam cauſam transfor-
14 mationis non allegat. † Vigeſimusſecundus, qui hæreticos ſeu fautores, credentes, receptatores, vel defenſores eorum ſciẽter tradiderint eccleſiaſticæ ſepulturæ, de hæreti. c. quicunq;. lib. 6. Nec tales debẽt abſolui, niſi prius talem ſepultum proprijs manibus extumulent. Idem de illis laicis, qui publicè vel priuatim de fide catholica diſputant, vt dicitur ibidem. Dicit tamen Ioã. And. ꝙ in iſtis caſibus eſt canon ferẽdæ & non latæ ſnĩæ, & hoc eſt tenendum. Vigeſimustertius, quicunq; rector ſecularis, vel quicunq; officialis eius cognoſceret de crimine hæreſis, aut captiuos liberaret, vel dioœceſanorum inquiſitorũ officiũ impedi
15 ret. de hæret. lib. 6. c. vt inquiſitionis. † Vigeſimusquartus, qui ꝓ aſſiſſinos aliquem Chriſtianum interfecerit. Dicuntur autem aſſiſſini, vel aſſaſſini, quidam infideles, qui ex quibuſdam falſis opinionibus, in quibus fuerunt enutriti, facilè mittebantur ad occidendum quemcunq; Chriſtianum, nõ curantes ꝙ ob hoc ipſi occidendi eſſent. de homi. pro humani. lib. 6. Vigeſimusqntus, de clericis, qui manifeſtis vſurarijs ad fęnus exercẽdum domos locant, vel alijs titulis concedunt. de vſur. vſurarũ. lib. 6. Vigeſimuſextus, de his, qui concedunt repręſalias contra perſonas eccleſiaſticas ſpecialiter ſiue generaliter, vt de iniurijs & dãda. & ſi pignorationes. lib. 6. Dicuntur autem repræſaliæ, quãdo vnus oriundus de vna terra ſpoliatur ab alio de alia terra oriũdo, ita videlicet ꝙ ſi debitum non ſoluitur ei, tunc datur poteſtas ipſi ſpoliato ꝙ ſatisfaciat ſibi ꝫ quemlibet de terra *illa*, vñ
16 eſt debitor vel ſpoliator. † Vigeſimuſeptimus, ſi dñs, *vel rector* temporalis non fecerit ea obſeruari, quæ ſtatuuntur *contra inſecutores* Cardinalium ſeu alicuius de familia *eorũ*, *vel* Papæ. de pęnis. c. felicis. lib. 6. Vigeſimusoctauus, *quicunq;* dat licentiã occidendi, ſeu accipiẽdi, vel aliàs in perſonis, *vel* in bonis ſuis, vel ſuorum grauandi eos, qui contra Reges, Barones, Nobiles, vel quoſcunq; tulerunt excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſentẽtias, ſiue iſtos quorum occaſione ſunt ꝓlatæ, vel eos qui eos obſeruant, aut eos qui taliter excommunicatis cõmunicare volũt, niſi licentiã ipſam reintegraliter reuocẽt, & ſi qua ſunt ablata reſtituãt, ſiue pro illis ſatisfaciant. & ſimiliter q dicta licẽtia vſi fuerint, vel ẽt ſine licentia ſuo motu hoc fecerint, excõicationem incurrunt. In qua ſi permãſerint per duos menſes, non niſi per Papam abſoluuntur. de ſęntẽ. excom. qui-
17 cunq; lib. 6. † Vigeſimusnonus, quãdo quis ab excommunicatione

Source : BIU Cujas

tione fuit abſolutus in mortis articulo, vel alio impedimẽto, ſi ceſſante articulo vel alio impedimento non præſentet ſe quãto citius poterit illi, à quo abſolui debuerat, reincidit ipſo facto in eandem ſententiam. de ſen. excom. eos. lib. 6. Trigeſimus, qñ aliqui abſoluuntur à ſede Apoſtolica vel à Legatis & iniungit eis ꝙ ſe repreſentent ordinarijs, vel alijs ſuſcepturi pẽnitentiã, & pacis iniuriam, ſeu vt eis quibus obligati ſunt, ſatisfaciant, ſi hoc non faciant, cum primo poterint, reincidunt in eandẽ ſententiam, vt d. c. eos, qui. libr. 6. Trigeſimus primus, de illis qui in cimiterijs ſepeliunt corpora tempore interdicti, vel vſurarios manifeſtos ſcienter ſepeliunt, à qua excommunicatione non debent abſolui, niſi prius ad arbitrium diœceſani ſatisfecerint,
18 quibus præmiſſa iniuria fuit irrogata. de ſepul. eos. in cle. † Trigeſimus ſecundus de religioſis, qui decimas eccleſię debitas, ſibi appropriant, vel vſurpant, ſiue qui non permittunt ſolui eccleſijs decimas, quibus tenentur iuxta tenorem clemẽtinæ de decimis, religioſi. Trigeſimus tertius, de monachis ſiue canonicis regularibus, qui non habent adminiſtrationes, & conferunt ſe ad curias Principum ſine licentia prælatorum, vt damnum inferant aliquod prælatis ſuis, aut monaſterio, vt de ſtatu mo. ne in agro. in cle. Trigeſimus quartus de monachis, qui arma intra ſepta monaſterij tenent, &c. vt in d. c. ne in agro. Trigeſimus qntus, de his qui impediunt viſitatores monialium vel canonicorum, niſi moniti deſtiterint, vt de ſtatu mon. accedentes, in clemen. Trigeſimus ſextus de quibuſdam mulieribus, quæ dicũtur beguinæ, ſimiliter & religioſi qui eas in tali ſtatu fouẽt, de reli-
19 gioſis domibus. cũ de quibuſdam. in cle. † Trigeſimus ſeptimus, de illis qui ſcienter contrahunt matrimonium in gradu cõſangui. & affinit. prohibitis, vel cum monialibus, vel contrahentes qui ſunt religioſi, vel moniales, ſiue etiam clerici in ſacris, vt de conſang. & affi. eos. in cle. Trigeſimus octauus de inquiſitorib. hæreticorũ, qui prætextu inquiſitionis officij quibuſuis modis illicitis pecuniam extorquent, etiam bona eccleſiarum ob de-
20 licta clericorum applicant fiſco de hære. volentes. in cle. † Trigeſimus nonus, poteſtas, capitanei, rectores, cõſules, & iudices, conſiliarij, & alij officiales q ſtatuta ſcribunt, faciunt & dictant, per quæ quis compellitur ſoluere vſuras vel ſolutas nõ repetere, & qui ſm ea iudicant, & qui habent ſuper hoc poteſtatẽ, niſi ſtatuta ipſa deleuerint, ſunt excõicati, vt de vſur. ex graui. in cle. Quadrageſimus, de religioſis mendicantibus, qui domos ad habitandũ de nouo recipiunt vel receptas mutant ſeu alienãt. de exceſ. præla. c. vnico, lib. 6. & de pœnis. c. cupientes. in clemẽ. Quadrageſimus primus, de religioſi, qui. ſ. dicunt aliqua verba,
21 quibus retrahunt audientes à ſolutione decimarum, vt in d. ca. cupientes. Quadrageſimus ſecundus, qui confitentibus ſibi non faciunt conſcientiam de decimis ſoluendis, qui ſuſpenſi ſunt à prædicationis officio, donec ſi cõmodè poſſunt faciant eis cõſcientiam. Et ſi interim prædicent, excommunicati ſunt, vt ha-
22 betur ibidem. † Quadrageſimus tertius, de religioſis quibuſcũq; qui non ſeruant interdictum, quod ſeruat mater eccleſia. de ſent. excom. c. j. in cle. Quadrageſimus quartus, de fratribus Minoribus, qui tempore interdicti recipiunt ad officia diuina fratres vel ſorores de tertio ordine, qui ꝯtinentes dñr. de ſen. exc. cum ex eo. Quadrageſimus quintus, opponens ſeu impugnãs literas Papæ nouiter electi, ẽt ante correctionem ſuã excõicatus eſt per extrauagantem 11. Benedicti, quæ incipit, quia nonnulli. Quadrageſimus ſextus, verberans clericum diabolo inſtigante, puta ex ira, aut animo vindicandi, vel vlciſcẽdi ſe in eo, ipſo facto eſt excõicatus. 17. q. 4. ſi quis ſuadẽte diabolo. & de ſen. exc. cum illorum. Et notanter dr, inſtigante diabolo, & ex ira. ſecus ſi iocosè aliquis clericum in ludo honeſto offenderet, non aĩo iracundo, nec ex malo propoſito, qa nõ incidit exc. de ſen. exc. cum voluntate. Dr ẽt animo vlciſcendi ſe in eo, quia ſecus ſi de mandato ſuperioris quis capiat clericum incorrigibilẽ, vt ad iudicium eum ꝓtrahat. Talis. n. nullam ſnĩam incurrit, vt de ſent. excõ. vt famæ. Nã tales pñt ẽt ab eccleſia extrahi ẽt violenter, vt
23 dicit gl. ibidem. † Super hæc dicta ſunt excuſati magiſtri, ꝓlati, conſanguinei, & alij in iure expreſſi, qb. permittitur correctio clericorum, q ẽt ſi aĩo iracundo clericũ verberant, & de correctione actu non cogitant, excuſantur, ſm Hoſt. Non. n. pñt dici ex ira corrigere clericos, cũ dolus non aſſit, & per ꝓñs nec violentia. ſufficit. n. ꝙ correctionem habeant in habitu. Quadrageſimus ſeptimus de iſtis laicis qui collectas, talias, & onera imponunt eccleſiaſticis perſonis, ab ipſis ſuorum prouentuũ, vel bonorum dimidiam decimã ſeu viceſimam extorquentes. de immu. eccle. clerici. lib. 6. Quadrageſimus octauus de prælatis & de illis ꝓſonis, qui hmõi laicis eleemoſinas vel collectas quaſcũq; perſoluunt, vt hr ibidem. Hodie verò ſolum locum hẽt in exigentib. laicis, qui ſoli incidunt in excõicationem, non tñ habet locum in ſoluentibus, vel recipientib. à ſponte ſoluentibus, vt
24 de immu eccl. qñ. in cle. † Quadrageſimus nonus, percutiẽs aliquem qui nouiter eſt religionem ingreſſus, licet nõdũ ſit profeſſus, incidit in excõicationem. de ſen. exc. religioſa. li. 6. Quinquageſimus, de illo qui licet nõ mandauit percutere clericum, aliquis tñ nomine ſuo, puta familiaris eius vel conſanguineus percuſſit clericum, & ille ratum habuit poſtea, excõicationem incurrit ipſo facto. de ſen. excom. cum quis, lib. 6. Alios caſus q̃re ſ. in c. de ſacramento pœnitentiæ. Et quia dictum eſt in 46. caſu, ꝙ non omnis percutiẽs clericum incidit in canone latæ ſententiæ, ideo vidẽdum eſt breuiter ꝙ quatuordecim ſunt caſus, in quibus percutiens clericum non incidit in excõmunicationem. † Primò, quando quis ignorabat an clericus eſſet, puta co-
25 mam nutriebat, de ſen. excom. ſi verò Secũdò, ſi non defert habitum vel tonſurã, nec aliquid de clericatu oſtẽdit, ſi tertiò admonitus non ſe corrigat, de ſent. excom. c. contingit. & c. in audientia. Tertiò in clerico, qui contẽpto habitu fert arma, & tertiò monitus non corrigit, vt in prædicto c. in audientia. Et ẽt ſi non monitus ſit, & ſe immiſceat tyrannidi. de ſen. exc. cũ nõ ab homine. Quartò in clerico exercente negotia ſecularia, vt c. ſacerdotib. ne cle. vel mon. & prius requiritur monitio, vt c. in audientia de vita & hone. cler. c. fi. Quintò in clerico coniugato, ſi non fert habitum clericalem. de cleri. coniuga. lib. 6. Sextò in clericis buffonibus, macellarijs, goliardis, qui per annum exercuerint artem ſuam vel ſi minori tempore admoniti nõ deſtiterint. de vita & honeſt. cleri. lib. 6. c. fi. Septimus in illis qui non ex ira, ſed iocosè ſe percutiunt, vt de ſen. excom. c. j. debet tamẽ
26 attendi qualitas ioci, & ratio fallendi. de præſump. c. j. † Octauus in magiſtro, qui tamen hoc facit leuiter cauſa diſciplinę. de ſen. excom. cum voluntate. c. fi. Nonus eſt in eo, qui vim vi ex incõtinenti repellit temperatè. de ſent. excom. ſi verò. Decimus, qñ quis cum vxore inuenit clericum turpiter agere, vel cum matre, vel ſorore, vel filia, vt in d. c. ſi verò. & c. nec ille. Vndecimus, ſi fiat a prælato, aut mandato ipſius, cauſa correctionis, vt in d. c. cum voluntate, & c. ex tenore. & ſi non fiat cauſa correctionis, tam verberans ꝙ præcipiens incurrunt excõicationẽ. de ſent. excom. vniuerſitatis. Quod ſi cauſa ſubeſt, poteſt clericum capere, & incarcerare ẽt per laicum. de ſent. excõ. ſi laicus. lib. 6. Sed percuſſio non debet fieri per laicum, alioquin ambo incurrũt excõicationem, vt in d. c. vniuerſitatis. niſi clericus eſſet adeo, id eſt intantum incorrigibilis, ꝙ aliter capi & corrigi non poteſt. de ſent. excom. vt facit. Duodecimus in turbãte diuina officia. quem presbyter vel alius ad quem ſpectat, põt eijcere de eccleſia. de ſent. excom. veniens. Similiter cum quis ratione officij ꝙ in eccleſia obtinet percutit clericum, aut etiam cum ſenior cauſa deuotionis hoc facit, aut dominus & pater ſiue propinquus familiariter corrigit. Hæc omnia intellige, cum
27 ſunt in minoribus ordinibus conſtituti, vt in d. c. cum voluntate. † Decimus tertius, ſi clericus ſit depoſitus. ſiue degradatus, vt de iudi. cum non ab homine. & de pœnis. degradatio, in fi. li. 6. Et hoc intellige, ſi talis clericus depoſitus eſt incorrigibilis, & nolit viuere ſub regula clericali, vt no. in c. contingit. primò. de ſen. excom. & nouellator ſuper regula, delictum. lib. 6. Io. And. 17. q. 4. ſi quis deinceps. & 23. q. 5. excommunicatorum. Aliàs autem ſi eſt corrigibilis, non licet eum percutere, licet eſſet excõmunicatus, vt in iuribus prædictis. Et ratio, quia adhuc licet excommunicatus ſit, dummodo ſit corrigibilis, & nondum degradatus, retinet priuilegium canonis, ſi quis ſuadẽte. quod eſt conceſſum in fauorem ordinis, & non perſonarum, vt in d. ca. contingit. † Veruntamen Innocentius V. credit ꝙ verberans hæreticum clericum non incidit in canonem. & hoc ipſe notauit. de ſenten. excom. ſi verò. quod tamen intelligendum eſt de hæretico depoſito per ſententiam. quod etiam ſentiũt Goffre. Vinc. & Bernar. Dicit tamen Archi. 17. q. 4. ſi quis deinceps. quòd laicus iudex poteſt expellere, percutere, capere, & occidere clericum, ſi omnino eſt incorrigibilis, & aliter corrigi non poteſt, recepta tamen licentia ab eccleſia, aliàs non licet. 17. q. j. ſi quis. 23. q. 5. vbi de Liguribus. c. circuncelliones. Decimus quartus, quando clericus transfert ſe ad actum prorſus ordini contrarium, vt puta erat in minoribus, & factus eſt miles, vel bigamus. 84. diſt. quiſquis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus excommunicatione maiori, nec eligere poteſt, nec eligi.*
Participare nemo debet excommunicato loquendo, orando, &c.
Reſcriptum per excommunicatum impetratum, eſt ipſo iure nullum.
2 *Excommunicatus aliquod ſacramentum conferens, vel diuinis ſe ingerens, irregularis efficitur.*
Excommunicatus eſt ab officio & beneficio ſuſpenſus.
3 *Excommunicatus pro contumacia, habetur pro conuicto & confeſſo.*
4 *Excommunicatio non infertur niſi ob mortale peccatum pro contumacia.*
5 *Sententia iniuſta, & ſi timenda ſit, eccleſia tamen neminem intendit iniuſtè ligare.*
Excommunicatio contempta, eſt æternæ mortis damnatio.

¶De effectu excommunicationis.

1 DE ſecundo, ſcilicet de effectu excommunicationis, ſciendum eſt † ꝙ excommunicatus maiori excõicatione, non põt eligere, neq; eligi, neq; beneficiũ eccleſiaſticum acquirere, nec de bñficijs ſuis aliqd percipere, vt dè appel. paſtoralis, in fi. Et hoc quãdo eſt in mora

Source : BIU Cujas

Io. Anto. de Bono. De excommunicatione.

petendæ absolutionis. de concessio. præben. quia diuersitatem. Item nemo debet sibi participare loquendo, orando, salutãdo, bibendo, comedendo. 11.q. .sicut Apostoli. Item non potest constitui procurator, neq; procuratorem constituere ad agendum, nec ferre aliquam sentẽtiam. Item si impetrat aliud rescriptum præterquam super articulo excommunicationis, nõ valet, de rescrip. ipso iure. lib. 6. † Item si confert aliquod sacramẽtum cum solennitate, aut se ingerat diuinis, irregularis est, vt de cler. excom. ministrante. c. Apostolicæ. nec potest cum eo dispẽsari, nisi per Papam. de sen & re iudi. cum æterni. libr. 6. Item excommunicatus est suspẽsus tam ex officio quàm ex beneficio, vt in gl vlt. c. cum bonæ. de æta. & quali. 11.q. 3. rursus. vbi dicit Archid. ꝙ etiam solus lapsus anni absq; sententia canonis à beneficijs sufficit, & vlterius non audiatur super beneficijs. & ita videtur loqui istud c. rursus. secundum Inno. qui hoc notat in d. c. cum bonæ. Omnibus enim beneficijs tam habitis ante excommunicationem, quàm postea acquisitis debet spoliari per sententiam, si per annum in excommunicatione vel interdicto permanserit, & post talem sententiam latam post annum sup amissione beneficiorum agere velit, non audiatur vlterius sup eis, vt dicit c. rursus. Quæ autẽ dicuntur in excommunicatione, eadem intellige in suspensione, argu. prædicti c cum bonæ. vbi sic notauit Inn. † Et etiam intellige de illo, qui excommunicatur pro contumacia, & qui citatus super crimine non comparuit. Talis enim habetur pro conuicto, vel pro confesso. Et priuatur beneficijs post annum, & vt hæreticus condemnatur, vt de hæret. cum contumacia. lib 6. Item effectus excommunicationis est, ꝙ licet sit iniusta ex ordine vel causa, tamen ligat. 11. q. 3. c. i. de officio legati cum contingat. de sent. excom. cum pertuas. & c. secretè. vbi de hoc. Sed diceres, nonne iudicium ecclesiæ dẽt se conformare iudicio Dei. 1.q 3. tunc vera. 2.q. j Deus omnipotẽs. de sen. excom à nobis. sed Deus nullum ligat iniustè. de pœnit. dist. in. 4. si ex bonæ. ergo ecclesia nullum debet ligare iniustè. Item deficiente causa, propter quam aliquid debet fieri iustè, deficit & effectus. 61. dist. in. his omnibus. de biga debitum. de appel. cum cessante. Sed causa excommunicationis debet esse peccatum mortale 11.q 3. nemo episcoporum hoc aũt cessat in excommunicatione iniusta, ergo nõ debet ligare. Dicẽdum est ad hoc ꝙ licet nullus debet excommunicari iniustè, tamẽ si excommunicetur, tenet excommunicatio apud ecclesiam militantem, licet non apud Deum. Et hoc fit vt ecclesiastica censura eo plus timeatur, & vt homo crescat per obediẽtiæ meritum, iniustæ sententiæ parens. Vnde dicit glo. 11.q. .nihil. † ꝙ licet iniusta sententia timenda quantum ad militãtis ecclesię iustitiam: (nec mirum ꝙ apud Deum non tenet qui nõ fallitur: sed apud ecclesiam tenet, quæ fallitur, & quæ fallit. de sentẽ. excom. à nobis.) non est tamen intentio ecclesiæ aliquem iniustè excommunicare, immo punit acriter iniustè excommunicantes, vt patet 11.q.3. illud. & de senten. excom. c. cũm medicinalis. lib. 6. Quando ergo dicitur ꝙ excommunicatio est eternæ mortis damnatio, intellige si contemnitur, aliàs non. Et ita solus contemptus inducit damnationem. 24.q. 3. notandum. & habetur in glo. nemo Episcoporum. 10.q.3.

SVMMARIVM.

1 *Participatio cum excommunicato, quæ licita sit & quæ illicita.*
2 *Participans excommunicato in loquendo, orando, vel bibendo, non peccat mortaliter.*
Participans pertinaciter excommunicatis, mortaliter peccat.
3 *Participantes excommunicato, quando mortaliter peccet, & sententiã incurrat excommunicationis.*
Participans excõicato, ante admonitionem factam excõicari non potest.
4 *Participans excõicato non peccat mortaliter, nisi prohibitio facta fuerit.*
5 *Excõicato scienter communicans, tribus tantum casibus mortaliter peccat.*
6 *Communicare non dicitur excommunicato, qui pro suis negotijs est in eadem domo.*
7 *Cameram cõem habens cum excommunicato potest in eadẽ manere cum eo.*
8 *Excommunicato ecclesiam intrante, omnes fideles ecclesiam exire debent, nõ tamen sacerdos post missam inceptam.*
9 *Excommunicato nunquàm licet ecclesiam ingredi.*
10 *Communio seu societas illius, qui manum sacrilegam in clericum iecit, vitari debet.*
11 *Excommunicatus etiam non denunciatus, vitari debet.*
Fama publica vitari facit non excommunicatum, ac si esset excõicatus.
12 *Excommunicato manifesto ecclesiam ingrediente, tenentur omnes exire, aut quòd ipse exeat procurare.*
13 *Excommunicato in crimine participans, eandem excommunicationis sententiam incurrit.*
Participans excommunicato non in crimine, sed in contemptum clauium, incurrit mortale peccatum.
Participans excommunicato in diuinis, mortaliter peccat.
14 *Participans excõicato in superioris contemptum, mortale incurrit peccatũ.*
Excommunicato non in contemptum communicans, loquendo, bibendo, comedendo, vel similia faciendo, venialiter tantum peccat.
Participans excommunicato, in quibus casibus à proprio sacerdote absolui possit.
15 *Participantes excommunicato, quæ excusantur personæ.*
Vxor viro participans excõicato, excusatur nec excommunicatione ligatur.
Serui & ancillæ excusantur, si cum domino excommunicato morentur.
16 *Communicans in necessitate excommunicato, non est excommunicatus.*
Absolutio ab excommunicatione maiori, qualiter debeat fieri.
17 *Forma absolutionis ab excommunicatione maiori, qualis.*

¶De participatione cum excommunicatis.

COnsequenter de tertio. s. de participatione cum excommunicatis est sciendum, † ꝙ quædam participatio est illicita, scilicet cum quis participat excõicato in crimine, propter quod excõmunicatus est, scilicet dando ei cõsilium, auxilium, vel fauorem, & talis incurrit eandem sententiam. de sen. excom. si concubinæ. & c. nuper. Secundò, quando participat in crimine mortali, sed non illo, propter quod excommunicatus est, & talis mortaliter peccat, sed non incurrit eandem sententiam excommunicationis. Tertiò, quando participat ei in diuinis, s. recipiendo eum ad diuina officia, vel ad sacramenta, vel ad sepulturam. Et licet talis non sit irregularis prima vice, tamen propinquus est irregularitati. Et si celebrauerit in tali peccato, erit irregularis. de sent. excom. is qui. lib. 6. † Quartò, quando quis participat non in crimine, sed in loquendo, orando, vel bibendo secum. Et de tali participante dicit Thomas probabiliter posse dici ꝙ non peccat mortaliter, nisi ex contemptu vel contra prohibitionem superioritatis. Vnde regulare est ꝙ participans pertinaciter excommunicatis peccat mortaliter, & potest excommunicari maiori excommunicatione. Non sic aũt est de participante quadam leuitate in verbo, vel in cibo, aut potu, &c. cum valde graue esset ꝙ quis pro vno leui verbo incideret excommunicationẽ, vel mortale peccatum. Pro hoc potest solui illud dubium, qđ cõiter inter dentes multorum voluitur, vtrum. s. participãs excommunicato, vt iam dictum est, peccet mortaliter, & an sentẽtiã incurrat? Host. † vr̃ tenere ꝙ tunc peccat mortaliter, qñ hoc facit pertinaciter in contemptum & contra prohibitionẽ superioris specialiter vel generaliter factam. nam in hoc casu est excommunicandus participans alij, ſm ipsum, vt de cleri. excom. mini. si celebret. in fi. & de sen. excom. statuimus in fi. & eo. titu. constitutionem. lib. 6. Ex quibus infertur hoc salubre documẽtum & salutare consilium, ꝙ ex quo ante admonitionem factã participans excõicari non potest, vt dicit Archi. vbi s. refert ꝙ venialiter peccat. Ex quo autem post admonitionem factã & spretam excõicari potest, planum est ꝙ tunc peccat mortaliter: nam excõicationis sentẽtia non est ferenda, nisi ꝑ mortali peccato. Si ergo ſm Archi. pertinacia est causa, pro qua sola fertur hæc sententia. Sic intelligit Hosti. c. sacris, qđ vi metusve cau. fi. † Et ex his patet ꝙ si quis excommunicatus est pro cõtumacia, vel alio crimine, vel satisfaciat, & in processũ nõ est prohibitio generalis vel specialis participantibus facta, participans cũ tali locutione, comestione, &c. non peccat mortaliter, sed venialiter. Ratio, quia non facit contra prohibitionem superioris, cũ adhuc non sit prohibitum. Ideo dicendum est, ſm Arch. vbi s. si quis communicat excommunicato ꝯ prohibitionem canonum, peccat venialiter, nisi fortè nimis frequenter vel in ꝓtemptum canonum, quia tunc esset mortale. Sic potest intelligi. 11. q. 3. excellentissimus. & 25. dist. c alias. Sed contra prohibitionẽ hominis mortaliter peccat. vnde ꝓsueuit dici ꝙ mitius agit cũ lege q̃ cum ministro legis. ff. de arb. l. Celsus. ita no. Host. in c. qđ in dubijs. de sen. excom. & hoc teneas. Nec aduertas illum monachum Raymundum cum lata cappa & stricta conscientia, q in summa sua dicit, ꝙ si aliquis communicat excõicato in casu non concesso scienter, si nouit ius, vel si est clericus, semp peccat mortaliter, quem secutus est Inn. IIII. vt ipse notauit de dolo & contu. veritatis, in gl. vlt. iuxta fi. & in c. sacris. quod metus causa, applicando textualia, prout potuit pro sua opi. facientia. Contra quos est hodie tota schola Iuristarum, & Theologorũ, qui sequentes beatũ Tho. in 4. sent. dicunt pro conclusione, † ꝙ quamuis quis scienter excõicato communicet, non peccat mortaliter, nisi in tribus casibus, s. quando communicat in crimine, vel in contemptum superioris, aut in cõremptum clauium, vel si cõicat in diuinis, quod teneas, ſm Arch. vbicunq; ergo inuenias in iure ꝙ communicare excõicato est peccatum mortale, intellige cum hoc ex studio fit, & in contemptum. ita intelligit c. excellentissimus. 11.q.3. vt Hugo ibidẽ no. similiter in diuinis cõicare est mortale, vt dicit Hugo 11.q. .rogo. Similiter in crimine est mortale, vt de sen. excom nuper † Præterea sciendum ꝙ nõ dicor communicare excõicato, licet ego & ipse simus in eadem domo, ego pro meis negotijs, excõicatus autem ꝑ suis. Sed si ego & excõicatus iremus ad Papam, vel ad alium dñm, vt pro eodem rogaremus, † bene inciderem excõicationẽ, &c. Item si ego & excõicatus habemus vnã cameram communẽ, bene licet mihi cum excõicato esse in eadem camera, & iacere, & come-

Source : BIU Cujas

& comedere,ſed non in eadem menſa,vel in eodem lecto, qa hoc non poteſt eſſe ſine voluntaria communione, ſecundum Archi.qui ita nota. 10.q.3.Apoſtoli.Sed quod dicit S.Io. Euangeliſta,Exiui balneum propter Chorinthum excommunicatū 24.q.3.omnis qui.dicendum,ꝙ illud fuit ex ſuperabundantia iuſtitiæ,& cum hoc,quia aliud eſt dimittere delitias propter præſentiam excommunicati,quod eſt bonū,ſicut fecit beatus Ioā. aliud ius ſuum dimittere,quod non eſt bonum, ſecūdum Inn.
8 qui ita notauit,de ſent.excommu.nuper. † Præterea ſciendum, quòd ſi excommunicatus intrat eccleſiam,omnes exibunt eccleſiam,ſecundum gl.11.q.3.ſicut Apoſtoli.Sacerdos tamen ſi incępit Miſſam,non exibit,quia non relinquet officium inexpletum.12.q.3.nihil.Hugo autem notauit in c. cum excommunicato.ibidem.11.q.3.ꝙ ſacerdos remanebit cum duobus. Hoſt. verò in Sum.de ſent.excommu.c.fi. dicit quod ſi excommunicatus eijci non poteſt de eccleſia, & presbyter nondum incępit canonem,veſtes exuat,& recedat.Si verò incępit,perficiat Miſſam,& ab ipſo excommunicato oculos auertat, & tutius eſt ut ſtatim ſumpta communione ſacramenti vadat ad ſacriſtiam, & ibi Miſſam compleat.de conſec.diſtin.2.relatum.concordat
14 Hoſt.& Goffr.dicit tamen Inn.de ſent.excommu nuper. ꝙ ſi in eccleſia eſſet excommunicatus,non tamen cauſa orandi, ſed ꝓ alio negocio,non videt ipſe Inn. quare in eadem eccleſia orare non poſſem, cum non participem ſibi in oratione, ex quo orat,licet alii contradicant. Dicit etiam ſi excommunicatus eſſet extra eccleſiam,& audiat Miſſam,ſtatim ſacerdos debet ceſſare,& alii orantes recedere,niſi forte incępiſſet canonem Miſ-
9 ſæ,ut dictum eſt,& hoc ne relinquat officium inexpletū.† Sciat etiam excommunicatus,ꝙ non licet ibi ingredi eccleſiam aliqua hora.Et ad hoc facit.25.diſt.c.j.poſt principium.24.q.3.clericus.& j.q.j.non licet.niſi cauſa audiendi verbum Dei. de ſent. excomm.reſpon.de conſecra.diſt.j.epiſcopus.35.q.4.de his, ſecundum Hoſt.qui ita notauit,de cleri.excomm.illud.vnde dicit Aegidius Cardinalis ꝙ ſi excommunicatus ſicut priuata ꝑſona vult dicere horas canonicas,debet hoc facere extra eccleſiam,& non intra,ex cauſa ſupradicta, quia ſeparatus eſt ab ingreſſu eccleſiæ.Sed circa præmiſſa eſt ſciendum, quia multi ex leuitate,& ex cauſis,vel ſignis leuibus vitant alios tanquam ex communicatos,ideo expedit ſcire,quando qs eſt vitandus.Pro quo ſciendum,ſecundum Hoſti.de ſent.excommun. cum non
10 ab homine,† ꝙ a communione illius, qui pro ſacrilega manuū iniectione in clericum,in edictum, ſeu in canonem excommunicationis incidit,licet denunciatus non ſit,debet abſtinere,dū modo in iudicio ſit,vel hoc ſcias, ſ. quia vidiſti quando clericū percuſſit,& publica ſuper hoc laborat infamia,donec ſe purgauerit.pro quo alleg.c.cum deſideras.de ſen. excommu. Et hoc vult etiam gl.j.prædicti c.cum non ab homine. quæ dicit quòd quamcitò ſcio vnum excommunicatum, debeo ipſum ſtatim vitare,quamuis non ſit denunciatus,niſi ſolus hoc ſciā .Et hoc eſt contra Io.Fauentinum,ſecundum Hoſt.& gl.ſupradicti c.ꝙ dicunt,ꝙ excommunicatus non eſt uitandus quouſq; denūciatus ſit,quod omnino falſum eſt Denunciatio autem non fit niſi propter ignorantes,arg.de iudic.ita quorundam.Et eum, qui certus eſt,certiorare non oportet,ut de reg.iur. eum qui.lib.6. Deus enim ligat in hac ſententia, & non homo.11. q.2.nemo. Vnde & ſecum trahit executionem, nec amplius ligatur ꝑ denuntiationem.de app.paſtoralis.† Debet ergo vnuſquiſq; uitare excommunicatum,& ſi denunciatus nō ſit,dummodò ſciat
11 hoc taliter,ꝙ ipſum cōuincere poſſit,vel etiam ſi famoſum ſit, vt dictum eſt,ſecus ubi occultum eſt. Et hoc eſt uerum de excommunicato in ſpecie.i.nominatim,non in genere, & ēt ubi tibi conſtat tanquam Deo, puta in confeſſione, quia tunc nec in publico,nec in priuato ipſum vitare debes. Item ſi audis hoc ab aliis,non ſis facilis ad credendum,niſi prælatus hoc tibi nūciet,quia tunc omnino credendum eſt.11.q.3.curæ. Scire tamē debes,ꝙ aliquis propter famam publicam vitatur tanquam excommunicatus,licet excommunicatus non ſit, ſecundum Hoſtien.in c.cum deſideras.de ſent.excommu.ut etiam dicit gl. ꝙ ſi fama eſt aliquem eſſe excommunicatum, uitandus eſt. Et ita fama facit prohibitionem.Et iſta omnia intellige quo ad publicam vitationem. Nam ſi quis ſolus nouit aliquem excommunicatum,& hoc probare non poteſt de facili,ipſe ſolus vitabit, alioquin ſi nec per aliquem probare poterit, nec ipſe eum uitabit publicè,ſed tātum occultè,ut ibi poterit facere ſine ſcanda-
12 lo.† Vnde tene pro regula,ſecundum Ray. ꝙ ſi manifeſtum eſt, eſſe aliquem excommunicatum,alii tenentur exire de eccleſia, uel procurare quod exeat.Si verò non eſt manifeſtum,tunc illi qui ſciunt,cautè,& ſecretè, ita tamen ꝙ non ſequatur manifeſtatio illius.ſi commodè poſſunt : aliàs ſi timetur manifeſtatio eius,non exibunt.11.q.2.ſi tantum epiſcopus.Occultè namque excommunicatus debet occultè moneri,ut exeat. Concordat Goffre.Hodie per ſtatutum Conſtantien.bene prouiſum eſt,ꝙ nullus aliquem vitare debet.vel pro excommunicato habere, niſi denunciatus ſit & declaratus. Et hoc intellige quantum ad publicam vitationem.Aliàs ſi tibi cōſtat aliquem incidiſſe ca-

nonem latæ ſententiæ, debes eum uitare, non expectando aliq̄ denunciationem,per iura ſuperius dicta.Ego tamē modo quo dictum eſt ſ.(idem dicendum eſt ſi fama publica eſt, vel audio a fidedignis aliquem excommunicatum) ſecundum Rayn.teneor eum uitare. Et ut melius iſta recolligas, ponuntur quinq; regulæ de hoc.† Quarum prima talis eſt.Excommunicato parti 13
cipans in crimine incurrit eandem ſententiam excommunicationis,ut de ſent.excom.c.ſi concubinæ,& c.nuper. Quod intelige ſic,ſi dat conſilium,auxilium,vel fauorem, ſine quibus ille non feciſſet. Secunda regula, participans excommunicato nō in crimine, in contemptum tamen clauium, incurrit mortale peccatum. Tertia regula, participans excommunicato in diuinis,ſ.admittendo eum ad diuina, vel eccleſiaſtica ſacramenta, uel ad ſepulturam,peccat mortaliter. Et licèt prima vice nō ſit irregularis,de ſent.excomm.his qui,li.6.tamen ingreſſus eccleſiæ eſt ei interdictus.Vnde ingerens ſe ſecundò ad diuina,fit irregularis.de ſent.excommu.is,qui.lib.6.Et ſi ſic decedit, nō debet in cimiterio ſepeliri,ut dicitur ibidem, immo in ultimo caſu ſepeliens excommunicatum in caſu non conceſſo, excom-
14 municatus eſt,vt de ſepul.eos qui.in cle. † Quarta regula,participans excommunicato in contemptum ſuperiorum, peccat mortaliter.11.q.3.nemo.Quinta regula,participans excommunicato bibendo,comedendo,loquendo,ſemel tantum, uel ex caſu neceſſario,non tamen in contemptum,peccat venialiter, ſed patet,quia veniale fit mortale dum placet,& frequentia delicti facit contemptum,ut dicit Aug.de fide Chriſtiana. Tunc enim dicitur quis ex contemptu facere, quando voluntas eius ordinatur ad obuiandum legi.Sciendum tamen circa præmiſſa,quod in omnibus caſibus,præterquam in primo, talis participans poteſt abſolui a proprio ſacerdote. Sed in primo caſu, quando communicat in crimine, non poteſt abſolui ab alio, niſi ab illo qui excommunicauit principalem.Tamen ſi ille cō municans commodè non poteſt accedere illum excommunicatorem,poteſt abſolui a proprio ſacerdote,ut dicitur in c.nuper.de ſent.excomm. In articulo tamen mortis poteſt ab omni excommunicatione maiori per ſimplicem ſacerdotem abſolui,ſeruata tamen forma,de qua habes ſupra circa ſacramentum pœnitentiæ.† Præterea ſciendum,ꝙ quinq; perſonæ excu 15
ſantur a peccato participationis cum excommunicato.Primò, ſi quis cauſa vtilitatis participat, ut ſi loquit̄ de his quæ ſunt de ſalute excommunicati,uel ad ſalutem propriam, ſi alium non habet,ut loquatur pro debitis,ad quæ tenetur ſibi excommunicatus.Secundò excuſatur vxor participās viro excommunicato,vel econuerſo:tamen quantum ad redditionem debiti non excuſatur,quia non tenetur viro excommunicato reddere debitum,ille tamen excommunicatus tenetur uxori petenti reddere.11.q.3.quoniam multos,in gl ſuper uerbo,vxores & c fin. Tertiò excuſantur ſerui,ancillæ,filii,ruſtici ſeruientes,& oēs familiares,qui non dederunt cauſam domino, propter quem excommunicatur.Et intellige de ſeruis,qui ante excommunicationem dñi ſernire cęperunt,& de filiis non emancipatis, ideſt non diuiſis a patre,qui ſunt adhuc in paterna poteſtate. Ruſticos intellige colonos agrorum ſuorum dominorum, & alios, qui tamen in his laboribus, ad quos de iure tenentur, poſſunt participare domino.Patres tamen non excuſantur participantes cum filiis excommunicatis, nec dñi cum ſeruis, ſecundum Ray.qui tenentur ſuos minores corrigere. Tamen dicit Hoſt. ꝙ domini ſeruis mercenarijs, quos ſine magno incommodō vitare non poſſunt,poſſunt communicare,ſimiliter ſocii habē
16 tes aliquid in communi.† Quartò excuſantur illi,qui ignorāter communicant excommunicatis. Quintò excuſantur illi, qui in neceſſitate eis communicant,vt ſi quis communicans iret ꝑ terram excommunicatorum,& nō haberet alibi emere victualia, poteſt in tali neceſſitate ab excommunicatis emere,& cum illis etiam comedere.Vltimò ſciēdum,ꝙ ſępe epiſcopi,uel eorum officiales committunt plebanis abſoluere aliquos excommunicatos,ideo de mō & forma abſoluendi talium eſt videndum.Vbi eſt notandum,ꝙ in abſolutione a maiori excommunicatione,quatuor ſunt ſeruanda.Primum, vt excommunicatus prius iuret ſtare mandatis eccleſiæ,licèt hoc non ſit de ſubſtantia abſolutionis. Secundum, ſi quis pro manifeſta offenſa excommunicatur,non abſoluatur,niſi prius ſatisfaciat : ſi autē eſt occulta,ſufficit iuratoria cautio.Tertium eſt, ut abſoluatur per eum,qui tulit ſententiam, cum pſalmis & orationibus circa hoc conſuetis,primò prȩmittendo,Deus miſereatur noſtri, vſq; ad finem.uel ſecundum aliquos,Miſerere mei Deus.deinde Kyrie eleiſon.Pater noſter.Saluum fac ſeruum tuum Domine ſperantem in te.Mitte ei auxilium de ſancto, & de Syon tuere eum.Eſto ei turris fortitudinis a facie inimici.Domine exaudi orationem meam. Oremus. Præſta quæſumus omnipotens Deus huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum, ut eccleſiæ tuæ (à cuius veritate deuiauerat peccando) admiſſorū reddatur innoxius ueniam conſequendo, per Chriſtum dominū
17 noſtrum.† Tunc ſequitur forma abſolutionis,De omnipotentis Dei gratia & miſericordia confiſus,auctoritate Domini noſtri

Source : BIU Cujas

ſtri Ieſu Chriſti,& beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, nec-
non auctoritate ordinaria mihi in hac parte conceſſa a ſenten
tia excommunicationis quam incidiſti propter iniectionē ma
nuum in clericum ordinatum, ego te abſoluo, & reſtituo te in
ſinum matris eccleſiæ,& participationem ſacramentorum ,& communionem fideliū, In nomine patris & filij,& ſpirituſſan-
cti, Amen. Et idem modus ſeruandus eſt circa mortuum excō-
municatum abſoluendum, niſi addēdo verſiculos & pſalmos,
qui fiunt circa commendationem mortuorum, addendo col-
lectam, Inclina Domine aurem tuam. cum illa, Da quæſumus
Domine animæ famuli tui refrigerij ſedem , quietis beatitudi-
nem, veri luminis claritatem , p̄ Chriſtum Dominum noſtrū.
Quartū eſt, vt præcipiat illi ſic abſoluto, ſi erat abſolutus a ſen-
tentia canonis, ut nunquam contra illum canonem excedat, ſ.
vt non percutiat clericum aliquem, vel conſimile.

SVMMARIVM.

1 *Suſpenſio eſt prohibitio facta alicui de non exercendo aliquo actu legitimo, aliàs ſibi competenti.*
Suſpenſionis multæ reperiuntur ſpecies.
2 *Suſpenſio ab ingreſſu eccleſiæ fit quandoque ſimpliciter , & aliquando ad tempus .*
Suſpenſio quandoque ſimpliciter fit ad tempus, & aliquando ſimpliciter .
3 *Suſpenſio nonnunquam a beneficio fit temporaliter , & quandoque ſimpliciter .*
4 *Suſpenſio fit aliquando ſimpliciter ob officio & beneficio.*
Suſpenſio ab adminiſtratione fit quandoque ſimpliciter, & quandoque temporaliter .
Suſpenſio a clericali priuilegio fit quandoque in perſona , & quandoque in rebus .
5 *Suſpenſio a beneficiorum collatione fit aliquando ſimpliciter , aliquādo cum temporis præfixione.*
Prælatus regularis ſuſpenditur quandoque a profeſſionis receptione .
Officium legati minoris ſuſpenditur præſente legato maiore.
6 *Suſpenſus ab officio & iuriſdictione, nec excommunicare poteſt, nec beneficia conferre.*
Suſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ tantum, excommunicare poteſt & abſoluere.
Suſpenſus a beneficio eligere poteſt.
Suſpenſus ab officio quo ad ſe, & quo ad alios, nec eligere, nec eligi poteſt .
7 *Suſpenſus quo ad ſe tantum, eligere poteſt, ſed non eligi.*
Suſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ, ſi in ea celebret, efficitur irregularis .
Sacerdos ab officijs ſacerdotalibus ſuſpenſus non efficitur irregularis , ſi in inferioribus ordinibus miniſtret.
8 *Suſpenſus fructus beneficij ſui perdit, non tamen iura ſpiritualia, ſeu beneficij poſſeſſionem.*
Suſpenſus a canone propter participationem cum excōmunicato, quæ exercere poſſit .

¶De ſuſpenſionis ſententia.

1 CIRCA ſuſpenſionis ſententiam eſt ſciendū , † q̄ ſuſpenſio eſt prohibitio, qua quis aſtringitur ab ſtinere ab aliquo certo actu legitimo. & eſt mul tiplex. Nā tot ſunt ſingulares ſuſpenſiones, quot ſunt actus legitimi , vnde poteſt quis ſuſpendi a beneficio, & officio, & iuriſdictione, ab ingreſ ſu eccleſiæ &c. Pro quo ſciendum, q̄ Ioan. And. in cle. cupientes. de pœnis. in glo. magna , enumerat 25. ſuſpenſionis ſpecies. Eſt autem ſuſpenſio a communione fratrum ſimplex. 18. diſt. ſi quis autem. Alia determinata per duos menſes. ea. diſt. c. fin. Eſt autem ſuſpēſio a cōmunione Euchariſtiæ , donec pœniteat. de electio. Oſius. de his, quæ fi. a maiori par. cap. c. j. in fi. Item ad ob lationes altaris. 17. q. 4. miror. Item a perceptione ſacramentorum. 11. q. 3. ſicut Apoſtoli. & c. ſeq. de cler. excomm. mi. c. fi. Itē a conſecratione epiſcoporum ſimpliciter . de tranſlatione. c. 2. & determinatè ad annum. de elect. prouida. lib. 6. Item a collatione ordinum omnium & ſimpliciter. de temporibus ordina. c. vel non eſt. & c. dilectus. & cum determinatione anni . eo. tit. eos qui. lib. 6. & ad triennium. de ſimonia. ca. pen. Quandoque certorum ordinum tantum. de temp. ord. c. literas. quandoque clericalis tonſuræ tantum. eod. tit. nullus. lib. 6. quandoque certi ordinis tantum ſimpliciter. eo. tit. literas. vel ad tempus. eod. tit. c. vel non eſt. de ſimonia. c. pen. quandoque a pontificalibus tantum. de tranſla. c. 2. quandoque ab officio ſacerdotali. de off. dele. ſanè 2. & eod. tit. c. 2. lib. 6. quandoque non a toto ſacerdotali officio, ſed ſolum a celebrat. Miſſa. quandoque tantum per duos menſes, de clerico percuſſo. præterea. quandoque per annum. 55. diſt. nullus. de conſecr. diſt. 2. relatum . quandoque per
2 2. annos . de clerico percuſſo. præſentium. † Item eſt ſuſpenſio ab ingreſſu eccleſiæ, quandoque ſimpliciter. 16. q. 4. nullus. & c. ſi quis deinceps. de pœnit. & remiſ. omnes. de offic. deleg. c. 2. lib. 6. quandoque determinatè ad menſem. de ſentent. excommu. ſacro. quandoque quouſque ſatisfecerit, de cenſi. exigit. libro 6. quandoque ſuſpenditur quis ab ingreſſu eccleſiæ, & diuinis per menſem, de ſent. excommu. c. j. lib. 6. & quid importet ſuſpēſio ab ingreſſu eccleſiæ, habetur de ſent. excomm. is cui. lib. 6. Item eſt ſuſpenſio ab officio quandoque ſimpliciter. de vſur. quia in omnibus. in fi. cle. de rebus eccle. non alie. ca. j. quandoque per annum, de offi. deleg. c. vlti. §. vt autem. lib. 6. de re iud. cum ęter ni. eod. lib. quandoque per triennium. de clan. deſpō. c. fi. in cle. ad fi. Item eſt ſuſpenſio a voce capituli, donec quis ordinetur. §.
3 ead. conſtit. de ęta. & quali. ord. vt hi qui. 2. reſpon. † Item a bene ficio ſimpliciter. de electi. nihil eſt . Et determinatè, puta ad ſex menſes & annum. in cle. de vita & honeſ. cle. c. 2. ad triennium. de rebus eccle. non alic. c. 2. lib. 6. Ad tempus incertum , ſcilicet quandiu tacuerit. de ele. generali. lib. 6. determinatè etiam quo ad partem diſtributionum, vt in prædicta decreta. vt hi, qui 2. re ſpō. Suſpenditur etiam quis a beneficio obtinendo per ſex mēſes & per annum, ut in prædicta decreta. 2. de vita & hon. cleri. quandoque per annum & biennium. de ſtatu mona. ne in agro. §. ſi quis. Suſpenditur etiam quis a beneficio obtinendo per ſe-
4 ptem menſes & per annum, vt in prædicta decre. 2. † Item eſt ſu ſpenſio ab officio, & beneficio ſimpliciter. de reſta. tam litteris. in fi. de ſecun. nup. c. j. de priuile. tuarum. quandoque determina tè ad tempus ſatisfactionis, vel reſtitutionis. de ele. quia ſententiæ. de cenſi. exigit. lib. 6. Et quandoque hęc ſuſpenſio dicitur ab ordine & dignitate. de ſciſma. c. j. in fi. Et quandoque ſumitur al ternatiuè, utputa aut ob officio ſuſpendatur, aut a beneficio. de vita & honeſt. cler. a crapula. Item ſuſpenditur quis ab adminiſtratione ſimpliciter, vt de ſol. c. 2. & cum determinatione triēnii. de rebus eccle. non alie. c. 2. Interdum ſuſpenditur ab officio adminiſtrationis, & a beneficio vſq; ad ſatisfactionem. in cler. de deci. c. j. Item ſuſpenditur quis a priuilegio clericali quando que in perſona, quandoque in rebus. de vita & hon. cler. ca. vlt.
5 & in cle. eod. tit. c. j. † Item ſuſpenditur quis a collatione beneficiorum ſimpliciter. de præben. c. graue. ne ſede vac. c. vnico. lib. 6. Etiam cum determinatione anni , vel biennij . in cle. de ſtatu mona. ne in agro. §. ſi quis. Item ſuſpenditur quis a confirmatio ne epiſcoporum ſimpliciter, de tranſla. c. 2 . quandoque per annum, de elec. prouida. lib. 6. & quandoque a confirmatione inferiorum. de elec. nihil eſt . Item ſuſpenditur prælatus regularis a perceptione profeſſionis. de regu. iur. non ſolum. in fin. lib. 6. Item ſuſpēditur officium Legati minoris præſente Legato ma iore de latere. de offi. leg. volentes. Item ſuſpenditur ſtatus Ca noniſtarum Alemaniæ. de elec. indemnitatibus. §. penul. lib. 6 & in cle. de ſtatu regu. attendentes. §. illos quoque. Item ſuſpen ditur quis ab officio aduocationis & notariæ. de hęre. ſi aduerſus. Item a collectione magiſtri. in clem. de magiſtratu. cum ſit. Item ab officio prædicandi, ut in cle. cupientes de pœnis. Vt aūt facilius iſta materia capiatur , notandæ ſunt regulæ ſubſcriptæ.
6 † Prima regula, Suſpenſus ab officio & iuriſdictione, ſiue ab ho mine, ſiue a canone, nec excommunicat, nec beneficia cōfert. de conceſſ. præb. quia diuerſitatem. Ex quo enim talis caret iu riſdictione, excommunicare non poteſt. de exceſſ. præla. tanta. Secunda regula, Suſpenſus ab ingreſſu eccleſię tantum, talis ex cōicat & abſoluit. Ratio, quia adhuc retinet iuriſdictionem, ut in c. ſacro, de ſent. excommu. & c. ex iniuncto. & ca. ab excommunicato. de reſcri. vbi ad talem ſuſpenſum, qui incidit ſuſpen ſionem ab ingreſſu eccleſię, quia excommunicatus contra nul lum caſum ca. ſacro. fieret remiſſio pro abſolutione. Tertia regula, Suſpenſus a beneficio, poteſt bene eligere, vt in ca. cum in cunctis. de ele. Quarta regula, Suſpenſus ab officio, ſi talis eſt ſu ſpenſus quo ad ſe & quo ad alios, nec eligit, nec eligitur, ut in c. cum dilectus. de conſue. & de elec. cum nunc. Et hoc eſt uerū, quando eligit ratione priuati officii. Si autem eligit ratione pu blici officij, poteſt eligere, dummodo ſit occultus. facit de re iu-
7 di. approbandum. † Quinta regula, Suſpenſus quo ad ſe tantum vt ille qui eſt ſuſpenſus propter participationem excommunicati, talis eligit, ſed non eligitur. de cler. excomm. mi. ſi celebret. Sexta regula, Suſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ, in ea celebrans, irregularis eſt. de ſent. excommu. is cui. lib. 6. Septima regula, Suſpēſus ab officio, tam a celebratione Miſſæ, quàm a collatione ſacramentorum, & a quolibet actu ſacerdotali, puta a baptizan do ſolenniter, intelligitur ſuſpenſus & contrafaciens fit irregu laris. Octaua regula , Sacerdos ſuſpēſus a ſacerdotalibus officijs miniſtrans in inferiori ordine, non eſt irregularis. Quādo verò eſt ſuſpenſus a collatione ſacramentorum, conferens aliquod
8 ſacramentum ſolenniter, fit irregularis . † Nona regula , Licèt ſuſpenſus non perdit iura ſpiritualia, nec poſſeſſionem benefi cii, tamen fructus beneficij ſui perdit, ſm Inn. de ap. paſtoralis. Et hoc, ſi eſt ſuſpēſus ab officio, & graui cauſa, puta propter ſcā dalum populi, vel infamiam ſolam, ſecundum Hoſtien. de quo plenè per Io. And. c. cupientes. de pœn. in gl. magna, ad fi. Decima regula, Suſpenſus a canone propter participationem excō municati poteſt eligere & alia facere, quæ ſunt iuriſdictio . Sed ſi ab homine uel a iure, vel alias ex alia cauſa, tunc non poteſt , ſecundum Io. And. in gl. magna, ubi ſupra.

SVM-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Iudex excommunicationis laturus ſententiam maturè procedere debet. Monitio triplex excommunicationem præcedere debet.*
2 *Sententia excommunicationis ferri poteſt ex tribus cauſis.*
3 *Sententia excõicationis in quinque caſibus nulla eſt ipſo iure. Sententia excommunicationis lata poſt appellationem legitimè interpoſitã, eſt ipſo iure nulla.*
4 *Sententia intolerabilem continens errorem, nulla eſt ipſo iure.*
5 *Epiſcopus & quilibet a ſententia excommunicationis a iure lata abſoluere poteſt, ſi ſuperior ſibi non reſeruauerit.*
6 *Abſens ab excommunicatione per procuratorem abſolui poteſt.*

¶De forma ferendæ excommunicationis.

1 RESTAT nunc videre de quarto, ſcilicet de forma ferendę excommunicationis.† Pro quo ſciẽ dum, quòd ad ferendam ſententiam excommunicationis nõ debet feſtinare iudex, ſed maturè procedere, nec pro quolibet delicto debet eam ferre, iuxta illud poeticum.

Si quoties peccant homines, ſua fulmina mittat.
Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.

Debet igitur præmitti triplex monitio, vel vna pro tribus, alias iniuſta eſt excommunicatio & iudex, eſt ſuſpenſus per mẽſem, q ſi ingerat ſe in officio ſuo, ſcilicet in diuinis agens ſicut prius irregularis efficitur, & per ſolum Papam eſt abſoluẽdus. Et idẽ eſt de ſententia ſuſpenſionis & interdicti. de ſen. excomm. cum medicinalis. lib. 6. hæc tamen pœna non tãgit epiſcopos, cum
2 de eis non loquatur expreſſe.† Præterea eſt ſciẽdum, quòd ſententia excommunicationis ferenda eſt ex tribus cauſis. Prima ex contumacia, quando quis fuerit admonitus, vel citatus p iudicem tribus vicibus ſiue edictis, vel vno pro tribus, & ipſe fuit inobediens, vel contumax. Secunda cauſa, quando pro aliquo certo damno, vel offenſa aliquis non valet ſatisfacere. tunc. n. poteſt licitè excommunicari. Et ratio eſt, ſecundum Tho. in 4. ſen. diſtin. 18. quia talis peccat in proximum, cui facit iniuriam: & ideo merito eſt excommunicandus. Tertia cauſa, quando perſona ignoratur, & ſic excommunicatur in generali, vt quicunque furtum fecerit, reſtituat: vel qui ſcit, & non reuelat, de ſenten. excommu. a nobis. Nemo autem debet excommunicari pro peccato alterius. 24. q. 3. ſi ab his. licet bene poteſt interdi-
3 ci.† Sunt autem quinque caſus, in quibus ſententia excommunicationis nulla eſt ipſo iure. Primus eſt, ſi ille qui tulit eã, non habuerit poteſtatem ferendi ſententiam, ut quia non erat eius iudex, vel quia erat excommunicatus. Secundus, quia eſt lata poſt appellationem legitimam, in quo caſu etiam (vt not. Archid. 11. quæſt. 3. curæ.) dicendum, quòd licèt ſit ordinario credendum denunciãti aliquem excommunicatum: tamen ſi ſcis pro certo denunciatum ante excommunicationem appellaſſe, ſecurè illi potes communicare, vt de appella. ad noſtram. ſecundum Goffred. qui ita notauit in prædicto ca. dilectus. Iſtud vltimum dictum intellige, vt not. de ſenten. excommun. ſolet. lib. 6. §. vlti. concordat ad hoc glo. antiqua Ber. de appel. paſtoralis. dicens, quòd ſi quis excommunicatus eſt poſt appellationem probabilem, licèt excommunicatus ſit, non tamẽ eſt pro excommunicato habẽdus, quin liceat ei communicare in omnibus ſacramentis. Hoc idem ſentit glo. fi. in c. dilectus. ibidem dicens, quòd licèt pro ſententia ſit præſumendum in dubio, magis ſtandum eſt appellationi, quàm denunciationi excommunicationis.

4 Tertius caſus eſt, quando ſententia continet intolerabilem errorem, vt de ſenten. excommu. per tuas: vt ſi excommunicatur quis ideo, quia non furatur, vel quia nõ ducit epiſcopo aliquã meretricem, & ſic de aliis, prout exemplificat glo. ibidem.

Quartus caſus, quando aliquis excommunicat maiori excommunicatione illos, qui excommunicato participant non in crimine, ſed in locatione. Nam talis ſententia non tenet, niſi præmiſſa trina monitione, vel vna pro tribus, vt cum hoc niſi nominatim exprimantur participantes, de ſenten. excomm. c. ſtatuimus, & c. conſtitutionem, & c. ſtatutum. libr. 6. Quintus caſus, quando prælatus interdicit ſuis ſubditis, ne exponant ſuis ſuperioribus & inquiſitoribus ſtatutum eccleſiarum ſuarũ ſub pœna excommunicationis: nam talis excommunicatio nulla
5 eſt, vt de offi. ordi. quia plerique, lib. 6. Vltimũ ſciendum, quod ſecundum Emericum in ſumma ſua, regulariter Epiſcopus & quilibet inferior parochialis presbyter poteſt abſoluere a ſenten. excomm. etiam maioris lata a iure, vbi ſibi ſuperior abſolutionem non reſeruat. Nec obſtat dictum Ioan. And. in c. ſi epiſcopus, de pœ. & remiſſ. lib. 6. vbi ipſe dicit quòd abſoluere excommunicatos a maiori excommunicatione, non competit ſimplici ſacerdoti, ſed epiſcopo, vt de ſent. excomm. nuper. Sed tu dic audacter quòd verum eſt, quòd non competit hoc ſimplici ſacerdoti ſimpliciter, & etiam vbi prohibetur ſpecialiter. ſecus autem vbi non prohibetur. Sic etiam dicimus de epiſcopo, quòd non competit ſibi abſoluere a ſenten. excomm. maioris, vbi ſcilicet Papa ſpecialiter reſeruauit, in cæteris non prohibetur. Similiter dicitur de epiſcopo & ſimplici ſacerdote. Iſtud tamen indigeret meliori declaratione per Papam propter ſim-
6 plices.† Scias etiam quòd abſens poteſt abſolui ab excommunicatione per procuratorem, ſecundum Guil. Nazonem. tamẽ ſolemnis reconciliatio in introductione in eccleſiam, non põt fieri eo abſente. Et ita intelligitur dictũ Inn. qui prolixè in hoc ſcripſit, de ſenten. excomm. deſideras.

TRACTATVS
VTILIS ET NECESSARIVS de excommunicatione

Per Beatum Antonium Archiepiſcopum Florentinum Decretorum Doctorem famoſiſsimum editus.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio dicitur à communione excluſio.*
2 *Excommunicatio, quotuplex ſit.*
3 *Excommunicatio maior, à quibus inferatur.*

1 EXCOMMVNICATIO † dicitur excluſio, ſcilicet a communione. Sicut autem eſt triplex communio fideliũ ſin conuerſatione vel loquela, cibo, ſalutatione, & huiuſmodi in ſacramẽtorum ſuſceptione, & in bonorum ſpiritualium participatione, quæ fiũt in eccleſia, iuxta illud, Participẽ me fac Deus omnium timentiũ te. Pſal. 118. &c. Sic triplex poteſt dici excõi-
2 catio aliis omiſſis.† Et prima excommunicatio maior, quæ ẽt dicitur anathema, & excludit a prædicta triplici communione. de hac 3. q. 4. Engeltrudam & 11. q. 3. ſicut Apoſtoli. & ca. nihil. Secunda eſt excõicatio minor, quæ excludit a participatione, & a communione ſacramentorum, paſſiua tamen, ſecundum Io. de Lig. ut de cle. exc. min. c. ſi celebratur. & de hac 11. q. 3. cum excõicato. & 3. q. 4. Engeltrudam. Tertia eſt excommunicatio data a Deo. ſ. inflicta per quodlibet mortale. & de hac. 11. q. 3. audi. Iſta ergo quarta pars tractat de cenſuris eccleſiaſticis, & ſex titulos habet. In primo tractabitur de excõicatione maiori. In ſecũdo de minori excõicatione. In tertio de interdicto. In quarto de ſuſpenſione. In quinto de irregularitate. In ſexto de pœ-
3 nis in genere.† Quantum ad primum ſciendum, q excommunicatio maior quandoque infertur ab homine, ſiue a iudice, & quia iſta poteſt inferri pro varijs, & innumeris caſibus etiam iniuſtis, ideo poni non poſſunt caſus ipſius. Quandoque infertur a iure particulari per conſtitutiones, valet ſynodales alicuius diœceſis, vel prouinciales factas, ſcilicet in Concilio prouinciali, vel per Legatum alicuius prouinciæ, quæ non eſt extenduntur ad alia loca extra prouinciam, vel diœceſim. Et quia hęc variantur multis modis, quia quot diœceſes, tot quodammodo conſtitutiones, ideo ipſę etiam omittantur. Quandoque verò infertur excommunicatio a iure communi ſecundum conſtitutiones factas in Concilijs vniuerſalibus, vel a ſummis Pontificibus, quæ aſtringunt & ligant vbique terrarum fideles, quarum quædam habentur in corpore iuris. Vnde Hoſ. de ſent. excom. in princ. 30. enumerat excommunicationes collectas ex decre. & decretalibus. Ioan. verò And. in ca. eos, de ſent. excom. lib. 6. in glo. numerat 32. quæ habentur in ipſo lib. 6. & idem in cle. j. de ſent. excom. numerat, quæ habentur in clem. Quædam aliæ ſunt per extrauagantes diuerſorum ſummorum Pontificum. Et iterum quædam aliæ ſunt, quę annuatim fiunt in curia a ſummo Pontifice contra quaſdam perſonas, ſeu committentes quædam vitia, ut intra patebit. Igitur circa iſtam materiam excommunicationis maioris ſic procedetur. Primò ponentur caſus ipſi, propter quos incurritur ipſa excõmunicatio maior, quorum quidam ſunt ſedi Apoſtolicæ reſeruati, quantum ad abſolutionem. Secundò tractabitur de ipſa excommunicatione. Tertiò de ipſius abſolutione. Imponẽdo autem ipſos caſus excõicationis iuris prius agetur de illis, in quibus frequẽtius incurritur excommunicatio cum aliquali declaratione, ſm no. per Doctores, & exinde de aliis breuiſſimè expedietur. Demũ ponentur de uerbo ad verbum quædam extrauagantes, & ipſe proceſſus, qui ſit annuatim in curia per Papam, continens plures excommunicationes.

SVM-

Source : BIU Cujas

Bea. Anto. De excommunicatione.

SVMMARIVM.

1 *Verbum quis, etiam fœminam comprehendit.*
Priuilegio canonis, si quis suadente diabolo 17.q.4. quis gaudeat.
2 *Conuersus vt laicus viuens, dicto priuilegio non gaudet.*
3 *Percutiens clericum coniugatum non bigamum, an tali gaudeat priuilegio.*
4 *Quid de percutiente clericum depositum.*
5 *Quid de percutiente clericum per saltum promotum, dic quòd sic.*
Idem in clerico seipsum percutiente.
6 *Percutiens clericum excommunicatum, in canonem incidit.*
7 *Percutiens clericum incedentem sine habitu, quando in canonem incidat.*
8 *Percutiens ordinatum non baptizatum, in canonem non incidit.*
9 *Idem in detinente clericum res suas asportantem.*
10 *Percutiens clericum subijcientẽ se verberibus eius pro emenda offensæ commissæ in canonem incidit.*
11 *Participatio in crimine, quando excommunicationem inducat.*
12 *Incarcerans clericum, in canonem incidit.*
Includens violenter clericum, ne ab inimicis capiatur, in canonem non incidit.
13 *In canonem vt quis incidat, duo requiruntur.*
14 *Includens in castro vel domo aliqua clericum suum inimicum, ut illi verecũdiam faciat, an in canonem incidat.*
15 *Percutere dicitur ille, qui ratam habet percussionem.*
Percutere an quis dicitur clericum, vt incidat in canonem, si non defendit eum, cum læditur personaliter, si potest sine sui periculo, & numero sequen.
17 *Spuens in faciem clerici, excommunicatus est.*
18 *Detinens clericum per vestem, vel equi frenum, ne liber transeat, in canonem incidit.*
Idem de auferente rem de manibus clerici.
19 *Occidens equum, super quo clericus insidet, in canonem incidit.*
20 *Excommunicatus est furans corrigiam clerico, qua cinctus erat.*
21 *Idem in ascendente equum clerici, vt fugiens non incidat in inimicos.*
22 *Excommunicatus non est compellens clericum, vt de fundo per metum excat.*
23 *Idem in prosequente clericum fugientem, qui cadens se lædit.*
24 *Excommunicatus non est percutiens clericum inhabitu laicali incedentem, si ignorat eum esse clericum. & infra nu. 26.*
25 *Idem in intendente percutere clericum, si laicum percutiat.*
27 *Idem in percutiente clericum secularia administrantem.*
28 *Idem in iocosè manus in clericum injiciente.*
29 *Idem in magistro causa disciplinæ scholarem clericum verberante.*
30 *Idem in offendente clericum ipsum insultantem.*
31 *Idem cum qui clericum verberat pro tuitione patris vel matris.*
32 *Idem in occidente clericum, alium defendendo, ne à clerico occideretur.*
33 *Idem in percutiente clericum pro rebus suis defendendis.*
34 *Idem in percutiente clericum in adulterio deprehensum, vel stupro cum vxore, matre, sorore, vel filia.*
35 *Idem in percutiente clericum ratione prælation. quàm in eo habet.*
Quid de prælato mandante clericum per laicum ad torturam poni.
36 *Idem in senioribus ecclesiæ pueros verberantibus.*
Idem in dominis corrigẽtibus subditos suos, & propinquis, & patribus suos filios corrigentibus.
37 *Ordo sacer à patria & seruili potestate liberat quo ad manus iectionem.*
38 *Excommunicatus non est percutiens clericum traditum curiæ seculari, vel bigamum.*
39 *Idem in percutiente clericum socium non ex deliberatione.*
40 *Excommunicatus qui clericum percussit, potest citra sedem Apostolicam absolui, quando est periculum mortis.*

Capitulum Primum.



I quis suadente diabolo huiusmodi sacrilegij vitium, vel crimen incurrerit, quòd in clericum, vel monachum manus violentas iniecerit, anathematis vinculo subijciatur, & nullus episcoporum illum præsumat absoluere, nisi mortis vrgente periculo, donec Apostolico cõspectui præsentetur, & eius mandatum suscipiat. Innocen. 2. 17. quæstio. 4. Super hoc
1 decreto sunt quinque notanda. † Primum est, quòd sub nomine, si quis comprehenditur etiam fœmina, vt dicit ibi glos. & Archidiaco. & patet exemplum in cap. de senten. excommuni. mulieres. Secundò notandum est, quis clericus vel religiosus gaudeat isto priuilegio, & quis non. Super quo Ioan. de Ligna. in tracta. de cen. eccles. dicit quòd monachus non clericus gaudet isto priuilegio, scilicet quòd injciens manum violentam in ipsum, est excommunicatus. Item canonicus regularis, non clericus. Item nouitius religiosus gaudet hoc priuileg. vt in ca. religioso. eod. titu. libro 6. Item moniales & conuersæ earum, extra de senten. excommuni. cap. de monialibus. Item conuersi religionum, sed de conuersis secularium remanet dubium.
2 † Hostien. autem in cap. non dubium. de senten. excommuni. dicit, quòd conuersus, qui remanet in domo sua, viuens vt laicus, non gaudeat hac immunitate 27. quæst. j. vt lex continentiæ. Si verò sit conuersus tradens se & sua, consecratus incedẽs, horas audiens, honestè viuens, talis gaudet hac immunitate. 17. quæstio. 4. si quis. Probatur hæc solu. in cap. vt priuilegia. de priuileg. versi. hoc autem. & hanc credo veram. Ioan. de Ligna. Item clericus coniugatus non bigamus incedens in habitu clericali & tonsura, gaudet hac immunitate, vt in cap. vno. de cler. coniuga. lib. 6. & hoc quo ad duo, scilicet quia percutiens eum incidit in canonem, & respondere non habet in iudicio seculari.
3 † De percutiente clericum coniugatum non bigamum dimittentem habitum, & tonsuram, & postea reassumentem, vtrum talis incidat in canonem, sunt opiniones? Et quidam dicunt, quòd non. Nam satis est quòd semel elegerit sibi vitam laicalem professione, vt in regula, quod semel. de regu. iur. lib. 6. Alij dicunt contrarium, quòd scilicet iusta pœnitentia nemini est auferenda. 2. quæstio. 5. pro hoc faciunt notata per Innocẽ. in cap. fina. de vita & honestate clerico. qui dicit, clericos priuatos priuilegio, qui se immiscent negociationibus illud reassũmere dimittendo. Ioan. Mona. & Archidiaco. tenent hanc partem. hanc etiam probat clemen. de vita & honesta. clerico. si litera intelligatur secundum rectum & continuum intellectum. Nam ibi dicit text. quandiu in præmissis existant, vel insistant, eoipso amittant. & ille versus, secundum verum intellectum, refertur ad omnia præcedentia, vt in cap. j. & cap. secundò requiris. de appellatio. Confirmatur hoc, quia illa constitutio est pœnalis. Ideo in dubio debet recipere interpretationem in par-
4 tem mitiorem. Ioan. de Ligna. † De percutiente depositum, dicunt Ioan. de Ligna. & Hugo. distinctio. 50. accedens. quòd incidit in canonem. & idem Ber. & Hostien. sed Barto. Brix. tenet contrarium, quod videtur approbari per capit. degradatio. de pœn. lib. 6. Ioan. Andr. in dicto capit. degradatio. dicit primam opinio. esse veram in depositio verbaliter, sed in actualiter deposito est vera contraria opinio. Ioannes de Ligna-
5 no. † Percutiens clericum per saltum promotum incidit in canonem, quia talis recipit caracterem. Clericus percutiens seipsum irato animo, incidit in canonem. quod probatur 23. quæstio. 5. si non licet. Præterea tale priuilegium est indultum toti ordini clericali, cui renuntiari non potest. Ioan. de Li-
6 gna. Idem Archid. & Ioan. And. † Percutiens clericum excommunicatum, vtrum incidat in canonem? Dicunt aliqui q̃ non, per c. excommunicatorum. 23. quæstio. 5. & 2. quæstio. 1. multi. sed in contrarium est communis opinio. nam excommunicatus retinet ordinem, ratione cuius inducta est immunitas: ergo durat, durante causa. hanc opinio. tenet Ioan. idem Vincen. &
7 Goff. Innocen. & Ioan. And. Speculator. † Percutiens clericum incedentem sine habitu, si monitus fuerit, & habitum non assumpserit, non incidit in canonem. Si autem non fuerit admonitus, & ipsum percusserit, non in actu belli & aggressuræ, tunc incidit, etiam si clericus habitu deposito se alijs immiscuerat. sed si ipsum percusserit in actu belli, & aggressuræ, tunc non incidit, secundum Innocen. Hic tamen putarem considerandum, & ponderandum, quis dedit causam bello, & aggressuræ. Nam si clericus iniustè causam dederit, tunc indubitatum est, quòd illi contra quos venit clericus, non incidunt ex capite defensæ permissæ, vt in capitulo si vero. de sententia excommunica. & ceteri fauentes aggressõ, etiam non incidunt. Item si tertius contra tertium & clericus temere se immiscat habitu depositio, & tunc crederem percutientes in liminibus aggressuræ non fore excommunicatos. Et sic intelligo opinio. Innocẽ.
8 & Ioan. de Ligna. † Percutiens ordinatum non baptizatum nõ incidit, quia non habet characterem. Percutiens ordinatum inuitum coactione absoluta, non incidit in canonem talis, quia non recipit characterem. extra de baptismo. maiores. *in glo. sed* inuitum coactione conditionali, nisi postea ratificet expressè vel tacitè talem percutiens non incidit in canonem. Ioan. de Ligna. Detinens clericum asportantẽ res suas *vel alienas* apud se depositas, per violentiam, & auferens eo *inuito*, non incidit in canonem, si ei auferat, dum est in asportando, antequam se recipiat ad locum destinatum. Si autem hoc faceret ex interuallo, postquam peruenit ad locum destinatum, & adeptus fuerit possessionem rerum illarum perfectè, incidit, secundum Petrũ de censura ecclesiastica.

Tertiò notandum est, quòd in quibusdam casibus, quamuis non actualiter injciat quis manum violentam, incidit in canonem propter quosdam actus iniurioso personæ factos contra tales

tra tales, ſicut cum quis percutit clericum ſubiicientem ſe verberibus eius pro emenda offenſæ commiſſæ. de ſententia excommunica.cap.contingit.Clericus verò ſe ſubiiciens verberibus,videtur etiam quòd excommunicatus ſit,vt dicit Ioan. Andre.in nouella, quia participat in crimine damnato. extra eo.
11 cap nuper.& ſi concubinæ.† Niſi dicas, quòd participium,aliàs participatio in crimine,tunc inducit excommunicationem in participante, quando participat cum excommunicato,non in illo actu tantum, pro quo principalis excommunicationem incurrit.ad hoc infra eo.ſi concubinę,ibi poſt latam ſententiã. & decretalis,nuper,ponit etiam illum excommunicatum tempore communionis.Nec ob.ſi dicas,quòd mandans vel cooperans percutienti ſit excommunicatus,quia non eſt ex vi participij,ſed ex proprio facto quò etiam quandoque excommunicatus eſt non prohibens,infra eo.quãto.Vel niſi dicas quòd ſummittere non ſit participare crimini, quia probabiliter credere poterat illum remiſſurum,prior tamen ſolutio nõ videtur ſufficiens,vbi ictus iterantur,cum ex primo ictu ſit excommunicatus. Hæc Ioan. Andre. Item Paul. in clemen.eos,de conſanguinita.& affinita.Et ſic videntur dicere, quòd non ſit excommunicatus Pet.verò de Peru. dicit quòd talis clericus ſi permittit ſe percuti vna percuſſione tantum,tunc non ligatur maiori, quia antequàm ſequatur læſio, percutiens non eſt excommunicatus:& ſic ſe ſubiiciendo non participat excommunicato, ſed excommunicando. Si autem ſubijcit ſe pluribus percuſſionibus,tunc ligatur maiori,quia participat excommunicato, & in crimine.Et iſta prima ſolutio facit ad quæſtionem, quam faciunt prædicti Doctores de eo, qui recipit communionem a religioſo ſine licentia eius a quo debet habere, vrrum ſcilicet ſit excommunicatus,ſicut & ipſe religioſus.remittunt ad nota.
12 circa iſtam decreta. contingit. † Item reputatur quaſi manus violenta, cum quis retinet clericum incarceratum, vel in cuſtodia,vel vinculatum,vt in cap.nuper. Includens clericũ violenter ne ab inimicis ipſum quærentibus occidatur, non incidit in canonem:quia licet adſit violentia,nõ tamen dolus, ſed ad ſalutem ipſius ſit,non autem ad iniuriam.Hoc tenet Innocen.in cap.nuper.† Duo enim requiruntur ad hoc, vt quis incidat in canonem illum,ſi quis ſuadente. 7.quæſt.4. ſcilicet animus doloſus,& facti perpetratio,vt patet ex ipſo textu. & Ioan. Andre.etiam tenet quòd in pœnam latę ſententiæ nullus incidat per ſolam attentationem, niſi peruenerit ad actus conſumationem, per cap.perpetuæ.de elect.libr.6.Vnde vibrans gladium vt percuteret clericum qui tamen non percuſſit, quia il
14 le ictum vitauit, non incidit in canonem. Ioan. de Ligna.† Si aliqui inimici clerici obſident ipſum in caſtro, vel in domo, fortè alicuius mulieris claudant ipſum, & non vt illum cuſtodiant,ſed vt illi verecundiam faciant, non dicentur illum tenere in cuſtodiam vel carcerem, quia nec hoc intendunt. Item nec violentiam inferunt perſonæ,vel rebus adhærentibus.Hęc ſunt verba Innocen. neſcio tamen, ſi per hæc uerba intendit Innocen.dicere hos non fore excommunicatos, licèt hoc videatur per verba illa, nec violentiam & cætera, quia requirit canon.Credo tamen in obſidente ponderandum, propter qđ fiat obſeſſio, ſcilicet an propter caſtrum habendum & non pſonam violandam. & tunc credo quod non incideret. Si autẽ fieret obſeſſio propter perſonam, vt violetur, tunc incideret. De claudente verò domum mulieris ad verecundiam clerici detegendam,crederẽ ipſum includentem excommunicatum nam fit iniuria perſonæ clerici incluſi.Ioan.de Ligna.Item reputatur quaſi manus violẽta,vt cum quis mandat capi, vel verberari tales,& ſequitur effectus,vt in capit. perpendimus. Item percutere reputatur clericum, cum quis raram habet percuſſionem clerici factam nomine ſuo,vt in cap.cum quis.eo. titu.
15 libr.6 † Item percutere reputatur clericum,cum non defendit clericum,cum lędit̃ur perſonaliter,& defendere poteſt ſine ſui periculo. extra eo. quantę. Nota, circa hunc caſum variæ ſunt opinio.Quidam enim,vt Ioan. & Ber.in gloſſ. ſuper cap.quantæ.in glo.& verſi.di.quòd iſtud ſcilicet non defendere clericos ab iniurijs perſonalibus, cum fieri poſſit. inducit excommunicationem, quantum ad officiales, ad quorum officium pertinet eos defendere.23.quæſt.5. Adminiſtratores.24.quæſt.5.Forte.Ho. verò dicit in Sum. hoc eſſe intelligendum generaliter de quocunque,etiam ſi non teneretur ad hoc ex officio, dummodò nudo verbo tantum prohiberi poſſit, vt ſi diceret illi, q vellet iniuriari.Caueas tibi,vel non facias, & ille non abſtineret,argum.ad hoc,extra eo.dilecto libr.6.Idem videtur ſentire
16 Ioan.de Ligna ſuper cap quantæ.† Innocen.verò recitat vtranque opinio.& dicit quòd ſi aliquis verberaret̃ in nomine meo, & ex negligentia non prohiberem ſine dolo, non inciderem in canonem,cum neceſſarius ſit dolus.ſecus ſi ex propoſito nõ prohibeo.Ioan.Andre in nouella, in dicto capit quantæ. dicit quòd Vincen.Abb. & Hoſtien. finaliter tenent, quòd ſiue quis habeat verberantem in poteſtate,ſiue non; ſiue ille verberetur nomine illius,ſiue non,incidit in canonem, quando poteſt p hibere,& non prohibet,dummodò doloſè dimittat, aliàs non.

Et addit vnum dictum multum notabile, dicens: in hunc eũ vel alium canonem nullus incidit ſine dolo. argum.ff. de adul. l.penul.ff.de ſica.l.1.Idem Ioan. de Ligna.

17 † Spuens in faciem clerici, eſt excommunicatus,ſecundum Hoſtien. & lædens eum pede, vel alia parte corporis ſimiliter, ſcilicet animo iniuriandi,quantum ad vtrunque idem ſi effun
18 dat aquam ſuper eum.† Detinens clericum per veſtem, vel frænum equi,ne clericus liber tranſeat,tenet Inn.quòd ſit excommunicatus in dicto cap.nuper.mouetur,quia violatur perſona, licèt mediantibus rebus adhærentibus perſonæ. Idem de auferentibus res demanibus clerici,etſi auferat fortè dominus, vel poſſeſſor, ſed commodauerat clerico vſque ad certum tẽpus, & huiuſmodi,quia ante finitum vſum non debet tolli.

19 †Occidens equum, cui inſidet clericus: vel lacerans veſtes, quas habet indutas: dicunt quidam quòd ſit excommunicatus,ſi hoc fiat ad iniuriam clerici. Nam videtur iniuria fieri perſonæ,quæ ſit veſtibus,quibus induta eſt: & equo,cui inſidet. ſecus ſi veſtes fuerint ſeparatæ a perſona, & equo, allegant capit. contingit, de ſententia excommuni. Hanc opinio.credo verã, licèt contrarium dicant.Nam licèt canon ſit pœnalis, propter quod videretur eſſe reſtringendus,non ampliandus: eſt tãtum fauorabilis attento ordine clericorum,cui indulgetur,& ideo ampliandus.extra de re iudi.Odia.Ioannes de ligna.

20 † Furantem corrigiam,cum qua cinctus eſt clericus, vel veſtes quibus eſt indutus, eo dormiente. dicit Innocen. non eſſe excommunicatum, quia nullam infert violentiam perſonæ, quæ non ſentit. In hoc caſu crederem contrarium, & ego credo,quod ſit de mente canonis, quod qualitercunque quis contingat perſonam clerici iniuriosè, etiam incidat in canonem, vt notat Archidiaco in dicto cap.Ioan.de Lignano.

21 †Fugiens inimicos,& vt facilius euaderet,eijciens clericum de equo, & ipſum aſcẽdens, vt fugiat, an ſit excommunicatus. Pro & contra poteſt argui.Credo tutius tenendum,ipſum eſſe excommunicatum. Nam hęc eſt iniectio & violentia,nec iure fit ergo inſurgunt verba canonis,& mens. Nec obſtat quòd licitum ſit ſibi ſe defendere.hoc verum eſt ſine læſione tertii,putarem tamen in impoſitione pœnitentiæ ponderandam qualitatem neceſſitatis,an ineuitabilis,quia aliter euadere non poterat: an commoditas, vt notat clementina de homicid. Ioan. de Lignano. Hanc opinionem tenet Bartholomęus Brixiẽſis, & Tancre. ſed Petrus de Cenſurio eccleſiaſticis tenet contrarium,& inter cęteras rationes hanc inducit,quę notanda eſt ẽt in alijs caſibus.Dicit enim, non credo aliquem ſapiẽtem dicturum,talem peccare mortaliter. ergo neceſſe habebit dicere, illum non eſſe excommunicatum: nam cum excommunicatio ſit æternæ mortis damnatio,vt xj.quęſt.3. Nemini infligitur niſi pro mortali. † Compellentem clericum, vt exeat de fundo
22 per metum, vt ſibi aliquid det, vt poſtea ipſe ingrediatur fundum,dicit Innocen. non eſſe excommunicatum, quia non fit manus iniectio in clericum,nec in res adhęrentes ei, quod credo verum ſi ſit metus verbalis, ſecus ſi realis, aliàs per contractum perſonę etiam ſine violentia pręciſa. Ioan.de Lignano.
23 † De illo verò, qui perſequitur clericum fugientem, vt percutiat,& clericus ſine percuſſione cadit, & lędit̃ur, dicit verſicu. quod non credit quod incidat in canonem: ſecus ſi ipſe clericus fugiens quaſi coactus pręcipitat ſe in aquam, vel in aliud periculum ſe ingerat,vt euadat,quia tunc incidit.

XV. caſus,in quibus inijciens manus violentas non eſt excommunicatus.

Quarto notan.eſt,quòd in quibuſdam caſibus percutiens clericum vel religioſum, non incidit in canonem,& hoc ideo, quia non fit ſuadente diabolo, vt dicit text. Decreti. vel quia non eſt manus violenta. & hi xv. caſus
24 ſunt. † Primus eſt, cum quis percutit clericum incidentem in habitu laicali,quem ignorat clericum,vt in cap.ſi verò ij.eo.titu.& ſecundum Innocen & Ioan.Andr. etiam ſi occideret,nõ incideret in canonem,quia ad hoc requiritur dolus, vt quis incurrat,nam probabilis ignorantia excuſat.ſi autem percutiens vidit tonſuram, & tamen non credidit ipſum clericum, tunc incidit,vt no.in prędic.capitu.& hoc uerum eſt, niſi probabilis ignorantia excuſet,& exurgat ex more patrię,qui debet attendi,nam alicubi laici tempore caloris deferunt tonſuram.

25 † Si autem quis intenderet percutere clericum,& percutiat laicum gloſſ.in cap.ſi uerò.tenet quòd incidat. ſed contrarium videtur,nam debet non indicare ſecundum quòd quis facere intendit,ſed ſecundum quòd fit:& hanc partem credo ueram. ſed ſi intendens percutere Titium laicum errans in perſona, percuſſit Caium clericum,Alanus dicit quòd incidit, quia iniuriari voluit.ff.de fur.l.ult.Tan. tenet contrarium per cap. ſi uerò.Credo opi neriorem Tan.Moueor, quia ut uendicet ſibi pęna canonis, debet pręcedere perſuaſio diabolica, quę hic non
26 pręceſſit circa clericum. Ioan.de Lig. † Secundus eſt, cum quis percutit clericum incedentem in habitu laicali,nec aliquid de clericatu

clericatu ostendentem, tertiò monitum non correctum, vt in cap. contingit. Idem in clerico, qui contemptu habito fert arma, & tertio monitus non corrigitur, vt in cap. in audiētia, quinimmo etsi non sit admonitus & immisceat se tyrannidi, vt in cap. cum non ab homine, eo. titu.

27 † Tertius est in clerico gerente administrationem rerum secularium, vt in cap. sacerdotibus, ne cleri. vel mo. quod quidē indistinctè sumit, quod non est verum, sed prius requiritur monitio, vt in cap. in audientia, sic tenent Vincen. Innocen. & Hostien. & hoc verum est, nisi episcopus in sinodo mandasset sub pœna priuilegij clericalis illud, quia hoc haberet locum trinæ admonitionis. Ioan. de Lign.

28 † Quartus est in eo, qui iocosè injicit manus in clericos, vt in cap. 1. eo. titu. debet tamen ponderari qualitas loci, & ratio fallendi, quia in pœna canonis requiritur persuasio diabolica, quam excludit iocus ipsius qualitate ponderata, argum. notatorum in cap. 1. de præsumptio. Ioan. de Ligna.

29 † Quintus in magistro, qui causa disciplinæ percutit scholarem. cap. j. eodem tit. debet tamen ponderari modus percussionis, quia leuis permittitur magistro. in cap. cum voluntate. eo. titu. & dicit Vincen. quòd magister cum ita percutiat, ex quo causa correctionis hoc facit, non incidit in canonem. Addit etiam, quòd si principalis magister prohibeat suo magistro vel alii, cui committit aliquos pueros docendos, quòd non percutiat, & tamen percutit eos existentes clericos, sed causa disciplinæ, credit quòd sic prohibitus non incidit in canonem, quāuis sit percutiens, quia per huiusmodi prohibitionem non potest ei auferre beneficium iuris, quod est corrigere posse, quos quis

30 docet. † Sextus in repugnante clerico ipsum impulsante cum moderamine inculpatæ tutelæ in cap. si verò. eo. titu. Ratio fallendi est, quia est inductum, se defendere, iure naturali. Itē quis à clerico ludente secum grauiter percussus, & propter hoc motus sine deliberatione repercutit eum grauiter incontinenti iratus animo vindicandi non facturus, si deliberasset. Dicit frater G. quòd non potest dici sine deliberatione fecisse, ex quo libidine vindictæ fecit, vnde incidit canonem. Si autem esset tanta surreptio, nec quòd se vindicare, nec iniuriare intenderet,

31 non incidit. Pet. de Cens. Eccle. † Idem dicunt quidam, quibus magis assentit Inn. super dicta decre. cum quis verberat, vel læ-dit clericum ob tuitionem patris, vel matris vel vxoris vel filię vel familiæ suæ, vel etiam extraneorum, quia scilicet talis non est excommunicatus, nam & socii iniuria propulsanda est. 23. quæst. 3. non inferenda, & cap. fortitudo. Alii dicunt, quòd est verum de defensione illarum personarum tantum, per quas nobis fieri iniuria intelligitur, sicut sunt vxor, filii, & serui, & hu

32 iusmodi. † Inn. etiam dicit quòd si quis occideret clericum defendendo alium, ne clericus scilicet illum occideret, non incideret in canonem, sed esset irregularis, pro defensione autem suarum rerum occidendo, non vitaret excommunicationem. Et dicit Ioan. And. in nouel. super dicto cap. si verò. quòd si clericus percussit laicum, non intendens plus percutere eum, & hoc constat laico, non debet percutere clericum, si verò clericus venit ad repercutiendum, vel de hoc laicus probabiliter dubitet, tunc licet laico percutere clericum ad imminentem vio

33 lentiam repellendam. † Dicit etiam Ioan. de Ligna. in tractatu de bello particulari, quòd si laicus pro rebus suis defendendis iniiciat manum in clericum, si aliàs non posset vim vi repellere, & hoc facit cum moderamine inculpatæ tutelæ, quòd credit non esse excommunicatum. allegat Innoc. hoc dicentem, cap. 2. de restitu. spo. non enim est ibi manus violenta, vt dicit canon, si quis suadente, sed violentiæ repulsoria. Idem dicit esse si injiciat manum in clericum sic violentiam propulsando pro rebus proximi, scilicet quòd talis non est excommunicatus, nam licitum est obuiare errori, vbi obuiare potest, aliàs cōsentire videtur. dist. 83. error,

34 † Septimus in reperiente clericum in adulterio, vel stupro cum vxore, matre, sorore, vel filia, vt in cap. si verò. j. cum ea etiam, quæ putatur vxor, & non est, idem dicendum, & hoc tenet Vincen. & Gof. in d. cap. nomine etiam vxoris intelligitur sponsa de præsenti, vt tenet gloss. nomine verò matris, vtrum intelligantur omnes ascendentes, & nomine filiæ descendentes, tenet gloss. quòd non hoc casu, quia non debent extendi lineæ. Hostien. dicit hoc tutius. Io. de Lig. & hoc secundum Vincen. non solùm ad coitum est restringendum, sed ad amplexus & deosculationes, & quando quis præparat se ad opus carnis, si tamen non in loco suspecto, sed in publico hoc faciat, sicut fit quandoque ludendo, tunc verberans huiusmodi incideret in canonem. Item cum per signa aperta, & propinqua negocio, constat a clerico turpitudinem coitus ibi ante expletam statū esse cum prædictis verberans huiusmodi non incideret, si hoc facit incontinenti antequam diuertat ad aliam: nā postea verberans incideret, & hoc intellige de attinentibus prædictis. Itē si clericus tāgat mulierem inuitam propter turpitudinem, si illa se defendens cum moderamine inculpatæ tutelæ reum per-

35 cutiat, non incidit in canonem, secundum Vincen. † Octauus in eo, qui auctoritate suæ prælationis, vel de mandato prælati iuijcit manum in clericum. eo. ti. ex tenore. & cap. vniuersitatis. & intelligas in prælato corrigente, non tamen modum excedente, alias foret locus appellationi, & puniretur sic extendens leuis enim correctio est permissa. Si autem prælatus mandat clericum verberari, vel ad tormentum poni per laicum, vterq; est excommunicatus, vt in cap. vniuersitatis, & hoc, nisi talis clericus esset incorrigibilis, siue quia non bene potest capi per clericum de mandato sui prælati. Item dicit Arch. distinct. 45. quòd nō est tutum, nec honestum, monachum verberari per

36 conuersum laicum. † Nonus in senioribus ecclesiæ, qui pueros corrigere possunt, vt in cap. cum voluntate. eod. titu. hoc intelligitur, modum non excedendo. Decimus in dominis corrigētibus, cum corrigunt domini subditos suos, extra eod. cum voluntate. ibi dicit gloss. quòd dominus domus potest corrigere clericos inferiorum ordinum sine pœna excommunicationis. quilibet enim familiam suam corrigere debet. 23. quæst. 4. duo ista. Vndecimus in propinquis, extra eo. cum voluntate. vbi dicit glo. quòd non solum pater, sed etiam propinqui domesticos suos corrigere dñt. C. de emenda. propinq. l. vna. Duodecimus in patribus corrigentibus filios. hoc intelligo, dummodò non sint constituti in sacris.

37 † Nam sacer ordo liberat a patria potestate, & etiam seruili quo ad manuum iniectionem. 54. distinct. ex antiquis, & capit. frequens. Si autem tales personæ excedant modum, tenet gloss. quòd non sunt excommunicati, vt in cap cum voluntate, mouetur, quia canon exigit dolum, sine quo violentia non committitur: sed hæ manus sunt charitatiuæ, licèt modus excedat, ergo tamen non credo gloss. veram: nam limitata correctio p̄missa est patribus erga filios, & dominis erga seruos, sicut prælatis erga subditos, per supra allegata. Excessus ergo inducit pœnam. Ioan. de Ligna. Pet. de Per. tenet quòd etiam in sacris existentē pater potest verberare causa correctionis. prima opi. tutior, sed secunda est rationabilior, vt scilicet possint parentes verberare etiam existentes in sacris causa correctionis, quam

38 etiam tenet Pau. de Pa. † Decimus tertius in eo, qui injicit manus in clericum depositum, traditum curiæ seculari, de iudi. c. cum non ab homine. hic pūctus supra est tactus. Decimus quartus in eo, qui injicit manum in clericum se ad vitam contrariā clericatui dantem, vt cum bigamiam contrahit, distinct. 84. c. quisquis. & no. quòd bigamus exutus est omni priuilegio clericali, vt de biga. cap. j. lib. 6. dicit glo. Ioan. Andr. quòd hoc est verum de his, qui sic in moribus contraxerunt, scilicet cum duabus, vel cum corrupta: secus si in sacris, quia tunc non perdit prī uilegium clericale. Idem Archidiaco. Guliel. Bart. Ioan. Mona. Item intrans religionem bigamus gaudet tali priuilegio, secundum Ioan. Andr. in quæstio. mercuriali.

39 † Decimus quintus, nota secundum Richar. ordinis minorū super 4. senten. distinct. 18. quòd non incurritur maior excommunicatio, quando aliquis non ex deliberatione socium suum clericum leuiter impellit, quamuis sit turbatus: mortale enim peccatum non committitur, nisi ex deliberatione, vel post tempus humanæ fragilitati sufficiens ad deliberandum, cum factū est tale quòd homo non obstante humana fragilitate, & infirmitate tenetur de necessitate deliberare, vt per deliberationē ab illo opere illicito retrahatur. nullus autem excommunicatur a iure, nisi propter peccatum mortale, cum enim iura præcipiant quòd a iudice non affligatur, nisi propter peccatum mortale, videtur quòd conditor iuris non voluerit, quòd excommunicatio a iure incurreretur, nisi propter mortale peccatū. Sextusdecimus casus, in quibus excommunicatus propter iniectionem manum violentam in personas ecclesiasticas potest absolui citra Papam.

Quinto notandum Est, quòd in quibusdam casibus etsi incidat quis in canonem propter iniectionem manuum violentam in prædictos, potest tamen absolui citra sedem Apostolicam.

40 † Et primus est de periculo mortis. vbi notatur, quòd intelligitur tale periculum non solùm propter infirmitatem, sed ēt si sit in quocunque periculo vicino morti, puta si timeat hostem, vel prędonem, vel crudelitatem potentis, vel si nauigaturus sit, & per loca insidiosa transiturus. ff. de donat. cau. mor. l. 3. & 4. Idem Hostien. & addit quòd idem est si obsessus sit, vel obsideat, vbi iaciuntur machinę vel balistę, est tamen iniungendum ei, quòd si euaserit, prędentet se sedi apostolicę, vel ei, qui possit eum absoluere, mandatum eius super hoc recepturus. extra de sen. excom. cap. a nobis. ij. & idem in casibus sequentibus remoto scilicet impedimento, prędterquam in puero. de sent. excom. de cętero, in fi. & cap. ea noscitur, in fi. & si cessante impedimento non se prędentant, incidunt in eandem sententiam excommunicationis extra de sen. excommuni. eos. lib. 6.

41 † Secundus casus est, cum quis habet inimicitias capitales, vel alias iustas excusationes, propter quod non potest se sedi apostolicę prędentare, de sen. excom. de cętero. de ista excusatione stabitur arbitrio boni viri. ff. de uerbor. oblig. l. continuus.

§. cum

Source : BIU Cujas

§.cum ita.extra de vo.quòd ſuper his.Tertius oſtiarius, qui præ textu officij clericum non grauiter læſit, de ſenten. excom. ſi verò.Et no.quòd ſi talis non caſu fortuito, ſed ex deliberatione percuſſiſſet clericum grauiter, a Papa debet abſolui, extra de ſen.excommuni.ſi vero.idem de officiali.

42 † Quartus in officiali,qui in arcendo turbam non ex propoſito,ſed non ſine culpa aliquem clericum percuſſerit, vt in di-
43 cto capitu. ſi verò. † Quòd ſi clericus armatus venit ad bellandum, & facit inſultum, & is contra quem venit, ipſum capit,ſecundum Innocen.ſi ſcienter hoc facit,excommunicatus eſt,ſed ad Papam non mittitur,ſi tamen hoc fit ad defenſionẽ, excommunicatus non eſt,dum tamen ceſſante cauſa defenſionis ipſum libere abire permittat,vt Hoſt.dicit.ſi etiam officialis publicus talem capiat auctoritate propria, qui aliter non poterat compeſci ab iniuria alterius, non eſt excommunicatus, immo meretur.23.quæſt.3.fortitudo. & c. ſequen. & hoc dico, ſi prælatus non eſt ibi,qui hoc faciat,& ipſe cum prælato quàm citius poteſt reſtituat,alioquin contra de ſen.excom. vt famæ.
44 §.laici.† Et nota etiam Pet.de Peru. ſuper dicto cap. vt famæ. ꝙ non ſolum iudici ſeculari licitum eſt capere clericum delinquentem ne fugiat,et vt præſentet epiſcopo,ſed etiam leſo cuicunque alij,ſecnndum Inno.qui etiam dicit, quòd ſi laicus habet clericum ſeruientem,quem habet ſuſpectum de futuro, ꝙ poteſt illum capere,& detinere.

45 † Quintus,ſi ſit mulier,nec diſtingui debet vtrum fortis, vel debilis. Et not. ſecundum verſi. quòd in poteſtate epiſcopi eſt mittere,vel non,quia non diſtinguitur circa eas inter atrocem & non atrocem iniuriam.Sextus, ſi ſit ſenex,& valetudinarius. Septimus, ſi ſit membris deſtitutus, ita ſcilicet quòd ad ſedem apoſtolicam accedere non poſſit, tres caſus proximè dicti habentur,extra de ſen.excom.cap.mulieres.& cap. ea noſcitur.& cap.quamuis. Octauus de infirmo, qui ſcilicet perpetuum habet infirmitatis impedimentum,vel etiam temporale, ſi timetur quòd accederetur mors,extra de ſenten.excommuni.quòd de his.Nonus in paupere,quem oportet mendicare,vt in dicto capitu. quòd de his. Et de his etiam quatuor caſibus habes e-
54 tiam infra capit.52.

46 † Decimus,ſi regularis verberat regularem. de ſent. excommunica.monachi.& cap.cum illorum, & etiam ſi percuſſiſſet ſecularem,de ſenten.excomm.religioſo,lib.6.

Vndecimus in his, qui non ſunt ſui iuris, ſicut filijfamilias, & ſerui,de ſenten.excommunica.Mulieres.de filiofamilias ſeruo no.quòd intelligendum eſt,quòd non debent mitti, quando hoc eſſet in præiudicium patris vel domini, niſi fuiſſet tam enormis exceſſus, quòd propter vitandum ſcandalum eſſent ad ſedem Apoſtolicam mittendi, de ſenten. excommu. Relatum.& intelligendum eſt de ſeruis,ſcilicet qui ſunt ſeruilis cõditionis,non de famulis ſeruientibus,ſed de filijfamilias intelligit Innocen. ſi ſunt impuberes: aliàs ſi ſunt adulti, licèt ſint in patria poteſtate, mittendi ſunt ad curiam, quia in hoc ſui iuris ſunt,quia poſſunt ire,quo volunt.

47 † Duodecimus in impubere,de ſenten.excommu. cap. 1.& hoc etiam ſi poſt pubertatem poſtulant ſe abſolui, vt eod.titu. cap.fina.Et no.ſi non ſunt doli capaces non inciderunt, ſi ſunt doli capaces tunc incidunt, ſi animo iniuriandi, aut vindicandi percutiunt. Sed poſtquam peruenerunt ad pubertatem, vt in xv.vel xvj.anno,ſi adhuc tales ſunt quòd ſine periculo ad ſedem apoſtolicam ire nõ poſſunt propter imbecillitatem corporis, vel defectum diſcretionis, ab epiſcopo poſſunt abſolui, recepto iuramento quòd impedimento ſublato ſe præſentabunt,vt nota.de ſenten.excommu.cap.fina.

48 † Dicit Pet.de Palu.in 2.ſenten. quòd pueri, & mulieres,qui probabiliter ignorant iura poſitiua,percutientes clericum ſciẽtes eſſe clericum, & neſcientes pœnam canonis, nec ſcire debẽtes: non enim peccant,quia neſciunt canonem,ſi quis ſuadente,&c.nihilominus,quia contra legem naturæ faciunt, cum pœnam legis naturæ incurrerunt, etiam pœnam legis poſitiuæ, quamuis excuſabiliter ignorent.

49 † Decimustertius de clericis, qui communiter viuunt, & ſub eodem tecto dormiunt, & in eadem domo veſcuntur,de vita & honeſta. clerico. quoniam. quod communiter exponitur, quoniam ſimul viuunt in aliquo collegio. Decimusquartus in monialibus,de ſenten. excommunicat. de monialibus. Decimusquintus in hoſpitalarijs ſancti Ioan.Hieroſolimitani. extra de ſenten.excommunicatio.cap.canonica.

50 † Vltimus caſus eſt de inferentibus clericis leuem iniuriam, extra eod.peruenit.& licèt quidam dixerint,hanc decretalem continere priuilegium,non ius commune,dicit Ioan. Andre. in nouella, ſuper dicto cap. quòd conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres, interpretatur ius commune. quod ius commune contineat,& quòd epiſcopi in leuibus poſſint abſoluere & hoc credo.Et ad contrariorum ſolutionem diſtinguo inter leuem,mediocrem,& grauem, ſiue enormem offenſam, vt in leui omnes indifferenter abſoluant, in mediocri certas perſonas priuilegiatas,ut oſtiarios,officiales,& ſeruos, & clericos cõmuniter viuentes,& profeſſos.in enormibus nullos,niſi in caſibus,in quibus Papa non poteſt adiri.Hæc Ioan.And.Idem Ioã. de Ligna.Et de enormi iniuria exemplificat Ioan. Andr. ſuper cap.cum illorum,eod.titu.dicens.

51 † Enormis eſt, ſi effodiat oculos, ſi vulneretur, ſi in theatro, vel foro, vel in conſpectu iudicis percutiatur, multofortius ſi in cimiterio, vel dormitorio vulneretur, ſi quocunque membro mutiletur, ſi ad effuſionem ſanguinis grauem, & ex graui ictu prouenientem perueniatur,ſi in epiſcopum, abbatem,vel ſecularem clericum,vel religioſum manus inijciatur, ſi ex manus iniectione ſcandalum oriatur.Item ſi in priorem,ſiue abbatem,vel locumtenentem manus iniecerit. & dicit Hoſtien.idẽ intelligendum, quotiens inferior, & ſubditus in ſuperiorem manus inijcit.

52 † Et per hoc videtur ſolui quæſtio de monacho, qui abſente abbate percuſſit vicarium, quem Abbas dimiſerat in clauſtro, alium tamen clauſtralem. Hæc ibi. Pe.etiam de Peru. ſuper dicto cap.prædicta ponit, & ſpecialiter hoc, quòd ſi Abbas ſe abſentando loco ſui dimittit aliquem vicarium inijciens manũ in eum,reputatur enormem iniuriam commiſiſſe, vt abſolui non poſſet citra ſedem apoſtolicam,& in Directorio iuris dicitur quòd Prædicatores, & Minores in huiuſmodi enormibus iniurijs ſeu percuſſionibus incidentes vigore ſuorum priuilegiorum non poſſunt abſolui a ſuperioribus ordinis ſui. Et in eo.li.dicitur,quòd idem eſt.i. enormis iniuria, quandocunque inferior in ſuum ſuperiorem manus inijcit.& Ioan. de Ligna.
53 ſuper dicto capitul. cum illorum, dicit, † quòd cum religioſus percutit clericum ſecularem, hodie poteſt abſolui per epiſcopum in caſu, quo poſſet abſoluere alium clericum. eodem titulo. religioſo. libr. ſexto. dum ſcilicet percuſſura eſt leuis. Hoſt.dicit quòd iudicium de leui iniuria, vel enormi eſt totum epiſcopi arbitrio committendum,allegat extrauagãtem,perlectis. & addit. Caueat tamen ſibi de arbitrio temperato. Qui ergo per epiſcopos non poſſunt abſolui, vel per ſuos prælatos ſedi apoſtolicæ reſeruantur.

54 † Sed vtrum Legati de latere iure legationis valeant quoſlibet per huiuſmodi abſoluere. ſunt variæ opinio. verſi.in Spec. tenet,quòd nõ poſſunt abſoluere pro atroci. Et intelligit atrocem,homicidium, vel mutilationem membri non ſimplicem ſanguinis effuſionem,etiam cum oſſium fractione.idem Hoſt. in cap.quòd tranſlationem, de officio delegat. Abbas tenet, ꝙ quoſlibet,& pro qualibet percuſſione,vt in cap.ad eminentiã, & cap.ea noſcitur,eodem titu.Ioan.Andr.& Ioan.de Lignano dicunt,quòd hæc opinio videtur vera,ſi ponderetur textus cõſtitutionum, qui loquitur generaliter,& etiam quia conceſsũ Legatis,& ſic vt beneficium latiſſimè interpretandum, vt l. ſi beneficio.ff.de conſtitu.Prin. etiam quia hoc eſt fauorabile animabus,& ſic non eſt reſtringẽdum. Stat ergo regula, quòd per ſolum ſummum Pontificem, vel legatum de latere abſoluantur tales.

55 † Qui Legati de latere Papæ miſſi, dum ſunt extra terminos ſuæ legationis,dummodò ſunt in via, tales abſoluere poſſunt, etiam ſi tales excommunicati aliunde veniant, extra de offi.lega.excommunicatis,ſed legati,qui non mittuntur de latere Papæ, dum ſunt extra terminos ſuæ legationis, neminem talem abſoluere poſſunt, ſed dum ſunt ſ. terminos prouinciæ ſibi cõmiſſæ poſſunt abſoluere tantum exiſtentes de prouincia ſibi commiſſa,non aliunde venientes.& ſecundum Ioan. And.legati de latere ſolum Cardinales,alij vndecunque miſſi ſunt, nõ dicuntur de latere.

56 † Maiores etiam pœnitentiarij in curia ac minores poſſunt abſoluere de enormi læſione facta in perſonis clericorum,etiã ſi mutilaſſent,vel occidiſſent,dummodò non prælatos occiderint,vel mutilauerint,poſſunt autem hoc ſi ſunt præſentes ipſi quæ debent abſolui, & conſilio prius habito conſenſus cum Cardinali ſcilicet ſummo pœnitentiario.& multomagis hoc poteſt ipſe ſummus pœnitentiarius,non tamen occiſores, vel mutilatores prælatorum poteſt abſoluere ſine conſenſu Papæ, ſic reperi in libello caſuum ipſorum pœnitentiariorum.& hoc dico,quantum ad iſtud de pœnitentiarijs.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationem incurrunt hoſtiliter inſequentes Cardinales,vel capientes,vel ſi ſocij fuerint,& quas alias pœnas incurrant,vt infra nu.4.*
2 *Quid ſi eos inſultant ad domum,an pœna de qua hic,locum habeat.*
3 *Receptatores pari puniuntur pœna.*
5 *Verbum notitia,quomodo accipiatur.*

Capitulum ij.

SI quis deinceps in hoc ſacrilegii genus irrepſerit, quòd ſanctæ Romanæ Eccle. Cardinales hoſtiliter fuerit inſecutus,vel percuſſerit, aut cęperit, vel ſocius fuerit facientis,

Source : BIU Cujas

cientis, aut fieri mandauerit, aut factum habuit ratum, aut consilium dederit, vel fauorem, & aut postea receptauerit, vel defensauerit scienter eundem, sicut in crimine læsæ maiestatis reus perpetuò sit infamis, &c. & ſ. ex insecutione prædicta, sicut ex iniectione manuum violenta ipso facto sententiam excommunicationis quis incurrat, tam ipse insecutor, quàm alii s. dicti tanti mali participes, nec ab alio, quàm a Romano Pontifice, possunt beneficium absolutionis obtinere, nisi in articulo mortis. Bonifa. extra de pœ. capitu. fœlicis. libr. 6. & ſ. Si Princeps, senatus, consul potestas, vel alius dominus siue rector cõtra præsumptores prædictos præsentis constitutionis tenorem non fecerit obseruari, tam ipse, quàm officiales eius ſ. mensem postquam res ad eorum notitiam venerit, eoipso sententiam excommunicationis incurrant. Bonif. vbi s. Insecutus, de persecutione, & captione non erit dubium, sed de insecutione hic specialiter statuitur hæc pœna. Io. Hostiliter, idest si sicut hostis, & inimicus capitalis vel publicè & manifestè, sic etiam sumitur. 11. q. 3. quicunque. Archi. Percusserit hoc de illo intelligo, qui non iustè fecit, puta se non defendendo: tunc enim cessaret pœna, quia vim vi repellere licet cuilibet. Ioan. Andr. Ceperit, cape. hoc intelligo cum effectu, † vnde si non capiatur, sed fiat ei insultus ad domum, vt ei fiat iniuria, vel obsident eum in domo, vel castro, non vt eum ibi custodiant, sed vt inferant ei verecundiam, non credo tunc habere locum, quod hic dicit, secundum id quod no per Innocen. in capit. nuper. de senten. excom. Ratum habuit, hoc intelligo cum eius contemplatione vel nomine sit factum, vt ſ. de regu. iur. ratum. Ioan. And. Idem Archi. Fauorem, non nudum vel simplicem. Et nudum concilium vel simplex fauor intelligitur illius, qui ad maleficium faciendum nihil adijcit. Ioan. Andr. & tales hanc sententiam non incurrunt, vt dicitur in tex. ipsius constitutionis. Receptauerit.

3 † Pari enim pœna sunt puniendi receptatores sine quibus diu latere non possunt delinquentes. ff. de recep. l. c. j. nisi essent consanguinei, vel affines. ff. eo. l. 2. Ioan. Andr.

4 † No. etiam, quòd sic deliquentes incurrunt, & alias pœnas multas temporales, & non solum ipsi, sed & filij, & nepotes eorum, quas potes videre in tex. Dicit enim Archi. quòd quantũ ad infamiam, & bonorum confiscationem effectualem, & pœnam corporalem infligendam necessaria saltem generalis, vt scilicet pronuncietur eum criminosum esse crimine læsæ maiestatis: aliàs quamuis dominium bonorum suorum ipso iure, vel ipso facto etiam prius amittat ex die commissi criminis, nõ tamen ei auferentur, nec fiet executio ablationis bonorum suorum, vel alteri pœnæ, nisi post sententiam saltem generalẽ, postquam res ad notitiam deuenit, potest hoc tripliciter intel-

5 ligi. † Vno modo sic quasi velit dicere, quòd si aliquis accusator existat, debeat ad instantiam huius esse criminalis, ex quo fuit contestata infra spacium mensis per sententiam terminari, & executioni mandari, alioquin isti incurrunt pœnas impositas, & hic insertas. Secundò modo potest intelligi, quod dicit de notitia, & absque accusatore aliquo denunciauit sibi, quòd tale facinus perpetratum fuit, & hoc siue aliquis de officialib. suis hoc nuntiauerit ipsi iudici, siue quicunque alius, quamuis priuatus debuit ergo iudex statim, vt audiuit tali nuntiatione recepta procedere ad inquisitionem, & testium receptionem ex vicino, in quo tale facinus dicebatur perpetratum, quos testes indicabit sibi denuntians, & si non omnes tamen aliquos, & si iudex neglexerit quòd non inquisierit, veritatem non inuestigauerit, & sententiam condemnatoriam non tulerit, & executus eam non fuerit a tempore nuntiationis prædictæ sibi factæ, & mensis lapsus fuit, ita quòd omnia prædicta expedita non fuerint isti pœnæ subiicitur hic impositę, & insertæ, tam ipse quàm eius officiales. hoc tamen intellige, nam quando res ignoratur, debet plenius ad notitiam iudicis aduenire, & tunc diuina & humana lex resoluatur, & secundum quòd ibi constitutum est, remota acceptione personarum, diffinitiua sententia proferatur. 11. quæst. 3. summopere. Tertiò modo potest intelligi quod hic dicitur per notitiam per famam, vt iste mensis incipiat currere ex die, ex qua ista fama auribus iudicis innotuit, quamuis non sit. tunc enim statim debet iudex procedere ex officio suo ad inquisitionem. hęc Archi. & ibi ponit plures instantias ad prędicta, & eas soluit, & ibi multa dicit.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati sunt, nec nisi per Pontifices absoluuntur præterquam in mortis articulo, qui episcopum percusserit vel banniuerit.*
2 *Quid de occidente illum, qui renuntiauit loco, & non ordini, vel electum nũ consecratum.*
3 *Bannitis, quod periculum immineat.*
4 *Socius, an includatur sub verbo, agentibus.*
5 *Consilium nudum, quod dicatur.*
Consilium, quomodo præstetur.
6 *Fauor simplex, quid sit.*
7 *Defensor ita punitur, sicut agens.*
Et quis dicatur defensor.
8 *Aduocatus defendens percutientem episcopum, an & quando excommunicatus sit.*

Capitulum iij.

SI quis suadente diabolo.

1 †in hoc sacrilegij genus prorupit, quòd quemuis iniuriosè Pontificem, vel temere percusserit, acceperit, seu banniuerit, vel hoc mandauerit fieri, aut facta ab aliis rata habuerit, vel socius in his fuerit facientis, aut consilium in his dederit, aut fauorem seu scienter defensauerit eundem in illis casibus de prædictis, in quibus excommunicationem per iam editos canones non subiret, fit huiusmodi nostræ constitutionis auctoritate anathematis mucrone percussus, ac non queat nisi per summũ Pontificem præterquam in mortis articulo absolui, & ſ. potestas verò consiliarii, baliui scabini, aduocati, rectores, consules, & officiales ciuitatis, qui in episcopum suum commiserint aliquid præmissorum, quocunque nomine censeantur in præmissis culpabiles existentes similiter excommunicationis sententiæ, a qua nisi vt præmittitur, valeant absolutionis beneficium obtinere, sint subiecti. Clemens extra de pę. si quis, in cle. diabolo. quòd si non fieret persuasione diabolica, puta ignorãter, non esset locus pœnis ſ. scriptis. de senten. excommu. si verò Paulus. quemuis Pontificem.

2 † Illos ergo, qui renuntiauerunt loco, non ordini, videtur includere quo ad excommunicationem incurrẽdam. Electos verò nondum consecratos, qui pontifices, id est episcopi non sunt, non videtur includere quo ad excommunicationem incurrendam. Ioan. Andr. Idem Paulus, quantum ad electos non consecratos. Temere ille igitur, qui percuteret se defendendo, non ligatur his pœnis. Ioan. And. Banniuerit.

3 † Nota, quòd plus habet ista decreta. quam illa fœlicis eod. titu. libr. 6. in eo quòd punit bannientem, quod illa non facit. Ioan. And. & istud bannire procedit de consuetudine ciuitatũ. Vnde periculum, quod imminet bannitis, est diuersum, secundum varietatem bannorum, quibusdam enim si capiantur, imminet mortis periculum, quibusdam solutionis pecuniæ, & qdam possunt impunè offendi. Pau. Mandauerit, hic videtur solum mandatum punire, etiam si mandatum non sequatur effectum, sed satis est durum hoc tenere. Ioan. posset exponi litera. vt scilicet percussiones, captiones, vel banna sint facta, vt sic requiratur factum perfectum. Paul. Idem Ioan. Andr. Rota, oportet ergo, quòd hæc facta sint eius contemplatione, aliàs ratum habere non posset, de regu. iur. libro sexto, ratum. Ioan Andr. Idem Pau. & Archid. in capitul. fœlicis. eodem titul. libr. sexto. in quodam simili.

4 † Socius. hic strictè puto sumi socium, pro agente, qui aliquid cooperatur ad actum percussionis, captionis, vel banni. & licet in derelinquendo sint plures socij quandoque, quorum nullus est principalior, & tales includuntur sub agentibus, de quibus præmisit. quandoque tamen vnus est principalis, & alter cooperans, & sic sumitur hic socius, quod patet, quia de faciente præmiserat. Io. And.

5 † Consilium fraudulentum non nudum, & dicitur nudum quod nihil adiicit ad peccatum, vt no. in capitu. nuper. de senten. excommunic. in 2. gloss. Consilium autem præstatur suadendo, rogando, & impellendo, instruendo, vel vtilitatem inde secuturam ostendendo, vt not. Innocen. de homic. capit. ad audientiam. De nudo verò consilio hic non prouidetur. Pau. Fauore.

6 † Sciendum, quòd est simplex fauor, qui nil adiicit ad peccandum. de tali verò videtur hic intelligendum, & quia litera hic dicit in his scilicet percussione, captione, vel banno, pater quòd fauens huic delinquenti post delictum præter defensorem, de quo sequitur, non incurrit hanc pœnam, sed in materia hæreticorum latius recipiuntur fautores, vt habes ſ. Ioan. And. Defensauerit, puto quòd etiam defensorem post maleficium punire intendit.

7 † Est ergo quidam defensor, idest auctorizator delicti, & talis grauius punitur quàm agens. 11. quæst. tertia, qui consentit. est alius defensor, qui etiam post delictum defendit, puta impediendo ne delinquens ad manus iudicis deueniat examinãdus, vel puniendus, 28. quæst. 1. si custos. vel impediendo ne fiat executio, hoc etiam intendit includere, & probatur eo. titu. fœlicis. lib. 6. Non puto quòd is, qui talem defenderet, ne lædatur a priuato, nedum tertio, sed illo offenso, puta episcopo vel eius consanguineis vindicare volentibus includatur hac pœna. De illo, qui defendit in iudicio patrocinando. vide quod dixi post Host. de cle. ex. proposuit. super verbo, fautorem.

8 † Paulus autem hoc prosequitur, & declarat per distinctionem, quia scilicet aut aduocatus, vel procurator talis defendit iustè,

iustè,quia scilicet putat cum inculpabilem, iura pro eo allegãdo,& ostendendo eum innocentem, & sic non ligatur aliqua pœna,etiam si postea appareat eum culpabilem. Ratio est, qa in talibus iusta defensio reseruatur,de excep.cum inter. aut cõtra iustitiam, & conscientiam defendit, & sic ligatur hac pœna. de hære.si aduersus. Tales enim defensores appellantur.18. quæstio.j.de præsentium. Paul.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationem non incurrit hæreticus per solum actum inferiorem.*
2 *Fidei dubios articulos ecclesia Romana sola determinat.*
In cã hæresis in sententia proferenda episcopus requirit capituli consilium.
3 *Episcopus hodie in causa hæresis non sententiat sine inquisitore.*
4 *Excommunicatus est tenens vbicunque de hæresi damnatos.*
5 *Hæreticus non est,qui fidei Romanæ adhæret, licet alia appositum teneat.*
6 *Excommunicatus,an sit faciens contra episcopi prohibitionem.*
7 *Absolutio ab excommunicatione ob hæresim, an sit Papæ reseruata.*
8 *Hæreticus,quot modis quis dicatur.*
9 *Hæreticorum credentes, qui sunt.*
10 *Hæreticorum defensores, qui dicantur.*
Et qui receptatores.
Et qui fautores.

¶Capitulum IIII.

1 OVICVNQVE semel in hæresim † damnatã labitur, eius damnatione seipsum inuoluit. Gelasius Papa XXIIII. quæstio. prima c.j.Exgl. summaria dicitur, quòd siue veteram, siue nouam sequatur hæresim,excommunicatus est,licet sit occultus. Not. quòd occultus hic intelligendus est respectu plurium, & non respectu actus exterioris. Nam secundum Petr. de Pa.in iiii.pro solo actu interiori, quo tamen solo homo est perfectus hæreticus, non incurritur excommunicatio, sed si aliquo actu exteriori manifestat delictũ suum quantuncunque occultum,tunc incurrit. Vniuersos qui de sacramentis aliter sentire aut docere non metuunt quàm sacrosancta Romana ecclesi.prædicat, & obseruat, & generaliter quoscunque eadem Romana eccle. vel singuli episcopi per diœceses suas cum concilio clericorũ, vel clerici ipsi sede vacante cum consilio si oportuit episcoporum vicinorum hæreticos iudicauerint vinculo perpetui anathematis innodamus.
2 Lucius.iij in capit.ad abolendam.de hære. † Dicitur in quadam gloss.super verbo,iudicauerint.i.in hæresim iam damnatam,& indubitatam incidisse,alias enim si de articulis fidei dubitatio orietur,& dubium sit quod bene,vel malè diceret, sola Romana eccle. habet determinare.24.quæstio.prima.quotiens.Et dicit Petr.de Ancha. not. episcopum cum consilio clericorum posse de hæresi cognoscere,& punire. ergo episcopi, vbi etiam de fide agitur,sunt ordinarii, & de officio tenentur inquirere infra eodem excommunicamus. dubia tamen fidei non possunt decidere, sed reseruanda sunt Papæ. & quia causa hæresis est ardua patet quòd in sententia proferenda episcopus requirit consilium capituli, licet consensum non expectet, de his
3 quæ fi. a præla.Nouit. † Hodie non potest episcopus ferre sententiam in causa hæresis sine inquisitore hæreticæ prauitatis, infra eodem clemen.prima.Not. quòd priuilegium exemptionis non eximit exemptum a iurisdictione diœcesani committentem crimen hæresis.Petr.de Ancha. †
4 Dubitatur, an quicũque tenet vbicunque contra articulos Parisiis damnatos,sit excommunicatus? & videtur quòd sic, & si non sententia episcopi,non ligat non subditos,nec extra territorium, saltem sentẽtia huius decretalis,ad abolendam,quæ dicit, Vinculo perpetui anathematis obligamus omnes,qui per singulos episcopos tãquam hæretici sunt damnati. dicendum quòd episcopus non intendit omnes articulos dãnare sicut hæreticos, sed sicut dubios & periculosos, tum quia multi catholici eos tenent, tum quia non excommunicauerunt, sed denuntiauerunt excommunicatos,tum quia non solum dogmatizantes, sed etiam aliter credentes essent excommunicati, tum quia ad solum Papã pertinet determinare generaliter,quid est hæreticum, & quid catholicum.Non est ergo excommunicatus a iure,qui tenet illud,quod vna ecclesia particularis iudicat esse hæreticum, sed qui firmiter adhæret ei,quod ecclesia vniuersalis, vel Romana
5 diffiniuit esse hæreticum,ad quam pertinet hoc: † quia quandiu adhæret homo fidei ecclesiæ Romanæ,quamuis alia ecclesia teneat oppositum,nunquàm est hæreticus,de Sum.Trinitate capitu.damnamus,in fin.quia illa non potest errare, sed omnis alia sic, sicut tota ecclesia Græcorum. Vnde determinans con-
6 tra tales articulos non incurrit sententiam iuris. † Si verò quæratur,vtrum sententiam episcopi incurrit contra eius prohibitionem faciens.certum est ꝙ sic, si est subditus in loco subdito, & idem est si exemptus etiam in loco exempto, & multomagis si non exemptus in loco exempto, quia in talibus quæ sunt fidei,non prodest exemptio. Si autem si non subditus iure cõmuni, vel subditus in loco extra territorium non incurrit. Si verò extraneus in loco diœcesis, aut est talis qui non sortitur forum ratione delicti, sicut fortè archiepiscopus, & sic non incidit: aut talis qui sortitur,& tunc si est de articulis per ecclesiã Romanam damnatis,tunc incidit. Si autem non est de illis,nõ incidit,quia non peccat per inobedientiam, quia tunc non est
7 subditus. † Et not.ꝙ ex corpore iuris non videtur haberi,ꝙ absolutionem ab excommunicatione propter hæresim contractam Papa sibi reseruauerit. ex quo argui posset quòd ab episcopis possent absolui,per capitu.nuper,de sentent. excommu. sed per processum Papæ, qui fit annuatim in curia sibi reseruat
8 eorum absolutionem,vt patebit infra in ipso processu. † Quot modis dicatur quis hæreticus, & quis propriè sit hæreticus, & quot sint hæreses iam confictę, & quot modis puniantur, & qualiter, & quando ad misericordiam recipiantur, vide in secunda parte,titu.12.c. de hæresi. excommunicatio contra fautores & receptatores hæreticorum.

Excommunicamus omnes hæreticos, & fautores & receptatores,& defensores eorum. Honorius.III. de sententia excommunicationis. nouerit. † Dicit Petr.de Pal.in iiij. quòd credentes hęreticorum sunt, qui licet nulli hæresi expresè adhæreãt, credunt tamen hæreticos esse bonos homines, & habere bonam fidem,sicut sunt apud nos simplices, non habentes explicitam hæresim, sicut quidam hæreticalis captus cum vno hæretico perfecto,interrogatus dicebat, Volo mori in fide domini Guilielmi Lau.Sic enim vocabatur ille perfectus hęreticus,
10 iste erat credens propriè. † Defensores autem sunt, qui personam defendunt,vt aduocati præstando patrocinium,vel tabelliones faciendo instrumenta, vel iurantes alias iuuantes in cã. qui autem non personam, sed hæresim defendit, hæresiarcha est. Receptatores sunt, qui in domo, vel terra sua eos recipiunt semel,vel pluries publicè,vel priuatè.Fautores sunt,qui aliquãdo fauent facto mittendo alimoniam,& huiusmodi, aliquando verbo,vt dicendo, Isti sunt boni homines,iniustum est agere contra eos & inquisitores imponunt eis malignè conficta. Item commissione, quando qui potestate fungitur in capiendo,& alias non fauent inquisitoribus, sicut debent. Omnes isti sunt excommunicati ipso facto, sicut hæretici. quod intelligẽdum est,dum tamen vitium suum aliquo actu procedat exteriori publicè,vel occultè. Item qui in potestate existens omittit facere,quod debet,licet nihil exterius agat incurrit, quia ad idem iudicium pertinet habitus,& priuatio.Hæc ille,distin.13. Quomodo exponantur dicta vocabula,scilicet fautores, receptatores,vide in c.sequen.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticos & eorum credentes,receptatores, & fautores sepelientes, excõmunicati sunt.*
2 *Hæreticorum credentes,qui dicantur.& infra num.3.4.*
5 *Hæreticorum receptatores,qui dicantur & infra num. 6.*
7 *Hæreticus,siue hæresiarcha dicitur,qui hæreticorum errores defendit.*
8 *Hæreticorum fauor,quis dicatur.*

¶Capitulum V.

1 QVICVNQVE hæreticos credentes, † receptatores,vel fautores eorum scienter præsumpserint ecclesiasticæ tradere sepulturæ vsq; ad satisfacti onem idoneam, excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere, nec absolutionis beneficium mereantur,nisi propriis manibus,extumulent publicè,& proiiciant huiusmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetuò careat sepultura, de hære.libro 6. Quicunque laici vel clerici, cum viuersaliter dicat,quicunq;, & ita nullum excipiat. † Cre-
2 dentes,illi dicuntur credentes hæreticorum, qui ore proprio dicunt se credere erroribus eorum,de pœnitẽ. distin.j. fieri potest. & hoc indubitatum est, & probatione non indiget. Item qui adorauerint,& reuerentiam suo modo exhibuerint, consolationem, vel communionem ab hęreticis acceperunt, vel similia perpetrant, quæ ad ritum eorum pertinent. Credentes meritò possunt dici factis,quib error exprimitur, vt posui exempla.Item qui sermones,& prædicationes eorum audierit, si semel tantum audierint, & nunquàm amplius redierint, non dicunt iudicari hæreticorum credentes, nec enim videntur approbasse, quod postea vitarunt, argument. efficax ad hoc.i.q.j.
3 constat. † Item si quis eos visitauit, alimoniam dedit,ducatum præstitit,vel similia fecit,in quibus nil de ritu eorum ostenditur,non credo quòd possint credentes iudicari. Nam hæc fiunt quandoque interuentu pecuniæ,secus si prius erãt lapsi, & postea ista facerẽt,de hereti.lib.6.Accusatus,oẽs tamen prædictos, quos dixi,non debere iudicari credẽtes, fateor suspitione maxima non carere,& ideo posse eis indici purgationẽ canonicã,
4 iuxta canonicas sanctiones. † Item qui libros hæreticorum susci-

Source : BIU Cujas

ſuſcipiunt, ſi ſtatim eos deſtruxerint incendio, vel alio modo, in noxios iudicandos credo, ſcilicet deſtruentes. 5.q.j.c.j. aliàs ſi ſuſcepti ſunt, & non deſtruunt, eſt eis indicenda purgatio canonica. Archid. † Receptatores, glo. Archid. illi dicuntut tales, qui ſcienter recipiunt, & ſi non frequenter, argum. efficax, de pœn. felicis. lib. 6. Nam verbum frequentatiuum in iure, pro ſimplici verbo ponitur, vt receptare pro recipere. Horum autem qui ſcienter receptant, quidam ſunt in culpa, quidam non. † Hic no tandum ſanè videtur, ꝙ iura ciuilia videntur illum intelligere eſſe receptatorem, qui latenter recipit, & celat, & conſeruat, vt manus iudicis euadat, vt innuitur. ff. de recept. l.j. Defenſorem. glo. Archid. † Si defenderit quis errorem ipſum, damnabilior eſt eo qui errat, & non ſolum hæreticus, ſed etiam hæreſiarcha dicitur. 24. quæſtio. 3. qui aliorum. ſi verò defenderit perſonam reſiſtens viribus, vel potentia, ne ad manus iudicis veniat puniẽdus, vel examinandus, poteſt contra huiuſmodi defenſores ꝓcedi ad excommunicationem, & pro huiuſmodi præſumptione poſſet ei indici purgatio canonica. † Fautores glo. Archid. qui publica poteſtate funguntur, vt prælati & Principes ex ſola omiſſione poſſunt dici fautores, puta ſi ab eccleſia condemnatos non fugant, puniunt, ſicut debent. 25. quæſtio. 3. qui poteſt. Priuatæ verò perſonæ in hoc caſu ſi non capiunt, ſi prætereuntes non detinent, fautores dici non poſſunt. Nam hoc pertinet ad eos, qui poteſtate funguntur. Et hoc verum, niſi fuerint priuatæ perſonæ tales, quòd iuramento ſe aſtrinxerint. Si enim iurauerunt indicare & celant, non nego eos fautores. Item ſi quis excuſat hæreticum, non ex linguæ lubrico, nec per iocum, ſed in conuenticulis, vel inter laicos, ſicut multi ſæpe dicentes, Iſti non ſunt tales quales dicuntur, nec negant iſta vel illa; vel fortè, quia aduocati ſunt aliqui, & defendendo eos excuſant eorũ proceſſus, poſſunt dici fautores, cõſideratione habita perſonarum, loci, & temporum. Item ſi quis facto faueat, probatione non eget, puta in eo qui tali alimoniam præſtat, & procurat, qui liberat, qui ea per quæ liberatur ſubminiſtrat, & ſi quæ ſunt ſimilia. Item in eo, qui precibus liberatur. 14. quæſtio. 6. capit. j. Scienter ergo ſi hoc neſciebat ipſe tumulans non ligatur hac pœna, quia facti ignorantia vnumquemque excuſat. Eccleſiaſticæ ſepulturæ. vult dicere litera iſta, quòd talium cadauera nõ debent in cimiterio eccleſiaſtico tumulari, nec alibi ad modũ Chriſtianorum, ſed foras iactari ab eccleſiaſtica ſepultura in ſignum perpetuæ damnationis Archidiaco. Proprijs manibus. ergo non alienis. Imponuntur prædictis, & alienæ pœnæ, quas potes videre in textu.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati ſunt rectores terrarum impedientes inquiſitores hæreticorum.*
2 *Inquiſitio fienda eſt, vt hæretici à fidelibus diſcernantur.*
3 *Inquiſitor & ordinarius ſi ſint diſcordes, qui alter vult hæreticum condemnare, & alter abſoluere, quid agendum ſit.*

Capitulum VI.

1 VT inquiſitionis negotium † contra hęreticam prauitatem ad Dei gloriam, & augmentum fidei noſtriś temporibus proſperetur, & in qua conſtitutione ſunt plures conſtitutæ excommunicationes. Primò omnes Poteſtates, domini temporales, & rectores quibuſcunque dignitatibus, vel officijs, & nominibus cenſeantur, & eorum officiales, & bulini, qui diœceſanis, vel epiſcopis, vel inquiſitoribus hæreticæ prauitatis non obediunt, in hæreticorum, vel epiſcoporum credentium, vel defenſorum receptatorum, fautorum inueſtigatione, captione, & cuſtodia diligenti, cum ab eis fuerint requiſiti, ſunt excommunicati. Secundò omnes prædicti rectores, ſi prædictas perſonas peſtiferas non duxerint, vel duci fecerint ſine mora, poſtquàm fuerint requiſiti, in poteſtatem ſeu carcerem epiſcoporum ſeu inquiſitorum, vel ad locum alium aliquem, de quo ipſi vel aliqui ex ipſis mandauerint infra eorum dominorum vel rectorum diſtrictum, vbi per viros catholicos à prędictis epiſcopis, vel inquiſitoribus, vel eorundem aliquos deputatos ſub arcta, & diligenti cuſtodia teneantur, donec eorum negotium per iudicium eccleſiæ terminetur, ſunt excommunicati. Tertiò omnes ſupradicti rectores, & eorum officiales, & nuncij, ſi de hæreſi ab epiſcopis, vel inquiſitoribus condemnatos, & eorum brachio derelictos non ſtatim cœperint, & inde latè animaduerſione debita puniendos, non obſtantibus appellationibus, quibuſcunque prædictorum, ſunt excommunicati. Quartò omnes ſupradicti rectores, & officiales, ſi captos pro crimine hæreſis abſque dictorum epiſcoporum, ſeu inquiſitorum, aut ſaltem alterius eorum licentia, vel mandato à captione, vel carcere liberauerint, ſunt exõmunicati. Quintò omnes ſupradicti ipſorumque officiales, ſi de crimine hæreſis, cum merè ſit eccleſiaſticum, cognouerint quoquomodo, vel iudicauerint, ſunt excommunicati. Sextò omnes ſupradicti, ſi executionem pro huiuſmodi crimine à diœceſanis, vel inquiſitore iniunctã promptè, prout ad ſuum ſpectat officium, facere detractent, vel diœceſis, vel inquiſitoris iudicium, ſententiam ſeu proceſſum directè vel indirectè impedire præſumant, ſunt excommunicati. Septimò omnes ſupradicti, qui ſcienter in prædictis, vel aliquo prędictorum contra inquiſitionis officium dederint auxilium, conſilium, vel fauorem, ſunt excommunicati omnes prædicti, ſi ſententiam excommunicationis, in quam incurriſſent, omnino per annum ſuſtinuerint, extunc velut hæretici condemnantur. Hæc omnia in prædicta conſtitutione, quæ incipit, vt 2 inquiſitionis, extra de hære. lib. 6. vt inquiſitionis. † vbi hæretici dicuntur admixti fidelibus. de hoc facienda eſt inquiſitio, vt à fidelibus diſcernantur, & inuenti corrigantur. Archid. Punien- 3 dos, † quòd ſi inquiſitor, & ordinarius diſcordant in mandato, quia vnus mandat puniri per ſe condemnatum, alter mandat relaxari per ſe abſolutum, ſatis videtur ſuperſedendum, donec conſulatur Papa, ſupra c. proxi. Ioan. And. Canon eſt ſententiæ latæ, & quia non reſeruatur abſolutio Papæ, ordinarius poterit abſoluere. ſ. de ſen. excom. nuper. Ioan. And.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores excommunicati ſunt, qui odio vel gratia, vel lucro non procedunt contra hæreticos, nec poſſunt abſolui niſi à Papa præterquam in mortis articulo.*
2 *Crimen occultum, an ligetur per conſtitutionem eccleſiæ. & nu. ſeq.*
Hæreticus omnino occultus, an ſit excommunicatus.
4 *Hæreticum eſt dicere, actum fœnerandi non eſſe peccatum.*
5 *Hæreticus, quis dicatur.*
6 *Pertinax, quis dicatur.*
Iudæi aſſerentes, vſuram non eſſe peccatum, non dicuntur hæretici.
7 *Hæreticum eſt dicere, vſuram non eſſe peccatum, & facta reſtitutione non eſſe confitendum.*
8 *Hæreticus non eſt, qui malè credit, & corrigi paratus eſt.*

Capitulum VII.

1 INquiſitores & alij ad dicti officij executionem cõſtituti ſi odij, gratiæ, vel amoris, † lucri, vel cõmodi temporalis obtentu contra iuſtitiam, & conſcientiam ſuam omiſerunt contra quemquã procedere, vt fuerit procedendum ſuper huiuſmodi prauitate, ſcilicet hæretica, aut obtentu eodem prauitatem ipſam, aut impedimentum officij ſui alicui imponendo, eum ſuper hoc præſumpſerit quoquomodo vexare, præter alias pœnas excommunicationis ſententiam eoipſo incurrant, à qua niſi ꝑ Romanum Pontificem nequeant, præterquam in mortis articulo, & tunc ſatisfactione præmiſſa abſolui, nullo in hac parte priuilegio ſuffragante. Clemens in c. multorum, de hære. in clemen. obtentu. vbi ergo non propter alterum prædictorum, vel fortè timore propter vitandum ſcandalum hoc admitterent, non eſt locus pœnæ. Ioan. Andr. Et contra conſcientiam. Not. ꝙ copulat contra iuſtitiam, & conſcientiam. eodẽ, ſcilicet odij, 2 gratię &c. vt ſ. † Ex quo patet apertè, ꝙ conſtitutio eccleſię militantis ligat crimen omnino occultum ad pœnam ſuſpenſionis, & excommunicationis. Inducit ad hoc multa iura, & ſubdit. Ex his videtur indubitatum quod Archi. habeat pro dubio, & diſputationi relinquebat, an hæreticus omnino occultus ſit excommunicatus. Ioan. tenet ꝙ ſic. 24. q. j. in ſum. & in glo. ſeq. placet etiam Goff. & Ray. in ſummis. Exinde inducit multa iura, quæ videntur facere in contrarium. 22. diſt. erubeſcant &c. 3 Tandem Ioan. And. concludit ſic de plano. † Fateamur ꝙ conſtitutio militantis eccleſiæ omnia occulta ligat, non tamen nominatim de illis iudicat tribunal eccleſiæ. immo ipſa eccleſia inquãtum per hominem iudicat hominem nominatim, & inquantum eſt collectio fidelium ligatos ſic occultos habet pro ſolutis, de ſen. excom. à nobis, & ſic loquuntur contraria. † No. 4 ſecundum Petr. de Ancha. ſuper clem. de vſuris, ex graui. quòd actus fœnerandi non ſapit hæreſim. nec pertinet ad inquiſitorem, & tamen pertinacitet aſſerere hoc non eſſe peccatum, eſt hæreticũ. Rationem collige ex glo. non ſolum, cum qua concord. Paul. Ex quo collige deciſionem eius, quod dubitabatur. quidam enim de iſtis bizocholis in publicis prædicationibus concitando turbam, & ſeditionem contra clerum, vt fertur, aſſeruit exhortando, quòd laici non tenebantur ſoluere decimas, nec de eis confiteri, nec oblationes dare, & quòd peccabant contrarium faciendo, cum eſſent omnes clerici mali, & de eccleſijs remouendi. quærebatur an iſta, & alia quamplura eſſent hæretica, & procedi poſſet contra eum tanquam contra hæreticum? & firmatum fuit per omnes ſacræ Theologiæ Doctores, & Doctores vtriuſque iuris ibi exiſtentes, ꝙ ſic, & bene per doctrinam huius gloſ. Sapiebat enim pertinaciter & tenebat diuerſas, & falſas opiniones reprobatas per ſacros canones & canonicas ſanctiones, ergo &c. vt in ea patet. Et Paul. cla- 5 rius loquens dicit. † Hæreticus eſt nõ ſolum, qui malè ſentit & docet

docet de articulis fidei & ſacramẽtis eccleſiæ, ſed etiam qui falſam,& extortam expoſitionem in ſcripturis diuinis ponit,contra id quod tenet eccleſia,diſtinct.l.ſi quis diaconus. & intellige iſtum tex.cle. ex graui. quando ſimpliciter & præcipuè quis aſſerit non eſſe peccatũ fœnerare. ſed quia ſunt nonnulli caſus, in quibus probabiliter dubitatur, vtrum in iſto, vel in illo caſu ſit vſura,non eſſet hæreticus,qui teneret opinio.etiam fortè nõ
6 veram,vt ſupra cap. nauiganti.de vſuris.Pe. † Et not.ſecundum Paul cle.q dicit pertinaciter,pertinax dicitur,qui valde, & impudenter aliquid tenet & affirmat. vnde ſi ioco, vel per lubricum linguæ hoc diceret,non eſſet hęreticus 24.q.j.ait.& ſic pertinacia in malo, perſeuerantia in bono. Iudæi autem quamuis affirment,vſuram non eſſe peccatum, non tamen poſſunt dici hæretici,nec aliter contra eos proceditur.Ratio eſt, quia in eis non cadit hæreſis;quæ eſt idem quod eliſio,vel diuiſio 24.quæſtio.3.hæreſis. Cum enim non ſint de gremio eccleſię,diuiſionem ab eo facere non poſſunt. ſi tamen errorem dogmatizarent,etſi non vt contra hæreticos, tamen per alios modos poſſent per eccleſiam puniri,ſicut & in aliis caſibus,quando offen
7 dunt fidem.Paul. † No.etiam ſecundum Paul. vbi ſupra, in cle. ex graui,de vſur.quòd qui dicit pertinaciter, vſuram eſſe peccatum,ſed facta reſtitutione non eſſe confitendum, ſicut qui eſt obligatus ex contractu licito,eſt hæreticus: in contractu enim obigatur quis tantum homini,in vſura autem offendit,& obligatur Deo,& homini. & ideo poſt reſtitutionem adhuc tene-
8 tur pœnitere. † Item ſecuundum eundem, qui malè credit, ſed paratus eſt corrigi,& ſequi certioratus fidem eccleſiæ, non eſt hæreticus 22. q.2.Beatus Paulus.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores & eorum commiſſarij illicitè pecuniam extorquẽter ſub inquiſitionis prætextu,excommunicati ſunt.*

¶Capitulum viij.

1 INQVISITORES & eorum † vel epiſcoporum ſeu capitulorum ſede vacante ſuper hoc deputati commiſſarii, qui ſi prætextu officii inquiſitionis, quibus ſuis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorquent, aut ſcienter attẽtant,eccleſiarum bona ob clericorum delictum prædicti occaſione officii fiſco eccleſiæ applicare,sũt excommunicati, & abſolui non poſſunt præterquàm in mortis articulo,donec illis à quibus extorſerint, plenè ſatisfecerint de pecunia, ſic exorta, nullis priuilegiis,pactis, aut remiſſionibus ſuper hoc valituris, cle.in cap.nolentes,de hære.in cle.commiſſarii.dãt ergo inquiſitores,quos vicarios vocamus,vel ſubſtitutos,ſupra cap.proximo.Ioan.Andr.commiſſarii.de epiſcopis loqui non videtur,licèt etiam ab his debeant abſtinere, pœna tamen quæ ſequitur, non habet locum in ipſis.Ioan.Andr.Prætextu. ſi ergo non eo prætextu illicitè exigit,licèt faciat malè, non tamen eſt locus pœnæ.Ioan.Andr.Pecuniam intelligo largè. quæſt.j.iij.totum. Eccleſiarum, de bonis ergo clericorum propriis nõ prohibet. Eccleſiæ multominus ſibi ipſis vel officialibus vel fiſco ſeculari,cui applicata ſunt, ipſo iure bona laicorum damnatorum de hæreſi. Ioan.Andr. Abſolui, per ordinarios, cum ſibi nõ reſeruet Papa.Ioan.Andr.Satisfecerint, ſi habent vnde, alias in hoc paupertas excuſat,de vſu. cum tu.Ioan.And.quod prælatos eccleſiarum cogi non poſſumus ad officiũ inquiſitionis exercendum.Bonifa. virtute conſpicuus. quod magiſter ordinis in toto ordine, & quilibet prior prouincialis, & eius vicarius in ſua prouincia poſſunt fratres ſuos per ſedem apoſtolicam deputatos ad prædicandum crucem, vel ad inquirendũ ꝫ hæreticam prauitatem reuocare, remouere, & transferre, vel q ſuperſedeant iniungere,alios quoque ſubſtituere,ſi eis viſum fuerit expedire,& in eos ſi contrauenerint,cenſuram eccleſiaſticam exercere,non obſtantibus literis apoſtolicis impetratis, vel impetrandis, quæ da indulto hoc expreſſam non fecerint mentionem. Bonifa.virtute. De irritatione ordinationum ab Octauiano,& Guidone hæreſiarchis factarum.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati ſunt ordinem accipientes à ſciſmaticis & ab eis res eccleſiarum ementes.& infra tum.3.*
2 *Vacare dicitur eccleſia, quando habet paſtorem hæreticum, vel ſciſmaticũ.*

¶Capitulum ix.

1  Rdinationes ab Octauiano† & Guidone hæreſiarchis factas,& ab ordinatis ab eis irritas eſſe cenſemus,adiicientes, vt qui dignitates eccleſiaſticas, ſeu beneficia per prædictos ſciſmaticos acceperũt, careant impetratis. Alienationes quoque, quæ quæ per ipſos ſciſmaticos, ſiue per laicos factæ ſunt de rebus eccleſiaſticis omni careant firmitate, & ad eccleſiam ſine omni onere reuertantur. ſi quis contrarium præſumpſerit, excommunicationi ſe nouerit ſubiacere. extra de ſciſmaticis.capitulo primo. A Guidone cum ſciſſerunt eccleſiam, qui non dicuntur ſciſmatici, immo potius dicuntur tales qui diuertuntur ab eis hæreſiarchis.i.ſciſmaticis. Innocent.ab eis ordinatis, per ordinatos ab eis videtur idem,cum ſit eadem ratio, defectus ſcilicet executionis, quàm dare non poteſt, qui non habet. Ioan. Andr.Laicos,auctoritate ipſorum ſciſmaticorum, alias emens non eſſet excommunicatus,ſed excommunicẽdus, ſecundum
2 Hoſtienſ.firmiter, † quia eccleſia quandiu habet paſtorem hæreticum,vel ſciſmaticum,vacare dicitur.Vnde non valent,qaæ a tali prælato fiunt in præiudicium eccleſiæ, ſi tamen acquirit talis prælatus eccleſiæ,tenet,nec caſſabitur, & hoc in fauorem eccleſiæ. Ber. Reuertantur,ergo reuertuntur talia ad eccleſiam nullo dato precio.Petr.de Ancha. Sed emptor habet recurſum ad venditorem pro precio, ſecundum Vin. ſi quis contrariæ.i. ordines exequendo,beneficia retinendo,vel bona alienata, ſecundum Hoſtien.ſubiacere illi ſciſmatici, qui ab vnitate eccleſiæ recedunt,vt græci,excommunicati ſunt 19.diſt. nulli. Dicebat Hoſtienſ.illos ſciſmaticos tantum, qui ſe extollunt contra Roma.eccleſiam, & ab illa ſe ſeperant, eſſe excommunicatos cum adhærentibus,& dicuntur tales hæretici illi ſcilicet qui volunt contra epiſcopum aliquem inſurgere, & epiſcopatum tenere,& clericos ſuos facere, & excommunicandi ſunt. Petr. de
3 Anch. † Not.quòd qui ordines, vel beneficia receperunt a ſciſmaticis,ipſo iure excommunicati ſunt, & ſic eſt canon latæ ſententiæ.quod quidam,vt Hoſtienſ. intelligunt de adhærentibus,& fauentibus ipſis ſciſmaticis. Dicas ergo,eos qui alias non adhærent, nec fauent ſciſmaticis illis ſcilicet qui recedunt ab vnitate eccleſiæ,nec extollentes ſe contra Rom.eccleſiam, etſi contra alios non excommunicatos ipſo iure, ſed ſunt excommunicandi.Petr. de Ancha. Item not. quòd excommunicati ſunt omnes ſequaces adhærentes, vel fauentes publicè, vel occultè ſciſmatici damnato in concilio Conſtantien.Pet. de Luna. abſolutio Papę reſeruatur,vt patet in proceſſu curiali.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus eſt afferens, eccleſiam Romanam non eſſe aliarum captu. eccleſiarum,nec canones & decreta condere poſſe.*
2 *Canonum contemptor,quis dupliciter dicitur.*
3 *Canones & ſtatuta continentia præcepta transgrediens, mortaliter peccat. Secus ſi ex rationabili cauſa tranſgrediatur.*

¶Capitulum x.

1  QVI aſſerit contumaciter, † eccleſiam Rom. nõ eſſe caput aliarum eccleſiarum, & non poſſe condere canones,& decreta, & etiam ſibi tanquàm capiti non obediendum, excõmunicatus eſt 19.diſt.nulli fas nota, quòd iſtud capitu. loquitur de contemptoribus canonũ,& tranſ-
2 greſſoribus.Sed ſecundum Hugo.ibidem, & Paul. in cle. † dupliciter dicitur quis contemptor canonum: vno modo, quia apoſtolicam ſedem contumaciter negat, eſſe caput eccleſiarũ, & habere poteſtatem condendi canones,decreta,& ſtatuta eius non eſſe obſeruanda,& talis eſt ſciſmaticus,& hæreticus,& excommunicatus. & ſic intelligendo dicto capitu. eſt canon laræ ſententiæ.Et ad idem facit 22.diſt.omnes.25. quæſt. prima. violatores. Et idem di. Ioan. Andr. Innocent. Hoſtienſ. Secundo modo dicitur quis contemptor & transgreſſor canonum, qui ipſa mandata canonum non ſeruat, quamuis credat, & dicat eſſe ſeruanda. hic non eſt ſciſmaticus propriè, nec excommunicatus,& ſic de huiuſmodi intelligendo capitulum, eſt canon
3 ſerendæ ſententiæ, vt dicit Paul. in cle. † Si quis transgreditur canones,& ſtatuta continentia præcepta,ſiue affirmatiua, ſiue negatiua,peccat mortaliter 14.quæſtio.prima.§. quod præcipitur. ſecus ſi eſſet cauſa conſilii, intellige tunc canonem loqui de conſilio,quando hoc ibi exprimitur,vel alia ratio ſuadet ſic intelligi. Non enim qui ſic exhortatur,&c.ff.de dis, qui no. infa. ob hæc verba. cum aut præceptoriè loquitur,vt de cele.miſ. capitu.dolentes & de ætate & qualitate capitu. cum eccleſiæ. hoc transgrediens peccat mortaliter,quia impedit finem, quẽ lalor legis intendit, alias transgreſſor canonum ex rationabili cauſa non peccat mortaliter,ſecundum Thom.hæc Pau.in cle.

SVMMARIVM.

1 *Incẽdiarij eccleſiarum ſunt excommunicati,& à Papa abſoluatur,& quid de alijs & infra num. 2.*
An à Legatis abſoluantur.
3 *Incendiarij poſtquàm denunciati fuerunt, ab epiſcopo abſolui poſſunt.*
Incendiariorum denuntiatio,qualiter fiat.
4 *Incendiarius,quis dicatur.*
5 *Eccleſiarum appellatione, quid comprehendatur.*
6 *Incendiarij vel fractores domorum ſitarum infra ambitum eccleſiarum priuilegiarum,excommunicati non ſunt, ſed vt ſacrilegi puniendi.*

Source : BIU Cujas

¶Capitulum xj.

1 INCENDIARII, ex quo sunt † per ecclesiæ sententiam publicati, pro absolutionis beneficio ad sedem Apostoli. sunt mittendi, clemen. in extrauagan. extra de sententia excommunica. capitu. tua. gloss. super verbo, publici, in fin. sic dicit. non credo quòd omnes incẽdiarii generaliter sint excommunicati, nisi incendiarii ecclesiarum, cum de aliis non inueniam. Et per hãc decretalem non probatur, quòd iure sint excommunicati, sed illis primò excommunicatis ab episcopis subsecuat publicatione, & denuntiatione per hanc decretalem sibi Papa eorum seruat absolutionem ad terrorem, aliàs episcopi possunt absoluere omnes incendiarios, extra eodem nuper. Raynu. Gof. & Hostien. in summis suis, & Ioan. de Ligna. dicunt quòd incẽdiarii ecclesiarum, vel locorum religiosorum, vel cimiterii, vel spatii priuilegiati in circuitu ecclesiæ seu locũ contiguum priuilegiatis, sunt ipso iure excommunicati, vt in d. decretali. & 17. quæstione quarta. sicut antiquitus. Est autem spatium priuilẽgiatum in circuitu ecclesiæ 30. passus, vel 40. quo ad matricem ecclesiam, sed antequàm denuntientur, possunt absolui per ordinarios. Postquàm verò fuerunt denuntiati, non nisi a Papa. Et secundum Ioannes Andr. tales absolui non possunt a Legatis ex iure legationis. Item mulier incendiaria sic denuntiata, ab episcopo absolui non potest, etsi possit absolui ab iniectione manuum violenta in clericum, secundum Gulielmum, Ioan. Andr. hoc dicit de incendiariis ecclesiarum. 2 † Guliel. etiam dicit quòd incendiarii aliorum locorum, postquàm fuerint etiã denuntiati, possunt absolui ab episcopo, vt communiter dicunt Docto. Petr. de Ancharano dicit simpliciter de incendiariis, & excommunicatis & denuntiatis, quòd sunt mittendi ad Papam, communior. prima opinione secunda tutior. Incendiarii verò aliorum locorum non sunt ipso facto excommunicati, sed excommunicandi de iure communi. 23. quæstione 6. capitu. Pessima. Raynu. de iure autem particulari seu sinodali in quibusdam locis tales etiam sunt excommunicati, in quibusdam aliis ex consuetudine habentur pro excommunicatis, quamuis reuera non inferatur 3 excommunicatio absque sententia, secundum Guliel. † & hi incendiarii, postquàm fuerunt denuntiati, possunt absolui ab episcopis suis, secundum quosdam, vt Guliel. & Albe. sed secundum alios non nisi a Papa & hoc dicitur in Summa Pisa. Ioan. Andr. dicit tantum de incendiariis ecclesiarum. Sed qualiter intelligenda sit ista denuntiatio, dicit Guliel. quòd secundum quosdam intelligitur, si fuerit denuntiatus nominatim. i. expresso nomine: secus vt dicunt si in generali, vt cum dicitur, sub hac forma excommunicamus omnes illos, qui fecerunt tale incendium. Et subdit, Credo quòd siue in generali, siue in speciali denuntietur incendiarius, a solo Papa est absoluendus, præsertim cum dicit Hug. & iurisperiti, quòd quando fertur sententia sub hac forma, Excommunicamus omnes qui fecerunt hoc vel illud: omnes intelligũtur nominatim excommunicati. Credo etiam quòd Papæ est reseruanda hæc ab- 4 solutio, a quocunque iudice fiat ista denuntiatio, † & dicitur incendiarius secundum Raynut. qui auctoritate propria ciuitatem vel villam vel mansum, vel segetem, vel rem similem malo studio incendit. Exponit gloss. eius incendit, vel incendi facit, aut incendiariis consilium, vel auxilium scienter impendit, auctoritate propria. i cum non habeat ius mouẽdi bellum, vel incendendi mansum, vel segetem scilicet alienam. secus si propriam, quia tunc non teneretur pœna incendiarii, nisi dolo malo hoc faceret, vt scilicet per incendium rei suæ, aliena incenderentur. Malo studio. quia si faceret hoc ex negligentia, licet peccaret, non tamen incendiarius vocaretur. Gulielmus. Item qui in bello iusto ignem imponit absque præcepto indictoris belli, incendiarius est, licèt damnum non teneatur resarcire: qui verò in bello iniusto etiam ex præcepto incendiarius est, & damnum tenetur resarcire. Et not. qui in bello iusto villam vel castrum incendit, si ibi ecclesia incautè comburatur, & est molestum ei, non est excommunicatus, sed damnum resarcire tenetur. Item qui ponit ignem in loco religioso, est excommunicatus: qui verò in alia domo habitabili, vel in grano, est excommunicandus: alii verò incendiarii palearum, fœni, li- 5 gnorum & huiusmodi, † non dicuntur incẽdiarii. Lapus super capitu. de immunita. ecclesia. capitu. quia nonnulli. libro 6. dicit, hic dicendum videtur quòd appellatione ecclesiarum, includantur nedum monasteria, sed etiam omnia pia loca: nam ista æquiparantur supra de testi. requisisti. facit quod scripsit d. in. post Archidia. supra eodem lib. de testi. in integ. capitu. fina. 6 † Vidi dubitari, an incendiarii, vel fractores domorum sitarum infra ambitum ecclesiarum priuilegiatum, de quo habes 17. q. iiij. sicut antiquitus, sint ipso iure excommunicati, sicut incẽdiarii, & effractores ecclesiarum, qui etiam postquàm fuerunt denuntiati, non possunt scilicet ipsi absolui, nisi per Papam, & videtur ꝙ sic per dicto capitu. sicut, & de sententia excommunica. conquesti. super hoc consultus cum quibusdam Iuristis consului, ꝙ talis scilicet frangens, vel comburens domum sitã infra ambitũ, & confines, d. c. sicut antiquitus, licèt talis sit violator immunitatis ecclesiæ, & vt sacrilegus puniendus, non tamen est excommunicatus, & hoc per istud capit. scilicet nonnulli. & capitu. conquesti. hæc ille.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegi loca sacra frangentes excommunicati sunt, & si sint denuntiati, eos absoluit Papa.*

2 *Effractor ecclesiæ, quis dicatur.*

¶Capitulum xij.

1 MEMORATOS sacrilegos † qui scilicet confregerant violenter quasdam ecclesias, & expoliauerant, excommunicatos nũtietis, & faciatis, sicut excommunicatos arctius euitari, donec passis iniuriam cõgrnè satisfaciant, & damna data resarciãt, & cum literis vestris rei veritatem continẽtibus apostolico se conspectui repręsentent extra de sentent. excommu. conquesti. Glos. excommunicatos. ergo videtur ex hoc, ꝙ ipso iure sint excommunicati huiusmodi sacrilegi, quod est verum de effractoribus ecclesiarũ & incendiariis: ex quo enim incendiarii, & effractores ecclesiarum denuntiati sunt, non possunt absolui nisi a Papa, sed antequàm denuntientur, bene possunt absolui, si satisfacere volũt, vt in cap. nuper. eodem titu. idem Archid. & Goff. Ioan. Andr. autem, & Pet. de Anch. sic summant. Qui cum effractione spoliant ecclesias, excommunicati sunt; & postquàm sunt denuntiati, sunt per Papam absoluendi. Quidam extendebant istum casum ad facientes in ecclesia multum enormia, vt frangendo crucem, & diripiendo corpus Christi, vel rapiendo bona ipsarum, secũdum Hostien. & Goff. in Summis suis, & Ioan. de Ligna. in tracta. de cen. eccle. dicit ꝙ tales non sunt ipso iure ex- 2 communicati, sed excommunicandi. † Et not. ꝙ Guliel. dicit, credo ꝙ effractor ecclesiæ iudicandus est, qui dolo malo, aut per iniuriam violenter parietem fodit, aut suffodit, aut vitream fenestram fregerit, aut seraturam, aut ostia, aut cardines, aut vectes, dum tenent ostia firmata, aut ipsum tectũ ecclesiæ. Et not. secundum Guliel. ꝙ qui vadit ad frangendum ecclesiam, & furandum, & tamen non frangunt, quia inueniunt alias fractam vel apertam, & sic intrant vel asportant bona ipsius, non incidunt in istum canonem.

SVMMARIVM.

1 *Falsarij literarum papalium excommunicati sunt, & per Papam solum absoluuntur.*

Falsariorum prædictorum pœna, quæ sit.

2 *Rescriptum surreptitium scienter impetrans, & illo vtens, quomodo puniatur.*

3 *Impetrans literas à Papa tacita veritate & suggesta falsitate excommunicatus non est.*

¶Capitulum xiij.

1 NOS omnes falsarios literarum † nostrarum apostolicarum, qui per se, vel per alios vitium falsitatis exercent, cum defensorib. & fautoribus suis anathematis vinculo decernimus innodatos &c. Innocẽ. iij. extra de cri. fal. ad falsariorum. Innodatos. & sic est canon latæ sententiæ, secundum Innoc. & Hostien. insuper & clerici officiis, & beneficiis sunt priuati, & degradandi sunt, & seculari curiæ tradendi, secundum constitutionem legitimè puniendi, p quã & laici legitimè conuicti punientur, vt dicitur in text. & communiter dicitur, ꝙ absolutio a tali excommunicatione Papæ 2 reseruatur, extra eodem dura. in fi. † no. secundum Pet. de Ancha. in d. c. ꝙ ille, qui scienter impetrat rescriptum surreptitiũ, & illo vtitur, non incidit in illam pœnam, sed solum punitur, ꝙ careat commodo rescripti, & in expensis condemnetur, de rescrip. cap. super literis. sed falsans rescriptum, vel vtens falso ex certa scientia, vel per ignorantiam procedentem ex negligentia incidit. † Et not. secundum Richar. super iiij. distin. 18. ꝙ 3 impetrans literas a domino Papa tacita veritate, vel suggesta falsitate, siue facit impetrans scienter, vel ignoranter, si talis veritas fatetur, vel talis falsitas suggeratur, qua veritate *manifesta* vel falsitate non suggesta Dominus Papa non concederet, nõ est excommunicatus iure communi, nec etiam *illi*, qui in literis apostolicis vtuntur sub alio nomine impetrantis: quia quãuis tam isti quàm illi digni sunt magna pœna & confusione, nõ tamen oportuit ius condere, ꝙ tales essent excommunicati, qa talis fraus a parte aduersa, vel a iudice contra vtentes talibus literis faciliter & cercitudinaliter potest percipi. quamuis ergo sic impetrans falsarius sit extendendo falsarii nomen, vt sumitur 25. q. 2. dicẽti. nõ est tñ falsarius literarũ dñi Papæ, qa veritas literas impetrat, q̃uis falsa suggestione, & sic nõ est excõicatus.

SVMMARIVM.

1 *Literis papalibus falsis scienter vtentes, excommunicati sunt.*

2 *Quid, quando ignoranter.*

3 *Negligentia crimen est, & dolo comparatur.*

¶Capitulum

Source : BIU Cujas

Capitulum XIIII.

1 QVi literis vti voluerint, † eas primò diligenter examinent: quoniam si falsis literis se vsos dixerint ignorãter, earum sera pœnitentia euitari nequibit pœnas inferius annotatas. Inn. 3. in eo. c. ad falsariorum. ibi dicitur de illis pœnis, & sic qui scienter vtitur literis apostolicis ẽt ab alio falsatas, est excommunicatus. Et no. quod dicit Host. ibidẽ, ꝙ si simplex ignoranter vtitur talibus literis falsis, non excusatur, quia per alios debuit inquirere. hoc arg. dist. 37. c. fina. idem Ber. sed si falsitas erat ita latens, ꝙ de facili percipi non poterat in aperto si per se, & alios adhibuit diligentiam, quam potuit, & nihil percipit, excusatus est, alioquin non, extra de homi. c. Io. Tunc enim secũdum Pe. de Anch. ibidem, censetur iusta ignorantia, quæ habet excusare si adhibuit diligentiam quam potuit & debuit, quia hoc indagauit à peritioribus. 14. dist. Ephesijs. nõ
2 enim poterat diuinare falsitatem rescripti: † licèt si ignorauit ex negligentia, quia hoc crimen est, ideo punitur, & dolo comparatur. ff. man. l. fideiussor, & in c. dura. e. ti. dicitur ꝙ si fallas literas se habere cognoscit infra 20. dies aut destruat, aut resignet, si pœnam excommunicationis euadere voluerit. Et hoc intelligitur secundum Host. quando literæ falsæ aliquo casu ad eum peruenerunt. tales ergo non sunt ipso iure excommunicati, sed post 20. dies si non resignant, Pet. de Ancha.

SVMMARIVM.

1 *Literas, seu bullas recipientes non de manibus Papæ, vel ab eo deputatis.*
2 *Clericus quando beneficijs & officijs priuatur, per sententiam priuandus est.*

Capitulum XV.

1 INhibemus, ne quis apud † sedem apostolicam literas nostras nisi à nobis, vel de manibus illorum recipiat, qui de mandato nostro ad illud sunt officium deputati. Personæ solennes per nuncium recipere possunt de manibus prædictorum. Transgressor huius, si laicus est, excommunicationi subiaceat: si clericus, officiis seu beneficijs priuatus damnetur. Innocen. 3. de crimi. fal. c. dura. Apud sedem apostolicam. Illi ergo, qui non sunt apud sedem apostolicam seu in curia, non ligantur hac constitutione, & apostolica sedes est, vbi est Papa. Hostien. & Ioan. And. excommunicationi subiaceat. dicas, ꝙ
2 ipso iure irrogatur hæc pœna laico & etiam clerico, † quando autem clericus officiis & beneficijs priuatur, ipsa pœna imponẽda est per sententiam, nec imponitur ipso iure, sed excommunicatio ipso iure imponitur etiam clerico, Pet. de Anch. Et no. ꝙ dicit glo. Ber. ibidem, non credo quòd si excommunicatus qui hoc nõ seruat, immo indifferenter videmus ꝙ quilibet per nuncium impetrat literas, & hoc Papa scit, & tolerat, nec aliquem repellit, nisi esset excommunicatus, sed hoc intellige ꝙ literæ de manibus Pepæ, vel bullatoris tantum sunt recipiendæ etiam vel vicecancellarij vel alterius ad hoc deputati, alias falsæ sunt & qui sic reciperet, esset excommunicatus. Ioan. An. & Petr. de Ancha. dicunt quòd hoc, quod dicit ista decre. hodie curia non seruat, immo quilibet paruæ auctoritatis mittit ad bullatorem, & recipit.

SVMMARIVM.

1 *Literas Papales corrigentes, vel eis aliquid addentes, an & quando excommunicatus sit.*
2 *Rescriptum Papæ radens, vel immutans, excommunicatus est.*

Capitulum XVI.

1 HOstiensis † In summa sic ait, Hodie præceptum est, quòd in literis domini Papę, nec in magno, nec in modico quis manum apponere, etiam literam vnicam, vel punctum vnicum corrigendo, exceptis officialibus, quibus hoc est commissum. Alioquin manus apponẽs ex canone lato in curia, ipso facto sententiam excommunicationis incurrit, quæ per aliquem citra sedem apostolicam relaxari non potest. idem Goffre. Quærit Ricard. in 4. distinct. 18. vtrum inueniens literam domini Papæ, cuius efficacia iam expirauit, & ludo, non intentione vtendi aliquam literam in eo formatam reformet, vel punctum faciat, vel per quemcunque alium modum aliquid in ea immutet, sit excommnnicatus ipso iure? Respondet vbi supra, ad istam quæstionem, dicunt aliqui, quòd talis non est excommunicatus ipso iure, quia illa excommunicatio non intelligitur, nisi de his quę possunt alicui esse vtiles. Prædicta autem quo ad omnem hominem esset inutilis. & contra hoc sic argui potest, quamuis illa litera non immutata facta sit inutilis, tamen per rasuram sic mutari posset, vt vtilis appareret, verbi gratia si ibi erat scriptum post triennium minimè valituris, & pro triennio poneret quinquennium, iam appareret vtilis, quæ prius erat inutilis. Cum ergo quæcunque mutatio, siue parua, siue magna, contra literam, & voluntatem domini Papæ, per quam permutationem potest apparere vtilis plusquàm erat, vel vtilis, cum ante non erat, sit prohibita sub pœna excommunicationis iam latæ, videtur quòd immutans aliquid contra literam domini Papæ, de qua est quæstio, sit excommunicatus ipso iure, quod mihi concedendum videtur, vt etiam habetur extra de crimi. fal. cap. ad falsariorum. in glo. su-
2 per illud, per rasuram tenue. † Quicunque radit, vel immutat rescriptum Papæ, excommunicatus est, & falsarius. & in hoc nullam distinctionem adhibeo. & infra sic dicit, de literis tamen, quæ per nullam rasuram possent vtiles apparere, vtpote litera curatoria data à ducentis annis, vel 300. aliter esset iudicandum: quia si tota raderetur, de nouo non posset apparere vtilis propter bullam, quia in creatione cuiuslibet noui Papæ aliquid contra bullam immutatur, nomen enim eius ponitur in bulla.

SVMMARIVM.

1 *Statuta contra libertatem ecclesiæ seruari facientes, sunt excommunicati, & infra num. 7.*
Quid si ignoranerint esse contra libertatem ecclesiæ. infra nu. 4.
2 *Priuilegia concessa ecclesiæ per Deum, quæ sint.*
3 *Et quæ per Papam.*
5 *Statutum quòd nullus offerat, nisi in magnis festiuitatibus, vel quòd tãtum solum in exequijs expendatur, est contra libertatem ecclesiæ.*
6 *Iudicans secundum statuta, quæ sunt contra libertatem ecclesiæ, excommunicatus est.*

Capitulum XVII.

1 EXcommunicamus omnes, qui de cætero seruari fecerint statuta edita, & consuetudines, vel potius abusiones introductas contra ecclesiasticam libertatem, nisi ea de capitularibus suis infra duos mẽses post huiusmodi publicationem sentẽtiæ fecerint amouere. Excommunicamus statutarios, & scriptores statutorum ipsorum, necnon & potestates, & consules, & rectores, & consiliarios locorum, vbi de cætero huiusmodi statuta, & cõsuetudines editæ fuerint, & obseruatæ, necnon & illos, qui secundum ea præsumpserint iudicare, vel in publicam formã scribere iudicata. Hono. III. de senten. excommunica. nouerit. eccleſiam, laici, heremitæ, & reclusi, hic sub nomine ecclesiæ non comprehenduntur, nisi se subiecerint alicui probate religioni. Guiliel. libertatem, quæ consistit in priuilegijs concessis super spiritualibus, vel temporalibus generaliter, vel singulariter, siue à Deo, siue à Papa, siue ab aliis
2 Principibus, secundum Innocẽ. & Hostien. & Abb. † Et à Deo quidem concessa sunt multa, vt illud, quodcunque ligaueris super terram, &c. & hoc quantum ad personam Papæ extenditur ad interpretationem omnium dubiorum. extra qui filij sint legiti. cap. per venerabilem. Item quòd decimæ, & primitiæ, ad clericos spectent. 16. quæstio. j. reuertimini. Item quòd ecclesia sola res ecclesiasticas ministrare potest. 16. quæstio. j. §. item Imperator. Item quòd de spiritualibus ius condere, & iudicare potest, & multa alia priuilegia, quæ continentur in no. & vete.
3 testamen. † A Papa priuilegia concessa sunt, vt qui injcit manum violentam in clericum, sit excommunicatus. Item quòd in legatis ad pias causas sufficiunt duo testes. extra de testamen. cap. relatum. & multa alia priuilegia, quæ à vicario Christi concessa sunt, quæ habentur in iure canonico. Item ab Imperatoribus multa concessa sunt, quæ sparsa sunt in iure ciuili, vt de immu. eccles. & huiusmodi, nec extendunt dictas constitutiones ad priuilegia data non vniuersaliter, sed particulariter aliquibus ecclesijs, siue sint data talia spiritualia à Papa, siue ab Imperatoribus, siue ab alijs Principibus. Ioan. Andr. de capitularijs, idest in chartulis, siue in libris, in quibus talia scribi consueuerunt, & si satisfecerint, episcopus absoluet, quia Papa sibi non reseruauit. Ioan. Andr. infra duos menses. hæc constitutio modo ligat omnes, quia iam dudum fluxerunt illi duo mẽses, de quibus fit mentio in isto ca. Hostien. Excommunicamus statutarios, &c. Statutarij, & scriptores statutorum, statim ligãtur, nec excusationem habere possunt in toto, & si quaudoque excusentur à tanto. Potestates autem, consules, & rectores possunt habere excusationem quantum ad obseruationem sententiæ, & delectionem statutorum prædictorum, quę ignorare possunt: ex quo verò certificati sunt, & obedire negligunt, constitutio eos ligat, quod ad arbitrium boni viri referendum est, quando scilicet scire potuerunt, vel non: aut quando impedire, ne seruentur, vt. s. intelligatur hoc quamcitò potuerit bono modo, cõcesso aliquo interuallo, ꝙ si hoc post sciuit de nocte, vel in festo tam solenni, ꝙ conciliũ congregare nõ potuit,

Source : BIU Cujas

vel tunc erat infirmus, arbitrabitur bonus iudex. Hostiens. & Ioan. Andr. Ioann. verò de Ligna. in tractatu de cen. eccles. dicit, quòd prædicti Potestates, consules, & huiusmodi, sunt excommunicati, non excommunicandi. nec obstat capitu. graue. vbi dicit canon, ferendæ sententiæ, quia ibi denunciantur excommunicandi non excommunicati. vel dic quòd non est absurdum, quòd excommunicati a iure iterum excommunicẽtur ab homine. Officiales verò sunt excommunicati, si seruauerint illa statuta, vel etiam negligentes fuerint ad ea delẽda. rectores ciuitatum, qui non habent potestatem statuta tollendi, non ligantur hac sententia, nisi secundum illa statuta iudicent, aut nisi possint operari, vt illa deleant, & hoc negligant. Petrus de Ancha. querit de consiliariis illorum locorum, vt ponit distinctionem Innocent. qui sic ait, si tales consiliarii in illis locis, vbi seruantur statuta contra ecclesiasticam libertatem, habent potestatem destruendi, & non faciunt, excommunicati sunt, etiam si dedissent consilium quòd destruantur, non facit eos euitare pœnam: si non habent potestatem non incurrunt excommunicationem: sed si nescirent esse prædicta statuta, dicit Hostien. tunc ligari, quando sciunt, & nõ delent, cum possunt. Tempus autem ad hoc dabitur arbitrio boni viri, id est iudicis. sed non videtur se posse excusare, allegando ignorantiam facti, ex quo ita publicè promulgata sunt statuta. tamen saluando dicta præcedentia, dicit quòd ignorantia prædicta excusat ab excommunicatione, ad quam incurrendum
4 requiritur dolus, sed non ab alia pœna. † Sed quid si sciuerunt prædicta statuta, & ignorauerunt esse contra ecclesiasticam libertatem. ibi dicit Innocen. quòd non incidunt, cum excommunicatio non liget, nisi contumacem. 11. quæstio. tertia, cap. certum. nec fertur, nisi pro magnis criminibus. fatetur tamen quòd possint aliter puniri. Dominus meus Ioannes de Ligna. putat eos non audiendos, quia est ignorantia iuris, quæ non excusat. de regulis iuris ignorantia. Hæc Petrus de Ancharan.
5 † Nota etiam, secundum quosdam, quòd si qui statuerunt, quòd nullus offerat, nisi in magnis festiuitatibus, alias non: vel si tantum, quòd super mortuo non, nisi talis pannus, vel tot cerei & huiusmodi, hoc esset contra ecclesiasticam libertatem. super isto capitu. nouerit, Henricus Boych dicit, quòd statuentes, vel statuta dictantes, vel scribentes ipsa, aut fieri consentientes, aut facientes seruari statuta contra ecclesiasticam libertatem, statim sunt excommunicati ipso iure. nam tempus duorum mensium, quod datur ad delendum ipsa statuta, vt vitent hanc pœnam, cepit currere a tempore publicationis huius decre. & sic iam diu transiuit illud tempus, secundùm Guilielm. & Hostien. Quidam tamen exponunt huiusmodi publicationẽ postquàm, scilicet in singulis locis fuit publicata, & hoc benignius, secundum Hostien. sed primum verius, secundum Io-
6 ann. Andr. † Qui verò secundum talia statuta præsumpserint iudicare, vel in formam publicam scribere iudicata, statim tales sunt excommunicati, secundum Hostien. secus autem si
7 in priuatam formam scriberent. Ioannes Andreas. † Officiales verò, & consiliarii tunc signantur, si scientes esse ea contra libertatem ecclesiasticam, consenserint delicto, vt quia ea seruauerunt, vel dederunt consilium quòd seruentur, vel negligentes fuerunt ea de suis capitularibus delere, vel officium dimittere, quam citò de eis certificati sciunt, & cognoscũt ea esse contra libertatem ecclesiæ concessam, aliquo tamẽ medio interuallo ad arbitrium boni viri. Aliæ verò personæ nominatæ in hac decret. licet seruent huiusmodi statuta, non sunt excommunicatæ, secundum Innocent. & Ioannes Andr. hæc ille. qui quidem dicit de facientibus contra libertatem, seu priuilegium vniuersalis ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati sunt Principes suis subditis prohibentes, ne ecclesiasticis personis fiant obsequia corporalia.*
2 *Quid si prohibens non habeat dominium in aliquos, an sit excommunicatus.*
3 *Statutum prohibens venditionsm non fieri in forenses, non comprehendit venditiones ecclesijs factas.*
Et hoc Statuentes non sunt excommunicati, & quare.
4 *Statutum laicorum, quòd iens de nocte tantum soluat, clericos non ligat.*

¶ Capitulum xviij.

1 EOS, † qui temporale dominium obtinentes suis subditis, ne prælatis, aut clericis, seu personis ecclesiasticis quicquam vendant, aut emant aliquid ab eisdem, nec ipsis bladum molant, coquant panem, aut alia obsequia exhibere præsumant, aliquando interdicunt, cum talia in derogationem libertatis ecclesiasticæ præsumantur eoipso excommunicationis sententiæ decernimus subiacere. Bonifa. de immu eccle. libro sexto, libertatis. licet isti quo ad verba viderentur non infringere libertatem, tamen infringebant faciẽ do fraudem de persona ad personam, de quo dic, vt 14. quæstio.
2 tertia. plerique. Ioannes Andr. † Quærit hic Domini. de Sancto Gemi. quid si ista prohibitio fiat per illum, qui non habet dominium, an habeat locum pœna hic posita? Respondet quòd non, per text. qui hic dicit de Dominis prohibentibus suis subditis, & exponit illud temporale ꝓ seculari Dominio,
3 & subdit. † Sed pone quòd fiat statutum, sicut in Italia in multis ciuitatibus, & dominiis, quòd prohibeat, ne quis donet, vel vendat rem immobilem alicui non existenti de iure statuentium, non subeunti onera communium, vel dominorum, & irritat donationem, vel venditionem, & pœnam imponit, an per talia statuta includantur donationes, & venditiones in ecclesiis? & quòd non includantur, & non teneant talia statuta quo ad eas, probat per capitu. ecclesia Sanctæ Mariæ. de constituti. & per plures rationes. & concludit quòd huiusmodi statuentes hac pœna non sunt ligati, ex quo non fuit statutum expressum de ecclesia; quia si hoc fuisset, tunc ligati essent, quia statutum est contra ecclesiasticam libertatem. tenuit enim istud statutum, secundum communem sententiam omnium Doctorum, quo ad laicos transferentes in laicos iurisdictionis alienæ, sed si istud extenderent ad ecclesias inciperẽt ligari: nec esset absurdum uicere, quòd iudex ecclesiasticus posset illos, ad quos pertinet cogere ad declarandum statutum, vt non respiceret contractus fiendos cum ecclesiis. extra de hære. capitulo
4 statutum. † Refert enim Ioannes Andr. in nouel. quòd Vin. & Abb. dicunt, quòd statuto facto laicorum pro communi vtilitate, quòd vadens de nocte soluat tantum, clerici non sunt subiecti, sed per suum iudicem arcendi. dist. 96. bene quidem. secus dicunt de banno in pascendis pecoribus, vel ad aquam ducendis: tunc enim tenentur pastores de damno propter mercedem, quam accipiunt.

SVMMARIVM.

1 *Vsurpantes iuspatronatus in ecclesijs, vel bona vacantia ecclesiarũ, excommunicati sunt.*
2 *Masculinum à canone prolatum, quando fœminam comprehendat.*
3 *Occupare, & inuadere, quomodo inter se differant.*
4 *Sacrilegium committentes non sunt excommunicati, nisi cum effractione, & incendio hoc faciant.*
5 *Raptores ecclesiarum, quando sint excommunicati.*

¶ Capitulum xix.

1 SANCIMVS † Vniuersos, & singulos, qui regalia, custodiam, siue guardiam aduocationis, seu defensionis titulũ in ecclesiis, monasteriis, siue quibuslibet aliis piis locis de nouo vsurpare conantes bona ecclesiarum, monasteriorum, aut locorum ipsorum vacantium occupare præsumunt, quocunque dignitatis honore præfulgeant, clericos etiam ecclesiarum, monachos monasteriorum, & personas cæteras locorum eorundem, quæ hoc fieri procurant eoipso excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere. Bonifa. de electio. generali. libro sexto. vniuersos, & vniuersas, nam appellatione, si quis, & si qua, continetur. ff. de verborum significa-
2 tio. lege prima & secunda. † & secundum Barto. verbum masculinum prolatum a canone, comprehendit fœmininum, quod 17. quæstione quarta si quis suadente, quod verum, nisi per eandem, vel alia iura excipiatur fœmina infra eodem indemnitatibus. Ioannes Andreas quod Archidiaco. intelligit de canone puniente crimina. singulos, vt quando persona vsurpat suo nomine infrascripta. vniuersos verò dixit, puta quando aliqua vniuersitas sibi infrascripta vsurpat de nouo. Archidiaco. regalia, dic ea quæ capit rex vacante ecclesia, vt patet in regno Franciæ, & Angliæ. nam illa vocantur regalia iura Regis in quibusdam ecclesiis vacantibus competentia, quibus de prælato ordinatis illa percipiunt prælati, vt not. tex. Archidiaco. Guardiani, quia dicunt se debere custodire ecclesiam vacantem, donec de prælato fuerit ei prouisum, vt patet exemplum in ecclesia Parmensi, vbi tales custodes laici, & nobiles appellantur vicedomini. Patet etiam exemplum in ecclesia Florentina, & sumitur hoc verbum, & præcedens, scilicet custodiam pro eodem, vnde expone, siue, pro idest. & intelligunt quidam hoc comprehendi sub hoc nomine iuspatronatus, quod non credo, sed intelligo simpliciter, sicut sonat, quamuis aliter notatur infra de iure patronatus. Archidiaco. sed Ioannes Andr. sic dicit, custodiam, & quæ sequuntur, expone secundum Barto. in iuspatronatus. quod secundum diuersas regiones diuersa sortitur vocabula. & addit quocunque nomine censeantur, vsurpantes de nouo tale ius in ecclesiis, & aliis piis locis, & bona ipsorum vacantium occupantes, excommunicati sunt ipso iure. Aliis, vt hospitalibus, & aliis quocunque nomine vocatis. Ioannes Andreas de nouo vocatis, scilicet a 40. ann. citra, secundum Bartol. de consue. capitulo finali. & hoc per literam, quæ sequitur, vel ex antiqua consuetudine, quæ scilicet habetur infra in textu hic non posito. Ioannes Andreas bona, de quibus
3 nulla est laicis attributa potestas, alias facultas, † occupare in malam partem sumitur, & propriè mobilia dicuntur occupari, immobilia dicuntur inuadi sæpe tamen,

vnum

Source : BIU Cujas

vnũ ſumitur prõ reliquo, procurat fortè occaſione diſcordiæ inter eos ſuſcitare, & dicuntur procurare opere, conſilio, perſuaſione, & cooperatione. Ioan. Andr. † Nota quòd committens ſacrilegium in auferendo res ſacras, vel non ſacras, ſed de loco ſacro, non ſunt de iure communi excommunicati, niſi hoc facerent cum effractione, vel incendio, ut extra de ſentent. excommu. conqueſti. in gloſ. ſed ſi tales poſt monitionem non ſe emendarent, ſunt excommunicãdi. ſic etiam alias auferentes bona eccleſiarum non ſunt ipſo iure excommunicati, niſi vacantium, vt in iſto cap. generali. de electio. libro 6. ꝙ autem dicitur in decre. 11. quæſtio. iij. canonica. de violatorib. eccleſiarum, vt 17. quæſtio. iiij. omnes. † de raptoribus bonorũ eccleſiarum, ꝙ ſunt excommunicati, intelligendum eſt. ſecundum Ricar. in iiij. de uiolatione, & raptu, quæ fiunt cum probabili, alias perſonali effractione, vel violentia, & huiuſmodi.

SVMMARIVM.

1 *Compellentes clericos ab eis ſubmittendum bona eccleſiarum, excommunicati ſunt.*

¶ Capitulum xx.

1 LAICI, † qui prælatos, vel capitula eccleſiarũ, ſeu alias perſonas eccleſiaſticas ad ſubmiſſiones huiuſmodi faciendas hactenus compulerunt poſt competentem admonitionem remiſſa ſubmiſſione, quam per vim, vel metum exegerant eccleſias, & bona eccleſiæ eis ſubmiſſis, taliter in ſua libertate dimittant. Illi verò, qui prælatos, aut perſonas eaſdem ad talia facienda compulerint, cuiuſcunq; ſint cõditiones, aut ſtatus, excommunicationis ſint ſententia innodati. Ex contractibus præter ea ſuper præmiſſis huiuſmodi licentia, & conſenſu interueniente, hactenus innitis, aut quos in futurum iniri contigerit, ſeu occaſione illorum laici, vltra id qđ ex natura contractuum ipſorum, vel adhibita in ipſis lege permittitur, aliquis non vſurpent. qui verò ſecus egerint, niſi legitimè moniti, ab huiuſmodi vſurpatione deſtiterint, reſtituendo etiam, quæ taliter vſurpauerunt, eoipſo in ſententiam excõmunicationis incurrant. Grego. X. de rebus eccleſi. non alie. hoc conſultiſſimo, libro 6. ſubmiſſiones huiuſmodi, ideſt de quibus dixerat in princip. vbi prohibet prælatos, & eccleſias ſibi commiſſas, bona immobilia, ſeu iura ipſarum laicis ſubmittere abſque capituli ſui conſenſu, & Apoſt. ſe. ſententia ſpeciali ſcilicet inſtituendo, vel recognoſcendo, ſeu profitendo ab illis ea, tanquàm a ſuperioribus ſe tenere, ſeu ab ipbs eadem aduocãdo, uel ipſos patronos, vel aduocatos eccleſiarum, ſeu bonorum ipſorum perpetuò ad tempus non modicum ſtatuendum. ¶ Talis ergo ſubmiſſio hic prohibetur, nõ autem alienatio bonorum eccleſiaſticorum. Et not. quòd comprehenduntur etiam hic fœminæ, ſcilicet religioſæ, & quòd dicitur aduocando, exponitur, tanquàm ab aduocatis recognoſcendo. & quòd dicitur ad tempus non modicum, inde trahitur, quòd ad modicum tempus poſſunt uocari in patronos, vel defenſores, & dicitur modicum tempus infra 10. annos, vel ſecundum Barto. relinquetur iudicis arbitrio, & quòd dicitur, competẽtem monitionem, intellige trinam, niſi facti neceſſitas aliud ſuadeat. Ioan. Andre.

SVMMARIVM.

1 *Repreſalias concedentes contra clericos, & eorum bona excommunicati ſunt.*

¶ Capitulum xxj.

1 ILLI, † qui repreſalias aduerſus perſonas eccleſiaſticas, ſeu bona ipſarum concedunt, vel extendunt ad eas, niſi præſumptionem huiuſmodi reuocauerint a conceſſionis, vel extenſionis tempore infra menſem: ſi perſona ſingularis fuerit, ſententiam excommunicationis incurrat: ſi vniuerſitas eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto. Grego. X. de iniuriis. capitu. ſi pignorationes libro 6. eccleſiaſticas, vt clericos, templarios, hoſpitalarios, conuerſos, & Deo deuotos. 12. quæſtio. j. duo. Ioan. Andr. extendunt, facit differentiam inter extendere, & concedere, quia ciuitas, uel ſuperior dicitur concedere: ſed ille cui conceduntur extendere, puta quia ciuitas Bonon. dedit repreſalias ciui ſuo contra Florentinos, quas extẽdit ille, ad clericos. Ioan. Andr. preſumptione, ideſt conceſſione, uel extẽſione repreſaliarum, quod eſt contra libertatem eccleſiaſticam. Ioan. Andr. menſem, quòd ſi infra menſem iſtum proceſſum fuit ad actum, quia fuit eccleſiaſtica perſona pro alia pignorata, ideſt repreſalia facta contra eum, nunquid hæc poſtea habebit locũ infra menſem? Dic ſecundum Barto. quod in ſtatum priſtinũ reuocandum erit infra menſem. de ſenten. excom. quicunque, vel ſecundum Guil. reuocatio re integra fieri debet antequàm procedatur ad actum, alias locum habet pœna 10. an.

SVMMARIVM.

1 *Grauanter eccleſiaſticas perſonas, quia noluerunt eligere eos, pro quibus rogati erant, excommunicati ſunt.*

2 *Cap. ſciant cuncti. de electio. libro ſexto, an locum habeat in patrono præſentante.*

3 *Et in mandatario locum habet.*

¶ Capitulum xxij.

1 SCIANT † cuncti qui clericos, vel quaſlibet perſonas eccleſiaſticas, ad quos in aliquibus monaſteriis, aut aliis piis locis ſpectet electio pro eo, quòd rogati, ſeu alias inducti eum pro quo rogabantur, ſeu inducebantur eligere noluerunt, vel cõſanguineos eorum, aut ipſas eccleſias, monaſteria, ſeu loca certa beneficiis, ſeu aliis bonis ſuis per ſe, uel per alios ſpoliando, ſeu alias iniuſtè perſequendo grauare præſumpſerint, ſe ipſo facto excommunicationis ſententia nouerint innodatos. Gregor. de elect. libro ſexto, cuncti etiam epiſcopus, eccleſiaſticas, ut conuerſos Templarios, qui licet non ſint clerici, ſint tamen eccleſiãſticæ perſonæ, ſpectet de iure cõmuni. In collegiata eccleſia, ad collegium ſpectat electio, & ſi non eſt collegium ad patronum, niſi aliud inducatur de conſuetudine, ſi autem non eſſet collegium, uel patronus per diœceſanum habet ibi ordinari. 10. quæſtione prima. regenda. & hæc vera, quo ad electionem prælati. de inferiori nota ſupra eodem titu. cum eccleſia Vulterana. Ioannes Andr. rogati. quando preces inducant ſimoniam. dic vt 18. quæſtione ſecũda. in ſumma. & 8. quæſtione prima. Moyſes. inducti per promiſſiones, vel alio modo. Ioannes Andr. alios. † ſed nunquid
2 hæc pœna locum habebit in præſentante patrono? videtur quòd non, quia de electione tantum loquitur, & non de præſentatione, & hæc eſt pœnalis, & ideo reſtringenda, dic quòd ſi patronus eſt clericus, vel perſona eccleſiaſtica, locum habebit conſtitutio; nec hoc eſt odioſum, ſed fauorabile eccleſiarũ fauore. ſi autem patronus eſt laicus, pœna locum non habebit, cum conſtitutio dicat clericos, uel eccleſiaſticas perſonas. Ioannes Andreas idem Guilielmus. Barto. Archidiaco. Ioannes Mo. qui dicunt etiam idem in poſtulante ſententia, & ſecundum Gregor. epiſcopi bene poterunt abſoluere. Ioannes Andreas ex quo conditione canonis hnius abſolutionem ſibi Papa non reſeruat. extra de ſententia excommunicatio. capitulo
3 nuper. † Not. quòd Archidiac. hic mouet quæſtionem de mandatario, ideſt de eo qui ex mandato alterius aliquid horũ operatur, vtrum incidat in canonem. allega. pro, & contra, dicẽs finaliter concludit, quòd dici poteſt, quòd mandatarius talis ligetur, & ſi non uerbis huius. c. tamen mente maximè, cum participet in crimine, & ſit actor mali.

SVMMARIVM.

1 *Literas impetrare impedientes à Papa in cauſis ſpiritualibus excommuniti ſunt.*

2 *Abſolutio ab excommunicatione ante abſolutionem non tenet.*

¶ Capitulum xxiij.

1 STATVIMVS † ne quis impetrationes literarum noſtrarum ad nos, uel ad forum eccleſiaſticum recurrentes ſuper cauſis, quæ ad idem forum, vel de antiqua conſuetudine pertinere noſcuntur ad deſiſtendum, uel in foro ſeculari de quæſtionibus huiuſmodi litigantium per eorũdem iudicium eccleſiaſticorum impetrantium, aut litigantium, ſeu volentium litigare, aut propinquorum ipſorum, ſeu rerum illorum, ſeu eccleſiarum ſuarum captionem, modisve aliis quibuſcunque compellat, ſeu compelli faciat, uel procuret, nec per ſe alioſue impediat, quominus coram iudicibus eccleſiaſticis, delegatis, ſeu ordinariis quærelantes de cauſis, quæ vt præmiſſum eſt, ad cognitionem pertinent eorũndem, poſſint liberè iuſtitiam obtinere, nec ad prædicta facienda dent auxilium, conſilium, vel fauorem. ſi quis uerò contra præſumpſerit, ſe ipſo facto nouerit excommunicationi ſubiacere, a qua, niſi tam iudici, cuius cognitio fuerit impedita, vel iuriſdictio vſurpata, quàm parti, quæ in proſecutione turbata fuerit ſui iuris, de iniuriis, de damnis, de expenſis, & intereſſe prius per eundem fuerit integrè ſatisfactum, nullatenus abſoluatur. Boni. extra de immu. eccle. quoniam, libro ſexto. nullatenus, id-
2 eſt nullo modo. † Quid ſi ante ſatisfactionem tales fuerunt abſoluti? non credo, quòd talis abſolutio teneat, hæc iſta ſpecialiter prohibente litera. Archidia. & Ioannes dicit, quòd nunc demum facta ſatisfactione poterit abſolui per ordinarium, qa Papa ſibi non retinuit.

SVMMARIVM.

1 *Reges, vel eorum officiales grauantes clericos, vel eorum conſanguineos propter ſententias in eos latas, excommunicati ſunt.*

2 *Regis ordinarius, eſt epiſcopus.*

3 *Percutiens, vel mandans percuti laicum occaſione clerici, excommunicatus eſt.*

Source : BIU Cujas

Bea. Anto. De excommunicatione.

¶ Capitulum xxiiij.

1 QVICVNQVE† Pro eo, ꝙ in Reges, Principes, & Barones, nobiles, baliuos, vel quoſlibet miniſtros eorum, aut quoſcunque alios excommunicationis, ſuſpenſionis, ſiue interdicti ſententia fuerit promulgata, licentiam alicui dederit occidēdi, capiendi, ſeu alias in perſonis, aut in bonis ſuis, vel ſuorum grauandi eos tales ſentētias protulerunt, ſiue quorum ſunt occaſione prolatæ, vel eaſdem ſententias obſeruantes, ſeu taliter excommunicatis communicare nolentes, niſi licentiam ipſam re integra reuocauerit, vel ſi ad bonorum captionem occaſione ipſius licentiæ ſit proceſſum, niſi bona ipſa fuerint infra 8. dierum ſpatium reſtituta, aut ſatisfactio pro ipſis impenſa, eoipſo ſententiam excommunicationis incurrant. eadem quoque ſint ſententia innodati omnes, q̃ auſi fuerint prædicti licentia data uti, vel aliquid præmiſſorum, ad quæ committenda dari licentiam prohibuimus, alias committere quæſtionem ſuo motu. qui autem in eadem ſententia permanſerint, duorum menſium ſpatio, ex tunc ab ea nō poſſunt, niſi per ſed. Apo. abſolutionis beneficiū obtinere. Grę-
2 gor. X. de ſenten. excommu. libro 6. reges. † Eſt autem ordinarius regis epiſcopus, in cuius diœceſi delinquit, uel domicilium habet. diſtin 96. ſi Imperator. Ioan. And. & dicit Archid. ꝙ non ſolum Regem, immo & Imperatorem poteſt epiſcopus excōmunicare. ij. quæſt. 7. §. item cum Dauid. miniſtros ad clericos poteſt referri, & ſic propriè inſequitur uerbum, ſuſpenſionis. Ioan. Andr. licentiam multofortius. idem in iuſſu, vel mandato Archid dederit, clarè demonſtrat hæc litera, quòd ſi aliquis contemplatione excommunicati faciat ea, quę hic in litera numerantur, ipſe excommunicatus non dicitur in culpa, niſi ſubſequens poſt factum ratum habeat. Archid. ſuorum ſcilicet cō-
3 ſanguineorum, vel familiarium. † & ſic not. caſum, in quo percutiens, & mandans percuti laicum, eſt excommunicatus. ad idem ſupra de elect. ſciant. co. lib. Ioan. Andr. grauandi, puta ne quis emat ab eis, vel eis vendat, vel his ſimi. loā. And. re integra, ideſt antequàm ad occidendū, vel capiendum, vel alias grauādum eaſdem perſonas in aliquo fuerit proceſſum. vnde videtur, ꝙ ſi re integra fiat reuocatio mandati, vel talis licentiæ, locum non habet, quod hic ſequitur. ſi autem ad aliquem actum ſit proceſſum per eum, cum licentia eſt conceſſa, ſtatim licentiam dantes ſunt ligati, vt hic patet. de hoc, de pœn. diſt. j. ſi quis non dicam. ſed uidetur cōtra infra proxi. ibi, niſi bona ipſa &c. dic quòd grauior eſt offenſa perſonæ, quàm rerum, de qua offenſa loquitur litera, quo caſu ipſo facto ſtatim ligantur, vt dictum eſt. litera autem ſequēs loquitur in offenſione rerum, ad quarū reſtitutionē terminus 8. dierū p̄figitur, vt ĵ patet. Archid. impēſa ſcilicet cū res non extat, vel placet læſo. Incurrant, modo duplici funiculo ſunt ligati, quod eſſe poteſt. ii. q. iiij. Engeltrudam. Ioan. And. Vti. & ſic mandans, & mandatarius eadem pœna puniuntur alias, ideſt præter aliquam licentiam. Io. And. obtinere, ſimiliter in incendiariis eccleſiarum, qui ex quo denuntiati fuerint, nō poſſunt abſolui ab alio, quàm à Papa ſupra eo. tua. & ſi Papa hoc non expreſſiſſet, perpetuò potuiſſet ordinarius ipſum abſoluere ſupra e. nuper. Ioan. Andr.

SVMMARIVM.

1 *Pedagia & gabellas exigentes à clericis pro rebus ſuis, vel eccleſiarum, ſunt excommunicati.*
2 *Clericorum bona eodem gaudent priuilegio, quo bona eccleſiarum.*
3 *Negotiator, quis dicatur.*
4 *Clericorum reddituum emptores, clericorum immunitate non gaudent.*
5 *Reſtitutio abſolutionem præcedere debet.*

¶ Capitulum xxv.

1 CONſtitutionem † felicis recordationis Alexandri Papæ IIII. prædeceſſ. noſtri, qui ſtatuti eccleſias, & perſonas eccleſiaſticas ad pedagia, & guidagia penitus non teneri, nec ad exhibendum, uel ſoluendum taleas pro rebus ſuis propriis, quas non cauſa negotiandi deferūt, vel deferri faciant, ſeu tranſmittunt volentes propter multorū inſolētiam, & abuſum pœnæ adminiculo adiuuare. adiicimus diſtrictius inhibendo contraria conſuetudine quorūcunque, quæ dicenda eſt verius corruptela non obſtante, vt nec collegium, nec vniuerſitas, nec aliqua etiam ſingularis perſona, cuiuſcunque ſit dignitatis, conditionis, aut ſtatus, a præfatis perſonis, ſeu eccleſiis pro perſonis ipſis, aut rebus prædictis talcas exigat, vel extorqueat, vel per ſe, vel per alium ſuo nomine, vel alieno, aut eos ad huiuſmodi perſoluenda compellat. qui verò contrafecerint, ſi perſonæ fuerint ſeculares excommunicationis: ſi autem collegium, vel vniuerſitas ciuitatis, caſtri, ſeu loci alterius cuiuſcunque, ipſa ciuitas, caſtrum, vel locus interdicti ſententiam ipſo facto incurrant, nec ab excommunicatione huiuſmodi abſolutionem, vel interdicti relaxationē obtineāt, donec exacta plenariè reſtituerint, & de transgreſſione ſatisfecerint competenter. extra de cen. ca. quanquàm. libro 6. ſi vniuerſitas, vel ſingularis perſona eccleſias, vel eccleſiaſticas perſonas compulerit ſoluere pedagia, vel guidagia, vel exactiones pro rebus ſuis, quas cauſa negotiationis non deferunt, vel pro perſonis ſingularib. excommunicati ſunt, & vniuerſitas inter-
2 dicta. Ioan. And. in Sum. † Item not. ꝙ res clericorum eodem priuilegio gaudent, quo res eccleſiarum, quātum ad iſtud. Ne-
3 gociandi, hoc uerbum a multis non plenè intelligitur. † vnde dic, ꝙ ille dicitur eſſe negotiator, qui rem cōperat, vt rem integram, & immutatem vendendo lucretur: ſed qui rem comperat, vt materia ſit ſibi aliquid inde operādi, puta ex ferro, clauos, & alia artificiata, ille non eſt negociator. hanc enim negociationem clerici exercere non debent, vt 88. diſtin. fornicari. ſi autem deferant, vel deferri faciāt clerici res cauſa mercimo-
4 niæ hac immunitate non gaudent. † & ſic eſt argum. ꝓtra emptores reddituum clericorum, qui volūt in his gaudere immunitate illa, qua & clerici, vt ſcilicet non ſoluant guidagia, & pedagia de emptis, & clericis. Frā. de Zabar. quærit an id, quod hic dicitur de pedagiis, locum habeat in gabellis, & datiis, quę leuātur in ciuitatibus Lombardiæ. Et reſpon. ꝙ Stephanus dicit, ꝙ ſic, quia idem iuris de ipſis. argu. 14. q. iij. putant. & c. plerique. & de priuileg. c. quanto. & ex hoc dicit, ꝙ tota Italia eſt interdicta, & clerici irregulares hoc non ſeruantes. hæc ille. Sed hodie taliter excommunicati non ſunt vitandi, niſi denuncientur, vt habes infra de cler. excommu. mi. c. fin. ſingulares, generaliter loquitur. vnde credo ꝙ cōprehendat etiam epiſcopos, ſi obijciatur. extra de ſent. excom. lib. 6. c. quia periculoſum. quod nō loquitur in ſententia excommunicationis, vt hic, ſed ſuſpenſionis, & interdicti. Archid. obtineāt cum Papa, ſi taljum abſolutionem non retineat, aliis conceſſiſſe videbitur. extra de ſen-
5 ten. excommu. nuper. Archidia. † reſtituerint. hoc uerbum demonſtat, ꝙ abſolutionem præcedat reſtitutio. ſic ij. q. 7. accuſatio. ubi de hoc in glo. excommunicatos. quod videtur, &c. & 17. q. iiij. de presbyterorum in fin. vbi plenè de hoc, in glo. & 11. q. iij. excommunicatos, in gloſſ.

SVMMARIVM.

1 *Collectas clericis ſine licentia Papæ imponentes, excommunicati ſunt, & infra numero 3.*
2 *Excommunicato ſuccedens fouens factum, ob quod prædeceſſor damnatus fuit, in eandem incurrit ſententiam.*
4 *Clericus, cui poſſeſſiones ruſtici ſoluentis collectas peruenere, à talibus immunis eſt.*

¶ Capitulum xxvj.

1 ADuerſus † Conſules, rectores ciuitatum, & alios, qui eccleſias, & viros eccleſiaſticos, taeis, ſeu collectis, & exactionibus aliis aggrauare nituntur, volens immunitati eccleſiaſticæ Lateran. Concil. prouidere, præſumptionem huiuſmodi ſub anathematis diſtrictione prohibuit, transgreſſores, & fautores eorum excōmunicationi ſubiacere præcepit, donec ſatisfactionem impenderint competētem. & infra circa fin. & ſucceſſorem ipſius, niſi ſatisfecerit infra menſem, manere decernimus eccleſiaſtica cenſura concluſum, donec ſatisfecerit competēter & in eadem poſt dicta immediatè ſequenti. verum ſi quando fortè epiſcopus ſimul cum clericis tantam vtilitatem, vel neceſſitatem proſpexerint, vt abſque vlla coactione ad releuādas vtilitates, & neceſſitates cōmunes, vbi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per eccleſias duxerint conferenda prædicti laici humiliter, & deuotè reiiciant, cum gratiarum actione. propter imprudentiam tamen quorundam Romano Pontifex prius conſulatur. Innoc. III. extra de immu. eccle. Lateran. Concilium, de quo ſupra c. non minus. vbi fertur talis ſententia excommunicationis, cum iſta tamen additione, ſeu conditione, ſi admoniti deſiſtere noluerint. vbi dicit glo. Ber. ꝙ ſi ſe non cortexerint poſt admonitionem, ſunt ipſo iure excommunicati. & dicit Hoſti. ꝙ ſufficit vna admonitio, maximè quia canō iſte inductus eſt in fauorem eccleſiarum, & odium tyrannorum, quorum aliqui ſunt adeo terribiles, ꝙ nec facilè eſt eos tertio admonere, cum quātumcunque monentur appellant, nec audent prælati dare ſententiam, timentes forſitan plura perdere. Prouidetur, ergo ſufficiat vna admonitio, cum competenti termino. Appellario vero excluditur, quia a correctione canonis nō appellatur, nec prælato eſt imputaneum, ſi a canone ſententia profertur. Additur etiam, & fertur ſententia excommunicationis in prædicto cap. non minus. contra euacuantes auctoritatem, & iuriſdictionem prælatorum ita ut nihil poteſtatis in eis, in ſuis videatur hominibus remanſiſſe, niſi moniti deſtiterint. ubi dicit Ioan. And. ſuper verbo, iuriſdictionem, & ſpiritualem interdum. hic tamen loquitur de temporali, quaſi etiam rectores hodie non ſolum diminuere, ſed etiam in totum ſubtrahere moliuntur; & tales, ſi moniti non deſiſtant, ſunt excommunicati ipſo iure. & hac ſententia infiniti ligantur, qui non vitantur, ut dicit Hoſtien. ſ. ꝙ periculoſiſſimum eſt, ſucceſſorē ipſius. ſ. in illa dignitate, vel rectoria, conſueuerūt. n. vniuerſitates ſibi eligere rectores annuales, ne delictum p̄deceſſoris p̄iudicet ſucceſſori. ſed iā eſt ꝓpriū delictū, ex quo ipsū nō purgat, q̃a conſentit, vt dicit ibi gl. & hic Bernar. infra menſem. ſ. tēpore ſui regiminis

computan-

Source : BIU Cujas

computandum, & etiam interim, si consensit his, propter quæ fuit excommunicatus prædecessor eius, cum per id appareat ꝙ in crimine damnato participat, & sic ligatur eadem sententia. de hoc autem tempore, quo ad sententiam huius canonis, nihil minui potest: tamen ordinarius hunc terminum ex causa abbreuiando sua sententia, posset talem ligare. Ioan. And. Inclusum. ergo est canon latæ sententiæ. Ioan. And. satisfecerint, omne dã num emendandum ecclesiæ, quod ex ipsius exactione ipsi contingit. sed & si consilium dedit de collecta imponenda, ad restitutionem ipsius tenetur. Si verò consilium non dedisset, fortè non cogeretur ad emendationem collectæ, sed aliàs interesse, quod obuenit ecclesiæ ab ipsius regimine emendabit, & forsitan pœnitentiam spiritualem, & etiam pecuniariam ipsum subire secundum ꝙ bonus iudex arbitrabitur, oportebit, hæc autem tantum locum habent, cum quis succedit in regimine illius, qui est excommunicatus ex prædictis causis, vel aliter qualitercunque propter libertatem ecclesiarum violatã. secus si ex illa causa esset ptãs excõicatus vel ɔsiliarij, vel vniuersitas, seu ciuitas interdicta: tunc enim successor non esset excommunicatus, secundum Innoc. cuius est, quasi tota ista glo. hoc intelligas sic, secundum Host. videlicet ꝙ mensis iste, seu præsumptio, qua ex lapsu
2 sumitur, ad alios casus nõ extenditur. † Illud autem certum est, ꝙ quicũque succedit excommunicato, & fouet factum damnatum, propter quod prædecessor excommunicatus fuit, eandem sententiam incurrit. Ioan. Andr. & addit, ꝙ si nouus rector operam dedit, quantumcunque potuit, ꝙ hoc emendaret, sed vniuersitate resistente, quod intendebat non potuit obtinere, non propterea excusatur, nisi omnino relinquat regimen. Io. And. Necessitatem iustam, & honestam. Inno. quorundam prælatorum, qui sine iusta causa dabant subsidium, & soluebant. Inno.
3 consulat. † no. hic per Boni. in 6. eo. ti. c. clericis. fuit lata sententia excommunicationis, à qua absolui non poterant citra sedẽ Apostolicam in laicos imponentes collectas, & taleas clericis, vel aliàs exactiones, & personas ecclesiasticas, & talia dantes eisdem absque licentia sedis apostolicæ, quæ quidem constitutio Bonifa. in clemen. eo. ti. c. quoniam. extat reuocata. & ꝙ in istis duabus decre. scilicet non minus, & aduersus, circa huiusmodi
4 materiam dicitur, ibi præcipitur obseruari. † quæritur, si ad clericum aliqua de iusta causa casamentum rustici, & possessiones pueniant. & pro modo illarum, & quantitate soluebat rusticus in quæstis, & collectis, qui communiter fiebant in loco ratione regiminis, vel alia: vtrum ipse clericus teneatur similiter in prædictis pro modo, & rata possessionum. Omissis alijs allegationibus pro, & contra, finaliter dici potest, ꝙ talis clericus liber esse debet à prædictis, quod probatur per c. quia nonnulli. de immu. eccles. lib. vlt.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati absolutionem à censuris ecclesiasticis extorquentes per vim vel metum, excommunicati sunt.*
2 *Absolutio iniusta, an valeat.*
3 *Absolutio, & reuocatio ab excommunicatione, quomodo inter se differant.*
4 *Censuræ ecclesiasticæ appellatione excommunicatio, suspensio, & interdictũ comprehenditur.*
Vis, quid sit.
Metus, quid sit.
5 *Metum iustum, quæ verba inducant, iudicis arbitrio relinquitur.*
6 *Excommunicatus potest excommunicari.*
7 *Metus vanus non dicitur metus, nec restitutionem inducit.*

Capitulum XXVII.

1 ABsolutionis † Beneficium ab excommunicationis sententia, vel quãcunque reuocationem ipsius, aut suspẽsionis, seu etiam interdicti per vim, vel metum extortam præsentis constitutionis auctoritate omnino viribus euacuamus. ne autem sine vindicta violentiæ crescat audacia, eos qui reuocationem, seu absolutionem huiusmodi vi, vel metu extoquent, excommunicationis, sententiæ decernimus subiacere. Greg. X. extra de his, quæ vi me. lib. 6. †
2 absolutionis huius decre. fuit dubitatio, quia regulariter quæ per metũ fiunt, tenent, seu valent, & obligant. quod dic, vt no. 15. quæst. 6. auctoritatem. Fallit tamen in casibus ibi nota. ad quos addo istũ & quia sicut iniusta excommunicatio ligat, sic videbatur de iniusta absolutione. de pẽ. dist. 5. verbum. Ioan. And. excommunicationis etiam iniustæ: humiliter enim debet petere absolutionem, non per metum compellere, quia sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta, tenet. 11. q. 3. c. 1. †
3 secundum enim Guil. & Bar. reuocationem, differentiam facit inter absolutionem, & reuocationem. & potest dici absolutio solennis, quæ fit iuxta formam ecclesiæ. reuocatio verbalis sine solennitate, vel vbi tenuit excommunicatio, locum habeat absolutio, vbi non tenuit excommunicationis reuocatio, vel refertur reuocatio ad absolutionẽ ad cautelam. Ioan. And. sed interdictum propriè dicitur relaxari. Arch. suspensionis, intelligo indistinctè, vt loquitur, ideſt siue ab officio, siue beneficio, siue ab ingressu ecclesiæ. infra de sen-
4 excom. is cui. Ioan. And. Interdicti, † ista tria sunt paria, quæ omnia sub censura ecclesiastica continentur de verbo, si quærenti. & secum trahunt executionem. vnde sequens appellatio non suspendit earum effectum. de appella. c. pastoralis. & in scriptis ferri debet de sen. excom, c. cum medicinalis. Ioan. An. Vin. vis est maioris rei impetus, cui resisti non potest, scilicet commodè. ff. eo. l. 1. metus autem trepidatio metus instantis, vel futuri periculi causa. ff. e. l. j. & exigit, ꝙ præsens sit metus, licet futurũ sit periculum, & quis metus excusat, no. supra eo. dilecti. Ioan. And. & dicitur metus quasi mentem tenens. vis tamen plus est, quàm metus. omne enim quod vi fit, per metum fit, sed non econuerso: sed cum metus infertur, ei resisti potest, licet cum periculo, & cum multis modis accipi possit, metus accipiatur large, vt so-
5 nat hæc litera, & hoc in odium facientis. † No. tamen, ꝙ licet aliqua verba dicant talia, quæ videantur incutere timorem: illa tamen non semper sufficiunt ad iustum timorem, & idcirco hoc relinquo arbitrio boni viri, secundum illud quod dicitur in gl. in pluribus alijs. c. extra. eo. ti. cum dilectus. Archid. extortam. factum requirit hæc litera. Archi. euacuamus. ergo taliter absolutus remanebit vt prius excommunicatus. Archid. & quamuis in excommunicatione per vim, vel metum extorta idem videatur, scilicet ꝙ ipso iure non valeat, & par ius ligandi, & soluendi esse voluit de pẽ. dist. . verbum. dicit contra ꝙ valet, secundum Bar. gl. 1. q. 3. quatuor. Ioan. And. ratio est, quia vtrobique animę consulitur, quod est faciendum in dubio. potest tamen per exceptionem elidi, vt no. in d. c. quatuor. extorquent ergo, si metum intulit & iudex absoluere noluit, non habet locum hæc pœna, quia verba &c. de cler. non resi. relatum. aliter tamẽ puniretur. Ioan. And. excommunicationis. † nota excommunicatus
6 accipit ex communicari, quod dic, ut no. 3. q. 4. Engeltrudam. si autem, non ipse excommunicatus, sed alius metum hunc inferat, sic excommunicatus erit, & sic non sumatur prædictum ar. sed nunquid in hoc casu ipse excommunicatus, vel interdictus, vel suspensus incurrit hanc pœnam? dic ꝙ sic, si mandauit, vel eius nomine factum ratum habuit. extra de elec. scriptum. nec dicam istos pœnam euadere, licet absolutus postea ratum habuit illud, quod ab initio coactus fecerat, quia statim ab initio ligati fuerunt, absolui tamen potuerunt per suum ordinarium, cum conditor canonis sibi nõ retinuerit absolutionem. de sen. excom. nuper. & in hanc pœnam incidit, qui per pœnam amissionis rerum ad hoc compellit ipsum excommunicatorem. supra
7 eo. cap. abbas. Ioan. Andr. subiacere. † quid si compulit per vanum metum, de quo timere non debeat, nunquid tunc locum haberet pœna? dic quòd non, secundum Barto. quia talis metus non inducit per restitutionem, nec ꝓpriè appellatur metus. Ioan. Andre.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum non seruare aliquem cogentes, vel excommunicatum non vitare excommunicati sunt.*
2 *Excommunicatos occultè in publico non vitamus.*

Capitulum XXVII.

1 PRæsumptores † Qui in locis interdicto suppositis quemquam de cętero diuina celebrare officia, quomodolibet cogere, aut qui modo prædicto ad officia eadem audienda aliquos excommunicationis præsertim vel interdicti ligatos sententia reuocare, seu qui ne excommunicati publicè, aut interdicti de ecclesijs, dum in ipsis missarum aguntur solennia à celebrantibus moniti exeant prohibere, necnon excommunicatos publicè, & interdictos, qui in ipsis ecclesijs nominatim à celebrantibus, vt exeãt moniti remanere præsumpserint excommunicationis sententia, à qua per sedem duntaxat apostolicam possint absolui, sacro approbante concilio innodamus. de sen. excom. grauis, in clem. præsumptores. hæc pœna non extenditur, nisi ad dominos temporales, excepto vltimo casu ibi, necnon excommunicatos. dominos autem intellige etiam prælatos, qui habent temporale dominium in loco. Pau. quomodolibet, omnem modum compulsionis realem, personalem, directum, & indirectum cõprehendit, vt si res eorum occupant, consanguineos grauant in personis, vel rebus. facit de elect. c. sciant cuncti. lib. 6. Ioan An. cogere præsumpserint, quod sequitur, & est primum modo præ. dicto. scilicet voce præconia, de quo supra dixerat. vox præconis quandoque paucis innotescit, & hoc respectu fortior videtur vocatio per campanam: sed quia præco loquitur, & edictũ ponit ex parte mandantis, ideo maior est contemptus. Io. And. euocare præsumpserit, quod sequitur, & est secundum. Publicè.
2 † occultè enim excommunicatos non vitamus in publico. 6. q. 2. cap. 2. 11. quæst. 3. audi. §. cum ergo missarum. in alijs ergo diuinis officijs non est locus pœnę. Ioan. And. moniti, non dicit nominatim, vt in proxi. versi. per quod patet quo ad prohibentes sufficit generalis monitio, puta quia monet, ꝙ omnes excommunicati,

Source : BIU Cujas

municati,& interdicti exeant,& ille precepit q̃ non exeant.Io. An.si autem præciperet, vel prohiberet non subditis, non esset locus pœnæ,secundum Paul.prohibere præsumpserint, quod sequitur, & est tertium, nominatim ex generali monitione nullus ligatur ex eo, q̃ remanent. soli ergo nominatim moniti remanentes ligabuntur. Io.And remanere, intellige etiam si ipsi domini temporales non mandent hoc.Ioan. And. excommunicatus ergo iterum excommunicatur.de hoc.3.q.4.c.Engeltrudam.Ioan.And.

SVMMARIVM.

1 *Statuentes, q̃ vsuræ soluantur, & solutæ non restituantur, & secundum talia ſtatuta iudicantes, excommunicati sunt.*
2 *Communitas non excommunicatur.*
3 *Vsura mentalis, quomodo repetatur.*

Capitulum XXIX.

1 QVicunque † Communitatum potestates,capitanei & rectores,consules,iudices,consiliarij, aut alij quicunque officiales statuta huiusmodi de cętero facere, vel dictare,aut q̃ soluantur vsuræ,vel q̃ cum solutæ repetuntur,non restituantur plenè,liberè,scienter iudicare præsumpserint sententiam excommunicationis incurrant, eandē eriā sententiam incursuri,nisi statuta huiusmodi hactenus edita de libris communitatum ipsarum, si super hoc potestatem habuerint,infra 3.menses deleuerint,aut si ipsa statuta, vel consuetudines officium eorum habentes quoquo modo præsumpserint
2 obseruare.cle.5.de vsur. in cle. 1.communitatum. † ipsa autem communitas non incurrit hanc pœnam.de sent excom.Romana.lib.6.consules.nomina sunt officialium,secundum varias locorum cōsuetudines.& quia omnia non potest specificare,submittit ita clausulam generalem, vt comprehendat omnes quocunque nomine censeantur.Pau.consiliarij,ad talia dantes consilium.Pau.Officiales,ergo si quis talia statuta non officialis scriberet,vel dictaret, non eū excommunicatus. Non obst. ne cle. vel mo.sententiam.quia ibi duo requiruntur scilicet, q̃ scribat, vel dictet, & q̃ homicidium sit postea secutum, quia tunc dat consilium,vel auxilium,vel fauorem,vt ibi no. Innoc.& Hosti. sed hic scribendo,faciendo,vel dictando tantam incurrit pœnā absque alia executione statuti.Pau.statuta huiusmodi, de quib. supra dixerat,quæ scilicet exigi, & solui vsuras concedunt, vel ad soluendum debitores compellunt, vel grauia onera imponunt vsuras repetentes,sicut si esset statutum, q̃ vsuras repetentes in foro ecclesiastico per Potestatem cogantur vsurario mutuare tantam pecuniam.& tanto tempore,quanto tenuit repetentes pecunias vsurarij,soluuntur vsuræ in casu à iure non concesso.secus si in casu concesso,vt infra eod.titu.c. 1. & c. salubriter.Pau.Impropriè tamen dicitur vsura in prædictis. cap.allega. Landul.vt ergo locus sit pœnæ,necesse est,q̃ statuto caueatur,q̃ vsuræ soluantur.vnde non sufficeret,si statuto caueretur, q̃ vltra duos,vel tres denarios pro libra non soluatur in mense,quia supra illam sententiam prohibendo,non videtur per hoc, vsq;
3 ad illam concedere,ar.de treu.& pa.c.1.Pau. & Io. † de mentali autem vsura hic non videtur loqui hæc litera : quia licet creditor in iudicio confiteatur suam prauam intentionem,tamen repeti non possit,vt vsura,sed vt quasi vsura, & iniustè receptum, vt nota.Host.eo.ti.c.consuluit.vbi dicit, q̃ vsura mentalis debet restitui.idem ibidem Inn.& Ray.in Sum.Pau.repetantur, ab eo qui potest.nec ob.c.quia frustra.eo.tit.Pau.restituantur,quando de earum exactione constat in iudicio iudicare, & qui iudicata scripserit,si iudicetur secundum prædicta statuta, de sent. excō. nouerint.in fi.vbi verò non iudicaretur,secundum prædicta statuta,tunc scribens sententiam non incurrit pœnam, sed solum iudicans.nisi velles dicere,q̃ etiam in primo casu hæc constitutio pœnalis non exrenditur ad personas non expressas, vt videtur verius.ar.de reg.iur.in pœnis.lib.6.Pau.etiam Ioan.And.dicit q̃ de scribentibus iudicata non exprimit hæc constitutio, incurrant incontinenti sine temporis interuallo,& sic facientes, dictantes,& scribentes talia statuta, ac iudicantes vsuras esse soluendas,vel non repetendas,vel repetitas non soluendas, statim sunt excommunicati. Aliud in his qui statuta iam facta debent delere,qui valent,si habent potestatem delendi de iure, & de facto,vt dicunt Paul.& Innoc. si non deleuerint post tres menses etiam ipsi sunt excommunicati.consuetudines.h. d. quia quandoque non statuunt talia,sed assuescunt, ideſt in consuetudinē deducunt. Ioan. Andr. obseruare. officiales scilicet exprrsse. si enim non expresse ea seruant, non sunt excommunicati.Ioan. Andr. & Paul.

SVMMARIVM.

1 *Arma, vel ligna, vel mercimonia ad infideles portantes, excommunicati sunt & nume. 5.*
2 *Nec absoluuntur, nisi quòd ex commercio tali perceperint tantundem de suo in subsidium terræ sanctæ transmiserint.*
3 *Arma portantes ad infideles excommunicati, qnomodo cum camera apostolica se componant.*
4 *Arma portantes, vt supra absolui a solo Papa possunt.*
5 *Guerra per treugam non tollitur.*
7 *Veneti habent licentiam ad infideles portandi mercimonia, & non arma.*
8 *Sepulchrum Christi accedens sinè licentia Papæ est communicatus, & eius absolutio Papæ reseruatur, & summo pœnitentiario.*

Capitulum XXX.

1 EXcommunicamus, † & anathematizamus illos,qui contra Christum, & populum Christianum Saracenis arma,ferrum,& lignamina deferunt galearum,eos etiam qui galeas eis vendunt,vel naues, qui in piraticis Saracenorum nauibus curam,vel gubernationem exercēt,aut machinis,aut quibusdam alijs impendunt aliquod eis consilium,auxilium in dispendium terræ sanctæ, ipsosque rerum suarum priuatione mulctari,& capientium seruos fore censemus,præcipiētes,vt per omnes vrbes maritimas in diebus dominicis, & festiuis huiusmodi sententia publicè innouetur à talibus gremium non aperiatur ecclesiæ,nisi totum quod ex commercio tam dānato perceperint, & tantundem de suo in subsidium terræ sanctæ transmiserint, & infra q̃ si fortè soluendo non fuerint, sic aliàs reatus talium,q̃ in pœna ipsorum alijs interdicatur audacia similia præsumendi.Inn.in concilio generali.extra de Iudę.c.ad liberandam.concilium generale, de quo hic repetit concilium Lateran.de quo supra c.ita quorundam. & addit pœnam imponendam tempore absolutionis ibi.& talibus.† Notandum,q̃ tales excommunicati non absoluuntur ab excommunicatione,
2 nisi ad id totum,quod ex commercio damnato perceperint, & tantundem de suo in subsidium terræ sanctę transmiserint: si tamen absoluantur non facta satisfactione,tenet absolutio,sed reduci debent in pristinam excommunicationis sententiam, nisi hoc faciant,secundum Aegid.idem Ioan.And.& Pet.de Anch. Sed quæritur,ex quo isti priuantur bonis suis,& bona confiscantur,quomodo vltra pœnam puniuntur,& transmittunt in subsidium terræ sanctæ, quod receperunt ex commercio &c. & respondent prædicti Docto. q̃ ante confiscationem imponitur hæc pœna,vel soluitur de bonis quæsitis post confiscationem,vel dicas q̃ pœna confiscationis imponitur,à iudice secu lari,sed pœna restitutionis eius, quod perceptum est, & tantundem de suo imponitur per ecclesiasticum iudicem,& secundum Pe.de An. pœna priuationis omnium bonorum non imponitur ipso iure, sed per sententiam, & iudicem secularem sic aliàs reatus, quia potuerunt subijci verberibus loco pœnæ.Et no.q̃ hæc pœna,quæ inducitur per ecclesiam,scilicet dationis eius,quod percepit qs per tale commercium,& tantundem de suo, si non transmittitur in subsidium terræ sanctæ,quia scilicet nescit talis,cui debeat dare,applicari,seu dari debet cameræ apostolicæ, nec hanc pœnam relaxare potest,nisi Papa, vel is qui habet ab eo super hoc
3 cōmissionem,vt est summus pœnitentiarius.† vnde qui in hunc canonem inciderunt, consueuerunt se componere sub tali pœna cum camera apost.dando certam partem eius, & de residuo solet eis fieri remissio.sic audiui à sapientibus praticari in curia, & hoc quando talis soluere potest.nam quando non potest, fa-
4 ciendum est,quod dicitur in c.supradicto.† Quis autem debeat absolubre à tali sententia?dicit glo.super c.quod olim.q̃ episcopus,ex quo Papa sibi non retinuit,quod olim habuit locū,tunc secus.vnde dicit Ioan.And.Pet.de Anch.super eo.c.q̃ hodie Papa temporibus,quibus solet facere generales processus ter in anno tales excommunicat, & tunc à tali sententia solús Papa absoluit.hæc ille.summus etiam pœnitentiarius videtur habere po-
5 testatem tales absouendi.† Et no.q̃ per istud c.q̃ olim prorogatur, ideſt extenditur dicta pœna excommunicationis ad alium casum,quàm in illis dnabus decretalibus,scilicet ita quorundā, & ad liberandam contineatur,videlicet quicunque,ac quæcunque alia mercimonia quæ ibi portantur, durante guerra inter nos,& ipsos,& etiam si fieret treuga,quia per treugam non tolli-
6 tur,sed intermittitur.† Item no. q̃ Nico. IIII. in quadam extrauagan.quæ incipit,olim tam in generali, statuit, & innouat, q̃ nullus arma,ferrum,equos,lignamina,victualia,q̃ alia quæcunque mercimonia in Alexandriam, vel alia loca Saracenorum terræ Aegypti deferre,vel mittere,seu de suis portubus,vt eis deferantur extrahere, vel extrahi permittere, aut eis vel auxilium vel fauorem præstare præsumant,alias sunt excommunicati ipso facto,nec possunt absolui, nisi tantundem de bonis proprijs in dictæ terræ subsidium conuertendum exoluerint, quantum ad partes prædictas detulerint,aut miserint,aut deferri,vel de ipsorum portubus deferendum eis extrahi permiserint. & similiter statuit de omnibus terris Soldano subiectis,scilicet incurrāt etiam prædictas,& alias pœnas temporales.Quæ extrauagans innouata est per Boni.VI.& iterū per Cle.V.qui absolutionem ab huiusmodi sententia, præterquam in mortis articulo, Papæ reseruauit,

Source : BIU Cujas

ſeruauit. vt patet in extrauaganti, quæ incipit, multa mentis, &c. & huic hodie ſtatur, quod etiam patebit. infra ex ipſo proceſſu
7 Papæ annuali, qui fit in curia. † Veneti autem ſuper hoc habent licentiam à Papa Mar. V. quantum ad mercimonia, & victualia per plures annos, non autem quo ad arma, & lignamina habẽt licentiam, vnde non incurrunt prædictam pœnam, & idem de alijs etiam qui haberent ſimilem licentiam, quo ſcilicet ad mercimonia, ſecus ſi portarent, ſeu portari facerent arma,
8 ſeu lignamina, quia tunc incurrerent. † Not. etiam quòd accedens ad ſepulchrum Domini cauſa deuotionis ſine licentia Papæ eſt excommunicatus, & eius abſolutio Papæ reſeruatur, vel ſummo pœnitentiario, vt reperi in lib. pœnitentiariæ ſummi pœnitentiarij.

SVMMARIVM.

1 *Romipetas ſpoliantes, excommunicati ſunt.*
2 *Idem in ſpoliante itinerantes.*

Capitulum XXXI.

1 EXcommunicationi ſubdantur, † qui Romanos, aut alios Chriſtianos pro negotiatione, vel alijs honeſtis cauſis nauigio vectos, aut capere, aut rebus ſuis ſpoliare præſumunt: illi etiam qui Chriſtianos naufragium patientes ſpoliant rebus ſuis, niſi ablata reddiderint, excommunicationi ſe nouerint ſubiacere, ex Conci. Lateranen. extra de rapto. Prima pars huius c. dicit Hoſt. ꝙ eſt canon latæ ſententiæ. Et addit ꝙ piratæ ter in anno ab ore Papæ excommunicantur ſolenniter. Secunda pars diſt. ꝙ eſt canon ferẽ dæ ſententiæ. Inn. Tan. Vincen. & Goff. dicunt ꝙ eſt iſta ſecunda pars latæ ſententiæ. Ioan. An. dicit. ſic, Credo ꝙ prima pars ſit canon ferendæ ſententiæ, excepto quod dictum eſt de piratis, qui ſunt excommunicati à Papa ter in anno. Secunda pars eſt canõ latæ ſententiæ, ita tamen ꝙ præcedat admonitio, vt dicit glo. & probat hoc vis verborum ratio diuerſitatis ſatis patet, & ſic pars poteſt intelligi de quolibet nauigio. Idem Ioan. de Lig. dicens, ꝙ iſta eſt communis opin. & ꝙ primum dictum intelligitur de quolibet nauigio, quamuis Hoſtien reſtringat ad maritimum. Quantum ad ſecundum dicit, ſi poſt admonitionem non reſtituunt ablata, ſtatim ſunt excommunicati: ſi autẽ reſtituant, non
2 ſunt excommunicati. † Idem Pet. de Anch. & addit, qui autem peregrinos, & mercatores non nauigantes, ſed aliàs itinerantes ſpoliant, excommunicari debent, ſed non ſunt ipſo iure excommunicati, extra de treu. & pa. c. i. hæc ille. Hic tamen no. ꝙ ſpoliantes Romipetas vel euntes ad curiam ad redeuntes pro cauſis agendis in curia, ſunt excommunicati excommunicatione Papali, vt infra patebit in proceſſu annuali papæ.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in diuinis cum excommunicatis participantes, excommunicati ſunt.*
2 *Excommunicatio, in quam quis incidit communicando cum excommunicatis, quæ requirat.*

Capitulum XXXII.

1 CLericos, qui ſcienter & ſponte † participauerunt excommunicatis à nobis, & ipſos a nobis in officijs receperunt eadem excommunicationis ſententia cum ipſis non dubitamus inuolui. quos ẽt, per abſolutionis beneficio habendo ad nos volumus remitti. cle. 3. de ſenten. excom. ca. ſignificauit. Circa expoſitionem huius decre. eſt triplex opinio. ſolennis, 3
2 quarta communiter reprobatur. † Eſt ergo prima Hoſtien. quæ etiam ponitur in Summa confeſſorum, quòd illa ſit noua excommunicationis ſpecies, ad quam incurrendam quinque requiruntur. Iſtam etiam ſequitur Ioan. And. opi. vt ponunt in tex. Primò, quòd communicans cum excommunicatis ſit clericus. Secundò quòd communicet ſcienter, vel participet. Tertio, quòd communicet ſponte, & dicit Gof. excludi hic coactionem abſolutam, nõ conditionalem. Quartò, quòd communicet in diuinis, & hoc intelligendum, ſecundum Gof. de omnibus diuinis officijs, tam de his quæ in eccleſia dicuntur, quàm de his extra, ſcilicet horis canonicis. Quintò, quòd communicet, ſeu participet cum excommunicatis nominatis a Papa in huiuſmodi diuinis, talis excommunicationem incurrit abſoluendus non niſi per Ap. ſe. qui autem aliis excommunicatis a canone communicat in diuinis, licet peccet, non tamen eandem ſententiam incurrit, & de hoc infra c. de mino. excommunicatione. Secunda eſt Pet. de Ancha. quæ dicit, ꝙ qui communicat cum excommunicato a Papa ſponte, & ſciẽter, & in diuinis, eſt excommunicatus eadem ſententia, & iſtum dicit eſſe verum intellectum huius c. & ita reperi ex collectis eiuſdem. Idem videtur dicere Gul. Spe. & Gof. Tertia eſt Tan. ſ. ꝙ qui participat cum excommunicatis a Papa eodem crimine, propter ꝙ ille eſt excõicatus, eadẽ ſententia ligantur, & ſic ſunt abſoluendi a Papa, extra eo. nuper hanc opi. di. gl. credo veriorem. Innoc. etiam dicit ſic poſſe intelligi. Io. An. & Io. de Ligna. dicũt, ꝙ videt ad hæredum huic vltimæ expoſitioni.

SVMMARIVM.

1 *Interdictos excommunicatos, & publicos vſurarios ſepelientes, ſunt excommunicati.*
2 *Sepeliri mortui non poſſunt etiam in feſtiuitatibus quatuor, in quibus celebrari poteſt.*
3 *Excommunicati excommunicatione minori morientes, tempore interdicti non ſepeliuntur.*
4 *Interdicti nominatim, qui dicantur.*
Interdicto cauſam dantes, licèt non ſint nominati, an ſepeliendi ſint.
5 *Vſurarij manifeſti ſepultura, quando priuentur.*
6 *Ad ſepulturam portantes, licet non ſepeliant funus comitantes, fodientes, vel ſepulturam aperientes, an ſint excommunicati.*
7 *Sepelientes defunctum ſine officio in loco cimiteriato, an ſit excommunicatus.*
8 *Clerici dicentes officium ſuper funus, & id in loco ſecreto deponentes, & nõ in ſepultura, non ſunt excommunicati.*
9 *Clerici portantes cruces, aſſociantes vel portantes feretrum manifeſti vſurarij, vel interdicti, vel excommunicati, licet ibi non ſit cadauer, non ſunt excommunicati.*
10 *Sepeliens manifeſtum vſurarium, vel excommunicatum publicè, vel nominatim interdictum, an ſit excommunicatus.*
11 *Interdicti tempore ſi pœnitens non fuit in cimiterio ſepultus, eo relaxato in cimiterio ſepeliri debet.*
12 *Interdicti tempore clerici licitè funeralia recipere non poſſunt.*
13 *Iuris error à pœna excuſat.*
14 *Ignorantia ſtatuti ſinodalis tranſgreſſorem a pœna excuſat, niſi ſupina ſit.*
15 *Ignorantia affectata, & ſcientia, æquiparantur.*
Ignorantia, quando non excuſet monachos, & moniales.

¶ Capitulum. xxxiij.

1 IOS, qui propriè temeritatis † audacia defunctorũ corpora non ſine contemptu clauium eccleſiæ in cimiterijs tempore interdicti in caſibus non conceſſis a iure excommunicatos publicè, vel nominatim interdictos, vel vſurarios manifeſtos ſcienter ſepelire præſumunt, ipſo facto excommunicationis ſententiæ decernimus ſubiacere, a qua nullatenus abſoluantur, niſi prius ad arbitrium diœceſani epiſcopi eis, quibus permiſſa fuerit iniuria irrogata ſatisfactionem exhibuerint competentem, extra de ſepul. in cle. c. j. eos includit vtriuſque profeſſionis perſonas laicos & eccleſiaſticos, exemptos & non exemptos, Pau. propriæ temeritatis audacia, ſcientiam notat, quaſi proprio auſu, & ſumitur in malam partem, vbi autem non faceret temerè puta prælatus dicit ſepeliendum fuiſſe abſolutum, vel veriſimiliter putat ſepulturam non prohibitam illi ratione ſtatus, & ſic erat in facto, non habet locum hæc pœna. Pau. in cimiterijs. Pau. Idem ſi in eccleſia, ſecus ſi in campis, vel locis priuatis. Tempore interdicti, nam tunc interdicta eſt ſepultura. Non conceſſis a iure, hoc dicit propter clericos, qui ſeruauerunt interdictũ, quibus conceditur tempore interdicti ſepultura cum ſilentio, & abſque campanarum pulſatione, vt in prædicta decre. quod
2 intellige propter priuilegiatos circa confratres, † In quatuor verò feſtiuitatibus, in quibus celebrari poteſt eo tempore ſcilicet interdicti, alta uoce, non puto mortuos ſepeliri debere, vt de priui. c. cum & plantare. Io. An. & idem Pau. & Zenze. excommunicatos ab homine, vel a iure, & intelligas de maiore excõmunicatione. † licet enim excommunicati minori ſic decedentes ſepeliendi non ſint, vt not. Inno. eo. titu. ſacris. huic tamen pœnæ locus non eſt. Io. An. Publicè, & per hoc quod dicit publicè, dico ꝙ ſi eſſet occultè, dato ꝙ ſepeliens ſciret, non eſt locus huic pœnæ, licet priuetur ſepultura, ſi de hoc conſtare poteſt, ſed talis eſſet excommunicatus minori, ſecundum Ala. & Ber. quod placet Pau. nominatim interdictos. Pau. A diuinis & participatione ſacramentorum tales puniuntur ſepulturæ priuatione, vt not. Inno. & Hoſt. Secus ſi interdicti ab aliquo temporali, vel ſpirituali exercitio iuriſdictionis miniſterij, vel officij, quia tales non ſunt priuati alijs diuinis, ergo nec in ſepultura. † Qui dicantur nominatim interdicti Laur. di. ꝙ nominatim interdicti, ſiue ſint denunciatione nominati, ſiue ſpecialiter ſint expreſſi, vt no. Inno. Sed quærit, quid iuris, ſi notoriũ eſt de fautoribus, qui occaſionem dederunt interdicto per epiſcopum lato, non ſunt tamen nominati in ipſa ſententia interdicti, quæ in ſcriptis ferenda eſt, vt de ſen. excom. c. cum medicinalis. libr. 6. Numquid ſepelientes hos fautores incurrent, licet ſint iuterdicti in genere, quia dictum eſt in ſententia, interdicimus. A. cum fautoribus ſuis credit ipſe, ꝙ non, quantuncunque ſint notorij, argum. de cle. ex. c. poſtulaſtis. cum hæc conſtitutioi ſit pœnalis, ideo reſtringenda. Et aduerte, ꝙ per illum text. quprohibet nominatim interdictos in cimiterio ſepeliri, videtur, a contrario ſenſu ꝙ interdicti non nominatim ſepeliri poſſint

Source : BIU Cujas

sint,quod tenet gl. vbi locus interdictus non sit, Gof. di. istam opi.veram,nisi quando pro certo sciretur,eos tale quid feciſſe, vel commisiſſe, propter quod erant interdicti: tales enim non dicunt sepeliri in cimiterio.vbi verò non sunt certi,habet locū glo.secundum eundem. pro glo. tamen facit, quod dixit supra post Laur. scilicet vt non sufficiat facti notorium, nisi adsit ista qualitas nominatim per modum,de quo supra manifestos, qui priuati sunt sepultura, & factione testamenti nisi satisfecerint, vel cauerint,secundum formam illius c.quamquam. de vsur.li. 6.Et si apparuerint in tali signa pœnitentiæ,& post mortem præstatio cautionis sufficit ad vitandum hanc pœnam, cum talis sepultura non sit prohibita. sed non valet testamentum, quod ab initio est nullum ex persona testantis.Idem etiam videtur, si primo fecit testamentum & postea efficitur vsurarius manifestus,quia per consequens delictum infirmat testamentum.Pau. Scienter.secus si ignorauit. Pau. Sepelire, non solum actualiter ponentes corpus,sed dicentes diuinum officium super funus,in currunt eam pœnam.immo fortius, quia plus contemnunt. Idē intelligas de sepelientibus de facto in cimiterio etiam absentibus clericis.† Pau.sed Ioan. And.super dicto verſ.sepelire.sic dicit, hic occurruut dubia, quæ principis declarationem plusquā glosantis exposcunt scilicet,an portantes ad sepulturam, qui tamen non sepeliunt,sint excommunicati.Item de comitantibus funus.Item de fodientibus & fabricantibus,vel aperientibus sepulturam.Item de prælatis clericis,vel ministris ecclesiarum,in quorum cimiterijs sepeliuntur,qui id non prohibent, vel patiūtur. Item de clericis portantibus crucem, cereos, & similia. Et post quædam sic dicit,cum hic puniat sepelientem,non admittentem interessentem & cooperantem. Sepelire autem est mortuum humo vel tumulo condere, videtur autem solos humo, vel tumulo corpus imponentes ligatos esse.facit pro hoc equitas,ne ex vnius funere multitudo ligetur.Item constat ꝙ portātes,comitantes vel fabricantes sepulturam, si non sequeretur talis sepelitio,excommunicati non essent.In contrarium est,quia esset hæc constitutio ludibrio,si vnus solus ribaldus,vel seruiēs, per quem id poterit expediri,ligari dicatur reliquis vsitatis pomposè,& solenniter expedire.Ioan.And.Stephanus verò non dubitat,omnes istos ligari.No.Ioan. Calde. in tractatu quem fecit de ecclesiastico interdicto,circa fi.mouens prædictum dubium seu quæstionem,sic dicit.Mihi proculdubio videtur,ꝙ nominatim interdictus,vel etiam non nominatim interdictus,sed tempore interdicti in casu non permisso à iure, si cum diuino officio est sepultus, omnes prædicti scilicet aperientes sepulturam, vel fabricantes,vel fodientes terram,vel ponentes in sepulchro vel portantes cruces,vel cereos,vel portantes funus, vel associātes causa honoris,vel amicitiæ, vel clerici diuinum officium facientes,vel non prohibentes,cum possunt,omnes pœna excommunicationis ligantur per istam cle.eos.Ratio est, quia hoc casu omnes sunt participes criminis,siue cooperatores, ad hoc de sen.excom.c.nuper. 11. quæst. 3. præcipuè. † Si verò sine officio clericorum defunctus talis sepultus est etiam in loco cimiteriato, licet sit tutius dicere prædictos omnes fore ligatos excommunicationis sententia. de qua ista cle. agit: tamen, licet trepidus,credo istos non ligari dicta pœna. sed quia videtur contemnere generalem prohibitionem,poterunt arbitraria pœna puniri,etiam per iudicem ecclesiasticum.3. quæst. 4.Engeltrudam. Ad hoc dicendum finis cle.me mouet ibi,per quæ verba videntur remoueri priuilegia, quæ clericis, vel ecclesiasticis personis solent cōcedi & non laicis, vt ergo verba non videantur superuacuè apposita,de maio.& obe.solitæ.oportet ꝙ intelligatur de his,quibus talia priuilegia solent concedi,vt sic dictum intelligatur,secundum ꝙ clausula adiuncta potest adaptari. 1.q.2. sacerdos.Sed priuilegia exemptionis solent concedi clericis & ecclesiasticis personis, de illis ergo debet intelligi principale dictum. c.item sepultura ecclesiastica propriè respicit clericos, ad quos id pertinet.16.q.3.placuit.& cum funera ad sepulturam deferuntur,diuina officia cantare.13.q.2.diuina,& sic concludit propositum.† Sed si clerici dicunt officium sepulturæ super funus, & postea deponētes funus in loco secreto, nō ponūt ipsum in sepulchro seu cimiterio,nunquid sunt excōmunicati?Certè, secūdum opin.contrariam esset dicendum ꝙ non,quia tex. dicit sepelire,quod est humo vel tumulo mortuum condere,& sic per solam celebrationem officii non esset delictum consumatum, ergo non inciderent in pœnam. Sed non credo ꝙ aliquis hoc diceret,sic enim semper fieret durante interdicto, & per consequens ista clementina facta esset ludibrio. Hæc omnia Io. And. & Ioan.Calde.Et quod dictum est de interdictis,intelligendum est per omnia de manifestis vsurarijs & publicè excommunicatis.† Quærit etiam dominus Lau.de Ridol.in tracta.quem fecit de vsuris,quid dicendum de officialibus,clericis,& portantibus cruces & cereos,& associantibus & portantibus feretrum, tanquam esset ibi cadauer alicuius prędictorum, scilicet manifesti vsurarij nominatim interdicti,vel publicè excommunicati, cū in veritate realiter ibi non sit?Respondet & dicit,idem iudicandum ac si ibi esset,& ideo dicendum,vt supra Subiacere.hāc pœnam locum habere non puto in alijs casibus,in quibus denegatur sepultura,quos habes eo.ti.& parte,& de sta.mon.c.2. † Sed quid de illo,qui sepelit manifestum vsurarium excommunicatum publicè,& nominatim interdictum,& tempore interdicti nunquid vna vel quadruplici excommunicatione ligabitur ex hoc facto?vide quod de hoc plenè scripsi in q.Gualterij. siue tamen vna sola,siue pluribus sententijs ex his diuersis causis, quarum quælibet per se sufficit,ꝙ excommunicatus dicatur, planū est ꝙ de omnibus debet satisfacere, & ab omnibus absolui. Io. And.Eis quibus.sed qui sunt hi, fortè intellexit de his, quorum fauore fuerunt latæ sententiæ excommunicationis vel interdicti in loca, vel personas, vel illis quibus debebat restitutio fieri quo ad vsurarios. Si qua etiam violentia in his fuisset illata clericis vel ministris illis,etiam fiet satisfactio. Item si illorum corpora,vel ossa discerni possunt,exhumanda sunt,& hic tribus vltimis casibus.Sed quid de primo?dic ꝙ si ille fuit pœnitens, licet non debuerit sepeliri, scilicet tempore interdicti, tamen nō exhumabitur saltem post relaxatum interdictum. † Notant etiam Innocen.& Host.quòd pœnitens,qui non fuit in cimiterio propter interdictum, relaxato interdicto debet in cimiterio sepeliri.Dicunt etiam,ꝙ ex quo pœnitens fuit, mortuaria licitè ab ipso recipi possunt,cum pro ipso sit orandum.11.q.3. quicunque. secus si non fuisset pœnitens.88.dist.c.fi.Ioan.Andr. † qui etiam dicit, ꝙ de funeralibus, quæ darentur cum funere defuncto sepulto tempore interdicti, non putat clericos licitè recipere posse,quia viderentur participare in delicto.Item nota, ꝙ Fran. de Zaba.post Pau.super verbo,temeritatis,huius cle.dicit, ꝙ temeritas scientiam notat,quasi proprio ausu. Et ex hoc dicit Lau.ꝙ si ignorans factū vel etiam ius,dum tamen sit cui liceat ius ignorare hoc faceret,non videtur reus, nec hanc pœnam incurrere. 1.q.4.§.notandum.Et idem dicit in effectu glo.in e. cle. & idem Paul.& Zenze.qui videntur velle, ꝙ in hoc casu iuris error sim pliciter excusat,† quia iuris error excusat à pœna,ad quam committendam requiritur dolus,vt not.Dy.in regula,ignorantia,li. 6.Pro hoc ꝙ iuris error est lata culpa,non dolus.ff.de his qui notantur infam.l.2.glo.super verbo,singulis.† Item no.ꝙ dicit Io. And.in nouella,super c.vt animarum,de constitutio.li.6. quòd ignorantia statuti synodalis excusat transgressorem a pœna,nisi sit crassa & supina, etiam cum statutum punit aliquid prohibitum lege diuina, vel canonica, & secundum hoc terminetur quod hic scripsit Io.de Deo.vbi quærit,an sint excommunicati impuberes,qui falsauerunt instrumentum, & monachus qui tulit falsum testimonium,ignorantes constitutiones episcopi,qui tales excommunicat,quicquid ibi dicat,satis potuit vterque probabiliter ignorasse,ꝙ si ita est,locus est huic decretali,& licèt pœna iuris locum in eis possit habere, cessabit tamen pœna statuti, quod probabiliter ignorabant,licèt quidam restringant hoc dictum ad statuta ex causa prohibenti de iure non prohibita.

† Idem dicit de tempo.ordi.eos.lib.6.quòd equipollent scientia,& affectata ignorantia,& dicitur affectata, ex quo scire potuit,sed noluit,immò dissimulauit.Item Ant.de But. dicit in lectura,ꝙ moniales,& monachi ab ignorantia iuris non excusantur,vbi iuris omni anno fit publicatio in locis,vbi sunt,alias excusantur, vt l.cum de indebito. ff. de proba. quod dicit verum Host.in monasterijs,de quibus monachi nunquam exeunt.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahens scienter in gradibus consanguinitatis vel affinitatis,excommunicatus est.*
2 *Clem.eos,de consangui.& affinita.in sex casibus locum habet.*
3 *Matrimonium post tempora contrahens,an sit excommunicatus.*
4 *Quid de contrahente matrimonium cum ea, quam credebat consanguineam, & tamen non erat.*
5 *Quid si impedimentum, quod erat tempore matrimonij contracti, sit sublatum.*
6 *Coactus ad matrimonium contrahendum,excommunicatus non est.*

Capitulum XXXIIII.

1 Os, qui † diuino timore postposito,scienter *in gradibus* consanguinitatis vel affinitatis *constitutione canonica* interdictis,aut cum monialibus *contrahere* matrimonialiter non verentur, necnon religiosos moniales ac clericos in sacris *ordinibus* constitutos matrimonia contrahentes ipsos excommunicationis sentētiæ ipso facto decernimus subiacere. Clem.5. de consan. & affinit.
2 c.uno,in cle.eos.† Nota,ꝙ in sex casibus hic expressis taatum locum habet constitutio,& eius pœna. Vnde si cōtrahit quis cum habente maritum,vel cum Iudęa,vel pagana, vel cum cognata spiritualiter vel legaliter, uel contra impedimentum publicę honestatis,licet non teneant matrimonia,tamen non est locus huic pœnę,quę & in illis casibus & similibus expressa nō est. Itē in his sex casibus tūc demum locus est pœnę, cum illicitè cōtrahunt:si enim licitè,vt ex dispensatione, Papę, tunc cessat culpa,

ergo

Source : BIU Cujas

ergo & pęna.de consti.c.2.De qua dispensatione no.de re. spol. literas. Io. And. Scienter. Ignorantes ergo non ligat constitutio. quod intelligo ignorantia facti probabiliter & non affectata, quia ignorabant se esse consanguineos vel affines. Si verò ignorabant ius, nescientes gradum, in quo erant esse prohibitū, ex quo sciebat gradum, ligat constitutio, de re. iur. ignorantia. lib.6. Si verò alter solus sciebat, ille solus ligatur. facit. 34.q.2.in
3 lectum. † Sed quid si contraxit ignorans, post tempora autem sciunt & cohabitant consanguinei, videtur ligari. ar. 1. quæst. 1. eos, in fi.de symo.c.sicut tuis. Contrarium credo, cum ista constitutio non puniat cohabitationem vel incestum, sed contractum, vt ita dicam. probatur hæc so. ex eo, ꝙ sine iudicio ecclesiæ ab ista diuertere non possunt. fateor tamen, ꝙ peccat cognoscendo. Ioan. And. Pau. verò dicit quòd si talis cohabitat ei affectu maritali, incurrit hanc pœnam, cum videatur ex nouo con
4 sensu cum ea cohabitare. si verò ex primo, non incurrit. † Sed quid si contraxit cum ea, quam credebat consanguineam, affinem, vel monialem, & in veritate non erat? Solue per nota. de senten. excom. in c. si verò. 2. & c. in audientia. Ioan. And. Ex illis causis trahi potest. Respon. scilicet, ꝙ talis non est excommuni
5 catus. † Sed quid si impedimentum, quod erat tempore contracti matrimonij, fuit postea remotum. extra de consan. & affi. ga circa. Respon. si remouetur per dispensationē Papæ, verba sunt inspicienda, vt videatur an tollant impedimētum, etiam quoad pęnam præteritam, an non, vt faciat tantum valere matrimonium. primo casu absolutio alia non est necessaria, secundo sic Si verò remouetur impedimentum per constitutionem reuocatoriam, tunc dic vt supra de immu. ec. c. quoniam. Pau. super prę dicto autem c. idem. Paulus dicit sic, quòd si reuocatoria vltima valet, dicit constitutionem, quam reuocat fulminatoriam excō municationis pro infecta haberi, tunc ligati per illas non egent absolutione. Si autem tantum reuocat, sic ligati egent absolutione. Gradu scilicet. 4. vel citeriori. Canonica. fortius diuina. de
6 resti. spo. literas. † Matrimonialiter. per hanc literam videtur ꝙ coactus ad contrahendum, non incurrat hanc pęnam, & de absoluta coactione certum est. De cōditionali verò licèt tali, quæ cadere debuerat in constantem virum, videtur ligari, per ca. sacris, extra de his quæ vi, me. causa fi. sed cum non sit matrimonium deficiente consensu, de ęquitate videtur talis non ligari. facit de senten. excom. significauit. Ioan. Andr. Idem Pau. Contrahere. secus si sponsalia tātum contrahat, nisi sequatur copula quæ cum inducat præsumptam voluntatem matrimonij. de spon. c. is qui. inducet etiam pęnam. Ratio prædicti est, quia istud cum sit pęnale, restringendum est, vt sic verba non extendantur maximè ad minus delictum. de reg. iur. in pę. lib.6. Et negari non potest, quòd aliud est matrimonium, aliud sponsalia. Pau. & Ioan. And. Religiosos. per professionem tacitam vel expressam religioni approbatæ obligatos in genere vel in specie. extra de reg. c. non solum. lib.6. Ioan. And. & Pau. Et moniales. sed nonne de monialibus satis intelligebatur, scilicet vbi imponit, pœnam cum eis contrahentibus, tamen ex participatione ipsæ ligantur eadem pęna. de senten. excom. nuper. Respon. licet monialis ex participatione esset excommunicata, quando contraheret cum sciente, non tamen quando contraheret cum ignorante, quia ille non ligaretur. vt ergo monialis nullo casu eũitet pęnam, hoc addit. vel dic ꝙ tunc participās cum criminoso est excommunicatus, cum participat post latam sententiam, vt in c. si concubinæ. de senten. excom. sed hæc non participat post, sed in actu, pro quo ligatur. ergo &c. vel dic ꝙ licet participans in crimine criminoso sit excommunicatus, non tamen participans in actu illo, pro quo alter ligatur. aliàs superfluè adderetur hæc litera, quæ non distinguit, an monialis contrahat cum sciēte vel ignorante, cum ex parte eius non possit prętendi ignorantia. facit de sent. excom. contingit, ideſt, vbi participans in actu, pro quo alter excommunicatus est, excommunicari mandatur Pau. & de hoc vltimo puncto habes supra in excommuni. prima. Sacris scilicet subdiaconatu. & supra Pau. Contrahens. non repetit scienter, quia in tali proprio facto non cadit probabilis ignorātia in illis religiosis vel clericis. vbi verò probabilis esset ignorantia, vel ordinato in sacris in amentia, vel dormitione, vel infra pubertatem, puto ꝙ non esset locus huic pęnæ. Io. An. & idem dicit, ꝙ in tali sentētia excommunicationis per ipsum potest absolui, addens ꝙ non sufficit satisfactio in hoc, nisi etiā sequatur absolutio.

SVMMARIVM.

1 *Participans cum excommunicato scienter in crimine, excommunicatus est.*
2 *De consilio, quando quis teneatur.*
3 *Excommunicati auxilium inuocare licitum est, contra inimicum meum.*
4 *Excommunicationem si incurrat Bononien. per constitutionem episcopi Mutinensis, Bononiam ueniens, à Bononien. absolui poterit.*

Capitulum XXXV.

1 SI quis nominatim † excommunicato scienter communicat in crimine criminoso, ei consiliū impendendo, auxilium, vel fauorem, cum ratione damnati criminis videatur in eum delinquere, qui damnauit, ab eo vel eius superiore meritò delicti erit absolutio requirenda, & ita infra quamuis enim & tunc non iudicis, sed iuris sententia excommunicato communicans sit ligatus. quia tamen conditor canonis eius absolutionem sibi specialiter non retinuit, eoipso videtur concessisse aliis facultatem relaxandi, & infra: verum si difficile sit ex aliqua iusta causa, quòd ad ipsum excommunicatorē absoluendus accedat, concedimus indulgentiam, vt præstita iuxta formam ecclesiæ cautione, ꝙ excommunicatoris mandato parebit, à suo absoluatur episcopo, vel proprio sacerdote. In-
2 noc. I I I. de senten. excommu. nuper Consilium, † non tenetur quis de consilio, nisi ille aliter non fuisset facturus, vel nisi fuisset consilium fraudulentum. glo. sed Petr. de Anch. dicit ꝙ conclusio est Doctorum, ꝙ impendens consilium delinquenti in crimine, pro quo est excommunicatus, incurrit excommunicationem, siue esset facturus aliàs, siue non, quia participat in crimine. Abbas dicit hoc certum, si cōsilium datum est directè ad crimen, ꝙ excommunicationem inducit, puta ad clericum verberandum, non sic si daret consilium in facto, pro quo excommunicatio non erat, vel auxilium contra offendentem. Inn. auxilium intelligitur de directa participatione, secus de indirecta, vt si quis excommunicatus est, quia facit guerram contra ecclesiam, vel clericum, postea ego illi guerram facio, tu contra me iuuas illum auxilium ei præbens, quia per hoc melius guerram faciet excommunicatus, tu non es excommunicatus, quia non hoc intendis. Fatetur etiam Hosti. ꝙ dominus auxilium vassalli excommunicati inuocare potest propter fidelitatis debitum,
3 quod remanet. † Innocen. etiam dicebat, ꝙ licèt tibi contra inimicum tuum inuocare auxilium excōmunicati propter guerram, ita ꝙ sibi etiam in sua guerra auxilium præstes, quod tamē Host. reprehendit. Ioan. And. fauorem in laudationē facti. Abb. dicit, fauorem impendi facit. Absolutio. dicit hic glo. Talis ligatur sententia hominis, non canonis. sed Petr. de Ancha dicit ꝙ dicunt Doc. ꝙ ista est sententia iuris, quæ tamen trahit executionem à sententia iudicis, scilicet, cum quis participat in crimine criminoso, propter quod excommunicatus est ille ab homine. est tamen verum, ꝙ vbi aliquis episcopus absoluit à sentētia iuris, non ab ista absoluet, vt litera dicit, sed absoluetur ab excommunicatione. vnde remanet conclusio, ꝙ participans criminoso in crimine, incurrit excommunicationem, siue extra territorium excommunicatus, siue intra; siue sunt subditi, siue non, qa iuris auctoritate ligantur, etiam si promulgans communicarer, quia non sua. sed iuris sententia ligatur. glo. verba facile tolluntur, quia totum operatur dispositio iuris, quia sentētia hominis extenditur ad alios ex recollectis sub eo hic quod est. Idem dicit Inno. & Ioan. And. scilicet ꝙ est sententia ista canonis, concessisse videtur. habetur illud pro regula. In omni sententia excommunicationis lata à canone, quia potest ordinarius absoluere, nisi per Papam fuerit absolutio reseruata, in alijs autem sententiis secus. & per hoc inferas ꝙ si potest à qualibet sententia canonis generaliter lata, potius poterit absoluere à sententia excommunicationis lata per constitutionem synodalem specialem.
4 † Vnde si subditi episcopi Bononien. incurrant sententiam excommunicationis per constitutionem episcopi Mutinensis veniens Bononiam poterit absolui à Bononien. Ioan. de Lig. Excipit tamen Pe. de Anch. ab hac regula casum supra dictum. Si difficile. Respond. propter nimiam distantiam, vel periculum mortis. Ioan. Andr. & Petr. de Anchar. Cautionem iuramenti. Ioan. Andr.

SVMMARIVM.

1 *Mandantes aliquem per assassinos interfici, excommunicati sunt.*
2 *Cap. pro humani, de homic. in 6. in homicida locum non habet.*
3 *Receptatores tanquam aggressores tenentur.*
4 *Assassini, qui dicantur.*

Capitulum XXXV.

1 STatuimus, † vt quicunque Princeps, prælatus, seu quę uis alia ecclesiastica secularisve persona, quempiam Christianorum per prædictos assassinos interfici fecerit, vel mandauerit, quanquam mors ex hoc forsitan non sequatur, aut eos receptauerit, uel defenderit, uel occultauerit, excommunicationis sententiam & depositionis à dignitate, ordine, honore, officio, & beneficio incurrant ipso facto. Innoc. I I I. de homici. ca. pro humani, lib.6. Prælatus etiam episcopus. Decretalis enim, quia periculosum. de senten. excom. non eximit eos à sententia excom. Ioan. And.

Assassinos.

Source : BIU Cujas

Bea. Anto. De excommunicatione.

Assassinos. hoc est pessimum genus hominum, & possunt dici à scindo scindis, quia abscindunt animam de corpore, iuxta vel-
2 le & mandatum domini sui, cuiuslibet Christiani. † & cum de istis simpliciter exprimat, ad alios homicidas non extendetur. quod isto c. continetur in his pęnis. dist. 25. qualis. Archi. Mandauerit, si mandauit, ergo cogitatio non stetit in finibus suis, & nō mirum si punitur, aliàs secus. de pę. dist. 1. cogitationis. & puto ꝙ etiam si reuocauerit mandatum re integra, ꝙ nihilominus incurrat pęnam ex solo mādato, iam prius ligatus esset. & ad hoc facit, quod sequitur statim. Ioan. And. Receptauerit patenter. vt
3 differat à sequenti, scilicet occultauerit. † & isti receptatores tā quam aggressores tenentur. C. de his qui latro. occul. lib. 1. & 2. Archid. Excommunicamus ex quo Papa sibi non reseruat absolutionem, credo ꝙ ordinarius possit absoluere. de sent. excō.
4 nuper Ioan. And. Et no. ꝙ in summa Pisana sic dicitur. † Assassini fuerunt & fortè adhuc sunt quidam infideles, qui ex quibusdam falsis opinionibus, quibus fuerunt enutriti, de facili mittebantur ad occidendum quoscunque Christianorum non curātes si ob hoc occidendi essent isti. contra quorum pestem statuit Innocen. 4. istam decretalem.

SVMMARIVM.

1 *Procurans ꝙ conseruatores se ingerant de alijs quàm de manifestis iniurijs, excommunicatus est.*
2 *Ignorantia iuris vel crassa, vel affectata, idem est.*
3 *Conseruator, quis dicatur.*
Et vnde eorum iurisdictio & potestas pendeat.
4 *Conseruatores, qui possunt esse.*
5 *Conseruatores, quibus vices suas committant.*
6 *Conseruatores se impedientes de aliis quàm de manifestis, non sunt excommunicati, sed eorum processus annullatur.*
7 *Conseruatoris officium, quando expiret.*

Capitulum XXXVII.

1 DEcernimus, † vt si conseruatores de alijs quàm de manifestis iniurijs & violentijs scienter se intromiserit, seu ad alia quæ iudicialem indaginem exigunt, suam extēderint potestatem, eo ipso per vnum annum ab officio sint suspensi: pars verò quæ hoc fieri procurabit, excommunicationis sententiam incurrat, qua non possit absolui, nisi ei quem sic fatigauit, indebitè primo satisfaciat integraliter de
2 de expen. de offi. dele. lib. 6. Hac constitutione. Scienter. † Si ignorantia esset iuris, vel crassa, vel affectata, idem esset, de regu. iur. iguorantia. Indaginem, idest inquisitionem, officio. & à beneficio, quod est eius sequela. 32. dist. Præter hæc suspensi. ecce quintum speciale in conseruatore, quod non est in delegato, quia dato ꝙ delegatus intromittat se de eo, quod non est suæ iurisdictionis, non propter hoc locum habet pœna, quia non inuenitur expressa in eo. Io. And. De expensis. ad idem, de immu. eccl.
3 c. quoniam, in fi. lib. 6. dicit Petr. de Ancha. ꝙ † conseruator est iudex datus ad tuendum aliquos contra manifestas iniurias omnes, vel certas iudiciali vtens indagine. & dicit Ioan. And. ꝙ solus Papa potest dare hos conseruatores. Ipsorum autem conseruatorum iurisdictio potestas dependet à forma literarum, & latior forma est adiuncta post constitutionem. Statuimus, de off. & po. iu. dele. lib. 6. & consti. fina. Attendatur ergo tenor literarum, sicut & priuilegiorum. Item secundum Petr. de Ancha. ta-
4 les possunt excommunicare pro huiusmodi notorijs. † Itē no. ꝙ conseruatores esse nō possunt, nisi sint episcopi & eorum superiores, abbates, vel qui in cathedralibus ecclesijs, vel collegiatis obtinent personatus, vel dignitates, nec aliquis potest esse cō seruator sui conseruatoris, nec aliquis potest habere conseruatorem eum, qui est sub eius iurisdictione seu dominio, vel astri ctu ecclesiastico, vel temporali, exceptis Regibus & Reginis. de
5 offi. deleg. c. hac constitutione. lib. 6. † Item tales conseruatores non possunt cōmittere vices suas, exceptis ciuitatibus & sententiarum denunciationibus, nisi aliud eis per literas committeretur, & tunc committere possunt infra loca, in quibus fuerint deputati & personis supradictis. Item non possunt procedere cōtra aliquos extra ciuitatem, vel diœcesim, in quibus fuerint deputati, nec possunt aliquos citare vltra vnam dietam à fine illa-
6 rum diœcesum. de offi. dele. c. hac constitutione. lib. 6. † Item si conseruatores intromittunt se de alijs quàm de manifestis iniu tiis, non solum incurrunt pœnam suspensionis, vt dictum est, sed etiam ipsi processus non valent, quia excedunt fines mandati. extra de rescri. cum dilecta. & si citauit aliquem iniuriatorē tanquam pro notoria offensa, & eum ob contumaciam excom municauit. Si constat (licet iniuria sit facta) non fuisse manife-
7 sta, non est excommunicatus, secundum Innocen. † Item expirat officium conseruatoris morte concedentis, quo ad negocia incepta, & hoc nisi aliud exprimeretur in literis eius, vt in d. ca. item sciendum, secundum Innocen. quòd licet conseruatores non habeant iudicialem indaginem, in notorijs tamen bene possunt, quia omnia illa sine quibus eorum iurisdictio non posset explicari, intelliguntur eis esse commissa: vnde possunt citare, & contumaces punire. de offi. deleg. c. de causis. item si maleficium est notorium alijs, & nō iudici, oportet ꝙ super hoc quærat probationes, & cogat testes. 2. q. 1. in primis. item quia in notorijs est aliquis ordo iudiciarius necessarius. Item si reus confitetur factum, & dicat ꝙ vsus est iure suo, in hoc casu admitte probationem, alias enim non posset implere iurisdictionem sibi commissam. similiter oportet ꝙ procedat ad inquisitionem, quando factum est notorium, sed nescitur quis fecerit. Item ad repellendam iniuriam potest inuocare brachium seculare, sicut alij iudices. Item si reus, qui fuerat condemnatus & excommunicatus compareat infra annum, & dicat se velle satisfacere cognoscet conseruator de quantitate damni. Hæc Innoc. Item si reus negat maleficium, & actor velit probare esse notorium, conseruator eognoscet, aliàs inutile esset suum officium, quia quilibet posset negare. Similiter si reus fatetur maleficium, sed dicit non esse notorium, quia per eius confessionem factum est notorium, de cohabitatio. cleri. vestra.

SVMMARIVM.

1 *Doctores ad lectionem legum admittentes religiosos sine habitu, vel ad physicam, excommunicati sunt.*
2 *Doctor non est excommunicatus, si sineret monachum habere domum sexta scolas & audire.*
Monachus si non vult scolas exire, expelli possit.
3 *Monachus si non potest expelli ex scolis, Doctor exire debet.*

Capitulum XXXVIII.

1 DOctores, † siue magistri, qui religiosos habitu suo dimisso leges vel physicam audientes scienter docere, aut in scholis suis præsumpserint retinere, simili eo ipso sint sententia innodati. ne cle. vel mo. statutum, lib. 6. Dimisso. quid si non dimiserit habitum. dicitur ꝙ tunc nō sint excommunicati Doctores, quia hæc pena non est ampliada. de regu. iur. in pęnis. Dic contra, quia communicat in crimine, & sic eadem & non minori excommunicatione ligatur, extra eodem. si concubinæ. Et in hoc potest dici venire potius ad declarationem veteris iuris quàm noui casum ponere. Io. And. Scienter. vbi incederet in habitu, non haberet locum ignorantia: sed vbi incederet sine habitu, tunc probabiliter poterit ignorare. Ioan. And. Retinere. no. officium Doc scholarem de scho-
2 lis expellere, & per id quod dicit retinere, † dicas ꝙ licèt Doctor sciat monachum domum habere iuxta scholas lectoris in domo propria, & audire, excommunicatus non est, ꝙ dixi infra de reg. iur. locuplelari. Quid si talis monachus non vult exire scholas? videtur per hanc literam ꝙ licitè inde possit expelli. ad hoc, de sen. excom. c. veniens. Et hoc maximè, si vera esset opi. ꝙ excommunicatus non gauderet priuilegio canonis, quod non est verum, secundum Ioan. & Ber. qui no. 17. q. 4. si quis deinceps.
3 † Quid si non potest expelli, exeat Doctor scholas ad instar eius ꝙ dicimus cum excommunicatus intrat ecclesiam, vt not. 11. q. 3. sicut Apostoli. Io. And. Similiter, quia communicant in crimine, vt dixi, & quia conditor canonis sibi non reseruat absolutionem, alijs indulsisse videtur facit quòd not. supra eod. super Specul. Ioan. Andr.

SVMMARIVM.

1 *Doctores & scholares conducentes hospitia inquilinis irrequisitis, sunt excommunicati.*
2 *Legatus in sua prouincia constitutionem etiam sub perpetuo anathemate facere potest.*

Capitulum XXXIX.

1 COnstitutionem † factam ab episcopo Portuensi Apo. se. legato, & à prędicto Tusculano postmodum confirmatam, videlicet vt nullus magistrorum, siue scholarium super conducendis aliorum hospitijs in lęsionē, vel præiudicium habitantium, audeant hospitem conuenire, nisi prius constiterit, tempus conditionis elapsum, vel inquilini, in hoc suum fauorem præstauerint & consensum, cum idem Portuensis sub excommunicatione hoc prohibuerit, & alter sub pęna anathematis idem decreuit obseruandum. ratum esse decernimus, idest auctoritate Apostolica confirmamus. Statuēntes, vt à te frater episcope, & tuo quolibet successore hoc singulis annis in communi audientia magistrorum, & scholarium recitetur. clem. 3. de loc. & conduc. c. ex rescripto. constitutionem.
2 † & sic no. ꝙ Legatus in sua prouincia potest constitutionem facere, etiam sub perpetuo anathemate. de officio lega. c. fi. Confirmatam, idest approbatam & innouatam, quia solus superior confirmat. de offi. lega. studuisti. Scholarium, soli ergo magistri

& schola-

Source : BIU Cujas

& ſcholares prohibentur conducere hoſpitia aliorum ſcholarium,ſed alii non prohibentur cõducere hoſpitia ſcholarium, propter potentiores conſtitutio iſta emanauit. Et per hãc literam videtur,ꝙ ſcriptores qui nõ ſunt ſcholares, ſed vxorati nõ obligantur hac conſtitutione, cum de illis non fiat mentio. Landul.dixit,hanc pœnam extendi ad eos,qui gaudent priuilegio ſcholaſtico,largè ſumpto ſcholarium vocabulo, & gratia ſcholarium ibi ſunt, dummodo ibi non ſint meretrices. Nec
3 obiicias,ꝙ pœna non debet extendi,† quia pœnæ quoque hodie ampliantur.argumen.ad hoc, vt verborum ſignifica. cum in partibus.Landul.& cum eo concor.Innocen. ſed non credo ꝙ ad ſcriptores vxoratos extendatur hæc conſtitutio, licet ſint propter ſcholares.Eadem enim ratione extenderetur ad catarios & raſores cartarum. Bernardus. Conuenire, ideſt alioqui vel de habitatione tractari.gloſſ.interli. Sub excommunicatione iam lata. gloſſ.interli. Et not. ꝙ Innocent. Goffred. Abb. & Petr.de Perufio,dicunt ꝙ iſta conſtitutio & excommunicatio eſt localis, & habet ſolum locum Bononiæ. & hoc etiam magis placet Ioan.And.ſed Hoſti.dicit eſſe generalem. Nam quia fauorabilis eſt,ideo dicit ex cauſa extendenda,ſed communiter non tenetur opinio eius.

SVMMARIVM.

1 *Scripturam vel nuntium mittentes Cardinalibus in conclaui exiſtentibus excommunicati ſunt.*

¶ Capitulum xl.

1 NVLLI fas ſit † ipſis Cardinalibus, vel epiſcoporum alicui nuncium mittere vel ſcripturam:qui verò cõtrafecerit,ſcripturam mittendo vel nuncium,aut cũ aliquo ipſorum ſecretè loquendo, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat.Grego. X.extra de elect.ca. vbi periculum.libro 6.Cardinalibus ſcilicet incluſis in conclaui pro electione fienda ſummi Pontificis ſecretè loquendo,niſi qui de voluntate omnium Cardinalium inibi præſentiũ pro his tantum,quæ ad electionis inſtantiam negociũ pertinet vocaretur,vt ſupra in textu,ſicut puta aduocati,iuriſperiti,vel religioſi,vel tabelliones.Incurrat canonẽ latę ſentẽtiæ,ſed ordinarius abſoluere poterit,ex quo Papa ſibi non reſeruauit. Io. An.

SVMMARIVM.

1 *Rectores locorum,vbi fit electio Papæ,non ſeruantes ca. vbi periculum, de electio.in 6.excommunicati ſunt.*

2 *Laicus auctoritate canonis in clericum poteſtatem habet.*

¶ Capitulum xlj.

1 PRæterea aliqd † adiiciẽdo ſancimus, vt Dominus aliiq; rectores,& officiales ciuitatis illius, ĩ qua Romani Põtificis electio fuerit celebranda, auctoritate noſtra & eiuſdem approbatione concilii poteſtate ſibi tradita præmiſſa omnia & ſingula plenè, ac inuiolabiliter & ſine fraude,& dolo aliquo faciãt obſeruare, nec Cardinales vltra quàm permittitur, arctare præſumant. Super his autem taliter obſeruandis ſtatim audito ſummi Pontificis obitu coram clero & populo vniuerſo ipſius ciuitatis ad hoc ſpecialiter conuocandis præſtant corporaliter iuramentum. ꝙ ſi præmiſſa diligẽter obſeruauerint,aut fraudem in eis,vel circa ea commiſerint,cuiuſcunque ſint prę̃eminentiæ,conditionis,aut ſtatus,omni ceſſante priuilegio, eoipſo ſententiam excõmunicationis incurrant,& perpetuò ſint infames. extra de elect.vbi periculum.lib. 6.Celebranda,ſecundum diſtinctionem ſuperius factam. Ioan. Andr.Præſumant,quia tunc eſſent excommunicati, ſicut & in ſe defendendo modum excedens,ꝙ dic vt ſupra de reſtit. ſpol.
2 olim. † Et n o.caſum, in quo laicus auctoritate canonis poteſtatem habet in clericum,contra illud 16.diſtin. bene quidem. Ioan.And.præmiſſa ſcilicet quæ dicta ſunt ſupra de incluſione fiẽda Cardinalium in conclaui, & adminiſtratione neceſſariorum cã certa regula & modo,qui ponitur in tex.ipſius capituli.

SVMMARIVM.

1 *Beghini vitam Fratricellorum aſſumentes, & eorum fautores, excommunicati ſunt.*

2 *Mulieres in domo ſua pęnitentiã agẽtes,poſſunt habitu,quo voluerũt, vti.*

¶ Capitulum xlij.

1 SACRA Romana † ac vniuerſalis Eccleſia, cui fauente Domino (licet immeriti) præſidemus, ſicut religioſa & pia loca benigno fauore proſequitur, ſic ſuperſtitioſos conatus inſolentiũ hominum deteſtatur,videlicet ne ſub ouina pelle gregem Domini cum truculenta lupi rapaces inuadat, ſub pietatis imagine fiſcus hæreticæ prauitatis obrepat, & ſub p̃textu ꝓuerſatiõis Angelicæ ĩcautis mẽtib.malignus ſpiritus illudat.Cuius rei gr̃ia ſacris canonibus eſt interdictum, ne aliquis nouum ordinẽ,vel religionẽ inueniat,vel habitũ nouæ religionis aſſumat,ſed quicunque ad religionem venire voluerit,ingrediatur vnam de religionibus approbatis. Nonnulli tamen prophanæ multitudinis viri, qui vulgariter Fratricelli,ſeu fratres de paupere vita,aut bizochi,aut beghini, aut aliis nominibus nuncupantur in partibus Italiæ, necnon in inſula Siciliæ comitatu prouinciæ Narboñ.& Tholoſanæ ciuitatibus, & prouincijs alijsque diuerſis citramarinis, & vltramarinis partibus contra dictos canones habitum nouæ religionis aſſumere, & congregationes,& cõuẽticula facere, & ſuperiores ſibijpſis eligere,quos miniſtros,cuſtodes, ſeu guardianos, aut nominibus alijs appellant plurimos ad eorum ſectam recipere, loca etiam de nouo conſtruere ſeu conſtructa recipere,in quibus habitant in communi publicè mendicantes, quaſi eorum ſecta eccleſia foret,& vna de religionibus per ſe approbatis temeritate damnabili præſumpſerunt,& præſumunt etiam inceſſanter, & vt ipſorum error,veritas,& impietas religio reputetur,plurimi eorũ regulam fratrum Minorum,quam ſanctus Franciſcus inſtituit, ſe profiteri & ad literam ſe conſeruare confingunt, quanquam in obedientia generalis,vel prouinciorum miniſtrorum ipſius ordinis non morentur,prætendentes ſe a ſanctæ memoriæ Cęleſtini Papæ V. prædeceſſore noſtro huiuſmodi ſtatus, ſeu vitæ priuilegium habuiſſe,ꝙ tamen etiam ſi oſtenderent, non valeret,cum bonæ memoriæ Bonif.Papæ VIII. præde.noſtro ex certis cauſis rationabilibus omnia ab ipſo Cęleſtino prædeceſſore noſtro conceſſa, quæ per ipſum Boniſacium non contingeret approbari viribus penitus vacauerit,dictumque vitæ priuilegiũ non inueniatur per eundem Boniſa.approbatum.Quidam autẽ eorum dictum habitum & viuendi ritum a quibuſdam epiſcopis, ſeu eorum ſuperioribus, vel aliarum eccleſiarum prælatis concedere licuit contra formam concilij generalis. Nonnulli etiam ex ipſis aſſerentes ſe eſſe de tertio ordine B.Fran.pœnitẽtiæ cum voto prædictum ſtatum & ritum eorum ſub velamine talis nominis ſatagunt palliare,cum tamen in regula ipſius tertij ordinis talis viuendi ritus nullatanus ſit conceſſus,& quia in eorum baratrum faciliter ruunt,qui conceptus proprios patrũ diffinitionibus anteponunt,ipſorum quam plurimi (ſicut fidedigna relatione percepimus) a veritate catholicæ fidei deuiantes,ſacramenta eccleſiaſtica deſpiciunt,ac errores alios ſtudent multipliciter ſeminare.Cum itaque talium damnanda temeritas in eiuſdem fidei detrimentum fidelium ſcandalum præfati minoris & aliorum ordinum opprobrium,& in ſuarum & aliorum multorum animarum perniciem redũdare noſcatur. Nos ſectam,ritum & ſtatum huiuſmodi non obſtantibus præmiſſis eorum excuſationibus, quas friuolas reputamus, & quicquid per eos communiter vel diuiſim ſub regionibus cõuentus collegij,ſeu congregationis nomine vel colore attentatum extitit, vel exiſtit,de fratrum noſtrorum conſilio,auctoritate apoſtolica,nullius fuiſſe vel eſſe decernim⁹ firmitatis.& quatenus de facto proceſſerunt, de conſilio & auctoritate præmiſſa reuocamus omnino ac perpetuæ prohibitioni ſubijcimus, & ab eccleſia Dei pęnitus abolemus eiſdem perſonis, & alijs quibuſcunq; ſub pęna excommunicationis,quam in eas,ſi ſecus fecerint, incurrere volumus ipſo facto, iniungentes expreſsè ꝙ nõ ſtatum ſiue ſectam & ritum huiuſmodi ab ipſis aſſumptum ſectentur vlterius,vel ipſum de nouo aſſumere quoquomodo præſumãt Epiſcopos quoque & eorum ſuperiores,& etiam alios prælatos quoſcunque,qui prædictis perſonis,vel alijs ritum viuendi,& habitum ſupradictos præter ſpecialem Ap. ſe. auctoritatem deinceps conceſſerint, prædictæ excommunicationi iure decernimus ſubiacere.Dignum eſt enim adulterinas plãtationes, quas non pater cęleſtis,ſed humanæ temeritatis audacia plãtat Apoſtolici culminis cenſura diuellat,nec patiatur in agro Dominico peruerſæ congregationis vepres excreſcere, cui proprium eſt,diuina opitulante gratia,virtutes ſerere,ac vitia radicitus extirpare.Nulli ergo,&c.datum Auinioni, in Kal. Ianuarij, anno 2.Io.XXII.Fran.de Zaba.in cle.cum de quibuſdam. de relig.do. allegat iſtam extrauagantem,& etiam Pau.dicentes ꝙ hic reprobatur ſtatus quorundam,qui vulgariter appellantur Fratricelli, ſeu fratres de paupere vita,aut bizochi,aut beghini,ſeu alijs nominibus aſſumentium nouæ religionis habitum ſuperiores ſibi eligentium congregationis,& conuenticula facientium,nõ obſtante ꝙ ordinem, ſeu inſtitutionem ordinis a certis dicantur epiſcopis habuiſſe,cum talis viuendi modus nullatenus ſit conceſſus. per hoc dicit Paul.quòd ibi etiam reprobatur ſtatus beghinalis,quia videtur quædam noua religio,præter auctoritate ſe.Apo.inſtituta. Et hoc infert quòd etiam ſi renunciarẽt proprijs,non ex hoc erunt approbatæ,nec religioſæ,ex quo non ha
2 bent regulam a ſe.Apo.approbatam,eo.tit. lib. 6. † Dicit etiam idem Fran. ꝙ in domo ſua poſſunt mulieres agentes pęnitentiã vti habitu, quo voluerint. per hoc enim quòd vtuntur habitu etiam ſimili ad beghinas, non ſunt beghinæ, ex quo non congregantur cum eis, vnde non eſt periculum aliquod hoc caſu.

SVMMARIVM.

1 *Senatoris dignitatem, vel aliud regimea aſſumentes, ſine licentia Papæ excommunicati ſunt.*

Capitulum

Capitulum XLIII.

1 NVllus Impærator † seu Rex Romanorum, vel alius Imperator, Rex, Princeps, Marchio, Dux, Comes, aut Baro, qui alterius notabilis potentiæ, præeminentiæ seu potestatis & excellentiæ, seu dignitatis existat. Frater, filius, vel nepos eorum, ad tempus vel in perpetuum, seu quiuis alius vltra annale spatium quouis modo, colore, vel causa, per se, vel per aliam personam, quomodolibet submittēdam in Senatorem, Capitaneum, Patritiū, aut Rectorem, vel ad eiusdem vrbis regimen, seu officium nominetur eligatur, seu aliàs etiam assumatur absque licentia se. Apo. speciali ipsius sedis literas concessionem licentiæ huiusmodi specialiter exprimentes quod si secus factum fuerit, nominationem, electionem & assumptionem huiusmodi decernimus esse nullas. Verumetiam nominati, electi, & assumpti, si huiusmodi nominationi, electioni, & assumptioni cōsenserint, aut de seipsis quomodolibet intromiserint, intendentes & obedientes eisdem, & in hoc dantes ipsis nominatoribus, electoribus, & assumptoribus, aut nominatis, electis, vel assumptis auxilium vel fauorem publicè vel occultè, cuiuscunque conditionis extiterint, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant. & infra Contemptores quoque seu violatores alicuius prę missorum ab huiusmodi excommunicationis sententia, præterquàm in mortis articulo, absolui non possunt, nisi per Romanum Pontificem, vel de ipsius petita licentia, & obtenta speciali, non obstantibus priuilegijs &c. de electio. c. fundamenta.

SVMMARIVM.

1 *Visitatores monialium in suo officio impedientes, excommunicati sunt.*
2 *Monitio, quæ fit impedientibus visitatores, quomodo fieri debeat.*

¶ Capitulum XLIIII.

1 SI qui visitatores † monialium ipsos in præmissis impedire præsumpserint, seu in aliquo præmissorum, nisi admoniti resipiscant, ipso facto excommunicationis sententias se nouerint incursuros, priuilegiis, statutis, & consuetudinibus quibuslibet in contrarium inualituris. extra de statu mo. attendentes. in cle. visitatores. De visitatoribus loquitur monialium, qui debent singulis annis visitare monasteria, ita ꝙ ordinarij debent visitare monasteria non exempta, & exempta etiam illa quæ non recognoscunt superiorem, nisi Papam. Monasteria verò exempta, quæ scilicet sunt ordinum exemptorum, vt Camaldulen. Cisterciē. Carthusien. Mendicantium habent visitare prælati earum, qui in visitatione huiusmodi debent inquirere & videre de vestitu, ne fit vanitas in eis: de clausura, de continentia & huiusmodi, & compellere eas ad religionem seruandam remedijs opportunis. ꝙ totum potest trahi ex ipso tex. decre. ipsos ordinarios visitantes auctoritate Apo. vel propria, vel superioris ipsorum monasteriorum. Ioan. And. Impedire. per hanc literam puto, quòd necesse sit inpedimentum præcedere & admonitionem sequi, ad hoc vt sit locus huic pęnæ. hoc dico, quia vidi prælatos scribentes monialibus, ꝙ parent se certa die ad recipiendum visitationem ipsorum, & in eisdem literis faciunt admonitionem, ꝙ nullus impediat. talis enim monitio fieri debet, vt desistant ab illato impedimento, vt locus sit huic pęnæ. facit ꝙ scripsi de cō
2 cess. præben. c. cum nostris. glo. 2. † Sed nunquid illato impedimento fiet monitio nominatim, an sufficiat generalis, pro & cōtra, facit de vita & hone. cleri. c. 1. Ioan. And. ipso facto. Est ergo iste casus, quo sufficit monitio, & absoluet ordinarius, ex quo Papa non reseruat. Ioan. And.

SVMMARIVM.

1 *Fingens casum, quo iudex mittat ad mulierem pro testimonio, excommunicatus est.*

¶ Capitulum XLV.

1 QVi fingit fraudulenter † aliquem casum, per quem aliquis iudex mittit ad aliquam mulierem pro testimonio, vel ipse iudex fraudulenter vadens, excōmunicatus est. extra de iudi. mulieres. lib 6.

SVMMARIVM.

1 *Ingerens se ad officiandum cum hominibus alterius linguæ, excommunicatus est.*

¶ Capitulum XLVI.

1 QVando vna † ciuitas, vel diœcesis habet populos diuersarum linguarum, habentes sub vna fide varios ritus & modos, tunc Pontifex loci, si vrgens necessitas fuerit, præsulem nationibus illis conformem, qui diuina illis officia celebret, & ecclesiastica sacramenta ministret, instruendo eos verbo pariter & exemplo, sibi vicarium in prædictis constituere potest, qui sibi per omnia sit obediens & subiectus, si quis autem se aliter ingerit, est ipso iure excommunicatus. de offi. ordi. c. quoniam in plerisque.

SVMMARIVM.

1 *Absoluti ab excommunicatis in articulo necessitatis, si se cum possint non se præsentent ei, qui ordinariè potest absoluere, sunt excommunicati. & infra num. 6.*
2 *Absoluere quis possit à sententia canonis vel hominis.*
3 *Absolui quis potest ab alio, quàm ab eo à quo de iure absoluendus erat ob iustum impedimentum.*
Absolui vt quis ab alio possit, quod impedimentum dicatur iustum.
4 *Absolui in quibus casibus quis possit citra sedem Apostolicam ob manus iniectionem in clericum.*
5 *Absolutio, quæ fieri potest ob iustum impedimentum ab alio, quàm ab eo qui debet, an habeat locum in excommunicatis alia ratione quàm per manuū iniectionem.*
7 *Absolutus ab excommunicatione, iuxta proprias facultates satisfacere debet.*
8 *Verbum commodè, quomodo accipiatur.*
9 *Papa vel legatus, an absoluant à quibuscunque sententijs excommunicationis.*
10 *Contemnere, quando quis dicatur.*
11 *Absolutio ab excommunicatione, an per procuratorem peti possit.*
12 *Absolutio à sententia interdicti & suspensionis, per procuratorem peti potest, & quare.*
13 *Absolui qui non possunt, nisi in mortis articulo.*

Capitulum XLVII.

1 IOs, qui a sententia canonis, vel hominis, cum ad illum à quo alias de iure fuerant absoluendi nequeunt, propter imminentem mortis articulū, aut aliud impedimentum legitimum pro absolutionis beneficio habere recursum ab alio absoluantur, sic cessante postea periculo vel impedimento huiusmodi se illi à quo his cessantibus absolui debebant, quācitò commodè poterunt contempserint præsentare mandatum ipsius super illis, pro quibus excommunicati erant, humiliter recepturi & satisfacturi, prout iustitia suadebit. Decernimus, ne sic censuræ illudant ecclesiasticæ, eandem sentētiam reincidere ipso iure. de senten. excommu. c. eos. lib 6. Idem statuimus de his, quibus cum à se. Apo. vel Legatis ipsius absolutionis beneficium à quibusuis sententijs consequuntur iniungitur, vt ordinariorum suorum, vel aliorum quorumlibet suscepturi pœnitentiam ab eisdem se conspectibus repræsentent, & passis iniuriam, seu his quibus propter hoc obligati existunt satisfactionem exhibeant competentem, si hoc cum primum cō modè poterunt, non curauerint adimplere, vbi supra canonis. hic Ioannes And. dinumerat 32. casus excōmunicationis, quos trahit ex lib. 6. qui omnes supra positi sunt, exceptis duobus, qui infra ponuntur, & exceptis quatuor, scilicet sententiam, seu excommunicationem illam, quæ est contra Federicum Imperatorem. de senten. & re iudi. ad Apostolicæ, & illa, quæ est de religiosis domib. c. 1. & duas, quæ ponuntur in c. 1. de scisma. & sunt contra Iacobum & Petrum de Columna Cardinales, & cōtra tenentes eos pro Cardinalibus, & fouentes scisma inductū, per eos, quæ quatuor sententiæ ideo non sunt positæ, quia non videbatur expediens, vel vtile. Petrus de Anchar. super isto c. eos,
2 plura notabilia ponit, & omisso primo subdit. † Secundo nota, ꝙ quandoque quis non potest absolui ab eo, à quo de iure fuerat absoluendus, sed quis est ille, cui de iure hoc competit, dic ꝙ à sententia canonis ille absoluit, cui canon reseruauit: aliàs, id est si nemini reseruauit, absoluit ordinarius. Si verò est sententia hominis, ille qui protulit debet absoluere, sed in eius defectu, vel negligentia si est delegatus aditur delegans, si ordinarius aditur superior. hæc probantur de officio delegati. pruden-
3 tiam. & de officio. ordina. ad reprimendam. † Nota tertio, quòd propter iustum impedimētum potest quis absolui ab alio, quā ab eo à quo de iure fuerat absoluendus. Imminens autem periculum mortis, dicitur iustum impedimentum, & *si immineat* aliter, quàm per infirmitatem, puta timet hostem capitalem, vel est obsessus, vel est in manibus prędonis, *vel tyranni*, vel nauigaturus est periculosa nauigia, vel patitur naufragium, vel iturus est per loca periculosa. ff. de donatio. causa mortis. l. 3. Istos & alios casus vide ex eodem. quòd de his. Hæc Petrus.
4 † Innocentius verò super cap. quamuis. de senten. excommunicatio. declarat quosdam casus, in quibus absoluendus per sedem Apostolicam regulariter pro violenta manuum iniectione absolui potest in prædictis casibus citra sedem Apostolicam. taliter autem absolutus, tenetur cessante dicto casu se præsentare sedi Apostolicæ. Primus est, si incidat in infirmitatem, etiam ex qua non imminet periculum mortis, vt podagra, vel

quartana

quartana febris. Secundus, inimicitia quę timeatur in via. Tertius inopia, ut si ita pauper est, ꝙ non possit habere expensas itineris. nam non est sibi præcipiendum, ut mendicet. Quartus, senilis ętas, seu membrorum destitutionibus impeditus. si enim senescit, licet fortis videatur ad subeundum laborem: tamen quia periculosum est, absoluetur. Item si teneretur in uinculis. Ray. etiam dicit in summa, ꝙ de his qui magnę potentię sunt ita delicati vel debilitati, ꝙ laborem eundi ad curiam nequeũt sustinere, Papa est consulendus, intimatis sibi circunstantiis facti, & personę, & iuxta ipsius consilium est agendum, dicit ibi Guilielmus, ꝙ hoc est intelligendum, quando nequeunt ire de facili, quod ad arbitrium boni viri est referendum. si autē omnino non potest Papa non requisito, possunt absolui, sic notauit Alanus in ca. mulieres. † Et quęrit hic Petrus de Anchara. vtrum ista absolutio, quę fieri potest propter iustũ impedimẽtum ab alio, quàm ab eo qui debet, habeat locum ĩ excommunicatis alia ratione quàm per iniectionem manuum? & Innocent. quidem dicit, quòd habet locum solùm in excommunicatis pro manuum iniectione: sed si aliàs sit excommunicatus à iudice, uel a iure, licèt absolui possit in mortis articulo, argument. supra eodem. a nobis. 2. cum in casibus, qui ponuntur super cap. quamuis. de quibus dictum est, nõ habet locum, sed tãtum ab excommunicatore, vel alio, ad quem spectat, absoluendi sunt. & ita notat, & ipsum allegat Ioan. Andr. in nouel. in ca. quamuis. Sed hoc dicit idem Ioan. quòd iste textus facit contra istam opinionẽ, dum dicit, ab alio absoluanť. & supra in princip. c. huius, generaliter dixit ab homine, uel a iure, & sic de alia excommunicatione, quàm illa quę pro manuũ iniectione infligitur, locum habet ista absolutio ab alio propter iustum impedimentum proueniens ex multis causis, vt in ca. ea noscitur. 6 cap. quamuis, & c. de his. † Nota quartò, ꝙ absolutus ab excõmunicatione ex causa ab alio, quàm ab eo a quo debuisset, cessante causa illa tenetur facere id, ad quod tenebatur, scilicet cõparere coram suo iudice. Et aduerte, ad quem finem debet cõparere ad hunc, scilicet vt mandatum suscipiat, non ut amplius 7 absoluatur. † Et nota ꝙ ille, qui absoluitur ab excommunicatione, debet satisfacere. quod intelligitur, iuxta proprias facultates, & per hoc infert Archidiaco. facultates ecclesiæ, quas ad vsum habet, ad hoc non teneri. 16. q. 6. §. vltimo. pro quo facit 8 clemen. nolentes. de hæreticis. † Nota quintò, ꝙ hic dicitur, cũ commodè potest ire ad eum, a quo fuerat absoluendus, qualiter sumi debeat hoc uerbum, commodè. vide quod not. in clement. si quis suadente. de pœnis. glos. autem penulti. ibi Ioann. Andr. super verbo, commodè poterit. dicit idem de senten. excommu. de cætero. Dicit ibi decretalis, quamcitius opportunitatem habuerit, quod exponit ibi Hosti. i. cessante impedimento, & aliquo modico tempore indulto, quo sibi de necessariis valeat prouidere. Et per hoc patet, quòd nõ creditur circa hoc absolutus, sed iudex habebit hoc arbitrari, alias ipse absolutus ex friuolis rationibus, excusationibus frigoris caloris, & his similibus, constitutionem eluderet. facit capitu. cum olim. de dolo & cõtuma. nec obstat quòd de occulta re & animæ periculo quęritur, & sit ibi credendum, de homic. significasti. 2. fateo id verum in foro pœnitentiali. de spon. capitu. tua. 2. quo ad vinculum occultum contrahendum. Vnde ex quo scientiam habet de mora, scire se debet excommunicatum. Iudex tamen cum non denunciabit, nisi prius eo vocato per coniecturas viderit illum esse morosum cognitione super hoc præmissa summaria. l. ea propter, in fin. Hoc Ioan. Andre. Archidia. verò super capitu. cupientes. de elect. libro sexto, tractans hoc verbum cõmodè, dicit inter cętera, quòd iudex inspecta qualitate personarum viarum & temporum arbitrabitur, quomodo commodè possit fieri, & dietas maiores vel minores. ff. de uerborum obliga. l. continuus. §. 2. considerando dietas vulgares, quas homines facere consueuerunt, secundum id quod dictum est supra eodem lib. de re scrip. capit. statutum. Si autem dietæ vulgares non appareant, ipse iudex referat se ad legales, videlicet computando 20. miliaria pro dieta, & si facta computatione superst tantum vnum miliare, pro illa dabit vnam integram dietam, vt nota. 2. quæst. 6. propter. in glos. quòd si fuerit longa uiarum distantia, æquum est in septimana, vnũ diem pro quiete dari. Nam mensis datur ad parandum se. 20. verò dies ad expectandum, & hoc probat litera ista, commodè. non enim posset commodè venire per 20. uel 30. dietas continuè absque aliqua intermedia quiete, ad hoc 63. distin. cum longe. Debet Iudex arbitrari benignè tẽpus itineris. ad hoc, extra de officio delega. consuluit. & computabuntur dietæ a loco, a quo iter arripuit sine fraude. sufficit enim secundum hãc literam, ꝙ nõ 9 sit in negligentia, vel fraude. † Not. 6. in §. idem ibi, quibusuis sententiis, ꝙ Papa uel legatus absoluunt a quibuscunque sententiis excommunicationis, quod Ioan. Mo. intelligit de sentẽtiis iuris, non bonis. Nam, vt dicit, Papa vel legatus non solum absoluit ab illis de stilo curię, sed remittit, nisi in casu, quòd delegatus non posset absoluere, vel mortuus esset, nec alius succedit in delegatione. Item putat, quãdo successor bene succedit in delegatione, sed non est spes de festina prouisione. putat etiam Ioan. Mo. in casibus prædictis delegatorum, si absolutus nõ pareat, non reincidat ipso iure, nisi in eo quòd appareret vltimata. Hęc omnia cessant, si latæ recipias literam, ut uerbum sonat hic, & in princip. huius capit. quod etiam loquitur generaliter de vtrisque exprimit, & hoc tenet Ioan. Andr. scilicet ꝙ in quibuscunque sententiis iuris & hominis locum habeat, ꝙ hic dicitur, quòd reincidat ipso iure, nisi pareat & cõpareat post 10 absolutionem, prout hic dicitur. † Item not. quòd Archi. exponens verbum, contempserit, dicit ꝙ contemnere dicitur hoc ipso, ꝙ iusta causa cessante, se nõ præsentat illi, a quo fuerat absoluendus, vt not. 2. quæst. 7. interpolitanum. idem Ioan. Andr. 11 † Item quærit Petr. de Ancha. cum quis semper teneatur se personaliter præsentare pro absolutione obtinenda, cessante impedimẽto accessus ad absolutorem, vtrum talem absolutionẽ quis possit petere per procuratorem? Et Hostien. dicit ꝙ non. sed Innocen. dicit ꝙ si iusta causa subest, potest peti absolutio per procuratorem, etiam in absentia. Archi. in isto capit. remittit ad not. per Specu. in titu. de procura. §. j. & ibi dicitur, ꝙ procurator constitutus specialiter ad petẽdum absolutionem sufficit, & ita seruat curia, vt ibi not. Ad hoc facit ꝙ quis se repræsentat, aut in propria persona, aut per procuratorem idoneum. 12 distin. 18. episcopus. † & dicit Petr. de Ancha. ꝙ a sententia interdicti & suspensionis potest peti absolutio per procuratorẽ, quia nec solennitatem formæ, nec absolutionem desiderat, & in hoc omnes concordant. Item dicit Archi. & Petr. de Pa. ꝙ patet ex priuilegio huius cap. ꝙ propter mortis periculum, vel aliud impedimentum quodcunq; ab alio, quàm ab eo ad quẽ absolutio de iure pertinet, excommunicatus absolui non dẽt, si haberi potest ad illum recursus, vel ipsius copia. Idem dicitur in directorio iuris. libro 3. tit. 4. ſ. de absolutione ab excommunicatione iuris. Et subditur ibi, ꝙ quando aliquid istorum non potest fieri, tũc absolui debet & potest, & semper est episcopus requirendus, si potest haberi, alias sufficit simplex sacerdos, vt not. Innocen. extra eo. nuper. Et est iniungendum ei, ꝙ cessante impedimento temporali, se illi qui super hoc potest repręsentabit: sed ubi est perpetuum impedimentum, non est illi iniungendum, secundum Archid. 13 † Fallit hoc in casibus, in quibus nullus absoluere potest, nisi in articulo mortis, vt in falsariis literarum Papæ, & insequentib. Cardinales hostiliter & iniuriosè, vel temere percutiente episcopum vel banniente, & in religiosis, & clericis secularibus inducentibus ad vouẽdum eligere sepulturam, &c. Ponuntur in eo. lib. quidam alii casus, in quibus quis solum in articulo mortis potest absolui, illi videlicet vtputo, de quibus expresse dicitur in sententiis iuris, ꝙ non possit ab huiusmodi absolui citra se. A post. nisi ĩ articulo mortis, sicut etiam expresse hoc habes de sentẽtiis processus annualis, qui fit in curia per Papam, vt habes infra.

SVMMARIVM.

1 *Electus in Papam a paucioribus, quàm à duabus partibus Cardinalium gerens se pro Papa, & qui eum recipiunt, excommunicati sunt.*
2 *Papa de hæresi accusari & non excipi potest.*
3 *Electus in Papam sua auctoritate Papatum accipit.*

¶Capitulum XLVIII.

1 STATVIMVS, vt si fortè † inimico homine superseminante zizaniam inter Cardinales de substituendo summo Pontificè non poterit esse plena concordia, & duabus partibus concordantibus, tertia pars concordare noluerit, aut sibi alium pręsumpserit nominare, ille absque vlla exceptione ab vniuersali ecclesia Romanus Põtifex habeatur, qui a duab. partibus fuerit electus & receptus. Si quis autem de tertię partis nominatione confisus, quia de ratione esse nõ potest, sibi nomen episcopi vsurpauerit, tam ipse, quàm qui eum receperint, excommunicationi subiaceãt. & infra, Præterea si a paucioribus, quàm a duabus partibus aliquis electus fuerit ad Apostolatus officium, nisi maior cõcordia interceſſerit, nullatenus assumatur, & prædictæ pœnæ subiaceat, si humiliter noluerit abstinere, extra de electio. licet exceptiõe. & sic nulla exceptio potest opponi, nisi de hæresi. 40. distin. si Papa. alias enim quantumcunque præcisè etiam ipse Papa scribat, legitima exceptio est admittenda. de officio delega. capitu. ex parte. & de 2 rescrip. capitu. si quando. † Bernard. Innocent. & Compostel. dixerunt quòd Papa de hæresi accusari possit & non excipi. & hoc tenet Archidia. eodem titu. capitu. vbi libro 6. Partibus. Nunquid ille, qui eligitur, computabitur inter duas partes: videtur quòd sic infra de electio. capitu. cum in iure. Dic quòd non, vt notatur infra eodem titu. cum in iure. & capitu. Cumana. cum dicitur in hac decreta. de duabus partibus, aliquando obseruant Cardinales, aliquando non, per specialia eorum statuta. Bernardinus in aliis electionibus, videlicet, quòd sit a maiori parte capituli, dum tamen obser-

Source : BIU Cujas

3 uent vnam de illis formis extra eodem,quia propter.† Item no
ta ꝙ non eſt ius Papatus ei acquiſitum in huiuſmodi receptio-
ne,ſiue ſit ad oſculum,ſiue ad obedientiam, ſiue ad incathedra
tionem, nam eoipſo ꝙ electus eſt ex ſua auctoritate, Papatum
recipere poteſt. Landu.dum enim eligitur,ſcilicet à duabus par
tibus Cardinalium confirmatur,& ſtatim habet liberam & ple
nam adminiſtrationem.23.diſt.in nomine Domini.Bernardus.

SVMMARIVM.

1 *Clerici ſcienter locantes domos vſurarijs publicis alienigenis ad fęnus exer-*
cendum,excommunicati ſunt.
Quid ſi ignoranter.ſ nu.4.5.
2 *Vſurarij manifeſti,qui dicantur.*
3 *Vſurarius ex vnico actu dici poteſt,ſi probari poteſt.*
Epiſcopus modum ſtatuere poteſt, quo quis vſurarius manifeſtus cenſeatur.
4 *Vſurarius manifeſtus ob hoc non dicitur, ſi teſtator mandat reſtitui vſuras*
per eum extortas.
Vſurarius, an fuerit manifeſtus,probatio poſt mortem recipi poteſt.

Capitulum XLIX.

1 CLerici, qui manifeſtis † vſurarijs alienigenis, aut alijs
non oriundis de terris ipſorum ad exercendum fę-
nus,vel fęnus exercere voluntatibus, domos locant,
vel alio titulo quocunque concedunt,ſed excommu
nicati,niſi ſint patriarchæ,archiepiſcopi,vel epiſcopi,qui prælati
non excommunicationem,ſed ſuſpēſionem ipſo facto incur
runt,& ſi per menſem hoc ſuſtinuerint,terræ ipſorum quandiu
in eis ijdem vſurarij morantur,extunc eccleſiaſtico ſubiaceant
2 interdicto de vſur.c.vſurarum.libr.6.vbi dicit † Ioan. Andre. in
gloſa,quòd manifeſti vſurarij dicūtur illi, de quibus notorium
eſt de iure,vt quia confeſſi,vel cōdemnati,vel de facto, vt quia
habent operis euidentiam,quæ nulla poſſit tergiuerſatione cę-
lari, vt quia tenet altare ſuum paratum. Item, ſecūdum Petrum
de Peruſio, ſunt manifeſti vſurarij per iudicis publicationem,
vel claram probationem, vel quorum probatio eſt in euidenti
& manifeſto,& ſi non exerceant palam & notoriè vſuras,tamē
per modicam cauſæ examinationē erunt manifeſti, vt quia ap-
parent libri ſuarum rationum,vt notat Archidiac.in cap.quan-
quam.eod. titu. vel cum coram ſacerdote & teſtibus publicè fa-
tentur,ſe eſſe vſurarios manifeſtos,& oſtendunt libros rationū.
fama etiam cum adminiculis in hoc ſufficeret. ita tenet Federi-
3 cus de Senis in conſilijs ſuis.† Item,ſecundum Ioannem Andr.
& Lapum,ex vnico actu poteſt dici vſurarius manifeſtus, ſi ille
poteſt probari. Item poteſt epiſcopus ſtatuere modum, quo
quis cenſeatur vſurarius manifeſtus, cum poſſit ius commune
4 fortificare per pęnam,vt notat Innocen. † Item ſi teſtator man
dat in teſtamento reſtitui omnes vſuras per eum extortas, non
expreſſis perſonis quibus extorſit,nec expreſſo quantum extor-
ſit. ex hoc non dicitur manifeſtus vſurarius, quia confeſſio illa
non operatur ex qua quantitas non exprimitur. Item an fuerit
manifeſtus, poteſt recipi probatio poſt mortem vſurarij. Hæc
5 Petr.de Peruſio.† Item dicit Ioannes Andr.in gloſa,quod ſi lo-
cans ignorat ipſum eſſe vſurarium, probabilis ignorantia eum
exculat.ex quo autem ſcit,debet eum expellere.gl. ſuper verbo,
titulo,puta pignoris,commodati & huiuſmodi, & idem ſi ſine
illo titulo ibi,illum eſſe permittit: ſed ſi vendit vel donat, non
videtur habere locum conſtitutio, ſed Goffredus dicit idem eſ-
ſe in hoc caſu.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtrationem fructuum impediens,excommunicatus eſt.*
2 *Sententia interlocutoria & diffinitiua,quæ ſint.*
3 *Sequeſtratio non ſolùm fructuum,ſed beneficiorum fit.*
Sequeſtratio ne fiat,quæ requirantur.
4 *Abſolutio iniuſta tenet.*

Capitulum L.

1 DIffinimus, † vt ſi vna contra poſſeſſorem diffinitiua
ſentētia ſuper beneficio apud ſedem duntaxat Apo
ſtolicam in petitorio, vel poſſeſſorio promulgata
fuerit, beneficium ipſum à poſſeſſore huiuſmodi,
dum tamen triennio pacificè antea poſſeſſum ab eo non fuerit
per loci ordinarium apud aliquam perſonam idoneam ſeque-
ſtretur,&c. Si quis autem ſequeſtrationem huiuſmodi impedi-
re, vel fructus ſequeſtratos quoquo modo præſumpſerit occu-
pare, excommunicationis ſentētiam incurrat ipſo facto, à qua
niſi impedimento prius amoto,occupatis per eum fructibus re
ſtitutis,nullatenus abſoluatur,& nihilominus ſi fuerit de litigā-
tibus,cadit à iure ſuo: Nec obſtat ſi de nullitate ſententiæ oppo
natur,extra de ſequeſtra. c.j.in cle.vna ſola,multofortius ſi plu-
res.Io.And.Contra poſſeſſorem. Si ergo contra petitorem pro
poſſeſſore fertur ſententia, non fit ſequeſtratio. Item ſi inter
duos, vel plures petitores fertur ſententia pro vno contra reli-
quum,vel reliquos,non fit ſequeſtratio. Item ſi fertur contra
poſſeſſorem,non tamen pro petitore,qui forſan ad priuationē
agebat,non eſt locus ſequeſtrationi.Io.Andr.Diffinitiua: in in-
2 terlocutoria non habet locum conſtitutio. † Eſt autem inter-
locutoria,quæ inter principium & finem cauſæ fertur ſuper his,
quæ incidunt & emergunt. Diffinitiua verò principalem quæ-
ſtionem diffinit.de quo ſatis in Spe.de ſententiæ prolatio. Ioan.
And.ſuper beneficio eccleſiaſtico. Si ergo inter petitorem be-
neficij & poſſeſſorem eſſet quæſtio,alia perſonalis, vel alia rea-
lis diffinitiua pro petitore,non eſſet locus conſtitutioni. Ioan.
And.Promulgata,per auditores curiæ, à quorum ſententijs ap-
3 pellatur.Io.Andr.† Beneficium,nota quia non fructus tantum,
ſed etiam beneficium ſequeſtratur. Io. And. etiam ſi illud bene-
ficium ſit dignitas vel perſonatus, vel curam habeat animarū,
vt dicitur in ipſa cle.triēnio.Iſta duo requiruntur,ne fiat ſeque-
ſtratio.ſ.ꝙ pacificè ſit poſſeſſum & triennio non inchoato, ſed
conſumato. ,.anno.Io. And.Ordinarium,non diſtinguit an ad il
lum ſpectet inſtitutio,necne.Reſtitutis,non ſufficit cautio de re
ſtituendo, & ſi fructus non extant, ipſorum ęſtimationem. Io.
Andr.Nullatenus, per iſtud videtur ꝙ abſolutio contra hæc fa-
cta non teneat.cui concor.extra de ſepul.c.1.In contrarium vī,
cum hæc forma ſit à curia Romana data, non ab homine. facit
ꝙ ſcripſi poſt Goff.de reſti.ſpol.c.ſi. vide ꝙ dixi extra de iure pa-
tro.c.1.ibi habetur, ꝙ tenet talis abſolutio, licèt ſit puniendus,
qui ſic abſoluit.remittit etiam ad not.de ſen.excom. venerabi-
4 libus.§.vbi ſunt.lib.6.& ibi dicit,† ꝙ tenet iniuſta abſolutio, dū
modò ſuper hoc habeat iuriſdictionem,ſicut etiam tenet iniu-
ſta excommunicatio.11.q.3.c.1.quia par ius dominus eſſe voluit
ſoluendi & ligandi,de pęni.diſt.1.verbum.

SVMMARIVM.

1 *Clerici vel religioſi inducentes aliquem ad mutandum, vel non mutandum ſe*
pulturam,ſunt excommunicati.

Capitulum LI.

1 SAnè temerarios † violatores cōſtitutionis illius, quæ religi-
oſis & clericis ſecularibus prohibet,ne aliquos ad fouē-
dum iurandum,vel fide interpoſita, ſeu alias promitten-
dum inducāt,vt ſepulturas apud eorum eccleſias eligant,
vel iam electas vlterius non immutent, ſimilem ſentētiam pę-
na in dicta cōſtitutione contēta in ſuo perdurāte robore incur
rere volumus ipſo facto,à qua ab alio,quàm à ſede Apo. præ-
terquam in mortis articulo,nullatenus abſoluendos. nullis pri-
uilegijs, aut ſtatutis cuiuſcūque tenoris exiſtāt in cōtrarium ſu-
per his valituris extra de pę.cupietes.in cle Conſtitutionis. hæc
cōſtitutio habetur de ſepul.c.1. lib. 6. Sentētiam ſcilicet excom-
municationis,de qua dixit vltimo, & illam ſupra vocauit ſentē
tiam,reliquæ ſunt pęnæ. Cōtempta, punit illa cōſtitutio ſic eli-
gētes ſepulturam ex voto,iuramēto & huiuſmodi,vt quo ad ſe-
pulturam inteſtati decedēt. Item punit allicientes modis prædi
ctis,ſcilicet per votum vel iuramētum & huiuſmodi:quia ſi eos
ſepelirēt, reſtituere tenētur corpora ſi petuntur, & omnia quæ
perueniūt ad eos ratione ſepulturæ intra decem dies:aliàs eorū
eccleſiæ,vbi ſepulti fuerūt,& ipſorum cimiteria,ſunt interdicta.
Io.And.Abſoluēdis. hic reſpicit hūc vltimum caſum tantum,
ſic ſeparatum ab alijs.Nam ab excommunicationibus alijs,quæ
ponūtur in prædicta cle.abſoluūt ordinarij,ab hoc autem Papa.
No.tamē ex hoc nō tollitur quin aliquis proprio motu poſſit fo
uere,vel iurare in aliquo loco eligere ſepulturam, & quin ſi fe-
cerit,debeat obſeruari, dummodo nō inducatur ad hoc per di-
ctos,& modis prędictis.Item ſi clericus vel religioſus cōſilio vel
ſuaſione inducat aliquem ad eligendum ſepulturam in eccleſia
ſua.noc tamen ad vouendum,vel iurandum, vel aliàs promittē
dum.hic non videtur,ꝙ incidat in canonem, cum ſic dicat tex.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in dignitate & religioſi audientes leges,& phyſicam, excommunica-*
ti ſunt.ſi infra duos menſes ad clauſtrum non redierint.
2 *Menſes prædicti duo,quando currere incipiant.*
3 *Doctor ſcienter cum religioſo participans leges,vel phyſicam, excommuni-*
catus eſt.
Sacerdotes leges & phyſicam, audire prohibentur, in alijs ordinibus conſti-
tuti non.
4 *Religioſus egrediens monaſterium ad audiendas ſcientias non prohibitas ſi-*
ne licentia ſui prelati,excommunicatus eſt.
5 *Abbas exemptus,quomodo ad ſtudia ire poſſit.*
6 *Monachi & canonici regulares ab aduocatione repelluntur.*
7 *Abbates vel epiſcopi diſpenſare non poſſunt,vt monachi aduocent.*
8 *Conſtitutionem promulgatam publicè,quis obſeruare tenetur.*
9 *Abſoluere epiſcopi non poſſunt excommunicatos religioſos, quia leges, vel*
phyſicam audiere.

Source : BIU Cujas

10 *Papa solus dispensat cum regularibus exeuntibus ad audiendum leges, vel physicam, vt promoueantur.*
11 *Religiosus exiens claustrum sibi ipsi legens, vel studens in legibus, est excommunicatus.*
12 *Clerici parochiales ecclesias habentes, an leges & physicam audire possint.*

Capitulum LII.

1 CONTRA religiosas † personas exeuntes ad audiẽdum leges, vel physicam. Alexander prędecessor noster olim statuit in consilio Turon. vt nisi infra duorum mensium spatium redierint ad claustrum, sint excommunicati, & ab omnibus euitẽtur, & in nulla causa si patrocinium præstare voluerint, audiantur: reuersi autem in choro, mensa, capitulo & cæteris locis, vltimi fratrum existãt, & nisi fortè ex misericordia sedis Apostolicæ, totius spem promotionis amittant. Verum quia nonnulli ex talibus propter quorũdã opiniones diuersas excusationes aliquid assumebant? Nos volentes, vt de cætero ipso facto excommunicationis sentẽtiam incurrant, districtè præcipiendo mãdamus, quatenus tã a diœcesanis, quàm a capitulis ipsorum, quàm a cæteris episcopis, in quorum diœcesibus & huiusmodi student, tales excommunicati & prædictis pœnis obnoxii publicè nuncientur, quia verò Theologiæ studiõ cupimus ampliari, &c. ad archidiaconos, plebanos, præpositos, cãtores, & alios clericos personatus habẽtes, necnon presbyteros, nisi ab his infra spatium præscriptum destiterint, hoc extẽdi volumus, & appellatione postposita firmiter obseruari. Hono. III. extra ne cle. vel mo. sup spe. Pet de Peru. super ista decre. super spec. sic ait. Sciendum ꝙ est triplex prohibitio personarum quo ad audiendum legem vel physicã. quidam enim prohibentur ratione professionis, quidam ratione ordinis, & quidam ratione beneficii. Quantum ad primos. i. de ꝓfessis expressius vel tacitè patet, ꝙ non possunt exire claustrum ad legeudum, vel audiẽdum legem vel physicam, vt hic, & supra eo. non magnopere. contrafaciens si monitus non redierit, infra duos menses ad claustrum, excommunicatur ipso
2 iure, vt hic. † Sed dubitatur, a quo tẽpore incipiat currere hoc tempus duorum mensium? Glo. ꝙ a die publicationis constitutionis. Alii dicunt ꝙ a die quo exiit claustrum. Et hæc est opin. Inno. Goffre. & Vincẽ. & addit ꝙ computatur istud tempus ab exitu monasterii. s. hac de causa. Tertii dicunt, ꝙ a die a quo incipit audire legem vel physicã, quod est verius. Hosti. & Archi, dicunt, ꝙ etiam si audiat semel infra duos menses, est excommunicatus. sed Goffre. & Vincen. dixerunt expectãdum esse finem duorum mensium, antequàm incurrant pœnam. & Ioan.
3 Andr. credit hanc opin. esse veram. † Et etiam Doctor scienter tali religioso participans. s. in docendo, est excommunicatus, ẽt si ipse religiosus habitum non dimittat, & quo ad leges & physicam, & etiam si de licẽtia sui prælati leges & physicam audiat, ſm Archi. & Lap. quia decretales, nõ magnopere, & super spec. distinctè loquuntur. Quo ad secundos ratione ordinis prohibentur audire leges & physicam sacerdotes tantum, & ca. super specu. Constituti autem in aliis ordinibus nõ prohibentur ab huiusmodi, vt c. cum eo. de elec. lib. 6. Quo ad tertios. i. ratione beneficii, prohibentur audire huiusmodi scientias constituti in dignitate curata, vel non curata, vt hic. Si autem habeat ecclesiam parochialem, & non est sacerdos, non prohibetur audire huiusmodi sciẽtias, nisi talis ecclesia super se habeat capel-
4 las. † Item religiosus egrediens monasterium ad audiendum scientias non prohibitas, vt theologiam, & ius canonicum, & si hoc facit sine sui prælati sententia, excommunicationem incurrit. Idem si cum sententia vadit, sed habitum non portat, & Doctor qui huiusmodi scienter participat, talem docendo vel
5 retinendo in scholis, pari sentẽtia ligatur, ſm Lap. † Abbas autem non exemptus, si vult ire ad studia concessa extra monasterium suum, episcopus illius diœcesis habebit cõsilium illius monasterij, seu conuentus: & si visum fuerit expedire, poterit licentiam dare; tamen si sine episcopi licentia vadit, non videtur ligari pœna excommunicationis, ſm Archid. Exeũtes. s. de claustris suis statuit supra eo. titu. non magnopere. Mensium a tempore scientię huius restitutionis, siue publicationis connumerandæ, & nisi destiterint, ipso facto sententiam excommunicationis incurrunt. & verba ista, quæ ponuntur vsque ad ver. quia sunt consilii Turon. supra eod. c. non magnopere. Ber. au-
6 diantur tanquàm ipso iure excommunicati. † alias etiam monachi, & canonici regulares ab aduocatione repelluntur. 16. q. j. alia est. nisi pro vtilitate ecclesiæ suæ abbate nihilominus im-
7 perante. Ber. Admittant. † No. ꝙ abbates vel episcopi cum talibus dispensare non possunt. argum. contra, de senten. excommuni. cum illorum. in fi. sed hoc ad terrorẽ aliorum & cautelam statutum fuit. vel quo ad dignitates hoc intelligitur, illud quo ad honores. Bernard. Pœnis scilicet, quia promoueri non possunt sine dispensatione ap. se. & aliis positis præscriptum duorum mensium computando a tempore publicationis huius constitutionis, quia ante publicationem nemo tenetur. ar-
8 gum. s. de consti. cap. 2. † Ex quo enim constitutio publicè promulgata est & publicata, quilibet tenetur ad eius obseruãtiam post duos menses, in Auct. vt factæ no. consti. circa princi. col. 5. 16. distin. quod dictis. sed non ante. 32. q. 4. dixit Sara. Sed cum ista cõstitutio iam promulgata, publicata sit iamdiu, nullus ha-
9 bet excusationem. † Sed nunquid episcopi possunt tales absoluere? Ctedo ꝙ sic, quia conditor istius constitutionis non retinuit sibi absolutionem, scilicet ab excommunicatione. Ber. Extendi scilicet prædictas pœnas, de quibus supra facta est mẽtio, scilicet ꝙ sint excommunicati, &c. Et ita videtur ꝙ isti spem ꝓmotionis amittant, nisi cum eis per sed. Apostolicum fuerit dispensatum, sicut dicitur s. de monachis. inducit quasdã allegationes in contrarium, & tandem concludit dicens, tutius est dicere, ꝙ incurrãt omnes prædictas pœnas obnoxij, &c. Ber. Nota quòd dicit Archi. super isto c. ꝙ tales audientes, secundum Innoc. & Goffr. habent duos menses antequàm ligentur, per id quod habetur in d. c. super. in fi. & ista fuit ẽt sententia Vincen. qui dicit, ꝙ isti duo menses incipiẽt in exitu ipsius monasterij. Sed Host. dicit, ꝙ etiam si semel audiat, ligatur, & litera sequens multum fauet sententiæ Hostien. & respondet ad illam literam, nisi ab his &c. ꝙ ibi non respicit religiosos, sed seculares tantum cleri-
10 cos, personatus habentes. † Et nota, secundum Hostien. ꝙ solus Papa dispensat cum regularibus exeuntibus ad audiendum leges vel physicam, vt promoueãtur. hoc etiam probatur in Speculo de Legato. §. nunc dicendum. Item no. ꝙ dicit Inno. quod si in claustris audiant, siue legant monachi, ipsa constitutione ligantur. Sed dicit tamen Hostien. esse verum istud quo ad verba ipsius: mens tamen eiusdem refragatur omnino, vnde non sine ministerio ponit hæc lĩa indistinctè docere, intelligo vbicunq;. Nam exitus videtur fuisse causa impulsiua prædictæ constitutionis: finalis verò, quia tales scientiæ religiosis non congruunt, cum eis exercitium earum interdicatur, & hæc cã nunquàm cessare potest. ergo nec eius effectus. extra de pœnitẽ. & remis. cum infirmitas. Archid. Idem Pet. de Peru. qui & subdit.
11 † Dicebat Ioan. in c. non magnopere, ꝙ si religiosus exiens claustrum sibi ipsi legens, vel studens in legibus, ligatur hac pœna. Sed & professus accedẽs ad principium, vel repetitionem socij incipientis in legibus causa honoris. dicit Ioan. idem ꝙ ligatur quo ad verba, quia constitutio hæc prohibet auditum ex mẽte
12 non ligatur. † Nota etiam, ꝙ istud quod interdicitur clericis supra nominatis in prædicta decretali, super Specu. in fi. audire. s. leges & physicam, declaratur per Boni. non extendi ad eos, qui habent parochiales ecclesias, ratione huiusmodi ecclesiarum, nisi eędem ecclesiæ fuerint plebaniæ capellas sub se habentes, in quibus instituantur clerici perpetui nequeũtes ab ipsis absq; rationabili causa amoueri, extra ne cleri. vel mona. c. statutum. lib. 6. vbi dicit Ioã. And. ꝙ ideo dicitur ratione ecclesiarum, ꝙa si haberent dispensatiuè, vel alio modo personatum cum illis ecclesijs, bene tenentur constitutione; vel si essent presbyteri tenentur non ratione ecclesiæ, sed ordinis, vt supra dixi. Item ꝙ dicit capellas, idem videtur tenendum: & tutius si vnicam haberet capellam. Non obstat argu. à verbis. s. pluralis numeri, ꝙa non dicit hoc, nisi fuerit plebania habens capellas, sed dicit in plurali, plebanias habẽtes capellas, & pluralitatem capellarum ad pluralitatem plebaniarum referam. argum. s. de priuile. c. vt priuilegia. Et quod dicitur ab his, intelligitur plebanis vel capellis & melius. Ioan. And.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi professi habitum dimittentes, vel ad studia euntes sine superiorum suorum licentia, excommunicati sunt.*
2 *Religiosus professus, ad religionem redire non potest.*
3 *Apostata dicitur, qui clericali habitu coopertum portat monachalem habitum.*
4 *Monachorum habitus est adeo eorum ossibus annexus, quòd etiam in lecto eo vti debent.*
5 *Monachus, quando non portet habitum sine excommunicationis metu.*
6 *Monachus suo claustro contentus esse debet.*
7 *Monacho non potest episcopus dare licentiam eundi ad scholas sine abbatis licentia.*
8 *Abbas iens ad studium sine licentia episcopi, excommunicatus non est.*
9 *Monachus studens, si mutuum contrahit, monasterium tenebitur vsque ad probabilem modum.*
10 *Apostata excommunicatus non est, sed excommunicandus.*

Capitulum LIII.

1 INhibemus, † ne de cætero aliquis quamcunq; religionem tacitè, vel expressè professus in scholis, vel alibi, temere habitum suæ religionis dimittat, nec ad quæuis studia literarum, nisi à suo prælato cum cõsilio sui conuentus, vel maioris partis eiusdem, sibi eundi ad studium licentia primitus sit concessa. si quis

Source : BIU Cujas

horum temerarius violator extitit, excommunicationis sentẽtiam incurrat ipso facto. extra ne cleri.vel mona.vt periculosa. lib.6. Religionem quãcunq; dum tamen approbatam ſ.de voto.c.j.lib.6.Ioan.And. Expreſsè in caſu iſto non eſt differẽtia inter tacitam & expreſſam. Ioan.An.profeſſus.† Nota profeſſum non poſſe redire ad ſeculum, ꝙ dic vt ſ.de regula.conſulti.Ioã. .And.Temere.Ex cauſa enim licet habitum transformare, ſi iuſta ſit,puta timor,vt ſ.de vita & honeſt.cleri.Ioan.And.Habitũ. ſuperiorem. Ioan.And.in nouel.vnde & idem,extra de reg.iur. lib.6.ſuper regula fi.in nouel.dicit ꝙ regula hęc,ſcilicet certum eſt,&c.facit quęſtionem diſputatam hic per dominum Guido. de Petra lata.† De monacho,qui bene fert habitum monachalem,ſed coopertum habitu clericali,ꝙ ſit apoſtata, quod videt hodie approbatum per cle.de vi.& ho.cler.quoniam,in primo. Secundò, cum iſte religioſus iuſtam cauſam transformationis, ſeu habitus non allegat, indubitanter dico ipſum eſſe apoſtatã. Dimittat † ideo habitus eſt annexus oſſibus monachorum, ꝙ in quibuſcunq; locis exiſtentes,ſiue in lecto quieſcentes, cõſtanter eo vti debent, vt habetur 20.q.j.vidua. & 23.diſt.ſanctimonialis.vbi dicitur, ꝙ eo habitu ſemper vti debet. ſed nõ videtur ꝙ iſtud ſemper ſit ita amarè intelligendum, vt ſonare prima facie videtur. 21.q.4.ſine ornatu.ibi,extra domos &c. Dic ꝙ illud loquitur de clericis ſecularibus, qui non ita aſtricti ſunt vt monachi,ꝙ ſi in ſcholis vel alibi ſine cã dimiſerint monachi ſuum habitum, licet poſtea ad malè dimiſſum habitum reuertantur, etiam ſi poſtea ſint,vel efficiantur bonæ famæ,non poterũt eligi in abbates, argu.j.q.7.ſi quis omnem.& huius ſententiæ fuit Lau.& Ia.de Al.& Pet.qui dixerunt, ꝙ non ſolum eſt talis ineligibilis,ſed electus deijceretur.Arch.† Non puto ꝙ monachus in cella ſua dimittens habitum, vel dum balneum intrat in occulto,vel iacens ſine habitu,ligetur hac conſtitutione.aliàs pauci non inuenirentur ligati.ſed quando exhibet ſe conſpectibus hominum ſine habitu,vel in habitu laicali, vel clerici ſecularis ſine iuſta cauſa,tunc ligatur.Ioan.And.in nouel.quamuis, vt dictum eſt, debent ſemper ex honeſtate religionis deferre habitum, non tamen videtur ꝙ incurrat excommunicationem in ſtando ſine eo ex aliqua cauſa rationabili, vtputa dormiendo melius quieſcat, vt induendo ſacras veſtes nõ appareat gibbus, & quærat pulices, vt ſe balneat, vt aptius ſcindat aliquod lignũ, & huiuſmodi, quia ſic non videtur temerariè dimittere.tamen etiam in huiuſmodi conuenientius eſſet non dimittere.ſi autẽ dimittat vel habitum transformat,vt faciat aliquod malum, vt ſcilicet fornicetur & huiuſmodi, non eſt dubium ꝙ eſt excommunicatus, ſecundum Pet. de Pa.in 4.ꝙ qui iocoſa leuitate ad horam vt currat,vel lapidem proijciat, deponat habitum, non incidat in ſententiam, quia non eſt veriſimile Papam in minutis tantum laqueum poſuiſſe.Sed ſi dimitteret volens ire ad aliã religionem,vt ſic citius reciperetur, eandem incideret ſententiam. Hæc ille. quamuis hoc dicit vt comprehendat etiam ſtudium Theologiæ,ſiue iuris canonici, & huiuſmodi. † Ratio poteſt eſſe,quia monachus ſuo clauſtro debet eſſe cõtentus, vt 16. q.j.qui verè.& ei præcipitur, vt intra clauſtrum moretur, vt ea. q.c.iuxta.Nam mortuus dicitur eſſe mundo. Dicit tamen Ioan. An.quòd Theologiam & decretales legere poſſunt, quia ſunt ſcientiæ pietatis.37.diſtin.ſi quis grammaticam. Archid.Prælato.ideſt abbati, vel alij,qui tenet vicem abbatis,qui propriè dicitur ſuus prælatus.† Sed nunquid poterit epiſcopus dare tali licẽtiam eundi ad Scholas? non credo, niſi interueniat licentia abbatis, vt hic, argumen. 12.q.j.non dicatis.Item nunquid extendens pœnam iſtam prohibitus ad abbatem multa inducit Archi.ad probandum,ꝙ cadat in pœnam.tandem dicit, ꝙ in licẽtia abbatis obtinenda nomine prælati videtur epiſcopus contineri, & tũc ſi abbas voluerit ire ad ſtudia literarum extra ſuum monaſterium habebit conſilium conuentus illius monaſterij, & ſi viſum fuerit,poterit licentiam impartiri.Sed obſtare videtur illud relatiuum ſui, quod ſequitur, quod videtur reſpicere immediatum prælatum ipſius monaſterij,& ſic nõ epiſcopum. †Et ſecundum hoc poteſt dici, ꝙ quamuis abbas malefaciat, ſi vadat ſine licentia epiſcopi ad quæuis ſtudia literarum,non tamen videtur ligari hac pœna conſtitutionis, cum ſit pęnalis,& reſtringi conſueuit magis quàm laxari.Arch.Et quod in fine dĩ de licentia epiſcopi,vĩ habere locum in monaſterio non exempto ab eius iuriſdictione.Licentia & tunc poteſt omnia, ſine q̃bus in ſtudio commodè eſſe non poteſt quod dic,vt not.2.q.7. cum paſtoris.Ioan.And.† Et dicit Archid.ꝙ ſi mutuum contrahit,tenebitur monaſterium vſque ad probabilem modum,niſi actum fuiſſet ꝙ alius pro monacho ſumptus inueniret, vt propinquus vel alius.Si autem obligaret libros, vel res alias ꝑ ſcholari vel alio,non valet obligatio,quia monachus ſeruus eſt monaſterij.diſtin.54.Idem ſi fideiuſſit pro aliquo,quia ſcilicet non tenetur. Archid. Horum, quia ſcilicet apoſtatauit dimittendo habitum, vel accedit ad ſtudia ſine licentia.Ioan. And. ipſo facto.† ſpeciale eſt in religioſo apoſtata,quia aliàs non eſt apoſtata excommunicatus,ſed excommunicandus, ſecundum quod not.Ioan.And.& Ber.23.diſtin.ſiquis clericus.Ioan.And.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi dantes euchariſtiam,vel extremam vnctionem ſine licentia parochiani vel epiſcopi,excommunicati ſint,& infra nu.3.*
2 *Religioſorum appellatione,qui comprehendantur.*
4 *Verbum ſolennizare,quid comprehendat.*
5 *Parochianus, quis dicatur.*
6 *Parochiano,quomodo debeat dari licentia accipiendi ſacramenta alibi.*
7 *Religioſi ignorantes hanc pœnam, ſi ſint bonæ vitæ, ſi miniſtrent euchariſtiam ſine licentia parochialis,non tamen in contemptum, excommunicati non ſunt.*
8 *Papa verè contrito omnem delicti pœnam dimittere poteſt.*

Capitulum LIIII.

1 REligioſi, † qui clericis aut laicis ſacramentum extremæ vnctionis vel euchariſtiæ miniſtrare vel matrimonium ſolennizare, non habita ſuper his parochialis presbyteri licentia ſpeciali, aut quemquã excommunicatum à canone prẽterquàm in caſibus à iure expreſſis, vel per priuilegia ſedis Apoſtolicæ conceſſis eiſdem,vel à ſententijs per ſtatuta prouincialia,aut ſinodalia promulgatis,ſeu (vt verbis eorum vtamur) ſi culpa & pœna abſoluere quemquam præſumpſerit,excommunicationis ſententiã incurrant ipſo facto,à qua duntaxat à ſede Apoſtolica ſunt abſoluendi.Et paulo poſt. Nullo religioſis eiſdem ſuper hoc exẽptionis vel alio priuilegio ſuffragante. & in fine.Sanè religioſis illis,quibus eſt à ſede Apoſtolica conceſſum, vt familiarib.ſuis domeſticis, aut pauperibus in hoſpitalibus ſuis degentibus, ſacramenta poſſint eccleſiaſtica miniſtrare, nullum ex præmiſſis volumns quoad hoc præiudicium generari, extra de priuileg.c. religioſi.Religioſi.Pau.Religioſi in ſex caſibus ſunt excommunicati.Et cum hic loquatur generaliter,omnes religioſos comprehendit,etiam populum habentes, clericos autem ſeculares non comprehendit,etiam ſi in his excederent.Euchariſtię.Pau. non dicit viatici.Vnde patet,ꝙ locus eſt pœnæ,ſiue dẽ in morte,ſiue detur in vita.Non ob.50.diſtin.c.pœnitentes. in fi.quod intelligo vt in morte omnibus detur viaticum per illos,ſcilicet qui hoc poſſunt. Pœnitentia autem tempore neceſſitatis à quo-
2 libet ſumi poteſt. † Quæritur,an huiuſmodi cap.habeat locum in quibuſcũque religioſis.Soluit Lau. ꝙ ſic, dummodo ſint religionis approbatæ. Idem Lapus.aliàs enim non ſunt religioſi, de relig.domi.c.vno. Franc. de Zaba.Item comprehendit iſtud vocabulum religioſi,etiam nouitios, ſecundum Lapum. Vtrũ autem comprehendantur hic religioſi conuerſi vel moniales, ſunt veræ opi. pro & cõtra.& vtraq; poteſt ſuſtineri. Lau.& Pe. de Ancha.de monialibus tenent ꝙ non.Laudul.ꝙ ſic.Franc.de
3 Zaba. † Item dicit Lapus, ꝙ religioſi miniſtrantes ſacramenta non ſolùm clericis,ſed etiam regularibus ſine licentia,& præcipuè alterius religionis incidunt in hanc pœnam, & hoc eſt tutius quàm ſcilicet contrarium.Solennizare.Ioan.And.ideſt ſolenniter benedicere.& de hac benedictione habetur 30. quæſt.
4 5.c.j.& quatuor ſequentibus. † Et dicit Zen. quòd in verbo, ſolennizare,comprehenditur omnis ſolennitas, quæ obſeruatur, iuxta ritum religionis.de ſpon.c.j. ſiue fiat ſolennis benedictio, ſiue dicatur miſſa ſpecialis pro cõtrahentibus. Non habita.Ioã. And.Sed nunquid credet religioſus parochiano dicenti ſe habere talem licentiam? videtur quòd ſic,per id quod not. de pœniten.& remiſ.diſtinctio.6. Placuit, quia non eſt præſumendus immemor ſuæ ſalutis. j. quæſt. 7. ſancimus. & ponit ipſe Petrus Ioan.duas obſtantias & ipſe ſoluit. Parochialis Ioan. Andr.per hoc quoad ſeculares mercenarios, & his ſimilibus, intelligo presbyterum, in cuius parochia habitant.facit quod not.de pœ. diſtin.6.placuit.de hoc ſcripſi de pœni. & remiſ.c.omnis.ſuper verbo, ſacerdotes. & Hoſtiẽ.tractat in ſumma de parochia.§.fi.
5 †Quis intelligatur parochianus, ſecundum Fran.dic quòd ſtatim cum quis vadit ad habitandum in certa parochia,intelligitur ibi fieri parochianus, niſi acceſſerit cauſa recreationis, vel ob aliam cauſam temporalem, ſtatim reuerſurus ad propriam parochiam, quia tunc ſecus.de ſepult.c.his qui.lib.6.presbyteri. Ioan.And. puto ſufficere licentiam parochiani,qui adhuc presbyter non eſt, quia eſt ĵ.annum, vel diſpenſatum eſt cum ipſo ſecundum formam decretalis, cum ex eo.de elect.libr.6. vel ex parochiali collegio.eod.titu.ſtatuimus.videtur etiam ſufficere licentia vicarij gerẽtis curam per modum decretalis prędictæ, cum ex eo.puto etiam poſt factum à pœnis excuſari illum, qui hoc fecit auctoritate diœceſani.facit ad hoc de pœ.& remiſ.c.2. lib.6.Nam diœceſanus eſt parochialis eius,& hoc fortius, quãdo vacat parochialis eccleſia:ſed quando non vacat,ante factũ conſulo abſtinere, & ex licentia epiſcopi vel archipresbyteri ciuitatis hoc modo fieri, licet ab alijs recipi poſſint. Paul. dicit etiam quòd licet hęc vera ſint,ſcilicet quòd ſufficiat licentia p̃dictorum, tutius eſt à litera non recedere. Et addit Pau.hãc cõſtitutionem locum non habere in illis, quæ prædicta ſacramẽta recipiunt a certa perſona ratione conſuetudinis priuilegio, vel alio quouis modo ſ.de relig.do.quia contingit. in fi.exem-

plum,

Source : BIU Cujas

plum,extra de ſta.regu.eo.ne in agro. §.ſanè. Hæc procedũt ſecundum Fran.de Zab.niſi aliud habeat conſuetudo.Nam,vt dicit Pau. ſi certa eſſet conſuetndo à quibus reciperentur hæc ſacramenta,non eſt locus huic pœnæ. de reli.domi.quia contingit. in cle. Quæ conceſſiò ſacramentorum tunc non competit ratione parochiæ, cuius fauore hoc videtur ſtatutum.Speciali.
6 Pau.† Sufficit ꝙ parochiano detur licentia facta ſpecificatione ſacramenti,puta de euchariſtia,vel alio,licet non exprimat̃ nomen religioſi.Item ſufficit ꝙ detur religioſo licentia,facta ſpecificatione ſacramentorum,licet parochiani non exprimãtur, arg.de temp.ord.c.j. Io.And.etiam dicit ꝙ credit per talem ſpecificationem factam, ꝙ euitetur pœna.Et addit ꝙ de ſacramẽto baptiſmi & pœnitentiæ non intelligitur prædicta pœna,quia hic non exprimuntur.Idem Pau.A canone.Io.An.quotieſcũq; archiepiſcopus vel ſacerdos poſſit abſoluere, de ſent. excom.c. nuper.De excommunicatis à canone, an procedat quoad oẽs. ſoluit Laudul.ꝙ fic, ſiue ſit religioſus eiuſdem ordinis, ſiue alterius,ſiue ſint clerici,ſiue laici,ſiue mulieres.Franc.de Zab.Et intelligunt Laudul.& Lapus de excommunicatione maiori, nõ de minori.Abſoluentes excommunicatos per ſtatuta legatorũ. tenet Zen. ꝙ incidunt. Si autem religioſi abſoluant à ſententia hominis,quod non poſſunt,non habet locum pœna, cum iſtud nõ exprimatur.Idem Pau.& Zen.& Laudul. Et ex hoc infertur, ꝙ excommunicatus per ſententiã Papæ non eſt locus huic cle. quod tenet Laudul. quia ſi voluiſſet de hoc intelligi expreſſiſſet Fran.de Zab.Sententijs.Ioã.And.puto ꝙ omnem ſentẽtiam includat excõicationis ſuſpenſionis & interdicti, cuius neceſſaria ſit abſolutio.Quenquam.Ioã.And.etiam religioſum vel ſocium. Nihil enim excipit,qui dicit quodcunq;. de maio.& obe. ſolitæ.Incurrant.Quærunt hic Io.And.& Pau.Quid iuris de recipientibus abſolutionẽ vel prædicta ſacramenta, an ſint ligati eadem ſententia ratione participationis.Et Pau.quidem remittit ad id;quod dicit de conſan.& affi.eos.in cle. ibi autem ſic dicit in quodam ſimili caſu.tũc participans in crimine criminoſo eſt excommunicatus,ſi participet poſt latam ſententiam, vt in c.ſi concubinæ;ſed hic non participat poſt,ſed in actu,pro quo ligatur. glo.Vel dic, ꝙ licet participãs in crimine criminoſo ſit excommunicatus,non tamen participans in actu illo,pro quo ligatur alter.hæc ibi.Io.And.remittit ad id, quod dicit de ſentẽ. excom.contingit.j.Idem Fran.de Zab. ſ.ꝙ illud de participatione in crimine habet locum, quando participatur poſt actum
7 damnatum,non in ipſo actu. † Quærit idem.ſ.Fran. de Zab.vtrũ religioſus ignorans pœnam,de qua hic, & alias homo ſanctę vitæ, ſi miniſtret euchariſtiam ſine licentia parochialis presbyteri,non tamen in contemptum ipſius, incidat in pœnam ? & vr̃ ꝙ ſic,qa ignorantia iuris non excuſat.in regula,ignorantia,lib. 6.Contrarium conſului.dicit idem Fran. per hanc literã in verbo,præſumpſerint,quæ notant dolum & temeritatẽ miniſtrantis. ſicut.n.miles armatæ militiæ excuſatur ab ignorantia iuris. C.de iu.& fac.ign.l.j.ita & hunc poſſumus excuſare.& hoc præcipuè in foro pœnitentiali,in quo credendum eſt aſſerenti hoc ignoraſſe,qñ tñ in hoc fortè aliquid contradicerem, ꝙ eo ipſo eſt pręſumptio ꝙ fecit contra hanc cle. tutius eſt ꝙ petatur abſolutio.Vtamur.Io.And.& Pau. ꝙcor.de hære.accuſatus.§.illo.
8 lib.6. † Papa tñ omnem delicti pœnam verè contrito dimittere põt.facit de conſe.diſt.4.c.baptiſmi.Vicẽ.Et hanc concedit cruce ſignatis in voto vltramarino,vt no. Hoſt.de Iudęis & Saracenis ad liberandam, & in anno centenario, vt patet ẽt in extrauaganti Bonifa.licet antiquorum.Conceſſum.Idem vr̃, ſi conſuetudine hoc obtineat arg.s̃.de reli.do. quia contingit. Etiam. Io.And.dicit ꝙ hoc vr̃.ſ.de conſuetudine.Idem dicit eſſe, quia tñ ponit obſtantiam ad iſtud de conſuetudine,& vr̃ ad aliã partem declinare,vel ſaltem dubiam relinquere.Apoſtolica.gñali priuilegio circa hoc.ſ.totum orbem reſpiciens ſolus Papa cõcedit ſpeciale. tñ quoad ſuam diœceſim concederet epiſcopus ex cauſa,quod dic,vt de relig.do. Dicit etiam Laudul.& allegat Pet.de Ancha.ꝙ presbyter parochialis,quantuncunq; ſimplex cura ſit ei commiſſa, in adiutorium ipſius curæ poterit aſſumere ſibi ad tempus presbyterum quẽcunq; religioſum vel alium ſine cuiuſquã ſuperioris licentia, qui ipſum iuuet forſitan Quadrageſima ad audiendum ſubditos ſuos in confeſſione, & dandum euchariſtiã in Paſcha,vel miſſis celebrãdis ſeu alijs, vt hic. hęc ille.Et dato ꝙ mendicantes audire non debeant ſine licentia ſuorum prælatorum, ſi audirent & miniſtrarent ſacramẽta cum licẽtia horum,illi eſſent abſoluti, nec ipſi excõicationem incurrerent,licet peccarent extra articulum neceſſitatis,&c.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi verbis homines a decimis ſoluendis retrahẽtes, excõmunicati ſunt.*

Capitulum LV.

1 ILlos etiam † religioſos, qui aliqua vt audientes à decimarum eccleſijs debitarum ſoluere contrahant in ſermonibus ſuis vel alibi proferre p̃ſumunt, excommunicationis ſententiæ ſubiacere decernimus ipſo facto.de pœ cupientes.in cle.Illos religioſos, qui in ſermonibus vel alibi proferũt aliqua, vt retrahant à ſolutione decimarum, excommunicat.Io.And. & Pau.Mendicantes & non mendicantes includit. Clericos autem ſeculares non comprehendit, nec laicos arctat hac pœna. & concord. extra de ſententia excommunicatio. c.j. retrahant. Paul. vt habeat locum pœna, de qua ſequitur, duo requirũtur. Primum,quòd talia dicant, vt aliquos retrahãt à ſolutione decimarum debitarum eccleſijs,quaſi ſecus ſi dicerent alia intentione,vel ſi debitè non ceſſent eccleſijs, ſed alijs quocunq; modo.Secundum eſt, ꝙ audientes ſint obligati ad ſolutionem decimarum. Vnde ſi talia proferrent audientibus non obligatis, ceſſat pœna conſtitutionis.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi non ſeruantes interdictum,excommunicati ſunt,ſi auctoritate Papæ poſitum ſit.& infra nu.ſeq.*
Quid ſi matrix eccleſia hoc modo ſeruat infra nu.6.
3 *Clerici ſeculares hac conſtitutione non ligantur.*
Matrix eccleſia,quare dicatur,& quæ dicatur,& infra nu.ſeq.
5 *Argumentum à contrario ſenſu ceſſat,quãdo contrarium in iure reperitur.*

Capitulum LVI.

1 REligioſi † oẽs tam exẽpti,q̃ non exempti,cuiuſcunq; ordinis & ꝓdõnis exiſtant,cũ viderint vel ſciuerint cathedralem, vel matricem ſeu parochialem loci eccleſiam ſeruare interdictum quodcunq; poſitum auctoritate ſe.Apoſto.vel ordinariorum, debent & ipſi ſeruare, non obſtantibus quibuſcunq; appellationibus antea etiam ad eandẽ ſedem, vel alium vel alios interiectis & alijs obiectionibus quibuſcunq;, alioquin non ſeruantes excõmunicationem incurrunt ipſo facto.Idem etiam interdictis,& ceſſationibus, & diuinis interdictis per prouincialium Conciliorum ſtatuta,vel ipſorum auctoritate volumus obſeruare. Idem generalibus ceſſationibus à diuinis ciuitatũ, terrarum, & aliorum locorum, quas aliquando ex conſuetudine vel aliàs capitula, collegia vel conuentus ſecularium ac regularium eccleſiarum ſibi vendicant. Idem intelligimus obſeruandum, non obſtantibus priuilegijs conceſſis eis conuenientibus ſtatutis & conſuetudinibus quibuſlibet, quæ contra præmiſſa religioſis ipſis in nullo volumus ſuffragari. de ſenten. excommunica. in
2 clemen.ex frequentibus.Ordinarijs.Pau.literam.† aduerte,quia vt ſit locus huic pœnæ, requiritur quòd interdictum ſit poſitum auctoritate Papæ,quod intelligo eſſe ſi fiat per eius delegatum. de præbend.cap.ſi Apoſtolicæ,lib. 6.vel quòd ſit poſitum à iure communi,vel per ordinarium,vel Concilium prouinciale,vel quòd per ipſum vel per alium, ad quem ſpectet, fiat ceſſatio à diuinis per quod videtur quòd hoc non habeat locum in interdicto poſito à ſingulari perſona, quæ hoc poſſit ex ſpeciali conſuetudine,cum talis non faciat auctoritate Apoſtolica.nec ſit ordinarius.Idem videtur in interdicto poſito per delegatum ordinarij, quia non videtur tunc poſitum per ordinarium. Re-
3 ligioſi quicunque.Ioan.And.Mendicantes, vel nõ. † & per hoc patet, quòd clericos ſeculares non ſeruantes interdictum, vel ceſſationem,quam ſeruat matrix eccleſia, non ligat hæc conſtitutio.Matricem.Pau.ideſt baptiſmalem,vel loci maiorem.quæ ideo dicitur matrix,quia regenerat per baptiſmum,& ſic cathedralis per baptiſmum in ciuitate,& matrix in alio loco, quæ ad hoc cooperantur: & meritò, quia aliàs pœna hæc non haberet locum, niſi in interdicto ciuitatis. Nec curo vtrum matrix eccleſia ſit religioſis ſubiecta quoad aliqua temporalia vel ſpiritualia, vel non ſit ſubiecta, ſcilicet quòd ſi in loco non eſt cathedralis vel matrix eccleſia, quia fortè eſt in alio loco, vel ibi ſunt plures æqualiter ſuis parochianis baptiſma & alia ſacramenta miniſtrantes diſtinguendum:quia ſi omnes illę ſeruant, locus eſt huic pœnæ: ſi verò aliqua ſeruant, aliqua non, tunc non eſt locus pœnæ, ſicut faceret, ſi in tali loco non eſſet ec-
4 cleſia religioſorum. † Dicitur autem hic eccleſia cathedralis, vel matrix eccleſia murorum ambitu comprehenſa, ex quo ſi in eccleſia celebratur continuè ianuis apertis, &c. ſiue per prælatum, ſiue per capitulum totum vel partem,ſiue per alios clericos eccleſiæ,non eſt locus ibi pœnæ.Idem Ioan.Andr.Et addit Paul. puto tamen quòd ſi in matrice eccleſia celebratur ab aliquibus extraneis in uitis prælatis & capitulis,quòd nihilominus ſit ibi locus pœnæ. Idem etiam dicit quòd interdicta metropolitana eccleſia,non intelligitur interdicta matrix eccleſia.Idem ſi interdicta ꝓuincia vel vna diœceſis in aliquibus ciuitatib. vel caſtris matrix eccleſia ſeruat interdictũ,in aliquibus verò non, dicendum quòd in locis in quibus ſeruat, locus eſt huic pœnæ, in alijs non. Sciuerunt. Ioan.Andr. alio ſenſu quàm per viſum. de quo præmiſit probabiliter, ergo ignorantes talem obſeruãtiam non ligat ad pœnam.Videtur.Pau.ſcilicet videndo in cathedrali & matrici eccleſia celebrari ianuis clauſis & voce ſubmiſſa,excommunicatis & interdictis excluſis. Obſeruare. Ioan.
5 And. † argu.à contrario ſenſu ceſſat ibi illius argumentum cõ-

Source : BIU Cujas

trarium requiritur in iure, vt ſcripſi de elect. c. publicato, ſuper vlti. glo. Item contrariorum non eſt eadem diſciplina, vbi mẽs & verba reſiſtunt, de verbo. ſignifi. c. fi. Exceſſus clericorum matricis eccleſiæ non dabit religioſi materiam delinquendi. Intelligo autem illos ſeruare, quando abſtinet animo obſeruandi. Appellationibus. Ioan. And. non dicit ꝙ præcedens appellatio non vitiet interdictum, ne corrigit. de appella. c. ad hæc. Sed dicit, ꝙ quamuis interdictum ſit nullum propter præcedentem appellationem, vel aliam cauſam; ex quo tamen matrix eccleſia illud ſeruat, religioſi violantes ſint excommunicati. Subiacere. Ioan. And. & Pau. † Si ſententia interdicti verè ligat & matrix eccleſia illam non ſeruat, religioſi non ſeruantes non ligantur hac pœna, ſed alijs quæ habentur de exceſ. prælato. c. fi. de priuileg. c. auctoritatem. lib. 6.

6

SVMMARIVM.

1 *Religioſi non facientes conſcientiam his, qui eis confitentur de decimis certo modo, excommunicati ſunt.*
2 *Incommoditas à præcepto excuſat.*
3 *Religioſus veniens contra ſuſpenſionem à certo officio irregularis non eſt, ſed excommunicatus.*

Contraria contrarijs curantur.

Capitulum LVII.

1 REligioſi, † qui ſcienter poſtpoſuerunt confitentibus conſcientiam facere de ſoluendis decimis, ab officio prædicationis tandiu maneant ipſo facto ſuſpenſi, donec confitentibus ipſis, ſi hoc ipſum ſibi dicendi commodè facultatem habuerint, cõſcientiam fecerint, exinde excommunicationis incurſuri ſentẽtiam ipſo facto, ſi prædicare præſumpſerint prædicta, negligẽtia vt præmittitur non purgata, ad religioſos tamen monaſteriorum vel eccleſiarum decimas percipientes volumus hoc extendi. extra de pœnis, cupientes, in clemen. Scienter. Paul. ſecus ſi ignoranter, ſeu per obliuionem, & hoc intellige ſi ipſi confeſſi à prælatis eccleſiarum fuerint requiſiti ſuper hoc, vt faciãt conſcientiam ſibi confitentibus de decimis dandis. Pau. & Pet. de Anch. Suſpenſi. Ioan. And. Nota nouam ſpeciem ſuſpenſionis, & ibi ponit de multiplici ſpecie ſuſpenſionis. Commodè.
2 Pau. † ergo incommoditas excuſat à præcepto. ad idem 22. q. 2. faciat. Minor tamen hic commoditas excuſat. Vnde non tenetur eos ſequi, qui non ſunt in loco, vel ſi ſunt & hi non poſſunt ſine magna vagatione, vel ſine alia incommoditate. durãte ergo incommoditate, durabit ſuſpenſio, donec de ſoluendis decimis conſcientiam fecerint, qua facta vel incommoditate
3 ſuperueniente, ceſſat ſuſpenſio. Negligentia. Paul. † Nota hic caſum, quòd veniens contra ſuſpenſionem à certo officio, eſt excommunicatus, non autem irregularis. Sed ſi poſtea celebrat, ſic. de cleric. excommunic. poſtulaſtis. Percipientes. Ioan. And. ſoli enim non percipientes ſolent in his delinquere. Dicendi. Ioan. Andr. Nota contraria contrarijs purgari. de hæreti. cap. 2. libro 6. Peccatum ergo tacendi, dicendo purgatur 43. diſtinctio. ſit rector.

SVMMARIVM.

1 *Monachi & canonici regulares non habentes adminiſtrationem conferentes ſe ad Principum curias, excommunicati ſunt.*

Capitulum LVIII.

1 HOc edicto perpetuò † prohibemus, ne monachi, aut canonici regulares, adminiſtrationem aliquam non habentes ad curias Principum abſq; ſpeciali prælatorum ſuorũ licentia ſe non conferant. ꝙ ſi ſe conferre præſumpſerint, vt damnum aliquod inferant ſuis prælatis, aut monaſterio excommunicationis ſententiam eos incurrere volumus ipſo facto, prælatis eorum diſtrictè nihilominus iniungentes, vt ipſos à curiarum prædictarum acceſſu & alijs quibuſlibet vagationibus & diſcurſu diligenter compeſcere, aut ſuper hoc nõ parentes eiſdem ſeuerè corrigere non omittant. extra de ſtatu mona. c. ne in agro. in clemen. Canonici. de hac ergo parte non dubitamus quin ligat monachos, etiam non nigros. Ioan. And. Non habentes illos, qui habent adminiſtrationem quandoq; pro ipſarum adminiſtrationum cauſis illic ire oportet, quas ꝓſequi poſſunt, licet non ſint perpetui. de iudi. cap. cum deputati. Ioan. And. Curias Principum. hic not. Ioan. And. & ponit duodecim abuſiones clauſtri, ſecundum Hug. & duodecim abuſiones ſeculi, ſecũdum Cyprianum, ibi vide. Speciali. generalis ergo puta, quòd poſſit ſe quo voluerit abſentare, non ſufficit. Ioã. And. Ipſo facto. ad hanc excommunicationem contrahendam duo videntur neceſſaria, ſcilicet ꝙ intrauerit curiam, & quod cauſa damnificandi monaſterium vel prælatum, licentiam habere vel non habere non puto ponderandum, cum hoc nõ reputatur. hinc eſt ꝙ etiam de licentia prælati intrãs curiam, ſi ad hoc intrat, ligatus eſt. Ex ſolo igitur exitu clauſtri ob hanc cauſam non ligatur. Item ex quo intrauit ob hanc cauſam, licet dãnum non intulerit, ſiue quia non potuit, ſiue quia pœnituit, ligatus eſt. ſimile de homi. c. pro humani. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi tenentes arma intra ſepta monaſterij, excommunicati ſunt.*
2 *Septa monaſterij, quę dicantur.*
3 *Armorum appellatione, quæ comprehendantur.*

Capitulum LIX.

1 PRæfatæ quoque † ſententiæ monachos infra ſepta monaſterij ſine licentia abbatum ſuorum arma tenentes decernimus ſubiacere. extra de ſtatu mona. c. ne in agro, in clemen. Monachos. non repetit, & canonicos regulares. Vnde videtur, quòd licet ſententia excommunicationis, de qua ſupradixerat, arcentur in caſu præcedenti, non tamen in iſto. ſed cũ loquatur generaliter, videtur omnes includere monachos albos & nigros, etiam ſi vocentur, iuxta vulgare, fratres.
2 Paulus. † Septa, ideſt clauſa, dicta à ſæpio is, vt eſt clauſtrum, refectorium, vel dormitorium, & cęteræ officinæ ad vſum monachorum deputatæ. 12. q. j. neceſſaria. Idem videtur de atrio. 12. q. j. nulla, & de orto, & de area, poſitis iuxta eccleſiam. de cenſ. c. j. Pau. Infra pro intra. Et patet per hoc, quod extra tenens, ſcili-
3 cet arma, pœnam non incurrit. † Arma. in communi ſignificatione comprehenduntur tela. ſed dicũtur arma ſtrictè, quibus defenditur: tela, quibus impugnamus lege Cornelia. de homi. ſi perfodiens. Sed, vt ibi no. armorum appellatione, & fuſtes & lapides comprheendit. & omne quod arcu manu mittitur. non tamen puto auctorem ſic latiſſimè intellexiſſe. Ioan. And. Pau. verò dicit, ꝙ armorum appellatio ſignificat non ſolùm ſcuta, gladios & galeas, ſed fuſtes & lapides & telum, quod appellatur id, quod ab arcu vel manu mittitur, & ſic videtur iſtud intelligi de armis militaribus, non clericorum, quæ ſunt lachrymæ. 22. q. fi. c. j. & addit. Sed nunquid appellatio armorum ita latè ſumitur hic? puto quod ſic, ſi teneantur ad vſum pugnæ, aliàs ſi in camera vel infra ſepta monachus habeat lapides ad alium vſum, vel cultellum antiquatum ad coquinam, vel aliquod ſimile, nõ credo quòd ſit de mente talia prohibere. aliàs ſic. Quid enim, ſi iuxta feneſtram ſupra ianuam habeat aceruum lapidum ad impugnandum, vel offendendum venientes? certè tunc includũtur. Idem dico de arcu ferreo, ligneo, & ſimilibus. Vnde oportet videri, ſi ex forma, modo & alijs circunſtantijs ea tenet, vt arma offenſibilia, ſed defenſibilia, aut alia vtenſibilia: tales tamen cõiecturæ non ſunt neceſſariæ in notorijs & maioribus armis, vt gladijs, lanceis, loricis, ſcutis, baliſtis, & ſimilibus. Pau. Tenẽtes, venientes de foris ad clauſtrum cum armis non animo tenendi, nec tenet, ex delatione non videtur ligari, quia verbum tenentes, intelligitur cum effectu. Ioan. & Pau. Sine licentia. intelligo, petita & obtenta. Pau.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi mendicantes capientes uel dimittentes loca ad habitandum, excommunicati ſunt.*
2 *Fratres prædicatores ædificare poſſunt in locis eis conceſsis.*

Capitulum LX.

1 TRanſgreſſores † conſtitutionis, quæ religioſis mendicantibus domos ad habitãdum de nouo, vel loca quæcunque recipere, ſeu recepta hucuſq; mutare, vel ea transferre in alios vſus, cuiuſuis alienationis titulo & quomodocunque, excommunicationis ſententiæ decernimus ſubiacere. conſtitutionis. Io. And. conſtitutionis. Bonoñ. quæ habetur de exceſ. prælato. cap. vno. libro 6. ibi dicit idem Ioan. in gloſ. j. Talis conſtitutio hoc dicit, quòd mendicantes non poſſunt acquirere noua loca ad habitandum, vel antiqua alienare, vel mutare abſque ſpeciali Papæ licentia, quæ de hac prohibitione faciat mentionem. in acquirentibus tamen loca pro heremitica vita ducenda, ceſſat prohibitio. Idem in ſecunda, quæ incipit, mendicantes. hi dicũtur mendicantes, quibus victum tribuit incerta mendicitas, & qui redditus aut poſſeſſiones ex regula, vel conſtitutionibus habere non poſſunt, extra de religio. domi. cap. vno. lib. 6. quoad caſum decret. huius; videtur in omnibus mendicantibus idem ius. dicit Paul. quòd ſi domus corruat, cuius tamen ſolum continuè remanet in dominio ipſorum mendicantium, licet de nouo reædificetur, non incurrit excommunicationem. Secus autem, ſi locus etiam non diruptus deſierit eſſe de ipſorum dominio & habitatione, & poſtea nouo iure illud acquirant,
2 & quia tunc incurrit. † Et not. quòd eccleſias, oratoria & alia ædificia fratres prædicatores vſibus ſuis poſſunt conſtruere, & ædificare in locis, ſcilicet eis cõceſſis. & quod tam prælati cõtra

ædificantes

Source : BIU Cujas

ædificantes & conſtruentes excommunicationis ſententiam ferre non poſſunt. Alex. Item nulli de ordinibus paupertatis, licet oratorium vel eccleſiam conſtruere, ſeu conſtructam recipere, iuxta eccleſias prædicatorum & oratoria eorum, infra ſpatium 140. cannarum, & ſi ſecus factum fuerit, dirimatur. clemē. quia pleriq; Item fratres prædicatores immutatione locorum poſſunt ſecum deferre omnem ędificiorum materiam, exceptis eccleſijs dedicatis, libros, calices, paramenta, & alia bona & ędificia relicta cum ſolo & alijs præter eccleſias vendere, & pretiū in eorum vtilitates conuertere, non obſt. quorumcunq; prędatorum contradictione. Bonifa. virtute.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi fauentes beghinas in eorum ſtatu reprobo, excommunicati ſunt.*
2 *Sorores tertij ordinis promittunt obedientiam, & habent regulam non propriè quo ad tria ſubſtantialia.*
3 *Beghinæ vt non teneantur hac lege, quid requiratur.*
4 *Religioſi cum beghinis participantes, etiam in non crimine, excommunicati ſunt.*

Capitulum LXI.

1 SAcro † approbante Concilio perpetuò prohibendum duximus, & à Dei eccleſia penitus abolendi, eiſdem & alijs mulieribus quibuſcunq; ſub pœna excommunicationis, quam in contrarium facientes incurrere volumus ipſo facto, iniungentes expreſsè, ne ſtatum huiuſmodi dudum fortè ab ipſis aſſumptum quoquo modo ſectentur vlterius, vel ipſum aliquatenus de nouo aſſumant. Prædictis verò religioſis, per quos eędem mulieres in huiuſmodi ſtatu fouere beghinali ad ipſum ſuſcipiendum duci dicuntur ſub ſimili excommunicationis pœna, quā eo ipſo, ſi ſecus egerint, ſe nouerint incurſuros, diſtrictius inhibemus, ne mulieres aliquas prædictum ſtatum aſſumptum ſectantes, vel de nouo aſſumentes, quoquo modo admittāt præbentes ſuper hoc auxilium, conſilium & fauorem. de reli. dom.
2 c. j. in clemen. † Videtur, quòd hæc conſtitutio ſorores Minorū, quæ dicuntur tertij ordinis, non includat, cum illæ promittant obedientiam, & habeant regulam nō propriè quo ad tria ſubſtantialia, ſed quendam modum viuendi per ſed. Apoſtol. approbatum, quod mihi conſtat. & facit infra de ſenten. excommu. cum ex eo. Secundus ordo, ſcilicet Minorum, eſt ſororum ſanctæ Claræ, quæ profitentur ſubſtantialia, ſed differt à primo, quia habent proprium in communi, quod non habet ordo fratrum Minorum. Ioan. And. Hæ autem beghinæ, quæ hic reprobantur, nec obedientiam promittūt, nec regulam aliquam approbatam profitentur, & opiniones catholicæ fidei contrarias introducunt, vt dicitur ſupra in tex. d. clem. Sed nec ſorores de pœnitentia beati Dominici includit hæc conſtitutio, cum illæ promittant obedientiam & regulam habeant à ſede Apoſtolica approbatam, quod mihi conſtat. Item hic non prohibentur mulieres fideles, quæ promiſſa continentia, vel nō promiſſam pœnitentiā agere volunt & in humilitatis ſpiritu Domino de-
3 ſeruire, vt dicitur in fi. huius cle. † Fran. de Zaba. in lectura ſuper illa cle. quærit, an quodlibet eorum, quæ hic numerantur, valet promiſſio obedientiæ, vel renunciatio propriorum, aut profeſſio regulæ approbatæ ſufficiat ad hoc vt beghinæ non tenerentur? & dicit ꝙ nō: quantum ad prima duo, etiam ſi religioſæ niſi profiteantur regulam à ſe. Apoſto. approbatam, de vo. c. vnico. lib. 6. ſi tamen habent regulam, vel vitam per Papam approbatam, hoc ſufficeret, etiam ſine renunciatione proprij, vt de ſororibus tertij ordinis Minorum. Dicit glo. quam hic habes ſupra, & idem Pau. qui allegat extrauagātem Io. XXII. ſancta Ro-
4 mana. & hanc habes ſ̄. † Et dicit idem, ꝙ religioſi participantes cum talibus beghinis etiam non in crimine, ſunt excommunicati, ſecundum Paulum. ſed Lau. Zen. & Matth. intelligunt hoc de participantibus in crimine criminoſis, ideſt fouentibus eas in beghinatu, vel inducentibus ad hoc ſuſcipiendum. Et quamuis huic excommunicationi eſſet locus per c. nuper, etiā ſi hoc non exprimeretur: tamen ideo hic expreſſit de excommunicatione, quia ſolet plus timeri, &c. 23. diſtin. quanquam. vel ſaluādo priorem intellectum dic, pro eo quòd litera dicit, vllo modo, etiam ſi fauor non præſtetur directè, ſed indirectè, adhuc eſt locus huic pœnę, quod ſecus eſſet in c. nuper. & ſic dicemus, quòd eo ipſo quòd religioſi eaſdem admittunt ad aliquam cōmunionem, tolerando eas in hoc ſtatu dicuntur fauere, etſi nō dent fauorem directè, & ſic incidunt in excommunicationem. Laici verò participantes cū talibus in crimine criminoſo, non eſt dubium quòd incidunt per ca. nuper. Sed participantes alio modo, vel fauentes indirectè, non incidunt per argumē. à contrarijs. quia clemen. loquitur de religioſis. Laudul. & Zen. & dicit idem Zen. de epiſcopo.

SVMMARIVM.

1 *Interdicti tempore ſi fratres Minores admittunt ad diuina illos de tertio eorum ordine, excommunicati ſunt.*
2 *Fratres tertij ordinis ſancti Franciſci, an priuilegio gaudeant clericali. & numero ſequen.*
4 *Quid de fratribus & ſororibus tertij ordinis ſancti Dominici.*

Capitulum LXII.

1 DIſtrictius † inhibemus fratribus Minoribus, ne de cętero aliquem vel aliquam ex fratribus vel ſororibus de tertio ordine, quem beatus Franciſcus inſtituit, & etiam ſi ſuper hoc hi vel illi priuilegijs quibuſcunq; muniti extiterint, ad diuina in ſuis eccleſijs tempore interdicti quoquo modo admittant, quod ſi fecerint excommunicationis ſententiæ eo ipſo ſe nouerint ſubiacere. de ſenten. excommu. cum ex eo. in clem. Minoribus. alios verò non ligat hæc conſtitutio. Ioan. And. Hi vel illi, hi fratres Minores vel illi ſcilicet fratres & ſorores tertij ordinis. Et eſt mirabile, quia in eo caſū in alijs eccleſijs recipi poſſunt, ſi priuilegium eſt generale. Ioan. And. Suis eccleſijs. per hoc verbum, quod etiam ſupra præmiſit, dico ꝙ ſi in alienis eccleſijs hoc facerent, ceſſat hæc pęna. poſſet tamen hic locum habere alia pę na excommunicationis. Ioan. And. Admittant, niſi inquantū illis & alijs permittitur, ſecundum c. fi. eo. tit. lib. 6. Ioan. An. Subiacere ab hac ſententia non poſſunt abſolui, niſi per Romanū Pontificem, vel ſatisfactione præmiſſa per locorum epiſcopos,
2 vt dicitur in fine huius cle. † Quæritur à Doctoribus, vtrum iſti de tertio ordine beati Franciſci gaudeant clericali priuilegio? de quo 17. q. 4. ſi quis ſuadente. vel fori. de quo 2. q. j. & c. 2. Ioan. Cald. in quodam conſilio ſuo tenet, ꝙ nullo eorum gaudent, arg. 12. q. j. duo. Non enim ſunt clerici, nec religioſi, ideſt religati religioni, ſtrictè ſumpto vocabulo, ideſt obligati ad tria vota. Vnde ſecundum Franciſcum de Zab. contrahere poſſunt matrimonium & vti contracto, ergo &c. Idem tenet Laudul. Zen. verò & Guido tenent, ꝙ gaudent priuilegio clericali perſonali. ſ. ꝙ injiciens manus violentas in eos, eſt excommunicatus,
3 quia ſunt perſonæ eccleſiaſticæ. † Lapus & Bart. plus dicunt, ꝙ gaudent tales priuilegio fori ſeu reali. ideſt ꝙ non debent conueniri ſub iudice ſeculari, nec cum laicis ſoluere collectas. Dicit tamen idem Bar. iſtud vltimum Peruſij non ſeruari, quia cōueniuntur ſub iudice ſeculari. Allegant iſta Petrus de Ancha. &
4 Fran. de Zab. ſuper hac cle. † Cum autem fratres & ſorores tertij ordinis beati Dominici habeant regulam approbatam ſecundum modum viuendi ab eccleſia, quia per Bonifa. ſicut & iſti. immo in hoc ſunt magis illis priuilegiati, ꝙ tempore interdicti admitti poſſunt ad diuina fratrum, non video quare non debēt gaudere ſimili priuilegio ſicut illi.

SVMMARIVM.

1 *Pactum facientes vel promittentes aliquid in curia pro aliqua gratia, vel iuſtitia obtinenda, excommunicati ſunt.*

Capitulum LXIII.

1 EXcommunicamus † & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis, patris & filij & ſpirituſſancti, auctoritate quoq; Apoſtolorum Petri & Pauli & noſtra, oēs clericos & religioſos & laicos vtriuſq; ſexus, ſiue ſint familiares curiæ, ſiue alij, vndecunque, qui aliquod pactum fecerint, ſeu aliquod magnum vel parvum promiſerint, vel promiſſione receperint, aut ex pacto, ſeu promiſſione occulta vel manifeſta ſub generalibus & plenariè non expreſſis, ſiue ſub ſpecialibus & expreſſis apertis verbis, q cquid dederint, aut receperint, magnum vel paruum, vel promiſſionem de quacunq; re vel vtilitate propter hoc conſequenda, fecerint vel receperint pro aliqua iuſtitia, ſiue gratia pro ſe vel pro alio in cauſis iudicijs, ſeu alijs pro literis Apoſtolicis & quibuſcunq; modis apud ſe. Apoſt. obtinenda. & hanc ſententiam ad promittentes, & acceptantes & accipientes duximus extendendam. Decernimus etiam, vt nullus hanc incurrens ſententiam excommunicationis pro prædictis, vel aliquo prædictorū abſque ſpeciali mandato noſtro abſolutionis beneficiū valeat obtinere, niſi fortè ad nos acceſſum habere non poſſet in mortis articulo conſtitutus. nec etiam ad abſolutionis gratiam admittatur, niſi prius quantum dederit, vel receperit integraliter pauperibus largiatur. Iuſtitiam verò vel gratiam ſic obtentam nullius prorſus eſſe momenti volumus, carereq; ſtatuimus effectu & robore firmitatis. Sed & ſcienter vtentes illi ſimili ſentētia excommunicationis aſtringimus & reſeruantes nobis abſolutionem eorum cum præmiſſis in omnibus ad pœnas ſimiles obligamus. Ioan. Andr. in lectura ſuper ca. nemo. de ſimo. iſtam

Source : BIU Cujas

allegat ſic dicens. Hodie, qui recipit vel facit promiſſionem de aliqua re recipienda pro gratia imperranda, vel iuſtitia conſequenda in curia Romana eſt excommunicatus ipſo iure per extrauagantem Bonifacij, quæ incipit, Excommunicamus. Item in li. qui dicitur, Directorium iuris. allegatur & ponitur excommunicatio huiuſmodi extrauagantis. Anto. de Bu. allegat & dicit eam durare. ſed Io. de Lig. in lect. ſuper dicto c. nemo. de ſimo. dicit ſecundum Ioan. Cald. fuiſſe hanc extrauagantem reuocatam. Pet. de Pa. in 4. dicit, ꝙ dicitur fuiſſe iſtam extrauagantem Bonifacij reuocatam per Clem. V. quod autem horum verius ſit, neſcio.

SVMMARIVM.

1 *Corpus defuncti ſcindentes pro oſſibus transferendis excommunicati ſunt, & abſolutio Papæ reſeruata eſt.*

Capitulum LXIIII.

1 MAndatur, † vt nullus cuiuſcunq; defuncti corpus exenterare, vel in fruſta concidere ſeu decoquere vel incidere, aut oſſa de carnibus euellere p̃ſumat, vt oſſa eius ad partes alias deferãtur quãtuncunq; defunctus ibi eligeret ſepulturam, ſed aut ſimpliciter, aut ad tempus, vbi deceſſerint, vel illi vicino loco eccleſiaſticæ ſepulturæ tradatur, ita quòd demum in cimiterio corpore tunc ad locum, vbi ſepulturam elegerint deportetur, & ſepeliatur in eis. ſi quis autem etiam ſi pontificali dignitate pręfulgeat cõtrafaceret, ipſo facto eſt excommunicatus, cuius abſolutio reſeruatur Papę, niſi in mortis articulo. hoc in quadam decre. Boniſa. II. quæ incipit, deteſtandum. Audiui à peritis, ꝙ ſi quis incideret corpus defuncti ad ſuperſtitionem faciendam, quamuis peccaret quàm ſi faceret hoc ob transferendum propter ſepulchrum, non tamen incideret in ſententiam, quia pœnæ nõ ſunt extẽdendæ vltra proprios caſus. de pę. diſt. j. §. pœnæ.

SVMMARIVM.

1 *Simoniaci in ordinibus, vel in beneficijs, excommunicati ſunt.*

Capitulum LXV.

1 MVltæ † contra ſimoniacam prauitatem abolitæ ſunt conſtitutiones, quibus morbus ille non potuit extirpari, volentes de cætero, vt poſſumus, prouidere ſacro approbante Concilio declaramus, quòd ordinati ſimoniacè ab executione ſuorum ordinum ſint eo ipſo ſuſpenſi. Electiones autem, poſtulationes, cõfirmationes, & quæuis prouiſiones ſimoniacæ eccleſiarum, monaſteriorum & dignitatum, perſonatuum, officiorum & beneficiorum quoruncunq; deinceps factæ, nullæ ſint ipſo iure, nullũq; per illas ius cuicunq; acquiratur, nec promoti cõfirmati ac ꝓuiſi faciunt fructus ſuos, ſed ad illorum reſtitutionem tãquam iniquè teneantur ablatorum percipientes, ſtatuẽtes inſuper ꝙ dantes & recipientes ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, etiam ſi Pontificali aut Cardinalatus præfulgeãt dignitate. Martinus V. in Concilio Conſtantienſi.

SVMMARIVM.

1 *Simoniam quam nouit non reuelantes, excommunicati ſunt.*

Capitulum LXVI.

1 STatuimus † & præcipimus, vt omnes cuiuſcunq; ſtatus, conditionis, præeminentiæ vel dignitatis exiſtant, qui ſciunt aliquem ſimoniam commiſiſſe. ſ. duos dies naturales, poſtquàm ad ſui notitiã deductum extiterit, teneatur, ſi præſens fuerit in Romana curia, nubis vel Apoſto. ie. camerario ſuo, aut vices gerenti, & tunc in vnius vel duorum teſtium pręſentia reuelare ſub eiſdem excommunicationis, ſuſpenſionis aliiſq; cenſuris & pœnis quibus vt præfertur, ipſum auctorem ſimonię eſſe volumus innodatum, quas dictus non reuelans, vt prædicitur, ſeu tegens ſimoniam tanquam eiuſdem fautor ſceleris, incurrat ipſo facto, cuius abſolutionẽ nobis & ſucceſſoribus noſtris ſpecialiter reſeruamus, decernentes ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquàm quauis auctoritate ſcienter ignoranterve ꝓtingerit attentari. Mart. V. in prædicta extrauaganti, quæ vacat.

SVMMARIVM.

1 *Dantes uel recipientes aliquid pro ingreſſu monaſterij, excommunicati ſunt.*

Capitulum LXVII.

1 VNiuerſis † & ſingulis Abbatibus, prioribus, decanis, præpoſitis & magiſtris necnon Abbatiſſis, prioriſſis & alijs prælatis, quouis nomine nuncupentur, & eorum officialibus inhibemus, vt à perſonis tam maribus quàm mulieribus religionem ingredi volentibus eorum eccleſias, monaſteria, prioratus, domos ſeu loca, in earundem perſonarum receptionẽ, aut ante vel poſt nulla quæcunq; paſtus, prandia, ſiue cœnas, pecunias & iocalia, aut res alias, etiam ad eccleſiaſticum quemuis viſum deputata, ſeu deputanda, de cætero directè vel indirectè, petere vel exigere quouis modo præſumat, ſed eas potius cum omnimoda charitate recipiant & in victu & veſtitu, ſicut alias perſonas eccleſiarum ſuarum, monaſteriorum, prioratuum, domorũ, aliorũq; locorum ſincera charitate pertractent. illa duntaxat, qui ipſę perſonę ingredientes purè ac ſpontè ac plena libertate omniq; pactione ceſſante dare vel offerre eccleſijs, prioratibus, monaſteriorum domibus & locis huiuſmodi voluerint cum gratiarum actione licitè recipere. Nos enim eos. qui ſecus egerint, ſi ſingulares perſonæ ſint, tã dantes quàm recipientes huiuſmodi excommunicationis vinculo innodamus. Si verò capitula ſeu conuentus fuerint ſuſpenſionis ſententijs eo facto decernimus ſubiacere, à quibus præterquàm in mortis articulo abſolui nequeant abſque ſe. Apoſto. ſententia ſpeciali. Vrba. V. in extrauaganti, quæ incipit, ſanè, ſeu ne in vinea. Audiui à fide dignis ꝙ Marti. iſte V. habuit dicere, ꝙ nolebat ꝙ incurrerent moniales pro huiuſmodi datis, quæ fiunt pro ingreſſu monaſteriorum, cenſuram aliquam eccleſiaſticam, & præcipuè excõicationis.

SVMMARIVM.

1 *Literas electi in Papam impugnantes etiam ante incoronationem, excommunicati ſunt.*

Capitulum LXVIII.

1 QVicunque † impugnat literas electi in Papam, aut ẽt antequàm coronetur, cum per ipſam electionem canonicè factam ſibi ius ſit acquiſitum Papatus, & ex ipſa electione canonica confirmatus ſit, & exercere poſſit officium ſuum ante coronationem, vt 23. diſt. in nomine Domini. talis ipſo facto eſt excõicatus, vt in extrauaganti Benedicti XI. quæ incipit, non quia nonnulli.

SVMMARIVM.

1 *Gloſantes ſeu exponentes in ſcholis clem. exiui, de verb. ſignif. aliter quàm litera dicat, excommunicati ſunt.*

Capitulum LXIX.

1 GLoſantes, † ſeu exponentes in ſcholis aliter q̃ litera dicat clementinam illam, Exiui de Paradiſo. vbi exponitur regula beati Frãciſci, ſunt excommunicati per quandam extrauagantẽ Nico. vnde illa clemen. non ſolum reperitur ingloſata, ſed illa extrauagãs fuit ſuſpenſa quoad illam excommunicationem per aliam extrauagantem Ioan. XII. cuius ſuſpenſionis exemplar vidi. & hoc etiam dicit Franciſc. de Zaba.

SVMMARIVM.

1 *Monaſteria monialium Prædicatorum, vel Minorum in caſu non conceſſo irritantes, excommunicati ſunt.*
2 *Quid ſi ignorans ſententiam intret, an incidat in excommunicati. quòd non.*
3 *Libellos famoſos faciens in detractionem ordinis Prædicatorum & Minorum, excommunicatus eſt.*
4 *Idem ſi doceat, quòd tales fratres non ſunt in ſtatu perfectionis, & quòd non liceat de eleemoſynis viuere, nec prædicare.*
5 *Violentiam facientes in locis Prædicatorum & Minorum, excommunicati ſunt.*
6 *Apoſtatas ordinis Prædicatorum retinentes, excommunicati ſunt.*

Capitulum LXX.

1 INtrantes † monaſteria monialium ordinis Prędicatorum, ſiue ſeculares, ſiue p̃ſonæ eccleſiaſticæ ſint, in caſu non conceſſo à conſtitutionibus earum, vel ſine licentia magiſtri ordinis, aut alterius ab ipſo magiſtro habẽte ſuper hoc poteſtatem, ſunt ipſo facto excommunicati, à qua non poſſunt abſolui præterquàm in articulo mortis, niſi à Papa vel magiſtro ordinis, vel ab alio habente ſuper hoc ſpecialem auctoritatem ab aliquo prædictorum. & iſta ſententia eſt lata etiam per Papam in bulla ordinis, quam vidi. Intrantes monaſteria ſanctæ Claræ, ſeu monialium ordinis Minorum in caſibus non conceſſis in regula ipſarum, vel ſine licentia eorũ, qui dare poſſunt, ſunt ipſo facto excommunicati & Papæ abſo-
2 lutio reſeruatur, ſiue generali ipſius ordinis. † Nota tamen, ꝙ in locis vbi tales ſententiæ nunquam vel quaſi nunquam ſunt promulgatæ, ſi quis intraret talia monaſteria neſciens talẽ ſententiam, & non cauſa malefaciendi, puta quòd non incideret in ſententiam, cum ignorantia quaſi inuincibili laboret, & hoc poteſt trahi ex dictis Anto. de But ſupra excommunicamus, & dictis Thom. ſed ſi intrat laicus vel alia perſona ad malefaciendum, tunc quamuis ignoret ſententiam & etiam haberet iuſtã
3 cauſam ignorantiæ, non excuſat, ſecundum Petr. de Pa. † Quicunque libellos famoſos in vulgari ſeu literali ſermone, necnõ

cantilenas

Source : BIU Cujas

cantilenas vel rythmos edere vel detinere vel publicare præſumunt in infamiam & detractionem ſtatus ordinis fratrum Predicatorum & Minorum, ſunt excommunicati, à qua excommunicatione non poſſunt abſolui niſi perſonaliter ſedi Apoſtolicæ ſe præſentēt. Alexander in priuilegio, Ex alto. & in alio,
4 Non ſine multa. † Quicunque prædicare, docere vel defendere præſumunt, ꝙ Predicatores vel Minores non ſint in ſtatu perfectionis, & ꝙ non liceat eis de eleemoſynis viuere, & ꝙ non liceat eis prædicare vel confeſſiones audire de licentia ſummi Pontificis & aliorum prælatorum inferiorum & rectorum eccleſiarum, aut ſacerdotum parochialium coſenſu minimè requiſito, ſunt excommunicati, à qua ſententia non poſſunt ab-
5 ſolui niſi perſonaliter ſe. Apoſt. ſe præſentent. Alex. vbi s̄. † Quicunq; præſumunt in locis noſtris violentiam damnabilē exercere, eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrunt, à qua abſolui nequeunt, niſi per ſed. Apoſto. vel per conſeruatores noſtro ordini deputatos. Clemens in quibuſdam locis. & Alex.
6 † Quicunq; in monaſterio vel eccleſijs ſuis detinent apoſtatas ordinis Prædicatorum, niſi eos eiecerint, poſtquàm eis per fratres noſtros, ne eos detineant, fuerit denunciatum, ſunt excommunicati. Bonif. in priuilegio, virtute. Item fratres Minores, qui præſumunt recipere fratres ordinis Prædicatorum profeſſos ſine licentia ſummi Pōtificis, facientes expreſſam de indulto huiuſmodi mentionem, vel niſi prius ſuorum priorū licentia fuerit petita & obtēta, ſunt excommunicati. Cle. ad minores, quonos. Idem de eremitanis. Alex. ad eremitas, veſtram. Item magiſtri rectores artiſtarum & ſcholares ſtudij Pariſienſis, qui publicè vel occultè fratres Prædicatores vel Minores à cōſortio vniuerſalis Pariſ. excludere moliuntur, ſunt ipſo facto excōmunicati, à qua excommunicatione abſolui nequeunt, niſi perſonaliter ſedi Apoſtolicæ ſe præſentent. Alex. Ex alto.

SVMMARIVM.

1 *Fratres mendicantes tranſeuntes ad ordinem monachalem ſine licentia Papæ, ſunt excommunicati.*

Capitulum LXXI.

1 NVllus † religioſus de ordinibus mendicantiū quorumcunq;, cuiuſcunq; ſtatus, ordinis, conditionis, aut religionis exiſtat, quocunq; & qualitercunq; poſſit vel debeat virtute cuiuſcunq; licētiæ ac indulti Apoſtolici ſeu pœnitentiariæ Papæ legatorum & nunciorum ſedis prædictæ curam gerentis, vel alia quauis auctoritate, hactenus etiam per bullas Apoſtolicas facultatum quorumuis auctoritate, tam Legatorum quàm nunciorū ſedis prefatæ, necnon & pœnitentiariæ huiuſmodi pro tempore curam gerentis, quàm aliorum quorumcunq; ſub quauis poteſtate aut auctoritate, maximè de transferendis fratribus aut aliquibus præſertim ordinum mendicantium profeſſoribus in genere vel ſpem ab ordinibus huiuſmodi mendicantiū ad monaſticos ordines ſub quacunque verborum conceptione appareant admitti, ſeu recipi per aliquos etiā ſuperiores ordinis ſeu monaſterij aut loci monaſtici, ſeu aliàs in monachum vel fratrem alicuius ex ordinibus monaſticis, tam ſancti Benedicti q̄ Ciſtercienſis, Camalduleñ. Vallis vmbroſæ, Canonicorum regularium ſancti Auguſtini vel alijs expreſſis, vel non expreſſis, ordine Carthuſienſium duntaxat excepto, ſub pœna excōmunicationis, in quam tam recipiētes quàm recepti ipſo facto incurrant, & à tali excommunicatione non poſſunt abſolui citra ſe. A poſt. præterquàm in mortis articulo: & nihilominus aliter facta non tenent & nullius exiſtunt efficaciæ vel momenti. Ex concilio Conſtantieñ. ſub Martino V.

SVMMARIVM.

1 *Excōmunicationes, quæ annuatim fiunt in curia, in cœna Domini contra multa hominum genera.*
2 *Dignitas eccleſiaſtica multis cognoſcitur modis.*
3 *Perſonatus, quomodo cognoſcatur.*
4 *Officium ponitur aliquando pro dignitate & perſonatu.*
5 *Officium, quomodo cognoſcatur.*
6 *Dignitatem habens, perſonatum habere dicitur, ſed non econuerſo.*
7 *Perſonatus in prouincia dicuntur priores, in terra laboris dicuntur Abbates.*
8 *Dignitas eccleſiaſtica quid ſit.*

Capitulum LXXII.

1 MArtinus † epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam, excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis patris & filij & ſpirituſſancti, auctoritate quoque beatorum Pet. & Paul. Apoſtolorum eius, ac noſtra, omnes hæreticos, gazaros, paterenos, pauperes de Lugduno Arnaldiſtas, Eperoniſtas, Paſſaginos, Vicleſiſtas, Huſſitas, Fratricellos, & quoſlibet alios hæreticos, quocunque nomine cenſeantur, ac omnes fautores, receptatores, & defenſores eorundem. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in terris ſuis pedagia noua imponunt. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falſarios bullæ, ſiue literarum Apoſtolicarum ſupplicationem, gratiam, & iuſtitiam continentium per ſummum Pontificem, vel vicecancellarium, ſeu gerentes officium, vel vices vicecancellarij ſanctæ Romanæ eccleſiæ de mādato eiuſdē ſummi Pontificis, aut gerētis officium prædictorum ſignantes ſupplicationes eaſdem. Item excommunicamus & anathematizamus piratas, & receptatores, & illos qui equos, arma, ferrum, lignamina, & alia prohibita deferunt Saracenis, quibus Chriſtianos impugnant. Item excommunic. & anathe. impedientes ſeu inuadentes victualia ſeu alia ad vſum Romanæ curiæ neceſſaria adducentes, vel ne ad curiam ipſam adducantur, vel deferātur impediētes, ſeu perturbantes, & qui talia faciunt, vel defendūt, cuiuſcunque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis, & ſtatūs, etiam ſi Pontificali, Regali, aut quauis alia eccleſiaſtica, vel mundana fulgeant dignitate. Item excommu. & anathe. omnes illos, qui ad ſe. Apoſto. venientes, & recedentes ab eadem, necnon illos qui iuriſdictionem ordinarium vel delegatam aliquā non habentes in eadem curia morantes temeritate propria capiunt, ſpoliant, & detinent, aut ex propoſito deliberato verberare, mutilare, vel interficere preſumunt, & q talia fieri faciunt, ſeu mandant. Item excommu. & anathe. omnes & ſingulos cuiuſcunq; ſtatus, gradus, præeminentiæ, aut conditionis exiſtant, etiam ſi Pontificali, Regali, Reginali, aut quauis alia eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate contra formam & effectum ſententiæ generalis Conſtantieñ. Concil. per quam damnatur memoria Petri de Luna, qui olim Benedictus III. à nonnullis in eius abſentia dicebatur, iudicatus ſciſmaticus, & hæreticus, & ab hac eccleſia Dei preciſus, omniq; iure, quod in Papatu habere prætendebat, omniq; dignitate & honore eccleſiaſtico priuatus fuit, ac poſt & contra inhibitionē eiuſdē Concilij & huiuſmodi ſententia à dicti Petri obitu in infidelitate & errore ipſius Petri nunc perſiſtendo, aut aliàs quomodolibet credentes, aut fauentes publicè vel occultè, ac etiam ſciſmaticos, & diuturnum in eodem concilio & apud vniuerſalem eccleſiam, p ratihabitione generalis Senenſis Concilij dictæ ſententiæ, & continuationem proceſſū deſuper habitorum ſublatis & extinctis continuè conantes, necnon omnes & ſingulos in vitium eiuſdem Petri ſuccedentes, eorumq; receptores, vel receptatores cuiuſcunq; ſtatus, nobilitatis, excellentiæ, vel conditionis exiſtunt, etiam ſi Pontificali, Regali, Reginali, aut quauis alia eccleſiaſtica vel ſingulari ſint prædiți dignitate, ac conſentientes, & præſtantes eiſdem in præmiſſo errore qūocunq; & qualitercunq; auxilium, conſilium, vel fauorem, eos etiā qui ſcienter per omnes terras, & loca eorum dictioni ſubiecta prefatis ſciſmaticis, & præcipuè in caſtro Paniſcolæ & Tireſceñ. diœceſis exiſtentibus. Illos etiam, qui ipſis Viceclefiſtis & Huſſitis quæcūque victualia, & præſidia publicè, vel occultè per ſe, vel per ſuos ſubditos afferri faciant, vel permittant paribus excommunicationis & anathematizationis vinculis īnodamus, ipſosq; omnesq; & ſingulos declaramus continuatores vel fautores ſciſmaticorum, vel hæreſis, atque omni beneficio, dignitate, & honore eccleſiaſtico, & mundano denunciamus fuiſſe & eſſe priuatos. Item excommu. & ana. omnes illos, qui per ſe, vel per alium, ſeu alias quaſcunq; perſonas eccleſiaſticas vel ſeculares ad Romanā curiam ſuper earum cauſis & negotijs recurrentes, illaq; in eadem curia proſequētes, aut procuratores negotiorum geſtores, aduocatos, vel procuratores ipſorū, vel etiam auditores ſeu iudices ſuper dictis cauſis ſeu negotijs deputatos occaſione cauſarum ſeu negotiorum huiuſmodi verberant, mutilant, & occidunt, aut bonis ſpoliant cuiuſcunque præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut ſtatus fuerint, etiam ſi Pontificali, Regali, Reginali, vel quauis alia præfulgeant dignitate. Item excommu. & anath. omnes mutilātes, vulnerantes & interficientes ſeu capientes & detinētes ſeu deprædantes Romipetas & peregrinos ad Hieruſalem cauſa peregrinationis & deuotionis accedentes & in ea morantes & recedentes ab ipſa, & in his dantes conſilium, auxilium, vel fauorē, eorumq; bona confiſcamus. Item excommu. & anath. omnes illos, qui per ſe vel per alium, ſeu alios directè, vel indirectè ſub quocunq; titulo vel colore occupant, detinent, vel hoſtiliter diſcurrunt, ſeu inuadunt, aut occupare diſcutere detinere hoſtiliter preſumunt in totum ſeu in partem almam vrbem Reg. Siciliæ trinacriæ, inſulas Sardiniæ, Corſicæ, terras citra Farum patrimonium. b. Pe. in Tuſcia Ducatum Spoletanum, Comitatū Venuſinum, Sabinæ Marchiæ Anchonitanæ, Maſſæ, Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ atq; maritimæ, prouincias, & terras ſpecialis cōmiſſionis, & Arnulforum, ciuitates quoq; noſtras Bonoñ. Ferrarienſem, Beneuentanam, Peruſinam, Auinioñ. ciuitatem Caſtelli, Tudertum & alias ciuitates, terras vel loca vel iura ad ipſam eccleſiam ſpectantia & pertinentia, & adhærentes, fautores, ac defenſores eorum, ſeu in his dantes eiſdem cō-

ſilium,

Source : BIU Cujas

silium, auxilium, vel fauorem, non obstantibus quibuscunque priuilegiis, & indulgentiis ac literis apostolicis generalibus, vel specialibus eis, vel eorum alteri, vel aliquibus cuiuscunque ordinis, dignitatis, conditionis & præeminentiæ fuerint etiã Põtificali, Regali, Reginali, seu quauis alia ecclesiastica, vel mundina præfulgeãt dignitate à prædicta sede sub quauis forma vel tenore concessis, quia excommunicari & anathematizari non possint per literas Apostolicas non facientes plenã vel expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi ac ordinib. locis nominibus propriis, cognominibus vel dignitatibus eorumdem mentionem, necnon consuetudinibus, & obseruantiis scriptis, vel non scriptis ac aliis contrariis quibuscunque, p quæ contra huiusmodi nostros processus, ac sentẽtias quo minus includantur in eis se iuuare valeant & tueri, & quæ quo ad hoc prorsus tollimus & omnino reuocamus, de quibus quidẽ sententiis nullus per alium quàm per Romanum Pontificem, nisi dumtaxat in mortis articulo cõstitutus absolui possit, nec etiam tunc, nisi de stando Sanctæ Matris ecclesiæ mandatis satisfactione, vel sufficienti cautione præstita. Illos autem cuiuscunque fuerint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiã si Pontificali, aut alia quauis dignitate præditos, qui cõtra tenorem præsentium talibus vel eorum alicui seu aliquibus absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserint, excommunicationis, & anathematis sententia innodamus, eisque prædicationis, lectionis, administrationis sacramẽtorum, & audiendi confessiones officia interdicimus. Prædicẽtes apertè transgressoribus & contemptoribus, supradictis nos grauius contra eos spiritualiter, aut temporaliter, prout expedire cognouerimus, processuros. Vt autem huiusmodi noster processus ad communem omnium notitiam deducatur, chartas siue membranas processus cõtinentes eosdem basilicæ Sancti Petri de Vrbe, necnõ sacri palatii Apostolici, vbi impresentiarum moram trabimus, valuis seu ostiis ac liminaribus faciemus affigi seu appendi, quæ processus ipsos suo quasi sonoro p. conio & patulo iudicio publicabunt, vt hi qui processus huiusmodi contingant, q̃ ad ipsos non peruenerint, aut ipsos ignorauerunt, nullam possint excusationem prætendere, vel ignorantiam allegare, cum non sit verisimile quoad ipsos remanere incognitum, quod tam patenter publicatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ excõmunicationis, anathematis, declarationis, cassationis, irritationis, annullationis, euacuationis, interdicti & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contrariæ. Si quis, autem hoc attentare præsumpserit, indignationẽ omnipotentis Dei & beatorũ Petri & Pauli, Apostolorũ eius, se nouerit incursurũ. Datũ Romæ &c.

1 Quia in isto † & aliis precedentibus c. fit mentio de dignitate vel personatu, vel offic. Et iõ ad declarationem horum vocabulorum, prout sumitur a Canonistis, nota q̃ dicit Archi. super 6. de consue. c. cõsuetudinẽ.

2 † Dignitas ecclesiastica cognoscitur plurib. modis. Primus est, cum quis habet administrationẽ rerum ecclesiæ cum iurisdictione. dist. 89. volumus. & c. diaconum. Secundus modus est, qñ nomẽ dignitatis & prælationẽ siue prerogatiuã in ecclesia sua tã in choro q̃ in c. hẽt, sed nõ hẽt administrationẽ rerũ, vel iurisdictionẽ, sicut in archidiaconatu Parmen. Tertius modus est, qñ ex consuetudine ecclesiæ habẽt aliqs in dignitate: qa si cõsuetudo in ecclesia est p̃ dignitate, dẽt haberi. dist. 12. cõsuetudo

3 † Personatus verò cognoscit̃, qñ qs hẽt p̃rogatiuã in choro, in capitulo, in repetitionibus, in processionibus, in vocibus dandis, & similibus pluspuam alii canonici sui ordinis, & non tantum quantum illi, qui sunt in dignitatibus constituti, qui in prædictis prerogatiuis præferuntur eisdem possunt hæc colligi ex prędictis decre. de elect. dudum. & de præben. c. de multa.

4 † Officiũ aũt aliqñ ponit̃ pro dignitate & p̃sonatu, sicut patet ex eo q̃d habẽt de p̃ben. ad hęc. Itẽ illi, q̃ habẽt ptãtẽ secularẽ, dicunt̃ hr̃e officiũ. Itẽ is, cui cõmissa est dispensatio. Item tabellionatus. Itẽ ministeriũ, & obsequiũ. Itẽ actus corrigentis, &

5 aliis multis modis. † Cognoscitur ẽt officiũ, qñ quis hẽt onus annexũ siue honore, & p̃rogatiua honoris, sicut sindici, procuratores, castaldi. De his habẽt j. q. iij. Saluator. Itẽ vicedominus, q̃ hẽt ep̃atũ disponere, dr̃ hr̃e officium. Si aũt hẽt iurisdictionem cum administratione, satis potest dici, q̃ sit dignitas, vt camerarius Papæ. Tertiò cognoscitur officium per cõsuetudinem ecclesiæ, sicut dictum est de dignitate, vt quando illi de ecclesia habent illud de consuetudinẽ pro officio simplici, & non p̃ di-

6 gnitate, vel personatu. † Dico tamen, q̃ quicunque hẽt personatum, sed non conuertit̃. personatus verò dicitur curatus alicuius ecclesiæ parochialis, & tales non sunt in dignitate aliqua j. q. iij. quæsitum. Secus autem in archiepresbyteris, præpositis, decanis parochialiũ ecclesiarum, de quibus habẽt. l. dist. in ca-

7 pite. nam illos dico in dignitatibus constitutos. † Et istud nomen personatus, est fm vulgare Angliæ: in prouincia dicuntur priores, in terra laboris abbates. hęc Archid. quia nimis etsi bo-

8 num sit. † Pet. de Anch. super cle. si dignitatẽ. de præben. sic dicit, q̃d sit dignitas. dicit Guil. q̃ est quędam præeminentia quo-

ad forum contentiosum in ecclesia gradu tenens, quæ quando que personatus ad honorificentia, in qua ponit personam, quãdoque officium ab ipso officio exercet, denominatur. extra de consti. c. cum accessissent. quandoque sumit sua propria, & specialia nomina, sicut hoc nomen custodia, succentoria, decanatus, præpositura, & hmõi, a noĩe aũt non debemus ista iudicare, sed ex affectu, qui colligit̃ ex actibus & exercitio, in quibus versatur, & ex talibus iudicatur vtrũ sit dignitas. extra de verb. sign. intelligentia. cũ ibi notatis. Et sufficit ad hoc q̃ sit censenda dignitas, ẽt si in modicis cautis iurisdictionẽ habeat, sicut habent in Pictauen. ecclesia Archipresbyteri. nã excõicant, suspendũt, & absoluunt, & sic p̃ talem gradum dicuntur habere dignitatem, & sic sunt excluſi a pęna c. licet Cano. de elect. & c. statutũ, lib. vj. Si aũt nullam iurisdictionẽ habent, sed tm̃ visitant, & postea ipsi referunt episcopo, sicut testes sinodales, de quibus 35. q. 6. episcopus. tũc censentur habere simplex officium, & non dignitatem, fm Guil. & Laudul. Item no. q̃ his diebus, a quibusdã fuit diuulgata quædam extrauagans, quæ dicitur facta a Ioã. 22. in qua lata erat sententia excõicationis contra mulieres facientes sibi tricas de capillis capiti suo nõ affixis, sed appositis, cuius absolutio Papæ reseruabatur, sed quæsita in registro reperiri nõ potuit. Sed etsi reperta fuisset, puto ipsam non ligasse, quia habuerunt mulieres iustam causam ignorantiæ, cum notificata non esset generationi huic, iam enim trãsiuerunt centum anni, vel circa, a tempore Ioan. 22. prædicti, nec huiusmodi positiua docere potest ratio naturalis, sed Euge. 4. qui nunc est, uoluit & declarauit, non tenere seu ligare sententiam illam: & bene, quia hoc esset laqueũ inijcere animabus fidelium, non prouidere saluti animarum, quod in periculum prælatorũ verteretur, secundum Beatum Thom. Et ad hoc 27. q. j. viduas.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio maior ferri non debet ab homine, nisi pro mortali peccato.*
2 *Contumacia, quotupliciter dicatur.*
3 *Iudicio ecclesiæ ille solus præcidendus est, qui in iudicio Dei præcisus creditur.*
4 *Excommunicari quis potest pro inuasione & retentione ecclesiasticarum rerum.*
5 *Ob contumaciam capituli, singuli de capitulo culpabiles excommunicantur.*
6 *Excommunicatio tribus modis iniusta dicitur.*
7 *Excommunicationis forma, quæ hodie seruari debeat.*
8 *Excommunicationis sententia ipso iure, in quibus casibus nulla sit, & infra numero 11.*
9 *Excommunicationis intolerabilis error, qualis sit.*
10 *Superiori aliquid iniustè præcipienti obedire non tenetur.*
12 *Excommunicationem homo in occulto, quando seruare debeat.*

Capitulum LXXIII.

QVia de singulis excommunicationibus, quæ habentur in iure hucusque tractatum est, & satis prolixè respectu operis: ideo residuum huius materiæ. s. de excõicatione breuissimè expediam, & quia prædicta pertinẽt ad causam quasi materialem excõicationis, ideo ad ipsam quasi causam materialem pertinentia ponam, & exinde de causa formali, & de efficienti & finali, & cum his de quibusdam ad

1 prædicta sequentibus. † No. q̃ excõmunicatio maior ferri non debet ab homine, nisi pro mortali peccato, secundũ Tho. & Pe. in 4. dist. 18. Et quia in damnificando aliquem etiam corporaliter, siue in rebus temporalibus aliquis mortaliter peccat, ideo pro damno tpali etiã potest quis excõicari: sed quia excõicatio est grauissima pęnarum, ideo non debet infligi etiam pro mor-

2 tali, nisi cum fuerit contumax. Tho. † Hæc autem contumacia, secundum Ray. triplex inuenitur. Prima in non veniendo ad iudicium postquam fuerit vocatus uel admonitus per iudicem tribus edictis uel uno pro omnibus, quia contemnit, non ueniendo sed malitiose se occultando, uel impediendo ne possit ad eum citatio peruenire. extra ut li. non conte. quoniam. Secunda est, quãdo citatus ad iudicium uenit, sed non uult stare iuri, uel aliàs ante finitam causæ examinationem contumaciter, & illicenti atus recedit. 11. q 3. certum. Tertia est, quando offensa eius est manifesta, & iussus à iudice non uult emendare. extra de uerbo. signifi. ca. ex

3 parte. idem Goff. † Et no. secundum Pe. de Pa. in 4. distin. 18. quòd cum excommunicatio non sit infligenda nisi pro mortali, quia ille solus iudicio ecclesiæ est præcidendus, qui in iudicio Dei creditur præcisus, cum sententiam iuris non sit iniusta, potest reformare homo conscientiam suam, q̃ ubi non peccat mortaliter, nunquã incurrit sententiam iuris. Et quia iniuria dicitur, quod iure non fit: ideo non debet unde iura nascuntur, unde nasci iniuriæ occasio. C. unde ui. l. meminerint. Vnde cum sit iniuriosa excommunicatio, quæ fertur sine mortali, non est sententia iuris,

4 ubi non est mortale. † Excommunicari potest quis pro inuisione uel retentione rerum ecclesiasticarum. de restitu. spoli. c. Pisanis. lib. 6. per Inn. Excommunicare potest prælatus pro iniuria sibi facta. 23. q. 4. Gulisarius. Excommunicare potest ordinarius pro defensa iuris sui. de sent. excom. c. dilecto. lib. 6. Excommunicari põt

quis

Source : BIU Cujas

quis propter negligentiam.de consec.distin.j.nemo.Ioã. de Ligna.Excommunicari põt Dominus propter contumaciã serui, vel procuratoris,vt li.non conte.c.j.de do.& cõtu.ca. 2. & cũ
5 modificatiõe ibi notata. Io.de Ligna. † Excõicatio facta in genere valet cã expressa,& pp cõtumaciã capituli excõicantẽ singuli culpabiles de capitulo.de sent.excom.Romana.lib.6.† Excõicationis snĩa tribus modis dicitur iniusta.s.ex cã, ex aĩõ, & ex ordine. Ex causa quidem: quia vel nulla prætenditur in snĩa, vel si prætẽditur vera noneſt:vel etsi vera sit, non est sufficiens, & rationabilis.extra eo.sacro. Secundò dicit iniusta ex animo, quando.s.etsi cã exprimatur vera,rationabilis, non tñ ex zelo iustitiæ,,sed indignationis,inuidiæ, vel odii ab excommunicatore promulgatur.11.q.3.illa.& de sent.excommu.c. cum medicinalis.lib.6.ideo tutum cõsilium est, q; si quis offenditur nõ per se,sed per alium,qui charitatiuè moueatur, sentẽtiam promulget,vel si per se hoc facere vult, ad minus nõ faciat hoc dũ mouetur,sed permittat motum fortè cholericum aliquantulũ refidere.Tertiò ex ordine dicit iniusta, qñ etsi vera causa & rationabilis prętendatur,& proferens charitatiuè moueatur, attamen non præcessit admonitio competens,vel non fuit facta corã personis idoneis.extra eo.sacro.admonitionem competẽtem intelligas ad arbitrium iudicis, siue trinam, siue vnam pro
7 omnibus,maximè in notoriis. Pet.& Ray. † Modus autẽ & forma,quæ debet seruari hodie in ferendo excommunicationẽ, habes in c.sequen. Quamuis autem proferens sententiam excommunicationis iniustam quocunque prędictorum modorum grauiter peccet,& diuersimodè puniatur in iure, tamẽ talis sententia tenet,& ligat quantum ad ecclesiam militantem, nisi sit lata a iudice,qui non habebat super illo canonicam iurisdictionem, vel alia de causa esset nulla,secundum Ray. Vnde quando nulla sit talis sententia,vide in §.sequenti.

8 Excommunicationis † sententia ipso iure nulla est,in 9. casib. Primus est,si is,qui tulit eam, non habebat de hoc potestatem, vt quia non erat iudex eius.21.q.3.sententia.vel erat excommunicatus & huiusmodi.24.q.j.audiuimus. Similiter etiam secundum Ray.intrusus & suspensus,& a iurisdictione alienus excõmunicare non potest.12.q.2.alienationis. Si tamen crimen talium esset occultum,toleranda esset eorum sentẽtia, licet nulla,quandiu eorum crimen est occultum,& illi ab ecclesia tolerantur.ar.8.q.4 nonne.Dicitur autem intrusus,qui non fuit electus a maiori parte eligentium. De suspẽso autem dicit B. Tho. in 4.esse verum,quando est suspensus a iurisdictione,vel ab ordine & iurisdictione.secus si ab ordine tantum. Secundus est, quando est lata sententia post appellationem legitimam Similiter etiam si prælatus dicat,Excõmunico te,si appelles; vel cũ te præparaueris ad appellandum,talis sententia non tenet,cum oppressus quilibet appellare possit,secundum Hosti. autem dicat iudex,Excommunico te,si habes res furtiuas, tenet excommunicatio:si habes res illas,nec suspenditur per appellationẽ. si tamen occultum est furtum,ecclesia non vitabit,quia nõ iudicat de occultis.32.dist.erubescant.Tertius est,quando continet intolerabilem errorem.extra eo.per tuas.& in hoc & in præcedenti casu,ille qui eos proponit,etiam si nõ petat absolutionẽ, dẽt audiri,vt in d.c.per tuas.Sed si ad cautelam petat absolutionẽ,non debet denegari,quãuis aduersarius vel excommunicator se opponat,nisi diceret eũ excõicatũ pro manifesta offensa, quia tũc dabitur sic dicenti terminus octo dierũ,& si probauerit,nõ absoluetur,nisi præster emendã, vel det cautionẽ de parendo iuri.Si offensa dubia ꝓponat,sed tñ pendẽte probatione prima.s.illius, qui sic fuerit excõicatus, dẽt euitari in illis oĩbus, q; vt actor in iudiciis attentauerit.Extra iudiciũ verò in officiis, postulationibus,electionibus, & aliis legitimis actib.debet admitti,extra eo.licet.lib.6 q; si appellationem suo hoc non fuerit prosecutus,vt debuit infra tẽpus statutũ a iure, vel a iudice, & ipse fuerit excõicatus noĩatim & expressè, lapso dicto tẽpore dẽt denũtiari,& tã in iudicialib.q; extraiudicialib.actibus remoueri,donec de ipsius snĩæ docuerit nullitate,extra eod.licet. lib.6.Quartus casus est,qñ aliquis excõicaret illos, qui excommunicato participarent non in crimine, sed in locutione & aliis casib.in quib.incurritur minor excõicatio.Nã talis sententia nõ valet,nisi prẽmissa trina admonitione, vel vna pro trib, vel nisi exprimant noĩatim ipsi admonendi extra eod. statutũ. & c.constitutionẽ.lib 6.Quintus casus est,qñ prẽlati interdicerent suis subditis,ne exponãt suis superioribus, aut legatis, aut inquisitoribus statum ecclesiarum suarum siue monasteriorũ, & de hoc ferrẽt snĩam excommunicationis. extra de offi.ordi.
9 c.quia plerique.lib.6. † Et not. quantum ad tertium casum, q; intolerabilis error,secundum Ray.cum sic dicit iudex, excõmunico te,quia credis in Deum,vel quia non fornicaris,vel qa obedis prẽlatis tuis,& huiusmodi.11.quæst.3.c. si is, qui præest. idem Pet.Gof. Hosti. in Summa, qui addunt etiã q; intolerabilis error dici potest quoslibet peccatũ mortale. Itẽ cũ expressè contra ius pronuntiatur,vt 2.q.6.§. diffinitiua.Idem tñ Hostiẽ. in gloss.super cap.per tuas,dicit,quòd sententia nihilominus tenet quando pronunciatur contra ius, nisi ille error in sentẽtia exprimatur,vel nisi fuerit appellatione suspensa. sed si error est in facto,vt cum dicit, excommunico te proptet tale peccatum commissum,q; tenet sentẽtia. Guil.etiam dicit q; si prælatus dicit,excommunico te,quia feciſti furtum, cum tamen non fecerit,tenet sententia, vt 11.q.3.c.j.quia non est error intolerabilis expressus.nam talis causa si falsa sit, est tamẽ possibilis.& quamuis quo ad Deum non sit legatus, sed quo ad ecclesiam peccaret mortaliter,si contemneret,extra eo.per tuas.& ideo consulendum est tali, secundum Ray. & sustineat excommunicationem patienter, humiliter & deuotè, scilicet se non ingerendo diuinis aut communioni fidelium, offerẽs se ad canonicam satisfactionem, si in aliquo offenderit, & instanter petat absolu-
10 tionem.† Idem Tho.Inno.& Bern.Item dicit Pet.de Perusio,q; si superior præcipit mihi aliquid iniustum, nõ tamen mortale, puta q; dem sibi librum meum,non teneor illi parere. si tamen ideo excommunicet,ligor:consulens tamen mihi, vt illius mãdato iniusto non pæream,non ligatur,quia nõ participat in cri-
11 mine.† Ioan.And.de sent.excom.ex prẽsenti.lib.6. super verbo, ad cautelã,ponit omnes prædictos casus, & addit istos quatuor. Primus,qui respectu præmissorum est sextus,cum quis excommunicatus à delegato contra delegantis intentionem, de præben.c.fi. Secundus, si feratur à violante interdictum hominis, s.de excess.præla.tanta.Tertius est, vbicunque prælatus subditũ suum excommunicat contra priuilegij sui tenorem, de priuile. c. cum capella. Quartus, si feratur à delegato impetrato ab excommunicato in casu non permisso.lib.6. de offic. ordi. c.quia pleriq;. Isti tamen casus additi videntur posse comprehẽdi sub
12 primo.† Dicit etiam Pe.de Palu.in 4.quòd quando sapientibus notum est,sententiam esse nullam, quamuis apud vulgum nesciatur,potest homo non seruare eam in occulto, sed in publico debet eam seruare, quousq; scandalum rationabiliter sedauerit, vt sicut aliquis publicè excommunicatur, & publicè denunciatur, ita ex aduerso ipse publicè causam, quare sententia non valet, puta appellationem vel aliàs iniustam causam proponat, quo facto amplius non est scandalum pusillorum, sed Pharisęorum.Et ideo est contemnendum.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis sententia,qua forma ab homine profertur.*
2 *Excommunicationis alia forma,quando persona ignoratur, quæ maleficium commiserit.*
Excommunicationis materiam sciens ob quam lata est,prælato ecclesiæ, & non damnum passo reuelare tenetur.
3 *Excommunicationis sententia à iure ferri potest,vel ab eo qui potest generalem facere constitutionem.*
4 *Excommunicationis sententia iudicis vel hominis,quæ dicatur.*
5 *Excommunicationi præmitti debet trina admonitio.*
6 *Excommunicationis causa immediata,licet sit contumacia,tamen contumacia quandoq; ortum habet à crimine speciali inhibitione ab homine facta*
7 *Excommunicationis sub pœna,quando aliquid fit,vim sententiæ non habet, sed comminationis.*
8 *Iudex faciens canonem latæ sententiæ si dicat,qui furtum fecerit, sit excõmunicatus:si postea dicit,prohibeo ne quis furtum faciat, contrafaciens excommunicatus est.*
9 *Excõicationis sententiam,quando volunt facere iudices,quomodo dicatur.*
Iudex cum dicit,excommunico,de maiori excommunicatione intelligitur.
Excommunicatus quis non redditur ob consuetudinem.
10 *Excommunicans,an dicat excommunico te, vel scias te esse excommunicatum,vel reputes te excommunicatum,non est differentia.*
11 *Excommunicationis sententia sub conditione lata, ante conditionem existentem non ligat.*
12 *Iudex si præcipit debitori,q; soluat infra certum terminum aliter sit excõmunicatus, creditor nisi iudex consentiat quo ad sententiam excommunicationis,terminum prorogare non potest.*
13 *Excommunicans si moriatur vel à prælatione remoueatur,faciens contra talem sententiam,quando sit excommunicatus.*
Excommunicari quis potest per literas,etiam excommunicato ignorante.
14 *Excommunicatio perpetua dicitur,donec expirat.*

Capitulum LXXIIII.

1 FOrma autem excommunicationis seu modus, qui sit tenendus. Si de sententia canonis quæritur, secundum Hostien.hæc profertur eoipso q; aliquis in factum damnatum a canone sub pœna excommunicationis incidit. † De sententia excommunicationis,quę profertur ab homine in Sum.confes.lib.3.eod. titu.q.6 s.dicitur, quòd consueuit ferri sic sententia excommunicationis, propter talem vel talem causam excommunico te, vel talem excommunicamus. In scriptis huiusmodi ergo verbis vel æquipollentibus debet vti excõmunicans, argu.ad hoc.2.q.6.§.diffinitiua.Vnde Ray dicit,non approbo sententiam quorundam simplicium sacerdotum dicentium, Denunciamus talem excommunicatum, & tñ nunquam

Source : BIU Cujas

quam excommunicauerunt eum. Et licet talis vitandus sit ab illis, quibus sit denuntiatio, quia ipsorum nō est iudicare, vtrū sit excommunicatus nec ne: tamen si de hoc agatur extra formam iudicii non reputabitur excommunicatus per huiusmodi verba, nisi aliàs probetur excommunicatus, & hoc satis traditur de senten. excom. cum medicinalis, lib. 6. † No. q̄ est alius 2 modus excommunicationis, quando scilicet persona ignorat, quæ furtum vel aliud maleficium fecerit, & tunc fit excōmunicatio in generali sub hac forma, Quicunque fecerit furtum, nisi restituat, vel qui aliquid scit & nō reuelet infra talem terminū, pro primo & secundo & tertio edicto dato, ipso facto sit excōmunicatus, vel aliquid simile, extra eodē, a nobis. Et not. q̄ qui aliquid scit de materia, propter quàm lata est sententia excommunicationis modo predicto, secundum Hosti. nō tenetur reuelare damnum passo, sed prelato ecclesiæ. 35. q. 6. episcopus in sinodo. sed neq; ipsi prælato debet reuelare publicè, si solus reuelator scit, & probare non potest. 2. q. 7. plerique. sed secretè, cum prælatus secretè corrigere habet criminosos. argu. 22. q. 5. hoc. videtur. Primò ergo sciendum, q̄ cum sententia excommunicationis aliquando sit lata a iure, aliquando a iudice siue 3 ab homine, vt supra dictum est. † Dicit Guil. sententiam ferri a iure, ab eo qui potest constitutionem facere vel generalem, vt Papa, vel particularē vt legatus, archiepiscopus vel episcopus vel concilium prouinciale animo iuris statuendi, constituitur aliquid in perpetuum & generaliter in omnes subditos suos & statutum illud roborat per sentētiam excommunicationis in futuros transgressores illius statuti, scilicet verbi gratia: Excom 11 municamus omnes hæreticos, & qui exercebunt vsuras, vel tale aliquid committant. † Sentētia verò iudicis vel hominis dicitur esse, quæ fertur pro contumacia vel offensa præterita, vel futura, non tamen intentione constitutionis faciendæ generalis, aut perpetuæ, sed vt alicui particulari personæ vel personis ad vitam eorum vel vt alicui negocio consulatur ad tempus, sicut si dicatur, excommunicamus oēs illos qui vsque ad hoc 12 vel illud tempus cōicabunt, vel facient guerram, vel qui interpellabunt tales moniales de turpitudine & huiusmodi. † Et no. q̄ debet præmitti excōicationi trina admonitio vel vna p̄ tribus, alias iniusta est & iudex est suspensus ab ingressu ecclesiæ extra eo. sacro. Et debet habere temporum conueniētia interualla, nisi facti necessitas aliter suaserit, & debet ferri in scriptis continentib. causam excōicationis. Et excōmunicator exēplum scripturæ debet excōmunicato tradere infra mensem, si 13 super hoc fuerit requisitus, aliter excōmunicator est suspensus ēt a diuinis per mensem, quæ quidē si exequatur, irregularis efficitur, nec nisi per Papam cum eo poterit dispensari. extra eo. cum medicinalis. Sed hæ pœnę non tangunt episcopos, cū non fiat specialis mentio de eis, sicut oporteret. Nihilominus tamē & si illa nō seruentur, excōicatio ligat. Io. tamē de Lig. in tracta- 6 tu de cen. eccle. † dicit, q̄ est attendendum q̄ licet contumacia sit causa immediata, propter quàm fertur maior excommunitio ab homine, ipsa tñ cōtumacia aliquādo ortum habeat a crimine, idest speciali inhibitiōe criminis facta ab homine, & tūc non est opus monitione super emendatione criminis iam cōmissi vt incidat, immo statim incidit, vt cū monet superior aliquem vt non fornicetur cum tali, alias ipsum excōmunicat. si contrafaciat excommunicatus est, & excōmunicari potest sine alia admonitione super emendatione criminis. & ratio, nam iste verè cōtumax est. Aliquādo cōtumacia habet ortum a crimine iam cōmisso, scilicet cū cōmisit quis crimē, sup quo erat admonitus ne cōmitteret, sic nec lata, nec cōminata sententia est in cōtrafacientē, & tunc est opus monitione si contingat, & 7 si contumax fuerit poterit excōicari † No. vbi dicitur sub pœna excōicationis, nō habet vim sniæ, sed comminationis, vt C. cōmina. & epistolas. l. vnica. Et no. extra de sagit. cap. artem, sed Guil. dicit q̄ si iudex dicat præcipio tibi sub īterminatione excommunicationis, vel sub pœna excommunicationis ne furtiuè ordines suscipias, nō est excōicatus faciens contrariū, sed excommunicandus. Sed si fert sententiam sub conditione, vt excōico omnes qui furtiuè ordines suscipiunt, tunc est excōmunicatus. Hugo dicit, q̄ si aliquid mādatur sub interminatione anathematis, tunc est comminatio. Si mandatur sub pœna excommunicationis vel districtione excommunicationis, tūc si est mandatum hominis, statim ligat, si hoc intēdit, cui in hoc credendū est, secundū Hug. & Host. quia est sententia lata si est mādatū iuris, tunc cōtrafaciēs nō statim ligatur. 30. dist. per to. & hoc ideo, ga mitius agit cū lege quàm cū ministro legis. ff. de 8 arbi. l. si cum dies. † Hostiē. dicit, q̄ si iudex fecit canonem latæ sententiæ dicens, Quicunque furtum fecerit, sit excommunicatus, & postea dicit, sub anathemate prohibeo ne quis furtū faciat, tūc p̄faciēs est excōicatus, extra de loca c. j. alias hoc verbū sub anathemate, vel simile, cōminatoriū est. C. cōmi. & epistolas, in rubro & nigro, nisi per hæc verba p̄sērēs intenderet ferre snīam, q̄ p̄ circūstantias intētionē suā expressit p̄bari pōt. hæc 9 Host. extra de consan. c. j. † Vñ iudices, qñ volunt ferre snīam scribāt, Præcipimus sub pœna excōicationis vobis, quàm nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc in nos ferimus. Not. ēt q̄ cum iudex dicit, excommunico, vel simile, semper intelligitur de maiori excommunicatione, extra eo. si quem sola autē consuetudo absq; licentia vel constitutione non reddit aliquē excommunicatum, quia ille non est modus ferendi sentētiam excommunicationis fm Guil. Item si iudex vel prælatus dicat, Habeo te pro excōicato, si intendat per hoc proferens excōicare, tenet excommunicatio, quia verba intentioni deseruiūt, & non econuerso. 22. q. 5. humanæ. & sermo rei, & nō sermoni res est subiecta, de verb. sig. c. intelligentia. Non. n. in talibus, quāuis verba exigantur, est præscripta certa forma verborum, sicut in sacramento baptismi & eucharistiæ concor. Host. di. in summa. 10 † Nō facio vim, vtrum dicat iudex, excommunico te, vel scias te excommunicatum, vel te excōicatum cognosce, vel habeas te pro excommunicato, vel reputes te excōicatū, vel alia quæcunq;, dum tñ voluntatem & cōsensum iudicis de præsenti exprimant, sicut & aliàs similiter dī extra de spon. c. si inter virū. & voluntas iudicis spiritualis omnino pro lege seruāda est 11. q. 3. audi. quamuis iniustè, & hoc vbi ille intendat per talia verba excommunicare, vt dictum est. q̄ si dubitatur de intētione, in dubio eligenda est via tutior, vt reputet se excommunicatum, fm Host. & Guil. & sic quærat absolutionem. Si iudex dicat, excōico vnum de istis duobus, credit Guil. illum esse excōicatum, de quo iudex intellexit. Si autem sciri nō potest, aut si vaga fuerit eius intentio, neuter est vitandus, vt excōicatus. Idem dicit q̄ si 11 iudex dicat, excommunico te & absoluo te: si simul vtrunq; voluit, nihil egit: si vnum post alterum, vtrunq; egit. † Not. ēt cum sententia excommunicationis lata est sub conditione, nō ligat anteq̄ extat conditio. Host. extra eo. à nobis. Et si pendente cōditione appelletur, tenet appellatio: sed si purè ferrē sententia, non reuelatur per appellationem, trāsfertur tñ cognitio causæ in superiorem, de sen. excom. c. per tuas. & si pendente cōditione desinat esse eius subditus, tenet sententia, nisi appellē, extra 12 de fo. compe. c. pe. fm Host. & Inno. † Item si iudex præcipiat alicui debitori q̄ soluat ℥. certum terminum, alioquin sit excommunicatus. dicunt Inno. & Hosti. q̄ creditor non potest terminum prolongare quantum ad sententiam excōicationis. s. vitādam, nisi iudex consentiat prorogationi. & tunc si adueniente secundo termino non soluerit, iterum est excōicatus, quia terminus videtur prorogatus cum accessorijs. si tñ pars in primo termino reputat sibi satisfactum, cessat tota excommunicatio. 13 † Item no. q̄ si is qui sententiam generalem promulgauit excō municationis moriatur, vel à præfatione amoueatur, ille qui facit postea contra talem sententiam, non est excommunicatus, nisi diffiniēdo illud statuerit. ff. de offi. præsi. l. j. vel nisi à successore expresse confirmetur, extra de loca. c. j. fm Host. Excōicari potest quis per literas ēt excommunicato ignorante, si hoc expressit excōicans, sed non punitur intermedio tempore, si ingerat se cōioni fidelium. Io. de Lig. sufficit q̄ sententia excommunicationis vel interdicti sit lata publicè ad hoc vt teneatur quis 14 ad obseruantiam eius, extra de cle. excom. mi. c. illud. † Excommunicatio dicitur perpetua, quia nullum tempus continet diffinitum, intelligitur tamen donec expirat. Ioan. de Lig.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicare possunt non solum episcopi, & superiores, sed etiam prelati principales ecclesiarum collegiatarum inferiores episcopis.*

2 *Excommunicare possunt priores singulos de collegio, alienos etiam si in eos iure speciali iurisdictionem habeant.*
Excommunicandi potestas procedens à potestate clauium, siue fori pœnitentialis, sacerdoti & non alij competit.
Excommunicandi facultas ex iurisdictione procedens, cui competat.

3 *Excommunicare solus episcopus potest cum solennitate, de qua in c. debent. 11. quæst. 3.*
Excommunicare potest archiepiscopus suffraganeum suum.
Excommunicare, & suspendere potest episcopus propter cōtumaciam in iudicio ortam sine c. consensu, secus in suspensione perpetua ob crimen.

4 *Excommunicare potest capi. vel prior. sede vacante.*
Excommunicare quis seipsum non potest.
Excommunicare non potest, qui interdictum violat.
Excommunicare non potest mulier prælata.

5 *Excommunicare non potest delegatus vltra sibi commissa.*

6 *Excommunicare nō potest episcopus extra suam diœcesim, nec aliquid, quod sit iurisdictionis contentiosæ disponere, & infra nu. seq.*

8 *Excommunicare non potest prælatus eos, in quibus iurisdictionem non habet.*

9 *Excommunicatio lata per eum, qui erat excommunicatus, licet non crederetur, non tenet.*

10 *Excommmunicari non potest mortuus.*

11 *Excommunicari non potest Iudæus, nec paganus.*

12 *Excommunicari non potest Papa, nisi ob hæres. m.*

13 *Excommunicatio lata per statutum episcopi, ipsum nec eius metropolitanum, an liget. & infra nu. seq.*

15 *Excommunicari non potest subditus extra territoriū sui superioris existens.*

Source : BIU Cujas

16 *Excommunicatio lata per statutum episcopi non ligat subditum venientē contra statutum extra territorium suæ iurisdictionis.*
17 *Excommmunicari,nec suspendi,nec interdici possunt fratres Prædicatores ab episcopis,nisi de speciali licentia Papæ.*
18 *Excommunicatio lata per episcopum,an liget subditum delinquentem in loco exempto intra diœcesim.*
19 *Religiosi etiam extra monasterium sententijs suorum prælatorum ligantur.*
20 *Excommunicatio non fertur,vbi multitudo est in crimine.*
21 *Excommunicari non potest collegium,nec communitas.*
22 *Excommunicari potest Imperator vel Princeps à suo episcopo.*
23 *Excommunicari potest archiepiscopus à suo subdito delegato à superiore, & raptor manifestus sine admonitione.*
24 *Excommunicari possunt etiam post mortem,quorū scripta hæresim cōtinēt.*
25 *Excommunicari debent,qui sedis apostolicæ præcepta non custodiunt. Excommunicari quis potest pluries & propter eandem causam.*
26 *Sententijs ordinariorum per statuta latis,ignorantes non ligantur. Ignorantia crassa & supina,quæ sit.*

Capitulum LXXV.

1 EXcommunicationis efficiens causa est,qui potest excōmunicare. † Sciendum ergo ꝙ excommunicationem ferre possunt in alio nō solum episcopi, & superiores, sed etiam prælati principales collegiatarum ecclesiarū inferiores episcopis,vt abbates etiam non benedicti, dummodò fuerint cōfirmati,extra de simo.sicut tuis.& priores possunt excommunicare singulos de collegio.alienos etiam si in eos aliquo iure speciali habeant iurisdictionem.de offi. ord. cum ab ecclesiarum.Archi.etiam videtur ꝙ possit excommunicare,licet non sit presbyter.arg.dist.25.c.perlectis, nisi consuetudo sit
2 in contrarium. † Sacerdotes verò parochiales excommunicare nō possunt,nisi aliquo speciali iure iurisdictio eis competat. 2.q.j nemo,vel nisi vbi consuetudo dat iurisdictionem.9.q.3.c. conquestus. Thom. Alber. Goff. Ioan. de Lig. qui Ioan. in tra. de cen. eccle. dicit sic. potestas excommunicandi procedēs ex potestate clauium,siue fori pœnitentialis,competit sacerdoti, nō alii. Nam & ipsam exercet semper cum appositus est curiæ, nisi sit contraria consuetudo vel superioris inhibitio. Facultas autē excommunicandi procedens ex iurisdictione speciali competit prælatis habentibus ordinariam iurisdictionem a iure communi cōsuetudo,vel priuilegio speciali, vt dist. Inn. ad hoc autem,ꝙ talis facultas competat,requiritur ꝙ sit clericus vel religiosus electus per vniuersitatē ecclesiasticam, & ꝙ ad dignitatem principalem alias nō hēt ordinariā, nisi consuetudo vel 13 priuilegium concedat. competit etiam hoc habenti iurisdictionem specialem a prælato ecclesiastico, vt delegato, competit etiam habēti ordinariam non principaliter, vt vicario ordina-
3 rii. Hæc ille. † Solus episcopus.i. nō inferior excommunicat cū solennitate. de qua habetur.11.q.3.debent. Excommunicare p̄t metropolitanus suffraganeum suum,cum sit ei ordinarius. di. 12.de his. Ioan. de Ligna. Excommunicare & suspendere pōt episcopus propter contumaciam ortam in iudicio sine consensu capituli: perpetuò autem propter crimen suspendere nō potest,sine cōsensu capituli,nisi sibi aliud competat aliquo iu-
4 re speciali.q.15.q.7.episcopus nullus. Ioan. de Ligna. † Excommunicare pōt capitulum vel prior sede vacante, cum succedat 14 in iurisdictionalib. de ma. & ob. cū olim. excōicare nō p̄t qs seipsum. 2.q.3.si is qui. Ioan. de Ligna excōicare nō pōt,qui violauit interdictū. Excōicare nō pōt mulier p̄lata,cum careat clauibus,de pœ. & re.c.noua quædam. † Excōicatio lata per delegatū extra sibi cōmissa,nō valet. 2.q.3.c.j. Io. de Lig. & not. *fm* Richar. in iiij. ꝙ si iudex delegatus post reuocationē cōmissionis sibi factæ excōicet aliquē antequàm reuocatio commissionis ad eum potuerit peruenire,tenet sn̄ia, quia adhuc remanet penes eum potestas sibi commissa,de procu.c.auditis. in gl. aliqui tamen probabiliter dicentes sic distinguūt, quia aut ille qui reuocat commissionem intendit & exprimit ꝙ sit irritū & inane 15 quicquid extūc p̄ delegatū fuerit attētatū,aut nō. si primo modo,non tenet sn̄ia postea lata a delegato. si nō, remanebit sententia. Hæc ille. ex causis sententia ab alieno episcopo lata ratificari non potest per proprium episcopum,qa a principio nul-
6 la fuit,secundum Inn. & Bart. Brix. † Excommunicare nō potest laicus & suspendere, nisi ex delegatione Papæ. tunc enim potest. 22.dist.§.verum. Excommunicare non potest episcopus 16 extra suam diœcesim & alii prælati extra territoriū suæ iurisdictionis,secundum Hostien. quia cum non sit quis excōicādus sine cāæ cognitione. 11.q.3.nemo. & p p̄ñs locus requiritur, in
7 quo posset sedere pro tribunali. † Episcopus autem existens in aliena diœcesi non p̄t sedere pro tribunali, nec aliquid disponere contentiosæ iurisdictionis. 9.q.2.episcopum, nisi de consensu illius,ad cuius territorium se transtulit. Episcopi tamen 17 expulsi possunt exercere iurisdictionem in aliena diœcesi, circa scilicet subditos suos,& sic possunt absoluere & excommunicare,vt de foro compet.c.quamuis,in cle. 21.distin. denique. Quidam tamen dicunt, ꝙ etiam extra suam diœcesim potest episcopus excōmunicare. 9.q.3.archiepiscopus. Fortè quod concedi potest de notorijs, quia nec illa requirunt causæ examina-
8 tionem. 9.q.3.§.fi. in Summa confes. lib.3. tit.33.q.53. † Excommunicare non potest prælatus eos, in quibus habet iurisdictionem temporalem tantùm, secūdum Host. de offi. ord. dilectus. & hoc nisi habeat istud ex priuilegio speciali, vel cōsuetudine,
9 quæ etiam dat iurisdictionem. † Excommunicatio lata per eū, qui communi opin. non credebatur excommunicatus, tamen erat,non tenet.3.q.7.§.tria. Nam neque excommunicatus,neq; scismaticus, nec intrusus, nec suspensus à iurisdictione. Secus si solum ab officio,nec violans interdictum,excommunicare potest,vt supra dictum est.

10 Quis non potest excommunicari. † Not. quòd excommunicari non pōt mortuus,nam mortuus homo non est homo,de sum. Tri. & fi. cath. c.j. Excommunicari enim à canone non potest,quia huiusmodi excommunicatio non fertur,nisi propter crimē,& mortuus delinquere non potest. A iudice etiam excommunicari nō potest, nam talis sententia requirit monitionem præcedentem: mortuus enim moneri non potest,nec contumax constitui. In quibusdam tamen casibus spiritualibus mortuus excommunicatur,& hoc ad terrorem,& potius ratione præcedentis vinculi quàm præsentis,propter quod fit negatio sepulturæ,communionis,orationis,& huiusmodi,vt in crimine hæresis, & in no-
11 torio crimine decedentis. Ioan. de Lig. † Excommunicari non potest Iudæus vel paganus,quia nullus potest perdere quod nō habet,nec re, nec spe. quod verum est de communione intrinseca sacramentorum, extra quam sunt Iudæi & pagani, circa q̄ de his qui foris sunt, nihil ad nos 2.q.j. c.multi. Sed de communione extrinseca fidelium inquātum animalia ciuilia & socialia,vtpote in mercimonijs & alijs actibus humanis, quamuis à tali communione directè excludi non possunt, ita ꝙ exclusio terminetur in eos, quia non sunt subditi, per indirectum tamē possunt, scilicet interdicendo fidelibus communionem taliū.
12 Ioan. de Lig. † Excommunicationem incurrere non potest Papa,nisi propter hæresim, de qua & iudicari potest & deponi. 40. dist.c.si Papa. aliàs excommunicari non potest,nec ab homine, cum sit superior omnibus, dist.21.inferior. nec à canone, quia solutus est à canone, quamuis secundum canones deceat viuere,nec etiam minori participando cum excōicatis,extra de sen. excom. nulli,in glo. sed excommunicatione quæ separat à Deo propter mortale bene potest excommunicari: immo quia sine comparatione creatus est maior,sine comparatione à Deo lōgius separatur. † Excommunicationis sententia lata per statutū episcopi non ligatur,nec ipse,nec metropolitanus eius, contra faciendo intra territorium sui suffraganei, secundum Laudul. Ioā. And. & Io. Cal. Pau. & Host. qui in Sum. dicit, Certo certius est tenendum,nec superiorem proferentem sn̄iam fulminatoriam ligari. 21.dist.inferior. idem Tho. in 4. Contrarium tenet Hug. Arch. & Pet. de Bel. Io. verò de Li. circa hoc sic dicit in tractatu de cen. eccle. Et ego consideraui circa concordiam harū opi. & pondero largam differētiam hanc. s. an episcopus vt ep̄s, & archiepiscopus vt archiepiscopus incidat in statutum fulminatorium, an episcopi & archiepiscopi vt priuati, aut quilibet incidat in ipsum. In primo casu crederem neminē ligari. In se-
14 cundo casu vtrunq; ligari subijcio exempla. † Disponit statutū ꝙ quilibet exercēs iurisdictionem in tali loco & tempore sit, vt ep̄s excommunicatus,vel quilibet celebrans sit excōicatus ep̄s. & archiepiscopus vt archiepiscopus,iurisdictionem exercēs nō sunt ligati,vel episcopus pontificaliter celebrat, vel ēt archiep̄s in præfato loco prohibito non sunt ligati. Exemplum secundi. Disponit statutum ꝙ quilibet furtum committens vel ad azardum ludens,vel aliud simile faciens sit excōicatus, ep̄s committit furtum vel ludit ad azardum. Item cum hoc faciāt & priuati ligantur,& sic posset haberi opinionum concordia. Sed qa plures Doctores & solēnes tenent simpliciter primam opinionē,
15 ipsa vī magis tenenda. dist.19. in canonicis. † Excommunicari non pōt subditus existēs extra territorium sui superioris ab eo ratione domicilij vel delicti vel p̄ctus, *fm* Inn. de fo. comp. c.fi. & Host. & Pau. de Eleaza. Ia. verò in c. episcopus. 11.q.3. in j. glo. tenet, per c.si episcopus, & c.si quis presbyter. Idem Ioā de Lig. dicunt ꝙ iudex citare pōt subditum extra territorium citatione arctatiua, de offi. or. Romana. lib.6. ergo & contumax cōstitui,& sic excommunicari. † Excōicationis sententia lata per statutum episcopi vel alterius ordinarij non ligat subditum talis prelati venientem contra ipsum statutum extra territorium iurisdictionis ipsius, etiam si verba statuti dicerent ꝙ quicunque facit tale quid in territorio, vel extra, sit excōmunicatus. sic tenet Ioan. de Lig. allegans ad hoc,c.vt animarum, de const. lib.6. nec ob. illa cōditio, etiam extra territorium, quia ius dicit extra
17 territorium, quod non licet. † Excommunicari nō possunt, nec suspendi, nec interdici fratres ordinis prædicatorum ab ep̄is vel alijs prælatis ecclesiæ, nisi super hoc haberent specialem licētiā & auctoritatē Papę, quæ faceret mentionē de ipso ordine, & si ferrēt sentētias p̄ eos irritæ sunt & inanes, & hoc ex priuilegio

concesso

conceſſo ordini fratrum Prædicatorum,quod incipit,Meritis, quod eſt Alexandri.& in priuilegio, Nimis iniquè. Itē cogi nō poſſunt dicti fratres ordinis Prædicatorum, vt eorum cōſtitutionibus ſubijciantur.i.epiſcoporum ex priuilegio.Bonif.virtute. Excommunicatus non eſt faciens contra ſtatutū infringens excommunicationem in loco exempto intra territoriū ipſius ſtatuentis. Ioan.de Lig.qui remittit ad prædicta, & allegat etiā c.luminoſo. 18.q.2. vbi dicitur per textum Gregorij, ꝙ epiſcopus nō debet exercere aliquid ſuæ poteſtatis in monaſterijs. Et
18 glo.ibidem dicit,ꝙ loquitur de exempto. hanc opi.tenet † Ioā. And.& Io.Cal.qui omnes diſputant & dicunt,ꝙ ſubditus delinquens intra diœceſim, ſed in loco exempto, nō ligatur ſtatuto epiſcopi infligentis excommunicationem, puta epiſcopus ſtatuit ꝙ ingrediens monaſterium ſuæ diœceſis ſit excommunicatus,intrat quis monaſterium monialium exemptarum, non incidit talis vigore dicti ſtatuti. Archi.& Fede. de Senis diſputādo tenent contra Pe.de Anch.in lec. ſuper 6.de conſti.c. vt animarum, recitat vtranq; opi.& concludit. Ego plenè iſtorū Dominorum rationes refero in c.poſtulaſti, de ſo.compe.& reduco eos ad concordiam ſic. Aut prælatus loci exempti ex forma priuilegij habet iuriſdictionem epiſcopalem in ſuo loco exempto:& ſic eſt vera opi.Ioā.Cal.& ſequacium. Aut habet iuriſdictionem epiſcopalem,& ſic eſt vera opi.Archi.& aliorum. Ra-
19 tionem huius ibi videre potes. † Nota etiam, ſecundum Lau.ꝙ ſubditi religioſi extra ſepta loci,in quo degunt,& extra eorum clauſuram ſuorum prælatorum ſententijs ligantur, eis obedire tenentur.totus enim mundus eſt eis pro territorio, quare vbicunq; eſt perſona ſubiecta,vel potius religata,illic ſe extēdit po-
20 teſtas eorum,ſecundum Vinc.† Excommunicationis ſnīa ferēda non eſt,vbi multitudo eſt in crimine, & periculum timetur ſciſmatis vel ſcandali.diſt.50.vt conſtitueretur.23.q.4. ipſa pietas. Veritas tamen iuſtitiæ propter ſcandalum poſtponenda nō eſt,quod ſanè intellige,vt ſ.detur iniqua ſententia.Ioan.de Lig.
21 † Excommunicari nō poteſt collegium vel communitas c.Romana.lib.6.ꝙ ſi fiat, licet quidam dicant ꝙ tenet, alij tñ dicunt ſm Ricar.ꝙ & melius in 4.ꝙ non tenet,ſed bene poſſunt excōmunicari ſinguli de collegio,ſm Hoſt.puta ſub his verbis;excō munico præpoſitum,decanum, & omnes alios de tali collegio, nec debet excommunicari vnus pro peccato alterius.24.q.3. ſi habes.ſi tamen fieret,tenet 11.q.3.ſententia.

22 Quis poſsit excommunicari.† Excommunicari pōt Imperator vel Princeps ab epiſcopo ſuo 2.q.7. §. cum Balaam. Excommunicatur regulariter Imperator poſt monitionem & res ſolum pro notorijs. diſt.63. Valētinianus.Ioan.de Lig.Excommunicari poteſt ignorans & abſens,& ſi moriatur antequàm ſciuerit,liber eſt quoad Deum, quātum ſcilicet ad ſententiam abſolui tamen poteſt & debet poſt mortem,ſi apparuerint ſigna cōtritionis illius, propter quod eſt ex-
23 communicatus.11.q.3.nemo.Ioā.de Lig.† Excommunicari pōt archiepiſcopus à ſubdito delegato,ſi eſt poteſtas ſibi ex ſuperiore conceſſa 2.q.6.c.ſi epiſcopus,de cle.non reſid.ex tua.Excommunicari poteſt raptor ſine admonitione prēmiſſa,ſi rapina eſt manifeſta,& ſi præſens eſt, & ſtatim non reſtituet, ſi abſens reſtituat infra tempus præfixum,extra de ſenten.excom. Roma-
24 na. lib.6. † Excommunicandi ſunt etiam poſt mortem quorū ſcripta continent hæreſim, quod intellige niſi ipſi & ſcripta & ſeipſos ſubmiſiſſent correctioni & determinationi eccleſiæ, vt fecit Abbas Ioachim,extra de ſum.Tri.& fi.cath.c.damnamus, & etiam qui hæreticos hæredes inſtituit 24.q.2. ſanè.mali tanq̄ carnes putridæ à communione fidelium ſunt reſecandi 24.q.3. reſecandæ.quod intelligendum eſt de peccatis manifeſtis.2.q.j. multi.niſi poſt monitionem ſe correxerint.45. diſtinc.ſed illud.
25 † Excommunicandi ſunt,qui iuſſa Apoſtolicæ ſedis non cuſtodiunt,& præcipuè ex contemptu. diſt.18.nulli. Dicuntur enim violatores canonum, blaſphematores ſpirtuſſanctī 25.q.j.violatores. Excommunicari poteſt quis pluries, & propter eandem cauſam, ſecundum Ioan.And.faciens contra canonem fulminatorium excommunicationis ex ignorātia ipſius, puta exigit quis pedagia à clericis ignorans excuſationem ſuper huiuſmodi, non excuſatur quin legitur ſententia excommunicationis, de reg.iur.ignorantia.lib.6. quod eſt verum de canone vniuer-
26 ſalis eccleſiæ.† Sententijs autem ordinariorum per ſtatuta latis non ligantur ignorantes, niſi ignorantia fuerit craſſa aut ſupina,de conſti.c.vt animarum.lib.6.Et dicit Pet.de Anch.ſuper d. c.ꝙ ignorantia craſſa & ſupina eſt, quando quis ignorat quod publicè factum eſt in ciuitate,vt diſt.38.in princ.vel non intellige quod omnes intelligūt.hoc enim eſt lata culpa.hæc ille. Et hoc intellige,niſi fuerit impeditus,vt non poſſet ſcire,puta quia infirmus vel incarceratus,& hoc non ab alijs audiuit.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis cauſa finalis eſt, vt excommunicatus delictum ſuum recognoſcat,& ad Deum redeat.*
2 *Excommunicatus eccleſiæ ſacramentis priuatur,& eius ſuffragijs.*
3 *Suffragia eccleſię,quid profint.*
4 *Excommunicatus ex iniuſta cauſa,ab eccleſiæ ſuffragijs non excluditur.*
5 *Excommunicationis effectus in primitiua eccleſia erat vexatio corporalis diaboli.*
6 *Excommunicatus cum alijs non poteſt intereſſe diuinis, nec cum alijs orare.*
7 *Excommunicatio iuſta à regno cœlorum excludit.*
8 *Excommunicatus excluditur à participatione fidelium.*
Excommunicatus ingerens ſe in diuinis ſcienter eſt, ſi clericus irregularis efficitur.
9 *Excommunicatus ſolenniter baptizans,aut in foro conſcientiæ abſoluendo, irregularis efficitur.*
10 *Excommunicatio ſi per epiſcopum lata ſit in celebrantem in aliqua eccleſia, quando irregularis efficiatur.*
11 *Excommunicatum publicè ad diuina admittens interdicitur eccleſiæ, ingreſſus.*
12 *Ordinarius in excommunicatione ſi ſciat ſe eſſe excommunicatum ob manus iniectionem in clericum per prælatum ſuum ſuper irregularitate diſpenſari poteſt.*
13 *Ignorantiam habere aſſerenti alicui in foro conſcientiæ creditur.*
14 *Excommunicatus niſi prius abſoluatur,ad religionem ſuſcipi non poteſt.*
15 *Excommunicatus,nec eligere,nec eligi poteſt.*
Excommunicati maiori excommunicatione,infames ſunt.
16 *Excommunicatus,nullum eccleſiaſticum beneficium acquirere poteſt.*
Excommunicatus iniuſtè,quando ſuos fructus faciat.
17 *Excommunicatus ab officio,& beneficio ſuſpenſus eſt.*
18 *Excommunicato omnis actus legitimus interdictus eſt,nec iudicare,nec accuſare,nec teſtificari poteſt.*
19 *Excommunicati ſententiæ nil valent.*
20 *Excommunicatus non poteſt conſtitui procurator, nec procuratorem conſtituere.*
21 *Excommunicatio à iuramento fidelitatis abſoluit.*
Excommunicato,an debitor ſoluere teneatur.
22 *Excommunicatus matrimonium contrahere non poteſt, contractum tamen tenet,& an peccet.*
Excommunicatus ordinare,nec ordinari poteſt.
Excommunicatus ordinatus executionem non recipit.
23 *Epiſcopus excommunicatus occultè ordines confert, non eorum executionē.*
24 *Excommunicatus ſpiritualia,nec temporalia adminiſtrare poteſt.*
25 *Excommunicatus ſi literas impetrat, non valent, nec eis poteſt vti poſt abſolutionem.*
26 *Excommunicatus in loco ſacro ſepeliri non debet,nec poteſt oblatio pro eo ſuſcipi,nec pro eo oratio fieri,niſi ſigna contritionis apparuerunt.*
27 *Excommunicati cadauer locum religioſum non facit.*

Capitulum LXXVI.

1 CAuſa finalis † excommunicationis eſt,vt excommunicatus delictum ſuum recognoſcat & ad Deum redeat. Imitatur enim eccleſia in huiuſmodi ſentētia iudicium Dei,ſecundum Tho.in 4.diſtin.18.qui peccatores p diuerſa flagella caſtigat, vt eos ad bonum trahat, & ipſos ſibi reliquit, vt auxilijs ſubtractis, quibus ad mala præpediebantur,ſuam infirmitatem cognoſcāt, & humiles ad Deum redeant, ſic eccleſia aliquos excōicat ſeparādo eos à communione fidelium, vt erubeſcant & ſuffragijs & alijs ſpiritualibus priuati per humilitatem ſeipſos cognoſcentes ad pœnitentiam redeant.Vnde excommunicatio medicinalis. lib. 6.Eſt enim quædam pœna non culpa.pœnæ autem ſunt medicinæ, ſecundum philoſophum. & dicit Auguſt.quòd nulla eſt maior pœna eccleſiæ excommunicatione 24.q.4. corripiātur.
2 † Ex hac autem excommunicatione cōſequuntur multa damna ſpiritualia & temporalia. Primò quidem priuatur excommunicatus ſacramentis eccleſiæ.Non enim eſt ſuſceptibilis alicuius ſacramenti ſic ligatus 3.q.4.Engeltrudam.Secundò priuatur ſuffragijs eccleſiæ, per quod incurrit triplex incommodū, ſecundum tria quæ quis conſequitur ex ſuffragijs eccleſiæ,ſecū
3 dum magiſtrum ſen.in 4.diſt.20.& Tho.ibidem.† Valent.n.ſuffragia eccleſiæ ad augmentum,tum gratiæ eis qui habēt, vel ad merendum eis qui non habent, & quātum ad protectionē Dei habendam.quantum ad hoc dicit magiſter ſententiarū, ꝙ gratia Dei per excommunicationem ſubtrahitur. Valent ſecundò ad protectionem Dei habendam.quantum ad hoc dicit magiſter ꝙ per excommunicationem protectio Dei ei ſubtrahitur, & ſibijpſi relinquitur, non tñ ita ꝙ omnino à prouidentia Dei excludatur,ſed ab illa protectione, qua filios eccleſiæ ſpāli modo cuſtodit.Valent tertiò ad defendendum ab hoſtib. & quātū ad hoc dicit magiſter, ꝙ diabolo maior poteſtas ſeuiēdi datur in ipſum corporaliter,& ſpiritualiter, de hoc ēt 11.q.3.nihil dicit Aug.Nihil ſic debet formidare Chriſtianus homo quàm ſeparari à corpore Chriſti. Si.n.ſeparatur à corpore Chriſti, non eſt membrum eius.Si verò non eſt membrum eius, nō vegetat ſpiritu eius.Si tñ quis iniuſtè excōicatur & humiliter ſeruat excōicationem humilitatis, meritum recompēſat excōicationis
4 damnum,ſm Tho.ibidem.Richa.aūt in 4.dicit,† ꝙ excommunicatus ex iniuſta cauſa,non propter hoc excluditur à ſuffragijs eccleſiæ, quia nec eccleſia hoc intēdit.11.q.3.etſi. Sed ēt excom-

Source : BIU Cujas

municatus pro iusta causa si pœnitet, & diligentissimè procurat absolutionem paratus satisfacere,& facere qđ in se est, extunc sibi valent orationes ecclesię,dum verò stat obstinatus in sua excommunicatione,quamuis in aliquo prosint orationes ecclesiæ,longè tamen minus quàm alijs non excommunicatis. † In primitiua ecclesia,quando oportebat per signa ad fidem homines inuitare per excommunicationem, sequebatur alius effectus.s.manifesta vexatio corporalis diaboli,vt.j.Cor.v.Nunc autem inuisibiliter sathanæ traditur & spiritualiter, modo prædicto.vnde Aug.dilectissimi qui excommunicatur a sacerdotib. sathanæ traditur,quomodo, quia. s.extra ecclesiã est diabolus, sicut in ecclesia Christus,ac per hoc quasi diabolo traditur, qui ab ecclesiæ vnione remouetur. vnde illos quos apostolus tunc sathanæ esse traditos prædicat,excõmunicatos a se esse demonstrat. † Tertiò excommunicatus non potest cum alijs interesse diuinis vel cum alijs in ecclesia orare, aliàs mortaliter peccat, nec etiam licet ei extra ecclesiam sic propè stare, quòd audiat diuina.de pœ.& re.quòd in te.non tamẽ prohibetur ab ingressu ecclesiæ,dummodò ibi non audiat diuina,vel cum aliis oret. ibi Io.de Lig. Potest etiam interesse prædicationi, sed & aliàs ad officium dicendum i.horas canonicas,ad quas est obligatus, tenetur nihilominus dicere, sed solus & sine, Dominus vobiscum.† Quartò excommunicatio iusta excludit a regno cęlorũ. xxiiii.q.i.quisquis.Sed & iniusta lata,si cõtemnatur, a regno excludit.xi.q.iii.nemo.ubi Chrisost.sia ait,Nemo contemnat uincula ecclesiastica,quia non est homo qui ligat,sed Christus qui potestatem dedit hanc,& dignos fecit homines tanti honoris, nam tales mortaliter peccant,secundum Doc. † Quintò excõicatus excluditur a participatione cum aliis fidelibus in loquendo,salutando,comedendo & huiusmodi.xi.q.iii.sicut excipiuntur tamen quædam personæ cum quibus participare potest, vt infra tit.seq.Sextò excommunicatus si scienter ingerat se diuinis officijs alicuius ordinis vtẽs, si est clericus efficitur irregularis.extra de cler.excom.Apostolicæ.nec põt dispensari,nisi per Papam,extra de sen.& re iud.de cætero. Si tñ baptizaret in casu necessitatis,vt vetula & sine solennitate,non est irregularis,ſm Guil.Pet.de Pa.in 4.dist.18. plenius & perfectius ponit hoc, qui dicit ꝙ excõicatus si celebrat,vel ordines recipit,sit irregularis. & hoc verum est,nisi probabilis ignorãtia excuset,de cle.excõ. mi.Apostolicæ.& hoc siue suscipiat ordinem sacrum, siue non sacrum,quia nõ distinguitur.extra eo.cum illorũ.& licet ibi distinguatur inter errorem iuris, & facti quo ad incursionẽ irregularitatis:si tñ error facti esset probabilis,excusaret,cũ grauius sit celebrare excõicatũ quàm ordinari. Vnde si probabilis ignorantia præseruat ab irregularitate celebrantẽ, pari rõne ordinatum.Si aũt est ignorantia non probabilis,abbas dispensat si talis s.est irregularis.Si verò secularis est,solus Papa, vt ibidẽ. Et q̃uis aliqui restringãt illum casum ad excõicatum propter iniectionem manuum,tñ quacunq; de causa sit quis excõicatus, vr̃ eadem rõne ꝙ Abbas possit dispensare. Si verò existens excõicatus non celebrat sed in suo officio exequens se ingerit diuinis, efficitur irregularis ita, ꝙ non nisi per Papam dispensatur. 11.q.3.c.pen.† Vnde sacerdos solenniter baptizans, aut in foro conscientiæ absoluendo siue palam, siue occultè, vel qũocunque contrahit irregularitatem, secus si baptizaret in necessitate, vt vetula.Et similiter excõicatus est,si priuatè dicat epistolam,vel etiã solenniter sine manipulo.tamen vbi est consuetudo ꝙ fiat per non ordinatum, non incurrit. Item si actum minorum ordinum etiã solenniter exerceat,cum hoc etiam per nõ ordinatum licitè fieri possit, non incurrit. Si autem sacerdos solẽniter officiaret ecclesiam in matutinis,vesperis, vel alijs horis,incurreret:secus si psalmonizando cum alijs quod etiam faciunt laici.† Item si episcopus tulit sententiã excõicationis in celebrantẽ in aliqua capella sine sui licentia, celebrans in prima vice nõ efficitur irregularis,sed excommunicatus. Secunda autem vice ibi vel alibi celebrando, efficitur irregularis. sed si capella esset simpliciter interdicta, tunc ibi celebrans prima vice ẽt efficitur irregularis.† Ille verò,qui excommunicatum publicè admittit ad diuina,est ei interdictus ecclesiæ ingressus, s.ad celebrãdum & officiandum:non tamen est irregularis,nisi postquam admisit talem ad diuina, se ingerat diuinis ante purgationem excessus huiusmodi,de quo extra de senten.excommu.c.is qui.lib.6. † Et not.quod dicit Ric.in 4.distin.18.circa eandem materiam, ꝙ si ille qui ordinatur in excommunicatione, scit se esse excõmunicatum propter iniectionem manuum in clericum, siue iniectio sit enormis,siue nõ,siue hoc sit ante ingressum religionis,siue post,super tali irregularitate per prælatum suum dispẽsari non potest. In ordine tamen Prædicatorum & Minorum per priuilegium virtute conspicuos, possunt ordinatos in excõmunicatione vel suspensione vel interdicto prælati eorum super tali irregularitate dispensare,etiam si contraxissent ante ingressum religionis, nisi casus excommunicationis fuisset enormis,ita ꝙ esset absolutio Papę reseruata.† Item quod dicitur de ignorantia, dicit Ricar.ꝙ in foro conscientiæ creditur cuilibet dicenti se habuisse iuris vel facti ignorantiam in huiusmodi, quando fuit ordinatus, sed in foro contentioso secus. † Septimò excommunicatus non potest suscipi ad religionem, nisi prius absoluatur, secundum Rav. si tamen fuit receptus, tenet receptio. Similiter etiam professio excommunicati tenet. Fratres autem ordinis prędicatorum ex speciali priuilegio possunt absoluere seculares ingredi volentes ipsum ordinem, nisi esset casus Papæ reseruatus. † Octauò excommunicatus eligere non potest,nec eligi, vt not.extra de appel.c.constitutus. Si secus factum fuerit,talis electio ipso iure nulla est,extra de consuetu. c. cum dilectus,& 9.q.j. nos in hominem. vbi etiam dicit glo. ꝙ si qui eligunt cum excommunicato, vitiatur electio. Item quia dicit regula iuris,lib.6.Infamibus portæ non pateant dignitatis. Sed cum excommunicati maiori excommunicatione sint infames,vt patet 6.q.j.infames.vbi dicitur in textu, excommunicatos,ergo &c. quod etiam tenet Bal. Et intelligitur de excommunicatione notoria. Et dicit Pet. de Pa.hoc esse verum, non solum de dignitate ecclesiastica regulari vel seculari, sed etiam de laica.Vnde in Regem vel Imperatorem non potest eligi. de elec.per venerabilem.Similiter non potest conferre beneficiũ, de excess.pręla.c.tanta.† Nonò excommunicatus nullum beneficium ecclesiasticum acquirere potest,de cler.excom.mi.c.postulastis. Et de beneficijs tam habitis, dum est in mora petendi absolutionẽ,nil participet,extra de app.pastoralis.Secus si non est in mora. de excess.præla.quia diuersitatem. Ioan.de Lign. Et dicit Pet.de Pa. in 4. ꝙ si quis est iniustè excommunicatus si facit posse suum de impetrando absolutionem ab iniusta excommunicatione in foro conscientiæ facit fructus suos,etiam in foro exteriori debet cum eo dispensari & per simplicem dispensationem secum factam,etiam pro tẽpore, in quo in mora erat potest fructus accipere. secus autem si tempore electionis vel confirmationis vel collationis erat excommunicatus,quia tũc nullum ius fuit acquisitum, propter quod non sufficit dispensatio,sed requiritur noua collatio.Vnde si est beneficium pertinens ad collationem episcopi, vel simpliciter, vel pro tunc ratione delicti, quia contulit excommunicato, non sufficit eius dispensatio,sed dispensatio Papæ,vel alterius, qui potest cõferre ex certa scientia facta sufficit, & habetur pro noua collatione. Absolutus autem non ex hoc ipso facit fructus suos medio tempore perceptos, nisi cum eo super hoc fuerit specialiter dispensatum,vel iniustè fuisset excommunicatus, vel non fuisset in mora petendi.Hęc ille.† Decimò excommunicatus est ab officio & beneficio suspensus.Vnde nec ligare,nec absoluere potest. 24 q. j. audiuimus,nec potest beneficium cõferre,de excess. præla.c.tanta.tamen quamdiu toleratur,valet quod fit ab eo,vt si prouideret alicui ecclesiæ, vel alicuius cõfirmaret electionẽ. ar.8.q.4.nonne.nisi fortè esset notorium.Dicit Ricar ꝙ si omnes actus legitimi,quos aliqui exercẽt,dum eorum excommunicationes latent,essent irriti & inanes iudicandi,postquàm eorum excommunicatio esset detecta, multi de statu suo essẽt incerti,quia aliqui sunt prælati, aliqui habẽtes plura beneficia ecclesiastica, qui à latenter excommunicato fuerunt absoluti, & sic dura videtur hæc sententia. Et ideo aliorum sentẽtia mitior & rationabilior est, qui dicunt, ꝙ in dicto casu eorum absolutiones & beneficiorum collationes tenent, quamuis eorũ excommunicatio postea fuerit detecta. extra de exce. c.exceptionem, in glo.ar.de iure patro.c.cõsultationibus.† Vndecimò interdictus est excommunicato omnis actus legitimus, vnde nec iudicare potest, nec accusare, nec testificari.9.q.3.ad mensam. §.euidenter. Et si vnus de iudicibus ferentibus sententiã sit excommunicatus, non valet sententia : si simul cum excommunicato pronunciat.Ioan.de Ligna. Et dicit Pet. de Pa. in 4.hoc est verum,si sunt excommunicati publicè,de senten.& re iudi. ad probandum, quia facta & iudicata per occultè excommunicatum valent, vnde & in spiritualibus non valet quod fit ab excommunicato, de appella.constitutis.& tamen quandiu tolerantur prælati & sunt occultè excommunicati,valet quod fit ab eis.8.q.4.nonne.Vnde si contulit beneficium vel confirmauit electionem, tenet,& similiter absoluit in foro conscientiæ, Hæc ille.cum quo concor.Ricard.† Constitutiones etiã & sententiæ factæ vel latæ ab eo,vel de mandato eius,irritæ sunt ipso iure,& nunquam valebunt,extra de immu.eccle.cap.aduersus. Ioan. tamen de Lign. dicit quòd valet iudicium coram iudice excommunicato habitum, nisi sit publicè excommunicatus. † Duodecimò excommunicatus non potest constitui procurator.de probat.c.post cessionem.nec etiam potest constituere procuratorem, quinimmo si qua communitas aliquem procuratorem constituit, & ipse excommunicatus inter constituentes fuit vt rector, vel principalis expressus, vel eius auctoritate factus est procurator,vel si ipsa communitas sciendo ipsum talem,tamen eum procuratorem feciſſet,non valet,extra de procura. cap. fin. si tamen excommunicatus sit reus,bene potest se in iudicio defendere, & ad hoc procuratorem constituere, de iudic.cap.intelleximus. secus autem si sit actor, vel si reus conueniat vel reconueniat,extra de proba.c.post cessionem.† Decimotertiò excommunicatio absoluit à iuramento fidelitatis.

Source : BIU Cujas

15.q.6.nos ſanctorum.& c,iuratos.Io.de Lig.Vnde ſi quis debet alicui in certo termino, & interim ipſe creditor excommunicatur,ſecundum Bar.Bri.& Io.de Lig. non debet debitor ei ſoluere,dum perſeuerat in excommunicatione,ſed vt Io.And.dicit,deponat debitum in ędem ſacram,vt poſtea creditori abſoluto detur.Io.tamen & Hugo dicunt contrarium.ſcilicet quòd
22 debet ſoluere.† Decimoquartò excommunicatus matrimoniũ contrahere non poteſt,contractum tamen tenet.Io. de Ligna. ſi tamen contrahit tenet, licèt peccet mortaliter.reddere debitum etiam debet,exigere etiam nõ puto eſſe mortale.Item excommunicatus non poteſt ordinare nec ordinari quoad executionem,etiam ſi ignoret.Vnde ordinati ab epiſcopo excommunicato etiam ignoranter,indigent diſpẽſatione quo ad executionem ordinis,de eo qui renun.c.ſi. ſimiliter qui excommunicatur publicè,ſiue ignoret ius, ſiue factum, ordinatus non ſuſcipit executionem,de ſen.excom.cum illorum, hæc Pe.de Pa.
23 in 4.† Dicit etiam idem Pe.ꝙ epiſcopus occultè excommunicatus non minus confert ordinando quàm publicus, quia vtrobique characterem habet non executionem, licèt in altero caſu diſpenſetur faciliter propter probabilem ignorantiam.Non ſic autem in ſacramento pęnitentiæ,quia ſi occultè excommunicatus abſoluitur,tenet abſolutio.Et ratio diuerſitatis eſt ſecundum eum,quia cauſa vniuoca communicat formam ſuam,ſecũdũ modum quem habet,& quia in conferendis ordinibus ſe habet epiſcopus vt cauſa quodammodo vniuoca, non poteſt cõferre executionem, quando eam non habet, ſed in collatione pęnitentiæ ſe habet ſacerdos,vt ęquiuocum inſtrumentum in conferendo gratiam, etiam ſi non habet eam, & ideo valet
42 abſolutio,&c. † Decimoquintò excommunicatus non poteſt adminiſtrare ſpiritualia vel temporalia : valet tamen cõtractus factus per eum nomine eccleſiæ,vel nomine proprio.Io.de Ligna. Subditi tenentur ei obedire,donec per eccleſiam ſit tolera
25 tus.8.q.4.nonne,alij contra Io. de Lig. † Decimoſextò non valent literæ impetratæ per excommunicatum, nec aſtringi quis poteſt pacto tacito vel expreſſo participare excommunicato, niſi in caſibus à iure permiſſis,nec poſt abſolutionem vti poteſt literis pendente excommunicatione impetrantis.Poſt litis cõteſtationem opponi poteſt exceptio excommunicationis, repulſo excommunicato ab agendo, currit contra eum præſcriptio, ſi eſt in mora petendi abſolutionem, ipſe præſcribit, nec dabitur reſtitutio excommunicato,ſi præſcriptum ſit.Io.de Li.
26 † Decimoſeptimò excommunicatus ſic decedens non debet in eccleſia vel loco ſacro ſepeliri, & nec poteſt oblatio pro eo ſuſcipi,nec publica oratio pro eo fieri,ſicut nec pro ipſo viuo,niſi apparuerint in eo ante mortem ſigna contritionis,quia tunc abſoluetur poſt mortem, & omnia p̃dicta potuerunt pro eo fieri.24.q.2. ſanè. Secreta tamen oratione orari poteſt pro excõ-
27 municatis,ſecundum Pe. † Decimo octauò cadauer excommunicati non facit locum religioſum,ſicut cadauer fidelis non excommunicati,ſecundum Io. de Lig. Et ſepultus in cimiterio ſi diſcerni poteſt,debet exhumari.Concludat ergo ꝙ cum excommunicatio inferat tot damna,meritò dicit Aug.11.q.3.nihil. Nihil ſic debet formidare Chriſtianos, ſicut ſeparari à corpore Chriſti. ſi quis autem in eam incidit, quã citius quærat abſolutionem,de qua modo agendum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Abſolui quis poteſt ab excommunicatione maiori lata à iure ab epiſcopo, niſi Papa ſibi abſolutionem reſeruauerit.*
Abſolui à quo quis poſſit à ſententia excommunicationis per hominem lata.
2 *Abſoluere non poteſt epiſcopus extra ſuam dięcęſim ab his, quæ cauſæ cognitionem requirunt,nec etiam legatus extra ſuam legationem.*
3 *Abſolutio ab excommunicatione ex falſa cauſa non valet.*
4 *Abſolui qnis poteſt ab epiſcopo illius dięcęſis,in qua moratur à ſententia canonis,in quam in alia dięcęſi incurrit.*
5 *Abſolui quis poteſt inuitus ab excommunicatione.*
6 *Abſolui debet excommunicatus offerens ſe ad iuſtitiam, non obſtante appellatione partis aduerſæ.*
7 *Excommunicans cognoſcens errorem ſuæ excommunicationis appellatione aduerſarij non obſtante reuocare eam,vel abſoluere debet.*
8 *Excommunicatum eſſe dubitans,quid agere debeat.*
9 *Abſolutio ab excommunicatione duplex eſt.*
10 *Excommunicatus antequam abſoluatur,debet iurare ſtare mandatis eccleſię*
11 *Excõicatus pro offenſa notoria non abſoluitur,niſi prius emendet.*
Et quid ſi emendare non poteſt.
12 *Excommunicatus per quem abſolui debeat, & quæ in abſolutione dici debeant.*
13 *Excommunicatum abſoluens,ei debet facere mandata iuſta, & rationabilia.*
14 *Excommunicatus, quam ſatisfactionem faciat pro iniectione manuum violenta in clericum.*
15 *Excommunicatus ſi in loco ſacro ſepeliatur,cum abſoluitur, non exhumatur ſed ſepulchrum eius verberetur.*
Abſolui per quem debeat regularis verberans regularem.
16 *Abſolutio nudo verbo fieri poteſt.*
17 *Abſolutio ab excommunicatione non eſt ſacramentalis, ſed potius iuriſdictionalis.*
18 *Abſoluens aliquem de facto ab excommunicatione, à qua non poteſt abſoluere,quid agere debeat.*
19 *Abſolutionem ab omni excommunicatione ſi epiſcopus alicui committat,nõ poterit abſoluere excommunicatum ab eo,cui in ſpeciali abſolutionẽ non commiſiſſet.*
20 *Abſolutio ſub conditione fieri non debet.*
Abſoluere poſſunt magiſtri ordinis Prædicatorum,& prouinciales, & conuentuales,& eorum vicarij in locis ſibi commiſſis,fratres eiuſdem ordinis qui in ſententiam excommunicationis incurrerunt vel ſuſpenſionis vel interdicti,& nu.ſeq.

Capitulum LXXVII.

1 ABſoluere † poteſt ab excõicatione maiori lata à iure regulariter epiſcopus ſuos ſubditos & exempti prælati ſibi ſubditos,niſi Papa ſibi reſeruaſſet abſolutionẽ eius,de ſen.excom.nuper,vel ēt cap.ſeu ille,ad quem epiſcopalis iuriſdictio pertinet ſede vacante,de ma.& ob.c.2.li. 6.& idem de ſen.iuris. A ſnīa verò hominis non poteſt abſolui quis,niſi ab inferente ipſam, vel à ſucceſſore eius, niſi ille eſſet mortuus vel amotus.11.q.3.ſi epiſcopus.vel à ſuperiore eius. Si tamen haberet omnem iuriſdictionem & plenam ſuper ipſum excõicatum, ſicut & ipſe qui tulit, ſicut ſi ſacerdos parochialis ex conſuetudine loci excõicat parochianum ſuum,quãuis non deceat ipſum abſoluere illum ſacerdote irrequiſito,tñ põt,& ſi abſoluit abſolutus eſt,& ſic ſi abſoluit prouincialis ordinis mẽdicantium,quem ligauit prior conuentualis.Secus autem ſi abſolueret archiepiſcopus,quem excõicauit ſuffraganeus eius.nõ n.hoc põt,niſi in caſu,vt ſi fuerit appellatũ ad eũ, & tunc põt vocatis tñ partibus,& cognito de appellatione,aliàs non valet abſolutio,de ap.c.Romana.li.6.vel in articulo mortis.tunc.n.quilibet à quolibet ſacerdote poteſt abſolui à quacunq; ſnīa excõi
cationis etiam Papæ reſeruata,cum modificatione tamen, quã
2 habes in 1.c.huius operis. † Epiſcopus extra ſuam dięcęſim abſoluere non poteſt ab his, quæ requirunt cauſæ cognitionem, quia nec ibi poteſt nos ſue legationis.epiſcopi tamẽ expulſi poſſunt exercere ſuam iuriſdictionem in aliena dięcęſi,&c.Si Papa mandat alicui, ꝙ aliquem excõicet, committendo ei cauſæ cognitionem,poterit & illum abſoluere.diſt.21.inferior. ſed ſi mandat ei tantum ꝙ excommunicet,cum ipſe diffinierit negotium,non poterit abſoluere, cum per Papam confirmatur aliqua ſententia excommunicationis lata per inferiorem, ſi hoc ſimpliciter fit,& ſine cauſæ cognitione poterit ipſe inferior,qui tulit ſententiam abſoluere, ſi verò fuiſſet confirmata ex certa ſcientia & quaſi cum cauſæ cognitione, nõ poterit abſolui ſine mandato Papæ, niſi eſſet certum per falſi ſuggeſtionem fuiſſe
3 impetratam,extra de confirmatio.vtili vel inutili,c.2. † Abſolutio ab excommunicatione ex falſa cauſa, ſecundum Innoc. & Hoſtien. non tenet, quia iudex non intendit ſic abſoluere, puta ſi abſoluendus dicat ſe ſatisfeciſſe, vel iniuriam remiſiſſe, cum non ſit verum,aliàs abſolutio,ſiue iuſta, ſiue iniuſta tenet, quoad eccleſiam militantem.ar.de re iu.omnis.& di.l. ponde-
4 ret.† Abſolui quis poteſt ab epiſcopo illius dięcęſis,in qua moratur,à ſententia canonis,quam incurrit in alia dięcęſi, ſiue canon ſit de iure communi,ſiue de iure ſinodali,niſi Papæ,reſeruetur caſus,ſed à ſententia hominis non poteſt abſolui,niſi ab excommunicatore,vel eius ſucceſſore in officio vel ſuperiore.Ricar. in 4.& hoc niſi in periculo mortis, vel iuſto impedimento detentus, ne poſſit in breui accedere ad excommunicatorem. tunc.n.poteſt abſolui cum iniunctione,vt ſe præſentet quàmcitius commodè poterit ei,qui debeat abſoluere,ſublato,impedi
5 mento, vide de hoc ſupra. † Abſolui poteſt quis inuitus ab excõmunicatione, ſicut & inuitus excõmunicatur, immo remanente contumacia poteſt quis diſcretè remittere excommunicationem iuſtè latam,ſi videat ſaluti eius expedire. Thom.in 4. diſtinct.18.ſed Ricard.in 4.diſtin.ea. concedit hoc de ſententia hominis, ſed de ſententia iuris dicit quòd abſolui non poteſt inuitus.Alle.24.q.2.nec quiſquam. ar. ad hoc extra de offi.dele.
6 c.cum contingat.† Abſolui debet excommunicatus,qui offert ſe ad iuſtitiam obſtante appellatione partis aduerſæ, debet tamen recipi ante abſolutionem ſufficiens cautio ab illo ꝙ iure parebit.extra de app.c.qua fronte Si excommunicatus dicat cauſam excommunicationis fuiſſe dubiam,vel nullam,vel falſam, & petit abſolui, ad cautelam abſoluetur cum iuratoria cautione,niſi excommunicator,vel is pro quo lata eſt ſententia infra
7 octo dies probauerit.extra de ſen.excom.lib. 6. ſolet.† Excommunicator cognoſcens errorem ſuæ excommunicationis debet reuocare,vel abſoluere, non obſtante appellatione aduerſarij.Sed ſi dubitet de errore, poteſt abſoluere recepta cautione ꝙ iuri pareat.extra de ſen.excom.ſacro.Ligatus pluribus ſentẽ-

tijs vel

Source : BIU Cujas

tijs vel vna ex diuerſis cauſis,ſi verè vult abſolui,debet exprime re omnem ſentētiam & cauſam , & ſic vna abſolutio ſufficit ad plures excōicationes tollendas, aliàs non tenet abſolutio , quia per ſurreptionem eſſet obtenta,extra de ſen. excom. c. officij.

8 † Cum quis dubitat ſe eſſet excōicatum,ſi ſuper hoc habet con ſcientiam ſcrupuloſam,nimis deponat eam ad conſilium boni viri, q̄ ſi nolit , vel non poſſit eam deponere , vel habeat de hoc probabilem opi.faciat ſe abſolui ad cautelam , extra de ſen.exc.

9 inquiſitioni.† Abſolutio autē ab excōicatione, ſm Guil.eſt du- plex.Vna pertinens ad forum contentioſum, & hæc committi poteſt clericis non ſacerdotibus,immo etiam ſm Hug.& laicis ex delegatione Papæ tamen.alia eſt,quæ pertinet ad forum pœ nitentiale,quæ fit cum oratione & pſalmo, extra de ſen.excō.à nobis,in fi.& hoc nec debet,nec poteſt committi ſacerdotib., niſi fortè à Papa hoc fiat.Sed Petrus de Peruſio. & Io. videntur perfectius dicere circa hoc.Dicunt.n.ſuper dicta decreta.ꝙ qui- libet ſuperior etiam non ſacerdos,qui habet poteſtatem excōi- candi,habet & poteſtatē abſoluendi , quantum ad reſtituendū cōioni hominum , & reddendum illum habilē ad actus legiti- mos,ſed quantū ad tollendū culpam ratione criminis,vel ꝑtu- maciæ contractæ,requiritur abſolutio ſacerdotis.Hęc prędicti.

In abſolutione à maiori excōmunicatione quæ- 10 Hoſt. in Sum. † Primum eſt vt excommunicatus in omni caſu antequam abſoluatur iurare debet ſtare mandatis eccleſiæ. Et quamuis Hoſt.dixerit hoc eſſe de ſubſtantia abſolutionis, con- trariū tamē tenetur.Vnde ſi omittatur ꝙ fieri non debet, tenet nihilominus abſolutio,extra e.cum deſideres.Goff.Ber. & Gui. & idem eſſet,ſi iuret prædictus parere mandatis ipſius, qui ſuſci pit iuramentum.de pueris autem,an debeāt iurare, relinquitur arbitrio epiſcopi.& dicit Ricard.in 4.ꝙ aliqui dicunt ꝙ pro leui iniectione manuum non debet exigi iuramentum propter pe- riculum periurij , alij ꝙ eſt obſeruandum in abſolutione cuiuſ- cunque,qui incidit in canonem.hęc Ricar.ſed Hug.dicit ꝙ de- bet exigi pro horrendis criminibus,vt incendiarijs,falſatoribus & huiuſmodi.non autem quibuslibet alijs mortalibus, contra

11 quæ lata eſt ſententia,& iſtud videtur ſatis ęquum.† Secundum eſt , vt ſi excommunicatus eſt pro notoria offenſa in aliquē nō abſoluatur,niſi prius ſufficiens emenda præſtetur.Pro cōtuma- cia autem & pro offenſa dubia ſufficit iuratoria cautio,extra de verb.ſig.ex parte,ſ.vbi nullæ expenſæ petuntur,ſed vbi expenſæ vel ſatisfactio damni petitur,non debet abſolui,niſi prius ſatisfa ciat ſi poteſt.ſi autem emenda præſtare non poteſt, debet abſol ui recepta ab eo idonea cautione ꝙ ſatisfaciet,ſi ad pinguiorem fortunam petuenerit,& dicitur idonea pignoraticia vel fideiuſ ſoria,extra de ſolutioni.Odoardus.Et ſi illam pręſtare non po- teſt,ſaltem præſtet iuratoriam.abſolutio autem neganda nō eſt 26.q.6.ſi presbyter, talis quoque ad petitionem aduerſarij tene tur cedere bonis,vt dicit Guliel.Et ſi iſtud ſecundum nō ſeruet, tenebit tamen abſolutio,ſed peccat,qui ſic abſoluit , ſecundum

12 Guil.† Tertium,quod ſeruari debet, eſt vt abſoluatur per eum, qui tulit ſententiam,vel per ſuperiorem ſuum,vel alium,cui ꝯ miſit,cum pſal.oratione & verberibus,pſal.ſ.Miſerere , vel alio pœnitentiali,ſecundum Guil.oratione,videlicet Deus,cui pro prium,&c.Sed vbi in oratione ipſa dici cōſueuit, quem delicto- rum cathena conſtringit,loco huius dicitur, & hūc quem excō municationis cathena cōſtringit.Præmittitur autem poſt pſal. cum gloria,Kyrieeley.Chriſteeley.Kyrieeley.Pater noſter, Sal- uum fac.ver.Nil.proficiet inimicus.in eo. ver.Eſto ei. ver. Dñe exaudi orationem,& dominus vobiſcū. Poſt autem ipſam ora- tionem prædictam,Deus cui proprium eſt,dicendum eſt aucto ritate omnipotentis Dei & beatorum Apoſtolorum Pet.& Pa. & eccleſiæ ſanctæ ſuæ,& noſtra vel mihi commiſſa,abſoluto te à tali ſententia,vel ab excommunicatione,quam incurriſti pro pter talem & talem cauſam,& reſtituo te communioni & par- ticipationi eccleſiæ & omnium fidelium & eccleſiaſticis ſacra- mentis,extra eo.à nobis.2.Verberabit autem abſoluens excom municatum virgis vel corigijs nudas habentem ſcapulas, dum dicit omnia prædicta.Iſta tamen ſunt ad bene eſſe,& nō de ſub

13 ſtantia abſolutionis.† Quartus eſt, vt poſtmodum abſoluens fa ciat illi mandata iuſta & rationabilia,aliàs appellare poſſet, ex- tra de pac.c.fi.Erit autem mandatum rationabile ei factum,ſi ip ſi excommunicato iniungitur principaliter,ꝙ contra illum ca nonem nunquam veniat, vt incendiario ꝙ nunquam incedat, percutienti clericum ꝙ nunquam percutiat, & ſimilia. 23. q. fi. peſſimam.Aliquādo etiam requiritur cautio , ꝙ de cętero talia non faciet,extra de ſen.excom.grauamen.Si autem apparet ſen

14 tentia iniuſta nullum mandatum,fiat abſolutio.† Et no. ꝙ pro pter violentam iniectionem manuum in clericum vel religio- ſum fieri ſolet ſatisfactio pecuniaria , quæ applicatur monaſte- rio,ſi percuſſus eſt religioſus.Sed ſi eſſet clericus ſecularis ſibi ap plicaretur,niſi in contumelia eccleſiæ fuiſſet percuſſus,quia tūc eccleſia cum ipſa poſſit agere actione iniuriarum , ſecundum

15 Goff.& Hoſt.† Defunctus aūt excōicatus & ſepultus in loco ſa- cro,cum abſoluitur non exhumatur , ſed ſepulchrum eius ver- beretur,vt fit circa viuos,extra de ſent. excō. à nobis.Regularis aūt cum verberat regularem,vel aliàs incidit in ſnīam excōica- tionis à iure prolatam,nec Apo.ſe.reſeruatam, abſoluitur à ſuo prælato.Si tamen percuſſiſſet regularem alterius religionis,tūc abbas vel prælatus percuſſi verberabit ipſum abſoluendum , qđ erit loco ſatisfactionis, ſed iuramentum recipiet & abſoluet ꝑ- prius Abbas. Conuenientius tamen fit totum per vnum ex cō- miſſione alterius,extra de offi.ord.c.fi.ſi autem percuſſit clericū ſęcularem,abſoluetur per epiſcopum,extra de ſent.excom.religioſo. lib. 6. in caſu autem quo regularis excommunicatus nō haberet prælatum , qui eſſet ſacerdos , vel ſi eſſet defunctus ipſe prælatus,vel excommunicatus , ad diœceſanum recurrendum eſt,ſecundum Hoſt. quod Guil.intelligit tam de exemptis , quā

16 de non exemptis † Et no. ꝙ quamuis abſolutio ab excommu- nicatione regulariter debeat fieri,cum modo declarato,quan- do commodè poteſt, tamen & ſi non ſeruetur prædicta forma, etiam ſine cauſa rationabili ipſam dimittendo ſimplici nudo verbo poteſt fieri ipſa abſolutio, vt ſi dicat , Abſoluo te ſolū ab excommunicatione,vel rebenedico te , vel quodcunque aliqđ tale intendens per illud abſoluere , extra de re iudi. omnis res , diſt.l.ponderet . & hoc ſecundum Ray. Guil. Io. & ferè omnes

17 Doctores,licèt Hoſt.dicat contrarium.† Vnde & B.Tho.de for ma abſolutionis dicit , ꝙ abſolutio ab excommunicatione nō eſt ſacramentalis,ſed magis conſequens iudiciariam iuriſdictio nem.Et ideo ipſa verba habent efficaciam ab intentione dicen tis, vbi non refert quibuſcunque verbis vtatur ad exprimendā ſuam intentionem. Similiter & Rich.in 4.dicit, ꝙ ſufficiūt ver- ba quæcunque ſignificantia remotionem excōicationis. Idem in ſubſtantia dicunt Anto.de But.& Pet. de Peru.& addūt ꝙ cū excōicatio feratur pro peccato mortali,ideo talis indiget abſo- lutione ſacerdotali & ſacramentali ratione peccati.quilibet. n. tenetur confiteri de omni peccato mortali.Sed ante hanc abſo lutionem ſacramentalem admittitur ad participationem fide- lium,ſed non euchariſtiæ,niſi confeſſus de illo mortali. † Item

18 no. ꝙ ſi de facto quis abſoluit aliquem ab excōicatione , de qua non poteſt, cum poſtea aduertit, debet ſi poteſt certificare de er rore ſuo, ſcilicet declarando quomodo cum non potuit abſol- uere,& conſulere,ꝙ impetret abſolutionem,& interim habere

19 ſe ad illum,ac ſi non abſoluiſſet.Gui.† Item nota ꝙ ſi epiſcopus committit alicui abſolutionem ab omni excommunicatione, non ꝓp hoc poterit abſoluere illū excōicatum ab eo. cuius ab- ſolutionem non commiſiſſet in ſpeciali,fortè quia erat excōica tus ꝓp damnum illatum epiſcopo,vel aliquid huiuſmodi,extra

20 de re iudi.cap.in generali,lib.6.† Item nota ꝙ abſolutio nō de- bet fieri ſub conditione,puta ſi ſatisfecerit , nam taliter abſolu- tus non eſſet ſimpliciter abſolutus,extra de re iudi.libr. 6. actus. Magiſter ordinis Prædicatorum & prouincialiter & conuētua- liter & eorū vicarij in prouincijs ꝙuentibus & locis ſibi cōmiſ- ſis prædictis fratribus ꝓſtitutus ibidem nec non & alijs fratribus eiuſdem ordinis interdum ad eos declinantibus vndecunq; ab ſolutione indigentibus,ſiue priuſquam intrauerint ordinem,ſi ue poſt in caſibus exceſſerint quibus ſnīam excōicationis incur runt,abſolutionis bñficiū valeant impartiri,niſi adeo eſſet enor mis excuſſus,ꝙ meritò eſſet apoſtolica ſedes conſulenda . Ale. Gre.Bonifa.in priuilegio,virtute conſpicuos,quod dicitur Ma- re magnum . Prædicti prælati poſſunt à ſuis confeſſoribus illas abſolutiones ab excōicatione & diſpenſationes ſuper irregula- ritatibus recipere,quas ipſi poſſunt ſuis ſubditis impartiri. Bon.

21 in prædicto priuilegio,virtute conſpicuos.† Item magiſter ordi nis fratrum Prædicatorum & prouinciales priores etiā conuen tuales & eorum vicarij eos, qui ordinem noſtrum ingredi vo- lunt , abſoluere poſſunt ſecundum formam canonicam à ſnīa excōicationis,ſuſpenſionis & interdicti à iure,vel iudice genera liter promulgatis,& ſic eos in fratres recipere , etiam ſi poſt ſu- ſceptum habitum recoluerint , ſe fuiſſe talibus ſententijs inno- datos poſſunt eis abſolutionis bñficiū impartiri, niſi adeo enor- mis eſſet exceſſus eorum,&c.vt ſupra Boni.virtute.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis ſententia,qua forma ab homine proferetur.*

2 *Excommunicationis alia forma, quando perſona ignoratur , quæ maleficium commiſerit .*

Excommunicationis materiam ſciens,ob quam lata eſt,prælato eccleſiæ , & non damnum paſſo reuelare tenetur.

3 *Excommunicationis ſententia à iure ferri poteſt,uel ab eo qui poteſt generæ lem facere conſtitutionem .*

4 *Excommunicationis ſententia iudicis uel hominis, qua dicatur .*

5 *Excommuuicationi præmitti debet trina admonitio.*

6 *Excommunicationis cauſa immediata,licèt ſit contumacia,tamen contuma cia quandoque ortum habet à crimine ſpeciali inhibitione ab homine facta .*

6 *Excommunicationis ſub pęna,quando aliquid fit , uim ſententiæ non habet , ſed comminationis.*

8 *Iudex faciens canonem latæ ſententiæ.ſi dicat,qui furtum fecerit ſit excom- municatus ; ſi poſtea dicit prohibeo ne quis furtum faciat , contrafaciens excommunicatus eſt.*

Source : BIU Cujas

9 *Excommunicationis sententiam, quando volunt facere iudices quomodo dicant.*

Iudex cum dicit, excommunico, de maiori excommunicatione intelligitur.

Excommunicatus quis non redditur ob consuetudinem.

10 *Excommunicans, an dicat excommunico te, vel scias te esse excommunicatum, vel reputes te excommunicatum, non est differentia.*

11 *Excommunicatio is sententia sub conditione lata, ante conditionem existentem non ligat.*

12 *Iudex si præcipit debitori, quòd soluat ℈. certum terminum, aliter sit excommunicatus creditor, nisi iudex consentiat quo ad sententiam excommunicationis, terminum prorogare non potest.*

13 *Excommunicans si moriatur vel à prælatione remoueatur, faciens contra talem sententiam, quando sit excommunicatus.*

Excommunicari quis potest per literas, etiam excommunicato ignorante.

14 *Excommunicatio perpetua dicitur, donec expirat.*

Capitulum LXXIIII.

1 SEcunda species excommunicationis dicitur minor excommunicatio.† Hæc autem incurritur participando cum excommunicatis maiori, in casu non concesso. Vnde Fabi. Papa. Sicut Apostoli statuerunt dicētes cum excommunicatis communicandum non esse, &c. 11. q. 3. Glia. Pau. statuit cum videlicet dicit, Si quis frater, idest fidelis nominatur auarus, &c. idest per sententiam excommunicatur propter aliquod vitium. Excommunicationem enim appellauit nominationem, vt exponit Aug. 2 quæst. 1. cap. Multi. Et subdit Apostolus ibi. cum hoc scilicet excommunicato, nec cibum sumere debetis. Io. etiam Euangelistam in secunda canonica, ca. vnico ait: Si quis non affert hanc doctrinam, scilicet fidei regulam, nolite eum recipere in domo, nec ei dixeritis, Aue, & cetera. Et loquitur de hęreticis, qui sunt excommunicati, quod & ipse ostendit exemplo vt patet 24. q. 1. omnis. ad idem Isidorus ait. Cum excommunicato nec orare, nec loqui, nisi quæ ad eandē excommunicationem pertinent, nec vesci licet. Si quis palam, aut absconsè fuerit cum eo locutus, communem statim cum eo excommunicationis contrahet pœnam. 11. q. 3. cum excommunicato, gl. statim, est ergo casus latæ sententiæ scilicet, ꝙ incurrit minorem excommunicationem talis, & sic est ibi simili tudo, seu communitas in genere. ad idem facit præcedens & se-
2 quens c.† Pro horum maiori declaratione est sciendum, ꝙ qua drupliciter quis potest excommunicatis communicare. Primò quidem in eodem crimine, propter quod quis est excommunicatus, scilicet dando ei consilium, auxilium vel fauorem, & per talem participationem incidit in eandem sententiam, vt supra declaratum est. Secundò in crimine mortali participando, sed non in illo propter quod est excommmunicatus, & propter talem participationem mortaliter peccat, sed non incurrit maiorem excommunicationem, sed minorem. Tertiò participatur cum excommunicato in diuinis, & propter talem participationem peccat mortaliter, quando scienter hoc agit & si ius ignoret, & præcipuè si est talis conditionis, ꝙ scire potuit, & debuit huiusmodi participationis prohibitionem: non tamen est excommunicatus maiori sed minori: nec est irregularis, de sent. excom. is qui. lib. 6. sed vicinus irregularitati. Nam est ei interdictus ingressus ecclesiæ, si videlicet admittit ad diuina officia publicè excommunicatos, seu ecclesiastica sacramenta, aut ad sepulturam, donec de transgressione huiusmodi satisfecerit competenter ad arbitrium eius, cuius sententiam contempsit, extra de priui. c. episcoporum. lib. 6. Et si postquam est ei interdictus ingressus ecclesiæ, ingerat se diuinis in suo officio, sicut prius irregularis efficitur. Et sic videtur intelligendum de secularibus 11
& regularibus. sed & si repeliret publicè excommunicatum, esset excommunicatus, vt supra dictum est. Si autem talis participatio fieret per metum, vt quia tyrannus cogit per metum mortis sacerdotem celebrare, & si culpa attenuetur per talem metū, 12
non tamen simpliciter excusat, secundum Hosti. sed secundum Gul. & Hug metus, qui cadit in constantem virum, excusaret in huiusmodi. Quarto participatio cum excommunicatis sit, non in crimine, sed in alijs actibus humanæ ꝙuersationis, vt loquendo, comedendo, salutando & huiusmodi in casu non cōcesso; & per hoc efficitur excommunicatus minori excōmunicatione, & si pertinaciter & contra prohibitionem superioris cōmunicaret in prædictis minori excommunicatus etiam posset ex-
3 communicari maiori.† Nota tamen ꝙ dicta sentētia. s. excōicationis maioris lata contra participantes cum excommunicatis in loquela & huiusmodi non teneret, nisi præmissa esset trina admonitio, vel vna pro tribus, & nisi exprimantur ipsi admonē-
4 di, nominatim, extra eo. statutum, lib. 6. † No. tamen ꝙ propter prædictam participationem, licèt quidam vt Ray. dixerint incurri peccatum mortale: tamen Tho. in 4. dist. 18. dicit, ꝙ probabilius est ꝙ alij dicunt, scilicet non esse mortale, nisi in quatuor casibus. Primò participando in crimine. Secundò participando in diuinis. Tertiò in contemptum ecclesiasticæ disciplinæ. Quartò cōtra prohibitionem præceptoriam superioris. Idē Pe. & Alber. Arch. 11. q. 3. sicut. & sic intelligitur illud c. sicut Apostoli. s. ꝙ cum quis per contemptum participat, tunc potest excommunicari, quia mortaliter tunc peccat. Idem Io. An. & Io.
5 de Lig. & Ricar. in 4.† Qui ergo participat cum excommunicato maiori excommunicatione, in diuinis scilicet, cum eo dicendo officium vel ministrando ei sacramenta, vel audiendo missam cum eo, secundum omnes, peccat mortaliter, vt dicitur in quodam scripto suo, super 4. quod verum est, secundum ea, quę sunt in corpore iuris. sed hodie secus per extrauagantem Mar. V. quam habes. supra c. fi. de maiori excommunicatione, ibi vi-
6 de.† Not. ꝙ participans cum excommunicato minori, non incurrit aliquam excommunicationem vel peccatum, & hoc est quod communiter dicitur, ꝙ excommunicatio. s. maior, non trāsit in tertiam personam. 11. q. 3. quoniam multos. In quo quidem cap. Greg. subtrahit à minori excommunicatione quāplures differentias personarum communicantes excommunicatis maiori, quæ tamen omnes comprehenduntur in isto versi.

Vtile lex humile res ignorata necesse.
Hæc anathema faciunt ne possit obesse.

Vtile, idest propter vtilitatem excōicati, vel etiam participantis. Lex. i. propter legem matrimonij. Humile. i. per subiectionem naturalem, vel aliquam seruitutem [illegible] & huiusmodi. Res ignorata, idest quando nescitur quis est excommunicatus. Ignorātia. s. facti. Necesse. i. propter necessitatem excommunicati vel participantis. Vide tamen clarius de quolibet horum in sequentibus.

7 Primò quidem † excusat participātem cum excōicatis, vt non incurratur minor, vtilitas, quæ pōt esse duplex. Vna quidē ipsius excōicati, vt cum quis loquitur ei de his, quæ pertinēt ad absolutionem procurandam, vel etiam ad salutem [illegible] licèt alia incidenter interponat, vt magis proficiat.
8 vnde & ad prædicationem admittitur, extra eo. resp̄so.† & per hūc ēt modum prædicatores, qui [illegible] excōicatos in p̄dicationibus, & cōfessionibus quasi gerūt causas eorum, qui ab ipsis exspoliati fuerūt, eleemosynas licet accipere ab ipsis excōicatis, p̄sertim si in locis illis non valēt sustētationē habere, extra eo. cū volūtate Et ēt fm Host. extra casum necessitatis, dum sperāt p̄babiliter de proficiēdo eis. Secūda vtilitas pōt esse ex parte participātis in tpalibus vel spiritualibus. Et in temporalibus quidā, vt cum petit ab excōicato quod ei debet dare, vt in d. c. si vere. vnde si nolit dare, potest in iudicio cōueniri, aliàs ex delicto suo commodum reportaret. de iudi. c. intelleximus. in spiritualibus aūt licitè potest loqui de salute animæ suæ, petēdo consilium, si est necessitas, & non posset habere recursum ad alium, fm Gui.
9 † Secundò excusat lex matrimonij in huiusmodi participatione, cum distinctione tamē nam aut excōicatio est lata ēt in alterum p̄p matrimonium illicitè ℈ctum, & tunc neuter pōt cū altero participare. aut excōicatio est lata p̄p aliud delictū, & tunc in participatione quoad redditionē debiti vterq; excusatur. in alijs verò excusatur mulier participando cum viro excōicato, sed nō excusatur vir participādo cum vxore excōicata, ex eo ꝙ cum sit caput eius debeat eam cogere, vt faciat se absoluere. 7.
10 q. 1. sicut hæc. Rav. & Goffr. † Si autē vir vocarēt excōicatum ad mensam. credit Guil. ꝙ non possit vxor comedere cum viro ad illam mensam, sed bene in eadem domo in alia mēsa, ita remota ꝙ possit dici ꝙ non comedant simul. & de bonis quidem cōibus, aut de his, quæ daret mariti sui nomine excōicati, secūdum Gui. non debet accipi eleemosynaliter, nisi scilicet in necessitate, sed de bonis proprijs si dat, vel si cōcessum ei fuisset à marito excōicato, vt de bonis cōibus daret ipsa nomine proprio, pōt accipi. idem de familia excōicati quoad eleemosinas dandas.
11 † Tertiò excusat humilitas subiectionis vel seruitutis, & primò quidem filij, qui sunt sub patris potestate, vel etiam mancipati, quæ sunt commensales primis, & ab eo recipiunt necessaria, excusantur participando cum patre excōmunicato, dummō nō in crimine, alij autem filij non excusantur, secundum Gui. †
12 Secundò excusantur monachi participando cū abbate excōicato secundum Guil. quia sunt quasi de familia eius. Tertiò excusantur clerici cum suo Pontifice excōicato participando illi. s. qui sunt eius officio ꝙductiuè deputati, sicut & alii seruientes, aliqñ verò clerici non. 93. dist. maritus. fm Host. Quartò excusantur serui & ancillæ. s. seruilis ꝙditionis. Quintò excusant rustici seruiētes & alij subiecti, q nō sunt adeo curiales, vt eorū ꝙsilio scelera p̄petrant. 11. q. 3. qñ multos. cū distinctione tñ, fm Guil. qa si tales p̄sonæ ante excōicationē dñi seu patroni obligauerūt se seruituti & seruitiū intrauerūt, si tūc ignorauerūt excōicationē nō tenent discedere: sed si sciuerūt tenent discedere, nisi necessitas eos ꝙpulisset, ꝙ fierēt de familia eius. & ꝙ dī de rusticis, intelligę q colūt terrā dñorū suorū, & hoc ēt extendit fm Gui. ad illos, q dñr mediatarij, & q p̄p culturā recipiūt certā portionē fructuū, nā & pōt cōicare q̄tū oportet p̄p cultutā & hmōi rōnem. idē intelligēdū est de nutritijs & similib., q vel q̄ si à dño recedet, non haberēt vnde viuerent. extra eo. si verè. ibi ēt in d. c. excusant, qui cū excōicatis nautis ꝙueniunt de transfretādo ℈ Saracenos.

Source : BIU Cujas

racenos. † Sextò excuſantur patres & dñi participando cum filijs ſuis, aut ſeruis excommunicatis, nō quidem ſimpliciter, ſed ſecūdum Tho. in 4. diſt. 18. in his, in quibus ſunt obligati: quia ſicut inferiores obligātur ad obſequium ſuperiorum, ita ſuperiores ad prouidētiam inferiorum. Ray. tamē & Guil. Gof. & Hoſt. dicūt, ꝙ tutius eſt tenere ꝙ nō excuſantur tales, quia tenebātur eos corrigere, arg. 17. q. 1. de filia quod vī, quādo ex defectu ipſorum, quia. ſ. nō correxerunt, inciderū in ſententiam, vel permanēt in ea, ſed vbi per eos nō ſtetit, & inſtāt, vt quærāt abſolutionē, habet locum, quod dicit Tho. † Septimò, ſecūdum Hoſt. ſeruis mercenarijs poſſunt cōicare ꝑductores eorum, vbi ſine magno incommodo eorum eos vitare nō poſſent, & idem de ſocijs habētibus aliquid cōe, aliàs autē nō poſſunt cōicare. ꝑcor. Ber. Octauò armiger, vel ſeruiēs militi, ſecūdum Gui. excuſatur cōicando ei, non autem cōmunicando cum excōmunicatis, cum quibus dominus ſuus communicat. Nonò vaſſalli cum teneantur reddere tributa pēſionis ſuis dominis excommunicatis non peccant eis communicando, licet ſoluāt in propria perſona, ſecūdum Guil. Notauit tamē Hugo de huiuſmodi vaſſallis, ꝙ cum ſint abſoluti ab obſequio fidelitatis, quādiu eorum dominus eſt excommunicatus, dicunt ab eo abſtinere. 15. q. 6. ſacramētorum. † Quartò excuſat huiuſmodi participationem res ignorata, vt dicit Guil. ideſt ignorātia facti probabilis. extra de cle. excom. mi. Apoſtolicæ. Sed ignorātia iuris non excuſat, niſi illos, quibus ius licet ignorare, vt ſunt pueri nondum doli capaces. Dicitur autem ignorare quis factum, vt quia non conſtat ei, quod ille fecit tale quid, puta quòd clericum verberauit, quia nec ipſe vidit, nec eſt fama ita publica, ꝙ omnino debeat credi. nam ſi ab aduerſario audiet, vel leui fama, non debeat ſibi ro eſt publica fama, vel audit̄ à fide dignis, ꝙ aliqs ſit publicè excommunicatus, ver. qui notoriè aliquid ſecit propter ꝙ incidit in excommunicationem, debet euitare, & inquirere veritatem ſi non plenè ſcit, & interim eum vitare in occulto, vel in publico, donec fuerit certificatus, ſecundum Ray. Item ſi audiui aliquem excommunicatum publicari Pariſijs, quem poſtea inuenio Bononię, licet quidam dixerint, ꝙ debet euitari vbique. tamen, ſecundum Guliel. poteſt benignius dici ſ ꝙ ſi poſſunt facilè probare excommunicationem, puta per teſtem, vel inſtrumētum, teneor vitare, aliàs non, niſi in illa dioeceſi. Item ſi audiui aliquem excommunicari, vel vidi incidere in factum damnatū per excommunicationem, & exinde non vidi eum, niſi poſt annum, ſecundum Guli. ſi ille eſt talis homo, ꝙ credatur eſſe timoratus, & qui tunc ſeruabat excommunicationem, modo nō ſeruat, poſſum credere eum abſolutum, ſi verò non eſt talis, debeo eum vitare, ſi occultum eſt occultè. 6. q. 2. ſi tantum, & c. ſeq. ſi manifeſtum publicè, niſi conſtet de abſolutione. Item ſi prælatus vel ſacerdos dicat mihi ꝙ vidit parochianum ſuum aliquid facientem, propter quod incidit in excommunicationem, non eſt aūt illud publicū, ſiue credā, ſiue nō credā illud, non teneor eum vitare, quantum. ſ. ad vitare maiorem excommunicationem, & multominus vitari non teneor, ſi dicat mihi alius, ſecūdum Gul. ſi tamen prælatus, vel epiſcopus, vel alius diceret mihi de ſuo ſubdito, ꝙ eſſet excommunicatus, denūtiando mihi ſententiam, & caſus eſt talis de quo ſolet fieri excōmunicatio, debeo credere, & illum vitare. Si autem dicat communi locutione, nō teneor. Item ſi audiui ab ipſo excommunicato de ſua excommunicatione, & hoc in confeſſione, ſecundum Guli. non teneor vitare, idem Hoſt. ſi verò extra confeſſionem, ſecundū omnes debeo eum vitare, ſed in occulto ſolum, niſi ſit publicè excommunicatus. Item ſi ſcio habitu aliquem eſſe excommunicatum, actu autem hoc non aduerto, & ſic ei communico ſubito, ſecundum Gul. non incido in excommunicationem, nec pecco. Item ſi dubitatur de excōmunicatione aliquorum, & dubitatio talis præcedat ſentētiam iudicij, puta quia nōdum eſt declaratum per iudicum conſenſum, nō ſunt vitādi. Si poſt cōcordem iudicum determinationem adhuc ambiguum ſit, magis ſtandum eſt ſententiæ iudicum, & illi ſunt vitandi, ſecundū Tho. in quodlibet. † Quintò excuſat neceſſitas tam excommunicati quàm participantes. Vnde peregrini, viatores, & ſimiles in neceſſitate conſtituti, licitè poſſunt recipere ab excommunicatis, ſecundum Inno. & Hoſt. 1. q. 3. quoniam multos. Similiter excommunicatis poteſt aliquid dari cauſa humanitatis, ſecūdum Guido. in ſuſtentationem, quando ſcilicet indigent, nec eſt expectanda vltima neceſſitas, & ſi excommunicatus petat hoſpitium, non tenetur expectare ꝙ ſit ab omnibus alijs expulſus. Intelligitur tñ quo ad neceſſaria vitæ, ſecus ſi peteret alia vtenſilia, vt foſſorium, vel ſecurim, & huiuſmodi. Item ſi vocatur qs à iudicibus excōmunicatis, ſub quorum iuriſdictione eſt, vt ſtet iuri, videtur eſſe caſus neceſſitatis, & ſimiliter ſi coram eis conueniunt iniuriatores ſuos, ſecundum Gul.

SVMMARIVM.

1 *Participare quis non debet in locutione cum excommunicato excommunicatione maiori.*

Participantem cum excommunicato familiaritas vel pudor, vel ſcandalum non excuſat.

Excommunicati literas accipere non licet.

2 *Excommunicatum ſalutans vel reſalutans, excommunicationem minorem incurrit.*

Excommunicatus non eſt ſalutandus, cum ei ſcribitur.

3 *Excommunicato eccleſiam intrante, alij exire debent, & non orare cum eo.*

4 *Excommunicato eccleſiam intrante, ſacerdos an dimittere debeat miſſam.*

Et ſi exire non vult excommunicatus eccleſiam, quid agendum ſit.

5 *Pro excommunicato, quare orandum ſit.*

6 *Participare quis cum excommunicato prohibetur in menſa.*

7 *Cum excommunicatis communio prohibetur in actibus legitimis & in contractibus.*

Contractus cum excommunicato tenent ex eis contra excommunicatum agitur, ſi ipſe non agit niſi abſolutione ſecuta.

8 *Iurans ſoluere alicui in certo termino, ſi interim ille excommunicatur, quid agendum.*

9 *Excommunicatus ſi mutuet alicui vel locet, non poteſt petere niſi poſt abſolutionem.*

10 *Excommunicatus quamuis cum aduerſario ſe compoſuerit, vel ſatisfecerit pro iniuria, euitari debet donec eſt abſolutus.*

Papa ſi ſalutat excommunicatum, eum non abſoluit.

11 *Excommunicatio minor, in quibus caſibus à iure proferatur.*

12 *Excommunicatio minor ab homine ferri poteſt.*

13 *Excommunicationis minoris effectus, qui ſit.*

14 *Abſolutio ab excommunicatione minori, à proprio ſacerdote fieri poteſt.*

Et quis dicatur proprius ſacerdos.

Excommunicatus maiori ſi ſe aliorum communioni ingerat, peccat, & debet alios excommunicatos vitare.

15 *Prælatus ſi iubeat quod ſubditus celebret præſente excommunicato, quem ſubditus ſcit eſſe excommunicatum, prælatus verò & alij ignorant, quid agendum ſit.*

16 *Excōmunicati vitari non debent in diuinis, nec extra, niſi fuerunt publicati.*

¶ Capitulum LXXIX.

1 LExtra prædictos caſus prohibetur † in iure. 11. q. 3. c. cum excommunicato, & ſeq participare cum excōicatis in his, quæ in hoc verſu continentur. Os, orare, vale, communio, menſa negatur. aliàs minor excōmunicatio incurritur. Primò quidem non debet quis participare cum excōmunicato maiori excommunicatione in locutione. Vbi no. ſecūdum Gul ꝙ familiaritas, vel pudor, vel ſcandali timor nō excuſat participantē cum talibus in locutione, vel alijs in caſu nō ꝑceſſo. Item non licet literas excōicati recipere, vel ei mittere, vel nūcios, vel literas, niſi in caſu, quo liceret ei loqui, ſecūdum Gul & Hugo. Item ſi munus recipit ab eo ſcienter, quamuis nō debuerit recipere, non tamē tenetur reddere, ſed debet ex conſilio pauperibus erogare, vel excommunicato remittat, ſcilicet
2 ad ſui ruborem, ſecūdum Guli. † Secundò non debet participare in ſalutando, aliàs qui ſalutat, excommunicationem minorē incurrit. Idem ſi reſalutat, ſalutantem ſe, ſi aſſurgat vel ſi reuerētiam quis exhibeat excommunicato, aut inclinet ſe ſalutāti, aut moueat labia, quaſi reſalutans, cum tamen nil dicat, ſecundum Gul. nō incurrit excommunicationem, cum pœnæ ſint reſtringendæ, de pęni. diſt. 1. § pęnæ. Item cum ei ſcribitur, nō eſt ſalutandus, ſed loco ſalutationis dicendum eſt ſpiritum conſilij ſanioris, ſi autem ſalutatur, poteſt reſpondere, Deus emendet vos
3 & huiuſmodi. † Tertiò prohibetur orare cum excommunicatis, vnde ſi excommunicatus intrat eccleſiam, & ibi ſe firmat, alij tenentur exire, vel procurare ꝙ exeat, ſi manifeſtum eſt eum eſſe excommunicatum, ſecundum Ray. 11. q. 3. ſicut Apoſtoli. Si verò eſt occultum, tunc illi qui ſciunt, exibunt ſecretè, & cautè, ita ꝙ nō ſequatur manifeſtatio eius ſi poſſunt, aliàs nō exibunt. 6. q. 2. ſi tantum. occultè enim excommunicatus, occultè debet moneri, vt exeat. Si autem excommunicatus eſt in eccleſia nō cauſa orandi, ſed alio negotio, nō video quare in eadē
4 eccleſia orare non poſſim, vt ait Inn. † Circa officium verò miſſæ nota, ſecundum Ray. ꝙ ſi excommunicatus intrat eccleſiam iam miſſa incepta: ſi occulta eſt eius excommunicatio, non debet ſacerdos dimittere miſſam. 7. q. 1. nihil. ſi verò eſt manifeſta, moneat eum publicè, vt exeat. ſi verò nō vult exire, nec cōmodè poteſt facere expellere eum, & ſacerdos nōdum inchoauit canonē, debet dimittere miſſam, ar. 24. q. 3. omnis. Si verò priusq̄ ille eccleſiam intret, vel prius q̄ ſacerdos eum videret, iam canonem inchoauit, debet ſacerdos procedere in officio ſimul cum eo, qui aſſiſtit ei tñ. Alij. n. omnes dicunt exire eccleſiam, ſi excōicatus nō exit ipſe, de quo cōiter ſciunt, ita tñ, ꝙ finito canone & ſumpto ſacramēto antequam dicatur poſtcōmunio, moneat illum ꝙ exeat, de conſec. diſt. 2. c. relatum. concor. Hoſt. & Goff. ꝙ ſi nō vult exire, poteſt eum ſacerdos eijcere, etiam ſi clericus ſit, & ſi non poteſt eijci, in ſacriſtiam rediens, dicat oratio
5 nem, & poſtcommunionem quæ reſtabant. † Item ſm Th. in 4. pro excommunicatis orari poteſt, quamuis nō inter orationes,

Source : BIU Cujas

quæ pro membris ecclesiæ fiunt,& tamen fructum non participant,quandiu in excommunicatione manent,sed oratur vt eis detur spiritus pęnitentiæ, vt ab excommunicatione soluantur.

6 † Quartò prohibetur participare etiam cum excommunicato in mensa.sed si hospitatus sum in aliqua domo ad mensam, & superueniat,& ingerat se excommunicatus,sed Gul.si est publicè excommunicatus,teneor fugere,non obstante cuiuscunque scãdalo.si verò est excõicatus occultus,& non possum sine eius nota surgere,non teneor surgere. Item superueniente publicè excõicato,non teneor exinde domo: immo ẽt si scirẽ aliquẽ publicè excommunicatũ, receptũ esse in aliqua domo,possum ibi hospitari,si tantę capacitatis sit locus,ꝙ possim eius communionem vitare;nam licet mihi cum excommunicato in eadem camera comedere,sed non in eadem mensa,similiter nec in eodẽ lecto iacere.ꝙ si veniam inuitatus ad aliquod festum, vel conuiuium,& inuenio ibi aliquem publicè excommunicatum, teneor recedere,neque debeo ibi epulari,licet sedeat ad aliam mẽsam,quia omnes tales conuenientes ad festum,vel conuiuium, simul inuicem communicare dicendi sunt.Guli.Item si quis amico suo excommunicato venienti comedere ad domum suã, mittit ei domum & claues, permittit eum comedere separatim in domo sua,si hoc faciat in fraudem, vt sic eum non offendat, sed fauorem eius acquirat,incurrit minorem excommunicationem Si autem facit,quia timet ne fortè ille vim inferret,non incurrit.Idem si facit hoc causa humanitatis,quia si putat eum indigere hospitio,vel alimento.& de hoc facit protestationem

7 non incurrit.Gu.† Quintò prohibetur cum excommunicatio haberi communio,scilicet in alijs etiam actibus humanę conuersationis,& præcipuè in actibus legitimis,vnde non debet qs facere aliquem contractum cum excommunicatis, tenet tamen contractus initus cum talibus si ipse contrahens non obligat se ad communicandum cum excommunicatis, vt si quis vendat,& tradat rem excommunicato,& statim precium recipiat.Si verò obligat se ad communicandum cum excommunicato in casu non concesso,non tenet contractus, vt si promittat, vel etiam iuret ꝙ vendet ei, vel locabit, & hoc secundum Ray.sed Innoc.dicit ꝙ omnes contractus initi cum excommunicato etiam scienter,& durante excommunicatione tenent,& ex ipsis agitur contra excommunicatum.Sed ipse excommunicatus agere non poterit pro tali contractu, nisi post absolutio-

8 nem,quod verius videtur,idem Gui.† Item cum quis iurat soluere alicui in certo termino,& interim ille excommunicatur,secundum Ray.non deberet sibi absolui,dum stat in excommunicatione,sed deponi debet illud debitum in ęde sacra. Innoc.tamen dicit,Consulimus tali ꝙ det.nam & seruiens tenetur seruire excommunicato, vt promisit.11.q.3.quoniam, & hoc vide-

9 tus verius.† Item si quis recipiat mutuum ab excommunicato, vel conducit ab eo pro precio reddendo tempore excommunicationis ipso precio,vel mutuo quo ad ciuilem obligationem, ex qua actio nascitur,& potest peti, non redditur, nisi post eius absolutionem obligatur,tamen ei quoad naturalem obligationem. Hos.Item si presbyter locauit operas suas alicui domino, dum ipse dominus esset excommunicatus, non valuit locatio: secus si ante, sed non poterit ei seruire in diuinis in excommunicatione permanenti.Host. Item si quis vendat,vel emat à seruiente excommunicato nomine excommunicati, non est con-

10 trahendum cum eo,sicut nec cum excommunicato Gul † No. ꝙ ille,qui incidit in excommunicationem, quamuis composuerit cum aduersario, vel satisfecerit de iniuria, etiam si vadit pro absolutione,vel etiam si nondum sit denuntiatus, cum tamen manifestum sit de eius excommunicatione, debet euitari quousque sit absolutus,extra eo.cum desideres,secundum Ray. immo etiam si iam iurasset stare mandato alicuius episcopi ante absolutionem,tam episcopus,quàm alij ei communicantes incurrunt minorem excommunicationem, etiam si fuit ab ipso excommunicatus.Non enim potest communicare tali,nec dare licentiam alicui communicandi,qui incidat in minorem excommunicationem,extra eo.nuper.11.q.3. excommunicatos. per hoc autem ꝙ Papa salutat aliquem, vel participat, non intelligitur absoluere,vt in cle.sumus.

11 Excommunicatio † autem minor, & a iure, vel ab homine fertur.à iure quidem, Primò propter participationem cum excommunicatis maiori,vt dictum est.Secundò pro sacrilegio. 17.q.4. miror.Tertiò pro notoria fornicatione,præcipuè clericis,extra de coha. cleri. & multi. vestra. Quartò pro simonia etiam occulta in ordine suscepto,extra de simo.c.tanta. Quintò,cum quis recipit ecclesiam de manu laici,& sic eam tenet.16.q 7. si quis deinceps.Sextò,secundum quosdam,cum in bello iniusto exercet artem balistariorum contra Christianos,extra de sagittar,ca,artem.Septimò in dissidentibus pauperum oppressoribus, manifestis raptoribus,publicis vsurarijs,& meretricibus,qui largè dicuntut excommunicati,inquantum oblationes eorum ad altare non recipiuntur.Octauò in illis,quibus negatur ecclesiastica sepultura,& qui moriuntur in torneamento, quia priuãtur ecclesiastica sepultura, etiam si pœnituerint, & idem potest dici de eo, qui non confitetur semel in anno,vt dicitur extra de pę. & re.omnis.Nonò in quolibet notorio peccatore.dis.95.illud, 12 de conse.dist.2.pro dilectione.† Ab homine autem ferri potest minor excommunicatio,vt ab episcopo, & quolibet inferiori iudice ecclesiastico,extra de offi.ordi.c.cum ab ecclesia, & hoc siue pro contumacia,siue pro alijs capitulis.5.q.2.prędicti.Item siue simpliciter,vt de pę.dist.[illegible].in actione,siue ad tempus.distin. 86. tanta. † 13 est autem effectus principalis excommunicationis minoris, quòd talis remoueatur à participatione sacramentorum, & si se immiscat, peccat mortaliter, non tamen incurrit irregularitatem,etiam si celebrat.Peccat etiam conferendo sacramenta,sed ab eo collata non carent virtutis effectu,nec prohibetur eligere, nec ea quæ ratione iurisdictionis sibi competũt exercere,si talis tamen scienter electus fuerit, eius electio irrita est,extra de cleri. excom.si celebrat. Talis etiam,secũdum Guli. est separatus ab osculo pacis,quod est in missa, quod est quasi loco communionis,non autem ab horis dicendis cum alijs. Inn. tenet quòd excommunicatus minori,sacramenta conferendo peccat,sed subditi non prohibentur à receptione,licet ipse conferendo se maculet. Host. dicit ꝙ conferendo non participat, quia non confert ad suam vtilitatem,sed aliorum.dicitur enim participare,partem capere, & sic videtur comprehendi vtilitas ipsius participantis.Io. de Lig. videtur tenere in pluribus locis, ꝙ excommunicatio minor separet à participatione passiua tãtum sacramentorum,scilicet,quòd talis non potest recipere sacramenta ante absolutionem. Cum eo concor. Petr. de Pal.in 4.distinct.18. dicit enim, quòd minor excommunicatio excludit à participatione sacramentorum,non à participatione diuinorum, vnde quicquid alij dicunt, licitè potest missam audire, & osculum pacis accipere,& ecclesiam officiare, dum tamen nullum sacramentum participat, nec matrimonium, nec aliud nisi prius absolutus, & quod Guliel. dicit de osculo pacis. Respondeo, quòd ideo osculi pacis, & panis benedicti datio successerunt loco communionis, vt indigni non admitterentur ad ista.

14 Absolutio autem † ab ipsa excommunicatione minori fieri potest à proprio sacerdote,extra eo.nuper.& dicitur proprius sacerdos, qui illum potest absoluere à peccatis, quicunque sit; ab alieno autem,qui scilicet illum non potest audiri,non potest absolui, secundum Tho.Host.& alios,si etiam ipse sacerdos proprius esset excommunicatus minori excommunicatione, potest nihilominus absoluere talem,extra eo.duobus Excommunicatus autem maiori,si ignoret se cõmunioni aliorum, peccat, secũdum Ray.& si in cõtemptum hoc faceret,mortaliter peccaret,debet quoque & alios excommunicatos vitare,secũdum Host. nec ꝑ cõstitutionem Constãtiæ factam, de qua habetur in fi. tollitur quin ipse excommunicatus debeat se subtrahere a communione fidelium in diuinis. † Et no.secũdum Pet.de Perusio, extra 15 de sen.excom.inquisitionis,ꝙ si prælatus præcipit subdito,ꝙ celebret excommunicato præsente, quem subditus scit excommunicatum, prælatus verò mãdãs, & alij de eius excõicatione ignorãt, subditus ipse in hoc parebit prælato, & sic celebrabit: protestari tamen debet celebrãs illi, quem excommunicatum scit,ꝙ nõ intẽdit cum illo celebrare,sed cũ alijs non excõicatis. Idem dicit, ꝙ si scio aliquem excommunicatum, quem vitare teneor,etiam in publico,nõ teneor illi cõicare, etiam ad mãdatum ecclesiæ,sed potius debeo pati excommunicationem,si verò pro certo nescio, sed probabiliter credo, in tali casu per me solum illi nõ communicabo, sed petitionem alterius vitare nõ teneor.† Nota diligenter,ꝙ licèt secũdum communia excõicati etiam nõ denũtiati deberẽt euitari, vt dictum est,tamẽ per ꝑstitutionem factam Constãtiæ istud extat modificatum,& Cõcilio Basiliẽ.antequam scissuram faceret renouata fuit,quod valet & fideles nõ teneãtur tales euitare in diuinis,& extra,nisi fuerint publicati seu denũtiati,excepto casu de iniectione manuũ in personas ecclesiasticas notoria,& idem de alijs cẽsuris ecclesiasticis.Teneor cõstitutionis ipsius est iste.

Insuper ad euitandum scãdalum, & multa pericula,quæ cõ sciẽtiis timoratis contingere possunt Christi fidelibus, tenore præsentium misericorditer indulgemus,quòd nemo deinceps a communione alicuius sacramentorum administratione, vel receptione, aut alijs quibuscũque diuinis intus & extra prætextu cuiuscũque sentẽtiæ,aut cẽsuræ ecclesiasticæ a iure,vel ab homine gñaliter promulgatæ teneatur abstinere, vel aliquẽ vitare aut interdictum ecclesiasticum obseruare, nisi sentẽtia, vel cẽsura huiusmodi fuerit illata cõtra personam,collegium, vniuersitatem,ecclesiam,communitatem,vel locũ certũ, vel certam a iudice publicata,vel denũtiata specialiter & expressa ꝑstitutionibus Apostolicis, & alijs in contrarium facientibus non obstãtibus quibuscunque, saluo si quem pro sacrilegia manuũ iniectione in clericum sniam latam a canone adeo notoriè ꝑstiterit incidisse,ꝙ factum nõ possit aliqua tergiuersatione cęlari,

nec

Source : BIU Cujas

nec aliquo ſuffragio excuſari: nam à cõmunione illius licet denuntiatus non fuerit, volumus abſtineri, iuxta canonicas ſanctiones in Concilio Conſtantien. ſub Martino V. Et no. quòd quidam dicebant iſtam conſtitutionem fuiſſe in concilio propoſitam, ſed non acceptatam, præcipuè ab Italica natione. Alij dicebant fuiſſe temporalem. ſcilicet, per quinquennium vſque ad Concilium ſequẽs, quod Senis fuit celebratum. Sed nullum horum eſt verum. Nam duo venerabiles viri famoſi in vita, & ſciẽtia, quorum vnus Doctor in Theologia, alter in iure, & epiſcopus ſcilicet Domi. Nico. de Dinckelſerbuhel, & Dominus And. poſtea epiſcopus Boſeniẽ. in Polonia, qui fuerunt præſentes in Concilio Conſtantien. vbi facta dicta conſtitutio, dixerũt ipſam acceptatam ab omnibus, & perpetuam, & vnam de concordatis. Magiſtri etiam vniuerſitatis Pariſi. acceptauerunt ipſam conſtitutionem, quia in ea dicitur omnibus Chriſti fidelibus. Sed & dictus Do. Andr. Boſenien. epiſcopus poſt celebratũ Concilium Senis, cui etiam interfuit vadens ad curiam ad viſitandum Martinum. V. Papam, cum ipſe putaret dictam conſtitutionem fuiſſe temporalem, ſcilicet per quinquennium tãtũ, & ſic iam expiraſſe, loquens cum Papa petiuit ab eo, vt concederet ſibi ex gtatia vti tali ſententia ſine diſpenſatione, quam cõtinebat illa conſtitutio. Reſpondit Papa, vos ſcitis illam vnam eſſe de concordatis. Et cum ipſe epiſcopus quinquennalem eſſe obijceret, dixit Papa. Ego volo ꝙ ſemper duret. Dominus Iulianus Auditor cameræ Apoſtolicæ, vir iureperitus, & famoſus, poſtmodum Cardinalis effectus, ſuper hoc conſultus dixit, tale indultum datum non ſolum Germanicis, verum etiam omnibus Chriſtianis, & de iure eſſe perpetuum, quia iſta eſt natura cõſtitutionis ipſius, niſi reuocetur. Non fuit autem reuocata, ſed in Concilio Baſilienſi confirmata ante ſui diſſolutionem.

TRACTATVS SOLENNIS DE EXCOMMVN.

Editus per vtriusque iuris doctorem, dominum Iacobum de Beluiſo.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus, an & quando teſtamentum, vel aliam voluntatem vltimam condere poſſit.*
2 *Ius ſpeciale dicitur, cuius contrarium eſt ius commune.*
3 *Hæretici merito à fidelium communione ſunt excluſi.*
4 *Edictum de teſtamentis, eſt certarum perſonarum prohibitiuum.*
5 *Licita ſunt omnia de iure, quæ non ſunt prohibita expreſsè.*
6 *Excommunicatus res ſuas vendere, & donare poteſt.*
7 *Licita cenſentur in vltima voluntate, quæ in contractibus, & inter viuos licere inueniuntur,*
8 *Excommunicatio, vt in pluribus propter contumaciam irrogatur.*
9 *Teſtamentum excommunicati valet, quoties excommunicatio ſine cauſa ſtatuitur,*
Excommunicatus inter perſonas coniunctas teſtari poteſt.
10 *Excommunicatio de ciuili iure ſeparat à ſacra communione.*
11 *Damnati ad mortem, quandoque teſtari permittuntur.*
12 *Infamis teſtamentum condere poteſt.*
13 *Excommunicatus contrahere poteſt, quemadmodum & deportatus.*
14 *Geſta in iudicio cum excommunicato, valida cenſentur ante excommunicationis oppoſitionem.*
15 *Excommunicatus à iure non plus arctatur quàm vt à communione repellatur.*
16 *Excommunicatus à communibus excluditur iuribus.*
Vſurarius teſtamentum condere nequit.
17 *Excommunicatus hæres inſtitui non poteſt.*
18 *Excommunicato interdicitur quælibet participatio.*
Conceſſum præſumitur, quod expreſsè non prohibetur.
19 *Contrahere cum excommunicato non licet, niſi neceſſitate vrgente.*
20 *Speciesquælibet deſtructa cenſetur, ſi genus ipſum deſtruatur.*
21 *Excommunicati non debent ſuſcipi, nec eis fides adhiberi.*
22 *Excommunicatus teſtamentum, & quamlibet voluntatem vltimam condere poteſt.*
23 *Excommunicatus tanquam libertatem, & ciuilitatem retinens, nullo iure prohibetur teſtamentum condere.*
24 *Ius teſtandi continetur actuum appellatione.*
25 *Teſtes aliqui à teſtimonio ſunt repellendi, & vſuræ vetantur diuino iure.*
26 *Sponſus, qui ſponſæ primæ fidem dedit, non debet ſecundæ communicare.*
27 *Neceſſitas non facit omino valere geſta cum excommunicato.*
28 *Excommunicatus non eſt deportato equiparandus.*
Scripturæ teſtamenti, creditur, teſtatore mortuo nihil dicente.



IN CHRISTI Nomine, Amen.
1 † Quæritur, vtrum excommunicatus poſſit condere teſtamentum, vel aliam vltimam voluntatem? & videtur quòd poſſit condere teſtamentũ, quia excommunicatus comparatur relegato, vt no. extra de appel. c. paſtoralis. ſed relegatus ad tempus & in perpetuum, poteſt condere teſtamentũ. ff. de interdi. & relega. l. relegatorum. §ſi. ue ad tempus, & de teſta. l. eius qui. §. 1. ergo & excommunicatus, per locum à pari. † Secundò illud eſt ſpeciale, cuius
2 contrarium eſt ius commune, ſiue generale. ff. ad mu. l. 1. in fi. C. de legi. & ſenatuſconſul. l. ius generale. 25. diſt. c. qualiter, ſed ſpeciale eſt in excommunicato propter hæreſim, qui poſt annum fit inteſtabilis. C. de hære. aucten. credentes. ergo ius commune generale erit, quòd excommunicatus ſimpliciter poſſit condere te-
3 ſtamentum. † Tertiò, quia hæretici à communione fideliũ ſunt excluſi, vt in Auc. de priui. do. hære. mu. non præſ. §. antepenul. & C. de ſum. Tri. l. 1. circa fi. de ſacroſan. eccl. l placet. in fi. & hæretici teſtari & teſtes in contractibus eſſe poſſunt. C. de hære. l. fi. §. fi. ergo multomagis catholici, qui non ſunt excluſi à cõmunione, ſed à participatione ſola poſſunt eſſe teſtes, & tabelliones in teſtamentis, & contractibus propter vtilitatem neceſſa-
4 rij vſus, d. l. fi. in fi. † Quartò, quia edictum de teſtamentis eſt prohibitiuum certarum perſonarum, omnis ergo qui non inuenitur expreſsè prohibitus, poterit teſtari; ſed excommunicatus eſt talis, ergo poterit condere teſtamentum. ff. de teſt. ſi quęramus, & ar. ff. de procu. l. mutus. § cũ quæritur. & de teſti. l. 1. §. adhiberi. Quinto probatur per locum à ſufficienti partium enumeratione: ſunt enim caſus certi, & perſonæ certæ, in quibus prohibitio teſtamenti fit; ſed excommunicatus nõ eſt de illis, vt no. qui. non eſt permiſ. fa. teſt. §. fi. Inſti. & d. l. ſi quæramus, ergo poterit teſtari. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. l. patre. & de act. & ob. l.
5 actionum ferè. §. placet. † Sextò, quia de iure omnia licèt, quæ expreſsè non inueniuntur prohibita. C. de reli. l. ſtatuas. ff. quib. ex cau. maio. l. necnon. §. quod eis. ſed in excommunicato nullo iure inuenitur prohibitum expreſsè, ergo &c. maximè quia vnuſquiſque habet licentiam de bonis ſuis teſtari, vt non ſint caſſa iudicia nihil enim, &c. C. de ſacroſanct. eccle. l. 1. ergo excommunicatus, qui nullo iure inuenitur expreſsè prohibitus poterit teſtari, cum legis intentio vna ſit, vt quæ diſpoſita ſunt à morientibus impleantur, vt in Auc. de hære. & fal §. exhæreda-
6 tos. † Septimò probatur, quia excommunicatus poteſt vendere & donare res ſuas, extra de ſent. excõ. inter alia. & c. ſi uerò. & c. ſi uoluntate. §. prædicationes. ergo poterit & legata relinquere, cum legatum ſit donatio. ff. de leg 2. l legatum, & inſt. de leg. §. j. Octauò patet per ar. à maiori: quia ſi de quo minus uidetur ineſſe, & ineſt, ergo & de quo magis. ſed inter uiuos minus uidetur ineſſe, cum omnia iura faueant ultimis uoluntatibus. Et uideo, quòd qui inter uiuos alienare prohibetur, poteſt in ultima volun. relinquere, vt dictum eſt, ergo poterit in vltim. voluntate relinquere. hinc eſt quòd qui libertatem inter viuos præſtare non poteſt, poteſt tamen in vltim. voluntate relinquere, vt in Auct. vt ſpon. lar. §. 1. & Inſtit. qui & ex quibus cau. ma. non poſ. §. ergo. vbi de hoc ergo &c. Quinimmo conſequens eſt, quòd qui poteſt donationes & contractus de ſuis bonis celebrare, poteſt etiam legata, & fideicommiſſa relinquere. C. de lega. l. fina.
7 ergo, &c. † Nonò regulariter traditur, quòd quæ licent in contractibus, & inter viuos licere dicunt, multomagis & in vltim. voluntate, vt C. de le. Fu. ca. j. l. 1. & inſtitutio. eo. & ff. de lega. 1. l. ſi ſeruus. §. cum quid, & de annu. leg j. ergo cum liceat excommunicato inter viuos debet licere & in vltima voluntate multomagis. Decimò regula eſt, quòd omnis, qui retinet libertatem, ciuitatem, familiam, & bona, & non inuenitur expreſsè prohibitus, teſtari poteſt, & condere teſtamentum. ff. de teſta. quidam, de leg. 3. l. 1. §. hi quibus, ſed excommunicatus eſt talis,
8 ergo poterit. † Vndecimò probatur, quia excommunicatio procedit plerunque propter contumaciam. 11 quæſt. 3. cap. noſtro. & cap. certum. & 8. quæſtio. 1. cap. ſciendum, ſed contumacia & pœna contumaciæ non priuat ab actibus ciuilibus, vt C. de modo mulc. l. 1. & de requi. re. l. fina. vbi de hoc ergo &c. hinc eſt quòd ſi crimẽ, pro quo quis eſt excommunicatus, infamiam non irrogat, non videtur quòd fiat infamis, ergo nec inteſtabilis, argumen. 23. quæſtio. 2. miles, & facit quod no. 4. quæſtio. 1. in ſumma. Duodecimò quoties ſententia eſt ipſo iure nulla, lata etiam ex crimine, ex qno quis fit inteſtabilis, non priuat à teſtificatione. ff. de iniu. rupto & irri. teſtamen. l. ſi quis filio. §. quid tamen. ergo ſi ſententia excommunicationis eſſet nulla, idem erit dicendum.
9 † Decimotertiò, quoties excommunicatio ſine cauſa ſtatuitur, teſtamentum valet abſolutè, vt in Auct. de ſan. epiſco. §. omnibus, igitur ſi excommunicatio talis inueniatur, valebit teſtamentum.

Decimoquartò vr̃ ꝙ licet excõicatus diceret nõ poſſe teſtari,

Source : BIU Cujas

quod cum nõ inueniatur expreſsè prohibitus, poſſit ſaltem inter coniunctas perſonas teſtari, arg. C. de inceſ. nup. l. ſi quis inceſtu. hinc eſt, quod hæreticus, qui a fide eſt alienus, extraneus, & a cõione ſacroſanctę eccleſię, ſeparatus, vt dictum eſt, põt nihilominus inter coniunctas ſibi perſonas teſtari, vt C. de hæret. l. cognouimus, & in Auc. vt cum de appel. cogno. §. generale. ergo & excõicatus, qui non eſt hæreticus, poterit multomagis teſtari; qa immo videmus qđ ille, qui deſijt eſſe ſuarũ rerũ dñs, põt inter liberos teſtari. C. de ſacroſan. eccle. auc. ſi qua mulier. & xix. q. iij. §. ſi qua mulier. & C. de ſecun. nup. fęminæ, ergo &c.

10 † Decimoquintò probatur, qa excõicatio de iure ciuili ſegregat a cõione ſancta, id eſt a corpore Chriſti, & ab ingreſſu eccleſię, vt d. §. oĩbus, & in Auct. de inter. coll. hære. §. j. & d. l. fi & de ſum. Tri. & fide catho. & d. l. placet, in fin. ergo de iure ciuili excõicatus poteſt cõdere teſtamentũ, cũ eo iure non inueniat prohibitus. Decimoſextò probatur, quia ſi excõicatis licet con- 18
dere teſtamentum de iure ciuili, licere debet multomagis de iure canonico: nam in pęnis ex charitate agendum eſt, & non ex furore; & in legibus cũ ſeueritate, & in canonibus cum mãſuetudine. xij. q. ij. c. in antiquis, & c. fraternitatis, & §. verum eſt, & eccleſię ſanctitas ignoſcendo gloriam dereliquit, vt C. de
11 epiſco. & cle. l. ſi quis in hoc, ergo &c. † Decimoſeptimò teſtãdi facultas ex clementia reſeruatur dãnato qñq;, vt C. de teſtamẽ. milit. l. & militibus, ergo &c. hinc eſt quòd in pęnis pœnæ mol liendæ ſunt, & odia reſtringenda in dubio. vt extra de regu. iu. c. odia, & c. in pęnis, & ff. de lib & poſt. l. cũ qdã, & de pœ. ſi prę ſes, & l. interpretatione. Decimooctauò lex ſibi quædam ſpiritualiter reſeruauit, quæ iudici nõ cõmiſit, ſicut eſt. infamia & teſtamenta damnatorũ & ſimilia, & iſta non amittuntur ex ſententia. niſi in caſibus nominatim & expreſsè a iure ſtatutis, vt no. ff. de his, qui no. infa. l. i. & l. furtim. §. fi. & Inſti. qui. nõ eſt per-
12 mit. fa. teſ. §. fi. ergo &c. † Decimononò probatur per locum a pari: nam infamis, qui a coĩbus actibus eſt excluſus, vt no. ff. de his, qui no. infa. l. ij. §. miles. & ff. de teſt. l. iij. & l. Iul. & C. de dig. l. ij. lib xij. cum multis ſi poteſt condere teſtamentum, vt l. j. C. de ſecund. nup. ergo etiã excõicatus, licet a coĩbus actibus ſit excluſus. Vigeſimo teſtandi voluntas de iure natura. ſiue gentiũ procedit, licet forma ſit de iure publico, vt. C. de teſtamen. l. teſtandi. & ff. de iuſti. & iu. l. j. §. ius naturale, ſicut ẽt cõtractus, qui ſunt de iure gentiũ, vt ff. de iuſti. & iur. & iura naturalia ſunt immutabilia, vt Inſti. de iure natu. §. ſed naturalia, ſed teſtamentũ nulla nuncupatione voluntatis fieri poteſt coram ſeptem teſtibus, vt C. de teſta. l hac conſultiſſima. § per nũcupationẽ. & l. in teſtamentis. ergo excõicatus poterit nuda & ſimplici voluntate coram ſeptem teſtibus cõdere teſtiñ. † Vigeſimoprimò pro-
13 batur per argu. a minori, cp excõicatus poſſit contrahere, quia deportatus poteſt, de quo minus videtur, cum ciuitatem amittat. ergo excõicatus multomagis, qui retinet ciuitatẽ, & nõ exulat nudus, & d. l quidam. ff. de capi. dimi. l. tutelas. §. fi. & l. bona fides. in prin. ff. depo. igitur contrahere poteſt, ergo & teſtari, vt ſ. probatum eſt. Vigeſimoſecundò regulariter tradi videtur, cp a cõione fidelium ſegregatus, ſi amiſerit bona, teſtandi facultatem amitttit. Sed & ſi bona non amiſerit, poteſt teſtari, vt C. de apoſt. l. apoſtatarum. & de hæreti. l. manichæos, & l. cognouim⁹, & in Auc. ibi poſita. ſed excõicatus bona retinet, ergo & facul-
14 tatem teſtandi. † Vigeſimotertiò oſtenditur arg. a minori. Nã valet qđ, fit cũ excõicato in iudicio, aut ante exceptionem oppoſitam, vt extra de excep. pia. lib vj. & no. eo. ti c. exceptio. de qua multominus videtur. ergo magis debet valere qđ fit extra iudicium in ϑctibus & teſtamentis; cum ẽt in iudicijs quaſi ϑhatur. ff. de inter. act. l. de ętate. §. qui interrogatus, & de pec. licet. §. idem ſcribit, & maximè, quia iudicialia magis prohibentur quã extraiudicialia, vt C. de hære. l. fi. §. i. & §. fi. & patere poteſt in de-
15 portato & in ſeruo, & ſimilibus. † Vigeſimoquartò probat aperte, quia excõicatum iura non in plus arctare videntur, q̃ vt euitetur & repellatur, vt d. c. quia ſed ſi non repellatur, nec euitetur licet peccatum ϑhatur, valet quod cum eo agitur, vt d. c. pia. Vigeſimoquintò vr̃, cp omni iure permittitur excõicato pietatis cã, & pro animæ ſuæ ſalute diſponere. C. de ſacro ſan eccle. l. illud. & l. ſancimus, & in Auc. de hære. & fal. §. ſi verò expreſſim. & de eccle. eo. ti. §. ſinaũt hæres. ff. de fideicom. liber. l. in teſtõ, extra de teſta. cum eſſes, & c. relatum. & de ſent. exc. eo. rñſo. & c. cum voluntate. c. cum deſideres, vbi de hoc. Vigeſimoſextò vr̃, cp excõicatus poſſit mortis cauſa donare, quia comparatur mortis cã donatio ϑctibus, cum ſtipulatio vel traditio in ea requiratur, vt no. Inſti. de dona §. j. hinc eſt, cp filiusfa. qui non põt teſtari, nec codicillari, vt C. qui teſt. face. poſ. §. i. ff. de leg. 3 l. i. §. i. põt mortis cã donare. ff. de do. l. filius. §. fi. de don. cau. mor. l. tam is. §. i. ergo & excõicatus, per locum à pari. Vigeſimoſeptimò ſi voluiſſe Papa teſtamenti factione eum priuare, facile erat id expreſſiſſe: ſed nõ expreſſit, ergo non vr̃ eum voluiſſe priuare, vt extra de dec. c. ad audientiam & C. de cadu. tol. §. ſinautem ad deficientis, & maximè in caſu iſto colligitur coniectura voluntatis, quia edictum de teſta. eſt prohibitiuum cęterorum caſuum, & cęterarum perſonarum, vt dictum eſt, &c. Iaco. de Belui.

E contra videtur, cp excõicatus non poſſit condere teſtiñ, nec aliam vltimam voluntatem. † Primò vr̃ eſſe caſus, quia excõicati à cõibus actibus excluduntur, vt extra de excep. pia. & de ſen. excom. licet. in fi. li. 6. ſed verba generaliſſima ſunt, & ius teſtandi comprehendere videntur. ff. de verb. ſignifi. l. Labeo. & l. verba. & Inſti. de teſta. §. ſed & hæredes. & C. de ſen. paſ. l. fi. ergo &c. Secundò probat pro locum à pari, quia vſurarius teſtari non poteſt, extra de teſta. c. q̃q̃. lib. 6. ergo nec excõicatus, quia ipſe eſt à cõione omnium ſeparatus, vt ſupra dictum eſt. † Tertiò excõicatus non põt hæres inſtitui, vt in Auc. vt cum de appel. cogno. §. generalẽ. ergo nec poterit teſtari, ſecundum Hoſt. Quartò probatur, ſm Hoſt. quia extraneo à fide, & ſeparato à cõione ſacroſanctæ eccleſiæ, omne beneficium denegatur vt in Auc. de priui. do. hære. non præſtitis. §. antepe. ergo ſicut non poteſt eſſe in iudicio ad vtilitatẽ
18 ſuam, ſic nec extra iudicium. † Quintò excõicato omnis participatio eſt interdicta, vt 11. q. 4. excõicatos. & c. cum excõicatis. & extra de excep. c. à nobis, cum ſi. ergo ex quo generaliter prohibetur, vr̃ etiam prohibita teſtamenti factio, ar. extra de ſen. exc. §. cum deſideres. in prin. & ff. de alea. l. i. §. quod autem, & de leg. præſtan. l. i. §. generaliter. Sextò, quia intelligitur prohibitum, quod non eſt expreſsè conceſſum, vt extra de tranſla. epiſco. inter corporalia §. ſed neque. ergo cum excõicato non inueniat̃ expreſsè conceſſum, ſed ſub generalitate prohibitum, cum ſit
19 excluſio à cõibus actibus, non poterit teſtari. † Septimò probatur, quia cum excõicato ϑhere licet ex neceſſitate, vt extra de ſenten. excom. c. inter alia. & c. ſi verè. ergo ex voluntate non debet licere, vt extra de do. & contu. c veritati. §. fi. de reg. iur. c. qđ non eſt licitum. igitur eadem ratione nõ debet licere teſtari, qa quæ pp neceſſitatem recepta ſunt, non dicunt in arg. trahi. ff. de
20 regul. iur. quæ propter. † Octauo regulariter traditur, cp à quo remouetur genus, & omnis ſpecies videtur eſſe remota ff. de fundo inſtru. l. fundi. & C. ne fiſcus rem, quam ven. euin. l. [illegible]. lib. 10. ergo cum excõicatus generaliter remoueatur a cõibus actibus, non poteſt teſtari. Nonò probatur per locum a pari: nam qui participare prohibetur omnino & in totum, non poteſt teſtificari, vt C. de hære. l. fi. & cum quilibet prohibeatur participare excõicato, nullus teſtis ſibi eſſe poterit. Decimò ſecundũ Azo. excõicatus ęquiparatur illi, cui aqua & ignis eſt interdictum, loco cuius ſuccedit hodie deportatio, vt habetur & no. Inſti. de cap. di §. minor. ff. de pęn. l. 3. §. i. ſed deportatus non poteſt teſtari, vt ff. de teſt. l. eius §. i. & de iniuſto rup. & irri. teſt. l. quis filio. §.
21 irritum. ergo nec excõicatus. † Vndecimò probatur, quia excõicati a nullo ſuſcipiantur, nec a quo quam credantur, quæ ab eis dicuntur vel ſcribuntur, vt 3. q. 4. nullus, ergo non poterit teſtari, & ipſius teſtõ fides non erit adhibenda, cum eius dictis nõ ſit credendum, &c. Duodecimò quia excõicatus, ſecundum Acc. arbiter eſſe non poteſt, vt no. ff. de arb. l. Pedius, ergo &c. Iac. de
22 Belui. † Solutio, excõicatus poteſt condere teſtiñ, & quamlibet vlti. voluntatem, vt probatur per iura pro prima parte allegata, &c. Ad contraria ſubtile eſt reſpondere, nec poteſt generaliter reſponderi, ſed poteſt particularis reſponſio adaptari. Et ad rationem primam reſpõdeo, cp excõicatus à cõibus actibus excluditur ideſt, ab actibus, qui principaliter reſpiciunt communem, ideſt publicam vtiſitatem, vel generalẽ ſed ab actibus, qui principaliter & in effectu reſpiciunt propriam & ſingularem vtilitatem, ſicut ſunt contractus, & iudicia, & teſtamenta, quæ omnia in proprijs rebus exercentur, & fiunt, non videtur excluſus, licet ipſi actus à iure publico ſint introducti, vt ſatis probatum eſt
23 per iura pro hac parte ſuperius allegata. † Præterea excõicatus non inuenitur iure aliquo expreſsè prohibitus teſtari & retinet libertatem, & ciuilitatem, familiam, & bona, & rerum ſuarum adminiſtrationem, ergo videtur ei permiſſum teſtari, vt d. l. ſi quæramus, cum ſimi. quemadmodum, & ſimiles, qui a communibus actibus excluduntur, & nihilominus poſſunt teſtari, ſicut eſt relegatus, & hæreticus minoris hæreſis & infamiæ. Et adultus & fęmina de adulto habetur. ff. de mune. & hono l. ad rempublicam, & de teſti. l. in teſtimonium, cum ſimi. & de fęmina. ff. de regu. iur. l. 2. & de iudi. l. cum prætor. §. non autem. & C. de arbi l. fi. de alijs. ſupra oſtenſum eſt, & quia ſi Papa voluiſſet, facile erat ei expreſſiſſe, ut d. c. quanquam. & quia in dubio *omnia iura fa*
24 *uent ultimæ uoluntati*, ut ſupra de his, plenè dictum *eſt* † & nõ obſtat etiam, quod actuum appellatione *contineri uidentur* iura teſtandi, quia illud poſſet habere locum, *quando* de natura rei repellitur quis generaliter omnino, & *in totum* a communibus actibus. ſed in caſu noſtro excommunicatus non repellitur in totum, nec omnino, ut probatur *in* d. decre. pia. & etiam patet, quia retinet libertatem, ciuilitatem & bona, ſic & relegatus, & ſimiles a cõibus actibus excluduntur, ut dictum eſt, & tñ poteſt teſtari. Poteſt etiam aliter reſponderi, quia iſtud habet locũ, qñ hoc nomen actus, proferr̃ per ſe ſine adiũcto. ſ. cum cõibus actibus, tunc reſtringitur eius ſignificatio, vt referatur ad omnes actus, qui principaliter non reſpiciunt propriam, & ſingularem utilitatem, ſed publicam, arg ff pro ſo. l. ſed & ſi adijci-
25 tur & l. duo. §. fi. † Ad ſecundam rationem reſpondeo, cp ibi expreſsè

Source : BIU Cujas

preſsè prohibitus fuit, & edictum de teſtibus eſt prohibitiuum certarum perſonarum, vt d.l.ſi quæramus. Et vſuræ diuino iure prohibitæ ſunt. Et Papa ſi voluiſſet ī excōicato expreſſiſſet, vt d. c.ad audientiam, & illud ibi à iure cōi exorbitat, tamen de iure teſtandi facultas omnibus permittitur. nequaq̄ ergo ad ꝑñtiam eſt trahendum, extra de regu.iur. quæ à iure. & ff.de legi. & ſenatuſcon.l.quod verò. Ad tertiam rationē reſpondeo, & ad quartam, quia in hæretico procedunt, & non loquuntur de eo, qui eſt ſimpliciter excōicatus. Ad quintam rōnem reſpōdeo, ꝙ participatio interdicta eſt, & debeat euitari, & repelli; ſed ſi non euitetur, peccatum ꝑhitur, & indicenda eſt pęnitentia, valet tamē nihilominus quod fit, vt d. c. pia. † Sicut etiam ſponſus ſponſæ ſuæ primæ dedit fidem pactionis, non debet cōicare ſecūdæ. Et tamen ſi ſecundam duxit, & ei cōicauerit, pęnitētiam debet agere de fide mentia: valet tamen quod fit cum ſecūda, vt extra de ſpon.c. pe. & fi. & de ſpon. c. duobus. vel dic ꝙ excōicatus non cōicat ad eius vtilitatem, ſed hæredum ſuorum, & ideo poteſt eſſe teſtis, ſicut & pater, qui in teſtamento filij militis, teſtis eſſe pōt, quia non filio, ſed inter hæredes filijs teſtis eſſe dī. ff.de teſt. l.qui teſtō. §.per ꝑrium, & habetur, & no. C.de teſti. l. parentes. Ad ſextam rationem reſpondeo, ꝙ illud habet locum, qñ prohibitio fieret generaliter omnino & in totum, & in caſibus, in quibus eſſet eadem ratio, quę in caſu noſtro, vt ſupra probatum eſt. Ad ſeptimam rationem reſpondeo, quia ibi ꝑctus valet ſim
27 pliciter, & in totum quo ad vtrūque ꝑhentium. † Et ſic patet ꝙ neceſſitas, quantum eſt ad excōicatum, qui ꝑhit ex voluntate, non faceret valere omnino, & in totum, vt C.de pa. qui fili.diſt. l.2.ſed claudicaret ꝑctus, ſicut in pupillo & doloſo, vt ff.de act. emp.l.Iulianus.§.ſi quis à pupillo. & de mino.l.in cauſæ.la 2.§. 1. vbi de hoc. Præterea participatio ibi excuſat participantem à peccato, & hoc operatur, ſed non facit valere ꝑctum, quia de ſe valebat. Ad octauam rationem reſpondeo, ꝙ illud arg. eſt probabile, ſed non neceſſarium: vel obtinet, quādo generaliter omnino, & in totum prohibitio fieret. Ad nonam rationem reſpō deo, quia in hæretico procedit, & non in participante, qui non eſt hæreticus, nec excōicatus. Ad decimam reſpōdeo, quia illud habet locum qñ alter participum remouetur omnino, & in to
28 tum, vt etiam ſuperius dictum eſt. † Ad vndecimam rationem reſpondeo ꝙ non procedit, quia non ꝓparatur deportato, cum retineat ciuilitatem, & familiam, & bona, ſed relegato, vt no.in d.c.paſtoralis. Ad duodecimam rationem reſpōdeo, quia vī debere intelligi in accuſatione, & teſtimonio, quia tūc eius dicto credendum non eſt coram iudice, ſed in contractibus & teſtamentis extraiudicialibus eorum dictis credendum eſt, vt ſupra probatum eſt. Item ſcripturæ teſtamenti eo mortuo, ipſo nihil dicente creditur, cum eius teſtamentum ſcriptum eſt ab eo, qui non eſt excōicatus. Præterea ſibi non creditur, ſi euitetur & repellatur; ſed ſi non euitetur, valet quod fecit & poſtea creditur, vt d.c. pia. Ad decimamtertiam rationem reſpondeo, ꝙ aliud eſt in arbitrio, qui introductus eſt ad ſimilitudinem iudicis, vel dic ꝙ illud habet locum ſi euitetur & repellatur, vt dictum eſt, & in hac opi.eſt Inno.vt no.per eum extra de ſen.excom.c.cum uoluntate. & Arch.in d.c.pia. Item in Specu.de inſtr.edi.§.compendioſe.ver.quid de excommunicato.

TRACTATVS DE EXCOMMVNICATIONIB.

Ioannis Capiſtrano, hactenus non impreſſus.



HIC incipere oportet, à quibus criminibus, & in quibus caſibus poſſint confeſſiones abſoluere confitētes, ex quo ſcire conuenit, qui ſint caſus Papę ſpecialiter reſeruati. Qui ſint etiam caſus epiſcopis reſeruati. & qui caſus ſimplicibus ſacerdotibus ſint conceſſi.

Primò igitur incipiendum eſt à caſibus ſedi Apoſtolicæ reſeruatis: nihil n.ageret Cōfeſſor, ſi ſe inijceret in caſus, de quibus nullam haberet abſoluendi licentiam: immo religioſi tenere præſumentes aliquem excommunicatum abſoluere in caſibus non ꝓceſſis, incidunt in eandem, vt infra dicemus.

Recolligamus ergo primitus caſus excōmunicationū, quarū abſolutio, ſedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſeruaī. quarū prima eſt, ſiquis manus in clericū iniecerit violentas. 17.q.4.ſiquis ſua dente diabolo. à qua tamen regula multi caſus excipiūtur, quos infra inter caſus epiſcopales numerabimus ſeriosè. Et notan. ꝙ licet religioſi & communiter viuentes poſſint abſolui à ſuo ſuperiore, attanem in quatuor caſibus enormibus etiā tales oportet recurrere ad ſedem Apoſtolicam abſoluendos.

Primus eſt, ſi interuenit mors, vt quia alter alterum interfecit.

Secundus eſt, mutilatio mēbri ſi interuenit ſanguinis effuſio

Tertius eſt, ſi ex vulnere ſanguinis defluxit.

Quartus eſt, cū ſubditus in prælatū manus iniecerit violētas.

Hi quatuor caſus reſeruantur Papæ. in capitulo. cum illorum, poſt med.extr.de ſentent.excommunicatio. ibi dum dicit, niſi exceſſus ipſorum extiterit difficilis & enormis, vtpote ſi ad mutilationem membri, vel effuſionem ſanguinis eſt proceſſum, aut in epiſcopum, aut Abbatem violenta manus iniecta, cum exceſſus tales nequeant ſine ſcandalo præteriri. Et licèt in d.tex. non fiat mentio de morte, attamen per argumentum à minori ſatis includitur, de quo in c.cum in cunctis, ext.de ele. maius eſt enim occidere quàm mutilare: & caſus mortis plusq̄ ſimilis eſt prædictis. caſus eſt in clem.1.§.poteſtas. uerſ. quæ omnia.de pęn. Vnde Inno. ſuper uerbo effuſionem ſanguinis, dicit i.mortem. Et ſubdit, Nam licèt ſangui de naſo exiuerit, nihilominus abſolui poterit. & idem intelligimus etiam ſi os capitis fregerit, dummodo non ſit ſecuta mors, uel membrorum mutilatio. Vel poteſt dici, ꝙ omnis grauis lęſio intelligitur, & hæc diſcreto iudici committitur, & hoc plus placet. Verba ſunt Innocentij, quorum finis, eſt tenendus. Vnde gloſ. ordinaria ſuper dicto uerbo, effuſionem ſanguinis, quærit, quid ſi modicum ual de lęſit, cum ſanguinis effuſione, quia de facili ſanguis effundit qñque: nunquid idem erit, ac ſi enormiter lęderet? Et reſpōdet, hoc Iudicis arbitrio committendum, ut puta epiſcopi, uel Abbatis. & ſubdit, verbum.n. effuſſionis abundantiam ſignāt. 16.q.1.c.reuertimini. ubi referuntur uerba Hieronymi ſuper Malac. dicētis ex parte Dei inferatis decimas in horreamea, & probate me, ſi non tantas pluuias effudero, ut catharactæ cęli aperte credantur. & effundam uobis benedictionem uſque ad abundantiam. Verbum effuſionis nomine largitatis oſtēdit, dicit gl. Hęc ſunt uerba Hierony. & allegat pro concordantia C.de in offici. dotib.l.2.hinc etiam dicimus ꝙ effuſionem ſanguinis nulli epiſcoporum ſua, uel Imperatoris auctoritate imperare licet. 23.q.8.c.ſi autem nobis.§.licet, in fi. & in c.ſeq. quod incipit, ſæpæ. ubi concluditur ꝙ ſacerdotes nanque recipiāt commiſſiones principum contra Maieſtatis obnoxios, niſi iureiurando ſupplicij indulgentia promittatur. ubi gl. dicit, ꝙ ad pœnam ſanguinis, ar. 15.q.4.c.nullus epiſcopus. & in c.ſępæ, dicit, ſiquis ergo ſacerdotum ꝑ hoc cōe conſuetum diſcuſſor in alienis periculis extiterit, ſit reus effuſi ſanguinis apud Chriſtum. ad hoc etiam faciunt no.in c.in archiepiſcopatu. ext.de rap. & 23.q.5.c.homicidas. ubi tex.dicit, homicidas & ſacrilegos & uenenarios punire, non eſt effuſio ſanguinis, ſed legitur miniſterium. uerba ſunt Hieronymi ſuper Hierem. & intelliguntur pro iudicibus ſecularibus. Tenendum eſt igitur ꝙ de tali enormi delicto & ſanguinis effuſione Iudicis arbitrio remittatur, arg.opt.Inſtit.de iniur.§.atrox. Et nota ꝙ licet atrocia propriè reſeruentur, attamen & leui iniuria facta clericos ſententia excōis incurritur ipſo facto, ut infra dicemus inter caſus eꝑales. Et ſic uides ꝙ in iſta prima ſpecie excōicationis continentur principaliter quatuor caſus Papæ reſeruati, licet multi plures poſſint contineri, quos diſcretus Iudex arbitrabitur, enormes. Et hoc bene colligitur in eorum tex.c.cum illorum, dum dicit, Cum exceſſus tales, & ſimiles, &c.

Secunda principalis ſpēs excōicationis, cuius abſolutio Papæ reſeruaī, eſt de incendiariis & fractoribus. unde quicunq; incendit, uel frangit eccleſiā, uel cimiteriū, uel monaſteriū, uel hoſpitale, ſeu quemlibet locū religioſum, ipſo facto eſt excōicatus. & poſtq̄ eſt denūciatus ab ordinario, uel eius auctore publicatus, nō pt abſolui, niſi ꝑ Papā, 11.q.3.c.canonica. ubi patet ꝙ uiolatores eccl'iarum. nō ipſo iure ſunt excōicati. idē patet 17.q.4.c.oēs eccl'ię raptores. tū in ꝑdictis Decretis ñ erat abſolutio reſeruata Papę, ſed poſtmodū ī c.tua nos. & ī c.ꝙueſti. ext.d' ſen.exc.tales, ex quo ſunt ꝑ eccleſię ſnīā excōicati publicati pro abſolutionis bñficio ad ſedē Apl'icam ſunt mittendi. Tertia eſt de incendiarijs & effractorib.ēt aliarū rerū: qui licèt nō ſint ipſo iure excōicati, ſed ſint excōicandi, 23.q.ult.c.peſſimā. attñ ēt quaruncunq; rerū incendiarij, poſtq̄ denunciat ſunt per ordinarios non pñt abſolui niſi per Papā, ut in d.c.tua nos, & ꝙueſti: ad quod ēt facit 23.q.ult.c.ſiquis membrorū. & 12.q.2.c.cū deuotiſſimam. Et ſciendū ꝙ incēdiarius dī oīs, qui auctoritate ꝓpria incēdit ciuitatē uel uillā, ſiue manſionē, uel ſegetem, uel alia ſimilia malo ſtudio, ut pro odio, uel uindicta, ſiue per ſe faciat, ſiue per alios fieri faciat, mandando, conſulendo, auxilium præſtando, uel cō ſenſum, cum poſſet prohibere, ut probaī in d.c. peſſimā, & in d. c.cum deuotiſſimam. Et intellige, qū hoc fieret ex iniuſto bello & malo animo: quia ſi caſu, uel negligentia ſequatur incēdium, talis non iudicaretur incendiarius, ut dicit Goffred. & Hoſtien. & tales intelliguntur denuntiati, ſiue nominati, ut dicendo', excōicamus uel denunciamus excōicatum talem & talem, exprimendo nomina, ut A. & B. ſiue in gñe, ut dicendo, denunciamus excōicatos oēs illos, qui tale incendiū fecerūt. oēs.n.tales, poſtq̄ denūciati ſunt, non niſi ꝑ Papā poſſunt abſolui, ut in d.c. tua nos. & in d.c. ꝙueſti. Nec mirū aut durū hoc alicui uideaī, cum tales de iure ciuili cremari debeant, uel pœna capitis puniantur, ff. de pœn. l. capitalium. §. nonnunquam. & §. incen-

Source : BIU Cujas

diarius.ff.ad leg.Corn.de sicar.l.si quis dolo.ff de incen.rui.nauf. l.qui ædes.ubi dicit tex.incendiarius incendio detur.facit etiam l.penult.& vlt.eiusdem tit.& gloss.tangit in d.cap.cum deuotissimam.

Quarta principalis spēs est, cū aliqs nominatim auctoritate Papæ fuerit excommunicatus cum suis complicibus & participibus,consulentibus,auxiliantibus& fauentibus in crim.& obsequentibus,vel obedientibus,sicut de Federico Imperatore de posito,de quo in c.ad Apostolicæ.de sent.& re iudi.lib. 6. vnde tales sic nominatim excommunicati cum suis complicibus,& c.non nisi per Papam potest absolutionis beneficium obtinere vt in c.significauit,extr. de senten. excom. ad quod etiam facit, quod not.in cap.quod in dubijs,in fi.& in cap. si concubinæ clericorum.eod.tit.vbi expresse patet,quòd participantes in crim. criminosis,incidunt in eandem sententiam.facit etiam c.nouerit, eo.tit.& 11.q.3.excellentiss.Rex Carolus.

Quinta principalis species est de fallificantibus literas Apostolicas vnde quicūq; fallificauerit literas Apostolicas,vel fallificatas se habere cognoscit,infrà 30.dies literas illas,aut destruat, aut resignet,alias excommunicatus est ipso iure,vt in capitu. ad fallsariorum.extr.de crim fal.à qua non potest absolui sine speciali Papæ mandato,vt in c.dura.de crim.fal.Idem est etiam de fallificantibus sine emendantibus supplicationes signatas per Papam,vel literas Apostolicas recipientibus,nisi per manus Papæ,vel bullatorum,vel aliorum quibus est commissum,de quibus etiam reseruatur absolutiò Papæ, vt patet in Formulario Cancellariæ,siue regiſtro. Ad quod satisfaciunt not.in d. c. dura.ibi,siquis aūt in hac parte mādati nostri trāsgressor extiterit. si laicus fuerit, excommunicationi subiaceat, si Clericus officij & beneficij suspensione damnetur. Signa autem falsitatis adhibitæ in literis Apostolicis satis exprimuntur in c.licet,cod. titu. Et not.quòd in d.capitul.dura, non indicitur excommunicatio ipso iure, sed ibi absolutio reseruatur Papæ. Excommunicatio autem ipso iure inducitur in capitul. ad fallsariorum. ibi, Nos. enim omnes fallsarios literarum vestrarum, qui per se, vel per alios nuntium fallsitatis exercent cum fautoribus & defensoribus suis, anathematis vinculo decernimus innodatos.Et infra. Qui verò sub nomine nostro literis fallsis vtuntur.si clerici fuerint,officiis & beneficijs ecclesiasticis, spoliētur.si laici, tandiu maneant excommunicationi subiecti,donec satisfaciant competenter, &c.

Sexta principalis species est de insequentibus Cardinales sanctæ Romanæ eccle.vnde siquis aliquem Cardinalem fuerit hostiliter insequutus, vel percusserit, aut cęperit, vel socius fuerit facientis,aut fieri mandauerit, vel factum ratum habuerit, aut consilium dederit,vel fauorem,aut postea receptauerit,vel defensauerit scienter facientem,sicut reus criminis lęsę maiestatis est grauiter, & multipliciter puniendus,tam in se,quàm in posteris,& omnes tam insequutores quàm alij supradicti,tanti mali participes, ipso facto sententiam excommunicationis inueniant:& quandiu in sua contumacia perdurauerint singulis diebus dominicis & festiuis, pulsatis campanis & candelis accensis pariter & extinctis per omnes illius loci ecclesias,in quo tantum facinus fuerit attentatum, nec non ciuitatum & diœcesum vicinarum excommunicati publicè nuncientur: nec ab alio quæ à Roman. Pontifice possint absolutionis beneficium obtinere, nisi duntaxat in mortis articulo constituti, qui casus semper excipiuntur, vt infra dicemus inter casus episcopales. Omnia prædicta habentur expresse in cap. felicis.de pęn. lib. 6. vbi etiam imponuntur multæ aliæ graues pęnæ, inter quas etiā imponitur peregrinatio vltra mare ad agendam pęnitentiam per tres annos ad minus, nec exinde postmodum reuersurus absque sedis Apostolicæ licentia speciali. Et no. quòd in prædicta specie excommunicationis sunt infrascripti casus. Primus, qui insequitur;Secundus,qui percutit;Tertius, qui socius est facientis;Quintus,qui mādat;Sextus,qui ratum habet;Septimus, qui consilium dat;Octauus,qui auxilium dat;Nonus, qui fauorem præstat;Decimus,qui receptat facientem;Vndecimus; qui scienter defensauit eundem.Potest etiam addi duodecimus,videlicet quicunque scienter & dolosè fuerit particeps in prædictis,vt in d.capit.si concubinæ. de sententia.excommu. cum similibus. Subditur etiam in d.c.felicis,quòd princeps,senator, consul,potestas,vel alius dominus, siue rector contra præsumptores prædictos,si prędictam constitutionem non fecerint obseruari, tam ipse, qnàm principalis, quàm officialis ipsius infra mensem, postquam res ad notitiam peruenerit eorundem eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. sed quia hæc non est reseruata Papæ, inseremus etiam infra inter casus episcopales.

Septima principalis species est de dantibus licentiam grauādi,siue molestandi,& de molestātibus Iudices ecclesiasticos vnde quicunque pro eo ꝙ ī Reges,Principes,Barones,Baliuos,nobiles,vel quoslibet ministros eorum, aut quoscunque alios excommunicationis,suspensionis,siue interdicta sententia fuerit promulgata licentiam alicui dederint occidendi capiendi,seu aliàs in personis aut bonis suis,vel suorum grauandi eos,qui tales sententias protulere, sine quorum sunt occasione prolatæ, vel easdem sententias obseruantes,seu taliter excommunicatis communicare nolentes, nisi licentiam ipsam re integra reuocauerint. vel si ad captionem bonorum occasione ipsius licentiæ sit processum,nisi bona ipsa fuerint infra octo dierum spatium restituta, aut satisfactio pro ipsius impensa, eo ipso sententiam excommunicationis incurrunt eadem quoque sunt sententia innodati, omnes quasi ausi fuerint prædictam licentia data vti, vel aliquod præmissorum committere suo motu. Qui autem in eadem sententia permanserint, duorum mensium spatio ex tunc ab ea non possunt,nisi per sedem Apostolicam absolutionis beneficium obtinere.tex.est in c. quicunque.de sentent. excommu.lib. 6. Et hic etiam vides multos varios & diuersos casus,videlicet.

Primus est si fuerit data licentia occidendi.Secundus,si capiēdi.Tertius,si in propriis personis grauandi. Quartus, si in personis suorum.Quintus,si in bonis proprijs.Sextus, si in bonis suorum,scilicet eorum,qui sentētias protulerit.Septimus, si tales licentia data fuerit de quibuscunque prędictis contra eos,pro quibus prædictæ sententiæ latæ fuerunt,& sicut sunt etiam se prædicti casus,ex quo essent duodecim.Octauus tamen, vltra prædictos, cum si licentia data fuerit contra, obseruantes prædictas sententias. Nonus, si data fuerit licentia contra nolentes communicare,siue participare,vel conuersari cum prædictis excommunicatis.Decimus est,de vtentibus tali licentia,quomodocunque de prædictis sex primis casibus. s. occidendi, &c. Vndecimus de committentibus proprio motu aliquid de prædictis sex primis casibus, scilicet occidendi, &c. Et nota, ꝙ vbi dicimus suorum,scilicet hominum, intelligitur non solum de consanguineis,sed etiam de familiaribus,vt dicit glo. Ioā. And. ꝙ subdit,& sic no.casum, in quo percutiens & mandans percuti laicum excommunicatus est.ad idem in c.sciant cuncti. de elect. eo.lib.& in c.quoniam.ext.de immunit.eccl.

Nota etiam,vbi dicimus grauandis ꝙ intelligitur nō solum si talibus auferantur bona sua,sed etiam si prohibentur,ne quis emat ab eis,vel ne quis eis vendat, vt dicit gloss. vel his similia, vt in cap.quanto.de priuileg.& in capitu. fina. de immunit. eccle.libro sexto, vbi dicitur, neque bladum molant, coquant panem,aut alia obsequia exhibere præsumant,&c.

Notandum est etiam verbum ibi cum dicitur, quorum sunt occasione prolatæ, quòd secundum allegationem, quam facit gloss. Ioan. Andr. videtur velle intelligere de iudicibus delegatis,vel de suffraganeis.sed si bene attendatur ratio, quam inducit;& allegationem,quam facit,cum dicit,Quorū interest principaliter defendere sententias ipsas in iudicijs, supra eod. capi. venerabilibus. §. 2. in fin. videtur potius vtrosque comprehendere,videlicet tam eum,pro quo lata est,quàm etiam eum, qui tulit,siue ex propria iurisdictione, siue ex delegata.tex.enim in d.capit.quicunque.absolutè dicit,grauandi eos,qui tales sententias protulerunt, siue quorum sunt occasione prolatæ. & in d. capit.venerabilibus,dicit.quoniam tueri hanc causam, non ad ipsum suffraganeum,sed ad eum, pro quo est sententia lata spectat. & j.dicit,in hoc casu conueniendus est ipse suffraganeus coram Archiepiscopo,vel eius officiali, quia ipsius interest defendere causam suam.nam differentia horum duorum casuum est ex eo,quia si iudex.s.suffraganeus tulit sententiam,a qua extitit appellatum,non tenetur iudex causam appellationis defendere, sed is, pro quo lata est sententia. Si autem iudex, uel extra iudicium per defensione suorū iurium,uel in iudicio procedens ex officio suo aliquem excommunicet, & contra eū reclamatum sit,tunc iudicis interest defendere causam suā,ut patet in d.c.venerabilibus. Quātum ergo ad casum prædictum excommunicationis,de qua in d.c.quicūque clarum est ꝙ loquitur de iudice, dum dicit, qui tales sententias protulerunt. Sed dubium est,si intelligatur de his, pro quibus sententiæ latæ sunt eo ꝙ dicit,sine quorum sunt occasione prolatæ,vel easdem sententias obseruantes:& tunc in hoc distinguendum uidetur,qa aut illi,pro quibus sententia lata fuit,dederunt occasionem, ut sententiam promulgaretur, ut quia sollicitauerūt iudicem, uel fecerunt solicitari pro procuratores, & aduocatos suos,& sic post latam sententiam pro eis ipsam obseruare,& defensare nitantur: & tunc non est dubium,quòd habet locum excommunicatio dicti cap.quicunque.non solum in fauore illorum, pro quibus sententia lata est,sed etiam in fauorem procuratorum, & aduocatorum ipsorum, pro quibus sententia lata est. nam procuratores & aduocati & similes patrocinantes in causis, dāt occasionem ut sententia proferatur. Occasio nanque ut dicit Papias,est facultas, copia, potestas, conditio, tempus,locus, ab occidendo dicta. est enim differentia inter occasionem & causam: nam causa multipliciter sumitur, aliquando pro animi impulsa ad aliquid agendum: aliquando pro origine & materia negocij, dicta a casu, quo uenit, uel a chaos,quo fuit principium oīum rerum,inde cā dr origo uniuscuiusq; rei, aliàs est cā pp quam unumquodq; fit,& aliàs cā sumitur pro cōtrouersia,

quæ

quæ dum proponitur,causa dicitur:dum discutitur,dicitur iudicium:& dum finitur,dicitur iustitia. Vnde dicit Papias,de his satis agit Philosoph.in lib.de causis. Et de prædicta differentia inter causam,& de occasionem satis tractant Doct.in c.solitæ. de maio.& obed.& per Archid.11.distin.c.2. ad quod facit 15.dist. c.sæpe.& c.de his.& 55.distin.c.si euangelica.& ff.de postul.l.j.§. sexum.in gloss. quid ergo. ibi.n.habetur ꝙ Calphurnia dedit causam edicto ne mulieres postularent, de quibus satis tractat Joan.Andr.in c.cum dilecti. super glo.quæ incipit,causam. Tractatur etiam in c.forus.§.causa.extra de verborum signi. vbi tex. dicit.causa autem a casu, quo venit est materia & origo negocij necdum discussionis examine patefacta: quæ dum proponitur causa est,dum discutitur,iudicium : dum finitur iustitia, ita dicit ibi text. sed prius fuerat verba Papiæ,vt diximus. Ad propositum igitur redeundo,sicut dicimus,ꝙ qui occasionem dãni dat,damnum dedisse videtur.ff.ad leg. Aquil.l. qui occidit.§. in hac actione. & in c.sicut.extra de testibus cum similibus ita à simili omnes,qui dederũt occasionẽ, vt prædicta sententia per iudicem ecclesiasticum proferretur, erunt participes priuilegii dicti c.quicunque.s.ꝙ grauantes eos, vel grauãdi.licentiam cõferentes incidunt in laqueum excommunicationis ibi contentæ.Nam si attendatur mens legis, nulli dubium ꝙ prædicta decretalis emanauit in fauorem libertatis fori ecclesiastici prosequendi,etiam contra Reges & Principes, vt ibidem.

Octaua principalis species excommunicationis, cuius absolutio Papæ reseruatur, est de exẽterantibus, vel demembrantibus corpora defunctorum, causa transferendi ad quamcunq; sepulturam. vnde quicunque defunctorum executores, aut familiares,seu quiuis alii,cuiuscunque ordinis & conditionis,status aut gradus extiterint, etiam si pontificali dignitate præfulgeãt, cum aliquis extra limites suarũ partium debitum naturæ persoluit,electa vbilibet sepultura,si in locis,in quibus catholicæ fidei cultus viget, diem claudit extremum corpus defuncti exenterare, aut demẽbrare, vel in frusta immaniter incidere & aquis immersum ignib. decoquẽdũ exponere prẽsumpserint, & tandem ac ossibus tegumẽto carnis excusso, ad partes quaslibet deferre,seu mittere tumulandum, aut similia præsumpserint attentare defunctorum corpora sic inhumaniter & crudeliter pertractando, vel pertractari faciendo,ipso facto sentẽtiã excommunicationis incurrunt,a qua non nisi per sedem apostolicam,præterquàm in mortis articulo, possunt absolutionis beneficiũ obtinere, & nihilominus corpus sic inhumanè pertractatũ ecclesiastica dẽt sepultura carere. Hæc habentur in quadã extraua. Bonifacii VIII. q̃ incipit, detestandæ feritatis abusum quæ facta fuit post cõpilationem sexti libri,vt patet ex data, & sic etiam hic vt vides,multi continentur casus, quorum videlicet primus de exenterantibus.Secundus de emẽbrãtib. Tertius de in frusta incidentib. Quartus de quoquentib. Quintus de transferentibus ossa.Sextus de transmittentib. Septimus de facientibus fieri aliquid prædictorum. Patent prædicta oĩa in prædicta conclusione in eo, quod dicit, **huiusmodi** & similis abusus nullatenus obseruetur: nec fidelium **manus** tãta immanitate fœdentur, & infra dicit: Aliquod **contra huius** nostri statuti & ordinationis tenorem præsumpserint **attentare**,& infra pertractando,vel faciendo pertractari. Et notãdũ, ꝙ in hac & in aliis excommunicationibus etiam vbi nõ exprimitur per regu.illam,quæ dicit,ꝙ participans in crimine criminoso incidit in eandem sententiam,vt in d.c.si concubinæ,& in c. nouerint de senten.excommu.cum similibus interueniunt etiã infrascripti casus. Primus de mandante. Secundus de consulente. Tertius de auxiliante. Quartus de fauente. Quintus de consentiente. s.cum posset prohibere. Sextus de participante, vt qa tenuit, vel clamauit,vt dicit Inn.in c.significasti.2.extra de homic.De his omnibus satis habetur in c. dignum, sicut dignum, & in c.ad audientiã,& in c.significasti.2.extra de homic.per Innoc.qui dicit in d.c.ad audiẽtiam, & intelligitur consilium, vel mandatum dedisse in mortem alicuius, quando suasit illud.s. homicidium,vel rogauit,vel mandauit, vel alias consuluit vtilitatem, quæ sequeretur ex homicidio ostendendo : sed & qui non consuluit homicidium,sed consuluit illud, vnde sequitur homicidium, vt si suasit iactum machinæ,vel baliste,vel ꝙ vadat ad capiendum castrum,quod nõ potest de facili capi, sicut morte hominum:nam si sequitur homicidiũ,omnes tales sunt participes homicidii. Simili quoq; modo omnes prædicti participantes in crimine,ex quo incurritur prædicta excommunicatio quouis de prædictis modis participent,erunt similiter excommunicationis vinculo irretiti ad quæ etiam faciunt not. in c.qui consentit.11.q.3.& 50.dist.c.si quis viduam. Nona principalis species huius excommunica. est de inquisitoribus hæreticæ prauitatis. Vnde quicũque inquisitor hæreticæ prauitatis per sedem apostolicam deputatus, siue diœcesanus episcopus,carnali amore, odio, vel cuiuslibet commodi temporalis affectione,vel obtentu malitiosè,& fraudulenter tantam labẽ, s.hęreticę prauitatis, seu ꝙ ipsos in executiõe officii inquisitionis impediat falso alicui præsumpserat imponere, vel quoquo modo vexare,vel contra iustitiam & conscientiam suam omiserint contra quemcunque procedere vbi fuerit procedendũ super huiusmodi prauitate episcopus,aut superior suspensionis abofficto per triennium, alii verò excommunicationis sentẽtia eo ipso incurrunt,a qua nisi per summum,Pontificem, prẽterquàm in mortis articulo,& tunc satisfactione præmissa, absolutionis beneficium nequeunt obtinere, vt in ca. multorum, de hæret.in clem.circa fin.vbi gl.in ver. obtentu, dicit ꝙ si propter timorem, vel propter scandalum euitandum omiserint procedere,non est locus pœnæ, ad quod facit c. nonne, extra de præsumpt.nam licet supra fecerit mẽtionem de timore, attamen dum pœnam taxat,non repetit de timore, sed tantum modo dicit,ꝙ si odii,gratiæ,vel amoris, lucri aut commodi tẽporalis obtentu contra iustitiam & conscientiam suam omiserint contra quemcunque procedere,&c. Et not. diligenter hãc copulatiuam,contra iustitiam & conscientiam,quam etiam gl. satis ponderat. Simile habetur in c.cum æterni,de sent.& re iudi.lib.6.vbi dicit text. si quis autem iudex ecclesiasticus ordinarius,aut delegatus, famæ suæ prodigus, proprii persecutor honoris,contra conscientiam & cõtra iustitiam in grauamẽ partis alterius in iudicio quicquàm fecerit,&c.vbi gloss.dicit, **nota** ista duo sic copulata,vtrunque enim requirit, vt habeat **locum** pœna,pro quo faciunt not.in c.in plerisque,in glo.4.de elect.in clemen.& sic etiam intelligit d.clem.multorum,Ioan.de Imo.

Aduertendum est igitur diligẽter,ꝙ ad hoc vt prædicta pœna locum habeat,tres casus sunt principaliter attendendi videlicet primus est quando inquisitores imponũt alicui labẽ hęresis,& tunc ad hoc, vt locum habeat pœna, requiritur ꝙ malitiosè aut fraudulenter imponunt,& ꝙ contra iustitiam & cõscientiam vexent.

Secundus est,quando inquisitores imponunt alicui, ꝙ ipsos in executione officii inquisitionis impediant, & tunc vt pœna locum habeat, requiritur vt hoc falso modo imponunt & similiter vexent.

Tertius est, quando inquisitor omittit procedere vbi est pcedendum super hęretica prauitate:& tunc vt pœna locum habeat requiritur ꝙ talis omissio facta fuerit odio,vel gratia, vel amore,aut obtentu lucri, vel commodi temporalis contra iustitiam & conscientiam suam.

Et not. ꝙ licet verbum odii congruentius referatur ad impositionis hęresis & impedimentum officii : attñ contingere posset etiam ꝙ odio alterius omitteret procedere contra alterum tali labe respersum, verbi gratia, si duo inimicarentur ad inuicem, quorum vnus esset inquisitori exosus, alter autem esset suspectus de hęresi,& inquisitor in odiũ alterius,qui odiosus est sibi & inimicus illius suspecti omitteret procedere cõtra illum suspectum,vel de hęresi diffamatum, & talis omissio cõtra iustitiam & conscientiam suam esset, tunc incideret in excommunicationis sententiam antedicta, prædicta colliguntur expressè subtiliter intuenti,in d.c.multorum.§. verum, de hęreti. in clement.

Notandum est etiam prædictam excommunicationẽ locũ habere in substitutis ab episcopo, vel ab inquisitore, si contra prædicta fecerint quoquo modo pater ex text.in prædicto §. verum,cum dicit,episcopo & inquisitori,prẽfatis ac aliis ad dicti executionem officii subtituendis ab eis in virtute sanctæ obedientiæ & subinterminatione maledictiones æternæ, præcipimus, &c.

Sed nunquid prædicta excommunicatio locum habeat, si tales inquisitores imponant vel omittant procedere contra fautores & receptatores hęreticorũ, super hoc non reperi doctorem aliquem indagasse,ideo argui potest pro & contra : nã ꝙ non habeat locum videtur ex eo,ꝙ pœnæ tanquàm odiosæ, sunt restringendæ,non autem ampliandæ,vt in c. odia, de reg. iur.libro 6.propterea melius est nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare. ff. de pœn.l.absentem. Præterea in interpretationem legum pœnæ delictorum potius molliendę sunt quàm ex asperandæ.ff. de pœn. l. si interpretatione. Præterea potius clementiæ quàm seueritati naturæ debemus, & pronos esse oportet.ff.de pœn.l.respiciendum, circa princi. faciunt pro ista parte not.per gloss.in c.j.de sepult.in clemen.vbi Ioan.Andr. ita stricte vult ibi intelligere excõmunicatos solum eos,qui sepeliunt corpora eorum, quibus ibi ecclesiastica sepultura,negatur,non autem portantes ad sepulturam,vel comitantes funus, vel fodientes,vel aperientes sepulturam,& similia,sed solummodo ponentes corpora in tumulo,licet prædicta gloss.censeatur a quàm pluribus non tenenda,vt infra dicemus & expressius ostendemus.

In contrarium,ꝙ prædicta excommunicatio locum habeat etiam in casibus supradictis,patet multipliciter, videlicet;

Primò ex consideratione mentis dictæ legis,quę in fauorem vertitur fidei Christianæ, & catholicæ veritatis,circa quã piissimum est diligentissimè vigilare,quæ mens legis conditoris seruanda est potius quàm verborum cortex. extra de verborum significa.ca.propterea, vbi Grego.dicit: Rogo non verbum ex

verbo,

Source : BIU Cujas

verbo, sed sensum ex sensu transferri: quia plerunque dum proprietas verborum attenditur, sensus veritatis amittitur, potior est. n. mens dicentis, quàm vox. ff. de supel. leg. l. Labeo. nec plus verbum quàm voluntas inspici debet. j. q. j. c. Marchion. & 22. q. 2. c. humanæ aures, cum similibus. Sed intentio Clementis in d. clem. multorum, est ꝙ officium inquisitionis iustè & diligēter contra prauitatem hæreticam fit intentum, vt patet cum dicit, ꝙ nonnulli inquisitores per sedem eandem contra prauitatem hæreticam deputati metus sibi traditas excedētes, sic interdum extendūt suæ potestatis officium, vt quod in argumētum fidei per circumspectam eiusdem sedis vigilātiam salubriter est prouisum. Et infra, ppter quod ad Dei gloriā & augmētū eiusdem fidei & negotium inquisitionis huiusmodi eo prosperetur felicius, quod deinceps labis indago solennius diligētius, & cautius peragetur ipsam tā per diœcesanos episcopos quàm p̄ inquisitores a sede apostolica deputatos, omni carnali amore odio vel timore, aut cuiuslibet ꝯmodit palis affectiōe semotis, decernimus exerceri. officiū aūt & negociū inquisitionis hr̄ticæ prauitatis concernit etiam fautores & receptatores hæreticorum, & similes, vt patet in c. vt officium inquisitionis, in princ. de hæret. lib. 6. ibi dum dicit, contra hæreticos credentes, receptatores, fautores, defensores eorū, &c. Similis text. est ī c. ī fidei fauorem, & in c. quicunque, & in c. præsidentes, de hæretic. lib. 6. cum multis similibus, ergo & in talibus prædicta excommunicatio locum habet.

Secundò probatur sic. Connexorum idem est iudicium, extra de constitu. c. translato, & de offi. deleg. capitu. præterea, sed credere hæresim, vel credere hæreticis & fauere & receptare, & defensare hæreticos & esse hæreticum, sunt connexa, vt patet in iuribus superius alleg. & in c. vt commissi, ibi, in quoslibet hæreticos, credentes receptatores, defensores, & fautores eorum. Patet etiam in capitu. vt inquisitionis, negocium ibi in hæreticorum, credentium, fautorum, receptatorum, & defensorum ipsorum inuestigatione, captione, ac custodia diligenti, &c. de hæreti. lib. 6. Ergo quę de hæreticis statuunt, & de talibus cōplicibus & adhærentibus locum habent tanquàm de connexis eisdem sicut est in casu prædicto.

Tertiò probatur sic. Accessorium sequitur naturam principalis. ff. de regulis iuris. l. cum principalis, & l. nihil dolo. §. cum principali, & in c. accessorium, de reg. iur. lib. 6. sed credere hæreticis fauorem impendere & receptare & defensare, sunt accessoria ad hæresim, vt patet in supradictis iuribus, &c.

Quartò probatur sic. Receptare & defensare hæreticos inducit suspicionem de hæresi. cum. n. error consistat in animo & in mente, non potest, de errore constare, nisi per extrinsecos actus & per indicia argumenta extra de vsur. ca. in ciuitate. 32. dist. c. erubescant. 11. q. 3. c. aliorū, & satis patet ī c. excōicamus. §. adiicimus. ext. de hæret. & ī c. accusat⁹. de hæret. li. 6. vbi p Archi. super versi. orta. dicit ēt ibi text. Accusatus de hæresi, vel suspectus contra quem de hoc crimine magna & vehemens suspicio orta erat, &c. Receptare autem & fauere, vel defensare adeo vehementem suspicionem inducunt, ꝙ ex talibus indicatur relapsus, qui hæresim alias abiurauit, vt patet expressè ī d. c. accusatus. c. ille quoq;, vbi dicit tex. Ille quoque de cuius lapsu in hæresim ante abiurationem constiterat, vel nunc constat, si post primam hæreticos receptent, deducat, visitet, seu associet, aut dona, vel munera eis donet, vel mittat, seu fauorē eis impendat, meritò debet iudicari relapsus. in dicta autem clemen. multorum §. verum, præcipitur episcopis & inquisitoribus & eorum substitutis, vt sic discretè & promptè contra suspectos vel diffamatos de huiusmodi prauitate procedāt, ꝙ malitiosè, aut fraudulenter, &c. cum subiunctione prædictarū pœnarum. Ergo clarè patet ꝙ etiam in præfatis casibus receptationis & fautoriæ ac similium, locum habeat pœna prædicta. Et sic vltra prædictos tres casus. s. quando inquisitores imponunt labem hæresis, &c. Accedunt etiā sub pœnis p̄dictis casus infrascripti. Primus de credentibus. Secundus de fauentibus. Tertius de defensantibus. Quartus de receptantibus. Quintus de adhærentib. Sextus de participantibus. Septimus de complicibus. Omnes enim prædicti proximi sunt hæreticis, vt patet in supra allegatis iuribus, & in c. excommunicamus. §. credentes. extra de hæreti. vbi ita subiiciuntur excommunicationi prædicti sequaces siue complices, sicut & hæretici. Vnde dicit ibi text. Credentes praterea receptatores, defensores & fautores hæreticorum, excommunicationi decernimus subiacere: similis etiam excōmunicatio decernitur & exprimitur in c. sicut ait. eodem tit. vbi dicit tex. eos. s. hæreticos & defensores & receptatores eorum anathemati decernimus subiacere, & sub anathemate prohibemus, nequis eos in domo, vel terra sua tenere, vel fauere, aut negociationem cum eis præsumat exercere. Accedit etiam ad prędicta, quę habentur in auth. credentes. C. de hæret. quæ fuit Federici Imperat. etiam habetur, in 10. colla & est approbata in c. vt inquisitionis officium, de hæretic. lib. 6.

Credentes enim hęreticis tanquàm hæretici condemnātur, vt in c. excommunicamus. 2. in fin. extra de hæretic. ad quod accedit quod habetur in c. super quibusdam, extra de verbo. sig.

Defensores autem errorum hæreticorum nōn tantum hæretici, sed hęresiarchæ dicunt, quasi uas & archa errorum. 24. q. 3. c. qui aliorum. Quod si defendat personam errantem, ne ad manus inquisitoris adueniat, tunc facit se suspectum de hæresi. 21. q. 5. §. cuiuslibet, & c. si fortè, & extra de hæret. ca. excommunicamus. §. qui autem inuenti, vbi suspecti de hæresi, nisi sufficienter se purgēt, excommunicari debent: & si per annum in excommunicatione perstiterint, ex tunc velut hæretici condemnentur.

Fautores autem dicuntur qui cum possint hæreticos corrigere negligunt, ex quo in suspicionem hæresis se inuoluunt, extra de hęret. capitu. 2. vbi dicetur. Qui alios, cum potest, ab errore non reuocat, seipsum errare demonstrat. negligere. n. cum possis perturbare peruersos, nihil est aliud quā fauere. 2. q. 7. negligere nec caret scrupulo ꝺcessionis occultæ, qui manifesto facinore desinit obuiare, vt in d. c. negligere, & in ca. sicut dignum. §. j. extra de homi. & in c. constitutus. extra de testibus. & 86. distin. c. facientis. Et error, cui non resistitur, approbatur. 83. distin. error. 23. q. j. c. ostendit. Quæ auctoritates intelligunt de his quib. incūbit punire, seu corrigere hæreticos, de quibus etiam dicit lex, ꝙ rectores simili pœna puniuntur, si talia facinora neglexerint vindicare. C. de sacrileg. & pag. l. j. in fin. ad qđ facit C. de comit. & mercat. l. 2. dicitur etiam fautor, qui hæreticum cęlat, vel indicare recusat, cum ab inquisitore præcipitur. 21. q. 3. quisquis, ad quod facit 22. q. 5. c. qui audit. & c. hoc videtur. Potest enim inquisitor etiam cum sacramento hoc exigere, vt in c. excommunicamus, extra de hæretic. Tenetur etiam quilibet fidelis hęreticum indicare, vt in d. c. qui audit. & ca. seq. & habetur expressius in quadam constit. Inno. Papæ, quæ incipit, nouerit vniuersitas. §. item si quis hæreticos, vbi Papa præcipit omnibus indistinctè sub excommunicationis pœna, vt quos sciuerint hęreticos, inquisitori vel episcopo debeant reuelare.

Dicitur etiam quis fautor hęreticorum facto, vel opere, vt puta cum hæreticos scienter associat, visitat, pascit, seu alimenta ministrat, vel ad euadendum præstat auxilium, cōsilium, vel fauorem nedum per obiectum sui corporis, quia tunc dicitur defensor, sed etiam ministrando, vel exhibendo sibi talia instrumenta, per quæ tutè possit euadere iudicium vltionis, ad quod instit. de oblig. quæ ex delic. na. §. ope. & in c. vt officium. §. prohibemus, & in c. accusatus. §. sacerdotes. de hæretic. lib. 6. ad qđ facit 23. q. 4. cap. est iniusta.

Verbis autem dicitur quis fautor hæreticorum, dū scienter excusat hæreticos publicè & palam, vel scienter præstat consilium, vt euadant, vel precantur pro eis, ne puniantur, probantur prædictam 11. q. j. c. timendo, & c. & ita. 2. q. j. c. vlt. & in d. ca. accusatus. §. sacerdotes, de hæret. lib. 6. & de precibus probatur in c. si aduersus extra de hæret. & arg. 14. q. 6. c. j. versi. istud. n. ad quod facit. C. de episcop. & cler. Leo quicunque.

Receptores autem dicunt illi, qui scienter in domibus, vel locis suis hęreticos receptant, eosq; occultant, vt manus inquisitorum effugiant. probatur. ff. de recept. l. j. & 2. & ff. de offic. p̄to. l. congruit. C. de his qui latro. occult. per totum, & maximè in l. j. vbi dicitur, ꝙ grauius punitur qui scienter receptat, & associat fugientem, quàm qui solum latitantem occultat, de prædictis satis not. Hosti. in summa de hęret. §. qua pœna, & plenius Archid. in ca. 2. de hęret. lib. 6. qui licet non alleget, sed sibi appropriet, attamen quæ ibi dicit habuit ex quadam consultatione Domi. Guidonis, postea Clementis IIII. qui de prædictis fecit postmodum quandam extrauag. quæ incipit, quoniam illis, in qua plenè dixit de casibus antefatis. Tenendum est igitur, ꝙ episcopus, vel inquisitor, siue eorum substituti, vel vicarii, quomodocunque faciant contra tenorem d. clem. multorum in quocunque de casibus supradictis, incidunt in pœnas prætaxatas in ca.

Ad argumenta in contrarium faciliter respōdetur. Nam ad primum ꝙ pœnę sunt restringendæ, verum est sine præiudicio veritatis & iustitię summi Regis, de qua maximè debet intelligi verbum Gregorii ad Constantiam Reginam Gallię, & habetur 11. q. 2. c. cum deuotissimam, vbi dicit, summum bonū est in rebus iustitiam colere, ac sua iura cuique prę̄seruare: nā custodia prę̄latorum debet esse, vt Christi inimicos *discreta vltione* corrigant & castigent. 25. q 5. c. peruenit, & c. contra idolorum cultores, quod si non fecerint, sanguis eorum de suis manibus requiretur. Ecclesiastici 2. & in ca. irrefragabili, extra de offic. ordin. ergo si negligens, vel liuidus facit contra tenorē d. clementinæ, incidit in pœnas prædictas.

Ad secundum, cum dicitur, ꝙ melius est nocentem absoluere, &c. Respondetur ꝙ verum est, quando non clarè constat de delicto nocentis, sed in casu nostro præsupponitur negligētia vel malitia prædictorum in præiudicium fidei Christianæ, pro cuius defensione leges & iustitia obseruare omnem pietatem superat & excellit, sicut de minori, dicit Hierony. in epist. ad Heliod. episcopum dicēs, Recordare tironicii tui diem, quo

Christo

Source : BIU Cujas

Christo in baptismate consepultus in sacri verba iurasti pro nomine eius non te patri parcirurum esse non matri. Ecce aduersarius in pectore tuo Christum conatur occidere, ecce donatiuam, quod militaturus acceperas, hostilia castra suspirant, licet paruulus ex collo pendeat nepos, licet spōso crine & scissis vestibus vbera, quibus te nutrierat, mater ostendat, licet in limine portæ iaceat percalcato ꝑge patre, siccis oculis ad vexillum crucis euola, solum pietatis genus est in hac re esse crudelem, non ergo nocens, de quo constat, absoluendus est: nec innocens condemnandus: sed si non constat de nocentia, minus malum est si nocens absoluatur, quàm si innocens condemnetur, & sic est ibi difficilis comparatio, quia vtrūque malum esset sicut dissimilitudinariè dixit Petrus, melius erat illis nō cognoscere viā iustitiæ, quàm post cognitionē retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mādato. 2. Pet. 2. omnes enim rectè intelligentes sumunt verbum melius. i. minus malum, & sic prædictum argumentum nihil obstat.

Ad tertium & quartū, quæ in idem recidunt, videlicet ꝙ pœnæ sunt molliendæ potius quàm exasperandę: & ꝙ magis debemus vacare clementiæ quàm seueritati: respondetur similiter verum esse, sine præiudicio veritatis & iustitiæ, pro qua vsq; ad mortem est decertandum, Ecclesiastici 4. Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortē certa ꝑ iustitia, & Deus expugnabat pro te inimicos tuos. Nam non solum ille proditorem veritatis, qui transgrediens veritatem pro veritate palam mendacium loquitur, sed etiam ille, qui nō liberè veritatē pronunciat, quàm liberè pronunciare oportet: aut non liberè veritatem defendit, quàm liberè defendere conuenit. 11. q. 3. c. nolite timere, & vterque reus est, & qui veritates occultat, & qui mendacium dicit. 11. q. 3. c. quisqs. Intellige vt supra scilicet vbi oportet veritatem exprimere, quo casu etiam intelligitur auctoritas Gregorii super Ezech. dicentis facilius scādalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur, de quo in c. qui scandalizauerit. extra de regu. iur. 11. q. 3. inter verba. Et qualiter intelligi debeat, plenius differuimus in prima parte tract. de pœnitentia, in 2. propositione infamiæ euitandę. Piissimè igitur & clementissimè pœnas mollit, qui fidem Christi nititur intrepidus defensare, pro qua magis quàm pro defensione patriæ licet filio in patrem insurgere, & patri in filium etiam vsque ad mortem incluſiuè, vt patet per glosſ. & Doct. 23. q. 3. c. fortitudo. & c. si curialis relicta ciuitate. l j. li. 10. & ff. de religio. & sump. fun. l. minimè, & est glo. in c. j. extra de conuers. in fide. Nō igitur per prædicta excusabitur episcopus, vel inquisitor, siue eorum substituti, quin in prædictas pœnas incidant, si peccauerint in his, quę continet dicta clemen. multorum: nec obstant not. per d. glo. Ioan. And. cum salua reuerentia, quasi pietate conuictus & superatus erga proximum impius factus est in legem ecclesię, quæ iubet ibidem, eos qui proprię temeritatis audacia defunctorum corpora non sine contemptu clauium ecclesiæ, in cimiteriis interdicti tempore, in casibus non concessis a iure, vel excommunicatos publicè, aut nominatim interdictos, vel vsurarios manifestos scienter sepelire pręsumūt, ipso facto excommunicationis sentētiæ subiacere, ergo sicut & in aliis casibus locum habet dicta regula, ꝙ participans in crimine criminoso incidit in eandem sententiam, vt in d. c. si concubinę, & c mulieres, de senten. excommu. cum similib. ita & in d. clemē. j. de sepult. locum habet. Et ideo in fine d. glosſ. dicit Ioan. And. in contrarium esset hæc constitutio ludibrio, si vnus solus ribaldus, vel seruiens, per quem id poterit expediri, ligari dicatur, reliquis visitatis pōposè & solenniter expeditis. Et sic licet supra multa dixerit ad excusationem participantium in prædictis: attamen in fine sic sub nube videtur inclinare in hanc partem, videlicet quòd prædicti omnes, tanquàm participes in excommunicationis sententiam incidāt ipso facto, de quo passu infra inter casus episcopales latius differemus. Concluditur ergo, ꝙ in omnibus prædictis casibus episcopi & inquisitores, ac eorum vicarii, vel substituti in prædictas pœnas incidant, si cōtra prædictam clem. multorū, in aliquo de prædictis casibus fecerint quoquo modo.

Decima principalis species de religiosis, qui clericis, aut laicis, sacramentum vnctionis extremæ, vel eucharistię ministrare, vel matrimonia solennizare, non habita super his parochialis licentia speciali: aut qui excommunicatos a canone præterquàm in casibus a iure concessis, vel per priuilegia sedis apostolicæ, vel a sententiis per statuta prouincialia, aut sinodalia promulgatis, seu a pœna & culpa absoluere quēquàm pręsum pserint, excommunicationis sententiam incurrunt ipso facto, per sedem duntaxat apostolicam absoluendi, vt in ca. religiosi, de priuileg. in clement. Et sic patet subtiliter intuēti, ꝙ sic sunt septem casus sigillatim & ꝑpriè distincti, videlicet primus de religiosis sui ministrantibus, extremam vnctionem. Secundus de ministrantibus eucharistiam. Tertium de solennizantibus matrimonia. Quartus de absoluentibus excommunicatos a canone. Quintus de absoluentibus a sententiis statutorum ꝑuincialium. Sextus de absoluentibus a culpa & pœna. Nec te moueat, ꝙ glosſ. dicit ibi d. clementinam ponere quinque casus, in quibus religiosos excommunicat, & absolutionem Papę reseruat, & priuilegii, & exemptionibus non obstantib. eos per ordinarios locorum denunciari pręcipit, &c. Nam prædicta gl. concluſit tres casus sub vno. s. excommunicatos a canone, vel sententiis prouincialium, seu sinodalium statutorum censura ligatos. Ponit etiam prædicta clemē. strictissimum præceptum religiosis quibuslibet, in virtute sanctæ obedientię maledictionis ęternę ne in sermonib. suis ecclesiarum prælatis detrahāt, aut etiam retrahant laicos ab ecclesiarum suarum frequentia, vel accessu, seu indulgentias pronuncient indiscretas, aut testatores debitis restitutionibus, seu legatis matricibus ecclesiis faciendis retrahant quoquomodo, vel sibi vt singularibus fiat ribus sui ordinis, vel conuentibus fieri procurent legata aut debita, vel mala ablata incerta sibi vel aliis fratribus, vel conuētibus sui ordinis erogari in præiudicium aliorum, nec etiam in casibus sedi apostolicæ aut locorum ordinariis reseruatis præsumant absoluere quemquam, &c.

Et nota pro declaratione prædictarum excommunicationum, vbi dicit d. clem. Matrimonia solennizare, quod intelligitur de benedictione nuptiali, de qua 21. distin. c. vlt. & extra de sponsal. c. consultationem, cum similibus, vt dicit glos. ibidem. Item nota secundum glosſ. ꝙ sufficit ad excusationē religiosi, si alienus parochianus dicat, se habere licētiam a proprio sacerdote, quem passum glosſ. satis disputat ibidem intendens distinguere inter forum contentiosum & forum pœnitentialem, vt in foro contentioso non credatur dicenti se habere talem licētiam, vel dicenti se fore absolutum, pro quo extra de offic. ordi. c. ex parte, & de senten. excommu. c. sicut, & satisfacit text. in d. clemen. religiosi. dum dicit, donec de absolutione ipsorum eis fuerit fact. fides. In foro autem pœnitentiali credatur, per ea quæ not. de pœn distin. 6. c. placuit, quia non est præsumendus quis immemor suæ salutis. j. q. 7. sancimus, vbi est canonizata l. sancimus. C. ad leg. Iul. repet. ad quod ca. significasti. 2. extra de homic. & quod not. in c. sicut dignum, super glo. j. de homic. Et licet Ioan. de Lignano dicat ꝙ Steph ꝯcordat cum prędicta gl. Ioan. tū de Imola dicit ibidem, se habere apostillam Stephani tenentis contra glosſ. & respondet ad contraria, ꝙ loquitur de sacramento pœnitentię & confessionis, quæ dantur in occulto. Sacramenta autem, de quibus loquitur dicta clem. dantur in publico, & ideo maiores probationes requirunt pro iustificatione huius differentiæ: adducit simile per ea, quæ habētur de cleric. pereg. c. tuę, vbi clerici peregrini admittuntur in occulto, sed nō in publico sine literis cōmendatitiis celebrare. Et ideo in simili religiosus non debet esse nimis credulus, argu. ff. quod fal. tut. auct. l. 2. & ff. de eo, per quem fac. erit. l. j. & l. tutor, in princip. ff. de minor. 50. distin. si quis præpostera. Et j. q. j cap. si qui à pseudo episcopis. Ideoque semper consului, & consulo religiosis nostris & cuiuslibet religionis, ne faciliter credant dicentibus se habere licentiam, nisi eis constet per legitima documenta, ne se illaqueent excommunicatione prædicta. Nam etsi in criminalibus causis requiruntur probationes omni luce clariores, vt in l. fin. C. de probat. quanto magis ad euitandum hoc maius periculum, maior cautela requiratur? Quia vbi maius periculum, ibi cautius est agendum, vt in c. vbi periculum, de elect. libro 6.

Et notandum est, ꝙ generaliter licentia non sufficeret, nisi specialem mentionem faceret de religiosis, quia tex. dictæ clemen. dicit, non habita super his parochialis presbyteri licentia speciali, quod etiam tenet ibi glosſ. in d. verbo, speciali, quæ dicit etiam consulo, ꝙ de personis conferente & recipiēte, & de sacramentis fiat specificatio, ad hoc de sentent. excommu. ca. constitutionem, libro 6. & de dolo & contuma. ca. 2. cum concord. suis, & subdit credo tamen, ꝙ ex quo de sacramēto fit specificatio, licet non exprimatur nomen parochiani, cum datur licentia religioso, vel non religiosi, cū datur licentia parochiano, ꝙ euitetur pœna, arg. de temp. ordin. c. j. & de offi. vica. c. vlt. lib. 6. Dicit etiam glosſ. in verbo, parochialis, ꝙ scholarium, & mercenariorum, seu familiarium & similium, parochialis sacerdos intelligitur ille. in cuius parochia habitāt, ad quod facit de pœnit. dist. 6. cap. placuit, & Hostien. satis tractat in Sum. de paroch. c. penult. vers. quis intelligatur, & in Sum. de pœnit. & remiss. §. cui confitendum, ad fin. de quo satis diximus supra in verbo proprio sacerdoti. Dicit etiam glosſ. super verbo presbyteri, ꝙ sufficit licentia parochialis, qui adhuc presbyter non est. Stephanus autem tenet, cōtrarium ex eo, quòd text. dicit, parochiales presbyteri, ergo non sufficit, si non est presbyter, præsumitur enim ꝙ presbyter melius sciat conscientiam & alia impedimenta, quàm non presbyter. In hoc etiam residet Ioann. de Imola, & sic standum est potius, licentiæ vicarii illius ecclesiæ, qui gerit curam nomine parochialis non presbyteri, secundum formam cap. cum ex eo, de elect. lib. 6. Dicit & gl. ibid. religiosum excusari, si prædicta sacramenta ministret de auctoritate diœcesani, argumē. de pœn. & remissi. c. 2. in fin. libro 6. Diœcesanus. n. est parochianus, extra de donatio. c. apostolicæ, in prin.

Source : BIU Cujas

in prin. & episcopus est presbyter. 95. dist. ca. olim. & de peculi. cler. c. 2. quod dicit glo. fortius procedere, cum vacat parochialis ecclesia: ad quod extra de succes. ab intesta.

Et aduertẽdũ est diligẽter limitat p̃dicta verba post factum. Ante factũ aũt, qñ nõ vacat ecclesia parochialis ꝓsultius est abstinere q̃ vti licentia episcopi, vel archipresbyteri ecclesiæ cathedralis, licet ab illis recipi possint ecclesiastica sacramẽta, vt no. Io. And. in c. 3. extra de offi. archipresby. & sic facilius conceditur ꝙ aliquis possit aliquid facere per se, quàm alteri concedere. Item facilius toleratur factum quàm fieri concedatur, de quo satis no. Ioã. And. in c. verum. extra de iureiur. & in c. significauit, de iudæ. & in c. inter monasterium, de re iud. Consulendum est igitur religiosis, ne a verbis d. clemen. recedunt quę dicit, non habita super his parochialis presbyteri licẽtia speciali, ad quod satis facit c. ad audientiam. extra de decim.

Ad excusationem tamen religiosorum satis faciunt not. per Innoc. in c. cum non ignores. extra de præbẽ. quia non est absurdum ꝙ eiusdem loci & parochiæ pluribus personis sit cura commissa, vt refert Paul. de Leaz. in d. clemen. religiosi, & not. Hostien. in d. c. omnis de pœn. & remis. Notandum est etiam, secundum glos. in verbo a canone, ꝙ religiosi non possunt absoluere nedum excõicatos possit ep̃s absoluere, sed etiam nec eos, quos posset absoluere sacerdos, iuxta not. in c. nuper. extra de sent. excom. & sic sentit glo. ꝙ etiam excommunicatos a canone minori excommunicatione propter participationẽ religiosi non possunt absoluere sine speciali concessione. Cõcordat Paul. & Guli. & Ioan. de Imo. in d. clem. religiosi. Intelligũt enim verbum a canone indistinctè, sed a quocunque canone censura resultet, satisfacit pro eis arg. de æquipollentibus, quia p̃positio indefinita æquipollet vniuersali, vt ī c. vt circa de elec. lib. 6. ad quod faciunt not. in c. veniens, extra de renuntia. & in c. in his de verborum significa. & ff. ad leg. Rhod. de iac. l. nauis onustæ, in fin. & in c. exiui de paradiso. §. præterea, de verborum signifi. in clemen. & in c. quia circa, de priuil. & per Archid. 18. distin. c. si Romanorũ, & j. q. 3. c. saluator cum multis similibus.

Et intelligo minorem excommunicationem a canone in omnibus illis, qui participant cum excommunicatis a canone, quando a iure non excusantur, de quibus habetur in ca. his qui de sen. excom. lib. 6. & de his qui excusantur, habeẽ 11. q. 3. quoniam multos, & in cap. inter alia, & in c. responso. extra de sent. excommu. cum similibus.

Caueant igitur religiosi, ne immittant falcẽ in messem alienam. 6. q. 3. c. j. & extra de elect. c. venerabili, & sic se ingerant in laqueum excommunicationis prædictæ, & per consequens dãnationis æternæ, si præsumpserint absoluere a casibus eis prohibitis per clem. prædictam. Consulo igitur eis ne se de confessione occupent, nisi primo se præsentantes episcopis, sciant ab eis, quantum possint auctoritatem in eorum subditis exercere, iuxta not. in c. dudũ §. statuimus. versi, si verò, in fi. de sepult. in clemen. vbi text. videtur satisfacere ad excusationem mẽdicantium, de quibus ibi loquitur, cum dicit, per huiusmodi autẽ concessionem nequaquàm intendimus personis, seu fratribus ipsis ad id taliter deputatis potestatem huiusmodi impendere ampliorem quàm eorum curatis seu parochialibus sacerdotib. est a iure concessa, nisi forsan eis ecclesiarum prælati vberiorẽ in hac parte gratiam specialiter ducerent faciẽdam. Patet enim ꝙ parochiales sacerdotes possunt absoluere a minori excommunicatione, vt in c. nuper de sentent. excommu. immo etiam à maiori, si conditor canonum eius absolutionẽ, sibi specialiter non retinuit, vt dicit ibi tex. ergo & per consequens prædicti mendicantes seruata forma d. clem. dudum, poterũt absoluere ab omnibus casibus Papæ, vel episcopis nõ specialiter reseruatis, quod credo verissimum de prædictis mendicantibus, & ideo auctoritatem glos. & præfatorũ Doctorũ in prædicto c. religiosi, intelligo limitandam & referendam ad quoslibet alios religiosos, exceptis mẽdicantibus supradictis, vt supra diximus in simili in 22. concluf. huius §. si quis autem. Suadeo tamen nedum nostris fratribus, sed etiam aliis mendicantibus quibuscunque, ad quos extenditur prędi. clemẽt. dudum quòd pro securiori cautela seruent nostrum consilium supradictũ.

Item notandum est, secundum glos. in d. cap. religiosi, super versi. a sententiis, ꝙ tale verbum includit omnem sententiam excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, cuius sit absolutio necessaria, & est ratio, secũdum Stepha. quia religiosi nõ habẽt maiorem potestatẽ quàm parochiales vel sacerdotes, & licet non alleget, præsumendum est tamen ꝙ noluerint se referre ad prædicta verba d. clemẽ. dudum, & sic eius ratio principaliter concludit in prædictis mendicantibus. Alii autem, religiosi non habent tantam potestatem quantam habent prędicti mendicantes, & prædicti curati, ergo multo minus poterunt a prædictis censuris absoluere iam ligatos, per argu. a maiori, quia si de quo magis videtur inesse, & non inest, ergo multo minus de quo minus, vt in 2. Topic. & in ca. cum in cunctis, extra de elect. 32. q. 5. si Paulus cum similibus.

Quærit etiam glos. an recipientes absolutionem, vel sacramẽta p̃dicta, q̃ prohibentur in prædi. clem. religiosi, ex participatione, incidant in eandem sententiam? Et remittit se ad not. per eum in c. contingit. j. de senten. excom. Et licet videatur excusare prædictos recipientes, quia religiosi tunc demum incurrunt excommunicationem prædictam, cum dicta conferunt sacramenta. i. in ipso actũ collationis dictorum sacramentorum, & prædicti recipientes licet in ipso actu communicent, ex quo contrahitur excommunicatio prædicta, attamen postquàm contracta est ducta excõicatio cum prædictis religiosis excommunicatis, vlterius non communicant, quasi velit dicere, ꝙ participando cum prædictis religiosis excõmunicatis antequàm sint excommunicati, non incurritur excõmunicatio, ergo si postquàm ipsi inciderunt in excommunicationem, p̃dicti non participant cum eis, videtur ꝙ non incidant, argum. notat. in d. c. contingit, vbi clericus sponte se offerens in manibus percussoris, non incidit ipso facto in excommunicationis sententiam, in quàm tamen incidit ipse percussor. Vnde dicit ibi tex. ꝙ talis clericus excommunicetur, & glos. ibidem dicit, ꝙ prædicti percussores bene incidunt in can. l. c. si qs suadẽte diabolo. 17. q. 4. quia licet non violentas, iniurioſas tamen & temerarias manus iniecit in clericum prælibatum, ex quo actu etiam incurritur excommunicatio, sicut etiam si pede percusserit, vel si spuat, vel effundat aquam ī ipsum, vel teneat eum per vestes, vel per frenum equi, vt infra dicemus. Contrarium tamen videtur sentire glo. in c. apostolicæ, extra de cleric. excommunic. minist. cum quærit, nunquid scienter participans cum excommunicato nesciente se excommunicatum incidat in excommunicationem? Et respondet per verbum credo, ꝙ sic. Sic igitur in casu prædicto distinguendum videtur, an recipiẽtes absolutionem, vel sacramẽta prædicta a religiosis præfatis sciuerint impedimẽtum & ꝓphibitionem prædictã, vel nõ? Si sciuerint, & sic scienter participauerint in crimine criminosis, non video dubium quin incidant in eandem sententiam per d. ca. si concubinæ, & c. nuper. de senten. excom. cum similib. ad quod satis facit text. in c. j. de consan. & affi. in clem. vbi scienter contrahentes, in gradibus consanguinitatis & affinitatis, aut cum monialibus, &c. vt infra videmus inter casus episcopales. Et licet glo. etiam ibi videatur excusare tales participantes, cum dicit, quia iam supra nominauerat contrahentem cum moniali, & hic repetit de moniali, videtur hic approbare ꝙ communicans in illo actu, pro quo quis excommunicationem incurrit, excommunicatus est, ille tamen text. vt etiam dicit gl. nihil facit ad hoc, quia supra punit scienter contrahentem cum moniali, postmodum punit monialem contrahẽtem cum eo, qui nesciens eam monialem non ligatur tali excommunicatione. hoc etiam & in casu nostro acceptandum est, vt scienter participantes ligentur, vt supra diximus. De ignorantibus autem distinguendum est, quia aut est ignorãtia excusabilis, aut crassa & supina, vel erronea, de quib. in d. capitu. apostolicæ. nam ignorantia probabilis excusat, alia autem non. Est probabilis ignorantia facti, quæ ignorantes excusat, vt in d. ca. apostolicæ, cum similibus. Iuris autem ignorantia, maximè iuris naturalis neminem sanæ mẽtis excusat. ff. de iur. & fac. igno. l. iuris ignorantia. 16. q. j. c. placuit, idem si sit iuris positiui fallit tamen in milite, muliere & rustico. ff. de iur. & fac. igno. l. regula. j. q. 4. notandum, & in c. ignorãtia, de regu. iur. lib. 6. Et intellige ꝙ ignorantia iuris positiui excusat milites, mulieres & rusticos a tanto, sed non a toto in his, quæ ad conscientiam pertinent, iuxta sententiam saluatoris, Luc. 12. cum dicit, ille autem seruus, qui cognouit voluntatem domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius vapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna, plagis vapulabit paucis, & intellige etiam excusari a tanto, si non sit ignorantia vincibilis & voluntaria: quia tunc si fuit affectata, in nullo excusat, immo est speciale peccatum, vt dicit Thom. j. 2. q. 76. ad quod faciunt not. 50. dist. cap. sæpe. 15. q. j. c. aliquos. & c. seq. De tali. n. affectata ignorantia dicit Apostol. si quis ignorat, ignorabit. j. ad Cor. 14. & 15. q. j. c. j. vbi glo. dicit. i. q appetit ignorare, vel q contẽnit scire, vel negligit scire, cũ possit quærere, ad quod faciunt no. 8. di. c. consuetudo cum similibus si ergo scientes, vel ignorantes in excusabili ignorantia perceperint sacramenta prædicta a prædictis religiosis, incidunt in eãdem sententiam per iura supradicta ignorantes autem ignorantia excusabili non incidunt, p quo satis facit glo. in c. merito. super verbo, nescientium. 50. q. j. de quo tamen plenius vide per Ioan. And. & sequaces in d. ca. contingit. j. de senten. excom. & per Paul. de Leaz. in d. clement. j. de consang. & affini. & vide infra proxi.

Vndecima principalis species est de inducentibus ad eligendum sepulturam in suam ecclesiam. Vnde quicunque religiosi, vel clerici seculares aliquos ad vouendum, iurandum, vel fide interposita, seu alias promittendum induxerint ad eligẽdũ sepulturam apud eorũ ecclesiã, vel vt electam vlterius nõ immutent ipso facto sententiam excommunicationis incurrunt, a qua non nisi per sedem apostolicam possunt absolutionis beneficium obtinere, vt in cap. cupientes, in fi. de pœn. in clemẽ.

vbi

Source : BIU Cujas

vbi vt videre potes tam cõtra religioſos, q̃ ꝯ clericos ſeculares ſunt octo principales caſus, videlicet primus de inducẽtibus ad vouendum. Secundus de inducentibus ad iurandum. Tertius de inducentibus ad promittendum cum interpoſitione ficuli. Quartus de inducentibus ad promittendum per quemlibet alium modum, vt ſepulturam eligant apud eorum eccleſias. Hi quatuor caſus ſimiliter repetuntur, ſi aliquem induxerit, vt ſepulturam iam electam apud eorum eccleſias vlterius non immutet, & ſic ſunt octo caſus, qui an concernãt inductos ad eligendum, vel non immutãdum, vt ſupra Lapus ibid. dicit ꝙ ſic, quia ex quo conſentiunt inducentibus participant in crimine criminoſis. Ergo eadem ſententia ſunt incluſi, de quo dic vt ſupra diximus in proxima prꝙcedenti q. & Hoſtien. tangit in c. extra de loca. & tangit Ioan. de Imola, in d. clemẽt. cupientes. & in clement. multorum, eodẽ titu. vbi etiam glo. in ſimili determinat, ꝙ his, quæ ſupra diximus, dum quærit, an ſecularis poteſtas ad petitionem clerici capiens & detinens eũdem, ne ad ſedem apoſtolicam vadat, incurrat ſententiam excommunicationis, quàm incurrit clericus ſe capi procurãs, vt in clemẽ. prædicta. & dicit gloſſ. ꝙ ſic idem tenet ibi Paul. de Leaz. & refert prædictus Ioan. de Imola.

An autem inducentes ad prædictam ſepulturam, indiſtinctè incurrunt dictam excommunicationem? Dicunt Lapus & Ioannes prædictus, ꝙ non, niſi inductio habeat effectum, vt quia inductus aliquo de prædictis modis elegit ſepulturam, vel iam electam promiſerit non mutare, quia verba debent intelligi cum effectu, vt in capitu. relatum, extra de cler. non reſid. maximè vbi agitur de pœna ſpirituali, vt not. Archid. 17. q. j. c. ſi q̃s, in gloſ magna in penul. colum. in ver. in pœnis autem ſpiritualibus, & Ioan. Andr in c. mulieres, in nouella, de iudic. libro 6. ſciendum eſt etiam, ex eo, ꝙ d. clem refert ſe ad conſtitut. Bonifacii VIII. cum dicit, ſanè temerarios violatores, &c. Subdens, pœna in d. conſtitu. contenta in ſuo perdurante robore, quæ pœna conſtitutionis prædictæ eſt, ꝙ talis electio ſepulturæ, etiã nullius penitus ſit momenti: nec cligentes ibi debeant ſepeliri, nec alibi valeant eligere ſepulturam: ſed quacunque contradictione ceſſante ſepeliantur omnino apud illas eccleſias, apud quas de iure ſepeliendi fuiſſent, ſi aliter ſepultura nõ electa forſitam deceſſiſſent. Si verò ijdem religioſi, vel clerici prædictos in ſuis eccleſiis, vel cimiteriis præſumpſerint. ſepelire, ad reſtitutionẽ tã corporũ ſepultorũ, ſi petanť, quàm etiam omniũ, quæ occaſione ſepulturæ peruenerint quomodolibet ad eoſdẽ infra decendium. i decem dies integraliter faciendũ obligantur: quàm niſi fecerint, eccleſiæ ipſæ, apud quas ſepulti fuerint, nec non & cimiteria earumdem, ex tunc eo ipſo ſunt, & tãdiu manent eccleſiaſtico ſuppoſitæ interdicto, donec ab eis facta fuerit plenaria reſtitutio omnium prædictorum, vt clarè patet in c. j. de ſepult. libro 6.

Duodecima principalis ſpecies eſt de inſequẽtib. epiſcopos. Vnde quicunque pontificem aliquem iniuriosè, vel temerè pcuſſerit, aut ceperit, aut bannierir, vel aut mandauerit fieri, aut facta ab aliis, ratu habuerit, vel in his ſocius fuerit facientis, aut conſilium in his dederit vel fauorem, aut ſcienter defenſauerit facientẽ, excommunicatos eſt, & non niſi per ſedem apoſtolicam abſoluẽdus, vt in capitu. j. de pœn. in clem. vbi exponuntur breuiter nouem caſus, videlicet primus de percutiẽte, ſecundus de capiente, tertius de banniente, quartus de mandante, quintus: de ratificante, ſextus de aſſociante, ſeptimus de conſulente, octauus de fauente, nonus de defenſante. Et not. ꝙ omnia prædicta locum habent, etiam ſi agatur contra epiſcopum, qui renunciauit loco epiſcopatus, ſed non ordini; vt dicit ibi gloſ. ad quod facit q̃d habetur in c. j. extra de ordi. ab epiſco. qui renunc. epiſcop. Et intelligit locum habere, quo ad prædictam excommunicationem, non autem quo ad omnes alias pœnas in d. clemen. contentas, vt in feudis & ſimilibus, nec etiã habent locum in electo nondum conſecrato, vt ſentit gloſ. ibidem pro qua facit, quia electus etiam confirmatus ante conſecrationẽ non epiſcopus, vt not. in c. tranſmiſſam. extra de elect. & in c. j. de relig. dom. Hoc etiam tenent Zen. Paul. Guliel. Step. & communiter alii. Dicit etiam gloſ. ꝙ ſi quis ſe defndendo pcuſſerit epiſcopum, non incidit in prædictam ſententiam, quia text. dicit, iniuriosè vel temerè, non enim agit tenere, qui licitè ſe defendit, quia vim vi repellere omnes leges, omniaque iura clamant. ſ. incontinenti, & cum moderamine inculpatæ tuteli. ff. de iuſti. & iure. l. vt vim. extra de homic. ca. ſignificaſti. de ſent. excommu. c. ſi domino. j. & c. vt famæ. §. vlti & j. diſtin. ca. ius naturale, cum multis ſimilibus, glo. etiam prædicta, in verbo temerè, allegat pro ſe ca. in quibuſdam, extra de pœn. & c. felicis, in princi. de pœn. lib. 6. pro quo etiam facit c. ſi furioſus, de homi. in clem. Et intellige ꝙ ſe defendens nulla pœna d. cle. ligeť, quia quod fit lege permittente, nullam pœnam meretur. ff. de iudic. l. qui auctoritate, cum ſimilibus. Sentit etiam glo. finaliter in verbo, mandauerit, ꝙ ex ſolo mandato, ſi non eſt ſecutus effectus, non incidat mandans in pœnas prædictas, quod communiter tenent Doctores, quia verba debẽt intelligi cum effectu, vt in c. relatum, de cler. non reſid. cum ſimilibus. Barto tamen in l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniur. dicit, ſi quæritur an mandans committi maleficium, teneatur nõ ſecuto maleficio, eſt aduertẽdum ꝙ aut delictum eſt atrox, & tunc ex ſolo mandato quis non tenetur ad pœnam maleficii, quod mandatum eſt committi, ex quo non eſt ſecutum maleficium, ſed bene tenetur ad pœnam extraordinariam, vt in l. j ff. de vari. & extraordi. quod inrellige verum, niſi in iure aliud exprimatur, vt in c. pro humani, de homici. lib. 6. Aut delictum eſt leue: & tunc non tenetur aliquo modo ex ſolo mandato, non ſecuto maleficio, vt in l. item apud Labeonem. §. ſi curauerit. ff. de iniu. ad quod facit quod habetut in c. felicis, in princ. de pœn. lib. 6. & in c. quicunque, de ſentẽ. excom. eo. lib. & in l. ſi quis vxori. §. neque verbo. ff. de furt. & in l. ſæpe, in fi. ff. de verborum ſigni. & inſtitu. de oblig. quæ ex delic. naſ. §. ope. & j. q. 4. quia præſulatus, & in c. ad audientiam, extra de homic. per Innoc. & 17. q. j. quid ergo, per Archid. & latius per Cy. in l. non ideo minus. C. de acuſat. & per Barto. in d. §. ſi mandato. An autem ſecuto delicto mandans indiſtinctè ligetur? Barto. vbi ſupra tenet ꝙ ſic: mãdatarius autem non tenetur, niſi mandatum exequatur: & tũc ſi habuiſſet neceſſe parere, & crimen eſſet leue, excuſaretur mãdatarius. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. De ratificãte autem intelligendum eſt tunc teneri, quãdo eius nomine, vel contemplatione percuſſus, vel captus, aut bãnitus fuerit epiſcop⁹ alias autem ratihabitio locum non haberet, quia ratum quis habere non poteſt, quod non eſt ipſius nomine geſtum, vt in c. ratum, de regu. iur. lib. 6. ad quod c. cum quis, de ſentẽ. excom. lib. 6. & c. felicis, de pœn. lib. 6 & ff. de nego. geſt. l. ſed ſi pupilli. §. ſi ergo. & requiritur etiã ꝙ gratificans mãdare potuerit ab initio & facere. C. de caduc. tol. l. vna. facit. ff. de offic. proconſul. & legat. l. obſeruari. §. fi. & dictum eſt, c. cum quis. Ex quibus iuribus infert Paul. de Eleaz. ꝙ prædicta ratihabitio referatur non ſolum ad tria prædicta ſcilicet percuſſionem, captionem & bannitionem, ſed etiam ad alia, quæ ſubnectit clem. prædicta. ſ. ad omnes prædictos nouem caſus, licet glo. videatur ſentire ſolummodo de prædictis tribus primis, cũ dicit, oportet ergo, ꝙ hæc tria, &c. Et ſecundum Ioan. de Imola, glo. bene ſentit ſecundum ordinem literę dictæ clem. quia in tex. prædicta tria præcedunt mãdatum etiam ratihabitionem, quo ad effectum: tamen per iura ſuperius allegata videtur Paulus bene dixiſſe, pro quo etiam ſatis, quia omnia prædicta nouem videntur eſſe connexa, & ſex ſequentia ad tria præcedentia referuntur. Ergo in eadem propoſitione, quod eſt de antecedente, idem intelligendum eſt eſſe debere, de conſequente, tanquàm ſit propoſitio cathegorica. Vnde ſex prædicta ſunt tanquàm prædicamenta trium prædictorum antecedentium, ad quæ ſatis faciunt not. in c. vno, de poſtu. prẹlato libro 6. in gloſ. Quid ſi non elegerit, vbi dicit glo. cum enim iſta fuerit pœna ſuperius impoſita, niſi determinatio ſequens fuerit obſeruata, patet ꝙ locum habet pœna prædicta facit etiam quod habetur in capitu. ſecundò requiris, extra de appellat. vbi dicit text. Nihil enim intereſt vtrum inhibeatur primò an ſecũdò medio, an in fine, cum ſicut vtriuſquè iuris argumenta nos docent, ea quæ in principio ad medium, & ad finem: illa verò quæ in medio ad finem, atquę principiũ ꝙtingar ſæpe referri: quẽ paſſum ſatis diſcuſſi in cõſilio, q̃d edicti in fauorem Hoſpitalis ſiue domus pietatis veronẽſis. Dicit. * etiam gloſſ. in d. c. ſecundò requiris, ſuper verbo, in omnibus p̃dicta locum habere, cum eſt vnum negotiũ principale, ſed plures articulos pendentes continet ad quod exemplũ de reſcrip. c. cum dilecta. & in c. venerabilis, de offic. deleg. ſecus autem eſſet, ſi eſſent plura negotia diuerſa & omnino ſeparata. 2. q. j. in primis. ff. de minor. l. etiam. §. j. C. de repud. l. vna. & in c. inquiſitioni, & in c. vt debitus, extra de appell. in ſeparatis enim quod de vno dicitur, ad alia non refertur, de quo per Barto. in l. prætor. §. Docere. ff vi bon. rapt. & in l. talis ſcriptura. ff. de lega. j. facit l. fi. ff. de calum. & quod not. in c. per venerabilẽ, qui fil. ſint legiti. & tangit glo. in c. cupientes. §. fi. in verſicu. abſoluendos, de pœn. in clemen. vbi etiam Ioan. de Imola. Cum igitur in caſu modo ſi vnum negotium, & vnum cap. ſiue vna propoſitio, ſcilicet ne epiſcopus perſonaliter offendatur. Ergo rationabiliſſimum eſt, ꝙ ratihabitio, de qua loquimur, ad omnia prædicta nouem æquanimiter referatur. Nec huic ſententiæ contradicit gloſ. prædicta, licet dicat, oportet ergo ꝙ hæc tria quãquàm verbum tria, in clem. qua vtor, non haberetur, ſed ego appoſui emendando, mandato ꝙ ſic dicat, nominat illa tanq̃ principalia, ad quæ tamen acceſſoria referuntur. ff. de regu. iur. l. cum principalis, & in c. acceſſorium, de regu. iur. lib. 6. cum ſimilibus, ergo nihil obſtat.

De ſocio autem glo. multas ponit differentias: tamẽ quo ad noſtrum propoſitum, certum eſt, ꝙ intelligitur, videlicet aut aliquid mali committendo, vel cooperando, aut fauendo male agentibus, aut non corripiendo, cum poſſit. Hęc probantur 23. q. 4. c. ita planè. Hinc etiam dicit canon, non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. 2. q. 7. neglige. 85. diſt. ſocietatis. & in c. ſicut dignum, extra de homic.

Tenendum

Tenendum est tamen, q̃ hic strictè sumatur pro socio criminis, qui aliquid cooperatus fuerit ad delictum, videlicet in percutiendo, vel capiendo, vel banniendo, ita q̃ verba intelligant̃ pariter cum effectu. Et de tali socio dicit Pau. q̃ punit̃ pari pœna cum principali, vt patet in d.clem. & in c.j.de offic.delega. & 2.q.j.c.notum. 79.dist.c.si quis Papa superstite, 16.q.6.si res aliena. 17.q.4.omnes. 12.q.2.ca. de vno nefando, aliquando etiam socius minus punitur quàm principalis, vt in ca. cum deuotissimam, 12.q.2.s.in pœna pecuniaria. & propterea dicit glos. in d. clem.j.de pœn. q̃ aliquando in delinquendo plures sunt socii, quorum nullus est principalior, & tales omnes concluduntur sub agentibus, de quibus præmisit. Quandoque tamen vnus est principalis, alter cooperans, & sic sumitur propriè socius in casu nostro. Si verò socius nihil faceret, ita q̃ non esset in culpa, ergo nec includeretur in pœna d.clem. Si autem esset in culpa, tũc ex sola pœnitentia puniretur, vt in c.j.supra de bap.ead. cõpil.s.in clem.ibi, suam in hoc pœnitentiam exhibuerit, vbi glos. dicit.s.ex proposito, & allegat concordantias.

De consulente autem intelligitur non de nudo cõsilio, sed de fraudulento, siue doloso. Vnde glos. non insistit, sed remittit se ad not.in c.nullus ex consilio, de regu.iur.lib.6.ibi enim dicit tex. Nullus ex consilio, dummodo non fuerit fraudulentum, obligatur, concordat.ff.de regu.iur.l.consilii, & ff.man.l.2.in fi. Et not. q̃ hic loquimur de consilio ad maleficium, ex quo consultus incidit in eandem pœnam: nam cõsulens homicidium, homicida est. 50.distin.si quis viduã. extra de homic.c.sicut dignum. ff.de iniur.l.non solum, & de pœn.dist.j.§.non solum, dicitur autem præsentari consilium multipliciter, vt diximus supra 8.principali specie.s. suadendo, rogãdo, securitatem ꝓmittendo, vtilitatem ostendendo, & similia, vt supra diximus. Quibus adde ad probandũ prædicta, ff.de fur.l.consiliũ, & ff.de iniu. l.non solum.§.si mandato, vbi plenè per Barto. qui dicit inter alia, q̃ consulens in delictis indistinctè tenetur, siue consilium præbeatur ei, qui alias erat facturus, siue alteri, qui non fuisset alias facturus. ff.ad Turpil.l.j.§.incidit. ff.de adul. l. hæc verba. ff. de furt.l.qui seruo.§.penulti.si autem consulitur aliquid, quod non cadit in delictum, tunc distingui debet, an consilium præbeatur dolo, an non, & an ei qui alias erat facturus, an nõ, vt in d.regu.nullus ex consilio, de regu.iur.libro 6. & institu. de obli. quæ ex delic.nasc.§.ope. & ff.de ser.corrup.l.j.§.persuadere. & ff. de verbor.signi.l.sæpe.circa si. & in l. , ff.man.cum similibus.

De fautore quærit̃, an quilibet fautor incidat ī prædictas pœnas & sententiã d.clem.j.de pœn.respon.gl. q̃ non: & ideo aduertendum q̃ fautor aliter consideratur in materia hæresum quàm in aliis maleficiis, & ideo aliter oportet hic indagare, quàm supra dixerim de fautoribus hæreticorum, vnde sciendum q̃ triplex est fauor.

Primus fauor dicitur simplex, qui nihil adducit ad delictum, quia siue isto fauore æquè bene fuisset factum maleficium, de quo fauore loquitur text.in c.felicis.§.illud, de pœn.libro 6.vbi pro tali fauore pœna decernitur arbitraria.

Secundus fauor est, qui aliquid deducit ad delictum, de tali ergo propriè loquitur clem.j.de pœn, cum dicit, aut consilium in his dederit, aut fauorem, gl, intelligit in his.s.percussione, captione, vel banno: quem intellectũ quo ad fauorem, planè cõfiteor bonum esse: sed quo ad consilium, teneo id, quod supra scripsi de ratihabitione, potuisset enim quis consulere nedum vnum ex his tribus, sed etiam aliquid ex reliquis, & secuto delicto in duo ex his tribus teneretur eadem sententia per iura superius allegata de pacificante & de consulente.

Tertius fauor est in omissione, videlicet quando quis potest obuiare crimini & nõ obuiat, de quo 23.q.3. qui potest obuiare. 2.q.7.negligere, & c.sancta. & 83.distin.c. error. quod intelligitur de his qui habent potestatem obuiandi, vt in prælatis, & rectoribus, vt not.in c.quantæ.in fi.extra de sentẽ.excommu.in casu ergo nostro attenditur fauor in delicto, non autem post delictum, sicut in causa hęresis, de quo satis supra dixi nona specie principali.

Qualiter autem præstita fauor delicto, dicit Paul.de Eleaz. q̃ tunc quando quis præstat opem & auxilium ad committendum delictum, vt quia accommodat arma, vel instrumenta ad maleficium committendum scienter & ex proposito, pro quo instit.u.de oblig.quę ex delic.nasc.§.ope.& §.interdum. & 14.q. 6.capitu.si res aliena.

De defensore sciendum, q̃ includit tam defendẽtem in ipso actu, quàm post actum, secundum glos. Ioan.de Imol. distinguuntur tamen species quinque defensoris, videlicet.

Primus est auctorizator delicti, & talis grauius punit̃ quàm agens. 11.quæst.3.qui consentit. 23.quæst.3.qui aliorũ, & not. 2. quæst.j.notum. & extra de offic.deleg. capit.j. & hunc includit excommunicatio.

Secundus defensor dicitur in ipso delicto, vt in d. clemẽ.j.de pœn. & in d.c.j.de offi. deleg. & hunc similiter includit.

Tertius defensor dicitur, qui defendit etiam post delictum, puta impediendo, ne veniat ad manus iudicis. 17.q.j.si custos. facit 21.quæst.5.per totum, extra de offi.deleg.capitu. ex literis, & melius in c.felicis.post princ.de pœn.lib.6.ibi, aut postea receptauerit, vel defensauerit scienter eundem. Et hunc similiter, includit.

Quartus defensor dicitur, q̃ impedit, vel defendit malefactorem, ne veniat ad manus offensi, vel consanguineorũ, vel aliorum priuatorum, volentium de facto vindicare delictum. Et hunc non includit talis excommunicatio, neque aliæ pœnę ibi contentę, quia hic iniustè agit propulsando iniuriam, quę sine iustitia inferretur a talib. dicto modo, cum etiam iniuriam socii teneatur quis modestia propulsare. Vnde Amb.dicit, qui nõ repellit a socio iniuriam, cum potest, tam est in vitio, quàm ille qui facit. 23.q.3.c.non inferenda. & c.seq. & c. ostendit, & 23.q. 5.reos. ad quod. 83.dist.in princi. & in c.dilecto filio. de sentent. excommu.lib.6. facit l.si quis in seruitute. ff.de furt.

Quintus defensor dicitur is, qui patrocinando, vel aduocando defendit in iudicio, de quo per Hostien. & Ioan.Andr. in ca. proposuit, super verbo, fautorem, de cler.excommu.minist. & de tali dicit Pau.de Eleaz.in d.clem.j.de pœn. q̃ si de iure defendit, non incidit in prædictas pœnas, & hoc etiam Ioannes de Imola, ibidem.

De aliis autem pœnis in dicta clement.contentis gratia breuitatis omitto, & solũ de excommunicationibus prosequor, vt prædixi. Vnde aduertendum est etiam quòd in d. clement.j. de pœn sub infertur.

Potestas verò, Consiliarii. Ballini, Scabini, Aduocati, Rectores, consules & officiales ipsius quocunque nomine censeant̃ in præmissis culpabiles existentes, similiter excommunicationis sententiæ, a qua non nisi, vt præmittitur, valeant absolutionis beneficium obtinere, sint subiecti. Quę omnia tanto magis in episcoporum interfectoribus sunt seruanda, quanto in eis seuerior, quàm in prefatos pœna debet exurgere, & grauioris indignationis aculeus desęuire. vbi vt vides specificant̃ octo genera personarum, videlicet. Primò potestas vocabulum est Italicum pro rectoribus ciuitatum. Secundò consiliarii sunt, q̃ habent consulem in regimine ciuitatis. Tertiò Ballini sunt etiã officiales secundum vulgare prouincialium originaliter. Quartò Scabini nomen est officialium in Gallia, vbi Scabini, quasi præpositi. Quintò aduocati sunt patrocinãtes in causis iudiciariis. Sextò Rectores sunt qui habent regere ciuitates. Septimò Cõsules dicti sunt a consulendo reipub. qui iudices ratione dicti sunt. Octauò officiales ab officio, quasi ab efficiendo dicti, vt non officiant, sed prosint.

Et nota, q̃ Clemẽs magis expressit vocabula Gallica q̃ Italica, dũ exprimit Ballinos, & Scabinos, & nullã mẽtionẽ facit de Capitaneis Collateralib. Assessorib. Prætorib. Iudicib. appellationũ, Iudicib. maleficiorũ, Senatorũ & similiũ officialium, eo q̃ dictã clem. cõposuit in Concil. Viẽ. attamen omnes intendit exprimere, cum dicit, quocunque nomine censeantur. Ex quo patet q̃ omnes particulares personæ in prędmissis culpabiles existentes, simili censura ligantur, siue sint domini, siue subditi, q̃ scienter & ex proposito sponte se ingerat in prædictis, per regulam prædictam, quia participans in crimine criminoso incidit in eandem sententiam, vt in d.c.nuper, & c.si concubinæ. de sent.excommu. Vniuersitates autem & collegia, siue municipia, qa tãquàm in corpora vniuersalia, non põt in eis cadere excommunicationis sententia, vt not.in c.relatũ, extra ne cler. vel mona.se neg.immisc. & not. 7.q.j. c.sicut vir.in gloss. ergo. Ideo prædicta clem.recurrit ad ecclesiasticum interdictum, dicens, terra quoque ipsius.s.delinquentis, duntamen vltra vnam diœcesim non contineat vsque ad condignam satisfactionem eiusdem, necnon locus ante loca alia, in quibus captus episcopus detinetur, quàm diu detentio ipsa in eisdem durauerit ecclesiastico subiaceant interdicto, q̃ si terra eiusdẽ duas diœceses, vel vltra contineat, diœcesis principalis domicilii ipsius, & illa etiam, in quo fuerit delictum commissum, si sua sit, & duæ aliæ, quæ sub ipso sint eidem loco magis vicinæ, interdicto subiaceant supradicto Præcipit q̃ ad maiorẽ confusionem delinquẽtis per omnes illius loci, in quo commissum est facinus, nec non ciuitatum & diœcesam vicinarum ecclesias quibuslibet diebus dominicis & festiuis, campanis pulsatis, & candelis accensis pariter & extinctis ac pedibus conculcatis, vt dicitur 11.q.3.c.debent, excommunicatus publicè nuncietur donec satisfactionem condignam præstiterit. Ciuitas autem, quæ prędmissa vel eorum aliquod in episcopum suum cõmiserit interdicto, donec satisfecerit, subiaceat memorato. Et nota, q̃ ciuitas, vel locus siue terra delinquentis dicitur esse vbicunque delinquens iurisdictionem habet, vt in c.j.extra de postu. præla.§. nec valet, vbi terra regis intelligitur etiam, quæ regi adhæret, licet propriè intelligatur de dominio: nam cum dicimus in alterius locum, de dominio est intelligendum. ff. de relig. & sumpt.fu.l.2.§ in locum. In prædicto tamẽ c.j. vt dicit ibi gloss. largior fit interpretatio ad omnes terras, quæ tunc regi adhærebant, prestando ei auxilium & fauorem, & est simile. ff. de verborum signi.l.liber homo. Et sicut ecõuerso extenditur ad

illos,

Source : BIU Cujas

illos,qui parant auxilium excommunicato,vt in d. c. nuper. & c.si concubinæ,vel quia terra illa erat de iurisdictione ipsius,licet de proprietate regis non esset,& ideo totum regnum propter contumaciam suam fuit suppositum interdicto,simile extra de offic.delega.c.sanè.& de sponſ.c. non est nobis, ad quod etiam Innoc.allegat.ff.de verborum signifi.l. minus publicum. §.territorium,quod est satis notabile ad cõcludendum locum delinquentis,vbi habet iurisdictionem, licet non habeat proprietatem:de quo etiam 11.q.j.§.ex his omnib.j. & de ꝓcess.præben. c. quando ex constitutione,& in c.inter alia, extra de senten. excommu.in quibus iuribus agitur ad quem spectet interpretatio legis,vel mandati.Et nota bene, ꝙ omnia supradicta in supradictis casibus,& in quolibet prædictorum tanto magis locum habent,si secuta fuerit mors episcopi, quanto maius est delictum interficere quàm percutere, vel bannire, vt arguitur etiam per tex.d.clemen.j.de pœn.§.potestas,versic.quæ omnia. Nota etiã de prędicto interdicto, ex eo ꝙ dicit ciuitas, aut &c. donec satisfecerit,&c.per quod verbum.s.donec, videtur ꝙ statim facta satisfactione sine aliqua iudicis relaxatione sit abolitum,interdictum attamen contrarium dicit ibidem Dom. Anton. de Butr. immo dicit ꝙ primò est necessaria sñia superio- [illegible] est ad tempus incertũ secus autem dicit, si fuisset limitatum ad tempus certum, vel modum, quia tunc elapso tempore, vel cessante modo ipso iure cessaret interdictum de sponſ. nec est nobis. ratio diuersitatis est secundum eum, quia primo casu dubitari posset,an plenè fuerit satisfactum.

Secus autem est in secundo casu, de quo remittit ad not. in capit. cum bonę, extra de ætate & qualitate,vbi Innoc. tenet ꝙ necessaria esset absolutio,cuius contrarium idem Innoc. tenere vꝫ in c.sicut, de cohabi.cler. & mul.& Host. ĩ c.fi.de mat.cõt. ℈ interdi.eccles. vbi vꝫ sentire non esse differentiã inter suspensum ad tẽpus certũ,& suspensum ad tẽps indeterminatũ donec satisfecerit,glo.in c.j.de decim.in clemẽ.dicit ꝙ satis credit ꝙ in suspensis ad tẽpus indeterminatum non sit necessaria absolutio,sed sufficiat sententia declaratoria super satisfactionem.Secus tamen dicit in excõmunicato,donec satisfecerit, quia omnino ibi necessaria est absolutio etiam post satisfactionem. idẽ tenent Steph.& Paul.qui assignant rationem diuersitatis, secũdum Host.in c.cum bonæ.de ætate & qualitate inter interdictũ & suspensum donec satisfecerit, & excommunicatum, donec satisfecerit,quia absolutioni ab excõmunicatione est certa forma a iure statuta,sine qua quis non potest esse absolutus, extra de sent.excommu.c.a nobis, sed in sententia suspensionis, vel interdicti non est necessaria forma solennis in absolutione,sed sufficit ꝙ dicatur,Absoluo,vel relaxo interdictum, extra de testibus c.veniens.2.hæc ratio non videtur bona, quia absolutio a suspensione habet certam formam extra de sẽ. excommu.c. venerabili Et ideo obseruatio formæ absolutionis, facit absolutionem esse necessariam, ergo non erit differentia inter excommunicatum & interdictum, cum in omnibus forma statuta,sit seruanda.Præterea ita erit quis absolutus ab excommunicatiõe,dicendo, absoluo te,sicut dicendo, relaxo interdictum: quia sicut valet excommunicatio lata non seruata forma.11.q. 3.c.sentẽtia pastoris,ita ecõtrario valere debet absolutio, quasi omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur.ff.de regu.iur.l.nihil tam naturale,& institut. quibus modis tolli:oblig.§.hoc amplius,& in ca.omnis, extra de regu.iur. Sic igitur par est potestas ligandi,& absoluendi, de pœnit. dist. j.verbum, facit quod not.glos.j.q.3.c.cum aliquis. Hęc vera in forma data a lege:secus autem in data ab homine, quia illa est seruanda ex acta diligentia,alias non valet, quod fit illa non seruata,extra de restitu.spol.ca. pisanis. Ex prædictis concludit Paul.de Eleaz. ꝙ interdictum tẽpus, vel factum adiicitur satisfactioni fiendæ,interdictum donationi sententiæ. Exemplum primi si non satisfeceris infra mensem excommunico, vel suspendo,vel interdico te.Exemplum secũdi, excommunico te, vel suspendo,te donec satisfeceris.Primo casu siue sit suspẽsio, siue excommunicatio,semper absolutio est necessaria, de sent. excommu.c.parochianus,& c.cõquesti,& de offi.ordin.c.significauit. Secundo casu non est necessaria absolutio, sed sufficit declaratio,etiam si sit excommunicatio.de immu.eccles. c. aduersus,in fin.de sponſ.c.non est nobis.81.distin.capi.si qui sunt presbyteri.Ratio est,quia tunc videtur absolutio facta in diem constitutum,de appel.c.præterea.2.fatetur tamen, ꝙ communiter excommunicatis tempus,vel factum non adiicitur absolutioni,quia in ea requiritur satisfactio,quia certa esse potest:& impositio pœnitentiæ,quę est arbitraria, de pœniten. distin.j.c. mẽsuram.& 26.q.7.tempora pęnitudinis, & de ista non potest etiam dubitari,quia peccator non habet illam arbitrari,sed cõfessor,argum.in c.quàm sit,in princip. & quod ibi not. & in ca. cupientes.§.cęterum,de elect.lib.6. Tenẽdum est ergo semper in excommunicatione inclusis absolutionem fore necessariã per iura superius allegata.

Decimatertia principalis species est impedientibus obseruationem ecclesiastici interdicti : vnde quicunque domini temporales,vel nobiles,seu alii præsidentes præsumpserint cogere quemquàm in locis interdicto suppositis officia celebrare diuina,aut ad officia audienda & celebranda, aliquos excõmunicationis,vel interdicti sententia tam legatos euocare, seu qui ne excommunicationi publicæ aut interdicti de ecclesiis, dum in ipsis missarum aguntur solẽnia,a celebrantib. moniti exeãt, prohibere vel etiam impedire, necnon excommunicatos publicè & interdictos,qui in ipsis ecclesiis nominatim a celebrãtibus,vt exeant moniti, remanere præsumpserint, excommunicationis sententia, à qua per sedem duntaxat apostolicã possunt absolui,sacro approbante concilio sunt ligati,vt in ca.grauis,de sent.excommu.in clemen. vbi supra etiam plures casus, videlicet Primus de cogentibus quemquàm celebrare diuina officia in locis interdictis suppositis. Secundus,de euocantibus, vel euocari faciẽtib. ad audiendum diuina officia ĩ locis p̃dictis, præsertim ligatos excommunicatione,vel sententia interdicti. Tertius de prohibentibus ne publicæ excommunicationi, vel interdicti moniti a celebrantibus, dum missarum aguntur solennia,exeant de ecclesiis,vel si aliter ne exeant præsumpserint impedire. Quartus est de ipsis publicè excommunicatis & interdictis nominatim a celebrãtibus monitis, vt exeant ecclesiis, intellige similiter dum missarum solennia celebrãtur præsumentibus remanere, & sic in isto quarto no. ꝙ excõmunicatus iterum excommunicatur. Simile 3.q. 4. Engeltrudam, & extra de iudę.c.ita quorundam, & 11.q.3.excellentissi. cum similibus,ex quo sequitur, si prius fuisset excõmunicatus a iudice inferiori,vel alias incidisset in maiorem excommunicationem canonis,vel hominis,non seruatur apostolicæ sedi, & ab illa fuisset absolutus per episcopum, vel alium auctoritatẽ habentem,adhuc tamen ligatus esset excommunicatione prędictę clem.cuius absolutio sedi apostolicę specialiter reseruatur. Et no.ꝙ cum quis pluribus excommunicationibus est ligatus, licet ex prima expulsus sit ab eccles. & ab eadem sit absolutus, nõ tamen poterit ecclesiã intrare, quousque ab omnibus aliis fuerit absolutus,nec tali communicandum erit, nec cum ipso participandum,donec ab omnibus absoluatur, quia excõmunicatus in vna ecclesia,quocũque vadat, excommunicatus est, 4.q.5.c.quisquis,& in c.cum prędicta,& in c.officii,extra de sen. excommu. Si quæritur autem qualiter ligatus pluribus excõmunicationibus,sit absoluendus. Respondetur per talẽ distinctionem,secundum Guliel. & alios,ꝙ aut quis est excommunicatus ab vno iudice,aut a pluribus, si ab vno,aut fuit ligatus ab vna sententia,aut a pluribus.Primo casu,quando vna,tunc si propter vnam causam,sufficit vnica absolutio:si verò propter plures causas,& tunc aut constat ꝙ propter quamlibet causam, intendebat singulas ferre sententias,tunc erũt necessariæ tot absolutiones, quot fuere sententiæ,siue causę, facit l.scire debemus.ff.de verborum obliga.aut constat ꝙ propter plures causas vnam voluit proferre sententiam, & tunc vnica sufficit absolutio,erunt tamen exprimendę omnes causę,alias non sufficeret,immo recurrendum esset ad iudicem, extra de sentẽ. excommu.c.cùm pro causa. Secundo casu, cum quis ligatus fuerit ab vno iudice pluribus sententiis, & tũc erũt necessarię plures absolutiones,argum.ff.de no.ope.nunc.l.de pupillo, secus si dicendo,excommunico te,pluries intendebat vnam ferre sententiam,quia tunc vna sufficit absolutio,extra de iudę. ca.ad liberandum,ibi,diebus dominicis,& festiuis huiusmodi sentẽtia publicè innouetur,& argu.in clem.j.§.& quia de pœn.ibi, dieb. dominicis, & festiuis excommunicatus publicè nuncietur,& argum.ff.de acceptil.l.pluribus.

Secundo casu principali, quando quis a pluribus iudicibus fuit excommunicatus,& tunc aut omnes habent vnam iurisdictionem,& sufficit vna absolutio ab vno pro omnibus, si omnes alii vni commiserint vices suas. extra de offi.deleg. c. cãm, & c.vno delegatorũ.& c.quãuis,& arg.ff.de re iud.l.duo ex trib & ff.de arbit. l.si in tres,& l.sicuti, & l.item si vnus. §. si plures, cũ similibus. Aut habent distinctas iurisdictiones, & tunc tot requirũt absolutiones quot sunt iudices excommunicatores, vt in d.c.officii,de sentent. excommu. Vnde excommunicatus debet dicere ordinario, qualiter est excommunicatus ab ipso, vel ab aliis,& ab ipso petere absolutionem de sua excommunicatione,& debet dicere, ꝙ ab aliis intendit petere de aliis excõmunicationibus,vt not.in d.c.officii,& in d.ca. cum pro causa, de senten.excommu.& in c.ex parte,de offic. ordin.& tunc vltima absolutio confirmabit omnes præcedentes, vt dicit glos. in d.c. Engeltrudam.3.q.4.& argum.ff.de iurisdic. omnium iudic.l.est receptum.

De religiosis autem se inuicem percutientibus, siue in eodẽ claustro,siue in diuerso,& siue sint eiusdem diœcesis,& religionis,siue diœcesarum,qualiter absoluantur, infra dicemus inter casus episcopales. Et notandum diligenter ꝙ licet episcopi, & superiores a generalib.sententiis suspensionis,& interdicti,ipso facto ligantib. sint exempti, nisi in ipsis sententiis expressa mẽtio de episcopis habeatur,vt in c.quia periculosum,de sententia excommu.

excommu.lib.6.Quantum ad ſententias tamen excõicationis, ipſo facto ligantes exemptionem non obtinent antedictam,vt dicit gloſ.in d c.periculoſum.Et ideo ſi domini temporales, de quibus loquitur prędicta clemẽ.Grauis. ſint epiſcopi,vel eccleſiarum prælati,quod eſſe poteſt iuridicè,vt in c.fin. ne cleri. vel mona. libro 6. & violent, uel violari faciant interdictũ, iuxta tenorem prædictæ clem.grauis,in excommunicationis ſententiam incident,ipſo facto,a qua non niſi per ſedem apoſtolicam abſoluentẽ,cum tex.d.clemẽ.ſicut loquitur indiſtinctè, ita ſit indiſtinctè ſumendus,argum. 19.diſt.c.ſi Romanorum, facit extra de exceſ.prælat.c.tanta & quod not.in clem. multorum, de hæret. licet Zenzel.in prædi.clem grauis teneat contrarium, & non bene mouetur,quia prædicta clem.eſt pœnalis, & per conſequens non extendenda,de elect.c.ſtatutum,lib.6. & maximè contra illos, dicit ipſe,contra quos per alia iura ſufficienter eſt prouiſum,ſicut eſt de prædictis,de epiſcopis & prælatis, vt in c. tanta,extra de exceſ.prælat. Præterea dicit ipſe,prædicta clemẽt. grauis, emanauit ad inſtantiam prælatorum cõtra dominos tẽporales,vt patet in principio.cum dicit Clemẽs V. Grauis ad nos prælatorum querela perduxit, ꝙ nobiles quidam & terrarum domini temporales &c.Ergo dicit ipſe,non eſt veriſimile quod prælati ſupplicauerint contra ſe ipſos.

Ad prædicta tamen argumenta faciliter reſpondetur: nam ad primum,cum dicit ꝙ pœnalis conſtitutio non eſt extendẽda,reſpondetur ꝙ verum eſt ad caſum, quem non poteſt concludere legis veritas:tunc enim eſt neceſſe legem ſtrictè intelligere,iuxta not.in c.odia.de reg.iur.li 6. Sed qñ nihil reſultat abſurdũ,lex vniuerſaliter loquẽs eſt vniuerſaliter capiẽda, vt patet in l.non aliter.ff.de le.3. & in c.ſi quis ſuadẽte.dia.17.q.4.Si qs ſuadẽte.de pœ in cle.& vniuerſalis ꝓpoſitio vniuerſaliter ſumpta,omnia particularia comprehendit,iuxta not.75.diſtinc.§.j. in gloſſ.j.omni.& in ca.ſolitæ,de maio.& obed.& in ca.2.de obſer.ieiun. Indefinita autem loquutio æquipollet vniuerſali, vt in capit.quia circa,extra de priuileg. & in cap.2. de coniugio leproſorum cum ſimilibus.

Prædicta autem clem.grauis,indiſtinctè loquitur,cum dicit, ne igitur exceſſus ſic graues, & infra præsũptores præfatos,&c. ergo vniuerſaliter eſt intelligenda.

Ad illud autem,quod aſſumit pro maximo,cũ dicit,& maximè contra illos, contra quos per alia iura ſufficiẽter eſt prouiſum. ex quo præſupponit ſufficienter prouiſum. in caſu prædicto, per ea quæ habentur in dicto capitu.tanta. de exceſ. prælat. Reſpondetur, ꝙ non eſt vitium ẽt ſufficienter prouiſis ad cautelam aliquid ſuperaddere,ne diſciplina iuſtitiæ deſeratur, vt not.23.q.5.c.excommunicatorum.In glo.not.& in c.quia ꝓpter,in glo.dic vt infra extra de elect. Cum igitur per prædictũ c.tanta,prælatis violantibus interdicta,imponatur pœna ſuſpẽſionis ab officio & beneficio, nec vltra procedatur iuſtè igitur & bene,ne claues Romanæ eccleſiæ contemnantur per prædictam clemen. grauis, ſuperadditur excõmunicatio ante dicta.

Ad ſecundum principalem, quod inducit,videlicet quia d. clem.grauis emanauit ad inſtantiam prælatorum cõtra dominos temporales & ſic non eſt veriſimile ꝙ contra ſe ipſos voluerint ſupplicare,reſpondetur ꝙ non obſtante veriſimilitudine prætaxata,lex generaliter loquens ipſos etiam ſupplicantes includere ſæpe ſolet,ut in clemẽ.exiui de paradiſo in j.col.uerſ. quapropter de verborum ſignific. cum multis ſimilibus. Præterea,ſi de quo minus uidetur ineſſe, & ineſt, ergo multo fortius de quo magis,vt in 2.Topi.& in c.cum in cunctis, extra de elect.Sed minus videtur ineſſe,ꝙ epiſcopus & alii prælati ligentur ſententia legis,vel ſtatuti per ipſoſmet promulgati, uel editi,& tamen ligantur,excepto Papa, tanquàm excellentiſſimo. Principe,vt in l.princeps. ff.de legibus, & l.digna uox. C. de legib.& not.glo in c.nulli,& in c.ſi quem,extra de ſentẽ. excommu.& 93.diſtin.c.ſi inimicus,& not.in c.ſtatuimus, de ſentent. excomm lib.6.Cum igitur ſpeciale ſit in principe, ergo in aliis contrarium eſt ius commune,vt in l.j.ff.ad .... & in l. ius ſingulare.ff.de legibus nam in ſentẽtia excommunicationis ligat Deus, & non homo. 11.quæ.3.c.nemo epiſcoporum. Deus autem ſuperior eſt omnibus ergo tali ſententia omnes inferiores ligantur excepto illo,qui nobis Deum in terris ſingulariter repreſentat.ſ.Papa,qui eſt ſingulariſſimus Vicarius Ieſu Chriſti, vt in c.quanto,& in c.inter corporalia, extra de tranſla.

Et licèt in prædicto paſſu.ſ.an epiſcopus,uel prælatus legetur ſtatuto ſuo,uarii uarias protulerunt ſanctiones, attamen Hug. tenet ꝙ ligentur.3.q.6.c.j.ex eo ꝙ incidit in factum iam damnatum.29.q.j.c.2.& 3.Idem etiam tenet Archid.in c.2.de conſtitu. lib.6.ſ.ꝙ ligetur epiſcopus,& Archiepiſcopus. Idem tenet Pet. de Bellaper.in auct.o.cuiuſcunque. C. de ſacroſ.eccleſ.per illud auctenticum,& per l.cum ipſe.C.de contrah. empt. & per l. cũ ex ea.ff.de pact. Nec obſt.ſecundum eum,ꝙ idem non poſſit in ſe ipſum,quia hic finguntur duę perſonę.ſ.publica & priuata, q̃ ſtatuit,priuata quæ ex ſuo delicto ligatur.Cinus etiam ibidem ſequitur eum,licet in d.l.cum ipſe tenet contrarium.Do.Ioan. And.in reg.cui licet,de regu.iur.libro 6.& Hoſtien. in ſumma. de ſentent.excommu.§.quis ualeat excommunicari, dicit certius eſſet tenendum,ſuperiorem nec ligari,nec proferentẽ, qui voluit has uarietates concordare dixit ponderandam eſſe differentiam,an epiſcopus ut epiſcopus,uel Archiepiſcopus ut Archiepiſcopus incidant in ſtatutum fulminatorium, an verò ipſi vt priuati & ut quilibet incidant in ipſum. Primo caſu crederẽ,neutrum ligari.Secundo caſu crederem vtrunque ligari. Exẽplũ de primo,diſponit ſtatutũ, ꝙ qlibet iuriſdictio exercẽs tali loco,vel turpe,ſit excõicatus, & qlibet celebratus ſit excõicatus.epiſcopus uel Archiepiſcopus iuriſdictionẽ exercẽt, uel põtificaliter miſſam celebrant: tunc ex hoc ipſi nõ ſunt excõmunicati. Exemplum de ſecundo. Dicit ſtatutum, ꝙ quilibet furtum committens,vel ad azarum ludens,uel fornicationem, aut quid ſimile faciens, ſit excõicatus. Eps, uel Archiepiſcopus delinquũt in iſtis, tunc cum hoc faciãt vt priuatæ perſonę, conſequens eſt ligari,& hoc uidetur iuſtiſſimum, quia in ſecũdo caſu peccatum uertitur contra legem Dei, a qua nullus eſt abſolutus,immo quilibet debet eſſe ſubiectus,etiam Papa, qui eſt eius uicarius, de quo tetigi in prædicto tractatu de auctoritate Papę & Conſilii,in fin huius §. Si quis autem alieno ſacerdoti &c. Ad ꝓpoſitum igitur,ſi aliquo caſu epiſcopus, uel Archiepiſcopus ꝓpter ſuperioris lege ligari,dato ꝙ ad eorum ſupplicationẽ lex emanauerit,cum de natura conſtitutionis ſit ſubditos obligare.C. de ſumma Trini.& fide catho.l.j.in princip.C.de iudic.Irem nõ nouam.ff.ad Trebe.l.omnibus ciuitatibus.C.de colonis.Paleſti. l.j.lib.11.extra de ſenten.excom.c.a nobis,& de pœni. & remiſ. c.qnod autem,& in c.Romana,de ſent.excom.lib. 6. Reſtat ergo,ꝙ etiam prælati eccleſiaſtici, Archiepiſcopi, epiſcopi, ſeu quicunque alii interdictum ratione eccle.contemnentes incidant in excommunicationem prædictæ clem.grauis. Immo qa in talibus maior eſt culpa cenſenda, ergo maior in eius debet exerceri uindicta,vt in c.excommunicamus.§.credentes,extra de hæret.& ubi magis exceditur,ibi eſt ſeuerius iudicandum,vt in d.c.tanta.uerſi.quia uerò, de exceſ prælat. cum ſimilib. & ſic etiam tenet glo.in d.c. grauis. ſuper uerſi. domini temporales, vbi dicit,etiam ſi ſint epiſcopi,uel eccleſiarum prelati, uidetur locum habere quod hic dicitur,ne cler.uel mona. c.ult.libro 6. facit de exceſ. præla.de hęret.c.Tãta & facit quod dixi ſupra eadem compilat.de hæret.capit.multorum,& in hoc reſidet gloſ. vbi Ioan.de Imo.dicit,Credo gloſ.tutiorem ex vi uerborum, licet fortè mens ſpecifica ad hæc ſe non extenderit, & non dicit ultra,meo puſillo iudicio,tenendum eſt cum glo.per rationes,& iura ſuperius allegata.

Et not.ꝙ prędicta pœna locum habet cõtra quemlibet violatorem interdicti,ſiue a iure, ſiue ab hoc emanauerit interdictum,ut dicit gloſ.in d.clem grauis.ad quod facit c. ſecundum, extra de coniug.lepro.quia d.clem.loquit indiſtinctè, ergo &c. ut ſupra dixi,& ita etiam tenent Paul.& Ioan.

Et not.uerbum,euocare, in d. clem.deſcriptum, quia ſecundum ꝙ gloſ uidetur ſentire in prędcedentibus uerbis.ſ.per cãpanarũ pulſationem,ſeu etiam voce præconia, ꝙ ſiue per præconem,ſiue per campanum,ſiue per alium ſpecialem modum fecerit quis uocari aliquos excõmunicationis præſertim uel interdicti ſententia ligatos ad celebranda & audienda diuina officia per modum coactionis ad uiolandum interdictum incidunt in excommunicationem eandem,dicit enim gloſ.in ver. quomodolibet cogere, ꝙ prędictum uerbum quomodolibet omnẽ modum compulſionis realem,perſonalem,directum & indirectum comprehendit,ut ſi res eorum occupant, conſanguineos grauant in perſonis,uel rebus facit de elec. c. ſciant cũcti.lib.6.& in c.quicunque. de ſenten.excommu. libro 6.& licet diuerſo reſpectu intelligatur uocatio per pulſationem campanarum,quia pluribus innoteſcit,iuxta not.in c.j. de offic. cuſto. vox autem præconia paucis innoteſcit,vt dicit text.in Auct. de litig.§.omne collat 8.attamen fortior eſt vocatio præconis, eo ꝙ exprimit uerba, ſicut quando fit uocatio per edictum, quia id expreſsè ſcribitur & proponitur ex parte mandantis, quod non contingit in campana,& ideo ſiue per perconem, ſiue per edictum,aliqui ſint uocati modo prędicto maior eſt contemptus interdicti quàm ſi ad cãpanarum ſonatum uocarentur,ut dicit gloſ.& Paul.& Ioan.de Imola.Vnde licet in minorib. negotiis ſufficiat pulſatio cãpanæ, in grauioribus tamen requiriẽ uocatio per nuncium,vel preconem, ut not.Innocen.III.c.in cauſis,extra de elect.

Nota etiam ex uerbo, excommunicati publicè, aut interdicti,quod eſt in d.clem.grauis.ꝙ in occulto excõmunicato non habet locum pœna prædicta. Nam occultum excommunicatum uitare non debemus in publico.6. quæſt.2.cap.2.& extra de ſentent.excommu.c.cum non ab homine. Vnde Rayn. in ſum.de ſentent.excommu.§.quæritur, dicit ꝙ ille qui ſcit excommunicatum occultum eſſe in eccleſi. debet de ea acutè exire,ſi pt,ita ꝙ nullus de cauſa ꝓpendat,alias non exeat, ne ſit proditor peccatoris occulti,ut in iuribus prædictis.& 2.q.j. c.ſi peccauerit,& 46.diſt.c.ſi clericos.

Quando

Source : BIU Cujas

Quando autem dicatur quis ſcire aliquem excommunicatum fore, dicit Steph in d.clem.grauis.

Quando vidit aliquem verberare clericum, vel audiuit contra cum ſententiam excommunicationis promulgari : uel quando epiſcopus ſibi dixit, quòd excommunicatus eſt 22.q.5. capitulo hoc uidetur ſecunda quæſtione prima, capitu. primo. ſemper 11.quæſtione tertia capitu.non ſolum. 36. diſtinctione cap.ſi quis vult.

Nota etiam in verbo, miſſarum ſolennia, quòd publicè excommunicatus, vel interdictus, ſi in aliis diuinis officiis intereſt præter miſſarum ſolennia, non incurrit excommunicationem prædictæ clementinæ grauis. dicit ibi gloſſa per argumentum à contrario ſenſu, de quo in capitulo cum Apoſtolicæ, in fin. de his, quæ fiunt a præla. ſi.conſ.cap.& per Archidiaconus decimaſeptima quæſtione ſecunda. capitu. Conſaldus, & de foro competenti capitulo ſignificaſti per Ioannes Andreas in gloſſa magna. verſiculo, ſed ibi prædicti tamen excommunicati, vel interdicti tanquam turbantes diuinum officium, aliter punientur, nam de iure ciuili eſt pœna capitis. C.de epiſcopis & clericis lege ſi quis in hoc genus.

Nota etiam quòd compellens interdictos a iudice, audire diuina in loco non interdicto, non incidit in pœnam dictæ clementinæ grauis, vt dicit Paulus de Eleaz. quia dicta clementina loquitur ſolum, quando quis compellit non interdictos, vel etiam interdictos audire diuina in loco interdicto.

Dicit etiam Paulus quòd compellere interdictos audire diuina in loco interdicto, duplex eſt exceſſus ſcilicet ratione perſonarum, & ratione loci : & ſic tanto grauius eſt peccatum ideo dicit textus in dicta clementina grauis, hisque non contenti exceſſibus.

Et ſic non ſecundum Paul. quòd euocantes ad audiendum diuina in loco interdicto, eo modo, quo ſupra nedum excommunicatos, vel interdictos, ſed etiam alios non ligatos, incidunt in prædictam excommunicationem.

Nam principalis intentio clementinæ fuiſſe videtur, ne fieret violentia, vel contemptus localis eccleſiaſtici interdicti.

Vnde dicit quòd nobiles quidam & domini terrarum temporales terris eorum eccleſiaſtico ſuppoſitis interdicto. & infra in §.ne igitur dicit in locis interdicto ſuppoſitis. & infra aliquos excommunicationis.

Præſertim, vel interdicti legatos ſententia euocare.

Nam verbum, præſertim, licet ibi neminem reperiam ponderaſſe : attamen ad propoſitum ſatis eſt ponderandum, præſertim enim ſecundum Papiam aduerbiũ eſt comparandi: vnde dicicit ipſe.

Præſertim, quàm maximè eximie, vnicè. & ſic, ſecundum eum excellentiam denotat.vnde etiam includit exceſſos, ſicut ſuperlatiuum includit comparatiuum & poſitiuum.

Et comparatiuum includit ſuum poſitiuum, licet in iure ſumatur hoc aduerbium præſertim, taxatiuè, ſiue poſitiuè, pro tantum, vt in capitu.per tuas.§. pen. extra de ſimon.vbi diſceptatio eſt inter Doctores, an ſumatur comparatiuè, an taxatiuè, in gloſſa magna, in fin.

Dicendum eſt igitur, quòd vbi non habet iuris repugnantiam, ſumatur comparatiuè, me de proprio ſuo ſignificatu exeat.& ſic ſumitur in capitulo cum Apoſtolica. primo reſpõſo, extra de his, quæ fiunt a præla. ſine conſ.capitu vbi gloſſ. ſuper verbo, præſertim, dicit.i.maximè.

Sic etiam ſumitur comparatiuè, ſecundum aliquos, in dicto capitulo per tuas.

Si autem habet iuris repugnantiam, tunc taxatiuè ſumitur, & exponitur præſertim, ſi tantum duodecima diſtinctio. illud vndecima quæſtione tertia.

Si quis epiſcopus damnatus, ſextadecima quæſtione tertia per ſingula ſeptima quæſtione prima. ſi quis presbyter.vigeſimaſeptima quæſtione ſecunda, cap. multorum, & decima diſtinctione, capitulo primo. in principio, vbi notat Archidiaconus.

Hæc diſtinctio probatur a ſimili, ſicut dicimus de argumẽto a cõtrario ſenſu, quod nõ procedit, quando contrarium requiritur in iure, vt in capitu.vno, in gloſſ.ſecunda. de ætate & qualitate libro ſexto. & in capitulo ſecundo. & in capitulo ſignificaſti, extra de foro competenti.

Et prima quæſtione prima. ſi qui a ſimoniacis, in gloſſa vltima, ergo in prædicta clementina grauis, verbum, præſertim, comparatiuè ſumatur pro maximè, quia iuris repugnantiam nullam habet, vt qui non ſunt excommunicati, vel nominatim interdicti, ſiue aliàs interdicti ſententia ligati in locis interdicto ſuppoſitis, licitè poſſit intereſſe diuinis : immo etiam exempti religioſi non ſeruantes interdictum, quod ſciunt matricem eccleſiam obſeruare, incurrunt excommunicationis ſententiam ipſo facto, vt in capitulo ex frequentibus, de ſententia excommunicatio. in clementina.

Qualiter autem debeat ſeruari, patet in capitu.alma mater. de ſententia excommunicationis libro ſexto. & extra de pœnitentia & remiſſione, capitulo. quod in te. & de pœnis non ſeruantium, habetur in capitulo is, qui de ſententia excommunicationis, libro ſexto. & in capitulo poſtulatis. §. vltimo, extra de clericis excommuni. miniſter. & in capitulo epiſcoporum de priuileg. libro ſexto. Immo plus, quòd ſi fratres minores tempore interdicti recipiunt in ſuis eccleſiis ad audiendum officia diuina, aliquem fratrem, vel ſororem tertij ordinis Beati Franciſci etiam ſi ſuper hoc hi, vel illi priuilegiis quibuſcunque extiterint communiti, eo ipſo ſententiam excommunicationis, incurrunt, a qua per alium quàm Romanum Pontificem, vel ſatisfactione præmiſſa per locorum epiſcopos auctoritate Apoſtolica abſolutionis beneficium nequeunt obtinere, vt in capitulo cum ex eo : de ſententia excommunicationis in clementina igitur cum taliter intelligẽdo verbum, præſertim, non habeat iuris repugnantiam, ſed potius conuenientiam, violatores interdicti eo modo, quo in dicta clementina grauis continetur vocando etiam illos, qui non ſunt alias excommunicationis, vel interdicti vinculo innodati, incidunt in excommunicationem dictę clementinę grauis.

Sed ſi vocant excommunicatos vel interdictos, tanto grauius peccant, vt probant etiam verba dictæ clementinæ grauis. dum dicit, nunc hos, nunc illos vocantes, & interdum, quod eſt deterius, compellentes : hisque non contenti exceſſibus per campanarum non ſolum pulſationem, ſed etiam voce preconia populos etiam interdictos, vt interdicti nõ obſtante ſententia ad audiendas miſſas huiuſmodi veniant, faciunt euocari : nam coniunctio etiam, habet implicare, & etiam ampliare, vt not. Ioannes And. in cap.cum illis §.illis verò, in nouel.de præbendis, lib 6.

Decimaquarta principalis ſpecies eſt de deferentib. vel mittentibus prohibita ſaracenis.

Vnde quicunque Chriſtiani Ferum, Arma, Lignamina, Victualia, Equos, Naues, & alia quæcunque mercimonia, in Alexandriam, vel alia loca Saracenorum terræ Aegypti deferre, vel mittere, ſeu de ſuis portubus, vt eis deferantur, extrahere, vel extrahi permittere, aut eis auxilium, vel fauorem præſtare præſumpſerint, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrunt : & ſi capiantur, fiant ſerui capientium. extra de Iudæis capitulo ita quorundam, & capitulo ad liberandam.

Et in quadam extrauagante Nicolai I I I I. quæ incipit, olim tam in generali in qua etiam addidit & ſimile ſtatuit de omnibus terris Soldano ſubiectis, nec tales excommunicati poſſunt abſolui, niſi tantum de bonis propriis in dictæ terræ Sanctæ ſubſidium conuertendum exoluerint, quantum ad partes prædictas detulerunt, vel miſerunt, aut deferri, vel de ipſorum portubus : deferendum eis extrahi permiſerunt.

Et præter prædictas pœnas, perpetuo ſunt infames & inteſtabiles quoquo modo ita quòd nec teſtari valeant, nec aliquid ex alieno percipere teſtamento, nec ab inteſtato, nec ex teſtamento ſuccedere, nec admitti ad officia publica miniſtranda, & omnes actus legitimi ſunt eis penitus interdicti. & poſtquàm de hoc conſtiterit, debent publicè denunciari, & omnia eorum bona ad fiſcum deuolui.

Et licèt prædicta conſtitutio Nicolai I I I I. Videretur reuocata per prooemium ſexti libri, attamen Bonifacius V I I I. infra annum poſt publicationem ſexti libri innouauit per ſuam quandam extrauagantem, quæ incipit, Contra illos.

Et poſtmodum Clemens V. non ſolum innouauit, & confirmauit per quandam ſuam extrauagantem, quæ incipit, Multa mentis.

Sed etiam ſibi & Apoſtolicæ Sedi abſolutionem excommunicationis eiuſdem præterquàm in mortis articulo reſeruauit.

Et ſic vides etiam in hac ſpecie multos eſſe caſus videlicet.

Primus eſt de deferentibus arma.

Secundus eſt de deferentibus ferrum.

Tertius eſt de deferentibus lignamina.

Quartus eſt de regentibus, vel gubernantibus naues, vel galeas Saracenorum.

Hi quatuor caſus contenti ſunt in capitulo. Ita quorundam.

Vbi etiam præcipitur, vt per eccleſia Maritimarum vrbium crebra & ſolennis in eos excommunicatio proferatur, licet ipſo iure ſint excommunicati, vt in dicto capitulo ita quorundam, de Iudæis.

Source : BIU Cujas

Io. a Capiſtrano, De excommunicatione.

Vbi gloſſ. ſatis diſputat quomodo excommunicatus iterum excommunicatus, de quo ſatis ſupra diximus in proxima præcedenti ſpecie principali.

Et nota, quòd in dicto capitu. ita quorumdam, non reſeruatur abſolutio Papæ, ſed in prędicta extrauagante Clementis V. vt ſupra dixi.

Quintus eſt de vendentibus naues, vel galeas ſaracenis eiſdem.

Sextus eſt de impendentibus eis in machinis, vel aliis quinuſlibet conſilium aliquod in diſpendium trrrę ſanctæ, vel cõtra populum Chriſtianum.

Septimus eſt de impendentibus eis auxilium in aliquo prædictorum.

Hi tres continentur in capitulo ad liberandam, extra de Iudæis. Licet etiam ibi abſolutio non reſeruetur Apoſtolicę ſedi: Et etiam ibi continentur ſupradicti quatuor caſus: ſed vltra illos immiſcentur hi tres, hic deſcripti & ſic ſunt ſeptem.

Octauus de habentibus per ſeipſos mercimonium cum præfatis ſaracenis mercimonium, ideſt commercium, dicit Papius, Commercium autem à commutatione mercis dicitur, quo nomine res venales appellamus. Vnde commercia ſunt negocia, vel nundinæ, quaſi ſimul mercari. & ſic patet quòd prohibita eſt mercatio cum ſaracenis ſub prædicta excommunicationis ſententia ipſo facto, vt in capitulo quod olim, de Iudæis.

Nonus eſt de habentibus mercimonium per alios, vt in dicto capitu. quod olim. & per regu. qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur, vt in capitu. qui facit: de regulis iuris, libro ſexto.

Decimus eſt de impendentibus per ſe ipſos aliqua rerũ ſubſidia in nauibus, vt in d.c. quod olim.

Vndecimus eſt de impendentibus per ſeipſos aliqua ſubſidia in quocunque alio ingenio abſolutè loquendo, vt in dicto capitu. olim.

Duodecimus eſt de impendentibus ſubſidia per alios nauibus, vt ſupra.

Decimustertius eſt de impendentibus aliqua ſubſidia quocunque alio ingenio per alios, vt in dicto capitu. quod olim. nam illa verba, vel per ſe, vel per alios, poſſunt ad præcedentia & ſubſequentia ſanè referri, per dict. regulam, qui per alium, & per capitu. ad audientiam, & per capitu. ſicut dignum, extra de homicid. cum ſimilibus. & dixi ſupra 8. ſpecie principali.

Decimusquartus eſt de impendentibus eis conſilia in aliquo prædictorum, vt in dicto capitu. quod olim, de Iudæ.

Et licet gloſſa dicat ibi, quòd tales poſſunt ab eorum epiſcopis abſolui, verum erat tunc, attamen nunc eorum abſolutio ſedi Apoſtolicæ reſeruatur, vt in dicta extrauagan. Clementis V. & in conſtitu. annua in die Iouis Sancta, vt infra dicam.

Decimusquintus eſt de tranſmittentibus, equos ad ſaracenos.

Decimusſextus eſt de transferentibus equos ad eoſdem.

Decimusſeptimus eſt de permittentibus de eorum portubus extrahi per eiſdem.

Decimusoctauus eſt de tranſmittentibus victualia ad eoſdem.

Decimusnonus eſt de deferentibus victualia ad eoſdem.

Vigeſimus eſt de permittentibus de ſuis portubus extrahi pro eiſdem.

Vigeſimusprimus eſt de deferentibus quocunque mercimonia.

Vigeſimusſecundus eſt de tranſmittentibus mercimonia.

Vigeſimustertius eſt de permittentibus de ſuis portubus extrahi.

Vigeſimusquartus eſt de extrahentibus de ſuis porturbus aliquod prædictorum.

Vigeſimusquintus eſt de præſtantibus eis fauorem incluſiuè colliguntur in dicta xv. infra extrauagan. Nicol. IIII. confirmata & ampliata, vt dixi.

Et nota quòd in omnibus prædictis ligantur etiam omnes mandantes, auxiliantes, conſulentes, fauentes, conſentientes, & participantes per regulam, quam dixi, quia participans in crimine criminoſo, & c. vt in dicto capitu. ſi concubinæ, & in cap. nuper. de ſententia excommunicatio. & dixi ſupra in 8. ſpecie principali, & ibi vide declarationes & concordantias ſuccinctè deſcriptas.

Reſtat nunc colligere excommunicationes, quæ annuatim pronunciantur à Romana Curia in die Iouis Sancta, quarum abſolutio etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatur.

Primò excommunicati ſunt omnes hæretici, Gazari, pagani, pauperes de Lugduno, Arnaldiſtè, Speroniſtè, Paſſagini, Voicleſiſtæ, Fratricelli, & quicunque alii hæretici, quocunque nomine cenſeantur, ac omnes fautores, receptatores, & defenſores eorum.

Secundo excommunicati ſont omnes & ſinguli, cuiuſcunque ſtatus, gradus & præeminentię aut conditionis exiſtant, ēt ſi pontificali, regali, reginali, aut quauis alia eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeat dignitate, qui perfidis hæreticis & Voicleſiſtis arma, equos, ferrum, plumbum, lignamina, ſal, oleum, vinum, victualia, & alia quæcunque ad vſum hominum pertinentia, aut quæuis alia prędia publicè vel occultè ſubminiſtrant, ac per ſe, vel ſubditos afferri faciunt, vel permittũt, cum q̃b. ipſi Voicleſiſtę Chriſti fideles & catholicos quomodolibet impugnare ſeu offendere poſſint, nec nõ omnes & ſinguli eorumdem hæreticorum & Voicleſiſtarum ad hæreticos fautores, defenſores & receptatores, cuiuſcunque ſtatus, nobilitatis, excellentiæ, vel conditionis exiſtant, & ſi pontificali, regali, reginali aut quauis alia eccleſiaſtica vel ſeculari ſint præditi dignitate ac conſentientes & præſtantes eiſdem in præmiſſis quomodocunque & qualitercunque auxilium, conſilium, vel fauorem.

Ipſiq; omnes & ſinguli declarantur cõtinuatores & fautores hęreſis atque omni beneficio dignitate & honore eccleſiaſtico & mundano denunciantur eſſe priuati.

Tertiò excommunicati ſunt omnes falſarii bullarum, ſeu literarum Apoſtolicarum & ſupplicationum, gratiam ſeu iuſtitiam cõtinentium per ſummam Põtificem, vel Vicecancellarium ſeu gerentes vices, aut officium Vicecancellarii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, de mandato eiuſdem ſummi Pontificis ſignatarum aut ſub nomine eiuſdem ſummi Põtificis, ſeu Vicecancellarii aut regentis officium prędictum, ſignantes ſupplicationes eaſdem.

Quartò excõmunicati ſunt omnes piratę, & latrunculi marini & receptatores eorum.

Quintò excõmunicati ſunt omnes illi, qui equos, arma, ferrum, lignamina & alia prohibita deferũt ſaracenis, quib. Chriſtianos impugnant.

Sextò excommunicati ſunt omnes impedientes, ſeu inuadentes, victualia ſeu alia ad vſum ratione curię neceſſaria adducentes vel ne ad curiam ipſam deducantur vel deferantur impedientes ſeu perturbantes, & qui talia faciunt, vel defendunt, cuiuſcunque fuerint ordinis, præeminentię & ſtatus, etiã ſi pontificali regali, vel reginali, vel quauis alia eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate.

Septimò excommunicati ſunt omnes illi, qui ad ſedẽ Apoſtolicam venientes & recedentes ab eadem, nec non illi qui iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam aliquam non habentes in eadem curia manentes, temeritate propria capiunt ſpoliant & detinent, aut ex propoſito deliberato verberare, mutilare, vel interficere prędumunt, & qui talia fieri faciunt, ſeu mandant.

Octauò excõmunicati ſunt omnes illi, qui in terris ſuis noua pedagia imponunt.

Nono excommunicati ſunt omnes illi, qui per ſe vel per alium, ſeu alias quatcunque perſonas eccleſiaſticas vel ſeculares ad Romanã Curiã ſup earũ cauſis & negociis recurrẽtes, illaq; in eadem curia proſequentes, aut procuratores, negociorum geſtores, aduocatos, vel promotores ipſorum, vel etiam auditores, ſeu iudices ſuper dictis cauſis, ſeu negociis deputatos occaſione cauſarum ſeu negociorum huiuſmodi verberant, mutilant, vel occidunt, aut bonis ſpoliant cuiuſcunque præeminentiæ dignitatis, ordinis, conditionis, aut ſtatus fuerint, & ſi pontificali regali, reginali, vel quauis alia præfulgeant dignitate.

Decimò excommunicati ſunt omnes mutilantes, vulnerãtes, & interficientes, ſeu capientes & detinentes, ſeu deprædantes Romipetas & peregrinos ad vrbem cauſa deuotionis & peregrinationis accedentes & in ea morantes & recedentes ab ipſa, & in his dantes auxilium, conſilium vel fauorem, eorũq; bona ſunt confiſcata.

Vndecimò excommunicati ſunt & Anathematizati omnes illi, qui per ſe vel alium, ſeu alios directè vel indirectè ſub quocunque titulo vel colore occupant, detinent vel hoſtiliter diſcurrunt, ſeu inuadunt, aut occupare detinere, vel diſcurrere hoſtiliter præſumunt in totum, vel in partem, aut qui occupabunt, detinebunt, & hoſtiliter diſcurrent, ſeu inuadent, aut occupare, detinere, vel diſcurrere hoſtiliter præſument, almam vrbẽ regna Sicilię, Triuarię, inſulas, Sardinię, Corſicę, Terram citra Farum patrimonium Beati Petri in Tuſcia, ducatum Spoletanum, Comitatum Vencuſini, Sabinæ, Marchiæ Anconitanæ, Maſſetrebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, atque maritinæ prouincias & terras ſpecialis commiſſionis & Arnolphorum, ciuitatesque noſtras Bononienſem, Ferrarienſem, Beneuentanam, Peruſinam, Auinionenſem, Ciuitatis Caſtellæ, Tudertinam, & alias Ciuitates, & Terras, vel loca, vel iura ad Romanam eccleſiam ſpectantia &

pertinentia

Source : BIU Cujas

pertinentia & adhærentes & fautores, & defensores eorum, seu in his dantes eis auxilium, consilium, vel fauorem, non obstantibus quibuscunque priuilegiis, & indulgentiis ac literis Apostolicis generalibus vel specialibus eis, vel eorum alicui, vel aliquibus cuiuscunque ordinis, conditionis, status, dignitatis & præeminentiæ fuerint, etiam si vt præmittitur pontificali, regali reginali, seu quauis alia ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate a prædicta sede sub quauis forma vel tenore concessis, quòd excommunicari aut anathematizari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi ac ordinibus locis nominibus propriis cognominibus ac dignitatibus eorundem mentionem nec non consuetudinibus & obseruantiis scriptis & non scriptis, ac aliis contrariis quibuscunque, quibus contra huiusmodi processus ac sententias, quo minus includatur in eis se iuuare valeant & tueri, quę quo ad hoc prorsus sublata sunt & omnino reuocata, de quibus quidem sentētiis nullus per alium quàm per Romanum Pontifi. nisi duntaxat in mortis articulo constitutus, potest absolutionis beneficium obtinere, nec etiam tunc nisi de stando sanctis ecclesiæ mandatis satisfactione, vel sufficienti cautione præstatis.

Illi autem cuiuscunque fuerint præeminentiæ, dignitatis ordinis conditionis, aut status etiam si pontificali, vel alia quauis dignitate positi, qui ꝯ tenorē præsentium talib. vel eorum alicui, seu aliquibus absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserint, excommunicationis & anathematis sunt sententiæ innodati, eisque prædicationis, lectionis, administrationis sacramentorum, & audiendi confessiones, officia interdicta omnia supradicta continentur in constitutione annua in die Iouis Sancta, ad perpetuam rei memoriam promulgata, vbicunque Romana curia residet, & in valuis maioris ecclesię, seu palatii Apostolici publicè assignantur, vt nullus possit excusationem prætendere, vel ignorantiam allegare, cum non sit verisimile remanere incognitum, vel occultum, quòd tam patenter omnibus publicatur. Et nota, quòd quandocunque aliquæ nouitates. In curia Romana de nouo emergunt in prædicta excommunicatione super addi solet mentio specialis.

Excommunicati sunt etiam omnes committentes simoniam, siue in ordine, siue in beneficio, siue dantis, siue recipientes, siue occultè, siue manifestè, cuiuscunque status conditionis, gradus, præeminentiæ, vel dignitatis existant, etiam si Cardinalatus episcopali, seu alia quauis ecclesiastica, vel temporali etiā maximè prę fulgeant dignitate, & omnes excommunicationis, suspensionis ac priuationis & interdici sententias & alias censuras ecclesiasticas contra simoniacos latas & promulgatas incurrunt ipso facto, quarum absolutionem, seu relaxationem prę terquàm in mortis articulo nō possunt, nisi per sedem Apostolicam obtinere, non obstantibus quibuscunque commissionibus inductis eum facultatibus absoluendi de casib. sedi Apostolicæ specialiter reseruatis, cuicunque & cuiuscunque status, gradus conditionis vel dignitatis existat, sub quacunque verborum forma generali, vel speciali factis, aut faciendis, concessis vel in posterum concedendi, nisi specialiter de absolutione a peccato simoniæ in commissionibus & facultatibus prædictis expressa fieret mentio specialis.

Et quicunque in Romana Curia præsens fuerit, cuiuscunque status, conditionis, præeminentiæ vel dignitatis existat, postquàm ad eius notitiam peruenerit quemquam commisisse aliquam simoniam infra duos dies naturales sedi Apostolicæ seu eius camerario, aut suo vicem gerenti in vnius, vel duorum testium prę sentia reuelare sub eiusdem excommunicationis, suspensionis, aliisque censuris & pœnis quibus actores simonię superius inodantur, quas dicti non reuelans, vt prędicitur, seu tegens simoniam tanquàm fautor eiusdem sceleris incurrat ipso facto, cuius similiter absolutio sedi Apostolicæ specialiter reseruatur hæc in extrauagan. Martini V. facta Mantuæ, quæ incipit, damnabile scelus.

Et prius aliam fecerat constantiæ, in qua declarauit, quòd ordinati simoniacè ab executione suorum ordinum sint eo ipso suspensi: electiones autem, postulationes, confirmationes, & quæ vis prouisiones simoniaci ecclesiasticarum monasteriorum & dignitatum, personatuum, officiorum & beneficiorum quorumcunque, nullæ sint ipso iure, nullumque per illas ius cuicunque acquiratur.

Nec promoti confirmati ac prouisi faciant fructus suos, sed ad illorum restitutionem tanquam iniquè ablatorū omni modo teneantur, & dantes & recipiētes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant etiam si pontificati, aut Cardinalatus præfulgeant dignitate.

Postmodum Eugerius Papa IIII. contra eosdem simoniacos aliam extrauagantes edidit, cuius tenor sequitur, & est talis.

Eugenius episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Cum detestabile scelus simoniacæ prauitatis tam diuinarum scripturarum, quàm sacrorum canonum auctoritas abhorreat & damnet, nos considerantes, quòd plures pœnarum grauitas, quàm Dei timor arcere solet a voluptate peccandi, ac summis desideriis affectantes, vt hoc pestiferum vitium non ex vsu solum, sed etiam ex mentibus hominum saltem propter pœnarum metum pœnitus euellatur, prædecessorum Romanorum Pontificum vestigiis inhærendo, ac etiā omnes & singulas excommunicationis, suspensionis, priuationis & interdicti snīas, censuras, atq; pœnas dudum a pontificib. prædictis & pro talibus reputatis contra simoniacos quomodolibet latas, & quas illos cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ fuerint, etiā si Cardinalatus, patriarchali, episcopali, regali, reginali, vel alia quauis ecclesiastica seu mundana dignitate præfulgeant, & eorum quemlibet, tam manifestum quàm occultum ipso facto incurrere volumus confirmari & innouari auctoritate Apostolica declaramus, quòd omnes illi simoniacè ordinati fuerint, a suorum sint ordinibus suspensi: per electiones verò postulationes, confirmationes, prouisiones, seu quauis alias dispositiones, quas simoniæ labe fieri contingerit, & quæ uiribus omnino careant in ecclesiis monasteriis, dignitatibus personalibus officiis ecclesiasticis quibusuis beneficiis aut aliquo eorum cuicunque ius nullatenus acquiratur: nec inde faciat aliquis functus suos, sed ad omnium illorum quæ prę ceperint restitutionem sub animæ suæ periculo sit astrictus.

Statuens præterea, quòd vniuersi & singuli etiam præmissa dignitate prædicti, quæ quomodolibet dando, vel recipiendo simoniam commiserit, aut quòd illa fiat, mediatores extiterint, seu procurauerint, sententiam excommunicationis incurrant, a qua nisi a Romano Pontifice pro tempore existente non possint absolui, præterquàm in mortis articulo constituti.

Et vt huiusmodi labis contagium frequentius reprimatur, omnibus & singulis ecclesiasticis, secularibusque personis, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, seu conditionis fuerint, in uirtute sanctæ obedientiæ districtè iniungimus, vt eos omnes, quos simoniam huiusmodi commisisse, vel procurasse, aut in ea mediatores esse sciuerint, pontifici prædicto, vel eius Camerario, aut cui idem pontifex duxerit committendum per se, vel per alios reuelare quàm citius non omittant, quod si non fecerint, absolui non debeat, donec prædicta reuelent. Nulli ergo, &c. Si quis, &c.

Data Romæ, apud Sanctum Grisogonum, anno incarnationis Dominicæ 1434. XV. Kal. Iunii, Pontificatus nostri anno 4.

Bonifacius etiam VIII. in extrauaganti excommunicat omnes, qui ex pacto vel promissione occulta vel manifesta aliquid & paruum reciperet pro aliqua iustitia uel gratia, per se vel pro alio in causis iudiciariis, seu aliis pro literis ab Apostolica sede obtinendis, vel scienter vtentes literis taliter obtentis siue gratijs, & absolutio reseruatur Papæ.

Excommunicati sunt etiam euntes ad terram sanctam & causa deuotionis, seu ex uoto, siue licentia sedis Apostolicæ, & absolutio reseruatur Papæ, vel summo Pœnitentiario, qui etiā potest concedere licentiam & absolutionem committere, vt in priuilegio officii summi pœnitentiarii.

Excommunicati sunt confessi aliqua religionem de ordinibus vendicantium, si transeunt ad aliquem ordinem monachalem, excepto Carthusiensium: & similiter recipientes transeūtem, & absolutio reseruatur Papæ, vt patet in constitutione Consilii Constantiensis.

Infrascripti quatuor casus sunt etiam reseruati Papæ.

Primus casus est de electoribus senatorum, seu aliorum rectorum vrbis Romæ absque licentia sedis Apostolicæ speciali, vt in capitu. fundamenta. §. vt ergo, de electio. libro sexto.

Secundus casus est de electis assumptis, vel nominatis ad regimen antedictum, si prædictæ electioni consenserint absque licentia sedis Apostolicę speciali, ut in prædictis capitulo & §.

Tertius est de obedientibus talibus Rectoribus sic intrusis, vt ibidem.

Quartus est de dantibus ipsis electoribus vel huiusmodi electis consilium, auxilium, vel fauorem in prædictis, vel circa prędicta publicè, vel occultè, vt ibidem.

Et nota quòd in prædicta constitutione prohibetur, ne quis Imperator, Rex, aut Princeps, Marchio, Dux, Comes, aut Baro, vel qui alterius notabiles præeminentiæ, potentiæ, seu potestatis excellentiæ, vel dignitatis existat, frater, filius, vel nepos eorum ad tempus, uel in perpetuum, seu quis alius vltra annale spatium eligatur, &c.

Source : BIU Cujas

Io. a Capistrano, De excommunicatione.

Et violatores præmissorum ab excommunicatione prædicta absolui nequeunt, nisi per Papam, vel de eius licentia speciali, vt in prædicto capitu. fundamenta. §. contemptores. vnde isti casus computandi sunt inter casus Sedi Apostolicæ reseruatos.

Nunc igitur restat videre de excommunicationibus ipso iure illatis, a quibus episcopi, vel similes citra auctoritatem sedis Apostolicæ possunt absolutionis beneficium impartiri. Et resumendo tractatum primi casus, quem supra Papæ posuimus reseruatum pro quodam memoriæ artificialis ingenio ponamus versus quos colligit. Hostien. in ca. cum illorum, extra de sent. excommu. qui sunt tales, videlicet.

Absoluit Papa solus clerum ferientem.
Decem & septem tamen ex hoc excipe casus.
Regula, mors, sexus, hostis, puer, officialis.
Delicioſus, inops, senex, ægerque sodalis.
Ianitor astrictus, dubius, commune leuis ictus.
Debilis, &c.
Absolui tamen sine summa sede merentur.
Atroces verò soli Papæ reseruantur.

Prædictorum trium versuum post duos primos talis est declaratio, q̃ pro quolibet verbo sumitur vnus casus episcopo reseruatus, vel pari siue maiori, quo ad auctoritatem huiusmodi tam excessus.

Primus est in verbo, regula. In quo concluditur, quòd si regularis uerberat regularem, licet ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. potest tamen per suum abbatem, vel suum parem prælatum absolutionis beneficium obtinere, & si discretio Abbatis, vel per consequẽs sui prælati, ad eius, siue eorum correctionem non sufficeret, est diœcesani episcopi prouidentia adhibenda, vt in capitu. monachi, extra de sententia excommunicatio. vbi Alexand. III. dicit, monachi verò & canonici regulares quocunque modo se in claustro percusserint, non sunt ad Apostolicam sedem mittendi, &c. vbi aduertendum est, quòd verbum illud, quocunque modo, limitatiuè sumi oportet & non indistinctè: Nam si enormiter & cum interuentione mortis, vel mutilationis membri, vel sanguinis effusione, vel per iniectionem manuum in episcopum vel Abbatem, aut similem prælatum: tales etenim taliter delinquentes pro absolutionis beneficio sunt ad sedem Apostolicam destinandi, vt in capitu. cum illorum, extra de sententia excommunicatio. & dixi supra in primo casu Papæ reseruato, gloss. etiam in dicto capitu. monachi, dicit, aut in clericum secularem, & c. quid intelligendum est sanè, videlicet si regularis percutit clericum secularem citra prædictos quatuor casus, non sufficit solummodo Abbatis, vel Prioris, seu prælati similis absolutio: immo propter tunc scandalum euitandum talis erat ad sedem Apostolicam destinandus, vt in dicto capitulo cum illorum. Hodie tamen talis auctoritas absoluendi prædictos regulares episcopis est concessa, ne regulares prædicti materiã habeant cuagandi, vt in capitu. religioso, de sententia excommunicatio. libro sexto. & tunc potest absolui talis regularis ab episcopo diœcesano in omni casu, quo potest absolui clericus secularis, si alium clericum secularem percussisset, vt ibidem exprimitur.

Vbi etiam subditur quòd nouitii, qui non sunt nec tacitè, nec expressè professi, gaudent tamen eodem priuilegio, videlicet quòd si quis in eos manus iniecerit violentas, excommunicationis vinculum non euadit. & sic in hac specie includuntur quàm plures casus, quibus delinquentes citra sedem Apostolicam possunt absolutionis beneficium obtinere.

Primus est de religiosis eiusdẽ claustri, qui se inuicem percusserint, quia ab eorum prælatis possunt absolui, nisi excessus ipsorum extiterit difficilis & enormis, vt supra diximus, & patet in d.c cum illorum.

Secundus est de claustralibus diuersorum claustrorum, quorum delinquens per Abbatem proprium, & eius, qui passus est iniuriam absolutur, & secundum Hostien. modus absolutionis erit iste videlicet quia Abbas percutiẽtis recipiet a percutiẽte iuramentum, & Abbas percussi uerberabit percutientem, quia uerbera erunt loco satisfactionis, quia monachus nihil habet vnde valeat offenso realiter satisfacere. Post hæc absoluet Abbas proprius delinquentem.

Congruentius est tamen, q̃ vnus totum faciat ex alterius commissione & auctent. propria coniunctiuè, argum. extra de offic. ordin. ca. fin.

Tertius est de religioso percutiente clericum secularem, qui ab episcopo absoluetur, vt in dicto capitu. religioso. & intelige per episcopum illius clerici percussi, si idem est episcopus clerici percussi & loci, vbi commissum est maleficium, alias absoluetur per episcopum, in cuius territorio clericorum vulnerauit per prædictam rationem, ne talis religiosus materiam habeat cuagandi, vt in dicto capitu. religioso. & in dicto capitulo cum illorum, & etiam quia ratione delicti efficitur quis de foro iudicis, in cuius territorio commissum est delictum. vt in c. fi. extra de fo. cõp. & in c. j. de rapt. & in auct. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi opor.

Quartus est de nouitio, siue percutiente, siue percusso, quia poterit eodem modo, quo supra, fieri absolutio prædictorum, vt in dicto capitu. religioso. & argumen. in dicto capitu. monachi. & in d. cap. cum illorum.

Quintus est de nouitio, qui in seculo sententiam excommunicationis incurrerat: nam ad religionem veniens potest a prælato illius religionis absolui in casibus supradictis, vt in dicto capitu. cum illorum.

Aduertendum est tamen, quòd si non perseuerauerit in religione ipso iure in tali absolutione intelligitur inesse conditio, quia in eandem excommunicationis sententiam retrudatur. Cautius est tamen aduisari per absoluentem, quòd si non perseuerauerit in religione, remanebit in eadem excommunicatione, qua prius fuerat allegatus, vt dicit Hostien.

Aliqui etiam dicunt vt Rayn. & Innocentius quòd excommunicatus non debet recipi ad religionem nisi primò fuerit absolutus ab eo, a quo alias debuisset absolui. text. tĩ in dicto capi. cum illorum, indistinctè loquitur, dum dicit quòd Alexand. Papa statuerat quòd de seculo fugientes, qui religionis habitu in monasterio susceperunt, & inter cætera postmodum confitentur se tale commisisse delictum in seculo, per quod ipso actu excommunicationis sententiam incurrerint sine licentia Romani pontificis. Abbas non potest, nec debet eos absoluere. Innocen. tamen III. in dicto c. cum illorum. dicit, nos tamen in religionis fauorem, & ut uagandi materia subtrahatur maiorem eis gratiam exhibere volentes eorum prælatis, quòd etiam in talibus absolutionis beneficium impartiri debeant, indulgemus, nisi excessus ipsorum, &c. vt supra diximus.

Credo tamen ad concordiam prædictorum. Fore distinguendum inter excommunicatum a iure, & excommunicatum ab homine: vt excommunicatus à iure ad religionem veniens absolui possit a prælato religionis illius, per dicto capitu. cum illorum.

Excommunicatus autem ab homine non recipiatur ad religionem, nisi prius fuerit ab excommunicatore, vel a superiore habente auctoritatem protinus, absoluat̃ per regulam, qua dicimus, absoluere potest, qui & ligare. 2 1. distin. capi. inferior, & extra de maioritate & obedientia, capit. cum inferior. Probatur etiam & alio modo: nam maius est dispensare in irregularitate, quàm absoluere a peccato, vt probat text. in dicto cap. cum illorum: cum dicit.

Et maiora intelligantur illis prohibita, quibus vetita sunt minora, vbi gloss. dicit, minora vocat absolutionem, maiora dispensationem: sed prælati prædicti possunt dispensare cum talibus excommunicatis, qui iuris ignorantia, vel facti obliuione, non tamen in contemptum ecclesiasticæ disciplinæ ad ordines contigerit promoueri, vt in dicto capitu. cum illorum. ergo multo fortius possunt absoluere ratione prædicta, hoc idem probatur 50. distinctio. capitu. miror. vbi episcopus absoluit homicidam, si non potest cum ipso super irregularitate dispensare. ad quod etiam faciunt not. in capitu. admonere 33. quæstione secunda. Innocen. etiam in dicto capitu. cum illorum. in uerbo, prælatis, colligit not. quòd tenet monachatus excommunicati: subdit tamen, sed melius facit qui sit, si non recipit, nec in probatione absoluere potest, & nõ dicit plus ibi, sed quia videbatur sentire, quòd tales non absoluerentur, donec facerent professionem in eo, quòd dicit, nec in probatione absoluere potest, durum est tale verbum, quòd in religionibus vendicantium, vbi per annum stare debent ad probationem, vt in capitu. non solum, & in capitu. constitutionem, de regular. libro sexto. teneretur excommunicatus ad probationem, cum quo participantes in diuinis & extra diuina, quòd in talibus religionibus vix poterit euitari, incideret in minorem excommunicationem, vt in capitu. is qui. de sententia excommunicatio libro sexto. & in capitu. si quem. de sententia excommunicatio. in decretalibus, & tertia quæstione quarta. capitu. Engeltrudam. Hoc autem scilicet participare cum excommunicatis possetenus est uitandum, 11. quæstione tertia. capitu. quoniam multos. & extra, de sententia excommunicatio. capit. inter alia, ergo cum reuerentia, incongruum est dicere, nec in probatione absoluere potest, sed sanius est dicere, quòd absoluatur, cum in essentia illius conditionis scilicet si non perseuerauerit in religiones remaneat in eadem excommunicatione, vt supra dixi.

Et quod dixi de excommunicato ab homine, quòd remittatur ad excommunicatorem intelligo, si est adeo prope. & securus accessus, quòd commodè etiam sine periculo pateat iter. argumen. notatorum. & in capi. de cætero, & in capitu. quamuis, extra de sententia excommunicatio. & in capitu. ex parte,

extra

Source : BIU Cujas

extra de officio delegat.& in capitu.ſi quando,extra de reſcrip. alias a prælato poſſet abſolui.debet tunc tamen prælatus aduertere,ne talis ex leuitate mentis, vel ne debitam ſatisfactionem effugiat ad religionem ſimiliter euolare: tunc enim cum alterius damno recipi non deberet, argumen. 53. diſtin. capitu. legem. ubi dicitur caſus,dum dicit,quòd hi,qui militiæ,vel rationibus ſunt publicis obligati, ſi quandoque monaſterium petunt,ſuſcipiendi non ſunt ullo modo, niſi prius a negociis publicis fuerint abſoluti. Rayn. tamen dicit, quòd obligatus ad aliquid ſoluendum priuatæ perſonæ,ſi venerit ex fernore charitatis, vt Deo ſeruiat, non intentione detrahendi debitum, ꝙ excuſatur auctoritate Spiritus Sancti, cui reſiſtere nemo poteſt. 19.quæſtio. 2.capitu.duæ ſunt uitæ,extra de regul.capitu. licet. tenetur tamen monaſterium quod illum recepit,ſatisfacere de his, quæ ad monaſteriū peruenerint eius occaſione quacunque. 19.quæſtio.3.capitu.ſi qua mulier. & C.de epiſcopis & clericis lege Deo nobis §.primo.& in auctent.ſi qua mulier.& in auctent. ingreſſi. eodem titulo hoc idem videlicet quòd tenet monachatus excommunicati, nota. Ioannes Andreas poſt Innocentius in dicto capitu.cum illorum, vbi etiam in alia gloſſula,in verbo, talibus idem Innocen. videtur voluiſſe ſupplere his, quæ ſupra dixerat, cum apoſtillat dicens talibus ſcilicet excommunicatis ante monachatum, etiam ſi clericos percuſſerint,vel quandocunque alias in canonem inciderint ſententiæ latæ,& in hoc reſidet Innocen.ergo, &c. Hoc etiam tenent Hoſtien.Ray. & Vincen. & Moderni communiter,facit ad prædicta,extra de verbo.ſigni.c.ex parte.

Sextus caſus circa religioſos eſt,quòd ſi regulares non habēt prælatum, ad quem poſſint recurrere : vt puta quia defunctus eſt,uel quia excommunicatus, vel quia non ſacerdos, & ſic de ſimilibus,ſiue religioſi ſint exempti,ſiue non: ſiue viri ſiue mulieres,ad diœceſanum recurrere debent in caſibus ſupradictis pro abſolutionis beneficio reportando, argumē.opti. in dicto cap.religioſo. de ſent.excommu.libro 6.& not.Hoſt. & Vinc. in d.c.monachi,& Innocen.ibidem.

Septimus eſt de monialibus quæ ſe inuicem percuterent: poſſunt enim abſolui ab epiſcopo,in cuius diœceſi monaſteria ſunt fundata,vt in capitu.de monialibus, extra de ſententia excommunicatio.

Octauus eſt de monialibus percutientibus ſuos conuerſos. ibidem.

Nonus eſt de monialibus percutientibus, ſuas conuerſas. ibidem.

Decimus eſt de monialibus percutientibus clericos ibidem.

Vndecimus eſt de monialibus percutientibus monachos, vel fratres capellanos eiuſdem monaſterii, argumentum ibidem.

Et notandum quòd prædicta locum habent tam in exemptis monialibus,quàm in non exemptis:& tā ī profeſſis, quàm in nouitiis, argum.in c.ad abolendam,in fin.extra, de hæreti.& in capitu.irrefragabili.§.retineri,extra de offic.ordin. quod intelligit gloſſ.ſi epiſcopus abſoluit tanquàm delegatus Papæ vigore dictæ decretalis, de monialibus ſi autem vellet eas abſoluere eo iure,quo abſoluere poteſt alias mulieres, vt in capitu. mulieres,extra de ſententia excommu.tunc non tanquàm delegatus abſolueret,ſed tanquàm ordinarius. Si autem ſubiectę eſſent prælato alicuius religionis,vt in ordine minorum & prędicatorum,vel aliorum ordinum, tunc abſolui poſſet ab illo prælato,cui per ſedem Apoſtolicam ſunt commiſſæ, argumē. in dicto capitu. monachi, & in dicto capitu.cum illorum. de ſenten. excommu. & nihilominus etiam poſſent abſolui per epiſcopum,ſi ab eodem abſolutio peteretur, vt in dicto capitu. de monialibus vbi Innocent.abſolutè dicit, etiam ſi monaſteria ſint exempta,& ſi monaſteria eſſent in diuerſis epiſcopatibus,deberent tales epiſcopi inuicem conuenire,& quilibet abſoluere,vel alter vicem ſuam alteri delegare, quod congruentius eſt,vt ſupra dixi,argum.in d.c.cum illorum, & gloſſ. & Innoc.not.in d.c.de monialibus.

Duodecimus eſt de hoſpitalariis Sanct. Ioan. Hieroſolimitani,quibus conceditur, quòd in omnibus caſibus, in quibus poſſunt abſoluere prælati aliarum religionum circa iniectionem manuum in clericos violentam, eorum prior, qui preſbyter eſſe debet, abſoluere poſſit eos vt in capitu. canonica, extra de ſententia excommu.quòd ſi talis prior non eſſet ſacerdos,auctoritatem huiuſmodi non haberet: quia, vt dicit gloſſ. ibidem laicis licet religioſis hoc officium non committitur, ſicut nec officium prædicandi,vt in capit.cum ex iniuncto, extra de hæreti.nam & claues eccleſiæ non laicis, ſed presbyteris committuntur. 24.quæſtio.j.capitu.quicunque,& 21. diſtin. ca. in nouo teſtamento. & 96.diſtin.bene quidem. Nam Chriſtus Ieſus primo ſuos Apoſtolos ſacerdotes inſtituit ī die cœnæ,cū dixit, hoc facite in meam commemorationē. Luc. 22. Et poſt reſurrectionem ſuam,ipſis exiſtentibus ſacerdotib. ligandi atque ſoluēdi contulit poteſtatem, cum dixit,Accipite Spiritum Sanctum: quorū remiſeritis pec.rem.eis. & quorū reti. reten. ſunt. Ioann.vlti.Petro etiam tunc pontificatum tradidit, cum dixit,Paſce oues meas, &c. Ioann. vltim. & 50. diſtinct.capitu. conſiderandum. & c.fidelior.& extra de elect.capitu. ſignificaſti, & plenè dixi in tractatu prædicto, de Auctoritate Papæ,& Concilij.

Decimustertius eſt de conuerſis quaruncūque religionum, licet non clericis,vt in caſibus ſupradictis abſolui poſſint a p̄latis illarum religionum,vel ab epiſcopo,cui ſubiiciuntur, arg. in d.c.cum illorum.& in d.c monachi: de ſententia excommu. Nam & tales conuerſi priuilegiati ſunt, ſicut clerici & eccleſiaſticę perſonæ,ita ꝙ percutientes eos incidunt in canonem latæ ſententiæ,vt in cap.non dubium. & in capit. parochianos.& in cap.ex tenore.de ſententia excommu.

Sed quid de conuerſis ſecularium eccleſiarum ? Gloſſ. in dicto capitu.non dubium,mouet hanc quæſtio. & dicit, videtur quòd non habeant hoc priuilegium,argumen. 27.quæſtio. j.capitu.vt lex continentiæ.Concludit tamen,quòd ex quo tradidere ſe & ſua diuino obſequio,ſiue in eccleſia ſeculari.ſiue in eccleſia regulari,iā cenſentur eccleſiaſticæ perſonæ, & ex toto tranſlati ſunt in forma eccleſiæ vnde habent immunitatem eccleſiaſticam 17.quæſtio.4.ca.quiſquis. & decretum dicit,ꝙ tantum duo ſunt genera Chriſtianorum: vnum, quod dedicatum eſt diuino obſequio, vt clerici & conuerſi: Aliud genus ſunt laici. 12. quæſtio. j.cap.duo ſunt.Quidam tamen volunt dicere contrarium,ſed benignius eſt dicere, quòd ſic, vt eorum gaudeant priuilegio quorum vitam & religionem aſſumunt, verba ſunt gloſſ. in dicto capitu. non dubium, quod intelligendum eſt per extenſionem virium ſuperuenientium: nam canon,ſi quis ſuadēte diabolo. 17.quæſt.4. ſolum diſponit de clerico & monacho:ſed capitu.non dubium, & capitu. parochianos.& capitu ex tenore,extendunt canonem ad conuerſos religionum. gloſ.autem prædicta ratione identitatis dicit idem de conuerſis ſecularium eccleſiarum, per iura ſuperius allegata. idem tenet Ioann.& Vincen.in capitu delicta, extra de maio & obed. Sed Hoſt.in dicto capitu. non dubium, diſtinguit, quando ſic conuerſus remanens in domo ſua viuit vt laicus, & tunc non gaudet hac immunitate,per capitu. vt lex continentiæ. probat text.in capitu.3.§. de confratribus, & in capitu.quidam,extra de priuil.ſi autem ſit conuerſus, tradens ſe & ſua, tōſuratus incedēs, canonicas horas audiens,& honeſtè viuens, & ſimilia,tunc talis gaudet immunitate,vt in iuribus allega. in gl. prædicta. probat text. in canone.quiſquis. 17.quæſt.4.probatur etiam in capitu.vt priuilegia. verſicu.Hoc autem, extra de priuile.huic diſtinctioni vī adhærere Ioān.de Ligna in Trac. ſuo, de Cenſu. eccleſiaſt.4.parte articū.3. dum quærit de conuerſo. attamen in ſuo quodam conſ.Peruſino. de quo ipſemet facit mentionem in capitu.j.in lect.ſua,de ſententia excommunica. in clem.ſine diſtinctione dicit conuerſos gaudere eccleſiaſtica immunitate. Mihi uidetur ſubtilius indagandum ex iuribus allegatis per Hoſtien.vt ſit iterum diſtinguendum inter conuerſos & confratres. Magna ſi quidem inter iſtos notari ſolet differentia. Conuerſos etenim propriè appellare ſolemus eos,qui ſe, ſuaque diuinis dedicant obſequiis perpetuis temporibus obligando,& de talibus iura prædicta ſunt intelligenda,videlicet capit.vt lex continentiæ,& capitu.non dubium, cum ſimilibus ſuperius allegatis, & de prędictis etiam fit ſubdiſtinctio: aliqui enim ex eis recipiunt habitum illorum, cum quibus cōuerſantur,& ad quorum vitam & regulā conuertuntur,& confeſſionem faciunt obedientiam, expropriationem & caſtitatem,ſiue continentiam promittentes. 16.quæſt.7.capitu.in noua actione & de his nulla eſt dubitatio, quòd gaudent priuilegio regulari.Aliqui tamen prędictam profeſſionem non emittunt,nec ſe voluntariè obligant ad prædicta:viuunt tamen honeſtè habitum deferentes, alicui de religionibus approbatis quomodolibet iam conceſſum,& dato ꝙ vxores habeant, ſeruant ordinem coniugalem,viuentes ſub cura & obedientia p̄latorum illarum religionum, in quibus ſe & ſua diuinis obſequiis dedicarunt,de quib. poteſt intelligi, quod habetur in d.c. vt lex continentiæ,& de talibus etiam non eſt dubium. quòd gaudēt priuilegio clericali tāquàm eccleſiaſticæ perſonæ, ſicut acoliti & clerici coniugati non bigami,vt in capit.vno, de cleric.coniug. libro ſexto. intellige ſi incedit in habitu & tonſura,ut ibidem aliqui dicuntur confratres, qui aliquas honeſtas congregationes faciunt & licita collegia, congregantes ſe in aliqua eccleſia uel capella,ſaltem ſemel in menſe, uel ſemel in hebdomada, & ibi ſe honeſtè modeſtè & rōnabiliter diſciplinant.de quibus. 23.quæſt.4. capitu. diſplicet. & capit. Duo iſta. & 23.quæſtio.5.capitu.ad fidem.& capitu.non putes.& 45. diſt. capit.& qui emendat.Faciūt etiam aliquas peregrinationes,deuotas orationes,ieiunia & vigilias obſeruantes, ſicut Chriſtianę conuenit diſciplinæ,de quo in capitu.bonæ. 2.extra de elec. & in capitu. ſuper his.& in capitu. magnæ, extra de uoto, & vo. redem.

Source : BIU Cujas

Io. a Capiſtrano, De excommunicatione.

Sunt etiam aliqui confratres,qui non ſe diſciplinant, ſed alia pietatis opera & actus charitatis exercent: cum enim eorum aliquis infirmatur, ceteri de confraternitate præbent ſibi miniſteriū ſeruiendi:conducant ad egrotum presbyterū,qui ei miniſtret eccleſiaſtica ſacramētav,idelicet ꝓfeſſionē,cōionē,extremā vnctionem,ꝓmendationem animę,& ſimilia ſalutaria obſequia ſubminiſtrāt, conſolantes eos in eorum infirmitatibus. & monita ſalutis frequentius impendentes, necnon & corporum medicos conducentes,iuxta not.in cap.vnico,extr. de ſac. vnctio.& in capitul.cum infirmitas.de pœn. & remiſ.& ſi infirmus de propriis nequiuerit ſe iuuare, omnes confratres ꝓferūt ad expenſas. Præterea cum aliquis eorum moritur, lauant corpus, & induunt ſacco cilicino,vel lineo, ſine alio confratrum ſoluto veſtimento,cadauerque cuſtodiunt certis horis,antequā tradatur eccleſiaſticæ ſepulturæ, & eorum aliq̄ deputantur ad cuſtodiam corporis,quemadmodum ad cuſtodiam templi ſolebant aliqui deputari,ff.de manumiſ. teſtamen.l.ſeruos. Poſtmodum, cum corpus defertur ad ſepulturam, omnes ſequuntur funus ad eccleſiam vel cimiterium,iuxta not.in cap. cum illorum,ext.de ſepultur.Item antequam corpus ſepeliant, faciūt officiari per Sacerdotes, conuocant aliquem prædicatorem, qui proponens verbum Dei de memoria mortis, de teſtimonio vitæ, de retributione futura, iuxta merita quorumcunque monefaciat aſſiſtentes,animamque defuncti deuotis aſtantium orationibus recōmendet,iuxta not.in c niſi cum pridem.ext.de renunc.& in clem.vnica,de reliq & vener.ſanct.Hi autem licèt omnia iſta pietatis & miſericordiæ opera exequantur, licitumque collegium conſtituant,vt in c.ſi qui clericorum. 11. q.1.& in c.ſanè.16.q.7.& in c.conceſſionis.1.q.1.& in c.1.22.q.1.In quibus iuribus patet,quòd conſpirationes, ſiue coniurationes ſuper rem licitam, & ad bonum & honeſtum finem licitè fieri poſſunt,& habent ius collegij & vniuerſitatis.ad etiam accedit, quod not.in c.ſi quis deſpicit. 42. diſt. vbi dicit Archid. quòd ſi ſtatutis ſiue ordinationibus alicuius confratariæ ita dictum ſit. videlicet quòd ſemel in anno conueniant fratres ad tractandum de ſalute animarum, ad celebrandum miſſas pro viuis & defunctis,& ad exercitandum deuotionem,& ideo ponunt ſinguli certam qualitatem eleemoſynæ,vt inde reficiuntur pauperes & prouideatur egenis,quòd hæc licita ſunt,dūmodo intentiones ſint licitę & mundę & ſimpliciter in Deo fixæ, quia contra bona ſunt,vt in c.de occidendis.23.quæſtio.5. & ſubdit ibid. quòd ſi firmitates ſtatuunt,quòd nullus recipiatur,niſi promittat ſingulis annis decem ſe daturum, ſi hoc fiat propter honeſtam cauſam,vtpote pro alendis pauperibus,pro redimendis captiuis,vel ſimilibus non eſt ſimonia,nec reprobanda, vt in d.c. ſi qui clericorum. & 26.quæſtion.2.capitu.non excommu. licèt quidam dicant, quòd prædicta forma per verba negatiua non eſt licita,quia excludit liberalitatem, ſcilicet ne quis recipiatur, niſi ſoluat. ſed ſi fiat ſtatutum per verba affimatiua, ſcilicet ſi qs fuerit receptus ſoluat tantum,tunc valet.& cautius eſt hanc ſecundum formam ſeruare.Dicit etiam Inno.in c.inter dilectos. circa fin. ex.de donatio. quòd licitum eſt collegium illorum qui deſeruiunt hoſpitalitati,& idem tenet ibi Hoſt. Dicit etiam Io.Andr.in c.dilecta, in gloſſ. magna, ext.de exceſ.prælat.quòd poſſint aliqui facere collegium cauſa religionis, vel pietatis, quòd etiam ipſum nomen reſonet: verbi gratia, collegium iuuantium oppreſſos, vel colligentium eleemoſynas pro pauperibus,& ſimilia.hoc probatur per l.1.ff.de colleg.illicit.vbi dicitur,quòd licita ſunt omnia collegia, quæ fiunt pietatis cauſa præmiſſa, dummodo non faciant contra ſenatusconſultum.& dummodo nihil mali faciant occaſione collegij, alias deſtruenda ſunt.ad quod facit l.ſi.ff. de colleg. illicit. Dicit etiam Innoc. in d.capitu.dilecta,circa fi.quòd clerici poſſunt conſtruere vniuerſitatem cauſa religionis, ſcilicet vt miſſas celebrent pro viuis & defunctis vel ſimilibus. ei ſubdit quod talia collegia & rectores eorum ſubdita ſint maioribus & ordinarijs poteſtatibus:vnde ad eorum dictum deſtrui poſſunt,& ne incipiant prohiberi.quod dictum videtur intelligi debere,quando ſuperiori videtur illud collegium fieri vel præſumi fieri ad malum: tunc etenim prohibere poteſt, ne fiat: & ſi factum fuerit, deſtruere poteſt illud,vt in d.l.1.ff.de colleg.illicit.vbi D. Bart. dicit,quòd cauſa religionis ſunt permiſſa collegia de iure communi,vt ibidem & in l.1.circa princip.ff.quod cuiuſque vniuerſ.nom.Vnde collegia diſciplinatorū & collegia pietatis & miſericordiæ, vel ſimilia,licita ſunt,ex quo fiunt ad bonum,ſecus ſi fierent ad tractanda ea, quæ reſpiciunt regimen ciuitatis, cum talibus non pertineat.Ad propoſitum igitur redeūdo,licèt tales confratres & conſorores catholicè ac iuſtè viuant, & in exercitijs pietatis vitæ actiuæ diligentiſsimè.Se ſolicitent,quia tamen habitū non mutāt, neque ſtatutum,ſed in habitu ſeculari & catholicorum laicorum ſimpliciter perſeuerent, nec efficiuntur perſonæ eccleſiaſticæ,nec gaudent priuilegio clericali,per iura ſuperius allegata,videlicet ca.duo ſunt genera. & in d.ca. de confratribus. cum ſimilibus.

Quartusdecimus eſt de fratribus & ſororibus tertij Ordinis Sancti Franciſci,qui fratres de pœnitētia nuncupantur, in regu. eiſdem tradita & confirmata per Nicol. Papam IIII. in qua traditur forma profeſſionis eorum ita,quò habitum mutant & ſtatum,nec tamen eximuntur à iuriſdictione dieceſanorum, licèt miniſtrum habere debeant de ſeipſis & viſitatoriæ ſacerdotem aliquem,qui alicuius approbatæ religionis exiſtat, quique illis de commiſſis exceſſibus iniungat pœnitentiam ſalutarem, nec quis alius poteſt eis huiuſmodi viſitationis officium exhibere.& conſulitur eis in regula, quia inſtitutionem habuit & principium à glorioſiſſimo ſeraphico Chriſti Confeſſore Franci. vt aſſumantur viſitatores prædicti, de fratrum minorum ordine.

Poterūt ergo dicti fratres & ſorores in caſibus antedictis per violētam manuum iniectionem in alterutrum eorūdem à dieceſanis epiſcopis, vel à præfatis viſitatoribus, ſi eis ab epiſcopis concedatur abſolutionis beneficium obtinere, tanquam eccleſiaſticæ ꝑſonæ,ex quo eorū ſtatus & ordo patet authenticè per ſedem Apoſtolicam confirmatus:licèt aliqui, qui fortè ſtatum & regulam prædictorum non ſubtiliter indagarunt, contrariū aſſerere faterentur,ita quòd dicebant fratres & ſorores dicti ordinis fori priuilegio non gaudere,nec etiam perſonali,dicentes pro violentas manus inijciens in eoſdem,excommunicationis ſententiam non incurrant. Sed ratio, quam allegāt,nullius eſt momenti,cum dicunt,quòd ſunt ſine lege, ſicut locuſtæ & nudi omni priuilegio, tanquam de nouo egreſſi de vtero matris, quia cōiugati per aliquot dies in ſeptimana abſtinent ſe ab vxoribus eorum,ſiue à thoro,vt dicit Ioan. And.in cap. cum ex eo, de ſenten.excommu.in clem.ex quibus verbis,cum reuerentia, clarè perpenditur, quòd tam ipſe, quàm ſequaces prædictorū, minimè curauerunt regulam videre. Quomodo enim ſanè dici poſſent viuere ſine lege, qui ſub regula approbata & confirmata per ſacroſanctam Roman.eccleſiam.tanquam veri catholici & boni religioſi Chriſti doctrinam & fidem perpetuò obſeruatori, regulamque prædictum deuotionis ſpiritu votoque ſpōtaneo humiliter profitent.non ſunt ergo nudi quaſi de nouo,de vtero matris egreſſi:immo ſunt veſtiti,religioſorum habitum deferentes,armis optimis communiti,non quaſi pupilli, vel infantes ex matris vterò vagientes, ſed tanquam pugiles ad bella doctiſſimi,ſub imperiali vexillo regis Regum Ieſu Chriſti ex decreto ſanctæ matris eccleſię viriliter militantes.Nec tñ dicuntur locuſtæ,quia tanquam clerici coniugati,ſi propriè clerici ſunt in habitu & tonſura clericorum more viuentes, matrimoniale coniugium obſeruare diligenti cuſtodia ſatagentes Chriſti legem atque fidem inuiolabiliter proſequentur.

Poſſunt namque ex inſtitutione regulæ prælibatæ tam clerici quàm laici,tam virgines quàm viduæ,tam ſoluti quàm coniugati Chriſto Domino charitatis ardore ſanctoque deſiderio, ac pijs & iuſtis operibus militare, ita ꝙ ſeraphicus atque flamigerus ille dux, preco, vexillifer, inſignitusque Chriſti ſeruus Franciſcus caracteribus non manufactis, vel literis bulla plumbea communitis: ſed nedum in anima, immo etiam in ſacro corpore diuinis ſacramētis ac ſtigmatib. Ieſu Chriſti,non ferro vel lapide,calamo,ſtilo,vel celte deſculptis, ſed impreſſis mirabiliter,ac ſtupendiſſimo miraculo digito Dei viui diuino ſpiritu,totus ebrius omnibus omnia factus eſſet, vt omnes Chriſto Domino lucrifaceret ad ſalutem. Inſtituerat namque primam regulam,ſub qua viuentes in obedientia ſine proprio,& caſtitate viri ſolummodo valerent altiſſimo militare.Inſtituerat & ſecundam,ſub qua profitentes tria vota prædicta,mulieres dunta xat,Dei omnipotentis,ac Virginis benedictæ vnico filio,reſpōſo dilectiſſimo,præ filijs hominum ſpecioſiſſimo,ex millib. electo, gratanter in aula regia, vel Chriſti palatio, nuptias caſtiſſimas celebrarent. Et ſicut in prima regula, clerici ſimul & laici viri ad quoslibet pertinentia cuſtodirent:ita & in ſecunda mulieres pariter tam clericæ,quàm laicæ,normam ſibi editam obſeruarent. Inſtituit etiam & tertiam, ſub qua de generibus ſingulorum Chriſti fidelium,alijs religionibus non ligati, valeant Domino famulari,tam clerici,quàm laici,mares vel fęminæ,nuptæ vel virgines ac viduæ ſupradictæ.Ex quo cātat Eccleſia ſancta Dei,[Tres ordines hic ordinat, Primumque fratrum nominat Minorum pauperumque.Fit dominarum medius:Sed pęnitentum tertius,Sexum capit vtrūque.] Hinc etenim ex ore imaginis Crucifixi ad Franciſcum delapſa vox intonuit, ter ducis nomen replicans, ſub typo ducatus triplicis dicens, Franciſce, Franciſce,Franciſce,vade repara domum meam,quæ vt cernis, tota deſtruitur. Cantamus etiam de prædicto Chriſti glorioſiſſimo confeſſore,fac tria tabernacula,votum ſequutus Simonis quem huius non deſeruit numen, vel omen nominis. Sumentes tria tabernacula pro prædictis tribus ſtatibus ſaluandorum, videlicet coniugatorum,& virginum & continentium. Nixus eſt igitur prædictus almus Chriſti confeſſor viam ſalutis omnibus aperire,dum tres prælibator ordines inſtituit ſalutares.Quorum qnemlibet ſignis & prodigijs, multiplicibusque miraculis mirabiliter Altiſſimus inſigniuit,dum videlicet.

Primum

Source : BIU Cujas

Primum tam præcellentiſſimis teſtibus cathalogo Sanctorũ conſcriptis digniſſimè decorauit, Franciſco videlicet, Antonio & Ludouico, Caroli ſecundi Regis Siciliæ filio primogenito, & Archiepiſcopo Tholoſano Chriſti confeſſoribus glorioſis.

Secundum autem tam præclariſſima ac excellentiſſima virginum vexillifera, apud virginum primiceriam, ſummamq; reginam cunctorum ſpirituum Beatorum, Virginem videlicet matrem Domini Saluatoris, Clara ſanctiſſima prima inter virginales Franciſci Plantulas clariſſimè ſerenauit.

Tertium verò reginaliq; corona, necnon & procerum dignitate mundo perfunctoriè deuagatis, per Sanctos, videlicet Ludouicum Regem Francorum, Eliſabeth Duciſſam Lutoringiæ, ac Regis Vngariæ filiam. necnon & Elziarium ciuitatis ac comitatus Ariani, magnum Comitem, in Apuliæ finibus, catalogo Sanctorum ſimiliter conſignatos, Chriſti Ieſu clementia, immenſis, ſtupendis innumerisq; miraculis diuinitus illuſtrauit. Quis igitur niſi inconſideratè, inaduertenter & improuisè loquens, audeat dicere tales perſonas tantorum Sanctorum veſtigia imitantes ſine rege, vel ſine lege viuere tanquam locuſtæ: Sed etiam ad iuris terminos remeantes, vt oſtẽdamus, ſuper eſt talis ordinis profeſſos & profeſſas, tam clericos quàm laicos, tam mares quàm fœminas, etiam infra tempus probationis, ex quo habitum ſuſceperunt, gaudere priuilegio clericali, & cenſeri, ac inter perſonas eccleſiaſticas numerari nedum qui ſoluti ſunt, ſed etiam qui aſtricti ſunt vinculo coniugali. Quique nec tamen per aliquos dies in ſeptimana, vt dicit Ioan. And. vbi ſupra, tenentur a propriis vxoribus abſtinere. Ex quo etiam patet quòd nec ipſe, nec ſequaces, talem regulam aſpexerunt. Miror etiam Laurentium, famoſum Doctorem antiquum aſſeruiſſe, tales perſonas eccleſiaſticas non cenſeri, quia non habent poteſtatem ſui corporis, ſed vxores: ergo per identitatem rationis ſuæ, nec clerici coniugati, quantuncunque viuant clericaliter, & incedant in habitu & tonſura, quod tamen cum reuerentia clariſſimè noſcitur eſſe falſum, vt in d.c.vnico, de cleri. coniug. lib.6. Infert etiã, q; nec ſunt bechini, quaſi velit ex hoc uerbo, bechini, ſuam rationem facere fortiorem, cum tamẽ, ſecta bechinorum & bigardorum, ſit à ſancta Romana Eccleſia, protinus reprobata, ut in c.j. de relig.do.in clem. & in c. ad noſtram, de hæreticis, in cle. Nec etiam præfati Doctores nomen proprium tertii ordinis reperierunt: voluit enim Seraphicus inſtitutor, humilis Chriſti famulus, glorioſiſſimusq; confeſſor, & cęlicus triumphator, prędictorum ordinem Fratrum de pœnitia nuncupari, vt patet in legenda eiuſdem ſancti Patris. c.4. videlicet de profectu ordinis, ſub manu ipſius & confirmatione regulę primitus approbatę. Patet etiam in deſcriptione proœmii, & ſalutatione Nic. IIII. in regula prędictorũ, qui ſic ſcribit eiſdem dicens, Nicolaus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis fratribus, & dilectis Chriſti filiabus, ſororibus de pœnitentia, tam præſentibus, quàm futuris, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Supra montem catholicæ Fidei, quàm populos gentium, qui ambulabant in tenebris, diſcipulorum Chriſti ſincera deuotio igne charitatis æſtuans, verbo ſollicitæ predicationis. edocuit, quàm Romana ſeruat & tenet Eccleſia ſolidum Chriſtianæ religionis poſitum fundamentum noſcitur. & inſta, Ideoq; glorioſus Chriſti confeſſor beatus Franciſcus huius ordinis inſtitutor, &c. Ecce igitur, q̃ nõ ſunt locuſtę, nec anomali, uel acephali, vt aſſerunt antefati. Sic etiam Clemens V. in Concilio Vienen. deſcripſit eoſdem, vt patet in cap. cum ex eo. de ſentẽt. excom. in clem. dum dicit, Fratres & ſorores de tertio ordine, quem beatus Franciſcus inſtituit, qui pœnitentes, ſeu de pœnitentia nuncupantur, & c. Sic etiam nominat eos Ioan. XXII. in extrauaganti, quæ incipit, ad perpetuã rei memoriam ſancta Romana Eccleſia, quæ tamen non in odium prædictorum, ſed illorum hæreticorum, qui Fratricelli (de la opinione) vulgariter nuncupantur, & quorundam aliorum qui ab eiuſdem Papam Ioan. & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientia deniarant, noſcitur emanaſſe. Sic etiam propriis oculis vidi deſcriptos prædictos fratres & ſorores tertii ordinis de pœnitentia, in quàm plurimis priuilegiis, in fauorem eorundem à quampluribus Summis Pontificibus emanatis, & noſtris etiam temporibus & ætate, & recolẽdæ memoriæ Martino Papa V. nec non & à beatiſſimo Domino noſtro Eugenio Papa IIII. Qui omnes in ſuis literis Apoſtolicis prædictum ordinem approbantes patrum more piorum ſunt proſecuti gratiis immunitatibus & fauoribus oportunis, inter quos Alexan. IIII. & Cæleſtinus V. ſuis authenticis literis declararũt & mãdauerunt eoſdem fratres & ſorores tertii ordinis beati Franciſci nedum exemptos eſſe a ſeculari iuriſdictione: ſed etiam ob oneribus & grauaminibus tanquàm perſonæ eccleſiaſticæ diuino cultui mancipatæ, & vidi & dimiſi priuilegia in manibus eorundem fratrum, quæ reperimus in noſtro conuentu ciuitatis Aquilæ, noſtræ originalis prouinciæ, vbi Domino cooperãte collegium fratrum & ſororum dicti ordinis, etiã noſtris diebus in magna deuotione & gratia renouantur & creſcunt, atq; proficiunt, & ſuperna largiente clementia, laudabilis uitæ meritis, virtutib. & exemplis. Floretq; nomen dicti ordinis in ſplẽdida ſocietate nobilium & honeſtarum Dominarum, ſicut etiã Romæ, Neapoli, Florentiæ, Senis, Peruſij, & ĩ multis aliis locis, in Marchia Anchonitana. & in aliis ciuitatib. & terris Italiæ, & extra Italiã in multis partib. fidelium Chriſtianorũ, q̃ maximè de præſenti conualuit & erectus eſt ordo præfatus per Illuſtriſſimum Principẽ Regem quondã Iacobum, qui ſpretis huius ſeculi uanitatib. atque pompis, nedum ſolennia monaſteria ſuis deuotis ſumptib. & expenſis conſtrui fecit, ſed etiam ſe ipſum offerens Ieſu Chriſto ſacrificium acceptabile in ordine prælibato, diuiuo cultui mancipauit, cum florenda ſocietate venerabilium perſonarum.

Pater prædicta tamen, mei eximii illuſtrisq; Doctoris, Domini Petri de Vbaldis de Peruſio, germani illuſtriũ & clariſſimorum Doctorũ, D. Baldi, & D. Angeli de Peruſio, ueſtigia p̃ſequutus, tenui ſemper, teneo & tenebo, niſi per ſacroſanctam Romanã Eccleſiã aliud in poſterum decidatur, perſonas dicti ordinis eccleſiaſticas eſſe cenſendas, & eccleſiaſticarum gaudere debere priuilegio perſonarum, quod poteſt argumentis multiplicibus comprobari, vt infra ſerioſius exprimetur.

Primò ſic, Perſonæ annexæ ordini per ſedem Apoſtolicam confirmato dicuntur eccleſiaſticæ, & religioſæ, & gaudent priuilegio eccleſiaſticarum perſonarum, vt in c.fi. extra de reli.domi. & in c.vnico, eo.tit.lib.6. ſed fratres & ſorores tertii ordinis beati Franciſci, ſunt huiuſmodi, ergo gaudere debent, & c. Cõfirmatur per dictum c.duo ſunt genera Chriſtianorum. 12.q.j. ibi dum dicit, & Deo deuoti. ſcilicet conuerſi, &c.

Secundò probatur ſic, Omnes conuerſi dicuntur eccleſiaſticæ perſonæ, & tales dicuntur Deo deuoti, vt in d.c. duo ſunt. & 17.q.4.c.quiſquis. & utrobique per glo. ſed patet q̃ fratres & ſorores tertii ordinis prælibati, ſunt Deo deuoti, & ad Deũ conuerſi, mutantes habitum & ſtatum, ac traditam ſibi regulã obſeruãtes, ergo inter perſonas eccleſiaſticas numerati gaudere debẽt priuilegio eccleſiaſticæ libertatis p̃ iura ſuperius allegata.

Tertiò probatur ſic, Pœnitentes tanquam perſonæ eccleſiaſticæ gaudent priuilegio clericali, ut dicit gl. in d.c.quiſquis, allegat. 27.q.j.c.ut lex cõtinentiæ. & 11.q.j. aliud. Vbi optimè probatur ibi dũ dicit, Si quis pœnitens habet cauſam, quàm fortè negligere non debeat melius expectet eccleſiaſticum, quàm foreníe iudicium. Et ſubditur, nõ ait p̃ criminalem tm̃, ſed generaliter propter quamlibet cãm, tam ciuilem quàm criminalẽ intelligens. Et licet ibi gl. intelligat de ſolẽniter pœnitente, dico q̃ fratres & ſorores tertii ordinis magis merentur gaudere priuilegio prælibato, q̃ ſolenniter pœnitentes, quibus ſolennis pœnitẽtia pro manifeſto & enormi crimine, & adeo enormi, q̃ totam urbem commouerit, decernitur imponenda. 26.q.6. c.fi. & 50.diſt.ca. in capite quadrageſimæ. Nec dẽt eſſe peioris p̃ditionis, q pœnitẽtialiter viuit, licèt enormia crimina nõ cõmiſerit, quàm qui ſimili laborat pœnitentia ex criminibus iam cõmiſſis, ſicut cæteris parib. nõ dẽt eſſe peioris cõditionis q nũquàm peccauit, q̃ q aliquãdo peccauit, & uerus pœnitẽs eſt effectus, ut plenè tractat Auguſtinus ſuper Lucam. 7.ca. ergo, &c.

Quartò probatur ſic, Viuentes regulariter in regula approbata per Sedem Apoſtolicam, eccleſiaſtico gaudent priuilegio, & inter perſonas eccleſiaſticas numerantur, vt in iuribus allegatis & in c.non dubium. & in c.ex tenore. & in c.Parochianos. & in c.cum illorũ. extra de ſen.exc. Sed p̃dicti fratres & ſorores ſunt huiuſmodi, cum habeant approbatam regulam quàm obſeruant, ergo &cæt.

Regula namque, ſecundum noſtram ſubiectam materiam eſt norma & menſura regens vitam, & rectè viuendi præbens lineam, diſtortum prauumque quid corrigens. Et ſic regula vitæ rectitudinem format, ſecundum Papiam. Inde ergo religioſi dicuntur, qui tali regula ſunt ligati, & regulares qui ſecundum talem regulam dirigũtur & viuũt. Prædicti autem fratres & ſorores viuunt ſecundum huiuſmodi regulam approbatam, vt ſupradictum eſt, ergo &c. & no. quod dixi viuẽtes regulariter, &c. volens intelligere tam de profeſſis per iura ſupradicta, & per c. monachi. extra de ſen. excom. quàm etiam de nouitijs, vt in c. religioſo. de ſenten. excom. li.6.

Quintò probatur ſic, Profitentes aliquam regulam approbatam ſiue tacitè, ſiue expreſsè, efficiuntur perſonæ eccleſiaſticæ, vt in c.porrectum. & in ca.ſtatuimns. extra de regul. & in c.non ſolum. & in c.conſtitutionem. de reg.lib.6. & etiam nouitij eodem priuilegio gaudent, vt in d.c.religioſo. Fratres autem & ſorores tertij ordinis ſunt huiuſmodi, ergo &c.

Sexto probatur ſic, Profitens in manibus Epiſcopi aliquam regulã approbatam, & remanens in domo ſua auctoritate & licentia Epiſcopi, efficitur perſona eccleſiaſtica, & gaudet priuilegio clericali, vt probat gl. ſolennis in c. inſinuante, extra qui cler. vel vo. & no. Arch. 27.q.2.ſi vir. & Inno. in d.c. porrectum. Sed ſicut Eccleſia hoc conceſſit Epiſcopis, vt dicit Arch. in d.c. ſi vir. ita concedere potuit miniſtris tertii ordinis, cum Papa ſe beat plenitudinem poteſtatis. 2.q.6.c.decreto noſtro. & ca.q ſe ſcit. ſicut & conceſſit Nic. III. in reg. prælibata, ergo &c.

Source : BIU Cujas

Io. a Capistrano, De excommunicatione.

Septimò probatur sic, Illud quòd participat de extremis, cẽsetur esse de natura illius extremi, cui magis assimilatur, vt in l. quæritur. ff. de sta. hominum. ubi hermaphroditus censetur vir vel mulier, secundum prævalentiam sexus. de quo etiam habetur. 4. q. 3. § item hermaphroditus. & Instit. de test. §. testes. Sed dato q̃ prædicti fratres tertii ordinis non sint puri religiosi, ꝑm strictũ significatũ, regularium, quorum est tria substãtialia regulæ profiteri, & se solenni voto ligare ad obediẽtiam, expropriationem & castitatem, vt in d. capi. porrectum de regu. & in c. cum ad monasterium. extra de sta. mo. Nec sint omnes clerici, secundum verum significatum, secũdum quem exigitur caracteris impressio. 21. d. c. cleros. & c. clericos. licet regula prædictorum specialem mentionem de clericis facere dignoscatur, vbi agit de horis canonicis, dicens, q̃ clerici iuxta clericorum ordinem, &c. Nec etiam sint puri laici, secundum laicalem extremiratem, cum mutent habitum & statum, quia faciunt professionẽ & seruant q̃ in eorũ regula cõtinent̃, ergo accedere debẽt ad naturã illius status, cui magis assimilant̃. Sed patet, q̃ magis assimilantur religiosis q̃ secularib. tã in apparentia q̃ in existentia: dico in apparentia, propter honestum habitum quẽ deferunt de humili panno in pretio & colore, non prorsus albo vel nigro, &c. vt in eorum regula continetur: dico in existẽtia, propter professionem quàm faciunt, abstinentiam tam à spectaculis, vitiis, deliciis, & vanitatibus huius seculi, quàm ex ieiunio à cibis & potibus, ab esu carnium & similium, prout in eorum regula continetur, ergo gaudere debent etiam similiter priuilegio clericorum & religiosorum, quia dignum est vt qui similem cum aliis vitam suscipiũt, similem sentiant in legibus disciplinam. extra de sta. mo. cap. recolentes. vbi glos. vltima dicit, q̃ id quod aggregatur alii, ipsius naturam imitari debet. 16. q. j. c. & temporis qualitas & in c. j. extra ne sede va. accedit ad p̃dicta. ff. de aquæduc. l. decernimus. ff. de fabric. l. stigmata. 33. q. j. c. & hoc ipsum. & in c. si iudex laicus. de senten. excom. lib. 6. & ff. de test. l. repetendorum. §. fi. ff. de acqui. re. dom. l. quicquid. §. cum præsentes. & ff. de au. & arg. leg. l. & si non sit. §. fin.

Octauò probatur sic Religiones introductæ sunt ab ecclesia variis & diuersis modis in corpore vniuersalis religionis Christianæ, nec aliud habent fomentum quàm id quod singulæ pro suo gradu ab Ecclesia susceperunt, & tamen in singulis religionibus militantes, sunt & dicuntur personæ ecclesiasticę, & gaudent priuilegio clericali per iura superius allegata, ergo per consequens suis terminis introducta religio tertij ordinis prælibati, etiam ab aliis regulis diuersis limitib. terminata gaudere debet religiosorum priuilegio, sicut cæteræ suo gradu.

Secundum verbũ dicitur mors, hoc est, quia in articulo mortis absolui potest quilibet clericorum percussor, vt in d c. si qs suadente. 17. q. 4. est tamen iniungendum eidem per suum cõfratrem, vt si euaserit a periculo mortis, se debeat sedi Apostolicæ præsentare, vel eiusdem sedis auctoritatem habenti, mandatum eiusdẽ pro absolutionis beneficio recepturus. extra de sen. excõ. c. a nobis. 2. Et idem in alijs casibus sequentib. impedimento cessante, aliter si cessante impedimento non se præsentent, reincidant in eandem sententiam, vt in c. eos, qui. de sent. excom. lib. 6. simili quoque modo reincidunt absoluti a sede apostolica, vel legatis, quibus iniungitur, vt ordinario, vel alteri se præsentent pro pœnitentia, eo q̃ iniuriatis satisfaciãt cõpetenter, nisi hoc faciant quàm citius facere commodè poterunt, vt in d. c. eos, qui. de quo etiã agitur in c. nõ dubiũ, eo. titu. Tertium verbum est sexus, hoc est quia mulieres clericos percutiẽtes indistinctè possunt absolui ab ordinariis eorundem, vt in c. mulieres, extra de sent. excom.

Quartum uerbum est hostis, quia ratione inimicitiarum clericos percutientes absolui possunt a suis ordinariis, vt in c. de cætero, extra de sen. excõ. debent tamen sibi iniungi, q̃ inimicitiis cessantibus se præsentent pro integro absolutionis beneficio obtinendo, vt in d. c. eos, qui. de sent. excom. lib. 6.

Quintum verbum est puer, hoc est q̃ pueri infra annos pubertatis. s. infra 14. annos, si clericos p̃cusserint, postquàm sunt doli capaces, quanquàm sententiam excommunicationis incurrant, possunt tamen absolui a suis ordinariis etiam si post pubertatis annos absolui postulant, vt in c. j. extra de senten. excom. & in c. si eo. tit. Attendendum est tamen, q̃ si antequàm sint doli capaces, vel non animo iniuriandi, aut uindicandi p̃cusserint, non incidunt. Si verò post pubertatem percusserint, vt in 15. uel 16. anno, & supra, animo iniuriandi, uel ulciscendi, si adhuc debiles sunt corpore, vel discretionis patiuntur defectum, ab episcopo possunt absolui cum iuramento & mandato se præsentandi impedimẽto cessante, vt in d. ca. eos, qui. de senten. excommu. lib. 6. & in d. c. fin. extra de senten. excommu.

Sextũ verbũ est officialis, hoc est si qs officialis turbã arcẽdo irruẽt̃ in dominum suum, vt puta Papã, Legatum, Imperatorẽ vel Regem, aut alium dominium, ad quem turbæ concurrant. Nam tunc si officialis deputatus ad turbas arcendas, ne dominum opprimant, vel offendant, si clericum lædat, nec ex deliberatione vel animo iniuriandi, sed ex quodam quasi fortuito casu, non est ad sedem Apostolicam destinandus, sed ab ordinario potest absolui, vt in capit. 3. §. i. extra de sententia excommunica. Nam voluntas & propositum distinguunt maleficia, vt in capitu. cum voluntate, extra de sententia excommuni. & in l. qui iniuriæ, in princip. ff. de fur. ad cor. n. & spontaneas voluntates respicit Deus. magis quàm ad actus. 15. quæst. 6. capitu. j. & 14. quæst. 5. capit. si quid. Et dato q̃ aliqualis culpa interuenerit officialis prædicti, nihilominus a diœcesano potest absolui, vt in dicto capitu. 3. §. j.

Sequitur secũdus versus, cuius primum verbum est, delicios. vbi includitur q̃ si quis delicatæ complexionis in tãtum q̃ laborem eundi ad sedem apostolicam nequeat sustinere, clericum percusserit, vel manus in clericum iniecerit violentas à diœcesano potest absolui ad cautelam, cum impositione q̃ debeat mittere nũcium ad Apostolicam sedem, & eiusdem parere mandatis, vt in capitu. mulieres. §. j. extra de sententia excõmu. In arbitrio tamen discreti restat episcopi discernere, an talis ualeat sustinere laborem, vt dicit glos. in dicto capitu. §. j. & argu. optimum. ff. de verborum obliga. l. continuus. §. cum ita, & in capitu. de causis, extra de offic. ordin. Si verò periculũ non timetur, consulendus est Papa priusquàm absoluatur, iuxta cõmunem determinationẽ glo. & Doct. in dicto c. mulieres. §. j.

Secundum verbum secundi versus est, inops. Hoc est quòd si quis paupertate grauatus in tantum quòd sumptus pro itinere non haberet manus in clericum iniecerit violentas, à diœcesano potest absolui, cum hoc quòd si a meliora fata peruenerit, ita quòd sumptus habere possit, ad sedem Apostolicã se debeat præsentare, vt in capitu. quod de his, & in capitu. quàmuis, extra de sententia excommunicatio. & argumen. extra de testibus capitu. si quis testium.

Tertium verbum secundi versus est senex. Hoc est quòd si quis ultra sexagesimum vel septuagesimum annum, ad arbitriũ episcopi de grauedine senectutis & impotentia laborandi clericum percusserit, ab episcopo absolui potest, satisfactione exhibita, iuxta facultates his, quibus per eos cõstiterit iniurias irrogatas, vt in c. ea noscitur, extra de senten. excommu.

Quartum verbum secundi versus est AEger. hoc est quòd infirmus aliquis est illaqueatus censura canonis antedicti propter violentem manuum iniectionem in clericum, si infirmitas est perpetua indistinctè, põt absolui ab eẽpo: si aũt sit infirmitas temporalis, absolui poterit ad cautelam cum promissione & iuramento, quòd cessante impedimẽto, se debeat sedi Apostolici p̃sentare, vt in capitu. quod de his, & in c. ea noscitur, extra de senten. excommu.

Quintum verbum est Sodalis. Hoc est, quia ratione societatis percutiens socium clericum absolui potest ab episcopo ꝑpter assiduam conuersationem, ex qua facili per indignatur, & venientes ad verbum procedunt ad illicita facta, vt in ca. ex tenore, extra de senten. excommunicatio.

Sequitur tertius versus, cuius primum verbum est Ianitor, hoc est quia si quis ostiarius palatii alicuius Domini vel Potestatis, sub prætextu sui officii malignatus clericum læserit, ab episcopo suo potest absolui, nisi forte eundem clericum grauiter vulnerasset, vt in dicto capitu. 2. in princip. extra de sen. excõmu. & in c. cum illorum. eodem titu.

Secundum verbum tertii versus est, Astrictus scilicet vinculo patriæ, vel alienæ potestatis, vt quia non est sui iuris, sicut filiusfamilias, vel seruus alterius. Tales enim, si manus in clericũ iniecerint violentas, ab episcopo possunt absolui, vt in dicto c. mulieres. glos. tamen ibi distinguit inter puberes & impuberes, vt puberes teneantur se præsentare Apostolicæ sedi: Impuberes autem ab episcopo possunt absolui, vt in capitu. j. & fin. extra de sententia excommuni. & supra diximus. De seruo autem sic determinatur, quod si sine culpa Dominorum manus in clericos iniecerit violentas, & absentia serui grauis esset Dominis & damnosa, ab episcopo possit absolui, alias sunt ad sedẽ Apostolicam destinandi, vt in capitu. relatum, extra de senten. excommu. cum sit Deo plusquam hominibus deferendum, dicit ibi textus, aliter dicitur ex verbis Apostolicum principis Petri, obedire, oportet Deo magis, quàm hominibus, Act. 5. ad quod 11. quæst. 3. capitu. quisquis metu. & extra de uoto & voti redemp. c. ex multa. & 22. q. j. cap. j. & capitu. 3.

Tertiũ verbũ tertij versus est dubius, hoc est, qa si qs dubius est an clericũ percusserit, cũ prius nesciuerit ipsum esse clericũ, & si sciuisset, minimè percussisset. Vnde cum ad hoc voluntatẽ & propositum non habuerit, ab episcopo potest absolui, vt in prædicto capitu. cum voluntate. de senten. excommu. & in ca. cum desideres. § secũdæ quæstioni, eo. tit. & in c. si verò. 2. eo. tit.

Quartum verbum est commune, hoc est quia communiter viuentes sub eodem tecto, & in eadem domo, si se clerici percusserint inuicem præter sanguinis effusionem, mutilationem, mortem, vel manuum iniectionem in prælatum, ab episcopo possunt absolui, vt in capitu. quoniam, circa finem. extra de uita & hon. cle. & in c. quod de his. & in capitu. quamuis. & in cap. cum illorum, extra de senten. excommu. glos. tamen in dicto

capitu.

Source : BIU Cujas

capitu.quoniam,hoc intelligit de canonicis regularibus: sed pari ratione pōt intelligi ēt de aliis presbyteris & clericis communiter viuentibus ad dispositionem episcopi, vt dicunt Doctores in dicto capitu.quoniam. nam communiter intelligunt quod textus ille loquatur indistinctè de clericis secularibus, q communiter viuunt de bonis ecclesiæ more canonicorum regularium,vel aliorum religiosorum, vt tales gaudeant hoc priuilegio ratione communis conuersationis. Nam communio solet excitare discordiam. Præterea patet etiam alia ratione, q a Papa ibi vniuersis scribit episcopis. Patet ēt tertiò, quia non de regularibus,sed de aliis clericis loquitur ibi textus,cum dicit,valeatis ponere numerum clericorum, & infra circa finem dicit, reconciliandi & pœnitentiam imponendi potestatem plenariam habeatis, nisi fortè atrocitas facti pœnam grauiorem expectet. pro hoc etiam facit textus in capitu. ex tenore, extra de senten.excommu.& hoc tenet etiam gloss.Ioan.15. quæst.j. ca. decimas.& 17.quæst.4.capit.nullus. Prēterea canonici regulares amplius obtinent priuilegium,quia per suos superiores absolui possunt,vt in capitu.canonica.& in capitu. monachi. extra de sententia excommu.& supra diximus. clerici autem cōmuniter viuentes,solùm ab episcopis absoluuntur,vt in prædicto capitu.quoniam,quia episcopis committitur in suprascriptione Decretalis eiusdem.

Quintum verbum est leuis ictus,hoc est, quia si leuis est iniuria clericis irrogata etiam per quoslibet seculares, vt quia p iecta esset aqua in dorsum clerici, vel quia teneretur clericus per indumenta,vel quia teneretur equus per frēnum vel aliter, supra quem considet clericus & similia, ita quod non enormē, sed modicam & leuem iniuriam irrogasset iniurians,ab episcopo valet absolutionis beneficium obtinere,vt in cap. peruenit. extra de sent.excommu.& ibi plenè per Ioan.Andr.& extra de præscrip.c.fin.in glos.prima.

Sextum & vltimum verbum est,debilis. hoc est,quia debiles seu valetudinarii,manus iniicientes in clericos. violentas, ratione valetudinis vel debilitatis absolui possunt ab episcopis. vt in capitu.ea noscitur,extra de senten.excommu. iniungi tamen debet eisdem,vt cessante impedimento sedi Apostolicæ se præsentent, mandatum eiusdem sedis humiliter accepturi, vt in prædicto capit.quod de his.& in capitu.quamuis.in fine,& capitu.de cætero, eodem titu. alias reincideret in eandem excommunica.sententiam,vt in prædicto capitu. eos qui. de sententia excommunicatio libro 6.

Patet igitur ex prædictis,quod nedum decem & septem, sed immo 30.iam sunt casus excepti a regula illius capit.si quis suadente diaboli,17 quæst.4.& a versu dicente, Absoluit Papa solus clerum ferientem. Sed præter prædictos casus, adhuc etiā plures sunt circa percussiones clericorum,qui episcopis conceduntur,de quibus quinque continentur in c.si verò.§.2.& 3.qđ est cap.3.extra de senten.excommu.Qui sunt isti,videlicet.

Primus est,si clericum vim sibi inferentem, vi quis repellat vel lædat,si incontinenti vim vi repellat scilicet intelligendo quòd si cum moderamine inculpatæ tutelæ se defendat, excōcommunicatus non est,cum licitum sit se modeste defendere, extra.de homicid.capit.significasti, vbi dicit textus, Quamuis vim vi repellere incontinenti omnes leges & omnia iura permittant. Et sequitur, quia tamē id debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ,non ad assumendam vindictam, sed ad iniuriam propulsandam.Probatur etiam in dicto capitu. si verò, & in capit.ex tenore. eodem tit. & ff.de iustitia & iure l. vt vim. & ff.de vi & vi armata.l.j.§.vim vi.& ff.ad leg.Aquiliam.l.scientiā.§.qui cum aliter.& C.vnde vi.l.j.& j.dist.c.ius naturale.Facit tex.in c.vt famæ,in fine,extra,de sen.excō.& 23.q.3.c. nō inferē da.& ff.ad leg.Aq.l.l.si ex plagis.§. tabernarius.Nec vī excōicatus,qui excedendo modū nō ex proposito repercutit clericū, arg.extra de resti.spo.c.olim.in fine,& in c.perpēdimus. de sen. excō.Et sic dicit gl.in d.c.signi. de homi. vbi plenè tractatur de materia defensionis.Pro securiori igitur cautela talis se defendens,clericūq; percutiēs,ab episcopo absoluetur, vt supra, vel etiā ab alio presbytero in absentia diœcesani, q a quo conditor canonū eius absolutionem sibi specialiter nō retinuit,eo ipso concessisse uideretur facultatem aliis relaxandi, vt dicit textus in capi.nuper.§.in secundo,extra de senten. excommu.

Secundus est de illo, qui in clericum cum vxore inuentum turpiter agentem manus iniecerit violentas,vt in d.ca.si uerò.§. nec ille,de sent.excommu.

Tertius est de illo, qui clericum turpiter agentem cum matre percusserit.

Quartus est,si taliter inuenerit cum sorore.s.in prima linea, secundum intelligentiam saniorem.

Quintus est, si taliter inuenerit cum filia. De his quatuor casibus loquitur textus in dicto §.nec ille, vbi dicit Innocent. quòd tales sic vt supra inuenientes, & percutientes, non sunt excommunicati.textus tamen ille non dicit quòd non sint excommunicati, sed dicit q talis non est compellendus ad Apostolicam sedem uenire. ergo cum reuerentia & supportatione Innocentij,cautius est vt talis ab episcopo absoluatur.

Sextus etiam casus est de eo, qui clericum aut presbyterum, qui contempto clericali habitu tirannidi, & enormitati inuerecundè se immiscuit,& sic apostatauit, non deferēs habitum, nec tonsuram,percusserit vel occiderit: Nam propter demeritum talis apostatæ, & in odium clericalis excessus atque correctionem similium clericorum, talis percussor excommunicationis sententiam non incurrit: Iniungi tamen debet ei pœnitentia grauior aliquantulum qnàm si in laicos talia commisisset,vt in capitu.cum non ab homine,extra de senten.excommu.& in c.in audientia,eodem titu.& in ca.fin.de vita & honesta.clericorum.quia si tertiò monitus per Episcopum non desistit ab inhonestate vitæ, perdit priuilegium clericale, quod etiā patet in c.contingit,& in c.perpendimus,de senten.excommunicationis,& sic intelligitur etiam ca.j.extra de apostа.

Septimus casus est de membris destituto, qui ad sedem Apostolicam non valet accedere propter perpetuum impedimentum: talis enim ab Episcopo absoluetur,vt in ca.ea noscitur, & in c.mulieres,& in c.quamuis, extra de senten. excommu.

Octauus casus est de officiali publico, qui clericum cum iniuria alterum impetentem capit & detinet, vt ab alterius iniuria inferenda compescat: nam licet sit solummodo id tali animo & intentione peragat,non incidat in excommunicationē, nec peccet,immo mereatur.23.q.3.ca.fortitudo.cum plurib.sequentibus capitulis. attamen hoc verum est, quando prælatus talis clerici est absens,qui eum compescere deberet,& talis,officialis, qui talem, cepit clericum, quàm citius potest ipsum resignet in manibus sui prælati. quod si non fecerit excommunicatus erit.Sed si cum præsens est Episcopus,ceperit officialis talem clericum, & ad requisitionem Episcopi consignauerit, à præfato episcopo poterit absolutionis beneficiū obtinere, iuxta notata in c.vt famæ.§.laici verò,& in ca.nuper,& in cap.vniuersitatis,extra de sentent.excommunicationis. Textus tamen in dicto cap.vniuersitatis,in fine, concludit q etiam si de mandato superioris laicus prēsumit inijcere violentas manus in clericum, nisi causa regularis disciplinæ hoc faciat contra incorrigibilem,excommunicatus est tam mandans,quàm percutiēs, & ad Apostolicam sedem oportet accedere. Et ita intelliguntur prædicta capitula. Attendi tamen debet enormitas lesionis ad arbitrium ordinarij ex circunstantijs locorum, causarum, temporum,& personarum,iuxta notata in c.de causis, extra de officio delegati.& satis plenè Insti.tu.de iniurijs. §. atrox. & extra de pœnitentijs.& re.c.Deus qui & ff. de verborum obliga.l. continuus.§.cum ita & in c.sicut dignum,extra de homicid.ibi dum dicit textus circa principium capituli,in excessibus singulorum non solum quantitas & qualitas delicti,sed ætas,scientia sexus,atque conditio delinquentis sunt attendenda. & non solum secundum prædicta, sed secundum locum & tempus quo delictum committitur, vnicuique pœnitentia debet indici.

Præter prędictos 38. casus excommunicationum, à quibus Præter sedem Apostolicam ligari possunt absolui, sunt etiam plures casus Episcopis laxati, vt ligati talibus, ab Episcopo possiut absolui.

Primus erat olim de hęreticis,credentibus, fautoribus vel receptatoribus & simil.vt in c.ad abolendam. & in c. excommunicamus.& in c.sicut ait,extra de hæreticis. hodie tamen absolutio talium sedi Apostolici reseruatur,vt supra diximus.

Primus ergo est,cum aliquis ponit scisma,& conatur subtrahere obedientiam sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ asserens,non esse sibi obediendum tanquam capiti, nec pro capite reputandum. 19.distin.nulli fas.

Secundus est,quando Rectores ciuitatis faciunt exactiones indebitas in clericos uel Ecclesias, si cōmoniti desistere noluerint tam ipsi quàm fautores eorum, excommunicationi se nouerint subiacere,nec possunt absolui donec satisfactionem fecerint competentem,vt in capitu.non minus.& durante pertinacia constitutiones & sententiæ,quæ a talibus uel de ipsorum mandato fuerint promulgatę, inanes & irritę sunt habendę, nullo vnquàm tempore valiturę,ut in c.aduersus, extra de immunit.ecclesiarum.Ad quod faciunt notata in ca. ad probandum,extra de re iudic.& in c.excommunicamus. §. credentes, extra de hæreticis.& 3.q.4.c.nullus.

Tertius est de eo,qui non electus a duabus partibus Cardinalium gereretur se pro Papa,qui cum omnibus eum acceptātibus excommunicatus est,ut in c.licet,extra de elect.

Quartus est, cum aliquis magister vel scholaris tractat cum aliquo ciue Bononiense se de conductione hospitii inrequisitis inquilinis,nisi tempus conductionis elapsum fuerit, ut in c. ex rescripto,extra de locato.

Quintus est de monachis canonicis regularibus, Archidiaconis,decanis,præpositis,plebanis,cantoribus, & aliis clericis personatus habentibus, aut etiam quibuscūque presbyteris legentibus,uel audientibus leges uel phisicam,scilicet medicinalem,vt in c.non magno pere, & in capit.super specula, extra ne cler.vel mo. hęc tamen sententia non ligat habentem parochialem

Source : BIU Cujas

chialem Ecclesiam, non presbyterum, vt in capitu. statutum. eodem titu. libro sexto.

Sextus est de participante in crimine criminoso, siue participauerit ante prolationem sententiæ excommunicationis, siue post, vt in c. si concubinæ clericorum, & in c. nouerit, & in cap. nuper. & ibi plenius, extra de senten. excommu.

Septimus est de statuentibus contra Ecclesiasticam libertatem, & de scriptoribus potestatibus, consulibus, rectoribus, & consiliariis locorum, vbi statuta huiusmodi & consuetudines editæ fuerint, vel seruatę, & in his qui seruare fecerint, uel secũdum talia statuta vel consuetudines iudicauerint, uel qui iudicata scribere præsumpserint in formam publicam redigendo, vt in c. nouerit. & in c. grauem. extra de senten. excommu.

Octauus est de illis, qui scienter recipiunt ordinationes seu alienationes rerum ecclesiasticarum a scismaticis, qui excommunicati sunt, & tales ordinationes seu alienationes irritæ sunt & inanes, vt in c. j. extra de scismat. & 9. q. j. ca. ordinationes irritas. quia non habent exequutionem, nisi cum eis fuerint dispẽsatum, ut in c. 2. & fi. extra de scismaticis. & de alienationibus, quòd sint irritæ probatur ẽt 12. quæst. 2. c. alienationes, & cap. si qua de rebus.

Nonus est de loquentibus secretè uel mittentibus scripturã aliquam vel nuncium alicui Cardinali, dum sunt in conclaui p electione Papæ, vt in capitu. ubi periculum. §. nulli, de electio. libro sexto.

Decimus de Dominis rectoribus & officialibus, qui imminente dicto tempore electionis Papæ, non diligenter obseruauerint ea, quæ contineutur in constitutione prædicta, in ca. ubi periculum. §. pręterea, uersic. quod si præmissa.

Vndecimus est de his, qui grauant aliquos clericos uel quaslibet alias personas Ecclesiasticas, ad quas in aliquibus ecclesiis vel monasteriis aut aliis piis locis spectat electio pro eo, quod rogati seu aliter inducti eum pro quo rogabant eligere noluerunt, uel consanguineos eorum ad ipsas ecclesias monasteria seu loca cætera, beneficiis siue aliis bonis suis per se vel p alios spoliando, seu alias iniustè persequẽdo, vel grauando, vt in ca. sciant cuncti. de electio. libro 6.

Duodecimus est de vsurpantibus regalia, custodiã siue guardiam aduocationis seu defensionis titulum in ecclesiis monasteriis, siue quibuslibet aliis piis locis, aut bona ecclesiarũ monasteriorum aut locorum ipsorum vacantium præsumentibus occupare, vt in c. generali. de elect. lib. 6.

Decimustertius est de clericis, siue monachis, aut psonis ecclesiasticis in locis suis prædicta fieri procurantibus, ut in d. ca. generali, versi. clericos.

Decimusquartus est de his, qui uocati fuerint ad dirigendas moniales in electionibus Abbatissæ, nisi prorsus abstineant ab his, per quæ inter eas super faciendis ipsis electoribus oriri possit discordia vel nutriri, ut in ca. indemnitatib. §. postremò, de electio. libro sexto.

Decimusquintus est de his, qui procurant quòd conseruatores dati intromittant se in pertinẽtibus ad eosdem, nec possunt absolui ab excommunicationis sententia, nisi ei quem sic indebitè fatigant, primò satisfaciant integraliter de expensis, vt in capitu. finali. §. vt autem, de officio delegat. libro sexto. in versicu. pars verò.

Decimussextus est de his, qui absolutionem ab aliqua excommunicatione, vel reuocationem ipsius, aut suspensionis, vel etiam interdicti per ũim uel metum extorserint, vt in capi. absolutionis, de his quæ vi metusve causa fiunt. Nam talis absolutio sic extorta, nullius est momenti, & extorquens nouam excommunicationem decernitur incurrisse, vt ibidem.

Decimusseptimus est de fingentib. fraudulẽter casum aliquem, per quem iudex aliquis uadat, uel mittat ad aliquam mulierem causa testimonii proferendi, vt in capit. mulieres, de iudi. libro sexto.

Decimusoctauus est de compellentibus prælatos, vel capitula, seu alias personas ecclesiasticas ad submittendum laicis, seu alienam dum bona immobilia, seu iura ecclesiarum, vt in capitu. hoc consultissimo. § laici verò. de rebus eccles. non alienan. libro sexto.

Decimusnonus est de laicis vsurpantibus sibi bona & iura ecclesiarum, si legitimè moniti non destiterint, & restitutionem fecerint competentem, vt in dicto capitu. hoc consultissimo. § finali.

Vigesimus est de exigentibus aliquod pedagium, seu guidagium, vel tabellam ab ecclesiis, vel personis ecclesiasticis per se vel per alium suo nomine, vel alieno, pro personis vel rebus suis propriis, quas non causa negotiandi deferunt, seu deferri faciunt, vel transmittunt. Qui verò contrarium fecerint, si personæ fuerint singulares, ex contrariis: Si autem collegium vel vniuersitas ciuitatis, castri, siue loci alterius cuiuscunque, ipsa ciuitas, castrum, vel locus interdicti sententias ipso facto incurrant, nec ab excommunicatione huiusmodi absolutionem vel interdicti relaxationem obtineant, donec exacta plenariè restituerint, & de transgressione satisfecerint competenter, vt in c. quanquam. de cens. lib. 6.

Vigesimusprimus est de impedientibus, quin coram iudicibus ecclesiasticis ordinarijs, vel delegantis in causis, quæ ad eos pertinent, illi qui conqueruntur, possint iustitiam obtinere, vel quicunque compellit impetratores literarum apostolicarum, vel alios recurrentes ad forum ecclesiasticum in causis, quæ de iure vel antiqua consuetudine, ad ipsum pertinent, ad desistendum, vel ad litigandum de eis in foro seculari grauando iudices ecclesiasticos, vel impetrantes, vel litigantes, siue litigare volentes coram eis, vel grauando propinquos ipsorum, seu capiẽdo res vel ecclesiasticas talium, vel quocunque alio modo. Et qui ad prædicta dant consilium, auxilium, vel fauorem, omnes tales ipso facto sunt excommunicati, nec absolui debent, nisi iudici & parti de iniurijs damnis, expensis & interesse prius fuerit integrè satisfactum, vt in c. quoniam. de immunit. eccl. lib. 6.

Vigesimussecundus est de quibuscunque Dominis temporalibus interdicentibus suis subditis, ne prælatis, aut clericis seu psonis ecclesiasticis quicquam vendant, aut emant aliquid ab eisdem neque ipsis bladum molant, coquant panem, aut alia obsequia exhibere præsumant, vt in c. eos qui, de immnnit. eccles. li. 6. Duo alij casus excommunicationum continentur in c. clericis, eodem lib. & tit. qui tamen sunt sublati per cle. quoniam, de immunitate ecclesiarum. Duo etiam alij continentur in c. vno, de scismaticis. lib. 6. Qui etiam vacant, quia non stant illi Cardinales de Columna, & etiã quia domus de Columna fuit restituta ad honores & dignitates per benedictum XI. Est & alius de Federico Imperatore deposito, & de obedientibus & fauentibus eidem, vt in c. ad apostolicæ, de sen. & re iudic. lib. 6. Sed quia etiam vacat, numerare non curo.

Vigesimustertius est de præsumẽtibus nouum habitum, vel religionis medicantium ordinem inuenire, vel professionem facere, vel recipere, nisi in religionibus per sedem apostolicam approbatis, vel de nouo domum aliquam, vel locum acquirentibus, vel acquisita alienantibus sine licentia sedis Apostolicæ speciali, vt in c. vno, de religiosis domibus. lib. 6.

Vigesimusquartus est de religiosis tacitè vel expressè professis, qui in scholis vel alibi temerè habitum suæ religionis dimittunt, vel accedunt ad quæuis studia literarum, nisi à suo prælato cum consilio sui conuentus vel maioris partis eiusdem, sibi eundi ad studium licentia primitus sit cõcessa, vt in c. vt periculosa, ne clerici vel mo. li. 6. vbi Dominus Io. And. Dominus Petrus de Ancharano & omnes sequaces tenent expressè, quòd eo ipso, quòd religiosus apparet in conspectu secularium sine habitu propriæ religionis. s. temere se præsentans, excommunicatus est. Adeò enim habitus est connexus ossibus monachorũ siue religiosorum, quòd in quolibet loco existentes, siue in lecto quiescentes, eo constanter vti debent, vt dicit tex. Decreti. 20. q. 1. c. vidua. & 23. dist. c. sanctimonialis. vbi glo. dicit, etiam in lecto, & in infirmitate, dicit tamen Ioan. And. & sequaces, in d. c. vt periculosa, non putare se esse de mẽte illius textus, quòd monachus in cella sua dimittẽs habitum, vel dum balneum intrat in occulto, vel iacens sine habitu, ligetur illa constitutione s. quòd ipso facto incidat in excommunicationem, sed tunc demum incidit, quando se exhibet conspectibus hominum sine habitu propriæ religionis, quod est notabile. De quo alibi dixi plenius. s. in c. omnis vtriusque sexus. ver. si quis autem. extra de pœnit. & remiss.

Vigesimusquintus est de Doctoribus, siue Magistris qui sciẽter docent leges, vel physicam religiosos illos, qui suæ religionis habitum dimiserunt, vt in d. c. vt periculosa. §. fin. ne cle. vel mona. lib. 6.

Vigesimussextus est de tradentibus scienter ecclesiasticæ sepulturæ hæreticos, credentes, receptatores, defensores, vel fautores eorundem, nec absolui possunt nisi proprijs manibus publicè extumulent, & proijciant huiusmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetuò careat sepultura, vt in c. quicunque, de hæreti. lib. 6.

Vigesimusseptimus est de rectoribus secularibus, vel eorum officialibus intromittentibus se de cognitione criminis hæreticæ prauitatis, vel præsumentibus liberare à carceribus detentos pro tali crimine, vel præsumentibus se opponere, & officio inquisitionis hæreticæ prauitatis impedimentum inferre, necnõ & qui scienter in prædictis dederint auxilium, consilium, vel fauorem, excõmunicationem incurrunt, quam si per annum animo subsstinuerint indurato, ex tunc debent tanquam hæretici condemnari, Vt in cap. vt inquisitionis negotium, de hæreticis. libro sexto.

Vigesimusoctauus est de procurantibus aliquem interfici facere Christianorum assassinos, si mãdatum interuenerit, etiam si mors non sit secuta. Et simile de receptatoribus, defensoribus, vel occultantibus assassinos, vt in c. 1. de homicid lib. 6.

Vigesimusnonus est de clericis, q manifestis vsurariis alienigenis locant, vel alio titulo concedunt, domum aliquam, ad fęnus exercendum: Alias si sunt Patriarchæ, Archiepiscopi, vel episcopi

Source : BIU Cujas

piſcopi incurrunt ipſo facto ſuſpenſionem: ſi ſunt minores clerici ſeculares incurrunt excommunicationem: ſi eſt collegium vel vniuerſitas, incurrunt interdictum. Et ſi talem ſententiam per menſem ſubſtinuerint, ex tunc terræ ipſorum ſunt interdictæ quam diu ibi vſurarij commorantur: ſi non ſunt laici debēt per ordinarios eccleſiaſtica cenſura compelli. de vſuris. c. 1. & c. quanquam. lib. 6.

Trigeſimus eſt de concedentibus reprę ſalias, contra perſonas ſiue generaliter ſiue ſpecialiter, vt in c. & ſi pignorationes, de iniurijs & damno dato. lib. 6.

Trigeſimusprimus eſt de Dominis, vel rectoribus temporalibus non facientibus obſeruari conſtitutionem editam contra inſequutores Cardinalium, ſeu alicuius de familia eorum, vel Papæ, vt in c. felicis. §. fi. de pœn. lib. 6. Præfigitur tamē terminus vnius menſis poſt habitam notitiam de prædictis, & includuntur etiam officiales prædictorum, ſi fuerint ſimiliter negligentes. Et notandum quòd inſequutores & participes non poſſunt abſolui, niſi auctoritate ſedis Apoſtolicę, vt ſupra diximus.

Trigeſimuſecundus de dantibus licentiam occidendi, capiē di, ſeu alias grauandi iudices eccleſiaſticos occaſione ſententiæ latæ per eoſdem, &c. Nam infra duos menſes poſſunt abſolui per epiſcopos, poſt duos autem menſes non, niſi per Papam abſoluuntur, vt in c. quicunque. de ſen. excom. lib. 6. & dixi ſupra inter caſus ſedi apoſtolicæ reſeruatos.

Trigeſimustertius eſt de abſolutis in mortis articulo vel ratione alterius impedimenti, ſi ceſſante articulo vel impedimēto non ſe, quam citius poterint repræſentent, vt in c. eos qui. de ſen. excom. lib. 6. & ſupra tetigi. vbi ſciendum, quod relapſus in eandem, requirit abſolutionem ab auctoritatem habente.

Trigeſimusquartus eſt de abſolutis à ſede Apoſtolica vel à Legatis eiuſdem, à quibus iniungitur abſolutis, vt ſe præſentēt ordinarijs, vel alijs ſuſcepturi pœnitentiam ab iiſdem & paſſis iniuriam ſeu eis quibus obligati fuerint ſatisfaciant. Nam ſi nō ſeruant iniuncta quàm citius commodè poterunt, reincidunt in eandem ſententiam, vt in d. c. eos qui, de ſen. excom. li. 6.

Trigeſimusquintus eſt de ſepelientibus cadauera in cimiterijs vel eccleſijs tempore interdicti in caſibus non conceſſis, vt in c. eos qui, de ſepul. in cle.

Trigeſimuſextus eſt de ſepelientibus publicè excommunicatos non abſolutos, vt ibidem.

Trigeſimuſeptimus eſt de ſepelientibus nominatim interdictos non abſolutos, vt ibidem.

Trigeſimuſoctauus eſt de ſepeliētibus manifeſtos vſurarios, nec præſtita cautio eſt de reſtituendo, nec reſtitutione facta, vt ibidem, iuncto c. 1. & 2. de vſur. lib. 6. & in iſtis quatuor caſibus ligantur ſepeliētes, ſi ſcienter, & temerè ſepelierint ſupradictos, vt in d. c. eos, qui. à qua excommunicatione non debent abſolui, niſi prius ad arbitrium diœceſani epiſcopi eis, quibus per præmiſſa fuerit iniuria irrogata ſatisfactionem exhibuerint competentem, vt in d. c. eos qui.

Trigeſimusnonus eſt de religioſis quibuſcunque qui noualium, aut alias decimas eccleſijs debitas. & ad eos non pertinentes appropriare ſibi præſumunt, aut exquiſitis fraudibus vel coloribus vſurpare, ſeu qui de animalibus familiarium, & paſtorem ſuorum, vel aliorum etiam animalia ipſa eorum gregibus immiſcentium, ſeu qui de animalibus, quæ in fraudem eccleſiarum in pluribus locis emunt, emptaque tradunt vendi toribus, vel alijs ab epiſcopis tenenda, ſeu qui de terris quas tradunt alijs excolendas decimum ſolui eccleſijs non permittunt aut prohibent, niſi poſt requiſitionem per eos, quorum intererit ſuper hoc eis factam, & a præmiſſis deſtiterint infra mēſem. Aut ſi de his, quę vſurpare contra præmiſſa, vel retinere præſumpſerint, infra duos menſes damnificatis eccleſijs emendam non fecerint competentem, ab officijs adminiſtrationibus, & beneficijs ſunt ſuſpenſi, donec reſtituerint & ſatisfecerint. Et ſi adminiſtrationes vel beneficia non habuerint, ſententiam excommunicationis incurrunt ante ſatisfactionem condignam nullatenus abſoluendi, vt in c. 1. de decim. in cle.

Quadrageſimus eſt de monachis, & canonicis regularibus adminiſtrationem aliquam non habentibus ad curias principū ſecularium abſque ſpeciali licentia prælatorum præſumentibus ſe conferre vt ſuis prælatis aut monaſterijs damnum inferant qualecunque, vt in c. 1. qui incipit, ne in agro. §. quia vero. ver. nos eorum, de ſtatu monach. in cle.

Quadrageſimusprimus eſt de monachis tenentibus arma infra ſepta monaſterij ſine ſuorum abbatum licentia ſpeciali, vt in prædicto c. & §. verſ. præfatæ quoque ſententiæ.

Quadrageſimuſecundus eſt de impedientibus viſitationes monialium, ſi moniti non deſtiterint, vt in c. attendentes, §. fin. de ſtatu monacho. in cle.

Quadrageſimustertius eſt de quibuſdā mulieribus, quæ bechinę vulgariter nuncupant, nullam approbatam regulam profitentes; aliquibus tamen religioſis ad placitum adhærentes, ac temerè præſumentes de ſumma trinitate, diuina eſſentia, & articulis fidei, ac eccleſiaſticis ſacramentis opiniones catholicæ fidei contrarias introducunt. Vnde tam ipſæ, quàm aliæ quæcunque mulieres earum ſtatum aſſumentes vel ſequentes, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrunt, vt c. 1. de religioſis domibus. in cle.

Quadrageſimusquartus eſt de quibuſcunque religioſis fouētibus mulieres aliquas in ſtatu prędicto, vel etiam inducentibus aut ad id præbentibus conſilium, auxilium, vel fauorem, vt in d. c. § prædictis. ad quæ ſatis accedunt quæ habentur. 18. q. 2. c pnicioſam. Quadrageſimusquintus eſt de illis, qui ſcienter contrahunt matrimonia in gradibus conſanguinitatis, vel affinitatis prohibitis, vel cum monialibus, aut religioſis, ſiue clericis in ſacris ordinibus conſtitutis, vt in cap. eos qui. de conſang. & affin. in cle.

Quadrageſimuſextus eſt de ipſis religioſis tacitè vel expreſsè profeſſis in aliqua de religionibus approbatis, & de ipſis monialibus ſimiliter tacitè vel expreſsè profeſſis, pari ratione & de ipſis clericis in ſacris ordinibus conſtitutis, vt in d. c. eos qui. iuncta glo. cum iuribus per eam allegatis. vbi etiam ſubdit præceptum eccleſiarum prælatis, vt illos quos eis conſtiterit taliter contraxiſſe, excommunicatos publicè, tandiu nuncient, ſeu faciant nunciari, donec ſeparētur ab inuicem, & abſolutionis beneficium meruerint obtinere.

Quadrageſimuſeptimus eſt de Inquiſitoribus hęreticæ prauitatis, epiſcopis vel commiſſarijs capitulorum ſede vacante ſuper hoc deputatis, qui prętextu officij inquiſitionis quibuſuis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorſerunt, vel ſcienter attentauerunt eccleſiarum bona ob clericorum delictum occaſione prædicti officij fiſco, vel eccleſiæ applicare, nec poſſunt abſolui præterquàm in mortis articulo, donec illis à quibus extorſerūt, plenariè ſatisfecerint de pecunia ſic extorta, vt in c. nolentes, de hæreticis, in cle.

Quadrageſimuſoctauus eſt de officialibus, & rectoribus ciuitatum ſiue comitatum, aut conſulibus, cōſiliarijs, vel iudicibus facientibus, dictantibus, vel ſcribentibus ſtatuta, quòd ſoluantur vſuræ, vel quod ſolutæ non repetantur, & reſtituantur, & de præſumentibus iudicare ſecundum ſtatuta prædicta, vt in ca. ex graui, de vſur. in clem. eandem ſententiam incurſuris, niſi ſtatuta huiuſmodi de libris communitatum ipſarum, ſi ſuper hoc poteſtatem habuerint, infra tres menſes deleuerint: Aut ſi ipſa ſtatuta, ſiue conſuetudines effectum eorum habētes quoquo modo pręſumpſerint obſeruare, vt in d. c. ex graui.

Quadrageſimusnonus eſt de religioſis mendicātibus, qui domos ad habitandum, vel loca quęcunque de nouo recipiunt vel recepta alienant quouis titulo, vt in c. cupientes, de pœnis. in cle. iuncto c. vno. de relig. domib. lib. 6. & c. vno. de exceſſibus prælatorum. lib. 6. & glo. in dicto cap. cupientes.

Quinquageſimus eſt de religioſis præſumentibus aliqua proferre in ſuis ſermonibus vel alibi, vt audientes à ſolutione decimarum eccleſijs debitarum retrahant quoquo modo, vt in d. c. cupientes §. illos etiam religioſos.

Quinquageſimusprimus eſt de religioſis ſcienter poſtponentibus facere conſcientiam confitentibus de decimis perſoluendis, qui ab officio prædicationis tam diu manere debent ipſo facto ſuſpenſi, donec confitentibus ipſis (ſi hoc ipſum ſibi dicendi commodè facultatem habuerint) conſcientiam fecerint, ex inde excommunicationis ſentētiā incurſuri ipſo facto, ſi prædicare præſumpſerint prędicta negligentia, vt pręmittitur, non purgata, vt in d. c. cupientes. §. qui vero ſcienter.

Quinquageſimuſecundus eſt de quibuſcunque religioſis tā exemptis, quam non exemptis cuiuſcunque ordinis, non ſeruātibus interdictum quod vident vel ſciunt, cathedralem vel matricem loci eccleſiam obſeruare, ſiue poſitum ſit interdictum auctoritate ſedis Apoſtolicæ, ſiue auctoritate ordinariorum, ſiue per ſtatuta prouincialium conciliorum, vel ipſorum auctoritate interdictum, vel à diuinis ceſſatio indicatur. Idē eſt etiā de generalibus ceſſationibus à diuinis ciuitatum, terrarum & aliorum locorum. quas ex conſuetudine, vel alias capitula, collegia vel conuentus ſecularium vel regularium eccleſiarum ſibi vendicant, vt in c. 1. de ſen. excom. in cle.

Quinquageſimustertius eſt de fratribus Minoribus tempore interdicti admittentibus ad diuina fratres, vel ſorores tertii ordinis ſancti Franciſci, vel de pœnitentia nuncupatos, vt in cap. cum ex eo. de ſenten. excommun. in cle. vbi dicit tex. in fi. quòd ſi fecerint, eo ipſo excommunicationis ſententiæ ſe nouerint ſubiacere, à qua per alium quam per Romanum Pontificem, vel ſatisfactione præmiſſa per locorum epiſcopos, quos auctoritate Apoſtolica fungi volumus in hac parte, abſolutionis beneficium nequeant obtinere.

Quinquageſimusquartus eſt de opponentibus, vel impugnātibus literas Papæ electi, necdum coronati, de quo decretum eſt ſuum officium exercere poſſe, & ideo impugnantes, vel opponentes huiuſmodi incurrunt excommunicationis ſententiam ipſo facto, vt in extrauaganti Benedicti XI. quæ incipit, quia nonnulli.

Quinquageſimusquintus eſt de ingredientibus monaſteria

ſanctæ

Source : BIU Cujas

sanctæ Claræ, aliter quam prout in regula continetur, vt patet in priuilegio Gregorij IX. dato int. Pontifica. eiusdem anno decimo. cuius excommunicationis absolutionem Eugenius IIII. & Nicol. V. sibi reseruarunt, & mihi concesserunt semel tantum, &c.

Quinquagesimus sextus est de ingrediẽtibus monasteria monialium ordinis Prædicatorum extra casus necessarios, vt ipsi Prædicatores asserunt, quamuis priuilegium meis oculis nõ aspexerim: a fide dignis tamen habui quod absolutio committitur eorum Generali, & ipse Generalis potest committere cui placet.

TRACTATVS
EIVSDEM DE CANONE
Pœnitentiali:

Et is ibidem nunc, primum impressus.

QVIA Nulli Sacerdotum licet ignorare canones pœnitentiales, vt dicit August. 38. dist. c. quæ ipsis Sacerdotibus. & infra canones pœnitentiales. & infra, ex quibus omnibus si vnum defuerit Sacerdotis nomen, vix in eo constare poterit. Et cœlestinus Papa, Nulli Sacerdotum liceat canones ignorare. Ideo sigillatim subinferuntur, vt quilibet scire possit, quorum primus est.

Primus canon dicit, ꝙ presbyter si fornicationem fecerit, decem annorum pœnitentiam agat, secundum formam traditam 82. dist. presbyter, si fornicationem.

Secundus canon, ꝙ Sacerdos cognoscens filiam suam spiritualem. s. quam baptizauit, vel ad confirmationem tenuit, vel in confessione audiuit 12. annorum debent pœnitentiam agere, & si publicum sit, est deponendus. episcopus autem, qui talia agit, 15. annis pœniteat, & presbyter & mulier religioni tradãtur rebus suis pauperibus erogatis. 30. quæst. 1. siquis Sacerdos. & c. non debet.

Tertius, siquis peccauerit contra naturam, & est clericus, deponatur, & religione tradatur, si laicus excommunicetur, & à cœtu fiat vsque ad satisfactionem condignam fidelium alienus de excess. prælat. c. clerici.

Quartus, siquis cum brutis coierit, plusquam per 7. annos pœniteat. 53. q. 2. hoc ipsum. & §. seq.

Quintus, siquis commiserit incestum, eadem pœna punitur, vt in iuribus supra proximè allegatis. Adde ꝙ vitium contra naturam grauius est quàm cum matre peccare. 32. quæst. 7. c. adulterij malum.

Sextus, si Sacerdos clandestinis nuptijs interfuerit, triennio suspendatur, etsi culpa hoc exegerit, grauius puniatur. de desp. c. cum inhibitio. §. penult.

Septimus, siquis votum simplex violauerit, tribus annis pœnitere debet. 27. distin. si vir.

Octaus, siquis excommunicatus celebrauerit, triennio pœnitere debet, & à vino & carnibus abstinere. 11. q. 3. de illis.

Nonus, qui alium iniustè accusat ad mortem, 40. dies in pane & aqua cum septem annis pœniteat, si mors sequuta fuerit: si vero debilitatus membro fuerit accusatus, per tres quadragesimas pœniteat accusator, de accusat. accusanti.

Decimus, quicunque filiam suam spiritualem, vel cõmatrẽ cognouerit per 7. annos pœniteat, & similiter consentientes. s. mulieres. 30. q. 3. non oportet.

Vndecimus, siquis alij desponsatam duxerit, eam dimittat & per quadraginta dies in pane & aqua, & per 7. annos pœniteat. de spon. duo. c. accepisti, & intelligo desponsatum. s. per verba de præsenti.

Duodecimus, qui cognouit duas commatres, vel sorores, siue sit vxoratus, siue nõ, ad minus septem annis pœniteat, licèt plus deberet. 30. q. 4. si pater.

Decimustertius, homicida voluntarius sine restitutione deponatur, & septem annis pœnitere debet. 50. dist. minor. vel si causa subsit, vt magis casuale homicidium quàm voluntarium præsumatur quinque annos pœniteat. 50. dist. eos verò. & cap. si qua femina. & c. siquis voluntate.

Decimusquartus matricida per tres annos pœniteat secundum formam satis asperam, traditam 33. q. 2. c. latorem, vt carnem non comedat, & vinum bibat, nisi dominicis diebus & festiuis, & à pascha vsque ad Pentecost. & ieiunet trib. diebus in hebdomada vsque ad vesperam.

Quintusdecimus vxoricida toto tẽpore vitæ suæ pœniteat & satis durior pœnitentia imponitur quàm matricidæ, quãquam maius peccatum sit matrem occidere quàm vxorem. Sed quia proniores sunt homines ad occidẽdum vxores, quàm matres, ideo iura magis exasperantur. 33. q. 2. c. admonere; & c. quicunque. & ad actionem facit. ff. de pœn. aut facta. §. fi.

Decimussextus, siquis proprium filium interfecerit & proposito iudici debet vt toto tempore vitæ suæ in monasterio pœniteat in c. 1. de his qui filios occide. & non potest ad hoc induci trium annorum pœnitentia iudicatur, quorum vnum in pane & aqua peragat etiam si oppresserit in lecto dormiens, vt in c. fi. de his qui fil. occid.

Decimusseptimus siquis periurauit, 40. dies in pane & aqua & per septem annos pœniteat, & nunquam sit sine pœnitentia, scilicet interiori, hoc est, vt semper doleat de peccato. 6. q. 1. quicunque. facit 50. dist. clerico.

Decimusoctauus pro falsa mensura 30. dierũ in pane & aqua pœnitentia imponitur, de act. & vend. c. 2. Idem est de ponderibus, vnde incipit capit. illud, vt mensuræ & pondera iusta fiant. Et l. si quis iustas mensuras & iusta pondera lucri causa mutare præsumpserit 30. dies in pane & aqua pœniteat. ita fuit determinatum in Concilio Maguntino.

Decimusnonus, si quis solenniter pœnituit, & postmodum ad vomitum redijt, 40. dies pœniteat. de pœnit. dist. 5. si qui verò.

Vigesimus, qui deuotam, vel monialem cognouerit, decem annis pœniteat. 27. q. 1. c. deuotam. & c. præcedenti.

Vigesimusprimus. Qui cantat missam, & non communicat, anno pœnitere debet, & interim à celebratione & communione cessare. de consec. dist. 2. relatum. nec alia tamen ibi exprimitur pœnitentia.

Vigesimussecundus si sacerdos clericum mortuum in palla altaris inuoluerit, decem annis & tribus mensibus pœniteat, diaconus triennio & dimidio. de consecra. distin. 1. nemo clericus per ignorantiam.

Vigesimustertius qui committit sacrilegium violando ecclesiam vel crisma, seu calicem sacrum pollutis manibus accipit, vel similia committit, septẽ annis pœniteat, & in diebus primis non intret ecclesiam. & vsque ad quartum non offerat, & trib. diebus in hebdomada à vino & carnibus abstineat ieiunando. Sed & alia, consideranda sunt, quæ habentur 12. quæst. 2. de viro nephando.

Vigesimusquartus, si parentes franguntur sponsalia filiorum triennio separantur à communione, & filij similiter, si in culpa sint. 31. q. 3. si qui parentes. & arg. de pœn. dist. 3. sicut.

Vigesimusquintus, Qui ducit in matrimonium, quam polluit per adulterium, quinque annis pœniteat. 31. q. j. si qua vidua.

Vigesimussextus, Maledicus contra Deum, vel aliquem Sanctorum, per septem hebdomadas pœnitere debet eo modo, quo traditur, de cler. maled. c. 2. videlicet vt septem diebus dominicis prę foribus ecclesiæ in manifesto, dum aguntur missarum solennia, blasphemus existens, vltimo illorum die dominico pallium & calciamenta non habeat ligatus corrigia circa collum septemque præcedentibus sextis feriis in pane & aqua ieiunet, ecclesiam nullatenus ingressurus, quoliber quoque prædictorum dierum, tres si poterit, alioquin duos reficiat pauperes siue vnum. Et si non adhuc eius supperant facultates id in pœnam aliam commutetur, cui etiam si tenuerit recipere ac peragere pœnitentiam supradictam ecclesiæ interdicatur ingressus, & in obitu ecclesia careat sepultura. & si diues fuerit, 40. solidis, alioquin 30. siue 20. & si ad id non sufficiat, 5. solidis vsualis monetæ pœna mulctetur, vt in d. c. 2.

Vigesimusseptimus, si Sacerdos reuelat confessionem de iure antiquo deponi debebat, & toto tempore vitæ suæ ignominiosus peregrinari per mundum. de pœni. dist. 3. caueat Sacerdos postmodum determinatum fuit, ꝙ depositũ ad agendum perpetuam pœnitentiam in arctum monasterium detrudatur, ca. omnis. in fine.

Vigesimusoctauus, Qui compulsus conditionaliter vt iuret si liber est 40. dies in pane & aqua pœniteat cum septem seq. annis, non tamen in pane & aqua reliduo tempore, sed communi pœnitentia: si seruus eiusdem est per tres quadragesimas legitimas ferias. s. secundam, quartam & sextam feriam pœniteat 22. q. 5. qui compulsus. ad quod de consecra. distin. 3. ieiunia. & 82. dist. presbyter. Et notandum, ꝙ prima pœnitentia imponitur qui mandauit periurium fieri, vt in d. c. qui compulsus.

Vigesimusnonus, Qui periurat in manibus episcopi, aut in cruce consecrata, tres annos pœniteat, si verò in cruce non consecrata, vnum annum pœniteat. qui aut coactus fuerit & ignorans se periurauerit, & postea cognoscit, tres Quadragesimas pœniteat. 22. q. 5. c. qui periurat.

Trigesimus, Qui scienter falsum iurat, vel alium iurare compellit vel inducit, 40. diebus in pane & aqua, cum septem sequẽtibus. annis pœniteat, & nunquam sit sine pœnitentia: & alij si consciij fuerint, similiter pœniteant, & omnes tales infamia notabuntur. 22. q. 5. siquis se periurauerit. & c. siquis conuictus.

Trigesimusprimus, Siquis coactus ꝓ vita redimẽda. s. timore mortis vel pro aliqua causa, vel necessitate periurat, quia plus corpus, quàm animam dilexit, tres Quadragesimas pœniteat, alij iudicantur tres annos, vnum ex his in pane & aqua. 22. quæst. 5.

siquis

ſiquis coactus. Sed in ſupradicta pœnitentia minor eſt pœnitentia eligenda. 50. diſtinctio. eos verò & gloſſ' in d. capitul. ſiquis coactus. Et notandum ſecundum Auguſtin. in ſermone de Decollatione S. Ioannis, q̃ prouocans ad iurandum quẽ falſum ſcit iuraturum, magis peccat quàm homicida. 22. q. 5. ille qui hominem nec tenenda eſt ibi gloſ. quæ dicit, non intelligas, quòd plus peccat periurus quàm homicida: immo iſte plus peccat, ſcilicet homicida. 13. diſt. c. 1. quod tamen c. hoc nõ probat. loquitur enim de perplexitate, quæ tamen à peccato mortali non excuſat, ut ibi plenè tractatur per glo. & Archid. Et quòd periurans magis peccet quàm homicida, tenẽt expreſsè Theologi in 3. ſent. diſt. 39. & ſatis dixi in tract. de blaſphemia, & in tract. de periurio. Vnde glo. nec in d. c. ille qui hominem, ſubdit ſed dicitur, eum vincere, qui maius damnum facit, quia maius damnum in amiſſione vnius animæ, quàm mille corporum, vt dicit Aug. ad Euſentium, 24. q. 2. ſi habes. & in d. c. ille qui hominem. Ex dictis Auguſtini ſubinfertur, quòd homicida corpus, periurus animam occidit. & prouocans ad periurium ſaltẽ duas animas occidit, ſuam videlicet, & periurantis. ergo, &c.

Trigeſimusſecundus, qui in dicendis horis canonicis, & alijs diuinis officijs à conſuetudine Metropolitanæ propriæ eccleſiæ diſcrepat, ſex menſibus communione priuatus apud Metropolitanum ſub cenſura pœnitentiæ maneat corrigendus. 12. diſtinct. de his.

Trigeſimustertius, Epiſcopus, qui ordinat ſine iuſta cauſa clericum inuitum, anno ſuſpenditur pœnitendo, & deponi debet, ſi humiliter non obſeruet. 74. diſt. c. j. & c. vbi didiciſti.

Trigeſimusquartus, Epiſcopus qui correctionẽ miniſtrorũ diſſimulat, duobus menſibus, Sacerdos quatuor, diaconi tres: ſubdiaconi verò cæteriq́ue clerici cupiditatibus ſeruientes & non gratis eccleſiaſtica Sacramenta conferentes, ad arbitrium Iudicis pœnitentia competenti, ſcilicet depoſitione, dicit gl. & debita ſunt excommunicatione plectendi. .q. 1. quicquid iudicibus gratiæ. & 1. q. 3. c. fi.

Trigeſimusquintus, Sortilegus 40. diebus pœniteat & diuinatores & ſimiles ſimili pœna plectuntur. quod tamen intelligitur, ſi peccatum eſt occultum & maleficus ſecularis, vt in c. 1. de ſortileg. quod ſi eſſet notorium etiam communione fidelium & eccleſiæ priuandus eſt, vt quia Euchariſtia denegatur. de conſecr. diſt. 2. pro dilectione.

Trigeſimusſextus, Si Sacerdos videt in aſtrolabio ad inueniẽdum furtum, per annum & amplius, ad arbitrium diœceſani pœnitens ab altarij miniſterio præcipitur abſtinere. de ſortileg. c. tuarum. & hoc ſi ſimpliciter fecit, & non vt dęmones inuocaret, vt patet ibid.

Trigeſimusſeptimus, Si quis clericus malitioſè, ſcienter & appenſatè, magicis artibus, ſortilegijs, incantationibus, aruſpicibus, vel ſimilib. vſus fuerit, vel talia conſuluiſſe fuerit deprehenſus ab honore dignitatis ſuæ ſuſpenſus & depoſitus in arcto monaſterio retrudatur ad perpetuam pœnitentiam peragendam, 26. q. 5. non oportet. & c. ſi quis epiſcopus. & c. aliquanti clerici. & c. ſortes. cum ſimilibus. & ſatis dixi de pœnis talium in
* tractatu de Sortilegijs. 3. parte.

Trigeſimusoctauus, Si aliquid ſtillauerit de ſanguine. conſecrato in terram, ſiue tabulam, lingua lambetur tabula radetur: ſi non fuerit tabula, vt non cõculcetur locus, corradatur, & igne comburetur, & cinis intra altare condatur, & Sacerdos 40. diebus pœniteat. Si ſuper altare ſtillauerit Calix, ſorbeat miniſter ſtillam, & tribus diebus pœniteat. Si ſuper linteum altaris & ad aliud ſtilla peruenerit, quatuor diebus pœniteat, ſi vſque ad tertium, nouem diebus ſi uſque ad quartum, 30 diebus pœniteat, & linteamina, quæ tetigerint ſtellam, tribus vicibus miniſter abluat Calice ſuper poſito, & aqua ablutionis ſumatur. & iuxta altare recondatur. de conſecr. diſt. 2. c. ſi per negligentiam.

Trigeſimusnonus, Siquis per ebrietatem, vel voracitatem euchariſtiam euomerit, 40. diebus pœniteat. Clerici, vel monachi ſeu diaconi, aut presbyteri, 70. diebus pœniteant, epiſcopi 90. Siquis verò infirmitatis cauſa euomerit, 7. diebus pœniteat. de conſecc. diſt. 2. ſiquis per ebrietatem. Et quòd in fine dicitur de infirmo, ponitur ad cautelam, vt dicit ibi glo. facit in ſimili, 34. q. 2. in lectum. nam infirmitas excuſat, cum eſt ſine culpa, arg. 5. diſt. ad eius. cum ſimilib.

Quadrageſimus. Qui presbyterum interficit, 12. annis pœniteat, vt hic patet in præſenti cap.

Quadrageſimusprimus, Si quis malo ſtudio, ſiue pro odio, ſiue pro uindicta ignem appoſuerit, vel apponi fecerit, aut appoſitoribus conſilium, vel auxilium ſcienter tribuerit, excommunicetur: & ſi mortuus fuerit, Chriſtianorum careat ſepultura, nec abſoluatur, niſi prius damno, cui intulit pro facultatum viribus reſarcito, & iuret ſe vlterius ignem non appoſiturum, pœnitentia aut ei dentur, vt Hieroſolymis, aut in Hiſpania per annum integrum maneat. Si quis autem epiſcopus, aut Archiepiſcopus hoc relaxauerit, damnum reſtituat, & per annum ab officio epiſcopali abſtineat. 23. q. vlt. c. peſſimam. facit 12. q. 2. c. cum deuotiſſimam. verſ. ſi verò incendium. vbi dicitur nouies componat: prædicta verò in quadruplum reſtituat. Incẽdiarius autẽ eccleſiæ ſiue loci eccleſiaſtici ipſo iure excommunicatus eſt de rapt. c. in literis. & tam incendiarius rerum eccleſiaſticarũ quàm aliarum rerum prophanarum, poſtquàm denũciatus eſt ab epiſcopo, non eſt niſi per ſedem Apoſtolicam abſoluendus, vt in c. tua nos. & in c. conqueſti. j. de ſenten. excommu. & ſatis
* dixi in Tractatu de excommunicatione. Hodie verò quoad pœnitentiam, omnis incẽdiarius, ſiue domum, ſiue aream cuiusq̃, incenderit voluntariè ſublata vel incenſa omnia reſtituat, & tres annos pęniteat. de iniur. & dam. da. c. ſiquis domum.

Quadrageſimusſecundus. Qui communicat cum hæretico, 5. annis pœniteat. qui permittit hæreticum cantare miſſam in ſubuerſionem fidei, tanquàm hæreticus damnetur, niſi per 10. annos pœniteat. Sed qui receſſerit ab eccleſia ad hæreticum cõfugiens, duodecim annis pœniteat. 3. extra eccleſiam. 7. inter audientes & duos adhuc extra communionem 24. q. j. ſi quis acceperit. & c. ſi quando.

Quadrageſimustertius. Qui ignoranter cognoſcit duas, vel matrem & filiam, vel amitam & neptem, 7. annis pęniteat, ſi ſciẽter perpetuo careat coniugio. 34. q. vlt. ſiquis cum duabus. & capitul. ſequen.

Quadrageſimusquartus. Patronus res eccleſiæ dilapidans, anno pœniteat. 16. q. vlt. c. filijs. vbi dicit gloſ. j. per annum abſtinebit à ſacramento eccleſiæ, ſi laicus eſt: ſed ſi clericus eſt, deponetur. 12. q. 2. c. Apoſtolicos. & c. abbatibus.

Quadrageſimusquintus, Qui luſtrat domum ſuam cum magicis incantationibus, quinque annis pœniteat. 25. q. 5. ſiquis ariolos. & duobus cap. ſeq.

Quadrageſimusſextus. Qui iurat non facere pacem cum proximo ſuo anno pœniteat, & ad pacem redeat. 22. quæſt. 4. c. qui ſacramento.

Quadrageſimuſeptimus, Periurus, adulter, & homicida regulariter 7. annis pęniteat, & idem pro fornicatione, licet non ita aſpera pœnitentia imponatur. 22. q. 1. prædicandum, cum gloſ. ſua. 33. q. 2. hoc ipſum. & § ſeq

Quadrageſimus octauus, Qui ordinat clericos alterius diœceſis ſcienter ſine licentia proprij epiſcopi per annum eſt ſuſpẽſus à collatione ordinum. infra de tempo. ordin. c. eos qui. li. 6.

Quadrageſimusnonus, Qui confert tonſuram infanti, niſi intret religionem, vel in limitato, vel coniugato per annum eſt ſuſpenſus à collatione tonſuræ. j. de tempo. ordi. c. nullus. li. 6.

Quinquageſimus, Qui illicitè promouent indignũ, priuãtur poteſtate conferendi illum ordinem, quem illicitè contulerũt. j. q. j. ſi qui epiſcopi. de tempo ordi. c. literas. 36. diſt. qui eccleſiaſticis. & ordinatus remouetur a clero, arg. 50. diſt. ex pœnitentibus. Quandoque ſuſpenditur a celebratione miſſæ per annum. 55. diſt. c. nullus. quandoque deponitur. 64. diſt. c. vlt. de quo vide bonam glo. de elect. c. nihil eſt.

Quinquageſimusprimus, Prælatus, vel iudex excommunicãs aliquem monitione non præmiſſa, ſuſpenſus eſt per menſem ab ingreſſu eccleſiæ, j. de ſent. excom. c. ſacro approbãte cõcilio.

Quinquageſimuſecundus, Excommunicans, ſuſpẽdens, vel interdicens aliquem ſine ſcripto, vel expreſſione cauſæ, vel nõ tradens. infra menſem exẽplũ ſcripturæ ſi fuerit requiſitus ab ingreſſu eccleſiæ, & a diuinis officijs per menſem eſt ſuſpenſus, vt in c. cum medicinalis. de ſenten excommu. lib. 6.

Quinquageſimustertius, Rector eccleſiæ qui pro alienis debitis grauat eccleſiam, ſibi commiſſam, aut literas alicui, ſeu ſigilla concedit, quibus eccleſia poſſit obligari ſuſpenſus eſt ab adminiſtratione ſpiritualium & temporalium, de... ſi quorũdã.

Quinquageſimusquartus, Manifeſtus, vel notorius fornicator ſuſpenſus eſt, 32. diſtinc. nullus. & §. vero. & §. præter hæc. & de cohab. cler. & mul. c. fi.

Quinquageſimusquintus, Si ordinator, vel præſentator recepit promiſſionẽ, vel iuramentum ab ordinando, q̃ ſuper prouiſione ſua ipſum non inquietet ordinator a collatione & præſentator ab executione ordinum per triennium, & ordinatus ab ordine ſic ſuſcepto donec ſibi ſit diſpẽſatum per ſedem Apoſtolicam ſint ſuſpenſi. de ſchiſmat. c. pen.

Quinquageſimusſextus, Qui vſurarium manifeſtum ſic decedentem tradit eccleſiaſticæ, ſepulturæ vel oblationes ſuſceperit ſuſpenſus eſt ab executione officij vſque ad ſatisfactionẽ condignam arbitrio ſui epi faciendã, de vſur. c. quia in omnib.

Quinquageſimuſeptimus, Qui eligit aliquem in epiſcopum illegitimè natum & in ſcientia vel ętate defectum patiente, a beneficijs ſuſpenſus eſt triennio, de elec. c. cum in cunctis. Et extenditur hæc pœnitentia ad compromiſſarium ſcienter eligentem indignum. dumtamen compromiſſarius non ſit epiſcopus vel ſuperior, & reſtringitur ad bona tantum, quæ habet compromiſſarius in eccleſia ſic offenſa, vt in c. ſi compromiſſarius, de elect. lib. 6.

Quinquageſimusoctauus, Iudex ordinarius, vel delegatus, qui p̃ conſcientiam in grauamen partis alterius aliquid fecerit odio, amore gratia vel ſorde, ab executione officii per annum eſt ſuſpenſus, & ſi celebrat, efficitur isregularis: a qua irregularitate, non

Source : BIU Cujas

rate, non nisi per Papam poterit dispensari, & sic inducitur de quolibet suspenso, quia dicit tex. si sic suspensus damnabilem ingesserit se diuinis,& c.vt in c.cum ęterni.de sen.& re iud. li.6.

Quinquagesimusnonus,Capitula, conuentus & collegia & singulares personę eorum,qui cathedralibus & regularibus vel collegiatis ecclesijs bona à prælatis dimissa, vel vacationis tempore obuenientia occupatur, officio & beneficio sunt suspensi donec omnia plenè restituerint.de elect.quia sępe.lib.6.

Sexagesimus, Episcopi & superiores ac inferiores prælati, & quæcunque personæ ecclesiasticæ prædicta bona occupantes, episcopi & superiores ab ingressu ecclesiæ,inferiores autem ab officio & beneficio sunt suspensi,donec restitutionem fecerint competentem, de officio ordin.c.præsenti.lib.6.

Sexagesimusprimus Confirmantes, vel consecrantes aliquē electum,ꝫ quē ad sedē Apostolicā extitit appellatū,non fuit tñ appellatio p̄sentata, si nō cognouerit, an aliqua pactio interuenerit super electione ab electorū confirmatione & cōsecratione per annum sint suspensi.de elect.c.prouida.li.6. vbi dicit Io. Andr.ꝙ si solum confirmauit, à confirmatione tantum est suspensus.si autem confirmauit,& consecrauit,ab vtroque suspensus est,& à primo die incipit suspensio prima,& à die consecrationis,secunda,arg. de appel.c.super eo.

Sexagesimussecundus,Qui consentiunt electioni, nominationi,vel assumptioni Senatoris, vel rectoris, vel patricij vrbis Romæ absque licentia sedis Apostolicæ tam ipsi,quàm posteri eorum in perpetuum omnibus gratiis & honoribus, quas & quos habēt à quolibet ecclesia,sunt.de elect.c.fundamēta.li.6.

Sexagesimustertius, Si episcopus Italicus vltramōtanum ordinauerit ad sacros ordines sine literis Papę,vel eius,qui possunt literas concedere,suspensus est per annum à collatione ordinū si scienter vel affectata ignorantia ordinauerit & ordinatus sine spe dispensationis à sede Apostolica obtinendæ suspensus est de tempo. ordi. c.sępe.& c.eos,qui.lib.6.

Sexagesimusquartus,Si episcopus ordinat clericos parochię alienæ absque licentia superioris scienter, vel ignorantia affectata, nedum de vltramontanis & Italicis, sed etiam de aliis ordinans suspensus est à collatione ordinum per annum, & clerici illius episcopi possunt liberè narrata suspensione absque alia licentia à vicinis episcopis ordinari.de temp.ord.c.eos qui li.6.

Sexagesimusquintus, Abbas, vel alius habens auctoritatem conferendi ordines,vel tonsuram conferens, vt supra proximè similiter suspensus est per annum,vt dicit Garsias, & Io.Mona. in d.c.eos qui.satis faciunt not.in c.nullus.de tempo.ordi.lib.6.

Sexagesimussextus,Religiosi mendicantes, qui recipiunt aliquem ad professionem infra annum probationis suspensi sunt a receptione ad professionem & grauiter puniri debent, vt in c.constitutionem:& in c.non solum. de regul. libro 6.

Sexagesimusseptimus, Qui committit simoniam suspensus est quousque secundis petetur. 1. q. 1. reperiuntur, & de simonia tanta est labes. hodie autem omnes simoniaci ipso facto sunt excommunicati, & non possunt absolui, nisi per Papam, vt in extrauag.Martini V.& Eugenii 1111.& satis dixi in Tractatu,de excommunicatione.

Sexagesimusoctauus, Quilibet homicida voluntarius etiam occultus, quia est irregularis, per consequens est suspensus, vt in cap.fi.de tempo.ordina.& 50.distinctio. miror. Accedunt in capit.sententia sanguinis,ne cleri.vel Monac.

Sexagesimusnonus, Qui hostiliter insecutus fuerit aliquem de Sanctæ Rom.Ecclesiæ, Cardinalibus omnibus beneficiis ecclesiasticis seu honoribus. & dignitatibus est priuatus & excōicatus,& c.vt in c.felicis.de pœn.lib. 6.& satis dixi in Tractatu de excommunicat. & quasi similem de prosequentibus, aut bannientibus,vel capientibus, vt in c. siquis suadente diabolo, de pœn.in clem.

Septuagesimus,Filii & nepotes prædictorum in sequentium aliquem Cardinalem priuati sunt omni beneficio ecclesiastico etiam si pōtificalis dignitas eos collata fuisset spe promotionis omnino sublata ad dignitatem aliquam, vel honorem ecclesiasticum, vel mundanum,aut regimen, & omne officium est talibus interdictum, vt in d.c.felicis.

Septuagesimusprimus,Ciuitas quæuis alia,præter vrbem, scilicet Romam,quæ talia facienti vel facientibus,vel præsumentibus,aut fieri mandantibus,vel factum ratum habentibus, aut consilium dantibus vel fauorem,aut postea receptantibus, vel scienter defensantibus, facientis vel infra menses saltem taliter delinquentes,prout tanti facinoris enormitas exegerit,& facultas ei affuerit,non duxerit puniendos pontificali & supra sit eo ipso dignitate priuata, & omnes supra nominati eadem sententia sunt ligati, vt in prædicto c.felicis,in princ.& in fi.& prædicti delinquentes ire debent vltra more ad pœnitentiam Hierosolymis per agendam saltem per triennium,nec inde reuerti sine licentia sedis Apostolicæ speciali,vt in prædicto c.felicis.de pœn.lib.6.

Septuagesimussecundus,Celebrans in ecclesia interdicta suspensus est ab ingressu ecclesiæ,& si sic suspensus celebrat,efficitur irregularis, de senten.excomm.is cui. lib. 6. ad quod facit c. episcoporum,de priuileg.lib.6.& de priuil.c. quod nullus,& facient not.in c.alma mater,de sent.excom.lib.6.& in c.cum æterni,de re iud.eo.lib.

Septuagesimustertius.Quicunq; recipiunt aliquos, qui se dicunt episcopos,vel prælatos,seu monasteriorum rectores quocunque nomine censeātur,siue literis apostolicis suspensi sunt, donec absoluantur,vt in extrauag Bonifacij,quæ incipit,Manente.nam qui se priuilegiatum dicit ostendere debet priuilegiū,vt in c.cum p̄sonæ.de priuil.lib.6.de fide inst. c. contingit, & idem est,si a sede apostolica discesserit,qui se missos vel legatos dicunt non præstito solido fidelitatis iuramento. 97. distinct. nobilissimus.

Septuagesimusquartus,Religiosi B. Francisci, vel clerici non deferentes vestes proprio ordini competentes rationabili causa cessantes pro sex menses a perceptione fructuum sunt suspensi:non beneficiati verò redditur inhabiles, & si deferant,aut infulam,seu pileum lineum, suspensi sunt per annum a perceptione fructuum suorum beneficiorum,& si non sunt beneficiati p̄ idem tempus redduntur inhabiles,& c. vt in c. quoniam,de vita & honest.cler.in Clemen.& faciunt not.in cap.clerici,de vita & honest. cler.

Septuagesimusquintus,Religiosi,qui decimas retinent aliquibus ecclesijs debitas nisi post requisiti destiterint infra mensem, aut,si de eis quę vsurpare præsumpserint infra duos menses non satisfecerint competenter tandiu ab officijs & beneficijs sunt suspensi, donec satisfactionem fecerint de prædictis, vt in c. religiosi,de decim.in clem.

Septuagesimussextus,Religiosi monarchorū nigrorum, qui vestes debitas non deferunt,vel canes,aut aues detinent, vel teneri permittunt in monasterijs,seu domibus, quas inhabitant, aut venatori præsentiam exhibuerint personalem; si quidem Abbas est,vel prior,non habet Abbatem proprium per annum suspensus est a collatione beneficiorum, si verò alius fuerit, ab administratione si quam obtinet,per annum est suspensus, & si non obtinet,per idem tempus redditur inhabilis, & multa alia continentur in c.ne in agro.§.porrò,cum seq.de stat.monacho. in Clem.

Septuagesimusseptimus,Doctores vel magistri habentes aliquem doctorare, & non recipientes iuramentum a doctorando, ne vltra tria millia Turonensium argenteorum in huiusmodi solennitate velit expendere, etiam si tribuens doctoratum pontificali dignitate præfulgeat, suspensus est per sex menses a collatione doctoratus,vel magisterij, vt in c.cum sit,de magist. in Clem.

Septuagesimusoctauus, Episcopus, qui in officio inquisitionis hæresis indebitè procedit,aut superior per triennium ab officio est suspensus:inferiores autem excommunicationis incurrerūt sententiā ipso facto, cuius absolutio summo Pontifici reseruatur,vt in c.multorum, de hæret. in Clem. & dixi in Tract. de excommunicatione.

Septuagesimusnonus Prælati religiosorum, quorum sermonibus ecclesiasticæ personæ damnum aliquod patiuntur, nisi satisfactionem fecerint infra mensem,suspensi sunt,donec satisfaciant competenter,vt in c.religiosi,de priuil.in Clem.

Octuagesimus religiosi requisiti, vt prædicent temporibus constitutis de decimis persoluendis,vel vt conscientiam faciāt confitentibus, si non fecerint, tandiu ab officio prædicationis sunt suspensi,donec conscientiam fecerint, si habuerint dicendi eis commodè facultatem ex inde excommunicationis sentētiam incursuri,si prædicare præsumpserint prædicta negligentia non purgata,vt in c.cupientes.de pœn.in Clem.

Has igitur suspensiones interserui hic,quia similitudinem habent canonum pœnitentialium. Sacerdos igitur in foro pœnitentiali consideratis circunstantijs personarum huiusmodi rigorem nouerit tēperare: quia quanquam ex quolibet peccato mortali esset septennis pœnitentia imponenda.33.q. 1. hoc ipsum. 22.q.1. prædicandum attamen ex causa rationabili potest Sacerdos arbitrio moderari pro qualitate criminis delinquentis & alijs circunstantijs vndique compētis, vt in c.quęsitum. & in c.Deus,qui eo. & quàm maximè si peccatum est occultū. 26.q.7.tempora pœnitudinis.& de pœnit.dist.1.mensuram. Vnde quia fortè vita p̄s non sufficeret ad talem pœnitentiam peragendam,imponat sibi confessor pœnitentiam arbitrariam,notificando sibi tamen pœnitentiam prætaxatam,& concedendo sibi,ꝙ quocunque ierint prelatorum remissiones sibi factæ prosint,quæ aliis non prodessent,eo.quod autem. & quòd eleemosynæ,quas fecerint,sibi remissionem peccatorum.62.dist.c.fi.& de pœnit.dist.1.medicina.& omnia alia bona, quæ fecit, & quæ facturus est,& omnia mala,quæ passus est,& quæ passurus est,& quæ pro Deo patienter tolerauit, cedant sibi pro pœnitentia in remissione peccatorum suorum,itaque si quid remanserit purgandum, purgetur in purgatorio, iuxta misericordię Domini voluntatem.11.q.3.abiit.& de consecr.dist.3.pœnitentibus.& sic iuxta discretionem & prudentiam confessoris singula singulis referantur

referantur pro capacitate & dispositione pœnitentium,sicut nouerit eos idoneos & paratos ad debitam pœnitentiam peragendam cum ieiuniis,eleemosynis,orationibus,peregrinationibus, disciplinis, ciliciis, & aliis asperitatibus moderatis iuxta regulã æquitatis,vt dicam infra c.Deus,qui & c.omnis.& faciunt no.de pœnit.dist.1.c.in actore.& c.iudicet,& de pœnit.dist.5.c.1.cum similibus.Deo gratias Amen.

TRACTATVS
DE IRREGVLARITATE

Domini Nicolai Plouij.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas quid propriè dicatur.*
Impedimentum canonicum dicitur quod a iure canonico ortum habet.
2 *Irregularitas personę dicitur vbi generaliter ordinari quilibet prohibetur.*
Irregularis censetur qui ab ordinibus susceptis remanere prohibetur.
Furiosus,ebriosus,illiteratus & similes sunt irregulares.
3 *Accusans vel deferens aliquem coram iudice irregularis efficitur si mors vel mutilatio sequatur.*
Percutiens aliquem quando efficiatur irregularis & quando non.
4 *Iudex,actor,vel procurator & notarius irregulares sunt, si in membris mutilatio sequatur.*
Clericus qui ex sola curiositate vel leuitate interest vindictę sanguinis non efficitur irregularis.
5 *Iudex vel officialis seu aduocatus causam sanguinis tractantes efficiuntur irregulares,etiam si effusio sanguinis non sequatur.*
Chirurgus irregularis efficitur si ob eius imperitiam mors sequatur.
6 *Clericus chirurgus irregularis efficitur si sub eius cura aliquis moritur.*
Custos infirmi si potum immodicum ei dederit, efficitur irregularis, si mors sequatur.
7 *Consulens aliquid vnde sequatur homicidium efficitur irregularis.*
8 *Mandans aliquem verberari efficitur irregularis, si mandatarius occiderit.*
9 *Mandator an efficiatur irregularis si mandatarius occidatur ab eo quem occidere mandatus erat.*
Consulens alicui vt pro patria aut iure suo se exponat, an sit irregularis, si ibi moriatur.
10 *Homicidium casualiter perpetrans non efficitur irregularis, si debitam adhibuerit diligentiam.*
11 *Irregularis est is cuius percussione contracta infirmitate mortuus est percussus.*
Occidens aliquem se defendendo incurrit irregularitatem, si euitare aliter potuit.
12 *Insans furiosus aliquem occidens efficitur irregularis.*
Irregularis est qui à morte non liberat quem liberare poterat.
13 *Irregularitatem incurrit qui à proposito liberãdi aliquem à morte retrahit.*
Percutiens latronem animo occidendi,si latro obierit ex vulnere inflicto efficitur irregularis.
14 *Clericus cum socio ligans latronem, si postea timens ne à latrone occidatur eum occiderit,irregularitatem incurrit.*
Clericus furem tradens iudici seu officiali an efficiatur irregularis,si fur morti condemnetur.
15 *Furem indicans iudici seu officiali an efficiatur irregularis, si fur morti condemnetur.*
16 *Clericus qui ad res suas recuperandas egit,si ex postfacto ratum habet latronis suspendium,an sit irregularis.*
17 *Mandans capi vnum de tribus clericis incedentibus, & alios duos non grauari,an sit excommunicatus si mandatarius fines excedens mandati alios duos ceperit.*
Irregularitatem nemo incurrit propter homicidium nisi voluntate vel culpa præcedente.
18 *Rixa si facta sit à pluribus & mortuus sit aliquis in ea,an sint omnes irregulares; si nesciatur à quo fuerit occisus.*
Irregularis non est is cuius amici ipso inuito iniuriantem sibi occiderunt.
19 *Consentiens homicidio in corde suo an sit irregularis si ab extra nullam operã ad hoc dederit.*
Clericus irregularis est qui ministrauit arma pugnantibus,quibus aliquis interfectus fuit.
Iudex ecclesiasticus brachium seculare hortari potest ad hęreticos vel paganos expellendos.
20 *Clericus qui bello interest irregularis est.*
Clericus se vel suos defendens non est irregularis si aliquis ex defendentibus fuerit interfectus.
21 *Abortiuum procurans vel faciens ne mulier concipiat aut pariat irregularis est.*
Clericus irregularitatem contrahit qui ob suarum rerum defensionẽ occidit.
22 *Clericus occidere potest ne occidatur.*
Necessitas ineuitabilis occidendi alium quę dicatur.
23 *Prælatus ecclesiasticus iurisdictionem temporalem habẽs qualiter iustitiare executioni mandare debeat.*
24 *Consulens iudici vt aliquem puniat ad mortem,irregularitatem incurrit.*
25 *Suspensus ab officio fit irregularis si celebrauerit.*
26 *Fornicator notorius à iure suspensus celebrando,non cõtrahit irregularitatẽ.*
27 *Suspensus à canone quando efficiatur irregularis celebrans.*
28 *Suspensus à canone propter defectum non incurrit irregularitatẽ si celebret.*
29 *Suspensus ab audiendis confessionibus non efficitur irregularis si ante reconciliationem celebrauerit.*
Recipiẽs beneficium in irregularitatę absolutione impetrata an indigeat alia dispensatione.
30 *Homicida non est ipso iure beneficio priuatus.*
31 *Presbyter excommunicatus vel simpliciter suspensus ab ordinibus suis efficitur irregularis si in acolythatu ministrauerit.*
Clericus in minoribus constitutus excommunicatus ministrans Sacerdoti non efficitur irregularis.
Episcopus à pontificalibus suspensus irregularitatem non incurrit si in eis celebrauit.
32 *Suspensus ab ingressu ecclesiæ irregularis est si in ea celebrauerit.*
Excommunicatus,vel suspensus baptizans solemniter & publicè efficitur irregularis.
Irregularis est omnis qui nec promoueri nec eligi potest.
33 *Falsarius literarum Papæ non potest ad ordines promoueri.*
Ordinari qui nequeant.
34 *Excommunicatus celebrans irregularis est,& deponendus.*
35 *Suspensus à iudice irregularis erit si celebrauerit.*
36 *Suspensus per canonem ab officio propter crimen irregularis efficitur celebrando.*
Occupans & distrahens bona ecclesiarum vacantium suspensus est ab officijs & beneficijs.
37 *Infamia cum peccato deletur in baptismo.*
Peccatum cum sua sequela in baptismo deletur.



1 AD habendam aliquam notitiam de irregularitate, notandę sunt aliquæ regulę, prius præmissa breui descriptione irregularitatis. † Sciendum igitur est ꝙ irregularitas est nota .i. infamia,vel impedimentum canonicum ex vitio seu defectu prouenięs, qua quis prohibetur ad ecclesiasticos ordines promoueri,& in eisdem ministrare. Ita diffinit Guil. Dur. in Spe. ti.de dispensa.§.iuxta propositionis. Dicitur autem canonicum impedimentum,quia ortum habet à iure canonico, licet inceperit a veteri testamento quo ad aliqua.& dictum est Dauid,nõ ędificabis mihi templum,quia vir sanguinis es.1.Para.28.c. & in cano.49.dist.hinc etenim,vbi habetur quòd in Leui. etiam multi a sacerdotio repellebantur propter defectus naturales sicut ꝓpter scabiem & gibbositatem &c.Et dicitur irregularitas ab in, quod est sine,& regula,quasi contra regulam ecclesiæ natus, siue propter factum,vel defectum extra ecclesiam positus. Sumitur autem tripliciter.Primo pro defectibus qui sunt in homine sine peccato,quia qui est bigamus,vel maritus viduę,vel illegitimus,& huiusmodi,vt de renun. nisi cum pridem . §. personæ.

2 † Secundo dicitur irregularitas personæ vbi generaliter prohibetur quilibet ordinari vel celebrare in ordine iam susceptо sine dispensatione Domini Papæ, ne patiatur defectum &c. de quibus infra patebit.Tertio dicuntur irregulares omnes illi qui non possunt remanere in susceptis ordinibus, nec ad maiores promoueri etiam post actam pœnitentiam sine dispensatione domini Papæ & aliorum prælatorum, de quo dantur regulæ. Prima regula Omnis furiosus,ebriosus, illiteratus, impudicus, percussor, litigiosus , neophytus , & generaliter quilibet in membris naturalibus defectuosus, irregularis est ad sacros ordines suscipiendos,patet hoc in decre.late incipiendo a 26.dist.

3 vsque ad 49.per totum,vbi ista singulatim probatur.† Secunda regula. Accusans vel deferens aliquem de crimine coram iudice pro quo pœna capitis debetur vel truncatio membri, irregularis est.5.q.6.delatori.& 6.q.1.in sum.de ac.accusasti. Tertia regula. Percutiẽs aliquem siue in propria persona, siue per alium eius mandato, si sequatur inde homicidium vel membri mutilatio, si hoc facit absque ineuitabili necessitate, irregularis est, de homi.presbyteri.& c.Petrus,50.di.miror.Quarta regula.Percutiens absque mortis periculo,vel sanguinis effusione,vel truncatione,habens ad hoc potestatem non est irregularis,vt de ra. in Archiepiscopatu.23.q.8.sæpe.

4 Quinta regula. † Iudex,actor,vel procurator,notarius,siue dictator, vel promulgator si in membris secuta est mutilatio , irregularis est. 50.dist. c.1.Et generaliter purgationem vulgarem quæ fit in torneamẽtis,vel alio modo,& quicunque vindictę sanguini auctoritatẽ, benedictionem,seu patientiam sui exhibentes, irregulares sunt de excess.præla.ex literis. Sexta regula .Licet clericus non debeat interesse vindictę sanguinis, si tñ ex sola curiositate vel leuitate inter-

Source : BIU Cujas

te interfuerit vbi latro ſuſpenditur, vel vbi quis in duello occiditur, licet peccet grauiter, non tamen fit irregularis, ſi nec auxilium, nec conſilium, vel auctoritatem præſtiterit ſecũdum Gui. in Spe. ti. de diſpen. §. iuxta propoſitionis. † Septima regula. Iudex, vel officialis, ſeu aduocatus qui tractauerunt cauſam criminis dãtes operam vt ſanguis effunderetur, licet nec mors, nec ſanguinis effuſio fuerit ſubſecuta, irregulares ſunt: poteſt tamen in talibus per epiſcopum diſpenſari ſecundum Guil. Similiter cum illo qui non ex officio ſuo, ſed ex odio dedit operam, & fecit quod potuit vt occideretur, non tamen occiditur vel mutilatur. indiget enim talis diſpenſatione, ſecundum Guil. Octaua regula Exercens artem chirurgię, ſi propter imperitiam & negligentiam eius ſit mors ſubſecuta ab inciſione, aduſtione, vel potione, quam dedit infirmo, irregularis eſt, vt de homi. tua §. 1. ver. Si tamen peritus exiſtens phlebotomat ſanguinem, vel ſecat, adhibens omnem diligentiam, non eſt irregularis etiam ſi mors fuerit ſubſecuta, quia potius præſumitur caſu, & culpa patientes euenisſe. 23. q. 5. de occidendis. Secus ſi per eius negligen
6 tiam, ſecundum Guil. † Nona regula. Licet laicus exercens artẽ chirurgiæ, nõ fit irregularis ſi non propter eius incuriam multi obierũt, clericus tamen ſi ſub eius cura aliqui etiam præter eius culpam obierunt, irregularis eſt ſecundum Inn. qui hoc notauit in c. tua. de homi. ne cle. vel mona. ſententiam.

Decima regula. Extrahens ſagittam vel telum vel gladium infixum corpori alicuius, ſi ꝓpter hoc vulneratus citius moritur, irregularis eſt. de homi. tua. Vndecima regula. Cuſtodiens infirmum, & dans ei bibere imperitè, vel aliquid aliud contra conſilium medico-
11 rum faciens, propter quod mors ſi ſubſecuta, irregularis fit propter imperitiam, & negligentiam diſſolutam. Si tamen quis facit bona fide circa ęgrotum, nõ debet eſſe facilis ad faciendam conſcientiam ſcrupuloſam, quamuis in aliquo ſit erratum, ſi ibi non ſit lata culpa cum negligentia diſſoluta, quæ prope dolũ & huiuſmodi ſcrupulum de facili deponere debet ad cõſilium ſapientis. Si tamen tanta culpa fuerit vel negligentia diſſoluta, & certum eſt ꝙ mors inde fuit ſubſecuta, irregularitas contrahitur. Si verò non ſit certum, tunc diſtinguendum eſt, ant enim dubitatur probabiliter ſecundum iudicium medicorum, & tũc abſtinennum eſt ab officio. ſi autem non dubitatur, tunc depoſita erronea conſcientia poterit adminiſtrare, & etiam promoueri, alias non ſecundum Ray. 50. diſt qui arborem. & c. ſæpe. & ſecundum quoſdam ſolus Papa, cum talibus diſpenſat. Duode-
7 cima regula. † Conſulens aliquid vnde ſequitur homicidium, irregularis eſt, vt ſi ſuaſit iactum baliſtę, machinę, vel lapidis, vel quòd iret ad capiendum caſtrum quod capi non poteſt ſine hominis morte, ſi inde ſequitur mors ex illo conſilio irregularis eſt, ſecundum Guil. Item ſi facit vel conſuluit furtiuè, vel proditionaliter capi caſtrum, ſi mors inde ſequitur irregularis eſt, qa debuit veriſimiliter præſumere hoc euenire poſſe. In talibus. n. punitur qui remotam cauſam homicidio dedit, ſicut qui propinquã, vt notatur de homic. presbyteris. Decimatertia regula.
8 † Mandans aliquem verberari, ſi verberans occidit verberatum irregularis eſt qui mandauit, niſi expreſſiſſet ne occideretur, de homi. ſignificaſti hodie. de homi. is qui mandauit. lib. 6. in fi. vlt. glo. Secus tamen de illo qui conſuluit aliquem capi, vt puta malefactorem, quia tunc non fit conſulẽs irregularis etiam ſi capiens occidit illum, quia hoc non conſuluit, ar. de homi. c. fin. Abſit. n. vt ea quæ propter bonum facimus, ſi præter voluntatẽ noſtram quicquam mali acciderit, nobis debeat imputari. 23. q. 6. de occiden. ſemper tamen fit irregularis dans directè conſilium in mortem alterius, vt ne cler. vel mona. ſententiam. Nec intereſt ſiue is cui datum eſt conſilium ſtatim fecerit homicidium, vel etiam diu poſt, niſi prius conſiliũ recuperauerit, & cõtrarium ſuaſerit, vt de homi. Petrus, immo ſi firmiter & probabiliter credat ꝙ poſt reuocationem conſilij non reuocetur is cui datum eſt conſilium à propoſito occidendi, neceſſe eſt vt denũtiet illi de cuius morte tractatum eſt, ꝙ caueat ſibi. In eo autem qui mandauit per ſe fieri homicidium, videtur ſufficere ſi conſilium mandat tantum. de regu. iur. omnis res vel ſi ſciente eo, is cui mandatum eſt, iuit ad eum occidendum. vt 22. q. 1. omne quod vel parentelam vel amicitiam cum eo contrahat, licet ei hoc non ſignificauerit, quia qui eſt certus, certiorari nõ debet.
9 de elec. inter vniuerſas. Decimaquarta regula. † Conſulẽs alicui vt occidat aliquem ſi ipſe cui cõſultum eſt occidere, occidatur ab illo occidendo, ſecundum opi. mitiorem non iudicatur ille conſulens irregularis. Ratio quia fines conſilij exceſſit, ex quo egreſſus eſt ad occidendum, nec ſibi bene cauit, niſi excitaret eum ad occidendum alium, fortè in tali caſu vbi periculum eſſe poſſet, tunc eſſet irregularis etiam ſi is cui conſuluit occidatur ſecundum Guil. vbi ſupra ſecundum rigorem, tamen iuris hodie talis conſulens irregularis eſt. Per Ioan. And. in nouel. de homi. is qui mandauit. lib. 6.

Decimaquinta regula. Si quis ſuadet alicui quòd pro patria, vel pro proximo ſuo, vel pro iure ſuo, vel pro iure eccleſiæ ſuæ periculoſe exponat, non ob hoc fit irregularis etiam ſi ibi moriatur. 33. q. 3 pro membris. & c. ſeq. Si tamen ſciret vel crederet eum ibi moriturum, tũc videtur ꝙ fiat irregularis, ſecundũ Guil. Si autem conſulat ꝙ indubitatè morti ſe exponat pro honore Chriſti vel fidei, vel de ſtatu eccleſiæ, non fit irregularis, etiam ſi mors inde ſequatur. 21. q. 1. ſunt quidam. 11. q. 3. non ſolum. hac ratione excuſantur inquiſitores hæreticæ prauitatis, ſcientes quòd ſtatim poſtquam aliquem pronuntiauerit hęreticum eſſe, ille morti tradetur, hoc etiam alias multipliciter procurando. Ad hoo etiam accedit 24. q. 8. legi. & q. 5. ſi audieris. Illi tamen clerici, qui portauerunt ligna cauſa indulgentiarum ad hæreticos comburendos, irregulares ſunt, nec cum eis diſpẽ
10 ſatur, niſi per Papam. Decimaſexta regula. † Dans operam rei illicitæ, vt puta ędificando eccleſiam, vel domum, adhibita omni diligentia quàm potuit habere, ſi occidit aliquem caſualiter, non efficitur irregularis. Si tamen dat operam rei illicitæ, nec adhibuit omnem diligentiam, quàm debuit, ſit irregularis, vt de homi. lator & c. ex literis, & c. ſicut dignum. & c. presbyterũ, & c. ad audientiam. Hinc eſt, quòd medico operanti ſecundum regulas artis ſuæ non computatur ei, ſi quis ſub eo moritur: ſed ſi negligentiam commiſit, conſulitur ſibi vt non promoueatur ad ordines. de quali. ordi. ad aures. Sed quid de illo medico, qui vertit infirmum ad aliud latus vt citius moriatur? Reſpondeo, quòd irregularis eſt tam ipſe, qui fecit, quàm ipſe qui conſuluit, ſi ex hoc mors fuerit ſubſecuta, quia fortè via anhelitus præcluditur, vel apoſtema rumpitur ex violentia motus, vel ſuffocatur. Si autem non citius moritur ex hac cauſa non fit irregu
11 laris, ſed pœnitere debet de facto. Decimaſeptima regula. † Non ſolum eſt irregularis quis, ſi ex eius percuſſione eſt mortuus aliquis, ſed etiam ſi ex hac percuſſione infirmitatem contraxit vnde mortuus eſt, vt de homi. presbyterum & c. ad audientiam. & 50 di. ſtudeat. Decimaoctaua regula. Defendens ſe in caſu euitabili, & occidens aliquem, irregularis eſt. 50. diſt. ſi quis viduam. & talis ad ſuperiora non aſcendat, & in ſuſceptis non facilè diſpenſatur. Sed ſi neceſſitas fuit ineuitabilis, datur conſilium ei, vt non miniſtret. 50. diſt. de his clericis, non tamen propter hoc deponitur, immo in ſuo ordine adminiſtrans toleratur de iure communi abſque diſpenſatione, ſecundum Lau. 50. diſtin. quia tua ſi loquitur. de homi. c. 2. prout proſequitur ibi Hoſt. & quidam dicunt epiſcopum poſſe in tali caſu diſpenſare, licet hoc non poſſit, ſecundum Ioan. de Deo, qui dicit ſolum Papam hoc poſſe. hodie dicitur ſimpliciter irregularitatem nullam incurre re ille, qui perſonam ſuam defendendo in caſu ineuitabili occi-
12 dit, de homi. ſi furioſus. in cle. Decimanona regula. † Infans furioſus committens homicidium, non eſt irregularis, vt in cle. ſi furioſus. de homi. Idem eſt de dormiente, ſi aliquem occidat, qa tamen non habuit propoſitum occidendi eum.

Vigeſima regula. Potens hominem liberare à morte, & non faciens, irregularis eſt, quia qui poteſt defendere, & nõ defendit, occidit, de homi. ſicut dignum, quod intelligit, ſecundum gl. in c. 4. de ſen. excom. de illo, ad quem ex poteſtate, ex officio vel dignitate ꝑtinet realiter defendere, & non ſimpliciter de quocunque. Vnde dicit ibidem glo. ꝙ ſi ego non habeo ꝙ aliquis vult verbera re clericum ſine auxilio meo, aut conſilio, non credo ꝙ ſim excommunicatus ſi non prohibeo illum, licet aliàs fortè peccem,
13 quia non defendo cum poſſem. Vigeſimaprima regula. † Retrahens à propoſito liberãdi hominem à morte, irregularis eſt, quia quodammodo indirectè homicidium commiſit. 50. diſt. ſi quis viduam. & de pę. diſt. j. periculosè. Vigeſimaſecunda regu. Percutiens animo occidendi latronem, ſi ex aliquorum vulneribus latro obijt, irregularis eſt, vt colligitur de homi. ſignificaſti. j. reſpon. Idem etiam ſi non percuſſit, ſed aliquid operis impẽdit ad mortem eius, puta quia latronem detinuit, vel contra eũ clamauit. aliàs autem ſi clamaſſet contra eum non in mortem eius, ſed quòd caperetur, vel detinuit eum, vel ſe leuem extẽdit, irregularis non eſt de morte eius, vel etiam fit in neglectu: aliàs ſi malitia eius perpetretur homicidium, & idem ſi negligentia eius committatur. 50. diſt. hi qui. & ideo ſi clamat contra latronem, ſiue eum capiat, ſi alias quocunque modo potuit intelligere, & ex clamore ſuo vel alio actu homicidium ſequitur, irregularis eſt, niſi fortè faciat propter periculum corporis ſui, vt ſi videt quòd aliquis eum occidere vult: tunc enim poteſt bene inuocare, & clamare pro auxilio, quia non intendit in aliorum mortem, ſed in ſuam liberationem. Secus ſi hoc faciat propter periculum rerum ſuarum, & ſi fugæ præſidio euadere poteſt. de
14 homi. ſuſcepimus. Vigeſimatertia regu. † Clericus ligans cum ſocio latronem, ſi poſtea timens ne occidatur a latrone, ipſe potius occidit, irregularis eſt, de homi. vbi ſupra. Vigeſimaquarta regula. Si clericus non valens aliter recuperare res ſuas, tenet furem, nec cum rebus fugiat, donec eum exhibeat iudici, vel eius auxilium inuocet ad res ſuas retuperandas, non eſt irregularis, licet poſtea fur a iudice puniatur, dum intentio eius non ſit corrupta intẽdendo ad furis mortem, vel mutilationem &c. Idem dicẽdum eſt, ſi clericus credit, vel tradit ſeculari poteſtati latronem,

Source : BIU Cujas

nem,petens quod eum puniat citra ſanguinis effuſionem,vel petẽs rem ſubtractam ſibi reſtitui, ſi poteſtas in latronem animaduertat. i.puniat eum morte, non propter hoc clericus erit irregularis,ut de homi.delatoris.li.6. nec etiam nocet illi, ſi ad conuincendum latronem tradidit interſignia. & idem ſi ſimpliciter deponit querelam de iniuriantibus ſibi & eccleſiæ ſuæ, quamuis tales vix abſque ſanguinis effuſione valeant coarctari.de homi.tua nos.§.vlt.& c.poſtulaſti.23. q.4. Maximianus.& q.5.c.5.& c.vnum. & c.pęna.& hæc vera ſunt, quando nõ intẽdit ad mortem,nec hoc in animo gerit, ſed proteſtatur publicè quòd citra ſanguinis effuſionem caſtigetur. non eſt ergo irregularis curialiter agens p̃ furem, non criminaliter ad mortẽ vel ſanguinem, licet eum iudex cauſa probabili ſuſpendat ab officio ſuo,vt de homi.poſtulaſti.Ex quo vlterius patet,q̃ nullus notam irregularitatis incurrit, qui per extortores ſiue exactores alicuius curiæ curauit aliquem capi propter delictum tale,propter quod nec mori, nec mutilari poſſet licet iudex inueniens eum alia commiſiſſe,propterea ſuſpendit eum,ſi tamẽ nec ille crediderit,nec cogitauit,illud contingere poſſe.

15 Vigeſimaquinta regula. † Si iudex officialis in ſequitur furem fugientem,& quærit a me, vtrum vderi illum,& ego ſciens, q̃ fur ille ad mortem quæritur, inſtruo eum ſi per meam rñſionem fur inuẽtus eſt,& occiſus,ſum irregularis. Secus ſi nec ſciui, nec ſuſpicatus ſum,q̃ ad mortem,vel pœnam ſanguinis quæritur. Vnde conſulitur in caſu hoc, cum aliquis ſcit aliquem ad mortem quæſitum fugere non poſſe,niſi per alteram de duabus uijs, non dẽt dicere,per hanc non fugit, quia ſic proderet eum per alteram fugientem,ſed aut taceat,aut quærentem curialiter euadat, di-
16 cendo,nunquid ego cuſtos illius ſum?vel alio modo. † Vigeſimaſexta regula.Si clericus,qui egit ad res ſuas recuperandas,ex poſtfacto ratum habet,quod ſuſpenſus latro eſt,& hoc ſibi placet,ſi talis nullum conſenſum habuit in mortem illius,nec qcquam cooperatus eſt,non eſt irregularis ſm Guil. & hoc ſi gaudet q̃ maleficium eſt punitum, non autem perſona, cum ſm ipſum irregularitas ex homicidio ſolo non p̃hatur, niſi culpa vel voluntas præcedat,vel ſcandalũ ſequatur, vt no.50.di.hi.q. & de homi.ex literis.& c. veruntamen. hodie verò iure cautũ eſt q̃ ſi quis abſque mandato meo manus violentas iniecit in clericum meo nomine,ſi hoc ratum habeo, excõicationis canonem incurro,& hoc pp ratihabitionem, quæ retrotrahitur, & mandato comparatur.Si aũt hoc meo nomine non eſſet factum,licet ratum haberem,peccarem,ſed non incurrerem excõicationem,vt dr expreſsè in c.cum quis, de ſen. excom.lib.6. Vt hoc intelligas,pono tibi caſum. Aliquis amicus vel ſeruitor tuus,ſciens aliquem clericum tibi feciſſe iniuriam verbalẽ,vel realem, percuſſit eum quem tu poſtea receptando magis amicum habuiſti, vel gauiſus es, & hoc factum commendaſti, vel laudaſti,tu es excõicatus pp ratihabitionẽ ac ſi mandaſſes. Sed ſi vnus extraneus percuſſit clericum, & tu audiens gratum habes, & gratularis de hoc, licet non es excõicatus,tamen peccas ad minus venialiter,ſm Io.And.in nouella ſ.dicti.c. cum quis. libro.ſexto.

17 † Vigeſimaſeptima regula. Si quis mandat capi unum clericum de tribus ſimul incedentibus, & alios duos non grauari, ſed mandatarius excedit fines mandati, & alios duos capiẽdo, iſte mandans non erit excõicatus, ſm Io.de Deo.lib.3.ſuarum quæſtionum.q.14.& ratio eſt, quia captio p̃ volũtatem eius eſt facta. Petrus tamen de Samprana,alias Sonſana, putat q̃ de dãno tenetur quòd illi paſſi ſunt.de iniur c. fi.23.quæſt. 8.propterea.ex hoc infertur per ſimile de irregularitate,q̃ irregularitas ratione homicidij non p̃hitur ſola uoluntate, niſi homo actu occidatur.de homi.ſicut dignum.§.j.vbi de hoc in glo.ex corde.15.q.j.ſi quis non iratus. Sed nec fit quis irregularis pp ſolũ homicidium,niſi culpa vel voluntas præcedat, vel alias ſequat̃ ſcandalũ,vt notatur.50.di.hi qui prioris.de homi. ex literis.de clerico ægrotan.tua. ex hoc dicto ſoluitur qõ, qua quæritur,an clericus qui volebat interficere hominem,ſed non potuit quia inuenit eum iam mortuum, ſed volens nihilominus ſatisfacere iræ ſuę, amputauit caput mortui, ſit irregularis. Dicendum q̃ licet voluntas occidendi fuit, tamen non eſt irregularis,ſm Arch.15.q.j.ſi quis.Ratio, quia ad hoc q̃ homicidium committatur, requiritur q̃ homo animatus occidatur, de homi. ſicut dignum.32.q.2.Moyſes.vbi abortus fętus inanimati non imputatur ad homicidium,ſicut etiam no.Aluaro.Inno. Ber.de ho-
18 mi.ſi aliquis.† Vigeſimaoctaua regula. Si quis in rixa mortuus eſt, neſcitur tamen quis illum interfecit: licet ſm quoſdam.ſ. Ioan.omnes irregulares ſunt, quo ad promotionem ad ordines propter incertitudinem,vt 23.q.vlt.c.fi.tamen probabilius eſt q̃ in tali caſu quolibet ſuæ cõſcientiæ ſit relinquendus, ſm Guil.in Speculo. & Hoſt. in ſum. de homi. §. qua pęna.Vigeſimanona regula.Si amici mei occidunt aliquem mihi iniuriantem,me inuito,& contra meam prohibitionem,mihi non nocet,vt de homi.Petrus.3.quaſt.3. quia præſulatus. Idem ſi me ignorante,de ſmo.nobis.& cap. de regularibus.Sed ſi turbata conſcientia ſit, puta quia expreſsè conſenſi, nec contradixi,imputabitur.ar.de ſimo.Matthe. Immo etiam dicunt quidã,quòd ſi ſciens contractum de morte habitum non reuelaui,nõ ſum irregularis, quia homicidium non commiſi facto,mandato, conſilio,vel defenſione.50.di.ſi quis viduã. & de homi.Petrus. Alij dicunt contra,ſi credidi,quòd non obſtante mea prohibitione mei intuitu interficeretur. & hoc eſt tenendum. Nam in tali caſu tenebar reuelare illi, contra quem contractum eſt.

19 Trigeſima regula. † Si aliquis vadit ad interficiendum aliquẽ, & tu ei ſcienter conſentias,non tamen eum incitas ad homicidium perpetrandum, nec cum eo ſuper hoc aliqua verba habuiſti,vel ſi habuiſti, ſemper ex animo hoc ei diſſuaſiſti:ſed cũ nollet tibi acquieſcere,timens de ipſo eum aſſocians eo propoſito,vt ſi fortè eum quis inquireret, defendas, & tunc homicidium perpetrat, verè irregularis es, ſecundum Hoſti. ad quod facit de homi.ſicut dignum.§. illi qui. Trigeſimaprima regula. Clericus miniſtrans arma pugnantibus, ſi aliquis interficitur, irregularis eſt,ar.23. quæſtio.prima, niſi bella. capitul.fina.nomine autem armorum, intelliguntur fuſtes, lapides, ligna,&c. Trigeſimaſecunda regula. Iudex eccleſiaſticus poteſt hortari brachium ſeculare contra violentos, & hæreticos, vel paganos,non vt occidat,vel mutilet, ſed vt de terris fidelium expellantur: nec etiam eſt irregularis, ſi aliqui hincinde ſunt occiſi. 23.quæſtion. quinta. de occidendis. & 24. quæſtio.tertia.Maximianus. immo ſecundum Innocen. de homi.petitio, licet aliquis in bello iuſto aliquos percuſſerit, ſi tamen inde nullus eſt mortuus,non fit ex hoc irregularis.Idem ſi quis accedit ad bellum iuſtum cauſa pacificandi, vel ex alia iuſta cauſa, licet ex eius præſentia aliquod robur accreſcit ſuis, vel timor incutiatur aduerſarijs, non eſt ſibi imputandum, dummodo dolus, &
20 etiam lata negligentia abſit omnino, ſecundum Guil. † Trigeſimatertia regula. Clericus, qui intereſt iuſto, vel iniuſto bello in armis vel ſine armis,ſi aliqui ſunt hincinde interfecti, irregularis eſt,licet ipſe non occidat.50.diſtinct. ſi quis.13. quæſtio.7. porrò.23.quæſtio.vlti.quicunque. j. quæſtion. prima. cap fina. Trigeſimaquarta regula. Clericus defendens ſe, vel ſuos,licet tunc ex defendentibus aliquis interfectus eſt ex aliqua parte, non eſt irregularis,vt illi qui nõ interfecerunt, nec interfectores adiuuabant,non ſunt irregulares, licet voluntatem occidẽdi habuiſſent, quia lex promotionis factum requirit.15. quæſt. j.ſi quis non iratus.

Trigeſimaquinta regula. Clericus in bello iuſto,quòd non ad occidendum,ſed ad defendendum geritur, miniſtrans ſagittam baliſtario ſuo ad ſui defenſionem, ſi ille baliſtarius aliquem interfecerit,ſed ille clericus non intẽdebat, quòd ipſe aliquem interficeret,ſed quòd illos detinuiſſet,& ſua defendiſſet aut recuperaſſet,non eſt irregularis, ſecundum Guil. Idem dicit de illo,q̃ in bello iuſto præpoſitus fuit exercitui,& ſumptus facit,& cuncta diſponit,ſi fortè eum contingat lanceas, vel ſagittas emere & miniſtrare,& ad exercitum,vel ad cuſtodiam caſtri mittere, vel ſi hortatur ad currendum poſt hoſtes, vt eis præda hominum, uel animalium auferatur, & tunc fortè aliquis interficeretur. dummodo ſolum intendit ad recuperationem prædæ, non ad vindictam: talis enim cauſa remota non nocet.

21 Trigeſimaſexta regula. Qui mulieri facit ne concipere, vel generare,vel poſt cõceptum parere poſſit, & qui prægnãtem mulierem percutit,ita quòd facit abortiuum,ſit fętus iam fuit viuificatus,irregularis eſt.Sed ſi nõdum fuit viuificatus,ſolum mortaliter peccat.de homi. ſi aliqui. 2. quæſt.quinta. conſueuit. uel ſi probabiliter dubitat,vel credit an ſit mortuus, vel viuus fœtus ex illa percuſſione,vel vtrum conceptus fuit animatus, vel non, in tali dubio debet a promotione,& a miniſterio abſtinere,nec periculo ſe committere.Si uerò leuem,uel te merariam habet opi.deponat eam, ſi poteſt. & ſic poterit promoueri, & adminiſtrare, alias non, ar. de ſenten. excom. inquiſitio. & de mo.per tuas.ij.

Trigeſimaſeptima regula. Licet clericus aliquem occidens pro defenſione rerum ſuarum irregularis eſt,de homi. ſuſcepimus.ubi dicitur, poſt tunicam relinquendum eſt pallium, & melius eſt rerum iacturam pati,quàm pro ſeruandis vilibus rebus, ac tranſitorijs acriter in alios exardeſcere. clericus tamen perſonam propriam defendendo, neceſſitate inculpatæ tutelæ percutiens aliquem, ſi inde mors ſequitur, non imputatur ei, ut not.de homi.ſignificaſti.2.& 3.& cap. interfeciſti. unde dicit Arc.23. quæſt.tertia.capitul primo.

22 † Quòd clericus etiam interficere poteſt, vt non interficiatur. ar. de fur.capitulo tertio. dum tamen hoc faciat pro perſona propria.hodie expreſsè in clemen. ſi furioſus, de homi.& dico perſonam propriam, nam ſecus eſt, ſecundum Ioan An. in nouella ſuper clem.ſi furioſus,de homi. ſi non valens euitare mutilationẽ,licet mortẽ poſſit euitare,mutilauit uel occidit aliquẽ ſuaſorẽ,& idẽ ſi aliter nõ ualẽs ſalnare res ſuas, eũ occi-

Source : BIU Cujas

derit,qui deportare volebat,ſecus etiam ſecundum gloſſ. dictæ clem.ſuper verbo,ſuo,de illo,qui occidit illū qui occidere vole bat patrem,filium,coniugem,vel perſonam coniunctam, quā aliter iuuare non potuit.Quod putat Io.An. quaſi caſus ille nō includatur ſub neceſſitate ineuitabili. Intelligitur autem neceſ ſitas ineuitabilis,ſecundum Io.An.ibidem,ſuper verſi. non va-lens,vt quia inangulatus erat,vel ſic arctatus, ꝙ fugere non po terat,nec clamore iuuari. Intelligitur autem cū moderamine inculpatæ tutelæ,ſi fiat ex incontinenti, non ex interuallo; & cauſa defenſionis,non vltionis,& ſi æqualiter ſe defendat, ſicut infeſtatur,vt ſi gladio percutitur, & ipſe gladio percutit; vel ſi ligneo baculo,& ipſe econuerſo baculo ligneo, aut ferreo ba culo percutitur, & ipſe econuerſo, ne amplius percutiatur ad mortem. Si autem percutiatur paruo ligneo baculo a quo nō timeatur mors,vel depilatur,vel per teſtam trahitur, & ipſe re-percutiens ferro occidit ſuum inuaſorem, irregularis eſt, quia non eſt moderamē inculpatæ tutelæ:debuit.n.ſe moderatè tue ri,& non exceſſiuè vltra violētiam ſibi illatam, aut ſi percuſſus eſt ſemel,& ſic dimiſſus eſt,nec vlterius ſe credit percuti,ſi incō tinenti repercutit,& occidit,irregularis eſt.Nam non debet oc-cidere inuaſorem,ex quo ab eo nō credebat ſe occidi vnde exceſſit in moderatione,quia pro puna ercuſſione non lerali occidit.Hæc omnia colliguntur in glo.c.ſignificaſti.ij de homici.

23 †Trigeſimaoctaua regula. Prælatus ſpiritualis habens iuriſdi-ctionem temporalem in ſuo dominio,ſi fur vel latro deprehē ſus in furto,vel maleficijs adducitur ad præſentiam eius, & petitur puniri iuxta condignum ſui exceſſus, non debet ipſe perſonaliter de hoc cognoſcere,iudicare, aut ſentētiare, ſed debet hoc committere ſuo procuratori dicendo iſta verba, fiat iuſtitia,generaliter,non deſcendendo ſpecialiter, qua morte fit moriturus.ne cler.vel mona.c.vlt.li.6.Nec per hoc etiam eſt irregularis,ſi ſequatur ſanguinis pœna, vnde poteſt fieri ſpecialis cōmiſſio ſuper tali caſu,ſed non expreſſa pœna, ſecundum Goff. Idem tenet Nouellator in d.cap.ultim.lib. 6. Dicit tamen Nouellator in nouella ibidem,quòd ſi epiſcopus, vel prælatus mādat notario ſuo,vt in tali caſu ſcribat commiſſionem procuratori epiſcopi,vt ſuper his faciat iuſtitiam, talis notarius eſt irregularis,quod probat ex eo,quia talis non habet facere quicquā ex officio ſuæ iuriſdictionis,quod requirit illa decretalis. Sit ergo cps cautus,vt nō iniiciat laqueum clerico, vnde committat iſtam iuriſdictionem laicō per ſeipſum immediatè, & per aliū laicum,non aūt per clericum:& ſcias ꝙ hoc non ſolum veritatem habet in prælato habente iuriſdictionem temporalē rōne beneficij,ſed ēt rōne patrimonii,ſm Nouellatorem ibidem, & quod plus eſt,debet idem,quod ex quo clerici tales cauſas ſine metu irregularitatis poſſunt aliis delegare, ſatis videtur ꝙ ſi laicus talem iuriſdōnem habens,ſed probabilem,cauſas ſanguinis terminat,poterit hoc non obſtante ordinari, quia nō fit irregularis ea rōne.caueat ergo prælatus,cum interrogatus fuerit à iudice,ne reſpondeat,malum eſt ſi ille malefactor remāſerit im-

24 punitus,nā tunc eſſet irregularis,vt de exceſ ꝑla.ex lris.† Trige-ſimanona regula.Si iudex habens latronem captum, quærit de aliquo perito,quid debeat fieri de tali,& ille reſpondet,talē eſſe morte puniendum,vel ſimile:iudex aūt ſecutus eius cōſilium, latronem punit ad mortē,irregularis eſt conſulēs, quia fuit in culpa in caſu,qui de facto nō erat reſpondēdus,vt de exceſſ.ꝑla. ex literis.ſi tñ non eſt caſus de facto, ſed iudex quærit ſimpliciter qualiter tales ſint puniēdi,& clericus rñdet, ꝙ ad mortē vel ad ſanguinem,ſi rñdens reſpondet ꝙ ad mortem vel ad ſangui nē,ſi rñdens rñdet ſm veram iuris ſnīam,vt expertus iuris conſultus,non eſt irregularis,& maximè ſi extra iudicium, vt dicit gl in d c.ex literis.Si aūt errans in iure dixit, cū tñ aliter iura diſponant,irregularis eſt,vt colligitur per Guil.in Specu. tit. 2.§. iuxta propoſitionis.Si autem, qui non reputatur Iuriſcōſultus, interrogatus reſpondet non vt Iuriſcōſultus,ſed ſimpliciter dicit quid de talibus ſentiat,nec præſumit quòd iudex eius ſequatur reſponſionem,non eſt irregularis, ex quo nō reſpondet ad caſum,qui fit de facto.Nam ſi conſuleret ad caſum de facto, irregularis eſſet,ſecundum Ray.

25 Quadrageſima regula. † Suſpenſus ab officio,celebrando fit irregularis, vt 11. q. 3.ſi quis damnatus,& c.ſi ēps in concilio,& licet illi canones loquant de excommunicato ſciēter,& in contēptum clauiū celebrante:hodie tñ idem irregularis eſt in ſuſpēſione à diuinis, vt de re iudi.c.cum æterni,de ſen.ex.cū medicinalis,lib.6.& in hoc caſu ſolus Papa diſpenſat,vt notauit Guil.in Specul.tit.2.§. nūc de eporum,ver.eſt inquam. Suſpēſus autem a beneficio tantū, non fit celebrando irregularis,quia hoc nullo iure cauetur,ſm Innoc. de elec.cum in cunctis.§.clerici,& c.ſtatuimus,de cōceſ. præb.quia diuerſitatem. Minori quoque excōmunicatione ꝑp participationem excommunicati in locutione vel ſimilibus ligatus,licet celebrando grauiter peccet, non tñ efficit irregularis,quia hoc nullo iure cauet,ſm Inno.imò ſi medio tpe poſtq communicat excommunicato,celebrauerit,bene poteſt pēnitētia pacta ſine Papæ diſpēſatione celebrare,vt de cler. exc. mi-niſt.c.ſi.xj.q.3.ſi quis presbyter.Inn.tamen & Hoſt.dicūt, quòd tales nō propter ſuſpenſionem a iure celebrare prohibentur, cum non ſint ſuſpenſi a iure, nec ſuſpendendi, ſed ſolum propter peccatum prohibentur cum fuerint ſuſpenſi quo ad Deū a ſacramentis & a promotione. ſi enim a iure ſuſpenſi eſſent, celebrando fierent irregulares per c. cum æterni. de re iudica. lib.6.& de ſenten. excom. cum medicinalis.eod.lib.6.Ex quib. omnibus,ſecundum Abb in dictionibus ſuis, & c. ſi celebret, &c.de cleri.excom.miniſt.quòd celebrans in mortali peccato, non incurrit irregularitatem poſt pēnitentiam & reconciliationem obtentam ſuper peccato mortali, vel excommunicatione minori,ex quibus celebrans poterit ſine aliqua diſpenſatione ſuperioris celebrare.Nec obſtant noua iura.ſ.c cum æterni.de re iudi.& c.cum medicinalis.de ſen.excommuni.li.6.quę loquūtur de illis,qui ſunt ingreſſu eccleſiæ priuati, & à diuinis ſuſpenſi,quod non eſt in iſtis,cum iſti nec ingreſſu eccleſiæ ſint priuati,nec etiam a collatione ſacramentorum,ſed ſolum a pceptione ſunt ſuſpenſi.

26 Quadrageſima prima regula. † Notorius fornicator a iure ſuſpenſus celebrans non fit irregularis, ſecundum Guil. in Specu. in titu. 2.§.iuxta propoſitionis. Nec obſtat,quod quidā dicūt, quod quodlibet peccatum notorium,facit hominem irregularem, vt de tēpori.ordinan.c.ꝙſitū. hoc enim verū eſt,ſi ibi non intelligit irregularitas, quæ requirit Papæ diſpenſationem. vnde dicit Abb. vbi ſ. quòd in illa irregularitate quam quis incurrit ex notoria fornicatione,ſi in tali celebrat, poteſt epiſcopus diſpenſare poſt pēnitentiam,per c.ac ſi.de lit.conteſta. & ita hodie ſeruatur. Et quamuis quidam nimis rigidi,vt Hoſt.& Inn.dicant contrarium,tamen non ſunt audiendi: quia qui nimis emungit,elicit ſanguinem. 4. diſt.denique. nec aduertas rationem illam, quam dicunt. Omnis ſuſpenſus ab officio per canonem,celebrando fit irregularis,vt dicitur in c.cum clerici. de re iudica.& c.cum medicinalis.de ſent.excommunicatio.lib. 6. ſed talis eſt fornicator notorius,ut patet in c.quæſitum. de cohabi.cleri.& mu.& 33. diſtinct. propter hoc. ergo efficitur irregularis celebrando. Ad hoc reſponde audacter,ſecundum Franc. de Zaba.

27 in c.veſtra.& c.quæſitum.de coha cleri.† Quòd ſuſpenſus a canone celebrans, tunc ſolum incurrit irregularitatem, quando per modum ſententię ſit a canone ſuſpenſus,ut in d.c. cū æterni.lib.6.Sic autem non eſt in fornicatore notorio & ſimoniaco,quia non per modum ſententiæ,ſed enū ciatiuè dicitur a canone,quòd ſint ſuſpenſi,ut patet in c.quæſitum.de cohabi.cleri.ergo celebrando non fiunt irregulares de ſen. excommuni. lib.6. Tene ergo, ſecundum Franc.Quod ſi in canone pęnam imponente dicitur quòd talis ſit ſuſpenſus ab officio, uel dicit, ſuſpendimus talem ab officio,ſi hoc fecerit, tunc taliter ſuſpenſus celebrans fit irregularis,ut in d.c.cum æterni. Sed ſi dicitur a canone pœnam approbante vel enunciante,ſeu recitante aliquem eſſe ſuſpenſum, ſicut dicitur de fornicatore notorio in c.quęſitum.ubi tamen recitat notorium fornicatorem eſſe ſuſpenſum,talis celebrando non fit irregularis. Pro iſto dicto eſt famoſiſſimus ille Doctor Guido de Bayſio,Archidiaconus nūcupatus.32.diſt.ad hæc verò ubi ipſe no. in fi. gloſſ.quæ incipit, iſtud intelligit,quod notorius fornicator non eſt principaliter ſuſpenſus a canone,ſed a Deo, quod patet ex eo, quia quàm cito pęnitet,licitè celebrat.de cohabi. cleri. c.vlt. licet in odium criminis per canones aliquid ſit additum,quoad vitationē eorum,ut ſ.non audiantur ab eis diuina, vt in c.veſtra. & in c.tua. de cohabita.cleri.32. diſt.nulla. & ca.præter hæc. & hoc ſecundum Inno.licet Hoſt.notauerit contrarium in Speculo, titu.2. §.iuxta ꝓpoſitionis.& §.nunc de epiſcoporum. uerſ.26. & hāc viam tanquam mitiorem puto complectendam.

28 Quadrageſima ſecunda regula. † Suſpenſus a canone non ꝓpter crimen, ſed propter aliquem defectum,vtputa illegitimè nati, & corpore vitiati,non incurrunt nouam irregularitatem, ſi ante obtentā diſpenſationem celebrent,ſecundum Guil.in Specu.tit.2.§.iuxta propoſitionis.uer.porrò.& idem not.per Archi.56. diſt.apoſtolica.in prin.& hoc ſeruat curia: quia quando diſpenſat cum talibus,ſimpliciter diſpenſat ſuper defectu,nulla facta mentione de irregularitate,quia nullam incurrunt.56.diſtinct.apoſtolica.& c.Cenomanenſem.de filijs presbyter. veniens. Ioan.dicit, intelligendum eſſe Speculatorem de illis, qui propter infamiam ſuſpenſi ſunt a canone, ſicut ſunt illi, quorum crimina ſunt notoria,& qui etiam poſt peractam pęnitentiam celebrare propter ſclandalum, & infamiam prohibentur, ut in c.fina. de cohabi.cleri.& mu.& de ho.ex literis.c.fin.& tamen ante diſpenſationem celebrando,nouam irregularitatem non incurrunt,quia hoc non inuenitur iure cautum, ſecundum Guil.in

29 Specu.vbi ſupra,& Archi.56.diſt.apoſtolica.&c.† Quadrageſimatertia regula. Suſpenſus a confeſſionibus audiendis, celebrans ante reconciliationem non efficitur irregularis, ſecundum Guil. quia hoc non inuenitur iure cautum. xj. quæſt.3.§. euidenter.De hac ſuſpenſione habetur 26.quæſt.j. & v.quæſt.6.

per.

Source : BIU Cujas

per totum. Quadrageſimaquarta regula. Recipiens beneficiū in irregularitate,impetrata abſolutione ſuper irregularitate,nō indiget alia diſpenſatione ſuper beneficio obtento, ſecundum Ray.& Guil.in Spec.Caueat tamē quilibet, ne in peccato mortali,vel ſuſpenſione beneficium recipiat. vnde ſecurius eſt, vt talis confiteatur ante receptionem,ne collatio fit vitioſa,ſecūdum Guil.in cap.ſi celebret.de cleric.excommuni. mini. Licet hoc ſit perdurum,eſt tamen verum propter rationem ibi poſitam,quia ſcilicet eligi non poteſt in peccato mortali ad illa, à quorum perceptione a ſanctis patribus eſt priuatus. Veruntamen Abb.ibi moderatur hoc dicens, ꝙ ſi cui exiſtēti in occulto collatum ſit,ſed ipſe recipit illud poſt peractam pœnitentiā, poterit retinere. allegat de tempo.ordi.quæſitum.de ſententia excommu.cap.vlt.Sed propter peccatum enorme,vt puta propter homicidium,ipſo iure perdit beneficiū,vt not.per Archid. 50.diſti.ſtudeat.quæ incipit,in gloſſ.hic diſpenſat. vbi dicit glo. quia de iure debet eo carere. quod exponit Archid.per ſententiam,non ipſo iure. † Nam homicidium non inducit ipſo iure priuationem beneficii,ſecundum Bernar.Compoſt. qui ita notauit de electione.quod ſicut.in glo.j.§.ſi verò.verſi.alia autem. Et idem ſentit Innoc.dicens,quòd in homicidiis irregularibus cadere poteſt ius cuiuſlibet dignitatis, quia etiam iuſtè habent eam,ſi cum eis fuerit diſpenſatum. Et etiam ſine diſpenſatione iuſtè tenent prædicti dignitates ſuas quouſque renuncient, vel deponant,ſecundum Innoc.qui ita notauit de exceſſibus prælatorum,capitu.cum in princip. Contra tamē iſtud dictum faciunt multa iura,vt de clerico pugnante in duello,capitu.Henricus.in fin.Item 55.diſtin.ſi Euangeliſta. verſicu. in loco. cum diſpenſatio requiratur,vt homicida beneficium recipiat, videtur ſecus de iure communi.Item cum homicida miniſtrare nō poteſt etiam poſt pœnitentiam ſine diſpenſatione.de tempo. ordi.quia ſuſpenſus eſt a beneficio,quod datur propter officiū. & ſic etiam accedit 81.diſt.eos.& notatur de conſuetu. cum dilectus,in gl.ſuſpenſus.n.Tu dic breuiter ꝙ hic nulla eſt contrarietas.Nam Bernar. & Inno. intelligunt quòd homicida iuſtè tenetur & recipit beneficium quouſque deponitur per ſententiam.Iura autem in contrarium inducta dicunt, ꝙ debet carere & priuari beneficio de iure, quia de iuris rigore eſt inhabilis ad illud.Non tamen hoc negat,quin hoc fiat per ſentētiam, & ſic idem ſentiunt.

Quadrageſima quinta regula. † Presbyter excōmunicatus,vel ſuſpenſus ſimpliciter ab ordinib. ſuis, adminiſtrans in ordine Acolythatus, efficitur irregularis,ſecundum Guil.Secus ſi tantum a miſſarū celebratione fuerit ſuſpenſus.

Quadrageſimaſexta regula. Clericus in minoribus conſtitutus excommunicatus miniſtrans ſacerdoti ad altare portando aquam,lumen,& alia ſimilia non eſt irregularis ſecundū Guil. Idem putat de presbytero,diacono & ſubdiacono.Ratio, quia iſta nulli ordini ſūt annexa, cū & plaicos literatos expediant.

Quadrageſimaſeptima regula.Epiſcopus ſuſpenſus a pontificalibus,celebrando in eis,non fit irregularis,quia pontificalia non ſunt de ſubſtantia,ſecundum Guil.

Quadrageſimaoctaua regula,ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ, ſi in ea celebrat,irregularis eſt; & ſi in tali ſuſpenſione decedit, non ſepelitur in cęmiterio, vt de ſententia excommunicationis.is cui.lib.6.Notat tamen Nouellator in nouella, ꝙ poteſt in eccleſia audire diuina ſine metu irregularitatis, ſed nō ſine peccato,licet Hugo.& Ray.aliud notauerint,quorum opinio refutatur per modernos.

Quadrageſimanona regula. Excommunicatus vel ſuſpenſus baptizans ſolēniter in ſuperpellicio & ſtola publicè,irregularis efficitur,ſecundum Guil Secus ſi aliter.ſ.ſimpliciter baptizat,& maximè in neceſſitate.

Quinquageſima regula. Quicunque non poteſt promoueri ad ordines ſine diſpenſatione,nec etiam ad honores, & quicunque eſt ineligibilis,irregularis eſt,ſecundum Guil.Idem intellige de omnibus caſibus,qui impediunt promouendos, vel deiiciunt iam promotos,vel qui pœnam depoſitionis merentur.Vnde regulare eſt ꝙ quicunque poſt peractam pœnitentiam non habent ordinis executionem,irregulares ſint,ſicut homicidæ 50.diſt.§. j.extra de ſimo.tanta.Item excommunicatus,interdictus,ſuſpēſus,in contemptum clauium ſe faciens ordinare,de ſen.excom. cū illorū.Item ſi etiam præſumit celebrare.11.q.3.ſi quis.de vi. & ho.cle.vt clericorum.§.ſi quis igitur. Item violās interdictū de exc.pla.tāta. † Itē faſſiarius literarū Papæ. de cri. fal. ad falſariorum.§.j.talis tñ,ſm Inn.ſi occultus eſt, poſt abſolutionē, & pœnitentiam pōt ordinari, qa nullo iure cauetur ꝙ ſit infamis ipſo iure.Itē hæreticus.de purg.can.inter ſollicitudines, vel exhibentes hæreticis ſacramēta,de hære.excō.§.ſi verò. Itē ſodomita.de exc.præla.clerici.Itē presbyter denudans confeſſionē, de pœn.& re.omnes.c.fi.Item incorrigibilis in cōtumacia perſeuerans.de do.& contuma. veritas. §.fin. Item notorium crimen de iure vel facto.de tempo.ord.c.fi. Itē vtens officio aſſaſſinorum,vel defendens,receptās,occultans eos, licèt mors nō ſequatur inde.de ho.ꝑ humani.li 6. Item apoſtota.de apoſta.c. fin.Item ſchiſmaticus. de ſciſma.ca.j. Item intruſus uoluntariè per poteſtatem ſecularem.7.q.j factus. de ele. quis. Item omne crimen,ꝙ ipſo facto inducit infamiam ciuilem.2.q.7.§. porrò. Item infamia deſcendens ex delicto per ſententiam declarato, quia pœna poteſt demi,culpa permanente.2.q.3.§.hic colligit. Infamis.n.eſt irregularis,ſiue infamia ſit iuris,ſiue facti, vt de accuſationib.omnipotens.de teſtib.teſtimonium.

34 † Quinquageſimaprima regula. Excommunicatus maiori excommunicatione ſiue ab homine ſiue a iure, ſcienter durā. excom.celebrans,ſemper fit irregularis, & eſt deponendus. de cle.ex.mi.latrones.Secus ſi ignoranter,vt eo. tit.c. Apoſtolicæ. Si autem dubitaret probabiliter de ſen.excom.præſertim, quādo conſcius eſt de culpa ſua,propter quā iuſtè potuit excommunicari,neſcius tamen exponit ſe diſcrimini, & celebrat cū ſit excōmunicatus,irregularis eſt, & indiget diſpenſatione Papę,ſecundum Guil.vt in d.cap.Apoſtolicæ.Craſſa autem ignorātia in talib.iudicatur, vt ſi citatus peremptoriè, nec iuit, nec miſit ad terminum, & ſic celebrat, licèt nihil de excommunicatione ſciat.

35 **Circa præmiſſa** ſciendū, † ꝙ ſuſpenſus a iudice, ſiue ad certā diē,ſiue ꝑpetuo,ſine quouſq; pęniteat,ſemꝑ ſi celebrat,eſt irregularis,qa talis nō deberet celebrare ſine prius ſnīaliter abſoluatur, ſicut ſententia ſuſpenditur. In vltimo tamen caſu quidam contradicunt, vt ſecunda quæſtione 5.presbyteris.vbi dicitur quòd talis ad arbitrium ſuſpendentis facere debet; & ſi ante abſolutionem celebrat, irregularis eſt, & idem de re iudica. dilectus. de exceſſi. præla.apoſtolicæ.Suſpenſi verò à Deo,vt ſunt omnes peccatores celebrantes in peccatis,non fiunt irregulares,licet peccent, niſi celebrent in criminalibus,vt homicidio,in ſimonia.& ſimilibus,& in quibus etiam acta pęnitentia executio interdicitur,
36 vt ſupra dictum eſt. † Suſpenſi autem ab officio à canone propter crimen,ſi celebrant,irregulares ſunt.Et hoc intellige,ſi ſuſpenduntur a canone pęnam imponente, non autem approbante,vt in c.cum ęterni.de re iudica.lib.6.quia etiam in minori excommunicatione exiſtens ſuſpenſi ſunt a canone non imponente pœnam,ſed approbante, & quam citò pęnitent, poſſunt celebrare,de ſenten.excom.nuper.vnde potius dicitur ſuſpenſio Dei quam canonis,ſecundum Guil.Et nota,ſecundum Ioan.And.in cle.1.de decimis.in glo.ſuper verbo, donec. quod cum aliquis ſuſpenditur donec ſatisfecerit, ſufficit iudicis declaratio ſuper ſatisfactione ſine alia abſolutione.In excommunicatis verò eſt neceſſaria abſolutio poſt ſatisfactionem. Concordat ad hoc glo.Ioan.And.in cap.ſępe quia de elec. lib. 6. ſuper verſi.donec plenè.vbi dicitur, ꝙ illi qui occupant bona eccleſiarum vacantium & ea diſtrahunt,tandiu ſunt a beneficiis, & officiis ſuſpenſi,donec ea plenè reſtituerint; ipſis autem reſtituentibus ipſo iure ſine alia ſententia reſtituti erūt, vt notauit Ioan.And.81.diſtinct.ſi qui.Præterea ſciendum eſt, ꝙ ſecūdum glo.26.diſtin.deinde.infamia & irregularitas cōtracta ante baptiſmum tollitur poſt baptiſmum, & hoc ſi prouenit ex proprio delicto,quia dona baptiſmi ſunt ſine omni pœnitentia & ſatisfactione,vt de conſecratione diſt. 4.in fine. Si enim peccatum non deletur,quantum ad infamiam: adhuc poſt baptiſmum obeſſet,quod negat Ambroſius 26.diſt.j.vnde ſi aliqs occidit mille homines ante baptiſmum,omnis infamia,& irregularitas tollitur, vt 51.diſt. ſi quis poſt acceptum. vt patet de Paulo,qui ante baptiſmum fuit homicida, & tamen poſtea factus eſt Apoſtolus,vt 50 diſt. §. econtra. Huic tamen dicto aduerſantur Doctores.nam Archidiaconus in dicto c. deinde. di-
37 cit, † ꝙ bene infamia,ex quo non deſcendit niſi ex peccato,delet in baptiſmo,ſicut & peccatū:ſed non irregularitas,quæ non fundatur ſuper peccato.vnde ita irregularis eſt,qui occidit cum peccato,ſicut qui occidit ſine peccato, vt iudex.ne clerici, vel monachi.cap.ſententiam.& bigami & corpore vitiati. & ita ipſe Innocen.notauit de homic.presbyterum,quod homicidium ante baptiſmum,ſiue ex officio, ſiue ex voluntate fecerit homicidium,non eſt poſt baptiſmum irregularis, quia omnis ſequela peccati delera eſt.Sed Goffre.de conuer.infide.c.1.notauit,ꝙ peccatum & ſequela peccati bene delentur in baptiſmo, ſed non defectus,ſiue impedimentum.Prima via communiter approbatur.Specu.tamen in ti.de diſpenſationib.§.3. verſi.is autē. videtur declinare &c.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas,ſeu collegium,nec debet,nec poteſt excommunicari.*
2 *Excommunicatio non eſt infligenda,niſi monitione præmiſſa.*
3 *Epiſcopus, in quibus caſibus diſpenſare poſsit ſuper irregularitate & alijs defectibus.*
4 *Epiſcopus diſpenſare poteſt in his, in quibus peccatum mortale eſt ſecundū legem diuinam.*
5 *Epiſcopi non habent opus Doctore,quia ipſi aliorum ſunt Doctores.*
6 *Scriptura ſacra ſpumeum ſapientiæ horret ambitum.*

Source : BIU Cujas

Bea. Anto. De Irregularitate.

Cautelæ circa prædicta obſeruandæ.

1 PRima cautela eſt.† Epiſcopus & quilibet iudex nõ poteſt, neque debet excommunicare vniuerſitatem, vel collegium: & hoc ideo ne innocentes puniantur cum nocentibus, vt dicitur in c. Romana de ſenten. excom. lib. 6. Interdici tamen poſſunt innocentes cum nocentibus. de ſpon. non eſt. & hoc ideo, quia ibi non eſt tantum periculum animæ, ſicut in excommunicatione, quæ eſt ęternæ mortis damnatio, per quam quis traditur
2 ſathanæ, vt ſupra dicitur.† Secunda cautela. Caueat iudex, ne ferat ſententiam excommunicationis, niſi præmiſſa monitione. ſi tamen hoc fecerit, licet ſententia ſit iuſta, tamen punitur lator pęna c. ſacro. de ſenten. excom. ſcilicet ſuſpenſione ab ingreſſu eccleſiæ intra menſem. Tertiò caueat, ne ferat ſententiã excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti pro futuris delictis, puta ſi tale quid fecerit, nec pro præſentibus, ſub ea forma, ſi de illis intra talem terminum minimè ſatisfecerit, vt in c. Romana. de ſenten. excom. lib. 6. Vnde ſecundum Io. Andr. in nouella, ſuper d. c. valde ridiculoſum eſſet, ſi diceret prælatus, excommunico Petrum, ſi furtum fecerit, ſi adulterium commiſerit, cum tamen ad talia paratus ſum, vel ſuſpectus: ſi tamẽ mora, cauſa, vel culpa præceſſit, bene poteſt excommunicari ſub illa forma. Exemplum, vt quia de mora condemnatus in actione perſonali non ſoluit intra quatuor menſes, vt debuit, poſtea iudex debet præcipere vt ſoluat intra certum tempus, aliàs ſit excommunicatus. hic enim mora præceſſit. Similiter de culpa, vt quia negligentes fuerunt clerici in diuinis officijs dicendis, poterit iudex dicere, Excommunico omnes qui non intererũt canonicis horis. hic enim culpa præceſſit. Similiter de offenſa, vt in coniugato, qui tenuit concubinam, ſeparetur ab ea ne excommunicetur, ſi vlterius redeat ad ipſam. Alias præter iſtos caſus iudex non debet ferre ſentẽtiam excommunicationis ſub certo termino, &c. vnde malè faceret, ſi ſtatim poſt condemnationem factam in perſona iudex præciperet intra certum tempus ferendam ſententiam excommunicationis, cum tamen nõ præceſſit mora. Et in hoc ſępiſſimè iudices noſtri temporis exce
3 dunt modum. Ideo hæc dixi pro generali doctrina. † Circa diſpenſationem prædictarum cenſurarum eſt ſciendum quòd licèt ſecundum quoſdam Doctores epiſcopus non poteſt diſpẽſare ſuper irregularitate & alijs defectibus, niſi vbi expreſsè ſibi a iure permittitur, ſecundum Guil. Nazonem, Goff. Io. de Deo & Inno. (alias ſecundum iſtos epiſcopus diſpenſans in caſibus ſibi à canone expreſsè non permiſſis, videtur impugnare canones, vel eos tollere) tu tamen dicas q̃ vbicunque expreſsè a canonibus poteſtas diſpenſandi non prohibetur epiſcopis, epiſcopi poſſunt diſpenſare. Et hoc dictum per Doctores communius approbatur. Ita dicunt Ioan. Lauren. Hug. Tanc. Bern. & Guil. in Spe. titu. de diſpen. §. nunc de epiſcoporum. & ille famoſiſſimus Doctor Do. Archid. 50. diſt. de præmiſſis. vbi latè proſequitur iſtam materiam, improbando opinionem contrariam: qui etiã
4 dicit, Dominum ſuum Hoſt. dixiſſe,† quòd in his, in quibus peccatum mortale eſt, ſecundum legem diuinam, ſicut in furto, rapina, vt 14. q. 5. pęnale. diſpenſare non poteſt, nec etiam Papa, vt quidam dicunt, niſi pœnitẽtiam agant, & reſtitutio fiat. de vſu. cum tu. & 14. q. 5. ſi quid. & c. multi. & ea. q. 6. ſi res. In his verò, in quibus peccatum mortale eſt, ſecundum ius poſitiuum, & vbi eſt epiſcopis, vel inferioribus a Papa interdicta diſpenſatio, nullus diſpenſat niſi ſolus Papa, vel is cui ſpecialiter commiſerit. Si verò non eſt interdicta poteſtas diſpenſandi, tunc poteſt. Hæc Archi. Pro iſta ſententia faciunt multa iura, vt de hære. excommunicamus. §. ſanè. de ſenten. excom. nuper. & c. a nobis. & c. cũ illorum. & de ſpon. cum apud 16. q. 1. ſunt nonnulli. ff. ex quib. ca. maio. Inecnon. §. 1. nam & Apoſtolus dicit, Omnia mihi licẽt, 11. q. j. aliud. Ex his patet, quam lata ſit poteſtas epiſcoporũ, quia omnia poſſunt, niſi expreſsè prohibeantur. Sunt autẽ multi caſus in iure expreſſi, in quibus eis conceditur auctoritas diſpenſandi, quos lucidè ſcripſit Guil. in Spec. iuris. de quibus hic
5 ſuperſedere cenſuit ſcribentis ſedulitas, † ſciens quia epiſcopi non egent, vt quis eos doceat, ſed ipſi aliorum ſunt Doctores. j. q. 7. conuenientibus. præſertim cum præſentis opuſculi principalis intentio fuerit ſimplicibus ſimplicia tradere rudimenta, non perfectis ſubtilia, vt cum Apoſtolo lac potum daret, non eſcam paruulis, propter quod etiam ſtilus eiuſdem non in doctis aut perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis. ſed in doctri-
6 na ſpiritus excurrit, eo q̃ iuxta Iſidorum de Sum. bo. li. 3. † Horret ſacra ſcriptura ſpumeum ſapientiæ ambitum. Ignoſcant igitur Doctores ſuę ſtili & materiæ ruditate, quæ nõ ipſis, ſed ſimplicibus dirigitur. Grati ſint ſimplices, quorum profectui præſens opuſculum deſtinatur. Sed & ipſi Reuerendiſſimi Patres & Domini Archiepiſcopi, Epiſcopi, cęteriq̃ prælati, Doctores & magiſtri, ſi qua bene ſcripta in præſenti tractatu inueniant, approbare dignentur gratioſè, quæ verò dubioſa, vndoſa, aut perplexa, declarent, dilucident & interpretentur. Inſuper quæ minus bene poſita fuerint, corrigant & emendent, occupationi potius quam ignorantiæ aſcribẽtes. Teſtis enim Deus eſt, & Angeli eius, me grauibus & arduis non ſolum diuerſis, verum etiam ſibi inuicem aduerſis pro tunc occupatum fuiſſe negotijs, & niſi pia duxiſſet manum ſedulitas, niſi diuinæ gratiæ miſeratio animum laceſſitum confortaſſet, nequaquam naufragioſa imbecillis animi cymba proprijs conatibus ſub anhelo pectore ſalutarem euecta fuiſſet ad portum. Hortor poſttemò, vt quiſquis iſta legeris, mei peccatoris recorderis, exorans Dominum vt non tam pro induſtrioſo labore quam pię mentis deuotione & bonæ voluntatis affectu, quo cunctis Chriſti fidelibus proficere conabar, mercedem perpetuam omnibus fideliter in vinea ſua laborantibus promiſſam largiri dignetur tempore oportuno.

TRACTATVS
SOLENNIS ET QVOTIDIANVS

De irregularitate Beati Antonini Archiepiſcopi Florentini, Decretorum Doctoris conſumatiſſimi.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas, quid ſit.*
2 *Irregularitas, quando contrahatur ex indebita celebratione, vel ordinis executione.*
3 *Officia minorum ordinum licitè ab illis exerceri poſſunt, qui non ſunt in illis ordinati.*
4 *Subdiaconus, quando poſſit epiſtolam cantare, & quo habitu.*
5 *Irregularis, quando efficiatur clericus excommunicatus celebrans.*
Irregularis non efficitur, qui in minoribus conſtitutus exercendo ſuum officium cum ſolennitate, cum excommunicatus eſt.
6 *Irregularis non eſt celebrans, qui quo ad ſe tantum eſt ſuſpenſus.*
7 *Irregularis, quando fiat celebrans, quando eſt ſuſpenſus ab homine quoad ſe, & quoad alios.*
8 *Quid de ſuſpenſo à canone.*
9 *Irregularis, qui eſt ſuſpenſus ob celebrationem, licèt non ſit ſuſpenſus contra irregularitatem, nouam irregularitatem non incurrit.*
10 *Irregularitatem nõ incurrunt illi, quorum crimina ſunt notoria, qui poſt pœnitentiam celebrare prohibẽtur, ſi ante abſolutionẽ celebrant, & nu. ſeq*
12 *Irregularis indiſpenſabilis efficitur, niſi per Papam, qui celebrat ante pœnitentiam.*
13 *Ordinatus ante legitimam ætatem, ab executione ordinis ſuſpendendus eſt.*

Capitulum I.

1  RRegularitas † ſic diffinitur a Speculatore, quòd eſt nota, ſeu impedimentum canonicum ex facto, ſeu defectu proueniens, qua quis prohibetur ad eccleſiaſticos ordines promoueri, &
2 in eiſdẽ miniſtrare. Irregularitas contrahit multis modis & cauſis, † & ad ſciẽdũ qñ q̃s efficit irregularis ex indebita celebratione vel executiõe ordinis, Io. Cal. ponit talẽ inſtinctionẽ Celebrãs aut vtens officio ordinis, aut eſt fęmina, aut eſt maſculus. Et ſi eſt mulier, ſiue laica, ſiue religioſa, non efficitur irregularis: quia cum non ſit capax ordinis clericalis, non cadit in eam irregularitas, per q̃ quis impeditur in ordine, vel ordinis officiũ celebrare. ſumitur hęc ratio ex c. debitum. de biga. & 32. q. 5. hęc imago. Si ergo mulier excõicata vel interdicta vel in loco interdicto vel indebitè tractet officia ſacra, temere agit & puniri debet. de pœ. & re. noua. non tñ eſt irregularis. Si eſt vir, tũc aut eſt furioſus, aut ſanementis; & ſi furioſus propter quamcunque celebrationẽ non efficitur irregularis, nec peccat. Idem de infante. in cle. ſi furioſus. de homi. Si ſanę mentis, tunc aut talis eſt laicus, aut clericus: & ſi laicus eſt & cum ſolenni apparatu alicuius ordinis celebrauit. ſ. exequẽdo actũ alicuius ordinis, ſiue cõuerſus ſit alicuius religionis, ſiue ſecularis, licet hoc ſit rigoroſum, vt̃ q̃ ſit irregularis. de cle. nõ or. mi. c. j. nec cũ tali, vt valeat promouere alius quam Papa poteſt diſpenſare, ſicut & cum ordinato & ſuſpenſo celebrante alius quam Papa non diſpenſat, ergo idem eſt in iſto caſu, non tamen hoc videtur intelligen-
3 dum de ordinibus ſacris & appararu: † nam officia minorum ordinum licitè ſm Tho. in 4. & alios Doc. poſſunt exerci etiã ab illis, qui non ſunt ordinati in ipſis. Si aũt hoc agit ſine ſolẽni apparatu, talis non efficitur irregularis, Si verò eſt clericus, tunc aut celebrat in ordine quem non habet, aut in eo quem habet. & ſi primo modo hoc agens in ordinibus ſacris eſt irregularis.

De ſubdia-

Source : BIU Cujas

4 De ſubdiaconatu † tñ dicit Gui.ꝙ ſi eſt in minoribꝫ.pōt cantare epiſtolã, dummodo ſine ſolennitate. Et addit Inn.ꝙ eſt hoc licitum,qñ deeſt ſubdiaconus,& tunc etiam cantet ſine ornamẽtis ſubdiaconi ſed ſolennis apparatus ſubdiaconi videtur eẽ manipulus. Dicit etiam Pet.de Pa.in 4. ꝙ tunicellam licet etiam nō ſubdiacono portare, quia non eſt ei propria veſtis, ſicut manipulus, quem nullus inferior ſubdiaco.portare debet. hæc Pet. Vnde ſi talis cantet epiſtolam cum tunicella ſine manipulo tamen, & non porrigendo calicem diacono vel ſacerdoti, quod eſt proprium officium eius & principalis actus ordinis talis. & vbi eſt conſuetudo,ꝙ etiam in minoribus cãtet epiſtolam, illo modo nō videtur irregularis. Secus autem,vbi cum manipulo & porrigendo calicem,vel vbi non eſt mos ꝙ cantent, niſi ſubdiaconi. De alijs ordinibus non ſuperioribus non eſt quæſtio, quia ſine dubio incurritur irregularitas. † Si verò clericus celebrat in ordine quem habet,tunc aut eſt excommunicatus maiori, vel celebrans vel officium exercens in loco interdicto ab homine vel à iure,aut eſt ſuſpenſus.Si primo modo,tunc in vtroque caſu efficitur irregularis & indiſpenſabilis,niſi per Papam. de ſen. excom.c.is qui.lib.6. Dicit tamen Guil.ꝙ in minoribus ordinibus conſtitutus miniſtrando, ſeu exercendo officium ſuum, & cum ſolennitate,cum eſt excommunicatus, non efficitur irregularis,quia illa duo ca.ſi quis epiſcopus.j.& 2.& 11.q.3. non loquuntur de eis, & pœnæ ſunt reſtringendæ. Secus de ſubdiacono,ſed ſine ſolẽnitate legendo epiſtolam ſubdiaconus,vel diaconus,vel presbyter excommunicatus,credunt quidam ꝙ non incurrant irregularitatem.Si autem clericus eſt ſuſpenſus ſumẽ
6 do ſtrictè ſuſpenſionem ſcilicet,quo ad ſe, & quoad alios: † nã qui eſt ſuſpenſus quoad ſe tantum,puta propter mortale,quod cunq; vel ꝓp minorem excõicationem,vel ꝓp iniunctionem à confeſſore, talis celebrans nullam irregularitatem incurrit, vt ſupra dictum eſt.Sed ſuſpenſus quoad ſe & alios,aut eſt ſuſpẽſus à canone,aut ab homine.Si ab homine ſeu iudice, tunc aut ignorauit ignorantia probabili, & tunc non efficitur irregularis;aut ignorantia craſſa & ſupina,& tunc eſt irregularis:& multomagis ſi ſciuit ſe eſſe ſuſpenſum, & hoc quomodocunque ſit ſuſpenſus, ſiue ſit ſuſpenſus ſimpliciter,ſiue ad tempus determinatum,vel non determinatum,etiam ſi ratiõe defectus vel infamiæ, puto talem durante ſuſpenſione celebrantem eſſe irregularem,nec poſſe ſecum diſpenſari niſi per Papam.ad hoc, 11. q.3.ſi quis presbyter. 2.quæſt. 5. presbyter.de ſent.excommuni.
7 cum medicinalis. lib. 6. † Si verò eſt ſuſpenſus à canone, tunc aut ratione criminis,aut ratione defectus, aut ratione infamiæ, vel ſcandali.Si primo modo,tunc aut ſimpliciter eſt ſuſpẽſus, & ſic celebrando eſt irregularis. 11.q.3.ſi quis epiſcopus. Aut eſt ſuſpenſus ad tempus determinatum. & ſic interim celebrando eſt irregularis.Aut ad tempus indeterminatum, & tunc aut cũ conditione ꝙ ſatisfaciat,aut cum conditione donec pœniteat. Si cum conditione donec ſatisfaciat,vt 81.diſtinctio.ſi qui ſine. & c.ſeq.de coha.cle.& mu.c.ſicut. & in cle. de deci.in c. 1. cum ſimi.Et tunc licèt quidam contradicant,puta ſi ſic ſuſpenſus ante abſolutionem celebrat,eſt irregularis,quia in hoc factum iudicis eſt neceſſarium, vt habeatur pro abſoluto, vt dixit de ęta. & qualita.ordi.c.cum bonę.& ſi cum factum hominis ſit neceſſarium,ſequitur ꝙ quoad ſuſpenſionem Dei, canon aliquid addit,vt in d.c.de cohabi.cleri.& mulie.Si verò eſt ſuſpenſus cum conditione donec pęniteat,vt extra de elec.c.Oſius, & tunc eſt ęquum tenere ꝙ interim celebrando non efficiatur irregularis,quia talis ſuſpenſio videtur eſſe Dei,ad quam nihil addit canon,nec vt habeatur pro ſublata aliquod factum iudicis eſt neceſſarium,& ideo dicendum eſt de ea,vt de ſuſpenſione Dei tãtum. ‡ Si ſecundo modo ſit ſuſpenſus à canone, ideſt,ratione
8 defectus,tunc aut ratione defectus ordinis,aut ratione alterius defectus. Et ſi ratione defectus ordinis, vt clericus per ſaltum promotus,quantum ad ordinem miſſum,in quo ſi exercet officium antequàm recipiat,eſt irregularis,ſed celebrando in ordine ad quem per ſaltum eſt promotus,quem habet, non eſt irregularis.diſtin.3.ſollicitudo.Si ratione alterius defectus, vt bigamus illegitimus,corpore vitiatus, ordinatus ante ętatem legitimam,vel à non ſuo epiſcopo,hoc caſu concordant omnes, ꝙ celebrando non eſt irregularis, quia hoc non eſt expreſſum in iure:& quia quando curia mandat cum iam ordinatis in ſuprascriptis defectibus diſpenſari,nil dicitur de irregularitate. diſtinctio.57.apoſtolica.& c.Cenomanenſem.Stilus autem curiæ eſt attendendus,de crimi.fal.quam graui.Nec obſtat,quod ordinatio facta ante legitimam ętatem, vel a non ſuo epiſcopo, fuerit cum peccato,quia principalis cauſa, propter quam diximus tales ſuſpenſos, eſt defectus, non pactum. ergo ratione defectus non crimine talis cenſendus eſt ſuſpenſus. † Et hac ratione pu-
9 to,quòd licèt irregularis ex celebratione diuinorum ſit ſuſpenſus a canone propter hanc irregularitatem: ſi tamen aliàs non eſt ſuſpenſus a iure vel ab homine,puta quia abſolutus eſt ab excommunicatione,& ſuſpenſione,ſed non eſt ſecum diſpenſatum ſuper irregularitate,vel non ſuſpenſus contrahit irregularitatem,talis non contrahit nouam irregularitatem, quia hoc non eſt expreſſum in iure. Si tertio modo eſt ſuſpenſus canone,ideſt,ratione ſcandali vel infamię,& tunc celebrando nō eſt irregularis.de cle.peregri.c.1.Sed bene faciunt alij abſtinendo propter infamiam, qui eſt contra illum, vel vt ſcandalum
10 euitet. † Et per hoc ſequitur,ſm Inno. ꝙ illi, quorum crimina ſunt notoria,qui etiam poſt pœnitentiam prohibentur celebrare propter ſcandalum & infamiam,vt de coha.cle.& mu.c.fi. ſi ante abſolutionem celebrant, non incurrunt nouam irregularitatem.Ex allegatione,quam facit,videtur intelligere de notorio fornicatore, quod pium eſt tenere. † Et quod notatur in di-
11 cto c.1.de ſen.excom.lib.6.intelligatur de notorio fornicatore ante pœnitentiam celebrante, ne videatur ſibi ipſi contrarius: tamen de rigore ſola pęnitentia non tollit ſuſpenſionem canonis in notorio fornicatore,vt videtur expreſſum. 50 diſt.peruenit.quia requiritur factum iudicis,vt ſupra dictum eſt de ſuſpẽſo a canone,donec ſatisfaciat.Sed abſolutione facta à ſententia canonis,a qua poteſt hoc caſu epiſcopus abſoluere, quia conditor canonis ſibi non reſeruauit. Si pœnitet remanẽte irregularitate,quam contraxit huiuſmodi fornicator notorius ex celebratione diuinorum,de qua nondum eſt diſpenſatus, ex no-
12 ua celebratione nouam irregulariratem non incurrit. † Dicit enim ipſe Inn. ꝙ talis celebrans antequam pœniteat, efficitur irregularis indiſpenſabilis, niſi per Papam. ſed antequam ſecũ diſpenſetur celebrando etiam pęnitens ideſt,dimiſſa concubina,non contrahit nouam irregularitatem. & fortè talis fuit intentio Inn.hic. Hæc omnia notantur per Anto. de Bu. ſuper c. ſi celebrat.de cle.excom.mi.Sed abbreuiata aliqualiter ſunt, & mutato aliqualiter ordine, additis ſolum in tribus locis, vt pa-
13 tet,dictis breuibus Th. Pet. de Palu.& Guil.† Nota tamen,ꝙ ex præcedentibus videtur ꝙ ordinatus ante legitimam ętatem ſit ipſo iure ſuſpenſus ab executione ordinis ſic recepti.Sed ſolẽnes Doctores tenent contrarium communiter, videlicet Ray. in Summa.Guil.in glo.eius.Archi.in Roſario.diſ.77.Ber.de cle. per ſal.promo.c.1.Anto.de But.extra de tempo. ordi. or.vel nō eſt compos.Pau.de Leaz.& Franc.de Zab.ſuper cle.generalem. Hi omnes dicunt,ꝙ talis non eſt ipſo iure ſuſpenſus, ſed ſuſpendendus,& interdicenda eſt ei executio ordinis recepti ante legitimam ętatem vſque ad ętatem legitimam. & ſi poſtquam fuerit interdicta executio a iudice ſuo fuerit vſus ordine tali ante legitimam ętatẽ,erit irregularis.ſi aũt nō fuerit ei interdicta, & ſic vtitur ordine ante legitimam ętatẽ recepto, nō eſt irregularis,vt dictum eſt.Idem etiam audiui a quibuſdam peritis.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas,quando contrahatur per homicidium & membri mutilationẽ. Homicidium & membri mutilatio fit mente, verbis,& opere.*
2 *Homicida non reputor,ſi vulneratum ad mortem nouo ictu mortem accelero. Irregulares non ſunt, qui interſunt vindictæ ſanguinis, ſi non præſtant auxilium.*
3 *Irregularitas verbo tripliciter contrahitur.*
4 *Mandans aliquem uerberari inhibens,ne occidat,uel mutilet,irregularis eſt. Epiſcopus habens iuriſdictionem temporalem,poteſt conſtituere iudicem ſeculare,qui audiat cauſas ſanguinis,& poſtea iuſtitiam faciat.*
5 *Irregularis non eſt prælatus,qui delegat alicui, vt ſuper homicidio iuſtitia exequatur.*
6 *Irregulares ſunt,qui interſunt aut ſcribendo,aut legendo, aut aliter ſententiæ ſanguinis.*
7 *Irregularis non efficitur Princeps,qui legem tradidit,cuius auctoritate homines morti traduntur.*
8 *Homicidium defenſionis tripliciter committitur. Irregulares,quando non ſunt clerici querelantes malefactores.*
9 *Prælati ob tuitionem rerum eccleſiæ poſſunt contra violentos inuocare brachium ſeculare.*
10 *Irregularis,quando ſit reſpondens alicui quærenti, an liceat talem occidi, & num ſeq.*
12 *Irregularis eſt qui audit aliquem velle alium occidere, & ipſe approbat.*
13 *Irregularis,quando ſit ille, qui perſuadet alicui, vt ſe periculo pro patria exponat. Irregularis non eſt,qui ſuadet alicui, vt pro Chriſto ſe morti exponat, licèt mors ſequatur.*
14 *Irregularis,quando ſit ille,qui non conſulit homicidium,ſed aliud,ex quo homicidium eſt ſecutum.*
15 *Irregularis eſt,qui infirmo conſulit,vt ſe vertat,vt citius moriatur, ſi ob id citius moritur.*
16 *Irregularis efficitur ille, qui dicit quòd latroni capto os claudatur, ne clamet ſi latro occiditur.*
17 *Irregularis non eſt ex neceſſitate ineuitabili occidens,vel mutilans.*
18 *Idem ſi pro defenſione rerum ſuarum.*
19 *Irregularis non eſt infans,vel furioſus aliquem occidens.*
20 *Irregularitas,an inducatur ob homicidium caſuale.*
21 *Clericus mittens puerum ad equitandum equum, & monens quòd caueat à flumine,ſi ſubmerſus eſt, culpabilis eſt.*
22 *Irregularis,quando non ſit clericus,qui iudici præſentat furem,vt faciat ei res ablatas reſtituere,& nu.ſeq.*

Source : BIU Cujas

24 *Physici & chirurgici bene curantes infirmos, à promotione nõ prohibentur.*
25 *Conscientia promouendi in nullo vacillare debet.*
26 *Irregularis est, qui spontanea voluntate aliquem occidit.*
27 *Irregulares sunt, qui afferunt ligna ad comburendum hæreticos.*
28 *Irregularis est percutiens mulierem prægnantem, vel ei dans aliquid vt faciat abortum, si ex illa datione facit abortum.*
29 *Irregularis est, qui facit, vel dicit aliquid, vt mors alicui acceleretur.*
30 *Irregulares sunt associantes homicidam, licèt nil faciant, si mors sequatur.*
Irregulares sunt omnes de familia rectoris, aliquem ad mortem associantes.
31 *Irregularis est, qui se ex impatientia mutilat, vel zelo castitatis sibi virilia amputat.*
Irregularis non est clericus iens ad aliquem occidendum, si ei inuento mortuo caput amputat.
32 *Irregularis, an & quando quis efficiatur ex homicidio vel mutilatione in bello per clericum facta.*
33 *Papa cum voluntario homicida dispensat.*
34 *Defendere res suas armis licitum est cum aliorum offensione.*
35 *Clerici, quomodo in bello esse possint de licentia Papę.*
36 *Irregulares sunt plures reperti in pugna, in qua sunt aliqui interfecti, vel mutilati, & nescitur à quo.*
37 *Irregularis non est percutiens aliquem in iusto bello, si non sit mortuus ac mutilatus.*
38 *Irregularis est ille, qui animo occidendi aliquem percussit, licèt non lethaliter si alij postea occiderunt.*
39 *Irregulares sunt incarcerantes homines incarcerem ita asprum, quòd non viuunt vltra sex dies.*
40 *Irregularitas homicidij quomodocunque, modò contracta per baptismum, deletur.*

Capitulum II.

1 ONtrahitur † etiam irregularitas propter homicidium, vel mutilationem membri. Pro cuius declaratione no. ꝙ cum homicidium, vel membri mutilatio fieri contingat mente solum, verbo & opere. si solùm mente fiat, nunquam inducit irregularitatẽ, quia lex promotionis factum requirit. 15. q. 1. c. fi. immo & si ꝙs vibret gladium animo occidendi, & tamen non sequitur effectus mortis & mutilationis, non incurrit irregularitatem, etiã si vulneraret, & certum sit ꝙ non est mors secuta, vel amissio membri, neque directè vel indirectè, ꝙ propterea dico, quia si vulnus intulisset, non de se mortale & vulneratus vel propter imperitiã medici, vel propter defectum custodiæ, quia scilicet, non cauet sibi à noxij mortuus est, vulnerans est irregularis, secundum Landul. extra de homi. c. Petrus. ꝙ dictum allegat Pe.
2 de Anch.† Nam si vulneratum ad mortem nouo ictu accelero mortem, vel alio modo homicida reputor. dicit idem, illi autẽ qui interfunt vindictæ sanguinis seu morti, & non præstant cõsilium vel auctoritatem, non sunt irregulares, secundum Inno. & Guil. etiam si appeterent illius mortem. Item qui videt aliquem occidi & delectatur, & posset etiam sine sui periculo liberare, si vellet, quamuis pessimè faciat, non tamen est irregularis: sicut nec est medicus, qui dimittit infirmum mori, nolens mederi, & diues qui dimittit pauperem fame mori. 25. q. j. si ꝙs
3 non iratus. † Verbo autem contrahitur irregularitas triplex. s. mandato, defensione, & consilio. Mandato quidẽ, quando mandat occidi aliquem vel motilari & sequitur effectus, dist. 50. si quis viduam, si tamen reuocasset mandatum & expressè, & sine vlla fictione prohibuit, & antequam sequeretur effectus, non
4 est irregularis, secundum Innoc. extra de simo. sicut tuis. † Sed etsi quis mandat aliquem verberari inhibens expressè ne occidat, vel mutilet, & ille nihilominus occidit, vel mutilat, est irregularis mandator, sicut executor, quia mandando in culpa fuit, extra, c. is qui. li. 6. Item episcopus vel alius prælatus, qui habet iurisdictionem temporalem, debet constituere iudicem secularem, qui audiat causas, & præcipue sanguinis, & illi potest & debet præcipere quòd faciat vnicuique iustitiam. Si autem talis iudex irroget eum in speciali, quid agendum in tali, qui. s. meretur pœnam sanguinis? Potest respondere, consule peritos. & caueat ne propter suam responsionem directam vel indirectam ille intelligat ꝙ debet cum sanguine punire, secundum Ray. Si ex hac, scilicet, responsione reus occideretur vel mutila
5 retur, esset irregularis. † Potest etiam prælatus delegare alicui specialiter super aliquo maleficio, ut homicidio & huiusmodi in iurisdictione sua commisso, vt inquisita ueritate iustitiam exequatur. & si cui committitur sic exequatur & occidat non propterea ille prælatus est irregularis. extra ne cle. uel mo. c. epi
6 scopus. lib. 6. † Item non solum iudex in casu sanguinis, ubi sequitur effectus, est irregularis, quamuis sit recta intẽtione & debito processu agat, iustè faciat & meritoriè. dist. 51. aliquantos. sed etiam assessor, testis, notarius scribens, uel proferens sententiam uel scribens attestationes uel legens, dum publicantur, vel scribens uel dictans literas pro uindicta sanguinis, omnes hi irregulares sunt, quia cooperantur in mandato sententiæ, secundum Ray. distin. 50. si quis uiduam. & extra ne cle. uel mo. c. sententiam'. sed si in huiusmodi sententia non esset secutus effectus, secundum Guil. quamuis sint irregulares, episcopus po
7 test super hoc dispensare.† Princeps autem, qui legem condidit cuius legis auctoritate homines sunt traditi morti, non efficitur propter hoc irregularis, ut dicunt quidam & bene, quia in certam personam non animaduertit, ita no. Arc. 23. q. 5. officia.
8 Homicidium † verò defensionis committitur tripliciter. Vno modo, quia defendit causam sanguinis. idest, mutilationis, vel mortis aduocando & hoc siue aduocet pro actore, siue pro reo, cum actor obligetur ad pœnam talionis, quia agendo pro reo agit contra actorem. Vnde si sequitur effectus, est irregularis, quantumcunque iustè aduocet indispensabilis, nisi per Papam, sed si non sequitur effectus, est dispensabilis per episcopum, secundum Gui. Secundo modo est, cum quis suadet his, qui volebant defendere occisum, ne defendant. & hoc facit corrupta intentione, vt ille moriatur. Nam si pater, vel mater, vel alius consanguineus, seu amicus, retrahat amicum suum, vel filium volente à morte liberare, quia timet ne ipse ibi adiuuando occidatur, non est irregularis. Tertio modo, cum prælati vel alij clerici ad defensionẽ rerum suarum ponunt querelam de malefactoribus suis, seu qui eos damnificauerunt penes iudicem secularem, & emendam petant sibi fieri & prouideri, ne talia præsumantur contra eos. si huiusmodi querelis iudex mortem inferat, exigente iustitia non sunt irregulares dicti clerici, si protestati sunt expressè ꝙ pœnam sanguinis non intendunt. extra, c. prælatis. libro sexto.
9 † Itẽ licitum est prælatis ecclesiasticis ob defensionem rerum ecclesiæ vel fidei inuocare contra violentos brachium seculare, & hortari tales quidem ne occidant, vulnerent vel mutilẽt, quia hoc esset directè ad homicidiũ prouocare, sed ecclesiam patriam, fidem defendant, liberent, & terram ab infidelibus occupatam ad Christum reducant. & super hoc ecclesia facit magnas remissiones. & licet hinc inde aliqui occidantur, non est prælato imputandum, immo peccaret nisi contra tales se opponeret. de homi. postulasti. & 23. q. 3. c. Maximianus. & q. 8. igitur. & c. hortatu. & c. scire.
10 Homicidium † verbo consultationis committitur, responsione, persuasione & approbatione. Responsione quidem, puta quærenti an liceat occidere paganum, vel iudici malefactorem, si respondeat ꝙ licet perpendens probabiliter ipse respondens quòd interrogans velit facere secundum consilium eius, irregularis est, dist. 50 siquis secus autem de responsione generalis cognitionis, vel opinionis, ex qua non credit aliquem inde iudicandum vel occiden-
11 dum.† Dicit Archi. 23. q. 8. pessimam. ꝙ si iudex laicus interroget clericum quid agendum de aliquo qui esset pœna sanguinis de iure puniendus? Potest clericus respondere, Hoc non pertinet ad me, ꝙsulatis peritos, & caueat sibi clericus, ne propter suã responsionem directam vel indirectã intelligat iudex ꝙ debet sanguine puniri, ſm Ray. Dicunt quidam tñ, ꝙ potest dicere ꝙ puniat eum, ſm ꝙ ius dictauerit, dummodo non exprimat ꝙ puniat eũ ad sanguinem vel mortem, vt no. Hug. dis. 3. oĩs. Sed ipse Arch. super d. c. omnis. dicit istud dictum. s. Hug. potest intelligi esse verum, qñ crimen non nimium esset puniendum: alioquin si est ꝙsilio suo. s. respõdendo siue speciali siue generali sequitur propinquum homicidium, irregularis est, ſm Hostien. extra de
12 homi. sicut dignum.† Approbatione. vt cum quis audit aliquos velle facere homicidium, siue nomine suo, siue alterius, & ipse approbat, vel cum tractatur à pluribus de morte alicuius in ꝙsilio, & ipse cum aliis assentit, & ex hoc sequitur homicidiũ. secus si prohiberet. Similiter si quis consulit alteri ꝙ occidat, & ante factum reuocat ꝙsilium, sed firmiter credit ꝙ illa reuocatio nõ valet ad impediendũ homicidiũ, si non indicat ei qui est occidẽdus, vt sibi caueat, est irregularis. si aũt solã reuocationẽ firmiter credit sufficere, nõ erit irregularis, ex quo reuocauit ꝙsi. j. q. 4. ꝙ
13 præsulatus, ſm Inn.† Persuasione & consilio committit homicidiũ, siue incurritur irregularitas, siquis persuadet alicui vt exponat se periculo pro iure vel pro patria, si scit eũ verisimiliter moriturum, & mors sequatur irregularis est, ſm Inn. & Host. Secus si consulens hoc non estimabat. 23. q. 3. pro membris. Sed siquis suadet aliqui ꝙ indubitanter se morti exponat pro Christo & ecclesia, non erit irregularis, licèt sequatur mors, ſm Inn. & Host. Item si valenti fugere inimicos propter timorẽ mortis consulat quis, ꝙ remaneat & procurabit pacem, & sic remanẽs occisus est, ſm Guil. si non habet probabilem cãm credendi ꝙ illi imminuerit periculum mortis, irregularis est. secus si habuit probabilem cãm credendi, puta quia inimici illius erãt ei adeo
14 ꝙiuncti, ꝙ meritò potuit præsumere ꝙ posset eos cohibere.† Itẽ siquis consuluit non homicidium quidem, sed aliud, vnde secutum est homicidium, secundũ Innocentium, distinguẽdum est qa si verisimiliter potuit ęstimare ꝙ inde sequebatur mors, irregularis est, vt si suasit actũ machinæ vel balistæ vel ꝙ eatur ad accipiendũ castrũ, quod non poterat de facili capi sine morte hominũ, & sic mors est secura. Si verò nõ potuit ęstimari, ꝙ nec verisimile erat ꝙ sequeretur mors, tũc si cõsuluit super re illicita, est

irregularis,

Source : BIU Cujas

irregularis,si sequitur mors.extra eod.continebatur. & idem si mandat.Secus autem si consuluit rem licitam, & eo modo di-
15 stinguitur,si is cui consulitur,non occidit sed occiditur. † Item qui consulit,ꝙ infirmus vertatur vt infirmus citius moriatur, si ex tali transuersione citius moritur consulens,est irregularis, & qui hoc facit etiam,secundum Guil. Item si quis clamet latrones,si hoc facit propter timorem corporis sui : nā timet ne aliqui velint eum occidere,non est irregularis,quia non intendit mortem alicuius,sed sui liberationem, pro qua licet implorare auxilium,secundum Inn.sed si propter hoc facit & intelligere poterat,ꝙ ex clamore vel alio actu suo homicidiū seq po-
16 terat,irregularis est.Itē Host.† Itē si cū ducitur latrō captus,dicit ei aliquis,claudite ei os ne clamet,& latro occidit, credit Guil. ꝙ qui illud dixit,sit irregularis, quia iuuit ducentes dando consilium:& eodem modo si quærentes malefactorem indicauit eum,nisi forte ignorauit,& ignorare ꝓbabiliter potuit nescies, quòd ad mortem quæreretur.

17 **Homicidium** † facto committitur tripliciter, qa necessitate,casualitate, & voluntate.Homicidiū necessitate est duplex,quia aut necessitas est ineuitabilis,aut euitabilis.Si quis ergo occidat vel mutilet necessitate ineuitabili . i. ita arctatus vel angulatus, ꝙ nec fugere nec clamare,nec aliter potest se iuuare,nisi occidat vel mutilet, nō est talis irregularis.extra de ho.c.si furiosus.in cle.quia vnicuiq; vim vi repellere licet,cum moderamine inculpatæ tutelæ.dist. j.ius naturale,sed si hoc faceret ad defensionem parentum suorum vel sociorum,non euaderet irregularitatem, secundū Io.
18 And.in additio.Spec.† Item pro defensione rerum suarum. Itē si fugere posset,sed fugienti periculum imminere posset, puta casuræ,vel velocioris cursus inimici insequentis qui audacior factus propter fugam potest de facili fugientem a tergo vulnerare & ad terrā prostrare & occidere.dixit Zen.vt allegat Petr. de Anch.super cle.si furiosus.ꝙ probabiliter dici potest,ꝙ talis non fugiens propter prædicta,nec aliter euadere potest, si occi-
19 dit,non est irregularis.† Sed infans,& furiosus occidēs quomodocunque,non est irregularis,vt dicit illa clem & dicit Pet. de Ancha.ꝙ idem est de maiori septennio, si non est doli capax. 15.q.j.c.meritò.& c.seq.secus si esset doli capax. Si autem est necessitas euitabilis,puta quia aliter euadere potest, vel quia potuit recedere de loco, vbi expectabat inimicos eius venturos : tunc efficitur irregularis,nec ad maiores ordines ascendet, immo nec in susceptis,nisi ex magna dispensatione permittit ministrare.& quamuis Zen.dicat,si fugiendo fuga erat sibi uituperosa & ad dedecus,& si non ad periculum personæ, & propter hoc non fugit & propter hoc occidit, talis euadit irregularitatem.Pet.de Anch.non credit hoc uerum.s.ꝙ talis euitet irregularitatem,& hoc magis videtur verum.

20 **Homicidium** † casuale ad sciendum, qñ inducit irregularitatem.No.distinctionem . aut quis dat operam rei illicitæ,aut licitæ.Si licitæ & tunc dupliciter, qa aut adhibet omnem diligentiam,quam debet,aut non.In primo ergo casu dādo operam rei,scilicet illicitæ,dato ꝙ præter omnem voluntatem eius superueniat homicidium,vel mutilatio ex opere eius, est irregularis.vnde si clericus exercitatione vel venatione iaculum mittit,& casu hominem occidit, est irregularis, quia talia opera debent ab eo esse penitus aliena.50.d.clericō.Similiter si ludo impegit lapidem contra aliquem, & ille volens declinare impegit in alium lapidem,& mortuus est,proiector est irregularis,quia ludus noxius erat,& idem de similibus. In secū do casu si adhibet omnem diligentiam dando operam rei licitæ,nullam culpam vel irregularitatem incurrit, si cōtingat inde homicidium,puta reparabat domum, posuit signa ante eā, & clamauit antequam proijceret tempore congruenti pertranseuntibus, vel incidit arborem & cecidit in partem contra cōmunem æstimationem,&c.Omnes enim casus fortuiti præuideri non possunt.extra eo.lo.& c.quidā.Vnde si ceruus, equus, vel aliud animal,aliquem occidit,secundum Inno.non est irregularis dominus eius,dum malitiam,vel culpam in mortē non habuerit.dist.50.hi qui arborem.In tertio casu,scilicet ubi non adhibetur debita diligentia, etiam in opere licito,incurrit irre-
21 gularitatem.† Vnde,secundum Host.Presbyter, qui mittit puerum ad æquitandum equum,monens ꝙ caueret de flumine.& tamen submersus est, iudicat eum culpabilem. sic etiam diaconus,qui non remouet falcem,qua accinctus erat,cum sciret ludi consuetudinem.extra de homi.c.cōtinebatur. & sacerdos, qui non remouet cultellum a corrigia, cum qua verberabat fa-
22 mulum.extra de homi.ad audientiam . † Item si clericus capit furem & tradit eum iudici & huiusmodi, vt faciat ei restituere res ablatas,quas alias rehabere non poterat, si non habeat intētionem corruptam, scilicet vt intendat mortem furis ipse capiens & super hoc etiam facit protestationem,quòd non intendit uindictam sanguinis,sed suū rehabere,& non habet causam suspicandi, quòd hoc contingere poterat, si sequatur mors illius capti furis,non erit irregularis.Secus autem, si aliquod horum defuerit,puta quia poterat aliter rehabere sua, vel non fecit protestationem & huiusmodi.extra de homicid.ca.susceпi-
23 mus.† Item clericus sciebat ꝙ aliquis capietur,& ex illa captione sequetur mors vel truncatio eius .ipso tamen ignorante factum & causam,secundum Host.videtur irregularis,qa debuit suspicari hoc posse euenire. Itē siquis vel phlebotomat aliquē causa medicinæ,& inde sequatur mors,secundum Guil. si incisor erat peritus artis & adhibuit debitam diligentiam,nō tenetur in aliquo.similiter si incidendus non habet consuetam dispositionem membrorum,vel neruorum vel uenarum, & propter incisionem moritur,non tenetur in aliquo incisor,secundum Inn.si in hoc non errauit propter suam inexperientiam, nec irregularis est,potius enim casu quam culpa in huiusmodi præsumitur mors accidere 23.q.5.c.de occidendis. Secus autē, vbi propter imperitiam accidisset, vel propter negligentiam. Item quando dubitat medicus in aliquo, potius debet omitte-
24 re quàm incidere secundum Host.& Inn.† Physici vel chirurgici si erant periti in arte, & nihil de contingentibus omiserunt,& habent super hoc probabilem conscientiam, non prohibentur a promotione,quamuis mortui sint infirmi,quos curauerunt.Secus autem,quando sunt imperiti vel negligentes circa infirmos,& ex hoc probabiliter credunt vel dubitant infirmos mortuos,vel mēbris deperditos, quia sunt irregulares. extra de æta.& qualita.c.ad aures.Et est consilium Inn. & Goff. quòd qui volunt promoueri, abstineant a practica medicinæ, & præcipuè a chirurgia,quæ incisionem uel adustionem requi-
25 rit,† quia in nullo debet vacillare conscientia promouēdi. dist. 33.laici.Item custodientes infirmum,vel seruitores eius, qui vocauerunt minutorem, vel porrexerunt ei vinum, vel aquam, vel non bene custodierunt. unde illi ex freneſi se proiecerunt, & huiusmodi infirmi mortui sunt.sed secundum Guil.in omnibus his,vbi bona fide fiat,non debet de facili quis habere cōscientiam scrupulosam,nisi sit culpa lata, etiam negligentia dissoluta,puta si custos infirmi,frenetici, uel furiosi dimisit eum, vt iret in plateam ad ludendum, vel aliàs dat operam rei illicitæ,aut ex nimia crapula vel ebrietate vigilare non potuit,maximè cum esset deputatus ad custodiam infirmi. nam si certum est, ꝙ iudex ex hac culpa mors secuta est, tales erunt irregulares,alias non.& si habet quis conscientiam scrupulosam,deponat ad consilium boni viri.

26 **Homicidium** † opera & voluntate sponta nea siquis commttit veneno,siue gladio,siue quomodocūque, etiam sine peccato, incidit irregularitatem. & talis non solum debet promoueri, sed si promotus est in perpetuum deponi.de homic c. sicut dignum.& 50.dist.c. siquis viduam idem iudicium etiam si interficiat Saracenum,vel paganum.di. 50.clericum. & cum tali nū quam dispensatur in ordine vel officio.dist.50. miror, etiam si sit occultus ministrare in ordine suo non potest, de tempo.or. c.fi.poterit tamen cum tali dispensari in beneficio.de cle.pu. in du.c.2.Nec excusatur,seu euitat irregularitatem, si hoc facit ex præcepto iudicis,ut satelles,quamuis non peccet obediendo', si
27 iusta sñia est.23.q.5.cum miles.† Similiter non euitant irregularitatem,qui iuris ignari zelo fidei & propter indulgentiam habendam,quæ datur afferentibus ligna ad combustionem hęreticorum,attulerunt ligna ad cremādum hęreticos, si illa materia illata lignorum cooperata est ad combustionem, & mortē hæreticorum,ſm Guil.sed si illa materia non est cooperata,puta quia iam mortui erant,qñ ligna attulerunt,vel antequam accenderetur ignis in illa materia,non sunt irregulares. Si aūt de hoc dubitatur,melius est tenere certum, & se reputare ut irregularem.extra de temp.or.ad aures. Idem de clericis, qui cum aliis trahunt ad manganellum . vnde credit probabiliter aliqs mortuus,quia s.ſm Guil.melius est tenere certum, vt dictū est,
28 ar.de pęn.di.3.si quis.† Item qui percutit mulierem prægnantē, vel dat ei aliquid,vt faciat aborsum,si ex huiusmodi pcussione, vel rei datione illa aboritur,si iam erat formatus conceptus,est irregularis.secus si nōdum erat formatum puerperium. Quod si dubitatur,utrū ex percussione vel rei sumptione secutus fuerit aborsus,vel alia cā,vel vtrum esset puerperium formatū,vel nō.Si probabiliter dubitat, dēt a promotione & ministerio abstinere,ne periculo se cōmittat, & multomagis si hoc oīno cre-
29 dit. si aūt hēt temerariam opinionē,deponat eā.Guil. † Item si aliquis aliqd facit vel dicit, vnde acceleret alicui mors, esto ꝙ oīno esset aliàs moriturus,efficit irregularis. si hoc est certum, puta voluit infirmū vt citius moriatur.dicit decapitādo,vt ponat caput in cippo,& ex hoc citius ponit.Dicit aliqs satelliti,ut aptet magnariā,ne plures habeat recipere ictus & fit, & huius-
30 modi.ar.di l.si quis viduā.† Itē ꝙ associant homicidā,ut si oportet defendant,quis nil aliud faciant,sunt irregulares, si sequitur mors,uel membri mutilatio.quinimmo ēt si dissuaserunt prius illi homicidæ,vt non faceret,& tñ purè volētem associauerūt. extra de cler.pu.in dub.cap.Henricus. Vnde omnes illi, qui de familia Rectoris vadunt ad associandum malefactorem, cum ducitur ad mortem,siue equestres, siue pedestres, cum vadant

Source : BIU Cujas

pro defenſione, ſi oporteret, cuncti ſunt irregulares. Qui etiam trahit ad chordam, vel vliam torturam reum ad fatendum maleficium, & ex hoc fatetur & occiditur, eſt irregularis. Qui etiam acuit vel portauit magnariam, cum quis eſt decapitandus, vel mutuat vel portat ſcalas, vel portat funes pro aliquo ſuſpendendo. ſimiliter quia quilibet horum dat cauſam propinquã mortĩ alterius, diſt. 50. ſi quis viduam. ſecus de eo qui fecit ſcalas vel funes, vel gladium, non ad mortem inferendam, ſed ad omnes vſus, & caſũ poſtea aliquis vtitur ipſis ad occiſionem. 24. q. 5. de
13 occidendis. † Qui etiam ſe mutilat ex impatientia, vel ſi hoc facit zelo caſtitatis, ſibi virilia amputando, eſt irregularis. diſt. 55. ſi quis partem. Item dicit Archid. 15. q 1. ſi quis clericus, animo irato vadit ad occidendum aliquem, puta propter iniuriam receptam, & reperiens ipſum mortuum ab alijs, vt ſatisfaciat animo
37 ſuo; amputat cadaueri caput, quamuis videri poſſit irregularis, quia lex promotionis factum requirit, vt dicit hoc capitulum, & propter intentionem cum opere ſubſecuto. extra de biga. c. nuper. quod etiam tenet Io. in gl. de pœ. diſt. 1. periculosè, tamẽ ſecundum ꝙ communiter tenent Doctores, non eſt irregularis, quia homo mortuus, non eſt homo. & hæc eſt veritas, aliàs ſequeretur ꝙ omnes medici qui faciunt anathomiam, eſſent irregulares, quod non eſt verum, nec reperitur iſta irregularitas poſita, & pœnæ ſunt reſtringendæ, non ampliandæ. Archi.

32 Ex homicidio, † vel mutilatione
39 quæ contingunt in bello, quomodo & quando bellatores efficiantur irregulares, quantum quidem ad clericos, Ioan. Cal. in addi. ad dicta Ioan. And. in nouel. extra de homi. petitio. ſic diſtinguit. Clericus aut vtitur armis incontinenti repellẽdo vim vi, & cum moderamine debito, aut aliter. Si primo modo, etiã ſi occidat vel mutilet, non eſt irregularis, cum ſcilicet facit ad ſui defenſionem. diſt. j. ius naturale. Si aliter facit, tunc aut agit
40 de licentia Papæ, aut proprio motu. Si de licentia Papæ, puto ꝙ in bello iuſto vti poſſit armis offenſibilibus. nam inter alia, quę faciunt bellum iuſtum, eſt auctoritas Papæ, vel Principis, & tũc ſi occidit, vel mutilat, non eſt irregularis, ex quo Papa dedit ſibi licentiam. nam cum irregularis ſit pœna per conſtitutiones canonicas introducta, ex quo Papa potuit dare licentiam clerico, & auctoritatem vtendi armis quibuſcunque etiam ſine metu irregularitatis, dando huiuſmodi licentiam, videtur ꝙ abſtulit ab
33 eo incurſionem irregularitatis, quod poteſt, † quia cum voluntario homicida poteſt diſpenſare. de conſecra. diſt. j. c. j. quando Papa hoc exprimeret, verum videtur, aliàs ſecus. Si proprio motu clericus vtitur armis, tunc aut in bello vtitur iniuſto aut in bello vtitur iniuſto aut in bello iuſto Si in bello iniuſto, tunc planum eſt ꝙ non eſt ſibi licitnm, ſiue ſuis fauorem prętet, ſiue timorem incutiat aduerſarijs, & ſi ibi aliqui ſunt occiſi, vel mutilati, irregularis eſt. 23. q. 8. c. 1. & ij. ſi in bello iuſto. puta pro defenſionem patriæ vel aliorum. 23. q. 3. fortitudo. tunc poterit interęſſe, & cum armis defenſionis, non debet tamẽ pugnare, ſed hortari poterit, vt 23. q. 8. vt pridem. & orationibus ĩtercedere. 36. diſt. c. fi. ſed cum armis offenſibilibus non debet ibi eſſe, niſi ea intentione vt ſe defendat, non vt pugnet, impediente ordinis profeſſione. 23. q. j. c. clerici. & ſi in tali bello eſt aliquis occiſus, vel mutilatus ab ipſo clerico, eſt irregularis ſi autem ipſe neminem occiderit vel mutilauerit, non eſt irregularis, licèt quis ab alijs occiſus ſit, vel mutilatus. ad tollendum autem duplicitatem ambiguam, ad cautelam hoc caſu poteſt ſibi imponi pęnitentia. & ſic intelligatur de cle. percu. c. præſentium, vt ibi notatur in vltima glo. & hoc credo verum, quicquid notatur in Speculo, 2. Si autem in tali bello clericus vulnerauit aliquem, ſed non occidit, vel mutilauit. Diſtingue. Aut talis vulneratus fuit poſtea occiſus ab alijs, & tunc ſubdiſtingue: quia aut habuit animum occidendi dictus clericus qui vulnerauit, & ſic eſt irregularis. eo. ti. ſignificaſti. 2. ibi, & ſi percuſſor voluntatem, & c. 23. q. fi. c. fi. aut non habuit animum occidendi: & iſtud etiam ſubdiſtinguè, quia aut vulnus ipſius clerici poteſt diſcerni ab alijs vulneribus, & tunc non eſt irregularis, ſi vulnus non eſt mortale, vt eo. titu. ſignificaſti. aut non poteſt diſcerni: & tũc propter du
34 bium irregularis iudicatur, vt in eo. verſi. ꝙ ſi diſcerni. † res autem ſuas non videtur licitum armis defendere, cum aliorum offenſione. eo. titu. ſuſcepimus. Hæc omnia Io. Cald. ſed in princi-
35 pio ſunt aliquantulum abbreuiata † Nota tamen, quòd ex hoc quod Papa dat licentiã clericis, quod interſint bello, non tamen videtur ex hoc licere clericis vti armis, niſi ad defendendum, non autem ad occidendum aggrediendo, nec etiam paganum, ſed poſſunt tamen intereſſe ad hortandum alios. 23 q. 8. omni. & c. ſe. Quod ſi occiderent, vel mutilarent etiam in bello iuſto, ſunt irregulares, vt dicit Ioan. de Ligna. Dicunt etiam Inno. & Hoſtien ꝙ poſſunt clamare, capite & pugnate, ſed non occidite. Item dicit Hoſtien. ꝙ in bello iuſto clericus poteſt dare lanceam pugnanti ante conflictum, non autem in bello iniuſto.
36 † Item dicit Ray. in Summa, ꝙ vbi plures reperiuntur in pugna in qua aliqui ſunt interfecti vel mutilati, & neſcitur a quibus, quantum ad irregularitatem omnes cenſentur irregulares, & qui ſunt ex parte iniuriantium, & qui ſunt ex parte recipiẽtium, ſi illi erant clerici, & ſic illicitè mouerunt arma. diſtin. 51. ſi quis poſt baptiſma. Sed Arch. dicit. 23. q. fi. c. fi. quod iſtud dictũ Ray. quidam intelligunt, quando clerici erant in culpa. & hoc patet ex verbis eius, dum dicit, Mouerunt arma quaſi voluntariè & ſine neceſſitate. nam ſi defenderent ſe vel ſocios neceſſarios, licèt aliquis ad defendendum ſit interfectus ex alia parte, reliqui non interfeciſſent, nec interfectores inuaſiſſent, non eſſent irregulares, licèt voluntatem occidẽdi habuiſſent, quia lex promotionis factum requirit. 15. q. j. ſi quis. & c. fi. Ipſe tamen Archi. diſtinguit inter inferentem & repellentem vim, vt repellens ex diſpenſatione promoueatur & toleretur in ſuſceptis, dũ tamen conſtet non percuſſiſſe eum, inferens ſecus, quia in culpa eſt. ar.
37 16. q. 3. porrò. † Notat etiam Arch. diſt. 36. qꝙd ſecundum Inn. & Hoſtien. Si quis percuſſit aliquem in iuſto bello, ſi non ſit inde mortuus, vel neminem ſuis ictibus occidat, vel mutilet, non efficitur irregularis, etiam ſi alij feriant & occidant, & ſecundũ
38 Goff. dummodo non procuſauerit eos. eo. tit. ſignificaſti. † Addunt Inn. & Ber. quòd ſi animo occidendi percuſſit aliquem, licèt non lethaliter, ſed alii poſtea occidunt, eſt irregularis, quia auxilium morti præbet. Item ſi clericus commodet baliſtam in bello, ſiue iuſto ſiue iniuſto, & ex hoc ſequatur mors, eſt irregularis, quia præſtat cauſam propinquam morti. diſt. 50. ſi quis viduam. Item, ſecundum Guil. de mutuante gladium, vel enſem
39 in bello ipſo. † Dicit etiam Landul. vt allegat Franci. de Zab. in cle. vnica, de homi. ꝙ illos, qui detrudunt homines in carcerem ita arctum, & aſperum, ꝙ incarcerati non viuunt vltra ſex vel octo menſes propter arctationem carceris reputat exponentes tales ad hoc homicidas & irregulares. Hęc enim pęna eſt magis afflictiua quam ſi ponerentur in patibulo. & hoc eſt contra prælatos, qui detrudunt clericos in gabia, vbi veriſimile eſt, ꝙ infra
40 paucos dies morientur. Fran. & Zen. & Henricus. † Hæc autem irregularitas homicidij quomodocunque & quotieſcunque ſit contracta ante baptiſmum, per baptiſmum deletur. diſt. 51. ſi quis poſt baptiſmum, ſecundum Inno. Goff. & Guil. ſed poſt baptiſmum per ſolum Papam diſpenſatur. quod etiam non facile facit diſt. l. miror. Item per totum de mutilatione membri. De homicidio quoad peccatum & pęnam habes in ſecũda par. 50.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas per bigamiam inducitur.*
Bigamia, quot & quibus modis contrahatur.
2 *Bigamus, quare promoueri prohibeatur.*
3 *Bigamus & irregularis eſt, qui ante baptiſmum vnam vxorem habuit, & aliam poſt baptiſmum, vel ambas ante baptiſmum.*
4 *Bigamus omni priuilegio clericali excutitur.*
Papa ſolus cum bigamo diſpenſat.
5 *Papa quomodo diſpenſare non poſſit in doctrina Apoſtolorum.*

Capituum III.

1 IRregularitatem etiam inducit bigamia, quæ multis modis contrahitur. † Primò quidem, cum quis ſucceſſiuè & diuerſis temporibus habet duas vxores, & vtraſque cognoſcit. 31. q. 1. aperiant. Si autem alterã non cognouiſſet, puta quia ante conſumationem matrimonij defuncta eſt, non eſt irregularis, ſecundum Tho. in 4. diſt. 27. q. 3. ar. j. q. j. ad tertium. licèt Magiſter ſententiarum aliter dicat, ſed non tenetur in hoc opinio eius. Secundò, cum quis diuerſis temporibus habet duas vxores: vnam de iure, aliã de facto. puta contrahit cum conſanguinea, & vtranque cognouit. hic enim cenſetur bigamus propter intentionis affectum cum opere ſubſecuto. extra de biga. c nuper. Tertiò, quãdo plures habet eodem tempore, vnam de iure, aliam de facto, & vtrã que cognoſcit. puta contracto matrimonio cum vna & conſumato contrahit etiam cum alia: vel cum cõtrahit cum duabus de facto, puta cum conſanguineis & cognoſcit eas, vt in dicto c. nuper. eo. tit. Quartò, cum contrahit cum vidua ab altero viro cognita, ſecus ſi fuiſſet relicta virgo. 32. diſt. ſeriatim. Quintò quando contrahit cum corrupta ab alio, & cognoſcit eam, & hoc ſiue ſciuerit illam corruptam, ſiue ignorauerit. diſt. 34. c. curandum. Sed ſi ipſe ſolus defloraſſet, & poſtea contraheret cum ea, non cenſetur bigamus diſt. 26. acutius ar. extra qui fi. ſint legi. c. tanta. Sextò, quando vxorem cognoſcit propriam, ſiue ſciẽter, ſiue ignoranter, poſtquam cognita eſt ab alio. diſtinct. 34. capitul. ſi cuius. & c. fe. Item ſi vir etiam accuſaret vxorem de adulterio, & pendente ea accuſatione ad præceptum eccleſiæ vir debitum redderet adulteræ, irregularis eſt, quia bigamus, ſecundũ Thom. Ray. & Hoſtien. Septimò, cum quis duxit vxorem vilẽ mulierem, puta ancillam, vel ioculatricem, vel aliquam ex illis quæ publicis ſpectaculis mancipantur, licet virginem, repellitur ab ordine. diſt. 34. ſi quis viduã. Octauò, cũ quis in ſacris ꝓſti tutus, vel poſt profeſſionẽ factam ĩ religione ꝓhit cũ corrupta.

extra

extra eo.a nobis. † Ratio autem principalis, quare bigamus ꝓhibetur promoueri,eſt defectus ſacramenti, qui eſt in eo, quia ſcilicet coniunctio coniugalis per eum facta non poteſt ſignificare illam ſpiritualem coniunctionem Chriſti & eccleſiæ,qui eſt vnus ſponſus in eccleſia quæ eſt vna ſponſa. nam cum diuiſerit carnem ſuam in plures vxores,non eſt vnus vnius, diſtin. 26.acutius. Coniunctio autem fornicaria non ſignificat illam Coniunctionem Chriſti,& eccleſiæ. ſed tātum coniunctio cōiugalis:ideo qui non contraxit,ſed fornicatus eſt cū multis, nō cenſetur irregularis. Hæc autem irregularitas non tollitur per baptiſmum,ſicut irregularitas homicidii Ratio eſt, quia cōtrahitur ex matrimonio, & baptiſmum nō ſoluit matrimonium. diſt.26.deinde. † Vnde qui habuit vnam vxorem ante baptiſmum,& aliam poſt baptiſmum,vel ambas ante baptiſmum,irregularis,& bigamus eſt,diſtin.26.acutius eſt. † Exuitur autem bigamus omni priuilegio clericali,& additur foro ſeculari, nō obſtante conſuetudine,& eis ſub pœna excōmunicationis inhibitum eſt deferre tonſuram, extra eo. altercationis, libro 6. Solus autem Papa diſpenſat cum bigamis,non epiſcopus,ſecūdum Thom.& Ioan. And.extra eod.c quidam dixerunt,quia nec Papa poteſt,quia contra doctrinam Apoſtoli, † ſed dicunt Thom.& Pet.ꝙ Papa non poteſt diſpenſare in doctrina Apoſtolorum,quantum ad ea,quæ ſunt de iure naturali, & ea quæ ſunt de neceſſitate ſacramentorum,& fidei, ſed in aliis poteſt, cum habeat eandem poteſtatem eccleſia nunc, ſicut & tūc. qđ autem obiici poſſet decretal.extra eo nuper ſoluit Tho.dicens eandem difficultatem eſſe in diſpenſando cum eo, qui contraxit cum pluribus de facto,ſicut ſi contraxiſſet de iure.vult Papa ibi oſtendere,& ideo non dicitur diſpenſare, non quia nō poſſit diſpenſare. vbi etiam dicitur non poſſe, quia non conſueuit diſpenſare, etſi poſſit.ſed ſi diffuſius vis videre.de bigamia, habes in ſumma confeſſionum,libro 3.titu.2.per totum.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitatem inducit illegitimatio,& quare.*
2 *Illegitimi ſecundum iura hæreditare non poſſunt.*
Illegitimatio,quo ad dictum ius operatur.
3 *Illegitimus, quis dicatur.*
4 *Filius,an debeat credere matri,dicenti eum eſſe illegitimum.*
5 *Legitimatio fit per matrimonium ſubſequenter.*
6 *Legitimatio facta per Papam,ad quid valeat.*
7 *Legitimatio facta per epiſcopum.ad quid valeat.*
8 *Legitimatio per leges,tribus fit modis.*
9 *Illegitimi diſpenſantur per religionis ingreſſum.*
10 *Magiſter ordinis prædicatorum, cum quot & quibus fratribus diſpenſare poſſit.*
11 *Illegitimi,quo ad quid per epiſcopum diſpenſentur.*
12 *Illegitimi,quo ad quid per Papam diſpenſentur, & num. ſeq.*
14 *Filij ſacerdotū ſuſcepti de legitima vxore ante ſacros ordines legitimi ſunt, & ad ordines promoueri poſſunt.*
Filius immediatè poſt patrem perſonatum ipſum in eccleſia habere nō pōt.
15 *Filius ſi diſpenſatiuè ſuccedit patri in eccleſia, frater huius poterit ſuccedere fratri.*
16 *Ordinati in ſacris,ſi filios ex vxoribus ſuſcipiant,cum quibus ante ordinationem contraxerant, ſunt illegitimi.*
17 *Græci ſacerdotes licitè vtuntur matrimonio cōtracto ante ſuſceptionem ſacramenti, ſed in ſacris contrahere non poſſunt.*

Capitulum IIII.

1 IRregularitatem † etiam inducit illegitimatio. Ratio autem, quare tales prohibentur a promotione eſt,ſecundum Ray. quia tales reputantur viles perſonæ. Dignitas autem clericatus vilibus perſonis dari non conuenit. Secundò etiam ad deteſtationem paterni ſceleris,nec eſt inconueniens vnum puniri pro alio,vt filium pro peccato patris, pœna tamen temporali,nunquam autem æternali,vt j.q.4.per totum. Tertiò, qa tales ſolent eſſe imitatores paterni ſceleris & intemperati moris.56.diſt.ſi gens.& in glo.ſum in j.diſtin. Et quamuis aliquando reperiantur huiuſmodi viri valde induſtrii & virtuoſi, & ex hoc reddantur laudabiles magis.diſtin.56.nunquam,tamen iura adaptantur,ſecundum ea,quæ vt in pluribus accidant. In dignitatibus tamen ſecularibus tales non ſemper repelluntur ff.
2 de decur.l.ſpurii. † Illegitimi etiam,ſecundum iura,hæreditare non poſſunt, quod ſtatutum eſt in fauorem matrimonii: & vt dicit Petr.de Ancha.ſi fieret in aliqua ciuitate ſtatutum, ꝙ illegitimi poſſint hæreditare,non valeret, quia eſſet contra bonos mores & nutritiuum luxuriæ. tamē quoad Deum & virtutum opera,nil nocet illegitimatio,ſi in ſe bonus ſit, vt diffuſè habes
3 diſtin.56.c.naſci.cum 5.c.ſequentibus. † Dicitur autem illegitimus,qui non eſt natus de legitimo matrimonio: vel quod reputabatur legitimum, ſecundum Ray. extra eo.ca. cum inter. Vnde ſi vir & mulier contraxerint in facie eccleſiæ bona fide, credentes ſe legitimè copulatos, cum tamen non eſſent, puta propter impedimentum conſanguinitatis,vel etiam ſi alter eorum tantum hoc credebat.ſ.legitimam copulationem: puta qa contraxit cum eo,quem neſciebat habere aliam vxorem, talis reputatur legitimus, & vtique parenti ſuccedit. extra eod.ex tenore. ſecus ſi clandeſtinè cōtraxiſſent, quia tūc videtur fuiſſe ignorantia affectata,& multomagis ſi ꝓtraxerunt publicè ſciētes impedimentum ambo,extra de clande.deſpon.c. cum inhibitio,ſecundum Thom.& Pet.Item dum quis ignorat ſe illegitimum,cum ſit,ſecundum Hoſtien. probabilis ignorantia excuſat eum.ar.C.de teſta.l.j. vnde durante tali ignorantia, non peccat faciendo ſe promoueri,vel hæreditatem adeundo: ſed cum ſcit ſufficienter,quamuis aliis occultum eſſet & diſpenſatione indiget quo ad ordinem & dignitatem & hæreditatem dimittere debet,quādo pater etiam neſciebat illum ſcilicet eſ-
4 ſe legitimum. † Vtrum autem in hac materia debeat filius credere matri.Dicit Hoſtien prima facie credendum eſt,ar. extra de præſump.c.affert.ſed tamen non cogitur ad hoc.ſ.credere.C. de teſtamen.l.neque profeſſo. Qualitas autem matris & conuerſatio eius cum aliis circunſtantiis plus uel minus videtur, ꝙ habeat inducere talem filium ad credendum.

5 Legitimatur autem quis tripliciter. † Primo modo per ſequens matrimonium, puta cum quis contrahit cum illa, ex qua ante matrimonium habuit filios etiam ſi ille vel illa antequàm ſumeret talem in coniugē, prius cum altero cōtraheret, quia poſtea moreretur. Et hoc eſt verum,ſi illa tunc poterat illi eſſe vxor,quando de ea habuit filios,quia.ſ.vterq; ſolutus erat. Vnde natus de adulterio, vel inceſtu,per iſtum modum legitimari non poteſt, extra eo. conqueſtus hæc legitimatio valet,vt ſuccedere poſſit in omnib.bonis parentum. in Auct. quib.mod.effi.na.leg §. quoniam. ualet
6 etiam ad habendum dignitatem & ordinem. † Secundò modo per ſpecialem indulgentiam Papæ,extra.e.per venerabilem. Et hæc legitimatio valet ad hoc,vt talis valeat promoueri ad omnes ordines,& dignitates eccleſiaſticas vbique terrarum. Valet etiam ad ſucceſſionem bonorum parētum & ad omnes actus legitimos ſeculares in terris eccleſiæ ſubiectis temporaliter.
7 †Si autem fiat per epiſcopum legitimatio valebit ad hoc ut minores ordines poſſit ſuſcipere & beneficium ſine cura vbicunque,& ad ſucceſſionem bonorum,& actus legitimos ſeculares in terris temporaliter eccleſiæ ſubiectis,& etiā aliis terris,quantum ad ea,per quæ non fieret alteri præiudicium,& multo magis ualet ad hoc legitimatio per Papam,ſed in his per quę fit alteri præiudicium,puta ꝙ ſuccedant ab inteſtato,non valet legitimatio,nec per Papam,nec per epiſcopum in terris,quæ ei tem paraliter ſubſunt.hoc ſecundum Inno.& Ber.ſuper c.per vene-
8 rabilem. † Tertiò modo legitimatur quis per leges temporales & ſeculares,ſecundum.ſ.modos in eis traditos, qui reduci poſſunt ad tres. Primus eſt, ſi pater filium naturalem offerat curiæ Imperatoris,efficiaturque curialis.in Auct.quibus mod.effi.na. leg.§.ſi quis igitur,colum.3.Idem ſi offerat eum curiæ ciuitatis, de qua,vel de cuius vico ſit oriundus. Inſtit.de nu.§.fin. Secundus modus eſt,ſi pater decedens in teſtamento filium naturalē, nominet legitimum hæredem, & ipſe poſtea teſtamentum offerat Principi,vel ſi pater in inſtrumento per publicam manū confecto,vel alio ſcripto,cum ſubſcriotione trium teſtium eū filium nominet,nec adiecerit naturalem, vt in Auct. vt li. ma. & au.§ ad hoc. Tertius modus eſt,ſi nullo filio legitimo exiſtēte ipſe naturalis filius ſeipſum offert curiæ,vt in auct. quib. modis le.effi.§.j. Hæc legitimatio per leges facta valet ad temporalia & ſecularia,quo ad ſucceſſionem,& dignitatem in terris tātum ſubditis poteſtati legitimantis, & in aliis vbi non fieret alij præiudicium, ad ordinem vel dignitatem eccleſiæ non ſe extendit. Innocent.& Bernard.

9 Diſpenſatur †autē cum illegitimis tripliciter. Vno modo ꝓ ingreſſum religionis approbatæ,& hoc quoad ordines,diſtin.56.c.j.ſecundum Rayn.& gl. in ſumma.ſed ad prælationes, vt puta prioratum, etiam in ipſa religione, uel alias dignitates ſine diſpenſatione talis promoueri non poteſt,vt in d.c.j. † Et nota, ꝙ magiſter ordinis Prædi-
10 catorum poteſt diſpenſare cum trecentis fratribus ordinis ſui ſuper defectu naturalium,vt poſſint omnes ordines & ad prioratus ordinis promoueri,niſi fuerint ꝓcreati ex adulterio, vel inceſtu,vel irregularibus. Alexand. deuotionis. ſed ex alio priuilegio,ſcilicet Ioā.XXIII.pōt diſpenſare in illo numero cum omnibus genitis de ſoluto & ſoluta,etiam ſi eſſent patres eorū ſacerdotes, vt ſcilicet promoueantur ad ordines & prioratus
11 conuentuum.Alexā. deuotionis. † Secundò diſpenſari poteſt per epiſcopum,& hoc,quoad ordines minores tātum & ad beneficium ſine cura: quo autem ad alia diſpenſari non poteſt.
12 † Tertiò,fit diſpenſatio per Papam, & hoc non ſolum quoad ordines,ſed etiam quoad omnes dignitates & perſonatus, extra eo.c.is qui,libro 6.Diſpenſatio autem aliquādo fit circa tales minores,vt.ſ.ordinentur & inſtituantur in eccleſiis aliis a paterna dico,ſi ſunt filii presbyteri.alias uerò in quibuſcunque eccleſiis.extra,eo.c.præſentium.aliquando maior,ut.ſ.inſtituātur in paterna,aliquo tamen medio,extra eo. ex tranſmiſſa, ali-
13 quando maxima, vt in paterna nullo medio. † Et not.ꝙ cum

diſpenſatur

Source : BIU Cujas

diſpenſatur illegitimus a Papa quo ad ordines & beneficium eccleſiaſticum, non propter hoc intelligitur, ꝙ poſſit promoueri ad perſonatum vel rectoriam, ad quam per electionem, ꝓcedi conſueuit. extra de præben. c. fi. ſed bene ad eccleſiam parochialem poterit promoueri. Item ſi Papa obtinuit diſpenſationem illegitimus, & poſtea impetrauit, ꝙ duo aut plura beneficia poſſit habere: tacuit autem prædictum defectum, non
14 valet hæc ſecunda gratia. extra eod. ſi is qui, lib. 6. † Item nota, ꝙ filii ſacerdotum, quos ipſi ſuſceperunt de legitima vxore ante ſacrum ordinem, ſecundum Ray. & alios, promoueri poſſunt ad omnes ordines & dignitates, cum legitimi ſint, niſi ī illa eccleſia, in qua patres eorum immediatè fuerunt prælati vel canonici, vbi non poſſunt canonizari uel promoueri. extra eod. ad hoc Gof. etiam dicit, ꝙ cum pater habuerit perſonatum, vel vicariam perpetuam in aliqua eccleſia, filius immediatè ipſum vel ipſam habere non poteſt, extra eo. quoniam. Item ſi pater habuit perſonatum, filius non poteſt habere vicariā, nec econ-
15 uerſo. extra eo. Michael. † Quòd ſi filius diſpenſatiuè ſuccedat patri, frater iſtius bene poterit ſuccedere fratri, vt ponit Hoſtiē. quia in hoc non ſuccedit pātri immediatè. Sed ſecus ſi prius habuiſſet ipſam eccleſiam de facto. Porrò ad nepotes hæc prohibi
16 tio non extenditur, ſecundum Ray. Goff. & Hoſti. † Ordinati verò in ſacris, ſcilicet ſubdiaconatu, & ſupra, ſi ſuſcipiant filios ex vxoribus, cum quibus ante ordinationem contraxerant, tales filii illegitimi ſunt, ſi vxores conſenſerunt ꝙ viri ordinarent̄, vel ſcientes hoc non contradixerunt. 32. diſt. ſeriatim. Sed ſi ordinati fuerint inuitis vxoribus & ignorātibus, legitimi cēſentur, & non indigent diſpenſatione, aliqui tamen dicunt ꝙ
17 indigent etiam tales diſpenſatione. † Græci tamen ſacerdotes, quia licitè vtuntur matrimonio contracto ante ſuſceptionem ſacramentorum: nam in ſacris contrahere non poſſunt, nec licuit a tempore Apoſtolorum. diſtin. 32. per totum. ideo filij, quos generant de vxoribus ſuis, dū ſunt in ſacris, legitimi ſunt, & idem iudicium ſicut de aliis legitimis.

SVMMARIVM.

1 *Irregularis eſt, qui corpore vitiatus eſt.*
2 *Corpore vitiatus, quando a promotione repellatur.*
3 *Promoueri, an poſſit claudus.*
Promoueri non poteſt, qui ſolum habet vnum oculum.
Promoueri, quando poſſit gibboſus.
4 *Leproſus, an & quando celebrare poſſit.*
Promoueri non potest ad ſacerdotium, vinum omnino non bibens.
5 *Promoueri, quando poſſit habens maculam in oculo.*
6 *Promoueri non poſſunt furioſi, lunatici, caduci, & demoniaci.*
Quid ſi promoti ſunt, an & quando ſuum officium exequi poſſint.

Capitulum V.

1 IRregularis † eſt corpore vitiatus. i. mutilatus in membris, talis prohibetur promoueri, aut propter inhabilitatem ad officium exequendum, aut propter deformitatem ad alio-
2 rum ſcandalum tollendum. † Pro cuius declaratione nota diſtinctionem, aut quis eſt mutilatus vel priuatus membro magno & manifeſto, quod. ſ. inducit notabilem deformitatē, vt priuatio naſi & huiuſmodi; vel inhabilitatem ad exequendum officium, vt priuatio manus & huiuſmodi; & tunc quacunque de cauſa ſit mutilatus, ſeu priuatus, iuſta vel iniuſta, naturali vel accidētali, impeditur a promotione, & deiicitur promotus cum tali defectu. Si autem erat iam promotus, quando ſuperuenit talis defectus ſi non per hoc redditur nimis deformis, poteſt exequi illa officia, ad quæ non impeditur propter illum defectum, puta ſi factus ſacerdos amiſit viſum, miſſam celebrare non poterit, vel aliàs in altari miniſtrare, ſed poterit audire confeſſiones & prædicare. a beneficio etiam non remouebitur, ſi ſine culpa incidit in defectum, quia non debet addi afflicto. 7. q. j. percuſſio. dabitur tamen ei coadiutor, ſi tale beneficium eſt, cui iſte deſeruire non poſſit, extra de cle. ægro. cap. 3. Aut quis mutilatus vel priuatus eſt membro paruo vel occulto: & tunc ſubdiſtingue quia aut ſponte & ſine iuſta cauſa, vt ex indignatione vel impatientia vel ſuperbia, aut ex iniuſta cauſa vel inuitus. Si primo modo, tunc indiſtinctè in quocunque mēbro ſiue a ſe, ſiue ab alio repellitur a promotione, & deiicitur iā promotus, etiam ſi putabat ſe obſequium præſtare Deo, caſtrādo ſe. extra eo. ſignificauit. & ſecundum Innoc. idem etiam eſt, ſi nō totum membrum amiſit, ſed partem membri, quæ deformitatem generaret, vnde ſcandalū eſſet. extra eo. capit. j. vel inhabilem redderet ad officium exequēdum: extra eo. Tho. ſecus in aliis, vel etiam ſi dentem ſibi excuteret. Si autem ex iuſta cauſa & ſponte, puta propter periculum lepræ, ne totū corpus inficeretur, fecit ſibi amputari membrum occultū vt virilia, vel manifeſtum paruum aut digitum non neceſſarium. ſ. ad ſignū crucis faciendum, vel ipſemet hoc ſibi fecit, cū eſſet bene peritus in chirurgia, talis nec repellitur a promotione, nec deiicitur promotus. Idem iudicium ſi inuitus, puta ſi ab inimicis caſtratus eſt, vel etiam ſic natus, vel etiam a caſu in tale quid incidit, dando operā rei licitæ, puta dolando lignum abſcindit ſibi partem minimi digiti, in omnibus huiuſmodi non repellitur. nec eſt neceſſarium, ſecundum Hoſti. & glo. diſtin. 55. ſi quis abſciderit, ꝙ talis caſtratus teſticulos ſecum deferat, vt dicunt vulgares. ſed ſi dando operam rei illicitæ a caſu amiſiſſet membrū, talis repellitur a promotione: ſed ſi membrum vel pars membri eſſet, quæ generaret modicam deformitatem, talis ex miſericordia toleratur in ſuſceptis. ſ. per diſpenſationem epiſcopi. hoc ex dictis Ray. Guil. Inno. & Bernard. & trahuntur ex diſtin. 55. ſi quis abſciderit. & in aliis c. extra eo. ſignificauit. Quantum
3 ad quædam particularia & determinata corporis vitia. † Nota, ꝙ claudum admittit conſuetudo, niſi talis ſit ꝙ ſine baculo ad altare non poſſit ſtare. argu. de conſec. diſtinct. j. nullus. & di. 45. c. diſciplina. Cæcitas vnius oculi tātum repellit a promotione, ſecundum Archid. quod probat per c. ſi euangelica. diſt. 55. Gibboſus non repellitur a promotione, niſi ſit nimia deformitas uel debilitas, habens ſex digitos in pede indubitanter promouetur etiam, ſecundum Hoſti. ſi habeat ī manu, vel ſi habet digitos coniunctos, dummodo ex his non ſit impedimentum
4 in vſum membri. ff. de ædil. edic. l. itē Offilius. † Leproſus populo celebrare non debet propter ſcandalum, ſed ſi non ſit nimis deformis non eſt prohibendus priuatim celebrare, vel etiā leproſis non autem ſanis. Vinum omnino nō habens ad ſacerdotem promoueri non poteſt, cum oporteat celebrantem ſu-
5 mere ſanguinem ſub ſpecie vini. 2. q. 7. ipſi Apoſtoli. † Maculā habens in oculo, non repellitur a promotione, niſi nimiam inducat deformitatem, quod conſiderare eſt in arbitrio pręlati. extra de cor. vitia. cum de tua. Sed ibi ſuffraganeorum conſiliū inquiri mandatur, & quod ſibi viſum fuerit, exequatur metropolitanus. vbi notant Vincen. & Bern̄. ꝙ ſine conſilio illorum ſuper maculam nil diſponere debet, alias non valet. ſed Hoſti. hoc non approbat: quamuis enim conſilium archiepiſcopum inſtruat, & ipſo irrequiſito nil expediri debeat, non tamen habet neceſſe epiſcopos ſequi, vt notari conſueuit extra de elect. c. cū ī veteri. 50. diſt. ſtudeat. Tu dicas, ꝙ cum Apoſtolicus in p̄dicto c. mandet procedi cum conſilio ſuffraganeorum, ſi abſq; conſilio ipſorum procedat non valebit, vt in dicta decre. cum in ueteri. Si autem requiſito ipſorum conſilio, hoc conſilium ipſorum non ſequatur, bene valebit, extra de arbi. c. cum olim. ſed ſecus dici poteſt ſi diceretur in mandato, de conſilio ſuffraganeorum, &c. Videtur. n. Papa arctare tunc metropolitanum vel alium, cui ſcribitur, vt ſequatur conditionem & induſtriā perſonę ſiue perſonarum, & multo magis ſi diceretur in mandato, vt non fiat ſine conſilio talis, vel talium. Hęc omnia de macula notat Archi. diſtin. 49. hinc etenim ſuper verbo, albu-
6 ginem abſens in oculo. † De furioſis, lunaticis, caducis, & demoniacis dicit Guiliel. & gl. diſtin. 33. ſuper capitu. communiter. quod nullus talium promoueri debeat, etiam poſtquàm liberati fuerint. Si autem ſunt iam promoti, tunc aut ſunt omnino ex toto liberati a prædictis paſſionibus, aut non. & in primo caſu poterunt exequi officium ſuum. Quanto autem tempore expectari debeat ad probādum tales, utrum ſint liberati & qualiter, quamuis diſtin. 33. communiter, dicatur ꝙ per annum. & alibi dicatur per triginta dies. 7. q. 2. capit. fin. tamen dici poteſt ꝙ eſt arbitrarium tempus probationis penſatis conditionibus morbi & perſonæ. Si verò non omnino ex toto ſunt liberati: tunc aut frequenter aliqua dictarum paſſionum vexat eos, aut rarò. & ſiquidem frequenter, omnino debent ceſſare ab officio Miſſæ. 7. q. 2. in literis. ſi rarò, tūc aut cum ſpumæ iactatione & vocis confuſione, & ſic debent abſtinere: aut rarò, & ſic huiuſmodi expumatione, & ſine confuſione vocis, & tunc non prohibentur ab officio Miſſæ, dum tamē habeat iuxta ſe alium ſacerdotem, vt ſi ille cadat vel deficiat, iſte ſuppleat. 7. q. j. illud. Quidam tamen hoc non admittunt de dæmoniacis dicentes, ꝙ omnino oportet eos eſſe liberatos.

SVMMARIVM.

1 *Hæreſis irregularitatem facit.*
Hæreticus reuerſus qnadrupliciter diſpenſatur.
2 *Irregularitas inducitur per ſolennem pœnitentiam, & quare.*
3 *Irregularitas inducitur per dilationem baptiſmi vſque ad ægritudinem, quę tunc mortis timore ſuſcipit.*
4 *Promoueri in duobus caſibus poteſt differens baptizari.*
5 *Irregularitas inducitur ob iteratam ſuſceptionem ſacramenti carecterem imprimentis.*
6 *Irregularis non efficitur, qui dubitat de ſuſceptione ſacramentorum, ſi aliquod eorum ſuſcipiat.*
7 *Irregularis eſt curialis & ordinari prohibetur, niſi ſit a curia abſolutus.*
Curialis, quis dicatur.
8 *Obligatus ad ratiocinia alteri tripliciter quis eſſe poteſt.*
9 *Hermafroditus, irregularis eſt.*
10 *Seruus, quando ordinare poſſit.*
11 *Irregularitas per crimen mediocre & notorium inducitur.*
Crimen enorme, quid ſit.
12 *Crimen leue, quod dicatur.*
13 *Crimen mediocre, quod ſit.*

Infames

Source : BIU Cujas

14 *Infames omnes à promotione dignitatum & ordinum repelluntur.*
Infamis de facto, quis dicatur.
Infamis de iure, quis sit.
15 *Episcopus aliquem irregularem ordinans intendens cum eo dispensare per hoc dispensat, licèt non vtatur verbis solitis in dispensationibus, si in tali casu dispensari potest.*
16 *Archiepiscopi, quando possint in suis diœcesibus fratres Prædicatorum ordinis obseruare & in irregularitatibus dispensare.*
17 *Dispensationem super irregularitate recipere possunt prælati ordinis Prædicatorum à suis confessoribus, in quibus valent dispensare.*

Capitulum VI.

SVNT & quædam aliæ irregularitates, quæ quia communiter non ita contingunt, breuiter expediemus in singulis. §. vnam tangendo in isto c. † Prima est hæresis, ex qua 1 post vulnus sanus sanatum. i. eius dimissionem, remanet cicatrix. s. irregularitatis, vt dicitur j q. j. ventum. vnde prohibetur a promotione & deiicitur promotus. Si autem reuertantur ad fidem veritatis post abiurationem hr̃sis recipiuntur de iure cõi ad laicã cõionẽ postquàm fuerint recõciliati. j q. 7. Daibertum. Et circa eos fit quadruplex dispensatio. Quandoque quidẽ semiplena, vt. s. solum recipiãtur in ordinibus ante hæc omnia susceptis. j. q. j. si quis hæreticæ. Quandoque plena, vt possint sacerdotes fieri. j. q. 7. conuenientibus. Quandoque plenior, vt scilicet possint esse episcopi. 12. distin. nos consuetudinem. Quandoque plenissima, vt. s. promoueri possint etiam ad superiores dignitates. 23. q. 4. ipsa pietas. De hæresi, quantum ad excommunicationem, habes supra titu. 24. de ipsa, quantum ad peccatũ, habes supra in 2. parte, titu. 12.

2 Solennis † pœnitentia inducit irregularitatem, dist. 50. c. ex pœnitentibus. Hæc pœnitentia fieri debet cum illa solennitate, quæ habetur distin. 50. cum capiie. & imponitur tantum ab episcopo, vel de eius mandato, nec imponitur clerico nisi deposito. & quia hoc hodie non est in vsu, ideo breuissimè tangam de ea. Ratio autem, quare impedit ꝓmouendum est, quia non sunt digni susc ipere vasa sacramentorum, qui dudum fuerunt vasa vitiorum. distin. 50. illud. Non enim imponitur talis pœnitẽtia, nisi pro crimine vulgatissimo & enormi, quod totam ciuitatem commouet. Secũda ratio est propter scandalum populi, qui scit crimen eius, distin. 50. de his. Tertia ratio est timor, ne iterum labantur, qui timor de consuetudine pristina surgit, distin. 61. in sacerdotibus. Quarta ratio, qa non haberet frontem reprehendendi alios, distin. 25. primum. Ray. & Tho. in 4. Potest autem cum eis in minoribus ordinibus propter necessitatem vel vtilitatem ecclesiæ dispensari. dist. 50. placuit. & hoc per episcopum, ex quo non est ei prohibitũ. publica autem pœnitentia non inducit irregularitatem. hæc etiã, secundum Ray. iniungi potest etiam per confessorem, & est cũ iniungitur alicui, vt vadat peregrinãdo per mundum cum baculo cubitali & scapulari.

3 Dilatio † baptismi vsque ad ægritudinem, quem tunc suscipit timore mortis inducit irregularitatem. d. l. si quis. Ratio huius est, quia non præsumitur verè contritus, vt per hanc pœnam homines inducerentur non negligere propriam salutẽ, nec tollitur ista irregularitas per baptismum, quia baptismus ita dilatus inducit eam. idem autem non operatur contrarios effectus, extra de bap. maiores, secus tamẽ est de eo, qui distulit communionem vsque ad talem terminũ,
4 quia hic non repellitur ab ordine. distin. 50. is verò. † Potest tamen talis, qui sic distulit baptismum in duobus casibus promoueri. Primus, si post baptismum fides & vita eius probabilis apparuerit. Secundus, si raritas clericorum hoc exegerit. d. l. si qs.

5 Iterata † susceptio sacramenti imprimentis characterem, vt baptismi, confirmationis & ordinis, inducit irregularitatem. d. l. confirmandum, de conse disti. 4. qui bis. idem. j. q. ꝙ quidam. & si scienter rebaptizati sunt, vel recõfirmati, uel recordinati etiam ignoranter, sed post factum ratũ habuerunt absque dispensatione Papæ promoueri nõ posũt, secus si ignorãter, ut infantes, vel vt coacti. absolutè enim possunt huiusmodi promoueri de iure: sed secundum alios, quod
6 tutius est dicere, cum dispensatione. de consec. dist. 4. eos. † Vbi autem quis probabiliter dubitat de susceptione huiusmodi sacramentorum & non leuiter & temerariè, & propter hoc suscipiat aliquod dictorum sacramentorum facta prius diligenti inquisitione super hoc ad inueniendum veritatem & nõ inuenta susc ipit, non propterea efficitur irregularis, quamuis aliàs susc episset. quia non putatur iteratum, quod nescitur esse factũ. distin. 68. presbyteri. & debet dicere in forma cum dubitatur, si non es baptizatus ego te baptizo, &c. Ratio huius est propter iniuriam factam sacramentis, quæ est in hoc, ꝙ sacramentum non est iterandum propter effectum indelebilem characteris iterati.

7 Curialis † etiam censetur, vt irregularis, & prohibetur ordinari nisi sit absolutus, a curia. distin. 51. c. j. & sequenti. Et dicitur curialis hic, secundum Ray. largè omnis, qui quacunque conditione obligatus semper est curiæ alicuius potestatis publicæ habẽs honestum officium vel inhonestum, vt iudices, aduocati, milites, histriones & huiusmodi. Ratio huius probationis est, tum quia quandoque tales repetuntur & in ecclesia perturbantur. tum quia præsumitur contra eos ꝙ non causa deuotionis transeant ad clericatum, sed vt fugiant ratiocinia dominorum suorum, distin. 53. legem. Qui autem ex prædictis aliquod ministerium præbuerunt in causa sanguinis, etiam absoluti à curia promoueri non possunt 46. distin. clericus. Similiter si in turpi & inhonesto officio, vt histriones, de cõ
8 se. distinc. 2. pro dilectione. † Obligatus alteri ad ratiocinia potest quis esse tripliciter. Primò, si obligatus rei publicæ: & si quidem est obligatus ad hoc ex administratione quam gessit, promoueri non debet ante redditam rationem. distin. 51. præterea. sed si aliàs est debitor reipublicę, non prohibetur. C. de episcop. & cleri. quisuis. Secundò, si est obligatus alicui personæ seculari non miserabili, quia scilicet gessit administrationem eius, vt tutor, curator, & procurator: & talis promoueri nõ potest, nisi finito officio administrationis. 21. q. 3. ca. j. Finita autem administratione, si adhuc sit obligatus ad ratiocinium, & mouetur ei quæstio de dolo, non potest promoueri ante decisam litem. distin. 81. tantis. debet tamen taxari tempus, infra quod quæstio decidatur. Similiter etiam si quæstio ei non moueretur, & manifestum sit eum teneri de dolo debet episcopus ex officio suo eum repellere, sicut quemlibet criminosum seu infamem. 6. q. j. infames. aliàs nũ prohibetur ordinari. Tertiò, si est obligatus ex administratione pro persona miserabili seculari, vt viduis, & pauperibus, cæcis, pupillis, & huiusmodi, vel persona ecclesiastica, & talis non impeditur à promotione si aliud non impedit, nisi esset manifestus dolus in administratione, uel aliqd aliud, quia ad adiuuandum talem quilibet tenetur, dist. 86. peruenit, & 16. q. j. monachi. Ray.

9 Hermafroditus, † est irregularis, & dicitur huiusmodi ille, qui participat de vtroque sexu, scilicet masculino & fœminino, hic repellitur à promotione propter deformitatem & monstruositatem ar. di. 36. illiteratos talis si magis vergit in sexum masculinum quàm fœmininum, quamuis ordinari non debeat, nec ordinatus ministrare, tamen susc ipit characterem. sed si magis vergat in sexũ fœmininum quàm masculinum, vel etiam si æqualiter participat de vtroque, non est susceptiuus characteris, secundũ Guil. & multo magis fœmina ordinis non est susceptiua. Dicitur autem mulier presbytera. distin. 32. presbyter. nõ quia habeat ordines sacerdotis, sed quia vxor sacerdotis: & diaconissa, quia dicit omeliam euangelij.

10 Seruus † quocunque genere seruorum ordinari non debet, nisi prius consecutus fuerit plenariam libertatem. distin. 54. c. j. 2. & 3. Ratio huius est clericalis dignitas & seruilis vtilitas, extra de ser. non ordi. de seruorum, in fin. Si autem seruus fecerit se prououeri nesciente, domino, vel sciẽte & contradicente, si ordinatus fuerit in minoribus, reducitur in seruitutem, vt 54. distin. nulli. Si ordinatus fuerit ad subdiaconatum uel diaconatum, oportet ꝙ det alium loco sui, vel procuret redemptionem suam per aliquam personam. distinc. 54. ex antiquis, extra de ser. non ordi. miramur. Si in sacerdotẽ sit ꝓmotus, remanet quidem in ordine suo reddito peculio, si qđ habet domino, & si non habet debet procurare redemptionẽ suam. quod si non potest seruire, tenetur domino suo in seruitute, tamen conuenientibus sacerdotio vt officiãdo ei in missa horis & huiusmodi. distin. 54. frequens, quod si nollet seruire, deponendus est. Tempus autem, infra quod dominus suus potest eum repetere, est tempus vnius anni a tempore notitiæ huius. 17. q. 2. si quis incognitus. si verò seruus promotus est domino sciente & non contradicente, eoipso ingenuus fit. distin. 54. si seruus. & hoc verum est, ad quemcunque ordinem fuerit promotus, secundum Innoc. Goff. & Ray. Et nota ꝙ seruus ecclesiæ liberatus ad hoc tenetur etiam si non esset vel fuisset expressum in sui manumissione, vt non iniurietur ecclesiæ, nec accuset eam, nec testificetur contra eam, distin. 54. qui ex famulis. aliàs reuocatur in seruitutem. 12. q. 2. diaconi. & secundum quosdam, etiam ad operas honestas, vt in d. c. non tamen tenetur ecclesiæ perpetuo seruire in officio clericali, nisi in manumissione & in ordinatione fuisset expressum, extra eo. eo libẽtes. sed seruo priuatæ personæ liberato, vt promoueatur, non potest dominus sibi retinere aliquas operas, in quib. teneatur ei. distin. 54. c. j. nisi spirituales, quod exprimi debet, si hoc vult patronus in sui manumissione, & postea declarari ī ordinatione, secundum Hosti. & si promotus nollet in huiusmodi seruire, nõ reuocabitur in seruitutem, sed degradabitur, si est factus sacerdos, secundum Inno. Ray. & Goff. Item nota, ꝙ cum ordinatus restituatur domino suo, ne manus violentas inic iat in eum, aliàs incideret in canonem, secũdum Inno. nec illi seruo licebit contrahere matrimonium si est in sacris propter votũ annexum ordini clericali, extra de conuer. coniu. cap. quidam.

alius

Source : BIU Cujas

aliis priuilegiis clericalibus non gaudebit, extra de cle. coniu. capitu.Ioannes.

11 Vltimo crimen † mediocre & notorium inducit irregularitatē. Pro cuius declaratione, omissis opin. antiquorum, circa istam materiam nota distinctionem, quam fecit Ray. in summa, videlicet Criminum, aliud enorme, aliud mediocre, aliud leue. Crimē enorme in hoc loco dicitur homicidium, & simonia aliqua, & etiā secundum Goff. hæresis, quodlibet autem horum, siue occultū, siue manifestum sit, impedit promouendum, & deiicit promotum etiam post pœnitētiam, & de hæresi & homicidio dictum
12 est supra ac etiam de simonia. † Crimen leue dicitur hic, illud mortale, quod de se non inducit depositionem, nisi ex contumacia post admonitionem, vt ebrietas, ludus aleæ. dist. 35.c.j. strepitus in sinodo. 5.q.4. in loco. Esus carnium in diebus prohibitis. confectam eucharistiam non assumere & huiusmodi. & ista talia siue occulta, siue manifesta, neque impediunt ꝓmouendum, neque deiicitur promotum, de coha.cle.& mu.vestra.
13 † Crimen mediocre dicitur hoc, vt adulterium, furtum, fraudulentia, sacrilegium, periurium, falsum testimonium, & similia. hæc autem si sunt occulta, non impediunt promouendum, neque deiiciunt promotum, neque indigent dispensatione, sed sufficit pœnitentia sacramentalis, de temporibus or.c. ex tenore.& c.quæsitum. Si sunt manifesta, tunc aut sunt manifesta per propriam confessionem delinquentis extra iudicium factam, & sic non faciunt irregularitatem talem, quamuis ille si clericus est deberet suspendi ab officio & beneficio. extra de excess. præla.c.quamuis sit graue. Aut sunt manifesta per famam deficiente accusatore & legitima probatione, & sic non inducunt irregularitatem, purgatio tamen canonica tali indicenda est, qua præstita absoluetur, & si in ea defecerit deponetur, extra de adulte.c.significasti. Aut sunt manifesta per sententiam vel cōuictionem vel confessionem metu probationis factam, & sic inducunt irregularitatem, & idem si est notorium per euidentiam facti, quod nulla potest tergiuersatione cælari, cuius scilicet est testis & populus & inficiationis non est locus, de temp. or. quæsitum. potest tamē in huiusmodi mediocribus notoriis de iure vel de facto per episcopum dispensari in tali irregularitate, secundum Inno. in glo. super c. ex tenore, & de his omnibus diffusè habes in summa confes. lib.j. titu.29.q.3.

14 Infames † etiam omnes tam de iure quàm de facto repelluntur a promotione dignitatum & ordinum. dist.51. qui in aliquo. extra de regu. iur. infamibus, libro 6. secundum Ray. Et dicitur infamis de facto ille, cuius apud bonos & graues grauata est opinio super aliquo crimine. Infamis verò de iure est, quem ius ponit esse infamen, vt qui conuinctus est de furto vel qui pugnat in arena cum bestia dentata pro lucro & huiusmodi. alia plura potes videre de infamibus. 3.q.7.§. porrò. in tex.& glo. Repellitur etiam infamis, secundum iura, à procurando, iudicando, accusando, testificando, postulando.
15 † Et nota, ꝙ quamuis consuetum sit & conueniens ab irregularitatibus cum irregularibus verbis dispensare per eum, qui potest sub tali forma vel simili: Ego dispenso tecum in tali irregularitate, quam contraxisti propter talem causam, vel si ꝓtraxisses quando de hoc dubitatur, tamē si episcopus ordinat aliquē irregularem intendens cum eo dispensare, per hoc de facto dispensat, quamuis nō vsus fuerit illis verbis, dummodo possit in tali casu dispensare. Et idem de prælatis, qui mittunt ad ordinādum aliquem irregularem, quem ex auctoritate sibi concessa poterant dispensare, licet non dixerint illa verba, mittendo de
16 facto dispensant, secundum Doc. † Et nota ꝙ Archiepiscopi possunt in suis diœcesib. fratres ordinis Prædicatorum absoluere, & in irregularitatibus dispensare, quādo fuerint ab eis requisiti, siue inciderint antequàm intrarent ordinem, siue post, nisi adeo enormis esset excessus ꝙ meritò etiam apostolica sedes esset consulenda. Grego. quia prouidētia. Item ꝙ magister ordinis Prædicatorum, prouinciales † & priores conuentuales & eorum vicarii in prouinciis conuentibus & locis sibi commissis fratres Prędicatores, omnes ibidem constitutos & ad eos vndecunque declinantes, possunt dispensare super irregularitate, quam contraxissent, si excommunicatione vel suspensione innodati diuina celebrassent, vel in locis suppositis ecclesiastico interdicto. Item ab irregularitate, quam contraxissent recipientes ordines sic ligati. Boni. virtute. † Item omnes prædicti prælati ordinis Prædicatorum a suis confessoribus possunt
17 recipere dispensationem super prædictis irregularitatibus, si eas contraxissent, in quibus scilicet ipsi valent dispensare. Clemens. exigentibus. Idem puto de fratribus Minoribus, quia communiter dicitur, ꝙ sumus pares in priuilegiis. De aliis sententiis habes in locis suis.

Tomus decimusquartus finis.

Source : BIU Cujas

Regiſtrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz,

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee.

Omnes ſunt Quaterniones.



VENETIIS, MDLXXXIII.

Source : BIU Cujas

ANNO DOM. MDCCXXXIII.

